John Adams
Library,

IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.

SHELF No
ADAMS
41.3
V.2





IO. MATTHI. GESNERI

NOVVS

LINGVAE LATINAE THESAVRVS.

TOM. II. D – K.

ADAMS 41.3

D.

Litera D.

Litera, in ordine alphabeti quarta, quae appulſu linguae circa ſuperiores dentes innaſcitur, *vt ait* Capella 3 p. 38. *Gr.* Δ. *Nemini dubium eſſe poteſt, Latinos e Graecia eam traduxiſſe, qui vel ipſam faciem contempletur, altero angulo ad baſin in ſemicirculum facili ductu conuoluto. Verum aliud eſt et maius quod, ait Scaliger, Ionas veteres hanc ipſam vſurpaſſe huiuſce elementi figuram, antequam illa triquetra in vſu eſſet, quamquam et illa ſatis ſit vetuſta; quod ex antiquis legum tabulis, quae inde* Δέλτοι *vocantur, patet, vt taceam eam partem Aegypti, quae hinc* Delta *appellatur, et ſidus* Deltoton Ciceroni in Arateis *celebratum.* ¶ 2 D *et* B *inuicem permutantur:* Cic. in Orat. 153 c. 45 Quid vero licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo eſſent aptiora? Nam vt *duellum, bellum*, et *duis bis; ſic Duellium* eum qui Poenos claſſe deuicit, *Bellium* nominarunt, cum ſuperiores ſemper appellati eſſent *Duellii. Vid.* et Quinctil. 1, 4, 15 *itemque Scalig. Poët. 3, 89. Et quae dabimus in* DVELLVM *et proximis ei nomini titulis.* D *et* L. Dacrimas pro Lacrimas Liuius *(Andronicus)* ſaepe poſuit, nimirum quod Graeci appellant δάκρυα. Idem Dautia, quae Lautia dicimus, et dantur Legatis hoſpitii gratia, Feſtus. Idem, Delicare ponebant pro Dedicare. *Et*, Melicae gallinae, quod in Media id genus auium corporis ampliſſimi fiat, L litera pro D ſubſtituta. Marius Victor. Art. Gram. 1 p. 2456 Kadamitatem ſcribebant pro Kalamitatem. *Et* p. 2457 Linguam per L potius quam per D, Praeſidium, per D potius quam per L. *Nempe a* Sedendo *etiam* Sella *dicta eſt.* D *et* N. Donatus ad Ter. Phorm. 2, 2, 16 Non rete accipitri tenditur, Legitur et *Tennitur*, habet enim N litera cum D communionem. *Sic* Diſpennere *eſt pro* Diſpendere *aut* Diſpandere, *de quo ſ. l. et ipſum* nomen Penna *forte a* pandendo *tractum.* D *et* P. *Dion. Halicarn. Antiq. Rom. 1, 68* p. 55, 2 *Sylb. In eo poſitae ſunt Troianorum Deorum Imagines cum inſcriptione* Denas, *quae* Penates *ſignificat. Videntur enim mihi illi Priſci, ante inuentum* P, *vſurpaſſe pro eo* D. *Graeca ſunt,* δοκεῖ γάρ μοι τȣ͂ Π μήπω γράμματος ἐυρημένȣ, τῷ δέλτα δηλȣ͂ν τὴν ἐκείνȣ δύναμιν τȣ͂ς παλαιȣ͂ς. D *et* R *ſic* Aruenae *olim appellati, qui nunc* ..uenae; *et pro* ad *fere vbique* ar *poſitum, quod etiamnum man*... ..., *et in* arbiter, *quae vox conflatur ex* ar, *i.* ad *et* bito, *i* ... *Vid. ſupra* AR. *ſic* Meridies *pro* Medidies. D *et* S. *Nam* Fr... ...udem, Laus laudem *parit, et qui* Clauſus *apud Sabinos audierat,* ...*tquam Romam commigraſſet,* Claudus *dein* Claudius *audiebat; et contra, quae primum* audes, *mox* auſes, *poſtremo* aures *dicebantur.* D *et* T. Quinctil. 1, 4, 16 Quid D cum T quaedam cognatio? Quare minus mirum, ſi in vetuſtis operibus vrbis noſtrae, et celebribus templis legantur Alexanter et Caſſantra. *Sic legimus aliquando* quodannis *pro* quotannis. In Cenotaphio Lucii Caeſaris, LIGNORVMQVE. ACERVOS. EIVS. REI. GRATIA. QVODANNIS. IBI. CONSTITVVNTVR. *In* Inſcriptione *poſita Tiberio imperante, legitur etiam* quodannis. Ita quoque, ADQVE pro ATQVE in Inſcriptione Vrſi Togati *reperta Romae,* FOLIO MVLTO ADQVE VNGVENTO MARCIDO ONER.TE AMANTES. Theſ. Ant. Rom. Graeu. Tom. XII. p. 402. *A. Politian. Ep. 4, 9. Noriſ. Cenot. Piſan.* §. 2. *Ab* oſtendo *fit* oſtentum: *vice verſa ex* mentior *fit* mendax, *a* quatuor, quadra. *Indifferenter ſcribunt* haud, *vel* haut; ſed *vel* ſet. *Hinc etiam* D et T *ſaepiſſime permutari a librariis obſeruant, quos laudat Drakenb.* ad Sil. 1, 11. D *et* CL. *ſaepe miſceri in ſcriptura Longobardica idem oſtendit ad 2, 52. Denique* D *et* Z. *Sic* Oridia *pro* Oryza *in excerptis* Viridarii ex Apicio. AMVLA BIS DE ORIDIA PROPTER SPISSITVDINEM SVPERFVNDES. *Et* trapedia *pro* trapezia *apud* Varr. auctor. de lim. p. 248. *Salmaſ. in* Capitol. Anton. Pium c. 9 *Pignor. de ſeru.* p. 492. *Gyrald. Deor. Synt.* 8 p. 277 E. *De mutatione in Praepoſitione* AD *vid. ſ. l.* ¶ 3 *Admittit* D *ante ſe in diuerſis Syllabis, ex mutis* B et G; *ex liquidis* LNR; *vt* abdomen, ſmaragdus, calda, candeo, ardeo; *in eadem ſyllaba nullam. Poſt ſe ſolum* R *complectitur, vt* Draco. D *Inſerit ſe epenthetice inter duas vocales explendi hiatus gratia, vt* redigo, prodigo, redeo, redintegro, *etc.* D *voci in vocalem deſinenti, (alia vocali ſequente) vt hiatus vitaretur, veteres addebant.* Quinct. 1, 7, 12 Vt Latinis veteribus D plurimis in verbis vltimam adiectam; quod manifeſtum etiam eſt ex columna roſtrata, quae eſt C. Duilio in Foro poſita. *In eius Baſi* PRAEDAD. ALTOD. MARID. *reperias. Sic* Cat. 8, 19. *Turnebus volebat legi* At tu Catulled obſtinatus obdura. *Sed repugnantibus Scaligero ad locum, et Bentleio ad* Hor. Carm. 3, 14, 11 *vbi Muretus et Schottus verſus fulciendi cauſa legere nos iubent* Maled ominatis Parcite verbis. *Sed Multo minus Horatium illa ratio quam Catullum decere poteſt. Bentl.* Maleinominatis, *Cuning.* Male o ominatis. *Sanad.* Ab inominatis. *Vulgata lectio forte optima.* Male ominatis, *eliſione intermiſſa. Apud Plautum* med *et* ted *frequentiſſime pro* me *et* te. *Muret.* V. L. 15, 19. *Schott. Obſ.* 11, 7 et 16. *Palmer. Spic.* 1 p. 619. *Ciaccon. Columm. Roſtr. Graeu. Theſau. Ant. Rom. Tom.* 4 p. 1815 B. ¶ 4 *Inter notas, quas efficit, vel incipit haec* litera, *nobiliſſima ſunt,* D. E. R. I. C. *quibus in Senatusconſultis ſcribendis vtebantur, pro* De Ea Re Ita Cenſuerunt: *Vt apud* Gell. 4, 6. Quod C. Iulius L. filius Pontif. nuntiauit in ſacrario in regia haſtas Martias mouiſſe, D. E. R. I. C. vt M. Antonius Conſul hoſtiis maioribus Ioui et Marti procuraret. *Adde formulas alias, v. g. ſub* Cic. Fam. 8, 8. *Caeterum* D. Datum *ſignificat, vt in* extrema praefatione Inſtitutionum, D. CP. *id eſt*, Datum Conſtantinopoli: *et alibi frequenter.* D. *Cur pro quingentis vſurpetur, vid.* M. *Puerili errore accidiſſe ob affinitatem huius notae* IↃ *et* D *exiſtimat Baudius, atque hinc inter literas numerorum indices, hanc minime refert, Cent. ep. 1, 97. Vid. Huetiana. et* Priſcian. de Fig. Num. p. 1345, *etc.* D. Decius ſ. Decimus, Decurio, Diuus *vel* Diua, Deuotus, Diutius, Decimus, Dicauit, Dedit, Dies, Depoſitus, Deuotus, Deus, Dictator, Dominus, Domus, Druſus. D. D. Deo Dicauit, Dotis Dictio, *vel* Datio, Diis dantibus, DIS, Deabus, Dono Dedit, *vel* Donauit, Deo Domeſtico, Decreto Decurionum. DD. Dedicauit, *vel* Dedicauerunt. D. D. D. Dono Dedit, Dicauit; Do Dico Dedico, Datus Decreto Decurionum, *ſeu* Dono Decurionum, *vel* Dono Decurio Dedit. D. D. D. D. Dignum Deo Donum Donauit; Dono Datum Decreto Decurionum. D. A. *vel* AVG. Diuo Auguſto. D. A. C. Diuus Auguſtus Caeſar. D. C. *vel* CAES. Diuus Caeſar. D. C. A. Diuus Caeſar Auguſtus. D. C. NO. L. De Cauſa Nondum Liquet. D. CP. Datum Conſtantinopoli. D. C. S. De Conſulum Sententia. D. E. R. I. S. C. De Ea Re Ita Senatus Cenſuit. D. D. L. Dono Dedit Lugens *vel* Lubens. D. F. Dotem Fecit, *vel* Dolum, *vel* Donum, *vel* Decimi Filius, *vel* Det Fiſco, *vel* Defunctus. D. F. D. I. P. Decurionum Fide Diuidenda In Publicum ſ. Inter Plebem. D. G. Dedit Gratias. D. H. Donauit, *vel* Dedit Heredibus. D. I. Dari Iuſſit. D. I. M. Diis Inferis Manibus. Deae Iſidi Magnae. Deo Inuicto Mithrae. D. I. S. Diis Immortalibus (Inferis) Sacrum. DL. Delego. D. L. Donauit Locum, *vel* Decii Libertus. Dedit Lubens *ſ.* Lugens. D. L. A. P. Donum Libens Animo poſuit. D. L. D. P. Diis Locum Dedit Publice. D. D. L. M. Dono Dedit Lubens Merito, *vel* Libero Munere. Datus Locus Monumento. D. L. S. Diis Laribus Sacrum. D. M. Domus Mortui, Diis Manibus, Dolum malum, Dubium Malum. D. D. M. Dedicatum DIS Manibus. *itemque* D. M. Deae Matris, Dedit Moerens, Diuino Monitu. D. M. AE. Deo Magno Aeterno. D. M. F. V. C. Doli Mali Fraudiſue Cauſa. D. M. L. Datus Memoriae Locus, Dedit Merito Lubens *ſ.* Lugens. D. M. M. I. Deae Magnae Matri Iſidi *ſ.* Idaeae. D. M. V. F. DIS Manibus Votum (Viuens) Fecit. DN. Dominus. D. N. Dominus Noſter. DNN. Dominis. DD. NN. AVGG. Dominorum Noſtrorum Auguſtorum. DDD. NNN. FFF. Domini Noſtri Felices *de tribus.* D. N. M. Q. E. Deuotus Numini Maieſtatique Eius. D. O. Diis Omnibus, *vel* Deo Optimo. D. D. O. P. DIS Deabus Omnibus Poſuit. D. O. M. Deo Optimo Maximo. D. P. Diuus Pius, Diis Penatibus, Diis Paternis, Dotem Petiit, Dedit Publice, Donum Poſuit. D. PP. Deo Perpetuo. D. D. Q. Dedit Donauitque, DIS Deabusque. D. P. R. De Pecuniis Repetundis. D. P. S. Depoſuit Sibi. D. P. S. P. De Pecunia Sua Poſuit. D. Q. Diis Quirinalibus, *vel* Diuus Quaeſtor. D. Q. R. De Qua Re. D. Q. S. De Qua Supra. DR. Druſus. D. D. S. DIs Deabus Sacrum. D. S. B. H. S. S. De Suis Bonis Hoc Sibi Sumſerunt. D. S. P. De Sua Pecunia. D. S. P. L. D. De Sua Pecunia Laribus Dant, *vel* Dedit, *vel* Dederunt. D. S. S. De Suo Sibi, De Suo Sumtu, De Senatus Sententia. D. S. V. S. LL. M. De Suo Votum Soluit Lubentiſſime Merito. D. T. Dedit Teſtamento, Titulum, Tumulum. D T. D. D. P. F. Duntaxat Decem Denuntiandi Poteſtatem Faciam. D. T. S. P. Diem Tertium, Siue Perendinum. D. V. Dedit Viuens, Donec Vixit, Deuotus Vir, *vel* Veſter, *vel* Veſtae, *vel* Diis Volentibus, *vel* Dies quintus. De VICanorum Sententia PORTICum Fieri COIRauerunt, *i. curauerunt.*

D A A E

DAAE, arum. *vel* DAHAE. m. [Δάαι, Δάοι] Populi Scythici, *vt ait* Seruius ad Virg. Aen. 8, 728 Indomitique Daae, et pontem indignatus Araxes. *et* Plin. 6, 17 ſ. 19. *Conſ. Drakenb. ad* Sil. 13, 764. *qui a* Dacis *diſtinguere eos docet, et* Daas *ſ.* Dahas *legendum, vbicunque* Dacas *priore correpta Syllaba in Poëtarum libris deprehendimus. Add.* Lucan. 7, 429. *Vid.* DAVVS.

D A B *et* D A C

DABLA, *vel* DABVLA, ae. f. *Palmae genus.* Plin. 13, 4, ſ. 7. In Arabia languide dulces traduntur eſſe palmae: quanquam Iuba apud Scenitas Arabas praefert omnibus ſaporibus, quam vocant dabulam. *Hard. legit* dablan.

DACA, *Poma viliſſima.* Plin. 15, 14 ſ. 15 Dacis ferme viliſſimis nomen, quanquam primis aduentu decerpique properantibus. *Sed Harduin.* Dat et farina viliſſimis.

DACIA, ae. f. [Δακία] *Regio quam quidam Thraciae partem, quidam conterminam dicunt. Alii prouinciam citra et vltra Iſtrum eſſe autumant. Vid.* Vopiſc. Aurelian. 39. Sex. Ruf. 8. *et Sirmond. ad Paneg.* Sidonii Anthem. 272.

DĀCVS, i. m. *Daciae incola, vt* Aſper Dacus Hor. Carm. 1, 35, 9. Virg. Georg. 3, 497 Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro. *Add.* Stat. Silu. 1, 1, 7. *Quod eosdem etiam* DACAS *prima declinatione dici quidam volunt, correpta priore Syllaba; illud refellitur a Drakenborgio ad* Sil. 13, 764 *ac in talibus non* Dacas, *ſed* Dahas *legendum contendit. Sic* Sen. Thyeſte 602 Dahae *vel* Daae *ſunt, non* Dacae *etc.*

DĀCĬCVS, a, um. Adi. [Δακικός] *Qui Daciam vicit: ſicut a Germania, Germanicus.* Iuuen. 6, 204 cum lance beata Dacicus, et Scripto radiat Germanicus auro.

DACVS, a, um. Adi. *Quod eſt e Dacia.* Spartianus, ad bellum Dacum, Traianum familiarius proſequutus eſt. Praelia Daca Stat. Silu. 4, 2, 67.

DACIVS, a, um. *etiam* Adi. [Δάκιος] *Vt,* Arma Dacia Claud. Paneg. 4, 335. *al.* Dacicus.

DACRYMAS, *Auctore* Feſto, Liuius *Andronicus* ſaepe poſuit, nimirum quod Graeci appellant δάκρυα. *Vid. quae modo dicta in* D n. 2.

DACTYLI Idaei. [Δάκτυλοι Ἰδαῖοι] *Magnae matris miniſtri et aſſeſſores dicti fuere: ea ratione nuncupati, quod ſub Ida habitarent, qui mons Matri deorum dicatus credebatur. vt ait Strabo. Porro* Idaeos dactylos *Sophocles decem exiſtimauit, quinque mares primum natos, qui ferri fabricam excogitauere, aliaque permulta: quinque horum fuere ſorores: ab hoc numero* dactyli, *id eſt* digiti *nuncupati. Horum vero nomina ſunt,* Hercules, Paeon, Epimedes, Iaſius, Idas. *Iulius Pollux de manu loquens lib.* 2 *Corybantes, inquit,* Dactylos *etiam nuncupari tradunt plerique, propter numerum, quod ſcilicet quinque ſint: alii autem quod Rheae adminiſtrarent omnia. Hactenus ille. Sunt qui Idaeos quatuor tantum numerent,* Salaminum, Damnaneum, Herculem et Acmonem. Pherecydes *vero duos et quinquaginta fuiſſe exiſtimat. Strabo centum* Idaeos dactylos *in Creta habitaſſe ſcribit. Horum etiam meminit* Diodorus Siculus, *quem vide, et Marsham Can. Chron. p. 256. Vid. Muncker. ad* Hygin. f. 139. *Viri docti ad* Ouid. Met. 4, 281 ſq. Arnob. 3 p. 124 ſq. Digitos Samothracios, Dactylos Idaeos, Curetas, *eosdem videri quibusdam docet. Nempe* ¶ 2 δάκτυλος *a Latinis dicitur digitus. Hinc* Dactylus, *pes metri, conſtans prima longa, et duabus breuibus: vt* ſcribit. Cicer. de Orat. 3, 182 c. 47 Quare primum ad Heroum nos dactyli et anapaeſti et ſpondei pedem inuitat. Ter. Maurus . . . Poſt hunc Dactylon atque tres Trochaeos. ¶ 3 Dactylus *piſcis genus.* Plin. 9, 61 ſ. 87 Concharum e genere ſunt dactyli, ab humanorum vnguium ſimilitudine appellati. His natura, in tenebris, remoto lumine, alio fulgore clarere; et quanto magis humorem habeant. *Add.* 37, 10. ¶ 4 Dactylus *Gemma.* Plin. 37, 10 ſ. 6 Idaei dactyli in Creta, ferreo colore pollicem humanum exprimunt. ¶ 5 Dactylus *Herba.* Plin. 24, 19 ſ. 119 Sunt qui et aculeatum gramen vocant trium generum. Quum in cacumine aculei ſunt plurimum quini, dactylon vocant. Hos conuolutos naribus inſerunt, extrahuntque ſanguinis ciendi gratia. Altero quod eſt Aizoo ſimile, ad paronychia, et pterygia vnguium, et quum caro vnguibus increuit, vtuntur cum axungia: ideo dactylon appellantes, quia digitis medeatur. Tertium genus dactyli, ſed tenuis, naſcitur in parietinis aut tegulis. ¶ 6 Dactyli *pro fructibus palmae arboris, quos Graeci* φοίνικας *vocant.* Dactylorum oſſa Pallad. Oct. 12, 1. Apicius 1, 1 Et croci drachmae ſingulae dactylorum oſſibus torridis quinque, his denique dactylis nunc mollitis eſt. *Vid. Spanh. de Vſu num. diſſ. 6* p. 348. ¶ 7 Vites dactyli Colum. 3, 2, 1.

DACTYLĬCVS, a, um. Adi. [δακτυλικός] Cic. in Orat. 191 c. 57 Quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiae ſit accommodatior. Serta texta pede dactylico Prud. Periſt. 3, 209.

DACTYLIOTHĒCA, ae. f. [δακτυλιοθήκη] *Annulorum capſula;* δακτύλιος *enim annulus eſt,* θήκη *capſula, ſiue arcula, vbi quid reconditur.* Quod in bibliotheca tractauimus, idem Pomponius in dactyliotheca legata tractat, et ait annulos quoque contineri, non ſolum thecam, quae annulorum cauſa parata ſit l. 52 ff. §. 8. de Legat. 3. *Sic* Vlpian. in l. librorum §. fin. de legat. 3 Dactyliothecam meam, et ſi quos praeterea annulos habeo, *etc.* Paull. l. argento de leg. 3 D. Annulis legatis dactyliothecae non cedunt. *Ita* Martial. 11, 60

Senos Charinus omnibus digitis gerit
Nec nocte ponit annulos,
Nec, quum lauatur. Cauſa quae ſit quaeritis?
Dactyliothecam non habet.

Dactyliotheca *integra Templo ſacrata* Plin. 37, 1 ſ. 5 Gemmas plures, quod peregrino nomine appellant dactyliothecam, primus omnium Romae habuit priuignus Sullae Scaurus, diuque nulla alia fuit, donec Pompeius Magnus eam, quae Mithridatis regis fuerat, inter dona in Capitolio dicaret.

DACTYLIS, ĭdis. m. *Sculptoris inſignis nomen,* cuius laudata opera in hortis Seruilianis haberi *refert* Plin. 36, 5 ſ. 4, 10 In hortis Seruilianis reperio laudatos — Dactylidis Pythias. *Hard. legit* Dercylidis pyctas.

DACTYLIS, ĭdis. f. Dactylides vites, dictae a gracilitate digitali: vel fortaſſis quod grana habeant dactylis ſimilia, hoc eſt fructui palmae arboris. Plin. 14, 3 ſ. 4, 8 Non idem dactylidos digitata gracilitate. *Has etiam* Dactylos *vocat* Colum. 3, 2, 1.

DACVS, *vid. ſub* DACIA.

D A D *et* D A E

DADIOTVM Tus. *Vid.* DATIHIATVM.

DAEDĂLVS, i. m. [Δαίδαλος] *Athenienſis, clarus architectura, cuius hiſtoriam vide apud Diodor. 5. et* Ouid. Met. 8, 152 *etc. et* Virg. Aen. 6, 14. Sen. Oedip. 892. *Breuiter, Labyrintho a ſe aedificato incluſus, cum filio Icaro ope alarum cera iunctarum euolauit: crimen ipſius* Minotaurus, *vbi vid. de* ICARO *ipſo quoque ſ. l.* Cic. Brut. 71 c. 18 Nam et Odyſſea Latina eſt, ſic tanquam opus aliquod Daedali, *i. pro aetatis et antiquitatis ratione laudabile, caeterum longe a perfectione remotum.* Volucer Daedalus Valer. Argon. 1, 704. ¶ 2 Daedalus *alter, de quo* Plin. 34, 8 ſ. 19, 15 Daedalus et ipſe inter fictores laudatus, pueros duos diſtringentes ſe fecit.

DAEDĂLVS, a, um. Adi. [Δαίδαλος] Feſtus: Daedalam a varietate rerum, artificiorumque dictam eſſe apud Lucretium (1, 228) terram, apud Ennium Mineruam, apud Virgilium Circen, facile eſt intelligere, cum Graece δαιδάλλειν ſignificet variare. Clauſtra Daedala Sen. Hippol. 1171 *ſignificat Labyrinthum.* Natura Lucret. 5, 235. Signa, *id eſt artificioſa* Idem 5, 1450. Tecta, *id eſt Ingenioſa* Virg. Georg. 4, 179.

DAEDALĒVS, a, um. Adi. *Idem.* [Δαιδάλεος, Δαιδάλειος] Propert. 2, 11, 8 *penultima breui,* Daedaleum lino cum duce vexit iter, *i. per labyrinthum. Sed* Hor. Carm. 4, 2, 2 *penultima producta,* Ille ceratis ope Daedalea Nititur pennis. *Nempe eadem varietas apparet in ſcriptione Graeca.*

DAEMON, ŏnis. m. [Δαίμων] *Latine dicitur ſciens. Vid. Plato in Cratylo* p. 398. Lactant. 2, 14. *Chalcid. in Timaeum Platonis, et Lud. Viu. in* Auguſt. de Ciu. D. 9, 20. Cic. Timaeo 34 c. 11 Quos Graeci δαίμονας appellant, noſtri, opinor, Lares: ſi modo hoc recte conuerſum videri poteſt *etc. ſunt enim plura.* Apul. de Deo Socr. p. 49, 5 Quippe vt fine (*definitione*) comprehendam, Daemones ſunt genere animalia, ingenio rationabilia, animo paſſiua (παθητικὰ *affectuum capacia*) corpore aëria, tempore aeterna. *Sed etiam morbos quosdam iumenta infeſtantes ſic appellabant.* Veget. Mulom. 1, 20, 3 *et* 4, 12, 1 Suffimenta Daemones fugantia *commendat. Caeterum* Daemones *dicuntur a Chriſtianis ſpiritus in caelo a Deo creati, qui de caelo deiecti, partim in terrae infimo, partim in hoc aëre damnati ſunt. De varia ſignificatione huius vocis, vid. Dausqueium in Baſil. Seleucienſ.* p. 62 *etc. Nempe generaliter* Daemon *vocatur quiuis Deus vel Dea: ſed interdum Diis contradiſtinguitur; de quorum diſtinctione Plotinus Ennead. 8, 3. De Daemonibus plurima apud Voet. part. 1. diſp. Theol.* 906. etc. *De conſuetudine colendorum Daemonum Barth. ad Briton. Armor.* p. 661. ¶ 2 Daemon *aſtrologis dicitur vndecimus ab horoſcopo locus, alias* Agathodaemon Firmic. 2, 19.

DAEMONIĂCVS, a, um. Adi. *qui a daemone poſſidetur.* Firmicus 3, 6 Inſanos, Lunaticos, daemoniacos facient. *Vid.* Lactant. 4, 15 *et* 30. Tertull. de An. c. 46.

DAEMONICOLA, ae. m. *Cultor daemonum.* Auguſtin. de C. D. 18, 2 Daemonicola ciuitas. Idem Conf. 8, 2 Offendere ſuperbos Daemonicolas.

DAEMONĬCVS, a, um. Adi. [δαιμονικός] *Vt,* Daemonicae fraudes *apud* Lactantium 4, 30, 9. *in quibusdam libris. Vid. Bunem. et* Tertull. de Anima c. 36. 46. *et* 50.

DAEMONION, i. n. Hoc eſt illud, quod de Socrate accepimus, quodque ab ipſo in libris Socraticorum ſaepe dicitur, eſſe diuinum quiddam, quod Daemonion appellat, cui ſemper ipſe paruerit, nunquam impellenti, ſaepe reuocanti. *Haec* Cic. de Diuin. 1, 122 c. 54. *Conf.* Apul. Apol. p. 189. Tertull. Apol. c. 21. *et de* Anima c. 47. Daemonis auxilio, qui princeps daemoniorum Iuuenc. 2, 613.

D A H *et* D A L

DAHAE, *vid.* DAAE.

DAHIPPVS, i. m. *Statuarius nobilis, cuius opera enumerat* Plin. 34, 8.

DALIVVM, Supinum ait eſſe Aurelius, Aelius ſtultum. Oſcorum quoque lingua ſignificat inſanum. Santra vero dici putat ipſum, quem Graeci δείλαιον, id eſt, propter cuius fatuitatem quis miſereri debeat, Feſtus. Gloſſ. Daunum ἄφρονα. *Scal. emendat* Daliuum: *vt et* Dauus *leg.* Daliuus ἄφρων, ἄπειρος.

DALMATIA, ae. f. [Δαλματία] *Regio Illyrica ad mare Adriaticum ſpectans, contermina Liburniae verſus Occaſum, quam Delmatiam potius dicendam eſſe* Velius Longus *affirmat de* Orthograph. p. 102 *quod veteres etiam inſcriptiones et numi confirmant.* Numus Hadriani, MET. DELM. *i. Metallum Delmaticum.* Dalmatia plurimum auri profert Plin. 33, 4. *Vid.* Cic. Fam. 5, 10. Claud. in Ruff. 2, 38 Frondentis ad vsque Dalmatiae fines. Ouid. ex Ponto 2, 2, 78 Subdita montanae brachia Dalmatiae.

DALMĂTA, ae. m. *Qui ex Dalmatia eſt.* Cic. Fam. 5, 11 Dalmatis dii malefaciant, qui tibi moleſti ſunt. Dalmatae montes Stat. Silu. 4, 7, 14.

DALMATENSIS, e. Adi. Vopiſc. Claud. 17 Singiliones Dalmatenſes.

DALMATĬCVS, a, um. Adi. *Victoris Dalmatiae nomen* Cic. poſt red. ad Quir. 6. Bellum Sueton. Aug. c. 20. Fluctus Lucan. 2, 402. Frigus Cic. ad Fam. 5, 10. Metallum, *pro Auro* Stat. Silu. 1, 2, 153. Dalmatica, Veſtis, quae in Dalmatia primum confecta, et illinc Romam allata eſt Iſidor 19, 22.

DALMATICĀTVS, a, um. Adi. *Dalmatica veſte indutus.* Lamprid. in Commodo 8 Dalmaticatus in publicum proceſſit. *Vid. ibi Caſaub. et Conf.* Lampr. Heliog. 26.

D A M

DAMA, *apud Syros ſeruorum peculiare nomen, ſicut Lacedaemoniis dicebantur Helotae, apud Phryges Manes, et apud alios aliter. Vid. Alex. ab Alex. 3, 20. Turnebus Aduerſ. 6, 4 in illud* Horatii, Sat. 2, 5, 18 Viſne tegam ſpurco Damae latus? *etc.* Dama, *inquit, nomen ſeruile eſt, diminutionis forma a* Demetrio *deductum, et in Horatio libertini hominis, etſi pro viliſſimis et ſordidiſſimis ſemper habebantur quod ex his* Senecae *verbis probat;* Idem res dicebat omnium ſordidiſſimas acetum, et puleium, et Damam, et Phileroten, laternas et ſpongias. *Haec ille.*

DAMA, ae. [δορκάς] *Genus caprae ſylueſtris, tam m. quam f.* Virg. Ecl. 8, 28 Cum canibus timidi venient ad pocula damae. *Add.* Georg. 3, 539. *Conf.* Quinctil. 9, 3, 6. *et* Hor. Carm. 1, 2, 12 Et ſuperiecto pauidae natarunt Aequore damae. Veloces damae Sen. Hippol. 61. Agitare damas Ouid. Met. 10, 539. Figere damas Virg. Georg. 1, 308. Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum, Imbelles damae quid niſi praeda ſumus Martial. 13, 94.

DAMVLA, ae. f. Apul. Met. 8.

DĂMĂLIO, onis. Lamprid. in Alexand. 22 Iuſſit ne quis ſuminatam occideret, ne quis lactantem, ne quis damalionem. *Ad quem locum Salmaſius;* Damalio *vox Graeca, quam Latini ſuam ſuo more fecerunt. Nempe* δάμαλις *iuuenca eſt.*

DĂMĂLIS. *Femina bibax* Hor. Od. 1, 36, 13 *Sic etiam noſtri inſtar vaccae bibere aiunt.*

DĂMASCVS, i. f. [Δαμασκός] *Syriae vrbs.* Plin. 5, 18 *a qua* DAMASCENE *regio dicta apud* Melam. 1, 11, 3. Ventoſa Damaſcus Lucan. 3, 215.

DAMASCĒNVS, a, um. Adi. [Δαμασκηνός] Plin. 15, 13 ſ. 12 In peregrinis arboribus dicta ſunt Damaſcena, a Syriae Damaſco cognominata *ſc. pruna.* Pallad. Nou. 7, 16 Prunae Siccantur in Sole per crates loco ſicciore diſpoſita. Haec ſunt quae Damaſcena dicuntur.

DAMA-

DAMASICHTHON, onis. m. Niobes filius, cum ſex fratribus ab Apolline caeſus. Vid. Ouid. Met. 6, 254. et in Ibin 581.

DAMASIPPVS, i. m. Liciniorum cognomen Damaſippus, Hiſtrio, cuius meminit Iuuenal. Sat. 8, 185. Damaſippus, ſignorum et vaſorum antiquorum Mercator, apud Hor. Sat. 2, 3, 16 et 64. vbi Lambinus eundem eſſe ſuſpicatur, de quo agit Cic. Fam. 7, 23.

DAMASSONIVM, i. n. [δαμασσώνιον] Herba eſt, plantaginis folia habens, anguſtiora tamen, et in terram reflexa. Aliſma etiam appellatur. Plin. 25, 10. it. 26, 5. Apul. de Herb. c. 29. et Galen. 6 Simpl.

DAMEA, ae. f. Ciuitas inter Ciliciam et Cappadociam, Apamea poſtea dicta, quam ſic vocatam initio ferunt, quod ferociſſimas gentes domuiſſet. Auctor Plin. 5, 30.

DAMEAS. Nobilis ſtatuarius, cuius meminit Plin. 34, 8.

DAMIA, Bona Dea. vid. mox DAMIVM.

DAMIATRIX. Sacerdos Bonae Deae. Vid. DAMIVM.

DAMIVM, i. n. Sacrificium quod fiebat in operto in honorem Bonae Deae, dictum a contrarietate, quod minime eſſet δημόσιον, id eſt publicum. Dea quoque ipſa Damia et ſacerdos eius Damias (Scal. reſtituit Damiatrix) appellabatur. Haec Paullus apud Feſtum. Sed vera nominis ratio eſt, quia fiebat pro δήμῳ, δάμῳ ſiue populo. Vnde de hoc ſacrificio Iuuen. Sat. 9, 117 Pro populo faciens, quantum Laufella bibebat. Vid. Supra Bona Dea in BONVS. et add. Paull. Merula de Sacrificiis 1, 5.

DAMIVRGI, orum. m. [δημιοῦργοι] Apud Dorienſes vocantur, qui publica negotia resque ciuitatis adminiſtrant, qui ſimiles ſunt iis, qui ab Athenienſibus Demarchi vocantur, id eſt tribuni. Liuius 38, 30 Et ſub aduentum conſulis Damiurgis ciuitatum, qui ſummus eſt magiſtratus, etc. De Peloponneſiis loquitur, quo factum eſt, vt Damiurgos Dorice dixerit, pro quo alii Demiurgos: ἐπιδημιούργους appellat Thucydides 1. Turnebus Aduerſ. 14, 11.

DAMMANITANI, orum. m. Hiſpaniae citerioris populi, in conuentu Caeſarauguſtano, inter ſtipendiarios a Plinio numerati 3, 3 Harduin. legit ſimplici M Al. cod. habent Daminitani.

DAMNANEVS, i. m. Vnus ex Idaeis Dactylis, v. v.

DAMNVM, i. n. [ζημία, βλάβη] Detrimentum, Iactura. Iuriſconſ. in l. 5 D. de damn. infect. Damnum et damnatio a demtione et quaſi diminutione patrimonii dicta ſunt. Varro L. L. 4, 36 p. 41, 24 Damnum a demtione, cum minus re factum, quam quanti conſtat. Damnum eſt niſi eo ad mercatum venio Ter. Adelph. 2, 2, 23. Cato de R. R. 3, 3 Si cito ſuſtuleris, et vaſa parata erunt, nihil damni erit ex tempeſtate. Damna et detrimenta Cic. de Legib. 1, 61. Iactura atque damnum Idem de Lege Agr. 1, 21. Damni iniuria Id. pro Roſc. Com. 32. Acerba damna Claud. Gigantomach. 20. Ditia damna Rutil. Itin. 1, 123. de cladibus Populi Rom. in proſpera vertentibus. Fatalia damna Ouid. Triſt. 1, 7, 47. Fatalia damna Iuriſconſulti vocant, quae accidunt etiam quantumuis cautis et prudentibus, quaeque nullo modo praecaueri poſſunt. Itaque ad ea praeſtanda nemo obligatur. l. duobus §. Damna D. pro ſocio. Flebile Claud. in Ruff. 2, 5, 46. Gemina Idem in Conſ. Stilich. 384. Grauius Ouid. Met. 7, 552. Leue Idem Met. 14, 197. Reparabile Id. Amor. 1, 14, 55. Speciosum damnum, quod ſpeciem quandam exhibeat nobis non contemnendae vtilitatis, quum tamen re ipſa noxium ſit maxime, Ouid. Met. 11, 133. vbi Midae fabulam enarrat. Tenue Claud. de Bell. Get. 5. Turpia Idem de B. Gild. 189. Accedere damnis Ouid. de Nuce 47. Hoc paullum lucri quantum ei damni apportat Ter. Heaut. 4, 4, 25. Augere damno Idem Heaut. 3, 4, 15. (4, 1, 15.) Capere damnum, Certare damnis, Vid. hh. vv. Coërcere damno aliquem Cic. Off. 3, 23 c. 5. de multa. Cogere damno aliquem Idem Philipp. 1, 12 c. 5. de pignore capto. Et de Finib. 5, 91 Nec mercatura quaeſtuoſa, ſi in maximis lucris parum aliquid damni Contraxerit. Dare damnum aut malum Ter. Andr. 1, 1, 116. Decidere damnum, pro Soluere, praeſtare, ſarcire damnum l. Si ſeruus communis. §. quod vero D. de furt. Detrectare Liu. 4, 51. Diſſoluta, et compenſata damna, vid. COMPENSO. Cic. de Clar. Orat. 135 c. 33 Damnum enim, illius immaturo interitu, res Romanae Latinaeque literae Fecerunt. Eſt vbi profecto damnum praeſtet facere quam lucrum Plaut. Capt. 2, 2, 77. Cic. ad Fam. 10, 28 Magnum damnum Factum eſt in Seruio. Idem ad Fam. 7, 33 Quod declamationibus noſtris cares, damni nihil Facis. Ferre damnum cum pudore Ouid. Amor. 3, 6, 34. Gubernare damna belli Sil. 10, 271. Liu. 4, 51 Conſuli damnum aliamue coërcitionem detrectantibus militiam Inhibenti, i. intendenti, minanti. Leuare damna Ouid. Faſt. 1, 367. Penſare Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 126. Pati Sen. de Ira 1, 2. Lucan. 8, 750. Plangere Stat. Theb. 11, 114. Praebere materiam damno Ouid. Met. 2, 213. Rependere damna Idem Epiſt. 15, 32. Cic. ad Fam. 1, 9 In meis damnis ex auctoritate Senatus Reſarciendis. Damno eſſe Plin. 14 prooem. Credulitas puellis damno eſſe ſolet Ouid. Epiſt. 17, 39. Damnum infectum, eſt Damnum nondum factum, quod futurum veremur Caius l. 2 De dam. infect. vid. INFECTVS. Cic. in Topic. 22 c. 4 Si quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiſerit, etc. vbi Boëthius, Damni infecti promiſſio eſt, quoties quis promittit, ſi quod damnum eius opera contigerit, ſua reſtitutione eſſe penſandum. Damni infecti cauere alicui Paullus in l. Praetoris D. de damn. inf. Eſt igitur Damnum infectum, quod nondum factum eſt, ſed metuitur.

DAMNŌSVS, a, um. Adi. [ζημιώδης, ἐπιζήμιος, βλαβερὸς] Quod infert damnum. Alea damnoſa Martial. 14, 18. Artes Ouid. Met. 2, 215. Curae Idem de Rem. Amor. 69. Plaut. Bacch. 1, 2, 9 Dii damnoſiſſimi ſunt Amor, voluptas, Venus, Venuſtas, Gaudium, Iocus, Ludus, Sermo, ſuauis Suauiatio. Dies Hor. Carm. 3, 6, 45. Dolus Nerat. in l. Si procurator D. de dol. mal. except. Gaudia Claud. Paneg. 3, 334. Hereditas Iulianus in l. Si hereditatem D. Mandat. Libido Hor. Epiſt. 2, 1, 107. Mora minime damnoſa Ouid. Met. 11, 376. Mulier famae reique damnoſa Liu. 39, 9. Nihil tam damnoſum eſt bonis moribus Sen. Ep. 7. i. noxium. Senectus Ouid. Triſt. 3, 7, 35. Superbia Idem de Arte Am. 3, 509. Venus Hor. Epiſt. 1, 18, 21. Virtus Ouid. Met. 10, 707. i. Fortitudo. Voluptas Veneris Idem ex Ponto 1, 9, 33. Compar. Diſcordia tribunorum damnoſior reip. quam Liu. 4, 47. Ouid. Amor. 3, 6, 99 Damnoſus pecori curris, damnoſior agris. de amni. Nihil eſt damnoſius deſerto agro Plin. 8, 5. Damnoſiſſima res Liu. 6, 11. Add. Plaut. Stich. 1, 2, 9. Profuſus et nequam Suet. in Neron. c. 13 Non in alia re damnoſior, quam in aedificando. Gerro, iners, fraus, heluo, ganeo, damnoſus Ter. Heaut. 5, 4, 10. Ibo intro, argentum accipiam a damnoſo ſene Plaut. Epid. 2, 3 extr.

DAMNŌSE. Adu. [βλαβερῶς] Damnoſe bibere Hor. Serm. 2, 8, 34. i. cum damno eius qui praebet.

DAMNIFĬCVS, a, um. Adi. [ζημιῶν] Qui facit damnum, i. infert. Plaut. Ciſt. 4, 2, 62 Imitatur nequam beſtiam et damnificam.

DAMNIGERŬLVS, a, um. Adi. [βλαβηφόρος] Qui adfert damnum. Plaut. Truc. 2, 7, 1 Ite hac ſimul mulieri, damnigeruli, foras gerrones.

DAMNO, āre. [καταγινώσκω, καταδικάζω, ἀποδοκιμάζω, κατακρίνω] Damnare eſt damno afficere Non. 4, 111. Nempe ſemper illi, contra quem pronunciatur, aliquid demitur, quae damni etiam notio eſt, vt vidimus. Caeterum in plerisque formis omiſſa illa demendi notione, et damni, iudicium, et ſententiam, contra aliquem pronuntiatam ſiue priuatam, ſiue publicam, notat, vt damnare ſignificet contra aliquem iudicare. Quinctil. 3, 6 Et M. Tullius non dubitauit aliquos ſuos libros iam editos aliis poſtea ſcriptis iure damnare. Aciem damnare, vid. ACIES. Damnare reos et Abſoluere, opponuntur Ouid. Met. 15, 41. In vno facto damnandus Idem Met. 7, 402. Moras damnare Id. Met. 13, 577. Patrios damnare penates Sil. 6, 448. Damnatur in totum haec herba Plin. 12, 12 ſ. 26. Genitiuo aliquando iungitur, aliquando Ablatiuo. Quando Genitiuo, intelligitur fere Ablatiuus Crimine, ſcelere, aut ſimilis. Addit Ouid. Faſt. 5, 624 Sceleris crimine damnat auos. Ambitus damnari Cic. de Clar. Orat. 180 c. 48. Capitis Nep. 18, 5, 1. Furti et pro ſocio damnatum eſſe Cic. pro Flacc. 43. Infelicitatis tempora damnare Quinctil. 10, 2. Iniuriarum Cic. Verr. 3, 107. Maieſtatis Idem Philipp. 1, 23. Peculatus damnatum eſſe Id. Verr. Act. 1, 39. Poenae capitalis Liu. 42, 43. Praeuaricationis aliquem damnare Plin. Epiſt. 9, 3. Proditionis Nep. 3, 8, 3. Rei capitalis damnari Cic. de Senect. 42 c. 12. Ouid. Rem. Amor. 3 Parce tuum vatem ſceleris damnare Cupido. Abſoluere hominem mentis crimine commotae, et ſceleris eundem damnare Cic. ad Att. 7, 12. Sordium Plin. Epiſt. 2, 12, 4. Stultitiae damnare aliquem Cic. in Partit. 134. Tarditatis damnari Quintil. 2, 6. Veneficii damnatus Tacit. Ann. 12, 66. ¶ 2 Iungitur etiam Genitiuo ſignificanti Poenam: Cic. Verr. 3, 28 Expecto vim edicti, ſeueritatem Praetoris: faueo aratori, cupio octupli damnari Apronium. Et cum Praepoſitione Cic. ad Brut. 12 Atque ille ſi armis poſitis de vi damnatus eſſet, etc. De vi publica Tac. Ann. 4, 13, 3. Damnare de ſuſpicionibus, i. ex ſuſpicionibus, per ſuſpiciones Vlpian. in l. abſentem D. de poenis. De pecuniis repetundis damnari Cic. pro Cluent. 116 c. 41. De maieſtate damnatum eſſe Idem Verr. Act. 1, 23. Plaut. Rud. 5, 1, 2 Quem modo damnauit ad recuperatores Pleuſidippus? i. apud, cum iudices eſſent. Ouid. Met. 11, 118 Caetera ſunt hominis: Partem damnatur in vnam, Induiturque aures lente gradientis aſelli. De Mida. Capite aliquem damnare Cic. Tuſc. 1, 50 c. 22. et ad Heren. 4, 33. Cic. Verr. 2, 100 Daretque operam, vt is eo Crimine damnaretur, ne ipſe eſſet in Crimine. Nomine ſceleris coniurationisque damnari Idem Verr. 3, 11 c. 5. Iudicio damnari Id. Philipp. 1, 21. Senatus decreto non mea facta damnaſti Ouid. Triſt. 2, 131. Turpi iudicio damnari Cic. pro Sex. Roſc. 7. Ipſa hominum opinione tacita damnatum eſſe Idem pro Cluent. 7. Primis ſententiis damnatum eſſe Id. de Orat. 1, 231. Per arbitrium damnari Cic. pro Sex. Roſc. 114. Plin. 11, 2 Quapropter quaeſo, ne haec legentes, quoniam ex his ſpernunt multa, etiam relata faſtidio damnent, quum in, etc. Damnare odio Sen. de Benef. 3, 6. Additur interdum Datiuus ſignificans Perſonam, quae in cauſa vincit. Sen. de Benef. 6 Sic debitori creditor ſaepe damnatur, vbi ex alia cauſa plus abſtulit, quam ex credito petit. Damnari indicta cauſa dicuntur, qui cauſam non dixerunt, neque defenderunt, qui non auditi ſunt. Cic de Legib. 1, 42 Vt Dictator qui eſſet, quem vellet ciuium indicta cauſa, impune poſſet occidere. Damnari inauditum, vid. INAVDIO. ¶ 3 A ſollemni illa ſignificatione aliquantum recedunt iſta: Virg. Ecl. 5, 80 Vt Baccho, Cererique, tibi ſic vota quotannis Agricolae facient, damnabis tu quoque votis. Vbi Seruius. Quum tu deus praeſtare aliqua hominibus coeperis, obnoxios tibi eos facies ad vota ſoluenda: quae antequam ſoluantur, obligatos, et quaſi damnatos homines retinent. Virg. Aen. 12, 726 Quem damnet labor, et quo vergat pondere letum. Seruius, Quem voto liberet labor praeliandi, parta ſcilicet victoria. Abrupte. Melius, puto, ſic, quem labor pugnae damnet voti ſui, vt illud ſoluere cogatur a ſua conſcientia, etc. Conf. Periz. ad Sanct. p. 411 et 414. Voſſ. de Conſtr. c. 26. Briſſ. de Form. l. 1. Conf. Damnatus voti. Virg. Aen. 4, 699 Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem Abſtulerat: Stygioque caput damnaverat Orco, i. addixerat, et tradiderat. Damnare, pro reum peragere, ſiue condemnari facere. Quinctil. Decl. 331 p. 675 it. in argum. Decl. 299, 300 et 313. Sic Flaua quercum damnauit ariſta Val. Flacc. 1, 70. i. fruges glandium vſum aboleuerunt. Conf. Sil. 8, 495. Stat. Silu. 3, 2, 126. Tacit. Ann. 3, 36 Abolitas leges, et funditus verſas, vbi in foro, in lumine curiae, ab Annia Rufilla, quam fraudis ſub iudice damnauiſſet, probra ſibi, et minae intendantur. Tributis damnantur vel condemnantur coniiciunt quidam legendum apud Tacit. Germ. 29. pro Contemnuntur: vbi, Rhenano auctore, Damnare, pro Multare accipitur: in qua quidem ſignificatione Liuius etiam vſurpare conſueuit, vt 35, 10. Multos pecuarios damnarunt. Sed merito vulgatum defendit Gronouius. Damnat honores tantos eſſe epulis Sil. 11, 285. i. improbat. Patrios damnare penates Abſiſte Idem 6, 448. i. contemnere patriam. Damnauit veſci Id. 5, 60. i. noluit, recuſauit. Sic id. 3, 331 Damnatum viuere paci, contemta res in pace viuere. Damnare, per Obligare interpretantur, laudantque l. ſi filius D. de diuort. Damnandum eum, quanti mulier litem iurauerit. Item de leg. 1 l. cum filio, Heredem mihi dare damnauerit. Hinc Damnatus, pro Obligatus poni dicitur. Nempe qui damnatus eſt ad agendum patiendumue aliquid ab arbitris vel iudicibus, idem obligatus eſt.

DAMNĀTVS, a, um. Part. [κατεγνωσμένος] Damnatus morti Lucret. 6, 1230. Dicitur hoc de omnibus, quacunque tandem ratione morti deſtinatis: vid. Burm. ad Petron. c. 111 p. 517. Caput damnatum Lucan. 2, 307. Crimine mortis damnatus Virg. Aen. 6, 430. Cauſa prope conuicta et damnata Cic. pro Cluent. 7. Damnatum viuere paci Sil. 3, 331. Damnatus calumniae publici iudicii l. 1 §. ſi quis tamen D. de poſtul. Damnatus longi laboris Siſyphus Hor. Carm. 2, 14, 19. Damnatus crimine l. 1 §. 1 D. de poſtul. Voti damnatus Nep. 20, 5, 3. et Liu. 7, 28. Cum Ablatiuo poenae. Cic. Tuſc. 1, 50 Sed plurimi contra nituntur, animosque quaſi capite damnatos, morte mulctant, i. morti deſtinatos. Compar. Idem in Piſon. 97 c. 30 Quis te miſerior, quis te damnatior, qui neque ſcribere ad Senatum, a te bene Remp. eſſe geſtam, neque praeſens dicere auſus es?

DAMNATVRVS, a, um. Partic. [καταδικασόμενος] Ouid. Met. 7, 834 Damnatura ſui non eſt delicta mariti.

DAMNATIO, ōnis. f. [κατάγνωσις, κατάκριμα] Plin. 28, 6 Metuens damnationem. Damnatione ignominiaque digni Cic. Att. 7, 3. Reorum acerbiſſimae damnationes, *cui opponitur*, Libidinoſiſſimae liberationes Idem in Piſon. 87 c. 36. *Et* Verr. 2, 100 Quum rem ita expoſuiſſem, quemadmodum nunc apud vos: docuiſſemque hanc damnationem duci non oportere, *etc.* Plin. 20, 11 ſ. 45 Apiaſtrum Hyginus quidem meliſſophyllon — appellat, ſed in confeſſa damnatione eſt venenatum in Sardinia. Eximere reum damnatione Paull. in l. exceptio D. de exception.

DAMNAS, [κατεγνωσμένος] *pro Damnatus apud Iuriſconſultos.* Marcellus in l. damnas D. de vſu et vſufruct. per leg. dat. Quisquis mihi heres erit, dare damnas eſto. Vlpian. l. 4 §. vlt. *Vid. etiam* Quinctil. 7, 9, 9.

DAMNATOR, ōris. m. *qui damnat.* Tertull. ad Nat. 1, 3. *it.* adu. Marc. 5, 7. Sedul. Carm. Epanalept. v. 9.

DAMNATORIVS, a, um. Adi. [καταγνωςικὸς] Cic. Verr. 3, 55 c. 22 Verres in Xenonem iudicium dabat illud ſuum damnatorium de iugerum profeſſione, *iudicium, quo damnabantur homines.* Damnatoria tabella Sueton. Auguſto c. 33. *Vid.* TABELLA.

DAMNĀTVS, ûs. m. *Idem quod Damnatio.* Plin. 7, 44 Alieno beneficio poſtea vixit, bonis inde etiam conſecratis a damnatu ſuo.

DAMNATICIVS, a, um. Adi. Gloſſ. Gr. Lat. κατάκριτον Damnaticium. *et* Tertull. de Praeſcript. c. 34.

DAMNABĬLIS, e. Adi. *Damnatione et poena adeo dignus.* Treb. Pollio XXX Tyran. 17 Maeonio, Damnabili inuidia ductus. Saluian. 6 p. 215 Res turpes atque damnabiles. Sidon. Epiſt. 6, 1 Ad mea ipſe verba damnabilis, cum imperem, quae non impleo, αὐτοκατάκριτος. *Conf.* l. 2 C. de malef. et mathemat. *Compar.* Saluian. 4 p. 133 Facinus damnabilius. *Et* Fulgent. ad Theod. de Conuerſ. Damnabilior eſt, qui ſpiritualibus bonis ſuperbus.

DAMNABILITER. Auguſtin. Epiſt. 23 *et* Fulgent. ad Donat.

DAMNIFICO, āre. *Damno afficere.* Vt paterfam. cui impenſa perit et opera, damnificetur Sariſb. 88.

DAMNIFICVS, a, um. Adi. *Damnoſus, v. g.* Damnifica beſtia Plaut. Ciſt. 4, 2, 62. Damnificum, exſpectare feras maturitates Pallad. 3, 9.

DAMNIGERVLVS, a, um. Adi. *Qui damnum adfert.* Plaut. Truc. 2, 7, 1. *Sed melius diuiditur.*

DAMŎCLES, is. m. [Δαμοκλῆς] *Nomen aſſentatoris Dionyſii, quem, quomodo docuerit Dionyſius, quam felix ipſe eſſet, narrat* Cic. Tuſc. quaeſt. 5, 21. *Al.* Democles.

DAMOETAS, ae. m. [Δαμοίτας] *Nomen paſtoris*, Virg. Ecl. 3, 1 Dic mihi Damoeta, *etc.*

DAMON *et* Phintias Pythagorei, hoc animo inter ſe *fuerunt*, vt quum eorum alteri Dionyſius tyrannus diem necis deſtinauiſſet; et is qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies, commendandorum ſuorum cauſa poſtulauiſſet: vas factus eſt alter eius ſiſtendi: vt, ſi ille non rediret, moriendum eſſet ipſi. Qui quum ad diem ſe recepiſſet, admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit, vt ſe ad amicitiam tertium adſcriberent. *Haec* Cic. Offic. 3, 45 c. 10. *Meminit et* Val. Max. 4 7 Ext. 1. Lat. Pacat. Paneg. Theod. 17 *et* Lactantius 5, 18. ¶ 2 *Damon Athenienſis muſicus, cuius meminit* Nepos 15, 2, 1.

DAMOPHĪLVS, i. m. *Plaſtes et pictor.* Plin. 35, 12 Plaſtae laudatiſſimi fuere Damophilus et Gorgaſus, iidemque pictores: qui Cereris aedem Romae ad circum maximum vtroque genere artis ſuae excoluerunt, verſibus inſcriptis Graece, quibus ſignificarent a dextra opera Damophili eſſe, a parte laeua Gorgaſi.

D A N

DANAE, es. f. *Herba* Victoriala Apul. de Herb. 58. Plin. 15, 30 ſ. 39 Eſt et chamaedaphne ſilueſtris frutex. Eſt et Alexandrina, quam aliqui Idaeam, alii hypoglottion, alii Danaën, alii carpophyllon, alii hypelaten vocant. *Ita legit Harduinus*, *al.* Daphitin.

DĂNĂE, es. f. [Δανάη] *Acriſii regis Argiuorum filia, quam dicunt ab Ioue in auri pluuiam conuerſo compreſſam.* Ouid. Met. 4, 610 Neque enim Iouis eſſe putabat Perſea, quem pluuio Danaë conceperat auro. Hanc, poſtquam a Ioue eſt vitiata, pater in arcam incluſam praecipitauit in mare, quae delata ad Italiam, inuenta eſt a piſcatore cum Perſeo, quem illic enixa fuerat, et oblata regi, qui eam ſibi fecit vxorem: cum qua etiam Ardeam condidit: a quibus Turnum vult Virgilius originem ducere. *Hactenus* Seruius *in illud* Aen. 7, 371 Et Turno, ſi prima domus repetatur origo, Inachus Acriſiusque, patres mediaeque Mycenae. *De Danaë. Vid.* Horat. Carm. 3, 16, 1.

DANAËĬVS, *quinque ſyllabis*, Adi. [δαναήιος] *Vt*, Heros Danaëïus, *id eſt, Perſeus, Iouis et Danaës filius* Ouid. Met. 5, 1.

DANAVS, i. m. [Δαναὸς] *Beli filius, Aegypti frater, cuius quinquaginta filiae maritos ſuos interfecerunt. Vid.* AEGYPTVS. Is Danaus puteos dicitur inueniſſe Plin. 7, 56.

DĂNĂI, *ab eodem* Danao *Graeci dicuntur apud Poëtas.* Virg. Aen. 2, 49 Timeo Danaos et dona ferentes.

DĂNĂĬDAE, arum. *et* DANAIDES, um. *Quinquaginta filiae Danai*, Sen. Troad. 605. Idem Herc. 756. *De fabula Danaidum, vid. Lambin. ad* Horat. Carm. 3, 11, 23. *quem non videtur legiſſe, certe non attendiſſe Brouckh. ad* Tib. 1, 3, 79. *Vid. eund. ad* Prop. 3, 7, 67.

DANICVS, a, um. Adi. *Vt*, Regnum Danicum, *etc.*

DĂNĬEL, ēlis. *et* Daniēlus, *i. Propheta V. T. v.* Iſidor. 6, 1. *et* 2 *et* 7, 8. Tertul. Carm. adu. Marc. 3, 6 Cum magnus Daniel. Prudent. Cathem. 4, 70 His ſumptis Danielus excitauit.

DANISTA, ae. m. [δανειςὴς] *Fenerator, Quidam* Daniſtas *a dando dictos voluere, quod dent ſenori; Rectius autem deriuant alii a Graeco, hoc eſt* ἀπὸ τȣ̃ δανείζειν, *quod eſt mutuare.* Plaut. Epid. 1, 1, 51

Adeo argentum ab daniſta apud Thebas ſumſiſti fenore;
In dies, minasque argenti ſingulas nummis. E. papae.
T. Et is daniſta aduenit vna cum eo, qui argentum petit.

DANISTICVS, a, um. Adi. *feneratorius.* Plaut. Moſt. 3, 1, 128 Genus hominum daniſticum.

DANO, ĕre. antiq. *dare, diſtribuere.* Plautus *hoc verbo ſaepe vtitur, e. g.* Moſt. 1, 2, 48 Adminiculum eis danunt. *Conf.* Feſt. *et* Non. 2, 210.

DANOSVS, a, um. Adi. *Pro liberali legit Pareus in* Plauti Epid. 2, 3, 14. *et* Truc. 1, 1, 44 *et* 64. *Sed Taubmannus ridet et* damnoſus *vtrobique retinet.*

DĀNŬBIVS, i. m. [Δανȣ́βιος] Plin. 4, 12 Ortus in iugis Abnobae montis Germaniae, ex aduerſo Raurici Galliae oppidis multis vltra Alpes millibus, ac per innumeras lapſus gentes Danubii nomine, immenſo aquarum auctu, et vnde primum Illyricum alluit, Iſter appellatus, ſexaginta amnibus receptis, medio ferme numero eorum nauigabili, in pontum vaſtis ſex fluminibus euoluitur. *Hactenus* Plinius. Ammianus 22, . . Amnis Danubius oriens prope Rauracos montes, limitibus Rheticis per latiorem orbem portenſus, ac ſexaginta nauigabiles paene recipiens fluuios, ſeptem oſtiis per hoc Scythicum latus erumpit in mare, *etc.* *Hunc ſecundum poſt Nilum facit* Auſonius Epigr. 4 Illyricis regnator aquis, tibi Nile ſecundus, Danubius laetum profero fonte caput. Ouid. ex Ponto 4, 10, 58 Cedere Danubius ſe tibi, Nile, neget. Ferox Danubius Claud. in Ruff. 2, 27. Profundus Horat. Carm. 4, 15, 21. Rapax Ouid. ad Liuiam 387. Rapidus Claud. Paneg. 8, 235. Rigens Idem Paneg. 1, 126.

D A P

DAPALIS, *vid.* DAES.

DAPHNE, es. f. [Δάφνη] *Penei fluminis filia, Phoebo adamata, atque in laurum conuerſa. De qua* Ouid. Met. 1, 490. *et Aphthonius ſophiſta. Graece nimir.* δάφνη *Laurus eſt. Conf. Dioſc.* 1, 91. *Et ſic* Daphne Alexandrina, *ibid.* 4, 142. Apul. de Herb. c. 58. Peneïa Daphne Ouid. Met. 1, 452. ¶ 2 Daphne, *vel* Daphnes *(quidam etiam ſcribunt* Daphnis, ïdis) *nobile Antiochiae ſuburbium, quae inde* Epidaphnes [ἐπὶ δάφνης] *cognominatur. Luco praeſertim conſtabat voluptatibus infami, vt Baiae illae Campanae.* Capitolin. in Antonino philoſ. 8 Verus in deliciis apud Antiochiam et Daphnen vixit. *Vid. Caſaub. ad h. l.* Treb. Poll. trig. tyr. 17 Alii aſſerunt, priuatum eum in agro ſuo, quem apud Daphnem ſibi compararat. *Al.* Daphnidem. *Sic* Volc. Gall. Auidio Caſſ. 5 Auidio Caſſio legiones Syriacas dedi diffluentes luxuria, et Daphnidis moribus agentes. *Sic MSS. Sed editur* Daphnicis. *Salmaſ. ſuſpicatur* Daphnitis, *vt ſint mores* Daphnitae. Δαφνίτης *gentile nomen a Daphne.*

DAPHNIS, ïdis *modo vidimus in* DAPHNE n. 2.

DAPHNAEVS Apollo, *ab hac* Daphne *cognominatus, quaſi tu* Laureum *latine dicas, vel potius* Laureti incolam. *Huius* Daphnaei Apollinis *templum Antiochus Epiphanes dictus ſtruxit, vt* Marcellinus 22, 13 *tradit, arſitque Iuliani Caeſaris temporibus. Vid. Valeſ. ad l. c.*

DAPHNENSES, *incolae* Daphnes, Eutrop. 6, 14. Lucus Daphnenſis S. Rufus Breu. 16.

DAPHNICVS, a, um. Adi. Daphnici mores *luxurioſi* Volc. Gallic. Auid. Caſſ. 5. *Al.* Daphnidis.

DAPHNIA, ae. f. *Gemma.* Plin. 17, 10 ſ. 57 Daphniam Zoroaſtres morbis comitialibus demonſtrat.

DAPHNIDIS, *inſula apud Troglodytas commemoratur a* Plinio 6, 29. *Ptolemaeo* Δαφνίνη.

DAPHNIS, is. *et* ïdis. m. *A Poëtis puer formoſiſſimus, et Mercurii filius deſcribitur. Paſtor autem fuit, qui carmen Bucolicum inuenit, in Sicilia boum armenta multa poſſedit: poſtremo captus luminibus, quod ebrius cum aliena femina congreſſus eſſet, vt praedictum ei fuerat a nympha. Auctor Suidas et Aelian. in Var. H.* 10, 18. *Vid. et* Seru. *ad* Virg. Ecl. 2, 5 *et* 8. ¶ 2 Grammaticae artis ſeruus, DCC ſeſtertiis emtus eſt. Cn. Piſaurienſi vendente, et M. Scauro principe ciuitatis licente, quod pretium hominis in ſeruitio geniti maximum fuiſſe ad ſuam aetatem *refert* Plin. 7, 32. ¶ 3 *Mentio quoque fit* Caſiae Daphnidis Scribon. 152. *vbi tamen Rhod. legi vult* caſiae daphnitidis.

DAPHNITIS, idis. f. Alexandrina *laurus* quam aliqui Idaeam, alii hypoglottion, alii Daphnitin, alii carpophyllon, alii hypelaten vocant. Ramos ſpargit a radice dodrantes, topiarii ac coronarii operis, folio acutiore quam myrti, molliore et candidiore, maiore ſemine inter folia rubro. Plurima in Ida, et circa Heracleam Ponti, nec niſi montoſis in locis. *Haec* Plin. 15, 30 ſ. 39. *Sed Hard. legit* Danaën. Daphnites *vocatur* Apul. de Herb. 27. Daphnitis, Daphne, Danaë, Chamaedaphne *eid.* c. 58.

DAPHNOIDES, is. f. [δαφνοειδὴς] *Lauri ſpeciem habens. Herba.* Plin. 24, 15 ſ. 90 Eſt et alia clematis Aegyptia cognomine, quae ab aliis daphnoides, ab aliis polygonoides vocatur, folio lauri, longa, tenuisque: aduerſus ſerpentes, ac priuatim aſpides ex aceto pota efficax. Aegyptus hanc maxime gignit. ¶ 2 Daphnoides *etiam* Caſiae ſpecies eſt, Iſoſcinnamos cognominata, cuius pretium faciunt mangones X. CCC. Adulteratur ſtyrace, *vt inquit* Plinius, et propter ſimilitudinem corticum lauri tenuiſſimis ſurculis. *Vid.* Plin. 12, 20 ſ. 53. *et* Apul. de Herb. 58. *it. Dioſc.* 4, 14.

DAPHNON, ōnis. n. [δαφνὼν] *Laurentum.* Flexit ſe in eum daphnona Petron. c. 126. Mart. 10, 79 Diſpoſuit daphnona ſuo Torquatus in agro. Caſtaneas centum ſeuit Otacilius. Idem 12, 50.

DAPHNVS, vntis. [Δαφνȣ̃ς] Oppidum Locrorum in litore Phocidis, *de quo* Plin. 4, 7.

DAPS, pis. f. [δαὶς, δαίτη] Apud antiquos dicebatur res diuina quae fiebat aut hiberna ſemente, aut verna. quod vocabulum ex Graeco deducitur, apud quos id genus epularum δαὶς dicitur. *Haec* Feſtus. *Huc pertinet* Cato R. R. 50, 2 Vbi daps profanata comeſtaque erit, verno arare incipito. *Et* 131 Dapem pro bubus piro florente facito. Poſtea verno arare incipito. *Et* 132 Dapem hoc modo fieri oportet. — Iupiter dapatis — macte hac illace dape pollucenda eſto. — Daps Ioui aſſaria pecuina — Poſtea dape facta ſerite milium, *etc.* Liu. 1, 7 Tum ſacrum factum, adhibitis ad miniſterium dapemque Potitiis ac Pinariis. Hor. Carm. 4, 4, 12 Egit amor dapis atque pugnae: *de aquila.* Virg. Aen. 3, 227 Diripiuntque dapes, contactuque omnia foedant. Dapes, *inquit* Nonius 6, 72 Non tantum opiparos apparatus aut religioſos, ſicut plerumque, ſignificare, ſed et vitabiles, et infandos cibos, auctore Virgilio, poſſumus dicere. Aen. 3, 630 Nam ſimul expletus dapibus, vinoque ſepultus. *Et* Bucol. 6, 79 Quas illi Philomela dapes, quae dona pararit. Virg. Aen. 7, 125 Cum te fames Acciſis dapibus coget conſumere menſas. Benignae dapes, *Id eſt multae et liberaliter miniſtratae* Hor. Epod. 18, 14 Egens benignae Tantalus ſemper dapis. Expletus dapibus Virg. Aen. 3, 630. Exſtructae dapibus menſae Ouid. Met. 11, 120. Ferae Seneca Thyeſte 150. Feſtae, *Id eſt lautiores* Horat. Epod. 9, 1. Humanae Plin. 17, 9. *i. faeces aluinae.* Impoſitae auro Virg. Aen. 3, 355. Inemtae Horat. Epod. 2, 48. Letales Valer. Argon. 2, 155. Libidinoſae, *vid.* LIBET. Opimae Virg. Aen. 3, 224. *Vid.* Seruium. Saliares, *vid.* Saliaris, *in* SALII. Securas dapes capere Sen. Thyeſt. 450. Siculae, *pro lautis et ſumtuoſis dixit* Horat. Carm. 3, 1, 14. Non Siculae dapes

Dulcem

Dulcem elaborabunt Saporem. *Vid.* SICILIA. Superbe Martial. 13, 45. Vltricem dapem Sen. Thyeſt. 894. Ouid. Met. 5, 113 Iuſſus celebrare dapes, feſtumque canendo. Conuellere dapes auido dente Idem Met. 11, 123. Egere dapis Hor. Epod. 18, 14. *vid. ſupra.* Reſerato pectore diras, Egerere inde dapes Ouid. Met. 664. Virg. Aen. 3, 224 Dapibusque epulamur opimis. Inire dapes ſocias cum aliquo, *Eſt conuiuari cum aliquo* Stat. Silu. 1, 6. ad Caeſarem. Inueni dapes, quas ipſe fugeres Sen. Thyeſt. 56. Inſtaurare dapes Claud. de raptu Proſerp. 3, 216. Virg. Aen. 7, 109 Inſtituuntque dapes, et adorea liba per herbam. Iuuare aliquem opima dape Stat. Silu. 4, 9, 251. Onerare menſas dapibus Virg. Georg. 4, 133. Ouid. Met. 8, 683 Et veniam dapibus nullisque paratibus orant. Paſcere humana dape aliquem Idem Epiſt. 9, 68. *Properare dapes Stat. Achil. 1, 120. *Significat celeriter apparare. Multa de hoc nomine ſubtiliter et erudite diſputauit G. H. Vrſinus Obſeruatt. Philol. c. 6 integro.*

DAPĀLIS, e. Adi. [πίων] Coena, Amplis dapibus plena Non. 2, 200. Titinnius Varro, Toto fit in foco de lignis mihi dapalis coena. Auſon. Epig. 9, 13. *Vid. in* ADIICIO, Adiicialis coena. Dapalis Iupiter, *dictus videtur, quod ei ſacra* dapali epulo *fierent.* M. Cato de R. R. 132, 1 Dapem hoc modo fieri oportet: Ioui Dapali culignam vini quantumuis polluceto: eo die feriae bubus et bubulcis, et cui dapem facient. Quum pollucere oportebit, ſic facies: Iupiter dapalis, quod tibi fieri oportet in domo familiaque mea culignam vini dapi, eius rei ergo, *etc.*

DAPATĬCVS, a, um. Adi. [μεγαλοπρεπής] Id eſt amplus, et magnificus: vt Dapaticum negotium. Feſtus. *al.* Dapticum.

DAPATICE, [λιπαρῶς] ſe acceptos antiqui dicebant ſignificantes magnifice. Feſtus.

DAPIFER, i. m. Onomaſt. vet. Seruus, qui cibos iam coctos infert et menſae apponit.

DAPEO, ēre. Dapet, εὐωχεῖται Gloſſ.

DAPĪNO, āre. [δαιτρέω] *Dapes exſtruere et parare.* Plaut. Capt. 4, 2, 117 Aeternum tibi dapinabo victum, ſi vera autumas. *Sed quidam Cod. MSS. exhibent,* dabo.

DAPSĬLIS, e. Adi. [δαψιλής] *Abundans et largus.* Plaut. Moſtel. 4, 2, 66 Triginta minae, praequam alios dapſiles ſumtus facit. Δαψίλεια, *enim Graece id valet, quod Latine largitas, affluentia, copia, abundantia, vis larga, liberalitas.* Dapſilis *igitur non a dape deducitur.* Carolla dapſilis Plaut. Pſeud. 5, 1, 21. Copia facundiae Apul. Met. 11. ſub init. Dotes Plaut. Aulul. 2, 1, 45. Lectus, *excellens et ſumtuoſus* Plaut. Trucul. 1, 1, 34. Prouentus Colum. 4, 27, 6. Idem 3, 2, 27 At Spionia vua dapſilis muſto, et amplitudine magis vuarum, quam numero fertilis. *Id eſt abundans.*

DAPSILVS, a, um. Adi. Dicta dapſila Plaut. Pſeud. 1, 4, 3.

DAPSILE. Adu. [δαψιλῶς] *Abundanter.* Sueton. in Veſp. c. 9 Sed et conuiuabatur aſſidue, ac ſaepius recte, ac dapſile. *Conf.* Non. 11, 34.

DAPSĬLĬTER. Adu. Naeuius in Coroll. Vltro meretur quamobrem ametur, ita dapſiliter ſuos amicos alit. *Haec* Chariſius 2. Nonius 4, 232 Dapſiliter, id eſt opipare, large, magnifice, ſplendide, abunde, liberaliter, affatim, laute. Lucilius Comparatiuo vſus eſt: Scito bene longinquum morbum in vino eſſe, vbi quis inuitauit dapſilius ſe.

D A R

DARDĂNVS, i. m. [Δάρδανος] *Electrae Iouisque filius. De quo* Virg. Aen. 6, 650 Troiae Dardanus auctor Aen. 7, 206 His ortus in agris Dardanus Idaeas Phrygiae penetrauit ad vrbes, *etc. Quem locum exponens* Seruius, *ſic ait:* Iupiter cum Electra Atlantis filia, Coriti regis Italiae vxore, concubuit. Sed ex Iouis ſemine natus eſt Dardanus: ex Coriti, Iaſius. Dardanus profectus ad Phrygiam, Ilium condidit: Iaſius vero Thraciam tenuit, vbi eſt Samos, quam hic Samothraciam nominauit. Nam Iunonis alia eſt Samos. Virg. Aen. 8, 34. Dardanus Iliacae primus pater vrbis et auctor. Tradit idem Seruius *in* Aen. 3, 167 Iaſium a Dardano fuiſſe occiſum. *Vid. eundem Seruium paſſim in* 3 et 4 Aen. ¶ 2 *Hinc pro vnoquoque Troiano ponitur* Virg. Aen. 4, 661 *vbi* Crudelis Dardanus *Aeneas eſt, pro* Dardanius, *quod* Seruius *hic et alias paſſim obſeruat. Sed* ¶ 3 Dardani, populi feri, Daſſaretis finitimi, quibus Triballi laeuo praetenduntur latere, et Moeſicae gentes, a fronte iunguntur Medi ac Denſeletae. *Auctor* Plin. 4, 1 *de his item* Eutrop. 6, 2. ¶ 4 *De* Dardano mago Plin. 30, 1 ſ. 1.

DARDANIA, ae. f. [Δαρδανία] *Regio et vrbs Troiana, a* Dardano, *vt ſcribit Strabo* 13. Ouid. Triſt. 1, 9, 25 Dardaniamque petit auctoris nomen habentem. Virg. Aen. 2, 324 Venit ſumma dies, et ineluctabile tempus Dardaniae. Id eſt Troiae: aut a Dardano Iouis et Electrae filio: aut ſecundum Salluſtium, a rege Dardanorum Mida, qui Phrygiam tenuit. Seruius, *quem rurſum vid. in* Virg. Aen. 3, 135. ¶ 2 Dardania, Inſula eadem, quae Samothrace poſtea dicta, *vt ex Callimacho refert* Plin. 4, 12. *Vid.* DARDANVS.

DARDANĪDES, idae. m. Patron. [Δαρδανίδης] *Troiani, ſpeciatim ſtirps regia.* Virg. Aen. 10, 545 Dardanides contra furit. Dardanidae duri Idem Aen. 3, 94. Dardanidae magni genus alto a ſanguine diuum Id. Aen. 5, 45.

DARDANIS, idis. f. Patron. [Δαρδανίς] *Vt,* Matres Dardanides Ouid. Met. 13, 413.

DARDANIVS, a, um. Adi. [Δαρδάνιος] Plin. 33, 3 Cuius ſceleris nos coarguimus illum primum, qui auro dignitatem per annulos fecit, vt habeant in lacertis iam pridem et viri quod e Dardanis venit: itaque et Dardanium vocabatur. Aceſtes Dardanius, *vid.* ACESTES. ¶ 2 Dardanium [Δαρδάνιον] Oppidum paruum in Rhoeteo litore, LXX. ſtad. a Rhoeteo oppido quoque dicto diſtans, quae duo in Troade viſuntur, *teſte* Plin. 5, 30.

DARDANĀRIVS, i. m. [παλιγκάπηλος Vet. Gl. παντοπώλης, παντομετάβολος, σιτοκάπηλος *Ib.*] *ab* Vlpiano *vocatur* qui annonam ſupprimit, vti demum carius vendat *in* l. annonam D. 6 de extraord. criminibus. Turneb. 2, 4. 1, 17 *a* Dardano *mago quaſi magnos veneficos dictos putat, nec ſcio, an quis quid melius.*

DARES, ĕtis. m. Phrygius hiſtoricus, ſcripſit bellum Troianum Graece, in quo ipſe militauit, *vt ait* Iſidorus, primus fere hiſtoricorum: qui tandem capto Ilio, cum Antenoris factione remanſit, *vt ſcribit* Corn. Nepos, *qui opus eius e Graeco in Latinum ſermonem convertit, dicauitque Salluſtio. Sed ſuppoſititia ſunt, quae hodie ſub huius nomine circumferuntur. Vid. Voſſ. de Hiſt. Graec.* 4, 1. ¶ 2 Da-

res *apud* Virg. Aen. 5, 375 *cum Entello congreſſus, congrue fictum ſ. ſumtum ex hiſtoria nomen.*

DARIAEVM. Locus inclytae fertilitatis in Zapauortene regione, *cuius meminit* Plin. 6, 16.

DARĪCVS, i. m. [Δαρεικός] Numiſma *Darii imagine percuſſum, Graecis ſcriptoribus notius quam Romanis: niſi quod* Auſon. Epiſt. 5, 21 Ergo aut praedictos iam nunc reſcribe Daricos: *legi vult Gronouius pro vulgato* Darios, *quod ipſum tamen tuetur* v. 17 *eiusdem* epiſtolae, *vbi de eadem ſumma* Bis ſeptem rutilos regale nomiſma Philippos *dixit Poëta.*

DARIVS, i. m. *Nomen trium Regum,* Hyſtaſpis, Nothi, Codomanni. *In plerisque MSS. Curtianis legitur* Dareus: *quam lectionem eruditorum plerique probant; nec tamen altera ideo in vitio eſt, niſi breuiter pronuncietur media; cum diphthongo enim ſcribitur. Haec Freinshem. ad* Curt. 3, 1, 7. *De membranis Iuſtini teſtari editores ait Saluagnius ad* Ouid. Ibid. 316 Vtque necatorum Darei fraude ſecundi, ſic tua ſubſidens deuoret oſſa cinis. Darius Ochus *vocatur in eadem hiſtoria* Val. Max. 9, 2, 6. Claudian. Epiſt. ad Hadr. 17 Darium famulis manibus doluiſſe peremtum Fertur *Alexander M. Hi itaque primam et ſecundam producunt, quod etiam fit in Graeco epigrammate. Sed* Sidon. Apoll. Carm. 9, 52 Et primum Darii tumultuantes Praefectos Satrapasque perculiſſe. *Phaleucii ſunt. Itaque praeter auctoritatem antiquorum, penultimam corripuit. Correptae primae exemplum damus in* DARICVS.

DARON. Oppidum in Arabico latere Aegyptiorum, qui Pſammetichum fugerunt. *Auctore* Plin. 6, 30.

DARTON. [δαρτόν] *Quaſi tu dicas excoriabilem,* Graeci vocant valentiorem tunicam neruorum, a quibus teſticuli dependent *apud* Celſ. 7, 18.

D A S

DASVMAIANVM, *al.* DASVMIANVM, Senatusconſultum eſt, quo ſubuenitur his, qui iuſta ex cauſa abſunt, vt nec libertas impediatur, nec libertus eripiatur his, qui fraude careant. *Haec* Maecianus l. 36 neque infantes. *Add.* l. 51 non tantum §. 4. D. de fidei commiſſ. lib.

DASȲPVS, ŏdis. [δασύπους] *Animal leporini generis, a villoſis pedibus dictum.* Plin. 10, 63 ſ. 83 Daſypodes omni menſe pariunt, et ſuperfoetant ſicut lepores. A partu ſtatim implentur, concipiunt quamuis, vbera ſiccante foetu. Pariunt non caecos. *Idem* 8, 55 ſ. 81 Lepus omnium praedae naſcens ſolus praeter daſypodem ſuperfoetat, aliud educans, aliud in vtero pilis veſtitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter. *In quibus duobus locis (inquit Budaeus)* Plinius *hallucinatus eſſe creditur, qui* daſypodem *et* leporem *diuerſa animalia eſſe putauerit, quum idem ſit. Theodorus certe* daſypodem *vbique leporem ex Ariſtotele vertit. Hactenus Budaeus. Plura qui cupiat, videat priores huius in Pandectas annotationes. Dubitat, et dubitaſſe arbitratur Plinium, Harduin. ad locum poſteriorem.*

D A T

DATARIVS, DATATIM, DATIO, DATIVVS, DATO, DATOR, DATVS, *vid.* DO, das.

DATIHIATVM, i. n. Turis genus, quod ruſum exit, Alexandriaeque naſcitur, *auctore* Plin. 12, 14 ſ. 32. *Salmaſ.* Dadioton *legit* p. 358, b. δαδιωτόν, *a* δᾴδιον *reſina.*

DATIS, is. m. [Δάτις] *Dux Darii, cuius copias Miltiades in Marathone funditus deleuit,* Nepos 1, 4, 1. *Hinc ſuum* Datin Achaemeniae grauiorem vulnere pugnae *hauſiſſe videtur.* Val. Flacc. 6, 65.

DATISMVS. [δατισμός] *Quum oratio profertur iisdem numeris, et eodem modo cadit, ſed, vt ſimul barbariſmus committatur homoeoteleuti cauſa. Origo vt refert Schol. Ariſtoph. Pac.* 288, *a* Date *Perſarum Satrapa, qui quum vellet Graeculus videri, exclamauit,* ἥδομαι, καὶ τέρπομαι, καὶ χαίρομαι, *quum dicendum erat* χαίρω.

D A V

DAVCVS, i. m. [Δαῦκος] *Herba, de qua* Plin. 19, 5 ſ. 27. *et* 25, 9 ſ. 64 Dauci genera quatuor fecit Petronius Diodorus, quae perſequi nihil attinet, quum ſint differentiae duae. Celſ. 5, 23. *Dioſc.* 3, 76. Iſid. 17, 9. Plin. 26, 5. *et* 32, 5. Scribon. 121. 176. *cuius eſt quoque* Dauci ſemen 117. 145. Daucus Creticus 167. 170. 177.

DAVCION, *et* Daucites *idem.* Apul. de Herb. c. 80.

DĀVID, īdis. m. Notus Rex et Propheta apud Hebraeos: nomen dilectum ſignificat vel deſiderabile Iſidor. 7, 6. Iuuenc. 1, 149 Vrbs eſt Iudaeae Bethleem Dauida canorum Quae genuit. *Sic et* 2, 576.

DAVIDĬCVS, a, um. Adi. Sedulius in Mat. 21. *Idem* exord. operis 7 Cur ego Dauidicis adſuetus cantibus odas Chordarum reſonare decem. *Sed* Prudentius Hymno Epiph. v. 49 Iam flos ſubit Dauidicus.

DAVLIAS, *vel* DAVLIS. *Oppidum Phocidis, ſub ditione Terei regis Thracum, vnde et Philomela dicitur* Daulias. Ouid. Ep. 15, 154 Deflet Threicium Daulias ales Itym. Plin. 4, 3 ſ. 4. Drymaea regio Daulis appellata. *Vid. Harduin.*

DAVNI. [Δαύνιοι] *Italiae populi, a* Dauno *duce Diomedis ſocero dicti.* Horum oppidum eſt Salapia, Annibalis meretricio amore inclutum, *vt ſcribit* Plin. 3, 11 ſ. 16. Apulus Daunus Horat. Carm. 4, 14, 26.

DAVNIVS, a, um. Adi. [δαύνιος] *Vt,* Regna Daunia *ap.* Sil. 9, 500. *et* Daunia Camoena *apud* Horat. Carm. 4, 6, 27. *poëſis Horatii natione Apuli.*

DAVNIA, ae. f. [Δαυνία] Apulia, a Dauno Illyricae gentis, claro viro, qui eam, propter domeſticam ſeditionem excedens patria, occupauit. Feſtus.

DAVNIACVS, *Daunius* Sil. 12, 429.

DAVNVS, i. m. Filius Pilumni et Danaës, et auus Turni, qui in Apulia regnauit, a quo etiam regio illa Daunia dicta eſt. Alter fuit Daunus prioris filius, qui ex Venilia ſorore Amatae Turnum ſuſcepit. Virg. 12, 934 Dauni miſerere ſenectae. ¶ 2 Eſt quoque fluvii nomen in Apulia. *Vnde* Horat. Carm. 3, 3, 11 Qua pauper aquae Daunus agreſtium, Regnator populorum, *etc.* Quia inopia aquae ſiticuloſa eſt Apulia. Acron.

DAVTIA, quae et Lautia dicimus, munuſcula quae dantur legatis hoſpitii gratia. Feſtus. *Vid. ſupra in* D.

DAVVS, i. m. [Δᾶος] *Nomen ſerui comici a Menandro ac Terentio frequentatum, a patria, vt ait* Donatus ad princ. Andriae. *Vid.* DAAE *et viri docti ad Lucian. de Saltat.* c. 29 ſ. Tom. 1 p. 285 ſq. Hor. A. P. 236 Vt nihil interſit, Dauusne loquatur, et audax Pythias.

DE. [περὶ] *Praepoſitio, Ablatiuo caſui ſeruiens: quae ſuo caſui ſemper praeponitur, et aliquando interponitur inter Subſtantiuum et Adiectivum elegantiae cauſa.* Cic. ad Att. 7, . . Nam id niſi graui de cauſa non feciſſet. *Significatio eius ita late patet, vt non niſi per claſſes quasdam explicari poſſit. Primo itaque cum verbis dicendi et audiendi obiectum notat, vt a vel ab ſubiectum.* Cic. pro Cluent. c. 6 Auditis de eo, in quem iudices non eſtis — auditis non ab inimico. — Illi audiebant de eo, de quo iurati ſententias ferre debebant — audiebant ab accuſatoribus. Idem Att. 5, 20 Vt idem ad me certa de te et a te referat. *Et* Verr. 3 c. 57 Non hoc nunc primum audit priuatus de *(ſe tanquam)* inimico, reus ab accuſatore. Plin. Epiſt. 4, 7, 7 Credas non de puero ſcriptum *(ſolum)* ſed a puero. Horat. Carm. 4, 7, 21 Cum ſemel occideris, et de te ſplendida Minos Fecerit arbitria, *i. pronuntiarit ſententiam.*

¶ 2 *Cum nominibus temporis ſignificat, illud tempus nondum plane effluxiſſe.* Ter. Adel. 5, 3, 55 Caeterum rus cras cum filio *(ibo)* primo lucu. M. Immo de nocte cenſeo. De nocte ad occaſionem aurae euectus eſt Suet. Aug. c. 97. Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte latrones Hor. Epiſt. 1, 2, 32. De nocte multa exſurrexi Plaut. Rud. 4, 2, 10. *et* 4, 1, 7. De media nocte miſſus equitatus, nouiſſimum agmen conſequitur Caeſ. B. G. 7, 88. *i. paullo poſt mediam noctem, vt interpretatur hanc formulam* Cenſorin. 24, *qui et* de meridie *eodem modo explicat.* Cic. pro Muraena 22 Vigilas tu de nocte, vt tuis Conſultoribus reſpondeas ad Qu. Frat. 2, 14.. De nocte euigilabat Suet. Veſp. c. 2. De menſe Decembri nauigare Cic. ad Qu. Fr. 2, 1. De tertia vigilia profectus Caeſ. B. G. 1, 12, 2. Plaut. Aſin. 4, 2, 16 Ad amicam de die Hunc potitare, illam expilare. De medio potare die Horat. Serm. 1, 8, 3 *ſtatim a meridie, vt modo vidimus. Sic* Plaut. Moſt. 3, 2, 8 Non bonus eſt ſomnus homini de prandio. Suet. Dom. 21 Lauabat de die prandebatque ad ſatietatem: *nempe alias balnearum tempus verſus veſperam hora octaua, vel* nona. *Quin* ante medium diem diſtentum coena ſolitaria Domitianum Plinius *perſtringit* Paneg. Trai. 49. *Sed hoc non puto eſſe* de die. *Luxuriam ſodalium perſtringens ait* Catull. 48 Vos conuiuia lauta ſumtuoſe De die facitis. Curt. 5, 7, 2 *in luxuria Alexandri deſcribenda,* De die inibat conuiuia. *Vid. Lipſ. ad* Tacit. Ann. 14, 2 *ſ. Excurſu A. de* Tempeſtiuis conuiviis. *Sic pulchre emendarunt viri docti* Liu. 25, 23 Quo de die epulatis iam vini ſatias principiumque ſomni eſſet. *Et* 23, 8 Coeperunt epulari de die. Cic. Philipp. 2, 87 c. 34 Iamiam minime miror te otium perturbare, non modo vrbem odiſſe, ſed etiam lucem, cum perditiſſimis latronibus non ſolum de die, ſed etiam in diem viuere. De die viuere *eſt ante tempus ſobriis conſuetum epulari.* Ter. Adel. 5, 9, 8 — cum fide Scortum adducere, apparare de die conuiuium, Non mediocris hominis haec ſunt officia, *i. mature, vt mox incipiat, diu duret. Sed* Plaut. Aſin. 3, 1, 13 Ergo vna orationis pars de die, *i. diei,* dabitur mihi. *Alia etiam ratione,* Diem de die proſpectabat Liu. 5, 48. *i. poſt ſ. ex. Neque huc pertinet* Horat. Epod. 13, 5 Rapiamus occaſionem de die, *quo nimirum* horrida tempeſtas caelum contraxit, *vt nihil alterius operis facere liceat, quam potare. Non audiendus ergo* Porphyrio, *qui* de die *interpretatur* primo mane. *Sed audiendus forte* Donatus, *qui laudatum modo locum* Ter. Adel. 5, 9, 8 *ſic declarat,* de die, i. repente, neque ante praedictum, nec pridie conſtitutum.

¶ 3 *Materiam notat, vel ſumtum adeo.* De alieno largiri Liu. 3, 1. Conuiuari de publico Cic. Verr. 5 c. 44. De meo his praeceptis nihil nouum appoſui Plaut. Milit. 3, 3, 31. De tuo iſtuc addis Idem Menaech. 1, 2, 40. Ter. Adel. 1, 2, 37 Opſonat, potat, olet vnguenta de meo Plaut. Bacchid. 1, 1, 65. Et ad eam operam facere ſumtum de tuo. Pecuniam numerare de ſuo Cic. Att. 16, 17. *Conf.* Sen. Epiſt. 8. Plaut. Trin. 2, 2, 74. Liu. 4, 59 Decerneret Senatus, vt ſtipendium miles de publico acciperet, quum ante id tempus de ſuo quisque functus eo munere eſſet.

¶ 4 *Idem fere eſt quod* Secundum, *i. regulam, quam quis ſequatur, notat: v. g.* De tuo conſilio Cic. Fam. 12, 3. Idem ad Att. 6, 3 Q. Cicero puer legit, vt opinor, certe epiſtolam inſcriptam patri ſuo: ſolet enim aperire, idque de meo conſilio. Plaut. Moſt. 3, 2, 86 Si quid erit, quod illi placeat de exemplo meo aedificato. De Voluntate Ciuium Caeſ. B. C. 3, 4. Cic. ad Att. 4, 2 Abiecta toga, ſe ad generi pedes abiecit: ille noctem ſibi poſtulauit, non concedebant. Reminiſcebantur enim Cal. Ianuar. vix tamen de mea voluntate conceſſum eſt. De ſententia Ter. Adelph. 5, 9, 2. *i. pro voluntate.* De ſententia concilii Cic. Att. 4, 2. De ſua ſententia in Albano monte triumphauit Aurel. Vict. de viris illuſtribus 45. De ſua ſententia aliquid comminiſci Plaut. Capt. . . Nihil faciam niſi de tua ſententia Cic. Att. 7, 5 *extr.* Liu. 2, 39 Imperatores ad id bellum de omnium populorum ſententia lecti Accius Iulius et Cn. Martius. Cic. Off. 3, 80 Ne noſter quidem Gratidianus officio boni viri functus eſt tum, quum Praetor eſſet, collegiumque Praetorum Trib. pleb. adhibuiſſent, vt res numaria de communi ſententia conſtitueretur. Plaut. Bacch. 4, 9, 115 Neque ego haud committam, vt ſi quid peccatum fiet, Feciſſe dicas de mea ſententia. De ſententia alicuius dare, quod ſit ſatis ad aliquid agendum Cic. de Fin. 2, 33. *Sed plane alia ratio eſt* Cic. Tuſc. 2 c. 25 De ſententia deducere.

¶ 5 *Nempe ponitur etiam* De, *pro* A. Cic. pro Sulla c. 24 etenim de principio ſtuduit animus occurrere magnitudini criminis, ſatisfacere expectationi hominum, *i. a principio, ab initio.* Domum emi de Craſſo Cic. Fam. 5, 6. Fundum mercatus eſt de pupillo Idem pro Flacco c. 20. De te exemplum agit Ter. Andr. 4, 1, 27. De caelo tactae quercus Virg. Ecl. 1, 17. Iamque aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus Idem Aen. 2, 662. Plin. 28, 8 De ſiniſtra parte dentes eruit. Cic. Fam. 7, 5 Totum hominem tibi trado de manu, vt aiunt, in manum tuam et victoria et fide praeſtantem. Non. 12, 35 De *pro* Ab. Lucil. lib. 26 Solus iam vim de claſſe prohibuit Vulcaniam.

¶ 6 *Sed etiam accipitur* De, *pro* Ex: De caluaria Scribon. 26. *Conf. Rhod. Lex.* Exquiſiturum ſe vel fidiculis de Caeſonia Suet. Calig. c. 23. De Dauo audiui Ter. Andr. 2, 1, 3. De grege illo eſt Idem Adelph. 3, 3, 38. Conſul de Pompeio quaeſiuit, quid de religione ſentiret Cic. Att. 1, 11. De ſcripto dicere Id. Phil. 10 c. 2. *Add.* Id. in Bruto c. 12. *ad* Fam. 10, 3. *ad* Att. 4, 3. *Eodem modo circumloquuntur adiectiua.* Declamator aliquis de ludo, rabula de foro Cic. in Orat. c. 15. Homo de ſchola Idem de Orat. 2 c. 7. Accuſator de plebe Id. in Bruto c. 34. De duro eſt vltima ferro Ouid. Met. 1, 127. Liu. 7, 17 Dictator C. Marcius Rutulus primus de plebe dictus, *i. plebeius.* Apul. Met. 1 p. 107, 26 De Ariſtomene teſtudo factus.

¶ 7 *Seruit Periphraſi Genitiui, in parte ſignificanda.* Ter. Heaut. 4, 1, 39 Ne expers eſſet partis de noſtris bonis. Cic. de Clar. Orat. . . . Iſtum de ſuperioribus paene ſolum legi. Multa de ſuis rebus exportabant Cic. Parad. 1, 2. Non plus habuit ſecum, quam triginta de ſuis Nep. 8, 2, 1. *i. ſuorum.* Si mihi ſecundae res de amore meo eſſent Ter. Heaut. 2, 2, 1. De eodem genere, *pro eiusdem generis:* Cic. Tuſc. 4, 19 Afflictio, deſperatio, et ſi qua ſunt de genere eodem. *Add.* Hor. Sat. 1, 1, 13.

¶ 8 De, *pro quantum pertinet ad:* Ter. Hec. 3, 3, 31 Nam de reducenda, id vero neutiquam honeſtum eſſe arbitror. De lanificio neminem metuo Plaut. Merc. 3, 1, 22. *Add.* Id. Rud. 4, 7, 2. Caſ. 2, 6, 20. Trin. prol. v. 16. De familia, quomodo placuiſſe amicis ſcribis, faciemus Cic. Fam. 14, 1. Quid de P. Clodio fiat, reſcribe Idem Att. 2, 5. De tribus legatis Id. Fam. 1, 2. *vbi vid. Graeu. et Canter.* De argento, ſomnium Ter. Adelph. 2, 1, 50.

¶ 9 De *interdum* Pro *vel* Propter *ſignificat.* Laetus eſt de amica Ter. Adel. 2, 2, 45. Idem Eunuch. 3, 2, 4 Ecquid nos amas De fidicina iſtac? Prouide, ne quid ei deſit, de qua me ſcis miſerrimum eſſe Cic. Att. 10, 3 *extr.* Idem Verr. 3, 76 Flebat vterque non de ſuo ſupplicio, ſed pater de filii morte, de patris filius. Regulus de captiuis commutandis miſſus eſt Cic. Off. 1 c. 13. De pace legati venerant Caeſ. B. G. 2, 6. Rapto de fratre dolentis Hor. Epiſt. 1, 14, 7. Sed terris domini de cruce triſtibus Prudent. Hymn. 5, 131.

¶ 10 *Formae aliae:* De pace mittere legatos Caeſ. B. G. 3 *et* 4. Idem 5 De deditione. Cic. in Bruto 16 De Rhodiorum praemiis. De ſummo loco adoleſcens Plaut. Aulul. prol. 29. De ſummo loco, ſummoque genere filius Idem Capt. 2, 2, 29. De ſummo loco Diues Id. Poen. 3, 1, 13. De ſcripto dicere, *Id eſt legendo* Cic. de Clar. Orat. 46 c. 12. Idem Philipp. 10, 5 c. 2 Ita enim dixiſti, et quidem de ſcripto (nam te inopia verbi lapſum putarem, niſi tuam in dicendo facultatem noſſem) literas Bruti recte et ordine ſcriptas videri. De caetero: Plin. 11, 26 De caetero, in ventre nihil eſt. De caetero, *pro in poſterum.* Sen. de Ira 3, . . De caetero, vide non tantum an verum ſit, quod dicis: ſed an ille, cui dicitur, ferre poſſit. *Sic* Paull. in l. ne quis. D. de cuſtodia et exhibit. reor. Nam quum ſcierint ſibi quoque moleſtiae futurum magiſtratum, ſi facile ſoluerent vinctos: non indifferenter de caetero facient. De compacto rem aliquam agere Plaut. Capt. 3, 1, 14. De exuuiis trahere aliquem Plin. 7, 44. *i. apprehenſis exuuiis.* Plaut. Aſin. 2, 2, 44 Tantum adeſt boni de improviſo. Cic. pro Roſc. Amer. 151 In quos, ſi qui ex acie fugerunt, de improuiſo incidant. *Item* Tuſc. 4, 67. De improuiſo nuptiae Ter. Adel. 2, 2, 23. Venire Caeſ. B. G. 2, 3. Plaut. Aſin. 1, 3, 60 Quod nolebam ac vetueram, de induſtria. De induſtria Fugiebatis. Cic. de Fin. 2, 33 Si aut de induſtria facias, vt, *etc.* Id. de Off. 1 c. 7. Ter. Heaut. 4, 2, 7 Ratio de integro ineunda eſt mihi, *vt* de nouo. Idem Phorm. 1, 3, 22. Sall. Iug. c. 62 *extr.* Sen. Ep. 10. De integro incidere in morbum Cic. Fam. 12, 29. Idem de Diuin. 1, 30 Indidemque eadem quae oriuntur, de integro atque eodem occidunt. De integro creare Cenſores Cic. Verr. 2, . . De integro ſcribere Idem Att. 13, 27 *et* 49. De latus *vel* Do latus ſe, *i. iuxta ſe, barbarum, ſed vehementer vſitatum* Innocentio Agrim. de caſis literatis *v. g.* p. 222. 227. 232 *Goeſ.* Plin. in Paneg. 5, 3 Tibi aſcendenti de more Capitolium. Virg. Aen. 7, 357 Solito matrum de more locuta eſt. *Add.* Suet. Galba c. 18. *et* Tit. c. 5. Plin. 7, 30. De nihilo iraſci Plaut. Trucul. 4, 2, 56. Liu. 4. Bel. Macedon. Mali rem exempli eſſe, de nihilo hoſpites corripi. *Sic* Plaut. Curc. 4, 1, 17 Dicere iniuriam de nihilo. Non hoc de nihilo eſt, quod Laches nunc me conuentam eſſe expetit Ter. Hec. 5, 1, 1. De plano, *id eſt ex aequo loco, veluti vnde magiſtratus in tribunal, quod editiore in loco poſitum erat, conſcendebant. Itaque* de plano, *et* pro tribunali, *opponuntur.* Vlpian. l. 3 §. 6 D. de bonor. poſſeſſ. Si cauſa cognita bonorum poſſeſſio detur, non alibi dabitur, quam pro tribunali: quia neque decretum de plano interponi, neque cauſa cognita bonorum poſſeſſio alibi, quam pro tribunali dari poteſt. *Item in* l. 2 §. 1 D. Quis ord. in bon. *Huc alludens* Seneca de Clemen. 1 Haec tamen, *inquit,* magnanimitas in bona fortuna latiorem locum habet, meliusque in tribunali, quam in plano cognoſcitur. *Hotoman.* De procul aſpicere Plaut. Perſ. 4, 2, 6. Idem Aulul. prol. 34 Eam ego, hodie faciam, vt hic ſenex de proximo ſibi vxorem poſcat. De Quo *etc.* Cic. Verr. 4 c. 55 Aedes Mineruae eſt in Inſula, de qua ante dixi. *Sed illud vulgare. Obſeruemus etiam tranſponi praepoſitionem in primis in formulis iuris.* Cic. de Inuent. 1, 82 c. 44 Similitudine eius rei, qua de agitur, ad eam rem, qua de iudicatum eſt. — Atque erit obſeruandum diligenter, ne nihil ad id, quo de agatur, pertineat id, quod iudicatum ſit. Idem Brut. 275 c. 79 Qua de re agitur autem, illud, quod multis locis in ICtorum includitur formulis, et vbi eſſet, videbat. *Et* Top. 95 c. 25 Sed quae ex ſtatu contentio efficitur, eam Graeci κρινόμενον vocant. Mihi placet id, quoniam quidem ad te *(Trebatium ICtum)* ſcribo, qua de re agitur vocari. Quibus autem hoc, qua de re agitur, continetur, ea continentia vocentur. *Conf.* Quinct. 3, 11, 18. *Ridet hanc formulam etiam* pro Muraen. 28 c. 13 Neque tamen quidquam tam anguſte ſcriptum eſt, quo ego non poſſim QVA DE RE AGITVR addere. De Inu. 1, 104 c. 54 Nonus locus eſt, per quem cum aliis, quae conſtat eſſe peccata, hoc, quo de quaeſtio eſt, comparatur, et ita per contentionem, quanto atrocius et indignius ſit illud, quo de agitur, oſtenditur. Idem de Inu. 2, 37 c. 11 Negari oportebit, de vita eius et moribus quaeri, ſed de eo crimine, quo de arguatur. *Vtrumque genus coniunxit* ibid. 70 c. 23 Hanc ideo rationem ſubiecimus, vt hoc cauſae genus ipſum, de quo agimus, cognoſceretur — in relationem criminis delaberemur, de qua poſt loquemur — in cauſam negotialem, qua de ante dictum eſt. Cic. Att. 7, 14 De reliquo neque hercule quid agam, nec quid acturus ſim, ſcio: ita, *etc.* Ter. Hec. 4, 1, 39 Ita corripuit de repente tacitus ſeſe ad filiam. Cic. pro Ligario 14 Tu de repente irrupiſſes, et clamare coepiſſes, C. Caeſar caue credas, caue ignoſcas. *Scribunt etiam vna voce* Derepente *v. v.* De ſub Alpibus, id eſt, de ſub ipſis Italiae faucibus gentes Flor. 2, 3, 2. *Vid.* DESVB *coniuncta voce.* Plaut. Capt. Prol. 62 Conari de ſubito nos agere tragoediam. Plin. in Paneg. 34, 3 Nihil tamen gratius, nihil ſaeculo dignius, quam quod contigit de ſuper intueri delatorum ſupina ora. Idem de Viris illuſtribus. *Vid.* DESVPER. De tempore, *Tempeſtiue* Hirtius de Bell. Hiſpan. 33 Ipſe de tempore coenauit. *Videtur idem eſſe ac* de die, *de quo vid.* n. 3. Cic. Att. 15, 4 Ecce autem de tranſuerſo Lucius Caeſar, vt veniam ad ſe rogat. Idem Academ. 4, 58. De Via clamare Ter. Andr. 3, 2, 11. *i. in via.*

¶ 11 *Obſeruatione, non item imitatione digna ſunt iſta:* Sympoſ. Aen. praef. 1 Haec quoque Sympoſius de carmine luſit inepto. *Et* 12 Ponere de verſu,

vel

vel ſoluere quaeque viciſſim. *Et* 15 Hos verſus feci ſubito de carmine. *Similia, in quibus ſolus Ablatiuus aliis ſufficit, dedit Heum. ad v. 12, in quibus illud* Tertull. Apol. 11 Aliquem de ſapientia Socratem, de iuſtitia Ariſtidem, de militia Themiſtoclem, de ſublimitate Alexandrum, de felicitate Polycratem, de copia Croeſum, de eloquentia Demoſthenem. Aug. Confeſſ. 10, 32 Regem noſtrum non de carne, ſed de pane eſſe tentatum. *Plura Barth. Aduerſ. 17, 17. et ad* Claudian. in Eutrop. 2 praef. 25. ¶ 12 *In compoſitis quoque variam vim habet: abſoluendi, vt* Deſcribo, Depugno; *et hinc augendi ſ. intendendi, vt* Deamo, Decerto, Dedico, Delecto, (*valde* lecto) Delinquo, Demiror, Deoſculor, Deprecor: *auferendi et minuendi,* Defundo, Depilo, Depleo: *motum de loco,* Defendo, Defluo, Depello, Defero, Deſcendo, Deprimo, Deterreo: *finem,* Detono, Detumeo, Deferueſco, Deſino, Deflagro, Depecto, Deteſtor, *etc. Cum nominibus minuit, vt,* Deformis, Depygis, Demens, *etc.* ¶ 13 De *ac* Di *compoſitorum ſaepe confundi, obſeruat Drakenb. ad* Sil. 17, 164. *it. Brouckh. ad* Tib. 1, 5, 40. *Vix tutum eſt hic in MSS. praeſidium. Certius diſcrimen ſignificatio praebet, quae* di *poſtulat, quoties* diuiſio, diſperſioue *in plura locum habet.*

DEA, ae. f. [θεὰ, θεὸς] *A* Deus: *Dat. et Abl.* Deabus. Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt Virg. Ecl. 4, 63. Cic. de Nat. Deor. 3, 47 c. 18 Quod ſi tales dii ſunt, — Natio quoque dea putanda eſt: — Ea ſi dea eſt, dii omnes illi, *etc.* Virgil. Aen. 1, 328 Nec vox hominem ſonat, O dea certe. Aequorea dea Ouid. Epiſt. 19, 126. Auxiliaris Idem Met. 9, 698. Celeres deae Ouid. Met. 2, 119. *i. horae.* Clara dea, *Iris* Stat. Theb. 10, . . Feminea Propert. 4, 9, 25 *eſt* Bona Dea, *vbi vid.* Flaua dea, *Ceres* Ouid. Amor. 3, 10, 43. Frugifera dea, *Ceres* Claudian. de Raptu Proſerp. 2, 138. Idalia dea, *Venus* Ouid. de Arte Am. 3, 106. Pallens dea, *Aurora* Stat. Theb. 6, 393. Pharetrata dea, *Diana* Ouid. Epiſt. 20, 204. Princeps dearum, *Iuno* Idem Faſt. 6, 37. Roſea dea, *Luna* Ouid. de Arte Am. 3, 84. Saeua Idem Epiſt. 21, 6 :: 61. Spicifera dea, *Ceres* Sen. Herc. Oet. 598. Et ſpiciferae conceſſa deae Attica myſtas claudit Eleuſin. Triformis dea, *id eſt Hecates, quae et Luna et Diana, et Proſerpina creditur eſſe* Ouid. Met. 7, 94. 177. Sen. Oct. 965 Tartara teſtor, Erebique Deas, Scelerum vltrices. *Add.* Med. 967. *Saepe hae voces* Dii Deaeque omnes *coniuncte leguntur. Vid.* Propert. 3, 11, 41. Virgil. Georg. 1, 21. Ter. Phorm. 4, 4, 6. *et* 5, 7, 38. *Conf. Briſſon. de form. 1 p. 54.* Deabus *dixit* Cic. pro Rabiro c. 2 *vbi diſtinctione ſexus opus erat. alias pro eodem vſurpatur terminatio maſculini. V. g.* Varro R. R. 3, 16, 7 His Diis, *de muſis. Vid. Voſſ. de Analog. 2, 4.*

DEACINĀTUS, a, um. Adi. [ἀπεῤῥαγισμένος] *Vt,* Deacinata dolia, *a quibus abſterſi ſunt acini.* Cato 26 Vbi erit lectum, poſt dies triginta, ſi bene deacinata erunt dolia, oblinito.

DEACTIO, Peractio, Feſtus. *Fuerit itaque ex* Dego, *i.* deago, *ſ.* deigo *formatum.*

DEALBO, āre. [λευκαίνω] *Album facere: vel potius tectorium inducere.* Curius ad Cic. Fam. 7, 29 Nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare.

DEALBATUS, a, um. Partic. Cic. in Verr. Diuinat. c. 55 Omnes illae columnae, quas dealbatas videtis. *Add.* Sueton. Galb. 9. Pallad. 1, 24. *Compar.* Auguſt. Conf. 7, 6 Dealbatiores vias ſaeculi curſitabant.

DEALBATOR, ōris. m. Vet. Gloſſ. λευκαντὴς, Dealbator. Lege 1 Cod. de excuſ. artis. Sculptores, Dealbatores, Cuſores, *etc.*

DEAMBŬLO, āre. [περιπατέω] *Spatiari.* Cic. de Legg. 1, 14 c. 4 Quin pergimus igitur ad illa ſpatia noſtra, ſedesque, vbi quum ſatis erit deambulatum, requieſcemus? *Legitur et* ambulatum. *Conf.* Ibid. 2, 1 Quoniam ſatis ambulatum eſt. Cato R. R. 127 Et ſaliat decies, et deambulet. *Add.* Sueton. Auguſt. c. 83 *et* 96. *et* Domit. 21. Celſ. 1, 3. Vlpian. l. 12 §. 1 ff. de vſu et habit. Deambulare, *cum Accuſatiuo,* Senec. de Remedio fortuitorum, (Excerpt. Lipſ. p. 465) Multa quum deambulaueris, domum redeundum eſt. *Subauditur* ſpatia. Cic. de Orat. 2, 256 Idem quum cuidam dixiſſet, Eamus deambulatum: et ille, Quid opus fuit de? Immo vero, *inquit,* Quid opus fuit te? *Illud diſcimus,* Deambulare *non ita ſollemne fuiſſe, quam ſimplex* ambulare: *cum illud* de *opus eſſe negetur.*

DEAMBULATIO, onis. f. Verbale. [περίπατος] Ter. Heaut. 4, 6, 2 Vel me haec deambulatio, quam non laborioſa ad languorem dedit. *De loco,* Vlp. l. 7 ff. t. 1 l. 13 §. 4 Deambulationes arboribus opacae atque amoenae.

DEAMBULĀCRUM, i. n. Mamertin. Paneg. Iuliani c. 9 Fora, deambulacra, gymnaſia.

DEAMBULATORIUM, i. n. [περίπατος] *Locus, in quo deambulamus.* Capitolin. in Gord. c. 32. Vet. Gloſſ. *apud Salmaſ. ad* Spartian. 12 Deambulatorium Peribulum. *Vid.* PERIBOLUS. *Eſt nempe ipſum tectum circuitu munitum, quod explicamus Hieronymi verbis in* DOMA.

DEĂMO, āre. [ὑπερφιλέω] *Valde amare.* Ter. Heaut. 4, 6, 21 Nae ego ſum fortunatus: deamo te Syre. *Et* Plaut. Poen. 4, 2, 72. *et* 5, 4, 3.

DEAMATUS, a, um. Partic. Plaut. Truc. 4, 1, 5 Mea dona deamata acceptaque habita apud Phroneſium.

DEARGENTASSERE. *Verbum obſoletum, pro argento priuare, vel emungere.* Lucil. lib. 26 Depeculaſſere aliqua ſperans me, ac deargentaſſere, decalauticare eburno ſpeculo depeculaſſere. *Haec* Non. 2, 218.

DEARGENTATUS, a, um. Partic. *Argento inductus, vt* deauratus. Oroſ. 3, 22 *pr.* deargentatis armis. *et* c. ſeq. Argyraſpides ob arma deargentata ſic dicti. *Conf.* Auguſtin. Ep. 23 ad Bonifac. *et* Vulg. Pſ. 67, 14.

DEARGUMENTOR, āri. Dep. Super his deargumentabor Cl. Mamert. 2, 7. *Nihil videtur addere verbo ſimplici.*

DEARMO, āre. *Idem quod exarmare.* Apul. Met. 5 p. 172, 25 Sagittas dearmare.

DEARMATUS, a, um. Partic. [ἀφωπλισμένος] Liu. 4, 10 *extr.* Conſul triumphans in Vrbem redit, Ciuilio Volſcorum duce ante currum ducto, praelatisque ſpoliis, quibus dearmatum exercitum hoſtium ſub iugum miſerat. *Id eſt, cui ablata fuerant arma.*

DEARTUARE. [ἐξαρθρεῖν] Quaſi per artus concidere, *inquit,* Nonius 2, 203. Plaut. Capt. (3, 4, 109) Tum igitur ego aerumnatus, deartuatus ſum miſer Scelesti hominis technis. Deartuatum per artus diſciſſum Non. 1, 314. Deartuare opes, *per translationem dixit* Plaut. in Capt. 3, 5, 14.

DEASCIO, āre. *Dedolare.* Plaut. Mil. 3, 3, 11 Miles quemadmodum potis eſſet deaſciari, *i. plagis male mulcari.*

DEASCIĀTUS, a, um. Partic. Prudent. Rom. 381. Deaſciato ſupplicare ſtipiti.

DEAURO, āre. *Inaurare.* Gloſſ. Gr. Lat. χρυσόω, Auro, Inauro, Deauro. Cod. Theod. leg. 1 de fabricenſ. Bucculas tegerent argento et deaurarent. Tertullian. de Idolol. c. 8 Soccus et baxa quotidie deaurantur.

DEAURĀTUS, a, um. Partic. Sen. Ep. 76 Cui deauratus eſt balteus. *Sic* Pſ. 45, 10 In veſtitu deaurato, *ap.* Interpr. Vulg.

DEAURĀTOR, ōris. m. Leg. 1 Cod. de excuſ. artif. deauratores *memorantur.* Gloſſ. Vet. χρυσωτὰς, Deauratores.

D E B

DEBACCHOR, aris, āri. [παροινῶ] *Prae ebrietate valde furere, vt ſimul furoris finis ſignificetur.* Ter. Adelph. 2, 1, 30 Si ſatis iam debacchatus es leno, audi ſi vis nunc iam. S. Egone debacchatus ſim in te, an tu in me? *Ad inanima traxit* Hor. Od. 3, 3, 55 Qua parte debacchantur ignes.

DEBACCHATIO, ōnis. f. *Immanis bacchatio.* Saluian. de gubern. Dei 7 Feruidae libidinis debacchatione graſſantes.

DEBASIĀTOR, ōris. m. *Idem quod Baſiator.* Apuleii *eſſe dicitur.*

DEBASIATUS, a, um. *Apud eundem.*

DEBATUO, ĕre. *Pugnare vel potius pugnando ſubigere.* Petron. c. 69 Solebam ipſum ammeam debatuere. *Obſcenum videtur.*

DEBELLO, āre. [καταπολεμεῖν, καταγωνίζεσθαι] *Bello ſuperare, expugnare.* Plin. 6, 13 Darium Alexander debellauit. Virgil. Aen. 6, 852 Parcere ſubiectis, et debellare ſuperbos. Liu. 8, 36 Debellari eo die cum Samnitibus potuiſſe.

DEBELLATUS, a, um. Partic. Debellatus vi hoſtis Liu. 8, 10. *Id eſt Victus.* Tyrannus debellatus Claud. Paneg. 7. Prima acie debellatum eſt Liu. 7, 28. *Sic* 38, 37 Quod cum Antiocho vno praelio debellatum eſſet. Vell. 2, 84 Debellatum apud Actium. Velut iam debellato, quod ad Syphacem Carthaginienſesque attineret. Liu. 30, 8 Idem 26, 21 Quod niſi manente in prouincia bello non decerneretur, eum quaſi debellato triumphare, cum exercitus teſtis, *etc. Participium abſolute poſitum ſubintellecto nomine vel pronomine; de quo Voſſ. de Conſtr. c. 49.*

DEBELLANDUS, a, um. Partic. [καταπολεμηθησόμενος] Virg. Aen. 5, 730 Gens dura, atque aſpera cultu Debellanda tibi Latio eſt.

DEBELLĀTOR, ōris. m. Verbale. [καταγωνιστής] Cruenti gurgitis debellator Stat. Theb. 9, 545. Virgil. Aen. 7, 651. *et* Tertullian. Apol. cap. 5.

DEBELLATRIX, īcis. f. Tertull. adu. Marc. 3, 13 Roma ſanctorum Dei debellatrix. Lactant. 1, 9 Libido pudoris ac famae debellatrix. Tertull. Apol. c. 25 Graecia Phrygiae debellatrix. *vbi Rigaltius* debellator *vett. librorum auctoritate et exemplis tuetur.*

DEBĔO, ŭi, ĭtum, ēre. [ὀφείλω, ὀφλισκάνω] *Debet ille, a quo iure aliquid exigi aut exſpectari poteſt.* Ter. Andr. 4, 1, 51 Ego Pamphile hoc tibi pro ſeruitio debeo. Cic. Fam. 10, 12 Perfice, vt ne minus Reſp. tibi, quam tu Reipubl. debeas. Calendis Ianuarii debuit, adhuc non ſoluit Idem Att. 14, 21. *Et* Att. 5, 10 Quid vos? Quantum inquam debetis? Reſpondent, CVI. *ſubaudi* talenta. Cic. pro Quint. 15 Neque interea verbum vllum interpoſuit Naeuius, aut ſocietatem ſibi quidpiam debere, aut priuatim Quintium debuiſſe. Amorem et omnia in aliquem ſumma et ſingularia ſtudia et animum debere Cic. Fam. 1, 9. Non eſt paſſus longius debere eos Nepos 25, 2, 4. Animam debet, *vid.* ANIMA. Ter. Phorm. 4, 3, 56. Cic. pro Flacco, . . Semper ita ſentiet, talem ſe Animum et generis dignitati, et pietati ſuae, et patriae debuiſſe. Beneficium ſummum alicui debere Idem de Orat. 1, . . Fatum ſuum debere alicui, *Id eſt acceptum referre alicui quod, vel viuat, vel iam moriatur, vel bene, vel male agat* Stat. Theb. 5, 21. Debeo tibi hanc Fidem Plin. Epiſt. 2, 8. Fides communis omnibus debetur Cic. Q. Fratr. 1, 1. Gratiam alicui Idem de Fin. 2, . . Honores diuini pro diuinis meritis alicui debentur Cic. Philipp. 4, . . Laudem alicui Idem Att. 1, 9. Malum alicui pro ſceleribus debetur Cic. Verr. 1, . . Miſericordia tibi nulla debetur Idem in Catil. 1, 16. Numos alicui Cic. Att. 11, . . Oculos alicui Catul. Epigr. 77. Pecuniam alicui Cic. pro Quintio . . Idem Fam. 13, 62 Eius filio mire ſtudioſo et erudito et modeſto Pecuniam Nicaeenſes grandem debent ad HS. octogies. Cic. Fam. 3, 5 Dum pecunia accipitur, quae mihi ex publica permutatione debetur. Idem pro Caecin. 16 Quum praeſertim Pecunia ex partitione deberetur. Id. Phil. 2, . . Appellatus es de Pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro ſectione debebas. Pecunia coepta eſt deberi Cic. Fam. 1, . . de Orat. 168 Ante petitam eſſe Pecuniam, quam eſſet coepta deberi. Poena tanto facinori debetur Idem in Piſon. 91 c. 37. Satisdato debere Cic. Att. 16, 6. Supplicia debentur hoſtibus victis Idem Verr. 3, 76. Vitam tibi debere fatetur Ouid. ex Ponto 4, 5, 31. Vitam armis Claudian. Stilich. 77. Debeo tibi, *ſine Accuſatiuo:* Cic. Fam. 1, 1 Nos in cauſa eo auctoritatem minorem habemus, quod tibi debemus. *Id eſt, ſumus tibi obligati, aut debitores tui ſumus.* Debeam credo iſti quidquam furcifero, ſi id fecerim Ter. Eunuch. 5, 2, 23. Cic. pro Planc. . . Ei me dedam, cui nihil Magnopere debeam. Id noſtrae neceſſitudini debere me iudico Idem Fam. 10, 12. Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſoluere difficile eſt Brutus Cic. 11, 1. Nihil debere caeleſtibus, *pro mortuum eſſe. Qui enim viuunt, obnoxii ſunt ſuperis diis: mortui extra eorum ditionem ſunt, et in aliorum ius conditionemque concedunt: qui autem alicui obnoxius eſt, qui alicuius imperio paret, is ei aliquid debet.* Virgil. Aen. 11, 52 Nos iuuenem exanimum, et nil iam caeleſtibus vllis Debentem, vano moeſti comitamur honore. *Turneb.* ¶ 2 *Cum Infinitiuo iungitur, ad quamcunque non neceſſitatem modo, ſed officium, decentiam, veri ſimilitudinem, ſignificandam.* Cic. Fam. 1, 7 Qui te et maxime debuerunt, et plurimum iuuare potuerunt. Plaut. Amphit. prol. 39 Debetis velle, quae velimus. Cic. de Orat. 2 c. 78 Principia dicendi cauſarum propria eſſe debent. Id. Fam. 6, 6 Debebit habere fidem noſtra praedictio. Cic. de Orat. 2 c. 77 Et principia et caeterae partes orationis habere hanc vim magnopere debent. Idem Parad. 5 *extr. in verba Craſſi,* Nolite ſinere nos cuiquam ſeruire, niſi vobis vniuerſis, quibus et poſſumus et debemus, *ita commentatur,* Nos vero, ſiquidem animo excelſo et alto et virtutibus exaggerato ſumus, nec debemus, nec poſſumus. Tu poſſe te dicito, quoniam quidem potes: debere ne dixeris; quoniam nihil quisquam debet, niſi quod eſt turpe non reddere. *Itaque etiam cum ad officium refertur, tamen illam notionem rei alienae, quae reſtituenda et domino ſuo tribuenda ſit, haud quaquam omittit.* Debuit noſſe, *pro*

decebat. Cic. pro Cluent. . . Plin. Ep. 6, 21 Neſcio an noris hominem, quanquam noſſe debes. *Id eſt, veriſimile eſt, te hunc noſſe, quum ſit tot notis nobilis.* Cic. de Inuent. 2, 3 c. 1 Qui veriſſimum pulchritudinis habere iudicium debuiſſet. Idem Att. 6, 1 Aufius debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hereditate creuiſſe. Debebat minuere Cic. pro Sulla c. 13. *Add. Graeu. ad* Cic. Att. 10, 4 p. 131 ſq. *Burmann. et Sciopp. ad illud* Petron. c. 33 Hic neſcio, quid boni debet eſſe. *Conf.* c. 49 p. 246. *Siextr. milia de* Oportet, *vid. ſ. l.* Iuſtin. praef. Nonne nobis Pompeius Herculea audacia orbem terrarum aggreſſus videri debet. Quantum eſſet, quod deberet accedere, *Id eſt, quod addi oporteret* Cic. de Vniuerſ. ¶ 3 *Obſeruationes. Eſt etiam* Debet *Imperſonale.* Priſcian. 18 p. 1233 *Debet* quoque imperſonale accipitur, quando infinito paſſiuam vim habenti coniunctum tres circuit perſonas, cum maxime ſubiunctiuum verbum conſequitur, vt debet fieri a me, a te, ab illo, vt auctores legantur. *Sed Perſonale eſt :* Debetur inuentio rei alicuius illi Plin. 18, 7. *Id eſt, attribui debet : hoc eſt, inuenit.* Cato 144 Pro eo nemo ſoluet, neque debebitur. Sua cuique virtutis laus propria debetur Cic. de Orat. 2, 342. Corpora debentur fato Virgil. Aen. 6, 714. Vita neceſſitati debetur Cic. pro Sext. 47. Debeo, *pro poſſum dictum videtur*, Cic. Att. 8, 16 Neque enim ſuſpicari debui, *quod epiſtola ſuperiore dixerat :* Suſpicione aſſequi non potui. *Eleganter* debere *nos ea dicimur, quibus obnoxii ſumus, quae metuenda nobis impendent.* Horat. Od. 1, 14, 15 Tu niſi ventis debes ludibrium, caue. *Lambin. ad loc. exemplis docet, eam loquendi rationem a Graecis ſumtam eſſe.* Hor. ad Piſon. 63 Debemur morti nos noſtraque. *Similiter* poenas debere Iuuen. *dixit* 10, 312 *de quo Lipſ. Epiſt. Quaeſt.* 4, 24. *Ita* fatis debetur, *quod certo futurum eſt* Virgil. Aen. 3, 184. *Add. Burmann. ad* Quinctil. Declam. 9, 5 p. 194. *Item,* debere non poſſe, *quod praeſtandum erat, eleganter quoque dicitur.* Ouid. Heroid. 16, 103 Nec potui debere mihi ſpem longius iſtam, Caerulea peterem quin mea vota via. Cic. de Legib. 3, 26 c. 11 Senſit deberi non poſſe huic ciuitati illam poteſtatem, *i. neceſſario permittendam.* Cic. Att. 4, 2 Itaque oratio iuuentuti noſtrae deberi non poteſt, *i. cogimur illam iuuentuti deſcribendam concedere, vt inde proficiat. Plura dabit Victor. ad loc.*

DEBENS, entis. Partic. [ὀφείλων] *Vt,* Pertinax ſit memoria debentium Sen. de Benef. 1, 4. Dies longa videtur opus debentibus, *id eſt obligatis ad aliquod opus ſingulis diebus exhibendum.* Horat. Epiſt. 1, 1, 21. Idem de Art. 43 Debentia dici, *quae debent dici, dicenda ſunt.*

DEBENDVS, a, um. Partic. Conuerſio fratrum Exemplo debenda tuo Alc. Auit. ad Sororem v. 150 *quae debebitur.*

DEBITVS, a, um. Partic. [ὀφειλόμενος] Cic. Fam. 5, 17 De tuo autem filio vereor, ne ſi nihil ad te ſcripſerim, debitum eius virtuti videar Teſtimonium non cepiſſe. Ouid. Her. 20, 8 Debitus vt coniux, non vt adulter, amo. Fidem religioni ſuae debitam Valer. Max. 4, 1, 11. Gratiam meritam debitamque alicui referre Cic. de Orat. 3, 14. Mors naturae debita Idem Philipp. 14, 31 c. 12. Honores debitos decernere Cic. Philipp. 7, 10 c. 3. Officio debito fungi Idem pro Cael. 21. Tamdiu debitum neceſſitudini officium reddere Cic. Fam. 5, 18. *Add.* Att. 12, 23. Pecuniam iamdiu debitam alicui ſoluere Cic. pro Flacco 54 c. 23. Pietate debita fratres colam Senec. Hippol. 631. Debitas poenas dare Sen. Herc. fur. 644. Poenas ferre debitas Idem Oedip. 976. Poenas iuſtas et debitas ſoluere Cic. pro Milone 86. Praemia Reddere debita Virgil. Aen. 2, 537. Progenies Caelo debita Claudian. in Gigantomach. 53. Vita alicuius multis Suppliciis iuſtis debitisque erepta Cic. Catil. 1, 20 c. 8. Idem Tuſc. 3 c. 27 Haec omnia recta, vera, debita putantes, faciunt in dolore. *Idem interdum ac deſtinatus.* Sulp. Seuer. Hiſt. Sacr. 1, 94 Poſtremis denique malis debitus Regis animum offendit. *Vid.* INDEBITVS.

DEBĬTVM, i. n. Subſt. [ὀφείλημα, χρέος δάνειον] *Id, quod debetur.* Cic. ad Q. Fratr. 1, 2 Prius quam Fundanio debitum ſolutum eſſet. Idem Att. 13, 23 Ne exiſtimes, eos, qui non debita conſectari ſoleant, quod debeatur remiſſuros. Exigere debitum Senec. Phoeniſſ. 171. Fraudari debito Cic. in Orat. 178. Liberari debito vitae, *vid.* VITA. Pſeudo-Cic. antequam iret in exil. 2 Fidei conducit, in loco debitum Retribuere. Reſidere in debitis *dicitur, quod nondum ſolutum eſt.* Lege vlt. Cod. de praed. Senat. Docuit tua ſublimitas exactionem Tribunorum Senatus non poſſe concurrere, adeo, vt in nonnullis prouinciis Senatori canonis medietas in debitis reſederit. *Id quod vno nomine Reliquum dicitur.* Reddere debitum Naturae, *i. mori* Nep. de Reg. 1, 5. Curt. 10, 5, 3 Velut omni vitae debito liberatus. Soluere alicui debitum Cic. Q. Frat. 1, 2.

DEBITOR, ōris. m. Verbale. [ὀφειλέτης, χρεωστὴς, ὑπόχρεως] Proprie (*vt* Modeſtinus *ait*) is dicitur, a quo inuito exigi pecunia poteſt. Fecit eadem omnia, quae noſtri debitores ſolent Cic. pro Flacco c. 20. Plin. Paneg. 43 Nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit. Mart. 3, 31 Et ſeruit dominae numeroſus debitor arcae. *Id eſt multi debitores.* Aeris debitor Horat. Sat. 1, 2, 86. Leuior plaga ab amico, quam a debitore Cic. Fam. 9, 16. Idem in Piſon. 86 Vltro Fuſidium Equitem Romanum hominem ornatiſſimum creditorem debitoribus addixiſti. Debitoribus creditas pecunias condonare Cic. Off. 2, 78. Dimittere debitorem, *pro Remittere debitum, et acceptilatione debitorem liberare.* Vlpian. l. 4 D. de decret. ab ordin. faciend. Ambitioſa decreta decurionum reſcindi debent, ſiue aliquem debitorem dimiſerint, ſiue largiti ſint. Interpellare debitorem, *vid.* INTERPELLO. Perpetuus animae debitor Ouid. Triſt. 1, 5, 10. Vitae debitor Idem ex Ponto 4, 1, 2.

DEBĬTRIX, īcis. f. Verbale. [ὀφειλέτις] Vlpian. in l. Quamuis pignoris datio D. ad Senatusconſ. Velleian. Quaſi debitrix delegetur. Paull. eod. tit. l. debitrix mulier. Tertullian. de anima c. 35 Si omnium facinorum debitrix anima eſt. *Conf.* Hieron. Ep. 150 ad Hedibiam Qu. 1.

DEBITIO, ōnis. f. Verbale. [ὀφειλή] *Idem quod debitum.* Cic. ad Att. 14, 13 Quintus autem de emendo nihil curat hoc tempore : ſatis enim torquetur debitione dotis. *Facto enim diuortio cum Pomponia, Attici ſorore, dotem reddere Q. Cicero cogebatur. Sic apud eundem* pro Planco 68 c. 28 Diſſimilis eſt pecuniae debitio et gratiae. *Vid.* Gell. 1, 4.

DEBĬBO. Solin. 12 Quorum alterum ſi ouillum pecus debibat, *etc.*

DEBĬLIS, e. Adi. [ἀσθενὴς, πηρὸς] *Imbecillis, membro aliquo captus, infirmus a morbo, etc.* Ter. Adelph. 4, 5, 3 Membra metu debilia ſunt. Cic. in Catil. 3, 3 Infirmos ſine illo ac debiles fore putabam. Imbecillis ac debilis ſenex Cic. pro Sextio 24 c. 10. Humero, lumbis, coxa debilis Iuuen. Sat. 10, 227. Debilem facito manu, debilem pede, coxa Maecenas *ap.* Sen. Ep. 101. Hic fuit debilis pedibus manibusque articulorum dolore Victor Iun. de Conſtante. Lapſante claudus poplite Femurque victus debile Culpae vigorem perdidit Prud. Hymn. 2, 78. *i. luxatum, de Iacobo. Add.* Id. Apoth. v. 1070. Ferrum Virgil. Aen. 12, 50. Mancus et membris omnibus captus ac debilis Cic. pro Rabirio 21 c. 7. *Ita* debilis Tacit. Ann. 13, 14, 5 *Burrhus dicitur, qui* trunca manu *erat.* Ingenio debilior Idem Hiſt. 4, 62, 6. Cic. pro Mil. 25 c. 9 Occurrebat, mancam ac debilem Praeturam ſuam futuram Conſule Milone. *De Clodio. Mancos,* τοὺς κυλλοὺς Matth. 15, 30 *Vulgata reddidit* debiles. *Conf. Caſaubon. et Bez. it. Grot.* Debile *et* Firmum, *contraria* Cic. pro Muraen. 51. Debilis aliqua parte animi Idem de Claris Orat. 219. Senex et debilis Cic. Philipp. 8. Pars vna maneret debilior Claudian. in Ruff. 1, 317. Sexus debilior Idem Epigr. 42. Vires equitum debiles Cic. pro Mil. 95. Blando ſolem clangore ſalutat Debilior Claudian. de Phoenice v. 45.

DEBILĬTO, āre. [ἀσθενόω, ἐξασθενίζω, ἀμυρνηνόω] *Debilem facere.* Qui filium debilitauit delectu per bellum indicto, vt inhabilis militiae ſit l. 4 §. 12 D. de re milit. *Conf. Cuiac. Obſſ.* 15, 40. Sueton. Aug. c. 24. *et infra* Murcus. *Hic ergo debilitare eſt membro rupto vel abſciſſo inhabilem militiae facere.* Cic. de Amicit. . . Nec debilitari animos, aut cadere patitur. Me dolor debilitat, includitque vocem Idem pro Rabir. Poſt. *ſub fin.* ſ. 48. Ouid. Triſt. 2, 333 At ſi me iubeas domitos Iouis igne Gigantes Dicere : conantem debilitabit onus. Membra debilitant lapidibus, fuſtibus, ferro Cic. pro Flacco 73. Id. pro Deiot. 7 Quae quoniam anguſtiora faciunt, Actioque cauſae maxime debilitatur loco, tuum, *etc.* Affligunt animos, et debilitant metu Cic. Tuſcul. 4 c. 15. Audaciam alicuius debilitare et comprimere Idem pro Muraena. Debilitantur cogitationes inimicorum et proditorum Cic. Fam. 1, 6. Idem Philipp. 8, 4 Conſenſus Popul. Roman. qui iam deſcendit in cauſam, ſi nos langueſcimus, debilitetur neceſſe eſt. Cic. in Vatin. 17 Quae leges ſaepe numero tribunicios furores debilitarunt et repreſſerunt. Dolor patientiam debilitat Cic. Tuſcul. 5, 76. Debilitat ſpem meam tua profectio Idem ad Att. 5, 4. Studia amicorum debilitare Cic. pro Muraen. 43. *Id eſt minuere.* Idem pro Marcell. 8 c. 3 Nulla eſt enim tanta vis, tanta copia, quae non ferro ac viribus debilitari frangique poſſit. Debilitat vires animi Virg. Aen. 9, 611. Cic. Phil. 5, 4 Vtrum hoc eſt confirmare militum animos, an debilitare Virtutem Idem pro Caelio 60 Sed enim haec facta illius clariſſimi ac fortiſſimi viri mentio et Vocem meam fletu debilitauit, et mentem dolore impediuit. Debilitari, *paſſiue : vt,* Debilitari morbo Celſ. 1, 8. Cic. de Fin. 2, . . Turpe eſſe viro debilitari, dolere, frangi, ſuccumbere. Inuidia debilitari Nepos 23, 1, 2. Frangi et debilitari moleſtia non oportet Cic. Q. Fratr. 1, 1. Debilitor lacrymis Idem Fam. 14, 3. Cic. de Orat. 1, 24 Druſique Tribunatus pro Senatus auctoritate ſuſceptus, Infringi iam ac debilitari videretur.

DEBILITĀTVS, a, um. Partic. [ἀσθενῶν, ἠσθενωμένος] *Vt,* In hoc ludicro C. Nonium Aſprenatem lapſu debilitatum aureo torque donauit Sueton. Auguſt. c. 43. Illum debilitatum vulnere iacuiſſe Curt. 8, 1, 24. Debilitatus ſtupris Cic. in Catil. 2, 10. Afflictus, debilitatus moerens Idem de Orat. 2, 195. *Et* Catil. 3, 10 Recitatis literis, debilitatus atque abiectus, conſcientia repente conticuit. Cic. Bruto 9, 3 Minime decet, propter quem fortiores caeteris ſumus, eum ipſum Animo debilitatum videri. Idem in Orat. 3 Vereor ne, *etc.* tandem ſtudia multorum, qui Deſperatione debilitati, experiri id nolent, quod ſe aſſequi poſſe diffidant. Multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore et contrucidato, ſe abiecit exanimatus Cic. pro Sextio 79. Fractus ac debilitatus metu Idem de Orat. 1, 122. Inermem et debilitatum aliquem opprimere Cic. pro Muraen. Victus et debilitatus obiecta ſpecie voluptatis Idem de Fin. 1, 47. *Et* in Catil. 2, 14 Nunc ſi L. Catilina Conſiliis, laboribus, periculis meis circumcluſus ac debilitatus, ſubito pertimuerit, *etc.* Ciuitas fracta malis, muta, debilitata, abiecta metu Cic. pro Domo ſua 25 Idem pro Domo ſua 40 In tuo Praecipitante iam et debilitato Tribunatu, auſpiciorum patronus ſubito exſtitiſti. Illa naufragorum eiecta ac debilitata manus Cic. in Catil. 2, 24. Nomen Graeciae iam fractum prope ac debilitatum Idem pro Flacco 62. *Et* pro Quint. 4 c. 1 Vt multis incommodis Veritas debilitata, tandem aequitate talium virorum recreatur. Virtus debilitata, animus fractus Cic. poſt redit. ad Quirites 19. Idem de Lege Agr. 2, 90 Quod neruis Vrbis omnibus exſectis, Vrbem ipſam ſolutam ac debilitatam reliquerunt. Cic. de Orat. 2, 142 Debilitati a iure cognoſcendo, voluntatem diſcendi ſimul cum ſpe perdiſcendi abiiceremus. *Id eſt, deterriti a iure cognoſcendo, metus enim debilitat.*

DEBILITĀTE, *Ita* Nonius 2, 227 *explicat* Debiliter.

DEBILĬTAS, ātis. f. [ἀσθένεια] Plin. 17, 24 Quibusdam debilitas ſterilitatem, non necem affert. Debilitas *de eo, qui* omnibus membris extortus et fractus Plin. Ep. 7, 18. Cic. de Fin. 1, 49 c. 28 Ob eamque debilitatem Animi, multi parentes reliquerunt, *etc.* Tarditas ingenii, ſtupor debilitasque linguae Idem in Piſon. 1. Bonum integritas corporis, miſera debilitas Cic. de Fin. 5, 84 c. 28. Debilitates et aegritudines corporum Gell. 6, 1.

DEBILITATIO, ōnis. f. [ἀσθένημα] Cic. in Piſon. 88 c. 36 Quid debilitatio atque abiectio animi tui? DEBILITAMENTVM, *Idem apud* Auguſtin. DEBILITATOR, ōris, *ap.* eund. DEBILITĀTRIX, īcis, *ap.* Hieron.

DEBILITER. Adu. *antiquum,* Debilitate, *inquit* Non. 2, 228. Pacuu. Miſerent me, lacrimis lingua debiliter ſtupet.

DEBĬLO, ōnis. m. *pro debili.* Enn. Debilo homo *apud* Non. 2, 208. *Sed legendum* Debil, *vt* facul, famul, *poſt alios monuit Merula* p. 453, 15.

DEBITIO, DEBITOR, DEBITRIX, DEBITVM, DEBITVS, *vid.* DEBEO.

DEBLATĔRO, āre. [καταφλέλλω] eſt ſtulte loqui, *inquit* Feſt. nam *βλάκας*, ſtultos vocant Graeci. Non. *vero* 2, 211 deblaterare, Obloqui et conſingere *interpretatur.* Plaut. Aulul. 2, 3, 1 — Vbi tu es, quae deblateraſti iam vicinis omnibus ; meae me filiae daturum dotem? Lucil. lib. 30 *ap.* Non. *l. c.* Deblaterat plenus, bonus, ruſticus concinit vna. Gell. 9, 15 — Deblateratis verſuum multis milibus.

DEBLATERATIO, ōnis. f. *ap.* Apul.

DEBREVIATVS, a, um. Adi. *Idem quod Abbreuiatus in* Cod.

DEBREVIATIO, ōnis. f. *Idem quod Abbreuiatio in* Cod.

DEBRIS, Garamantum oppidum, affuſo fonte, a medio die ad mediam

mediam noctem aquis ſtruentibus, totidemque horis ad medium diem rigentibus. *Verba ſunt* Plin. 5, 5.

DEBVCELLATVS, a, um. Adi. *Vt*, Penicilli debucellati Plin. Valer. 1, 6.

DEBVCCĪNO, āre. Tertull. de velandis virginibus c. 13 Debuccinemus. *i. promulgemus.*

DEBVCCINĀTVS, a, um. Partic. *ap.* Mart. Capell.

DEBVCCINATOR, ōris. m. *ap.* Auguſtin.

DEBVLLIO, īre. *Hinc*

DEBVLLITIO, ōnis. f. *ap.* Auguſtin.

D E C

DEC. Decius, Decurio. DE. Defunctus. DEC. DEC. Decem Decani, Decreto Decurionum. DE. *vel* DEDIC. Dedicata. DES. Deſignatus, Deſignauit. DEST. Deſtinato.

DECACHINNARE. [ἀποκαγχάσαι] *Eſt deridere, vt eſt apud* Tertull. ad Nation. 1, 19 Quo reſolutius decachinnatis. Id. Apol. c. 47 Gehennam ſi comminemur, decachinnamur.

DECACHORDVM, i. n. [δεκάχορδον] *Inſtrumentum muſicum, decem chordas habens. Occurrit in* verſ. Pſalm. *et ap.* Hieron. Epiſt. ad Paullin. c. 7.

DECACVMĪNO, āre. [βλαστολογέω] *Cacumen praecidere, et cacumine priuare.* Columel. 4, 7. *et* 5, 6 Poteſt etiam vlmus ſic diſponi, vt adhuc tenera decacuminetur, ne altitudinem quindecim pedum excedat.

DECACVMINATIO, ōnis. f. Verbale. [βλαστολογία] Plin. 17, 24 ſ. 37, 9 Similem et decacuminatio rationem habet, cupreſſi, piceae, cedri.

DECACVMINATOR, ōris. *ap.* Tertull.

DECADĪVVS, a, um. Adi. Vetus Poëta in Peruig. Veneris 17 Et micant lacrimae trementes decadiuo pondere. *Ita enim corruptiſſimum locum feliciſſime Lernutius reſtituit.*

DECADORVS, a, um. Adi. [δεκάδωρος] *Longus decem palmis.*

DECALANTICARE, *vel melius* DECALAVTICARE, *Lucilianum verbum apud* Non. 2, 218, *et ſignificat* Calauticam, *ſ. vt aliis placet*, Calanticam *detrahere, vid.* CALANTICA.

DECALCO, āre. Vet. Gloſſ. κονιῶ. Decalco, albo. *vt* Deauro.

DECALICATVS, a, um. Adi. *Idem quod Calicatus.* Feſtus Decalicatum calce litum. *Nempe etiam* Calicatum *eſt* Feſti *pro* Calcatum.

DECALICATOR, ōris. m. [κατακότης Gloſſ. Lat. Gr.] *A calicibus dictum, quos ebibat.*

DECALESCO, ēre. ἐκθερμαίνομαι Gloſſ. Cyr.

DECALEFACIO, ēre. ἐκθερμαίνω Gloſſ. Lat. Gr.

DECALŎGVS, i. m. [δεκάλογος] *Decem praecepta continens.* Exod. 34, 28. *et* Deut. 4, 13. *Conf.* Tertull. de Anima c. 37.

DECALVO, āre. Veget. de Re Vet. 2, 48, 3 Pſilothro decaluare. *Vſus et* Vulg. Interpr. 1 Cor. 11, 5. Vet. Gloſſ. Decaluo, φαλακρῶμαι. Samſon a muliere decaluatus Hieron. adu. Iouin. 1 c. 13 *pr.*

DECANI. [δεκάρχοι] *Dicti ſunt in exercitu, qui decem militibus praeerant.* Erant Decani denis militibus praepoſiti, qui nunc caput contubernii vocantur, *ait* Veget. 2, 8. *Vid. Steweck. ad loc. et conf.* Vulg. Interpr. Deut. 1, 15. ¶ 2 *Apud Eccleſiaſticos dignitatis nomen* Decanatus. *Vid. Alciat. in* l. non plures C. de ſacroſanctis eccleſiis. *Ex Militia in Coenobia transducta vox eſt ; nam nouem ſemper hominibus decimus praeerat, qui* Decanus *inde appellatus, de quo* Hieron. *et* Auguſtin. de moribus Cathol. Eccl. c. 31. *Inde in Collegia Eccl. Cathedr. item in Academias, vbi* Decanus *appellatur, qui Collegio caput. Vid. Buchn. de Philoſ. Ecloga. Gloſſ. Spelmanni, Cangii, Macrorum.* ¶ 3 Decani *erant collegium libitinariorum, ad quos cura libitinae pertinebat, id eſt exequias, ſepulturamque procurandi, feretra item atque lecticas ferendi. Eligebantur autem ex vrbis faece, et in collegia ſeu decanias diſtinguebantur, variis donati priuilegiis.* Nouell. de Offic. §. Eapropter Conſt. 43. *Et* Nouell. de Exequ. 5 Inde adeo Conſtit. 59 l. 4. *et* l. ſub praetextu C. de ſacroſ. eccleſ. ¶ 4 Decani lecticariorum *inter libertos domus Auguſtae, itemque* Decani Paedagogii. *Sed haec omnia poſterioris aeui.*

DECANTO, as, āre. [ἀναγορεύω, κηρύττω] *Cantandi finem facere.* Cic. Tuſcul. 3, 53 c. 22 *vbi diſputat de vi temporis in luctu minuendo,* Vidi etiam in Peloponneſo quosdam Corinthios *(vaſtata vrbe ſua ſeruitutem ſeruientes)* Hi poterant omnes eadem illa de Andromacha *(Ennii tragoedia)* deplorare *(verbi cauſa)*. Haec omnia vidi (inflammari *etc.* *conf.* n. 45) Sed iam decantauerant fortaſſe, *i. canere deſierant lugubrem illum cantum etc.* *Aliter* Idem de Orat. 2, 75 c. 17 *pr.* Nec mihi opus eſt Graeco aliquo doctore, qui mihi peruulgata praecepta decantet, *vbi ad contemtum dixit.* *Et* de Diuin. 1 c. 47 *de P. Claudio*, Solus multorum annorum memoria non decantandi augurii, ſed diuinandi tenuit diſciplinam. *Decantare augurium eſt formulas ſollennes dicis cauſa vſurpare.* Decantare *pro deblaterare, poſuit* Quinctil. 12, 8 Quum multa, quae neque ad iudicem, neque ad Litigatorem pertineant, decantauerunt, bene comitati per forum reducuntur. *Sic ad contemtum pertinet illud,* Iisdem de rebus ſemper quaſi dictata decantare Cic. de Fin. 4, 10. *Sic* Lucan. 5, 293 Et non admiſſae dirimit ſuffragia plebis Decantatque tribus. *Sed pro ſimplici poſitum videtur ab* Horat. Carm. 1, 33, 2 Neu miſerabiles Decantes elegos. *Et* Nemeſian. Cyneg. 96 Et docilis decantet Oreadas echo. Victor de Vir. ill. 34 Appius Claudius epulandi decantandique ius tibicinibus in publico ademit.

DECANTATVS, a, um. Adi. *et* Partic. [κηρυττόμενος] Cic. de Orat. 2, 140 Omnes cauſas diligentes, memores, et ſobrii oratores percurſas animo et prope decantatas habere debent. At ego nullo decantatus carmine Apul. Mileſ. 3 p. 138. *Conf.* Id. 5 p. 165. Fabula Cic. Att. 13, 34. *Add.* Symmach. Ep. 3, 5.

DECANVMMVS, *Denarius numus, cuius quarta pars ſeſtertius, decima as ap.* Var. Auct. de Limit. Goeſ. p. 265.

DECAPŎLIS, is. f. *Iudaeae regio eſt* decem vrbium trans Iordanem, *vt ait* Hieronymus. *Deſcribit etiam* Plin. 5, 18. Matth. 4 *vlt.*

DECAPOLITANVS, a, um. Adi. Regio Plin. 5, 18.

DECAPRŌTI, [δεκάπρωτοι] *quos* Cicero Decem primos *appellat* pro S. Roſc. 25. *Munus publicum, quod tributorum exactione conſtitiſſe videtur. Vid. Iac. Gothofr.* ad l. 1 C. Th. de exactionib. Vlp. in l. Et qui D. de Muneribus et Honor. decaprotos minores etiam annis XXV fieri iampridem placuit. Arcad. eod. tit. l. vlt. Miſta munera ſunt decaprotiae, icoſaprotiae : *vt* Heren. Modeſtin. et notando et diſputando bene et optima ratione decreuit. Nam decaproti et icoſaproti tributa exigentes et corporale miniſterium gerunt, et pro muneribus defunctorum fiſcalia detrimenta reſarciunt.

DECAPROTIA, *Decemprimatus.* Vlp. l. 18 §. 26.

DECAPŬLO, āre. *Euacuare, deplere. De oleo dicitur.* Plin. 15, 6 ſ. 6 Quare ſaepius die decapulandum, *vbi nonnulli legunt tantum* capulandum. *Ita Hard. vid.* CAPVLO.

DECASTȲLVS, *Decem Columnas habens.* Vitruu. 3, 1. *Vid. Bald. p. 35.*

DECARNO, āre. *Carnem detrahere* Apic. 7, 9. *Adde* Veget. de Re Vet. 2, 27, 2. *et* 2, 42, 1. *it.* 3, 6, 1.

DECAS, adis. f. [δεκὰς] *Significat decenarium numerum. Hinc* T. Liuii *libros, per Decadas diſtribuere librarii, non auctor. Vid. Voſſ. Art. hiſt.* c. 25. Nonades decadibus ſubrogatae Mart. Capella 2 p. 25. *Add.* Tertull. de Praeſcr. c. 49.

DECATORTHŌMA, atis. n. *Medicina ex decem rebus parata ap.* Seren. Sammon. *Vid. Keuchenii not. p. 181.*

DECAVLESCO, ēre. [ἐκκαυλόω] *Amittere caules.* Plin. 19, 7 ſ. 36 Raphanus vtique iucundior detractis foliis ante quam decauleſcat.

DECĒDO, ſſi, ſſum, ēre. [ἀποχωρέω, ὑπεξίσταμαι] *Eſt cedere de loco ſuo et abire : ſpeciatim* decedere *dicuntur, qui locum relinquunt aut prouinciam, quam mox alter occupet.* Nep. 25, 4, 1 Ex Aſia Sulla decedens. *Add.* Id. 24, 1, 3. Cic. pro Lig. *pr.* Vt decedens Conſidius prouincia ſatisfacere hominibus non poſſet, ſi quemquam alium prouinciae praefeciſſet. Id. Fam. 3, 5 Quod claſſe tu velles decedere. *Et* Ep. 6 Te in prima prouincia velle eſſe, vt quam primum decederes. *Et* 1, 9 *extr.* Sunt qui putent, poſſe te non decedere, quod ſine lege curiata ſibi ſuccedatur : ſunt etiam, qui, ſi decedas, a te relinqui poſſe, qui prouinciae praeſit. *Hoc igitur indubium decedere eſſe magiſtratuum e prouincia diſcedentium. Sed multo latius patet, et de omnibus dicitur, qui locum quemcunque relinquunt. Sic de priuatis e prouincia abeuntibus* Cic. Verr. 2, 65 c. 27 Heraclius ille et Epicrates — Romam decedere *(ex Sicilia)* mecum cupierunt. Ibid. 157 c. 65 Hoc animo eſſe Siculos, vt, ſi in iſtum animaduerſum non ſit, ſibi relinquendas domos ac ſedes ſuas, et ex Sicilia decedendum, atque adeo fugiendum eſſe arbitrentur. *His aliisque locis recte vtitur in Claui Cicer. Erneſtus contra Graeuium, qui* diſcedere *in ſimili re ſubſtituere tentat* Verr. 2 c. 20. *et* 3 c. 41. *Sic* Cael. ad Cic. Fam. 8, 1 *pr.* Quod tibi decedens pollicitus ſum, *intell. a deductione, qua Roma in prouinciam euntem ſum proſecutus, vel decedenti, i. eunti in prouinciam. Fruſtra etiam hic aliquid moliente Gronouio.* Id. Caelius Ep. 10 Qua obteſtatione decedens *(Roma)* mihi mandaris. *Sic* Cic. in Piſon. . . . Altera ratio, quod ii, quos in prouincia liberalitatis et virtutis ſuae teſtes habuerat, nondum deceſſerant. Plaut. Bacch. 1, 1, 74 Hic neſcio qui turbat, qui huc it. decedamus. Cic. pro Font. . . . Dicunt contra, quibus inuitiſſimis imperatum eſt : dicunt qui ex agris ex Cn. Pompei decreto decedere ſunt coacti. Plaut. Amph. 3, 4, 3 Nam mihi quidem hercle qui minus liceat, deo, minitarier Populo, ni decedat mihi *(int.* de via) quam ſeruolo in comoediis ? *Honoris hoc eſt. Vid. deinde* Decedere de Via. *Hinc abſolute* Decedere *eſt inferioris dignitatis, pretii etc. eſſe.* Hor. Od. 2, 6, 15 Vbi non Hymetto Mella decedunt. *Magis proprie, de homine nimirum,* Hor. Epiſt. 2, 2, 213 Viuere ſi recte neſcis, decede peritis. *i. obſequere. Add. Paſſ.* Decedi n. 2. *Deceditur etiam auerſandi et abominandi cauſa,* Caeſ. B. G. 6, 13 Quibus ita interdictum eſt *(a Druidibus)* iis omnes decedunt, aditum ſermonemque defugiunt. *Gr.* τούτους ἀποτρέποντας. Cic. Verr. Act. 1, 43 Vtrum Praetor imperet, vique cogat aliquem de ſuis bonis omnibus decedere, an *etc.* Cic. pro Cluent. c. 60 Nihil periculi de Cauſa eius decederet, ad cauſam nouum crimen accederet. De curriculo vitae decedere, *vid.* CVRRICVLVM. Cic. pro Flacc. 17 Cognoſce quid me Conſule Senatus decreuerit, quum quidem nihil a ſuperioribus continuorum annorum decretis deceſſerit. Liu. 34, . . Potuiſſe ſe extra id periculum eſſe, ſi decedere fide, ſi coniurare cum caeteris voluiſſent. Furori aliquorum decedere Pſeudo-Cic. antequam iret in exil. 13. *Id eſt cedere.* Inſtituto ſuo, *Id eſt aliter agere (inquit Budaeus) quam quis ſolitus ſit.* Liu. 37, 54 Eſſet deliberatio anceps, ne aut regem amicum inhonoratum dimitteretis, aut decederetis inſtituto veſtro. Itinere, *per metaphoram* Plin. Epiſt. 1, 2. De ſuo iure, *eſt non ſummo iure agere, aliquid ſui condonare comiter :* Cic. Off. 2, 64 c. 18 Eſt enim non modo liberale, paullulum nonnunquam de ſuo iure decedere, ſed interdum etiam fructuoſum. Idem pro Roſc. Amer. 73 c. 27 Eſto, cauſam proferre non potes, tametſi ſtatim viciſſe debeo, tamen de meo iure decedam : et tibi, quod in alia cauſa non concederem, in hac concedam, fretus huius innocentia. Liu. 3, . . Deceſſitque iure ſuo, vt demtum de vi magiſtratus, populi libertati adiiceret. Limite decedit Stat. Theb. 2, 61. Loco decedere Tacit. Annal. 3, 31. De ſuo more, *pro Mores mutare :* Cic. Verr. 2 c. 64 Nonne hoc indicant, tantas eſſe iniurias, vt multo maluerint de ſuo more decedere, quam de tuis moribus non dicere ? Serae meminit decedere nocti Virg. Ecl. 8, 88. Officio, *vel de officio, Eſt contra quam decet atque officioſum eſt, aliquid agere.* Cic. in Verr. 2 c. 10 Quid faceres pro homine innocente et propinquo, quum propter hominem perditiſſimum atque alieniſſimum, de officio deceſſeris ? Liu. 27, 10 Eas quoque colonias, quae officio deceſſiſſent. *Vid. Gronou. ad* Liu. *l. c.* Poſſeſſione decedere, *vel* de poſſeſſione : Vlp. in l. ſi finita 15 §. ſi quis D. de damno infecto : Si quis in poſſeſſionem miſſus, nondum poſſidere iuſſus ſit, an dominus decedere de poſſeſſione debeat, videamus, *etc.* De poſſeſſione decedere Cic. de Leg. Agr. 2, 67 c. 26. Regnis decedere, *pro priuari regno vel imperio* Sil. 17, . . Tacit. 14, 49 Non ideo aut Conſules mutauere relationem, aut Thraſea deceſſit Sententia. Cic. pro Corn. Balb. 11 Qui de ciuitate decedere, quam de ſententia maluit. *Add.* pro Muraen. c. 30. Spatio decedere Lucret. 2, . . Plaut. Amphit. 3, 4, 7 Quamobrem mihi magis par eſt Via decedere et concedere. Quinctil. 4, 5, 3 Decedere Via dicendi, *aberrare.* Sueton. in Caeſ. c. 31 Et cum luminibus extinctis deceſſit via diu errabundus, tandem ad lucem duce reperto per anguſtiſſimos tramites pedibus euaſit. Plaut. Amphit. 3, 4, 1 Concedite, atque abſcedite omnes, de via decedite. *Aliter* Cic. pro Cluent. c. 59 Si inuitauerit, id quod ſolet, ſic hominem accipiemus, vt moleſte ferat, ſe de via deceſſiſſe. Plaut. Trinum. 2, 4, 8 Non tibi dicam dolo, decedam ego illi De via, de ſemita, de honore populi. De vitae ſtatione Cic. de Sen. c. 20. De vita decedere Cic. pro Rabir. perduell. reo *extr.* ſ. c. 11. Decedere *etiam dicuntur, qui iniuſſu et ſine commeatu abeant* Poll. ad Cic. Fam. 10, 32 *extr.* Si quos equites decedentes nactus ſum, ſupplicio affeci. *Sed patet*

nempe latiſſime : Lucr. 2, 71 Quae decedunt corpora cuique Vnde abeunt minuunt, quo venere augmine donant. Ter. Hec. 3, 5, 55 Decedet iam ira haec, etſi merito iratus eſt. Liu. 9, 29 Profligato fere Samnitium bello, prius quam ea cura decederet patribus Romanis, Hetruſci belli fama exorta eſt. Fauor : *vid. Burm. ad* Quinct. Decl. 6, 6 p. 133. Nihil decedet de ſumma Ter. Adel. 5, 3, 30. Decedit febris Celſ. 3, 3. Lucr. 2, 34 Nec calidae citius decedunt corpore febres. Decedit hoc opibus Liu. 3 . . Cic. pro Cluent. 167 Quod iam intelligetis, an vt de cauſa eius, periculi nihil decederet, ad cauſam nouum crimen accederet ? Liu. 34, . . Quantumcunque virium Antiocho deceſſiſſet, ſuo id acceſſurum regno ducebat. ¶ 2 *Obſ.* Decedi, *paſſiue :* Cic. de Senect. 62 Haec enim ipſa ſunt honorabilia, quae videntur leuia atque communia, ſalutari, appeti, decedi, deduci, aſſurgi, reduci, conſuli. Decedere, *ſine appoſitione, pro Mori, quaſi a cuſtodia et gubernatione corporis proficiſci, inquit Valla.* Cic. ad Att. 1, 4 Pater nobis deceſſit ad VIII Cal. Decemb. Id. 1, 12. Nep. 20, 1, 6. *De* Catello *poſuit* Val. Max. 1, 5, 3 *reprehenſus hoc nomine a Ruperto.* Decedere *et* Accedere, *opponuntur :* Labeo in l. Si cui aedes D. de legat. 3 Namque eo modo alteris aedibus id accedet, alteris decedet. Decedere *et* Succedere, *contraria ſunt :* Vlp. l. Quiue D. ad legem Iuliam maieſt. Quiue, ait, de prouincia, cui ei ſucceſſum eſſet, non deceſſit. Decedo, diſcedo *et* deſcendo *confundi ſolent a librariis, vid.* DESCENDO.

DECEDENS, entis. Partic. [ἀποχωρῶν] Cic. pro Muraen. . Multi obuiam prodierunt de prouincia decedenti. Quaeſtor Africa decedens Cat. c. 1 Dies decedens, *id eſt occaſus* Virg. Georg. 4, 466. Certis momentis tempora decedentia Hor. Epiſt. 1, 6, 3. *De aurora prouinciam quaſi ſuam relinquente, et diei ſ. Soli tradente,* Prop. 2, 14, 11 Illum *(Tithonum)* ſaepe ſuis decedens fouit in vlnis Quum prius abiunctos ſedula lauit equos.

DECESSVS, a, um. Part. Nec dum deceſſis pelago permittimur vmbris Rutil. Itin. 1, 313. *i. de nocte, luce nondum exorta. Vid. Burm. ib. et* Voſſ. Anal. 4 p. 200.

DECESSIO, ōnis. f. [ἀποχώρησις Vet. Gloſſ. Deceſſiones διαδοχαὶ] *Verbale.* Cic. ad Q. Frat. 1, 1 Ego tibi ſpem maturae deceſſionis afferebam. Deceſſio de prouincia Cic. ad Att. 6, . . Manſio *et* Deceſſio, *contraria :* Cic. Fam. 4, 4 Is mecum ſaepe de tua manſione aut deceſſione communicat. Dies deceſſionis Cic. Att. 6, 5. Deceſſio, *pro diminutione, cuius contrarium eſt* Acceſſio: Cic. Off. 3, . . Sed quum ſit is, qui ſolum bonum iudicet, quod honeſtum ſit, quae autem huic repugnent ſpecie quadam vtilitatis, eorum neque acceſſione meliorem vitam fieri, neque deceſſione peiorem. Cic. de Diu. 2 c. 15 Haec deceſſio capitis (in iecore extorum) aut acceſſio ſubito ne fieri poteſt, vt ſe exta ad immolatoris fortunam accommodent ? Cic. pro Rab. Poſt. 30 c. 11 Non intelligo hoc quale ſit, vtrum acceſſionem decumae, vt noſtri facere coactores ſolent, centeſima, an deceſſionem de ſumma fecerit. Deceſſio *ſc.* Febris Celſ. 3, 3.

DECESSOR, oris. m. [ἀποχωρητὴς] *Eſt cui e prouincia abeunti, ſucceſſor mittebatur.* Vlp. in l. Obſeruare D. de Off. Proconſ. Recte autem et ordine faciet, ſi edictum deceſſori ſuo miſerit, ſignificetque, quo die fines ſit ingreſſurus. *Sic in aliis muneribus. Nam* Iulii Agricolae Tacitus Deceſſorem *vocat, qui legionem illi tradebat,* Agric. 7, 4.

DECESSVS, ûs. [ἀποχώρησις] *Idem quod Deceſſio.* Quod ad tuum deceſſum attinet Cael. Cic. Fam. 8, 10. *Add.* Nep. 20, 2, 3. Plin. 18, 18 ſ. 47. Vulgo credebatur ab eius *(i. Nili)* deceſſu ferere ſolitos Caeſ. B. G. 3, . . Celſ. 3, 12 Sub deceſſu febris cibum ſumat. *Mors.* Cic. de Amicit. c. 3 *extr.* Amicorum deceſſu plerique angi ſolent.

DECEM. [δέκα] *Numerale, indec.* Ter. Heaut. 5, 1, 36 Decem dierum vix mihi eſt familia. Talenta Id. Andr. 5, 4, 49. Fundos decem et tres reliquit Cic. pro S. Roſc. c. 7. Decem et octo Scribon. 23. Caeſ. B. C. 1, 56 Naues longas expediunt numero decem ſeptem. *Sic apud eundem* B. G. 1, . . Decem nouem.

DECEMIVGIS, e. Adi. [δεκάζυγος] Sueton. in Nerone c. 24 Aurigauit quoque plurifariam : Olympiis vero etiam decemiugem. *Subint.* currum.

DECEMMODIVS, *vel* DECIMODIVS, a, um. Adi. Col. 12, 50, 8 Corbulae decemmodiae, Satoriae.

DECEMPRĬMI. [δεκάπρωτοι] Cic. pro Roſc. Amer. 25 c. 9 Itaque Decurionum decretum ſtatim ſit, vt Decemprimi proficiſcantur ad L. Sullam, doceantque eum, qui vir Sext. Roſcius fuerit. *Vid. Noriſ. ad Cenot. Piſan. 1, 3. Graeu. ad* Cic. Att. 10, 13 *et ad loc. Alii ſunt* Decemprimi Domeſticorum et Protectorum *in aula Imperatoria, de quibus vid. Iac. Gothofr. ad* l. 7 C. Th. de Domeſticis et Protectoribus.

DECEMPRIMATVS, ûs. m. [δεκαπρωτία] *Decemprimorum munus et dignitas.* Hermog. in l. 1 D. de muner. et honor. Patrimonii ſunt munera rei vehicularis, item nauicularis, Decemprimatus. Decemprimatus Domeſticorum et Protectorum *memoratur* l. 7 C. Th. de Domeſt. et Protectorib.

DECENNIS, e. Adi. [δεκαετὴς] *Decem annorum. A quo* Decennium. Decennis femina Plin. 8, 5. *Et* c. 44. Quinctil. 8, 4. Flor. 1, 12, 8.

DECIES. Adu. [δεκάκις] Plaut. Stich. 3, 1, 45 Quin et ipſa decies in die mutat locum. Decies die vno Plaut. Aulul. 1, 1, 31. Decies dixi Plaut. Amphit. 2, 1, 27. *i. ſaepe.* Haud ſemel, ſed decies iuraſti mihi Plaut. Poenul. 1, 2, 148. Decies anno pariunt columbae Plin. 10, 53 ſ. 74. Decies bis Mart. 1, 12. *i. vicies. In pecuniariis rationibus in primis locum habet.* Iuuen. 10, 335 *de dote, quam Meſſalina nubens adultero conſtituit,* Ritu decies centena dabuntur Antiquo *intell.* millia. *Sic* Hor. Sat. 1, 3, 15

— Decies centena dediſſes
Huic parco paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis, *etc.*

Sed et Decies, *elliptice pro decies centena millia :* Quum vxori mandatum eſſet, vt moriens filiae communi decies reſtitueret *etc.* Papin. l. 77 §. 2 D. de condit. et demonſt. *Sed plene* Decies centena millia Cic. Verr. 1, 28 c. 10. *et* Plin. 13, 10 ſ. 47. Decies millia centum Mart. 1, 104. *Breuiter* Liu. 24, 11 Qui *(cenſus fuiſſet)* ſupra trecenta millia vſque ad decies aeris, quinque nautas ; qui ſupra decies, ſeptem ; Senatores octo nautas cum annuo ſtipendio darent. *Illud aeris ex antiqua ratione adiunctum, cum numi ſ. aſſes eſſent aerei. Caeterum* centena millia *hic quoque intelligi, ſatis ipſa ſeries et ratio indicat.*

DECĬMVS, a, um. Adi. [δέκατος] *ſiue* DECV̆MVS, *vt apud antiquos ſcribebatur.* Plaut. Amphit. 1, 2, 19 Alter decumo poſt menſe naſcetur puer. *(vid. de hac orthographia Drakenb. ad* Liu. 2, 59. *Neque fere aliter* Cic. *libro* in Verrem 3 *a capite inde 6 vbi frequentiſſime occurrit.* Decimus quiſque Plaut. Pſeud. 4, 2, 17. Decumum quemque fuſti necat Tacit. Ann. 3, 21, 1. Cic. Philipp. 2, 77 c. 31 Quum Hora diei decima fere ad ſaxa Rubra veniſſet, delituit in quadam cauponula. Idem Verr. 3, . . Omnes denique agros decumanos per triennium Populo Romano ex parte decuma C. Verri ex omni reliquo vectigales fuiſſe. *In compoſitis poſtponitur, vt* Cic. de Inuent. 1 *extr.* Tertius decimus, Quartus decimus, Quintus decimus, Sextus decimus. ¶ 2 Decima, ae ; *ſiue* Decŭmae, arum. [δεκάται, δεκασμοὶ] *Decima pars quarumcunque rerum, quae ſoluitur principibus et ſacerdotibus.* Vict. de orig. gentis Rom. 6 *de Recarano, i. Hercule agens,* Cumque ante moris eſſet, vti homines decimam fructuum regibus ſuis praeſtarent, aequius ſibi ait videri Deos potius illo honore impartiendos eſſe, quam reges. Inde videlicet tractum, vt Herculi decimam profanari mos eſſet, ſecundum quod Plautus, *in partem,* inquit, *Herculanam,* id eſt, decimam, *etc.* Cic. Verr. 3, 18 c. 7 L. Octauio et C. Cotta Conſul. Senatus permiſit, vt vini et olei decumas, et frugum minutarum, quas ante te lege Quaeſtores in Sicilia vendere conſueſſent, Romae venderent, legemque his rebus, quae ipſis videretur, edicerent. *De hoc genere* decumarum *multa* Cic. Verr. 3 *a cap. inde 6 ſqq. Plene* Plautus *in* Stich. 1, 3, 80 Haec veniſſe iam opus eſt, quantum poteſt, vt decimam partem Herculi polluceam. *Sed* Cic. de Natur. Deor. 3, 88 c. 36 Neque Herculi quiſquam decumam vouit vnquam, ſi ſapiens factus eſſet. Idem Offic. 2 c. 17 Oreſti nuper prandia in ſemitis Decimae nomine, magno honori fuerunt. Accipere decimas, *vid.* ACCIPIO. Addicere decumas alicui Cic. Verr. 3, 88 c. 39. Liu. 36, 2 Eidem Praetori mandatum, vt duas decumas frumenti exigeret : *et mox* de alteris decumis exigendis. *Vehementer dubius eſt locus* Sueton. Cal. c. 26 Scenicis ludis inter plebem et equitem cauſam diſcordiarum ferens, decimas maturius dabat, vt equeſtria ab infimo quoque occuparentur. *Nihil certi videntur extricaſſe viri docti.* ¶ 3 *De* Decima Dea Tertull. de Anima c. 37 Superſtitio Romana Deam finxit, et Nonam et Decimam a ſollicitoribus menſibus. *Conf.* Cic. Verr. 3 c. 7. *Vid.* DECVMANVS.

DECIMVM. Adu. [δέκατον] Liu. 6, 40 Reficietis decimum Tribunos. *Quod barbare dicunt, pro decima vice.*

DECIMANVS, *vel quod vſitatius eſt,* DECVMANVS, a, um. Adi. *A* Decimo, *vel* Decumo *ſemper deriuatur, et varia notat. A* Decima *Legione dicti* Decimani milites *apud* Sueton. Iul. 70. ¶ 2 *A* Decimis *cohortibus legionum binarum ita coniunctarum in antiquis caſtris Romanis, vt ſibi frontes, i. primas cohortes, primos ordines opponerent, dictae duae* Portae Decumanae, *ſed quarum alteri, quae hoſti obuerſa erat* Praetoriae *nomen tributum potius eſt, alteri ab hoſte auerſae* Decumanae *nomen proprium haeſit. Docuit hoc Schel. de caſtris ad Hygin. Polyb. p. 150.* Liu. 3, 5 med. Furius COS. in incautum hoſtem decumana porta erupit. Incautus *ideo fuit, quod non praetoria parte erumperetur.* Idem 10, 32 *extr.* Ab tergo caſtrorum, decumana porta impetus factus. *Add.* Caeſ. B. G. 2, 24. *et* 3, 25. ¶ 3 *Hinc* Decumanus limes *dictus in coloniis, qui ad ſimilitudinem caſtrorum inter duas* decumanas *portas intereſſet, atque adeo longitudinem directus percurreret.* Feſtus, Decumanus appellatur limes, qui fit ab ortu Solis ad occaſum. Alter ex tranſuerſo currens, appellatur cardo. Cardo *reſpondens viae principali caſtrorum: limes* decumanus *interiectus eſt inter portam Praetoriam et* decumanam. *Haec neſcio, an alias dicta, multum certe faciliora, ſimpliciora, i. veriora ſunt his, quae de* Decumani limitis *etymo diſputantur a Salmaſio ad Solin. p. 475 ſq. ipſoque Goeſio Antiquit. agrar. c. 9 p. 80 ſq. praeſertim ex* Sic. Flacco p. 14. *et* Hygin. p. 151 ſq. *Audiamus potius* Plin. 18, 34 ſ. 77 Linea haec erit ab ortu aequinoctiali ad occaſum aequinoctialem, et limes, qui ita ſecabit agrum, decumanus vocabitur. ¶ 4 *Sed ad vineas etiam translata haec appellatio. Obſeruat* Plin. 17, 22 ſ. 35, 7 Vineas limitari decumano XVIII pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum tranſitus, aliiſque tranſuerſis limitibus denûm pedum diſtingui per media iugera. Aut ſi maior modus ſit totidem pedum cardine, quot decumano, limitari. *Eſt igitur vt in caſtris, vt in colonia, ſic in vinea* Decumanus limes, *quod Subſtantiuum ſaepe omittitur, via maxima et latiſſima.* Columel. 3, 20, 4 Decumanis diſtinguendae vites. Idem 4, 20, 5 Iuxta decumanum et ſemitas. Decimanus *ſcribitur* Pall. Febr. 9, 11. *et* 18, 1 *vbique nomen* Limes *ſubauditur.* ¶ 5 *Hinc* Decumana *videntur dicta eſſe, quae in ſuo genere maxima ſunt.* Feſtus, Decumana oua dicuntur et fluctus decumani, quia ſunt magna. *Hactenus bene. Sed addit, de quo ipſe viderit,* Nam et ouum decimum maius naſcitur, et fluctus decimus fieri maximus dicitur. *De* fluctu *illud quidem apparet, Poëtas* decimum *pro* decumano *dixiſſe.* Ouid. Met. 11, 530 Vaſtius inſurgens decimae rapit impetus vndae. Idem Triſt. 1, 2, 49 Qui venit hic fluctus, fluctus ſupereminet omnes: Poſterior nono eſt, vndecimoque prior. Sil. 14, 122 Boreas — cum ſeſe immiſit, decimoque volumine pontum Expulit in terras. Lucan. 5, 672 Haec fatum decimus, dictu mirabile, fluctus Inualida cum puppe leuat. Sen. Agamemn. 502 Fluctus hanc *(nauem)* decimus tegit. *Tanto facilius* decimum fluctum *admiſere Poëtae, quod Graeci* τρικυμίαν *dixere, quaſi* fluctum tertium, *aut* triplicem adeo. Decumanum *eſſe magnum, indicat illud* Lucilii *apud* Cic. de Fin. 2, 24 c. 8 Cum omnia in iſta Conſumis ſquilla, atque acipenſere cum decumano. ¶ 6 *A* Decimarum *illo tributo dicitur* Decumanus ager. *V. g.* Cic. Verr. 3, 13 c. 6 Praeterea omnis ager Siciliae ciuitatum decumanus eſt. *Deinde in eadem oratione ſaepiſſime* decumani *dicuntur, quicunque exigunt* decimas. *V. g.* 20 c. 8 *Lex* omnibus cuſtodiis ſubiectum aratorem decumano tradit, vt neque in ſegetibus — grano vno poſſet arator ſine maxima poena fraudare decumanum — vt tamen ab inuito aratore plus decuma non poſſit auferri. — Verres — certos inſtituit nomine decumanos, re vera miniſtros ac ſatellites cupiditatum ſuarum, *etc. Sic* 25 c. 10 Quantum decumanus edidiſſet aratorem ſibi decumae dare oportere, vt tantum arator decumano dare cogeretur. *Etiam* Decumana mulier *eſt Aeſchrionis decumani vxor* Ibid. 77 c. 33.

DECĬMO, āre. [δεκατέω] *Decimam partem accipere. Sic* Decimare legiones, *Decimum quemque ex legione ſupplicio afficere.* Sueton. Auguſt. c. 25 Cohortes, ſi quae ceſſiſſent loco, decimatas hordeo pauit. Idem Calig. c. 48 Conſilium iniit — legiones — contrucidandi — inhiberi nullo modo potuit, quin decimare velle perſeueraret. Vocatos itaque ad concionem inermes — equitatu armato circumdedit. — *Add.* Galb. c. 12. Tacit. Hiſt. 1, 37 Cum in oculis vrbis decumari deditos iuberet, quos deprecantes in fidem acceperat.

Rem ipſam ita explicat. Liu. 2, 59 Caetera multitudo ſorte decimus quiſque ad ſupplicium lecti, *quae prima eius rei mentio apud Romanos Vid. Marcell. Donatus ad h. l. Quomodo inſtitui ſoleret, docebit* Plutarch. *Anton. p. 934. B. Appian. in Parth. Add. Sauil. ad* Tacit. p. 144, 150. *Forſtner. ad eund. p. 250 vbi de iuſtitia huius poenae.*

DECIMATVS, *vel* DECVMATVS, *decimus quiſque lectus, vt* Cohortes decimatae Sueton. Auguſt. c. 24. *Eſt et electus, vt,* Viri decimatae honeſtatis Symmach. Ep. 3, 49 *et* 51. *Sed alii* Edecumatae, *v. v.*

DECIMATIO, *vel* DECVMATIO, ōnis. f. *Supplicium illud militare, quod iam deſcripſimus.* Capitol. in Macrin. c. 12 Clementem ſe dicebat, quando eos centeſimaret, qui digni eſſent decumatione atque viceſimatione.

DECIMATRVS, ūs. m. *Eadem ratione, ſicut* Quinquatrus, *ſec.* Feſt. *Vid.* QVINQVATRVS.

DECIMODIAE, *ſiue, vt alii ſcribunt,* DECEMMODIAE. [δεκαμόδιαι] *Decem modios capientes.* Columel. 12, 18, 2 *de vindemiae apparatu,* Perenne fabricandae decimodiae, et trimodiae, et fiſcellae texendae, et picandae. Ibid. 50 *de oliuitate.*

DECIMIANA pira, *a* DECIMIO *quodam ſic dicta.* Plin. 15 ſ. 16 Sed confeſſis vrbis vocabulis auctores ſuos nobilitauere Decimiana, et ex eo tractum, quod pſeudodecimianum vocant. *De piris loquitur. Add.* Columel. 12, 10, 4 *vbi al.* decumana. *Quod ad Decimium auctorem attinet, vid. Sigon. lib. de Nom. Rom. Meminit* C. Decimii Cic. Att. 4, 16.

DECVNX, DECVPLVS, DECVRIA, *vid. ſuis locis infra.*

DECEMBER, bris. m. [ποσειδεών] *Nomen menſis, qui decimum locum tenuit, antequam additi fuiſſent Ianuarius et Februarius.* Aeſtiua vſque in menſem Decembrem perducta Vell. 2, 105, 4. *Add.* Sen. Ep. 18 Forte meum ſi quis te percontabitur aeuum, Me quater vndenos ſciat impleuiſſe Decembres Hor. Epiſt. 1, 20, 26. Sen. Epiſt. 18 *pr.* December eſt menſis — vt non videatur mihi erraſſe, qui dixit, olim menſem Decembrem fuiſſe, nunc annum. Ouid. Tr. 2, 491 Talia fumoſi luduntur menſe Decembris. Gelidus menſis December Ouid. Triſt. 1, 10, 3. Canus December, *vid.* CANVS.

DECEMBRIS, e. Adi. Age libertate decembri vtere Hor. Sat. 2, 7, 4. *h. e. ea libertate, quae ſeruis ſolet concedi tempore Saturnaliorum.* Conſules Idibus decembribus magiſtratum occoepere Liu. 4, 37.

DECEMMESTRIS, e. Adi. Partus decemmeſtris Cenſorin. de Die Nat. c. 11.

DECEMMODIAE, *vid.* DECIMODIAE.

DECEMPEDA, ae. f. [δεκαποδιαῖον] *Pertica, qua menſuratur terra: a numero pedum dicta.* Cic. Philipp. 14, 10 c. 4 Quam (*vrbem*) iam peritus metator et callidus decempeda ſua Saxa diuiſerat. Idem pro Milon. 75 c. 27 Qui cum architectis et decempedis villas multorum, hortoſque peragrabat. Idem Acad. 4, 126 c. 41 Solis magnitudinem quaſi decempeda permenſi refertis. Hor. Carm. 2, 15, 14 Decempedae priuatae. *Add.* Sueton. Aug. c. 24.

DECEMPEDATOR, ōris. m. *Qui decempeda metitur.* Cic. Phil. 13, 37 c. 18 Cauebat etiam L. Antonio, qui fuerat aequiſſimus agri priuati et publici decempedator.

DECEMPLEX, icis. Adi. Nep. 1, 5, 5 Tanto plus virtute valuerunt Athenienſes, vt decemplicem numerum hoſtium profligarent.

DECEMPLICATVS, a, um. Adi. Varro 5, 5 de lingua Latina, His decemplicatis coniuncto prouerbio, ex vno quinque millia numero efficerent, *etc.*

DECEMREMIS, is. f. Plin. 7, 56 ſ. 57 Decemremem Mneſigethon inueniſſe dicitur. *Conf.* DECERIS.

DECEMSCALMVS. [δεκάσκαλμον] *Epitheton nauigii, a numero ſcalmorum.* Cic. ad Att. 16, 3 Haec ego conſcendens e Pompeiano tribus actuariolis decemſcalmis. *Sed diuiſim legitur.*

DECEMVIRI. [οἱ δέκα, δεκάδαρχοι] *Qui Romae primum dicti fuerint, docet* Liuius 3, 32 Anno trecenteſimo altero quam condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis ab Conſulibus ad Decemuiros, quemadmodum ab Regibus ante ad Conſules venerat. Translato imperio minus inſignis, quia non diuturna mutatio fuit. laeta enim principia magiſtratus eius, nimis luxuriauere, eo citius lapſa res eſt repetitumque duobus vti mandaretur Conſulum nomen imperiumque. *Idem paullo ante,* Iam redierunt legati cum Atticis legibus, eo intentius inſtabant Tribuni, vt tandem ſcribendarum legum initium fieret. placet creari decemuiros ſine prouocatione, et ne quis eo anno alius magiſtratus eſſet. *Vid.* Liu. 3, 33 *et* 51 *ſqq.* Cic. de Orat. 1, 58 Dicant vel Graeci ſi volunt, *etc.* vel noſtros Decemuiros, qui duodecim tabulas perſcripſerunt, quos neceſſe eſt fuiſſe prudentes, *etc.* Idem de leg. Agr. 16 c. 7. ¶ 2 *Alii ſunt, de quibus* Pompon. l. 2 §. 16 D. de orig. iur. Deinde quum eſſet neceſſarius magiſtratus, qui haſtae praeeſſent, Decemuiri litibus (*archaice* ſtlitibus) iudicandis ſunt conſtituti. Sueton. in Auguſt. c. 36 Auctor fuit, vt centumuiralem haſtam, quam quaeſtura functi conſueuerant cogere, Decemuiri cogerent. *et Torr. ad loc. it.* ad Veſpaſ. c. 10. Cic. in Orat. 156 Duumuirorum iudicium, aut Triumuirorum capitalium, aut Decemuirorum litibus iudicandis, dico nunquam, *etc.* Equites quinque totidemque Senatores *fuiſſe docet* Vlpian. Fragm. 1, 13. ¶ 3 *Fuerunt quoque* Decemuiri ſacris faciundis, *qui primum Duumuiri, demum Quindecim viri, vbi vide.* ¶ 4 *Etiam extraordinariae curationis nomen, vt* Decemuiri *agro diuidundo ex lege Rulli, de quibus* Cic. de L. Agr. 2, 16 c. 7. *et per totam orationem.*

DECEMVIRALIS, e. Adi. [τῶν δέκα, δεκαδαρχικὸς] *Ad illos primos legiſlatores fere refertur.* Cic. de Leg. Agr. 14 Iam illa omnibus in prouinciis, regnis, liberis populis quam acerba, quam formidoloſa, quam quaeſtuoſa concurſatio decemuiralis futura ſit, non videtis? *Sed ad* Decemuiros ſacris faciundis, Cic. Verr. 2, 108 Tum ex ampliſſimo collegio decemuirali ſacerdotes Populi Romani, quum eſſet in vrbe noſtra Cereris pulcherrimum et magnificentiſſimum templum; tamen vſque ad Ennam profecti ſunt. *Rurſus ad illos Legiſlatores,* Inuidia Decemuiralis Cic. Brut. c. 14. Leges Decemuirales, XII *tabularum: quibus perferendis Decemuiri Conſulari poteſtate creati ſunt:* Liu. 3, 57 Prius quam vrbem egrederentur, Leges decemuirales, quibus tabulis Duodecim eſt nomen, in aes inciſas in publico propoſuerunt. Odium Decemuirale Liu. 3, 42. Poteſtas decemuiralis Tacit. 1 *princ.*

DECEMVIRALITER. Adu. *More Decemuirorum.* Sidon. 8, 6 Vt decemuiraliter loquar.

DECEMVIRATVS, ūs. m. [ἀρχὴ τῶν δέκα, δεκαδαρχία] *Dignitas et officium decemuirorum.* Liu. 3, 36 Opinio etiam ſine auctore exierat, non in praeſentis modo temporis eos iniuriam conſpiraſſe, ſed foedus clandeſtinum inter ipſos iureiurando ictum, ne comitia haberent, perpetuoque decemuiratu poſſeſſum ſemel obtinerent imperium. De Decemuiris agro diuidundo Cic. de Leg. Agr. 2, 59 Vt ii decemuiratum habeant, quos plebs deſignauerit. *Plural.* Liu. 4, 15 Conſulatibus, Decemuiratibus.

DECENNALIS, e. Adi. [δεκαετὴς Vet. Gloſſ.] *Quod eſt decem annorum, vt* Bellum decennale Ammian. 15, 12.

DECENNIA, *quae et* Decennalia, *Sacra dici videntur, decimo imperii anno celebrata, de quibus* Poll. Trebell. in Salon. c. 3 *ſcribit,* Byzantium Galieno imperante a militibus ita deuaſtatum, vt prorſus nemo ſupereſſet, vetuſtis etiam familiis funditus euerſis. Id quum egregie vltus foret Galienus, militibus fere omnibus contrucidatis, Romam conuolans Decennia celebrauit, nouo ludorum genere, noua pomparum ſpecie, velut magnum quippiam geſſiſſet. *Plura Cael. Rhod.* 22, 14. *Hinc* VOTA DECENNALIA. *in* Nummo Treboniani Galli *ap. Vaillant. p. 2 p. 158 de Numiſm. Imp.*

DECENNIVM, i. n. Apul. de Deo Socr. p. 52 Calchas decennium (belli Troiani) praedixit. *Conf.* Pallad. Mart. 11.

DECENNIS, *vid.* DECEM.

DECENS, DECENTIA, DECENTER, *vid.* DECET.

DECERIS. [δεκήρης] *Latine decemremis. Vſus eſt* Sueton. in Calig. 37 *vbi inquit,* Fabricauit et deceris liburnicas. DE CEDRIS *alii legunt, ſed mendoſe. Naues enim intelligit ingentis magnitudinis, quae thermarum et tricliniorum capaces eſſent, quales a regibus Aegypti et Macedoniae fabricatas refert Athenaeus. Laxitas autem et capacitas decemremis triclinia, et conclauia et thermas complecti poteſt. Emendatores quum* deceris *legiſſent, nec animaduertiſſent vocabulum eſſe Graecum, D literam interſeruere, pretium materiae ſequuti, quum amplitudinem ſignificaret. Haec ex Turnebo, comprobante Graeu.*

DECERNO, creui, cretum, ere. [γινώσκω, κρίνω, ψηφίζομαι] *Sententiam ferre, Iudicare.* Rem dubiam decreuit opportune vox emiſſa Liu. 5, 55 *pr.* Ter. Adel. 4, 2, 5 Quid hoc, malum, infelicitatis? Nequeo ſatis decernere. Plaut. Amphitr. *ap.* Non. 4, 133 Qui nequeas noſtrorum vter ſit Amphitruo, decernere. Plin. 17, 22 ſ. 35, 18 Sed de his, Catonis praecepta decernent. Decernere et iudicare Auctor ad Heren. 2, 19. Decernere, Statuere, et Defigere, *auctore* Donato *ad* Ter. Hec. 1, 2, 73 Sed quam decrerim, me non poſſe diutius Habere eam, *etc.* Martial. 2, 64 Dum modo cauſidicum, dum te modo rhetora fingis, Et non decernis, Taure, quid eſſe velis. Intus animus quid decreuit Sen. Medea 918. Plaut. Aulul. 3, 6, 36 Mihi bibere decretum aquam eſt. Sumat, conſumat, perdat, decretum eſt pati Ter. Heaut. 3, 1, 56. Decernere, *cum Infin.* Cic. de Orat. 2, 156 Sic decreui philoſophari potius, vt Neoptolemus apud Ennium, paucis. Liu. 1, 18 Ad vnum omnes Numae Pompilio regnum deferendum decernunt. Decernere, *eſt etiam, vt ait* Donatus, *de magnis certam proferre ſententiam, ad* Ter. Andr. 1, 5, 3 Vxorem decrerat dare ſeſe mihi hodie. Cic. Verr. 2, 161 c. 67 Centuripinorum Senatus decreuit, populuſque iuſſit. Cic. Att. 10, 12 Quae res earum rerum, quas Caeſar ſtatuiſſet, decreuiſſet, egiſſet, Conſulibus cognitionem dedit. Cic. Fam. 1, 1 Ex illo Senatus conſulto, quod te referente factum eſt, tibi decernit, vt regem reducas. Cic. Verr. 1, . . Si qua in re contra rem meam decreuiſſet aliquid iniuria. Contra edictum ſuum ſine vlla religione decernere Cic. Verr. Diuinat. 119. *Nempe Praetoris hic eſt ferentis ſententiam pro tribunali. Ita* Liu. 3, 45 Lictor, Decreſſe, ait vociferantemque Icilium ſubmouet. Cic. Fam. 1, 3 Imprimiſque, vt quae Appius de eius re decreuit, ea comprobes. Ampliſſime decernere de ſalute et dignitate alicuius Cic. pro Domo 74. Cic. Att. 16, 18 Conſules de conſilii ſententia decreuerunt ſecundum Buthrotios. Extra ordinem decerni vni negat oportuiſſe quidquam Cic. pro Domo . . Bellum decernere Cic. Verr. Act. 1, . . Dona decreta, et grates deis decernuntur Tacit. Ann. 15, 74. Gaudia decernere paruis ſpatiis Claud. de ſext. Conſ. Hon. 4, 364. Ouid. ex Ponto 4, 9, 49 Nunc pro Caeſaribus ſuperis decernere Grates. Gratulationem conſeruatae Reipubl. alicui decernere Cic. in Catil. 4, 20. Hoſpitium alicui gratuitum Plin. 35, 9 ſ. 35. Honores alicui Cic. ad Brut. 15. *Ibidem* 9 Quis Honos ei non fuit decernendus? *Add.* Nep. 7, 7, 1. Cic. Philipp. 11, . . Clariſſimo viro atque innocentiſſimo decreuit Imperium, priuato tamen. Cic. pro Quint. Bruti, *inquit,* erat familiaris: itaque is intercedebat: tu contra Burrieni qui Iniuriam decernebat. Cic. Verr. 2, . . Vt ei illam Laudationem, quam ſe vi ac metu coactos paucis illis diebus decreuiſſe dicebant, tollerent. Legationem contra aliquem Cic. Verr. Act. 1, . . *Sic* Decernere Legatos Cic. Fam. 1, 1. Legiones in Syriam Id. ibid. 2, 16. Infanti quoque decreta Mors eſt Sen. Theb. 243. Cic. Fam. 2, 6 Itemque petiui per literas, *etc.* non vt decernatur aliquid Noui, quod ſolet eſſe difficilius, ſed vt ne quid Noui decernatur. Plin. 18, 3 ſ. 3 Impubem Praetoris arbitratu verberari, Noxiamue, duplionemue decerni. Cic. ad Q. Fratr. 1, 1 Quod edixeris, ne ad ludos Pecuniae decernerentur. Caeſ. B. G. 7, 43 Quaeſtionem de bonis direptis decernunt. Cic. de Fin. 2, 54 Quo plebiſcito decreta a Senatu eſt Conſuli Quaeſtio Cn. Scipioni. Id. pro Milon. 18 Caruit foro poſtea Pompeius, caruit Senatu, caruit publico, *etc.* Num quae rogatio lata? Num quae noua Quaeſtio decreta eſt? Cic. pro Milon. . . Decernebat enim, vt veteribus legibus tantummodo extra ordinem Quaereretur. Regnum deferendum Liu. 1, 18. Plin. 34, 6 Inuenitur Statua decreta et Taraciae Caiae ſiue Fuſſetiae virgini Veſtali. Stipendium Cic. Fam. 1, 7. Sumtus legatus Cic. Fam. 3, 10. Id. ibid. 13, . . Itaque affui, Supplicationeſque libenter tibi decreui. Triumphum alicui Cic. de Fin. 4, 22 c. 9. ¶ 2 *Obſeru.* Decernere, *pro* Dicere *poni ait* Non. 4, 133. Plaut. Amphit. Fragm. . . Qui nequeas, noſtrorum vter ſit Amphitruo decernere. *Sed rectius, puto, ſupra ad ordinariam iudicandi et pronuntiandi ſignificationem retulimus.* Decernere cornibus, *bellare, decertare:* Virg. Georg. 3, 218. *de tauris. Sed et alias* Dimicare *ſignificat. i. in periculum venire, etiam ſi non de pugna proprie dicta ſermo ſit. Vid.* CAPVT *n.* 6. Cic. Att. 10, 9 Dices, vbi ille ergo tuus animus, quem proximis literis? Adeſt, et idem eſt. Sed vtinam meo ſolum capite decernerem: lacrimae meorum me interdum molliunt, *etc.* Cic. de Orat. 2, 201 Me pro meo ſodali, quia mihi in liberorum loco more maiorum eſſe deberet, et pro mea omni fama prope fortuniſque decernere. Vno iudicio de omnibus fortunis decernere Cic. pro Quint. 6. Acie decernere Nep. 1, 4, 4. Cic. Att. 7, 3 Hic omnia facere omnis, ne Armis decernatur: quorum exitus ſemper incerti, *etc.* Liu. 40, 8 Decernite Criminibus, mox ferro decreturi, *Philippi vox ad filios.*

Digitis decernere, *i. micando* Calpurn. Ecl. 2, 26. Virg. Aen. 11, 218 Ipſum armis, ipſumque iubet decernere Ferro. Cic. de Orat. 2, 317 Sed ſi in ipſo illo gladiatorio vitae certamine, quo Ferro decernitur, tamen, *etc.* Praelium Cic. Fam. 10, 10 *pr. vbi vid. Graeu.* Pugna ſorti decernere Valer. Argon. 4, 193. Equitum diu anceps pugna erat, nec ipſa per ſe decerni poterat Liu. 28, 14. *i. ſiniri certa alterutrius partis victoria.* Liu. 28, . . Primo miſſilibus territauere: deinde amiſſis leuibus telis, quae irritare magis quam decernere Pugnam poterant. *Simpliciter*, Decernere cum aliquo Nep. 23, 4. Curt. 3, 2, 1. ¶ 3 *Gerund.* Ratio decernendi magis expetenda eſt, quam decertandi fortitudo Cic. Off. 1, . . Aequabilitate decernendi vitat offenſionem Praetor ſapiens Cic. pro Muraena c. 20.

DECRĒTVS, a, um. Partic. [ἐψηφισμένος, ἐγνωσμένος] Cic. Fam. 15, 5 Supplicationem decretam, ſi tu, qua in re nihil fortuito, ſed ſumma tua ratione et continentia Reip. prouiſum eſt, diis immortalibus gratulari nos, quam tibi, referre acceptum mauis, gaudeo. Lex decreta per Senatum Cic. pro Domo 24 c. 9. Id. pro Cael. 38 Nihil iam in iſtam mulierem dico: ſed ſi eſſet aliqua diſſimilis iſtius, quae ſe omnibus peruulgaret, quae haberet palam decretum ſemper aliquem, cuius in hortos, domum, Baias, iure ſuo libidines omnium commearent, *etc.* Infanti quoque decreta mors eſt Sen. Phoen. 243. Decreta virtutis praemia Cic. de Orat. 2, 347. Deſponſa *et* decreta prouincia, *diuerſa* Cic. de Prouinc. Conſul. 37 Qui Conſul Cal. Ian. habere prouinciam debet, is vt eam deſponſam, non decretam habere videatur. *Add.* Vell. 2, 60, 5. Sumtus annuus decretus Cic. Att. 7, 1. ¶ 2 Plin. 18, 31 ſ. 74 *de torculari agens*, Intra viginti hos annos inuentum, paruis prelis, et minori torculari, aedificio breuiore, et malo in medio decreto, tympana impoſita vinaceis ſuperne toto pondere vrgere, et ſuper prela conſtruere congeriem. *Sic omnes, quod ſciam.* Decreto *igitur debet eſſe defixo, ſtatuto: vt retro quaſi a morali ſignificatione eatur ad phyſicam, quod in* figere, ſtatuere, ponere *contra ſe habet.*

DECRETVM, i. n. [ψήφισμα, δόγμα] *Subſt. quod placitum alias Latine dicitur, vel Sententia, ſ. ſingulorum, ſ. totius collegii, vel ordinis adeo.* Plin. Epiſt. 10, 40, 4 Quod affirmare tibi poſſum, vt decreta, quibus damnati erant, proferebantur: ita nulla monumenta quibus liberati probarentur. Cic. Acad. 4, 27 c. 9 Sapientiae vero quid futurum eſt, quae neque de ſe ipſa dubitare debet, neque de ſuis decretis (quae Philoſophi vocant dogmata) quorum nullum ſine ſcelere prodi poterit? Decretorum Numae libros *laudat* Plin. 13, 13 ſ. 27. Cic. Verr. Act. 1, 119 Qui Romae totum edictum, atque omnia decreta vendiderit? Nouitas, iniquitasque decretorum Cic. Verr. 1, . . Liu. 28, . . Sub vmbra Scipionis ciuitatem, dominam orbis terrarum, latere, nutus eius pro decretis patrum, pro populi iuſſis eſſe. *Conf.* Hor. Carm. ſaec. v. 18. Sapientis nullum decretum eſſe poteſt niſi comprehenſum, perceptum, cognitum Cic. Acad. 4, 109. Senatus Vell. 2, 58, 4. Cic. Philipp. 1, 3 Aſſentiri etiam nos Seru. Sulpitio clariſſimo viro voluit, ne qua tabula poſt Idus Martios vllius decreti Caeſaris, aut beneficii figeretur. Dura Valer. Argon. 8, 466. Triſtia Valer. Argon. 8, 407. Sine decretis vitam agere Cic. Acad. 4, . . Id. Att. 16, 16 Liberaliſſimum decretum abſtulimus, quod eſt obſignatum ab ampliſſimis viris. Concitare in ſe et infeſtare aliquos ſuis et decretis et edictis Cic. Verr. Diuinat. 93. Confirmare Nep. 19, 3, 2. Vox conſtituto ſera decreto venit Sen. Med. 198. Cic. de Fin. 2, . . Eſt enim tanti Philoſophi tamque nobilis, audacter ſua decreta defendere. Cic. pro Domo 74 c. 28 Omnes omnium publicanorum ſocietates de meo Conſulatu ac de meis rebus geſtis ampliſſima atque ornatiſſima decreta fecerunt. *Add.* Id. poſt Red. in Sen. c. 1. Cic. de Leg. Agr. 2, 43 Cur non item, vt cum decreto et palam regionem illam petierunt? *Vbi alii tamen* directo *legunt.* Cic. Acad. 4, . . Proinde quaſi ſapiens nullum aliud decretum habeat *etc.* Ex decreto depoſitam pecuniam habere Cic. Fam. 13, 56. Honeſtari magnificentiſſimis decretis ab Senatu Cic. poſt Red. in Senat. 2. Decretis facta iungere Vell. 2, 118, 3. Interponere decretum Auctor ad Heren. 2, 19 c. 13. Cic. Fam. 15, 5 Itaque quod pro meo iudicio facere potui, vt innocentia conſilioque tuo defenſam prouinciam, *etc.* ſententia mea et decreto laudarem, feci. Mutare decretum, *vid.* MVTO. Ornari decretis, *vid.* ORNO. Paterc. 2, 110 Nulla vnquam natio tam mature conſilium belli bello iunxit, ac decreta patrauit. Perfringere decreta, *vid.* PERFRINGO. Proferre Cic. Verr. 1, . . Rumpere ferrea decreta Ouid. Met. 15, 781. Statuere ius Reipubl. decretis Cic. Philipp. 10, 12. Decreto, *i. certo conſilio* Liu. 1, 11 *extr. al.* directo, *ſine ambagibus: quod placuit etiam Drakenborchio.*

DECRETV̄RVS, a, um. Partic. [ψηφισόμενος] Cic. in Vatin. . . Vtrum decreturus fueris id, quod Augures omnes vsque a Romulo decreuerunt.

DECRETORIVS, a, um. Adi. [κρίσιμος] *Vt*, Decretoria pugna, *qua decernitur de ſumma cauſae* Quinctil. 6, 4, 6. *Quo in loco ſunt, qui legant* decertatoria. *Vid. Gronou. ad* Liu. 28, 14. Decretorium ſidus, *id eſt tempus, quod decernit de vuis et aliis arboribus aut herbis.* Plin. 18, 28 ſ. 68, 3 In hoc temporis interuallo res ſumma vitium agitur decretorio vuis ſidere illo, quod Caniculam appellauimus. Vnde carbunculare dicuntur, vt quodam vredinis carbone exuſtae. Idem 18, 29 ſ. 69, 4 Aquila exoritur veſperi, decretorio die florentibus oleis. *Elegantiſſime* 17, 2 ſ. 2 Circa Virgilias quidam pluere inimiciſſimum viti et oleae, quoniam tum coitus eſt rerum. Hoc eſt illud quatriduum oleis decretorium: hic Articulus auſtrinus nubili ſpurci quod diximus. DECRETORIVM QVATRIDVVM *dicit, quod eo de prouentu oleae cernitur et quaſi diſceptatur: vt vel prouentus vber exſpectandus ſit, vel tenuis aut nullus. Sicut decreto iudicis vel abſoluitur quis, vel condemnatur.* Firmicus *quoque Climactericos* numeros decretorios *dixit, quod velut decernunt de vita hominis et in vtramque partem ſtatuunt, vel vt ſeruetur, vel vt perimatur.* p. 731 C. Arma decretoria, *Quibus ſerio certandum eſt* Sen. Epiſt. 118. Idem *alibi* decretorium diem *appellat, diem mortis* Ep. 102. Decretoria *iſta* arma *non ideo ſic appellata, quod haec decreto praetoris veluti dabantur, vt Lipſ. putabat Saturn. 2, 19. Sed eam ob cauſam, quam diximus: quod ſe iis de victoria aut vita decerneretur, vt ipſe poſtea interpretatus eſt ad* Epiſt. Sen. 117 *ſub fin. Add. Burm. ad* Quint. 10, 5 p. 945 *ſeqq.* Stilus decretorius, *pro ſeuero, quaſi ſemel de re definiens.* Sen. de Clementia 1, 14 Niſi plus eſt quod timet, quam quod damnat, non accedet ad decretorium ſtilum. *i. ad ſcribendam ſententiam damnantem.*

DECRETIO, ōnis. f. *Idem.* Mart. Cap. l. 1 p. 12 in Carm. Futura cuius illigat decretio.

DECRETĀLIS, e. Adi. Sidon. Epiſt. 7, 9 Decretalis pagina, *decretum in literas relatum.* Vlp. l. 1 §. 7 ff. de ſucceſſ. edict. Decretalis bonorum ſucceſſio, *quae fit ex decreto.* Decretales *etiam vocantur Pontificum Epiſtolae, quae bonam partem Corporis Iuris Canonici conſtituunt.*

DECERPO, pſi, ptum, ĕre. [δρέπω, ἀποδρέπω] *Aliquid ex aliqua re carpere, i. capere, auferre, detrahere: vt*, Decerpere vuam. Plin. Epiſt. 9, 20 Ipſe quum abſis, vindemias graciles quidem, vberiores tamen, quam exſpectaueram, colligo: ſi colligere eſt nonnunquam decerpere vuam, torculum inuiſere, guſtare de lacu muſtum, obrepere vrbanis, qui nunc ruſticis praeſunt. *Sic* Decerpere foetus arborum Plin. 4, 12 ſ. 26. Folia Columel. 5, 10, 21. Flores nouos Lucret. 1, 927. *Add.* Id. 4, 3. Hor. Serm. 1, 2, 79 Deſine matronas ſectarier, vnde laboris Plus haurire mali eſt, quam ex re decerpere fructus. Oliuam immaturam l. ſi ſeruus §. oliuam D. ad Leg. Aquil. Pomum adducto ramo Ouid. ex Ponto 3, 5, 19. Decus pugnae affectat decerpere Sil. 4, 138. Stat. Theb. 6, 164 Illa tuos queſtus, lacrimoſosque impia riſus. Audiit, et vocis decerpſit murmura primae. *Verba ſunt ad puerulum de nutrice.* Cic. pro Marcell. 7 c. 2 Nihil ſibi ex iſta laude centurio, nihil praefectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. Idem de Orat. 2, 229 Ne quid iocus de grauitate decerperet. Plin. Epiſt. 8, 24, 3 Nihil ex cuiusquam dignitate, nihil ex libertate, nihil etiam ex iactatione decerpſeris. *Monet Praeſidem Achaiae.* Ex cauſa in vſum decerpere, quae maxime fauorabilia videntur Quinctil. 4, 1. Illibatam virginitatem decerpere Sen. Contr. 1, 2. Spes magnas decerpit inuidia Quinctil. 6 Prooem.

DECERPTVS, a, um. Partic. [ἀποδρεφεὶς] *Metaph.* Cic. Tuſc. 5, 38 c. 13 Humanus autem animus decerptus ex mente diuina, cum alio nullo, niſi cum ipſo Deo, ſi hoc fas eſt dictu, comparari poteſt. *Proprie* Ouid. Met. 1, 845 Decerptas ſenior porrexerat Inachus herbas. Oliua Hor. Od. 1, 7, 7. Ferre manu poma decerpta Ouid. Met. 10, 684.

DECERPTIO, ōnis. f. *habet* Non. 2, 906 *vbi* Virgindemiam *explicat per* virgarum decerptionem ob verbera.

DECERMEN, ĭnis. n. Feſto decermina *ſunt*, quae decerpuntur purgandi cauſa. *Tralate* Apul. Met. 1 p. 104 Decermina fortunae, quae ſolent ſtipes in triuiis erogare, *verbo, mendici.* Decermina *ſunt* καθάρματα.

DECERTO, as, āre. [ἁμιλλάομαι, ἀγωνίζομαι] *Vehementer certare, decretoria pugna pugnare.* Cic. pro Planc. 87 Sed erat non iure, non legibus, non diſceptando decertandum. Caeſ. B. C. 3, 19 Ne ciues cum ciuibus armis decertarent. Agmina bello decertant Stat. Theb. 4, 822. Cic. Fam. 5, 8 Nam cum Conſulibus et cum multis Conſularibus tanta contentione decertaui, quanta nunquam antea vlla in cauſa. Cic. de Amicit. . . . Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum eſt, Pyrrho et Hannibale. Cic. Phil. 2, 2 An decertare mecum voluit contentione dicendi? Caeſ. B. G. 8, 7 Ne miſeriore ac duriore poſtea conditione cum toto exercitu decertare cogerentur. Ouid. Met. 14, 803 Pace tamen ſiſti bellum, nec in vltima ferro Decertare placet, Tatiumque accedere regno. Cic. de Fin. 5, 5 c. 2 An eum locum libenter inuiſit, vbi Demoſthenes et Aeſchines inter ſe decertare ſoliti ſunt? Cic. Off. 1, . . Sed quum tempus, neceſſitasque poſtulat, decertandum manu eſt. Cic. de Prouinc. Conſul. 33 Itaque cum acerrimis nationibus et maximis, Germanorum et Heluetiorum praeliis feliciſſime decertauit. Vi et armis contra vim decertare Cic. pro Domo ſua 63 c. 24. Genera decertandi duo, vnum per diſceptationem, alterum per vim Cic. Off. 1, 34. Id. ibid. 1, . . Quare expetenda quidem magis eſt decernendi ratio, quam decertandi fortitudo. *Imperſ.* Cic. Off. 1, 38 c. 12 Quum vero de imperio decertatur, belloque gloria quaeritur. Liu. 6, . . Tum etiam quibus animi in ſpe vltima obſtinati ad decertandum fuerunt.

DECERTĀTVS, a, um. Partic. ἠγωνισμένος] Stat. Theb. 1, 1 Fraternas acies, alternaque regna profanis Decertata odiis, ſonteſque euoluere Thebas. Gloſſ. MSS. *ap.* Barth. Debellata. Labores decertati, *id eſt, certando peracti* Claudian. Laud. Stil. 1, 21.

DECERTANDVS, a, um. Part. Gell. 10, 18 Ad laudes decertandas venire.

DECERTATIO, ōnis. f. [ἀγωνισμὸς] *Verbale.* Cic. Philipp. 11, 21 c. 9 Quumque harum rerum omnium decertatio Conſulibus optimis et fortiſſimis commiſſa et commendata ſit.

DECERTATORIVS, a, um. Adi. [ἀγωνιστικὸς] *Vt*, Pugna decertatoria Quinctil. 6, 4. *Quo in loco optimi Libri legunt* decretoria.

DECERVĪCO, āre. *Hinc*

DECERVICATVS, a, um. Partic. *Vt*, Deceruicata cadauera Sidon. Epiſt. 3, 3.

DECESSIO, DECESSOR, DECESSVS, *vid.* DECEDO.

DECET. [πρέπει, προσήκει, καθήκει] *Aptum eſt, conuenit locis, hominibus, temporibus. Sic certe declarat* Cic. Orat. 73 c. 22 In alio ponitur, aliudque totum eſt quam Oportere. Oportere enim perfectionem declarat officii, quo et ſemper vtendum eſt, et omnibus: decere, quaſi aptum eſſe conſentaneumque tempori et perſonae; quod cum in factis ſaepiſſime tum in dictis valet, in vultu denique et geſtu, et inceſſu; contraque item dedecere *etc.* *Caeterum hoc verbum eſt frequenter imperſonale. Interdum tamen etiam perſonale, v. g.* Ouid. Met. 1, 457 — Iſta decent humeros geſtamina noſtros. Ibo intro, ornatum capiam, qui potius decet Plaut. Amph. 3, 4, 24. Roſcium ſaepe audio dicere, caput eſſe artis decere, quod tamen vnum id eſſe, quod tradi arte non poſſit Cic. de Orat. 1 c. 29. Aptum eſt et decet Cic. de Orat. 3, 208. Idem Off. 1, 125 Ita fere officia reperientur, quum quaeretur quid deceat, et quid aptum ſit perſonis, temporibus, aetatibus. Id facere laus eſt, quod decet, non quod licet Sen. Octau. 44. Quod decet honeſtum eſt, et quod honeſtum eſt, decet Cic. Off. 1, 93. Decet *et* Dedecet, *contraria:* Cic. Tuſc. 4, 34 Oratorem vero iraſci minime decet, ſimulare non dedecet. Deos decet opulentia Plaut. Trinum. 2, 4, 89. Lacrimae decuere pudicam Ouid. Faſt. 2, 757. Hic mire illum pudor decuit Sen. Ep. 11. Ouid. Amor. 1, 8, 35 Erubuit, decet alba quidem pudor ora, ſed iſte, Si ſimules, prodeſt: verus obeſſe ſolet. Cic. Off. 1, 113 Quae contemplantes, expendere oportebit, quid quisque habeat ſui, eaque moderari, nec velle experiri quam ſe aliena deceant. Barba viros hirtaeque decent in corpore ſetae Ouid. Met. 13, 850 Forma viros neglecta decet Ouid. de Arte Am. 1, 509. Decet me

haec

haec veſtis Plaut. Moſtel. 1, 3, 16. Cic. de Leg. 2, 7 Optime vero frater, et Fieri ſic decet. Neque abeſſe quidquam decet in definitionibus, neque redundare Idem de Orat. 2, 83. Minus ſeuere quam decuit, res confecta eſt: non tamen omnino diſſolute Cic. Philipp. 6, 1. Nil decet inuita, vt aiunt, Minerua facere Id. Off. 1, 110. Decet me his verbis fabulari Plaut. Amphit. 1, 5, 46. Exemplis grandioribus decuit vti Cic. de Diuin. 1, 39. Decet abs te id impetrari Plaut. Rud. 3, 3, 40 Antiqui, *inquit* Donatus, ſi addebant ſtatim verbum, Nos decet facere, Nos decet dicere: non addebant; Nobis decet, dicebant. ¶ 2 *Obſ.* Decet, *Datiuo iunctum:* Plaut. Amph. 2, 2, 10 Iſtuc facinus, quod tu inſimulas, noſtro generi non decet. Ter. Adelph. 3, 5, 45 Haec primum vt ſiant deos quaeſo, vt vobis decet. Idem Adelph. 5, 8, 5 Immo hercle, ita nobis decet. Gell. 9, 15 Praefatur arrogantius et latius quam aetati eius decebat. *Male huc laudatur* Cic. de Orat. Quandoque id deceat prudentiae tuae. *Locus eſt* 1, 212 c. 55 Omni in re poſſe quod deceat facere, artis et naturae eſt: ſcire quid quandoque deceat, prudentiae. *Veteres tamen imitatus* Alcimus Auitus Conſol. ad Sor. v. 130 Nunc decet attentis vitare pericula nobis. *Eleganter ponitur abſolute:* Virgil. Aen. 12, 153 Perge, decet, forſan miſeros meliora ſequentur. Idem Aen. 4, 597 Tum decuit, cum ſceptra dabas. *Confunditur cum* Doceo, *quod vide.*

DECENS, entis. Partic. [πρέπων] *Pulchrum, conueniens et aptum.* Hor. Od. 4, 13, 17 Quo fugit Venus heu? Quoque color decens? Praeterea pulcher et decens maxime in iuuenta, et quidem toto corpore Suet. Domit. c. 2. Gratiae decentes Horat. Od. 1, 4, 6. Ouid. Triſt. 3, 7, 33 Iſta decens Facies longis vitiabitur annis? Poena decentior Senec. Thyeſt. 150. Idem Hippol. 764 Prata nouo vere Decentia. Reuerentia decens Ouid. Faſt. 5, 23. Solito decentior Claud. Conſ. Hon. 6, 537. Decentior facies, in qua aliquis naeuus Sen. Contr. 10 *extr.* Decentiſſimum ſponſaliorum genus Idem de Benef. 1 c. 9. *Add.* Lactant. de opif. D. 10, 2. Ouid. de Arte Am. 3, 757 Sera veni, poſitaque decens incede lucerna.

DECENTIA, ae. f. [εὐκοσμία, εὐπρέπεια] *Conuenientia quaedam et pulchritudo.* Cic. de Natur. Deor. 2, 145 c. 58 In corporum etiam motione atque geſtu multa cernunt ſubtilius, colorum etiam et figurarum tum venuſtatem atque ordinem, et (vt ita dicam) decentiam oculi iudicant, atque etiam alia maiora.

DECENTER. Adu. [πρεπόντως] *Pulchre, apte, conuenienter.* Cic. pro Caecina 74 c. 26 Si quae decentiſſime deſcripta maioribus iura finium, poſſeſſionum, aquarum, itinerumque ſunt, haec perturbari aliqua ratione, commutarique poſſunt? Lacrimare decenter Ouid. de Arte Am. 3, 219. Horat. Epiſt. 2, 2, 215 Tempus abire tibi eſt, ne potum largius aequo Rideat et pulſet laſciua decentius aetas.

DECIANVS, *Cognomen Rom. V. g.* Cic. pro Flacco 70.

DECĪDO, īdi, ſum, īdere. [διακόπτω, διαλύω] *A* caedo, caedis *compoſitum, idem quod amputare.* Plaut. Merc. 2, 2, 37 Decide mihi collum, ſi falſum ad te loquar. ¶ 2 Decidere, *per metaphoram capitur pro Conſtituere, diiudicare.* Cic. Verr. 2, . . Res ad iſtum defertur, et iſtius more deciditur. Quaeſtionem decidere. Papin. in l. fiſcus D. de iure fiſci, Priusquam illa quaeſtio decideretur. Decidere, *eſt litem conſenſu mutuo dirimere, quod tranſigere plerumque Iureconſulti vocant. Translatio eſt ab iis, qui rem controuerſam ſcindunt, vt quisque partem aequam auferat, et a controuerſia diſcedatur.* Vlpian. de furtis, l. inter omnes, vsque adeo autem diuerſae ſunt actiones, quae eis competunt, vt ſi quis eorum pro fure damnum deciderit, dici oporteat ſolummodo actionem ſibi competentem amiſiſſe eum, caeteris vero ſupereſſe. Nam et ſi proponas ſeruum communem eſſe furreptum, et alium ex dominis pro fure damnum decidiſſe, is, qui non decidit, habet furti actionem. Decidiſſe *dixit cum Accuſatiuo, more Graecorum.* Iuu. Sat. 12, 33 Decidere iactu. Coepit cum ventis imitatus caſtora, *de his, qui naufragium iactura effugiunt, et velut redimunt.* Cic. pro Roſc. Com. 32 At enim tu tuum negotium geſſiſti bene: gere et tu tuum bene: magno tuam dimidiam partem decidiſti: magno et tu tuam partem decide. HS. CCCIƆƆƆ abſtuliſti: ſi fit hoc vero, HS. CCCIƆƆƆ tu quoque aufer. Sed hanc deciſionem Roſcii oratione et opinione augere licet; re et veritate mediocrem et tenuem eſſe inuenietis. Decidit, *inquit*, partem ſuam, *id eſt, pro parte ſua maluit* CCCIƆƆƆ *ſeſtertium accipere, ne vltra lite implicaretur. Budaeus.* Cic. Verr. 2, 79 c. 32 Qui cum reo tranſigat, poſt cum accuſatore decidat. Idem pro Roſcio Am. 114 c. 39 Si hanc ei rem priuatim Roſcius mandauiſſet, vt cum Chryſogono tranſigeret atque decideret. Cic. pro Quintio 17 Decidis ſtatuisque tu propter neceſſitudinem, quae tibi cum Scapulis eſt, quid iis ad denarium ſolueretur. Idem Verr. Diuinat. 125 Niſi cum muliere decideretur, in poſſeſſionem ſe ire iuſſurum. *Et* Verr. 3, 69 c. 28 Conflictari malebant, quam quidquam cum iſto ſua voluntate decidere. Vt cum Moegarone ſignis collatis, ſi poſſem de ſeruo tuo deciderem Cic. Att. 5, 15. De aliquo negotio decidere Idem Att. 1, 5. *Et* pro Quintio 19 Niſi prius de rebus rationibusque ſocietatis omnibus decidiſſet. Cic. Verr. 1, 114 Atque hoc in beneficii loco petitum eſt ab Apronio, vt iugera ſingula ternis medimnis decidere liceret. Idem Verr. 3, . . Mancipes pretio cum ciuitatibus decidiſſe. Ideo maiores decem menſium ſpatium lugentibus viros dederunt, vt cum pertinacia muliebris moeroris publica conſtitutione deciderent Sen. ad Helu. Conſ. c. 16. *Conf. Burmann. ad* Quinctil. Decl. 12, 12 p. 253. Cic. pro Quintio 17 Quum pecuniam C. Quint. P. Scapulae debuiſſet, per te C. Aquili decidit P. Quint. quod liberis eius diſſolueret. *Id eſt transactione et pacto promiſit ſe ſoluturum.* Decidere pro libertate, *hoc eſt transactione ſeruare libertatem ac redimere* Sen. Epiſt. 96. Cic. pro Roſc. Com. . . Satisne iſta ſtipulatio dicere tibi videtur aperte Roſcium Pro ſe decidiſſe? Decidere, *eſt cum creditore ſuper debito tranſigere.* Scaeuol. de adminiſt. et peric. tut. l. cum hereditas, Cum plerisque, *inquit*, creditoribus ita decidit. *Et infra*, Cum plerisque creditoribus ita deciderunt. *Peculiare eſt* Quinct. 8, 6, 46 Sine translatione in Bucolicis *dixit Virgilius* — Hoc enim loco praeter nomen, caetera propriis deciſa ſunt verbis, *i. transacta, declarata.*

DECĪSVS, a, um. Partic. [ἀποκεκομμένος, διαλελυμένος] Cic. Verr. 3, 119 Quibus rebus omnibus actis atque deciſis, producuntur e carcere, et deligantur ad palum, *id eſt, transactis.* *Et* Quinctil. 8, 6, 47 Caetera propriis deciſa ſunt verbis. Deciſa negotia, *Peracta* Horat. Epiſt. 1, 7, 59. Sueton. Veſp. c. 21. *Proprie* Tacit. Ann. 12, 14 Atque ille non propinquum, neque Arſacis de gente, ſed alienigenam, et Romanum increpans, auribus deciſis viuere iubet. Horat. Epiſt. 2, 2, 49

Vnde ſimul primum me dimiſere Philippi
Deciſis humilem pennis, inopemque paterni
Et laris, et fundi, paupertas impulit audax
Vt verſus facerem.

DECISIO, ōnis. f. Verbale. [διάλυσις] *Proprie Diminutio.* Incrementis globi ſui deciſioneque luminis menſtrua tempora luna ſignificat Apul. de Mund. p. 71. *Diremtio litium mutuo conſenſu facta.* Cic. pro Caecina 104 Quid noſtra deciſio de aequitate, quid ratio interdicti de iure admoneant, vt iudicetis. Idem pro Flacco 89 c. 36 Deciſionis arbiter C. Caelius fuit. Augere deciſionem alicuius oratione et opinione Cic. pro Roſcio Com. . . . Idem pro Roſc. Com. 48 c. 16 Dicat deciſionem Factam eſſe, quae facta non eſt. Deciſionem *videtur poſuiſſe* Cic. de Prouinc. Conſul. 9 c. 4 *pro eo genere pactionis, vbi vterque ad ſe partem aliquam trahit,* Imperatore illo nihil aliud actum eſt, niſi pactiones pecuniarum cum tyrannis, deciſiones, direptiones, latrocinia, caedes. *Nam ſingulis verbis illic aſcendit.*

DECĬDO, ĭdi, ĕre. [καταπίπτω, καταπέομαι] *Ex alto cadere.* Cic. Off. 2, 43 Ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt. Conliſtes aegre, et citius quam aſcendas decides Laber. *apud* Macrob. Sat. 2, 7. Cic. de Senect. 71 Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi auelluntur: ſi matura et cocta, decidunt: ſic vitam adoleſcentibus vis aufert, ſenibus maturitas. Turres grauiore caſu decidunt Horat. Carm. 2, 10, 10. Deciderat Caſſii caput Vell. 2, 70, 3 *pro decollatum erat, voluit aliquis poſitum. Sed eſt actiuum, et reſpicit* libertum. Exanimis decidit Virg. Aen. 5, 517. Ter. Heaut. 2, 3, 9 Vae miſero mihi, quanta de ſpe decidi. Decidere de lecto, de tegulis Ter. Phorm. 4, 4, 26. Decidere equo *vel* ex equo Caeſ. B. G. 1, 48. Plin. 28, 8. *Et apud* Cic. ad Att. 2, 36 Deciderat ex aſtris. E flore decidere guttas Ouid. Met. 9, 345. Decidunt arboribus folia Plin. 12, 11. *Et* 11, 21 Quidam putant omnibus decidere aculeos ad hiemem. Decidit ouibus illis fructus omnis Plaut. Bacchid. 5, 2, 17. Hor. Epiſt. 1, 14, 29 Addit opus pigro riuus, ſi decidit imber, Multa mole docendus aprico parcere prato. Decidit in caſſes praeda Ouid. de Arte Am. 2, 27. In laqueos auceps decidit Idem de Remed. Amor. 502. Lacrimae decidunt in ora Ouid. ad Liu. 276. Decidit in praeceps Id. Met. 12, 338. Vires, poteſtasque vrbis decidit Claudian. de bello Gildon. 44. Decidere ab archetypo, *aberrare* Plin. Ep. 5, 10. Decidere ſpe, *ſine Praepoſitione:* Ter. Heaut. 4, 8, 11 Quanta ſpe decidi, *ſed et ibi legitur* de. A ſpe ſocietatis Pruſiae decidit Antiochus Liu. 37, 26. In vnius imperium ne res decidat admonemur Cic. de Aruſp. Reſp. 54. Decidere, *pro mori* Plaut. Trinum. 2, 4, 143 Ita cuncti ſolſtitiali morbo decidunt. Hor. Epiſt. 2, 1, 36 Scriptor, abhinc annis centum, qui decidit, inter Perfectos veteresque referri debet? Stat. Theb. 8, 125 *de leone,* Si decidat hoſtis Ire ſuper ſatis eſt. Claud. Prol. in Rufin. 1, 1 Phoebeo domitus Python cum decidit arcu.

DECIDVVS, a, um. Adi. [κατάπτωτος] *Quod cadit.* Plin. 11, 37 Omnibus autem caua, et in mucronem demum concreta ſunt, ceruis tantum ſolida, et omnibus annis decidua. *De cornibus animalium loquitur* Idem 8, 37. Arbor onus tremefacta ſuum Deciduo grauis imbre pluit Prud. Cath. 3, 78. Decidui ad terras Plin. 2, 20. Id. 11, 49 Teſtes pecori armentoque ad crura decidui, ſuibus adnexi. Deciduum *item, dicitur, quod deciditur, ſecunda longa:* Ouid. Met. 8, 758 Contremuit, gemitumque dedit decidua quercus. *Sed hoc (ita ſi legatur, nam Heinſio placet* Deoia, *aliis aliud) rectius ex* Decido, *de quo ſupra. Dicitur enim ſilua* Caedua, *quae originem ſuam aperte indicat.*

DECIDIVM, i. n. [κατάπτωμα] *pro occaſu laudant.* Sen. Epiſt. 30 Baſſus noſter videbatur mihi proſequi ſe, et componere, et viuere tanquam ſuperſtes ſibi, et fortiter ferre decidium ſui. *Sed* diſcidium *dedit Lipſius, qui fatetur in libris eſſe* deſiderium, *quod reſtituit Gronouius, et pulchre conuenit ſententiae,* deſiderat ſe *Baſſus, i. vires ſuas, ſibi iam videtur mortuus, nec tamen ingemiſcit.*

DECINERO, āre. *In cinerem vertere, comburere.*

DECINERATVS, a, um. Partic. Decineratis omnibus in nihilum finiri Tertull. adu. Valent. c. 32.

DECINERESCO, ĕre. Decinereſcere igni Tertull. Apol. c. 48.

DECIPIO, epi, eptum, ĕre. [ἀπατάω, ἐξαπατάω] *Ex* Capio *compoſitum, Deludere, defraudare.* Plaut. Rud. 2, 3, 70 At ego etiam qui ſperauerint, ſpem decepiſſe multos. Ter. Andr. 4, 1, 45 Deceptus ſum, at non defatigatus. Cic. de Diuin. 2, 116 Nam illa Amphibolia, quae Croeſum decepit, vel Chryſippum potuiſſet fallere. Ouid. Epiſt. 12, 50 Vltimus eſt aliqua decipere Arte labor. Cic. Off. 1 c. 10 Iam illis promiſſis ſtandum non eſſe quis non videt, quae coactus quis metu, quae deceptus Dolo promiſerit? Ouid. ex Pont. 3, 9, 11 Iudicium tamen hoc noſtrum non decipit Error. Idem Met. 3, 431 Atque oculos idem, qui decipit, incitat Error. Formae fiducia te decipit Ouid. Met. 8, 435. Diem abſumere et decipere Id. Triſt. 4, 10, 114. Exſpectationem alicuius decipere Cic. de Orat. 2, 289 c. 71. Labor fallitur et decipitur Ouid. Triſt. 4, 1, 14. Horat. Carm. 2, 13, 38 Quin et Prometheus et Pelopis parens Dulci laborem decipitur ſono, *ne ſentiat moleſtias, vt dicitur* Fallere tempus. Stat. Silu. 4, 4, 19 Aeſtiuos quo decipis aëre Soles, *i. ſubterfugis, vt nimirum* fallere tempus, *vel* laborem *dicimur.* Ouid. ex Ponto 1, 2, 49 Aut vbi decipior melioris imagine Somni. Horat. Art. Poët. 24 Maxima pars vatum pater, et iuuenes patre digni Decipimur Specie recti. Per te decipior Ouid. Amor. 2, 10, 3. Deceptus ſum in eo Plaut. Aſin. 2, 4, 94. Aſtu decipiendus Ouid. Met. 13, 194.

DECEPTVS, a, um. Partic. [ἀπατηθείς] At bona pars hominum decepta cupidine falſo Hor. Sat. 1, 1, 61. Dolo Cic. Off. c. 10. Virgil. Aen. 3, 181 Seque nouo veterum deceptum errore locorum. Fides decepta Stat. Theb. 8, 623. Per fas ac fidem decepti Liu. 1, 9. Ouid. Epiſt. 20, 21 Deceptam dicas noſtra te Fraude licebit. *Add.* Vell. 2, 69, 1. Deceptus verbis aliorum Ouid. Epiſt. 2, 65. *Conf.* Cic. Fam. 5, 16, 6. Nep. 14, 9, 4.

DECEPTVS, ûs. m. Subſt. Tertull. adu. Marc. 3, 6 Conditio deceptui obnoxia. *Et* de Anima c. 18 Deceptui facilis.

DECEPTIO, ōnis. f. *Actus decipiendi.* Vitruu. 2, 8 Quoniam impendentis loci deceptio cogit. *Quod oſtendit antiquum vocabulum eſſe, quamuis non crebro vſurpatum.* Auguſt. Conf. 8, 2. Idem de Ciu. Dei 22, 22. *Add.* Mart. Capella l. 4 *ſub fin.* in metro.

DECEPTOR, ōris. m. Verbale. [ἀπατεών] Sen. Thyeſt. 140 Proditus occidit Deceptor dominae Myrtilus, *etc.* *Add.* Tertull. adu. Prax. c. 11. Aug. Serm. 67.

DECEPTRIX, īcis. f. Lactant. Epit. c. 6 *extr.* Pernicioſa eſt ac deceptrix adulatio. Alc. Auit. 3, 111 Nec contenta tuo deceptrix femina caſu. Fortuna Mant. de pugna Virtut. et Fort.

DECEPTIOSVS, a, um. Adi. Ennod. 1, 7.

DECEPTO, āre. Gloſſ. Gr. Lat. Deceptat, ἀπατᾷ. *Conf.* Sarisb. 7, 12 Aut fabulandum aut deceptandum eſt tibi.

DECEPTORIVS, a, um. Adi. Aug. Ep. 255 ad Macrob. Deceptoria laude falli.

DECĬPVLA, ae. f. *Quoddam laquei genus ad decipiendas, capiendasque feras. Sipontin.* Sidon. Ep. 8, 10 Decipula male blandientis eloquii. *Tralate:* Mart. Capella 4 p. 135 Dudum locuta circulatrix indecens fies profecto decipula, ſi adſtruxeris.

DECĬPVLVM, i. n. [ἀπατήδιον] *Idem.* Apul. Met. 8 p. 202 Opportunum decipulum nactus. Idem 10 p. 250. Idem Flor. p. 360.

DECIRCĬNO, āre. [ἀπογυρόω] *Idem, quod ſimplex Circino, quod ſignificat aliquid rotundum facio.* Manil. 3, 332 Quam tereti natura ſoli decircinat orbem In tumidum, et mediam mundo ſuſpendit ab omni. *De terra loquitur.* Arcum Idem 1, 295.

DECIRĒMIS, is. f. [δεκήρης] *Nauigii genus, decem habens remorum ordines.* Plin. 7, 56 ſ. 57 Quinque remem inſtituit Neſichthon Salaminius: ſex ordinum Zenazoras Syracuſius: ab ea ad deciremem Mneſigethon. *Hard.* Decemremem.

DECITO, āre. Inſtabile veſtigium plantis roſcidis decitantes Apul. Met. 2 p. 116.

DECIVS, i. m. *Nomen gentis Romanae plebeiae, ſed nobiliſſimae. Nobiliſſimi enim ſuo merito* Decii *tres fuerunt: pater, filius, et nepos.* Cic. Tuſcul. 1, 89 c. 37 Non cum Latinis decertans pater Decius, cum Hetruſcis filius etiam cum Pyrrho nepos, ſe hoſtium telis obieciſſent, *quod repetit de* Fin. 2, 61 c. 59. *Hinc celebrantur paſſim, v. g.* Stat. Silu. 5, 2, 53 Aliis Decii reducesque Camilli Monſtrentur; tu diſce patrem. *Vid.* Virgil. Aen. 6, 825. Iuu. 8, 254. 258. *Item* 14, 239. Valer. Maxim. 5, 6 *extr.* 5 *et* 6. *De patre* Liu. 8, 9 *et* 10. *De filio* 10, 28 *et* 29. *De nepote tacent alii praeter Zonaram 8, 5.*

DECLĀMO, āre. [μελετάω] *Eſt ficto themate ſe exercere.* Ouid. de Arte Am. 2, 507 Sed neque declament medio ſermone diſerti, Nec ſua veſanus ſcripta Poëta legat. Ad fluctum aiunt declamare ſolitum Demoſthenem, vt fremitum adſueſceret voce vincere Cic. de Fin. 5 c. 2. *Add.* Horat. Epiſt. 1, 2, 2. Sueton. Ner. c. 10. *De ſeria contentione* Cic. Verr. 4, 149 c. 66 Ille autem inſanus, qui pro iſto contra me vehentiſſime declamaſſet, poſtquam, *etc.* *Sic* Cic. Fam. 3, 11 Eſt maieſtas, vt Sulla voluit *(lata lege de crimine maieſtatis)* vt in quemvis impune declamare liceret, *cum calumniae poenam non metueret accuſator. Sed ad exercitationem pertinet* Suaſorias declamare Quinctil. 3, 8. Magiſter declamandi Idem 2, 1. Opus declamandi Quinctil. 2, 10. Cic. pro Roſc. Amer. 82 c. 29 Niſi forte exſpectatis, vt illa diluam, quae de peculatu, ac de eiusmodi rebus commenticiis, inaudita nobis ante hoc tempus ac noua obiecit, quae mihi iſte viſus eſt ex alia oratione declamare, quam in alium reum commentaretur. *Nempe adeo nihil ad cauſam facere videbantur, vti declamare hominem non agere putares.*

DECLAMĬTO, āre. Frequent. Cic. Fam. 16, 21 Praeterea declamitare Graece apud Caſſium inſtitui: Latine autem apud Brutum exerceri volo. Sedentes declamitant Graeci Cic. de Orat. 1, 251. Vini exhalandi, non acuendi ingenii cauſa declamitare Idem Philipp. 2, 42. Cauſas declamitare Cic. Tuſcul. 1, 7 c. 4. Idem Philipp. 5, 19 c. 7 Ipſe interea decem et ſeptem dies, vt digeſtio potius quam declamatio videretur, de me in Tyburtino Scipionis declamitauit, ſitim quaerens.

DECLAMITANS, antis. Partic. Cic. de Clar. Orat. 310 Commentabar declamitans (ſic enim nunc loquuntur) ſaepe cum M. Piſone, et cum Qu. Pompeio, *etc.*

DECLAMĀTVS, a, um. Partic. *Vt,* Orationes declamatae Lamprid. in Alex. c. 3.

DECLĀMĀTOR, oris. m. [μελετητής] *Qui aut in ſcholis, aut ſecum fictam cauſam agit, vt poſſit veram rectius agere.* Cic. pro Planc. 83 c. 34 Non vobis videor cum aliquo declamatore, non cum laboris et fori diſcipulo diſputare? Cic. in Orat. 47 c. 15 Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, ſed doctiſſimum et perfectiſſimum quaerimus.

DECLĀMĀTIO, ōnis. f. Verbale. [μελέτη] Exercitatio declamationis Auct. ad Her. 3 c. 11. Cic. Tuſc. 1, 7 c. 4 Vt enim antea declamabitabam cauſas, quod nemo me diutius fecit, ſic haec mihi nunc ſenilis eſt declamatio. Fortuna declamationis Quinctil. 2, 2, *Add.* Idem 10, 5. *Interpp.* Petronii c. 1. Quotidiana Cic. Fil. Fam. 16, 21. Senilis declamatio Cic. Tuſc. 1, 7 c. 4. Vulgari et peruulgata declamatione contendere Idem pro Planc. 47 c. 19. *de locis communibus in forenſem orationem incidentibus.* Cic. pro Muraen. 44 c. 21 Non placet mihi inquiſitio candidati, — non minae magis quam blanditiae: non declamatio potius, quam perſalutatio. Declamatio, *tanquam ex locis communibus in vitia quis dicat.*

DECLAMATIVNCVLA, ae, f. *Parua declamatio.* Gell. 6, 8 Declamatiunculam ſuper Alexandro celebrare. Sidon. 1, 4 Adoleſcentum declamatiuncula.

DECLAMATORIVS, a, um. Adi. [μελετητικός] Cic. ad Q. Fratr. 3, 3 Et ipſe puer magis illo declamatorio genere duci et delectari videtur. *Legitur et* Clamatorio. *Conf.* Idem de Orat. 1 c. 16. Conſuetudo declamatoria Quinctil. 5, 13. Genus declamatorium dicendi Idem 2, 10.

DECLAMATORIE. Adu. [μελετητικῶς] *More declamantium.* Hieronym. More eorum, qui declamatorie ſolent loqui ad populum.

DECLĀRO, as, āre. [δηλόω, ἐμφανίζω] *Aperire, manifeſtare.* Cic. Off. 1, 26 Declarauit id modo temeritas C. Caeſaris, qui omnia iura diuina atque humana peruertit. Idem Fam. 6, 13 Poſtea vero quam magnam ſpem habere coepi, fore, vt te breui tempore incolumem haberemus: facere non potui, quin tibi et ſententiam et voluntatem declararem meam. Declarare *plus eſt quam* Significare: Cic. Fam. 5, 13 Itaque hoc ſaepius dicendum, tibique non ſignificandum ſolum, ſed etiam declarandum arbitror, nihil mihi eſſe potuiſſe tuis literis gratius. Cic. pro Milon. . . . Si denique vnquam locus ampliſſimorum ordinum delectis viris datus eſt, vbi ſua ſtudia erga fortes et bonos ciues, quae Vultu et verbis ſaepe ſignificaſſent, re et ſententiis declaraſſent, *etc.* Significatione, non demonſtratione vniuerſam rem et ſententiam declarat geſtus ſcenicus Cic. de Orat. 3, 218. Luculentam plagam accepit, vt declarat cicatrix Idem Philipp. 7, 17. Beneuolentiam in aliquem declarare Cic. pro Domo 98. Copiam declarat ſatietas rerum et abundantia Idem in Paradox. 6, 2. Conſuetudinem vitamque maiorum actionum genera quaedam declarant Cic. de Orat. 1, 193. Declarant gaudia vultu Catull. de Nuptiis Pel. et Thet. v. 34. Praeſentiae deorum declarant ab his, ciuitatibus et ſingulis hominibus conſuli Cic. de Natur. Deor. 2, 166. Acumen interpretis declarant quaedam Idem de Diuin. 1, 39. Perfectionem declarat officii, verbum oportere Cic. in Orat. 74. Res breuiter Nepos 25, 18, 6. Virgil. Aen. 5, 245 Victorem magna praeconis voce Cloanthum Declarat. Gemitu et moeſtitia declarauit, quantum haberet odium ſeruitutis M. Lepidus Cic. Philipp. 5, 39. Literis declarari aliquid Idem de Orat. 2, 280. Praeſentiam ſuam ſaepe diui declarant Cic. de Natur. Deor. 2, 6. Propriam cuiusque rei vim definitione declarare Id. de Orat. 1, 190. *Et* Fam. 6, 13 Quando quid ſentirem expoſui, quid vellem tua cauſa, re potius declarabo, quam oratione. Volatibus auium, cantibusque certiſſimis ſignis res futuras declarari Cic. de Diuin. 1, 2. Multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus, multa ſomniis, multa portentis Idem de Nat. Deor. 2, 163. *Non ſolum homines, ſed etiam verba et vocabula* declarare *dicuntur:* Cic. de Fin. 2, 13 Nullum inueniri poteſt, quod magis idem declaret Latine, quod Graece, quam declarat voluptas. *Idem paullo poſt,* Erit enim notius quale ſit, pluribus notatum vocabulis idem declarantibus. Declarare Conſulem, *renuntiare:* Cic. pro Muraen. 2 Vt eiusdem hominis voce et declaratus Conſul et defenſus. Idem ibid. 3 c. 2 Is potiſſimum Conſul, qui Conſulem declarauit. *Conf. Gruter. ad* Cic. Fragm. p. 156.

DECLARANS, antis. Partic. [δηλῶν] Cic. de Diuin. 1, 127 Relinquendum eſt homini, vt ſignis quibusdam conſequentia declarantibus, futura praeſentiat.

DECLARĀTVS, a, um. Partic. Nepos 23, 11, 2 Tabellarius ducis naue declarata ſuis, *i. demonſtrato certo aliquo ſigno.*

DECLARATIO, ōnis. f. Verbale. [δήλωσις] Cic. Fam. 10, 5 Rurſus declaratio animi tui quem haberes de Rep. quemque habiturus eſſes, mihi erat iucundiſſima. Idem Fam. 15, 21 Liber iſte quem mihi miſiſti, quantam habet declarationem amoris tui?

DECLARATĪVVS, a, um. Adi. [Gloſſ. Gr. Lat. δηλωτικός, Declaratiuus.] *Conf.* Apul. de Syllog. Cat. p. 30 *et* 33. Martian. Capell. 4 p. 97.

DECLARATĪVE. Adu. Martian. Capell. 4 p. 120 Quidquid declaratiue accedit.

DECLARĀTOR, ōris. m. Plin. Paneg. 92, 6 Vt honoribus noſtris ſuffragator in curia in campo declarator exiſteres.

DECLAVO, as, āre. *Clauas amputare, id eſt, ramos arboris, ſolumque relinquere truncum et ſtirpem. Nam* clauas *et* claulas *in hac ſignificatione poſuerunt veteres.* Pallad. Claua ſeri commodius eſt, quae ſit manubrii craſſitudine, longitudine cubitali. Varr. Vt ſit de tenero ramo ex vtraque parte praeciſum aequaliter, quas alii clauolas, alii taleas appellant. *Verbum hoc reperitur in* Pandectis, *in* titul. Arbor. furt. caeſ. *vbi tamen hactenus lectum eſt* Deglubere, *vel* Delibrare, *vel* Deglabrare; *ſed quum veriſimilius ſit Praetori veniſſe in mentem ramalium et clauarum potius, quam libri et corticis.* Declauare *ſubſtituit Turnebus Aduerſ. 23, 20 ſub veterum librorum auctoritate. Vid.* DEGLABRO.

DECLĪNO, as, āre. [κλίνω, ἀποκλίνω, ἐκκλίνω] *Deflectere. Et tum intranſitiue ponitur, intellecto pronomine* ſe: *tum cum Accuſatiuo rei, quam flectimus, vel quam euitamus.* Cic. pro Planco 97 c. 41 Brunduſium veni, vel potius ad moenia acceſſi: vrbem vnam mihi amiciſſimam declinaui. Atomi declinant *ex diſciplina Epicuri, i. a recto et perpendiculari lapſu aliquantum diſcedunt* Cic. de Fato c. 10. *it.* 20 *etc.* de Fin. 1 c. 6. *et* de Natur. Deor. 1 c. 25. Magna rerum permutatione impendente, declinaſſe paullulum, et ſpe reliquae tranquillitatis, praeſentes fluctus, tempeſtatemque fugiſſe Cic. pro Sext. 73. Declinare a loco aliquo Idem Att. 14, 19 (17). Plaut. Aulul. 4, 8 *extr.* Nam ego modo declinaui paullulum me extra viam. Cic. de Fin. 5, 5 Modo etiam paullum ad dextram de via declinaui. Curſus declinare Ouid. Met. 10, 667. Paullatim declinat amor Idem Met. 9, 460. Declinat in veſperum dies Columel. 8, 4, 3. Declinat in Pholoën Cyrus, *i. procliuis in eam eſt amore* Horat. Od. 1, 33, 7. Inflammatio declinat Celſ. 5, 27. Somnus declinat ocellos Propert. 2, 1, 11. Dulci declinat lumina ſomno Virgil. Aen. 4, 185. Cic. de Natur. Deor. 3, 33 Appetuntur autem, quae ſecundum naturam ſunt, declinantur contraria. Cic. in Partit. . . . Actionis autem duo ſunt genera: Vnum, ad perſequendum aliquid, aut declinandum. Declinare a propoſito deflectereque ſententiam Cic. in Orat. 138 c. 40. Declinare contentiones Idem Att. 2, 20 (19). Impetum alicuius tecte declinare Cic. in Orat. 228. Declinare laqueos iudicii Idem pro Milon. 41. A malis natura declinamus Cic. Tuſc. 4, 13. Idem Att. 2, 120 Minae Clodii contentionesque quae mihi proponuntur, modice me tangunt: etenim vel ſubire eas videor mihi ſumma cum dignitate, vel declinare nulla cum moleſtia poſſe. Declinare ab religione officii, *hoc eſt, Non obſeruare officii iura et ſanctitatem:* Cic. Verr. 3, . . . Qui ſibi hoc ſumſit, vt corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat, quis huic ignoſcat, ſi qua in re ipſe ab religione officii declinarit? Cic. de Prouinc. Conſul. . . . Subire vim atque iniuriam malui, quam aut a veſtris ſanctiſſimis mentibus diſſidere, aut de meo ſtatu declinare. Declinare de via *per translat. pro Aberrare,* Id. de Amicit. 61 c. 17. *Et* de Fato . . Hoc modo hanc cauſam diſceptari oportet, non ab atomis errantibus, et de via declinantibus petere praeſidium. Declinare vitia Cic. Off. 1, 19. A delictis, quae parua videntur, eſt diligentius declinandum Id. Off. 1, 145 c. 40. Eo reuocemur, vnde huc declinauit oratio Cic. de Orat. 2, 157. Huc declinabam nec inuitus Id. de Legg. 1, 57. In hoc genus plerique cum declinaſſent, et ab eo, quo profecti ſunt, aberrarunt Auct. ad Her. 4 c. 10. Non eſt declinata quidquam ab aliarum ingenio Ter. Hec. 2, 1, 3. *id eſt, eiusdem ſunt ingenii.* Plin. 37, 8 ſ. 34 Praefertur his chryſopraſius, porri ſuccum et ipſa referente, ſed haec paullum declinans a topazio in aurum. Declinare agmen aliquo, *pro De loco vno ducere ad alium:* Liu. 1, 28 Nec ea culpa quam arguo, omnium Albanorum ducem ſequuti ſunt, vt et vos, ſi quo ego inde agmen declinare voluiſſem, feciſſetis. Declinare, *vitare:* Cic. Off. 1, 111 Declinetque ea, quae nocitura videantur. Declinare certamen, *et* detrectare, *pro eodem ponit* Liuius, *teſte Budaeo.* Liu. 36, . . Non iaculis ſolum vt ſolet, exceptos declinabant ictus, ſed armati frequentes, *etc.* ¶ 2 *Grammatica etiam notio huius vocis eſt perantiqua:* Nomina declinare et verba in primis pueri ſciant Quinctil. 1, 4, 22. *Conf.* Varr. de L. L. 7 *pr.* *Ponamus pauca ex c. 2 p. 85, 24* Etiam nouicii ſerui emti in magna familia cito omnium conſeruorum nomina recto caſu accepto

in

in reliquos obliquos declinant, *etc. ſunt enim ibi pluſcula.* Idem 9, 3. Gell. 4, 1. *Peculiaris et obſeruabilis eſt hic locus*, Qui victorias aureas in vſum belli conflari volebat, ita declinauit, Victoriis vtendum eſſe Quinct. 9, 2, 92. Declinauit *orationem rectam, vt figura fieret.*

DECLĪNANS, antis. Partic. [ἀποκλίνων] Plin. 23, 1 ſ. 24 Quod ad febrium valetudines attinet, certum eſt, non dandum in febre, niſi veteribus aegris, vinum, nec niſi declinante morbo. Varr. de L. L. 5, 5 p. 51, 13 Cum verborum declinantium genera ſint quatuor, vnum, quod tempora adſignificat, neque habet caſus, vt ab lego, legis, *etc. Paullo poſt*, Verba declinata ſunt, quae ab aliquo oriuntur, vt ab lego, legis. *Eadem ergo* declinantia *et* declinata. *Vid. locus Quinctil. quem ſtatim dabimus in* DECLINATVS.

DECLINĀTVS, a, um. Partic. [ἀπόκλιτος] *Vt*, Declinata aetas, *apud* Quinctil. 12 c. vlt. *i. Prouecta et vergens.* Idem 12, 1 Neque ſpe, neque metu declinatus animus, quo minus optimis ſe partibus, id eſt, Reipublicae, iungeret. *de Cicerone loquitur. Item Deriuatus, Inflexus*, Declinata verba Varr. L. L. 7, 2. *Conf.* Idem 9, 4 *extr.* Gell. 10, 21. *Et quae modo laudamus in* DECLINANS.

DECLINĀTVS. Subſt. Varro L. L. 7, 2 Nouis nominibus allatis in conſuetudinem, ſine dubitatione eorum declinatus ſtatim omnis dicit populus. *Conf.* Idem 8, 28. *et* 9, 1 *extr. Opponitur etiam appetitui, vt Declinatio:* Cic. Fin. 5, 17 c. 7 Voluptatis alii primum appetitum putant, et primam depulſionem doloris: alii cenſent, primum aſcitum doloris vacuitatem; et primum declinatum dolorem.

DECLINATIO, ōnis. f. Verbale. [κλίσις, ἔκκλισις] *Deflexio.* Curt. 9, 7, 21 Igitur Macedo lanceam emiſit, quam Dioxippus cum exigua corporis declinatione vitaſſet, *etc.* Declinatio atomorum *illa Epicurea memorata* Ciceroni de Fin. 1 c. 6 *it.* 8. *et* de Fato c. 10 *etc.* Declinatio breuis a propoſito Cic. de Orat. 3, 205. Declinationes in ipſo curſu orationis ad amplificandum dantur Cic. Part. c. 15. Declinatio ad libidinem Idem de Fin. 1, . . Cic. de Natur. Deor. 3, 33 Praeterea nullum poteſt eſſe animal, in quo non et appetitio ſit et declinatio naturalis. *Conf.* Gell. 14, 1. Declinatio periculi Cic. Att. 2, 20. Laboris et periculi declinatio Idem pro Cluent. 148 c. 53 *extr. Et* in Catil. 1, 15 c. 6 Quot ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari poſſe non viderentur, parua quadam declinatione, et, vt aiunt, corpore effugi. Facere declinationem a malo cum ratione, ſapientis eſt Cic. Tuſc. 4, . . ¶ 2 Declinatio *Grammatica.* Varro de L. L. 9, 4 p. 141, 37 Declinatio eſt quum ex verbo in verbum, aut ex verbi diſcrimine, vt transeat mens, vocis commutatio fit, aliqua. Similitudo declinationis; quum item ex aliqua figura in figuram tranſit, vt id tranſit, cum quo confertur. Ibidem p. 141, 1 *dixerat*, Analogia eſt verborum ſimilium declinatio ſimilis. *Add.* Id. de L. L. 7, 2. Graecis nominibus Graecas declinationes dare Quinct. 1, 5 *et* 6. Idem 1, 4 *extr.* Quid? quod multa verba non totum declinationis ordinem ferunt? quaedam etiam mutantur, vt *Fero* in Praeterito. *Ergo* declinatio *etiam eam, quae* vulgo Coniugatio *vocatur*, comprehendit. ¶ 3 Declinatio mundi *vel* caeli *dicitur a Latinis, Quod Graeci dicunt* κλίμα, *plagam nimirum duobus interiectam parallelis ab aequatore declinantem.* Declinationum mundi non ignarus, vt exploratum habeat, quid cuique plagae conveniat, quid repugnet Colum. prooem. totius Operis. Idem 1, 6 Calore naturali eſt opus, qui contingit poſitione caeli et declinatione. *Vſus eſt praeterea idem* Columel. 3, 1. Gell. 14, 1 Deuergentiam *vocat. Et* Vitruuius 1, 1 Inclinationem: Propter inclinationes caeli, *inquit*, quas Graeci κλίματα vocant.

DECLĪVIS, e. Adi. [πρανής, κατάντης] *Inclinatus atque deorſum vergens, vt cliuus in deſcenſu.* Caeſ. B. G. 2, 18 Collis a ſummo aequaliter decliuis. Decliuis et praeceps locus Idem B. G. 4, 33. Antrum decliue Ouid. Epiſt. 7, 93. Area Columel. 1, 5, 9. Aruum Hor. Od. 3, 29, 7. Curſum decliuem ad litora habent amnes Lucan. 4, 427. Dexteriora montis decliuia Idem 2, 421. Caeſ. B. C. 1, 45 Ab oppido autem decliui Faſtigio vergebat in longitudinem paſſuum circiter quadringentorum. *Locus hodie ſic legitur:* Ab oppido tamen decliuis locus tenui Faſtigio vergebat in longitudinem paſſuum circiter CD. *Alibi tamen*, de B. G. 8, 14 *ad rem noſtram*, Planities decliui Faſtigio duobus ab lateribus muniebatur. Ouid. Met. 1, 39 Fluminaque obliquis cinxit decliuia ripis. Idem Met. 15, 227 Labitur occiduae per iter decliue ſenectae. Iuga Stat. Theb. 5. . . . Stella Ouid. Faſt. 3, 793. Procliuis *habet Heinſius.* Trames Idem Faſt. 3, 13. Via Id. Met. 7, 410. Plin. Epiſt. 8, 18 Nam mulier natalibus clara, moribus proba, aetate decliuis, diu vidua, mater olim, *etc. Compar.* Vulg. Int. Iudic. 19, 9 Dies ad occaſum decliuior.

DECLĪVĬTAS, ātis. f. [τὸ πρανὲς] *Ipſa inclinatio*, Caeſ. B. G. 7, 85 Exiguum loci ad decliuitatem faſtigium, magnum habet momentum.

DECOCTVS, DECOCTVRA, DECOCTOR, *vid.* DECOQVO.

DECOLLO, āre. [ἐκτραχηλίζω, ἀποτραχηλίζω.] *De collo deponere.* Caecilius, Notonicaſione, Habes, vide, tibi tradidi: in tuo collo eſt, decolles caue Nonius 2, 222. ¶ 2 Decollare, *Caput alicui auferre, Collum truncare.* Diomedes 1 p. 361 *laudat* Feneſtellam in lib. Epitomatum ſecundo, quemadmodum Caeſar a piratis captus ſit, vtque eos poſtea ceperit, et decollauerit. *Addit* Veteres autem ſecuri caeſos dicebant. Sueton. in Calig. c. 32 Miles decollandi artifex quibuscunque e cuſtodia capita amputabat. Facilius in honorem eius decollas, quam iudicas Sen. Contr. 4, 25. *Add. Burm. ad* Petron. c. 51 p. 252. ¶ 3 Decollare [καταλείπειν] pro Deſtituere et fruſtrari, ſiue decipere, *vt vult* Diomedes *l. c.* Plaut. Capt. 3, 1, 36 Nunc ibo ad portum hinc: eſt illic mihi vna ſpes coenatica: Si ea decollabit, redibo huc ad coenam aſperam. Lucil. l. 12 *apud Diomedem l. c.* Quibus fructibus me decollaui. Si fors decollaſſet Plaut. Caſ. 2, 4, 38. *Quod* Varro Decollare *dixit*, Columella *eandem rem tractans*, Deeſſe *ſcripſit.* Varronis *verba haec ſunt*, de R. R. 1, 2, 8 *de vitibus loquentis:* Duo in primis ſpectaſſe videntur Italici homines in colendo, poſſentne fructus pro impenſa ac labore redire: et vtrum ſaluber locus eſſet, an non. Quorum ſi alterutrum decollat, et nihilominus quis vult colere, mente eſt captus, atque ad agnatos et gentiles eſt deducendus. Columella *autem haec* 1, 3, 1 Porcius quidem Cato cenſebat in emendo, inſpiciendoque agro, praecipue duo eſſe conſideranda, ſalubritatem caeli, et vbertatem, quorum ſi alterum deeſſet, ac nihilominus quis vellet incolere, mente eſſe captum, atque eum ad agnatos et gentiles deducendum. *Vid. Turneb. Adu.* 29, 22. *Caſaub. ad Theophraſt. Charact.* περὶ ἀγροικ. *extr. Vrſin. Obſ. philol. c.* 9 *p.* 140. *Qui contra Gronouianum* Decolo *diſputat, et poſt Scaligerum aliosque, ait* decollare *dici proprie quidem crumenam, quae e collo ſuſpenſa geri cum ſoleat, tum dicatur* decollaſſe, *cum non amplius adeſt. Sed* Decollare *eſſe* de collo deponere, *modo vidimus, auctore Nonio: an* deflucre *ſignificet, nondum oſtenſum.* De colo *certe multa facilius blandiusque.*

DECOLLATVS, a, um. Part. Decollatorum capita Scribon. 194.

DECOLLATIO, ōnis. f. Vet. Gloſſ. τραχηλοκοπία, κεφαλῆς ἀποτομή.

DECŌLO, āre. *Deſtillo, defluo, effluo. Hoc verbum pro vulgato* decollare, *reſcribi apud* Plaut. Capt. 3, 1, 37 *et alibi, vult Gronouius ad* Liu. 27, 17 *quoties idem eſt atque* effluere, *et ita deſtituere, fruſtrari. Vid.* DECOLLO n. 3.

DECŎLOR, ōris. Adi. [κακόχροος] *Quod eſt colore vitiatum, vel quod colorem amiſit.* Plin. 16, 12 ſ. 23 Frigida hieme deterior, ac minus copioſa, et decolor. *Conf.* Iſid. 10 lit. D. Aetas decolor Virg. Aen. 8, 326. Decolor aetas, Vitioſa. In omni enim vitioſo corpore ineſt peſſimus color. Et alludit ad naturam metalli, quam cernimus diſcolorem: nec immerito. Supra enim dixerat Aurea ſaecula: ideo nunc dixit aetas Decolor. *Haec* Seruius. Fluuius ſanguine decolor Stat. Theb. 12, 410. Imber decolor Claud. in Eutrop. 2, 41. Sen. Hippol. 344 Tunc virgatas India tigres Decolor horret, *i. fuſca et flaua. Sic* Ouid. Triſt. 5, 3, 24 Et quascunque bibit decolor Indus aquas. Cic. Tuſc. 2, 20 c. 8 Iam decolorem ſanguinem omnem exſorbuit, *verſus, de veſte, qua periit Hercules.* Decolor ſpecies aeris, argentiue Plin. 31, 6 ſ. 32. *Metaph.* Decolor, *pro Foedo:* Ouid. Epiſt. 9, 3 Fama Pelasgiadas ſubito peruenit ad vrbes Decolor, et factis inficianda tuis.

DECŎLŌRVS, a, um. Adi. *Idem.* Prudent. Hymn. Celagurrit. v. 113 Algidus cum decoloros horror artus concutit, *febris pallorem inducens.*

DECOLŌRO, āre. [κακοχρωματίζω] *Colorem auferre, vel vitiare* Columel. 12, 16, 1 Deinde vuas pro magnitudine binas vel ternas inter ſe colligatas, in ahenum feruens demitti, et exiguum pati, dum decolorentur. Aurum Plin. 23, 1. *Vid. Lipſ. Elect.* 2, 8. Sen. Nat. Quaeſt. 2, 41 Decoloratur id, cuius color vitiatur, non mutatur. Caedes decolorauere mare Dauniae Hor. Od. 2, 1, 35. Suppurationes quae intus tendunt ſic, vt exteriorem quoque cutem decolorent Celſ. 2, 8. Columel. 12, 47, 2 Oliua pauſea vel orchita, quum primum ex albo decoloratur, ſitque luteola, ſereno caelo manu diſtringitur. Decolorari, *per translationem, pro Infamia notari, in* l. Eum, qui probabilem C. de epiſcop. et cleric. *Sic* Fama decolor *ex Ouidio modo allata eſt.*

DECOLORATVS, a, um. Part. [κακοχροῶν] Auctor ad Heren. 2, 8 c. 5 Si tumore aut liuore decoloratum eſt corpus mortui. Manus collybo Suet. Aug. c. 4.

DECOLORATIO, ōnis. f. Verbale. [κακοχροιά] Cic. de Diuin. 2, 58 c. 27 Sed et decoloratio quaedam ex aliqua contagione terrena maxime poteſt ſanguini ſimilis eſſe.

DECONCILIO, āre. *i. abalienare.* Plaut. Fragm. *et apud* Feſt. *voce* Perſicus. *Conf. Gothofred. ad* Feſt.

DECONTOR, āri. Vnde potiſſimum caperet exordium, decontatur Apul. Met. 10 p. 239. *Add.* Id. 7 p. 198. (Pric. 148) *forte rectius ſcribitur* decunctor.

DECONDO, ĕre. In alicuius ventrem immenſae belluae decondet Sen. ad Marc. c. 10. *Vid. Lipſ.*

DECŎQVO, xi, ctum, ĕre. [ἀφεψέω] *Paullatim diminuere ſignificat, et coquendo abſumere.* Decoquere vaſe Scribon. 65. Decoquitur, vsque dum rufum medicamentum fiat Idem 212. Cortex — decoquitur, donec madida fiat 248. Decoquere ad ſextarios 12. 111. Aqua decoctum habens thymum 182. Plin. 31, 3 ſ. 23 Neronis principis inuentum eſt decoquere aquam, vitroque demiſſam in niues refrigerare. *Vnde* decoquere muſtum ad tertias et quartas Columel. 12, 34. Decoquunt vsque in quartam partem Idem 12, 12, 2. Vsque quo ad tertiam partem decoxeris Varr. R. R. 1, 2, 26. Decoquenda in dimidiam partem aqua Colum. 12, 24, 1. *Add.* Plin. 20, 19 ſ. 77. Hor. Sat. 2, 1, 73 Donec Decoqueretur olus. Virg. Georg. 1, 295 Aut dulcis muſti Vulcano decoquit Humorem. *Metaph.* Pallad. 1, 34, 7 Decoquitur paſtinatio beneficio algoris aut ſolis, *quod alias* fermentare *dicunt, i. mollem et puluerulentam fieri humum, et ſeminibus molliter fouendis aptam. Audacior translatio eſt.* Iram decoquere Claud. in Eutrop. 2, 349. *Conf. Drakenborch. ad* Sil. 2, 327. Decoquunt anni materiam abundantiorem Quinctil. 2, 4. *Id eſt, Diminuunt, limant, atterunt, et quaſi expurgant.* ¶ 2 *Sollemni metaphora ad rem pecuniariam transfertur:* Columel. 11, 1, 28 Nam quamuis interdum emendatum ſit perperam factum vel imprudentia, vel negligentia, res tamen ipſa iam domino decoxit. Decoxit, *id eſt frugum foeturam quaſi fenus debitum non reddidit; pro eo quod augeri debebat, minuta eſt, vt aqua vel quicunque humor, dum coquitur. In talibus* decoquere *intranſitiue ſ. neutraliter dicitur. Add.* Colum. 1, 8, 14. Plin. 21, 6 ſ. 17 Areis decoquentibus, *i. depoſitum non reddentibus.* Inertia Caeſarum quaſi conſenuit atque decoxit *(imperium)* Flor. prooem. 1, 8. Templorum vectigalia quotidie decoquunt Tertull. adu. Gent. c. 42. *Proprie quidem, ſed tamen, vt metaphoricam, in qua verſamur, rationem illuſtret.* Liu. 32, 2 Carthaginienſes eo anno argentum in ſtipendium impoſitum primum Romam aduexerunt; id quia probum non eſſe Quaeſtores renuntiauerunt, experientibusque pars quarta decocta erat, pecunia Romae mutua ſumta intertrimentum argenti ſuppleuerunt. *Hinc* Decoquere creditoribus, *Eſt vorato patrimonio creditoribus fidem fallere, aut certe fidem ſuam per inopiam non liberare.* Plin. 33, 10 Poſtea diuites cognominati, dummodo notum ſit, eum, qui primus accepit hoc nomen, decoxiſſe creditoribus ſuis. *de Craſſo loquens, qui Diues cognomento dictus eſt; cuius meminit* Valerius 6, 2. Decoquere bonae ſpei, *pro Bonam ſpem fallere* Sen. Epiſt. 36. Decoquere publicam ſalutem Plin. 31, 3, 25. *Sed Hard. ex MSS.* Quanquam vtriusque (aquae) iam pridem vrbi periit voluptas, ambitione auaritiaque in villas et Suburbana detorquentibus publicam Salutem: *de his, qui aquas publicas erogarent et deriuarent in ſuas villas.* Decoctum argentum Cic. in Piſon. 61. *Pro pecunia in luxum et ganeam abſumta, poſuit his verbis ſcommatice et mordaciter in Piſonem dictis*, Ita enim ſunt rationes perſcriptae ſcite et literate, vt ſcriba ad aerarium, qui eas retulit, perſcriptis rationibus ſecum ipſe caput ſiniſtra manu perfricans commurmuratus ſit, Ratio quidem hercle apparet, argentum decoctum, οἴχεται. *Id eſt, reliqua non comparent, non extant. Verba autem ſunt* Plauti ex Trinumo (2, 4, 17) a Cicerone *in orationem ſuam translata; quae tamen in omnibus* Ciceronis *exemplaribus deprauatiſſime leguntur. His enim verbis deſcribitur habitus hominis profuſi, de reliquis rationum ſuarum anxii. Budaeus.*

Alia Ciceronis *exemplaria, quae putantur caſtigatiſſima, non habent hanc vocem* Decoctum. *Caeterum pro illo pugnat Victorius Var. Lect.* 24, 25. *et veſtigia verbi reperit diſerta in Palatinis omnibus Gruterus. Contra Faërnus ad locum et Muretus Var. Lect.* 4, 19 *itemque Lambinus et ab auctoritate deſtitui, et verſui repugnare, defendunt. Et illud facile vincunt, apud Plautum ipſum abeſſe merito. An non de ſuo adiecerit* decoctum *Tullius, dubitari forte queat. Aliter paullo apud* Spartian. Hadrian. c. 7 Senatoribus, qui non vitio ſuo decoxerant, patrimonium expleuit. *Ibi enim* Decoquere *eſt per infortunium aut alium caſum, non ſuam culpam, de rebus ſuis deuolui.* Cic. Philipp. 2, 44 c. 18 Qui fortunae vitio, non ſuo decoxiſſet. *Caeterum dilapidatores eiusmodi rerum ſuarum et* decoquere *dicuntur et* decoqui. Perſ. 5, 57 Hunc alea decoquit, ille in Venerem putret. Teneſne memoria praetextatum te decoxiſſe Cic. Phil. 2 c. 18.

DECOCTVS, a, um. Partic. [ἀφεψηθεὶς] Aſparagi decocti in cibo Plin. 23, 1. Cic. de Orat. 3, 103 c. 26 Ita ſit nobis igitur ornatus et ſuauis orator, nec tamen poteſt aliter eſſe, vt ſuauitatem habeat auſteram et ſolidam, non dulcem atque decoctam. Decocta, *Abſolute, ſic tamen, vt ſubaudiatur aqua.* Iuu. Sat. 5, 50 Si ſtomachus domini feruet vinoque, ciboque, Frigidior Geticis petitur decocta pruinis. *Conſ.* Suet. Ner. c. 48. *Vid.* Cocta *ſub* COQVO. *Compar. apud* Perſ. 1, 123 Si forte aliquid decoctius audis. *Id eſt, Limatius, caſtigatius.*

DECOCTOR, ōris. m. [ἄσωτος, χρεοκόπος] *Qui rem familiarem decoxit.* Lege Roſcia decoctoribus certus locus conſtitutus Cic. Phil. 2 c. 18. Id. in Catilin. 2, 5 c. 3 Ex his copiis, quae a nobis quotidie comparantur, magnopere contemno collectum ex ſenibus deſperatis, agreſti luxuria, ex ruſticis mendiculis, ex decoctoribus, ex his, qui vadimonia deſerere, quam illum exercitum maluerunt. *Vtitur etiam* Catul. 42, 4. *et* 44, 5. *Sed et* Decoctor pecuniae publicae, *i. abſumtor et dilapidator.* l. 40 C. de decurionibus lib. 10 Quilibet principalium vel decurionum, ſi vel decoctor pecuniae publicae, vel fraudulentus in adſcriptionibus, *etc.*

DECOCTVM, i. n. Subſt. [ἀφέψημα] *Quod decoctum eſt.* Plin. 24, 9 ſ. 42 Decoctum eorum in vino potum, vel impoſitum cum roſaceo et cera ſedat. Idem 24, 10 *Vulgus pharmacopolarum Decoctionem vocat. Add.* 22, 20. *et* 23, 1.

DECOCTVS, ûs. m. [ὄψησις] Plin. 37, 12 ſ. 74 Et alias omnes gemmae mellis decoctu miteſcunt. *Hoc eſt, cum melle decoctae.*

DECOCTIO, onis. f. *Res decocta, medicinae cauſa, vel cibi.* Radicum decoctio potui data Apul. de Herb. c. 77. *Conſ.* Apic. 4, 3. Macer. 1, 1, 8 Elixi decoctio. Cael. Aurel. Chron. 2, 13, 268 Decoctio lentiſci conficitur. *Add.* Cod. 11 t. 9 l. 5.

DECOCTŪRA, ae. f. [ἕψησις] Plin. 23, 1 ſ. 9 Decoctura eorum veteres dyſentericos et caeliacos iuuat. *Ita antiqui. A Gelenio inde omnes* decoctum.

DĔCOR, ōris. m. [εὐπρέπεια, ὡραιότης] *Eſt pulchritudo quaedam rerum perſonarumque in lectis et obſeruatis recte locis, temporibus, etc. ſiue in agendo, ſiue in loquendo.* Scias, nec gratius quidquam decore nec breuius Domitian. *apud* Suet. c. 18. Virg. 5, 647 Diuini ſigna decoris. Ardentisque notate oculos, qui ſpiritus illi, Qui voltus, vocisque ſonus, vel greſſus eunti? *In omnibus his* diuinus decor *obſeruatur.* Aeui decor integer Stat. Silu. 5, 2, 63. Honeſtatis decor Cic. de Fin. 1, 36. Ouid. ex Pont. Eleg. 2, 3, 13 Ipſe decor recti, facti ſi praemia deſint, Non mouet, et gratis poenitet eſſe probum. Clara decore proles Idem Met. 12, 189. Puluis decorem detrahet Tibul. Eleg. 1, 10, 13. Euerſor decoris Sen. Hippol. 894. Ouid. de Arte Am. 2, 379 In ferrum, flammasque ruit, poſitoque decore Fertur, vt Aonii cornibus icta dei. Incomtus decor Sen. Hippol. 657. *i. Natiuus, nulloque fuco aſcitus.* Tener nitidi corporis cecidit decor Idem Hippol. 378. Decor virgineus Id. Medea 75. Illam, quidquid agit, quoquo veſtigia mouet, Componit furtim ſubſequiturque decor Tibull. 2, 4, 7. Ineſt proprius quibusdam decor in habitu atque vultu Quinctil. 6, 3. Subeſſe aliquid oratori ex paleſtrae exercitatione, vnde nos non id agentes furtim decor ille diſcentibus traditus proſequatur Idem 1, 11. Natura indulget decori Ouid. de Arte Am. 3, 159. Officere decori alicuius, *vid.* OFFICIO. Cic. Acad. 1, 33 Spoliauit enim virtutem ſuo decore, imbecillamque reddidit, quod negauit in ea ſola poſitum eſſe beate viuere. *de Theophraſto.*

DECŌRVS, a, um. Adi. [πρεπώδης, εὐπρεπής] *Pulcher, decens, quod decorem habet, honeſtum.* Plin. 12, 5 ſ. 11 Sepes munita vallo arboris decora ſpecie ſubter intuenti. Cic. de Diuin. 1, 62 Sentit autem nihil vnquam elegans, nihil decorum. Decorum et inſigne eſt, ſtatuam in foro Populi Romani habere Plin. Epiſt. 1, 17. Neque decorum eſt, nec diis dignum Cic. de Diuin. 1, 118. Iuſta omnia decora ſunt, iniuſta contra vt turpia, ſic indecora Idem Off. 1, 94. Decorus ab adſpectu Columel. 6, 1, 2. *de Bobus.* Cic. de Nat. Deor. 2, 151 Nos aeris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus, et ad vſum aptas, et ad ornatum decoras. Summa pelle decorus Perſ. 4, 14. Nigro crine decorus Hor. Ode 1, 32, 11. Ductores oſtro decori Virg. Aen. 5, 133. Plebs decora cultu Stat. Silu. 1, 6, 29. Aedes decora Hor. Ode 1, 30, 3. Aes decorum Virg. Aen. 12, 210. Idem Aen. 1, 588 — namque ipſe decoram Caeſariem nato genitrix, *etc.* Hor. Epod. 2, 17 Vel quum decorum mitibus pomis caput Autumnus aruis extulit. Color albus praecipue decorus deo eſt Cic. de Legg. 2, . . . Crinis Claud. Conſ. Stilic. 1, 156. Diſputatio non ita decora alicui Cic. Acad. 4, . . . Facies Hor. Sat. 1, 2, 87. Cognata et decora forma Cic. de Vniuerſ. 15. Frons Lucan. 8, . . . Virg. Aen. 2, 391 — ſic fatus, deinde comantem Androgei galeam, clipeique inſigne decorum Induitur. Hoc eſt, ornamentum decorum. Non enim ſunt duo epitheta: quod apud Latinos vitioſum eſt. Seruius. Lacrimae decorae Virg. Aen. 5, 343. *dicuntur, quando fletus ipſe habet aliquid venuſtatis, ortus a gaudio; vt* Ter. Adel. 3, 3, 56 Lacrimo gaudio. Membra decora iuuentae Virg. Aen. 4, 559. Os decorum Lunae Hor. Sat. 1, 8, 28. Virg. Aen. 4, 589 Terque, quaterque manu Pectus percuſſa decorum. Reddes ridere decorum Hor. Epiſt. 1, 7, 27. Decorus eſt Sermo ſenis, quietus et remiſſus Cic. de Senect. 28 c. 9. Hor. Ode 4, 1, 35 Cur facunda parum decoro Inter verba cadit lingua Silentio? Studia Cic. de Diuin. 1, . . . Verba Hor. Sat. 2, 7, 41. Cic. Att. 4, 15 Vix ſatis decorum videretur, eum pluris dies eſſe in Craſſi Tuſculano. Valde decorum eſt, patere domos hominum illuſtrium illuſtribus hoſpitibus Id. Off. 2. . . Vultus Claud. Paneg. 2. . . Decoriſſimus Apul. Apol. p. 276. ¶ 2 Decorum, Subſt. [τὸ πρέπον, εὐκοσμία] Cic. Off. 1, 96 c. 27 Quae autem ſubiecta pars generi eſt, eam ſic definiunt, vt id decorum eſſe velint, quod ita naturae conſentaneum ſit, vt in eo moderatio et temperantia appareat cum ſpecie quadam liberali. Ibid. 83 Hoc loco continetur id, quod dici Latine decorum poteſt. Graece enim πρέπον dicitur. Huius vis ea eſt, vt ab honeſto non queat ſeparari. Nam et quod decet, honeſtum eſt; et quod honeſtum eſt, decet. Qualis autem differentia ſit honeſti et decori, facilius intelligi, quam explanari poteſt: Quidquid eſt enim quod deceat, id tum apparet, cum antegreſſa eſt honeſtas. — Et iuſta omnia decora ſunt; iniuſta contra, vt turpia, ſic indecora. — Eſt enim quiddam, idque intelligitur, in omni virtute, quod deceat, quod cogitatione magis a virtute poteſt quam re ſeparari. Vt venuſtas et pulchritudo corporis ſecerni non poteſt a valetudine, *etc. Sed plura ibi ſunt, et digna, quae conſiderentur. Sic* 97 c. 28 *de* decoro, quod Poëtae ſequuntur, — cum id, quod quaque perſona dignum eſt, et ſit, et dicitur. *Et* 126 c. 35 Sed quoniam decorum illud in omnibus factis et dictis, in corporis denique motu et ſtatu cernitur, idque poſitum eſt in tribus rebus, formoſitate, ordine, ornatu ad actionem apto, *etc.* Cic. Off. 2, 32 Etenim illud ipſum, quod Honeſtum decorumque dicimus, quia per ſe nobis placet, animosque omnium natura et ſpecie ſua commouet, *etc.* Quod conſentaneum ſit hominis excellentiae, decorum eſt Idem Off. 1, 96. Dignum viro decorum videtur, quod viriliter animoque magno fit Id. Off. 1, 94. Confuſum cum virtute decorum eſt, ſed mente et cogitatione diſtinguitur Cic. Off. 1, 95.

DECŌRE. Adu. [εὐπρεπῶς, εὐκόσμως] Cic. Off. 1, 114 c. 31 Sin aliquando neceſſitas nos ad ea detruſerit, quae noſtri ingenii non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, vt ea ſi non decore, at quam minime indecore facere poſſimus. Sancta formata decore Iouis ſpecies Idem de Diuin. 1, 20. *Ex Poëta.* Ad rerum dignitatem apte, et quaſi decore loqui Id. de Orat. 1, 144 c. 32.

DECORITER. *Idem.* Apul. Met. 5 p. 168 Crinium globi decoriter impediti. Idem l. 6 p. 185 Frontem criſpatam decoriter diſcriminare. *Et* 11 p. 258, 26 Palla — ad vltimas oras nodulis fimbriarum decoriter confluctuabat.

DECVS, ŏris. n. [κόσμος, εὐκοσμία, τιμὴ] *Idem fere quod* Decor: *quidquid propter ordinem, et conuenientiam loci, temporis etc. placet, pulchrumque eſt: itaque pulchritudinis, venuſtatis, honeſtatis, virtutisque adeo omnes partes et formas peruagatur, ita vt modo, abſtracte more, pulchritudinem, ſed etiam ipſas res vel perſonas pulchras deſignet.* Decoris honeſtatisque cauſa adeunda ſunt quaeuis pericula Cic. de Fin. 2, 56. Sen. Octau. 390 — Lateque fulgens aetheris magni decus. Virg. Eclog. 4, 11 Teque adeo decus hoc Aeui, te conſule inibit. Pollio. Virg. Aen. 9, 405 Aſtrorum decus, et nemorum Latonia cuſtos. *Hoc eſt, Luna.* Ouid. Faſt. 5, 585 Signa, decus Belli, Parthus Romana tenebat. Lucidum Caeli decus Hor. in Carm. Saecul. 2. *Solem et Lunam intelligit.* Cic. de Nat. Deor. 1, 7 Magni exiſtimans intereſſe ad decus et ad laudem Ciuitatis, res tam graues, tamque praeclaras Latinis etiam literis contineri. Equitum decus Hor. Ode 3, 16, 20. Cic. Verr. 2, 97 Hoſtium ſpolia, monimenta imperatorum, decora atque ornamenta Fanorum, poſthac his praeclaris nominibus amiſſis, in inſtrumento et ſupellectili C. Verris numerabuntur. Vt Hominis decus, ingenium, ſic ipſius ingenii lumen eſt eloquentia Idem de Clar. Orat. 59. Decus et lumen Imperii Romani Cn. Pompeius Id. Philipp. 2, 54. Iudiciorum decus atque ornamentum Cic. pro Caecin. 28. Perit confuſum decus Iuris humani Sen. Oedip. 1025. Sil. 1, 3 — da muſa decus memorare Laborum Antiquae Heſperiae. Orbis Sen. Herc. Oet. 749. Ouid. Met. 2, 725 Ibat eratque decus Pompae, comitumque ſuarum. Plaut. Aſin. 3, 3, 65 Cuſtos herilis, decus Populi, theſaurus copiarum. Ad decus et ornamentum Senectutis, iuris interpretationem ab adoleſcentia comparare Cic. de Orat. 1, 199. Triumphi decus et ornamentum Idem de Prouinc. Conſul. 28. Aeternum decus Hor. Od. 3, 25, 5. Aethereum Claud. de Sext. Conſ. Hon. 168. Virg. Aen. 2, 248 Auratasque trabes, veterum decora Alta parentum Deuoluunt. Terrarum decora Ampla viri Stat. Theb. 6, 391. Auitum Tacit. 3, . . . Ouid. ad Liviam 335 Accipient iuuenem Germanica ſigna ferentem Conſulis imperio, Conſpicuumque decus. Eburnum Claud. de Rapt Proſerp. 1, 272. Egregium Sil. 13, . . . Eximium formae decus Stat. Achil. 1, 290. Grande decus mearum rerum Hor. Ode 2, 17, 4. Immortale Claud. in Eutrop. 2, 282. Hor. Epod. 5, 7 Per hoc Inane purpurae decus precor. Inſigne Valer. Argon. 3, . . . Siderum magnum decus Sen. Octau. 424. Sil. 17, 630 Manſuri compos decoris per ſaecula rector. Maximum decus gentis Pelaſgae Sen. Troad. 10. Hor. in Arte Poët. 285 Nil intentatum noſtri liquere Poëtae, Nec Minimum meruere decus. Natiuum Ouid. de Nuc. 52. Opimum, *vid.* OPIMVS. Ouid. Met. 14, 832 O et de Latio, ô et de gente Sabina Praecipuum matrona decus. Probatum Sil. 13, . . . Regale Ouid. Met. 9, 689. *Diadema*, Regium decus Sen. Agam. 8. Hinc auſpicari Regium capiti decus. Permanſiſſe decus ſacrae venerabile formae Lucan. 8, . . . Verum decus in virtute poſitum eſt Cic. Fam. 10, 12. Vile Claud. de B. Get. 294. Stat. Theb. 3, 217 — feraeque velit decus addere morti. Honeſtatem et decus conſeruare Cic. Off. 1, 17. Emtum decus ingenti clade Claud. de piis fratrib. *extr.* Virg. Aen. 4, 149 — haud illo ſegnior ibat Aeneas, tantum egregio decus Enitet ore. Expers decoris Ouid. Met. 2, 382. Virg. Aen. 2, 89 — Et nos aliquod nomenque decusque Geſſimus. Ouid. Met. 8, 535 Immemores decoris, liuentia pectora tundunt. Omne decus virtutis cum ſumma eloquentia laude iungere Cic. de Clar. Orat. 331. Oblitus decorisque ſui, ſociumque ſalutis Virg. Aen. 5, 174. Partum eloquio decus Sil. 3, 619. Pellere omne decus ex animo, *id eſt, omnem virtutem* Sen. Hippol. 429. Tacit. Hiſt. 3, 41 Apud auidos periculorum, et Decoris ſecuros. *Sunt autem* Decoris ſecuri (*Rhenan. Caſtigat. in* Tacit.) *qui nullam honeſti curam habent.* Cic. Off. 1, 124 Eſt igitur proprium munus magiſtratus, intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis, debereque eius Dignitatem et decus ſuſtinere. Tenere decus Idem Off. 1, 141.

DECŎRO, āre. [κοσμέω, τιμάω] *Honeſtare, decorum facere.* Hor. Epiſt. 1, 6, 38 Ac bene nummatum decorat Suadela, Venusque. Donis militaribus triumphum decorare Cic. pro Muraen. Idem Tuſc. 1, 34 *ex Ennii epitaphio*, Nemo me lacrimis decoret, nec funera fletu Faxit. cur? volito docta per ora virûm. Sertis decorare comas Tibul. 2, 2, 6. Decorare corpus Quinctil. 5, . . . Haec omnia vitae decorabat grauitas et integritas Cic. de Clar. Orat. 265 c. 76. Idem pro Corn. Balb. 16 c. 6 Quem Populus Romanus ſingularibus honoribus decoraſſet. Ampliſſimis honoribus et praemiis Cic.

Cic. de Orat. 1, 194. Aeterna triumphi laude imperatores Id. Antequam iret in exil. 3. Omni laude, praedicatione, literis, monimentisque decoranda virtus aliqua Idem pro Ligar. 6. Me ſceptro decoras Ouid. Amor. 3, 1, 63. Decorare labores Sil. 10, . . . Scipiones patriam ſpoliis triumphisque decorarunt Cic. in Octau. 14. Aliquem titulis decorare Sil. 15, . . Oppida publico ſumtu Hor. Od. 2, 15, 18. Oppidum maximis locis communibus, monimentisque Cic. Verr. Act. 1, 112. Decorare atque augere Rempub. Idem in Piſon. *Paſſ.* Cic. Acad. 2, 4 Sed quae populari gloria decorari in Lucullo debuerunt, ea fere ſunt et Graecis literis celebrata et Latinis. Idem de Orat. 1, 194 Quum verus, iuſtus atque honeſtus labor Honoribus, praemiis atque ſplendore decoratur.

DECORĀTVS, a, um. Partic. [κεκοσμημένος] Cic. Tuſc. 5, 119 c. 40 Quod honeſtum nos et laudabile eſſe dicimus, id illi caſſum quiddam, et inani vocis ſono decoratum eſſe dicunt, *etc.* Auro decoratus Sil. 17, 650.

DECORATIO, ōnis. f. *apud* Auguſtin. . . .

DECORAMENTA canteriorum Arnob. aduerſus Gentes 5. Tertull. de Cult. Fem. c. 12.

DECORĀMEN, ĭnis. n. Sil. 16, 268 Vittaque maiorum decoramen fronte, ſine vllo Delapſa attractu nudauit tempora regis. *Id eſt, ornamentum ſuorum maiorum.* Molitos celſas, fluuii decoramina, villas Auſon. Moſ. 320.

DECOROSVS, a, um. Adi. [εὐπρεπής, decens Gloſſ. Gr. Lat.] *Habet* Ambroſ. de Helia et Ieiun. c. 18. *et* de Tobia c. 7. *Vid. Lex.* Cyrill. p. 479.

DECORIO, āre. *Corio nudare.* Decorietur, quia et ipſa deſpoliaverit Tertull. de An. c. 33.

DECORIATVS, a, um. Part. Amygdala decoriata Pallad. 2 ſ. Ian. 15, 12. *i.* corticibus ſpoliata, *ſicut p. a. dixerat. Et* Si difficulter corium dimittent.

DECORTĬCO, āre. [ἀπολεπίζω] *Corticem detrahere.* Plin. 16, 39 ſ. 74 Caedi intempeſtiuum (*Hard.* tempeſtiuum) quae decorticentur. Scribonius Largus excaſtrare *vocat. Sed vid. Rhod. in Lex.* Scribon.

DECORTICATIO, ōnis. f. Verbale. [ἀπολέπισις] Plin. 17, 24 ſ. 37, 9 Quod ſi anguſta decorticatio fuerit, nihil nocet ſupradictis.

DECORTĬCĀTVS, a, um. Partic. Plin. 16, 41 ſ. 80 Tradunt et abietem circa germinationes decorticatam qua diximus luna, aquis non corrumpi.

DECORVM, DECORVS, *vid.* DECOR.

DECOTES, Dictae ſunt togae attritae, quaſi cotibus detritae atque conſumtae ſint. Feſtus.

DECREMO, āre. Grex omnis in aras Decremet Tertul. *vel* Cyprian. adu. Marc. Carm. 2 c. 3. *i. deflagret.*

DECREPO, āre. *Cum ſtrepitu exſpirare, de candela, vid. Scalig. ad* Feſt. *voce* Decrepitus.

DECREPĬTVS, a, um. Adi. [ὑπέργηρος, ἐκπεπνευκώς, ἐφθός, γέρων. Vet. Gloſſ.] Decrepiti (*inquit* Donatus) dicti ſunt quorum crepitu et plangore familiae, fuerant iam conclamata funera. *Idem* Adelph. 5, 8, 16 Decrepita anus, aut ſtomacho anili et iracundo: aut decrepita, obtuſi animi, et laeſae ſenectutis: aut decrepita, cui ſaepe moribundae crepuerit planctu familia, *i.* clamauerit. *Idem* Donat. ad Ter. Ad. 2, 3 *extr.* Crepuit, reſonuit: vt decrepiti ſunt clamoſi ſenes. *Forte excidit negatio. Certe ſic* Eugraph. ad Ter. Eun. 2, 1 *extr.* Decrepiti — ſi quidem longa ſenectute vix loqui poſſunt, et tantummodo fractis vocibus loquuntur, ac ſunt quaſi quaedam crepitacula. Feſtus, Decrepitus, deſperatus, crepera iam vita, vt crepuſculum, extremum diei tempus. Siue decrepitus dictus, quia propter ſenectutem nec mouere ſe, nec vllum facere poteſt crepitum. Nonius 1, 45 Decrepiti ſenes, in dubio vitae conſtituti. *Scaliger ad Feſtum, et Taubm. ad* Plaut. Epidic. 5, 2, 1 *a lucerna vel candela, quae vltimum exſpirans crepitum edere ſolet, dici exiſtimat, idque proprie decrepare eſſe. Adde Gatak. in Cinno 2, 14 qui Taubm. ſententiam pluribus illuſtrat. Add. Kirchm. de Fun. Rom.* 112. Ter. Eun. 2, 1, 25 Cum meo decrepito hoc Eunucho. Idem Adel. 5, 8, 16 Atque anum decrepitam ducam. Cic. Tuſc. 1, 94 Ex his igitur, hora octaua quae mortua eſt, prouecta aetate mortua eſt: quae vero occidente ſole, decrepita. Idem pro Cael. 38 c. 16 Huic triſti ac decrepito ſeni reſpondet Caelius? *plerique MSS.* Directo. *Id quod omnibus Criticis fere placere video. Vid. Graeu. ad. loc.*

DECRESCO, ēui, ētum, ĕre. [μειοῦμαι] *Diminui, quaſi retro creſcere.* Martial. 7, 53, 6 Decreuere greges, quum cadit agna frequens. *Contraria:* Plaut. Curcul. 2, 1, 4 Valetudo Decreſcit, accreſcit labor. *Contraria:* Cic. de Diuin. 2, 33 Oſtreisque et conchyliis omnibus contingere, vt cum luna pariter Creſcant, pariterque Decreſcant. Cornua decreſcunt Ouid. Met. 1, 740. Febris decreſcit Celſ. 3, 6. Metus decreſcit Sil. 7, 82. Effoſſo marmore decreſcunt Montes Ouid. de Arte Am. 3, 125. Morbus decreſcere incipit Celſ. 3, 20. Veſtes decreſcunt pueris, *i. illis creſcentibus videntur breuiores fieri* Stat. Silu. 2, 1, 127. Decreſcente die Plin. 2, 59 ſ. 60. Hor. Od. 4, 7, 3 — et decreſcentia ripas Flumina praetereunt. Luna decreſcens Plin. 27, 9. Vndae decreſcentes Ouid. Met. 1, 345.

DECRĒTVS, a, um. Part. Noctedieque decretum et auctum: *quod ex Liuio vel potius* Laeuio (*ap.* Priſcian. 9 p. 869) *notat* Voſſ. de Analog. 4, 13. *et addit, eundem nec refugiſſe videri* luna decreta *vel* oſtreis decretis.

DECREMENTVM, ī. n. Gell. 3, 10 Quaſi iam mundo ſeneſcente rerum atque hominum decrementa ſunt. *Adde* Apul. Met. l. 11. *et* de Mundo p. 247. Tertull. de Anim. c. 25.

DECRESCENTIA, ae. f. *Idem. Vt,* Decreſcentia lunae Vitruu. 9, 4.

DECRETORIVS, DECRETVM, DECRETVS, *vid.* DECERNO.

DECRIBRO, āre. *Legitur hoc verbum a Pareo apud* Plaut. Capt. 4, 4, 6. *al.* deturbauit. *Vid. Taubmann.* p. 296.

DECVBO, ui, ĭtum, āre. [κατάκειμαι] *Iacēre. Adfertur ex* Apul. Met. . . Decubantem excitaui feram. *Sed nihil tale inuenio, ne indice quidem Floridi adhibito.* De eo lecto trinoctium continuum non decubat Gell. 10, 15. *i. diſcedit, ſecubat.*

DECVBIAE, arum. f. de Iania in Cath. Mulier iacet in Decubiis, *i. in partu.*

DECVLCO, āre. [καταπατέω] *Idem quod Calco, vnde eſt compoſitum.* Plin. 17, 10 ſ. 11 Alii in qualo pedibus in profluente deculcant. Stat. Theb. 1, 623. Auien. in Her. v. 193. Tertull. Apol. c. 46.

DECVLA, *Tulliae gentis cognomen. Vid. Spanh. de Vſu et Praeſt. Num. Diſſ.* 10 p. 17, 19.

DECVLANI, *Populi in ſecunda regione Italiae numerantur a* Plin. 3, 11.

DECVLPATVS, a, um. Adi. Gell. 19, 10 Dehoneſtum tibi deculpatumque hoc verbum videtur. *Critici enim recenſentes libros, quod parum recte poſitum nota inſignibant, quas* culpas *vocabant. Scalig. Not. ad* Varr. de R. R. 1, 59, 2. *Wower. de Polymath.* c. 17, 10.

DECVLPATIO, ōnis. f. Auguſtin. . .

DECVLTARVNT, Valde Occultarunt. Feſtus.

DECVMA, Hiſpaniae oppidum, in conuentu Cordubenſi, *teſte* Plin. 3, 1.

DECVMVS, DECVMANVS, *vid.* DECIMVS, *ſub* DECEM.

DECVMBO, ui, ĭtum, ĕre. [κατάκειμαι] *Idem quod Decubare, iacēre.* Columel. 7, 9, 9 Si quem mater decumbens oppreſſerit, cubanti ſubſtrahat. Tertia falce decubuit Ceres Sen. Phoen. 371. Decumbere *more veterum, cibi ſumendi gratia* Plaut. Merc. 1, 1, 97. Ter. Phorm. 2, 2, 28 Prior bibas, prior decumbas. *Sic* Cic. Verr. 3, . . Decumbere ad tabulam *laud. ex* Varr. de R. R. 3, 5, 18. *Sed ibi eſt* Narrat ad tabulam cum diriberent, quendam deprehenſum. Decumbere, *Verbum proprium gladiatorum, quum ipſi vulneribus confecti cadunt.* Cic. Tuſc. 2, 41 c. 17 Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos, qui quaerant, quid velint: ſi ſatisfactum iis ſit, ſe velle decumbere. Honeſte decumbere, *id eſt, Mori* Idem Philipp. 3, 35 c. 14.

DECVNX, uncis. m. *Decem vnciae.* Fannius de Pond. v. 46 At ſi ſextantem retrahis, erit ille decuncis.

DECVPA, ae. f. *Fingendo nomini occaſionem dedit* Vinum de Cupa *de quo, vid.* CVPA.

DECŬPLVS, a, um. Adi. [δεκαπλάσιος] *Id eſt, Decies tantum.* Liu. 39, 44 Vti ea quoque decuplo tanto pluris qui quanti eſſent, aeſtimarentur. *In emendatioribus codicibus legitur,* Decem tanto, *etc.*

DECVPLĀTVS, a, um. Adi. *Idem.* Auguſt. in Fer. 2 Pentecoſt. Serm. 2, 1 Decuplato numero Apoſtolorum. Iuuenc. in Matth. 18 Sic decuplata ſuper donentur vulnera fratri.

DECVRES, Decuriones. Feſtus.

DECVRIO, ōnis. m. [δεκάδαρχος] *In municipiis et coloniis idem eſt* Decurio, *qui Romae Senator.* Cic. pro Sextio 10 Recita quaeſo P. Sexti, quid decreuerint Capuae decuriones. Plin. Epiſt. 1, 19 Eſſe autem tibi centum millium cenſum, ſatis indicat, quod apud nos decurio es. Igitur vt te non decurione ſolum, verum etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equitis Romani facultates trecenta millia numûm. Pomponius Iuriſconſultus l. 229 de V. S. Decuriones quidam dictos aiunt eo, quod in initio quum coloniae deducerentur, decima pars eorum, qui deducerentur, conſilii publici gratia conſcribi ſolita ſit. *Vid. et* Feſt. *et* Non. 12, 7. *Sed Velſerus ſic dictos arbitratur potius, quod in* decurias *diſtributi videantur, Rer. Auguſt. Vindel.* 5 p. 74, 199. *Nam* primi ſingularum decuriarum decuriones dicti *ſec.* Varr. de L. L. 4, 16. Iſidor. 4, 9 Decuriones dicti, quod ſint de ordine Curiae. Officium enim Curiae adminiſtrant. Vnde non eſt Decurio, qui ſummam non intulit, vel Curiam participauit. Curiales autem iidem et Decuriones. Et dicti Curiales, quia ciuilia munera procurant et exſequuntur. Vet. Gloſſ. βουλευτής, Decurio, Curialis. *Hinc* Vet. Interpr. Marc. 15, 43. *et* Luc. 23, 50. *quem Euangeliſta* βουλευτὴν *vocat,* Decurionem *recte et Latine reddidit. Et vero* Buleutarum *vox pro Decurionibus et apud* Plin. *legitur* Epiſt. 10, 49. Decurio, βουλευτής, δεκαδάρχης Vet. Gloſſ. Decuriones colonici Sueton. Aug. 46. Id. 100 Corpus *Auguſti* Decuriones municipiorum et coloniarum a Nola Bouillas vſque deportarunt, noctibus, propter anni tempus, quum interdiu in baſilica cuiusque oppidi, vel in aedium ſacrarum maxima, reponeretur. *Quae ſciuntur de his Decurionibus, collegit ac digeſſit Iac. Gothofr. ad* Tit. C. Theod. (12, 1) de Decurionibus *in Paratitlo ampliſſimo, et in Comment. Eſt etiam genus* Decurionum Palatii, *de quibus idem Gothofr. ad* l. 1 C. Th. (6, 23) de Decurionibus et Silentiariis. *it. Valeſ. ad Ammian.* 20, 4 p. 264. ¶ 2 *Eſt et rei militaris nomen* Decurio. Veget. 2, 14 Quemadmodum inter pedites centuria vel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur. Et habet vna turma equites triginta duos. Huic qui praeeſt, Decurio nominatur. Centum autem pedites ab vno centurione, ſub vno vexillo gubernantur: ſimiliter triginta duo equites ab vno Decurione, ſub vno vexillo reguntur. *Idem tradit* Modeſtus de Vocabulis rei militaris. *Aelian. tamen* 1, 2, 4. *de inſtruendis Aciebus, eundem vocat et* Decurionem *et* Decanum: *eum videlicet, qui praeeſt vni militum decuriae. Vid. et Stewech. ad* Veget. l. c. ¶ 3 *Etiam officia et miniſteria domus Auguſtae* decuriones *ſuos habuere. Sic* Sueton. Domit. c. 17 Decurio cubiculariorum *eſt, et* DECVRIO LECTICARIORVM BRITANNICI *apud Gruter.* p. 600, 1. *Add.* DECVRIA.

DECVRIA, ae. f. *Non ſemper numeri denarii, ſed ordinis et claſſis nomen etiam multo amplioris. Nobiles inprimis* Iudicum decuriae, quarum initio fuerunt tres: quartam Auguſtus addidit, *vt* Suet. c. 32. *teſtatur, vbi vid. Caſaub.* Quintam adiecit Caligula, *eod. auctore* c. 16. Petita a Galba et ſexta eſt, ſed negata, *teſte iterum* Suet. Galb. c. 14. *Erantque aliquando in ſingulis decuriis mille et eo amplius.* Plin. 33, 1 *extr.* Diuo Auguſto decurias ordinante, maior pars iudicum in ferreo annulo fuit, — Iudicum quoque non niſi quatuor decuriae fuere primo: vixque ſingula millia in decuriis inuenta ſunt, nondum prouinciis ad hoc munus admiſſis — *Et* c. 2 Decuriae quoque ipſae diſcretae nominibus fuere, Tribunorum aeris, et ſelectorum, et iudicum, *etc. Sunt enim ibi plura de hac re. Conſ. Reineſ. ad Rup. Epiſt.* 31. *et Valeſ. ad Ammian.* 28, 6 p. 589 ſq. Cic. pro Cluent. 103 Vno iudicio multa eſt ab eo petita, ſicut ab Iunio, quod non ſuae Decuriae munere, neque ex lege ſediſſet. Idem Verr. 2, 79 c. 32 Hic alteram decuriam Senatoriam iudex obtinebit? *i. in altera decuria erit? Conſ.* Verr. 1 *extr. vbi* Aſconius Decuriam *interpretatur* ordinem: *ſcribitque neſcio quam accurate,* inter centurias et decurias hoc intereſſe, quod honeſtiorum decuriae, inferiorum centuriae dicerentur. Cic. Verr. 3, 28 c. 11 Quid Praetor? iubet recuperatores reiicere. Decurias ſcribamus. Quas decurias? de cohorte mea reiicies, inquit. Quinctil. 4, 2, 45 Iudicem rura plerumque in decurias mittunt, *i. homines ruri viuere aſſueti ad res iudicandas adhibentur. Haec accuratius, ſpero, diſputauit Io. Tob. Krebſius de* iudicum decuriis Lipſ. 1744. ¶ 2 De ſcribarum decuriis, *vid.* Liu. 40, 29. Sueton. Claud. c. 1. Cic. Verr. 3, 184 c. 80 Noli hos (Scribas) colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum donis ac de ſceniciorum corollariis, quum decuriam emerunt, ex primo ordine explosorum in ſecundum ordinem ciuitatis ſe veniſſe dicunt. ¶ 3 *Serui et Liberti domus Auguſtae in decurias diuiſi, quibus ſui* decuriones *praeeſſent. Vid. Guther. de Offic. Dom. Aug.* 3, 29. *Paſſim illorum ſit mentio in Inſcriptionibus. In Monumen-*

Monumento ſ. columbario Liuiae Auguſtae, quod Gorius edidit, dabit Index Decuriones *ſimpliciter ita dictos*, tum Decuriones Cubiculariorum, Lectorum, Menſorum, Oſtiariorum, Paedagogorum, Pediſequorum, Stratorum, a Tabulis, *quos varie vir doctus illuſtrat.* ¶ 4 Decuria, *Decem hominum numerus.* Columel. 1, 9, 7 Claſſes etiam non maiores quam denum hominum faciendae, quas decurias antiqui appellauerunt. Vitruu. 7, 1 Deinde rudus inducatur, et vectibus ligneis decuriis inductis crebriter pinſatione ſolidetur. *Sic in re militari* Feſtus, Decuriones appellantur, *ait*, qui denis equitibus praeſunt. Varro de L. L. 4, 16 p. 24, 19 Turma — terdeni equites ex tribus tribubus — Itaque primi ſingularum decuriarum decuriones dicti, qui ab eo in ſingulis turmis ſunt etiam nunc terni. *Vid. Schel. ad* Hygin. de caſtris p. 72 ſq. Vet. Gl. Decuriae φρατρίαι. *Metaphor.* Decuria, *pro Coetu et conuentu coëpulonum:* Plaut. Perſa 1, 3, 63 Exigam ego hercle te ex hac decuria.

DECVRIO, āre. [καταλοχίζω] *In curias diſtinguere et deſcribere.* Equites decuriati Liu. 22, 38 *pr.* Cic. pro Domo 13 Quum deſperatis ducibus, decuriatos ac deſcriptos haberes exercitus perditorum. Idem ad Q. Fratr. 2, 7 Eodem die S. C. factum eſt, vt ſodalitates, decuriatique diſcederent. Homines vicatim conſcribere et decuriare Id. pro Sextio 34. *Add.* pro Planc. c. 18. Cic. Philipp. 7, 18 Hunc praedae cauſa quid facturum putatis? non curſus improbos decuriabit? ¶ 2 Martian. Capella *pr.* Reſperſum capillis albicantibus verticem, incrementiſque luſtralibus decuriatum. *Periphraſis quinquagenarii.*

DECVRIĀLIS, e. Adi. *Ad decuriam pertinens, vt* Decurialis numerus Tertul. de Anim. c. 37.

DECVRIALIS, is. m. *Vel praefectus Decuriae vel conſors.* Vet. Inſcript. *ap.* Grut. p. 36 n. 6 LARATIVS PHOEBVS DECVRIALIS DECVR IVLIAE. *Sic et* Inſcript. *apud* Fabrett. p. 86 Q. MARCIVS ITALICVS DECVRIALIS NEGOTIATOR.

DECVRIĀTVS, ûs. m. [δεκαδαρχία] *Ipſa decuriatio.* Liu. 22, 38 Et vbi ad decuriatum et centuriatum conueniſſent, *etc.*

DECVRIATIO, ōnis. f. Verbale. [καταλοχισμὸς] *Idem, vt* Decuriatio Tribulium Cic. pro Planc. 45 c. 18.

DECVRIONATVS, ûs. m. [Vet. Gloſſ. Decurionatus, βαλεία, δεκαδαρχία.] Macrob. Saturn. 2, 3 Cicero ab hoſpite rogatus vt decurionatum priuigno eius expediret. Vlp. 2 ad municip. *pr.* Conſenſiſſe pater decurionatui filii videtur. Honorarium decurionatus inferre Plin. Ep. 10, 114.

DECVRIONĀLIS, e. Adi. *Senatorius.* Vet. Inſcript. *apud Spon. Miſc. Erud. Antiq.* p. 169 EXORNATO ORNAMENTIS DECVRIONALIBVS. *Et* Gloſſ. Gr. Lat. βουλευτικὸς, decurionalis.

DECVRRO, decurri, *et* decucurri, ſum, ĕre. [καταθέω, κατατρέχω] *Deorſum currere.* Virg. Aen. 2, 41 Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce. Metius Curtius ab Sabinis princeps ab arce decucurrerat Liu. 1, 12. *Sic* Liu. 22, 4 Qui vbi qua cuique proximum fuit decucurrere. *Sic MSS. Add. Cellar. ad* Plin. Ep. 6, 6, 2. Riui ex fonte decurrunt Plin. Ep. 3, 20 *extr.* Aperto pelago decurrere, *i. per apertum mare* Virg. Aen. 5, 212. Decurrere cita puppi Catul. 64, 6. Ouid. Faſt. 5, 77 Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymba. Cito decurrit tramite virgo Virg. Aen. 5, 610. Ouid. Met. 14, 50 Summaque decurrit pedibus ſuper aequora ſiccis. Plin. 24, 18 ſ. 103 Scarabeum hac in auena habet, ſurſum deorſum decurrentem. Idem 12, 14 ſ. 30 Attolluntur colles alti, decurruntque et in plana arbores ſponte natae. Decurrere, *Accelerare.* Liu. 2 Qui poſitus forte in ſtatione pontis, quum captum repentino impetu Ianiculum, atque inde citatos decurrere hoſtes vidiſſet, *etc.* Liu. 4, . . Ipſe ad interpellantis poenam vecors de tribunali decurrit. Effuſo paſſu decurrere Lucan. 4, . . Decurrere *dicuntur* milites, *vid.* DECVRSIO. Liu. 40, 8 Mos erat, luſtrationis ſacro peracto, exercitum decurrere, et diuiſas bifariam duas acies concurrere ad ſimulacrum pugnae. Sueton. in Neron. c. 11 Nobiliſſimus eques Romanus elephantos ſuperſedens, per catadromum decucurrit. *Itaque pars religionis militaris erat; quam ob cauſam honoris ergo is heroum funeribus idem ſolebat fieri: de quo Lipſ. ad* Ann. Tac. 2, 7 *extr.* p. 83. *Torrent. ad* Sueton. Claud. c. 1. *Itemque Stewech. ad* Veget. 2, 22. Cic. Fam. 16, 4 Ego puto te belliſſime, ſi recte erit, cum Quaeſtore Meſcinio Decurſurum, *de nauigatione, ſec. Manut.* Liu. 26, 51 Primo die legiones in armis quatuor millium ſpatio Decurrerunt. Armatos decurrere Idem 40, 47. Exercitus decurrentes Id. 29, 22. Decurrere, *pro Confugere.* Cic. pro Quint. . . Ad haec extrema et inimiciſſima iura tam cupide decurrebas, vt tibi nihil in poſterum, *etc.* *Conf.* Iuſtin. 14, 2, 6. *et* 16, 3, 4. Graeu. ad Cic. pro Caec. c. 23. Nam caeteri tum ad iſtam hortationem decurrunt, quum ſe in cauſa putant habere aequum et bonum quod defendant, *i. confugiunt.* Liu. 38, 8 Omnium ſententiae eo decurrerunt. Ad remedium aliquod decurrere Plin. Epiſt. 3, 20. Ad vim medicamentorum decurrere Scribon. Ep. *Conf.* Rhod. Lex. *Ad ſtadium reſpectum habent iſtae formulae:* Inceptum laborem decurrere Virg. Georg. 2, 39. Spatium aetatis, vitae Cic. pro Quint. c. vlt. Vitam decurrere, *i. Viuere* Propert. 2, 12, 41. Verſu decurrere pugnas Stat. Silu. 5, 3, 149. Lucan. ad Piſon. Nec ſi cuncta velim, breuiter decurrere poſſim. ¶ 2 Decurritur, *imperſonaliter, pro Confugitur.* Caeſ. B. C. 1, 5 Decurritur ad illud extremum atque vltimum S. C. quo, *etc.* Cic. Tuſc. 1, 15 c. 8 Nunc video calcem: ad quem quum ſit decurſum, nihil ſit praeterea extimeſcendum. Decurrendum per capita Quinct. 6, 1.

DECVRRENS, entis. Partic. [καταθέων] *Vt*, Decurrens ad oceanum Gallicum fluuius Plin. 3, 1 ſ. 2.

DECVRSVS, a, um. Partic. [παρεληλυθὼς] *Vt*, Decurſum ſpatium aetatis Plaut. Stich. 1, 2, 4. *Add.* Id. Merc. 3, 2, 4. Cic. de Senect. 83 Nec vero velim quaſi decurſo ſpatio a calce ad carceres reuocari. Lucret. 3, 1055 Ipſe Epicurus obiit decurſo Lumine vitae. Septingenta millia paſſuum vis eſſe decurſa biduo? Cic. pro Quint. 88. Cael. ad Cic. Fam. 8, 13 Caetera porro, quibus adhuc ille ſibi parum vtilis fuit, et aetate iam decurſa: et conſuetudine atque auctoritate tua, pudore Tulliae, ſi qua reſtabunt, confido celeriter ſublatum iri. Prope acta iam aetate decurſaque Cic. pro Quint. 99 c. 31. Idem de Orat. 1, 148 Attamen iſta, quae abs te breuiter de arte Decurſa ſunt, audire cupimus. *i. breuiter a te tractata.*

DECVRSVS, ûs. m. [καταδρομὴ] Liu. 1, 27 Itaque ne ſubito ex collibus decurſu Albanorum intercluderentur ab oppido, terga vertunt. Magnus decurſus aquarum Lucret. 5, 264. Virg. Aen. 12, 523 Aut vbi decurſu rapido de montibus altis Dant ſonitum, *etc.* Catull. 64, 23. *de malo puellae elapſo,* Atque illud prono praeceps agitur decurſu. Cic. Fam. 3, 2 Vides ex SC. prouinciam eſſe habendam, ſi eam (quoad eius facere potueris) quam expeditiſſimam mihi tradideris, facilior erit mihi quaſi Decurſus mei temporis. Idem de Orat. 1, 1 Si infinitus forenſium rerum labor, et ambitionis occupatio decurſu honorum, etiam aetatis flexu, conſtitiſſet. Decurſus, *pro Simulacro praeliorum* Gell. 7, 3. Exercitio equitum decurſibus cohortium intereſſe Tac. Ann. 2, 55, 6. Decurſus, *pro Fine curſus:* Sueton. in Neron. c. 24 Sed excuſſus curru, ac rurſus repoſitus, quum perdurare non poſſet, deſtitit ante decurſum.

DECVRSORIVM, ii. n. *Locus, in quo decurritur: Graeci κατάδρομον, vocant.*

DECVRSIO, onis. f. Verbale. [καταδρόμησις] Cic. de Finib. 5, 70 Quem Tiberina decurſio feſto illo die tanto gaudio affecit, quanto, *etc.* *Pro meditatione pugnae ponitur*, Decurſio Campeſtris Sueton. Galb. 6. Idem in Neron. c. 7 Deductus in forum tiro, populo congiarium, militi donatiuum propoſuit: indictaque Decurſione praetorianis, ſcutum ſua manu praetulit. *Sed de vera pugna* Brutus ad Cic. Fam. 11, 10 Aut Apennino, Alpibuſque ſe teneat, et decurſionibus per equites quos habet multos, vaſtet ea loca, in quae incurrerit. *Rurſus:* Ad Decurſionem campi milites exeunt Veget. 2, 22. *Haec exercitii tantum cauſa inſtituebatur, cum eductus miles in campum aliquot millia paſſuum armatus inſtructusque telis pedes militari gradu ire ac redire in caſtra, eques etiam perinde armatus procurrere iubebatur: de quo exercitio militari* Liu. 26, 51. Veget. 1, 27. *qui et* 3, 4 campi curſionem vocat. *Hoc exercitationis genus ter quot menſibus ex inſtitutione Auguſti vſurpare ſolitum, ad illum* Taciti *locum* Ann. 2, 55, 6 Lipſius notat.

DECVRSITO, āre. Apul. de Deo Socrat. p. 116 Eiuſdem artis diſciplinam ſimul et ignorantiam decurſitant.

DECVRSORIVS, a, um. Adi. Termini decurſorii Innocent. de Caſ. p. 223.

DECVRTO, āre. [κολοβόω] *Curtum facere.* Plin. 25, 5 ſ. 21 Leguntur autem tenuiſſimae radices, breueſque, ac velut decurtatae etiam hae. Decurtans canterios Arnob. 5 p. 163. Cic. in Orat. 178 c. 53 Mutila ſentit quaedam et quaſi decurtata. Decurtatus *de eo,* cui aures naſuſque abſciſſus Sen. de Ira 3, 17.

DECVS, *vid.* DECOR.

DECVSSIS, is. m. [δέκας] *Decem aſſes.* A decem aſſibus decuſſis Varr. L. L. 4, 36 p. 40, 26. *Hinc* Decuſſem Vitruuius *pro Denario accipit* 3, 1 Platoni placuit denarium numerum ea re eſſe perfectum, quod ex ſingularibus rebus, quae monades apud Graecos dicuntur, perficitur decuſſis: quae ſimul ac vndecim aut duodecim ſunt factae, quot ſuperauerint non poſſunt eſſe perfectae, donec ad alterum decuſſim peruenerint. Decuſſem [χιασμὸν] *pro Decuſſatione accipit* Plin. 18, 34 ſ. 77, 1 Ducantur deinde aliae duae lineae in decuſſes obliquae, ita vt a Septentrionis dextera laeuaque ad Auſtri dexteram laeuamque deſcendant: omnes per eundem currant vmbilicum, omnes inter ſe pares ſint, omnium paria interualla. *Nempe* Denarii *nota eſt* X, *Latinorum* iX, Xʹ *Graecorum.*

DECVSSO, āre. [χιάζω] *In formam X literae ſecare et diuidere.* Columel. 4, 17, 6 *de vinea iugata loquens*, Nihil enim refert iugum in ſtellam decuſſari atque diduci, niſi et palmites adiungantur. *Alii legunt* Adiugentur. Cic. de Vniuerſ. 21 c. 7 Hanc igitur omnem coniunctionem, duplicem in longitudinem diffidit, mediaeque accommodans mediam, quaſi decuſſauit. Columel. 3, 13, 12 Nam duas regulas eius latitudinis, qua paſtinator ſulcum facturus eſt, in ſpeciem Graecae literae X decuſſauimus. *Vtitur et* Martian. Capel. 8 p. 277 *de Coluris*, Qui quidem alium ab ortu circulum decuſſantes in quatuor quadras mundi ambitum diſcreuerunt.

DECVSSATVS, a, um. Part. *Iugi partes.* Columel. 4, 24 Parallela decuſſata. Martian. Capel. 1 p. 14.

DECVSSĀTIM. Adu. [κατὰ χιασμὸν] Columel. 12, 54, 1 Deinde ſicut conſueuerunt falgamarii, decuſſatim ferramento lunato incidito. Vitruu. 1, 6 Circino decuſſatim deſcribatur. Vres eis ceruicem dextra ſiniſtraque decuſſatim Veget. de re Vet. 3, 24, 9. Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 2, 24 Vna figura literae quae decuſſatim notatur, aliud apud Graecos, aliud apud Latinos valet, non natura, ſed placito et conſenſione ſignificandi. *Intellige literam X.*

DECVSSATIO, ōnis. f. [χιασμὸς] Vitruu. 1, 6 p. 13 *extr.* Ex his duobus ſignis circino decuſſatim deſcribendum, et per decuſſationem et medium centrum linea perducenda. *Et* ibid. p. 15 *med.* Ab ſigno vbi eſt C circino decuſſatim deſcribatur vbi eſt D; deinde per decuſſationem vbi eſt D, et centrum perducatur linea ad extremum. *Aliquoties etiam vtitur 10, 11.*

DECŬTIO, ſſi, ſſum, ĕre. [κατασείω] *Significat Deiicere, deorſum* quatere Plaut. Epid. 2, 3, 3 Quin ex occluſo atque obſignato armario Decutio argenti tantum, quantum mihi lubet. Ouid. Faſt. 2, 707 Nuntius vt rediit, decuſſaque lilia dixit. Decuſſa cydonia ramo Propert. 3, 12, 27. Columel. 11, 2, 38 Dum prorepentes oculi digito decuti poſſint. Liu. 25, . . Decutere vi Plin. 34, 11 ſ. 24. Ita pedem offendit, vt ei digitus decuteretur Val. Max. 1, 4, 2. *Add.* Obſequ. c. 86. Frondes decutiuntur aqua Ouid. Faſt. 5, 324. Decutit enſe caput Idem Met. 5, 104. *Sed. Burm.* demetit. Bucula decutiat rorem Virg. Georg. 4, 11. Siluis honorem decutit December, *eo quod Spoliantur arbores ſuis foliis menſe Decembri* Hor. Epod. 11, 6. Muri ariete decuſſi Liu. 33, 17. Decuſſiſſe dicitur baculo ſumma capita papauerum Idem 1, 54.

DECVSSVS, ûs. m. [κατάσεισμα] Plin. 11, 37 ſ. 62 Aliqui tunc ſcribunt decidere eum, rurſuſque recreſcere facilem decuſſu.

DECVSSIO, ōnis. f. *Idem.* Tertull. de Cult. Fem. c. 9. *pr.* Decuſſio redundantioris nitoris.

D E D

DEDAMNO, āre. Qui ſceleris manifeſtum dedamnauerit Tertull. de Pudic. c. 15. *i. reatu abſoluerit. vid. Rigalt.*

DEDĔCET. [ἀπρεπὲς ἐστὶ] *Aliquando Perſonale, aliquando Imperſonale, contrarium ſuo ſimplici.* Ouid. Met. 6, 689 Admouique preces, quarum me dedecet vſus? Cic. Off. 1, 94 Falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam delirare et mente captum eſſe. Comae non dedecuere dominam Ouid. Amor. 1, 7, 12. Cic. in Orat. 74 Decere, quaſi aptum eſſe conſentaneumque tempori et perſonae: quod cum in factis ſaepiſſime, tum in dictis valet, in vultu denique et geſtu et inceſſu, contraque item Dedecere. Oratorem iraſci minime decet, ſimulare non dedecet Cic. Tuſc. 4, 54. Modice et ſcienter vti rebus ſuis, et vt ne dedeceat Idem de Orat. 1, 132. *Et*

Off. 1,

Off. 1, 146 c. 41 Quo in genere non eſt incommodum quale quodque eorum ſit, ex aliis iudicare: vt ſi quid dedeceat in illos, vitemus ipſi. Si non dedecui tua iuſſa Stat. Theb. 10, 334. Hoc eſt, ſi monitus tuos non indecenter effeci: ſi non dehoneſtaui Lactant.

DEDĔCVS, ŏris. n. [αἰσχύνη, ἀκοσμία] *Ignominia. Vid.* DECVS *it.* DECOR. Nihil videri decet peius dedecore Cic. Tuſc. 2 c. 5. Idem Tuſc. 2, 14 A. Dolorem exiſtimo maximum malorum omnium. M. Etiamne maius quam dedecus? Dedecus vitae ac turpitudo Cic. pro Cluent. 12. Idem Att. 16, 7 Ergo id erat meum factum, quod Catoni probare non poſſum, flagitii ſcilicet plenum et dedecoris. *Et* pro Roſc. Amer. 68 Sumtus effuſi cum probro atque dedecore. Dedecus et infamia Auctor ad Heren. 3, 9. *Eſt et extremum hominis perditi conuicium. Vid. Barth. ad* Claud. p. 80. *Edit. in 8uo.* Adulatorium dedecus Tacit. Ann. 6, 32. Hor. Sat. 2, 2, 96 Grande ferunt vna cum damno dedecus. Idem Sat. 1, 4, 51 Ebrius, et (magnum quod dedecus) ambulat ante Noctem cum facibus. Parentum dedecus abolere Sil. 1, 61. Cic. de Fin. 3, . . Quid autem dici poterat, ſi turpitudinem non ipſam per ſe fugiendam eſſe ſtatuerimus, quo minus homines tenebras et ſolitudinem nacti, nullo dedecore ſe abſtineant, niſi *etc.* Admittere dedecus Cic. Verr. 1, . . Concipere, *vid.* CONCIPIO. Coniungere dedecus cum probro, *vid.* CONIVNGO. Sil. 1, 108 Dedecus id patriae noſtra Depellere dextra. Cic. Off. 1, 139 Ampla domus dedecori domino ſaepe Fit, ſi eſt in ea ſolitudo. Idem Off. 1, 121 c. 33 Optima autem hereditas a patribus traditur liberis, omnique patrimonio praeſtantior, gloria virtutis rerumque geſtarum: cui dedecori Eſſe, nefas et vitium iudicandum eſt. Cic. in Catil. 1, 13 Quae nota domeſticae turpitudinis non inuſta vitae tuae eſt? quod priuatarum rerum dedecus non Haeret infamiae? Imprimere dedecus Reip. *vid.* IMPRIMO. Cic. de Fin. 1, 47 Tum in morbos graues, tum in damna, tum in dedecora Incurrunt. Inferre dedecus alicui Ouid. Met. 6, 608. Natus in dedecore, *vid.* NASCOR. Iudicia, vera atque inſigni turpitudine notata, atque Operta dedecore et infamia Cic. pro Cluent. 61. Perire cum ignominia et dedecore Idem de Diuin. 2, 22. Propulſare dedecus ſolet virtus Id. Philipp. 4, , . Suis eſſe maculae et dedecori Auct. ad Heren. 4, 45 c. 35. *Add.* Ter. Heaut. 2, 3, 93. Studiis ac literis dedecori eſſe Cic. Att. 8, 11. Suſceptum in aliquo loco, aut ex aliquo loco deportatum flagitium ac dedecus Idem pro Muraen. 12. Teſtatum dedecus Ouid. Met. 2, 473. Idem Faſt. 5, 589 Ille notas veteres et longi dedecus aeui Suſtulit. Volutari in dedecore Cic. ad Heren. 4, 34. Maculoſus omni dedecore Tacit. Hiſt. 3, 3, 8.

DEDĔCOR, ŏris. Adi. Auſon. Epiſt. 9, 5 Quae viridis muſcus quae dedecor alga recondit. Salluſt. Fragm. c. 17 *ex* Priſcian. p. 699. *et* Stat. Theb. 11, 760.

DEDECŌRVS, a, um. Adi. [ἄτιμος, αἰσχρὸς] Tacit. Ann. 3, 32, 2 Sext. Pompeius M. Lepidum, vt ſocordem, inopem, et maioribus dedecorum, eoque etiam ſorte Aſiae depellendum incuſauit. *Add.* Id. Ann. 12, 47, 4.

DEDECŎRO, āre. [ἀτιμάζω] Ter. Hec. 2, 1, 13 Et me, et te, et familiam dedecoras? *Sic* Cic. Off. 3, 6. Se flagitiis Sall. Iug. 85. Dedecorant bene nata culpae Hor. Od. 4, 4, 36. Propert. 3, 21, 36 Aut faciem turpi dedecorare boue.

DEDECŎRANS, antis. Partic. [ἀτιμάζων] Cic. Off. 3, 6 c. 2 Dedecorantem et vrbis auctoritatem et magiſtri.

DEDECORATVS, a, um. Partic. [ἠτιμασμένος] Tranquillus in Neron. c. 36 Tanquam aliter illi non poſſint, niſi morte ſuccurrere dedecorato flagitiis omnibus. Sputamentis dedecoratus Tertull. de Spect. c. 30.

DEDECORŌSVS, a, um. Adi. Iulius Firmicus 3, 8 Dedecoroſis hominem valetudinibus implicabit. Nex dedecoroſa Victor in Dioclet. *Add.* Saluian. de Gub. D. 6 p. 209. *et* 7 p. 271.

DEDECORŌSE. Adu. *Idem.* Dedecoroſe vixi, turpius peream Nero apud Victor.

DEDECORATIO, ōnis. f. Tertull. aduerſ. Marc. 5, 5 *extr.* Carnis iam erubeſcentis dedecoratio. *Et* de Anima *Id.* c. 34.

DEDECORAMENTVM, i. n. Iſidor. 2, 21 Adoleſcentia ſenectutis dedecoramentum fuit.

DEDECORĀTOR, ōris. m. Tertull. Apol. c. 14 Dedecorator deorum.

DEDĬCO, āre. [Dedicat, καθοσιοῖ, ἀφιεροῖ, ἀφοσιοῖ Vet. Gloſſ.] *Idem quod dicare,* Liu. 1, 21 Multa alia ſacrificia, locaque ſacris faciendis, quae Argeos Pontifices vocant, dedicauit. Cic. de Legg. 1, 3 Poſt exceſſum ſuum Romulus Proculo Iulio dixerit ſe deum eſſe, et Quirinum vocari, templumque ſibi dedicari in eo loco iuſſerit. Dedicare, *inquit* Feſtus, proprie eſt dicendo deferre. *Recte.* Africanus *apud* Gell. 7, 11 In vno ſcorto maiorem pecuniam abſumſiſti, quam quanti omne inſtrumentum fundi Sabini in cenſu dedicauiſti. Cic. pro Flacco c. 32 Ad haec praedia etiam in cenſu dedicauiſti, *i. profeſſus es. Vid. Graeu. Caeterum domicilium velut proprium habet hoc verbum in iis, quae ſollemni ritu et conceptis verbis vſui praeſertim ſacro aſſignantur. Locus veluti claſſicus eſt* Cic. pro Domo ſua ad Pontif. *praeſertim a capite inde 42. Conf.* ad Att. 4, 2. *De dedicatione Capitolii* Liu. 2, 8. *Formulas aliquot dedicandi in antiquis tabulis ſeruatas protulit Briſſon. de form.* 1, 194 p. 104 *in quibus iſta:* Iupiter optime Maxime, quando tibi hodie hanc aram dabo dedicaboque his legibus hisque regionibus dabo dedicaboque, quas hic hodie palam dixero *etc.* Dedicare bibliothecam Plin. Epiſt. 1, 8. Eiusmodi domum abſolutam quum dedicaret Suet. Ner. c. 35. Aſconius enarrans orationem contra Piſonem, Ante paucos dies, *inquit*, quam Cn. Pompeius ludos faceret, quibus theatrum a ſe factum dedicauit. *Add.* Suet. Veſp. c. 19. Opus publicum dedicare Plin. Epiſt. 10, 117. *Et huiusmodi fere locutiones idem paene valent, ac vſum alicuius rei cum feſtiuitate aliqua auſpicari.* Aedem alicui dedicare Cic. de Nat. Deor. 3, 13. Smyrnaei delubrum Homero dedicauerunt Idem pro Arch. 19 c. 8. Dedicaui tibi hos libellos Plin. Nat. Hiſt. praef. Cic. pro Domo 51 Te meam domum conſecraſſe, te monimentum feciſſe, in meis aedibus te ſignum dedicaſſe. Simulacrum aut aram dedicare Idem pro Domo 121. Marcellus ſi Syracuſas cepiſſet, duo templa ſe Romae dedicaturum vouerat Cic. Verr. 2, 123. *Formula dedicantium aliquid numinibus exponitur a Barthio ad* Theb. Stat. 2 p. 648. Dare *ac* Dedicare *quid differant, vid. Periz. Animadu.* c. 7 p. 307, 19. ¶ 2 Dedicare eſt Dicere: Accius Alpheſiboea, At vereor quum te eſſe Alcmaeonis fratrem factis dedicat. Caelius Ann. lib. 1 Legati quo miſſi ſunt, veniunt, dedicant mandata. *Haec* Nonius 4, 121. ¶ 3 *Non raro ad alia eleganter transfertur, quae incepta, initiata, auſpicata dicere volunt:* S. Hieron. Epiſt. 9 *ad* Saluin. de Viduitate, Qui primus ab Apoſtolis baptiſatus ſalutem gentium dedicauit. *Add.* Id. Ep. 17. *Sic* Martyrium dedicaſſe Stephanum *ſcribit* Petr. Chryſolog. Serm. 153. *De nouis rebus vſus eſt* Tertullian. *vt*, de Poenit. c. 2 Cum rurſus ſuam miſericordiam maturauiſſet (Deus) iam inde in ſemet ipſo poenitentiam dedicauit. *Conf.* Id. adu. Marc. 1. Dedicare togam in funus, *id eſt, togam in id dare, vt ea mortuus inuoluatur, dixit* Paul. ICt. l. 19 ff. de in rem verſo. ¶ 4 Dedicare *apud Dialecticos eſt affirmare.* Apul. de habit. doctr. Plat. 3 p. 30, 5 Aliae *(propoſitiones)* dedicatiuae ſunt, quod dedicant aliquid de quopiam, vt, Virtus bonum eſt: Dedicat enim virtuti ineſſe bonitatem.

DEDICĀTVS, a, um. Partic. [ἀφιερωθεὶς] Martial. 4, 30 Et piſces venerare dedicatos. Cic. de Legg. 1, 59 c. 22 Nam qui ſe ipſe norit, primum aliquid ſe habere ſentiet diuinum, ingenium in ſe ſuum ſicut ſimulacrum aliquod dedicatum putabit. Apul. Flor. p. 361, 34 Eius dei hymnum — vobis ſic canam, iam illi a me dedicatum. Mentis, pietatis, fidei templa publice dedicata Cic. de Legg. 2, 28. Idem de Nat. Deor. 3, 13 c. 5. Dedicati *etiam dicuntur* dii, *quorum ſimulacra ſunt ad religionem conſecrata:* Hor. Od. 1, 31, 1 Quid Dedicatum poſcit Apollinem Vates.

DEDICATIO, ōnis. f. Verbale. [καθιέρωσις] Cic. pro Domo 103 c. 46 Niſi quem forte illius caſtiſſimi ſacerdotis ſuperſtitioſa dedicatio deterret. Dedicatio religioſa Idem ibid. 121. 122. Populus dedicationem aedis Mercurii dat M. Laetorio Liu. 2, 27. Patinae dedicatae Suet. Vit. 14. *Ariſtides Sophiſt.* Τὰς μὲν νεὼς τοῖς θεοῖς προσήκει καθιερῶν, τὰς δὲ ἄνδρας τὰς ἐλλογίμας τῇ τῶν βιβλίων ἀναθέσει τιμᾶν.

DEDICATVS, ûs. m. Apul. Flor. p. 362, 7 Sermonem — dedicatu religioſum.

DEDICĀTOR, ōris. m. Tertull. Apol. c. 5 Tali dedicatore damnationis noſtrae etiam gloriamur.

DEDICATĪVVS, a, um. Adi. *Idem quod vulgo affirmatiuus.* Dedicatiua propoſitio Apul. Dogm. Plat. 3 p. 30 ſqq. *Vid.* DEDICO n. 3. *Contrarium* ABDICATIVVS. *Add.* Martian. Cap. 4 p. 121 ſq.

DEDICATĪVE. Adu. *Idem.* Martian. Capel. 4 p. 128 Dedicatiue concludere, *i. Affirmatiue.*

DEDIGNOR, āri. Dep. [ἀπαξιόω] *Indignum habere, contemnere.* Virg. Aen. 4, 536 Quos ego ſum toties iam dedignata maritos. Qui Philippum dedignatur patrem Curt. 6, 11, 23. Praua ambitio, concupiſcere honorem, quem dedigneris; dedignari, quem concupieris Plin. Paneg. c. 63. Columel. 9, 5, 2 Aeque enim dedignatur, ſi minus pure habita eſt, ac ſi tractetur fraudulenter. *De apiariis collocandis.* Ouid. ex Pont. 1, 7, 33 Is me nec comitem, nec dedignatus amicum eſt. Quae in nobis eminentia tanta eſt, vt animantium numero dedignemur adſcribi Arnob. 2 p. 54.

DEDIGNATIO, ōnis. f. Verbale. [ἀπαξίωσις] Plin. in Paneg. 18 Quam ſpecioſum eſt enim, quod diſciplinam caſtrorum lapſam extinctamque refouiſti, depulſo prioris ſaeculi malo, inertia et contumacià, et dedignatione parendi. Tacita dedignatio Quinctil. 1, 2.

DEDISCO, ĭci, ĕre. [ἀπομανθάνω] *Quod didicimus delere ex animo, et deſueſcere.* Cic. de Orat. 3, 91 Ob eamque cauſam iuuentus noſtra dediſceret paene diſcendo. Dediſcit animus ſero, quod didicit diu Sen. Troad. v. 63. *Laudatur, ſed falſo,* Propert. . . . Turpe eſt virtutem dedidiciſſe datam. Haud aequum facit, qui, quod didicit, id dediſcit Plaut. Amph. 2, 2, 55 Dedidicit pacem ſubito feritate reuerſa Martial. 2, 75. Non aſſueſcat puer ſermoni, qui dediſcendus ſit Quinctil. 1, 1, 5. Dediſcere et obliuiſci Cic. Fam. 9, 24. Haec verba mutari, dediſcique poſſunt Idem de Clar. Orat. 171. Dediſcere loqui Ouid. Triſt. 3, 14, 46. Dedidiciſſe latine Idem Triſt. 5, 12, 57. Dediſcere, *pro Relinquere conſuetudinem.* Cic. Fam. 9, 20 Dediſcendae tibi ſunt ſpottellae et artolagani tui. Vſu dediſcitur amor Ouid. de Rem. Amor. 503.

DEDITIO, DEDITICIVS, DEDITVS, *vid.* DEDO.

DĒDO, ĭdi, ĭtum, ĕre. [ἐκδίδωμι] *Eſt Addicere, permittere, dare, et proprie eſt victi ad victorem.* Plaut. Curcul. 5, 228 Ego illum tibi dedam, tace. *Ac deprehenſi quidem caput clipeo ſubiiciebant, ſi dedere ſe vellent. Hoc ſignum erat deditionis vt Appian. l. 2 de B. Ciu. nos docet. Victi et expugnati qua forma ſe traderent,* Plaut. *oſtendit* Amph. 1, 1, 71 *et* 102. Liu. 1, 38. 7, 31. *Vid. et Pet. Fabr. Semeſtr.* 1, 7. Dedere ſe hoſtibus Plaut. Amph. 1, 1, 71. Caeſ. B. G. 2, 32 Si prius quam aries murum attigiſſet, ſe dedidiſſent. Conſtrictum aliquem dedere hoſtibus Cic. poſt redit. ad Quir. 13. Ter. Andr. 5, 3, 26 Tibi pater me dedo: quiduis oneris impone, impera. *Add.* Heaut. 4, 3, 3. Cic. de Legg. 2, 5 c. 2 Sed neceſſe eſt caritatem eam praeſtare, qua R. P. nomen vniuerſae ciuitatis eſt. pro qua mori, et cui nos totos dedere, et in quae noſtra omnia ponere, et quaſi conſecrare debemus. ¶ 2 *Sed multo latius patet. Nempe ad ſodalitatem et hilaritatem pertinet. Sic ad obſequium et comitatem refertur* Cic. de Orat. 1, 234 c. 55 Quod ius ciuile tam vehementer amplexus es, — Scaeuolae te dediditi — cuius artem — verborum dote locupletaſti et ornaſti. Te dedidiſti *igitur ſignificat, placere illi voluiſti etc. Sic* pro Planc. c. 20 In qua oratione ego me ei dedebam, cui nil magnopere deberem. *Add.* de Petit. Conſ. c. 9. Dedere ſe Aliis Ter. Andr. 1, 1, 30. *Vid.* Donat. *ad loc.* Dedere ſe Angoribus aut voluptatibus Cic. Off. 2, 2. *Sic* Dedere ſe Libidinibus Idem Tuſc. 1, 72 c. 30. *Et* Dedere ſe Languori et deſidiae Id. Off. 1, 123. Doctrinae ibid. c. 21. Lamentis lacrimiſque muliebriter Id. Tuſc. 2, 48. Literis Cic. ad Qu. Fr. 3, 5. Aures ſuas Poëtis Idem pro Arch. 26. *Et* Tuſc. 5, 115 c. 39 Huic diſcendi quaerendique diuinae Delectationi toto ſe animo dedidiſſent. Dedo tibi hunc diem Plaut. Stich. 4, 1, 41. Dedere in Ditionem alterius aures ſuas Idem Milit. 4, 1, 8. *i. diligenter eum auſcultare.* Vide quibus Hominibus aures ſint deditae meae Cic. Att. 2, . . Tacit. Ann. 11, 1, 4 Clarum ex eo in vrbe dedita per prouincias fama, *etc. Niſi forte legendum ſit* Didita, *id eſt Diſperſa.* Manus, *i. ſe fictum fateri:* Lucret. 2, 1042 Et ſi tibi vera videtur, Dede Manus. Sen. Med. 1005 Me dede Morti, noxium macta caput. Morti me dede Plaut. Aſin. 3, 3, 18. Neci dedere ſeipſum Virg. Georg. 4, 90. Iſthuc Negotii dedam tibi Ter. Andr. 5, 4, 50. *Sed* Dedere *tamen pro Dare rarum eſt atque inſolens.* Dedatur cupido iam dudum nupta marito Catul. Epith. ſ. 63, 74. Columel. in praef. 1 Rem ruſticam peſſimo cuique ſeruorum, velut carnifici, Noxae dedimus. *Per translationem. vid.* NOXA. Noxae alicui aliquem dedere, *i. ad noxam luendam* Sen. Epiſt. 106. In piſtrinum, vſque ad Necem dedere Ter. Andr. 1, 2, 27. Cic. Att.

9, 10 Itaque dies et noctes tanquam auis illa mare proſpecto, euolare cupio: dedo poenas temeritatis meae. *Emendatiores codices habent*, Do, do poenas temeritatis meae: *quorum alterum alii omittunt: vtrumque ſeruat Gronou. et inde illud* dedo *ortum eſt.* Virg. Aen. 7, 144 Deditur hic ſubito Troiana per agmina rumor Aduenisse diem, quo debita moenia condant. *Vbi tamen legendum cum Pierio et al.* Diditur, *vtique per tertiam vocalem, pro* Diuiditur, *ſeu* diſpergitur: *vt apud* Lucret. 2, 1124 Dum facile in venas cibus omnis diditur: et dum, *etc.* *Rurſum* 4, 952. Cic. de Orat. 1, 95 Quum ſe ad audiendum, legendum, ſcribendumque maiore opera dediderit: exiſtat talis Orator, qualem quaerimus. Ad ſupplicium Liu. 1, . . Caeſ. B. G. 7, 26 Ne ſe et communes liberos hoſtibus ad ſupplicium dederent. Cic. pro Quint. 59 c. 18 Ne cum bonis fortuniſque omnibus, Sex. Naeuii cupiditati crudelitatique dedatur. Idem pro Roſc. Amer. . . . Non recuſamus, quin illorum libidini Sext. Roſcii vita dedatur.

DEDĬTVS, a, um. Partic. [ἐκδεδομένος] *Vt*, Deditus amori animus Ter. Hec. 3, 1, 12. *Item*, amatoriis leuitatibus Cic. de Fin. 1, 61. Animus libidini Idem pro Cael. c. 19. Deditus literis a pueritia Id. Fam. 1, 7. Deditae eo mentes cum oculis erant Liu. 1, . . *Hoc eſt*, *Et animi et oculi erant ad ſpectandum intenti.* Deditus voluptatibus, Deditus Epicuro Cic. de Fin. 2, . . Idem pro Cael. 80 Quem ſi vobis, ſi ſuis, ſi Reipub. conſeruatis addictum, deditum, obſtrictum vobis, ac liberis veſtris habebitis. Caſtra dedita Sil. 10, . . Corpora paupertate et morbo dedita morti Lucret. 6, 1253. *Alii legunt* Tradita. Homo grauitati deditus Cic. pro Cael. 63. Hor. Serm. 2, 3, 105 Nec Muſae deditus vlli. Opera dedita, *idem quod data opera.* Ter. Eun. 5, 2, 2 Apud Antiphonem vterque pater et mater, Quaſi dedita opera domi erant. Cic. pro Roſc. Amer. 104 c. 36 *extr.* Quae facitis, eiuſmodi ſunt, vt ea dedita opera a vobis contra vosmetipſos facere videamini. *Add.* Id. Att. 10, 3. *et* in Bruto c. 8. Lucret. 4, 813 Quibus eſt in rebus deditus ipſe. Tibi ſanguine toto deditus Stat. Silu. 1, 2, 171. Cic. de Orat. 1, 57 Ac iam tum erat adoleſcentulus his ſtudiis mirifice deditus. Studio muſarum deditus Claud. in Epithal. Palladii 46. Vita vitiis flagitiiſque omnibus dedita Cic. pro Roſc. Amer. 38. Voluntati bonorum et auctoritati Senatus deditus Idem pro Milon. 92. *Compar.* Vxoribus deditior Eutrop. 10, 15. *Superl.* Cic. Fam. 9, 9 Ab optimo certe animo ac dedititiſſimo tibi, et cogitata et ſcripta eſſe iudices.

DEDĬTĪCIVS, a, um. Adi. [ἔκδοτος] *Qui ſe permittit alienae voluntati et imperio.* Cic. ad Brut. 3 Itaque id Senatusconſultum plerique interpretantur etiam ad tuos ſiue captiuos, ſiue dediticios pertinere. Liuius 7, 31 Quidquid deinde patiemur dediticii veſtri paſſuri. Caeſ. B. G. 1, 27. *Eſt etiam* Cic. ad Brut. 3. Sall. Iug. 31, 19.

DEDITIO, ōnis. f. Verbale. [ἔκδοσις] Cic. pro Leg. Manil. 35 Spem deditionis non demit, obſideſque imperauit. Locum alicui reliquum non modo ad pacem, ſed ne ad deditionem quidem facere Cic. Philipp. 13, 48. Deditione corporis quod deliquit, euitare litis aeſtimationem Caius in l. 1 D. de Noxal. action. Facere deditionem ad hoſtem Quinctil. 3, 8. Hirt. B. Hiſp. c. 20. Paratur deditio Claud. Paneg. 4. Ad deditionem perpellere, *vid.* PERPELLO. Properare deditionem Tacit. Ann. 2, 22. Redigere in deditionem imperii Cic. Philipp. 4, 13 c. 5. Deditionis formula *apud* Liuium *deſcribitur in Collatiae deditione 1, 38 his verbis:* Rex interrogauit, Eſtisne vos legati, oratoreſque miſſi a populo Collatino, vt vos, populumque Collatinum dederitis? Sumus. Eſtne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Deditisne vos populumque Collatinum, vrbem, agros, terminos, aquam, delubra, vtenſilia, diuina, humanaque omnia in meam Populique Romani deditionem? Dedimus. Et ego vos recipio. *Aliam vid. 7, 31.* Accipere in deditionem Caeſ. B. G. 1, 28. Concedere in deditionem Liu. de Bell. Punic. . . . Deſerere, *vel* omittere deditionem Sall. in Iugurth. p. 120. Significare deditionem Caeſ. B. G. 7, 40. Subigere ad deditionem Liu. 6, . . Subire deditionem Caeſ. B. C. 1, 81. Venire in deditionem Idem B. G. 6, 3 *et* 9. *it.* 8, 31.

DEDĬTOR, ōris. m. Tertull. de Orat. c. 11 Deditoris exemplum.

DEDŎCEO, ui, ctum, ēre. [μεταδιδάσκω] *Facere, vt quis mutet ſententiam, vel agendi rationem. Cui contrarium eſt* Doceo. *Itaque qui* dedocetur *dediſcit, vt diſcit qui* docetur. Quinct. 2, 3 Et quidem dedocendi onus grauius ac prius, quam docendi eſt. Cic. de Fin. 1, 20 c. 6 Si a Polyaeno familiari ſuo geometriam diſcere maluiſſet, quam illum etiam dedocere. Docendus iudex eſt aut dedocendus Cic. de Orat. 1 c. 40. *Conf.* Sen. Contr. 2, 14.

DEDOLEO, ui, ēre. [ἀπαλγέω] *Dolorem deponere, deſinere dolere.* Ouid. Faſt. 3, 479 Quid me in deſertis morituram Liber arenis Seruabas? potui dedoluiſſe ſemel. *Hoc eſt*, *Morte dolorem deponere et finire. Ariadne Bacchum alloquitur.* Idem de Rem. Amor. 1, 295 Optimus ille ſuit vindex, laedentia pectus Vincula qui rupit, dedoluitque ſemel.

DEDOLENTIA, ae. f. Ἀπαλγησία Vet. Gloſſ.

DEDŎLO, āre. *Eſt veluti dolabra vel alio inſtrumento ferreo perfecte dolare et exſcindere.* Columel. 4, 26 Haec eorumque ſimilia pedamenta poſt putationem retractanda ſunt, parteſque eorum putres dedolandae. Martial. 11, 85 *de chirurgo*, Fractaque fabrili dedolat oſſa manu. *Minae furioſum ſe ſimulantis* Plaut. Men. 5, 2, 106 Securim capiam ancipitem, atque hunc ſenem Exoſſabo, dein' dedolabo aſſulatim viſcera. Apul. Met. 9 p. 220, 13 At vero adulter — inclinatam dolio pronam vxorem fabri ſuper incuruatus ſecure dedolabat. Fuſtim crebris ictibus perſaepe dedolabar Apul. Met. 7 p. 195, 27.

DEDŎLĀTVS, a, um. Part. *Vt*, Dedolatae Ridicae Colum. 11, 2.

DEDOLATIO, ōnis. f. Vitruu. . . .

DEDOLĀTOR, ōris. m. Apuleii *eſſe dicitur: negat index Floridi.*

DEDOMO, āre. Equa primum dedomata Commod. Inſtruct. 34.

DEDVCO, xi, ctum, ĕre. [κατάγω, μετάγω, ὁδηγέω] *Ex alto deorſum ducere, certe de loco ſuo ducere.* Virg. Ecl. 8, 69 Carmina vel caelo poſſunt deducere lunam. Lucret. 2, 205 Quanquam, Pondera, quantum in ſ'eſt, deorſum deducere pugnent. Deducere de roſtris conantem concionari Caeſ. B. C. 3, 21. De capite et de oculis omnia deducet, et ſanum faciet Cato 157, 6 *de Braſſica.* Per nares deducere Scribon. 9. ¶ 2 *Saepe ſignificat, vt diximus, de loco ad alium locum ducere:* Ex Africa decedens Q. Ennium deduxerat Nep. 24, 1, 4. *Add.* 25, 4, 2. Exercitus de finibus Plaut. Amph. 1, 1, 59. Agmina Lucan. 3. Armatas claſſes Virg. Georg. 1, 255. Cic. de Orat. 1, 135 Studia nihil proſunt perueniendi aliquo, niſi illud, quod eo quo intendas ferat deducatque, cognoris. Deducere *etiam is dicitur, qui alicui officii gratia praeſtat comitatum.* Cic. Caton. c. 18 Haec enim ipſa ſunt honorabilia — ſalutari — deduci, reduci *etc.* Idem pro Muraen. c. 34 A quibus ſi domus noſtra celebratur, ſi interdum ad forum deducimur, — diligenter obſeruari videmur. *Add.* de Petit. Conſul. c. 9. Cic. de Inuent. 1, . . Quum ducaris ab eo, quicum libentiſſime vixeris. Liu. 23, 23 Frequenteſque cum domum deduxerunt. *Adde Brouckhuſ. ad* Tibull. 1, 4, 80. Deducere candidatum, *vid.* Obducere aliquem, in OBDVCO. Cic. Fam. 10, 12 Quumque magna multitudo optimorum virorum et ciuium me Domo deduceret, feci continuo omnes participes meae voluptatis. Cic. de Senect. c. 19 Si aliquo eum deducit, vbi futurus ſit aeternus. Deducere adoleſcentem ad ſenem Idem pro Cael. . . . *Et* de Amicit. 1 Ego autem a patre ita eram deductus ad Scaeuolam, *etc.* Sponſam marito *vel* ad maritum, Liu. 10, 23 Cum ſe Virginia et patriciam et pudicam, et vni nuptam, ad quem virgo deducta ſit *etc.* *Vid. Gronou.* ad Plaut. Mil. 3, 1, 91. Ouid. Faſt. 4, 53 Quum primum cupido Venus eſt deducta marito. *Sic* Vxorem deducit maritus domum Ter. Hec. 1, 2, 60. *Conf. n. 4.* Deducere ex hortulis in Academiam Cic. de Legg. 1, . . Ex aliquo loco milites Idem Verr. 3, . . Ex praeſidiis cohortes Caeſ. *paſſim.* Copias in campum Marathona deduxere Nep. 1, 4, 2. Cic. Att. 7, . . Vt ille de his oppidis, quae extra ſuam prouinciam occupauiſſet, praeſidia deduceret. Legiones in aciem Tacit. Hiſt. 1, 89. *et* 2, 43. Aliquem in carcerem Sall. Cat. 55, 2. Cic. de Inuent. 2, . . *Sic* Deducere in ſedem aliquem hoſpitalem Idem de Leg. Agr. . . . ¶ 3 *Metaphoras habet frequentiſſimas:* Cic. Fam. 14, 4 Neque legis improbiſſimae poena deductus eſt, quo minus hoſpitii amicitiae ius, officiumque praeſtaret. Non eo deducam, aut progredi patiar, vt opera mea manus inter vos conſeratis, *i. Non committam, aut per me non fiet, vt* Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 20. *Sed elementorum ordine ponamus Subſtantiua:* Actionem deducere in iudicium Tryphon. in l. Si alienus D. de noxal. action. Ad Agnatos, *vid.* AGNATVS. Aquam ad vtilitatem agri Cic. de Diuin. 2, 69 c. 32. Hor. Od. 4, 2, 23 — Moreſque Aureos deducit in aſtra. Brachia *ſaltantium eſt.* Propert. 2, 18, 5 Siue aliquis molli deducit candida geſtu Brachia. *Imitatur* Stat. Silu. 3, 5, 66 Candida ſeu molli deducit *(editur diducit)* Brachia motu. *Vid.* Heinſ. ad Ouid. Rem. Am. 334. Caeſariem longae dextrâ deducere barbae Ouid. Met. 15, 656. Lucan. 2, 697 Strictaque pendentes deducunt Carbaſa nautae, *i. explicant. Metaph. a* filo. Ouid. Met. 1, 4 Ad mea perpetuum deducite tempora Carmen. Carmina verſu Propert. 1, 16, 41. *Vid.* Deducere verſus. Hirt. Bell. Alex. 4, 7 Tantus inceſſit timor, vt ad extremum caſum omnes deducti viderentur. Caeſ. B. G. 2, 31 Sibi praeſtare, ſi in eum Caſum deducerentur, quamuis fortunam a Pop. Rom. pati, quam ab iis per cruciatum interfici. Cauſam in iudicium deducere Cic. de Optimo Gen. Orat. 19. Idem pro Sulla 90 c. 32 Honoris contentio vos ad cauſam, non inimicitiae deduxerunt. Liu. 36, 5 Petebant enim, ne ſe temere in Cauſam deduceret, *i. implicaret bello cum Romanis.* Ter. Eun. 2, 3, 23 Si qua habitior paullo, pugilem eſſe aiunt: deducunt Cibum tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas, *i. ſubducunt, vel ſubtrahunt. Sed* Celſ. 3, 18 Ad Cibum quoque quoſdam non deſiderantes deduxerunt hi, qui inter epulantes eos collocauerunt. Cic. Att. 9, . . De gratia et ope quid ſignificares, mecum ipſe quaerebam. Spe tamen deducebar ad eam Cogitationem, vt te pro tua admirabili ac ſingulari ſapientia, de otio, de pace, de concordia ciuium agi velle arbitrarer. Coloniae *ſollemni formula* deduci *dicuntur v. g.* Cic. de Leg. Agrar. 2 c. 27 Atque in hos agros — colonias ab iis Decemuiris deduci iubet. *Et in tribus illis orationibus ſaepe. Sic* de Diuin. 1 c. 45 In luſtranda colonia ab eo, qui eam deduceret. *Sic ſaepe apud Liuium. Add.* Caeſ. B. C. 1, 4. Vell. 1, 14 *etc.* Caeſ. B. G. 7, 63 Re impetrata, contendunt, vt ipſis ſumma imperii tradatur: et in controuerſiam deducta, totius Galliae concilium Bibracte indicitur. Crimen deducis ad oculos Ouid. Amor. 3, 14, 35. Crinem deducere pingui amomo Stat. Silu. 1, 2, 3. Dies deducere contra omnium ſententias Cic. Acad. 1 *extr. i. diſputatione extrahere. Sic quidem interpretatur Gronou. Quid ſi ita dedit Cicero:* Vt contra omnium ſententias dicens *(quam vocem corripiens librarius in* dn̄s, *dedit occaſionem, vt alii legerent dies)* iam pleroſque *(eo)* deduceret, *etc.* *Plane alio ſenſu* Val. Flacc. 1, 227 Totum Mingis lactantibus vndae Deduxere diem. *Nempe Solem occidentem a ſe detrahere ac* deducere *videtur oceanus. Certe* deducere *ad animum et ſtudia pertinere, ſatis exempla declarant, quae damus mox ſub* Deducere de ſententia, in Sententiam *etc.* *Huc pertinet etiam* Nep. Alcib. 8 Sibi autem eſſe facile, Seuthen regem Thracum deducere *(etiam hic omiſſum* eo) vt eos terra depelleret. Cic. Acad. 4, . . Quae tandem ea eſt Diſciplina, ad quam me deducas, ſi ab hac abſtraxeris? A Dolore deduci, *i. dolore cogi aliter ſentire de re aliqua, et dolore a ſententia abduci:* Cic. Tuſc. 2, 60 E quibus homo ſane leuis Heracleotes Dionyſius, quum a Zenone fortiſſimus eſſe didiciſſet, a Dolore deductus eſt. Nam quum ex renibus laboraret, ipſe in eiulatu clamitabat falſa eſſe illa, quae antea de dolore ſenſiſſet ipſe. In Diſcrimen deducere Cic. Fam. 10, 24. Faſtidium deducere *dicitur* herba aliqua, *i. auferre* Plin. 25, 8. Hor. Epiſt. 1, 2. 47 Non aeris aceruus et auri Aegroto domini deduxit corpore Febres. *i. abſtulit.* Cic. Verr. Act. 1, 25 Cuius diuitiae me de Fide deducere non potuiſſent, *h. e. auertere.* Ad fletum miſericordiamque deduci Cic. de Orat. 2, 189. Ouid. Amor. 1, 14, 7 Vel pede quod gracili deducit aranea Filum. Filum deducens leui pollice Ouid. Met. 4, 36. Deducere de Fundo *formula iuris, qua caerimonia indicatur poſſeſſorem prouocandi, vt poſſeſſione cedat.* Cic. pro Caecin. 20 c. 7 Cum hoc nouae litis genus tam malitioſe intenderet, placuit Caecinae de amicorum ſententia conſtituere, quo die in rem praeſentem veniretur, et de Fundo Caecina moribus deduceretur. *Conf.* ſ. 27 c. 9 Vt moribus deductio fieret. Furem deducere ad praefectum Iulian. in l. Interdum fur. D. de furtis. Cic. Fam. 10, 23 Qui quidem quum in Fraudem ſe deductum videret, manus quas iuſtius in Lepidi perniciem armaſſet, ſibi afferre conatus eſt. Idem pro Caecin. 20 Placuit Caecinae de amicorum ſententia conſtituere, quo die in rem praeſentem veniretur, et de Fundo Caecina moribus deduceretur. Plin. 10, 43 In ea vrbe, in qua multorum principum nemo deduxerat Funus. Tiaram ſibi deducere Suet. in Neron. 13. Sen. Med. 210 Auoque clarum ſole deduxi Genus. Ab humanitate, integritate et religione aliquem

aliquem Cic. Verr. 2, 12. *i. auocare.* Idem pro Flacc. 9 Sed ſunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc Iudicium deducti non ſunt. In Ius deduci Cic. Verr. 3, . . In Obligationem deducere, *obligare* Paullus in l. Ex ſextante D. de except. rei iud. In Puluerem tenuiſſimum Pall. 11, 14, 13. In Stipulationem Vlp. in l. Si a colono D. de verbor. obligat. Lineamenta deducere, *pro Trahere* Sen. Epiſt. 96. Litem deducere, *i. auferre* Columel. 3, 13. *vid.* ORGANVM. Litera mero deducta Ouid. Epiſt. 17, 88. Cic. Acad. 4, 120 Negatis hoc tam polite, tamque ſubtiliter effici potuiſſe ſine diuina aliqua ſolertia, cuius quidem vos Maieſtatem deducitis vſque ad apum formicarumque perfectionem, *demittitis, negotium nimis humile illi aſſignatis.* A Mente et conſilio deduci Cic. Verr. 1 *et* 5. Cic. Off. 1, . . Plerumque autem parentum praeceptis imbuti, ad eorum conſuetudinem, Moremque deducimur. Naues deducunt ſocii Virg. Aen. 5, 69. *quae ita dicuntur, quando cum ſui atque itineri accinguntur. Huic contrarium* Subducere. *Add.* Idem Georg. 1, 255. Horat. Carm. 1, 4. Oculos deducere in rem aliquam Ouid. Triſt. 4, 2, 61. Idem Triſt. 2, 560 Pauca quibus prima ſurgens ab origine mundi, In tua deduxi tempora Caeſar Opus. Condita laſciui deducunt Orgia myſtae Sen. Oed. 431. Caeſ. B. C. 1, 5 Si qua hominum aequitate res ad Otium deduci potuiſſet. Pedes de lecto deducere Plaut. Curcul. 2, 3, 82. Vlp. in l. Si mater D. de exceptione rei iudic. Hoc iure vtimur, vt ex parte actoris in exceptione rei iudicatae hae perſonae contineantur, quae Rem in iudicium deducunt. In periculum Rem aliquam Caeſ. B. G. 5, . . De prauitate animi aliquem Cic. de Petit. Conſ. 31. De prouincia deduci, *i. Reuocari* Idem de Prouin. Conſul. 13. Sueton. in Auguſt. c. 42 *extr.* Vt non minorem arantium et negotiantium, quam populi Rationem deduceret. *i. Vt non minorem numerum ſupputaret arantium et negotiantium, quam populi. Vid. Caſaub.* Ex Regno deducere Arſinoën Caeſar ſtatuit Hirt. de Bell. Alex. 33. *proprie, ne adeſſet.* Cic. Fam. 1, 1 Quod inſtituit referre de Religione, et ſaepe iam retulit, ab eo deduci non poteſt. Ad extremum caſum omnes deducti Hirt. B. Alex. 7. Ad aliquam Rem non caſu, ſed duce deo deduci Cic. de Diuin. 2, 39. Rem ad arma deduci ſtuduit Caeſ. B. C. 1, 4 *extr.* Rem huc deduxi, vt, *i. Opera mea factum eſt, vt* Cic. in Catil. 2, 4. Idem Att. 7, . . Sed quoniam Res eo deducta eſt, non quaeram vt ſcribis, *etc. Eidem* 2 Vniuerſa Res eo eſt deducta, ſpes vt nulla ſit, *etc.* Res in eum locum deducta eſt, vt niſi qui deus vel caſus aliquis ſubvenerit, ſalui eſſe nequeamus Cic. Fam. 16, 11. Virg. Georg. 1, 269 Riuos deducere nulla Religio vetuit. Lucret. 3, 534 Atque ideo cunctis Senſum deducere membris. De Sententia aliquem Cic. de Clar. Orat. 87. In Sententiam aliquem Plin. Epiſt. 1, 8. Cic. Verr. 2, . . Fecerunt etiam vt me, cuius fidem continentiamque cognoverant, prope de vitae meae Statu, dolore ac lacrimis ſuis deducerent, vt ego iſtum accuſarem. A Timore Cic. de Nat. Deor. 2, 148. A Triſtitia et acerbitate commode ac hilare dicto deduci Idem de Orat. 2, 340. Tunicam Ouid. Amor. 1, 7, 47 *vbi conſ. Burm.* Ouid. Met. 3, 662 Illi admirantes remorum in verbere perſtant, Velaque deducunt, geminaque ope currere tentant. Idem ex Pont. 1, 5, 13 Luctor deducere Verſum, Sed non ſit fato mollior ille meo. *Vid.* Deductus. *Add.* Valer. Max. 3, 7 *extr.* 15. *et ſupra* Deducere Carmina. Ouid. Met. 6, 405

Mater in inuidia eſt, hanc tunc quoque dicitur vnus
Fleſſe Pelops, humeroque ſuas a pectore poſtquam
Deduxit Veſtes, ebur oſtendiſſe ſiniſtro.

Cic. de Legg. 1, . . Noſter quidem hic natura vir iuſtus ac bonus etiam colloquetur, iuuabit, in Viam deducet. Vocem, Tenuem et exilem facere. Afranius in Virgine, Verbis pauculis reſpondit, triſtis Voce deducta. Pompon. in Atell. quae Calendae Martiae inſcribitur, Vocem deducas oportet: vt mulieris videantur verba. *Haec* Macrob. Saturn. 6, 4. Voluntates dicendo impellere quo velis, vnde autem velis deducere Cic. de Orat. 1, 30. ¶ 4 *Sunt etiam aliae formulae obſeruabiles.* Deducere, *pro Apud hoſpitem collocare,* Cic. Verr. 1, 78 Deducitur iſte ad Ianitorem quendam hoſpitem: comitesque eiusdem apud caeteros hoſpites collocantur. *Inhoneſtum etiam quiddam ſignificat.* Ter. Eun. 2, 3, 60 Huc deducta eſt ad Thaidem. *Non temere et generali notione hoc dici, ſuadet ille Ciceronis iocus apud* Sueton. 50 Quo melius emtum ſciatis *(a Seruilia ex auctionibus Caeſaris)* Tertia *(illius filia)* deducta eſt. *Alia* Tertia Iſidori mimi filia, deducta *ad Verrem* Cic. Verr. 3 c. 34. *Conſ. n.* 2 Deducere ſponſam: *it.* Ouid. Met. 10, 462. *Et* Tib. 1, 7, 65 *ibique Brouckh. In ioco Ciceronis ambiguitas ex alio intellectu verbi, vbi ſignificat de ſumma aliquid demere:* Cic. de Legg. 2, 53 c. 21 Partitionis caput ſcriptum caute, vt centum numi deducerentur. Cato de R. R. c. 144 Si quid redemtoris opera domino damni datum erit, reſoluito: id boni viri arbitratu deducetur. Cic. de Diuin. 1 *extr. ex verſibus* Ennii, De his diuitiis ſibi deducant drachmam, reddant caetera. Addere *et* Deducere, *contraria. i. Addere ad ſummam, et de ea aliquid demere* Cic. Off. 1 c. 18. *Conſ.* Non. 4, 143 ſq. *A librariis cum* Diduco *commiſcetur: vid.* DIDVCO.

DEDVCTVS, a, um. Partic. Homo deductus ex vltimis gentibus Cic. Philipp. 13, 27. Deductum carmen, pro Tenui et ſubtili eleganter poſitum eſt a Virgilio Ecl. 6, 5. *teſte* Macrob. Sat. 6, 4 Deductum dicere carmen. Hoc eſt, Tenue. Translatio a lana, quae deducitur in tenuitatem. Seruius. Claſſis Suet. Caeſ. c. 4. *Sic* Tenui deducta poëmata filo Hor. Epiſt. 2, 1, 225. Litera deducta mero Ouid. Epiſt. 17, 88. *i. ſcripta.* Idem Epiſt. 21, 165 Proiicit ipſe ſuas deducta fronte coronas. Mos Hor. Od. 4, 4, 19. Mos vnde deductus per omne Tempus Amazonia ſecuri Dextras obarmet. Ouid. Faſt. 6, 803 Martia ſacrifico deductum Nomen ab Anco. Res eo deducta eſt Nep. 15, 7, 1. Oratio deducta atque circumlata Quinctil. 4, 1, 60. Deducti viri ab Eriphilo Celſ. 5, 1. Non. 4, 144 Deductum, diminutum ſuppreſſum. Lucil. Deducta tunc voce Leo, cur tu ipſa venire Non vis huc? *Compar.* Sueton. in Auguſt. c. 79 Naſum habuit et a ſummo eminentiorem, et ab imo deductiorem. *Hoc eſt, tenuiorem. Vid. Caſaub. ad loc.*

DEDVCTA, ae. f. *Subſtantiuum eſſe, pro* deductione *poſitum, vt* Miſſa *pro miſſione, vult Turnebus ad* Cic. de Legg. 2 c. 20 *vbi iſta leguntur, probante etiam Manutio,* Vt ſi in teſtamento deducta ſcripta non ſit, ipſique minus ceperint quam omnibus heredibus relinquatur, ſacris ne adligentur. *Sed diuerſa moliuntur Critici. Gronou. de Pec. Vet.* 4, 7 p. 304 Si in teſtamento deducta ſacra non ſint. *Victorius dedit,* ſi in teſtamento vt deducantur ſcriptum non ſit, *etc.* Deducendi *autem notio ſollemnis, ſ. detrahendi, hic locum habet.*

DEDVCTIO, onis. f. Verbale. [ἀπογωγή, παραγωγή, καταγώγιον, ὁδηγία] Cic. de Lege Agr. 2 c. 34 *de Colonis,* Nam et ipſe qui deduxit, et qui magiſtratum Capuae et Leocranti coeperunt, et qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, *etc.* Cic. pro Caecina 27 Ibi tum Caecinam poſtulaſſe, vt moribus deductio fieret, *int. de agro aut poſſeſſione alia. Vid.* DEDVCO de Fundo. Idem de Diuin. 1, 100 c. 44 Ex quo illa mirabilis a maioribus Albanae aquae deductio eſt. *Et* in Topic. 33 c. 8 Partium diſtributio ſaepe eſt infinitior, tanquam Riuorum a fonte deductio. Rationis deductio *(i. declaratio)* in cauſae conſtitutione Cic. de Inuent. 1, 19 c. 14. Deductio in domum mariti l. 5 ff. de ritu nupt. Deductio, *pro Collocatione apud hoſpitem,* Cic. Philipp. 2, 62 Italiae rurſus percurſatio eadem comite mima: in oppida, militum crudelis et miſera deductio. Deductio, *pro Diminutione,* Sen. de Benef. 2, 4. *Vid. Lipſ. ad loc. Eadem formula vſus eſt* Epiſt. 58 Haec itaque curae habebis, ſi grate aeſtimari quae praeſtabis voles, vt beneficia tua ad eos, quibus permiſſa ſunt, integra et illibata perueniant, ſine vlla (vt aiunt) deductione.

DEDVCTVS, ûs. m. *Idem.* Apul. de Aſin. 1 p. 109 (Pric. p. 12) Vt ponderis deductu reſtis ad ingluuiem adſtricta ſpiritus officia discluderet. *Add.* l. 3 ff. de Inſtructo.

DEDVCTOR, ōris. m. Verbale. [καταγωγεύς] Q. Cic. de Petit. Conſul. c. 9 Huius autem rei tres ſunt partes: vna ſalutatorum, quum domum veniunt, altera deductorum, tertia aſſectatorum. *Conſ.* Tertull. Apol. c. 21. de Coron. Mil. c. 4. *et* aduerſ. Prax. c. 2 *et* 30.

DEDVCTŌRIVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 19 Deductoria (medicamenta) dentur ſorbilibus. *Conſ.* Veget. de Re Vet. 1, 56. Cuniculus deductorius Veg. Mulom. 1, 53, 2.

DEDVCTORIVM, ii. n. *Emiſſarium, per quod humor deducitur.* Pallad. 12, 7, 21 *de Caſtanea,* Locus deductoria liquoris accipiat.

DEDVCTO, āre. Lucil. *apud* Nonium 4, 144 Deductat hunc voce leo, cur tu ipſa venire Non vis huc? *Sed Mercer.* Deducta tunc voce, *i. minuta, infirma, forte etiam blanda. Eſt ex fabula vulpis, quam veſtigia terrebant.*

DEDVX, ucis. c. Niſi forte Gallia tua dedux ſit ab Helicone Symmach. Ep. 8, 18. *i. deriuata quaſi, vt* Tradux.

D E E

DEEO, īre. *Deſcendere.* Stat. Theb. 2, 551. *ſec. Gronou.* Innumeris videt excurſare latebris, Hos deire iugis.

DEERRO, āre. [πλανάομαι] *A via et inſtituto itinere errore digredi et abſcedere.* Itinere deerrare Quinctil. 10, 3. In itinere Cic. *apud* Lactant. 6, 24. Angiporto toto deerrare Auctor ad Heren. 4, . . Vir gregis ipſe caper deerrauerat Virg. Ecl. 7, 7. Plin. 28, 8 ſ. 27 Tantumque eſt vanitatis, vt ſi ad brachium adalligetur ſuperioris roſtri dextrae partis dens, iaculantium ictus deerraturos negent. Deerrauit a patre puer Plaut. Menaech. 5, 9, 54. Deerrare, *idem quod Errare:* Columel. 1, 4, 6 Multos enim deerraſſe, memoria prodidit, vt L. Lucullum, *etc.* Deerrare ab eo, quod coepimus exponere Auctor ad Heren. 1, 14 c. 9. Deerrabat ſors ad parum idoneos Tacit. Ann. 13, 29, 2. Deerrare ſententia et viſu Columel. 2, 2, 15. Deerrans: Sen. Epiſt. 97 Artium peccata offendunt deerrantem.

DEERRĀTVM, i. n. *Tribuitur* Apuleio. *Negat index Floridi.*

DEERRATIO, ōnis. f. Auguſtin. . .

DEERRABVNDVS, a, um. Adi. *Idem.*

DEESIS, is. f. [δέησις] Deeſis, *apud* Iulium Rufinianum inter figuras ſententiarum, eſt Obſecratio vel Obteſtatio, qua deos oramus vel homines. *Et Latinis literis ſcribitur in edit. Pithoei p. 27.*

D E F

DEFAECO, āre. [διυλίζω] *A faecibus purgare.* Plin. 18, 26 ſ. 63 Per brumam vitem ne colito: vina tamen defaecari, etiam diffundi Hyginus ſuadet. Colum. *lib. vlt.* Et defaecatum vinum in amphoras bonas adiicito. *Conſ.* Apul. Met. 9 p. 227, 19 Vina pretioſa defaecat. *Vid. Elmenh. Sed* Defaecat aërem Veg. Mulom. 1, 20, 3. *de ſuffitu.*

DEFAECĀTVS, a, um. Partic. Purum, inturbatum, et ſine ſordibus poſſumus dicere, *inquit* Nonius 6, 37 vt Vinum defaecatum, *Quod eſt ſine ſordibus. Hinc* Defaecatus animus, *per translationem dicitur, Purus et omni anxietatum et dolorum ſorde vacuus.* Plaut. Aulul. 1, 2, 1 Nunc defaecato demum animo egredior domo. Idem Moſtel. 1, 3, 2. Literas defaecandas Sidon. Ep. 1, 1. Defaecata mente Macrob. Somn. Scip. 2, 12.

DEFAECATE. Adu. Celſ. . .

DEFAECATIO, ōnis. f. *Purgatio.* Tertull. de Anima c. 27 Ex carnis defaecatione. *Conſ.* Celſ. . .

DEFAECABILIS, e. Adi. *Vt,* Ciſterna defaecabilis Sidon. Ep. 1, 5.

DEFAECIS, *ſine faece, Scaliger reſtituere volebat* Seuero de Aetn. 422, *pro eo quod legitur* Quam leuis excocto defecit robore pumex. *Vid. Scalig. in* Catalect. p. 133. *Mihi quidem non magis perſuadet, quam Clerico.*

DEFALCARE. [ἀποκόπτειν] *Significat Tollere, et amputare, quaſi falce abſcindere.* ICtis tribuitur.

DEFALCĀTVS, a, um. Partic. Columellae.

DEFALCATIO, ōnis. f. Eidem. *Nolim ego praeſtare.*

DEFĀMO, āre. *Fama priuo, ſicut Diffamo.* Gell. 9, 2 Vt vocabula eorum quoque defamata, atque demortua cum ipſis viderentur. Idem 14, 2 Spurciſſima vita ac defamatiſſima. *Et* 18, 3 Turpitudine priſtinae vitae defamatiſſimus.

DEFAMĀTIO, ōnis. f. *apud* Firmic. . .

DEFĀNO, āre. *Idem ac Profanare, ſed perrari vſus.* Arnob. 4 *extr.* p. 153 Spatiola defanata, *i. loca profanata.*

DEFĀRINĀTVS, a, um. Adi. Tertull. ad Val. c. 31 Ad molas delatus et defarinatus.

DEFĀTĪGO, āre. [καταπονέω] *Labore conficere.* Ter. Andr. 4, 1, 45 Deceptus ſum, at non defatigatus. Idem Adel. 4, 1, 3 Ita ſe defatigarit velim, vt *etc.* Cic. de Orat. 3, 143 Profecto nunquam conquieſcam, neque defatigabor, antequam illorum ancipites vias rationesque et pro omnibus et contra omnia diſputandi percepero. Defatigati curſu et ſpatio pugnae Caeſ. B. G. 1, . . Defatigare aliquem aſſiduo labore Idem B. G. 7, 41. Animi defatigati ab aduerſariis multitudine verborum Auctor ad Heren. 3, 17 c. 9. Nec animi nec corporis laboribus defatigari Cic. Fam. 14, 1. Defatigari

ſatietate alicuius rei Cic. de Orat. 117. Brutus Idem Epiſt. 16 Ne Defatigere, neu diffidas ſemper in praeſentibus malis prohibendis. Noli in conſeruandis bonis viris defatigari Cic. pro Marcel. 20 c. 6. Iudices defatigare Idem de Legib. 3, 29. Defatigor, *cum Infinitiuo:* Cic. Fam. 12, 14 Nec defatigabor permanere non ſolum in ſtudio libertatis, ſed etiam in labore et periculis. Puella defatigata petiit a matertera, vt ſibi concederet paulliſper, vt in eius ſella requieſceret Cic. Diuinat. 1 c. 46. Idem pro Dom. c. 44 Emit domum licitatoribus defatigatis, prope dimidio carius, quam aeſtimabat. Defatigatus in Repub. conſeruanda Id. Fam. 10, 19.

DEFATIGATIO, ōnis. f. Verbale. [κατaπόνησις, ἀπαγόρευσις] Cic. de Senect. *extr.* Corpora quidem exercitationum defatigatione ingraueſcunt: animi autem ſe exercendo leuantur. Defatigatio equorum Hirt. B. G. 8, 27. Cic. Philipp. 5, 20 Nulla res ei finem caedendi niſi Defatigatio et ſatietas attuliſſet. Defatigatione deſiſtere aliquid facere Idem pro Sextio. . . Morbum metuere ex defatigatione membrorum Id. de Nat. Deor. 2, 59.

DEFATISCOR, *vid.* DEFETISCOR. Plin. 17, 2.

DEFECTIO, DEFECTIVVS, DEFECTVS, *vid.* DEFICIO.

DEFENDO, di, ſum, ĕre. [ἀμύνω] *Proprie eſt depellere, vt offendere eſt verſus aliquem pellere: deinde, mutata conſtructione dicebant* Defendere moenia ab hoſte. *Hinc* defendere *eſt tueri. Prioris generis ſunt exempla iſta:* Hor. Carm. 1, 17, 2 Et igneam defendit Aeſtatem capellis. Defendere Bellum, inferre Caeſ. B. G. 1, 44. *Sic* 2, 29. *Vid. Lipſ. V. Lect.* 2, 22. *Sic* Ouid. de Rem. Am. 228 Proximus a tectis Ignis defenditur aegre: *quod poſſis etiam ſic efferre*, Tecta defenduntur ab igne. *Sic* Idem Met. 13, 303 Haud timeo, ſi iam nequeo defendere Crimen Cum tanto commune viro, *i. depellere, vt ſaepe.* Hor. Sat. 1, 3, 4 Toga, quae defendere Frigus, Quamuis craſſa, queat. (*Contra* Virg. Ecl. 7, 6 Hic mihi, dum teneras defendo a frigore myrtos.) Virg. Aen. 10, 905 Hunc, oro, defende Furorem. Q. Claudius *apud* Gell. 9, 1 A pinnis Hoſtes defendebant facillime. Caeſar B. C. 2, 9 Vbi tegumenta praependere poſſent ad defendendos Ictus ac repellendos. Sen. de Prouid. 1, 4 Imbrem culmo aut fronde defendere. Plaut. Moſtell. 4, 2, 20 Ecquis hic eſt, maximam qui his Iniuriam foribus defendat. Caeſ. B. C. 1, 7 Seſe paratos eſſe, imperatoris ſui, tribunorumque plebis Iniurias defendere. Cic. Off. 3, 74 c. 18 Defendere ac propulſare Iniuriam. Idem pro Muraen. 5 Pericula ciuium. Prop. 1, 20, 11 Nympharum ſemper cupidas defende Rapinas. Virg. Ecl. 7, 47 Solſtitium pecori defendite. Cic. de Sen. 53 c. 15 Vitis veſtita pampinis nimios Solis defendit ardores. Vim defendere *eſt* Plaut. Rud. 3, 4, 69. Vi vis illata defenditur Cic. pro Milon. 9 c. 4. ¶ 2 *Obtinuit tamen tyrannus, vſus, vt frequentior ſit altera ratio inuerſa, qua factum eſt, vt* defendere *ſit tueri, ſeruare ab impetu et malo quocunque.* Plaut. Aſin. 2, 4, 25 Te obſecro defende. Clipeo defendere aliquem Claud. de Bell. Get. . . Praeſidio et periculo ſuo defendere aliquid Cic. pro Sextio. . . Idem pro Sextio. . . Haec qui pro virili parte defendunt, optimates ſunt cuiuscunque ſint ordinis. Quum ego C. Sergii Auratae contra hunc noſtrum Antonium cauſam defenderem Id. de Orat. 1 c. 39. Cic. Fam. 11, 27 Equidem ſi quando audio, tam defendo, quam me ſcio a te contra inimicos meos ſolere defendi. Idem pro Sulla 6 c. 2 Praeſertim qui illum ſolus de ambitu defendiſſet. Tunc quoque ſubmotum ſtudio defendis Amicum Ouid. Triſt. 3, 4, 41. A calamitate aliquem Cic. pro Lege Manil. 14 c. 6. Defendere Caput et famam Idem Acad. 4, 120 c. 37. *Et* pro Milon. . . Non libertate ſolum, ſed etiam omnibus praemiis digniſſimos fuiſſe, qui domini Caput defendiſſent. Ouid. ex Ponto 1, 4, 40 Defendĕre meum numina nulla Caput. Ab omni Caſu aliquem Valer. Argon. 7, . . Cic. de Senect. . . Cauſarumque illuſtrium quaſcunque defendi nunc, quam maxime conficio orationes. Idem de Orat. 1, 172 Videtur etiam ſi hac ſcientia iuris nudata ſit, poſſe facile caeteris armis prudentiae Cauſas tueri atque defendere. Cauſas rerum copioſe defendere, *vid.* COPIA. Lege, et praeſidio legis Cauſam Cic. pro Cluent. . . . Audacter ſua Decreta Idem de Fin. 2. Hor. in Arte Poët. 442 Si defendere Delictum quam vertere malles. Dignitatem et exiſtimationem ab inimicis Caeſ. B. C. 1, 7. Domum ac deos penates aliquo oppugnante Cic. pro Milon. . . Excuſatione adoleſcentiae ſe defendere Idem pro Caelio. Ouid. Amor. 2, 5, 9 Felix qui quod amat, defendere Fortiter audet. Amici Fortunas Cic. pro Muraen. . . Virg. Ecl. 7, 6 Hic mihi dum teneras defendo a Frigore myrtos, Vir gregis ipſe caper deerrauerat. Honorem ſuum Cic. Verr. 4, . . *Sic* defendere Sententiam ſuam Idem de Fin. 2, . . *Et* Off. 1, 23 Qui autem nec defendit nec obſiſtit, ſi poteſt, iniuriae, tam eſt in vitio, quam qui, *etc.* Locum ſuum honeſtiſſime defendere Cic. pro Quint. 43 c. 13. Ouid. Amor. 2, 4, 1 Non ego mendoſos auſim defendere Mores. Adſueti longo Muros defendere bello Virg. Aen. 9, 511. Propert. 1, 16, 9 Nec poſſum infamis dominae defendere Noctes. Ter. Phorm. 1, 4, 48 Meminiſtine olim vt fuerit veſtra oratio, In re incipiunda ad defendendam Noxiam. Vt Armis Ac virtute velint patriam defendere terram Lucret 2, 641. Pacem Cic. Philipp. 8, 11. Defendere perfracte, *vid.* PERFRINGO. Cic. pro Fonteio. . . A quo Periculo defendite, Iudices, Ciuem fortem atque innocentem. Pudor defendit aliquem Idem Fam. 5, 1. Publice priuatimque aliquem Id. Verr. 2, . . Rationem Cic. de Fin. 2, . . Recte ac iure defendere aliquid Idem pro Milon. . . Defendere rectum, *pro Tueri opinionem de virtute, aut ipſam virtutem.* Hor. Sat. 2, 7, 26 Aut quia non firmum Rectum defendis. Turpe Reos empta miſeros defendere lingua Ouid. Amor. 1, 10, 39. Salutem ſociorum Cic. pro L. Man. c. 6. Communem Salutem Reipubl. Idem pro Muraen. c. . . Defendere ac tegere Scelus Id. pro Sulla 86. Se acri animo Cic. pro Milon. . , Se manu Caeſ. B. G. 5, 7. Se telo Cic. pro Milon. . . Aequitate et fide Socios Idem Off. 2, . . Plin. 19, 1 ſ. 6 Rubent in cauis aedium, et muſcum a Sole defendunt. Cic. pro Sulla 50 Ego iacentem et Spoliatum defendo et protego. Tecta ſua defendere, et ab aris, focis, ferrum flammamque depellere Cic. pro Sextio. . . Celſ. 4, 5 Nam redit huc imbecillitas ſua, niſi iiſdem defenditur bona Valetudo, quibus reddita eſt. A Vaſtatione Italiam Planc. Cic. Fam. 10, 15 *extr.* Veſtes a tineis defendit *haec herba* Plin. 20, 17 ſ. 73. Vitam ab inimicorum audacia Cic. pro Milon. 6. Vitam ſuam noctis et fugae praeſidio, non iuris iudiciorumque Idem pro Sextio. . . . Ouid. Met. 13, 218 Ille poteſt auctore ſuam defendere Vocem. Vrbem bello Claud. de Bell. Gild. . . . Vrbem a vaſtatione Planc. ad Cic. Fam. 10, 15 *extr.* ¶ 3 Cic. de Amicit. . . Itaque re magis, quam auctoritate cauſa illa defenſa eſt. Ouid. Triſt. 2, 421 Neue peregrinis tantum defendar ab armis. Ab hoſtibus defendi paludibus et itinerum anguſtiis, et altitudine montium Cic. de Lege Agr. 2, . . Sall. Hiſt. 1 Or. Lepidi 4 Nam quid a Pyrrho, Hannibale — defenſum eſt aliud, quam libertas, *i. contra Pyrrhum. Vid.* A *vel* AB *n.* 26. *Sed tamen etiam ponitur cum hac praepoſitione ſenſu paſſiuo.* Cic. pro Milon. c. 25 Si a te poſtea defenſum in periculo capitis, adiutum in petitione Praeturae. Id. de Diu. 1 c. 5 Satis defenſa religio eſt in ſecundo libro a Lucilio. *Et* c. 33 Haec improbantur a Peripateticis, a Stoicis defenduntur. *Et* Fam. 11, 27 *poſt med.* Me ſcio a te contra inimicos meos ſolere defendi. Arte defendi Valer. Argon. 8, . . . Libere defendi, *vid.* LIBERE. Defendi per aduocatum Plin. in Praefat. . . Cic. in Vatin. 3 Defendebatur teſtibus collegis ſuis, non recitandi cauſa legiſſe, ſed recognoſcendi, *i. omni aſſeueratione contendebatur.* *Sic* Verr. 3 c. 90 Id aliorum ſe feciſſe exemplo, contendat. Cic. pro Cluent. . . Hoc quanquam ſedulo faciebat, tamen interdum non defendere, ſed praeuaricari accuſatori videbatur. Veriſimile nonnunquam, etiam ſi minus ſit verum, defendere, eſt patroni Idem Off. 2, 51.

DEFENDENS, entis. Partic. Nepos 2, 4, 1 Nullis defendentibus. — Caedes Defendentum armis aditus Virg. Aen. 11, 886.

DEFENSVS, a, um. Partic. Ab eo in iudiciis defenſus aliquoties liberatus diſceſſerat Nep. 19, 2, 3. Ne loci quidem religione defenſus occiditur Curt. 10, 9, 21. Cic. de Fin. 5, . . Sex igitur hae ſunt ſimplices de ſumma bonorum malorumque ſententiae: duae ſunt ſine patrono, quatuor defenſae. Cauſa pluribus argumentis defenſa viriliter Quinctil. 6, 1. Prouincia ab hoſtium populatione defenſa Cic. pro Fonteio. . . Virg. Aen. 12, 437 Nunc te mea dextera bello Defenſum dabit.

DEFENSVIRI, *vetuſte pro Defenſum iri.* Celſus l. 1 §. 9 D. de dot. praeleg. Et mulierem agentem ex teſtamento cauere debere defenſuiri haeredem aduerſus maritum: ergo maritus idem debebit cauere, aduerſus mulierem defenſuiri, ſi prior agat. *Gothofr.* defenſu iri. *Sed mox* Iulianus §. ſequenti, Non alias eum legatum conſequuturum, quam ſi cauerit haeredes aduerſus mulierem defenſum iri. *Sic certe editur in Gothofredd.*

DEFENSVRVS, a, um. Partic. [ὑπερασπισόμενος] Neu defenſura calorem Aurea ſummoueant tepidos vmbracula ſoles Claud. Conſ. Hon. 4, 340. Defenſura reos facundia A. ad Piſonem. . . Stat. Theb. 12, 642 Mundi foedere mecum Defenſura Manus.

DEFENSO, āre. [ἀσπίζομαι] Plaut. Rud. 3, 3, 30 Hinc ego defenſabo praeſidio Veneris. Moenia ipſa ſeſe defenſabant Liu. 26, 45 *pr.* Salluſt. Iugurth. c. 60 Arma capientes ab hoſtibus Defenſabant. Stat. Silu. 4, 8, 44 En hilaris circumſtat turba tuorum, Defenſatque patrem. Defenſare ſe iniuria Plaut. Bacchid. 3, 3, 39. Impedimentorum agmen defenſantibus iniquum Tac. Ann. 2, 5, 4.

DEPENSA, ae. f. *Vltio, defenſio.* Tertullian. aduerſ. Marc. 2, 18 A Deo expectare defenſam.

DEFENSĬTO, āre. [ὑπερασπίζομαι] Cic. Acad. 4, 69 c. 22 Idem haec non acrius accuſauit in ſenectute, quam antea defenſitauerat. Defenſitare cauſas Cic. de Clar. Orat. 100. *et* Off. 1 c. 33. Studioſe defenſitabat ſententiam Idem Acad. 4 c. 45. Summa ope defenſitavit Gell. 2, 25.

DEFENSOR, oris. c. Verbale. [ὑπερασπιστής, ἀπολογούμενος] *Qui defendit.* Cic. Verr. 1, . . Sed ego defenſorem in mea perſona, non accuſatorem maxime laudari volo. Cauſarum Ammian. 28, 1. Defenſor necis, *Quaſi propulſator, qui mortem arcet et prohibet* Cic. pro Milon. c. 22 Conſeruatores domini, vltores ſceleris, defenſores necis. *Sic* Defenſor periculi Idem pro Muraen. c. 2. Calamitatum Id. Diu. in Caec. c. 4. Paterni iuris defenſor, et quaſi patrimonii propugnator ſui Cic. de Orat. 1, 244. Cuſtos, defenſorque iuris et libertatis Idem pro Rabir. 12. Defenſorem ſui iuris, vltorem iniuriarum, actorem totius cauſae adoptare Id. Diuin. in Caec. 54. Moenium Ammian. 19, 1. *de militibus.* Salutis alicuius defenſor Cic. pro Milon. . . Idem pro Milon. 40 P. Lentulus Vltor ſceleris, propugnator Senatus, defenſor veſtrae voluntatis, patronus illius publici conſenſus, reſtitutor ſalutis meae. Acerrimus defenſor, *vid.* ACER. Aſſiduus defenſor et propugnator fortunarum alicuius Cic. poſt redit. in Senat. 37 ſ. *extr.* Bonus defenſor Quinctil. 5, 13. Defenſor vobis adero Liu. 36, 35. *Add.* Hor. Sat. 2, 5, 30. Acerrimum defenſorem alicuius in re aliqua ſe oſtendere Cic. Fam. 1, 1. Non defenſoribus iſtis Tempus eget Virg. Aen. 2, 521. Periculi Cic. pro Muraen. c. 2. *i. depulſor.* Idoneus ſuae rei defenſor Quinctil. 4, 1. Vlp. in l. Et primo D. ad Senatuſc. Vellcian. Sed et ſi Mulier defenſor alicuius exſtiterit, *etc.* Defenſor, *apud Iuriſconſultos, tametſi a procuratore non vſquequaque diſtet, dicitur, qui abſque mandato cum ſola ſatisdatione alterum in iudicio defendit, atque tuetur, vt eſt in* l. minor. cum duab. ſeq. D. de procurat. Defenſores ciuitatum *ſiue* locorum, *Magiſtratus quidam erant ſimiles Tribunis plebis, atque ideo* defenſores plebis *appellantur* in l. 1. C. de off. iurid. Alex. Defenſores, *Milites quidam vocabantur, qui ex acie nunquam exibant, nec excurrebant, ſed ordines ſemper ſeruabant. Vſus eſt* Mauricius, *qui* de militia Romana *Graece quidem ſcripſit, multis tamen et Latinis et barbaris vocabulis adſperſis. Annot. Turneb.* Defenſores ciuitatum, Domus principis, Eccleſiarum, Pauperum, Plebis, Senatus, *ſequioris aeui appellationes et munera, de quibus inſtar omnium eſſe poteſt Iac. Gothofr. ad Cod. Theodoſ.*

DEFENSIO, ōnis. f. Verbale. [προστασία, ἀπολογία] Cic. Acad. 4 Vt ea pars defenſionis relinquatur. Defenſio, *apud Iuriſconſultos, pro Excuſatione*, l. ſi Reipublicae D. de vſur. *Item pro exceptione vſurpatur* l. 1 C. de iur. et fact. igno. l. ſiquidem D. de except. Defenſio plena accipietur, *vt ait* Vlp. in fine l. Item ait praetor D. ex quib. cauſ. maior. ſi et iudicium non detractetur, et iudicatum ſolui ſatisdetur. Cic. Fam. 1, 7 Nam noſtra Propugnatio, ac defenſio dignitatis tuae, propter magnitudinem beneficii tui, fortaſſe plerisque officii maiorem auctoritatem habere videatur, quam ſententiae. Criminis defenſio Idem pro Milon. . . Innocentiae defenſio ſaepe multorum improbitate intercluſa reſpirat Id. pro Cluent. . . Iuris defenſionem ſuſcipi poſſe, etiam in confeſſione facti Cic. pro Milon. 15. Breuis defenſio Idem pro Caelio 9. Facilis et prompta defenſio Id. de Orat. 1, 237. Fortis et inuicta defenſio ſalutis meae, *vid.* INVICTVS. Iniquior defenſio, *vid.* INIQVVS. Mala et improba defenſio, *vid.* IMPROBVS. Magnifica et praeclara defenſio, *vid.* MAGNVS. Praeclara defenſio facinoris Cic. in Vatin. . . Timida defenſio Quinctil. 7, 2. Accipere vultu truci defenſionem Tacit.

Tacit. Hiſt. 4, 34. Afferre in defenſionem, *vid.* AFFERO. Comparabit defenſionem ex conſtitutionibus ab actore inductis defenſor Cic. de Inuent. 2, . . Conterere defenſionem obliuione, *vid.* CONTERO. Cic. pro Milon. . . Nam qui non poenam confeſſioni, ſed defenſionem Dedit, is cauſam interitus quaerendam, non interitum putauit. Deſiſtere a defenſione Caeſ. B. C. 2, 12. Habere defenſionem in iudicio Cic. Bruto 12. Patefacere defenſionem, *vid.* PATEFACIO. Cauſam dubiam facere defenſionis ſolicitudine Quinctil. 1, 10 p. 109 B. Cic. pro Milon. . . Neque auxilium modo defenſioni meae, verum etiam ſilentium Pollicentur. Probare defenſionem ſuam aliquibus Idem pro Milon. . . Suſcipere defenſionem dignitatis alicuius, et in ea permanere Id. Fam. 8. *Add.* ib. 1, 9. Cic. Verr. 2, . . Neque nunc tam mihi iſti Verrem defendere videntur, quam in Verre defenſionis tentare Rationem. Vti defenſione aliqua Idem Verr. 4 (2) c. 10.

DEFENSATRIX, icis. f. Cic. in Timaeo de Vniuerſ. *teſte* Priſciano p. 245.

DEFENSACŬLVM, i. n. Adhelm. de Virg. c. 41 Fidei defenſaculo fretus.

DEFENSŌRIVS, a, um. Adi. Tertull. aduerſ. Marc. 2, 14. *Add.* Vitr. 10, 19. *in lemmate.*

DEFENSITATIO, ōnis. f. Auguſtin.

DEFERBEO, *vid.* DEFERVEO.

DEFERO, fers, tŭli, lātum, ferre. [κατακομίζω] *De loco in alium ferre.* Plaut. Amph. 2, 2, 69 Quid ſi e portu nauis huc nos dormientes detulit? Deferri naui ad vlterioris Rheni litus, *laud. ex* Plin. 8, 19. Deferre literas alicui Idem Trinum. 4, 2, 107. Et ad aliquem Caeſ. B. G. 5, 45. Dotem viro *dicitur* vxor Plaut. Merc. 2, 1, 15 *et* 17. Aliquid ad aliquem Idem Aſin. 5, 2, 35. *Et* deferre in aliquem locum Cic. Att. 12, . . In portum Plin. 12, 19 ſ. 42. In abruptum barathrum Catul. 66. (*al.* 67) 108. Quinctil. 1, 12 Videlicet vt corpora infantium nec caſus, quo in terram toties deferuntur, tam grauiter affligit. Deferar in vicum vendentem tus et odores Hor. Epiſt. 2, 1, 269. Deferre *de rebus, quae venum exponuntur. Vid. Gronou. ad* Liu. 34, 9. *Id. Mantiſſ. Pec. vet. c. 5. Salmaſ. ad* Tertull. de Pallio p. 454. Petron. c. 12. Virg. Ecl. 8, 59 Praeceps aërei ſpecula de montis in vndas Deferar. Per praecipitia deferri Quinctil. 1, 10. Cic. de Inuent. 2, . . Ne forte varietate, et diſſimilitudine rerum deductus alicuius animus in quendam errorem Deferatur. Liu. 5, . . Ruinaque tota prolapſa acies in praeceps deferri. Defertur Acheron in ſinum Ambracium Plin. 4, 1. Idem 31, 1 In caelum migrare aquas, animamque etiam herbis vitalem inde deferre. ¶ 2 *Metaphoras patitur innumeras.* Ad quamcunque diſciplinam quaſi tempeſtate deferri Cic. Acad. 4, . . Deferre ſtudium ſuum et laborem ad aliquem, *eſt Vltro ad amicitiam prouocare, et amicitiam offerre* Cic. Fam. 6, 6. Idem Fam. 6, 10 Vniuerſum ſtudium meum et beneuolentiam ad te defero. Artem deferre, *i. profiteri et a magiſtratu copiam eius exercendae petere. Vid.* Caſaub. ad Sueton. p. 166 B. 2. Auctoritatem, gratiam, copias, opes ad aliquod negotium conficiendum deferre alicui Cic. pro Flacc. 14. Idem Verr. 2, 29 Etenim reuera multo magis eſt petendum ab hominibus, ſi ſalui eſſe volumus, vt eant nobiſcum in prouinciam, quam hoc illis in beneficii loco deferendum. Cauſam ad patronum deferre *dicitur* litigator, *quum eum conſulit, et ei controuerſiae ordinem argumentumque exponit*: Cic. Verr. 5, . . Reliqua eſt cauſa Iudices, non iam recepta, ſed innata: non delata ad me, ſed in animo ſenſuque meo affixa atque inſita. Idem pro Flacc. c. 22 Quae ſi ciuitas per bonos viros grauesque homines querelas ad vos detuliſſet, *etc.* Querelas ad aliquem, *pro Queri* Liu. 29, . . *Sic* Caeſ. B. G. 5, 28 C. Arpineius et Iunius quae audierant, ad legatos deferunt. Ad Senatum Deferre Cic. Att. 1, 16. Rem ad populum detulit Idem Off. 3 c. 31 *extr. Al.* retulit. Cic. Verr. 4 c. 39 Sopater flens iterum ad Senatum defert. Idem Fam. 3, 8 Tu cum eiusmodi ſermones ad te de me delati ſunt, non debuiſti credere. Virg. Aen. 4, 299 Eadem impia fama furenti Detulit, armari claſſem, curſumque parari. Animo amiciſſimo inſidias alicui paratas ei deferre Cic. pro Planc. 100. Conſilia ad aduerſarios Idem pro Cluent. 143. Caeſ. B. C. 1, 9 Petit ab vtroque, quando Pompeii Mandata ad ſe detulerint, ne grauentur ſua quoque ad eum poſtulata deferre, ſi paruo labore magnas controuerſias tollere, atque omnem Italiam metu liberare poſſent. Mandata ab aliquo Cic. pro Sulla . . Nuntium alicui Idem pro Corn. Balbo. . . Ad coniectorem Id. de Diuin. 2, 134. *Habet etiam locum in* Cenſu profitendo. Vlp. in l. Forma D. de Cenſibus, Forma cenſuali cauetur, vt agri ſic in cenſum referantur: nomen fundi cuiusque et in qua ciuitate, et in quo pago ſit, et quos duos vicinos proximos habeat: et aruum, quod in decem annis proximis ſatum erit, quot iugerum eſſe videatur. Vinea quot vites habeat: oliuetum quot iugerum et quot arbores habeat: pratum, quod inter decem annos proximos ſectum erit, quot iugerum: paſcua, quot iugerum eſſe videantur: item ſiluae caeduae. Omniaque ipſe qui defert, aeſtimet. *Vid.* Cenſus *in* CENSEO. Cic. pro Lege Manil. 69 c. 24 Quidquid auctoritate, fide, conſtantia poſſum, id omne ad hanc rem conficiendam tibi et Pop. Romano polliceor et defero. Denegare *et* Deferre, *contraria* Idem de Orat. 2, . . *Et* pro Caelio, . . Ea non petenti detulerunt, quae multis petentibus denegarunt *Add.* Fam. 1, 5. Ad vnum omnia delata ſunt Cic. Fam. 4, 9. *i. peruenerunt, in poteſtatem illius venerunt.* Vltro deferre aliquid alicui Idem Fam. 4, 13. *Et* pro Archia . . Teſtamentum ſaepe fecit noſtris legibus, et adiit hereditates ciuium Romanorum, et in beneficiis ad aerarium eſt delatus a L. Lucullo Praetore et Conſule. Signa ſunt et argumenta, quibus vult probare ciuem eſſe Archiam, licet non fuerit cenſus. *Conf.* Manut. ad Cic. Fam. 5, 20. *Gronou. de Pec. Vet.* 3, 17. *Sic* Cic. pro Balbo 63 c. 28 In conſulatu praefectum fabrum detulit *int.* in beneficiis. *Et* Fam. 5, 20 Quod ſcribis de beneficiis, ſcito a me et tribunos militares, et praefectos, et contubernales duntaxat meos delatos eſſe. Cic. in Piſon. . . Homini ille Honorem, non generi, moribus, non maioribus meis: virtuti perſpectae, non auditae nobilitati deferebat. *Add.* pro Roſc. Com. c. 9. Cic. pro Domo c. 9 Quem crudelitatis auctorem fuiſſe dixeras, ad hunc honorem et imperium extra ordinem nominatim rogatione tua detuliſti, *etc.* Clamore imperitae multitudinis, nullo publico conſilio publicum munus ad aliquem deferre Idem pro Ligar. . . *Et* Verr. 5, . . Sed non idem mihi licet, quod iis, qui nobili genere nati ſunt, quibus omnia Pop. Rom. Beneficia dormientibus deferuntur. Cic. Att. 11, . . Si quas habuimus facultates, eas tum Pompeio, quum id videbamur ſapienter facere, detulimus. Idem Att. 4, 18 Hibernam legionem eligendi Optio delata. Liu. 23, . . Ego, ſi quis de Pace conſulet, ſeu deferenda hoſtibus, ſeu accipienda, habeo quid ſententiae dicam. *Legitur et disiunctim in aliquibus codicibus*, De ferenda. Cic. de Orat. 2, 227 Et illud quidem admiror, te nobis in eo genere tribuiſſe tantum, et non huius rei quoque Palmam, vt caeterarum, Craſſo detuliſſe. Idem pro Corn. Balb. . . Poteſt eſſe vlla denique maieſtas, ſi impedimur, quo minus per Pop. Rom. beneficiorum virtutis cauſa tribuendorum Poteſtatem imperatoribus noſtris deferamus? *Et* Att. 13, 13 Ligarianam praeclare vendidiſti: poſthac quicquid ſcripſero, tibi Praeconium deferam. Praemium dignitatis alicui Cic. pro Flacc. 1. Primas alicui Idem Att. 1, . . *Et* in Orat. 9 Cui Primae ſine controuerſia deferebantur. Cic. Att. 8, 3 Sed ſit, deferet Triumphum: non acciperene periculoſum ſit? an accipere, inuidioſum ad bonos? Cic. de Amicit. . . Quod ſi etiam poſſis quiduis deferre ad alterum, videndum eſt tamen, quid ille poſſit ſuſtinere. Idem pro Cluent. . . . Etenim non modo auctoritatem, ſed etiam nomen iudicum amittemus, niſi hic ex ipſis cauſis iudicabimus, ac ſic ad cauſas iudicia iam facta domo deferemus. Indicium ad Praetores Liu. 24. *i. indicare.* Rationes deferre Cic. Fam. 5, 20. Liu. 1, . . Omnes Numae Pompilio regnum deferendum decernunt. *i. Offerendum atque tradendum.* Summam imperii alicui Nep. 23, 3, 1. Studium et beneuolentiam ad aliquem deferre Cic. Fam. 6, 10. Voluntatem ſuam ad aliquem Idem Fam. 6, 22. ¶ 3 Deferre aliquem, *pro Accuſare:* Tacit. Ann. 14, 18 Maieſtatis delatus eſt. Idem Ann. 6, 47 Dein multorum amoribus famoſa Albucilla defertur impietatis in principem. Deferre Nomen alicuius: Cic. Verr. 1, . . Longo interuallo veterem conſuetudinem retuli, et rogatu ſociorum atque amicorum Pop. Rom. meorum autem neceſſariorum, nomen hominis audaciſſimi detuli. Nomen amici mei de ambitu detulit Cic. pro Cael. 76 c. 31. *Add.* ibid. 56 c. 23. Deferre nomen alicuius de repetundis Cic. Verr. 2, . . Deferre nomen, *et* Accuſare, *differunt. Nam* Deferre nomen *dicitur, qui legibus interrogat apud Praetorem, vt ſi interrogatus neget, eius nomen in reos referatur: nam* Deferre nomen *idem eſt, quod Reum facere.* Accuſare *vero, eſt Agere cauſam, et ſuum reum in iudicium adducere.* Terent. l. 10 D. de iur. patron. Qui nomen detulit, accuſaſſe intelligendus eſt. *De patrono loquitur, qui ſi liberti nomen detulerit, non minus a bonorum poſſeſſione remouetur, quam ſi accuſarit Hotoman.* Deferre crimina de aliquo ad Senatum Liu. 39, . . Defertur fur ad Senatum per iudicem Sueton. in Neron. . . . Senatui Nep. 23, 12, 2. Maleficium alicuius ad iudicium Cic. pro Caelio 76 c. 31. Idem de Lege Agr. 3, . . Commodius feciſſent Tribuni pleb. Quirites, ſi, quae apud vos de me deferunt, ea coram potius me praeſente dixiſſent. Deferre, *pro Indicium facere.* Sen. in Epiſt. . . . Videamus, hoc quod concupiſcimus, quanti deferatur.

DELĀTVS, a, um. Partic. [ἐγκληθεὶς] Cic. de Inuent. 2, . . Vt in quodam iudicio, quum venefici cuiusdam nomen eſſet delatum, *etc.* Diuinitus ad nos delatus vir Cic. de Orat. 1, . . Delatus honor Sil. 16, . . Id Carthaginem delatum publice comprobatum eſt Nep. 23, 3, 1. Id delatum accipere noluit Idem 15, 4, 4. A duobus indicibus delatus Curt. 7, 1, 6. Indicium delatum ſupprimere Idem 6, 9, 8.

DELATIO, ōnis. f. [ἔγκλημα] *Vix aliter reperias hoc nomen vſurpari, quam de* nominis criminisque *apud iudicem delatione ſ. indicatione, quae accuſationem, vt vidimus, praecedit.* Plin. 14, 9 *extr.* Hoc (*muſtum*) protinus diffuſum lagenis ſuis deferuere paſſi, poſtea in ſole quadraginta diebus torrent aeſtatis ſecutae. Cic. Verr. 5, 25 Nuper quum in P. Gabinium vir fortiſſimus et innocentiſſimus L. Piſo delationem nominis poſtularet, *etc.* Cael. Ciceroni Fam. 8, 6 Illud mihi occurrit, quod inter poſtulationem et nominis delationem, vxor a Dolabella diſceſſit. Delatio nominis et capitis periculum Cic. pro Cluent. c. 8. Tacit. Hiſt. 4, 41 Crebris apud Neronem delationibus famoſos. Cic. de Diuin. Verr. 49 Ecquis vnquam tam palam de honore, tam vehementer de ſalute ſua contendit, quam ille atque illius amici, vt ne haec mihi delatio detur? Factitare delationes Tacit. Hiſt. 2, 10. *h. e. quod* in Bruto Accuſationes factitare Cicero *dixit* 130. Subire delationem Tacit. Ann. 11, 29.

DELATVRA, ae. f. Tertull. adu. Marc. 5, 18. Vulgat. Sirac. 26, 6.

DELĀTOR, ōris. m. Verbale. [ἐνδείκτης, φιλεγκλήμων, μηνυτὴς] *Occultus accuſator dicitur, et calumniator.* Plin. in Paneg. 35, 1 Delatorum claſſis permiſſa omnibus ventis. Martial. Spect. 4. Et delator habet quod dabat exilium. *Vid.* Sueton. de Domitian. c. 9. Delatores legis Papiae Idem Neron. c. 10. *Vid.* Plin. Paneg. c. 34. 35. 36. *qui locus claſſicus eſt.*

DELATORIVS, a, um. Adi. Curioſitas l. 6 D. de Iuris et Facti ignor.

DEFERVEO, bui *et* vi, ēre. [ἀποζέω] *vel* DEFERVESCO, ĕre. *De ſummo feruore vel inteſtino illo, a quo* fermentum *dicitur, vel eo, qui ab igne admoto efficitur, aliquid remittere. De priore* Columel. 9, 15, 13 Dum muſteus fructus deferueſcat. Deferueſcit muſtum Scribon. 269. *De altero genere, vbi feruor ab igne eſt*, Cato 96, 1 Vbi lupinus deferbuerit. ¶ 2 *Metaph. pro Miteſcere et placidum fieri.* Cic. in Orat. 107 Quantis illa clamoribus adoleſcentuli diximus, de ſupplicio parricidarum? quae nequaquam ſatis deferbuiſſe, poſt aliquanto ſentire coepimus. *Translatum eſt a vino in lacu, vel dolio potius feruere deſinente, quod iam auſteritatem accipit: quae auſteritas ad iudicium iam maturum transfertur.* Cic. pro Caelio 43 Iam iſta deferbuerint: iam aetas omnia, iam iſta dies mitigarit. Ter. Adel. 1, 2, 72 Sperabam iam deferbuiſſe adoleſcentiam. Cic. pro Caelio c. 18 Summi homines et clariſſimi ciues fuerunt, quorum quum adoleſcentiae cupiditates deferbuiſſent, eximiae virtutes firmata iam aetate exſtiterunt. Varro de R. R. 2, 2, 11 Aeſtus deferueſcunt. Cic. Tuſc. 4, 78 c. 36 Aut rogandi, orandique ſunt, vt ſi quam habent vlciſcendi vim, differant in tempus aliud, dum deferueſcat ira.

DEFERVEFĀCIO, ĕre. [ζεοποιέω] *Facere coquendo, vt deferueſcat, i. vehementer, certe ſatis ferueſcat.* Cato 157, 9 Tormina quibus moleſta erunt, ſic facito. Braſſicam macerato bene: poſtea in aulam coniicito: deferuefacito bene. Vbi cocta erit bene, aquam defundito. Eo addito oleum bene, et ſalis paullulum, et cuminum et pollinem polentae. Poſtea ferue bene facito, *etc.* Plin. 23, 7 ſ. 64 Radix *caprifici* deferuefacta in vino, dentium dolores *ſedat.* Rurſum 20, 7 ſ. 26 *de Caulibus Lactucae*, Deferuefacti hi caules, et ſtomacho vtiliſſimi traduntur. Aër deferuefactus in pulmone Varro *ap.* Lactant. de Opif. D. c. 17. Semen deferuefactum in aqua Plin. 26, 15. *Add.* Vitruu. 8, 5.

DEFETISCOR, ēris, DEFESSVS ſum, *vt ait* Priſcianus, defetiſci. [καταπονοῦμαι, κοπιῶμαι] *Labore deficere.* Ter. Phorm. 4, 1, 23 Neque defetiſcar vnquam ego experirier, Donec tibi id, quod pollicitus ſum, effecero. Cic. Fam. 10, 28 Senatumque iam Langueſcentem et defeſſum ad priſtinam virtutem conſuetudinemque reuocaui. Omnibus medullis defeſſus Catul. 53, 30. Cic. Fam. 2, 3 Neque quiſquam eſt, quin Satietate iam defeſſus ſit. Defeſſus ſum quaerere Plaut. Epid. 5, 2, 55. Defeſſus ſum quaeritando Idem Amph. 4, 1, 6. Ambulando Ter. Adel. 4, 6, 1. Ego vapulando, ille verberando vſque, ambo defeſſi ſumus Ibid. 2, 2, 5. Defeſſus ſum ab gerunda aqua Plaut. Poenul. 1, 2, 14. Defeſſus ſum ridendo de te Ter. Eun. 5, 7, 7. Ouid. Met. 198 Defeſſa iubendo eſt Saeua Iouis coniux: ego ſum indefeſſus agendo. Cedo defeſſus malis Sen. Medea 518. Defeſſus recreatur Plin. 27, 12. Defeſſus acie Stat. Theb. 12, 497. *Vulgo* Defenſos. *Vid.* ACIES. Defeſſus cultu agrorum Cic. pro Lege Agr. 12. *Sic* Defeſſus labore diſputationis Idem de Orat. 2, 234 c. 57. Defeſſa ac refrigerata accuſatio Id. Verr. Act. 1, 31. Animi forenſibus negotiis atque vrbano opere defeſſi, geſtiunt ac volitare cupiunt vacui cura atque labore Cic. de Orat. 2, 23 c. 6. Ouid. Triſt. 3, 12, 22 Defeſſos Artus virgine tinguit aqua. Aures conuitio defeſſae conquieſcant Cic. pro Archia 12 c. 6. Membra labore Catul. 48 (*al.* 50) 14. Cic. pro Cluent. 177 Quum iam tortor atque eſſent tormenta ipſa defeſſa.

DEFETISCENTIA, ae. f. Tertull. de Anima c. 43.

DEFĬCIO, ēci, ectum, ĕre. [ἀπογορεύω, ἐκλείπω, ἀπολείπομαι, ἀφίσταμαι] *Relinquere et deſerere; et ſic habet paſſiuum: pro Deſum, vel Defetiſcor, neutrum eſt.* Cic. Verr. 1, 31 Vererer, ne mihi crimina non ſuppeterent, ne oratio deeſſet, ne vox viresque deficerent. Puppibus aequor Deficit Stat. Achil. 1, 446. Celſ. 1, 17 Atque hic quoque habenda virium ratio eſt, neque committendum, vt per aeſtum anima deficiat. Animantes, quum calor defecerit, tum interire Cic. de Nat. Deor. 3, 35. In cauſa Aliquem deficiunt omnia Idem pro Fonteio 24. Deficiunt Artes, deficiuntque Doli Tibull. 1, 4, 82. Dolor me non deficit Cic. Verr. 5, 157. Glandes atque arbuta ſiluae Deficerent Virg. Georg. 1, 149. Linguam defecerat humor Ouid. Met. 9, 566. *De hoc Accuſatiuo vid. Drakenb. ad* Sil. 8, 661. *et* 10, 193. Noctis lentus non deficit Humor Virg. Georg. 1, 290. h. e. Non deficit. Vnde et qui deſerunt exercitum ad hoſtes tranſeuntes, Defectores vocantur. Seruius. Cic. in Catilin. 3, . . Ita eum non modo ingenium illud, et diſcendi exercitatio, qua ſemper valuit, ſed etiam propter vim ſceleris manifeſti atque deprehenſi, impudentia qua ſuperabat omnes, Improbitaſque defecit. Ouid. Faſt. 2, 123 Deficit Ingenium maioraque viribus vrgent. Deficiunt *ſidera cum quaſi amittunt vires lucendi, et ad tempus defetiſcuntur.* Luna deficit nocturno tempore Plin. 2, 10 ſ. 7. Cic. de Diuin. 1, 121 c. 43 Si Luna paullo ante Solis ortum defeciſſet, *etc.* Interpoſitu, interiectuque terrae repente Luna deficit Cic. de Nat. Deor. 2, 103. *Sed* Prop. 3, 3, 49 *occaſum tantum ſignificare videtur*, Qua venit exoriens, qua deficit: vnde coactis Cornibus in plenum menſtrua Luna redit: *niſi tamen* deficere *velis ad decreſcentem Lunam referre.* Lucret. 5, 885 Membraque deficiunt fugienti languida vita. Deficiunt ad coepta Manus Ouid. Met. 8, 492. Memoria deficit Cic. de Fin. 2, 44. Idem de Clar. Orat. 93 Dein quum otioſus ſtilum prehenderat, Motuſque omnis animi, tanquam ventus hominem defecerat, flacceſcebat oratio. *de Galba Oratore.* Sectantem laeuia nerui Deficiunt animique Hor. Art. Poët. 27. Ouid. Met. 12, 567 Sed rupti vulnere nerui Deficiunt, motumque negant viresque volandi. Prudentia deficit illum Cic. de Clar. Orat. c. 24. Latera et vox me deficiunt Idem Verr. 1, 31. Res eos iampridem, fides deficere nuper coepit Id. in Catilin. 2, . . Res frumentaria ipſos deficere coepit Caeſ. B. G. 2, 10. Cic. Q. Fratr. 2, 15 Omnia colligo, vt noui ſcribam aliquid ad te: ſed vt vides, Res me ipſa deficit. Virg. Aen. 6, 196 Tuque o dubiis ne defice rebus Deûm parens. *h. e.* Deſerere noli in rebus incertis. Seruius. Sanguis et vires illum deficiunt Caeſar 7, 50 vlt. Lucret. 3, 546 Quando hominem totum magis ac magis vndique Senſus Deficit, et vitae minus et minus vndique reſtat. Cic. in Somn. Scip. 17 Namque vt olim deficere Sol hominibus, extinguique viſus eſt, *etc.* Cic. Fam. 4, 6 Sed opprimor interdum, et vix reſiſto dolori: quod ea me Solatia deficiunt, quae caeteris, quorum mihi exempla propono, ſimili in fortuna non defuerunt. Spes deficit, non voluntas Cic. Att. 7, 20. Studia cuncta aetate exacta deficiunt Idem pro Deiot. 28. Tempus deficit ad bellum gerendum Idem pro Roſc. Amer. c. 32 *pr.* Tempus hercle te citius, quam oratio deficeret Id. pro Roſc. Amer. 89 c. 32. *Sic* deficiet me iam dies, nox, *etc.* pro Caelio 29. Liu. 28, 41. Caeſ. B. G. 3, 5 Non ſolum vires, ſed etiam Tela noſtris deficerent. Vires deficiunt aliquem Cic. de Orat. 1, 199. Vita diſcentes deficit Idem de Orat. 3 c. 23. *Et* Verr. 5, 71 Si me in ea querimonia quam ſum habiturus de iſtius crudelitate, et de ciuium Romanorum indigniſſima morte, non modo vires, verumetiam Vita deficiat, id mihi praeclarum et iucundum putem? Vox eum defecit in illo loco Cic. Fam. 7, 1. Deficit in mucronem figura Plin. 2, 10 ſ. 7. *i. Deſinit, hoc eſt*, Habet mucronem. Deficere malle quam deſinere Quinctil. 12, 11. *de oratore ſene.* ¶ 2 Deficere, [ἀφίσταμαι] *Deſiſtere, et a ductu alterius recedere et rebellare.* Salluſt. in Iugurth. . . Quod oppidum primum omnium poſt malam pugnam ab rege defecerat. Caeſ. B. G. 5, 25 Ille veritus, ne ciuitas eorum impulſu deficeret. Plane ab aliquo Cic. Fam. 7, 12. Ab aliquo ad alium Id. ib. 14, 3. Liu. 2, . . Eodem anno duae coloniae Latinae, Pometia et Cora, ad Aruncos deficiunt. *i. a* Romanis deficiunt, et ad Aruncos ſe conferunt. Caeſ. B. G. 2, 14 Ab Heduis defeciſſe. Cic. de Fin. 2, 79 Sed quid ages tandem, ſi vtilitas ab amicitia (vt ſaepe fit) defecerit? *i. Si nulla vtilitas percipitur ex amicitia.* A dignitate ſua Idem pro Sulla 35. *Et* de Amicit. c. 11 Difficile eſt amicitiam manere, ſi a virtute defeceris. A ſe ipſo, *eſt Mores mutare:* Cic. Fam. 2, 16 Illud miror, adduci potuiſſe te, qui me penitus noſſe deberes, vt exiſtimares aut me tam improuidum, *etc.* aut tam inconſtantem, vt collectam gratiam florentiſſimi hominis effunderem, a meque ipſe deficerem, *etc.* Idem de Fin. 3, . . Saepe officium eſt ſapientis, deficere a vita. *Legitur in emendatioribus codicibus* Deſciſcere. ¶ 3 Deficere, *pro Defetiſci, Neutrum.* Martial. 2, 6 Laſſus tam cito deficis viator. Cic. Acad. 4, 7 Tamen nec illi defecerunt, neque nos ſtudium exquirendi defatigati relinquemus. Idem Att. 1, 11 Ne vna plaga accepta P. C. conciderent, ne deficerent. *Et* de Senect. c. 9 Nec vlli bonarum artium magiſtri non beati putandi, quamuis conſenuerint vires atque defecerint. Deficere animo, animis, viribus Cic. pro Roſc. Amer. 10 c. 4. Martius Rufus Quaeſtor in caſtris relictus a Curione, cohortatus ſuos, ne animo deficiant Liu. 26, . . Caeſ. B. G. 7, 30. Scribon. 189 Animo ſubinde linquuntur deficiuntque. Varr. de R. R. 3, 16, 34 Ne deficiant animum. *de Apibus.* Columel. 3, . . *de Vite*, Quumque tranſtuleris de humido in aridum locum, vide ne priſtino alimento deficiat. Idem . . . Commode fluunt, nec deficiunt macro ſolo. Valer. Argon. 2, 597 Ne defice Coeptis. Diſcurſibus Valer. Argon. 5, 427. Ouid. Met. 9, 635 Tum vero moeſtam tota Miletida mente Defeciſſe ferunt. Sueton. de Clar. Gram. 3, 5 Quum iam non greſſu modo deficeret, ſed et viſu. ¶ 4 *Paſſ.* Columel. 3, . . Iugatum quadam parte deficitur, quadam ſuperat. Cic. pro Cluent. c. 65 En hoc illud eſt, quod ante dixi, mulier abundat audacia, conſilio et ratione deficitur. Deficiuntur animo Scribon. 191. Deficior prudens artis ab arte mea Ouid. Her. 5, 150. Seianus — non Merito, ſed Materia adipiſcendi triumphalia defectus eſt Vell. 2, 116, 3. Vſu nauium Frontin. Strat. 1, 7, 1. Deficitur aqua ſalienti haec amoenitas Plin. Ep. 2, 17.

DEFICIENS, entis. Partic. [ἐκλείπων] Cic. Tuſc. 1 c. 30 Qui quum acriter oculis deficientem ſolem intuerentur, vt adſpectum omnino amitterent, *etc.* Vel ſuperans aliquid vel deficiens Celſ. 1 praef. Ales deficiens cadit Sen. Herc. Oet. 1047. Ouid. in Ibin 524 Inuiſus pereas deficiente cibo. Deficiens animo moeſto cum corde iacebat Lucret. 6, 1231. Ouid. Triſt. 5, 13, 28 Vtque ſolebamus conſumere longa loquendo Tempora, ſermoni deficiente die.

DEFICIENTIA, ae. f. Paullinus Nolanus 23 n. 8 Ad Deficientiam indeficientem.

DEFECTVS, a, um. Partic. [ἐκλελοιπώς] *A* Deficio *vel* Deficior, *habet interdum ſignificationem actiuam in voce paſſiua. Vt*, Martial. 13, 77 Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipſe ſui. Pecuaria defecta tabe Grat. 435. Defectae ſenectutis homo Vlpian. in l. arboribus §. de illo D. de vſufruct. Defecta labore ſenectus Quinctil. Decl. 13, 2 p. 273. Defecta ſenio arbor Columel. 5, 6, 37. Marcido pallore defecta tremensque Apul. Met. 5. Dentibus defecti, *i. Edentuli* Plin. 8, 16. Idem 20, 14 Magna ſocietas cum hac ad recreandos defectos Animo, pulegio. Annis et deſertus viribus Phaedr. 1, 22. Laſſa ſaluteque defecta Apul. Met. 5. Defecta virginis ora Val. Flacc. 2, 463. Aetate Vlp. in l. 3 §. Ignoſcatur D. de S. C. Syl. Accuſatio verbis aucta, argumentis defecta Apul. Apol. . . *Conf.* l. 12 §. 3 ff. de vſufr. l. 11 §. 1 de vſur. *Salmaſ. in* Tertull. de Pallio p. 197 ſq. *Borrich. Cogit. p. 296.* Cic. Att. 13, 23 Libri ad Varronem non morabantur. Sunt enim defecti, vt vidiſti, tantum librariorum menda tolluntur. *Sed multa hic comminiſcuntur viri docti.* Defectus, *paſſiue* [ἐκλελειμμένος] *pro Deſtitutus.* Ouid. in Ibin 119 Sitque (quod eſt rarum) ſolito defecta fauore Fortunae facies inuidioſa tuae. Aqua, ciboque defecti Quinctil. 3, 8. Solo moeret defecta cubili Valer. Argon. 7, 116. Genibus defectus Stat. Theb. 6, . . Sol lumine Tibul. 2, 5, 76. Celſ. 1, 8 Quae neque peperit, neque grauida eſt, ſi lac habet, a menſtruis defecta eſt. Sen. Hippol. 374 Vadit incerto pede, iam viribus defecta. *Compar.* Defectior oratione Apul. Flor. *extr.* In planis ſpeculis ferme pares obtutus et imagines videntur, in tumidis vero et globoſis omnia defectiora, at contra in cauis auctiora Apul. Apol. p. 283. *Superl.* Col. 1 praef. 12 Sed ſiue fundum locuples mercatus eſt, e turba pediſequorum lecticariorumque, defectiſſimum quemque annis et viribus in agrum relegat. ¶ 2 *Subſtant.* Cic. pro Sext. 133 c. 64 Ille ad eos, a quibus audiebatur, quotidie aliquid defecti afferebat. *Sed videtur locus corruptus. Varia molitur Manutius, in quibus maxime probatur Lambino, et ſententiae conuenit*, aliquid de me ficti. *Propius ad literas* aliquid effic̄ti.

DEFECTVS, ûs. m. [ἔκλειψις, ἀπόλειψις] Liu. 4, . . Defectus alibi aquarum circa torridos fontes riuoſque, ſtragem ſiti pecorum morientium dedit. His vicibus humana variantur, vt defectui ſuccedat vbertas Symm. Epiſt. 7, 23. Plin. 11, 37 ſ. 70 Ideo non viuere hominem vltra centeſimum annum defectu cordis. Plin. 20, 2 ſ. 6 Ipſe cucumis odore defectum animi, *ſubaud.* Sanat. Defectus ſolis et lunae Gell. 2, 5. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 19 Neque ſolum eius ſpecies ac forma mutatur, tum creſcendo, tum defectibus in initia recurrendo: ſed etiam, *etc. de Sole.* *Et* Plin. 25, 2 ſ. 5. Defectus varii ſolis Virg. Georg. 2, 478. Defectus velox Plin. 34, 2 ſ. 2. *de Aeris Generibus. Eodem ſignificatu dixit*, Non longe aeui, et velocis defectus. Defectus ſtomachi praecipue excitat inula Plin. 19, 5 ſ. 29. Laborat luna defectu Claud. Epigr. de Magnete (4) 48, 3.

DEFECTIO, ōnis. f. [ἀπόστασις] *Proprie eſt Receſſio aut militum, aut ciuitatis a domino, vel a ſuperiore.* Liu. 1, . . Cic. Q. Fratr. 1, 4 Multa conuenerunt, quae mentem exturbarent meam, ſubita defectio Pompeii alienatio Conſulum, *etc.* Abſtinere a defectione Liu. de B. Pun. . . Attentare defectionem Liu. de B. Pun. . . Circumſpectare defectionis tempus Liu. de B. Pun. . . De defectione patris detulit Nep. 14, 7, 1. Eſſe in defectione Liu. de B. Pun. . . Facere defectionem Liu. de B. Pun. . . Inire Liu. de B. Pun. . . Liu. . . Circeioſque et Velitras colonias iamdiu molientes defectionem, *etc.* Oriri defectionis initium Caeſ. B. G. 5, 26 *pr.* Spectare ad defectionem Liu. de B. Pun. . . Cic. Tuſc. 4, 19 c. 9 Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam, quae eſt a tota mente ac recta ratione defectio. ¶ 2 *Amiſſio virium et vigoris vitalis.* Plin. 23 Prooem. ſ. 3 Pampini ſanguinem exſcreantibus, et mulierum a conceptu defectioni diluti potu proſunt. Animi defectio Cic. Att. 3, 18. Animae defectio Celſ. 7, 23. Cic. de Senect. c. 9 Etſi ipſa defectio virium, adoleſcentiae vitiis efficitur ſaepius quam ſenectutis. Sueton. in Calig. c. 50 In adoleſcentia ita patiens laborum erat, vt tamen nonnunquam ſubita defectione ingredi, ſtare, colligere ſemet ac ſufferre vix poſſet. Tacit. 5, . . Vocarique qui recreandae defectioni cibum adferrent. ¶ 3 Defectio *eclipſis dicitur* Macrob. Sat. 6, 8. Cic. de Senect. 49 Quam delectabatur quum defectiones ſolis et lunae multo ante nobis praediceret? Idem de Diuin. 1 c. 49. *et* de Nat. Deor. 2, 153 c. 61. Quinct. 1, 10 *extr.*

DEFECTOR, ōris. m. Verbale. [ἀποστάτης] Sueton. in Neron. c. 43 Reuocatiſque ad poenitentiam defectoribus, *etc.* Tacit. Ann. 12, 50, 3: Hiſt. 3, 12, 3.

DEFECTRIX, icis. f. Tertull. aduerſ. Val. *extr.*

DEFECTIVVS, a, um. Adi. [ἐλλειπτικός] Cael. Aur. Acut. 2, 10. Tertull. adu. Valent. c. 14.

DEFECTVŌSVS, a, um. Adi. Inſtit. c. 7 §. 4 C. de ſumma Trin.

DEFĪGO, xi, xum, ĕre. [καταπήγνυμι] *Proprie eſt deorſum figere ſ. firmare: ſic plantationibus conuenit.* Columel. Arb. 2, 4 Tum in terram bene paſtinatam et ſtercoratam rectum ſarmentum defigito. *Deinde ad multa alia transfertur,* oculos, animum *etc. ad conſtantiam videndi et conſiderandi deſignandam: Exempla literarum ordine vno poſita facile eſt diſcernere in vſum proprium phyſicum, et translatum ſ. moralem.* Cic. Verr. 3 . . Aciem defixere in his veſtigiis, *etc. intuentur.* Arbos terrae defigitur Virg. Georg. 2, 290. Liu. 1, 29 Tacita moeſtitia ita defixit omnium animos, vt, *etc. immotos fecit, vt nihil conſilii alterius caperent.* Liu. 7, 10 Pauor defixerat cum admiratione Gallos. *Et* 3, 47 Stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit. *Et* 5, . . Ipſi Pauore defixi primum ſteterunt. *Huic cognata admodum ratio eſt, cum* Defigere, *eſt et Veneficiorum et Deuotionum verbum, vt* Virgil. Ciri 377 Regis Iolchiacis animum defigere Votis. Vota Iolchiaca *ſunt Deuotiones magicae, ſiue veneficae, qualibus Theſſali, gens iis rebus infamis, vti ſolebant. Auctor libri de* Herbis, *qui vulgo* Apuleio *adſcribitur,* c. 7 Si quis Deuotus, Defixusque fuerit in ſuis nuptiis, ſic eum reſoluas. Sen. Herc. Oet. 123 Hoc inquit magi dixere amorem poſſe defigi malo. *Plura vid. apud Ryckium in* Tacit. Ann. 2, 30, 4 p. 37. *Conf. mox* Nomina defigere. *it.* DEFIXIO. Cic. Acad. 4, . . Parum defigunt animos, et intendunt in ea, quae perſpicua ſunt, vt, *etc.* Cic. de Prouinc. Conſul. 8 Nihil de hac eius vrbana, quam ille praeſens in veſtris oculis mentibusque defixit, Audacia loquor. Colaphis aliquem in terram Plaut. Perſ. 2, 4, 22. Columnellas in trabibus Caeſ. B. C. 2, 10. Cultrum in corde Liu. 1, 58. Crucem defigere Cic. Verr. 4, . . *it.* pro C. Rabir. 11 c. 4. Gladium iugulo Liu. 1, 25. Curas in Reipubl. ſalute Cic. Philipp. 14, 13. Deprecationibus diris Plin. 28, 2 ſ. 4. Enſem Sil. 10, . . Furta alicuius in oculis populi Cic. Act. in Verr. 1, 7. *Hoc eſt, Ita recitare, vt non modo audiri, ſed etiam fieri videantur.* Cic. de Orat. 3 c. 8 Omiſſis caeteris argumentis in eo mentem, orationemque defigit. Ouid. Am. 3, 7, 29 Sagaque poenicea defixit Nomina cera. *An hinc illa ſignificatio, qua ad veneficia et deuotiones refertur? Vid. Heinſ. ad l.* Ouid. Amor. 2, 8, 15 Et tamen iratos in te defixit Ocellos. Cic. Philipp. 11, 10 Cuius ſanguinem non bibere cenſetis? in cuius poſſeſſiones atque fortunas non impudentiſſimos oculos ſpe et mente defigere? Oculorum aciem in terram Plin. 8, 16 ſ. 19. Plantam in hortis Ouid. de Rem. Amor. 193. *Burm.* Deponere in hortis. Cic. pro Domo 9 At quam ſententiam dixi? primum eam, quam populi ſermo in animis veſtris iam ante defixerat. Sicam in corpore Cic. in Catilin. 1 c. 6 *extr.* Crabrones ſpicula defigunt Ouid. Faſt. 3, 753. Noſtra defigere deportareque tuto poſſemus Cic. Fam. 7, 29 *pro refigere, modo ſana lectio. Certe Gron. legi vult* refigere.

DEFIXVS, a, um. Partic. [καταπεπηγμένος] Cic. Philipp. 4 c. 6 Virtus eſt vna altiſſimis defixa radicibus, quae nunquam vlla vi labefactari poteſt, nunquam dimoueri loco. Stat cuneo defixa acies Stat. Theb. 9, 677. Animus defixus malis, *id eſt, Vi malorum atque calamitatum attonitus et mentis inops atque conſilii* Claud. Paneg. 4, 486. Animus defixus in aliqua contemplatione Plin. Epiſt. 2, 1. Virg. Georg. 3, 519 Atque opera in medio defixa relinquit aratra. Cic. in Somn. Scip. 9 Quousque humi defixa tua mens erit? Hor. Epiſt. 1, 6, 14 Si, quidquid vidit melius peiusque ſua ſpe Defixis oculis animoque et corpore torpet. Obtutu haeret defixus in vno Virg. Aen. 1, 499. Id. ibid. 8, 520 Vix ea fatus erat: defixique ora tenebant Aeneas Anchiſiades, *etc.* *Et* — Defixa Latinus Obtutu tenet ora Virg. Aen. 7, 250. Cic. pro Flacc. 3 Vt omnia Reipubl. ſubſidia, totum ſtatum ciuitatis, omnem memoriam temporum praeteritorum, ſalutem praeſentium, ſpem reliquorum, in veſtra poteſtate, in veſtris ſententiis, in hoc vno iudicio poſitam et defixam putetis. Multa in eo vitia penitus defixa atque haerentia Cic. de Aruſp. Reſp. c. 26. Cic. pro Domo 103 Hanc vero in palatio, atque in pulcherrimo vrbis loco porticum eſſe patiemini, *etc.* doloris mei defixum indicium ad memoriam omnium gentium ſempiternam.

DEFIXIO, ōnis. f. Gloſſ. Lat. Gr. νεκρομαντεία, κατάδεσμοι.

DEFINDO, ĕre. Malos defindunt, fiunt tabulata falaeque Enn. *ap.* Non. 2, 351.

DEFINGO, ĕre. Panem defingere Cato R. R. c. 75. Adam nunquam figulo ſuo dixit, non prudenter definxiſti me Tertull. contra Marc. 2 *extr.*

DEFINGERE, *Piſtorum eſt vel coquorum, e maſſa maiore minores formantium,* Cat. 74 Vbi bene ſubegeris defingito, coquitoque ſub teſta. Id. 121 Et vbi definxeris, lauri folia ſubtus addito cum coques.

DEFINĪO, īui, ītum, īre. [ὁρίζω, περιγράφω] *Terminare, et quaſi finem dare.* Cic. de Amicit. 58 c. 16 Altera ſententia eſt, quae definit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus. Cic. pro Caecina . . . Eius autem fundi extremam partem oleae directo ordine definiunt. Bene dicere, Non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis ſepta teneatur Cic. de Orat. 2, 5. Vnamquamque rem certo naturae termino definire Auct. ad Heren. 3, . . Cic. de Orat. 1, 70 c. 16 Nullis terminis vt circumſcribat, aut definiat ius ſuum, quo minus ei liceat eadem illa facultate et copia vagari, qua velit. Cic. de Orat. 1, 64 c. 15 Quamobrem ſi quis vniuerſam et propriam Oratoris vim definire complectique velit, is Orator erit, *etc.* Cic. Verr. 2, . . Vt aliquando totam huius generis orationem concludam ac definiam. Aliquid breuiter illuſtrare, verbisque definire Cic. de Orat. 2 c. 39. Aedes ſibi optimas, hortos, Tuſculana, Albana definiunt Cic. Philipp. 8, 9. *i. deſtinant.* Cic. pro Quint. 84 c. 27 Tibi, quid facias, definit: te inſtituit, tibi praecepta dat. Artem definire ex rebus perſpectis planeque cognitis Cic. de Orat. 1, 108. Definire Diem Caeſ. B. Ciuil. 1, 11. *Vulgus Determinare dicit.* Cic. de Aruſp. Reſp. 53 Quas ego alias optimatum Diſcordias a diis immortalibus definiri putem? Horizon noſtrum adſpectum definit Cic. de Diuin. 2, 92. Id. pro Sextio c. 31 Qui Imperium Populi Romani orbis terrarum terminis definiſſet. *De Pompeio.* Cic. de Lege Agr. 2, 32 c. 13 Dat praeterea poteſtatem verbo Praetoriam, reuera regiam: definit in Quinquennium, facit ſempiternam. Cic. Verr. 1, 211 Cur huic praecipua lex iniuriae definitur? Id. in Somn. Scip. c. 3 Sic habeto omnibus qui patriam conſeruauerint, adiuuerint, auxerint, certum eſſe in caelo, ac definitum locum, *etc.* Locum definire Hirt. 6, 30. Lucide ac breuiter definire Cic. de Orat. 2, 162. Mala dolore, bona voluptate definiunt Cic. in Piſon. 42. Tempore et die memoriam beneficii definire Cic. poſt Red. ad Quirites . . . Definita animi moderatio Auctor ad Heren. 1, 1. Cic. pro Marcell. 25 Hic tu modum tuae vitae, non ſalute Reipubl. ſed aequitate animi definies. Cic. Verr. 4, . . Non ſolum numerum ſignorum, ſed etiam vniuscuiusque magnitudinem, figuram, ſtatum literis definiri vides. Cic. in Partit. . . Quid quaeſtio? quasnam habet partes? C. P. Infinitam, quam conſultationem appello: et definitam, quam controuerſiam nomino. Res quas Romani geſſerunt, orbis terrae regionibus definiuntur Cic. pro Archia 23. Conſtituta et definita res Cic. de Orat. 42. Tempus Caeſ. B. G. 7, 83. Vis vocabuli definienda verbis eſt Cic. de Inuent. 1 c. 1. Quam Vitam ingrediar, definias Cic. Acad. 4, 114. Plaut. Ciſtel. 2, 1, 43 Perge loqui: non remittam, definitum eſt, *firmum, ratum, decretum eſt.* Cic. Fam. 3, 8 Nihil enim habent, quod definitum ſit aut certum. Cic. de Fato 9 Non ſequitur tamen, vt etiam ſedere eos, et ambulare, et rem agere aliquam, principalibus cauſis definitum et conſtitutum ſit. ¶ 2 *Peculiare eſt* Apul. Met. 8 p. 203, 21 Ad hunc modum definito iuuene. *i. interfecto. Ne* defuncto *legamus, et MSS. intercedunt., et vſus aliorum, de quo ſtatim. Pricaeus* p. 409 Defuncto, *Beroaldi coniecturam, improbat.* Sidon. Epiſt. 5 *vlt.* Iuſtiſſimum eſt, vt definito ſic quisque noſtrum ſuccedat. *Sic Elmenh. in Ind. Apul. ſed editum a Sauarone* die functo, *a Wowerano* defuncto. *Vid.* FINIO n. 2.

DEFINITIO, ōnis. f. [ὅρος, ὁρισμός] *Eſt ratio explicans quid res ſit.* Quinctil. 7, 4 Finitionem *vocat.* Cic. Off. 1, 7 Omnis enim quae a ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet a definitione proficiſci: vt intelligatur, quid ſit id, de quo diſputatur. *Vid. in* Topic. c. 2. *Item* de Orat. 1, 189 c. 42. *Et* de Fin. 2, 5. Definitio genere declaratur, et proprietate quadam, aut etiam communium frequentia, ex quibus proprium quid ſit eluceat Cic. in Partit. 41. In definitionibus neque abeſſe quidquam decet, neque redundare Cic. de Orat. 83. Hominis definitio vna in omnes valet Cic. de Legib. 1, 29. Propriam cuiusque vim definitione declarare Cic. de Orat. 190. Vera definitio Id. de Inuent. 2, 53. Hoc ſi eſt in libris, in quem hominem, et in quod tempus eſt? Callide enim, qui illa compoſuit perfecit, vt, quodcunque accidiſſet, praedictum videretur, hominum et temporum definitione ſublata Cic. de Diuin. 2, 110. *Hoc eſt, Non explicando ſeu exprimendo nominatim homines et tempora.* Definitione, *id eſt (vt barbari loquuntur) Specificatione.* Definitio, *Regula, locus communis: quam* Maximam *vulgus vocat.* Iauol. l. 202 Omnis definitio in iure ciuili periculoſa eſt.

DEFINITĪVVS, a, um. Adi. [ὁριστικός] Cic. de Inuent. 2 c. 17 *pr.* Quum facti controuerſia eſt, quando coniecturis cauſa firmatur: conſtitutio coniecturalis appellatur. Quum autem nominis, quia vis vocabuli definienda eſt, conſtitutio definitiua nominatur.

DEFINĪTE. Adu. [ὡρισμένως] Cic. pro Corn. Balb. c. 14 Lex id Gellia et Cornelia, quae definite poteſtatem Pompeio ciuitatem donandi dederat, ſuſtuliſſet. Definite diſtincteque deſignat Plin. Paneg. c. 88. Cic. in Orat. 118 Qui enim nihil poteſt tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, diſtincte, facete dicere, praeſertim, *etc.*

DEFINITIVE. Adu. Tertull. de Carn. Chriſt. c. 18. Cael. Aurel. Acut. praef. 1, 14.

DEFINITOR, ōris. m. Tertull. aduerſ. Marc. 5, 10.

DEFIT, [λείπεται] *Imperſ. pro* Deeſt: *non niſi in aliquot tertiis perſonis, et in Infinitiuo reperitur.* Ter. Hec. 5, 2 *pr.* Nihil apud me tibi defieri patiar. Idem Eun. 2, 2, 12 Nihil quum eſt, nihil defit tamen. Quod viderent, multa ad ſplendorem domus atque victus defieri Gell. 1, 14. Plaut. Milit. 4, 6, 46 Quia ſtare nequeo, ita animus per oculos meos defit. Defit dies Plaut. Rud. . . Cic. Tuſc. 3 c. 19 Pol mi fortuna magis defit quam genus: *ex antiquo Poëta.* Virg. Ecl. 2, 22 Lac mihi non aeſtate nouum, non frigore defit. Oſtreae deficiente luna defiunt Gell. 20, 7. *Laudatur* Vitai copia defit Lucret. 6, 814. *Sed* deſit *legitur recte.*

DEFIOCVLVS, i. m. [λειπόφθαλμος] *Dicitur a* Martial. *pro Luſco* 12, 59 *de importunis Baſiatoribus,* Hinc defioculus et inde lippus. *Sed dubia eſt lectio.*

DEFIXVS, *vid.* DEFIGO.

DEFLACCARE. Nonio 1, 22 eſt atterere, tractum a veſtibus ſine flacco. *Ita habere omnes libros ait Mercerus. Laudat deinde* Nonius Plautum in Caſina, Perii, flacco habebit (*quid ſi* deflaccabit?) iam illic homo lumbos meos. Deflocceare *notius v. v.*

DEFLAGRO, āre. [καταφλέγομαι, ἐμπρήθομαι] *Vehementer comburi.* Cic. Off. 3 c. 25 Ictu fulminis deflagrauit. Idem de Nat. Deor. 2 c. 27 Dianae Epheſiae templum deflagrauiſſe. Cic. Acad. 4 c. 37 Fore tamen aliquando, vt omnis hic mundus ardore deflagret. Cic. pro Sextio 99 Aut qui propter inſitum quendam animi furorem, diſcordiis ciuium ac ſeditione paſcantur: aut qui propter implicationem rei familiaris, communi incendio maluit quam ſuo deflagrare. Phaëthon ictu fulminis deflagrauit Cic. Off. 3 c. 25. Deflagrare, *Deferueſcere, langueſcere.* Lucan. 4, 280 — Sic deflagrare minaces Incaſſum, et vetito paſſus langueſcere bello. Liu. 40, 8 Sed interdum ſpes animum ſubibat, deflagrare iras veſtras, purgari ſuſpiciones poſſe. Seditione paullatim deflagrante Tacit. Hiſt. 2, 29, 3.

DEFLAGRATIO, ōnis. f. Verbale. [ἐμπρησμός, κατάφλεξις] Quum mea domus ardore ſuo deflagrationem vrbi minaretur Cic. pro Planc. c. 40. Id. de Fin. 3 c. 19 Quoniamque illa vox inhumana et ſcelerata ducitur eorum, qui negant ſe recuſare, quo minus ipſis mortuis terrarum omnium deflagratio conſequatur: quod vulgari quodam verſu Graeco pronuntiari ſolet.

DEFLAGRATVS, a, um. Partic. [καταφλεχθείς] Cic. Tuſc. 3 c. 19 Fana flamma deflagrata. In cinere deflagrati imperii Id. Catil. 4 c. 6.

DEFLAMMO, āre. Illa mihi prorſus adhibenda eſt, quae pharetram expilet, et ſagittas dearmet, arcum denodet, taedam deflammet Apul. Met. 5 *ſub fin.* ſ. p. 172. *i. flammâ priuet.*

DEFLECTO, is, xi, xum, ĕre. [κατακάμπτω, ἀποκλίνω] *In aliam partem flectere.* Columel. 6, 11 Poſt triennium, quum iam ſatis amplum incrementum ceperit, ramum oliuae qui videtur nitidiſſimus deflecte, et ad crus arboris ficulneae religa. Deflectere *intell. de via.* Sueton. in Auguſt. c. 93 At contra non modo in peragranda Aegypto paullo deflectere ad viſendum Apin ſuperſedit, ſed et Caium, *etc.* Carinam deflectere aliquo Lucan. 5, . . Cic. de Amicit. c. 12 Etenim eo loco Fauni et Scaeuola locati ſumus, vt nos longe proſpicere oporteat futuros caſus Reip. deflexit enim iam aliquantu- lum

lum de ſpatio, curriculoque, conſuetudo maiorum. Cic. Off. 2 c. 3 Hoc autem, de quo nunc agimus, id ipſum eſt, quod vtile appellauit: in quo verbo lapſa conſuetudo deflexit de via. Cic. pro Muraen. 46 Tu, quum te de curriculo petitionis deflexiſſes, animumque ad accuſandum transtuliſſes, exiſtimaſti te vtrique negotio ſatisfacere potuiſſe? Deflectere de curſu ſuarum actionum Cael. ad Cic. Fam. 8, 11. Sen. de Benef. 1, 3 Horum nominum interpretationem, et prout cuique viſum eſt conuenire, deflexit. Plin. Epiſt. 4, 1 Deflectemus in Tuſcos, non vt agros, remque familiarem oculis ſubiiciamus: id enim poſtponi poteſt: ſed vt fungamur neceſſario officio. Stat. Silu. 2, 1, 59 Ardentique in ſe deflectet ab ira, *iratum dominum ſe illi offerens mitigabit.* Plin. Epiſt. 7, 16 Spero, immo confido facile me impetraturum, vt ex itinere deflectat ad te. Lucan. 3, 337 Quid rapidum deflectis iter? Ouid. Met. 7, 789

Lumina deflexi, reuocataque rurſus eodem
Rettuleram: et medio (mirum) duo marmora campo
Adſpexi.

Oculos deflectere a cura Valer. Argon. 8, 76. Cic. Tuſc. 5, . . Sed adhibeat oratio modum, et redeat illuc, vnde deflexit. In peius deflectere: Ouid. de Rem. Amor. 1, 325 Quam potes, in peius dotes deflecte puellae. Quaedam in ſenectute deflexit Themiſon Celſ. 1 praef. Cic. Verr. 5, 175 Si qui tantulum de recta regione deflexerit, *etc. Id eſt, a recto.* Cic. pro Caecina 51 Si ad verba rem deflectere velimus. Declinare a propoſito, et deflectere ſententiam Cic. in Orat. 137 c. 40. Belli deflectere tumultus Stat. Theb. 1, 280. A veritate Cic. pro Q. Roſc. Com. c. 16. A virtute patris Cic. de Aruſp. Reſp. c. 19.

DEFLECTENS, entis. Partic. Vulg. Sirac. 36, 22.

DEFLEXVS, a, um. Partic. [κατακαμπεὶς] Plin. 17, 23 ſ. 35, 23 Altera deflexa vite vel palmite iuxta ſuam arborem. Amnes in alium curſum contorti et deflexi Cic. de Diuin. 1 c. 19. Id. Att. 9, 10 Aetas iam a diuturnis laboribus deflexa (*quidam legunt* Deuexa) ad otium, domeſticarum me rerum delectatione molliat. Eſt in obſcenos deflexa tragoedia riſus Ouid. Triſt. 2, 409.

DEFLEXVS, ûs. m. [κάμψις] Columel. 4, 26, 3 *de Vite*, Ne deflexu frangatur. Humani animi deflexus ab odio ad gratiam Val. Max. 4, 2 *pr.* *Add.* Id. 7, 3 *pr.* Sic. Flaccus de Condit. Agr. p. 20.

DEFLEXIO, ōnis. f. Macrob. in Somn. Scip. 1, 6 *extr.* In laeuam dextramue deflexio. Iuuenc. 4, 155 in Lucam 21 Deflexio lucis.

DEFLEXVRA, ae. f. *Idem apud* Auguſtin.

DEFLEO, es, ēui, ētum, ēre. [κατακλαίω] *Idem quod Flere ſignificat: niſi quod compoſitio aliquid addit energiae.* Aſin. Poll. Cic. Fam. 10, 31 Itaque illud initium Ciuilis belli defleui. *Sic* Caſus deflere Cic. de Clar. Orat. c. 96. Deflere coenas Plaut. Stich. 1, 3, 60. Lucret. 3, 920 At nos horrifico cinefactum te prope buſto Inſatiabiliter deflebimus. Vanos labores Claud. in Eutrop. 2, . . Sueton. Calig. c. 31 Hanc vt crudeliſſimam caedem defleuit edicto. *Add.* c. 38. *quem locum damus in* DEFLO. Immaturam mortem alicuius in ſinu amici Plin. Epiſt. 2, 1, 10. Grauibus cogor deflere querelis Propert. 1, 16, 13. Tacit. 3, 5, 17 Vitellii, et Veranii voce defletum Caeſarem, *etc.* Suprema deflere, *hoc eſt, Mortem:* Tacit. 3, 49 Poſt celebre carmen, quo Germanici ſuprema defleuerat. Genitrix deflenda Sen. Octau. 10. Funera deflenda Ammian. 27, 11.

DEFLENS, entis. Partic. Ouid. Met. 7, 388.

DEFLETVS, a, um. Part. [κεκλαυμένος] *a* Defleor. Cic. Tuſc. 1 c. 35 Non liberi defleti, non fortunae omnes a victoribus poſſiderentur. Idem Philipp. 13, . . . Sed haec ſatis diu multumque defleta ſunt. Domus defleta Claud. in Eutrop. 2 praef. 19. Mors a multis ſaepe defleta Cic. de Orat. 3 c. 3. *Conf.* Virg. Aen. 6, 220. Nomen defletum Sil. 3, . .

DEFLETIO, ōnis. f. Iuuenc. 4, 122. (in Matth. 24.)

DEFLEXVS, *vid.* DEFLECTO.

DEFLO, āre. [καταπνεύω] *Idem quod Flare.* Plin. 28, 2 ſ. 4 Cibus etiam e manu prolapſus reddebatur, vtique per menſas, vetabantque munditiarum cauſa deflare. *Pro Contemnere vtitur* Sueton. Calig. c. 38 Iulii et Auguſti diplomata, vt vetera et obſoleta, deflabat. *Faſtidientes enim et contemnentes aliquid non raro ore emittere flatum et quaſi explodere ſolent. Vid. Caſaub. Sic* Flare *pro Contemnere vſus eſt* Prudentius Ag. Eul. Hymn. 9. *Sed* Deflebat *reliquit Burm. quod, ſi verum, ad ſimulatam miſerationem pertinet et mimicam.*

DEFLOCCARE. Atterere, tractum a veſtibus ſine flocco. Plaut. Caſin. . . Perii, deflocco: habebit iam illic homo lumbos meos. *Ex* Nonio 1, 22. *Add.* Plaut. Aſin. 3, 3, 111. *vt quidam legunt: vid. Taubmann. Paraeus quidem ita legit,* Perii iam illice homo meos hic lumbos flocco habebit. *Sed conf.* DEFLACCO.

DEFLOCCATI Senes, [ἀνανθισθέντες] *apud* Plaut. in Epid. 5, 1, 10 — Nam per vrbem adeo defloccati ſenes Quaeritent me. Defloccatos ſenes *dixit, qui* floccos. *i. comas perdidere, caluos.*

DEFLŌRO, āre. [ἀνανθίζω] *Verbum formatum a* Flos, Floris: *Id eſt, quaſi Florem demere, et rei decus diminuere.* Liu. 37, 58 Erant qui fama id maius bellum, quam difficultate rei fuiſſe interpretarentur: vno memorabili praelio debellatum, gloriamque eius victoriae defloratam ad Thermopylas eſſe. *Ita Aldus, Schefferus, Frobenius, et Gruterus ediderunt. Gronouius mauult* Praeflorata, *quem vide.* Praeflorata *etiam Drakenb.* Tum plane duo erunt incommoda, et expectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit, et futurum gaudii fructum ſpes tibi iam deflorauerit Gell. 14, 1 *extr.* *At Oiſelius, Gronouius et Prouſtius,* Praeflorauit.

DEFLORATVS, a, um. Partic. [ἀνάνθιστος] *Laudatur* Quinct. 6 Pr. 9 Certos atque defloratos fructus oſtenderat. *Sed editur* Deformatos.

DEFLORATIO, ōnis. f. Graculus ex omnium defloratione conſtructus Tertull. aduerſ. Val. c. 12. Ambroſ. Ep. 64 ad Syagr. Defloratio Virginitatis.

DEFLORATOR, ōris. m. Hieron. . . .

DEFLOREO, ēre: *et* DEFLORESCO, is, ui, ĕre. [ἀπανθέω] *Dicitur id, quod florem facere deſinit, vel florem amittit.* Plin. 14, 16 ſ. 11 Ii poſtquam defloruere, ſingulare remedium habent. Flos tenui carptus defloruit vngui Catul. in Carm. Nupt. ſ. 60 (63) 43. Gratia oris defloruit Claud. in Eutrop. 1, 75. *Per translationem:* Auctor ad Heren. 4 c. 27 Formae dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetuſtate extinguitur. Spes tibi iam defloruit Gell. 14, 1. Vitis quum ſe multa fronde cooperit, peius defloret Colum. 5, 6. Cum corporibus vigent et defloreſcunt animi Liu. 6, . . Cic. pro Caelio c. 19 Amores autem et hae deliciae quae vocantur, quae firmiore animo praediti diutius moleſtae non ſolent eſſe (mature enim et celeriter defloreſcunt) nunquam hunc occupatum, impeditumque tenuerunt. Colum. 2, 12, 10 Omne autem frumentum et hordeum, quidquid denique non duplici ſemine eſt, ſpicam a tertio ad quartum nodum emittit: et quum totam edidit, octo diebus defloreſcit, ac deinde grandeſcit diebus quadraginta, quibus poſt florem ad maturitatem deuenit.

DEFLORESCENS, entis. Partic. [ἀπανθῶν] Cic. de Clar. Orat. 317 Alter ornatus, acer, et non talis, qualem tu eum Brute iam defloreſcentem cognouiſti, *etc.*

DEFLVO, xi, xum, ĕre. [καταῤῥέω, ἀποῤῥυέω] *Deorſum fluere, vel labi.* Plin. 12, 8 ſ. 18 Ex quibus defluat mel horis matutinis duabus. *de arboribus.* Ruſticus exſpectat, dum defluat amnis, at ille Labitur et labetur in omne volubilis aeuum Horat. Epiſt. 1, 2, 42. Segnis aqua ſecundo defluit amni Virgil. Aen. 8, 446. Exigua mora defluit vnda Ouid. ad Liuiam . . Liu. 2, 20 Nec quidquam equitis vulnere equo retardato, moribundus Romanus labentibus ſuper corpus armis, ad terram defluxit. Cic. de Amicit. 58 Ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat. Ad terram defluxit cohors relictis equis Virgil. Aen. 11, 500. Ad terram tacito defluxit fiſtula lapſu Claudian. in Epithal. Pallad. 40. Defluit in Lagoum amnem Opharus Plin. 6, 7 ſ. 7. Cic. Tuſc. 5, 62 Iam ipſae defluebant Coronae. Corpus ex equo defluxit in terram Curt. 7, 7. In latus a dextro paullatim defluit armo Ouid. Met. 6, 229. Aut cruor, aut alto defluxit ab aethere tabes Lucan. 7, 839. Defluunt haec a ſuperis in terram Cic. de Natur. Deor. 2, . . Hoc totum e ſophiſtarum fontibus defluxit in forum Idem in Orat. 96. Pedes veſtis defluxit ad imos Virgil. Aen. 1, 404. Ignauus defluxit pectore ſomnus Tibul. 3, 4, 81. Toga defluit, *vid.* TOGA. Quum hiberni defluxere torrentes Sen. Quaeſt. Natur. 3, 3. Quinctil. 10, 1, 126 Tantumque ab illo defluebant, quantum ille ab antiquis deſcenderat. Cic. pro Sextio 69 Nam ex nouem Tribunis, quos tunc habueram, vnus me abſente defluxit. Id. Verr. 3, . . Neceſſe eſt quod redundaret de veſtro frumentario quaeſtu, ad illum potiſſimum, per quem agebatis, defluxiſſe. Cic. de Amicit. c. 26 Sed neſcio quo pacto ab amicitia perfectorum hominum, *etc.* ad leues amicitias defluxit oratio. Defluere *etiam dicitur, quod aetate aut vetuſtate morboue ſoluitur: vnde* defluere capillus *dicitur:* Plin. 10, 67 ſ. 86 Toti defluunt pili. Pinguedo defluxit Cael. Aurel. Tard. 4, 3, 31. Defluxit tempus: Salluſt. in Iugurth. 10, 67 Vbi per ſocordiam, vires, tempus, aetas, ingenium defluxere, naturae infirmitas accuſatur, ſuam quique culpam auctores ad negotia transferunt. Id. 22, 21. Defluit capillus Plin. 22, 21 ſ. 30. *Et* 27, 13 ſ. 111 Illitum cohibet capillos defluentes. Tibull. 3, 1, 18 Nullus defluat inde Color. Fructus defluit Plin. 17, 24 ſ. 38, 7. Liu. 41, 15 Bouis Iecur defluxiſſe, *i. vt mox ipſe explicat*, inenarrabiliter abſumtum. Defluere luxu et inertia Colum. 12 Prooem. 9. Defluxiſſe *id dicitur, quod transactum eſt:* Cic. Fam. 9, 20 Vbi ſalutatio defluxit, literis me inuoluo, aut ſcribo, aut lego. A neceſſariis artificiis ad elegantiora defluximus Idem Tuſc. 1, 62. Defluere *dicuntur* beneficia, *quorum memoria intercidit* Sen. de Benef. 1, . . Ex animo defluere, *illud dicimus, cuius obliuiſcimur:* Propert. 1, 20, 2 Id tibi ne vacuo defluat ex animo.

DEFLVENS, entis. Partic. [καταῤῥέων] Lurda Tauro monte defluens Sall. Hiſt. 2, 14. Plin. 25, 11 ſ. 83, 1 Defluentem capillum confirmat et denſat. Id. 27, 13 ſ. 111.

DEFLVXVS, a, um. Partic. [ἀπεῤῥυμένος] *Laudatur* Aether defluxus in Auſtrum Lucan. 3, 250. *Sed hic alii legunt* Deflexus, *i. vergens in meridiem:* iam flexus *Oudend.* Deuexus *Burm.*

DEFLVVS, a, um. Adi. [καταῤῥυκτὸς] *Quod decidit, aut decidere ſolet.* Plin. 20, 4 ſ. 13 Hippocrates mulierum capillos defluos fricari raphanis iubet. *Emendatiora exemplaria legunt*, Mulierum defluuia fricari, *etc.* Deflua caeſaries compeſcitur ad breues capillos Prud. Periſt. 13, 30. *i. longa, propendens. Sed* Apul. Met. 3 p. 130 Vaſculo — fiſtulato, ac per hoc guttatim defluo infuſa aqua.

DEFLVVIVM, ii. n. [κατάῤῥευσις, ἀπόῤῥοια] Plin. 11, 39 ſ. 94 Inuentae tamen quaedam defluuio capitis inualidae. *De feminis.* Defluuia capitis, ſemine illito cohoneſtari Plin. 22, 13 ſ. 15. *it.* 28, 11 ſ. 46.

DEFLVXVS, ûs. m. Apul. de Deo Socrat. p. 105 Omnis Defluxus nubium in terras eſt.

DEFLVXIO, ōnis. f. Firmic. 3, 7, 8. Cael. Aurel. Acut. 2, 18, 105 *et* 108.

DEFLVSTRO, āre. Mare defluſtrat intemperatum Tertullian. de Pall. c. 2. *i. ſedat. Al.* de fluſtris. *Vid. Io. Lud. de la Cerda ad h. l. p. 14.*

DEFŎDIO, ōdi, ſſum, ĕre. [κατορύττω] *Idem, quod Fodere, vel Fodiendo implantare et inſerere.* Colum. 7, 5, 17 Confeſtim ſcrobem defodiamus in limine ſtabuli, et viuam pecudem, quae fuerit puſtuloſa, reſupinam obruamus Idem 11, 2, . Cato 50, 2 Hoc facito antequam vineam defodere incipias. *Al.* fodere. *Obruere et ſepelire:* Plaut. Aulul. 4, 8, 9. *Vid. Taubm. ad loc.* p. 224 Clam omnes in medio foco defodit. Liu. 3, 33 Defoſſum cadauer domi apud Publium. Ouid. Faſt. 7, 458 Hoc duce, nec viua defodietur Humo. Liu. 8, 10 Tum ſignum ſeptem pedes altum aut maius in terram defodi. Cic. de Diuin. 2 c. 65 Reſpondit coniector, theſaurum defoſſum eſſe ſub lecto. Fodit, inuenit, *etc.* Id. de Orat. 2, 174 Si Aurum cui quod eſſet multifariam defoſſum, commonſtrare vellem. Virgil. Georg. 3, 376 Ipſi in defoſſis Specubus ſecura ſub alta otia agunt terra. Talenta argenti defoſſa Id. Aen. 10, 526. Talpae caecitatis perpetuae tenebris etiamnum altis defoſſae Plin. 30, 3 ſ. 7. Argenti pondus et auri defoſſa deponere terra Horat. Sat. 1, 1, 42. Terga defoſſi verbere Claud. in Eutrop. 2, 351.

DEFOSSVS, ûs. m. [κατόρυξις] Plin. 19, 8 ſ. 48 Area in defoſſu cauata.

DEFOENERO, are. Dimiſſiones libertorum ad defoenerandas diripiendasque prouincias Cic. Parad. 6. *i. vſura exhauriendas.*

DEFOENERATVS, a, um. Partic. Pater eius plurimis creditoribus defoeneratus, maluit pecuniam quam pudorem, *etc.* Apul. Apol. . . *Conf.* Ambroſ. Ep. 44 p. 179 Frob. *Gronou. Obſ. in Eccleſ.* 1 p. 10.

DEFOENERATIO, onis. f. Auguſtin.

DEFOENERATOR, oris. m. Idem.

DEFOETVS, *ſi Latinum ſit, idem erit, quod Effoetus, hoc eſt,*

eſt, Foetul per aetatem inidoneus. Quod tamen haud ſcio, an apud claſſicos ſcriptores reperiatur. Nam quod ad illud teſtimonium attinet, quod ex Ibide Ouid. 119 *adduci ſolet,* Sit quoque, quod rarum eſt, ſolito defoeta fauore Fortunae facies inuidioſa tuae. *In caſtigatioribus exemplaribus* Defecta *legitur, non* Defoeta. *Similiter apud* Colum. 1 praefat. 12 Defectiſſimum *legi debet, non* Defoetiſſimum.

DEFOLLIO, īre. Gementibus areis, dum caeditur meſſis, frumenta defolliunt Ambroſ. de Viduis T. 4 p. 502. *i. folliculis nudant. Al.* defoliant.

DEFOLIO, āre. ἀποφυλλίζω, Gloſſ. Cyr.

DEFOMITATVM lignum dixerunt antiqui, quod a Fomitibus, quibus confoueri ſolet, erat ſucciſum. Feſtus. *Videtur idem eſſe*

DEFOMO, āre. [Ἀποπελεκίζω, dedolo, Gloſſ.] *Niſi hic quoque* Defomito *legendum.* Fomites *autem puto dictos aſſulas illas, quae inter dolandum decidunt.*

DEFŎRE, [ἐκλείψειν] Significat *Defuturum eſſe.* Cic. contra Rull. Verum arbitrabantur non defore, qui illa reſtituerent. Caeſ. Bell. Gall. 5, 54 Promittique viris, nulli ſe defore teſtem Sil. 9, 248.

DEFORIS. Adu. Qui mundatis, quod deforis eſt Vulg. Matth. 23, 25. *Add.* Geneſ. 7, 16. Deforis, vbi tumor eſt, apponere Plin. Valer. 1, 31. *Sic vt* deſub *dixere.*

DEFORMO, as, āre. [δυσμορφόω] *Deſtruere, et quaſi formam auferre, deturpare.* Auctor ad Her. 4, . . Qui ſunt, qui Italiam deformauerunt? Carthaginienſes. Nec male deformet rigidos tonſura capillos Ouid. de Arte Am. 1, 517. Canitiem immundo deformat puluere Virgil. Aen. 10, 844. Comas deformat arenā Val. Arg. 3, 716. Amictu ſe deformare Claudian. in Eutrop. 1, 18, 307. Cicatricibus ſeruum Vlpian. in l. locum D. de vſufr. Caſtrorum pars incendio deformata Liu. 9 ab Vrbe. Ludi deformati, Inquinati, peruerſi, conturbati Cic. de Aruſp. Reſp. c. 24. Crucis ſupplicio deformata Maieſtas Flor. 2, 2, 25. Horrida vultum deformat Macies Virg. Georg. 4, 254. Deformati Parietes *in deſcriptione poëtica vaſtatae vrbis apud* Cic. Tuſc. 3, 44 c. 19. *Add.* Verr. 4, 122. Suet. in Calig. c. 27 Multos honeſti ordinis, deformatos prius ſtigmatum notis, ad metalla, et munitiones viarum, aut beſtias condemnauit. Cic. Att. 11, 20 Hunc omnibus a me pictum et politum artis coloribus, ſubito deformatum non ſine magno dolore vidi. *Add.* Sen. Conſ. ad Helu. c. 9. Deformata ignominia imago Cic. pro Muraen. Deformatus et decoloratus Auctor ad Her. 2, 8. Deformare aliquem, et detrahere ſpoliareque eius dignitatem Cic. pro Caelio c. 2. Idem de Aruſp. Reſp. c. 24 Legant hanc eius concionem, de qua loquor, in qua Pompeium ornat, an potius deformat? Deformatus, atque ornamentis omnibus ſpoliatus Cic. pro Quintio 92. Deformata ciuitas Idem de Orat. 3, 8. Vitiis deformatus Cic. de Aruſp. Reſp. 3, 57. Deformatus corpore, fractus animo Cic. Att. 2, 19. Deformat ac lacerat orationem Quinctil. 10, 7, 32. Vita deformatiſſima et ſpurciſſima Gell. 14, 2. Deformare genus et fortunam honeſtam Liu. 22, . . *Et* 30, 14 Caue deformes multa bona vno vitio. ¶ 2 Deformare, [διαμορφοῦν] *Idem fere, quod informare.* Vitruu. 5, 8 Tragicae ſcenae deformantur columnis, ſignis, et regalibus rebus. Quinctil. 5, 11, 30 Aliquid minus ſimile, vt marmora deformata prima manu, *i. nondum perfecta et elaborata.* Non floſculos, ſed iam decimum aetatis ingreſſus annum certos atque deformatos fructus oſtendebat Quinctil. praef. 6, 9. Si quis partum iam deformatum mulieri excuſſerit, neci dabitur Sulp. Sener. 1, . . *Conf.* Vulg. Exod. 21, 22. Deformare areas Cato 161, 1. Deformare, Delineare, vt ſolent pictores: Vitruu. 1, 1 Architectus graphidis peritus, vt deformare poſſit lineis imitationem, quam velit aedificiorum. *Metaph.* Viuum, quem deformamus Sen. de Benef. 7, 1. Tanquam viuorum et praeſentium actionem et ſermonem deformamus Rutil. Lupus de Proſopopoeia. Sic orator hoc ſchemate aut vitia aut virtutes eorum, de quibus loquitur, deformat Id. de Characteriſmo. Deformare locum aliquem ad literariae tabulae ſpeciem, id eſt, Componere et conſtruere, vel pingere Varr. de R. R. 3, 5, 10. Cic. pro Sulla 73 Quid reliquam conſtantiam vitae commemorem? dignitatem, liberalitatem, moderationem in priuatis rebus, ſplendorem in publicis? quae ita a fortuna deformata ſunt, vt tamen a natura inchoata compareant. Cic. pro Caecina c. 5 Ille, quem ſupra deformaui, voluntarius amicus mulieris, *i. deſcripſi.* Plaut. Pſeud. 2, 3, 11 Iam inſtituta, ornata, cuncta, in ordine animo, vt volueram, Certa, deformata habebam.

DEFORMATIO, ōnis. f. Verbale. [δυσμόρφωσις] Liu. 9, 5 de Caudina pace loquens, Vt ſuae quisque conditionis oblitus, ab illa deformatione tantae maieſtatis, velut a nefando ſpectaculo auerteret oculos. ¶ 2 Deformatio, [ὑποτύπωσις, diſpoſitio, Vet. Gloſſ.] Venti qui ſint, et a quibus regionibus ſinguli ſpirent, deformationibus gnomonicis oſtendi Vitruu. l. 3 praef. Firmic. 1, 3 *non procul a fine,* Ecce ille, nondum corporis deformatione completa, in maternis viſceribus, praematura feſtinatione praemoritur: illum completa deformatione corporis, etiam maternorum viſcerum anguſtiis liberatum, vitalis ſpiritus aura non vegetat.

DEFORMIS, e. Adi. [δύσμορφος, ἄμορφος] *Turpis, quaſi ſine forma.* Cic. pro Caelio 6 Id nunquam tam acerbe feret M. Caelius, vt eum poeniteat non deformem eſſe natum. Hoc in ſpeciem varietatemque opus deforme non eſt Caeſ. B. G. 7, 23. Solaque deformem culpa profeſſa facit Ouid. Amor. 3, 14, 6. Achelous deformis, *vid.* ACHELOVS. Horat. Epod. 13, 25 Illic omne malum vino cantuque leuato Deformis Aegrimoniae dulcibus alloquiis. Deformis et horridus Ager Cic. Verr. 3, . . Ouid. Met. 14, 93 In deforme viros Animal mutauit. Arundo Virg. Georg. 4, 478. Cic. Off. 1, 126 Quae autem partes corporis ad naturae neceſſitatem datae Aſpectum eſſent deformem habiturae atque formam, eas contexit atque abdidit. Cadauer Claudian. in Eutrop. 1, 18 (38). Ouid. ex Ponto 3, 8, 15 Triſtia deformes pariunt abſinthia Campi. Sen. Troad. 1117 Silicis impulſu caput Ruptum, cerebro penitus expreſſo iacet deforme Corpus. Facies ſaeua ac deformis tota vrbe Tacit. Hiſt. 3, 83. Genus Sil. 3, . . Laurea deformis luctu Liu. 2, . . Leti deformis Sil. 1, 166. *Conf. Drakenb.* Litora Ouid. Triſt. 5, 2, 63. Idem de Arte Am. 3, 373 Ira ſubit, deforme Malum lucrique cupido. Militia Iuſtin. 7, 3, 1. Motus ſtatusue Cic. de Fin. 5, 35. Pallore deformis Lucan. 8, 56. Pretium deforme morae Stat. Theb. 11, 80. Cic. de Orat. 2, 248 Grauitas honeſtis in Rebus ſeuere, iocus in turpiculis et quaſi deformibus ponitur. Sen. Hippol. 823 Formaque nobilis deformis Senii monſtret imaginem. Liu. 1, . . Quod vix Albanorum oculi tam deforme Spectaculum ferre poſſent. Ouid. Faſt. 5, 505 Tecta ſenis ſubeunt nigro deformia fumo. Vita, *id eſt, Turpis et ſordida* Stat. Theb. 10, 326. Vitium Martial. 11, 74. Dandus deformibus color Quinctil. 3, 8. *Vid. Burmann. ad* Quinctil. Declam. 253 p. 460. *Compar.* Cic. Fam. 4, 9 Nec eam diligere minus debes, quod deformior eſt, ſed miſereri potius. Multo deformius, amittere quam non aſſequi laudem Plin. Ep. 8, 24. Deformius nihil eſt ardelione ſene Martial. 4, 79, 9. Deformiſſima femina Gell. 5, 11.

DEFORMĬTAS, ātis. f. [δυσμορφία] Cic. de Fin. 5, . . Integritatem vnguiculorum omnium, deformitatem, morbum, debilitatem, *etc.* Liu. 29, . . Vnde ille habitus? vnde deformitas? Liu. 2, . . Deformitas circa faciem Scribon. 183. Cic. de Orat. 2, 239 c. 59 Eſt autem deformitatis et corporis vitiorum ſatis bella materies ad iocandum. Haec res nonnullam aſſerebat deformitatem Nepos 17, 8, 1. Cic. Off. 3, 105 An eſt vllum maius malum turpitudine? quae ſi in deformitate corporis habeat aliquid offenſionis, quanta illa deprauatio et foeditas turpificati animi debet videri? Id. de Orat. 1, 156 Ne mala conſuetudine ad aliquam deformitatem, prauitatemque veniamus. Cic. in Orat. . . Diſerti deformitate agendi multi infantes putati ſunt. Deformitas animi, et corporis prauitas Cic. de Legib. 1, 51 c. 19. Exitus deformitas miſericordiam abſtulerat Tacit. 19, 4. Inſignis ad deformitatem, *vid.* INSIGNIS. Deformitas, *pro Dedecore, vt apud* Fabium 6, 1 Si iudicibus aut gloriae futura eſt abſolutio rei, aut deformitati damnatio. *Pugnantia:* Cic. Fam. 10, 6 Non modo Dignitas nulla erit, ſed erit ſumma Deformitas. Deformitas fugae, negligentiaeque alicuius Cic. Att. 9, 10.

DEFORMĬTER. Adu. [αἰσχρῶς] Quinct. 8, 3 Iunctura deformiter ſonat. *Add.* Val. Max. 8, 1, 6.

DEFORMOSVS, a, um. Adi. Deformoſius conſilium Sidon. Ep. 3, 3.

DEFORMVS, a, um. Adi. *Aut deformis aut calidus: vid.* Feſt. in Forma. *Stewech. ad* Arnob. p. 78.

DEFOSSVS, *vid.* DEFODIO.

DEFRENATVS, a, um. Adi. [ἀχάλινος] *pro Effrenato.* Ouid. Met. 1, 282 Et defrenato voluuntur in aequore curſu.

DEFRAVDO, āre. [νοσφίζω, παρακρούω] *ſiue* DEFRVDO. *Per fraudem aliquid decerpere, et auferre.* Ter. Adelph. 2, 2, 38 Etiam inſuper defraudet? Cic. Fam. 7, 10 Quem antea ne Andabatem quidem defraudare poteramus. Defraudare aliquem drachma Plaut. Pſeud. 1, 1, 91. Cic. in Orat. 221 Ne breuitas defraudaſſe Aures videatur, neue longitudo obtudiſſe. Se fructu victoriae Liu. 36, . . Plaut. Aulul. 4, 9, 15 Egomet me defraudaui, animumque meum, geniumque meum. Ter. Phorm. 1, 1, 10 Quod ille vnciatim vix demenſo de ſuo, ſuum defrudans genium comperſit miſer. Plaut. Aſin. 1, 1, 76 *Senex ſeruo ait,* Ne defraudato. LI. Maxumas nugas agis: Nudo detrahere, veſtimenta me iubes. Defrudem te ego? age ſis, tu ſine pennis vola. Tene ego defrudem, quoi ipſi nihil eſt in manu, Niſi quid tu porro vxorem defraudaueris. *Huc pertinet nobile* Catonis *oraculum* de R. R. 5, 4 *vbi monet,* Seruus ſegetem ne defrudet: (*al.* defruget. *Vid.* DEFRVGO) *i. ne quid de ſemine furetur, qua ratione furtum certe noxa multiplicatur.* Cato 24, 2 Quidquid vini defrudabis, partem XXX defruti addito. *Sic boni libri. Quod in* defrutabis *mutant ex coniectura viri docti. Sed videtur ſignificare poſſe idem, quod adulterare,* καπηλεύειν, *vt ad eum locum annotauimus.*

DEFRAVDATIO, ōnis. f. Ἀφαισία, Vet. Gloſſ. *Conf.* Tert. de Anima c. 43.

DEFRAVDĀTOR, ōris. m. [νοσφιστής] Sen de Benef. 4, 26 Huic ingrato, qui beneficiorum defraudator eſt, non magis dabit beneficium, quam aptatori.

DEFRAVDATRIX, īcis. f. Tertull. de Ieiun. c. 16.

DEFRENS, endis. Partic. [ἄρουρα θεριζθεῖσα, Gloſſ.] *i. ſeges demeſſa.* Frendere *eſt quaſi ſerra ſecare, ferratae autem falces antiquae: hinc eſt* frendere.

DEFRENSVS, a, um. Partic. *i. detonſus, detritus.* Feſt.

DEFRĬCO, ui, ctum, *vel* aui, atum, āre. [ἀποτρίβω] *Idem quod vehementius fricare.* Columel. 6, 2, 7 Totum eorum palatum ſale defricato. Cato 88, 1 Amphoram defricato, colluitoque. *Al.* defracto collo puram. Auct. ad Herenn. 4 c. 9 Nam vt forte hic in balneas venit, coepit poſtquam perfuſus eſt defricari. Catul. 37, 20 Dens Ibera defricatus vrina. Defricari ieiuna ſaliua Celſ. 5, 28 ſ. 18. Defricari pumice Plin. 26, 4 ſ. 10. Defricare, *metaphor. de reprehenſione acerbiore* Horat. Sat. 1, 10, 4 At idem, quod ſale multo Vrbem defricuit, charta laudatur eadem.

DEFRICATVS, *et* DEFRICTVS, a, um. Partic. Dens Ibera defricatus vrina Catull. 40, 13. Dolia defricata et diligenter lota Colum. 11, 2 *med.* Defricatis prius maculis Plin. 28, 12 ſ. 50. Aſpera teſta vel pumice defricta redulceratur Columel. 7, 5, 8. *Et* 6, 13, 1 Trito allio defricto. Vigilans ſomniabam defrictis adeo diu pupillis, an vigilarem, ſcire quaerebam Apul. Met. 3 p. 138, 38.

DEFRICATE. Adu. *Idem.* Naeuius *apud* Chariſium p. 178 Facete et defricate.

DEFRIGESCERE. [καταψύχεσθαι] *Idem quod Frigeſcere.* Col. 12, 20, 4 Iubebis rutabulo ligneo agitari, quod decoxeris, eo vsque dum defrigeſcit. Idem 12, 21.

DEFRINGO, ēgi, actum, ĕre [καταγνύω] *Decerpere, frangendo auferre.* Virgil. Georg. 2, 300 Aut ſummas defringere ex arbore plantas. Qui prætereuntes ramum defringerent arboris Cic. pro Caecina c. 21. Ferrum defringere Virgil. Aen. 11, 748. Pedem ſubſellii Auctor ad Herenn. 4, 68. Litora ſoluere ripasque defringere *dicitur* Oceanus Eumen. Paneg. 4, 6. Liu. 36, . . Primum ab vtroque latere remos defringunt. *In emendatioribus codicibus legitur* Detergunt. Cic. de Orat. 3, 108 Etiam hac inſtituendo diuiſione vtuntur: ſed ita, vt non iure aut iudicio, vt denique recuperare amiſſam poſſeſſionem, ſed vt ex iure ciuili ſurculo defringendo vſurpare poſſeſſionem, *etc. Hic Iuriſconſultorum attigit conſuetudinem, qua in locis conſitis quadam ſollemnitate ſurculum defringebant vindiciarum loco, qui ſuam rem eſſe contendebant.*

DEFRACTVS, a, um. Partic. Plin. 17, 17 ſ. 27 Caſus — defractos ſerere ramos docuit.

DEFRV̄DO, āre. *Veteres pro Defraudare dixerunt, v. v.*

DEFRV̄GO, āre. *Verbum, quod* Catoni *tribuit* Plin. 18, 24 ſ. 55 *inter ſerendi praecepta,* Huc pertinet, *inquiens,* oraculum illud magnopere cuſtodiendum, Segetem ne defruges. *Sic certe omnes apud Hard. MSSti: cum apud Catonem ipſum* defrudet *maiores auctores habeat. Confuſio antiqua: quod colligo ex* Non. 1, 130 *cum* Defrudare *interpretatur*

fructum minuere (*quaſi ad* defrugare *reſpiciens*) vel per fraudem aliquid exquirere.

DEFRVGATIO, ōnis. f. Conſtet ſegetem nimia defrugatione exinaniri Colum. *vt allegant, ſed locum nondum inueni. Itaque nondum dixerim, quam vim habeat ad verbum* Defrugo *ſtabiliendum.*

DEFRVMENTVM, i. n. *detrimentum, apud* Plin. Val. 5, 24.

DEFRVSTO, āre. Capita defruſtare Sidon. Ep. 9, 9. *i. per partes excerpere.* Ammian. 20, 2 Defruſtandae Macedoniae opitulari.

DEFRVSTATVS, a, um. Partic. *In fruſta conciſus.* Ammian. Marcell. 31, 2 Tunica Hunnis non ante deponitur vel mutatur, quam diuturna carie in pannulos deſluxerit, defruſtata. *Plura ibi Lindebrog.*

DEFRŬTVM, i. n. [ἕψημα Chariſ. 1 p. 22 *pr.*] *Eſt vinum coctum vsque ad conſumtionem mediae partis, a* Deferuendo *dictum. Vid.* Plin. 14, 9 ſ. 11. *et* 14, 31. Columel. 12, 20. *it.* 21, 1 Muſtum quam dulciſſimum decoquitur ad tertias: et decoctum, ſicut ſupra dixi, defrutum vocatur. Et Lucanica ventre cum Faliſco, Et nigri Syra defruti lagena Martial. 4, 46. *Igitur eo modo deſcribit, vt Plinius ſapam, de qua ſ. l. At* Pallad. Oct. 18 Defrutum *vocat*, vbi muſtum ad ſpiſſitudinem fortiter deſpumat. *Vid. Linden. Select. med.* 10, 36 *ſq.* Dulci defruta vel lutoſa coeno, *i. turbida: nam illud pellucidum iubar coctura perit* Stat. Silu. 4, 9, 39. Virgil. Georg. 4, 269 Igni pinguia multo Defruta, vel Pſythia paſſos de vita racemos. *Penultima igitur haud dubiè corripitur. Non audiendus ergo* Marius Victorin. p. 2469 In defruto (*ſic ſcrib. pro* Defrudo) apicem ſecundae ſyllabae imponere debetis; nam a deferuendo et decoquendo ſit tale, quod defrudetur, *i.* fraudetur coctura et minuatur. *Etiam* Iſidor. 20, 3 *inepte ſatis a* defrudo *deriuat. Sed a* deferuendo Pallad. Octob. 18.

DEFRŬTO, āre. [ἑψέω] *Eſt muſtum decoquere, vt defrutum fiat.* Columel. 2, 22, 4 Defrutum quoque facere, et defrutare vinum licet. *Locum* Catonis R. R. 24, 2 *vid. ſub* DEFRAVDO.

DEFRVTARIVS, a, um. Adi. [ἑψητικὸς] *Vt*, Vaſa defrutaria *a* Columel. 12, 19, 6 *appellantur, defruto conficiendo accommoda. Sic apud eundem* 1, 6, 9 Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam.

DEFRVI dicebant antiqui, *vt* Deamare, deperire, ſignificantes omnem fructum percipere. *Auctor* Feſtus. Autumnitate defruimur Symmach. Ep. 3, 23.

DEFVAT, *pro Deficiat.* [ἐκλάπῃ] *Apud* Plaut. Bacch. 1, 1, 3 Pol ego magis metuo in monendo, ne mihi defuat oratio, (*al.* Defuerit) *i.* Deſit.

DEFŬGIO, ūgi, ĭtum, ĕre. [φεύγω] *Idem, quod vehementer fugere.* Caeſ. B. G. 6, 12 Aditum eorum ſermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant. Defugere adminiſtrationem Reipubl. Caeſ. B. C. 1, 32. Defugere auctoritatem, *negare, ſe auctore aliquid factum: vtuntur* Ter. Eun. 2, 3 (4). Cic. pro Sulla c. 11. Plaut. Poen. 1, 1, 19, Cic. pro Planc. . . . Nullas enim ſibi ille neque contentiones, neque inimicitias, neque vitae dimicationes, nec pro Republic. nec pro me defugiendas putauit. Idem Tuſc. 5, 118 Iniurias fortunae quas ferre nequeas, defugiendo relinquas. Cic. in Somn. Scip. 7 Ne Munus humanum aſſignatum a deo defugiſſe videamini. Non defugio, quin dicam Varro R. R. 2, 4, 2. Defugio, *pro Deficio, ſeu Deſciſco:* Liu. 24, 36 Ea pugna defugientes ab Romanis quum cohibuiſſet Siculos, Marcellus Syracuſas rediit. *Vetus exemplar habet* Deficientes.

DEFVGO, āre. Octau. Horat. 1, 4.

DEFVGA, ae. m. *Id eſt, Transfuga.* Prudent. Hymn. de Calagur. 1, 42.

DEFVLGVRO, āre. Vndantem clipeus defulgurat ignem Auſon. perioch. Iliad. 5.

DEFVNDO, ūdi, ūſum, ĕre. [καταχέω] *De vno vaſe fundere in aliud.* Columel. 12, 26, 1 Poſtea quum refrixerit, in vaſa defundas et operias. *Sic apud* Catonem 156, 7 Aquam defundito. *Sic et* Vitr. 7, 8. Defuſa in plumbeum vas aqua Colum. 2, 11. *et* 9, 16. Hor. Sat. 3, 2, 58 Parcit defundere vinum. Celſ. 6, 6, 1 Oui et album et vitellus in vas defundendum eſt. Pallad. 1, 18, 1 Ex lacubus canales ſtructi — ſubiectis lateri ſuo doliis per vicinos meatus manantia vina defundant. ¶ 2 Defundere, *Effundere:* Columel. 12, 47 Poſtea quadrageſimo die omne ius defundunt, et ſapae vel defruti tres partes cum aceti vna permiſcent, et amphoram replent. *Ibid.* Omne ius defundatur, *etc.* Sil. 5, 454 Donec abundanter defuſo ſanguine late procubuit moriens. ¶ 3 Defundere, *Deorſum fundere, quo verbo proprie vtebantur antiqui in libamentis.* Hor. Od. 4, 5, 33 Te multa prece, te proſequitur mero Defuſo pateris Val. Maxim. 2, 6, 8 Tunc defuſis Mercurio delibamentis, et inuocato numine eius, vt ſe placido itinere in meliorem ſedis infernae deduceret partem, cupido hauſtu mortiferam traxit potionem. *Frequenter confunduntur* Defundere *et* Diffundere *in libris antiquis et nouis. Meminerimus itaque* Diffundere *tum demum locum habere, cum ex vno maiori vaſe humor in plura minora defundendo diſtribuitur. Metaph.* Petron. 5 *extr.* Sic flumine largo Plenus Pierio defundes pectore verba. Defundes *indicat fontem, pectus. Sed* diffundes *ſi dedit, ad orationem late ſparſam reſpexit. Similis plane ratio eſt* Horat. Epiſt. 1, 12 *extr.* Aurea fruges Italiae pleno defundit copia cornu. *Ita pingitur* Copia *ex ſupero loco effundens:* Diffundit; *ita late ſpargit ſua munera. Hic malim cum Bentl.* Defundit.

DEFVNGOR, ĕris, defunctus ſum, defungi. [ἀπαλλάττομαι, ἀποτελέω, πανόομαι] *Fungi ad finem, ſuperare moleſtias, etc.* Virgil. Aen. 6, 83 O tandem magnis pelagi defuncte periclis. Id eſt, qui finiſti et abſoluiſti pericula. Defuncte, *i.* Liberate. Hinc Defunctos mortuos dicimus, qui compleuerunt vitae officia. Seruius. *et* Iſidor. 9, 4. Exiſtimare defunctos ſe eſſe ſatiſque poenarum dediſſe Liu. 5, 11. Cic. pro Sextio . . Vt omni populari concitatione defungerer. Idem Fam. 8, 1 Et hoc mendacio, ſi qua pericula tibi impenderent, vt defungeremur optaui, *i. liberaremur.* Defunctus iam ſum Ter. in Prol. Eun. v. 15. *Vbi* Donatus, Defunctus iam ſum, *i.* iam egi fabulas meas: aut iam deſtiti periclitari in edendis comoediis: aut certe iam edidi, quam tu reprehendis fabulam. *Sed omnium optimus interpres ipſe Terentius, cum ſtatim addit*, Nihil eſt quod indicat mihi, *intell. amplius. Nam hoc ipſum deinde refellit.* Defunctum vtinam hoc ſit modo Ter. Adelph. 3, 4 (5) 62. *Vbi* Donatus, Defunctum, Finitum: *i.* Ne vlterius peccet Aeſchinus. Sen. Hippol. 128 Nulla Minoïs leui defuncta amore eſt. Iungitur ſemper nefas. Pſeudo-Cic. antequam iret in exil. 14 Si igitur aliquo tempore his hominibus conſuluiſtis, quorum animus eſt religionis pietate defunctus, debetis mihi quoque proſpicere, qui, *etc.* Caede defunctus Liu. 3, . . Sen. Oed. 789 Genitor ſine vlla caede defunctus iacet, *i. morte naturali.* Certamine Liu. 10, . . Cura Liu. 5, . . Decumis tribus pro vna defungi, *Tres decumas pro vna ſoluere:* Cic. Verr. 3, 42 Quis non maximo ſe affectum beneficio putauit, quum tribus decumis pro vna defungeretur, praeter paucos, qui propter ſocietatem furtorum tuorum nihil omnino dederunt? Liu. 39, 46 Defunctoſque Fato vulgo ferebant, quod inter fatalia vates cecciniſſent, neceſſe eſſe tabernacula in foro ſtatui. Defunctos fato *dixit, i. Solutos et exemtos, nec vltra illi fato obnoxios. In emendatioribus codicibus non legitur* Fato, *ſed ex ſerie orationis intelligitur.* Liu. 10, 29 At ex parte altera Pontifex cui lictores Decius tradiderat, iuſſeratque Propraetorem eſſe, vociferari, viciſſe Romanos, defunctos Conſulis Fato. *i. Conſulis ſeſe deuouentis ſpontanea morte ab imminentibus periculis liberatos et exemtos.* Ter. Phorm. 5, 8, 37 Quamobrem te oro, vt alia tua facta ſunt, aequo animo hoc feras: N. Quid ego aequo? cupio miſera in hac re iam defungier. *Vbi* Donatus, Defungier, Deſinere. Horat. Od. 3, 24, 15 Defunctumque Laboribus Aequali recreat ſorte vicarius, *h. e.* Liberatum. Acron. Sueton. in Neron. c. 40 Britannia, Armeniaque amiſſa, ac rurſus vtraque recepta, defunctum ſe fatalibus Malis exiſtimabat. Liu. 4, 52 Defuncta ciuitate plurimorum Morbis, perpaucis funeribus, peſtilentem annum inopia frugum, *etc.* Cic. Fam. 10, 24 Neque ego lubenter pro maximis tuis beneficiis tam vili Munere defungor orationis. Idem pro Roſc. Amer. c. 8 Quum etiam qui antea metuerent, redirent, ac iam defunctos ſeſe Periculis arbitrarentur. Liu. Decad. 3, 9 . . Ante omnia placuit libera corpora ſine omni mora Locrenſibus reſtitui: non leui defunctûrum Poena qui non reſtituiſſet. Liu. 2, . . Sed adeo coorta erat infenſa plebs, vt vnius Poena defungendum eſſet patribus, *i. vt Marci Coriolani damnatione, ab illa populari conſternatione liberandus eſſet Senatus.* Praelio defungi feſtinat Idem 1, . . Scelere defungi: Sen. Phoen. 338 Scelere defungi haud leui, haud vſitato tanta nobilitas poteſt. Iuſtin. 1, . . *de Aſtyage:* Quoniam defunctus ſibi Somnio videretur, *i. liberatus eo malo, quod ſibi viderat portendi per ſomnium.* Temporibus ſuis defuncta Horat. Epiſt. 2, 1, 22. *i.* Vetera ac demortua: quae ſua tempora compleuerint ac finierint. Porphyr. Praemenſae defunctus tempora lucis Tibull. 3, 3, 9. Defungi *etiam dicimus, pro Satisfacere vel Exſequi:* Liu. 1, 4 Ita velut defuncti regis imperio, in proxima alluuie, vbi nunc ficus ruminalis eſt, (Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt.

DEFVNCTVS, a, um. Partic. [ἀπηλλαγμένος] *Abſolute dicitur, Qui mortem obierit, quaſi aerumnis ſaeculi liberatum et eximium ſignificemus.* Plin. 13, 1, 1 Honosque is ad defunctos pertinere coepit. Miſerorum non ſecus ac defunctorum obliuiſcuntur Plin. Ep. 9, 9. Excitare defunctos Quinctil. 4, 1. Defuncta corpora incorrupta aeuis ſeruat, viuentia corrumpit cedrus Plin. 24, 5 ſ. 11. Corpora defuncta vita Virgil. Aen. 6, 306. Defunctumque leues non comitantur opes Boëth. 3 metr. 3 *Conſ.* Tertull. de Teſt. An. c. 4. Defuncti caluaria Scribon. 17. ¶ 2 Defunctum *etiam more Graecorum, qui* νεκρὸν *ita vſurpant, pro Cadauere intelligimus ſubſtantiue. Vnde ſcitum illud* Plinii 2, 68 ſ. 68 *de terra habitabili loquentis*, Et vt publicos gentium furores tranſeam, haec, in qua conterminos pellimus, furtoque vicini caeſpitem noſtro ſolo affodimus, vt qui latiſſime rura metatus fuerit, vltraque fines exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat? vel quum ad menſuram auaritiae ſuae propagauerit, quam tandem portionem eius defunctus obtineat? *Haec Budaeus. Ann. prior. p.* 210 a *extr.*

DEFVNCTVS, ūs. m. *Mors.* Tertull. adu. Val. c. 26 Defunctui ſubiacere, *i. morti obnoxium eſſe.*

DEFVNCTORIE. Adu. *Quum non ex animo, ſed quia vel Cogimur, vel Debemus, facimus, hoc vnum ſpectantes, vt officio noſtro defuncti eſſe videamur.* Sen. Contr. 31 *extr.* Defunctorie cauſam agere, *tanquam qui vincere nolit.* Vlpian. in l. ſecunda §. 32 ad S. C. Tertull. Non ſolum autem quae non petiit, coërcetur, ſed etiam quae defunctorie petiit, vt reſcripto declaratur: vel priuilegio munitum, vel oneratum tribus puta tutelis. *Hoc autem et Perfunctorie dicitur.* Papinian. in l. Propter §. Praeſidis, De Senatuſc. Sull. Heredibus, qui non defunctorie debitum officium impleuerant. *Vid. Duker. de Latinit. ICtor. p.* 409. DICIS cauſa.

DEFVNCTORIVS, a, um. Adi. *Vt*, Apodixis defunctoria Petron. c. 132 *Wowerio Interprete, Libellus, quo quis oſtendit perfunctum eſſe, Apocha, etc. Sed potius* Apodixim defunctoriam reddere, *eſt Leue ſpecimen edere, vt vexatiſſimum hunc locum expoſuit I. F. Gronou.* Obſeruat. 4, 13 *qui omnino videndus eſt. Satyricus idem* c. 136 Nec fatiatus defunctorio ictu, *i. leui, luſorio. Conf.* PERFVNCTORIVS.

DEFVNCTIO, ōnis. f. Saluian. de Gubern. Dei p. 18. Vulg. Sirac. 1, 11.

DEFVSTO, āre. ξυλοκοπῶ, Gloſſ. Gr. Lat.

DEFVSTATVS, a, um. Part. Apul. *eſſe negat Index Floridi.*

DEFVSTATIO, ōnis. f. Auguſtin. . .

DEFVSTATOR, ōris. m. Auguſtin. . .

DEFVTVTVS, a, um. Puella defututa Catull. 41, 1.

D E G

DEGĔNER, ĕris. com. gen. [ἀγεννὴς] Priſc. 7 p. 765 *extr.* Hic et haec et hoc degener, a degenere. *Eſt autem degener, qui patris vel maiorum ſuorum moribus non reſpondet, inquit* Seru. *ad* Virgil. Aen. 2, 549 Degeneremque Neoptolemum narrare memento. Si me degeneri ſtrauiſſent fata ſub hoſte Lucan. 4, . . — iuuenis patrii non degener oris, *i. aeque diſertus ac pater* Ouid. ex Ponto 3, 5, 7. Degener altae virtutis patrum Sil. 10, 68. Sanguinis Stat. Theb. 9, . . Tacit. 1, . . Quum ſe diuo Auguſto ortum, neque degenerem ad pericula teſtaretur. Columel. 7, 9, 7 Degeneris arundinis, quam vulgus cannam vocat. Proles non degener Sen. Agamemn. 386. Tacit. 11, 19 Nec irritae, aut degeneres Inſidiae fuere aduerſus transfugam, et violatorem fidei. Prece haud degenere permotus Eunones, alleuat ſupplicem Tacit. 12, 19. Rex Idem Ann. 12, 62, 1. *i. ſuppoſititius.* Sanguis degener primam ſtirpem refert Sen. Hippol. 908. Degener, *ignobilis et vilis* Virg. Aen. 4, 13 Degeneres animos timor arguit. *Conf.* Lucan. 6, 417. Canum degeneres ſub aluum reflectunt caudam Plin. 11, 50 ſ. 111. Metus degener Lucan. 3, 149.

DEGENĔRO, āre. [νοθεύομαι, μεταπίπτω, ἐκπίπτω] *A generis nobilitate deſciſcere.* Propert. 4, 1, 79 Dii mihi ſunt teſtes non degeneraſſe

raſſe propinquis. Degenerare *tam a bono, quam a malo dicimus:* Liu. 9, 35 *ad Appium Claudium*, Nolo ego iſtam in te modeſtiam: ne degeneraueris a familia imperioſiſſima et ſuperbiſſima. Cic. Verr. 5, 159 c. 68 Tunc cum te ac tuam vitam noſſes, in Siciliam tecum grandem praetextatum filium ducebas, vt etiamſi natura puerum a paternis vitiis atque a generis ſimilitudine abduceret, conſuetudo tamen eum et diſciplina degenerare non ſineret. Naturale quoddam ſtirpis bonum degenerat vitio deprauatae voluntatis Cic. de Clar. Orat. c. 34. Idem de Prouinc. Conſ. c. 8 Patrem dico: cuius vtinam filii non degeneraſſent a grauitate paterna. Degenerare a perenni conteſtataque virtute maiorum Cic. pro Flacco c. 11. Id. de Diuin. 1, 6 Sed a Stoicis vel principibus eius diſciplinae, Poſidonii doctor, diſcipulus Antipatri degenerauit Panaetius. Ita degenerant, vt ipſi ex ſe nati eſſe videantur Cic. de Fin. 5, 13 c. 5 *de philoſophis doctorum ſuorum ſententias deſerentibus.* Patri degenerare Claudian. Paneg. de Conſ. Honor. 4, 367. Marti paterno Stat. Theb. 1, . . Degenerare in feritatem Plin. 17, 15 ſ. 25 *de Vite.* Dextera in armis degenerat Sil. 15, . . Virgil. Georg. 2, 59 Pomaque degenerant ſuccos oblita priores. Vidi lecta diu et multo ſpectata labore degenerare tamen *(ſc. ſemina)* Idem Georg. 1, 197 Acer equus degenerat palmas Ouid. Met. 7, 542. *i. quantum ad palmas. Sed fluctuat lectio. Caeterum* Degenerare, *actiue:* Colum. 7, 12, 11 *de Canibus*, Huic quadrupedi neque feminae, neque mari, niſi poſt annum permittenda venus eſt, quae ſi teneris conceditur, carpit et corpus et vires, animosque degenerat. Ouid. ex Ponto 3, 1, 45 Hanc caue degeneres. *Ita Heinſius e MSS. emendat, confirmatque aliis Exemplis, cuiusmodi eſt illud* Statii Silu. 3, 1, 160 Tantum non degenerabit honorem. Prop. 4, 1, 81 DI mihi ſunt teſtes, non degeneraſſe propinquos. *Sic Brouckh. ex MSS. Sic Paſſiue:* Adulterinis coïtibus degenerantur partus leaenarum Solin. c. 17. *Vid.* DEGENERATVS.

DEGENERATVS, a, um. Partic. *A quo filius degenerauit.* Val. Maxim. 5, 8, 4 *Scaurus filio miſit*, Si quid modo reliquo in pectore verecundiae ſupereſſet, conſpectum degenerati patris vitaturum. Idem 2, 7, 7 His piaculis, Mars imperii noſtri pater, vbi aliqua ex parte a ſuis auſpiciis degeneratum erat, numen tuum propitiabatur.

DEGENERATIO, *et* DEGENERATOR, *apud* Auguſtin. . .

DEGENIO, āre. *Inuenuſtum reddere.* Vſurpatione degeniare aliquid Caſſiodor. lib 5. *Conſ. Voſſ. de* Vitiis L. L. 4, 5.

DEGENIATVS, a, um. Partic. Caſſiod. Epiſt. 12, 11.

DEGĔRO, ſſi, ſtum, ĕre. [καταναλίσκω] *Idem quod Gerere, vel ferre deorſum, i. perdere, in barathrum abiicere.* Plaut. Men. 5, 2, 53 Me deſpoliat, mea ornamenta apud meretrices degerit. *Vbi interpres,* Degerit, apud meretrices Abſumit, interpretatus eſt. Idem Men. 5, 1, 41 Atque illud tuae degeris amicae. Plin. 12, 27 ſ. 60 Degeritur in paſtillos *f.* digeritur *melius.*

DEGLĂBRO, āre. *Glabrum facere, Corticem demere.* Paullus in l. Caedere D. Arborum furt. caeſar. Caedere eſt non ſolum ſuccidere, ſed etiam ferire caedendi cauſa. Cingere eſt Deglabrare.

DEGLABRATVS, a, um. Partic. Lactant. 1, 21.

DEGLŪBO, ĕre. [ἀπολεπίζω] *Corticem eximere, Siliquam aut folliculum excutere, et Granum ſua nudare tunica.* Varro de R. R. 1, 48, 2 Quod eo folliculo deglubitur granum. *Vid.* GLVBO. Deglubere, *per translationem, eſt Pellem detrahere.* Varro *apud* Non. 2, 688 Peliam Medeae permiſiſſe, vt ſe vel viuum degluberet, dummodo daret puellum. Tiberius Caeſar, *auctore* Sueton. c. 32 Admonitus ab amicis, vt prouincialibus augeret vectigalia, reſcripſit, Boni paſtoris eſſe tondere pecus, non deglubere. *Vid. Dion. Caſſ. lib. 57. Eſt etiam libidinis muliebris verbum.* Auſon. Epigr. 71 Deglubit, fellat, molitur per vtramque cauernam: *ſimile* Catulliano 58 Glubit magnanimos Remi nepotes.

DEGLVPTVS, a, um. Part. Plaut. Poenul. 5, 5, 33 Deglupta maena *conuicium in hominem mollem. Maena piſcis vilis, deglubi ſolitus vt anguillae.* Marcell. Emp. c. 16 Mus degluptus.

DEGLVTĬNO, āre. [ἀποκολλάω] *Diſiungere quod glutinatum erat.* Plin. 25, 13 ſ. 103 Purgat enim vlcera oculorum, expletque, et ad cicatricem perducit, palpebras deglutinat.

DEGLVTIO, *vel* DEGLVTTIO, īre. *Quaſi tu dicas deorſum glutire aut glutiendo detrudere in ventriculum.* Vt deglutiret Ionam *(piſcis)* Vulgat. Ion. 2, 1. *Conſ.* Id. Pſalm. 123, 3. Alcim. Au. 4, 364.

DEGLVTIENS, ēntis. Partic. Vulgat. 1 Pet. 3, 22.

DEGO, ĕre. [διάγω] *Quaſi dicas* deigere, *vel Vsque ad finem agere, ducereue.* Ter. Adel. 4, 1, 6 Hunc diem perpetuum, vt coepi, cupio in laetitia degere. *Sic et* Plaut. Moſt. 3, 1, 3. Ter. Phorm. 2, 2, 70 Vt cum eo vno aetatem degeret. Cic. pro Roſc. Amer. 150 c. 52 Inter feras ſatius eſt aetatem degere, quam in hac tanta immanitate verſari. Idem de Natur. Deor. 1, . . Degere omnem aetatem in tranquillitate Cic. de Fin. 2, 118. Aetas degitur ſub nutu alterius Lucret. 4, 1116. Cic. Off. 1, 117 Id ſibi quisque Genus aetatis degendae conſtituit, quod maxime adamauit. Aeuum pulchre degere Lucret. 5, 173. Qualibus in tenebris, vitae quantisque periclis degitur hoc aeui, quodcunque eſt Idem 2, 16. *Conſ.* Id. 3, 323 *et* 510. Bellum cum ventis Lucret. 4, 965 *dicuntur nautae. Sed Gif. et Par. legunt* Degerere. *Creech* cernere. Corium de tergo alicuius, *i.* detrahere, *auctore* Nonio 4, 117 *apud* Plaut. Epid. 1, 1, 63 *quaſi Deorſum agere. Vid. ibi Taubm.* Laborem alicui, *i. diminuere* Plaut. Aulul. 2, 1, 43 Nunc ego iſtum, ſoror laborem degam, et diminuam tibi, *antiquum eſt et inuſitatum. ibi vulgo* Demam. *Adi* Nonium 4, 117. Cato R. R. 37, 5 De vinea et arboribus putatis ſarmenta degere. *Sic Victor. et rell. Ante* deterge. *Infinitum poſcit ſeries.* Otia in thalamo Catull. 68, (67) 104. Quod reliquum eſt vitae, in otio degere Matius ad Cic. Fam. 11, 28, 20. Senectam turpem Hor. Od. 1, 31, 20. Tempus aetatis ſine moleſtia Cic. de Senect. 2. Vitam Idem pro P. Sulla . . . Idem Off. 1, 11 Facile totius vitae curſum videt, ad eamque degendam praeparat res neceſſarias. Placidam ac pacatam vitam Lucret. 5, 1121. Vitam cum virtute Cic. de Fin. 4, 30. Vitam in egeſtate Idem pro Roſc. Amer. c. 49. Vitam in exilio Cic. antequam iret in exil. 29. Vitam ſine metu Idem de Fin. 3, . . Ex aequo cum aliquibus Plin. 6, 25 ſ. 29. *i. viuere.* Degi, *infinitiu.* Plin. 12, 1 ſ. 2 Mille praeterea ſunt vſus earum, ſine queis vita degi non poſſit. *de Arboribus.* Symmachus *praeter. format* Degui, Epiſt. 1, 32 In comitatu deguimus ambo aeui diſpari. ¶ 2 Degere, antiqui poſuerunt pro Expectare, Feſtus. Degerere *et* Exportare *ſuſpicantur viri docti.*

DEGRADO, āre. Degradandi Senatores licentia l. 3 C. de Off. magiſt. off. *i. gradu et honore deiiciendi.*

DEGRADATIO, ōnis. f. ICt.

DEGRANDESCO, ĕre. Hieron.

DEGRANDĬNAT. Imperſ. [ἐπιχαλάζει] Ouid. Faſt. 4, 755 Da veniam culpae: nec, dum degrandinat, obſit Agreſti fano ſuppoſuiſſe pecus, *i. donec grandinare deſinat, donec ceſſet grando.*

DEGRASSOR, āris, ātus ſum, āri. [ἐγκατασκήπτω] Stat. Achil. 1, 406 Vbi tanta iniuria primos Degraſſata duces? *i. contra Duces.*

DEGRĂVO, āre. [καταβαρέω] *Grauem et ponderoſum reddere, premere, moleſtare.* Liu. 4, 33 Alios in aquam compulſos gurgites ferunt: etiam peritos nandi, laſſitudo et vulnera, et pauor degrauant. Signis ex transuerſo illatis degrauabant prope circumuentum cornu Liu. 3, 62. *i. cedere cogebant, retro agebant.* Degrauari *minus eſt quam* Mergi: Plin. 9, 5 ſ. 4 Aſcendere eum nauigia nocturnis temporibus, ſtatimque degrauari quas inſideret partes: et ſi diutius permaneat, etiam mergi. Labore operis degrauari Columel. 6, 2, 15. Genua quoque degrauat Plin. 22, 25 ſ. 73. Paullatim degrauatum pondere ſuo praeceps attrahetur Columel. 1, 5, 10. Vitis degrauat vlmum Ouid. Triſt. 5, 3, 35.

DEGRAVATVS, a, um. Partic. Phaedr. 4, 21, 15 Onere degrauati. Manus pondere degrauatae Apul. Met. 7, . .

DEGRAVATE, Adu. *apud* Auguſtin. . .

DEGREDIOR, ĕris, ſſus ſum, ĕdi. Dep. [καταβαίνω] *Deſcendere.* Liu. 3, 62 Verecundiae erat equitem ſuo alienoque Marte pugnare, peditem ne ad pedes quidem degreſſo equiti parem eſſe. *Conſ.* Idem 7, 14 *extr. et* c. 24 *pr. it.* 21, 32. In ſpecum degreſſus ſacerdos hauſta fontis arcani aqua, *etc.* Tacit. 2, 54. Pullo amictu palatio degreditur Idem Hiſt. 3, 67. *Vid. Gronou. Perperam aliqui legunt* Digreditur. *Nam quoties ex alto deſcenſus innuitur, apte locum habet hoc verbum* Degredior. Liu. 29, 32 Cum quingentis, haud amplius peditibus, ducentisque equitibus degreſſum iugis Maſiniſſam perſequutus. *Vid.* Tacit. Hiſt. 2, 66, 6.

DEGRESSOR, āri. Dep. *Idem ac Degredi.* Apul. de Deo Socr. p. 47, 25 *de nubibus*, Quippe ſi aquae humore fecundae ſunt, veluti ad fetum edendum deorſum degreſſantur. *Al.* Degraſſantur.

DEGRESSIO *legitur a quibusdam, vbi alii digreſſio: Sic*

DEGRESSVS, ûs. m. Cic. in Piſon. 63 c. 26 Et degreſſum meum, et abſentiam, et reditum. *Sic inde a Grutero, al.* Digreſſum.

DEGRVMOR, āri. *Ad grumam menſuram dirigere.* Lucil. lib. 3 Viamque degrumari vis, vt caſtris menſor facit olim. Non. 1, 316.

DEGV̆LO, āre. [καταλιχνεύω] *Antiquum pro Conſumere et ligurire, quaſi Gulae tradere.* Plaut. Poſtquam degulato patrimonio pauper eſt factus. Nonius 2, 223 Degulaſſe eſt gulae dediſſe: *laudatque locum Afranii. Add.* Chariſ. 1 p. 80.

DEGVLATOR, ōris: m. Degulator, quod gulae ſit deditus Iſid. 10 Lit. D. *Add.* Apul. Apol. p. 322.

DEGVNERE, *Deguſtare*, Feſtus. *Quidam legunt* Degumare, *vel* Degumiare. *Vid. Voſſ. Etym. p. 242.*

DEGVSTO, āre. [ἀπογεύομαι] De *re paullum quiddam Guſtare.* Plin. 18, 2 ſ. 2 Ac ne deguſtabant quidem nouas fruges aut vina. Cat. 148, 1 Vinum boni viri arbitratu deguſtato. *Metaph.* Cic Att. 4, 8 *extr.* Tu velim et Fabium, ſi quem habes aditum, odorere: et iſtum conuiuam tuum deguſtes. *Hoc eſt, Leuiter in ſermone tentes, vt ſcias, qui ſit animus eius erga me.* Deguſtare artus, *dicuntur volucres ad multitudinem cadauerum ſignificandam* Lucan. 7, 844. *Metaph.* Ignes deguſtant tigna celeri flamma Lucret. 2, 192. Virgil. Aen. 12, 376 Summum deguſtat vulnere corpus *Lancea. Add. Drakenb. ad* Silium 9, 523. *Alia Metaph:* Quinctil. 4, 1, 14 Deguſtanda tamen haec prooemio, non conſummanda. Deguſtare genus aliquod exercitationum Cic. in Parad. 1. Imperium et tu, Galba, quandoque deguſtabis Tacit. Ann. 6, 20. *Conſ.* Sueton. Galba 4. Deguſtare mentes, ſenſusque eorum, apud quos acturi ſumus Cic. de Orat. 1, . . Deguſtare pauca de fabulis Cic. Att. 13, 38. Deguſtare aliquid primis labris Quinctil. 12, 2, 4. Quaſi deguſtatae materiae Idem 10, 5, 23. Pauca ex orationibus Cic. Att. 1, 16. Celeri deguſtat ſingula ſenſu Claudian. in Eutrop. 1. Aliquid ſpeculae ex ſermone alicuius deguſtare, *i. aliquantum ſpei concipere* Cic. pro Cluent. 72 c. 26. Deguſtare vitam aliquam, *i. experiri vitae rationem:* Cic. Tuſc. 5, 61 Viſne igitur, *inquit*, ô Damocle, quoniam haec te vita delectat, ipſe eandem deguſtare, et fortunam experiri meam?

D E H

DEHAVRIO, ſi, ſtum, īre. [ἐξαντλάω] *Idem quod Haurire, vel Exhaurire.* Cato c. 66 Quum oleum ſuſtuleris de cortina, amurcam dehaurito. *Sic ante Victor. ſed poſtea* dehorito, *ſcriptura antiquaria. Add.* Tertull. de Pallio c. 5.

DEHAVSTVS, a, um. Part. Tertull. de Reſurr. Carn. 11.

DEHINC. Adu. tempor. [ἀπὸ τούτου, μετὰ ταῦτα] *i. Poſthac, poſtea.* Ter. Eun. 5, 2, 33 At nunc dehinc ſpero aeternam inter nos gratiam Fore Thais. Dehinc omnes deleo ex animo mulieres Ter. Eun. 2, 3, 5. Plaut. Merc. 5, 4, 40 LY. Miſſas iam ego iſtas artes feci. DE. Et quidem ego dehinc iam. Plaut. Poen. 1, 2, 5 Dehinc caeterum valete, adeſte. Idem Poen. 5, 2, 69 Si quidem ante mentitus ſit, nunc iam dehinc erit tibi verax. Dehinc, [τοὐντεῦθεν] *pro Deinde, Adu. ordinis.* Cic. Tuſc. 2, . . Primum igitur de imbecillitate multorum, et de variis diſciplinis philoſophorum loquar: quorum princeps et auctoritate et antiquitate Socraticus Ariſtippus, non dubitauit dolorem, ſummum malum dicere. Dehinc ad hanc eneruatam muliebremque ſententiam ſatis docilem ſe Epicurus praebuit. Virgil. Aen. 3, 464 Dona dehinc auro grauia, ſectoque elephanto Imperat ad naues ferri. Dehinc *aliquando in vnam ſyllabam contrahitur a Poëtis:* Virgil. Aen. 1, 257 Oſcula libauit natae, dehinc talia fatur.

DEHISCO, ĕre. [χαίνω] *Eſt ſe veluti Hiatu quodam aperire.* Virgil. Aen. 4, 24 Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat. Aequor dehiſcit Idem Aen. 5, 143. Cato 12 Quibus arbores comprimat ſi dehiſcent. *Sed Vict.* dishiaſcent. Moles iacta dehiſcit Ouid. Met. 13, 890. Caelum a media regione dehiſcit Ouid. Faſt. 3, 371. Oſſa dehiſcunt Celſ. 8, 1 *extr.* Cymba rimis dehiſcit Ouid. Triſt. 5, 12, 27. Plin. 21, 4 ſ. 10 Quo mox intumeſcente, et in virides alabaſtros faſtigiato, paullatim rubeſcens dehiſcit. Syrtis qua dehiſcit Mela 1, 7. Dehiſcit, ſeque populis aperit Taurus Plin. 5, 27 ſ. 27. Rictus animalis dehiſcens ad aures Idem 8, 21 ſ. 30. Dehiſcunt quidam piſces prae pinguedine, *h. e. diſſiliunt, finduntur, crepant* Plin. 9, 15 ſ. 20. *De Thynnis.* Illam dehiſcens

pontus in praeceps rapit Sen. Agamemn. 499. Terra mihi dehiſcat Virgil. Aen. 12, 88. Terrae dehiſcunt ardore Idem Georg. 1, 479. *et* 3, 432. Vnda dehiſcens, terram inter fluctus aperit Virgil. Aen. 1, 106. Acies dehiſcens, *vid.* ACIES. Nauigium Seneca Epiſt. 30. Dehiſcente vtero parit acus piſcis Plin. 9, 51 ſ. 76.

DEHONESTVS, a, um. Adi. [ἀπότιμος] *Non honeſtus.* Gell. 19, 10 Dehoneſtum tibi deculpatumque hoc verbum videtur.

DEHONESTAMENTVM, i. n. [ἀτιμία, ἀκοσμία] *dicitur id, quod gratiam et honeſtatem alicui rei adimit. Vnde vultus* dehoneſtamentum *dicitur cicatrix, vultum hominis dedecorans, vt oculi effoſſio.* Iuſtin. Vt generis dehoneſtamentum pater exponi iubet. Amicitiarum dehoneſtamenta Tacit. Hiſt. 2, 87, 4. Gell. 2, 27 Quo ille dehoneſtamento corporis maxime laetabatur. Oris dehoneſtamentum Tac. Hiſt. 4, 13, 3. Originis dehoneſtamenta Iuſtin. 28, 2, 9. Contumeliae, verba probroſa, ignominiae, et caetera dehoneſtamenta Sen. de Conſt. Sap. c. 18. Dehoneſtamentum, *pro Contumelia:* Tac. Ann. 12, 14 Auribus deciſis viuere iubet, oſtentui clementiae ſuae, et in nos dehoneſtamento.

DEHONESTO, āre. Suet. Claud. c. 30 Eum multa dehoneſtabant. *Conf.* Lamprid. Alex. Seu. c. 2.

DEHONESTANS, āntis. Partic. Treb. Pollio in Gallien. c. 16. *Sed variatur.*

DEHONESTATIO, ōnis. f. Tertull. de Pudic. c. 18.

DEHONORO, āre. [ἀτιμάζω] *Honore priuo, vel priuare conor.* Saluian. contra Auar. 3 p. 106. Dehonoratus Oroſ. 2, 2.

DEHONORARIVS, a, um. Adi. Tertullian. Apol. c. 39. *c. not. Rigalt.*

DEHORIO, *vid.* DEHAVRIO.

DEHORTOR, āri. Dep. [ἀποκαλέω, ἀποτρέπω] *Diſſuadere.* Ter. Phorm. 5, 7, 17 At hic dehortatus eſt me, ne illam illi darem. Dehortari ab aliqua re Auctor ad Herenn. 3 c. 3. *Contraria:* Cic. in Piſon. 94 Res ipſa, et Reip. tempus, aut meipſum, quod nolim, aut alium quempiam aut inuitabit, aut dehortabitur.

DEHORTATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Marc. 4, 15.

DEHORTATORIVS, a, um. Adi. Tert. Apol. c. 22.

DEHORTATIVVS, a, um. Adi. *Idem.* Priſcian. p. 1020.

D E I

DEÏANĪRA, ae. f. [Δηϊάνειρα] *Filia Oenei, Aetoliae regis, cuius regia Calydon fuit. Haec vero ob formae pulchritudinem multos procos habuit: tandem autem Acheloo deſponſata eſt primo, deinde Herculi. Quumque nuptiarum gratia ortum eſſet inter eos certamen: Acheloo deuicto, tandem Herculi ceſſit.* Ouid. Met. 9, 136 Nomine ſi qua ſuo tandem peruenit ad aures Deïanira tuas, quondam pulcherrima virgo. *Vid. Diodor.* 5, 2.

DEÏDĂMĪA, ae. f. [Δηϊδάμεια] *ſiue, vt alii volunt,* DEÏAMIA, *Filia fuit Lycomedis Scyri inſulae regis, cum qua Achilles conſuetudinem habuit, et inde natus eſt Pyrrhus.* Stat. Achil. 1, 560 Aeaciden furto iam nouerat vna latentem Deidamia virum.

DEIĔRO, āre. [ἐπόμνυμι] Per deos iurare, vel Valde iurare, *inquit* Donatus. Ter. Eun. 2, 3, 39 Illum liquet mihi deierare. Id. Hec. 5, 2, 5 Phidippe Bacchis deierat perſancte, *etc.* Conceptis verbis deierare auſim Cornelia *apud* Nep. fragm. 12, 3.

DEIERATIO, ōnis. f. *Sancta iuratio.* Saluian. de Gubern. Dei 4 p. 146. *Et* Tertull. de Poenit. c. 4. Idem de Idolol. c. 20.

DEIVRO, āre. *Apud* Plautum *legitur in* Caſin. 3, 5, 36 Per deos omnes et deas deiurauit, hac *etc.* Idem Rud. 5, 2, 49. *Add.* Gell. 11, 6.

DEIVRIVM, ii. n. [ὁρκωμόσιον] Gell. 7, 18 Tum octo ex iis poſtliminium iuſtum non eſſe ſibi reſponderunt, quoniam deiurio vincti eſſent.

DEIĬCIO, ēci, ectum, ĕre. [καταβάλλω, πιλνάω] *Deorſum mittere.* Plaut. Aſin. 2, 4, 19 Iuſſin' columnis deiici operas aranearum? Moenia alicuius deiicere Ouid. Met. 12, . . Auem deiecit ab alto caelo Virgil. Aen. 5, 542. Deiicere de foribus araneas Plaut. Stich. 2, 2, 31. De ponte Cic. pro Roſc. Amer. 99 c. 35. *Vid. in* PONS. De ſaxo Liu. 25, . . Equo Idem 4, . . *Sic* Deiicere templo magiſtratus Cic. pro Sextio . . Deiicere ſe ex ſuperiore parte aedium Nepos Dio. 4. *Sic* Deiicere e ſaxo ciues Horat. Sat. 1, 6, 39. Deiicere praeſidium equitum, deiicere propugnaculum Caeſ. Bell. C. 3, . . Cic. Verr. 3, 40. *et* Phil. 8 c. 2. *It.* Hor. Epiſt. 2, 2, 30. Aliquem aedilitate, *vel* honore Cic. Verr. Act. 1, 23. Liu. 3, . . *Subauditur Praepoſitio* DE *vel* EX. Cic. pro Muraena 79 His haedinis pelliculis Praetura deiectus eſt. Cato 156, 2 Aluum ſi voles deiicere, ſuperiorem ſumito cymam braſſicae. Varro de R. R. 2, 11, 3 Caſei minimi cibi, et qui facillime deiiciantur, caprini. *It.* abſolute Scribon. 99, 104. Cic. Verr. 5, 169 Hac ſe commemoratione ciuitatis, omnia verbera depulſurum, cruciatumque a corpore deiecturum arbitrabatur. Deiici de gradu, *i. dignitate:* Idem Att. 16, 15 Leptae literarum exemplum tibi miſi, ex quo mihi videtur στρατυλλὰξ ille deiectus de gradu. Cruorem per ſellas Scrib. 193. Stercus per os 118. Ventum deorſum 118. *Sed medicamentum quoque* Deiicere aquam *dicitur* c. 133. *i. educere per aluum.* Aliquem de gradu, *per metaph. pro eo, quod eſt De conſtantia deducere, et propoſito, in quo pedem fiximus* Cic. Off. 1 c. 23 *etc.* Hoſtem deiicere Claudian. de Bell. Get. . . Cic. Philipp. 1 c. 2 Patriae liberatores vrbe carebant ea, cuius a ceruicibus Iugum ſeruile deiecerant. Idem Verr. 5, 129 Hunc ego ſi Metum Siciliae damnatione iſtius per veſtram fidem et ſeueritatem deiecero, Iudices, ſatis officio meo, ſatis illorum voluntati, qui a me hoc petiuerunt, factum eſſe arbitrabor. Pudor gremio deiecit Ocellos Ouid. Epiſt. 11, 35. *Sed aliter* Cic. Verr. 433 c. 15 Pueri autem Siſennae, credo, qui audiuiſſent, quae in iſtum teſtimonia eſſent dicta, oculos de iſto nusquam deiicere, neque ab argento digitum diſcedere, *i. demouere.* *Sic* Cic. Philipp. 1 princip. Nec vero vsquam diſcedebam, nec a Republ. Oculos deiiciebam. Si tantum oculos deiecerimus, *Celeritatem ſignificat* Cic. Verr. 5, . . *Apud* Cic. pro Caecina *diſputatur, quid ſit* deiicere, *intell.* de poſſeſſione. *V. g.* 23 c. 10 Praetor interdixit, vt vnde deieciſſet, reſtitueret. *Et* 31 c. 11 Non deieci, ſed obſtiti, non enim te ſum paſſus in fundum ingredi, *etc.* *Et* 39 c. 14 Quid ergo? hoc quam habet vim? vt illa res aliquid aliqua ex parte differre videatur, vtrum pedem cum intulero, — tum expeller atque deiicier: an quum eadem vi atque iiſdem armis mihi ante occurratur, ne non modo intrare, verum etiam adſpicere, aut adſpirare poſſim? Qui hoc ab illo differt? *etc.* Cic. de Lege Agr. . . Rullus exſtitit, qui ex ea poſſeſſione Rempublic. demoueret, ex qua nec Gracchorum benignitas eam, nec Sullae dominatio deieciſſet. Deiici de vrbis praeſidio, et de cuſtodia ciuitatis deturbari Cic. pro Muraen. 79. Senatum a gubernaculis deiicere Cic. pro Domo 24. Id. Tuſc. 2 c. 5 Me pudet tam cito de ſententia eſſe deiectum. Cic. Att. 15, . . Noſter Brutus cito deiectus eſt de illo inani ſermone. Cic. in Orat. 129 Magno ſemper vſi impetu, ſaepe aduerſarios de ſtatu omni deiecimus. Id. de Nat. Deor. 1, . . . Prius te quis de omni ſtatu vitae, quam de iſta auctoritate deiecerit. Caeſ. B. G. 1, 8 Heluetii ea ſpe deiecti. Cic. Tuſc. 2, 40 Videsne igitur quantum breuiter admonitus de doloris terrore deieceris? Vultum Virg. Aen. 3, 320. Sen. Ep. 11. *Vid.* Ocellos deiicere. Pudor deiicit Vultus Valer. Argon. 7, 514. Deiicere, *iaciendo defigere:* Liu. 1, 40 Dum intentus in eum ſe rex totus auerteret, alter elatam ſecurim in caput deiecit. *de Tarquinii Priſci morte.* Manlius ſcuto ſcutum percutit, atque de loco certo hominem iterum deiicit Gell. 9, 13. Iuuencum deiicere Valer. Argon. 1, 190. *Mactare ſignificat et proſternere. Sic idem 2,* . . Protinus ingentem procerum ſub nomine taurum Deiicit. *Ita* Sil. 15, 566. *Vid. Drakenb. ad loc.* Deiici *dicuntur etiam* naues *vel* claſſes *adeo, cum praeter curſum inſtitutum appellere alicubi coguntur.* Liu. 21, 49 Eadem tempeſtate, qua ipſi disiecti forent, eam quoque claſſem ad Aegates inſulas deiectam. *Et* 23, 34 *extr.* Claſſis — foeda tempeſtate vexata ad Baliares inſulas deiicitur. *Plura Gronou. et Drakenb. ad h. l.*

DEIECTVS, a, um. Partic. [καταβληθεὶς] Plin. 2, 9 ſ. 6 *de Lunae natura,* Alias contigua montibus, nunc in Aquilonem elata, nunc in Auſtros deiecta. Quatuor millibus ferarum deiectis Curt. 8, 1, 19. Super iuuencum ſtabat deiectum leo Phaedr. 2, 2. Oppreſſae deiectis hoſtibus arces Lucan. 2, 654. Paucisque deiectis reliquos ſe conuertere cogunt Caeſ. B. C. 1, 46. Hoc deiecto Nep. 8, 2, 7. *i. victo caeſoque.* Spe deiectus Sil. 10, . . Deiectus vultum Stat. Theb. 3, . . Deiectis ex muro vndique armatis Liu. 5, 21. Vi deiectus Cic. pro Caecin. . . Caput enſe deiectum Sil. 13, . . In terram oculi deiecti Quinctil. 1, 11. Coniuge deiecta mulier, *i. Priuata marito:* Virg. Aen. 3, 317 Heus quis te caſus deiectam coniuge tanto Excipit? Lacrimis deiectis turpia lumina Propert. 1, 18, 16. Vultus pudore deiectus Sen. Troad. 1137. Ire deiectum aliquid Hor. Od. 1, 2, 15. Hyacinthus perſpicuitate deiectior Solin. c. 43. Quo ipſe deiectior fieret, aut minor eſſet Ambroſ. Ep. 24 *ſub fin.* Neutrum altero ſublimius aut deiectius eſt Tertull. adu. Marc. 1, 6. ¶ 2 Cuniculus deiectis militibus eo tempore plenus Liu. 5, 21. *h. e. qui eo ſe deiecerant.* Ouid. Am. 2, 4, 11 Siue aliqua eſt oculos in ſe deiecta modeſtos, καταβεβλημένη.

DEIECTVS, ûs. m. [καταβολὴ] Liu. 9, 2 Quum ad alias anguſtias protinus pergerent, ſeptas deiectu arborum, ſaxorum ingentium obiacentem molem inuenere. Armorumque virûmque deiectum ſperare Sil. 12, 189. Grauis deiectus Ouid. Met. 1, 571. Plin. 37, 6 Neque in receſſu gemmae, aut in deiectu renitente, ſed in ipſis vmbonibus nitente. Caeſ. B. G. 2, 8 Quod is collis, vbi caſtra poſita erant, paullum ex planitie editus, tantum aduerſus in latitudinem patebat, quantum loci acies inſtructa occupare poterat: atque ex vtraque parte lateris deiectus patebat, et in fronte leuiter faſtigiatus, paullatim ad planitiem redibat. *Vid. Dauiſ.*

DEIECTE. Adu. Tertull. aduerſ. Marc. 2, 27.

DEIECTIO, ōnis. f. Verbale. [κατάβλησις, καταβολὴ] Cic. pro Caecina c. 20 Qui illam vim deiectionemque tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit. Deiectio *apud* Celſum *pro Subductione alui ponitur* 1, 3 Deiectio quoque medicamento petenda eſt, vbi venter ſuppreſſus parum reddit. *Add.* Scribon. 90. 92. Deiectio omnis 142. Moliri deiectionem Celſ. 2, 12. Deiectio, *inter poenas militares:* L. 3 §. 1 Dig. de re milit. *refertur* Gradus deiectio, *id eſt, Mutatio militiae in deteriorem, quod ibidem §. 5 dicitur,* gradu militiae deiicitur.

DEIECTIVNCVLA, ae. f. Scribon. Larg. compoſ. 52 *extr.*

DEIECTO, āre. Frequent. Tert. de Pallio c. 4. *et* Gell. 20, 9 Coquenti vaſa cuncta deiectat.

DEIMMITTO, ĕre. Deimmittit virile veretrum in flumen Varro *ap.* Non. 4, 335. *al. rectius,* dein mittit.

DEIN, *et* DEINDE. Adu. Ordinis. [ἐντεῦθεν], *hoc eſt, Poſtea.* Ter. Andr. 1, 1, 52 Accepit conditionem, dein quaeſtum occipit. Cic. in Orat. 93 Haec quidem duo binis pedibus inciſim, dein membratim. Cic. de Nat. Deor. 2, 110 Dein quae ſequuntur. Deinde [ἐντεῦθεν] Compoſitum eſt ex Praepoſitione, et loci ſignificatione: vt Exinde, proinde, perinde, ſubinde, quae item Tempus ſignificant Feſtus. Ter. Heaut. prol. 19 Factum hic eſſe id non negat, Neque ſe id pigere: et deinde facturum autumat. Primum cur? *Et paucis interiectis,* Deinde, Nihilne praeterea diximus? Cic. Acad. 4, . . Primum — deinde Caeſ. B. C. 1, 74. Primum — deinde — deinde — deinde — et rurſus — deinde — deinde — poſtea — et iterum Scribon. 16. Deinde *ponitur aliquando cum aliis Aduerbiis ordinis, vt* Cic. pro Cluent. 71 Capit hoc conſilium, vt pecuniam quibusdam iudicibus leuiſſimis pollicearur, deinde eam poſtea ſupprimat. *Sic* pro Milon. c. 24 Deinde poſtea ſe gladio percuſſum eſſe Id. Tuſc. 4 c. 1 In hisque primum ipſius Pythagorae, deinde poſtea Pythagoreorum tantum nomen eſſet. Liu. 41, 24 Legati deinde poſtea miſſi ab rege. Nepos Eum. 5 Deinde poſt verberibus cogebat exſultare. Vell. 2, 23, 3 Maior pars nobilitatis — ac deinde poſt in Aſiam perfugit. Cic. Att. 2, 23 Poſt deinde omnes illius partis auctores ac ſocios. Ter. Andr. 3, 2, 3 Nunc primum fac iſtaec lauet: poſt deinde, Quod iuſſi ei dari bibere. *Neſcio an ad hunc Pleonaſmum referri etiam debeat* Cic. de Diuin. 1, 64 c. 30 Rhodium quendam morientem ſex aequales nominaſſe, et dixiſſe, qui primus eorum, qui ſecundus, qui deinde deinceps moriturus eſſet. *Sic a Grutero inde. Sed Rob. Steph.* Qui deinceps moriturus eſſet. *Quidam MSS. quos ſequitur Dauiſ.* Qui deinde, qui deinceps *etc.* *Neque huc retulerim* Liu. 2, 47 Funera deinde duo deinceps ducit. *Nam ibi* deinceps *ſucceſſionem non abruptam notat. Vid.* DEINCEPS n. 2. Deinde, ter repetitum apud Cic. reperitur, de Inuent. 1, 24 c. 17. *et quater* 37 c. 26. *et octies ibid.* 2, 145 c. 49. Deinde, *cui mox ſuccedit* Exinde: Cic. de Nat. Deor. 2, 1, 3 Deinde Delphinus, Exinde Orion obliquo corpore nitens. *ex Arato.* Deinde *repetitum in ſingulis attributis eiusdem rei aut perſonae.* Cic. Fam. 3, 7 An ego tibi obuiam non prodirem? primum Appio Claudio? deinde Imperatori?

ratori ? deinde more maiorum ? deinde (quod caput eſt) amico? ¶ 2 *Peculiariter in reprehenſione abſurdae conſequentiae et exprobratione poni ſolet, vt* ἆτα *et* ἔπειτα. Cic. Verr. 3 c. 16 Adſpice aedem Caſtoris, deinde, ſi audes, fac mentionem innocentiae tuae. — Codicis tui lituras contemplare in Sthenii nomine, deinde aude te dicere diligentem. *Sic* Quinct. 12, 8, 5 Qui ſe non poſſe agere confitentur, deinde faciunt id, quod eſt in agendo difficillimum. *Vid. etiam* 8, 6, 32. *et* DEINCEPS n. 3.

DEINCEPS, ipis. m. Feſtus, Deinceps, Qui deinde cepit, vt Princeps qui primus cepit. *Et mox* Deincipem antiqui dicebant proxime quemque captum, vt Principem primum captum, id eſt electum. *Haec nempe nomina non a* Caput *veniunt, ſed a* Capio, *quod interdum* Eligere *ſignificat. compoſita autem ex* Caput *faciunt Genitiuum in* pitis: *vt* Biceps, bicipitis. *Secundum haec itaque probabilior eſt antiqua lectio* Apul. Florid. 3, 16 p. 353, 33 *Elmenh.* Reliquum autem — ſine intermiſſione deincipe die perrecturum: *Elmenh.* deincipiti, *quem ſequitur Floridus. Index Elmenh.* Deincipiente die. *Sed ſuperiores, quibus ſuffragatur Feſtus,* Deincipe. *Quod autem etiam* Sermonem deincipem *tribuit Apuleio Scaliger ad Feſtum, eius nihil, neque indice Floridi adiutus, inuenio.*

DEINCEPS. Adu. [ἑξῆς] *Poſtea, vel deinde.* Cic. de Diuin. 1, 64 c. 30 Quo affert Rhodium quendam morientem, ſex aequales nominaſſe, et dixiſſe, qui primus eorum, qui ſecundus, qui deinceps moriturus eſſet. Cic. Off. 3, 160 c. 45 Vt prima Diis immortalibus, ſecunda patriae, tertia parentibus, deinceps gradatim reliquis, debeantur. Quinct. 7, 10, 5 In prooemio eſt aliquid primum, et ſecundum, ac deinceps. Id. 12, 8, 15 Propoſitis omnibus, quae proſint noceantue, tertiam deinceps perſonam induat iudicis. Caeſ. B. G. 7, 3 Nam vbi maior atque illuſtrior incidit res, clamore per agros, regionesque ſignificant. hinc alii deinceps excipiunt, et proximis tradunt. Cic. Acad. 1, . . Opinionibus et inſtitutis omnia teneri, nihil veritati relinqui, deinceps omnia tenebris circumfuſa eſſe dixerunt. Idem Off. 1, 160. *Et* de Fin. 3, 20 Primum eſt officium (id enim appello καθῆκον) vt ſe conſeruet in naturae ſtatu: deinceps vt ea teneat, quae ſecundum naturam ſint, pellatque contraria. Deinceps, *pro Iterum:* Auctor ad Heren. 1, 14 Cauendum eſt etiam, ne id, quod ſemel ſupra diximus, deinceps dicamus. ¶ 2 *Succeſſionem tum loci, tum temporis proximam, et nulla alia re intercedente abruptam, notat.* Liu. 1, 21 *extr.* Duo deinceps reges, *i. proxime ſe excipientes. Et* 2, 47 *extr.* Funera deinde duo deinceps ducit. Caeſ. B. C. 1, 25 His perfectis collocatisque alias deinceps rates iungebat. Cic. Fam. 2, 18 Illos tres fratres ſummo loco natos — video deinceps Tribunos pl. per triennium fore. *Et* Tuſc. 4 c. 2 Morem apud maiores hunc epularum fuiſſe, vt deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes. Id. Somn. Scip. 16 c. 7 Quin etiam ſi cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes vniuscuiusque noſtrum a patribus acceptas poſteris prodere; tamen propter eluuiones exuſtionesque terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt, non modo aeternam, ſed ne diuturnam quidem gloriam aſſequi poſſumus. Idem de Clar. Orat. 12 c. 3 Poſteaque proſperae res deinceps multae conſecutae ſunt. *Et ibid.* 312 c. 90 Itaque prima Cauſa publica, deinceps inde multae, quas non minus diligenter elaboratas eſſe quam elucubratas afferebamus. *Iudicat celeriter ſe conſecutas illas actiones.* Varro R. R. 2, 4, 2 Septimus deinceps Praetorius in gente noſtra. *Et* 1, 14, 2 Deinceps conſtitutae arbores. ¶ 3 Deinceps *etiam adhibetur vbi Ad abſurdum deducere volumus aduerſarium, vel abſurde ipſum rationes putare aut facere adeo demonſtramus. Vid. Schult. ad* Quinctil. Decl. 1 p. 15 *ſeq. ſimilem* τῆς ἆτα *vſum oſtendit Deuarius de Particulis Graecis. Vid.* DEINDE n. 2.

DEINDE, *vid.* DEIN.

DEINSVPER, *pro Deſuper.* [ἄνωθεν] Salluſt. Hiſt. 1 *ap.* Non. 12, 48. *et* Cort. p. 956 Ad medium quaſi deinſuper aſtantum manibus in murum attollitur.

DEINTEGRO, āre. Nonius 2, 225 Diminuere Caecilius, Nomen virginis, niſi mirum eſt, deintegrauit.

DE - INTEGRO, *vid.* DE *Praepoſitionem.*

DEINTVS. Adu. Qui fecit, quod deforis eſt, etiam id, quod deintus eſt, fecit Vulg. Luc. 11, 40. *Add. ib.* v. 7. *Add.* Veget. Mulom. 3, 4, 10.

DEIONE, es. [Δηϊόνη] *Mater Mileti ex Apollinis concubitu: vnde Miletum* Deionidem *vocat* Ouid. Met. 9, 442

Tunc erat inualidus, Deionidenque iuuentae
Robore Miletum, Phoeboque parente, ſuperbum
Pertimuit.

DEIŎTĂRVS, i. m. [Δηϊόταρος] *Galatiae rex a Senatu iuuante Pompeio factus, in bello Ciuili eius poſtea partes ſequutus, poſt pugnam Pharſalicam domum ſe recepit. Deinde ad Caeſaris clementiam confugiens, bella gerenti ſubſidia miniſtrauit. Quare ab ipſo rex dimiſſus, verum parte regni tantum mulctatus fuit. Tandem accuſatus a Philippo quodam, quod Caeſari apud ſe diuertenti inſidias ſtruxiſſet, a* Cicerone *defenditur, luculenta illa pro* Deiotaro *rege oratione. Vid. illius argum. antiquum.* Lucan. 5, 55 *etc.* — Fidumque per arma Deiotarum, et gelidae dominum Rhaſcipolin orae. De Filio Deiotaro Cic. Att. 5, 17.

DĒĬPHŎBVS, i. m. [Δηΐφοβος] *Priami et Hecubae filius.* Virg. Aen. 6, 500 Deiphobe armipotens, genus alto a ſanguine Teucri. *Hic Paride mortuo, Helenam duxit vxorem: Vid.* Virg. *in loco modo citato.* Acer Deiphobus Hor. Od. 4, 9, 22. Priamides Deiphobus Virg. Aen. 6, 494. Domus ampla Deiphobi Virg. Aen. 2, 311.

DĒĬPHŎBE, es. f. [Δηϊφόβη] *Nomen proprium Sibyllae Cumanae, Glauci filiae, quae Aeneam ad Inferos duxit.* Virg. Aen. 6, 36 Phoebi, Triuiaeque Sacerdos, Deiphobe Glauci.

DĒĬPHY̆LE, es. f. [Δηϊφύλη] Adraſti filia, Tydei vxor, ex quo Diomedem ſuſcepit, qui in bello Troiano in virtute primus poſt Aiacem et Achillem ab Homero ſcribitur. *Vid.* Hygin. Fab. 69. *et Diodor. 5, 6.*

DEITAS, *vid.* DEVS.

DEIVGIS, e. Adi. Vertice nunc ſummo properant, nunc deiuge dorſo Auſon. Moſella 164. *i. decliui: iugum enim montis continuatio.*

DEIV̆GO, āre. [ἀποζυγόω] *Disiungere.* Pacuuius Chryſe, Perque noſtram egregiam vnanimitatem, quam memoria deiugat, *apud* Nonium 2, 256. *qui interpretatur,* Deiungere, ſeparare, diſſociare.

DEIVNGO, unxi, unctum, ĕre. [ἀποζευγνύω] *Disiungere.* Plaut. Aſin. 3, 3, 75 Ne nos deiunge amantes. Cic. de Nat. Deor. 1, 41 c. 15 Diogenes — de Minerua, partum Iouis ortumque virginis ad Phyſiologiam traducens deiungit a fabula. Cic. de Vniuerſ. 12 c. 5 Ita neceſſitas cogit, vt eadem ſint ea, quae deiuncta fuerunt. Deiunctum bouem Hor. Epiſt. 1, 14, 27. *ſec. Lambinum; al.* Disiunctum. *Add.* Veg. Mulom. 3, 4, 27.

DEIVRO, DEIVRIVM, *vid.* DEIERO.

DEIV̊VO, āre. [ἀποβοηθέω] *Non iuuare.* Plaut. Trinum. 2, 2, 63 Deſerere illum, et deiuuare in rebus aduerſis pudet. *Antiquum.*

D E L

DELABO, āre. [ἀπολιθαίνω] *Hinc*

DELABANS, tis. Part. Auct. ad Herenn. 4, 68 c. 55 *de Graccho, dum occiditur,* Ille nulla voce delabans inſita virtute, concidit tacitus, *i. nullam vocem mittens indignam virtute. Sic Grut. Sed variat lectio.*

DELĀBOR, delapſus ſum, lābi. Dep. [κατολιθαίνω, καταπίπτω] *Deorſum labi.* Virg. Ecl. 6, 16 Serta procul capiti tantum delapſa iacebant. Delapſus ab alto tecto Ouid. Triſt. 3, 4, 19. Arbore alta delapſus Scribon. 101. Signum caelo delapſum Cic. Philipp. 11, 24. *de ancili.* Caelo repente delapſus Liu. 1, 16. Delabi de caelo *et* e caelo Cic. de Fin. 1, . . Flumen medio alueo cum pace delabens in mare Hor. Od. 3, 29, 35. Cic. Q. Fratr. 1, 1, 2 Nam Graeci quidem ſic te ita viuentem intuebuntur, vt quendam ex annalium memoria aut etiam de caelo demiſſum hominem eſſe in prouinciam delapſum putent. Pompeium ſicut aliquem de caelo delapſum intuentur Cic. pro L. Man. c. 14. Delapſa de manibus audaciſſimorum hominum arma ceciderunt. Id eſt furor ciuium compreſſus Cic. Off. 1, 77. In flumen delapſus Cic. de Diuin. 1 c. 28. Pondere delabi in terram Lucret. 6, 837. Ouid. Am. 3, 1, 51 Delabi toro, *i. ſubducere ſe.* ¶ 2 *Metaphorae:* Delabi, *res familiaris dicitur, Conſumi, et ad nihilum redigi:* Cic. Off. 2, 64 Habenda eſt autem ratio rei familiaris, quam delabi ſinere flagitioſum eſt. *Al.* Dilabi, *quod videtur magis conuenire huic rei.* Delabitur in eas difficultates, vt neceſſitatem fati confirmet inuitus Cic. de Fato c. 17. Delabi in fraudem Cic. de Orat. 3, . . In inſidias Plin. de Viris illuſtribus c. 14 de CCC. Fabiis. In idem genus morbi Cic. Att. 7, 5. In turpitudinem Cic. Off. 1, . . In vitium Cic. de Orat. 2 c. 60. Delabi aliquo, *pro Conuertere ſermonem:* Cic. pro Muraen. . . Poſt, quum id aſſequi non potuiſſent, iſtuc potiſſimum ſunt delapſi, vt aiunt in Graecis artificibus, eos *etc.* Cic. Acad. 4, 59 Carneadem autem etiam heri audiebamus ſolitum eſſe delabi interdum, vt diceret opinaturum, id eſt, peccaturum eſſe ſapientem. Cic. de Amicit. 76 c. 21 *pr.* Iam enim a ſapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias noſtra delabitur oratio. Cic. Q. Fratr. 1, 1, 6 Sed neſcio, quo pacto ad praecipiendi rationem delapſa eſt oratio mea, quum id mihi propoſitum initio non fuiſſet. Cic. de Orat. 1, 96 c. 21 Inſperanti mihi, inquit, et Cottae, ſed valde optanti vtrique noſtrum cecidit, vt in iſtum ſermonem delaberemini. Cic. Partit. 12 c. 4 Aut a minoribus ad maiora adſcendimus, aut a maioribus ad minora delabimur. Ouid. ex Ponto 4, 15, 33 Scribere ſaepe aliud cupiens, delabor eodem. Cic. Att. 12, . . De Muſtela, vt ſcribis, etſi magnum opus eſt, eo magis delabor ad Clodiam. Cic. Fam. 6, 10 Nam et ipſe, qui plurimum poteſt, quotidie mihi delabi ad aequitatem et ad rerum naturam videtur. Cic. pro Marcell. 24 Omnia quae delapſa iam fluxerunt, ſeueris legibus vincienda ſunt.

DELABŌRO, āre. *Valde laborare, vt videtur. Vtitur* Afran. *ap.* Non. 4, 423.

DELACĔRO, āre. [καταμύσσω] *pro Dilacerare, et abſumere.* Plaut. Capt. 3, 5, 14 Delacerauiſti, deartuauiſtique opes. *Antiquum.*

DELACRĬMO, āre. [κατυδακρύω] *Eſt lacrimas vel humorem more lacrimantis demittere.* Columel. 4, 9, 2 *de vite loquens:* Sed nec ad eam partem, qua eſt gemma, verum ad poſteriorem declinatur, vt in terram potius deuexa, quam in germen delacrimet. *Add.* Scribon. 37.

DELACRIMATIO, ōnis. f. Verbale. [καταδάκρυσις] Plin. 34, 11 ſ. 26 Vis eius collyriis oculorum aptiſſima, et delacrimationibus mordendo proficiens. Idem 25, 13 ſ. 99 Claritatem facit inunctis oculis, delacrimationemque ceu fumus. Idem 20, 5 ſ. 20.

DELACRIMATORIVS, a, um. Adi. *Vt,* Delacrimatorium Collyrium Marcell. Emp. c. 8.

DELACTO, āre. *i. ablacto.* Celſ. . . .

DELACTATVS, a, um. Partic. Delactatum, ἀπογαλακτισθὲν Gloſſ.

DELACTATIO, ōnis. f. Cato. *an* Catholicon?

DELACTATRIX, icis. f. Auguſtin.

DELAEVO, *vid.* DELEVO.

DELAMBO, ĕre. [καταλείχω] *Idem quod Lambere.* Stat. Theb. 2, 681 Molliaque eiecta delambit vellera lingua.

DELAMENTOR, āri. Dep. [ἐπιθρηνέω] Ouid. Met. 11, 331 Et natam delamentatur ademtam.

DELANĬCO, as, āre. *Diſcindo, et quaſi Lanam traho. Vnde* Lacinia, et Lanius, qui pecus diſcindit. Feſtus.

DELAPIDO, āre. [ἀπολιθάζω] Cato R. R. c. 46 Locum delapidato, *i. lapidibus purgato, vt* Elapidare.

DELAPIDATA, *dicuntur,* Lapide ſtrata Feſto. Gloſſ. Delapidata λιθόστρωτα.

DELAPSVS, *vid.* DELABOR.

DELASSO, āre. [κοπιάζω] *Valde laſſare.* Plaut. Aſin. 5, 2, 22 Ibi labore delaſſatum, totam noctem ſtertere. Delaſſet omnes fabulas Poëtarum Martial. 10, 5. Hor. Sat. 1, 1, 14 Caetera de genere hoc (adeo ſunt multa) loquacem Delaſſare valent Fabium.

DELASSATOR, ōris. m. Marc. Empir. . .

DELASSABILIS, e. Adi. Pectus Manil. 4, 240.

DELATOR, DELATIO, *vid.* DEFERO.

DELĂVO, āui, ōtum, āre. [κατανίπτω] Plaut. Rud. 2, 7, 21 Eho an te poenitet, In mari quod delaui, ne hic in terra quoque eluam? *Antiquum. Alii cum Turnebo Aduerſ. 21, 12 legunt* Elaui: *quod habet etiam Gron. Sed vid.* Octau. Hor. 1, 1 *et* 4. Apic. 8, 7.

DELOTVS, a, um. Partic. Coagulum leporis e vino veteri delotum Oct. Horat. 1, 4.

DELEBILIS, *vid.* DELEO.

DELECTO, āre. [ἐπάγομαι] *a* Delicio, *an a* Lacto? *eſt proprie* Illicere *et* Attrahere. Ennius Thyeſte . . Sed me Apollo ipſe delectat, ductat, Delphicus. Quadrigarius Annalium l. 4. Fabius de nocte coepit hoſtibus caſtra ſimulare oppugnare, eum hoſtem delecta-

re, dum Collega id caperet quod captabat. Nonius 2, 224. *Vtroque loco poteſt etiam detinendi intellectus locum habere. Nec aliter interpretandum videtur illud* Caton. R. R. 30 Vbi ſementim facturus eris, ibi oues delectato: *quod* Plinius 17, 9 ſ. 6 Vbi ſaturus eris frumentum, oues ibi delectato, *i. retineto, vt fecunditatem agro concilient ſuo ſtercore.* ¶ 2 Delectare, [τέρπειν, ψυχαγωγεῖν] *Voluptate afficere.* Cic. de Seneẞt. . . . Nonne ita deficiunt, vt quemuis cum admiratione delectent? Herba ſpe delectat agreſtes Ouid. Met. 15, 203. Incredibiliter me delectarunt Cic. Q. Fratr. 2, 16. Hor. Epiſt. 1, 10, 30 Quem res plus nimio delectauere ſecundae, Mutatae quatient. Cato me quidem delectat, ſed etiam Baſſum Lucilium ſua Cic. Att. 12, 5 p. 292 *Graeu. Conf.* Id. Tuſc. 5 c. 22. Pulchritudo mouet oculos et delectat Cic. Off. 1, 8. *Add.* ib. c. 28. Non ſolum delectat, ſed etiam ſine ſatietate delectat Cic. de Orat. 3, 95. Id. Fam. 9, 18 Tu iſtic te Atheriano iure delectato, ego me hic Hirtiano. Libris me delecto Cic. Att. 2, 6. Id. ibid. 2, 4 Interea cum Muſis quidem nos delectabimus animo aequo. Valde delectare Cic. Att. 1, 1. Delectat, *more Imperſonalium:* Cic. Quint. Fratr. 2, 15 Me magis de Dionyſio delectat: ipſe enim eſt veterator magnus. Prudens dici delector Hor. Epiſt. 1, 16, 32. Delectari in re aliqua Cic. de Fin. 1, . . Idem de Legib. 2 c. 7 In hoc admodum delector, quod *etc.* Delectari ab aliquo Cic. in Orat. 195. Idem Q. Fratr. 3, 19 Ipſe puer magis illo declamatorio genere duci et delectari videtur. Nec criminibus inferendis amicus delectetur Cic. de Amicit. 66. Cogitatione quadam ſpeque delectari Cic. pro Archia 30. Vulgus imperitorum ludis magnopere delectatur Cic. pro Muraen. c. 19. Id. Att. 1, 15 Multi partim maleuolentia, partim opinione aequitatis delectantur. Phaedr. 5, 3, 9 Quae delectaris bibere humanum ſanguinem. ¶ 3 Delector, *Deponens.* Nihil narras? nihil nos delectaris? Petron. c. 64.

DELECTATVS, a, um. Partic. Magnopere delectatus facto Nep. 14, 3, 4. Sermo delectatior in otio Gell. praef. ſ. 16. *i. iucundior.*

DELECTABĬLIS, e. Adi. Cibus Tac. Ann. 12, 67, 1. Doctrina Gell. 1, 4. Illud Menandri verum et delectabile Id. 2, 23. Vox hominis Lyra concentu variatior et tibia queſtu delectabilior Apul. Flor. 357, 39.

DELECTABILITER. Adu. Facies delectabiliter ac decore depicta Gell. 13, 24. *Add.* Id. 15, 1.

DELECTAMEN, inis. n. Caſſo ſaltem delectamine amare liceat, ſi potiri non licet Petron. Pſeudepigr. p. 228.

DELECTAMENTVM, i. n. Verbale. [διαγωγή, ψυχαγωγία] *Recreatio.* Cic. de Seneẞt. 52 Poſſum perſequi permulta delectamenta rerum ruſticarum, ſed ea ipſa, quae dixi, ſentio eſſe longiora. In emendatioribus codicibus legitur Oblectamenta. Idem in Piſon. c. 25 n. 60 Inania ſunt iſta (mihi crede) delectamenta paene puerorum. Qui me ſibi pro ridiculo et delectamento putat Ter. Heaut. 5, 1, 79. Aliquid in deliciis atque in delectamentis habere Gell. 20, 3.

DELECTATIO, ōnis. f. Verbale. [τέρψις, τερπωλή, ψυχαγωγία] Cic. Tuſc. 4, 20 Delectatio, voluptas, ſuauitate auditus animum deleniens. Delectationi eſſe Idem Att. 13, 66. *Et* Fam. 6, 6. Cic. poſt redit. in Senat. 13 In omni parte corporis ſemper oportere aliquod Gaudium delectationemque verſari. Idem de Orat. 3, 153 Poſt autem delectatio iucunditasque celebrauit. *Et* de Orat. 1, 193 Mira quaedam in cognoſcendo Suauitas et delectatio. Cic. Fam. 10, 20 Magna enim te delectatione et Voluptate priuaſti. Ars plena delectationis Idem de Orat. 1, . . *Et* de Seneẞt. 45 Neque enim ipſorum Conuiuiorum delectationem corporis voluptatibus magis quam coetu amicorum et ſermonibus metiebar. Cic. de Seneẞt. . . Ego vero propter Sermonis delectationem tempeſtiuis quoque conuiuiis delector. Fabulae delectationis habent quantum voles, *i. multum* Cic. de Diuin. 2, 113. Studii, delectationisque cauſa ſcribere aliquid Idem de Legib. 2, 14. Popularis delectatio Quinct. 2, 10. Cic. Fam. 7, 1 Quae popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam Attuliſſent. Idem de Orat. 1, 249 Res ruſticas, vel fructus cauſa, vel delectationis inuiſere. Allicere delectatione Quinctil. 5, 14. Cic. Off. 1, 105 Hominis autem mens diſcendo alitur, et cogitando ſemper aut aliquid anquirit, aut agit, videndique et audiendi delectatione ducitur. Habere magnam delectationem Auctor ad Herenn. 4, 25. *Conf.* Cic. Fam. 6, 12. Ab delectatione negotiis impediri, *et* Habere in occupatione delectationes, *contraria* Cic. pro Muraena 39. Magna delectatione et voluptate aliquem priuare Idem Fam. 9, 24. *Et* pro Lege Manil. 40 Non auaritia ab inſtituto curſu ad praedam aliquem reuocauit, non libido ad voluptatem, non Amoenitas ad delectationem.

DELECTVS, *vid.* DELIGO, deligis.

DELĒGO, āre. [ἐπιτρέπω, ἐντέλλομαι] *Demandare, committere, onus imponere.* Delegare *dicimur, quum id, quod noſtrum eſt, ad alium transferimus.* Cic. pro Domo 16 Delegaui amico locupletiori, non quo illi ita de me merito onus illud imponerem. Delegare Cauſam peccati mortuis, *pro imputare* Hirt. B. G. 8, 22. Crimen Cic. pro Font. c. 4. *i. transferre.* Curam alicui, curam alterius Quinctil. 4 prooem. 2. *Sic* Columel. 11, 2, 72 Eorum Curam, quae intra villam agenda ſunt, villicae delegare. Decus ad aliquem, *pro aſſignare* Liu. 10, 19. Cael. Cic. Fam. 8, 1 Tamen in hoc deprecor, ne meum hoc officium arrogantiae condemnes, quod hunc Laborem alteri delegaui. Delegare exſcribendas pingendasque imagines Plin. Epiſt. 4, 28. *Vt apud* Sueton. in Caeſ. 56 Delegare ordinandas bibliothecas. Aliquem alicui Cic. Fam. 7, 5 Vel hunc Leptae delega, *i. commenda ornandum.* Aliquem alicui negotio Columel. 3, 10, 6. Delegabo te ad Epicurum Sen. Epiſt. 18. Quare ſtudioſos Catonis ad illud volumen delegamus Nepos 24, 3, 5. Cic. . . Poſt delegatam mihi hanc prouinciam. Officium alicui Plin. Epiſt. 3, 5, 9. Cic. de Orat. 2, 125 Haec ipſa, quae nunc ad me delegari vis, ea ſemper in te eximia et praeſtantia fuerunt. Liu. 6, 28 Has inanium rerum inanes ipſas voluentes cogitationes, fortunae loci delegauerant ſpes ſuas, *i. numine loci Romanis religioſi et infauſti fidentes.* ¶ 2 Delegare, *apud Iuriſconſultos, eſt Vice ſua alium dare reum creditori, vel cui creditor iuſſerit. Fit autem* Delegatio, *vel per ſtipulationem, vel per litis conteſtationem. Vid. Gronou. ad* Cic. Att. 12, 12 *pr. Et* L. Neſennius 41 D. de re iudicata. Sen. de Beneſ. 4, 11 Debitores nobis deos delegat, precaturque, vt illi pro ſe gratiam referant. *Et* 7, 19 Et creditori — reddam, etiam ſi mihi adulteram, cui numerem, delegauerit. Plaut. Amph. prol. 67 Si cui fautores delegatos viderint. Nonius 2, 233 *interpretatur* diſpeſcere, diſpertire. *Sed ſignificat apud* Plautum *ſubornatos, aſſignatos.* Delegare, *mittere:* Cato 30 Vbi ſementem facturus eris, ibi oues delegato. *Al.* Delectato. Delegare, *in legationem mittere:* Liu. . . Decernunt, vt duodecim delegarentur. Delegatum exilium, *pro Relegatione affertur ex* Sen. de Clementia 1, 15 Quod exilio contentus, et exilio delegato, Maſſiliae parricidam continuit. *Sed Lipſ. legendum putat* delicato, *quod recepit Gronou. Sic apud* Feſtum Delicata, Diis conſecrata, *mutarunt quidam in* Delegata. Delegatam pecuniam Paullus *dixit, pro Decreta, conſtituta, ac aſſignata, in* l. 2 ad l. Iul. peculat. Magia iſta, quantum audio, res eſt legibus delegata, et ab iis damnata Apul. Apol. p. 418, 16 *Floridi.*

DELEGATIO, ōnis. f. *Aſſignatio debiti, vt hodie loquuntur.* Cic. Att. 12, 3 Nomen illud, quod a Caeſare, tres habet conditiones: aut emtionem ab haſta, aut delegationem a mancipe annua die, aut Vecteni conditionem, *etc.* Delegatione et verbis ſolutionem perficere Sen. de Benef. 6, 5. Recipere delegationem Sen. Ep. 27. Lib. 8 Cod. de Nouat. et deleg. Delegatio debiti, niſi conſentiente et ſtipulanti promittente debitore, iure perfici non poteſt.

DELEGATORIVS, a, um. Adi. *Vt,* Delegatoriae, *ſcil.* Epiſtolae, *quibus a Principe alicui quid faciendum delegatur, vel praecipitur.* Cod. Theod. l. 16 de Exact. Gloſſ. Gr. Lat. ἐκταγαί, delegatoriae.

DELEGATVM, i. n. *Idem quod Legatum, vt,* Ex delegato pupilli pecuniam ſoluere l. 4 §. 26 ff. de dol. except.

DELENIFICVS, DELENIMENTVM, DELENIO, *vid. ſub* DELINIO.

* DELEO, ēui, ētum, ēre. [ἐξαλείφω] *a* Leo *antiquo Verbo, vnde ſupereſt, quod Verbo* Lino *adiungitur, Praeteritum* Leui, *ſignificat proprie ſcripturam, picturam, aut ſimile quid, ſtili parte lata, aut pigmento inducto abolere, vt non amplius dignoſci queat; et deinde generatim perdere, ac deſtruere:* Cic. pro Cluent. 41 c. 14 Eadem hac Dinea teſtamentum faciente, quum tabulas prendiſſet Oppianicus, qui gener eius fuiſſet, digito legata deleuit: et, cum id multis locis feciſſet, poſt mortem eius, ne lituris coargui poſſet, teſtamentum in alias tabulas transſcriptum, ſignis adulterinis obſignauit. *Igitur delendo fit litura etc.* Cic. Fam. 14, 3 Accepi ab Ariſtocrito tres epiſtolas, quas ego lacrimis prope deleui. Imagines velut literae delentur Auctor ad Her. 3 c. 18. *Contraria:* Cic. Verr. 1, 145 Dico eſſe ex qua tantum tectorium vetus deletum ſit, et nouum inductum. ¶ 2 *Hinc, vt indicauimus, varie transfertur, quoties aliquid perditur, corrumpitur, deſtruitur.* Caeſ. B. C. 2, 12 Quin ſpe praedae in vrbem irrumperent, vrbemque delerent. *Sic* Delere patriam Cic. Acad. 4, . . *Add.* Id. Catil. 4 c. 10. *Contraria:* Cic. pro Roſc. Com. 7 Sic delentur ſtatim, illae ſeruantur ſancte. Cic. de Aruſp. Reſp. 6 Sic Annius ad illam peſtem comprimendam, extinguendam, funditus delendam natus eſſe videtur. Cic. Tuſc. 117 Sin autem perimit ac delet omnino, quid melius, *etc.* Aetas deleuit quod olim luſit Anacreon Hor. Od. 4, 9, 9. Aedificia deleta Cic. de Lege Agr. 2, 87. Tempus deleuit Amorem Ouid. Triſt. 3, 7. *laudatur, ſed neque hic eſt, nec forte alicubi.* Ex animo Cic. pro Roſc. Am. c. 2. Bella futura delere Cic. de Amicit. 11. Sil. 7, 550 Patiarne ante ora manusque, Ciuem deleri noſtras. Cohortes deletae Tac. H. 4, 18, 2. Copias delere Cic. pro Lege Manil. 20 c. 8. Exercitum et imperatorem Caeſ. B. G. 6, . . Cic. pro Muraen. 74 Quorum alteri vno aduentu noſtri Exercitus deleti ſunt, alteri noſtri imperii, *etc.* Homines hominum impetu deleti, id eſt, bellis aut ſeditionibus Cic. Off. 2, . . Diſperſis ac paene deletis Hoſtibus Caeſ. B. G. 6, 36. Morte deleti homines Cic. de Nat. Deor. 1, 90. Vetuſtas delet famam operis Ouid. Met. 1, 445. Cic. Verr. Diuin. 26 Omnino improbitas (id quod Pop. Rom. iamdiu expoſtulat) extinguenda atque delenda ſit. Infamiam iudicii ex animis hominum delere Liu. 4, 11. Nondum vmbraticus doctor Ingenia deleuerat Petron. c. 2. *i. oppreſſerat.* Nummulis acceptis Ius ac fas omne delere Cic. Att. 1, 13. Extincto Senatu, deletisque Iudiciis Cic. Off. 3, 3. Leges delere Cic. pro Sextio 56. Cic. pro Lege Manil. 7 Et quoniam ſemper appetentes gloriae praeter caeteras gentes, atque auidi laudis fuiſtis, delenda eſt vobis illa Macula Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta. Memoriam immortalem beneficii alicuius Cic. in Parad. . . Memoriam diſcordiarum, obliuione ſempiterna Cic. Philipp. 1 c. 1. Cic. pro Flacc. 60 Nominis prope Romani Memoriam cum veſtigio imperii non modo ex aedibus Graecorum, verum etiam ex literis eſſe deletam. Cic. Q. Fratr. 3, 24 Deleuit enim mihi omnem Moleſtiam recentior epiſtola. Monumentum publicae auaritiae Liu. 4, 10. Nomen Pop. Rom. Cic. Att. 10, 6. Cic. pro Deiot. c. 13 Quae vnquam vetuſtas obruet; aut quae tanta delebit obliuio? Obliuione delere, *vid.* OBLIVIO. Opprobria delenda Sil. 16, . . Religionem hominum delere Cic. de Diuin. 1, 8. Rempubl. Cic. poſt Redit. in Senat. 3. Senatum Cic. Philipp. 13, . . Orbita iterata priores Sulcos delet Stat. Theb. 6, 415. Veritatem Cic. de Amicit. . . . Cauda Veſtigia pedum Stat. Achil. 1, 60. Vrbem Lucan. 3, . . Vrbem incendio Nep. 2, 4, 1. *Add.* Liu. 4, 61. Vrbem cruore et flamma Cic. ad Octau. . . Delere, *pro Mitigare:* Cic. Att. 1, . . Tamen habet quiddam profecto, quod magis in animo eius inſederit, quod neque epiſtolae tuae, neque noſtra legatio tam poteſt facile delere, quam tu praeſens, non modo oratione, ſed tuo vultu illo familiari tolles.

DELETIO, onis. f. Verbale. [ἐξάλειψις] Lucil. lib. 26 Deletionem noſtri ad vnum exercitus *apud* Non. 2, 217.

DELEBĬLIS, e. Adi. [ἐξαλειπτὸς] *Quod deleri poteſt.* Martial. 7, 83 Caſibus hic nullis, nullis delebilis annis Viuet.

DELĒTOR, ōris. m. *Accius.* [ἐξαλείπτης] *et* DELĒTRIX, īcis. f. *Qui vel Quae delet et deſtruit.* Cic. de Aruſp. Reſp. c. 23 — Tum eſt illa in templo Caſtoris ſcelerata et paene deletrix huius imperii ſica deprehenſa.

DELETĬLIS, e. Adi. [ἐξαλειπτικὸς] *Dicitur* non quod deleatur, ſed quod deleat. Varro Modio, Si diſplicebit tam tibi latum mare Partis (Para, vis *vel* Parabis) quantam ſpongiam deletilem. *Vid.* Non. 2, 212.

DELETICIVS, a, um. Adi. Vlp. in l. Chartae D. de Bonorum poſſ. ſecund. tabul. Chartae appellatio et ad nouam chartam refertur, et ad deleticiam, *i. qua priori ſcriptura deleta vel eraſa aliud ſcriptum ſit,* Palimpſeſtus *v. v.*

DELETVS, ûs. m. Tertull. adu. Marc. 2, 24.

DELEVO, āre. *Leuigare, leue reddere radendo.* Colum. de Arb. 6, 4 Plagam acutiſſimo ferro deleuato.

DELIVS, DELIACVS, *vid.* DELOS.

DELIBĔRO, āre. [βϰλεύομαι] *Conſultare, conſilium agitare.* A Libella dictum eſt, *auctore* Feſto, qua quid perpenditur. Ter. Adelph. 2, 1, 42 Delibera hoc, dum ego redeo leno. Re deliberata Caeſ. B. G. 4, 9. *et* B. C. 1, 10. Cic. Fam. 12, . . Deliberent vtrum traiiciant legiones ex Africa, necne. Idem Verr. 1, 1 Iſte certe Statuerat ac deliberauerat non adeſſe : *qui* deliberauit, *ille deſinit dubitare.* Cic. pro Roſc. Com. 45 Tibi vero Piſo diu deliberandum et concoquendum eſt, vtrum potius, *etc.* Amplius deliberandum cenſeo Ter. Phorm. 2, 3, 17. Noctem ſibi ad deliberandum poſtulauit Cic. poſt redit. ad Quirit. 12 c. 5. Spatium deliberandi habere Idem Off. 1 c. 33. Delibero, *Conſulo aliquem:* Cic. de Fin. 2 c. 34 *extr.* Qui voluptatem ſummum bonum eſſe decernit, non cum ea parte animi, in qua ineſt ratio atque conſilium, ſed cum cupiditate, id eſt, cum animi leuiſſima parte deliberat. Deliberare cum amicis Cic. de Fin. 2, . . Deliberare de abſoluendo Apronio Cic. Verr. 3, 28 *etc.* Ex his delecti Delphos deliberatum miſſi ſunt, qui conſulerent Apollinem Nep. 1, 1, 2. Miſerunt Delphos conſultum : deliberantibus Pythia reſpondit Idem 2, 2, 6. ¶ 2 *Pro dubitare*, σκέπτεσθαι, *ponit* Minuc. Fel. 38, 7 Arceſilas, et Carneades, et Pyrrho, et omnis Academicorum multitudo deliberet. *Et* 35, 4 Eos autem merito torqueri, qui Deum neſciunt, vt impios, vt iniuſtos, niſi profanus nemo deliberat. ¶ 3 *Imperſ.* Caeſ. B. G. 7, 15 Deliberatur de Auarico in communi conſilio, incendi placeret an defendi. Vtri conſulendum ſit, deliberetur Cic. de Inuent, 2, . . Deliberatum eſt, *i. fixum et decretum eſt* Idem Verr. 5, . . *Nempe, vt modo dictum, qui* deliberauit, *et deliberationem abſoluit, ille non amplius dubitat.* Certum eſt, deliberatumque Cic. pro Roſc. Amer. 31. Idem Att. 15, . . Mihi vero deliberatum eſt, vt nunc quidem eſt, abeſſe ex ea vrbe, in qua *etc.* Statutum cum animo, ac deliberatum habere Cic. Verr. 3, 95 c. 41. Idem de Lege Agr. 1, 25 c. 8 Praeſertim quum mihi deliberatum et conſtitutum ſit, ita gerere Conſulatum, quo vno modo geri grauiter et libere poteſt.

DELIBERATVS, a, um. Partic. [βεβϰλευμένος] Horat. Od. 1, 37, 29 Deliberata morte ferocior, *i. quia mori decreuerat.* *Compar.* Cic. Fam. 5, 2 Neque illi quidquam deliberatius fuit, quam me, *etc.* *Subſtant.* Caeſ. B. C. 1, . . Illi deliberata reſpondent, ſcriptaque ad eum mandata per eos remittunt.

DELIBERĀTOR, ōris. m. Verbale. [βϰλευτὴς] Cic. pro Sextio c. 34 *extr.* Illi interea deliberatori merces, longa interpoſita nocte, duplicata eſt : *qui ſibi ſumſerat noctem ad deliberandum.*

DELIBERATIO, ōnis. f. Verbale. [συμβϰλία, βϰλευσις] Cic. Off. 1, 9 Triplex igitur eſt, vt Panaetio videtur, conſilii capiendi deliberatio. Cic. Off. 3, 50 Sapientem et bonum virum fingimus, de eius deliberatione et conſultatione quaerimus. Deliberationes medicorum Scribon. Ep. in. Deliberatio et demonſtratio, genera ſunt cauſarum Cic. de Inuent. 1, 12. Difficilis deliberatio Idem pro Lege Manil. 27. Ad deliberationes aliquos adhibere Cic. Philipp. 1 c. 1. In deliberationem illud cadit Cic. Off. 1, 9. Ex deliberatione conſtans cauſa, vt belli Cic. de Orat. 2, 1. Cic. poſt Redit. ad Quirit. . . . Quae deliberatio non in reddenda, *etc.* ſed in augenda mercede conſumta eſt. In deliberationibus omnem orationem conſumere Cic. de Fato 2. Habere domi deliberationem de aliqua re Cic. Philipp. 1, 2. Id. Att. 7, 3 Habet enim res deliberationem, etſi ex parte magna tibi aſſentio. Cic. de Orat. 2, 336 Inciditur enim omnis iam deliberatio, ſi intelligitur non poſſe fieri, aut ſi *etc.* Introducere deliberationem aliquam Cic. Off. 3, 17. Id. Att. 14, 13 Suſcipe nunc meam deliberationem, qua ſolicitor : ita multa veniunt in mentem in vtramque partem.

DELIBERATĪVVS, a, um. Adi. [συμβϰλευτικὸς] *Vt*, Deliberatiuum genus orationis Cic. de Inuent. 1, 7 c. 5. *et* Quinctil. 3, . . Ergo pars deliberatiua, quae eadem ſuaſoria dicitur. *Vid.* 2, 4, 25. 8, 3, 11. 7, 4, 2. Cauſa deliberatiua Cic. de Inuent. 1, 155 c. 55. Materiae deliberatiuae, iudicialeſque Quinctil. 2, 1, 2 *etc.*

DELIBERABVNDVS, a, um. Adi. [βϰλευόμενος] *Deliberans.* Liu. 2, 45 Conſules velut deliberabundi capita conferunt, diu colloquuntur.

DELIBERIVM, ii. n. Gloſſ. Lat. Gr. *idem quod Conſilium.*

DELĪBO, āre. [λείβω, ἀπογεύομαι] *Deguſtare, et primis labris attingere.* Summaque per galeam delibans oſcula Virg. Aen. 12, 434. Contentus delibaſſe cibos Claud. de B. Get. 26, . . *Metaphorice ſignificat leuiter tractare et velut attingere.* Ouid. Faſt. 1, 169 Quiſque ſuas artes ob idem delibat agendo : *i. leuiter attingit et exercet primo anni die*, Totus ab auſpicio ne foret annus iners. Nouum honorem Liu. 5, . . *hoc eſt, velut Deguſtare gerendo magiſtratum recens inſtitutum.* Cauſam narratione Quinct. 4, 2, 55. Delibare, *pro Decerpere.* Cic. de Senect. 78 Audiebam Pythagoram Pythagoreoſque, incolas paene noſtros, qui eſſent Italici Philoſophi quondam nominati, nunquam dubitaſſe, quin ex vniuerſa mente diuina delibatos animos haberemus, *i. decerptos.* Floſculos orationis alterius delibare et carpere Cic. pro Sextio 119 c. 56. Delibare de gloria alterius Cic. de Inuent. 2 c. 39. *i. Auferre.* Cic. de Inuent. 2, 174 c. *penult.* Quod ſit in praeſentia de honeſtate delibatum, virtute aliquando et induſtria recuperetur. De laude ieiuni hominis quidquam Cic. Fam. 10, 21. Plin. in Paneg. 38, 1 Delibaſſe quaedam, ſeu potius demonſtraſſe contentus, largam ac prope intactam benefaciendi materiam filio reſeruauit. ¶ 2 Delibare, *Violare, deſtruere, vitiare.* Ne cognita filii morte animi delibarentur militum Nep. 14, 6, 1. *i. minuerentur ; al.* debilitarentur. *Conf.* Flor. 2, 6, 40. Columel. 2, 2, 26 Neue aut cornu bos ad ſtipitem vehementius offendat, aut extremo iugo truncum delibet, ramumque deplantet. *Add. 12, 1, 6 vbi etiam* delibatus *eſt noxa quacunque affectus.* Varro de R. R. 2, 2, 15 Ne toto die curſantes inter ſe teneri delibent aliquid membrorum. Iturea delibat cuſpide frontem Iſcan. de Bello Troi. 5, 322. Gell. 1, 3 Rependitur quippe et compenſatur leue damnum delibatae honeſtatis. *Affertur et* Puer delibatus Plaut. Moſt. 4, 2, 32. *in obſcenis. Sed ibi* Delicatus *eſt.* ¶ 3 Flos delibatus Populi *dictus eſt ab* Ennio Cethegus, *aut potius a Pop. Rom.* Cic. de Clar. Orat. c. 15. *Hic, ſi vera eſt lectio,* Delibatus flos *non vitii aut corruptionis nomen fuerit, ſed laus floris et virtus*, delibatum *eſſe. Sed nempe praeſtat altera lectio, Merulae etiam laudata,* Illibatus. Delibatus, *hoc eſt (vt opinor) Intactus incorruptus, illibatus.*

DELIBAMENTVM, i. n. Val. Max. 2, 6, 8 Defuſis Mercurio delibamentis. *i. libaminibus.*

DELIBATIO, onis. f. Florent. in l. Legatum eſt D. de Leg. 1 Legatum eſt delibatio hereditatis, qua teſtator ex eo, quod vniuerſum heredis foret, alicui quid collatum velit. *Conf.* Tertull. adu. Marc. 1, 22.

DELIBATORIVM, i. n. *Locus vbi delibatur* Plin. 16, 40. *al.* diribitorium.

DELIBĬTO, āre. *Idem quod Delibo.* Cic. Fam. 9, 16 Solebam enim antea delibitari oleis et lucanicis tuis, *etc.* *Sic enim legit Turnebus, non* delectari, *hoc ſenſu, Tu me tua promulſide antea delibabas, ac meam famem diminuebas illis primis ferculis, quam tibi integram et illibatam ad omnia coenae fercula afferam, neque primis illis miſſibus eam perdam et conſumam, ac delibabo : ſed vt integer et recens ad reliqua fercula veniam, principio coenae abſtinebo, Vt autem ab Appello appellito, a Coeno coenito deducitur, pari ratione a* Delibo delibito *deriuatur. Haec Turnebus Aduerſ. 6, 1. Et ſane* delibitari *eſſe in antiquis codicibus, Victorius teſtatur, quod in* debilitari *quidam mutarunt. Sic etiam Pareus Lex. Crit. p. 674.*

DELĬBRO, āre. [ἀποφλοιόω] *Librum, id eſt, Corticem arbori detrahere.* Columel. 4, 24, 6 Cortex quoque aridus, fiſſuſque per ſumma trunci dependens, corpore tenus delibrandus eſt. Antequam radix vlmi in eximendo delibretur, recte ſeritur Colum. 5, 6, 9. Corticem delibratum abiicito Colum. 12, 56, 1. *Add.* Id. 5, 11, 1. Pallad. 3, 17, 7.

DELĪBRO, as, āre. *a* Libra *compoſitum.* [ςαθμάομαι] *Ponderare.* Gell. 15, 8 Quid relinquitur, niſi vt delibrari ſibi coenas iubeant, ne edendo defatigentur ? *plerique omnes leg.* delibari. Delibrare, Aquam ſulco deriuare. Feſtus.

DELIBRATIO, onis. f. Columellae *tribuitur. Non auſim vero praeſtare.*

DELIBRATOR, oris. m. Auguſtin.

DELIBVO, ĕre. *Madefacere, inungere.* καταβρέχω, ἐλαίῳ βρέχω, Cyrilli Gloſſ. Solin. 18 Vnguentis etiam delibuit.

DELIBV̄TVS, a, um. Adi. [ἀληλειμμένος] *Vnctus, quaſi Oleo, aut alio liquore imbutus.* Columel. 7, 4, 8 Vbi per triduum delibuto tergore medicamina perbiberit. Martial. 11, 99. Cic. de Clar. Orat. c. 60 Qui deuinctus erat faſciis, et multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. Cic. pro Roſc. Amer. c. 46 Ipſe vero quemadmodum compoſito, et delibuto capillo paſſim per forum volitet cum magna caterua togatorum, videtis Iudices. Cruore Neſſi delibutus Hercules Hor. Epod. 17, 31. Rubrica delibuta imago Auctor ad Herenn. 3, . . Sanie delibutum Cic. Tuſc. 1, 106. *ex antiquo Poëta.* Vnguento delibutus Phaedr. 5, 1, 12. Hor. Epod. 3, 13 Hoc delibutis vlta donis pellicem Serpente fugit alite. *Metaphor.* Delibutus gaudio Ter. Phorm. 5, 6, 17. Tranſtulit ad animum quod eſt corporis, *inquit* Donatus. Salluſt. in Cic. c. 1 Vxor ſacrilega, ac periuriis delibuta. *Add.* Plaut. Poenul. 1, 2, 56. *et* Trucul. 4, 4, 1.

DELICĀTVS, a, um. Adi. [τρυφερὸς, ἁβρὸς] *Cum hominis epitheton eſt, mollem, deliciis deditum, nihil duri aut moleſti expertum notat : cum rerum, eas notat, quae delicatos homines iuuant et voluptatem pariunt.* Feſtus: Delicata dicebant veteres, quae nunc Dedicata. Vnde adhuc manet Delicatus, quaſi Luxui deditus. Cic. Verr. 4, . . Noſtrum enim vnuſquiſque, qui tam beati, quam iſte eſt, non ſumus, tam delicati eſſe non poſſumus. *Et* de Orat. 2, 196 Filius delicatior. Delicati Sen. de Conſt. Sap. c. 4 *ſunt, qui iniurias ferre nequeunt.* Agreſtia opera delicatior aggrediar ? hoc a fortuna non didici Quinctil. Decl. 9. *i. impatiens laboris.* Delicata ea, *quae oſtentandi gratia ſunt ; vid. Cuper. Obſ. 1, 3.* Adoleſcens delicatus Cic. de Clar. Orat. c. 53 *princ.* Delicatiſſimus amnis, *i. leniter fluens, cui opponitur* Rapidus *et violentus.* Plin. Epiſt. 8, 17, 3 Sic Delicatum litus Cic. Verr. 5, . . *pro amoeno.* Audentia non delicata ſed neceſſaria *(in fingendis verbis)* Plin. Ep. 8, 4, 4. Cibus delicatior Plin. 17, 24. Muliebris et delicatus ancillarum, puerorumque comitatus Cic. pro Milon. 28. Delicatum conuiuium Cic. Att. 2, 14. Debitor delicatus Vlpian. l. 25 de pignoratic. act. *extr.* Igitur haec a iudice erunt diſpicienda, vt neque delicatus debitor, neque oneroſus creditor audiatur. Delicatus *nimis elegans, cui nihil placeat.* Delicati *et* delicatae *de concubinis, vid. Turneb. Adu. 22, 15. Torrent. ad* Suet. Veſp. c. 3 *et* 7. Delicatiſſimus, *de mulieroſo* Cic. Verr. c. 27. *Sed etiam* Pueri *et* ancillae delicati *pudice dicuntur : vid. Burm. ad* Petron. c. 63 p. 316. *Caſaub. ad* Spart. Hadr. c. 41. Cic. de Fin. 1, 37 Vt tollatur omnis error imperitorum, intelligaturque ea, quae voluptaria, delicata, mollis habeatur diſciplina, quam grauis, quam continens, quam ſeuera ſit. Domus Sen. Hippol. 210. Cic. de Fin. 1 c. 2 Rudem enim eſſe omnino in noſtris Poëtis, aut inertiſſimae ſegnitiae eſt, aut faſtidii delicatiſſimi. Libidinoſa et delicata iuuentus Cic. Att. 1, 16. Oues delicatiſſimae Plin. Ep. 2, 11. *i. nitidae vegetaeque.* Puella tenellulo delicatior haedo Catul. ad Coloniam 17, 15. Cic. in Catilin. 2, 23 Hi pueri tam lepidi ac delicati, non ſolum amare et amari, neque cantare et pſallere, ſed etiam ſicas vibrare, et ſpargere venena didicerunt. Delicatior et mollior Ratio Cic. de Fin. 5, . . Delicatas Res deſiderare, luxuriae eſt Sen. Ep. 5. Scelus delicatum Quinctil. Decl. 1, 4. *i. in otio commodeque peractum : vid. Burm. p. 33.* Delicatior ſententia Plin. 15, 2 ſ. 3. Cic. Off. 1, . . Turpe enim valdeque vitioſum, in re ſeuera conuiuio dignum aut delicatum aliquem inferre ſermonem. Delicatiſſimis verſibus exprimere omnia conuiuiorum genera, coenarumque, et adulteria Cic. in Piſon. 70. Delicata vita Cic. Tuſc. 2 c. 11. Delicatae et obſcenae voluptates Cic. de Nat. Deor. 1, 111 c. 40. Molles et delicatae voluptates Cic. de Nat. Deor. 1, 113 c. 40.

DELICATVLVS, a, um. Adi. Apuleio *tribuitur : negat Index Floridi.*

DELICĀTE. Adu. [τρυφερῶς] Delicate coenitare Varr. de R. R. 3, 4. Recubare molliter et delicate Cic. de Orat. 3, 60. Delicate et molliter viuere Cic. Off. 1 c. 30. Columel. 11, 1, 21 Cultam, veſtitamque familiam vtiliter magis habeat, quam delicate. Delicatius Sen. de Ira 3, 9 *pr.*

DELICIVM, ii. n. *it.* DELICIA, ae. f. *ac* DELICIES, ei. f. *et vſitatiſſime in plur.* DELICIAE, arum. [παιδικὰ] *Oblectamentum quod nobis voluptati eſſe ſolet, eſtque hominum, et quidquid eſt, quo quis oblectatur, appellatio.* Martial. 13, 98 *(al. 99)* Delicium paruo donabis Dorcada nato. Martial. 7, 49 *in fontem*, Gloria conſpicuae deliciumque domus. Delicium digamma, *quod laudatur ex* Cic. Att. 9, 9 *nullum eſt. Legitur enim*, Deli tuum Digamma, *v. v.* Plaut. Trucul. 5, 1, 29 At ego ad te ibam. S. ad me delicia ? Plaut. Rud. 2, 4, 13 Otium vbi erit, tum tibi operam ludo et deliciae dabo. Placuit

euit odorum delicia Solin. c. 58. *Sed vſitatiſſimum* Deliciae. Cic. Verr. 4, 2 Vnde igitur potius incipiam, quam ab ea ciuitate, quae tibi vna in amore, atque in deliciis fuit? *Add.* Id. de Diu. 1 c. 36. Amores et hae deliciae quae vocantur Cic. pro Cael. c. 19. Cael. Cic. Fam. 8, 8 Scito C. Sempronium Rufum, mel ac delicias tuas, calumniam maximo plauſu tuliſſe. Multarum deliciarum et magnae pecuniae locus Cic. de Lege Agr. . . . Multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio Cic. pro Muraen. 13. Vsque in delicias amare Sen. de Benef. 4, 5. Cogitatio ſupellectilis ad delicias, aut epularum ad voluptates Cic. in Paradox. 1. Votorum deliciae Iuven. Sat. 10, 291. Enclopius lector, ille feria noſtra, ille deliciae Plin. Ep. 8, 1. *Add.* Prop. 4, 7, 5. *Caſaub. ad* Suet. Aug. c. 83. Alexandrinae deliciae Quinct. 1, 2. *i. pueri dicaces.* Deliciae meae Dicaearchus, *per appoſitionem* Cic. Tuſc. 1, 77. *Sic* Catullus, Paſſer deliciae meae puellae 2, 1. 3, 4. Plaut. Poen. 1, 2, 152 Mea voluptas, meae deliciae, mea vita, mea amoenitas. Plaut. Perſ. 2, 2, 22 Paecnium deliciae pueri ſalue. *Sic dictum eſt, vt* Delicias hominum *a* Iuuenale 6, 46. *pro Delicato homine.* Deliciae noſtrae Virg. Ecl. 9, 22. Per delicias noſtras intelligit Communem amicam. Seruius. Idem Ecl. 2, 2 Delicias domini. Hoc eſt, Qui domino in deliciis erat. Faciles deliciae Ouid. Met. 13, 831. Illepidae atque inelegantes deliciae Catul. 6, 1. Loquaces deliciae Stat. Silu. 5, 5, 67. Pueriles Cic. de Orat. 3, 78. Regificae Claud. Paneg. 8, 336. Luxu carentes Stat. Silu. 1, 3, 93. Alicuius delicias ſe dicere Cic. pro Domo 62. Dicere delicias, *vid.* DICO. Excutere delicias Claud. in Eutrop. 2, 146. *ſignificat Amouere.* Facere delicias et libidines Catul. 45, 23. *et* 70, 2. Ouid. Triſt. 2, 349 Sic ego delicias et mollia carmina feci. Delicias facere, *pro Diſſimulationibus iocularibus vti:* Plaut. Men. 2, 3, 30 — Eia delicias facis, mi Menaechme: quin amabo is intro? hic tibi erit rectius. Fugare delicias animi Catul. 68, (67) 26. Habere in deliciis aliquem Cic. Att. 6, 1. Ouid. Amor. 3, 14, 18 Omnibus illum (locum) deliciis imple. Inficere animum deliciis, *vid.* INFICIO. Nouis luxuriare deliciis Ouid. Epiſt. 16, 192. Infantiam ſtatim deliciis ſoluimus Quinct. 1, 2. Cic. in Vatinium 20 Illi autem, quibus erat in deliciis, vix riſum tenebant. Cic. Verr. 4, 3 c. 1 Ciuitas, quae tibi vna in amore atque in deliciis fuit. Deliciae, *pro Moroſitate:* Cic. Att. 1, 12 Ecce autem aliae deliciae equitum, vix ferendae, quas ego non ſolum tuli, ſed etiam ornaui. *Vid.* Quinct. 1, 11 p. 116. *et* 12, 8 *princ.* Non, dum quaero aliquid, inuenio: ſed ſaepe, quod quaerenti non comparuit, aliud agenti praeſto eſt — Neceſſe eſt ergo, me ad delicias componam memoriae meae, quae mihi iam olim precario paret Sen. Contr. Prooem. Cic. in Orat. 39 Quo magis ſunt Herodotus, Thucydidesque mirabiles: quorum aetas, quum in eorum tempora, quos nominaui, incidiſſet, longiſſime tamen ipſi a talibus deliciis vel potius ineptiis abfuerunt. Deliciarum cauſa, *vt Animi cauſa.* Cic. Verr. 1, 26 Quos Antonius deliciarum cauſa loris in conuiuio caedi iubebat a ſuis publice. Deliciarum et voluptatis cauſa Cic. pro Rab. Poſt. c. 10. ¶ 2 Delicies, ei. f. Apul. Apol. 1 Critias mea delicies *laudatur.* *Sed Elmenh.* p. 279, 1 mea Delicia. *Etiam in libro* de Deo Socratis *eſſe dicitur.* *Sed nihil indicat Index Floridi.* *Tandem laudatur* Ales viduata delicie. *Reſpicitur ad extrema* Floridorum, *vbi ita* Elmenh. p. 366, 10 Ne tam pulchra ales — voce viduata, deliciae facundi Dei, muta viueret. *Sed cum* voce *omittant quidam, et* delicie *legant, exorta inde lectio* Ales — viduata delicie facundi Dei. ¶ 3 Delicia dicitur etiam genus tigni, quod a culmine ad tegulas angulares infimas verſus faſtigiatum collocatur. Vnde et tectum ipſum DELICIATVM et tegulae DELICIARES ſiue Colliciares appellantur. *Haec* Feſtus Cato 14, 4 Deliciares tegulae quae erunt, pro binis integris computabuntur. Deliciares *dictae, quod inde aqua* Deliciatur. *Quid ſi a* delicere ſ. DELIQVERE? *v. v.* *Sed editur apud Catonem* Colliciares ſ. Conliciares. *Vid. Meurſ.*

DELICIOLAE, arum. f. Dimin. Cic. Att. 1, 7 *extr.* Tulliola, deliciolae noſtrae, tuum munuſculum flagitat, et me vt ſponſorem appellat.

DELICIOLVM, i. n. Sen. Epiſt. 12.

DELĬCO, āre. *pro* Dedicare ponebant veteres, *inquit* Feſtus. *Vid.* DELICATVS *princ.* *Pro eodem etiam eſt* DELIQVO *vbi vid.*

DELĬCIO, ĕre. Illicere, antiquis. Titinn. lib. 5 Quod ea paraſitus habeat, qui illum ſciat Delicere, et noctem facere poſſet de die. Nonius 4, 112.

DĒLĬCIOR, āri. Dep. Ruricius Epiſt. 2, 42 Volatilia deliciari, *id eſt, Comedere cum delectatione.*

DELICIĀTVS, a, um. Part. Tectum deliciatum *apud* Feſtum.

DELICIŌSVS, a, um. Adi. *Plenus deliciis.* Sedul. Orat. Dom. de Tent. Ambroſ. Serm. 67 *extr.* Sen. Epiſt. 12. Mart. Capell. 7 p. 236. Rutil. Itiner. v. 378. Auguſtin. de Gen. contra Manich. 2, 9 *pr.*

DELICTVM, *vid.* DELINQVO.

DELICVS Porcus, [Ἀπογαλακτισθὲν Vet. Gloſſ.] *qui dicatur, exponit* Varro de R. R. 2, 4, 16 Quum porci depulſi ſunt a mamma, a quibusdam delici appellantur, neque iam lactantes dicuntur. *Quid ſi* delici *ſunt, quaſi* deliqui, *quos* delinquunt matres, *vt* Reliqui, *qui* relinquuntur. *Sic*

DELICVLVS, a, um. Adi. Vendat boues vetulas, armenta delicula, oues deliculas Cato R. R. c. 2. *al.* reicula, *etc.* *Conf. Voſſ. Etymol. p. 431* *qui* reiculas *ſ.* reiiculas *apud* Catonem *probat.* *Mihi videbatur* Deliculus *eſſe Diminut. ex* Delicus, *et ſic dici, quae* delinquuntur *aliis dominis, i. venduntur.* *Sic ſignificatione conueniant cum* Reiiculis.

DELĬGO, āre. [προσδέω] *Notae ſignificationis.* Varro de R. R. 1, 47 Ea ſumma integenda binis tabellis dextra ac ſiniſtra deligatis, herbaeque elidendae. Deligare in ſtatua hominem Cic. Verr. 4 c. 40. In terram naues Caeſ. B. G. 3, 39. Deligare ad palum Cic. Verr. 5, . . *Add.* Caeſ. B. G. 4, 29. Val. Max. 3, 8, 1. Apud menſam Plaut. Men. 1, 1, 13. Ad ripam nauicula deligata Caeſ. B. G. 1, 53. Deligata in linteolo grana Plin. 20, 17 ſ. 71. *Conf.* Pallad. Febr. t. 9. Columel. 6, 6. Vulnus deligauit aliquis antequam haec ars eſſet Quinctil. 2, 17. De ſanguinis fuſione deligandum brachium Celſ. 2, 10.

DELIGATIO, ōnis. f. Apuleio *tribuitur.* *Negat Ind. Floridi.*

DELIGATOR, ōris. m. Marc. Empir. . .

DELĬGO, ēgi, ectum, ĕre. [ἐπιλέγομαι, ἀπολέγω] *Ex* De *et* Lego *compoſitum:* Deligere *eſt, quod magis idoneum ad rem agendam eſt, de multis cernere et aſſumere.* Deligere generum Seru. ad Cic. Fam. 4, 5. *Sed conf.* DELIGO. Caeſ. B. G. 3, . . Duces vero hi deliguntur, *etc.* Cic. pro Lege Manil. c. 22 Tum de imperatore deligendo eſſe dicendum. Bona deligere *et* reiicere, *contraria* Cic. de Legib. 60. Idem pro Domo 24 Nos, quod nominatim rei maximae paene iam deſperatae, ſummum virum ſaepe ad extrema Reipubl. diſcrimina delectum praefecimus, a te reprehendemur? Cic. Off. 2, 46 Quibuscum ſi frequentes ſunt, opinionem afferunt populo, eorum ſe fore ſimiles, quos ſibi ipſi delegerunt ad imitandum. Comites delegi Virgil. Aen. 5, 191. Diem Nepos 16, 2, 2. Famulum ſibi Claudian. Paneg. 7, . . Caſtris locum idoneum Caeſ. B. G. 1, 40. Lumina ipſa ex florentiſſimis ordinibus Cic. pro Milon. 21. Magiſtratus deligit Populus Romanus, quaſi Reipubl. villicos Idem pro Planc. 62. Multos ex ſuis annalibus poſſe deligere, quos velit et poſſit imitari Cic. Q. Fratr. 1, 1. Deligere ex omni numero Idem Verr. 4 (2) c. 44. Sibi oppida maritima domicilio Liu. 39 . . Deligere optimum virum ad ſacra Idaea accipienda Cic. de Fin. 5, 3. Idem pro Roſc. Amer. c. 3 Qui ex ciuitate in Senatum, propter dignitatem, Ex Senatu in hoc conſilium delecti eſtis propter ſeueritatem. Vnum ex cunctis deligere Cic. de Lege Agr. 2, 23. In deligendo genere vitae ratio habenda eſt Idem Off. 1, . . Poteſtas deligendi ex populo data Cic. de Lege Agr. 2, . . ¶ 2 *Sed etiam auferendi et ſeparandi notio interdum praeualet.* Virgil. Aen. 5, 716 Et quidquid tecum inualidum, metuensque pericli eſt, delige. Propert. 2, 23, 105 Tu prius et fluctus poteris ſiccare marinos, Altaque mortali deligere aſtra manu. Ouid. Epiſt. 4, 30 Et tenui primam deligere vngue roſam, *i. decerpere.* Plaut. Aſin. 3, 3, 42 Hinc med amantem ex aedibus delegit eius mater, *i. eiecit, vt qui de olere lectam erucam abiiciat.* *Reliqua, quae ad Plauti l. c. Taubmannus collegit, et Pareus in Lexic. Crit. non ſatis huc conuenire putabam.* *Verum* Cic. in Vatin. c. 14 *ex optimis quibusque libris repoſuit Graeuius,* Num quis reus — ſubſellia diſſiparit? Vrnas delegerit, *i. abſtulerit, deiecerit.* *Et* pro Caecina c. 27 Quicum tu poſthac de poſſeſſione contendes, eum, ſi ingreſſum modo delegeris, in praedium reſtituas oportebit. *Sic Graeuius hic, etiam ex MSS. pro* deieceris. ¶ 3 *Obſeruanda in hoc verbo confuſio Praepoſitionum* De *et* Di.

DELECTVS, a, um. Partic. [ἐπιλελεγμένος] Delecti ad omne facinus coloni Cic. de Lege Agr. c. 17. Corpora virûm Virgil. Aen. 2, 18. Cic. pro Roſc. Amer. . . Ad eamne rem vos reſeruati eſtis, ad eamne rem delecti, vt eos condemnaretis, *etc.* Dux Nepos 20, 1, 3. Virgil. Aen. 9, 162 Bis ſeptem, Rutulo muros, qui milite ſeruent delecti. Cic. pro Domo . . Nonne fuit eo maior adhibenda medicina, quae et illud Natiuum, et hoc delectum malum ſanare poſſet? Manus Nepos 1, 1, 4. Ab omni ordine delecti Oratores Virg. Aen. 7, 152. Delecti viri, *fortes et praecipui, vel egregii* Cic. Tuſc. 1, . .

DELECTVS, ûs. m. Verbale, *quod ſaepe ſcribitur* DILECTVS, *vt paria fere iura habeat.* [ἐπιλογή] Caeſ. B. G. 8, . . Nam Cn. Pompeius legionem primam, quam ad Caeſarem miſerat, confectam ex delectu prouinciae, Caeſari eam tanquam ex ſuo numero dedit. Cic. Verr. 2 c. 50 Omniumque rerum delectum atque diſcrimen pecunia ſuſtuliſſet. Idem pro Cluent. 128 Quod idem facere cenſores in delectu dignitatis, et in iudicio ciuium et in animaduerſione vitiorum, quî conuenit? Delectus et notatio iudicum etiam in noſtris ciuibus haberi ſolet Cic. Philipp. 5, 31. Dignitatis delectus in beneficentia ſit Idem Off. 1, 45. Delectus perſonarum Scribon. Ep. . . Cic. de Clar. Orat. c. 72 Primoque in libro dixerit, Verborum delectum originem eſſe eloquentiae. Virtutis delectus Idem pro Corn. Balb. 49. Caeteri agri — ſine vllo delectu, ſine Popul. Roman. notione, ſine iudicio Senatus addicentur decemviris? Cic. de Lege Agr. 2, 57 c. 28. Idem de Fin. 5, 90 Mihi quidem etiam lautius videtur, quod eligitur, et ad quod delectus adhibetur. *Conf.* Idem Bruto c. 15. Agere vel habere delectum, *vid.* AGERE *et* HABERE delectum Liu. 2, . . Superbiſſimo delectu et duriſſima conquiſitione collectus exercitus Cic. de Prouinc. Conſul. . . Conficere delectum Caeſ. B. G. 6, . . Nouis delectibus multos contraxit Nepos 23, 6, 4. Decernere Liu. 3, . . Delectu aliquo aut ſapientia non ducitur ad iudicandum populus, ſed, *etc.* Cic. pro Planc. 9. Edicere Liu. 2, . . Facere certum ſtudiorum delectum nemo diſſuaſerit Quinctil. 2, 8 *quam formulam tamen impugnat Valla, quem vid.* 5, 61. Facere delectum militum, *vid.* FACIO. Habiti delectus Vell. 2, 111. Iudicio ſuo delectum habere aliquem Cic. Q. Fratr. 1, 1. Habere delectum militum Caeſ. B. C. 1, 11. Habere delectum ciuis et peregrini Cic. Off. 1, 149. *Add.* de Orat. 3 c. 37. Acceptorum beneficiorum ſunt delectus habendi Cic. Off. 1, 49. Inſtituere delectum militum, *vid.* INSTITVO. Intermittere Caeſ. B. C. 1, . . Mandare Liu. 25, . . Cic. Off. 1, . . Qui tamen haberent ius ſuum diſputandi de officio, ſi rerum aliquem delectum reliquiſſent, vt ad officii inuentionem aditus eſſet. Tenere delectum rerum Cic. de Fin. 1, 33. ¶ 2 *Quod diximus* Dilectum *ſaepe ſcribi, illud obſeruatum a Pareo in Lexic. Crit. et pluribus, quos laudant Burmannus ad* Ouid. Met. 10, 324. *Drakenb. ad* Sil. 7, 43. *Exempla etiam ſunt* Sen. de Benef. 2, 18. *et* de Ira 3, 2.

DELECTIO, ōnis. f. Agroetius Vet. Gramm. *ait* Alicuius rei examinatae delectionem appellamus. Nam Diligi affectionis, Deligi iudicii eſt. *Vid.* Vopiſc. Aurel. c. 40.

DELECTOR, ōris. m. Frontin. Strateg. 4, 1, 3 Pyrrhus delectori ſuo fertur dixiſſe: tu grandes elige, ego eos fortes reddam.

DELĪMO, āre. [ἀποῤῥινίζω] *De re aliqua limare.* Plin. 34, 11 ſ. 26 Alii delimatum aeris ſcobem aceto ſpargunt.

DELIMATIO, ōnis. f. *Apud* Apuleium *eſſe dicitur: ſed non habet Ind. Floridi.*

DELIMATOR, ōris. m. Gloſſ. Cyrilli.

DELIMITO, āre. Frontin. Goeſ. p. 38. *Conf. Fabrett. ad* Inſcriptt. p. 245.

DELIMITATIO, ōnis. f. Frontin. p. 142. *Al.* delimatio: *vid. edit. Keuchen. p. 338.*

DELIMIS, e. *Subſtant.* Delime bipennis Varro *ap.* Non. 2, 82.

DELIMVM, i. n. *vel* DELIMA, ae. f. *Idem videtur eſſe, quod Lima apud* Arnobium 6 p. 200 *vbi* ſimulacra *vocat* deſcobinata delimis, *at Heraldus diuiſim legit,* de limis, *quod verum eſt.*

DELINGO, inxi, ĕre. [ἐκλείχω] *Idem quod Lingere.* Plaut. Curcul. 4, 4, 6 Hic hodie apud me nunquam delinges ſalem, *nedum vt coenes.* Idem Perſ. 3, 3, 24 Niſi me haec defendet, nunquam delinget ſalem: *de lingua ſua.* Delingere plenum cochleare Celſ. 3, 22 *non procul a fine.*

DELĪNIO, *ſiue* DELENIO, īui, ītum, īre. [κηλέω, θέλγω] *Auget ſignificationem ſimplicis* Lenire, *vt* Mulcere, Demulcere. Delinire, *per translationem, pro verbis Demulcere et Irretire.* Plaut. Stich. 3. 2, 4 Vt eum aduenientem meis dictis deliniam. Delinire animum ſuauitate Cic. Tuſc. 4, . . Delinire animos praeda, pretio, ſermone Liu. 1, . . Cic. Verr. 3, 157. *et* Off. 2, 48. Cic. de Fin. 1, 33 Qui blanditiis praeſentium voluptatum deliniti atque corrupti, quos dolores, *etc.* Fouere hominum ſenſus, delinire animos, et adhibere voluptates Idem pro Muraena 74. Flectere virtute ſua et patrimoniis delinire Cic. pro Mil. c. 35 ſ. 96. ¶ 2 *Fraudis ac deceptionis notionem adiunctam habet, vt ſit blandiendo fallere.* Plaut. Aſin. 2, 4, 28 Vah delenire apparas. *Et* Ciſt. 2, 1, 41 Tu me delenis. *Et* Stich. arg. 4 Verbis delenitur commodis. Lucil. 28 Concedat homini id, quod vult, deleniat, corrumpat prorſus, ac neruos omnes: *ap.* Non. 4, 115. Cic. pro Cluent. 13 Animum adoleſcentis nondum conſilio ac ratione firmatum pellexit iis omnibus rebus, quibus illa aetas capi ac deliniri poteſt.

DELINĪTVS, a, um. Partic. [κεκηλημένος] Titinn. *ap.* Non. 2, 26 Verum enim dotibus deliniti, vltro etiam vxoribus ancillantur. Cic. de Orat. 1 c. 9 Genus hominum in montibus ac ſiluis diſſipatum, non prudentium conſiliis compulſum potius, quam diſertorum oratione delinitum, ſe oppidis moenibus ſepſiſſe. Illecebris voluptatis delinitus Cic. Fam. 15, 16. Non nuptialibus donis, ſed filiorum funeribus delinita mulier Idem pro Cluent. 28. ¶ 2 Delenitus, Mente alienatus, *vt ait* Nonius 4, 115. Plaut. Amph. (2, 2, 214) Delinitus ſum profecto, ita, vt me qui ſim, neſciam.

DELINĪTOR, ōris. m. Verbale. [θελκτήρ] Cic. de Clar. Orat. c. 70 Vt non cum aduerſario ſolum, ſed etiam (quod mirabile eſſet) cum iudicio ipſo, cuius delinitor eſſe debet Orator, iurgio ſaepe contenderet.

DELINITIO, ōnis. f. Verbale. [θέλγμα] Cic. Off. 2 c. 16 Ipſaque illa delinitio multitudinis ad breue tempus exiguumque duratura ſit.

DELENIFICA mulier Turpil. *ap.* Non. 4, 115. Verba delenifica Plaut. Mil. 2, 2, 37. *Add.* Symmach. 3, 6. *et* 7, 27.

DELINIMEN, inis. n. Symmach. Ep. 3, 11 Delinimina aurium.

DELINIMENTVM, i. n. [θελκτήριον, θέλγητρον] *Idem quod Delinitio.* Liu. 4, 49 Aptiſſimum tempus erat vindicatis ſeditionibus delinimentum animis Volani agri diuiſionem obiici. Vitae delinimenta monſtraueram tibi Tacit. Ann. 15, 63. Agric. 21, 3. Ego Magnificentiae appellationem recuſo, niſi forte me improbum putas, quod honori tuo, eadem delinimenta non deſore Symmach. Ep. 4, 42. ¶ 2 Delinimenta, *pro* Venenis, veneficiis, et poculis amatoriis. Delinimentis animum alicuius auertere Liu. 30, 13. Illecebrae delinimento flecti Ambroſ. Ep. 7, 7. Vitiorum Tacit. Agr. 21, 3. Voluptatum Arnob. 1 p. 35. Afranius *apud* Nonium 1, 1 Si poſſent homines delinimentis capi, Omnes haberent nunc amatores anus: Aetas et corpus tenerum et morigeratio, Haec ſunt venena formoſarum mulierum, Mala aetas nulla delinimenta inuenit. Delenimentum *dedit Mercer. Eadem ratione etiam* Delinimenta *et* Venena *coniungit* Liu. 39, 11 Illius excetrae delinimentis et venenis imbutum nec parentis, nec vitrici, nec deorum verecundiam habere. *Multa hic viri docti, quibus vel conficitur, non in ſolis incantationibus locum eſſe huic verbo, vel* delenimenta *et* delinimenta *vix diſcerni poſſe. Ita explicat vtrumque locum Brouckh. ad* Tib. 1, 6, 7.

DELINEO, āre. [διαγράφω] *Lineamenta formae ducere.* Plin. 35, 10 ſ. 36, 14 Arrepto carbone extincto e foculo, imaginem in pariete delineauit. Coloribus Apul. Flor. 1. Quem nulla delineat forma corporalis Arnob. 1 p. 17 de deo.

DELINEATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Valent. c. 27. *et* adu. Marc. 5, 4.

DELINEATOR, ōris. m. Liu. . .

DELĪNO, ini, iui, *et* eui, itum, ĕre. *Olim fuiſſe in vſu, ſuadet* Delitus, *de quo ſtatim.*

DELĪTVS, a, um. Partic. *Idem fere, quod* Deletus, *certe contrarium* Illito. Cic. Verr. 1, 145 c. 55 Columna, ex qua tectorium vetus delitum ſit, et nouum inductum. *Sed variat lectio, quidam* deletum, MS. delectum, Priſcian. 18 p. 1151 *extr.* deiectum, *quod in primis apte conuenit, niſi quod Priſcianus hic aliud agit, vt poſſit facilius, vel praeteruidiſſe hoc, vel ex memoria laudaſſe, vel corruptus eſſe. Certe* Delitae literae Varronis in Praetoriana *laudantur* Diomedi 1 p. 372, *itemque illud* Calui ad vxorem, Prima epiſtola videtur in via delita. Priſcian. 9 p. 873 A Delino delitum naſcitur, quod Probus et Caper comprobant, vſu quoque adiuuante — Cicero in I Epiſt. ad Caluum, Tuli moleſte, quod literae delitae ſunt mihi a te redditae. *Fauet etiam* Delitor, *de quo ſtatim.*

DELITOR, ōris. m. *Qui delinit ſ. delet.* Accius in Atreo *apud* Priſcian. 9 p. 873 Epularum fictor, ſcelerum fratris Delitor, *quod Priſcianus a* Delino *deriuat.*

DELINQVO, iqui, ictum, ĕre. [πλημμελέω] *Peccare, ab officio recedere.* Proprie eſt Praetermittere, quod non oportet praeterire, *inquit* Feſtus. Cic. de Natur. Deor. 3, 90 Ferretne ciuitas vlla latorem iſtiuſmodi legis, vt condemnaretur filius aut nepos, ſi pater aut auus deliquiſſet? Plaut. Men. 2, 1, 46 Ne tu delinquas, neue ego iraſcar tibi. Cic. de Inuent. 2, 34 c. 10 Nam neceſſe eſt eum, qui velit Peccare, aliquando primum delinquere. Idem de Lege Agr. 2, 99 Sic ſi quid deliquero, nullae ſunt imagines, quae me a vobis deprecentur. Delinquere erga aliquem Plaut. Epid. 3, 3, 9. In ancillam ſi quis delinquere poſſit Ouid. Amor. 2, 8, 9. In aliqua re delinquere Cic. de Inuent. 2, 33. Idem pro Cluent. . . . Quare ne in bello propter hoſtium metum delinqueret, amplior ei mortis et ſupplicii metus eſt a maioribus conſtitutus. *de milite.* Cic. Tuſc. 2, 12 Artemque vitae profeſſus, delinquit in vita. ¶ 2 *Paſſ.* Papinian. in l. Si adulterium §. Fratres denique D. Ad Legem Iuliam De adulteriis, Adulterii crimen, quod pubertate delinquitur, non excuſatur. Si quid delinquitur, fit neſcio quomodo, vt magis in aliis cernamus, quam in nobiſmetipſis Cic. Off. 1. 41. Id. pro Caecina 76 c. 27 Iniuriarum delictum eſſe, qui prohibitus ſit: niſi ex eo loco, vbi veſtigium impreſſerit, deiici neminem poſſe.

DELIQVIVM, ii. n. *an* DELIQVIO, ōnis? [ἔκλειψις, λειποθυμία] Plaut. Capt. 3, 4, 93 Hoc ſi ſecus reperies, nullam cauſam dico, quin mihi Et parentum, et libertatis apud te deliquio ſit. *Quidam tertio caſu accipiunt, vt dicitur* Bono, Damno, Fraudi eſſe aliquid. *Salmaſius rectum caſum putat, vt* Obſidio, Aeſtimio, *etc. Sententia aperta, vt amittam parentes et libertatem.* Varro de L. L. 6, 5 p. 82, 17 Deliquium dictum ab eo, quod deliquatur: vt turbida, quae ſunt deliquantur, vt liquida fiant. *Sed* Deliquium ſolis, *inquit* Feſtus, a Delinquendo dictum, quod delinquat in curſu ſuo Plin. 2, 12 ſ. 11 Viri ingentes ſupraque mortalium naturam, tantorum numinum lege deprehenſa, et miſera hominum mente abſoluta, in defectibus ſcelera, aut mortem aliquam ſidere pauente: quo in metu fuiſſe Steſichori et Pindari vatum ſublimia ora palam eſt deliquio Solis: et in Luna veneficia arguente mortalitate, et ob id crepitu diſſono auxiliante. *Hinc quoque medici recentiores vocant* animi deliquium, *pro defectu illo, quem quidam ſyncopen vocant, licet nomen illud apud antiquum nondum repererim.*

DELIQVVM, i. n. [ἧττον] *i. Minus.* Plaut. Caſ. 2, 2, 33 Siue amet, ſiue quod lubet, id faciat, quando tibi nil domi Deliquom'ſt. *i. nihil tibi deſit propterea. Conf.* Feſt. *et Douz. ad loc.*

DELICTVM, i. n. [πλημμέλεια] *Minus fere quam* Peccatum, *nec tamen perpetuo.* Plaut. Bacchid. 5, 2, 52 Sine hoc exorare me obſecro abs te, vt iſtud delictum Deſiſtas tantopere ire oppugnatum. Atque etiam in delictis poenam ipſam honorat Plin. 14, 1 ſ. 1. Manifeſtus delicti Tacit. 2, 85. Auctor, et reprehenſor delicti Ouid. Epiſt. 17, 219. Liber a delictis, *vid.* LIBER. *Graue quiddam notat:* Terrarum delicta, nec exſuperabile diris Ingenium mortale queror Stat. Theb. 1, 214 *Iupiter loquitur.* Cic. pro Caecina 7 Quo delictum Maius eſt, eo poena tardior. Idem Off. 1 c. 13 Quae autem Parua videntur eſſe delicta, neque a multis intelligi poſſunt, ab iis eſt diligentius declinandum. Coërcere delicta ſuppliciis Hor. Sat. 1, 3, 79. Cic. Fam. 5, 17 Et illud adiunges homines ſapientes turpitudine, non caſu: et delicto ſuo, non aliorum iniuria commoveri. Hor. in Arte Poët. 442 Si Defendere delictum quam vertere malles. Domare delicta Claud. Paneg. 8, 310. Ob delictum expetunt poenas ab aliquo dii Cic. pro Marcel. 18. Fateri delicta Ouid. Amor. 2, 4, 3. Annales veterum delicta Loquuntur Claud. de IV. Conſ. Hon. 311. Luendum morte delictum Sen. Hippol. 879. Inque vicem illorum patiar delicta libenter Hor. Sat. 1, 3, 141. Piare delicta Silius 17, . . Delicti poenitet illos Claud. in pr. Conſ. Stilich. 11, 310. Stringuntur pectora delicto Ouid. Triſt. 5, 6, 21.

DELINQVENTIA, ae. f. Tertull. de Reſur. Carn. c. 46 *et* 47.

DELICTOR, ōris. m. Cyprian. Epiſt. 59 c. 1.

DELIQVEO, cui, ēre. Neutrum. [τήκομαι] *vel*

DELIQVESCO, delicui, ĕre. *In totum reſolui et diſſolui.* Ouid. Met. 4, 252 Protinus imbutum caeleſti nectare corpus Delicuit. Haec ita coquuntur, vt omnia poma deliqueſcant cum muſco Colum. 12, 41, 3. Tam celeriter etiam corpus adhuc ſpiritu in eo manente deliqueſceret ac periret, quam celeriter anima diſcedet Lact. 8, 12. Deliqueſcere, *per translationem.* Cic. Tuſc. 4, 37 c. 17 Nec ſitienter quid expetens ardeat deſiderio, nec alacritate futili deliqueſcat, *hoc eſt, Molleſcat.* Deliqueſcat ſors Plaut. Caſin. 2, 5, 28. *vulgo* Decolaſſit.

DELIQVIAE, arum. f. *vt Colliquiae, quae ſtillicidia excipiunt in cauaedio.* Vitruu. 6, 3 Cauaedia autem diſpluuiata ſunt, in quibus deliquiae aquam ſuſtinentes ſtillicidia reiiciunt. *Aliqua exemplaria habent* Arcam ſuſtinentes. *Vid.* DELICIAE n. 3.

DELIQVIVM, *vid.* DELINQVO.

DELĪQVO, āre. [ἐκχέω] *a* Liquore *formatum, ſignificat Effundere.* Columel. 12, 39, 2 Deinde poſt viginti vel triginta dies quum deferbuerit, in alia vaſa deliquare, et confeſtim opercula gypſare, et pelliculare. Per cola ſubterranea deliquari Sidon. Ep. 7, 2. Varr. de L. L. 6, 5 p. 82, 16 Deliquium dictum ab eo, quod deliquatur, vt turbida quae ſunt deliquantur, vt liquida fiant. *Hinc* ¶ 2 Deliquare *quod etiam* delicare *ad ſermonem transfertur, vt ſit liquido aliquid oſtendere, et verbis declarare.* Nonius 2, 225 ex Accio, Qua re alia ex crimine inimicorum effugere poſſis, delica. Caecil. Oboloſtate, Immo vero haec ante ſolitus ſum, res delicat. Titinn. lib. 5 Quid iſtuc eſt, aut quid ſibi vult ſermo? mater delica. Lucret. 1, 367 Nimirum plus eſſe ſibi declarat inanis: At contra grauius, plus in ſe corporis eſſe Deliquat. *Sic Lambin. Al.* Dedicat. *Vid.* Feſti *locus in* DELICO *laudatus.* Lucret. 1, 423 Corpus enim per ſe communis deliquat eſſe ſenſus. *Etiam hic MSS. plures* dedicat. *Eadem diuerſitas eſt* 5, 209 Haec quoque res etiam naturam deliquat eius. *Hoc loco etiam recentiſſimi editores* deliquat *legunt.* Plaut. Mil. 3, 2, 30 Ita vero, vt tu ipſe me dixiſſe delices. *Ita MSS. Al.* dictites. *Pareus,* dedices. *Sed* delices *Gron.*

DELĪRO, āre. [παραληρέω, παρακραίω] *De recto recedere. Verbum ductum ab Arantium* lira. *Vid.* Nonius 1, 62. *Hoc alii non a* Liris *Ruſticorum, ſed a Graecorum* λῆρος *deducunt; quos* Plautus *Latio donauit* Poen. 1, 1, 9 Gerrae germanae atque edipol liroe, *i. nugae merae.* Liroe, *vt* Adelphoe, *i.* Adelphi *apud* Terent. *ex* Ἀδελφοί. *A* liris *ergo* Lirare *(quemadmodum apud Graecos a* λῆρος ληρεῖν*) i. Ineptire, et Delirare.* Τὸ De *enim auget, cui originationi fauent, et* Veteres Gloſſae, *in quibus ſunt,* Delerus, ληρῶν, παράληρος, Delerat, παρακόπτει, ληρεῖ. *E enim pro I antiquorum more poſitum, alterae* Graeco-latinae *clarius:* λῆρος, Delirus. *Fruſtra igitur eſt, qui inter* Delerus *et* Delirus *diſtinguit. Sed a ruſtica* Lira *deducit Plinius etiam, cuius verba damus in* DELIRATIO. Plaut. Men. 5, 9, 15 Delirare mihi videre. Delirare, *per translationem, A recto et aequo, et a communi ſenſu recedere.* Horat. Epiſt. 1, 2, 14 Quidquid delirant reges, plectuntur Achiui. Deliramus interdum ſenes Plaut. Epid. 3, 3, 11. Multos ſe deliros ſenes ſaepe vidiſſe, ſed qui magis quam Phormio deliraret, vidiſſe neminem Cic. de Orat. 2, 75. Idem de Natur. Deor. 1, 95 Summos viros Deſipere, delirare, dementes eſſe dicebas. Cic. Off. 1, 94 Omnique in re quid ſit verum videre et tueri decet: contraque falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam delirare et mente captum eſſe. Idem de Diuin. 1, 35 Vtar igitur, nec abducar vt rear, aut in extis totam Hetruriam delirare, aut eandem gentem in fulguribus errare, aut fallaciter portenta interpretari. Acumen delirat Hor. Epiſt. 1, 12, 20. Delirat linguaque, menſque Lucret. 3, 454.

DELĪRANS, antis. Partic. [παραληρῶν] Delirans ſenex Ter. Adelph. 4, 7, 43. Delirans in libris ſuis, quos ſcripſit Cic. de Nat. Deor. 1, 95. Delirantia dicta Plaut. Amph. 2, 1, 38. Cic. de Nat. Deor. 1 c. 16 ſ. 42 Expoſui fere non philoſophorum iudicia, ſed delirantium Somnia.

DELĪRVS, a, um. Adi. [παράφρων] *Qui delirat.* Plaut. Amph. . . Adeo me iſtic hodie delirum fecit. *Sic apud* Cic. de Orat. 2 c. 18 Deliri ſenes. Cic. de Diuin. 2 c. 68 An tu cenſes vllam anum tam deliram futuram fuiſſe, vt ſomniis crederet? Horat. Epiſt. 2, 2, 126

Praetulerim ſcriptor delirus inersque videri
Dum mea delectent mala me, vel denique fallant
Quam ſapere et ringi.

Comparat. Quo quid delirius dici poſſit, non inuenio Lactant. 3, 18. Ego plane contenderim, nunquam dictum eſſe quidquam dilirius Id. ibid. *Add.* 7, 13, 9.

DELIRATIO, ōnis. f. Verbale. [παραλήρησις] Plin. 18, 20 ſ. 49, 3 Hoc quoque, vbi conſuetudo patitur, crate dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, operientes ſemina: vnde primum appellata deliratio eſt.

DELIRATIO, ōnis. f. [παραφροσύνη] *Vitium peculiare ſenibus.* Cic. de Senect. c. 11 Iſta ſenilis Stultitia (quae Deliratio appellari ſolet) ſenum leuium eſt, non omnium. Idem de Diuin. 2 c. 43 O delirationem incredibilem: non enim omnis error ſtultitia eſt dicenda. Delirationem acutam *vocat* Sen. Ep. 49 *Dialecticorum ſophiſmata, et quaeſtiunculas.*

DELIRAMENTVM, i. n. [λήρημα] *Ipſa deliratio.* Plaut. Amph. 2, 2, 64 Haec quidem deliramenta loquitur. Idem ib. v. 95 *et* 98. Men. 5, 5, 21. *Conf.* Prud. Apoth. v. 200.

DELIRIVM, ii. n. *Idem quod Deliramentum.* Celſ. 5, (26) 27 Illa pernicioſa eſt, quae vel leui vulneri ſuperuenit, vel vltra tempus inflammationis durat, vel delirium mouet. *Add.* 3, 18 *extr.*

DELIRITAS, ātis. f. *pro* Deliratione. Laberius, Quoniam mens, quae deliritas vos ſuppilatores facit, *etc.* Nonius 8, 36.

DELIRIŌSVS, a, um. Adi. Vet. Interp. Irenaei 1, 9 Delirioſa loqui. *Add.* 1, 5.

DELĬTEO, ui. *a quo* DELITESCO, ui, ĕre. [διαλανθάνω, κατακριβέω, λοχάω, ἐλλοχῶ, ἐμφωλεύω] *Eiusdem cum ſuo ſimplici ſignificationis.* Plaut. Rud. 2, 5, 9 Amat hercle me, vt ego opinor: delituit mala. Plin. 36, 5 ſ. 4, 5 Cum delituiſſet noctu. Deliteſcere in vlua per noctem Virgil. Aen. 2, 135. Vipera delituit Id. Georg. 3, 417. Varro de R. R. 3, 12, 3 Vbi interdiu lepores deliteſcunt in virgultis atque herbis. Caeſ. Bell. G. 4, 32 Noctu in ſiluis delituerant. Cic. de Natur. Deor. 2, 53 In quo curſu multa mirabiliter efficiens, tum antecedendo, tum retardando, tum veſpertinis temporibus deliteſcendo, tum matutinis ſe rurſum aperiendo, nihil immutat ſempiternis ſaeculorum aetatibus, quin eadem iisdem temporibus efficiat. *De Saturni ſtella.* *Contraria:* Cic. pro Caelio 62 Conſtitui locum iuſſit balneas Xenias, vt eo mitterent amicos, qui deliteſcerent: deinde repente, quum veniſſet Licinius, venenum traderet, proſilirent, hominemque comprehenderent. In aqua delituiſſe Ouid. de Arte Am. 2, 472. In parua caſa Idem ibid. 240. In cubilibus deliteſcunt beſtiae Cic. de Natur. Deor. 2 c. 49 *extr.* Stat. Silu. 3, 1, 71 Delituit caelum, et ſubitis lux candida ceſſit Nubibus. Priuato loco delituiſſe Ouid. Triſt. 3, 1, 80. Occultata delituit virtus Stat. Theb. 10, 482. Exilio delituiſſe Ouid. in Ibin. 12. *Per translationem:* Cic. pro Caecina 61 c. 21 Iuris iudicium quum erit, et aequitatis, caue in iſta tam frigida, tam ieiuna calumnia deliteſcas. Idem Acad. 4, 15 c. 5 Qui conſtitutam philoſophiam euerteret, et in eorum auctoritate deliteſceret, qui negaviſſent quidquam ſciri, aut percipi poſſe. Liu. 4, 42 Vbi illi patricii ſpiritus, vbi ſubnixus et fidens innocentiae animus eſſet, quaerebat: ſub tribunicia vmbra Conſularem virum delituiſſe.

DELĬTENS, entis. Partic. [διαλανθάνων] *Laudatur* Plin. 35, 1 ſ. 1 Non placent iam abaci, nec ſpatia montis in cubiculo delitentia. *Sic etiam Harduin. Sed Elzeu.* deliteſcentia. *Vet. editio*, delatantia.

DELITESCENTIA, ae. f. Auguſt.

DELITĬGO, āui, ātum, āre. Hor. de Arte Poët. 94 Iratusque Chremes tumido delitigat ore. *h. e. Vehementer litigat.*

DELĬTO, āre. *Vnde*

DELĬTANS, antis. Part. *laudatur ex* Prudent. Periſt. 10, 289 Velut retortis intuens obtutibus Auertat ora delitantis hoſtia. *Sed apertum eſt, legendum, vt editur etiam* de litantis hoſtia, *praepoſitione ſeparatim poſita.*

DELIVS, a, um. Adi. [Δήλιος] *a* Delo. *Vid.* DELOS.

DELOCATIO, ōnis. f. Articulorum delocatio, *i. luxatio* C. Aurel. Tard. 2, 1.

DELONGE. Adu. Vulg. Int. Ex. 20, 21. *et* Deut. 29, 22.

DELOS, i. f. [Δῆλος] *Inſula in Aegeo mari, omnium Cycladum clariſſima, Apollinis templo et mercatu nobilis. Dicta* Delos *(vt docet Ariſtoteles) quod, quum merſa eſſet, ſubito apparuit. Nam* δηλόω, *Oſtendo ſignificat. Haec primo* Pyrpole *dicta ab igne ibi primum reperto. A quibusdam* Cinthia, *ab aliis* Aſteria, *ab aliis* Cynethum. *Sed inprimis* Ortygia: quoniam in ea primum coturnices inuentae ſunt, quas Graeci Ortygias vocant. *Haec ex* Plin. 4, 12. *Vid.* ASTERIE, *it.* ORTYGIA. Cic. Verr. 1, 48. *et* Hygin. Fabula 53. Dele, *Vocatiuo apud* Statium *legitur*, Theb. 3, 438 Ipſa tua Mycone, Gyaroque reuelli, Dele, times. Natalis Apollinis Delos Hor. Od. 1, 21, 10. Candida Delos Ouid. Epiſt. 21, 82. Erratica Ouid. Met. 6, 333. Hoſpita gentibus Stat. Achil. 1, 206. Latonia Virg. Georg. 3, 6 Haec eſt, in qua Latona enixa eſt Apollinem et Dianam: quam inſulam ante vagam Apollo ſtabilem fecit, vt in tertio legimus, v. 76. Mycone celſa, Gyaroque reuinxit. Seruius.

DELIĂCVS, a, um. Adi. [Δηλιακὸς] *Qui ex Delo eſt. Vnde* aes Deliacum, et Deliaca dicta ſunt vaſa ex aere pretioſo, ab inſula Delo, vbi ſuit prima nobilitas aeris. *Vid.* Plin. 34, 2. Mercatus Deliacus *Idem* 34, 2. Cic. pro Roſc. Amer. 46 Domus refecta vaſis Corinthiis et Deliacis. *Add.* In Verr. 2 c. 34 *et* 72. Cic. pro Cornel. *a ſe* ipſo *citatus* Orat. 232 c. 70 Neque vero, ornamenta iſta villarum, quibus L. Paullum, et L. Mummium, qui rebus his vrbem Italiamque omnem referſerunt, ab aliquo video perſacile Deliaco aut Syro potuiſſe ſuperari. *Indicat in illa inſula fuiſſe diuites homines, qui magnam vim ſignorum, tabularumque pictarum, vel ſuae voluptatis, vel mercaturae cauſa haberent.* Deliacorum *etiam* gallinariorum Columella 8, 2 *meminit, et* Cic. Acad. 4, 18, 85. Petronius c. 23 molles Deliacos *vocat. Vid. Turneb. Adu.* 19, 7. Deliacos *valde ſolerter curaſſe Gallinarum* ὀρνιθοβοσκεῖαν, *et inde magnos fructus percepiſſe docet* Varro de R. R. 3, 9. *ad quem locum vid. Ioſ. Scalig. vbi et, qui apud* Petron. c. 23 Reciſi Deliaci manu *ſint, interpretatur. Add. Erb. et Burm. p.* 78.

DELIVS, a, um. *Aliud* Adi. [Δήλιος] *Vt*, Apollo Delius, Delia Diana Cic. Verr. Diuinat. 48. Antra Delia Stat. Silu. 5, 3, 4. Apollo Delius Virg. Aen. 3, 162. Ornatus foliis Deliis Hor. Od. 4, 3, 7. *i.* Laureata corona, Porphyr. Nemoralis Delia Stat. Theb. 9, 627. Dea Delia, *Diana* Hor. Od. 4, 6, 33. Vates Delius Virg. Aen. 6, 12. *i.* Apollo fatidicus. et ſic ait Delius, vt Lyciae ſortes, id eſt, Apollineae. Seruius.

DELPHI, ōrum. m. *Tam pro Oppido, quam pro Oppidanis, plurali tantum numero, ſicut Gabii* [Δέλφοι] *Eſt autem ciuitas in Boeotia iuxta Parnaſſum. Dicta a* Delpho *Neptuni filio ex Melantho Deucalionis filia ſuſcepto. Ibi Apollo clariſſimum templum habuit, et oracula reddebat. Hinc* Delphicus *dicitur. Ibi primo* Tellus, *tunc* Themis, *tandem* Phoebus *reſponſa dedere, teſte Pauſania in Phocicis. Phoebum ſeu Apollinem Conſtantinus M. ex adyto ſuo extraxit, tripode Conſtantinopolin lato. Socrat. 1, 16. Hiſt. Eccleſ. vbi eum aeuo ſuo fuiſſe ſcribit* Priſcianus 1. *Deletum funditus eſt Templum Delphicum terrae motu et fulminibus, nec poſtea vnquam reſtitutum. Vid. de Oraculo Pythio Delphis erudita multa in Diuinatione Peuceri. Et quod ad fraudes detegendas pertinet, apud Van Dalium de Oraculis. Reſponſa eius intricata et aenigmatica fuerunt, qua de re vid. Voſſ. Inſt. Orat. 4 p. 210.* Liu. 38, 48 Verum etiam Delphis, quondam commune humani generis oraculum, vmbilicum orbis terrarum Galli ſpoliauerunt. Manilius *Poëta apud* Varron. de L. L. 6, 2 p. 68, 34 O ſancte Apollo, qui vmbilicum certum terrarum obtines. *Vid. ibi plura.* Sortilegi Delphi Hor. in Arte Poët. 219. Inſignes Apolline Delphi Idem Od. 1, 7, 3. Taciti Delphi Claud. Paneg. 8, 144. Delphi *pro incolis* Iuſtin. 24, 7, 8 *et* 9. *it.* 24, 8, 2.

DELPHĬCVS, a, um. Adi. [δελφικὸς] *Vt*, Delphica laurus, *quod victores Delphis ea coronarentur. Et eſt* Viridior laurus Plin. 15, 30. *vel* Delphica laurus, *quod Apollini ſacra eſſet* Claud. in Gigant. Delphicus Apollo Ouid. Met. 2, 543 *et* 677. Pytho Delphica Tibull. 2, 3, 27. ¶ 2 *Subſt.* Delphica, *i. menſa.* Porphyrio *ad illud* Hor. Sat. 1, 6, 116 Coena miniſtratur pueris tribus, et lapis albus Pocula cum cyatho duo ſuſtinet: Lapis albus, *i.* Menſa marmorea, quam vocant Delphicam. *Sic et* Vet. Schol. *ad illud* Iuuenal. 3, 205 — Et recubans ſub eodem marmore Chiron, *Plene* Cic. Verr. 4, 131 c. 59 Menſas Delphicas e marmore *memorat. Sed* Martial. 12, 67 Argentum atque aurum non ſimplex Delphica portat. *Originem indicat* Sidon. Apoll. Epiſt. 8, 9 Ac ſi Delphica Delio tuliſſem Inſtrumenta tuo. *Nempe vere Etymol. magnum*, Δέλφικα τὸν τρίποδα Ῥωμαῖοι, ἐπὶ πρῶτον ἐν Δελφοῖς γέγονεν. *Menſa tripus ad exemplar* Delphicae *illius facta.* Plin. 34, 4 Ex aere, factitauere et cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maxime Apollinis Delphici dicabantur. *Sed et* Paullus in l. 3 in princ. D. de ſupellect. legat. Supellectile legata haec continentur: menſae, trapezophora, delphicae, ſubſellia, ſcamna, *etc. Vid. Cuiac. Obſ.* 9, 13. *Vulcan. ad* Gloſſ. Latinogr. Abacus, Delphica, Μινιστέριον, p. 1, 33. *et* Deluca μενιστέριον, *i.* Delfica μινιστέριον. *Add. Wow. ad* Petron. c. 22 p. 75 *Burman.*

DELPHITICVS, a, um. Adi. *Apud* Martial. 11, 22. *Sed placet Scriuerii coniectura*, Quam quae de phthiſico lapſa eſt armilla cinaedo.

DELPHIS, ĭdis. f. *Pro ſacerdote Delphica vſus eſt* Martial. 9, 43 Nec Delphis tua mentiatur vlli. ¶ 2 Delphis *autem* m. *idem qui Delphin, quia Dicatalectum Graecis. Vid.* Auien. Phaenom. v. 700.

DELPHICŎLA, ae. m. *Apollo Delphis habitans.* Auſon. Technopaegn. de Hiſtoriis p. 483 Ludit et Aeacidem Parnaſſia Delphicolae ſors.

DELPHIN, īnis. *vel* DELPHINVS, īni. m. [δελφὶς] *Genus piſcis marini.* Plin. 9, 8 Velociſſimum omnium animalium, non ſolum marinorum, eſt delphinus ocior volucre, ocior telo: ac niſi multum infra roſtrum os illi foret, medio paene in ventre, nullus piſcium celeritatem eius euaderet, *etc. Eſt enim ille locus claſſicus.* Orpheus in ſiluis, inter delphinas Arion Virg. Ecl. 8, 56. *quem verſum exponit* Apul. Flor. 4, p. 358. *Add.* Gell. 16, 19. Ouid. Met. 2, 265 Nec ſe ſuper aequora curui Tollere conſuetas audent delphines in auras. *Add.* Id. Her. 18, 131. Ouid. Triſt. 3, 10, 43 Tum neque ſe pandi poſſunt delphines in auras Tollere, conantes dura coërcet hiems. Delphinum ſiluis appingit, fluctibus apros Hor. A. P. 30. *de pictore et Poëta abſurdis.* Cic. de Diuin. 2, 145 Gubernatores quum exſultanteis loligines viderint, aut delphinos ſe in portum coniicientes, tempeſtatem ſignificari putant. Hipponenſis Delphini *hiſtoria eſt* Plin. Epiſt. 9, 33. *Add.* Gell. 7, 8. *De* Delphino in *numis, vid. Spanh. Diſſ.* 4 p. 224 ſq. *Delphinus ancorae applicitus in numis Titi Veſpaſiani et aliorum ab aliis ad praeceptum* σπεῦδε βραδέως, *feſtina lente, ab aliis ad imperium maris ſignificandum refertur.* ¶ 2 Delphinus, *Genus ſupellectilis vel ornamenti argentei caelati.* Plin. 33, 11 ſ. 53 Nec copia tantum argenti ſuruit vita, ſed validius paene manupretiis. Delphinos quinis millibus ſeſtertiis in libras emtos C. Gracchus habuit. L. vero Craſſus orator duos ſcyphos Mentoris artificis manu caelatos ſeſtertiis C. *Puto fuiſſe* Delphinorum *formas, ſiue poculis adhibitas, ſiue ornamenti tantum cauſa proponi ſolitas.* ¶ 3 Delphinus, ſidus *apud* Varr. de R. R. 2, 5, 13 Maxime idoneum tempus ad concipiendum a Delphini exortu vſque ad dies XL et paullo plus. *Vid.* Hygin. in fabula 194. *et rurſum* lib. 2 *et* 3. *Conf.* Plin. 18, 26 ſ. 64. *Et* 18, 31 ſ. 74. Colum. 11, 2, 45 *et* 57 Delphis *vocatur hic aſteriſmus* Auieno in Arat. v. 700. ¶ 4 Delphini *in* Circo *fuerunt formae huius piſcis columnis impoſitae, quorum non minus quam* Ouorum *ablatione aut praeſentia curricula numerabantur. Vid.* OVVM *extr.* Tertull. de Spectac. 8 Singula ornamenta circi ſingula templa ſunt — Delphinos Neptuno vomunt columnae. *Nempe* Delphinus *Neptuno ſacer, cui, tanquam* Equeſtri, *etiam Circus, equeſtribus ludis maxime deſtinatus, dedicatus eſt.* Iuuen. 6, 589 Conſulit ante phalas Delphinorumque columnas. ¶ 5 Delphini aerei *ſunt partes organi Hydraulici, a forma ſic dicti* Vitruu. 10, 13 in verticulis collocati, pendentia habentes catenis cymbala ex ore. *Etiam hodie hanc formam amant artifices tum alias, tum in Epiſtomiis tuborum, aquas vel quemcunque liquorem fundentium.*

DELTA, ae. f. [Δέλτα] *Aegypti inſula, aut inſulae potius inter oſtia Nili incluſae.* Hirt. Bell. Alex. c. 27 Locus eſt fere regionum illarum nobiliſſimus, non ita longe ab Alexandria, qui nominatur Delta, quod nomen a ſimilitudine literae cepit. Nam pars quaedam Nili mire deriuata inter ſe duobus itineribus paullatim, medium inter ſe ſpatium relinquens, diuerſiſſimo ad litus interuallo a mari coniungitur.

DELTŌTON, i. n. [Δελτωτὸν] Cic. in Arato v. 5

Et prope conſpicies paruum ſub pectore claro
Andromedae ſignum, Deltoton dicere Graii
Quod ſoliti, ſimili quia forma litera claret.

Non ipſum Andromedae ſignum Deltoton *idem vocatur, quod quibusdam viſum: ſed* ſub pectore Andromedae *conſpicuum eſt ſidus, quod*

Deltoton

Deltoton *vocatur: quod inſpectio ſphaerae ſtellatae ſatis docet. Adde* Hyginum, *ſi quis dubitare potes*, Poët. Aſtr. 2, 18 Deltoton autem in triangulum deformatur *etc.*

DELVBRVM, i. n. *Locus deo conſecratus.* Varro *apud* Macrob. Sat. 3, 4 Delubrum ait alios aeſtimare, in quo praeter aedem ſit area aſſumta deûm cauſa, vt eſt in circo Flaminio Iouis Statoris; alios, in quo loco Dei ſimulacrum dedicatum eſt: et adiecit, ſicut locum in quo figerent Candelam candelabrum, appellatur (*ſ.* appellarunt) ita, in quo deum ponerent, nominatum delubrum. His a Varrone praeſcriptis intelligere poſſumus, id potiſſimum ab eo probatum, quod ex ſua conſuetudine in vltimo poſuit, vt a dei dedicato ſimulacro delubrum coeperit nuncupari. Aſcon. Ped. ad Cic. Diu. in Caec. 3 Seſe iam ne deos quidem in ſuis vrbibus, ad quos confugerent, habere: quod earum ſimulacra ſanctiſſima C. Verres ex delubris religioſiſſimis ſuſtuliſſet. *Ad haec igitur ſic* Aſconius: Delubra templa eſſe, hic aliter oſtendit Tullius; aliter, cum dicit templis atque delubris. Et ſunt, qui templa eſſe dicant ſingulorum diis attributorum locorum, delubra multarum aedium ſub vno tecto a diluuio pluviae munitarum. Alii delubra dicunt ea templa, in quibus ſunt labra corporum abluendorum mortuorum (mortuorum *tollit* Lipſ. ad Tac. Hiſt. 4, 53) vt Dodonaei Iouis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes tripodesque viſuntur. (Delubrum *igitur fuerit etiam Moſis tabernaculum illud et Salomonis templum*) Sunt etiam, qui Delubra ligna delibrata, id eſt decorticata pro ſimulacris deorum more veterum poſita exiſtiment: ſed male. *Haec* Aſconius. *Vltima ratio probata* Feſto ſ. Paullo *adeo*, Delubrum dicebant ſuſtum delibratum, h. e. decorticatum, quem venerabantur pro deo. *Et* Seru. ad Aen. 2, 225 Maſurii Sabini *verba adfert iſta:* Delubrum effigies, a delibratione corticis: nam antiqui felicium arborum ramos cortice detracto in effigies deorum formabant: vnde Graeci ξόανον dicunt. *Interim neſcio an exſtet hodie locus, in quo pro ſigno dei neceſſario* delubrum *accipi debeat. Caeterum alias quoque, quas attulimus ſententias commemorat* Seru. l. c. *et ad* Aen. 4, 56. *Nulla autem probabilior vt Voſſio, ita nobis videtur ea, quae vt a* Polluendo Pollubrum, *ita* Delubrum *a* deluendo *dictum putat. Sic et* Iſid. 15, 4. *Et* Corn. Fronto p. 2195 Delubrum, in quo homines pericula ſua deluunt. *Quamquam hic non de ablutione accepit, ſed de* luendo, *i. ſoluenda multa aliqua. Addit enim*, Ponunt enim vel pilum, vel ſcutum, vel alia plura ſuſcepta votis. *Conf.* DELVO. *Probabilius eſt, ab illis aquis luſtralibus et* περιῤῥαντηρίοις *dicta eſſe. Vſus quidem nominis, de quo exempla in promtu ſint vix alius, quam vt locum* Deo *vel* Diis *conſecratum ſignificet. v. g.* Plin. 13, 16 ſ. 30 Praecipuam autem eſſe eam arborem circa Ammonis delubrum. *Sic* 36, 15 ſ. 22. Virg. Aen. 2, 225 At gemini lapſu, delubra ad ſumma dracones effugiunt. Cic. de Nat. Deor. 3, 46 c. 18 *de Hecate*, An haec quoque dea eſt? Vidimus enim eius Aras delubraque in Graecia. *Idem* Cic. de N. D. 3, 94 ſ. *extr.* Eſt enim mihi tecum pro aris et focis certamen, et pro deorum templis atque delubris. Virg. Georg. 4, 541 Quatuor his aras alta ad delubra Deorum Conſtitue. *Si vllo in loco, hic videntur probabiliter intelligi* ξόανα *quaedam et ſigna Nympharum. Sed totus locus eſt videndus. Similis eſt ratio* Lucret. 2, 352 Nam ſaepe ante deûm vitulus delubra decora Turicremas propter mactatus concidit aras. *Vtroque loco, inquam*, delubra *ſunt ſigna ſ. ſtatuae, niſi malimus aras ante et extra templa ſtatuere.* Alta etiam ſuperûm delubra vaporant promiſſasque trahunt pecudes Stat. Theb. 5, 174. Cic. in Verr. Act. 1, 14 Neque hoc ſolum in ſtatuis publicis, ornamentisque fecit, ſed etiam delubra omnia ſanctiſſimis religionibus conſecrata depeculatus eſt. Claud. de Rapt. Proſ. 1, 7 Iam mihi cernuntur trepidis delubra moveri Sedibus. Ditia delubra donis Ouid. Met. 2, 77. Cic. Diu. in Verr. 3 Quod eorum ſimulacra ſanctiſſima C. Verres ex delubris religioſiſſimis ſuſtuliſſet. Sancta deûm delubra Lucret. 6, 416. Cic. pro Arch. 19 Smyrnaei delubrum Homeri in oppido dedicauerunt. Muſarum delubra colere Idem pro Arch. c. 11. *Scriptores chriſtiani interdum* Delubri *nomine paganorum templa a ſuis eccleſiis diſcernunt.* Chryſol. Ser. 51 Commutantur in eccleſias delubra, in altaria vertuntur arae *etc.* *Sed* Iſid. Orig. 15, 4 *poſt etymologiam a* deluendo, *addit*, Ipſa nunc ſunt aedes cum ſacris fontibus, in quibus fideles regenerati purificantur: et bene quodam praeſagio delubra ſunt appellata: ſunt enim in ablutionem peccatorum.

DELVCTOR, āri. [παλαίω] *Idem quod Luctari ſignificat, cum incremento quodam, vt* depugnare. Plaut. Perſ. 1, 1, 4 Cum auibus Stymphalicis, cum Antaeo deluctari mauelim.

DELVCTO, as, āre. Actiu. Plaut. Trinum. 4, 1, 20 Quibus aerumnis deluctaui, filio dum diuitias quaero?

DELVCTATIO, ōnis. f. M. Capella 5 p. 139.

DELVCTATOR, ōris. m. Hieron.

DELV̄DO, ūſi, uſum, ĕre. [ἐπιπαίζω] *Deridere, et decipere.* Cic. pro Roſc. Am. c. 9 Ac primo rem differre quotidie ac procraſtinare illi coeperunt: deinde aliquanto lentius, nihil agere, atque deludere. Ter. Andr. 1, 2, 32 Vbiuis facilius paſſus ſim, quam in hac re me deludier. Cic. de Leg. Agr. . . . Deludi vosmetipſos diutius a Trib. plebis patiemini? Ab incubone deludi Scribon. 100. Deludere dolis Ter. Andr. 3, 4, 4. Terra prius falſo partu deludet arantes Propert. 2, 15 (12) 31. Ouid. Met. 8, 826 Oraque vana mouet, dentemque in dente fatigat Exercetque cibo deluſum guttur inani. ¶ 2 Deluſiſſe *etiam dicuntur gladiatores, quum, vt in digladiando fit, aliquod membrum luxarunt aut laeſerunt, vt iam ludere non poſſint: aut quum cauſarii facti ſunt, vt interquieſcere cogantur, nec ſpectaculum ſui dare poſſint. Sic Turnebus explicat illud Plinii* 36, 27 ſ. 59 Luxatis potus medetur, vt licet videre gladiatores, quum deluſerunt, hac iuuari potione. Deluſus multis, *i. a multis* Scribon. 231.

DELVDIFĬCOR, āri. [διαπαίζω] *Idem quod Deludere.* Plaut. Moſtel. 4, 3, 41 Deludificatus eſt me hodie in perpetuum modum. Item

DELVDIFICO, āre. Plaut. Rud. 1, 2, 53.

DELVDIFICATIO, ōnis. f. Auguſtin.

DELVSIO, ōnis. f. Arnob. 4 p. 127.

DELVSOR, ōris. m. *Apud* Firmic. . . .

DELVENTINVS, i. m. *Deus, quem ſeruauit, puto*, Tertull. Apol. 24 Vnicuique etiam prouinciae et ciuitati ſuus Deus eſt — municipali conſecratione cenſentur Caſinienſium Deluentinus.

DELVIT. Soluit, *inquit* Feſtus, a Graeco διαλύειν.

DELVMBO, āre. [ἀποσφύω] *Lumbos luxare.* Plin. 28, 4 Hoc ſaepe delumbata quadrupede approbatur. Idem 19, 6 ſ. 33 Nunc ſarculo leuiter conuelluntur radices, vt delumbatae alant, neque diſtrahant. ¶ 2 *Per translationem.* Cic. in Orat. 231 c. 69 Nec minutos numeros ſequens concidat, delumbetque ſententias. *i. Eneruet, decurtetque.*

DELVMBIS, e. Adi. *Quod lumbis caret; et ideo Debile: in lumbis enim, corporis virtus ſita eſt.* Plin. 10, 33 ſ. 51 Perdix praegrauem aut delumbem ſeſe ſimulans. *Mollis et effeminatus.* Perſ. Sat. 1, 104 Summa delumbe ſaliua Hoc natat in labris. *Metaph.* Dictio exoſſis, tenera, delumbis Sidon. Ep. 8 *vlt.*

DELVO, ui, utum, ĕre. [ἀπολέω] *Depurgare et diligenter lavare.* Feſtus, Deluit, Soluit a Graeco διαλύειν. *Nempe notione ſacrificali inueniſſe videtur. Tale eſt*, Si quid in animo vel frigidae triſtitiae vel torpentis verecundiae fuerit, deluamus Gell. 15, 2. *Sed et* Deluere, Madefaciendo aliquid delere. *Laudatur, neſcio vnde*, Varr. . . . Obortaeque inter legendum lacrimae literas deluebant. Agroet. p. 2267 *pr.* Deluit, purgat: diluit temperat. *Repetit* Beda de Orthogr. p. 2333. On. Vet. Deluo ἀπολέομαι. *Hinc* Delubrum *deriuavimus. Caeterum et libri quidam et homines eruditi* Ciceroni *an* Catoni *potius? hoc verbum tribuunt* de Off. 3, 120 c. 33 Vt amicitias, quae minus delectent et minus probentur, magis decere cenſent ſapientes ſenſim deluere, quam repente praecidere. *Et* de Amic. 76 c. 21 Tales igitur amicitiae ſunt remiſſione vſus deluendae, et vt Catonem dicere audiui, diſſuendae magis quam diſcindendae. *Sed hic* eluendae *hodie editur, in Officiis* diſſuere.

DELVS *Inſula, vid.* DELOS.

DELVSTRO, āre. *Plane et cum bono euentu luſtrare.* Si quis maleuolus denotauerit hominem, herbae aſparagi agreſtis radice ſicca cum aqua fontana deluſtrabis eum, et reſolutus erit. *Haec* Apul. de Herb. 84.

DELVTAMENTVM, i. n. *a verbo* Deluto. Cato c. 128 Terram quam maxime cretoſam amurca infundito, paleas indito. Sinito quatriduum, fraceſcat: vbi bene fracuerit, rutro concidito; vbi concideris, delutato. Ita neque aſpergo nocebit, neque mures caveas facient, neque herba naſcerur, neque delutamenta ſcindent ſe.

DELVTATIO, ōnis. f. *Idem quod Lutatio apud* Auguſtin. . . .

DELVTIO, ōnis. f. Celſ.

DELV̆TO, āre. *Luto aſpergere, vel tegere.* Cato c. 92 Granarium totum oblinito craſſo luto: poſtea conſpergito amurca omne quod delutaueris. Vbi aruerit, eo frumentum refrigeratum condito: curculio non nocebit. *Sed hic editur* Lutaueris. Idem c. 128 Habitationem delutare quum voles, terram quam maxime cretoſam vel rubricoſam ſumito.

D E M

DEMĂDEO, ui, ēre. *ſ.* DEMADESCO, ĕre. [νοτέω] *Idem quod Madere.* Ouid. Triſt. 5, 4, 40 Et te flente ſuos demaduiſſe ſinus. Scribonius Largus Compoſ. 73. *Vid. Barth. Aduerſ.* 40, 4.

DEMĂDES, is. m. Δημάδης *ex* Remige Orator *vt ait* Quinctil. 2, 17, 12. In agendo clariſſimus, nihil poſteritati, manſuriſque literis reliquit. Idem 12, 10, 49. *Add.* Cic. Brut. c. 9. *et* Orat. c. 26.

DEMAENĔTVS, i. m. Parrhaſius, quum in ſacrificio, quod Arcades Ioui Lyceo humana etiam tum hoſtia faciebant, immolati pueri exta deguſtaſſet, et in lupum eſſet conuerſus, idem decimo poſt anno reſtitutus, athletice certauit in pugilatu, victorque Olympia reverſus eſt: *Refert* Plin. *ex Agriopa auctore* 8, 22.

DEMAGIS. Adu. Pro Minus, antiqui dicebant Feſtus. *Sed* Vet. Gloſſ. Demagis σφοδρῶς, Valde magis. *Sic* Non. 2, 229 Demagis, valde magis, *laudatque e* Lucilii 16 *verſus, quos dabimus ex emendatione certa Hadr. Iunii edit. Douſicae* p. 56

Rex Cotys ille duos ventos Auſtrum atque Aquilonem
Nouiſſe aiebat ſolos ſe, demagis illos
Ex nimbo auſtellos, nec noſſe, nec eſſe putare.

Demagis illos τὰς ἐπὶ πλέον, *qui praeterea venti putantur*, auſtellos *magis quam* auſtros, *ventulos non ventos, Thraces illi, quorum Cotys rex, nullo numero habent.*

DEMANDO, āre. [ἐπιτρέπω, ἐντέλλομαι] *Simplici* Mando *hoc addit, vt ſignificet*, de *ſe amoliri aliquid, et alteri committere.* Liu. 8, 36 Curam eorum nominatim Legatis Tribuniſque et Praefectis demandabat. Idem 1, 33 *pr.* Ancus demandata cura ſacrorum flaminibus, *etc.* Aliquid demandare curae alicuius Id. 5, 27. Sueton. in Calig. c. 41 Et cuidam proximo colluſori demandata Vice ſua, progreſſus in atrium domus, quum praetereuntes duos Equites Romanos locupletes ſine mora corripi confiſcarique iuſſiſſet, exſultans rediit, glorianſque nunquam ſe proſperiore alea vſum.

DEMANDATIO, ōnis. f. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 48.

DEMĀNO, āre. [ἀποῤῥέω] *Idem quod Manare.* Catul. 52, (51) 9

Lingua ſed torpet, tenueis ſub artus
Flamma demanat, ſonitu ſuopte
Tinniunt aures, gemina teguntur
Lumina nocte.

Idem Gell. 17, 11 Plato potum dixit defluere ad pulmonem, eoque ſatis humectato demanare per eum, quia ſit rimoſior, et confluere inde in veſicam. *Sed melius eſt* dimanare.

DEMARĀTVS, i. m. *Lacedaemoniorum rex, quum exularet apud Xerxem, bellique contra patriam cerneret apparatum, plus ſe debere patriae, quam regi exiſtimans, clam Lacedaemonios certiores fecit. Vid.* Iuſtin. 2, 10, 13. ¶ 2 *Fuit et* Demaratus, Tarquinii Superbi pater, qui Corintho in Hetruriam ſe recepit, quod Cypſelum tyrannum ferre non poſſet, *vt ſcribit* Cic. Tuſc. 5, 109. *Vid.* Liu. 1, 34.

DEMARCHVS, i. m. *Princeps populi, aut Tribunus plebis dicitur.* Spartianus Adrian. c. 19 Fuit Demarchus in patria ſua, Athenis Archon. Plaut. Curcul. 2, 3, 7 Nec Demarchus, nec Comarchus.

DEMARGINO, āre. *Vt*, demarginare librum. *recent.*

DEMATRICATVS, a, um. Adi. De iumento, cui vena matricis percuſſa Veget. Mulomed. 4, 7.

DEMEA, ae. ſ. *Perſona eſt apud* Ter. in Adel. *ſenis duri ac ruſtici.*

DEMEACVLVM, *vid.* DEMEO, āre.

DEMEIO, meiere. ἀφουρῶ, ἐξουρῶ Gloſſ. Lat. Gr.

DEMEMINI, iſſe. *apud* Martialem *legitur pro Obliuiſcor*, 2, 59 Ipſe iubet mortis dememiniſſe Deus. *Sed quoniam hoc verbum alibi non legitur, plerique malunt legere*, Te meminiſſe, *quod etiam ſententiae conuenit.*

DEMEMORANS, āntis. *apud* Val. Flacc. 3, 640 *quidam legunt, vbi Burm.* idem orans.

DEMENS, entis. Adi. [παράφρων, παράνους] *Sine mente, inſanus.*

nus. In tranquillo tempeſtatem aduerſam optare dementis Cic. Off. 1 c. 24. Ter. Andr. 3, 1, 10 Quid hoc? Adeone eſt demens? ex peregrina? *Compar.* Cic. in Piſon. 47 c. 20 Ego te non vecordem, non furioſum, non mente captum, non tragico illo Oreſte, aut Athamante dementiorem putem? qui ſis auſus, *etc.* Quid poteſt eſſe hac pietate dementius Lactant. 5, 10. *Superl.* Inconſideratiſſima ac dementiſſima temeritas Cic. de Aruſp. Reſp. 56 c. 27. Dementiſſima actio Val. Max. 3, 7, 8. Dementiſſimus tyrannus Lactant. de Mort. perſec. c. 31. Cic. in Catil. 3, 11 Tum ille ſubito ſcelere demens quanta conſcientiae vis eſſet, oſtendit. Demens, *Improuidus, qui non conſiderat.* Virg. Aen. 6, 171 Sed tum forte caua dum perſonat aequora concha Demens, et cantu vocat in certamina diuos. Actus Oreſtis demens Hor. Serm. 2, 3, 135. Animus demens Sen. Hippol. 202. Cura Valer. Argon. 6, 474. Virg. Aen. 6, 280 Diſcordia demens Vipereum crinem vittis innexa cruentis. Propert. 1, 13, 20 Tantus erat demens inter vtraſque Furor. Sen. Herc. Fur. 975 Magni tamen compeſce dementem Impetum. Plin. 2, 23 ſ. 21 Nec vt menſura (id enim velle, paene dementis Otii eſt) ſed vt tantum, *etc.* Somnia dementia timidum terrent Propert. 3, 8, (6) 15. Hor. Carm. 3, 19, 23 Audiat inuidus Dementem Strepitum Lycus.

DEMENTIA, ae. f. [παράνοια, παραφροσύνη] Cic. Tuſc. 3 c. 5 Nec minus illud acute, quod animi affectionem lumine mentis carentem, nominauerunt amentiam, eandemque dementiam. Propert. 2, 7, 11 Aſpera Centauros eadem dementia ius ſit. Popularis turbulentaque dementia ciuium perditorum Cic. in Brut. . . . Id ſummae dementiae eſſe iudicabant Caeſ. B. G. 4, 13. Robuſta vetuſque dementia Claud. de B. Gild. 14. *Dementiam vocat hoc loco Furorem et inſaniam bellorum.* Quae te dementia cepit? Virg. Ecl. 2, 69. *Et* ibid. 6, 48. Cic. in Catil. 4, 22 c. 10 Qui autem ex numero ciuium dementia aliqua Deprauati, hoſtes patriae ſemel eſſe coeperunt, *etc.* Soluere aliquem dementia Hor. Epod. 17, 45. Plin. 17, 5 *fin.* ſ. 3 Terram enim terra emendari (vt aliqui praecipiunt) ſuper tenuem pingui iniecta, aut gracili bibulaque ſuper humidam ac praepinguem, dementia Operae eſt.

DEMENTIO, ire. [παραφρονῶ] *Inſanire, delirare, de mente exire.* Lucret. 3, 464 Saepe animus dementit enim, deliraque fatur. *Sic editur hodie. Alii legunt,* Dementia enim. Apul. Apol. p. 480, 8 *Floridi. Elmenh.* p. 203 Et ex eo ſacro coepiſſe dementire potius. *Et* p. 527, 4 Confeſſa eſt ſeſe mea magia in amorem inductam dementire. *Quid.* Dementare *vtroque loco.* Lactant. 4, 27, 12 Ecce aliquis inſtinctu daemonis percitus dementit, efferatur, inſanit. *Et* 7, 12, 14 Ebrietate dementit. Tertull. de Anima 18 Quum dementit homo, dementit anima. Idem Apol. 13 Vt aliter dementire videatur, qui ſacras turres peruolat. *Vſus et* Tertull. Apol. c. 23 *vbi Pamelium vide.*

DEMENTO, are. [Vet. Gl. ἀφρονῶ] *Idem.* Lactant. de Mort. Perſec. c. 7 *extr.* Ita ſemper dementabat. *i. Io. Columbo interprete, Inſaniebat, furioſus erat.* Martian. Cap. 8 p. 272 Nae tu deſipere, vel dementare coepiſti. *Al.* dementire. Vetus Onomaſticon, Dementat, ἐξίστησιν, *i. dementem reddit.* Int. Iren. 1, 20 Quod multo tempore magicis ſuis dementaſſet eos.

DEMENTER. Adu. [ἀνοήτως] *Inſane.* Cic. in Catil. 3, 22 c. 9 Tanta res tam dementer credita. Dementiſſime teſtari Sen. de Benef. 4, 27. Vti dementer amoribus Ouid. Met. 4, 259.

DEMENSVM, *vid.* DEMETIOR.

DEMEO, are. [κάτειμι] *Deorſum penetrare, deſcendere.* Apuleius Met. 6 p. 180 Quae ſuis pedibus ad Tartarum demeare cogeretur. *Add.* 10 p. 254.

DEMEACVLVM, i. n. *Deſcenſio ad loca ſubterranea.* Apuleius Met. 6 *ſub init.* ſ. p. 174, 11 *vbi Pſyche deprecatur etiam per* illuminatarum Proſerpinae nuptiarum demeacula et luminoſarum filiae inuentionum remeacula. Vetus Onamaſticon, Demeaculum, καταποςεία, *i. Deſcenſus.*

DEMEREO, ui, itum, ere. [κερδαίνω, περιποιοῦμαι] *Lucrari.* Gell. 1, 8 Lais Corinthia, ob elegantiam, venuſtatemque formae, grandem pecuniam demerebat. Plaut. Pſeud. 4, 7, 20 Quid mercedis petaſus hodie domino demeret? *Sed* ¶ 2 *Tum* Demereo, *tum* Demereor, itus ſum, eri. Depon. *Significat Merito aliquo ſibi alios conſtringere, inquit Valla in Raudenſem: et Accuſatiuo iungitur.* Ouid. Epiſt. 2, 138 Crimine te potui demeruiſſe meo. Plaut. Moſtel. 3, 2, 2 Nec qui eſca vna ſibi me demeruerit magis. Plura ſaepe peccantur, dum demeremur, quam dum offendimus Tac. Ann. 15, 21, 2. Aliquem demereri Quinctil. 9, 1. Amantiſſimos ſui pleniori obſequio demereri Quinctil. prooem. 1. Ciuitatem demereri beneficio Liu. 3, 18. Ouid. ad Liuiam 131 Quae non ego numina cultu, Quos ego non potui Demeruiſſe Deos? Columel. 1, 4, 8 Iucundius vtique viro, ſi etiam matrona comitabitur, cuius vt ſexus, ita animus eſt delicatior: quamobrem amoenitate aliqua demerenda erit, quo patientius moretur cum viro.

DEMERITVS, a, um. Partic. Demeritas dare laetitias Plaut. Pſeud. 2, 4, 14.

DEMERGO, ſi, ſum, ere. [καταποντίζω] *Idem quod Mergere, vel Immergere, et aqua obruere.* Plin. 32, 2 ſ. 3 Idem loligines euolare ex aqua tradit, tanta multitudine, vt nauigia demergant. Obſcenam Ponto demergite puppim Ouid. Epiſt. 5, 119. *Al.* Dimergite. Caput demergit cornix per litora Cic. de Diuin. 1, 14. Rex naues omnes demerſit Curt. 4, 4, 9. Semen demergere Columel. 3, 18, 1. In aqua demerſi Cic. de Fin. 3, 48 c. 14. In coenum Curt. 3, 13, 11. In palude demerſus Idem de Finib. 2, 105. In profundo demerſa veritas eſt Id. Acad. 1 c. 12.

DEMERSVS, a, um. Partic. In vndis demerſus Ouid. Met. 14, 615. Liu. 2, 29 Totam plebem Aere alieno demerſam eſſe: nec ſiſti poſſe, ni omnibus conſulatur: quin ſi alia aliorum ſit conditio, accendi magis diſcordiam, quam ſedari. Animus ex altiſſimo domicilio depreſſus et quaſi demerſus in terram Cic. de Senect. 77. Hor. Carm. 3, 16, 13 Concidit Auguris Argiui domus ob lucrum Demerſa exitio. *h. e.* Deiecta hiatu telluris. Acron. Equus, in quo vehebar, demerſus vna mecum, rurſus apparuit Cic. de Diu. 2 c. 68. Idem Off. 2, 24 Quamuis enim dermerſae ſint Leges alicuius opibus, quamuis timefacta libertas, *etc.* Patriam demerſam extuli Id. pro Sull. 87 c. 31.

DEMERSVS, ûs. m. Apul. Apol. p. 287 Leuia ſuſtentatui, grauia demerſui.

DEMERSIO, onis. f. *Idem.* Macrob. Somn. Scip. 1, 12. *et* Solin. c. 43 Vrbium demerſio.

DEMERSO, are. Frequent. Martian. Capella 8. . .

DEMETIOR, menſus ſum, iri. [διαμετρέω] *Si qua ſunt huius verbi exempla, ea, vid. in* DIMETIOR.

DEMETITVS, a, um. Partic. *Actiue et paſſiue accipitur.* Cic. de N. D. 2, 110 Atque ita demetita ſigna ſunt, vt in tantis deſcriptionibus diuina ſolertia appareat. *Sed al.* demetata. *Ibid.* 155 Eorum enim curſus demetiti, maturitates temporum, et varietates, mutationesque cognouimus. *Etiam* dimetati, *et* dimetiti *al. Vid. Parei Lex. Crit. p.* 362. *et Ol. Borrich. pro Voſſ. aduerſ. Sciopp. p.* 273.

DEMENSVS, a, um. Partic. [διαμετρητός] *Menſuratus et aequatus.* Plaut. Men. prol. v. 14 Nunc argentum vobis demenſum dabo. Cic. in Orat. 38 c. 12 Qui non inſidiis, ſed aperte ac palam elaboratur, vt verba verbis quaſi demenſa et paria reſpondeant. Virg. Aen. 12, 116 Campum ad certamen magnae ſub moenibus vrbis Demenſi Rutilique viri Teucrique parabant. *Sed* dimenſi *editur.*

DEMENSVM, i. n. [σιτομέτριον] Ter. Phorm. 1, 1, 10 Quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo, ſuum defrudans genium, comparſit miſer, *etc.* *Vbi* Donatus, Serui quaternos modios accipiebant frumenti in menſem: et id demenſum dicebatur. Et vtrum a Menſe, an a Metiendo, incertum eſt. *Apud* Spart. Adrian. c. 7 *eſt* Demenſum in diem vitae, ſuae praeſtare. *Al.* Dimenſum. *Tenui diſcrimine et ſcripturae et ſignificationis diſtant, niſi quod* Dimenſum *plures videtur ponere, quibus aliquid tribuatur.*

DEMENSIO, *et* DIMENSIO, onis. f. Cic. Tuſc. 1, 57 c. 24. Auſon. Epiſt. 5, 9.

DEMETO, meſſui, meſſum, ere. [ἀποθερίζω] *Idem quod Metere.* Columel. 7, . . Illud deinceps praecipiendum habeto, vt demeſſis ſegetibus iam in area futuro ſemini conſulamus. Sole ſub ardenti flauentia demetit arua Catul. 64 (65) 350. Faui demetuntur Col. 11, 2, 57. Idem 10, 304 Et vos agreſtes duro qui pollice molles Demetitis Flores. Fructus demetere ac percipere Cic. de N. D. 2, 155. Idem de Senect. 70 c. 19 Reliqua autem tempora demetendis frugibus ac percipiendis accommodata ſunt. Aegiſthe, ceſſas impium ferro Caput demetere Sen. Agam. 986. Enſe demetere aliquem Valer. Argon. 3, 175. Q. Cic. de Pet. Conſul. c. 2 Qui tum Titiniorum — Capita demetebant. Colla alicuius Sil. 4, 213. *Add.* Id. 5, 286. Sil. 16, 101 Tantum acies hominumque ferox diſcordia ferro Demetit. Col. 11, 2, 50 Demetendi ſunt faui. Accidit, vt cuidam teſtes caudamque Salacem Demeteret ferrum Hor. Sat. 1, 2, 45.

DEMESSVS, a, um. Partic. Flos demeſſus pollice virgineo Virg. Aen. 11, 68. Faui demeſſi Columel. 9, 15, 12. Segetes demeſſae Tacit. Ann. 14, 24.

DEMETOR, ari. *Vnde*

DEMETATVS, a, um. Part. *Paſſiue* Cic. de N. D. 2 c. 43 *pr.* Atque ita demetata ſigna ſunt, vt in tantis deſcriptionibus diuina ſolertia appareat, *i. dimenſa, deſcripta, definita, i. de ſideribus.*

DEMETRIAS, adis. f. *Herba verbenaca.* Apul. de Herb. c. 3.

DEMETRIVS Phalereus, *Theophraſti auditor, de quo abunde* Cic. in Brut. 37 Hic primus inflexit orationem, eamque mollem teneramque reddidit: et ſuauis, ſicuti fuit videri maluit, quam grauis, *etc.* *Vid.* Quinctil. 10, 1 p. 902. *Alii* Demetrii *plane a noſtro inſtituto alieni ſunt.*

DEMIGRO, are. [μετοικίζω] *Domicilium mutare, et alio ſe ad habitandum conferre.* Cic. Tuſc. 1, 74 c. 30 Vetat enim dominans ille in nobis Deus iniuſſu hinc nos ſuo demigrare. Demigrare ex campeſtribus vicis agriſque Liu. 38, 18. Plaut. Amph. 1, 1, 85 Animum amittunt prius, quam Loco demigrent: *correpta penultima, quod docet etiam* Remigro. Ex aedificiis Caeſ. B. G. 4, 4. Demigrant Helicone deae Stat. Silu. 1, 2, 4. Ex agris in vrbem Liu. 1, . . . Ex oppido, et aras ac focos relinquere Cic. in Piſon. 91. De oppidis Caeſ. B. G. 4, 19. In loca quaedam propter bonitatem Cic. de L. Agr. 2, 42. *Per translationem: vt,* Demigrare ex vita, *pro Mori.* Cic. pro Rabir. 30 Fortiſſimorum ciuium mentes quae mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem et ſanctimoniam demigraſſe, teſtor, me, *etc.* Demigrare de ſtatu ſuo Cic. Att. 4, 16. Idem Paradox. 2 Mortemne mihi minitaris, vt omnino ab hominibus: an exilium, vt ab improbis demigrandum ſit? Cic. in Vatin. c. 16 Strumae denique ab ore improbo demigrarunt.

DEMIGRATIO, onis. f. Aemyl. Probus 1, 1, 2 Quum magnus numerus eſſet, et multi eius demigrationis peterent ſocietatem.

DEMINGO, ere. ἐξουρῶ Gloſſ. Lat. Gr.

DEMINORO, are. Tertull. de Anima c. 33 Deminoratur illic ille, *i. honore, fama, minuitur.*

DEMINORATIO, onis. f. Vulgat. Sirac. 22, 3 Filia in deminoratione fiet, ἐπ' ἐλαττώσει γενήσεται.

DEMINVO, *cum Deriuatis, quod maiorem partem huc pertinet, vid.* DIMINVO.

DEMIROR, ari. Dep. [ὑπεράγαμαι] *Valde mirari.* Ter. Heaut. 2, 3, 121 At hoc demiror, qui tam facile potueris perſuadere illi. Plin. 31, 6 ſ. 32 Homerum calidorum fontium mentionem non feciſſe demiror. Demirari, pro Neſcire: nam admirationem, *inquit* Donatus, ignorantia facit. Ter. Phorm. 1, 5, 5 Quid mihi dicent? aut quam cauſam reperient? demiror.

DEMIRANDVS, a, um. Partic. Gell. 16, 18.

DEMIRATVS, a, um. Partic. Gell. 1, 17. *et* 20, 10.

DEMIRABVNDVS, a, um. Auguſtin.

DEMIRATIO, onis. f. *apud* Martian. Capellam. . .

DEMISSE, DEMISSIO, DEMISSVS, *vid.* DEMITTO.

DEMITIGO, are. [καταπραΰνω] *Idem quod Mitigare.* Cic. Att. 1, 13. Noſmetipſi, qui Lycurgei a principio fuiſſemus, quotidie demitigamur.

DEMITTO, miſi, miſſum, ere. [καθίημι, καθιμάω] *Deorſum mittere.* Salluſt. Hiſt. 3 Cum machinis (*al.* machinato) ſtrepitu demiſſum victoriae ſimulacrum coronam capiti imponebat. Virg. Ecl. 4, 7 Iam noua progenies caelo demittitur alto. Columel. 12, 6, 2 Vbi dulcem caſeum Demiſeris in eam, *de muria.* Demittere equum in flumen Cic. de Diuin. 1, 73. *Cum Ablat.* Demitti in aqua feruenti Scribon. 123. *Et* Demiſſum in aqua ferrum candens Id. 132. 146. *Sed* Auem caelo demittere (*funda vel telo*) *vid.* Drakenborch. ad Sil. 2, 96. *i. traiicere, vt decidat. Defodere* Virg. Georg. 2, 231 Altèque iubebis in ſolido puteum Demitti, *etc.* Imbecilla vina demiſſis in terram doliis ſeruanda, valida expoſitis Plin. 14, 21. *Formulas parit varias, v. g.* Robora demittere ferro, *eſt* Caedere arbores Valer. Argon. 1, 94. Tacit. Ann. 15, 73 At in Senatu cunctis vt cuique plurimum moeroris In adulationem demiſſus, *etc.* Ouid. Met. 8, 834

Pluſque

Pluſque cupit, quo plura ſuam demittit In aluum. Per aurem demiſſa, *i. Audita* Hor. in Arte Poët. v. 180. Liu. 34, 44 In inferiorem demiſſus carcerem eſt, necatusque. Cic. Fam. 10, 8 Quum in eum caſum me fortuna demiſiſſet. In cauſam ſe Idem Att. 10, 8. *et* 7, 12. *Vid. Graeu. ad loc.* Demiſſa iam in diſcrimen ciuitas Liu. 3, 35 *pr.* ¶ 2 *Sed ordine ponemus Subſtantiua quaedam:* Ouid. Met. 8, 846 Tandem demiſſo in viſcera Cenſu, Filia reſtabat, *etc. i. in cibos impenſo.* Idem Met. 3, 695 Cruciataque diris Corpora tormentis Stygiae demittite nocti. Corpus a ceruicibus Auctor ad Heren. 3, 16. Ouid. Met. 12, 491 Capuloque tenus demiſit in armos Enſem fatiferum. Liu. 27, 19 In hunc inferiorem campum poſteriore die Asdrubal, *etc.* Equites Numidas, leuiumque armorum Baleares et Afros demiſit. Ouid. ex Ponto 4, 16, 51 Quid iuuat extinctos Ferrum demittere in artus. Celſ. 7, 26, 1 Medicus autem a dextro latere ſiniſtra quidem manu colem maſculi continere, dextra vero Fiſtulam demittere in iter vrinae debet. *i. catheterem.* Gladium ſpoliantis in ima Ilia demiſi Ouid. Met. 12, 441. Imbrem caelo Virg. Georg. 1, 23. Inſontem neci Idem Aen. 2, 85. Lacrimas demiſit Id. Aen. 6, 455. Leto aliquem Valer. Argon. 7, 314. Nomen demiſſum a magno Iulo Virg. Aen. 1, 288. Ouid. Met. 15, 612 Demiſere Oculos omnes gemitumque dedere. Hor. Carm. 1, 28, 11 Habentque Tartara Panthoiden iterum Orco Demiſſum. ¶ 3 *Notabiles praeterea Metaphorae:* Salluſt. in Iugurth. 102, 11 Poſtremo hoc In pectus tuum demitte, nunquam Pop. Rom. beneficiis victum eſſe: nam bellum quid valeat, tute ſcis. Liu. 34, 50 Vt eas Voces, velut oraculo miſſas, in pectora, animosque demitterent. Ouid. Met. 7, 133 Demiſere metu Vultum animumque Pelaſgi. Ad minora me demittere non recuſabo Quinctil. in prooem. 1. Cic. de Inuent. 1, 106 Qua oratione habita grauiter et ſententioſe, maxime demittitur Animus hominum, et ad miſericordiam comparatur. Idem Q. Frat. 1, 1, 3 Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas aut demittas Animum. *Et* Tuſc. 4, 14 Eſt igitur aegritudo, opinio recens mali praeſentis, in quo demitti, contrahique Animo, rectum eſſe videatur. Cic. de Fin. 5, 42 c. 15 Si vincunt, efferunt ſe laetitia: victi debilitantur, Animosque demittunt. Virg. Aen. 12, 609 Demittunt Mentes: it ſciſſa veſte Latinus. *i.* Deſperant; ſicut contra, Sperantes aliquid, Erigunt mentes. Seruius. Propert. 2, 22, 29 Talis viſa mihi ſomno Demiſſa recenti. Vim dicendi tantis comparatam laboribus ad vnum auditorum demittere, eſt quaedam tacita dedignatio Quinctil. 1, 2. Demittere librum *dicitur* vlmus *a* Columel. 5, 6, 12. *Confunditur in MStis cum* dimittere: *vid. Drakenb. ad* Sil. 11, 142.

DEMISSVS, a, um. Partic. [καθειμένος] Plin. 11, 37 ſ. 65 Tum ſiquidem inferiore labro demiſſo, ad libramentum modicae Aquae, receptae in fauces, palpitante ibi lingua, vlulatus elicitur. Icare, ait, moneo, ne, ſi demiſſior ibis, Vnda grauet pennas Ouid. Met. 8, 204. Virg. Georg. 3, 500 Demiſſae Aures incertus ibidem Sudor. Ouid. Epiſt. 10, 137 Adſpice demiſſos lugentis in ore Capillos. Caput Catul. 83, (86) 8. Cic. pro Cluent. 58 At C. Fabritius a ſubſelliis demiſſo Capite diſceſſerat. Genus demiſſum ab Aenea Hor. Serm. 2, 5, 63. *i. Deductum.* Humeris demiſſis virgo Ter. Eun. 2, 2, 22. *Vbi* Donatus, Antiqui Graeci etiam virginibus ſuis praebebant palaeſtram ad componenda corpora. *vel*, Demiſſis Humeris, Liquide et molliter deductis, neque extantibus alae in modum. Labiis demiſſis homo Ter. Eun. 2, 2, 44. Laena demiſſa ex humeris Virg. Aen. 4, 263. Loca demiſſa et paluſtria Caeſ. B. C. 3, 49. Manibus demiſſis fugere domum Plaut. Epid. 3, 4, 16. Pallia demiſſa Ouid. Amor. 3, 2, 25. Purpura demiſſa vsque ad talos Cic. pro Cluent. 111 c. 40. Quinctil. 5, 13. Ripae demiſſiores Plin. Epiſt. 8, 18. Succus a cedro Sammonic. c. 4 p. 2. *i. eductus.* Tunicis demiſſis ambulat Malthinus Hor. Sat. 1, 2. Varro . . . Cum etiam Thais Menandri Tunicam demiſſam habeat ad talos. Veſtis Hor. Serm. 1, 2, 95. Voce demiſſa loqui Virg. Aen. 3, 320. *i.* Humili. Seruius. *Abiectus.* Cic. pro Font. 23 Verſari animo Demiſſo, atque humili, vt ſolent ii, qui affecti iniuriis, ad opem iudicum ſupplices, inferioresque confugiunt? ¶ 2 *Metaphor.* Animus demiſſior Liu. 4, 44. Animo fracto ac demiſſo eſſe Cic. Fam. 1, 9. Animum demiſſum et oppreſſum erigere Idem pro Cluent. 58. Humilis et demiſſus, *cui repugnat* Alacer et laetus Id. Verr. Act. 1, 17 Quum iſte repente ex alacri atque laeto ſic erat Humilis atque demiſſus, vt non modo Populo Rom. ſed etiam ſibi ipſe condemnatus videretur. Moerens, demiſſus et afflictus Cic. pro Sull. 74. Idem pro Muraen. 45 Videsne tu illum Triſtem, demiſſum? iacet, diffidit, abiecit haſtas. Hor. Serm. 1, 3, 57 Probus quis Nobiſcum viuit multum demiſſus Homo, illi Tardo ac cognomen pingui Damus, *i. Vilis et ignauus. Sed eſt* μέσον, *v. g.* Sit apud vos modeſtiae locus, ſit demiſſis hominibus perfugium, ſit auxilium pudori Cic. pro Mur. c. 40. Probus, demiſſus, non acer, non pertinax, non litigioſus Idem de Orat. 2, 182. Orator ornamentis et verborum et ſententiarum demiſſior Id. in Orat. c. 24. Plin. Epiſt. 8, 6, 2 Vt ille ſuperbiſſimus titulus modicus atque etiam demiſſus videretur.

DEMISSIO, ōnis. f. Ex eo clypeum aeneum catenis pendeat, per cuius reductiones et demiſſiones perficietur ſudationis temperatura Vitruu. 5, 10. Cic. Tuſc. 3, 14 c. 7 Veriſimile eſt igitur, in quem cadit aegritudo, cadere in eundem timorem et infractionem quandam animi, et demiſſionem.

DEMISSE. Adu. [καθειμένως] Volare demiſſius Ouid. Triſt. 3, 4, 23. Caeſ. B. C. 1, 85 Haec quam poteſt demiſſiſſime atque ſubiectiſſime exponit. Suppliciter ac demiſſe reſpondere Cic. pro Flacc. 21. *et* pro Domo 93. Suppliciter ac demiſſe gratias agere Idem ad Brut. 16. Petiit demiſſe ac flebiliter Val. Max. 9, 13, 2. Cic. Tuſc. 5, 24 c. 8 Non eſt auſus elate et ample loqui: quum Humiliter demiſſeque ſentiret.

DEMISSICIVS, a, um. Adi. *Vt*, Demiſſiciae tunicae Plaut. Poenul. 5, 5, 24. *i. quae demitti poſſunt, demiſſae adeo.*

DEMIVM, i. n. *Secundum quosdam gemma eſt a pinguedine dicta. Graeci enim* δημὸν *pinguem dicunt: quo vacabulo Homerus frequenter vtitur, a quo* δήμιον *gemma appellata. Nec fuit in vſu antiquorum gemma vlla frequentior, vt Menandri Fabulae teſtantur.* Plin. 37, 7 ſ. 31 In India trium generum, rubrum, et quod demium vocant a pinguedine, tertium quod argenteis bracteis ſubiinitur. *Sed Salmaſ.* δίονμον, *Hard.* Dionum.

DEMIVRGVS, i. m. [Δημιουργὸς] *Magiſtratus nomen apud Graecos, quaſi publicorum operum curatorem dicas.* Liu. 58, 30 Tum inter magiſtratus gentis (Demiurgos vocant, decem numero creantur) certamen nihilo ſegnius, quam inter multitudinem eſſe. *Ibid.* Demiurgis ciuitatem qui ſummus eſt magiſtratus, Aegium euocantibus, *etc. In nonnullis codicibus legitur* Damiurgus. *Conf.* Cic. Fam. 9, 22.

DEMO, ſi, tum, (*quidam* dempſi, demptum *ſcribunt*) ĕre. [ἀφαιρέω, ἐξαίρω] *Detrahere.* Ter. Eun. 4, 1, 13 Inde aurum mulier ſibi clam demit. *Conf.* Plaut. Bacch. 4, 4, 14. Cic. de N. D. 3, 63 Idemque Aeſculapii Epidauri barbam auream demi iuſſit. *Contraria:* Cic. Acad. 4, 49 Quum aliquid minutatim et gradatim additur aut demitur. Demere de re aliqua Plaut. Trinum. 2, 2, 68. Liu. 7, . . Aeque impotens poſtulatum fuit, vt de ſtipendio equitum aera demerentur. Cic. Verr. 3, 80 Demit de capite medimna ſexcenta. Celſ. 8, 4 His ita ſuccurrendum eſt, vt tamen quam minimum Ex oſſe dematur. Caput gladio Curt. 4, 9, 25. Cic. de Petit. Conſul. 7 Nam illis, quos meminimus Gallis, qui tantum Titiniorum, ac Nanniorum, ac Tanuſiorum Capita demebant, Sulla vnum Catilinam praefecerat. Plaut. Trucul. 2, 4, 16 Iam rediit animus: Deme ſoleas, cedo vinum. Vngues Plaut. Aulul. 2, 3, 3. Lucret. 1, 800 Poſſe eadem demtis paucis, paucisque Tributis. ¶ 2 *Formulae elementari ordine poſitae:* Ouid. de Rem. Amor. 1, 557 O qui ſollicitos modo das, modo demis Amores. Salluſt. de Republica ordinanda, Ergo in primis Auctoritatem pecuniae demito: neque de capite, neque de honore ex copiis quisquam magis aut minus iudicauerit. Celſ. 1, 3 At vere paullulum Cibo demendum, adiiciendumque potioni. *i. Vere non tantum Cibi capiendum, ſed paullo liberalius bibendum eſt.* Idem 6, 5 Demere aliquid ex Cibo. Commoda Ouid. Amor. 1, 2, 38. Curam et ſolicitudinem Liu. 31, . . Dolorem Lucret. 2, 21 Iulian. in l. habitator. D. de rei vendicat. Habitator in aliena aedificia Feneſtras et oſtia impoſuit. Eadem poſt annum dominus aedificiorum demſit. Ouid. de Rem. Amor. 290 Deme veneficiis, carminibusque Fidem. Sueton. de Clar. Rhet. . . . Saepe fabulis Fidem firmare, aut hiſtoriis demere. Vero quoque et honeſto Fidem demſit Tacit. Ann. 4, 9. Honorem alicui demere Ouid. Met. 13, 16. Liu. 2, 6 Haec mouerunt Veientes, ac pro ſe quisque Romano ſaltem duce Ignominias demendas, belloque amiſſa repetenda minaciter ferunt. Iuga equis Ouid. Faſt. 4, 86. Aliquid Laudi Idem ex Ponto 1, 7, 20. Tacit. 18, . . Sibi quisque conſuluere, donec miſſae a Fabio Valente epiſtolae demerent Metum. *Add.* Cic. Att. 11, 15. Moerorem e pectore Lucret. 3, 921. Moleſtias Ter. Adel. 5, 3, 33. Lacrimis demenda Mora eſt Ouid. ex Ponto 3, 149. Demite Naufragium, mors mihi munus erit Idem Triſt. 1, 2, 52. Odorem vini deteriorem Cato c. 110. Otia Stat. Silu. 1, 2, 182. Solicitudinem Tacit. Hiſt. 2, 68. Cic. Att. 11, 15. Nubem Supercilio demere Hor. Epiſt. 1, 18, 94. *h. e.* Non triſtem, et nimis ſeuerum ſe praebere. Porphyr. Vitio aliquid Celſ. 5 c. vlt. *de vitiliginis ſpeciebus.*

DEMTVS, *vel* DEMPTVS, a, um. Partic. [ἐξῃρημένος] Plin. 15, 17 Demtis forcipe corruptioribus acinis. Pomum arbore demtum Ouid. Met. 11, 113. Idem Epiſt. 1, 50 Virque mihi demto fine Carendus abeſt. *Et* Met. 2, 866 Paullatimque metu demto, nunc pectora praebet Virginea palpanda manu. Referre nouam faciem demta pelle Tibul. 1, 9, 46. Demta aeternitate, nihilo beatior Iupiter quam Epicurus Cic. de Fin. 1, 88 c. 27. Dulcedo ipſa agrariae legis per ſe, demto auctore Liu. 2, 42 *pr.*

DEMTIO, ōnis. f. Damnum habet nomen a demtione Varr. L. L. 4, 36. *Conf.* Non. 2, 906.

DEMOCHĂRES, is. m. *Orator Athenienſis,* Parrheſiaſtes ob nimiam et procacem linguam appellatus: *Hic* inter alios Athenienſium legatos, — *dicente Philippo*, Dicite, facere quid poſſum, quod ſit Athenienſibus gratum? excepit, Te ſuſpendere. — Philippus, At vos, inquit, caeteri legati, nunciate Athenienſibus, multo ſuperbiores eſſe, qui iſta dicunt, quam qui impune dicta audiunt. *Haec* Seneca de Ira 3, 23.

DEMŎCLES, *vid.* DAMOCLES.

DEMOCRĬTVS, i. m. [Δημόκριτος] *Abderites nobilis Philoſophus, ſtultus ciuibus ſuis viſus haud immerito, ſi verum eſſet, quod* luminibus oculorum ſe ſponte priuaſſe traditur, ne videndi illecebris a contemplandi ſtudio reuocaretur. Quod tamen Laberius Poëta ideo factum ait, malis bene eſſe, ne videret ciuibus, vt ipſe loquitur. *Vid.* Gell. 10, 17. *Sed merito dubitat de eo* Cic. de Fin. 5, 19. *Plutarchus vero plane falſitatis arguit de Curioſit. Hoc quoque commemoratur de Democrito, irriſiſſe humanas res, quas Heraclitus contra defleuit perpetuo. In quo Democritum rectius feciſſe ſtatuit* Sen. de Tranquill. c. 15. *et* de Ira 2, 10. Fortuito omnia ex atomis facta, *praecipuum illius dogma eſt. Et notum eſt huic Epicurum ſua prope debere omnia.* Democritus, Phyſicus ornate loquutus eſt Cic. de Orat. 1, 42. Studioſus nobilitatis Democritus Idem Acad. 4, 125. A Democrito propter diſcendi cupiditatem videmus vltimas terras eſſe peragratas. Quae qui non vident, nihil vnquam magna cognitione dignum amauerunt Id. de Fin. 5, 87. Democritus vir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit Cic. de N. D. 1, 121. Iuuenal. 10, 34 Perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat Democritus.

DEMOCRITEVS, a, um. Adi. [Δημοκρίτειος] Cic. de Diuin. 2, 32 Verum ſint ſane iſta Democritea vera, quando ea nos extis exquirimus, *etc.*

DEMOCRITICVS, a, um. Adi. Cic. de Orat. 1, 10.

DEMODŎCVS, i. m. *Citharoedus fuit, quem Homerus 8 Odyſſ. inducit in conuiuio Alcinoi regis Phaeacum citharam pulſantem et ſimul canentem. Voſſius ſub huius perſona Homerum ſeipſum depingere putat, cui ait bonum cum malo datum diuinitus: nam orbatum fuiſſe viſu, et inſignem arte muſica Inſt. Orat.* 1 p. 76. Demodoci *mentio fit apud* Virg. Aen. 10, 413. *et* Ouid. in Ibin v. 272.

DEMOE. [δῆμοι] Apud Atticos ſunt, vt apud nos Pagi Feſtus.

DĒMŎLĔVS, i. *et* DEMOLEON, tis. m. *Graecus ad Ilium pugnans* Virg. Aen. 5, 260. 265. Ouid. Met. 12, 356. 368.

DEMŌLIOR, īris, ītus ſum, īri. [καταβάλλω, ἀποσκευάζομαι] *A* mole *deductum, ſignificat Diruere, deiicere.* Cic. Off. 3, 66 Demoliti ea, quorum altitudo officeret auſpiciis. Partem muri demoliri Caſſius *ap.* Cic. Fam. 12, 13. Columnas Cic. Q. Fratr. 3, 17. Domum Idem Off. 1, 138 c. 39. Parietem Id. in Topic. 22 c. 4. Robora demolitur Ouid. Met. 15, 218. Statuas Cic. Verr. 2, 144 c. 67. Tectum Nep. 4, 5, 2. Liu. 34, . . Si quod cuipiam priuatim officiet ius, id deſtruet, ac demolietur. Demoliri culpam de ſe, *pro Amoliri* Plaut. Bacch. 3, 1, 16. *i. Se non eſſe in culpa oſtendere.* Demolitur hypocrita faciem ſuam, vt triſtitiam ſimulet, et animo forte laetante luctum geſtet in vultu Hieron. in Matth. 6, 16.

DEMŌLIO, īui, ītum, īre. Altaria demolierunt Lactant. 4, 11.

Alphenus in l. Qui inſulam in princ. D. Locat. Dominus inſulae, quia aedificia vitium facere diceret, demolierat eam. *Add.* l. 12 Comm. Diuid. Varro *et* Naeu. *apud* Diomed. 1 p. 395.

DEMOLĪTVS, a, um. Partic. paſſ. Vlp. in l. Quid tamen D. Quibus modis vſusfruct. amit. Verum etiam ſi demolitis aedibus teſtator alias nouas reſtituerit. Domus l. 13 ff. de Vſucap.

DEMOLITIO, ōnis. f. Verbale. [*κατάβλησις, καταβολὴ*] *Vt*, Demolitio ſtatuarum Cic. Verr. 2 c. 67. Tollere demolitione aditus templorum Idem poſt redit. in Senat. 31. Ferramenta ad demolitionem Vitr. 10, 19.

DEMOLITOR, ōris. m. Vitr. 10, 19 Coruus demolitor, quem non nulli gruem appellant: *inſtrumentum, quod cum ariete cognationem habet, ſed in eo videtur differre, quod hic impulſu imprimis nocet, ille retractu.*

DEMONSTRO, āre. [*δεικνύω, ἀποδείκνυμι, ἐπιδείκνυμι, ἀποφαίνω, ἐμφανίζω*] *Aperte et palam monſtrare, non digito modo manuue, ſed oratione, atque adeo docere, dicere etc.* Ter. Heaut. 4, 4, 5 Audiſtn' homo iſte modo quam villam demonſtrauit? Idem Phorm. 1, 5, 76 Hominem commonſtrarier mihi iſtum volo, aut vbi habitet demonſtrarier. Cic. Verr. 2, 154 Legatos mittunt, qui eum leges Doceant, conſuetudinemque omnium annorum demonſtrent. Idem Fam. 9, 24 Spurinna quidem, quum ei rem Demonſtraſſem, et vitam tuam ſuperiorem Expoſuiſſem; magnum periculum ſummae Reipub. demonſtrabat. *Add. ib.* 3, 4. Cic. Att. 1, 1 Demonſtraui haec Caelio, et illud Oſtendi, ſi ipſe vnus cum illo contenderet, me ei ſatisfacturum fuiſſe. Vlp. in l. Sed etſi quemcunque D. ad leg. Aquil. Sutor puero diſcenti, parum bene facienti quod demonſtratum erat, forma calcei ceruicem ita percuſſit, vt oculus puero perfunderetur. Cic. de Orat. 1, 143 Etiam illa cognoram et acceperam, antequam de re diceremus initio conciliandos eorum eſſe animos, qui audirent, deinde rem demonſtrandam, poſtea controuerſiam conſtituendam, tum id, quod nos intenderemus confirmandum, *etc.* Quo diſtinctius demonſtrari cognoſcique poſſent Suet. Aug. c. 9. Breuiter demonſtrare Quinctil. in prooem. 1. Se demonſtrat incolumem eſſe non poſſe Cic. Verr. 1, . . . Digito demonſtrare Idem in Somn. Scip. c. 8. Demonſtrare iter Id. in Catil. Plin. 8, 4. Caeſar *hoc verbo frequenter fere pro ſimplici* Dicere *vtitur: v. g.* B. C. 1, 8 *it.* 26. *Imperſ.* Cic. Verr. 2, . . Tamen vobis alio loco, vt ſe tota res habeat, quod ad eam ciuitatem attinet, demonſtrabitur.

DEMONSTRĀTVS, a, um. Partic. [*ἀποδεδειγμένος*] Demonſtratus locus Cic. de Diuin. 1, . . Re demonſtrata Caeſ. B. G. 5, 38.

DEMONSTRATIO, ōnis. f. Verbale. [*ἀπόδειξις*] Cic. de Or. 3, 209 c. 55 Sed tamen huius generis demonſtratio eſt et doctrina ipſa vulgaris: vſus autem grauiſſimus. Demonſtratio *ἐπίδειξις Rhetoribus eſt, Genus cauſae ad laudandum aut vituperandum.* Cic. de Invent. 1, 12 Si deliberatio et demonſtratio genera ſunt cauſarum, non poſſunt recte partes alicuius generis cauſae putari. *Sed aliter* A. ad Her. 4 c. 53 Demonſtratio eſt, cum ita res verbis exprimitur, vt geri negotium, et res ante oculos eſſe videatur. Cic. de Orat. 3, 218 c. 54 Vniuerſam rem et ſententiam non demonſtratione, ſed ſignificatione declarans. Idem Verr. 4, 132 Hi, qui hoſpites ad ea, quae viſenda ſunt, ducere ſolent, et vnumquidque oſtendere, quos illi myſtagogos vocant, Conuerſam iam habent demonſtrationem ſuam. *Et* de Fin. 4, 5 Quam multae, quamque de rebus variis et cauſae, cur quidque fiat, et demonſtrationes, quemadmodum quaeque fiant. *De philoſophorum illa et mathematicorum* demonſtratione Apul. de hab. Doctrin. Platon. p. 651 *Flor.* Ex his in prima figura modis nouem primi quatuor indemonſtrabiles nominantur, non quod demonſtrari nequeant, — ſed quod — demonſtratione non egeant. Demonſtratio *apud Iuriſconſ. plerumque rem factam,* Conditio *futuram oſtendit* l. 1. D. de donat.

DEMONSTRANTIA, ae. f. *Idem atque Demonſtratio. Vt* Demonſtrantia rarae degeneriſque herbae Plin. 17, 5. *Sic certe legi voluit Salmaſ. Exerc.* Plin. p. 81. *Sed alia omnia Hard.*

DEMONSTRATOR, ōris. m. Verbale. [*ἀποδείκτης*] Colum. 3, 10 Itaque huius rationis Demonſtratorem magis eſſe me, quam inventorem libenter profiteor. Cic. de Orat. 2, 353 c. 86 Simonides dicitur ex eo, quod meminiſſet, quo eorum loco quisque cubuiſſet, demonſtrator vnius cuiusque ſepeliendi fuiſſe. Eſaias Virginis demonſtrator Hieron. adu. err. Io. Hieroſ. Ep. 61 c. 4.

DEMONSTRATĪVVS, a, um. Adi. [*ἐπιδεικτικὸς*] *Vt*, Demonſtratiuum genus. Cic. de Inuent. 1, 7 c. 5 Demonſtratiuum eſt, quod tribuitur in alicuius certae perſonae laudem, aut vituperationem. Demonſtratiuus digitus, *qui alias Index* Cael. Aurel. Tard. 5, 1.

DEMONSTRATIVE. Adu. Macrob. in Somn. Scip. 1, 16 Hunc locum demonſtratiue terram dicens.

DEMONSTRĀBĬLIS, e. Adi. Apul. de habitud. doctr. Plat. p. 651 *Flor.* Vniuerſitas maris demonſtrabilis non eſt, et circuli quadratura.

DEMOPHON, *vel* DEMOPHOON, ontis. m. *Filius Theſei et Phaedrae, ad Troiam profectus, qui inde rediens, tempeſtate delatus eſt in Thraciam: et a Phyllide, loci regina, hoſpitio exceptus, quam deinde deſerens cauſa illi mortis fuit. Vid.* Phyllidis ad Demophoontem Epiſtola Ouidianarum 2. *Conf.* Virg. Aen. 11, 675.

DEMORDEO, di, ſum, ēre. [*ἀποδάκνω*] *Morſu decerpere.* Plaut. Merc. 4, 5, 2 Aut angue demorſa ceſſauit turgida. Plin. 28, 4 Et e ligno fulgure icto, reiectis poſt terga manibus demorderi aliquid, et ad dentem qui doleat admoueri, remedio eſſe produnt.

DEMORSVS, a, um. Partic. Perſ. 1, 106 Nec pluteum caedit, nec demorſos ſapit vngues.

DEMORSĬCO, āre. Frequent. *Morſu decerpere.* Apul. Met. 2 p. 124, 15 Vbi ſagae mulieres ora mortuorum paſſim demorſicant.

DEMORSICATVS, a, um. Part. Apul. Met. 3 p. 140 Roſis tantum demorſicatis exibis aſinum.

DEMORIOR, īris, *vel* ĕris, ŏri. [*ἀποθνήσκω*] *Paullatim mori.* Columel. 5 Siue enim caput demortuum eſt, duo induantur ſtatim vimina. Demoritur ea te, *Te deperit, et ardet amore tui* Plaut. Milit. 4, 1, 23. *Add.* 4, 2, 49.

DEMORTVVS, a, um. Partic. [*ἀποτεθνηκὼς*] Cic. Verr. 2, 124 c. 50 Nam quum eſſet ex veterum numero quidam Senator demortuus, et cum, *etc.* In demortuorum locum ſubſortitionem fieri Suet. in Caeſ. c. 41, 7. Demortuae potationes et coenae, *per tranſlationem* Plaut. Stich. 1, 3, 48.

DEMŎROR, āris, ātus ſum, āri. Dep. [*διαμέλλω, αὐλίζομαι*] *Morari et detinere.* Plaut. Epid. 3, 2, 40 Diu me eſtis demorati. Colum. 3, 2 Prudentis magiſtri eſt, eiusdem nomenclationis aucupio, quo potiri nequeat, ſtudioſos non demorari. Virg. Aen. 10, 30 Et tua progenies mortalia Demoror arma. *i.* Exſpecto, ſuſtineo. Seruius. Cic. Fam. 12, 15 Nonnullis etiam ipſi magiſtratus veniebant in ſuſpicionem, detinuiſſe nos, et demoratos eſſe, dum claſſis Dolabellae certior fieret de aduentu noſtro. Ne diutius vos demorer Cic. de Orat. 2, 235 c. 58. Quid enim te demoror aeger, Lentule, conqueſtu Sil. 10, 289. Neu vos longe ſermone petito demorer Claud. de B. Get. 385. *Pro Manere, vel Commorari:* Vlp. in l. 2 §. omnes D. de iudic. Exceptis legatis, qui licet ibi contraxerint, non compelluntur ſe Romae defendere, quamdiu legationis cauſa ibi demorantur.

DEMORATVS, a, um. *Depon.* Plaud. Rud. 2, 4, 27 Quid ſacerdoti meae dicam, hic demoratam tamdiu? *Sed paſſ.* Gell. 19, 8 Hisque ipſis, quae iam dixi, demoratos vos video, alicui, opinor, negotio deſtinatos.

DEMORATIO, ōnis. f. *apud* Hieronym. . .

DEMORATOR, ōris. m. *apud* Martian. Capell. 1. .

DEMOSTHĔNES, is. m. [*Δημοσθένης*] *Athenienſis, Graecorum Oratorum longe princeps, cuius imitationi Ciceronis, hoc eſt, Romana eloquentia debetur. Elogia eius prope infinita ſunt, inter quae lectu digniſſimum* Quinctil. 10, 1, 76 Oratorum — Athenis — longe princeps Demoſthenes, ac paene lex orandi fuit. Tanta vis in eo, tam denſa omnia, ita quibusdam neruis intenta ſunt, tam nihil otioſum, is dicendi modus, vt nec quod deſit in eo, nec quod redundet, inuenias. *Add.* Cic. de Orat. 1, 260 c. 61 *vbi illius ſtudium in ſuperandis impedimentis a natura obiectis facultati dicendi.* Eloquium ac fama Demoſthenis Iuuenal. 10, 130. Demoſthenes vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi Cic. in Orat. 110. Et ipſum Platonem ſtudioſe lectitauiſſe et audiuiſſe dicitur Idem de Clar. Orat. 121.

DEMŎVEO, ōui, ōtum, ēre. *De loco mouere* Ter. Adel. 2, 1, 16 Caue nunc iam oculos a meis oculis quoquam demoueas tuos. Cic. pro Sulla 62 Ita carus vtrisque eſt, atque iucundus, vt non alteros demouiſſe, ſed vtrosque conſtituiſſe videatur. Nomen, et effigies priuatis ac publicis locis demouendas cenſebat Tacit. Ann. 11, 38. Demotus manu, et actus praeceps Cic. pro Caecin. 49. Tacit. 1, 79 Ne Clanis ſolito Alueo demotus in amnem Arnum transferretur. In inſulas interdicto igni et aqua, demoti ſunt Tacit. Ann. 6, 30, 1. Demoueri et depelli de loco Cic. pro Caec. c. 17. Plaut. Perſ. 3, 1, 46 Dicat quod quisque vult, ego de hac ſententia Non demouebor. Nec terrore, aut promiſſis demouentur Tacit. Hiſt. 4, 58. Cura rerum Pallantem demouet Idem Hiſt. 1, . . Demoueri ex recto Cic. de Fin. 4, . . Liu. 6, 32 Quantumque Romana ſe inuexit acies, tantum hoſtes gradu demoti. Sed Tiberius demouerat Syria Creticum Sullanum Tacit. Ann. 2, 43. Seueros tribunos demouere Idem 2, . . Si priorem aetate, etiam labefactum demouiſſet Id. Ann. 4, 60.

DEMPTVS, *vid.* DEMO.

DEMV̄GIO, īui, īre. [*μυχάομαι*] *Mugitu implere.* Ouid. Met. 11, 375 Sanguine litus Vndaque prima rubet, demugitaeque paludes.

DEMVLCEO, ſi, ſum, ēre. [*μαλίσσω, καταμειλίσσω*] *Valde et ſtudioſe mulcere: vt ſolet fieri catellis quum manibus attrectantur. Ideo et pro Delinire ponitur.* Ter. Heaut. 4, 4, 14 Non poſſum pati, quin tibi caput demulceam. *Vid. ibi* Eugraphium. Liu. 9, 16 *Papirii vox ad equites laxari ſibi aliquid laboris petentes,* Ne nihil remiſſum dicatis, remitto, ne vtique dorſum demulceatis, quum ex equis deſcendetis. Lactant. de Ira Dei c. 7 Et tamen videmus in aliis animantibus quaedam ſigna laetitiae, quum ad luſum geſtiunt, aures demulcent, rictum contrahunt, frontem ſerenant, oculos in laſciuiam reſoluunt. *Vid. Turneb. Adu.* 21, 22.

DEMVLCTVS, a, um. Part. Atque ita motus et demulctus et captus eſt Gell. 3, 13.

DEMVLCO, *ſ.* DEMVLCTO, āre. Triſtibus aſperisque verberibus aliquem demulctare Mart. Capell. 8 p. 272.

DEMVM. Adu. [*τὸ τέλος, τὸ τελευταῖον*] *Id eſt, Tandem, Ad poſtremum, vel (vt ait* Feſtus) Poſt. Ter. Adel. 5, 8, 15 Ego nouus maritus, anno demum quinto et ſexageſimo Fiam, atque anum decrepitam ducam? Idem Hec. 1, 2, 53 Ibi demum ita aegre tulit, vt, *etc.* Nunc demum, Modone demum, Signa tarditatis, *inquit* Donatus. Ter. Heaut. 2, 3, 12 Vah, nunc demum intelligo. Idem Andr. 5, 3, 11 Me miſerum. S. modone id demum ſenſti Pamphile? Nunc demum literis tuis reſcribo, quas ad me miſiſti Cic. Att. 16, 3. Plaut. Aſin. 5, 2, 65 At interea vt decumbamus ſuadebo, hi dum litigant: Poſt demum huc cras adducam ad lenam, vt viginti minas ei det. ¶ 2 *Vim interrogationi et ἦθος quoddam addit:* Cic. Tuſc. 5, 107 c. 37 Iam vero exilium, ſi rerum naturam, non ignominiam nominis quaerimus, quantum demum a perpetua peregrinatione differt, *etc. Sic et aliis partibus adiecta:* Plaut. Milit. 4, 8, 55 Ego enim dicam tibi tum demum, quando vſus poſcet. Igitur demum *pro tum demum.* Miſerum eſt opus, igitur demum fodere puteum, vbi ſitis fauces tenet Plaut. Moſt. 2, 1, 32. *Add.* Id. Rud. 4, 2, 25. *et alibi.* Vict. de Viris Illuſtr. c. 46 Et quum moueri nullis viribus poſſet, ex libris cognitum eſt, caſtiſſimae demum feminae manu moueri poſſe. Plaut. Capt. 5, 4, 3 Illic ibi demum eſt locus, vbi labore laſſitudo omnis eſt exigunda ex corpore. Cic. in Salluſt. . . . Ea demum magna voluptas eſt, Criſpe Salluſti, aequalem ac parem verbis vitam agere. Quinctil. 1, 4 Poſſunt autem id demum, quod in proximo eſt. Plin. 7, 7 Is demum profecto vitam aequa lance penſitabit, *etc.* Quinctil. 4, 5, 7 Quod tamen rarum eſſe debet et ex neceſſitate demum. Sic enim ſentio id demum aut potius id ſolum eſſe miſerum, quod turpe ſit Cic. Att. 8, 8, *pr.* Quinctil. Declam. 10 Ita mihi demum ſatisfacies, ſi apud patrem fuiſti. ¶ 3 Demum, quod ſignificat Poſt, apud Liuium *(Andronicum)* Demus legitur. Alii Demum, pro Duntaxat poſuerunt Feſtus. Pacuu. Quid demus magis commodum eſt, quam ne tutum perduas iniuriam pati?

DEMVRMVRO, āre. Ter nouies carmen magico demurmurat ore Ouid. Met. 14, 58.

DEMVRMVRATIO, ōnis. f. Auguſtin.

DEMVSSATA Contumelia [*μεμυζημένη*] *apud* Apuleium Met. 3 p. 140, 26 *legitur, pro Diſſimulata, et cum ſilentio indignationeque tranſmiſſa.* Iniuriae Ammian. 30, 1.

DEMVTĬLO, āre. [*καταπηρόω*] *Idem quod Mutilare.* Columel. de Arbor. 11 Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato.

DEMV̄TO, āre. [*μεταβάλλω*] *Idem quod Mutare.* Plaut. Milit. 4, 3, 37 Numquid videtur demutare? Plaut. Trinum. 1, 2, 36 Aut ſi demutant mores Ingenium tuum, neque eos antiquos ſeruas. De-

mutare

mutare animum de firma fide Plaut. Trinum. 4, 4, 19. Imperium alicuius Id. Men. 5, 2, 218. Plaut. Milit. 4, 7, 8 Sed eccum Palaeſtrionem, ſtat cum milite: Oratio illo mihi demutanda eſt mea. Non demutabo Plaut. Pſeud. 1, 5, 142. *i. Non reuocabo, quod pollicitus ſum.* Placitum, inſtituto Flaminum nihil demutari Tacit. Ann. 4, 16, 6. Quamquam teterrimum os tuum minimum a Thyeſta tragico demutet Apul. Apol. p. 284. *i. differat.*

DEMVTATIO, ōnis. f. Verbale. [μεταβολή] Plin. 28, 8 *de Chamaeleonte*, Nullum animal pauidius eſſe exiſtimatur, et ideo verſicoloris eſſe demutationis. *Alii legunt* Mutationis. *Conf.* Tertull. adu. Marc. 4, 1 *et* 5, 10 *extr.*

DEMVTATOR, ōris. m. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 32 Argutiſſimi demutatores oſſium, *etc.*

DEMVTABĬLIS, e. Adi. Prudent. Apotheoſ. v. 276 Non convertibilis, nec demutabilis vnquam Eſt Deus. Omnium natorum et factorum conuertibilis et demutabilis eſt natura Tertull. de Anima cap. 21.

D E N

DENARIVS, a, um. Adi. [δεκαδικὸς] *Quod decem continet.* Plin. 31, 6 *de Ratione Aquae Ducend.* Fiſtulas denum pedum longitudinis eſſe legitimum eſt. Et ſi quinariae erunt ſexagena pondo pendere: ſi octonariae, centena: ſi denariae, centena vicena, ac deinde ad has portiones. Denaria *appellatur, cuius laminae latitudo, antequam curuetur, digitorum decem eſt: dimidioque eius* quinaria. *Vid. quae monemus ad* Pallad. Aug. c. 2. Denarius numus Liu. 8, 11. Denariae Ceremoniae dicebantur, et tricenariae, quibus ſacra adituris decem continuis diebus, vel triginta certis quibusdam rebus carendum erat Feſtus. ¶ 2 *Nobilis in primis* Denarius numus. *Sic enim plene loquebantur.* Liu. 8, 11 *extr.* Vectigal quoque eis Campanus populus iuſſus pendere in ſingulos quotannis denarios numos quadringenos quinquagenos. *Sed fere ſubſtantiue ſ. elliptice vocatur* Denarius, decem librarum numus, *vt diſerte* Priſcian. p. 1347. *quod etiam ex* Seſtertii *comparatione ad* Denarium *apertum eſt, quem partem quartam denarii eſſe et ipſa appellatio (eſt enim quaſi* ſesquitertius, *duo aſſes cum dimidio) oſtendit, et v. g. locus* Cic. Verr. 3, *vbi comparatis inter ſe* n. 193 et 194 *apparet,* ternis Denariis *reſpondere* duodenos ſeſtertios. Librae *illae* decem, *illi* aſſes decem, *ſunt aeris:* Denarius *autem* argenteus *eſt: Isque hoc nomen perpetuo, mutata etiam aſſium ratione retinuit. Caetera Gronouiano opere de pecunia veteri haurienda, aut ſi cui illud videatur operoſius, ex Eiſenſchmidiano de ponderibus et menſuris libello. Hic ſuffecerit monere, Graecorum* Drachmam *Atticam* Denario *Romano comparari, vt v. g. Talento ſicuti* 6000 Drachmae, *ita totidem* Denarii *tribuantur, quod facile conficitur ex* Cic. pro Rabirio Poſt. 21 c. 8 *vbi eadem ſumma eſt* decem millia talentûm *et* ſeſtertium bis millies et quadringenties: *itemque ex* Liu. 34, 50 *vbi* quingeni Denarii *pro* mille ducentis *captiuis dati efficiunt* centum talenta. *Conf. Gronou.* ad 34, 52 *vbi pro* III Denariorum, *quod eſſe dicitur in tetradrachmo, legit*, IIII fere denariorum in ſingulis argenti eſt pondus. *Firmat* Seneca Controu. 5, 34 Parrhaſii Promotheus *dicta* in talento *ait eſſe* XXIIII ſeſtertia Athenienſium more. *Cum* Seſtertium *habeat mille* ſeſtertios, *quatuor autem ſeſtertii aequentur* Denario: *cedent talento* 6000 Denarii, *quot* Drachmas *in eo eſſe conſtat. Caeterum accurata computatione cedunt talento Attico Denarii conſulares non* 6000 *ſed* 6720: *Imperatorii autem plane* 7680. Verum *iſta qui ſolide ſcire velit, laudati libri adeundi ſunt, et videndum, an exactiora dederint Bernardus et Arbuthnatus. Nos iam vſum loquendi perſequimur.* Gell. 1, 8 Lais μυρίας δραχμὰς ἢ τάλαντον popoſcit. Hoc facit numi noſtratis denariûm decem millia. *Et* 1, 9 Mille denariûm in arca eſt. Cic. Att. 2, 6 Vide quid narrent, et quae ſpes ſit denarii. Quingenos denarios ſingulis militibus dare Idem Fam. 10, 32. Emere denario quod ſit mille denariûm Id. Off. 3, 92 c. 23. Ad denarios peruenire Cic. Verr. 3, 196. Idem pro Quintio 17 Decidis ſtatuisque tu — quid iis ac denarium ſolueretur, *i. comparatione facta, et aeſtimatione in denariis, quod alio numorum genere debebatur. Vid. Gronou. de P. V.* 3, *10.* Exigere quaternos denarios ab aliquo in ſingulas amphoras vini Cic. pro Font. 9. ¶ 3 Centum denaria Philippea Plaut. Rud. 5, 2, 27 in paſceolo ſeorſus *poſita memorat, intell.* numiſmata. *Neſcio igitur, an ſatis tuto credamus Gronouio de Pec. Vet. 1, 4 p. 20.* Denaria tria, *quae bis nominantur* l. 88 §. 10 ff. de Legatis II, *ſignificare ter mille Denarios, ſicut* Seſtertia tria *ter mille ſeſtertios.* ¶ 4 Denarii *appellatione pro pondere vtuntur Medici.* Celſ. 5, 17, 1 Sed et ante ſciri volo, in vncia pondus denariorum ſeptem eſſe. Vnius deinde denarii pondus diuidi a me in ſex partes, id eſt ſextantes, vt idem in ſextante denarii habeam, quod Graeci habent in eo, quem ὀβολὸν appellant. Is ad noſtra pondera relatus paullo plus dimidio ſcrupulo facit. *Nota huius* Denarii *eſt, vel* X *conſueta Decuſſis, vel* ✱ *ſex radiorum aſteriſcus, quo notantur* ſextantes denarii *modo dicti.*

DENARISMVS, i. m. *Penſio denarii, tributi genus de agris ſiue praediis, cuius mentio ſit* Leg. 107 *et* 123 Cod. Theodoſ. de Decurionibus. *Adde Gloſſ. Car. du Freſne.*

DENARRO, āre. [ἐξηγέομαι] *Ordine narrare.* Ter. Phorm. 5, 7, 51 Haec adeo ego illi iam denarrabo. Gell. 2, 22, 27 Haec nobis Fauorinus ſumma cum elegantia verborum, totiusque ſermonis comitate atque gratia denarrauit. Hor. Sat. 2, 3, 315 Vnus vbi effugit, matri denarret, vt ingens Belua cognatos eliſerit.

DENASCOR, ĕris, aſci. [ἀποθνήσκω] *Pro Mori.* Caſſius Hemina Annalium 2 *apud* Non. 2, 257 Quae nata ſunt, ea omnia denaſci aiunt. Qui denaſcitur, ignem amittit ac frigeſcit Varro L. L. 4, 10.

DENATIVM, ii. n. *Medicina pro aegris denaſcentibus, laudatur ex* Tertull. Apolog. c. 23 Aeſculapius demorituris Scordii et Denatii et Aſclepiadoti ſubminiſtrator. *Sed certatim viri docti* alia die morituris Socordio (*Scal.* Scordio) et Thanatio et Aſclepiadoto vitae ſubminiſtrator, *vt ſint trium hominum nomina ab ipſo a morte reuocatorum.*

DENĀSO, āre. [ἐκρινόω] *Naſo priuare.* Plaut. Capt. 3, 4, 72 Namque edepol ſi adbites propius, os denaſabit tibi.

DENĂTO, āre. [κατανήχομαι] *Idem quod Natare ſecundo flumine.* Hor. Od. 3, 7, 28 Nec quisquam citus aeque Tuſco denatat alueo.

DENDRACHĀTES, is. f. Gemma eſt velut Arbuſcula inſignis Plin. 37, 10.

DENDRĪTIS, ĭdis. f. Gemma, quae ſub arbore defoſſa, non permittit ſecurim hebetari Plin. 37, 11. *It. herba apud* M. Capellam 1 p. 20. *quae tamen rectius dicitur* dendroides.

DENDROĪDES, is. f. [δενδροειδὴς] Septima tithymali ſpecies *teſte* Plin. 26, 8 in petris naſcens. Ampliter opacat, in cacumine frondoſam ſpargens comam, ſucco lacteo praegnans, cauliculis rubentibus, foliis myrti tenuioribus, fructu characiae. *Ex Dioſc. 4, 159. Theophraſtus tamen tria tantum tithymalorum genera prodit 9, 12 de Hiſt. Plant. vbi. vid.*

DENDRŎPHŎRI, ōrum. m. pl. [δενδροφόροι] *Collegium et corpus fuerunt, vt patet ex* Inſcript. Gruteri p. 194 n. 2. *et* p. 444 n. 2. *et* Sponii p. 55. 56. *Quibusdam ſunt lignorum venditores: at Salmaſ. in* Spartiani Caracall. c. 9 *de ſacro ſeu ſuperſtitioſo quodam ordine, ex* l. 20 Cod. Theod. de Paganis, ſacr. et templ. *interpretatur eos, qui Dei cuiusdam honori, Bacchi videlicet aut Siluani, aut ſimilis, arbores euulſas geſtabant. Vid. Iac. Gothofredus in illam legem, qua inter nomina et profeſſiones gentilicias etiam* Dendrophori *cenſentur. Vid. accurate de his agentem Reineſ. ad Inſcript. 1, 40 p. 75.*

DENĔGO, āre. [ἀπαρνοῦμαι, ἀπαγορεύω] *Negare ſe daturum, non dare.* Plaut. Trinum. 5, 2, 47 Si tibi denegem, quod me oras. *Plene* Dare denegabis Ter. Heaut. 3, 1, 78. Cic. pro Flacc. 1 Quod enim eſſet praemium dignitatis, quod Populus Rom. quum huius maioribus ſemper detuliſſet, huic denegaret? Idem de Orat. 2, 126 c. 29 Vt ei nihil neque a natura denegatum, neque a doctrina non delatum eſſe videatur. Denegarat ſe commiſſurum mihi gnatam ſuam Ter. Andr. 1, 5, 6. In denegando Idem Andr. 4, 1, 78. Cic. Q. Fratr. 2, 9 Diuinus fuit in ſupplicatione Gabinio deneganda. Denegare alicui auxilium aduerſus alterum Caeſ. B. G. 8, 45. Ouid. Met. 4, 368 Sperataque Gaudia nymphae Denegat. Cic. Philipp. 11, 19 Suffragio meo, tanquam comitiis, homini Honorem amiciſſimo denegauero. Cic. Verr. 5, 35 c. 11 Vt omnia ſemper, quae iucunda videntur eſſe, non modo his extraordinariis cupiditatibus, ſed etiam ipſi naturae ac neceſſitati denegarem. Vſum medicamentorum denegare Scribon. Ep. . . Occupatio onus impoſitum denegat Cic. Fam. 5, 12. Amnis tibi deneget vndas Ouid. in Ibin 107. ¶ 2 Denegare *eſt ſedulo negare, ſe aliquid feciſſe, aut ſibi quid creditum eſſe.* Plaut. Amph. 2, 2, 220 Atque his ſi denegat Facta, quae tu facta dicis. Cic. pro Fonteio 8 Si hoc crimen optimis hominibus denegare poſſumus.

DENEGATVS, a, um. Part. Columel. praef. 1 A natura denegatum viris ſexum mentiri.

DENEGATIO, ōnis. f. Petron. P. 1 p. 44 Denegatione ardentior factus me quoque ſequebatur.

DENICALES Feriae colebantur, quum hominis mortui cauſa familia purgabatur. Graeci enim νεκρὸν mortuum dicunt. *Haec* Feſtus. Cic. de Legg. 2, 55 c. 22 Nec vero tam denicales, quae a nece appellatae ſunt, quia reſidentur mortui (*vid.* RESIDEO) quam caeterorum caeleſtium quieti dies, feriae nominarentur, niſi maiores eos, qui ex hac vita migraſſent, in deorum numero eſſe voluiſſent: eas in eos dies conferre ius, quibus neque ipſius, neque publicae feriae ſint *etc.* Gell. 16, 4 Feriae denicales *excuſant militem, quo minus adſit etc.* Columel. 2 Nos apud Pontifices legimus feriis tantum denicalibus mulos iungere non licere, caeteris licere. Denicales *nomen habere a* Denis diebus, *ſuſpicati quidam ſunt ex* Iuſtiniani verbis in Nouella Conſtitutione 115 *ſub fin.* Sancimus, vt nemini prorſus defuncti heredes, vel parentes, vel liberos, vel vxorem, vel agnatos, vel alios cognatos, vel alioqui affines eius, vel fideiuſſores, ante nouem dierum ſpatium, in quibus lugere videntur, actionem intentare liceat, aut quocunque modo negotium faceſſere, *etc. Sed haec ad* Nouemdialia ſacra *potius referuntur.*

DENĬGRO, āre. [μελαίνω] *Offuſcare, nigrum facere.* Plin. 23, 5 Capillum denigrat ſuffitu. Varr. de R. R. 1, 55, 7 Non ſolum denigrat terram, *etc.* Amiſſa virtute coloris denigratur Vitruu. 7, 9. Scribon. 208 Creta ſutoria, qua ligulae calceorum denigrantur. *Metaphor.* Honorem famamque alicuius denigrare Firmic. 5, 10 *ſub fin.*

DENIGRATIO, ōnis. f. Denigratio capillorum Th. Priſcian. 1, 2.

DENIGRATVRA, ae. f. *Idem, apud* Auguſtin. . . .

DENIGRATOR, ōris. m. *Apud* Tertull. . . .

DENĬQVE. Adu. ordinis, [τέλος, ἐπὶ τέλει] *inquit* Donatus, et fere in fine ſenſus et in vltima ſententia ponitur a Terentio, *eodem auctore*, pro Praeterea et tandem. Ter. Phorm. 1, 2, 71 Quid fit denique? Ibid. 2, 1, 11 Vereor, ne iſthaec fortitudo in neruum erumpat denique. Cic. Verr. 3, . . Si ternos denarios qui cogit, erit abſolutus: quaternos denos denique aut vicenos coget alius, quae erit reprehenſio? Denique *tum ſubiungimus, quum ſunt multa enumerata, ſignificantes hoc vltimum eſſe omnium, inquit Valla 6,* Ter. Phorm. 4, 3, 43 Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias: Haec denique eius fuit poſtrema oratio, Ego, *etc.* Cic. pro Lege Manil. 40 Non auaritia ab inſtituto curſu ad praedam aliquam reuocauit, non libido ad voluptatem, non amoenitas ad delectationem, non nobilitas orbis ad cognitionem, non denique labor ipſe ad quietem. Denique, *inquit* Donatus ad Ter. Phorm. 1, 2, 71 ad finem dictorum ponitur pro Poſtremo. Quin te in fundo conſpicer Fodere aut arare aut aliquid ferre denique Ter. Heaut. 1, 1, 16. *Conf.* Id. Hec. 1, 2, 81. *et* Eun. 1, 2, 78. ¶ 2 Denique *pro paucis, breuiter, idque praecedente vnico membro.* Quod deditione facta noſtros praeſidia deducturos, aut denique indiligentius ſeruaturos crediderant Caeſ. B. G. 2, 53. *Conf.* Nep. 18, 12, 1. *it. Freinshem. Indd. in* Flor. *et* Curt. *Etiam pluribus membris praecedentibus: vid.* Nepos 16, 4, 3. *et* 21, 2, 2. Aliquando nihil omnino praecedit. Nihil mollius caelo, denique bis floribus vernat Flor. 1, 16 *vbi vid.* Freinshem. *Add. Schulting. ad* Quinct. Decl. 1 p. 15. ¶ 3 *Sunt et aliae formulae:* Albinou. ad Liu. 105 Mitis nunc denique Daulias, *i. ſero, poſtquam crudelis fuit. Aliter in illo:* Priſca iuuent alios, ego me nunc denique natum Gratulor Ouid. A. A. 3, 121. Plaut. Capt. 1, 2, 39 Tum denique omnes noſtra intelligimus bona, Quum quae in poteſtate habuimus, ea amiſimus. Quum exceſſiſſet e vita, tum denique viueret Cic. . . *Pleonaſticum eſt illud* Cic. poſt Redit. ad Quirit. 16 Primum vos docuit, *etc.* Tum in perorando poſuit, *etc.* Denique ipſe ad extremum pro mea vos ſalute non rogauit ſolum, verum etiam obſecrauit. *Pro Tum demum:* Cic. pro Milon. 36 Itaque Milonis conſulatus, qui viuo Clodio labefactari non poterat, mortuo denique tentari coeptus eſt. *Pro Tandem vſus etiam* Lucret. 3, 764 Quare diſſolui quoque debent poſſe per artus, Denique vt intereant vna cum corpore cunctae. Denique quae pauſa erit, et quando deſinet, *etc.* Nepos in Fragm. 12, 5 de Corn. Gracch. matre, *i. tandem. Add.* Lucret. 3, 764.

DENODO, āre. Apuleio, *cui tribuitur, negat Index Floridi.*

DENODATVS, a, um. Adi. *Cui ſinguli articuli deciſi. Antiquum forte, ſed cuius nondum prolata auctoritas.*

DENOMINO, āre. [παρονομάζω] *Idem quod Nominare, ſiue Nomen imponere.* Ab eo quod continet, id quod continetur, denominabitur Auct. ad Heren. 4 c. 32. Quinctil. 1, 10 Propria ſunt verba, quum id ſignificant, in quod primum denominata ſunt. Idem 8, 2 Multa ſunt et Graece et Latine non denominata. Hor. Od. 3, 17, 3 Quando et priores hinc Lamias ferunt denominatos.

DENOMINĀTIO, ōnis. *f.* Denominatio eſt, quae a propinquis et finitimis rebus trahit orationem, qua poſſit intelligi res, quae non ſuo vocabulo ſit appellata Auct. ad Heren. 4, 43 c. 32. *Exempla oſtendunt, illum omne genus troporum eo nomine complecti: praeſertim* Metonymiam.

DENOMINATĪVVM, i. n. [παρώνυμον] *Apud Grammaticos dicitur, quod a Nomine deducitur: vt a lapis, lapillus.*

DENOMINATIVE. Adu. *Idem.* Martian. Capella 4 p. 114 Situs omnis denominatiue dicitur; vt ſedere a ſeſſione, ſtare a ſtatione. Et quamuis non nunquam nomina deficiant, ex quibus ſitus denominatur, ratio tamen non deficit.

DENOMINATOR, ōris. m. *Et*

DENOMINATRIX, īcis. *f. Apud* Boëthium. . . .

DENORMO, āre. [παραγνωμονῶ] Hor. Sat. 2, 6, 9 ô ſi angulus iſte Proximus accedat, qui nunc denormat agellum, *i. figuram illius corrumpit, quo minus habeat angulos rectos. Norma enim ad angulum rectum explorandum in primis facta.*

DENORMATVS, a, um. Part. *Ad normam formatus; Vt* Denormata linea Auct. de Limit. Edit. Goeſ. p. 252.

DENORMATIO, ōnis. *f. Apud* Auguſtin. . . .

DENŌTO, āre. [σημειόω] *Idem quod Notare, deſignare.* Cic. pro Lege Manil. 7 c. 3 Quod is, qui vno die tota Aſia, tot in ciuitatibus, vno nuntio atque vna literarum ſignificatione ciues Romanos necandos, trucidandosque denotauit. Denotare creta pedes venalium mancipiorum, aut vinctorum Plin. 35, 17. Denotare linea aliquo conſpicuo colore Columel. 3, 15. Denotatas habere res aliquas Cic. Acad. 4 c. 18. ¶ 2 Denotare, *pro Infamare, ignominia notare.* Pompon. in l. Turpia D. de leg. 1 Turpia legata, q. ae denotandi magis legatarii gratia ſcribuntur, odio ſcribentis pro non ſcriptis habentur. *Conf. Bynkerſh. Obſſ. Iur. Rom.* 1, 2 p. 16. *Salmaſ. ad* Tertull. de Pall. c. 1 p. 93. *et* c. 2 p. 173.

DENOTATVS, a, um. Part. Tanto denotatior ad contumeliae morſum Tertull. adu. Nat. 1, 10.

DENOTĀTVS, ûs. m. *Pro Denotatione.* Tertull. de Pallio c. 4 Salmaſ.

DENOTATIO, ōnis. *f. Idem.* Tertull. de Fem. c. 13 Bonum ipſa denotatione ſui exultat. Omnium denotatione damnatus Quinct. Decl. 19.

DENOTATOR, ōris. m. *Apud* Hieronym. . . .

DENS, dentis. m. [ὀδοὺς] *Oſſeum illud in ore animalium cibi carpendi, incidendi, commolendi inſtrumentum.* Plin. 11, 37 ſ. 61 Dentium tria genera, ſerrati, aut continui, aut exſerti. Serrati pectinatim coëuntes, *(vt alteri in alterorum interualla conueniant)* ne contrario recurſu atterantur, vt ſerpentibus, piſcibus, canibus. Continui, vt homini, equo. Exſerti, vt apro, hippopotamo, elephanto. Continuorum qui digerunt cibum, lati et acuti *(inciſores)* qui conficiunt, duplices *(maxillares)* qui diſcriminant eos, canini appellantur. — Simiae dentes, vt homini. Elephanto intus ad mandendum quatuor: praeterque eos, qui prominent, maſculis reflexi, feminis recti atque proni — Maxillares, qui ſunt a caninis, nullum animal mutat. Homini nouiſſimi, qui genuini vocantur, circa viceſimum annum gignuntur: multis et octogeſimo — Decidere in ſenecta, et mox renaſci, certum eſt: *etc. ſunt enim plura. Conf. locus Celſi, quem damus* n. 2 Duriores. Plaut. Curcul. 2, 3, 39 Os amarum habeo, dentes plenos. Plin. 30, 3 Cauis dentium inditus mire prodeſt. Cauernis dentium in dolore inditum cera includi Plin. 22, c. 23. Commiſſurae dentium Scribon. 184. 196. Crepitus dentium Cic. Tuſc. 4, 19. Plin. 28, 4 Frigida aqua matutinis impari numero ad cauendum dentium dolores. Idem 24, 7 Tedae, decoctae in aceto, dentium Dolores efficaciter colluunt. Dolorem dentium prohibet Id. 20, 7. Dolori dentium proſunt laricis folia Plin. 24, 6. Dolores dentium ſedat ſuccus illitus Idem 20, 8. Dolores dentium ſedantur oſſibus draconis marini ſcarificatis gingiuis Id. 32, 7. Dolorem dentium tollunt carnes cucurbitae Plin. 26, 3. Cic. de N. D. 3, 57 *de Aeſculapio*, Tertius Ariſippi et Arſinoae, qui primus purgationem alui, dentisque Euulſionem (vt ferunt) inuenit. Foramen dentium, *vid.* Dentem Eximere. Plin. 23, 4 Os quoque colluitur illo ad dentium Infirmitatem. Labefactio dentium Idem 23, 1. Mobilitates dentium Id. 20, 21. Plin. 20, 3 *de Cucurbita*, Decoctae autem vniuerſae ſuccus, dentium Motus ſtabilit, et dolores inhibet. Stabilitati dentium efficaciſſime ſubuenit amurca Idem 23, 3. Stridor dentium Celſ. 2, 7. ¶ 2 *Epitheta:* Acuti dentes Plin. 11, 37. Aduerſi Cic. de N. D. 2, 134. *Hos* Plin. *vocat* Primores 11, 37. Anteriores *vulgo nuncupant.* Albi dentes lupi Virg. Aen. 11, 681. Atri Hor. Epod. 6. *et* Epiſt. 1, 18, 7. Iuuenal. 6, 144. Auido dente conuellere dapes Ouid. Met. 11, 123. Boni, *vid.* BONVS. Buxei Mart. 2, 41. Calceati, *vid.* CALCEO. Candidi Catul. 37. Plin. 11, 37. Scribon. 60. Candiduli Cic. Tuſc. 5, 46. Canini, *vid. ſupra ex Plinio et mox* Duriores *ex* Celſo. Carioſi et foetidi dentes Plin. 32, 7. Cauus dens inuritur putamine nucis iuglandis Plin. 23, 8. Concauus, Continui dentes, *vid. hh. ll.* Crinales dentes, *periphraſis pectinis apud* Claud. de B. Gild. Curuus, *vid. ſtatim* Duriores oſſe dentes ſunt. Defricatus vrina Catull. 37, 20. Degener liuoris Sen. Hippol. ſ. 4. Domito dente frena premunt leones Ouid. Met. 10, 704. Duriores oſſe dentes ſunt: quorum pars maxillae, pars ſuperiori oſſi malarum haeret. Ex his quaterni primi quia ſecant, Tomici a Graecis nominantur. Hi deinde quatuor Caninis dentibus ex omni parte cinguntur. Vltra quos vtrinque fere Maxillares quaterni ſunt, praeterquam in his, in quibus vltimi, qui ſero gigni ſolent, non increuerunt. Ex his priores ſingulis radicibus, maxillares vtique binis, quidam etiam ternis quaternisue nituntur. ſereque longior radix breuiorem dentem edit: rectique dentis recta etiam radix curui flexa eſt: exque eadem radice in pueris nouus dens ſubit, qui multo ſaepius priorem expellit: interdum tamen ſupra infraue eum ſe oſtendit. *Haec* Celſ. 8, 1. Duplices maxillares Plin. 11, 37. *De dentibus eboreis exſtat epigramma apud* Martial. 14, . . Eburnus, *pro Pectine eburno* Claud. Paneg. 2, . . Exſerti Plin. 11, 37. Exigui Sueton. in Auguſt. c. 69. Expolitus Catul. 37 Feri Lucret. 5, . . *de Apris.* Foetidi et carioſi Plin. 32, 7. Firmus Sil. 10, . . Genuini Cic. de Nat. Deor. 2, 134. Plin. 11, 37. Ieiunis dentibus acer Hor. Epiſt. 2, 2, 29 *de Milite, quem lupo comparat.* Immanes Claud. Paneg. 3, 346 *de Elephantis.* Indi, *i. Elephantini, ebur* Ouid. Met. 8, 288. *et* 11, 167. Indomiti ſunt flammis dentes Plin. 7, 16. Infecti pectine, *vid.* Pecten. Intimi, qui et Genuini vocantur Cic. de N. D. 2, 134. Inuicti ſunt ignibus dentes Plin. 7, 17. Laſſo dente piger Sen. in Thyeſt. 8 *de Leone.* Lati Plin. 11, 37. Liuidus Hor. Epod. 5, 47. Luridi Idem Od. 4, 13, 10. Magnis inſignia dentibus ora Ouid. Met. 8, 429. Maledico dente carpere aliquem Cic. pro Corn. Balb. 57 c. 26. Maxillaris dens, *vid.* MAXILLA. Mobiles ſtabilit myrrha commanducata Plin. 20, 20. Mobiles dentes ſiſtit ſuccus colocynthidis cum aceto calefactus Plin. 20, 3. Niger, *vid.* Dens ſcaber. Nigro dente turpis Hor. Od. 2, 8, 3. Nigreſcentes dentes dentiſricio ad colorem reducere Plin. 31, 10. Niueus Ouid. Epiſt. 18, 18. Obliquo dente timendus aper Idem Epiſt. 4, 104. Obſcuri Iuuenal. 6, 144. Picei Martial. 2, 41. Plani Plin. 11, 37. Primores dentes ſeptimo menſe gignuntur Idem 7, 16. Puerilium dentium lapſus Sen. de Benef. 4, 6. Pullinos dentes iacere Plin. 8, 44. *de aſina.* Putridi Cic. in Piſon. 1. Rari Sueton. in Auguſt. c. 79. Rectus, *vid.* Duriores oſſe dentes ſunt. Scaber dens, qua parte niger eſt, radendus eſt, illinendusque roſae contrito Celſ. 7 c. 12. *Conf.* Suet. Aug. c. 69. Scabri rubigine dentes Ouid. Met. 8, 802. *hodie legitur* ſcabrae Fauces. Serrati, et pectinatim coëuntes Plin. 11, 37. Seſquipedales Catul. 95, 5. Sicci Stat. Theb. 10, . . *de lupis eſurientibus.* Solidi, *quibus opponuntur* Concaui Plin. 11, 7. Superiores, *vid.* Dens mouet dolores. Theoninus, *vid.* THEON. Timendi, *vid. mox* Acuere dentes. Tomici, *vid.* Duriores oſſe dentes ſunt. Triti dentes in querno ſtipite Ouid. Met. 8, 369. Vacui dentes *dicuntur illius, qui non habet quod edat* Valer. Argon. 3, . . Viperei Ouid. Met. 3, 103. Vncis dentibus horrendus draco Idem Met. 7, 151. Vulnificos acuit dentes aper Sen. in Hippol. 3. ¶ 3 *Verba:* Acuere dentes timendos Hor. Od. 3, 20, 10. *de puella, quam leaenae comparat. Intelligit autem* dentes acuere, *pro Minari malum, aut auxilium, vid.* ACVO. Adurgendus dens digito, *vid.* Dens naſcitur. Afferre dentes in damnum, *vid.* AFFERO. Amittuntur dentes Plin. 11 c. 37. Atteruntur dentes vſu Idem 7, 16. Auxiliatur dentibus ſuccus radicis lapathi Id. 20, 21. Plin. 30, 3 Vermium terrenorum cinis exeſis dentibus coniectus, ex facili Cadere eos cogit. Sen. Epiſt. 12 *pr. in mancipium ſenex, qui colluſor ipſius, et* deliciolum *fuerat*, Pupulus etiam deliciolum meum factus eſt. Prorſus poteſt fieri: dentes illi cum maxime cadunt. *Et* Epiſt. 83 *ſimili ludo*, Earinus puer ait, nos eandem criſin habere: quia vtrique dentes cadunt. Circumpurgare dentem, *vid.* Dens Naſcitur. Carpere dente iniuſto Ouid. ex Ponto 3, 4, 74. *Conf.* Cic. pro Balbo 57 c. 26. Cauantur dentes tabe pituitae Plin. 7, 16. Circumdatum denti Scribon. 95. Circumradi debet dens, vt gingiua ab eo reſoluatur Celſ. 7, 12. Circumrodi Theonino dente Hor. Epiſt. 1, 18, 82. *Vid.* THEON. Circumſcalpti dentes, dolore liberantur Plin. 20, 5. Circumſcarificare dentem Idem 30, 3. Citare, *vid.* Dentem eximere. Colluere Plin. 21, 31. Concutiendus eſt dens, donec bene moueatur Celſ. 7, 12. Conficiunt dentes cibum Cic. de N. D. 2, 134. Confirmat dentes inula a ieiunis commanducata Plin. 20, 5. Confirmantur dentes oſſibus pernarum combuſtis Idem 28, 11. Confringitur dens ſub forcipe Celſ. 7, 2. Dens corruptus, aut fractus Idem 6, 13. Dentes crepuere retecti Perſ. 3, 101. *i. Labris diductis aperti, cum ſtridore ſonuerunt.* Decidunt dentes anno ſeptimo, aliique ſufficiuntur Plin. 7, 16. *et* 30. *et* 11, 37. Defricare, *vid.* Pumicare dentem. Denigrare dentes Plin. 32, 7. Deficiunt multo primum in aliquibus dentes Idem 7, 16. Defluunt dentes Id. 7, 16. Dentes digerunt cibum Plin. 11, 37. Direxit ad inguina dentes Ouid. Met. 8, 400. *de apro Calidonio, et Ancaeo, qui cum ipſo congrediebatur.* Dentes diuidunt eſcas morſu Cic. de N. D. 2, 134. Dolentes dentes Scribon. 6. Dolet dens Celſ. 6, 9. Edit breuiorem dentem longior radix, *vid.* Duriores oſſe, *etc.* Emaculare exotico puluere Apul. Apol. p. 278, 4. Eroduntur dentes Plin. 31, 9. Eroſi dentes Idem 24, 10. Eruere dentes Id. 28, 8. Euellitur dens, *vid.* Dens mouet dolores, *et* Dens naſcitur. Plin. 30, 3 Hanc autem vel inueteratam cum cera celerrime dentes Euellere tradunt. Exacuit dentes ſus Virg. Georg. 3, 255. Excidit dens, *vid.* Dentem eximere, *et* Dens naſcitur. Excipere dentem manu vel forcipe Celſ. 7, 12. Excipere dentem manu Idem 7, 12. Excuſſi dentes Iuuenal. 16, 10. Celſ. 6, 9 Si vero Exeſus eſt dens, feſtinare ad eximendum eum, niſi res coëgit, non eſt neceſſe. *Add.* 7, 12. Eximere dentem Celſ. 6, 9. *it.* 7, 12. Extrahit dentes ſine vexatione radius paſtinacae Plin. 32, 7. Extrahit dentes caſuros amurca Idem 23, 3. *ad fin.* Facit origanum dentibus candorem Idem 20, 17. Facit dentes candidos Scribon. 60. Fatigare dentem in dente, *eſt Comprimendo dentes atterere* Ouid. Met. 8, 825. Idem Met. 3, 84 Vulnera dat ferro, figitque in acumine dentes. Findere dentem, *vid.* Dentem eximere. Firmat dentes commanducata lapathi radix Plin. 20, 21. *ad fin.* Fouere dentem Celſ. 6, 9. Frangit dentes et extrahit cedria Plin. 24, 5. Fricare dentes melle Idem 30, 4. Ouid. de Arte Am. 3, 197 Quid ſi praecipiam ne Fuſcet inertia dentes? Gignuntur dentes Plin. 37, 39. Haerent bene dentes Celſ. 7, 12. Hebetare dentem Sil. 8, . . Illidere dentes labellis Lucret. 4, 1073. Increſcunt dentes Celſ. 8, 1. Infricare dentes cinere cornus ceruini Plin. 28, 11. Celſ. 6, 9 *de doloris dentium curatione*, Cibo quoque primo abſtinendum, deinde eo modico molliique vtendum, ne mandentis dentes Irritet. Iuuat dentes integros illitus cinis vermium terrenorum Plin. 30, 3. Omnes dentes Labefecit mihi Ter. Adelph. 2, 2, 37. Labant dentes Celſ. 7, 12. Laceſſitus cruento dente, *i. Conuiciis, et ignominioſis verbis laceſſitus* Hor. Epiſt. 2, 1, 150. Laniare dentibus aliquid Virg. Georg. 3, 514. Lauare dentes Catul. 39, 14. Limare Celſ. 6, 12. Limandus dens eſt, ſi ſit acutior Idem 6, 12. Liuent rubigine dentes Ouid. Met. 2, 776. Mandere aliquid ſacuo dente Idem Met. 15, 72. Mederi dentibus Plin. 23, 6. *Sic* 30, 3. Morderi inuido dente Hor. Od. 4, 3, 16. Mouentur dentes modo propter radicum imbecillitatem, modo propter gingiuarum marceſcentium vitium Celſ. 7, 12. Mouet dolores dens Idem 7, 12. Moti dentes Scribon. 58. Plin. 11, 37 Timarchus Nicoclis filius Paphii, duos ordines habuit maxillarum. Frater eius non Mutauit primores, ideoque praetriuit. Mutantur dentes homini Idem 11, 37. Naſcitur dens Celſ. 7, 12. Plin. 11, 37. Nituntur dentes radicibus Celſ. 8, 1. Nocet dentibus et gingiuis braſſica Plin. 20, 9. Celſ. 2, 1 Maximeque caninis dentibus

bus orientibus male habent. Perfricare dentes Ouid. de Arte Am. 3, 216. Petere dente, *h. e. Inuadere, vel Ferire* Hor. Sat. 2, 1, 52. Petere aliquem atro dente Idem Epod. 6, 15. *h. e. Maledico et obtrectatorio ſermone.* Praeconia virtutum tuarum preſſo dente perſtringo Symmach. Ep. 10, 1. Praeterere dentes Plin. 11, 37. Prodeſt dentibus Plin. 20, 9. Pumicare dentes atque ruſſam gingiuam *Catullo tribuit* Apul. Apol. p. 277, 10. *Sed ille locus hodie ſic editur ſine varietate,*

Nunc Celtiber in Celtiberia terra
Quod quisque minxit, hoc ſolet ſibi mane
Dentem atque ruſſam defricare gingiuam,
Vt quo iſte veſter expolitior dens eſt,
Hoc te amplius bibiſſe praedicet lotI.

Interim Pumicatos dentes *ex* Hieronymo *laudat ad* Apul. l. c. *Elmenhorſtius.* Putreſcunt dentes Plin. 31, 9. Recreſcunt dentes Id. 11, 37. Remedium dentium eſt, corticis platani in aceto decoctum Plin. 24, 8. Remedio dentibus ſunt, panacum radix, *etc.* Idem 25, 13. Reſtringere, *vid. Sc. Gentil. ad* Apul. Apol. p. 51. *et Barth. ad* Claud. p. 161. Reficere dentes Celſ. 6, 15. Renaſcuntur dentes Plin. 11, 37. Ridere albis dentibus Plaut. Epid. 3, 3, 48. Quid dentem dente iuuabit Rodere, carne opus eſt, ſi ſatur eſſe velis Martial. 13, 2. Rubeſcunt ſenecta dentes Plin. 11, 37. Idem 25, 13 Radix in dolore commanducata diutius, Rumpit dentes. Salierunt excuſſi cuſpide dentes Stat. Theb. 9, 132. Sanat dentes radix anemonae commanducata Plin. 21, 23. Scalpere dentes penna vulturis Idem 30, 4. Scarificare dentes Id. 28, 11. Seruare dentem, *etc.* Soluere dentem, *vid.* Dentem eximere. Stridere dentibus Celſ. 2, 6. Stupere, *vid.* Stupeo. Triplici ſtant ordine dentes Ouid. Met. 3, 34. *de ſerpente Cadmaeo.* Subit dens, *vid.* Duriores oſſe dentes ſunt. Hor. Sat. 2, 6, 87 Cupiens varia faſtidia coena Vincere tangentis male ſingula dente ſuperbo. Candorem Trahunt dentes quodam medicamine Plin. 7, 16. Vinciendi ſunt dentes auro Celſ. 7, 12. ¶ 4 *Metaphoras habet varias, quoties in vario inſtrumenta aliquid dicere volunt, quod prehendat, teneat, diſcriminet. Sic de pectine* Claudian. de nupt. Hon. 102 Haec morſu numeroſi dentis eburno Multifidum diſcrimen arat. *Vid. Burm. ad Petron.* p. 62. *De ſerra* Ouid. Met. 8, 245 Ferroque incidit acuto Perpetuos dentes, et ferrae reperit vſum, *de Perdice puero.* Dens *pro Claui, quod in clauibus fere ſemper inſint velut dentes* Tibullus 1, 2, 18 Seu reſerat fixo dente puella fores. *Vbi Broukhuſ.* Germanicus in Arateo carmine, Qualis ferrato ſubigens clauicula dente Succutit, et foribus redducit vincula clauſtri. *Conf. Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 928. Virg. Aen. 6, 3 Tum dente tenaci Ancora fundabat naues. *Vid.* Non. 6, 77. Vertebratus Plin. 34, 8 ſ. 19. *de articulo in pede cerui aenei.* Columel. 2, 4 Nam vel reſpuitur duritia ſoli dens Aratri. Ouid. Amor. 3, 10, 4 Et veterem Curuo dente reuellit humum. Durus dens vomeris Virg. Georg. 1, 262. Dens, *i.* Acumen. Seruius. Lucan. 7, 859 Pluraque ruricolis feriuntur dentibus oſſa. Vncus dens, *Ligo incuruus* Virg. Georg. 423. Dentem Saturni *pro Falce poſuit* Idem Georg. 2, 406 Et curuo Saturni dente relictam Perſequitur vitem attondens, fingitque putando.

DENTICVLVS, i. m. Dimin. Apul. Apol. p. 278, 10 Quae, malum, ratio eſt, linguam mundam et lotam, vocem contra ſpurcam et tetram poſſidere? viperae ritu, niueo denticulo atrum venenum inſpirare? ¶ 2 *Metaph. in architectura.* Si Doricis epiſtyliis in coronis denticuli ſculpentur Vitr. 1, 2. *Add.* Id. 3, 3. *et* 4, 6.

DENTIO, īre. Verbum neutr. [ὀδοντοφυῶ, ὀδοντιάζω] *Emittere dentes.* Plin. 30, 3 Cinis eorum pueros tarde dentientes adiuuat cum melle. *Et* 21, 20. Gingiuae dentientes Celſ. 2, 1. Dentire dentes *dicuntur a* Plauto Mill. 1, 1, 34. *quum inuicem atteruntur et concutiuntur fame. Vt enim* pueri *dicuntur* dentire, *cum eis primum oriuntur: ſic quibus ceſſant a terendo cibo, quia non deteruntur, grandeſcere videntur, atque* dentire *populari ioco dicuntur: ita Turneb. Sed Scal. ſtridorem dentium interpretatur, et huc trahit locum* Varronis *laudatum* Non. 2, 28 *quem ita emendat,* Teges ruina, ne iacentem ſub deo Ambeſſet algus dentientem frigore.

DENTITIO, ōnis. f. [ὀδοντοφυΐα] *Dentium emiſſio.* Plin. 28, 19 Infantibus nihil butyro vtilius per ſe et cum melle, priuatim et in dentitione, et ad gingiuas, et ad oris vlcera. Idem 30, 15 Ad dentitionem cerebrum pecoris vtiliſſimum eſt.

DENTATVS, a, um. Adi. [ὀδοντωμένος] *Qui habet dentes.* Martial. 1, 73 Sic dentata ſibi videtur Aegle Emtis oſſibus Indicoque cornu. Cornua biſulcis dentata forcipibus Plin. 11, 28. *de grandiorum ſcarabaeorum cornibus. Dente politus, laeuigatus: Sic* Cic Q. Fratr. 2, 15 dentatam chartam *dixit, vt recte interpretatus Manutius eſt. Male enim de acerba et mordace ſcriptura Eraſmus interpretatur.* Petron. c. 18 Capillos ab aure deſcendentes Dentata manu duxit. *i. Manu digitis explicata, vt formaret pectinem.* Male dentata puella Ouid. de Rem. Am. 1, 340. *Qui magnos habet dentes.* Plaut. Pſeud. 4, 4, 3 Non ego te ad illum duco Dentatum virum. *Hinc* Edentatus, *Cui dentes ſunt euulſi.* Macrob. Saturn. 7, 13 Edentatae belluae morſus. *Similiter* Edentulus, *Qui dentibus caret.* ¶ 2 Dentatus, Cognomen M' Curii, *vt ſcribit* Plin. 7, 16 Quod cum dentibus natus fuerit.

DENTICVLĀTVS, a, um. Adi. [ὀδοντωτὸς] *In formam dentium factus.* Plin. 9, 31 Praeterea bina brachia denticulatis forcipibus. Denticulatae aſperitatis venter terreſtribus quibusdam animalibus Plin. 11, 37. Denticulatae falces Columel. 2, 21. Plin. 26, 15 Item ophrys herba, denticulato Oleri ſimilis.

DENTŌSVS, a, um. Adi. *Idem.* Ouid. Faſt. 6, 229 Dentoſa crinem depectere buxo, *i. pectine buxeo.*

DENTALE, lis. n. [γύης] Lignum, ad quod vomer includitur, *inquit* Seruius: quod et dens a Varrone dicitur. Virg. Georg. 1, 172 Binae aures duplici aptantur dentalia dorſo. Columel. 2, 2 Cenſet exiguis Vomeribus et dentalibus terram ſubigere, quo minoris formae bubus adminiſtrari id poſſit.

DENTARIVS, a, um. Adi. Gloſſ. Gr. Lat. ὀδοντάγρα, forfex dentaria. Herba dentaria Apul. de Herb. c. 4 *et* 8.

DENTARPAGAS, Quas Graeci ὀδοντάγρας vocant, Latine voluit appellari Varro Quinquatribus, Hic bipenſile forcipem dentarpage Nonius 2, 237.

DENTIDVCVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Tard. 2, 4, 48 Eraſiſtratus plumbeum, inquit, odontagogum, quod nos dentiducum dicere poterimus, apud Delphos in Apollinis templo oſtentationis cauſa propoſitum, quo demonſtratur, eos Dentes oportere auferri, qui ſint faciles, vel mobilitate laxati, vel quibus ſufficiat plumbei ferramenti conamen ad ſummum.

DENTIFRICIVM, ii. n. [ὀδοντότριμμα] *Medicamentum, quo dentes fricantur, vt ſiant candidi.* Plin. 28, 11 *de talo bibulo,* Eiusdem cinis cum myrrha dentifricium eſt. Martial. 14, 56 *Lemma eſt* Dentifricium, *illud alloquitur anum falſos dentes habentem,* Quid mecum eſt tibi? me puella ſumat, Emtos non ſoleo polire dentes. *Locus claſſicus eſt* Apul. Apol. p. 276, 39 *vbi eſt* epiſtolium de dentifricio — ad quendam Calpurnianum — *qui petierat* aliquid terſui dentium

Miſi, vt petiſti, mundicinas dentium
Nitelas oris ex Arabicis frugibus
Tenuem, candificum, nobilem puluiſculum,
Complanatorem tumidulae gingiuulae,
Conuerritorem pridianae reliquiae;
Ne qua viſatur tetra labes ſordium,
Reſtrictis forte ſi labellis riſeris.

Add. Scribon. 59. *Keuchen. ad* Sammonic. 239.

DENTIFRANGIBVLVM, i. n. [ὀδοντόκλαστης] *Quo dentes franguntur.* Plaut. Bacchid. 4, 2, 14 Ita dentifrangibula haec meis manibus geſtiunt. *Sic vocat pugnos ſuos. Mox ad hunc alter,* ſ. 23 Vale dentifrangibule.

DENTILEGVS, i. m. *Vid.* Dentiloquus.

DENTILŎQVVS, i. m. [ὀδοντολόγος] Plaut. Capt. 4, 2, 18 Dentiloquos omnes mortales faciam, quemque offendero. *i. Dentes loquentes faciam, hoc eſt, ex ore emittentes, verborum loco: quia illis adeo dentes concutiam, vt ſuis ſedibus eiectos exſpuant. Aliqui codices habent* Dentilegos, *i. Dentes legentes; vt Sacrilegos, Sacra legentes.*

DENTISCALPIVM, ii. n. [ὀδοντοξέστης, ὀδοντογλυφεῖον] *Quo dentes ſcalpuntur et mundantur* Martial. 14, 22. Idem 7, 52 Biſſenos triplices, et dentiſcalpia ſeptem.

DENSVS, a, um. Adi. [ἀθρόος, δασὺς, πυκνὸς, συχνὸς] *Spiſſus, ſi audimus* Varron. de L. L. 4, 23 p. 29, 17 a dentibus pectinis, quibus feritur *veſtimentum.* Plin. 10, 69 Liquidius audiunt talpae obrutae terra, tam denſo atque ſurdo naturae elemento. Virg. Georg. 2, 227 Denſa magis Cereri, rariſſima quaeque Lyaeo. *ſubintel.* Terra. Aer denſus Hor. Od. 2, 7, 14. Agmen denſum agere Virg. Aen. 5, 834. Amores, id eſt, Crebri Idem Georg. 4, 347. Seruius. Amplexus Valer. Argon. 4, 325. Aquilo denſus *dicitur, quod nubes condenſet* Virg. Georg. 3, 196 Qualis Hyperboreis Aquilo quum denſus ab oris Incubuit. Armis denſis circumfundi Idem Aen. 2, 383. Armis denſis incurrere Id. Aen. 2, 409. Aſperitas denſi frigoris Ouid. Faſt. 4, 87. Auſtris denſis nigerrimus imber Virg. Aen. 5, 696. Ouid. de Arte Am. 3, 691 Nec denſum foliis Buxum, fragilesque myricae, Nec tenues cytiſi, cultaque pinus abeſt. Caligo denſa Virg. Aen. 12, 466. Caput denſum caeſarie Ouid. Amor. 3, 1, 32. Caelum, *i. aër craſſus et nebuloſus* Celſ. praef. 1. Chaos Sen. Herc. ſ. 10. Cohortes Claud. Paneg. 1, 86. Corpora denſiſſima duris ſetis Ouid. Met. 13, 846. *de Polyphemo.* Ficus denſiſſima pomis Idem Faſt. 2, 253. Plin. 12, 7 Foliis paruis, denſisque cyperi modo. Fremitu denſo circumſtare aliquem Virg. Georg. 4, 216. Frondes Virg. Ecl. 9, 61. Frutices Ouid. Met. 1, 122. Funale denſum lampadibus Idem Met. 12, 247. Hoſtis Id. ex Ponto 3, 9, 4. In hoſtes denſos fertur Virg. Aen. 2, 511. Ictibus denſis pulſare aliquem Idem Aen. 5, 459. Imber Id. Georg. 1, 334. Iuba denſa Id. ib. 3, 86. Labor denſus, *i. Perpetuus, continuus* Valer. Argon. 5, 168. Lacus denſus nube Claud. *de Aponi balneis* 49, 31. Loca denſa nemoris Sen. Hippol. 4, . . Loca ſiluestribus ſepibus denſa Cic. de N. D. 1, . . Lucus iuncis Ouid. Faſt. 6, 411. Luna imbribus Valer. Argon. 2, 367. Malorum denſorum turba Ouid. Triſt. 5, 6, 41. Virg. Aen. 10, 178. Mille rapit denſos acie. Rapit, id eſt, Raptim ducit Mille denſos acie, hoc eſt, in acie conſtrictos et coniunctos. Seruius. Nebula Liu. 26, . . Ouid. Met. 11, . . Nemus trabibus Idem Met. 14, 360. Nimbi Idem ibid. 1, 269. Nox Id. ibid. 15, 31. Ouid. Met. 11, 572 Denſis texit ſub Nubibus ora. Nubila Virg. Aen. 6, 592. Pecudes Stat. Theb. 5, 175. Pericula Ouid. ex Ponto 4, 7, 15. Pingue Virg. Georg. 3, 124. Pingue *Subſtantiuum eſt.* Plagis denſis extricata ceria Hor. Od. 3, 5, 31. Sentes Virg. Aen. 9, 382. Series denſior geſtorum Claud. Paneg. 1, 138. Virg. Georg. 3, 308 Denſior hinc Soboles, hinc largi copia lactis. Binos enim, *inquit* Seruius, capellae plerumque pariunt. Sues denſae, Quae denſas fetas habent. Columel. praefat. 1. Nec eundem glabrae ſues, denſaeque caeli ſtatum, nec eandem educationem, cultumue quaerunt. *Sic* 7, 9. Silua denſa et aſpera Cic. Att. 12, 16, (15). *Sic,* denſiſſimae ſepes Caeſ. B. G. 2, 22. Siluae denſiores Idem B. G. 3, 29. Tela denſiſſima Virg. Aen. 9, 555. Tellus denſior aëre Ouid. Met. 1, 29. Tenebrae denſae Sil. 12, . . *vid.* Vmbra. Denſa et glutinoſa terra in Aſia et Myſia Columel. praefat. 1, . . Denſis terroribus aulam Fama quatit Claud. in Eutrop. 2, 462. Trabibus denſis vmbroſa templa Ouid. Met. 11, 360. Turba Sen. Herc. 9. Virg. Georg. 1, 352 Denſaeque in montibus Vmbrae. Quia, *inquit* Seruius, arbores tunc incipiunt frondeſcere Ouid. ex Ponto 1, 9. Vortices Idem Faſt. 6, 502. Conuictor, denſoque domeſticus vſu Id. ex Ponto 4, 3, 15. Vulgus denſum humeris, *i. Arcte conſtrictum, et coactum ob magnam frequentiam* Hor. Od. 2, 13.

DENSO. Adu. [πυκνῶς] *Forte dixerunt veteres. Certe Comparatiuo vſus* Cic. Orat. 7 c. 2 Non enim quaero, quis fuerit, ſed quid ſit illud, quo nihil poſſit eſſe praeſtantius: quod in perpetuitate dicendi non ſaepe, atque haud ſcio an nunquam, in aliqua autem parte eluceat aliquando, idem apud alios denſius, apud alios fortaſſe rarius. *Si quis tamen malit Adiectiua eſſe, non facile fuerit illum erroris conuincere.*

DENSEO, ēre. *et* DENSO, āre. [πυκνόω, καταπυκνόω, πυκάζω] *Denſum ac ſpiſſum facere.* Denſare *ac* Denſere, *dictum, paſſim monent veteres Grammatici.* Chariſ. 3 p. 233 *pr.* Denſeo, Denſi *(in Praeterito)* Priſcian. 8 p. 837 *fin.* Denſo Denſas, et Denſeo, Denſes, *etc. Sed cum per primos editores librorum antiquorum fere periiſſet verbum* Denſeo, *certatim illud reſtituerunt viri docti Lambinus ad* Hor. Od. 1, 28, 19 Funera denſentur. *Giphan. in Collectan. ad Lucret. et quos praeterea laudat Drakenb. ad* Sil. 4, 159. *Sed quod Giphanius et Heinſius plane* Denſare *eliminatum videntur velle, nimis calide faciunt. Quanquam fauet* Seru. ad Aen. 7, 794 Denſeo, *inquiens,* Denſes dicimus, aliter non. *Nos iam ponemus exempla, vt in optimis quibusque editionibus hodie leguntur.* Virg. Georg. 1, 419 Et Iupiter humidus Auſtris Denſat, erant quae rara modo, et quae denſa relaxat. *Hic nihil varietatis obſeruat Pierius.* Lucret. 1, 396 Nec tali ratione poteſt denſerier Aër. *Sic optimi quique libri.* Aër denſatus et laxatus Quinctil. 5, 9, 16. *ex* Virg. c. l. Caelum denſetur cantato carmine Ouid. Met. 14, 369. *i. nubilum fit.* Examina ſociata denſent *milites* Sil. 4, 159. Figu-

ras denſare Quinctil. 9, 3, 101. Orationem Id. 11, 3, 164. Haſtilia denſet Virg. Aen. 11, 650. Opus rarum denſei pectine Ouid. Faſt. 3, 820. *de texente.* Denſatus agger Liu. 10, . . Agmina Curt. 5, 3, 23. Totis Agmina denſentur campis, Virg. Aen. 7, 794. Cateruas denſate Idem Aen. 12, 264. Priſcianus *et alii leg.* denſete. Denſatum lutum Cato c. 40, 4. *Sic ante Victor. ſed ab eo eſt* depſto luto. Plin. 25, 11 Frutice quoque maior eſt: defluentem capillum confirmat et denſat. Prud. Cath. 5, 53 Denſetur cuneis turma pedeſtribus. Id. in Symm. 1 *pr.* 21 Denſere foci congeriem. Cuneos denſeri *de acie* Claud. IV. Conſ. Hon. 325. Liu. 30, . . Non tamen ita perculſos vairatosque in aciem accipere, ſed denſatis ordinibus, in cornua, vacuumque circa campum extra praelium eiicere. *Add.* Curt. 6, 1, 6. Liu. 28, 2 Subſidunt Hiſpani aduerſus emiſſa tela ab hoſte: inde ad emittenda ipſi conſurgunt, quae quum conferti, vt ſolent, denſatis excepiſſent ſcutis, tum pes cum pede collatus, et gladiis geri res coepta eſt. Aut eques aut niuei loca denſauere tribuni Calpurn. Ecl. 7, 29. *Heinſ. malit* Denſa habuere. *Sed ille nimis odiſſe videtur primam huius verbi coniugationem.* Tenebrae denſantur nocte obducta Virg. Georg. 1, 248. *al.* denſentur. *Comp.* Macrob. Saturn. 7, 12 Faciliora enim ad coëundum videntur, quae laeuigatiora denſatioraque ſunt. *Sed Gron.* Denſiora. Plin. 20, 14 Ipſa aceſcere, aut coire, Denſerique lac non patitur. *De menta loquitur.*

DENSATIO, ōnis. f. [πύκνωσις] Plin. 31, 7 Prima denſatio, Babylone in bitumen liquidum cogitur.

DENSATOR, ōris. m. *apud* Statium. . .

DENSABILIS, e. Adi. *Denſans, ſtringens.* Cael. Aurel. Acut. 2, 8, 36 Abſinthium denſabile. *et* 3, 3, 22 Vaporatio denſabilis. Apul. de Herb. . . . Herba virtutis denſabilis.

DENSATIVVS, a, um. *Idem.* Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 37 Denſatiuae virtutis eſſe.

DENSESCO, ĕre. Vicinum doluit tenebris denſeſcere ſolem Paull. Petrocor. de Vita Martini 6, 234.

DENSĬTAS, ātis. f. [πυκνότης] Plin. 11, 3 Quamuis arcente ſpiritum denſitate et altitudine humoris. Spiſſa Id. 9, 45. Auri Gell. 2, 6. Coire in denſitatem, *vid.* COEO. Frigida lauacra corpus in denſitatem cogunt C. Aurelian. Tard. 5, 134.

DENSE. Adu. [πυκνῶς] Plin. 16, 37 *de ſalice loquens*, Caeſaeque denſius innumero herede prolint. Denſe vinum detrahere C. Aurel. Ac. 2, 37, 214. Ouid. ex Ponto 1, 9, 11 Nulla tamen ſubeunt mihi tempora denſius iſtis. *h. e. Frequentius.* Bene et quam denſiſſime calcatum Vitr. 5 c. vlt.

DENTALE, DENTATVS, DENTICVLATVS, *vid.* DENS.

DENTEX, icis. *Appellatur piſcis, qui a Graecis* συνόδους *dicitur*, in cuius cerebro inuenitur gemma, quae ſynodontitis vocatur Plin. 37, 10 ſ. 67 *Naturam eius vide apud Aelian.* 11, 40. Dentices piſces *memorat* Colum. 8, 16, 8. *it.* Apic. 4, 6. *Alii dicunt* DENTRIX, Piſcis, pro multitudine et granditate dentium dictus Iſid. 12, 6, 2.

DENVBO, pſi, ptum, ĕre. [γαμέω, συνοικέω] *Coniungi matrimonio.* Apuleius Apol. 319 At tu dum eam putas etiam nunc claro fratri denuptam falſa ſpe inductus, filioque eius Pontano auctor aſſentiendi fuiſti. Columel. 10, 158 Semina depoſitis cupient denubere plantis. *Alii codices habent* Se nubere. Denubere in familiam *alicuius filia dicitur* Tacit. Ann. 6, 27, 1. Sueton. in Neron. c. 29 Cui etiam ſicut ipſi Sporus, ita ipſe denupſit. *Add.* Tac. Ann. 15, 37, 4. Apul. Met. 5 p. 166.

DENVDO, āre. [ἀπογυμνόω] *Idem, aut paullo plus, quam Nudare.* Plin. 11, 22 Vt denudet feminas veſtis bombycina. Varro de R. R. 1, 41 Et eum ſic exacuendum, vt non denudes medullam. Sen. Thyeſt. ſ. 8 Denudat *(intell. carne)* Artus durus, atque oſſa amputat. Cic. Verr. 5, 32 c. 13 Ne exercitetur Verres, ne denudetur a pectore, ne cicatrices Populus Rom. adſpiciat. *Add.* Liu. 45, 39. Cic. Fam. 12, 15 Vaſtata prouincia, correptis vectigalibus, praecipue ciuibus Rom. omnibus crudeliſſime denudatis ac diuenditis. Spoliare atque denudare ſcientiam iuris ciuilis ornatu Idem de Orat. 1, 235 c. 55.

DENVDATIO, ōnis. f. Γύμνωσις Gloſſ.

DENVDATOR, ōris. m. Γυμνωτής Gloſſ.

DENVMERO, as. *Vid.* DINVMERO.

DENVNDINO, āre. *i. notum omnibus facere.* Gloſſ. Iſidor.

DENVNTIO, āre. [παραγγέλλω] *Futurum aliquid nuntiare, et cum auctoritate quadam, certe aſſeueratione, praedicere.* Cic. de Senect. 18, c. 6 Aut Senatui quae ſunt gerenda praeſcribo, et quomodo Carthagini male diu cogitanti bellum inferatur multo ante denuntio. Idem in Verr. Diuinat. 25 c. 8. . . Huic ego homini iam ante Denuntio, ſi a me cauſam hanc vos agi volueritis, rationem illi defendendi totam eſſe mutandam. *Et* Philipp. 6, 5 Teſtificor, Denuntio, ante praedico, nihil M. Antonium eorum, quae ſunt legatis mandata, facturum. Cic. pro Milon. 53 Mortem ab illo denuntiatam palam Miloni et praedicatam. Denuntiare periculum, *aut* peſtem Idem pro Milon. 3. Plin. 13, 22. *Add.* Cic. Att. 2, 20. Idem Philipp. 14, 8 Omnibus, quanquam ruit ipſe ſuis cladibus, peſtem, vaſtitatem, cruciatum, tormenta denuntiat. *Add.* Id. Att. 2, 23. Sol caeruleus pluuiam denuntiat Virg. Georg. 1, 453. Horam nigram denuntiat Perſephone, *i. Tempus adeſt mortis* Tibull. 3, 5, 5. Iras triſtes denuntiare Virg. Aen. 3, 366. Neceſſitatem vltimam Tacit. Ann. 15, . . Cic. Fam. 4, 3 Multo enim ante tanquam ex aliqua ſpecula proſpexi tempeſtatem futuram: neque id ſolum mea ſponte, ſed multo etiam magis monente et denuntiante te. Idem Tuſc. 1, 118 Nos vero, ſi quid tale acciderit, vt a Deo denuntiatum videatur, vt exeamus e vita, laeti, et gratias agentes pareamus. *Et* pro Quintio 54 An quum Romae domus eius, vxor, liberi ſint, domum potius denuntiem? Denuntiauit vt adeſſet Cic. Verr. 5, . . Idem pro Caecina 95 Poſtea cur Ebuci de iſto potius fundo, quam de alio (ſi quem habes) Caecinae denuntiabas, Si Caecina non poſſidebat: *Et* pro Roſc. Com. 26 Quod temere commiſiſti, In iudicium vt denuntiaret, rogaſti vt ignoſceret. Propert. 4, 3 Illa dies hornis Caedem denuntiat agnis. Cic. pro Domo 13 Vt equitibus Romanis mortem proſcriptionemque minitarentur, me terrerent, mihi caedem et Dimicationem denuntiarent. Idem pro Sextio 40 Nec mihi Iudicium populi, nec legitimam aliquam contentionem, nec diſceptationem, aut cauſae dictionem, ſed vim, arma, exercitus, imperatores, caſtra denuntiabat. *Et* Verr. 1, . . . Non putaſti me tuis familiariſſimis Teſtimonia denuntiaturum, qui tuae domi ſaepe fuiſſent, ex quibus quaererem, ſignane ſcirent fuiſſe quae non eſſent? *i. poſtulaturum, vt teſtimonium perhibeant.* *Conf.* pro S. Roſc. Am. 110 c. 38. Teſtibus denuntiare Plin. Ep. 6, 5, 2. *int. teſtimonium.* *Sic* Teſti lege denuntiare Quinctil. 5, 7, 9 *et* 15. Fab. lib. 5, 7 Duo ſunt genera teſtium? aut voluntariorum, aut eorum, quibus iudex in publicis iudiciis lege denuntiare ſolet. quorum altero vtraque pars vtitur: alterum accuſatoribus tantum conceſſum eſt. ¶ 2 *Abſolute, pro Minari poſuiſſe videtur* Cic. Att. 2, 21 *de Clodio loquens*, Volitat, furit, nihil habet certi, multis denuntiat. Denuntiare *eleganter etiam eſt Arceſſere, iubere, rogare praeſto eſſe, vti Graecis* παραγγέλλειν, *monente Giſanio, accipitur.* *Sic* Cic. Fam. 11, 2 Denuntiare veteranis, *eſt Eos accire in vrbem.* *Adde* 5, 11. 13, 77. *et* Att. 2, 22 (23). *Brouckh. ad* Tibull. 3, 5, 5.

DENVNTIANS, antis. Partic. [παραγγέλλων] Cic. Fam. 4, 3 Neque id ſolum mea ſponte, ſed multo etiam magis monente et denuntiante te.

DENVNTIATVS, a, um. Partic. [παρηγγελμένος] Cic. Off. 1, 36 c. 11 Nullum bellum eſſe iuſtum, niſi quod denuntiatum ante ſit, et indictum. Poſt denuntiatum terminum Sidon. Ep. 9, 1. *Conf.* Tertull. de Bapt. c. 16.

DENVNTIATIO, ōnis. f. [παραγγελία] *Praedictio.* Quinctil. 4, 5, 5 Si re non ante propoſita ſecurum, ac nulla denuntiatione in ſe conuerſum *(iudicem)* intrarit oratio. Cic. de Diuin. 2, 54 c. 25 Quae eſt enim iſta a diis profecta ſignificatio, et quaſi denuntiatio calamitatum? *Minae.* Cic. Att. 4, . . Denuntiationem illam Memmii valde Caeſari diſplicere. Liu. 38, 14 Hac denuntiatione conterritus, *etc.* Plin. Epiſt. 6, 8, 9 Quanquam quid denuntiationibus et quaſi minis ago? Armorum denuntiatione terrere Liu. 45, 3. Belli denuntiatio Cic. Philipp. 6, 4 c. 2. Idem pro Flacc. 14 Adiunxit ille, vt eos, qui domo exire nolebant, teſtimonii denuntiatione terreret: qui domi ſtare non poterant, largo et liberali viatico commoueret. Quietis denuntiatio Vell. 2, 70. *i. inſomnium, quo monemur.*

DENVNTIĀTĪVVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Tard. 2, 4 Denuntiatiuo motu.

DENVNTIATOR, ōris. m. Vet. Gloſſ. Denuntiator, παραγγελεύς, *et* Vetus Inſcript. *apud* Grut. p. 254 num. 4 DENVNCIATORES PVTEOLANI.

DENVO. Adu. [ἐξ ὑπαρχῆς] *Id eſt, Rurſus, de integro.* Liu. 10, 31 Fabius in Hetruria rebellante denuo, quatuor millia et quingentos Peruſinorum occidit. Recitare Cic. Verr. 3 (1) c. 14. Etiam denuo? Plaut. Amph. 1, 1, 238. Idem Moſtel. 1, 2, 36 Donicum parietes ruunt, aedificantur aedes totae denuo.

DENVS, a, um: DENI, denae, dena. [δέκα] *Numerus diſtributiuus, pro Decem.* Singulos deni armigeri ſequebantur Curt. 6, 8, 19. Plin. 10, 63 Viuunt Laconici annis denis. Cic. Verr. 2, . . Pueri annorum ſenûm, ſeptenumque denûm. Bis dena, *Viginti* Plin. 2, 7. Virg. Aen. 11, 326. Ter denae naues Idem Aen. 10, 213. *i. Triginta, pro ter decem.* Caeſ. B. G. 5, 14 Vxores habent deni, duodenique inter ſe communes. *de Britannis loquitur.* Deni creabantur Cic. de Legib. 3, . .

DENYMPHALIS, e. Adi. Denymphales feriae Papias, *i. quibus non licebat aquam inducere in agros. Miror, ſi ſolus Papias ſeruauit has ferias: quid ſi* Denicales *hic latent?*

D E O

DEO. [Δηώ] *Ceres inter alia cognomina a Graecis appellatur. Hinc*

DEŌIS, Proſerpina *cognominata eſt forma patronymica.* Ouid. Met. 6, 114 Mnemoſynen paſtor, varius Deoida ſerpens. Virgineas inter choreas Deoida raptam Auſon. Epiſt. 4, 48. *Male Cael. Rhodig.* 26, 20 *legit* Theoida.

DEOCCO, āre. [βωλοκοπέω] *Idem quod Occare.* Plin. 18, 15 Vicia non ſarritur, non ſtercoratur, nec aliud quam deoccatur.

DEOCCATIO, ōnis. f. *Idem quod Occatio, apud* Columellam *eſſe dicitur.*

DEONĔRO, āre. [ἀποφορτίζω] *Contrarium ſuo ſimplici, eſt Onus deponere.* Cic. Verr. Diuin. 46 c. 14 Quid quum commiſerari, conqueri, et ex illius inuidia deonerare aliquid, et in te traiicere coeperit? per translationem. Auerſabili foeditate corpus deonerans immunda faex Arnob. 7 p. 249.

DEONERATVS, a, um. Part. Ammian. 24, 6 Validiores naues deoneratas impleuit armatis. *Conf.* Ambroſ. Epiſt. 6, 36.

DEONERATIO, ōnis. f. *Apud* Firmicum. . . .

DEŎPERIO, īre. *pro Aperire.* Ambroſius *dixit* c. 1 de Iſaac et Anima (Tom. 4 f. 213) *ſic et* Celſus 8, 4 Os deoperire.

DEOPTO, āre. Midae Liber Pater deoptandi dedit poteſtatem, vt quidquid vellet, peteret a ſe Hygin. fab. 191.

DEORNO, āre. [ἀποκοσμῶ Gloſſ. Gr. Lat.] *Ornatu ſuo priuare.* Qui deornat animam Cl. Mamert. de Statu An. 3, 1 *ſec. Barth. ad h. l. p. 440. Conf. Id. Adu. 50, 3.*

DEORARE, *pro Perorare nonnulli vſurparunt. Et*

DEORATVM, *pro* Peroratum, *vt teſtatur* Feſtus.

DEORSVM. Adu. [κάτω] *Verſus inferiora: eius contrarium eſt Surſum.* Plaut. Amph. 5, 1, 56 Deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo. Cic. de N. D. 1, 69 Ait atomum quum pondere et grauitate directo deorſum feratur, declinare paullulum. Deorſum cuncta feruntur pondera Lucret. 2, 190. Ter. Adel. 4, 2, 34 Noſtin' porticum apud macellum hanc deorſum? Deorſum ducere ſe de arbore, *pro Deſcendere de arbore, vid.* DVCO. Surſum deorſum curſitare Ter. Eun. 2, 2, 47. Cic. de N. D. 2, 84 Naturis his ex quibus omnia conſtant, ſurſum deorſum, vltro citroque commeantibus, mundi partium coniunctio continetur. In tanta rerum ſurſum ac deorſum euntium verſatione Sen. de Tranqu. An. c. 11. *Conf.* Id. de prouid. c. 5. Terra quatitur et ſurſum ac deorſum mouetur Sen. Q. N. 6, 21. Deorſum verſus ſpectantes Colum. 12, 43. Ter. Adel. 4, 2, 36 Cliuus deorſum verſum eſt, hac te praecipitato. Cato c. 156 Poſtea vbi deorſum verſus ibit. Deorſum *triſſyllabum interdum ponunt Poëtae, vt* Lucret. 2, 202 Quin vacuum per inane deorſum cuncta ferantur. *Interdum diſſyllabum contractis* e *et* o, *vt Idem eodem lib.* 217 Corpora quum deorſum rectum per inane feruntur.

DEORSVS, Apuleius *dixit* Met. 8 p. 207.

DEOSCVĬLOR, āri. Dep. [καταφιλέω] *Vehementer et arcte oſculari.* Sine tuos ocellos deoſculer Plaut. Caſ. 1, 1, 48. Vix reprimo labra, quin te deoſculer Id. ibid. 2, 8, 16. Cupide Scipionis dexteram apprehenderunt ac diu deoſculati Val. Max. 2, 10, 2. Martial. 8, 81 Hos amplectitur, hos deoſculatur. *Alii* Peroſculatur *legunt.*

DEOSCVLATVS, a, um. Part. Gell. 1, 23 Senatus fidem atque ingenium pueri deoſculatus conſultum facit. *Sed legitur* exoſculatur. Apul. Met. 3 p. 390 Quam ego amplexus et deoſculatus prius, *etc.* Idem 2 p. 127 Huius diu manus deoſculatus. Deoſculatus, *Paſſ. Idem* Apul. 2 p. 119 Illa rurſum me deoſculato. *et* p. 121 Ac me preſſim deoſculato.

DEOSCVLATIO, ōnis. f. *Apud* Auguſtin. *et* Hieron. . .

D E P

DEPACISCOR, *ſ.* DEPECISCOR, actus *ſ.* ectus ſum, ſci. [συντίθεμαι] *Pacto litem finire, eoque vel turpi, vel certe duro et moleſto.* Cum creditoribus depeciſcitur Apul. Apol. 322, 26. Cic. de Inuent. 2, 72 c. 24 Quidam Imperator quum ab hoſtibus circumſideretur, neque effugere vllo modo poſſet, depactus eſt cum eo, vt arma et impedimenta relinqueret, milites educeret. Grandi praemio cum altore depacta eſt noctis vnius concubitum Apul. Met. 10 p. 248, 16. Cic. pro Roſc. Amer. 115 c. 39 Non paullum neſcio quid in rem ſuam conuertit, ſed hunc funditus euertit bonis: ipſe tria praedia ſibi depactus eſt, voluntatem Decurionum ac Municipum omnium tantidem, quanti fidem ſuam fecit. *Et* 110 c. 38 Cum illo partem ſuam depaciſci. Iam depeciſci morte cupio Ter. Phorm. 1, 3, 14. *Vbi* Donatus, Depaciſci pactione tranſigere. Cic. Att. 9, 7, Video tibi illud placere, me πολίτευμα de pace ſuſcipere: in quo non extimeſco periculum. quum enim tot impendeant, cur non honeſtiſſimo depaciſci velim? Cic. Verr. 3, 60 c. 24 Equitem Romanum ſcitote biduum cibo tectoque prohibitum: biduum Leontinis in foro cuſtodiis Apronii retentum atque ſeruatum: neque ante dimiſſum, quam ad conditiones eius depactus eſt.

DEPACTVS, a, um. Partic. *a* Depaciſcor *modo habuimus: et a* Depango, *vid.* DEPANGO.

DEPECTVS, a, um. Partic. [συντεθαμένος] *A* Depeciſcor. Vlp. in l. Et generaliter §. 1 D. de Calumniatoribus, Hoc igitur edicto tenetur etiam is, qui depectus eſt. Depectus autem dicitur Turpiter pactus, quod in vniuerſum verum haud eſt: nam et depeciſci honeſte licet. *Quaedam exemplaria legunt* Depactus.

DEPECTIO, ōnis. f. C. Theod. l. 2 t. 10.

DEPECTOR, ōris. m. Apul. Apol. p. 321, 32 Eſt enim omnium litium depector.

DEPALLO, āre. Graecatim depallari magis quam amiciri *quidam legunt* Tertull. de Pall. c. 4. *Sed rectum eſt* depilari, *vt iam dicetur in* DEPALO.

DEPĀLO, āre. *Idem quod Palare, aut Deorſum palis affigere.* Tertull. aduerſ. Hermog. c. 19 *princ.* Incultis primo elementis depalans quodammodo mundum. Idem Apol. c. 16 Ciuitas, quam depalauerat, *i. fundarat, conſtituerat Barbaram notionem, a* Palam *ductam, pro Manifeſtare, refutat Voſſius de Vitiis Serm. 4, 5. Conf. Iunii Not. ad* Tertull. p. 162. *In* Inſcript. *apud* Fabrettum p. 211 Depalare *idem ſignificat, quod* Frontino Delimitare: ITA VT DEPALATVM EST. *Sed quod apud* Tertull. de Pall. 4 *legunt* Graecatim depalari magis quam amiciri. *Salm. reſtituit* depilari *vid.* p. 276.

DEPĀLĀTIO, ōnis. f. Vitruu. 9, 8 *princ.* Horologiorum depalationes. *Diuerſas interpretum ſententias vide in Voſſii Etym. p. 365. et adde* Inſcript. Fabrett. p. 245 HI TERMINI POSITI SVNT AB SCRIBONIANO ET PISONE FRVGI EX DEPALATIONE T. FLAVII VESPASIANI ARBITRI.

DEPĀLĀTOR, ōris. m. *Sic* Tertulliano aduerſ. Marc. 5, 6 Paullus *appellatur* Architectus prudens et depalator diſciplinae diuinae, qui quaſi palis poſitis ſacris definiuit et circumſcripſit in publico.

DEPALMO, āre. [θεναρίζω] *Palma percutere.* Gell. 20, 1 Quemcunque depalmauerat, numerari ſtatim ſecundum XII. tabul. viginti et quinque aſſes iubebat.

DEPANGO, anxi *et* ēgi, ĕre. [καταπήγνυμι] *Plantare, defigere, in terram ponere.* Plin. 16, 26 Sed in hoc quoque prouidens natura facile naſcenti et depacto ſurculo incurioſius ſemen dedit. Columel. 3, 16 Quumque ſat erit medio ſpatio, quod vacat inter vites, per imam lineam depangere.

DEPACTVS, a, um. Part. *A* Depango; *Idem quod Defixus. Vt* Depacta in terram non extrahuntur Plin. 2, 96. Depactus vitae terminus Lucret. 2, 1085. *i. Fixa vitae meta.* Stipes Tibull. 1, 1, 17.

DEPANNIS, e. Adi. Eripuiſti primitus depannibus Pompon. *apud* Non. 8, 42. *i. ſine pannis qui ſunt. Sed* Nonius *diuiſim ſumit* de pannibus, *i. pannis.*

DEPARCVS, a, um. Adi. [φειδωλός] *Pro Immodice parco.* Sueton. in Neron. c. 30 Sordidos putabat eſſe ac deparcos, quibus impenſarum ratio conſtaret. *Conf.* Apul. Apol. p. 290.

DEPARCO, ĕre. *Decerpendo aliunde aliquid colligere.* Solin. c. 10 (Salmaſ. 4) Hoc collectaneum deparcitur, vt ſufficiant vſui, vbi defecerint ſcaturigines. *ita emendat Salmaſ. in* Solin. p. 72.

DEPASCO, pāui, aſtum, ĕre. [νέμω] *Paſcendo abſumere.* Columel. 7, 5, 21 Si haedi roſcidas herbas depauerint. *Vid.* Plin. 8, 25. Cic. de Orat. 2, 284 c. 70 Quum ageretur de agris publicis, et de lege Thoria, et premeretur Lucullus ab iis, qui a pecore eius depaſci Agros publicos dicerent. *Aliter:* Columel. 2, 11 Et ſi depaſcere ſaepius voles, vſque in menſem Maium ſufficit. *Per translationem.* Cic. de Legib. 1, 55 c. 21 Depaſci veterem poſſeſſionem Academiae ab hoc acuto homine non ſinemus. *Loquitur quaſi de prato, aut ſegete, quam alienum pecus depaſcitur.* Cic. de Orat. 2, 96 c. 23 Quod ſi hic noſter Sulpicius faceret, multo eius oratio eſſet preſſior: in qua nunc interdum, vt in herbis ruſtici ſolent dicere, in ſumma vbertate ineſt luxuries quaedam, quae ſtilo depaſcenda eſt. ¶ 2 *Depon.* Belluae depaſcuntur ſata Plin. 9, 3. *Et* 11, 19 Nam et papilio ceras depaſcitur. Febris depaſcitur artus Virg. Georg. 3, 458. Miſeros morſu depaſcitur artus Virg. Aen. 2, 215. Siluas depaſcitur quadrupes Tibul. 4, 1, 128. Lucret. 3, 12 Floriferis vt apes in ſaltibus omnia Libant: Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta.

DEPASTVS, a, um. Partic. [νενεμημένος] Plin. 17, 24 Depaſtam arborem turpi facie relinquunt. *Quo in loco paſſiue accipitur. Add.* Id. 18, 17. *Sed actiue* Frondes depaſtus amaras ſonipes Claud. Paneg. 4, 239. *ſumitur.* Sepes depaſta florem Virg. Ecl. 1, 55. Hypallage eſt, *inquit* Seruius, pro Florem depaſtum habens. Depaſta *igitur hoc loco paſſiuum eſt. Sic* Idem Aen. 5, 92 Libauitque dapes, rurſusque innoxius imo Succeſſit tumulo, et depaſta altaria liquit.

DEPASTIO, ōnis. f. [βόσκη] Plin. 17, 24 Similem rationem et depaſtio animalium habet.

DEPĂVIO, īre. *Idem quod ſimplex Pauio: vnde*

DEPAVĪTVS, a, um. Partic. *Vſus eſt* Solinus c. 2 Parcius depauita leuibus veſtigiis inuiare.

DEPAVPĔRO, āre. [πενητοποιέω] *Pauperem facere, conſumere. Laudatur a Perotto* Varro, Prius quam domum depauperaſſet ſumtu ſuo.

DEPECISCOR, DEPECTVS, *vid.* DEPACISCOR.

DEPECTO, xui, xum, ĕre. [κτενίζω] *Idem quod Pectere.* Crines depectere Ouid. Faſt. 6, 229. *Sed pectendo auferre,* Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres Virg. Georg. 2, 121. Depectere frondium canitiem Plin. 6, 17. *et* 12, 14 Quod in arbore haeſit, ferro depectitur.

DEPEXVS, a, um. Partic. [κτενισθείς] *Vt,* Iubae depexae Ouid. de Arte Am. 1, 630. *de equis.* Depexi crinibus Indi Idem Faſt. 3, 465. Depexum aliquem reddere, *per translationem, pro Inuolare in capillum, et percutere* Ter. Heaut. 5, 1, 77. Nonius 1, 23 Depexum, Laceratum *interpretatur.* Colum. 10, 188 *de lactucae genere,* Punicea depexa coma eſt, ſed lactea crure. Depexa, *vt* Pexus *ad folia prolixa pertinere videtur.*

DEPECVLOR, atus ſum, āri. [κλέπτω τὰ δημόσια, ἀποσυλέω] *A* peculio *deductum verbum, ſignificat proprie Ea, quae ad Rempublicam, ſiue principem, ſiue ſacra pertinent furari.* Cic. de Fin. 3, 32 Nam vt peccatum eſt patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, *etc.* Idem Verr. 4, 37 Apollonium Niconis filium Drepanitatum, qui nunc A. Clodius vocatur, omni argento optime facto ſpoliaſti ac depeculatus es. *Hic de furto priuatae rei dixit. Et* Verr. 4, 79 c. 36 Cur pro iſto, qui laudem honoremque familiae veſtrae depeculatus eſt, pugnas? ¶ 2 *Actiue olim adhibitum ſuadet* Depeculaſſere *infinitum futuri actiui, pro* Depeculaturum eſſe *apud* Non. 2, 218 ex Lucilio. *Sed Mercer.* Depoculaſſere. *Iungitur cum* Deargentaſſere *et* Decalanticare. *Certius eſt, poſitum Paſſiue, a* Caelio *apud* Priſcian. p. 793 Vbi Senatus intellexit populum depeculari, *i.* ἀποσυλᾶσθαι. *Hinc*

DEPECVLATVS, a, um. Partic. *Paſſiue.* Plaut. Epid. 3, 4, 82 Perdam potius, quam ſinam me impune irriſum eſſe habitum, Depeculatum eis.

DEPECVLĀTOR, ōris. m. [κλέπτης] *Huiusmodi Fur.* Cic. Verr. Act. 1, 2. Depeculator aerarii Idem in Piſon. 96. Depeculator Veientanae praedae Val. Max. 5, 3. *de Camillo.*

DEPECVLATVS, ūs. m. A Pecore dicitur: qui enim populum fraudat, peculatus poena tenetur. Feſtus.

DEPELLICVLO, āre. Celſi *eſſe dicitur, pelliculam detrahere: ſicut* Pelliculare *vas ſignificat pellicula inducta obligare.*

DEPELLO, ŭli, ulſum, ĕre. [ἀπελαύνω, ἐξωθέω] *Abigere, prohibere.* Dimoueri, depelli, et deduci de loco Cic. pro Caecina 49. Idem in Catil. 3, 19 Simulacra deorum immortalium depulſa ſunt, et ſtatuae veterum hominum deiectae. *Et* Off. 3, 42 Qui ſtadium, inquit, currit, eniti et contendere debet quam maxime poſſit, vt vincat: ſupplantare eum, quicum certet, aut manu depellere, nullo modo debet. Cic. de Legib. 3, . . . Quid iam de Saturnini ſupplicio reliquisque dicam? quos ne depellere quidem A ſe ſine ferro potuit Respub. Bellum ex Italia depulſum Idem Fam. 6, 6. Id. Agr. 2 c. 10 Vt ex omni cuſtodia veſtrae libertatis, ex omni poteſtate, curatione, patrocinio veſtrorum commodorum Cn. Pompeius depelleretur. Cic. pro Caecin. c. 31 Te iam ex illa ratione eſſe depulſum. *Et ſine praepoſitione:* Dionyſium tota Sicilia depulit Nep. 20, 2, 2. Aliud ab alio depelli Cic. de Fato 20. Aliquem vi, ferro, periculis, vrbe, omnibusque patriae praeſidiis depellere Idem de Aruſp. Reſp. 58. *Et cum Datiuo* Cic. poſt red. in Sen. c. 8 Qui primus poſt meum diſceſſum metum bonis, ſpem audacibus, timorem huic ordini, ſeruitutem depulit ciuitati. Idem pro Caecina 22 Hoc opinor optaret, vt a quo loco depulſus eſſet, in eum ſe fortuna reſtitueret. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 14 Me quem paullo ante fortuna erexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem, populus tribuit honorem: eundem Tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatem. Tacit. Ann. 4, 11 Mihi tradendi, arguendique rumoris cauſa fuit, vt claro ſub exemplo falſas auditiones depellerem. Cic. de Diuin. 2, 57 Depulſo enim de pectore et in omne corpus diuiſo et mitificato Cibo, cantus edere quiete ſatiatos. *De gallis gallinaceis loquitur. Add.* de N. D. 2 c. 54. Cic. pro Domo 15 Sed iam depulſis ac diſſipatis tuis Copiis, a Pop. Rom. vniuerſo, *etc.* Curas vino Tibul. 1, 6, 1, Curſu recto aliquem Hor. Sat. 2, 5, 78. Dedecus patriae Sil. 1, . . Cic. de Fin. 1, 33 Omnis voluptas aſſumenda eſt, omnis Dolor depellendus. Tacit. Ann. 2, 1 Nam Phrahates quanquam depuliſſet Exercitus, ciuesque Romanos cuncta, *etc.* Famem cibo et potione Cic. de Fin. 1, 37. Frigus famemque Hor. Sat. 1, 2, 6. Ferrum flammamque focis depellere Cic. pro Sextio 90. A gradu depulſus Nep. 2, 5, 3. Iaculum quaerit ad depellendos hoſtes Claud. de B. Gigant. 102. Ictum alicui depellere, *eſt Auertere ictum ab aliquo illatum alicui* Valer. Argon. 6, 652. Leti cauſam Ouid. Epiſt. 21, 175. Molem mali a ceruicibus aliquorum Cic. in Catil. 3, 17. Moleſtias omnes ratio depellit Idem Fam. 2, 15. Morbum Id. Fam. 7, 27 *extr.* Morbos depulſurus (*hodie legitur* Defenſurus) Epidaurius Claud. Paneg. 3, 171. Mortem opinione mortis Cic. pro Sextio 79. Nubila caelo Tibul. 1, 2, 49. Cic. pro Cluent. 17 c. 6 Quum ad amici Pericula depellenda adhiberer. Peſtem Virg. Aen. 9, 328. Cic. de Lege Agr. . . . Vt ex omni cuſtodia veſtrae libertatis, ex omni poteſtate, curatione, patrocinio veſtrorum commodorum Cn. Pompeius depelleretur? A re Nep. 14, 7, 3. Cic. Tuſc. 2 c. 6 Oppoſitoque dedecore Sententia depellere. De Sententia vetere diuturnaque, maleuolentiſſimis obtrectationibus depelli Cic. Fam. 1, 7. De ſuſcepta cauſa propoſitaque Sententia, nullam contumeliam, nullam vim, nullum periculum poſſe aliquem depellere, magni cuiusdam animi eſt Cic. pro Ligar. 26 c. 9. Spe, *et* de ſpe Liu. 31, 25. Cic. in Catil. 2, 14 c. 7. Id. Philipp. 12, . . Quid egit, niſi vti falſam a ſe Suſpicionem depelleret? Cic. pro Quint. 8 Qui Tela depellere et vulneribus mederi debeam. Cic. pro Fonteio . . . Sic ab huius nunc capite Gallorum impetus, terroresque depellit. Cic. de Orat. 3, 11 c. 3 Ex quibus C. Cotta, quem ille florentem reliquerat, paucis diebus poſt mortem Craſſi depulſus per inuidiam Tribunatu, non multis ab eo tempore menſibus eiectus eſt e ciuitate. *Caeterum* depulſus eſt tribunatu, *quem* petebat, *conf.* Cic. de Orat. 1, 25 c. 7. Turpitudinem nefariam voluntaria morte Cic. de Prouinc. Conſ. 6. Verbera depellere, et deiicere cruciatum a ciuitate Cic. Verr. 5, 161. Via recta depelli Quinct. 2, 17. Vim, ſcelus, furorem malorum, ſuo corpore oppoſito a bonorum omnium ceruicibus depellere Cic. pro Domo ſua 63. *de ſe ipſo.* ¶ 2 *Formulae pe-*

lae peculiares: Aquam de agro per hiemem Cato c. 155. Agnum a matre, *pro Ablactare.* Varro de R. R. 2, 2 Quum depulſi ſunt a matribus agni, adhibenda diligentia, ne deſiderio ſeneſcant. Depellere lacte, *vel* a Lacte *Idem.* Tranquillus Tib. c. 44 Infantes firmiores, necdum tamen lacte depulſos. Virg. Ecl. 7, 15 Nec Phyllida habebam, Depulſos a lacte domi quae clauderet agnos. Ab vbere matris depulſus equus Virg. Georg. 3, 187. Depellere foetus teneros, *ſimpliciter, pro A lacte remouere.* Virg. Ecl. 1, 22. Idem Ecl. 3, 82 Depulſis arbutus haedis. Cic. de N. D. 2, 135 c. 54 Atque iis agitatione et motibus linguae quem depulſum et quaſi detruſum cibum accepit, depellit. *de ſtomacho loquitur.*

DEPVLSO, āre. [ἀπωθέομαι] Plaut. Stich. 2, 2, 13 Cubitis depulſa de via.

DEPVLSATIO, ōnis. f. Apul.

DEPVLSATOR, ōris. m. Auguſtin.

DEPVLSITO, āre. Depulſitaſſe, ἀπωθηκέναι Gloſſ.

DEPVLTVS, a, um. Part. [ἀπωθημένος] *Antiquum pro Depulſus, quomodo* pultare *dicit* Plautus *pro pulſare.* Auctor ad Heren. 4, 16 c. 10 Nam qui perduellionibus venditat patriam, non ſatis ſupplicii dederit, ſi praeceps in Neptunias depultus erit lacunas. *Exemplum tumoris vitioſi.*

DEPVLSOR, ōris. m. [ἀπωθῶν] *Qui depellit.* Cic. Philipp. 2, 27 c. 11 Depulſor dominatus, quam particeps eſſe maluit. *Add.* Inſcr. Grut. p. 20 n. 3.

DEPVLSIO, ōnis. f. [ἀπώθησις] Cic. Acad. 4, 51 Omnium deinde inanium viſorum vna depulſio eſt. Doloris depulſio Cic. de Fin. 5, 17 c. 7. Intentionis depulſio Cic. de Inuent. 1, 13. *i. reſponſio, qua accuſator repellitur.* Cic. de Vniuerſ. 42 Supina etiam ora cernuntur depulſione luminum, quae conuertens inferiora reddit quae ſunt ſuperiora. *de ſpeculo.* Cic. de Fin. 2 c. 13 Nos beatam vitam non depulſione mali, ſed adeptione boni iudicemus. Cic. Philipp. 8, 12 c. 4 Quae cauſa iuſtior eſt belli gerendi, quam ſeruitutis depulſio.

DEPVLSVM, i. n. *Ipſe depellendi actus.* Val. Max. 1, 1, 1 Portentorum depulſa, Hetruſca diſciplina explicari voluerunt.

DEPVLSORIVS, a, um. Adi. Sacra Ammian. 25, 5. *Add.* Plin. 28, 2.

DEPENDEO, di, ſum, ēre. [καταχρέμαμαι] *Deorſum pendēre.* Columel. 3, 6 Sed ſi per vnumquemque pampinum maior numerus vuarum dependet. Mart. 7, 94 Cuius liuida naribus caninis *(i. frigidis, vt ſunt canum)* dependet glacies. Dependent lychni laquearibus aureis Virg. Aen. 1, 726. Dependent illi collo binae verruculae Columel. 7, 6. Dependente a ceruicibus pugione ante pectus Suet. Galba c. 11. Ouid. Faſt. 3, 356 Diſcedunt dubii, promiſſaque tarda videntur: Dependetque fides a veniente die. *De Numa Pompilio, qui in concione Romanis promittebat, Iouem ſequenti die pignus imperii futuri daturum illis.*

DEPENDO, di, ſum, ēre. [ἐκτίω, κατατίθημι, καταβάλλω] *Soluere.* Plin. 33, 3 Libralis vnde etiam libella dicitur, et dipondius appendebatur aſſis. Quare aeris grauis poena dicta. Et adhuc expenſae in rationibus dicuntur. Item impendia et dependere. Mihi abiurare certius eſt, quam dependere Cic. Att. 1, 8 *extr.* Columel. 5, 1 Pro quibus nulla merces dependitur. Apul. 8 p. 213 Dependo pretio, *i. Soluto.* Pecuniam dependere Papinian. in l. 2 D. de diſtract. pignor. Cic. ad Brutum 18 Eſt rei familiaris iactura tolerabilis Reipubl. quod ſpoponderis quemadmodum ſoluas, niſi is dependi facile patitur, pro quo ſpoponderis? Pro capite pecuniam dependere Sen. de Benef. 2, . . Lucan. 8, 101 Mallem felicibus armis Dependiſſe caput, *etc.* Columel. 4, 22 Namque aliter incaſſum dependitur opera, *etc.* Cic. pro Sextio 140 c. 67 Omnes fere Reipublicae poenas aut praeſenti morte, aut turpi exilio dependerunt. Vlp. in l. Poenae D. de condict. indebit. Poenae non ſolent reperi, quum depenſae ſunt. Lucan. 10, 80 Tempora Niliaco turpis dependit amori, *i. impendit Aegyptiae.* Neque dependis, neque propendis, quin malus nequamque ſis Plaut. Aſin. 2, 2, 39. *i. neque plus neque minus pendis, quam nequam.* Depenſo Marte Auſon. Gripho Tern. 27 p. 458 *Si Scaligerum audimus, eſt aequaliter partito ac diſtributo.* *Et* Dependere nugas Epiſt. 4, 64 *examinare, et ſic explicare.* *Sed vereor, ne vtroque loco vna plus litera* Deprenſo *et* Deprendere *ſit legendum, vt habent boni libri.*

DEPENSVS, a, um. Partic. Lanam depenſam reddere Non. 4, 362. *conf.* Turn. 30, 9. Depenſo parare *int. pretio* Apul. Apol. p. 239.

DEPENDVLVS, a, um. Adi. Crines ceruice dependuli Apul. Met. 2 p. 119. *Add.* 3 p. 130.

DEPENSIO, onis. f. ICt. in Dig. . . .

DEPENNATVS, *vid.* DEPINNATVS.

DEPERDO, didi, ditum, ēre. [ἀποβάλλω] *Plane perdere.* Caius *ſcribit* l. 21 D. de hered. pet. deperditum *dici*, quod in natura rerum eſſe deſiit. Cic. Tuſc. 5, 40 Qui timebit, ne quid ex his deperdat, beatus eſſe non poterit. Deperdere ſanguinem Cic. de Clar. Orat. 283. Deperdere folia dicuntur arbores Plin. 16 c. 22. Senſum vitalem membratim deperdere Lucret. 3, 526. Linguae vſum deperdere Ouid. Met. 5, 562. Cic. pro Caecina 102 Quum de iure ciuitatis nihil potuerit deperdere. Cic. pro Fonteio 19 c. 9 Verebatur enim videlicet, ne quid apud vos Populumque Romanum de exiſtimatione ſua deperderet. Cic. de Prouinc. Conſ. 11 Non ſolum bona, ſed etiam honeſtatem miſeri deperdiderunt.

DEPERDĬTVS, a, um. Part. [ἀποβεβλημένος] Leto gnatae deperdita mater, *i. Propter filiae mortem peſſime affecta, vt et ipſam periiſſe putes* Catul. in Argon. 119. Amore alicuius deperdita mulier Sueton. in Domitian. c. 3. Senſus deperditus omnes Propert. 1, 3, 11. Malus ſutor inopia deperditus Phaedr. 1, 15, 1. Deperditum intelligitur, Quod in rerum natura eſſe deſiit l. 21 D. de hered. petit.

DEPĔREO, iui, *vel* ii, ĭtum, īre. [ἀπόλλυμαι, παραπόλλυμαι] Valde perire, *inquit* Feſtus. Deperierunt naues, *Idem quod Perierunt* Caeſ. B. G. 5, 23. Nec tempore deperit vllo Ouid. Met. 15, 168. *Conf.* Lucret. 2, 296. Scheda neque depereat, Cic. Att. 1, 15. Decor lacrimis deperit Ouid. Epiſt. Sabin. 1, 52. Afric. in l. Si Seruus §. Qui quinque D. de legat. 1 Quod ſi mortis tempore plena ſumma fuerit, et poſtea aliquid ex ea deperierit, ſine dubio ſoli heredi deperit. Deperit ſapor Plin. 14, 20. *Pro Mori:* Cic. in Topic. 15 Si is cuius vſusfructus legatus eſt, deperiiſſet. *de ſeruo loquitur.* ¶ 2 Deperire aliquam, [ὑπερφιλεῖν] *pro Vehementer amare:* Plaut. Curcul. 1, 1, 46 Ea me deperit, ego autem cum illa nolo facere mutuum. Amatne iſtam, quam emit de praeda? TH. Rogas? deperit Plaut. Epid. 1, 1, 62. *Add.* Ter. Heaut. 3, 2, 24. Deperire aliquem amore Plaut. Ciſtel. 1, 2, 12. Deperire amore ſponſae, *vel* mulierculae Liu. 26, 50. *Et* 27, . . *Et* 39, 43. Amore impotente deperire aliquem Catul. 35, 12. Plaut. Milit. 4, 2, 35 Redeo nunc ad te, conſilium quaſi hunc depereat.

DEPERITVRVS, a, um. Partic. [ἀπολλυσόμενος] Ouid. Amor. 2, 14, 10 Gens hominum vitio deperitura fuit.

DEPESTA, *vid.* LEPISTA.

DEPETO, ĕre. *Idem fere quod* expetere. Tertull. aduerſ. Marc. 4, 20 Non depetunt ab alio, quod meminiſſent petendum ſibi a Creatore.

DEPETITVS, a, um. Part. Gellius 17, 9 tit. de Literis ex vetere Hiſtoria depetitis. *al.* Petitis.

DEPĔTĪGO, ĭnis. f. Gloſſ. Cyrilli: λέπρα, lepra, depetigo. *Locos* Catonis *et* Lucilii *vid. infra in* PETIGO. *Hinc*

DEPETIGIOSVS, a, um. Adi. *Qui eo morbo laborat.* *Eaedem* Gloſſae: λεπρός, leproſus, depetigioſus, et depetigoſus.

DEPĪLIS, e. Adi. [ἄτριχος] *Qui eſt ſine pilis.* Varro de Vita Pop. Rom. 1 Quod ludis Praeſulis pueri eſſent glabri, ac depiles propter aetatem. *ap.* Non. 12, 47. Genae depiles Apul. Met. 7 p. 191.

DEPĪLO, āre. Lucil. *apud* Nonium 1, 163 Depilati omnes ſumus. Vet. Gloſſ. Depilat, μαδίζει. Depilatus eſt, ἐμαδίσθη. Apic. 6, 3 Depilabis perdicem. *Lipſius Epiſt. Qu.* 1, 15 *mauult apud* Spartian. Adrian. c. 4 eum Delicatos depilaſſe, *quam* Deligatos ſepeliſſe. ¶ 2 Depilare *pro compilare ſ. aliunde excerpere*, Pet. Bleſ. *ap. Voſſ. vid. Borrich. Cogit. p.* 82.

DEPILĀTVS, a, um. Partic. [ἐκτριχωθείς] *Qui nullos aut raros habet pilos, vel cui pili ſunt detracti, apud* Martial. 9, 28 Quum depilatos Creſte, coleos portes. *Scazon eſt.* Nonius 1, 163 depilati, rarefacti. Lucil. Nato quid actum eſt? depilati omnes ſumus *vid.* Sen. de Tranquillitate Vitae 2. Struthiocamelus depilatus Sen. de Conſt. Sap. c. 17. Amygdalae Apic. 2, 1. *i. decorticatae.* Nuces Id. 6, 5. *Barthius intelligit pila tuſas et leuigatas: ſed vulgatam interpretationem Liſterus tuetur, cui fauet etiam, quod loco priore formula ſic incipit,* Apodermum ſic facies.

DEPILATIO, ōnis. f. Celſo *tribuitur.*

DEPĪLĀTOR, ōris. m. Gloſſ. Gr. Lat. δρωπακιστής, Dropaciſta, colipilarius, depilator.

DEPINGO, xi, ctum, ĕre. [καταγράφω] *Eſt perfecte Pingere, aut etiam Deſcribere.* Cic. de Orat. 3, 78 Pamphilumque neſcio quem ſinamus in infulis tantam rem tanquam pueriles delicias depingere. Quum pugna depingeretur Marathonia Nep. 1, 6, 3. Manus obſcenas depinxit tabellas Propert. 2, 6, 27. *Metaphor.* Ver in ipſo ortu iam gemmulis, floridis cuncta depingit Apul. Met. 10 p. 253. Depingere verbis rem aliquam Plaut. Poenul. 5, 2, 154. Cic. de Fin. 2, 69 Pudebat te, inquam, illius tabulae, quam Cleanthes ſane commode verbis depingere ſolebat. Facta alicuius Ter. Phorm. 1, 5, 38. Cic. pro Roſc. Amer. 74 c. 27 Vitam alicuius depingere. Cic. Acad. 4, 48 Vt et ea declarant, quae cogitatione depingimus. Idem de N. D. 1, 39 c. 15 Magnam turbam congregat ignotorum deorum, atque ita ignotorum, vt eos ne coniectura quidem informare poſſimus, quum mens noſtra quiduis videatur cogitatione poſſe depingere. *Quod* Perſ. 6 penult. *legebatur,* Depinge vbi ſiſtam. *Vid.* DEPVNGO.

DEPICTVS, a, um. Partic. [κατάγραπτος] Quinctil. 6, 2 Tabella depicta. Homunculi vibicibus liuedinis cunctam cutem depicti Apul. Met. 9 p. 222.

DEPINNATVS, a, um. Adi. Deum depinnato attollam orationis eloquio Varro *ap.* Fulgent. de Priſco Serm. *n.* 11. *ſic Scalig. edidit in* Fragm. p. 124. *al.* depennato. *Caeterum quid ſit* Depinnatum eloquium, *neſcia an quis docuerit, docere poſſit.* *Suſpicabar legendum diuiſim* de pinnato eloquio. Pinnatum eloquium *eſſe poteſt altum, ſublime, volatu ſe tollens etc.*

DEPLACO, āre. Haec mihi victima placet, hoc me ſanguine deplacabis Zeno Veron. Serm. 1 de Abraham.

DEPLANGO, xi, ctum, ĕre. [καταχόπτω] *Idem quod Plangere, vel potius Multum et vehementer plangere.* Ouid. Met. 4, 545 Cadmeida palmis Deplanxere domum, ſciſſis cum veſte capillis. Ibid. 14, 580 Et ipſa ſuis deplangitur Ardea pennis.

DEPLĀNO, as, āre. [ἐξομαλόω] *Complano, planum facio.* ἐξομαλίζω, exaequo Vet. Gloſſ. Si vulnus fecerit et deplanauerit Veget. 2, 19. Lactant. 4, 12 Ego ante ibo, et montes deplanabo. *Explanare:* Nonius 5, 63 quid interſit, Nigidius deplanauit.

DEPLANVM, i. n. *Laudatur* Runcinarum leuigata deplanis Arnob. 6 p. 200. *Sed diuiſim accipiendum* de planis: *et paullo ante,* deſcobinata de limis.

DEPLANTO, āre. [ἀποφυτεύω] *De ſtirpe ſua aufferre ſurculum vel plantam.* De cytiſo virgulae deplantantur Varro R. R. 1, 43. Plin. 17, 16 Quae cortice nituntur tantum, vel leui aura, ociſſime deplantantur. Columel. 2, 2 Ne aut cornu bos ad ſtipitem vehementius offendat, aut extremo iugo truncum delibet, ramumque deplantet.

DEPLANTATVS, a, um. Partic. Varr. de R. R. 1, 40 Videndum eſt, vt eo tempore ſit deplantatum, quo oportet. *Conf.* Plin. 17, 20.

DEPLANTATIO, ōnis. f. ICt. in Cod. . . .

DEPLANTATOR, ōris. m. *apud* Auguſtin. . . .

DEPLEO, ēui, ētum, ēre. [ἐξαντλάω] *Contrarium verbo* Implere, *de pleno haurire, exhaurire.* Columel. 12, 50 Conchae ferreae quibus depletur oleum. Totque ſuperuacuis vitam deplete querelis Manil. 4, 13. Stat. Achil. 1 *princ.* Tu modo ſi veteres digno deplevimus hauſtu, Da fontes mihi Phoebe nouos. Sentinam depleri neceſſe erat Paullin. Nol. Ep. 49 n. 2 ad Macar.

DEPLETIO, onis. f. *apud* Hieronym. . . .

DEPLEXVS, a, um. Partic. *a Verbo* Deplecto. Lucret. 5, 1320 *de Leaenis*, Deplexaeque dabant in terram volnere victos Morſibus adfixae validis, *etc.* Deplexae, *hoc eſt, Deligatae et ſolutae. Lambin. et Pareus Lex. Lucr. At Creech. complexae et pendentes ab aliquo, quod verius. Conf. Turneb.* Adu. 30, 22.

DEPLICO, āre. Auguſtin. *i. explico.*

DEPLICATIO, ōnis. f. Idem.

DEPLŌRO, āre. [ἀποκλαίω, ἀποδύρομαι] *Deflere.* Cic. de Senect. 7 Noſtri fere aequales deplorare ſolebant, tum quod voluptatibus, etc. *Idem* Tuſc. 1, . . Sed quid neceſſe eſt, quum id agam, ne poſt mortem miſeros nos putemus fore, vitam etiam efficere deplorando miſeriorem? Cic. Verr. 5, 170 Si in aliqua deſertiſſima ſolitudine ad ſaxa et ad ſcopulos haec conqueri et deplorare vellem. Cic. in Catil. 4, 4 Id eſt initum conſilium, vt interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidem Pop. Rom. nomen, atque ad lamentandum tanti

tanti Imperii calamitatem relinquatur. Cic. pro Cluent. 65 Te appello Oppianice, te T. Acti: quorum alter eloquentia damnationem illam, alter tacita pietate deplorat. Cic. Verr. 3, 45 Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quam non de iſtius prauitate et iniuriis deplorare et conqueri mallent. De ſuis incommodis apud patronos Cic. Verr. 4 (2) 65. De ſuis miſeriis *ib.* c. 4. Copioſe dicere ac deplorare apud aliquem de miſeriis aratorum Cic. Verr. 3, 45. Calamitates Cic. Philipp. 11, 6 c. 2. Id. pro Sextio 14 c. 6 Neceſſario mihi de iisdem rebus eſſe arbitror, ſi non ſubtilius diſputandum, at certe dolentius deplorandum. *Paſſ.* Cic. de Orat. 2, 211 Quae de altero deplorantur, ad ſuas res reuocare.

DEPLORANS, antis. Partic. [κατακλαίων] Lamentabili voce deplorans Cic. Tuſc. 2, 32 c. 13. *Et* 5, 115 Itaque augurem Tireſiam, quem ſapientem fingunt Poëtae, nunquam inducunt deplorantem caecitatem ſuam.

DEPLORATVS, a, um. Partic. [κατακεκλαυμένος] *Cui vltimus luctus perſolutus eſt:* Liu. 5, 40 Ante omnia deplorati erant equites, non priuato magis, quam publico luctu. Deploratum *dicitur, de quo conclamatum eſt, neque ei aliquo remedio ſuccurri poteſt, vt* Suam quisque ſpem, ſua conſilia, communibus deploratis, exſequentes Liu. 5, 40. Plin. 25, 8 Prodeſt, vt demonſtrabimus ſuo loco, deploratis in phthiſi. Ouid. Triſt. 3, 5, 8 Auſus es igne Iouis percuſſum tangere corpus, Et deploratae limen adire domus. Deploratus a medicis Plin. 7, 50. Phthiſicus Plin. 28, 17. Vir deploratus Ouid. Triſt. 1, 3, 46. Vlcera Plin. 26, 14. Vota Ouid. Met. 1, 272. *Add.* ib. 13, 481. Vulnus Claud. de B. Get. 562.

DEPLORANDVS, a, um. Partic. [ἀποκλαυτέος] *Dignus qui deploretur: vt* Deploranda calamitas Cic. Verr. Diuinat. . . .

DEPLORABVNDVS, *pro Deplorans.* Plaut. Aulul. 2, 4, 38 Homo ad praetorem venit deplorabundus. Nonius 10, 37.

DEPLORATIO, onis. f. Tertull. Apol. c. 1 Quid hoc mali eſt, quod naturalia mali non habet, timorem, pudorem, tergiuerſationem, poenitentiam, deplorationem? Sen. ad Marc. c. 9 Vnde tanta nobis pertinacia in deploratione noſtri? *Idem* Epiſt. 74 Ex hac deploratione naſcitur, vt ingrati diuinorum interpretes ſimus.

DEPLV̄MIS, e. Adi. [ἄπτερος] *Quod nullas aut raras habet plumas.* Plin. 10, 24 Inuentae ſunt ibi nudae atque deplumes. *de hirundinibus.*

DEPLV̄MO, āre. *Plumas detrahere. Legunt aliqui* Deplumabis, *pro* Depilabis perdicem *apud* Apicium 6, 3.

DEPLVMATIO, ōnis. f. ICt. in Cod. . . .

DEPLVMATOR, ōris. m. *apud* Auguſtin. . . .

DEPLVO, ui, ūtum, ĕre. Columel. 10 c. 21 Inque ſinus matris violento depluit imbre. Multus vt in terras deplueretque lapis Tibul. 2, 5, 72. Propert. 2, 20, 8.

DEPŎLIO, īui, ītum, īre. [καταξέω] *Perficere.* Feſtus, Depolitum, perfectum: quia omnes perfectiones, antiqui Politiones appellabant. Virgis dorſum depoliet meum *metaph.* Plaut. Epid. 1, 1, 85. *Idem quod Polire.* Plin. 36, 25 Si vero cote depolitum eſt, nigri pauimenti vſum obtinet.

DEPOLITIO, ōnis. f. Varro, Quid mirum ſi ex agri depolitionibus eiiciuntur, hic in coenaculo polito recipiuntur? Antiquum Nonius 1, 339.

DEPOLITOR, ōris. m. *apud* Auguſtin. . . .

DEPOMPATIO, ōnis. f. Hieron. adu. Rufin. 1, 7.

DEPONDERO, āre. [καταβαρῶ Gloſſ. Gr. Lat.] Sic rate demerſa fuluum deponderat aurum Petron. Fragm. p. 679 *Burm. i. pondere ſuo deprimit.*

DEPŌNO, ſui, (*archaice* īui) sĭtum, ĕre. [κατατίθημι, ἀποτίθημι, παρακατίθεμαι] *Deorſum ponere.* Plaut. Moſtel. 2, 1, 35 Ecce autem hic depoſiuit caput, et dormit. Deponere malleolum in terram, *Plantare:* Plantas tenero abſcindens de corpore matrum Depoſuit ſulcis Virg. Georg. 2, 24. Columel. 3, 10 Comperimus eum malleolum, qui quatuor vuas tulerit, deputatum, et in terram depoſitum, a foecunditate materna ſic degenerare vt, *etc.* Vineae, quae tempeſtiue deponuntur Colum. 3, 4. Plin. 15, 30 Ex his in gremio Iouis optimo maximo deponitur. Deponere ſemina ſulco, *Plantare:* Columel. 5, 4 Omnium autem ſatorum fere eadem eſt conditio. nam vel ſcrobe, vel ſulco ſemina deponuntur. *de vineis.* Deponere in ſiluas liberos, vxores, et ſua omnia Caeſ. B. G. 4, 19. ¶ 2 *Formulae, metaphoricae in primis.* Aedificationem deponere, *pro Ceſſare ab aedificando:* Cic. Fam. 13, 1 Nunc vero ſi audierit te Aedificationem depoſuiſſe, *etc.* Cic. de Amicit. 79 Cauendum erit, ne non ſolum Amicitiae depoſitae, ſed inimicitiae etiam ſuſceptae videantur. Cic. de Amicit. . . . Quod ſummi puerorum amores ſaepe vna cum praetexta toga deponerentur. *Conf.* Catull. 77, 13. Animam Propert. 1, 13, 17. Arma Plin. 15, 29. Caeſ. B. C. 3, 10. Cic. de Legib. 2, . . Sequitur enim de iure belli, in quo et ſuſcipiendo, et gerendo, et deponendo, ius vt plurimum valet. Caput deponere et recondere ſtratis Ouid. Met. 11, 649. *Et* Am. 3, 5, 20 Cornigerum terrae depoſuiſſe caput. *de dormituriente.* Plaut. Curc. 2, 3, 81 Propono magnum poculum; ille ebibit: Caput deponit, condormiſcit. Ciuitatem deponere et relinquere Cic. pro Caecina 100. Cogitationem reparandae claſſis Hirt. B. Alex. . . Comam Stat. Theb. 9, 596. Contumaciam Columel. 6, 2. Corpora ſub ramis deponunt arboris altae Virg. Aen. 7, 108. *i. diſcumbunt ſub arbore.* Crines Martial. 5, . . Curam Ouid. Triſt. 4, 7, 20. Curas animo Virg. Georg. 4, 531. Curas doloresque in alicuius ſermone et ſuauitate deponere Cic. Fam. 4, 6. Id. Acad. 1, 3 Non te ea intermittere, ſed accuratius tractare, nec te de manibus vnquam deponere. Cic. Fam. 7, 6 Tu modo ineptias iſtas et deſideria vrbis et vrbanitatis depone. Dictaturam Quinctil. 3, 8. Dolorem ſuſceptum Cic. Tuſc. 3, . . Id. Philipp. 8, 23 Caeteris autem, ſi errorem ſuum depoſuerint, et in Reipubl. gratiam redierint, veniam et impunitatem dandam puto. Cic. Philipp. 8, 25 Vtramque prouinciam remitto, exercitum depono, priuatus eſſe non recuſo. Ouid. Faſt. 6, 530 Hoſpita carmentis fidos intraſſe penates Diceris, et longam depoſuiſſe famem. Faſtigia ſupplex depoſui Claud. de Nupt. Honor. 32. Liu. 24, 18 Pecuniae quoque pupillares primo, deinde viduarum coeptae conferri, nusquam eas tutius ſanctiusque deponere credentibus qui deferebant, quam in publicam fidem. Virg. Aen. 3, 612 Ille haec depoſita tandem formidine fatur. Hor. Sat. 1, 1, 42 Quid iuuat immenſum te argenti pondus, et auri, Furtim defoſſa timidum deponere terra? Falſa licet cupidus deponat gaudia liuor Propert. 1, 8, 29. Gloriam abiicere et deponere Cic. de Orat. 2, 201. Cic. Off. 1, 68 Nec vero imperia expetenda, ac potius aut non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam. *Add.* Liu. 2, 28. Ineptias Cic. Fam. 7, 6. Ingenia ſilueſtria, *pro Miteſcere:* Columel. 8, 15 Sic enim excluſi, educatique pulli, deponunt ingenia ſilueſtria. Inimicitias ſuſceptas Reip. nomine Cic. Att. 14, 13. Inuidiam Cic. de Lege Agr. 68. Id. pro Caecin. 103 Derelinquo iam communem cauſam: Populique Romani ius in veſtra fide ac religione depono. Cic. Att. 2, 16 Vt ille eſſet melior, et aliquid de populi leuitate deponeret. *i. ceſſaret a leuitate.* De manibus Cic. Acad. 1 c. 1. Caeſ. B. G. 1, 18 Quod ſi veteris contumeliae obliuiſci vellet, num etiam recentium iniuriarum, quod eo inuito iter per prouinciam per vim tentaſſent, quod Heduos, quod Ambarros, quod Allobroges vexaſſent, memoriam deponere poſſet? Memoriam doloris Cic. pro Caelio 50. Id. pro Sulla 18 c. 6 Quibus ego rebus Iudices ita flectebat animo, atque frangebar, vt etiam ex memoria quas mihi ipſi fecerat inſidias deponerem. Apud memoriam quodammodo deponere *aliquid* cogitatio *dicitur* Quinctil. 11, 2. Mentem, mentumque in gremio mimarum deponere Cic. Philipp. 13, 24. Metum Ouid. Met. 5, 363. Moerorem atque luctum, gaudereque potius Cic. Philipp. 14, 34 c. 13. Id. Off. 2, 4 Exiſtimaui honeſtiſſime Moleſtias poſſe deponi, ſi me ad philoſophiam retuliſſem. Morbi partem Hor. Epiſt. 1, 1, 35. Cic. Att. 7, . . Nec prius quidem quam noſtrum negotium aut confecerimus, aut depoſuerimus. Oculos putres in Damalin omnes deponent Hor. Od. 1, 36, 18 *i. figent.* Cic. Att. 1, 12 Quam mollis animus et ad accipiendam et ad deponendam offenſionem, nihil attinet ad te, qui ea noſti, ſcribere. Officium Plin. in Paneg. c. 87 Magiſtratum Caeſ. B. G. 7, 33. Imperium Liu. 2, 28. Cic. Att. 2, 1 Quum Prouinciam depoſui in concione. *i. declaraui me non iturum in Prouinciam.* *Metaph.* Caeſ. B. C. 1, 80 Neque iumentis onera deponunt. Cic. Verr. 5, . . Potero hoc onus tantum in hoc iudicio deponere, aut diutius tacitus ſuſtinere? Opinionem de aliquo deponere atque abiicere Cic. de Lege Agr. 3, . . Pauorem Ouid. Met. 10, 117. Pecuniam *apud ſequeſtrum aut diuiſorem* Plin. Epiſt. 6, . . Perſonam accuſatoris deponere Cic. pro Quintio 45. Pudorem Ouid. Epiſt. 17, 259. Rabiem depoſuere ferae Claudian. Paneg. 8, 121. Cic. Fam. 2, 16 Rationes mei Quaeſtoris, nec verum fuit me tibi mittere, nec tamen erant confectae, eas nos Apameae deponere cogitabamus. *Contraria:* Cic. de Diuin. 2, 112 Valeantque potius ad deponendas, quam ad ſuſcipiendas Religiones. Idem de Amic. . . Neque enim eſt conſentaneum, vllam honeſtam Rem, actionemue ne ſolicitus ſis, aut non ſuſcipere, aut ſuſceptam deponere. Senium depone camoenae Horat. Epiſt. 1, 19. *i. ſeueritatem.* Martial. 4, . . Paullum depoſita ſeueritate. Simultatem Cic. Att. 3, 3. Sitim deponere Ouid. Met. 4, 98. Soleas Martial. 3, 50. Horat. Sat. 2, 5, 26 Aut Spem deponas, aut artem illuſus omittas. Cic. Tuſc. 1, 7 Nobis placet nec priſtinum dicendi Studium deponerē, et in hac maiore et vberiore arte verſari. Id. pro Milon. 40 Quamobrem adeſte animis Iudices: et Timorem, ſi quem habetis, deponite. Vim ſuam deponunt venti Ouid. Triſt. 2, 152. Voluntatem Cic. in Catil. . . . ¶ 3 *Obſeruatt.* Deponere aliquid apud aliquem, [παρακατατίθεσθαι] *Seruandum dare, et fidei eius committere.* Plaut. Bacchid. 2, 3, 72 Nos ibi apud Theotimum omne aurum depoſuimus. Pecuniam pupillarem in fidem publicam Liu. 24, 18. Apud amicos multa depoſita Cic. Verr. 4, 29. Idem Off. 3, 95 c. 25 Si gladium quis ſana mente apud te depoſuerit, repetat inſaniens, *etc.* Deponere vrbem apud Deos Quinct. 9, 2, 92. *i. relictam Dîs commendare.* Quidquid habes, age depone tutis auribus, *i. dic tacituro* Horat. Od. 1, 27, 18. Deponere aliquid *dicuntur certantes pignore:* Virg. Ecl. 3, 32 De grege non auſim quidquam deponere tecum. *Add.* ib. v. 31. Deponam (*int. ſermonem in dicendo, vt noſtri,* ich will abſetzen) et morabor, et nouum exordium faciam Quinct. 11, 3, 38. Deponere, *pro alienare dictum* l. 17 §. 13 ff. de donat. inter vir. et vxor. Neque enim pauperior fit, qui non acquirat; ſed qui de patrimonio ſuo depoſuit. Deponere, *pro Deprimere aedificium,* in l. 17 D. de ſeruit. vrb. praed. l. 6 D. Si ſeruit. vend. *Demoliri, et ad aream redigere, et ſolo aequare,* l. 23 in fin. D. de vſucap. l. 8 D. Si ſeruit. vendic. l. 83 §. ſacram. in fin. D. de verb. obligat. *Ita* depoſitionem aedificii *accipe in* l. 9 §. Item Pomponius D. Quod met. cauſ. Deponere, *pro* Remouere Scribon. 45. 210. 212. Deponere ab igne 207. Deponitur cacabus 210. 212. Depoſito cacabo 213. In cacabo depoſito 214. ¶ 4 Depoſiui, *pro Depoſui, Praeteritum legitur apud* Catullum in Carmine Saeculari 35, 8 Quam mater prope Deliam Depoſiuit oliuam. *i. enixa eſt.* *Add.* Plaut. Moſt. 2, 1, 35. Deponi *etiam dicebantur, aut plane deſperate aegri, aut recens mortui. Nam de ſublimiore lectulo humi collocabantur: de quo Torrent. ad* Horat. Sat. 1, 9, 28. *it.* Od. 1, 36, 17. *et Gonſal. ad* Petron. c. 134 p. 235. *Similiter,* Vino aliquem deponere Plaut. Aulul. 3, 6, 39. *Apud* Caeſarem deponi aegri *dicuntur et* ſaucii, *qui ab exercitu ſeparati, in locis certis collocantur, vbi curari poſſint: Verba eius* B. C. 3, 68 *haec ſunt:* Praeſidioque Apolloniae cohortibus IV, Lyſſi I, III Orici relictis, quique erant ex vulneribus aegri, depoſitis.

DEPŌNENS, entis. Partic. [ἀποτιθεὶς] *Grammaticis praeſertim vſitatum.* Chariſ. 2 p. 139 Simplex aut deponens verbum intelligitur, quod r litera terminatur, et eandem habet poteſtatem agentis, vt *luctor, iraſcor:* non enim facit *lucto, iraſco, etc.* Priſcian. 8 p. 787 *pr.* Deponens (*ſpecies Verborum*) vocatur, quaſi ſimplex et abſoluta, quae per ſe ponitur; vel deponit alteram ſignificationem, et vnam per ſe tenet. *Add.* Iſidor. 1, 8.

DEPOSĬTVS, a, um. Partic. [ἀποτεθειμένος] Depoſitam pecuniam recuperare Cic. de Lege Agr. 2, 41 c. 16. Claudian. Paneg. 4, 62 Viſere depoſito dignatus limina Faſtu. Poplite depoſito, *i. flexo* Lucan. 1, 613. Veſtis Curt. 3, 3, 4. *et* 3, 5, 2. In taurum trucem Deflecteret ſerpente depoſita minas Sen. Herc. Oet. v. 302 *de Acheloo.* *Pro Deſperato, ſiue Deſperatae ſalutis:* Cic. Verr. 1, 5 c. 2 Itaque mihi videor magnam et maxime aegram, et prope depoſitam Reipubl. partem ſuſcepiſſe. Virg. Aen. 12, 395 Ille vt depoſiti proferret fata parentis. *Vbi* Seruius, Depoſiti, Deſperati: nam conſuetudo erat, vt deſperati ante ianuas ſuas collocarentur: vel vt extremum ſpiritum redderent terrae: vel vt poſſent a tranſeuntibus forte curari, qui aliquando ſimili laborauerant morbo Ouid. ex Ponto 2, 2. Pandere vrbem depoſitam Stat. Silu. 1, 4, 91.

DEPOSĬTVM, i. n. [παρακαταθήκη, παρακαταβολή] *Quod alicui commiſſum eſt, et datum, vt ſeruet.* Vlpian. in l. 1 D. Depoſiti,

vel contra, Depoſitum eſt, quod cuſtodiendum alicui datum eſt. dictum ex eo, quod ponitur. praepoſitio enim de, auget poſitum: vt oſtendat totum fidei eius eſſe commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet. Depoſitum a C. Caeſare ad aedem Opis occupatum ab Antonio Vell. 2, 60, 4. Depoſitum ſoſpes erit Iuuen. Sat. 13, 178. Cic. Tuſc. 3, 17 Qui propter auaritiam Clam depoſitum non reddidit, quod eſt iniuſtitiae. Depoſitum abnegare, *vid.* ABNEGO. Accipere depoſitum Quinct. 7, 4 (3). Celare depoſitum alicuius, *i. conſeruare et abſcondere* Claudian. de Rapt. Proſerp. 3, . . Aruaque iuſſit Fallere depoſitum Ouid. Met. 5, 48. *i. fructum non ferre.* Reddere depoſitum Idem de Arte Am. 1, 641. Reddere depoſitum legentibus Quinct. 1, 7. *Add.* Cic. Parad. 3, 1. Depoſitum in ſequeſtre proprie *dicitur*, Quod a pluribus in ſolidum certa conditione cuſtodiendum, reddendumque traditur l. 6 D. depoſit. Depoſitum eſt Contractus, quo res aliqua ea lege apud alterum deponitur, vt is dolum tantum in ea reddenda, non culpam praeſtare debeat l. 1 D. de oblig. et action. Depoſitum iudiciale eſt, Quum res ea, de qua Controuerſia ſit, apud officium, vel vbi iudex ſtatuerit, deponitur l. 16 in fin. D. de off. praeſ. l. 7 §. vlt. D. Qui ſatisd. cog. l. 7 D. depoſit.

DEPOSITIO, ōnis. f. *Actus ipſe deponendi.* Florent. in. l. licet deponere D. depoſit.

DEPOSITOR, ōris. m. *Qui deponit, aut depoſuit.* Vlp. in l. 1 §. Apud Iulianum D. depoſit. Iam cede Sabelli, Depoſitorque Patris Natique inſane negator Prud. Apoth. v. 179.

DEPOSITARIVS, ii. m. [συνθηκοφύλαξ] *Cuſtos depoſiti, vel Suſceptor depoſitarum rerum.* Vlp. l. 1 §. Si pecunia D. depoſiti, Satisdatione autem non interueniente rem in aedem deponi, et omni actione depoſitarium liberari. Deponentem *ſignificare videtur* ibid. l. 7 §. vlt.

DEPONTANI, ōrum. m. *Romae, qui dicti fuerint, doceat* Feſtus, Depontani ſenes appellabantur, qui ſexagenarii de ponte deiiciebantur. *Sed illud ipſum obſcurum eſt.* Feſtus *verbo* Sexagenarios *longam hobet ea de re diſputationem, cuius loci, qua corruptus eſt Scaligeranam lectionem an interpretationem ? ponemus:* Sexagenarios de ponte mitti olim dicebatur, cuius cauſam Manilius hanc affert, quod qui incoluerint primi loca vrbis, hominem ſexaginta annos natum Diti patri quotannis immolare ſolebant, idque facere eos deſtitiſſe aduentu Herculis: ſed religione veteris moris ſcirpeas effigies hominum eos tantummodo mittere de ponte. Alii aiunt, morante in Italia Hercule, quod quidam eius comitum habitauerint ſecundum ripam Tiberis, atque Argeos ſe vocauerint ab Argis; quorum P. Ro. *(Populo Romano)* memoriam redintegrari. Eo gente Graecia legatum quendam Argeum cum iis Romae moratum eſſe. Is vt obierit, inſtitutum a ſacerdotibus, vt effigies ſcirpea ex omnibus *(ſcirpeis ſimulacris XXX numero)* cum quae publica erant nuntiaſſet *(Hic igitur mimus quidam erat, ſacerdotes quaedam dicis cauſa nomine legati ſolebant fari)* per flumen ac mare in patriam remitteretur. *Quae ſequuntur Feſti, nihil habent ab ingenio, ſed ex libris ſunt, quos laudat etiam Victor.* V. L. 18, 7: Sunt, qui dicant, poſt vrbem a Gallis liberatam ob inopiam cibarus coeptos ſexaginta annorum homines iaci in Tiberim, ex quo numero vnus filii pietate occultatus ſaepe profuerit patriae conſilio ſub perſona filii. Id vt ſit cognitum, ei iuueni eſſe ignotum, et ſexagenariis vita conceſſa *(aut* et *delendum videtur, aut legendum,* vitam conceſſam) — Sed exploratiſſimum illud eſt cauſae: quo tempore primum per pontem coeperunt comitiis ſuffragium ferre, iuniores conclamauerunt, Vt de ponte deiicerentur ſexagenarii, qui iam nullo publico munere fungerentur, vt ipſi potius ſibi quam illi deligerent imperatorem. Cuius ſententiae eſt etiam Sinnius *(Victor.* Sicinius) Capito. Vanam autem opinionem de ponte Tiberino, confirmauit Afranius in Repudiato. Varro de Vita Pop. Rom. 2 *apud* Non. 12, 22 Quum in quintum gradum peruenerant, atque habebant ſexaginta annos, tum denique erant a publicis negotiis liberi atque otioſi. Idec in prouerbio quidam putant veniſſe, vt diceretur, Sexagenarios de ponte deiici oportere, quod ſuffragium non ferebant, quod per pontem ferebant. Ouid. Faſt. 5, 621 *vbi de Idibus Maiis*

Tum quoque priſcorum virgo ſimulacra virorum
Mittere roboreo ſcirpea ponte ſolet.
Corpora poſt decies ſenos qui credidit annos
Miſſa neci, ſceleris crimine damnat auos.

Deinde ponit eorum ſententiam, qui putabant, pro duobus ſenibus quotannis ex oraculo mitti in Tiberim ſolitis, Herculis inſtituto ſtramineos Quirites *iactatos.*

Pars putat, vt ferrent iuuenes ſuffragia ſoli,
Pontibus infirmos praecipitaſſe ſenes.

Denique ipſe probat hanc ſententiam, Argiuos, qui cum Euandro huc veniſſent, iuſſiſſe corpora ſua in flumen iaci, vt ſic in mare, et inde in patriam deferrentur,

Diſplicet heredi mandati cura ſepulcri,
Mortuus Auſonia conditur hoſpes humo,
Scirpea pro domino Tiberi iactatur imago,
Vt repetat Graius per freta longa domos.

Vid. ARGEI, *it.* CASNAR. *Ad hunc ritum et fabulam reſpicit* Cic. pro Roſcio Amer. 100 c. 35 Habeo etiam dicere, quem contra morem maiorum minorem ſexaginta annis de ponte in Tiberim deiecerit.

DEPONTO, āre. *De ponte deiicere, et depontanum facere.* Varro Sexageſimo *(qua Satira illum de hac re egiſſe, oſtendunt, quae laudamus in* CASNAR) Acciti ſumus, vt depontaremur, murmur fit verus. *Sic leg. viderunt Gothoſr. et Mercerus.*

DEPOPVLOR, āri. [λαφυραγωγέω, δῃόω] *Praedari, ſiue depraedari, paſſimque et quaſi populatim deripere.* Cic. Verr. 3, 84 Qui quum agros maximos ac feraciſſimos per ſeipſum, hoc eſt, per Apronium Verrem alterum depopularetur. Aues depopulantur dona Cerealia Ouid. Faſt. 1, 683. Humum depopulari Id. Triſt. 3, 10, 56. Prouinciam Cic. Diuin. Verr. c. 4. ¶ 2 Depopulare, *active apud* Hirt. de Bell. Hiſpan. c. 42 *extr.* Agros, veſtramque prouinciam veſtro impulſu depopulauit. Valer. Argon. 6, 532 Furtis aſſuetus inultis depopulare greges. Caecilius Aſoto, Iamdudum depopulat macellum. Ennius Ambracia, Agros audaces depopulant ſerui dominorum dominis Nonius 7, 26.

DEPOPVLATVS, a, um. *Paſſiue.* Agri Plin. 2, 53. Quinct. Decl. 13 p. 286. *Add.* Liu. 37, 13 *et* 21. Iuſtin. 42, 2, 1.

DEPOPVLATIO, ōnis. f. [πόρθησις] Depopulatio praediorum Cic. pro Domo 146 c. 58. Agrorum depopulatio Idem in Piſ. 40 c. 17. Cic. Verr. 2 (Act. 1) 12 c. 4 Cuius praetura vrbana,

Aedium ſacrarum fuit, publicorumque operum depopulatio. Depopulationes et vaſtationes Cic. Philipp. 5, 25. Defendere prouinciam a depopulatione Idem pro Font. c. 16. Cic. de Aruſp. Reſp. 3 c. 2 Exciſionem, inflammationem, euerſionem, depopulationem, vaſtitatem eam ſua cum praeda meis omnibus tectis atque agris intulerunt.

DEPOPVLĀTOR, ōris. m. [δῃώτης] Depopulator fori Cic. pro Domo 13 c. 5.

DEPORTO, āre. [κατακομίζω, ἀνακομίζω] *De loco portare. Dicimus autem* Deportare ad locum, *et* Deportare de loco. *Ac peculiariter de his dicitur, qui ex Prouincia aliquid Romam ſecum auferunt.* Pomp. *ſub* Cic. Att. 12, 8 Quae arma ſuperabant, ea ſi Brunduſium iumentis deportaueritis, vehementer Reipubl. profueritis. Caeſ. B. G. 3, 12 Magno numero Nauium appulſo ſua omnia deportabant: ſeque in proxima oppida recipiebant. Deportare ſe, *pro Se conferre.* Cic. Fam. 16, 1 Mihi placebat, ſi firmior eſſes, vt te Leucadem deportares, vt ibi te plane confirmares. In triremem, quae ad eum deportandum erat miſſa, adſcendit Nepos 7, 4, 3. Cic. Fam. 6, 15 Mihi crede, nihil Ex iſta prouincia potes, quod iucundius ſit, deportare. Plin. 7, 30 Deportauit ex Cypria. Oſſa eius ad matrem deportanda curarunt Nepos 18, 13, 4. Cic. Verr. 3, 36 Omnes decumas Ad aquam deportatas haberent. Id. Att. 1, 2 Illa omnia In Tuſculanum deportabo. In ſolas terras, *pro In exilium mittere* Ter. Phorm. 5, 7, 85. Captiuos Romam Liu. de Bell. Pun. . . . *Videtur ſubaudiri Ablatiuus* Naui. Exercitum, *eſt Exercitum in patriam reducere:* Liu. 23, . . Annibal victor in Africam hinc decedat, Exercitumque deportet. Cic. pro Lege Manil. 61 Bellum in Africa maximum confecit, victorem Exercitum deportauit. Pecuniae ex prouinciis Romam a quaeſtoribus deportabantur Vell. 2, 62, 3. Minore exercitu inſigneis captiuos, caedem ducis, bellique confecti famam deportarat Tac. Ann. 4, 26. Flagitium ac dedecus in Aſia ſuſceptum, aut ex Aſia deportatum, *vbi quis non continenter vixit* Cic. pro Muraena 12 c. 5. Gloriam Curt. 9, 10, 24. Plus victoriae quam praedae Idem 10, 2, 11. Triumphum Nep. 24, 2, 1. Cic. de Senect. 1 Noui enim moderationem animi tui, et aequitatem: teque non cognomen ſolum Athenis deportaſſe, ſed Humanitatem et prudentiam intelligo. Literas deportare ex Sicilia in Verrem Cic. Verr. Diuinat. 28. Idem Offic. 1, 78 Mihi quidem certe vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius multis audientibus hoc tribuit, vt diceret fruſtra ſe tertium triumphum deportaturum fuiſſe, niſi meo in Rempublic. beneficio, vbi triumpharet, eſſet habiturus. ¶ 2 Deportare, *in exilium mittere:* Iuſtinian. §. 1 inſt. Quib. modis ius patriae pot. Cum autem is, qui ob aliquod maleficium in inſulam deportatur, ciuitatem amittit: ſequitur, vt, qui eo modo ex numero ciuium Roman. tollitur, perinde, quaſi eo mortuo, deſinant liberi in poteſtate eius eſſe. — Relegati autem patres in inſulam, in poteſtate liberos retinent *etc.* *Vid.* DEPORTATVS *et* DEPORTATIO.

DEPORTĀTVS, a, um. Partic. [κατακεκομισμένος] *Ad poenam fere ciuium Romanorum pertinet.* Vlpian. l. 7 relegatorum D. de interdict. et releg. Haec eſt differentia inter deportatos et relegatos: quod in inſulam relegari et ad tempus, et in perpetuum quis poteſt. Siue ad tempus, ſiue in perpetuum quis fuerit relegatus, et ciuitatem Rom. retinet, et teſtamenti factionem non amittit. *Sed* l. 14 ibid. Deportatio ciuitatem et bona adimit. *Et* l. 15 Deportatus ciuitatem amittit, non libertatem, et ſpeciali quidem iure ciuitatis non fruitur, iure tamen gentium vtitur. *Et* l. 6 Inter poenas eſt etiam inſulae deportatio, quae poena adimit ciuitatem Roman. Deportandi autem in inſulam ius praeſidibus prouinciae non eſt datum, — vt princeps aeſtimet, an — deportari in inſulam debeat. *Vid. et* l. 1 §. 2 D. de legat. et fideicom. lib. 32. *it.* l. 48 ff. tit. 22. Deportatus mortui loco habetur, *vid.* l. 4 §. 2 ff. de bonis libert.

DEPORTATIO, ōnis. f. [ἐξορισμὸς, κατακόμισις] Cato c. 144 De fundo ligna et oleam ne deportato. Qui oleam legerit, qui deportarit, in ſingulas deportationes HS. N. II. deducentur, neque id debebitur. ¶ 2 Deportatio, *eſt Perpetua in exilium, ſiue inſulam condemnatio, ciuium Romanorum poena, quae ſucceſſit in locum aquae et ignis interdictionis, qua ei, qui damnatus eſt, certo ſpatio circumſcribitur poenae perpetuo pendendae locus.* Aeterna deportatione puniri l. 6 §. 1 C. Vnde vi. *Conſ.* l. 3 D. ad L. Iul. pecul. *et quae modo in* DEPORTATVS *dedimus.* Iuſtinian. §. 2 publicorum Inſtit. de publ. Iudic. publicorum iudiciorum — capitalia dicimus, quae vltimo ſupplicio afficiunt homines, vel etiam aquae et ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo.

DEPORTATORIVS, a, um. Adi. L. 1 Cod. de Veteranis, Deportatorio onere affici.

DEPOSCO, depopoſci, ĕre. [ἐξαιτέω] *Vehementer poſcere.* Cic. Verr. 4, . . Vt illa flamma diuinitus exſtitiſſe videatur, non quae deleret Iouis Opt. Max. templum, ſed quae praeclarius magnificentiusque depoſceret. Caeſ. B. G. 7, 1 Omnibus pollicitationibus ac praemiis depoſcunt, qui belli initium faciant, et ſui capitis periculo Galliam in libertatem vendicent. Non modo non recuſare aliquid, ſed etiam depoſcere Cic. pro Flacco 97. Idem Philipp. 3, 33 c. 13 Id modo non recuſem, ſed appetam etiam atque depoſcam. Silius 7, 234 — quum optabile tempus Depoſcet Dextras. Val. Arg. 5, 634 Et Perſen ſimul et Minyas depoſcimus Hoſtes. Mandata alicuius, *vid.* MANDATVM. Aliquem ad ſupplicium Hirt. Caeſ. B. G. 8, 38. Cic. pro Caelio 70 Hac lege Caelii adoleſcentia non ad Reipubl. poenas, ſed ad mulieris libidines et delicias depoſcitur. Liu. 21, 6 Ad ducem ipſum in poenam foederis rupti depoſcendum. *Et* 21, 10 Auctorem culpae et reum criminis depoſcunt. *Et mox,* Nec dedendum ſolum id piaculum rupti federis, ſed, ſi nemo depoſcat, deuehendum, *etc.* Morti depoſcere, *pro ad mortem. Refertur autem* Depoſcendi *verbum frequenter ad Supplicium:* Tacit. Ann. 1, 23 Dum Centurionem cognomento Stirpicum illa morti depoſcit. Praelia depoſces Sil. 17, . . Tene iſtas partes depopoſciſſe, vt, *etc.* Cic. pro Roſc. Amer. 95. Votis depoſcere pugnam Lucan. 2, 533. Supplicia ſaeua Stat. Theb. 12, 460. Depoſcere atque expetere imperatorem ad bellum Cic. pro Lege Manil. 44.

DEPOSCENS, ĕntis. Partic. [ἐξαιτῶν] Cic. Att. 5, 2 Hortenſio depoſcenti mandata mea, caetera vniuerſa mandaui.

DEPOSITVS, DEPOSITVM, DEPOSITARIVS. *Vid.* DEPONO.

DEPOSTVLO, āre. [ἐξαιτέω] *Vehementer poſtulare.* Hirt. B. Hiſpan. c. 1 Ciuitates contrariae Pompeio auxilio ſibi depoſtulabant.

DEPOSTVLATOR, ōris. m. Tertull. Apol. c. 35 Depoſtulatores Chriſtianorum, *ſcil.* ad Supplicium, *ſeu accuſatores.*

DEPOTIOR, īri. Depotitur, *ἀπολαύει*, Gloſſ.

DEPRAEDOR, āri. [*συλεύω*] *Idem, quod Depopulari.* Victor Macedoniae agros depraedatur Iuſtin. 24, 6, 3. Omnem illam depraedabantur regionem Apul. Met. 8 p. 215. Depraedandi cauſa accedere l. 5 D. de neg. geſt. §. 3.

DEPRAEDANS, āntis. Partic. Vulg. Interpr. Iob. 24, 9 Vim fecerunt depraedantes pupillos.

DEPRAEDATVS, a, um. Part. *Paſſiue, vt Depopulatus.* Dict. Cret. 2, 16 Qua pergebat, agri referti iugi pace depraedati.

DEPRAEDATIO, ōnis. f. Lactant. Epitom. c. 8 More latrocinii depraedatio et vaſtatio fiet, l. Cod. de lucris aduocat. Compulſor arguitur in depraedatione conuictus. Auguſtin. Ciu. Dei 22, 22 Depraedatio et Captiuitas.

DEPRAEDĀTOR, ōris. m. *Praedo.* Marcellinus Auguſtino Epiſt. 4 Quis Romanae Prouinciae depraedatori non mala velit belli iure reponere? *Ipſe* Auguſt. Epiſt. 199 Depraedatores putans.

DEPRAELIOR, atus ſum, āri. [*καταμάχομαι*] *Idem quod ſimplex Praeliāri, hoc eſt, Dimicare.* Hor. Od. 1, 9, 11

Permitte diuis caetera, qui ſimul
Strauere ventos aequore feruido
Depraeliantes, *etc.*

i. Valde praeliantes, vt Depugnare.

DEPRAELIATIO, ōnis. f. *Apud* Liuium *eſſe aiunt.*

DEPRAESENTO, āre. Suet. Calig. c. 58 *vbi agit de pueris ex Aſia ad edendas in ſcena operas euocatis:* Redire ac depraeſentare ſpectaculum voluit. *Ita emendauit Barthius.*

DEPRAESENTIARVM, *eadem forma, qua* Impraeſentiarum, *legitur in fragmento* Petronii *Traguriano* 74 Vt depraeſentiarum intelligas. *Et* 58 Alioquin iam tibi depraeſentiarum reddidiſſem, *i. veſtigio.*

DEPRANDEO, *vnde* DEPRANSVS, a, um. Depranſis pro prandio lacrimis Apul. Met. 9 p. 235. *Al.* depenſis.

DEPRANDVS, a, um. Adi. *pro famelicus*, Naeu. *apud* Feſt. in Oreae: *Dacer. legit*, Deprandi autem leoni ſubdas oreas: *vt ſit Nominatiuus* Deprandis.

DEPRAVO, āre. [*διαστρέφω, στρεβλόω, λωβάω*] *Prauum facere, corrumpere, vitiare.* Ter. Phorm. 4, 4, 16 Nihil eſt Antipho, quin male narrando poſſit deprauarier. Cic. de Fin. 3, . . Eas non modo nihil adiuuare arbitror, neque affirmare quo meliores ſimus, ſed ipſam deprauare naturam. *Contraria:* Cic. de Fin. 1 c. 6 Sed ita, vt ea, quae corrigere vult, mihi quidem deprauare videatur. Nimiae rerum omnium copiae deprauant aliquem Idem de Lege Agr. 2, 96. Nihil eſt tam ſanctum, quod non ſoleant domeſtici deprauare nonnunquam Cic. Philipp. 1, 32. Multi ad deprauandum parati Cic. Ep. ad Brut. 18.

DEPRAVĀTVS, a, um. Partic. [*λελωβημένος*] *Vt*, Crus deprauatum corrigere Varro R. R. 3, 5. Deprauata facies Scribon. 101, 255. Deprauati mores Cic. de Legib. 2, 28 c. 15. Deprauatae opiniones Idem Tuſcul. 3, . . Natura alicuius deprauata mala diſciplina Cic. de Fin. 2, 33 c. 11. Deprauare hominem, *pro Fractis vel debilitatis membris vitiare:* Sen. Epiſt. 102 Depraues licet, dum monſtruoſo et diſtorto temporis aliquid ſuperſit.

DEPRAVATIO, ōnis. f. [*διαστροφή*] Deprauatio oris Cic. de Orat. 2, 252 c. 62. Libidines afferunt articulorum omnium deprauationes Sen. Ep. 24. Cic. de Fin. 5, 35 In quibus ſi peccetur Diſtortione et deprauatione quadam, aut motu, ſtatuue deformi. Conſuetudinum deprauatio Cic. de Legib. 1, 29. Deprauatio et foeditas turpificati animi Idem Off. 3, 105 c. 29. *Et* in Partit. 127 c. 37 Defenſor autem de ea quam propoſui, aequitate nitatur: et ea quum ſecum faciat, non re, ſed deprauatione verbi ſe vrgeri queratur.

DEPRAVATE. Adu. Deprauate et corrupte iudicare, *i. non recte* Cic. de Fin. 1, 71 c. 21.

DEPRAVĀTOR, ōris. m. *Apud* Liuium *eſſe dicitur.*

DEPRECIĀTVS, *vid.* DEPRETIO, as.

DEPRĔCOR, atus ſum, āri. [*ἐκλιπαρέω, παραιτέομαι, κατεύχομαι*] *Duplicem vim habet: aut enim cum reſpectu ad eum, qui rogatur, ſignificat precando impetrare conari, vt* depoſcere: *aut reſpectu petentis, precibus amoliri, vt* depellere. *De priori ratione prius. Vehementer precari.* Te lacrimae fratris deprecantur Cic. Fam. 4, 7. *Add.* ib. 6, 6 *c. not. Manut.* Cic. poſt redit. ad Quirit. 7 At me C. Piſonis generi mei diuina quaedam et inaudita auctoritas atque virtus, fratriſque mei miſerrimi atque optimi quotidianae lacrimae, ſordesque lugubres a vobis deprecatae ſunt, *i. Reditum mihi ac reſtitutionem impetrauerunt. Add.* ib. c. 6. Cic. Verr. 5, . . Tum deprecabitur a vobis, tum etiam pro ſuo iure contendet. Idem Verr. 3 c. 5 Nunc proficiſcemur ad reliqua, ſi pauca ante erimus a vobis Iudices deprecati. Deprecatum venit ad me, vt ſibi ignoſcerem Cic. de Amicit. c. 11. Cic. de Lege Agr. 2, 92 c. 36 Quemadmodum quum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt: ſic ſi quid deliquero, nullae ſunt imagines, quae me a vobis deprecentur. Plaut. Aſin. Prolog. 5 Nunc ſi vultis deprecari huic ſeni, ne vapulet, Remur impetrari poſſe. In hoc te deprecor ne, *etc.* Cic. Fam. 8, 1. Pro aliquo Id. ad Brut. Ep. 12. Cic. poſt redit. ad Quirit. 6 Non enim pro meo reditu, vt pro P. Popilii nobiliſſimi hominis adoleſcentes filii, et multi praeterea cognati atque affines, deprecati ſunt. Id. Fam. 12, 24 Nondum legati redierant, quos Senatus, non ad pacem deprecandam, ſed ad denuntiandum bellum, miſerat. Cic. de Orat. 3, 9 Quum Sibi non incolumem fortunam, ſed exilium et fugam deprecaretur, eſſe coactum, vt vita ſeipſum priuaret. Idem pro Sulla 72 c. 26 Quam multorum hic vitam a L. Sulla deprecatus? ¶ 2 *In altera, quam diximus ſignificatione* Precari *et* Deprecari, *ſunt contraria:* Ouid. ex Ponto 1, 2, 59 Saepe precor mortem, mortem quoque deprecor idem. Cic. in Catil. 1, 27 Nunc vt a me P. C. quandam prope iuſtam patriae querimoniam deteſter ac deprecer, percipite quaeſo diligenter, quae dicam. Tacit. Ann. 11 Circumſiſtunt Caeſarem, Anteacta deprecantes. Calamitatem ab ſeſe Cic. Verr. 1, 157 c. 60. *i. amoliri, et precibus propulſare.* Auaritiae crimina laudibus frugalitatis, *i. depellere, et ita orare, vt ne quis auarus exiſtimetur, ſed magis frugalis* Cic. Verr. 2, 192 c. 78. Ennius *apud* Gell. 6, 16 Ego cum meae vitae parçam, letum inimico deprecor. Mortem Caeſ. B. G. 7, 40. Non mortem, ſed dum Darii corpus ſepeliant, dilationem mortis deprecantur Iuſtin. 11, 9, 14 *vbi duplicem vim habet.* Munus aliquod Quinctil. 2, 12. Odium ſummae improbitatis excuſatione ſummae ſtultitiae Cic. pro Caecina 30 c. 11. Id. pro Balbo 18 c. 7 Quiddam de communi conditione omnium noſtrum deprecandae maleuolentiae cauſa breuiter commemorandum videtur. Cic. de Republ. 6 *ap.* Gell. 6, 16 Etiam Claudii inuidiam, Gracchi caritas deprecabatur, *i. propulſabat et defendebat.* Deprecari periculum, *Auerſari, Precari ne eueniat* Cic. Verr. 5 c. 56. Periculum decreto deprecari Idem pro Sextio . . *Et* Fam. 10, 31 Nec periculum eſt vllum, quod pro libertate aut refugiam aut deprecer. Cic. de Orat. 3, 74 c. 20 Paullulum equidem de me deprecabor, et petam a vobis, vt ea, quae dicam, non de memet ipſo, ſed de oratore dicere putetis. Liu. 40, 15 Ego ſi quid impie in te pater, ſi quid ſcelerate in fratrem admiſi, nullam deprecor poenam. Si innocens ſum, ne inuidia conflagrem, quum crimine non poſſum, deprecor. *Verba ſunt Demetrii ad Philippum patrem.* Deprecari ſanguinem et mortem innocentiſſimi ciuis Cic. Verr. 5, 124 c. 47. Ennius *ap.* Gell. 16, 16 Quibus ſeruitutem mea miſeria deprecor. Cic. Tuſc. 2, 52 Nullum genus ſupplicii deprecatus eſt, neque recuſauit. *Ambiguae lectionis et interpretationis olim fuit* Catulli Epigramma 90 (89) *Dabimus illud ex lectione Voſſiana, et interpretatione* Gellii 6, 16. *Igitur Iſ. Voſſius ita ex MS.*

Lesbia mi dicit ſemper male, nec tacet vnquam
De me: Lesbia me, diſpeream, niſi amat.
Quo ſigno? Quia ſunt totidem mea. Deprecor illam
Aſſidue, verum diſpeream niſi amo.

Deprecor, *ſecundum Gellium*, a Catullo dictum eſt quaſi deteſtor, vel exſecror, vel depello, vel abominor. — Eadem ſe facere dicit, quae Lesbiam, quod et malediceret ei palam, reſpueretque et recuſaret deteſtareturque aſſidue, et tamen eam penitus deperiret. Cic. pro Fonteio 26 c. 12 Orandus erit — M. Plaetorius, vt ſuos nouos clientes (*Gallos*) a bello faciendo deterreat, vt illorum iratos animos atque horribiles impetus deprecetur. *Haec ſunt, quae pro illa amoliendi, depellendique ſignificatione adhuc prolata nouimus. Quare nondum muto ſententiam, quam dixi ad* Quinct. 3, 6, 13, *non eſſe locum huic verbo videri, vbi non et* preces *intercedere poſſint, vt apud iudices, populumque adeo, quoties etiam iure noſtro crimen depellimus; vel apud Deum, cum aliquid deteſtamur. V. g.* Nepos 25, 12, 2 Cuius *Agrippae generi ſui* gratia, *qua is apud Caeſarem valuit*, cum augere poſſeſſiones poſſet ſuas, tantum abfuit a cupiditate pecuniae, vt nulla in re vſus ſit ea *gratia Agrippae apud Caeſarem*, niſi in deprecandis *per illum* amicorum periculis aut incommodis. *Igitur ſine auctore et ἀκύρως loquatur, qui poſt doctiſſimum licet Graeuium, dicat*, Magnum Reipubl. imminere periculum, niſi Deus deprecetur et auertat: *niſi ſi forte ad magnum illum* deprecatorem *noſtrum et παράκλητον referatur* Dei *appellatio.* ¶ 3 *Non eſt opus noua ſignificatione, vt ſit* Deprecari *idem, ac veniam delictorum rogare, quae enim huc referuntur, ad alterutram, vel ad vtramque adeo rationum propoſitarum accommodari poſſunt. Vt*, Cic. Att. 11, 6 Q. Fratrem audio profectum in Aſiam, vt deprecaretur, *culpam, aut ſalutem: quod cum Pompeio fuiſſet.* Id. Philipp. 5, 3 c. 1 Pacem vult M. Antonius? arma ponat, roget, deprecetur, neminem aequiorem me reperiet. Valer. Maxim. 4, 7, 1 Pro ſe deprecatum venire. *Vid. Borrich. Vindic. p. 53 ſeq.* Cic. Partit. c. 39 Erit iiſdem aequitatis ſententiis contra acerbitatem verborum deprecandum, *i. rogandi iudices, ne verba acerbiora legis huic facto applicent.*

DEPRECANS, āntis. Partic. Vulg. Interpr. Gen. 16, 2 Cum ille acquieſceret deprecanti: *et* Sirac. 28, 2 Deprecanti peccata ſoluentur. Liu. 37, 6 Deprecantes pro Aetolis. Quinct. 11, 3, 103 Nam id et leuiter admirantes, et interim ſubita indignatione velut paueſcentes, et deprecantes, *i. amolientes, repellentes*, facimus.

DEPRECATVS, a, um. Partic. *Qui vehementer expetiit.* Cic. de Orat. 2, 201 c. 49 Omnia ſemper pro amicorum periculis, nihil vnquam pro ſeipſo deprecatus. Apul. Met. 9 p. 127 Diras deuotiones in eum deprecata vxor. *Paſſiue* Apul. Met. 11 p. 270 Deprecato ſummo numine.

DEPRECATOR, ōris. m. [*δεητής, παραιτητής*] *Qui pro reo deprecatur veniam.* Cic. pro Corn. Balbo 42 Potuit magis de re iudicare, quam quum ad veſtrum iudicium ciues ampliſſimos legauit, teſtes huius iuris, vitae laudatores, periculi deprecatores? Idem pro Flacco 1 Sperabam Iudices honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum, quam miſeriarum deprecatorem. Cic. pro Lege Manil. 35 c. 12 Quum ad eum vsque in Pamphiliam Legatos deprecatoresque miſiſſet. Idem Att. 11, 8 Quintus miſit filium non ſolum ſui deprecatorem, ſed etiam accuſatorem mei. *Add.* Idem Fam. 2, 13. *et* 15, 15 *c. not. Manut.* Ego apud conſulem deprecator defenſorque vobis adero Liu. 36, 35. Eo deprecatore aliquid impetrare Caeſ. Bell. G. 1, 9. Vſi deprecatoribus Idem 6, 4. Deprecator fortunarum alicuius, *pro Seruatore* Cic. pro Planc. 102 Nec me ſolum deprecatorem fortunarum tuarum, ſed comitem ſociumque profitebor.

DEPRECATRIX, īcis. f. Aſconius in Verr. 1, 14 c. 5 Sabinis deprecatricibus parentum bellum maritorumque finitum eſt. *Vet. edit.* Precatricibus. Tertull. adu. Marc. 4, 12 Humanam opponit neceſſitatem quaſi deprecatricem.

DEPRECATŌRIVS, a, um. Adi. Vet. Interpr. 1 Maccab. 10, 24 Scribam et ego illis verba deprecatoria.

DEPRECATIO, ōnis. f. [*δέησις, παραίτησις*] *Deprecandi actio, eadem varietate, quam in verbo obſeruamus.* Cic. Att. 10, . . Non me hercule deprecationi locus. Idem pro C. Rabir. c. 9 Huic quidem adferet aliquam deprecationem periculi aetas illa. Cic. pro Cluent. 8 c. 3 Aggrediar ad crimen cum illa deprecatione, Iudices, qua mihi ſaepius Vtendum eſſe intelligo, ſic, vt me audiatis, *etc. i. vehementi precatione.* Idem pro Roſc. Com. 46 c. 16 Qui ſemel a veritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium, quam ad mendacium perduci conſueuit. Quis enim deprecatione deorum non conſcientiae fide commouetur? Deprecatio deorum *eſt in illis iurandi formulis*, Si ſciens fallo, tum tu me Iupiter, *etc.* Non ille deprecatione rediit Cic. poſt redit. ad Quirit. 7 c. 3 *de Mario, i. ſupplicatione amicorum.* Dirae deprecationes, *pro Imprecationibus, in malum:* Plin. 28, 2 Defigi quidem diris deprecationibus nemo non metuit. *Recuſatio et amolitio:* Inertiae deprecationem habere Hirt. Bell. G. 8, 1. Quinct. in Prooem. 1 Sed qua ex cauſa faciliorem mihi veniam meae deprecationis arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis. Auct. ad Herenn. 1, 18 c. 11 Conſtitutio eſt prima deprecatio defenſoris, cum accuſatoris inſimulatione coniuncta. Plin. 28, 2 Etiam parietes incendiorum deprecationibus conſcribuntur. *h. e. certis verbis quae vim habeant auertendi incendia ab aedibus.* Ad eius facti deprecationem ignoſcendi petenda venia eſt Cic. Partit. c. 37. *Recuſatio, et repulſio*

accuſationis et petitionis: Cic. de Inuent. 2, 104 c. 34 Deprecatio eſt in qua non defenſio facti, ſed ignoſcendi poſtulatio continetur.

DEPRECATIVNCVLA, ae. f. Dimin. Saluian. contr. Auar. 3 *poſt init.* Deprecatiunculae ſpecies.

DEPRECABVNDVS, a, um. Partic. [ἱκετεύων] *Pro Precante et petente.* Tac. Ann. 15, 53 Vt Lateranas quaſi ſubſidium rei familiaris oraret deprecabundus, et genubus principis accidens.

DEPRECABĬLIS, e. Adi. Vulg. Interp. Pſ. 89, 13 Deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.

DEPRECĀNEVS, a, um. Adi. *Idem.* Sen. Nat. Quaeſt. 2, 49 *Caecina auctore vocat* Fulmina deprecanea, quae ſpeciem periculi ſine periculo afferunt. *Sic etiam Lipſ. et Gronou. nec varietatis mentionem faciunt.*

DEPRECĀTĪVVS, a, um. Adi. *Idem.* Mart. Capell. 5 p. 147 Deprecatiua qualitas veniali ſpecie continetur: *nempe cum veniam petit, et poenam deprecatur reus.*

DEPREHENDO, di, ſum, ĕre. [φωράω, καταλαμβάνω] *et in carmine,* Deprendo, is, ĕre. *eſt quod dicunt, Capere in ipſo facto; ita, vt nec fugere, nec infitiari poſſit: vt,* Deprehendi in furto Plaut. Aſin. 3, 2, 17. Cic. Verr. 5, 1, 10 Quaſi eſſet in aliquo manifeſto ſcelere deprehenſus. Horat. Sat. 1, 2 *extr.* Deprendi miſerum eſt. *Plene idem dixit* Ter. Eun. 5, 5, 18 Quis homo pro moecho vnquam vidit in domo meretricia deprehendi quenquam? Deprehendi cum aliqua muliere Cic. Fam. 8, 7. Sic viuimus, vt deprehendi ſit, ſubito adſpici: quid autem prodeſt recondere ſe et oculos hominum, aureſque vitare Senec. Ep. 43. Vt in nominibus ſcribendis deprehendantur Quinct. 1, 1, 30. *Conf.* Id. 10, 1, 41. 12, 2, 14. 12, 8, 6. Deprehendi *orator dicitur cum ex tempore cogitur dicere* Sen. Exc. contr. 3 *pr.* p. 342 Elz. *de Caſſio Seuero,* Nunquam non vtilius erat illi deprehendi, quam praeparari. Stat. Silu. 4, 4, 74 Iuuenemque puer deprende parentem, *i. aſſequere: fac illa puerili aetate, quae iſte cum iam eſſet iuuenis.* Cic. in Catil. 3, 10 Qui paullo ante aliquid tamen de gladiis ac ſicis, quae apud ipſum erant deprehenſae, reſpondiſſet. Manifeſte deprehendi Idem in Catil. 3, 4. In adulterio deprehendi Cic. de Orat. 2, 275 c. 68. Experimento deprehendere Quinct. 1, 12. *Add.* Flor. 2, 4, 1. In eo turpiter deprehenſa eius vanitas eſt Vell. 2, 60, 3. Deprehendere, *eſt per diſputationem, ſeu inquiſitionem et inueſtigationem inuenire:* Horat. Sat. 2, 7, 43. Plin. 2, 8 Quam naturam eius Pythagoras Samius primus deprehendit. Idem 12, 9 Sed deprehenduntur odore, colore, pondere, guſtu. Deprehendi, *pro Dignoſci* Scrib. 183. 184. Lucret. 3, 871 Nec memori tamen id quimus deprendere mente. Per alias vias Macedonia deprenſa eſt Flor. 2, 12, 7. Cic. in Orat. 219 Nec deprehendetur manifeſto, quid a nobis de induſtria fiat. Animi tormenta in aegro Iuuen. Sat. 9, 18. Erant deprehenſi genere pugnae, in quod minime apti ſunt Liu. 38, 21. Agricola nuntio affectati a Veſpaſiano imperii deprehenſus ac ſtatim in partes transgreſſus eſt Tac. Agr. 7, 2. Arcanum alicuius Claud. de B. Get. 103. Cic. pro Caelio 14 Cuius ego facinora oculis prius quam opinione, manibus antequam ſuſpicione deprehendi. Ouid. Met. 3, 6 — Quis enim deprendere poſſit Furta Iouis? Verum Stat. Theb. 8, 8. Volucreſque vaga deprendere nube Adſuetus iaculis Sil. 16, 564. *Comprehendere, Aſſequi, vt,* Curſu feram deprehendere Sen. Herc. 224. *Metaph.* Stat. Silu. 4, 4, 74 Iuuenemque puer deprende parentem, *i. aſſequere, fac puerili aetate, quae iſte, cum iam eſſet iuuenis.* Deprehendere tabellarios, et literas intercipere Cic. Fam. 12, 12. Ouid. Epiſt. 7, 66 Finge age, te rapido (nullum ſit in omine pondus) Turbine deprendi, quid tibi mentis erit?

DEPRENSVS, *vel* DEPREHENSVS, a, um. Part. [φωραθεὶς] Deprehenſus, *i. obſeruatus, inuentus, repertus* Scribon. 231. Iuuen. Sat. 9, 3 Quid tibi cum vultu, qualem deprenſus habebat Rauola, dum Rhodopes vda terit inguina barba? *Nempe ad turpia facta fere pertinet. Sed tamen latius patet, vt dicatur* Deprehenſus, *qui in ſumma difficultate ſtupet animo, et inopia conſilii oppreſſus eſt.* Deprehenſi *enim dicuntur, Qui effugere nequeunt vel vitare quum maxime cupiant, aut e re incommode nata ſe explicare et ſubducere. Vt de Caco latrone,* Ergo inſperata deprenſum in luce repente Incluſumque cauo Virg. Aen. 8, 247. *Add.* Hor. Sat. 1, 2, 131. Deprenſus in horto Fur Priap. Carm. 67. Subito Sen. Ep. 11. Quinctil. 12, 2 Itaque reperias quoſdam in diſputando mire callidos: quum vero ab illa cauillatione ceſſerint, non magis ſufficere in aliquo grauiore actu, quam parua quaedam animalia, quae in anguſtiis mobilia, in campo deprehenduntur. *h. e. Nullum in ſe aut in alio reperiunt praeſidium: omni conſilio, omnique ope defecta.* Deprehenſus, *i. vt vulgo dicitur, Captus in ipſo facto:* Cic. de Fin. 2, . . Occultum facinus eſſe potuerit, gaudebit: deprehenſus omnem poenam contemnet. Cic. Fam. 1, 7 P. Clodium, Appii filium, te credo audiſſe cum veſte muliebri deprehenſum domi C. Caeſaris, quum ſacrificium pro Populo fieret. Deprehenſus, *Cognitus:* Deprenſus Vlyſſis ingenio Ouid. Met. 13, 304. Plin. 12, 5 Ibi et ſpina ſimilis, ſed deprehenſa vel lucernis, igni protinus tranſiliente. Ouid. de Arte Am. 2, 513 Si latet ars, prodeſt: affert deprenſa pudorem. Scelus manifeſtum atque deprehenſum Cic. in Catil. 3, 11 c. 5. Teſtis deprehenſus, *qui Varians vulgo, titubansque dicitur* Quinctil. 5, 7. *Sic de accuſatione futili iam ante defenſionem* Apul. Apol. p. 275, 9 Quae etſi poſſunt ab his futiliter blatterata, ob mercedem et auctoramenta impudentiae deprehenſa haberi. *Honeſte plane et ad ingenuum pudorem indicandum* Cic. de Or. 1, 207 c. 48 Deprehenſum equidem me, inquit Antonius, plane video atque ſentio, non ſolum quod ea requiruntur a me, quorum ſum ignarus atque inſolens: ſed quia, quod in cauſis valde fugere ſoleo, ne tibi, Craſſe, ſuccedam, id me nunc iſti vitare non ſinunt. *Sic* Curt. 5, 3, 22 Tunc haeſitabat deprehenſa felicitas. Deprenſa nauis in mari veſaniente vento Catull. 25, 12. Argolicoue mari deprenſus Virg. Aen. 5, 52. *vbi vid.* Seru. ¶ 2 Deprehenſa, dicitur Genus militaris animaduerſionis, caſtigatione maior, ignominia minor, Feſtus. Vet. Gl. Deprenſi ὑπερεκτίσεως *Dac. ſuſpicatur leg.* Deprenſae. *Sed ed. Vulcan.* Depenſi.

DEPREHENSIO, ōnis. f. [κατάληψις] Cic. pro Cluent. 50 c. 18 Denique omnis accuſatio varie grauiterque tractata, ad extremum manifeſta, veneni deprehenſione concluſa. Deprehenſione fur fit manifeſtus l. 7 D. de Furtis.

DEPRESSVS, *vid.* DEPRIMO.

DEPRETIO, āre. *Ad minus pretium redigere.* Epicurus omnem cruciatum doloremque depretiat Tertull. Apol. c. 45. *Conf.* Idem ad Vx. 1, 3. *Sauaron. ad* Sidon. Ep. 2, 10. Paull. in l. proinde D. ad legem Aquil. Et eius ratio haberi debet, quo caetera corpora depretiata ſunt.

DEPRETIATVS, a, um. Partic. *Vilior factus.* Paullinus Nolan. Epithal. Iuliani ſ. Carm. 22, 56 Vileſcit pretio, depretiatus homo. Depretiata ſuas turpant figmenta figuras Sidon. Carm. 22, 203.

DEPRETIATOR, ōris. m. Tertull. adu. Marc. 4, 29 Depretiator operum et indulgentiarum.

DEPRĬMO, eſſi, eſſum, ĕre. [καταπιέζω, ταπεινόω, καταποντίζω] *Deiicere.* Plin. 2, 38 Terrena in caelum tendentia deprimit ſiderum vis. Fluctus deprimit carinam Ouid. Met. 14, 185. Lanx in libra ponderibus impoſitis deprimitur Cic. Acad. 4, 38 c. 12. Deprimere plantam, vel vitem in terram Colum. 11, 3. *Et* de Arb. c. 7. *Item* Cato de R. R. c. 32. Deprimere naues, *vulgo dicunt, Mittere in fundum* Caeſ. B. C. 2, 6. Cic. de Diuin. 2, . . Si enim fatum fuit claſſes Populi Romani bello Punico primo alteram naufragio, alteram a poenis depreſſam interire. *Add.* Nepos 9, 4, 4. Curt. 4, 4, 9. Caeſ. B. C. 1, 58. *Metaph.* Pſeudo-Cic. antequam iret in exil. 1 Nam quem virtutis gloria cum ſumma laude ad caelum Extulit, eundem inimicorum inuidia digniſſime oppreſſum deprimit ad ſupplicium. Vide, ne te vlla res deprimat Sen. Ep. 10. Vlpian. in l. ſi arborem D. de ſeruit. vrban. praed. Interdum dici poteſt eum quoque, qui tollit Aedificium, vel deprimit, luminibus officere. Auct. ad Herenn. 3, . . In quibus extranea cauſa conficiet deliberationem, in his ea ipſa erit Cauſa adaugenda, aut deprimenda. Foſſam depreſſuros Tac. Ann. 15, 42, 3. Locum deprimere, *pro Depreſſiorem facere:* Vlpian. . . Vt locus deprimatur pecoris appellandi gratia. Puteum, *vid.* DEPRESSVS. Plaut. Merc. 4, 1, 9 Simul haec, etiam quae mecum porto, deprimunt. *Praeponderare:* Cic. de Fin. 5, 91 Terram, mihi crede, ea lanx et maria deprimet. Budaeus. Idem Tuſc. 5, 51 c. 17.

DEPRIMENS, entis. Partic. Vulg. Pſalm. 88, 43.

DEPRESSVS, a, um. Partic. [πεπιεσμένος] Depreſſum ad mentum ſupercilium Cic. in Piſon. 14 c. 6. Depreſſus et demerſus, *vid.* DEMERGO. Superata ac depreſſa claſſis Cic. pro Lege Man. 21. Id. Verr. 5, 67 Opus eſt ingens, magnificum, regum ac tyrannorum: totum eſt ex ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo, et multorum operis penitus exciſo: *depreſſo, i. effoſſo. Vt mox,* Depreſſis Puteis. Depreſſus et oneratus auro Auctor ad Herenn. 4, . . . Aratrum depreſſum Ouid. Met. 15, 618. Virg. Georg. 1, 45. Conualles Idem Georg. 3, 376. Corpus Ouid. Met. 3, 672. Onere ſuo nauis Cic. Verr. 5, . . Depreſſis ad aquae libramentum Puteis Plin. 37, 2 ſ. 9. *it.* 37, 9 ſ. 43. *Vid.* Deprimere. *it.* Premere Foſſam. Victae, comminutae, depreſſaeque opes ciuitatis Cic. Verr. 5, . . Idem pro Cluent. 183 c. 65 Hoc vno modo Iudices ſaepe multorum improbitate depreſſa veritas emergit. Depreſſa et exſtincta virtus Cic. Verr. 3, . . Senec. de Ira 3. 29 Captiuus in ſeruitutem ſubito depreſſus. *Sic* Aſinius ad Cic. Fam. 10, 32 Fadius depreſſus in ludum. Cic. de Sen. c. 21 Animus caeleſtis — depreſſus et quaſi demerſus in terram. *Comparat.* Depreſſior, [ταπεινὸς] Columel. 1, 5 Quum ex depreſſiore loco fuerint orſa fundamenta. Idem 2, 4. Aedes depreſſior Plin. Ep. 10, 58. *Contraria:* Vlp. in l. 1 §. quod autem ait D. ne quid in flumine publico, inue ripa eius fiat, dum vel depreſſior, vel altior fiat aqua, ac per hoc rapidior ſit cum incommodo accolentium. Auctor ad Herenn. 3, 25 In conqueſtione vtemur Voce depreſſa, inclinato ſono, crebris interuallis. longis ſpatiis, magnis commutationibus. Sedata et depreſſa vox Auctor ad Herenn. 3, 21 c. 12. Sedatiſſima et depreſſiſſima voce vti Idem ad Her. 3, 24 c. 14.

DEPRESSE. Adu. *Idem. Compar.* Depreſſius paſtinare Colum. 4, 1. *et* 11, 3. Depreſſius ſpecus fodere Sen. ad Helu. 9.

DEPRESSIO, ōnis. f. Vitruu. 1, 3 Fundamenti ad ſolidum depreſſio. Macrob. Saturn. 1, 20 Sol ſemper velut a quadam imae depreſſionis Senecta in altitudinem ſuam, vt in robur reuertitur Iuuentutis.

DEPRESSĬTAS, ātis. f. *Deuexitas: vt,* Depreſſitas terrae Apul. in Aſclepio. *Sed Elmenh. ex MSS.* p. 79 Denſitas.

DEPROCVL. Adu. *Quod legi velit ap.* Plaut. Capt. 2, 1, 24: *et* Perſ. 2, 1, 6. *it.* 4, 7, 17 *Pareus in Lex. Crit. pro vulgato* procul.

DEPRŌMO, ſi, tum, *quidam* p *addito* pſi, ptum, ĕre. [προχειρίζομαι, προβάλλω, ἐκφέρω] *Idem quod Promere.* Plaut. Trucul. 3, 1, 2 Vt bubus glandem prandio depromerem. Benignius depromere merum Hor. Od. 1, 9, 7. Idem Od. 1, 37, 5 Antehac nefas depromere Caecubum cellis auitis. Ex arca pecunia, ex virtute opera depromitur Cic. Off. 2 c. 15. Virg. Aen. 11, 858 Dixit, et aurata volucrem Threïſſa ſagittam Depromſit pharetra, cornuque infenſa tetendit. *Metaphor.* Cic. de Orat. 1, 252 Iuris vtilitas ad quamque cauſam quamuis repente vel a peritis, vel de libris depromi poteſt. Idem de Orat. 1 c. 57 Quid in illa cauſa — attulit, quod de iure ciuili depromtum videretur. Argumenta e locis quaſi theſauris Cic. de Fin. 4, 10. *Add.* Idem de Orat. 2 c. 27. Ex intima alicuius arte mirificum genus commendationis Cic. Fam. 13, 6. Idem Verr. 3, 155 c. 66 Iam hoc caede, concide: non Verba domo patroni depromere videtur ad omne genus nequitiae accommodata? Ex intimo artificio verba gratiſſima Cic. pro Cluent. 58.

DEPROMTVS, a, um. Partic. [προκεχειρισμένος] Cic. de Orat. 2, 219 Ita et momenti aliquid afferent, quum erunt paene ex intima defenſione depromtae, et apparebit eas, *etc.* Maledicta depromta ex recordatione impudicitiae et ſtuprorum alicuius, coniicere in alium Cic. Philipp. 3, 15 c. 6. Depromta ex aerario pecunia Id. pro Lege Manil. 37 c. 13. Haec ſunt ex meo ſenſu depromta Cic. Parad. c. 1.

DEPROPĔRO, āre. [κατασπεύδω] *Valde properare, vel propere efficere.* Plaut. Poen. 1, 2, 108 Deproperant ſedulo ſacrificare. Hor. Od. 2, 7, 24 Quis vdo Deproperare apio coronas Curatue myrto? *i.* Feſtinanter afferre. Acron.

DEPSO, ui, ītum, ĕre. [δεψέω] *Subigendo manibus aliquid molle et tenerum reddere.* A Graeco verbo δεψέω venit, quod eſt coquo, vel mollio, *teſte* Nonio 2, 234. Cato c. 90 Id vbi excoxeris depſito bene, oleo manum vnguito, primum puſillum, poſtea magis depſes, oleo tangito, depſitoque dum poteris facere turundas. Varro Myſteriis, Sed tibi fortaſſe alius mollit et depſit. *Obſoletum. In obſceno vſu* impudentius etiam quam batuit, *dici* Depſit, ait Cic. Fam. 9, 22.

DEPSTVS, a, um. Cato de R. R. c. 40 Luto depſto oblinere. Idem c. 135 Coria depſta.

DEPSITICIVS, a, um. Adi. [δεψητικὸς] Cato c. 74 Panem depſi-

depſiticium ſic facito, manus, mortariumque bene lauato, farinam in mortarium indito, aquae paullatim addito, ſubigitoque pulchre. vbi bene ſubegeris, defingito, coquitoque ſub teſtu.

DEPVBER, *vel* DEPVBIS, [ἄνηβος] *dicitur Is, qui ad pubertatis annos non potuit peruenire. Hinc* depubem porcum, (*inquit* Feſtus,) lactentem, qui prohibitus ſit pubes fieri.

DEPVDET, uit, ēre. [ἀναιδᾶται] *Pudorem abiicere.* Ouid. Epiſt. 4, 155 Depuduit, profugusque pudor ſua ſigna reliquit, *h. e. omnem abiici pudorem. Add.* Idem Amor. 3, 11, 4 Et quae depuduit ferre, tuliſſe pudet. Sen. de Tranquil. Vitae . . Si duritia oris ille hoc potuit, qui aſſiduis conuiciis depudere didicerat. *Conf.* Idem de Conſt. Sap. c. 17. Depudet *interdum ſimpliciter eſt, quod Pudet:* Vell. 2, 73, 3 Cum eum non depuderet.

DEPVDESCO, is. *Quo vſus eſt* Hieronym. ad Euſtoch. Non depudeſco infelicitatis meae. *Item* Apul. Met. 10 p. 253, 3 Infamia publici ſpectaculi depudeſcerem.

DEPVDĪCO, āre. [ἀναγνεύω] *pro Stuprare, vſus eſt* Laberius in Mimis, *teſte* Gellio 16, 7 *pr.*

DEPVGNO, āre. [καταμάχομαι] *Pugnare vehementer, pugnam decretoriam.* Depugnauit Graecia apud Salamina Plin. 2, 25 *de vi priuata.* Cic. pro Caecina c. 16 Non erit cur depugnare quisquam poſthac poſſeſſionis cauſa velit, ſed ne illud quidem, cur repugnare. Idem pro Planc. 93 c. 38 Si ſemper cum iis, quibuscum aliquando contendimus, depugnemus: *de forenſi contentione.* Peregre depugnare, *vid.* PEREGRE. Depugna potius, quam ſeruias Cic. Att. 7, 7. Collatis ſignis depugnare Plaut. Caſin. 2, 5 *extr.* Verſis gladiis depugnare Idem Caſin. 2, 5, 36. *Item,* Depugnare claſſe Plin. 7, 56. Depugnauit cum Gallo apud Anienem prouocatus Torquatus, voluptatis cauſa Cic. de Fin. 3, 73. Depugnare ferro Cic. Tuſc. 2 c. 17. Depugnant inter ſe ferro Hirt. B. Afric. . . Plaut. Trin. 2, 2, 24 Qui homo cum animo inde ab ineunte aetate depugnat ſuo. Depugnat voluptas cum honeſtate Cic. Acad. 4, 140. Plin. 21, 8 Paria nunc componuntur, et natura atque luxuria depugnant. Depugnare feram, quae regioni nocet Vlpian. l. 1 §. ſed ſi quis operas D. de poſtulando. Ad depugnandum cogi Nepos 2, 4, 4. Copiae paratae ad depugnandum Cic. Fam. 6, 4. Sil. 10, 475 Quinam ille ſiniſtrae depugnet morti iuuenis. ¶ 2 *Vt dimicare, pro periclitari ponitur, ſic* Depugnare. Plin. 36, 15 ſ. 24 *de Amphitheatro Curionis,* Ecce, Populus Romanus vniuerſus, velut duobus nauigiis impoſitus, binis cardinibus ſuſtinetur, et ſe ipſum depugnantem ſpectat, periturus momento aliquo luxatis machinis. — Vera namque confitentibus Populus Romanus funebri munere ad tumulum patris eius depugnauit vniuerſus.

DEPVGNATVR. Imperſ. [καταμάχεται] Plin. 12, 1 Depugnatur menſuram ſecundarum cauſa cum feris. Cic. Att. 16, 11 Calend. Ian. erit fortaſſe praeſidio: aut quidem ante depugnabitur. Depugnatum haudquaquam certamine ambiguo Liu. 7, . .

DEPVGNATVS, a, um. Partic. [καταμεμαχεσμένος] Plaut. Men. 5, 6, 31 Sed metuo, ne ſero veniam, depugnato praelio.

DEPVGNATIO, ōnis. f. Iul. Firmic. in praef. 4 In otio conſtitutus, et forenſium certaminum depugnationibus liberatus. Vna depugnatio eſt fronte longo Cato *ap.* Non. 3, 89. *al.* repugnatio. *Add.* Veget. 3, 20. Tertull. de Spect. c. 18.

DEPVGNATOR, ōris. m. *Idem ac Pugil.* ICt. Cod. . .

DEPVLPO, āre. ἀποσαρκῶ, Gloſſ. Lat. Gr. *Pulpam ſ. carnes auferre de oſſibus.*

DEPVLSIO, DEPVLSO, DEPVLSOR, DEPVLSVS. *Vid.* DEPELLO.

DEPVLVĒRO, āre. *Hinc*

DEPVLVERANS, āntis. Partic. Plaut. Suppl. Aulul. vlt. v. 25 O ſpes! O cor luctum depuluerans meum!

DEPVNGO, ĕre. *Hoc verbum ex MSS. Pithoei* Perſio 6, 78 *reddidit Caſaubonus,* Depunge, vbi ſiſtam, *pro vulg.* Depinge. *Videtur autem e literario ludo et Grammatiſtice aſſumtum eſſe verbum, vt idem ſit, quod interpungere, finem aſſignare procurrenti orationi: quod facile probabunt, qui attendent, hic de termino ponendo voluptatibus ſermonem eſſe, quem qui ſtatuit, idem eſt* Inuentor, Chryſippe, tui et finitor acerui. *Quod ad libram ſ. ſtateram recurrit Caſaubonus, mihi quidem videbatur impeditius. Quod* Depungere *etiam* Tertulliano adu. Marc. 2, 7 *tribuitur, illud ad* Diſpungo *pertinet, v. v.*

DEPVRGO, āre. [καθαρεύω] *Mundare, et nitidum facere.* Cato c. 112 Et ſi qua acina corrupta erunt, depurgato. Colum. 12, 9 Caules lactucae ab imo depurgatos eatenus, *etc.* Cato c. 151 Terram cum ſtercore bene commiſceto, depurgato ab herba, graminibusque. Quaſi malum malo depurges Commod. Inſtr. c. 65 p. 93. Plaut. Stich. 2, 3, 34 Alii piſces depurgate, quos piſcator attulit. Liu. 39, 35 Filium mittere Romam ſimul ad depurganda crimina, ſimul ad deprecandam iram Senatus ſtatuit. *Alii codices habent* Purganda.

DEPVRGATVS, a, um. Partic. Caules lactucae ab imo depurgati Colum. 12, 9. *Add.* Caton. R. R. c. 112.

DEPVRGATĪVVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 3, 16 Depurgatiuae virtutis eſſe.

DEPVRO *forte verbum fuit, quod ſignificaret, pus exprimere, vel abſtergere. Hinc*

DEPVRATIO, ōnis. f. Celſ. *i. expreſſio puris.*

DEPVTO, āre. [περικόπτω] *Verbum ruſticum et agricolis proprium, reſecando purgare.* Cato c. 50 Vbi vineam deputaueris, aceruum lignorum, virgarumque facito. Falx deputat vmbras Ouid. de Nuce 63. *i. ramos vmbram facientes.* ¶ 2 Deputare, *per translationem eſt Cenſere, exiſtimare, iudicare.* Plaut. Pſeud. Prol. 19 Satis id dictum vobis puto iam atque deputo. Cic. de Diuin. 1, 45 *ex Accio,*

Proin vide, ne quem tu eſſe hebetem deputes aeque ac pecus,
Is ſapientia munitum pectus egregium gerat,
Teque regno expellat.

Deputat ſe indignam, matri meae quae concedat Ter. Hec. 3, 5, 27. Idem Heaut. 1, 1, 83 Malo quidem me dignum quouis deputem, Si id faciam, *etc. Laudans hunc locum* Cic. Tuſc. 3, 65 c. 27 *addit,* Malo ſe dignum deputat, niſi miſer ſit. Deputare alicuius operam parui pretii Ter. Hec. 5, 3 *pr. Vbi* Donatus, Deputat parui pretii, quia ſic ſcilicet abutitur. Deputat parui eam, qui deputat eam in re nullius pretii conſumendam. Ter. Phorm. 2, 1, 16 Quidquid praeter ſpem eueniat, omne id deputare eſſe in lucro. *Hunc verſum citat* Cic. Tuſc. 3, 30 c. 14. Ter. Adel. 2, 1 *extr.* Sed nemo dabit, fruſtra egomet mecum has rationes deputo. *Sed eſt in optimis libris,* Puto. Deputare delicto, peccato Tertull. de Poen. c. 3. *i. pro tali habere.* ¶ 3 *Poſtremae aetatis ſcriptoribus eſt Deſtinare, deligare, e. g. apud* Sulp. Seuer. 2, 7 Deputari leonibus, *eſt Damnari ad beſtias. Et* 2 Macc. 4 In alios ſumtus deputari.

DEPVTATVS, a, um. Partic. Macrob. Saturn. 7, 14 Ad deputatam ſibi a natura ſedem proprii ſenſus recurrunt. Sulp. Sever. 1, 53 Turba exercendis colendisque agris deputata. *Sic vulgo* Deputatos *vocant, qui Delegati dicendi ſunt. Vid. Vorſt. de Lat. Mer. Suſp. p. 150.*

DEPVVIO, īre. *Caedere.* Lucil. . . Palmisque miſellam Depuuit me, *i.* Verberauit me: quod ipſum ex Graeco eſt παίειν. Feſtus. *Vid. Salmaſ. in* Solin. p. 41. *Edit. iteratae.*

DEPYGIS, e. Adi. *Paruis vel nullis natibus.* Hor. Sat. 1, 2, 93 Depygis, naſuta, breui latere, ac pede longo eſt.

D E Q

DEQVĔROR, eſtus ſum, ĕri. [καταμέμφομαι] *Idem, quod Queror.* Valer. Argon. 5, 448 Ante omnes ſecum dequeſta labores. Stat. Theb. 1, 404 Eadem ſub nocte ſopora Luſtra terit, ſimilesque Notos dequeſtus, et imbres, *etc. Add.* ibidem 11, 627. Sidon. Ep. 9, 9.

D E R

DERĀDO, ſi, ſum, ĕre. [ἀποξέω] *Simplicis ſignificationi addit illud, de quo aliquid radendo auſertur.* Caput tuum deradat Gell. 17, 9. Comas Apul. Met. 5 p. 172. Vngulis deraditis latera Chriſtianorum Tertull. Apol. c. 12. Plin. 34, 11 Namque et e lapide, ex quo coquitur aes, deraditur. Cato c. 121 De virga lauri deradito. Celſus 5, . . Sed ne illa quidem negligenda, vbi integra cute interior pars colliſa eſt, aut vbi deraſum quid, attritumue eſt.

DERĀSVS, a, um. Partic. Omnia deraſa ante ſi capillis conteguntur Celſ. 7, 6. Pix nauibus Plin. 16, 12. Surculi Gell. 17, 9.

DERBIA, ae. f. *Impetigo apud Medicos.*

DERBIŌSVS, a, um. Adi. Octau. Horat. 1, 10 Derbioſi oculi, quos Impetiginoſos dicimus.

DERCEA, ae. f. *Herba Apollinaris.* Apul. de Herb. c. 22.

DERCĒTO, ūs. f. *Nomen cuiusdam deae, de qua Diodor. 3, . . Iuxta Aſcalonem lacus eſt, vbi templum inſignis deae, quam Syri vocant* Δερκετώ, *muliebri ſpecie: reliquum vero corpus figura piſcis, cuius filia Semiramis, a columbis educata ſit. De hac* Plin. 5, 13 *et* 23 *vbi dicit eam* alio nomine Atargaten dici. *Idem dicit* Strabo 15 ad fin. *Vid.* ATERGATIS. *Sunt ſane nominis vtriusque eadem elementa, quod non ignorant, qui orientis linguarum non ſunt imperiti.*

DERELINQVO, īqui, ictum, ĕre. *Auget aliquantum ſignificationem verbi* Relinquo, *et reſpondet fere Graeco* ἐγκαταλείπω: *vt intelligatur eum, qui relinquitur in malo eſſe.* Cic. pro Caecina 103 c. 35 *extr.* Derelinquo iam communem cauſam, Populi Romani ius in veſtra fide et religione depono. Idem Verr. 3 (1) 120 c. 51 Permulti locupletes homines, magni et naui aratores agros latos (*hodie legitur* Laetos) et fertiles deſererent, totasque arationes derelinquerent. Animum in graui derelinquere coeno Catul. 17, 25.

DERELICTVS, a, um. Partic. [καταλειφθείς] Plin. 10, 60 Vrina fiunt oua derelicta incubatione. Cic. Att. 8, 1 Haec oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere. Iabolenus l. quod ſeruus D. de ſtipulat. ſeruor. Quod ſeruus ſtipulatus eſt, quem dominus pro derelicto habebat, nullius eſt momenti: quia qui Pro derelicto rem habet, omni modo a ſe reiecit. Cic. in Catil. 1, 25 c. 10 Nactus eſt ex perditis, atque ab omni non modo fortuna, verum etiam ſpe derelictis conflatam improborum manum. Incultum et derelictum ſolum Cic. de Clar. Orat. 16 c. 4. Auctor ad Her. 3, 31 Item commodius eſt in derelicta, quam in celebri regione locos comparare.

DERELICTVS, ūs. m. [ὑπόλειψις] Gell. 4, 12 Siue quis arborem ſuam vineamque habuerat derelictui, non id ſine poena fuit.

DERELICTIO, ōnis. f. [κατάλειψις] Cic. Off. 3 c. 6 Sed communis vtilitatis derelictio contra naturam eſt: eſt enim iniuſta.

DEREPENTE. Adu. [ἐξαίφνης] Vna eſt dictio (*vt ait* Donatus) aduerbiis praepoſitionem ſeparatim non addimus. Ter. Hec. 4, 1, 3 Ita corripuit derepente tacitus ſeſe ad filiam. Cic. pro Ligar. 13 c. 5 Tu derepente irrupiſſes, et clamare coepiſſes. Alios derepente Carthaginienſes per viginti annos edidit Liu. 21, 41. Cic. de Diuin. 1, 66 Sed quid oculis rapere viſa eſt derepente ardentibus? *Add.* Plaut. Moſt. 1, 2, 57. *et* Men. 5, 2, 12. *Sunt tamen, qui diuiſim ſcribant. Vid.* DE n. 10.

DEREPENTĪNO. *Etiam quaſi Aduerb.* Apul. Florid. 3 p. 353 Quid derepentino ab hoc ſplendidiſſimo conſpectu veſtro diſtulerim, *etc. Conf. ibid. p. 365. Sed rectius diuidimus.* De Repentino.

DERĔPO, ĕre. *Compoſitum ex* De *et* Repo. Plin. 8, 36 Ingrediuntur et bipedes. Arborem auerſi derepunt. *de vrſis. Add.* Varro *ap.* Non. 15, 12.

DERIDEO, ſi, ſum, ĕre. [καταγελῶ, ἐκμυκτηρίζω] Donatus: Ridet qui ſimpliciter ridet. Deridet, qui cum alterius irriſione et contemtu ridet. Hunc deridendum vobis praebeo Terent. Eun. 5, 9, 57. Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus Iuuenal. 2, 23. Cic. Verr. 5, 103 c. 39 Deriſum credo eſſe hominem amantem a ſuis conſiliariis. Ouid. Triſt. 5, 11 Derident ſtolidi verba latina Getae. Cic. de Orat. 3, 51 Quare omnes iſtos me auctore deridete atque contemnite. Cic. pro Flacco 76 c. 31 Pergameni te deriſerunt. Quid tu? Iudi te non intelligebas? Diſcit enim citius meminitque libentius illud, Quod quis deridet, quam quod probat et veneratur Hor. Epiſt. 2, 1, 264. *Contraria:* Cic. de Opt. Gen. Orat. 11 c. 4 Satis enim his res ipſa reſpondet, quum aut non adhibeantur ad cauſas, aut adhibiti derideantur: nam ſi arrideantur, eſſet id ipſum Atticorum. Derides Varro R. R. 3, 2, 15. *ad eum, qui rem ſupra fidem auget.* Deridere ſententiam, *pro Improbare ſeu opinionem confutare* Vlp. in l. ſed an vltro D. de Negot. geſt.

DERĪSVS, a, um. Partic. [καταγελασθείς] Deriſum atque contemtum beneficium Cic. Verr. 3, 215 c. 92. *Add.* Hor. de Arte v. 452.

DERĪSVS, ūs. m. [καταμειδίαμα] Quinctil. 6, 4 A deriſu non procul abeſt riſus. Lenis deriſus Quinctil. 6, 2. Incidere in ea, quae deriſum effugere non poſſunt Sen. Exc. Contr. Praef. 4 p. 444. Eſſe deriſui Phaedr. 1, 11. Ad deriſum duci Id. 5, 7. *Conf.* Prud. in Romano v. 248.

DERĪSIO, ōnis. f. Arnob. 7 p. 239 pr. Deriſionis materia. Lactant. 4, 18 Si non credideritis ei, neque exaudieritis annuntiationem eius, eritis deriſio in gentibus. *Scioppius Animadu. p. 11 ſuperſtitioſum putat Voſſium, qui recte dici* Deriſionem *neget, cum* Irriſionem *Cicero dixerit.*

DERĪSOR, ōris. m. [καταγελαστής] Plin. 11, 52 Supercilia, quibus iuxta tempora inflexa, deriſores ſignificant. *Pro Paraſitis et ſcurris, qui dicacitate et deriſionibus aliorum dominos oblectabant, ſibi quaerentes victum.* Plaut. Deriſores *poſuit* Capt. 1, 1, 3. *et* Hor. Epiſt. 1, 18, 11 Alter in obſequium plus aequo pronus, et imi Deriſor lecti. *i. Paraſitus, qui in ima parte lecti ad pedes adſtans domini ſcurratur. Nam accumbentibus dominis ſerui ſtabant ad pedes. Atque hi ipſi ſcurrae et adulatores cum alios, tum dominos ipſos plerumque deridebant habebantque ludibrio. Conf.* Hor. Sat. 2, 6, 54. *Et in* Arte Poët. v. 433. Sen. Epiſt. 27 Suaſit illi Satellius Quadratus ſtultorum diuitum arroſor, et quod ſequitur, arriſor, et quod duobus his adiunctum eſt, Deriſor. *Sic* Caligula Deriſores vocabat, qui cum heredem ſe ſcripſiſſent, perſeuerarent tamen viuere, quaſi pro ludibrio haberetur, qui non ſtatim adire poſſet hereditates, *vt* Suetonius *eius* Vita *refert* c. 38. *Et quia mimorum proprium deridere et ſubſannare, idcirco et* Deriſores *appellati.* Martial. 1, 5 Qua Thymelem ſpectas, deriſoremque Latinum, Illa fronte precor carmina noſtra lege. Latinum *autem iſtum ſcenicum ſuus mimum fuiſſe, ex eiusdem Poëtae 2, 72. et 9, 29 clare conſtat.*

DERISORIVS, a, um. Adi. *Vt* Deriſoriae conditiones Martian. in l. conditiones D. de condit. inſtitut. Tabula deriſoria, σανὶς καταγελαστὴ Vet. Gloſſ.

DERIDICVLVM, i. n. [καταμωκίασις] *Irriſio.* Plaut. Pſeud. 4, 5, 7 Quam mihi illum verba per deridiculum dare. Lucret. 3, 778 Deridiculum eſſe videtur. Tacit. Ann. 12, 49 Ignauia animi, et deridiculo corporis iuxta deſpiciendus. Qui ſibi me pro deridiculo et delectamento putat Ter. Heaut. 5, 1 *extr.* Tac. Ann. 3, 57, 3 Deridiculo fuit ſenex foediſſimae adulationis. Tacit. Ann. 6, 2 Togonius Gallus, dum ignobilitatem ſuam magnis nominibus inſerit, per deridiculum auditur. Varro de R. R. 1, . . Sequetur, vt duos villicos et duas villicas habere debeat: quod eſt deridiculum.

DERIDICVLVS, a, um. Adi. [καταγέλαστος] Deridicula vanitas Gell. 10, 12. *Add.* 12, 2.

DERĪPIO, ui, eptum, ĕre. [καθαρπάζω] *Deorſum rapere.* Deripit, ἐφαρπάζει Vet. Gloſſ. f. ἀφαρπάζει. Deripiamus aurum matronis palam Plaut. Aul. 4, 10, 18. Idem Men. 5, 2, 117 Sed quis hic eſt, qui capillo me huc de curru deripit? *Conf.* Id. Rud. 3, 5, 5. Sertaque de ſanctis deripuiſſe foris Tibull. 1, 5, 39. Deripere velamina Ouid. Met. 6, 566. Virg. Georg. 2, 242 Tu ſpiſſo vimine qualos, Colaque praelorum fumoſis deripe tectis. *Vid.* de hac voce Heinſ. ad Ouid. Amor. 1, 5, 13. *et* 1, 14, 12 Qui eam reſtituit Sil. 10, 600. *Conf.* Drakenborch. ad Sil. 10, 318. *Nempe hic etiam* De *ac* Di *Praepoſitiones confundi ſolent. Proprie* Deripere *eſt, vt diximus,* Deorſum *rapere, vel auferre per vim: in* Diripere *accedit diſtractio in partes aut loca diuerſa, vt cum plures in vrbe agunt et ferunt omnia. Itaque conferenda omnino huc ſunt exempla, vltima praeſertim, quae in* Diripio *adhuc relata ſunt.*

DĒREPTVS, a, um. Partic. Dereptus cortex Ouid. Amor. 1, 14, 12. Derepta acus *ibid.* v. 18. Derepta leoni pellis *Idem* Met. 9, 52. *quo loco plura Heinſius. Male in nonnullis libris legitur* Direpta.

DERIS, Graeci appellant Pelles nauticas, quas nos vocamus Segeſtria. Feſtus.

DERĪVO, āre. [παράγω, παροχετεύω] *Alio,* De riuo *deducere.* Ab aliquo aquam deriuare Plaut. Trucul. 2, 7, 12. Columel. 2, 8, 3 Et omnem humorem in colliquias, atque in dextra ſegetes deriuemus. *Et* 2, 17, 5 Si palus — reſtagnat, ſulcis deriuanda eſt. Deriuare aquam, Sulco deducere Feſtus. Ex fontibus deriuata Quinctil. 2, 17. *Metaphor.* Hoc fonte deriuata clades Hor. Od. 3, 6, 19. *de adulteriis.* Ter. Phorm. 2, 1, 9 Atque in me omnem iram deriuem ſenis? Cic. pro Milon. 29 c. 10 Fecerunt id ſerui Milonis (dicam enim non deriuandi criminis cauſa, ſed vt factum eſt) neque imperante, neque ſciente, neque praeſente domino, quod ſuos quisque ſeruos in tali re facere voluiſſet. *Facit huc* Donatus *ad illud* Ter. Phorm. 2, 2, 9 In me omnem iram deriuem ſenis, Deriuatio dicitur Inflexio criminis ab eo, ad quem pertinebat, ad eum, ad quem non pertinet. Cic. Att. 4, 3 Habebat ille quidem difficilem manifeſtamque cauſam, ſed tamen cauſam: id poterat infitiari, poterat in alios deriuare, poterat etiam aliquid iure factum defendere. Idem Verr. 2, 49 c. 20 Quid eſt, quamobrem putes, te tuam culpam non modo deriuare in aliquem, ſed communicare cum aliquo poſſe? Cic. Att. 2, 31 Omnis expectatio largitionis agrariae in agrum Campanum videtur eſſe deriuata: qui ager vt dena iugera ſint, non amplius hominum quinque millia poteſt ſuſtinere. Cic. Verr. 1, 149 c. 53 L. Domitius de Chelidone reticuit quoad potuit; alio Reſponſionem ſuam deriuauit: cum omnia potius reſponderet, quam Chelidonem nominaret. Cic. Philipp. 11, 22 c. 9 Tamen rerum natura cogit te neceſſario referre animum aliquando ad Dolabellam perſequendum, et partem aliquam in Aſiam et Syriam deriuare curae et cogitationis tuae. *Auerto, interuerto.* Cic. Tuſc. 5, 72 Tranſeat idem iſte ſapiens ad Rempubl. tuendam, quid eo poſſit eſſe praeſtantius, quum contineri prudentia vtilitatem ciuium cernat, iuſtitia nihil in ſuam domum inde deriuet, reliquis vtatur tot, tamque variis virtutibus?

DERIVATIO, onis. f. [παραγωγή] Cic. Off. 2 c. 4 Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum. Liu. 5, 15 *vbi* deriuatio *eſt emiſſio lacus.* Quinctil. 3, 7, 25 Vtendum proxima deriuatione verborum, *i. vtendum eſt verbis aliis, ſed quae non multum recedant ab his, quae effugere volumus.*

DERIVATĪVVS, a, um. Adi. *apud Grammaticos et* Vet. Gloſſ. Deriuatiuum, παραγωγόν.

DERIVATOR, ōris. m. *apud* Boëthium.

DERŌDO, ſi, ſum, ĕre. [καταβιβρώσκω] *Idem quod Rodere.* Plin. 11, 37 Et cochleae dentes habent: indicio eſt a minimis earum deroſa vitis. Deroſo flore ederae Plin. 12, 17. Cic. de Diuin. 1 c. 44 A muribus eſſe deroſos. *Add. ib.* 2 c. 27.

DERŌGO, āre. [ἀπομειόω, καταλύω] Quum quid ex lege veteri, quo minus fiat, ſancitur lege noua, *inquit* Feſtus. *Vid.* ABROGO. *Sed deinde latius patet, vt idem fere ſit, quod detrahere, minuere.* Cic. Att. 3, 23 Si quid in hac rogatione ſcriptum eſt, quod per leges plebisue ſcita, S. C. hoc eſt, quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare, ſine fraude ſua *non* liceat, non licuerit, *etc.* De lege aliquid derogari, aut legem abrogari, aut aliquid ex parte commutari indignius eſſe, quum Populo cognoſcendi, et probandi, aut improbandi poteſtas nulla fiat Cic. de Inuent. 2, 134 c. 45. Idem ibid. 2, 136 c. 46 Nam ſumma impudentia eſt, eum, qui contra quod ſcriptum ſit, aliquid probare velit, non aequitatis praeſidio id facere conari. Si quid igitur ex hac ipſa quippiam accuſator deroget, omnibus partibus iuſtius et probabilius accuſare videatur. De magnificentia alicuius, *id eſt,* Detrahere, *auctore* Feſto. Cic. de Inuent. 2, 175 c. 58 Quare aut de magnificentia, aut de honeſtate quiddam derogetur. Aliquid ex lege fatorum Sen. Nat. Quaeſt. 1 praef. Cic. pro Roſc. Amer. 89 Non enim mihi tantum derogo (tametſi nihil arrogo) vt te copioſius, quam me putem poſſe dicere. De fide teſtium aduerſarii Cic. pro Caecin. 3. Id. pro Flacc. 9 Non quo nationi huic ego vnus maxime fidem derogem. Fidem auctoritati alicuius Celſ. praef. p. 8. Plin. 7, 28 M. Sergio, vt quidem arbitror, nemo quemquam hominum iure praetulerit: licet pronepos Catilina gratiam nomini derogarit. In commune nihil derogent Tacit. Ann. 13, 27. Cic. *ap.* Lactant. 6, 8 Huic legi nec obrogari fas eſt, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari poteſt. *Nempe* Derogatur legi, quum pars detrahitur, *ait* Modeſtinus: Abrogatur lex (*ſic vid. leg. pro* legi; *niſi malumus* obrogatur legi) quum prorſus tollitur, l. 102 D. de verb. ſignif. *Dubius eſt locus* Cic. pro Quint. 75 c. 23 Fides huius multis locis cognita ne perfidia S. Naevii derogetur laborant. *An ergo dicitur* Fides derogatur, *pro* Fidei? *An ita interpungendum,* Fides h. m. l. cognita: ne perfidia Naeuii ei derogetur laborant. *Illud ei hauſit forte* Naeuii. *Alter etiam incertior pro* C. Cornelio, Tertium eſt de legum abrogationibus, quo de genere ſaepe Senatusconſulta fiunt, vt nuper de ipſa lege Calpurnia, quae derogaretur. *Quid ſi leg.* quo (SCto) derogaretur (de lege Calpurnia): *vel ſimpliciter* quoi derogaretur.

DERŌGĀTIO, ōnis. f. Auctor ad Heren. 2, 16 c. 10 Cum duae leges inter ſe diſcrepant, videndum eſt primum, num qua obrogatio aut derogatio ſit.

DERŌGĀTOR, ōris. m. *Detractor.* Sidon. Epiſt. 3, 13 Importunus petendi, derogator negati, aemulator accepti. *Et* Epiſt. 3, 14 De caeteris ſtudii noſtri derogatoribus, *etc.*

DEROGĀTĪVVS, a, um. Adi. *Vt* Praepoſitio derogatiua, *apud* Diomed. Grammat. p. 325.

DERŌGĀTŌRIVS, a, um. Adi. *Idem, vt,* Derogatorium edictum, *apud ICtos.*

DEROGĬTO, āre. [ἀπομάξομαι] Plaut. Aſin. 2, 2, 60 Placide ergo vnumquodque derogita, vt acquieſcam. *hoc eſt, de me roga, me interroga.*

DEROSVS, *vid.* DERODO.

DERVMPO, ūpi, uptum, ĕre. [καταῤῥήγνυμι] *Idem fere quod Abrumpere: a quo*

DERVPTVS, a, um. Partic. [κατεῤῥωγώς] Praecipites deruptaeque vtrimque anguſtiae Liu. 21, 33. Collis arduus et deruptus Tacit. Ann. 2, 80, 5. *hoc eſt Abruptus, ſiue Praeruptus.* Ripae Liu. 37, 39. Tacit. Ann. 9, . . Et pars maxima inermes per inuia et rupes deruptas praecipitantes fugerunt. *vbique tamen legitur* Diruptas. Liu. 38, 2 In altiorem deruptioremque vndique tumulum conceſſere. *Alias legitur* Diruptiorem, *ſed prior lectio eſt caſtior.* Deruptum, *pro Praecipitio: vt,* Multi pauore in derupta praecipitati Liu. 38, 2 *extr.* Dimiſſo equo per derupta, et auia, ſequenteis fruſtratus eſt Tacit. 4, 45, 2. Per auia ac derupta Tac. Ann. 6, 21.

DERVNCĪNO, āre. *Runcina auferre aſperitatem, et ſic purgare ac polire. Hinc Metaphora comica* Plaut. Milit. 4, 4, 6 Vt lapide deruncinauit militem. *Vid.* DERVNCIO *et* RVNCINA.

DERVNCINĀTVS, a, um. Part. Plaut. Capt. 3, 4, 108 Ego deruncinatus, deartuatus ſum miſer huius ſceleſti technis.

DERVNCINATIO, ōnis. f. *apud* Columellam *eſſe dicitur.*

DERVNCINATOR, ōris. m. *apud* Auguſtin.

DERVO, ui, ŭtum, ere. [καταπίπτω] *Deorſum ruere.* Delapſus deruiſſem Apul. Met. 7 p. 196. *Tranſitiue:* Cic. Att. 16, 11 Et de laudibus Dolabellae deruam cumulum. *i. quod nimium eſt, et modum tanquam menſuram excedit, de libro auferram ac delebo.*

DERVPTVS, *vid.* DERVMPO.

D E S

DES, *Si* Varroni *credimus, de* L. L. 4, 36 p. 41, 5 olim pro Bes, dicebatur As, demto triente. *Eſt enim* Des, *ſiue* Bes, *octo vnciarum. Vid.* BES.

DESABVLO, āre. Varro *ap.* Non. 2, 238 *ex emend. Scalig.* Auſon. Lect. 2, 31. *Vulgo* Deſubulo.

DESĀCRO, āre. [καθιερόω] *Idem quod Sacrare, vel Conſecrare. De ſeparationem ab vſu profano notat, vt in* Dedico. Stat. Theb. 9, 586 Quercus erat, Triuiae quam deſacrauerat ipſa.

DESACRATVS, a, um. Part. Plin. 28, 8 ſ. 29 Chamaeleon per ſingula membra deſacratus. Hard. Deſecratus.

DESAEVIO, iui, ītum, īre. [ἀγριαίνομαι, κατασκήπτω] *Deſinere ſaeuire.* Lucan. 5, 303 Nec dum deſaeuiat ira, Exſpectat. Dum pelago deſaeuit hiems Virg. Aen. 4, 52. *Valde ſaeuire.* Deſaeuit in aequore victor Virg. Aen. 10, 569. Tragica deſaeuit et ampullatur in arte Hor. Epiſt. 1, 3, 14. Columel. 6, 2 *de bubus domandis,* Patere vnum diem noctemque deſaeuiant. Sueton. in Neron. c. 29. In omnes deſaeuit Claud. in Eutrop. 1, 182. Sanguine plebeio deſaeuire, *Saeuire in plebem* Stat. Theb. 12, 738.

DESALTO, āre. [ὀρχέομαι] *Saltationem peragere.* Sueton. in Calig. c. 54 Deinde repente magno tibiarum et ſcabellorum crepitu cum palla, tunicaque talari proſiluit, ac deſaltato cantico abiit.

DESANNO, āre. [μυκτηρίζω Gloſſ. Gr. Lat.]

DESCAPVLATVS, a, um. Adi. Sen. Ep. 115 *princ. ſec. Scalig. qui tunicam ab humeris demiſſam geſtat. Sed Lipſ. cum Gronouio,* Noſti complures iuuenes, barba et coma nitidos, de Capſula totos *v. v.*

DESCENDO, di, ſum, ĕre. [καταβαίνω, κατέρχομαι] *E loco ſuperiore in inferiorem venire.* De caſtello Cic. pro Caecin. 21 c. 7. Deſcendiſſetque de roſtris Varr. de R. R. 1, 54. Deſcendimus ad noſtras nauiculas Cic. Acad. 4, 148. *Vid.* NAVIS. Ad forum Cic. Att. 1, 13. *Nam plerique procerum habitabant in collibus, et Fora erant humiliora.* Sueton. Iul. c. 13 Cum mane ad Comitia deſcenderet. Cic. Philipp. 2, 15 c. 6 Hodie non deſcendit Antonius. *Vid. omnino Graeuium ad loc.* *Add.* Cic. Verr. 2 c. 38. Liu. 2, 20 Tum ad equites

equites Dictator aduolat, obteſtans vt feſſo iam pedite deſcendant ex equis. Cic. de Seneċt. 34 Quum ingreſſus iter pedibus ſit, in equum omnino non aſcendere : quum equo, ex equo non deſcendere. *de Maſiniſſa.* Cic. Tuſc. 2, 9 c. 3 Poſt meridiem in Academiam deſcendimus. In roſtra Cic. Off. 3, 80 c. 20. *Si vera eſt lectio, reſpicit ad ea, quae de foro modo diximus. Sed ſunt libri boni, qui habent* eſcenderent, *quod omnino praeferendum videtur.* In altum, *et* alte, *dicuntur* radices. Columel. 11, 3 Subiacens ſoli duritia, non patitur in altum deſcendere. Plin. 15, 31 Quidam non altius deſcendere radices, quam ſolis calor tepefaciat. In mare deſcendit Tybris Lucan. 6, 77. *Ita etiam qui ſecundo flumine nauigat, dicitur* deſcendere. Sueton. Tib. c. 10 *extr.* Relictis Romae Vxore et Filio confeſtim Oſtiam deſcendit. Deſcendere praedatum in agros Liu. 3, . . Deſcendunt in plana corylus, cornus, *etc. i. Creſcunt in planis locis* Plin. 16, 18. Deſcendere radice *dicuntur* arbores. Plin. 16, 31 Aeſculus quantum corpore eminet, tantum radice deſcendit. Plin. 37, 9 Multum ab ea diſtat hyacinthos, tamen e vicino deſcendens. Cic. de Orat. 3, 225 Eſt item contra quiddam in remiſſione grauiſſimum, quoque tanquam ſonorum gradibus deſcenditur. Plin. Epiſt. . . Ingentibus enim rimis deſcendit et hiat : ſiue in cauſa ſolum humidum et molle, ſiue lapis ipſe gracilis et putris. Cic. de Inuent. 2, . . Qua in re vel concedere alteri, vel ad conditionem alterius deſcendere, et in praeſentia quieſcere, atque aliud tempus expectare oportebit. Caeſ. B. C. 1, 9 Sed tamen ad omnia ſe deſcendere paratum, atque pati Reipubl. cauſa. *Abſolute :* Cic. Verr. Act. 1, 177 Placet mihi iſta defenſio deſcendo. *i. Acquieſco.* Deſcendit, *i. Effluit, excidit.* Cic. Somn. Scip. init. . . Cuius ego nomine ipſo recreor, ita nunquam ex animo meo deſcendit optimi viri memoria. Cic. pro Cluent. . . Ex quo intelligi poſſit, debuiſſe Cluentium magnopere cauſae confidere, quod certiſſimis criminibus et teſtibus fretus ad accuſandum deſcenderit. Ad accuſationem Cic. pro Caelio . . In aciem, *vid.* ACIES. Valla 5, 36 Deſcendo in praelium, deſcendo in forum, deſcendo in campum *dicimus : non quia de loco ſuperiore in inferiorem deſcendimus, ſed quia de loco tuto in locum diſcriminis: opinor, quod qui in loco celſiore ſe tenet, pugnam detrectare exiſtimatur: quem quum relinquit, et in locum aequum venit, atque deſcendit, mentem ſe pugnandi habere declarat. Ideoque non fere dicitur* in forum deſcendere, *niſi qui pugnandi et defendendae litis cauſa venit in forum, non rerum venalium coëmtor ac negotiator. Et* in campum deſcendere *non niſi qui litis, dignitatiſue cauſa (ſicut in campo Martio fiebat) certaturus vadit. Nec* in praelium pugnamue deſcendere, *quod in loca inferiora deſcendat. Non enim locus eſt pugna, et praelium, quum nihil interſit qualis locus ſit, planus, an montuoſus, in quem ſe confert, qui in pugnam deſcendere dicitur. Vt apud* Virg. Aen. 11, 450 *(ſatis autem erit in re perſpicua vnum exemplum protuliſſe)* Instructos acie Tyberino a flumine Teucros, Tyrrhenamque manum totis deſcendere campis. *Hactenus Valla. Sic* Liu. 7, . . Primo credere duces Gallorum deſcenſuros in aequum Romanos. Cic. Tuſc. 2, 62 Nullum ab iis, qui in id certamen deſcendant, deuitari dolorem ? *Sic* Caeſ. B. C. 3, 9 Quum eſſent infirmi ad reſiſtendum, propter paucitatem hominum, crebris confecti vulneribus, ad extremum auxilium deſcenderunt, ſeruosque omnes puberes liberauerunt. Brutus Cic. . . Si peſſimus caſus fuerit, ad nouiſſima auxilia deſcendemus. Ad extremum Conſilium Caeſ. B. G. 3, 29. Ad extrema Aſin. ad Cic. Fam. 10, 32. Hor. Od. 3, 1, 11 — Hic generoſior Deſcendat in campum petitor. Cic. Att. 8, 1 Quo minus mirere, ſi inuitus in eam cauſam deſcendo, in qua neque pacis, neque victoriae ratio quaeſita vnquam eſt. Liu. 36, . . Si ſemel in cauſam deſcenderit, nihil integrum futurum eſt. In dimicationem vitae pro patria Auct. ad Heren. 4, . . ¶ 2 *Formulae aliae.* Celſ. 3, 7 Vbi pluribus diebus non deſcendit aluus, docet aut ſubitam deiectionem, aut febriculam inſtare. Sen. de Benef. 2, 31 In amicitiam autem, quae ſimiles iungit, non deſcendam. Hor. in Arte Poët. 387 — Si quid tamen olim Scripſeris, in Metii deſcendat iudicis aures. Cibus celeriter deſcendit Celſ. 1, 6. Cic. Fam. 8, 8 Alterutram ad Conditionem deſcendere vult Caeſar, vt aut, *etc.* Plin. Epiſt. 10, 40, 1 Salua magnitudine tua, deſcendas oportet ad meas Curas, quum ius mihi dederis referendi ad te de quibus iudico. Propert. 3, 3, 67 An ficta in miſeras deſcendit Fabula gentes, Et timor aut vltra quam rogus eſſe poteſt? Eſcendit, *alii: vid. Brouckhuſ.* Ferrum deſcendit in ilia Ouid. Met. 3, 67. Ad Inimicitias deſcendere Cic. pro Muraen. 56. Claud. de B. Get. 601 Altius haud vnquam toto deſcendimus enſe In Iugulum Scythiae. Ad Iuris ciuilis perdiſcendi occupationem Cic. de Orat. 1, 252. Plin. in Paneg. c. 85 Deſcendis in omnia familiaritatis Officia, et in amicum ex imperatore ſubmitteris. Tacit. Ann. 15, 32 Igitur vbi coniuratis praefectum quoque Praetorii in Partes deſcendiſſe, crebro ipſius ſermone facta fides, promtius, et caetera. Deſcendit Peſtis, id eſt, incendium, Seruius : Virg. Aen. 5, 683. Ad Preces deſcendere *dicitur*, *Qui, quum poſcere aliquid poſſit, et pro ſuo iure imperare, tamen ita ſe demittit, vt malit illud exorare, et inferiori ſupplex eſſe* Sen. Hippol. 669. Ad Pugnas Valer. Argon. 3, 518. Deſcendere in Seſe, *i. Conſiderare ſe ipſum.* Perſ. 4, 23 Vt nemo in Seſe tentat deſcendere. *Quod, alia dicendi formula*, Secum habitare *dicitur.* Quod Verbum in pectus Iugurthae altius, quam quiſquam ratus, deſcendit Sall. Iug. 11, 7. Vulnus deſcendit magno hiatu Stat. Theb. 12, 340. Lapſu molli deſcendunt Zephyri Valer. Argon. 1, 686. Plin. 37, 9 Alterum earum genus deſcendit ad hyacinthos. *Et paullo poſt*, Quintum ad viciniam cryſtalli deſcendit. Ad minora deſcendere Quinct. 2, 3. Deſcendere, *pro Oriri; naſci, apud* Vlpianum, *et caeteros. Hinc a nobis nati* deſcendentium *nomine veniunt, qui cum* aſcendentibus *rectam lineam conſtituunt, de qua vulgatum illud*, Nullos aſcendentes inter ſe poſſe connubium contrahere. *Permiſta tandem reperitur haec vox cum* Diſcedere *vel* Decedere : *Vid. Burm. ad* Nemeſ. 2, 89.

DESCENDENS, entis. Partic. [κατερχόμενος] Cic. pro Planc. 33 c. 14 P. Naſica domum deſcendens, *etc.* *Add.* Virg. Georg. 2, 497. *et* Aen. 6, 830.

DESCENSVS, a, um. Part. Prudent. Apoth. v. 1007 Deſcenſos naſcendo gradus retexit.

DESCENSVS, ûs. m. [κάθοδος] Virg. Aen. 6, 126 Facilis deſcenſus Auerni, *i. ad Auernum.* Plin. 16, 26 Ipſo deſcenſu Iouis ſpeluncae.

DESCENSIO, ōnis. f. [κατάβασις] *Idem.* Plin. 20, 17 Item ad ſcabiem, pruriginem, pſoras, in deſcenſione balnearum. Liu. 22, 31 Prius quam in continentem deſcenſiones facerent, *i. deſcenderent.* *Gronou.* Exſcenſiones.

DESCISCO, īui, ītum, ĕre. [ἀφίστημι] *Deficere, tranſire ad deteriorem partem, relinquere meliora.* Liu. 2, 19 Praeneſte a Latinis ad Romanos deſciuit. Ab excitata fortuna ad inclinatam, et prope iacentem deſciſcere Cic. Fam. 2, 16. Eloquentia et caeterae artes deſciuerunt ab iſta vetere gloria Dial. de cauſ. corr. eloqu. c. 28. Deſciſcere a conſuetudine parentum Plin. Epiſt. 3, 20. *Sic*, Deſciſcere ab antiqua inſtitutione Cic. de Fin. 4, 19 c. 8. A natura Cic. Tuſc. 3, 3 c. 2. Gellius 3, 16 Eam rem Caecilium non inconſiderate dixiſſe, neque temere a Menandro, atque a multorum opinionibus deſciuiſſe. A Republica Cic. pro Rabir. 23. Idem Att. 2, 19 Neque vnquam mihi veniet in mentem, Craſſo inuidere : neque poenitere, quod a me ipſe non deſciuerim. Ab ſocietate Vell. 2, 100, 2. A veritate Cic. Acad. 4, 46. A vita, *Excedere e vita* Idem de Fin. 3, 61. A Populo Romano ad Illergetes Liu. 28, 29. Deſciſcere aperte Liu. 1, . . Plin. 18, 16 Si ſit humidum ſolum, herboſumue, vincitur, et deſciſcit in pratum. Apes deſciuere fauis Claudian. de VI. Conſ. Honor. 261.

DESCITVM, Imperſ. paſſ. [ἀφέσταται] Liu. 26, . . Quorum de ſententia maxime deſcitum a Romanis conſtabat. Non gradu, ſed praecipiti curſu a virtute deſcitum, ad vitia transcurſum Vell. 2, 1, 1.

DESCŎBINATVS, a, um. Adi. [κατεξυσμένος] Saucius, abraſus, defectus. *Sic* Non. 2, 236 *explicat illud* Varronis, Sin autem delectationis cauſa venamini, quanto ſatius eſt ſaluis cruribus in circo exſpectare, quam his deſcobinatis in ſilua curare ? Arnob. 6 p. 200 Simulacra iſta — fornacibus incocta figulinis, ex incudibus et malleis nata, tornis raſa, deſcobinata de limis, ſerris, perforaculis, aſciis, ſecta, dolata, *etc.* *Thema eſt* Scobs. *Vid.* DISCOBINO.

DESCRĪBO, pſi, ptum, ĕre. [ἀπογράφω, διαγράφω, καταγράφω, ὑπογράφω, ἐπιγράφω] *Proprie eſt, quod barbare vulgo Copiare dicitur, Exemplare, vel Transſumere, aut Transſcribere.* Cic. Att. 2, . . Edicta eius et conciones deſcribunt, et legunt. Deſcribere librum ab aliquo, *i. ad exemplar quod aliquis habet :* Cic. Att. 13, 21 Scripſit enim Balbus ad me, ſe a te quintum de Finibus librum deſcripſiſſe, *i. deſcribendum curaſſe.* *Sic* Ibidem, Mirifice Cerelia ſtudio videlicet philoſophiae flagrans, deſcribit a tuis. Quem librum ad te mittam, ſi deſcripſerint librarii Idem Att. 12, 14. Deſcribere comoedias Graecas, *pro Verbis Latinis eas exprimere, et ad exemplum earum ſimiles, eiusdemque argumenti componere aiunt eſſe apud* Ter. in Prol. Eun. 7 Qui bene vertendo, et eas deſcribendo male, E Graecis bonis, Latinas fecit non bonas. *Alii aliter. Sed optime Bentl.* et easdem ſcribendo. Bene *nimis et fideliter, verbum e verbo* vertendo easdem male ſcripſit, *malus ſcriptor Latinus fuit, puerili et ſeruili illa induſtria.* Deſcribere, *pro, in tabulas ad cuſtodiendam memoriam referre : vid. Burmann. ad* Calp. Flacc. Declam. *ſubi. Quinctil. p. 794.* Cic. Acad. 4, . . Haec quum vera eſſe conceſſero, ſi adiiciam iusiurandum, ſapientemne prius quam Archimedes eo inſpectante rationes omnes deſcripſerit eas, quibus efficitur, multis partibus ſolem maiorem eſſe quam terram, iuraturum putas? ¶ 2 Deſcribere, [διανέμεσθαι] *Definire, et partiri, ſiue Diuidere et Diſtribuere.* Liu. 1, 19 In XII menſes annum deſcripſit. Cic. Verr. 1, 215 Quod niſi omnis frumenti ratio, ex temporibus eſſet, et annona, non ex numero, neque ex ſumma conſideranda, nunquam tam grati his ſeſquimodii Q. Hortenſi fuiſſent: quos tu, quum ad menſurae tam exiguam rationem Populo Romano in capita deſcripſiſſes, gratiſſimum omnibus feciſti. *Et* de Lege Agr. 2, 84 c. 31 Adiungit Stellatem campum in agro Campano, et in eo duodena deſcribit in ſingulos homines iugera. Idem pro Rabir. Poſt. . . . Quaeque multi homines neceſſarii ſecundis Poſtumi rebus deſcripta, ſuſtinuerunt, nunc eius afflictis fortunis vniuerſa ſuſtinet, *i. inter ſe partita et diuiſa.* Caeſ. Bell. Ciu. 3, 42 Vecturas frumenti finitimis ciuitatibus deſcripſit. *Sic* Iuſtin. 16, 3 Quum Athenienſes victis Perſis, Graeciae tributum in tutelam claſſis deſcripſiſſent. *Conf. Graeu. ad* Cic. Att. 2, 1 p. 170. Deſcribere pecuniam, *vel* ſumtum, *aut* vectigal *eſt*, *Hanc huic, hanc illi ſummam pecuniae, quam ſoluere debeat, definire ; id, quod in exigendis tributis fieri ſolet :* Cic. pro Flacc. 32 c. 14 In quo igitur Praetoris eſt diligentia requirenda ? in numero nauium, et in deſcriptione aequabili ſumtus ? dimidium eius quo Pompeius erat vſus, imperauit, non potuit parcius. Deſcripſit autem pecuniam ad Pompeii rationem, quae fuit accommodata L. Sullae deſcriptioni : qui quum omnes Aſiae ciuitates proportione in prouincias deſcripſiſſet, illam rationem in imperando ſumtu, et Pompeius et Flaccus ſequutus eſt. Ad Pompeii rationem, *i. ſecundum Pompeii deſcriptionem :* Cic. Epiſt. 12, 1 Pecuniae maximae deſcribuntur, *i. aſſignantur.* Ter. Phorm. 5, 8, 30 Quod ne ego deſcripſi porro illis, quibus debui. *Sed ſunt, qui vtroque loco legant* Deſcripſi. Cic. ad Q. Fratr. 1, 1 Nomen autem publicani aſpernari non poſſunt, qui pendere ipſi vectigal ſine publicano non potuerint, quod iis aequaliter Sulla deſcripſerat. Orbem radio deſcribere Virgil. Ecl. 3, 41. *h. e. metiri. Proprium Mathematicorum verbum.* Idem Aen. 6, 849 — Caelique meatus Deſcribent radio. Quum mihi ſiderum vias radio deſcriberes Boëth. Conſ. phil. 1 Proſ. 4. Exiguae ſaepe areae in multos vſus deſcribentis arte patuere Senec. de Tranq. An. c. 10. Cic. de Seneċt. 49 c. 14 Mori videbamus in ſtudio dimetiendi caeli atque terrae C. Gallum, familiarem patris tui, Scipio. Quoties illum lux noctu aliquid deſcribere ingreſſum, quoties nox oppreſſit, cum coepiſſet mane. Sen. Epiſt. 109 Non credis animas in alia corpora atque alia deſcribi, et migrationem eſſe quam nos dicimus mortem ? *Deſcribi tanquam a metatore, qui ſuum cuique hoſpitium aſſignet.* Deſcribere officia Cic. Acad. 4, 114. Iura Id. Verr. 3, 27. *Sic* Deſcribere iuſſa populis, *apud eundem* de Legib. 2, . . Ciuitatibus pro numero militum, pecuniarum ſummas Cic. Verr. 3, 61. Vrbis partes ad incendia Idem in Catil. 1, 9 c. 4. Cic. de Orat. 2, 288 Sed haec ipſa minus mihi videor multa in genera deſcripſiſſe. Plin. 2, 7. Deſcriptus populus cenſu, ordinibus, aetatibus, plus adhibet in ſuffragium conſilii, quam fuſe in tribus conuocatus Cic. de Legib. 3, 44. *i. partitus et digeſtus.* ¶ 3 Deſcribere, [καταγράφειν] *eſt aliquando Depingere.* Quinctil. 10, 2, 6 *contra imitatores*, Quemadmodum quidam pictores in id ſolum ſtudent, vt deſcribere tabulas menſuris ac lineis ſciant. *Nempe* γράφειν *etiam Graecis et literas pingere, i. ſcribere, et formas pingere ſignificat. Hinc etiam metaphor. ponitur* Deſcribere, *pro Exprimere, et proprietatibus quibusdam quaſi quadam pictura, ante oculos ponere.* Plaut. Aſin. 2, 3, 21 Truculentis oculis, commoda ſtatura, triſti fronte. M.

Non potuit pictor rectius deſcribere eius formam. Idem Milit. 3, 1, 165 Bonus hercle vt malos deſcripſit mores. Hominum ſermones moresque Cic. Orat. 138. *i. effingere imitando.* Mulierem aut alium quempiam deſcribere Idem pro Caelio 50. *Et* de Orat. 1, 214 c. 49 Craſſus vero mihi noſter viſus eſt Oratoris facultatem non illius artis terminis, ſed Ingenii ſui finibus immenſis paene deſcribere. Cic. in Partit. . . . Vter enim Definiendo deſcribendoque verbo, magis ad ſenſum iudicis opinionemque penetrarit, *etc.* Facta magiſtratusque verſibus Nepos 25, 18, 6. Definire rem verbis et breuiter deſcribere Cic. de Inuent. 1, 11 c. 8. Naturam alicuius certis ſignis Auctor ad Herenn. 4, . . Signum Tertull. de Idolol. c. 8 *de confectione ſimulacrorum. Aliquando eſt Notare et occulte indicare:* Cic. pro Milon. 48 Videlicet me latronem ac ſicarium abiecti homines et perditi deſcribebant.

DESCRIPTVS, a, um. Partic. [καταγεγραμμένος] *Vt*, Id caput deſcriptum tibi miſi Cic. Att. 7, 22. Horat. Sat. 2, 1, 33 Vita deſcripta tabella. ¶ 2 *Plerumque ad diſtributionem et partitionem pertinet:* Aetatis partes deſcriptae Cic. de Senect. 5 c. 2. Deſcripto ad tibicinem cantu Liu. 7, 2. *i. compoſito ad tibiae modulationem.* Cic. de Senect. 59 Mirari ſe non modo diligentiam, ſed etiam ſolertiam eius, a quo eſſent illa dimenſa et deſcripta, *i. concinne digeſta. Mox ſubiicit,* Et ei Cyrum reſpondiſſe, Atqui ego iſta ſum omnia dimenſus, mei ſunt ordines, mea deſcriptio, multae etiam iſtarum arborum mea manu non ſatae. Cic. in Catil. 3, 8 Vt quum vrbem ex omnibus partibus, quemadmodum deſcriptum diſtributumque erat, incendiſſent, *etc.* Ius ciuium generatim in ordines, aetatesque deſcriptum Idem de Orat. 1, 58. Materiam orationis omnibus locis deſcriptam, inſtructam, ornatamque comprehendere Cic. de Orat. 2, 145. Caeteris ſeruis non in noſtrorum morem deſcriptis per familiam miniſteriis vtuntur Tacit. Germ. 25, 1. *i. diſtributis.* Stellae in Deos deſcriptae Plin. 18, 28 *ſidera, vt Caſtor et Pollux, Hercules, etc.* Cic. in Catil. 2, 13 Quemadmodum eſſet ei Ratio totius belli deſcripta, docui. Deſcriptas ſeruare vices Hor. A. P. 86. *i. attributas, de comicis.* Et diuiſa colebatur deſcriptaque tellus Lucr. 5, 1440. *Comparat.* Naturâ nihil eſt aptius, nihil deſcriptius Cic. de Fin. 3, 74 c. 22.

DESCRIPTVM, i. n. Tacit. Ann. 6, 24 Recitare factorum dictorumque deſcripta per dies.

DESCRIPTE. Adu. Cic. de Inuent. 1, 49 c. 30 In praeſentia confuſe et permixte poſt deſcripte et electe. *Sed alii habent* Diſcrete.

DESCRIPTIO, ōnis. f. [καταγραφή, διαγραφή, ἐπιγραφή] *Vt,* Deſcriptio et imago tabularum Cic. Verr. 2, 190 c. 77. *i. tabulae accurate deſcriptae, exemplum perfecte ſimile.* ¶ 2 *Partitio, et digeſtio in ordines, aut familias, aut ciuitates, aut tribus, aut centurias, aut vicos, regiones, etc.* Cic. pro Planc. 45 Decuriatio tribulium deſcriptio Populi, ſuffragia largitione deuincta ſeueritatem Senatus excitauerunt. Ciuitatis Cic. pro Sextio 137 c. 65. *Eſt ipſa, quam formam Reip. vocamus, quatenus* Senatum *habet*, magiſtratus, *etc.* Salubritatem, deſcriptionem, pulchritudinem vrbis Idem de Lege Agr. 2, 95 c. 35. *Hic* deſcriptio *ad vicorum, domuumque adeo diſtributionem ordinatam pertinet.* Siderum Idem de N. D. 2, 115 c. 44. Solers ſubtiliſque deſcriptio partium Idem ibid. 121 c. 47. Legionis Sueton. Tiber. c. 30. *Conf.* Salluſt. de Rep. Ordin. 2, 20. Equitum peditumque Cic. Tuſc. 4, . . Seruorum vicatim tota vrbe celebrare deſcriptionem Cic. pro Domo ſua 129. Deſcriptiones temporum Cic. Acad. 1, 9. ¶ 3 Grauiſſimum lumen dicendi deſcriptio Cic. de Orat. 3 c. 53. Auctor ad Heren. 4, 52 c. 39 Deſcriptio nominatur, quae rerum conſequentium continet perſpicuam et dilucidam cum grauitate expoſitionem. Cic. de Orat. 1 c. 49. Philoſophi denique ipſius, qui vnus omnia paene profitetur, eſt tamen quaedam deſcriptio, vt is, qui ſtudeat omnium rerum diuinarum atque humanarum vim, naturam cauſasque noſſe, et omnem bene viuendi rationem tenere et perſequi, nomine hoc appellatur. Idem Topic. 83 c. 22 Deſcriptio, qualis ſit auarus, qualis aſſentator, caeteraque eiuſdem generis, in quibus natura et vita deſcribitur. *Et paullo ante additur etiam* deſcriptio, quam Graeci χαρακτῆρα vocant. *Vid. Camerar. ad h. l.* Deſcriptionibus explicare Cic. Tuſc. 1, 38.

DESCRIPTIVNCVLA, ae. f. Dimin. Sen. Suaſor. 2 Celebres deſcriptiunculas ſubtexere.

DESCRIPTOR, ōris. m. Lactant. 5, 9 Seneca morum vitiorumque publicorum et deſcriptor veriſſimus et accuſator acerrimus fuit.

DESCROBO, āre. Gemmas operoſiſſimo deſcrobare auro Tertull. de Reſurr. c. 7. *i. includere tanquam ſcrobibus plantas.*

DESCVLPO, ĕre. Simulacrum ligno ſeu lapide deſculpitur Tertull. ad Nat. 1, 12.

DESĔCO, ui, ctum, āre. [διαπρίω] *Secando auferre, vel ſecando priuare aliqua re et nudare.* Caeſ. B. G. 7, 4 Auribus deſectis, et ſingulis effoſſis oculis domum remittit. Varro de R. R. 1, 50 Haec quum comprehendit, ſpicarum faſcem deſecat. Deſecare prata Columel. 11, 1. Cic. Att. 16, 6 *extr.* Tu illud deſecabis, et hoc agglutinabis. *hoc eſt, In deſecti loco glutinabis.* Columel. 5, 6 Sed ſi fieri poterit, vno ictu arborem praecidi: ſin minus, ferra deſecari, et plagam falce alleuari oportebit. Viciam Colum. 2, 18. Deſecare vitem Varro de R. R. 1, 41. Virgil. Aen. 8, 438 Gorgona deſecto vertentem lumina Collo. Ouid. Triſt. 2, 394 Ni patrium Crinem deſecuiſſet amor. Segetem l. ſi ſeruus ſeruum §. oliuam D. ad l. Aquiliam.

DESĔCANS, antis. Partic. [διαπρίων] Cic. de Vniuerſ. 20 c. 7 Partes rurſus ex toto deſecans.

DESECTVS, a, um. Partic. [πεπρισμένος] Deſecta cum ſtramento ſeges Liu. 2, 5. Collum Virg. Aen. 8, 438. Ceruix deſecta Propert. 4, 10, 37. Gramen Ouid. Met. 14, 648. Herbae Caeſ. B. C. 3, 53. *Conf.* Plin. 21, 17. Deſectis ſtramentis Columel. 2, 10. Deſectae offae in mulſum aut dulce vinum Plin. 14, 16. Saxa deſecta metallis Stat. Silu. 2, 2, 85.

DESECTIO, ōnis. f. [διάπρισις] Colum. 6, 3 Horum deſectio cum pecori, tum agro eſt vtilis. *De ſtramentis loquitur.*

DESĔCRO, āre. [βεβηλόω] *Proprie eſt Ex ſacro profanum facere. Vid.* DESACRO.

DESECRĀTVS, a, um. Partic. Plin. 28, 8 Iungemus illis ſimillima et peregrina aeque animalia, priusque chamaeleontem, peculiari volumine dignum exiſtimatum Democrito, ac per ſingula membra deſecratum, non ſine magna voluptate, cognitis, proditisque mendaciis Graecae vanitatis.

DESENESCO, ĕre. Cum ira belli deſenuiſſet Salluſt. Fragm. c. 10 (*ap.* Priſcian. 10 p. 887).

DESĔRO, āre. *Aperire.* Apul. Met. 1 p. 108 Ianuae ſua ſponte deſeratae nocte fuerunt. *Ita Elmenh. Pric. et alii* Reſeratae.

DESĔRO, ēui, ĭtum, ĕre. [καταφύω] *Serendi verbo addit emphaſin quandam, vt* Defigo, Defodio, Depango. *Hinc*

DESITVS, a, um. Partic. Varro de R. R. 1, 23 Nam et in recentibus pomariis deſitis ſeminibus, in ordinemque arbuſculis poſitis primis annis ante quam radices longius procedere poſſint, alii conſerunt hortos. *Vid.* DESERTVS, n. 2.

DESĔRO, ui, ertum, ĕre. [ἀπολιμπάνω, ἀπολείπω, προλείπω] *Derelinquere. Videtur militum proprie fuiſſe, cum de ſerie et ordine ſuo iniuſſu diſcedunt.* Ter. Heaut. 2, 3, 64 Mulier telam deſerit continuo. Patronus proprie dicitur deſerere, *teſte* Donato. Idem Andr. 1, 5, 36 Tum autem hoc timet, ne deſeras ſe. *Et* Eun. 2, 2, 7 Omnes noti me atque amici deſerunt. Cic. pro Planc. 13 Deinde ſitientem me virtutis tuae deſeruiſti ac dereliquiſti. Deſerere amorem alicuius Valer. Argon. 3, 181. Ter. Heaut. 2, 3, 17 Et me in his deſeruiſti malis. Plaut. Capt. 2, 3, 45 — in tantis aerumnis tamen Neque me deſeruiſſe te neque factis; neque fide. Deſeri a magna parte militum Caeſ. B. C. 1, 15. *Add.* Ibid. 1 c. 13. Aura deſerit moribundos Lucret. 3, 233. Papin. in l. liberto §. litem D. de negot. geſt. Litem in iudicium deductam, et a reo deſertam fruſtratoris amicus vltro egit. Amici Cauſam Ouid. Triſt. 1, 9, 65. Cic. de Fato 12 c. 6 Vigila Chryſippe, ne tuam Cauſam, in qua tibi cum Diodoro valente dialectico magna luctatio eſt, deſeras. Cic. pro Cluent. 183 Aut illi, quorum eminet audacia, atque proiecta eſt, a Conſiliis malitiae deſeruntur. Conſuetudinem reuertendi Caius in l. naturalem §. ceruos D. de acquir. rer. domin. Exercitum Cic. Verr. 3, 110. Idem Tuſculan. 1, 110 Multo autem tardius Fama deſeret Curium, Fabritium, *etc.* Catul. 67, 7 Dic agedum nobis, quare mutata feraris In dominum veterem deſeruiſſe Fidem. Plaut. Moſtel. 1, 2, 65 Nunc ſimul res, Fides, fama, decusque et virtus deſeruerunt me. Ouid. ex Ponto 1, 5 At noſtram cuncti deſeruere Fugam. *hoc eſt, me exulantem.* Plaut. Merc. 1, 1, 13 Genua hunc curſorem deſerunt. Iter medium Claud. de Sext. Conſ. Hon. 411. Suum Ius Cic. pro Caecin. 103 c. 35. *Item* Deſerere Ius amicitiae. Litem Papin. in l. liberto D. de negot. geſt. Laborem imperfectum Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 269. Cic. Att. 3, 15 Ad primam tibi hoc ſcribo, me ita dolere, vt non modo a Mente non deſerar, ſed id ipſum doleam, me tam firma mente vbi vtar, et quibuſcum, non habere. Ab oblectationibus et voluptatibus deſeri Cic. Att. 4, 9. Officii partes Cic. Fin. 1 c. 7. Suſceptum officium Cic. de Fin. 1, . . *Vid.* OFFICIVM. Officium promiſſum deſerere Caius in l. ſi quis alicui §. qui ſuſcepit D. mandat. Ouid. Faſt. 1, 288 Neue ſuum praeſta deſerat auctor Opus. Plaut. Capt. 2, 3, 76 Tuque te pro libero eſſe ducas, Pignus deſeras. Poſſidendo deſerere Colum. 1, 3, 11. *i. plus poſſidere, quam colere poſſis, qua ratione alii excluduntur.* Cic. Att. 3, 19 Non deſeram, neque optimi atque vnici fratris miſeras ac luctuoſas Preces, nec Seſti caeterorumque promiſſa, *etc.* Orantis medias deſeruere Preces Ouid. Epiſt. 16, 260. Sedem Virg. Aen. 3, 190. Deſerere optime meritos ſocios Caeſ. B. G. 1, 45. Spem noſtram, terras deſeruitque ſimul Ouid. ex Ponto 4, 6, 16. Cic. de Inuent. 2, . . Si tum quum ſpes deſeruiſſet, opitulatus ſit. Turpiter deſerere Quinct. 2, 1. Vadimonium Cic. in Catil. 2, 5. Idem pro Quintio 48 Vadimonium ſibi ait eſſe deſertum. *Olim et turpe erat et damnoſum,* vadimonium deſerere: *nec excuſabatur* vadimonii promiſſor, *niſi ob cauſas graues.* Vires, vita meum corpus nunc deſerit omne Cic. de Diu. 1, 40. *Ex* Ennio. Virtutis Viam Horat. Od. 3, 24, 44. Cic. pro Sextio 50 Nonne ſi meam Vitam deſeruiſſem, Rempublic. prodidiſſem?

DESERTVS, a, um. Partic. [ἀπολειφθείς, ἐρημωθείς] *Vt,* Deſerta ſigna Liu. 2, . . Agri deſerti l. 3 Quiſquis C. de agricolis et cenſitis. Litus deſertum Virg. Aen. 2, 24. Sen. Ep. 9. Nox Ouid. de Arte Am. 3, 70. Suis deſertis, *pro, a ſuis:* Tacit. Ann. 3, 20 Neque praelium omiſit, donec deſertus ſuis caderet. Ab auxiliis deſertus Iuſtin. 2, 4, 29. In caſtellum perueniunt deſertum ab ea parte Salluſt. Iugurth. 94. Deſertus viribus Phaed. 1, 22, 3. Sepulcrum deſertiſſimum in litore Dyrrhachino relictum eſt Cic. pro Sext. c. 67 *pr.* Teſqua Horat. Epiſt. 1, 14, 19. Vela vento Sen. Agamemn. . . . Virgo neci deſerta Valer. Argon. 2, 455. Deſerta promiſſio, *non obſeruata:* Vlpian. l. 4 §. 4 D. ſi quis caut. Quaeſitum eſt, an poſſit conueniri, ne vlla exceptio in promiſſione deſerta, iudicio ſiſtendi cauſa facta obiiciatur: et ait Atilicinus conuentionem iſtam non valere. Deſertae ſolitudines Cic. de Diu. 2 c. 19. Plin. 18, 5 Nihil damnoſius deſerto agro. Domus Ouid. Triſt. 3, 8, 9. Ter. Adelph. 5, 4, 19 Illum diligunt, apud illum ſunt ambo, ego deſertus ſum. Idem Phorm. 5, 1, 24 Ego autem quae eſſem anus deſerta, egens, ignota. Locus deſertior Cic. Att. 13, 22. Loci celebres *et* Deſerti, *contraria* Idem in Partit. . . . Loca Nep. 18, 8, 5. Luſtra ferarum Virg. Aen. 3, 646. Regio deſerta ſiti, *i. inhabitabilis ob ſiccitates et aquarum penuriam* Virg. Aen. 4, 42. *Conf.* Cic. Fam. 6, 18 *extr.* Nepos 20, 3, 1. Lebedus deſertior Gabiis Horat. Epiſt. 1, 11, 7. Cic. in Piſon. 55 Sic iſte tanto exercitu, tanta prouincia triennio poſt Macedonicus imperator in vrbem ſe intulit: vt nullius negotiatoris obſcuriſſimi Reditus vnquam fuerit deſertior. Via deſerta et inculta, atque intercluſa iam frondibus et virgultis relinquatur Cic. pro Caelio 42 c. 18. Vrbes Nepos 20, 3, 1. Cic. Q. Fratr. 3, 14 (4) C. Memmius Tribun. plebis cum L. Capitone ad vrbem acceſſit ad XII Calend. Octobris: nihil turpius ac deſertius. ¶ 2 *Sed* Stipes deſertus in agris, *Defixus apud* Tibull. 1, 1, 15 *probante Brouckhuſio: ex ea ſignificatione, quam in* DESERO, ēui, *dedimus.*

DESERTVM, i. n. [ἔρημος] *Locum appellamus inhabitatum, quaſi ab hominibus derelictum, quem Graeci Eremum dicunt. Veteres vix aliter quam plurium numero.* Virgil. Aen. 1, 384 Ipſe ignotus, egens, Lybiae deſerta peragro, Europa atque Aſia pulſus. Ardua Idem Georg. 3, 291. Longa Solin. c. 50. Vaſta Plin. 5, 4. Colere deſerta, *verſari in locis deſertis* Claudian. de Rapt. Proſerp. 3, . . Interuenientibus deſertis, *vid.* INTERVENIO. *Singulari autem numero frequens tritumque ſcriptoribus eccleſiaſticis, vt exemplis* Tertulliani, Hieronymi, Prudentii, *oſtendit Cellarius Cur. Poſter. p. 399.*

DESERTOR, ōris. m. *Qui deſerit: vt,* Deſertor amicorum, cui Conſeruator *opponitur.* Cic. Att. 8, 9 Sed obſecro te, quid hoc miſerius

miſerius, quam alterum plauſus in foediſſima cauſa quaerere, alterum autem offenſiones in optima? alterum exiſtimari conſeruatorem inimicorum, alterum deſertorem amicorum? Deſertores ſalutis meae Cic. poſt Redit. in Senat. 13 c. 5. Deſertor communis ſalutis. *Qui communem ſalutem non curat* Cic. de Fin. 3 c. 19. Caeſ. B. G. 6, 22 Qui ex iis ſequuti non ſunt, in deſertorum ac proditorum numero ducuntur. Liu. 3, 69 Pro deſertore futurum cuius cauſam non probaſſent. *Conf.* Id. 23, 18. Tac. H. 1, 72, 2. Sen. de Clem. 1, 16. Modeſtinus l. deſertorem D. de re militar. Emanſor eſt, qui diu vagatus, ad caſtra reuertitur. Deſertor eſt, qui per prolixum tempus euagatus reducitur. Deſertor Aſiae, Exul: Virg. Aen. 12, 14 Aut hac Dardanium dextra ſub tartara mittam Deſertorem Aſiae. *Sic* Seruius. *Sed* Donat. Proditor.

DESERTRIX, īcis. f. Tertull. de Habit. Mulier. c. 1 Diuinae legis prima deſertrix.

DESERTO, āre. Frequent. Accius, Quum me ſolum vterque parens deſertaſſent.

DESERTIO, ōnis. f. [ἐρήμωσις] Liu. 41, 24 Cur exſecrabilis iſta nobis ſolis veluti deſertio generis humani eſt? Deſertiones ex Feſto, *vid.* DISSORTIO.

DESERPO, ĕre. *Deorſum ſerpere.* Lanugo malis deſerpit Apul. Apol. p. 315. *Sic* Stat. Theb. 6, 586 Deſerpitque genis, nec ſe lanugo fatetur, Intonſae ſub nube comae.

DESERVIO, īre. [ὑπουργέω, θεραπεύω] *Idem quod Seruire: niſi quod aliquid auget Praepoſitio* DE. Deſeruire amicis Cic. pro Sulla 26 c. 19. Id. Off. 1, 109 c. 30 Itemque alii, qui quiduis perpetiantur, cuiuis deſeruiant, dum quod velint conſequantur. Alicui deſeruire per multos annos Ouid. Amor. 1, 3, 5. Stat. Silu. 2, 2, 129 — Nos vilis turba, caducis Deſeruire bonis. Corpori, *Habere curam corporis* Cic. de Legib. 1, 39. Rebus diuinis Cic. in Partit. c. 23. Plin. Pan. 77, 6 Quis adeo expetitis honoribus, aut deſeruit, aut ſufficit? Plin. Epiſt. 7, 7 Te negotiis diſtineri ob hoc moleſte fero, quod deſeruire ſtudiis non potes.

DESERVIENS, entis. Partic. *Vt* Corpori deſeruientes Cic. de Legib. 1, 39 c. 13. Vulg. Interpr. Sap. 19, 6 Creatura deſeruiens tuis praeceptis.

DESERVITIO, ōnis. f. Vet. Interpr. Irenaei 4, 28 Legis ſtatutere deſeruitionem.

DESICCO, āre. [ξηραίνω] *Idem quod Siccare.* Plin. 20, 19. Veget. 1, 28. Plaut. Trucul. 2, 7, 30. *Conf.* Turneb. Aduerſ. 24, 17.

DESICCATVS, a, um. Partic. Apul. de Herb. c. 49 n. 3 Herba deſiccata et in puluerem redacta.

DESICCATIVVS, a, um. Adi. Virtutis eſſe deſiccatiuae Macer. 2, 10.

DESĪDEO, ēdi, ēre. [ἐκαθυμέω, νωθρεύω] *Otioſum ſedere.* Plaut. Pſeud. 4, 4, 7 Quid tu intus quaeſo deſediſti? *Idem* Bacchid. 2, 3, 4 Nam meus formidat animus noſtrum tamdiu ibi deſidere, neque redire filium. Ter. Hec. 5, 3, 2 Fruſtra vbi totum deſedi diem. Confragoſa vitantes amoenioribus locis deſident Quinctil. 5, 8. In ſpectaculo Sen. Ep. 7. Sueton. in Caeſ. c. 2 A quo ad accerſendam claſſem in Bithyniam miſſus, deſedit apud Nicomedem. *Honeſte pro Ventrem exonerare: vt* Deſidendi cupiditas Celſ. 4, 18. Idem 2, 7 Quibus cum voluntas deſidendi eſt, venter nihil reddidit. *Vid. praeſertim* 2, 12 *extr.* Ad ſellam deſidere Scribon. 227.

DESES, ĭdis. Adi. [νωθρός] *Qui nihil agit, et otioſus ſedet.* Liu. 1, 32 Deſidem Romanum regem inter ſacella et aras acturum eſſe regnum rati. Idem 3, 68 Sedemus deſides domi mulierum ritu inter nos altercantes. *Nempe* Deſes intra tecta femina Colum. 12, 1, 2. Annus deſes *vocatur, in quo nihil agimus.* Stat. Silu. 3, 1, 2 Intermiſſa tibi renouat, Tirynthie, ſacra Pollius, et cauſas deſignat deſidis anni. Homines ignaui ac deſides Gell. 13, 8. Cura deſes, *i. Remiſſa et negligens* Stat. Theb. 6, 147. Paſſu deſide ire Idem Silu. 5, 2, 61. Somnus Id. Theb. 10, 87. Vita Stat. Silu. 3, 5, 85. Columel. 7, 12 Tertium genus canum venandi gratia comparatur: idque non ſolum nihil agricolam iuuat, ſed et auocat, deſidemque ab opere ſuo facit.

DESIDIA, ae. f. [νωθρεία, νωθρότης] *Otium et inertia, ignauia.* Cic. Tuſc. 5, 78 c. 27 Sed nos vmbris, deliciis, otio, languore, deſidia animum infecimus, *etc.* Socordia atque deſidia Auctor ad Heren. 2, . . Molles deſidiae Claud. de Tert. Conſ. Hon. 40. Horridus deſidia *rex apum, contrar.* rutilis clarus ſquamis Virg. Georg. 4, 94. Cic. Off. 1, 123 c. 34 Nihil autem magis cauendum eſt ſenectuti, quam ne languori ſe deſidiaeque dedat. Indormire deſidiae, *vid.* INDORMIO. Animum inficere deſidia, *vid.* INFICIO. Marceſcere deſidia, *vid.* MARCEO. Homo deſidiae ac luxuriae plenus Pſeudo-Cic. in Salluſt. 8. Deſidiam puer ille ſequi ſolet: odit agentes Ouid. de Rem. Amor. 149. Propter deſidiam in otio viuere Cic. L. Agr. 2 c. 4. Vitanda eſt improba Siren Deſidia Hor. Sat. 2, 3, 14.

DESIDIES, ei. f. *Idem quod Deſidia* Lucret. 5, 48 Quidue ſuperbia, ſpurcitia, ac petulantia, quantas Efficiunt clades? quid luxus deſidieſque?

DESIDIABVLVM, i. n. *Locus deſidiae aptus.* Plaut. Bacch. 3, 1, 9 Vt celem patrem tua deſidiabula. Diſpoliabula *legiſſe vid.* Non. 2, 54.

DESIDIŌSVS, a, um. Adi. [ἐκάθυμος] *Qui nihil agit.* Ouid. de Rem. Amor. 161 Quaeritur Aegiſthus quare ſit factus adulter: In promtu cauſa eſt, deſidioſus erat. Cic. de Orat. 3, 86 Sed ſi tota vita nihil velis aliud agere, ipſa tractatio et quaeſtio quotidie ex ſe gignit aliquid, quod cum deſidioſa delectatione veſtiges. Auct. ad Her. 4 c. 32 Denominatio eſt, quae a propinquis et finitimis rebus trahit Orationem — vt cum deſidioſam artem dicemus, quae deſidioſos facit. Varro de R. R. 2 prooem. Sic qui in oppido ſederent, quam qui rura colerent, deſidioſiores putabant. Inertiſſimum et deſidioſiſſimum otium Cic. de Lege Agr. 2, 90 c. 33.

DESIDIŌSE. Adu. [ἐκαθύμως] *Vt,* Agere aetatem deſidioſe Lucret. 4, 1129.

DESIDĔRO, āre. [ἐπιθυμέω, ποθέω, ἐπιποθέω, ἱμείρω] Deſiderare (*inquit* Feſtus) a ſideribus dici certum eſt, et eſt quaſi ſiderum deſiderio teneri. Deſiderare aliquid *dici quaſi conſulere ſidera propter aliquid, vult Periz. ad Sanct.* 3, 3, 10 p. 309. Cic. de Senect. 47 c. 14 Non caret is, qui non deſiderat Plaut. Trinum. 4, 2, 68 Fieri iſtuc ſolet, quod in manu teneas, Atque oculis videas, id deſideres. Idem pro Quintio 55 Qui in vita rationem ſummi officii deſideremus, et inſtituta bonorum virorum requiramus. *Et* Att. 5, 16 Dum haec, quae longiorem deſiderant orationem, ſummatim tibi perſcriberem. Deſiderat haec Scribon. 256, *i. exigit, de medicamento.* Minime deſideratur vapor ignis, *i. noxius eſt* Colum. 12, 50, 13. Plaut. Stich. 4, 1, 10 Nunc me gratiam abs te inire verbis, nihil deſidero. *Vid.* NIHIL. Caeſ. B. C. 3, 74 Exercitui quidem omni tantus inceſſit ex incommodo dolor, tantumque ſtudium infamiae ſarciendae, vt nemo aut Tribuni, aut Centurionis imperium deſideraret. *i. Cuperet exſpectaretue, ſed ſponte ſua et iniuſſi officium facerent.* Cic. de Senect. 44 c. 13 Quod ea voluptates nullas magnopere deſiderat. *Add. ib.* c. 9 *pr.* Cic. de N. D. . . Haec enim ſcire deſidero, *i. Cupio.* Ter. in Eun. 1, 2, 113 Dies noctesque me ames, me deſideres. Non deſiderare ſolum, ſed etiam poſcere et flagitare Cic. Verr. 3, 70. Id. de Amicit. . . Plerique peruerſe, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipſi eſſe non poſſunt: quaeque ipſi non tribuunt amicis, haec ab his deſiderant. Idem de Fin. 5, . . . Sed ea, quae Deſideratur a magno philoſopho grauitas, in eo non fuit. *Pro Petere, et poſtulare in iudicio:* Vlp. in l. Si quis §. pen. D. De agnoſcendis vel alendis liberis, Si quis a liberti liberto ali ſe deſideret: non debet audiri. Idem in l. 1 §. 1 D. De inſpiciendo ventre, Poſt editum plane partum a muliere, iam poteſt maritus iure ſuo filium per interdictum deſiderare exhiberi ſibi. Idem in l. 2 in fine D. Vbi pupillus educari debeat, Tunc enim imputabitur ei, cur non adito Praetore deſiderarit alimenta minui. ¶ 2 Deſiderare *eſt ſentire, ac dolere ſe non habere. Ea enim tantum, quae abſunt, deſideramus.* Deſiderari coepta eſt diligentia Epaminondae Nep. 15, 7, 1. *Conf.* Tac. Agr. 41, 3. Sin erit bellum partes meae non deſiderabuntur Cic. Att. 7, 26. Id. de Sen. 32 c. 10 Non curia vires meas deſiderat, non roſtra, non amici, non clientes. *Quaſi dicat, Curia non ſentit me ſenio debilitatum, quum fungar meo munere perinde ac ſi integra aetate eſſem.* Plin. Pan. 10, 6 Eo ipſo carus omnibus ac deſiderandus, quod proſpexerat, ne deſideraretur. Cic. Fam. 7, 29 Intellexi enim ex tuo ſermone quodam, quum moeſtitiam et deſperationem accuſares domi tuae, dicere te ex meis libris animum meum deſiderare. Deſidero abs te aliquid Idem ad Q. Fratr. . . *i. Non videris mihi facere quod debes. Et* Att. . . Tu me conſolari deſine: obiurgare vero noli: quod quum facis, vt ego tuum dolorem amoremque deſidero. *i. Videris mihi non dolere vicem meam, et me amare.* Cic. Att. 11, 7 Dicebar debuiſſe cum Pompeio proficiſci. Exitus illius minuit eius officii praetermiſſi reprehenſionem. Sed ex omnibus nihil magis tamen deſideratur, quam quod in Africam non ierim. Sextilem totum deſideror, *h. e. Abſum* Hor. Epiſt. 1, 7, 2. *Hinc* Deſiderari, *per Synecdochen pro Deficere vel Mori, cadere in praelio, perire.* Caeſ. B. G. 5, 23 Ac ſic accidit, vt ex tanto nauium numero, tot nauigationibus, neque hoc, neque ſuperiore anno, vlla omnino nauis, quae milites portaret, deſideraretur. *i. Nulla nauis perierat. Vid.* B. C. 1, 51. *et* 3, 53. *et* Curt. 3, 11, 27. *Ita* Cic. Verr. 2, 96 c. 44 Nec quidquam ex eo fano praeter vnum ſignum ex aere deſideratum eſt: *ſublatum nempe a Verre.* ¶ 3 *Pro circumſpicere videtur poſuiſſe* Columel. 9, 8, 1. *et* 9, 13, 1.

DESIDERANS, tis. Partic. [ἐπιποθῶν] *Vt,* Deſiderans quod ſatis eſt, *i. Nihil vltra ea, quae vitae neceſſitas exigit,* Hor. Od. 3, 1, 25. Deſideranti conſuetudinem veterem conceſſit rurſus Suet. Aug. c. 40. *Superl.* Paullin. Epiſt. 4 *extr.* ad Auguſtin. Frater deſiderantiſſime.

DESIDERANTER. Adu. Caſſiodor. Ep. 1, 4.

DESIDERATVS, a, um. Partic. [ἐπιτεθυμημένος] Cic. poſt redit. ad Quirit. 4 Sed omnia deſiderata magis quam aſſidue perſpecta delectant. Deſiderato acquieſcimus lecto Catull. 31, 10. *Superl.* Deſideratiſſima promiſſa Plin. 30, 1. *Conf.* Capitol. in Alb. c. 7. ¶ 2 *In* Vet. Gloſſ. Deſiderata, λειτουργία τελετή, *eſt ſacra ſynaxis: quod Catechumeni eam multis votis ac deſideriis proſequerentur.*

DESIDĔRIVM, ii. n. [ἐπιθυμία, πόθος, ἵμερος] Eſt, *inquit* Cic. Tuſc. 4, 21 Libido, eius qui nondum adſit, videndi. Tacit. Ann. 15, 63 Deſiderium mariti (*iam iam morituri*) honeſtis ſolatiis tolerare. *Contraria:* Cic. Att. 2, 20 Cupio equidem et iampridem cupio, Alexandriam reliquamque Aegyptum viſere, et ſimul ab hac hominum Satietate noſtri diſcedere, et cum aliquo deſiderio reuerti. Id. Fam. 15, 20 Quo tolerabilius feramus Igniculum deſiderii tui, crebris nos literis appellato. *Et* Fam. 15, 4 Huic meae voluntati, in qua ineſt aliqua vis deſiderii, ad ſanandum vulnus iniuriae, vt faueas adiutorque ſis, etc. vehementer te rogo. Cic. ad Q. Fr. 2, 15 Se effecturum, vt ego in medio dolore ac deſiderio tui, te cum a me abeſſes, potiſſimum ſecum eſſe laetarer. Hor. Epod. 17, 79 Poſſim crematos excitare mortuos, Deſideriique temperare Poculum, *i. philtrum.* Incutere deſiderium, *vid.* INCVTIO. Plin. 22, 24 Faucibus, tonſillis, anginae, omnibusque Oris deſideriis vtiliſſimum, *morbis, qui curationem deſiderant. Sic de melle.* Pro deſiderio corporum, *prout Corpora deſiderant, ſiue opus habent.* Plin. 11, 50 Caudae praeter hominem ac ſimias omnibus fere animalibus, et oua gignentibus, pro deſiderio corporum: nudae hirtis, vt apris: paruae villoſis, vt vrſis: praelongis ſetoſae, vt equis. Ad deſiderium, *Vid.* AD Praepoſit. Naturalia deſideria, *de fame* Columel. 10 *pr.* 2. Deſideriis naturalibus (*coitus*) angi Idem 6, 27, 7. Plin. 27, 13 Exprimitur et ſuccus radici, vtilis feminis et thoracis praecordiorumque Deſideriis: calfacit enim et concoquit, et purgat. *De ſmyrnio.* Scabendi deſideria tollunt minutae et latae Idem 30, 14. *De cochleis loquitur.* ¶ 2 *Verborum formulae:* Annus tertius acceſſit deſiderio noſtro Cic. Q. Fratr. 1, 1. Afficere deſiderio Idem Fam. 2, 13 *extr.* Agi deſiderio, *vid.* AGO. Angi deſideriis naturalibus *modo vidimus.* Capere deſiderium, *vid. ſ. l.* Effluere deſideriis noſtris *dicitur, Quem paullatim minus atque minus amamus* Ouid. de Rem. Amor. 646. Cic. de Orat. 1, 205 Ea ſi paullo latius dixeris, Expleris omnem expectationem diuturni deſiderii noſtri. Explorare alicuius Liu. 1, 9. Ter. Heaut. 2, 3, 66 Vt facile ſcires deſiderio id Fieri tuo. Ferre deſiderium non poſſe Cic. Att. 9, 12. Idem Att. 5, 11 *pr.* Non dici poteſt quam Flagrem deſiderio vrbis. Icta fidelibus deſideriis, Quaerit patria Caeſarem Hor. Od. 4, 5, 15. Incendi deſiderio Cic. in Orat. c. 10. Incutere Hor. Epiſt. 1, 14, 22. Indulgere deſiderio alicuius, *vid.* INDVLGEO. Inſidet nobis deſiderium rei alicuius Lucret. 3, 931. Laborare deſiderio partus Cic. Fam. 16, 10. Lenire deſiderium, *vid.* LENIS. Liu. 5, 54 Quae vos nunc moueant potius caritate ſua, quam poſtea, cum reliqueritis ea, Macerent deſiderio. Mederi deſiderio Vlp. in l. vlt. D. de mort. inferendo. Minuere Cic. Fam. 5, . . Mori deſiderio Idem Att. 1, . . *Et* de Amicit. . . Ego ſi Scipionis deſiderio me Moueri negem, quam recte id faciam, viderint ſapientes, ſed certe mentiar. Oblanguere deſiderio Cic. Fam. 16, 10. Premi deſiderio Idem Att. 2, . . *Et* pro C. Rabir. 14 Et par deſiderium ſui

ſui Reliquit apud Populum Romanum. Cic. in Bruto *pr. de Hortenſii morte loquens*, Vir egregius alieniſſimo Reip. tempore extinctus, et auctoritatis et prudentiae ſuae triſte nobis deſiderium Reliquerat. Renouare deſiderium Id. Poſt redit. ad Quirit. 8. Sum: Ter. Heaut. 4, 4, 5 Ita magno deſiderio fuit ei filius, *i. deſideratus*. Cic. de Amicit. . . Diutius in hoc deſiderio eſſe non poſſum. Si non eſſem quidem tam diu in deſiderio rerum mihi cariſſimarum Idem Fam. 2, 12 *extr.* *Et* Philipp. 10, 14 Erat enim in deſiderio ciuitatis, in ore, in ſermone omnium. *De Bruto.* Tabeſcere deſiderio Cic. in Catil. 1, 6. Idem de Senect. 33 Moderatio modo virium adſit, et tantum, quantum quisque poteſt, nitatur: ne ille quidem magno deſiderio virium. *Et* Poſt redit. ad Quirit. . . Vt aliquando vos, Patresque Conſcriptos, Italiamque vniuerſam memoria mei, miſericordia, deſideriumque Teneret. *Conf.* Id. Fam. 2, 13. ¶ 3 *Obſeruatt.* Meum deſiderium, *Blandientis vox:* Cic. Fam. 14, 2 Valete mea deſideria, Valete. *Paullo ante*, Hem mea lux, meum deſiderium. *Pro Petitione* Vlp. in l. 1 §. 1 D. de poſtulando, Poſtulare, eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui, in iure apud eum, qui iurisdictioni praeeſt, exponere: vel alterius deſiderio contradicere. Idem in l. Si quis §. 1 D. De agnoſcendis vel alendis liberis, Singulorum deſideria perpendere iudicem oportet. *Sic* Proferre ſua deſideria L. Nequidquam D. de Offic. Proconſ. *eſt libellum porrigere.* *Quemadmodum* Deſideria militum Sueton. *dixit* Aug. c. 17. *vbi videre licebit Caſaub. Pro Supplici libello ibid. poſuit* c. 53 *et* 94. Plin. Paneg. c. 79 Videmus vt prouinciarum deſideriis et ſingularum etiam ciuitatum precibus occurrat. *Add.* Idem Ep. 10, 34 *et* 35.

DESIDERATIO, ōnis. f. [ἐπιπόθια] Cic. de Senect. 47 c. 14 At non eſt voluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus. credo: ſed ne deſideratio quidem. nihil autem eſt moleſtum, quod non deſideres.

DESIDERATOR, ōris. m. *ICt. in* Dig.

DESIDERĀTĪVVS, a, um. Adj. *Vt*, Verba Deſideratiua, quae terminantur in vrio. vt Moriturio, id eſt, Mori deſidero. *Vid.* Auguſtin. de Grammat. p. 2002. *a Priſciano vocantur* Meditatiua.

DESIDERABĬLIS, e. Adi. [ποθεινὸς, ἐπιθυμητὸς] Cic. de Fin. 1, . . Nihil enim deſiderabile concupiſcunt. Liu. 24, 5. Tacit. Hiſt. 2, 76. *Compar.* Sueton. Tib. c. 21 Vt tali ſucceſſore ipſe deſiderabilior quandoque fieret.

DESIDERABĬLITER. Adu. *Idem.* Auguſtin. Epiſt. 143 Deſiderabiliter concupiſcendum.

DESĪDO, ēdi, ěre. *Idem quod Sedere, ſed cum motu.* Cic. de Diuin. 1, 78 c. 35 Vt multa oppida corruerint, multis locis labes factae ſint, terraeque deſederint, fluminaque in contrarias partes fluxerint. *Sic paullo poſt*, Deſederint, *i. Peſſum ierint, et velut deſcenderint, ſubſederint.* Poſſum enumerare, quoties repentinis quaſſatae motibus vel hiauerint terrae, vel deſederint in abruptum Lactant. Inſt. 7, 3. *vbi male al.* deſcenderint. Cic. de Diuin. 1 c. 43 Delata ad Senatum labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet. Valer. Argon. 8, 329 Vaſto rurſus deſedit hiatu Abrupta reuolutus aqua. Celſ. 8 c. 5 In naribus vero, et os et cartilago frangi ſolet, et quidem modo aduerſa, modo a latere, ſi aduerſa fracta ſunt, alterumue ex his, nares deſidunt, difficulter ſpiritus trahitur. Liu. 32, 9 Terra Velitris trium iugerum ſpatio cauerna ingenti deſederat. Ex vrina quod deſidit Celſ. 2, 7. Deſidit ouum plenum Varr. R. R. 3, 9, 11. Deſidit tumor, quando imminuitur Celſ. 7, 18. Vada deſidunt Stat. Silu. 3, 2, 109.

DESIDENS, tis, Partic. [ἀφιςὰς] *Vt*, Deſidentes mores, *pro Deſciſcentibus.* Liu. in Praefat. Labente deinde diſciplina, velut deſidentes primo mores ſequatur animo: deinde vt magis, magisque lapſi ſint: tum ire coeperint praecipites. Deſidere, *labi magis magisque, ire praecipites.*

DESIDVO, pro Diuturne. Adu. antiquum et obſoletum. Varr. Corollar. Diuidiae mihi fuerunt, tam deſiduo abſuiſſe te. Fulgent. de priſco ſerm. n. 37.

DESIGNO, āre. [ἀποδείκνύω] *Deſcribere, quaſi per ſigna demonſtrare, definire, deſtinare et animo attribuere.* Cic. in Catil. 1 *init.* Notat et deſignat oculis ad caedem vnumquemque noſtrum. Digitis vulgi deſignari Ouid. Amor. 3, 6, 77. Cic. de Orat. 1, 109 c. 23 Haec ab hominibus callidis ac peritis animaduerſa ac notata, Verbis deſignata. Idem de Inuent. 1, 31 Ex qua Certum quiddam deſignatur auditori, in quo animum debeat habere occupatum. Circo locus deſignatus eſt Liu. 1, 35. *Magiſtratus Rom.* deſignari, *h. e. creari ſolebant in annum proximum*, deſignatique *dicebantur, donec magiſtratum iniſſent: quod fieri ſolebat Cal. Ian.* Salluſtius, B. Catil. c. 26 Catilina nihilominus in proximum annum Conſulatum petebat: ſperans, ſi deſignatus foret, facile ſe ex voluntate Antonio vſurum. *Vid.* Cic. Fam. 11, 6. *et alibi.* Vell. 2, 58. Cic. Tuſc. 3 Deſignatus Praetor. *Et* ad Brutum 1 Deſignatus Tribunus plebis. *Conf.* Vell. 2, 111. Quaeſtor *Id. ib.* n. 3. Cic. Att. 3, 13. Columel. de Arb. 1, 5 Ipſum autem Agrum, quem ſeminario deſignaueris, planum et ſuccoſum. Cic. pro Cluent. 32 Memoria teneo Mileſiam quandam, *etc.* quae ſpem parentis, memoriam nominis, ſubſidium generis, haeredem familiae, Deſignatum Reipub. ciuem ſuſtuliſſet. Res conſtituta et deſignata, *quam Praedeſtinatam vocamus:* Cic. de Diuin. 1, 82 Neque non diligunt nos dii, neque ignorant ea, quae ab ipſis conſtituta et deſignata ſunt. Idem de N. D. 3, 85 Vt enim nec domus, nec Reſpub. ratione quadam et diſciplina deſignata videatur, ſi in ea nec recte factis praemia extent vlla, nec ſupplicio peccatis. *Et* de Orat. 2, 236 Haec enim ridentur vel ſola, vel maxime quae notant et deſignant turpitudinem aliquam non turpiter. ¶ 2 Deſignare, *inquit* Donatus, eſt Rem nouam facere in vtramque partem, bonam et malam. Et deſignata, recta et praue facta dicebantur: *ad* Ter. Adel. 1, 2, 7 Nam illa, quae antehac facta ſunt, omitto: modo quid deſignauit! *Sed ſub* Donati *nomine ibi et altera obſeruatio eſt.* Puto ego deſignationem, contractionem, aut conductionem populi in vnum intelligi. Hoc enim contingit ei, qui aliquo flagitio populi in ſe oculos et ora conuertit, et ſpectaculo eſt vulgo. Quemadmodum deſignatores, qui ludis funebribus multitudinem retinent. Apul. 10 p. 238 Poſt dies pluſculos ibidem deſignatum ſceleſtum et nefarium facinus memini. *Add.* Idem 8 p. 214. *Deſid. Herald. Adu.* 2 *c. vlt.* Hor. Epiſt. 1, 5, 16 Quid non ebrietas deſignat? Cic. de N. D. 26 Anaxagoras primus omnium rerum deſcriptionem et modum, mentis infinitae vi ac ratione deſignari et confici voluit. Vitruu. 1, 1 *vbi de iis, quae* Caryatides *vocabantur*, Ideo qui tunc Architecti fuerunt, aedificiis publicis deſignauerunt earum imagines oneri ferundo collocatas, *i. finxerunt, formarunt, ſculpſerunt.* ¶ 3 Deſignare nota ignominiae, *pro Ignominiam inurere:* Liu. 24, . . Hanc multam ita aequo animo feretis, ſi reputabitis, nulla ignominiae nota leviore deſignari vos potuiſſe.

DESIGNATE. Adu. Quam lepide deſignateque dixerit Gell. 2, 5.

DESIGNATOR, *vel* DISSIGNATOR, ōris. m. [βραβευτὴς] *Sic vocantur, qui conſtituendae funebri pompae, aut etiam cuicunque praeſunt, vnicuique incedendi locum, ordinemque praeſcribentes: ſimili fere munere eorum, qui Romae magiſtri caerimoniarum vocabantur, et qui vulgo hodie Marſchalli. Quod enim ad* ludos funebres *reſtringere videtur* Donatus *ad* Ter. Adel. 1, 2, 7 *credo illum non* ludos *proprie dictos, ſed ipſas exſequias intellexiſſe. Et totus ille locus corruptus contaminatusue eſt.* Plaut. Poen. Prol. 19 Neu deſignator praeteriens obambulet. Cic. Att. 4, 3 Deſertus a ſuis vix iam Decimum deſignatorem, vix Gellium retinet. Quinctil. Decl. 6 Lacrimas ipſas nouiſſime perdo: inanis domi Libitina plangitur, deriſus deſignator redit, reſertur rogus. Hor. Epiſt. 1, 7, 6 Dum ficus prima calorque Deſignatorem decorat lictoribus atris. *Eſt igitur magiſter et velut choragus eorum, qui funeris exſequias curant.* Tertull. de Spectac. c. 10 A templis et aris inter tribus et tibias duobus inquinatiſſimis arbitris funerum et ſacrorum, Diſſignatore et aruſpice. Sen. de Benef. 6, 38 *de heredipetis*, Non putas eadem habere, quae deſignatores et libitinarios vota. *Ex alio genere ſunt* Vlp. in l. Athletas D. de his, qui notantur infamia, Deſignatores autem, quos Graeci βραβευτὰς appellant, artem ludicram non facere Celſus probat: quia miniſterium, non artem ludicram exercent. Diſſignator *probat Lipſ. Antiq. Lect.* 2, 9 *item de Amphitheatro c.* 15. *Conf. Pet. Fab. Agoniſt.* 1, 23. ¶ 2 *Sed* DESIGNATOR SCENARVM *apud* Gruter. Inſcript. p. CCLXX eſt Architectus, qui ſcenas ſtruit et ordinat. *Sic in alia* inſcript. *apud* Fabret. DESIGNATOR OPERVM PVBLICORVM. DESIG. X. P. P. *Vrſatus explicat* Deſignator decimae per prouincias.

DESIGNATIO, ōnis. f. [ὑποτύπωσις] Cic. Att. 4, 4 Si ad nos veneris, offendes deſignationem Tyrannionis, mirificam librorum meorum bibliothecam. Deſignationem, *i. Ordinem, quo bibliotheca mea digeratur a Tyrannione.* Idem de N. D. 1, 20 Omnem totius operis deſignationem atque apparatum. *Et* de Orat. 1, 138 c. 31 Deinde eſſe omnem orationem aut de infinitae rei quaeſtione ſine deſignatione perſonarum et temporum, aut de re certis in perſonis ac temporibus locata.

DESĬLIO, iui *et* ui, vltum, īre. [καταπηδάω] *Saltu ſe demittere.* Vict. de Viris Illuſtr. 65 Dum a templo Dianae deſiliit, talum intorſit, *de Graccho.* Deſilire ad pedes Caeſ. B. G. 4, 2. Fulmina deſiliunt caelo Prop. 2, 13, 50. Aethere deſiluit Iuno Valer. Argon. 4, 355. Lecto deſilire Hor. Sat. 1, 2, 130. Virg. Aen. 11, 499 Portisque ab equo regina ſub ipſis Deſiluit. De nauibus, de rheda Caeſ. B. G. 4, 5. Ex eſſedis Cic. pro Milon. 29. Ex equo Liu. 9 *et* 35, 34. Caeſ. B. G. 4, 2. Equis Iuſtin. 1, 10, 9. In vndas Corpore deſiluit Ouid. Met. 3, 680. In arctum, *i. Anguſtiis ſe committere:* Horatius *metaphorice dixit in* Arte Poët. 134. De naui in ſcapham Plaut. Rud. 75. *Et apud* Plin. 8, 8 Inde totius agminis noviſſimum ſpeculati, extremas in clunes deſiliunt. *ſubaud.* Elephantorum. *de Troglodytis.* Perniciter deſilire, *vid.* PERNIX. Aqua deſiliens ex alto Ouid. Faſt. 4, 427.

DESVLTOR, ōris. m. [μετάβατης, ζεύξιππος Vet. Gl.] Deſultores *dicebantur, Qui duos equos abſque ephippiis agitantes, ex altero in alterum ſubinde mira pernicitate deſiliebant. Hos Aelianus de aciebus inſtruendis* Ἀμφίππους *appellat, de antiſtomo phalange loquens. Valet autem hoc (inquit) inſtruendae aciei genus potiſſimum contra barbaros, qui loca Hiſtro amni vicina incolunt, quos Amphippos cognominant a mutatione equorum: ex aliis enim in alios tranſſultare conſueuerunt. Haec Budaeus.* Iſid. 18, 39 Deſultores nominati, quod olim, prout quisque ad curſus finem venerat, deſiliebat et currebat, ſiue quod de equo in equum tranſiliebat. Varr. de R. R. 2, 7, 15 Peritus belli alios quos eligit, atque alit, ac docet: aliter quadrigarius, ac deſultor. Manil. 5, 85

Nec non alterno deſultor ſidere dorſo
Quadrupedum, et ſtabiles poterit defigere plantas;
Perque volabit equos, ludens per terga volantum.

Notari velim ſtabiles plantas. *Cum enim ſtapedum vſus non eſſet, opus erat ſtare ante in dorſo equi vnius, quam tranſſilire poſſes in alterum. Conf. Scaliger.* Hygin. Fab. 80 *cum de alterna morte Caſtoris et Pollucis dixit*, Vnde et Romani ſeruant inſtitutum, cum deſultorem mittunt, vnus duos equos habet, pileum in capite, equo in equum transſilit, quod ille ſua et fratris vice fungatur. *Iidem et* Vertumni *dicebantur: de quo ſuo loco.* Vlp. l. 20 de praeſcriptis verbis, Si tibi equos venales experiendos dedero, vt, ſi in triduo diſplicuiſſent, redderes; tuque deſultor in his cucurreris, et viceris, et deinde emere nolueris: an ſit aduerſus te ex vendito actio? quaerere ſolet Labeo, et putare ſe praeſcriptis verbis agendum. *Tranſlate:* Ouid. Amor. 1, 3, 15 Non ſum deſultor amoris, *i. inconſtans. Sed al.* Deſertor.

DESVLTRIX, īcis. f. Deſultrix Virtus Tertull. ad Valentin. extr. libro.

DESVLTORIVS, a, um. Adi. [κελητιςικὸς] *Per tranſlationem, hoc eſt, identidem Ab alio in aliud commeans, et inſtabilis. Tranſlatum a* Deſultoribus equitibus, Liu. 23, 29. Cic. pro Muraen. 57, c. 27 Reſpondebo igitur Poſtumio primum, qui neſcio quo pacto mihi videtur Praetorius candidatus in Conſularem, quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Sueton. Caeſ. 39 Quadrigas, bigasque et equos Deſultorios agitauerunt nobiliſſimi iuuenes. Apuleius Met. 1 *pr.* Iam haec quidem ipſa vocis immutatio, deſultoriae ſcientiae ſtilo, quem acceſſimus, reſpondet. Deſultoria leuitas Martian. Cap. 1.

DESVLTVRA, ae. f. *Deſiliendi actus.* Plaut. Mil. 2, 3, 9 Metuo — ne — Maximum in malum cruciatum inſiliamus. PA. Tu ſali ſolus; nam ego iſtam inſulturam et deſulturam nihil hic moror.

DESVLTO, āre. Tertull. de Anima c. 32 Deſultare mari. Deſalto *alia forma*, *vid. ſuo loco.*

DESĬNO, iui *et* ii, ītum, ěre. [καταλήγω, παύομαι] Ter. Phorm. 2, 3, 72 Immo haud deſinam, donec perfecero hoc. *Ceſſare a faciendo vel agendo, finem facere.* Deſino, *cum Genitiuo*, Hor. Od. 2, 9, 17 Deſine mollium Tandem querelarum. Conſul non deſinit irae Sil. 10, 84. *vbi vid. Drakenborch. Vt Genitiuus hic Graecorum imitatione aſſumtus eſt, ita Latinus non nunquam Ablatiuus pro eo ponitur, vt* Cic. Acad. 4, 80 c. 25 Deſine communibus locis: nobis domi iſta naſcun-

naſcuntur. *De Accuſatiuo deinde videbimus.* Tarde deſinere Ouid. de Rem. Amor. 685. Deſino, *Sileo, finem loquendi facio:* Ter. Adel. 5, 3, 67 Ah pergisne? D. iam deſino. Idem Eun. 5, 2, 45. Deſine, iam conclamatum eſt Id. Eun. 2, 3, 54. *et* Heaut. 5, 6, 1 Iam deſine deos vxor gratulando obtundere. Deſierunt Nep. 2, 6, 4. *ſc. muros condere.* Deſine plura puer Virg. Ecl. 5, 19. *et* Ecl. 9, 66 *vbi* Dicere, vel Obtendere vtrobique ſubauditur. Seruius. Admirans illud, mirari iam deſino Cic. de Orat. 2, 59. Deſinat ea ſe putare poſſe emere, quae ipſe ſemper habuit venalia Idem Verr. 1, 144. Feruere deſinere Scribon. 201, 212. Nimis feruere deſinere 207. Cic. Att. 1, 14 Itaque conuentus, qui initio celebrabantur, iamdiu fieri deſierunt. Fluere deſinunt lacrimae Scribon. 26. Deſine ei ſuccenſere Cic. Verr. 5, . . Deſinit dolor Scribon. 11. 130. Timores deſierant Ouid. Met. 5, 285. Deſinunt tremores, quum ventus emerſit Plin. 2, 82. Deſinere *et* Incipere, *contraria* Idem Paneg. c. 57. Cic. Off. 1, 135 Et vt incipiendi ratio fuerit, ita ſit deſinendi modus. Plin. Epiſt. 2, 14 Sumus tamen ſolito rariores: quod initium eſt gradatim deſinendi. Idem 9, 35 ſ. 56 Elenchos appellant faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes. Turpiter atrum Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne Hor. A. P. v. 3. Deſinit in cacuminis fine effigies Plin. 2, 3. Deſinere in violam dicitur gemma Idem 37, 9. *Et* Epiſt. 2, 10 Nam caetera fragilia et caduca, non minus, quam ipſi homines, occidunt, deſinuntque. Cic. de Orat. 3, 204 Nam geminatio verborum habet interdum vim, et leporem alias, et paullum immutatum verbum atque deflexum, *etc.* et illa, quae ſimiliter deſinunt, aut quae cadunt ſimiliter. *h. e. Quae finiuntur et terminantur iisdem ſyllabis, aut eodem ſono et rhythmo:* ὁμοιοτέλευτα, *et* ὁμοιόπτωτα. *Conf.* A. ad Her. 4 c. 20. Vſumfructum accipiemus, etſi nec coeperit pertinere, quamuis legatus ſit: et committetur nihilominus ſtipulatio, quaſi deſinat pertinere, quod nec coeperit Vlp. in l. 3 §. 1 D. Vſufruct. quemad. caueat. Deſinere artem, *pro Relinquere, et arti renuntiare:* Sueton. in Tiber. c. 36 Expulit et mathematicos: ſed deprecantibus, ac ſe artem deſituros promittentibus, veniam dedit.. Cic. Fam. 7, 1 Quod ſi tam facilem populum haberem, quam Aeſopus habuit, libenter me hercule artem deſinerem, tecumque et cum ſimilibus noſtri viuerem. Gell. 15, 16 Quum iam natu grandis, artem athleticam deſiiſſet. Sed neque tu dominam deſine Ouid. A. A. 2, 725. *i. deſere, ex Heinſii ſententia, qui plura congeſſit.* Telam Ter. Heaut. 2, 3, 64. Deſinere bellum Sil. 12, . . Deſinïtur, [παύεται] *imperſ.* Ouid. de Arte Am. 1, 411 Tunc bene deſinitur. Serum eſt tunc viuere incipere, quum deſinendum eſt Sen. de Breu. Vit. c. 4. Deſitum eſt contra eos diſputari Cic. de Fin. 2, 43 c. 13. Idem de Diuin. 2 Si enim eſſet factitatum, non eſſet deſitum. In quo deſitum ſit, deinceps incipere Id. de Inuent. 1, 28.

DESĬTVS, a, um. Partic. [πεπαυμένος] Cic. de Clar. Orat. 123 c. 32 Nocuimus fortaſſe, quod veteres orationes poſt noſtras, non a me quidem (meis enim illas antepono) ſed a plerisque legi ſunt deſitae. Cenſores creari deſitos longo interuallo Suet. Aug. 37. *Sic* Deſita oppugnatio Gell. 15, 31. Verba inuſitata et deſita Id. 11, 12. Deſita diſciplina tibiis canendi, *pro Derelicta* Gell. 15, 17. Cic. Fam. 9, 21 Poſt hunc tredecim fuerunt ſella Curuli ante L. Papirium Craſſum, qui primus Papiſius eſt vocari deſitus. Sermonibus deſitis Varro R. R. 1, 33.

DESINENDVS, a, um. Partic. Gell. 2, 12 Qui penitus atque alte vſum ac ſententiam legis inſpexerit, non ad augendam, ſed ad deſinendam ſeditionem, legem hanc eſſe dicebat. Deſinendam, *i. Finiendam, terminandam.*

DESĬTVDO, ĭnis. f. Sulpit. Seuer. praef. de Vita Martini, Et ſi quid ex his ſtudiis olim fortaſſe libaſſem, totum id deſitudine tanti temporis perdidiſſem.

DESĬNO, āre. *Pro* Deſinere, *apud* Feſtum, *vt Scaliger legit, qui etiam ſuſpicatur reſtituendum* Plauto Trin. 2, 2, 63. *Vid.* DEIVVO. *Sed apud Feſtum quoque dubium, an* deſiuare *legendum ſit. Hinc*

DESĬNATIO, ōnis. f. *Laudatur ex* Sen. Epiſt. 117 Hac deſinatione miſericordiam captans. *Alii* Deſtinatione, *ſed* deteſtatione verum eſt, *probatumque Mureto, Lipſio, Gronouio.*

DESINATOR, ōris. m. ἀβοήθητος in Vet. Gloſſ. *qui ſcilicet deſinit deſtitutus ope, vt interpretatur* Scal. ad Feſtum *v.* Deſiuare.

DESIPIO, ui *vel* īui, ĕre. [παραφρονέω, ἀφραίνω] *Cuius contrarium eſt Sapere.* Cic. Verr. 3, 122 Vtrum ego deſipio, et plus quam ſatis eſt, doleo, in tanta calamitate miſeriaque ſociorum? *Et* Fam. 2, 8. Cic. Fam. 1, 9 Quum offendiſſet populum Athenienſem prope iam deſipientem ſenectute, quumque eum nec perſuadendo, nec cogendo regi poſſe vidiſſet, quum perſuaderi poſſe diffideret, cogi fas eſſe non arbitraretur. Deſipere, delirare, et dementem eſſe Idem de N. D. 1, 95. Aegros deſipere et aliena loqui Celſ. 3, 18. Idem 3, 18 Eius autem plura genera ſunt, ſiquidem ex phreneticis alii hilares, alii triſtes ſunt, alii facilius continentur, et intra verba Deſipiunt, alii conſurgunt, *etc.* Deſipere intra verba, *eſt nullo alio geſtu, quam abſurdis ſermonibus deſipientiam prodere.* Dulce eſt deſipere in loco Hor. Od. 4, 12, 28. Plaut. Epid. 1, 2, 35 Deſipiebam mentis, quum illas ſcriptas mittebam tibi. ¶ 2 *Actiue eſt Saporem mutare:* Tertull. de Pudic. 13 *et* 18 Modicum fermentum totam deſipit conſperſionem.

DESIPIENS, entis. Part. [ἔκφρων, παράφρων] Cic. de Diuin. 2, 51 c. 23 Eſtne quisquam ita deſipiens, qui credat exaratum eſſe, deum dicam an hominem? Idem de N. D. 2, 16 Eſſe autem hominem, qui nihil in omni mundo melius eſſe quam ſe putet, deſipientis arrogantiae eſt.

DESIPIENTIA, ae. f. Lucret. 3, 498 Deſipientia fit, quum vis animi atque animaï Conturbatur.

DESISTO, ſtïti, ſtïtum, ĕre. [ἀφίστημι] *Stare in loco.* Plaut. Moſtel. 3, 2, 96. *edit. Parei,* Quid illic deſtitiſti obſecro tamdiu? *Aliis eſt* v. 100. *et legunt* reſtitiſti. *Sic etiam Gron.* ¶ 2 *Vſitatius eſt ac certius, deſinere mutata mente ac conſilio: vid. Brouckhuſ. ad* Tib. 1, 9, 71. Cic. Verr. 3, 101 Rogat, vt id facere deſiſtant. Idem pro Quintio. . . Auctionem velle facere deſiſtit. *Contraria:* Cic. Tuſc. 1, 117 Homines mortem vel optare incipiant, vel certe timere deſiſtant. Deſiſtere ex toto Celſ. 3, 3. Deſiſtere ab aliquo, *Secedere:* Plaut. Men. 5, 2, 27 Quid tu es triſtis? quid ille abs te iratus Deſiſtit? *i. Recedit.* Deſiſtere bello Liu. 7, . . Cic. Off. 3, 112 Rem ad populum detulit, docuit, cur ſibi Cauſa deſiſtere neceſſe eſſet. *Add.* Idem Fam. 1, 9. Conatu Caeſ. B. G. 1, 8 *extr.* Idem B. C. 3, 26. Conſilio Id. B. C. 3, 21. A Defenſione Caeſ. B. C. 2, 12. Fuga Caeſ. B. G. 4, 12. Incoepto Liu. 25, 2. Virg. Aen. 1, 41. Caeſ. B. G. 5, 11 Caeſar legiones, equitatumque reuocari atque itinere deſiſtere iubet. Litibus Ter. Phorm. 4, 3, 29. Deſiſtere liti is videtur, non qui diſtulit, ſed qui liti renuntiauit in totum. Deſiſtere enim, eſt De negotio abſtinere, quod calumniandi animo inſtituerat, l. 10 D. de iudic. Cic. Fam. 5, 2 Miſi ad Metellum communes amicos, qui agerent cum eo, vt de illa Mente deſiſteret. Negotio, *et* De negotiis Caeſ. B. G. 1, 45. *et* B. C. 3 *extr.* Hirt. Bell. Afric. 45 Et te magnopere, vt de Negotiis deſiſtas, adhortor. Pugna Varr. de R. R. 3, 16. Re aliqua deſiſti Plaut. Milit. 3, 1, 142. Sententia, *et* A ſententia, *et* De Sententia Cic. Acad. 4, . . Coepit hortari, vt Sententia deſiſterem. Idem Off. 3, 15 Itaque quum ſint docti a peritis, facile deſiſtunt a Sententia. *Et* Tuſc. 2, 28 Rogatus a me, etiamne maius quam dedecus, verbo de Sententia deſtitiſti. Cura labori deſiſtit, *i. Laborem deſtituit* Stat. Theb. 5, 273. Deſiſtere, *cum Infinitiuo:* Cic. Verr. Act. 1, 118 c. 48 Atque vt aliquando de rebus ab iſto cognitis, iudicatisque, et de iudiciis datis dicere deſiſtamus. Non deſtitit vrbes inflammare odiis Stat. Theb. 3, 338. Ter tecum conata loqui, ter inutilis haeſit Lingua, ter in primo deſtitit ore ſonus Ouid. Her. 4, 8. *i. reſtitit; vid. Heinſ.*

DESISTENS, entis. Part. [ἀφιστὰς] Varro de R. R. 2, 3 Quod ad foeturam attinet, Deſiſtente autumno exigunt a grege e campis hircos in caprilla.

DESIVARE, *vid.* DESINO, āre.

DESŌLO, āre. [ἐρημόω, οἰόω] *Solum relinquere, vel Solum facere, i. Deſtruere, ſiue Vaſtare.* Columel. 1, 3 Nec magis quia ſuperbum videbatur tantum loci detinere, quam quia flagitioſum, quos hoſtis profugiendo deſolaſſet agros, nouo more ciuem Romanum ſupra vires patrimonii poſſidendo deſerere. Virg. Aen. 11, 870 *et* 317 Disiectique duces, deſolatique manipli. *h. e.* Deſerti ſigniferi. Seruius. Vrbes deſolauimus Stat. Theb. 6, 914.

DESOLATVS, a, um. Part. Victus iam ac deſolatus Iuſtin. 1, 7, 3. Deſolatus aliorum diſceſſione Tac. Ann. 1, 30 *extr.* Penates deſolati Stat. Silu. 2, 1, 67. Loca Idem Theb. 10, 174. Plin. 10, 12 Deſerta incolit: nec tantum deſolata, ſed dira etiam et inacceſſa. *De bubone.* Templa Plin. Ep. 10, 97. *quae nemo adit.* Deſolata mulier Apul. Apol. p. 333. Parentibus Idem Met. 4 p. 153. *i. orba.* Agmen deſolatum magiſtro Stat. Theb. 9, 672. Plin. Epiſt. 4, 21, 3 Domumque pluribus adminiculis ante fundatam, deſolatus fulcit et ſuſtinet. Silius 8, . . Gentes deſolatae virorum.

DESOLĀTIO, ōnis. f. *Qui hoc vocabulo vſi fere omnes Chriſtiani ſunt; nec certo conſtat, an antiquioribus etiam receptum tritumque fuerit. Vnde factum, vt Voſſius proſcripſerit de Vit. L. L.* 3, 8. *et* 4, 5. Vet. Gloſſ. Deſolatio ἐκτόπισις. Zeno Veron. de Reſur. c. 40 Vxor viri amiſſione deſolationem ferre non poſſe teſtatur. Saluian. de Gubern, Dei 6 p. 132. *ex* Ier. c. 44 Facta eſt terra veſtra in Deſolationem.

DESOLATŌRIVS, a, um. Adi. *Legitur* in Onom. Vet. *vbi* ἐρημικὸς *vertitur: et apud* Vulg. Interp. Pſalm. 120, 4.

DESOLVO, ĕre. *Soluere et numerare pecuniam.* Reliquorum nomine id deſolutum eſt Scaeuola Dig. 40 t. 5 l. 41 §. 9. *i. exſolutum.*

DESOMNIS, e. Adi. Soles me nocte deſomnem facere Petron. c. 47. *i. ſomno priuare.*

DESONO, as. *Ex alto ſonare, vel ſonum deiicere. Hinc*

DESONANS, *Participium reſtituendum* Vitruuio 5, 8 *pro eo, quod legitur* Diſſonans. *Ad hoc intelligendum nihil opus eſt, quam vt proponamus locum integrum. In ſcena aedificanda* animaduertendum, vbi ſit electus locus, in quo leniter applicet ſe vox, neque repulſa reſiliens incertas auribus referat ſignificationes. Sunt enim non nulli loci naturaliter impedientes vocis motus, vti deſonantes, qui Graece dicuntur κατηχοῦντες, item reſonantes, qui dicuntur ἀντηχοῦντες, conſonantesque, quos appellant συνηχοῦντας. Deſonantes ſunt, in quibus vox prima, cum eſt elata in altitudinem, offenſa ſuperioribus ſolidis corporibus, repulſaque reſiliens in imum, opprimit inſequentis vocis elationem. *Hic profecto manifeſtum eſt,* Κατὰ *Praepoſitionem ſignificare* κάτω, *et ſonum deorſum tendentem exprimere, non* diſſonantiam *aut diuerſitatem ſibi pugnantem. Haec enim oritur etiam in* circumſonantibus locis *et* reſonantibus: conſonantibus *ſolis vocem adiuuantibus. Vidit haec doctiſſimus Daniel Barbarus in tantum certe, vt* Diſſonare *diceret habere ex compoſitione eam vim, quam habet* Deſpicere. *Sed praeſtat, puto, etiam legere, vt voluit Vitruuius intelligi.*

DESŎRBEO, ēre. Vortex eius ad inferos deſorbet Tertull. de Idololatr. *extr.*

DESPECTIO, DESPECTO, DESPECTVS, *vid.* DESPICIO.

DESPERGO, ĕre. *Laudatur* In vacuas ſenior vitam deſperſerat auras Sil. 9, 167. *Sed recte Drakenb.* diſperſerat.

DESPERNO, ēui, ētum, ĕre. [καταφρονέω] *Idem quod Spernere.* Varro *apud* Feſt. Homo ridiculus, et ab omni pube deſpretus. Columel. 10, 298 Ne Corydonis opes deſpernat Alexis.

DESPĒRO, āre. [ἀπελπίζω, ἀπογινώσκω, ἀπαγορεύω] *Extra omnem ſpem eſſe.* Cic. Off. 1, 73 Conſiderandum eſt, ne aut temere Deſperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem. Idem in Piſon. 88 Quid quod tu toties diffidens, ac Deſperans rebus tuis in ſordibus, lamentis, luctuque iacuiſti? *Et* in Piſon. 12 Spem habere a Tribuno pleb. ſi tua conſilia cum illo coniunxeris: ſed a Senatu quidem deſperaſſe. Bene deſperare ſalutem, Seque ſemel vera ſcire periſſe fide Ouid. ex Ponto 3, 7, 23. Cic. Verr. 1, . . Neceſſe eſt, quum de toto ordine deſperarit, aliud genus hominum, atque aliam rationem iudiciorum requirat. De Pugna Caeſ. B. G. 1, 40. Id. B. G. 1, 18 Imperio Pop. Rom. non modo de regno, ſed de ea, quam habeat, gratia deſperare. De Republica Cic. Fam. 2, 4. *Et* Att. 8, 11. De ſe Cic. Fam. 10, 21. Caeſ. B. G. 7, 50 A multitudine oppreſſus, ac Sibi deſperans, multis iam vulneribus acceptis, *etc.* Cic. pro Muraen. 45 c. 21 *extr.* Alium faciam: quoniam ſibi hic ipſe deſperat. Suis fortunis Caeſ. B. G. 3, 12. *Et* Cic. poſt redit. in Senat. 34 c. 14 *pr.* Cic. in Catil. 2, 19 c. 9 Honores, quos quieta Republ. deſperant, perturbata conſequi poſſe arbitrantur. Nil deſperandum Hor. Od. 1, 7, 27. Quod eſt optimum, non eſt deſperandum Cic. in Orat. 6. Idem in Piſon. 84 Theſſalonicenſes, quum oppido deſperaſſent, munire arcem coëgerunt. *Et* Att. 7, 20 Breuiloquentem iam me tempus ipſum facit: Pacem enim deſperaui. Reditum in aliquem locum Cic. in Somn. Scip. . . Idem pro Cluent. 68 c. 25 Promiſſis eum ſuis excitauit abiectum, et ſimul Saluti deſperare vetuit. Salutem alicuius Id. de Amicit. . . *et* Att. . . Sed haec iam noſtra ſalus cum hac lege deſperata erit. Cic. pro Milon. 57 c. 21 In quos incenſos ira, Vitamque domini deſperantes quum incidiſſet, haeſit in

his poenis, quas ab eo ſerui fideles pro domini vita expetiuerunt. Marcellinum noſtrum ego non deſpero, etiamnum ſeruari poteſt Sen. Ep. 29. Sapientia ars eſt: eligat profecturos; ab his, quos deſperauit, recedat Ib. Temere deſperare Cic. Off. 1, 73. *Cum Infinitiuo.* Idem de Diuin. 48 Non equidem plane deſpero iſta eſſe vera: ſed neſcio, et diſcere a te volo. *Paſſ.* Cic. Q. Fratr. 1, 3 Siue reſtituimur, ſiue deſperamur, nihil amplius opus eſt. Deſperabantur promiſſi praelia Martis Martial. de Spect. 223. Turpiter deſperatur quidquid fieri poteſt Quinctil. 1, 10.

DESPĒRANS, antis. Partic. [ἀπελπίζων] Cic. de Fin. 1, 61 Omnia ſemper deſperantes. Titubantes et de rebus ſummis deſperantes Nep. 18, 9, 2. Plin. 22, 24 Dolores neruorum mulcet, vlceraque iam deſperantia cicatrice includit. *Hard.* cicatricem.

DESPERANTER. Adu. [ἀνελπίστως] Cic. Att. 14, 18 Seruius proficiſcens, quod deſperanter tecum loquutus eſt, minime miror: neque ei quidquam in deſperatione concedo.

DESPERĀTVS, a, um. Partic. [ἀπεγνωσμένος] *De quo vel in quo nulla eſt ſpes. Itaque ſaepe hominis perditi, et vltima conantis epitheton eſt.* Exercitus collectus ex ſenibus deſperatis Cic. in Catil. 2 c. 3. Idem in Catil. 2, 10 Deſperatorum hominum flagitioſi greges. A ſeipſo deſperatus et relictus Id. in Piſon. 99. Aſpritudo deſperata a quibusdam Scribon. 37. Deſperatus ab omnibus Cic. pro Roſc. Amer. 27. Sed me hercule rurſus tam abiectam compoſitionis ſpem non deſperatiſſimam eſſe puto Idem Att. 9, 8. Cauſa publica deſperata Id. Att. 7, 23. Cic. de Legib. 3, 24 Quod enim eſt tam deſperatum Collegium, in quo nemo e decem ſana mente ſit? Fuga alicuius Idem Philipp. 5, 36. Luſtrum Id. Att. 4, 15. Magnus et diuturnus, et iam deſperatus Reip. morbus Cic. pro Sulla 76. Idem pro Muraen. 42 Ipſe autem in Gallia, vt noſtri homines deſperatas iam Pecunias exigerent, aequitate diligentiaque perfecit. Deſperatiſſimum perfugium Id. Verr. Act. 1, 101 c. 41. Rebus deſperatis Nep. 14, 6, 3. *et* 25, 8, 5. Res paene deſperata Cic. pro Domo ſua 24. Deſperata et aegrota Reſpub. Idem Diuin. in Verr. 76 c. 22. Haec quamquam nihilo meliora ſunt, nunc etiam multo deſperatiora Id. Fam. 6, 22. Reſpublica deſperata ſanari poteſt Brutus Attico in Epiſt. ad Brutum 17. Deſperatiſſima Spes Balbus Cic. Att. 9, 9, (8). *Conf. in* Piſ. 64 c. 26 *extr.* Deſperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam Cic. Att. 16, 15. Neque eo magis potenti adulatus eſt Antonio, neque deſperatos reliquit Nep. 25, 8, 6. In perditis et deſperatis habere, *vid.* HABEO. Quaſi quidquam deſperatius eſſe poſſit, quam torquere eum, quem ſcias eſſe innocentem Lact. 5, 9.

DESPERATE. Adu. *Vt*, Deſperate ſollicitus Auguſtin. Epiſt. 237 ad Celerem.

DESPERANDVS, a, um. Partic. [ἀπογνωσθησόμενος] Cic. in Catil. 2, 10 c. 5 Quod ſi in vino et alea comeſſationes ſolum et ſcorta quaererent, eſſent illi quidem deſperandi, ſed tamen eſſent ferendi. Hor. Od. 1, 7, 27. Cuius aures veritati clauſae ſunt, eius ſalus deſperanda eſt Cic. de Amic. c. 24.

DESPERATIO, ōnis. f. [ἀπόγνοια, ἀπόγνωσις] Cic. Tuſc. 4, 19 c. 8 Deſperatio, aegritudo ſine vlla rerum expectatione meliorum. Idem Fam. 4, 3 Tanta eſt omnium rerum Amiſſio, et deſperatio recuperandi. Brutus Cic. 16 Iſta vero Imbecillitas et deſperatio, cuius culpa non magis in te reſidet, quam in omnibus aliis, et Caeſarem in cupiditatem regni impulit, *etc.* Rerum alicuius deſperatio animos omnium occupat Cic. Att. 11, 6. Idem de Fin. 4, . . Huic mori optimum eſſe propter deſperationem Sapientiae. *Et* Philipp. 12, 10 His igitur omnibus Victoriam ſperantibus, pacis nomen afferemus, id eſt, deſperationem victoriae? Vitae deſperatio propter conſcientiam ſcelerum Cic. Philipp. 2, 88 c. 35. Quum magna deſperatione affectus eſſem, ecce tibi, *etc.* Idem Att. 14, . . Cum omnium rerum deſperatione confligit bona ſpes Id. in Catil. 2, 25. Ad deſperationem peruenire Nep. 18, 12, 1. *et* 22, 2, 3. Saepe deſperatio ſpei cauſa eſt Curt. 5, 4, 31. *Add.* 9, 5, 6. Cic. poſt redit. in Senat. 22 c. 9 Qui me a morte ad vitam, a deſperatione ad ſpem, ab exitio ad ſalutem reuocauit. Quaerere deſperatione fugam, et maritimam opportunitatem Idem Att. 8, 8. Noui deſperationes eorum, qui ſenes erant adoleſcente me Id. Fam. 2, 25 *extr.*

DESPERĀTOR, oris. m. Gloſſ. Gr. Lat. ἀπαρνημένος.

DESPERABILIS, e. Adi. Vulg. Interp. Ier. 15, 18.

DESPĬCIO, exi, ectum, ĕre. [ὑπερόπτομαι, παροράω, καταφρονέω] *Deorſum adſpicere.* E tumulis ſubiectam deſpicit vrbem Sil. 12, 488. Plaut. Ciſtel. 4, 2, 25 Hoc inquam age, ad terram adſpice, et deſpice, oculis inueſtiga. Cic. de Aruſp. Reſp. 33 Tollam altius tectum: non vt ego te deſpiciam, ſed tu ne adſpicias vrbem eam, quam deleri voluiſti. Deſpicere ad aliquem Plaut. Milit. 2, 3, 16. De vertice montis in valles Ouid. Met. 11, 504. In terram Columel. 4, 26. Hor. Od. 3, 7, 29 Prima nocte domum claude, neque in vias Sub cantu querulae deſpice tibiae. ¶ 2 *Per translationem, pro Contemnere, et quaſi Infra ſe, et ad pedes ſuos proiectum adſpicere: quemadmodum et* Suſpicere *Venerari ſignificat, quaſi ſupra nos adſpiciamus aliquem eſſe collocatum. Hoc intelligitur ex puerili amphibologia ap.* Macrob. Sat. 2, 6 Verrius Flaccus ait, cum populus Rom. peſtilentia laboraret, eſſetque reſponſum, id accidere, *quod* DI *deſpicerentur*, anxiam vrbem fuiſſe, quia non intelligeretur oraculum; eueniſſeque, vt Circenſium die puer, de coenaculo pompam ſuperne deſpiceret, et patri referret, quo ordine ſecreta ſacrorum in arca pilenti compoſita vidiſſet: qui cum rem geſtam ſenatui nunciaſſet, placuiſſe velari loca ea, qua pompa veheretur; atque ita peſte ſedata, puerum, qui ambiguitatem ſortis abſoluerat, togae praetextae vſum munus impetrauiſſe. Cic. pro Fonteio 26 Quod ſi tantas auxiliorum noſtrorum copias Induciomarus ipſe deſpexerit. Tibul. 1, 1, 92. Fronte ſuperba deſpicere aliquem Claud. ſec. Conſ. Stilic. 218. Rei familiaris deſpexit fructum Nep. 25, 6, 4. Deſpicere, ac pro nihilo putare Cic. de Fin. 3, 29 c. 8. Idem de Fin. 4, . . Sed neque magnum bonum, et prae rectis honeſtisque contemnendum et deſpiciendum, nec magnopere expetendum. Ouid. Faſt. 1, 420 Faſtus ineſt pulchris, ſequiturque ſuperbia formam Irriſum vultu deſpicit illa ſuo. Id illi vsque eo deſpexerunt, vt Nep. 16, 3, 1 A ſuis deſpici Cic. de Senect. 7. Munera alicuius deſpicere Propert. 1, 14, 24. Omnes deſpicere, et hominem prae ſe neminem putare Cic. pro Roſc. Amer. 135 c. 46. Et regum magnae deſpiciantur opes Tibul. 1, 9, 34. Vulgi et imperitorum inſcitiam Cic. Off. 3, . . . Idem de N. D. 3 c. 15. Solitudinem, communemque alterius calamitatem nemo deſpexerit Id. Q. Fratr. 1, 4. Vitam, mortem, diuitias, paupertates excelſo animo, magnoque deſpicere Cic. Off. 2, . . Omnia humana Idem Off. 3 c. 27. ¶ 3 Deſpicere *eſt* Deiicere oculos *et ab re aliqua demouere, et ſic locum dare inſidiantibus.* Cic pro Roſc. Am. 22 c. 8 Cum tot tantisque negotiis diſtentus ſit — cum praeſertim tam multi occupationem eius obſeruent, — vt ſimul atque ille deſpexerit, aliquid huiuscemodi moliantur. *Vid.* DEIICIO oculos. ¶ 4 *Quae laudantur pro generali videndi ſignificatione ex* Cic. de Fin. 4, 64 c. 23. *et* pro Sulla 40 c. 14 *ea ad* DISPICIO *putamus pertinere, vt et* Sueton. Neron. 19. *Mirus eſt Iac. Gronouius, cum* Tac. An. 13, 55 *Mediceam lectionem* Solem inde deſpiciens et caetera ſidera vocans, quaſi coram interrogabat, *interpretatur de radiis humi reſplendeſcentibus. Neminem temere hoc mouebit, quin malit cum aliis libris* adſpiciens, *vel* reſpiciens. *Verba* Cic. ad Q. Fr. 1, 4 *extr.* Si tuam ſolitudinem — nemo deſpexerit, *potius ad n. 2 retulerim, i. ſi te nemo vexarit litibus, etc.*

DESPICIENS, entis. Part. [καταφρονῶν] Cic. de Orat. 2, 364 c. 89 Nemo vnquam tam ſui deſpiciens fuit, qui deſperaret, aut melius, aut eodem modo ſe poſſe dicere. Hiempſal ignobilitatem Iugurthae deſpiciens Sall. Iug. c. 11. *Proprie*, Deſpiciens mare velivolum, terrasque iacentes Virg. Aen. 1, 227. *de Ioue, h. e.* Deorſum adſpiciens. Seruius.

DESPICIENDVS, a, um. Partic. [καταφρονητέος] Ouid. Faſt. 5, 642 Tunc etiam pecori deſpiciendus eram. *Et* Gallus Eleg. 2, 20.

DESPICIENTIA, ae. f. [παρόρασις, ὑπεροψία] Cic. in Partit. c. 23 Deſpicientia in contemnendis honoribus. Deſpicientia rerum humanarum Cic. Tuſc. 1, 95 c. 40. Idem Off. 2, 38 c. 11 Haec animi deſpicientia admirabilitatem magnam facit. Rerum externarum deſpicientia Id. Off. 1, 66 c. 20.

DESPECTVS, a, um. Partic. [καταπεφρονημένος, καταφρόνητος] Cic. in Piſon. *extr.* Sed abiectum, contemtum, deſpectum a caeteris, *etc.* videre te volui. Quae res huic deſpecto ſaluti fiat Nep. 8, 2, 2. Deſpectus tibi ſum Virg. Ecl. 2, 19. Conſilia deſpecta Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 266. Honos deſpectus pacis Sil. 1, . . Ne contemtiſſimi ac deſpectiſſimi eſſe videamur Cic. Verr. 3 c. 41.

DESPECTVS, ûs. m. *Adſpectus deorſum vergens.* Caeſ. B. G. 7, 79 Erat ex oppido Alexia deſpectus in campum. Ibidem 3, 14. *et* 2, 29. *Contemtus.* Ludibrio et deſpectui aliquibus opponi Auctor ad Heren. 4 c. 39.

DESPECTIO, ōnis. f. [παρόρασις] Cic. *apud* Nonium 4, 141 Conſolabitur tam magnitudo animi, et humanarum opinionum alta quaedam deſpectio.

DESPECTOR, oris. m. *Qui deſpicit.* Tertull. aduerſ. Marc. 2, 23 Eligitur Saul, ſed nondum deſpector prophetae Samuelis.

DESPECTRIX, īcis. f. Tertull. Apol. c. 26 Iudaea deſpectrix diuinitatum. Idem de Anima c. 23 Virtus deſpectrix mundi.

DESPECTO, āre. [καθοράω] Virg. Aen. 1, 396 Nunc terras ordine longo Aut capere, aut captas iam deſpectare videntur. Liu. 36 Tum regionem maxime eo deſpectat oppido, qua breue interuallum videtur. Ex aethere deſpectat terras Ouid. Met. 4, 622. *de Perſeo volante. Pro contemnere:* Piſo vix Tiberio cedere, liberos eius vt multum infra deſpectare Tac. Ann. 2, 43, 6. Omnia terrena Ammian. 14, 11.

DESPECTANS, antis. Partic. Spectacula Tarpeium prope deſpectantia culmen Calpurn. Ecl. 6, 24. *i. altiora.* Prudent. Pſychom. v. 182 Tumido deſpectans agmina faſtu.

DESPECTATIO, onis. f. Vitruu. 2, 8 Deſpectationes coenaculorum.

DESPECTATOR, oris. m. Deſpectatores diuinarum ſententiarum Tertull. ad Vxor. 2, 8 *pr.*

DESPICATVS, a, um. Adi. *A ſpica; i. acuto palo infixus; ap.* Rufin. H. E. 11, 24.

DESPICOR, āri. [ὑπερορῶ] *Idem quod Deſpicere.* Ter. Eun. 2, 3, 92 Quae nos noſtramque adoleſcentiam habent deſpicatam. *Vbi* Donatus, Deſpicatam, Contemptam atque deſpectam, et ita eſt ἐπένθεσις et μεταπλασμὸς, vel certe alterius verbi declinatio ab eo quod eſt Deſpicor, vt Conſpicor. Plin. de Viris Illuſt. in Camillo c. 23 Primum vt deos venerati, deinde vt homines deſpicati interfecere. Cic. pro Sextio 36 c. 16 Ceſſi Tribuni plebis deſpicatiſſimi hominis furori. Gell. 15, 4 Ignobiliſſimos prius homines et deſpicatiſſimos.

DESPICĀTVS, ûs. m. [ὑπερόρασις] *Contemtus.* Deſpicatui duci, *eſt Contemni.* Cic. pro Flacc. 65 c. 27 Quid porro in Graeco ſermone tam tritum atque celebratum eſt, quam ſi quis deſpicatui ducitur, vt Myſorum vltimus eſſe dicatur? Deſpicatui habere Plaut. Men. 4, 3, 19.

DESPICATIO, ōnis. f. [ὑπερόραμα] Cic. de Fin. 1, 67 c. 20 Vt odia, inuidiae, deſpicationes aduerſantur voluptatibus.

DESPICĀBILIS, e. Adi. Paullin. Nolanus Epiſt. 22 n. 2 Honorabiliter deſpicabiles vocat, qui munditiem cultus et veſtitus negligunt, intrinſecus autem pii et honeſti ac propterea honorabiles quanquam vulgo deſpicati ſint. Saluian. Epiſt. 1 Domo non deſpicabilis. *Et* cont. Auar. 2 p. 68 Deſpicabilis vilitate. *Adde* Ammian. 26, 8 Sidon. Epiſt. 4, 7. *et* 3, 9. Mart. Capell. 6 p. 192. *Compar.* Sidon. Epiſt. 2, 10 Stipulam deſpicabiliorem pronuntiare.

DESPICVS, a, um. Adi. *Fuiſſe antiquum nomen docent iſta* Non. 2, 667 Proſpica et Deſpica, intenta et contenta. Naeuius Aſſitogiola: Ac ſibi proſpica, ac deſpica. Poteſt ergo proſpicus ac deſpicus dici. *Haec Nonius.*

DESPLENDESCO, ĕre. Ne rubiginem inſipientiae colligatis, qua deſplendeſcat nitor cordis veſtri Paullin. Nol. Epiſt. 39 (*al.* 30) *extr. i. ſplendorem amittat.*

DESPŎLIO, āre. [ἀποδύω, ἀφιματόω] *Exuere.* Plaut. Caſin. 4, 4, 4 Vir te veſtiat, tu virum deſpolies. Cic. Att. 7, 9 Quum ferret literas ad buſtum Baſilii, vulneratus et deſpoliatus eſt. *Vid.* DISPOLIO: *ſaepe enim confunduntur.* Armis Caeſ. B. G. 2, 31. Nobilitate Idem B. G. 5, 6. Non ſic prata nouo vere decentia Aeſtatis calidae deſpoliat vapor Sen. Hippol. v. 764. Deſpoliare digitos, *pro Annulos ex digitis detrahere.* Plaut. Milit. 4, 2, 57 Ab illa, quae deſpoliat ſuos, et tuos digitos decorat. *Add.* Id. Aſin. 1, 3, 52. Virgis dorſum alicuius Plaut. Epid. 1, 1, 85. *Vid. h. l. Boxhorn.* Cic. Verr. 1, 54 Qui in ſua patria dux iſti quondam et magiſter ad deſpoliandum Dianae templum fuit. Idem Fam. 14, 2 Illud doleo, quae impenſa facienda eſt, in eius partem miſeram et deſpoliatam venire. Petron. c. 30 p. 114 *et* c. 49 p. 246 *de iis adhibet, qui virgis caedendi exuuntur.* ¶ 2 Deſpoliantur *pro* Deſpoliant, *notat* Priſcian. 8 p. 796.

DESPOLIATIO, ōnis. f. Tertull. de Reſur. Carn. c. 7 Deſpoliatio carnis.

DESPOLIATOR, ōris. m. Plaut. Trinum. 2, 1, 14 Auarus, elegans, deſpoliator.

DESPONDEO, di, ſum, ēre. [μνηϛεύω, μνάομαι, ἐγγυάω, καθομολογῦμαι] *Simplici* Spondeo *vim aliquam addit: ſignificat enim generatim promittere, licet peculiare velut domicilium in re vxoria habeat. Argutius quam verius* Varro de L. L. 5, 7 p. 58, 26 Qui ſpoponderat filiam deſpondiſſe videbatur, quod de ſponte eius, id eſt, voluntate exierat. Non enim, ſi volebat, dabat (*intell.* alii) quod ſponſu erat alligatus. *Hoc certe manet, qui* deſpondit, *illum* ſpondere *deſiiſſe, vt non iterum eandem rem* ſpondere *poſſit. Sed non modo in re vxoria locum habere, verum etiam de aliis, quae promittuntur, aut promitti deſinuntur adeo, vſurpari, exempla docebunt.* Plaut. Ciſtel. 2, 3, 56 Nempe iſtic eſt, qui Alceſimarcho filiam Suam deſpondit in diuitias maximas. *Vid.* Cic. pro Cluent. 179. Idem Att. 1, 3 Tulliolam C. Piſoni L. F. frugi deſpondimus. *In his exemplis* Deſpondet pater puellae. Ter. Andr. 1, 1, 72

— Hae fama impulſus Chremes,
Vltro ad me venit: vnicam gnatam ſuam,
Cum dote ſumma filio vxorem vt daret.
Placuit. deſpondi. hic nuptiis dictus eſt dies.

Hoc loco Deſpondet *etiam* pater adoleſcentis. *Rurſus pater de filia ſua ait,* At ego illi nec do, nec deſpondeo Ter. Heaut. 4, 4, 31. *Hinc Metaph.* Cic. Att. 1, 10 Bibliothecam tuam caue cuiquam deſpondeas, quamuis acrem amatorem inueneris: nam ego omnes meas vindemiolas eo reſeruo, vt illud ſubſidium ſenectuti parem. *h. e. Venditurum te promittas. Iam Maritus futurus vxorem.* Caelius Cic. Fam. 8, 7 Cornificius adoleſcens Oreſtillae filiam ſibi deſpondit. ¶ 2 *Formulae aliae;* Deſpondere animum *ille dicitur* Varroni L. L. 5, 7 p. 58, 32, *qui* Suae ſpontis ſtatuit finem, *et quaſi ex Deſperatione mori decreverit* [ἀθυμεῖν, ἀπεγνωκέναι] Plaut. Milit. 4, 2, 62 Nam niſi tu fers illi ſuppetias, iam illa animum deſpondebit. Liu. 26, . . Ne deſponderent animos. De auibus Varr. R. R. 3, 5, 6. *et* 3, 16, 15. Deſpondere, *ſubaudito nomine* Animum Columel. *de Turdis loquens* 8, 10, 1 Difficulter in aliam regionem transferuntur: quia caueis clauſi plurimi deſpondent. *Eadem ratione* Columel. 11, 1, 12 Quam probabilis ratio eſt obmuteſcendi, quia nequeas Orator eſſe perfectus: aut in ſocordiam compelli, quia deſponderis ſapientiam? *i. promittere tibi deſieris, Deſperaris, te poſſe aſſequi ſapientiam.* Cic. Fam. 12, 9 Exigua enim ſpes eſt Reipub. nam nullam non libet dicere, ſed quaecunque eſt, ea deſpondetur anno Conſulatus tui, *i. deſtinatur, promittitur.* Propert. 3, 17, 23 Hanc igitur dotem virgo deſponderat hoſti, *Scylla Niſi filia Minoi* comam paternam. Cic. Att. 11, 6 L. vero Lentulus Hortenſii Domum ſibi, et Caeſaris hortos et Baias deſponderat. Hoc eſt, Sua quodammodo haec omnia futura pollicebatur. *Paſſ.* Ter. Andr. 5, 6 *extr.* Ne exſpectetis dum exeant huc, intus deſpondebitur.

DESPONSVS, a, um. Partic. [ἐγγυητὸς, μνηϛὸς] *Vt* Deſponſa puella. Thalamo alicuius deſponſa virgo Stat. Theb. 10, 61. Erat priuigna Antonii deſponſa Caeſari Vell. 2, 65, 2. Cic. de Aruſp. Reſp. 6 c. 3 Cui me praeripere deſponſam iam et deſtinatam laudem, quum ipſe eius opera et dignitatem et ſalutem recuperarim, valde eſt iniquum. Connubia Catul. 63, 26. Cic. de Prouinc. Conſ. 37 Habere prouinciam debet is, vt eam deſponſam, non decretam habere videatur. Idem Att. 1, 16 Deſponſam homini iam Syriam ademi.

DESPONSIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Acut. 3, 18.

DESPONSO, āre. Frequent. Aurel. Vict. de Orig. Gent. Rom. c. 13 Filia iam ante deſponſata Turno fuerat. *Et* Meſſala Coruin. p. 9 Filiam Turno Rutulorum regi deſponſarat.

DESPONSATVS, a, um. Partic. [μεμνηϛευμένος] Cic. Q. Fratr. 2, 11 Dederam ad te literas antea, quibus erat ſcriptum, Tulliam noſtram Craſſipedi pridie nonas Aprilis eſſe deſponſatam. *Alia exemplaria habent* Deſponſam. Deſponſata, *pro Deſponſa.* Sueton. in Caeſ. c. 1 Dimiſſa Coſſutia, quae familia equeſtri, ſed admodum diues praetextato deſponſata fuerat, *etc.*

DESPONSATIO, ōnis. f. *Promiſſio futurarum nuptiarum. Ita accip.* l. 4 Decretal. tit. de clandeſt. deſponſat. *et* l. 6 tit. de deſponſatione impuberum. Tertull. de Virgin. veland. c. 11 Ad deſponſationem velari.

DESPONSATOR, ōris. m. *Promiſſor nuptiarum.* ICt. in Cod.

DESPRETVS, a, um. Part. [καταφρόνητος] Valde ſpretus, Feſtus. *Vid.* DESPERNO.

DESPV̄MO, āre. [ἐπαφρίζω] *Spumas auferre* Plin. 36, 25 Faſtigium vero ſeruari in pedes denos ſeſcuncem, ac diligenter cote deſpumare, quernisque axibus contabulare. Idem 22, 24. *Add.* Scribon. 70. 96. 145. Virg. Georg. 1, 296 Et foliis vndam tepidi deſpumat aheni. *Per translationem.* Perſ. 3, 3 Stertimus indomitum quod deſpumare Falernum Sufficiat. Sen. Epiſt. 100 (99) Quum aliquid lacrimarum affectus effuderit, et vt ita dicam, deſpumauerit. *Intranſit.* Sen. de Ira 2, . . Labor illos citra laſſitudinem exerceat, vt minuatur non conſumatur calor, nimiusque ille feruor deſpumet. *i. quaſi Eiecta ſpuma reſideat. Conf.* DISPVMO.

DESPVMANS, antis. Part. Vulg. Iud. Epiſt. 13.

DESPVMATVS, a, um. Part. Deſpumatum mel Celſ. 3, 6. *et* Theod. Priſcian. 1, 17. Libramentum Vitruu. 7, 4. Faba Apic. 5, 3.

DESPVMATIO, ōnis. f. Tertull. de Carne Chriſti c. 19.

DESPVO, ui, ūtum, ĕre. [καταπτύω] *Idem quod Spuere, in primis deorſum. Symbolum erat deprecantium et abominantium aliquid.* Deſpuit in molles et ſibi quisque ſinus Tibull. 1, 5 *extr.* Idem 1, 2, 54 Ter cane, ter dictis deſpue carminibus. *Vid.* Schol. Iuuen. Sat. 7, 112. Plin. 28, 4 Eadem ratione terna deſpuere deprecatione in omni medicina mos eſt. Teque obſecro hercle, vt quae locutus deſpuas Plaut. Aſin. 1, 1, 26. Templa vt buſta deſpiciunt, Deos deſpuunt Min. Felix c. 8. Mores alicuius deſpuere, *i. contemnere* Claud. de IV. Conſ. Hon. 403. Deſpuere in mores, *Abominari.* Perſ. 4, 34 Eſt prope te ignotus cubito qui tangat, et acre Deſpuat in mores. Plin. 28, 4 Deſpuimus comitiales morbos, hoc eſt, Contagia regerimus. *Vid.* Plaut. Capt. 3, 4, 18 Illic iſti, qui ſputatur morbus interdum venit. *Et p. p.* Multos iſte morbus homines macerat, Quibus inſputari ſaluti fuit. Apul. Apol. p. 302 *med.* Poſſunt dicere omnes, quid in Thallo deſpuant. *Etiam hic de comitiali morbo ſermo eſt.* Preces alicuius deſpuere Catul. 50, 19. *Paſſ.* Plin. 10, 23 Simulque comitialem propter morbum, deſpui ſuetum. *Et imperſonal.* Liu. 5, 40 Vbi nunc deſpui religio eſt.

DESPVTVM, i. n. Cael. Aurel. Acut. 3, 20, 195 Feruntur cum his humoribus plerumque ſubalbida deſputa. *Vid. Barth. Adu.* 39, 1.

DESPVTAMENTVM, i. n. Fulgent. Myth. 3, 6 p. 115 Scintillantis olei deſputamento ſuccendit *ſuum Pſyche Cupidinem.*

DESQVĀMO, āre. [ἀπολεπίζω] *Squamas auellere et auferre.* Plaut. Aulul. 2, 9 princ. Dromo deſquama piſces, *etc. De arboribus.* Plin. 17, 24 Etiam ſubarator imprudens luxauit radices, corpusue deſquamauit. Idem 23, 7 Summo cortice deſquamato, altiore plaga ſiccantur. *Et* 35, 17 Primum abluitur veſtis Sarda, dein ſulphure ſuffitur, mox deſquamatur cimolia, quae eſt coloris veri. *It. de ambuſtis* Plin. 28, 4. *Conf.* DISQVAMO.

DESTANS, antis. In orcheſtra ſenatorum ſunt ſedibus loca deſtantia Vitruu. 5, 6. *Ita edit. Elzeuir. Sed cum nulla hic mutatae lectionis ratio reddatur, et ſuperiores* deſignata *legent, quod optime conuenit ſententiae; quid denique ſibi velit* deſtantia, *non aſſequar: probabile mihi ſit, operarum vitium illud eſſe.*

DESTERCŎRO, āre. *vt* Deſtercorare latrinas, *i. Stercoribus purgare.* Vlp. in l. Sed et ſi quid inaedificauerit §. 1 D. de vſufructu, Deſtercorandis latrinis praeponat. *Haloander habet,* Extergendis. Pandectae Florent. Stercorandis.

DESTERNO, ĕre. Deſtrauit camelos, deditque paleas et foenum Vulg. Geneſ. 24, 32. *i. ſtrata illis et clitellas demit,* ἀπέσαξεν.

DESTERTO, ui, ĕre. *Euigilare, ſtertere deſinere.* Perſ. 6, 10 Cor iubet hoc Enni, poſtquam deſtertuit eſſe Moeonides quintus pauone ex Pythagoraeo: *i. ſomniare deſiit, ſe eſſe Homeri anima animatum.*

DESTICO, āre. Sorices *dicuntur, vt ait auctor* Philomelae 62 Et grillus grillat, deſticat inde ſorex.

DESTILLARE. [καταλείβειν] *Stillatim demittere, et decidere.* Columel. 12, 18, 5 Cum picem in fundum deſtillauit lampas. Celſ. 4, 2 Deſtillat autem humor ex capite interdum in nares. *Conf.* DISTILLO.

DESTILLATIO, ōnis. f. Deſtillatio lacrimarum Marcell. Empir. c. 8. Celſ. 2, 1 Saniores grauedines et deſtillationes male habent. *Conf. eund.* 1, 2 *et* 5. 4, 4. Sen. Epiſt. 120. Plin. 23, 8. Deſtillatio pectoris Scribon. Larg. comp. 90 *et* 93. *Abſolute* comp. 87.

DESTIMVLO, āre. Bona deſtimulant Plaut. Bacch. 1, 1, 30. *i. deminuunt. al.* diſtimulant. *Conf.* DISTIMVLO.

DESTINA, ae. f. *Vinculum quo aedificium continetur, catena.* Vitr. 5, 12 *in MS. Philandri* Si deſtinae arcas non potuerint continere; *Sed editur* deſtinatae arcae non potuerint contineri. *Alii per Columnas explicant, quae aedificia ſuſtinent: quae alia voce Telamones, Graecis Atlantes dicuntur. Ac ſane ita ſumſit* Arnob. 2 p. 92 Non poſt Theutim Aegyptium aut poſt Atlantem, vt quidam ferunt geſtatorem, baiulum, tibicinem illum ac deſtinam caeli. Corippus de Laud. Iuſtin. 1, 17 Et Thomas Libycae nutantis Deſtina Terrae. Iſid. Sentent. 2, 40 Ruina adulterii excipitur deſtina matrimonii. *Conf.* Lucilii *locus in* EVGIVM.

DESTINEO, ēre. *Dubiae auctoritatis verbum: quod nititur Codicibus aliquot MSS.* Cic. Phil. 5, 33 c. 12 Qui ne ſorti quidem fortunas noſtras deſtinuit; ſed libidini cuiusque nos ita addixit *etc. Verum magno conſenſu viri docti probant* deſtinauit.

DESTINO, āre. *Eſt firmare.* Caeſ. B. C. 1, 25 Rates quaternis ancoris ex quatuor angulis deſtinabat. Idem B. G. 7, 22 Laqueis falces auertebant, quas cum deſtinauerant (*Metaph.* καταχόντες) tormentis (*funibus*) introrſus reducebant. Vitruu. 5, 12 Arcae ſtipitibus robuſtis et catenis incluſae in aquam demittendae deſtinandaeque firmiter. Caeſ. B. G. 3, 14 Funes, qui antennas ad malos deſtinabant, *quam lectionem recte tuetur Voſſius contra virorum doctorum* deſtinebant. Vet. Gloſſ. Deſtinat, περισπᾷ. *Conf. mox* DESTINATVS. ¶ 2 *Metaph. Firmare, certo conſtituere.* Virg. Aen. 2, 129 Et me deſtinat arae, *quod pulchre Lacerda interpretatur, quaſi alligat, vt hoſtiae alligabantur. Sed latiſſime patet, et omne conſilium ac propoſitum complectitur.* Plin. Epiſt. 3, 3 Deſtino enim (ſi tamen officii ratio permiſerit) excurrere iſto. Apul. Met. 4 p. 81, 3 Pric. Defraudare deſtinas. Plaut. Moſtel. 4, 2, 58 Quid? eas quanti deſtinat? TR. Talentis magnis totidem quot ego et tu ſumus. *Hic et* Perſ. 4, 4, 115 Deſtinare *eſt emtione facta arrhabonem dare, caeterum pretium in diem differre, vt obſeruat Gronou. Huc etiam refert Gronou.* ad Att. 12, 31 Te putare, ſi addiderimus aliud, a quo refugiat, cum ab ipſo id fuerit deſtinatum, venditurum. *Et* 13, 33 De nomine tu videbis cum Ciſpio: ſed ſi Plancus deſtinat, tum habet res difficultatem. Caeſ. B. C. 1, 33 Infectis iis, quae agere deſtinauerat. Cui nubere Caeſaris vxor deſtinat Iuuenal. 10, 330. Primus Leonnatus Macedoniam praeoccupare deſtinauerat Nep. 18, 2, 4. Liu. 21, . . Si hoc bene fixum omnibus, deſtinatumque in animo eſt, iterum dicam, viciſtis. Idem 7, 33 Adeo morte ſola vinci deſtinauerant animis. *Add.* Id. 28, 24. De eo, quod deſtinaueris, non ſunt conſulendi, quibus conſultis obſequi debeas Plin. Epiſt. 9, 13. Sueton. in Caeſ. c. 44 De ampliando imperio plura aut maiora in dies deſtinabat. *i. Parabat, conſtituebat, deliberabat.* Caius l. vlt. in princ. D. de verborum obligat. Si ſeruus aut filius famil. ita ſtipulatus ſit: Rem illam aut illam, vtrum ego velim: non pater dominusue, ſed filius ſeruusue deſtinare de alterutra debet. Plin. Epiſt. 10, 83 Ego a deſtinatis Cenſoribus quid cenſerem interrogatus, eos, *etc.* Muris ambitum Curt. 4, 8, 2. Deſtinari foro Quinctil. 2, 8, 8. Celſ. 3, 4 Aſclepiades vbi aegrum triduo per omnia fatigarat, quarto die cibo deſtinabat. Alicui diem necis Cic. Off. 3, 45 c. 10. *Et* Plin. Epiſt. 9, 26 *extr.* Dummodo iam nunc deſtines diem, quo et de illis, et de his coram exigere poſſimus. Adduntur e ſeruitiis gladiaturae deſtinati Tacit. Ann. 3, 43. Neſcio an Anticyram ratio illis deſtinet omnem Hor. Sat. 2, 3, 83. Aliquem imperio Ouid. Met. 15, 3. Deſponſam et deſtinatam laudem alicui praeripere Cic. de Aruſp. Reſp. 6. Deſtinare alicui generum Quinct. 6 Pr. 13. Deſtinari ad mortem Liu. 2, 54. Deſtinata alicui pecunia, *Promiſſa* Vlp. in l. a A diuo Pio D. de re iudicata. Liu. 28, 40 Quum Africam nouam prouinciam extra ſortem Scipioni deſtinari hominis fama ferrent. Fortique marito Deſtinet vxorem Hor. Sat. 2, 3, 217. Liu. 21, . . Aſdrubali fratri viro impigro eam prouinciam deſtinat. Puellam, *pro Deſpondere:* Plin. Epiſt. 5, 16 Iam deſtinata erat egregio iuueni, iam electus nuptiarum dies. *Add.* Id. 6, 26 *pr. Sed ad emtionem etiam pertinet.* Plaut. Rud. Prol. 45 Ad lenonem deuenit, Minis triginta ſibi puellam deſtinat, Datque arrhabonem, et iure iurando alligat, *lenonem ſcil.* Reum deſtinare, adhuc tamen ſine nomine Plin. 9, 13, 7. Liu. 35, . . Romae deſtinabant quidem ſermonibus hoſtem Antiochum, ſed nihildum ad id bellum praeter animos parabant. Sorti deſtinare for-

re fortunas alterius Cic. Phil. 5, 33 c. 12. Spei alicui deſtinatus Quinctil. 1, 1, 7. Liu. 29, 20 Qui enim conuenire, quem modo ciuitas iuuenem admodum vnum recuperandae Hiſpaniae delegerit ducem, quem recepta ab hoſtibus Hiſpania ad imponendum Punico bello finem creauerit Conſulem, ſpe deſtinauerit Africam ſubacturum, Annibalem ex Italia retracturum, *etc.* Seruitiis deſtinare aliquem Valer. Argon. 2, 484. Hor. Od. 3, 13, 5 *Haedus*, Cui frons turgida cornibus primis et Venerem et Praelia deſtinat. Vt deſtinatum erat Curt. 8, 14, 17. Quo deſtinauerat, peruenit Idem 7, 2, 18. *Sic* Solin. 2 *extr.* Achaiam deſtinantibus citiſſima nauigatio eſt, *vt dicitur* cogitare Italiam. *Sic certe Salmaſ.* p. 66 b *extr.* Tempus et locum ad certamen Liu. 33, 37. Marcellus ICt. l. 94 de Verb. Obl. Alioquin ſi, cum genus et modum deſtinare vellet, non fecit, nihil ſtipulatus videtur. Vſibus publicis deſtinatus locus Vlp. in l. oſſa D. de relig. et ſumt. funer. Deſtinatum eſt mihi, *et* Deſtinatum eſt mihi in animo Liu. 6, . . ¶ 3 Deſtinare *eſt dirigere telum, collineare.* Liu. 38, 29 *de funditoribus*, Non capita ſolum hoſtium vulnerabant, ſed quem locum deſtinaſſent oris. Curt. 7, 5, 41 Adeo certo ictu deſtinata feriebat. Lucan. Paneg. Piſon. 130 Nec ſemper Gnoſius arcu Deſtinat. Claudian. de Hiſtrice ſ. Eid. 2, 32 Certum ſolertia deſtinat ictum, Nil ſpatio fallente modum. *Huc etiam refero* Colum. 6, 37, 8 Deſtinanti pullo (aſinino) praebet equa vbera, *i. appetenti, prenſanti. Recentiores laudat Freinsh. Ind. Curt. Hinc ad* coniecturam, *quae et ipſa a* coniiciendis *telis dicta eſt, refertur.* Liu. 33, 28 Palam ab ſuo comitatu — fremebant interfectum: animis autem Zeuxippum auctorem deſtinabant caedis. *Recte itaque* Curt. 9, 7, 25 Dioxippus coniectum oculorum, quibus vt fur deſtinabatur, ferre non potuit. ¶ 4 *Vt igitur* mitti *dicuntur tela, cum coniiciuntur, ita* Deſtinare *eſt mittere.* Aurel. Vict. Caeſ. 26, 6 Romam legatos ac literas deſtinauerat. *Add.* 35, 9. Veget. 3, 21 Auerſis ſemitis longe ante deſtinat expeditos. Sueton. in Galba c. 16 Statimque legationem ad Praetorianos cum mandatis deſtinauerunt, diſplicere imperatorem in Hiſpania factum, *etc.* Deſtinare in prouinciam Vlp. in l. 2 §. legatis D. de iudic.

DESTINATVS, a, um. Partic. *Alligatus.* Apul. Met. 4 p. 143, 41 Arreptum me loro, quum valido ad anſulam quandam deſtinatum rurſum caedendo confeciſſent. Idem 6 p. 184, 28 Lorum, quo fueram deſtinatus, abrumpo, *i. alligatus.* Varro de R. R. 1, 20, 2 Nouellos quum quis emerit iuuencos, ſi eorum colla in furcas deſtinata incluſerit. *Sic Iuntae et alii ediderunt. Verum a Victoris i. MSS.* deſtitutas *eſt. Neque tamen* deſtinata *non eſt elegans et Varaone dignum.* Pallad. Nou. 7, 20 Deſtinati in ordinem ſulci, *i. directi. Nempe* Deſtinare, *vt vidimus, etiam eſt* collineare, *dirigereque adeo iactum vel ictum: et ſic mittere quoque*, ἱέναι. *Hinc* Sidon. Epiſt. 1, 7 Captus deſtinatusque peruenit Romam, *i. miſſus: quamquam nec deſunt, qui vinctum ex Apuleiana illa ratione interpretentur.* Tempore locoque ad certamen deſtinatis Liu. 33, 37. Certis, deſtinatisque ſententiis addicti Cic. Tuſc. 2, 5. Pacto iugali pridem deſtinatus votis nuptialibus Apul. Met. 4 p. 81, 19 *Pric.* Non eſt annus hic tibi deſtinatus Cic. Fam. 10, 25. *i. Non eſt tibi legitimus ad petendum.* Hora Idem Tuſc. 5 c. 22. Laus deſponſa et deſtinata Id. de Aruſp. Reſp. c. 3. Negotio deſtinatus Gell. 19, 8. Ex deſtinato Suet. Calig. c. 43. Deſtinata ſalubriter fortuna diſtulit Curt. 3, 8, 29. Certo ictu deſtinata ferire Idem 7, 5, 41. Spei deſtinatus Quinctil. 1, 1, 7. Cic. pro Sextio 66 Qui locus orbis terrae iam non erat alicui deſtinatus. Deſtinata ad ſcribendum materia Quinct. 5, 10, 9. Fab. 3, 8 Iudicialem in qua fere eadem: ſed certis deſtinatisque perſonis quaeratur. *Deponentiali forma* Salmaſ. ad Solin. p. 38, 6 F *ex antiquis* Colloquiis *laudat*, Vno animo deſtinati aut perire aut punire Alexandrum. *Eſt in* Gloſſ. Vulcan. p. 292, 7.

DESTINATO. Adu. Sueton. Caeſ. c. 60 Praelia non tantum deſtinato, ſed ex occaſione ſumebat.

DESTINATE. Adu. Ammian. 18, 3 Florentio et Lupicino deſtinate certantibus. *Compar.* Idem 20, 8 Eum ad ſe prodire deſtinatius adigentes. *Conf.* 23, 1.

DESTINATIO, ōnis. f. [προαίρεσις] *Vt*, Deſtinatio mortis Plin. 36, 14. *et* 8, 25. *Pro Deliberatione* Idem 7, 45 *Inter Auguſti adverſa*, Peſtilentia vrbis, fames, ſitisque Italiae, deſtinatio exſpirandi, et quatridui inedia, maior pars mortis in corpus recepta. *Conf.* Nouatian. de Trinit. c. 24. Praecipuum deſtinationis meae documentum habete Tacit. Hiſt. 2, 47 *extr.* Quam longe a deſtinatione ſua iacet Petron. c. 75. *Add.* Ammian. 15, 10. Tacit. Ann. 12, 32 Ortae apud Brigantes diſcordiae retraxere ducem, deſtinationis certum, ne noua moliretur, niſi prioribus firmatis.

DESTINVS, a, um. Adi. Vet. Gloſſ. Deſtinus, pertinax, *apud Sauaro. ad Sidon.* 7, 1 p. 50.

DESTITVO, ui, ūtum, ĕre. [καταλείπω] *Ex* De *et* Statuo; *ſignificat proprie Defigere, deponere.* Sic Furcas deſtituere Varro dixit pro Infigere. Nonius 4, 120 ex Caecilio, Deſtituit omnes ſeruos ad menſam ante ſe. Plaut. Rud. 3, 5, 43 Ita duo deſtituit ſigna his cum clauis ſenex. Liu. 7, 10 Duo in medio armati (*Manlius Torquatus et Gallus*) ſpectaculi magis more, quam lege belli, deſtituuntur. *Obſcenae orationis exemplum* Cic. Fam. 9, 22 Ita me deſtituit nudum. *Plura Cuiac. Obſeru.* 10, 24. ¶ 2 *Deinde ſignificat Derelinquere. vt* Deſtituere rem inchoatam Liu. 34, 34. Deſtituere aliquem, *pro Deſerere.* Cic. Att. 13, 49 Ait illum me animi conſcientia, quod Phameam deſtituiſſem, de ſe ſuſpicari. Idem Att. 1, 18 *pr.* Ita ſum ab omnibus deſtitutus. Ouid. Epiſt. 6, 155 Deſtituor prudens artis, ab arte mea. Pietas et fides deſtituunt Lucan. 5, 298. *h. e. Abeunt.* Somnum deſtituit imago Ouid. Rem. Amor. 576. Tibull. 1, 1, 7 Nec Spes deſtituat, ſed frugum ſemper aceruos Praebeat. Ouid. Met. 8, 176 Comitemque ſuam crudelis in illo Litore deſtituit. Cic. Philipp. 5, 33 Qui ne ſorti quidem fortunas noſtras deſtituit, ſed libidini cuiusque nos ita addixit, vt ne ſibi quidem, *etc. Al.* deſtinauit. Inceptum opus Ouid. Amor. 3, 12, 18. Poma deſtituunt famem Sen. Herc. . . . *h. e. A famelico Tantalo fugiunt.* Preces deſtituere Ouid. ad Liuiam 198. Propoſitum Idem Amor. 3, 7, 14. Tam cito me ſomnos deſtituiſſe queror Id. Epiſt. 15, 136. Liu. 1, 51 Inde illam abſentis inſectationem eſſe natam, quod morando ſpem deſtituerit. Columel. 4, 24 Quae nec ſpem vindemiae deſtituant, nec emacient ſtirpem ſuam. *De palmis vitium. Rurſus* Liu. 1, 41 Deſtituit ſpes. Spe deſtitui Ouid. Epiſt. 3, 143. Liu. 39, . . Gratias Pop. Rom. egit, quod tanto ſtudio, quotiescunque declarandae voluntatis poteſtas facta eſſet, Praetorem ſe voluiſſe facere: ea ſibi ſtudia ciuium ſuorum deſtituere non in animo eſſe. Verborum partem, *i. ſolam pronuntiare* Quinct. 11, 3, 33. *Fallere fidem, et promiſſum non praeſtare.* Cic. pro Cluent. 83 Contrahit frontem, et queritur, ſe ab Oppianico deſtitutum. Idem pro Roſc. Amer. 117 Eiusdem muneris, legationis, officii, mandatorumque ſocios induxit, decepit, deſtituit. Non. 4, 120 Deſtitui eſt deſolari, Naeuius, In alto nauem iubet deſtitui ancoris.

DESTITVENS, entis. Partic. Auſon. Technop. de Deis vlt. Hominum bona deſtituens ſpes.

DESTITŪTVS, a, um. Part. [καταλειφθεὶς, ἀπερίστατος] Cic. Off. 1, . . Magisque ille cui promiſſum ſit, ab officio diſcedat, ſi ſe deſtitutum queratur. Ignominiae cauſa deſtitutus ſine armis Liu. 7, 13 *pr.* Illuſus atque deſtitutus Cic. pro Quint. 51 c. 16. Deſtitutus aliqua re, *i. Carens ea* Quinctil. 12, 3. In aliena gente deſtitutus Sen. Ep. 9. Deſtitutus bonis Cic. Tuſc. 1, . . *Sic* Deſtitutus conſiliis et promiſſis alicuius Idem Q. Fratr. 1, 3. Spe deſtitutus Liu. 31, 24. *Abſolute, pro Deſperans.* Sueton. in Galba c. 11 Acceſſit ad tanta diſcrimina mors Vindicis, qua maxime conſternatus, deſtitutoque ſimilis, non multum abfuit quin vitae renuntiaret.

DESTITVTIO, ōnis. f. [ἀπόλειψις] Cic. pro Cluent. 71 Hos, qui leuiores erant, deſtitutione iratos Oppianico redderet. Deſtitutione perculſus Idem pro Quint. c. 5.

DESTĬTŪTOR, ōris. m. Tertull. ad Nation. 2, 18. Tibull. 4, 15, 14.

DESTRANGVLO, āre. Deſtrangulandam penitus ac tollendam cogitauit Porc. Latro in Catil.

DESTRINGO, inxi, ctum, ĕre. [ἀποξέω, ἀποτέμνω] *Stringendo, et arcte prehendendo auferre, vel purgare adeo.* Columel. 11, 2 Tum et olea deſtringenda eſt, ex qua velis viride oleum efficere. Cato c. 37 Frumenta bis face ſarrias, runcesque, auenasque deſtringas. Plin. 31, 11 Et oculorum cauſa comburuntur in cruda olla figulini operis plurimum proficiente eo cinere contra ſcabritias genarum excreſcentesque carnes, et quidquid opus ſit ibi deſtringere, ſpiſſare, explere. Deſtringere et abradere aliquid bonis alicuius, *per translationem* Plin. Paneg. 37. *Pro Strigilibus radere.* Plin. Epiſt. 3, 5 Dum deſtringitur tergiturque, audiebat aliquid. *Alii tamen* Diſtringitur *legunt. Vid.* DISTRINGO. *Conf. Cellar. ad* Plin. l. c. *Cuper. Obſſ.* 4, 5. Deſtringere gladium, *non* diſtringere *ſcribi volunt. vid. Drakenb. ad* Sil. 17, 164. Cort. ad Plin. Epiſt. 9, 21, 4.

DESTRICTVS, a, um. Part. Sen. Epiſt. 101 Patibulo pendere deſtrictum. *Hic melius* diſtrictum, *i. in diuerſas partes diſtractum.*

DESTRICTE. Adu. Tertull. Aduerſ. Marc. 1, 3. *et* l. 13 Dig. de Procurat. Deſtricte denegare. Minari Plin. Ep. 9, 21, 4.

DESTRICTIVVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 29 Adiutorii genus deſtrictiuum.

DESTRIGMENTVM, i. n. *Idem quod Strigmentum, ſiue Ramentum.* Plin. 20, 34 *de cucurbita ſilueſtri*, Et ignes ſacros, deſtrigmentis, vel his impoſitis, vel ſeminibus. *Alii legunt*, vel Strigmentis his impoſitis.

DESTRVO, xi, ctum, ĕre. [ἀνασκευάζω, λυμαίνομαι] *Quod ſtructum erat corrumpere.* Cic. de Senect. 74 c. 20 Vt nauem, vt aedificium idem deſtruit facillime, qui conſtruxit, *etc.* Lucan. 8, 28 Sic longius aeuum Deſtruit ingentes animos. Deſtruere aliquem Vell. 2, 48, 2. Tacit. Ann. 2, 63, 4. *i. felicitate priuare.* Deſtruit eum infamia Plin. Paneg. c. 83. Ouid. Faſt. 5, 152 Ara erat illa quidem Curibus, ſed longa vetuſtas Deſtruit, et ſaxo longa ſenecta nocet. Fortunam ſuam deſtrui Caeſar, imparemque tanto imperio rebatur Tacit. Ann. 4, 18, 3. Ouid. ad Liuiam 249 Nec iuuenis poſiti ſupremos deſtrue honores. A ſuis credebat magnitudinem ſuam deſtrui poſſe Curt. 8, 14, 46. Moenia deſtruat Virg. Aen. 4, 326. Deſtruere teſtes Quinctil. 5, 7. *i. Oſtendere iis moribus eos eſſe, vt in teſtimonio reddendo non ſint recipiendi. Vid. Burm. ad* Quinctil. 2, 17 p. 196. Opus deſtruendi, ac confirmandi, *h. e. Confutatio, et confirmatio* Idem 2, 4.

DESTRVENS, entis. Partic. Iuſtin. 23, 3, 12 Fortuna deſtruens quae cumulauerat. Petron. c. 100 Repente quaſi deſtruente fortuna conſtantiam.

DESTRVCTVS, a, um. Part. Humana manu deſtructus *apud* Ammian. . . . Deſtructa templa Prudent. Apoth. 445.

DESTRVCTIO, ōnis. f. Murorum deſtructio Sueton. Galb. c. 11. Deſtructio et confirmatio ſententiarum Quinctil. 10, 5. *Conf.* Tertull. de Cor. Mil. c. 2. de Praeſcr. c. 42. de Reſurr. Carn. c. 36. adu. Marc. 1, 13.

DESTRVCTOR, ōris. m. Tertull. Apol. c. 46 Rerum aedificator et deſtructor. *Adde* aduerſ. Marc. 4, 7. *Et in* Inſcript. Grut. p. CCXX NON SVMVS TVSCIAE DESTRVCTORES.

DESTRVCTĬLIS, e. Adi. [φθαρθὸς] *Quod deſtrui poteſt.* Lactant. de Ira Dei . . . Deſtructilia ſunt omnia, quae manu fiunt. *Alii legunt* Deſtructibilia. Prudent. in Roman. 348 Solui in capacem poſſe nec deſtructilem.

DESTRVCTĪVVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Tard. 1, 4 Deſtructiuum adiutorium.

DESVASOR, ōris. m. *Legitur a Lindenbrog. apud* Ammian. l. 30 p. 463. *vbi Valeſ.* p. 609 diſſuaſor.

DESVB. *Praepoſitio compoſita, vtriusque ſimplicis vim exprimens.* Deſub Alpibus, id eſt deſub ipſius Italiae faucibus gentes Flor. 2, 3, 2 *vbi iuncta voce ſcribendum, monet Salmaſius. Et tamen diuiſim legas in* Agrimenſoribus Goeſ. De ſub ſe p. 223. 238. De ſub riuum p. 238. De ſub riuo p. 226. *Sed* Deſub maſſa *dedimus et defendimus* Columel. 12, 34. *et comparauimus cum* Deſub pedibus Pallad. Oct. 21. Vegetii *autem* mulomedici *ſimilia dedimus in Lexico Ruſt. h. v.*

DESVBITO. Adu. [ἐξαίφνης, ἐξαπίνης] *Idem quod Subito et Celeriter.* Plaut. Bacchid. 1, 1, 46 Quid ſi apud te veniat deſubito prandium aut potatio. Idem Moſtel. 2, 1, 63. Deſubito et repente. Titinn. Quis deſubito tam repente ad me veniſti? Nonius 12, 1. *Add.* Plaut. Stich. 5, 4, 39.

DESVBĬTO, āre. *Celeriter perdere.* Firmic. 3, 4 Sed nihilominus etiam ſi Iupiter eas artes fuerit largitus, easdem crebra euerſione deſubitat. Locus enim ſextus habet propriam malitiae praerogatiuam.

DESVBVLARE. [διαπειρᾶν] A Subula deductum, ſignificat Perfodere. Varr. Alterum Carneadem deſubulaſſe bona corporis. Nonius 2, 238.

DESŪDO, āre. [καθιδρόω] *A quo* Deſudaſco, *et imperſ.* Deſudaſcitur. Plaut. Bacchid. 1, 2, 32 Quid ego metuam rogitas? homo adoleſcens Penetrem huiusmodi in palaeſtram, vbi damnis deſudaſcitur? *i. Valde ſudatur.* Stat. Theb. 3, 277 Illum ego perpetuis mihi deſudare

caminis

caminis Si iubeam, *etc.* *Venus de Vulcano ad Martem.* In balneo Celſ. 5, 27, 2. *Conf.* 6, 6, 29. December eſt menſis, quum maxime ciuitas deſudat Sen. Ep. 18. Cic. de Seneƈt. 38 c. 11 In his deſudans atque elaborans, corporis vires non magnopere deſidero.

DESVDATVS, a, um. Partic. *Vt*, Gracili balſama ſurculo deſudata Prudent. Cathem. 5, 118. Deſudata iudicia Claud. Paneg. Mallii Theod. 11. Poſt deſudatas militiae excubias Sidon. Ep. 6, 1.

DESVDATIO, ōnis. f. Scribonius Largus comp. 253. Iul. Firmic. . . . Nimia deſudatione diſſolui. Mart. Capell. 6 p. 189 Deſudatio curaque diſtriƈtior forenſis fabulationis.

DESVDATORIVM, ii. n. *Apud* Celſum. . . .

DESVEO, *pro quo maluere*,

DESVESCO, eui, ĕre. Neutr. [ἀηθέω, ἀηθέσκω] *Contrarium eſt verbo* Conſueſcere *ſiue* Aſſueſcere : *et ſignificat Morem ſuum intermittere.* Sil. 3, 575 Gens ferri patiens, ac laeta domare labores, Paullatim antiquo patrum deſueſcit honori. ¶ 2 *Aƈtiue* Deſueui illum, pro Deſuefeci illum, id eſt, conſuetudinem ei abſtuli. Titinnius, Paraſitos amoui, lenonem aedibus abſterrui, deſueui, ne quo ad coenam iret extra conſilium meum. *Haec* Non. 2, 199.

DESVĒTVS, a, um. Part. [ἀηθής, ἀσυνήθης] *A conſuetudine remotus.* Arma Virg. Aen. 2, 509. Corda Idem Aen. 1, 726. *Et* Aen. 6, 814 Iam deſueta triumphis Agmina. Liu. 3, 38 Poſtquam audita vox in foro eſt praeconis, Patres in curiam ad Decemuiros vocantis, velut noua res (quia intermiſerunt iamdiu morem conſulendi Senatus) mirabundam plebem conuertit quidnam incidiſſet, cur ex tanto interuallo rem deſuetam vſurparent. Idem 8, . . Iam pridem deſueto Samnite clamorem Romani exercitus pati. Retraƈtare verba deſueta Ouid. Triſt. 5, 7, 63.

DESVESCENDVS, a, um. Adi. [ἀηθησόμενος] Quinƈtil. 3, 8 *extr.* Haec adoleſcentes ſibi ſcripta ſciant, aliter quam diƈturi ſint, exerceri velint, et in deſueſcendis morentur.

DESVETV̄DO, ĭnis. f. [ἀήθεια] Liu. 1, 19 Mitigandum ferocem populum armorum deſuetudine ratus, Ianum ad infimum, *etc.* Reſides, et deſuetudine tardi Ouid. Met. 14, 436. Longa Idem Triſt. 5, 7, 57. Vlp. in l. Si ſeruus §. Huius D. ad l. Aquil. Huius legis ſecundum quidem caput in deſuetudinem abiit. Per deſuetudinem tacito omnium conſenſu leges abrogantur Iulian. in l. De quibus cauſis D. de legibus.

DESVEFĂCIO, ēci, aƈtum, ĕre. *Conſuetudinem praetermittere, vel relinquere.* Cic. pro Cluent. 110 c. 40 Multitudinemque iam deſuefaƈtam a concionibus ad veteris conſuetudinis ſimilitudinem reuocauerat.

DESVEFIO, ĕri. [ἀηθέω] Varr. de R. R. 2, 9 Duobus menſibus primis a partu non diſiunguntur a matre, ſed minutatim deſuefiunt.

DESV̄GO, xi, ĕre. *Idem quod ſimplex Sugo.* Pallad. 1, 9 Et ſi qua funduntur ex poculis, velociter rapta deſugent. *De carbonibus, ſabulone, et fauilla, quae ſubſternuntur pauimentis aedificiorum, loquitur.*

DESVLCO, āre. *Perſulcare.* Aequora deſulcat glebae ditis Cletabenus Auien. Perieg. 959.

DESVLTOR, *vid.* DESILIO.

DESVM, deſui, deeſſe. [ἐλλείπω] *Non adeſſe: et quidem* deeſſe *dicimus, quae adeſſe debebant;* abeſſe *etiam, quae non requirimus.* Cic. Bruto 276 c. 80 Hoc vnum illi, ſi nihil vtilitatis habebat, abfuit: ſi opus erat defuit. Ter. Phorm. 2, 1, 69 Non ratio, verum argentum deerat. Virg. Ecl. 8, 67 Nihil hic niſi carmina deſunt. Deeſſe alicui opera, *etc. i. non iuuare.* Cic. Fam. 1, 9 Tantum enitor, vt neque amicis, neque etiam alienioribus, opera, conſilio, labore deſim. *Sic* Deeſſe cauſae communi Cic. Verr. 4 c. 63. *Contraria:* Cic. de Diuin. 1, 61 Siue deeſt naturae quippiam, ſiue abundat, atque effluit. Defuit ei Animus ab initio Cic. ad Brutum Ep. 10. Idem Philipp. 2, 71 Cur ei Bello tum propter timiditatem tuam et libidines defuiſti? Deſit mihi in hac parte Fides Ouid. Met. 10, 302. Cic. de Orat. 1, 80 Quod ſi tibi tantum in nobis videtur eſſe, quibus etiam ſi Ingenium, vt tu putas, non maxime defuit, doƈtrina certe et otium, et hercule etiam ſtudium illud dicendi acerrimum defuit. Lingua palato non deeſt Ouid. Epiſt. 15, 111. Deeſſe occaſioni Liu. 27, 28. Plin. 11, 25 Nulloque momento meditari ceſſat, ne quando deſit Occaſioni. Officio ſuo et muneri Cic. Tuſc. 3, 15 c. 7. Ouid. Met. 12, 4 Defuit officio Paridis praeſentia Triſti. Orationem ad alicuius rei diſceptationem deeſſe Cic. de Lege Agr. 40. Alicui prudentiam in conſilio defuiſſe Idem Fam. 10, 17. Non deerit Sapienti quod agat Id. Acad. 4, . . Cic. Att. 4, 10 Nec metuo tamen ne mihi Sermo deſit abs te, quo magnopere deleƈtor. Idem pro Roſc. Amer. 104 c. 36 Mihi auſculta, vide ne Tibi deſis. Hor. Sat. 2, 1, 17 Haud mihi deero, Quum res ipſa feret. Non Sibi deeſt is, qui facit et quod ſi opus eſt, et quod oportet. Acron. Non Tibi defuit cura aut ſtudium in tanto officio Cic. Philipp. 9, 1. Tibi nullum a me amoris, nullum ſtudii, nullum pietatis officium defuit Cic. pro Milon. 101. Idem Att. 3, . . In Trib. pleb. Deſ. reliqua ſpes eſt: quam ſi exſpeƈtaro, non erit quod putes me cauſae meae, Voluntati meorum defuiſſe. Non animus eis, ſed Vires defuerunt Id. pro Flacc. 61. Paucae centuriae ad Conſulatum defuerunt Cic. de Clar. Orat. 237. *i. ſuffragia paucarum.* Deeſt paullulum, *vid.* PAVLLVLVM. Plin. 2, 109 Nec defuere geometrae, qui interpretarentur ſignificare epiſtolam a medio terrarum orbe miſſam. Cic. contra Rull. 2, 90 c. 33 Verum arbitrabatur, non defore qui illa reſtituerent. Cic. Qu. Fratr. 2, 8 Huic conuiuio puer optimus Qu. tuus meusque, quod perleuiter commotus fuerat, defuit. *Indicat, deſideratam illius abſentiam.* Tacit. Hiſt. 4, 11 Nec deerat ipſe ſtipatus armis, apparatu, inceſſu excubiis vim principis compleƈti. Idem Ann. 14, 39 Nec defuit Polycletus quo minus. *Paullo aliter* Capitol. Gord. tert. c. 31 Nec defuit vt Senatus de his rebus, quas non mouerat, falleretur, *i. Accidit vt falleretur.* Nec deeſt, *pro Licet.* Sil. 6, 10 Nec cernere deerat. ¶ 2 *Idem videtur ſignificare quod minorem eſſe, relinqui.* Cic. *apud* Gell. 1, 22 Nec vero ſcientia iuris maioribus ſuis Q. Aelius Tubero defuit; doƈtrina etiam ſuperfuit. *Poteſt etiam ſignificare, a maioribus ſuis defecit, illorum ſpem deſtituit.*

DEFVTVRVS, a, um. Part. Curt. 3, 8, 6.

DEFORE, *modo habuimus ex* Cic. contra Rull. 2, 90 c. 33. *Reliqua vid. ſuo loco.*

DESV̄MO, mſi, mtum, ĕre. [λαμβάνω, ἀναιρέομαι] *Idem quod Sumere, praeſertim cum plures intelliguntur vel plura, de quibus tollatur.* Liu. 4, 55 Duo ſinguli ſingulos ſibi Conſules aſſeruandos aſſidua opera deſumunt. Hor. Epiſt. 2, 2, 81 Ingenium ſibi quod vacuas deſumſit Athenas. Deſumere ſibi aliquem hoſtem Liu. 6, 20. Idem 38, . . Reƈto itinere duxiſti exercitum ad eos, quos tibi hoſtes deſumſeras?

DESV̄PER. Adu. [ἄνω, ἄνωθεν] *Idem quod de parte ſ. loco Superiore* Virg. Aen. 4, 121

His ego nigrantem commiſta grandine nimbum,
Dum trepidant alae, ſaltusque indagine cingunt,
Deſuper infundam.

Cato c. 18 Aut binas pro ſingulis deſuper ponito. Tacit. 2, 16 Soli Cheruſci iuga inſederunt, vt praeliantibus Romanis deſuper incurrerent. Flor. 3, 3, 16. Liu. 24, 34.

DESVPERNE. Adu. *Idem.* Vitruu. 10, 22 Temperauit ahena aquae feruentis et picis deſuperne contra capita hoſtium.

DESVRGO, rrexi, ĕre. In ſeceſſum ire ad exonerandam aluum. Scribon. Larg. 112 Quoties deſurrexerint torminoſi. Idem 142 Teneſmus eſt irritatio vltimae partis direƈti inteſtini: in quo ſaepius libet deſurgere ſine cauſa. Proderit ad hoc quoties deſurrexerit, vino auſteriſſimo et aqua calida fouere. *Vid. Turneb.* 17, 17. *Sic et* Plin. 28, 14 Teneſmus, id eſt, Crebra voluntas deſurgendi. *Ita legit Hard.* Hor. Sat. 2, 2, 76 *Vides*, vt pallidus omnis Coena deſurgat dubia: *vbi quidem ſimplicis ſignificationem habet, q. d.* ſurgat de coena.

DESVRRECTIO, ōnis. f. Marcell. Empir. c. 27.

DESVRSVM. Adu. *i. deorſum.* Tertull. de Praeſcript. c. 46. Fulgent. ad Prob. de Orat. c. 4.

DESYDERO, *vid.* DESIDERO.

D E T

DETEGO, xi, ƈtum, ĕre. [ἀποστεγάζω, ἐκκαλύπτω] *Denudare, et aperire.* Plaut. Moſtel. 1, 2, 60 Venit ignauia: ea mihi tempeſtas fuit: Ea mihi aduentu ſuo grandinem imbremque attulit: Haec verecundiam mihi et virtutis modum deturbauit, deiecitque (*ſic leg. pro* texit) detexitque a me illico. *Et* 1, 3, 7 Haec illa eſt tempeſtas mea, mihi quae modeſtiam omnem detexit, teƈtus qua fui. Enſem detegere vagina Sil. 13, 168. Membrana deteƈta Scribon. 206. *Per translationem:* Liu. 10, 4 Ite igitur: Dicite, inquit, detegant nequidquam conditas inſidias. Laceros artus, et grandia detegit oſſa Ouid. Met. 9, 169. Faƈta detegere variis modis Idem Triſt. 2, 432. Imbelles animos Lucan. 5, 322. Imprudentiam ſuam detegere Scribon. Epiſt. . . Ouid. de Arte Am. 2, 428 Fleƈte iter, et monitu detege Furta meo. Orationis oſſa Quinƈtil. in Prooem. 1. Magicas vanitates Plin. 26, 8. Ouid. Epiſt. 6, 40 Detegit ingenio Vulnera faƈta ſuo.

DETECTVS, a, um. Partic. [ἀπεστεγασμένος] *Vt*, Deteƈta fraus Liu. 22, 43. Aedes deteƈta, *Teƈto ſpoliata:* Nepos 25, 20, 3 Quum aedes Iouis Feretrii vetuſtate atque incuria deteƈta prolaberetur. Liu. 42, 2 Eodem anno aedes Iunonis Laciniae deteƈta. Patefaƈta et deteƈta Cic. Acad. 4, . . Caci deteƈta regia Virg. Aen. 8, 241. *Pro Nudo.* Ouid. Faſt. 2, 301 Nunc quoque deteƈti referunt monimenta vetuſti Moris, et antiquas teſtificantur opes. Caput deteƈtus, id eſt, Sine galea. Seruius. Virg. Aen. 10, 133. *Compar.* Solin. Edit. Salmaſ. c. 30 Hyacinthus propenſa perſpicuitate deteƈtior.

DETECTIO, ōnis. f. Vlp. . . . Deteƈtio mortis. Tertull. aduerſ. Marc. 4, 36 Deſcendiſſe Ieſum ad deteƈtionem Creatoris.

DETECTOR, ōris. m. Tertull. aduerſ. Marc. 4, 36 Deteƈtor Creatoris. Idem aduerſ. Valent. c. 3 *extr.* Deteƈtor totius conſcientiae.

DETENDO, ĕre. [ἀνίημι] *Quod tentum vel intentum erat laxare, et ſic auferre, de tabernaculis ſ.* tentoriis, *cum funibus et paxillis ſublatis componuntur.* Caeſ. B. C. 3, 85 His conſtitutis rebus, ſigno iam profeƈtionis dato, tabernaculisque detenſis. Liu. 41, 3 Nautici tabernacula detendunt.

DETENTVS, DETENTIO, DETENTOR, *vid.* DETINEO.

DETENTO, āre. Frequent. *ex* Detineo. l. 16 Cod. Theod. de Tironibus, Serui quos militia armata detentat. *Et* Fortunatus Carm. 11, 19 Nec volo nunc abſens vna detenter vt hora.

DETENTATIO, ōnis. f. Vlp. l. 5 Dig. de impenſis in res dotal. Manebit maritus in rerum detentationem, donec ei ſatisfiat.

DETENTATOR, ōris. m. l. 2 Cod. de fundis limotroph. Si quisquam fuerit detentator inuentus. *Et* l. 7 *princ.* Cod. de praeſcript. XXX vel XL ann. Extranei ſuppoſitae rei detentatores.

DETEPESCO, ĕre. Primo frigore autumnalis aurorae detepeſcebat Sidon. Epiſt. 5, 17.

DETER, Deterior, Deterrimus, *vid.* DETERO.

DETERGEO, es, *vel* DETERGO, is, ſi, ſum, ēre *et* ĕre. [ἀποψάομαι, ἀπομόργνυμι] *Idem quod Tergendo purgare, vel auferre adeo.* Plaut. Men. 1, 1, 2 Menſam quando edo detergeo. Columel. 3, . . Quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergito. Fletus detergunt ſtamine Claud. in Eutrop. 2, 375. Ouid. Met. 13, 746 Lacrimas detergere. Deterget ſe lingua bos Colum. 6, 6, 1. Detergeri ſpongia Idem 6, 9, 1. 12, 48, 3. *Per translationem: vt* Detergere Faſtidia, *pro Auferre* Columel. 8, 10, 5. Lanuginem pomis cydoniis Colum. 12, 45, 2. Hor. Od. 1, 7, 15 Albus et obſcuro deterget nubila caelo Saepe Notus. Somnum detergere pollice Claud. in Epithal. Pallad. 27. Spurcitias Columel. 1, 5. Nubila deterſa radiis Claud. de Sext. Conſ. Hon. 539. *Sic* Rubigo deterſa Sil. 4, 12. *Conf.* Petron. c. 22 *et* 135. ¶ 2 *Obſ.* Cic. Att. 14, 10 Quod quaeris, iamne ad centena Cluuianum? aduentare videtur: ſed primo anno LXXX deterſimus. Iamne ad centena Cluuianum? *ſubaud.* Perducatur: *nam epiſtola quae ſequitur proxima, ſic ait*, De Cluuiano, res ad centena perducitur. *Senſus eſt: Quod ſcire vis num hic Cluuiana bona ita conſtituerim, vt ex his poſthac centena ſeſtertia quotannis capere poſſim: breui futurum ſpero vt ita ſit: et hoc ipſo anno, quo Cluuianam hereditatem adiui*, LXXX HS. *cepi.* Centena: *Centum HS. in ſingulos annos: vt in* Paradox. Capit ille ex ſuis praediis ſexcenta HS, ego centena ex meis. Cluuianum: *Cluuiana res, quam ex Cluuii hereditate acceperat.* Aduentare: *Ad centena, fruƈtum centenorum ſeſtertiorum.* Deterſimus: *Cepimus. Sed venuſtius* Deterſimus *quam Cepimus. Sic certe Manut. nec quisquam melius.* Remos detergere, *pro abrumpere, defringere* Caeſ. B. C. 1, 58. Detergere ſarmenta de arboribus putatis, et vineis Cato c. 37. *Sic* detergere palmites, *pro Defringere* Columel. 4, 27, 6. *Et* 4, 26, 3 Neue iam tumentes gemmae detergeantur. Claud. de Conſ. Mall. Theod. 190 Tu prima hominem ſilueſtribus antris Elicis, et foedo detergis ſaecula viƈtu. *h. e. Facis velut nitidiora, foedum viƈtum detergens.*

DETERIVS, DETERIOR, *vid.* DETERO.

DETERMĪNO, āre. [ὁρίζω, καθορίζω] *Vt* Definire, *Terminos imponere vel terminis, et veluti Limitibus quibusdam deſignare.* Liu. 1, 18 Inde vbi proſpectu in vrbem agrumque capto, deos precatur, regiones ab oriente ad occaſum determinauit, *etc.* Cic. de Conſulatu ſuo, *laudatus a ſe ipſo* de Diuin. 1, 19 c. 12

Nunc ea Torquato quae quondam et Conſule Cotta
Lydius ediderat Tyrrhenae gentis haruſpex,
Omnia fixa tuus glomerans determinat annus.

i. euentus, qui tuo anno contigit, quo vnumquidque pertinuerit oſtendit, et partem vnamquamque praedictionis definit. Plaut. Poenul. Prol. 48 Eius nunc regiones, limites, confinia Determinabo: ei rei finitor factus ſum ego. Plin. 3, 15. Determinant ſpatia Idem 10, 38. *de aquilis.* Sueton. in Galba c. 15 Exiſtimabatur etiam Senatoria et Equeſtria officia biennii ſpatio determinaturus, nec daturus niſi inuitis ac recuſantibus. Cic. de Orat. 3, 175 c. 44 Et id quod dicit ſpiritu, non arte determinat, *continuat verba, donec ſuppetat ſpiritus, non concludit periodos.* Plin. 18, 23. L. fin. D. de iuſt. et iur. Quem locum, inquit Paullus, determinare hoc modo poſſumus. Iter determinare, *et* Viam determinare Iabolenus in l. Certo generi D. de ſeruitut. ruſticor. praedior. Vlp. in l. Si finita §. Si quid in via D. de damno infect. Praetor cauſa cognita Tempus pro conditione operis determinabit. Poena pro tempore determinata Papinianus in l. Imperator D. de poſtulando.

DETERMINATVS, a, um. Partic. [καθωρισμένος] *Praeter ſuperiora.* Dies ieiuniis determinati Tertull. adu. Pſychic. c. 2. *In* MS. Cic. de N. D. 2, 101 c. 40 *pro* Curſus ordinatos definiunt, *quod editur, eſt* determinatos.

DETERMINATIO, ōnis. f. [πέρας] Cic. de N. D. 2, 101 c. 40 Extrema ora et determinatio mundi. Exitus et determinatio orationis Concluſio dicitur Cic. de Inuent. 1, 98 c. 52.

DETERMINATOR, ōris. m. Tertull. de Pudic. c. 11 Spiritus Sanctus diſciplinae determinator.

DETERMINABĬLIS, e. Adi. Tertull. aduerſ. Hermog. c. 41 Materia determinabilis.

DETĔRO, īui, ītum, ĕre. [κατατρίβω, ἀλοάω] *Valde terere, itemque terendo aliquid auferre, remque adeo minuere et viliorem reddere, id eſt,* deteriorem. *Prioris rationis, quae rarior., exemplum eſt,* Columel. 1, 6, 23 Area optima eſt ſilice conſtrata, quod et celeriter frumenta deteruntur. *Vid.* DETRITVS. *Sic* Veget. Mulom. 3, 1, 8 Deteras herbam verbenam, *i. confringas comminuas. Poſterior frequentior vſus.* Plaut. Merc. 5, 2, 111 Clementer quaeſo, calces deteris: *admonitio ad ſequentem prae feſtinatione praecedentis calces calcantem.* Vſu aliquid deteri Quinctil. 2, 4. Plin. Epiſt. 9, 35, 2 Nimia cura deterit magis quam emendat, *nempe vt lima nimis adhibita. Vid.* LIMA. *Sic* Quinct. 10, 5, 16 Si nobis ſola materia fuerit ex *(veris)* litibus, neceſſe eſt deteratur fulgor *(armorum eloquentiae)* et dureſcat articulus, et ipſe ille mucro ingenii quotidiana pugna retundatur. Deterere laudes alicuius, *Imminuere:* Hor. Od. 1, 6, 10 Laudes egregii Caeſaris et tuas Culpa deterere ingeni. Sil. 7, 247 Quantum detritum eſt famae. Tacit. Hiſt. 2, 76, 8 Si quid ardoris ac ferociae miles habuit, popinis et comiſſationibus, et principis imitatione deteritur.

DETRITVS, a, um. Partic. Detritus ſextarius ſinapis Scrĭbon. 130. Scilla Colum. 6, 27, 10. Semen hyoſcyami Id. 6, 38, 3. A catena collum detritum canis Phaedr. 3, 8, 16. *Transl.* Gell. 15, 30 Ab alio vitae genere iam detritus. *Sed et* Detritum milium, *h. e. terendo in area purgatum* Colum. 6, 12, 4. Detrita frumenta Idem 2, 21, 5.

DETRIMENTVM, i. n. [βλάβη] *A* Detritu: quod ea, quae trita ſunt, minoris pretii ſint, *vt ait* Varro de L. L. 4, 36 p. 41, 26. Ter. Hec. 2, 1, 37 De te, ſatis ſcio, peccando detrimenti nihil fieri poteſt. Detrimentum totius profeſſionis Scribon. 200. Detrimentum *et* Emolumentum, *repugnantia* Cic. de Fin. 1, 53. Idem de Clar. Orat. 4 Noſtro incommodo detrimentoque, ſi ita eſt neceſſe, doleamus. Caeſ. B. G. 5, 50 Quod detrimentum culpa et temeritate legati ſit acceptum. *Add.* Cic. pro L. Man. c. 6. Cic. pro Milon. 71 c. 26 Quis credat Cn. Pompeium, — cum Senatus ei commiſerit, vt videret, ne quid reſp. detrimenti caperet; quo vno verſiculo ſemper ſatis armati conſules fuerunt, etiam nullis armis datis. *Sic* Prouidere ne quid Reſp. detrimenti accipiat Cic. Philipp. 5, 34. *Sollemnis formula qua ſumma poteſtas Coſſ. tribuebatur: vid.* Salluſt. Cat. c. 29. *et* Liu. 3, 4. Caeſ. B. C. 1, 5. Afferre detrimentum, *vid.* AFFERO. Expiare errorem magnis detrimentis Plin. Epiſt. 8, 10, 1. *Al.* documentis. Facere detrimentum Cic. Verr. 2, 20. *Idem ſignificat, quod* Accipere detrimentum. Importata publicis rebus detrimenta Idem de Orat. 1, 38 c. 9. *Huic* opponit Adiumenta rebus publicis importata. Inferre detrimentum Caeſ. B. C. 2, 2. Iniungere detrimentum Reipub. *vid.* INIVNGO. Detrimenta atque damna cum maximis iniuriis contumeliisque perferre Cic. Verr. 3, . . Caeſ. B. C. 3, 67 Cupiens eius diei detrimentum reſarcire. Sarcire detrimentum Idem B. C. 1, 45. Non ſine magno Reip. detrimento Cic. Verr. 4, . .

DETRIMENTABILIS, e. βλαβερός Vet. Gloſſ.

DETRIMENTŌSVS, a, um. Adi. [βλαβώδης] *Quod adfert detrimentum.* Caeſ. B. G. 7, 33.

DETER, *obſoletum, niſi potius* DETERIVS, a, um. *Hinc certe* DETERIOR, DETERRIMVS. *Cui aliquid deeſt, quaſi* Detritum, *ne bonum ſit.* Deteriae porcae, *i.* macilentae *ſunt apud* Feſtum. *Sed hoc obſoletum. Soli in vſu gradus Comparatiuus et Superlatiuus.* Ter. Heaut. 3, 1, 74 Deteriores omnes ſumus licentia. Hor. Od. 3, 5, 30 Nec vera virtus quum ſemel excidit, Curat reponi deterioribus. Deterius et Peius, *inquit* Nonius . . . his ſenſibus diſcernuntur: quod ſit Peius a malo, quod in vſu eſt, et creberrime frequentatur: Deterius vero a bono, vt minoris ſit meriti quam id, quod placet. Virg. Georg. 4, 89 Deterior qui viſus, eum ne prodigus obſit Dede neci. Cic. de Aruſp. Reſp. 53 Habent Hetruſci libri certa nomina, quae in id genus ciuium cadere poſſunt: DETERIORES, REPVLSOS (quod iam audietis) hos appellant, quorum et mentes et res ſunt perditae, longeque a communi ſalute disiunctae. Cic. de Legib. 2, 15 At Theophraſtus, auctor haud deterior, mea quidem ſententia. Aetas deterior, *Senectus* Ouid. ex Ponto 1, 4, 1. Cic. pro Caecina 46 Sic in iudiciis deterior Cauſa ſit eorum, qui fugerint, quam qui, *etc.* Equitatu plus valebat quam peditatu, quo erat deterior Nep. 18, 3, 6. Nunc deteriore conditione ſumus, quam apud patres noſtros fuerunt captiui Liu. 25, 6, 15. Celſ. 3, 2 Atque in longis quoque morbis etiam tales notas non habentibus ſcire licet increſcere, ſi ſomnus incertus eſt, ſi deterior Concoctio. Facies Ouid. Met. 12, 400. Cic. pro Caecina 18 c. 7 Iam principio auſus eſt dicere, non poſſe heredem eſſe Ceſenniae Caecinam, quod is deteriore Iure eſſet, quam caeteri ciues, *etc.* Deteriorem Odorem vino demere Cato c. 110. *Vocat* malum odorem eod. loco. Partes deteriores Lucret. 2, 507. *Contraria:* Cic. Att. 14, 11 Ruina rem non fecit deteriorem, haud ſcio an iam fructuoſiorem. Res verbo fieri interdum deterior ſolet Cic. Phil. 8 c. 1 *extr.* Deteriore tempore abſens auctionatur Idem pro Quint. 20. Magis pertinaciter haerent, quae deteriora ſunt Quinctil. 1, 1. Strenuiori deterior *opponitur* Plaut. Epid. 3, 4, 10. Cic. de Orat. 3, 26 Quidquid aut addideris, aut mutaueris, aut detraxeris, vitioſius et deterius futurum. Idem Verr. 1, 133 Niſi hoc ita ſtatuiſſes, in re tam manifeſta, quidquid dixiſſes, te deterius eſſe facturum. Corrigere et Deterius facere, *contraria* Id. de N. D. 2, 87 c. 34. Mutatus in deterius principatus Tacit. Ann. 4, 6. At tu deterius palles Perſ. 3, 96. Tacit. Ann. 13, . . Nec defuere, qui in deterius referrent. Cic. de Fin. 1, 8 c. 3 De malis Graecis Latine ſcripta deterius. Veraque, aut in deterius credita, ab vno iudice facilius diſcernuntur Tacit. Ann. 3, 10. In deterius cuncta Romae audita Martianum angebant Idem Hiſt. 4, 68. Deterrimus homo Cic. Verr. 2, (4) 40 c. 16. Idem de Aruſp. Reſp. c. 26. *Sic* Deterrimae mulierculae Idem Verr. 1, . . Mortalium deterrimus Cic. de Aruſp. Reſp. . . , Deterrimus color Virg. Georg. 3, 82. Quod optimo diſſimillimum ſit, id eſſe deterrimum Cic. de Opt. Gen. Orat. 4 c. 1. Finis deterrimus Idem de Amicit. c. 16. Deterrima via Id. Att. 9, 11.

DETERRIME. Adu. Deterrime verſipelles Apul. Met. 2 p. 272 Stew. Elm. p. 124.

DETERIŎRO, āre. *Poſterioris Latinitatis verbum, Deterius facere.* Claud. Mamert. de Anima 1, 3 Quidquid deteriorari poteſt, et corrumpi profecto poteſt. Idem 1, 4. Ambroſ. Epiſt. 3 ad Simplician. *Adde* Frontin. de Colon. Edit. Goeſii p. 133.

DETERIORĀTVS, a, um. Part. *Vt*, Deterioratae rei aeſtimatio Symmach. Epiſt. 4, 68.

DETERREO, ui, ĭtum, ēre. [καταπλήττω, ἀποτρέπω] *Idem quod Terrere, vel Terrore a ſententia vel propoſito auertere, ſic tamen, vt terroris illa notio interdum negligi, relinqui ſola auocandi, videatur.* Cic. de Fin. 3, 38 Niſi eos per ſe foeditate ſua turpitudo ipſa deterreat. Ter. Heaut. 1, 1, 27 Rectum vt faciam, non vt deterream. Idem de Aruſp. Reſp. 18 c. 9 Qui his delecter, aut vtar omnino literis, quae animos noſtros deterrent atque auocant a religione. *Et* de Orat. 1, 258 Vereor, ne maiorem vim ad deterrendum habuerit, quam ad cohortandum. Pudore deterreor, commemorare nefarias eius libidines in ſtupris et flagitiis Cic. Act. in Verr. 1, 14 c. 5. Sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrere Idem Bruto 15. *Et* Off. 2, 62 Omnes enim immemorem beneficii oderunt, eamque iniuriam in deterrenda liberalitate ſibi etiam fieri: eumque qui faciat, communem hoſtem tenuiorum putant. Enſe pauidum deterrere Ouid. Met. 14, 296. Hor. Sat. 1, 4, 111 A turpi meretricis amore Quum deterreret. A bello faciendo Cic. pro Fonteio . . . A ſtudiis Idem de Fin. 1, . . A dicendi ſtudio Id. de Orat. 1 c. 25. Ab induſtria Cic. de Fin. 1, . . Nulla re deterreri a propoſito Idem Bruto Epiſt. 11. *Et* de Orat. 5 Nec vero Ariſtotelem in philoſophia deterruit a ſcribendo amplitudo Platonis. Sanos quidem homines a ſcribendo deterruit *Caeſar commentariis ſuis* Cic. Bruto c. 75. Idem de Diuin. 2, 81 Num igitur eorum frequentia Stoici de ſententia deterrentur? De ſtatu ſuo aliquem contumeliis Idem Fam. 11, 11. Ter. in Prol. Phorm. 3 Maledictis deterrere, ne ſcribat, parat. Plaut. Amphit. 2, 1, 9 Tamen quin loquar haec vti facta ſunt, Nunquam vllo modo me potes deterrere.

DETERRĬTVS, a, um. Partic. [ἀποτετραμμένος] *Vt*, Deterritus pudore Cic. Att. 10, 13. Cic. Fam. 8, 6 Nemo enim neceſſitudine et amicitia te deterritum ab officio dicet. *Add.* Ouid. Met. 10, 600. Tib. 1, 3, 13.

DETESTOR, āri. [διαμαρτύρομαι] *Prima et antiquiſſima ſignificatione fuiſſe videtur idem, quod* valde teſtari, *vt* Deiero, Demiror, Denuntio. Plaut. Men. 5, 2, 61 Summum Iouem deosque deteſtor, me neque iſti male feciſſe mulieri. Paullo ICto l. 39 §. 2 de V. S. deteſtari eſt abſenti denuntiari, *quae in fragm. Gr. cum Theophili Inſtitt. a Fabrotto editis redduntur* διαμαρτύρασθαι ἐςὶ τὸ μετὰ μαρτύρων παραγγεῖλαι τῷ ἀπολιμπανομένῳ. *Vid.* DETESTATVS n. 2. DETESTANDVS. DETESTATIO. ¶ 2 *Ad imprecationem malorum refertur* Liu. 39, 10 In caput eorum deteſtari minas periculaque, qui id ſuaſiſſent. Plin. Epiſt. 2, 20, 6 Iram deorum in caput infelicis pueri deteſtatur: *i. denuntiat. Et ſine praepoſitione* Ouid. Met. 15, 505 Immeritumque pater proiecit ab vrbe Hoſtilique caput prece deteſtatur euntis, *i. exſecratur de Theſeo et Hippolyto ſermo eſt. Nempe* ¶ 3 Deteſtari *etiam ſignificat verbis vehementibus a ſe amoliri, et remouere ſtudere aliquid, et aſperius eſt, quam* Deprecari. Cic. Att. 9, 10 Cum ego mihi a te ſignificari putaſſem, vt Italia cederem; deteſtaris hoc diligenter, *i. vehementer negas, et tibi hoc in mentem non veniſſe, teſtaris.* Id. Cat. 1, 27 c. 11 Nunc vt a me P. C. quandam prope iuſtam patriae querimoniam deteſter, ac deprecer, percipite quaeſo, quae dicam. Idem Philipp. 8, 7, 3 De proximo bello ciuili non libet dicere. Ignoro cauſam, deteſtor exitum. *Et* in Vatin. 39 c. 16 Si (te) vitant, fugiunt, audire de te nolunt, quum viderunt tanquam auſpicium malum deteſtantur. Id. in Piſon. 96 c. 40 Omnes memoriam conſulatus tui, facta, mores, faciem denique ac nomen a rep. deteſtantur. Liu. 40, 8 Quoties ego deteſtatus exempla fraternarum diſcordiarum horrendos euentus eorum retuli, *etc. Ad ipſos Deos retulit* Cic. Phil. 4, 10 c. 4 O Dii immortales, auertite et deteſtamini quaeſo hoc omen! *Vid.* DETESTANDVS. ¶ 4 *Paſſiue* Apul. Apol. p. 307, 24 Neque enim grauius eſt corpore *(vt qui morbo caduco laborant)* quam corde collabi: pede potius quam mente corruere: in cubiculo deſpui, quam in iſto ſplendidiſſimo coetu deteſtari.

DETESTANS, antis. Partic. Nep. 20, 1, 5 Neque adſpexit, quin eum fratricidam impiumque deteſtans compellaret.

DETESTANDVS, a, um. Partic. *Ex prima verbi notione* Gell. 6, 12 laudatur Seruii Sulpicii ICti liber de ſacris deteſtandis, *i. in comitiis Populi Rom. denuntiandis publice, et conſtituendis.* ¶ 2 Tac. An. 4, 69 Haud minus turpi latebra, quam deteſtanda fraude, *i. exſecrabili.* Idem ibid. 16, 28 Curtium Montanum deteſtanda carmina factitantem. ¶ 3 Cic. de N. D. 1, 123 c. 44 Inuidiae deteſtandae cauſa dixiſſe Epicurum, quae de Dîs immortalibus dixerit.

Sil.

Sil. 17, 435 Adeone Oenotria tellus Deteſtanda fuit, quam per maria aſpera perque Inſanos Tyrio fugeretis remige fluctus?

DETESTATVS, a, um. Partic. *Paſſive ex prima notione* Gaius ICtus ad L. XII tabularum l. 238 D. de V. S. §. 1 Deteſtatum eſt teſtatione denuntiatum. ¶ 2 Caeſ. B. Gall. 6, 31 Catiuulcus — omnibus pretiis deteſtatus Ambiorigem, qui eius conſilii auctor fuiſſet, taxo — ſe exanimauit. *Recte Metaphraſtes*, πάσαις τοῦ Ἀμβιόριγος κατηράσατο κατάραις. ¶ 3 *Paſſ.* Hor. Od. 1, 1, 24 Bella matribus deteſtata. Cic. de Legg. 2, 28 c. 11 Ara vetus ſtat — Eſquiliis Malae Fortunae Deteſtataeque.

DETESTABĬLIS, e. Adi. [βδελυρός, ἐβδελυκτός] *Idem quod Abominabilis.* Cic. Philipp. 2, 65 Non te execrandum Populo Rom. non deteſtabilem, non omnes tibi deos, omnes homines et eſſe inimicos, et futuros ſcias. Idem Tuſc. 3, 25. Quo deteſtabilior iſtorum immanitas qui lacerarunt omni ſcelere patriam Cic. Off. 1, 57 c. 17. Nihil deteſtabilius eſt Idem Tuſc. 5 c. 22. *Et* Philipp. 1, 33 Metui vero et in odio eſſe, Inuidioſum, deteſtabile, imbecillum, caducum. Deteſtabile et peſtiferum Cic. de Senect. 41. Suet. in Neron. c. 5 Ex Antonia maiore patrem Neronis procreauit, omni parte vitae deteſtabilem. Omen deteſtabile auertat Deus Cic. Philipp. 11, 11 c. 5. Idem Off. 2, 16 c. 5 Nulla tam deteſtabilis Peſtis eſt, quae non homini ab homine naſcatur. Scelus Id. de Amicit. 27 c. 8. Vmbra Sen. Thyeſte 23. *Conf.* Liu. 29, 17.

DETESTABĬLĬTER. Adu. *Idem.* Lactant. 5, 10 Quod nefarie, quod deteſtabiliter fecit.

DETESTATIO, ōnis. f. [βδελυγία] *Abominatio.* Plin. 15, 30 Laurus quidem manifeſto abdicat ignes crepitu et quadam deteſtatione, interaneorum etiam vitia et neruorum ligno torquente. Sceleratiſſimi hominis deteſtatio Macrob. 6, 7. *De lege illa* ſacrata. *Samnitium et* horribili ſacramento Liu. 10, 38 Primoribus Samnitium ea deteſtatione obſtrictis. Pro Deteſtatione ſcelerum aram conſecrare Cic. pro Domo ſua 140 c. 55. Deteſtatio, *auctore* Feſto dicebatur, quum Deus teſtis in deteriorem partem vocabatur, *vid.* OBTESTATIO. ¶ 2 Deteſtatio, *teſte* Vlpian. l. 40 de V. S. *eſt* denuntiatio facta cum teſtatione. *Hinc explicanda* Deteſtatio ſacrorum, *memorata* Gell. 15, 27 Iſdem comitiis, quae calata appellari diximus, ſacrorum deteſtatio et teſtamenta fieri ſolebant. *Scaliger ad* Feſtum v. Puri *perimendorum ſacrorum rationem putabat. At videtur ratio perimendi ſacra non antiquiſſimis temporibus in comitiis vſurpata, ſed a ICtorum demum ingeniis reperta. Igitur Ic. Geo. Graeuius praefat. ad Tom. 1. Ant. Rom. interpretatur denuntiationem heredi factam, vt ſacra ſuſcipiat. Sed ea nihil opus fuiſſe videtur, cum conſtantis et perpetui iuris fuerit transire ſacra vna cum hereditate, neque opus adeo fuerit, peculiari caerimonia. Maxime igitur probabilis videtur ſententia Chriſtian. Gottl. Schwarzii, peculiari diſputatione propoſita,* deteſtationem ſacrorum *eſſe nihil aliud, quam ipſam illam publicam* conſecrationem, *ſine qua* ſacrum *fieri nihil poterat. Sicut ergo arrogatio, ſicut translatio bonorum ad heredes teſte populo, quem* deteſtabantur, *i. valde teſtabantur, anteſtabantur, in concione populi fieri debebat; a quo* teſtamenta *dicta ſunt: ſic etiam declaratio illa de bonis quibuscunque ſacrandis. Vid.* DETESTOR n. 1. DETESTANDVS n. 1 *it.* DETESTATVS n. 1. *Affine eſt illud* Sen. Epiſt. 117 *de voto neſcio, cuius,* Ita quam primum moriar! Imbecillae mentis iſta ſunt verba, et hac deteſtatione miſericordiam captantis: *i. obteſtatione.* ¶ 3 Deteſtatio, *Teſtium abſciſſio: Vtitur* Apuleius Met. 7 p. 148 Pric.

DETESTATOR, oris. m. Caſſiod. Epiſt. reg. 1, 4 Deteſtator criminis: amator aequitatis. *Et* Tertul. aduerſ. Marc. 4, 27 Deteſtator legis.

DETEXO, ui, tum, ĕre. [κατυφαίνω, περαίνω] *Texendo abſoluere.* Detexere telam, *pro Texendo ad finem perducere* Plaut. Pſeud. 1, 4, 7. Virg. Ecl. 2, 71 Quin tu aliquid ſaltem, potius quorum indiget vſus, Viminibus, mollique paras detexere iunco? Tunc fiſcella leui detexta eſt vimine iunci Tibull. 2, 3, 15 *Broukh.* Cic. de Orat. 2, 158 c. 38 Et ad extremum ipſi ſe compungunt ſuis acuminibus, et multa quaerendo reperiunt, non modo ea, quae iam non poſſint ipſi diſſoluere, ſed etiam quibus ante exorſa, vel potius detexta prope retexantur. Ab exordio aliquid detexere Auctor ad Heren. 2, 42 c. 27. *ex vet. Poët.* Plaut. Pſeud. 1, 4, 7 Neque exordiri primum vnde occipias habes, Neque ad detexundam telam certos terminos, *principium et finem indicat.* Non. 1, 128 Exordium eſt initium; vnde et veſtis ordiri dicitur, quum inſtituitur detexenda. Plaut. Amph. 1, 1, 138 *Cum Soſia videt Mercurium pugnos iactantem,* Illic (*inquit*) hoc homo denuo vult pallium detexere. *Metuit ſuo tergo a pugnis, quos ille, quaſi texeret, huc illuc iactabat.* Linum detextum Vlp. in l. Sicut lana 68 D. De legat. 3.

DETEXENS, entis. Partic. Cic. in Arat. v. 250 Hic non perpetuum detexens conficit orbem.

DETĬNEO, ui, entum, ēre. [κατέχω, κατείργω, σχέω] *Remorari, occupare.* Ter. Eun. 2, 2, 49 Detineo te fortaſſe. Idem Phorm. 4, 1, 8 Pol me detinuit morbus. Detinere aliquem et demorari Cic. Fam. 12, 15. Detinere aliquem lepore Idem Att. 4, . . *Item,* Detinere inani ſpe Columel. 8, 5. Aliquem de ſuo negotio Plaut. Poenul. 1, 2, 190. Detineri in alienis negotiis Cic. de Inuent. 2, 132 c. 49. Animum ſtudiis detineo Ouid. Triſt. 5, 7, 39. Multis bellis detineri Iuſtin. 29, 2, 8. Compede detinere Hor. Od. 1, 33, 14. Curas detinui, *Cohibui:* Ouid. ex Ponto 4, 10, 67 Detinui, Dicam, tempus, curasque feſelli. *Vid. Heinſ. ad loc. et Burman.* Diem detinere ſermone Ouid. Met. 1, 682. Martial. 14, 166 *de cithara Orphei,* De Pompeiano ſaepe eſt electa theatro Quae duxit ſiluas, detinuitque Feras. Ouid. Amor. 3, 13, 20 Dicitur inceptam detinuiſſe Fugam. *Alii* Deſtituiſſe. Liu. 1, . . Vt non plus darent Iuris, quam detinerent. *i. Sibi retinerent.* Detinuere Morae Ouid. Sabin. 2, 70. Aliquem lenta Mora Martial. 7, 92, 4. Plaut. Perſ. 4, 3, 45 Itaque hic eſt quod me detinet Negotium. Maiore aliquo Negotio detineri Auctor ad Heren. 4, . . Detinent terras Niues Plin. 18, 7. *i. Occupant, neque liqueſcunt.* Ouid. Triſt. 2, 519 Et mea ſunt populo ſaltata Poëmata ſaepe: Saepe Oculos etiam detinuere tuos. Detines me ſuſpenſum, *i. me diutius in dubio tenes* Cic. Att. 10, 1. Virgilius *per verbum* Teneo, *idem dixit: vt in* Aen. 6, 722 Dicam equidem: nec Te ſuſpenſum nate tenebo. Tempus Ouid. ex Pont. 4, 10, 67. Vela detinere Ouid. Sabin. 1, 18. Victorem in aliam caedem Sen. Ep. 7. Detineri ventis Plin. Epiſt. . . .

DETĬNENS, entis. Partic. Hirt. B. Hiſpan. c. 23 Detinentibus noſtris multis telis iniectis complures vulneribus affecere.

DETENTVS, a, um. Partic. Theſſalonicae detentus (*al.* Retentus) Cic. Att. 3, 19. Tacit. Ann. 2, 69, 2 Aduerſa Germanici valetudine detentus.

DETENTVS, ûs. m. Tertull. aduerſ. Valentin. c. 32 Detentui obnoxius.

DETENTIO, onis. f. Vlp. l. vnica *extr.* Dig. de Re[illegible]onibus non eſſe iniquum detentionem ſeruitutis dari.

DETENTŎR, ōris. m. l. 10 Cod. Vnde vi, Poſſeſſionis alienae detentores.

DETITVLO, āre. *Laudatur ex* Iſcano de B. Troi. . . Propriae venditor artis Detitulat titulos.

DETONDEO, di, ſum, ēre. [ἀποκείρω, ἀποξυρέω] *Prorſus tondere: tondendo nudare.* Columel. 7, 4 Et eſt modus optimus conſiderare tempeſtates, quibus ouis neque frigus, ſi lanam detraxeris: neque aeſtum, ſi nondum detonderis, ſentiat. Verum quum quaeque detonſa erit, vngi debet tali medicamine. Detondere capillos Martial. 8, 52. Gramina detondent vaccae Nemeſ. Ecl. 1, 7. Columel. 4, 23, 3 Nec dubium quin ſit horum virgultorum natura talis, vt quanto maturius detonſa ſint, plus materiae: quanto ſerius, plus fructus affertur. *Add.* Cato R. R. c. 96. *et* Varro 2, 4, 14.

DETONSVS, a, um. Partic. Detonſis aucta Cynthia mannis Propert. 4, 8, 15. Detonſi crines Ouid. Faſt. 6, 229. Arboribus redeunt detonſae frigore frondes Ouid. Faſt. 3, 237. Sicambria detonſa Claud. in Eutrop. 1, 383.

DETONSO, āre. Frequent. Fab. Pictor *apud* Gell. 10, 15 Capillum Dialis, niſi qui liber homo eſt, non detonſet.

DETŎNO, ui, āre. [καταβροντάω] Quinctil. 12, 9 Nam quum illa dicendi vitioſa iactatio inter plauſores ſuos detonuit, reſurgit vera et virtutis fortior fama. Valer. Argon. 4, 293 Illum inſperata turbatum fraude furentem Oebalides prima refugit dum detonat Ira.

DETORNO, āre. [τορνεύω] *Idem quod Tornare, ſ. tornando efficere.* Plin. 13, 9 Ex quo velares detornant annulos.

DETORNATVS, a, um. Partic. *Metaph.* Gell. 9, 8 Detornata ſententia et verbis incluſa.

DETORQVEO, ſi, tum, ēre. [κατακάμπτω, παρατρέπω] *Deflectere, Torquere in aliam partem.* Columel. 5, 6 Sed haec vlmus autumni tempore melius quam vere diſponitur, paullatimque ramuli eius manu detorquentur. Detorſit a latere in dextram partem Cic. de Vniuerſ. 22 c. 7. Plin. 28, 8 Quum fugiant venantem, declinare ad dextram. *Et paullo poſt,* At ſi laeuam detorſerit, deficientis argumentum eſſe. Ceruicem ad oſcula Hor. Od. 2, 12, 25. Cornua antennarum torquere, *et* Detorquere, *contraria:* Virg. Aen. 5, 831 Vna ardua torquent Cornua, detorquentque, ferunt ſua flamina claſſem. Cic. de Fin. 3, 17 c. 5 Aptas malit et integras omnes partes corporis, quam eodem vſu imminutas et detortas habere. Curſus detorquere ad aliquem Virg. Aen. 4, 196. Labra dicentis ne detorqueantur Quinctil. 1, 11. Ab aliquo lumen detorquere Ouid. Met. 6, 515. Oculos detorquere ad vndas Valer. Argon. 1, 120. Se alio prauum detorquere Hor. Sat. 2, 2, 56. Viam detorquere ad amnem Valer. Argon. 5, 397. Detorquere vulnus Virgil. Aen. 9, 346. *Per translationem:* Cic. Off. 2, 37 c. 10 Nam et voluptates blandiſſimae dominae, ſaepe maiores partes animi a virtute detorquent. Plin. Ep. 1, 8 Atque ea demum recte facta minus detorquemus et carpimus, quae in obſcuritate et ſilentio ponuntur. Columel. 3, 10 Atque haec et forſitan pluribus dicta ſunt, quam exigebat ratio veritatis: minus tamen multis quam poſtulabat praue detorta et inueterata opinio ruſticorum. Flectere et detorquere voluntatem alicuius Cic. pro Caelio 22.

DETORTVS, a, um. Partic. *vid. ſupra.* Cic. de Fin. 3, 17 c. 5. Columel. 3, 10. *Add.* Apul. Met. 5 p. 163 Detorti digiti. *et* Hor. Arte Poët. 53 Verba parce detorta. *Conf.* Tacit. Orat. 28, 9. *Quod* Detorſa *laudabatur ex* Sueton. Galba c. 10 *ibi* Detorſa *eſt, nomen vrbis Hiſpanae.*

DETORREO, ēre. Inuidiae flamma me detorruit Sidon. Ep. 1, 7.

DETRAHO, xi, ctum, ĕre. [καθαιρέω, ἀφαιρέω] *Auferre, quocunque modo tollere.* Ter. Eun. 4, 4, 40 Chaerean' tuam veſtem detraxit tibi? Cic. ad Qu. Fratr. 1, 2, 2 Illum crucem ſibi ipſum conſtituere, ex qua tu eum antea detraxiſſes. Detrahere amiculum Cic. de N. D. 3, 83. Scalas inferri clipeosque et imagines eius coram detrahi et ibidem ſolo affligi iuberet Suet. Domit. c. vlt. Addere, *et* Detrahere, *contraria* Cic. pro Cluent. 179. Detrahere aliquid alteri, *Vi auferre:* Cic. Off. 3, 23 Detrahere igitur aliquid alteri, et hominem hominis incommodo ſuum augere commodum, *etc.* Idem de Diuin. 2, 79 Eidemque detraxiſſet Armeniam a Senatu datam. Ter. Heaut. 4, 1, 37 Quum exponendam do illi, de digito annulum detraho. *Eſt et Medicorum verbum:* Aquam detrahere Scribon. 136. Quaſi arenam 144. Fragmina lapidum 152. Materiam per aluum 135. — ex capite per os 6. 9. Pituitam 9. Aër agitatus a vitioſis corporibus detrahit ſuccum Vitruu. 1, 6. Aliquid de aliquo quod ſibi aſſumat Cic. de Fin. 3, . . Aliquem pedibus e tribunali Sueton. de Clar. Rhet. 6. Torquem hoſti Cic. de Fin. 1, 23. *Et* Detrahere cruenta ſpolia Cic. pro Roſc. Amer. . . . ¶ 2 *Metaph.* Detrahere alicui, *i. Famam eius minuere.* Ouid. Triſt. 5, 14, 3 Detrahat auctori multum fortuna licebit, *etc.* *Conf.* Nep. 18, 1, 2. Cic. Verr. 2, 53 Et ſi quaeritis, vt egomet mihi detraham, illos ego accuſatores puto fuiſſe, *etc.* De abſentibus Idem Off. 1, 134. *Et* pro Caecina . . De teſte. Cic. pro Rabir. 20 c. 7 De ſenatu. Libenter de his detrahunt, quos eminere vident altius Nep. 12, 3, 3. De auctoritate Senatus: *cui opponitur,* Ornare Senatum multis laudibus Cic. pro Cluent. . . . Quum de rebus geſtis eius detrahere coepiſſet Nep. 20, 5, 3. De fama alicuius Cic. Fam. 3, 8. ¶ 3 *Formulae aliae:* Cic. pro Cluent. 179 Vt hunc Oppianicum aliud agentem, ac nihil eiusmodi cogitantem, ad hanc accuſationem detraheret, *tanquam in locum humilem, et periculoſum.* Alumnum mamma Plin. 11, 40. Cic. Fam. 3, 12 Ne quid de ſummo meo erga te amore detractum eſſe videatur, *i.* Ablatum aut imminutum. Caeſ. B. G. 6, 5 Haec prius illi detrahenda Auxilia exiſtimauit. Aliquem de caelo, *eſt De ſumma gloria eum deiicere* Cic. Philipp. 2, . . Idem poſt redit. ad Quirit. 6 Tum in ſtudiis veſtris tanta animorum declarata eſt voluntas, vt non ſolum Calamitatem mihi detraxiſſe, ſed etiam dignitatem auxiſſe videamini. Cic. Philipp. 6, 15 Celeritas detracta de cauſa eſt: boni tamen aliquid acceſſit ad cauſam. De Commodo, *vid. mox de* Iure. Cic. de Amicit. 57 Multaeque res ſunt, in quibus de ſuis Commodis viri boni multa detrahunt, detrahique patiuntur. vt his amici potius, quam ipſi fruantur.

fruantur. Lucan. 8, 125 Hoc ſolum Crimen meritae bene detrahe terrae. Cute detracta Scribon. 74. Cic. pro Caelio 3 c. 2 Vt ad ea, quae accuſatores deformandi huius cauſa, detrahendae, ſpoliandaeque Dignitatis gratia dixerunt, primum reſpondeam. Animis Errorem detrahe noſtris Ouid. Met. 2, 39. Plin. 22, 25 Iidem (lupini) auiditatem cibi faciunt, Faſtidium Detrahunt. Fidem verbis alicuius Quinctil. 5, 7. Virg. Georg. 4, 512 Amiſſos queritur Fetus, quos durus arator Obſeruans, nido implumes detraxit. Cic. Verr. 2, 25 c. 7 Senatorem Pop. Rom. ſi non inuitauerunt, Honorem debitum detraxerunt non homini, ſed ordini, *etc.* Laudem Idem pro Lege Manil. . . *Et* Fam. 5, 2 Quem quum comperiſſem omnem ſui Tribunatus conatum in meam perniciem parare atque meditari, egi cum Claudia vxore tua, et cum veſtra ſorore Mutia, vt eum ab illa Iniuria detraherent. Cic. pro Milon. 39 Ne P. Clodius, quum in Iudicium detrahi non poſſet, vi oppreſſam ciuitatem teneret. Idem Verr. Diuinat. 25 Hoc ſi non vtor, non tibi iniuriam facio, ſed de meo Iure aliquid et commodo detraho. Inuidiam Noxae Ouid. Epiſt. 7, 106. Opinione probitatis detracta Cic. Off. 2, 34. Idem Verr. 1, 181 Scribae nomine de tota Pecunia binae quinquageſimae detrahebantur. Pipere detracto Scribon. 74. *i. omiſſo.* Cic. de Fin. 4, . . Saltem aliquid de Pondere detraxiſſet, et paullo minoris aeſtimauiſſet ea, quam Peripatetici. Ponderibus detrahere Scribon. 97. *i. minuere pondera.* Parte tertia detracta 52. 90. 92. 93. Magnitudine viciae detractum Tragacanthum 149. Liu. 30, 20 Haec accuſans, quaerensque ex diutina Poſſeſſione Italiae eſt detractus. Detrahitur Pretio, *pro Minuitur pretium.* Columel. 8, 17 Macies indicat, eum non eſſe libero mari captum, ſed de cuſtodia elatum: propter quod plurimum Pretio detrahitur. *Sic* Plin. 36, 26 Metallis Pretia detraherentur. Cic. de Prouinc. Conſ. 19 At hi non modo illum inimicum ex Gallia ſententiis ſuis non detrahebant, ſed et propter rationem Gallici belli Prouinciam extra ordinem decernebant. Columel. 4, 3 Minorem deinde filiam nuptui collocaſſe in dimidia parte reliqui agri: nec ſic ex priſtino Reditu detraxiſſe. Cic. Brut. c. 67 Quantum detraxit ex Studio, tantum amiſit ex gloria. Idem Fam. 1, 5 Si quid ex iis rebus, quas tibi fortuna largita eſt, nonnullorum hominum perfidia detraxerit, id maiori illis fraudi quam tibi futurum. Sacerdotem ab aris Id. de Aruſp. Reſp. 28 c. 13. Columel. 6, 14 Et ex diuerſa auricula Sanguinem detrahemus. Detractis de homine Senſibus Cic. de Fin. 1, 30. Idem Tuſc. 2, . . Efficit hoc philoſophia, medetur animis, inanes Solicitudines detrahit. *Sic* Si Tibi hoc vnum detrahi poteſt Id. Fam. 5, 16. Detrahe menti ſpem fructus auidae Ouid. ex Ponto 2, 3, 15. Ex ſumma Cic. Att. 10, 5. Multae nouem partes detraxit Nep. 13, 4, 1. Cic. pro Flacc. . . Dat de lucro, nihil detrahit de viuo, minus igitur lucri facit.

DETRAHENS, entis. Partic. Cic. Tuſc. 3, 41 c. 18 Detrahens eas voluptates, quae ſapore percipiuntur, detrahens eas, quae auditu et cantibus. Idem Acad. 4, 15 c. 5 Socrates de ſe ipſe detrahens.

DETRACTVS, a, um. Part. *Praeter laudata in verbo*, Pondere detracto Nep. 11, 1, 4. Signo Epiſtolae Idem 4, 4, 1. Sanguis venis Lucret. 3, 443. Lumen ſolis Idem 5, 979.

DETRACTVS, ûs. m. Sen. Suaſor. 7 Detractu aut adiectione ſyllabae.

DETRACTIO, ōnis. f. [ἀφαίρεσις, ὑφαίρεσις] *Idem, vt*, Detractio alieni, *hoc eſt, Ablatio et furtum rei alienae.* Cic. Off. 3, 30 c. 6 Non igitur magis eſt contra naturam morbus, aut egeſtas, aut quid eiusmodi, quam detractio, aut appetitio alieni. Doloris Cic. Off. 3 c. 33. Id. de Vniuerſ. 16 Nec vero deſiderabat aut alimenta corporis, aut detractionem confecti et conſumti cibi. *i. Exonerationem alui.* Detractiones *apud* Plinium *pro Vacuationibus et inanitionibus prauorum humorum* 16, 44. Detractione leuare Scribon. 101. *i. deiectione mitigare.* Celſ. 2, 10 Facilius itaque illi detractionem ſuſtinent: celeriusque ea, ſi nimium eſt pinguis, affligitur. Detractio ſanguinis Plin. 17, 26. Quinctil. 2, 10. Detractio moleſtiae Cic. de Fin. 1, 37 c. 11. *Plural.* Vitia quae non detractionibus, ſed adiectionibus curantur Vitr. 1, 6.

DETRACTOR, ōris. m. *Qui famae alicuius derogare nititur.* Tacit. Ann. 11, 11, 5 Ipſe haudquaquam ſui detractor. *Vid. infra* DETRECTATOR.

DETRECTO, āre. [ἀναίνομαι, ὑποφεύγω] *Vitare, fugitare, auerſari, reſtitare. Vt*, Detrectare certamen, *apud* Tacit. 20, . . Virg. Georg. 3, 57 Nec mihi diſpliceat maculis inſignis et albo, Aut iuga detrectans, interdumque aſpera cornu. Ductus ab armento taurus detrectat aratrum Ouid. ex Pont. 3, 7, 15. Laudes Ouid. Met. 5, 246. Militiam detrectare Ouid. Met. 13, 36. Caeſ. B. G. 7, 14. Quinctil. 2, 1 Et Rhetorice, cui nomen vis eloquendi dedit, officia ſua non detrectet. Onus Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 155. Principem, *pro Recuſare et non ferre* Sueton. in Tiber. c. 25. Taurus detrectat aratrum Ouid. ex Pont. 3, 7, 15. Detrectat adminiſtrare tutelam Paullus in l. Ingratus D. de iure patron. *Pro Detrahere*, Salluſt. B. Iugurth. c. 53 Milites alius alium laeti appellant, acta edocent atque audiunt: quisque fortia ad caelum effert. Quippe res humanae ita ſeſe habent, in victoria, vel ignauis gloriari licet: aduerſae res etiam bonos detrectant. *i. Etiam boni in aduerſis vt male audiant, efficiunt.* Benefacta maligne detrectare Ouid. Met. 13, 270. Liu. 38, 49 Caeca inuidia eſt, nec quidquam aliud ſcit, quam detrectare virtutes, corrumpere honores, ac praemia earum. Ingenium magni liuor detrectat Homeri Ouid. de Rem. Amor. 365. Detrectare, *inquit* Feſtus, eſt male tractare. *Diminuere.* Gell. 12, 1. *et* Macrob. Saturn. 5, 11 In arboribus etiam et frugibus ad indolem vel detrectandam vel augendam, maior plerumque vis et poteſtas eſt aquarum et terrarum, quae alunt, quam ipſius quod iacitur ſeminis. *Porro pro* Detrectare *habet* Detractare Lactant. de Mort. Perſecut. 9, 8. *et* 10, 4. Tertull. de Virg. Veland. c. 8. *et* Manil. 2, 346. *Conf. Pier. ad* Virg. Georg. 3, 57. *Cort. ad* Sall. Iug. 53 *extr.*

DETRECTANS, antis. Partic. Liu. 3, 49 Detrectantem arripere. Virg. *vt ſupra.*

DETRACTATVS, a, um. Part. Tertull. ad Vxor. c. 2 Detractata et exſerta ſententia.

DETRACTATVS, ûs. m. Tertull. de Spectac. c. 3 Conuertamur magis ad noſtrorum detractatus.

DETRECTATIO, *et* DETRACTATIO, ōnis. f. [ἀνάνευσις] Liu. 6, 28 Iuniores Romani ad edictum ſine detrectatione conuenere. Detrectatio militiae Liu. 3, 69. *Conf.* Tertull. de Pat. c. 3.

DETRECTATOR, *et* DETRACTATOR, ōris. m. [ἀνανευτὴς] *Qui renuit.* Liu. 34, 15 Cato ipſe haud ſane detrectator laudum ſuarum multos caeſos ait, numerum non ſcribit. *Sed Iac. Gronouius teſtatur in MSS. eſſe* Detractor. Auſon. *tamen* Eidyll. 2, 51 Ipſe nec affectans nec detrectator honorum, Praefectus magni nuncupor Illyrici. *Sic* Detractator miniſterii, *i. recuſans onus* Petron. c. 17.

DETRIMENTVM, *vid.* DETERO.

DETRIVMPHO, āre. Tertull. Apol. c. 27 *extr.* Illos nunquam magis detriumphamus, quam cum pro fidei obſtinatione damnamur. Gloſſ. Gr. Lat. ἐκθριαμβεύω, Detriumpho.

DETRIVMPHATVS, a, um. Partic. Minuc. Fel. p. 231 Deos poſt cladem detriumphatos colere coeperunt, *i. Deuictarum gentium deos. Sed* Cell. 25, 7 Triumphatos.

DETRV̄DO, ſi, ſum, ĕre. [κατωθέω] *Trudendo deiicere.* Cic. pro Caecina 49 Poteſtne detrudi quisquam, qui non attingitur? Liu. 2, . . Iam impetu conabantur detrudere virum. Cic. pro Caecin. . . . Deceſſi, vnius hominis telo perterritus, deiectus, detruſusque ſum. Ad id quod facere poſſit, aliquem detrudere Cic. de Orat. 1, 130 c. 28. Detrudi de ſaltu agroque communi Cic. pro Quintio 28. Colonos rure detrudere Claud. de B. Gild. 198. Cic. pro Caecin. c. 17 Neminem ſtatu detruſum. Vatinius ad Cic. Fam. 5, 10 Quatuor enim turres, et quatuor muros cepi, et arcem eorum totam, ex qua me niues, frigora, imbres, detruſerunt. Cic. de Vniuerſ. 42 Id fit quum ſpeculorum laeuitas hinc illincque altitudinem aſſumſit, et ita dextra detruſit in laeuam partem oculorum, laeuaque in dextram. Corpus detruſum ſub inania tartara Ouid. Met. 12, 523. Detrudunt naues ſcopulo Virg. Aen. 1, 145. Ad quam fortunam eum detruſiſſet Nep. 20, 2, 2. Plaut. Aulul. 2, 5, 9 Huccine detruſiſti me ad ſenem parciſſimum? Cic. Quint. Fratr. 1, 4 Quoniam in tantum luctum et laborem detruſus es, quantum nemo vnquam. Aliquem ad mendicitatem Plaut. Men. 1, 3, 21. Detrudi morti Vict. de Viris Illuſtr. . . . Cic. Off. 1, 114 Sin aliquando neceſſitas nos ad ea detruſerit, quae noſtri ingenii non erunt. Cic. de Orat. 1, 46 c. 11 A quibus omnibus vna paene repelli voce Oratorem a gubernaculis ciuitatum, excludi ab omni doctrina, rerumque maiorum ſcientia, ac tantum in iudicia et conciunculas, tanquam in aliquod piſtrinum, detrudi ac compingi videbam. Cic. pro Flacc. 94 c. 38 Non putant ſatis conuerſam eſſe Rempubl. niſi in eandem impiorum poenam optime meritos ciues detruſerint. De praedio Cic. pro Quint. c. 27 *et* 29. Id. Fam. 14, 16 Quae me ita conficiunt, vt ii voluerunt, qui me de mea ſententia detruſerunt. Virg. Aen. 6, 594 — Superisque Iouem detrudere regnis. Ad vndas Stygias Virg. Aen. 7, 773. Detrudere comitia, *pro Differre.* Cic. Q. Fratr. 2, 13 Ita putantur detrudi comitia in menſem Martium. Idem Att. 4, 17 Quibus ſi non valuerit, putant fore aliquem, qui comitia in aduentum Caeſaris detrudat.

DETRVSVS, a, um. Partic. [κατωθεὶς] Cic. de N. D. 2, 135 c. 54 Atque is agitatione et motibus linguae, quum depulſum, et quaſi detruſum cibum accipit, depellit. *de ſtomacho loquitur.* Ex praedio vi detruſus Cic. pro Quintio 89 c. 29. Corpus ſub Tartara detruſum Ouid. Met. 12, 522.

DESTRVSVS, a, um. Tertull. adu. Valent. c. 20.

DETRVSIO, ōnis. f. Tertull. . . .

DETRVLLO, āre. [διαχέω] De trulla in trullam deplere, *quo vſus eſſe dicitur* Apicius . . . *quod ipſum et* Diffundere *vocatur* Plinio, *ſicut in oleo* Decapulare. *Hermolaus in* Plin.

DETRVNCO, āre. [κατακόπτω] *Decidere, deſecare.* Liu. 21, 37 Quum caedendum eſſet ſaxum, arboribus circa immanibus deiectis, detruncatisque, ſtruem ingentem lignorum faciunt. Detruncare alam regi apum Plin. 11, 17. Caput detruncat Ouid. Met. 8, 769. Liu. 31, 34 Poſteaquam gladio Hiſpanienſi detruncata corpora, brachiis abſciſſis, aut tota ceruice. Manu prenſum aliquem Valer. Argon. 3, 145. Columel. 4, 22 Tales vineas ſupra quartum pedem detruncant, nihil reformidantes eiusmodi refectionem. Vlmus detruncata Plin. 17, 23. Pompeius detruncatus, *i. decollatus* Lactant. 6, 6, 17.

DETRVNCATIO, ōnis. f. [κατάκοψις, κατακοπὴ] Plin. 24, 9. *et* 17, 24 Nam detruncatio diximus quibus prodeſſet.

DETV̆MEO, *ſ.* DETVMESCO, ui, ĕre. *Eſt Tumorem amittere.* Stat. Theb. 5, 468 Detumuere animi maris, et clementior Auſter Vela vocat. *Intelligit Mare non amplius iraſci, hoc eſt, Tranquillum eſſe*, Petron. c. 109 Odia detumeſcunt. Prudent. in Rom. v. 145 *de dignitatum inſignibus*, Quibus tumetis moxque detumeſcitis.

DETVNDO, ĕre. *Tundendo auferre, certe perdere.* Proras deſpoliate et detundite gubernacula Lucil. 8, 59.

DETVNSVS, a, um. Partic. Digitis pedum detunſis ob lapides Apul. Met. 2 p. 128.

DETVRBO, āre. [ἀπαράσσω, παρωθέω] *Deorſum cum violentia deiicere.* Virg. Aen. 5, 175 Puppi deturbat ab alta. Plaut. Rud. 1, 1, 5 Cuius deturbauit vetus tectum et tegulas. *Sic* Deturbare aedificium Cic. Q. Fratr. 3, 24. Deturbare aliquem equo transfixo Liu. 35, . . Aliquem aedibus, *pro Eiicere.* Plaut. Amphit. 4, 2 ſuppoſ. 55 Tecto excluſum foribus, me deturbauit aedibus. Cic. in Piſon. 93 Illi autem ſtatuam iſtius perſimilem, quam ſtare celeberrimo in loco voluerat, ne ſuauiſſimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant. Agmina deturbat gladio Sil. 7, . . De fortunis omnibus aliquem Cic. pro Quintio 47 c. 14. Liu. 31, 39 Partim breui circuitu quum in iugum collis euaſiſſent, trepidos ex praeſidiis ſtationibusque Macedonas deturbant. In mare praecipitem puppi deturbat ab alta Virg. Aen. 5, 175. De tribunali Caeſ. B. C. 3, 21. Cic. pro Quintio . . . Debueris, aut potueris P. Quintium de poſſeſſione deturbare. Idem Fam. 12, 25. Cic. in Piſon. 46 c. 20 Sua quemque fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia, de ſanitate ac mente deturbat. Deturbari ſpe Cic. Fam. 13, 25. Id. Fam. 5, 7 Sed hoc ſcito, tuos veteres hoſtes, nouos amicos vehementer literis perculſos, atque ex magna ſpe deturbatos iacere. Plaut. Moſtel. 1, 2, 60 Haec verecundiam mihi, et virtutis modum deturbauit.

DETVRBATVS, a, um. Partic. *Vt*, Deturbatis, quae interiora montium obſidebant, praeſidiis Curt. 3, 7, 7. Idem 6, 5, 12.

DETVRGEO, ſi, ēre. *Contrarium eſt ſuo ſimplici.* Plin. 9, 58 Quippe deturgente Nilo muſculi reperiuntur inchoato opere genitalis aquae, terraeque. *Aliqua exemplaria habent* Detegente. *Vid. Harduin. Emendat. n. 140.*

DETVRPO, āre. *Turpem facere.* Sueton. in Calig. c. 35 Pulchros et

et comatos, quoties ſibi occurrerent, occipitio raſo deturpabat. Plin. 15, 16 Aquilonis quoque afflatu poma deturpante rugis.

D E V

DEVAGOR, āri. *Aberrare.* Definitiones in anteriorem locum transtulimus, ne a venditionibus vicinitate vlterius deuagentur Iuſtin. Praef. 1 de Concept. Dig. *et Neutral.* Audiuimus quosdam imperitos homines deuagare, et doctrinam diſcipulis adulterinam tradere Idem ibid.

DEVAGANS, antis. Part. In loca deuia et multo diſtantia deuagantes Iuſtin. Praef. 2 de Concept. Dig.

DEVASTO, āre. [περικόπτω, κατερημόω] *Plane vaſtare et euertere.* Liu. 22, . . Vbi ſatis quietis datum, praeda ac populationibus magis quam otio aut requie gaudentibus profectus, Praetutianum Adrianumque agrum, Marſos inde, Marrucinosque et Pelignos deuaſtat. Idem 23, 42 Ita ſumus aliquoties hac aeſtate deuaſtati, vt, *etc.* Tripartito ad deuaſtandos fines diſcedere Id. 4, 59. Agmina ferro devaſtata Ouid. Met. 13, 255.

DEVASTVS, a, um. Adi. *Compar.* Apul. Met. 9 p. 236, 17 Deuaſtior nodulus. *Sed quid ſi ſeparatim legendum,* Iamque inuerſa vite de vaſtiore nodulo cerebrum ſuum diffindere.

DEVASTATIO, ōnis. f. Auguſtin. . . .

DEVASTATOR, ōris. m. *apud Eund.* . . .

DEVCĂLION, ōnis. m. [Δευκαλίων] *Promethei filius, rex Theſſaliae, cum Pyrrha Epimethei filia matrimonio iunctus. Ille diluuio quondam Theſſaliae Parnaſſi iuga petiit, atque ibi ratibus ad ſe confugientes benigne fouit: inde reparator humani generis quod iactatis poſt tergum ſuum lapidibus prognatum ſit, a Poëtis fingitur. Copioſe narrat et exornat* Ouid. Met. 1, 260 *ſqq.* *Conf.* PYRRHA. Prop. 2, 23, 109

Hic mos Saturno regna tenente fuit
Et cum Deucalionis aquae fluxere per orbem
Et poſt antiquas Deucalionis aquas.

DEVCALIONĒVS, a, um. Adi. *Vt,* Vndae Deucalioneae *apud* Ouid. Met. 7, 357. Lucan. 1, 653 Deucalioneos fudiſſet Aquarius imbres.

DEVĔHO, xi, ctum, ĕre. [κατάγω] *Vehere praeſertim Deorſum ac ſecundo flumine, vel de vno loco in alium vehere.* Plin. Epiſt. 5, 6 Medios ille agros ſecat, nauium patiens, omnesque fruges devehit in vrbem, hieme duntaxat et vere. Deuehi flumine Tacit. Hiſt. 2, 59. *et* Ann. 3, 9. 4, 73. Ad tua aſtra deuehor Propert. 4, 1, 119. *i. poſt ſuperiores hiſtorias deuenio ad tuum thema natale.* Commercia ripis Deuehat hinc ruris, ſubuehat inde maris Rutil. Itin. 1, 154. Devexit Tiberis commeatum Liu. 4, 52. Deuehuntur Liparas Liu. 5, 28. Merces deuehere trans aequora Claud. in Eutrop. 2, 509. Devehi quam molliſſime Columel. 1, 2. *Sic* Deuehere in vltimas terras Liu. 21, 10.

DEVECTVS, a, um. Partic. [καταχθεὶς] Columel. 5, 6, 24 At qui bonitati vini ſtudent, in ſummas arbores vitem promouent, vt quaeque materiae ſe deuectae in celſiſſimum quemque ramum extendunt, ſic *etc.* *Sed nondum poenitet emendaſſe,* Vt quaeque materies ſe dabit, ita in *etc.* Cic. Philipp. 1, 9 c. 4 Atque ego celeriter Veliam deuectus Brutum vidi: quanto meo dolore, non dico. Virg. Georg. 2, 408 Primus deuecta *(de vinea)* cremato Sarmenta.

DEVECTIO, onis. f. Gloſſ. Vet. βασαγή.

DEVECTO, āre. Frequent. Sedulius 5, 345

— Anne beati
Corporis ablator velocius eſſe putauit
Soluere contectum quam deuectare ligatum?

DEVELLO, velli *vel* vulſi, vulſum, ĕre. [ἐκτίλλω] *Idem quod Euellere.* Pennas deuelliſſe Plaut. Poenul. 4, 2, 50. Plin. 21, 11 E caeteris hyacinthus maxime durat, et viola alba, et oenanthe: ſed haec ita, ſi deuulſa crebro prohibeantur in ſemen abire. Plantae de matrum radice deuulſae Pallad. Mart. t. 10. Laceros deuellere crines Claud. de Gigant. 39.

DEVĒLO, āre. [ἀποκαλύπτω] *Velum auferre ſignificat, et detegere: idemque fere quod Reuelare.* Ouid. Met. 6, 607 Oraque deuelat miſerae pudibunda ſororis.

DEVENĔROR, āri. [σεβάζω] *Valde venerari.* Ouid. Epiſt. 2, 18

Saepe deos ſupplex, vt tu ſcelerate valeres,
Sum prece thuricremis deuenerata focis.

Tibul. 1, 5, 13 Ipſe procuraui ne poſſent ſaeua nocere
Somnia, ter ſancta deueneranda mola.

DEVĔNIO, vēni, ventum, īre. [κατέρχομαι] *Proprie eſt ex editiore loco in humiliorem, vel ex meliore conditione in deteriorem venire.* Virg. Aen. 4, 166 Speluncam Dido, dux et Troianus eandem Deueniunt. Deuenire ad mare, *quod humilius eſſe fluminum decurſus docet* Plaut. Poenul. 3, 3, 14. Caeſ. B. G. 2, 21 Caeſar *(quem in colle fuiſſe, ſuperiora oſtendunt)* — decucurrit, et ad legem decimam devenit — Quam quisque in partem ab opere caſu deuenit. *Conf.* Hirt. ib. 8, 18. Nep. 16, 2, 5. *et* c. 3, 1. Hirt. B. Afric. . . . Interim nobiles homines ex ſuis oppidis profugere, in caſtra Caeſaris deuenire, *nempe ſupplices, humiles.* *Sic* Cic. Fam. 7, 3 Diſceſſi ab eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit, aut in aliquas inſidias incidendum, aut deueniendum in victoris manus. Ouid. Met. 8, 797 Illa dato ſubuecta per aethera curru Deuenit in Scythiam. Ouid. de Rem. Amor. 611 *Vt* cupidos inter deuênit amantes, *in locum periculoſum.* *Sine Praepoſitione:* Virg. Aen. 1, 365 Deuenere locos, *deſcendentes ex nauibus.* Cic. in Piſon. 70 Deuenit aut potius incidit in iſtum eodem deceptus ſupercilio Graecus, atque aduena. Cic. Fam. 4, 5 Denique quoniam in eam fortunam deuenimus, vt etiam huic rei nobis ſeruiendum ſit: noli committere, vt quisquam te putet, *etc.* In inſidias Plaut. Men. 1, 2, 27. Cic. pro Muraen. 29 c. 13 Sic nonnullos videmus, qui Oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris ſtudium deuenire, *humilius, tenuius.* *Conf.* Quinctil. 8, 3. *c. not. Burm. p.* 707. Ter. Heaut. 4, 5, 2 Miſeret me tantum deueniſſe ad eum mali. Columel. 2, 12 Octo diebus defloreſcit, ac deinde grandeſcit diebus quadraginta, quibus poſt florem ad maturitatem deuenit. In medium certamen atque diſcrimen Cic. de Orat. 1 princ. Id. Verr. 3, 126 c. 48 Quo confugient ſocii? quem implorabunt? qua ſpe denique, vt viuere velint, tenebuntur, ſi vos eos deſeritis? Ad Senatum deuenient. qui de Verre ſupplicium ſumat? non eſt vſitatum, *etc. ſuplices, humiles.* *Add.* Id. pro Quint. c. 17. Cic. Att. 1, 6 Nolebam illum noſtrum familiarem ſermonem in alienas manus deuenire. Plaut. Epid. 3, 2, 28 Deueniam ad lenonem domum egomet ſolus, *locum humilem, foedum etc.*

DEVENVSTO, āre. [κατεαχύνειν] *Venuſtatem tollere, vt* Deformare. Gell. 12, 1 Tanquam pulchritudinis ſibi inſignia deuenuſtet. *Adde* Symmach. Epiſt. 1, 79. Mamertin. Paneg. Iulian. c. 5. Auſon. praef. Monoſyll. Sidon. Epiſt. 2, 2. *et* Epiſt. 1, 7 *fin.*

DEVERBĔRO, āre. [τύπτω, σποδέω] *Valde verberare.* Ter. Phorm. 2, 2, 13 Quot me cenſes homines iam deuerberaſſe vsque ad necem Hoſpites, tum etiam ciues?

DEVERGO, *vel* DIVERGO, ĕre. Apul. de Deo Socr. p. 46 Terrena deuergunt pondere.

DEVERGENTIA, ae. f. *Inclinatio.* Gell. 14, 1. *Vid.* Declinatio mundi, *in* DECLINO.

DEVERRO, rri, rſum, ĕre. [κατασαίρω] *Probe verrere.* Columel. 7, 4 Stabula vero frequenter euerrenda, et purganda, humorque omnis vrinae deuerrendus. *Vſus etiam* Lucil. *apud* Nonium 4, 491.

DEVERRA, ae. f. *Dea ob antiquis putata eſt, de qua ſic* Auguſtinus *ex* Varrone: Mulieri foetae poſt partum tres deos cuſtodes Varro commemorat adhiberi, ne Siluanus deus per noctem ingrediatur, et vexet: eorumque cuſtodum ſignificandorum cauſa tres homines nocte circumire limina domus: et primo limen ferire ſecuri, poſtea pilo, tertio deuerrere ſcopis, vt his datis culturae ſignis, deus Siluanus prohibeatur intrare: quia neque arbores caeduntur ac putantur ſine ferro, neque far conficitur ſine pilo, neque fruges coaceruantur ſine ſcopis. Ab his autem tribus rebus tres nuncupatos deos: Intercidonem, a ſecuris interciſione: Pilumnum, a pilo: Deuerram, a ſcopis, quibus deis cuſtodibus, contra vim dei Siluani foeta conſeruantur. *Haec* Auguſtin. de Ciuit. Dei 6, 9.

DEVERSVS, Veteres dicebant, quaſi Deorſum verſus. Feſtus.

DEVERTO, (DEVORTO) ĕre. *pro Diuerto frequentiſſime apud* Plautum *legitur more veterum.* *Vid.* DIVERTO. Cimmo ita inſtituit, vt omnia praeberentur, quicunque Laciades in villam ſuam deuertiſſet Cic. Off. 2 c. 18. Alitis in rarae miſerum deuertite funus Ouid. Am. 2, 6, 9. *Vid. Burm. ad* Petron. c. 9. Quinctil. 2, 3 *extr.* Recto itinere lapſi plerumque deuertunt. Itineris cauſa, vt deuorterem Cic. Att. 3, 7. In Syriam proficiſcentem Argos deuertiſſe Gell. 3, 9. *Add.* ib. c. 13. In odium T. Iunii deuerterant Tacit. Hiſt. 1, 12. *alias* Diuerterant. ¶ 2 *Actiue* Aur. Vict. de Caeſ. c. 48 Arduum fatalia deuertere, *id eſt, Impedire.* *Sic* Lucan. 6, 591 Ventura ſuo deuertere curſu.

DEVERTOR, ti. Dep. *Idem quod Diuertor.* Cic. pro Fonteio 9 c. 5 Si qui Cobiamacho deuerterentur. Ouid. Met. 9, 62 Inferior virtute meas deuertor ad artes Stat. Theb. 3, 45 Haud aliter ſaltu deuertitur orbus Paſtor ab agreſtum nocturna ſtrage virorum. *Conf.* Ouid. de Arte Am. 2, 425. *Et* ex Ponto 4, 14, 21. Cato *apud* Feſt. *in* Prorſus.

DEVERSŌRIVS, a, um. Adi. Antiq. Plaut. Trucul. 3, 2, 29 In tabernam ducor deuerſoriam. *Conuenit cum Diuerſorius.*

DEVERSŌRIVM, ii. n. *quo quis deuertitur a via.* Cic. de Orat. 2, 290 c. 71 Hoc deuerſorio ſermonis tui libenter acquieturum te eſſe dixiſti. Idem Philipp. 2, 104 c. 41 Studiorum non libidinum deuerſorium. *Alii quidem Codd.* Diuerſorium.

DEVERSOR, āri. Dep. Cic. Verr. Diuinat. 64 c. 25 Rubrium parum laute deuerſari dicit. Idem Philipp. 2, 68 c. 27 Hac te in domo tam diu deuerſari non pudet? *Adde* Tertull. de Poenit. c. 11. Apul. Met. 8 p. 205.

DEVERSĬTO, are. Frequent. *a Deuertere.* Gell. 17, 20 Ad verborum venuſtates deuerſitandum.

DEVESCOR, ſci. Dep. Animas a ſtirpe recentes *(pueros recens natos)* morſu cruento deueſci Stat. Theb. 1, 603.

DEVESTIO, iui, ītum, īre. [ἐκδύω] *Veſte exuere.* Statim ſeſe deueſtiunt, nudatique Apul. Met. 4 p. 145. Id. Apuleius 3 p. 138 Iam primum omnibus laciniis ſe deueſtit. Feudalium *autem placitorum conditoribus Adimere ſignificat,* in princip. tit. 7 de nautic. foenore.

DEVĔTO, āre. [κωλύω] *pro Vetare.* Quinctil. Declam. 1 . 31 Omnino ſummam calamitatem corporis occurrere delicatis vxoris oculis deuetaret. *Alia exemplaria habent* Vetaret.

DEVEXO, āre. [κατασκύλλω] *Valde vexo.* *Laudatur* Lactant. 4, . . Et quum corpora hominum occupant, animosque deuexant, adiurantur ab his, et nomine Dei veri fugantur. *Sed non inueniebam.*

DEVEXĀTVS, a, um. Partic. Cic. Fam. 10, 3 Per tot annos Republ. deuexata. *Sic Grut. Gron. al.* Diuexata.

DEVEXVS, a, um. Adi. [καταφερής, κατάντης] *Decliuis et deflexus.* Columel. 1, 2, 3 Parte campeſtri, parte alia collibus, vel ad Orientem, vel ad Meridiem molliter deuexis. Deuexus et planus Plin. 6, 10. Deuexus in planum Plin. Pan. 7, 1. Aetas deuexa non tamen praeceps Sen. Epiſt. 12. *Conf.* Cic. Att. 9, 10. Alpes deuexae Lucan. 2, 429. Amnis deuexus vsque ab Indis Virg. Georg. 4, 293. Arua Ouid. Met. 7, 330. Calix ad curſum aquae oppoſitus deuexusque Frontin. de Aquaed. p. 233 *Keuch.* Caput in dextrum humerum Plin. 28, 6. Dies deuexior Claud. de Conſ. Mall. Theod. 57. Deuexus in viam lucus Cic. de Diuin. 1, 101 c. 45. Lacus accliuis deuexo margine Ouid. Met. 9, 334. Montes Valer. Argon. 3, 687. Mundus premitur deuexus in Auſtros Virg. Georg. 1, 241. Ad terramque fluit deuexo pondere ceruix Virg. Georg. 3, 241. Rupes Claud. de Aponi balneis 53. Solum leui cliuo devexum Col. 1, 6, 21. Terra deuexá quidquid liquoris accepit nec abſorbuit, et fundit in Tiberim. *Abſolute:* Inter deuexa Tacit. Hiſt. 5, 11. Per deuexa collium Frontin. de Colon. Goeſ. p. 121. Deuexa montium ibid. p. 146.

DEVEXĬTAS, ātis. f. [τὸ κάταντες] *Decliuitas.* Plin. Epiſt. 8, 8 Inde non loci deuexitate, ſed ipſa ſui copia et quaſi pondere impellitur. Plin. 17, 22 Puluinatis a deuexitate labris. *Add.* Id. 2, 65.

DEVĬGESCO, ĕre. *Marceſcere, vigorem paullatim amittere.* Tertull. de Anima c. 27.

DEVINCIO, xi, ctum, īre. [καθαρτάω, καταδέω] *Vehementer ligare et conſtringere.* Cic. de Lege Agr. 16 c. 5 Quam praeſidiis confirmaretis, coloniis occuparetis, omnibus vinculis deuinctam et conſtrictam teneretis, *de prouincia.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 65 Cras te, quaſi Dircen olim (vt memorant) duo Gnati Iouis deuinxere ad taurum, item hodie ſtringam ad carnarium. Cic. pro Caecina 92 Ad duas diſſimiles res duo deuincta interdicta ſunt. Cic. de Lege Agr. 86 c. 31 Atellam, Cumas, Neapolin, Pompeios, Nuceriam ſuis praeſidiis deuincient. Cic.

Cic. in Orat. 85 Non ſaciet Rempubl. loquentem, nec ab inferis mortuos excitabit, nec aceruatim multa ſrequentans, vna complexione deuinciet. Verba comprehenſione Cic. de Clar. Orat. 140. Idem ibid. 45 Nec enim in conſtituentibus Rempubl. nec in bella gerentibus, nec in impeditis ac regum dominatione deuinctis, naſci cupiditas diſcendi ſolet. Cic. Off. 3, 111 c. 31 Id indicant foedera, quibus etiam cum hoſte deuincitur fides. Ter. Heaut. 1, 2, 33 Verum vbi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala, Neceſſe eſt, Clitipho, conſilia conſequi ſimilia. Cic. Off. 1, . . . Tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines ſocietatem. Cic. de Aruſp. Reſp. 5 Qui ſi ſenſit, quo ſe ſcelere deuinxerit, non dubito quin ſit miſerrimus. Cic. pro Milon. 89 Cn. Pompeium nouo reditu in gratiam quaſi deuinctum arbitrabatur. Cic. pro Cluent. 179 Vt cum nuptiis alligatum ſimul, et teſtamenti ſpe deuinctum poſſit habere in poteſtate. Cic. Philipp. 2, 116 c. 45 Muneribus, monimentis, congiariis, epulis multitudinem imperitam lenierat: ſuos praemiis aduerſarios clementiae ſpecie deuinxerat. Cic. de Clar. Orat. 98 Nam et cum ſummo illo Oratore Seruio Galba, cuius C. filio filiam ſuam collocauerat, affinitate ſeſe deuinxerat, *etc.* Beneficiis aliquem ſibi Plaut. Aſin. 2, 2, 19. Cic. Att. 16, 17 Quod ſi feceris, me, quem voluntate et paterna neceſſitudine coniunctum ſemper habuiſti, maximo beneficio deuinctum habebis. Beneficio hoc vtrique ab vtriſque deuincimini Ter. Heaut. 2, 4, 14. Cic. pro Sextio 15 Hunc vir clariſſimus, mihique multis repugnantibus amiciſſimus Cn. Pompeius omni Cautione, Foedere, Exſecratione deuinxerat. Caritate homines deuincit ſanguinis coniunctio et beneuolentia Cic. Off. 1, 54 c. 17. Id. pro Caelio 36 Illum filiumfamil. patre parco ac tenaci, habere tuis copiis deuinctum non potes. Donis beneficiisque plurimis aliquem Cic. Verr. 3, . . . Liberalitate aliquem Cic. Fam. 1, 9. Officio ſummo et ſumma obſeruantia ſibi in perpetuum aliquem Cic. Fam. 13, 7. Cuius officiis me eſſe deuinctum confiteor Ib. ib. Ep. 3. Mentem hominis voluntate libera ſpoliatam Neceſſitate fati deuinciunt, qui introducunt cauſarum ſeriem ſempiternam Cic. de Fato 20. Pignore deuincire animos Centurionum Caeſ. B. C. 1, 39. Cic. de N. D. 2, 148 Haec nos iuris, legum, vrbium, Societate deuinxit. *De eloquentia. Et* Off. 1, . . . Devinciri firma Societate. Cic. Q. Fratr. 1, 2 Primum Dionyſipolitas, qui erant inimiciſſimi mei, leniui: quorum principem Hermippum non ſolum Sermone meo, ſed etiam familiaritate deuinxi. Cic. Fam. 3, 13 Praeſertim in his Studiis quibus vterque noſtrum deuinctus eſt. Cic. pro Domo ſua 131 Praeſcribere enim ſe arbitrabatur, vt ſine Studiis diſſenſionis ſententiae dicerentur, ſi ſedem ipſam ac templum publici conſilii religione Concordiae deuinxiſſet.

DEVINCTVS, a, um. Partic. [καταδεδεμένος] Cic. pro Planc. 45 Ita putauit Senatus, quum reo tribus ederentur hae, quas is largitione deuinctas haberet, eosdem fore teſtes et iudices. Deuinctus colla catenis Sil. 11, . . Deuinctus faſciis, et multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus Cic. in Bruto 217. *Quod* Cicero Deuinctus, Quinctil. 11, 3 Deligatus *dixit, de eodem verba faciens.* Tempora deuinctus lauro Tibul. 2, 5, 5. Amore deuinctus alicui Stat. Theb. 9, 808. Deuinctus metri Neceſſitate Plin. Epiſt. 7, 9, 14. Somno deuinctus Suet. Aug. c. 16. Deuinctam conſuetudine domum tenere Cic. pro Archia 5 c. 3. Deuinctus conſuetudine et coniugio liberali Ter. Andr. 3, 3, 30. Cic. de Prouinc. Conſul. 19 Domitae ſunt a Caeſare maximae nationes, ſed nondum legibus, nondum iure certo, nondum firma pace deuinctae, in iis Studiis, quibus vterque noſtrum deuinctus eſt Cic. Fam. 3, 13. *Compar.* Hor. Sat. 1, 5, 39

— Namque
Plotius, et Varius Sinueſſae, Virgiliusque
Occurrunt: animae, quales neque candidiores
Terra tulit, neque quîs me ſit deuinctior alter.

Conf. Sidon. Ep. 5, 11. *Superl.* Saluian. aduerſ. Auarit. 3 p. 286 Huic cariſſimo ac deuinctiſſimo tuo nihil de tuo tribuis.

DEVINCTIO, ōnis. f. Tertull. de Spectac. c. 2 Homicidium magicis deuinctionibus perficere.

DEVINCO, īci, ictum, ĕre. [νικάω] *Idem quod Vincere, ſuperare.* Cic. de Senect. 44 c. 13 Qui Poenos primus claſſe deuicerat. Caeſ. B. C. 3, 87 Qui Galliam Germaniamque deuicerit. Cic. de Lege Agr. 2, 89 Quibus Conſulibus Capua deuicta, atque capta eſt. Deuincere bello, praelio, vi Cic. ad Brutum 15. *et* de N. D. 2, 6 c. 2. *Adde* Nep. 12, 2, 2. Idem 1, 2, 2.

DEVICTVS, a, um. Partic. [νενικημένος] Cic. de N. D. 1, 8 Qui riſus claſſe deuicta multis ipſi lacrimas, magnam Populo Rom. cladem attulit. *Add.* Nep. 2, 5, 3. Deuictus animus Ter. Hec. 1, 2, 93. Deuictus lumina ſomno Catul. Nupt. Pel. et Thet. 122. *Al.* Deuinctus. Vulnere amoris deuictus Lucret. 1, 35. Deuicto ſerpente Ouid. Epiſt. 6, 37. Athenienſes deuicti Nep. 9, 2, 2.

DEVICTIO, ōnis. f. Tertull. adu. Marc. 1, 5.

DEVICTOR, ōris. m. Inſcriptio M. Antonino dicata, DEVICTORI OMNIVM GENTIVM BARBARARVM Gruter. CCLVIII, 6.

DEVIO, āre. Macrob. Saturn. 5, 15 In nonnullis paullulum a grauitate Homerica deuiauit. Idem in Somn. Scip. 1, 22 Ad Septentrionalem verticem deuiare. *Add.* Tertull. Apol. c. 21. (*conf. Elmenhorſt. in Ind. ad* Apul. *voce* Viare) Symmach. Ep. 9, 131. *Vox eſt igitur poſterioris Latinitatis. Plura vide in Curis Poſter. Cellarii p. 207.*

DEVIRGĬNO, āre. Paullus in l. praeſes D. de Offic. praeſ. Praeſes quum cognoſcit de ſeruo corrupto, vel ancilla deuirginata, *etc. Bynkerſh. Obſ. Iur. Rom. 1, 25 p. 101 vſus eſt voce* Petron. c. 25. Hygin. Fab. 23. Deuirginari dicebantur, qui ex ephebis exceſſerant, *vt ait* Nonius 6, 57 in Virgines *vtiturque auctore* Varrone.

DEVIRGINATIO, ōnis. f. Scribon. Largus Compoſit. 18 Pueros vel virgines liberari poſt complexum et deuirginationem.

DEVIRGINATOR, ōris. m. Gloſſ. Vet. διαπαρθενευτής.

DEVĪTO, āre. [φυλάττομαι, ἐξίσταμαι, παραιτέομαι] *Declinare, euitare.* Ter. Phorm. 1, 4, 3 Quae neque vti deuitem ſcio, neque quomodo me inde extraham. Idem Andr. 3, 5, 5 Poſthac incolumem ſat ſcio fore me, nunc ſi deuito hoc malum. *Sic* Deuitare mortem Cic. Tuſc. 2, . . . Idem Act. in Verr. 8 c. 3 Vt quoniam criminum vim ſubterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuitaret. Deuitet, ne ſumat Scribon. 199 Dolorem deuitare Cic. Tuſc. 2, 62 c. 26. Incommodum Idem de Inuent. 2, . . Exiguum cenſum, turpemque repulſam deuitare animi, capitiſque labore Horat. Epiſt. 1, 1, 44. Cic. Att. 9, 7 Si nec hic, nec illic eum videro, deuitatum ſe a me putet. Deuitare, Valde vitare, Feſtus.

DEVITANS, āntis. Partic. Vulg. Iud. 11, 3. *et* 1 Tim. 6, 20.

DEVITATIO, ōnis. f. Cic. Att. 16, 2 Facilior enim et exploratior deuitatio legionum fore videtur, quam piratarum, qui apparere dicuntur.

DEVIVS, a, um. Adi. [ἐκτὸς τῆς ὁδοῦ] *Qui longe a via habitat, inquit Budaeus.* Cic. Philipp. 2, 106 Qui quum eſſent deuii, obviam ei deſcenderunt, vt iſtum tanquam ſi eſſet Conſul, ſalutarent. Liu. 34, . . Lacetanos deuiam, et ſilueſtrem gentem, quum inſita feritas continebat in armis, tu conſcientia, *etc.* Deuium iter Cic. Tuſc. 1, . . *et* Att. 4, 3. *et* ibid. 14, 10. Nepos 18, 3, 5. Luſtra Ouid. Met. 3, 146 *et* 370. Montani Liu. 34, . . Oppidum Cic. in Piſon. 89 c. 36. Rura Ouid. Met. 1, 676. *et* Faſt. 2, 369. Saltus Liu. 10, 24. Deuium ſcortum Horat. Od. 2, 11, 21 *non vulgare nimis et proſtitutum, non in via proſtans, ſed habitans in latebra.* Auis deuia, *i. Bubo* Ouid. Epiſt. 2, 118. Cic. Fam. 2, 4 Tu, ſi in Formiano non erimus (ſi nos amas) in Pompeianum venito: id et nobis erit periucundum, et tibi non ſane deuium, *i. non opus erit, vt multum de via deflectas.* Cic. de Amicit. 94 Quid poteſt eſſe tam Flexibile, tam deuium, quam animus eius, qui ad alterius non modo ſenſum ac voluntatem, ſed etiam vultum atque nutum conuertitur? *i. quod tam facile de via virtutis aberret.* Id. Philipp. 5, 37 c. 13 Dubitaret credo homo amentiſſimus, atque omnibus Conſiliis praeceps et deuius, non ſolum cum exercitu ſuo, ſed etiam cum omni immunitate barbariae bellum inferre nobis, *etc.* Aequi deuius Sil. 1, 57. Pectora deuia recti Idem 8, 317.

DEVNGO, ĕre. Vino te deungis Plaut. Pſeud. 1, 2, 85. *Al. et Gron.* deuincis. *Vid. Taubmann. et Pareum.*

DEVNX, uncis. comm. gen. [ἐπιπεντάμοιρος] *Ponderis, ſiue menſurae ſpecies, vndecim vncias continens, quaſi* demta vncia ab aſſe. Iuven. Sat. 1, 40 *de hereditate,* Vnciolam Proculeius habet, ſed Gillo deuncem, Partes quiſque ſuas ad menſuram inguinis heres. *Menſura vndecim cyathos capiens, vel cyathi vndecim.* Sextarius *enim Romanus in duodecim cyathos, velut As vel libra in duodecim vncias, diuidebatur.* Martial. 12, 28 Poto ego ſextantes, tu potas Cinna deunces, Et quereris, quod non Cinna bibamus idem. Deunces (*ait Budaeus 5 de Aſſe*) *vndenos cyathos intelligit, vt ſextantes binos. Vid.* Sextarius Romanus, *in* SEX. *Vndecim vnciae iugeri: h. e. Iugerum integrum, vna vncia, ſiue vna duodecima parte demta. Iugerum enim diuidebatur, vt as, in vncias duodecim, hoc eſt in duodecim partes aequales, quae vocabantur vnciae.* Columel. 5, 1 Partes duae tertiae et vna quarta, pedes viginti ſex millia et quadringentos, hoc eſt deunx, in quo ſunt ſcrupula 264. Ex deunce et ſemuncia aliquem heredem facere Cic. pro Caecina 17 c. 6. Auidi deunces Perſ. 5, 150.

DEVŎCO, āre. [κατακαλέω] *Deorſum vocare. Vt,* Deuocare caelo Iouem Plin. 28, 2. Quotidie coena ſic ei coquebatur, vt, quos inuocatos vidiſſet in foro, omnes deuocaret Nepos 5, 4, 3. Cic. de Prouinc. Conſul. 29 Quare ſi qui hominem non diligunt, nihil eſt, quod eum de prouincia deuocent: ad gloriam deuocant, ad triumphum, *etc.* Ad auxilium Liu. 1, 20. In dubium ſuas fortunas Caeſ. B. G. 6, 6. In ſuſpicionem maleficii Auctor ad Herenn. 2, 4. *Per translationem:* Cic. Tuſc. 5, 10 c. 6 Socrates autem primus philoſophiam deuocauit e caelo, et in vrbibus collocauit. Refixa caelo deuocare ſidera Hor. Epod. 17, 5. *Prouocare:* Liu. 4, . . . Quum ab ſauciis hoſtibus ſuſcitando comperiſſet caſtra Volſcorum deſerta eſſe, laetus a tumulo ſuos deuocat.

DEVŎLO, āre. [καθίπτημι] *Deorſum volare.* Liu. 27, 11 Et Priuerni ſatis conſtat bouem locutum, vulturemque frequenti foro in tabernam deuolaſſe. Deuolare deorſum Plaut. Amph. 5, 1, 56. De caelo Liu. 7, 12. Plin. 10, 2 Cornelius Valerianus Phoenicem deuolaviſſe in Aegyptum tradit. Lucret. 6, 204 Deuolat in terram liquidi color aureus ignis. Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius ſecuti ſunt, hi ſimulac fortuna dilapſa eſt, deuolant omnes Auctor ad Herenn. 4, 25 c. 17. *i. auolant, cito abeunt. Pro Feſtinare: vt,* Liu. 2, . . Deuolant de tribunali, vt lictori auxilio eſſent. In forum Idem 3, 15. Cic. pro Quintio 93 Fatetur ſe non belle dicere, non ad voluntatem loqui poſſe, non ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare. Plin. 35, 10 At Protogenes victum ſe confeſſus, in portum deuolauit, hoſpitem quaerens.

DEVOLVO, ui, utum, ĕre. [κυλίω, κατακυλίω] *Deorſum volvere.* Columel. 1, 5 Huic proxima fluens aqua e montibus oriunda, quae per ſaxa praeceps deuoluitur. *Add.* Curt. 5, 3, 1. Auratasque trabes, veterum decora alta parentum, deuoluunt Virg. Aen. 2, 448. Corpora deuoluunt in humum Ouid. Met. 7, 574 *de peſte.* Penſa deuoluere fuſis Virgil. Georg. 4, 349. *i. fila colo ducere. Hinc* Voluere *et* Euoluere *Parcarum opus, v. v.* Horat. Od. 4, 2, 9 *de Pindaro,* Seu per audaces noua dithyrambos Verba deuoluit. Plin. 27, 12 Datur et decoctum eius bibendum duplici menſura ad rupta, conuulſa, contuſis, ex ſublimi deuolutis. Iumenta cum oneribus ruinae modo deuoluere Liu. 21, 33. Deuolutus monte praecipiti torrens Idem 28, 6. *Per translationem:* Liu. 1, 47 Faceſſe hinc Tarquinios, aut Corinthum: deuoluere retro ad ſtirpem, fratri ſimilior quam patri. *Imperatiui modi eſt.* Deluolui ad otium et inertiam Columel. in Prooem. 1. Cic. Philipp. 7, 13 c. 4 Cui quum pridie frequentes eſſetis aſſenſi, poſtridie ad ſpem eſtis inanem pacis deuoluti. Liu. 5, 11 Et eo deuolui rem, vt aut Patricii, aut Patriciorum aſſeclae habendi Tribuni plebis ſint. *Et quoniam exſecta procidunt et deuoluuntur, inde* Deuoluere Catull. *pro Exſecare,* 64, 4 Stimulatus vbi furente rabie vagus animi Deuoluit illa acuta ſibi pondera ſilice.

DEVOLŪTVS, a, um. Partic. Phaedr. 5, 8, 23 Deuoluta tonitrua, *de machinis ſcenicis.* Catull. 60, 4. Sen. Controu. 9.

DEVOMO, ĕre. Vt deuomas, vult, quod foris potaueris Caecil. apud Gell. 2, 23.

DEVŎRO, āre. [καταφάγω, καταπίνω] *Cibum non guſtatum glutire, interdum glutire ſimpliciter.* Cato de R. R. c. 78 Bos ſi aegrotare coeperit, dato continuo ei vnum ouum gallinaceum, crudum, integrum facitu deuoret. *De* medicamentis *exhibitis ſaepius ap.* Scribon. *vt,* 83. 116. 155 *etc.* Medicamentum deuorare 87, 94. Mel deuoratum 198. Paſtillus deuorandus 165. Stomachi partes eae, quae ſunt infra id, quod deuoratur, dilatantur: quae autem ſupra, contrahuntur Cic. de Natur. Deor. 2 c. 54. In macello perſtare, quod emere non poterat, oculis deuorare Iuſtin. 21, 1. *Sic mox,* Spe hereditatem *et* lucrum. *Ad alia transfertur: vt* Cic. Verr. 3, 177 c. 76 Deuorare omnem pecuniam non dubitauit, *i. celeriter abſumere.* Cic. Fam. 11, 21 Segulium negligamus, qui res nouas quaerit: non

quo veterem comederit (nullam enim habuit) ſed hanc ipſam recentem nouam deuorauit. Cic. Philipp. 13, 3 Qui ſuis rebus Exhauſtis, beneficiis Caeſaris deuoratis, fortunas noſtras concupierunt. Idem pro Domo ſua 60 c. 23 Non enim arbitror, quum poſt meum diſceſſum omnium locupletum fortunas, omnium prouinciarum fructus, et Tetrarcharum ac regum bona, Spe et auaritia deuoraſſes, argenti et ſupellectilis meae cupiditate caecatum. Plaut. Aſin. 3, 3, 59 Auſcultate, atque operam date, et mea dicta deuorate, *h. e. tanta cum attentione aduertite, vt dicta mea deuorare videamini.* Hominum ineptias et ſtultitias Cic. de Clar. Orat. 236 c. 67. *i. patienter ferre et diſſimulanter.* Lacrimas introrſus obortas deuorat Ouid. Faſt. 4, 846. *Nempe lacrimarum fons, ſ. glandulae etiam in nares patent, vnde in os defluere et glutiri poſſunt.* Libros, *Multa et ardentiſſimo animo legere:* Cic. Att. 7, 3 Quid enim tibi faciam, qui illos libros deuoraſti? Spe lucrum, *h. e. tam ardenter affectare, vt iam conſequutus eſſe videaris* Cic. pro Flacco 57. *Sumta metaphora a canibus voracibus, qui oſtenſo ſibi fruſto, malis increpant, et mandentium ſpeciem praebent geſtientes auiditate et gannientes. Sic* Spe hereditatem deuorare Cic. Att. 1, 13. *Et* Praedam Spe et opinione Idem Verr. 1, 135 c. 57. Cic. Philipp. 6, 17 c. 7 Quapropter Quirites exſpectate legatorum reditum, et paucorum dierum moleſtiam deuorate. Nomen alicuius, *i. obliuiſci nominis* Plaut. Trinum 4, 2, 63. *Tractum ab iis, qui aliquid in ore tenentes, id imprudentes deuorant.* Orationem alicuius, *Libenti animo, et cum magna voluptate audire, vt videatur is eam quaſi deuorare:* Plaut. Poenul. 5, 2, 9. *Sic* Cic. pro Sextio 23 Verbum ipſum omnibus modis animi et corporis deuorabat. Orationem alicuius, *pro Non ſatis animaduertere: et vt vulgus dicit, Non ſatis guſtare, vt ait Budaeus:* Cic. in Bruto 282 c. 82 Itaque eius oratio nimia religione attenuata, doctis et attente audientibus erat illuſtris: a multitudine autem et a foro, cui nata eloquentia eſt, deuorabatur, *i. non intellecta transmittebatur. Quae ſignificatio ducta eſt ab iis, qui cibum non guſtatum deglutiunt, quaſi ſtupente palato. Sed* Verborum partem deuorare Quinctil. 10, 3, 33 *ad pronuntiandi negligentiam pertinet, qua vltimae Syllabae obſcurantur, vt exaudiri non poſſint.* Patrimonia deuorare Catull. 29, 23. Patrimonium comeſum et deuoratum Cic. in Salluſt. 20. Taedium Quinctil. 11, 2. Dolor vocem lacrimasque deuorat Ouid. Met. 13, 540 *non patitur erumpere, vt fit in magno repentino malo.* Plin. 11, 51 In theatrorum orcheſtris, ſcobe aut arena ſuperiecta deuoratur vox.

DEVORANS, ăntis. Partic. Spectare oculis deuorantibus Mart. 1, 97. *Add.* Mart. Capell. 6 p. 189.

DEVORATVS, a, um. Partic. [καταπεπωμένος] Cic. in Piſon. 90 c. 37 In quo tu accepta tamen et deuorata pecunia Vtinachorum, centum talenta euomere non poteras. Pudore Apul. Met. 2 p. 238. *Vid.* Plin. 30, 7. Orificium recipit deuorata et in follem ventris recondit. Macrob. Sat. 7, 4.

DEVŎRATIO, ōnis. f. Tertull. de Reſur. Carn. c. 54.

DEVŎRĀTOR, ōris. m. Idem ibid. c. 32. Vet. Gloſſ. καταπότης, καταφαγάς.

DEVORATŌRIVS, a, um. Adi. Tertullian. de Idolol. c. 1. Ambroſ. Epiſt. 5 p. 78.

DEVŎVEO, ōui, ōtum, ēre. [κατεύχομαι, καταρἀομαι] *Deſtinare, conſecrare, vouere.* Cic. Off. 3, 95 c. 25 Quid? Agamemnon quum deuouiſſet Dianae, quod in ſuo regno pulcherrimum natum eſſet illo anno, immolauit Iphigeniam. Idem de Aruſp. Reſp. 6 c. 3 Accedit etiam, quod exſpectatione omnium, fortiſſimo et clariſſimo viro T. Annio deuota et conſtituta hoſtia eſſe videtur. Caeſ. B. G. 3, 22 Neque adhuc hominum memoria repertus eſt quisquam, qui eo interfecto, cuius ſe amicitiae deuouiſſet, mori recuſaret. Se pro populo, *i. morti ſeſe addicere, vt morte ſua populus ſiue Respub. ſeruetur:* Cic. de Senect. . . . Idem de Fin. 2, . . Liu. 9, 4 Equidem mortem pro patria praeclaram eſſe fateor, et me vel deuouere pro Populo Romano legionibusque vel in meos me mittere hoſtes paratus ſum. Plin. 22, 5 Hic Decius poſtea ſe Conſul, imperioſo Collega, pro victoria deuouit. Deuouendi ſeipſum, *aut* hoſtium vrbes exercitusue, *morem ac ritus et verba, vid. apud* Liu. 8, 9 *et* 10. *it.* 10, 28 ſq. Macrob. Saturn. 3, 9. Se, fortunasque ſuas pro aliorum incolumitate, otio, concordiaque deuouere Cic. poſt redit. in Senat. 1. Se et caput ſuum aliqua conditione Idem pro Domo ſua 145. *Et* Philipp. 11, 13 Videte etiam P. Decii auctionem clariſſimi viri, qui maiorum ſuorum exempla perſequens, pro alieno aere ſe deuouit. Se aris ſuperorum Virgil. Aen. 12, 234. Deuouere ſe pro Principibus, *Hiſpanorum, Gallorum et Germanorum mos fuit, qui ſub Auguſt. Romam translatus, pro cuius ſalute ſe in Senatu Sext. Pacuuius deuouit primus, et aliis idem faciendi exemplum dedit. Hinc nata formula illa, qua veneraturi et fere per adulationem principis vſi dicere ſolebant* DEVOTVS NVMINI MAIESTATIQVE EIVS. *De quo* Caeſ. B. G. 3, 22. *Vid. Lipſ. Antiq. Lect. 5, 8. Caſaub. ad* Sueton. Calig. c. 14. *Marcil. ad* Horat. Od. 2, 17. *Burmann. ad* Nemeſ. Cyneg. v. 83. *De* gladiorum deuotione *Cuper. ad* Petron. c. 82 p. 405. Deuouere aliquem, *pro Diris imprecationibus malum alicui optare:* Ouid. in Ibin 93 Illum ego deuoueo, quem mens intelligit Ibin. Ibidem . . Deuoueo teque tuosque modo. Caput alicuius deuouere Ouid. Met. 13, 330. *De hoc* deuouendi *genere Plutarch. in Craſſo et Appian. in Parth. Vid.* DIRAE. *Deuotionibus huiusmodi Athenienſes ſolebant publice vti contra eos, quibus aqua interdictum eſſet: ſolebantque hae exſecrationes pilis lapideis inſcribi.* Nepos 7, 4, 5 Poſtquam ſe capitis damnatum audiuit, et Eumolpidas ſacerdotes a populo coactos, vt ſe deuouerent, eiusque exemplum in pila lapidea inciſum eſſe poſitum in publico, Lacedaemonem demigrauit. *Excantare:* Ouid. Epiſt. 6, 91 Deuouet abſentes ſimulacraque cerea figit. *Vid.* Tibull. 1, 9, 18. *Speciatim in re Venerea eſt frigore aliquem ferire eius partis qua Viri ſumus.* Ouid. Am. 3, 7, 80 Aut te traiectis Aeaea venefica lanis Deuouet, aut alio laſſus amore venis. *De tali re* Polyaenus *apud* Petron. 128 Veneficio contactus ſum. Tibull. 1, 6, 5 Tum me deſcendens deuotum femina dixit. *Vid.* DEVOTATVS.

DEVŌTVS, a, um. Partic. [κατάρατος, ἐναγὴς] *Vt,* Deuota ſacris ſica Cic. in Catil. 1, 16. Caput deuotum Stat. Theb. 10, 788. Periuria Catull. in Nupt. Pel. et Thet. 135 Praecipue infelix peſti deuota futurae Virgil. Aen. 1, 712. *Laudat ibi* Seru. *verba Auguſti ex laudatione Marcelli,* Illum immaturae morti deuotum fuiſſe. *Affertur etiam ex* Varrone, Tum deuoto tibi animo vtere. Accipe deuotas externa in praelia dextras Lucan. 3, 311. Stabat deuota iuuentus Damnata iam luce ferox Id. 4, 533. Victima Hor. Od. 3, 23, 10. Pectora morti Id. Od. 4, 14, 18. Sanguis Id. Epod. 16, 9. Deuoti, *Qui in alterius amicitiam ſeſe dediderunt:* Caeſ. B. G. 3, 22 Atque in ea re omnium noſtrorum intentis animis, alia ex parte oppidi Adcantuannus, qui ſummam imperii tenebat, cum ſexcentis deuotis, quos illi Soldurios appellant. Quorum haec eſt conditio, vt omnibus in vita commodis vna cum his fruantur, quorum ſe amicitiae dediderint, *etc. reliqua damus in* SOLDVRII. *Deditus:* Sueton. in Tiber. c. 67 Si quando, *inquit,* de moribus meis, deuotoque vobis animo dubitaueritis, *etc.* Idem Calig. c. 30. Deuotus alicui cliens Iuuen. Sat. 9, 72. Deuotus et donatus ſtudiis Cic. Tuſc. 5, . . *Dirus et exſecrandus:* Ouid. Epiſt. 6, 164 Viuite deuoto femina virque toro. Horat. Od. 3, 4, 26 Non me Philippis verſa acies retro, Deuota non exſtinxit arbor. Domus Ouid. Epiſt. 9, 153. ¶ 2 Deuotae virginitatis amor Auſon. Parent. 6 tit. *et* v. 8. ib. 26, 3. *Vid. Scalig. Lect. Auſon.* 1, 8 *p.* 24. Deuoti, *qui Profeſſi vulgo vocantur.* Religioſus *et* deuotus *olim in malam partem ſolum, at hodie ſolum in bonam. Alciat. in* rubric. de verb. ſignif. *Vid. Borrich. Cogit. p.* 84. Mens Firmic. de Err. prof. rel. *Compar.* Treb. Pollio in Claud. c. 16. Claud. de B. Gild. v. 290. Salu. de Auar. p. 61. *Superlat.* Senec. de Benef. 5, 17. Suet. Caeſ. c. 67. Inſcript. vet. DEVOTISSIMVS NVMINI EIVS. *Vid.* Gruter. CCLIX, 1. CCLXIV, 2 *etc.* Deuotiſſima fidelium corda Paullin. Nol. Ep. 18, 5.

DEVOTE. Adu. *Compar.* Ambroſ. Serm. 84 p. 383. *Superl.* Lactant. 2, 6 *extr.* Auguſtin. Ep. 86 *fin.* Ambroſ. Serm. 17 de Cal. Ian. p. 298.

DEVOTVRVS, a, um. Partic. [καταρασόμενος] Quinctil. 5, 6, 2 Modus litis, propter quam deuoturus ſeipſe non fuerit.

DEVOTO, āre. Frequent. Cic. in Parad. 1 c. 3 Quae vis Coclitem contra omnes hoſtium copias, tenuit in ponte ſolum? quae patrem Decium, quae filium deuotauit, ac immiſit in armatas hoſtium copias? *In antiquis codicibus ſic legitur. Huc referendus locus* Accii Aeneadis, *qui a* Nonio 2, 226 *male ſub* Deuorare *ponitur, et per* abſumere, eripere *explicatur:* Patrio exemplo et me dicabo, atque animam deuotabo hoſtibus. *Videtur induci loquens Decius filius. Add.* Minuc. Fel. c. 28. *Vid. Meurſ. ad loc. Tot. notiones habet ac Deuouere.* Cuncta caeli numina deierando temere deuotaſti Apul. Met. 9 p. 361. *i. maledixiſti vel exſecratus es. Sic* Apul. de Herb. 75 Deuotare hominem *eſt incantare.*

DEVOTATVS, a, um. Partic. Apul. de Herb. c. 7 p. 276 Si quis deuotatus defixusque fuerit in ſuis nuptiis, ſic eum reſolues, *i. frigore Venereo percuſſus. Vid.* DEVOVEO *extr.*

DEVOTIO, ōnis. f. [κατευχή] Cic. de Natur. Deor. 3, 15 Tu autem etiam Deciorum deuotionibus placandos deos eſſe cenſes. *Vid.* Idem pro Domo ſua c. 24. Deuotio in pilis ſcripta Nepos 7, 6, 5. *Add.* Macrob. Saturn. 3, 9. Cic. pro Rabir. Poſt. c. 1 In deuotione Vitae et in ipſo genere mortis imitatus eſt P. Decium filius. Deuotio committitur, *cum exiſtit conditio eius:* Cic. in fine Or. pro Domo, Si meque ac meum caput ea conditione deuoui, vt ſi nihil niſi de ſalute meorum ciuium laboraſſem, tum mihi Republ. aliquando reſtituta liceret frui: ſin autem mea conſilia non profuiſſent patriae; vt perpetuum dolorem ſuſtinerem: hanc ego deuotionem capitis mei, cum ero in ſedes meas reſtitutus, tum denique conuictam eſſe et commiſſam putabo. *Eſt etiam* Deuotio *Exſecratio:* [κατάρα] Suet. in Calig. c. 3 Lenis adeo et innoxius, vt Piſoni decreta ſua reſcindenti, non prius ſuccenſere in animum induxerit, quam veneficiis quoque et deuotionibus impugnari ſe comperiſſet. *Coniunge* Tacit. Ann. 12, 65. Apul. Met. 1 p. 106, 29 Deuotionibus ſepulcralibus in ſcrobem procuratis — cunctos in ſuis domibus tanta cantionum violentia clauſit, *etc.* Idem 2 p. 127, 28 An non putas deuotionibus meis poſſe Diras inuocari? *Aliter,* Agmina queis fortes animat deuotio mentes Nemeſ. Cyneg. v. 86. *i. acre ſtudium, vel ſacramentum militare: vid. Burmann. Idem ac Votum et Gratulatio* Apul. Met. 11 p. 265, 5 Muneribus largis et deuotionibus fauſtis completa nauis. ¶ 2 *Chriſtianis ſcriptoribus eſt Ardens atque intenta pietas, et Dediti* Deuoti *etiam dicuntur.* Hieron. in v. Hilarionis ſub fin. *et* Lactant. 2, 12.

DEVOTAMENTVM, i. n. *Res deuota.* Tertull. adu. Gnoſtic. c. 2 Vt deuotamenta fierent vniuerſa eius.

DEVRO, uſſi, uſtum, ĕre. [κατακαίω] *Idem quod Vrere.* Liu. 39, 2 M. Aemilius alter Conſul agros Ligurum, vicosque qui in campis aut vallibus erant, ipſis montes duos Baliſtam Suiſmontiumque tenentibus deuſſit depopulatusque eſt. *De frigore* Liu. 40, 45 Hiems eo anno ſaeua et omni tempeſtatum genere fuit: arbores, quae obnoxiae frigoribus ſunt, deuſſit cunctas. Sibylla tres libros ex nouem deuſſit Gell. 1, 19. Athenienſes Protagorae ſcripta in concione deuſſerunt Min. Felix c. 8. Siluam ne caedito neue deurito l. 29 D. Locati. Deurere morſu *dicitur* ſerpens, *vel* afflatu, *quum inflammat* Senec. de Clementia 1, . . Mons deuſtus Tacit. Ann. 6, 64. Oppidum Auctor B. Hiſp. c. 27. Pars Circi Tacit. Ann. 6, 45. *Add.* Caeſ. B. G. 7, 25.

DEVS, i. m. [θεὸς, δαίμων, σιὸς] *Non tantum ſummae illius naturae nomen, quae reliquorum omnium cauſa eſt: ſed latiſſime patet, ad omnemque praeſtantiam et excellentiam ſignificandam adhibetur.* Conſtat ex Graeco θεὸς eſſe dictum, adſpiratione dempta, qui mos antiquis noſtris frequens erat. Feſtus. *Vocatiu.* Prudent. Hamartig. 931 O Dee cunctiparens, animae dator, o Dee Chriſte. *Plur.* Dei Petron. c. 75 Homines ſumus non Dei, *ſic certe Burmann. pro* Dii, *quod fere perpetuum.* Cic. Tuſcul. 1, 29 c. 13 Ipſi illi maiorum gentium dii, qui habentur hinc a nobis profecti in caelum reperientur. *Quae verba et iis connexa repetit, vrget et illuſtrat* Lactant. 1, 15 *qui videatur. addi poteſt Coqueius ad* Auguſtin. de C. D. 1, 4 p. 18. *Obſeruandum Lat. Poëtas ad imitationem Graecorum* Dei *vocabulum tam feminis quam viris attribuiſſe. Ita* Virgil. Aen. 2, 632. *et* 7, 497 Venerem Deum, Iunonem Deum. *Conf.* Plaut. Poen. 2, 2, 10. *et* 5, 3, 13. Q. Catulus *apud* Cic. Natur. Deor. 1, 79 c. 28 Mortalis viſu'ſt pulcrior eſſe Deo, *cum reſpectu ad Auroram.* ¶ 2 Deus *etiam pro Benefico, Seruatore:* Ter. Phorm. 2, 2, 31 Non tu hunc habeas plane praeſentem Deum? Si Deus es, tribuere mortalibus beneficia debes, non ſua eripere Curt. 7, 8, 26. Deus noſter Caeſar Scribon. Ep. *it.* Comp. 60. 163. *Nam* Deus *quoniam omnes in ſe perfectiones habet, quoties volunt oſtendere virum aliquem eſſe ſingularem et eximium,* Deum *illum eſſe dicimus: vt* Cic. de Orat. 2, 179 c. 42 Quae diſpoſitio argumentorum, in qua tu mihi ſemper deus videri ſoles, *i. ſingularis ac ſummus.* Plato Philoſophorum Deus Cic. Natur. Deor. 2 c. 12 *pr.* Te in dicendo ſemper putaui Deum Idem de Orat. 1 c. 23. Virgilius Deus *vocatur* Calpurn. Ecl. 4, 20. *Conf. ibi Burm.* Ter. in Adelph. 4, 1, 19 Laudarier te audit libenter; facio te apud illum deum: Virtutes

tutes narro. Deum te facio, *i. ſummis te laudibus effero. Socrates apud Platonem in Menone, ait hanc Laconum eſſe conſuetudinem, vt quoties aliquem virum admirantur, dicant,* θεῖος ἀνὴρ ἔτος, *i. Diuinus vir hic eſt.* Quinctil. 1, 10 Nam et ſapientes formantes eum, qui ſit futurus conſummatus vndique, et (vt dicunt) mortalis quidam deus, non modo cognitione caeleſtium vel mortalium putant inſtituendum, *etc.* Cicero de Orat. 1, 115 Sunt autem quidam ita naturae muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, vt non nati, ſed ab aliquo Deo ficti videantur. Deus ſum, *Sermo illius qui ſibi videatur fortunatus:* Plaut. Curc. 1, 3, 11. Ter. Heaut. 4, 2, 15. Dei *nomen Impp. tributum in numis, vid. Spanhem. Diſſ. 12 p. 489. item Regibus Seleucidis etc. Id. Diſſ. 7 p. 419, 19. Conſ. Iohnſon. ad* Nemeſ. Cyneg. *66.* Cic. poſt redit. ad Quir. 11 c. 5 Conſul parens, deus, ſalus noſtrae vitae, memoriae, nominis. *Mezentio apud* Virg. Aen. 10, 773 Dextra mihi Deus, et telum, quod miſſile libro Nunc adſint. ¶ 3 *Nunc formulas alias huc congeremus.* Eſt profecto Deus, qui, quae nos gerimus, auditque et videt Plaut. Capt. 2, 2, 63. Introite: nam et hic Dii ſunt, Heracliti Epheſii *dictum apud* Gell. 20 c. vlt. *ſ. potius in* praef. operis. *Quamquam illam quoque ſententiam, veram alioquin Heracliti, ad eum locum non pertinere, ſatis hodie conſtat. Vid. Salmaſ. Proleg. Exerc.* Plin. p. 24. *et Lambec. Prodrom. Lucubrat.* Gellian. p. 109. 199. Nulla gens eſt, neque tam immanſueta, neque tam fera, quae non, etiam ſi ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum ſciat Cic. de Legib. 1, 24. Quis eſt tam vecors, qui aut quum ſuſpexit in caelum, deos eſſe non ſentiat? Cic. de Aruſp. Reſp. 19. Homines exiſtimare oportere Deos omnia cernere, Deorum omnia eſſe plena Cic. de Legib. 2 c. 11.

Eſtque Dei ſedes, vbi terra et pontus et aër,
Et caelum et virtus: ſuperos quid quaerimus vltra?
Iupiter eſt, quodcunque vides, quocunque moueris Lucan. 9, 575.

Coenae deûm Hor. Sat. 2, 6, 65. Contemtor deûm Virg. Aen. 8, 7. Expedit eſſe Deos, et vt expedit, eſſe putemus Ouid. A. A. 1, 637. Exemplumque Dei quisque eſt in imagine parua Manil. 4, 893. Genitrix deûm, *Cybele* Ouid. Met. 14, 536. Interpres deûm Sen. Troad. . . . Mater deûm, *Cybele* Lucret. 2, 658. Radiantis ora dei, *i. vultus Apollinis* Valer. Argon. 5, 408. Rector deûm, *Iupiter* Ouid. Met. 13, 599. Regina deûm, *Iuno* Virg. Aen. 1, 9. Regnator deûm, *Iupiter* Idem Aen. 4, 269. Rex deorum Iupiter Horat. Od. 4, 4, 2. Sator deorum atque hominum, *Iupiter* Virg. Aen. 1, 254. Simulacra deorum Cic. Act. in Verr. 1, 3. Dis carus ipſis Horat. Od. 1, 31, 13. ¶ 4 *Epitheta:* Aduerſis diis et fato ſiniſtro genitus Iuuen. Sat. 10, 129. Adumbrati dii, *vid.* ADVMBRO. Aequorei dii Ouid. ex Ponto 10, 40. Aeterni Idem de Rem. Amor. 688. Faſt. 3, 804 *etc.* Alienigenae, *vid.* ALIENIGENA. Aliger Stat. Theb. 10, 296. *Sic vocat Somnum.* Alipes, *i. Mercurius* Ouid. Faſt. 5, 100. Arcitenens, *Apollo vel Cupido* Ouid. Met. 1, 441. Armiger, *i. Mars* Sil. 17. Aſper alicui Valer. Argon. 3, 271. Aſperi et Pugnaces Sen. Hippol. 804 *vt Mars, Hercules.* Auerſi, *vid.* AVERTO. Auerruncus, *vid.* AVERRVNCO. Auidus, *i. Pluto, quod omnes ad ſe recipiat* Ouid. ad Liuiam 440. Auſpices Virg. Aen. 4, 45. Bellicus, *Mars* Sen. Agamemn. 547. Beneuolentes, *vid.* BENEVOLENS. Boni dii, boni quid porto, *Exultantis vox* Ter. Andr. 2, 2, 1. Cic. pro Milon. . . . Dî boni, quid poteſt agi ſeuerius? Idem Phil. 2 c. 8 Quam id, Dî boni! non decebat. O Bone Deus Scribon. 84. *Quae verba tamen eliminanda putat Rhod.* Caeleſtes, *vid.* CAELVM. Caerulei, *i. Dei aequoris* Ouid. Met. 2, 8. ex Ponto 4, 16, 22. Corporalis, *vid. mox* Praeſens. Faciles Ouid. Met. 9, 755. Fatidicus, *Apollo* Idem Faſt. 2, 262. *et* 5, 626. Ferales, *i. Infernales* Sen. Thyeſt. 668. Deus Immortalis haberi Dum cupit Empedocles Horat. in Arte Poët. 464. Dii immortales, homini homo quid praeſtat, *Admirantis exclamatio eſt* Ter. Eun. 2, 2, 1. Cic. de Fin. 2, 93 Quos dii immortales, ille, quum omnes artus ardere viderentur, cruciatus perferebat. Indigena Ouid. Met. 6, 330. Inferni, *vid.* INFERI. Inuerecundus, *Bacchus apud* Horat. Epod. 2, 13. Iratiſſimis dîs meis Plaut. Poenul. 2, 4, 1. Deus meus *quum dicebant veteres, Genium ſuum intelligebant.* Ter. Phorm. 1, 2, 24 Memini relinqui me deo Irato meo. Latonigenae, *Apollo et Diana* Sen. Agam. 320. Magni Hor. Epod. 15. *et* Ouid. *frequenter.* Dii magni, *Admirantis eſt apud* Catullum 14, 12. Apul. Met. 11 *extr.* ſ. p. 272, 25 Animo gaudiali rurſum ſacris initiare, Diis Magnis auctoribus — v. 35 Denique poſt dies admodum pauculos Deus Deûm Magnorum potior, et Maiorum ſummus, et ſummorum Maximus, et Maximorum regnator Oſiris, *etc.* Manes dii Cic. in Vatin. 14. Idem Verr. 3, 112 Iam illa praeclara, non teſtium modo cateruas, quum tua res ageretur, ſed tum a diis manibus innocentium poenas, ſceleratorumque furias in tuum iudicium eſſe venturas. DI Maris et Terrae Ouid. Triſt. 1, 2, 1. DI Meliora! *Modus optandi, imperfecto ſermone: cui ſubauditur verbum* Adferant, *vel* Dent. Cic. Philipp. 8 c. 3 Ergo habet Antonius quod ſuis polliceatur. quid nos? numquid tale habemus? dii Meliora. Virgil. Georg. 3, 513 Dii Meliora piis, erroremque hoſtibus illum. Minuti, *vid.* MINVO. Natiui, *vid.* NASCOR. Mortalis quidam Deus *ſapiens Stoicus* Quinct. 1, 10, 5. Nemorum dii Ouid. *Hi ſunt, Fauni, Satyri, Panes, etc.* Noctiuagus, *i. ſomnus* Stat. Theb. 10, 152. O dii Cic. Att. 9, 21. Ogygius, *i. Apollo* Stat. Theb. 5, 513. Ouid. Epiſt. 10, 48. Opifer, *Aeſculapius, ap.* Eundem Met. 15, 655. Opifex triſulci fulminis deus, *i. Iupiter* Sen. Hippol. 189. Parui Horat. Od. 3, 23, 15. Patrii Cic. Verr. Diuinat. 7. Penates Horat. Epiſt. 1, 7, 94. Penetrales *i. Dii penates* Senec. Oed. 265. Cic. de Diuin. 2 c. 17 Deos ipſos iocandi cauſa induxit Epicurus Perlucidos, et Perflabiles, et habitantes, tanquam inter duos lucos, ſic inter duos mundos propter metum ruinarum, eosque habere putat eadem membra, quae nos, nec vſum vllum habere membrorum. Praepes, *Cupido* Ouid. Epiſt. 8, 38. Veget. 2, 5 Imperatori, cum Auguſti nomen accepit, tanquam praeſenti et corporali deo, fidelis eſt praeſtanda deuotio et impendendus peruigil famulatus. Cic. Somn. Scip. 4 Nihil enim eſt illi Principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, *etc.* Princeps ille Deus, parens rerum, fabricatorque mundi Quinctil. 1, 16. Propitii Senec. Agam. 403. Rectos deos habere, *i. aequos et propitios* Horat. Od. 4, 4, 48. Sancti Ouid. Amor. 3, 9, 43. Secundis diis agere aliquid Virgil. Aen. 8, 682. Summi Ouid. Met. 6, 89. Superi Horat. Epiſt. 2, 1, 138. Silueſtres Claudian. in Epithal. Pallad. 19. *intelligit Faunos et Satyros, et hoc genus deos alios.* Per deos *obteſtandi formula* Cic. Off. 2, 5 Quid enim eſt, per deos, optabilius ſapientia? Idem Philipp. 3, 34 Hanc igitur occaſionem oblatam tenete, per deos immortales, Patres conſcripti, *etc.* ¶ 5 *Verba:* Adhibere deos, Amare deum, Appellare deum, *vid. ſſ. ll.* Cic. Att. 9, 2 Proponis quam ſit turpe me adeſſe, quum quid de illo detrahatur, nefas eſſe approbare. certe contra igitur? dii, *inquis,* Auerruncent. Id. Philipp. 3, 35 Quod ſi iam (quod dii omen Auertant) fatum extremum Reipublicae venit, *etc.* Colere aliquem vt deum Cic. de Senect. 81. Confugere ad deum Idem de Natur. Deor. 1, 53. Nihil eſt quod deus Efficere non poſſit Id. de Nat. D. 3, . . Placatos deos pietas efficit et ſanctitas Cic. Offic. 2, 11. Euehi ad deos *aliquem dicimus* κατ' ὑπερβολὴν, *quem feliciſſimum eſſe, et quaſi ſupra humanam conditionem poſitum ſignificare volumus.* Horat. Od. 1, 1, 6 Vtinam ita dî Faxint Ter. Heaut. 1, 1, 109. Faciant dii: *Optantis eſt, ſignificatque id, quod Vtinam* Cic. in Verr. . . Horat. Sat. 1, 1, 15 Si quis deus, en ego, dicat, iam faciam, quod voltis. Primus in orbe deos fecit timor Petron. p. 676. Dii veſtram fidem, *Admirantis adu. cum exclamatione, inquit* Donatus, Ter. Andr. 4, 3, 1. Genuit omnia deus Cic. de Vniuerſ. 23. Gubernabit haec deus aliquis Idem Att. 6, 3. Informare deos coniectura, *vid.* INFORMIS. Infringere deos precatu, *i. flectere precibus* Stat. Achil. 1, 144. Inſerere deos minimis rebus, *vid.* INSERO. Inſtigante deo numine, *vid.* INSTIGO. Inuitis diis hominibusque abſolutus, *vid.* INVITVS. Inuocare omnes deos in auxilium Quinctil. in Prooem. 4. Cic. Philipp. 3, . . His auctoribus et ducibus, diis Iuuantibus, nobis vigilantibus, *etc.* Moderantes cuncta dii Ouid. Met. 1, 83. Obſecrare per deos et obteſtari aliquem Horat. Epiſt. 1, 7, 94. Orare per omnes deos aliquem Idem Od. 1, 8, 2. Parent dei numini omnia Cic. de Diuin. 1, 120. Placare deos boue, *vel* quacunque re alia Horat. Epiſt. 1, 16, 58. Si diis placet, *Ironia* Cic. de Fin. 2, . . Ter. Phorm. 3, 3, 19. Eun. 2, 3, 98. *Vid. Briſſon. de Form. p. 66 et 68.* Plaudentibus diis et hominibus Cic. Q. Fratr. 2, 4. Regi deorum immortalium numine omnia, gubernarique perſpeximus Cic. de Aruſp. Reſp. 19. Idem pro Sextio . . Video P. Lentulum, cuius ego patrem deum ac parentem Statuo fortunae ac nominis mei, fratris, rerumque noſtrarum in hoc miſero ſqualore et ſordibus. Dî mihi ſint Teſtes Ouid. ex Ponto 2, 4, 5. Idem Epiſt. 6, 30 Vix mihi Teſte deo credita vita tua eſt. Teſtari deos Virgil. Aen. 4, 519. Vereri deos Cic. de Senect. . . . Dii bene Vertant Ter. Adelph. 4, 7, 10 In omnibus quae cupite venerint, dici ſolet, *ait* Donatus. Cupite, *ex voto, ſecundum optata noſtra.* Cic. de Orat. 2, 179 Qui ordo tibi placet, *inquit* Catulus, et quae diſpoſitio argumentorum, in qua tu mihi ſemper deus videri ſoles. DEA, *vid. ſupra ſ. l.*

DEITAS, atis. f. *quae et* DIVINITAS *dicitur.* [θειότης] Auguſtin. de Ciuit. Dei 7, 1 Hanc diuinitatem, vel, vt ſic dicam, deitatem: nam et hoc verbo vti iam noſtros non piget, vt expreſſius e Graeco transferant, quod illi θειότητα appellant, *etc.* In tribus perſonis Deitas vna ſubſiſtit Hieron. Ep. 57 ad Damaſ.

DEIFICVS, a, um. Adi. Deificus deus Tertull. Apol. c. 11. *i. qui homines in deorum numerum referret.*

DEVTERĪA, ae. f. [δευτερίας] *Genus vini, quod vigorem ſuum perdidit. Fit autem huiusmodi ex maceratis aqua vinaceis poſt muſtum acinis expreſſum. Latini* Loram *vocant, et* Secundarium. *De hoc* Plin. 14, 10.

DEVTERIAMBVS, i. m. *Pes inter illos pedes,* quibus Clauſulae decenter aptantur Mart. Capell. 5 p. 169. *Alii* Dithyrambum *habent.*

DEVTERONOMIVM, i. n. [δευτερονόμιον] *Legis iteratio vel repetitio, quo nomine quintum Moſis librum Graeci appellarunt, et Latini. Vid.* Tertull. adu. Marc. 4, 15. Lactant. 4, 17. Sidon. 9, 9.

DEVTOR, ti. Dep. *Idem, quod abuti.* Non hoc conuenire Antigoni prudentiae, vt ſic deuteretur victo Nep. 17, 11, 3.

D E X

DEXTANS, antis. m. [δεκάμοιρος] *dicitur,* quia Aſſi deeſt ſextans, Quemadmodum Duodeuiginti et Deunx. *Haec* Feſtus. Colum. 5, 1, 12 Pars dimidia et tertia viginti quatuor millia, hoc eſt dextans, in quo ſunt ſcrupula 240. P. Dextans Scribon. 203. *Decem cyathorum menſura.* Gloſſ. Vet. Dextans, δεκάκυγιον.

DEXTER, tra, trum; *vel* tera, terum. Adi. [δεξιός] *Plerumque ſine Subſtantiuo ponitur, ſubaudito* Manus, Pars, Latus, *aut aliquid ſimile.* Virg. Aen. 2, 291 Si Pergama dextra Defendi poſſent, etiam hac defenſa fuiſſent. *ſubaud.* Manu. Dextera procerior Plin. 11, 43. Ouid. Epiſt. 10, 115 Dextera Crudelis quae me, fratremque necauit. Deus impiorum, *vid.* CAPANEVS. Fabrilis Ouid. Met. 4, 175. *de Vulcano.* Claudian. . . 34 Dextra Ferox in vulnere ſaeuit. Fidiſſima Valer. Argon. 5, 63. Funerea Idem Arg. 7, 468. Virg. Aen. 10, 847

Tantane me tenuit viuendi nate voluptas,
Vt pro me Hoſtili paterer ſuccedere dextrae
Quem genui?

Ouid. Epiſt. 7, 130 Non bene caeleſtes Impia dextra colit. Inermis Claudian. Paneg. 5, . . Inuicta bello Virg. Aen. 6, 879. Cic. Verr. 5, 153 c. 58 Cui ciui ſupplici non illa dextera inuicta et fidem porrexit, et ſpem ſalutis oſtendit? *de Pompeio.* Laſſa Stat. Theb. 10, 833. Ouid. Met. 12, 606 Certaque Letifera direxit ſpicula dextra. Strenua Idem de Medicamine Faciei 64. Studioſa Ouid. Epiſt. 15, 1. Stat. Achil. 1, 361 — vltro etiam veneratur Supplice dextra. Temeraria Lucan. 8, 795. Terribilis Ouid. Met. 2, 61. Idem Faſt. 5, 511 Tremula dant vina rubentia dextra, Accipit aequoreus pocula prima deus. Venalis Sil. 5, . . Lucan. ad Piſon. . . . Nunc quoque Viuaci ſcrutaris pectora dextra, *etc.* Vltrix Senec. Herc. f. 11. ¶ 2 *Verborum formulae:* Abluere ſanguine dextram obſoletam Sen. Agamemn. 13. Virgil. Aen. 3, 670 Verum vbi nulla datur dextram Affectare poteſtas, *h. e.* Intendere, ſcilicet ſic vt poſſet nauem tenere. Seruius. Afferre dextram ad omne facinus Sen. Med. 12. Idem Herc. f. 4 — vnde illum mihi Quo te tuamque dexteram Amplectar. Appetere dextram, *vid.* APPETO. Virgil. Aen. 10, 797

Iamque Aſſurgentis dextrae, plagamque ferentis
Aeneae ſubiit mucronem, ipſumque morando
Suſtinuit.

Virg. Aen. 9, 320 — prior Hyrtacides ſic ore locutus, Euryale, Audendum dextra, nunc ipſa vocat res. Cedo dextram, *vid.* CEDO. Com-

Committere dextram dextrae Ouid. Epiſt. 2, 31. *Sic multis in locis* Iungere dextras, *pro Paciſci et ferire fedus.* Virgil. Aen. 1, 408. Compeſcere impiam dextram Senec. Herc. f. 6. Computare annos dextra, *vid.* COMPVTO. Virgil. Aen. 1, 514 — auidi coniungere dextras Ardebant. Victricemque petunt dextrae Coniungere dextram Ouid. Met. 8, 421. Stat. Silu. 1, 6, 60 Edunt vulnera Conſeruntque dextras. Ouid. Amor. 3, 8, 17 Qua periit aliquis, potes hanc Contingere dextram? Copulari, *vid.* COPVLO. Virg. Aen. 3, 610 Ipſe pater dextram Anchiſes, haud multa moratus Dat iuueni: atque animum praeſenti pignore firmat. Dextra enim conſecrata eſt Fidei. Seruius. Dare dextram *dicimus, non modo manum praebere, ſed etiam auxilium praeſtare.* Virgil. Aen. 6, 370 Da dextram miſero, *vid.* TENDO. Deducere aliquem miti dextra Sil. 12, . . Fatigare oſculis dextram Tacit. Ann. 15, 71. Imbuere rudem dextram cruore Sen. Troad. 4. Id. Herc. Oet. 12 Parcite o dites, Inhibete dextras. Intendere ad ſtatuam, *vid.* INTENDO. Interiungere dextras, *vid.* INTERIVNGO. Iungere dextrae dextram: maiorum enim haec fuerat ſalutatio: cuius rei τὸ αἴτιον, id eſt, Cauſam Varro, Callimachum ſecutus, expoſuit: aſſerens omnem eorum honorem, dexterarum conſtitiſſe virtute: ob quam rem hac ſe venerabantur corporis parte. *Haec* Seruius. Virg. Aen. 1, 408 — cur dextrae iungere dextram Non datur? Iungere dextram ad federa Valer. Argon. 6, 339. Iungere hoſpitio dextras Virgil. Aen. 3, 83. Mouere praelia collata dextra Ouid. Faſt. 1, 569. Obarmare dextras Hor. Od. 4, 20, 21. Oppoſui dextram paſſurae vulnera fronti Ouid. Met. 12, 386. Porrigere Cic. poſt redit. in Sen. c. 9. Virgil. Aen. 12, 930 Ille humilis, ſupplexque oculos dextramque Precantem Protendens, Equidem merui, nec deprecor, inquit. Cic. de Diuin. 1, 59 Quumque te tua patria vi pulſum eſſe dixiſſes, Prehendiſſe eum dextram tuam, et bono animo te iuſſiſſe eſſe, *etc.* Virgil. Aen. 12, 644 Perpetiar? dextra nec Drancis dicta Refellam? *i. Virtute.* Nam pro rei officio ipſam rem poſuit, Dextram ſcilicet pro Virtute. Seruius. Renouari dextras cupere Tacit. Ann. 2, 58. *Idem Auctor (referente Alciato) oſtendit lib. 18 dextras concordiae ſigna vltro citroque deſtinari ab exercitibus ſolitas.* Reprimere dextram, *pro Continere:* Virg. Aen. 12, 939 Aeneas voluens oculos, dextramque Repreſſit. Idem Aen. 7, 266 Pars mihi pacis erit dextram Tetigiſſe tyranni. Cic. Philipp. 10, 9 Quae quidem nunc M. Bruti imperio, auctoritate, copiis non inſtructa ſolum, ſed etiam ornata Tendit dextram Italiae, ſuumque ei praeſidium pollicetur, *de Graecia.* Viduare dexteram enſe Senec. Hippol. 6. ¶ 3 *Obſeruatt.* Dextra *ſe antiqui venerabantur, per dextram iurabant, tanquam fidei ſedem, et virtutis miniſtram. Vid.* Liu. 1, 21. *Bernegg. ad* Iuſtin. 11, 15. *et* 13, 1. *Freinshem. ad* Curt. 6, 4, 14. Cic. Philipp. 11, 5 Dextrae quae fidei Teſtes eſſe ſolebant, perfidia ſunt et ſcelere violatae. Fidemque ſupplex praeſidis dextrae petii Senec. Med. v. 248. Cic. poſt redit. in Senat. 21 c. 9 Qui mihi primus afflicto et iacenti, Conſularem Fidem, dexteramque porrexit. Per hanc te dexteram oro Ter. Andr. 1, 5, 55. *Vbi* Donatus: Federis et fidei membrum erat dextra. Cic. pro Deiot. 8 c. 3 Per dextram iſtam te oro, quam regi Deiotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti; iſtam, inquam dextram non tam in bellis et in praeliis, quam in promiſſis et fide firmiorem. *Simile eſt illi* Fam. 7, 5 Totum denique hominem tibi ita trado de manu (vt aiunt) in manum tuam iſtam et victoria et fide praeſtantem. Dexterae *inter ſigna militaria: vid.* Tacit. Hiſt. 1, 54, 1. *et* 2, 8, 4. Cic. de Diuin. 1, 12 Iupiterne cornicem a laeua, coruum a dextra canere iuſſiſſet. Plin. 12, 14 Saba regio a dextra maris ſcopulis inacceſſa. Dextera, *Ablatiuus, pro in parte dextera* Plaut. Amph. 1, 1, 177 Hinc enim dextera vox aures vt videtur verberat. Sall. in Iugurth. c. 11 Dextra Adherbalem adſedit. Liu. 4, . . Dextra montibus, laeua Tiberi amne ſeptus. Dextra, laeuaque large amplectens montem Plin. 2, 11. Cic. Acad. 4, 125 Supra, infra, dextra, ſiniſtra, ante, poſt, *etc.* Ad dextram, *vid.* AD *Praepoſitionem. Contraria:* Cic. de Vniuerſ. 42 Nam et ante et pone, ad laeuam et ad dextram, et ſurſum et deorſum, *etc.* Idem Philipp. 12, . . Errantium ſiderum meatus — contrarium mundo agere curſum, *i.* laeuum, illo in dextram ſemper praecipiti Plin. 2, 8. Dextrabus, *pro* Dexteris Antiquum Liu. Odyſſ. Deque manibus dextrabus Nonius 8, 82. ¶ 4 *Subſtantiua alia:* Dextrum cornu et ſiniſtrum in acie tenere Liu. 3, 70. Ouid. Met. 2, 18 Signaque ſex foribus dextris, totidemque ſiniſtris, *etc.* Manu dextera tenere pateram Cic. de Diuin. 1, 46. Vtroſque pedes dextros facit podagra Senec. Ep. 53 *med. i. ſiniſtrum pedem intorquet verſus dextrum, vel v. v.* Dextra corporis validiora Apul. Apol. . . Dextra auſpicia, Proſpera. Feſtus. *Quid in auguriis* dextrum, *quid* ſiniſtrum *ſit, oſtendit* Hygin. de Limit. conſtit. *pr.* p. 150 *Goeſ.* Hetruſci auſpices orbem terrarum in duas partes ſecundum ſolis curſum diuiſerunt: dexteram appellauerunt, quae ſeptentrioni ſubiacebat, ſiniſtram, quae ad meridianum terrarum eſſet. Fragm. de limit. p. 215 *eadem referuntur. Sed et Homerus antiquior augur forte huc trahi poteſt* IΛ. M 239 *vbi de auibus praepetibus,* Εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, Εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοί γε, ποτὶ ζόφον ἠερόεντα. *Quanquam huic dextra videntur orientalia eſſe, occidentalia ſiniſtra, ſi ad nomen* ἠῶ *reſpicias: contra* ἥλιος *melius meridiem, et* ζόφος *ſeptentriones notat. Conf.* SINISTER. *Caeterum huc illud quoque pertinet, quod* Dexter *eſt Proſper, propitius:* Virg. Aen. 8, 302 Et nos, et tua dexter adi pede ſacra ſecundo. Dexter Apollo Stat. Silu. 5, 1, 13. Caeſar Stat. ib. v. 144. Conceſſit dexter deus Sil. 11, 531. *Add.* Stat. Silu. 5, 1, 71. Adſit Domitianus dexter, ac volens Quinctil. in Prooem. 4. Dexter ades ducibus, *alloquitur Ianum* Ouid. Faſt. 1, 67. *Sic* Stat. Silu. 7, 48 Signa frenatae moderatus alae Caſtore dextro. Apul. Met. 2 p. 121, 13 Siſque felix, et iter dexterum pergas, *i. felix. Sed et laus prudentiae cuiusdam, opportunitatis, decentiae, hoc nomine exprimitur. Vid.* Seru. *ad* Virgil. Aen. 4, 294 Qui rebus dexter modus. *Sic* Ouid. Art. 2, 145 Dextera praecipue capit indulgentia mentes. *Sed non recte laudatus videtur* Liu. 9, . . Rem per ſe popularem ita dexter egit, vt rodendis corporibus animi multo plus militum imperatori reconciliarentur. Varro de L. L. 6, 2 p. 19 Quod addit, *templa vt ſint dextra,* aiunt ſancta eſſe, qui gloſſas ſcripſerunt. Id eſt falſum. Nam curia Hoſtilia templum eſt, et ſanctum non eſt. *Sed, ſi recte locum conſideres, pro* dextra *legendum eſſe videbis* Teſca. *Et vidit iam Scioppius, qui ſic dedit.* De Tibiis Dextris et Siniſtris *vid.* TIBIA. ¶ 5 *Compar.* Dexterior: Ouid. Met. 12, 303 — ſaucius armo Dexteriore Medon. Dexteriora petens montis Lucan. 2, 421. Dexteriore aluco Babylonem petit Plin. 5, 26. Dexterior pars Varro de R. R. 2, 5. *De taurorum compreſſu.* Et ſtellam cubito dexteriore premit Martial. 5, 62. ¶ 6 Dextrum *et* Laeuum *a librariis confundi docet Drakenb. ad* Sil. 4, 209.

DEXTERE. Adu. [δεξιῶς] *Feliciter.* Liu. 1, 34 Notitiaque eum breui apud regem, liberaliter, dextereque obeundo officia, in familiaris amicitiae adduxerat iura. *Compar.* Horat. Sat. 1, 9, 45 Nemo dexterius fortuna eſt vſus.

DEXTELLA, ae. f. Dimin. [δεξιάδιον] Cic. Att. 14, 20 Q. F. vt ſcribis, eſt dextella. per eum igitur, quod volemus, facile auferemus, *i. Eo quaſi dextera vtemur ad auferendum ab Antonio quod volumus. eſt enim Antonii familiaris.*

DEXTRALE, is. n. [περιδέξιον] *Ornamentum dextrae, commune viris et mulieribus. Vſus eſt* Cyprian. de Habit. Virgin. p. 98 *citans Eſaiam 3, 20 vbi Graeci* περιδέξια. Vulg. Armillas. Iſidor. 19, 31 *pro* Dextras *etiam* Dextralia *legendum videtur Salmaſio. Vid.* DEXTROCHERIVM.

DEXTRARIOLVM, i. n. Diminut. *Idem.* Vulg. Interpret. Iudith. 10, 3.

DEXTERĬTAS, ātis. f. [δεξιότης] *Aptitudo, conuenientia.* Tanta inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas Liu. 28, 18. Idem 37, 7 Multa in eo et dexteritas et humanitas viſa. Gell. 13, 16 Dexteritate *pro Comitate vſus eſt.*

DEXTIMVM, [δεξίτατον] et Siniſtimum, Antiqui pro Dextro et Siniſtro dicebant, *teſte* Feſto. Varro περὶ λέξεων, *apud* Nonium 2, 168 Primo compito dextimam viam munit Epicurus. Sall. in Iug. c. 100 *pr.* Sulla cum equitatu apud dextimos, in ſiniſtra parte Aulus Manlius cum funditoribus et ſagittariis.

DEXTRATVS, a, um. Adi. *Vt,* Ager dextratus, Pars dextrata Auct. de Limit. Edit. Goeſii p. 298.

DEXTRATIO, ōnis. f. *Quid eſſet, quaeritur ad* Solin. c. 45 *al.* 57 Tarpeium Iouem trina dextratione luſtrauit, *i. quam proximo et interiore gyro circumiit, ita, vt rota dextra currus eſſet proxima templo Iouis, vt adorantes in dextram ſe circumagunt.*

DEXTROCHERIVM, i. n. [περιδέξιον] *Brachiorum ornamentum, quod ex auro in annuli lati formam gemmis forte diſtinctum gerebant mulieres.* Iul. Capitolinus *ſcribit* Maximinum pollice fuiſſe tam vaſto, vt dextrocherio vxoris vteretur pro annulo. *Vid. Caſaub. et Salmaſ.* in Capitol. in Maxim. c. 6. *Conf.* Ambroſ. ſerm. 90 f. Paſſ. Agnetis poſt *pr. Conf.* DEXTRALE.

DEXTRORSVS *et* DEXTRORSVM. Adu. [ἐπὶ τὰ δεξιά] *i. A dextra parte, aut Verſus dextram partem.* Cic. de Diu. 1 c. 22 Dextrorſum orbem flammeum. Plin. 24, 16 Efficaciſſimum remedium eſſe aiunt, ſi tres quoque trium nationum homines perungant dextrorſus. *Vtuntur et* Liu. 26, 31. Hor. Sat. 2, 3, 50.

DEXTROVERSVM. Adu. [πρὸς τὰ δεξιά] *Ad dextram partem.* Plaut. Curc. 1, 1, 70 Si deos ſalutas, dextrouerſum cenſeo. *Vid. ibi Taubm. it. Chreſtom. Plin. Geſneri p. 715.*

D I

DI *et* DIS, *Praepoſitio inſeparabilis, ſed ipſa ſeparatiua, i. ſeparationem, et ſeiunctionem, ſiue corporum, ſiue animorum, et notionum adeo, ſignificans. Hinc eſt, vt videatur modo negationem notare, vt* Diffido, *i. non fido: modo Diuerſitatem, vt* Diſſentio, *i. diuerſum ſentio: modo Diuiſionem, vt* Diſſocio, Disiungo: *modo augeat ſign. vt* Diſcupio, *i. valde cupio,* Diſcrucior, *i. valde crucior: modo idem videatur, quod Male, vt* Diſpereo, *i. male pereo.* ¶ 2 Di *ac* De *in compoſitis ſaepiſſime confunduntur a Librariis. Componitur autem* Di, *cum dictionibus incipientibus a* D, *vt* Diduco: G, *vt* Digero: L, *vt* Diluo: M, *vt* Demitto: N, *vt* Dinumero: I, *vt* Diiudico: R, *vt* Diruo: V, *vt* Diuerto. S *in* Dis *ante* ſp, *ſt tollitur, vt* Diſpicio, Diſto. *ante* f *mutatur in ſimilem, vt* Differo. DI *aſſumit* r, *aut antiqua alternatione* S *ſuum in* R *mutat, in* Emo Dirimo. ¶ 3 Di *literae et* Z *permutantur in Graecis,* Diabolus Zabolus, Diaeta Zeta, *nempe vt* Ζεύς, Διός, *etc. Sic* Glycirrhidia.

D I A

DIA, ae. f. [Δῖα] Inſula eſt maris Aegaei, vna Cycladum, diſtans a Delo 17 M. paſſ. Aliis nominibus Naxos dicta, et Sicilia minor, et Dionyſias a vini fertilitate. *Auctor* Plin. 4, 12. *In hac Liber pater Ariadnen a Theſeo deſtitutam vxorem duxit: Qua de cauſa etiam Baccho ſacram eſſe volunt.* Ouid. de Arte Am. 1, 528 Qua breuis aequoreis Dia feritur aquis. *De aliis vel* Inſulis, *vel vrbibus Geographi.*

DIĂBĀTHRVM, i. n. [διάβαθρον] Genus ſolearum Graecanicarum, *ait* Feſtus. *Turnebus Muliebria calceamenta fuiſſe ſcribit Adverſ. 23, 17.* Naeu. *ap.* Varron. de L. L. 6, 3 Diabathra in pedibus habebat, erat amictus epicroco. *De homine dictum cultum muliebrem et molliorem gerente.*

DIABATHRARII, *qui* Diabathra *conficiunt.* Plaut. in Aul. 3, 5, 39 Sedentarii ſutores, diabathrarii, ſolearii. *Sic legunt etiam quidam* l. 1 C. de excuſat.

DIĂBĒTES, ētis. m. [διαβήτης] *Tranſitus.* ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν. *Vnde et pro Siphone vſurpatur.* Columel. 3, 10, 2 *de vite,* Naturali enim ſpiritu omne alimentum, virentis quaſi quaedam anima per medullam trunci veluti per ſiphonem, quem diabetem vocant mechanici, trahitur in ſummum. ¶ 2 *Medicis Graecis etiam* Diabetes *vocatur morbus renum, ſanguinem omnem in vrinam mutans, et ſic corpus breui exhauriens.* ¶ 3 *Proprie* Diabetes *Graecis circinus eſt, cuius ad gradus plures pauciores aperti ſpeciem habet Sipho.*

DIĂBŎLVS, i. m. *Eraſmo Delatorem, aut Calumniatorem ſignificat a verbo* διαβάλλειν, *quod eſt Deferre, Traducere, ſiue Infamem reddere. Hinc aduerſarium humano generi ſpiritum* Diabolum *appellat cum libris ſacris Eccleſia.* Nemo cum diabolo iocatur impune Chryſolog. Serm. 155.

DIABOLICVS, a, um. Adi. Ambroſ. Ep. 82. Paullin. Nol. Ep. 29 (*al.* 10) c. 11.

DIABRŌSIS, is. f. διάβρωσις, *i. Corroſio, qua exeſa parte aliqua ſanguis exit, nempe per rem acrem et mordacem. Vid.* Celſ. 4, 4, 5.

DIACATHAROTIA, *vid. ſtatim.*

DIACATOCHE, *ſ.* DIACATOCHIA, ae. f. [διακατοχή] *Bonorum poſſeſſio dicitur: et*

DIACATOCHVS, i. m. *Bonorum poſſeſſor. Reperitur haec dictio in lege* 7 Quicunque Codice, De omni agro deſert. *ſed corrupte:* Diacato-

catochiae *enim ibi legitur*, *pro* Diacatoches, *vel pro* Diacatochi. *Monuit Budaeus in annotationibus. Alciatus* DIACATHAROTIAN *malebat*, *i. purgandi agri facultatem. Sed* Diacatochian *retinet Cuiacius.*

DIACHETON, i. n. Spina alba eſt, magnitudine arboris modicae, flore roſae, cuius radix vnguentis expetitur, alias Dipſacos dicitur Plin. 24, 13.

DIACHYTON, i. n. [διαχυτὸν] Dulcis vini genus, quod fit, *vt* Plinius *auctor eſt*, vuis in ſole ſiccatis loco clauſo per dies ſeptem, in cratibus, totidem pedes a terra alte, noctibus a rore defenſis, octauo die calcatis. *Haec ille* 14, 9.

DIACODION, i. n. [διὰ κωδειῶν] Medicamentum, quod ex capitibus papaueris fit Plin. 20, 19 ſ. 79 *Sane* κώδεια *caput papaueris ſignificat. Add.* ib. c. 18 ſ. 76.

DIACŎLEA, ae. f. *Chamaemelum.* Apul. de Herb. c. 23.

DIACONVS, i. m. [διάκονος] *Miniſtrum ſignificat, a verbo* διακονέω, *Miniſtro. Quanquam et mulieribus olim ad miniſteria vtebantur, quae* Diaconiſſae *appellabantur. Vid.* Act. 6, 1. *Earum mentio quoque in* C. l. 9 de Epiſc. et Cler. *it.* Amm. Marcell. . . *vt et Ignat. Epiſt.* 9. *Talem* Phoeben *indicat* Apoſtolus Rom. 16, 1. *Vid. Capſ. Ziegl. de Diaconis et Diaconiſſis. Adde Car. du Freſne ad Alex. Comn. 15 ſ. 416 ſeq. et in Gloſſar. Med. Graec. p. 294 ſeq. vbi varii* Diaconorum Ordines *exhibentur. De* Cardinalibus Diaconis *adi Reineſ. de Palatio Later. p. 57 et 71.*

DIĀCO, ŏnis. m. *Alia flexione in* Epiſt. Ambroſ. ad Marcell. 33 *poſt pr.* Presbyteris et Diaconibus fratribus *inſcriptae* Epiſtolae Cypriani 5. 9. 18. 19. 20. *Ad* epiſtolam 9 *etiam* Diacones *obſeruat poſt Rigaltium Fellus. In antiqua editione Eraſmi 1520 fol. vbique* Diaconis *reperio.*

DIACONISSA, ae. f. *vid. ſupra.*

DIACONIVM, ii. n. DIACONATVM *aliqui vocant.* Sulp. Seuer. de vita Mart. c. 5. *item Sacrarium vbi ſacra continentur vaſa. Vid. Rhodig. 25, 23.*

DIACOPE, es. f. [διακοπὴ] *Interciſio, ſeparatio.* Diacope, *ſiue* Diaſtole, *apud* Iulianum Rufinianum p. 31 Figura eſt, quum inter duo eadem verba diuerſum ponitur aliquid medium, vt, Duc, age, duc ad nos.

DIACOPI, orum. m. [διάκοποι] *Vocabantur in aggeribus Meatus interciſi, ſiue Incilia hiantia, per quae Nilum transmittebant in arua remotiora, ſegetibus deſtinata.* Vlp. l. penult. D. de extraord. crimin. Commata etiam et Diacopi, qui in aggeribus fiunt.

DIACROMMYON, i. n. Apul. *a* κρόμμυον, *caepa.*

DIADAPHNĬDON, i. n. *Emplaſtrum*, quod quia lauri baccas habet, διὰ δαφνίδων appellatur. Celſ. 5, 19, 12 *et* 13.

DIADĒMA, ătis. n. [διάδημα, μίτρα] *Redimiculum, ornamentum capitis, regum inſigne.* Tacit. 6, 43 Surena patrio more Tiridatem inſigni regio euinxit. *Paullo poſt ſubdit*, Delectum capiendo diademati diem hunc concelebrauerant. *Surenae enim gentilibus ius erat, nouo regi primum diadema ponere. Reginae quoque eo inſigni ornabantur, vt docet Plutarch. in Lucullo p. 503 de Monima Mileſia, altera Xerxis vxore, cuius magna fama et honor apud Graecos. Haec Bayſius. Conf. Lipſ. ad* Tacit. Ann. 6, 37. Cic. Philipp. 2 c. 34 Diadema oſtendis: gemitus toto foro. vnde diadema? Martial. 8, 55 Cui diadema daret marmore picta Nomas. Generis diadema Claudian. de Nupt. Honor. 259. Regum diademata Stat. Silu. 3, 3, 51. Cic. Philipp. 2, 85 c. 34 Tu diadema Imponebas cum plangore populi: ille cum plauſu reiiciebat. Idem Philipp. 3, 12 Vt Collegae diadema imponeret. Diadema, *inquit Caelius 24, 6 erat Faſcia candida, quae regum capitibus obligabatur. Alexandrum Magnum legimus, quandoque ſibi diadema detraxiſſe vulneri obligando, quod in fronte acceperat Lyſimachus. Quam rem protendiſſe illi regnum ferunt, quod et mox ſit conſequutus. Faſciam fuiſſe ſatis oſtendit Pompeii hiſtoria* Valer. Maxim. 6, 2, 7 Candida faſcia crus alligatum habenti Fauonius, Non refert, *inquit*, qua in parte corporis ſit diadema; exigui panni cauillatione regias ei vires exprobrans. *Hinc et illud eſt* Ciceronis *de Pompeio, quem Epicratem vocat ad* Att. 2, 3 *pr.* Mihi caligae eius vt faſciae cretatae non placebant. Ammian. Marc. 17, 11 *de obtrectatoribus Pompeii*, Duo haec obſeruauerunt ludibrioſa et irrita, quod genuino quodam more caput digito vno ſcalpebat; quodque aliquamdiu tegendi vlceris cauſa deformis faſciola candida crus colligabat: quorum alterum factitare vt diſſolutum, alterum vt nouarum rerum cupidum adferebant, nihil intereſſe oblatrantes, argumento ſubfrigido, quam partem corporis redimiret regiae maieſtatis inſigni. Sueton. in Iulio c. 79 Quum ſacrificio Latinarum, reuertente eo, inter immodicas ac nouas populi acclamationes, quidam e turba ſtatuae eius coronam lauream candida faſcia, praeligatam impoſuiſſet, et Tribuni plebis Epidius Marullus, Caeſetiusque Flauus, coronae faſciam detrahi, hominemque duci in vincula iuſſiſſent: dolens ſeu parum proſpere motam regni mentionem, ſiue (vt ferebat) ereptam ſibi gloriam recuſandi, Tribunos grauiter increpitos poteſtate priuauit: neque ex eo infamiam affectati etiam regii nominis diſcutere valuit, quanquam et plebi regem ſe ſalutanti, Caeſarem ſe eſſe, non regem reſponderit: et Lupercalibus, pro Roſtris a Conſule Antonio admotum ſaepius capiti ſuo diadema repulerit, atque in Capitolium Ioui Optimo Maximo miſerit. *Hactenus* Sueton. Diadema regum inſigne primus inuenit Liber pater, *vt teſtatur* Plin. 7, 56. *Non vno modo ſe habuerunt veterum* regum diademata. *Vid. Briſſon. de Regno Perſ. 1 p. 32. et* Valeſ. *ad* Ammian. 21, 1 p. 286. *Lambin. ad* Nepot. 15 n. 126. Lipſ. *ad* Tac. Ann. 6. Magius Miſc. 3, 3. Caſaub. *ad* Sueton. Aug. 83. Gud. *ad* Phaedr. 5, 7. *Barth. ad* Stat. Theb. 2 p. 515. *De* Diadematis Auguſtorum *Spanhem. de Vſu et Praeſt. Num. Diſſ. 12 p. 385. De* Imperator. Byzantin. diadematibus, *ſiue* σκιαδίοις. *Vid. Goar. Obſeru. ad Codin. de Off. Aulae Conſt. c. 3 ſ. 47. Erat etiam* Diadema Poëtarum *et* Sacerdotum, *vt praeclare docet Cuperus in Conſecr. Homer. p. 107. 138.* ¶ 2 *Muliebri genere* ἀρχαϊκῶς *extulit* Pomponius in Satyra Diademam: *veluti* Laberius in Cancro, *qui* dogmam, Plaut. Milit. 2, 1, 70 Glaucomam. *eodem genere vſurpat* Apul. Met. 10 Caput ſtringebat diadema candida. *Vide Voſſ. Inſtitut. Orat. 5 p. 258.*

DIADĒMĀLIS, e. Adi. *Frontis, diadema geſtare ſolitae, epitheton.* Dracont. 2, 31 *in Nebuc.* Tum diademalem turparunt cornua frontem. Theodulfus 3, 15 Et diademali ſat dignam pondere frontem.

DIADEMĀTVS, a, um. Adi. [διαδημωτὸς] *Diademate ornatus: vt* Plin. 34, 8 Item Apollinem diadematum. ¶ 2 Diadematus, *Cognomen fuit* L. Caecilii Metelli, *eam ob cauſam ita appellatus, quod frontem ex vlcere diu ligauerit faſcia, quae* diadema *Graece dicitur, Auctor eſt in Coriolano Plutarchus. Vtrum nomen apud Latinum ſcriptorem exſtet hodie, non dixerim: in Metello nimirum. Nam de* Antonino Diadumeno Imperatore Lamprid. c. 4 Ferunt denique Diadematum puerum appellatum. *Conf.* DIADVMENVS.

DIADEMĂTĬCVS, a, um. Adi. *Vt*, Diadematicum forum, *ſcil. Piſaeum, in quo victoribus diademata et coronae tribuebantur. Sic certe Turneb. Aduerſ. 15, 5 legit locum* Liuii *(puto* Andronici*) apud* Non. 3, 104 Piſis diadematio foro praeſtatur virtuti laus, gelu ſed multo ocius verno tabeſcit.

DIADŎCHOS, i. m. [διάδοχος] Gemma beryllo ſimilis Plin. 37, 10.

DIADVMĔNVS, i. m. [διαδούμενος] *quaſi Vittatus, diadematusque: quo nomine dictus iuuenis quidam ſpecioſus, quem Polycletus ex aere expreſſit.* Plin. 34, 8 Polycletus Sicyonius Ageladis diſcipulus Diadumenum fecit molliter iuuenem, centum talentis nobilitatum. ¶ 2 Diadumenus, Caeſar filius Macrini Auguſti, naturali diademate inſignitus, *vt* Lampridius in vita c. 4 *tradit*, vnde et nomen habuit. *Dicitur etiam* Diadumenianus, Διαδουμενιανὸς *apud Herodian. 5, 4 extr. quaſi qui ante* Diadumenus *erat*, Diadumenianus *adoptione in Antoninorum familiam fieret, ſicut ex Aemilio Aemilianus, ex Octauio Octauianus poſt adoptionem. Vid. Caſaub. itemque Salmaſ. in l. c.*

DIAERĔSIS, is. f. [διαίρεσις] *Latine Diuiſio.* Cic. Att. 6, 1 Breue autem edictum eſt propter hanc meam διαίρεσιν, quod duobus generibus edicendum putaui, *etc.* Diaereſis, *Figura eſt Grammaticis, quum vna ſyllaba diuiditur in duas: vt*, Olli reſpondit rex Albaï longaï, *pro* Albae longae: et Aulaï in medio libabant pocula Bacchi, *pro* Aulae: et, Diues pictaï veſtis et auri, *pro Pictae.* Donatus. Auraï ſimplicis ignem Virgil. Aen. 6, 747.

DĪAETA, ae. f. [δίαιτα] *Viuendi modus ac lex.* Cic. Att. 4, 3 Diaeta curari incipio, chirurgiae taedet. *Sed hoc loci per metaphoram loquitur. De Clodio enim, qui in ſe et ſuos impetum fecerat, ſed fuerat repulſus, ſic ait:* Ipſe occidi potuit. ſed ego diaeta, *etc.* Ipſe inquam Clodius. *Senſus eſt: Inſtitui me tueri contra meos inimicos moderatione quadam: qua vtens, ſpero fore, vt huic malo dies quotidie magis medeatur, ſicuti ſolet diaeta non recte ſe habentibus. Ferro vt res agatur, minime volo. Ab aegrotantibus ſumta tralatio.* ¶ 2 *Locus, vbi habitamus, et vitam agimus: ſiue* coenatione vna *conſtet, ſiue cubiculis pluribus.* Sidon. 2, 2 Ex triclinio in diaetam ſiue coenatiunculam tranſitus. Vet. Gloſſ. τὸ ὑπερῷον. Suet. Claud. c. 10 In diaetam, cui nomen eſt Hermaeum, receſſerat. *Sic* Plin. Epiſt. 2, 17, 15 *eſt pars domus habitationi apta:* it. 7, 5, 1. *Et* 5, 6, 21 Eſt in hac diaeta cubiculum dormitorium. *Et* ſ. 31 Hac adeuntur diaetae duae, quarum in altera cubicula quatuor, altera tria. *Not. in his Plinii locis quidam libri habent* Zaeta *vel* Zeta: *de qua mutatione modo dictum in* DI. *Sic etiam eſt* Lamprid. in Elag. 30 *et* 31. Stat. Silu. 2, 2, 83 Vna tamen cunctis procul eminet, vna, diaetis, *in villae deſcriptione. Frequenter memorantur* diaetae *apud ICtos. V. g. de habitatione amoenitatis cauſa in hortis exſtructa* l. 43 §. 1 de Leg. I Si maritus diaetam in vxoris hortis, quos in dotem acceperat, fecerit. *Add.* l. 13 §. vlt. de Vſufr. et quemadmod. In intima parte domus, vel inter diaetas amoenas. *Sed* l. 41 §. 1 de Legat. III Fortunio liberto meo ex domu mea, quam libertis dedi, diaetam, in qua habitabam — concedi volo. Diaetae hypocauſtae Vlpian. l. 55 ff. §. 3 de Legatis III. L. 32 ff. de Donation. Vtaris ſuperioribus diaetis omnibus gratuito, *etc. Etiam in naui eſt* Diaeta Magiſtri Petron. 115 *vbi* Gloſſ. Cubile, in quo nauicularius quieſcit, item habitatio in hortis.

DIAETVLA, ae. f. Diminut. Plin. Epiſt. 5, 6, 38. *Sed. leg.* Zothecula.

DIAETARII, orum. m. [διαιτητικοί] *Miniſtri vocabantur diaetae ſeruientes, quorum meminit* Vlp. de fundo inſtructo l. 12 §. 42 Quaeſitum eſt. *Dicti et* Zetarii, Paul. Sentent. 3, 6, 58. *Vid. Pignor.* de Seruis p. 572 p. 487. *Sunt etiam in naui* Diaetarii l. 1 §. 3 ff. Naut. Caupon. Stab. *nempe a* diaeta magiſtri. Diaetarii Fures *a Iureconſultis dicuntur, qui in aliena coenacula furandi gratia ſe dirigebant, quos* Vlpian. *ſcribit* plus quam fures eſſe puniendos. Itaque aut ad tempus relegandos, aut in opus publicum dandos, aut fuſtibus caedendos. Tit. de extraord. crimin. l. Saccularii. *Haloander legit* Directarii, *et ſic Gothofred. Cui lectioni fauet verbum* Dirigunt.

DIAETETĬCA, ae. f. [διαιτητικὴ] Medicina dicitur, quae victu medetur, *teſte* Celſo 1 in prooemio, *nempe quae ex moderata victus ratione ſanitatem tuetur: vulgus Regimen vocat. Vtitur et* Scrib. 200. *Hinc dicti*

DIAETETICI, Scribon. 220.

DIAGLAVCION, i. n. Genus collyrii, ex Glaucio herba temperatum Scribon. 22. Plin. 27, 10.

DIAGONDAS, ae. m. *Nomen proprium viri.* Cic. de Legib. 2, 37 Diagondas Thebanus nocturna omnia (ſacra) in media Graecia lege perpetua ſuſtulit. *Sed* Ragondas *vid. leg. Meurſ. Attic. 3, 23.*

DIAGONIOS. Adi. [διαγώνιος] *Linea recta ab angulo parallelogrammi ad oppoſitum angulum, quae dicebatur etiam* Diagonalis, *vt dicit* Vitruu. 9, 1 Ergo quoniam id non explicatur numero in ea quadrato longo et lato pedes decem, quae fuerit linea ab angulo ad angulum diagonios perducatur, vti diuidatur in duo trigona aequa magnitudine, ſingula areae pedum quinquagenum, ad eius lineae diagonalis longitudinem locus quadratus paribus lateribus deſcribatur. Diagonios Stuctura Idem 6, 11. *Conf.* ANGVLARIS.

DIAGONICVS, a, um. Adi. *Idem ibidem.*

DIAGŎRAS, ae. m. [Διαγόρας] Melius *patria, Poëta item* Melicus: *Democriti auditor, Vocatus eſt* ἄθεος, *quod nullos deos eſſe putaret. Sic praeterea myſteria contemſit, vt etiam ea ſectantes auerteret. Quare ab Athenienſibus pulſus eſt, qui talentum polliciti ſunt iis, qui eum interfeciſſent. Vid. de illo* Cic. de N. D. 1 *pr. it.* c. 23. *et* 3 c. 37. *In aliis huius nominis nobilis eſt* ¶ 2 Diagoras Rhodius gaudio exanimatus, *de quo* Gell. 15, 3. *et* Cic. Tuſc. 1, 111 c. 46.

DIAGRAMMA, ătis. n. [διάγραμμα] *Deſcriptio, deformatio, ea praeſertim, quae fit per lineas ſ.* γραμμάς. *Vtitur* Vitruu. 5, 4 *de ea, quam hodie* Scalam muſicam *vocant.* Idem Vitruu. 6, 1 Vti in diagrammate muſico medianae vocis habent ſonitum. *Sic* Deformationes grammicae 3 Pro.

DIAGRAPHĬCE, es. f. Plin. 35, 10 ſ. 36, 8 de Pamphilo, Et huius auctoritate effectum eſt Sicyone primum, deinde et in tota Graecia, vt pueri ingenui ante omnia diagraphicen, hoc eſt picturam in buxo docerentur, recipereturque ars ea in primum gradum liberalium. *Sed Hard. ex* MS. Graphicen.

DIALECTĬCA, ae. ſiue DIALECTICE, es. f. [διαλεκτική] *Ars bene diſſerendi, ἀπὸ τῦ διαλέγομαι, quod eſt Diſſero et Diſputo.* Cic. in Topic. 6 c. 2 *de Stoicis*, Iudicandi enim vias diligenter perſecuti ſunt, ea ſcientia, quam dialecticen appellant. *Vid.* Cic. de Orat. 2, 157. Dialectica, veri et falſi quaſi diſceptatrix et iudex Cic. Acad. 4 c. 28 ſ. 91. Dialectica, quaſi contracta et adſtricta eloquentia putanda eſt: ſine qua etiam tu, Brute, iudicaſti te illam iuſtam eloquentiam, quam dialecticam dilatatam eſſe putant, conſequi non poſſe Cic. de Clar. Orat. 309. *Conf.* de Fin. 2, 17 c. 6. *it.* Orat. c. 32. Dialectica infantiae garrula diſciplina Auctor ad Heren. 2 c. 11. Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium eſt, in iudicandis nimium loquax Cic. de Orat. 2, 32. Dialectica habet rationem, ne cui falſo aſſentiamur, neue vnquam captioſa probabilitate fallamur. *Et paullo poſt de eadem,* Nam ſine hac arte quemuis arbitramur a vero abduci, fallique poſſe Cic. de Fin. 3, 72. Dialectica primo progreſſu feſtiue tradit elementa loquendi, et ambiguorum intelligentiam, concludendique rationem: tum paucis additis venit ad Soritas, lubricum ſane et periculoſum locum Cic. Acad. 4, 92.

DIALECTICA, ōrum. pl. n. [τὰ διαλεκτικά] Cic. Att. 14, 12 Accubans apud Veſtorium hominem remotum a dialecticis, in arithmeticis ſatis exercitatum. In dialecticis omnem curam conſumere Cic. de Clar. Orat. 119. *Add.* de Fin. 3 c. 12.

DIALECTICE. Adu. [διαλεκτικῶς] *Vt,* Dialectice dicere Cic. Acad. 1, 8. Dialectice diſputare Idem de Fin. 2 c. 6. Probare dialectice Quinctil. 1, 10.

DIALECTĬCVS, i. m. [διαλεκτικός] *Qui dialecticam tenet.* Cic. in Orat. 32 Diſputandi ratio et loquendi Dialecticorum ſit: Oratorum autem, dicendi et ornandi. *Conf.* Sidon. Ep. 4, 11 Carm. v. 8. Dialectici *auctori* ad Herennium 2, 16 *non alii ſunt quam Stoici, vt et alias ſaepe apud* Ciceronem: *Nam quod diligentiſſime rationem diſputandi callebant, nomen vniuerſum proprium ſuumque effecerant. Ita autem ibi,* Vehementer pertinere cognitionem amphibologiarum eam, quae a dialecticis profertur, *etc.* Turn. 20, 20. Acumen dialecticorum Cic. de Orat. 1, 127. Mina merces dialecticorum Cic. Acad. 4, 98. Quid ſit verum aut falſum, dialecticus iudicabit Id. ibid. 4, . . Ad dialecticum deferendae ſunt ſortes ambiguae Cic. de Diuin. 2, 115.

DIALECTICVS, a, um. Adi. [διαλεκτικός] *Quod ad dialecticam pertinet. Vt,* Captiones dialecticae Cic. de Fin. 2, 17 c. 6. Diſputationes dialecticae Quinctil. 5, 14.

DIALECTVS, i. f. *Idioma ſermonis apud diuerſos diuerſum, quia vnaquaeque Lingua aliquid peculiare habet.* Lingua, *ſi velimus accurate diſtinguere, eſt Modus loquendi diuerſarum gentium.* Dialectus *vero Modus loquendi in diuerſis prouinciis vnius gentis vna Lingua vtentis. Sic apud Graecos alia* Dialectus *eſt* Attica, *alia* Ionica, *alia* Dorica, *alia* Aeolica, *alia* communis. Sueton. Tib. c. 56 Zenonem quendam exquiſitius ſermocinantem quum interrogaſſet, Quaenam illa tam moleſta dialectus eſſet? et ille reſpondiſſet, Doridem: relegauit Cinariam: exiſtimans, exprobratum ſibi veterem ſeceſſum, quod Dorice Rhodii loquantur.

DIALEVCON, i. n. [διάλευκον] *Croci ſatiui genus, in medio candidum, vnde et nomen accepit.* Plin. 21, 6 Eſt et per ſe genus ſatiui blandiſſimum: vulgo, quum ſit medio candidum, dialeucon vocant.

DIALIBANON, i. n. *Herba.* Oct. Horat. 1, 10.

DIALION, i. n. *Herba, al. Heliotropion.* Apul. de Herb. c. 49.

DIĀLIS, e. Adi. *quaſi Iouialis.* ἀπὸ τῦ Διὸς, *quod Iouem ſignificat. Vt,* Dialis flamen Liu. 5, 52. Vell. 2, 43, 1. Gell. 10, 15. Flaminium Suet. Aug. c. 31. Sacerdos Id. Domit. 4. *Et* Apex dialis Liu. 6, 41. *Add.* 26, 23. 27, 8. *Vid.* Gell. 10, 15. Tacit. 4, 16 Sed lata lex, qua Flaminica Dialis ſacrorum cauſa in poteſtate viri, caetera promiſcuo feminarum iure ageret. *Vid. etiam* An. 3, 58. Neptuni Dialem *prae ſe ferre videtur* Inſcriptio *vetus apud* Reineſ. 1, 97 *qui tamen, p. 137 coniunctim legi vult* NEPTVNIDIALIS, *vel* Neptunialis. *Conf.* Dialis *ſub* DIES.

DIALIA, ium. n. *dicebantur ſacra a flamine Diali peragenda* Tacit. Ann. 3, 58, 3 Saepe Pontifices dialia ſacra feciſſe, ſi flamen valetudine aut munere publico impediretur.

DIALIS, e. *Vid.* DIES.

DIALLĀGE, es. f. [διαλλαγή] Conciliatio *a noſtris transfertur.* Conſummatio Fabio 9, 2, 103 *cui* Figura eſt, quum plura argumenta ad vnum effectum deducuntur. *Add.* 9, 3, 49 *vbi ad eas figuras refert, quibus* non verba modo, ſed ſenſus idem facientes aceruantur. *Videndus eſt totus locus.*

DIALŎGVS, i. m. [διάλογος] *Latine Diſputatio: a* διαλέγομαι, *quod eſt Diſputo. Oratio eſt, in qua diſputantes introducuntur, quotquot auctori libuerit. De ſermone familiari, nec ſine ioco,* Cic. Att. 13, 15 Feliciter velim, inquam, teque laudo. Sed quando? Nihil ad me inquit, de tempore: quoniam rem probo. At ego, inquam, cenſeo prius, quam proficiſceris, ita patri quoque morem geſſeris. Faciam, inquit, vt cenſes. Hic dialogus ſic concluſus eſt. Sed heus tu, *etc.* Scripſi tres libros in diſputatione et dialogo Cic. Fam. 1, 9. Includere in dialogos Cic. Att. 13, 40. Quinctil. 5, 7, 28 *vbi de interrogatione iudiciali,* Si quod tamen exemplum ad imitationem demonſtrandum ſit, ſolum eſt, quod ex Dialogis Socraticorum, maximeque Platonis, duci poteſt: in quibus adeo ſcitae ſunt interrogationes, vt cum pleriſque bene reſpondeatur, res tamen ad id, quod volunt efficere, perueniat. *Conf.* 5, 14, 27. Id. 9, 2, 31 Sermones hominum aſſimulatos dicere διαλόγȣς malunt, quam, quod Latinorum quidam dixerunt, ſermocinationem. *Proprium Philoſophorum* Dialogum *fuiſſe Lucianus auctor eſt in Bis accuſato. Sic* Apul. Florid. 2, . . . *Vid. et Scalig. Poët. 1, 3. De artificio eorum Himerius apud Photium, et Sturmius Part. Dialect. 4, 18 agunt. Eſt praeclarus liber de Dialogo a Car. Sigonio erudite et eleganter ſcriptus editusque, ex quo* Dialogorum *ratio hauriri egregie poteſt. Phauorinus apud Diog. Laert. in vita Platonis ſ. 48 auctor eſt, Platonem primum introduxiſſe* Dialogos. *Quod ita intelligendum eſt, non quod ante Platonem nulli omnino* Dialogi *fuerint, ſed rudibus et impolitis elegantiam ille primus ac perfectionem addidit. Vid. Athenaeum 11, 15.*

DIALOGISMVS, i. m. [διαλογισμός] *A Rufiniano refertur inter ſchemata* διανοίας, quum ſcilicet Quis ſecum rem aliquam voluntans, tanquam cum altero colloquens, interrogat et reſpondet. *Exemplum inſigne eſt illud* Ter. Eun. 1, 1, 2 Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem, quum accerſor vltro? an potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias? Excluſit, reuocat: redeam? non, ſi me obſecret.

DIALOGISTA, ae. m. [διαλογιστής] *Qui artem diſſerendi, vſumque optime callet. Sic enim in* Auidieno Caſſio c. 3 Vulcatius *ſcribit:* Non deerant, qui illum Catilinam vocarent, quum ita ſe appellari gauderet: addebat, Se futurum Sergium, ſi dialogiſtam occidiſſet, Antoninum philoſophum ſignificans.

DIALVTENSIS, e. Adi. Plin. 9, 37 ſ. 61 Eſt longe optimum purpuris dialutenſe, id eſt vario ſoli genere paſtum. *Sic etiam Hard. qui probat coniecturam Dalecampii, eſſe ex* διάλυτον *diſſolutum. Salmaſius emendabat* Dislocenſe.

DIALȲSIS, is. f. [διάλυσις] *Latine Diſſolutio dicitur. Eſt etiam Figura, de qua in* DIALYTON.

DIALȲTON, i. n. [διάλυτον] Dici poteſt Diſſolutum. Figura eſt contraria Polyſyndeto, carens coniunctionibus; *vt* Ferte citi flammas, date tela, impellite remos. Donatus. *Dicitur et Aſyndeton.*

DIAMASTIGOSIS, is. f. [διαμαστίγωσις] *Sollemnitas fuit maxima apud Lacedaemonios.* Tertullianus ad Martyres c. 4 Nam quae hodie apud Lacedaemonios ſollemnitas maxima eſt Diamaſtigoſis, id eſt flagellatio, non latet. In quo ſacro ante aram nobiles quique adoleſcentes flagellis affliguntur, adſtantibus parentibus et propinquis, et vti perſeuerent adhortantibus. *Add.* Tertull. Apol. 50 Certe Laconum flagella ſub oculis etiam hortantium propinquorum acerbata. *De hac etiam Philoſtratus in vita Apoll. et Nazianz. Greg. et Lucian. in Anacharſi.*

DIAMĒTER, *vel* DIAMĒTRVS, i. f. [διάμετρος] *Eſt Recta linea per centrum inſcripta, figuramque ex aequo ſecans. Latini* Dimetientem *vocant.* Macrob. in Somn. Scip. 1, 20 Haec linea quae orbem ſic *(vt per centrum)* tranſeat, aequaliter diuidit, Diametros nuncupatur. Item omnis Diametros cuiuscunque orbis, triplicata, cum adiectione ſeptimae partis ſuae menſuram facit circuli, quo orbis includitur *etc. Hoc ita eloquitur* Plin. 2, 23 ſ. 21 Quantas dimetiens habet ſeptimas, tantas habere circulum duo et viceſimas. Columel. 5, 2, 7 Eſto area rotunda, cuius diametros habeat pedes ſeptuaginta.

DIAMETER, tra, trum. Adi. Firmic. 4, 1 Si iſtum Lunae curſum, Mars vel Saturnus quadrata, ſeu diametra radiatione reſpexerit. *Sic alibi frequenter.*

DIAMORON, i. n. [διαμόρων] *Medicamentum ſτομαχικὸν, i. ori gratum, quod mororum ſuccum recipit. Auctor Galen. 1 de Alimen. Facult.* Pallad. Septemb. tit. 16 *lemma eſt,* De Diamoro, *tum,* Succum mori agreſtis paullulum facies deferuere. *Vid.* Oct. Horatian. 1, 15.

DIĀNA, ae. f. [Ἄρτεμις] *a* Διὸς, *quaſi* Iouiana, *Iouis filia ex Latona, quae et* Luna, *in Caelo et apud inferos* Hecate. Diuiana Varroni de L. L. 4 p. 19. *i.* Dia *vel* Diua Iana. *Vid. Scal. de Emend* temp. lib. 2 p. 174. *Nempe* Iana luna *eſt. Hinc* Deia, Deiua *ſ.* Diua *aut* Dia *adeo* Iana. *(Vid.* IANA.*) Ex illa varietate deriuationis eſt, quod prima interdum producitur, vt* Virg. Aen. 1, 503 Qualis — Exercet Diana choros. *Plures* Dianas *fuiſſe* Cic. de N. D. 3, 58 c. 23 *ſcribit.* Prima Iouis et Proſerpinae, quae pinnatum cupidinem genuiſſe dicitur: ſecunda notior, quam Ioue tertio et Latona natam accepimus: tertiae pater Vpis traditur, Glauce mater. Eam Graeci ſaepe Vpin paterno nomine appellant. *Sed illa nominatiſſima eſt, quae eodem partu cum Apolline ex Ioue et Latona nata eſt. Haec ob virginitatis amorem fertur hominum conſortia fugiſſe, et vt a ſe libidinis pruritum amoueret, venando ſiluas incolebat, paucarum virginum comitatu contenta. Arcum ferebat et pharetram, ſuccincta ſemper incedens, et cothurno induta; ob hanc cauſam ſiluarum et nemorum dea putabatur. Vid.* Seruius *locis plurimis, quae Maſuicianus index facile ſuppeditabit. Spanhemius praeſertim ad Callimachum etc.* Cic. de N. D. 2, 68 c. 27 Itaque vt apud Graecos Dianam, eamque Luciferam, ſic apud noſtros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant, quae eadem Diana Omniuaga *(al.* Annivaga) dicitur, non a Venando, ſed quod in ſeptem *(ſtellis planetis)* numeratur tanquam vagantibus. Diana dicta, quia Noctu quaſi diem efficeret. Adhibetur autem ad partus, quod ii matureſcunt aut ſeptem nonnunquam, aut vt plerumque nouem lunae curſibus, qui quia menſa ſpatia conficiunt, Menſes nominantur *etc. De eadem Idem in* Arato, Vt quondam Orion manibus violaſſe Dianam Dicitur, *etc. De ſimulacro Dianae:* Cic. Verr. 2, 71 Fuit apud Segeſtanos ex aere ſimulacrum Dianae, tum ſumma atque antiquiſſima praeditum religione, *etc. De ſpeculo Dianae* Seru. *ad* Aen. 7, 515. Alphernia Diana, Amaruſia, *vid ſſ. ll.* Anniuaga *modo memorata ex* Cic. de N. D. 2, 68 c. 27. Aricina *vid.* Seru. *ad* Aen. 6, 136. Armata Stat. Theb. 9, 604. Caryatis Seru. *ad* Aen. Ecl. 8, 30. Clara Valer. Argon. 3, 645. Dictynna *vid. ſ. l.* Faſcelis, quod ſignum illius lignorum faſce abſconditum ab Oreſte Ariciam delatum eſt Seru. *ad* Aen. 2, 116. Iaculatrix Ouid. Faſt. 2, 155. Idem Epiſt. 4, 87 Quid iuuat incinctae ſtudia exercere Dianae? Inferna, *i. Hecate* Valer. Argon. 5, 238. Integra, *h. e. Incorrupta, caſta:* Hor. Od. 3, 4, 70

Teſtis mearum centimanus Gyas
Sententiarum, notus et integrae
Tentatur Orion Dianae
Virginea domitus ſagitta.

Tacit. Ann. 4, 43 Auditae dehinc Lacedaemoniorum et Meſſeniorum legationes de iure templi Dianae Limnetidis. Lucifera, *i. Luna* Valer. Argon. 7, 179 *vulg.* Laerifera. Lucina Virg. Ecl. 4, 10 Caſta faue, Lucina, tuus iam regnat Apollo. Ouid. Met. 15, 196 Nec par, aut eadem nocturnae forma Dianae Eſſe poteſt vnquam. Omniuaga, *vid.* OMNIVAGVS. Orthia, *vid. ſ. l.* Tria virginis ora Dianae Virg. Aen. 4, 511. *Alludit ad tria nomina Dianae.* Siluarum potens Hor. in Carm. ſaecul. 1. Ouid. Met. 14, 331 Quaeque colunt Scythicae ſtagnum nemorale Dianae. Succincta Ouid. Amor. 3, 2, 31. Taurica *vid.* Seru. *ad* Aen. 6, 136. Torva Ouid. Met. 6, . . Verecunda Ouid. in Ibin 481. *Vid.* Apul. Met. 11 *pr. vbi Lunae omnium Dearum nomina et poteſtates aſſignantur.*

DIANĪVS, a, um. Adi. *Quod eſt Dianae.* Ouid. Faſt. 5, 141

Exagitant et Lar, et turba Diania fures,
Peruigilantque Lares, peruigilantque canes.

Turbam Dianiam *appellat canes Dianae dicatos, vtpote quibus vtitur Diana venatrix. Sic* Feſto Dianus locus Dianae ſacratus. *Sed monuit Scaliger, legendum* Dianium. *Sic* Liu. 1, 48 Ad ſummum Cyprium vicum, vbi Dianium nuper fuit.

DIANARIA, ae. f. Herba. Vegetius in Mulomedicina 2, 6, 7 Dianaria radix, quam Artemiſiam dicimus. Add. 3, 33, 4.

DIANOEA, ae. f. [διάνοια] Mens, ſiue Intellectus, vel Senſus, vel Sententia. Vid. Quinctil. 9, 1, 7 vbi figuras διανοίας declarat.

DIANŎME, es. f. [διανομὴ] i. Diuiſio, Portio cuique diſtributa, largitio, qua populum demereri ſtudent diuites. Hanc vocem Caſaubonus reſtituit in Plin. Epiſt. 10, 117 et 118. olim leg. Diamone.

DIAPASMA, atis. n. [διάπασμα] Quaſi tu dicas Inſpergimen, quo ad ſudores coërcendos vtuntur: cuiusmodi ſunt quae ſiccis odoribus conſtant. a verbo διαπάσσω, quod eſt inſpergo. Plin. 21, 19 Diapaſmata inde fiunt ad ſudores coërcendos. de roſis aridis et expreſſis loquitur. Martial. 1, 88 Quid quod olet grauius miſtum diapaſmate virus? Plin. 13, 2 Siccis odoribus conſtant, quae diapaſmata vocantur.

DIAPĀSON. n. indecl. [διὰ πασῶν] Muſicae artis ſymphonia, conſtans ex Quinque tonis et duobus ſemitonis, i. ex Diapente et Diateſſaron, Octauam vocant hodie. Plin. 2, 22 Pythagoras ex muſica ratione appellat tonum, quantum abſit a terra Luna: ab ea ad Mercurium, ſpatii eius dimidium: et ab eo ad Venerem, fere tantundem: a qua ad Solem ſesquiplum: a Sole ad Martem tonum; id eſt quantum ad Lunam a terra: ab eo vsque ad Iouem dimidium, et ab eo ad Saturnum dimidium, et inde ſesquiplum ad Signiferum: ita ſeptem tonos effici, quam Diapaſon harmoniam vocant, hoc eſt vniuerſitatem concentus. Conf. Macrob. ad Somn. Scip. 1, 6. et 2, 1. it. Martianus Capella 9 p. 316 et 322. itemque Auct. Fragm. ap. Cenſorin. c. 12.

DIAPENTE. n. indecl. [διὰ πέντε] quaſi De quinque. Symphoniae muſicae genus, vt διὰ τεσσάρων, διὰ πασῶν. Symphonia quinaria dicitur Mart. Capellae 9 p. 316. v. v. Add. Macrob. Somn. Scip. 1, 6. et 2, 1.

DIAPHANES, [Διαφανὴς] Fluuius eſt Ciliciae, ea in parte, qua Syriae contermina eſt: ita dictus ab aquae perſpicuitate. Vid. Plin. 5, 27.

DIAPHŎRA, ae. f. [διαφορὰ] Latine Differentia. Schema eſt Oratoribus, quum verbum iteratum Aliam ſententiam ſignificat ac ſignificauit Primo dictum. i. Huiusmodi, In vniuerſum mulierem quid potius dicam, aut verius quam mulierem? Rutilius Lupus.

DIAPHŎRESIS, is, ios, eos. f. [διαφόρησις] Digeſtio, Diſtractio, Euaporatio ſiue Euacuatio, quae fit per poros. Vid. Th. Priſc. de Diaet. c. 14. Eo ſenſu ipſe Cic. Fam. 16, 18 Tibi διαφόρησιν gaudeo profuiſſe: i. ſudorem, transſpirationem certe copioſiorem, forte ex motu, deambulatione, geſtatione. Sic ex Galeno Victorius, a quo diſcedi non debuit. Eſt etiam Defectio et diſſolutio virium. Cael. Aurel. Acut. 1, 15, 143 Denique Defectio atque Diaphoreſis ſequitur eos, qui incongrue geſtatione fuerint moti.

DIAPHŎRĒTĬCA Medicamenta, [διαφορητικὰ φάρμακα] a Diaphoreſi, quam explicauimus, dicta, per halitum et transſpirationem digerentia ac diſſoluentia, ac ſudorifera adeo. Sic Remedia diaphoretica, i. Sudorem mouentia Th. Priſc. 10 et 15. Diaphoretica ſolutio Cael. Aurel. 1, 17, 166. Idem 2, 10, 74. Macer. 4, 19, 14.

DIAPHRAGMA, ătis. n. [διάφραγμα] Omne medium: a Verbo διαφράττω, quod eſt diſtinguo et ſeparo. Vnde a medicis ſumitur, pro parte illa corporis, partim membranoſa, partim muſculoſa, quae ſuperiora viſcera, nempe cor et pulmones, ab inferioribus diſtinguit ac ſeparat. Celſ. 1 Prooem. Simulatque vero ferrum ad praecordia acceſſit et diſciſſum transuerſum ſeptum eſt, quod membrana quadam ſuperiores partes ab inferioribus diducit (διάφραγμα Graeci vocant) hominem protinus animam amittere. Et 4, 1 At ſub corde atque pulmone transuerſum ex valida membrana ſeptum eſt etc.

DIAPONTIVS, a, um. Adi. [διαπόντιος] Qui per pontum ſiue mare tranſit. Plaut. Moſtel. 2, 2, 66 Ego transmarinus hoſpes ſum diapontius.

DIAPORĒSIS, is, ios, eos. f. [διαπόρησις] Latine Addubitatio dicitur. Figura eſt, qua vtimur, quum propter res aliquas volumus videri dubitare, quo potiſſimum genere orationis vtamur. Quale eſt Cic. pro Cluent. Prooem. . . . Equidem quo me vertam, Iudices, neſcio. negem fuiſſe illam rem, etc. Vocant etiam ἀπορίαν. Vtitur Mart. Capell. 5 p. 171.

DIAPSALMA, ătis. n. [διάψαλμα] Commutatio rhythmi, aut Viciſſitudo canendi, vt quidam volunt. Alii Pauſationem ſpiritus interpretantur: alii Alterius ſenſus exordium: alii Rhythmi diſtinctionem: alii vero Cuiusdam muſicae varietatis ſilentium. Auctor Hieronym. in Epiſt. ad Marcell. cuius initium, Quae acceperis, etc. 138. Meminit Cael. Rhodig. 15, 20. item Iſidor. 6, 19.

DIARIVM, ii. n. [ἐφημερὶς] Victus diurnus, vel Praemium laboris diurni. Martial. 11 vlt. Sed Lupus vſuram, puerique diaria poſcunt. Hor. Epiſt. 1, 14 Cum ſeruis vrbana diaria rodere mauis. Vid. Torrent. et Pignor. de Seruis p. 160. Caeſar celeritatem militum incitat diariis Cic. Att. 8, 14. i. maioribus per dies ſtipendiis: vid. Manut. et Graeu. Diarium, dicitur Graece Ephemeris: vulgo Regiſtrum vocatur, nimirum Liber, quo res quotidianae continentur. Gell. 5, 18. Vid. COMMENTARIVS.

DIARRHOEA, ae. f. [διάῤῥοια] Fluxus et incontinentia alui. Cic. Fam. 7, 26 In coena augurali apud Lentulum tanta me διάῤῥοια arripuit, vt hodie primum videatur coepiſſe conſiſtere.

DIARRHOICVS, a, um. Adi. apud Th. Priſc. . . .

DIARRHYTON, i. n. [διάῤῥυτον] Graecis ſignificat Aquoſum, paluſtre: quo cognomine etiam Hipponem, Africae Zeugitanae oppidum ab Hippone regio (quod oppidum eſt Numidiae) diſtinxerunt: quos et Romani imitati, Hipponem dilutum vocauerunt. Sic pro dirutum apud Plin. 5, 4 legi volebat Hermolaus.

DIAS, ădis. f. [δίας, a δὶς, bis] Numerus binarius, vt Monas eſt Vnitas, ita Dias Dualitas apud Mart. Capell. 6 p. 228. et 7 p. 238. Videtur tamen legendum Dyas.

DIASMYRNES, apud Scribon. 26 collyrii genus, ex myrrha quae σμύρνα eſt.

DIASTĒMA, ătis. n. [διάστημα] A Graecis dicitur pro Spatio, intercapedine, ſeu interuallo. Vtitur hac voce Sidonius Apollinaris, qui tamen in hoc falſus eſt, quod penult. ſyllabam corripuerit, quae apud Graecos per η longam Vocalem ſcribitur, Carm. 15, 64 Sic placidam Paphien ſeruare diaſtema quintum. Id. Epiſt. 8, 11 Quia videlicet amici naſcentis anno quemcunque clementem planeticorum ſiderum globum in diaſtemate Zodiaco proſper ortus erexerat. Sic interualla muſica diaſtemata vocantur. Fulg. Mythol. 3, 9 Habet igitur muſica partes ſeptem, id eſt genera, diaſtemata, ſyſtemata etc. Et c. 10 In muſicis aliud eſt harmonia phthongorum, ſyſtematum et diaſtematum, aliud effectus tonorum virtusque verborum. Nempe, vt ait Martian. Cap. 9 p. 321 Diaſtema eſt vocis ſpatium, quo acuta et grauior includitur etc. Sic Pythagoras prodit hunc mundum habere interualla muſicis diaſtematis congrua Cenſorin. c. 13. Add. ib. c. 10. Iſid. Or. 2, 19. Claudian. de ſtatu animae 1, 25.

DIASTŎLE, es. f. [διαστολὴ] Diſtinctio. Figura, quum vna dictio vel ſententia ab alia diſtinguitur: vel quum breuis Syllaba producitur. Diaſtolen cordis et arteriarum vocant Medici, quum dilatantur cor et arteriae in longum, latum et profundum: quemadmodum etiam ſyſtolen vocant, quum contrahuntur: quae duo ſimul pulſum efficiunt.

DIASTYLVS, i. c. [διάστυλος] Quum trium columnarum craſſitudinem intercolumnio interponere poſſumus Vitruu. 3, 2. Vid. Bald. p. 38.

DIASYRMOS, i. m. [διασυρμὸς] Traductio vel Irriſio dicitur, vt apud Cic. Diu. in Verr. 57 c. 17 Eſt adhuc (id quod vos omnes admirari video) non Verres, ſed Quintus Mucius. Vid. Mart. Capell. 5 p. 172.

DIASYRTĬCVS, a, um. Adi. a διασύρω, Diſtraho, conuicior. Spartian. Carac. c. 10 Diaſyrticum quiddam in eum dictum, irriſorium, ad traducendum valens.

DIATESSARON, n. indecl. [διὰ τεσσάρων] De quatuor: quia quatuor voces habet. Eſt autem Diateſſaron auctore Macrob. Somn. Scip. 1, 6. et 2, 1 Muſicae menſura, conſtans duobus tonis, et ſemitono minore. Vid. Vitruu. 5, 4. Martian. Cap. 9 p. 316. it. p. 322 etc.

DIATHĒCA, ae. f. [διαθήκη] et vt volunt DIATHECA, orum. pro Teſtamento ponitur, vel Hereditate, quae teſtamento obuenit. Martial. 12, 71 O quantum diatheca valent, et quinque comati, Tunc quum pauper erat, non ſitiebat Aper. Al. Diatreta. ſed alii Diatecta, vid. Turneb. Aduerſ. 27, 31. Obſerua, non neceſſario pluralis numeri eſſe Diatheca: poteſt enim valent trahi ad ſequens comati.

DIATHĔSIS, is, ios, eos. f. Diſpoſitio. Talis in architectura, rerum apta collocatio, vt definit Vitruu. 1, 2.

DIATHYRON. i. n. [διάθυρον] Obicem ſignificat transuerſarium ductilem, aut verſatilem, i. Repagulum e materia compactum, quod et vehicula et equos a veſtibulo aedium arcet. Vſus eſt hoc verbo Vitruu. 6, 10. Vid. Bud. in Annotat. et Bald. Lex. p. 38.

DIATONI Lapides, vid. in FRONTANI, et Vitruu. 2, 4.

DIATONVS, a, um. Adi. Muſicis proprium, apud quos Diatonon genus modulandi (διάτονον) tonis copioſum — quo nunc maxime vtimur, ait Martian. Capell. 9 p. 323 vbi vid. Add. p. 319. it. Vitruu. 5, 4. et Macrob. Somn. Scip. 2, 4. Vid. ENARMONIOS.

DIATŎRVS, a, um. Adi. Penetrans. Vitruu. 2, 8 Lateres vtraque parte frontati, quos Diatoros appellant. Sunt Codices qui legunt Diatonos. Vid. Bald. in Lex. Vitr. p. 39.

DIATRĒTVM, i. n. [διάτρητον] Foratile, pertuſum, tornatile, aut torno factum ſignificat: a verbo διατρέω. Sunt igitur calices diatreti caelati, et tornatiles, quae Toreumata verbo Graeco dicuntur. Tribuitur a quibusdam Martiali 12, 71 O quantum diatreta valent, et quinque comati: Tunc quum pauper erat, non ſitiebat Aper. Sed al. Diatheca. Vlpian. ad Leg. Aquil. l. ſi ſeruus, Si calicem diatretum faciendum dediſti, ſi quidem imperitia fregit, damni iniuria tenebitur.

DIATRETARIVS, ii. m. [Διατρητοποιῶν] Caelator, qui tornata opera perficit. Eius mentio fit in l. 1 de excuſ. artif. lib. 10 Cod.

DIATRĪBA, ae. vel DIATRIBE, es. f. [διατριβὴ] Moram vel commorationem in quacunque re ſignificat. Tum locum vbi aliquis moratur. Pro ſchola ſ. auditorio adhibuit Gell. 1, 26 Interrogaui in diatriba Taurum, an ſapiens iraſceretur? Dabat enim ſaepe poſt quotidianas lectiones quaerendi quod quis vellet poteſtatem. Et 17, 20 Heus, inquit, tu rhetoriſta, ſic enim me in principio recens in diatribam acceptum appellitabat. Et 18, 13 Sophiſma a quodam dialectico ex Platonis diatriba per contumeliam propoſitum. Penultimam corripi veriſimilius eſt, et a Futuro vel Aoriſto 2 deſcendere, vt τρίβος et alia. Vid. Panciroll. de Magiſtr. Munic. c. 22. et Rhod. Antiq. Lect. 30, 20.

DIATRITOS, i. f. Tertium diem Graeci diatriton vocauerunt C. Aurel. Tard. 1, 3, 57. Conf. ib. 2, 1, 21. Reineſ. Var. Lect. p. 434.

DIATRITAEVS, a, um. Adi. Diatritaeum tempus C. Aurel. Acut. 1, 3, 35.

DIATVREI. [διαιτουροί] Cuſtodes nauis ſunt, qui non pretio conducti, ſed ſolo victu nauem cuſtodiebant. Vox eſt compoſita ἀπὸ τῆς διαίτης, victus, i. καὶ οὖρος, quod cuſtodem notat Alciat. in l. 1 D. naut. caup. ſtab.

DIATYPŌSIS, is, ios, eos. f. [διατύπωσις] Rhetoribus Schema eſt vbi rebus delectis, perſonarum et formas ipſas, et habitus deſcribimus et exprimimus. Auctor Roman. Aquil. de figuris. Mart. Capell. 5 p. 172.

DIAVLVS, i. m. [δίαυλος] Spatium duorum ſtadiorum. Stadium enim, vt Hieronymo placet, pedes in longitudinem ſexcentos habet, diaulus mille ducentos, milliarium ſtadia octo, dolichus ſtadia duodecim. Vitruu. 5, 2 In palaeſtris periſtylia quadrata, ſiue oblonga ita ſunt facienda, vti duorum ſtadiorum habeant ambulationis circuitum, quam Graeci vocant δίαυλον. ¶ 2 Item Diaulus, de quo Martial. 1, 31 Chirurgus fuerat, nunc eſt veſpillo Diaulus.

DIAVLAN vocat Apul. de Herb. c. 93 Nepetam montanam.

DIAXYLON, i. n. Aſpalathus in Dioſc. Suppoſ.

DIAZEVGMĔNON, i. n. melius DIEZEVG. [διεζευγμένον] Disiunctum appellamus, cum diuerſis redditionibus verborum cola disiungimus: vel vbi ſingulis membris, ſingula diuerſa redduntur, ſiue duo ſiue plura, hoc modo: Capuam colonis deductis occupabunt, Atellam praeſidio communient, Nuceriam cum hac multitudine ſuorum obtinebunt, caetera oppida praeſidiis deuincient. Haec Martian. Capella 5 p. 176. Contrarium Antizeugmenon.

DIAZŌMA, ătis. n. Praecinctio, balteus, cinctus intermedius. De praecinctionibus in Exſtructione Theatrica Vitruu. 5, 7 Gradus, diazomata, pluteos. Vid. Lex. Vitruu. p. 92.

D I B

DIBĀLO, āre. Verb. Antiq. Varro de L. L. 6, 5 Multa ab animalium vocibus translata in homines, partim quae ſunt aperta, partim obſcura. Perſpicua, vt Ennii, Animus cum pectore latrat. Caecilii, Tantam rem dibalare, vt pro nihilo habuerit. Conf. Scalig. Coniect. p. 155. et ſupra BALO.

DIBĂPHVS, a, um. Adi. [δίβαφος] Bis tinctus. Purpurae epitheton. Plin. 9, 39 Huic ſucceſſit dibapha Tyria, quae in libras denariis mille non poterat emi. Paullo poſt, Dibapha tunc dicebatur, quae bis tincta eſſet, veluti magnifico impendio. Cic. Att. 2, 9 Deinde Vatinii ſtrumam ſacerdotii dibapho veſtiant, i. auguratum indigno homini tribuant. Vtebantur autem purpura ſacerdotes et magiſtratus.

ſtratus. Vnde lepidiſſime Cic. Fam. 2, 16 Curtius noſter δίκαφον cogitat: ſed eum infector moratur. Vid. Salmaſ. in not. ad Tertull. de Pallio c. 3. et Oct. Ferrar. de re Veſtiar. 2, 7.

DIBVCCINO, aut DIBVCINO, āre. Vel. Longus Orthogr. p. 2227 Putſch. et Papirian. ib. p. 2294.

DIBVTADES, is. m. Sicyonius, Primus fuit figulus Corinthi, qui ex creta docuit fingere, primusque perſonas tegularum extremis imbricibus impoſuit. Vid. Plin. 37, 2. 35, 12.

D I C

DĪCA, ae. f. DICE, es. f. [δίκη] Vt, Acte Acta, Calliope Calliopa, vt ait Donatus, ſignificat Cauſam et iudicium. Cic. Verr. Act. 1, 37 c. 15 Aduenit dies, quo die ſeſe ex inſtituto ac lege Rupilia dicas ſortiturum Syracuſis iſte edixerat. i. Sortitione cauſas cogniturum. Dicam grandem impingere alicui Ter. Phorm. 2, 3, 92. i. actionem intendere, accuſare. Eſt enim Dica, Actio, qua contra aliquem in iudicio experimur. Dicam ſcribere, idem ex vſu Graecorum Sexcentas proinde ſcribito dicas Ter. Phorm. 4, 3, 63. Add. Id. ibid. 2, 2, 15. Plaut. Aulul. 4, 10, 30. Idem Poen. 3, 6, 5 Cras ſubſcribam homini dicam. Ter. Phorm. 1, 2, 77 Ego te cognatum dicam, et tibi ſcribam dicam. Cic. Verr. Act. 1, 37 Scribitur Heraclio dica.

DICACITAS, DICACVLVS, vid. DICO, is.

DICAEARCHĪA, ae. f. [Δικαιάρχεια] Vrbs quae nunc Puteoli dicitur, teſte Plin. 3, 5. et aliis: Sic dicta quod ea ciuitas quondam iuſtiſſime regebatur, vt Feſtus auctor eſt. Quidam Dicaearcheam ſcribunt. Poëtae 2dam et 3am ſyll. contrahunt, aut ſi mauis, elidunt 2dam, et Dicarchiam, vel Dicarcheam efferunt.

DICAEARCHEVS, vel contr. DICARCHEVS, a, um. Adi. Profundum Dicarcheum, pro Mari Dicarcheo: Stat. Silu. 2, 1 Celſa Dicarchei ſpeculatrix villa profundi. Vrbs Dicarchea Sil. 13, 385. Sinus Dicarchei Stat. Silu. 2, 2, 110. Vid. Drakenb. ad Sil. 8, 534. Portus Dicarchei Stat. Silu. 3, 5.

DICAEVS, i. m. [δίκαιος] i. iuſtus. Apollo cultus et appellatus eſt, quod quum Thebae ab Alexandro caperentur, aurum a fugiente conditum, in ſinu eius celatum eſſet. Auctor Plin. 34, 8. Idem cognomen tulit Ariſtides, teſt. Plutarch. et Nep. 3, 1, 2.

DICAEOLOGĪA, ae. f. [δικαιολογία] Iuſtificatio dicitur. Rutilius, Dicaeologia, ſchema eſt, quod fieri ſolet, quum aequitatem cauſae quam maxime breui ſententia complectimur. Hic elocutionis ſchema nullum eſt.

DICHALCVM, i. n. [δίχαλκον] Quadrans oboli dicebatur apud Graecos. Vitruu. 3, 1 Quadrantesque obolorum, quae alii Dichalca, nonnulli Trichalca dicunt. Nempe χαλκὸς aes eſt, ſ. numus aereolus.

DICHOMENION, i. n. Quod eſt inſtar ſemiplenae Lunae. Vid. Apul. de Herb. c. 64. Nam διχομηνία dimidiata Luna.

DICHŌNEVTVS, a, um. Adi. [διχώνευτος] Bis conflatus. Vt Aes dichoneutum Theod. Cod. 11, 2.

DICHORAEVS, i. m. [διχορεῖος] Genus pedis, de quo ſic Cic. in Orat. 212 c. 63 Inſiſtit autem ambitus modis pluribus, e quibus vnum eſt ſecuta Aſia maxime, qui Dichoraeus vocatur, quum duo extremi choraei ſunt, i. e ſingulis longis et breuibus. alias Ditrochaeus, i. duo trochei, vt ¯ ˘ ¯ ˘ v. g. Cōmprŏbāuĭt. Vid. Rufin. de Metris Comicis p. 2722 ſeq. Cic. Orat. c. 67.

DICHOTOMVS, i. m. [διχότομος] Apud nos idem eſt quod Dimidiatus, ſiue Per medium ſectus, qualis ſeptimo quoque die poſt plenum orbem Luna videtur. Macrob. Somn. Scip. 1, 6 de Luna, Primis ſeptem diebus vſque ad medietatem velut diuiſi orbis excreſcit, et διχότομος tunc vocatur: ſecundis orbem totum renaſcentes ignes colligendo iam complet, et plena tunc dicitur: tertiis διχότομος rurſus efficitur, cum ad medietatem decreſcendo contrahitur.

DICHRONOS, c. on, n. Adi. Apud Mart. Capell. 9 p. 331 duorum temporum, vt Monochronos vnius temporis: epitheton elationis et poſitionis ἄρσεως et θέσεως in pedibus carminum.

DICIBVLVM, i. n. Dicibula puerilia pro Nugis dicit Tertull. aduerſ. Valent. c. 20 Satis meminerat Ptolemaeus puerilium dicibulorum, in mari poma naſci, et in arbore piſces. Mart. Capell. 8 p. 273 vbi dicabulum eſt.

DICIS Cauſa, Dicis gratia, [νόμου καὶ λόγου χάριν Vet. Gloſſ. ἀφοσιώσεως ἕνεκα] Loquendi formula vetuſta et elegans, quam declarat ſatis Cic. Verr. 4, 53 c. 24 Attamen vt poſſit ſe dicere emiſſe, Artagatho imperat, vt aliquid illis, quorum argentum fuerat, numorum dicis cauſa daret. Caius in l. ſaepe 4 D. commodati. Saepe etiam ad hoc commodantur pecuniae, vt dicis gratia numerationis loco intercedant, vt nempe externa illa actione et ritu numerationis ſatisfactum videatur legi. Itaque ſtatim reddi poſſunt numi commodati non dati mutuo. Vlp. D. de ſenatusc. Silanian. l. 1 §. 34 Excuſantur autem ſerui, qui auxilium tulerunt ſine dolo malo. Nam ſi finxit ſe quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit, nihil hoc commentum ei proderit. quibus locis Haloander et alii ſcribunt Ditis. Alciat. Diſpunct. 4, 15 ſuſpicatur legendum Dantis. Lael. Taurellius, Ant. Auguſtinus Emend. 2, 2 p. 119. et ad Modeſtin. p. 365. Pet. Victorius V. L. 8, 24. et alii ſcribendum omnino cenſent Dicis. ſic enim habent Pandectae Florentinae. neque aliud exiſtimant Dicis cauſa ſignificare, quam quod Iureconſulti perfunctorie, aut defunctorie, aut translatitie appellant. h. e. Vt defungi ſuo munere viderentur. Varro de L. L. 5, 7 p. 56, 27 recenſens ducta a verbo Dico, Hinc, ait, antiqua illa, dicis immo, et dicis cauſa. Sic Scal. qui immo interpretatur per ergo. Id. in fine libri p. 63, 36 de vetere vocabulo Inlicium diſputans, Hoc nunc aliter fit atque olim, quod Augur Conſuli adeſt, tum quum exercitus imperatur, ac praeit quid eum dicere oporteat: Conſul Auguri imperare ſolet, vt inlicium vocet, non Accenſo aut Praeconi. Id inceptum credo, quum non adeſſet Accenſus: et nihil intererat, cui imperaret: et dicis cauſa fiebant quaedam, neque item facta, neque item dicta ſemper. Sic enim ex vetuſtiſſimo exemplari hunc locum repoſuit Victorius, et retinuit Scaliger. Cic. Att. 1, 18 Metellus — imminuit auctoritatem ſuam, quod habet dicis cauſa idem promulgatum de Clodio ad plebem traducendo, i. quod putat legibus vtrumque ſatisfactum. Nep. 25, 8, 5 Ita vt Brutus et Caſſius prouinciarum, quae iis dicis cauſa datae erant a Conſulibus, deſperatis rebus in exilium proficiſcerentur. Sic legi volunt poſt Cuiac. Obſ. 5, 33 paſſim viri docti. Sed libri magno conſenſu habent necis cauſa, quod hiſtoricae fidei conuenire oſtendit, ac tuetur adeo Boſius. Plin. 28, 2 ſ. 5 Si Pontifici accidat, dicis cauſa epulanti. Sic duo MSS. ap. Hard. Al. Ditis. Cic. pro Muraen. 26 c. 12 in formula vindiciarum, Sed anne tu dicis cauſa vindicaueris. Sic certe volunt ibi viri docti, et intelligunt fictum illud et formularium in iure certamen. Apul. de habit. doctr. Platon. p. 27, 10 Eſt et alia optima quidem et ſatis iuſta et ipſa quidem ſpecie (puto hunc eſſe Genitiuum antiquum) et dicis cauſa ciuitas (a Platone) fabricata. Arnob. 3 p. 109 Niſi forte dicetis, alias quidem eſſe Dis formas, ſed honoris et dicis cauſa ſpecies vos eis accommodauiſſe mortalium. Et 4 pr. p. 127 Vtrumne exiſtimetis, Pietatem — vim habere diuinam — an ita, vt aſſolet, dicis cauſa, ex eo quod optamus et volumus iſta bona nobis contingere, ſuperorum retuleritis in cenſum. Sed Heraldus, neſcio quam bene, mutauit, vt aſſolet dici, cauſa ex ea etc. Haec adhuc inuenta ſunt loca, in quibus iure iniuria, id eſt ab auctoribus vel emendatoribus dicis cauſa ſcribitur. Vbique dicis cauſa fit, quod non ſerio et bona fide agitur, ſed perfunctorie, vt actum eſſe dici poſſit. De origine nominis diſputatur. Nihil Grammatici veteres iuuant, niſi quod Chariſ. 1 p. 23 et 73 inter ἄπτωτα refert, id eſt, quae alium caſum non agnoſcant. Poteſt autem vel ex δίκη factum eſſe, in quantum et moris obeundi, et iuris obſeruandi, et poenae vitandae, notionem habet: vel formatum ex monoſyllabo obſoleto Dex, vnde fit Dicis, vt ex Iudex iudicis. Multum in hoc nomine ſategerunt viri docti. Vid. praeter laudatos, Petr. Pithoeum Aduerſ. 2, 13. et And. Schott. Obſeru. Hum. 5, 23. Eſt etiam peculiaris C. S. Schurzfleiſchii de hac formula Diſſ. 1703 habita.

DICISIO, ōnis. f. Deciſio eſt. Pacti diciſioniſue cauſa inter ſe ſunt cenſiti Frontin. de Colon. p. 113 Goeſ. p. 333 Keuch. niſi et leg. deciſionis.

DĬCO, āre. [ἱερόω, ἀνατίθημι] Eſt plus quam deſtinare; tradere verbis, et formula quadam intercedente. Cic. ad Caeſarem, Balbum quanti faciam, quamquam me ei totum dicauerim, ex ipſo ſcies apud Nonium 4, 139 vbi etiam per conſtituere, conſecrare, interpretatur. Valer. Argon. 3, 535 Quem tibi coniugio tot dedignata dicaui Nympha procos, etc. Donum alicui dicatum atque promiſſum Cic. Verr. 3, 183. Ter. Phorm. 1, 2, 12 Ergo auſculta. D. hanc operam tibi dico. Vbi Donatus, Plus eſt dico quam do. Dicatur perpetuo: Datur ad tempus. Cic. de Orat. 3, 11 c. 3 Non vidit eorum ipſorum, qui tum adoleſcentes Craſſo ſe dicarant, horribiles miſeroſque caſus. Caeſ. B. G. 6, 11 Se Rhemis in clientelam dicabant. Idem B. G. 6, 12 Plerique quum aut aere alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum premuntur, ſeſe in ſeruitutem dicant nobilibus. Cic. pro Balb. 28 (30) Peritus vero noſtri iuris ac moris nemo vnquam qui hanc ciuitatem retinere vellet, in aliam ciuitatem ſe dicauit. Dicimus et Dicare ſe ciuitati, vid. DICATIO. Cic. Fam. 2, 6 Hoc a te peto, vt ſubuenias huic meae ſolicitudini: vt huic meae laudi, vel (vt verius dicam) prope ſaluti tuum ſtudium dices. Totum hunc tibi dicamus diem Cic. de Legib. 2, 7 c. 3. i. Totum hunc diem occupabimus in te audiendo. Aliquid Deo, pro Conſecrare, et dedicare. Plin. 12, 1. Cic. Tuſc. 1, 73 Dicati Apollini cygni Plin. Paneg. 11, 1. Annos ſuos vitae caelibi Sen. Hippol. 2. Dona Stat. Silu. 4, 6, 81. Proprium aliquid, i. Ad obſequium dare Virg. Aen. 1, 73. Templa dicata deis Ouid. Faſt. 1, 706. Sil. 7, 77 Iunoni Pallam, conceptaque Vota dicabant. Opus alicui rei Plin. 10, 68. Idem 12, 22 Sane enim dicamus et de iunco, quamuis alio herbis dicato volumine. Dicare pro nuntiare vel indicare Lucil. ap. Non. 4, 139. Dicare bibliothecam, Publicare Plin. 35, 2 et 3 Suorum clipeos in ſacro vel publico priuatim dicare primus inſtituit.

DICATIO, ōnis. f. [καθοσίωσις Gloſſ. ἀνάθεσις] Ipſe dicandi actus. Cic. pro Balb. 28 c. 11 Duarum ciuitatum ciuis eſſe noſtro iure ciuili nemo poteſt. Non eſſe huius ciuitatis ciuis, qui ſe alii ciuitati dicarit, poteſt. Neque ſolum dicatione (quod in calamitate clariſſimis viris Q. Maximo, etc. vidimus accidiſſe) ſed etiam poſtliminio poteſt ciuitatis fieri mutatio.

DICATVRA, ae. f. Idem quod Dicatio. Laudatur Plin. Praef. p. 4 Nec fiducia operis haec eſt, ſed in dicatura multa valde pretioſa ideo videntur, quia ſunt templis dicata. Suſtineri poſſe hanc lectionem, viro docto videtur. Sed nobis retinendum videtur, quod habent omnes, puto, editi, etiam vtraque Harduini Indicatura.

DICATVS, a, um. Partic. Virg. Aen. 5, 60 Templa dicata. Vet. Inſcript. Grut. p. 258 n. 6 et 273 n. 5 etc. NVMINI MAIESTATIQVE EIVS SEMPER DICATISSIMVS. Add. Vrſat. de not. Rom. Loca Chriſti nomini dicatiſſima Auguſtin. de C. D. 1, 1. Epidicticum genus gymnaſiis et palaeſtrae dicatum Cic. in Orat. c. 13.

DĪCO, xi, ctum, ĕre. [λέγω, φημί, ἀγορεύω, διαγορεύω, ἐρέω, φράζω] Verbis aliquid oſtendere vel demonſtrare. Eſtque ex Graeco δείκνυμι, quod oſtendere ſ. demonſtrare ſignificat. Ter. Eun. 5, 5, 20 Dico, edico vobis noſtrum eſſe illum herilem filium. Dixti pro Dixiſti in ſermone familiari apud Comicos, v. g. Ter. Ad. 5, 8, 30 Bene et ſapienter dixti dudum. Sic Plaut. Merc. 4, 4, 14. Dixis pro Dixeris Id. Mil. 2, 3, 12 Mihi ne dixis, ſcire nolo. Dice pro Dic etiam Comicum eſt. v. g. Plaut. Curc. 1, 2, 43 Age dice. Add. Rud. 4, 4, 112. it. Varr. R. R. 1, 9 et Feſt. Sed Dic dic quaeſo clarius, per emphaſim et vehementiam quandam a Cic. dicitur Verr. Diuinat. 1, 143. Dic, age Virg. Aen. 6, 343. Ter. Andr. 3, 2, 22 Quaſi tu dicas factum id conſilio meo. Idem Heaut. 4, 4, 4 Aut quum venturam Dixero, et conſtituero: quum is certe renuntiarit. Dicitur is venturus nunc peregre Plaut. Trucul. 1, 1, 66. Dico tibi, an non? Ter. Andr. 4, 5, 23. quaſi dicat, Non putas me tibi loqui, et ad te pertinere quod dico? Dicisne, an non? Interrogantis eſt et vrgentis Plaut. Trucul. 1, 2, 27. Ter. Eun. 1, 2, 20 Dic mihi hoc primum, potin' eſt hic tacere? Idem Eun. 5, 2, 12 Bone vir, Dore, ſalue, dic mihi aufugiſtine? Interrogantis cum ioco particula. ¶ 2 Dicere, proprie eſt Oratorum et cauſas agentium. Quinctil. 10, 7 Nam mihi ne dicere quidem videtur, niſi qui diſpoſite, ornate, copioſeque dicit. Cic. Off. 1, 1 Vt non modo Graecarum literarum rudes, ſed etiam docti aliquantum ſe arbitrentur adeptos et ad dicendum, et ad iudicandum. i. In Oratoria arte, et in Philoſophia. Non idem loqui eſſe quod dicere Idem de Orat. 3, 38 c. 10 oſtendit, Neque enim conamur docere eum dicere, qui loqui neſciat: nec ſperare, qui Latine non poſſit, hunc ornate eſſe dicturum: neque vero, qui non dicat, quod intelligamus, hunc poſſe, quod admiremur dicere. Et Off. 2, . . Multique in noſtra Rep. adoleſcentes et apud iudices, et apud Senatum dicendo laudem aſſequuti ſunt. Pro aliquo Cic. de Clar. Orat. 81. h. e. Aliquem defendendo orationem habere. ¶ 3 Hinc elementari ordine Adverbiorum ac Nominum ponemus formulas: Accurate dicere Quinctil. 4, 1, 58. Ab aliquo, vid. AB, in A Praepoſitione. Cic. de Diuin. 2, . . Dicendum eſt mihi igitur ad ea, quae ſunt a te dicta. Aduerſus aliquem Plaut. Amph. 2, 2, 118. Ad iudicem Cic. de Clar. Orat.

Orat. 289 c. 84. Idem de Fin. 5, 27 Ita prorſus, inquam, et ſi ea quidem quae adhuc dixiſti, quamuis Ad aetatem recte iſto modo dicerentur. Apud aliquem pro aliquo Quinctil. 4, 1, 19. Ter. Phorm. 4, 3, 32 Nam ſat ſcio, ſi tu aliquam partem Aequi bonique dixeris. Plaut. Aulul. 2, 4, 8 Atqui ego iſthuc Anthrax Aliorſum dixeram, Non iſthuc quod tu inſimulas dicere. *i. Alio animo dixeram, atque tu interpretaris.* Aliquid dicere, *vid.* ALIQVIS. Alternis dicere Virg. Ecl. 5, 59. Plaut. Pſeud. 1, 5, 106 Bene atque Amice dicis. Virg. Ecl. 10, 34 Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat Amores. *Add. ib.* v. 6. *Nam dicere nonnunquam poni pro celebrare, laudare, docet Barth.* ad Script. Ven. p. 186. *Sic mox* Arma dicere. Ample, *vid. mox* Attenuate dicere. Amplius paullo dicam Cic. Verr. Act. 1, 176, Animo praeſenti, *i. Audacter, et ſine vllo timore ac promto animo* Ter. Eun. 4, 6, 32. Idem Eun. 1, 2, 4 Vtinam iſthuc verbum ex Animo ac vere diceres. Anguſte et exiliter Cic. in Bruto 23. Antique nimis et dure Hor. Epiſt. 2, 1, 66. Appoſite ad perſuadendum Quinctil. 2, 15. Apte Idem 1, 5. Argumenta alicui rei Plaut. Moſtel. 1, 2, 2. Arma, *i. Bella deſcribere:* Hor. Epiſt. 1, 19, 7 Nunquam niſi potus ad arma Proſiluit dicenda. Cic. in Bruto 201 c. 55 Oratorum bonorum duo genera ſunt: vnum Attenuate Preſſeque, alterum Sublate Ampleque dicentium. Sed cauendum eſt preſſo illi oratori inopia et ieiunitas, amplo autem inflatum et corruptum orationis genus. Audacter, et aperte Idem pro Roſc. Com. 16. Plin. Epiſt. 1, 20 Optimus tamen modus eſt, quis negat? ſed non minus non ſeruat modum, qui infra rem, quam qui ſupra: qui Aſtrictius, quam qui effuſius dicit. Cic. de Fin. 2, 10 Sed tu iſthuc dixti Bene Latine, parum plane. Data eſt Eumeni Cappadocia, ſiue potius dicta Nep. 18, 2. *i. deſtinata, decreta.* Carmina dicere Virg. Aen. 6, 74. Carmen deductum Idem Ecl. 6, 5. Carmine aliquem Id. Georg. 2, 45. Cauſam dicere, *dicitur reus, quum accuſationibus reſpondere cogitur.* Plaut. Men. 4, 2, 23 Apud aediles praediis factis plurimis, peſſimisque dixi Cauſam. Cic. pro Roſc. Amer. 12 Ea nos hoc tempore vtimur, qui Cauſam dicimus. Caeſ. B. G. 1, 4 Orgetorigem ex vinculis Cauſam dicere coëgerunt. *Et ſubdit,* Die conſtituta cauſae dictionis. Liu. 38, 50 Scipio iuſſus dicere Cauſam, orationem magnificam de rebus ab ſe geſtis exorſus eſt, *vid.* CAVSA. *Add.* Cic. de Orat. 3 c. 8. Cauſam apud aliquem Idem de Fin. 1, . . *Et* de Orat. 2, . . Quod ego maxime potui iudicare in ea Cauſa, quam ille contra me apud Centumuiros pro fratribus Coſſis dixit. Cic. pro Cluent. . . Infauſto tamen illi iudices ſtatuerunt, iniqua conditione reum Cauſam dicere, quum aduerſario eius ad ius accuſationis ſumma vis poteſtatis accederet. *Vid.* CONDITIO. Cauſam pro aliquo, *Defendere:* Plaut. Bacchid. 3, 3, 16 Sed tu, qui pro tam corrupto dicis Cauſam filio, Eademne erat haec diſciplina olim, quum tu adoleſcens eras? Cauſam non dico quin, *i. Non impedio, non contra diſputo:* Ter. Phorm. 1, 5, 42 Non Cauſam dico, quin quod meritus eſt ferat. Idem Hec. 1, 2, 109 Vbi illic eſt dies complures, acceſſi iubet: Dixere Cauſam tunc neſcio quam. *i. excuſationem attulere.* Cauſam dicere de ambitu Cic. pro Sext. 18 c. 8. De inceſto: Liu. . . . Virgo Veſtalis de inceſto Cauſam dixit. Cauſam veneficii dicat adultera Quinctil. 5, 11. Circumciſe dicere, *vid.* CIRCVMCIDO. Clanculum, *i. Sine arbitro, inſciis aliis:* Plaut. Poen. 4, 2, 91 Vale et haec cura, Clanculum vt ſint dicta. Clare, *i. Aperte rem eloqui.* Idem Caſin. prol. 6. Quinctil. 1, 11. Clementer et moderate, *vid.* CLEMENS. Plaut. Stich. 5, 2, 14 Namque edepol Coena dicta eſt, locus liber datus eſt mihi. Coloris loco aliquid Quinctil. 7, 2. Cic. de Amicit. . . Itaque multa ab eo prudenter diſputata, multa breuiter et Commode dicta, memoriae mandabam. Commode dicere, *vid.* COMMODVS. In Commune Plin. 23, 1. Compoſite, *vid.* COMPONO. Ter. Heaut. 4, 1, 8 Nae iſta hercle magis iam Conatu magnas nugas dixerit. Concinne, *vid.* CONCINNVS. Conditiones pacis Liu. 29. Congruenter, Conſules dicere, Contorte, *vid. hh. vv.* Cic. pro Quintio 8 Qui hoc iudicio partes accuſatoris obtinet, Contra me ſit dicturus. Idem de Clar. Orat. . . Quum quidem eo ipſo anno Contra Seruium Galbam ad populum ſumma contentione dixiſſet: quam etiam orationem ſcriptam reliquit. Ter. Phorm. 2, 3, 29 Abſenti tibi te indignas, ſeque dignas Contumelias Nunquam ceſſauit dicere hodie. Liu. 25, . . Ea pronuntiata Campanis, atque ita ſpreta, vt vltro dicerent contumelias; minarenturque. Contumelioſe aliquid dicere, *vid.* CONTVMELIA. Contumelioſe et aſpere dicere in aduerſarios permiſſum eſt Quinctil. 6, 3. Credibiliter dicere de re aliqua Idem 3, 11. Catul. 68, 26 Gellius audierat patruum obiurgare ſolere, Si quis Delicias diceret, aut faceret. Cic. Philipp. 2, . . Sed materia facilis, in te et in tuos Dicta dicere. Liu. 7, 12 Nam neque id vitium noſti facile fuiſſe, quum Conſul oriente noctis ſilentio, diceret Dictatorem. Idem, . . Quod plebeius Dictator ſit dictus, id vitium Auguribus viſum. Diem alicui, *eſt Certam diem reo conſtituere, vt accuſetur.* Cic. pro Milon. Diem mihi (credo) dixerat, mulctam irrogarat. *Add.* Id. Verr. 1, . . Liu. 3, 56 Accuſatorem primum Virginium, et Appium reum deligunt. Quum Diem Appio Virginius dixiſſet, Appius ſtipatus patriciis iuuenibus, in forum deſcendit. Idem 38, 50 Scipioni Africano duo Q. Petilii Diem dixerunt. *Conf.* Cic. Q. Frat. 1, 2. Liu. 3, . . Virginius ex collegio vnus Caeſoni capitis Diem dicit. Ibid. Rei capitalis Diem Poſtumio dixerunt. Id. 2, 41 A quaeſtoribus Caſſio Diem dictum perduellionis. Sueton. in Caeſ. c. 12 Subornauit etiam, qui Caio Rabirio perduellionis Diem diceret. Sen. de Benef. 3, 10 Dies praeterea reddendo beneficio non dicitur, ſicut pecuniae creditae. Plaut. Men. 4, 2, 16 Iuris vbi dicitur Dies, ſimul patronis dicitur. Ter. Andr. 1, 1, 75 Hic nuptiis dictus eſt Dies. Diem dicunt qua ad ripam Rhodani omnes conueniant Caeſ. B. G. 1, 18. Dolo non dicam Plaut Men. 2, 1, 3. Dotem et doti, filio *vel* filiae omnia ſua bona, *i. Promittere in dotem* Ter. Heaut. 5, 1, 64 *et* 69. *Vid. Salmaſ. de Modo Vſurarum* c. 16. Cic. pro Flacco 86 c. 34 Doti Valeria pecuniam omnem ſuam dixerat. Ibidem Niſi oſtenderis illam in tutela Flacci non fuiſſe. ſi fuit, quaecunque ſine hoc auctore eſt dicta Dos, nulla eſt. *Conf.* Non. 4, 122. Cic. pro Planc. . . Recitaturque oratio, quae propter eius magnitudinem dicta De ſcripto eſt. *Vid.* DE, *in* De ſcripto dicere. De ſeipſo pauciora dicit, et parcius Quinctil. 4, 1. Idem de Amicit. . . Sed nihil De me: de Scipione dicam libentius. *Et* Diuinat. Verr. 30 Quamobrem nihil dico De meo ingenio, neque eſt, quod poſſim dicere: neque ſi eſſet, dicerem. Cic. Verr. 2, 102 c. 42 Primum ipſe in Sicilia ſaepe et palam De loco ſuperiore dixerat, et in ſermone multis demonſtrarat, licere nomen recipere abſentis. De loco ſuperiore *dixit, pro eo quod eſt, de ſella curuli Praetoria, et pro Tribunali ſedens. Supra enim dixerat,* Palam de ſella, in tribunali. Effuſius dicere, *vid. paullo ante* Aſtrictius dicere. Egregie dicere Quinctil. 6, 1. Exiliter Cic. in Bruto 106. Quinctil. 1, 5 Maſtrugam quod Sardum eſt, illudens Cicero Ex induſtria dixit. Ex tempore dicere Cic. de Clar. Orat. 219. Sen. Thyeſt. f. 8 Nec Facile dicam corpora, an flammae gemant. Facta alicuius, *de Poëta* Virg. Ecl. 4, 54. Plaut. Amph. 1, 1, 279 Per Iouem iuro me eſſe, neque me Falſum dicere. Idem Poen. 1, 3, 30 Ita me dii amabunt, vin' bona dicam Fide, Quod hic inter nos liceat? Fortius dicere cur videantur indocti Quinctil. 2, 12. Grauiter et lente Plin. Epiſt. 2, 14. In aurem neſcio quid puero, *etc.* Hor. Sat. 1, 9, 10. Ter. Adel. 1, 1, 41 Ipſe ſentiet poſterius: nolo in illum Grauius dicere. Identidem, *vid.* IDEM. Impetu dicere ſe, et viribus vti gloriantur Quinctil. 2, 11. Inclementer *vel* acerbe in aliquem, *Verbis duris corripere aliquem: iniuriis afficere* Plaut. Amph. 2, 2, 110. Cic. Att. 11, . . Etſi multa, praeſens In praeſentem acerbe dixerat et fecerat. Plaut. Pſeud. 1, 1, 25 Cur Inclementer dicis, lepidis literis, Lepidis tabellis, lepida conſcriptis manu? Inculte dicere, *vid.* Inculte, *in* INCOLO. Plaut. Capt. 2, 2, 92 Inducias occoepi dicere. Cic. pro Domo ſua 27 Quis apud Populum Rom. de illius dignitate Induſtrius, quis Senatui ſaepius dixit? Inepte Idem in Bruto . . Plaut. Pſeud. 2, 2, 18 Non ſoles reſpicere te, quum dicas Iniuſte alteri. Plin. 12, 3 Quae ex his incolarum numero eſſe coepere, dicentur Inter fructiferas. Inter nos dictum fuit Ter. Adelph. 5, 3, 10. Inuenuſte dicere Quinctil. 1, 6. Plaut. Amph. 3, 2, 25 Et quidem Ioco illa dixeram dudum tibi. *Et paullo poſt,* 35 Si quid dictum eſt per Iocum, Non aequum eſt id te ſerio praeuortier. Plaut. Epid. 1, 1, 23 Te volo Percontari, operam da, opera reddetur tibi. T. Ius dicis. *i. iuſtum. Sed ad officium magiſtratus, et vrbani et prouincialis pertinet* Cic. Verr. Act. 1, . . Audiſtis ob Ius dicundum, Q. Varium dicere, procuratores ſuos iſti centum et triginta millia numûm dediſſe. Idem de Prouinc. Conſ. . . Emiſti grandi pecunia, vt tibi de pecuniis creditis Ius in liberos populos, contra Senatusconſultum, et contra legem generi tui dicere liceret. *Et* de Prouinc. Conſ. . . Perſeverauit Ius publicano non dicere. Ius de pecunia credita Liu. 2, 27. Ius anno ante Romae dixerat Cic. pro Flacco c. 3. Iura dicere Ouid. ex Ponto 4, 5, 17. Laudes Virg. Ecl. 6, 6. Hor. Epiſt. 2, 2, 18 Prudens emiſti vitioſum, dicta tibi eſt Lex, *i. conditio indicata. Aliquando additur Datiuus rei.* Liu. 43, . . Legem cenſui cenſendo dicturos eſſe. Plin. 35, 17 Quum lex Metella extet fullonibus dicta. Legem fletibus dicere Stat. Silu. 5, 3, 217. Sen. de Benef. 2, 18 Animum in poteſtate habent, et Legem ſibi, quam volunt dicunt, et quam dixerunt, ſeruant Ouid. Met. 13, 72. Lente dicere Plin. Epiſt. 2, 14. Leuiſſime dicere, *vid.* LEVIS. Libere dicere, *vid.* LIBER. Liberius aut iocoſius aliquid dicere Hor. Sat. 1, 4, 103. Liquido dicere, *vid.* LIQVOR. Cic. Verr. Diu. 156 Iam vero in bonis Q. Opimii vendendis quas iſte praedas, quam aperte, quam improbe fecerit, Longum eſt dicere. Luculente dicere, Magis dicas, *vel* diceres, Magnifice dicere, *vid. ſſ. ll.* Magnifice, miſerabiliter, invidioſe, grauiter, dulciter, vrbane dicere Quinctil. 4, 2. Magnopere in aliquem, *vid.* MAGNVS. Mala plurima dicit Catul. 68, 140. *i. Conuitiatur.* Male dicere, Melius dicere, Membratim, caeſimque dicere, *vid. ſſ. ll.* Plaut. Amph. 1, 1, 43 Si dixero Mendacium, ſolens meo more fecero. *Add.* Idem Bacch. 3, 4, 30. Modice dicere, *vid.* MODVS. Multam dicere, *i. denuntiare, et poſtulare, vt ſoluatur, qua de re deinde certatur apud populum.* Liu. 25, 3 Excitatique tandem duo Trib. pleb. Sp. et L. Caruillii quum rem inviſam, infamemque cernerent, ducentum millium aeris Multam M. Poſtumio dixerunt. Cuius certandae quum dies aduenisset, conciliumque tam frequens plebis adeſſet, vt multitudinem area Capitolii vix caperet: perorata cauſa, ſpes vna videbatur eſſe, ſi C. Seruilius Caſca Tribunusplebis qui propinquus erat, cognatusque Poſtumio, prius quam ad ſuffragium tribus vocarentur, interceſſiſſet. Idem c. 4 Haec quum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta eſſent, vimque eam contra Rempub. pernicioſo exemplo factam Senatus decerneret, confeſtim Caruilii Tribuniplebis omiſſa Multae certatione, rei capitalis diem Poſtumio dixerunt: ac ni vades daret, prehendi a viatore, atque in carcerem duci iuſſerunt. *His verbis apparet, moris fuiſſe, vt Tribuniplebis* multam dicerent: *quae poſtea populi ſuffragiis vel irrogaretur, vel abrogaretur, vel etiam remitteretur, quo tempore* multa certari *dicebatur: non enim Tribuni damnare multae poterant, ſed tantum rogare populum; apud quem quum reus non iure multatum ſe contenderet, lis illa multaticia diſceptabatur.* Cic. Philipp. 11, 18 Craſſus Conſul Pontifex maximus, Flacco collegae Flamini Martiali multam dixit, ſi a ſacris diſceſſiſſet. quam Multam Pop. Romanus remiſit, Pontifici tamen Flaminem parere iuſſit. Plin. Epiſt. 4 penult. Licinius nepos Praetor, acer et fortis, multam etiam dixit Senatori: egit ille in Senatu cauſam ſuam, ſic vt deprecaretur, remiſſa eſt Multa. Idem 18, 3 Multatio quoque non niſi ouium boumque impendio dicebatur. Varro *apud* Gell. 11, 1 Sed quum eiusmodi Multa pecoris armentique a magiſtratibus dicta erat, adigebantur oues, bouesque. Virg. Ecl. 5, 5 Damonis Muſam dicemus, et Alpheſiboei. Neruoſe dicere, *vid.* NERVVS. Nihil dixit tum, *vid.* NIHIL. Sen. Epiſt. 27 *extr.* Nunquam Nimis dicitur, quod nunquam nimis diſcitur. Non dico, *vid.* NON. Non ſatis vno dicere verbo, ſed facere Catul. 62, . . Liu. 1, . . Breui ſtirps quoque virilis ex nouo matrimonio fuit, cui Aſcanium parentes dixere Nomen. *Conf.* NOMEN. Nomine crudelem dicere Virg. Georg. 4, 356. Plaut. Caſin. 3, 6, 22 Nugas iſthic dicere licet: vapulo hercle ego inuitus tamen. Numos *vel* pecuniam dicere, *i. Promittere.* Pompon. in Pictoribus, Numos certos dicas. Dico quinquaginta millia. Salluſt. Hiſt. 1 Quibus potuit pecunias dictas coëgit. *Ex* Nonio. Obnoxie dicere, Obſcene, Obtuſe, *vid. ſſ. ll.* Odioſe Cic. in Bruto. . . Officioſe, *vid.* OFFICIOSVS. Cic. in Bruto . . Scribebat tamen Orationes, quas alii dicerent. Oratorie et pulchre, *vid.* Oratorie, *in* ORO. Ordine Virg. Georg. 4, 376. Idem Aen. 1, 286 A prima dic hoſpes Origine nobis. Ore duro Ouid. de Arte Am. 3, 587. Plaut. Aulul. 2, 4, 4 Me quidem hercle, dicam Palam, non diuides. Cic. Acad. 4, 7 Neque noſtrae diſputationes quidquam aliud agunt, niſi vt in vtramque Partem dicendo et audiendo eliciant, *etc.* Quinctil. 3, 11 In vtramque Partem, vel plures de re aliqua dici credibiliter poteſt. Ter. prol. Heaut. 33 De illius Peccatis plura dicet, quum dabit Alias nouas, niſi finem maledictis facit. Item Eun. prol. 12. Pereleganter, *vid.* PERELEGANS. Perſuaſibiliter Quinctil. 2, 15. Plane

Plane dicit quod intelligam Cic. de Fin. 1, 15. Hor. Epiſt. 1, 2, 179 Qui quid ſit pulchrum, quid turpe, quid vtile, quid non, Plenius ac melius Chryſippo, et Crantore dicit. *De Homero.* Hor. Od. 2, 12, 9

Tuque pedeſtribus
Dices hiſtoriis Praelia Caeſaris . .
Mecaenas melius.

Preſſe, ſubtiliter, aſpere Quinctil. 2, 8. *Conf. p. a.* Attenuate dicere. Pretium muneri Hor. Od. 4, 8, 12. Priore loco cauſam Cic. pro Quintio 31. Probra alicui, *vid.* PROBRVM. Ter. in prol. Phorm. 14

Vetus ſi Poëta non laceſſiſſet prior,
Nullum inuenire Prologum potuiſſet nouus
Quem diceret, niſi haberet cui malediceret.

Liu. 32, . . Et quando nemo veſtrum, qui in hoc concilium aduocati eſtis, Pro ſententia quidquam dicere vult, aut audet, orationes Legatorum heſterno die pro ſententiis dictas percenſeamus. Dicere Pro ſententia, *et* Dicere ſententiam, *idem: vt Dicere teſtimonium, et Pro teſtimonio* Sen. de Benef. 2, 27 Hic quater millies ſeſtertium ſuum vidit: Proprie dixi, nihil enim amplius quam vidit. Publice, *h. e. Nomine publico ciuitatis ab legatis.* Cic. Verr. 3, 55 Hoc nauarchi reliqui dicunt, hoc Netinorum federata ciuitas Publice dicit. Pure ac ſolute dicebat Cotta Idem in Bruto 110. Putide Id. in Bruto 238. Quid, quoque flexu, quid lentius, concitatius, celerius, lenius dicendum, demonſtrari, niſi in ipſo opere, non poteſt Quinctil. 1, 8. Quod videtur dico Ter. Heaut. 3, 3, 21. Plaut. Amph. 1, 1, 98 Dicito Quiduis, non nocebo. Ter. Heaut. 5, 2, 33 Ego dicam Quod mihi in mentem: tu diiudica. Tacit. Ann. 3, 22 Quirinius poſt dictum Repudium adhuc infenſus, quamuis infami, ac nocenti miſerationem addiderat. Res ipſa dicet tibi Plaut. Epid. 5, 2, 48. Ter. Andr. 5, 3, 2 Rem potius ipſam dic, at mitte male loqui, *i. quod opus eſt, ſine maledictis.* Liu. 25, . . Si qui roboris ſatis ad ferenda arma habere viderentur, etiam ſi nondum militari aetate eſſent, milites fierent: Tribuniplebis, ſi eis videretur, ad populum ferrent, vt qui minoris decem et ſeptem annis Sacramento dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent, ac ſi viginti annorum, aut maiores, milites facti eſſent. *Vid.* SACRAMENTVM. *Sic* Liu. 4, . . Hoc decreto Conſul armatus, quum paucis appellantibus Tribunum, collum torſiſſet, metu caeteri Sacramento dixêre. Hor. Od. 2, 17, 9 Non ego perfidum Dixi Sacramentum. Tacit. Hiſt. 4, 31 Dixit Sacramentum, non vultu, neque animo ſatis affirmans. Liu. 24, 8. Salſe Quinctil. 6, 3. Saluere eis dicebat Sueton. in Galba c. 4. Cic. Att. 5, . . Cicero meus modeſtiſſimus et ſuauiſſimus puer tibi Salutem dicit. Ter. Phorm. 2, 2, 81 Ego Sedulo hunc dixiſſe credo. Plin. 12, 9 Quod Semel dixiſſe et in caeteros odores ſatis ſit. Cic. Philipp. 2, 42 Ille Senſim dicebat, quod cauſae prodeſſet: tu curſim dicis aliena. Sententiam: *quum quis (vt inepte dicunt) Vocem ſuam dat, vel opinionem ſuam dicit.* Cic. Verr. 2, 143 Mos eſt Syracuſis, vt, ſi qua de re ad Senatum referatur, dicat Sententiam qui velit, nominatim nemo rogatur. Idem, . . Vt quisque aetate et honore antecedebat, ita Sententiam dixit ex ordine. *Et abſolute.* Iam cenſendi tempus: Dicit Domitius Apollinaris Conſul deſignatus, dicit Fabricius Veiento Plin. 9, 13. Sententiam libere dicere Cic. Philipp. 4, . . . Singulares Sententias Id. Phil. 4, . . . Sententiam dicere exiſtimatur arbiter, qui ea mente quid pronuntiat, vt ſecundum eam diſcedere eos a tota controuerſia velit l. 18 §. 1 D. de recep. arbit. Sententiam dicere, *etiam de iudice dicitur.* Vlpian. in l. ſi filius familias D. de iudiciis, Iudex tunc litem ſuam facere intelligitur, quum dolo malo in fraudem legis Sententiam dixerit. Id. Vlpian. in l. iudex D. de re iudicata, Iudex poſteaquam ſemel dixit Sententiam, iudex eſſe deſinit. *Paullo poſt*, Quidam conſulebant, an valeret ſententia a minore viginti quinque annis iudice data: ſed aequiſſimum eſt tueri Sententiam ab eo dictam, niſi minor decem et octo annis ſit. Plaut. Trinum. 2, 4, 65 Dicis, Si facies modo. Significanter, ornateque Quinctil. 1, 7. Dic Sodes Hor. Epiſt. 1, 1, 62. Cic. in Bruto 110 Neque enim refert videre quid dicendum ſit, niſi id queas Solute et ſuauiter dicere. Sono concordi dixere Ouid. Met. 5, 664. Sublate dicere, *vide paullo ante* Attenuate dicere. Cic. Verr. Diuin. 86 Alii amentiam mirari, ſtultitiam alii, *etc.* cui comperendinato quum tam multi Teſtes dixiſſent, quidquam illorum veniret in mentem? Cic. de Orat. . . Num igitur placet quum de eloquentia praecipias, aliquid etiam de Teſtimoniis dicendis quaſi in arte tradere? Idem Q. Frat. 3, 20 Quum Teſtimonium ſecundum fidem et religionem grauiſſime dixiſſem. Idem pro Sulla 83 Qui Teſtimonium de coniuratione dixi in alios. *In* Verr. . . . Qui priore actione ita Teſtimonio grauiter, vehementerque dixerunt, *etc.* *In Eund.* . . Idem abſens et de iſtius ſcelere, improbitate, audacia Teſtimonium dicat. Idem pro Planc. 55 Multi etiam communes inimici reorum omnium, qui ita ſemper Teſtimonium de ambitu dicunt. *Et* de N. D. 3, 83 Contra deos Teſtimonium dicere. Liu. : . Quod falſum aduerſus ſe Teſtimonium dixiſſet. Cic. Verr. 5, . . Dicet is pro Teſtimonio, de miſſione nautarum, de fame, *etc.* Eques Rom. L. Flauius pro Teſtimonio dixit, ſecuri eſſe percuſſum Idem Verr. 1, 14. Turpiter, aut impotenter aliquid Quinctil. 6, 3. Tute dicere poſſis Lucret. 3, . . *i. Tu ipſe.* Vale ſub noctem dixere Ouid. Met. 4, 79. Valere ſibi dici iubebat Sueton. in Galba c. 4. *Vid.* Vale, *in* VALEO. Vera dicis Plaut. Pſeud. 1, 5, 106. Verba amantia dixit Ouid. Faſt. 5, 70. Verba conſolantia dixerunt Idem Met. 15, 491. Verba digna rubore dicere Id. Faſt. 4, 69. Verba excuſantia dicit Ouid. Met. 9, 215. Verba lugubria Idem in Ibin 99. Verba nouiſſima Virg. Aen. 4, 650. Verba precantia dixit Ouid. Met. 7, 590. Vere dicere Cic. de Legib. 2, . . Verecundius de re aliqua dicere Quinctil. 4, 1. Verſus dicere Virg. Ecl. 5, 2. Vitioſe Quinctil. 1, 5. Voce Ouid. Amor. 3, 5. Cic. de Amicit. 98 Semper auget aſſentatio, id quod is, cuius ad Voluntatem dicitur, vult eſſe magnum. Quinctil. 6, 3 Cicero pro Vareno multa dixit Vrbane. Vt: Ter. Andr. 3, 4, 16 Domum modo ibo? Vt apparentur, dicam, atque huc renuntio. Idem Eun. 4, 5, 9 Nihil dixit tum Vt ſequerere ſeſe? Vt res eſt dico Plaut. Merc. 2, 3, 17. *h. e. Rem ipſam, vt eſt, et vt ſe habet, exprimo.* Cic. de N. D. 3, 54 Quartus is, quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperiſſe dicitur. *De Solibus.* Cic. de Orat. 3, 160 Quamuis ſphaeram in ſcenam (Vt dicitur) attulerit Ennius, tamen in ſphaera fornicis ſimilitudo non poteſt ineſſe. Vt ita dicam 38, 105. *nouo verbo parumue vſitato, it. audaciori tralationi addita formula.* Ter. Eun. 4, 3, 22 Noraſne eum prius? DO. Non, nec quis eſſet, vnquam audieram dicier. ¶ 4 *Aliae formulae:* Diceret: *pro Dicere poſſet:* Ter. Andr. 1, 1, 112 Nec ſatis ad obiurgandum cauſae: diceret, Quid feci? quid commerui, aut peccaui pater? Dicere volui, *Correctionis genus eſt, quum quis in loquendo falſus eſt, et verbum vnum pro altero protulit.* Plaut. Mil. 3, 2, 7

Sorbet dormiens.
PA. Quid ſorbet? LV. illud, ſtertit volui dicere:
Sed quia conſimile eſt, quod ſtertas, quaſi ſorbeas.

Dixi: Aſconius in Prooem. Act. Verr. *ſub ſin.* Moris fuit, quum ſatis viſum eſſet fluxiſſe verborum, hanc ſibi neceſſitatem finiendae orationis imponere, vt dicerent, ad vltimum Dixi: quod etiam ab vtraque parte oratione conſumta, vt in conſilium dimitterentur, Praeco ſoleret pronuntiare Dixerunt. *Haec ille.* Quinctil. 11, 3, 156 Iudex, in priuatis, Praeco in publicis dicere de cauſa iubet. *Nam vt initio pronuntiabat* Dicite, *ſic in extremo* Dixerunt. *Conf.* Ter. Phorm. 2, 3. Quinctil. 1, 5, 43. Dixi iram: *Sic dicimus, quum quis male accepit verbum, quod protulimus*, Plaut. Trucul. 2, 2, 9. *Abrupte dixerat Aſtaphium*, Comprime: iram *volebat intelligi. Aliorſum accipit ruſticus Stratilax, et ait*, Spero meam quidem hercle: te qui ſolitu'ſt comprimat. Impudens! per ridiculum vt ruſtico ſuadet ſtuprum. *Hic Aſtaphium in viam reductura hominem*, Iram dixi, *inquit, h. e. dicere volui, intellexi.* At neſciebam id dicere illam: *i. id velle intelligi a me* Ter. Eun. 4, 5, 10. De prandio dicis, debetur, dabo Plaut. Poen. 5, 6, 13. Dicis de fallacia? Ter. Heaut. 3, 3, 35. ¶ 5 *De Ellipſi verbi* Dicere, *vid. Burm.* Quinctil. Decl. 305 p. 590. Dicere *ac* Ducere *confundunt Librarii: Vid. Drakenb. ad* Sil. 12, 221. *Burm. ad* Nemeſ. Ecl. 1, 63. *De Syncope vel Contractione* Dixti *et ſimilium, vid. quos laudat Burm. ad* Quinctil. 9, 3 p. 806. Dixi Phormio: *veluti comminantis et terrorem incutientis: quaſi quod dixit, ſubito fieri velit.* Ter. Phorm. 2, 2, 90 Niſi tu properes mulierem Abducere, ego illam eiiciam. dixi Phormio. P. Si tu illam attigeris, ſecus quam dignum eſt liberam, Dicam impingam tibi grandem. dixi Demipho. *Vbi* Donatus, Dixi, ſolent dicere perorata cauſa, et mire comminationem et ferocitatem Demiphonis imitatus eſt Phormio ſimili verbo. Dixine ego in hoc eſſe vobis Atticam eloquentiam? Ter. Eun. 5, 9, 33. Dices, Quid poſtea, ſi Romae aſſiduo fui? Cic. pro Roſc. Amer. . . Idem Tuſc. 3, 46 Dicet aliquis, Quid ergo tu Epicurum exiſtimabas voluiſſe? Ne dixis iſtuc, *Genus eſt negandi quod quis dixerit, quaſi quis dicat*, Non ita eſt vt dicis Plaut. Aſin. 1, 1, 48. Dicere, *Nominare.* Virg. Aen. 1, 530 Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt. Nimius fortaſſe, auidusque doloris dicor Stat. Silu. 5, 5, 56. Martial. de Spect. 3, 11 Quum verus patriae diceris eſſe pater. *i. Exiſtimaris.* Dicor tibi frater ex Iberis Idem 10, 65, 3. Dici vix poteſt quam multa ſint, quae reſpondeatis ante fieri oportere Cic. pro Quintio. ¶ 6 *Obſeruatt. Grammaticae.* Dicaſſis, *pro Dicas, laudatur* ex Plaut. Curc. 4, 2, 26 Haud in male meditantem male dicaſſis: *Sed ortum ex* dicax ſis, *quod dedit* Pareus. Gron. An male meditate male dicax es. Dicebo, futurum antiquum, pro Dicam. Naeuius Pathicis, Primum quod dicebo, recte, ſecundum quod dicebo, eo melius Nonius 10, 17. ¶ 7 *Supina et Gerundiua.* Deformia dictu vapulantibus ſaepe dolore, vel metu accidunt Quinctil. 1, 3. Haud facile dictu eſt, *it.* Incredibile dictu eſt *loquendi formae* Curtio *inprimis frequentes e. c.* 3, 6, 17. 4, 7, 16. 5, 1, 8. 4, 2, 10. *etc.* Dictu nihil facilius, *De re difficili per ironiam.* Ter. Phorm. 1, 5, 70 Verum argentum deerat. D. ſumeret Alicunde. G. alicunde? nihil eſt dictu facilius. *h. e. Facillime id quidem dicitur, ſed difficilius multo fieret.* Facilia dictu Plin. 3, 1. Horrendum dictu Virg. Aen. 8, 565. Mirabile dictu Idem Georg. 2, 30. Parua dictu Plin. 2, 7. Prodigium dictu nefas Virg. Aen. 3, 366. Pudendum dictu Quinctil. 6, 4. Seria dictu Hor. A. P. 107. Calles dicenda tacendaque Perſ. Sat. 4, 5. Cum pondere aliquo haec dicenda ſunt Quinctil. 6, 1. Temporibus Auguſti dicendis non defuere decora ingenia Tacit. An. 1, 1, 4. Acutiſſimum et ſubtiliſſimum dicendi genus Cic. de Orat. 2, . . Artificium dicendi Cic. de Orat. 1, 74. Stilus eſt optimus effector et magiſter dicendi Idem de Orat. 1 c. 33. Facultas dicendi Quinctil. 2, 15. Forenſe, atque declamatorium dicendi genus Idem 2, 10. Gloria dicendi Cic in Bruto. . . Preſſum, limatumque genus dicendi Quinctil. 2, 8. Idem 1 Prooem. Non inutiles fore libri videbantur: quos ab ipſis dicendi velut Incunabulis per omnes artes ad ſummam eius operis perducere deſtinabamus. Magiſter dicendi Idem 2, 8. Officina dicendi, *vid.* OFFICINA. Opus elaboratum dicendi Cic. in Bruto. *i. Facultas dicendi, ars dicendi, eloquentia.* Idem in Bruto, . . Caeſar ad hanc elegantiam verborum Latinorum, adiungit illa oratoria Ornamenta dicendi. Primordia dicendi Quinctil. 1, 9. Ratio dicendi, *i. Modus* Quinctil. Prooem. 1, . . Rudimenta dicendi Idem 2, 1. Rudis dicendi Tacit. 1, 29. Veniam dicendi ante alios expoſcit Tacit. 12, 5. Cic. in Bruto, . . Nec vero tam de virtutibus dicendi tuis, quae cum omnibus, tum certe mihi notiſſimae ſunt, quam quod gradus tuos, et quaſi proceſſus dicendi ſtudeo cognoſcere. *Vid.* VIRTVS, GRADVS, *etc.* Initia gradus et eloquentiae velut quandam educationem, *vocat auctor* dialogi de Oratoribus 30, 1. Vis dicendi Quinctil. 1, 2. Vis ſtricte, robuſteque dicendi Quinctil. 5, 12. Dicundi, do, dum. *pro Dicendi, etc. apud antiquos:* Plaut. Rud. . . Immo etiam amplius: nam ſi non dat, dominum dicundum cenſeo.

DICENS, entis. Part. Dicentis fortunis abſona dicta Hor. A. P. 112. Crebro dicentem interpellabant Caeſ. B. C. 2, 33. Me dicente Hor. Od. 3, 13, 14. Cic. de N. D. 2, 65 c. 25 Hunc igitur Ennius nuncupat, ita dicens, *Adſpice hoc ſublime, etc.*

DICTVS, a, um. Partic. [ῥητὸς, λελεγμένος, τεταγμένος] Dictae partes Scribon. 125. Ante dicta 47. 65. 163. Ter. Andr. 1, 1, 103 Hic nuptiis dictus eſt dies. Dictum iſtud? *pro, Eſt ne verum, quod dicis?* Plaut. Bacchid. 4, 4, 101 Immo vt eum credis, miſera amans deſiderat. C. Dictum iſthuc? P. immo Chryſale, hem, non, *etc.* Dictum puta Ter. Andr. 1, 1, 2. Dictae per carmina ſortes Hor. A. P. 403. Ouid. Faſt. 3, 205 Conueniunt nuptae dictam Iunonis in aedem. Dicto citius, *i. Citius quam dici poteſt:* Virg. Aen. 1, 142 Sic ait: et dicto citius tumida aequora placat. Hor. Sat. 2, 2, 81 Alter, vbi dicto citius curata ſopori Membra dedit vegetus, praeſcripta ad munia ſurgit. Dicto prope citius equum in viam Claudius egit Liu. 23, . . Dicta eſt ſoror tua, *i. Dictum eſt vulgo tuam eſſe ſororem* Ter. Eun. 1, 2, 66. Idem Andr. 4, 4, 14 Semper enim eius dicta eſt haec atque habita eſt ſoror. *Et* Heaut. 2, 3, 29 Quae eſt dicta mater eſſe ei antehac, non fuit. *It.* 5, 4, 2 Dictus filius tuus tua voluntate. Plin. 28, 8 Haec ſunt quae retuliſſe fas ſit, ac pleraque ex his non niſi honore dicto, *i. cum praefatione honoris.* *Dicatus, conſecratus:* Virg. Aen. 8, 344 Et gelida monſtrat ſub

rupe

rupe Lupercal Parrhaſio dictum Panos de more Lycaei. Dictum (*inquit* Seruius) Dicatum, conſecratum. *i.* Oſtendit Lupercal Panos Lycaei dicatum de more Arcadico. *Haec ille.* Ter. Andr. 4, 6, 1 In hac habitaſſe platea dictum eſſe Chryſidem. Dictum eſt, *minantis particula, quemadmodum haec, quae prius annotata eſt,* Dixi Parmeno: *quaſi velit Innuere facturum ſe ſtatim quod dicit.* Ter. Eun. 5, 9, 36 Eia haud ſic decet. PH. Dictum eſt. Dictum ac factum, Prouerbium celeritatis, *i.* Cito, *inquit* Donatus. Idem Andr. 2, 3, 7 Dictum ac factum inuenerit Aliquam cauſam, quamobrem eiiciat oppido. Dictum ac factum reddidit: *hac figura ſignificamus, Nihil eſſe praetermiſſum in negotio procurando* Id. Heaut. 4, 5, 22. *Eraſm. in Chiliad.* Dictum factum, *i. Cito.* Ter. Heaut. 5, 1, 31 Quid poſtquam hoc eſt factum? M. dictum factum, huc abiit, Clitipho. Acute, venuſte, ſtulte, iracunde, timide dicta Quinctil. 6, 3. Cum gratia et Venere dictum Idem 6, 3. Crudeliter dictum Id. 1, 5. Frigidius dicta Quinctil. 6, 3. Inconſtantiſſime dicta, *vid.* INCONSTANS. Inſolenter dictum Quinctil. 1, 5. Minaciter dictum Idem 1, 5. Obſcure dicta interpretari Id. 3, 4. Sancte et moderate dictum, *vid.* MODERO. Superbe dictum Lucret. 5, 1213. Dictum ſapienti ſat eſt Plaut. Perſ. 4, 7, 19. Ter. Phorm. 3, 3, 8 Pater adeſt hic. G. ſcio: ſed quid tum? A. ah, dictum ſapienti ſat eſt. Dicta puella. Nonius 5, 69 Inter Speratam, Dictam, Pactam et Sponſam hoc intereſt, quod virgo poſtquam petitur, (*Merc.* priusquam petatur) ſperata dicitur: dehinc promiſſa, Dicta vel Pacta, vel Sponſa dici poteſt. Virg. Aen. 2, 678 Et coniunx quondam tua dicta relinquor, *etc.* ¶ 2 *Actiua ſignificatione vel Deponentis modo ponitur* Quinctil. 6, 2, 3 *de oratoribus,* Qui vero iudicem rapere, et in quem vellet habitum animi poſſet perducere, quo dicto flendum et iraſcendum eſſet, rarius fuit: Quo dicto *non poteſt dubitari, quin ſit* ȣ̃ ἠγορευκότος. *Et probabile mihi videtur, illam formulam* Dicto alicui audientem *eſſe, cuius exempla damus ſub* AVDIO, *hinc eſſe interpretandam,* dicto, *εἰπόντι, κελεύσαντι, dicenti obedire, vel cum vix dixit. Add.* ERRATVS, PECCATVS.

DICTVM, i. n. *Pro Omni ſermone intelligitur, ſed ſpecialem quoque ſignificationem habet pro Dicaci ſermone* [*εἰρημένον, λεγόμενον*] Catonis eſt dictum, pedibus pecuniam compenſari Cic. pro Flacco c. 29. Ter. in prol. Eun. 41 Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius. Etiam nunc mihi ſcripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis Idem Andr. 1, 5, 49. Abſona dicta fortunis Hor. in Arte Poët. 112. Plaut. Ciſtel. 2, 1, 34 Pergo illo, ſubagito blandis prius et benedicis dictis. Docta Idem Aſin. 3, 1, 22. Rurſusque vbi dulce remitti, Gratia quae dictis Stat. Epith. Patris v. 250. Ouid. Met. 13, 127 Neque adeſt facundis gratia dictis. Horriſona Claud. in Ruff. 1, 3. Irrita dicta factaque Catul. ad Alph. 28, . . Dicta iocorum Lucan. ad Piſon. 103. Mulſa, *vid.* MVLSVM. Procacia Claud. Paneg. 4, 28. Ridiculum, *Quod excitandi riſus cauſa profertur:* Plaut. Capt. 3, 1, 22 Dico vnum ridiculum dictum de dictis melioribus, Quibus ſolebam menſtruales epulas ante adipiſcier, Nemo ridet. Ridiculum dictum plerumque ſalſum eſt Quinctil. 6, 3. Terriloqua Lucret. 1, 104. Tumida Valer. Argon. 3, 714. Veridica Lucret. 6, 23. Tacit. Hiſt. 3, 32 Vernile dictum omnem inuidiam in eum vertit. *h. e. Scurrile et procax. Rhenan. in Caſtigat. in* Tacit. *Vid. etiam Gronou. in loc.* ¶ 2 *Verba:* Abolere triſtia dicta Sil. 7, . . Accedere dictis Stat. Achil. 1, 363. Addere conuicia obſcenis dictis Ouid. Met. 14, 522. Addere altera verba dictis Idem Faſt. 5, 296. Affatur amorem dictis Virg. Aen. 1, 663. Idem Aen. 4, 92 Talibus Aggreditur Venerem Saturnia dictis. Arrigere dictis Id. Aen. 1, 583. Audiens dicto Quinctil. 3, 6. *vid.* Audio. Auertere dictis curas Virg. Aen. 4, 394. Caſtigare aliquem dictis Idem Aen. 5, 387. Circumueſtire dictis, Cohaerent dicta inter ſe, Componere dicta cum factis, *vid. ſſ. ll.* Conſequi omnia dictis Ouid. Met. 15, 419. Conradere fidem dictis Lucret. 1, 402. Deferre dicta per auras Virg. Aen. 4, 226. Demere curas dictis Idem Aen. 3, 153. Lucret. 3, 12 Omnia nos itidem Depaſcimur aurea dicta. Detrahere fidem dictis Quinctil. 5, 7. Dicère dicta, *vid.* DICO. Iam ego te differam dictis meis, impudice Plaut. Pſeud. 1, 3, 124. Dimittere dicta in aures Virg. Aen. 4, 176. Dedit dicta Idem Aen. 6, 541. *Et* 8, 628. Dabat talia dicta Virg. Aen. 5, 852. *Conf.* Liu. 3, 61. Da lepôrem dictis Lucret. 1, 29. Docere dictis Idem 5, 51. Hor. Epiſt. 1, 5, 26 Ne fidos inter amicos Sit, qui dicta foras Eliminet. Eludenda aduerſariorum dicta Quinctil. 5, 13. Expedire dictis Virg. Aen. 3, 379. Fictis dat cultum et pondera dictis Valer. Argon. 1, 39. Figere dicta animis Virg. Aen. 10, 103. Haurire dicta auribus Ouid. Met. 13, 788. Iactare dicta iocoſa in aduerſarios, *vid.* IACIO. Incendere aliquem dictis amaris Ouid. Triſt. 3, 11, 31. Ingerere dicta in aliquem, *vid.* INGERO. Ingerere dicta in dolium pertuſum, *Ibid.* Laedere aliquem vel tenui dicto Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 284. Migrant dicta, *vid.* MIGRO. Miſcere fortia placidis dictis Ouid. Met. 4, 652. Moueri dictis Quinctil. 5, 7. Mulcet pectora moerentia dictis Virg. Aen. 1, 97. Mutare dicta, *vid.* MVTO. Notare dicta memori pectore Ouid. Faſt. 3, 178. Notari dicto Quinctil. 6, 3. Nuntiare alicui non bona dicta Catull. ad Furium et Aurel. . . Obediens dicto, *Qui dictis obſequitur et paret* Plaut. Perſ. 2, 2, 41. *Vt* Audiens dicto. Obtegere cum dicto, *vid.* CVM. Plaut. Merc. 5, 4, 17 Optime hercle perge, ego aſſiſtam hinc altrinſecus, Quibus eſt dictis dignus vsque oneremus ambo. *i. Corripiamus eum, vt dignus eſt.* Perluſtrare dicta Stat. Silu. 4, 3, 143. Plaut. Amph. 3, 246 Verum profecto hoc Petere me precario A vobis iuſſit, leniter, dictis bonis. Praetentanda ſententia dictis ambiguis Ouid. Met. 9, 587. Reddere dicta Idem Met. 8, 717. Refellere Virg. Aen. 4, 380. Referre mutua dicta, *eſt Reſpondere* Ouid. Met. 1, 656. Regere dictis animos Virg. Aen. 1, 153. Reportare dicta alicuius Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 20 (189.) Reportat triſtia dicta Virg. Aen. 2, 115. Repugnare dictis alicuius Ouid. Met. 2, 103. Quinctil. 5, 13. Interim ſi Reſoluere ex parte diuerſa dicta difficilius erit, noſtra argumenta cum aduerſariorum argumentis conferemus. Sum. *vt,* Facta arguebantur, dicta erant impune Tacit. Ann. 1, 72. Dicta parentis non Sunt: *i. Haec indigna ſunt, quae a parente dicantur* Ter. Heaut. 5, 4, 12. ¶ 3 *Obſerua,* Dictum, idem quod Prouerbium, ſiue Adagium: quod facetis hominibus adſcribitur, *vt ait* Donatus. Ter. Eun. 3, 1, 38 Tuum obſecrone hoc dictum erat? vetus credidi. Dictum a Promiſſo ſic diſcernitur: Dictum accipimus, quod verbo tenus pronuntiatum eſt, nudoque ſermone finitur: Promiſſum autem poteſt referri et ad nudam promiſſionem, ſiue pollicitationem, vel ad ſponſum l. 19 §. 1 D. de aedil. edict. Dictum *aliquando Conuicium, ſiue Maledictum, ſed eruditum et acutum, ſignificat.* Ter. prol. Eun. v. 4 Qui dictum in ſe inclementius exiſtimauit eſſe, ſic exiſtimet, reſponſum, non dictum eſſe. Non dictum eſſe, *i. Non conuicium eſſe. Vid. ibi Donat. Non raro pro Lepidiore facetoque ſermone, ſeu Ioco vſurpatur* Dictum; *vnde et* Dicaces *appellati.* Cicero duo facetiarum genera *facit,* quorum alterum aequabiliter in omni ſermone funditur, quam Cauillationem nominat; alterum quod in Celeritate et Dicto conſiſtit, quod peracutum et breue eſt: de Orat. 2 c. 54. *Et* n. 222 Dicere enim aiunt Ennium, flammam a ſapiente facilius ore in ardente opprimi, quam bona dicta teneat. Haec ſcilicet bona dicta, quae ſalſa ſunt. Nam ea dicta appellantur iam proprio nomine. *Conf.* DICTIOSVS. *Ita non ſemel iſta voce vſus eſt* Fabius 6, 4. *quo de riſu agit. Vid. Voſſ. Inſtit. Orat.* 3 p. 384. *Boecl. Chreſtom. Ter. Sic διακεκερτομήσεις, quas milites in duces ſuos iaciebant,* dicta *vocari veteribus Caſaub. obſeruat ad* Suet. Caeſ. c. 49. Dictum *pro toto genere eloquentiae* Ennius *apud* Cic. Bruto 71 c. 18 Cum neque Muſarum ſcopulos quisquam ſuperaret, Nec dicti ſtudioſus erat, *i. cum nec* Poëtae *nec* oratores eſſent.

DICTERIA, ōrum. n. [*σκώμματα*] *Breuiter, acute, ſalſeque dicta.* Varro, *ὄνος πρὸς λύραν, apud* Non. 2, 249. Quam mobile neque orthopſalticium attulit pſalterium, (*ſ. ſecundum Varr. in Coniectan. p. 90 ed. prior. p. 84 ed. poſt.* et orthopallica attulit pſalteria,) quibus ſonant in Graecia dicteria. Martial. 6, 44 Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes. *Res ipſa e Graecia petita eſt, Nam δεικτήρια proprie dicebantur Dicta, quae fundebant numarii ſcurrae in initio fabularum ad colligenda ſtudia ſpectatorum; quae cum eſſent pleraque ridicularia, hoc vocabulum in maledicae procacitatis infamiam abiit. Vid. Scalig. ad* Manil. l. 5 p. 390. *a* Dico *tamen deriuat* Cicero *apud* Macrob. Saturn. 2, 1. *Vid. Voſſ. Etym. Lex.*

DICTO, āre. Frequent. *Quo ſenſu habent libri quidam* Plaut. Trin. 1, 2, 62 Male dictatur tibi volgo in ſermonibus. *Sed al.* dictitatur. *Sic* Cic. Off. 3 c. 14 Dictabat ſe hortulos aliquos emere velle. *Al.* Dictitabat. ¶ 2 *Frequentius* Dictare *eſt Dicere, quod alter ſcribens excipiat,* Cic. Att. 2, 23 Cum recreandae voculae cauſa neceſſe mihi eſſet ambulare, haec dictaui ambulans. Idem Q. Frat. 2, 6 Paruula lippitudine adductus ſum, vt dictarem hanc epiſtolam: et non vt ſoleo, ad te ipſe ſcriberem. *Add.* Id. ad Att. 7, 13. Gell. 1, 23 Ea Catonis verba huic prorſus commentario indidiſſem, ſi libri copia fuiſſet id temporis, cum haec dictaui: *Illas* Dictandi delicias *reprehendit* Quinctil. 10, 3, 18 ſq. *vbi pluſcula annotauimus. Add.* Plin. Epiſt. 9, 36, 2. Grauiter ornateque dictare, *vid.* ORNATE, *in* ORNO. ¶ 3 *Formulae:* Actionem dictare, *a Iuriſconſultis dicitur, quod a* Terentio Dicam impingere vel dicere. *vid.* DICA. Paullus in l. non diſtinguemus §. illud D. de recept. arbit. Sed hoc tale erit, quale ſi actionem velit dictare. *h. e. Actionem inſtituere, formulam intendere, cum aliquo experiri apud iudicem.* An tua demens Vilibus in ludis dictari carmina malis Hor. Sat. 1 vlt. v. 4. Fugam lucis, et taedium pudor dictat Quinctil. 1, 3. Iudicium dictare Paullus in l. ſi ſeruus D. de noxal. act. Cic. de Fin. 4, 62 Tu idem qui illis, orationem dictauiſſes. Pultes Coram aliis dictem puero, ſed in aure placentas Iuuenal. 11, 58. *i. imperem. Sic* Quinctil. 11, 3, 131 Dictare Sportulam. Rationem dictare, *quod barbari, Facere computum, dicunt* Plaut. Amph. 2, 2, 38. *Lambin. coni.* ductare. Sententiam Quinctil. 2, 15. Teſtamenta aliena ipſis, quorum ſunt illa Plin. Epiſt. 2 vlt. *in fin. Alioquin* l. 22 C. de teſtamentis, Dictantibus teſtamenta — legatum — teſtatorem poſſe relinquere, minime dubitandum eſt. Vota dictat ſacerdos Valer. Argon. 1, 685. ¶ 4 *Metaphor.* Plinius Epiſt. 1, 9 O ſilua, ô litus quam multa inuenitis? quam multa dictatis? Boëthius Conſ. Phil. 1 Met. 1, 3 Ecce mihi lacerae dictant ſcribenda Camenae. Plin. 26, 4 Igitur demonſtratarum priore libro herbarum reliquos effectus dicemus, adiiciemusque quas ratio dictauerit. Ratio ita videtur dictare Quinctil. 3, 4. Pompon. in l. 2 D. de origine iuris, Nouiſſime ſicut ad pauciores iuris conſtituendi via tranſiſſe, ipſis Rebus dictantibus, videbatur: per partes euenit, vt eſſet neceſſe Reipublicae per vnum conſuli. Columella 4, 24 Modus itaque materiarum is erit, quem dictabit humi, atque ipſius ſtirpis laetitia.

DICTATA, orum. n. *Quae praeceptor pueris deſcribenda dictauit.* Cic. Q. Fratr. 3, 1, 7 Meam in illum orationem pueri omnes tanquam dictata perdiſcant. Idem de N. D. 1, 72 Iſta enim a vobis quaſi dictata redduntur, quae Epicurus oſcitans hallucinatus eſt. Perſ. 1, 29 Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe Pro nihilo pendas? Hor. Epiſt. 1, 19, 13 Vt puerum ſaeuo credas dictata magiſtro Reddere. *Add.* Epiſt. 1, 1, 54. *Nec in literis tantum, ſed in aliis quoque artibus* dictata *dicuntur, velut Regulae et Praecepta.* Iuuen. Sat. 5, 122 Donec peragat dictata magiſtri Omnia. *i. Omnes geſtus opſoniorum cum decoro incidendorum, quos a magiſtro didicerit.* Sueton. in Caeſ. c. 26 Vt diſciplinam ſingulorum ſuſciperent, ipſique dictata exercentibus darent. *De gladiatorum legibus ac praeceptis agit. Add.* Tertull. ad Mart. c. 1.

DICTATVM, *pro Epiſtola poni Barth. obſeruat. ad* Claudian. p. 1216.

DICTĬTO, as. Frequentatiuum *aliud, vulgo, frequenter, paſſim dicere:* Vulgus dictitabat Nep. 10, 7, 3. Cic. Fam. 1, 9 Quem poſt reditum dictitant fracto animo et demiſſo fuiſſe. Ter. prol. Heaut. 22 Tum quod maleuolus Poëta dictitat, Repente ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicum. Quum Lacedaemonii dictitaſſent, hanc cauſam eſſe belli Nep. 6, 1, 4. *i. praetextu vſi eſſent. Conf.* Liu. 1, 49. Cic. Fam. 1, 9 Appius in ſermonibus antea dictitabat, poſtea dixit etiam in Senatu palam. Cato *apud* Plin. 29, 1 *ſ.* 7 *extr. de Graecis,* Nos quoque dictitant barbaros, et ſpurcius nos quam alios opicos appellatione foedant. Cic. de Orat. 2, 56 Ex numero accepimus eorum, qui cauſas dictitarunt.

DICTITATIO, ōnis. f. *Apud* Mart. Capellam *eſſe dicitur.*

DICTITATOR, ōris. m. *Apud eundem.* . . .

DICTIO, ōnis. f. [*ῥῆσις, φάσις, λέξις*] *Dicendi actus, vel facultas, vel ratio etc.* Quinctil. 1, 5, 2 Voces, dictiones, locutiones, verba ſingula, *ſynonymôs dixit.* Ter. Phorm. 2, 1 Seruum hominem cauſam orare leges non ſinunt, neque teſtimonii dictio eſt, *i. Non licet ei teſtimonium dicere.* Cauſae dictio Val. Max. 7, 2. Cic. pro Quint. c. 10. Caeſ. B. G. 1, 4. Sententiae dictio Cic. de Inuent. 2 c. 4. Dictioni operam dare Idem Tuſc. 2, . . *Pro Oratione:* Cic. de Clar. Orat. 257 c. 73 *extr.* Malim mihi L. Craſſi vnam pro M. Curio dictionem, quam caſtellanos triumphos duos. Idem de Orat. 1, 157 c. 34 Educenda deinde dictio eſt ex hac domeſtica exercitatione et vm-

et vmbratili medium in agmen, in puluerem, in clamorem, in caſtra atque aciem forenſem. Dictio popularis, *vid.* POPVLARIS, *in* POPVLVS. Dictio interrupta ſilentio Quinctil. 9, 2, 71. Extemporales dictiones Idem 2, 4, 27. Dictionem, *pro Actione cauſae videtur poſuiſſe.* Dial. de Orat. c. 34 ſ. 2 Iuuenis ille, qui foro et eloquentiae parabatur, deducebatur ad eum Oratorem, qui principem locum in ciuitate haberet, hunc ſectari, hunc proſequi, huius omnibus dictionibus (*quoties ſententiam in ſenatu, in foro cauſam diceret*) intereſſe, vtque ſic dixerim, pugnare in praelio diſcere. *Pro Oraculo.* Liu. 8, 24 Eodem anno Alexandriam in Aegypto proditum conditam: Alexandrumque, Epiri regem, ab exule Lucano interfectum, ſortes Dodonaei Iouis euentu affirmaſſe. Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, Caueret Acheruſiam aquam, Pandoſiamque vrbem: ibi fatis eius terminum dari. Auct. ad Her. 2 c. 26 *ex veteri Poëta,* Apelle fatur dictio, ſi intelligas.

DICAX, ācis. Adi. [σκώπτης καὶ εὔστομος Vet. Gloſſ.] *Qui ſermone aliquem cum riſu inceſſit et ridet.* Cic. de Orat. 2, 221 Quod eſt hominibus facetis et dicacibus difficillimum. Qui captat riſus hominum famamque dicacis Hor. Sat. 1, 4, 82. *vbi vid. Schol.* Homo dicax Catull. ad Varum 22, 2. Facetus et dicax Cic. pro Caelio 67. Idem in Orat. . . *de Demoſthene,* Quo quidem mihi nihil videtur vrbanius, ſed non tam dicax fuit, quam facetus. Feſcenninus Sen. Med. v. 113. Satyri Hor. A. P. 225. Quinctil. 6, 3, 21 Demoſthenem Vrbanum fuiſſe dicunt, dicacem negant. Ibid. 41 Siculi laſciui et dicaces. Cic. Philipp. 2, 76 Populum in te dicacem etiam reddidiſti. In conuiuiis et ſermonibus multi dicaces Quinctil. 6, 3, 14. Granio quidem nemo dicacior Cic. de Orat. 2 c. 60. Homo dicaciſſimus Petron. c. 113. Dicaces *ſunt, Qui acuti ſunt in dicendo, et acriter aduerſarios figunt: Faceti vero, Qui cum ſuauitate quadam orationis riſum mouent.* Dicacitas *acrius ingenium poſtulat, quod celeriter et ex tempore poſſit aduerſarium mordere: Facetiae autem, maius et vberius ingenium et artem requirunt.*

DICACVLVS, a, um. Dimin. [σκωπτίλος] Plaut. Aſin. 3, 1, 8 Satis dicacula es amatrix. . Puella Apul. Met. 2 p. 118. Sermo Idem 3 p. 135.

DICACVLE. Adu. *Idem.* Apul. Mileſ. 1 p. 106. *it.* 8, . .

DICACITAS, ātis. f. [σίλλοι] Proprie ſignificat Sermonem cum riſu aliquos inceſſentem, *ait* Quinctil. 6, 3, 21. Cic. de Orat. 2, 218 c. 54 duo genera facetiarum *nominat,* Cauillationem et Dicacitatem. Idem in Orat. 87 Huic generi orationis adſpergentur etiam ſales, qui in dicendo mirum quantum valent, quorum duo genera ſunt, vnum facetiarum, alterum dicacitatis. Scurrilis, et ſcenica dicacitas Quinctil. 6, 3. Scurrilis Oratori dicacitas magnopere fugienda eſt Cic. de Orat. 2, 244 c. 60. Tinnula Apul. Met. 1 p. 66. *Conf.* Stewech.

DICENTARIVS, i. m. *Orator in* Gloſſ. Gr. Lat. λέκτης.

DICIBILIS, e. Adi. Gloſſ. Dicibile, λεκτόν, ῥητόν.

DICTAMEN, ĭnis. n. Gloſſ. φωνή.

DICTIONARIVM, ii. n. [λεξικόν] *Improbat hanc vocem Voſſ. de Vit. L. L.* 1, 17.

DICTO-AVDIENS, *et* DICTO-AVDIENTIA. Vet. Interpr. Irenaei 4, 79.

DICTIOSVS, a, um. Adi. *Pro Dicace antique dictum* Varro L. L. 5, 7 p. 56, 24 Hinc (a dicendo) appellatum dictum in Mimo, et dictioſus.

DICTĀTOR, ōris. m. [ὑφηγητής, δικτάτωρ] *Is eſt, qui dictat; dictare autem etiam iubere eſſe, vidimus. Itaque* Dictator *Romae dicebatur, qui aliis omnibus poſſit dictare, i. imperare ac praecipere. Sed* Dictator, *inquit* Varro 5, 7 de L. L. magiſter populi, a Conſule debet dici. Liu. 9, 38 Noctis ſilentio (vt mos eſt) Fabius L. Papirium Dictatorem dixit. In rebus trepidis vltimum conſilium dictatorem dici Liu. 4, 56. Iuuen. Sat. 8, 8 Fumoſos equitum cum Dictatore magiſtros. Cic. de Fin. 3 c. 22 Rectius magiſter populi (is enim eſt Dictator) quam Sulla. *it.* Praetor Maximus, *v.* Sen. Ep. 108. Liu. 7, 3. Feſtus. *Erat autem* Dictator ſine prouocatione Liu. 2, 29. *it.* 3, 30. *Eius proinde* Edictum pro numine obſeruatum Idem 8, 34. *Hinc* Conſulem ad ſe venire iubet ſine lictoribus Liu. 22, 11. *Nec ſine iniuria* aequatum Magiſtro equitum cum illo imperium Idem 22, 26. *Creatus ordinarie* Belli gerendi cauſa *v. g.* Liu. 4, 26. *it.* 7, 9 *ſaepius libro* 9. *Sed etiam* Comitiorum cauſa, *vt* Liu. 8, 23. 9, 7 *etc. it.* Feriarum conſtituendarum ibid. 7, 28 *et* Quaeſtionibus exercendis de coniuratis 9, 26. *Denique* claui figendi cauſa, *de qua re* Liu. 7, 3. 8, 18. Dictatoris Perpetui *nomine cum remp. Caeſar oppreſſiſſet,* M. Antonius conſul *lege lata illud nomen in perpetuum ſuſtulit, quod vehementer probat ipſe* Cic. Phil. 1 c. 1 *et* 2 c. 45. *Caeterum* CAESARI DICTATORI PERPETVO *faſtis ſcriptum apud* Cic. Phil. 2 c. 34. *De hac dignitate et Officio, v. ſcriptores de Magiſtratibus. Exſtat de ea accuratiſſimus et pleniſſimus locus apud* Vellei. 2, 28, 2. *in quem vide copioſe* Boecler. *ib. p.* 141 *ſeq. et* Zeuecot. *ad* Flor. p. 207. 208. *Conf.* l. 2 §. 10 ff. de O. I. *Muret. ad* Tacit. p. 19. *praeſertim Spanh. de Vſu et Praeſt. Num. diſſ.* 10 *p.* 171 *ſeq. Sed eſt etiam in Io. Ienſii ferculo literario de* dictatoribus Populi Rom. *diſputatio.* ¶ 2 *Etiam Latinae quaedam Vrbes et Municipia* Dictatores *vocarunt Magiſtratus ſuos, vt* Dictator Lanuuinus Cic. pro Milon. c. 10 *et* 17. *Sic* Spartian. Hadr. c. 19 Per Latina oppida et Dictator et Aedilis, et Duumuir fuit. *De Carthaginienſium quoque Magiſtratibus ſummis id nominis vſurpatum,* Cato in Orig. *de Hannibale et Maharbale, apud* Gell. 10, 24 Igitur dictatorem Karthaginienſium magiſter equitum monuit: Mitte mecum Romam equitatum *etc. Add.* Liu. 23, 13. Iuſtin. 19, 1. Frontin. Strateg. 2, 4. Vitioſus dictator, *i. Vitio creatus* Liu. 22, . . Arrogare dictatorem, *vid.* ARROGO.

DICTĀTRIX, īcis. f. [ὑφηγῆτις] *Quae dicit agenda, praecipit et imperat.* Plaut. Perſ. 5, 1, 18 Tu hic eris dictatrix nobis: *ad puellam in conuiuio, cui dat corollam.*

DICTATORIVS, a, um. Adi. [δικτατώριος] *Quod ad Dictatorem pertinet, ſeu, quod eſt Dictatoris.* Animaduerſio Vellei. 2, 68, 5. Maieſtas Liu. 4, 14. Idem 6, 39 Poſtremo Dictatorium fulmen in ſe intentatum. Cic. pro Cluent. c. 44 Dictatorius gladius. Dictatorius iuuenis, *pro Dictatore patre natus* Liu. 7, 4.

DICTATIO, ōnis. f. *Actus ipſe dictandi.* Paullus in l. Lucius D. de militari teſtam. Lucius Titius miles notario teſtamentum ſcribendum notis dictauit, et ante quam literis perſcriberetur, vita defunctus eſt: quaero, an haec dictatio valere poſſit? Symmach. 6, 4. *Conf.* Sidon. Epiſt. 9, 9.

DICTATVRA, ae. f. *Ipſa Dictatoris dignitas.* Cic. Off. 2, . . Alter enim, qui in illa Dictatura ſcriba fuerat, in hac fuit Quaeſtor vrbanus. Caeſaris *vox ap.* Sueton. c. 77 Sullam neſciſſe literas, qui Dictaturam depoſuerit: *vbi ad munus Grammatici alluſum eſſe, viris doctis placet: vt* Iuuenal. 2, 28 In tabulam Sullae ſi dicant diſcipuli tres. Imperioſa Dictatura Liu. 7, 40. Dictaturam ſolo aequare, *vid.* AEQVO. Cic. Off. 3, 112 c. 31 Quod is paucos ſibi dies ad Dictaturam gerendam addidiſſet. Deponere Dictaturam Quinctil. 5, 10. Sumebantur Dictaturae ad tempus Tacit. 1, 1, 1.

DICIBVLVM, i. n. *Vid. ſupra ſuo loco.*

DICTOR, ōris. m. Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 4, 19.

DICTVRIO, īre. *Dicere molior.* Macrob. Saturn. 7, 2 Sed perge Auiene, ne vltra te dicturientem retardem.

DICRŎTVM, i. n. [δίκροτον] *Biremis dicitur. Iulius Pollux* 1, 9 Dicrota ſunt naues, quae duobus gubernaculis pariter a prora reguntur et puppi. Cic. Att. 5, 11 ἄφρακτα Rhodiorum, et dicrota Mitylenaeorum habebam, et aliud ἐπίκωπον. Idem 16, 4 Nam et ipſe Domitius bona plane habet dicrota.

DICTAMNVS, i. m. *vel* DICTAMNVM, i. n. [δίκταμνος] *Herba, qua lacertae ſe refouent, quotieſcunque cum ſerpentibus pugnam habuerint, A* Dicte *Cretae monte appellatam volunt.* Virg. Aen. 12, 411 Dictamnum genitrix Cretaea carpit ab Ida. Plin. 8, 27. *Et* 20, 14. Cic. de N. D. 2 c. 4 Capras auditum eſt in Creta feras, quum eſſent confixae venenatis ſagittis, herbam quaerere, quae dictamnus vocaretur: quam quum guſtauiſſent, ſagittas excidere dicunt e corpore. Idem *dicit* Plin. 26, 14. Apul. de Herb. c. 62. Stat. Silu. 1, 4, 102 Idaeae profert quam Creta ſub vmbra Dictamni florentis opem. *De* Dictamno *in Numis, vid. Spanh. diſſ.* 6 p. 361.

DICTATOR, DICTATVRA, *vid.* DICO, is.

DICTE, es. f. [Δίκτη] *Mons eſt inſulae Cretae, Ptolemaeo* 3, 17. *et Straboni* 10. Sic dictus a Dicte nympha, quae illic colebatur, *vt ait* Seruius.

DICTAEVS, a, um. Adi. [Δικταῖος] *Vnde* Iupiter Dictaeus dictus eſt, quod in eo fuerit nutritus, *vt tradit* Seruius *ad* Virg. Georg. 2, 536 Ante etiam ſceptrum Dictaei regis, *etc.* Idem Georg. 4, 152 Dictaeo caeli regem pauere ſub Antro. *de apibus loquitur,* Arua Dictaea Id. Aen. 3, 171. Claud. in Sec. Conſul. Stil. 208 Seu tibi Dictaeae placuerunt aſtra coronae.

DICTERIVM, DICTIO, DICTITO, DICTO, DICTVM, *vid.* DICO.

DICTYNNA, ae. f. [Δίκτυννα] Dianae (*vt quidam putant*) *cognomen eſt, propterea quod retia inuenerit, quae Graece dicuntur* δίκτυα. *Scribit Diodor.* 6 Dictynnam *ex Ioue genitam, in Creta conſuetudine Dianae familiariſſime eſſe vſam: quae res cauſam praebuit, vt quidam* Dictynnam, *Dianam eſſe exiſtimarent. Hoc item cognomine* βριτόμαρτιν *deam appellant Cretenſes, quod quum Minos ob amorem hanc inſequeretur, illa fugiens in retia, copiendis demiſſa piſcibus, ſe praecipitem dederit. Vid. Etiam Diod. Sic.* 5, 78. Dictynna Diana, quam eſſe Lunam putabant, dicta quod fulgore ſuo noctu omnia oſtendat, Feſtus. *Itaque a verbo* δείκνυμι *deriuat, quaſi eſſet* δείκτυννα, *Monſtratrix quaedam.* Mitis Dictynna, *i. Diana* Stat. Theb. 9, 632. *Hinc* ¶ 2 Dictynna, *Cretae inſulae vrbs: a quo mons* Dictynnaeus *dictus eſt Straboni, et* Plin. 4, 12. *Vid. Harduin.*

DICTYŌTA. [δικτυωτά] Opera, *quae Latini* Reticula *vocant: ita dicta, quod in hoc aedificii genere teſſellae, macularum, quae in reti conſpiciuntur, ſimilitudinem referant.* Plin. 36, 22 Dictyoton vocant reticulatam ſtructuram, quam frequentiſſime Romae ſtruunt, rimis opportunam. *Vbi tamen in vulgatis codicibus legitur* Dictyotheton.

DICTYS, yis. m. *Cretenſis, cuius nomine circumfertur hiſtoria belli Troiani.* ¶ 2 Dictys, *Vnus ex Centauris Pirithoi manu interfectus,* Ouid. Met. 12, 334 *etc.* Dictys, *Piſcator quidam, qui Perſeum educauit: de quo* Stat. Silu. 2, 95 Fluctiuagus volucrem comebat Perſea Dictys.

D I D

DIDASCĂLVS, i. m. [διδάσκαλος] *Latine dicitur Praeceptor, magiſter, a* διδάσκω *doceo.* Cic. Fam. 9, 7 Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων. *Hinc* Hypodidaſcalus *de quo ſ. l.*

DIDASCALĬA, ae. f. *Doctrina.* Caelius ad Cic. Fam. 8, 3 Genere tamen, quod ad nos pertineat, et διδασκαλίαν quandam, vt verſetur inter manus, habeat. *Petit opus aliquod literarium ſibi a Cicerone dedicari, celebre quidem illud, et quod propter doctrinam crebro ab hominibus tractetur.*

DIDASCALĬCVS, a, um. Adi. Auſon. Epiſt. 17 Didaſcalicum aliquod opuſculum mittere.

DIDIA, ae. f. *Gens, e qua v. g.* T. Didius, *qui* ex Macedonia triumphauit Cic. in Piſon. c. 25. ¶ 2 Didia Lex Cic. pro Sext. c. 64. *De hac* Macrob. Sat. 2, 13 Fanniam legem poſt annos decem et octo lex Didia Conſecuta eſt. Eius ferendae duplex cauſa fuit: prima et potiſſima, vt vniuerſa Italia, non ſola vrbs lege ſumtuaria teneretur, Italicis aeſtimantibus, Fanniam legem non in ſe, ſed in ſolos vrbanos ciues eſſe conſcriptam. Deinde vt non ſoli, qui prandia coenasue maiore ſumtu feciſſent, ſed etiam qui ad eas vocitati eſſent, atque omnino interfuiſſent, poenis legis tenerentur.

DIDO, ōnis. f. [Διδώ] *vel per declinationem Graecam* Dido Didus, *in Accuſatiuo* Didoa, *et per contractionem* Dido. Eliſa *proprio nomine vocabatur, ſed cognomento* Dido *dicta eſt, i. Virago,* quia virile aliquid fecit, ſe in ignem praecipitando, *inquit* Seruius. *Beli fuit filia, et ſoror Pigmalionis, cuius ſcelus, quod maritum ſuum Sichaeum vi oppreſſiſſet, auerſata, Tyro relicta in Africam profugit, et Carthaginem condidit. Hiarbae regis Mauritanorum, ad poſtremum nuptias fugiens, gladio vitam finiuit. Nam quae Virgilius de illius cum Aenea amoribus prodidit, conficta omnia ſunt. Neque enim ſe Dido et Aeneas per aetatem potuerunt videre, cum ab Ilii excidio ad natalem Carthaginis anni ſint* 299. *Vid. Voſſ. Inſtit. Orat.* 1 *p.* 122. Infelix Dido Virg. Aen. 4, 68. Regina Dido Idem Aen. 1, 496. Phoeniſſa Dido Id. Aen. 1, 670. Pulcherrima Dido Virg. Aen. 4, 496. Sidonia Dido Idem Aen. 1, 446.

DĪDO, didĭdi, ĭtum, ĕre. [διανέμω] *Diſtribuere ſignificat et digerere.* Hor. Sat. 2, 2, 67 Albuti ſenis exemplo dum munia didit. Didit, *i.* Diuidit. Porphyrius. Diditur per agmina rumor Virg. Aen. 7, 144. Cibus in venas diditur Lucret. 2, 1134. Solatia didita per gentes Idem 5, 20. *et* 4, 241 Nunc ea quae dico rerum ſimulacra, feruntur Vndique: et in cunctas iaciuntur didita partes. Dididērunt, *pro Diuiſerunt poſuit* Lucret. 6, 2 Primae frugiferos foetus mortalibus aegris Dididerunt quondam praeclaro nomine Athenae.

Vet. Poëta *apud* Cic. pro Caelio 37 c. 16 Dide, ac diffice, per me licebit: ſi egebis, tibi dolebit *etc.*

DIDITVS, a, um. Part. Ardor flammarum Lucret. 5, 1092. Ardor vini in venas diditus Idem 3, 478. Tua terris didita fama Virg. Aen. 8, 132. Fama in populos didita Sil. 1, 186. *vbi vid. Drakenborch.*

DIDŌRON, i. n. [*δίδωρον*] *Duorum palmorum, laterum epitheton.* Plin. 35, 14 Genera eorum tria, Didoron, quo vtimur, longum ſesquipedale, latum pede, alterum Tetradoron. Vitruu. 2, 3.

DIDRACHMVM, i. *vel* DIDRACHMA, ătis. n. [*δίδραχμον*] *Numus eſt duas drachmas continens.* Tertull. de Praeſcript. c. 11. *Conf.* Sedul. 3, 316 *cum not. Cellarii.*

DIDVCO, xi, ctum, ĕre. [*διαλαμβάνω, διαιρέω*] *In diuerſas partes et diuerſa loca ducere, ſiue Dirimere, diuidere, et diſtinguere.* Caeſ. B. G. 6, 33 Dimittendae plures manus, diducendique erant milites. Columel. 6, 2 Poſthaec diductis malis, educito linguam. *de bobus domandis.* Cic. Acad. 4, . . Itaque et lumen mutari ſaepe volumus, et ſitus earum rerum, quas intuemur, et interualla aut contrahimus, aut diducimus, multaque faeimus, *etc.* *Contraria:* Cic. in Orat. 113 c. 32 Nam quum compreſſerat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi eſſe: quum autem diduxerat, et manum dilatauerat, palmae illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. Aciem diducere in cornua Liu. 5, . . Cato c. 155 Quum pluere incipiet, familiam cum ferreis ſarculis exire oportet, et incilia aperire, aquam diducere in vias. Aſſem in centum partes diducere Hor. in Arte Poët. 326. Quinctil. 11, 1 Argumenta diducet in digitos, et propoſitionum ac partitionum captabit leporem. Propert. 2, 18, 5 Siue aliquis molli diducit candida geſtu Brachia. *i. de ſaltatione. Sic volebat Paſſeratius. Sed Brouckh. dedit* deducit *vbi vid.* Propert. 1, 12 Non ego Complexus potui diducere noſtros. Virg. Aen. 5, 720 Tum vero in Curas animum diducitur omnes. Graeca figura: vt, Mentem laeſus. Seruius. Fauces immani diducit hiatu Sil. 3, 194. *de ſerpente quodam.* Flumina in riuos diducuntur Quinctil. 5, 13. Humum continuam diduxit Ouid. Met. 8, 587. Matrimonium diductum Suet. in Othone c. 3. Cic. in Arat. . . Ni parte ex Aquilonis opacam pellere Nubem Coeperit, et ſubitis auris diduxerit ara. In tres partes medicina diducta eſt Celſ. 1 praef. Cic. de Inuent. 2, 51 Atque hi quidem, et ſi qui eiusmodi ex proprio argumento communes loci naſcentur, In contrarias partes diducentur. Rictum diducere Iuuen. Sat. 10, 230. Riſu diducere rictum auditoris Hor. Sat. 1, 10, 7. In ſpecies rurſus haec omnia diducuntur Quinctil. 2, 14. In ſtudia Senatum diduxerat Tacit. Hiſt. 4, 16. Veſtem diduxit ab ora Ouid. Met. 3, 480. *Obſ.* Diducere *ac* Deducere *confunduntur ſaepe in MSS. Vid. Drakenb. ad* Sil. 15, 187. *Adde* Ouid. Met. 11, 477. *vbi leg.* Carbaſa diducit, *i. Expandit.*

DIDVCTIO, ōnis. f. Sen. Nat. Quaeſt. 2, 8. *et* 3, 13.

DIDVCTVS, a, um. Partic. [*διειλημμένος*] Cic. de Orat. 3 c. 6 Riuis eſt diducta oratio, non fontibus. Iniurias inimicorum in ſe commemorat, a quibus diductum et deprauatum Pompeium queritur Caeſ. B. C. 1, 7. *i. abalienatum.* Arua diducta a propinquis iugis Sil. 1, . . Britannia diducta mundo Claud. Paneg. 8, 17 (51.) Ciuitatem diductam incuſabat Tacit. Ann. 4, 17. Celſ. 1, 8 Quantoque magis miſtos, neque inter ſe diductos Colores habet, tanto deterius. Cornua diducta Liu. 2, 8 Cornua exercitus *intelligit.* Diviſionem in digitos diductam nonnunquam Cicero leuiter eludit Quinctil. 4, 5. Matrimonium Suet. Oth. c. 3. *i. diſſolutum.* Militem diductum laſciuire praetendebat Tacit. Ann. 4, 2. Ordines diducti Idem in vita Agricolae. . . . Studium audientium diductum in partes. *Laudatur* Plin. Epiſt. . . *Non recte.* Terrae diductae, *h. e. Diuiſae, apertaeque* Tacit. Ann. 2, 47. Tunica diducta Quinct. 2, 15.

DĬDY̆MAEVS, i. m. [*Διδυμαῖος*] Apollo *teſte* Macrob. Sat. 1, 17 *dictus eſt*, quod geminam ſpeciem ſui numinis praeferat, illuminando formandoque Lunam. Ex vno enim fonte lucis, gemino ſidere ſpatia diei et noctis illuſtrat: vnde et Romani Solem ſub ſpecie Iani Didymaei Apollinis appellatione venerantur. *Dictum eſt et* Didymaeum templum Apollini dicatum apud Miletum, quod prius oraculum Branchidarum (*vt auctor eſt* Plinius 5, 29.) appellatum eſt. *De hoc templo Strab.* 14 p. 436. *Nempe δίδυμος geminus eſt. Vnde etiam tractum, vt in propriis nominibus ſint* Didymus, Geminus, Thomas, *etc.*

DĬDY̆MĀON, ŏnis. m. *Armorum artifex eximius.* Virg. Aen. 5, 359 Et clipeum afferri iuſſit, Didymaonis artes, Neptuni ſacro Danais de poſte refixum.

D I E

DIECVLA, *vid.* DIES.

DIERECTVS, a, um. Adi. [*σταυρωθεὶς*] Nonius 1, 246 Dierecti crucifixi, quaſi ad diem erecti. Varro Eumenid. . . Apage in dierectum a domo noſtra iſtam inſanitatem. *Haec ille.* Plaut. Caſ. 1, 15 Abi dierectus tuam in prouinciam. Idem Capt. 3, 4, 104 Quin tu quieſcis dierectum cor meum, i, ac ſuſpende te. *Et* Bacch. 4, 1, 7. Poen. 1, 1, 32. Rud. 4, 4, 126. Trin. 2, 6, 56. Feſtus: Dierectum dicebant per antiphraſin, volentes ſignificare malum diem. *Antiquum eſt. Sed Salmaſ. ad* Capt. 3, 4, 103 Abi dierectus, *idem vult eſſe ac ἄπιθι διάῤῥηκτος, i. διαῤῥαγείης, etc.*

DIERIS, *ſ.* DIERES, is. f. [*διήρης*] Gloſſ. Gr. Lat. biremis, *v. v.*

DIES, ei. m. *et* f. *in ſing.* [*ἡμέρα, ἦμαρ*] *in pl. vero tantum m. Vid.* Varr. *apud* Chariſ. Gramm. 1 c. de Nomine. Aſconius in Verr. Act. 1 c. 2 Dies feminino genere tempus dicitur: et ideo diecula, breue tempus et mora. Dies horarum XII. m. gen. eſt: vnde Hodie aduerbium, quaſi hoc die. *Conf.* Seru. *ad* Virg. Aen. 2, 324. *Manut. ad* Cic. Fam. 1, 2. Dies *nomen habet ab Ioue, quem Graeci δία vocant.* Macrobius Saturn. 1, 15 Iouem accipimus lucis auctorem, vnde et Lucetium Salii in carminibus canunt, et Cretenſes *δία τὴν ἡμέραν* vocant. ipſi quoque Romani Dieſpitrem appellant, vt diei patrem. Idem quoque c. 23 *plurimis teſtimoniis confirmat* eundem eſſe Iouem ac Solem, quo loco rem fuſiſſime exſequitur. Feſtus, Dies dictus, quod diuini ſit operis, ſiue a Ioue eius, vt putabant, rectore, qui Graece *Δία* appellatur (*ſ. Δὶς*) ſiue quod aër diurnus dehiſcat in candorem. *Vltima plane nugatoria. Pro illa differentia, quam ex Aſconio retulimus, militant iſta:* Martial. 1, 3, 20 Quartus Dies eſt, in ſchola Poëtarum Dum fabulamur. Plin. 9, 59 Eademque hora per aliquot dies continuos piſcator enauigat. *Et* Virg. Aen. 11, 425 Multa dies, variusque labor mutabilis aeui Retulit in melius. *Et* Aen. 2, 132. Iuuen. *de Priamo loquens* Sat. 10, 205 Longa dies igitur quid contulit? *i. Quid ei longaeuitas profuit? Sic Iuriſconſulti* Annua, bima,

trima, quadrima, die, *pro tempore anni, biennii, triennii, quadriennii vſurpant.* Cic. Fam. 1, 6 Et ipſa die quae debilitat cogitationes et inimicorum et proditorum. *Confunditur tamen haec differentia. Sic* Dies, *ſ. pro die horarum XII* Cic. Q. Frat. 3, 17 In qua primum erat, quod antiquior dies intus fuiſſet adſcripta literis, quam in Caeſaris. Thebis laeta dies adeſt Sen. Herc. fur. v. 874. Qua ex die conſulatum Lentulus iniit Caeſ. B. C. 1, 5. Nunc dicenda bona ſunt bona verba die Ouid. Faſt. 1, 72. Dies *in patrio caſu hodie declinat* Diei; Virg. Aen. 9, 156 — melior pars acta diei eſt. Plaut. Pſeud. 4, 7, 59 Diei iam multum eſt. *Veteres habuerunt in Genitiuo* Dies, Die, Dii. *Sic Genit.* Dies Ennii *apud* Gell. 9, 14 Poſtremae longinqua dies confecerit horas. *Teſtatur et* Gellius *l. c. ita ſcriptum inueniſſe in* Cic. pro Sext. (28 c. 12) Equites vero daturos illius dies poenas. *Addit inſuper ſe* facile iis *credere*, qui ſcripſerunt idiographum Librum Virgilii ſeſe inſpexiſſe, in quo ita ſcriptum eſt, (Georg. 1, 208) Libra dies ſomnique pares vbi fecerit horas. *i.* diei: *ſed in hodiernis exemplaribus ibi legitur* Die; *nulla tamen Apocope, (vt quidam volunt) ſed Genitiuo regulari antiquo, Sic* Hor. Od. 3, 7, 4 Conſtantis iuuenem fide. *Vid. Bentlei. Et* Ouid. Met. 6, 506 Vtque fide pignus dextras vtriusque popoſcit. *Neque ab hoc ſcribendi genere Auctores proſaici abhorruerunt.* Salluſt. Iugurth. Vix decima parte die. *Sunt Codices, in quibus legas* diei *per ei diphthongum, veluti alii habent* Dii *per Syncopen pro* Diei, *vel* Dii *pro* Die, *quia* e *et* i *indifferenter in fine vſi ſunt antiqui. Conf. Cort. ad* Sall. Iug. 52, 3. *Genitiuus* Dii *eſt* Virg. Aen. 1, 636 Munera laetitiamque Dii. *In quo loco ait* Gellius 9, 14 nihil dubium eſſe, quin *Dii* ſcripſerit pro *Diei*, *et* imperitiores *vocat, qui Dei (ſcil. Bacchi) ſcribunt.* Sic autem, *pergit*, *Dies Dii* a veteribus declinatum eſt; vt *Fames, fami; Acies, acii, etc.* *Abl.* Die, *vel* Diu. Salluſt. Diu noctuque labora. *Vid.* DIVS *ſtatim poſt* DIES. Plinius 2, 77 Ipſum diem alii aliter obſeruauere. Babylonii inter duos ſolis exortus: Athenienſes inter duos occaſus: Vmbri a meridie in meridiem: vulgus omne a luce ad tenebras: Sacerdotes Romani, et qui diem diffiniere ciuilem, item Aegyptii, et Hipparchus, a media nocte in mediam. *Vid.* Macrob. Saturn. 1, 3. *et* Gell. 3, 2. Diem *incipiunt Hebraei a veſpere, quod tenebrae ante creatam lucem fuerunt, vt eſt Geneſ. 1 cap. quod idem olim feciſſe* Gallos *tradit* Caeſ. B. G. 6, 18. *et* Germanos Cornel. Tacit. de Germ. 28 c. 11. *Vid. Kirchmaier. h. l. it. Bernegger. Quaeſt. in* Tac. 53. *Poſt reperta Horologia Romani Diem in 24 horas partiti ſunt; ſed apud antiquiſſimos horarum nomen incognitum erat; nec in* 12 Tabulis *inueniuntur vnquam horae nominatae.* Dies, ſi tempus eſt, viginti quatuor horarum, neceſſe eſt omnes inter ſe dies pares eſſe, quia nox habet, quod dies perdidit. Sen. Epiſt. 12 Diei, *i.* Lucis, partes ex Varrone: Mane, Ortus, Meridies, Occaſus. *De* Diuiſione Dierum. *Vid.* Cenſorin. *vlt. et* Macrob. Sat. *l. c.*

¶ 2 *Obſ.* Dies, Nonius 12, 30 Quoties, *inquit*, per Accuſatiuum caſum annos vel dies loquimur, iuges annos, vel dies ſignificamus: quoties per Ablatiuum, per interuallum, interiectis aliquibus annis vel diebus. Itaque qui optantes *multis annis* dicunt, *multos annos* melius dixerint. Plaut. Trinum. (1, 2, 129) Quia ruri dum ſum ego, vnos ſex dies, Me abſente, *etc. i. non niſi ſex dies.* Die, *i. vno die, vel indie* Quinct. 10, 3, 8 Virgilium pauciſſimos die compoſuiſſe verſus. Die craſtini, *pro Die craſtino:* Plaut. Moſt. 4, 1, 25 Hanc rem die craſtini quum herus reſciuerit. Idem Men. 5, 9, 94 Mane ſane, die ſeptimi vaenibunt ſerui. *Ita loquutos veteres docet* Macrob. Saturn. 1, 4 *ita inquiens*, Sed nec diecraſtini a doctiſſimo viro, ſine veterum auctoritate prolatum eſt, quibus mos erat modo diequinti, modo diequinte pro Aduerbio copulate dicere. Cuius indicium eſt, quod ſyllaba ſecunda corripitur, quae natura producitur, quum ſolum dicitur die. Quod autem diximus extremam iſtius vocis ſyllabam tum per e, tum per i ſcribi, conſuetum id veteribus fuit, vt his literis plerumque in fine indifferenter vterentur, ſicut Priſtine et priſtini, Procliue et procliui. Gell. 10, 24 Dixerunt etiam Diepriſtini, vel diepriſtine, pro Die priſtino; quod nos inuerſo compoſitionis ordine dicimus Pridie. Diequarti et diequarte, pro Die quarto. *Videntur tamen veteres differentiam feciſſe inter* Diequarto *et* Diequarte, *vt illud pro praeterito ſit, quod nos Nudius quartus dicimus, hoc de futuro. Vid.* Macrob. *et* Gell. *vbi ſupra. it.* 2, 29. Acceſſus et defectus dierum ac noctium, *vid.* ACCEDO. Die decies Plaut. Mil. 3, 2, 40. Tacit. Hiſt. 1, 62 Medio diei temulentus. Per medium diei nudus repertus eſt exercitando corpori Idem Ann. 14, 59. Pars melior diei acta Virg. Aen. 9, 156.

¶ 3 *Cum Praepoſitione.* Ad diem, *vid.* AD Praepoſitionem. Ad diem pecuniam ſoluere Cic. Att. 16, 24. Ad hanc diem, *vid.* AD Praepoſitionem. Ad multum diem, *vid.* MVLTVS. Diebus ſit paucis Scribon. 249. Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas, *h. e. Ad paucos dies habiturus eram* Cic. Att. 5, 17. Aliquot diebus Scrib. 203. Diebus XL. Id. 80. Ad ſerum vſque diem Vitelliani ſaxis, pilisque ſubeuntes ardebant Tacit. Hiſt. 3, 82. Per dies XXX Scrib. 13. 269. — XLV Id. 15, 153. Ante diem cadere *vel* mori Virg. Aen. 4, 620. De die, *pro Interdiu.* Sueton. Domit. c. 21 Lauabat de die. Curt. 5, . . De die inibat conuiuia, quibus feminae intererant. Idem 8, 5, 12. Cic. Phil. 2 c. 35 Cum perditiſſimis latronibus non ſolum de die, ſed etiam in diem viuere, *i. non conuiuia ſolum intempeſtiua* de die, *(cum dies adhuc eſt celebrare,) ſed etiam ita viuere, vt oſtendas, te non habere multum ſpei proximum diem videndi. Add.* Tuſc. 5 c. 11. *et* de Orat. 2 c. 40. *Vid. Praepoſ.* IN *cum hoc nomine.* In diem Scribon. 111. *i. ad diem.* Emere in diem Nep. 25, 9. Extollere in diem Plaut. Mil. 3, 2, 47. *i. differre.* Nox it in diem Apul. Met. 1. In dies Scribon. Ep. . . In dies vitium creſcit Cic. Topic. 62. In hunc diem Ter. Eun. 3, 4, 2. In die Scribon. 16. *i. quotidie.* In diem poenas praeſentis fraudis dii reſeruant Cic. pro Caelio 59 c. 24. In diem abiit malum, quod praeſens fuerat, *i. in futurum* Ter. Phorm. 5, 2, 16. Incidere in diem, *vid.* INCIDO. Inter paucos dies, *vid.* INTER. Intra viginti dies, *vid.* INTRA. Turbata per eosdem dies Germania Tacit. Hiſt. 3, 46. Martial. 8, 14 Hibernis obiecta Notis ſpecularia puros Admittunt ſoles, et ſine faece diem. Die Scribon. 176. 227. Die ac nocte 260. Die et nocte 220. Vno die et nocte 258. Dies noctesque, *vel* Dies et noctes Plaut. Rud. 2, 3, 49. Ter. Eun. 1, 2 Dies noctesque me ames, me deſideres. Cic. pro Roſc. Amer. 67 c. 24 Dies noctesque parentum poenas a conſceleratiſſimis filiis repetant. Noctes atque dies, *i. Semper* Lucret. 2, 12. *Et* Virg. Aen. 6, 127 Noctes atque dies patet atri ianua Ditis. Diem noctemque, *vel* Diem ac noctem: Cic. pro Lege Agr. . . . Qui paullo ante diem noctemque Tribunitium nomen horrebant. Idem de Diuin. 2, 59 Quaſi vero quidquam interſit, mures diem ac noctem rodentes,

dentes, ſcuta an cribra corroſerint. Virg. Georg. 1, 208 Libra die ſomnique pares vbi ſecerit horas. ¶ 4 *Formulae quaedam:* Diei multum iam eſt, *i. Multum diei iam praeteriit:* Plaut. Pſeud. 4, 7, 59 Vides iam diei multum eſſe? Lucret. 1, 148 Non radii ſolis, neque Tela diei. Dies rerum Tac. Hiſt. 3, 50, 4. *i. rebus agendis deſtinati.* Cic. de Orat. 1, 2 c. 7 Tantaque eſſet in homine iucunditas, et tantus in iocando lepos, vt dies inter eos curiae fuiſſe videretur, conuiuium Tuſculani. *Cum diem ſeueris ſermonibus quaſi in Senatu tranſegiſſent, veſperi, in conuiuio meminerant ſe eſſe ruri relaxandi animi cauſa.* Dies *pro rebus in die actis factiſque.* Hunc tu igitur diem maximis gratulationibus tuis antepones Cic. pro Marc. c. 4. Hos tuos Tuſculanenſes dies inſtar eſſe vitae puto Idem Fam. 9, 6. Quam ſeueri dies, quos iucundiſſimae remiſſiones ſequebantur Plin. Epiſt. 6, 31. *Add.* Id. 3, 9. Totum diem meum ſcrutor Sen. de Ira 3, 36. *vbi vid. Gronou. Add.* Nep. 25, 4, 5. *Pro pugna ſ. clade.* Aciem Pharſalicam et illam cruentiſſimam Romano nomini diem Vell. 2, 52, 2. *vid. Caſaub. ad* Suet. Aug. c. 23. *Bernegg. Ind. in* Flor. *Pro fato ſ. morte.* Vt, ſi diem latebra vitauiſſet, Tarracinam perfugeret *(Vitellius)* Tacit. Hiſt. 3, 85, 1. *vid. Barth. ad* Stat. Silu. p. 173. Dial. de cauſ. corr. eloqu. c. 13, 8. Dies *de longo tempore nec definito.* Quod dies eſt allatura, id conſilio anteferre debemus Cic. Fam. 5, 16 *extr.* Impetret ratio, quod dies impetratura eſt Idem Att. 12, 10. Dies adimit aegritudinem hominibus Ter. Heaut. 3, 1, 13. *Sic* Quinquennii die, *pro Quinto anno:* Proculus in l. Atilicinus D. de Pactis dotalibus, Quum inter virum et vxorem pactum conuentum ante nuptias factum eſſet, vt quibus diebus dos data eſſet, iisdem diuortio facto redderetur: poſt quinquennium quam nuptiae factae ſunt, vxor viro dotem dedit. diuortio, quaero vtrum quinquennii die vir vxori dotem reddet, an ſtatuto legibus tempore? Alſenus in l. Aliud D. de Pactis dotalibus, Aliud et ſi pater pro filia dotem promiſit, vt annua, bima, trima, quadrima die, quinto anno a ſe redderetur, *etc. Vid. Valla* 4, 80. Plus annua die poſtulare Cic. Fam. 7, 23. Dicito tibi illas annua, bima, trina die debere Sen. Suaſ. . . . *Conf.* Id. de Benef. 4, 12. *ibique Gronou. it. Graeu. ad* Cic. Att. 9, 9 p. 48. ¶ 5 *Adiectiua literarum ordine diſpoſita:* Plin. 7, 40 Alius de alio iudicat dies, et tamen ſupremus de omnibus: ideoque nullis credendum eſt. Alio die, *vox augurum* Cic. Phil. 2, 83 ſq. Almus dies Virg. Ecl. 8, 17. Anguſta dies, *breue* tempus Statius *forte dixit: vt* Theb. 1, 56 Anguſta domus *parua, exilis.* Antiqua dies, *vid.* ANTIQVVS. Anteacta dies Lucret. 1, 234. Aprica dies Valer. Argon. 1, 844. Atra dies, *i. Infauſta* Virg. Aen. 6, 429. Sen. de Vita Beat. c. 25 Prouiſum eſt a me, ne quis mihi Ater dies eſſet. Auſtrinus dies, *vid.* AVSTER. Benignus dies Stat. Silu. 5, 1, 22. Bonus, *Felix* Hor. Od. 3, 21, 6. Bona Ouid. Faſt. 1, 72. *Pro ſereno apud* Sen. de Vita beata c. 22. Breuior Virg. Georg. 1, 312. Caeca die emere aliquid, *i. incerto tempore ſolutionis. Vid. mox* Oculata dies. Calidus Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 257. Candida Lucan. ad Piſon. . . . Celeberrimus, Centeſimus, Certa, *v. hh. ll.* Clara Virg. Aen. 5, 43. Comitiales, quibus cum populo agi licet Macrob. Sat. 1, 16. Comperendini dies, quibus Vadimonium liceret dicere Macrob. Saturn. 1, 16. Compitalicius, *vid. ſub* COMPITVM. Continuus Claud. in Sec. Conſ. Stil. 190. Craſtinus, *vid.* CRAS. Criticus, *vid.* CRITICVS. Cupitus dies, *Optatus* Sen. Hippol. ſ. 7. Damnoſa dies Horat. Od. 3, 6, 45. Hora diei prima, et adhuc dubius et quaſi languidus dies Plin. Ep. 6, 20. Dura dies Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 1. *Sed al.* nondum pura dies, *de diluculo.* Ἐξαιρέσιμοι *quaſi dicas* exemtiles Cic. Verr. 2, 129 c. 59. *quos ex menſe eximunt interdum Siculi.* Exiguum diem praefinire operi Cic. Verr. 3, 16 c. 7. Extremum diem primus tulit Sil. 3, 135. *i. naſcimur ſub conditione moriendi.* Extremo iam die ſua quisque in tentoria dilaberetur Tacit. Hiſt. 3, . . Feriatus dies, *vid.* Feriatus, *in* FERIAE. Feſtae licentiae dies Quinctil. 6, 3. Feſtus dies, *vel* Feſta dies Hor. Od. 3, 8, 1. Ouid. Faſt. 1, . . Tacit. Ann. 13, 41. Macrob. 1, 16 Feſti *(dies)* Dîs dicati ſunt: profeſti hominibus ob adminiſtrandam rem priuatam publicamque conceſſi: interciſi Deorum hominumque communes ſunt, *etc.* Formoſi dies Ouid. Epiſt. 15, 124. Geniales Iuuen. Sat. 4, 67. Hilares Idem Sat. 15, 41. Hodiernus dies Cic. de Orat. 3, 78. *Et* in Catil. 3, 20. Hoſtilis, *Inimica noxia* Stat. Silu. 2, 1, 55. Iam illuſtris Curt. 3, 3, 8. *i. a ſole illuminatus.* Immotus et ſerenus dies, *i. Quietus a vento* Plin. Epiſt. 2, 17. Impetrabiles, *vid.* IMPETRO. Columel. 11, 2 Idibus Nouembris dies Incertus, ſaepius tamen placidus. Infeſta Lucret. 3, 912. *de morte.* Innubis Sen. Herc. Oet. 4. Innominales ante diem quartum Kalendas Nonas, Idus *apud* Macrob. Sat. 1, 16. Inquietus ventis dies Plin. Epiſt. 2, 17. Inſtauraticius dies Macrob. Sat. 1, 11 *quo inſtaurantur ludi.* Iucunda Valer. Argon. 7, 336. Iudiciarios dies faſtis addidit, vt CCXXXX dies annuos rebus agendis litibusque diſceptandis conſtitueret, *de M. Antonino Philoſ.* Capitolin. 10. Iuſti dies dicebantur triginta, quum exercitus eſſet imperatus, et vexillum in arce poſitum. Feſtus. Macrob. Sat. 1, 16. Labens Virg. Aen. 4, 77. Laetus Idem Aen. 1, 732. Laxa, Legitimi dies, Lepidus dies, *v. hh. vv.* Longi dies Virg. Georg. 2, 201. *aeſtiui: opponitur* nox exigua. *Sed* Hor. Epiſt. 1, 1, 20 Vt nox longa, quibus mentîtur amica; diesque Longa videtur opus debentibus. Lucidus dies Sen. Hippol. 10 *et* 4. Luculentus dies, *vid.* LVCVLENTVS. Suet. in Neron. c. 6 Eiusdem futurae infelicitatis ſignum euidens die Luſtrico extitit. *i. Quo luſtrum fiebat.* Medius dies, *Meridies* Ouid. Met. 15, 309. Medium diem *pro Plaga meridionali dixit* Virg. Georg. 3, 303 Et ſtabula a ventis hiberno opponere ſoli, Ad Medium conuerſa diem. Meus. Stratique per herbam, Hic Meus eſt, dixere, dies Corn. Seuerus *apud* Sen. Suaſ. 2. *de iis, qui diem per otium ac voluptatem tranſigere vellent; Conf.* Sen. l. c. *Alias eſt natalis, vt* Cic. Att. 13, 42 *extr. Itemque mortis,* vt in Dial. de Orator. c. 13. Moeſtus dies Sen. Troad. 4. Multo denique die Caeſ. B. G. 1, 22. Multo adhuc die, vallum ingreſſus Tacit. Hiſt. 2, 44. Natalis dies Ouid. de Arte Am. 1, 405. Nefaſtus dies Hor. Od. 2, 13, 1. Tacit. Ann. 13, 41 C. Caſſius, ſi pro benignitate fortunae diis grates agerentur, ne totum quidem annum ſupplicationibus ſufficere diſſeruit, eoque oportere diuidi ſacros, et Negotioſos dies, quîs diuina colerentur, et humana non impedirent. Nitidus Sen. Hippol. 11. Niualis Hor. Sat. 2, 6, 25. *vid.* NIX. Nuptialis Sen. Medea 12. Oculata Plaut. Pſeud. 1, 3, 67. *quando praeſenti pecunia fit ſolutio. Vid.* Feſt. *et Voſſ.* Inſt. Or. 4 p. 244. *Nempe opponitur* Caeca dies. Operarius, Otioſus, Pandicularis, *vid. hh. vv.* Propert. 3, 3, 40 (*al.* 3, 4, 40) Optima mors, parca quae venit apta die. *Scal.* parcam *interpretatur* πεπρωμένην, *fatalem, vt* Parcae *ſunt* ἡ πεπρωμένη. *Quid ſi die dilata et cunctante, vt ſolent parci?* Parentalis Ouid. Faſt. 2, 548. Colum. 1, 7 Sed nec dominus in vnaquaque re cui colonum obligauerit, tenax eſſe iuris ſui debet, ſicut in diebus Pecuniarum, vt lignis et caeteris paruis acceſſionibus exigendis. Perendinus, Perexiguus, *vid. hh. ll.* Placidus Ouid. Met. 11, 745. Poſtero Iduum die redeuntem a coena Othonem, *etc.* Tacit. Hiſt. 1, . . Praeceps dies Sen. Agamemn. ſ. 6. Praecipiti iam die, Liu. 4, . . *quo modo* Curtius *vocat* Praecipitem ſenectutem. Praeliares dies appellantur, quibus ſas eſt hoſtem bello laceſſere. Erant enim quaedam feriae publicae, quibus neſas fuit id facere. Feſtus *et* Macrob. Saturn. 1, 16. Primus quaeſtionis dies contemtus Tacit. Ann. 15, 57. Profeſti dies Horat. Od. 2, 3, 144. Proximis ſuperioribus diebus Cic. de Natur. Deor. 2, . . Pudibunda dies Stat. Theb. 5, 296. *i. rubicunda, quod qui pudore ſuffunduntur, erubeſcant.* Pulchra dies Horat. Od. 1, 36, 10. *Et,* Pulcher dies in ea ſignificatione, *apud* Eund. Od. 4, 4, 40. Purpureus dies Senec. Herc. Oet. ſ. 14. Sacer dies Horat. Od. 2, 12, 19. Tacit. Ann. 13, 41. Tib. 1, 3, 18 Saturni aut ſacram me tenuiſſe diem, *de Sabbatho.* Sacrifici dies Ouid. Met. 13, 590. Saeua dies animi Stat. Theb. 1, 10. Lux conſcientiae atque furiarum. Sua enim facinora, conſcientia arguente, ſemper cernebat Lactantius Schol. Saluo et compoſito die Plin. Epiſt. 2, 17 *veſperi, cum dies iam bene tranſactus eſt.* Senecta dies Plin. 2 c. vlt. Sicci dies, *Aeſtiui:* Hor. Od. 3, 29, 20

Iam Procyon furit,
Et ſtella veſani leonis,
Sole dies referente ſiccos.

Stat. Silu. 4, 3, 36 At nunc quae Solidum diem terebat, *(in qua totus dies conſumebatur)* Horarum via facta vix duarum. Partem ſolido demere de die Hor. Od. 1, 1, 20. Stati dies Tac. Hiſt. 4, 81. *Caeterum* Status dies *etiam* vocatur, qui iudicii cauſa eſt conſtitutus cum peregrino. Plaut. Curcul. (1, 1, 5) Si ſtatus, condictus cum hoſte intercedit dies. Feſtus. *Add.* Macrob. 1, 16. Summa dies et ineluctabile tempus venit Dardaniae Virgil. Aen. 2, 324. Suprema dies Horat. Od. 1, 13, 20. Tarda dies Ouid. Met. 15, 868. Tepidi et inſolati dies, *vid.* INSOLO, as. Tuus Cic. Att. 8, 4. *i. quo febris accedit.* Volucris dies Horat. Od. 3, 28, 6. Vltimus Flor. 2, 6, 19. ¶ 6 *Verba:* Abire diem Cic. Fam. 11, . . . Abſcondit nubes diem puluere Sen. Theb. 2, . . Abſoluere Auien. Perieg. v. 545. Abſumere diem, *vid.* ABSVMO. Abſumere et decipere diem Ouid. Triſt. 4, 10, 114. Abſumta dies querelis Sil. 13, . . Adimere diem, *vid.* ADIMO. Adeſt dies, *vid.* ADSVM. Admittere diem Plin. Ep. 9, 35. *i. lucem per valuas.* Affert dies, et hora potius, niſi prouiſum eſt, magnas ſaepe clades Cic. in Tuſc. . . . Adſcribere diem Idem Fam. 3, 23. Quum dies aduenerit Phaedr. 1, 17, 8. *i. terminus conſtitutus.* Agere, *vel* Agitare diem, *vid.* AGO. Agitare dies feſtos Virgil. Georg. 2, 527. Amittere diem Stat. Theb. 8, 422. Aperire diem, *vid.* APERIO. Proximus dies faciem victoriae latius aperuit Tac. in Vita Agric. 38. Appetebat iudicii dies, *vid.* APPETO. Aſſequi diem, *i. praefinito tempore facere aliquid* Cic. Verr. 1, 149 c. 57. Attollit diem Phoebus Sen. Med. 298. Cic. . . . Si quem tibi item vnum alterumue diem Abſtulerit. Cedit, *item* Cedunt dies, *vid.* CEDO. Celebrare dies, *vid.* CELEBRO. Commutare diem Cic. ad Q. Fratr. . . . Componere diem Plin. Ep. 2, 17. Condere diem in collibus Hor. Od. 4, 5, 29. Finire, explere. Acron. Conficere diem, *vid.* CONFICIO. Conſerere diem nocti Ouid. Amor. 3, 6, 10. Contactus religione dies, *vid.* CONTINGO. Conterere diem verbis Sen. Troad. ſ. 8. Conſtituere in diem, et diem alicui rei, *vid.* CONSTITVO. Seru. *ad* Cic. Fam. 4, 12 Quum ab Epidauro Piraeeum naui aduectus eſſem, ibi Marcellum Collegam noſtrum conueni, eumque diem ibi Conſumſi, vt cum eo eſſem. Conſumere totum diem in vino Quinctil. 1, 2. Conſumta dies epulis Stat. Achil. 2, 251. Plin. Epiſt. 2, 17 Horti proximam partem vmbra ſua temperat: quae, vt dies Creuit decreuitque, modo breuior, modo longior cadit. Decedens dies Virg. Georg. 4, 466. Decreſcente die, Dedo tibi hunc diem, Deducere dies, *vid. hh. vv.* Degere diem Ter. Adelph. 4, 1, 6. Deſtinare diem Cic. Offic. 3, 45. Detinere diem ſermone Ouid. Met. 1, 682. Dicere diem Cic. de Aruſp. Reſp. c. 4. *i. figere, praeſtituere, quod in primis eſt accuſatoris, vt,* Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret Cic. ad Q. Fratr. 1, 2. Idem Diu. in Verr. c. 21 Nuper Cn. Domitium ſcimus Decimo Sullano diem Dixiſſe propter vnius hominis Egritomari paterni amici, atque hoſpitis iniurias. *Sed* Cic. Verr. Diu. 146 c. 57 Opus in acceptum retulit quadriennio poſtquam diem operi dixerat. Differre diem Cic. Verr. Act. 1, . . . Diffindere diem Vlpian. l. 2 D. Si quis cautionibus. *Vid.* DIFFINDO. Diſcernere diem noctemque Virgil. Aen. 3, 201. Diſperſit diem in vndas Phoebus Valer. Argon. 2, 76. Dare alicui diem luculentum Plaut. Epid. 3, 2, 5. *i. laetum praeſtare.* Cic. de Natur. Deor. 3, 95 Sed quoniam aduesperaſcit, Dabis nobis diem aliquem, vt contra iſta dicamus. Laxiorem diem Dare Liu. 39, 17. Dare liberum diem alicui Sen. Thyeſt. 1. Nilum interim ſeponamus — illi diem ſuum Dabimus Sen. Quaeſt. Natur. 3, 1. *i. tempus de illo dicendi praeſtituemus.* Vnus parando Dabitur exilio dies Sen. Med. 295. Donare diem imbellem Lyaeo Sil. 11, . . Ducit diem Lucifer Virg. Aen. 2, 802. Ducere diem ſomno Sen. Thyeſt. 5. *h. e. totum diem dormire.* Effluunt optimi dies vitae Idem Hippol. 4 v. 450. Eripiunt nubes diem ex oculis Virg. Aen. 1, 92. Exiit dies actionis Paullus l. Sciendum ff. Ex quibus cauſis maior, *i. finitum eſt tempus actioni praeſcriptum.* Cic. Q. Fratr. 2, 10 Cato concionatus eſt comitia haberi non ſiturum, ſi ſibi cum populo dies agendi eſſent Exemti. *Vid.* EXIMO. *Add.* Dial. de Oratoribus c. 19, 3. Exoritur dies Lucan. 1, 233. Cic. Att. 7 vlt. Tibi autem crebro ad me ſcribenti de eius officio, nihil reſcripſi, quod diem ex die Exſpectabam, vt ſtatuerem, quid eſſet faciendum. Exſpectata dies aderat Virg. Aen. 5, . . Expleuit ſupremum diem Tacit. Ann. 1, 6. Prius Exſtinguet artus, referet occaſus diem Sen. Herc. fur. 374. *Vid. deinde* Naſcetur dies. Caeſ. B. C. 1, 32 Catonem priſtina conſuetudine dicendi mora, dies Extrahentem. Facere nobilem diem Sen. Herc. Oet. ſ. 11. Ferre. Et pace et bello cunctis ſtat terminus aeui, Extremumque diem primus Tulit Sil. 3, 134. Feſtinata dies fatis, *i. mors praematura* Lucan. 5, 660. Finire extremum diem Sen. Herc. Oet. 9. Legatis ſoluendis annuum diem Finiit Suet. Aug. c. 101. *Add.* l. 19 ff. de pact. dotal. Flexo in veſperam die, *apud* Tacit. Ann. 1, 16.

1, 16. *Huc pertinet ſollemnis illa Liuii locutio, pro Coepta nocte, Primis tenebris.* Foedare diem nube Claudian. de Rapt. Proſerp. 1, . . Frangere mero morantem diem Horat. Od. 2, 7, 6. Fuſcare diem nube Valer. Argon. 1, 396. Honoratus dies Claudian. Paneg. 5, 24 (79). Illuxit dies Sen. Herc. Oet. f. 1. Illuxit laetiſſimus dies ciuitati Cic. ad Brut. 15. Sen. Herc. 1 In cuius ortu mundus Impendit diem. Impertire diem feſtum, *vid.* IMPERTIO. Implere diem longis ſermonibus Ouid. Met. 7, 662. Incaeſtare diem Stat. Theb. 11, 120. Inclinat dies, *vid.* INCLINO. Incurrere diem, *vid.* INCVRRO. Tacit. Ann. 5, . . Qualem diem Tiberius Induiſſet. *Dubito.* Indicere diem pugnae, *vid.* INDICO. Infanda dies Virg. Aen. 2, 132. Infecere diem volumina nigri fumi Ouid. Met. 13, 602. Inſequens dies, *vid.* INSEQVOR. Inſolati dies, *vid.* INSOLO. Inſtare diem Cic. de Inuent. 2, . . Inſtaurare diem donis, *vel* ludis, *vel* voluptatibus Virgil. Aen. 4, 63. Interceſſit dies, *vel* nox, *vid.* INTERCEDO. Interciſa dies Claud. Paneg. 5, . . *vid.* INTERCIDO. Interiectis paucis diebus, Intermittere diem, Intercalares dies interponere menſibus, Interpoſitis aliquot diebus, *vid. ſſ. ll.* Inuoluere nimbi diem Virg. Aen. 3, 198. Lacerare diem, *vid.* LACERO. Lapſis paucis diebus, *vid.* LABOR. Iuuat humida forſan Ripa, leuatque diem vicini ſpiritus amnis Calpurn. Ecl. 5 *in. i. calorem ſ. aeſtum.* Memoranda dies Stat. Silu. 1, 3, 13. Miſeranda dies Sen. Octau. 3. Morari diem Virg. Aen. 5, 766. Sen. Herc. Oet. 335 Ante ab occaſu dies Naſcetur, *i. orietur de re, quae nunquam fiet. Conf. paullo ante,* Exſtinguet ortus diem. Obducere diem, *vid.* OBDVCO. Obire diem auctionis Cic. Att. 13, 14. *i. adeſſe.* Diem et munus Idem de Amic. c. 2 *de congreſſu amicorum in certum tempus conſtituto.* Obire diem Nepos 10, 10, 4. *i. mori.* Diem ſuum Seru. Cic. Fam. 4, 12. Supremum Nep. 1, 7, 6. *et* 10, 2, 5. Obrepit dies, *vid.* OBREPO. Obtendere diem nube atra Tac. Hiſt. 3, 56. *i. lucem.* Obtigit dies, *vid.* OBTINGIT. Onerare diem commoditatibus, *vid.* ONERO. Optata dies Ouid. Epiſt. 2, 43. Orta dies Virgil. Aen. 7, 149. Pallet dies Lucan. 7, . . Pandere diem diſcuſſa nube, *dicitur* ſol Sen. Herc. Oet. f. 13. Pati ſaeuum diem Valer. Argon. 8, . . Permittere diem precibus alicuius Stat. Silu. 4, 1, 30. Ponere diem Cic. de Clar. Orat. 87. Idem Pr. Act. in Verr. 6 Quum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam Poſtulauiſſem, *ſpatium temporis.* Praecipitante in occaſum die Tac. Hiſt. 3, 86. *Legitur et* praecipiti. Praefinire diem Cic. Fam. 6, 8. Id. pro S. Roſc. 130. *et* de Prou. Conſ. 37 c. 15. *it.* Verr. 3, 16 c. 7. Praeſtituit diem operi faciundo Cic. Verr. 1, 148 c. 57. Premitur dies vicina nocte, *i. veſperaſcit* Sen. Oed. f. 12. Proceſſit dies Virg. Aen. 3, 356. Cic. Q. Fratr. 2, 7 Dixit Marcellus a me rogatus: honeſte diſceſſimus: producta dies eſt in quartum Idus Februarii. Proferre diem Cic. Att. 13, 14. *i. differre.* Proiicere diem, *eſt Mori, apud* Stat. Theb. 2, 658. Prolatare diem Salluſt. in Catil. c. 43. Promiſſa dies aderat Virg. Aen. 9, 107. Promit ſol diem curru et celat Horat. in Carm. Saecul. 9. Prorogare diem Cic. Verr. Diu. 98. Raptus ab omni Sole dies, *i. obſcurus et tenebricoſus, pro priuatus omni ſole, aut cui ſol omnis raptus eſt* Stat. Theb. 5, 364. Reducit aurora diem Virg. Georg. 1, 249. Refert ſol diem, conditque relatum Idem Georg. 1, 458. Reluxit dies caeco Tac. Hiſt. 4, 81. *i. caecus viſum recepit.* Renatus dies Sen. Herc. Oet. f. 7. Reſerata dies, *i. aperta, nox enim diem claudit* Stat. Theb. 5, 479. Saeuire dies *dicitur* Claud. IV. Conſ. Hon. 63. *i. ardor ſolis.* Cic. Att. 6, 1 Diem Statuo ſatis laxam, quam ante ſi ſoluerint, dico me centeſimas ducturum: ſi non ſoluerint, ex pactione. Seruare diem . . . *i. ad praeſtitutum tempus ſoluere.* Cic. Att. 8, . . Reſpondit, *etc.* alios non Soluere aliorum diem nondum eſſe. Non poteſt dies eſſe ſaepius, qui ſemel fuit Cic. de Fin. 2. Sumere diem Cic. Fam. 7, 24. Surgens dies Virg. Georg. 3, 400. Sumere hilarem diem, *vid.* SVMO. Lucan. 4, 115 Donec decreſceret vmbra In medium Surgente die, *h. e. ſole attollente ſe in medium caeli, Vſque ad meridiem, quo tempore breuiores ſunt vmbrae.* Surripere diem, *vid.* SVRRIPIO. Suſtinere extremum diem fati Ouid. Epiſt. 1, 114. Tenere diem queſtu Sen. Herc. 633. Tollere diem, *putat Budaeus idem eſſe, quod Diem eximere, ſeu extrahere. Vid.* Diem dicendo Eximere. Cic. de Legib. 3 c. 18 Senatori iuſſa tria ſunt. vt adſit: nam grauitatem res habet, quum frequens ordo eſt. vt loco dicat: id eſt rogatus. vt modo: ne ſit infinitiuus. Nam breuitas non modo Senatoris, ſed etiam oratoris magna laus eſt in ſententia. Nec eſt vnquam longa oratione vtendum, niſi aut ſpectante (*leg.* peccante) Senatu (quod fit ambitione ſaepiſſime) nullo magiſtratu adiuuante, tolli diem vtile eſt: aut quum tanta cauſa eſt, vt opus ſit oratoris copia, vel ad hortandum, vel ad docendum. Truditur dies die Horat. Od. 2, 18, 15. Cato de R. R. 150, 2 Die lanam et agnos vendat. Die, *i. quo tempore bene iſta vendi poſſunt. Non enim veretur Cato ne noctu id fiat, ſed praecipit, vt tempori vendat: vt certo idoneoque tempore commode potius vendantur, quam incommode et alieno tempore: ita plus quaeſtus erit, quam ſi vendat in vilitate. Haec Turnebus. Similia Gronou.* Venire in diem, *pro Naſci, ſiue In lucem prodire dixit* Solinus 4. Catul. in Epithal. Iuliae 59, 88

Neque femina pulchrior
Clarum ab Oceano diem
Viderit venientem.

Vergens dies in noctem Senec. Thyeſt. 9. Veſperaſcente die, ſitim hauſtu gelidae aquae ſedauit Tac. Hiſt. 2, 34. Videre diem Cic. Fam. 14, . . Siue diem videat, ſiue tegatur humo Ouid. Triſt. 5, 4, 44. Violare diem flatu Claud. Ruff. 1, 3. Vmbrare diem telis Idem Ruff. 2, 122.

DIVS, ius. *pro* Die *dixiſſe videntur antiqui. Certe* Non. 2, 230 Diu, *inquit,* pro die, vnde et interdiu dicitur. Titinn. Nec noctu, nec diu licet fullonibus quieſcant. Plaut. Caſina, Noctuque et diu, vt viro ſubdola ſis. Idem in Aulul. Nec noctu nec diu quietus vnquam eam, nunc (*ſ.* nec) dormiam. *Haec Nonius. Add.* Plaut. Merc. 5, 2, 21 Neque quieſcam vſquam noctu neque interdius. *Sic et Gron. Hinc* Diurnus.

DIESCIT, *Dies fit: ſicut Noctefcit, nox fit; quibus ſolum vtimur in tertiis perſonis abſolute, et imperſonaliter. Veteres malunt Luceſcit, Diluceſcit, etc. Sequioris aeui ſcriptores dieſcere dixerunt, pro* ſplendeſcere, lucere, nitere, *etc.* Guil. Brit. 7, 232 Lumina — faciuntque dieſcere noctem: *vbi plura Barthius* p. 495, *v. g.* Gemma dieſcit, Barbara bulla dieſcit, *etc.*

DIETIM. Adu. *pro Quotidie, vel In ſingulos dies. Barbarum cenſetur Voſſio, de Vitiis ſerm. 1, 21 p. 108.*

DIECVLA, ae. f. Dimin. [ἡμερίδιον] Breue tempus et mora, *inquit* Aſconius . . . Plaut. Pſeud. 1, 5, 88. Ter. Andr. 4, 2, 27 Eho tu impudens, non ſatis habes, quod tibi dieculam addo? *Vbi* Donatus, Dieculam, horam. et eſt ὑποκόριςμα, dieculam, *i.* tempuſculum. et ſumitur ab eo, quod eſt Haec dies. Vnius dieculae impetratis induciis Apul. Met. 1. *Mora, et quaſi Parua dies:* Cic. Att. 5, 21 Commemmorat quid olim etiam mali C. Iulius fecerit, quum dieculam duxerit, nunquam Reſp. plus.

DIESPITER, is. m. [ἡμεροπατὴρ] dicitur Iupiter, *i.* Diei pater, *vt ait* Varro de L. L. 4, 10. *et* 8, 46. Iouem Romani Dieſpitrem appellant, vt diei patrem Macrob. Saturn. 1, 15. Dieſpiter igni coruſco nubila diuidens Hor. Od. 1, 34, 5. *Add.* 3, 2, 29. *Hoc cognomen Plutoni tribuit* Iſidorus 8, 11. *et* Lactant. 1, 14.

DIALIS, e. Adi. *Vnius diei.* Macrob. Sat. 7, 3 Tullius in Conſulem, qui vno tantum die Conſulatum peregit: Solent, *inquit,* eſſe Flamines diales, modo Conſules diales habemus. *Conſ.* ib. 2, 2. *De* Diali flamine, *vid. ſ. l.*

DIVRNVS, a, um. Adi. [ἡμερήσιος] *Quod in die fit.* Cic. de Senect. 82 An cenſes (vt de meipſo aliquid more ſenum glorier) me tantos labores diurnos, nocturnosque domi, militiaeque ſuſcepturum fuiſſe, *etc.* Acta vrbis diurna Tac. Ann. 13, 31. *Ephemerides quaedam, de quibus in* Acta *ſub* AGO, *et mox* n. 2. Aqua diurna et nocturna Paullus in princ. leg. Si prius D. de aqua pluuia arcend. Cic. Fam. 9, 2 Et tamen λεληθότως conſuetudo diurna callum iam obduxit ſtomacho meo. *Niſi* diuturna *dedit voluitue dare Cicero, deriuaſſe videtur nomen ab illa notione* diei, *quam* n. 4 *indicauimus, quatenus moram longiorem ſignificat.* Cic. de Lege Agr. 2, 9 c. 2 Verſantur enim, Quirites, in animo meo multae et graues cogitationes, quae mihi nullam partem, neque diurnae, neque nocturnae Quietis impartiunt. Tac. Ann. 3, 3 Non apud auctores rerum, non diurna actorum Scriptura reperio. Plaut. Men. 1, 2, 62 Inde vſque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus, *i. Luciferum.* Spatium diurnum et nocturnum Cic. de Inuent. 1, 39. ¶ 2 *Subſtant.* Diurna *dicuntur etiam, Quae ſeruis in diem dantur demenſa:* Senec. Epiſt. 80 Diurnum accipit, in centunculo dormit. *Vid.* Diarium. Quotidianum diurnum Sen. Contr. 5, 33 *ſub fin.* Diurnum *itidem ſubſt. accipitur pro Libro, in quo ſingulorum dierum rationes deſcribuntur:* Sueton. in Auguſt. c. 53. *et* Claudian. c. 40 Exſtat talis Scriptura, in plerisque libris, ac diurnis, titulisque operum. Iuuen. Sat. 6, 483 Longi relegit transuerſa diurni. Populi Romani diurna per prouincias, per excercitus curatius leguntur, vt noſcatur, quid Thraſea non fecerit Tac. Ann. 16, 22.

DIVRNALIS, e. Adi. Gloſſ. Lat. Gr. ἡμερήσιος.

DIVRNARIVS, ii. m. Theod. Cod. 8, 4 Subſcribendarii, Tabularii, Diurnarii, *etc.*

DIESIS, is, ios, eos. f. [δίεσις] *Verbum muſicum: ſignificat enim, quum ſonus primum ſenſu percipi poteſt principiumque eſt muſicis et elementum, vt punctum et monas Arithmeticis. Vid.* Vitruu. 5, 3 *et* 4. Quartam partem toni *vocat* Mart. Capell. 9 p. 315. 316.

D I F

DIFFAMO, are. [διαφημίζω] *Famam alicuius late ſpargere ac differre, ſed in deteriorem partem.* Tac. Ann. 15, 49 A Nerone probroſo carmine diffamatus, contumelias vltum ibat. Probris quem Apul. Met. 1. Procacibus ſcriptis Tac. Ann. 1, 42. Adulterium diffamatum Ouid. Met. 4, 236. *In bonam partem* Auguſtin. *vſus eſt* de Moribus Eccleſ. Cathol. c. 14 *de Deo loquens:* Quanto melius atque diffuſius diffamatur, tanto diligitur et amatur ardentius.

DIFFAMATIO, onis. f. *Violatio famae.* Auguſt. Quaeſt. vet. Teſt. *et* de C. D. 3, 31. Feſtus.

DIFFAMATOR, oris. m. *In* Cod. . .

DIFFAMIA, ae. f. *Damnum famae.* Auguſtin. l. c.

DIFFARREO, are. *i. ſeparare.* Dig.

DIFFARREATIO, onis. f. Sacrificii genus, quo inter virum et vxorem fiebat, quaſi Diſſolutio: dicta diffarreatio, quia fiebat farreo libo adhibito. Feſtus. Gloſſ. Iſidor. Diffarreatio, diſſolutio inter virum et feminam. *Huius contrarium eſt* Confarreatio, *v. v.*

DIFFARREATVS, a, um. Adiect. Ib. *eſſe dicitur.*

DIFFATIGO, are. Quin edepol clamore diffatigor, differor Plaut. Epid. 1, 2, 15.

DIFFERCIO, ſi, tum, ire. [πληρόω] *A ſimplici* Farcire; *Implere ſignificat.* Horat. Epiſt. 1, 6, 158 Differtum tranſire forum. Id. Sat. 1, 5, 4 Forum Appi differtum nautis, cauponibus atque malignis. Odoribus differtum corpus conditur Tac. Ann. 16, 6, 3. *de Poppaea.*

DIFFERO, diſtuli, dilatum, differre. [διαφέρω, ἀναβάλλομαι, ὑπερβάλλομαι, ὑπερτίθεμαι, διαλείπω] *In diuerſas partes ferre.* Plaut. Rud. 2, 3, 39 Nos cum ſcapha tempeſtas dextrouerſum differt. Partem claſſis maiorem vis Africi lacerauit ac diſtulit Vell. 2, 79, 3. Longeque fauillam differt et craſſa voluit caligine fumum Lucret. 6, 690. Scythiaeque hiemes et nubila differt Arida Virg. Georg. 3, 197. Hor. Epod. 5, 99 Poſt inſepulta membra differant lupi, *diſcerpta nimir. Et* 10, 6 Niger rudentes Eurus inuerſo mari Fractosque remos differat. *De plantis, pro transferre:* Varro de R. R. 1, 4 Cytiſum ſeritur in terra bene ſubacta, tanquam ſemen braſſicae: inde differtur, et in ſeſquipedem ponitur. Columel. 11, 3, 38 Rutam Autumno ſemine ſatam, menſe Martio differre oportet in apricum, et cinerem aggerare, runcarique donec conualeſcat, *i. transplantare. Paullo poſt,* Beta florenti Punico malo ſemine obruitur, et ſimul atque foliorum quinque eſt, vt braſſica differtur aeſtate, ſi riguus eſt hortus. Virg. Georg. 4, 144 Ille etiam feras in verſum diſtulit vlmos, *h. e.* tranſtulit Seru. *Nempe plantae in ſeminario anguſtius ſatae exemtae inde differuntur et diſponuntur laxius.* Caſtra in plano ſita, vi fluminis differebantur, *h. e. iactabantur* Tac. Ann. 5, 23 *extr.* Differre aliquem, Diſturbare, et in diuerſum ferre, *inquit* Donatus *ad* Ter. Andr. 2, 4, 5 Orationem ſperat inueniſſe ſe qua differat te. Plaut. Pſeud. 1, 3, 125 Iam ego te differam dictis meis. Petron. c. 10 Mille cauſae nos collident, et per totam vrbem rumoribus different. Plaut. Trin. 3, 2, 63

Nolo ego mihi te
Tam proſpicere, qui meam egeſtatem leues: ſed vt inops
Infamisue ſim, ne mihi hanc Famam differant, me
Germanam meam ſororem in concubinatum tibi ſine dote
Dediſſe magis, quam in matrimonium.

Sed etiam abſolute, Fama diſtulit Sueton. Iul. c. 13, *quaſi perſona eſſet* Fama.

Fama. Differre rumorem, *pro* Diuulgare, *inquit* Donatus *ad* Ter. in prol. Heaut. 15 Nam quod rumores diſtulerunt maleuoli, *etc.* Tac. Ann. 1, 4, 2 Pars multo maxima imminenteis dominos Variis rumoribus differebant. Differtur *imperſ.* Tacit. Ann. 3, 12. *et* 4, 25. Gaudes, quum de me iſta foris ſermonibus differs Lucil. *apud* Non. 4, 131. ¶ 2 Differre, *Diuerſum eſſe, diſtare: cui contrarium eſt, Conuenire, idem valere:* Cic. Tuſc. 4, 4 Haec, quae dico, cogitatione quidem inter ſe differunt, re vero copulata ſunt. Id. de Inuent. 1, 40 c. 27 Quare quum genere idem ſit, ſit aliud, quod parte quadam et ſpecie, vt diximus, differat. Cic. de Orat. 2, 94 Itaque et illi Theopompi, Ephori, Philiſti, Naucratae, multique alii naturis differunt: voluntate autem ſimiles ſunt inter ſeſe. Id. Topic. 34 Quamquam enim vocabula prope idem valere videantur: tamen quia res differebant, nomina rerum Diſtare voluerunt. Cic. de Orat. 3, 195 Mirabile eſt, quum plurimum in faciendo Interſit inter doctum et rudem, quam non multum differat in iudicando. Differre a Plaut. Trucul. 3, 2, 18. Cic. pro Caecina 39 Qui hoc ab illo differt? Hominis natura a reliquis animantibus differt Cic. Off. 1 c. 27. *Sic* Differre plurimum a beſtiis Idem de Fin. 2, . . *Sic* Differre veſtitu ab aliquo Cic. Phil. 8, 32. *Et ſine Praepoſitione, vt* Conchae conchis differunt Plin. 9, 35. In Candore differunt Id. ib. Cic. Verr. 1, . . Ea res, quam ego dico, et ea, quam tu feciſti, Inter ſe genere iniuriae, non magnitudine pecuniae differat. Id. de Fin. 3, 33 c. 10 Sed eorum definitiones paullum oppido Inter ſe differunt. Caeſ. B. G. 1, 1 Hi omnes lingua, inſtitutis, legibus Inter ſe differunt. Cic. de Fato 7 Inter locorum naturas quantum interſit videmus, alios eſſe ſalubres, alios eſſe peſtilentes, in aliis pituitoſos, et quaſi redundantes, in aliis excitatos atque aridos, multaque ſunt alia, quae inter locum et locum plurimum differant. Nihil, aut non fere multum differunt aetates veſtrae Cic. de Clar. Orat. 150. Nominibus differre Idem Acad. 1, . . Paullum differre, *vid.* PAVLLVM. Cic. Agrar. 2 c. 31. Paullum pedibus ſimiae differunt Plin. 11, 44. Cic. de Inuent. 2, 82 c. 44 Deinde quid Res cum re differat, demonſtrabitur, vt non idem videatur de vtraque exiſtimari oportere. Ab indiſertis Re potius quam opinione differens Cic. Orat. c. 23. Ouid. ex Ponto 1, 1 Rebus idem, Titulo differt. Differre alicui Lactant. 1, 8, 3. ¶ 3 *Eſt etiam* Differre, [ἀναβάλλειν] *Prorogare, et ad ſpatium temporis extendere.* Differ: habent paruae commoda magna morae Ouid. Faſt. 3, 394. Martial. 10, 44 Gaudia tu differs, at non et ſtamina differt Atropos. Cic. pro Roſc. Amer. 26 Primo rem differre quotidie ac procraſtinare iſti coeperunt. Idem Q. Fratr. 2, 9 Sed caetera (vt ſcribis) praeſenti ſermoni reſeruentur: hoc tamen non queo differre. Cic. in Vatin. 28 c. 11 Tua fraus, tuum maleficium, tuum ſcelus illud eſt, te id, quod promulgaſſes miſericordiae nomine, ad crudelitatis tempus diſtuliſſe. In alicuius aduentum aliquid Cic. Att. 13, 37 *extr.* In diem Sen. Ep. 8. Differre in poſterum diem, in aliud tempus, in menſem Caeſ. B. G. 7, 11. Martial. 7, 94. Cic. Fam. 10, 12. *et* 5, 12. Martial. 13, 55 Muſteus eſt, propera, caros nec differ amicos, *i. expectare coge. De petaſone.* Cic. Fam. 5, 12 *extr.* Sin autem differs me in tempus aliud, coram tecum loquar. Differre in alium ſermonem Cic. de Vniuerſ. . . In poſterum ſermonem differre Idem Att. 8, 205. Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem Virg. Aen. 11, 569. In vltimum differre aliquid Quinctil. 7, 2. Animum differre, *i. iram et impetum:* Stat. Theb. 5, . . Differte Animos, feſtinaque tela Ponite. Bellum differre Lucan. 3, 52. Certamina differre Ouid. Met. 6, 53. Liu. 25 Quum is Diem de die differret. Poſſe Diem differri Cic. Fam. 2, 3. *Gronou. malit* Differri. Cic. Philipp. 3, 20 Diem edicti obire neglexit, et ante diem quartum Calendarum Decembris diſtulit. Idem Fam. 2, 2 Quare omnem hanc Diſputationem in aduentum tuum differo. Lucan. 2, 39 Nunc laniate comas, neue hunc differte Dolorem. Gaudia ſua differre Ouid. Met. 6, 514. Plin. in Paneg. . . . Magnum eſt differre Honorem, gloriam maius. Cic. Phil. 6 *extr.* Venit tempus ita maturum, vt differri iam Hora non poſſit. Iter differre Claudian. de Sext. Conſ. Hon. 459. Propert. 3, 16 At ſi diſtulero noſtro Mandata timore, *etc.* Mortem differre per multa ſaecula, *i. viuere multa ſaecula* Iuuenal. 10, . . Opus differre Ouid. Faſt. 1, 74. Paulliſper differre, *vid.* PAVLLISPER. Poenam differre Claudian. de Bell. Get. 394. Se differre in horas venturas Ouid. de Rem. Amor. 1, 93. Plin. Epiſt. 1, 22 Mirareris, ſi intereſſes, qua patientia hanc ipſam valetudinem toleret, vt dolori reſiſtat, vt Sitim differat, vt incredibilem febrium ardorem immotus opertusque transmittat. Sitim diſtulit ira Ouid. Met. 6, 366. Cic. Philipp. 8, 23 c. 8 Cum Tempus ille differret, virgula ſtantem circumſcripſit, *etc.* Horat. Epiſt. 1, 2, 39 Differs curandi Tempus in annum. *Iterum* Cic. de Prou. Conſ. 28 c. 11 Alii Tempus differebant. Ouid. Met. 9, 765 Modo tempora differt: nunc ficto languore moram trahit. Cic. de Fin. 4, 1 Cum ego te hac noua lege videam eodem die accuſatori reſpondere, et tribus horis perorare, in hac me cauſa Tempus dilaturum putas? Vadimonium differre cum aliquo Cic. Att. 2, 22 *de conſenſu priuatorum.* *At* Iuuen. Sat. 3, 112 Si magna Aſturici cecidit domus, horrida mater, Pullati proceres, differt Vadimonia Praetor. *De litigatoribus:* Cic. pro Quintio 22 Deinde Romae dies XXX fere Quintius commoratur: cum caeteris, quae habebat Vadimonia differt. *Per translationem:* Martial. 8, 67 Cum modo Diſtulerint raucae Vadimonia chartae, *i. cauſidici ſuas chartas iactantes.* *Etiam perſonae dicuntur* differri, *cum in alium locum,* vel *tempus reiiciuntur.* Liu. 26, 51 *de legationibus,* Quas partim dato reſponſo ex itinere dimiſit, partim diſtulit Tarraconem, quo — edixerat conuentum. Idem 39, 32 Et ii repulſi, in ſpem impetrandi tandem aliquando honoris dilati. *Et* 41, 8 (12) Poſtero die legati Sardorum, qui ad nouos magiſtratus dilati erant, (et) L. Minucius Thermus — in Senatum venit. ¶ 4 *Paſſiue:* Plaut. Ciſtel. 2, 1, 5 Miſer exanimor, feror, differor, diſtrahor, deripior, *intell.* doloribus: *quod addidit* Ter. Adel. 3, 4, 40 Miſeram me, differor doloribus, *i.* diuellor, diſcrucior, dilaceror, Donatus. Differri amore vel cupiditate, aut laetitia Plaut. Mil. 4, 4, 27. Idem in Trucul. 4, 1, 3 Dii magni, vt ego laetus ſum, et laetitia differor. Inuidia differri, *i. traduci* Propert. 1, 16, 48. *Vid.* n. 1.

DIFFĒRENS, entis. Partic. [διαφέρων] Cic. de Fato 8 c. 4 Quoniam igitur, *inquit*, tantum natura a natura diſtat, quid mirum eſt, has diſſimilitudines ex differentibus cauſis eſſe factas? Idem de Legib. 1, 38 Ariſtotelem et Theophraſtum cum illis congruentes re, genere docendi paullum differentes, ſecuti ſunt. Cic. de Legib. 1, 30 Etenim ratio, qua vna praeſtamus beluis, *etc.* certe eſt communis, doctrina differens, diſcendi quidem facultate par. *In dialectica pro differentia.* Genus, ſpecies, differens, proprium Quinctil. 5, 10, *et ſic ſaepius ib.*

DIFFERENTER. Adu. Solinus c. 1 Inſeruimus pleraque differenter congruentia.

DIFFERENTIA, ae. f. [διαφορά] Cic. Acad. 4, . . Quod videretur eſſe quaedam in viſis differentia. Differentia corporum Scribon. Ep. . . Differentiae aetatum, temporum, aut locorum Id. Perorat. Cic. de Fin. 5, 19 c. 7 Ita ſit, vt quanta differentia eſt in principiis naturalibus, tanta ſit in finibus bonorum malorumque diſſimilitudo. Differentia honeſti et decori Cic. Off. 1 c. 27. Morum Petron. c. 84. Plin. 21, 5 Ita odor colorque duplex, et alius calycis, alius ſtaminis, differentia anguſta, *i. parua.* Differentia, *pro Dilatione* Quinct. 7 *eſſe dicitur.*

DIFFERITAS, ātis. f. *Idem.* Lucret. 4, 640 Tantaque in his rebus diſtantia, differitasque eſt. *Add.* Arnob. 2 p. 54.

DILĀTVS, a, um. Partic. [ἀναβεβλημένος] Cic. Verr. Act. 1, 75 Quaſi metueret, ne Petilius priuato illo iudicio transacto, aut dilato, cum caeteris in conſilium reuerteretur. Merces dilata officiis, *Officia non ſtatim compenſata* Claud. Mall. Theod. 256. Poena dilata in tempus mortis Ouid. Triſt. 3, 3, 33. Res in poſterum dilata Cic. ad Q. Fratr. 2, 3. Vindicta dilata Ouid. Met. 12, 8. Pars laborum dilata Idem Met. 3, 174. Celeri rumore dilato Nep. 10, 10, 1. *Add.* Suet. Aug. c. 14.

DILATIO, ōnis. f. [ἀναβολή] *Prorogatio.* Plin. 18, 2 Nec vlla ſegetum minus dilationem patitur. Comitiorum Cic. Att. 2, 30. *Et* pro Lege Manil. . . . Maximum remedium irae dilatio eſt Senec. de Ira 3, 12. Cic. Philipp. 3, 2 Quae eſt igitur exſpectatio, aut quae minima dilatio Temporis? Dilationem non patitur Liu. 21, 52. Plin. Epiſt. 1, 18 Scribis te perterritum ſomnio: vereri, ne quid aduerſi in actione patiaris. Hinc rogas, vt dilationem petam, et pauculos dies. Per dilationes bellum gerere, *i. pedetentim et per interualla* Liu. 5, . . Sine dilatione Vell. 2, 50.

DILATOR, ōris. m. [ἀναβλητής] Horat. in Arte Poët. 172 *de ſenibus*, Dilator, ſpe longus, iners, auidusque futuri.

DILATORIVS, a, um. Adi. *Vt*, Exceptiones dilatoriae Vlpian. in l. 2 D. de exception. *et* Caius in l. 3 *eod. tit.*

DIFFIBVLO, āre. [ἀποπορπέω] *Fibulis adſtrictam veſtimenti partem diſſoluere.* Stat. Theb. 6, 570 Tandem exſpectatus volucri ſuper agmina ſaltu Emicat, et torto chlamydem diffibulat auro. *De Parthenopaeo Atalantes Maenaliae filio, qui abiecta chlamyde ad curſus certamen ſe parabat. Conf.* Alc. Auit. 4, 386.

DIFFIBVLATVS, a, um. Partic. Tertull. . . .

DIFFICAX, *i. difficilis:* DIFFICACIA, DIFFICACITAS, *occurrunt ap.* Io. de Ianua, *ficta ad normam vocabulorum* Efficax *et* Efficacia.

DIFFICILIS, e. Adi. [χαλεπὸς, ἀργαλέος, δυσχερής, δύσκολος, ἀμήχανος] Facili *contrarium. V. g.* Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis fiat, ſi inuitus facias Ter. Heaut. 4, 6 pr. Id. ibid. 4, 2, 8 Nihil tam difficile, quin quaerendo inueſtigari poſſit. Idem Andr. 1, 3 Cui verba dare difficile eſt. Cic. de Inuent. 2, 130 Nec fuiſſe ei graue, nec difficile, eam cauſam excipere, quam aduerſarii proferant. Aditus difficiles Ouid. de Rem. Amor. 120. Amor difficillimus et cariſſimus ab meretrice auara Ter. Eun. 5, 4, 4. Bilis difficilis Hor. Od. 1, 13, 4. Homo difficilis, *Moroſus, vel Qui non facile obſequitur roganti.* Ter. Heaut. 3, 2, 24 Atque hunc difficilem inuitum ſeruaret ſenem. Cic. de Senect. 7 Moderati enim, nec difficiles ſenes. Habebat auunculum difficillima natura, cuius ſic aſperitatem veritus eſt, vt, quem nemo ferre poſſet, huius ſine offenſione ad ſummam ſenectutem retinuerit beneuolentiam Nep. 25, 5, 1. Cic. in Orat. 104 Vt vsque eo difficiles ac moroſi ſimus. Ianua difficilis filo eſt inuenta relicto, *de Labyrintho* Ouid. Met. 8, 173. Labor difficilis Ouid. de Arte Am. 2, 538. Locus ſcopuloſus difficiliſque Cic. Diu. in Verr. 36. Nugas difficiles habere turpe eſt Martial. 2, 86. Obitus difficilis, *i. Mors* Virg. Aen. 4, 694. Cic. de N. D. 3, 72 c. 29 Parentem habere auarum, illepidum, in liberos difficilem, qui te nec amet, nec ſtudeat tui. *Ex Poëta.* Res arduae et difficiles Cic. de Inuent. 2, 16. Res contortae et difficiles Cic. de Orat. 1, 250. Res difficiles et obſcurae Id. Off. 1, 19. Res difficilis et multum ſaepe quaeſita Cic. de Legib. 3, 33. Id. de N. D. 3, 94 Haec fere dicere habui de natura deorum, non vt eam tollerem, ſed vt intelligeretis, quam eſſet obſcura, et quam difficiles explicatus haberet. Virg. Aen. 5, 865 Iamque adeo Scopulos Sirenum aduecta ſubibat Difficiles quondam. Tempeſtatibus difficilioribus vti Caeſ. B. C. 3, 15. Tempus Reip. difficillimum Cic. Philipp. 5, 36 c. 13. *Et* Difficillimum ſolutionis tempus Id. pro Caecin. 11. Terrae difficiles primum, colleſque maligni Virg. Georg. 2, . . *h. e. Contumaces et durae.* Caeſ. B. G. 6, 6 Erat inter Labienum atque hoſtem difficili tranſitu flumen, ripiſque praeruptis. *Sic* difficilis locus Salluſt. in Iugurth. . . . Caeſ. B. G. 8, 40. Via difficilis Ouid. Amor. 3, 12, 227. Vſus in dicendi ſtudio difficillimus Cic. de Orat. 3 c. 55. ¶ 2 *Formulae:* Alicuius precibus eſſe difficilem Ouid. ex Ponto 2, 2, 20. Aditu difficilis prouincia Tacit. 11, . . Plin. 12, 19 Ipſe frutex gignitur in planis, ſed denſiſſimis in vepribus rubiſque, difficilis collectu. Cic. Fam. 1, 7 Quod ſcire vis, qua quisque in te fide ſit, et voluntate, difficile dictu eſt. Cic. Acad. 4, . . . Vt difficile ſit de temeritate eorum, perinde vt cauſa poſtulat, dicere. Eſt difficile ad fidem tam in antiqua re, quot pugnauerint, ceciderintue, exacto affirmare numero Liu. 3, . . Res difficilis ad credendum Lucret. 2, 1026. Cic. Off. 1, 126 Difficilius eſt ad eloquendum, ſed ſatis erit intelligi. ¶ 3 Difficul antiqui dicebant pro Difficile. *Vnde* Difficultas videtur ducta. *Auctor eſt* Nonius 2, 331. *qui adducit teſtimonium* Varronis Bimargo, Quod vtrum ſit, magnum, an paruum, facul an difficul.

DIFFICVLTAS, ātis. f. [χαλεπότης, δυσεργία, δυσκολία, δυσχέρεια] Plaut. Epid. 2, 2, 105 Nec qua ob eam ſuſpicionem difficultas eueniat. Cic. Att. 8, 3 In vtraque enim re ſumma difficultas erit, ſummus animi dolor. Id. pro Cluent. 2 Proſpicio quantum in agendo difficultatis, et quantum laboris ſit habitura. Cic. de Orat. 1, 16 Quid enim aliud in maxima diſcentium multitudine, *etc.* eſſe cauſae putet, niſi rei quandam incredibilem magnitudinem ac difficultatem? *Add.* Diu. in Verr. c. 12. Cic. antequam iret in exil. 11 Si Quirites eundem in caeterorum periculis haberemus animum, quem in noſtris difficultatibus, *etc.* Cic. in Catil. 1, 14 Ad illa venio, quae non ad priuatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domeſticam tuam difficultatem ac turpitudinem, ſed ad ſummam Reipubl. atque omnium no-

noſtrûm vitam, ſalutemque pertinent. Plin. Epiſt. 157 Vna, ſed maxima difficultas, quod haec aequare dicendo arduum. Nulla difficultas a me erit vobis, *etc.* Ter. Hec. 4, 4, 45. Numaria difficultas, *et* rei numariae, *i.* Paupertas, *vt ait* Aſconius, et inopia. Cic. Verr. 2, 11 Num tanta difficultas eum rei numariae tenuerit. Idem Verr. Act. 1, 69 c. 28 Et ſimul oſtendit, ſe in ſumma difficultate eſſe numaria, *vid.* NVMVS. Difficultatis patrocinia praetexi- mus ſegnitiae Quinct. 1, 12. Caeſ. B. G. 4, 24 Erat ob has cauſas ſumma difficultas, quod naues propter magnitudinem, niſi in alto conſtitui non poterant. Annonae difficultas, ſummaque inopia rei frumentariae Cic. pro Domo ſua 12 c. 5. Celſus 2, 2 *ad finem*, Num quid ſaepius horum aliquid eueniat, ac neque ideo corporis vlla difficultas ſubſequatur. Celſus 2, 1 *ad finem*, Obeſi plerumque acutis morbis et difficultate Spirandi ſtrangulantur, ſubitoque ſaepe moriuntur. Quod in corpore tenuiore vix euenit. *Sic* Plin. 20, 17. Celſ. 5, 25 Siue autem capitis dolores, ſiue vlcera, ſiue lippitudo, ſiue dentes, ſiue Spiritus difficultas, ſiue inteſtinorum tormenta, *etc.* Valetudinis aduerſae difficultates Scribon. Ep. . . Vitiorum difficultas naturalis Scribon. 107. Plin. 20, 11 Difficultatibus Vrinae ſemen eius decoctum ex mulſo potum medetur. Cic. Verr. 3, 50 Quod tum recentibus ſuis officiis, integra re, Nullis Pop. Rom. difficultatibus a maioribus noſtris foedere aſſequi potuerunt, id nunc nullo officio ſuo tot annis poſt, iure imperii noſtri quotannis vſurpatum ac ſemper retentum, ſumma in difficultate nauium, a C. Verre pretio aſſecuti ſunt. ¶ 2 *Formulae verborum:* Abſunt a nobis hae difficultates, *vid.* ABSVM. Affectata difficultas Quinctil. 1, 1. Afferre difficultatem magnam voluntati ac diligentiae alicuius Cic. Q. Fratr. 1, 1. *Vid.* AFFERO. Affert ſummam rei difficultatem Quinctil. 6, 3. Afficere difficultate, *vid.* AFFICIO. Cic. pro Quint. 10 c. 2 Tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus, *etc.* Circumuentus difficultatibus, *vid.* CIRCVMVENIO. Conflictatus multis per eos dies difficultatibus Liu. 40, . . Cruciari difficultate Scribon. 171. *de hydrophobis.* Cic. de Fato 59 Dum autem verbis vtitur ſuis, delabitur in eas difficultates. Cic. pro Muraen. 19 Praeſto fuit multis, multorum ſtultitiam perpeſſus eſt, arrogantiam pertulit, difficultatem Exſorbuit. Cic. Att. 13, 33 De nomine tu videbis cum Cuſpio: ſed ſi Plancus deſtinat, tum haberes difficultatem. Cic. Fam. 4, 2 Nihil enim conſtitui poteſt, quod non Incurrat in magnam aliquam difficultatem. *Vid.* INCVRRO. Infringere difficultatem alicuius rei, *vid.* INFRINGO. Perrumpere difficultatem, *vid.* PERRVMPO. Cic. de Orat. 1, 120 Vt enim quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem variosque euentus orationis hominumque Pertimeſcit. Erat res in magna difficultate Caeſ. B. C. 3, 15.

DIFFICILE. Adu. [χαλεπῶς] Plin. 27, 12. Cic. de Inuent. 2, 169 c. 56 Difficile autem fieri, quod quanquam laboris, ſumtus, moleſtiae, longinquitatis indiget, *etc.* *Praeceſſit* Facile fieri. Vell. 2, 63, 3 Sibi difficile conſentiens. Difficilius concoquitur Plin. 22, 21. Difficillime: Plin. 16, 33 Cupreſſus aduena, et difficillime naſcentium fuit. *Add.* 19, 7.

DIFFICILITER. Adu. [δυσχερῶς] *rarius: legitur tamen apud* Columellam 5, 3, 1 His igitur velut primordiis talis ratiocinii perceptis, non difficiliter menſuras inibimus agrorum. Aliae arbores difficiliter comprehendunt Id. ib. c. 7, 1. *Quin ipſe* Cic. Acad. 4, 49 c. 16 Cur non etiam vt valde veriſimile? cur deinde non vt difficiliter a vero internoſcatur? *Et ſtatim*, Quomodo autem ſumis, vt ſi quid, cui ſimile eſſe poſſit, ſequatur, vt etiam difficiliter internoſci poſſit?

DIFFICVLTER, difficilius, difficillime. Adu. [δυσκόλως] Plin. 11, 53 Difficulter autem perficiuntur omnia in cibis acria, nimia, et auide hauſta, et in aeſtate quam hieme difficilius. Caeſ. B. C. 1, 62 Huc iam rem deduxerat, vt Equites, etſi difficulter atque aegre fiebat, poſſent tamen atque auderent flumen tranſire. Difficulter ambulare Plin. 10, 19. Adoleſcentium animi dolis haud difficulter cupiuntur Sall. Cat. c. 15. Haud difficulter perſuadere Latinis Liu. 1, . . .

DIFFICVLTO, āre. Gloſſ. Gr. Lat. δυσκολαίνω.

DIFFĪDO, īſus ſum *vel* fui, īſum, ĕre. [ἀπιστέω] *Non fidere, nihil boni ſperare.* Plaut. Rud. Prol. 82 Valere, vt hoſtes veſtri diffidant ſibi. Seru. Sulp. Cic. Fam. 4, 5 Plura me ad te de hac re ſcribere pudet, ne videar prudentiae tuae diffidere. Cic. Fam. 16, 17 Te Cicero rogo atque hortor, ne defatigêre, neu diffidas ſemper in praeſentibus malis prohibendis. Cic. de Diuin. 2, 8 c. 3 Quaeram omnia, dubitans plerumque, et mihi ipſe diffidens. Iacêre, et diffidere, *Deſtitutum ſpe eſſe.* Cic. pro Muraen. 45 Videsne tu illum triſtem, demiſſum? iacet, diffidit, abiecit haſtas. Dictis alicuius diffidere Lucret. 1, 268. Ingeniis diffidere Cic. pro Roſc. Amer. . . . Memoriae diffidere Quinctil. 6, 1. Cic. de Fin. 2, 86 Qui autem diffidet perpetuitati bonorum ſuorum, timeat neceſſe eſt, ne aliquando amiſſis illis ſit miſer. Rebus ſuis diffidere Liu. 1, 2. Sententiae alicui diffidere Cic. Tuſc. 5, 3. Sibi, ac ſuis diffidere fortunis Pſeudo-Cic. antequam iret in exil. 12. Cic. Att. 12, 42 De Othone diffido fortaſſe, quia cupio. Id. in Orat. 97 Sed hanc eloquentiam, quae curſu magno, ſonituque ferretur, quam ſuſpicerent omnes, quam admirarentur, quam ſe aſſequi poſſe diffiderent. Idem Q. Frat. 1, 1 Vt rem poſſe confici non diffiderem. Idem Acad. 4, . . . Inuenire ſe poſſe quod cuperent diffiſi ſint. *Add.* Idem pro Quint. c. 24. *Et in* Orat. c. 1. Diffidit *pro Diffiſus eſt, inuenitur apud* Quinctil. Decl. 287 Cum cauſae patris diffidiſſet vir fortis.

DIFFĪSVS, a, um. Partic. [ἀπιστήσας] *Vt,* Diffiſus fidei alicuius Cic. Act. in Verr. . . Id. pro Muraen. 63 c. 30 Fatebor enim Cato me quoque in adoleſcentia diffiſum ingenio meo, quaeſiſſe adiumenta doctrinae. Vitibus diffiſus Lucan. 4, 145.

DIFFIDENS, entis. Partic. [ἀπιστῶν] Caeſ. B. G. 6, 35 Diffidens, Caeſarem de numero dierum fidem ſeruaturum. Plaut. Merc. 5, 2, 15. Eundem ex confidente actutum diffidentem denuo Idem Epid. 1, 2, 9. Diffidens et deſperans rebus ſuis Cic. in Piſon. 88 c. 36.

DIFFIDENTER. Adu. [ἀπίστως] Cic. pro Cluent. 4 Altera tantummodo conſuetudinis cauſa timide et diffidenter attingere. Liu. 32, . . Miramini cur diffidenter Cleomedon legatus Philippi, vt pro rege arma caperemus, modo egerit. Multo timidius ac diffidentius bella Pontica ingreſſus Iuſtin. 38, 7, 4.

DIFFIDENTIA, ae. f. [ἀπιστία] *Cui oppoſita eſt* Fiducia *vel* Fidentia. Cic. Tuſc. 4, 80 c. 37 Etſi fidentia, id eſt firma animi confiſio, ſcientia quaedam eſt et opinio grauis, non temere aſſentiens, metus quoque eſt diffidentia exſpectati et impendentis mali. Idem de Inuent. 1, 165 c. 54. Simulata Iuſtin. 1, 8, 10.

DIFFINDO, ĭdi, iſſum, ĕre. [διασχίζω] *In diuerſas partes findere.* Virg. Aen. 9, 589 Et media aduerſi liquefacto tempora plumbo Diffidit, ac multa porrectum extendit arena. Hor. Od. 3, 16, 16 — Diffidit vrbium Portas vir Macedo. Cic. de Vniuerſ. 21 Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem, in longitudinem diffidit, mediaeque accommodans mediam, quaſi decuſſauit. Diem diffindere *eſt idem fere, quod ampliare, differre iudicium in alium diem.* Gell. 14, 2 Iuſſi igitur diem diffindi, *propter dubitationem, vt Spatium eſſet conſulendi Fauorini.* Liu. 9, 38 C. Papyrius Iunium Bubulcum magiſtrum Equitum dixit, atque ei legem Curiatam de imperio ferenti, triſte omen, diem diffidit. *Quibus ex locis coniicere facile poſſumus,* diffindere diem *id eſſe, aut olim fuiſſe, quod nos rem in craſtinum continuare dicimus, vel remittere. Tria enim erant apud antiquos pronuntiandi genera: aut enim* dies diffindebatur, *id eſt res in poſterum diem reiiciebatur: aut* comperendinabatur, *id eſt in tertium diem differebatur: aut iudex* non liquere *pronuntiabat.* Vlpian. l. 2 Si quis cautionibus, et ideo etiam Lex XII TAB. ſi iudex, vel alter vter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, iubet diem iudicii eſſe diffiſſum. *Cum alluſione ad hanc formulam, ſed ſenſu alio* Diffindere diem inſititio ſomno meridie Varro R. R. 1, 2, 5. *i. interponere ſomnum negotiis diurnis. Proprie* Cato c. 41 Vitem ſic inſerito, praecidito, quam inſeres, eamque mediam diffindito per medullam. Columel. 2, 4, 6 *de aratro*, Non minute diffindit humum, ſed vaſtos caeſpites conuellit. *Sed edendum curaui. Quaedam exemplaria legunt* diffundit. Ramus diffiſſus Varro de R. R. 1, 40. Saxum diffiſſum Cic. de Diuin. 1, 23 c. 13.

DIFFISSIO, ōnis. f. *Prorogatio, dilatio.* Gell. 14, 2 In rerum Diffiſſionibus et comperendinationibus. *Vid.* Diffindere diem.

DIFFINGO, inxi, inctum, ĕre. [διαμορφόω] *Aliter fingere, figuram mutare.* Hor. Od. 1, 35, 29

— ô vtinam noua
Incude diffingas retuſum in
Maſſagetas, Arabasque ferrum.

Acron, Diffingas, confuſum reformes. Nam ſicut fingere, formare dicitur: ſic et diffingere, eſt Quaſſatum reformare. Non retuſum in Maſſagetas (*ait* Porphyrio) accipiendum, ſed in Maſſagetas diffingas. Senſus enim eſt, vt ferrum quod retudimus in corporibus noſtrorum bello ciuili, diffingas, id eſt refabrices aduerſus barbaros. Retuſum, ciuilibus bellis hebetatum. *Haec bene ſe habere videntur, et non bene mutari a Bentleio et Cuningamo in* Defingas. *Sed* Serm. 1, 10, 37 *videtur melius* Defingit Rheni luteum caput, *quam* Diffingit. Hor. Sat. 2, 1 Equidem nihil hinc diffingere poſſum. i. *Non poſſum mutare quidquam in hac ſententia. Etiam hic multa moliuntur viri docti ob varietatem lectionis. Minime dubius eſt locus eiusdem* Hor. Od. 3, 29, 47

— Neque
Diffinget, infectumque reddet,
Quod fugiens ſemel hora vexit.

i. Immutabit, ſiue conuellet. Acron. *Conf.* DISCINGO.

DIFFINIO, īre. *Diſterminare, fines diſtinguere. Sed propter perpetuam Praepoſitionum* De *et* Di *confuſionem incerta eſt auctoritas.* Quem Arcticon diffiniuimus Hygin. Aſtron. 1, 6. Zodiacus ſic optime diffiniri poterit *ibid. Sic Scheffer. edidit: Munker. autem vtroque loco* definire. *Conf.* 2, 13.

DIFFINITIO, ōnis. f. Hac diffinitione ſphaerae Hygin. Aſtron. *ex edit. Scheff.* Vt hac diffinitione volens a nolente diſcerneretur Auguſtin. Retract. 1, 15. *Conf.* Mart. Capella 5 p. 150. Cael. Aurel. Acut. Praef. 1, 13. *Addit Falſter.* Symmachum, *aliosque.*

DIFFINITIVE. Adu. Aſcon. Ped. p. 117 (ad Verr. 2 c. 10) *ſicut legit Falſter. Sed Gron.* definitiue.

DIFFITEOR, ēri. [ἀπαρνοῦμαι] *Negare.* Cic. Fam. 10, 7 Itaque nunquam diffitebor, multa me, vt ad effectum horum conſiliorum peruenirem, et ſimulaſſe inuitum, et diſſimulaſſe cum dolore. Ouid. Amor. 3, 13, 28 Et pudor obſcenum diffiteatur opus. Quinctil. 6, . . Quid diffitendum?

DIFFLETVS, a, um. Adi. *Fletu corruptus.* Apul. Mileſ. 1 p. 104 Diffletis paene ad extremam caecitatem oculis.

DIFFLO, āre. [διαπνέω] *Flatu diſturbare.* Plaut. Mil. 1, 1, 17 Cuius tu legiones difflaſti ſpiritu, quaſi ventus folia. *Paſſ.* Solinus c. 13 Ara eſt in cacumine Ioui dicata, cuius altaribus ſi qua de extis inferuntur, nec difflantur ventoſis ſpiritibus, nec pluuiis diluuntur. Auſonius Eid. 14, 20 p. 521 Forſan et vnus odor: ſed celſior ille per auras Difflatur, ſpirat proximus iſte magis. *Al.* Diffluit, exſpirat.

DIFFLVO, xi, xum, ĕre. [διαῤῥέω] *In diuerſas partes fluere.* Plin. 21, 13 Qui edêre, abiiciunt ſe humi, refrigerationem quaerentes: nam et ſudore diffluunt. *De melle venenato.* Humor diffluit Lucret. 3, 436. *Metaph.* Cic. Off. 1, 106 c. 30 Intelligamus, quam ſit turpe diffluere luxuria, et delicate ac molliter viuere. Diffluunt *proprie, quae ſummo gradu mollia ſunt, aut putria adeo, quae vtraque translatio apte congruit.* Idem de Orat. 3, 129 c. 32 Illi nati in literis ardentesque his ſtudiis, otio diffluentes, non modo nihil acquiſierint, ſed ne relictum quidem et traditum et ſuum conſeruauerint. Ter. Heaut. 5, 1, 71 Vt eius animum, qui nunc luxuria et laſciuia Diffluit, retundam, redigam, vt quo ſe vortat, neſciat. Cic. pro Marc. 23 c. 8 Omnia quae dilapſa iam diffluxerunt, ſeueris legibus vincienda ſunt. *Sic Lambin. Sed al.* fluxerunt.

DIFFLVENS, entis. Partic. [διαῤῥυῶν] Cic. in Orat. 133 Aut ſi alicuius inconditi arripias diſſipatam aliquam ſententiam, eamque ordine verborum paullum commutato, in quadrum redigas, efficiatur aptum illud quod fuerit antea diffluens ac ſolutum. Oratores redundantes et quaſi extra ripas diffluentes coërcere Id. in Bruto c. 91.

DIFFLVVS, a, um. Adi. *Idem apud* Attilium.

DIFFLVENTIA, ae. f. *apud* Auguſt. . . .

DIFFRINGO, ēgi, actum, ĕre. [καταγνύω] *In varias partes frangere.* Plaut. Aſin. 2, 4, 68 Crura hercle diffringentur.

DIFFRACTVS, a, um. Part. Paene curru effuſus eſt axe diffracto Suet. Caeſ. c. 37. Coloſſici Apollinis in fano baſis a vetuſtate diffracta Vitruu. 10, 6.

DIFFVĞIO, ūgi, ĭtum, ĕre. [διαφεύγω] *Diuerſa loca fuga petere, non poteſt igitur dici niſi de pluribus.* Cic. Phil. 2 c. 42 Cum in Senatum venire vellemus, metu perterriti repente diffugimus. Id. Fam. 15, 1 Neque multi ſunt, et diffugiunt, qui ſunt, metu oblato. Id. Off. 3, 114 c. 32 Aut qui periculo mortis diffugiſſent. Caeſ. B. G. 8, 35 Ii repentino malo perterriti diffugiunt ad ſua praeſidia. Diffugiunt

fugiunt cadis cum fece ſiccatis amici Hor. Od. 1, 35, 25. Niues diffugere Hor. Od. 4, 7, 1. Stellae diffugiunt Ouid. Met. 2, 114. Terrores animi diffugiunt Lucret. 3, 16 Diffugere ex caſtris Hirt. Bell. Afr. c. 32. Liu. 28, . . In proximas dilapſi ſiluas, inde domos diffugerunt. *Laudantur hic interdum, quae ad Deſugio pertinent.*

DIFFVGIVM, ii. n. [διαφυγή] Tacit. Ann. 1, 39, 4 Proximorum diffugia languentibus iam ſtudiis.

DIFFVLGVRO, āre. Poſtes chryſolithi fuluus diffulgurat ardor Sidon. Epithal. Ruricii ſ. Carm. 11 v. 20. *Sic Sirmond.* Diſtilgurat *al.*

DIFFVLMĬNO, āre. Sil. 5, 277 Furit, et diffulminat omnem Obſtantem turmam. *h. e. Diſſipat inſtar fulminis.*

DIFFVMIGO, āre. Diffumigatur mulier de ſtorace Oct. Horat. l. 4.

DIFFVNDO, ūdi, ūſum, ĕre. [διαχύνω, διαχέω] *Spargere, in diuerſas partes fundere.* Cic. de N. D. 2, 26 Quae neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruinaque concreſceret, niſi eadem ſe admiſto calore liquefacta et dilapſa diffunderet. Vndantique animam diffundit in arma cruore Virg. Aen. 10, 908. *h. e. Effundit animam et vitam vna cum cruore, quo circum ſparguntur arma.* Anima diffunditur in omnes corporis partes Lucret. 3, 438. *Verum* Animum alicuius diffundere, *eſt Exhilarare aliquem, vt contractio ad triſtitiam pertinet.* Ouid. de Arte Am. 1, 218 Diffundetque animos omnibus iſta dies. *Vid. mox* Virtus diffunditur. Comas diffundere ventis Virg. Aen. 1, 319. Crimen paucorum diffundere in omnes Ouid. de Arte Am. 3, 9. Dolorem diffundere Ouid. Met. 9, 142. Iram flendo Ouid. Epiſt. 7, 6. *Vid. ibi Burm. et Barth. ad* Stat. Theb. 2, 213. *Brouckh. ad* Tibull. 1, 11, 3. Iubar Valer. Argon. 3, 560. In latitudinem ſe diffundit lactuca Columel. 11, 3. In maria interiora diffunditur Atlanticus oceanus Plin. 3 Prooem. In ora virûm paſſim diffundere *aliquid Fama dicitur* Virg. Aen. 4, 195. *vt Spargere.* Plin. Epiſt. 4, 22 *extr.* Vtque in corporibus, ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus, qui a capite diffunditur. Plin. in Paneg. c. 56 Quo fit, vt prope in immenſum diffundatur oratio mea, et nec dum de biennio loquor. Radices anguſtius aut latius Varr. R. R. 1, 37, 5. *Vid. mox* Vitem *et* Vaſtis ramis. Vinum diffundere, *E dolio in diuerſos cados aut amphoras fundere.* Ouid. Faſt. 5, 517 Quaeque puer quondam primis diffuderat annis, Promſit fumoſo condita vina cado. Plin. 14, 14 ſ. 16 Apothecas fuiſſe, et diffundi ſolita vina anno IↃCXXXIII vrbis, apparet indubitato Opimiani vini argumento. *Male ibi Harduinus* Diffundi *explicat, recondi in doliis. Vid. mox* Diffuſum Vinum. *Sic* Columel. 12, 28, 3 Omne vinum, cum condieris, nolito ſtatim diffundere, ſed ſinito in doliis quieſcere: poſtea cum de doliis aut de ſeriis diffundere voles, vere, florente roſa, defecatum quam limpidiſſimum in vaſa bene picata et pura transferto. In cado duarum vrnarum *etc. Conf.* Colum. 3, 2, 26. Cic. de Senect. 51 Deinde tepefactum vapore et complexu ſuo, diffundit et elicit herbeſcentem ex eo viriditatem. Cic. de Amicit. 48 Neque enim ſunt iſti audiendi, qui Virtutem duram et quaſi ferream eſſe quandam volunt: quae quidem eſt tum multis in rebus, tum in amicitia tenera atque tractabilis, vt ex bonis amici quaſi diffundatur, et incommodis contrahatur. *h. e. Gaudio afficiatur, et triſtitia, vid. p. a.* Animum diffundere, *it.* Vultum. Vim ſuam diffundere longe lateque Cic. de Diuin. 1, 79. Columel. 5, 5 Atque ita totam Vitem omni parte in orbem diffundi. Vultum diffundere, *eſt Laetum et hilarem exhibere ſe* Ouid. ex Ponto 4, 4, 9. Idem Met. 14, 272. Vaſtis ramis diffunditur ficus in India Plin. 12, 5. *Et* Cic. de Orat. 1, 28 Diffuſa ramis patulis platanos. *Peculiare eſt* Pallad. 1, 18, 2.

DIFFVSVS, a, um. Partic. [διαχυθείς] Color diffuſus ſanguine Cic. de Orat. 3, 97. Campi diffuſi Martial. 3, 31. Comae diffuſae Ouid. Epiſt. 5, 114. Corona diffuſior Plin. Ep. 7, 17. *i. coetus.* Error diffuſus longe lateque Cic. de Fin. 2, 115 c. 34. Id. de Orat. 2, 142 c. 33 Eſt enim heri nobis ille hoc Catule pollicitus, ſe ius ciuile, quod nunc diffuſum et diſſipatum eſt, in certa genera coactururn. *Conf.* de Orat. 1 c. 42. Laus alicuius longe lateque diffuſa, *vid.* LATVS. Large diffuſo lumine ridet Aether Lucret. 3, 22. Praedia *vel* Patrimonia late diffuſa diuerſis disiunctiſque in locis ſita Paull. l. Decreto 24 D. de Adm. Tut. Imper. l. Teſtam. 11, 6 de Exc. Tutor. *et* Vlpian. in l. 1 §. Si quis in Villa D. de S. C. Sinus diffuſa Valer. Argon. 2, 104. Sus diffuſa et grauiſſima Plin. 16, 6. Vinum diffuſum, *e dolio in cados, amphoras* Proculus l. 6 ff. de tritico, vino vel ol. leg. Cui vinum dare heres damnatus eſt, quod in amphoris et cadis diffuſum eſt, dari debet. *Et* l. 15 eod. Cui vinum cum vaſis legatum erit, ei amphoras, cados, in quibus vina diffuſa ſeruamus, legatos eſſe. *Sic et* l. 14. *it.* 15 *et* 16. *Opponitur itaque* diffuſum doliari. Vinum diffuſum (*plerique* defuſum) e pleno, Lucil. *ap.* Cic. de Fin. 23 c. 8. Non erigit aegros Nobilis ignoto diffuſus conſule Bacchus Lucret. 5, 378. Iuuenal. 11, 159 Hic tibi vina dabit diffuſa in montibus illis. Id. 5, 30 Ipſe capillato diffuſum conſule potat. *Vt* Hor. Epiſt. 1, 5, 4 Vina bibes iterum Tauro diffuſa. Vox diffuſa per auras Lucret. 4, 573. Vultus diffuſus Stat. Silu. 4, 2. *Compar.* Diffuſiora conſepta non ſolum pluris aedificamus, ſed etiam impenſis maioribus tuemur Columel. 1, 4. Plin. in Paneg. c. 53 Adiice quod imperatoris noſtri non aliud amplius ac diffuſius meritum eſt, quam quod inſectari malos principes tutum eſt.

DIFFVSE. Adu. [διακεχυμένως] Cic. de Inuent. 1, 98 c. 52 Enumeratio eſt per quam res diſperſe et diffuſe dictae, vnum in locum coguntur. Latius aliquanto dicenda ſunt et diffuſius Cic. Tuſc. 3 c. 10. At latus hoc terrae diffuſius explicat agros Auien. Perieg. 269.

DIFFVSIO, ōnis. f. [διάχυσις] *Vt,* Sen. de Vita Beata c. 5. Ex cognitione veri gaudium grande et immotum comitasque et diffuſio animi, *dilatantis ſe quaſi et bona ſua etiam ad proximos quosque transferentis.*

DIFFVSOR, ōris. m. *Vt,* Diffuſor olearius, *i. Venditor olei:* Inſcr. Gruteri p. 466 n. 7 REGVLIANO E. R. DIFFVS. OLEARIO EX BAETICA. *Reineſius* DIFFVSORI *legebat.*

DIFFVSILIS, e. Adi. Lucret. 5, 468 Leuis ac diffuſilis Aether.

DIFFVNDITO, āre. Plaut. Merc. 1, 1, 56 Rationem peſſimam eſſe, ea amoris vi diffunditari. *Vid. ibi Taubm.* Ammian. 16, 23 *pr.* (Val. c. 12) Vbique ſeſe diffunditans. *Add.* Id. 21, 3.

DIFFVTVTVS, a, um. Adi. Diffututa mentula Catull. 39, 14.

D I G

DIGAMMA. *Nom. indecl. Duplex Gamma, de quo iſta vir doctus in Theſauro Rob. Stephani, ſumta pleraque omnia ex* Priſcian. 1 p. 545 *ſq. Dionyſ. Halic. Antiq. Rom.* 1, 20 Τοῦτο δ' ἦν ὥσπερ γάμμα διτταῖς ἐπὶ μίαν ὀρθὴν ἐπιζευγνύμενον ταῖς πλαγίαις, ὡς Fελένη, καὶ Fάναξ καὶ Fοῖκος, *etc.* Notam hanc olim excogitârunt Aeoles ante Vocales inſerendam, et Vau Nomen dederunt ab ipſius Voce profectum *teſte* Varrone *et* Didymo *apud* Priſc. 1, 4 *deinde autem comprobauit vſus, vt* Digamma *a Forma ſc. vulgo audiret. Varia autem opera fungebatur apud Aeolas: potiſſimum vero* (1) *Conſonae ſimplicis, vnde apud Homerum frequentiſſime breuis Syllaba producitur ante vocem a Vocali incipientem,* ἴσαν ὄρνιθες ὣς. *vel* Fως. Οἰόμενος Fελένην. *Immo* (2) *Conſonae duplicis.* φίλε ἑκυρὲ δεινός τε. quaſi φίλε FFεκυρὲ, et alibi Νέστορα δὲ Fὰ παιδός. (3) *vſurpabatur quotidie loco aſpirationis, a qua Aeoles ſemper abhorrebant.* (4) *denique minori cum neceſſitate, ſed vt hiulcae voci mederi poſſint. Ita enim ſcriptum reperit Priſcianus in vetuſtis quibusdam monumentis* Conſtantinopoleos. ΔημοφάFων ΛαFοκόFων. *Hunc igitur vſum ab Aeolibus, a quibus plurima acceperunt Romani, et V Conſonam veteribus incognitam in Alphabetum recepere. V enim, vt inquit* Priſcian. *l. c.* loco Conſonantis poſita eandem prorſus in omnibus vim habuit apud Latinos, quam apud Aeolas Diagamma F. *Et* (1) *Quaecunque voces cum V Conſona proferuntur ad morem Aeolum dici putandum eſt. Sic ab* ἔλος *Graecorum ſec. Dionyſ. l. c. defluxit* Velia *Romanorum quaſi* ΟὐέΛια *cum* ε *loco Conſonae.* (2) *in Praeteritis temporibus 3tiae et 4tae Coniugat. interſeritur V pro Conſona duplici, vel priorem Syllabam producente.* Cupii, Cupiui; Audieram, Audiueram *etc.* (3) *Quod ad Spirituum aſperitatem longius proceſſerunt Romani et non ſolum* Veſta, Veſper, [ἑστία, ἕσπερος] *ſed etiam tenui praepoſuerunt et* Vicus, Vinum [οἶκος, οἶνος] *etc.* dixere. (4) *Hiatum etiam ſimili modo declinauerunt et* Dauus, Pauo, Ouis, Bouis, *etc. efferre ſunt ſoliti. Latini porro non vſum modo, ſed figuram quoque introduxerunt, quae in verbis* Fama, Fanum, Factum, *etc. viſitur, ei ſc. Sono et vſui conſulentes, qui per* φ *Graecorum praeſtatur, ſiue p cum adſpiratione; Adeo vt Romanorum digamma ex aequo reſpondeat poteſtate quidem* τῷ *Vau Aeolico, ſigura vero* Ϝ *communium Graecorum. Huius figuram recte olim contendebat Caeſar apud Priſc. hoc modo* Ⅎ *exprimi,* quod quamuis illi recte viſum eſt, tamen conſuetudo antiqua ſuperauit, *vt ait* Idem. *Hodie viſuntur marmora tali conformatione* CAMERINVS. A. ℲITELLIVS. Gruter. CXIX, 2. *Ita,* AMPLIAℲIT, TERMINAℲITQ. *Id.* CXCVI, 4. *et alibi frequenter occurrunt ſimilia. Caeterum plura* Priſcian. *l. c.* Quinct. 1, 4 *Burman. ad loc.* Gell. 14, 5. Terentian. Maur. *etc.* Aeolica litera *vocatur* Quinct. 12, 10, 29. ¶ 2 Cic. Att. 9, 9 *extr.* Neque ſolum Romae, ſed etiam Deli Digamma tuum videram. *Librum rationum, in quo fenus ſcriberet intelligunt viri docti, ſiue quod litera* F *notatus eſſet, ſiue quod nomen* Fenus *ab hac litera incipit.*

DIGĂMVS, a, um. Adi. [δίγαμος] *Qui duas duxit vxores.* Hieronym. contra Iouian. Non damno digamos. *Sic* Digama mulier *dicitur, Quae duos habuit maritos* Hieron. Ep. 2 *extr. Add. et* Tertull. Exh. ad Caſtitat. c. 7.

DIGAMIA, ae. f. *Alterum matrimonium, ſ. duplex adeo.* Hieron. contra Iouian. 1, 8. Tertull. de Monog. c. 6 *et* 8.

DIGENTIA, ae. f. *Riui nomen* Horatianae *villae proximi, de quo ipſe in* Epiſt. 1, 18, 104 Me quoties reficit gelidus Digentia Riuus.

DIGĔRO, ſſi, ſtum, ĕre. *Differre, in diuerſas partes gerere.* [διαφέρω, διαφορέω] Plin. Epiſt. 8. 20, 6 Haec ab omni latere perſpicitur, eadem aqua pariter ſuſpenſa et merſa. interdum iunctae copulataeque, et continentis ſimiles eunt: interdum diſcordantibus ventis digeruntur. nonnunquam deſtitutae tranquillitate fluitant. Plin. 11, 37 Cibum digerunt dentes lati et acuti, *i. diuidunt. Idem enim dicit quod* Cic. de N. D. 2, 134 Eorum aduerſi acuti morſu diuidunt eſcas. Celſ. Prooem. . Si corpus adſtrictum eſt digerendum eſſe (*i. laxandum, diſſipanda concreta*) ſi profluuio laborat, continendum. Id. 2, 15 *de geſtatione,* Ne aut imbecillum hominem nimis digerant, aut humili deſint. *Et* 2, 17 *extr.* His omnibus commune eſt digerere id, quod vel praecordia oneret, vel fauces ſtrangulet, vel in aliquo membro nocet. *Et* 5, 18, 8 Praecipuum *malagma* eſt ad reſoluenda quae adſtricta ſunt, mollienda, quae dura ſunt, digerenda, quae coëunt. *Add.* 5, 18, 11. *Sic* 2, 14 *fin. de frictione,* Opus eſt quam pluri-mum materiae digeri. *Et* 5, 18 Satisque omnia abſcedentia digerit murex combuſtus *etc. Et* 2, 33 *extr.* Quae calefaciunt et digerunt, ea emolliunt. *Haec de digeſtione et diſſipatione ſalutari. Sed etiam noxam ſignificat* Celſ. Prooem. p. 19 Aliud *eſt* ſudore digeri, aliud tabe conſumi. *Et* 1, 9 *extr.* Calor concoctionem prohibet, ſomnum aufert, ſudore digerit, obnoxium morbis peſtilentibus corpus efficit. *Medice itaque et perite locutus eſt* Lucan. 6, 88 Corpora dum ſoluit tabes et digerit artus. Ouid. Met. 14, 469 Quam metuit poenam ſolus, digeſſit in omnes. ¶ 2 *Speciatim Digerere eſt res confuſas, ordine quodam et in ſua velut loculamenta diſtribuere.* Vet. Gloſſ. Digerit, κατατάσσει, διοικεῖ. *Sic* Cibus dicitur digeri, *i. per canales ſuos diſpenſari* Quinct. 10, 1, 19. *et* 11, 2, 35. Celſ. Prooem. Cibus et potio in omnes membrorum partes digeruntur. Sen. Controu. 1 Prooem. Poſt coenam ſero lucubrabat, nec patiebatur alimenta per ſomnum quietemque aequaliter digeri, ſed perturbata et diſſipata in caput agebat. Digerere in paſtillos Plin. 12, 27. In partes Id. 2, 7. Martial. 12, 34 Et ſi calculus omnis huc et illuc Diuerſus, bicolorque digeratur. Virg. Aen. 3, 446 Quaecunque in foliis deſcripſit carmina virgo, Digerit in numerum, *i. ordinat, diſponit. Sic* Quae apud alios latius diffuſa ſunt, quam vt breuiter cognoſci poſſint, ab illuſtribus electa auctoribus digerere conſtitui Val. Max. Prol. *ex emendatione Meurſii in Mantiſſa ad L. de Luxu c.* 25. Ouid. Faſt. 2, 625 Procul, *a cariſtiis,* impius eſto — Cui pater eſt viuax, qui matris digerit Annos *Vt* Met. 1, 148 Filius ante diem patrios inquirit in annos. Cauſam in partes Quinctil. 11, 1, 6. Commentarios in libros Id. 10, 7, 30. Quinctil. 11, 3, 114 Manus ſiniſtra nunquam ſola recte geſtum facit: dextrae ſe frequenter accommodat, ſiue in digitos argumenta digerimus, ſiue auerſis in ſiniſtrum palmis abominamur, *etc.* Liu. 2, 21 Tanti errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magiſtratibus, vt nec qui Conſules ſecundum quosdam, nec quid quoque anno actum ſit, in tanta vetuſtate non rerum modo, ſed etiam auctorum digerere poſſis. Columel. 10, 165 Tu cinge comam, tu digere Crines. Cic. de Inuent. 1, 49 Numeros et modos et partes argumentandi confuſe et permiſte diſperſimus: poſt diſcrete et electe in genus quodque cauſae quid cuique conueniat, ex hac copia digeremus. Exortus et occaſus ſiderum digerendi in ſuos dies Plin. 18, 24. In formulas digerere Scribon. 72. 110. Ius ciuile digerere in genera Cic. de Orat. 1, 190 c. 42. Id. pro Rabir. Poſt. 23 Demetrium et ex Republ. Athenis, quam optime digeſſerat, et ex doctrina nobilem et clarum, *etc.* Cic. Ver. Diuinat. 60 Habeo et iſtius et patris eius accepti tabulas omnes, quas diligentiſſime

ſime legi, atque digeſſi. Tempora digerere Ouid. Faſt. 1, 1. Digerere, Interpretari *ſignificat ſecundum* Seruium Virg. Aen. 2, 182 Ita digerit omnia Calchas. *Nempe obſcuritas vaticiniorum eſt ex temporum confuſione, quae qui digerit et ordinat, is vaticinium interpretatur.*

DIGESTVS, a, um. Partic. [διατεταγμένος] Cic. de Orat. 1, 186 c. 41 Nulli fuerunt, qui illa artificioſe digeſta generatim componerent. Ouid. Amor. 1, 7, 11 Ergo ego digeſtos potui laniare capillos. Nomina in codicem accepti et expenſi digeſta habere Cic. pro Roſc. Com. 9 c. 3. Triduo puriſſimum et digeſtiſſimum eſſe Marcell. Empir. c. 22.

DIGESTVM, i. *vel* DIGESTA, ōrum. n. *Apud ICtos, pars iuris ciuilis, quae et alio nomine* Pandectae *dicitur, cuius nominis rationem reddit ipſe* Imperator de Confirmat. Digeſtorum §. 1 Nomenque libris impoſuimus Digeſtorum ſeu Pandectarum *etc.* *Caeterum* Digeſtorum iuris libros *iam ſcripſerant* Alfenus, Iulianus, Celſus, Marcellus, Pomponius, Scaeuola, Marcianus. *Sed et de libris ſacris vtitur* Tertull. *v. g.* adu. Marc. 4, 3 *et* 5.

DIGESTIM. Adu. *Vt*, Digeſtim aliquid ſcribere Prud. Periſteph. 2, 129.

DIGESTIBILIS, e. Adi. Cael. Aurel. 1, 5. Apicius 1, 34.

DIGESTIVVS, a, um. Adi. Macer 1, 18 Vis digeſtiua.

DIGESTORIVS, a, um. Adi. *Vt*, Digeſtorium Medicamentum Plin. Valer. 2, 8. Digeſtorium embamma Marc. Emp. c. 20.

DIGESTVS, ūs. m. Stat. Silu. 3, 3, 86 Iam crediturvni Sanctarum digeſtus opum. *i. Committitur diſpoſitio, diſpenſatio, diſtributio.* Reſolutaque corpora putri Digeſtu Tertull. in Iona v. 100.

DIGESTIO, ōnis. f. [διάταξις] Plin. 3, 5 ſ. 6 *extr.* Itaque interiori in parte digeſtionem in literas eiusdem nos ſecuturos, coloniarum mentione ſignata, quas ille in eo prodidit numero. Cic. de Orat. 3, 205 c. 53. *Vnde* repetit Quinct. 9, 1, 31 Digeſtio *inter figuras memoratur, videturque eſſe* diſtributio, μερισμός. Annorum Vell. 2, 53, 4. Digeſtione circulorum dignoſcere terras Plin. 18, 25 ſ. 57 *de climatis.* Cic. Phil. 5, 19 c. 7 Ipſe interea decem et ſeptem dies, (vt digeſtio potius, quam declamatio videretur;) de me in Tiburtino Scipionis declamitauit, ſitim quaerens. Haec enim cauſa eſſe ſolet declamandi. *In aliis omittuntur, quae incluſimus.* Celſ. in Prooem. Siue hac de cauſa concoctio incidat, ſiue de illa: et ſiue concoctio ſit illa, ſiue tantum digeſtio. Somni fuit permodici digeſtionis facillimae Capitolin. in Vero c. 4.

DIGERIES, ei. f. [διάταξις] *Digeſtio, diſpoſitio.* Macrob. Saturn. 1, 16 Nec mirum ſi digeries morſum reprehenſionis euaſit. *Conf.* Sen. Epiſt. 85. Macrob. Praef. l. 1.

DIGĬTVS, i. m. [δάκτυλος] *a* Digerendo *deducitur, vt nonnulli putant, quod natura miro ac decentiſſimo ordine digitos digeſſerit, hoc eſt diſpoſuerit. De pedibus quoque adhibetur. V. g.* Ad limen digitos reſtitit icta Nape Ouid. Amor. 1, 12, 4. *Vid. ibid. Burm.* Erigi in digitos Quinct. 2, 3, 8. Offendere Petron. c. 132. *Etiam animalium ſunt digiti. Sic* Digiti impares gallinarum *laudantur* Varro R. R. 3, 9, 4. Digitis quinis gallinae Colum. 8, 2, 8. *Vid.* DIGITATVS. *Propriam tamen ſedem et domicilium habent in manu hominis.* Argutiae digitorum, *vid.* ARGVTIAE, *in* ARGVO. Aurorae digitos, *pro elegantiſſimis ponit* Claud. de Nupt. Honor. 270 Aurorae vincis digitos, humerosque Dianae. *Reſpicit ad perpetuum epitheton Homericum* ῥοδοδάκτυλος Ἠώς. Geſtus digitorum Quinctil. 1, 10. Parietum et digitorum Pigmenta Plin. 33 Prooem. Digitorum Percuſſione poſſe heredem ſcribi Cic. Off. 3 c. 19. *i. facillimo negotio.* Ouid. Met. 9, 77 Dixerat, et ſummo digitorum Vincula collo Iniicit: angebar ceu guttura forcipe preſſus. Vincula digitorum frangere, *i. Connexas manus dirimere* Stat. Theb. 6, . . Digni digiti Baccho Ouid. Met. 3, 421. Durati digiti Id. ibid. 4, 558. Exiles digiti Id. ib. 6, 143. Humido digito Scribon. 71. Infamis digitus Perſ. 2, 33. Longi digiti Catul. in amicam Formiani 3. Medicus *vel* medicinalis Macrob. Sat. 7, 13. Medio digito porrecto, *ſupremum contemtum ſignificabant veteres.* Martial. 2, 28 Et digitum porrigito medium. *Nam hunc digitum* Martialis impudicum *vocat* 6, 70 Oſtendit digitum, ſed impudicum. Iuu. Sat. 10, 52 Cum Fortunae ipſa minaci Mandaret laqueum, mediumque oſtenderet vnguem. *Vbi* Vet. Schol. Cum fortunam contemneret, nihil dicens ſe habere, ab ea quod exſpectaret: quinimo Infami digito ei turpiter inſultaret. Perſius 2, 33 *(vbi vid. Caſaub.)* Infami digito, et luſtralibus ante ſaliuis. *Vid.* VERPVS. Minimus digitus, *vid.* MINOR. Minuſculus digitus, *vid.* MINOR. Miſto melle digito Scribon. 71. Molles digiti Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 217. Mundo digito Scrib. 71. Nudum digitum *vocat* Iuenalis, *qui Non eſt indutus annulis*, Sat. 11, 43. Ouid. de Arte Am. 3, 256 Cui digiti pingues, et ſcaber vnguis erit. Remiſſi digiti Ouid. Epiſt. 18, 197. Ouid. Met. 2, 375 — Digitosque ligat iunctura Rubentes. Salutaris Suet. Aug. c. 80. *i. index. Vid. Beroald. ad d. l.* Ἀποτακτικὸν *Graecorum ait Reineſ. Epiſt. ad Hofm.* 25 p. 96. Catul. de Berecynth. 2, 10 Quatiensque terga tauri Teneris caua digitis. Teretes digiti Ouid. de Arte Am. 1, 622. Plaut. Aulul. 1, 1, 18 Iſthic adeſto: ſi hercle tu ex iſthoc loco Digitum tranſuorſum, aut vnguem latum exceſſeris, *etc. i. Minimo ſpatio.* ¶ 2 *Verborum formulae:* Admittere digitos, *vid.* ADMITTO. Attingere digito caelum, *vid.* CAELVM, *et* ATTINGO. Cic. Att. 2, 1. Attingere digito aliquem, *h. e. minuta leuique iniuria aliquem afficere.* Cic. Tuſc. 5, 5 Laelius ſi digito quem attigiſſet, poenas dediſſet. at Cinna collegae ſui Conſulis Cn. Octauii praecidi caput iuſſit. Attingere digitis extremis aliquod genus vitae, *i. Breuiter ſiue Leuiter attingere: quod alias A limine ſalutare dicitur*, Cic. pro M. Caelio c. 12. Ter. Eun. 4, 6, 2 Atque ſi illam digito Attigerit vno. *Vbi* Donatus, Moris eſt comminantium eſt ad exiguum reuocare commiſſa, quae ſe vlturos praedicant. Ouid. Met. 2, 670 Tum digiti Coëunt, et quinos alligat vngues Perpetuo cornu leuis vngula. Colere ſummis digitis Lactant. 1, 20. *ex more ethnicorum ſacrificantium. vid. Gallaeum ad l. c.* Quod tribus digitis comprehendi poteſt Scrib. 78. Computare digitis, *vid.* COMPVTO. Concrepare digitis, *vid.* CONCREPO. Condere digitos in oculos alicuius Ouid. Met. 13, 561. Contingere digito tenus Apul. Met. 9 p. 224. Contrahere aut remittere digitum Plin. 11, 26. Quinctil. 6, 3 Digito Demonſtrauit imaginem galli in ſcuto Mariano Cimbrico pictam. Tunicatus hic populus transeuntes nomine vocat et digito Demonſtrat A. Dial. de Oratoribus c. 7. Digerere argumenta in digitos Quinct. 11, 3, 114. Dimetiri digitis, *vid.* DIMETIOR. Digitum ab aliqua re non diſcedere, *Prouerbialiter vſurpatum* Cic. Verr. 4, 33 c. 15 Oculos de iſto nusquam deiicere, neque ab argento Digitum diſcedere. Non tranſuerſum digitum a re aliqua Diſcedere Cic. Acad. 4 c. 18. Id. Att. 7, 3 Mihi certum eſt ab honeſtiſſima ſententia digitum nusquam. *vid.* DISCEDO. Nil tibi conceſſit ratio, digitum Exſere, peccas Perſ. 5, 119. *i. in re etiam minima peccatum non caues. vid. Caſaub.* Ouid. ex Ponto 4, 14, 19 Ergo egone ſcribam, digitos Incidere cunctor? Inquinare digitum Catul. ad Furium 23. Inſiſtere digitis, *vid.* INSISTO. Intendere digitum ad fontes, *vid.* INTENDO. Manus Intentis digitis, *i. Extentis* Claud. de B. Get. 257. Loquuntur digiti cum voce Tibul. 3, 4, 41. *Quando et voce et cithara canit citharistes.* Liueſcunt digiti in pedibus Lucret. 3, 527. Loqui digitis et nutu Ouid. Triſt. 2, 453. Micare digitis, *vid.* MICO. Monſtrari digito, *h. e. Inſignem eſſe* Hor. Od. 4, 3, 22 Perſ. 1, 28. *Ductum a fabula de Demoſthene, de qua ad* Plin. Epiſt. 9, 23, 5. Mori in digito, *Prouerbiali figura dici poteſt de iis, quibus nullo fere negotio mors infertur.* Cic. pro Scauro, Libertus patronum non occidit, ſed duobus digitulis gulam oblivit, *al.* obliſit. Plinius 27, 2 Sed antiquorum curam et diligentiam quis poſſit ſatis venerari? quum conſtet, omnium venenorum ociſſimum eſſe aconitum, et tactis quoque genitalibus feminini ſexus animalium, eodem die inferre mortem. Hoc fuit venenum, quo interemtas dormientes vxores a Calpurnio Beſtia, M. Caecilius accuſator obiecit: hinc illa atrox peroratio eius, In digito eas mortuas, *ſed Hard. legit ſimpliciter*, in digitum. *Gronou.* in digitum maritum. Notata charta digitis Ouid. Epiſt. 1, 62. Noui tuos digitos Cic. Att. 5 Epiſt. *vlt. h. e. Noui, quam ſis peritus ſupputator.* Obiiciendi digiti intus Celſ. 7, 20. Oſtendere aliquem digitis Ouid. de Arte Am. 2, 629. Porrigere *vel* Proferre digitum, *de actione minima dicitur.* Cic. de Fin. 3, 38 c. 17 Chryſippus ne digitum quidem eius cauſa porrigendum dicebat. Idem pro Caecin. 52 c. 25 Qua digitum proferat, non habet. Pugnare ad digitum Quinct. 8, 5 vt quidam *legunt, i. donec alter digitum tolleret.* Scalpere caput vno digito, *Molliculi et impudici hominis indicium* Iuuen. Sat. 9, 133. *Vid. ibi Interpr. et Voſſ. Inſtit. Orat.* 4 p. 159. Ammian. Marcell. 17, 11 *de Pompeio M.* Genuino quodam more caput digito vno Scalpebat — *quod factitare vt diſſolutum dicebant. Laudat Lindenbrogius* Epigr. vet. *ap.* Schol. Lucani, Magnus, quem metuunt homines, digito caput vno Scalpit. Quid dicas hunc ſibi velle? virum. St! digito Harpocrates ſignificat. *Sic legendum videtur* Varr. L. L. 4, 10 p. 17, 5. Sumitur digito melle miſto Scribon. 71. Tollere digitum: Cic. Verr. 1, 241 c. 54 Itaque renunciat Rabonius illam deciſionem tutoribus: accurrunt tamen ad tempus tutores, digitum tollit Iunius patruus. iſti color immutatus eſt, vultus, oratio, mens denique excidit. Digitum tollit, *i. Significat ſeſe redemtorem. Hoc ipſe alibi* Digito liceri *vocat. In emtione enim antiquitus poſt licitationem digitus leuabatur, ſignificans quenquam emtioni allubeſcere.* Martial. . . . Iam mea res digitum ſuſtulit hoſpitibus. *Vnde* manceps *eſt appellatus, qui quidpiam conducens manum tollebat, ſe ſignificans emtorem. Hoc erat apud Veteres* micare, *per digitorum leuationem diſtrahere. Huc reſpicit* Manil. 5, 318 Non illo coram digitos *licitantium* quaeſiuerit, *deſideraverit*, haſta *auctionis, ad quam venduntur bona proſcriptorum*, Deſueritue bonis ſector. *Sic emendauit feliciter Bentleius. Vid. Scal. ad* Manil. p. 118. *et Hotom. in* Cic. Verr. 1 c. 54. Tollere digitum, *eſt etiam Fauere, ſuffragari:* Hor. Epiſt. 1, 19, 66 Vulgus vtroque ſuum laudabat pollice ludum. Tollere digitum *eſt alteri victoriam concedere: vid. Sauaro ad* Sidon. Ep. 5, 7. *Scalig. Lect. Auſ.* 1, 27 *extr. Barth. ad* Grat. v. 12. Venire ad digitos, *vid.* AD. Vocare aliquem ad digiti ſonum Tibul. 1, 2, 34. ¶ 3 Digitus, *Menſura*, tam latus eſt, quam ſunt lata quatuor hordei grana. Eſt autem Digitus Decima ſexta pars pedis. Pes enim diuiditur in duodecim vncias, i.e. pollices duodecim, qui XVI digitos faciunt. *Vid.* Frontin. de Aquaed. 1, 2. *et de Qual. Agr.* p. 35. *et Rigalt. p.* 329. Digitis duobus tribusue ſupernatet Scribon. 73. Digitus, *Modulus aquarius: cuius diametros digitalis eſt.* Frontin. de Aquaeduct. *c. l.* Digitus rotundus habet diametri digitum vnum. Omnis autem modulus aquarius, colligitur aut dimetro, aut perimetro. ¶ 4 Digitus, *Numerus, Numerorum enim alius dicitur* Digitus, *alius* Articulus, *alius* Compoſitus. Digitum *appellant numerum omnem denario contentum.* Articulus *eſt numerus omnis, quem poſſis in denas partiri partes aequales, nullo redundante, vt* Decem, viginti, triginta. Compoſitus numerus *ex digito et articulo conſtat, vt* Quatuordecim, quindecim. *Haec Cael. Antiq. Lect.* 22, 15. *De computandi modo per digitos vid. Taubm. ad* Plaut. Epid. 1, 1, 50. Martian. Capella 7 *pr.* p. 236 *de Arithmetica*, Digiti virginis recurſantes, et quadam incomprehenſae mobilitatis ſcaturigine vermiculati. Quae mox ingreſſa ſeptingentos decem et ſeptem numeros complicatis in eos digitis Iouem ſalutabunda ſubuexit. Apul. Apol. . . Si triginta annos pro decem dixiſſes; poſſes videri pro computationis geſtu erraſſe: quos circulare debueris digitos, aperuiſſe. Cum vero quadraginta, quae facilius caeteris porrecta palma ſignificantur, ea quadraginta tu dimidio auges, non potes digitorum geſtu erraſſe. *Vid. Scipio Gentilis* n. 887 *ſq. Add. Wower. de Polymathia* c. 7. Bedae Lib. de Ratione computandi per digitos. *Lilius Gyrald. Dial.* 2. *Voſſ. Inſtit. Orat.* 2. *Bernegg. ad* Sueton. Caeſ. c. 33. *Petrus Poſſinus Spicilegio Euangelico ſuo ſubiecit ex MS. Nic. Smyrnaei* περὶ δακτυλικοῦ μέτρου *Libellum, cum Bedae opuſculo collatum.* ¶ 5 Digiti Idaei *qui alias Dactyli ſunt apud* Cic. de N. D. 3, 42 c. 16. *Sic pro* Indigenis *vel* Dactylis *repoſuit Gruterus, et tuetur Dauiſius, qui laudat etiam* Digitos Samothracios Arnob. 3 p. 124 *et* 125.

DIGĬTVLVS, i. m. Dimin. [δακτυλίσκος] Plaut. Rud. 3, 4, 25. *et* Poen. 3, 1, 63. Ter. Eun. 2, 2, 53 — Sine biduum hoc praetereat, Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus. *Conf.* Cic. pro Scauro in Fragm. Duobus digitulis concrepare: Hieron. in Epiſt. ad Ruſtic. Monach. Teſtudineo Grunnius incedebat ad loquendum gradu, et per interualla quaedam, vix pauca verba carpebat: vt cum putares ſingultire, non proloqui. Et tamen quum menſa poſita, librorum expoſuiſſet ſtruem, adducto ſupercilio, contractisque naribus, ac fronte rugata, duobus digitulis concrepabat, hoc ſigno ad audiendum diſcipulos prouocans. Tum meras nugas fundere, et aduerſus ſingulos declamare. Martial. 3, 82 *in Zoilum*, Digiti crepantis ſigna nouit eunuchus.

DIGITELLVS, i. m. *ſiue* DIGITELLVM, i. n. [ἀείζωον] *Herba eſt, quae alio nomine Sedum, ſiue Semperuiuum maius appellatur. Vid.* Plin. 18, 17. *et* 25, 13.

DIGITĀLIS, e. Adi. [δακτυλιαῖος] *Quod eſt digitorum, aut vnius digiti. Vt*, Digitalis craſſitudo Plin. 12, 20. Digitalis gracilitas Plin. 14, 3.

DIGI-

DIGITALIA, ōrum. n. *pl.* [δακτυλήθραι] *Tegmenta digitorum dicuntur.* Varr. de R. R. 1, 55, 1 Olea manu ſtricta, melior ea, quae digitis nudis legitur, quam illa, quae cum digitalibus.

DIGITĀTVS, a, um. Adi. [δακτυλωτὸς] *Qui digitos habet.* Plin. 11, 47 Auium aliae digitatae, aliae palmipedes.

DIGLABRO, āre. Diglabrare oueculam Tertull. de Pall. c. 3. *Sic Iun. al.* Deglubare.

DIGLADIOR, āri. Dep. [διαξιφίζομαι] *Pugnare a* Gladiis. Cic. Tuſc. 4, 46 Digladientur illi per me licet, cui nihil eſt neceſſe, *etc. Metaphorice vt etiam alias.* De quibus inter ſe digladiari ſolent Cic. Off. 1 c. 9. Antipater digladietur cum Carneade Id. Acad. 1 in Fragm. *ap.* Non. 1, 331. *Sed magis proprie* Cic. de Legib. 3, 20 C. vero Gracchus ruinis et emiſſitiis, quas ipſe ſe proieciſſe in forum dixit, quibus digladiarentur inter ſe ciues, nonne, *etc.*

DIGLADIABILIS, e. Adi. Prudent. 3, 14 Digladiabile diſcidium.

DIGLOSSOS, i. m. *Herba.* Apul. de Herb. c. 58.

DIGLVBO, ĕre. Tertull. de Pall. c. 3. *Al.* Deglubo.

DIGMA, atis. n. [δεῖγμα] *i. Specimen. ICt. in* Cod. *vnde* Paradigma. *Item pars Pyraeei, cuius meminerunt Xenophon* ἑλλη. 5. *et Polyaenus 6, 2, 2.*

DIGNATIO, DIGNE, DIGNITAS, DIGNOR, *vid.* DIGNVS.

DIGNOSCO, ōui, ōtum, ĕre. [διαγινώσκω] *Idem quod Agnoſcere inter alia, Diſcernere.* Columel. 2, 2 Dignoſcere terram ſapore. *Sic* Plin. 28, 30. Pauci dignoſcere poſſunt Verba bona Iuuenal. 10 *pr.* Dignoſci vix poteſt a maſtiche vera Plin. 12, 17. Non qui ciuem dignoſceret hoſte Hor. Epiſt. 1, 15, 29. Curuo rectum dignoſcere Hor. Epiſt. 2, 2, 44.

DIGNOSCENTIA, ae. f. Ad prudentiam dignoſcentia pertinet appetendorum et vitandorum Auguſt. de Morib. Eccl. Cathol. c. 24. Ex ligno, in quo eſt dignoſcentia boni et mali, non edat Id. de Geneſi contra Manich. 2, 9 *extr.*

DIGNVS, a, um. Adi. [ἄξιος, δίκαιος, ἀντάξιος] *Qui meretur* Ter. Heaut. 1, 1, 55 Et me ignoras Clinia, ego te meum eſſe dici tantiſper volo, Dum quod te dignum eſt, facias. *Ablatiuo iungitur, ſed olim etiam Genitiuo. V. g.* Balbus ad Attic. 8, 15 Suſcipe curam et cogitationem digniſſimam tuae virtutis. Cic. pro Balbo 3 c. 2 Hoc dignum rei *quidam* MSS. *pro* reo. *Et* de Aruſp. Reſp. 51 c. 24 *ex oratione Clodii,* Vnum eſſe in hac ciuitate dignum huius imperii dicit. *Sic ante Victorium : poſtea additum* gloria. *Videtur verisſimile Balbum, Clodiumque ſecutos antiquam Plauti rationem : quam Poëtae etiam vſurparunt.* Plaut. Trin. 5, 2, 29 Non ego ſum dignus ſalutis. Nonius : *add. Drakenb. ad* Sil. 11, 381. *et* 12, 81. Phaedr. 4, 20, 2. Materiae tantae me promere carmine digno Priſcian. *ſ.* Fann. de Situ orbis v. 5. *Plura Voſſ. de Conſtr.* c. 11 *qui ſine dubio ait legendum* Ouid. A. A. 3, 118 Curia, concilii quae nunc digniſſima tanti eſt. Sed *concilio tanto* Burm. *quem tamen vid. de hac conſtructione* ad Phaedri *l. c.* Sueton. Othon. c. 4 Solum ſucceſſionis imperii dignum. *Sic Burm. Add. Heinſ. ad* Ouid. Triſt. 4, 3, 57. *Sed frequentius Ablatiuo coniungitur, et quidem propter ellipſin Praepoſitionis* pro, *quam expreſſit* Horat. Epiſt. 1, 7, 24 Dignum praeſtabo me etiam pro laude merentis. *i. oſtendam me dignum ea laude, qua dicar meruiſſe indulgentiam tuam.* Plaut. Amph. 2, 2, 227 Abin' hinc a me, dignus domino ſeruus ? ¶ 2 Amicitia dignus Hor. in Arte Poët. 436. Amore dignus Valer. Argon. 8, 29. Apolline munus dignum Hor. Epiſt. 2, 1, 216. Argento dignus Ouid. ex Ponto 3, 8, 3. Auro dignior Idem ibid. Auctoritate digniſſimum Cic. Verr. 3, . . . Auribus res digna Catul. ad Catonem 2. Cic. pro Archia 5 Omnes qui aliquid de ingeniis poterant iudicare, cognitione atque hoſpitio dignum exiſtimauerunt. Aude, hoſpes, contemnere opes, et te quoque dignum Finge Deo, rebusque veni non aſper egenis Virg. Aen. 8, 364. Diis vita digna Lucret. 3, 323. Planc. Cic. Fam. 10, 7 Dum perducerem eo rem, vt dignum aliquid et Conſulatu meo, et veſtra Exſpectatione efficerem. Fauore digna Ouid. Epiſt. 2, 64. Homine nobili digna Cic. Acad. 4, 75. Id. de Aruſp. Reſponſ. 51 Sed ne id viros optimos diutius delectet, legant hanc eius concionem, de qua loquor, in qua Pompeium ornat, an potius deformat ? certe laudat, et vnum eſſe in hac ciuitate dignum huius Imperii gloria dicit, et ſignificat ſe illi amiciſſimum eſſe. Ioco digna verba Ouid. Faſt. 4, 868. Laude virum dignum muſa vetat mori Hor. Od. 4, 8, 28. Laude omni digna Cic. pro Domo ſua . . Id. in Piſon. 3 Quum hoc non recuſares, quin hi, a quibus dicebare Conſul, te Luce dignum non putarent, niſi nequior quam Gabinius exſtitiſſes. Rabidae Medicamina digna podagrae Sammon. v. 774. Memoria digni Celſ. 1 Praef. *Add.* Nep. 13, 4, 4. Memoratu Plin. 21, 12. Id. 12, 1 Saxea intus crepidinis corona muſculos complexa panices, exſtat tam digna Miraculo, vt Licinius Mutianus prodendum poſteris putarit. Cic. Fam. 2, 17 Qui ſi dignum ſe Maioribus ſuis praebuerit (vt ſpero et opto) tua laus ex aliqua parte fuerit, *etc.* Idem de Fin. 2, 61. *Et* de Orat. 2, . . . *Item* Philipp. 3, 25 c. 10. Morte dignum facinus Sen. Hippol. 12. Odio digniſſimus Cic. de Fin. 1, 15. Opprobriis dignus Hor. Sat. 2, 1, 85. Patre digni iuuenes Hor. in Arte Poët. 24. Perſonis ſummorum virorum dignum Nep. Praef. n. 1. Promiſſis dignum Hor. Sat. 2, 3, 6. Cic. Philipp. 1 Ne vnus modo Conſularis, quod tum accidit, dignus illo honore, dignus Republ. inueniretur. Cic. Fam. 1, 7 Quem nos et quia tuus, et quia Te dignus eſt filius, et quia nos diligit, ſemperque dilexit, in primis amamus, carumque habemus. Digniorne pulegio corona Vertigini quam e roſis Plin. 20, 14. *Hard.* Varroni, *pro vertigini.* Tua Vita dignior aetas Virg. Aen. 9, 212. Ouid. Met. 4, 108 E quibus illa fuit longa digniſſima Vita. ¶ 3 *Obſeru.* Plautus *etiam cum Accuſatiuo iunxit* Capt. 5, 2, 16 Non me cenſes ſcire, quid dignus ſiem? *Poteſt tamen et Ellipſis eſſe, et ſubaudiendum* Ferre, *vel* Pati. Dignus, *i. Commeritus.* Plaut. Mil. 4, 1, 21 Ad tuam formam illa vna digna eſt. Idem ibid. 4, 4, 4 Quid enim non ſim dignus prae te, vt figam palum in parietem ? Cic. de Legib. 3, 5 Qui modeſte paret, videtur qui aliquando imperet, dignus eſſe. *Conf.* pro Quinct. c. 24. Ter. Andr. 1, 4, 3 Sane pol temulenta eſt mulier, et temeraria, Nec ſatis digna cui committas primo partu mulierem. Liu. 7, 36 Nec vos digni eſtis, quos cum tanta gloria in caſtra reduces ſilentium ac nox tegat. Serius quam dignum eſt, *i. quam Par eſt.* Cic. Philipp. 6, 19 Venit tempus, Quirites, ſerius omnino, quam dignum Pop. Rom. fuit. Ter. Eun. 5, 9, 21 Satis credo, nihil eſt Thaide tua dignius quod ametur. Cic. Verr. 1 c. 24 Vti videant et inueſtigent, ecqua virgo ſit aut mulier digna, quam ob rem iſte Lampſaci diutius commoraretur. Plaut. Rud. 5, 2, 19 Edepol vna litera plus ſum quam medicus. G. tum tu Mendicus es ? L. tetigiſti acu. G. videtur digna forma. *Conſtruitur aliquando cum Infinitiuo more Graecorum : vt,* Dignus amari Virg. Ecl. 5, 85. Rependere digna Stat. Silu. 11, . . . Dignum eſt credere Virg. Georg. 3, 391. *Sic et oratores :* Plin. Paneg. c. 7 Dignus alter eligi, alter eligere. *Supina ſunt Ablatiui caſus. Itaque dixit* Dignum memoratu Plin. 21, 12. *Sic,* Digna dictu Idem 11, 51. Dignus, *abſolute interdum pro Eo, qui malo aut contumelia dignus eſt :* Salluſt. B. Catil. c. 51 Sed vbi imperium ad ignaros ciues, aut minus bonos peruenit, nouum illud exemplum ab dignis et idoneis ad indignos et minus idoneos transfertur. *Diſputatum eſt vehementer a plurimis, quis ſenſus eſſet* ſententiolae, *quam ex edicto quodam* Antonii *ſumtam ridet* Cic. Phil. 3, 22 c. 9 Nulla contumelia eſt, quam facit dignus. *Vid.* Facere contumeliam. *Collegit et examinauit opiniones hominum eruditorum Gronou. Obſſ. 3, 8. Ipſe* Dignum *intelligit, qui debet, et iure poteſt, qui excuſatus, ſine culpa, facit.* Senec. de Ira 3, 18 Dignus erat Marius, qui illa pateretur; Sulla, qui iuberet; Catilina, qui faceret : ſed indigna Reſpublica, quae in corpus ſuum et hoſtium et vindicum gladios reciperet. Valer. Maxim. 9, 2, 1 *extr. de Attilio Regulo,* Tormenti genus haud dignum paſſo, auctoribus digniſſimum. Ter. Eun. 5, 2, 25 Non te dignum, Chaerea, Feciſti. Nam ſi ego digna hac contumelia ſum maxime : at tu indignus, qui faceres tamen. *Hoc igitur volebat Antonius, Pro contumelia non putanda eſt ea, quam facit, qui debuit facere, qui cauſam habuit, a quo nihil exſpectari aliud debuit. Diſputatur etiam de loco* Taciti Ann. 15, 14 *pr. quem ita dedit Gronou.* Adieciſſe deos (*al.* Adieciſſet eos) dignum Arſacidarum, ſimul et de legionibus Romanis ſtatuerent. *Breuiſſimum erat dicere, et hic Genitiuum poſitum pro Ablatiuo, et ita videtur intellexiſſe pater Gronouius. Sed Iacobus filius facit dubitantem Vologeſem, et dum non inueniat verbum ſat dignum, nec ſatis magnum ſit,* faſtigio, maieſtate, magnitudine, *illud plane omittentem. Ryckius ex MS. ſupplet* faſtigio.

DIGNE. Adu. [ἀξίως] *i. Honeſte, vti Honeſtum decet.* Plaut. Mil. 3, 2, 58 Quam digne ornata incedit, haud meretricie. Celebrate Pyrrhi Troades connubia, Celebrate digne planctus, et gemitus ſonet Senec. Troad. 900. Aliquem digne deflere Idem Herc. 13. *Conf.* Vell. 2, 67, 1. Cic. de Senect. 2 c. 1 Nunquam igitur ſatis laudari digne poterit Philoſophia. Satis digne laudari *etiam* Scrib. 122. Cic. poſt red. in Senat. 19 c. 8 Quis de tali ciue ſatis digne vnquam loqueretur ? Horat. Sat. 2, 7, 47 Peccat vter noſtrum cruce dignius.

DIGNĬTAS, ātis. f. [ἀξιότης, ἀξίωμα, ἀξίωσις, ἀξία, πρόσχημα] *Eſt qualitas eius, qui dignus eſt honore, vel amore : item omne id, quo quis dignus eſt, quodque ipſi debetur, interdum* Dignitatis *nomine comprehenditur.* Cic. Att. 2, 19 Dices fortaſſe dignitatis ἅλις tanquam δρυός. ſaluti, ſi me amas, conſule. Idem de Fin. 1 *pr.* Genus hoc ſcribendi etſi ſit elegans, perſonae tamen et dignitatis eſſe negent. Dignitatem et Venuſtatem diſcerni voluit Cicero, vt Dignitas viris: Venuſtas feminis ſit attribuenda : Off. 1, 130 c. 36 Venuſtatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. *Nempe* Pulchritudo *iſtas velut partes habet. In quantum honoris (quae virtutis quaedam pulchritudo et ſpecies externa eſt) nomen eſt* Dignitas, Dignitatum *genera quatuor poſtremorum Imperatorum actas fecit. Alii namque* Perfectiſſimi, Clariſſimi *alii, ſuperiores* Spectabiles, *ſupremi* Illuſtres *appellabantur.* Perfectiſſimatus dignitas *prima erat, ad quam cuiuis, niſi qui ſordida conditione eſſet, aditus patebat, vt ex lib.* C. 11 tit. 33 *intelligitur.* Clariſſimatus *autem* dignitatem *inferiorem* Spectabilitate *fuiſſe* Theod. l. 5 de prox. ſacr. lib. 10 C. *demonſtrat. Itaque* Clariſſimi *a* Spectabilibus *diſtinguuntur,* l. vnic. C. de annon. et cap. *item et ab* Illuſtribus, l. 1 C. vbi Senat. vel clar. Quicunque non illuſtri, *inquit* Conſtantinus, ſed clariſſima tantum dignitate praeditus, *etc.* Spectabiles *porro Magiſtratus erant, vt Proconſules, Auguſtales, Comites Orientis, vt conſtat ex* l. 32 C. de appell. Illuſtribus *autem eos inferiores fuiſſe, Imperatores dicta* l. 32 *demonſtrant, vbi* appellari a Spectabilium ſententiis ad Illuſtres perſonas *iubent. Hac illuſtri nota maior nulla eſt : nam etſi Conſules et Patricii ſuperiores eſſent, nulla tamen iis nota* dignitatis *attribui ſolebat. Itaque* Iuſtinianus *eos hoc modo ſignificat,* Qui ſupra Illuſtres ſunt, *vt videre eſt ex* l. 26 C. de vſur. Illuſtres *autem erant, qui ſententiae in Senatu dicendae ius habebant,* l. vlt. D. de Senat. *Sed Republica libera* Dignitas eſt alicuius honeſta et cultu, et honore, et verecundia digna auctoritas Cic. de Inuent. 2, 166. Facultas pro dignitate viuendi Nepos 25, 2, 2. Honores non petiit, quum ei paterent propter vel gratiam vel dignitatem Idem ib. c. 6, 2. Dignitate pari, fortuna humiliore Idem ibid. c. 19. Amplificator dignitatis Cic. Fam. 10, 12. Fautor dignitatis Idem Fam. 10, 12. Cic. Fam. 6, 13 Quidquid Imago veteris meae dignitatis, *etc.* Reliquiae dignitatis Cic. Fam. 4, 14. Dignitas et amplitudo Idem Fam. 3, 9. Equeſtris dignitas Nep. 25, 1, 1. Regia Idem 1, 2, 3. Cic. Fam. 13, 54 Vt omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides, dignitasque patietur. Laetor tum praeſenti, tum etiam ſperata tua dignitate Idem Fam. 2, 9 *pr.* Dignitatem tueri Cic. Fam. 1, 2. Corporis Nep. in Dione 1, 2. Dignitas et Deformitas, *contraria* Cic. Fam. 10, 6. Formae dignitas, quae coloris bonitate tuenda eſt Idem Off. 1 c. 36. Domus dignitas, *pro magnificentia* Cic. pro Domo ſua . . . Idem de Off. 1 c. 39. Auctoritas dignitasque formae Sueton. Claud. c. 30. *vbi vid. Caſaub.* Honeſta Nep. Eum. 11, 6 *de pulchritudine.* Dignitas oris et vultus, *Oris probitas, morumque praeſtantia in facie eminens : virilis pulchritudo :* Cic. Off. 1, 98. In Oratore 60 *autem perfecto vtrumque coniunxit :* Vultus vero, *inquit,* qui ſecundum vocem plurimum poteſt, quantam affert tum dignitatem, tum venuſtatem ? Plin. in Paneg. 8 c. 4 Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, et dignitas oris, nonne longe lateque principem oſtentant? *i. indoles morum in ore conſpicua.* Agraetius grammaticus, Pulchritudo formae in viris, dignitas; vnde Cic. pro Caelio 8 Quis non poſſit huic aetati atque huic dignitati petulanter, etſi ſine ſuſpicione, at non ſine argumento maledicere ? Dignitas ſermonis, eſt Oratio cum aliqua grauitate et vocis remiſſione Auctor ad Herenn. 3, 23 c. 13. Vlpian. de Senator. Maior dignitas eſt in ſexu virili. Commendat dignitas periclitantem Quinct. 6, 1. ¶ 2 *Verborum formulae, in quibus aut illum ſplendorem virtutis, aut generatim quidquid id eſt, quo quis dignus dicitur, ſignificat.* Cic. Att. 6, 3 Quibus nihil, aut non multum ad dignitatem poſſet Accedere. Acquirere dignitatem, *vid.* ACQVIRO. Adimere

mere dignitatem, *vid.* ADIMO. Adiungere dignitatem, *vid.* ADIVNGO. Cic. Fam. 10, 6 Crede igitur mihi Plance, omnes quos adhuc gradus dignitatis conſecutus ſis, (es autem Adeptus ampliſſimos) eos honorum vocabula habituros, non dignitatis inſignia. Idem Off. 1, 69 Vt tranquillitas animi et ſecuritas adſit, quae Adfert cum conſtantiam, tum etiam dignitatem. Cic. pro Muraen. 22 Qui poteſt dubitare, quin ad Conſulatum adipiſcendum multo plus Afferat dignitatis rei militaris, quam juris ciuilis gloria? Affert dignitatem fortuna Quinct. 3, 7. Agere cum dignitate et venuſtate Cic. de Orat. 1, 141, *vt dignum eſt.* Amittere, Amplificare dignitatem, *vid. hh. vv.* Cic. pro Sulla 5 Quorum ego opera illum in locum atque in hanc celſiſſimam ſedem dignitatis atque honoris multis meis ac magnis laboribus et periculis Adſcendiſſem. Idem pro Planco 8 c. 3 Sperare videor tantum abfuturam eſſe orationem meam a minima ſuſpicione offenſionis tuae, te vt potius obiurgem, quod iniquum in diſcrimen Adducis dignitatem tuam, quam vt ego eam vlla contumelia coner Attingere. Augere dignitatem, *vid.* AVGEO. Colligere dignitatem Cic. ad Q. Fratr. 15, . . Conciliare dignitatem Hirt. de Bell. Afr. 22. Conſulere dignitati, *vel* ſeruire Cic. Fam. 9, . . Contineri dignitate Quinct. 3, 8. Decerpere ex dignitate, *vid.* DECERPO. Deeſſe dignitati Cic. Fam. 10, 12. Defendere dignitatem ab inimicis, *vid.* DEFENDO. Deformare dignitatem Cic. pro Sulla 7. Idem pro Caelio 3 Vt ad ea, quae accuſatores deformandi huius cauſa, Detrahendae, ſpoliandaeque dignitatis gratia dixerunt, *etc.* Deponere dignitatem Cic. Phil. 1, . . . Dimouere de dignitatis gradu Idem Tuſc. 2, 19. Cic. de Orat. 1, . . Interitu talis auguris dignitatem noſtri collegii Diminutam dolebam. Idem Off. 1, 67 Et ea, quae videntur acerba, quae multa et varia in hominum vita fortunaque verſantur, ita ferre, vt nihil a ſtatu naturae Diſcedas, nihil a dignitate ſapientis, robuſti animi eſt, magnaeque conſtantiae. Eſſe dignitate Cic. Fam. 10, 12. Idem de Amic. 72 Vt ſi parentibus nati ſunt humilibus, ſe propinquos habeant imbecilliores, vel animo, vel fortuna, eorum augeant opes, eisque honori Sint et dignitati. Fauere dignitati Cic. Fam. 10, 12. Frangere dignitatem Idem Fam. 9, 16. Cic. pro Muraen. 23 Omnes enim artes, quae nobis Popul. Roman. ſtudia conciliant, et admirabilem dignitatem, et pergratam vtilitatem debent Habere. Summa dignitas eſt in iis, qui militari laude antecellunt. Honorem conſulatus dignitate Impetrare Cic. de Leg. Agrar. 2 c. 2. *i. meritis.* Infringere dignitatem alicuius, *vid.* INFRINGO. Labefactare dignitatem Cic. pro Rabir. Poſt. 44. Laeſa dignitas, *vid.* LAEDO. Locatum eſſe in altiſſimo ampliſſimoque gradu dignitatis Cic. Philipp. 1, 14. Metiri omnia dignitate, *vid.* METIOR. Obtinere dignitatem Nepos 25, 1, 1. Oppugnare, *vel* Impugnare dignitatem Cic. Fragm. Epiſt. . . Orbare dignitate, *vid.* ORBO. Peruenire ad dignitatem Cic. Att. 1, 17. Praediti dignitate Idem de Inuent. 2, 111. Cic. de Orat. 1, 198 Multique praeterea, qui cum ingenio ſibi auctore dignitatem Reperiſſent, *etc.* Reddere dignitatem Idem poſt red. in Senat. 1. Cic. . . . Equeſtri ordini Reſtituit non ſolum dignitatem, *etc.* Recipere dignitatem Idem Fam. 6, 9. Retinere facti alicuius pulcherrimi ſplendorem verbis, dignitatemque Cic. pro Domo ſua 94. Idem de Orat. 2, 221 Parcebat enim aduerſarii dignitati, in quo ipſo Seruabat ſuam. Seruire dignitati Nepos 25, 6, 5. Cic. de Orat. 3, 11 Quibuscum coniunctiſſime vixerat, hos in tribunatu inſtituit Spoliare omni dignitate. Suffragari dignitati Idem Fam. 10, 7. Superare aliquem dignitate Cic. pro Planco 6 c. 2 *i. digniorem eſſe.* Erat inter eos dignitate regia Nepos 1, 2, 3. Suſtinere Reipubl. dignitatem Cic. pro Domo ſua 5. Tenere ſummum in aliquo magiſtratu gradum et dignitatis et gratiae Idem pro Planco 32. *Et* Tuſc. 5, 45 Ergo etiam dignitas ei Tribuenda eſt. quod ſi ita eſt, laudabile ſit neceſſe eſt. Bonum igitur omne laudabile. Iuſtitia eſt habitus ſuam cuique Tribuens dignitatem Cic. de Inu. 2 c. 53. Idem in Bruto . . . Pono ſatis in eo fuiſſe orationis atque ingenii, quo et magiſtratus perſonam, et conſularem dignitatem Tueretur, *i. ſuſtineret, conſeruaret.* Violare dignitatem Cic. Fam. 1, 7. ¶ 3 *Plural.* Dignitates, *pro dignis honore hominibus dicit* Quinct. 11, 1, 62 Praeſtatur hoc aliquando dignitatibus, vt libertatis noſtrae ratio reddatur.

DIGNITOSVS, a, um. Adi. ἀξιωματικὸς, Gloſſ. Philox. Petron. c. 57 Homo dignitoſus, cuius pluris erat vnguis, quam tu totus es. *Vid. de huius notae vocabulis* Gell. 4, 9.

DIGNO, āre. [ἀξιόω] *Dignum putare.* Pacuuius *ap.* Non. 2, 227 Quis deos infernos, quibus caeleſteis dignet decorare hoſtes. *Add.* Non. 7, 17. Auſon. Epiſt. 16, 59 *de Libro,* Cuique vigiles luminum vacare dignabunt κόραι: *vbi Vinetum inſpicias. Sed multo ſollemnius eſt*

DIGNOR, āri. Dep. [ἀξιόομαι] *ſignificatione actiua; h. e. Dignum puto, ſiue iudico.* Virg. Aen. 1, 335 Tum Venus: Haud equidem tali me dignor honore. Virtutem honore Cic. de Inu. 2 c. 39. Laude Idem de Orat. 3 c. 7. Ouid. Triſt. 3, 14 *ad finem,* Qualemcunque legas, venia dignare libellum. *Cum Infinitiuo:* Horat. Epiſt. 1, 19, 40 Non ego nobilium ſcriptorum auditor, et vltro Grammaticas ambire tribus et pulpita dignor. ¶ 2 *Paſſiue:* [ἀξιοῦσθαι] *Dignum haberi, ſiue iudicari.* Virg. Aen. 3, 475 Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo. Dignatus ſignificat dignus habitus Non. 4, 123. Cic. Oecon. 1 Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur. Id. de Orat. 3, 25 c. 7 Quae tamen conſimili laude dignentur. *Et* de Inuent. 2, 161 c. 53 Obſeruantia, eſt per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam et honore dignantur. Sil. 11, . . Ipſe deûm cultu, et ſacro dignatus honore. Gell. 19, 11 Celebrantur verſiculi multorumque doctorum memoria dignantur, *i. digni aeſtimantur.*

DIGNANS, antis. Part. *Hinc Superl.* Saluian. de Gub. Dei 1 p. 4 Munus dignantiſſimae viſionis.

DIGNANTER. Adu. *poſterioris aeui, idem fere, quod indulgenter, et cum quadam ſignificatione dignationis.* Vopiſcus in Tacit. c. 8 Loquentem dignanter audite. Symmach. 5, 65 Dignanter impertias. Sidon. 4, 7 Intuitu noſtri dignanter admiſſus.

DIGNANDVS, a, um. Partic. [ἀξιωτέος] Cic. Acad. 4, 36 Quae autem ſecundum naturam eſſent, ea ſumenda, et quadam aeſtimatione dignanda docebat.

DIGNATIO, ōnis. f. *Eſt, quod Graeci ἀξίωμα dicunt, i. dignitas et amplitudo propter honores geſtos, aut magiſtratum, vel propter oris morumque maieſtatem. Vnde τὸ ἀξιωματικὸν Graeci vocant, venerandam oris maieſtatem, qualis in Pompeio fuit, quam* Cicero dignitatem *vocare ſolet.* Plin. 21, 20 Polio Muſaeus et Heſiodus perungi iubent dignationis gratia, gloriaeque auidos Polium tractare, colereque. Cic. Att. 10, 9 Caelii quidem epiſtolam ſcriptam miſerabiliter, non ſine magno fletu legerunt pueri noſtri, etſi ſi meus quidem eſt fortior, eoque ipſe vehementius commouet, nec quidquam niſi de dignatione laborat, *i. Nullius rei tantam rationem habendam nobis cenſet, idque agit, vt exiſtimationem antea collectam tueamur. et ne quid agamus, quod indignum ſit rebus a nobis geſtis. Haec Budaeus. De* dignatione, *i. de dignitate, de honeſto.* Sueton. de Clar. Gram. c. 5. Saeuius Nicanor primus ad famam dignationemque docendo peruenit. Liu. 2, . . Appius inter patres lectus, haud ita multo poſt in principum dignationem peruenit. Liu. 7, 25, 10 Camillo, vnico conſuli, vel ob aliam dignationem, haud ſubiiciendam dictaturae, vel — dictatorem arrogari, haud ſatis decorum viſum eſt patribus. Qui ſacerdotiis non minus reddamus dignatione noſtra honoris, quam acceperamus Idem 10, 7 *extr.* Sueton. in Domit. c. 2 Expeditionem quoque in Galliam Germaniasque, neque neceſſariam et diſſuadentibus paternis amicis inchoauit, tantum vt fratri ſe, et operibus et dignatione adaequaret. Idem in Auguſt. c. 46. Dignatio Caeſaris Tac. Hiſt. 1, 19, 4. Partium dignatio Vell. 2, 52, 1. *i. auctoritas. Pro Reuerentia:* Sueton. in Calig. c. 24 Reliquas ſorores, nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit, vt quas ſaepe exoletis ſuis proſtrauerit. *Sic etiam in* Caeſ. *eiusdem* c. 4 *legendum* Manſitque apud eos *piratas Caeſar* non ſine ſumma dignatione. *Vid. Caſaub. et Burmann.* Propria viri dignatio auxit inuidiam, *etc.* Tac. Hiſt. 3, 80. Modicus dignationis Idem Ann. 4, 52. Aſſignant etiam principis dignationem adoleſcentulis Tac. de German. 6, 13. Dignatio Conciliauit ei hanc vxorem Vell. 2, 58, 2. Gliſcit dignatio ſacerdotum Tac. Ann. 4, 16. Idem Hiſt. 1, 52 Vitellio tres patris Conſulatus, Cenſuram, collegium Caeſaris, Imponere iampridem Imperatoris dignationem. Brutus Vatinium dignatione Obruerat Vell. 2, 69, 3. Secundum dignationem inter ſe Partiuntur Tac. de German. 26. Retenta dignatio Burro ope Senecae Idem Ann. 13, 20. Veterem, ac olim partam dignationem ſubitae felicitati ſubmittere Tacit. Ann. 13, 42. Dignationes: Tac. Ann. 2, 33 Diſtinctos Senatus et equitum cenſus — vt locis, ordinibus, dignationibus antiſtent. ¶ 2 Dignatio *etiam actiue ſumitur, cum* dignum *nobis iudicamus munus datum.* Symmach. 9, 105 Ad te miſimus ſportulam nuptialem: quam cum prompta dignatione ſuſceperis, documentum dabis, *etc.* ¶ 3 Dignatio tua, *honorifica appellatio iam tempore* Hieronymi, *qui ad* Exſuperantium T. I f. 95 B, Dignatio tua aut diues eſt; et debet facere, quod praeceptum eſt: aut adhuc tenuis; et non debet quaerere, quod erogatura eſt.

DIGNORO, āre. Dignorare, ſignum imponere, vt fieri ſolet in pecoribus. Feſt.

DIGNORATIO, ōnis. f. Tertulliano *tribuitur, non recte, arbitror.*

DIGREDIOR, eſſus ſum, digrĕdi. Dep. [ἀπαλλάττομαι, παρεκβαίνω] *Diſcedere.* Liu. 1, 26 Priusquam inde digrederentur, roganti Metio ex federe icto, *etc.* Cic. de Natur. Deor. 2, 103 c. 40 Luna autem, *etc.* iisdem ſpatiis vagatur, quibus ſol: ſed tum congrediens cum ſole, tum digrediens, *etc.* A primo carmine digredi Catull. Argon. 116. Cic. Fam. 12, 18 Etſi periniquo patiebar animo, te a me digredi. *Conf.* Seru. Sulp. *ſub* Cic. Fam. 4, 12. *Laudatur ex* Liu. 29, 2 Cum equitibus ad pedes digreſſus: *ſed recte Gron.* degreſſus. Digredi ad pedes Liu. 29, 2. A cauſa parumper digredi Cic. de Cl. Or. 1, 322. Id. de Inu. 1, 97 Nobis autem non placet hanc partem in numero reponi, quod De cauſa digredi, niſi per locum communem diſplicet. Quinct. 11, 2, 11 Digreſſus in laudes Caſtoris et Pollucis exierat. Idem 9, 2, 4 Digredi a re, redire ad propoſitum. Paullulum digredi de curſu in reliqua oratione Cic. in Part. 14 Digredi in latus Plin. 3, 5. Ouid. Met. 9, 42 Digredimur paullum, rurſusque ad bella coimus. Verum vti Lilybaeum, vnde digreſſa eſt oratio, reuertatur Cic. Verr. 3, 163 c. 69. Idem de Aruſp. Reſp. 3 Heſterno die dolore me elatum, et Iracundia longius prope digreſſum arbitrabantur, quam ſapientis hominis cogitata ratio poſtulaſſet. *Cum Accuſatiuo, ſine Praepoſitione:* Hirt. de Bell. Afr. 37 Inde paruulam procliuitatem digreſſus, ſiniſtra parte campi propter mare legiones educit.

DIGREDIENS, entis. Part. [ἀπαλλαττόμενος] Virg. Aen. 3, 492 Hos ego digrediens lacrimis affabar obortis.

DIGRESSVS, a, um. Part. [ἀπηλλαγμένος] Si quis vita digreſſis eſt dolor Ammian. 30, 1. *i. mortuis.* Digreſſa *dicitur, quae diuortium cum marito fecit.* Sueton. in Caeſ. c. 43 Diremit nuptias Praetorii viri, qui digreſſam a marito poſt biduum ſtatim duxerat, quamuis ſine probri ſuſpicione.

DIGRESSVS, ūs. m. [ἀπάλλαξις] *Diſceſſus. Vtrumque coniunxit* Cic. de Senectut. *extr.* Quem ego meum caſum fortiter ferre viſus ſum, non quod aequo animo ferrem, ſed me ipſe conſolabar, exiſtimans non longinquum inter nos digreſſum et diſceſſum fore. Idem Tuſcul. 2, . . Tenuiſſimum lumen facit proximus Acceſſus ad ſolem, digreſſus autem longiſſimum. *Et* Q. Fratr. 1, 3 Deinde congreſſus noſtri lamentationem pertimui: digreſſum vero non tuliſſem. Digreſſus *a propoſito* Quinct. 10, 1, 49. Idem 4, 3, 14 Si aliquid in digreſſu ſit exponendum. Fundere dicta digreſſu ſupremo Virg. Aen. 8, 482. Cic. Att. 2, 5 Vt primum a tuo digreſſu Romam veni.

DIGRESSIO, ōnis. f. [ἀπάλλαξις] *Cui contrarium eſt* Congreſſio. Cic. Q. Fratr. 1, 3 Minus acerbum, minus miſerum fuit, quam fuiſſet tum congreſſio, tum vero digreſſio noſtra. Digreſſio a propoſito, [παρέκβασις] Cic. de Orat. 3, 203 c. 54. *al.* degreſſio. A propoſita oratione digreſſio Idem de Clar. Orat. 291 c. 85. Ab re non longa digreſſio, tum reditus ad rem Cic. de Orat. 3 c. 53.

DIGRVNNIO, īre. Scurra digrunnit prior Phaedr. 5, 6, 27.

D I I

DIIOVIS, *Iupiter appellatus eſt. Vid.* DIESPITER.

DIIVDĬCO, āre. [διαδικάζω] *Iudicare, iudicio ſuo litem diſſoluere, vel dirimere.* Ter. Heaut. 2, 2, 8 Pergin' iſtuc prius diiudicare, quam ſcis, quid veri ſiet? Cic. Tuſc. 1, 23 c. 11 Vtrum igitur inter has ſententias diiudicare malumus, an ad propoſitum redire? Idem Off. 3 c. 4 Itaque vt ſine vllo errore diiudicare poſſimus, ſi quando cum illo, quod honeſtum intelligimus, pugnare id videbitur, quod appellamus vtile, formula quaedam conſtituenda eſt. Diiudicare vtra voluptate, ſtante an mouente Cic. de Fin. 2, 31. Diiudicare

dicare vera et falſa Idem Acad. 4, 107 c. 33. Vera a falſis, veriſimilia ab incredibilibus diiudicare et diſtinguere Cic. in Partit. 139. Diiudicare vter vtri virtute anteferendus ſit Caeſ. B. G. 5, 43. Cic. de Fin. 3, 6 Attendes igitur, vt ſoles, eamque Controuerſiam diiudicabis. Idem Att. 14, . . Noſtras contentiones Respubl. diiudicauit. Plin. Epiſt. 9, 26, 6 Omnes enim aduertit, quod eminet et exſtat: ſed acri intentione diiudicandum eſt, immodicum ſit, an grande, altum an enorme. Sorte diiudicari Quinctil. 7, 2. *De euentu quoque dicitur, vt Decernere:* Cic. in Catil. 3, 25 Atque illae tamen omnes diſſenſiones, quarum nulla exitium Reipubl. quaeſiuit, eiusmodi fuerunt, vt non reconciliatione concordiae, ſed internecione ciuium diiudicatae ſint. Cic. pro Quint. c. 13 De rationibus et controuerſiis ſocietatis vult diiudicari.

DIIVDICATVS, a, um. Partic. [*διαδικασθεὶς*] Cic. in Partit. 99 Hiſne verbis ſit actio quaeritur: quae etiam ſi ante quam res in iudicium venit, aut concertata, aut diiudicata, aut confecta non ſunt, tamen in ipſis iudiciis permagnum ſaepe habent pondus. Relinquere negotia, diiudicata lite Hor. Od. 3, 5, 54.

DIIVDICATIO, ōnis. f. [*διάγνωσις*] Cic. de Legib. 1, 56 c. 21 Nam iſta quidem magna diiudicatio eſt.

DIIVDICĀTRIX, īcis. f. Apul. de Dogm. Plat. 2 p. 15 Virtus ſpectatrix et diiudicatrix omnium rerum, prudentia.

DIIVNGO, *vid.* DISIVNGO. [*διαζευγνύω*] Cic. Att. 7, 1 Redeamus domum, diiungere me ab illo volo. *Add.* ibid. 10, 3. *et* Fam. 1, 9 *extr. ſec. lectionem Gronou.* Iumenta diiungere Cic. de Diuin. 2, 77.

DIIVNCTVS, a, um. Partic. *Idem, quod Diſiunctus.* Tacit. Ann. 4, 67 Inſula freto ab extremis promontorii diiuncta. Cic. Att. 13, 11 Poſtea quam ſum a te diiunctior. *Adde* Quinctil. 2, 15 *pr. Edit. Burmann.*

DIIVNCTIO, ōnis. f. *Idem, quod Diſiunctio.* Cic. Acad. 4, 91 c. 28 Iudicare, quae coniunctio, quae diiunctio vera ſit. *Vtrumque ex* Gruteri *ſcripturae. Add.* Arnob. 3 p. 120 *et* 194. *et* Gell. 2, 7. *ibique Gron.*

DIIVGO, āre. *Seiungere.* Arnob. 5 p. 162 Quem pietas diiugare ab infando non valuit appetitu.

DIIVGATIO, ōnis. f. *Separatio.* Arnobius aduerſus gentes 2 p. 53 Animarum a corporibus diiugatio.

D I L

DILĀBOR, apſus ſum, ābi. Dep. [*διολισθαίνω*] *Diffugere, diſcedere, ſiue labi. Vt,* Dilabi in agros vel oppida Liu. 3, 4. *Cum affini* Delabor *confundi ſolet.* Cic. in Laelio . . . Iam enim a ſapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias noſtra dilabitur oratio, *i. diſcedit, abit. Sed pro Deſcendit, ſiue Decurrit, legitur et* Delabitur. *Sic* Tuſc. 1, 10. Cic. Philipp. 2, 66 c. 27 Male parta male dilabuntur, apud Poëtam, neſcio quam, *eſſe ait.* Naeuio Feſtus *tribuit.* Idem Philipp. 13, 11 Sunt alii plures fortaſſe, ſed mea memoria dilabuntur, *i. excidunt.* Auctor ad Herenn. 4, 25 Qui Fortunis alicuius inducti amicitiam eius ſecuti ſunt, hi ſimulac Fortuna dilapſa eſt, deuolant omnes. Dilabuntur vectigalia negligentia Liu. 33, . . Dilabitur veſtis condita ſitu, et corrumpitur Colum. 12, 3. Dilabitur vetuſtate nauis putris Liu. 35, . . . Dilabuntur diſcordia res maximae, *h. e. pereunt, decreſcunt, corrumpuntur:* Salluſt. Iugurth. 10 Concordia paruae res creſcunt, diſcordia maximae dilabuntur.

DILABENS, entis. Partic. [*διολισθαίνων*] Hor. Od. 29, 34 Nunc medio alueo Cum pace dilabentis Hetruſcum In mare. *Sed* Delabentis *melius.* Aedificium Sen. Ep. 12.

DILAPSVS, a, um. Partic. [*διολισθηκὼς*] *Vt,* Dilapſus rapide fluuius Cic. de Legib. 2, 6. *Et* de Natur. Deor. 2, 26 Dilapſa aqua. In aquas tenues dilapſus Virgil. Georg. 4, 410. Cadauera tabo Idem Georg. 3, 557. Amor cum forma dilapſus Claud. in Eutrop. 1, 75. Ouid. ex Ponto 4, 4, 21 At mihi dilapſis inter noua gaudia Curis. Cic. de Natur. Deor. 2, 26 c. 10 Quae neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruinaque concreſceret, niſi eadem ſe admiſto calore liquefacta et dilapſa diffunderet. Dilapſa multitudo Liu. 3, 4. *et* 39, . . Dilapſus ornatus mundi occidit Cic. Acad. 4, 119. Dilapſa res Idem Fam. 7, 28.

DILAPSIO, ōnis. f. Auguſt. de C. D. 22, 12 De dilapſionibus corporum mortuorum.

DILABĬDVS, a, um. Adi. [*ὀλισθηρὸς*] *Quod facile diffluit, dilabitur.* Dilabida veſtis, *ex* leporino pilo, propter breuitatem pili, Plin. 8, 55 ſ. 81.

DILACĔRO, āre. [*διασπαράττω*] *Lacerare, in partes dilapidare et diſperdere.* Cic. pro Milon. c. 9 Et annum integrum ad dilacerandam Rempubl. quaereret. Artus dilacerare Sen. Herc. Oet. ſ. 7. Dilacerantur opes Ouid. Epiſt. 1, 90. *Conf.* Plaut. Capt. 3, 5, 14 Tuis ſceleſtis falſidicis fallaciis Dilacerauiſti (*Gron.* delac.) deartuauiſti opes.

DILACERANDVS, a, um. Partic. [*διασπαρακτέος*] Catull. in Argon. ſ. 65, 152 Pro quo dilaceranda feris dabor alitibusque Praeda.

DILACERATIO, ōnis. f. Arnob. 2 p. 74.

DILAMĬNO, āre. *In duas laminas diuidere.* Ouid. de Nuce 73

Poma cadunt menſis non interdicta ſecundis,
Et condit lectas parca colona nuces.
Has puer aut rectus certo dilaminat ictu,
Aut pronus digito bisue ſemelue petit. *Sic Burm.*

Dilaminare *autem dixit, in duas laminas diducere. Id fit, quoties ſolutis commiſſuris finditur nux in duas partes. Vnde paullo poſt* laminam *vocat putamen fiſſile,* v. 59 Lamina mollis adhuc, tenero eſt in lacte, quod intra eſt. *Eſt ergo* lamina *lignum in nuce, quod diſcriminat partes nuclei.*

DILANCĬNO, āre. *Lacerare, a* Lancea. Prudent. Hymn. Vinc. v. 156 Membra dilancinata interficis.

DILANIO, āre. [*διασπάω*] *In diuerſas partes laniando diuidere.* Cic. pro Mil. 34 c. 13 Nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti.

DILANIATVS, a, um. Partic. Ouid. Amor. 9, 52 Inornatas dilaniata comas. *Conf. Burm. ad* Ouid. Her. 46. *et* 12, 157.

DILAPĬDO, āre. [*ἀπολιθόω*] *Proprie eſt, Lapides diſſipare.* Cato c. 46 Locum bipalio vortito, dilapidatoque, *h. e. lapides auferto. Caſtigatiora exemplaria habent* Delapidato. ¶ 2 Dilapidare, [*διασπαθᾷν*] *per translationem, pro* Diſperdere, *vt ait* Donatus. Dictum autem eſt a Lapide, in quo Praecones, qui auctione vendebant, ſtabant: vnde prouerbium, (*apud* Cic. in Piſon. 35) De Lapide emtus. Ter. Phorm. 5, 7, 4 Conueniendus Phormio eſt Prius quam dilapidet noſtras triginta minas. Pſeudo-Cic. ad Octau. Publicam dilapidabat pecuniam, aerarium exhauriebat. Colum. 10, 329 Dilapidans hominum labores grandine Iupiter, *h. e. grandine velut lapidibus feriens et diſſipans.*

DILAPIDATVS, a, um. Partic. *Apud* Firmicum . .

DILAPIDATIO, ōnis. f. *Apud* Liuium *eſſe dicitur.* Dilapidatio bonorum Cod. Theod. l. 4 tit. 20.

DĪLARGIOR, ītus ſum, īri. Dep. [*διαδωροῦμαι*] *Diuerſis dare.* Sueton. in Caeſ. c. 20 Caetera item, quae cuique libuiſſent, dilargitus eſt, contradicente nullo. Cic. pro Lege Agr. 2, 80 c. 29 Nec L. Sulla, qui omnia ſine vlla religione, quibus voluit, eſt dilargitus, agrum Campanum attingere auſus eſt. *Add.* Tacit. Ann. 1, 69, 2.

DILARGITVS, a, um. Partic. *Dep.* Omnia ſolus habens, atque omnia dilargitus Auſon. Eidyll. 1, 28. *Paſſ.* Venditis proſcriptorum bonis aut dilargitis Sall. *ap.* Gell. 15, 13.

DILARGITIO, ōnis. f. *ICt. in* Cod. . . .

DILARGĪTOR, ōris. m. *ICt. in* Dig. . . .

DILATIO, *vid.* DIFFERO.

DILĀTO, āre. [*πλατύνω, εὐρύνω.*] *Latum facere.* Plin. 33, 3 Nec aliud laxius dilatatur, aut numeroſius diuiditur. Minutatim dilatari Scribon. 212. Emplaſtrum manibus dilatatum 205. Galbanum dilatatum 210. Globulos dilatare Scrib. 59. *i. extendere.* Dilatare *et* Contrahere, *contraria:* Cic. de Natur. Deor. 2, 102. Dilatare aciem Liu. 31, 21. *Et* Plin. 10, 23. Dilatante ſe cuneo, porrigitur agmen, *vid.* ACIES. Cic. in Somn. Scip. 16 Cernis profecto quantis in anguſtiis veſtra ſe Gloria dilatari velit. Idem de Clar. Orat. 259 c. 74 Cotta ſe valde dilatandis Literis a ſimilitudine Graecae locutionis abſtraxerat, ſonabatque — ſubagreſte quiddam, planeque ſubruſticum. Manum dilatare Cic. in Orat. 113. Senec. de Benef. 3, 7 Omnes ſua extollunt, omnes etiam minima, quae in alios contulēre, dilatant. Cic. pro Flacco 12 c. 5 Sed non dilatabo Orationem meam: etenim poteſt eſſe infinita, ſi mihi libeat totius gentis in teſtimoniis explicare vanitatem. *Contraria:* Cic. in Partit. 23 Eſt itaque id genus totum ſitum in commutatione verborum: quae ſimplicibus in verbis ita tractatur, vt aut ex verbo dilatetur, aut in verbum contrahatur oratio. Rictus dilatare Ouid. Met. 6, 378. Cic. de Fin. 3, 49 Sed quamquam negent, nec virtutes, nec vitia creſcere, et tamen vtrumque eorum fundi quodammodo et quaſi dilatari putant.

DILATATVS, a, um. Partic. Imperium Cic. Off. 1 c. 22. *al.* datum. Dilatata lex in cunctum ordinem, coanguſtari poteſt Cic. de Legib. 3, 32 c. 14.

DILATATIO, ōnis. f. Tertull. de Praeſcr. 47 Occludere ſuperiora dilatatione. *Conf.* Eund. de Anima c. 37.

DILATATOR, ōris. m. *Apud* Boëthium . . .

DILATOR, DILATVS, *vid.* DIFFERO.

DILATRO, āre. Gell. *et* Hieron. . .

DILATRATOR, ōris. m. Auguſtin.

DILAXO, āre. Et cruribus crura dilaxat Lucil. p. 37 *et* 91 Douſ. *ex* Porphyrione *ad* Hor. Sat. 1, 2, 125.

DILAVDO, āre. [*διαινέω*] *Varie laudare.* Cic. Att. 6, 2 Et ego audebo legere vnquam aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, ſi tale quid fecero?

DILEMMA, ătis. n. [*δίλημμα*] *Syllogiſmus diſiunctiuus vtrinque feriens, ſiue conſtringens aduerſarium; in quo, vitandum vitium ἀντιστρέφοντος de quo* Gell. 5, 10 *et* 11. *it.* 9, 16. *Vnde proinde exempla dilemmatis peti poſſunt: vox ipſa nec ibi eſt, nec ſcio apud quem alium ex antiquis.*

DILIGENS, DILIGENTIA, DILIGENTER, *vid.* DILIGO.

DILĬGO, exi, ectum, ĕre. [*ἀγαπάω*] *Idem fere quod eligere prae aliis, et eximium habere, vt a* Deligere *vix differat: niſi forte in hoc, vt* Deligere *notet quaſi multitudinem et aceruum,* de *quo tibi* legas *aliquid, i. ſumas:* Diligere *autem ad* diſcrimen *et* differentiam, *quam iſta lectione tua conſtituas, indicet. Cum igitur ſignificatio ita affinis ſit, cum incertum, voluerintne auctores illud ſemper obſeruare, libri autem veteres valde diſcrepent, de ſingulis locis ſtatuere difficile eſt. Ita* Diligere *optimi quique libri habent in* epiſtola Seruii Sulpicii *inter* Cic. Fam. 4, 5 Licitum eſt tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuuentute generum diligere. Cic. Tuſc. 5, 71 c. 25 Inuenitur — quae degendae aetatis ratio diligenda. *Et* in Rullum 2, 103 *ſ. extr.* Pro certo polliceor hoc vobis — me eſſe perfecturum, vt iam tandem illi, qui honori inuiderunt meo, tamen vos vniuerſos in conſule diligendo plurimum vidiſſe fateantur. *Haec et alia optimi libri. Sed tamen obtinuit, vt* Diligere ¶ 2 *ſit magni facere, amare, vel certe paullo minus quam* Amare, *quod obſeruat etiam* Non. 5, 3 *qui laudat* Cic. ad Brut. Sic igitur facies, et me aut amabis, aut quo contentus ſum, diliges. Idem Fam. 9, 14 Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? Tantum acceſſit, vt mihi nunc denique amare videar, antea dilexiſſe. *Interdum tamen etiam de ipſo amore et amicitia ponitur.* Cic. Fam. 15, 9 Cum te a pueritia tua vnice dilexerim — tum hoc tuo facto — multo acrius vehementiusque diligo. Cic. pro Balb. 59 Speroque Iudices, vt eos, qui principes fuerunt conſeruandae ſalutis aut dignitatis meae, diligitis et caros habetis: ſic quae, *etc.* Idem de Legib. 3, 5 Nec vero ſolum vt obtemperent, obediantque magiſtratibus, ſed etiam, vt eos colant, diligantque praeſcribimus. Ante omnes aliquem diligere Ouid. Met. 10, 167. Admodum diligere Cic. Fam. 4, 13. Eum non ſolum beneficio, ſed Amore etiam et perpetuo quodam iudicio meo diligebam Cic. Fam. 1, 9. Vtrumque Affectu pari diligere Sen. Theb. 2. Arcte familiariterque aliquem diligere Plin. Epiſt. 2, 13. Cic. Att. 12, 33 Tuam quidem et in agendis noſtris rebus, et in conſiliis ineundis, mihique dandis in ipſis literis, quas mittis, Beneuolentiam, diligentiam, prudentiam mirifice diligo. Fraterno amore ſodales diligere Ouid. Triſt. 1, 3, 65. Ex aequo omnes diligere Lucan. ad Piſon. . . . Furtim diligere Ouid. Faſt. 6, 555 *de amore Venerio.* Fidem alicuius complecti, officia obſeruantiamque diligere Cic. pro Balb. 63. Mirifice ab aliquo diligi Cic. de N. D. 1, 58. Idem pro Roſc. Com. 5 Vsque eone te diligis, et magnifice circumſpicis, vt pecuniam non ex tuis tabulis, ſed aduerſariis petas? Stulte aliquem diligere Hor. Epiſt. 2, 1, 260. Turpius quam par eſt diligi Nep. 22, 3. 2. Valde diligere Cic. Fam. 3, 1. Vnice diligere Idem Fam. 5, 8. *it.* 15, 9. Diligitur nemo, niſi cui fortuna ſecunda eſt Ouid. ex Ponto 1, 3, 23. Maluit ſe diligi quam metui Nep. 20, 3, 4.

¶ 3 Diligi *non homines modo, ſed res etiam aliis multis Tullii exemplis poteſt probari. v. g.* Cic. de N. D. 1, 122 c. *vlt.* Si ad fructum noſtrum referemus amicitiam, non ad illius commoda, quem diligimus; non erit iſta amicitia — Prata, et arua, et pecudum greges diliguntur iſto modo, quod fructus ex iis capiuntur. — Dii nulla re egentes et inter ſe diligunt, et hominibus conſulunt. Cic. de Fin. 3 c. 5 Animal — ſibi conciliari — ad ea, quae conſeruantia ſunt eius ſtatus diligenda *etc. Sunt enim ibi plura.* Idem de Fin. 5 c. 22 Quis in illa aetate pudorem, conſtantiam, etiam ſi ſua nihil interſit, non tamen diligat? *Et* de Legib. 1 c. 11 Quae autem natio non comitatem, non benignitatem, non gratum animum et beneficii memorem diligit. *Et* 2 c. 2 Cur huc libenter venias, atque hunc locum diligas. Cic. de Prouinc. Conſ. c. 10 Quamdiu C. Caeſaris conſilia in rep. non maxime diligebatis, me quoque cum illo minus coniunctum videbatis. Idem pro Muraen. c. 36 Odit Populus Rom. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. ¶ 4 Diligere, Diuidere: Plaut. Curcul. (3, 54) Quidni nouerim? Clipeatus elephantum vbi machaera diligit Titinnius, Pernam totam diligit. *Haec* Nonius 4, 148. *Sed vid.* DIRIGO n. 2.

DILECTVS, a, um. Part. [ἠγαπημένος, ἀγαπητός] Magno amore alicui dilectus Virg. Aen. 1, 344. O luce magis dilecta ſorori Id. Aen. 4, 31. O nimium dilecte deo Claudian. IV Conſ. Honor. 96. *Vid. Obſſ. Miſcell. Belgar. vol. 9 p. 292.* Suis officiis dilectus Ouid. Met. 9, 308. Mihi dilectus per multos annos Virg. Aen. 9, 85. Sodales dilecti Ouid. Triſt. 4, 5, 1. Premere dilectos viſus, *h. e. Oculos* Stat. Silu. 2, 1. Dilectus militum: et is, qui ſignificatur amatus, a Legendo dicti ſunt. Feſtus. *Compar.* Virgo caeli ſiderumque dilectior Mart. Capella 9 p. 302. *Conf.* Macrob. Somn. Scip. 2, 1 *pr.* Claud. de Rapt. Proſ. 3, 74. Dilectiſſimus: Stat. Theb. 8, 99 Augur Apollineis modo dilectiſſimus aris Teſtor inane Chaos, *etc. Add.* Auguſtin. Ep. 34. Tertull. de Praeſcr. c. 22.

DILECTVS, ûs. m. Idem quod Delectus, *vbi vid.* n. 2.

DILECTIO, ōnis. f. [Gloſſ. Vet. ἀγάπη, ἐπιλογή] Tertull. adu. Marc. 4, 27 Oluſcula decimantes (Phariſaei) et dilectionem Dei praetereuntes.

DILECTOR, ōris. m. Apul. Flor. 2, . . Atque ego me dilectorem tuum profiteor. Tertull. contra Marc. 4, 23 Puerorum dilector. *Add.* Ibid. c. 25 *extr.* Ambroſ. Ep. 84 Dilectores huius mundi. Aug. Ep. 32 Fratrem et dilectorem meum. *Conf.* de vera Relig. c. 40.

DILIGENS, entis. Partic. [ἀγαπῶν] *Qui diligit.*

DILĬGENS, entis. Adi. [ἐπιμελής, σπουδαστικός, ἀκριβής, ἐμμελής] *Studioſus: quod eorum, quae amamus, ſumus ſtudioſi. Speciatim autem ſic vocatur ſtudioſus rei familiaris.* Cic. Verr. 2 c. 18 Diodorus homo frugi ac diligens, qui ſua ſeruare vellet. *Conf.* ad Att. 6, 1. Auct. ad Herenn. 4 c. 34. Suet. Galb. 12 *et* 14. Recte loquere et proinde diligentem vt vxorem decet Plaut. Amph. 3, 3, 18. Cic. Diu. Verr. 126 c. 48 Qui in re aduentitia atque hereditaria tam diligens, tam attentus eſſet. Plin. Epiſt. 2, 6, 1 *ait ſe coenaſſe* apud quendam, Vt ſibi videbatur, lautum et diligentem; vt *ſibi*, ſordidum ſimul et ſumtuoſum: *quod deinde declarat.* Cic. Acad. 4, 98 Homo et acutus, vt Poenus, et valde ſtudioſus ac diligens. Idem Att. 12, 33 Et medici aſſiduitas, et tota domus in omni genere diligens me rurſus id ſuſpicari vetat. Plin. in Paneg. 79, 5 Tam diligens temperamenti, vt nec Conſulis officium princeps, nec principis Conſul appeteret. Diligentior ritus patrii cuſtodia Vell. 1, 4, 2. Diſciplinae Sparta diligens fuit Idem 1, 6, 13. Et prudens rei militaris et diligens erat imperii Nep. 9, 1, 2. *al.* imperator. *Conf.* pro Cael. c. 30. Manus diligens Sen. in Medea ſ. 7. Negligentia diligens Cic. in Orat. 78. Diligentiſſimus rei familiaris Sueton. de Clar. Gram. 23. Cic. de Fin. 4, 32 Omnis enim eſt natura diligens ſui. *Et apud* Plin. 34, 8 Diligentiſſimus artis. Literarum veterum diligentiſſimus Gell. 4, 11. Cic. pro Cluent. 71 Q. Pompeio Proconſuli contubernalis caſtiſſimo viro atque omnis Officii diligentiſſimo. Naturae diligentiſſimus Plin. 13, 4. Adeo veritatis diligens, vt ne ioco quidem mentiretur Nep. 15, 3, 1. Vitae diligentiſſimus Plin. 25, 5. Cic. in Catil. 1, 19 Quem tu videlicet, et ad cuſtodiendum te diligentiſſimum, et ad ſuſpicandum ſagaciſſimum, et ad vindicandum fortiſſimum fore putaſti. *Contraria:* Plin. Epiſt. 4, 13 Nam qui fortaſſe de alieno negligentes, de ſuo certe diligentes erunt. Plin. in Paneg. 51, 1 Idem tam parcus in aedificando, quam diligens in tuendo.

DILIGENTIA, ae. f. [ἐπιμέλεια, σπουδή, ἀκρίβεια] *Studium, cura.* Plaut. Rud. 3, 5, 40 Curate haec fultis magna diligentia. Cic. de Orat. 2, 148 c. 35 Ipſum ingenium diligentia etiam ex tarditate incitat. Diligentia, inquam, cum omnibus in rebus, tum in cauſis defendendis plurimum valet. Haec praecipue colenda eſt nobis: haec ſemper adhibenda: haec nihil eſt, quod non aſſequatur, *etc. Caeterum vt diligens eſt ſtudioſus ſpeciatim rei familiaris: ſic interdum* Diligentia *opponitur* Auaritiae, *et* Profuſioni. Rem familiarem conſeruari diligentia et parſimonia Cic. Off. 2 c. 24. Auct. ad Heren. 4, 36 Non eſt iſta diligentia, ſed auaritia; ideo quod diligentia eſt accurata conſeruatio ſuorum, auaritia, iniurioſa appetitio alienorum. *Conf.* Suet. Galb. c. 13. Cic. Att. 2, 15 Terentiae pergrata eſt Aſſiduitas tua et diligentia in controuerſia Muluina. Idem de Orat. 1, 260 *de Demoſthene*, In quo tantum ſtudium fuiſſe, tantusque labor dicitur, vt primum impedimenta naturae diligentia induſtriaque ſuperaret. Quinctil. 1, 6 Inhaerent tamen quidam moleſtiſſima diligentiae perverſitate, vt audaciter potius dicant, quam audacter: *Accuſat nimis obſeruantes analogiae Grammaticae. Saepe ita ponitur, vt ab etymo, et illa diligendi id eſt diſcernendi et diiudicandi notione non recedatur.* Cic. de Inu. 1 c. 11 Negotialis (*conſtitutio*) eſt, in qua quid iuris ex ciuili more et aequitate ſit, conſideratur: cui diligentiae praeeſſe apud nos Iuriſconſulti exiſtimantur. *Et* pro Plancio c. 4 Non eſt enim conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia. ¶ 2 *Adiectiua et Verba quibus iungitur.* Accuratiſſima diligentia, *vid.* ACCVRO. Cic. Att. 7, 3 *pr.* Acris diligentia, *vid.* ACER. Inanis diligentia Quinctil. 5, 11. Siniſtra diligentia, *vid.* Conferre ad aliquem ſiniſtram diligentiam, *in* CONFERO. Solicita nimium diligentia Quinctil. 3, 11. Cic. pro Muraen. 86 Vos pro mea ſumma et vobis cognita in Rempub. Diligentia, moneo. Adhibere diligentiam Cic. Fam. 5, 6. *et* de Amic. c. 25. *vid. mox* Habere diligentiam. Adimere, Adiungere, Affectare, Aſſeruare, Comparare diligentiam, *vid. hh. vv.* Cic. Fam. 10, 2 Tamen tuae dignitati ita faueamus, vt omne noſtrum conſilium, ſtudium, officium, operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam Conferamus. *Vid.* CONFERO. Conſequi diligentia aliquid, Conſumere diligentiam in re aliqua, *vid. hh. vv.* Excitanda animaduerſio et diligentia, *etc.* Cic. Off. 1, 103 c. 29. Idem Fam. 11, 14 Mihi crede, Brute, homini non glorioſo; plane iam Brute Frigeo, *etc. i. Remiſi de diligentia.* Habenda (*Lambin.* adhibenda) ratio et diligentia omnis in re Id. de Amicit. 89 c. 24. Labi diligentia Quinctil. 5, 13. Probare diligentiam Scribon. 8. Remittere de diligentia Cic. Fam. 11, . . Rident diligentiam noſtram Quinctil. 2, 11. Scribere magna cum cura atque diligentia Cic. de Inuent. 1, 70 c. 39. Diligentia *apud Iuriſconſultos*, eſt quae culpae e regione reſpondet. l. ſi cum D. de contrah. emt. Ea autem triplex eſt, infima, mediocris, et ſumma. Infimae reſpondet e regione culpa lata; mediocri culpa leuis; ſummae, culpa leuiſſima. *Vid.* l. contractus. D. de reg. iur. *et* l. 5 D. commod. cum ſimilibus. ¶ 3 *Pro Amore, ex intellectu verbi* Diligere, *ponit* Symmach. Ep. 1, 37 *it.* 41 *et alias.*

DILIGENTER. Adu. [ἐπιμελῶς] *Studioſe, cum cura et ſolicitudine.* Ter. Eun. 2, 1, 1 Fac ita vt iuſſi; deducantur iſti. P. faciam. PH. at diligenter. P. fiet. Catul. 17, 16 Aſſeruanda nigerrimis diligentius vuis. Benigne et diligenter audire Cic. Philipp. 1 c. 15. Cic. Off. 2 c. 15 Et ſaepe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum: ſed diligenter (*cum dilectu*) atque moderate. Omnia quo diligentius cogitata, eo facta ſunt imprudentius Idem Att. 10, 12. Conſeruare diligentiſſime Caeſ. B. G. 2, 28. Obſeruare praeceptum diligentiſſime Id. ib. 3, 35. Cic. Fam. 16, 16 Ego quae te velle, quaeque ad te pertinere arbitrabor, ſtudioſe diligenterque Curabo. Exponere aliquid diligenter Idem Verr. Act. 1, 179. *Et* Acad. 1, 4 Diligentiſſime Graecis literis explicata. Eram hic diligenter, *i. Summo ſtudio et cura conſiderabam, et animaduertebam, quae agebas* Plaut. Mil. 1, 1, 28. Neque viam diligenter tenebam Petron. c. 6. *i. bene noram. Add.* Sall. Iug. c. 95. Cic. pro Roſc. Amer. 56 Si hunc apud bonorum emtores ipſos accuſares, eique iudicio Chryſogonus praeeſſet, tamen diligentius paratiusque veniſſes.

DILOGIA, ae. f. [διλογία] Figura eſt, quum ambiguum dictum duas res ſignificat Aſconius in Verr. Act. 1. *Figura tamen eloquutionis hic nulla eſt.*

DILORES, um. f. *pl.* Veſtes *dicuntur, quae duobus nectuntur* loris: *ſic et* Pentelores, *et* Monolores, *quod ad inficiendi rationem referunt alii, dictionibus ex Graeco et Latino conflatis. Vid. Cael. Rhodig.* 16, 10. Vopiſc. in Aurel. c. 46.

DILORĬCO, āre. [διατμήσσω] Diſcindere, *inquit* Nonius 2, 251 *et laudat* Cic. de Orat. 2, 124 c. 28 Qui in cauſa peroranda non dubitauit excitare reum Conſularem, et eius diloricare tunicam, et iudicibus cicatrices aduerſas ſenis imperatoris oſtendere? *De M. Antonio, qui ibid.* 195 c. 42. *hoc ſuum exemplum memorans, dicit,* Tunicam a pectore diſcidi. Apul. Met. 6 Inuolat in eam, veſtemque diloricat. *Videtur itaque ad vim quandam pertinere, non modo ad denudationem pectoris.*

DILORICĀTVS, a, um. Partic. Apul. Met. 7 p. 191 (Pric. 138) Diloricatis ſtatim pannulis. Amictu diloricato Hegeſipp. 1, 25.

DILŌSOS, i. m. Ales oſcinum mitior Mart. Capell. 2 p. 42. *Neſcio, an quis dicere queat, quae ſit* Diloſos *auis:* Diloſos *ſ.* Dilophos, *δίλοφος intelligi poteſt, quae duplicem apicem, aut galericulum veluti in capite gerit.*

DILVCEO, xi, ēre. [διαλάμπω] *Diſtincte, ſiue Perfecte lucere.* Hor. Epiſt. 1, 4, 12 Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum. Dilucere res *dicitur, per tranſlationem, pro Clara et aperta eſſe.* Liu. 3, 16 *pr.* Dilucere res magis patribus atque COSS. *Conf.* Idem 25, 29. Cuius clare dilucet, aliam rem nullam eſſe Apul. Apol. p. 317. Dilucesco *mox ſeorſum damus.*

DILVCĬDVS, a, um. Adi. [καταφανής, καταφανός] Plin. 9, 39 Sic gignitur laudatus ille pallor ſaturitate fraudata, tantoque dilucidior, quanto magis vellera eſuriunt. Omnia docentes et dilucidiora, non ampliora, facientes Cic. in Orat. 20 c. 5 *extr.* Idem de Fin. 3, 3 c. 1 Nec enim in Torquati ſermone quidquam implicatum, aut tortuoſum fuit: noſtraque, vt mihi videtur, Dilucida oratio.

DILVCĬDE. Adu. [καταφανῶς] *i. Clare et perſpicue.* Ter. Phorm. 2, 3, 52 Dilucide expediui quibus me oportuit iudicibus. Plin. 18, 28 Dilucide atque perſpicue. Dicere dilucide planeque Cic. in Orat. 79. Diluere dilucide, *h. e. Aperte et manifeſte* Idem de Finib. 3, 19. *Et* Verr. Act. 1, 191 Dilucide diluere crimina. Docere dilucide Liu. 39, 47. Cic. Acad. 4, 56. Eorum vanitatem in Iouiniano de ſcripturis ſanctis dilucidiſſime conuiciſti Auguſtin. Ep. 29 ad Hier. col. 11. Explicare dilucide Cic. de Diuin. 1, 117 c. 51. *Compar.* Tractata quaeſtio dilucidius Vlp. in l. hinc quaeritur D. de peculio. Ramenta eius in oleo addita flagrant dilucidius diutiusque quam lini medulla Plin. 37, 3. *Add.* Macrob. Sat. 5, 13.

DILVCĬDO, āre. [διαφωτίζω, σαφηνίζω] *Declarare.* Auctor ad Heren. 3, 8 c. 4 Nam quod in docendo rei dilucidandae cauſa dolum appellauimus, id in dicendo honeſtius conſilium appellabimus.

DILVCESCO, ēre. [ἀπολάμπω] *Inchoatiuum ex* Diluceo, *Diem fieri incipere. Pro quo antiqui* Diluculaſcere *ſcripſerunt.* Cic. in Catil. 3, 6 c. 3 praetoribus traduntur: ipſi comprehenſi ad me, quum iam diluceſceret, deducuntur. Diſcuſſa eſt illa caligo, diluxit, patet, videmus omnia Cic. Philipp. 12, 5. Iam diluceſcebat, cum ſignum Conſul dedit Liu. 36, 24.

DILVCVLVM, i. n. [ὄρθρος, περίορθρον] *Tempus matutinum, quo* diluceſcere *incipit.* Plaut. Amph. 2, 2, 105 Primulo diluculo abiiſti ad legiones. Cum diluculo abire, *vid.* CVM. Cic. pro Roſc. Amer. 19 c. 7 Et quum poſt horam primam noctis occiſus eſſet, Primo diluculo nuntius hic Ameriam venit. Idem Att. 16, 13 Quum ante lucem de Sinueſſano ſurrexiſſem, veniſſemque diluculo ad pontem Tiretium.

DILVCVLO, āre. [ὄρθρον ποιᾶσθαι] *Eſt Diluceſcere* Gell. 2, 29 Die craſtino vbi primum diluculabit, fac amicos adeas, et roges veniant. *Antiquum eſt et obſoletum. Conf.* Idem 7, 1.

DILVCVLASCIT, *vid.* DILVCESCO.

DILVDIA, orum. n. *plur. Tempora ludis interiecta.* Hor. Epiſt. 1, 19 *extr.* Diſplicet iſte locus, clamo, et diludia poſco. *Vbi Acron,* Diludia, tempora ſunt quae gladiatoribus conceduntur, vt intra quinque dies pugnent. Porphyr. Diludia, intermiſſo ludorum vel dilatio.

DILVO, ui, utum, ĕre. [κεραννύω, κλύζω] *Lauare, purgare, temperare.* Caeſ. B. C. 2, 10 Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. Celſus 5, 20 Hunc oportet diluere Aceto, ſic vbi vulnus glutinandum eſt, illinere. Aloë aceto diluta Scribon. 158. Ammoniacum aceto diluere 258. 261. Ouid.

Ouid. ex Ponto 4, 10, 62 Quin etiam ſtagno ſimilis, pigraeque paludi, Caeruleus vix eſt, diluiturque Color. Commi aceto dilutum 252. Labores boum diluere ingenti pluuia Virg. Georg. 1, 326. Nitrum aceto dilutum Scribon. 198. Mel aceto dilutum 260. Diluere lauacro fatigationem Apul. Met. 5 p. 160, 6 *Elm.* Pectora ſudor diluerat Valer. Argon. 3, 557. Vlcus diluitur Scribon. 23. Vt ſuccus diluuntur 21. Diluere, eſt Aquam vel alium liquorem miſcere: Virg. Georg. 1, 344 Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret: Cui tu lacte fauos, et miti dilue Baccho. *i.* Cui tu liba de lacte, melle, et vino. Seruius. *Et* Perſ. 5, 100 Diluis helleborum, *dixit, pro eo quod eſt, Medicamentis temperas.* Plin. 34, 12. Aqua dilutum Scribon. 67. Paſtilli diluuntur aqua 248. Laſer aqua dilutum 67. Lacte dilutum opium 158. Oleo diluere 262. Opopanacem oleo diluere 207. 263. Emplaſtrum oleo dilutum 206. Roſa diluta baſilice 238. Emplaſtrum roſa dilutum 206. 210. 220. Succo diluta creta 245. Vino dilui 246. Cum aceto dilutum 198. Cum aceto mel dilutum 198. Cum oui albo dilutum 26. Cum melle acetum dilutum 158. Ex aceto dilutum elaterium 224. Ex aqua dilui 247. Dilutum bibere Scribon. 15. Ouid. ex Ponto 1, 10, 53 Diluit et lacrimis moerens Vnguenta profuſis. Diluere aliquid in paſtillos Plin. 25, 12. *ad finem.* ¶ 2 *Cum diluendo frangantur et ſapores vehementiores, et auferantur maculae, coloresque ex auſteris fiant mitiores, hinc variae translationes ortae ſunt, vbi de refellendis, certe infirmandis criminibus vel obiectionibus aliis ſermo eſt.* Cic. pro Cluent. 6 Quum ego vnaquaque de re dicam, et diluam. Ouid. de Arte Am. 1, 238 Cura fugit, multo diluiturque mero. *i. Aufertur et velut abſtergitur.* Idem pro Caelio 35 Quae tu, quoniam mente neſcio qua effrenata atque praecipiti in forum deferri iudiciumque voluiſti, aut diluas oportet, et falſa eſſe doceas. *Et* pro Roſc. Amer. 42 c. 15 Ego res tam leues qua ratione infirmem ac diluam, reperire non poſſum. Sen. Epiſt. 29 Hoc non exiſtimo magno viro faciendum, diluitur eius Auctoritas, nec habet apud eos ſatis ponderis, quos poſſet minus obſolefacta corrigere. *Pro Purgare et refellere.* Cic. Verr. 3, 76 Quo facilius Crimen inimicorum diluere poſſim. Idem de N. D. 2, 20 Nam vt profluens amnis, aut vix, aut nullo modo, concluſa autem aqua facile corrumpitur: ſic orationis flumine reprehenſoris vitia diluuntur. *Add.* pro Mil. c. 27. *Contraria.* Auctor ad Heren. 4, 48 Accuſatoris officium eſt, inferre Crimina: defenſoris, diluere et propulſare. Facinus tantum quae diluet aetas? Claud. in Eutrop. 2, 23. Fatigationem ſomno diluere Auſon. Perioch. Odyſſ. 6. Hora ſera diluitur mero Ouid. Epiſt. 18, 14. Cic. Tuſc. 3, 34 c. 16 Quae cogitatio vna omnes Moleſtias extenuat et diluit. Peccata diluere Ouid. de Rem. Amor. 695. Propert. 3, 17, 6 *ad Bacchum*, Tu vitium ex animo dilue Bacche meo. *Paſſ.* Auctor ad Heren. 2, 38 Ex ſimplici parte reprehendentur, ſi ex duplici concluſione alterutra pars diluitur.

DILVTVS, a, um. Partic. [κεκραμένος] *Sic* Vinum *aqua miſtum, dicitur* Dilutum. Martial. 1, 177 Raram Diluti bibis vnciam Falerni. Dilutus color *dicitur, Debilis, quum veluti aqua adhibita minus eſt intenſus.* Gell. 2, 26 Luteus, color rufus eſt dilutior. *Quidam legunt* Dilucidior. Dilutioris diuinitatis eſſe Tertull. de Anima c. 24. *i. inferioris.* Abſynthia diluta Lucret. 4, 224. Perſ. 3, 14 Dilutas querimur geminet quod fiſtula Guttas. Labella diluta multis guttis Catul. ad Iuuentium 7. Mella Falerno diluta Hor. Serm. 2, 2, 16. Celſ. 1, 3 Poſt haec omnibus fatigatis aptum eſt cibum ſumere: eoque humido vti: aqua, vel certe diluta Potione eſſe contentos. Rubor dilutus, Vrina diluta, *vid. ſſ. ll.* *Compar.* Cic. Fragm. *apud* Ammian. 15, 29 Gallos poſthaec dilutius eſſe poturos, quod illi venenum eſſe arbitrabantur. Aquatius et dilutius Hieron. in Philem. v. 20. *Conf.* Celſ. 1, 3. *Superl.* Celſ. 1, 3 Potio quam dilutiſſima.

DILVTE. Adu. *Quidam laudant ex* Macrob. Saturn. 7, 13. *Sed al.* Sordidatum pallium meum in mari diutule laui.

DILVTVM, i. n. [ἀπόβρεγμα] *Id liquidum eſt, in quo aliquid certo tempore infuſum fuit. vt ſi in vas vini appoſitum abſynthium fuerit, deinde poſt interiectum tempus abſtractum, id vinum,* Abſynthii dilutum *dicetur.* Plin. 27, 7 ſ. 28 Bibitur et madefacti abſinthii dilutum, Ita enim appellatur hoc genus. Diluti ratio, vt quisquis fuerit modus aquae tegatur per triduum. — Atramentum ex Diluto eius temperatum.

DILVVIO, āre. [κατακλύζω] *Diluuie et inundationibus commiſcere et conturbare, inundare.* Lucret. 3, 388 Tantum ſuppeditant amnes, vltraque minantur Omnia diluuiare ex alto gurgite ponti.

DILVVIVM, i. n. [κατακλυσμὸς] *Aquarum magna vis regiones opplens, quae et Inundatio dicitur, vel* Eluuio. Plin. Epiſt. 8, 17 Hic aſſiduae tempeſtates, crebra diluuia. Tellurem diluuio miſcere Virg. Aen. 12, 205. *i.* Aquae ſuperfuſione vniuerſa perturbare. Seruius. Sen. Q. Nat. 3, 29 Beroſus conflagrationi atque diluuio tempus aſſignat. Diluuium pro Vaſtitate, *auctore* Seruio, *apud* Virg. Aen. 7, 228 Diluuio ex illo tot vaſta per aequora vecti, *etc.* *De Troiae excidio loquitur.*

DILVVIES, ēi. f. [κατάκλυσις] *Idem.* Lucret. 5, 256 Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur Imbribus. Hor. Carm. 4, 14, 28 Horridamque cultis Diluuiem minitatur agris. *i.* Inundationem. Acron. Fera diluuies quietos irritat amnes Hor. Carm. 3, 29, 40. Eructans diluuiem Plin. 9, 4.

DILVVIĀLIS, e. Adi. Solinus c. 14 (9) Quippe quas ſolas diluuialis irruptio quum vniuerſa obduceret humido ſitu, inaceſſas reliquit.

DILVVIO, ōnis. f. Κατακλυσμὸς, quam noſtri diluuionem vocant Cenſorin. c. 18. *Conf.* Tertull. de An. c. 46.

D I M

DIMACHAE, arum. m. *pl.* [διμάχοι] *Qui fuerint, docet* Curt. 5, 13, 8 Itaque delectis equitum ſex millibus trecentos, quos Dimachas appellant, adiungit. Dorſo hi grauiora arma portabant, caeterum equis vehebantur, quum res locusque poſceret, pedeſtris acies erat. *Nomen itaque habebant, a* duplici pugnae *genere. E Graecis eos illuſtrat ad Curt. l. c. Freinshemius.*

DIMĂDEO, ēre. Lucan. 6, 479 Dimaduere niues. *h. e. Reſolutae ſunt, aut Diſſolutae.*

DIMĀNO, āre. [διαῤῥέω] *Late et ad plures manare. Per translationem,* Cic. pro Caelio 6 c. 3 Equidem (vt ad me reuertar) ab his fontibus profluxi ad hominum famam; et meus hic forenſis labor, vitaeque ratio dimanauit ad exiſtimationem hominum, paullo latius commendatione et iudicio meorum.

DIMANATIO, ōnis. f. *apud* Auguſtin. . . .

DIMĔTER, tra, trum. Adi. *Vt,* Verſus dimeter, *Duo metra, ſeu duas menſuras habens, quod duplici ratione intelligunt, cum* μέτρον *aut vnum pedem hic ſignificet, vt* Dimeter *ſit duorum pedum. Ita ſumit v. g.* Diomedes 3 p. 514 ſq. *aut* μέτρον *ſit* διποδία *Iambica vel Trochaica, bini pedes iuncti, qua ratione* Dimetri iambici, *vt hoc vtar, ſunt qui alias a numero pedum quaternarii. Haec diſciplina Hephaeſtionis etc.*

DIMETRIA, ae. f. *Huiusce verſus menſura, ipſumque adeo carmen.* Auſon. Epiſt. 16, 104 Volucripes dimetria, *vt vel hic ipſe verſiculus docet, eſt carmen iambicum quatuor pedum.*

DIMETIOR, menſus ſum, īri. Dep. [διαμετρέω, ἐκμετρέω] *Idem quod Metiri, cum notatione diſtributionis cuiusdam ac diuiſionis. Vid.* DEMETIOR. Cic. de Senect. 49 c. 14 Mori videbamus in ſtudio dimetiendi paene caeli atque terrae C. Gallum familiarem patris tui Scipio. Idem de Senect. 59 c. 17 Mirari ſe non modo diligentiam, ſed etiam ſolertiam eius, a quo eſſent illa dimenſa et deſcripta. Dimenſam et exaedificatam animo habere domum alicuius Cic. Att. 1, 4. Dimetiri digitis peccata Idem in Parad. 3. Dimetiri et dinumerare ſyllabas Id. in Orat. 147 c. 43. *Paſſiue,* Vitruu. 3, 3 *et* 5, 9.

DIMETIENS, entis. Partic. [διάμετρος] *Vt,* Dimetiens linea, *i. Diameter* Plin. 2, 23.

DIMENSVS, a, um. Partic. [διαμεμετρημένος] Cic. de Senect. 59 c. 17 Et ei Cyrum reſpondiſſe, Atqui ego iſta ſum omnia dimenſus. *Quo in loco ſumitur actiue.* Campum ad certamen dimenſi Virg. Aen. 12, 116. *Sed Paſſ.* Omnia ſint paribus numeris dimenſa viarum Idem Georg. 2, 284. Orbis certis partibus dimenſus Id. Georg. 1, 231. *i. auctore* Seruio, Annus diuiſus in quatuor tempora. Hic paſſiue ſumitur. Cic. in Orat. 183 Neque enim ipſe verſus ratione eſt cognitus, ſed natura atque ſenſu, quem dimenſa Ratio docuit quid acciderit.

DIMETĪTVS, a, um. Part. *Pro Dimenſus, vid.* DEMETIOR.

DIMENSVM, i. n. *Idem quod Demenſum.* Spart. in Adrian. c. 7 Senatoribus, qui non vitio ſuo decoxerant, patrimonium pro liberorum modo Senatoriae profeſſionis expleuit, ita vt plerisque in diem vitae ſuae dimenſum ſine dilatione reſtituerit. *Vid.* Demenſum, *poſt* DEMETIOR.

DIMENSIO, ōnis. f. [διάστασις, διαμέτρησις] Cic. Tuſc. 1, 57 c. 24 Puſionem quendam Socrates interrogabat quaedam Geometrica de dimenſione quadrati.

DIMENSOR, ōris. m. *apud* Liuium. . . .

DIMĔTOR, āri. [διαμετρέω] Locum caſtris dimetari iuſſit Liu. 8, 38. Cic. de N. D. 2, 155 c. 62 De ſideribus, Eorum enim curſus dimetati, maturitates temporum, et varietates, mutationesque cognouimus. *Alii legunt,* Dimetiti. *Vid. Pareus Lex. Crit. p. 362. Ol. Borrich. Cog. p. 273.*

DIMĬCO, ui *et* āui, ātum, āre. [ἀγωνίζομαι] *Celeriter in vtramque partem mouere ſe, proprie et ex vi originis ſuae ſignificat. Deinde ſpeciatim ad illam armorum celerem vibrationem, pugnamque adeo omnem, refertur; atque inſuper* dimicare *dicuntur, qui in periculo et incerta ſorte verſantur. Vid. Turn. Adu.* 20, 13 ex Cic. Off. 3, 90 c. 23 *quem damus in* MICO. Caeſ. B. G. 7, 35 Ne contra ſuam voluntatem dimicare cogeretur. Liu. 1, 23 Priusquam dimicent, opus eſſe colloquio. Ouid. de Rem. Amor. 27 Vitricus et gladiis et acuta dimicet haſta. Hac tibi ſit pugna dimicuiſſe ſatis Idem Amor. 2, 13, 28. *Conf.* Id. ib. 2, 7, 2. Acie dimicare, *vel* praelio Liu. 2, 49. Cic. de N. D. 2, 6 c. 2 Quum A. Poſtumius Dictator cum Octauio Mamilio Tuſculano praelio dimicaret. Colum. 9, 9, 7 *de apibus,* Si autem ſaepius aciem dimicantes notaueris. *Sed MS.* acie dimicantis, *Accuſatiuo recte.* Acie tota dimicare, *vid.* ACIES. Acies mille modis tua dimicat Lucan. ad Piſon. 198. Cic. de Finib. 2, 56 Sic veſter ſapiens magno aliquo emolumento commotus, Cum cauſa, ſi opus fuerit, dimicabit. De omnibus fortunis Reipub. dimicare Idem Att. 8, 16. *Et* Off. 1, 8 Cum Latinis, Sabinis, *etc.* de imperio dimicabatur. De potentia ſua dimicant homines hoc tempore periculo ciuitatis Cic. Att. 7, 3. Qui de vita gloriae cauſa dimicant Idem pro Arch. c. 10. *i. quouis modo contendunt, et in periculum veniunt. Vid.* DIMICATIO. Inter ſe dimicant Plin. 8, 7. *Et* 7 prooem. Cic. Philipp. 2, 34 An tu Narbonae in menſas hoſpitum quum vomeres, Dolabella pro te in Hiſpania dimicaret? Plin. 12, 25 Contra defendere Romani, et dimicatum pro frutice eſt. Pro legibus, pro libertate, pro patria dimicare conuenit Cic. Tuſc. 4, 42 c. 19. Dimicandum omni ratione, vt incolumes conſeruentur Idem Verr. Diuin. 1, 72. Tertullianus *in* dimicandi *mentione* linearum *etiam meminiſſe ſolet. v. g.* adu. Marc. 1, 7 Quamquam tota materia de duobus deis dimicetur, his interim lineis eam cluſimus. De Pudic. 6 Ad hanc iam lineam dimicabit noſtra congreſſio, *etc.* *Proprie ſunt carceres quidam et fines, translate is, quem vocamus ſtatum controverſiae.*

DIMĬCANS, antis. Partic. [ἀγωνιζόμενος] Liu. 25, 6 Hoſtis eſt datus, cum quo dimicantes aut vitam ſemel aut ignominiam finirent. Cic. pro Sext. 1 De capite, de fama, de ciuitate, de fortunis, de liberis dimicantes. *Vid.* Iuſtin. 3, 66. Nepos 13, 4, 3.

DIMICATIO, ōnis. f. [ἀγωνισμὸς] *Pugna, et ſaepies periculum. Vt* Liu. 2, 13 Et ſubeunda dimicatio toties, quot ſupereſſent coniurati. *Cicero vix aliter, quam de periculo, v. g.* pro Sulla 77 Si in extremo Diſcrimine ac dimicatione fortunae deſeruerit. *Sic* pro Rabir. 5 Quod in tanta dimicatione, capitis, famae, fortunarumque omnium fieri neceſſe eſt. *Sic* de Prouinc. Conſ. 23 c. 9. *et* pro Mil. 100 c. 36 *vbi* diminutio *eſt repoſita a Graeuio, rectius legitur* Si qua vis eſt parata, ſi qua dimicatio capitis futura, depoſco. *Et* pro Balbo c. 9 Qui dimicationi capitis, qui morti ſe obiecit. Fortunarum dimicatio Cic. pro Planc. 31. Idem Q. Frat. 1, 1 Nullas (vt opinor) inſidias hoſtium, nullam Praelii dimicationem, *etc.* pertimeſcimus. *Eo ipſo, quod addit* praelii *firmat, quod diximus. Sic* pro Planc. 77 Nullas enim ſibi ille neque contentiones, neque inimicitias, neque vitae dimicationes, nec pro Republica, nec pro me defugiendas putauit. *Et ſic ſaepe* Liuius, *vt praeter l. c.* 4, 2 Maiores quoque — quamlibet dimicationem ſubituros fuiſſe potius, quam eas leges ſibi imponi paterentur. *Et* 5, 30 Si ſuae gloriae ſibi inter dimicationem patriae meminiſſe ſit fas. *Et* 6, 19 Cum praeter vim et caedem nihil cuiquam occurreret, eam autem ingentis dimicationis fore, appareret. *Et* 25, 6 Bellum in Sicilia iam alterum annum ingenti dimicatione geritur. *Et* 31, 34 Quod promtiores ab ſubeundam omnem dimicationem videbatur facturum, id metum pigritiamque incuſſit. *Ex altero genere ſunt,* Liu. 1, 23 Euentus tamen belli minus

minus miſerabilem dimicationem fecit, *cum reſpectu ad trigeminorum illam pugnam.* *Et* 3, 47 Nocte tota coetus in vrbe factos eſſe, ad mouendam ſeditionem. Itaque ſe haud inſcium eius dimicationis, cum armatis deſcendiſſe. *Huc pertinet* Artifex dimicatio, *vid.* ARTIFEX. Periculoſa dimicatio, *vid.* PERICVLOSVS. Solers Plin. 10, 17. Inter ipſam dimicationem, *h. e. In ipſa dimicatione, Inter dimicandum, ex* Liuio *affertur. itemque* Quaerere dimicationem Liu. Bell. Pun. . . . Venire in aciem dimicationemque *ipſius eſt* Cic. in Orat. 42 c. 13 *extr.* Plin. 9, 46 At cum caniculis atrox Dimicatio.

DIMICĀTOR, ōris. m. *apud* Lactant. *eſſe dicitur.*

DIMIDIVS, a, um. Adi. *ſiue* DIMIDIVM, i. n. [ἥμισυς, ἥμισυ] A Dimenſione dicitur, *vt vult* Donatus. *Alii a* Medius *deducunt, quaſi Per medium diuiſus.* *Eſt autem* Dimidium, *Pars dimidiati altera.* Gell. 3, 14 Dimidiatum, niſi ipſum quod diuiſum eſt, dici haud conuenit; Dimidium vero eſt, non quod ipſum dimidiatum eſt, ſed quae ex dimidiato pars altera eſt. Macrob. Sat. 2, 3 Cum in ea prouincia, quam *Quinctus frater Ciceronis* rexerat, vidiſſet *Marcus* clipeatam imaginem eius ingentibus lineamentis vsque ad pectus ex more pictam (erat autem ipſe Quinctus ſtaturae paruae) ait, Frater meus dimidius maior eſt quam totus. Plaut. Bacch. 5, 2, 71 Dimidium auri datur, accipias. Idem Pſeud. 1, 5, 37 Bonus animus in mala re, dimidium eſt mali. Plin. 2, 59 Certe niſi ſole aduerſo non fiunt, nec vnquam niſi dimidia circuli forma. *De arcu caeleſti loquitur.* Plaut. Rud. 4, 4, 79 Nunc demum iſtuc dicis, quoniam ius meum eſſe intelligis, dudum dimidiam petebas partem. Idem Curc. 3, 77. Ex parte dimidia heres Cic. Fam. 13, 29. Vnus et dimidius cyathus Scribon. 201. Dimidium pondo 223. Liu. 23, 12 *pr.* Ad fidem deinde tam laetarum rerum, effundi in veſtibulo curiae iuſſit annulos aureos: qui tantus aceruus fuit, vt metientibus Dimidium ſuper tres modios expleſſe ſint quidam auctores. Dimidias clepſydras *dixit* Plinius Epiſt. 6, 2, 5. *pro Dimidiatis, teſte Budaeo.* Equi Martial. 10, 2. Curios iam dimidios Iuuenal. 8, 4. Dimidium facti, qui coepit, habet Hor. Epiſt. 1, 2, 40. *Conf.* Auſon. Epigr. 81. Conſtabit aliquid dimidio minoris Cic. Att. 13, 28. Curare pecuniae dimidium alicui Idem Q. Frat. 2, 8. Dimidium ſextarii Scribon. 45. Decoquere ad dimidias, *partes* Idem 3, 65, 66. Ad dimidias perduci Id. 1. Martial. 1, 76 Dimidium Donare Lino, quam credere totum, Qui mauult, mauult perdere dimidium. Quinctil. 5, 10 Lata lex eſt, vt argentarii dimidium ex eo, quod debebant Soluerent, creditum ſuum totum exigerent. Liu. 35 *pr.* Vt vix dimidium militum, quam quod acceperat, ſucceſſori tradiderit. Dimidio, *Ablatiuus: vt,* Dimidio carius, quam aeſtimatur, aliquid emere Cic. pro Domo ſua 115. Dimidio celerius ſanari Scribon. 101. — ſanare 209. Dimidio minus, *et* Dimidio minoris Plaut. Aſin. 2, 4, 35. Cic. Att. 13, 29. *Vid.* MINOR. Cic. Verr. Diuin. 123 Iurarent ſe curaturos, vt ex ſua cuiusque parte ne minus dimidium ad A. Trebonium fratrem illum proſcriptum perueniret, *intell.* quam. Id. pro Flacc. c. 14 Dimidium eius, quo Pompeius erat vſus. *Et* de Orat. 2 c. 86 Se dimidium eius ei, quod pactus eſſet pro illo carmine, daturum. Dimidio plus et pluris Cic. Att. 9, 11. Idem Verr. 1, 144 Addicitur medimnis MM. dimidio fere pluris, quam ſuperiore anno. *Et* pro Flacc. 46 Habebat enim Rhetor iſte adoleſcentes quosdam locupletes, quos dimidio redderet ſtultiores, quam acceperat.

DIMIDIO, āre. Tertull. de Carne Chriſti c. 5 Quid dimidias mendacio Chriſtum?

DIMIDIĀTVS, a, um. Partic. [ἡμίτομος] *Dicitur Id, quod in duas partes diuiſum eſt: vt,* Dimidiatum pomum. Plaut. Men. 1, 2, 45 Dies quidem iam ad vmbilicum eſt dimidiatus mortuus. Ennius, Sicuti ſi quis ferat vas vini dimidiatum. Dimidiatum menſem *dixit* Cic. Tuſc. 2, 37 c. 16. *Et* Plin. 16, 39 Niſi intermeſtri luna atque dimidiata, ne tangas materiam. Luna dimidiata maior Mart. Capella 7 p. 242. *i. prima lunae quadrans.* Cic. Tuſc. 5, 65 c. 23 Apparebat epigramma exeſis poſterioribus partibus verſiculorum, dimidiatis fere.

DIMIDIĀTIM. Adu. [ἡμιτόμως] Plaut. Milit. 3, 1, 64 Sed procellunt ſe, et procumbunt dimidiatim, dum appetunt. *Al.* Dimidiati, ſententia eadem. *Illud indicatur, prae ſtudio edendi erectos de lecto dimidia parte corporis incumbere certe imminere menſae.*

DIMIDIATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Marc. 1, 24 Vnde haec dimidiatio ſalutis?

DIMINORO, āre. *vid.* DEMINORO.

DIMINVO, ſ. DEMINVO, ui, ūtum, ĕre. [μειόω] *Certe ita confunduntur haec verba, vt vix diſtinguas, vtrum voluerint ſcriptores,* Diminuere *eſt in minores particulas diſpergendo minuere,* Deminuere *eſt de re auferre, vt minor fiat. Sed non ſoli forte librarii, verum ipſi quoque auctores hoc diſcrimen cum neglexerint, audaculum ſit vbique hodie veram rationem velle reſtituere. Quare nihil melius, quam vtriusque verbi exempla in vnum hic locum conferre, et illud permittere cuiusque iudicio, vtrum eligat.* Ter. Eun. 4, 7, 33 Diminuam ego caput tuum hodie, niſi abis. Idem Adel. 4, 2, 32 Diminuetur tibi quidem iam cerebrum. Caeſ. B. C. 3, 2 Longumque iter ex Hiſpania magnum numerum diminuerat. *Hic vtrumque locum habet.* De mina vna deminui modo quinque numos Plaut. Truc. 2, 7, 10. *Recte* deminuo. *Nam ad ablationem et decerptionem modo reſpicitur. Contra* diminuere caput *potius. Metaphorice, ſed emphatice* Plaut. Moſt. 1, 3, 109 Nimis velim lapidem, quî ego illi ſpeculo diminuam caput. *Et* Men. 2, 2, 30 Hei mihi Cum nihil eſt, illi quî homini diminuam caput. *Sed* Cic. de Inuent. 2, 37 c. 10 Quantum enim de honeſtate et auctoritate eius, qui arguitur, detractum eſt, tantum de facultate totius eſt defenſionis deminutum. *Hic non dubito* deminutum *verius eſſe. Sic* Ouid. Triſt. 1, 5, 44 Deminui ſi qua numinis ira poteſt: *quod etiam edidit Heinſ.* Cic. de Aruſp. Reſp. 40 Monent, ne per optimatium diſcordiam, diſſenſionemque, patribus, principibusque caedes, periculaque creentur, auxilioque diminuti deficiantur. Fortitudinem nemo deſiderabit ex aliqua parte diminui Sen. de Ira 1, 13. Ouid. Triſt. 1, 4, 44 Diminui ſi qua numinis Ira poteſt. Auctor ad Heren. 1, 27 Veruntamen maturabimus, et quod noſtro negotio diminutum fuerit, exaequabimus induſtria. Diminuere de *vel* ex Caeſ. B. G. 1, 53. Liu. 2, 1 Quam quod diminutum quidquam ſit ex regia Poteſtate. *Al.* Deminutum, *quod praefert et firmat Gronou.* De bonis alicuius diminuere Cic. Q. Frat. 1, 2. Idem pro Sulla 2 Sed vt ille, iudices, quantum de mea auctoritate diripuiſſet, tantum ſe de huius praeſidiis diminuturum ſperauit. *Et* de Orat. 3, 189 c. 49 Sed eo te ne laudandi quidem cauſa interpellaui, ne quid de hoc tam exiguo ſermonis tempore Verbo vno meo diminueretur. *Melius* deminueretur. Cic. pro Flacco 84 c. 34 Nihil poteſt de tutela legitima ſine omnium tutorum auctoritate deminui. *In* Pandectis Florentinis *per ſecundam vocalem exarari hoc verbum, obſeruat Briſſon. Parerg.* n. 34. *Recte igitur Gothofr. hanc orthographiam ſequitur in* Tit. ff. (4, 5) de capite minutis. *v. g.* l. 2 Ait Praetor, Qui quaeue — capite deminuti deminutae eſſe dicentur. *Sic etiam aliquoties* l. 7 de iure deliberandi. ¶ 2 Deminuere *eſt interdum alienare.* Vlpian. l. 7 ff. de iure deliber. Ait praetor — *Bona interim deminui — vetabo.* Quid ſit *deminui vetabo,* videamus. His verbis praetor non tantum alienationem impedit, verum etiam actiones exerceri non patitur. Eſt enim abſurdum, ei, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere. — Ergo et funeris cauſa deminui permittet, *etc. recurrit enim aliquoties. Antiquum id eſt.* Cic. ad Q. Fr. 1, 2, 3 Te ad procuratores ſuos (*Flavii*) literas miſiſſe — ne quid De bonis, quae L. Octauii Naſonis fuiſſent, cui L. Flauius heres eſt, deminuerent ante, quam C. Fundanio pecuniam ſoluiſſent, *etc. Sunt enim hic quoque plura. Atque in his poteſt aliquis obiicere,* deminuere *non idem eſſe quod alienare, licet alienando forte deminuatur hereditas. Sed quid faciemus illi* Cic. pro Sulla 56 c. 20 Plurimis et pulcherrimis P. Cincii praediis venditis aes alienum eiusdem diſſolutum eſt: vt, quae cauſa caeteros ad facinus impulit, cupiditas retinendae poſſeſſionis, ea Cincio non fuerit, praediis deminutis. *Sic* l. 20 §. 6 ff. in SCto, Item placere — pretia, quae ad eos rerum ex hereditate venditarum perueniſſent, etſi eae ante petitam hereditatem deperiſſent deminutaeue fuiſſent. *Conf.* §. 17. *Add. Hotom. Obſſ.* 3, 16.

DIMINVTVS, *vel* DEMINVTVS, a, um. Partic. [μεμειωμένος] Cic. de Orat. 3, 130 Diſtributione partium ac ſeparatione magnitudines ſunt artium diminutae. Copiae Caeſ. B. G. 7, 31. Dignitas collegii interitu alicuius deminuta Cic. de Clar. Orat. 1. Fenore diminuto Sueton. Aug. c. 41. Praedia diminuta Cic. pro Sulla 56. Potentia deminuta Caeſ. B. G. 1, 18. Ius cenſurae Liu. 4, 24. Diminuta ex parte et infirmata ſententia Cic. pro Caecin. 38. Deminutum de hereditate intelligitur, ſi quid vſucaptum eſt, et ob id de hereditate exiit l. 21 D. de hered. petition. Cic. Top. 29 c. 6 Qui capite non ſunt deminuti. Feſtus, Deminutus capite appellatur, qui ciuitate mutatus eſt, et ex alia familia in aliam adoptatus, et qui liber alteri mancipio datus eſt, et qui in hoſtium poteſtate venit, et cui aqua ignique interdictum eſt. Deminutus *per* e *ordo literarum poſtulat. Compar.* Tranſire in aliquam diminutiorem qualitatem Tertull. adu. Marc. 2, 9.

DIMINVTIVVS, a, um. Adi. Chariſius 2 Sunt diminutiua, quae ab abſolutis nominibus, adiecta in nouiſſima parte aut litera aut ſyllaba, capiunt diminutionem, vt Paruus, paruulus. *Vox eſt Grammaticis frequens et familiaris, quae in Putſchiana adiectione ſemper, puto, per* i *ſcribitur.* Vox Tertull. Apolog. c. 32.

DIMINVTIVE. Adu. Chariſius 1 Piſtrinum neutro dicitur, ſed Lucilius feminine extulit. Media e piſtrina. Nam et Terentius diminutiue piſtrillam dixit. *Conf.* Aſcon. prooem. Act. in Verr. Macrob. Sat. 5, 21. Vlpian. D. 36 t. 1 l. 16. ὑποκοριστικῶς diminutiue *additur forte ab antiquo interprete potius, quam ipſo ICto.*

DIMINVTIO, ſ. DEMINVTIO, ōnis. f. [μείωσις, ὑποκόρισμα, ἥττημα] *Vt,* Deminutio luminis Cic. Tuſc. 1, 68. *et* Diminutio familiae Plin. 34, 13. Cic. Off. 2, 73 c. 21 Neque de bonis priuatorum publice deminutio fiat. Seru. ad Cic. 4, 5 Facta de imperio deminutio. Cic. Tuſc. 1, 68 Solem lunamque Accretione et diminutione luminis quaſi faſtorum notantem et ſignificantem dies. Ciuium diminutio Idem in Catil. 3, 14 c. 7. Libertatis diminutio Id. de Lege Agr. 2, 16 c. 7 *pr.* Cic. de Prou. Conſ. 38 c. 15 Multari imperatorem deminutione Prouinciae contumelioſum eſt. Vectigalium diminutio Idem de Lege Agr. 21 c. 7. Diminutio capitis *apud Iuriſconſultos, eſt* Prioris ſtatus mutatio, *vt teſtatur* Caius Tit. De cap. minutis l. 1. *Vid.* CAPVT. Caeſ. B. C. 2, 2 Relinquitur noua religio, vt eo neglecto ſacramento, quo nunc tenemini, reſpiciatis illud, quod deditione ducis et capitis deminutione ſublatum eſt. *Apud* Cic. pro Milon. 100 c. 36 Si qua vis eſt parata, ſi qua diminutio capitis futura, depoſco. *Sic. Graeu. Sed praeſtat retinere receptum* dimicatio, *v. v.* Paullus l. 11 ff. de capite minutis, Capitis deminutionis tria genera ſunt, maxima, media, minima. Tria enim ſunt, quae habemus, libertatem, ciuitatem, familiam. Igitur cum omnia haec amittimus — maximam eſſe capitis deminutionem: cum vero amittimus ciuitatem, libertatem retinemus; mediam eſſe capitis deminutionem: cum et libertas et ciuitas retinetur, familia tantum mutatur; minimam eſſe capitis deminutionem conſtat. Deminutio *ſemper per ſecundam Vocalem Pandect. Florentin. et Gothofr. in hoc titulo. De re ipſa vid.* ICti. ¶ 2 *Pro alienatione in* SCto *apud* Liu. 39, 19 Vtique Feceniae Hiſpalae datio, deminutio, gentis enuptio, *etc.* eſſet, *i. poteſtas alienandi, ſi quid vellet.*

DIMITIGO, *vid.* DEMITIGO.

DIMITTO, īſi, iſſum, ĕre. [ἀφίημι, ἀπολύω, μεθίημι, παρίημι] *Mittere vel a ſe, vel plures in diuerſas partes. Vt,* Dimittere domum Liu. 38, . . Virg. Aen. 1, 576 Equidem per litora certos Dimittam. Dimittere boues in paſcua Columel. 6, 26. Dimittere literas in alias vrbes Liu. 38, . . Cic. pro Quint. 25 Naeuius ipſe pueros circum amicos dimittit. Dimittere folia *dicitur* arbor, *quum decidunt* Plin. 12, 1. Liu. 45, . . Per omnes ciuitates cohortes dimiſit. Sueton. in Caeſ. c. 4 Nam comites ſeruosque caeteros in initio ſtatim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiſerat. ¶ 2 *Deorſum mittere cum ſignificat, melius per ſecundam* e *ſcribitur. Sed iam aliquoties monuimus, quam parum ſibi conſtare libri, in quibusdam ipſi forte auctores, ſoleant.* Plin. 11, 37 Alterum ſinum, in quem ex eo dimittunt concoctione maturata. Dimittere ſe in valles, *vel* agmen in aequum Caeſ. B. C. 1, 79. Liu. 7, . . Poſtquam neque in aequum dimitti agmen vidit. *Permittere abire, Sinere.* Ter. Eun. 4, 7, 44 Iam Dimitto exercitum? THR. vbi vis. *Sic apud* Caeſ. B. G. 7, 71 Dimittere equitatum. Cic. Off. 1, 36 Quum autem Pompilio videretur vnam dimittere legionem. *Contraria:* Idem Verr. 2, 6 Cum quaeſtu compendioque dimittit, partim retinet. Aequos et placatos aliquos dimittere Id. in Orat. 34. Aliquem a ſe dimittere Cic. de Orat. 1, 126. Aliquem cum bona gratia dimittere Idem de Fato 7. Aliquem cum pace dimittere, *vid.* PAX. M. Tullius de Repub. 1 Tum annui Conſules, tum dimiſſi populo faſces, *apud* Nonium 4, 135 *qui interpretatur* permitere, in poteſtatem dare. *Verum non dubitandum eſt, quin dederit Cicero* demittere faſces, *quod aliis eſt* ſubmittere. *v. v.* *Et ipſe Nonius toto illo loco* Demittere *et* Dimittere *miſcet.* Aculeum dimittere, *vid.* ACVLEVS.

LEVS. Cic. de Amicit. 78 Eſt etiam quaſi quaedam Calamitas in Amicitiis dimittendis nonnunquam neceſſaria. Animum dimittit in artes ignotas Ouid. Met. 8, 188. In Aquam dimitti Scribon. 264. In Aqua dimiſſum 123. Cic. Verr. 2, 69 Erat hominum conuentus maximus, ſummum ſilentium, ſumma exſpectatio, quonam eſſet eius cupiditas eruptura. Crebro dimittebat ſe accenſus ad Aurem Timarchides. tum iſte aliquando, Age, dic, inquit, *etc.* Bellum dimittere Stat. Theb. 10, . . Coetum dimittere Cic. in Catil. 1, 10. Comitia dimittere Id. Att. 1, 9. Concione dimiſſa Cic. Att. 2, 24 *fin.* Debitorem dimittere, *vid.* Debitor, *in* DEBEO. Virg. Aen. 4, 428 Cur mea Dicta negat duras dimittere in aures? Diſcedentem non ſine magno Dolore dimittere Cic. Att. 12, 19 (18). Suet. de Clar. Rhet. c. 6 Suſcepit eas partes actaque ita compleuit, vt Planco ſilentium imponeret, non audenti in Comparationem ſe dimittere. *Legendum* Demittere. Cic. de Orat. 1, 121 Adoleſcentulus vero ſic initio accuſationis exanimatus ſum, vt hoc ſummum beneficium Q. Maximo debuerim, quod continuo Concilium dimiſerit, ſimul ac me fractum ac debilitatum metu viderit. Concilia inſtituta dimittere, vel habita reſcindere Idem de Legib. 3, 41. *Et* Verr. 2, 73 Cauſam ſeſe, dimiſſo atque ablegato Conſilio defenſurum negauit. Caeſ. B. G. 3, 18 Iis rebus adducti, non prius Viridouicem reliquosque duces ex Conſilio dimittunt, quam ab iis ſit conceſſum arma vti capiant. Contumelioſe dimittere, *vid.* CONTVMELIA. In Conſuetudinem dimitti Scribon. 122. Creditorem dimittere, *i. Ei ſatisfacere, Se ab eo liberare* Paullus in l. quaeris D. de pactis dotal. Curam dimittere Cic. Att. 14, 11. Ouid. Met. 1, 209. Liu. 30, 3 Inter haec ne Syphacis quidem reconciliandi Curam ex animo dimiſerat. Cuſtodiam capitis alicuius dimittere Cic. pro Planc. 2. Debitorem dimittere, *i. Liberare acceptilatione.* Vlp. in l. ambitioſa D. de decretis ab ordine faciendis, Ambitioſa decreta Decurionum reſcindi debent: ſiue aliquem Debitorem demiſerint, ſiue largiti ſint. Liu. 3, . . Dimiſſa iam in diſcrimen Dignitas ea aetate, hisque honoribus actis. Celſ. 4, 19 Harum ingens Dolor eſſe conſueuit, isque hominem ſaepe debilitat, et quosdam non dimittit. Exercitum Sueton. Caeſ. c. 30. Vell. 2, 48, 1. Caeſ. B. C. 1, 28 Caeſar ſcalas parari, militesque armari iubet: ne quam rei gerendae Facultatem dimittat. Celſ. 1, 7 Si Febris non dimittit, eaque interdiu lenior eſt, noctu increſcit, multus ſudor oritur, cupiditas tuſſiendi eſt. Filium dimittere de poteſtate Caius in l. liberum D. de adopt. De grauitate aliquid, aut multum de cupiditate dimittere Cic. Philipp. 13, 2. E complexu Idem Q. Frat. 1, 3. Iudicium dimittere Id. Verr. 2, 70. *Contraria.* Cic. pro Balb. 31 Haec ſunt enim fundamenta firmiſſima noſtrae libertatis, ſui quemque Iuris et retinendi et dimittendi eſſe dominum. Lacrimas in alicuius caſus dimittere Ouid. Triſt. 1, 7, 19. Libertatem non dimittere Cic. pro Planc. 94. Caeſ. B. C. 49 Prius ſe cortice ex arboribus victuros, quam Pompeium e Manibus dimiſſuros. Cic. in Orat. 1, 105 Quum eſſes Athenis, totum diligentiſſime cognouiſti: neque eum dimittis e Manibus, et tamen noſtra etiam lectitas. Matrimonium dimittere, *pro Soluere, vel Reſcindere, apud* Sueton. in Calig. c. 15. Dimiſſa e matrimonio, *pro Repudiata..* Idem in Tib. c. 49 Qui dimiſſam eam e Matrimonio poſt viceſimum annum veneni olim in ſe comparati arguebat. Milites dimittere Cic. Fam. 3, 3. Moras dimittere Valer. Argon. 8, 105. Murmura venti dimittunt Sil. 7, . . Notitia nominis dimiſſa in populos, *pro Diſperſa.* Sen. Epiſt. 31 Fama non faciet, nec oſtentatio, nec in populos dimiſſa nominis tui Notitia. Caeſ. B. G. 5, 37 Hortaturque, ne ſui in perpetuum liberandi, atque vlciſcendi Romanos pro his quas acceperint iniuriis, Occaſionem dimittant. Plin. in Paneg. 23, 1 Gratum erat cunctis, quod Senatum Oſculo exciperes, vt dimiſſus Oſculo fueras. Cic. pro Caecin. 75 Patrimonium vnius incommodo dimittitur, ius amitti non poteſt ſine magno incommodo ciuitatis. Poteſtate aliquem dimittere, *pro Manumittere.* Caius in l. liberum D. de adoption. Liberum arbitrium eſt ei, qui filium et ex eo nepotem in poteſtate habebit, filium quidem Poteſtate dimittere, *etc.* Remiges dimittere Cic. Verr. 5, 101. Reum dimittere, *eſt Crimine ſoluere et vinculis* Plinius Epiſt. . . Scholam dimittere, *Ceſſare a docendis iuuenibus.* Sueton. de Clar. Gram. c. 18 Dimiſſa repente Schola, tranſit ad Q. Septimii Philoſophi ſectam. Cic. de Amicit. 12 Senatu dimiſſo, domum reductus ad veſperam eſt a Patribus Conſcriptis. *Et* Caeſ. B. G. 1, 33. Liu. 24, . . Gracchus praelio in poſterum diem pronuntiato, Concionem dimiſit. Cic. Att. 8, . . Morem geſſi, dimiſi a me. Idem Q. Frat. 3, . . Dimitto autem a me, et vt a magiſtris ne abducam, et quod, *etc.* Caeſ. B. G. 2, 5 His mandatis eum a ſe dimittit. Dimitti Solio Scribon. 130. *i. detineri.* Dimitto, *pro Relinquo, ad vltimas voluntates pertinet* Auth. de Eccleſ. tit. §. ſi quis vni ſanctarum. Varro de R. R. 2, 1 Si hoc genus rebus non proficitur, dimittitur Sanguis maxime e capite. Dimittere pro Emittere Scribon. 16. Se dimittere Sen. Controu. prooem. *i. relaxare.* De Summa dimittere, *quod et Remittere dicitur.* Cic. Verr. 3, 82 Illum viris fortiſſimis iudicarunt P. C. dimittere de Summa non potuiſſe, te mulieri deterrimae recte remiſiſſe Senatores iudicabunt? Tempus dimittere, *idem quod Dimittere occaſionem, ſiue Omittere.* Idem de Orat. 2, 72 Vidi ſtatim indolem: neque dimiſi Tempus: et eum ſum cohortatus, vt forum ſibi ludum putaret eſſe ad dicendum. Vſum aliquorum dimittere Id. Fam. 9, 1. Vxorem dimittere, *pro Repudiare.* Sueton. in Tib. Caeſ. c. 10 Dubium, Vxoriſne taedio, quam neque criminari, aut dimittere auderet, neque vltra perferre poſſet, *etc.* Eo rem dimittit Epicurus Cic. Acad. 4, 79. Commemoratio nominis noſtri non dimittenda Idem pro Archia 26. Dimitto *et* Demitto *a Librariis confunduntur.*

DIMISSVS, a, um. Partic. [ἀφειμένος, ἀφετὸς, παρειμένος] Cic. Acad. 4, 11 Philonem audierat, homo ſane in iſta philoſophia, quae nunc prope dimiſſa reuocatur, probatus et nobilis. Dimiſſa petitis praeſtant Hor. Epiſt. 1, 7, 96. *i. relicta.* Lucan. 3, 367 Sed ſi ſolus eam dimiſſis degener armis, *etc.* Lues caelo dimiſſa Stat. Theb. 11, . . . *Sententia videtur poſtulare* Demiſſa. Aggen. in Frontin. de limit. p. 58 *pr.* Pomoerium vrbis eſt, quod ante muros ſpatium ſub certa menſura dimiſſum eſt, *i. intermiſſum, ne colatur, inaedificetur.*

DIMISSIO, ōnis. f. [ἄφεσις, ἀφετὴ] Cic. Verr. 5, 85 c. 33 Praeclara claſſis in ſpeciem, ſed inops et infirma, propter dimiſſionem propugnatorum atque remigum. Idem in Parad. 6 Dimiſſiones libertorum ad fenerandas, diripiendasque prouincias.

DIMISSOR, ōris. m. Tertull. aduerſ. Marc. 4, 10.

DIMISSORIA, ἀποσχετικὴ Gloſſ.

DIMISSORIAE Literae, [ἀφετικὰ γράμματα] *inquit* Modeſtinus de Verb. Signif. ſunt, quae vulgo Apoſtoli dicuntur. Dimiſſoriae autem dictae ſunt, quod per eas cauſa ad eum, qui appellatus eſt, dimittitur. *Sic* Marcellus de Libellis dimiſſoriis.

DIMORON, i. n. *Ita Pulegium vocatur apud* Apul. de Herb. c. 92. ¶ 2 *Ex Graeco* δίμοιρον, *pro duabus partibus tertiis ſ. beſſe, ap.* Vitr. 3, 1. *Conſ.* Baldi Lex. p. 40. *al.* Dimirum: *rectiſſime* Dimoerum.

DIMŎVEO, ōui, ōtum, ēre. [διακινέω, ἀποκινέω] *Idem ſignificat quod Remouere, vel Loco ſuo mouere. Vid. Burm. ad* Quinctil. 7, 3 p. 618. Cic. pro Caecin. 49 Dimoueri enim et depelli de loco neceſſe eſt eum, qui deiiciatur. Budaeus. Ouid. Epiſt. 18, 80 Nullaque vox vnquam noſtras veniebat ad aures, Praeter dimotae corpore murmur aquae. Bonum et malum dimouere, *i. Diſcernere.* Salluſt. de Repub. Ord. 1, 5 *pr.* Primum id quaeſo conſidera, qualis ſit, de quo conſultas: ita bonis malisque dimotis, patenti via ad verum perges. Cic. de Inuent. 2, 12 Sin autem non in hominem certum, ſed in rem aliquam Cauſa dimouebitur. *h. e. Reiicietur.* Celſ. 3, 22 Si nauigationem aliqua res prohibet, lectica, vel alio modo Corpus dimouendum eſt. Neque ambulatione quamuis leni dimoueri Celſ. 1, 6. Manus dimouendae ſunt 2, 14. Pila ſimilibusque ſuperiores partes dimouendae 3, 27, 3. Aegrum intra domum tantum dimouere 4, 7. *Quibus in locis ponitur pro Huc illuc moueo, Agito, Exerceo.* Cic. pro Sext. 101 Qualis nuper Q. Catullus fuit, quem neque periculi tempeſtas, neque honoris aura potuit vnquam de curſu ſuo aut ſpe, aut metu dimouere. Cuſtodias dimouit, perfregitque poena Plin. in Paneg. 49, 4. De dignitatis gradu *vel* loco dimouere Cic. Tuſc. 2, 19. Idem in Parad. 1. *Item* Loco, et certo de ſtatu dimouere Cic. pro Caecin. 42. E *vel* De poſſeſſionibus Idem pro Lege Agr. 2, 80. *Et* de Inuent. 2, 86 Remotio criminis eſt, quum eius Intentio facti, quod ab aduerſario infertur, in alium, aut in aliud dimouetur. Cic. pro Domo ſua 68 c. 26 Hominis enim ſcelere et furore notato, ſimilis a Repub. Labes in poſterum dimouebatur. Voluptas mentem ex ſua ſede et ſtatu dimouet Idem Parad. 1 *extr.* Moleſtiam dimouere ab aliquo Id. Verr. Diuinat. 1, 4. Moras vocis dimouere Sen. Hippol. 4. Obſtanteis propinquos dimouere Hor. Carm. 3, 5, 51. Cic. anteq. iret. in exil. 21 Sed illud quaeror, quod non iam ad vnius perniciem, ſed ad vniuerſorum inſtruitur calamitatem: conqueri, commiſerari, dicere, expurgare, Suſpicionem dimouere, tamen diluere non licere, ere oppreſſo ceruices eſſe praebendas. Aurora polo dimouerat vmbram Virg. Aen. 4, 589. Terram dimouere incuruo aratro Idem Georg. 2, 513.

DIMŌTVS, a, um. Partic. [ἀποκινηθεὶς] *Vt,* Dimota a centro ſuo tellus Plin. 36, 10. Parietes dimoti Tacit. Ann. 5, 24. *et* Hiſt. 2, 49, 1 Dimotis omnibus.

DIMOTIO, ōnis. f. Hieron. . . .

DIMVLGO, āre. *Id. quod* Promulgo. *Laudatur illud* Occultius agendum, neque vllo modo dimulgandum Cic. Fam. 6, 12. *Sed,* diuulgandum *Graeu. ſine mentione alterius lectionis.*

DIMVLGATIO, ōnis. f. Gloſſ.

DIMVLGATOR, ōris. m. ICt. in Dig.

D I N

DINDYMĒNE, *et* DINDYME, es. f. [Δινδυμήνη] *Dicitur Cybele: quod in Dindymo Phrygiae monte, eius ſacra fierent.* Martial. 8 Epig. penult. Non per myſtica ſacra Dindymenes. *Eſt Phaleucus. Nempe*

DINDYMVS, i. *in ſing. m. in pl. n.* [Δίνδυμος] *Mons in Phrygia, vbi colebatur Cybele, magna mater deûm, quae ab eo dicitur* Dindymene Virg. Aen. 9, 617

O vere Phrygiae, neque enim Phryges, ite per alta
Dindyma, vbi aſſuetis, biforem dat tibia cantum.
Tympana vos buxusque vocant Berecyntia matris
Idaeae.

Vlulantia Dindyma Valer. Argon. 3, 332.

DINDYMIS *eſt inter nomina antiqua vrbis Cyzici apud* Plin. 6 *vlt.*

DINOCHĂRES, is. [Δινοχάρης] Architectus pluribus modis memorabili ingenio, quique Alexandriam vrbem eſt metatus, *vt videre eſt apud* Plin. 5, 10. *Alio tamen loco, nimirum* 7, 37 Dinocratem *vocat.*

DINODO, āre. Sidonio *tribuitur: idem fuerit, quod ſoluere nodum, Enodare.*

DINOMĂCHE, es. f. *Alcibiadis mater. Hinc per Antonomaſiam* Perſ. Sat. 4, 20 I nunc Dinomaches ego ſum, ὁ Δεινομάχης, *filius nempe, i. nobilis, generoſus.*

DINOMĔNES, is. m. [Δινομένης] Statuarius inſignis, cuius opera Proteſilaum, et Pythodemum luctatorem *enumerat* Plin. 34, 8.

DINŌSIS, is, ios, eos. f. [δείνωσις] *i. Indignatio.* Mart. Capel. 5 p. 186.

DINTRIO, īre. *Vox muſtelae.* Auctor Philomelae v. 61 Velox muſtelaque dintrit.

DINVMĔRO, āre. [διαριθμέω] *Numerare, et ſic diſcernere. Vt,* Dinumerare exercitum Plin. 4, 11. Centurias Cic. Att. 16, 9. Stellas Idem Off. 1, 154. Horas Plin. 2, 73. *Alii ſcribunt* Denumero *per ſecundam vocalem: vt* Paullus in l. Iuriſconſultus D. de gradibus. Noctes dinumerat Ouid. Met. 11, 574. Cic. in Orat. 147 c. 43 De verbis enim componendis, et de ſyllabis propemodum dinumerandis et dimetiendis loquemur. Tempora dinumerat Virg. Aen. 6, 691. Dinumerare pecuniam, *pro ſimplici* numerare Cic. Verr. 5, 120 c. 45 Se ob ſepulturam Heraclii nauarchi Timarchidi pecuniam dinumeraſſe. Ter. Adel. 5, 7, 119 Iube nunc iam dinumeret Babylo illi viginti minas. Dinumeret, quaſi Multum numeret, *inquit* Donatus.

DINVMERATIO, ōnis. f. [διαρίθμησις] Cic. de Orat. 3, 205 c. 54 Improuiſum quiddam et dinumeratio, et alia correctio et diſputatio, *etc.* Quinctil. 9, 3, 91 Dinumerationem *figuram eſſe negat.*

DINVMMIVM, ii. n. *Species vectigalis duorum nummorum in* Cod. Theod. l. 14 tit. 20.

D I O

DIOBOLVM, i. n. διώβολον, *duorum obolorum nummus. Hinc*

DIOBOLĀRIS, e. Adi. [διωβολιαῖος] Diobolares meretrices, *inquit* Feſtus, quae duobus obolis conducuntur. Plaut. Poen. 1, 2, 58

Turba eſt nunc apud aram, ibi vis inter iſtas verſarier
Proſedas, piſtorum amicas, reliquias alicarias,

Miſeras, coeno delibutas; ſeruili, *etc.*
Seruulorum ſordidorum ſcorta diobolaria?

DIOCLEA, *ſiue* DOCLEA, ae. f. Vrbs Dalmatiae Plin. 3, 23. *Item nomen matris Diocletiani Imperatoris* Aur. Vict. Epit. c. 54.

DIOCLETIANVS, i. m. *Imperator Rom.* ſcribae filius eſt creditus, *vt ait* Eutrop. 9, 19. donec imperium ſumeret, Diocles appellatus; vbi orbis Romani potentiam cepit, Graium nomen in Romanum conuertit. *Vid.* Aur. Vict. l. c. adorari ſe paſſus, adorarique vt Deum Vict. de Caeſ. c. 38.

DIODELA, ae. f *Herba.* Apul. de Herb. c. 88.

DIOECĒSIS, is. f. [διοίκησις] *Gubernatio, adminiſtratio, ſiue iurisdictio, a* διοικέω, *guberno, tueor.* Dioeceſani Cic. Fam. 3, 8. Idem Att. 5, 21 Tu autem ſaepe dare tabellariis publicanorum poteris per magiſtros ſcripturae, et portus et noſtrarum dioeceſium. *Et* Fam. 13, 53 Deinde ſi quid habebit cum aliquo Helleſpontio controuerſiae, vt in illam διοίκησιν reiicias. *Conf.* Fam. 13, 67. *ad* Att. 4, 5 *extr. ibique Graeu.* Turneb. Adu. 5, 6. Torrent. ad Suet. Aug. c. 42. *Add. H. Valeſ. ad* Euſeb. de Vita Conſtantini 4, 36. *Nempe ſunt et* Dioeceſes Epiſcoporum. *De his vid.* Sulp. Seuer. Dial. 2 c. 4. Sidon. Ep. 7, 6. *et* 9, 16 *c. not. Sirm.* p. 102. *Balſamon. ad* Can. 17 Conc. Chalced. *Menzer. Diſſ. de Concil. Nic. p. 5. Salmaſ. de Epiſc. C. du Freſne Gloſſ. Graec.*

DIOECĒTES, ae. m. [διοικητής] *Qui procurationem et quaſi diſpenſationem ſuſcepit.* Cic. pro Rabir. Poſt. 22 c. 8 At Dioecetes fuit regius, et quidem in cuſtodia etiam fuit regia, et vita eius oblata poenae eſt. Ibid. 28 c. 9 Id autem facere non poterat niſi Dioecetes: hoc enim nomine vtitur, qui a rege eſſet conſtitutus.

DIOGĔNES, is. m. [Διογένης] Cynicus *Philoſophus, qui patriam habuit Sinopen ciuitatem Ponti; vixit Alexandri M. aetate, quem dixiſſe ferunt, vt prodidit Diogenes Laërt.* Niſi Alexander eſſet, velle ſeſe eſſe Diogenem. *Multa ipſius apud* Ciceronem *mentio, v. g.* Tuſc. 5 c. 32. pro Muraen. c. 36 *etc.*

DIOGMITAE, arum. m. pl. *Ad verbum* Secutores *ſ.* Perſecutores: *leuis armaturae milites. Vid.* Ammian. 27, 20 (Valeſ. 9) *Quidam ſcribunt* Diocmitae, *ſed cum* g *malunt Valeſius, et Turnebus Aduerſ.* 25, 18. *Add.* Capitolin. Marc. c. 21.

DIOMEDEA, ae. f. Inſula in qua Diomedes ſepultus eſt, excedens Italia. Feſt.

DIOMĒDES, is. m. [Διομήδης] *Tydei filius, qui ad Troiam cum Aenea congreſſus Venerem adiuuantem Aeneam percuſſit, vt ſcribit* Hor. Carm. 1, 6, 16 Tydiden ſuperis parem. *Id quod ipſe quoque Diomedes teſtatur* Virg. Aen. 11, 277 Quum ferro caeleſtia corpora demens Appetii, et Veneris violaui vulnere dextram. ¶ 2 Diomedes, *alter* rex Thraciae, *qui dum equos ſuos humana carne aleret, ab Hercule equis ipſis ad deuorandum obiectus eſt. Diod.* 4, 15. Ouid. in Ibin . . Vt qui Threicii quondam praeſepia regis Fecerunt dapibus ſanguinolenta ſuis. Crudus Diomedes Ouid. Epiſt. 9, 67. Hor. Serm. 1, 5, 92 Qui locus a Forti Diomede eſt conditus olim. Geticus Diomedes Stat. Theb. 6, . . Diomedis aues, *vid. mox* DIOMEDEVS. Diomedis campi in Apulia appellantur, qui ei in diuiſione regni, quam cum Dauno fecit, ceſſerunt. Feſtus.

DIOMEDĒVS, a, um. Adi. *Inde* Diomedeae Inſulae [Διομήδειαι νῆσοι] duae in mari Adriatico, quae e Gargani regione ſunt: quarum altera habitatores habet, altera eſt deſerta, in qua apparere deſiiſſe Diomedem quidam affirmant, et in caelum ſublatum: et ſocios eius ob dolorem in aues conuerſos: quae ob id Diomedeae vocitatae ſunt: has Iuba Cataractas vocat. Plin. 10, 44. Ouid. Met. 14. fab. 10. *Vid.* Virg. Aen. 11, 243. *et ibid.* Seru. *qui ait eſſe Graecorum* ἐρωδιὸς, *quod oſtendit etiam Bochart. Hieroz.* 2, 2, 37. Arces Diomedeae Stat. Silu. 3, 3. Aues *modo vidimus.* Equi Diomedei Claud. de Rapt. Proſerp. 2 praef. 12. *Vid. etiam* Virgilium *et* Seruium *ad* Aen. 2, 752.

DION Syracuſanus, *e Cornelio Nepote notus.*

DIŌNE, es. f. [Διώνη] *Mater Veneris. Vnde* DIONAEVS *dicitur* Caeſar, *Veneris per Anchiſen et Aeneam progenies.* Virg. Ecl. 9, 47 Ecce Dionaei proceſſit Caeſaris aſtrum. Dionaei flores Columel. 10, 27. Virg. Aen. 3, 15 Sacra Dionaeae matri, diuiſque ferebam, *i.* Veneri. Seruius. Columbae Dionaeae Stat. Silu. 3, 5, 80. *Sed* Columbulus Dioneus *penultima correpta* Catul. in Iul. Caeſarem c. 27 (*al.* 30) 8. *Sic ſuſpicatur Muretus. Sed vid. quae dicimus in* ALBVLVS. Fraus Dionaea Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 5.

DIONIVM, ii. n. Genus gemmae ardentis Plin. 37, 7 ſ. 31. *Al.* Denium.

DIONȲSVS, i. m. [Διόνυσος] *Bacchi apud Poëtas, praeſertim Graecos, cognomen. Vid.* Hor. Serm. 1, 6, 38. ἀπὸ Διὸς καὶ Νύσης, *a Ioue patre et educationis antro, ſiue vrbe Arabiae,* Nyſa. *Diod. Sicul. Auctore* 4, 2. *Sed* Macrobius Saturn. 11, 18 *inquit*, Dionyſus *dictus, quaſi* Διὸς νοῦς, *mens Iouis.*

DIONYSIA, orum. n. *pl.* [Διονύσια] *Feſta Bacchi, quae et* BACCHANALIA *vocantur, quae Graeci triennio quoque celebrabant.* Ter. Heaut. 1, 1, 110 Dionyſia hic ſunt, hodie apud me ſis. *Vocantur etiam* Brumalia.

DIONYSIA, ae. f. *Saltatriculae Romanae nomen, datum illi forte quod in* Dionyſi, *i. Bacchi tutela totum genus hiſtrionum et ſpectaculorum.* Gell. 1, 5 Cum L. Torquatus Hortenſium — non iam hiſtrionem eſſe diceret, ſed geſticulariam Dionyſiamque eum notiſſimae ſaltatriculae nomine appellaret: tum voce molli atque demiſſa Hortenſius, Dionyſia, inquit, Dionyſia malo equidem eſſe, quam quod tu, Torquate, ἄμουσος, ἀναφρόδιτος, ἀπροσδιόνυσος, *a muſis, a Venere, a Dionyſo alienus.*

DIONYSIAS, ădis. f. Gemma eſt Plinio, miſtis rubentibus (*quaſi a vino*) maculis 37, 10. *Vid. et* Iſidor. 16, 4. ¶ 2 *Eſt et* inſula, quam aliter Naxum vocant, a vinearum fertilitate ſic dicta Plin. 4, 12.

DIONYSIVS, i. m. [Διονύσιος] *Siciliae tyrannus, pater et filius, de quibus fuſiſſime* Iuſtin. 20 *et* 21. *Crebra vtriusque apud Ciceronem mentio. v. g.* Tuſc. 5 c. 20. *it.* 35. de Nat. Deor. 3 c. 33. *etc.*

DIONYSONYMPHAS, ădis. f. Herba magica, Caſignete aliter dicta: Eſt autem hoc nomen adepta, quod vino mire conueniat. Plin. 24, 17.

DIOPĒTES, um. f. *Graecum eſt* διοπετὲς, *a Ioue ſ. caelitus delapſum. Sic* Diopetes *dicuntur* Ranarum ſpecies, quae Calamitae etiam vocantur Plin. 32, 7 ſ. 24. *et* 10 ſ. 50. *Nempe putabant, qui primi ita vocarunt, id genus ranularum cum pluuia decidere. Graeci ſic appellabant* Palladium, ſignum Dianae Epheſiae, Canona Epicuri. Cicero *Periphraſi vtitur v. g.* Phil. 11, 24 c. 10 Reddite prius nobis Brutum, qui ita conſeruandus eſt, vt id ſignum, quod de caelo delapſum Veſtae cuſtodiis tenetur. Idem de Fin. 1, 65 c. 19 *de Canone Epicuri,* Seruata illa, quae quaſi delapſa de caelo eſt ad cognitionem omnium, regula, ad quam omnia iudicia rerum dirigentur.

DIOPTRĬCE, es. f. *Pars Optices generali nomine dictae, quae mediorum radios lucis refrangentium docet proprietates. Nonnulli* R *omittunt, et ſcribunt* DIOPTICE.

DĬOPTRA, ae. f. [διόπτρα] *Inſtrumentum Opticum, a perſpiciendo dictum, cum perſpiciendo per duo foramina, aut inter bacillos etc. recta linea oculis et cogitatione ducatur.* Plin. 2, 69 Nam niſi in medio eſſet, aequales dies noctesque haberi non poſſe deprehenderunt et dioptrae, quae vel maxime id confirmant, cum aequinoctiali tempore ex eadem linea ortus, occaſusque cernatur, et ſolſtitialis exortus per ſuam lineam, brumaliſque occaſus. Vitruuius *etiam vtitur* 8, 6 *pro Regula ad librandas aquas apta, quum ait*, Libratur aqua dioptris.

DIŌRES, is. m. Proprium viri, quem Turnus interemit, apud Virg. Aen. 12, 509. Idem 5, 297 Regius egregia Priami de ſtirpe Diores.

DIORYCTVS, i. m. [Διόρυκτος] Locus eſt Acarnaniae, trium ſtadiorum longitudine, vbi Leucadia inſula olim opera accolarum a continenti fuit abſciſſa, eidemque reddita, ventorum flatu congeriem arenae accumulantium Plin. 4, 1. *Nempe a* διορύσσω *perfodio dictum eſt nomen, vt et*

DIŌRYX, ȳgis. m. [διώρυξ] *Foſſa eſt manu facta.* Pomp. Mela 3, 8 *in ſinus Arabici deſcriptione*, Vltra Arſinoën, et alia Beronice: tum ſilua quae hebenum odoreſque generat: et manu factus amnis, ideoque referendus, quod ex Nili alueo dioryge abductus extra ſinum. *De huiusmodi alueis e Nilo et in Nilum ductis, paſſim lib. vlt. Strabo. Fiebant autem propter fertilis Nili aquas in agros deriuandas, interdum etiam vt commodior eſſet nauibus in pleraque loca tranſitus.*

DIOS TECNOSIA, διὸς τεκνωσία *Iouis partus. Fons mirae naturae.* Plin. 2, 103 In Andro inſula templo Liberi patris fontem Nonis Ianuariis ſemper ſapore vini fluere Mucianus ter COS. credit: Dios tecnoſia vocatur. *Harduinus mutauit in* Διὸς Θεοδοσία.

DIOSCVRI, orum. m. *pl.* [Διόσκουροι, ſ. Διὸς κόροι *vel* κοῦροι *Iouis liberi*] Cicero de Nat. Deor. 3, 53 c. 21 Διόσκουροι etiam apud Graecos multis modis nominantur, Primi tres qui appellantur Anaces, Athenis ex rege Ioue antiquiſſimo, et Proſerpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionyſius. Secundi Ioue tertio nati, ex Leda, Caſtor et Pollux. Tertii dicuntur a nonnullis Alio et Melampus, Emolus, Atrei filii, qui Pelope natus fuit. *Sunt etiam Ignes ſeu Fulgores marini, malis aut antennis omine felici proſpera nauigationis, ſi ſimul appareant, inſidentes.* Plin. 2, 37 Stellas Caſtoris *appellat. Graeci hoc* μετέωρον πολυδεύκεα *vocant; recentiores ignem praecedentem et ſequentem. Vid. Comment. in* Plin. l. c. *it. ad* Hor. Od. 1, 3 *pr.* Fratres Helenae, lucida ſidera. *praecipue vero Voſſ. Idolol. 1, 13. Add.* CASTOR *et* POLLVX.

DIOSCORON, Inſula eſt in finibus Italiae, e regione Lacinii promontorii. Plin. 3, 10.

DIOSCVRIAS, ădis. *vel* DIOSCVRIĂDA, ae. f. Vrbs in Colchide nunc deſerta, quondam adeo clara, vt nonnulli prodiderint, in eam trecentas nationes, quae diſſimilibus linguis vterentur, deſcendiſſe, et poſtea a Romanis centum triginta interpretibus negotia ibi geſta fuiſſe Plin. 6, 28. *Et* Strab. 11. Iſid. 15, 1.

DIOSPOLIS, is, ios, eos. f. *Aegypti ciuitas, quae Iouis ciuitas Hecatompylos quandoque dicta fuit. Vid.* THEBAE. *Vid. etiam* Plin. 5, 9.

DIOSPOLITES, is. f. [διοσπολίτης] Vna ex Aegypti praefecturis quas Nomos vocant, *cuius meminit* Plin. 4, 9.

DIOSCYĂMOS, i. f. *Herba Symphoniaca* Apul. de Herb. 4.

DIOSPNEVMA, atis. n. *Roſmarinum.* Idem 79.

DIOSPYROS, i. m. [διόσπυρος] *Herba*, Lithoſpermon *Dioſcoridi et* Plinio *dicta, vt putat Hermolaus. Iouis flammam interpretatur Theodorus, quum Iouis triticum debuiſſet, quando et plebecula Solis granum dicit. Vid. Cael. Rhodig.* 11, 26. Plin. 27, 11.

DIŌTA, ae. f. [διώτης] Diotae *ſunt Vaſa ſeu Dolia fictilia, duas anſas (quaſi aures* ὦτα*) habentia, ad ſeruanda vina accommoda.* Hor. Carm. 1, 9, 8 Deprome quadrimum Sabina O Thaliarche merum diota.

D I P

DIPECHAICE, es. f. *Pars eſt bicubitali ſpatio. Id enim ſonat* δίπηχυς. *Vid.* Vitruu. 1, 2. *et Baldi Lex. p.* 40.

DIPHILVS, i. m. [Δίφιλος] *Architectus fuit in perducendis ad finem operibus tardiſſimus, adeo vt locum fecerit prouerbio* Diphilus, Diphilo tardior. Cic. Q. Fratr. 3, 1, 1 Apud herum recte erat: in Manliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem. *Locus erit prouerbio, quoties volumus ſignificare Aliquem natura tardum, magnum ſolitae negligentiae cumulum adieciſſe. Plures eiusdem nominis recenſet Voſſius de Hiſt. Gr. 3. Adde de Poët. Gr. c. 8.* Iuuen. Sat. 3, 120 *ponit per Antonomaſian pro familiari Graeculo.*

DIPHRIS, is. f. Gemma eſt Plin. 37, 10 Duplex, candida ac nigra, mas, ac femina, genitale vtriusque ſexus diſtinguente linea. *Harduinus leg.* Diphyes.

DIPHRYX, ȳgis. m. [δίφρυγες] *Quid ſit, declarat* Plin. 34, 13 In aerariis officinis et ſmegma fit, iam liquato aere atque percocto, additis etiamnum carbonibus, *etc.* diphrygem vocant Graeci ab eo quod bis torreatur. *Conf.* Celſ. 5, 7 *et* 22. *Dioſcor.* 5, 120. Scribon. 227. 247.

DIPHTHĒRA, ae. f. *Pellis Amaltheae caprae, in qua res humanas ſcribere dicitur Iupiter. Item Operculum libri. Eſt et Paſtoricium ex pellibus indumentum, quod quidam vocant Rhenonem: nonnulli etiam Betam appellant. Scribit Herodot. Ionas* βέκκους *dicere* διφθέρας, *quod aliquando ob penuriam papyri pellibus vterentur, tum caprinis, tum ouillis. Hinc eſt illud prouerbium,* Diphtheram ſero Iupiter inſpexit. *et* Antiquiora Diphthera. *Vid. Eraſm. in Chiliad. Polluc. 7, 15. Aelian. Var. Hiſt.* 9, 3.

DIPHTHERIA, ae. f. *Pro Libro et Pergamena ex Dipthera ſeu pelle facta. Sic* Cic. Att. 15, 24 Quatuor διφθερίαι ſunt in tua poteſtate. *Ita meliores Libri. Sed nonnulli* διφθέραι *hoc in loco legunt, quod explicat Manutius in Comment. ad loc.*

DIPHTHONGVS, i. f. [δίφθογγος] Conglutinatio duarum vocalium in eadem ſyllaba, vim ſuam retinentium, vt ae, oe, *etc.* Iſid. 1, 15.

DIPHYES, is. f. [διφυής] *Biformis herba.* Apul. de Herb. c. 47.

DIPLASIASMVS, i. m. [διπλασιασμός] *Duplicatio. Sic et Grammatici*

matici vocant figuram, vbi conſonans in medio duplicatur, quod Iones factitant, et Poëtae.

DIPLANGIVM, ii. n. *q. d.* διπλοῦν ἀγγεῖον, *vas duplex* Priſcian. 1, 19 Amurca diplangio cocta. *Vid. Reineſ. Var. Lect. 3, 11 p. 512. Conf.* DIPLOMA.

DIPLASION, i. n. *Duplum. Vid.* Vitruu. 3, 1. Mart. Capell. 2 p. 265 Diplaſio conficitur, *i. Vno duobus collato. Add.* Id. 9 p. 316.

DIPLE, es. f. *Nota eſt, quam ſcriptores veteres appoſuerunt in Libris ad diſtinguenda loca notabiliora ab aliis. Vid.* Iſid. 1, 20. Cic. Att. 8, 2 Animaduertito locum, vbi erit Diple, *vel vt in quibusdam codicibus* διπλῆ.

DIPLINTHIVS, a, um. Adi. *Conſtans duorum Laterum ordine, vt* Paries Diplinthius Vitruu. 2, 9. *Conf. Baldi Lex. p. 40.*

DIPLŎIS, idis. f. [διπλοΐς] *Veſtis duplicis genus, vt ex ipſo ſtatim etymo apparet, quidpiam duplicato compoſitum ſignificante. Cael. Rhodig. 16, 10. Conf.* Iſid. 19, 24. *et* Apic. 4, 2. Sulpic. Seu. H. 1, 35.

DIPLŌMA, ătis. n. [δίπλωμα] *Duplicatum quiddam notat, libellum duorum foliorum, intus ſcriptum, foris vacuum ſ. purum. Vſus eorum conuenit cum his, quas Patentes literas, appellamus: cuiusmodi ſunt Edicta et Mandata principum, regio ſigno ſancta, et quas, Bullas Pontificias, vocant.* Cic. Fam. 6, 12 Diploma ſtatim non eſt datum. *De literis Caeſaris loquens, quibus Balbus reſtituebatur.* Cic. Att. 10, 17 De diplomate admiraris, quaſi neſcio cuius te flagitii inſimularem. Negas enim te reperire, quî mihi id in mentem venerit. Ego autem quia ſcripſeras, te proficiſci cogitare, (etenim audieram nemini aliter licere) eo te habere cenſebam, et quia pueris diploma ſumſeras. *Puto hic diplomate tantum dari facultatem itineris faciendi, nihil aliud, vt tuto iter facere poſſes per loca praeſidiis Caeſaris occupata.* Macrob. Saturn. 1, 23 Conſulunt hunc deum et abſentes miſſis diplomatibus conſignatis, reſcribitque ordine ad ea, quae conſultatione abdita continentur. Diplomata *appellat Chartulas complicatas, et lino traiectas, obſignatasque: quo in loco,* Codicillos *etiam Latine ea vocat.* Cic. in Piſon. 90 Mitto diplomata tota in prouincia paſſim data: mitto numerum nauium, ſummamque praedae. *i. Edicta quibus naues exigendas mandabas, quum prouinciae praeeſſes. Inde fit, vt* Diplomata *velut* κατ' ἐξοχὴν *vocati ſint* Codicilli, *qui dabantur curſoribus, vt liceret eis vti equis et vehiculis publicis. Haec* Diplomata *eſſe videntur, quae Euectiones vocantur, per totum* titulum de Curſu publico lib. 12 C. Venuleius in l. Continuus §. Quum ita ſtipulatus ſim D. de Verborum obligationibus, Vt qui Epheſi daturum ſe ſpoponderit, neque diplomate diebus ac noctibus, et omni tempeſtate contemta iter continuare cogatur. *Et paullo poſt,* Quod ſi diplomate vſus, aut felici nauigatione maturius quam quisque peruenerit Epheſum. Modeſtinus in l. eos qui D. ad legem Corneliam de falſis, Qui ſe pro milite geſſit, vel illicitis inſignibus eſt vſus, vel falſo diplomate vias commeauit: pro admiſſi qualitate grauiſſime puniendus eſt. *Simile erat apud Perſas* ἀγγαρήιον δρόμημα, *i. vt Herodotus inquit 8, curſus celerrimus equitum, quales in Gallia* Poſtas *vocant. Hi Latine* Pegaſarii *dici poſſunt. Antiqui* Veredarios *vocauerunt. Conf. Caſaub. ad* Suet. Aug. p. 87. *Buchner. ad* Plin. Epiſt. 10, 14 p. 234. *Et ipſe* Plin. 10, 121. Reuiuiſcunt diplomata, *denuo valere incipiunt* Tacit. Hiſt. 2, 54. *Vid. Alciat. Annotat. in* Tacitum. *Ad argumentum horum* Diplomatum *pertinent, quae de* Curſu clabulari, Euectionibus, Tractoriis, Statiuis et Canalibus publicis *in vtroque Codice habentur, illuſtrata praeſertim a Iac. Gothofredo ad Theodoſianum et in compendio propoſita a Gutherio de offic. Domus Aug. 3, 15. De hoc genere interpretatur Sauaro* Sidon. Apoll. Carm. 7, 401 Rumor, ſuccincto referens diplomate Auitum tam Geticas intrare domos — legati iura ſubiſſe. ¶ 2 Diploma *etiam Graecis medicis vocatur, quod* Duplex vas *appellat* Scribon. 73 *quum vas, quod pharmaca habeat, in aliud vas ſiue lebetem aqua plenum imponitur, quod ipſum ſit prunis impoſitum. Vox eſt Galeno frequens. Vulgus* Balneum *Mariae vocat.* Diplangium, Theod. Priſcianus.

DIPNOSOPHISTA, ae. m. [δειπνοσοφιστής] *Qui inter coenandum philoſophatur. Dipnoſophiſtarum Libri ab Athenaeo conſcripti largum eruditionis apparatum continent.*

DIPONDIVM, ii. n. *et* DIPONDIVS, *ſ. quod melius* DVP. ii. m. [δίλιτρον] *A* Duobus ponderibus *dicitur. Nam vt* Varro *docet* de L. L. 4 *circa fin.* Duos aſſes pendebat. *Quare* Cic. pro Quint. 53 c. 56 Dupondium *pro Pecuniola poſuit,* Si dupondius *(inquit)* tuus ageretur Sexte Naeui, ſi in paruula re captionis aliquid vererere, non ſtatim ad Caium Aquilium, aut ad eorum aliquem, qui conſuluntur, cucurriſſes? *Sic enim recte hic locus eſt emendatus, cum olim legeretur,* Si de praediis tuis ageretur Sexte Naeui. Plin. 33, 3 Libralis, vnde etiam nunc Libella dicitur, et Dupondius appendebatur aſſis. *Vid.* Vet. Schol. ad Perſ. 2, 59. Sen. Epiſt. 18 Tunc, mihi crede, Lucili exſultabis, dupondio ſatur, et intelliges, ad ſaturitatem non opus eſſe fortuna. Petron. 14 Sed praeter vnum dupondium, quo cicer lupinosque deſtinaremus mercari, nihil ad manum erat. Idem 58 Cum coepi *(int. iraſci)* matrem meam dupondii non facio. *Sic* Hieron. adu. Heluid. Quis te, quaeſo, dupondio aeſtimabat? ¶ 2 Dupondium, *Duorum pedum menſura. Veteres enim pedem pro aſſe ſiue pondo habuerunt, quod in duodecim aequas partes diuidebatur, nimirum in duodecim vncias, ſiue pollices.* Columel. 3, 15, 2 Altus in dupondium et dodrantem. 6, 19, 1 Habet in longitudinem pedes nouem, et in latitudinem pars prior dupondium ſemiſſem, pars poſterior quatuor pedes. Idem 3, 13, 5 Dupondio et dodrante altus ſulcus. *Add.* 4, 1, 3. *et* 4, 32, 2. *Plerisque locis antiquae editt.* Dipond. *Quin* 11, 2, 17 *et* 28 *plane ſine varietate eſt* Dip. *Vbique autem duos pedes ſignificat.* ¶ 3 Dipondius *vel* Dupondius *idem qui* Dupondiarius, *Dupondio vix dignus.* Petron. 58 *extr.* Nemo dupondium euadit, *eod. modo interpretantur. Hinc qui iuris diſciplinae ſe dederant, primo illius ſtudii anno* Dipondii (Dupondii) *vocabantur, quod abrogauit* Iuſtinian. Conſtitut. Omnem reip. §. 2 ad Antec. Cuius auditores, *inquit,* non volumus vetere tam friuolo quam ridiculo nomine Dupondios appellari, ſed Iuſtinianos nouos nuncupari.

DIPONDIARIVS, *vel* DVPONDIARIVS, a, um. Adi. [διλιτραῖος] Plin. 34, 2 Et aurichalci bonitatem imitatur in ſeſtertiis dupondiariisque, Cyprio ſuo aſſibus contentis. *Loquitur de aere Mariano numis adhibito.* Dipondiarius orbiculus Columel. 4, 30, 4. Petron. 58 Curabo longe tibi ſit *(nihil te iuuet)* comula iſta beſſalis, et dominus Dupondiarius, *i. dupondio vix dignus.* *Et* c. 74 Et ego homo Dipondiarius (*al.* depond. Burm. dup.) ſeſtertium centies accipere potui.

DIPSACOS, i. m. *Herba, quae* Folia habet lactucae, bullasque ſpinoſas in dorſi medio, caulem duûm cubitorum, iisdem ſpinis horridum, genicula eius binis foliis amplectantibus, concauo alarum ſinu, in quo ſubſiſtit ros ſalſus. In cacumine capitula ſunt echinata ſpinis. Naſcitur in aquoſis *etc.* Plin. 27, 9 f. 47.

DIPSAS, ădis. f. [διψάς] *Serpens, ſic dicta, quod ii, quos mordicus apprehenderit, ſiti inareſcunt vehementius, ad potumque efferueſcunt, ac inde inceſſanter haurientes diſſiliunt mox. Cael. 25 c. vlt. Et Dioſcor. 8, 119 ex Hermolai verſione,* Dipſadis *morſus comites ſunt tumor quidam ſolutus, ſitis contenta vehementer, nunquam explebilis, nunquam interquieſcens. Ob id ipſa,* dipſas, *ab aliquibus preſter, ab aliis cauſos vocata eſt.* Lucan. 9, 610 In mediis ſitiebant dipſades vndis. Ibid. 738 *huius veneni vim multis verſibus elegantiſſime deſcribit,* Signiferum iuuenem Tyrrheni ſanguinis Aulum Torta caput retro dipſas calcata momordit, *etc. Meminit* Plin. 23, 8. *et* 35, 5. *it.* Sil. 3, 312. ¶ 2 Dipſas *Nomen eſt lenae valde accommodatum, quam* Ouidius *inſectatur, quod puellam ſuam meretricia arte inſtrueret,* Amor. 1, 8, 2 Eſt quaedam (quicunque volet cognoſcere lenam, Audiat) eſt quaedam nomine Dipſas anus.

DIPSON, ontis. m. *Fluuius eſt Ciliciae, ex Tauro profluens, quaſi tu ſitientem dicas, forte quod non nunquam deficeret.* Lucan. 8, 255 Tauroque videt Dipſonta cadentem, *etc.*

DIPTĔRVS, a, um. Adi. *Duas quaſi alas habens; vt,* Aedes dipterae, *duplicem columnarum ordinem habentes* Vitruu. 3, 1.

DIPTOTA, orum. n. [δίπτωτα] *Dicuntur Nomina duos tantum caſus habentia. Vid. Gramm. e. g.* Iſid. 1, 6. Diomed. 1 p. 288.

DIPTYCHVS, a, um. Adi. [δίπτυχος] *Quod librarii mutarunt in* Dypticus *vel* Dyptichus, duplex *proprie ſignificat.* Πτὺξ *enim* πτυχὸς *plica eſt, vnde* duplex *dicitur. Eſt autem vel* tabellarum *vel* veſtium *epitheton. Priori modo fere ponitur Subſtantiue, neutro genere. Tamen* Vet. Schol. ad Hor. Epod. 12, 2 Tabellas *interpretatur* Epiſtolas diptychas. *Et* Schol. ad Iuuen. 9, 36 Blandis te epiſtolis et diptychis ſollicitet: (clypticis *primo editum, inde* dypticis, diptychis) Papias *ex ſcholiaſte et ipſe,* Diptychae (dipticae) dicuntur tabellae, quibus corruptores ſuum inſcribunt nomen. *Sunt igitur* duplices tabellae, bipatens pugillar, *vt alias* Poëtae. *Sunt etiam* Triplices, *de quibus ſ. l.* ¶ 2 *Speciali ſignificatione* Diptycha *erant binae tabellae eburneae, ita ſibi iunctae, vt inſtar libri aperirentur clauderenturque, habentes ſculptas pro ingenio ſaeculi imagines, quales ſub auſpicia magiſtratuum dono mittere amicis ſolebant. De his agit* l. 1 C. Theod. de expenſis ludorum, *vbi* Valent. Theodoſius et Arcadius, Illud, *inquiunt,* etiam conſtitutione ſolidamus, vt exceptis conſulibus ordinariis nulli prorſus alteri auream ſportulam, dyptica ex ebore dandi facultas ſit. *Quam quidem conſtitutionem non obſeruatam tempore* Symmachi, *ſatis docent ipſius epiſtolae* 2, 81. 5, 46. 7, 76. 9, 119. *Ponamus, quod breuis eſt, totam* 2, 81 Filius noſter Symmachus peracto munere Candidati offert tibi dona quaeſtoria, et caeteras neceſſitudines noſtras pari honore participat *(i. reliquos neceſſarios ſimili munere afficit)* Quaeſo igitur, vt eius nomine dyptica et apophoreta ſuſcipere dignemini, qui apparatui eius plura et praeclara tribuiſtis. Praeterea domino et principi noſtro, ad referendam largitati eius ſedulam magis quam parem gratiam, auro circumdatum dypticum miſi. Caeteros quoque amicos eburneis pugillaribus et caniſtellis argenteis honoraui. Tuae igitur poteſtati, tuo quoque arbitrio committo, vt opportune ſingulis quae miſſa ſunt offerantur. *De his* Claudian. de laudib. Stilich. 3, 346 *vbi in gratiam noui Conſulis*

— Virides pardos, et caetera colligit auſtri
Prodigia, immanesque ſimul Latonia dentes
Qui ſecti ferro in tabulas, auroque micantes,
Inſcripti rutilum caelato conſule nomen,
Per proceres et vulgus eunt.

Graeci δέλτον γραμματεῖον, δέλτα δίπτυχα, *appellant: habebant enim, vti iam diximus, pugillarium formam et vſum. Hi iidem videntur* faſti, *dati cum ſportula a nouo Conſule apud* Sidon. Apoll. 8, 6. ¶ 3 *Chriſtiani illa* Diptycha *in vſum Eccleſiarum tranſtulere, quibus commendarent ſanctorum, epiſcoporum, conciliorum memoriam. Eſt etiam* Prudentii *Poëtae Chriſtiani libellus, inſcriptus* Diptychon *ſ.* Enchiridion vtriusque teſtamenti, *epigrammata quaedam complexus in perſonas, res, hiſtorias ſacras. Sed non modo Cangius in gloſſar. I. Gothofredus ad C. Th. l. c. aliique per occaſiones, verum totis etiam libris de* Diptychorum *generibus et rationibus egerunt: v. g. Wilthemius in Diptycho Leodienſi, Saligius opere iuſto de Diptychis, I. Henr. Leichius de iisdem diſſertatione. Omnia autem exſpectabantur cum iſta ſcriberem ab eruditiſſimo Gorio, cui vni tantum iam debet erudita antiquitas, quantum haud ſcio an nemini.* ¶ 4 *Veſtis quoque nomen fuiſſe* δίπτυχον, *vt* Diplois, *et* duplex veſtis, *docet Ferrar. Anal. de re veſtiar.* c. 19. ¶ 5 *Ingenioſe* Ambroſ. Hexaëm. 5, 8 *de Cancro marino,* Explorat, ſi quod oſtreum remotis in locis ab omni vento ad ſolis radios diptychum illud ſuum aperiat, et reſeret clauſtra teſtarum. *Nempe* Diptychae *dici poſſunt conchae omnes biualuiae.*

DIPYROS, i. c. *et* DIPYRON, i. n. *bis ignem paſſus.* Dipyron Phaëtonta facere Martial. 4, 47. *dicit de artifice, qui illum* encauſto *pinxerat, alludens ad etymon* encauſti, *quod valet inuſtum.*

D I R

DIRADIO, āre. Columel. 5, 6, 36 Validam ergo vitem in ramos diducere cenſeo, et traducibus diſpergere atque diradiare, *in ramos ſ. capite ſ. ſtirpe diuergentes diſtribuere.*

DIRADIATIO, ōnis. f. *Apud* Vitruuium. . . .

DIRARO, āre. *Rarum aut Tenuem facere.* Cael. Aurel. Acut. 1, 11, 48. *et* 1, 15, 152.

DIRARATVS, a, um. Part. Cael. Aurel. 1, 15, 133.

DIRAE, arum. *Vid. infra* DIRVS.

DIRCE, es. f. [Δίρκη] *Vxor Lyci regis Thebarum, quam acceperit repudiata Antiopa Zethi et Amphionis matre. Hi ad vlciſcendam iniuriam matri factam, tauro indomito* Dircen *alligauerunt, eamque ſic extinxerunt, vt eſt apud* Propert. 3, 15, 37 Tu reddis pueris matrem, puerique trahendam Vinxerunt Dircen ſub trucis ora bouis. ¶ 2 Dirce *de forma contendens cum Pallade in piſcem mutata. Vid.* Ouid. Met. 4, 226. ¶ 3 *Eſt etiam nobilis fons prope Thebas Boeotiae, de quo* Ouid. Met. 2, 239. Stat. Theb. 1, 38 Caerula cum rubuit Lernaeo ſanguine Dirce. *Et* 152 Anguſtae ſqualentia iugera Dircae.

DIRCAEVS, a, um. Adi. *Thebanus, a* Dirce *n.* 3 *memorata,* Amphion Dircaeus Virg. Ecl. 2, 24. Cohors Lucan. 4, 550. Campus Stat. Theb. 6, 904. Cygnus Dircaeus *ab* Horatio *Pindarus nuncupatur* Carm. 4, 2, 25.

DIRCENNA, ae. f. *Fons eſt gelidiſſimus in Hiſpania Tarraconenſi, non procul a Bilbili.* Martial. 1, 50, 17 Auidam rigens Dircenna placabit ſitim.

DIRCĒTIS, is. f. *Lapithonia Nympha.* Stat. Theb. 7, 298.

DIRECTARIVS, DIRECTE, DIRECTIO, DIRECTVS. *Vid.* DIRIGO.

DIREMTIO, DIREMTVS, *vid.* DIRIMO.

DIREPO, ĕre. Direpit ad cubile ſetoſae ſuis Phaedr. 2, 4, 12. *Sed al. et melius forte*, Derepit.

DIREPTIO, DIREPTOR, DIREPTVS, *vid.* DIRIPIO.

DIRIBEO, ēre. *Diſtribuere.* Plin. 36, 15 En hic eſt ille terrarum victor, et totius domitor orbis, qui gentes et regna diribet, iura externis mittit. *De Populo Romano. Videtur ſedem habuiſſe hoc verbum in comitiis, et* diriberi *ſolitas euntibus ad ſuffragia tabellas, quibus ipſi inſcriberent vel inſcribi curarent nomen candidati, cui quisque faueret. Qui hoc facerent, dicti* Diribitores, *de quibus mox. Verbum ipſum habent libri quidam* Varro R. R. 3, 2, 1 Dum diribentur ſuffragia, vis potius villae publicae vtamur vmbra. *Sed probabilior ibi lectio* dirimentur. *Contra* 3, 5, 18 *dedimus cum Victorio*, Narrat, ad tabulam *(in qua puncta notantur, quae quisque tulit)* cum diriberent, quendam deprehenſum *etc. Ne hic quidem certum, an non* diriperent *vel* dirimerent *a Varrone ſit.* Cic. Fragm. Cornel. Eſt vtique ius vetandi — dum tabellae diribentur, dum ſitella defertur, dum aequantur ſortes, dum ſortitio fit, *i.* Aſconio *interprete*, cum id ſolum ſupereſt, vt populus ſententiam ferat. Idem Cic. in Piſon. c. 40 *pr.* An ego exſpectem dum de te quinque et ſeptuaginta tabellae diribeantur, *quod eſt ex emendatione A. Auguſtini, cum ante legeretur* diripiantur. Cic. ad Q. Frat. 3, 4 Cato diribitis tabellis de circulo ſe ſubduxit. *Sic Gruchius emendat ex* diruptis. *Sed probabilior eorum ſententia, qui* diremtis *vel* direptis *legunt. Quidquid eius ſit*, Diriberi *ſolitas putamus tabellas ſuffragium laturis;* dirimi *vel* diripi *ſuffragia, cum diſcernuntur a cuſtodibus ciſtularum, dinumeranturque, vt pronuntiari poſſit, quis electus ſit. Vid. quae ad vtrumque Varronis locum diſputauimus. Aliter* Plin. 36. 15 ſ. 24 Ille terrarum victor — qui gentes et regna diribet. *De Populo Romano.*

DIRIBITORIVM, i. n. *Quod* Δειριβιτώριον *ſcribit Dio lib.* 55 p. 553, *eodem teſte fuit aedificium omnium ampliſſimum eorum, quae ſub vno culmine fuere, cuius tectum ideo reſtitui non potuit Dionis aetate, quod committi non amplius poſſet: ab Auguſto dedicatum. Videtur ſucceſſiſſe in locum* villae publicae *de qua* Varro R. R. 3, 2 *pr. et adhibitum ad hoc, vt commodius in vmbra peragi quaedam a magna multitudine poſſent, forte etiam pro ipſis ſeptis comitiorum.* Sueton. Claud. c. 18 Quum Aemiliana pertinacius arderent, in diribitorio duabus noctibus manſit. *Magnitudinis indicium eſt apud* Plin. 16, 11 ſ. 76, 2 *de laricibus*, Fuit memoria noſtra et in porticibus ſeptorum a M. Agrippa relicta, aeque miraculi cauſa, quae diribitorio ſuperfuerat, XX pedibus breuior *(praecedunt* CXX) ſeſquipedali craſſitudine. *Locus erat Romae, a M. Marcello aedificatus, in quo recenſebatur exercitus, et ſtipendia militiae numerabantur, a* Diribendo, *i. diſtribuendo: et* diribitores, *diſtributores. Haec* Cael. 7, 6. *Add.* Suet. Claud. 18 *ibique Torrent. inprimis Dion. Caſſ.* l. 55 p. 553. Diribitorium, *Locus in quo obſeruantur miniſtri, inquit Caelius ibidem.*

DIRIBĬTOR, ōris. m. [διάκονος] *Miniſter, diſtributor.* Apul. de Aſin. 2 p. 123 Diribitores pluſculi ſplendide amicti, fercula copioſa ſcitule ſubminiſtrata. ¶ 2 *Alii ſunt, de quibus* Cic. poſt redit. in Senat. 27 c. 11 Quando illa dignitate rogatores, diribitores, cuſtodesque vidiſtis? *Hi, vt videtur, comitiis centuriatis tabellas populo per centurias miniſtrabant. Horum munus turbauit Clodius, vt narrat* Cic. Att. 1, 14 Operae Clodianae pontes occuparant: tabellae miniſtrabantur, vt nulla daretur VTI ROGAS. Diſtributores *vocat* Cic. in Piſon. 36 c. 15 *vbi etiam legit Ald. et Camer.* Diribitores.

DIRIBITIO, ōnis. f. *Ille diribitorum actus, cum tabellas diribent in ſuffragium euntibus.* Cic. pro Planc. 14 c. 6 Nihil iam eſt, quod populo ſupplicetur, nihil quod diribitio, nihil quod ſupplicatio magiſtratuum, renuntiatio ſuffragiorum exſpectetur, *etc. Sic vulgo profertur; ſed Gruterus ait veteres editiones, et MSS. omnes habere* Direptio. *Contra Graeu. alterum tuetur.*

DIRĬGEO, ui, ēre. [πήγνυμαι] *Prae frigore aut timore, aut alio caſu mouendi ſe viribus deſtitui.* Virg. Aen. 8, 475 Diriguit viſu in medio, calor oſſa reliquit. *i.* Dum me cernit, obſtupuit, *inquit* Seruius. Hirſutae diriguere comae Ouid. Faſt. 3, 332. *h. e. Riguerunt, ſiue Erectae ſunt.* Virg. Aen. 3, 259 At ſociis ſubita gelidus formidine ſanguis Diriguit.

DIRĬGO, exi, ectum, ĕre. [ἰυθύνω, διευθύνω, ὀρθόω, συντείνω] *Regere in omnes partes, rectum facere.* Plin. in Paneg. c. 45 Nam vita principis cenſura eſt, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur: nec tam imperio nobis opus eſt, quam exemplo. Ad ſimilitudinem alterius aliquid dirigere Cic. de Orat. 1, 9. Idem in Orat. 9 Ipſius in mente inſidebat ſpecies pulchritudinis eximia quaedam, quam intuens, in eaque defixus, ad illius ſimilitudinem, artem et manum dirigebat. Quinctil. 10, 1, 127 Et Ad ea ſe quisque dirigebat effingenda, quae poterat. Acies dirigere, *pro Ordinare* Virgil. Aen. 7, 281. Hirt. B. Afric. 13 Interim Caeſar aciem dirigit ſimplicem propter paucitatem, ſagittarios ante aciem conſtituit. Acies diriguntur pari vtrinque ſpe Tacit. Ann. 2, 45. Aciem oculorum ad aliquem dirigere, *vid.* ACIES. Claud. Epiſt. ad Olybr. 1 Quid rear, Afflatus quod non mihi dirigis vllos. Arcu dirigere tela Hor. Carm. 4, 9, 18. Artes dirigere ad voluptatem Cic. de Fin. 2, . . *Sic* dirigere ſolertiam ad caeli cuiusque mores Plin. 17, 2. Caſtella Flor. 4, 12, 26. *i. ordine et in linea eadem.* Cogitationes ſuas ad rem aliquam Cic. Acad. 4, 65 c. 20. Varro de R. R. 1, 40 Eius autem ramuli, quem inſeret, Cacumen vt directum ſit ad caelum, curat. Coniectura ad veritatem ſaepiſſime dirigit Cic. de Diuin. 1, 25. Corium dirigere *in architectura eſt materiam, arenatum v. g. aequabiliter inducere, vt* Vitruu. 7, 3. *ſic* Directio *et* Directura. Cic. pro Sext. 98 c. 45 Quid eſt igitur propoſitum his Reipub. gubernatoribus, quod intueri, et quo Curſum ſuum dirigere debeant? Curſum huc dirigere Virg. Aen. 5, 194. Eam direxit a media linea ad laeuam Cic. de Vniuerſ. 42. Quinctil. 2, 13 Quid ſi enim percipias Imperatori, quoties aciem inſtruet, dirigat Frontem, cornua vtrinque promoueat, equites pro cornibus locet? Virg. Aen. 1, 401 Perge modo, et qua te ducit via, dirige Greſſum. Haſtam in aliquem dirigere Ouid. Met. 8, 66. Haſtile certo ictu dirigere Virg. Aen. 12, 490. Iaculum dirigere totis viribus Sen. Hippol. 6. Intentionem tota mente in opus Quinctil. 10, 3, 28. Iter dirigere Tibull. . . . Iter dirigere ad locum aliquem Cic. Fam. 10, 11. *Sic* dirigere curſum ad litora Caeſ. B. C. 3, 25. Iter nauis dirigere Ouid. Faſt. 1, 4. Iudicium ad aliquid dirigere Quinctil. 6, 5. Iudicium ſuum aliquo dirigere Cic. in Orat. 237. Idem Brut. 16 Idem Cicero ſi deflexerit aduerſus alios iudicium ſuum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio, *etc.* In manum dirigere Sen. de Benef. 2, 16. Leges hominum ad naturam diriguntur Cic. de Legib. 2, 13. Literas ad aliquem dirigere Modeſtinus. . . . Materias diuiſione, *vid. mox* n. 2. Vitam ad certam rationis Normam dirigens Cic. pro Muraen. c. 2. Norma aliquorum quaedam dirigere Idem de Orat. 3, 188. Opus vatis dirigere Ouid. Faſt. 6, . . Cic. Off. 3, 89 Sed tamen ad extremum vtilitate, vt putat, officium dirigit, magis quam humanitate, *i. Magis ad vtilitatem, quam ad humanitatem refert.* Ad Opinionem aliquam dirigere puerum Anton. ſub Cic. Att. 14, 13. Oratio omnis dirigenda eſt, ad animi bona vel mala Idem Topic. 89. *Et* de Senect. 59 Quum autem admiraretur Lyſander et proceritates arborum, et directos in quincuncem Ordines, et humum ſubactam atque puram, *etc.* Puppim dirigit Lucan. 3, 592. Regiones lituo direxit Romulus Cic. de Diuin. 1, 30. Se in adſpectum Apul. Met. 2 p. 122. Qui directarii appellantur, hoc eſt, hi, qui in aliena coenacula ſe dirigunt furandi animo Vlp. l. Saccularii 7 D. de extraord. crim. *Hoc vocabulum reſtituendum* Vopiſco Prob. c. 19 *vbi vid. Salmaſ.* . Plin. 37, 8 Eius enim tota Similitudo ad ſuccum porri dirigitur. Spicula dirigere dextra Ouid. Met. 12, 606. Vela in medio freto dirigere Idem Faſt. 1, 469. Viſus dirigere ad aliquem Claud. in Eutrop. 2, 134. Cic. de Fin. 2, 71 c. 22 Non igitur poteſtis Voluptate omnia dirigentes, aut tueri, aut retinere virtutem. Virg. Aen. 10, 139 Te quoque magnanimae viderunt Iſmare gentes Vulnera dirigere. *Vbi* Seruius: Aut vulnus pro ſagitta poſuit: vt Aen. 2, . . — inſequitur infeſto vulnere Pyrrhus: aut acerrime expreſſit ineuitabiles ſagittas, dicens eum Vulnera, non tela dirigere. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 2, 92. Vtilitas dirigenda eſt honeſtate Cic. Off. 3, 83 c. 21. ¶ 2 Dirigere *ſequioribus eſt mittere.* Ad quem indumenta regia direxerat Aur. Victoris Epit. in Claudio Goth. Alicui dirigere aliquid Sidon. Epiſt. 7, 9 *pr.* *Add. Goeſii Ind.* Scriptt. rei Agrar. ¶ 3 Dirigere apud Plautum inuenitur, pro Diſcedere (*melius* Diſcidere, vel Diſcindere) *vt obſeruat* Feſtus, *illud* Curc. 3, 5, 4 *reſpiciens, vt ibi vult Scaliger*, Clipeatus Elephantum vbi Machaera dirigit; *al.* Difficit. Idem *Scaliger in Catal.* p. 270 *huc refert* Eleg. in Obit. Maecen. 109 Viſcera directi mutauerat arietis agno Aeëtis ſucis (*i.* ſuccis) omniperita ſuis: *ſic legi ait in membranis. Et ſic ait legendum etiam in loco* Nigidii *ap.* Gell. 7, 9 *vbi ſic editur*, Serpens ſi memordit, gallina deligitur, et opponitur. Dirigitur, *inquam, legi vult et explicari, diſcinditur. Sic denique apud* Nonium 4, 148 *vbi Plauti locus modo laudatus legitur* diligit, *additurque ex* Titinio, Pernam totam diligit. *Probantur haec etiam Salmaſio in Solin.* p. 838, b G, *qui addit* dirigere *eſſe* διχοτομεῖν *et inde* Directarios *dictos, qui* dirigant, *i. effringant ianuas. Minime vero huc retulerim equidem* Quinctil. 2, 6, 1 *vbi magiſtri dicuntur*, Materias, quas diſcipulis ad dicendum dabant, diuiſione dirigere, *quod hodie vocamus* diſponere *etc.*

DIRĬGENS, entis. Partic. [διευθύνων] Cic. de Fin. 2, 71 c. 22. Idem pro Muraen. c. 2.

DIRECTVS, a, um. Partic. [διευθυνθεὶς] Cato c. 18 Arbores ad ſtipitem primum directos pedes ſedecim. Cic. de N. D. 2, 144 *de auditu loquens*, Flexuoſum iter habet, ne quid intrare poſſit, ſi ſimplex et directum pateret. Idem pro Caecin. 28 Eius autem fundi extremam partem oleae directo ordine definiunt. Contigui magis directioresque ictus fiant Gell. 9, 1. Acies directa Virg. Georg. 2, 281. *Vid.* ACIES. Vell. 2, 47, 1. *Conf. Burm. ad* Quinctil. 5, 13 p. 462. Directum inteſtinum Scribon. 142. *i. rectum.* Iudicium directum, *quod vulgo Principale vocamus: quo ſcilicet recta agitur, et principaliter* Vlp. in l. 3 §. ibidem D. ad exhib. Iugum Caeſ. B. C. 2, 28. Stat. Silu. 2, 2, 84 Quae tibi Parthenopen directo Limite ponti Ingerit. Praeruptus Locus erat ex vtraque parte directus Caeſ. B. C. 1, 45. Loci in vitia directi Quinctil. 2, 1. Membrana directa plumbo Catul. ad Varum 8. Oratio directa, *Quae ambagibus caret.* Liu. 21, . . Haec directa percontatio ac denuntiatio belli magis ex dignitate populi Romani viſa eſt. Directus *pro ſeuero, rigido.* Vera illa ac directa ratio Cic. pro Cael. c. 18 *pr. i. diſciplina adſtrictior.* Triſtis ac directus ſenex Id. ib. c. 16. Paſſu inuicem directo contendere Tibul. 4, 1, 93. *Contraria.* Quinctil. 2, 13 Ad iudicem omni Sermone directo, an aliquando auerſo per aliquam figuram dicendum ſit. Lucret. 4, 613 At ſimulacra Viis directis omnia tendunt. Cic. de N. D. 2, 137 Succus is, quo alimur, permanat ad iecur per quasdam a medio inteſtino vsque ad portas iecoris (ſic enim appellant) ductas et directas Vias, quae pertinent ad iecur, eique adhaerent. *Subſtant.* Idem in Partit. 130 Aequitatis autem vis eſt duplex, cuius altera directi, et veri et iuſti, et (vt dicitur) aequi et boni ratione defenditur.

DIRECTE, *ſiue* **DIRECTO**. Adu. [ἐπευθὺ, ἐπ᾽ εὐθείας] Cic. in Partit. 46 c. 13 Alterum ad fidem directo ſpectat. Ibid. 24 c. 7 Vt quum ſemel dictum ſit directe. Idem Acad. 4, 66 c. 20 Eoque directius gubernant quod eam teneant? *Add.* de Diuinat. 2 c. 61. Cic. de N. D. 1, 69 Ait atomum, quum pondere et grauitate directo deorſum Feratur, declinare paullulum. Directo aliquid optare, *pro Simpliciter, opponitur* Sub conditione. Sen. Epiſt. 67 Illa bona directo optamus nobis: haec, ſi neceſſe erit. Directo arma petere Liu. 1, 11. Vlp. in l. idem eſt D. de militar. teſtam. Sed perinde habendum eſſe, ac ſi eidem ſeruo libertas ſimul et hereditas directo data eſſet.

DIRECTIM. *Aliud* Adu. Directim et reflexim inferre concluſionem Apul. 3 Doctr. Plat. p. 34. Lapis directim caeſus Id. Flor. p. 365. Macrob. Saturn. 7, 14 Id oculorum domeſticum profluuium, ſi repererit in circumfuſo nobis aëre lucem, per eam directim pergit, quamdiu corpus offendat.

DIRECTIO, ōnis. f. [διεύθυνσις] *Vt*, Directio ad veritatem Quinctil. 3, 7. *in fine.* Rationis directio ad veritatem Idem 3, 6, 30. ¶ 2 *In re architectonica ponitur pro aequabili inductione corii ex arenato, marmorato, etc. v. g.* Vitruu. 7, 3 Deformentur directiones arenati. *Et* c. 1 Coagmentorum compoſitio planam habeat inter ſe directionem, *i. ſuperficiem, in qua nihil emineat, nihil profundius ſit, etc. Sic* Directura.

DIRECTARII, appellantur Ii, qui in aliena coenacula ſe dirigunt furandi animo; plus quam fures puniendi ſunt Vlp. l. Saccularii D. de

D. de extraord. crimin. *Conſ. modo dicta in* DIRIGO n. 2. *it.* DIAETARII fures. *Conſ. Cuiac. Obſſ.* 16, 27 *et* 34.

DIRECTVRA, ae. f. Vitr. 7, 3 Ex arenato directura, *vt* Directio n. 2. Auct. rei Agrar. p. 244.

DIRECTIANGVLVS, a, um. Adi. Mart. Capella l. 6.

DIRECTILINEVS, a, um. Adi. Mart. Capella l. 6 p. 229.

DIRĬMO, ēmi, emtum, ĕre. [διαλαμβάνω, διείργω] *Ex* Di *vel* Dis, *et* Emo emis *compoſitum ; ſignificat Separare ſiue Diuidere, eaque ipſa ratione irritum facere, interimere.* Plaut. Amph. 1, 1, 99 Sed praelium id tandem diremit nox interuentu ſuo. Praelium dirimere Caeſ. B. C. 1. . . Hirt. B. Alex. c. 46. Cic. de N. D. 3, 29 Corpus autem immortale nullum eſſe, ne indiuiduum quidem, nec quod dirimi diſtrahiue non poſſit. Plin. Ep. 4, 9, 9 Actionem meam, vt praelia ſolet, nox diremit. *i. Interrupit, et in alium diem reiecit eius exitum.* Affinitatem Claudius diremit Tacit. Ann. 13, 23. Lucan. 1, 104 Sic vbi faeua Arma ducum dirimens miſerando funere Craſſus. Auſpicia dirimi *dicuntur, quum Rata eſſe nequeunt, h. e. Irrita fiunt, diſſoluuntur, diſcutiuntur, diſturbantur.* Plin. 8, 82 Nam ſoricum occentu dirimi auſpicia, annales refertos habemus. *Vid. mox* Rem ſuſceptam dirimi. Bellum ſanguine dirimi Virg. Aen. 12, 79. Ouid. Met. 5, 314 Cedemus ſiluis, dirimant Certamina Nymphae. Caritatem dirimere, *et* Dirimere veterem coniunctionem cum aliquo Cic. de Amicit. 27. Idem Fam. 3, 10 Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias ſuſcepiſſet, veterem Coniunctionem dirimiſſem, quam nouam conciliaſſem. Colloquium dirimere Caeſ. B. G. 1, 46. . . Cic. Off. 3, 23 Hoc enim ſpectant leges, hoc volunt, incolumem eſſe ciuium Coniunctionem: quam qui dirimunt, eos, morte, exilio, vinculis, damno coërcent. Connubium dirimere Liu. 4, . . . Salluſt. in Catil. c. 18 *extr*, Quia nondum frequentes armati conuenerant, ea res Conſilium diremit. Controuerſiam dirimere; *eſt Diiudicare, ſeu Finem imponere controuerſiae* Ouid. Faſt. 6, 98. Cic. Off. 3, 119 c. vlt. Quo magis reprehendendos Calliphonem et Dinomachum iudicio, qui ſe diremturos controuerſiam putauerunt, ſi cum honeſtate voluptatem, tanquam cum homine pecudem, copulauiſſent. *i. Ad concordiam inter ſe contendentes philoſophos adducturos.* Controuerſia dirimit omnia Idem de Legib. 2, 54. Iras et Altercationes dirimere Liu. 1, 13. Litem dirimere Ouid. Met. 1, 21. Cic. Q. Frat. 2, 13 Actum eſt eo die nihil, nox diremit. *Conf.* Hirt. B. Alex. c. 46. Cic. pro Caelio 34 Ideone ego Pacem Pyrrhi diremi, vt tu amorum turpiſſimorum quotidie federa ferires? Praelia voce diremit Virg. Aen. 5, 467. Res dirimenda alicuius arbitrio Ouid. Faſt. 6, 98. Rem ſuſceptam dirimere, *pro Interpellare, obturbare, diſſoluere.* Cic. de Legib. 2, 1 Quid enim maius eſt, ſi de iure quaerimus, quam poſſe a ſummis imperiis, et ſummis poteſtatibus comitatus, et concilia vel inſtituta dimittere, vel habita reſcindere? quid grauius quam Rem ſuſceptam dirimi, ſi vnus Augur ALIVM dixerit? *Vid.* Auſpicia dirimere, *et* Tempus. Rixam dirimere Plaut. Amph. 1, 1, 99. Plin. Epiſt. 8, 14, 19 Quid lex? non aperte docet dirimi debere Sententias occidentis et relegantis, quum ita diſceſſionem fieri iubet? Simultates dirimere Liu. 8, . . Cic. Off. 3, . . Hi dirimunt communem humani generis Societatem. *h. e. Diſſoluunt, diſſociant.* Idem 2 de Philipp. 24 Vtinam Cn. Pompeii cum C. Caeſare Societatem aut nunquam coiſſes, aut nunquam diremiſſes. *Et* pro Sulla 6 Non enim iam ſe vllo officio cum illo coniunctum arbitrabatur, quum ille tanto ſcelere commiſſo, omnium officiorum Societatem diremiſſet. Dirimere ſuffragia *videtur eſſe idem, quod diſcernere confuſa in vnam ſitulam ac dinumerare, vt appareat, quis plura tulerit.* Lucan. 5, 393 *de ficticiis Caeſaris Comitiis,* Fingit ſollemnia campus, Et non admiſſae dirimit ſuffragia plebis, Decantatque tribus, et vana verſat in vrna, *etc.* Varr. de R. R. 3, 2 *in ipſo initio*, Vis, inquit, dum dirimentur Suffragia, potius villae publicae vtamur vmbra, quam priuati candidati tabella? *i. Dum ex ſummis ſuffragiorum collectis, conſtituetur, quis plurima puncta tulerit. In vetuſtioribus tamen codicibus legitur* Diribentur. *Vid.* DIRIBEO. Tempus dirimere, *et* Proferre diem, *cognata ſunt verba.* Cic. de Diuin. 1, 85 c. 39 Quid enim habet aruſpex, cur pulmo inciſus etiam in bonis extis dirimat tempus, et proferat diem? *i. In alium diem id quod agendum inſtabat, reiiciat. Vid. p. a.* Dirimere Auſpicia. *it.* DIFFINDO. Quae tam longo interuallo natura videtur diremiſſe Curt. 7, 7, 14. Dirimuntur oppida vnius diei itinere: *i. Diſtant inter ſe vnius diei itinere, ſiue abſunt inter ſe* Plin. Epiſt. 6, . . .

DIREMTVS, a, um. Partic. [διαληλημμένος] Lucret. 1, 115 *de Anima quaerit*, An ſimul intereat nobiſcum morte diremta. Plin. in Paneg. 32, 1 Qui diremtam mari gentem vt partem aliquam populi plebiſque Romanae aleret ac tueretur. *i. Separatam, et disiunctam.* Liu. 25, . . Vna profecti ambo duces, exercituſque, Celtiberis praegredientibus, ad vrbem Anitorgin in conſpectu hoſtium, dirimente amne, ponunt caſtra.

DIREMTVS, ûs. m. [διάληψις] *Separatio.* Cic. Tuſc. 1, 71 c. 29 Eſt enim interitus quaſi diſceſſus et ſecretio ac diremtus earum partium, quae ante interitum iunctione aliqua tenebantur. *Legitur et* Direptus.

DIREMTIO, ōnis. f. [παραίτησις] Celerius eſt ſine reprehenſione propinquum auertere, quam amicum: quia altera diremtio iniquitatis, altera vtique leuitatis crimini ſubiecta eſt Val. Max. 4, 7 *pr.* Cic. pro Planc. 14 Nihil iam eſt quod populo ſupplicetur, nihil quod diremtio, nihil quod ſupplicatio magiſtratuum, renuntiatio ſuffragiorum exſpectetur. *Sed al.* Diribitio *v. v. ſub* DIRIBEO: *al.* Direptio.

DIRĬPIO, ui, eptum, ĕre. [διαρπάζω, ἄγω καὶ φέρω, κεραΐζω] *In diuerſas partes rapere, vt fit in vrbium expugnatione.* Gellius 3, 10 Nam quum oppidum Tholoſanum in Italia Q. Cepio Conſul diripuiſſet, multumque auri in eius oppidi templis fuiſſet. Cic. Fam. 16, 12 Domos noſtras et patriam ipſam, vel diripiendam vel inflammandam reliquimus. *Sic* Diripere vrbes, diripere bona, diripere praedam Caeſ. B. C. 3, 31. Serg. Galba diripuerat Luſitanos Nep. 24, 3, 4. Cic. Philipp. 11, 4 Alteri ſe Brutus obiecit, impetumque furentis, atque omnia Diuexare, et diripere cupientis vitae ſuae periculo colligauit, a progreſſu arcuit, a reditu refrenauit. Idem pro Lege Manil. 57 Quum caeteri ad Expilandos ſocios, diripiendaſque prouincias, quos voluerunt, legatos eduxerint. *Et* Att. 5, 20 Ibi dies quinque morati, Direpto et vaſtato Amano, diſceſſimus. Pentheum diripuiſſe aiunt Bacchas Plaut. Merc. 2, 4, 1. *i. diſcerpſiſſe.* Ad te diripiendum Id. Poen. 3, 3, 32. Aras diripere, Deiicere, diſſipare Virg. Aen. 12, 283. Seruius. Longusque a fontibus Amnis Diripitur Stat. Theb. 4, 816. Dapes diripere Virg. Aen. 3, 227. Donum diripere Cic. poſt red. in Senat. 17 c. 7. Enſem vagina diripere ex Ouid. Met. 13, 386. *aſſertur. Sed* arripit *ibi Burm. ſine mentione alterius lectionis.* Ouid. Faſt. 5, 310 Hippolyte infelix velles coluiſſe Dionen, Quum conſternatis diriperēris Equis. Fretum venti *dicuntur* diripere. Stat. Theb. 5, 366. *i. diſtrahere.* Ouid. Triſt. 3, 10, 58 Diffugiunt alii, nulliſque tuentibus agros Incuſtoditae diripiuntur Opes. Patriam diripiendam et inflammandam relinquimus Cic. Att. 8, 2. Id. de Orat. 3, 3 Tanquam ab aliquo nefario praedone diriperetur Patrimonium dignitatis. *Et* ad Q. Fr. 1, 2 Direptum te iri a tuis, dum is abeſſet, *i. ſpoliatum.* Tunicam diripui Ouid. Amor. 1, 5, 13. *Melius* Deripui Burm. *Vid.* DERIPIO. Victoriam diripere, *pro Eripere* Valer. Max. 3, 2 *extr.* 4. Veſtem a pectore diripere Ouid. Met. 9, 635. *Etiam hic* Deripere *recte Burm. Sic* Cic. de Prouinc. Conſul. 13 c. 6 Hos de prouinciis ſi non aliquando deducendi eſſent, Diripiendos non putaretis? *recte* Gron. Deripiendi. *Et* pro Sulla 2 Sed vt ille Iudices, quantum de mea auctoritate diripuiſſet, tantum ſe de huius praeſidiis diminuturum ſperauit. *Rectius* deripuiſſet *hic etiam Gron. Eſt et* Diripere, *Cupide emere.* Vetus auctor vitae Perſii, *quem docti* Suetonium *putant:* Editum librum continuo mirari homines et diripere coeperunt. *Nempe ſic* Diſtrahi *quoque* res *dicuntur, tum ab vno venditore ad plures emtores nouoſque adeo poſſeſſores veniunt. Quae cupide* diſtrahuntur *ac celeriter, quidni dicantur* Diripi?

DIREPTVS, a, um. Partic. [διηρπασμένος] Cic. de Fin. 1, 43 c. 13 Omnium falſarum opinionum temeritate direpta. Derepta Gron. Domus direpta Virg. Aen. 2, 563. Membra manibus nefandis Ouid. Met. 3, 540. Moenia Lucan. 6, 35. Opes Claud. in Eutrop. 1, 168. Pellis Ouid. Met. 3, 52. Res ex tota Aſia direptas in ſuum regnum congerere Cic. pro L. Man. c. 9.

DIREPTVS, ûs. m. *Cicero pro Deſtructione ac ſolutione coniunctorum poſuit*, Tuſc. 1, 71 c. 29 Eſt interitus quaſi diſceſſus, et ſecretio ac direptus earum partium, quae ante interitum vinctione aliqua tenebantur. Spartian. Seueri vitâ c. 19 Res Romana praedonibus direptui fuit.

DIREPTIO, ōnis. f. [διαρπαγή] Cic. Off. 2, 79 Tanta ſublatis legibus et iudiciis expilatio, direptioque ſociorum, vt imbecillitate, *etc. Sic* in Catil. 1, 18 Direptio et vexatio ſociorum. Cic. Fam. 4, 13 Verſorque in eorum naufragiis et Bonorum direptionibus. Direptioni et incendiis relicta vrbs Cic. Fam. 4, 1.

DIREPTOR, ōris. m. [διαρπακτήρ] Cic. Philipp. 3, 27 O praeclarum cuſtodem ouium (vt aiunt) lupum, cuſtosne vrbis, an direptor et vexator eſſet Antonius? Idem in Catil. 2, 20 c. 9 Quos ego vtroſque Quirites, in eodem genere Praedatorum, direptorumque pono. *Add.* Tac. H. 3, 33, 3.

DIRIS, Mons eſt Mauritaniae, quem propter altitudinem, Caeli columnam vocauerunt. *Meminit* Plin. 5, 1 *vbi* Dyris *ſcribitur per y Graecum.*

DIRIVO, āre. Semen ex dextris et laeuis partibus diriuari Cenſorin. c. 5. Alicuius intentionem diriuare in alium ſermonem Apul. Met. 1 p. 110, 7. *Heumann. ad* Carol. M. de cultu Imag. p. 465 *monet, ne quid mutetur in illo*, Amnis quadrifluus ab vno ineffabili Paradiſi fonte progreſſus, et in quatuor amnes inſigniter diriuatus.

DIRVMPO, ūpi, uptum, ĕre. [διαῤῥήγνυμι] *Frangere, ſcindere.* Plaut. Curcul. 2, 1, 7 Geminos in ventre videor habere filios: nihil metuo, niſi medius dirumpar miſer. Dirumpere ludum, *Impedire ne perficiatur* Plaut. Poen. 1, 1, 7. Dirumpi *ad dolorem ex inuidia, vel ex nimia contentione refertur.* Cic. Fam. 12, 2 Itaque iam non ſtudioſus ludorum, infinitoque fratris tui Plauſu dirumpitur. Idem Fam. 7, 1 Dirupi me paene in iudicio Galli Caninii familiaris tui. *Sic* Apul. Apol. p. 281, 38 De quo pro rei atrocitate paene diruptus eſt Pudens, clamitans, *etc.* Societatem Dirumpere, (*al.* Disrumpere) Cic. Off. 3, 21 c. 5. *Et apud Eund. de* Amicit. 87 c. 22 Dirumpere amicitias. Cic. Q. Frat. 3, 4 Is diruptis Tabellis de circulo ſe ſubduxit. *Sed locus dubius:* direptis *alii, alii* diremtis, diribitis *alii legunt.* Dirumpi dolore Idem Att. 7, 12. Ter. Adel. 3, 3, 14 Collaudauit filium: mihi qui dediſſem conſilium, egit gratias. D. Dirumpor. Cic. Att. 4, 86.

DIRVPTVS, a, um. Partic. [διαῤῥηγμένος] Cic. Philipp. 13, 26 c. 12 Fraudator creditorum Trebellius, et homo diruptus, dirutusque Quintus Caelius. *i. Tum hernioſus, tum diſſipato patrimonio expeculatus, atque omni aere exhauſtus. Luſit enim* Cicero *per paronomaſiam* Dirupti, *i. Hernioſi, et diruti.* Diruptae rupes, *pro Abruptis.* Liu. 28, . . Pars maxima inermes per inuia et rupes diruptas praecipitantes fugerunt. *Sic* Ammian. 29, 5 p. 624 *Gron.* Montes diruptis rupibus inacceſſi. ¶ 2 *Metaph.* Implacabilis et diruptus Id. 27, 11. *v. h. l. Gronou. et pater Gron. Obſ.* 1, 6.

DIRVPTIO, ōnis. f. *Vt*, Corporum diruptio Sen. Nat. Quaeſt. 2, 15.

DIRVNCIO, āre. Feſtus, Diruncіunt, depurgant. *Aut eſt Verbum agriculturae antiquum, a* Runca *deductum, quod inſtrumentum aiunt excidendis dumetis idoneum, vnde etiam verbum* Runcare: *aut legendum* Deruncinat, *v. v.*

DIRVO, ui, ŭtum, ĕre. [καθαιρέω, καταβάλλω, ἐρείπω, κατασκάπτω] *Disiicere ſignificat et Euertere atque Deſtruere.* Ter. Adel. 5, 7, 10 Hanc in horto maceriem iube dirui. Liu. 1, 29 Iam fragor tectorum, quae diruebantur, vltimis vrbis partibus audiebatur. Plin. 34, 3 Diruere Corinthum. Cic. pro Domo ſua 137 Euerſo atque eiecto Senatu dirueris, aedificaris, *etc.* Silu. 5, . . Corithi nunc diruat Arcem. Fores diruere Propert. 4, 10, 14. Ouid. Met. 12, 551 Et immeritas vrbes, Elinque, Pylumque Diruit.

DIRŪTVS, a, um. Partic. *Vt*, Diruta Arbuſta Virg. Aen. 10, 363. Muri Nep. 9, 4, 5. Cic. Q. Frat. 1, 1 c. 8 Multas abs te eſſe liberatas vrbes, complures dirutas ac paene deſertas. Regna diruta Propert. 2, 18, 54. Dirutum aere militem dicebant antiqui, cui ſtipendium ignominiae cauſa non erat datum: quod aes diruebatur in fiſcum, non in militis ſacculum. Feſtus. *Conf.* Varr. *ap.* Non. 12, 53. Plin. 34, 1 *pr. Harduini.* Cic. Verr. 5, 35 c. 13 *de quibus dictum in voce* AES.

DIRVTOR, ōris. m. Hieron.

DIRVS, a, um. Adi. [ἐπάρατος, παλαμναῖος, δεινὸς Gl.] Dei ira natus, *inquit* Feſtus. *Sunt qui a* deo dirum *deductum exiſtimant, hoc eſt, crudele, infeſtum, et quaſi deorum ira immiſſum.* Seruius *ad* Aen. 3, 235 Sabini et Vmbri, quae nos mala, dira appellant. Virg. Georg. 3, 469 Prius quam Dira per incautum ſerpant contagia vulgus. Cic. de Legib. 2, 21 c. 8 Quaeque augur iniuſta, nefaſta, vitioſa, dira, defixerit, irrita infeſtaque (infecta *al.*) ſunto. Idem de Diuin.

1, 29 c. 16 *cum egiſſet de* dirarum obnuntiatione, *quam Craſſus neglexit,* Etenim Dira, vt caetera auſpicia, vt omina et ſigna, non cauſas afferunt, cur quid eueniat, ſed nuntiant euentura, niſi prouideris. *Dauiſius* dirae *poſt Turn.* 5, 20. *Si* dira *retinere placeat, intelligentur vel* Carmina, *vel* auſpicia, *vel tale quid. Vt* auſpicantes *precantur boni ſucceſſus bona ſigna, ita qui diris alterum deuouent, precantur mali euentus ſigna triſtia, quae deinde obnuntiat.* ¶ 2 *Omnium optime vis nominis apparebit ex iis, quibus adiungitur.* Aconita dira, *vid.* ACONITVM. Amores executere diros Ouid. Met. 10, 526. *De* Auſpiciis Cic. de Diuin. 1, 28 c. 16 Itaque ſiniſtra dum non exquirimus, in dira et in vitioſa incurrimus. Caedes dira Ouid. Met. 15, 802. Caput dirum Sen. Octau. f. 5. Carmina dum capiti male fido dira canuntur Ouid. Ib. 85. Cometae diri Virg. Georg. 1, 488. Contagia dira Idem Georg. 3, 469. Ouid. Met. 9, 179 Diris Cruciatibus aegram, Inuiſamque animam, natamque laboribus, aufer. Cupido dira Virg. Aen. 6, 373. Deprecationes dirae Plin. 28, 2. Deteſtatio dira nulla expiatur victima Hor. Epod. 5, 90. *Vid. mox* DIRAE *ſeparatim.* Dextra dira Stat. Theb. 5, . . Exſecratio Liu. 26, 8. Exta dira Cic. de Diu. 2 c. 15. Facies dira viro Ouid. Faſt. 1, 553. *Conf.* Virg. Aen. 2, 622. Facti diri manus conſcia Id. Met. 8, 530. Fames dira Virg. Aen. 3, 256. Fata dira Sen. Hippol. 12. Forma dira Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 82. Virg. Aen. 11, 56 Nec ſoſpite dirum Optabis nato Funus pater. Funeribus diris iras deorum contrahere Liu. 10, . . *de Decio.* Furor dirus Sen. Hippol. f. 4. Virg. Aen. 3, 235 Et dira bellum cum Gente gerendum. Grando dira Hor. Carm. 1, 2, 1. Hanibal Idem Od. 2, 12, 2. *et* 3, 6, 36. *de quo vid.* Quinctil. 8, 2. *ibique Burm.* p. 672. Hor. Carm. 2, 2, 13 Creſcit indulgens ſibi dirus Hydrops. Illuuies dira Virg. Aen. 3, 593. *i.* Sordes tetra. Seruius. Iudicis diri domus, *i. Paridis* Sen. Troad. 1. Lucret. 4, 1040 Irritata tument loca ſemine: fitque voluntas Eiicere id, quo ſe contendit dira Libido. Ouid. Met. 7, 523 Dira Lues populi, ira Iunonis iniquae Incidit exoſa dictas a pellice terras. Virg. Aen. 2, 519 Quae Mens tam dira miſerrime coniux Impulit his cingi telis? Moeror dirus Plin. 36, 4. Monſtrum dirum *de eclipſi Lunae* Val. Max. 8, 11, 1. Mors ante oculos dira vagatur Sen. Octau. f. 6. Ouid. Met. 7, 597 Mugitus victima diros Edidit. Natura dira Plin. 12, 19. Naufragia dira Sen. Octau. 4. Neceſſitas dira Hor. Carm. 3, 24, 6. *pro Morte neceſſitatem ponit.* Nefas dirum Virg. Aen. 4, 563. Nubes dira Plin. 11, 29. Ouid. Met. 5, 550 Foedaque fit volucris venturi nuntia luctus Ignauus bubo, dirum mortalibus Omen. Val. Max. 1, 5, 6 Dolorem, quem ex diro Omine conceperat, gemitu patefecit. *Add.* 1, 6, 10. Oppidum dirum Plin. 4, 11 Diomedis equorum ſtabulis. Oſtentum dirum Idem 10, 12 viſus bubo in vrbibus, aut omnino in luce. Virg. Aen. 11, 793 Haec dira meo dum vulnere Peſtis Pulſa cadat, patriam remeabo inglorius vrbem. Pugna dira Idem Aen. 10, 50. Serpentis ſanguine dirae Ouid. Met. 2, 652. Sitis ſanguinis dira Sen. Octau. 4. Idem Hippol. 2 Extingue flammas, neue te dirae Spei Praebe obſequentem. *Et* Octau. 5 En ipſe diro Spiritu ſaeui ducis Polluitur aether. Supplicia dira Virg. Aen. 6, 499. Cic. de Diuin. 1, 18 Quod ferme dirum in Tempus cecinere Latini. Tyrannus dirus Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 34. Venena dira Hor. Epod. 5, 62. Volucres dirae Sil. 13, . . . Virg. Aen. 3, 228 Tum Vox tetrum dira inter odorem. Cic. de Diuin. 1, 28 Itaque ſiniſtra dum non exquirimus, in dira et in vitioſa incidimus. *Pro Magno aliquando accipitur:* Virg. Aen. 8, 349 Iam tum relligio pauidos terrebat agreſtes Dira loci. *i.* Magnus metus. Seruius. *Compar.* Cic. de Diuin. 2, 36 c. 15 Quum enim triſtiſſima exta ſine capite fuerint, quibus nihil videtur eſſe dirius, *etc.* *Superl.* Nonius 2, 247 Diriſſimum, Seuerum. Varro Bimargo, Scena quem ſenem Latina vidit diriſſimum? ¶ 3 *In MSS.* dirus *et* durus *confunduntur: vid. Drakenb. ad* Sil. 12, 385. *et* 14, 126.

DIRAE, arum. f. pl. [ἀραὶ] *Intell. Preces vel Exſecrationes, interdum etiam Poenae.* Plin. 7, 7 Vt populus flens vniuerſus conſurgeret, diraſque Pompeio, quas ille mox luit, imprecaretur. Poenas *addunt quidam editt. ſed auctoritate MSS. omittit Harduinus.* Liu. 40, 5 Huius atrocitas facinoris nouam velut flammam regis inuidiae adiecit, vt vulgo ipſum liberoſque eius exſecrarentur, quae Dirae breui ab omnibus Dîs exauditae, vt ſaeuiret ipſe in ſuum ſanguinem, effecerunt. *Hic quidem* dirae *ſine dubio preces ſunt et exſecrationes.* Id. 40, 56 Identidem ſpecies et vmbrae inſontis interemti filii eum *(Philippum)* diris agitabant, *intell. exſecrationibus et minis. Sic* Hor. Epod. 5, 89 Diris agam vos: dira deteſtatio Nulla expiatur (*ſ.* expiator) victima. Tib. 2, 7, 35 Tunc tibi, lena, precor diras. *Carmen* Valerii Catonis, *quod* Dirae *inſcribitur exſecrationes continet; et ipſe Poëta* v. 3 Diras, et impia vota *ſynonymice ponit.* Ouidii *libellum* in Ibin *quidam* diras *inſcribunt, de quo ipſe* v. 55 Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin, Hoc ego deuoueo teque tuoſque modo. *Et* v. 85 Carmina dum capiti male fido dira canuntur. *Hinc forte* Dira *ſimpliciter, de quibus modo in* DIRVS. Cic. de Diuin. 1, 29 c. 16 M. Craſſo quid acciderit, videmus, Dirarum obnuntiatione neglecta: *commode hic* poenas *intelligas. Vt et* Flor. 3, 11, 3 Tribunus plebis exeuntem ducem hoſtilibus diris deuouerat. *Sed Plutarchus et Appianus de eadem re* ἀρὰς ἐπηρᾶτο δεινὰς καὶ φρικώδεις. Tac. An. 4, 24 Primo alienationem mentis ſimulans quaſi per dementiam funeſta Tiberio; mox vbi exſpes vitae fuit, meditatas compoſitaſque diras imprecabatur *Druſus*, vt — poenas nomini generique maiorum et poſteris exſolueret. *Plene dixit* Plin. 28, 2 f. 4 Defigi quidem diris deprecationibus nemo non metuit. *Sed paullo ante,* In augurum diſciplina conſtat, neque diras, neque vlla auſpicia pertinere ad eos, qui quamque rem ingredientes obſeruare ſe ea negauerint: quo munere diuinae indulgentiae maius nullum eſt. *Ibid.* Sternutamento reuocari ferculum menſamue, ſi non poſtea guſtetur aliquid, inter diras habetur, vt omnino non eſſe. Diras *intell.* ſignificationes. *Et* f. 3 Vidimus certis precationibus obſecraſſe ſummos magiſtratus — vtraque memoria inſigni, quoties ipſae dirae obſtrepentes nocuerint, quotieſue precatio errauerit. Dirae obſtrepunt, *cum in ipſum precatorem male illas proferentem velut reſiliunt.* ¶ 2 *Sunt etiam* Dirae *inferorum Furiae, quibus praecipue hi, qui ſceleris alicuius ſibi ſunt conſcii, creduntur exagitari. De quibus ita* Virg. Aen. 12, 845

Dicuntur geminae peſtes, cognomine Dirae,
Quas, et Tartaream nox intempeſta Megaeram
Vno, eodemque tulit partu.

Sic Aen. 4, 474. Vltriceſque ſedent in limine Dirae, *i. Furiae. Ita* Apul. Met. 2 p. 127, 29 *Magus ad cadauer animatum tantiſper,* An non putas Deuotionibus meis poſſe Diras inuocari. *Iterum* Virg. Aen. 8, 701 Mauors — triſteſque ex aethere Dirae, Et ſciſſa gaudens vadit Diſcordia palla.

DIRĬTAS, ātis. f. [ἀπήνεια] *Crudelitas, vel generatim dirum quiddam et aduerſum.* Cic. Tuſc. 3, 29 c. 14 *ex Euripide,* Vt ſi qua invecta diritas caſu foret, εἴ τι πάσχοιμι; *nempe mentio praeceſſit mortis, exilii,* etc. *Pro crudelitote* Cic. in Vatin. 9 Quanquam ſis omni diritate atque immanitate teterrimus. Idem de Senect. 65 c. 18 Intelligi poteſt ex iis fratribus, qui in Adelphis ſunt, quanta in altero Diritas, in altero comitas. *Sic legit* Nonius 2, 246 *Eſt autem* Diritas, *Feritas quaedam ingenii atque immanitas. Vnde* Hannibal *ab* Horatio *appoſite* Dirus *appellatus eſt. Caeterum apud* Ciceronem *alii* Duritas, Duritia *alii legunt, quos refellit* Nonius. Quum ob totius diei diritatem non aliud auſpicandi tempus accommodatum videretur Suet. Ner. c. 8. *i. inauſpicata conditio. Sic idem* Sueton. in Tiber. c. 21 Nec illud quidem ignoro aliquos tradidiſſe, Auguſtum palam nec diſſimulanter Morum eius diritatem adeo improbaſſe, vt nonnunquam remiſſiores hilarioreſque ſermones ſuperueniente eo abrumperet.

D I S

DIS. Praepoſitio. [διὰ] *Quae ſemper componitur, et modo diuerſitatem ſignificat, vt* Diſſideo. *Modo diuiſionem, vt* Diſſocio, disiungo, diſſemino, diſpono, diſpereo. *Modo valde, vt* Diſcrucio, diſcupio. *Componiturque cum* C, *vt* Diſcumbo. *Cum* F, *vt* Diffundo, *vbi* ſ *mutatur in* f, *euphoniae cauſa. Cum* P, *vt* Diſputo. *Cum* Q, *vt* Disquiro. *Cum* R, *vt* Disrumpo. *Cum* S, *vt* Diſſimulo. *Cum* T, *vt* Diſturbo. *Cum* I, *vt* Disiungo. *In aliis* S *omittitur, vt* Diuido, Diruo, Dimano, *etc.*

DIS, Dītis. m. [Πλούτων] *Diuitiarum et inferorum deus.* Cic. de N. D. 2, 66 Terrena autem vis omnis, atque natura, Diti patri dedicata eſt, qui diues, vt apud Graecos Πλούτων, quia et recidant omnia in terras, et oriantur e terris. Quinctil. 1, 6, 34 *ridet* a contrario *interpretantes,* quia minime diues ſit. *Conf. Cluuer. ad* Caeſ. B. G. p. 23, 5. Domina Ditis, *i. Proſerpina, vxor apud* Virg. Aen. 6, 397. Atri ianua Ditis Idem Aen. 6, 127. Auari Ditis domus Sen. Herc. 9. Auidi Ditis regna Idem Agam. 7. Diri ſacraria Ditis Virg. Aen. 12, 199. Sil. 13, . . Duc praedicta ſacris duro placamina Diti. Horridus Dis Sen. Hippol. 951. Infernus Dis Sen. Agam. f. 1. Seuerus Dis Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 6. Vmbroſi ditis opaca regna Sen. Medea f. 10.

DIS, dite. Adi. [πλούσιος] *Pro Diuite ponitur.* Ter. Adel. 5, 8, 1 Dis quidem eſſes Demea, ac rem tuam conſtabiliſſes. *Vbi* Donatus, Ab eo quod eſt Dis ditis, dites facit: ab eo quod eſt Diues diuitis, diuites. *Vid.* DIVES. Hoc dite *in vſu ſe inueniſſe negat* Priſcian. 6 p. 707. Tibul. 3, 6, 13 *de Baccho,* Ille facit dites Animos deus, ille ferocem Contudit, *etc.* Epulae dites Stat. Theb. 5, . . Glebae dites, *i. Frugiferae* Sil. 3, . . Lucret. 1, 414 Diti de Pectore. Promiſſis ditibus commoueri Sil. 3, . . Regni ditis ferax Lydia Sen. Hippol. f. 3. Solum dite Val. Flacc. 2, 296. Ditior et Ditiſſimus: Cic. Off. 2, 56 Mamerco homini ditiſſimo Aedilitatis praetermiſſio, Conſulatus repulſam attulit. Aeui humani ditiſſimus, *i. Qui diutiſſime vixit* Sil. 3, 397. Agri ditiſſimus Virg. Aen. 1, 344. Aruis ditiſſimus Idem Aen. 7, 537. Ditior mihi et affluentior videtur eſſe vera Amicitia Cic. de Amicit. 58 c. 16. Animi ditior Stat. Theb. 3, . . Midae gazis, et Lydo ditior auro Idem Silu. 2, 2. Terra ditiſſima Virg. Georg. 2, 136.

DITISSIME. Adu. *ex* Ditiſſimus. Apul. de Deo Socrat. p. 54, 14 Domos ditiſſime exornare.

DITO, āre. [πλουτίζω] *Diuitem facere.* Liu. 1, . . Caſtra militem ditauere. Stipe largifica ditantes omnia Lucret. 2, 627. Sermonem patrium Hor. A. P. v. 57. Turba ditata ſpoliis Ouid. ex Ponto 2, 7, 62. Vrbs triumphis ditata Auct. ad Heren. 4, 67 c. 53.

DITATOR, ōris. Auguſtin. *Conf.* 5, 5. P. Chryſol. Serm. 9.

DITESCO, ĕre. [πλουτίζομαι] *Diuitem fieri: Vt* Praeda diteſcere Lucret. 5, 1248. Accipe, qua ratione queas diteſcere Hor. Sat. 2, 5, 10. Horrea diteſcunt Claud. Paneg. de laud. Stilic. 2, 396. Partu diteſcere dulci Lucret. 4, 1247 *de feminis.*

DISCALCEO, āre. *Calceum detrahere:* Diſcalceor, ὑπολύομαι Gloſſ. Cyrilli. *vnde*

DISCALCEATVS, a, um. Partic. Sueton. in Neron. c. 51 Circa cultum habitumque adeo pudendus, vt comam ſemper in gradus formatam, peregrinatione Achaica etiam pone verticem ſummiſerit, ac plerumque ſyntheſin indutus, ligato circum collum ſudario prodierit in publicum ſine cinctu et diſcalceatus. Vulg. Interp. Eſ. 20, 2 Nudus et diſcalceatus.

DISCAPEDĬNO, āre. [διείργω] *A* Capedine *fit, ſignificatque diſtendere.* Apuleius Florid. 1 p. 341 Hyagnis primus in canendo manus diſcapedinauit, *de tibiis ſermo eſt. Rarum.*

DISCĂVEO, āui, autum, ēre. [φυλάττομαι] *Diligenter et in omnes partes cauere.* Plaut. Men. 2, 1, 24 Dictum faceſſe elatum, et diſcaueas malo. *Rarum.*

DISCĒDO, ſſi, ſſum, ĕre. [ἀποχωρέω, ἀπέρχομαι, ἀπαλλάττω, ἀπαίρω, ἀποβαίνω] *Abire, concedere in alium locum.* Donatus ad Ter. Andr. 4, 2, 24 Diſcedere dicitur, qui facile abit e medio: amolitur, qui vix recedit. Diſcedere cubitum Cic. in Somn. Scip. 1. *h. e. Ire dormitum.* A patria diſcedere Ouid. Triſt. 1, 3, 85. Cic. Att. . . Quod te quoque ipſum diſcedentem a nobis ſuſpicari videbam. Virg. Aen. 12, 184 Conuenit Euandri victos diſcedere ad vrbem. Longe diſcedit Ouid. Epiſt. 15, 107. Procul hinc diſcedere Idem Met. 9, 508. Procul diſceſſit in agros Valer. Argon. 7, 558. Tarde diſcedere Ouid. Met. 4, 223. Cic. de Amicit. 1 Ego autem a patre ita eram deductus ad Scaeuolam, ſumta virili toga, vt quoad poſſem, et liceret, a ſenis latere nunquam diſcederem. Idem Acad. 4, . . Nunquam a Philone diſceſſit, niſi poſteaquam ipſe cepit, qui ſe audirent habere. ¶ 2 *Formulae cum Subſtantiuis nominibus, quae elementari ordine perſequimur.* Cic. de Amicit. 42 Praecipiendum eſt igitur bonis, vt ſi in eiusmodi amicitias ignari caſu aliquo inciderint, ne exiſtiment ſe ita alligatos, vt ab Amicis in magnam aliquam rem peccantibus, non diſcedant. Animus diſcedit Cic. Tuſc. 1, 8 *diſceſſum animi a corpore intelligit.* Ab Armis diſcedere Caeſ. B. C. 1, 9. Cic. Phil. 8 *extr.* In Auras diſcedere Lucret. 3, 401. *hîc de vi animae loquitur.* Cic. Verr. 2, . . Propter cuius auctoritatem et dignitatem Sthenius ab omnium oculorum Conſuetudine diſcederet. Idem pro Font. 2 Videte quo diſcedam iudices, quam longe videar a con-

conſuetudine mea et cautione ac diligentia diſcedere. *Et* Att. 12, 241 Et ſi ne diſceſſiſſem quidem e Conſpectu tuo, niſi me plane nihil vlla res adiuuaret. A Contentione diſcedere Cic. in Orat. 109. A Defendendis hominibus, et ſubleuandis Idem Diuin. Verr. 5. *Et* Verr. 4, 33 Pueri autem Siſennae, credo qui audiuiſſent, quae in iſtum teſtimonia eſſent dicta, oculos de iſto nusquam deiicere, neque ab argento Digitum diſcedere. *ſubaudi* Latum. *Sic* Pedem, *vt mox videbimus.* A Fide iuſtitiaque diſcedere Cic. Off. 3, 79. Ab aliquo diſcendi Genere diſcedere Idem Off. 2, 6. *Et* de Clar. Orat. . . . Quoduis potius periculum mihi adeundum, quam a ſperata dicendi Gloria diſcedendum putaui. A Iudiciis cauſisque diſcedere Cic. de Orat. 2, 144. Idem Fam. 9, 16 Omnia ſunt incerta, quum a Iure diſceſſum eſt. Languor diſcedat a corpore Ouid. Epiſt. 20, 3. Cic. Diu. Verr. 47 Si ab iſto Libro, quem tibi magiſter ludi, neſcio quis, ex alienis orationibus compoſitum dedit, verbo vno diſceſſeris, *vt nempe vel omittas, vel aliud ponas etc.* Idem in Somn. Scip. Ita nunquam ex animo meo diſcedit illius optimi atque inuictiſſimi viri Memoria. *Et* de Diuin. 2, 114 Ille autem Graecus, quid mirum ſi magnitudine timoris, vt plerumque fit, a conſtantia, atque a Mente, atque a ſe diſceſſit? Plin. 11, 23 In tantum a lorica gerenda diſceſſere Mores, vt oneri ſint etiam veſtes. Cic. Acad. 4, . . Sed diſcedamus a Nobismetipſis, de ſapiente loquamur, *etc. i. De nobis loqui ſuperſedeamus.* Idem Off. 1, 32 Si conſtitueris te cuipiam aduocatum in rem praeſentem eſſe venturum, atque interim aegrotare grauiter filius coeperit, non ſit contra officium non facere quod dixeris: magisque ille cui promiſſum ſit, ab Officio diſcedat, ſi ſe deſtitutum queratur. *Sic* Caeſ. B. G. 1, 40. In alia Omnia diſcedere, *Senatorium verbum pro Diſſentire. Vid.* Ire in alia Omnia, *in* EO, is. *Sic* Cic. Fam. 6, 14 In hanc Opinionem diſceſſi, vt mihi tua ſalus dubia non eſſet. Salluſt. Iug. c. 13 *init.* In duas Partes diſcedunt Numidae, plures Adherbalem ſequuntur. Plaut. Aſin. 3, 3, 13 Ne iſte hercle ab iſta non Pedem diſcedat, ſi liceſſit: *vt p. a.* Digitum *et mox* Vnguem. Cic. pro Deiot. 42 Negat vnquam ſe a te in Deiotari tetrarchia Pedem diſceſſiſſe. Idem Fam. 2, 19 Quod etiam nunc vereor, ne antequam tu in prouinciam veniſſes, ego de Prouincia diſcederem. *Sic* de praediis pro Roſc. Am. c. 29. De foro in Verr. 4 c. 65. De ſententia Cic. de Fin 4 c. 19. *Sed melius* Decedere. Cic. Att. 8, 6 Modo etiam audiui Quartanam a te diſceſſiſſe. A Re diſcedere, *i. Digredi* Cic. in Orat. 65. *Vid. Gronou. ad* Liu. 27, 10. Caeſ. B. C. 1, 2 Marcellus perterritus conuiciis, a ſua Sententia diſceſſit. Cic. de Fin. 4, 52 Quis enim poteſt iſtis, quae te, vt ais, delectant, breuibus et acutis auditis, de Sententia diſcedere? *Legitur in vetuſto exemplari*, Decedere. A Seſe diſcedere Cic. de Clar. Orat. 272. Signis diſcedere haud licitum Sil. 7, . . *i. a ſignis.* Superiorem diſcedere, *pro Vincere.* Cic. Tuſc. 2, 54 Qui autem reſtiterunt diſcedunt saepiſſime ſuperiores. *Sic*, Cic. pro Quint. 59 At ſi in cauſa pari diſcedere inferior videretur. *h. e. Superatus videretur.* A Vita diſcedere Cic. Tuſc. 1, 84 c. 34. Idem de Senect. 84 Ita vixi, vt non fruſtra me natum exiſtimem: et ex Vita diſcedo, tanquam ex hoſpitio, non tanquam e domo. *Conf. Manut. ad* Cic. Fam. 2, 2. Vnguem transuerſum non oportet diſcedere a recta conſcientia Cic. Att. 13, 20 *vt* Digitum, Pedem. Modeſt. de Vſufructu l. Titio, Titio quum morietur, Vſusfructus inutiliter legari intelligitur, in id tempus videlicet collatus, quo a perſona diſcedere incipit, *i. nihil ad morientem pertinet vſus fructus.* Cic. Fam. 8, 6 Illud mihi occurrit, quod inter poſtulationem et nominis delationem, Vxor a Dolabella diſceſſit. *ſubaudi*, Per diuortium. ¶ 3 *Formulae aliae;* Quum diſceſſi a te, nemo mihi illo carior: *i. Te excepto, praeter te vnum, illo* Cic. Fam. 1, 9. Idem Att. 1, 17 Amoris vero erga te mei, quum a fraterno amore, domeſticoque diſceſſi, tibi primas defero. *Add.* Id. Fam. 6, 12. Diſcedere, *Diuidi, biare, aperiri* Cic. de Diuin. 1, 97 Exponitque initio belli Marſici et deorum ſimulacra ſudauiſſe, et ſanguinem fluxiſſe, et diſceſſiſſe Caelum, et ex hoc occulto auditas eſſe voces. Virg. Aen. 9, 20 Medium video diſcedere caelum. Seruius, Chaſma dicit factum, *i.* ſubitam aëris diſceſſionem, et quendam receſſum *etc.* Cic. Off. 3, 38 c. 9 Hinc ille Gyges inducitur a Platone, qui quum terra diſceſſiſſet magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum deſcendit. Siſenna Hiſt. 4 Armati dextra ducti, magisque in latitudinem diſcedunt. Nonius 2, 232. Cic. Att. 2, 16 *extr.* Velim ſi qui Graeci iam Romam ex Aſia de ea cauſa venerunt, videas, et iis demonſtres, quid ego de ea re ſentiam. Si poſſum diſcedere, ne cauſa optima in Senatu pereat, ego ſatisfaciam publicanis, *i. ſi poſſum ſic defungi, ſi poſſum conſequi, ſi hunc exitum res habere poteſt, ne Graeci cauſa cadant. Idem verbum et* Terentius *vſurpauit eodem ſenſu: apud quem ita loquitur Geta ſeruus in* Phormione 5, 2, 8 Modo vt hoc conſilio poſſit diſcedi, vt iſtam ducat. *Add.* ib. 5, 8, 58. Diſcedatur, *imperſ.* Cic. de Legib. 3, 18 Sed iam ſi placet, de prouinciis diſcedatur, in vrbemque redeatur. Liu. 28, 45 Si in meam ſententiam diſcedatur. Idem 3, . . . In hanc ſententiam vt diſcederetur, iuniores patrum euincebant. *Vid.* DISCESSIO. Liu. 2, . . Eo anno Hernici deuicti: cum Volſcis aequo Marte diſceſſum eſt. Ab armis diſceſſum Caeſ. B. C. 1, 26. His obgannitis ſermonibus diſceſſum eſt Apul. Met. 2 p. 119. *de permutatione huius verbi cum* decedo, *vid.* DECEDO.

DISCĒDENS, entis. Partic. [ἀποχωρῶν] *Vt*, Hiems diſcedens Ouid. Faſt. 2, 152. *Add.* Nep. 7, 8, 5.

DISCESSIO, ōnis. f. [ἀποχώρησις] *Diuiſio, ſeparatio.* Terrae diſceſſio Sall. Iug. 41 *extr.* Ter. Andr. 3, 3, 36 Nempe incommoditas denique huc omnis redit, Si eueniat, quod DI prohibeant! diſceſſio, *i. diuortium.* Diſceſſio, [ἀπάλλαξις] *erat in ſententiis dicendis in Senatu, quum dictis diuerſis et iam diſputatis in vtramque partem ſententiis, is magiſtratus, qui Senatum coëgerat, Patres Conſcriptos iubebat ſurgere, et in hanc aut in illam ſententiam tranſire, his verbis*, Qui haec ſentitis, ite in hanc partem: qui alia omnia, in illam partem ite, qua ſentitis. *Seruauit formulam* Plin. Epiſt. 8, 14, 19. Idem Epiſt. 2, 11 Erant in vtraque ſententia multi, fortaſſe etiam plures in hac vel ſolutiore vel molliore. nam quidam ex illis quoque, qui Cornuto videbantur aſſenſi, hunc, qui poſt ipſos cenſuerat, ſequebantur: ſed quum fieret diſceſſio, qui ſellis Conſulum aſtiterant, in Cornuti ſententiam ire coeperunt. Sen. de Vita Beat. 2 *pr.* Cum de beata vita agitur, non eſt quod mihi diſceſſionum more reſpondeas. Haec pars maior eſſe videtur, ideo enim peior eſt. Non tam bene cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeant. *Sed ipſum audiamus Ciceronem. Is* pro Sext. c. 34 Cum — fieret ſine vlla varietate diſceſſio. *Et* Phil. 3 c. 9 SCtum de ſupplicatione per diſceſſionem fecit. *Et* Phil. 6 c. 1 Vtraque haec ſententia ſic per triduum valuit, vt quamquam diſceſſio facta non eſſet, tamen praeter paucos omnes mihi aſſenſuri viderentur. *Et* Phil. 8 c. 1 Tua voluntas in diſceſſione fuit ad lenitatem propenſior. Facere diſceſſionem, *dicitur is magiſtratus, qui de eo, quod retulit ad Senatum, iam in ſententias iri iubet.* Cic. Fam. 1, 2 Intendere coepit ante ſe oportere diſceſſionem facere quam Conſulares. *Conf.* Id. Att. 12, 21. Diſceſſio facta in eius ſententiam Cic. pro Milon. 14. Idem Verr. 4, 145 At vero quum iam non ſolum diſceſſio facta eſſet, ſed etiam perſcriptum, atque in tabulas relatum, Praetor appellatur.

DISCESSVS, ûs. m. [ἀποχώρησις] *Abitus.* Cic. Fam. 1, 9 Vt nuper tuum poſt diſceſſum, *etc.* Aduentus et Diſceſſus, *contraria* Plin. 25, 8. Cic. Att. 12, 49 Vt me leuaret tuus aduentus, ſic diſceſſus afflixit. *Pro abſentia, quae diſceſſum ſequitur*, Cic. de Senect. 85 Sed me ipſe conſolabar, exiſtimans non longinquum inter nos digreſſum et diſceſſum fore. *Sic* Fam. 7, 10 Scire enim cupio — quam longum tuum iſtum diſceſſum a nobis futurum putes. *Et* 11, 27 Tuus deinde diſceſſus, isque diuturnus. *Et* pro Domo c. 32 Quis meorum amicorum teſtamentum diſceſſu meo fecit, *i. per abſentiam meam. Hinc videtur recte explicatus a viris doctis locus* Cic. Att. 12, 40 Si quis requirit, cur Romae non ſim? quia diſceſſus eſt, *i. tempus illud, quo diſcedere et abeſſe licet ſenatoribus.* Animi diſceſſus a corpore Cic. Tuſc. 1, 18. Diſceſſus de patria Idem Poſt red. in Sen. c. 10. Caeli diſceſſus, *i. Chaſma, biatus et ſubita velut diſruptio.* Cic. de Diuin. 2, 60 c. 28 Ita te nec terrae fremitus, nec caeli diſceſſus, nec lapideus aut ſanguineus imber, nec traiectio ſtellae, nec faces viſae terrebunt. Solis acceſſus et diſceſſus Cic. de N. D. 2, 19 c. 7. Idem Att. 9, 12 Ego vero in praeſentia ſubitum diſceſſum, et praecipitem profectionem, tum tibi, tum ipſi Cn. inutilem et periculoſam puto. *Et* Tuſc. 1, 83 Illud angit, vel potius excruciat, diſceſſus ab omnibus his, quae ſunt bona in vita. Diſceſſus ab vrbe Cic. ad Att. 8, 3. A ſuis Idem de Fin. 5 c. 11. Diſceſſus latronis, vel potius deſperata fuga Id. Philipp. 5, 30. Cic. de Diuin. 1, 47 c. 23 O praeclarum diſceſſum (inquit) e vita. Idem de Fin. 5, 32 Qui etiam, quum decreuerit eſſe moriendum, tamen diſceſſu a ſuis, atque ipſa relinquenda luce moueatur.

DISCESSVS, a, um. Partic. *Qui diſceſſit, deponentis modo.* Cael. *apud* Priſcian. 9 p. 869 Cuſtodibus diſceſſis multi interficiuntur.

DISCESSVRVS, a, um. Partic. [ἀποχωρήσων] Plin. 20, 24 Sed diſceſſuri ab hortenſibus, *etc. h. e. Priusquam diſcedamus ab hortenſium herbarum tractatione.*

DISCEPTO, āre. [διακρίνομαι, ἀμφισβητέω] *Diſputare, contendere. Eſt quaſi in diuerſas partes captare, diuerſimode accipere et trahere aliquid: diciturque tum de partibus litigantibus, qui in diuerſa quaſi trahunt, tum de iudicibus.* Cic. Acad. 1, 32 Has ad omnia, de quibus diſceptabatur, adhibebant. De qua re diſceptatur Gell. 20, 10. De controuerſiis diſceptare armis Caeſ. B. C. 3, 107. Idem B. G. 8, 55 Quoad ſibi ſpes aliqua relinqueretur, iure potius diſceptandi quam belli gerendi. Cic. Fam. 4, 14 Videbamque, quanto periculo de iure publico diſceptaretur armis. *Add.* ib. Ep. 4. *Sic* Non de aliquo crimine, ſed periculo ſuo de publico iure diſceptat Cic. pro Corn. Balbo 64 c. 28. *de reo.* Liu. 34, 62 De agro cum regis legatis diſceptari coeptum. Idem 21, 19 *pr.* Haec directa percunctatio ac denuntiatio belli, magis e dignitate Pop. Rom. viſa eſt, quam de foederum iure verbis diſceptare Sagunto exciſa. Rei ſunt omnes, quorum de re diſceptatur Cic. de Orat. 2, 183. Liu. 34. *extr.* Reſponderi legatis vtriusque partis placuit, miſſuros ſe in Africam, qui inter populum Carthaginienſem et regem in re praeſenti diſceptarent. *Hic itaque arbitri diſceptant. Sic de iudice quaeſtionis* Iuſte ſapienterque aliquid diſceptare Cic. pro Milon. 23 c. 9. *Contra* Idem pro Planc. 87 Sed erat non iure, non legibus, non diſceptando decertandum. *Et* Att. 8, 14 Ego conditionibus, quod idem te intellexeram velle, illi armis diſceptari maluerunt. Aequa conditione diſceptare Cic. pro Cluent. 94 c. 34. Idem Verr. 2, 38 c. 15 Heraclius cum aduocatis adit, et poſtulat, vt ſibi cum Palaeſtritis, hoc eſt cum populo Syracuſano aequo iure diſceptare liceat. In vno praelio omnis fortuna Reipubl. diſceptat Id. Fam. 10, 10. *Cum Genitiuo:* Calliſtratus in l. capitalium §. incendiarii D. de poenis, Vt qui iactura adfectus eſt, damni diſceptet, vel modice vindicetur. ¶ 2 *Obſeru.* Diſceptare cauſam [διαιτεῖν] *pro Arbitrari.* Hanc, C. Caeſar, cauſam ſi in foro dicerem eodem audiente et diſceptante te Cic. pro Deiot. *pr.* *Sic iudicum Periphraſis* Eidem Partit. c. 8 Contrariis rebus in aduerſarios coniiciendis, et cum iis, qui diſceptant, aliqua coniunctionis aut cauſa aut ſpe ſignificanda. Pomponius in l. ſed ſi compromiſſum D. de receptis arbitris, Sed ſi compromiſſum ſine die confectum eſt: neceſſe eſt arbitro omnimodo diem ſtatuere, partibus conſentientibus: et ita demum cauſam diſceptare. Diſceptare controuerſias aliquorum, *Componere et diiudicare* Cic. Tuſc. 4, 6 c. 3. *Sed* Plin. 2, 3 Tarracone diſceptant populi XLIIII. Idem 5, 29 Diſceptant eodem foro Othronienſes, Halidienſes, *etc. i. eo tanquam in forum ſuum conuenire, et litigare ſolent, eſt deſcriptio* Conuentus.

DISCEPTĀTOR, ōris. m. [διαιτητής] *Qui litem et controuerſiam dirimit et componit: Iudex vel arbiter.* Cic. in Partit. 10 c. 3 Nam aut auſcultator eſt modo qui audit: aut diſceptator, id eſt rei ſententiaeque moderator. Idem de Legib. 3, 7 Iuris diſceptator. *Et* pro Caecin. 6 Et perſaepe diſceptatore domeſtico diiudicatur. Iurgiorum diſceptator Aur. Vict. Epit. c. 12. Diſceptator de pace Val. Max. 2, 10, 4. *vulgo mediator.* Diſceptator de iis, quae in controverſia cum P. R. eſſent Liu. 35, 45. *Add.* Plaut. Moſt. 5, 2, 16. *Pro Arbitro.* Vlp. in l. 3 §. tametſi D. de arbitris, Quoniam non debeant decipi, qui eum quaſi virum bonum diſceptatorem inter ſe elegerunt. Cic. Fam. 13, 26 Vt omnibus in rebus, et quae in aliquam controuerſiam vocarentur, te arbitro: et quod commodo tuo fieri poſſet, te diſceptatore vterentur. *Conf.* Apul. Flor. 2 p. 349.

DISCEPTĀTRIX, īcis. f. [διαιτητρίς] Cic. Acad. 4, 91 c. 28 Dialecticam inuentam eſſe dicitis, veri et falſi quaſi diſceptatricem et iudicem.

DISCEPTATIO, ōnis. f. [διάκρισις] *Cauſa et lis, et quaecunque etiam erudita diſputatio.* Cic. de Diuin. 2, 150 Cum quibus omnis fere nobis diſceptatio contentioque eſt. Idem Off. 1, 32 Contentio diſceptationibus tribuatur iudiciorum, concionum, Senatus. Iuris diſceptatio Id. pro Milon. 23. Diſceptatio et cognitio veritatis Cic. pro Flacc. 24. Forenſes diſceptationes iudiciorum aut deliberationum Idem de Orat. 1, 22. Duo genera decertandi, vnum per diſceptationem, alterum per vim Id. Off. 1, 34. In diſceptationem

cadere, *vid.* CADO. Conſtituere diſceptationem, *vid.* CONSTITVO. Cauſa in Diſceptione verſatur Cic. pro Deiot. 5 c. 2. Idem Off. 1, 64 Ex quo fit, vt neque diſceptatione vinci ſe, nec vllo publico ac legitimo iure patiantur. *Et* de Orat. 2, 291 c. 72 Nulla enim fere res poteſt in dicendi diſceptationem aut controuerſiam vocari. *Conf.* Id. Fam. 5, 2, 22. *Pro Arbitratu et cognitione.* Vlp. in l. quum ii §. ſi cui D. de transactionibus, Haec omnia habent diſceptationem Praetoris: et pro vtilitate alimentarii accipienda ſunt.

DISCEPTATIVNCVLA, ae. f. Dimin. Gell. 20 c. *vlt. quae recentioribus recte* praefatio *eſt*, Tempus ad colligendas memoriarum diſceptatiunculas conferre.

DISCERNO, creui, cretum, ěre. [διακρίνω, διαγινώσκω] *Diuidere, ſeparare.* Plin. 12, 19 Eſt et alia fama, cum Sole diuidi, binasque partes fieri, deinde ſorte cremia diſcerni. Virg. Aen. 12, 898 Saxum antiquum, ingens campo qui forte iacebat Limes agro poſitus, litem vt diſcerneret aruis. Idem Aen. 4, 264 Tenui telas diſcreverat auro. Tumultum veterem diſcreuit Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 248. ¶ 2 *Diſtincte cognoſcere, diiudicare.* Ter. Adel. 4, 2, 5 Quid hoc (malum) infelicitatis? nequeo ſatis diſcernere. Cic. Acad. 4, 85 Qua igitur notione diſcerneres? Idem Tuſc. 5, 114 c. 39 Democritus luminibus amiſſis Alba ſcilicet et atra diſcernere non poterat. *Et* pro Font. 13 c. 6 Quid eſt igitur, vbi elucere poſſit prudentia? vbi diſcerni ſtultus auditor et credulus ab religioſo et ſapienti iudice? Diem et noctem diſcernere caelo Virg. Aen. 3, 201. Fas atque nefas diſcernere Hor. Carm. 1, 18, 11. Diſcernere vtra pars iuſtiorem habeat cauſam Caeſ. B. C. 1, 35. Diſcernere vera a falſis Plin. 37, 12. Articulatim verba diſcernere Lucret. 4, 559. *i. Explanate.*

DISCERNENS, entis. Part. *Vid. mox* DISCRETVS. *Hinc*

DISCERNENTER. Adu. Cael. Aurel. Tard. 1, 4 Diſcernenter aiunt hoc adiutorii genus adhibendum, *i. caute, vt quid, cui adhibeatur, videamus.*

DISCERNIBĬLIS, e. Adi. Auguſt. Enchir. c. 90 Creatoris in effigie ſua cuiusque proprietas et diſcernibilis ſimilitudo ſeruatur: in caeteris autem corporis bonis aequalia cuncta redduntur.

DISCERNICVLVM, i. n. eſt (*vt ait* Varro 4, 29 de L. L.) Quo diſcernitur capillus. Nonius 1, 155 Diſcerniculum, acus quae capillos mulierum ante frontem diuidit: dictum a diſcernendo. Lucil. 30 Euplocamo digitis, diſcerniculumque capillo. *Vid.* DISCRIMEN. *Nempe etiam alias notat Differentiam atque diſcrimen:* Gell. 17, 15 Tum comperi duas ſpecies hellebori eſſe, diſcerniculo coloris inſignes, candidi et nigri.

DISCRETVS, a, um. Part. *Separatus, diuiſus. Voſſius de Vit. Serm. 1, 33 p. 145* Diſcretus, *ſcribit, veteribus ſemper paſſiuum de iis, quae ſecernantur: vt,* Diſcreta femina Lucret. 6, 790. *et* Columel. 3, 21. *Nunquam vero actiuum pro eo, qui rerum momenta diſcernit, quomodo dicunt,* Virum diſcretum. *Quod ſi* Plautus *tamen actiue* notos *pro iis dixit, qui nouerunt*, ſuſpectum *pro ſuſpicace* Dionyſius Cato in Diſtichis; *non abſurde adeo* Diſcretus, *pro eo, qui diſcernit, dici videatur? Tales tamen, h. e. qui eo habitu praediti ſunt, qui* Diſcretio *appellatur, de quo mox etiam monebimus.* Diſcernentes *dici Iouianus Pontanus mallit: cum* Diſcretos *adpellare vulgare et ſordidum ſit. Veteribus enim ſemper notat ſeparatus.* Plin. Epiſt. 4, 19 Diſcreta velo. Stat. Theb. 5, 559 Ager diſcretus ſaxo. Vox ingreditur ad aures diſcreta verborum claritate Vitruu. 5, 7. Mors diſcreta Ouid. Met. 11, 699. Ordo diſcretus Quinctil. 7, 2. Sedes diſcretae Hor. Carm. 2, 13, 23. Tellus diuiſa et diſcreta Lucret. 5, 1440.

DISCRĒTE. Adu. [διακριμένως] *Diſtincte, cuius contrarium eſt Confuſe et permixte.* Cic. de Inuent. 1, 49 c. 30 In praeſentia tantummodo numeros et modos et partes argumentandi confuſe et permixte diſperſimus: poſt diſcrete et electe in genus quodque cauſae, quid cuique conueniat, ex hac copia digeremus.

DISCRETIM. Adu. *Idem ſignificans.* Varro de R. R. 1, 3 Quoniam diſcretim de his rebus dicendum eſt. *Legitur et* Diſcretum: *quod bene congruit, ſi Scaligeri diſpunctionem adhibemus. Vid. autem* Apul. Florid. p. 347. *et* Met. 6 p. 173. Sigillatim ac diſcretim Ammian. 27, 1. *et* 29, 6.

DISCRĒTIO, ōnis. f. *Diſcriminatio, diuiſio.* Pallad. Iul. 4, 5 Quidam coire (*arietes ouibus*) ſine diſcretione permittunt, vt hoc eis genere per totum annum fetura non deſit, *i. non obſeruato diſcrimine temporis, etc.* Tryphon. l. 62 § 1 ff. de vſufr. Diſcretio difficilis. Auguſt. de Geneſi ad Lit. 2, 8 Diſcretio terrarum atque aquarum. Prudent. Hamartig. v. 26 Cumulum diſcretio carpit. *Et* Auienus Arateis v. 31 Inſociabilium diſcretio iuſta Deorum. *Adde* ibid. v. 300. Tertull. ad Vxor. 2, 9. *et* de Anima c. 12. Lactant. 4, 29. Diomed. 2 p. 431 Diſcretio eſt confuſarum ſignificationum perplana expoſitio, quae oſtenditur modis quinque, continuatione, ſeparatione, diſtinctione, ſubdiſtinctione vel mora. *Eſt et innominati habitus apud Veteres, recentius nomen, a quo* Diſcreti *nouo et ipſo nomine, qui eo praediti, appellantur: prudentiae et humanitatis nomen, quae* diſcernit, *quid quisque mereatur: ſed latius ſubinde ad liberalitatem et indulgentiam quoque promiſcuam refertur.* Quinct. Decl. Trib. Mar. c. 3 p. 77 *Edit. Burm.* Patiatur et tua diuina virtus, et Romanae militiae pia diſcretio. *Scioppius in Infamia Famiani* p. 212. *et ſeqq. obſeruat*, Ciceronem *pro eo, quod* diſcretionem *nonnulli hodie vocant*, delectum et diſcrimen; Vlpianum *vero* ingenium *dixiſſe. Verba ICti* lege 9 §. 4 D. de Offic. Proconſ. *iſta ſunt:* Circa aduocatos patientem eſſe oportet, ſed cum ingenio, ne contemtibilis videatur; cum ingenio, *i. cum Diſcretione, vt loquerentur hodie nonnulli.*

DISCRETOR, ōris. m. Vulg. Interpr. Hebr. 4, 12 Diſcretor cogitationum. *Vid. et* Sarisb. 2, 28. *Apud* Bernardum *eſſe ait Barth. ad* Stat. Theb. 3, 79.

DISCRETŌRIVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Tard. 2, 12 Diſcretorium diaphragma.

DISCRETIVVS, a, um. Adi. *Idem; vt,* Coniunctiones diſcretiuae Priſcian. 16 p. 1030.

DISCRĪMEN, inis. n. [ἀνακτένισμα, διάκριμα, καὶ κίνδυνος Vet. Gloſſ.] *Separatio, differentia.* Cic. de Fin. 2, 44 Totumque diſcrimen ſummi boni, in ea rerum comparatione poſitum putat. Agminum diſcrimina atque ordo Curt. 4, 12, 20. Diſcrimen, quo diuiſa eſt bouis vngula Col. 6, 15, 2. 7, 5, 11. Virg. Aen. 1, 574 Tros, Tyriusque mihi Nullo diſcrimine agetur. Cic. Acad. 4, 133 Vera a falſis nullo diſcrimine ſeparantur: *h. e. facile.* Idem Verr. 2, 123 c. 50 Iſte qui omnia iura pretio exaequaſſet, omniumque Rerum delectum atque diſcrimen pecunia ſuſtuliſſet. Ingeniorum diſcrimina Quinctil. 2, 8. Virg. Aen. 6, 646 Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina Vocum. Liu. 1, . . Quum in tanta multitudine hominum, diſcrimine recte an perperam facti Confuſo, facinora clandeſtina fierent. Ingens diſcrimen Quinct. 6, 1. Hor. Carm. 2, 5, 23

— Gnidiusque Gyges
Quem ſi puellarum inſereres choro,
Mire ſagaces falleret hoſpites
Diſcrimen obſcurum ſolutis
Crinibus ambiguoque vultu.

Cuſtodire diſcrimina ordinum, *vid.* CVSTODIO. Committunt omne diſcrimen Quinctil. 6, 4. Dabat diſcrimina ſexus, *i. Dignoſcebatur ſexu* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 29. Cic. de Fin. 4, 69 Officia autem tollebantur delectu omni et diſcrimine remoto. Idem Acad. 4, 132 Erit igitur res in diſcrimine. Non eſt conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia Id. pro Planc. c. 4. *Hic* diſcrimen *eſt facultas diſcernendi aequum ab iniquo, etc. quae vulgo* Diſcretio *appellatur.* Liu. 29, . . In Diſcrimine eſt nunc humanum omne genus, vtrum vos, an Carthaginienſes principes orbis terrarum videat. Tollere diſcrimen Cic. de N. D. 3, 82. ¶ 2 *Pro certamine:* Virg. Aen. 5, 154 Poſt hos aequo diſcrimine Priſtis Centaurusque locum tendunt ſuperare priorem. Diſcrimine, Seruius, vel interſtitio, vel certamine, vel curſu. Ambiguum diſcrimen Stat. Theb. 8, . . Dubium diſcrimen Claud. Paneg. 1, . . Surdum diſcrimen, *vid.* SVRDVS. Immittere ſe in pugnae diſcrimen Curt. 6, 1, 1. Tacit. Hiſt. 5, 15 Haec res vtrumque ducem diverſis animi motibus ad maturandum ſummae rei diſcrimen erexit. Mittere in diſcrimen, quaſi in aleam, *apud* Tacitum, . . . *teſte Budaeo.* Subire belli Martisque diſcrimen Curt. 9, 6, 24. Venire in contentionem aut diſcrimen. Cic. pro Planc. 5 Etenim verebantur credo anguſtias, quaſi res in contentionem aut in diſcrimen aliquod poſſet venire. ¶ 3 Diſcrimen, *Periculum.* Virg. Aen. 1, 205 Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum Tendimus in Latium. Plin. Epiſt. 8, 11, 2. Caeſ. B. G. 6, 37 Videt imminere hoſtes, atque in ſummo rem eſſe diſcrimine. Diſcriminum et periculorum comes Cic. de N. D. 2, 166. Idem Philipp. 7, 1 Adducta eſt enim P. C. res in Maximum periculum et extremum paene diſcrimen. Letale diſcrimen Claud. in Conſ. Stilich. 2, 102. Adire diſcrimen, *vid.* ADEO. Cic. Philipp. 3, 29 Quapropter quoniam res in id diſcrimen Adducta eſt, vtrum ille poenas Reipub. luat, an nos ſeruiamus, *vid.* ADDVCO. Adducere in capitis diſcrimen aliquem Cic. pro Deiot. 2. Idem Fam. 5, 21 Videtur enim mihi res in propinquum Adducta diſcrimen. Adduci in fortunae diſcrimen Id. pro Muraen. 55. In vitae diſcrimen Cic. pro Sext. c. 20. Adducere ſalutem in diſcrimen Idem Fam. 6, 13. Committere in diſcrimen, *vid.* COMMITTO. Conferre in diſcrimen Cic. Fam. 2, . . Delectus vir ad extrema Reipub. diſcrimina Idem pro Domo ſua 24. Deſertum eſſe in extremo diſcrimine, ac dimicatione fortunae Id. pro Sulla 77. Deuenire in diſcrimen Cic. de Orat. 1 c. 1. Tacit. Ann. 2, 11 Caeſar niſi pontibus, praeſidiisque impoſitis Dare in diſcrimen legiones haud imperatorium ratus. Experiri Curt. 5, 4, 28. Cic. Fam. 6, 2 Et ille quum omnis Reſp. in meo capite diſcrimen eſſet Habitura, magnum quiddam ſpectauit. Incidere in diſcrimen, *vid.* INCIDO. Liberare a ſummo diſcrimine mortis Scribon. 70. Neſcire quae ſint diſcrimina Iuuenal. 6, 299. Cic. pro Sext. 1 Qui auderent ſe, et ſalutem ſuam in diſcrimen Offerre pro ſtatu ciuitatis et pro communi libertate. Pati diſcrimina Valer. Argon. 8, 388. Tentare diſcrimen ſui Claud. de IV Conſ. Honor. 434. Cic. Verr. 1, 140 Venerat res in iudicium atque diſcrimen. Venire in diſcrimen exiſtimationis Idem Diuin. in Verr. 71 c. 22. Veniunt fortunae alicuius in diſcrimen Id. Fam. 9, 13. Verſari in diſcrimine Cic. Brut. 12. Vocare in diſcrimen Idem pro Rabir. 12. *Et* pro L. Man. c. 5. ¶ 4 Diſcrimen, *quum in medio ſincipite in diuerſum coma diſcernitur.* Ouid. Art. 2, 303 Compoſitum diſcrimen erit, diſcrimina lauda: Torſerit igne comam, torte capille place. *Vid. Burm.* Ouid. de Arte Am. 3, 136 Longa probat facies capitis diſcrimina puri. Purum *autem caput dicitur pars capitis anterior ad diſcrimen nulla re ornata, nulloque nodo conſtricta, quum in aurum non ſunt ea parte nodati crines, nec in reticulum collecti. Per translationem de terra in* Columel. 10, 94 Inde vbi ſe puro diſcrimine pectita tellus, *etc. vbi ſulcos et veſtigia ligonum ac bipaliorum eſſe* diſcrimina, *apparet.*

DISCRIMINALE, is. n. *Acus eſt, quae crines diuidit ad concinnandum caput, Graece* χαλαμίς: *vt apud* Eſaiam 3, 20 Diſcriminalia, et periſcelides, et muraenulas, et olfactoriola. *Vid.* Hieron. adu. Rufin. 3 c. vlt.

DISCRIMĪNO, āre. [διορίζω, διαιρέω] *Diuidere.* Cic. Philipp. 12, 23 c. 9 Hetruriam diſcriminat Caſſia. *De via Caſſia loquitur.* Ordo diſcriminat poteſtates Claud. de B. Get. 39. Lucret. 2, 717 Sed ne forte putes animalia ſola teneri Legibus his: quaedam Ratio diſcriminat omneis. *i. Diſtinguit, ſeparat, diuidit ab hoc catholico. Conf.* Sen. Ep. 95. Sidon. Ep. 9, 4. Mart. Capell. 6 p. 228. Apul. Met. 6 p. 185. *et* Apol. p. 276. *Elmenh.*

DISCRIMINANS, antis. Apul. de Mundo p. 235. *Elmenh.* p. 58 diſterminans.

DISCRIMINĀTVS, a, um. Partic. [διηρημένος] Liu. 21, 4 Vigiliarum ſomnique nec die nec nocte diſcriminata tempora.

DISCRIMINĀTIM. Adu. [διαφόρως] *Differenter.* Varro de R. R. 1, 7, 7 Eadem de cauſa ſunt quae non poſſunt viuere, niſi in loco aquoſo, aut etiam aqua: et id diſcriminatim, vt alia in lacubus, vt arundines in Reatino; alia in fluminibus, vt in Epiro arbores alni.

DISCRIMINATIO, ōnis. f. Diomed. Gramm. 1 p. 306 Propria diſcriminatio.

DISCRIMINĀTOR, ōris. m. *Qui diſcernit.* Tertull. ad Nation. 1, 10 Diſcriminatores impendere, *i. Iudices, qui rem examinent.* Apul. de Mundo *Edit. Stew.* p. 233 Diuiſor et diſcriminator mundi. *Elmenh.* Diſterminator p. 57.

DISCRIMINATRIX, īcis. f. Nazar. Paneg. c. 7 Maieſtas fandi ac nefandi diſcriminatrix.

DISCERPO, pſi, ptum, ěre. [διασπαράσσω, διασπάω] *In diuerſum carpere, diſtrahere, diſcindere, dilaniare.* Liu. 1, 16 Fuiſſe tum quoque aliquos, qui diſcerptum regem patrum manibus taciti arguerent. Varro, Duabusque admotis quadrigis, alligatum corpus, equis in diuerſum iter concitatis diſcerpſere. Diſcerpere ac dilacerare Cic. de N. D. 1, 27. Idem Tuſc. 1, 71 Quod quum ita ſit, certe nec ſecerni, nec diuidi, nec diſcerpi, nec diſtrahi poteſt, nec interire igitur. In paruas parteis diſcerpitur aurum Lucret. 2, 828. Cic. Topic.

Topic. 28 c. 5 Atque etiam definitiones aliae ſunt partitionum, aliae diuiſionum. partitionum, quum res ea, quae propoſitá eſt, quaſi in membra diſcerpitur.

DISCERPTVS, a, um. Partic. [διεσπαραγμένος] Cic. de Orat. 3, 24 Quae complecti tota nequeunt, haec facilius diuulſa et quaſi diſcerpta contrectant. Membra diſcerpta Hor. Serm. 2, 8, 86. *Conf.* Flor. 1, 1, 17.

DISCESSIO, DISCESSVS, *vid.* DISCEDO.

DISCEVS, ei. m. [δισκεὺς] *Genus cometae eſſe videtur* Plinio, *quum inquit* 2, 25 Easdem breuiores et in mucronem faſtigiatas, xiphias vocauere, quae ſunt omnium pallidiſſimae, et quodam gladii nitore, ac ſine vllis radiis: quos diſceus ſuo nomini ſimilis, colore autem electro, raro e margine emittit. *Itaque a rotunda* diſci *figura nomen habet.*

DISCIDIVM, *vid.* DISCINDO.

DISCINDO, ĭdi, iſſum, ĕre. [διαχίζω, διασπάω, καταῤῥήγνυμι] *Scindere in duas pluresue partes, lacerare.* Ter. Adelph. 4, 2, 20 Hem! vide vt diſcidit labrum. Idem Eun. 4, 3, 4 Veſtem omnem miſerae diſcidit. Amictus diſcindere Virg. Aen. 12, 602. Cic. de Amicit. 78 c. 21 Tales igitur Amicitiae ſunt remiſſione vſus leuandae, et (vt Catonem dicere audiui) diſſuendae magis, quam diſcindendae ſunt. Virg. Aen. 9, 20 Diſcindere Caelum *quidam legunt pro* Diſcedere, *quod ſolum rectum* eſt. Aliquid ferro diſcindere in multas partes Lucret. 3, 659. Aeque diſcinditur in multas partes, *Animam intelligit* Idem 3, 639. Cotem diſcidiſſe nouacula, *refert* Liu. Accium Nauium augurem 1, 36. Item Cic. de Diuin. 1, 32 *Quod prodigii loco habitum eſt.*

DISCISSVS, a, um. Partic. [διεσχισμένος] *Vt*, Artus diſciſſi Virg. Georg. 3, 514. Diſciſſae canis viſcera Curt. 10, 9, 12. Stat. Silu. 1, 1, 11 Hunc neque diſciſſis coepiſſent Pergama muris. Celſ. 5, 26 Aliquid in vulneris genere, figuraque eſt. Nam peius eſt quod etiam colliſum, quam quod tantum diſciſſum eſt, adeo vt acuto quoque, quam retuſo telo vulnerari commodius ſit.

DISCISSIO, ōnis. f. Auguſtinus de Fide et Symbolo c. 10 Schiſmatici diſciſſionibus iniquis a fraterna caritate diſſiliunt. *Et* Epiſt. 261 Plebis diſciſſione.

DISCISSVRA, ae. f. *Idem.* Ambroſius Serm. 13 Maria ita concepit Dominum, vt toto copore hauriret, nec eius diſciſſuram corporis pateretur.

DISCIDIVM, ii. n. [χωρισμὸς, διάλυσις γάμε Vet. Gloſſ.] *Diſiunctio, diſſolutio: vox a* Diſcindo *nata, qua ſaepe vtitur* Lucretius, *vt*, 1, 453 Coniunctum eſt id, quod nunquam ſine perniciali Diſcidio potis eſt ſeiungi ſeque gregari. *Et* 1, 220 Diſcidium parere partibus: *et* 3, 348 Diſcidium vt nequeat fieri ſine peſte maloque. Id. 1, 250 Haud igitur redit ad nihilum res vlla, ſed omnes Diſcidio redeunt in corpora materiai. *Et* 2, 119 *de corporibus minutis*, Nec dare pauſam Conciliis et diſcidiis exercita crebris. Id. 3, 851 Corporis atque animai Diſcidium *i. mors. Adde* 1 *et* 2, 119. *et* 6, 292 *etc.* Catull. 67, 22 Fratribus flebile diſcidium. Plautus Pſeud. 1, 1, 68 Harum voluptatum mihi omnium, atque itidem tibi Diſtractio, diſcidium, vaſtities venit: *de amatoribus contra voluntatem diſtractis. Vt* Cic. Phil. 2, 45 c. 18 Ipſe autem amore ardens confirmabat, quod deſiderium tui diſcidii ferre non poſſet, ſe in exſilium eſſe iturum. *Sic*, Iuſtin. 23, 2, 11 Regia fletibus tam crudelis diſcidii impleta. Scribere diſcidium Iuuenc. Hiſt. Euang. 1, 533. *de diuortio. Add.* ib. 3, 475. *Vid. Faërni not. ad* Ter. Andr. 4, 2, 14 Valeant qui inter nos diſcidium volunt, *i. diſtrahi nos, non coniungi.* Liu. 25, 18, 5 Manente memoria etiam in diſcidio publicorum federum priuati iuris, *i. diſtractione et abruptione.* Cic. Att. 4, 1 Te acerbiſſime diſcidium noſtrum tuliſſe, *i. ſeparationem, diſceſſum. Nempe* Diſcidium *diſtractionem corporum vel quaſi corporum (metaphora intercedente) ſignificat, vbi ſtare poteſt animorum coniunctio:* Diſſidium *eſſe in animis poteſt, manente coniunctione externa.* Idem pro Cluent. 190 c. 67 Diuortia atque affinitatum diſcidia. *Interdum tamen ipſam vehementem animorum diſtractionem, metaphora, qua diximus, ſignificat. Et* pro Cael. 31 c. 13 Magnum odium video cum crudeliſſimo diſcidio exſtitiſſe. Cic. pro Lig. c. 2 Belli diſcidio diſtractus a fratribus. Idem pro Balbo c. 13 Nullam eſſe gentem — neque tam diſſidentem a Populo Rom. odio quodam atque diſcidio, neque tam fide beniuolentiaque coniunctam. *Addi poteſt* Cic. Att. 15, 29. Sen. de Conſtant. c. 8. *et* 6. Qu. Nat. 20. *et* Epiſt. 30. Tertull. de Poenit. c. 12. *Brouckh. ad* Tibull. 1, 5, 1. et ad Prop. 2, 19, 16. *Valde proprie* Symmach. 6, 70 Domi corruptorum parietum diſcidia ſarciuntur, *i. rimae, quibus ſciſſi ſunt parietes.*

DISCINGO, nxi, nctum, ĕre. [διαζωννύω] *Contrarium eſt ſuo ſimplici.* Martial. 9, 103 *in Herculis laboribus*, Peltatam Scythico diſcinxit Amazone nodo. Sil. 7, 153 Diſcinxit ratione dolos, fraudesque reſoluit, *i. exarmauit: Sicut* Idem 8, 34 Iam diſcingitur armis. Sen. Ep. 92 *extr. de Maecenate, cum eius virile dictum laudaſſet*, Nec tumulum curo, ſepelit natura relictos, *addit:* Alte cinctum putes dixiſſe. habuit enim ingenium et grande et virile, niſi illud ſecum diſcinxiſſet. Secum, *i. non minus quam ſe ipſum. Itaque non opus eſt apud Silium* Diſſinxit *ſ.* Diſcuſſit *ſubſtituere. Vid. mox* DISCINCTVS. Cic. Q. Frat. 2, 13 Mihi crede in ſinu eſt, neque ego diſcingor. *i. neque eſt metus, ne mihi excidat. Nempe ludit in eo, quod cinctu* ſinus *efficitur, qui perit diſcincto.* ¶ 2 Diſcingere, quae in diſceptationem veniunt, *Metaph.* Sidon. 2, 7. *i. dirimere, decidere.* Id. 5, 9 Si inter coram poſitos aequanimiter obiecta diſcingitis. *Plura ſed inferioris omnia aeui, ad vtrumque locum Sauaro. Antiquiſſimum laudat* Apul. Met. 2 *Elm.* p. 127, 37. *et Pric.* 40, 25 *vbi vterque edidit*, Sed hanc contationem ſequens adoleſcentis ſermo diſtinxit. *Sic et Beroaldus. Sed Sauaro, recte puto* diſcinxit, *i. reſoluit.*

DISCINCTVS, a, um. Partic. [διεζωσμένος] *Fere translate ſumitur, iners et negligens, et qui rem et famam parum tuetur.* Non oratio eius aeque ſoluta eſt, quam ipſe diſcinctus Sen. Ep. 114. *de Maecenate, qui ſollemniter eo nomine accuſatur. Vid. Meibom. Maecen. c.* 22. Albinou. 1, 21 Quod diſcinctus eras *(Maecenatem alloquitur)* animo quoque, carpitur vnum, *etc. Eſt enim ibi ſat longa defenſio.* Diſcincta veſtis, diſcinctus animus, ne nega: Accio *apud* Non. *tribuitur.* Perſ. 3, 31 Non pudet ad morem diſcincti viuere Nattae? *Hinc*, Nepos diſcinctus, *i. Omni luxuria diffluens* Hor. Epod. 1, 34. Ouid. Amor. 1, 9, 41 Ipſe ego ſegnis eram, diſcinctaque in otia natus. Diſcincti, *etiam dicebantur Exauctorati, et miſſi, cum ignominia, militia. Talibus enim et arma et cingulum adimebatur.* Vulcat. Gallican. Auid. c. 6 *vbi* praefectus Antiochenus programma in parietibus fixit, Vt, ſi quis cinctus inueniretur apud Daphnem, diſcinctus rediret. *Vid.* Cingulum *in* CINGO. Seruius *ad illud* Virg. Aen. 8, 724 Diſcinctos Afros; Diſcinctos, *inquit*, inhabiles militiae. nam omnes, qui militant, cincti ſunt. Vulc. Gallic. Auid. c. 6 *narrat ab illo* programma fixum in parietibus, vt ſi quis cinctus *(miles)* inueniretur apud Daphnen, diſcinctus *(exauctoratus)* rediret. *Sed Afrorum peculiaris ratio. His enim, vt ait* Sil. 3, 236 Sinus cingere inaſſuetum *militantibus etiam, quod etiam* Seruius ad *l. c. agnoſcit: vnde illud proprium velut epitheton* Diſcinctorum *retulerunt. Vid.* Drakenb. ad Sil. 1, 247.

DISCIPLINA, DISCIPVLVS, DISCIPLINOSVS. *Vid.* DISCO.

DISCLVDO, ſi, ſum, ĕre. [διορίζω, διείργω, διακλείω] *Diſiungere, diſtinere, ſeparare.* Caeſ. B. G. 7, 8 Mons Gebenna Aruernos ab Heluetiis diſcludit. Idem B. G. 4, 17 *de ponte ſuper Rhenum ab ſe constructo*, Haec vtraque inſuper, bipedalibus trabibus immiſſis, quantum eorum tignorum iunctura diſtabat, binis vtrinque fibulis ab extrema parte diſtinebantur. Quibus diſcluſis, atque in contrariam partem reuinctis, tanta erat operis firmitudo, *etc.* Lucretius *de confuſa illa informique mole elementorum omnium loquens, quod Chaos appellant, ſic ait* 5, 438

Diffugere inde loci partes coepere, paresque
Cum paribus iungi res: et diſcludere mundum,
Membraque diuidere, et magnas diſponere parteis
Omnigenis e principiis, *etc.*

Diſcludere, in ſuas partes et membra ſeparare ac ſeorſum formare. Virg. Ecl. 6, 53 *de mundi origine*, Tum durare ſolum, et diſcludere Nerea ponto Coeperit; et rerum paullatim ſumere formas. *In quem locum ſic ait* Macrob. Saturn. 6, 4 Ferit aures noſtras hoc verbum diſcludere, vt nouum; ſed prior Lucretius *etc. Laudat enim locum modo allatum ex* 5, 438. Diſpares diſcluſos habeat piſces Varro R. R. 3, 17. Partes ſemotae et diſcluſae a mente Cic. Tuſc. 1, 80 c. 33. Spatiis diſcluſus iniquis, Incluſus, et coarctatus Virg. Georg. 4, 147. *i.* Conſtrictus ſpatiis anguſtis, et breuitate carminis, *Ex* Seruio. *Semouere.* Cic. Tuſc. 1, 20 c. 10 Duas partes ſeparare voluit, iram et cupiditatem, quas locis ſuis diſcluſit: iram in pectore, cupiditatem ſubter praecordia locauit. Varr. de R. R. 3, 17 Hi loculatas habent piſcinas, vbi diſpares diſcluſos habent piſces, *i. Separatim et ſeorſum ab aliis clauſos.*

DISCLVSIO, ōnis. f. Apul. de Deo Socratis p. 96 Loci diſcluſio, *i. Separatio, diſcretio.*

DISCO, didici, ĕre. [μανθάνω] *Proprie eſt Rem ignotam aſſequi, quod vel meditando fit, vel alio docente. A* δάω, δάσκω, diſco, *vt a* χάω hio, χάσκω, *hiſco.* Plaut. Truc. 4, 2, 33 Literas didiciſti: quando ſcis, ſine alios diſcere. Ter. Adel. 1, 2, 45 Pater eſſe diſce, ab aliis qui vere ſciunt. Eun. 2, 2, 31 Vt ſibi liceret diſcere id de me. *v. h. l.* Donat. Plin. Epiſt. 3, 9 Indicauimus Senatui, nos ex Norbano didiciſſe publicam cauſam. Diſce puer virtutem ex me propriumque laborem; Fortunam ex aliis Virg. Aen. 12, 435. Animaduerti et didici ex tuis literis, te, *etc.* Cic. Fam. 3, 5. Per me diſcuntur amores Ouid. de Arte Am. 3, 27. Cic. de Orat. 3, 144 Quod eum negaſti, qui non cito quid didiciſſet, vnquam omnino poſſe perdiſcere. Hominis mens diſcendo alitur Idem Off. 1 c. 30. Tam diu diſcendum eſt, quamdiu neſcias, et, ſi prouerbio credimus, quamdiu viuas Sen. Ep. 76. Liquido diſcere, *vid.* LIQVOR. Serio diſcere Quinctil. 1, 2. Quod cuique diſcendum eſt, id ne ſero diſcere incipiat Quinctil. 1, 2. Diſcere auribus et oculis Plin. Epiſt. 8, 14. Hor. Epiſt. 2, 1, 262 Diſcit enim citius, meminitque libentius illud, Quod quis deridet, quam quod probat et veneratur. Ouid. ex Ponto 2, 9, 47 Adde, quod ingenuas didiciſſe fideliter artes Emollit mores, nec ſinit eſſe feros. Cauſam diſcere *dicitur Patronus ſ. orator, quam* docet *illum litigator* Cic. de Orat. 2, 247. Virg. Aen. 6, 488 Veniendi diſcere cauſas. *i. Cognoſcere.* Cultus terrarum generatim diſcere Idem Georg. 2, 35. *Et* Aen. 12, 146 Diſce tuum ne me incuſes, Iuturna Dolorem. Euentum formae diſce timere tuae Propert. 3, 25, 18. Facere didici, *i. Solitus ſum* Plaut. Curc. 4, 3, 2. *vbi vide interpretes.* Fidibus diſcere Cic. de Senect. 26 c. 8. Diſcite Iuſtitiam moniti et non temnere Diuos Virg. Aen. 6, 620. Cic. Fam. 9, 10 Nec committam, vt ſi ego eum condemnaro, tu reſtituas, ne habeat Plancus Burſa, apud quem literas diſcat. Item Diſcere *abſolute, eſt, Literas diſcere, erudiri literis artibusque liberalibus.* Cic. in Brut. 249 *de M. Marcello*, Vehementer placet (tanquam Orator) nec ſine cauſa: nam didicit, et omiſſis caeteris magis id idoneum egit. Partes diſcere *Actores fabularum dicebantur.* Ter. Prol. Heaut. 10 Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. *Add.* Hec. prol. v. 56. Diſcere *pro intelligere* Captum ſeſe vix et aegre, poſtquam experrectus eſt, didicit Flor. 2, 10, 3. Pericula ſua diſcere Stat. Theb. 6, . . Virg. Aen. 3, 103 Audite ô proceres, ait, et Spes diſcite veſtras. Vultus venientum diſcere Virg. Aen. 6, 755. Diſci, *paſſiue poſuit* Nepos de Epaminond. 3, 2 Studioſus audiendi: Ex hoc enim facillime diſci arbitrabatur. Sen. Epiſt. 76 *princ.* In illo loco, quo vir bonus diſcitur, pauciſſimi ſedent. *Add.* Celſ. 1 praef. Eodemque auctore diſci poteſt.

DISCENS, entis. Part. [μανθάνων] *Vt*, Ad Menſuram diſcentis ſe ſubmittere Quinctil. 2, 3, 7. Currere diſcens fractis remis Virg. Aen. 5, 222. *i. tentans, ſtudens.* Fatigare diſcentem per ambages Quinctil. 3, 11.

DISCITVRVS, a, um. Apul. *ap.* Priſcian. 10 p. 392.

DISCENTIA, ae. f. *Diſcendi actus, ſiue In diſcendo diligentia.* Tertull. de Anima 1, 23 *et* 24 Diſcentias reminiſcentias eſſe vel fieri.

DISCIPLINA, ae. f. [μάθησις, παιδεία, μαθητεία, ἀγωγή] *Dicitur proprie in diſcipulo, ſicut Doctrina in magiſtro: eſt enim proprie Eruditio, quam a praeceptore diſcipulus accipit. Sed non ſemper illa relatio obſeruatur.* Cic. Acad. 4, 102 c. 32 *de verbis ex libro Clitomachi*, Sunt enim mihi nota, propterea quod earum ipſarum rerum, de quibus agimus, prima inſtitutio et quaſi diſciplina illo libro continetur. Cic. Qu. Fratr. 1, 1 Studia et artes, quae ſunt nobis Graeciae monumentis diſciplinisque tradita. Vitruu. 1, 1 *pr.* Architectura eſt ſcientia pluribus diſciplinis et variis eruditionibus ornata — Itaque eum et ingenioſum eſſe oportet, et ad diſciplinam docilem: neque enim ingenium ſine diſciplina, aut diſciplina ſine ingenio perfectum artificem poteſt efficere. *Et* p. 4 Non puto poſſe iuſte repente ſe profiteri architectos, niſi qui ab aetate puerili his gradibus diſciplinarum ſcandendo — peruenerint ad ſummum templum architecturae. Cic. Acad. 1, 4 Sin a Graecorum artibus et diſciplinis abhorrerent, ne haec quidem curaturos, quae ſine eruditione Graeca intelligi non poſ-

ſunt.

ſunt. Cic. de Diuin. 1, 91 Nec quisquam rex Perſarum poteſt eſſe, qui non ante Magorum diſciplinam ſcientiamque perceperit. Diſciplina intelligendi, et dicendi, *vid.* Vera et abſoluta eloquentia, *in* ELOQVENTIA. ❡ 2 *Inſtituta, mores, ratio agendi, ipſaque ars adeo, quam quis a magiſtro didicit, vel ipſe aſſuefactione comparauit,* Diſciplina *vocantur.* Plaut. Aſin. 1, 3, 49 Eadem nos diſciplina vtimur. Cic. pro Rabir. 28 Adeone ignarus es diſciplinae, conſuetudinisque noſtrae? Idem Qu. Frat. 1, 1 Haec inſtitutio, atque haec diſciplina, poteſt ſuſtinere in rebus ſtatuendis, diſcernendisque eam ſeueritatem, qua, *etc.* Mores et diſciplina Cic. pro Flacc. 11. Idem pro Deiot. 28 Imitari potius Caſtor aui tui mores diſciplinamque debebas. Diſciplinae partes Scribon. Epiſt. *i. artis medicae. Conf.* Pallad. 1, 1. 12, 17. 13, 3. *Sic eſt apud* Val. Max. caput de Militari diſciplina 2, 7. *i. de obſeruatione bonorum morum inter milites, quae et ſimpliciter ponitur, vt* Suet. Aug. c. 23. Flor. 2, 18. *it.* Maiorum diſciplina Salluſt. Iug. 44, 3. *Sic* Plaut. Bacch. 3, 3, 17 Eademne erat haec diſciplina tibi, cum tu adoleſcens eras? Domeſtica diſciplina *apud* Suet. in Caeſ. c. 48. Cato R. R. c. 1 Caueto, ne alienam diſciplinam temere contemnas. Satis ſunt magna vtrinque accepta incommoda, quae pro diſciplina et praeceptis haberi poſſent Caeſ. B. C. 3, 10. Cic. pro Lege Manil. 28 Quis igitur hoc homine ſcientior vnquam aut fuit, aut eſſe debuit, qui e ludo atque pueritiae diſciplina, bello maximo, atque acerrimis hoſtibus ad patris exercitum atque militiae diſciplinam profectus eſt? Liu. 4, 37 Diſciplina rei militaris. Familiae grauis et conſtans diſciplina Cic. Qu. Frat. 1, 1. Obſequii diſciplina, morigera ſubiectio eſt Tertull. de Pat. c. 2. Diſciplina meretricia Idem Verr. 3, 6. Ter. Heaut. 2, 3, 59 Nam diſciplina eſt, eisdem munerarier Ancillas primum, ad dominas qui affectant viam. Quidam parentum diſciplina meliores fiunt Cic. Off. 1 c. 39. Idem de Senect. c. 16 Admirari ſatis nequeo vel hominis continentiam, vel temporum diſciplinam, *i. Bonos mores, et eorum obſeruationem. Hinc ſimili ratione* Diſciplinam, *pro Secta Philoſophorum ponit* Cic. Tuſc. 3, 90 Omnes fere Philoſophi omnium diſciplinarum. Idem de N. D. 1, 16 Tres enim trium diſciplinarum principes conueniſtis. *Et* de Fin. 1, 12 In quibus quantum potuimus, non modo quid nobis probaretur, ſed etiam quid a ſingulis Philoſophiae diſciplinis diceretur, perſecuti ſumus. Doctus ex diſciplina Stoicorum Cic. de Clar. Orat. 94. Conſultus vniuerſae diſciplinae, *vid.* CONSVLO. Incorruptum genus diſciplinae, *vid.* INCORRVPTVS. ❡ 3 *Formulae:* Contra diſciplinam, *vid.* CONTRA. Contra diſciplinam ſe gerere Traian. in Plin. Ep. 10, 82. *i. praeſcriptum.* Cic. de Diuin. 2, 10 Eadem in literis ratio eſt, reliquisque rebus, quarum eſt diſciplina, *quae doceri diſcique poſſunt.* Diſciplina dicendi Cic. de Clar. Orat. 163. Multarum artium diſciplina Idem Orat. 4. Diſciplina iuris ciuilis homo omnium eruditiſſimus Id. de Orat. 1, 180. Antiqua diſciplina milites habuerat Tacit. Ann. 12, . . Domeſtica Cic. de Clar. Orat. c. 26. Idem Acad. 4, 2 *de Lucullo*, Sed incredibilis quaedam ingenii magnitudo non deſiderauit Indocilem *(difficulter docentem)* vſus diſciplinam. Ingenuae diſciplinae, *vid.* INGENVVS. Nec dulcis vlla diſciplina Infantiae eſt Prud. in Caſſiano v. 28. Iucundior diſciplina Quinctil. 2, 4. Mollis diſciplina, *vid.* MOLLIS. Militaris Liu. 8, 5 *extr.* Literarum diſciplina Celſ. 1 praef. Morata bene diſciplina, *vid.* MOS. Inimica corpori Ibid. Cic. pro Lege Manil. 55 Non Rhodiorum, quorum vſque ad noſtram memoriam diſciplina naualis et gloria remanſit. Pugnandi Nazar. Paneg. Conſtantini c. 23. Rationalis diſciplina Celſ. 1 praef. *i. rerum naturae cognitio.* Seuera diſciplina Quinctil. 1, 2. Vetuſtiſſima diſciplina Tacit. Ann. 11, 15. Abſtrahere a diſciplina, *vid.* ABSTRAHO. Cic. de N. D. 1, 26 Inde Anaxagoras qui accepit ab Anaximene diſciplinam, primus omnium, *etc. Vid.* ACCIPIO. Adhaereſcere ad aliquam diſciplinam Cic. Acad. 4, 8. Adiicere diſciplinae aliquid, *vid.* ADIICIO. Capere diſciplinam, *vid.* CAPIO. Colere diſciplinam Cic. de Clar. Orat. 1, 117. Dare diſciplinam Idem de N. D. 3, 91. Deducere ad diſciplinam, *vid.* DEDVCO. Cic. de Fin. 2, 33 Ferarum natura non eſt illa quidem deprauata mala diſciplina, ſed natura ſua. Eductus ſeuera patris diſciplina Tacit. Ann. 1, 41. Cic. Verr. 3, 161 Eos inſtituere atque erudire ad maiorum inſtituta atque ciuitatis diſciplinam, non ad tuas turpitudines debuiſti. Exercitatus diſciplina bona Cic. in Orat. 200. Tacit. Ann. 11, 15 Ne vetuſtiſſima Italiae diſciplina per deſidiam exoleſceret. Seuerior diſciplina firmat ingenium Sen. Epiſt. 2. Quinctil. in prooem. 4 Contenti fore domeſtico vſu videbamur, vt tui meique filii diſciplinam formare, ſatis putaremus. Cic. de Clar. Orat. 267 M. Piſo quidquid habuit, habuit ex diſciplina. Increbuit diſciplina, Labante deinde paullatim diſciplina, Perdiſcere diſciplinam ruris, *v. hh. vv.* Recipere in diſciplinam Suet. de Gramm. c. 13. Diſciplinam domeſticam diligenter et ſeuere regere Idem Caeſ. c. 48. *et* Aug. c. 24. Tacit. Ann. 2, 52 Diuiſusque exercitus, vt Tacfarinas lectos viros, et Romanum in modum armatos caſtris attineret: diſciplina et imperiis ſueſceret. Quinct. 1, 12, 1 Quia confundatur animus ac fatigetur tot diſciplinis in diuerſum Tendentibus. Cic. pro Flacc. 15 O morem praeclarum, diſciplinamque, quam a maioribus accepimus, ſi quidem Teneremus. Tradere in diſciplinam Cic. de Diuin. 1 c. 41. Suet. Ner. c. 7. Per manus tradita diſciplina militaris, *vid.* MANVS. Studia et artes quae ſunt nobis Graeciae monimentis diſciplinisque tradita Cic. Quint. Fratr. 1, 1. Quod ex cauſa ortum paullatim in diſciplinam Vertit Iuſtin. 26, 2, 15.

DISCIPLINALIS, *vel* DISCIPLINABĬLIS, e. Adi. [μαθητὸς] Auctor ad Heren. 3, 4 c. 3 Aut ſi qua in re cohortabimur aliquem, cuius rei aliquam diſciplinabilem ſcientiam poterimus habere, *etc. Alii legunt* Diſciplinalem. *Eſt autem* Diſciplinabile, *vt Turneb. explicat, quod praeceptionibus et inſtitutionibus arteque et ratione aliqua doctrinaque continetur.* Voluntates Caſſiod. 4, 33 *al.* diſciplinabiles.

DISCIPLINALĬTER. Adu. Sariſb. 6, 15 Diſciplinaliter eruditus populus.

DISCIPLINOR, āri. Dep. *Apud* Auguſtinum . . .

DISCIPLINATVS, a, um. Adi. Vulg. Sirac. 10, 24. *et* Iac. 3, 13. Alc. Auit. 4, 46. *et* DISCIPLINATIOR. Tertull. de Fuga in Perſecutione c. 1.

DISCIPLINATIO, ōnis. f. Auguſtin. . . .

DISCIPLINOSVS, a, um. Adi. [εὐμαθὴς] *dicitur, Qui tam bonas quam malas artes facile diſcit.* Cato *apud* Gell. 4, 9 Ipſe gladiator diſciplinoſus, *etc.*

DISCIPVLĀTVS, ûs. m. [Μάθησις, doctrina, Vet. Gloſſ.] Tertull. de Praeſcript. aduerſus Haereticos c. 22 Quis enim integrae mentis credere poteſt aliquid eos ignoraſſe, quos magiſtros Dominus dedit indiuiduos habitos in comitatu, in diſcipulatu, in conuictu? *Add.* Zeno Veron. Serm. de praecepto, Attende tibi. Caſſiod. Epiſt. 5, 40.

DISCIPVLVS, i. m. [μαθητὴς, φοιτητὴς] *Qui diſcit.* Cic. Off. 1, 3 Orator parum vehemens, dulcis tamen, vt Theophraſti diſcipulum poſſis agnoſcere. Cic. Fam. 9, 16 Hirtium ego et Dolabellam diſcendi diſcipulos habeo, coenandi magiſtros. Diſcipulus eſt prioris poſterior dies P. Syrus. Auditor et diſcipulus Platonis Cic. de Diuin. 1, 46. Melius inſtituti diſcipuli Quinct. 2, 3. Melior magiſtro diſcipulus Iuuen. Sat. 14, 214. Rudis diſcipulus et integer, *vid.* INTEGER. Cic. de N. D. 3 c. 3. Inſtruere diſcipulos lectione orationum, *vid.* INSTRVO. Diſcipuli *quoque dicuntur illi, qui in tabernis vel officinis mercatorum ſeruiunt, et qui mercenariorum diſciplinam addiſcunt.* Coquorum diſcipuli Plaut. Pſeud. 3, 2, 76.

DISCIPVLA, ae. f. [μαθήτρια, μαθητρὶς] *Quae diſcit.* Plin. 10, 20 Audit diſcipula intentione magna, et reddit. *De Luſcinia.* Plaut. Aulul. 1, 1, 20 Continuo hercle ego te dedam, diſcipulam cruci. Diſcipularum inter iubeo plorare cathedras Hor. Sat. 1, 10, 91. Apul. Flor. p. 348, 10 *poſt Solis mentionem,* Itemque luminis eius Luna diſcipula.

DISCOBINO, āre. *in ſcobem diſpergere et comminuere.* Varro *apud* Non. 8, 71 Dicat pugil is, Spectatores *(ſic lego pro Merceriano,* pugilis Spectatoris) qui miſerum putatis vinci, quaero a vobis, ſi adverſarius ſupercilia mi ceſtis *(pro* caeſtibus) diſcobinarit, num quis veſtrum mihi ſua eſt daturus? *vid.* DESCOBINO.

DISCOBŎLVS, *vid.* DISCVS.

DISCŎLOR, ōris. Adi. [πολύχροος] *Diuerſi coloris. vt,* Diſcolor cutis Plin. 28, 12 *Vbi tamen ex vetuſtiſſimo codice legitur* Decolor. Ouid. Amor. 3, 2, 78 Et volat admiſſis diſcolor agmen equis. *Et* Martial. 14, 17 Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. Hor. Epiſt. 1, 19, 3 Vt matrona meretrici diſpar erit atque Diſcolor, infido ſcurrae diſtabit amicus. Anhelitus diſcolor obſcurat axes rutilos Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 192. *de afflatu equorum Plutonis.* Indus diſcolor Propert. 4, 3, 10. *Sed recte Brouckh.* decolor. Ouid. Triſt. 2, 477 *de ludo calculorum:* Diſcolor vt recto *(ſ.* tecto, *occulto, quod non ſentiat aduerſarius)* graſſetur limite miles, Cum medius gemino calculus hoſte perit. Sanguis diſcolor Lucan. 10, 128. Cic. Verr. A. 1, 40 c. 13 Hoc factum eſſe in hac ciuitate, quum Senatorius ordo iudicaret, vt diſcoloribus ſignis, iuratorum hominum ſententiae notarentur. *i. Tabellae et cerae non eiusdem coloris. Supra autem dixerat,* nulla nota, nullus color, nullae ſordes videbantur his ſententiis adlini poſſe. Via diſcolor variis floret armis Valer. Argon. 5, 564. Rerum diſcolor vſus Perſ. 5, 52. *Vid. plura ap. Heinſ. ad* Ouid. Her. 9, 4.

DISCOLORIVS, *et* DISCOLORVS, a, um. Adi. *Idem.* Petron. c. 57 Diſcoloria veſtis. Mart. Capell. 1 p. 19 Florida diſcoloraque veſtis. Prudent. Periſt. 10, 302 Quos luna terret diſcolora in ſtipite.

DISCONDVCIT. Nihil diſconducit huic rei Plaut. Trin. 2, 4, 85. *i. obeſt.*

DISCOOPERIO, ire. Verecundiora diſcooperuerunt Vulgat. Ezech. 22, 10. *Conf.* Leuit. 18, 7 *etc.* Hieron. Ep. 128.

DISCOOPERIENS, entis. Partic. Vulgat. 2 Sam. 6, 20.

DISCOOPERTVS, a, um. Partic. Vulgat. Ruth. 3, 7. *et* Ieſai. 20, 4.

DISCONVĔNIO, ēni, entum, īre. [διαφέρω, δι΄ϊστημι] *Diſſidere, diſcordare.* Hor. Epiſt. 1, 1, 99 Vitae diſconuenit ordine toto. Hor. Epiſt. 1, 14, 18 Non eadem miramur, eo diſconuenit inter Meque et te.

DISCONVENIENS, entis. Partic. *Inconueniens.* Lactant. de Ira Dei c. 3 Eſt diſconueniens, vt eiusmodi poteſtate ſit praeditus, qua noceat et obſit; prodeſſe vero et benefacere nequeat.

DISCONVENIENTIA, ae. f. Tertull. de Teſtim. Anim. c. 6 Suſpectam habe conuenientiam praedicationis in tanta diſconuenientia conuerſationis.

DISCŎQVO, xi, ctum, ĕre. [διεψάω] *Idem quod ad ſolutionem vsque Coquere, vel Valde coquere.* Plin. 22, 25 Noſtri praecipiunt arietinum in aqua cum ſale diſcoquere. Ibid. Aluum ſiſtit in cibo, magisque diſcocta caeleſti aqua. *Add.* Id. 29, 6 *et al.* Diſcocta malua Scribon. 184. *Conf.* Rhod. Lex. Scrib.

DISCORIO, āre. [ἀποδέρω Gloſſ. Gr. Lat.] *Corium detrahere.*

DISCORS, ordis. Adi. [διάφωνος, ἑτερογνώμων, ἀσύμφωνος, ἀνάρμοστος] *Qui corde, h. e. Animo diſſidet, vt,* Ad alia diſcordes in vno conſenſiſſe Liu. 4, 26. *Et* Ciuitas ſecum ipſa diſcors Liu. 2, 23. Ipſa ſibi diſcors Ouid. Triſt. 5, 5, 35. Diſcors patri Vell. 2, 37, 3. Non ambitione, non contentione diſcordes Cic. de Leg. Agr. 2, 90 c. 33. Arma diſcordia Virg. Georg. 2, 459. *i. vt interpretatur* Seruius, Plena iurgio et rapinis. *Verba ſunt:*

O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint,
Agricolas: quibus ipſa procul diſcordibus armis
Fundit humo facilem victum iuſtiſſima tellus.

Opponi videntur arma diſcordia *ruſticis, ligonibus, raſtris etc.* Ouid. Met. 1, 433 Quumque ſit ignis aquae pugnax, vapor humidus omnes Res creat, et diſcors Concordia ſetibus apta eſt. Hor. Epiſt. 1, 12, 19 Quid velit et poſſit rerum Concordia diſcors. *Haec eſt illa Heracliti* Ἐναντιοτροπὴ *creatrix omnium et conſeruatrix. Vid.* DISCORDIA concors. Dextrae diſcordes Stat. Theb. 6, . . Gloria diſcors Ouid. Amor. 2, 12, 11. Modi diſcordes Stat. Silu. 5, 5, 26. *modos muſicos intelligit, prae luctu parum conſonantes.* Motus diſcordes Stat. Theb. 10, 575. Mundus diſcors Plin. 30, 1. Pectora diſcordia Lucan. 10, 12. *et* Sil. 2, 380 Inferri Romana ſuis diſcordia ſenſit Pectora. Sententia diſcors Sil. 13, . . . Sententiae diſcordes medicorum Plin. 23, 1. Symphonia diſcors Hor. de Arte Poët. 374. Ouid. Amor. 2, 10, 9 Errat, vt a ventis diſcordibus acta phaſelus. Hor. Serm. 2, 3, 174 Extimui, ne vos ageret veſania diſcors. Ouid. Amor. 3, 8, 48 Quid tibi diſcordes addere in arma viros? Diſcordis antiquitus dicebatur: Pompon. in Sat. Blanda, ſallax, impotens, ſuperba, diſcordis. *Ex* Priſcian. 6 p. 726.

DISCORDO, āre. [διαφωνέω, διαφέρομαι, διχοστατέω] *Diſſidere, diſſentire.* Plaut. Merc. 2, 1, 7 Neu diſcordarent, ſi ambae in vno eſſent loco. Tacit. Ann. 12, 28, 2 Illi metu ne hinc Romanus, inde Cheruſci, cum queis Aeternum diſcordant, *etc.* Parcus diſcordat auaro Hor. Epiſt. 2, 2, 194. Diſcordant inter ſe Ter. Andr. 3, 3, 43. Cic.

Cic. de Fin. 1, 44 c. 18 Sed intus etiam in animis incluſae inter ſe diſſident atque diſcordant. Diſcordare aduerſus aliquem Quinctil. 5, 11. Diſcordare ab aliquo Id. 8, 3. *Conf.* 11, 3. Animus a ſe ipſe diſſidens, ſecumque diſcordans Cic. de Fin. 1 c. 18. Diſcordantia corda Sil. 16, . . . Fortuna a ſe diſcordans Vell. 2, 53, 3. Diſcordans vtero ſuo ſtirps Columel. 6, 36. Venti Plin. Ep. 8, 20. Vota Columel. 6 Praef.

DISCORDIA, ae. f. [διαφωνία, ἔρις] Eſt Ira acerbior intimo odio et corde concepta, *inquit* Cic. Tuſc. 4 c. 9. Cic. de Amicit. 82 Quanta vis amicitiae concordiaeque ſit, ex Diſſenſionibus atque diſcordiis percipi poteſt. Res pernicioſiſſima in ciuitate ſeditio atque diſcordia Cic. Off. 1 c. 25. Aſſiduum inter pares diſcordiae malum Iuſtin. 16, 3, 1. Ouid. Met. 9, 445 Dixit, et incertae tanta eſt diſcordia mentis. Demens diſcordia Virg. Aen. 6, 280. Concors diſcordia *principiis rerum naturalium tribuitur a* Manil. 1, 142. *Vid.* DISCORS Concordia. Gliſcens diſcordia Tacit. Ann. 4, 17. Nutrix belli diſcordia Claud. in Ruff. 1, 30. Stat. Theb. 1, . . . Haud ſecus indomitos praeceps diſcordia fratres Aſperat. Tetra diſcordia Hor. Serm. 1, 4, 60. Seditionem ac diſcordiam concitare Cic. pro Muraen. 85 c. 39. Concordia res paruae creſcunt, diſcordia maximae dilabuntur Sall. Iug. 10. Contrahere amicitiam, et diſſipare diſcordiam Cic. de Amicit. 24. Exoritur trepidos inter diſcordia ciues Virg. Aen. 12, 583. Cic. Fam. 8, 14 Si alter eorum in bellum Parthicum non eat, video magnas Impendere diſcordias, *etc.* Inceſſit diſcordia duobus regibus Virg. Georg. 4, 68. Inducere diſcordiam Cic. Off. 1, 85. Miteſcunt diſcordiae inteſtinae, *vid.* MITIS. Ex cupiditatibus odia, diſſidia, diſcordiae, bella naſcuntur Cic. de Fin. 1, 44. Oritur diſcordia Id. Off. 1, 86. Paſci diſcordia, *vid.* PASCOR. Sedare diſcordiam Cic. Philipp. 1, 1. Tollere diſcordiam Cic. Fam. 3, 8. Id. de Legib. 1 c. 21 Ex hac autem non rerum ſed verborum diſcordia controuerſia nata eſt de finibus. ¶ 2 *Deſcriptio* Diſcordiae *tanquam Deae, ſ. perſonae, eſt* Petron. c. 124 *quam ponemus :*

Intremuere tubae, ac ſciſſo Diſcordia crine
Extulit ad ſuperos ſtygium caput. Huius in ore
Concretus ſanguis, contuſaque lumina flebant.
Stabant aerati ſcabra rubigine dentes,
Tabo lingua fluens, obſeſſa draconibus ora.
Atque inter toto laceratam pectore veſtem
Sanguineam tremula quatiebat lampade dextra.

Deinde orationem illi tribuit, qua concitarit bellum ciuile Caeſarianum. Penultimus verſus corruptus videtur : quem illuſtrat tamen Virg. Aen. 8, 702 Et ſciſſa gaudens vadit Diſcordia palla. *Simili fere modo* στάσιν *h. e. ſeditionem deſcribit Ariſtides*, Supino eſt capite ; labris liuentibus, oculis ſtrabis, tumefactis, lacrimis *recentibus perpetuo* fluentibus, manibus incontinentibus mobilibusque, gladium intus *pectori ſuo intentans*, tenuibus et obliquis innixa cruribus et pedibus, eam, ceu rete, caligo et tenebrae circumuoluunt : *plerumque in ſepulcris, tanquam ſuis templis, verſatur. Haec tranſtulimus ex Ariſtidis Orat. ad Rhodios de Concordia p. 568 Iebb. Conf.* ERIS.

DISCORDABILIS, e. Adi. [διαφωνητικός] *Quod diſcordat et diſconuenit.* Plaut. Capt. 2, 3, 42 Me hic valere, et tu te audacter dicito, Tyndare, inter nos fuiſſe ingenio haud diſcordabili. *Antiquum.*

DISCORDIALIS, e. Adi. [διχοστατικός] *Qui lites generat et parit.* Plin. 37, 10 Nam hyaenae pelli ſimilem abominantur, diſcordialem domibus.

DISCORDIOSVS, a, um. Adi. *Pronus ad diſcordias.* Salluſt. in Iugurth. c. 66 Nam vulgus, vti plerumque ſolet, et maxime Numidarum, ingenio mobili, ſeditioſum atque diſcordioſum erat, cupidum nouarum rerum, quieti et otio aduerſum. *Conf.* Sidon. Ep. 6, 2 *extr.* Cyprian. Ep. 42, 2.

DISCORDITAS, ātis. f. *pro Diſcordia, antiquum.* Pacuu. Hermion. Quantamque ex diſcorditate cladem importem familiae. Nonius 2, 216.

DISCORDATIO, ōnis. f. *apud* Boëthium, *eſſe dicitur.*

DISCREDO, ĕre. [ἀπιστεῖν] *pro non credere, aliquoties vſurpat* Commodian. in Inſtruct.

DISCRĔPO, ui *et* āui, ītum, āre. [ἀπᾴδω, διαφωνέω] *Diuerſo modo crepare, i. ſonare : et in vniuerſum diuerſum eſſe, diſſidere, diſcordare.* Cic. Off. 1, 45 c. 40 Vt in fidibus aut tibiis, quamuis paullulum diſcrepent, tamen id a ſciente animaduerti ſolet. Cic. Verr. 4, 129 Vt nonnunquam ſi quid diſcrepet, eximant vnum aliquem diem. Hor. de Arte Poët. 219 Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis. Planc. Cic. Fam. 10, 4 Non eſt ignotus mihi ſenſus tuus, neque ſi facultas optabilis mihi quidem tui praeſentis eſſet, vnquam a tuis conſiliis diſcreparem. A meis rationibus diſcrepant tuae Cic. Fam. 5, 20. Id. Acad. 2, 1 Diſcrepabat etiam ab iiſdem, quod nullo modo arbitrabatur quidquam, *etc. Conf.* Id. Att. 2, 1. Ab humanitate diſcrepare Cic. Off. 1, 145. Id. Fam. 2, 13 Ex eo quidem ſuſpicati fortaſſe ſunt animorum contentione, non opinionum diſſenſione me ab eo diſcrepare. *i. Diſſimilitudinem ſententiarum habere. Diſcordem eſſe.* Cic. Parad. 1 In qua dicuntur ea, quae non multum diſcrepent ab opinione populari. Diſcrepant facta cum dictis Cic. de Fin. 2 c. 30. *Sic* de Partit. c. 38 Diſcrepare cum caeteris ſcriptis. *Et* de Fin. 4 c. 22 Quid attinuit cum iis, quibuſcum re concinebat, verbis diſcrepare ? *Et* c. 26 Videſne igitur Zenonem tuum cum Ariſtone verbis conſiſtere, re diſſidere ; cum Ariſtotele et illis re conſentire, verbis diſcrepare. Medium primo, medio diſcrepat vltimum Hor. de Art. Poët. 152. Vox et ratio mea longe diſcrepat iſtis Hor. Serm. 1, 6, 92. Cic. Tuſc. 4, 61 c. 28 Admouenda curatio, et talis quidem, quae poſſit eſſe omnium etiam de caeteris rebus diſcrepantium Philoſophorum. Cic. de Orat. 3, 117 Nihil ſane ad rem pertinet, ſi qua in re diſcrepauit ab Antonii diuiſione noſtra partitio. Idem Verr. 5, 122 Eadem dicit, nulla in re diſcrepat. Liu. 22 Mirari magis adeo diſcrepare inter auctores, quam, *etc.* Ibid. 26, 49 Aeque et alia inter auctores diſcrepant. *Et ſimpliciter* 25, 28 Cum haud ferme diſcreparet, quin quae vbique regum fuiſſent, Romanorum eſſent. *Sic* 3, 31 Dum de legibus conueniret, de latore tantum diſcreparet. *Et* 8, 40 Nec diſcrepat, qui dictator eo anno A. Cornelius fuerit. Id ambigitur *etc.* Cic. de Inuent. 2, 144 c. 49 *pr.* Ex contrariis autem legibus controuerſia naſcitur, quum inter ſe videntur duae leges, aut plures diſcrepare. Cic. pro Cluent. 122 Quare qui vobis in mentem venit haec appellare iudicia, quae a Pop. Rom. reſcindi, ab iratis iudicibus repudiari, a magiſtratibus negligi, ab iis, qui eandem poteſtatem adepti ſunt commutari, inter Collegas diſcrepare videatis ? Cic. de Orat. 3, 194 Vt a multitudine et Populo non modo caterua atque conuentus, ſed etiam ipſi ſibi ſinguli diſcrepantes eiiciantur.

DISCRĔPANS, antis. Partic. [διαφωνῶν] Cic. de Legib. 1, 30 c. 10 Interpreſque mentis oratio verbis diſcrepans, ſententiis congruens. Diſcrepantiſſimus Solin. 52 (Salm. 65).

DISCREPANTIA, ae. f. [διαφωνία] Cic. Off. 1, 111 In actiones, omnemque vitam, nullam diſcrepantiam conferre debemus. Idem de Fin. 3, 41 c. 12. Scripti et voluntatis Id. Top. c. 25.

DISCREPATIO, ōnis. f. *Idem : apud* Tertull. adu. Marc. 5, 10 *vt Froben. et Pamel. legunt, id quod in annotationibus Fr. Iunius contra Rhenani coniecturam.* Diſceptationem *(vt Rigaltius etiam expreſſit) non inerudite tuetur. Sed et apud* Liu. 10, 18 Ea ipſa inter conſules diſcrepatio fuit.

DISCREPATOR, ōris. m. ICt. *in* Dig. *Si verum eſt.*

DISCREPITO, āre. Frequent. [διαφωνοῦμαι] Lucret. 2, 1017 Verum poſitura diſcrepitant res.

DISCREPĬTANS, antis. Partic. Lucret. 3, 804.

DISCRETIO, DISCRETVS, DISCRIMEN, DISCRIMINO, *vid.* DISCERNO.

DISCRIBO, ipſi, ĕre. *Pluribus ſoluendos aſſignare apud Trapezitam numos. Bentleius* Terentio *reſtituit poſt Faërnum eiusque auctoritate* Phorm. 5, 8, 30 *pro vulg.* Perſcribere *vbi vid.* n. 2.

DISCRVCIO, āre. [ἀνιάω] *a quo Paſſiuum*

DISCRVCIOR, āri. [δυσθανατεῖν] *Valde cruciari, ad diuerſas velut partes torquendo trahi.* Cic. Philipp. 13, 37 c. 18 Vt ille Trebonium, etſi poſſet, etiam Brutum, diſcruciatos necaret. Id. pro Roſc. Com. 31 c. 11 Quod enim ipſe celeriter arripuit, id quum tarde percipi videt, diſcruciatur. Diſcrucior animi, *pro animo, more Graeco.* Plaut. Aulul. 1, 2, 27. Ter. Adel. 4, 4, 1 Diſcrucior animi : hoccine de improuiſo mali mihi obiici, *etc. Conf.* Plaut. Poen. 1, 2, 155. Catull. 67, 76. Suet. Aug. c. 14. Diſcrucior animum etiam dici poteſt et animo, *teſte* Diomede.

DISCRVCIATVS, ûs. m. Prudent. Hamartig. v. 834 Vermibus et flammis et diſcruciatibus aeuum Immortale dedit.

DISCVBITORIVS, *vid.* DISCVMBO.

DISCVLPO, āre. Plauto *adſcribitur : non recte, puto.*

DISCVLPTVS, a, um. Partic. Pectus ſquamarum ſignaculis diſculptum Tertull. de Pall. c. 4 p. 22 *Salmaſ. de lorica Alexandri M.*

DISCVMBO, cubui, cubĭtum, ĕre. [ἀνακλίνομαι, κατάκειμαι, ἀναπίπτω] *Idem quod ſuo quemque loco Accumbere.* Gell. 3, 19 Apud coenam Fauorini Philoſophi quum diſcubitum fuerat, coeptusque apponi cibus, ſeruus aſſiſtens menſae legere incoeptabat. Cic. Att. 5, 1 Diſcubuimus omnes praeter illam. Menſis diſcumbere Stat. Silu. . . Ouid. Met. 8, 155 Diſcubuere toris Theſeus, comitesque. Diſcumbĭtur, Imperſ. [ἀνακλίνεται] Cic. Verr. 1. 66 Mature veniunt, diſcumbitur. *Add.* Gell. 2, 2. Super ſtrato oſtro diſcumbitur Virg. Aen. 1, 700. *Conf.* Ouid. Met. 12, 212. Tac. H. 2, 68. *et* Ann. 15, 69. Diſcubuimus omnes praeter illam Cic. Att. 5, 1. Id. de Inu. 2, 14 c. 4 Coenati diſcubuerunt ibidem. *Add.* Ouid. Met. 8, 565. *et* 12, 155. Diſcubuere toris. Plaut. Merc. Prol. 99. Diſcubitum noctu vt imus, ecce, *etc.*

DISCVBITVS, ûs. m. Valer. Max. 2, 1, 9 Ne ſenioris aduentum diſcubitu praecurrerent. Vulg. Interpr. Marc. 12, 39 Primi diſcubitus in conuiuiis.

DISCVBITORIVS lectus, [ἀνακλιντικός] *apud* Plin. *in quo, vel ſuper quo diſcumbebant antiqui coenaturi, vt differret a triclinari et cubiculari lecto.*

DISCVNEO, āre. *Immiſſo cuneo diffindere, apud* Apul. *eſſe dicitur : non habet Ind. Floridi.*

DISCVNEĀTVS, a, um. Part. [διεσφηνωμένος] *quaſi Immiſſo cuneo apertus ac patens : ſicut ligna diducta ſiunt et hiantia adactis cuneis.* Plin. 9, 30 Conchae ſe contrahunt, ſed fruſtra diſcuneatae.

DISCVNEATIO, ōnis. f. *et*

DISCVNEATOR, ōris. m. *Auguſtin.*

DISCVPIO, īui, ītum, ĕre. [ἐπιθυμέω] *Valde cupere.* Plaut. Trinum. 4, 2, 87 Lubet audire, niſi moleſtum eſt. s. quin diſcupio dicere. Cael. Cic. Fam. 8, 15 Peream ſi minima cauſa eſt properandi iſto mihi, quod te videre, et omnia intima conferre diſcupio.

DISCVRRO, curri, curſum, ĕre. [διαθέω] *In diuerſas partes, huc illuc currere.* Plin. 11, 37 Ex hoc fonte duae grandes venae in priora et terga diſcurrunt. Liu. 1, 9 Signo dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines diſcurrit. *De raptu Sabinarum.* More victorum cum palma diſcucurrit Suet. Cal. c. 32. A media in vtramque partem diſcurrens Quinctil. 2, 4. Virg. Aen. 12, 577 Diſcurrunt alii ad portas, *nempe alii ad hanc, ad illam alii.* In fluuium diſcurrere Virg. Georg. 4, 292. *hic de Nilo loquitur.* In montibus diſcurrere Ouid. Faſt. 2, 285. Tibul. 3, 1, 3 Et vaga nunc certa diſcurrunt Vndique pompa. Equo diſcurrere Valer. Argon. 6, 203. Curt. 4, . . . Fama, vt ſolet, ſtrenue totas vrbes diſcurrit. Strenue, *i. Celeriter.* ¶ 2 Diſcurrere, *etiam ſemibarbaris eſt Diſſerere. Inuenitur tamen apud* Amm. Marcell. 17, 4 *pr.* Super quo nunc pauca diſcurram. Marcellinus, *natione Graecus, cum ſciret Graecum* διελθεῖν *tali ſignificatione vſurpari, Latinum quoque* diſcurrere *eadem ſignificatione ſumi poſſe credidit.* Actus eius diſcurrere per epilogos breues Ammian. 30, . . . *Et* 26, . . . Diſcurrere per negotiorum celſitudines adſuetae. *Vid. Vorſt. de Latinit. Mer. Suſp. c. 14 p. 103.*

DISCVRSVS, a, um. Part. Diſcurſis itineribus magnis Ammian. 29, . . .

DISCVRSO, āre. [διατρέχω] Quinctil. 6, 3, 54 Manlius multum in agendo diſcurſans. *Add.* Id. 11, 3, 126. Flor. 3, 18, 10.

DISCVRSVS, ûs. m. [διαδρομή] *Ipſe diſcurrendi actus.* Caeſ. B. G. 8, 29 Magno clamore diſcurſuque paſſim ſe fugae mandant. *Et* Plin. 2, 36 Diſcurſus ſtellarum. Quinctil. 4, 2, 3 Diſcurſus amicorum. Diſcurſusque animae diuerſa in membra meantis Interceptus aquis Lucan. 3, 640. Totius diei diſcurſus *de infantibus* Quinct. 1, 12, 10. Laſciui diſcurſus Claud. in Eutrop. 2, 100. Latis vallem diſcurſibus implere Ouid. Faſt. 2, 223. Vani diſcurſus Val. Arg. 3, 220. *Tales tribuuntur* Salutatoribus Martial. 7, 38. *et* 4, 79. *Add.* Iuu. 1, 86. Sen. de Breu. Vitae 3. ¶ 2 Diſcurſus, *vulgo eſt* Sermo, *diſſertatio ; ſed abſque auctoritate. Laudatur etiam* Macrob. Sat. 7, 1 *pr.* Primis menſis poſt epulas iam remotis, et diſcurſum variantibus poculis minutioribus. *Sed vid. leg. cum Camerarii editione* diſcurſim. *Neque huc pertinent*

nent Redemti diſcurſus l. 1 C. Th. de rapt. virg. vel viduar. *qui non ſint διαλογισμοί, ſed commeatus, et hinc illinc nuntii miſſi etc.*

DISCVRSATIO, ōnis. f. Lactant. de Opific. Dei c. 3 Auium per aërem libera diſcurſatio. *Conf.* Frontin. 1, 5 *extr.*

DISCVRSATOR, ōris. m. *Militum genus.* Amm. 16, 26 Iisdem ſparſim miſcuere pedites diſcurſatores et leues. *Et* 29, 23 Hoſtem caperet diſcurſatorem et repentinum inſidiiſque potius clandeſtinis, quam praeliorum ſtabilitate confiſum.

DISCVRSIO, ōnis. f. [διαδρομή] Lactant. de Opific. Dei c. 3 Totos dies in huiusmodi diſcurſione conſumunt.

DISCVRSITATIO, ōnis. f. Sen. de Breuit. Vitae c. 3 Officioſa per vrbem diſcurſitatio. *Aliqui legunt* Diſcurſatio.

DISCVRSIM. Adu. Macrob. Saturn. 7, 1 Primis menſis poſt epulas iam remotis, et diſcurſim variantibus poculis Minutioribus, *etc.* *vulgo editur* Diſcurſum : *male.*

DISCVS, i. m. [δίσκος] *Vas latum, vt Iulius* Pollux *inquit, ad portandas carnes aptum.* Apul. Met. 2 p. 125 Coenarum reliquiis diſcus ornatus. *Rotunda moles ſaxea, vel plumbea, ſiue ferrea, cuius iactu iuuenes inter ſe certabant, cum fortior iudicaretur, qui aut altius in ſublime, aut longius in tractu vltra deſignatum ſpatium proieciſſet. ita et miſſilibus contendebant.* Hor. Carm. 1, 8, 11 — Saepe diſco, Saepe trans finem iaculo expedito Nobilis. Indoctusque pilae diſciue trochiue quieſcit Hor. Art. Poët. v. 380. Cum omnia Gymnaſia philoſophi teneant, tamen eorum auditores diſcum audire quam philoſophum malunt : qui ſimul vt increpuit, in media oratione de maximis rebus et grauiſſimis diſputantem omnes vnctionis cauſa relinquunt. Ita leuiſſimam delectationem grauiſſimae, vt ipſi ferunt, vtilitati anteponunt.

DISCOBŎLVS, i. m. [δισκοβόλος] *Qui diſcum in ſublime iaculabatur.* Quinct. 2, 13, 10 Quid tam diſtortum et elaboratum, quam eſt ille diſcobolos Myronis ? Plin. 34, 8 Fecit et canem et diſcobolon, et Perſea. *De Artemone artifice aerario.*

DISCVTIO, ſſi, ſſum, ĕre. [ἀνακρίνω, διαστροφέω, διαφορέω] *In diuerſas partes quatere et disiicere, disturbare : Vt* Diſcutere lateritium murum Caeſ. B. C. 2, 9. Liu. 21, 12 Tribus arietibus aliquantum muri diſcuſſit. Sil. 6 . . Magnoque fragore Diſcuſſit trabs acta caput, *etc.* Ouid. Met. 2, 625 Lactentis vituli dextra libratus ab aure Tempora diſcuſſit claro caua malleus ictu. ¶ 2 *Transfertur varie, cum aliquid minui vel auferri tollique plane indicamus.* Diſcutit ebrietatem porrus Plin. 20, 6. *et* 23, 1 Diſcutere faſtidium. *Et* 28, 7 Metum. *Item* 2, 6 Triſtitiam, *de ſole. Frequentiſſime ſic* Plinius, *de vi medicamentorum contra morbos. Sed perſequemur iam nomine ordine literarum.* Cic. pro Domo ſua 54 Quum eos, qui conventu virorum bonorum verba de ſalute mea fecerant, adeſſe iuſſiſti, eorumque Aduocationem manibus, ferro, lapidibus diſcuſſiſti. *i. disturbaſti, vt diſcederent effeciſti.* Aëra diſcutere Lucret. 6, 832. Caligo diſcuſſa eſt illa, quam paullo ante dixi : diluxit, patet, videmus omnia Cic. Philipp. 12, 5 c. 2. Id. Acad. 4, 46 Oportet igitur et ea, quae pro perſpicuitate reſponderi poſſunt, in promtu habere, de quibus iam diximus, et eſſe armatos, vt occurrere poſſimus interrogationibus eorum, Captionesque diſcutere. Celſ. 3, 18 Quorundam enim vani metus leuandi ſunt : *etc.* quorundam etiam intempeſtiuus riſus et obiurgatione et minis prohibendus eſt : quorundam diſcutiendae triſtes Cogitationes. Cic. Fam. 10, 33 Omnem enim Cunctationem eius diſcuſſiſſem, praeſertim adiutore Planco. Duritiem diſcutere Scribon. 214. Ea diſcutienda ſunt, quae obſcurant Cic. de Orat. 3, 213. Faſtidium Plin. 23, 1. Febrem diſcutere Celſ. 3, 15. Idem *in* Prooem. Protinus Febrem ſomno et ſudore diſcuſſit. Celſ. 3, 15 Balineum neque ante febrem, neque poſt eam tentandum erit : niſi interdum iam Horrore diſcuſſo. Languor et nauſea ſaepe etiam diſcutitur, ſi integrum gallinaceum crudum ouum ieiunis faucibus inferas Columel. 6, 4. Celſ. 1, 8 Quos tamen ita mors ſequitur, ſi id Malum non eſt febre diſcuſſum. Celſ. 3, 2 Per haec enim ſaepe inſtans grauis Morbus diſcutitur. Nubila vultu diſcutit Mercurius Stat. Theb. 3, . . . Parotidas diſcutere Scribon. 44. 206. 263. Cic. pro Muraen. 84 c. 39 Hoc quod conceptum Respubl. Periculum parturit, conſilio diſcutiam et comprimam. *Conf. Burm. ad* Quinct. Decl. 17, 6 p. 337. Scenae diſcutiendae tamen oratione huiusmodi Quinctil. 6, 1. Somnum ſibi diſcutere lympha pura Propert. 3, 10, 13. Strumas diſcutere Scribon. 263. Vinum 12. Vomicas 264. *In primis autem* Diſcutere *apud Medicos ponitur, vbi* collectio *aliqua vitioſa tollenda eſt. Digerere, Diſſlare, et quod Graeci dicunt διαφορεῖν. Praeter ſuperiora, quorum partim huc pertinent,* Celſ. 5, 11 Ad diſcutienda vero ea, quae in corporis parte aliqua coierunt, maxime poſſunt abrotonum, helenium, amaracus, alba viola *etc.* Diſcuti matrimonium, *apud* Paull. in l. 2 D. de donat. inter vir. et vxor. *pro Disturbari et diſſolui.*

DISCVSSVS, a, um. Part. [διαφορηθείς] *Vt,* Diſcuſſa rerum caligo Stat. Silu. 2, 2, 138. Febres Celſ. 2, 17. Lucan. 1, 119 Morte tua diſcuſſa fides, bellumque mouere Permiſſum ducibus, *etc.* Formidine diſcuſſa iungunt oſcula Valer. Argon. 4, 700. Nox diſcuſſa Lucan. 5, 175. Nubibus diſcuſſis purgatus nitet aether Sil. 12, 638. Stat. Silu. 5, 3, 282 Vmbramque ſenilem Inuitet ripis diſcuſſa Plebe ſupremis Vector, *Charon.* Lucret. 4, 994 Donec diſcuſſis redeant Terroribus ad ſe. Virg. Aen. 12, 669 Vt primum diſcuſſae Vmbrae, et lux reddita menti eſt.

DISCVSSE. Adu. *Compar.* Mart. Capell. 8 p. 302 Explorare diſcuſſius.

DISCVSSIO, ōnis. f. *Examinatio ; vt,* Diſcuſſio pecuniae l. 14 Cod. Theod. de iure fiſci. et l. vn. Cod. de ratiocin. operum, Diſcuſſio vel Ratiocinium. Auguſt. Epiſt. 44 *ſub fin.* Quaere aliquid noſtra diſcuſſione dignum. Iuuenc. *de edicto Auguſti Caeſaris :* Noui capitum diſcuſſio cenſus. *Adde* Firmic. 3, 2. Sidon. Epiſt. 2, 2. Macrob. Saturn. 1, 16. *Idem ac Quaſſatio.* Sen. Quaeſt. Nat. 6, 19 In dolio cantantis vox per totum cum quadam diſcuſſione percurrit ac reſonat.

DISCVSSOR, ōris. m. *Qui rationes tractatas ab aliis cognoſcit atque diſceptat. Ita hac voce vſi* Imperatores in Codice 10 tit. 30 de Diſcuſſoribus. *Item* Caſſiod. Epiſt. 4, 38. *et* 9, 10. Symmach. Epiſt. 5, 76. *et* 10, 54. Vet. Gloſſ. λογοθέτης, Ratiocinator, Diſcuſſor, Diſputator. Diſcuſſum *enim dicitur, quod eſt examinatum et iudicatum. Ad alias quasuis examinationes transfertur.* Macrob. Somn. Scip. 1, 21 Diligens rerum diſcuſſor inueniet, quod requirat. Ennod. Epiſt. 4, 13 Nouit Deus, diſcuſſor ſenſuum, ὁ καρδιογνώστης. Claud. Mamert. de Statu An. 1, 1 *extr.* Quis ferat cogitata ſua, ſi diſcuſſor abſit, adſtruere, ſi adſit, operire.

DISCVSSORIVS, a, um. Adi. [διαφορητικός] *Quod diſcutit.* Plin. 30, 8 Et per ſe cinis inanium cochlearum cerae miſtus, diſcuſſoriam vim habet.

DISERTIONES. Diuiſiones patrimoniorum inter conſortes, Feſtus. *Scaliger poſitum putat pro* Diſſortiones, *v. v.*

DISERTVS, DISERTIM, *vid.* DISSERO.

DISGLVTINO, āre. Coniuncta disglutinamus, vnita diſſuimus Hieron. Ep. 26 c. 5. ad Pammach.

DISGREGO, āre. *Quae congregata ſunt diſſoluere.* Hic ordo rebus, quique disgregabitur Mart. Capella 3 p. 71.

DISGREGVS, a, um. Adi. *Diuerſus.* Venuſtate disgregae puellae Mart. Cap. l. 9.

DISHIASCO, ĕre. Qui arbores comprimant, ſi dishiaſcent Cato R. R. c. 12. *Sic optimi MSS. Al.* Dehiſcent.

DISIICIO, ēci, ectum, ĕre. [διασκεδάζω] *In diuerſas partes iacere.* Virg. Aen. 1, 43 Disiecitque rates. Dede, ac disiice, per me licebit Cic. pro Cael. 37 *ex* vet. Poëta, *i. diſſipa, diſperde.* Agmina disiicere Valer. Argon. 3, 161. Arcem a fundamentis Nep. 20, 3, 3. Ouid. Met. 11, 385 Et nondum totos ornata Capillos, Disiicit hos ipſos. Conſenſionis Globus huius diſſenſione disiectus eſt Nep. 25, 8, 4. Corpora ponto Virg. Aen. 1, 70. Nubes pondere disiicere Ouid. Met. 10, 179. Nubila disiecit Iupiter Ouid. Met. 1, 328. Disiice compoſitam pacem Virg. Aen. 7, 339. Liu. 2, . Ac primo tentata res eſt, ſi diſpoſitis clientibus abſterrendo ſingulos a concionibus conciliisque, disiicere Rem poſſent. ¶ 2 Diſſicio, *non* disiicio *ſcribi vult Pareus Lex. Crit.* p. 371. *et ad* Plaut. Curc. 3, 1, 54. *Conf.* Gell. 4, 17. *Drakenb. ad* Sil. 9, 538.

DISIECTVS, a, um. Partic. *Vt,* Virg. Aen. 12, 689 — Et disiecta per Agmina magna Voce vocat. Agmina disiecta per agros Valer. Argon. 3, 222. Cateruae Tac. Ann. 2, 45, 3. Virg. Aen. 1, 128 Disiectam Aeneae toto videt aequore Claſſem. Ouid. Epiſt. 12, 63 Disiectam Comas auerſaque in ora iacentem Inuenit, *etc.* Copiae Nep. 1, 2, 1. Membra disiecta Sen. Hippol. 12. Pompeius ſub Cic. Att. 8, 12 Nos disiecta manu pares aduerſariis eſſe non poſſumus. Moenia Nep. 20, 3, 2. Nubes disiectae Plin. 2, 49. Auctor ad Heren. 4, 3 Poſtremo hoc ipſum eſt ſummum artificium, Res varias et diſpares in tot Poëmatis et orationibus ſparſas, et vage disiectas, ita diligenter eligere, vt, *etc.* Reſpublica disiecta eo tempore, quo te cuſtodem habebat Salluſt. in Cic. . . . Hor. Carm. 2, 19, 14 — Tectaque Penthei Disiecta non leui ruina.

DISIECTVS, ûs. m. *Idem quod Disiectio, diſſipatio.* Lucret. 3, 941 Maior enim turbae disiectus materiaï Conſequitur leto, *etc.*

DISIECTO, āui, ātum, āre. Frequent. [καταῤῥιπτάζω] Lucret. 2, 553

Sed quaſi naufragiis magnis, ventisque coortis,
Disiectare ſolet magnum mare tranſtra, carinas,
Antennas, proram, *etc.*

Vſus etiam Ammianus *eſt* 16, 4.

DISIVGATVS, a, um. Adi. Arnob. 7 p. 211 Qui ſunt ab his longe natura et beatitudine disiugati.

DISIVNGO, nxi, nctum, ĕre. [διαζευγνύω, διΐστημι] *Separare quae iuncta fuerant.* Ter. Hec. 1, 2, 86 Atqui ea res multo maxime disiunxit illum ab illa. Cic. Fam. 1, 9 Nam ab orationibus disiungo me fere : referoque ad manſuetiores muſas. *al.* Diiungo. Idem Tuſc. 1, . . Quare hoc commentemur, mihi crede, disiungamusque nos a corporibus. *i. conſueſcamus mori. Contraria :* Cic. pro Roſc. Amer. 39 Quae vita maxime disiuncta a cupiditate, et cum officio coniuncta. Disiungere boues ab opere Columel. 2, 3, 1. *et* 6, 14, 5. Cic. Philipp. 2, . . Opera mea Pompeium a Caeſaris Amicitia eſſe disiunctum. Id. ibid. 2, 23 Ipſe enim Pompeium a mea Familiaritate disiunxit. Honeſta a commodis, non nomine, ſed genere toto disiungunt Stoici Cic. de N. D. 1, 16. Id. Fam. 1, 7 *pr.* Quoniam Interuallo locorum et temporum disiuncti ſumus, per literas tecum quam ſaepiſſime colloquar. Varr. de R. R. 2, 1 Fere ad quatuor menſes a Mamma disiunguntur agni. Natura et genere disiungi Cic. Verr. 5, 181. Italis longe disiungimur oris Virg. Aen. 1, 252. Longis disiungimur oris Valer. Argon. 2, 562. ¶ 2 *Dialectici quid hoc verbo ſignificent, oſtendit locus* Gellii 5, 11 *de illo Syllogismo Biantis, Vxorem aut κοινὴν aut ποινὴν denunciantis,* Non ratum id neque iuſtum disiunctum (*al.* disiunctiuum) eſſe, ait Fauorinus, quoniam non neceſſum eſt alterum ex duobus, quae (*in hoc Syllogiſmo*) disiunguntur, verum eſſe, quod in proloquio disiunctiuo neceſſarium eſt. *Conf.* DIIVNGO.

DISIVNCTVS, a, um. Part. [διεζευγμένος] *Vt,* Disiunctus Populus a Senatu Cic. de Amicit. 41. Disiunctus es freto ab Italia Cic. Verr. 1, 154. Disiuncta coniungere Cic. de Fin. 2, 45. Disiuncti opere boues Col. 6, 15, 2. Hor. Epiſt. 1, 14, 28 — Bouemque Disiunctum curas, et ſtrictis frondibus exples. Fons a mari disiunctus Cic. Verr. 4, c. 53. Inſula disiuncta mari perículoſo ab Sicilia Cic. Verr. 4, 118. Longiſſime disiuncta comprehendere Cic. in Piſon. 3. *Vid.* LONGVS. Quod longiſſime fit ab imperitorum intelligentia ſenſuque disiunctum in caeteris, id maxime excellit Cic. de Orat. 1, 12. Paullus l. 53 ff. de V. S. Saepe ita comparatum eſt, vt coniuncta pro disiunctis accipiantur, et disiuncta pro coniunctis. *Vid.* DISIVNCTIM. Loci disiunctiſſimi Cic. pro Lege Manil. 9. Terrae disiunctiſſimae, *pro Diremtae, et Non vicinae.* Cic. pro Marcel. c. 2 Nec vero disiunctiſſimas terras citius paſſibus cuiusquam potuiſſe peragrari, quam tuis, *etc.* Disiunctiſſimas terras luſtrare Plin. in Paneg. c. 15. Cic. Acad. 4, 66 c. 17 Nihil eſt enim ab ea cogitatione, quam habemus de grauitate ſapientis, errore, leuitate, temeritate disiunctius. Graeci longe a noſtrorum hominum grauitate disiuncti Cic. pro Sext. c. 67. Id. pro Cael. c. 53 Poſſum dicere mores M. Caelii longiſſime a tanti ſceleris atrocitate eſſe disiunctos. *De* Disiuncto *Dialecticorum. Vid.* DISIVNGO n. 2.

DISIVNCTE. Adu. *Apud* Feſtum, *quod recentiores* DISIVNCTIVE, *vt* Vlp. l. 34 *prin.* ff. de Legatis 1. *Sed ibi* Disiunctiue *poſſunt duae voces eſſe :* Si coniuncti disiunctiue commixti ſint.

DISIVNCTIVVS, a, um. Adi. African. in l. Si ita quis ſtipuletur D. de verb. oblig. Quum ex duabus disiunctiuis conditionibus altera defecerit. *Vid.* SVBDISIVNCTIVVS. Disiunctiua Coniunctio Mart. Capella 3 p. 70. Proloquium Gell. 5, 11.

DISIVNCTIO, ōnis. f. [διάζευξις] *Separatio : cui contrarium eſt* Coniunctio. Cic. Acad. 4, . . Idem . . . Neque enim non poteſt mihi non moleſtiſſima eſſe disiunctio noſtra in tanta rerum omnium varietate. Amicorum disiunctio Cic. pro Lege Agr. 2, 14 c. 6.

c. 5. Id. de Prouinc. Conſ. c. 40 Ita diſſenſi ab illo, vt in disiunctione Sententiae, coniuncti tamen amicitia maneremus. Cic. de Amicit. 78 c. 21 Niſi quaedam admodum intolerabilis iniuria exarſerit, vt neque rectum, neque honeſtum ſit, neque fieri poſſit, vt non ſtatim alienatio, disiunctioque facienda ſit. *De* Disiunctione Dialectica *vide apud* Cic. in Topic. 56 *ſq.* c. 14 Reliqui dialecticorum modi plures ſunt, qui ex disiunctionibus conſtant: Aut hoc, aut illud: hoc autem: non igitur illud — In disiunctione plus vno verum eſſe non poteſt. *Add.* de Fato c. 14. *et* de Nat. Deor. 1 c. 25. De Rhetorica exornatione *ex* A. ad Her. 4, 37 c. 27 *ſupra* in Adiunctio *diximus.*

DISIVNCTIM. Adu. Paullus l. 5 D. de condit. inſtitut. Si heredi plures conditiones coniunctim datae ſint, omnibus parendum eſt, quia vnius loco habentur: ſed ſi disiunctim ſint, cui libet. Imper. l. 8 Inſt. de Legatis, Si eadem res duobus legata ſit, ſiue coniunctis ſiue disiunctim — Coniunctim autem legatur, veluti ſi quis dicat, *Titio et Seio hominem Stichum do, lego:* Disiunctim ita, *Titio hominem Stichum do, lego: Seio hominem Stichum do, lego.* Sed et ſi expreſſerit, *Eundem hominem Stichum,* aeque disiunctum legatum intelligitur. *Sic* Coniunctim *et* Separatim *opponuntur* l. 33 ff. de Leg. 1.

DISLOCO, āre. *Vnde*

DISLOCENSIS, e. Adi. Genus purpurae dislocenſe, id eſt, vario ſoli genere paſtum Plin. 9, 37. *al.* dialutenſe. *Conf. Salmaſ. Exerc. p. 797.*

DISOMVM, i. n. *Vas eſt duorum corporum capax, quod pertinet ad ius Sepulcrorum.* Inſcript.

P. AELIVS. VENERIANVS
HOC. VAS. DISOMVM. SIBI. ET
FELICITATI. SVAE. POSVIT.

Guther. de Iur. Vet. Pont. 1, 24.

DISPĀLOR, āri. Dep. *Idem quod Palari, vagari.* Siſenna *apud* Nonium 2, 250 Tanto plures paſſim diſpalantur. Ammian. 31, 2 Absque lare vel lege, aut ritu ſtabili diſpalantur. Idem 15, 4 Incompoſito agmine milites huc et illuc diſpalantes.

DISPALATVS, a, um. Part. Gell. 1, 11 Sparſi diſpalatique. Salluſt. de Rep. Ord. 2, 13 Multitudo in artes vitasque varias diſpalata. Nepos 6, 1, 2 Diſpalati in agris. *Apud eundem* 23, 5, 2 Multitudinem iumentorum diſpalatam immiſiſſe Hannibal dicitur. *Paſſiue* Ammianus 16, 22 Diſpalato terrore.

DISPALESCO, ĕre. [διασπείρομαι] *Diſſeminari, diuulgari, omnibus notum fieri.* Plaut. Bacch. 4, 9, 123 Si plus perdundum ſit, periiſſe ſuauius eſt, Quam illud flagitium vulgo diſpaleſcere. *Antiquum.*

DISPANDO, andi, aſſum, ĕre. [διαπετάννυμι] *Extendere in latum. Supinum et Participium Paſſiuum variant.* Plaut. Milite 2, 4, 7

Credo ego iſtuc extemplo tibi eſſe
Eundem actûtum extra portam diſpeſſis manibus, patibulum
Quum habebis.

Plin. 9, 4 In Gaditano oceano arbor, in tantum vaſtis diſpanſa ramis, vt ex ea, *etc.* Manus diſpanſa Suet. Domit. c. 19. Taurus late diſpenſus Cic. Arat. v. 105. *de ſidere. Sic certe emendarunt viri docti pro* diſperſus. Lucret. 1, 306 Denique fluctifragro ſuſpenſae in litore veſtes Vueſcunt, eaedem diſpanſae in ſole ſereſcunt. *Defendit hanc lectionem etiam Voſſ. de Anal.* 3, 26 p. 109.

DISPAR, āris. Adi. [ἄνισος, ἀνόμοιος] *Diſſimile.* Cic. pro Font. 39, . . O fortunam longe diſparem M. Fontei, ſi, *etc.* Cic. pro Muraen. 43 Et quoniam oſtendi Iudices, parem dignitatem ad Conſulatus petitionem, diſparem fortunam prouincialium negotiorum, *etc.* Cic. de Natur. Deor. 1, 88 Quinque autem ſtellae eundem orbem tenentes, aliae propius a terris, aliae remotius, ab eisdem principiis, diſparibus temporibus eadem ſpatia conficiunt. Idem de Diuin. 2, 90 Etenim geminorum formas eſſe ſimiles, vitam atque fortunam plerumque diſparem. Cic. Verr. 5, 48 An hoc probabis, in aequa cauſa populorum ſine pretio varium ius et diſparem conditionem fuiſſe? Longe diſpar, *vid.* LONGVS. Aetatibus diſparibus, non eadem officia tribuuntur Cic. Off. 1, 122 c. 34. Ouid. Met. 8, 192 Fiſtula diſparibus paullatim ſurgit Auenis. Idem Met. 1, 711 Atque ita diſparibus Calamis compagine cerae Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellae. Cauſa tua eſt diſpar Ouid. Epiſt. 13, 77. Idem Amor. 2, 2, 61 Cur diſpar Certamen inis? Virgil. Ecl. 2, 36 Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta Cicutis Fiſtula, *h. e.* Inaequalibus cannis compacta: nam et harmonia inaequalis eſt. Seruius. Color diſpar Cic. de Fin. 2, 10. Forma diſpar Claudian. de Rapt. Proſerp. 2, 45. Fratres diſpares viribus Liu. 1, . . Ingenio diſpar Ouid. in Ibin. 348. Mores diſpares diſparia ſtudia ſequuntur Cic. de Amic. 76. Motus inter ſe diſpares Idem Tuſc. 1, . . Horat. Epiſt. 1, 2, 29 Temperat Archilochi Muſam pede maſcula Sappho, Temperat Alcaeus, ſed Rebus et ordine diſpar. Par ſtudiis, aeuique modis, ſed robore diſpar Stat. Achil. 1, 176. Sui diſpar atque diſſimile Cic. de Senect. 79. Sil. 8, 570 *quum numeraſſet quosdam, qui Scipionem ad bellum ſequebantur, addit etiam iſtos,* Brutius haud diſpar animorum, *i. animo non minus magno et praeſenti, quam quos iam recenſui.*

DISPARĬLIS, e. Adi. [ἄνισος] *Idem, quod Diſpar.* Cic. de Diuin. 1, 79 c. 36 Quae omnia fiunt ex caeli varietate, et ex diſparili aſpiratione terrarum. Varro de R. R. 2, 11, 4 Et pabulum diſparile non vsquequaque idem fit. Diſpariles qualitate vites Columel. 3, 2, 17.

DISPARILĬTAS, ātis. f. Varro de L. L. 9, 2 p. 133, 20 Diſparilitas vocis, *quae* analogiam *tollit.* Gell. praef. Facta eſt in his commentariis rerum diſparilitas, *i. Varietas, mixtura.* Idem 7, 3 Diſparilitas collationis. Saluian. de Gubern. Dei 2 p. 50 Meritorum diſparilitas.

DISPARILITER. Aduerb. Varro de R. R. 1, 6, 6 Haec atque huiusmodi tria faſtigia agri ad colendum diſpariliter habent momentum.

DISPĂRO, āre. [διαζευγνύω] *Separare ſignificat, et ſeiungere.* Plaut. Rud. prol. 10 Is nos per gentes alium in alia diſparat. Gell. 11, 11 Tot ſententias in eandem rem, quaſi aliud atque aliud diſceret, diſparauit. Perque orbem, magni qui nos procul aequore ponti Diſparat Paullin. Nol. Carm. 12, 20. *Conf.* Prud. Rom. v. 888.

DISPARĀTVS, a, um. Partic. *Vt,* O pura, O ſancta, atque ab omni turpitudinis labe diſparata atque abiuncta diuinitas Arn. 3 p. 105. *Hinc,* Diſparatum eſt id, quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur, hoc modo ſapere et non ſapere Cic. de Inuent. 1, 42 c. 28. *Hinc, Dialectici ſpecies inter ſe prorſus aduerſas et contrarias* Diſparata *vocant; vt Homo, Bos.*

DISPARATIO, ōnis. f. *Separatio.* Vitruu. 2, 9 Ad diſparationem procreationis.

DISPARASCO, ĕre. Claud. Mamert. 3, 9 p. 184 Teſtimonium, quod a nobis diſparaſcere arbitraris, animaduertis nobiſcum bene ſtare. *Fuerit ergo* diſparaſcere *idem, quod non conuenire. Sed alii* diſpar aſſerere.

DISPARTIO, īui, īre. [διαμοιράομαι] *Quod et* DISPERTIO *per* e *ſecundam Vocalem dicitur. Vid. ſuo loco.* Quum regna familiaribus diſpartirentur Nepos 18, 2, 1. Plaut. Aul. 2, 4, 3 Apud forum edixit mihi, vt diſpartirem opſonium hic bifariam. Cic. de N. D. 2, 93 Iidem vultis a diis immortalibus hominibus diſpartiri ac diuidi ſomnia.

DISPARTIOR, īri. Depon. Iureconſulti quod poſitum eſt in vna cognitione, id in infinita diſpartiuntur Cic. de Legg. 2 c. 9.

DISPARTIBILIS, e. Adi. Tertull. adu. Hermog. c. 39.

DISPATEO, ēre. Latibula ſibi parant in plures exitus diſpatentia Lactant. 3, 10, 3.

DISPELLO, ŭli, ulſum, ĕre. [διαρίπτω] *In diuerſas partes, huc atque illuc pellere, ſegregare, disiicere.* Liu. 4, 33 Et equitem paſſim liberi frenis diſpuliſſent equi. Cic. Att. 7, 7 Idem, quod pecudes, quae diſpulſae, ſui generis ſequuntur greges. Virg. Aen. 1, 516 Teucrorumque alios ater, quos aequore turbo Diſpulerat, penitusque alias auexerat oras, *i.* Disiecerat, ſiue Segregauerat. *Contraria:* Plaut. Aſin. 3, 3, 148 Qui hoſce amores noſtros diſpulſos compulit. Aerata diſpellens aequora prora Pelias Stat. Theb. 5, 335. Cic. Tuſc. 1, 64 c. 26 Eademque ab animo, tanquam ab oculis, caliginem diſpulit. Vmbras diſpellere Virg. Aen. 5, 839.

DISPENDO, di, ſum, ĕre. [ἀναλίσκω] *Expendere, diſtribuere interpretantur; laudato* Columel. 8, 2, 7 Parandi autem modus eſt, ducentorum capitum, quae paſtoris vnius diſpendant curam. *Sed recte Vrſinus et nos ex MSS.* diſtendant. *Si ſit verbum, ſignificet in diuerſas res expendere, vel impendere, vt* Diſpenſo.

DISPENDIVM, ii. n. [ἀνάλωμα] *Quod incuria, vel negligentia, aut immoderate et inconſulte expendimus et inſumimus. Non tam a verbo* Diſpendo, *quod non puto eſſe vſquam, quamquam oppoſitum nomini* Compendium: *vt indicet ſumtus male collocatos, certe nimios.* Plaut. Men. 3, 2, 20 Minore nusquam bene fui diſpendio. Ter. Hec. 5, 2, 29 Gratiam ineat ſine ſuo diſpendio. Idem Eun. 5, 4, 7 Quam amabat, eam confeci ſine moleſtia, ſine ſumtu, ſine diſpendio. Columel. 4, 24 Quidquid ex his omittitur, magnum affert domino diſpendium. Lucret. 2, 1126 Et plus diſpendi faciant, quam veſcitur aetas. Famae diſpendia Claud. Sext. Conſ. Hon. 452. Virg. Aen. 3, 453 Hic tibi ne qua morae fuerint diſpendia tanti. Cum diſpendio bonae valetudinis Apul. Apol. p. 276. Reparare diſpendia Claud. Conſ. Mall. Theod. 120. Diſpendium, *pro Via obliqua, et quae per ambages eo ducit, quo ire tendimus: vt appareat vel hinc, nomen hoc contrarium* Compendio, *quod viam breuiorem ſignificat.* Lucanus *in initio libri octaui,* Iam ſuper Herculeas fauces, nemoroſaque Tempe, Aemoniae deſerta petens diſpendia ſiluae, *etc.*

DISPENDIŌSVS, a, um. Adi. [βλαβώδης] *Damnoſum, quod affert damnum.* Columel. 2, 21 Nam diſpendioſa eſt cunctatio. primum quod, *etc.* Pax Sext. Ruf. c. 29.

DISPENSO, āre. [διανέμω, διέπω] *Diſtribuere, habet vim, et monetam, quaſi Frequentatiui ex* Diſpendo, *v. v.* Columel. 3, 13 Caeleſtes admittat imbres, eosque alendis ſeminibus diſpenſet, ac ſuis omnibus partibus ad educandam nouam prolem conſpiret. *Sic* diſpenſare ſuccum aequa portione Idem 4, 24. Cic. de Orat. 1, 142 Deinde inuenta non ſolum ordine, ſed etiam momento quodam atque iudicio diſpenſare atque diſponere. Sen. Conſolat. ad Martiam . . Et in metus, et in dolores humanum pectus diſpenſandum. Ouid. Epiſt. 12, 3 Tunc, quae diſpenſant mortalia fata ſorores, *Parcae.* Idem Met. 6, 278 — et ordine nullo Oſcula diſpenſat natos ſuprema per omnes. *Sic* Fortuna arbitriis tempus diſpenſat iniquis, Illa rapit iuuenes, ſuſtinet illa ſenes Ouid. ad Liuiam 371. Cic. Att. 11, 1 Ex quo ſcire nihil potui de noſtris domeſticis rebus, de quibus acerbiſſime afflictor; quod qui eas diſpenſauit, neque adeſt iſtic, neque vbi terrarum ſit, ſcio. Diſpenſare *et* Omnia ſimul profundere, *contraria:* Plin. in Paneg. 35, 5. Neſciebat diſpenſare vires ſuas, ſed immoderati aduerſus ſe imperii fuit Sen. Contr. praef. 1. *i. temperare. Add. Drakenb. ad* Sil. 16, 342. Stat. Silu. 5, 2, 75 — Pietasque per omnes Diſpenſata domos. Senec. de Benef. 1, 10 Nunc in petulantiam et audaciam erumpet male diſpenſata Libertas.

DISPENSOR, *pro* Diſpenſo eſſe vetuſtiſſimis *ait* Priſcian. p. 796.

DISPENSATOR, ōris. m. *Serui genus, qui domini rationes atque pecunias curat et diſponit, ſiue diſpenſat.* Cic. Hortenſio *apud* Nonium 3, 18 Quid? tu, *inquam,* ſoles, cum rationem a diſpenſatore accipis, ſi aera ſingula probaſti, ſummam, quae ex his confecta eſt, non probare? *Paſſim* Diſpenſatorum *mentio, cum apud alios, tum apud* Suetonium, *itemque in* Lapidibus vetuſtis. Vetus Scholiaſtes Perſii *ad* 2, 59 Fuit aſſis libralis et dipondius; quod hodie in vſu remanſit, et ſolebat penſari potius, quam numerari, vnde et Diſpenſatores dicti Prorogatores. *Nimirum qui tum* Prorogatores *appellabantur, hos ante* Diſpenſatores *dictos ſignificat. Neque vero* Diſpenſatores *pecunias tantum, ſed et alias res Dominorum tractabant. Nam et conſeruis* τὸ σιτόμετρον, *ſiue* τὴν τροφὴν, *h. e. demenſum praeſtare ſolebant. Vnde* Zeno Veronenſis Serm. 1 *ad* Neophytos: Ioſeph promotus, ad menſuram prorogat cunctis annonam. *Neque vero* Diſpenſatores *in priuatis familiarum, ſed palatinis, h. e. principum miniſteriis erant. Cuiusmodi munere apud Domitianum functus* Hetruſcus, *de quo* Statius Silu. 3, 3, 86

— creditur vni,
Sanctarum digeſtus opum partaeque per omnes
Diuitiae populos, magnique impendia mundi, *etc.*

Cum itaque omne patrimonium principis curarent Diſpenſatores, *facile licet conicere, lucroſum admodum id muneris genus fuiſſe. Qua de cauſa neſcio, quis ſeruus Othonis, qui apud Galbam id impetrauerat ſibi, decies ſeſtertiûm, h. e. 25000. coronat. dedit, vt* Suetonius *refert* Othonis vita c. 5. Diſpenſatorem fallax ſpoliabit amica Martial. 5, 43. *Atque hi* Diſpenſatores ordinarii *vocantur* Sueton. Galb. c. 13. *Vid. Torrent.* Othon. *dicto loco, itemque* Statianos *interpretes Geuartium et Crucium, nec non Pignorium de Seruis. De* diſpenſatore rationis priuatae *exſtat* Inſcript. *apud* Gruter. p. 597. Prouinciarum *quoque erant* Diſpenſatores, *quemadmodum Claudii quendam ſeruum* Plinius 33, 11 Diſpenſatorem Hiſpaniae citerioris *vocat. De* diſpenſatore belli Idem 7, 39. *De* diſpenſatore capitolii, caſtrorum, ad cenſus Prouinciae Lugdunenſis, *vid.* Fabret. p. 293. *Conf. Interpretes* Petronii, *imprimis Gonſal.*

c. 30. *Apud* Feſtum Diſpenſatores *dicti*, Qui aes penſantes expendebant, non adnumerabant. *Neque tamen in ſola erogatione, ſed etiam in exactione* Diſpenſatorum *munus verſabatur, quod exigendae pecuniae facultatem haberent, uti patet ex* l. Diſpenſatori 51 Dig. de ſolut. et liberat.

DISPENSATIO, ōnis. f. [οἰκονομία, adminiſtratio, Vet. Gl.] Sueton. in Othon. c. 5 Ante paucos dies ſeruo Caeſaris pro impetrata diſpenſatione, x ſeſtertium expreſſerat. *Add.* Idem Veſp. c. 23. Cic. Att. 15, 15. Idem pro Rabir. Poſt. 28 Haec vna ratio a rege propoſita Poſtumo eſt ſeruandae pecuniae, ſi Curationem et quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepiſſet. Cic. in Vatin. 36 c. 15 Eripueras prouinciae decernendae poteſtatem, imperatoris deligendi iudicium, Aerarii diſpenſationem. ¶ 2 *Apud Patres Chriſtianos Latinos de myſterio incarnationis vſurpatur, vt* Fulgent. de Incarn. Chriſt. 1, 1. *Conf.* Cyrill. Ep. *ad* Succeſſ.

DISPENNO, ĕre. *Inquit* Nonius 1, 30 eſt Expandere. tractum a Pennis et volatu auium. Plaut. Mil. (5, 1, 14) Vbi lubet, diſpennite hominem diuorſum, et diſtendite. *Quaedam exemplaria pro* Diſpennite, *legunt* Diſpendite. *Et* Meurſ. *pro* Diſtendite, diſtennite. *Vid. quae in elemento* D, *de permutatione illius cum* N *dicta ſunt.*

DISPERCVTIO, ĕre. Iam tibi iſtuc cerebrum diſpercutiam Plaut. Caſ. 5, 5, 19.

DISPERDO, ĭdi, ĭtum, ĕre. [ἐξολοθρεύω, διόλλυμι] *Idem, quod Perdere, ſiue Conſumere ſignificat.* Plaut. Trin. 2, 2, 53 Pater praeterea aliquantum animi cauſa in deliciis diſperdidit. Idem Caſ. 2, 3, 32 Immo age, vt lubet, ede, bibe, diſperde rem. Cic. pro Lege Agr. 1, 1 Videte nunc proximo capite, vt impurus helluo turbet Rempubl. vt a maioribus noſtris poſſeſſiones relictas diſperdat et diſſipet. Idem Fam. 5, 10 Qui tot ingenuos, matresfamil. Ciues Romanos occidit, arripuit, diſperdidit, regiones vaſtauit? Virgil. Ecl. 3, 27 Non tu in triuiis indocte ſolebas Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen? Color diſperditur Lucret. 2, 830.

DISPERDĬTVS, a, um. Partic. [ἐξολοθρευθείς] Plaut. Poen. 4, 2, 96 Dî immortales meum herum ſeruatum volunt, et hunc lenonem diſperditum.

DISPERDITIO, ōnis. f. [ἐξολόθρευσις] Cic. Philipp. 3, 31 c. 12 Cum exercitu Romam ſit ad interitum noſtrum, et ad diſperditionem vrbis venire conatus.

DISPĔREO, ĭui *et* ii, ĭtum, īre. [διαπόλλυμι] *Ita perire, vt res diſſipetur in partes. Perire.* Varro de R. R. 1, 11 Fructus ſolent diſperire. Idem 3, 16 Prouidendum vehementer, ne propter aeſtum, aut propter frigus diſpereant. Cic. de Lege Agr. 2, 79 c. 29 Vnumne fundum pulcherrimum Populi Romani, caput veſtrae pecuniae, pacis ornamentum, ſubſidium belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum, ſolatium annonae, diſperire patimini? Labores diſpereunt Catull. 14, 11. Male partum male diſperit Plaut. Poen. 4, 2, 22. Diſperеam, *Iurantis vox:* Martial. 2, 69 Si non mentiris Claſſice, diſpeream. Horat. Serm. 1, 9, 47 Hunc hominem ſi velles tradere, diſpeream ni Summoſſes omneis. Diſperii, *idem quod Perii, vel Actum eſt de me, vel Interii* Ter. Heaut. 2, 4, 24. Id. Adelph. 3, 3, 1 Diſperii, Cteſiphonem audiui filium, *etc.* Non ſeruiant huic ſacculo, ne vaneſcant cum illo atque diſpereant Auguſtin. Ep. 238.

DISPERGO, ſi, ſum, ĕre. [διασκεδάζω, διασκορπίζω] *In diuerſas partes ſpargere.* Cic. Acad. 4, 120 Cur mortifera tam multa perniciosa terra marique diſperſerit. Ter. Adelph. 5, 2, 7 An tibi mavis cerebrum diſpergam hic? Interſerere et diſpergere in cauſa exornationes Auctor ad Herenn. 4, 33. Varie diſpergere Idem ad Herenn. . . . Cic. de Natur. Deor. 3, 67 Puerum interea obtruncat: membraque particulatim diuidit, Perque agros paſſim diſpergit Corpus, *etc. Ex antiquo Poëta, de Medea.* Ignis feruorem diſpergit Sil. 7, . . Cic. de Inuent. 1, 30 c. 21 Membratim oportebit partes rei geſtae diſpergere in cauſam, et ad vnamquamque confeſtim rationem accommodare. Vitam diſpergere in auras Virg. Aen. 11, 617. ¶ 2 *Retenta Vocali ſimplicis,* Diſpargo, *eſt apud* Tertull. adu. Gnoſt. c. 5. *et* Sidon. Ep. 1, 2.

DISPERSVS, a, um. Partic. [διεσκεδασμένος, διεσπαρμένος] Cic. pro Sext. 91 Quodam tempore homines, nondum neque naturali, neque ciuili iure deſcripto, fuſi per agros ac diſperſi vagarentur. Multos ex fuga diſperſos excipiunt Caeſ. Bell. G. 6, 34. *Add.* ibid. c. 33. Cic. de Orat. 1, 187 Omnia fere, quae ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa et diſſipata quondam fuerunt, vt in muſicis numeri et voces et modi. Idem de Petit. Conſ. 1 Vt ea, quae in te diſperſa atque infinita viderentur eſſe, ratione et diſtributione ſub vno aſpectu ponerentur. Auctor ad Herenn. 2, 3 In cauſa coniecturali, narratio accuſatoris, ſuſpiciones Interiectas et diſperſas habere debet, *etc.* Agmina diſperſa per agros Sil. 16, . . Cic. pro Lege Manil. 35 Ita tantum Bellum, tam diuturnum, tam longe lateque diſperſum. Lucret. 4, 183 Clamor in aetheriis diſperſus nubibus auſtri. Cic. pro Lege Manil. 22 Medea illa quondam profugiſſe dicitur, quam praedicant in fuga, fratris ſui membra in his locis, qua ſe parens perſequeretur, diſſipauiſſe, vt eorum Collectio diſperſa, moerorque patrius celeritatem retardaret. Comas incultas diſperſa Claudian. de Rapt. Proſerp. 1, 55. Tibullus . . . Scilicet iſta fuit populi diſperſa per auras Fama, quod admiſſus nuper amator erat. Virgil. Aen. 10, 406 Diſperſa immittit ſiluis Incendia paſtor. Tecta madent diſperſa cerebro Senec. Herc. f. 11. *h. e. reſperſa.* Vis in multitudinem Salluſt. Iugurth. 41. *Add.* Virg. Aen. 3, 197. *et* 8, 321. Val. Max. 4, 1, 4 *extr.* Cic. de Orat. 1, 187 Atque interea tamen dum haec, quae diſperſa ſunt, coguntur, vel paſſim, licet carpentem et colligentem vndique, *etc.*

DISPERSVS, ūs. m. [διασπορά, διασκεδασμός] Cic. Att. 9, 11 Quod Conſules laudas, ego quoque animum laudo, ſed conſilium reprehendo. diſperſu enim illorum actio de pace ſublata eſt, quam quidem ego meditabar. *Legitur et* Diſceſſu *et* Diſperſione.

DISPERSE, *ſiue* DISPERSIM. Adu. [διεσκεδασμένως] Cic. Verr. 4, 116 c. 52 Nunc iam illa omitto, quae diſperſe a me multis locis dicentur, ac dicta ſunt. Varro de R. R. 1, 1 Qui Graece ſcripſerunt, diſperſim alius de alia re, ſunt plus quinquaginta. Idem de R. R. 3, 2 Et alii quid ſeparatim ac diſperſim in libris reliquerunt. *Add.* Sueton. Iul. Caeſ. c. 80. Cic. de Inuent. 1, 98 c. 52 Enumeratio eſt, per quam res diſperſe et diffuſe dictae, vnum in locum coguntur. Diſperſius *habet* Valla Elegant. 4, 28 *pr.*

DISPERSIO, ōnis. f. *Diſſipatio.* Auguſtin. Confeſſ. 12, 16 Colligas totum, quod ſum, a diſperſione et deformitate hac. Tertull. adu. Iudaeos c. 10 Diſperſio vobis obuenit. *Et* c. 13 In diſperſiones gentium. *Conf.* Eund. de Reſurr. c. 30. Veget. R. Mil. 3, 8. Iſidor. 18, 2.

DISPERNO, ĕre. Diſpernens veterum Samaritum iuſſa Iuvenc. 2, 257.

DISPERTIO, īui, ītum, īre. [διαμοιράομαι, διανέμομαι, διαμερίζω] *Quod et* DISPERTIOR *Deponens dicitur: ex* Dis *et* Partior *compoſitum: In diuerſas partes diuidere: vt,* Diſpertire cerebrum alicui Plaut. Caſ. 3, 5, 19. *Sed Gron.* Diſpercutiam. Bona militibus Nepos 10, 7, 1. Diſpertire exercitum per oppida Liu. 29, 1. Diſpertire fortunas parricidis Cic. Philipp. 8, 12. Idem Verr. 5, 186 A quibus initia vitae atque victus, legum, morum, manſuetudinis, humanitatis exempla hominibus, et ciuitatibus data, ac diſpertita eſſe dicuntur. Diſpertiuiſti iniuria Plaut. Aul. 2, 5, 5. *i. iniuſte, inaequaliter.* Cic. de Orat. 3, 114 Redeunt rurſus ad coniecturam, eamque in quatuor genera diſpertiunt. Idem de Legib. 2, . . Saepe quod poſitum eſt in vna cognitione, id in infinita diſpertitur. In minima res aliquas diſpertire Cic. Acad. 4, 17. Idem de Orat. 1, 190 Deinde eorum generum quaſi quaedam Membra diſpertiat, tum propriam cuiusque vim definitione declaret. Secundam menſam ſeruis diſpertiit Nepos 17, 18, 4. Cic. de Clar. Orat. 162 Et in membra quaedam, quae κῶλα Graeci vocant, diſpertiebat Orationem lubentius. Idem pro Cluent. 69 Illo abſoluto, Pecuniam illam aut iudicibus diſpertiendam, aut ipſi eſſe reddendam. Praedarum partem ſuis diſpertiit Nep. 14, 10, 2. Cic. Off. 2, 40 c. 11 Ille autem qui archipirata dicitur, niſi aequabiliter Praedam diſpertiat, aut occiditur a ſociis, aut relinquitur. *Al.* Diſpertiatur. Idem pro Muraena 74 Neque vero Cretes, quorum nemo guſtauit vnquam cubans, melius quam Romani homines, qui Tempora voluptatis laborisque diſpertiunt. Tirones diſpertire inter legiones Hirt. B. Afr. 46. *Conf.* DISPARTIO.

DISPERTIOR, īris. Paſſ. Lucret. 3, 702 Diſpertitur enim per caulas corporis omnes, *etc. Et* Nep. 18, 2, 1.

DISPERTITVS, a, um. Partic. [διαμεμερισμένος] Cic. Att. 9, 12 Ego vero in praeſentia ſubitum diſceſſum, et praecipitem profectionem cum tibi, tum ipſi Cn. inutilem et periculoſam puto, et ſatius exiſtimo vos diſpertitos et in ſpeculis eſſe. Genera herbarum diſpertita Lucret. 1, 889. Cic. Fam. 5, 2 Quod quum dicerem, illud adiunxi, mihi tecum ita diſpertitum officium fuiſſe in Reipubl. ſalute retinenda, *etc.*

DISPERTITIO, ōnis. f. Tertull. adu. Herm. c. 31 Eadem ratione non poteſt pati diſpertitionem et demutationem.

DIPESCO, ui, itum, ĕre. [διείργω] *Ex* Dis *et* Paſco; *proprie* Pecus a paſtione deducere, *vt docet* Feſtus. Compeſcere autem Vna paſcere, et in vno loco continere ſignificat. *Tum generatim eſt Separare et dirimere.* Plin. 5, 9 Inde Africam ab Aethiopia dipeſcens. Habitacula ſumma ab infimis tanta intercapedine diſpeſcunt Apul. de Deo Socr. p. 99.

DISPICIO, exi, ectum, ĕre. [ἀναβλέπω, περιβλέπω] *Primo ſignificat diſtractis et dimotis quaſi valuis palpebrarum videre incipere.* Cic. de Fin. 4, 64 c. 23 Catuli, qui iam diſpecturi ſunt, caeci aeque et ii, qui modo nati. *Et mox,* Catuli aeque caeci priusquam diſpexerunt, ac ſi ita futuri ſemper eſſent. *Melius ita, quam* deſpecturi *et* deſpexerunt, *quod pro ſollemni harum Praepoſitionum confuſione quidam libri habent.* Cic. de Fin. 5, 41 c. 15 *tranſlate quidem, ſed cum reſpectu ad catulos,* Itaque illa prima commendatio — nobis obſcura et incerta eſt: — Cum autem diſpicere coeperimus *(i. oculis mentis vti)* et ſentire, quid ſimus — tum ea ſequi incipimus, ad quae nati ſumus. Cic. de Fin. 2, 97 c. 30 Epaminondas cum — graui vulnere ſe exanimari videret: vt primum *(refocillatus et excitatus aliquantulum)* diſpexit, quaeſiuit, ſaluusne eſſet clipeus? *Ad illum primum conſpectum refertur etiam* Tacit. Agr. 10 Diſpecta eſt et Thule, quam hactenus nix et hiems abdebat. *Metaph.* Cic. Tuſc. 1, 45 c. 19 Qui tum etiam, cum has terras incolentes circumfuſi erant caligine, tamen acie mentis diſpicere cupiebant. *Et* poſt redit. in Sen. 5 c. 3 Poſtea vero quam — ex ſuperioris anni caligine et tenebris lucem in Republ. — diſpicere coepiſtis. ¶ 2 *Ad diligentiam inſpiciendi et conſiderandi pertinet, cum in diuerſas partes differimus oculos vel corporis vel mentis, et vndique rem adſpicimus.* Lucret. 3, 563 Auolſus radicitus vt nequit vllam Diſpicere ipſe oculus rem. *Et* 3, 26 Nec tellus obſtat, quin omnia diſpiciantur. *Sed multo frequentior eſt metaphorica illa ratio, qua ad animum refertur.* Lucret. 6, 648 Hiſce tibi rebus late eſt alteque videndum, Et longe cunctas in partes diſpiciendum. Ter. Andr. 3, 5, 16 Sed paullulum ſine ad me vt redeam, iam aliquid diſpiciam. Cic. pro Sulla 40 c. 14 Nec vero poſſum meo tantum ingenio dare, vt tot res — mea ſponte diſpexerim. Idem Q. Fratr. 1, 3 Ego quid ſperem, non diſpicio. *Et* Att. 2, 20 Si diſpicere, quid coepero. Cic. Att. 11, 16 Si quid diſpiceres. Idem 6, 8 Nunc velim diſpicias res Romanas. *Et* Quid igitur mirum, ſi — verum diſpicere imbecilli animi non poſſint Cic. de Diuin. 2, 81 c. 39. Plin. Epiſt. 10, 89 Vt diſpiceres, quid eligere debeam. *Reſpondet* Traianus, Quid potiſſimum ad perpetuitatem memoriae eius faciat, ipſe diſpice, et quod optimum exiſtimaueris ſequere. De conditione inſtitoris diſpicere Vlp. l. 1 *pr.* de exercit. act.

DISPEX, ĭcis. Vet. Gloſſ. ὀξυβλέπτης, Diſpex.

DISPECTVS, a, um. Partic. *pro* Deſpectus. Nuptiae Apul. Met. 4 p. 154 *Elmenh. Al.* deſpectae, *vel* disiectae.

DISPECTVS, ūs. m. [κατασκοπή] *pro Diſcretione, vel Delectu.* Senec. de Ira 2, 9 Quid ſi pueris, quod neglecto diſpectu officiorum, ad luſus et ineptos aequalium iocos ſpectent, quis iraſcatur, *etc. Pro Conſideratione, vel Contemplatione:* Sen. Epiſt. 110 Quibus diſpectum vtilitatis, timor in periculis excutit. *Add.* Ep. 14.

DISPECTOR, ōris. m. Tertull. ad Vxor. 2, 8 *princ.* Diſpectores diuinarum ſententiarum, *ex Rigaltii quidem lectione.* *Froben.* Deſpectatores. *Sed et alibi vox* Diſpector *Tertulliano placuit: vt* de Anima c. 15 Scrutator et diſpector cordis Deus: *et* Apol. c. 45 Incontemtibilis Diſpector, *itidem Deum intelligens.*

DISPECTIO, ōnis. f. *Idem quod Diſpectus.* Tertull. de Reſurr. c. 19 *pr.* Haec diſpectio tituli et praeconii ipſius.

DISPECTO, āre. Arnob. 1 p. 13 Non ex gratia, ſed ex vero diſceptationis huius diſpectare momenta.

DISPLANO, āre. Rutro caput diſplanare Varro *apud* Non. 1, 66.

DISPLĬCEO, ui, ĭtum, ēre. [ἀπαρέσκω] *Contrarium eſt ſuo ſimplici.* Ter. Heaut. 4, 2, 28 Prius quaeſo, diſce, quid ſit viuere:

vbi

vbi ſcies, ſi diſplicebit vita, tum iſthoc vtitor. Cic. Att. 2, 18 Diſpliceo mihi, nec ſine ſummo ſcribo dolore. Idem pro Domo ſua 53 Nonne fieri poterat, vt populo de Cyprio rege placeret, de exulibus Byzantinis diſpliceret? *Contraria:* Cic. Att. 13, 21 Irridere illud tuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet. Quum ei diſplicita eſſet inſolentia et inſuauitas illa Gell. 1, 21. Diſplicens ſibi leuitas Senec. de Breu. Vit. c. 2. Diſplicens corpus Scribon. 188. *i.* murcidum, vulgo melancholicum. *Conf. Rhod. in Lexic. Scribon.* Diſplicens ſui Sen. de Breu. Vitae c. 2.

DISPLICENTIA, ae. f. [ἀπαρέσκεια] Sen. de Tranquill. Vit. c. 2 Hinc illud taedium et diſplicentia ſui, et nusquam reſidentis animi volutatio.

DISPLICĪNA, ae. f. *Volunt a* Plauto Ciſt. 1, 1, 18 *Confictum vocabulum. Sed melius Gronou. et Scal. legunt* Diſciplina.

DISPLICITVS, a, um. Partic. *Vt*, Diſplicita inſolentia et inſuauitas Gell. 1, 21.

DISPLĬCO, ui *et* āui, ĭtum *et* ātum, āre. [διασκεδάζω] *Ab hoc verbo arceſſimus* Diſplicatas volucres Varronis de R. R. 3, 16, 7. *i. Diſgregatas et Diſperſas, de apibus*, Si quando, inquit, diſplicatae ſunt, cymbalis, et plauſibus numero reducunt in locum vnum. *Niſi forte legendum ſit*, diſpalatae.

DISPLICATIO, ōnis. f. Auguſtinus *auctor laudatur.*

DISPLŌDO, ōſi, ōſum, ĕre. [διακροτέω] *Sonitus edere.* Varro de R. R. 2, 9, 4 Pedibus magnis et altis qui ingredienti ei diſplodantur: digitis diſcretis *de canibus. Contra ea vult*, ne diſplodantur bubus 2, 5, 8. Veſica diſploſa quantum ſonat *(alii* Diploſa *legunt)* Hor. Serm. 1, 8, 46. *h. e.* Rupta percuſſione: vel Compreſſu manuum, quum ſit plena venti, rupta. *Conf.* Lucret. 6, 130 Cum plena animae veſicula partu Saepe ita dat pariter ſonitum diſploſa repente. Diſploſis naribus, *i. Dilatatis* Arnob. 3 p. 108.

DISPLOSIO, ōnis. f. *Apud* Arnob. . . .

DISPLVVIĀTVS, a, um. Adi. *Vtrimque pluuiam dimittens; vt*, Tecta diſpluuiata Vitruuius 6, 3 *dixit, quae fiunt trabium iunctis capitibus, et imis partibus diuaricatis, vt in diuerſas partes aqua pluuia defluat.*

DISPOLIO, āre. [ἀποδύω] *Plane et vndique Spoliare.* Ter. Andr. 4, 6, 21 Tum ipſam diſpoliare non licet. *Vid.* DESPOLIO: *vtrumque enim legitur.* Cic. Verr. 4, 42 c. 20 Vt etiam cum caeteris Siculis diſpoliaretur. Hominis ſe appellatione diſpoliat Lactant. 6, 11. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 13 Qui ſunt aſſecuti ſummum gradum honoris, non diſpoliabuntur honore. *Vt Deponens vſurpauit* Afran. *apud* Non. 7, 100 Quos impune depopulatur et diſpoliatur dedecus.

DISPOLIATVS, a, um. Partic. Apul. Apol. p. 323 Pudore diſpoliato. *Et* Sen. ad Marciam c. 24 Diſpoliatus oneribus alienis.

DISPOLIATIO, ōnis. f. Paullinus Nolanus Epiſt. 29 (*al.* 10) c. 1 De primorum patrum diſpoliatione cognoſcimus.

DISPOLIABŬLVM, i. n. *Dictum videtur, vt* Venabulum, *vt* mendicabulum, *vt* exorabulum: *quae tamen nec locum, nec inſtrumentum ſignificant.* Plaut. Bacch. 3, 1, 9 Egone vt haec cluſa geſtem clanculum, vt celem patrem Piſtoclere tua flagitia, aut damna, aut diſpoliabula, *etc. i. Scortationes et nequitias, quibus diſpolias patrem.*

DISPONDEVS, i. m. [διςπόνδειος] *Pes, qui conſtat ex quatuor ſyllabis longis, vt* ōrātōrēs. *Vid.* Diomed. 3 p. 476.

DISPŌNO, ſui, ſĭtum, ĕre. [διατίθημι, διατυπόω, διορθόω] *Ordinare.* Plin. Epiſt. 9, 36, 1 Quaeris quemadmodum in Tuſcis diem aeſtate diſponam. Euigilo, *etc. i. Officia diei ordinem. Sic* Diſponere ſuo quidque ordine Columel. 12, 2. Cic. de Petit. Conſ. 17 Fac, vt plane iis hominibus, quos deuinctos tenes, deſcriptum ac diſpoſitum ſuum cuique munus ſit. Senec. de Breuit. Vitae c. 4 *de deſtinatione viuendi vltra,* Quis iſta, ſicut diſponis, ire patietur. Diſponere atque diſpenſare, *vid.* DISPENSO. Paullo ſignificantius aliqua diſponere Quinct. 3, 6, 64. Aetas noſtra bene diſponenti multum patet Senec. de Breuit. Vitae c. 1. Diſponere diem Cic. Fam. 9, 37. Tacit. Germ. 30, 3. Claſſem diſponere Caeſ. Bell. C. 3, 5. Comas diſponere Martial. 12, 79 (84) Inſidias Caeſ. B. G. 8, . . Legiones in Apulia hibernorum cauſa Idem B. C. 1, 14. *Et*, hiemandi cauſa Ibid. c. 37. Libros confuſos diſponere Cic. de Orat. 3, 135 c. 34. Locis quosdam diſponere Idem Fam. 10, 31. In Ordinem diſponere aliquid Senec. Hippol. 12. Plin. Ep. 4, 23, 1 Quum ex communibus amicis cognoui te, vt ſapientia tua dignum eſt, et diſponere Otium, et ferre, habitare amoeniſſime, *etc.* Ouid. Faſt. 3, 50 Plenaque odorati diſponit Pocula Bacchi. Praeſidia diſponere Caeſ. B. G. 1, 8. Remedia diſpoſuit homini natura Plin. 24, 1. Cic. Verr. 1, 50 Quae Signa nunc Verres vbi ſunt? illa quaero, quae apud te nuper ad omnes columnas, omnibus etiam intercolumniis, in ſilua denique diſpoſita ſub diuo vidimus. Idem pro Muraena 30 Sed nunc de Studiis ad honorem diſpoſitis, non de inſita cuiusque virtute diſputo. Martial. 5, 21 Si diſponere Tempus otioſum, Et verae pariter vacare vitae, *etc.* Tormenta diſponere in muris Caeſ. B. C. 1, 17. Verba diſponere, vt pictores varietatem colorum Cic. in Orat. 65. Vias diſpoſuit Tibull. 2, 3. Vigilias diſponere per vrbem Liu. 39, 14. Vites diſponere Claud. Eutrop. 2, 197. *Hortenſe verbum eſt, vt Differre:* Columel. 11, 3 Beta ſimulatque quinque foliorum eſt, vt braſſica differtur aeſtate, ſi riguus eſt hortus; at ſi ſiccaneus, autumno diſponi debebit. *Ita paſſim hoc cap.* ¶ 2 *Obſ. In* Vet. Gloſſ. Diſponit, διοικεῖ *exponitur, quod eſt regere et gubernare: videturque hoc verbum iunioribus Latinorum (ſicut et Ordinare, quod idiotiſmo Italorum et Gallorum colligitur, vbi* ordre, ordonner, *et* ordonnance *de imperiis frequenter vſurpatur) poni aliquando ſolitum. V. g.* Multa ſine fratre diſpoſuit Capitolin. in Vero c. 8. *Hinc etiam et* Diſpoſitio, *de qua poſtea.*

DISPOSĬTVS, a, um. Partic. [διατεθειμένος] *Vt*, Diſpoſita myrto folia, concaua buxo, inordinata pomis Plin. 16, 24. Aptum et ratione diſpoſitum aliquid habere Cic. pro Roſc. Am. 133. Diſpoſita corpora Scrib. Peror. Diſpoſiti ab imperatore Nep. 11, 2, 2 *de militibus.* Stat. Theb. 5, . . Magnasque in praelia mentes Diſpoſiti in turmas rurſus. Liu. 32, . . Conſilia in omnem fortunam iam diſpoſita habebat. Stomachus apte diſpoſitus ad Scribon. 105. Opus diſpoſitum Claud. de Sext. Conſ. Hon. 225. Plin. Epiſt. 2, 11 Poſtero die dixit pro Mario, Saluius liberalis, Vir ſubtilis, diſpoſitus, acer, diſertus, *h. e. In orando ſingula ſuis locis aptans et diſtribuens.* Vita hominum diſpoſita Plin. Epiſt. 3, 1 *ordinata, vt temporibus ſuis fiant omnia.* Neque formoſius eſt quidquam, nec diſpoſitius Senec. Quaeſt. Nat. praef. 1. Mundo nihil poteſt eſſe diſpoſitius ad ordinem Lactant. de Ira D. c. 10.

DISPOSĬTVS, ûs. m. [καταχώρισις] *pro Diſpoſitione.* Tac. Hiſt. 2, 5, 2 Diſpoſitu, prouiſuque rerum ciuilium peritus.

DISPOSITE. Adu. [διατεθειμένως] *Ordinate, diſtincte, vt ſuo vnumquodque loco et tempore dicatur.* Cic. Verr. 4, 87 c. 40 Non poſſum diſpoſite iſtum accuſare, ſi cupiam, *etc.* Diſpoſite de ſingulis exponere Vitruu. 7 Prooem. Diſpoſitiſſime Sidon. Ep. 5, 11.

DISPOSĬTIO, ōnis. f. [διάθεσις] Diſpoſitio eſt pars Architecturae, quam Graeci διάθεσιν vocant Vitruu. 1, 2. Columel. 12, 2 Quis enim dubitet, nihil eſſe pulchrius in omni ratione vitae diſpoſitione atque ordine? Plin. Epiſt. 5, 6 Hanc diſpoſitionem, amoenitatemque tectorum late longeque praecedit hippodromus. Diſpoſitio *apud Rhetores, eſt* Rerum inuentarum in ordinem diſtributio Cic. de Inuent. 1 c. 7. *De hac multa* Quinctil. *praeſertim* l. 7 *pr. et* c. 1. *Conf.* Auct. ad Herenn. 1, 3 c. 2. Cic. de Orat. 2, 179 Qui Ordo tibi placet, inquit Catulus, et quae diſpoſitio argumentorum, in qua tu mihi ſemper Deus videri ſoles. ¶ 2 *Sequiori aetate, pro Cura, adminiſtratione, item Praecepto edictoue ponitur:* Capitolin. Gordiano tertio, in oratione ipſius Gordiani ad Senatum c. 27 Valeat tantum Miſitheus praefectus et parens noſter, cuius ductu et diſpoſitione, et haec tranſegimus, et caetera tranſigemus. Lamprid. Alex. Seu. 45 Ne diſpoſitionem Romanam barbari ſcirent, *i. vt contextum orationis indicat, itinerum dies et loca. Et mox*, Nolle ab aulicis ſuas vendi diſpoſitiones. *Et mox*, Et quia de publicandis diſpoſitionibus mentio contigit. Sidonius *cum alibi, tum* Epiſt. 3, 6 Veſtrum eſt, exſpectationem noſtram competentibus diſpoſitionibus munerari. *Sic in* notitia vtriusque Imperii, *itemque in* novellis: ſub diſpoſitione viri illuſtris Praefect. Praetor. *etc. non ſemel legas.* Vetus Inſcriptio Romae: QVAE FORMA INTERDICTI ET DISPOSITIONIS SVB GLADII PERICVLO CVSTODIENDA MANDATVR. Diſpoſitio *recentioribus auctoribus etiam dicitur Prouiſio annonaria:* Capitol. in Gordiano Tertio 28 Cuius viri tanta in Republ. diſpoſitio fuit, vt nulla eſſet vnquam ciuitas limitanea, quae non poſſet exercitum Popul. Roman. ac principem ferre. Aurelianus epiſtola ad praefectum annonae *apud* Vopiſc. 47 *enumeratis, quae annonae cauſa conſtituiſſet, ſubiungit*, Nunc tuum eſt officium, elaborare, ne meae diſpoſitiones in irritum veniant. *Add. quae ſequuntur. Maneat,* diſpoſitionem *hac aetate eſſe conſtitutionem, inſtitutum, etc. Sic* ¶ 3 Diſpoſitio *recentioribus, et pro Conſilio, ſeu Ratione vſurpatur.* Veget. de Re militari 3, 26 *extr.* Magna diſpoſitio eſt, hoſtem fame magis vrgere, quam ferro. *Sic* Imperatorias diſpoſitiones Eumenius *rhetor dixit*, pro Reſtaur. Schol. c. 5.

DISPOSITVRA, ae. f. *Idem, ex veteri forma.* Lucret. 1, 1025 Deueniunt in tales diſpoſituras. *Conf.* 5, 193.

DIPOSĬTOR, ōris. m. [διαθέτης] Senec. Natur. Quaeſt. 5, 18 Nimirum in hoc prouidentia, ac diſpoſitor ille mundi Deus aëra ventis exercendum dedit, *etc. Conf.* Lactant. 4, 9. Auguſtin. Ep. 28.

DISPOSĬTRIX, īcis. f. Fortunatus Carm. 7, 6 Floret et egregia diſpoſitrice domus.

DISPVDET, uit, ĭtum eſt, ēre. [αἰδοῦμαι] *Valde pudet.* Plaut. Bacch. 3, 3, 77. Ter. Eun. 5, 1, 6 Diſpudet mihi ſic data eſſe verba. Ouidio *tribuitur*, Quos Veneris furti diſpuduiſſe ferunt. *Sed non habet Index Burm. Conf.* Plaut. Moſt. 5, 2, 44.

DISPVLVĔRO, āre. *Diſſoluere, In puluerem redigere.* Naeuius Gymnaſtico, Saxa, ſiluas, lapides, montes, diſiicis, diſpulueras. Nonius 2, 206.

DISPVLVERATIO, ōnis. f. Beda . .

DISPV̄MO, āre. [διαφρίζω] *pro* Deſpumare, *v. v. auferre ſpumas, ſpumis purgare.* Pallad. Febr. 25, 10 Aliqui aquam ſalſam diſpumant. *Sic et* Iul. 5 *quibus quidem omnibus locis ſollemnis illa confuſio obtinet. Conf.* Columel. 12, 38, 5. *et* Gell. 2, 3 *extr. vbi laudat* Virg. Georg. 1, 296.

DISPVMATVS, a, um. Partic. Colum. 12, 34 Ad tertias diſpumatum. Pallad. Oct. t. 17 Mel non diſpumatum.

DISPVNGO, nxi, nctum, ĕre. [διαστίζω] *Interpungere, diſtinguere.* Nemo Scipione elegantius interualla negotiorum otio diſpunxit Vell. 1, 13, 3. *i. otio interpoſito diſtinxit.* ¶ 2 *Sedem propriam ac domicilium habet in rationibus et recenſionibus, vbi ea, quae inſpecta, examinata, ſoluta indicare volebant, ſtilo in cera diſpungere, eoque ſigno monere futurum lectorem moris fuit.* Vlpian. l. 15 ff. de reb. auctoritate iud. poſſ. *vbi cauere docet*, ne corrumpantur rationes, *permittit* creditoribus inſtrumentorum etiam ἀναγραφὴν (*deſcriptionem*) facere: vt non deſcribant ipſa corpora inſtrumentorum, ſed quot ſint, de qua re ſint, ſubnotent ſibi, et quaſi inuentarium faciant — Vtrum ſemel an etiam ſaepius recognitio Diſpunctio concedenda ſit creditoribus — ſi quis tamen iurauerit, non calumniae cauſa ſe poſtulare, neque habere, quae diſpunxerit: iterum ei faciendam poteſtatem. *Hinc eleganti translatione* Senec. de Breuitat. Vitae 7 Diſpunge et recenſe Vitae tuae dies: paucos et reiiculos reſediſſe apud te videbis. *Etiam* reſidere *rationum verbum eſt.* Papinianus in l. Cognoſcere 56 D. de Verborum ſignificatione, Diſpungere eſt conferre accepta et data. Idem de Statu liberis l. Si ſtatu libera, Percontandas, atque examinandas rationes, et diſpungendas atque excutiendas. Tertull. Apol. 45 *fin.* Nos qui ſub deo omnium ſpeculatore diſpungimur, *i. perpetuo recenſemur. Et* c. 37 Si malum malo diſpungi apud nos liceret, *i. compenſari, vt fit in rationibus.* Tertull. Apol. 44 Qui ſententiis Elogia diſpungitis, *vid.* ELOGIVM, n. 4. Idem adu. Marcion. 2, 7 Vidiſſet homo, ſi non bene diſpunxiſſet, quod bene acceperat.

DISPVNCTVS, a, um. Partic. *Vt*, Animae promta humatione diſpunctae Tertull. de Cor. c. 57. *Et*, Specialis medicinae diſpuncta prophetia. Idem adu. Marc. 4, 10.

DISPVNCTIO, ōnis. f. Vlpian. l. 15 de reb. auctoritate iud. poſſ. Vtrum ſemel an etiam ſaepius recognitio et diſpunctio concedenda ſit creditoribus, videamus, *etc. Eleganter* Tertull. adu. Marc. 5, 12 Diſpunctionem boni et mali operis *vocat*, cum manifeſtati ante Chriſti tribunal, quisque recipiemus, quae per corpus admiſimus, ſiue bonum, ſiue malum. *Et* Apol. 18 Omnibus defunctis — recenſitis ad vtriusque meriti diſpunctionem, *i. examen, et praemia.* Id. Tertullian. de Teſt. Anim. aduerſ. Gent. c. 4 Diſpunctionem vitae *vocat mortem.*

DISPVNCTOR, ōris. m. Idem Tertullianus contra Marc.

4, 17 Index et diſpunctor meritorum. Gloſſ. Gr. Lat. ἐκλογιστής, Diſpunctor.

DISPVO, ĕre. Nec matrimonii res ideo diſpuendae, quia intemperantius diffuſae in luxuriam inardeſcunt Tertull. adu. Marc. 1, 29. Quum diſpuenda exiſtimas Prudent. . . .

DISPVTO, āre. [διαλέγομαι] *In vtramque partem, vel in alterutram adeo, putare, i. ſententiam, vel opinionem dicere.* Varro de L. L. 5, 7 p. 57, 1 Sermo in quo pura (putum *autem et* purum *idem eſſe dixerat*) diſponuntur verba, ne ſit confuſus, atque vt diluceat, dicitur diſputare. *Comparat deinde cum verbo* Diſſero, *v. v.* Martial. 9, 79 Quod optimum ſic diſputat conuiuium Facunda Priſci pagina. Cic. Verr. 5, 7 Dicere omnes, et palam diſputare. Idem de Amic. 4 c. 1 Catonem induxi ſenem diſputantem, quia nulla aptior videbatur perſona, quae de illa aetate loqueretur. Cic. de Fin. 1, 31 Sed et Argumentandum, et accurate diſſerendum, et rationibus conquiſitis de voluptate et dolore diſputandum putant. Accurate et exquiſite diſputare de aliquo crimine Idem in Brut. 276. *Et* Tuſcul. 5, 28 Acute autem diſputantis illud eſt, non quid quisque dicat, ſed quid cuique dicendum ſit videre. Leniter, *it.* Lentius diſputare, *vid. ſſ. ll.* Diſputare aliquam rem, *et*, de aliqua re Cic. de Nat. Deor. 3 c. 40. *et* de Orat. 2 c. 49. Id aut ſedens aut ambulans diſputabam Cic. Tuſc. 1 c. 4. Libenter haec coram cum Q. Catulo et Q. Hortenſio diſputarem Idem pro L. Man. c. 22. Plaut. Men. prol. 50 Vt hanc rem vobis examuſſim diſputem. Cic. Tuſcul. 3, 18 Itaque non inſcite Heracleotes Dionyſius ad ea diſputat, quae apud Homerum Achilles queritur, *etc.* Circa hoc diſputatum eſt Quinctil. 1, 5, 34. Cic. Philipp. 13, 12 Eas dum recito, dumque de ſingulis ſententiis breuiter diſputo. De omni re diſputare in contrarias partes Idem de Orat. 1, 158. De iure omni in commune diſputandum ſemper Quinct. 7, 2. Cic. de Orat. 1, 117 c. 25 Neque haec in eam ſententiam diſputo, vt homines adoleſcentes, ſi quid naturale forte non habeant, omnino a dicendi ſtudio deterream. Idem Verr. 5, 7 c. 3 Durum hoc fortaſſe videatur, neque ego vllam in partem diſputo. Cic. Fam. 7, 3 Niſi caetera, quae ſunt a me in ſecundo libro de Oratore per Antonii perſonam diſputata de ridiculis, ἔντεχνα et arguta apparebunt, vt ſacramento contendas mea non eſſe. Idem in Orat. . . . Quidquid eſt igitur, de quo Ratione et via diſputetur, id eſt ad vltimam ſui generis formam ſpeciemque redigendum. Ratione et via, *quod Graeci dicunt* Methodo. Rationem diſputare cum aliquo Plaut. Aulul. 3, 5, 55. Verbis diſputare in vtramque partem Caeſ. B. C. 1, 86. Cic. Fam. 3, 8 Idque arbitror me Synnadis pro tribunali multis Verbis diſputauiſſe. Verbis pluribus diſputare de re aliqua Idem Verr. 1, . . Idem Orat. 113 c. 32 Diſputandi ratio et loquendi dialecticorum ſit, oratorum autem dicendi et ornandi. Diſputatur, *imperſ.* Cic. de Fin. 2, 19 Perpetua oratione contra diſputatur. *Add.* Nep. 15, 3, 3.

DISPVTANS, antis. Partic. [διαλεγόμενος] Cic. Tuſc. 5, 28 c. 10 Acute diſputantis illud eſt, non quid quisque dicat, ſed quid cuique dicendum ſit videre.

DISPVTATVS, a, um. Partic. Plaut. Aul. 3, 5, 55 Vbi diſputata eſt ratio cum argentario: *i. putata et diſpuncta. Praeceſſit*, Itur, putatur ratio cum argentario. Cic. Fam. 7, 32 Quae ſunt a me in ſecundo libro de Oratore per Antonii perſonam diſputata de ridiculis.

DISPVTATIO, ōnis. f. [διάλεξις] *Actio diſputandi, vel ſermo diſputantium, aut diſputantis adeo, i. rem, vel argumentum tractantis.* Cic. de Natur. Deor. 2 c. 30 Dico igitur, prouidentia deorum mundum — adminiſtrari; eamque diſputationem tres in partes noſtri fere diuidunt *Vt*, Diſputatio de re aliqua Cic. Acad. 4, 30. Idem Fam. 1, 9 ſ. Praef. Academ. Scripſi igitur Ariſtoteleo more (quemadmodum quidem volui) tres libros in diſputatione et dialogo de Oratore. Copioſa diſputatio, *vid. ſ. l.* Infinitae, concertationumque plenae diſputationes Cic. de Orat. 1, 194 c. 43. Liberior in vtramque partem diſputatio Quinctil. 7, 3. Litigioſa diſputatio Cic. de Fin. 5 c. 26. Non ita longa diſputatio, *vid.* NON. Conferre diſputationes, *vid.* CONFERO. Ducere diſputationem a capite, *vid.* CAPVT. Habere Caeſ. B. G. 5, 30 *pr.* Ingredi diſputationem Cic. pro Caec. c. 28. Diſputationis *nomine etiam vocata Concio ſacra ad populum habita: ſic nempe, vt ſermo, vt* Homilia. Auguſt. de Sanct. Tract. 6, 89 Quia haec diſputatio iam eſt claudenda. *Vid.* Eiusd. Confeſſ. 5, 13. *et* Hier. Epiſt. ad Euſtoch. 22.

DISPVTATIVNCŬLA, ae. f. Dimin. Sen. Epiſt. 117 Diſputatiunculis inanibus ſubtilitatem vaniſſimam agitare.

DISPVTĀTOR, ōris. m. [διαλεκτικὸς] *Vt*, Diſputator ſubtilis Demetrius Cic. Off. 1, 3. *Conf.* Val. Max. 8, 12 *pr.*

DISPVTĀTRIX, īcis. f. [διαλεκτικὴ] A Quinctiliano *dialectice dicitur*, Virtus diſputatrix 2, 20, 7. *et* 12, 2, 13.

DISPVTABĬLIS, e. Adi. [διαλογικὸς] Sen. in Epiſt. 88 Res diſputabilis in vtramque partem.

DISPVTATORIVS, a, um. Adi. *Vnde*

DISPVTATORIE. Adu. *Idem. Vt*, Diſputatorie argumentoſus Sidon. Epiſt. 9, 9.

DISQVAMO, āre. Ad maleficia magica diſquamari et exdorſuari piſces Apul. Apol. 1 p. 301. *Conf.* DESQVAMO.

DISQVIRO, īui, ītum, ĕre. [ἐξετάζω] *Diligenter vbiuis quaerere et inueſtigare.* Horat. Serm. 2, 2 Verum hîc impranſi mecum diſquirite, *i. diſputate.*

DISQVISITIO, ōnis. f. [ἐξέτασις] *Diſquirendi actus: ſpeciatim eſt iudicium per opiniones, vt nunc loquimur, quum opinionem, vel ſententiam omnes rogantur.* Cic. de Aruſp. Reſp. 13. Idem pro Sulla 79 Sed in magnis diſquiſitionibus repentinisque periculis vitam vniuscuiusque eſſe teſtem. Liu. 26, 31 Sed non quid ego fecerim, in diſquiſitionem venit, ſed quid iſti pati debuerint, *i. non rogantur ſententiae de me.* Vocare in diſquiſitionem Suet. Caeſ. c. 15. Ad diſquiſitionem populi vocare Idem Caeſ. c. 16, *eſt Poſtulare, accuſare. Vid. ibi Caſaub.* Vitioſum eſt pro argumento ſumere, quod in diſquiſitione poſitum eſt Auct. ad Herenn. 2, 41 c. 26.

DISRAPIO, *vel* DISRIPIO, ĕre. *pro* Diripere. Luci claro diſripiamus aurum matronis Plaut. Aulul. *apud* Non. 3, 118. Neſcio, qua ratione diſrapimur Apul. de Deo Socrat. p. 115. Dirapimur Elmenh. p. 53, 27. *vbi vid. Var. Lect.*

DISRĀRO, āre. [διαραιόω] *Verbum ruſticum; ſignificat quod ſpiſſum eſt, Rarum, v. g. exſcindendis ramis vmbroſioribus facere.* Columel. 4, 32, 4 Sed illud de-integro refodi debet: hoc poteſt intercidi et diſrarari: quod opus ruſtici caſtrationem vocant. *Sylburgius in Ind. obſeruat, legi etiam* Columel. 5, 6, 36 *vbi* Diradiare vitem *alii.*

DISRVMPO, *vid.* DIRVMPO.

DISRVPTVS, a, um. Partic. Anſa oſtii diſrupta Petron. c. 96 Burmann.

DISCRIBO, DISCRIPTIO, DISCRIPTVM, *pro Deſcr. legi, vbi diſtributio quaedam ſubeſt, vult Gruter. ad* Cic. de Sen. c. 2.

DISSAVIOR, *vid.* DISSVAVIOR.

DISSĔCO, ui, ectum, āre. [διατρίω] *In varias partes ſecare.* Plin. 11, 37 Tertio capto Lacedaemonii pectus diſſecuere cauſa videndi. *Sic* 25, 5. Fidem minutis diſſecant ambagibus Per ſyllogiſmos plectiles Prud. Apoth. praef. 2, 21.

DISSECTVS, a, um. Partic. *Vt*, Vnio diſſectus Plin. 9, 35.

DISSECTIO *et* DISSECATIO, ōnis. f. *Apud* Celſum eſſe dicitur.

DISSECATOR, ōris. m. *pro Anatomico apud* Celſum reperiri aiunt.

DISSEMĬNO, āre. [διασπείρω, κατασπείρω] *Spargere, diuulgare.* Cic. in Catil. 4, 6 c. 3 Latius opinione diſſeminatum eſt malum. Id. pro Arch. 30 c. 12 Ego vero omnia, quae gerebam, iam tum in agendo ſpargere me ac diſſeminare arbitrabar in orbis terrae memoriam ſempiternam.

DISSEMINATVS, a, um. Partic. Cic. pro Planc. 56 c. 23 Ne fictis auditionibus, ne diſſeminato diſperſoque ſermoni fortunas innocentium ſubiiciendas putetis.

DISSEMINATIO, ōnis. f. *Vt*, Euangelii diſſeminatio Tert. de Fuga in Perſecut. c. 6 Extimeſcere maleuolorum diſſeminationes Apul. Met. 11 *extr. Elm.* p. 272 *extr.*

DISSENTIO, ſi, ſum, īre. [διαφωνέω, διχοστατέω] *Diſcordare, diuerſum ab alio ſentire.* Cic. de Amicit. 31 c. 9 Ab iis, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe diſſentimus. Tacit. Ann. 2, 57 Atrox, ac diſſentire Manifeſtus, *i. vultu et geſtu diſſenſum indicans.* Liberius ab aliquo diſſentire Quinctil. 3, 6. Non timide ab aliquo diſſentire Idem 3, 8. In eo plures diſſenſerunt Quinctil. 3, 3. Cic. pro Lege Manil. 59 c. 20 Sed in hoc ipſo ab eo vehementiſſime diſſentio. Idem de Orat. 1, 5 c. 2 Solesque nonnunquam hac de re a me in diſputationibus noſtris diſſentire. A caeterorum more ac natura diſſentire Cic. pro Font. 20. Ab hac ratione diſſentiunt Catulus et Hortenſius Idem pro L. Manil. 51 c. 17. Cic. de Fin. 2, 80 c. 25 Qui maledictis inſectantur eos, a quibus de veritate diſſentiunt. Idem Tuſc. 4, 24 c. 13 Vitioſitas autem eſt habitus aut affectio in tota vita inconſtans, et a ſe ipſa diſſentiens. Cic. pro Sulla 60 Qui ita de ambitione et de ſuffragiis ſuis cum colonis diſſenſerunt. *Add.* Off. 3 c. 22. Auctor ad Herenn. 1, 19 Ex ſcripto et ſententia naſcitur controuerſia, quum videtur ſcriptoris Voluntas cum ſcripto ipſo diſſentire. Inter ſe diſſentiunt Cic. de Fin. 2, 19 c. 6. *Cum Datiuo:* Sen. Epiſt. 20 Ne orationi vita diſſentiat. *Et* ad Herenn. 2 c. 26 Item vitioſum eſt, ipſum ſibi in ſua oratione diſſentire.

DISSENTIOR, īre. *(vt Aſſentior) pro Diſſentio.* Caelius *ap.* Priſcian. 8 p. 801 Qui intelligunt, quae faciunt, diſſentiuntur.

DISSENTIENS, entis. Partic. [διαφωνῶν] *Vt*, Grauiſſime diſſentientes ciues Cic. Philipp. 12, 27 c. 11.

DISSENSVS, a, um. Partic. Cenſorin. de Die Nat. c. 4 Pauculis exceptis ab Empedocle diſſenſis, *etc. i. in quibus aliter ſentit Empedocles.*

DISSENSVS, ûs. m. [διχοστασία] *Idem quod Diſſenſio.* Acerbus diſſenſus Claudian. de B. Gild. 300. Ciuilis Idem Conſul. Hon. 6, 395. *Add.* Idem in pr. Conſ. Stilich. 2, 86. Diſſenſu alitur rumor Claud. in Ruffin. 1, 70. Vario diſſenſu ſcindunt vrbem Stat. Theb. 10, 552.

DISSENSIO, ōnis. f. [διαφωνία, διχόνοια] *Diſcordia.* Cic. de Amicit. 82 Ex diſſenſionibus atque ex diſcordiis percipi poteſt. Idem pro Sulla 60 Vt hoc diſſidio ac diſſenſione facta oppidum in ſua poteſtate poſſet, et Pompeianos habere. Tumultus atque diſſenſiones Cic. de Lege Agr. 2, 101. Diſſenſio a ſuperioribus Idem Acad. 1, 14. Commouere nouam diſſenſionem Cic. de Lege Agr. 3, 4 c. 2. Extinguere diſſenſionem Idem Fam. 11, 27. Cic. de Lege Agr. 2, 14 c. 6 Non poteſtatum diſſimilitudo, ſed animorum disiunctio diſſenſionem facit. Idem de Fin. 3 c. 13 Sed poteſtne rerum maior eſſe diſſenſio? *i. diſcrepantia. Sic* Videtur vtilium fieri cum honeſtis ſaepe diſſenſio Cic. Off. 3 c. 13. Paterc. 2, 121 Quum accenſas plebis Viennenſium diſſenſiones, coërcitione magis quam poena molliſſet. In magna ſunt varietate et diſſenſione Cic. de Natur. Deor. 1, 2. Orta Nepos 10, 6, 3. Iuſtin. 2, 4, 29. Prima in ea (medicinae parte) diſſenſio eſt Celſ. praef. 1. Summa diſſenſio eſt inter magnos homines Cic. Acad. 4 c. 36.

DISSENSOR, ōris. m. Gloſſ. Gr. Lat. ἑτερογνώμων, Diſſenſor.

DISSENTO, āre. Frequent. Plaut. Men. 5, 2, 58 Dic mihi iſtuc, quod vos diſſentatis. *Al.* Diſſertatis. *Vid. ibi Taubm. p. 737. et Meurſ. Crit. Exerc. part. 1 p. 148.* Diſſertatis *retinuit Gron.*

DISSENTANEVS, a, um. Adi. [ἄλογος] *Diſſentiens, non conueniens.* Nigidius *ap.* Non. 2, 240 Eum locum facit diſſentaneum. Cic. in Partit. 7 c. 2 Aut conſentanea, aut diſſentanea.

DISSĒPIO, pſi, ptum, īre. [διαφράττω] *Quod ſeptum erat dirimere et disiicere.* Stat. Theb. 10, 880

— abſiliunt pontes, tectique trementis
Saxea frena labant, diſſeptoque aggere rurſus
Vtitur, et truncas rupes in templa, domosque
Praecipitat.

¶ 2 *Separare, diſcludere, ſepe velut interpoſita.* Lucret. 1, 998 Aër diſſepit colles, atque aëra montes. *Conf. Parei Lex. Crit. p. 371. Add. Heinſ. et Burmann. ad* Ouid. Met. 1, 69 Vix ea limitibus diſſepſerat omnia certis.

DISSEPTVM, i. n. *Vt*, Diſſepta ſaxea domorum Lucret. 6, 951. Sen. Medea 335 Bene diſſepti foedera mundi Traxit in vnum Theſſala pinus. *Vid. Gron. Apud* Macrob. in Somn. Scip. 1, 6 Inteſtinorum vnum diſſeptum (diſſiptum, *ed. Gron.*) *vocatur*, quod ventrem et caetera inteſtina ſecernit, *Diaphragma.*

DISSEPTIO, ōnis. f. Vitruu. 2, 9 Impendentis loci diſſeptio.

DISSEPIMEN, ĭnis; *et* DISSEPIMENTVM, i. n. [διάφραγμα] Membranula, quae eſt in medio nucis. Feſtus.

DISSERĒNO, āre. [διαιθριόω] *Serenum eſſe.* Liu. 39, 46 Quum vndique diſſerenaſſet. *Legitur et* Conſerenaſſet. Plin. 18, 35 Si cacumina

mina pura fient, diſſerenabit. *Exſtat item in* Notis Tironis *et* Senecae. *Conf.* Caſſiod. Ep. 6, 6.

DISSERO, erui, ertum, ĕre. [διασπείρω, κατασπείρω] *Suo quodque loco ſerere, i. plantare, vel ſeminare.* Columel. 11, 3, 29 Panax vtroque tempore laeui et ſubacta terra rariſſime diſſeritur. *Sic etiam* 11, 2, 30 Bacas lauri et myrti, caeterorumque viridium ſemina in areolas diſſerere. Macrob. 2, 14 *ex* Sueuio Poëta, Suo poſt inde reuentu (*ex Perſia milites Alexandri*) Hoc genus arboris (*Perſicam*) in praelatis finibu' Graiis Diſſeruere. ¶ 2 Diſſero, [διαλέγομαι] *idem fere, quod* Diſputo. Varro de L. L. 5, 7 p. 57 *pr. Cum de verbo* Diſputo *dixiſſet*, Quod dicimus diſſerit partes, item areas, translaticio aeque ex agris verbo vtimur. Nam vt olitor diſſerit in areas ſui cuiusque generis res, ſic in oratione qui facit, diſertus. Lucret. 6, 940 Qua de diſſerere aggredior, firmare neceſſe eſt. Commode diſſerere, *vid.* COMMODVS. Varie diſſerebat de magnitudine imperii Tac. 1, 11. *Interdum ponitur abſolute:* Cic. de Fin. 1, 31 Sed et argumentandum et accurate diſſerendum, et rationibus conquiſitis de voluptate et dolore diſputandum putant. Idem Diuin. 1 c. 47 Malunt diſſerere nihil eſſe in auſpiciis, quam quid ſit ediſcere. Cic. de Natur. Deor. 3, 96 c. 40. Idem Fam. 12, 7 Quod autem et in Senatu pluribus verbis diſſerui, dixi in concione, in eo velim fidem meam liberes. Cic. pro Flacco 42 Sed de hoc teſte, totoque Mithridatico diſſeruit et ſubtiliter et copioſe Q. Hortenſius. Idem de Orat. 1, 57 Haec ego cum ipſis Philoſophis tum Athenis diſſerebam. *Et* de Orat. 2, 11 Permulta de eloquentia cum Antonio diſſeruiſſe, et tanquam in ſchola prope ad Graecorum conſuetudinem diſputauiſſe. De materia *aliqua* diſſerere Col. 2, 1, 2. Cic. Att. 9, 32 In his ego me conſultationibus exercens, et diſſerens in vtramque partem, tum Graece, tum Latine, et abduco parumper animum a moleſtiis. Id. Tuſc. 1, . . In vtramque partem multa diſſeruntur. Inter eos diſſeritur Idem de Fin. 2, 3. Ibid. 1, 19 An partus ancillae ſitne in fructu habendus, diſſeretur inter Principes ciuitatis P. Scaeuolam, Marcumque Manilium. Cic. de Amicit. 33 Audite vero, viri optimi, ea, quae ſaepiſſime inter me et Scipionem de amicitia diſſerebantur. Vitam alicuius diſſerere Lampr. in Alex. Seu. c. 30.

DISSERENS, entis. Partic. Cic. Att. 9, 4. *et* de Fin. 1 c. 8.

DISSERTIO, ōnis. f. *Idem quod Diſſertatio.* Gell. 19, 12 In ea diſſertione huiuſcemodi ſenſus eſt. *Vid.* DISSORTIO.

DISSERTOR, ōris. m. *Apud* Non. 4, 253 Interpres *dicitur* obſcuri diſſertor. Gloſſ. Lat. Gr. Diſſertor, σοφιστής.

DISSERTO, āre. *Contendere.* Quid ego cum illo diſſertem amplius Cato *apud* Feſt. *voce* Citeria. Plaut. Men. 5, 2, 58 Dic mihi iſtuc Menaechme, quid vos diſſertatis? vt ſciam. Gell. . . . Quum de antiquitate quorundam verborum diſſertaremus, *h. e. Diſſertationibus contenderemus. Conf.* Idem 7, 14 Oſtentandi gratia magno conuentu hominum diſſertauerunt.

DISSERTANS, antis. Partic. Pacis bona diſſertans Tac. Hiſt. 4, 69, 1. Nodos tenaces recta rumpit regula Infeſta diſſertantibus Prud. Apoth. praef. 2, 27.

DISSERTATOR, ōris. m. Occurrit dubitans hic diſſertator, et illud Obiicit Prud. Apoth. 782.

DISSERTATIO, ōnis. f. Plin. 10, 68 Quapropter ingenium praedictorum, et reliqua ſubtexat diſſertatio. *Add.* Gell. 10, 4. *et* 17, 13.

DISSERTABVNDVS, a, um. Partic. *Qui diſſerit.* Gell. . . . Eumque in corona adſtantium diſſertabundum inuenimus.

DISERTVS, a, um. Adi. [λόγιος, εὐφραδής, αἱμύλος] *Qui probe diſſerit, eleganterque narrat, non qui diſſeritur.* Varro de L.L. 57 p. 52 *pr.* Nam vt olitor diſſerit in areas ſui cuiusque generis res, ſic in oratione qui facit, diſertus dicitur. Cic. Att. 10, 1 Celer tuus diſertus eſt magis, quam ſapiens. Diſertos me cognoſſe nonnullos ſcripſi, eloquentem adhuc neminem: quod eum ſtatuebam diſertum, qui poſſet ſatis acute atque dilucide apud mediocres homines ex communi quadam hominum opinione dicere: eloquentem vero, qui mirabilius et magnificentius augere poſſet, atque ornare quae vellet, omnesque omnium rerum, quae ad dicendum pertinerent fontes animo ac memoria contineret. *Verba ſunt Antonii apud* Cic. de Orat. 1, 94. *Nempe ſi idem homo et* diſertus *ſit, et doctus, et ſapiens, is demum* Eloquens. Cic. in Orat. 13 c. 5 Ita et doctis eloquentia popularis, et diſertis elegans doctrina defuit. Doctos, *Philoſophos appellat, qui popularem eloquentiam negligunt:* Diſertos *vero vocat* Oratores, *qui tantum forenſi facultate dicendi inſtructi, Philoſophiam non attigerunt. Conf.* Quinctil. prooem. 8. Fac tantum incipias, ſponte diſertus eris Ouid. Art. Am. 1, 610. Horat. Epiſt. 1, 5, 19 Fecundi calices quem non fecere diſertum? Cic. pro Caelio 67 c. 28 Ad vinum diſertos appellat, qui ad ferias cauſas agendas inepti, inter pocula multa garriunt, vbi nihil opus. Ter. Eun. 5, 7, 10 At etiam primo callidum et diſertum credidi hominem. *hic Dacsria monet,* Diſertum *non eſſe Eloquentem, ſed Aſtutum, qui non facile falli poteſt.* Epilogus diſertus Cic. Att. 4, 14. Literae diſertae Idem Fam. 3, 11. Cic. de Diuin. 1, 106 Difficultas laborque diſcendi diſertam Negligentiam reddidit. Puer diſertus leporum, ac facetiarum Catull. 12, 9. Cic. de Orat. 1, 231 c. 54 Sic illam orationem diſertam ſibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri. Vmbra diſerta Ouid. ex Ponto 2, 2, 100. *i. anima patris tui, oratoris eloquentiſſimi.* Eloquentior fuit et diſertior Socrates Cic. de Orat. 3 c. 32. Apertior iſta ſententia eſt, et diſertior Sen. Ep. 21. Alterius ſalubriores erant conciones, alterius diſertiores Valer. Max. 8, 9, 1 *extr.* Omnium Graecae linguae eloquentia diſertiſſimus Nep. 7, 2, 1.

DISERTISSĬMVS, a, um. Adi. [λογιώτατος] Catull. 47, 1 Diſertiſſime Romuli nepotum. Diſertiſſimus orator Lyſias Cic. de Orat. 1 c. 54. Epiſtola diſertiſſima Idem Att. 7, 1 (2 *extr.*).

DISERTE. Adu. [ἐλλογίμως] *Facunde et eloquenter.* Cic. de Orat. 44 c. 10 Denique vt prudentibus diſerte, ſtultis etiam vere dicere videaris. *Conf.* Nep. 15, 3, 1. Cauſas agere Cicerone diſertius ipſo Martial. 3, 38. *Clare et expreſſe ad excludendam ambiguitatem.* Liu. 21, 19 Quum in Luctatii foedere diſerte additum eſſet, id ita ratum fore, ſi populus cenſuiſſet. *Vid.* Alciatum παρέργων 2, 27. Multo diſertius ipſae tabulae loquuntur Apul. Apol. 2 p. 331. *Add.* Sen. Suaſ. 2. Diſertiſſime planiſſimeque in eo ſcriptum eſt Liu. 39, 28. *Diſertim*, pro Diſerte dixerunt antiqui, *auctore* Feſto. *Add.* Plaut. Stich. 1, 3, 87. Non. 11, 3.

DISERTITVDO, inis. f. *Eloquentia.* Hier. Epiſt. ad Pammach. 61 c. 4 Niſi tibi diſertitudinis tuae fluuius inundaſſet. Id. Epiſt. ad Domn. 51 Det nobis occaſionem reſpondendi diſertitudini ſuae.

DISSEPARO, āre. Quae temporibus diſſeparata ſunt, animorum praeſumtione iunguntur Nazar. Paneg. Conſtantini cap. 2. *Al.* Diſparata.

DISSEPARATIO, ōnis. f. Diſſeparationi eorum neque ſolem orientem, neque occidentem interueniſſe Latro Decl. in Catil.

DISSERPO, ĕre. Lucret. 6, 546 Late diſſerpunt inde tremores.

DISSICIO, ĕre. *Saepe eſt in bonis libris, pro* Diſiicio, *vbi vid.* n. 2.

DISSĬDEO, ēdi, ēre. [διαφέρομαι, διΐσταμαι, ἀφηνιάζω] *Diſſentire vehementer et cum ſimultate.* Cic. de Amicit. 2 P. Sulpicio vtebare multum, quum is Tribun. plebis capitali odio a Q. Pompeio, qui tum erat Conſul, diſſideret. Idem pro Cluent. 223 Eodem Q. Caepionem referrem, niſi nimis Equeſtri ordini deditus, a Senatu diſſediſſet. Non conſiliis ſolum et ſtudiis, ſed armis etiam et caſtris diſſidebamus Cic. pro Marcell. 31. Animo et voluntate diſſidere ab aliquo Cic. Verr. 5, 181. Odio quodam atque diſcidio diſſidere ab aliquo Idem pro Balbo 50. *Neque tamen ſemper ita vehemens verbum eſt.* Haec verba idem ſignificant, neque vlla re aliqua diſſident Gell. 13, 23. Doctus a non indocto diſſidet Cic. Fam. 12, 7. Horat. Carm. 2, 2, 18 Diſſidens plebi numero beatorum Eximit virtus. A ſe ipſo diſſidere, ſecumque diſcordare Cic. de Fin. 1, 58. Temeritas a ſapientia diſſidet plurimum Cic. Off. 2 c. 2. Ouid. Faſt. 3, 662 Haec quoque, quam referam, noſtras peruēnit ad aures Fama, nec a veri diſſidet illa fide. Multis rebus cum illo diſſidet Cic. Acad. 4, 143 c. 47. Conueniet nulli, qui ſecum diſſidet ipſe Cato in Diſt. Ad Herenn. 2 c. 9 Cum voluntas ſcriptoris cum ſcripto diſſidere videbitur. Cic. Philipp. 11, 15 Ex quo iudicare debetis, me non cum homine ſolere, ſed cum cauſa diſſidere. Idem Acad. 4, 132 De qua qui diſſident, de omni vitae ratione diſſident. Cic. Att. 7, 6 Non rectum me in tantis rebus a Pompeio diſſidere. Inter ſe diſſident et diſcordant, *vid.* DICORDO. Cic. de Fin. 1 c. 18. Leviter inter ſe diſſident Idem Att. 1, 10. Sueton. Tib. c. 7 Cum Iulia primo concorditer vixit; mox diſſedit, et aliquanto grauius, vt etiam perpetuo ſecubaret. *Ad inanimata translatum:* Plin. 37, 4 Adamas diſſidet cum magnete lapide in tantum, vt iuxta poſitus ferrum non patiatur abſtrahi. Idem 24, 1 Quercus et olea tam pertinaci odio diſſident, vt altera in alterius ſcrobe depactae moriantur.

DISSĬDENS, entis. Partic. [διϊστάμενος] Cic. de Natur. Deor. 1 c. 2 Quorum opiniones, quum tam variae ſint, tamque inter ſe diſſidentes, *etc.*

DISSIDIVM, ii. n. [διάστασις, διχοστασία] *Diſcordia, diſſenſio.* Plaut. Mil. 3, 1, 60 Neque per vinum vnquam ex me oritur diſſidium in conuiuio. Cic. de Fin. 1, 44 Ex cupiditatibus odia, diſſidia, diſcordiae. *Et* Att. 1, 17 Non diſſenſione ac diſſidio veſtro. Prop. 2, 19, 16 Diſſidium vobis proximus annus erit, *ad amantes.* Cic. de Amicit. 80 c. 21 Danda opera eſt, ne qua Amicorum diſſidia fiant. *Al.* Diſcidia. *Et* c. 7 Quae domus tam ſtabilis, quae tam firma ciuitas eſt, quae non odiis atque diſſidiis funditus poſſit euerti. Civile diſſidium Claudian. de Bell. Gild. 242. *Al.* Diſcidium. Iuſta diſſidia, *vid.* IVSTVS. Dare diſſidium Propert. 1, 11, 28. Naſcuntur diſſidia, *vid.* NASCOR. *Differunt* Diſſidium *et* Diſcidium; *quod* Diſcidium *eſt Diſtractio corporum, vel quaſi corporum cum vel ſine diſſenſione animorum:* Diſſidium *autem Diſſenſio animorum, cum vel ſine diſtractione corporum.* Vid. DISCIDIVM *ſub* DISCINDO.

DISSIDENTIA, ae. f. [διαφορά] *Diſcordia.* Plin. 29, 4 f. 23 Dominante eadem illa rerum diſſidentia.

DISSIGNO, āre. *pro Deſignare, aliquando ſcribitur, etiam in deriuatiuis.* Arnob. 1 p. 39 Nec imputandum putauit, quid illorum diſſignaſſet audacia. *Conf.* 7 p. 215. *et* Symmach. Epiſt. 10, 2. Stat. Theb. 1, 310 Nec mora, ſublimes raptim per inane volatus Carpit, et ingenti diſſignat nubila gyro, *i. Diſpeſcit, vt orbita in iis appareat. Ita autem emendat Barthius in Comment. p. 94.*

DISSIGNATIO, ōnis. f. *Apud* Arnob. 7 p. 217.

DISSIGNATOR, ōris. m. *Qui plerumque* Deſignator *ſcribitur.* Plaut. Poen. prol. 19 Neu diſſignator praeter os obambulet. *Vid. ibi Taubmann. Pareo idem eſt, qui Locarius.* Vet. Inſcript. *apud* Gruter. p. 270 n. 6 DISSIGNATOR SCAENAR. *In* Tertulliano de Spectac. c. 10 *quod Frobenius* Diſſignator *edidit, Rigaltius* Deſignator *expreſſit; Et ita vetus* Scholiaſtes *vult apud Torrent. ad* Horat. Epiſt. 1, 7, 6. Diſſignator *etiam ſcribit Lipſius, qui de iis agit de Amphith.* 15.

DISSĬLIO, ui, *et* iui, ultum, īre. [διαπηδάω] *In diuerſas partes ſalire:* Virgil. Aen. 3, 416 Haec loca vi quondam, et vaſta conuulſa ruina Diſſiluiſſe ferunt, *h. e. Disiuncta fuiſſe, et ſeparata.* Ignis diſſiluit Sil. 16, . . Gratia ſic fratrum diſſiluit Horat. Epiſt. 1, 18, 42. Corpora diſſiluere Lucret. 1, 386. Diſſilit omne ſolum Ouid. Met. 2, 260. *h. e. Finditur prae ſiccitate, et Dehiſcit. Crepare, frangi:* Virgil. Georg. 3, 363 Aeraque diſſiliunt vulgo, *i. Paſſim crepant. Nam tam nimio frigore, quam calore aera rumpuntur.* Apul. de Mundo p. 730, 3 Flor. Chaſmatiae, quorum impulſu diſſilit tellus. *Et* p. 747, 19 Immodicis tremoribus terrarum diſſiluiſſe humum.

DISSVLTO, āre. *Idem.* Plin. 37, 4 *de adamante*, Incudibus hi deprehenduntur, ita reſpuentes ictum, vt ferrum vtrinque diſſultet, incudesque etiam ipſae diſſiliant. Virgil. Aen. 12, 923 Nec fulmine tanti Diſſultant crepitus. Splendor aquae radiatus lampade Solis Diſſultat per tecta Sil. 7, 143. Concurſare, coire, et diſſultare viciſſim Lucret. 3, 396.

DISSIMĬLIS, e. Adi. [ἀνόμοιος] *Non ſimilis.* Ter. prol. Andr. 11 Non ita diſſimili ſunt argumento, ſed tamen Diſſimili oratione ſunt factae ac ſtilo. Aetas diſſimilis Tacit. Ann. 2, 39. Animantes extrinſecus diſſimiles Lucret. 4. Effigiae formarum diſſimiles Idem 4, 103. Figura diſſimilis Lucret. 2, 101. Tacit. Ann. 2, 39 Nam aetate, et Forma haud diſſimili in dominum erat. Ouid. Epiſt. 20, 165 Nos quoque diſſimili certamina Mente ſubimus. Modus diſſimilis Lucr. 2, 432. Motus diſſimillimus Cic. Tuſc. 1 c. 25. Id. de Diu. 2, 93 Eos, qui naſcuntur eodem tempore, poſſe in diſſimiles incidere naturas propter caeli diſſimilitudinem. Quid eſt tam diſſimile, quam Demoſthenes et Lyſias? Cic. de Clar. Orat. 284. Nihil tam diſſimile quam Cotta Sulpicio Idem ibid. c. 204. *Genitiuo iungitur aliquando.* Cic. Verr. 2, 48 c. 20 Veruntamen fuit tum ſui diſſimilis: noſtis os hominis. Sui diſſimilis Iuuen. Sat. 10, 192. *Datiuo:* Cic. Acad. 4, 105 Diſſimile pro-

ximo ei continenti. Fide patri diſſimillimus Vell. 2, 73. Suo generi diſſimilis virgo Senec. in Phoeniſſ. 81. *Add.* Sen. de Ira 3, 17. Cic. Att. 2, 8 Aut quieſcendum, quod eſt non diſſimile, atque ire in Solonium, aut Antium. Diſſimilia inter ſe Varro de R. R. 1, . Cic. de Clar. Orat. 294 c. 83 Quum ſint ipſi diſſimillimi inter ſeſe. In re aliqua multum diſſimiles Hor. Epiſt. 1, 10, 2. Diſſimilis in illum, *pro Illius, vel Illi.* Tacit. Ann. 2, 39 Forma haud diſſimili in dominum erat. Diſſimilior, *et* diſſimillimus, *vt* Diſſimilior illarum Cic. Acad. 4 c. 40. Diſſimillimi ſuorum Cic. pro Cluent. 28 c. 16. *Add.* Id. Phil. 2 c. 24.

DISSIMILĬTER. Adu. [ἀνομοίως] Cic. Tuſc. 4, 22 Caeterique diſſimiliter morbi, aegrotationesque morborum naſcuntur. Diſſimiliter atque ſi ſub cuſtodia mea ſit Paullus in l. 3 §. Nerua D. de acquirend. poſſeſſ. Diſſimiliter iudicatae res A. ad Her. 2 c. 13. Liu. 27, 48 Dein decreſcente certamine et clamore, impotentes iam regi, inter duas acies verſari, velut incerti quorum eſſent, haud diſſimiliter nauibus ſine gubernaculo vagis. *Add.* Vitruu. 8, 3. Gell. 18, 12.

DISSIMILITV̄DO, ĭnis. f. Denom. [ἀνομοιότης, ἀνομοίωσις] Cic. Acad. 4, 14 Tum ſimilitudines, diſſimilitudinesque. *Sic* Diſſimilitudines ſtudiorum Cic. Verr. 3, 35. Varietas diſſimilitudoque Cic. de Diuin. 2 c. 46. Id. Off. 1, 109 c. 30 Innumerabiles aliae diſſimilitudines ſunt naturae morumque, minime tamen vituperandorum. Cic. Off. 1, 107 Vt enim in corporibus magnae diſſimilitudines ſunt: alios enim videmus, *etc.* ſic in animis exiſtunt maiores etiam varietates. Cic. de Fato 8 At enim quoniam in naturis hominum diſſimilitudines ſunt, vt alios dulcia, alios ſubamara delectent, *etc.* Cic. de Orat. 1, 252 c. 59 Hanc habet ab illis rebus diſſimilitudinem. Cic. Fam. 2, 12 (13) Genus inſtitutorum et rationum mearum diſſimilitudinem nonnullam habet cum illius adminiſtratione prouinciae.

DISSIMV̆LO, āre. [εἰρωνεύομαι] *eſt Fingere, id non eſſe, quod eſt.* Plaut. Milit. 4, 2, 2 Diſſimulabo hos quaſi non videam. Idem Poen. Prol. 112 Et is omnes linguas ſcit, ſed diſſimulat ſciens ſe ſcire. *Sic* Diſſimulare aegritudinem animi Liu. 1, 9. Diſſimulare ſilentio acceptam iniuriam Quinctil. 5, 13. Cic. pro Sext. 35 Eaque non ſilentio Conſulum diſſimularentur, ſed et voce et ſententia comprobarentur. Cic. Att. 1, 13 Nihil mihi nunc ſcito tam deeſſe, quam hominem eum, quocum omnia, quae me cura aliqua afficiunt, vna communicem, qui me amet, qui ſapiat, quicum ego colloquar, nihil fingam, nihil diſſimulem, nihil obtegam. Cic. pro Cluent. 74 Neque id obſcure ferebat, nec diſſimulare vllo modo poterat. Planc. ſub Cic. Fam. 10, 8 Itaque nunquam diffitebor multa me, vt ad effectum horum conſiliorum peruenirem, et ſimulaſſe inuitum, et diſſimulaſſe cum dolore. Capillos diſſimulare Ouid. Met. 2, 374. Dedecus diſſimulare Ouid. Amor. 3, 7, 84. Idem Epiſt. 9, 84 Factaque narrabas diſſimulanda tibi. Ouid. Met. 6, 653 Diſſimulare nequit crudelia gaudia Progne. Odium aduerſum illuſtres diſſimulatum ad praeſens, et mox redditum Tacit. Ann. 16, 5. *Pro* Conniuere in l. diuus 14 D. de offic. praeſid. Potes de modo poenae eius diſſimulare. *Aliter dixit* Paullus, Diſſimulare de ſua conditione, *in* l. 4 Quib. ad libert. proclam. non lic. Salluſt. Catil. 47 Diſſimulare de coniuratione.

DISSIMVLANS, antis. Part. Domitius diſſimulans Caeſ. B. C. 1, 19 Lentulum diſſimulantem coarguunt Sall. Catil. c. 47. Arma diſſimulantia Grat. Cyneg. v. 93.

DISSIMVLĀTVS, a, um. Part. [εἰρωνευθεὶς] *Vt,* Amor diſſimulatus et celatus Ter. Andr. 1, 1, 105. Ouid. Faſt. 6, 90 Dixit, et in litem ſtudio certaminis iſſent, Atque ira pietas diſſimulata foret. *Add.* ib. v. 850. Virtus diſſimulata Ouid. Faſt. 2, 843. *Pro reciproco, et velut media ſignificatione,* Ouid. de Arte Am. 1, 690 *de Achille,* Veſte virum longa diſſimulatus erat.

DISSIMVLATE. Adu. Cic. de Inuent. 1 c. 32 Diſſimulate aliquid defendere.

DISSIMVLĀTOR, ōris. m. [εἴρων, εἴρωνος, κρυψίνοος] Cuiuslibet rei ſimulator ac diſſimulator Sall. Catil. 5. Decipias alios verbis vultuque benigno, Nam mihi iam notus diſſimulator eris Martial. 4, 89. Cic. de Orat. 2, . . Vt qui diſſimulatores ſtudiorum fuerint. Quinct. 2, 18 Quod non ideo, vt pro vero accipiamus, eſt poſitum: ſed vt Antonii perſona ſeruetur, qui diſſimulator artis fuit. Amoris veri non diſſimulator Ouid. Met. 5, 61.

DISSIMVLĀTIO, ōnis. f. [εἰρωνεία] Cic. Off. 3, 60 Ex omni vita ſimulatio, diſſimulatioque tollenda eſt. Cic. de Orat. 2, 350 Libenter enim te cognitum iam artificem, aliquandoque euolutum illis integumentis diſſimulationis tuae, nudatum perſpicio. Suſpecta Curt. 7, 2, 9. Cic. de Orat. 2, 269 c. 67 Vrbana etiam diſſimulatio eſt quum alia dicuntur ac ſententias, *etc.* Abrumpitur diſſimulatio, *vid.* ABRVMPO. Veſte ſeruili in diſſimulationem ſui compoſitus Tacit. Ann. 13, 25. Id. ib. 13, 15 Quia diſſimulationem nox, et laſciuia exemerat. *Pro Ironia.* Cic. Acad. 4, 15 Libenter vti ſolitus eſt ea diſſimulatione, quam Graeci εἰρωνείαν vocant.

DISSIMVLANTIA, ae. f. [εἰρωνεία] *Idem quod Diſſimulatio.* Cic. de Orat. 2, 270 c. 67 Socratem opinor in hac ironia diſſimulantiaque longe lepôre et humanitate omnibus praeſtitiſſe.

DISSIMVLAMENTVM, i. n. *Idem.* Apul. Flor. 1 p. 341 Muſae cum Minerua, diſſimulamenti gratia, iudices adſtitere.

DISSIMVLANTER. Adu. [εἰρωνικῶς] Cic. de Clar. Orat. 273 c. 79 Non aperte, nec eodem modo ſemper, ſed varie diſſimulanterque concluſis. Cic. de Orat. 2, 149 Id tamen diſſimulanter facere, ne ſibi ille aliquid proficere videatur, prudentia eſt. Non diſſimulanter irati Cic. Fam. 1, 5 *extr.* *Add.* Liu. 40, 23. Ouid. Heroid. 20, 130.

DISSIMVLĀTIM. Adu. [κατ' εἰρωνείαν] *Apud* Quinctil. 10, 1 Saepe praeparat diſſimulatim inſidias Orator.

DISSIMVLABĬLIS, e. Adi. [εἰρωνευτὸς] *Dictum eſſe, colligitur, non ſatis, puto, certo argumento ex nomine* Indiſſimulabilis *apud* Gell. 10, 22 Cum quadam indiſſimulabili veritate diſſeruit.

DISSIPIVM, ii. n. *Inteſtinum.* Macrob. in Somn. Scip. 6 Inteſtina principalia tria: vnum diſſipium vocatur, quod ventrem et caetera inteſtina diſcernit: alterum medium, quod Graeci μεσέντερον dicunt: tertium, quod veteres hiram vocarunt. *Al.* Diſſiptum *pro* Diſſeptum, *vt* Conſiptum *pro* Conſepto *eſt apud Feſtum.*

DISSĬPO, āre. [διασκεδάζω] *Diſpergere: disiicere.* Columel. 2, 10 Sin autem proximae meſſis occupandum erit reſtibile defectis ſtramentis, quatuor et viginti vehes ſtercoris in iugerum diſponemus, diſſipabimusque. Cic. poſt Red. ad Quir. 19 Mihi quod potuit vis et iniuria et ſceleratorum hominum furor detrahere, eripuit, abſtulit, diſſipauit. Cic. in Orat. 235 c. 71 Facilius eſt enim apta diſſoluere, quam diſſipata connectere. Cic. de Orat. 1, 187 Omnia fere quae ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa et diſſipata quondam fuerunt, vt in muſicis numeri et voces et modi. Cic. Att. 15, 11 Prorſus diſſolutum offendi nauigium, vel potius diſſipatum. Disſipari, extingui, diſſolui Cic. Tuſc. 1, 17. Idem de N. D. 2, 41 Idemque quocunque inuaſit, cuncta diſturbat ac disſipat. Stat. Silu. 3, 2, 56 Saeuus vbi e puppi longo clamore magiſter Disſipat amplexus, atque oſcula fida reuellit, *i. diſcedere iubet amplexantes, alterum in nauim dum vocat.* Cic. Fam. 12, 14 Quandoquidem clasſis disſipata eſt aduentus noſtri timore: milites, ducesque effugerunt. Curas edaceis disſipare Hor. Carm. 2, 11, 17. Cic. de Amicit. 24 c. 7 Quae in rerum natura totoque mundo conſtarent, quaeque mouerentur, ea contrahere amicitiam, disſipare diſcordiam. Famam alicuius rei disſipare Cic. Philipp. 14, 15 c. 6. *i. Diuulgare.* *Vid.* Rumores, Sermones disſipare. Fortunas disſipare Cic. Fam. 4, 13. Fructus ſuos effundere ac disſipare Cic. de Lege Agr. 88. Hoſtes disſipare ac perterrere Caeſ. B. G. 6, 34. *Et* Liu. 27, . . Disſipati fuga per agros. Humorem disſipare, *eſt quod verbo alio dicitur, Digerere humorem* Celſ. 5, 28. Inflationes in ipſa diſtentione disſipare Scribon. 89. *i. diſcutere.* Futuram ſuppurationem disſipare 263. Cic. de Orat. 2, 142 Pollicitus ſe ius ciuile, quod nunc diffuſum et disſipatum eſt, in certa genera coacturum, et ad artem facile redacturum. Cic. pro Planc. 57 c. 23 Nihil eſt autem tam volucre, quam maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius disſipatur. Ouid. Triſt. 3, 9, 27 Atque ita diuellit, diuulſaque membra per agros Disſipat, in multis inuenienda locis, *de Medea et fratre eius Abſyrto.* Nexus disſipare Valer. Argon. 7, 626. Patrimonium disſipare conuiuiis Cic. pro Flacc. 90. *Sic* Disſipare pecuniam Cic. Q. Fratr. 1, 3. Poſſesſiones diſperdere ac disſipare Cic. de Lege Agr. 1 c. 1. Rem familiarem disſipare Cic. Fam. 4, 7. Rumores disſipare Cic. Philipp. 14, . . *i. Diuulgare.* Sermones Cic. Verr. 1 c. 6. *Et ellipt.* Te ſubroſtrani disſiparunt periiſſe Cael. ad Cic. Fam. 8, 1 *extr.* *Conf.* Famam disſipare. Statuam deturbare, affligere, comminuere, disſipare Cic. in Piſon. 93.

DISSIPANS, antis. Part. Vulg. Interpr. Ezech. 7, 11 Ventum percelle disſipantem. *Conf.* Prou. 18, 9.

DISSIPĀTVS, a, um. Part. [διασκεδασθεὶς] *Vt,* Hoſtes disſipati, Cic. Fam. 2, 9 Interea cum meis copiis omnibus vexaui Amanienſeis hoſtes ſempiternos: multi occiſi, capti, reliqui disſipati. Diuerſi disſipatique in omnes partes Caeſ. B. G. 2, 24. Copiis hoſtium depulſis ac disſipatis Cic. pro Domo ſua 15. Exercitus disſipatus Cic. Att. 15, 4. Genus hominum in montibus ac ſiluis disſipatum Cic. de Orat. 1 c. 37. Id. poſt Red. in Sen. 23 Vos decreuiſtis, vt cuncti ex omni Italia, qui Rempubl. ſaluam vellent, ad me vnum hominem fractum et prope disſipatum reſtituendum et defendendum venirent. Homines disſipatos vnum in locum congregare Cic. pro Sext. 91. Homo in cogitando tardus, in inſtruendo disſipatus Cic. de Clar. Orat. 216 c. 59. Id. pro Sext. 145 Euerſa domus eſt, fortunae vexatae, disſipati liberi, raptata coniunx, *etc.* Oratio disſipata, et inculta, et diffluens Cic. in Orat. 133. *h. e. Diſſoluta, nulloque ornamento culta, ſed quae quaſi male praecincta mulier, diffluit. De oratione loquitur, quae non eſt numerorum ſimilis.* Id. Orat. c. 71 Facilius eſt apta diſſoluere, quam disſipata connectere.

DISSIPATIO, ōnis. f. [σκεδασμὸς, διασπασμὸς] *Vt,* Disſipatio praedae Cic. Philipp. 13, 10 c. 5. Idem de N. D. 1, 71 c. 25 Idem facit in natura deorum, dum indiuiduorum corporum concretionem fugit, ne interitus et disſipatio conſequatur, negat eſſe corpus deorum, ſed tanquam corpus, *etc.*

DISSIPATOR, ōris. m. *Qui diſſipat.* Prudent. Praefat. Pſychom. v. 34 Abram triumphi disſipator hoſtici.

DISSIPABĬLIS, e. Adi. [σκεδαστὸς] *Quod diſpergi aut ſeparari facile poteſt.* Cic. de N. D. 3, 34 c. 12 Ignis vero et aër omni impulſu, facillime pellitur, naturaque cedens eſt maxime et disſipabilis. *Add.* Lact. de Ira c. 10 ſ. 29.

DISSĪTVS, a, um. Adi. [ἀπαχθεὶς, ἀπέχων] *Procul ſitus, remotus, diſtans.* Apul. in Flor. *pr.* Homines neque longule disſita, neque proxime adſita poſſumus cernere. *Conf.* Id. Met. 9 p. 224 *Elm.* Pars animae per totum disſita corpus Lucret. 3, 144. *i. Diſtributa: diſtenta.*

DISSITVDO, ĭnis. f. Sulp. Seuer. in Vita Mart. Praef. Sī quid ex his ſtudiis olim fortaſſe libaſſem, totum id disſitudine tanto temporis perdidiſſem. *Ita emendat Barthius Aduerſ. 12, 18.*

DISSOCIO, āre. [διαιρέω, διΐστημι] *Diſſoluere, et a ſocietate disiungere ac ſeparare.* Cic. de Amicit. 76 c. 20 Diſpares enim mores diſparia ſtudia ſequuntur, quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias. Copias diſſociat Tacit. Ann. 12, 55. Legionem a legione diſſociant Idem ibid. 1, 28. Continui Montes niſi diſſocientur opaca Valle Hor. Epiſt. 1, 16, 5. Partes arctas diſſociare Lucret. 3, 810. *Add.* 5, 355. Tironem a veterano diſſociant Tacit. Ann. 1, 28.

DISSOCIATVS, a, um. Part. *Diſtinctus, ſeparatus.* Ouid. Met. 1, 25 Diſſociata locis concordi pace ligauit. Nepos 25, 2, 2 Diſſociatis animis ciuium.

DISSOCIATIO, ōnis. f. [διάστασις] Plin. 22, 21 ſ. 30 *de Adianto,* Aquas reſpuit, perfuſum merſumue ſicco ſimile eſt, tanta diſſociatio deprehenditur, vnde et nomen a Graecis. *Nempe* διαίνειν *eſt humectare.* Idem 7, 13.

DISSOCIATOR, ōris. m. Arnob. . . .

DISSOCIABĬLIS, e. Adi. [διάστατος] *Quod ſociari, coniungique non poteſt, ſeu Inſociabile.* Tacit. in Agric. 3, 1 Et quanquam primo ſtatim beatiſſimi ſaeculi ortu res olim diſſociabiles miſcuerit, principatum, et libertatem. Oceanus diſſociabilis Hor. Carm. 1, 3, 22. *at ibi Bentleius legit* Terras diſſociabiles, *non,* Oceano diſſociabili, *vt vulg. Cunig. leg.* diſſociabile, *aduerbialiter.*

DISSOCIALIS, e. Adi. Humanis animal diſſociale cibis Rutil. Itin. 1, 384. *de Iudaeis, cibos quosdam auerſantibus.*

DISSOLVO, ui, lutum, ĕre. [διαλύω, καταλύω, παραλύω] *Auget ſignificationem ſimplicis; contrarium coniunctioni, alligationi etc.* Plaut. Poen. 1, 1, 20 Si auctoritatem poſtea defugeris, vbi diſſolutus tu ſies, ego pendeam. Cic. de Senect. 72 c. 20 Opus ipſa ſuum eadem quae coagmentauit, natura diſſoluit. Cic. de Senect. 72 . Vt nauem, vt aedificium idem deſtruit facillime qui conſtruxit: ſic hominem eadem optime quae conglutinauit, natura diſſoluit. Contextum diſſoluere Lucret. 1, 244. ¶ 2 *Metaphoras parit*

varias

varias, *et formulas alias :* Cic. Philipp. 1, 18 In maximis vero rebus, id eſt legibus Acta Caeſaris diſſolui, ferendum non puto. Apta diſſoluere Cic. in Orat c. *vlt*. Id. Catil, 2 c. 8 Qui magno in Aere alieno, maiores etiam poſſesſiones habent, quarum amore adducti diſſolui nullo modo poſſunt. Cic. Off. 2, 35 Nunquam nec maius Aes alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutum eſt. *Et apud* Ter. Phorm. 4, 3, 50 Quî diſſoluerem, quae debeo? *Add.* Cic. Phil. 2 c. 18. *et* pro Sulla c. 20. *Nempe dicitur etiam* pecuniam diſſoluere. *v. g.* Cic. Verr. 3, 174 c. 75 Sed frumento probato et accepto pecuniam publicam tenueris omnem, neque quidquam vlli diſſolueris ciuitati. *Sic* Pecuniam ex Senatusconſ. et ex lege diſſoluere Cic. Verr. 5, 52. Amicitias diſſoluere, *idem quod Diſſociare :* Cic. de Amicit. 32 Nam ſi vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolueret. *Add.* pro S. Roſc. c. 39. Cauſam diſſoluere, *i. declarare*, *explicare*. Lucret. 4, 503. Conſilia diſſoluere et perdere Cic. de Lege Agr. 2, 34. Id. Off. 3, 26 Vt eadem ſit vtilitas vniuscuiusque et vniuerſorum : quam ſi ad ſe quisque rapiet, diſſoluetur omnis humana Conſortio. Criminatio Erucii tota diſſoluta eſt Cic. pro Roſc. Am. c. 29. Frigus diſſoluere Hor. Carm. 1, 9, 5. Glaciem diſſoluere Lucret. 6, 963. Ad Imperium diſſoluendum latae leges Liu. 4, 13. Cic. Acad. 4, 46 Quum eas *(Interrogationes)* diſſoluere non poſſunt, deſciſcunt a veritate. *Sic* de Or. 2 c. 38 *de Dialecticis*, Ipſi ſe compungunt ſuis acuminibus, et multa quaerendo reperiunt, quae iam non poſſunt ipſi diſſoluere. *Sic* de Diuin. 2 c. 4 Quomodo aut mentientem — diſſoluas, aut quemadmodum Soriti reſiſtas. Iudicia publica Cic. Agr. 2 c. 13. Leges diſſoluere Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 63. *Sed et* Cic. Phil. 1 c. 8. Membra diſſoluuntur Lucret. 4, 917. Nubila diſſoluit Phoebus Claud. de Quart. Conſ. Hon. 174. Pectora diſſoluenda triſtitiae, *i. a triſtitia* Tibul. 1, 8, 40. Per partes diſſolui Quinctil. 5, 13. Cic. Off. 3, 113 Fraus enim diſtringit, non diſſoluit Periurium. Cic. Tuſc. 1, 100 Ego vero illi maximam gratiam habeo, qui me ea Poena multauerit, quam ſine mutatione, et ſine verſura poſſem diſſoluere. Poſiturae principiorum diſſoluuntur Lucr. 2, 946. Poteſtatem regiam Nep. 6, 3, 5. Poteſtatem Tribuniciam ſuis viribus diſſolui Liu. 2, 44. *Add.* 6, 38. 38, 56. Proſcriptio iis verbis ſcripta eſt, vt ſe ipſa diſſoluat Cic. pro Dom. c. 19. Puppes in mediis aquis diſſolui Ouid. Triſt. 4, 8, 18. Quiduis citius diſſolui poſſe videmus Quam refici Lucret. 1, 556. Religiones diſſoluere, *pro Eneruare vel Infirmare*. Liu. 40, 29 Lectis rerum ſummis, quum animaduertiſſet pleraque diſſoluendarum religionum eſſe, *etc.* Res odioſas, quas argumentis dilui non facile eſt, ioco riſuque diſſoluit Cic. de Orat. 2 c. 58. Scopas diſſoluere, *vid.* SCOPAE. Senectus plerosque diſſoluit Sall. Iug. c. 17. *i. perimit.* Se diſſoluere, *Explicare a negotiis.* Ter. Heaut. 3, 1, 112 Diſſolui me ocius, operam vt tibi darem. Cic. pro Muraen. 65 Miſericordia commotus ne ſis in diſſoluenda ſeueritate. Stamina non vlli diſſoluenda Deo Tibul. 1, 8, 2. *de filis Parcarum.* Vota nouo munere diſſoluere Catul. 64, 38. Diſſoluere aliquem, *idem quod Abſoluere*, *paucis verbis et ſtatim dicere quod volumus, non diu ſuſpenſum tenere :* Plaut. Merc. 1, 2, 54 Obſecro diſſolue iam me, nimis diu animi pendeo.

DISSOLVENS, entis. Adu. Aetas diſturbans diſſoluensque Lucret. 1, 559.

DISSOLVTVS, a, um. Part. [διαλελυμένος, διάλυτος, ἀνειμένος] *Vt*, Diſſolútis capillis Plin. 28, 7. Cic. de Fin. 2, 100 Quod diſſolutum ſit, id eſſe ſine ſenſu. Diſſolutum et diſſipatum, *vid.* DISSIPO. Cic. in Orat. 195 *de oratione numeroſa*, Alterum nimis eſt vinctum, vt de induſtria factum appareat : alterum nimis diſſolutum, vt peruulgatum ac vulgare videatur. *Metaph. Seuero*, *et acri opponitur :* Cupio, P. C. me eſſe clementem ; cupio in tantis Reip. periculis non diſſolutum videri Cic. Catil. 1 c. 2. *Add.* Nep. 7, 1, 4. Diſſolutus *cura omni et attentione ad leges*, *officium*, *rem familiarem etc. ſolutus.* Cic. Off. 1, 99 c. 28 Nam negligere quid de ſe quisque ſentiat, non ſolum arrogantis eſt, ſed etiam omnino diſſoluti, *i. nihil curantis.* Adoleſcens perditus ac diſſolutus Cic. Tuſc. 4, 55 c. 25. Id. Att. 13, 48. Cic. pro Caecin. 7 Quod eſt grauius, et cuius rei cauſa maxime iudicia conſtituta ſunt, id iam mala conſuetudine diſſolutum eſt, *i. negligenter et diſſolute tractatur.* Comitas diſſoluta Quinctil. 2, 2, 5. Conſilia diſſoluta atque perdita Cic. de Lege Agr. 2, 54. Conſuetudo aliquorum diſſoluta, licentiaque impudens Cic. pro Flacc. 20. Id. pro Sulla 69 c. 24 Iam enim faciam, criminibus omnibus fere diſſolutis, *(h. e. purgatis)* vt nunc denique de vita hominis ac de moribus dicam. Cic. de Legib. 2, 29 Quod Inſtitutum perite a Numa, poſterium Pontificum negligentia diſſolutum eſt. Cic. Verr. 3, 131 Ecquod Iudicium Romae tam diſſolutum, tam perditum, tam numarium fore putaſti, quo ex iudicio te vlla ſalus ſeruare poſſet? Diſſoluta in canticum Lectio Quinct. 1, 8, 2. Nauigium diſſolutum vel potius disſipatum Cic. Att. 15, 11. Negligentia diſſoluta Vlp. in l. Si fideiuſſ. ff. Mandati. Proſa Quinct. 11, 2, 39. Societas Nep. 21, 3, 2. Stomachi diſſoluti vtiliſſime adiuvantur Plin. 20, 7. Quinctil. 6, 3, 10 Eaque vrbanitate tota eſt inuidia criminis diſſoluta. *De iuuenibus Tarentinis*, *et Pyrrho rege loquitur.* Diſſoluta, *quae vitioſe iucunda ſunt* Quinct. 12, 10 *extr.* Diſſolutos *etiam dicimus*, *Qui moribus*, *legibusque a ſe ſoluti*, *luxum vitae ſequuntur*, *quos Graeci Aſotos dicunt* Cic. Verr. 3, 162 Negligentes ac diſſoluti, ſi cupiamus eſſe, quî poſſumus? *Et* 129 c. 56 Tametſi omnium hominum diſſolutiſſimus, crudeliſſimusque ſemper fuiſti. *Sic* Diſſolutus in re familiari Cic. pro Quint. 38. Id. ad Brut. 3 Illudque conſideres, ne tua liberalitas diſſolutior videatur. Libelli diſſolutiores Sen. Praef. l. 5 *(al.* 10*)* Contr. Diſſolutisſimus Liber Arnob. 6 p. 197. *i. Bacchus.*

DISSOLVTE. Adu. [ἀνειμένως] Cic. pro Caecin. 103 c. 36 Ius ſuum diſſolute relinquere. Diſſolute iudicatis Cic. ad Qu. Fratr. 2, 12. Id. ad Brut. 4 Neque crudeliter quidquam eripui, neque diſſolute remiſi. Diſſolute vendere, *cui* Permagno vendere *opponitur :* Cic. Verr. 3, 90 c. 39 Itane diſſolute decumas vendidiſti, vt quum, *etc.* Id. Philipp. 6, 7 Res enim ex Kal. Ianuar. agitata, paullo ante confecta eſt : minus quidem illa ſeuere quam decuit, non tamen omnino diſſolute. Cic. Verr. 5, 19 Non agam tam acerbe, non vtar iſta accuſatoria conſuetudine, ſi quid eſt factum clementer, vt diſſolute factum criminer. *Sed* Cic. Orat. c. 39 Cum demtis coniunctionibus diſſolute plura dicuntur, ἀσυνδέτως. *Vid.* DISSOLVTIO.

DISSOLVTIO, ōnis. f. [διάλυσις, κατάλυσις, παράλυσις] *Cuius contrarium eſt* Coniunctio. *Eandem varietatem quam Verbum recipit.* Cic. in Partit. 21 Conſtructioque verborum, tum coniunctionibus copuletur, tum diſſolutionibus relaxetur. *Eſt igitur* Diſſolutio *hic* ἀσύνδετον, *vt* Ad Her. 4, 41 c. 30 Diſſolutio eſt, quae coniunctionibus verborum e medio ſublatis, partibus ſeparatis effertur hoc modo : Gere morem parenti, pare cognatis, obſequere amicis, obtempera legibus. *Add.* Quinctil. 9, 3, 50. *Ad animum refertur*, *eiusque nimiam lenitatem ſignificat*, *qui non ſatis intentus et ſeuerus ſit.* Cic. Fam. 5, 2 Cognoſce nunc humanitatem meam, ſi humanitas appellenda eſt in acerbisſima iniuria, remisſio animi ac diſſolutio. *Add.* Saluian. de Gub. D. 6 p. 147. Diſſolutio *pro mollitie*, *imbecillitate.* Non eſt quies, quae motum omnem moleſtiam iudicat, ſed diſſolutio et languor Sen. Ep. 3 Tanta eſt tamen animorum diſſolutio et vanitas, vt quidam nihil acerbius *(contumelia)* putent Sen. de Conſt. c. 6. Criminum diſſolutio Cic. pro Cluent. 3 c. 1. Idem Verr. 4, 133 Commercium iſtarum rerum cum Graecis hominibus non fuiſſe, his qui poſt Iudiciorum diſſolutiones Aediles facti ſunt, fuiſſe. Cic. Philipp. 1, 21 Haec vtrum tandem lex eſt, an legum omnium diſſolutio? Naturae diſſolutio, *Mors.* Cic. de Legib. 1, 31. *et* de Fin. 2, 101 c. 31 Quaero autem quid ſit, quod cum diſſolutione, id eſt morte, ſenſus omnis extinguitur. Stomachi diſſolutio, *i. imbecillitas* Plin. 20, 22. *et* 9, 4.

DISSOLVTOR, ōris. m. Theod. Cod. 3 tit. 16 Diſſolutor ſepulcrorum.

DISSOLVTRIX, īcis. f. Tertull. de Anima c. 42 Mors diſſolutrix corporis.

DISSOLVBĬLIS, e. Adi. [λυτὸς] *Quod diſſolui poteſt.* Cic. de N. D. 3, 29 c. 12 Mortale igitur omne animal et diſſolubile. *Compar.* Auguſt. de Geneſi ad lit. c. 8 Quoniam caelum firmamentum vocauit, non abſurde intelligitur, quidquid infra aethereum caelum eſt, mutabilius eſſe et diſſolubilius.

DISSŎNVS, a, um. Adi. [διάφωνος] *Diſcordans :* Liu. 21, 33 Dictator autem parte altera ſubſidia et ſecundam aciem adortus, circumagenti ſe ad diſſonos clamores ac ſubitos tumultus, hoſti vndique obiecerat victorem peditem equitemque. Idem 21, . . Barbaries diſſona ritu Claud. de Conſ. Mall. Theod. 249. Curſus caeli diſſonus Plin. 36, 10. *Item* Diſſonus crepitus *apud eundem* 2, 12. Gentes ſermone et moribus diſſonae Liu. 1, 18. Moles ſparſa ac diſſona Stat. Achil. 1, . . Murmura diſſona Claud. de Mulabus Gallicis 1, 3. Ora vulgi diſſona Lucan. 3, 289. Turba diſſona linguis Claud. in pr. Conſ. Stil. 152. Vapor diſſonus, vt candente ferro in aquam demiſſo Plin. 2, 43. *i. Vapor ſtridorem excitans.*

DISSŎNO, ui, ĭtum, āre. [διαφωνέω, ἀπᾴδω] *Diſcordare.* Columel. 1, 1 An vniuerſa quae maiores prodiderunt, huius temporis culturae reſpondeant, an aliqua diſſonent. *Et* Quinctil. 8, 6, 36 A quibus haec quidem diſſonantia ſunt. Loci diſſonantes Vitr. 5, 8 *leg.* Deſonantes, *v. v.* Diſſonans diſcrepantia nationum Mart. Capell. 2 p. 25.

DISSONANTIA, ae. f. *Diſcrepantia.* Hieron. de Script. Eccleſ. *in* Petro : Propter ſtili diſſonantiam. *Et in* Paullo : Epiſtola quae fertur ad Hebraeos, non eius creditur propter ſtili ſermonisque diſſonantiam. Claud. Mamert. de Statu Anim. 1, 21 Diſſonantia contrariorum corporum.

DISSORS, ortis. Adi. *ſine participatione* Vet. Gloſſ. Diſſortes διακληρωθέντες. Ouid. Amor. 2, 12, 11 Ab omni milite diſſors Gloria. *h. e. Duci propria*, Auguſt. de Grammaticis p. 93 Diſſors dicitur diſſimilis ſortis. *Sic* Ouid. Met. 8, 132 Diſſortemque vtero ſetum tulit.

DISSORTIO, ōnis. f. *pro* Diſſertio *reſtituendum* Feſto *apud quem* Diſſortiones ſunt diuiſiones patrimoniorum inter conſortes; *ſubductis ſc. examinatisque cuiusque rationibus. Vid. Salmaſ. in* Solin. p. 891 *Et* Diſſortiones *iam placuere F. Vrſino : Scaliger autem putat* Diſſertiones, *quod eſt in libris*, *per* ἀρχαισμὸν *poſitum pro* Diſſortiones.

DISSORTIVM, ii. n. *in* Vet. Gloſſ. διαχωρισμὸς, διάστασις *contrar.* Conſortium.

DISSVĀDEO, ſi, ſum, ēre. [ἀποτρέπω, παραπείθω] *Contrarium eſt ſuo ſimplici.* Plaut. Ciſtel. 2, 1, 10 Modo quod ſuaſit, diſſuadet : quod diſſuaſit id oſtentat. *i. Dat ſpem potiundae rei, quam ante diſſuaſerat. Add.* Id. Trin. 3, 2, 44. Cic. Verr. 4, 53 *extr.* Voluit Romae repetere Archagathus : Cn. Lentulus Marcellinus diſſuaſit. Cic. Off. 3, 101 c. 27 Qui non modo non cenſuerit captiuos redimendos, verum etiam diſſuaſerit. *De M. Regulo.* Cic. Off. 3, 110 Cur igitur ad Senatum proficiſcebatur, quum praeſertim de captiuis diſſuaſurus eſſet? Bellum fruſtra diſſuaſerat Augur Ouid. Met. 12, 307. Legem diſſuadere Cic. de Lege Agr. 2, 100.

DISSVADENS, entis. Partic. Caeſ. B. G. 7, 15 Diſſuadente primo Vercingetorige, poſt concedente.

DISSVASIO, ōnis. f. Cic. pro Cluent. 140 c. 51 Legationis diſſuaſio Sen. Epiſt. 94 Sic et conſolationes nega proficere diſſuaſionesque.

DISSVĀSOR, ōris. m. [ἀποτρέπτης] *Qui diſſuadet.* Cic. de Clar. Orat. 261 Ipſe etiam Piſo et cauſas egit, et multarum legum aut auctor aut diſſuaſor fuit. *Add.* de Orat. 2 c. 65. Gladius diſſuaſor iuſti Lucan. 4, 248. Populus honeſti diſſuaſor Sen. Ep. 108.

DISSVAVIOR, āri. [καταφιλεῖν] *Deoſculari*, *pluribus ſuauiis*, *i. oſculis continuatis appetere aliquem.* Cicero M. F. ad Tiron. Fam. 16, 27 Te, vt dixi, fero oculis. Ego vos ad III Kal. videbo, tuosque oculos, etiam ſi te veniens in medio ſoro videro, diſſuauiabor.

DISSVESCO, ĕre. *Conſuetudinem deponere.* Diſciplinatos diſſueſcit promere fructus Alc. Auit. 4, 46.

DISSVLCVS, a, um. Adi. Porcus dicitur, quum in ceruice ſetas diuidit. Feſtus. *Conf. Voſſ. Etym.* p. 502.

DISSVLCO, āre. Fortunat. Mart. 4, . . . Molliter aëreo diſſulcans nubila lapſu.

DISSVLTO, *vid.* DISSILIO.

DISSVO, ui, ūtum, ĕre. [διαλύω] *Diſſoluere*, *contrarium* Conſuo. *Per translationem.* Cic. de Amicit. 78 c. 21 Tales igitur amicitiae ſunt remiſſione vſus leuandae : et vt Catonem dicere audiui, diſſuendae magis, quam diſcindendae ſunt. Idem Off. 1, 120 c. 33 Vt amicitias, quae minus delectent, et minus probentur, magis decere cenſent ſapientes ſenſim diſſuere, quam repente praecidere.

DISSŪTVS, a, um. Partic. Ouid. Faſt. 1, 408 Altera diſſuto pectus aperta ſinu. Vulg. Interpr. Leuit. 13, 45 Habebit veſtimenta diſſuta.

DISSŬPO, āre. *Idem quod Diſſipo..* Lucret. 2, 210 Sol etiam ſummo de vertice diſſupat omnes Ardorem in partes, *etc. Conf.* Id. 2, 1001. 1, 350. 4, 871. 6, 162 *et* 180. *Vtitur et* Cic. in Lael. 24 c. 7 Ea contrahere amicitiam, diſſupare diſcordiam. *At alii hic leg.* diſſipare.

DISSYLLABVS, *aut* DISYLLABVS, a, um. Adi. Quinctil. 1, 5, 31. Mart. Capella 3 p. 61 *et* 5 p. 169.

DISTABEO, ēre. *et* DISTABESCO, ĕre. *Liqueſcere.* Cato de R. R. c. 24 Sinito cum muſto diſtabeſcat. *de ſale.* Auguſt. Confeſſ. 3, 3 In Iniquitates diſtabui. *Et* Diſtabuiſſe in coquendo, *dicit* Feſtus *in* Monſtrum. Vt diſtabeſcat ſuſpirium in aqua Veg. Mulom. 1, 11, 13.

DISTAEDET, uit *et* aeſum eſt. [ἐξαπορῦμαι] *Multum aut Valde taedet.* Plaut. Amph. 1, 3, 5 Pol haud quod tui me, neque domi diſtaedeat. Ter. Phorm. 5, 8, 42 Demipho te appello, nam me cum hoc ipſo diſtaedet loqui.

DISTISVM et Pertiſum antiqui dicebant, quod nunc Diſtaeſum et Pertaeſum, Feſtus.

DISTANTIA, *vid.* DISTO.

DISTECTVS, a, um. *velut* a DISTEGO, Alcimus Auitus 4, 408. *de Chamo, Noachi nuditatem prodente*, Diſtectum petiit miſero ſpectamine patrem.

DISTEGA *et* Triſtega. [δίστεγα, τρίστεγα] *In ſanctis literis* Bicamerata et Tricamerata *interpretatur* Hieronymus aduerſus Iouinianum primo: *a contignationum numero, quae στέγαι ſunt.*

DISTEMPERO, āre. Curia inſipientis diſtemperatur arbitrio Sarisber. 5, 10. *Conf.* Plin. Valer. 1, 6.

DISTENDO, di, tum *et* ſum, ĕre. [διατείνω] *In diuerſas partes tendere.* Columel. 7, 5, 19 Ouis herbam ſanguinariam paſta toto ventre diſtenditur, contrahiturque. Plaut. Caſ. 4, 1, 19 Vt ipſae ſolae ventres diſtendant ſuos *(cibo).* Brachia nexa nodis vipereis diſtendere Ouid. Met. 4, 491. *i. deligare.* Liu. 3, 23 Reliquo exercitu haud procul moenibus Tuſculi conſidunt, vt diſtenderent hoſtium copias. *i. Diſtinerent, quod et habent alia exemplaria.* Quinctil. 1, 11, 9 Obſeruandum erit etiam, vt recta ſit facies dicentis, ne labra detorqueantur, ne immodicus hiatus rictum diſtendat. Diſtendere, *Implere:* Virg. Georg. 4, 164 Et dulci diſtendunt nectare cellas. Colum. 10, 306 Diſtendat roſa iunci ſtamina, *i. impleat corbiculam iunceam. Deinde transfertur ad animum.* Diſtendit ſpicis horrea plena Ceres Tibull. 2, 5, 84. Liu. 27, 40 *pr.* Conſules diuerſis itineribus profecti ab Vrbe, velut in duo pariter bella diſtenderant curas hominum, *etc.* Col. 12, 44, 1 Diſtendunt curam villicae. Diſtendit ea res Samnitium animos Liu. 9, . . *i. In diuerſas partes intendit.* Diſtenditur ſedulitas villici Colum. 1, 6, 8.

DISTENTVS, a, um. Partic. [διατεταμένος] *Plenus.* Plin. Pan. 49, 6 Diſtentus ſolitaria coena. Quinctil. 2, 10 Impleat ſe declamator aliquando, dum ſciat, vt quadrupedes quum viridi Pabulo diſtentae ſunt, ſanguinis detractione curantur. Capellae diſtentae lacte Virg. Ecl. 7, 3. Pecudes diſtentae Lucan. 4, 314. Vber diſtentum Ouid. Met. 13, 826. Vbera Lucret. 1, 259. Hor. Epod. 2, 46. Virg. Ecl. 4, 21. Vber diſtentius Hor. Serm. 1, 1, 110.

DISTENTVS, *a* Diſtineor, *vid.* DISTINEO.

DISTENTVS, ūs. m. *Idem quod Diſtenſio.* Plin. 8, 38 Alia ſolertia in metu melibus: ſufflatae cutis diſtentu ictus hominum et morſus canum arcent.

DISTENTIO, ōnis. f. *Idem; vt*, Diſtentio neruorum Celſ. 2, 7. *et* 7, 29. 3, 23.

DISTENSIO, ōnis. f. *Idem, apud* Auguſtin. Confeſſ. 11, 23 Video tempus quandam eſſe diſtenſionem; *quae repetit* c. 26. *et ibid.* c. 29 Ecce diſtenſio eſt vita mea.

DISTENTO, āre. Frequent. [διατείνω] Virg. Ecl. 9, 31 Sic cytiſo paſtae diſtentent vbera vaccae. Diſtentet ſpicis horrea plena Ceres Tibul. 2, 5, 84. *al.* diſtendit.

DISTENNO *pro diſtendo, apud* Plaut. Mil. 5, 1, 14 *legit Meurſ. vt ibidem* diſpenno *pro* diſpendo. *Vid. Taubm. ad* Plaut. p. 884.

DISTERMĬNO, āre. [διορίζω Gloſſ. Cyrilli] *Diuidere.* Plin. 12, 21 Arabia Iudaeam ab Aegypto diſterminat. Idem 4, 20 Diſterminatis ab Aſturia Vectonibus. Cic. in Arat. 94 Quas intervallum binas diſterminet vnum Lucan. 1, 216.

DISTERMINATVS, a, um. Partic. Plin. 4, 20 Diſterminati ab Aſturia Vectones.

DISTERMINATIO, ōnis. f. Liuii *eſſe dicitur.*

DISTERMINATOR, ōris. m. Apul. de Mundo p. 57 Axis, diuiſor et diſterminator mundi, orbem terrae in medietate conſtituens.

DISTERMINVS, a, um. Adi. *i. Diſterminatus, ſeparatus* Sil. 5, 400 Audit Tarteſſus, latis diſtermina terris. *Barth. Aduerſ.* 10, 24 *extr.* Gloſſarium *allegat, quo* Diſterminus *exponitur* Longe abſcedens.

DISTERNO, ĕre. Pueris extra limen humi quam procul diſtratum fuerat Apul. Met. 2 p. 121, 25. *i. ſeparato a meo cubiculo loco ſtratum fuerat.*

DISTĔRO, īui, ītum, ĕre. [κατατρίβω] *Crebro vel Multum terere.* Cato de R. R. c. 75 Libum hoc modo facito: Caſei pondo II. bene diſterat in mortario: vbi bene diſtriuerit, farinae ſiligineae libram, *etc. Hyperbolice*, Eum baſiis diſtriuit Petron. c. 24.

DISTRITVS, a, um. Partic. *Laudatur* Sidon. Carm. 9, 336 Valet diſtritum bonus applicare theta. *Sed al.* Diſtrictum, *i. ſeuerum, quod probat Sauaro.*

DISTĬCHON, i. n. [δίστιχον] *Geminus verſus.* δὶς *bis*, στίχον *verſum Graeci dicunt.* Martial. 13, 3 Haec licet hoſpitibus pro munere diſticha mittas. Diſticha qui ſcribit, puto, vult breuitate placere Martial. 8, 29. ¶ 2 *Apud ruſticos aliter accipitur.* Columel. 2, 9, 16 Alterum quoque genus hordei eſt, quod alii Diſtichum, galaticum nonnulli vocant, ponderis et candoris eximii, adeo vt tritico miſtum, egregia cibaria familiae praebeat. *Eadem ratione vt* Hexaſtichon *dicitur a numero ſerierum, quibus grana ordinantur.*

DISTILLO, āre. [ἀποστάζω, καταῤῥέω] *Paullatim fluere ſignificat.* Virg. Georg. 3, 281 Lentum diſtillat ab inguine virus. *Al.* deſtillat, *quod forte melius. Ac ſane difficile eſt vtrumque genus compoſitorum ſola auctoritate librorum diſcernere.* Diſtillare *dixerim, vbi pluribus locis ſimul aliquid ſtillat.* Deſtillare *vbi ſolus ille motus deorſum ſ.* deſcenſus indicatur. Columel. 12, 41, 1 Hoc autem *(muſtum lixiuium)* erit, quod diſtillauerit ante quam nimium calcetur vua. *Conf.* Apic. 7, 9. Aquae diſtillant per pectus Claud. in Conſ. Prob. et Olyb. 222. Plin. 15, 19 Seneſcunt in arbore, anusque diſtillant gummi modo Lacrimam. Tempora diſtillent nardo Tibull. 2, 2, 7.

DISTILLATIO, ōnis. f. [κατάῤῥοος] *Fluxus humoris a capite.* Plin. 20, 6 Sanguinem vero exſcreantibus et phthiſicis, diſtillationibus longis, vel ſuccus, vel ex ipſo cibus prodeſt. Sen. Epiſt. 75 Diſtillatio vna, nec adhuc in morem adducta tuſſim facit; aſſidua et vetus phthiſin. *Et* Sueton. Aug. c. 81.

DISTILLATOR, ōris. m. *Apud* Celſum *eſſe dicitur.*

DISTILLARIVS, ii. m. *Concinnator, ſiue Venditor diſtillationum. Laudatur* Sen. Epiſt. 56 Iam librarii varias exclamationes, et botularium, et diſtillarium, et omnes popinarum inſtitores, mercem ſuam quadam inſignita modulatione vendentes. *Sed Libri meliores habent* Cruſtularium: *nec illi liquores deſtillati huc conueniunt, multo recentioris qui ſint aeui.*

DISTIMVLO, āre. *vel* Deſtimulo, *valde ſtimulo, vt Exſtimulo.* Te ad hoc ſtudium religioſa exhortatione diſtimulo Symmach. Ep. 5, 92. Exercendi ſtili amore diſtimulor Id. 4, 26. *al.* deſtimulor. *Add.* Id. 10, 48. (*al.* 55)

DISTĬNEO, ui, entum, ēre. [περισπάω] *In diuerſas partes tenere, vt* Diſtringere *de valde occupatis et velut diſtractis.* Cic. Philipp. 11 c. 2 Nos alio bello diſtineri putat. Alii legunt Detineri. Liu. 21, 8 Oppidani ad omnia tuenda, atque obeunda, multimoda arte diſtineri coepti ſunt. Cic. Fam. 12, 30 Negotiis et occupationibus diſtineri. *Et* pro Planc. 79 Diſtineri occupationibus et dolore. Cic. Philipp. 12, 28 c. 12 Nonne metuendum eſt, ne imperita militum multitudo per me pacem diſtineri putet? *i. Impediri, tardari.* Liu. 2, 15 Alium hinc, ſeu bello opus eſt, ſeu quiete, exilio quaerant locum, ne quid meam vobiſcum Pacem diſtineat. Cic. Att. 1, 9 Vereor ne putidum ſit ad te ſcribere quam ſim occupatus: ſed tamen ita diſtinebar, vt vix huic tantulum epiſtolae tempus habuerim. Quum in opere noſtri diſtenti eſſent Hirt. B. Hiſp. c. 23. ¶ 2 *Rarior eſt propria ſignificatio, vt* Lucret. 5, 204 Et mare, quod late terrarum Diſtinet oras, *i. diſiungit et interuentu ſuo ſeparat. Sic* Plin. Pan. 25, 4 Diſtineri fluminibus. Caeſ. B. C. 1, 25 Rates quaternis ancoris ex quatuor angulis diſtinebat, ne fluctibus mouerentur.

DISTENTVS, a, um. Partic. *Occupatus, curis diſtractus.* Cic. Att. 15, 18 Intelligo te diſtentiſſimum, qua de Buthrotiis, qua de Bruto. *Sic*, Mens diſtenta opponitur non occupatae Idem de N. D. 3 c. 39.

DISTINGVO, nxi, nctum, ĕre. [διαστέλλω, δίστημι, διαστίζω] *Interpungere, et generatim Diuidere, ſeparare.* Columel. 1, 6 Sed et lacubus diſtinguuntur granaria, vt ſeparatim quaeque legumina ponantur. *Sic* Martial. 2, 5 Sed duo ſunt quae nos diſtinguunt millia paſſum. Diſtinguere atque diuidere Cic. in Piſon. 69. Idem Verr. 4, 88 Sed ea quo pacto diſtinguere ac ſeparare poſſim, neſcio. Secernenda diſtinguere Id. in Topic. 31. Apertius aliquid diſtinguere Quinct. 3, 6. Cic. Acad. 4, 22 Quî Diſtingues artificem ab inſcio? Ibid. 24 Simili in errore verſantur, quum conuicti, ac vi veritatis coacti, perſpicua a perceptis volunt diſtinguere. Caput, *i. Capillos diſtinguere acu* Claud. in Nupt. Hon. 284. Ciuem ab hoſte animo factisque Cic. Parad. 4. Coena comoedis diſtinguitur Plin. 3, 1, 9. Falſum diſtinguere vero Hor. Epiſt. 1, 10, 29. Hiſtoriam diſtinguere varietate locorum Cic. de Orat. 2, 54. Idem pro Caecin. 58 Vt ſeruos non numero diſtinguant, ſed appellent vno familiae nomine. Orationem diſtinguere et illuſtrare Id. de Inuent. 2 c. 15. Pocula diſtinguere gemmis. Cic. Verr. 4, 62 c. 27 Exponit ſuas copias omnes, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro, quae vt mos eſt regius, et maxime in Syria, gemmis erant diſtincta clariſſimis. Plin. 7, 9, 9 Carmen apte quantas libet occupationes Curasque diſtinguit. Cic. pro Muraen. 49 c. 24 Quam Turbam diſſimillimo ex genere diſtinguebant homines percuſſi Sullam temporis calamitate, *i. turbae illi intermixti erant.* Idem in Partit. 119 c. vlt. Vera a falſis, veriſimilia ab incredibilibus diiudicare et diſtinguere. Vocem diſtinguere lingua, *eſt Loqui, et Articulatim verba enuntiare* Sil. 1, 78. Plin. 8, 18 Albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus. Colore vario diſtinguere aliquid Ouid. de Nuce 31. Cic. Acad. 4, 33 Quia nulla nota verum diſtinguebatur a falſo. Plin. 8, 54 Simiarum quoque genera hominis figurae proxima, caudis inter ſe diſtinguuntur. Cic. de Orat. 3, 186 c. 48 Diſtinctio et aequalium et ſaepe variorum interuallorum percuſſio, numerum conficit: quem in cadentibus guttis, quod interuallis diſtinguuntur, notare poſſumus.

DISTINCTVS, a, um. Partic. [διεσταλμένος] *Vt*, Tac. Ann. 11, 38, 2 Periiſſe Meſſalinam, non diſtincto, ſua an aliena manu, *i. vt non diſerte indicaretur. Plerumque nominis naturam induit.* Argumenta perſpicua et diſtincta Quinctil. 5, 14. Continuatio verborum articulis membriſque diſtincta Cic. de Orat. 3, 184 c. 48. Herbae diſtinctae floribus Ouid. Met. 5, 266. Cic. in Orat. 53 c. 14 Diſtincta alios et interpuncta Interualla, morae, reſpirationesque delectant. Litora diſtincta tectis et vrbibus Cic. de Nat. Deor. 2, 99. Omnia diſtincta lepôre vario Lucret. 5, 1375. Oratio compoſita et ornata et artificio quodam et expolitione diſtincta Cic. de Orat. 1, 50. Quinctil. 11, 3, 35 Vt ſit Oratio diſtincta, id eſt, vt qui dicit incipiat, vbi oportet et deſinat. Obſeruandum etiam, quo loco ſuſtinendus et quaſi ſuſpendendus ſermo ſit (quam Graeci ὑποδιαστολήν, vel ὑποσυστολήν, vel ὑποστιγμήν vocant) quo deponendus, *etc.* Sermo dilucidus ac diſtinctus Quinctil. 5, 14. Soni interuallis diſtincti Cic. in Somn. Scip. 12. Idem de Prouinc. Conſul. 4 Vt Via illa noſtra, quae per Macedoniam eſt vsque ad Heleſpontum militaris, non ſolum excurſionibus Barbarorum ſit infecta, ſed etiam caſtris Thraciis diſtincta ac notata. *Comparat.* Macedonum phalanx immobilis et vnius generis, Romana Acies diſtinctior, ex pluribus conſtans Liu. 9, 19. Vtroque diſtinctior Cicero Auct. Dial. de Oratoribus c. 18. *i. dilucidior.*

DISTINCTVS, ûs. m. [διαστολή] Tacit. Ann. 6, 28 Ore ac diſtinctu pennarum a caeteris auibus diuerſum. *De Phoenice.* Stat. Silu. 1, 5, 41.

DISTINCTE. Adu. [διεσταλμένως] *Separatim, diuiſim: vt*, Diſtincte ſcribere Cic. Tuſc. 2, 7. Plin. Epiſt. 8, 2, 8 Ex ipſis etiam quos non vna (vt dicitur) pertica, ſed diſtincte, gradatimque tractaui. Cic. de Inuent. 1, 4 Diſtinctius dicendum. *Add.* ib. 2 c. 29. Phil. 2 c. 13. Diſtincte, explicate, abundanter, illuminate et rebus et verbis dicere Cic. de Orat. 3, 50. *Add.* in Orat. c. 28.

DISTINCTIO, ōnis. f. [διάστιξις, διαστολή] *Diuiſio, ſeparatio.* Cic. Acad. 4, 77 Quia nulla appareat in viſis diſtinctio. Ibid. 43 Et earum tenuis et acuta diſtinctio. Cic. de Diuin. 2, 27 Quae eſt tandem iſta diſtinctio, quae vera, quae falſa habet? Cauſarum diſtinctio ac diſſimilitudo Idem de Fato 43. Facilis eſt diſtinctio ingenui et illiberalis Cic. Off. 1 c. 29. Iuſtorum iniuſtorumque diſtinctio lex eſt Idem de Legib. 2, 13 c. 5. Siderum diſtinctio Id. de N. D. 2, 15. Veri diſtinctio a falſo Cic. de Fin. 1, 64 c. 19. Facilis et expedita diſtinctio Idem de Fin. 1, 33. Quinctil. 9, 3, 65 Diſtinctio, cui dant nomen παραδιαστολήν, qua ſimilia diſcernuntur: Cum te pro aſtuto ſapientem appelles, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem. *Conf.* ſ. 82. Diſtinctio *quae pronuntiationis virtus, deſcripta ex* Quinctil. 11, 3, 35 *modo in* Diſtincta Oratio.

DISTINCTOR, ōris. m. [Gloſſ. Cyrill. Diſtinctor, διαςίκτης.] Ammian. 22, 3 Iudices iuſtorum iniuſtorumque diſtinctores. *Adde eundem* 18, 1. *et* 28, 4.

DISTO, āre. [ἀπέχω, διαλείπω] *Abeſſe.* Plin. . . Quod circiter quinque millia paſſuum diſtat ab Vrbe. Idem 2, 68 Vt CXV. M. paſſuum Arabicus ſinus diſtet ab Aegyptio mari. Carinae nimium diſtant foro Hor. Epiſt. 1, 7, 48. Curſu longe diſtare Virg. Aen. 3, 116. Laxe diſtare, *vid.* LAXVS. Loca diſtantia Liu. 1 c. 29. Meta vtraque diſtare Ouid. Met. 3, 145. *de Sole.* Millia qui nouies diſtat ab vrbe decem Ouid. Triſt. 4, 10, 4. Nihil diſtat, *vid.* NIHIL. Spatio pari diſtare vtrinque, *i. in medio eſſe vtrumque* Ouid. Met. 10, 175. *de Sole. Differre.* Cic. Acad. 4, 59 Quum a veris falſa non diſtent. Idem Off. 2, 15 c. 4 Quibus rebus exculta hominum vita tantum diſtat a victu et cultu beſtiarum. Mores diſtant a carmine noſtro Ouid. Triſt. 2, 353. Cic. pro Roſc. Amer. 44 c. 15 Vides Eruci quantum diſtet argumentatio tua ab re ipſa atque a veritate. Idem Tuſc. 5, 69 Sideraque viderit innumerabilia caelo inhaerentia cum eius ipſius motu congruere, certis infixa ſedibus, ſeptem alia ſuos quaeque tenere curſus, multum inter ſe altitudine aut humilitate diſtantia. *Et* de Orat. 1, 215 c. 49 Multum inter ſe diſtant iſtae facultates, longeque ſunt diuerſae atque ſeiunctae. Hor. Serm. 2, 3, 210 Stultitiane erret, Nihilum diſtabit an ira. *Cum Datiuo.* Idem Carm. 4, 9, 29 Paullum ſepultae diſtat inertiae Caelata virtus. Vt matrona meretrici diſpar erit atque Diſcolor, infido ſcurrae diſtabit amicus Hor. Epiſt. 1, 18 *pr.* *Pro Diſtingui.* Plin. Epiſt. 5, 3, 6 Non hi quidem Senatores: ſed ſanctitas morum non diſtat ordinibus.

DISTANS, antis. Partic. [ἀπέχων] *Vt,* Loci diſtantes Cic. Philipp. 2, 67. Inter ſe diſtantes ternis pedibus, *vid.* INTER. Longe diſtantia Lucret. 2, 334. Sortita loco diſtantes flumina Ripas Ouid. Met. 2, 241. Spatio aequali diſtantia Idem Met. 8, 248. Ex diſtantibus terrarum ſpatiis conſilia afferebantur Tac. H. 3, 8, 7. Studia diſtantia, *i. Diuerſa* Ouid. Triſt. 3, 12, 23. Tacit. Ann. 3, 34 At enim haud multum diſtanti Tempore Calphurnii Piſonem, Aemylii Lepidum amiſerunt. Iaculo diſtantia miſſo figere Ouid. Met. 5, 54. *ſc. loca.*

DISTANTIA, ae. f. [ἀποχή, ἀπόςασις] *Differentiam aliquando ſignificat, ſ. diuerſitatem.* Cic. de Amicit. 76 c. 20 Nec ob aliam cauſam vllam boni improbis, improbi bonis amici eſſe non poſſunt, niſi quod tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, morum ſtudiorumque diſtantia. Lucret. 2, 373 *Interdum etiam Longitudinem et Spatium illud ſignificat, quo aliquis ab alio diſtat. Vid.* Plin. 2, 15.

DISTĬTO, āre. Frequent. [διΐςημι] *Laudatur* Columel. 6, 2, 4 Diſtitent inter ſe aliquanto ſpatio, ne in colluctatione alter alteri noceat. *At in editis eſt* diſtent.

DISTITIVM, ii. n. Ioſeph. Iſcan. de Bell. Troi. . . Diſtitiis acies vicina propinquis.

DISTORQVEO, ſi, tum, ēre. [διαςρέφω, ςρεβλόω] *In diuerſas partes torquere et ita corrumpere.* Ter. Eun. 4, 4, 3 Ah, illud vide, os vt ſibi carnifex diſtorſit. Oculos diſtorquens Hor. Serm. 1, 9, 65. Ora diſtorquere Ouid. de Arte Am. 3, 287.

DISTORTVS, a, um. Partic. [διάςροφος] Cic. pro Muraen. 61 c. 29 Solos ſapientes, ſi diſtortiſſimi ſint, formoſos: ſi mendiciſſimi, diuites. *Vid.* PVMILVS. Manibus pedibusque articulari morbo diſtortiſſimis Sueton. Galba c. 21. Cura diſtorta Hor. Serm. 1, 3, 47. *Et* diſtortus vultus, geſtusue Quinctil. 6, 3. *et* Apul. Apol. p. 284. *Metaphor.* Nullum eſt genus enunciandi diſtortius Cic. de Fato c. 8.

DISTORTIO, ōnis. f. [διαςροφή] *Vtitur* Cic. Tuſc. 4, 29 c. 13. *et* Idem de Fin. 5, 35 c. 11 In quibus ſi peccetur diſtortione, et deprauatione, aut motu, ſtatuue deformi, *etc.* Oris diſtortio Celſ. 4, 2.

DISTRAHO, xi, ctum, ēre. [διέλκω, διαςύρω, διασπάω, περισπάω] *In diuerſas partes trahere, idque de corporibus pariter ac voluntatibus adhibetur, et aliis incorporalibus.* Liu. 1, 28 Vt igitur paullo ante animum inter Fidenatem Romanamque rem ancipitem geſſiſti, ita iam corpus paſſim diſtrahendum dabis, *de ſupplicio Mettii Fuffetii.* Cic. pro Planc. 102 Nemo erit, *etc.* qui a me mei ſeruatorem capitis diuellat ac diſtrahat. *Et* pro Sulla 59 Vt ab his membra diuelli ac diſtrahi poſſe diceres. Cic. pro Quint. 50 Si funus id habendum ſit, quo non amici conueniunt ad exſequias cohoneſtandas, ſed bonorum emtores ad reliquias vitae lacerandas, et diſtrahendas. Idem Off. 3, 11 c. 3 Itaque accepimus Socratem exſecrari ſolitum, eos qui primus haec natura cohaerentia, opinione diſtraxiſſent. Exercitus diſtrahere in diuerſiſſimas regiones Liu. 26, . . Hoſtem Tac. Ann. 1, 60, 2. In partes minutas diſtrahi Lucret. 2, 826. Diſtrahuntur pulmones Plaut. Curc. 2, 1, 22. *de conuulſione et dolore.* Cic. in Orat. 152 Sed Graeci viderint: nobis, ne ſi cupiamus quidem, diſtrahere Voces conceditur. Diſtrahere aliquem ab altero, *Separare, et ſegregare, et fere alienare:* Ter. Phorm. 1, 4, 24 Quid ſi eo meae fortunae redeunt, Phanium abs te vt diſtrahar, *etc.* *Vbi* Donatus, Vide verbum vim cohaerentis oſtendere. Idem Hec. 3, 5, 42 Quandoquidem illam a me diſtrahit neceſſitas. Diſtrahi ab aliquo Cic. ad Q. Frat. 1, 3. *Sic* Diſtrahi ab amicitia Idem pro Domo ſua 98. Ter. Phorm. 3, 2, 33 Tum praeterea horum amorem diſtrahi poterin', pati? Non prius diſtracti ſunt quam Nep. 18, 4, 2. *de colluctantibus.* Excludere, diſtrahere, et ſegregare aliquem a Repub. Cic. Philipp. 5, 16 c. 11. Animi diſtrahuntur in contrarias ſententias Idem Off. 1, 9. Diſtrahit animum librorum multitudo Sen. Ep. 2. Diſtrahi a complexu ſuorum Cic. pro Domo ſua 98. Filatim diſtrahi Lucret. 2, 830. *i. Per fila minuta diſcerpi.* Induſtriam diſtrahere hominis in plura ſtudia Cic. de Orat. 1, 25. ¶ 2 Societatem diſtrahere cum aliquo, *eſt Renuntiare ſocietati.* Sen. Epiſt. 66 (65) Quum viſum fuerit, diſtraham cum illo ſocietatem: et nunc quum haeremus, non erimus aequis partibus ſocii? *Eſt* titulus ff. de tutel. et rationibus diſtrahendis. Curatores diſtrahentes Cod. 2 t. 25 t. 5. *Vendere.* Vlpian. de Tranſact. Si vni, pluribusue fundus ad alimenta fuerit relictus, velintque eum diſtrahere, neceſſe eſt Praetorem de eius diſtractione et tranſactione arbitrari. Sueton. in Veſp. c. 16 Coëmendo quaedam tantum vt pluris poſtea diſtraheret. *Add.* Id. Calig. 39. Artus inopis debitoris breuiſſimo laniatu diſtrahebantur, ſicut nunc bona venum diſtrahuntur Gell. 20, 1. Controuerſias diſtrahere, *i. Componere, vel Dirimere lites* Sueton. in Caeſ. c. 75. Cic. pro Caecin. 6 Diſtrahendarum controuerſiarum cauſa iudicia reperta ſunt. Rem aliquam diſtrahere, *Differre.* Caeſ. B. C. 1, 33 Subiicitur etiam L. Metellus Trib. pleb. ab inimicis Caeſaris, qui hanc rem diſtrahat. reliquasque res quascunque agere inſtituerat, impediat. Diſtrahit mediam Aſiam Taurus mons, *h. e. Separat* Plin. 5, 27. Diſtrahor: tum hoc mihi probabilius, tum illud videtur Cic. Acad. 4, 134.

DISTRACTVS, a, um. Partic. [διασπασθεὶς, διάσυρτος] Vict. de Viris Illuſt. 4, 13 *de Mettio.* Anima diſtracta in toto corpore, *i. Diffuſa per totum corpus* Lucret. 3, 800. Imperium diſtractum in plura regna Liu. 45, 9. Cic. pro Domo ſua 67 c. 2 Ex quo iudicare poteſtis, quanta vis illa fuerit oriens et congregata, quam haec Cn. Pompeium terruerit, iam diſtracta et extincta. Idem Att. 8, 15 Obſecro te Cicero, ſuſcipe curam et cogitationem digniſſimam virtutis, vt Caeſarem et Pompeium perfidia hominum diſtractos, rurſus in priſtinam concordiam reducas. *Et* pro Deiot. c. 5 Quonam ille modo cum regno, cum domo, cum coniuge, cum cariſſimo filio, diſtractus eſſet, tanto ſcelere — cogitato? *i. diſcerptus, diſſipatus. Compar.* Lucret. 4, 958 Et diuiſior inter ſe ac diſtractior intus. *Superl.* Per omne belli tempus nemo e nobis imbecillus fuit, cuius ſalus ac valetudo non ita ſuſtentaretur Caeſaris cura, tanquam diſtractiſſimus ille tantorum onerum mole huic vni negotio vacaret animus Vell. 2, 114, 1.

DISTRACTIO, ōnis. f. [διάσπασις] *Separatio, diſcidium, alienatio.* Plaut. Pſeud. 1, 1, 68 Harum mihi voluptatum omnium atque itidem tibi diſtractio, diſſidium, vaſtities venit. Cic. Off. 3, 32 c. 6 Nulla enim nobis cum tyrannis ſocietas eſt, ſed potius ſumma diſtractio eſt. *apud ICtos modo Venditio eſt, modo Diuortium. Vid.* l. 34 ff. t. 3 l. 26. Auth. de Nuptiis c. 3.

DISTRACTOR, ōris. m. [διαπράτης] Gloſſ. Gr. Lat. Nonius 1, 267 Seruus venundatus ob aliquod vitium aut malefactum ab aliquo diſtractore recipiatur. *Male ibi* Diſtrictore *legitur* Iuſtin. Cod. 8 tit. 14 l. 27. *et* 12 t. 35 l. 1.

DISTRACTVS, ūs. m. *Apud ICtos eſt Reſolutio contractus.* Iuſtin. Inſtit. 3 t. 28 de obligationibus quae quaſi ex contr. naſc. §. 6 Vt — magis ex diſtractu quam ex contractu poſſit dici obligatus eſſe.

DISTRIBVO, ui, ūtum, ēre. [ἀπονέμω, διανέμω, διαδίδωμι] *Separatim diſponere, et ſuum cuique tribuere.* Ter. Adel. 3, 3, 17 Id diſtributum ſane eſt ex ſententia. Beneficia diſtribuere per gentes et populos, *pro inter gentes* Sen. de Benef. . . Concinne diſtribuere, *vid.* CONCINNVS. Cauſam diſtribuere, *h. e. Partiri.* Cic. pro Roſc. Amer. 122 Meminiſtis me ita diſtribuiſſe initio cauſam in crimen, cuius, *etc.* Caeſ. B. G. 5, 24 Legiones in plures ciuitates diſtribuere. Trai. ad Plin. Epiſt. 10, 41 Diſtribuamus illos in ea miniſteria, quae non longe a poena ſint. Cic. pro Cluent. 74 H-S. quadraginta millia nummûm in ſingulos iudices diſtributa. Plin. Epiſt. 10, 38 Ipſe enim dubito ob haec maxime, quod vt iam dixerant ſacramento militari, nondum diſtributi in numeros erant. Partibus diſtribuere Cic. de Orat. 1, 109. Tempora peregrinationis commode diſtribuere Idem Att. 2, 1.

DISTRIBVENS, entis. Part. Cic. in Arat. 273 Arma diſtribuens Id. pro Rab. c. 7.

DISTRIBŪTVS, a, um. Partic. [διαδοθεὶς] *Vt,* Cauſarum diuiſio in duas partes diſtributa Auctor ad Heren. 1, 19 c. 10. Orbem terrarum imperiis diſtributis ardere bello Cic. Fam. 4, 2 (1.) Idem Att. 7, 14 Gladiatores Caeſaris — Pompeius diſtribuit, binos ſingulis patribus familiarum. *Et* in Verr. 5, 64 c. 25 Abducit omnes: nonnullos ſcribis ſuis, filio, cohortique diſtribuit. Cic. de N. D. 3 c. 15 Nam iuſtitia, quae ſuum cuique diſtribuit, quid pertinet ad Deos? Ortae leges et diſtributae ab Athenienſibus in omnes terras Cic. pro Flacc. c. 26.

DISTRIBVTE. Adu. [διαδεδομένως] Cic. Tuſc. 2, 7 c. 3 Sed quia profitentur ipſi illi, qui eos ſcribunt, ſe neque diſtincte, neque diſtribute, neque eleganter, neque ornate ſcribere. Idem de Invent. 2, 177 c. 59 Sin diſtributius tractare quis volet, patiatur in animum et corpus, et extraneas res, licebit.

DISTRIBVTIM. Adu. *Idem. Apud* Oroſium *eſſe dicitur.*

DISTRIBŪTOR, ōris. m. [μεταδότης] Cic. in Piſon. 36 c. 15 Hoc certe video, quod indicant tabulae publicae, vos rogatores, vos diſtributores, vos cuſtodes fuiſſe tabularum. *Sed Turnebus* 20, 15 *hic legit,* Diribitores. *Illud certius,* Diſtributores *hic eosdem eſſe, qui* Diribitores *alias vocantur. v. v.* Deus diſtributor diſpenſatorque eſt bonorum Apul. ad Aſclep. p. 92. *Add.* Paullin. Nol. Epiſt. 13 ad Pammach. n. 14.

DISTRIBVTIO, ōnis. f. Quinct. 7, 1, 2 Diſpoſitio eſt vtilis rerum ac partium in locos diſtributio. *Vid.* Marius Victorin. in 1 Rhetor. Cic. p. 136. 137 *Pithoei.* Cic. pro Cluent. 1 Itaque mihi certum eſt, hanc eandem diſtributionem, inuidiae et criminum, *etc.* Cic. de Petit. Conſ. 8 At ne videar aberraſſe a diſtributione mea, qui haec in hac populari parte petitionis diſputem, hoc ſequor. Idem de Fin. 5 c. 11 Diſtributio ſenſuum. Diſtributio *apud Rhetores, dicitur Figura (quae a Graecis μερισμὸς vocatur) cum genus per ſpecies, corpus per membra, totum per partes declaramus, magna cum gratia et vtilitate. Sed nondum obſeruaui antiquum auctorem:* Meriſmus *eſt* Rutilio Lupo p. 5 *Pith.*

DISTRIGILLO, āre. Gloſſ. Lat. Gr. Diſtrigilla me, περίξυσόν με.

DISTRINGO, inxi, ictum, ēre. [περισφίγγω, περισπάω, ἀποξύω] *Valde ſtringere, ſiue Diuerſis locis alligare atque ſic extendere, vt Diſtinere. Metaph.* Cic. Off. 3, 113 c. 32 Fraus enim diſtringit, non diſſoluit periurium. *Giſanius interpretatur, aliquid reſolutum aliter ligare. Sed obtemperandum potius Grutero, ex MSS. proferenti* adſtringit. Diſtringit cura ruſticos, *vid.* CVRA. Diſtringi, *Impediri, occupatum eſſe, et diſtineri negotiis.* Plin. Epiſt. 5, 5 Quamuis agendis cauſis diſtringeretur. Idem Epiſt. 1, 10 Nam diſtringor officio, vt maximo, ſic moleſtiſſimo. Neratius in l. ex iudicatum ſolui. D. iudic. ſolui, Neque enim aequum eſt aut iudicio diſtringi, aut ad inficiationem compelli eum, qui ſine iudicio dare partem paratus eſt. ¶ 2 *Eſt etiam ſtringendo, vel tactu aſperiori laedere aliquantum.* Ouid. Met. 10, 526 Inſcius extanti diſtrinxit arundine pectus. Arundo diſtrinxit ſummum corpus Ouid. Met. 8, 383. Carmine mordaci diſtringere aliquem Idem Triſt. 2, 563. *Simili ratione* Diſtringere eſt, *Defricare, ſeu Radendo ſordes detegere.* Martial. 14, 51 *de ſtrigilibus,* Pergamus has miſit curuo diſtringere ferro. *Al.* deſtringere. Columel. 4, 24, 6 Iam vero muſcus, qui more compedis crura vitium deuincta comprimit, ſituque et veterno macerat, ferro diſtringendus et eradendus eſt. *Etiam hic* Deſtringere *aliis placet, et quoties non de diſtractione in partes diuerſas, ſed de ablatione ſermo eſt. · Verum qui auferunt aliquid, ipſi quoque in diuerſum ſtringunt* etc. *Conf.* Deſtringo. *Sic* Columel. 12, 47, 9 Sereno caelo oliua manu diſtringitur. *Sic* Plin. 19, 9 Semen eius quum eſt maturum, ab aequinoctio Autumni diſtrin-

diſtringitur. Ramos diſtringere Lucan. 4, 318. *Etiam hic malint al.* Deſtr. *Confringere, comminuere eſt* Columel. 12, 8, 2 Deinde exiguum aridi thymi et cunilae aridae ſuper lac diſtringito, *i. ſtrictis digitis infriato.* Diſtringere gladium, *E vagina educere.* Cic. Off. 3, 112 c. 31 At ille vt ingreſſus eſt, confeſtim gladium diſtrinxit, iurauitque ſe illum ſtatim interfecturum. *Conf.* Tacit. Ann. 12, 51, 4. *et* Flor. 2, 2, 17. *Malunt et hic viri docti* Deſtringere, *vbi vid.* Hoſtem *pro diſtrahere. Vid.* Frontin. Strat. 1, 8 *in Inſcript. ſ. lemmate* Flor. 2, 13, 1. Diſtringitur ſeueritas Sen. de Ira 2, . . *h. e. Exſeritur: Ducta metaphora a gladio. Sic* Plin. 36, 5 Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum diſtrinxit in tantum, vt credatur aliquibus ad laqueum eos compuliſſe.

DISTRINGENS, entis. Partic. [ἀποξυόμενος] *Qui ſtrigili, vel manibus ſordes corporis et ſudorem ipſum in balneo abſterget. Hic enim erat mos veterum.* Plin. 34, 8 *de Polycleto loquens*, Fecit et diſtringentem ſe, et nudum talo inceſſentem. *h. e. Sudorem abſtergentem, quem Graeci, vt idem auctor explicare videtur,* ἀποξυόμενον *vocant. Idem eodem loco, de Daedalo*, Daedalus et ipſe inter fictores laudatus, pueros duos diſtringentes ſe fecit. *Quibus in locis antiquiſſimus codex legit* Deſtringentes.

DISTRICTVS, a, um. Partic. [περιεσφιγμένος] *Sic* Oliuas manu diſtrictas *dixit* Columel. 12, 47, 4. Enſis diſtrictus Hor. Carm. 3, 14, 17. Diſtrictos in Remp. gladios retudimus Cic. Catil. 3, 2 c. 1. Quinctil. 12, 6, 2 *monet*, Ne praepropere diſtringatur immatura frons *quod Cuper. Obſ. 4, 5. et Burm. ad locum malint* Deſtringatur. *Certe pudorem nimis mature abſtergeri velut et defricari vetat Fabius, quod fit, ſi mature nimis agere incipiant adoleſcentuli.* Diſtricta dentium acie ſtridens Ammian. 14, 7. Cic. Fam. 2, 15 Diſtrictus enim mihi videris eſſe, quod et bonus ciuis, et bonus amicus es. *quaſi dicat, Neſcis, vtrum faueas Reipub. partibus, an amicorum tuorum, qui eam perturbant.* Idem de Orat. 3, 7 Nam quamdiu Craſſi fuit ambitionis labore vita diſtricta, tamdiu priuatis magis officiis et ingenii laude floruit, quam fructu amplitudinis, aut Reipub. dignitate. Diſtrictus bellis Nep. 23, 13, 2. *Sic* Diſtrictum circa mala ſua imperium Flor. 4, 12, 1. *Conf.* 3, 5, 5 Cum bellis ciuilibus disiungeremur — in laſſos ſimul ac diſtrictos erupit. Solicitudine diſtrictus Hor. Serm. 2, 8, 67. *Quod laudatur* Cic. de Aruſp. Reſp. 60 c. 28 Suffragia diſtricta tenentur a paucis; *a Grutero reſtitutum eſt* deſcripta. Diſtrictus et obligatus Cic. Verr. Act. 1, 24. Idem Qu. Frat. 2, 15 Sic enim habeto, nunquam me a cauſis et iudiciis diſtrictiorem fuiſſe. ¶ 2 Diſtrictus, *pro ſeuero, qui velut ſemper diſtringit gladium.* Tacit. Ann. 4, 36, 4 Vt quis diſtrictior accuſator, velut ſacroſanctus erat: leues, ignobiles, poenis adficiebantur. *Sic* Diſtrictam feneratricem *vocauit* Valer. Max. 8, 2, 2 *pro Seuera et nihil remittente.* Probatiſſimi quique et diſtrictiſſimi defenſores diſciplinae Cod. 1 t. 15 l. 6.

DISTRICTE. Adu. [ἀποτόμως] Cic. Philipp. 2, 32 Non enim fortaſſe ſatis quae diſtrictius dicuntur, intelligis. *Sed* Diſtinctius *hodie legitur.* Diſtrictius *retulerim ad acumen et ſeueritatem diſputandi.* Plin. Epiſt. 9, 21 *fin.* Iungam tamen tanto plenius et effuſius, quanto ipſum acrius ſeueriusque corripui, diſtricte minatus, nunquam me poſtea rogaturum. *Al.* Deſtricte. Vlp. in l. ſed haec D. de procur. Sed haec neque paſſim admittenda ſunt, neque diſtricte deneganda, ſed a Praetore cauſa cognita temperanda. Diſtrictius repercuti Tertull. de Idolol. c. 5. Diſtrictius reſpondere Hieron. prooem. in Epiſt. ad Epheſ. *ſub in.*

DISTRICTIM. Diſtrictim innocens Sen. Contr. 7.

DISTRICTIO, ōnis. f. [ἀδημονία] *Difficultas impedita ratio.* Paullus l. 16 D. de recept. arb. Quod ſine vlla diſtrictione ipſius interdum futurum eſt. *Add.* Saluian. de Gub. Dei 9 p. 119.

DISTRVNCO, āre. [διακροτομέω] *Truncare in partes.* Plaut. Trucul. 2, 7, 53 Ego te hîc agnum faciam, et medium diſtruncabo.

DISTRVO, xi, ctum, ĕre. [διασκευάζω] *Interpretantur ſeorſum vel ſeparatim ſtruere, laudantque* Sueton. in Calig. c. 41 Diſtructis ac inſtructis, pro loci dignitate, compluribus cellis. *Sed alii melius* Diſtinctis. *Pro* deſtructis Prudent. Apoth. v. 445 Diſtructaque templa Imperio cecidiſſe Ducum. *Vid. Heinſ. ibi, qui et inſcriptionem adfert de ponte Salario*, A NEFANDISSIMO TYRANNO TOTILA DISTRVCTVM.

DISTVRBO, āre. [ἀναστατόω] *Diſſipando, diruendoque disiicere, inquit Valla 5.* Cic. pro Domo ſua 98 Et iam ſe videre diſtrahi a complexu ſuorum, diſturbari tecta, diripi fortunas. Quae in vineis foſſor diſturbauit, reſtituere Colum. 11, 2. Auctor ad Heren. 1, 21 Cum viris bonis impetum facit, pontes diſturbat, ciſtas deiicit, *etc.* Cic. pro Domo ſua 114 Quibus ſpectantibus domus mea diſturbaretur, diriperetur. Diſturbare ac diſſipare cuncta Idem de N. D. 2, 42 c. 15. Aedes ſuas diſturbare Lucret. 2, 1101. Domum alicuius diſturbare Cic. pro Domo ſua 114 c. 43. Freta diſturbat auſter Sen. Hippol. 10. Iudicia vi et armis diſturbare Cic. pro Sulla 71 c. 25. Legem aliquam concione diſturbare ac peruertere Idem de Lege Agr. 2, 100. *Et* pro Domo ſua 103 Quam porticum pro amore quem habetis in Rempub. et ſemper habuiſtis, non modo ſententiis, ſed ſi opus eſſet, manibus veſtris diſturbare cuperetis. Opera Caeſ. B. C. 1, 26. Multo diſturbat ſanguine pacem Lucan. 4, 210. Cic. pro Roſc. Amer. 111 c. 38 In his *(mandatis)* operae noſtrae vicaria fides amicorum ſupponitur: quam qui laedit, oppugnat omnium commune praeſidium: et quantum in ipſo eſt, diſturbat vitae ſocietatem. *Impedire ne quid fiat.* Cic. Fam. 11, 21 Diſturbaui rem, totamque vobis integram reſeruaui.

DISTVRBANS, antis. Partic. Lucret. 1, 559 Tempus omne diſturbans diſſoluensque.

DISTVRBATVS, a, um. Partic. [ἀνεστατωμένος] *Vt*, Diſturbata porticus Cic. pro Domo c. 39. *h. e. Effracta et diruta.*

DISTVRBATIO, ōnis. f. [ἀναστάτωσις] Cic. Off. 3, 46 c. 11 Sed vtilitatis ſpecie in Repub. ſaepiſſime peccatur, vt in Corinthi diſturbatione noſtri.

DISVLCVS, *vid.* DISSVLCVS.

DISVERBERATVS, a, um. Seruum ſub furca diſuerberatum ducere Lactant. 2, 7, 20. *Sed* diuerberatum *editur ſine varietate.*

DISVNIO, īre. Diſuniuntur tenacium matrimoniorum nexus Arnob. 3 p. 116.

D I T

DITESCO, *vid.* DIS, ditis.

DITHYRAMBVS. [Διθύραμβος] *Bacchi apud Graecos cognomen: vnde* ¶ 2 Dithyrambus *etiam dicebatur Hymni genus quod Baecho cani ſolebat. Nam quod a quodam Thebano, qui item* Dithyrambus *dictus fuerit, idque inuenerit, dictum volunt nonnulli, approbari non poteſt. Nam ſi ita ſe haberet res, Pindarus certe inter ceteras patriae ſuae laudes hoc inuentum non tacuiſſet. Tantum vero abeſt, vt vnquam meminerit, vt laudem et inuentionem* Dithyramborum *Corinthiis diſerte adſcribat. Herodotus 1, 24 Arionem illius auctorem facit. Erat autem hoc carminis genus ita compoſitum, vt inuentione, dictione, et numeris a caſtigata ratione abiret longius, et miram licentiam audaciamque cum tumore quodam referret, adeo vt non tam a ſanis et ſobriis, quam furore Bacchico concitatis videretur ſcriptum, naturamque Dei iſtius, cuius laudes celebraret, imitaretur. Vnde* Hor. Carm. 4, 2, 10

Seu per audaces noua Dithyrambos
Verba deuoluit, numeriſque fertur
Lege ſolutis.

Vbi vide Interpp. itemque Scal. Poët. 1, 44. nec non et Eraſm. Schmidium in Diatribe de Dithyrambis, *quam Pindari commentario ſubiunxit.*

DITHYRAMBĬCVS, a, um. Adi. [διθυραμβικός] *Vt*, Poëma dithyrambicum Cic. de Opt. Gen. Orat. 1. Dithyrambicus intellectus, *Prouerbium de re obſcura dici ſolitum, nec cuiuis peruia. Illorum enim peculiare fuit, verbis vti compoſitis,* καὶ πολυπλόκοις, *i. Nodoſis, implicitiſque, ſed et tumentibus. Vid. Cael. Antiq. Lect. 7, 15.*

DITHYRAMBIOS. *Herba Symphoniaca* Apul. de Herb. c. 4.

DITIO, ōnis. f. [ἐπικράτεια] *Plenam alicuius rei poteſtatem notat, quae nobis* data, deditaque *ſit: itaque pro Imperio ſaepe ponitur.* Plaut. Mil. 4, 1, 8 Loquere: aureis meas profecto dedo in ditionem tuam. *Negant* Seruius *ad* Aen. 1, 740 Priſcianus, *et plerique Grammatici Nominatiuum* Ditio *in vſu eſſe, niſi in compoſitione.* Adiicere ditioni regionem Curt. 4, 1, 26. Cadere ſub imperium ditionemque alicuius Cic. pro Font. 2 c. 1. *Vid.* CADO. Carere ditione virtus *dicitur* Sil. 7, 506. Concedere in ditionem, *vid.* CONCEDO. Dedere in ditionem, *vid.* DEDO. Geruntur res ditione atque numine deorum Cic. de Legib. 2 c. 7. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 24 c. 10 Nunc ego te Iupiter optime maxime, cuius nutu ac ditione ſola terrarum gubernantur, *etc.* Virg. Aen. 10, 53 Magna ditione iubeto Carthago premat Auſoniam. Tenere terras omni ditione, *i.* Omni poteſtate, hoc eſt pace, legibus, bello Virg. Aen. 1, 236 *et* 622. Seruius. Ditioni, iudicio, poteſtati aliquorum permittere et condonare gentes, nationes, prouincias, regna Cic. de Lege Agr. 2, 39 c. 15. Redigere in ditionem Plin. 9, 35. Cic. de Prouinc. Conſul. 32 c. 13 Bellandum eſſe duxit, ſed totam Galliam in noſtram ditionem eſſe redigendam, *vid.* REDIGO. Redire in ditionem domini, *vid.* REDEO. Cic. de Lege Agr. 2, 7 Populi Romani vectigalibus atque omnibus copiis ipſum Pop. Rom. coërceas? opprimas? Redigas in iſtam Decemuiralem ditionem et poteſtatem? Reſpirare contra nutum ditionemque alicuius Cic. pro Quint. 94 c. 30. Subactus ditione Latia Claud. Ruff. 1, 292. Terminus Romanae ditionis Idem Conf. Stil. 160. Sub imperium ditionemque Pop. Rom. vrbes aliquas ſubiungere Cic. Verr. 1, 55. In ditione ac poteſtate alicuius eſſe Idem pro Quint. 6 c. 2. Virg. Aen. 1, 236 Genitor tum Belus opimam Vaſtabat Cyprum, et victor ditione tenebat. *vid. h. l.* Seru. Accuſare aliquem, et ipſum in ſua poteſtate et ditione tenere Cic. Verr. 1, 97. Suo arbitratu ac ditione viuentes Hieron. ad Euſtoch. T. 1 f. 67 *Frob.* Pompon. in l. 2 §. Capta deinde Sardinia D. de Origine iuris, Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hiſpania, deinde Narbonenſi prouincia: totidem Praetores, quot prouinciae in ditionem venerant, creati ſunt.

DITIOR, DITISSIMVS, DITO. *Vid.* DIS, ditis.

DITIS CAVSA, *vid.* DICIS cauſa.

DITROCHAEVS, i. m. [διτρόχαιος] Pes conſtans ex duobus trochaeis, hoc eſt, ex longa et breui, et iterum longa et breui, vt Cantĭlēnă. *Auctor* Diomed. Gram. 2 p. 467. *et* 3 p. 477.

D I V

DIV. Adu. [δηθὰ, δηρὸν, ἐκ πάλαι, διὰ μακροῦ, πολὺν χρόνον] *i.* die, *tempore, vt* dies *mitigare dolorem, omnia mutare etc. dicitur vid. n. 2.* Ter. Eun. 2, 3, 4 Vna haec ſpes eſt, vbi vbi eſt, diu celari non poteſt. Cic. Fam. 11, 13 Copias, quas diu ſimulatione Reipub. comparabant, ſubito ad patriae periculum conuerterunt. Idem pro Marcel. 28 c. 9 Quid enim eſt hoc ipſum diu, in quo eſt aliquid extremum? Diu diuque cogitare Apul. Met. p. 167 *(Pric. p. 101.)* Diu collecta improborum vis et inueterata Cic. pro Domo ſua 63. Plaut. Epid. 3, 2, 40 Sed nimis longum loquor, diu me eſtis demorati. Plin. in Paneg. 15, 1 Iam tunc praemonente fortuna vt diu penitus perdiſceres, quae mox praecipere deberes. Plaut. Mil. 3, 1, 34 Huic homini dignum eſt diuitias eſſe, diu vitam dare. Diu eſt quod miſeram accerſitum eum Idem Merc. 19. Tacit. Ann. 6, 49 Aliaque in eundem dolorem moeſta et miſeranda diu ferret. Plaut. Curcul. 1, 2, 27 At iam bibes. LE. diu fit. Idem Merc. 3, 1, 44 Nam illi quidem haud ſane diu eſt quum dentes exciderunt. *Cato apud* Cic. de Sen. 32 c. 10 Nec enim vnquam ſum aſſenſus veteri illi laudatoque prouerbio, quod monet mature fieri ſenem, ſi diu velis eſſe ſenex. Ego vero me minus diu ſenem eſſe mallem, quam eſſe ſenem ante quam eſſem. Minus diu, *vid. poſt* MINOR. Cic. pro Sulla 73 c. 26 Haec diu multum, et multo labore quaeſita vna eripuit hora. Idem de Senect. 9 c. 3 Quum multum diuque vixeris. *Sic* in Orat. 1 Diu multumque dubitare. Nimis *ſiue* Nimium diu, *vid.* NIMIS. Saepe et diu ad pedes iacuit ſtratus Cic. pro Quint. 96. Satis diu, et ſatis multos annos Idem pro Cluent. 202. *Conf.* Phil. 13 c. 5. Non diu huc commigrauit Ter. Adel. 4, 5, 15. Liu. 1, 27 Nec diu pax Albana manſit. Cic. de Sen. 68 c. 19 Ille vult diu viuere, hic diu vixit. ¶ 2 Diu, pro Die: vnde et Interdiu dicitur: Titinnius Fullonibus: Nec noctu, nec diu licet fullonibus quieſcant. Plaut. Caſin. (4, 4, 5) Noctuque et diu vt viro ſubdola ſies. Idem in Aulul. Nec noctu nec diu quietus vnquam eam nunc *(ſ. nec)* dormiam. *Haec* Nonius 2, 230. ¶ 3 Diu, Vlpianus *interpretatur* non minus decennio, *in* l. 16 §. Ariſto D. de fideicomm. libert. *Et ita in* l. 3 §. ſi ſeruus D. de acquir. poſſeſſ. *Hinc* Diuturnum tempus *et* Diuturnam poſſeſſionem *ad decennium referri vulgo obtinuit.* l. 1 §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.

DIVRNO, āre. Non. 2, 243 Diurnare honeſtum verbum, pro diu viuere, vt apud veterem prudentem auctoritatis incognitae, Neque optimum quemquam inter nos ſinunt diurnare. *Plenius laudat h. l.* et Q. Claudii primo Annalium eſſe, oſtendit Gell. 17, 2, 16 Nam haec maxime verſatur deorum iniquitas, quod deteriores ſunt incolumiores: neque optimum quempiam inter nos ſinunt diurnare.

Pergit,

Pergit, Inuſitate dixit *diurnare* pro diu viuere: ſed ea figuratione eſt, qua dicimus *perennare*.

DIVRNVS, *vid.* DIES.

DIVTIVS, *Compar. a* Diu. [διὰ μακροτέρα] Tibi affirmo, te in iſtis moleſtiis non diutius futurum Cic. Fam. 4, 13. Ter. Phorm. 4, 1, 30 Poſtquam videt me eius mater eſſe hic diutius. Cic. Acad. 4, . . Didicit apud Philonem tamdiu, vt conſtaret diutius didiciſſe neminem. Idem Verr. 4, 109 Non obtundam diutius aures veſtras. Se diutius ſuſtinere non poſſe Caeſ. B. G. 2, 6, 4. Ter. Heaut. 3, 1, 15 Quanto diutius abeſt, magis cupio tanto, et magis deſidero. Cic. de Clar. Orat. 26 Tamen multo diutius Athenae iam erant, quam eſt Roma ad hodiernum diem. Tibine haec diutius licere ſperas facere, me viuo patre? Ter. Heaut. 1, 1. Cic. Att. 7, . . Ne diutius anno in prouincia eſſem. Diutius enim iam in hoc deſiderio eſſe non poſſum Idem de Amicit. Salluſt. in Catil. 39 Neque illis, qui victoriam adepti forent, diutius ea vti licuiſſet, quin defeſſis et exſanguibus, qui plus poſſet, imperium atque libertatem extorqueret.

DIVTISSIME. Superl. [πλεῖον χρόνον, διὰ μακροτάτα] *Longiſſimo tempore.* Cic. de Amicit. 4 Cato diutiſſime ſenex fuit. Varro de R. R. 2, 6 Vtique vt quam diutiſſime fructum ferre poſſit. Qui diutiſſime impuberes permanſerunt, maximam inter ſuos ferunt laudem Caeſ. B. G. 6, 20. Cic. in Piſon. 90 Mitto aurum coronarium, quod te diutiſſime torſit.

DIVTĪNE. Adu. [δηρῶς] Plaut. Rud. 4, 7, 15 Ille qui conſulte, docte, atque aſtute cauet, diutine vti bene licet partum bene. *Conf.* Apul. Met. p. 238. *et* 3 Flor.

DIVTINO. Apul. Apol. 1 p. 134.

DIVTV̆LE. Adu. Dimin. [ἐπ' ὀλίγον] *Aliquamdiu.* Gell. 5, 10 Quum diutule tacitus cogitando fuiſſem. Apul. in Florid. *pr.* At non itidem maior meus Socrates, qui quum decorum adoleſcentem et diutule tacentem conſpicatus foret, *etc.*

DIVSCVLE. Auguſt. de Trin. 11, 2.

DIVTĪLE. Adu. Macrob. Saturn. 7, 11 Quumque diutile tacentem crebris hortatibus excitaret, *etc.* *Et* c. 13 Sordidatum pallium meum in mari diutile laui. *Sic alibi frequenter apud eundem: ſed alii legunt* Diutule.

DIVTĪNVS, a, um. Adi. [δηρὸς] *i. Continuus.* Cic. Fam. 11, 8 Tantus ardor occupauit animos hominum libertatis deſiderio, taedioque diutinae ſeruitutis. *Sic* Caeſ. B. C. 2, 13 Diutinus labor. Liu. 25, 1 Diutinum bellum. Diutinus dolor Scribon. 79. 217. Diutina duritia 105. Diutinae fiſſurae 223. Diutinum vlcus 214.

DIVTVRNVS, a, um. Adi. [χρόνιος, πολυχρόνιος, χρονιαῖος] *Idem quod Diutinus.* Cic. de Senect. 26 Quas quidem ſic auide arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. Nec ſimulatum quidquam poteſt eſſe diuturnum Cic. Off. 2, 43 c. 12. Bellum diuturnum Idem pro Lege Manil. 35. *Et* de Orat. 3, 98 Quamuis claris ſit coloribus picta vel poëſis, vel oratio, non poſſe in delectatione eſſe diuturna. Cic. Off. 1, 113 Quam multa paſſus eſt Vlyſſes in illo errore diuturno, quum et mulieribus, *etc.* Mala diuturna Ouid. Triſt. 4, 6, 50. Cic. pro Sulla 76 Ex magnis et diuturnis, et iam deſperatis Reipub. morbis iſta repente vis erupit. Idem de Sen. 69 c. 19 Mihi ne diuturnum quidem quidquam videtur, in quo eſt aliquid extremum. Obſeruatio diuturna Id. de Diuin. 2, 28. Pace diuturna ſe recreare Cic. de Prouinc. Conſ. 5. Perpeſſio diuturna ac voluntaria rerum arduarum ac difficilium, honeſtatis et vtilitatis cauſa, *Definitio eſt* Patientiae, Idem de Inuent. 2, 165. *Et* Att. 7, 1 Quam non eſt facilis virtus, quam vero difficilis eius diuturna ſimulatio! Equi diuturniores Varro R. R. 2, 7. Impunitas Caeſ. B. G. 1, 14. Moleſtiae Cic. Fam. 6, 13.

DIVTVRNIOR, us. *Compar.* Ouid. Met. 4, 472 Hic qui diligitur, vellem diuturnior eſſet. Idem Faſt. 6, . . Liu. 1, . . Quo diuturnius Seruii regnum eſſet. Diuturniſſimum bellum Oroſ. l. 5 *fin.*

DIVTVRNE. Adu. Cic. Fam. 6, 10 Tibi iſtam acerbitatem et iniuriam non diuturne fore. *Sic optimi Cod. MSS. vulgo* Diuturnam *legitur. Comp.* Sidon. Epiſt. 9, 9. *Add.* Id. 2, 14. *et* 8, 3.

DIVTVRNĬTAS, ātis. f. [χρονιότης] Cic. de Senect. . . . Nec ſubito frangitur, ſed diuturnitate extinguitur. *Sic* Diuturnitas belli Caeſ. B. G. 1, 40. Cic. de Fin. 2, 87 Diuturnitas temporum. *Contraria:* Idem de Fin. 1, 40 Quod mors ſenſu careat, dolor in longinquitate leuis, in grauitate breuis ſoleat eſſe, vt eius magnitudinem celeritas, diuturnitatem alleuatio conſoletur. Malus cuſtos diuturnitatis metus Cic. Off. 2 c. 7. Dominationis et victoriae diuturnitas Idem Att. 7, 21. Imperii diuturnitati modus ſtatuendus Id. pro Lege Manil. 26. Cic. de Orat. 1, 129 c. 28 Nihil eſt enim tam inſigne, nec tam ad diuturnitatem memoriae ſtabile, quam id, in quo aliquid offenderis. Pacis diuturnitas otium confirmauit Idem de Orat. 1, 14 c. 4. Temporis diuturnitate non confirmaretur opinio, nec vna cum ſaeculis aetatibusque hominum inueterare potuiſſet Id. de N. D. 2, 5. Vitiorum diuturnitas Scribon. 117. Extabeſcere diuturnitate fictas atque nouas opiniones videmus Cic. de N. D. 2, 5. Diuturnitate non vaneſcere animi labes, nec manibus vllis elui poteſt Idem de Legib. 2, 28. Diuturnitas maximos luctus vetuſtate tollit Id. Fam. 5, 16. Diuturnitates dixit Arnob. 6, . .

DIVAGATIO, ōnis. Tertull. . . .

DIVAGABILIS, e. Adi. Auguſtin. . . .

DIVALIA, orum. n. *Feriae Diuae Angeronae, cui Pontifices in ſacello Volupiae ſacrum faciebant. Dicebantur etiam Angeronalia. vid.* Vet. Kal. ad XII Kal. Dec. *apud Graeu. Theſ. Rom. Antiq. Tom. 8 p. 12. et Tom. 11 p. 675.*

DIVĀGOR, āri. Dep. [πλανῶμαι] *Oberro, huc illuc vagor.* Lactant. 5, . . Vbi animus in multa diſperſus huc atque illuc diuagatur. *Quidam legunt* Deuagatur. *Conf.* Id. de Ira c. 9 *extr.*

DIVARĬCO, āre. [διΐστημι] Eſt, *auctore* Nonio, Diſtendere: *Certe* 1, 147 Diuaricari, *inquit*, dictum eſt diſtendi: dictum ab iis, qui vitio naturae ita ſunt pedibus diſcretis, vt eos in diuerſum habeant ſeparatos. M. Tullius de Signis (Verr. 4, 86 c. 40) Sopatrum hominem tum domi nobilem, tum ſummo magiſtratu praeditum, diuaricari ac deligari iubet. *Haec Non.* Varro de R. R. 2, 5 *de bubus*, Nec cuius vngulae diuaricent. Cato c. 45 Si in ſcrobibus aut in ſulcis feres, ternas taleas ponito, easque diuaricato.

DIVARICATVS, a, um. Partic. Prudent. Periſt. 5, 252 Diuaricatis cruribus. Pedibus Ammian. 22, 28.

DIVARICATIO, ōnis. f. Auguſt. . . .

DIVELLO, velli *et* vulſi, vulſum, ĕre. [διασπάω] *Idem quod* *Auellere.* Salluſt. Catil. 51 Rapi virgines, pueros, diuelli liberos a complexu parentum. Aliquid mordicus diuellere Hor. Serm. 1, 8, 27. Amicitiam veram non ſpes, non timor, non vtilitatis ſuae cura diuellit Sen. Epiſt. 6. Amplexu dulci diuelli Virg. Aen. 8, 568. Artus diuellere morſu Ouid. Met. 8, 877. Cic. Off. 2, 83 Eaque eſt ſumma ratio et ſapientia boni ciuis, Commoda ciuium non diuellere, atque omnes aequitate eadem continere. Corpus diuellere Virg. Aen. 4, 600. Conglutinationes diuellere Cic. de Senect. 72. *Sic* diſſolutam et diuulſam rem conglutinare, *apud eundem* de Orat. 1, 188. Cic. de Aruſp. Reſp. 60 c. 28 Conſenſus ordinum eſt diuulſus. Crines laceros Claudian. Gigantom. v. 39. Dolore diuelli Cic. pro Planc. 79. Montes diuellere manibus Lucret. 1, 202. Nodos diuellere manibus Virg. Aen. 2, 220. A voluptate nec diuelli nec diſtrahi poteſt Cic. de Fin. 1, 50 c. 16. Vulnus manibus Hirt. B. Afric. c. 88. Diuellimur inde Iphitus et Pelias mecum Virg. Aen. 2, 435. Non facile diuelli a Polemonis et Peripateticorum finibus Cic. Acad. 4, 132. *Apud* Capitolin. Pertin. c. 8. *itemque apud* Suet. Domit. c. 22. *pro* diuellere *legendum* deuellere *volunt viri docti.*

DIVVLSVS, a, um. Partic. [διασπασθεὶς] *Vt*, Membra diuulſa Ouid. Triſt. 3, 9, 27. Vnda diuulſa remis Idem Met. 8, 138. Amor querimoniis diuulſus Hor. Od. 1, 13, 19. Viola Plin. 21, 11.

DIVENDO, di, ditum, ĕre. [διανέμομαι] *Huic et illi vendere.* Liu. 1, 53 Quum diuendita praeda XL talenta argenti aurique recepiſſet. *Sic ibid.* 3, 13. Cic. de Lege Agr. 1, 7 c. 3 Hic permittit ſua lege Decemuiris, vt in quibus commodum ſit tenebris, vt in qua velint ſolitudine, bona Populi Romani poſſint diuendere.

DIVERBERO, āre. [διακόπτω] Scindere: Virg. Aen. 5, 502 Primaque per caelum neruo ſtridente ſagitta Hyrtacidae iuuenis volucres diuerberat auras. Seruius. Bellua diuerberatis fluctibus alleuans ſe Curt. 4, 4, 3. Ictu diuerberare aliquid Lucret. 1, 223. *i. Verberare.* Ferro diuerberat vmbras Virg. Aen. 6, 294. Sol aërias diuerberat vndas Lucret. 2, 151.

DIVERBIVM, ii. n. *Videtur efficta vox ex Graeca* διάλογος. *Eſt quidem nihil aliud* Diuerbium *quam colloquium, vbi diuiditur inter plures ſermo, vbi diuerſi loquuntur.* Diomed. 3 p. 489 *pr.* Membra Comoediarum tria ſunt, Diuerbium, canticum, chorus — Diuerbia ſunt partes Comoediarum, in quibus diuerſorum perſonae verſantur. Perſonae autem Diuerbiorum aut duae aut tres, raro autem quatuor eſſe debent: vltra augere numerum non licet. In Canticis autem vna tantum debet eſſe perſona — Latinae comoediae chorum non habent, ſed duobus tantum membris conſtant, Diuerbio et cantico. *Hic locus claſſicus eſt, ad quem reliquam* Diuerbii *et* Diuerbiorum *mentionem accommodare oportet, nec difficile eſt.* Liu. 7, 2 Liuius (*Andronicus ille*) — dicitur, cum ſaepius reuocatus (*carmen, quod placuiſſet, repetere iuſſus*) vocem obtudiſſet, venia petita puerum ad canendum (*canticum, quod ipſe Poëta Liuius fecerat, geſtuque iam agebat*) ante tibicinem (*modos praeeuntem*) cum ſtatuiſſet, canticum (*illud,* μονῳδίαν *vnius perſonae perpetuam*) egiſſe aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis vſus impediebat. (*Difficile enim nimis eſt canere, corpore interim ſaltatione illa hiſtrionica exercito*) Inde ad manum (*illam loquacem hiſtrionum, cuius maxime opus eſt ſaltatio*) cantari hiſtrionibus coeptum, Diuerbiaque tantum (*vbi vices loquentium reſpirare ſinunt*) ipſorum (*agentium hiſtrionum*) voci relicta. Auſon. Eidyll. 4, 60 p. 315 *Toll.*

Tu quoque, qui Latium lecto ſermone Terenti
Comis, et adſtricto percurris pulpita ſocco,
Ad noua vix memorem diuerbia coge ſenectam.

Hoc dicit, per occaſionem ſtudiorum nepotis ſui ſe ad Terentii lectionem reuocatum iri, et velut actionem. Donat. Prolegom. Terent. *extr.* Diuerbia hiſtriones pronuntiabant, Cantica vero temperabantur modis non a Poëta, ſed a perito artis muſicae factis. *Et in* Praefat. Andr. Diuerbiis auctenticis (*leg. cum viris doctis* ac canticis) lepide diſtincta eſt. Trimalchio Petronianus 64 *de* Diuerbiis *hiſce inaudiuerat aliquid cum ad ſuum ſeruulum*, Tibi dico, inquit, Plocrime, nihil narras, nihil nos delectaris? et ſolebas ſuauis eſſe, canturire belle, deverbia adicere melica. *Intellexit, credo, partes fabularum, quas ſeruulus, dum agerentur, arripuerat.* ¶ 2 *Quis autem Seruius, et vbi* Diuerbium *dicat* primam fabulae partem, Protaſin, *non dixerim.*

DIVERGIVM, ii. n. *Amnis in diuerſum vergens.* Frontin. de R. Agr. p. 278 Aquarum diuergiis. *Add.* Sic. Flacc. de Condit. Agr. p. 24 *Goeſ.* Diuergiis aquae fines inter ſe diuidebant Aggen. in Frontin. p. 288 *Keuch.*

DIVERSE. Adu. Ter. Andr. 1, 5, 25 Tot me impediunt curae, quae meum animum diuerſe trahunt. Pauci paullo diuerſius ceciderant Sall. Cat. c. *vlt.* Quibus diuerſiſſime afficiebatur Suet. Tib. c. 66.

DIVERSICŎLOR, ōris. m. Mart. Capell. 1 p. 6. *et* 8 p. 274.

DIVERSĬTO, āre. *f.* DIVERSITOR, āri. [θαμινὰ καταλύω] Frequent. *a* Diuerto *pro Deflecto.* Gell. 17, 20 Non ad vocularum eius amoenitatem, nec ad verborum venuſtates diuerſitandum. *Sed in nonnullis exemplaribus inuenitur*, Deuerſitandum.

DIVERSITOR, ōris. m. *Vt* Diuerſor, *Hoſpes aliquo diuertens* Petron. c. 79 *et* 95.

DIVERSOR, āri. Dep. [κατάγομαι, καταλύω] *Idem quod Diuerto, f.* Deuerto, *in via aut peregrinatione apud aliquem eſſe, et verſari vt hoſpitem.* Cic. Verr. 1, 69 Apud quem diuerſatus es. *Conf.* Liu. 23, 8. Cic. Tuſc. 5, 22 c. 8 Quum Athenis apud eum diuerſarer. Cum aliquo Apul. Met. 7 p. 188. Cic. Verr. 1, 64 Rubrium, delicias ſuas in omnibus huiusmodi rebus adiutorem ſuum et conſcium parum laute diuerſari dicit, ad Philodamum deduci iubet. Idem Verr. 1, 69 c. 27 Omnes ad eam domum in qua iſte diuerſabatur, profecti ſunt.

DIVERSANS, antis. Partic. Gell. 12, 11 Diuerſans in quodam tugurio extra vrbem.

DIVERSOR, ōris. m. [καταγωγεὺς] *Qui in hoſpitium diuertit, hoſpitandi gratia.* Cic. de Inuent. 1, 15 c. 4 Caupo non multo poſt conclamauit hominem eſſe occiſum, et cum quibusdam diuerſoribus illum, qui ante exierat, conſequitur.

DIVERSORIVM, ii. n. [καταγώγιον] *Idem quod Diuerticulum. Ac proprie quidem, vſu duntaxat Ciceronis* diuerſorium *eſt locus ad viam vel amici vel noſter, vbi diuertere et interquieſcere liceat: hoſpitium vbi alieno beneficio aliquamdiu moramur: caupona ſtabulum meritorium, fere humile vel libidinoſum: taberna locus, leuiter aedificatus et inſtructus ad artifices recipiendos, vel potores etc. Vid. Manut. ad* Cic. Fam. 6, 19 *pr. Lotius tamen patere* Diuerſorii *appellationem, et transferri eleganter, ad omnem breuem commorationem, exempla declarabunt.*

Cic.

Cic. de Seneƈt. 84 c. 23 Commorandi enim natura diuerſorium nobis, non habitandi dedit. Idem de Orat. 1, 234 Requieſcam in Caeſaris ſermone, quaſi in aliquo peropportuno diuerſorio. Paruo diuerſorio refecti Petron. c. 124. *Add.* Id. c. 9 *et* 19. Apul. Met. 8 p. 215. Cic. Fam. 6, 19 Nam et villa et amoenitas illa, commorationis eſt, non diuerſorii. Idem Fam. 7, 24 Nae ego multo libentius emerim diuerſorium Tarracinae, ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim. *Per Metaph.* Diuerſorium flagitiorum, et officina nequitiae Cic. pro Roſc. Amer. 134 c. 46. Idem de Orat. 2, 290 Sed iam tu Antoni, qui hoc diuerſorio ſermonis tui libenter acquieturum te eſſe dixiſti, *etc.* *Et* Philipp. 2, 104 Studiorum enim ſuorum Marcus Varro voluit eſſe illud, non libidinum diuerſorium.

DIVERSORIŎLVM, i. n. Dimin. [*καταγωγίδιον*] Cic. Fam. 12, 20 Niſi quod Sinueſſanum diuerſoriolum contemſiſti.

DIVERSORIVS, a, um. Adi. [*καταγωγιαῖος*] *Vt*, Taberna diuerſoria Plaut. Men. 2, 3, 81. Suet. Neron. c. 27 Diſpoſitae per litora et ripas diuerſoriae tabernae. *Conf. Bourdelot. et Burm. ad* Petron. 9 p. 40.

DIVERSORIARIVS, i. m. *πανδοχεὺς* Gloſſ. Gr. Lat.

DIVERSVS, a, um. Adi. [*ἀλλοῖος, πολυειδὴς*] *Qui aliorſum vertit ſe.* Caeſ. B. G. 2, 24 Quum Numidas diuerſos diſſipatosque in omnes partes fugere vidiſſent. Age diuerſas naues. Quo diuerſus abis? Virg. Aen. 5, 166. Idem Aen. 1, 70. Quum diuerſi diſceſſiſſent Nep. 14, 11, 3. Diſtendite hominem diuerſum Plaut. Mil. 5, 14. *i. in partes oppoſitas.* Idem Merc. 2, 4, 2 Pantheum diripuiſſe aiunt Bacchas: nugas maximas Fuiſſe credo, praeut quo pacto ego diuerſus diſtrahor. ❡ 2 *Sed multo latius patet* Diuerſus, *ac pro Contrario, vel Oppoſito, et Aduerſo ponitur: aut etiam diſſimili et vario: vt ſequentia declarant:* Sententia priori diuerſa Quinct. 2, 3. Quae commodis, vtilitate, et prope natura diuerſa ſunt, voluntate coniungere difficile eſt Cic. Qu. Frat. 1, 1, 12. Idem Acad. 4, 101 c. 32 Certa igitur cum illo, qui a te totus diuerſus eſt. *Et* de Clar. Orat. 307 c. 90 Haec videntur eſſe a propoſita ratione diuerſa. Cic. in Somn. Scip. 15 c. 6 Cernis autem eandem terram, quaſi quibusdam redimitam et circumdatam cingulis: e quibus duos maxime inter ſe diuerſos, et caeli verticibus ipſis ex vtraque parte ſubnixos, obriguiſſe pruina vides. Sall. Catil. 5 Peſſima ac diuerſa inter ſe mala, luxuria atque auaritia. Cic. Topic. 53 c. 12 Deinceps eſt locus Dialecticorum proprius ex conſequentibus et antecedentibus et repugnantibus, qui etiam ab adiunctis longe diuerſus eſt. Idem Philipp. 5, 49 Longiſſime diuerſa ratio. Plin. 19, 8 Eruca diuerſae eſt, quam lactuca naturae. Quinctil. 1, 4, 29 *Pranſus* atque *potus* diuerſum valent quam iudicant. Cic. de Inuent. 1, 33 Hoc igitur vitandum eſt, ne cuius genus poſueris, eius ſecum aliquam, ſicuti diuerſam et diſſimilem partem ponas in eadem partitione. Tacit. Ann. 14, 30 Stabat pro litore diuerſa Acies, *vid.* ACIES. Animos diuerſos ducere, *i. Diuerſa cogitare* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 119. *Sed* Tac. Hiſt. 4, 84 Animi diuerſus, *i. varius, incertus,* modo numen paueſcere, modo minis *etc.* Caedes diuerſae Virg. Aen. 12, 500. Diuerſa de Cauſa, *i. Prorſus alia et contraria:* Varro, Itaque inſtitutum diuerſa de Cauſa, vt ad alius Dei aram ex caprino genere hoſtia adduceretur, ad alius non ſacrificaretur. Curae diuerſae vocant animum in contraria Virg. Aen. 12, 487. Diuerſi, *ſubaud. Homines.* Cic. Philipp. 2, 93 Sunt ea quidem innumerabilia, quae a diuerſis emebantur non inſciente te. Diuerſos diuerſa iuuant, non omnibus annis Omnia conueniunt, res prius apta nocet Vetus Poëta ſub Corn. Galli nomine 1, 103. Tacit. Ann. 12, 69 Mox nullo in diuerſum auctore, quae offerebantur ſecuti ſunt. Idem Ann. 11, 19 Caeterum is terror milites hoſtesque in diuerſum affecit. Liu. 1, 28 Exinde duabus admotis quadrigis, in currus earum diſtentum illigat Metium, deinde in diuerſum equi concitati, lacerum in vtroque curru corpus, qua inhaeſerant vinculis membra portantes. In diuerſum curuari, *vid.* CVRVO. In diuerſum ſterni, *vid.* IN. Iter diuerſum quisque ſequimur Ouid. ex Ponto 2, 10, 18. Cic. de Clar. Orat. 258 Confluxerunt enim et Athenas, et in hanc vrbem multi inquinate loquentes ex diuerſis Locis. Idem pro Lege Manil. 9 c. 4 Vt quum duobus in Locis disiunctiſſimis, maximeque diuerſis, vno conſilio, ab vnis hoſtium copiis bellum terra, marique gereretur. Diffugêre paſſim per diuerſa Loca Virg. Aen. 5, 676. Loca diuerſa petimus Ouid. Triſt. 1, 9, 49. Cic. pro Lege Manil. 46 Quod ex Locis tam longinquis, tam diuerſis, tam breui tempore omnes vna huic ſe dediderunt. Mens diuerſa Stat. Achill. 1, 200. *i. in diuerſas cogitationes diſtracta.* *Sed* Sil. 8, 351 *Varronis et Aemilii* Mens diuerſa, *i. contraria.* Partes diuerſae *dicuntur, Quae inter ſe decertant.* Ouid. de Rem. Amor. 50. Suet. de Clar. Grammat. c. 9 Interrogatus diu a Varrone diuerſae Partis aduocato, quidnam ageret, et quo artificio vteretur. Plin. Epiſt. 10, 42 Quum diuerſam Partem prouinciae circumirem, Nicomediae vaſtiſſimum incendium, multas priuatorum domos, *etc.* Ripa diuerſa, *i. aduerſa* Sil. 1, 264. Cic. de Orat. 1, 262 c. 61 Caetera quae collegiſti ex variis et diuerſis Studiis, et artibus, tametſi es omnia conſequutus, tamen ab Oratoris proprio officio atque munere ſeiuncta eſſe arbitror. ❡ 3 *Obſeruatt.* Diuerſus *pro longe remoto.* Ouid. Her. 15, 11 Arua Phaon celebrat diuerſa Typhoidos Aetnae. Diuerſus, *pro E regione.* Lucan. 3, 327 Telaque diuerſi prohibentes ſpargere fratres. *h. e. In altera acie.* Ex diuerſo caeli, *i.* Ex ſecreto montium, *vt ait* Seruius: Virg. Aen. 3, 232 Rurſum ex diuerſo caeli, caecisque latebris Turba ſonans vncis praedam circumuolat alis. Erumpentia e diuerſo maria Plin. 4, 4. *Vid.* CONVEHO ex diuerſo. Nec te diuerſus Apollo Reſpicit Calpurn. Ecl. 4, 9. Diuerſi interrogabantur, *i. Seorſim* Tacit. Ann. 15, 56. Diuerſus *et* Aduerſus *ſaepe a librariis confundi monent viri docti apud Drakenb. ad* Sil. 1, 264. *Compar.* Plin. 12, 19 Pretia nulli diuerſoria. Populus diuerſior nunquam confluxit. Claud. in pr. Conſ. Stil. 1, 153. *Superl.* Mittit in diuerſiſſimam partem Galliae Hirt. B. G. 8, 24. Ingenium ad diuerſiſſimas res, parendum atque imperandum habile Liu. 21, 4.

DIVERSE. Adu. *Vid. paullo ante ſub elementis ſuis, vt et* DIVERSICOLOR, DIVERSOR *etc.*

DIVERSĬTAS, ātis. f. [*ἀλλοιότης*] *Contrarietas.* Plin. Epiſt. 7, 30 Sed tamen imitarer et ſequerer quantum aut diuerſitas ingeniorum, maximi et minimi, aut cauſae ſimilitudo pateretur. Plin. 11, 37 Oculi in homine numeroſiſſimae diuerſitatis et differentiae. *Ex antiquo exemplari legitur* Varietatis. *Vulgare dictum eſt:* Diuerſitas morum odium parit, *de cuius ſenſu vid. Barth. ad* Stat. Theb. 5 p. 240. Locorum diuerſitas Mamertin. Paneg. ad Maximian. c. 11. Quanta inter hanc aciem fori et noſtra illa ſecreta ſtudiorum exercitia diuerſitas Eumen. pro reſt. ſchol. c. 2.

DIVERTICŬLVM, i. n. [*κατάλυμα, ἀτραπὸς, ἀτραπιτὸς*] *Eſt vbi Iter de via flectitur.* Et proprie diuerticula dicuntur in via domicilia, ad quae de itinere diuertendum ſit. Ter. Eun. 4, 2, 7 Vbi ad ipſum veni diuerticulum, conſtiti. *Haec* Donatus. Diuerticula (*inquit* Seruius *ad* Aen. 9, 379) ſunt Semitae tranſuerſae, quae ſunt a latere viae militaris. Plin. 14, 3 Decimi lapidis ab Vrbe diuerticulo. *Conf.* Suet. Ner. c. 48. Martian. in l. ſi quisquam D. de diuerſ. praeſcript. Si quisquam in fluminis publici diuerticulo pluribus annis piſcatus ſit, *etc.* *Pro Diuerſorio:* Liu. 1, 7, 4 Quum gladii abditi ex omnibus locis diuerticuli protraherentur, *etc.* Diuerticulum, *etiam dicimus, vnde nos a propoſito receſſimus.* Ab rerum ordine declinare varietatibusque diſtinguendo opera et legentibus velut diuerticula amoena et requiem animo ſuo quaerere Liu. 9, 17. Iuuen. Sat. 15, 72 A diuerticulo repetatur fabula primo. *Conf.* Val. Max. 2, 6, 9. Rutil. Itin. 2, 61. Cic. pro Roſc. Com. 51 Hoc quum ſentit Saturius eſſe apertum, reſiſtere et repugnare contra veritatem non audet: aliud fraudis et inſidiarum in eodem veſtigio diuerticulum reperit. Diuerticulum quaerere peccatis, aut dolis Plaut. Capt. 3, 3, 8. Confugere ad diuerticula deſidiae Quinctil. 12, 3 *extr.* *Apud* Eundem 9, 2 Diuerticula et anfractus, et ſuffugia ſunt infirmitatis. Cic. in Partit. 136 Ne diuerticula peccatis darentur. Idem in Piſon. 53 Quos tu Maeandros, dum omnes ſolitudines perſequeris, quae diuerticula, flexionesque quaeſiſti?

DIVERTO, ti, ſum, ĕre. *vel* DIVERTOR, ĕris, ti. [*καταλύω*] *Quod ſcribitur etiam* DEVERTO, *differentia aut nulla aut exigua, eſt de via et in diuerſam partem decedere, curandi corporis aut quacunque alia de cauſa: item, in hoſpitio eſſe et commorari, quod* Diuerſari *etiam dicunt. Apud comicos legitur et* Deuorto, *ſiue* Deuortor. Diuerterat ad Terentiam ſalutatum Cic. Att. 10, 18. Idem Verr. 3, . . Locusque ei publice, quo diuerteretur, datus eſt. A matrimoniis diuertentes Gell. 4, 3. Cic. de Diuin. 1, 57 c. 27 Quum duo quidam Arcades familiares vna iter facerent, et Megaram veniſſent, alterum ad cauponam diuertiſſe, ad hoſpitem alterum, *etc.* *Add. de fin.* 5 c. 2. Plaut. Poen. 3, 3, 60 Vt diuortatur ad me in hoſpitium optimum. Liu. 42, 1 Domus eorum hoſpitibus patebant, apud quos ipſis diuerti mos eſſet. Plaut. Mil. 2, 1, 57 Aduolat adoleſcens, atque in proximo diuertitur apud hoſpitem paternum. Diuertere in tabernam Cic. de Inuent. 2, 14 c. 4. Varr. de R. R. 2, 11 *extr.* Vituli libertus in vrbem veniens ex hortis diuertitur ad nos. *MS.* Deuertitur. Ouid. Amor. 2, 6, 9 Alitis in rarae miſerum diuertite funus. *Inuitat aues ad funus pſitaci mortui.* Diuerto huc ad Doripam Plaut. Merc. 4, 7, 54. Diuertor huc in tabernam tertiam Idem Pſeud. 2, 2, 63. Diuertere in villam Cic. Off. 2, 64. Idem de Orat. 2, 90 Tanquam in Pontinum diuerteris. Diuertor domum Ter. Phorm. 2, 1, 81. Cic. pro Deiot. 17 Quum, inquit, in caſtellum Luceium veniſſes, et domum regis hoſpitis tui diuertiſſes. Idem Philipp. 13, 13 c. 6 Nuntient ſe Pompeii conueniendi cauſa diuertiſſe Maſſiliam, eumque cognouiſſe, *etc.* Plin. in Paneg. c. 52 Ingentes hoſtiarum greges per Capitolium iter magna ſui parte velut intercepti, diuertere via cogebantur. Quinctil. 2, 3, 9 Et recto itinere lapſi plerumque diuertunt, *al.* deuertunt. ❡ 2 *Obſeruatt. Metaph.* Diuertere, *A propoſito diſcedere.* Quinct. 2, 11, 5 Ad alia deinceps — diuertunt. *Al.* Deuertunt. Ouid. Art. 2, 425 Docta quid ad Medicas Erato diuerteris artes (deuerteris *Burm.*) Plin. 2, 7. *Vid.* Egredi, *pro Digredi, in* EGREDIOR. Redeamus illuc, vnde diuertimus Cic. Fam. 12, 25 *Actiua ſignificatione:* Lucan. 2, 469 Victor cedentibus inſtat, Diuertitque acies. *i. Auertit, abducit. Sed Cort.* Deuertit. Diuertunt mores virgini longe ac lupae: *i. Multum differunt, diuerſi ſunt* Plaut. Epid. 3, 3, 22.

DIVERTENS, entis. Part. Columel. 1, 5, 7 *vetat villae* iunctam *eſſe* militarem viam: quod — praetereuntium viatorum populationibus, et aſſiduis diuertentium hoſpitiis infeſtat rem familiarem.

DIVORTIVM, i. n. *Diſceſſio aquarum, in primis in loca diuerſa.* Cic. Fam. 2, 9 Quum veniſſem ad Amanum, qui mons mihi cum Bibulo communis eſt, diuiſus aquarum diuortiis: Caſſius noſter, *etc.* *Sic* Att. 5, 20 Inde ad Amanum contendi, qui Syriam a Cilicia aquarum diuortio diuidit. Aquarum diuortio (*ait in eum locum Paullus Manutius*) diuidi montes *dicuntur, quum in eos imbres delapſi, quia conſiſtere in ſummo iugo non poſſunt, bifariam diuiduntur, et deorſum praecipitant. Idem etiam in ſuperiorem illum* Ciceronis *locum ex* Epiſt. Familiar. *ſic ait, Non dixit* Cicero, *diuiſus fluuio, aut diuiſus aquis, ſed* diuiſus aquarum diuortiis. Diuortium *autem* aquarum *ita fit: Cadunt in montem aquae pluuiae. is mons quum ſit procliuis, vtrinque defluant et decurrant neceſſe eſt. Ita fit, vt diuidantur, et earum quaſi* diuortium *fiat. Itaque dixit* de Orat. 3, 66 Vt ex Apennino fluminum, ſic ex communi ſapientium iugo, ſunt doctrinarum facta diuortia. *i.* (*vt interpretatur Strebaeus*) *Diductae contrariae ſectae. De eod.* Apennino Lucan. 2, 402 Fontibus hic vaſtis immenſos concipit amnes Fluminaque in gemini ſpargit diuortia ponti, *i. in mare ſuperum et inferum.* Liu. 38, . . *de Cn. Manlio:* Admouiſſe tamen exercitum, et prope ipſis iugis ad diuortia aquarum caſtra poſuiſſe. *i. Ad eum locum, vnde aquae duas in partes diuiſae incipiunt defluere. A quo igitur loco ex Amano monte Ciliciam verſus aquae dilabebantur, ad eum vſque locum Cilicia pertinebat. et ex altera montis parte, eadem Syriae, quam Bibulus regebat, erat ratio. Terminum enim habebat eum locum, vnde in eam ex Amano defluere aquae incipiebant. Conf. Turneb. 14, 11.* Virg. Aen. 9, 379 Obiiciunt equites ſeſe ad diuortia nota. *i. Ad viarum flexus, et biuia. Conf. h. l.* Seru. *Sic* Diuortia itinerum Tac. Agr. 19. Idem Ann. 12, 63 Arctiſſimo inter Europam Aſiamque diuortio Byzantium in extrema Europa poſuere Graeci. ❡ 2 *De diſtractione ac diſcidio coniugum metaphorice ponitur.* Cic. pro Cluent. 190 Itaque apud caeteros nouis inter propinquos ſuſceptis inimicitiis ſaepe fieri diuortia atque affinitatum diſſidia vidimus. Diuortium, *vt ait* Caius, De diuortiis, l. Diuortium, a diuerſitate mentium dictum eſt: vel quia in diuerſas partes eunt, qui diſtrahunt matrimonium Modeſtinus de Verb. Significat. l. 101 §. 1 Diuortium inter virum et vxorem fieri dicitur, Repudium vero ſponſae remitti videtur, quod et in vxoris perſonam non abſurde cadit. Claud. in Eutrop. 1, 65 Quae gemuit! quanto planxit diuortia luctu? Diuortium facere Plaut. Aulul. 2, 2, 56. Diuortium facere cum vxore, *vel* alia *concubina* Suet. in Tit. Veſp. c. 4. Gell. 4, 3. Cic. Philipp. 2, 69 c. 28 Cuius ex omni vita nihil eſt honeſtius, quam quod cum mima fecit diuortium.

DIVORTIO, āre. Ad Laeſtrygonas diuortiauit Vlyſſes, *i. diuertit, apud* Hygin. fab. 125 *legit ex MS. Barth. Adu. 8, 6. Sed locus ille mutilus et corruptus: verbum barbarum.*

DIVES, diuĭtis. Adi. [πλέσιος, πολυκτήμων] *Quid ſignificet, declarat* Cicero *his verbis in* Parad. 6 Quem intelligimus diuitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus? Opinor in eo, cui tanta poſſeſſio eſt, vt ad liberaliter viuendum facile contentus ſit. *Haec popularis definitio: philoſophica magis illa.* Nequaquam mihi diues eſt, quamuis multa poſſideat, qui neque finem habet cupiendi, neque modum ſtatuit vtendi Rutil. Lupus de fig. ſent. l. 2 de glocolo. Varro de L. L. 4, 17 Diues, a Diuo: qui, vt Deus nihil indigere videtur. *Hinc* Plaut. Trin. 2, 4, 89 Dei diuites ſunt, Deos decet opulentia. *Aliter ludit* Iſidor. l. 10 Diues ab aere vocatus, vel diu veſcens. Cic. in Parad. 6 Improbi autem et auari, quoniam incertas atque in caſu poſitas poſſeſſiones habent, et plus ſemper appetunt, nec eorum quiſquam adhuc inuentus eſt, cui quod haberet eſſet ſatis: non modo non copioſi ac diuites, ſed etiam inopes ac pauperes exiſtimandi ſunt. Ex pauperrimo diues factus Cic. in Vatin. 30. Diues ſum ſatis Plaut. Aulul. 2, 1, 44. ¶ 2 *Iungitur Genitiuo:* Agri Sil. 5, 260. Artium diues Hor. Od. 4, 8, 5. Auorum Sil. 8, 526. Auri Id. 3, . . Plaut. Amph. 1, 1, 16 Diues Operis, et laboris expers. Virg. Georg. 2, 468 Vita diues Opum variarum, et latis otia fundis. Idem Aen. 9, 26 Diues Pictaï veſtis, et auri. Pecoris diues Virg. Ecl. 2, 20. Rerum multarum diues Hor. Epiſt. 2, 2, 31. Diues, *Ablatiuo.* Cic. Off. 2, 53 P. Craſſus tum Cognomine diues, tum copiis functus eſt Aedilicio maximo munere. Stat. . . . Vt ſatis oſtro diues et Auro. Auri congeſto pondere diues Ouid. Epiſt. 17, 224. Diues Agris, ad antiquum morem dictum, *teſte* Seruio. Virg. Aen. 7, 537 Auſoniiſque olim ditiſſimus aruis. Hor. Serm. 2, 3, 168 Diues antiquo Cenſu. *Vid. Burm. ad* Petron. c. 79 p. 391. Diues agris, diues poſitis in fenore numis Hor. de Arte Poët. 421. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 5, 260. Diues auis, *Maioribus praepotens* Virg. Aen. 10, 201. Forma diuitior puella, *i. Inſigni forma praedita* Ouid. Met. 6, 452. Pecore diues Hor. Epod. 16, 19. Tellure multa diues Idem Epod. 15, 19. Virg. Aen. 4, 37 Quos Africa terra triumphis Diues alit. *i.* Bellicoſa. Seruius. ¶ 3 *Subſtantiua:* Ager diues frugum Claud. de B. Gild. 509. Animus hominis diues Cic. in Parad. 6, 1. Aurum diues Tibull. 1, 9, 31. Cultus diues Ouid. Epiſt. 16, 189. Cultu diuite luxurians Parthus Claud. Epigr. 84 *de Phoenice.* Dote diues filia Ouid. Epiſt. 11, 100. Epiſtolam diuitem *vocat* Ouidius, *quae multa pollicetur et magna* Epiſt. 17, 65 Munera tanta quidem promittit epiſtola diues. Fortuna diues Propert. 3, 1, 59. Gemma diues Idem 3, 4, 4. Ingenium diues, *i. Fecundum* Ouid. Triſt. 2, 335 Diuitis ingenii eſt, ingentia Caeſaris acta Scribere. Hor. Epiſt. 2, 2, 121 Latiumque beabit diuite lingua. Menſae diuites Hor. Serm. 2, 4, 87. Ouid. Faſt. 2, 535 Pietas pro diuite grata eſt Munere. Marmore diues opus Ouid. de Arte Am. 1, 70. Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt Idem Arte Am. 1, 444. Valer. 2, 1, 1 Diues et praepotens naturae Regnum ſcrutatus, iniiciam ſtilum, *etc.* Spes diues, *i. Quae magna nobis promittit* Hor. Epiſt. 1, 15, 19. Diues, *pro Homine diuite, ſubſtantiue cum appoſito Adiectiuo ponitur ab* Ouid. Amor. 3, 7, 50 Quid mihi fortunae tantum? quid regna ſine vſu? Quid niſi poſſedi, diues auarus opes! ¶ 4 *Compar.* Plaut. Pſeud. 5, 2, 24 Nam hinc nunquam eris numo diuitior. Cic. de Orat. 3, 183 c. 48 Inde ille licentior et diuitior fluxit Dithyrambus. Martial. 1, 77 Romanum propius, diuitiusque forum. Diuitior Criſpo, Thraſea conſtantior Martial. 4, 54. Oppida diuitiora Ouid. Her. 16, 34. Lucret. 5, 1114 Diuitioris enim ſectam plerumque ſequuntur. *Superl.* Cic. de Diuin. 1 c. 36 Midae — formicae in os tritici grana congeſſerunt: diuitiſſimum fore praedictum eſt. *Sic optimi quique: ſic et* C. Nepos 19, 1, 2. *Sed frequentioris vſus eſt* Ditiſſimus, *de quo in* DIS.

DIVITO, āre. [πλετίζω] *Diuitem facere.* Accius *apud* Non. 2, 201 Nihil credo auguribus, qui aureis verbis diuitant Alienas, ſuas vt auro locupletent domos. Turpilius Thraſyl. Dii me diuitant. *Sed* DITO *frequentius et receptius eſt, quod vide.*

DIVITIAE, arum. f. *pl.* [πλῦτος, ἄφενος] *Opes, copiae.* Cic. Off. 1, 21 Expetuntur autem diuitiae tum ad vſus vitae neceſſarios, tum ad perfruendas voluptates. *Sing.* Diuitia ex Accio *eſt apud* Non. 7, 64 Aeternabilem diuitiam partiſſent. Diuitiarum modus primus, habere quod neceſſe eſt; proximus, quod ſatis eſt Sen. Epiſt. 2. Aſiae diuitiae Propert. 1, 6, 14. Arabum diuitiae potentes *pro Maximis dicuntur* Stat. Silu. 5, 1, 61. Croeſi diuitiae. . . . Grandes diuitiae Lucret. 5, 1117. Improbae Hor. Carm. 3, 24, 63. *improbitate quaeſitae.* Luculentae, *vid.* LVCVLENTVS. Miſerae Hor. Serm. 2, 8, 18. Molles Iuuen. Sat. 6, 299. Operoſae, *i. Quae curam multam et laborem exigunt* Hor. Carm. 3, 1, 48 Cur valle permutem Sabina Diuitias operoſiores? Opportunae, vt vtare Cic. de Amicit. 22. Potentes Arabum *modo laudatae ex* Stat. Silu. 5, 1, 61. Pulchrae Hor. Serm. 2, 3, 94. Regales Idem Epiſt. 1, 12, 5. Stat. Silu. 2, 2 Non tibi Sepoſitas infelix ſtrangulat arca Diuitias. ¶ 2 *Verborum formulae:* Abundare diuitiis Ter. Heaut. 3, 2, 17. Adoptare in diuitias, *vid.* ADOPTO. Affluere diuitiis Lucret. 6, 13. Angi diuitiis, *vid.* ANGO. Augere diuitiis aliquem Cic. de Lege Agr. 2, 67. Auctus diuitiis et honoribus Ouid. Triſt. 2, 45. Cogere diuitias, *i. Accumulare* Iuuen. Sat. 14, 135. Corrumpi diuitiarum contubernio Sen. Epiſt. 20. Conduplicare diuitias Lucret. 3, 71. Congerere diuitias auro Tibull. 1, 1, 1. Creſcunt diuitiae Iuuen. Sat. 14, 139. Diuitiae ludibrio luxurioſis ſunt Sall. Catil. 13. Extructae in altum diuitiae Hor. Carm. 2, 3, 20. Diuitias Facere ex re aliqua Plaut. Perſ. 4, 4, 100. Inclytum diuitiis templum, *vid.* INCLYTVS. Incumbere repertis diuitiis Virg. Aen. 6, 610. Miniſtrare diuitias alicui Ouid. Amor. 3, 6, 94. Parare Ter. Andr. 4, 6, 2. Parere diuitiis Hor. Serm. 2, 3, 95. Suggerere diuitias alicui Ouid. Met. 15, 81. ¶ 3 *Formulae aliae:* Cic. Att. 1, 4 Quod ſi aſſequor, ſupero Craſſum diuitiis, atque omnium vicos et prata contemno. Facilem ſibi eſſe ad diuitias viam, quo die poenituiſſet bonae mentis Sen. praef. l. 4 Qu. Nat. In diuitiis eſſe, *vid.* IN.

DIVITIARIVM, ii. n. *Theſaurus.* Ambroſ. de Off. . . Sapienti et iuſto totus mundus diuitiarium eſt. *Vid. Barth. Aduerſ.* 35, 22.

DIVITATIO, ōnis. f. *Ratio diteſcendi ſ. diuitias conſequendi.* Genus diuitationis ſibi non diſplicere confeſſus eſt Petron. c. 117. *Sed variat lectio. Burm.* Diuinationis.

DIVEXO, āre. [διακακόω] *Vehementer vexare.* Diuexare rem ſuam, *vt Dilapidare* Plaut. Perſ. 5, 2, 4. Cic. Philipp. 11, 4 c. 2 Alteri ſe Brutus obiecit, impetumque furentis, atque omnia diuexare et diripere cupientis, vitae ſuae periculo colligauit. Diuexare agros ciuium Cic. Philipp. 13, 21 c. 9.

DIVEXATIO, ōnis. f. Auguſtino *tribuitur.*

DIVIANA, ae. f. Diana *appellata apud* Varr. de L. L. 4, 10. quaſi Diua Iana. *Vid.* DIANA.

DIVIDIA, DIVIDICVLA, *vid. mox* DIVIDO.

DIVIDO, īſi, īſum, ĕre. [διαιρέω, διαμερίζω] *Separare, diſtinguere, diſtribuere. Scaliger de cauſis L. L. c. 34 opinatur eſſe a δὶς bis, et ἰδεῖν videre; quia Quae diuiſa ſunt, ſunt Bis viſa. Voſſius autem cenſet conſtari ex* Di *vel* Dis, *et Hetruſco verbo,* Iduo, *i. Partior. vnde* IDVS *quîs menſem partiuntur, vnde et* Vidua, *quae eſt a Marito ſeiuncta: et ſic antique* Diuiduo, *pro Diuido dictum.* Caeſ. B. C. 3, 97 Caeſar copias ſuas diuiſit, partemque legionum in caſtris Pompeii remanere dixit. In globulos diuidere Scribon. 59. Sueton. de Clar. Grammat. c. 2 C. Octauius Lampadio Naeuii Punicum bellum vnico volumine et continenti ſcriptura expoſitum diuiſit in ſeptem libros. Cic. Ac. 1, 24 c. 6 De natura ita dicebant, vt eam diuiderent in res duas, vt altera eſſet efficiens, altera autem, quaſi huic ſe praebens, quae efficeretur aliquid. *Et* ſ. 27 c. 7 Eoque interire non in nihilum, ſed in ſuas partes, quae infinite ſecari ac diuidi poſſint, cum ſit nihil omnino in rerum natura minimum, quod diuidi nequeat, *etc. Sic* Cic. de Legib. 2, 6 Diuidere aequaliter in duas partes. *Add.* Id. in Orat. c. 40. Cic. de N. D. 3, 6 Omne animal ſecari ac diuidi poteſt. Partiri ac diuidere Idem in Orat. 117. *Et* de Fin. 1, 21 Tollit definitiones: nihil de diuidendo ac partiendo docet. Cic. pro Sulla 42 Deſcribi ab omnibus ſtatim librariis, diuidi paſſim et peruulgari, atque edi Pop. Rom. imperaui: diuiſi toti Italiae, diuiſi in omnes prouincias. Plaut. Poenul. 3, 5, 30 Vt eo me priuent, et inter ſe diuidant. Cic. Orat. c. 32 Cumque ambigue multa dicantur, quomodo quidque eorum diuidi explanarique oporteat, *i. diſtingui. Sic* de Legib. 1 c. 16 Atqui nos legem bonam a mala nulla alia niſi naturae norma diuidere poſſumus, *i. diſtinguere. Et* ad Att. 5, 20 Amanus Syriam a Cilicia aquarum diuortio diuidit. *Et* pro Flacco 63 c. 26 Quae tam procul a Graecorum omnium regionibus diſciplinis, linguaque diuiſa. ¶ 2 *Subſtantiua:* Cic. de Senect. 11 C. Flaminio Trib. pleb. quoad potuit, reſtitit, Agrum Picenum et Gallicum viritim contra Senatus auctoritatem diuidenti. *Add.* Suet. Aug. c. 4. Animum diuidere nunc huc, nunc illuc Virg. Aen. 4, 285. Bona diuidit tripertito Cic. Tuſc. 5, 40. *Conf.* Nep. 8, 1, 5. Caput diuiſum humeris Sil. 4, . . Carmina Hor. Od. 1, 15, 15. *i. alternis canere: vid. Iſ. Voſſ. ad* Catull. p. 239. Stat. Theb. 3, 166 Non Dextras miſeris complexibus auſim Diuidere, et tanti conſortia rumpere fati. Clarumque Titan diuidens orbi Diem Sen. Med. v. 5. Plaut. Stich. 5, 4, 15 Factum ego hoc tecum diuido, vide vtram tibi lubet etiam nunc capere, cape prouinciam. Sen. de Benef. 3, 16 Quam inuenies tam miſeram, tam ſordidam, vt illi ſatis ſit vnum adulterorum par? niſi ſingulis diuiſit Horas, *etc.* Plaut. Milit. 3, 2, 52 Quaeſo tamen tu meam partem Infortunii, Si diuidetur me abſente, accipito tamen. Medium aliquem diuidere ſecuri Hor. Serm. 1, 1, 99. Catul. 60, 15 Nos alio Mentes, alio diuiſimus aures. *i. non intendimus animum iis, quae audimus.* Cic. Att. 5, 20 Inde ad Amanum contendi, qui Syriam a Cilicia aquarum diuortio diuidit, qui Mons erat hoſtium plenus ſempiternorum. Muros diuidere Virg. Aen. 2, 234. Cic. Att. 1, 3 Sextus pater eius Numos vobis diuidere ſolebat. Singula millia Numûm a ſe diuidebat Suet. Auguſt. c. 40. Plaut. Aulul. 1, 2, 30 Diuidere argenti dixit Numos in viros. Hor. Carm. 1, 36, 6

Caris multa ſodalibus,
Nulli plura tamen diuidit Oſcula
Quam dulci Lamiae.

Sententiam diuidere: Aſconius in Cic. pro Mil. 14 c. 6 Quum aliquis in dicenda ſententia duas pluresue res complectitur, ſi non omnes hae res probantur, poſtulatur vt diuidat. id eſt de ſingulis rebus referatur ſeorſum: quo pars vna, ſi viſum fuerit, repudietur, altera recepta. Idem pro Milon. 14 c. 6 Diuiſa ſententia eſt, poſtulante neſcio quo (nihil enim neceſſe eſt me omnium flagitia proferre) ſic reliqua auctoritas Senatus empta interceſſione ſublata eſt. Plin. Epiſt. 8, 14. *Vid.* SENTENTIA, *et Briſſon. de formul. ſollemn.* 2 p. 182. Subtilius et copioſius diuidere Quinct. 4, 5. Tabulas diuidere paſſim, et peruulgare, atque edere populo Cic. pro Sulla 42. Diuidere, *pro Paedicare. Vid. paullo poſt,* DIVISOR. *Conf. Burm. ad* Petron. 11.

DIVISIBILIS, e. Adi. *Improbat Voſſius de Vit. L. L. 3, 9. pro quo elegantiſſimus quiſque dixit* DIVIDVVS, *quod vide. Sed inde eſt* Indiuiſibilis. Tertull. de Anim. c. 14 Anima non eſt diuiſibilis.

DIVĪSVS, a, um. Partic. [διῃρημένος] Virg. in Epig. Diuiſum imperium cum Ioue Caeſar habet. Ter. Andr. 3, 1 Non ſat commode diuiſa ſunt temporibus tibi Daue haec. Maligne diuiſus ager, *vid.* MALVS. Corpus diuiſum in membra Sen. Thyeſt. 8. *Intelligit omnia membra a corpore ſeparata et deciſa, vt corpus iam nullum reſtet.* Seorſum diuiſa omnia Lucret. 4, 491. Diuiſam partem iungere Scribon. 206. *i. ſeparatam. Add.* Rhod. in Lex. *Compar.* Lucret. 4, 958 Atque foras eiectus largior eius, Et diuiſior inter ſe, ac diſtractior intus.

DIVISE. Adu. Verſus ſeparatim atque diuiſe legendus Gell. 7, 2 Diuiſe pronunciandum eſt Id. 1, 22.

DIVISIM. Adu. Apul. in Aſclep. p. 413.

DIVĪSVS, ûs. m. [ἀναδασμὸς] Liu. 33, 46 Vectigalia publica partim negligentia dilabebantur, partim praedae ac diuiſui principum quibuſdam et magiſtratibus erant. *Add.* Id. 45, 30.

DIVISIO, ōnis. f. [διαίρεσις] *Separatio. Pro Separatione partium* Scribon. 206. *Sed aliter, nempe de diſtributione in genera,* Cic. Acad. 4, 148 Duo placet eſſe Carneadi genera viſorum. in vno hanc diuiſionem: alia viſa eſſe, quae percipi poſſint, alia, quae percipi non poſſint. Idem de Nat. Deor. 3, 6 Quadripartita, inquit, fuit diuiſio tua. Primum, vt velles docere deos eſſe, *etc.* Tripartita Cic. Off. 3 c. 2. Scrupuloſe in partes ſecta diuiſio Quinctil. 4, 5. Cic. Fam. 9, 22 Non honeſtum verbum eſt diuiſio? At ineſt obſcenum *(viſio)* cui reſpondet intercapedo *(pedo, pepedi)* Num haec ergo *(verba cum in* diuiſio *et* intercapedo *pronuntiantur)* obſcena ſunt? Diuiſio *pro diſtributione: vnde quae natali die populo dabantur ſportulae,* diuiſiones *vocabantur: vid.* H. Magium Miſcell. 2, 2. Lindenbrog. ad Ter. Phorm. 1, 1. *Rhetores* diuiſionem *vocant, quae vulgo dicitur diſpoſitio. Vid. Turneb. ad* Quinctil. 2, 6.

DIVISOR, ōris. m. [μεριστὴς] *Qui partitur et diuidit.* Cic. Philipp. 11 c. 6 Diuiſores Italiae, *qui ex lege agraria illam diuidere et colonis aſſignare volunt.* *Et* 5 c. 7 Tantum quisque habebat poſſeſſor, quantum reliquerat diuiſor Antonius. ¶ 2. *Speciatim* Diuiſores *dicti operae campeſtres, i. homines, qui redimendorum contra leges ſuffragiorum cauſa per tribus pecuniam a candidatis acceptam diuiderent.* Cic. de Orat. 2, 257 c. 63 Etiam interpretatio nominis habet acumen, quum ad ridiculum conuertas; quamobrem ita quis vocetur: vt ego nuper Nummium diuiſorem vt Neoptolemum ad Troiam, ſic illum in campo Martio nomen inueniſſe. *Significat Nummium ob diuiſionum miniſterium, quas in campo factitabat, diuiſorem cognomento dictum.* Cic. Verr. 3, 161 c. 69 In furis ac diuiſoris diſciplina educatus. *Conf.* Act. 1 in Verr. 23 c. 8. *Et* Att. 1, 11 Conſul autem ille deterioris hiſtrionis ſimilis ſuſcepiſſe negotium dicitur, et diuiſores habere. Cic. de Aruſp. Reſp. 42 c. 20 Quaeſtum illum maxime fecundum vberemque, campeſtrem, totum ad ſe ita redegit, vt homo popularis fraudaret improbiſſime populum, idemque vir clemens diuiſores omnium tribuum domi ipſe ſuae crudeliſſima morte mactaret. In fragmentis pro C. Cornelio *eſt illud*, Quare cum ambitum Populus Rom. videret, et cum a tribunis pl. doceretur, niſi poena acceſſiſſet in diuiſores, exſtingui nullo modo poſſe, *etc.* Idem pro Muraen. 54 c. 26 De diuiſorum indiciis et de deprehenſis pecuniis, *in crimine ambitus a ſe diſputatum indicat.* *Et* Act. 1 in Verr. 22 c. 8 Fiſcos complures cum pecunia — ad ſenatorem illum relictos eſſe: diuiſores omnium tribuum ad iſtum vocatos, *etc. ſunt enim pluſcula.* Aſconius ad h. l. Vtrum legitimos habent omnes tribus *diuiſores* ſuos quos Plautus *magiſtros curiarum* in Aulularia vocat, his verbis, (1, 2, 29. *Add.* 2, 2, 3.) *Nam noſter noſtrae qui eſt magiſter curiae, Diuidere argenti numos dixit in viros.* An *diuiſores* criminis nomen eſt? Sed ſi hoc eſſet, non ſibi vnum ex iis carum eſſe dixiſſet. *Et fieri ſane poteſt, vt honeſtum etiam munus fuerit, ſed qui illud gererent, facile induci ſe ad crimen paterentur.* Cic. pro Planc. 48 c. 19 Quam tibi commodum eſt vnam tribum delige: tu doce id quod debes, per quem ſequeſtrem, quo diuiſore corrupta ſit. Idem Att. 1, 16 Cuius domi diuiſores haberent. Suet. Aug. c. 3 *de Auguſti patre*, Hunc quoque — inter diuiſores operasque campeſtres proditum.

DIVISVRA, ae. f. [τμῆμα] *Idem quod Diuiſio.* Plin. 12, 26. Idem 14, 3 Folio paruo et rotundo, ſine diuiſuris. *Quas* inciſuras *multis aliis locis appellat.*

DIVIDVS, a, um. Adi. *Separatus.* Accius Andromed. Nosque vt ſeorſum diuidos leto offerres. Nonius 2, 105.

DIVIDVVS, a, um. Adi. [διχότομος] *Separatus, diuiſus, dimidiatus.* Plin. 2, 18 Diuidua eſt in quadrato ſolis. Ibid. c. 67 Diuiduus globus. Plaut. Rud. 5, 3, 52 Diuiduum talentum faciam. *quod ſtatim ita explicat*, Pro illa altera, Liberta vt ſit, dimidium tibi ſume, dimidium huic cedo. Cic. de Vniuerſ. 19 Ex ea materia, quae indiuidua eſt, et quae ſemper vnius modi, ſuique ſimilis, et ex ea, quae corporibus diuidua gignitur, *etc.* Ter. Adel. 2, 2, 33 Potius quam venias in periculum Sannio, ſeruesne an perdas totum, diuiduum face, *i. dimidiam partem remitte eius, quod petis.* Ouid. Faſt. 1, 292 Inſula diuidua quam premit amnis Aqua, *i. Quam ambit fluuius ab vtraque parte.* Amne diuidui equi Ouid. de Art. Am. 2, 488. Idem Amor. 1, 5, 10 Candida diuidua colla tegente coma. *i. Diſcreta in ſummo vertice et vtrinque demiſſa.* Crines diuidui Stat. Theb. 8, 489. Luna Ouid. Met. 3, 682. *vbi conf. Heinſ.* Hor. Epiſt. 1, 17, 49 Et mihi diuiduo findetur munere quadra. Sulci diuidui Claud. Paneg. Olybr. et Prob. 102. Diuidua ferarum viſcera, *pro Diſſectis quibus carnarii in Africa veſcuntur* Plin. 5, 1.

DIVIDIA, ae. f. Taedium et moleſtia, *vt interpretatur* Nonius 2, 214. Diſcordia, *vt* Feſtus. Plaut. Bacchid. 4, 6, 1 Nimio illaec res eſt magnae diuidiae mihi, *etc. Antiquum.* Plaut. Caſin. 2, 2, 10 Nam quod tibi eſt aegre, idem mihi eſt diuidiae. Fulgentius de Priſco ſermone n. 34 per Triſtitiam *exponit ex* Propertio, Diuidias mentis conficit omnis Amor. *Videtur formatum eſſe ad ſimilitudinem Graeci* μέριμνα, *eique reſpondere; cura diuidens, ac diſtringens animum.* Vet. Gl. ἐπάχθεια, διχόνοια.

DIVIDICVLA, Antiqui dicebant, quae nunc ſunt Caſtella, ex quibus a riuo communi aquam quisque in ſuum fundum ducit. Feſtus.

DIVIDVĬTAS, ātis. f. Caius in l. Si is, qui D. ad leg. Falc. Haec itaque legata, quae diuiduitatem non recipiunt, tota ad legatarium pertinent. *i. Diuidi non poſſunt. Aliqui legunt*, Diuiditas.

DIVIDVE. Adu. Plaut. in Caſ. 2, 2, 10 *quidam legunt*, Nam quod tibi aegre eſt, idem mihi eſt diuidue. *Alii legunt*, Diuidiae.

DIVINITVS, DIVINO, DIVINVS, *vid.* DIVS.

DIVISIO, DIVISOR, *vid.* DIVIDO, *ſupra.*

DIVITIAE, DIVITO, as. *vid.* DIVES.

DIVM, *vid.* DIVS.

DIVOLVO, ĕre. Multa ſecum ipſe diuoluens Ammian. 26, 3. *i. huc illuc voluens et cogitans.*

DIVORTIVM, *vid.* DIVERTO.

DIVRNO, as. *vid.* DIV.

DIVRNVS, *vid.* DIES.

DIVRETICVS, a, um. Adi. [διουρητικὸς] *Quod vrinam ciet, et vias illius aperit, ab* οὖρον, *vrina.* Cael. Aurel. Tard. 1, 4, 117 *et* 138 Medicamina diuretica. Priſc. de Diaeta c. 9 Tripſaca herba calida et diuretica. Vina Pallad. Octob. t. 14.

DIVS, a, um. Adi. [διογενὴς] Aliquis ab Ioue genus ducens, *inquit* Feſtus. *Generoſus, diuinus,* ἀπὸ τοῦ διὸς, *i. A Ioue.* Virg. Aen. 11, 657 Quas ipſa decus ſibi dia Camilla Delegit. Dea dia Inſcr. Grut. p. 121, 1. *i.* Diana *vel* Iuno: *Vid. Geſner. ad* Caton. R. R. p. 128 *ſeq. Ph. a Turre Antt. Antii* p. 101 *et* 389. Moſella dia Auſon. Eidyll. Lucret. 5, 1386 Per loca paſtorum deſerta, atque Otia dia. *i. Diuina.* Idem 5, 942 Multaque praeterea nouitas tum florida mundi Pabula dia tulit, miſeris mortalibus ampla. Sententia dia Hor. Serm. 1, 2, 32. Dius Fidius, *vid.* FIDIVS. ¶ 2 Non. 2, 248 Diis, diutinis ac iugibus. Varro ὄνος λύρας. Quam mobilem diuum lyram ſol harmoge Quadam gubernans motibus diis veget. *Sed poteſt etiam diuinos aeternosque ex illorum ſententia ſiderum motus inter ſe conſentientes notare.* ¶ 3 Varro de L. L. 6, 3 p. 72, 4 Hinc Casmillus nominatur in Samothraces myſteriis Dius quidam adminiſter Diis magnis.

DIVM, i. n. Subſt. [ἀὴρ] Quod ſub caelo eſt extra tectum, ab Ioue, *inquit* Feſtus. *Inde* Sub dio agere Hor. Carm. 3, 5. Cic. Verr. 1, 51 c. 19 Illa quaero, quae apud te nuper ad omnes columnas omnibus etiam intercolumniis, in ſilua denique diſpoſita ſub dio vidimus. *Conf. h. l.* Aſcon. *it.* Varr. de L. L. 4, 10. Aquam caeleſtem vaſis includunt, et ſub dio in ſole habent Colum. 12, 12. *Add.* Id. praef. l. 12. Nep. 4, 5, 2. *et Vorſtii Ind. in* Nep. Sub dium rapere Hor. Carm. 1, 18, 13. Hoc eſt proferre in publicum, Porphyr. Dium fulgur appellabant antiqui Diurnum, quod putabant Iouis vt nocturnum Summani. Feſtus. Κεραυνοβόλιον ἡμερινὸν, Fulgurium Vet. Gloſſ. *leg.* fulgur dium; *Caſaub.*

DIVVM, i. n. *Idem.* Lucret. 4, 212 Sub diuo ſplendor aquaï Ponitur. Hor. Carm. 2, 3, 23 Sub diuo moreris Victima nil miſerantis orci. *Sic legit cl. Bentleius; ſed nonnulla exemplaria exhibent* Dio. Celſ. 1, 2 Ambulatio melior ſub diuo.

DIVVS, i. m. [Θεὸς] Deus, *antiqua appellatione.* Varro ad Ciceronem tertio *apud* Seru. *ad* Aen. 12, 139 Ita reſpondeat, cur dicant Deos, cum omnes antiqui dixerint Diuos. *Sic ad formulam legum XII. tabularum* Cic. de Legib. 2, 19 c. 8 Ad diuos caſte adeunto — Diuos et eos, qui caeleſtes ſemper habiti, colunto, et ollos quos endo caelo (*ſ.* coelom) merita vocauerint, Herculem, Liberum, *etc. Ob antiquitatem videntur Poëtae praeſertim retinuiſſe. Tamen etiam ex ſua perſona Diuinus: ſed ordinarie Subſtantiue etiam pro* Deo, Dea *vſurpatur.* Cic. de N. D. 2, 6 Itaque et in noſtro populo, et in caeteris deorum cultus, religionumque ſanctitates, exiſtunt in dies maiores atque meliores: idque euenit non temere, nec caſu, ſed quod praeſentiam ſaepe diui ſuam declarant. *Sed vetus formula,* Si diuus ſi diua eſſet, qui ſibi praepetem miſiſſet, volens propitius adeſſet Liu. 7, 26. Idem 29, 27 *ita precatur Scipio*, Diui Diuaeque, qui maria terrasque colitis, vos precor quaeſoque, *etc. In primis vero, vt diximus, poëticum eſt.* Effigies ſacrae diuûm Virg. Aen. 3, 148. Interpres diuûm, *Mercurius* Idem Aen. 4, 559. Numina diuûm Id. Aen. 2, 777. Pater diuûm Virg. Aen. 1, 65. *Iam* Ennius *apud* Varron. de LL. 4, 10 p. 18, 36 Diuûmque hominumque pater rex. Pax diuûm Virg. Aen. 3, 370. Reſponſa diuûm Idem Aen. 6, 799. Hor. Serm. 1, 3, 117 Et qui nocturnus diuûm Sacra legerit. Diua Virgo, *i. Diana* Senec. . . . Aequorei diui Valer. Argon. 1, 138. Benigni diui Hor. Carm. 4, 2, 51. Imi diui, *Infernales* Valer. Argon. 7, 498. Immortales diui Lucret. 5, 54. Idem 3, 52 Et nigras mactans pecudes, quas manibu' diuis Inferias mittunt. Penates diui Hor. Serm. 2, 3, 176. Diui Potes, *quos teſte* Varrone de L. L. 4, 10 p. 17, 14 Augurum libri ſcriptos habent, ſunt pro illis, qui in Samothrace θεοὶ δυνατοί. haec duo, caelum et terra, quod anima et corpus, humidum et frigidum. Praeneſtini Diui fratres *memorantur* Seruio ad Aen. 7, 678 *quorum ſoror e Vulcano concepit Caeculum, vt late ibi narratur. Alios* Diuos Fratres, *vid.* n. 4. Praeſens diuus habebitur Auguſtus Hor. Od. 3, 5, 2. Auguriis agimur diuûm Virg. Aen. 3, 5. Carentes gelida morte diui Hor. Carm. 2, 8, 11. Das epulis accumbere diuûm Virg. Aen. 1, 79. *h. e. Tu me deum facis.* Placaui ſanguine diuos Hor. Serm. 2, 3, 206. Superare diuos *is dicitur, quem ipſis etiam caelitibus feliciorem eſſe intelligi volumus* Catul. ad Lesbiam 49, 2. ¶ 2 Diua, *Dea* Armipotens diua *Minerua* Virg. Aen. 2, 425. Armiſona diua, *Pallas* Sil. 13, . . Caſta diua, *Pallas* Stat. Theb. 10, 58. Creatrix diua, *Venus* Virg. Aen. 6, 367. Cythereis diua, *Venus* Ouid. Met. 4, 288. Potens Cypri diua, *Venus* Hor. Carm. 1, 3, 1. Muſae Suet. Gram. c. 6. Triformis diua, *Hecate vel Diana* Valer. Argon. 7, 395. Hor. Carm. 3, 22, 4. ¶ 3 *Recentioribus adiectiue ponitur, pro Diuinus, v. g.* Caro diua Prud. Pſychom. v. 76. Diuae vocis Anubis Alc. Auit. 5, 64. *Vid. Cellar. Cur. Poſt. p. 243. Borrich. Cogit. p. 89 et 274.* ¶ 4 *Peculiari quadam ratione* Diui *appellati ſunt, quos conſecratione in ſidera, vel in deorum numerum, retulerant.* Seru. *ad illud* Virg. Ecl. 5, 56 Inſuetum miratur limen Olympi *ait*, quaſi nouus Deus: et quibusdam videtur per allegoriam Caeſarem dicere, qui primus diuinos honores meruit, et Diuus appellatus eſt. Idem ad 5, 45 *Diuûm* et *Deorum* indifferenter plerumque ponit Poëta, quamquam ſit diſcretio, vt *Deos* perpetuos dicamus, *Diuos* ex hominibus factos, quaſi qui diem obierint (*inepta ſatis etymologia*) vnde *Diuos* etiam imperatores vocamus. Iuuenal. (6, 115) *Reſpice riuales diuorum.* Sed Varro et Atteius contra ſentiunt, dicentes *Diuos* perpetuos, *Deos* qui propter ſui conſecrationem timentur, vt ſunt Dii Manes, quod tangit in duodecimo (139) *Diua deam ſtagnis quae fluminibusque ſonoris Praeſidet.* Diua *hic Iuno eſt*, Dea *Iuturna. Ipſa illa fluctuatio ſatis indicat* Diuos *eſſe Deos. Qui in Deorum numerum relati eſſent, vti* Deos, *ita praeſertim* Diuos *dictos eſſe, ſatis praeter libros numi quoque docent, in quibus* Diuus Iulius *Caeſar et* Diui filius *Auguſtus, etc. paſſim celebrantur: Vt* Virg. Aen. 6, 793 Auguſtus Caeſar, Diui genus. *Vid.* Sueton. Caeſ. c. 1 Iulius Caeſar Diuus annum agens, *etc.* *Add.* Aug. c. 2 et 15. Claud. c. 17. Cal. c. 38. Diuum appellare Sueton. Dom. c. 23. Diui fratres *in Pandectis appellantur M. Antoninus ille Philoſophus et L. Verus, etc. Longum Catalogum Imperatorum, qui* Diui *in* Pandectis *vocantur, dedit Briſſon. de V. S. Quin hoc communicatum etiam cum parentibus Imperatorum, vt* Diui *vocarentur, licet non ſollemni ritu conſecrati eſſent, numi teſtantur, quos produxit Spanh. diſſ. 11 p. 328 ſq. Etiam Chriſtianos Imperatores* Conſtantinum M. Iouianum *et caeteros ad* Valentinianum *vsque* II. Diuos *in publicis monumentis vocari obſeruatum eſt, v. g. a Schoepſiino de Conſecrat. Imperatt. p. 49 ſq. vnde etiam* Diuarum *exempla repeti poſſunt. Mihi itaque dubium non eſt*, Diuos *appellari poſſe magnos homines, quibus propter excellentia merita vel ſollemni ritu caeleſtis aſſignata ſedes eſt, vel quibus eam deberi, ſic indicare velimus.*

DIVINVS, a, um. Adi. [θεῖος] *Quod eſt dei, quod ad deum pertinet, ſimile Deo, dignum deo, quidquid menſuram perfectionis humanae excedit, etc.* Res diuina *ſacrificium* Ter. Eun. 3, 3, 7 Ait rem diuinam feciſſe, et rem feriam Velle agere mecum. *Add.* Nep. 23, 3, 4. *et quae damus* n. 2. Cato c. 14, 3 Si de caelo villa tacta ſiet, de ea re verba diuina vti fiant procuret. *Sic libri antiqui. In aliis exemplaribus haec duo vocabula deſunt*, diuina *et* procuret. Homo diuina et incredibili fide Cic. pro Milon. 92. ¶ 2 *Sed quam late hoc nomen pateat, optime ex Subſtantiuis, quibus adiicitur, intelligitur.* Admurmuratio diuina Senatus frequentis in aede Bellonae Cic. Verr. 5, 41. *i. admirabilis, et diuinatrix.* Amor diuinus Virg. Aen. 8, 373. Cic. de Amicit. 13 c. 4 Apollinis oraculo ſapientiſſimus eſt iudicatus, qui non tum hoc, tum illud, vt in plerisque, ſed idem ſemper, Animos hominum eſſe diuinos. Animo nihil eſt diuinius Cic. Parad. 1, 4. Aurae diuinae particula *animus humanus* Hor. Serm. 2, 2, 78. Auctoritas atque virtus diuina quaedam et inaudita Cic. poſt red. ad Quirites 7 c. 3. Beneficium Idem Fam. 10, 14 *fin.* Maior aliqua Cauſa atque diuinior hanc vim ingenuit Id. de Fin. 5 c. 11. Condimentum diuinum *quo vtuntur dii* Plaut. Pſeud. 3, 2, 37

Quid

Quid tu diuinis condimentis vtere,
Qui propagare vitam poſſis hominibus,
Qui ea culpes condimenta?

Conſilium diuinum Cic. pro Lege Manil. 10. Decor diuinus Virg. Aen. 5, 647. Domus diuinas, *i. Imperatorias, Alciatus interpretatur in* l. Ad inſtructiones C. de ſacroſ. eccleſ. *Vid.* CAELESTIS. Dona diuiniſſima Cic. de Legg. 2 c. 18. Fontes diuini Propert. 1, 18, 27. Homo diuinus, *ad communionem cum diis refertur* Virg. Aen. 5, 48 Diuinique oſſa parentis Condidimus terrae. *de Anchiſe Veneris marito. Ad artem admirabilem* Idem Ecl. 3, 37 Diuini opus Alcimedontis. *Sic*, Homo diuinus in dicendo Cic. de Orat. 1, 40. Lacus diuini, *i.* Conſecrati Virg. Aen. 3, 442. Seruius. Cic. Philipp. 5, 28 Tum illas caeleſtes diuinasque Legiones, Martiam et Quartam, *etc.* Liberalitas Cic. poſt Red. ad Quir. c. 3. Locus diuinus, *Diis conſecratus* Plaut. Moſtel. 5, 1, 55 Tum conſilia firmiora ſunt de diuinis locis. Idem Bacchid. 4, 9, 2 Quum Priami patriam Pergamum diuina moenitum Manu. Memoria diuina Cic. Acad. 4, 2. Hor. Serm. 1, 4, 43 Ingenium cui ſit, cui Mens diuinior, atque os Magna ſonaturum, des nominis huius honorem. Mens diuina Virg. Georg. 4, 220. Numen diuinum Lucret. 6, 56. Virg. Aen. 1, 403 Ambroſiaeque comae diuinum vertice Odorem Spirauere. Ouid. Faſt. 3, 22 Et ſua diuina furta fefellit Ope. *de Marte.* Os diuinum Virg. Aen. 3, 373. Pectus Petron. 138. *de formoſa.* Poëta diuinus Virg. Ecl. 10, 45. Ouid. ex Pont. 4, 3, 49 Ludit in humanis diuina Potentia rebus. Ratione nihil eſt homine diuinius Cic. de Fin. 5 c. 13. Res diuina *ſacrificium eſt, vt principio monuimus. Add.* Cic. Diuin. 2 c. 10 Nihil leuari Re diuina poteſt. *Et mox,* Omnia leuius caſura, Rebus diuinis procuratis. Idem Verr. 4, 18 Res illum diuinas apud Deos in ſuo ſacrario prope quotidie facere vidiſti. Cato R. R. 83. Sueton. Aug. c. 1 *etc. Sed ſaepe* Res diuinae *ſunt naturales. Sic praeſertim Stoici loquebantur. Pertinet huc tota* praefatio Senecae Quaeſt. Nat. *inter alia illud,* Et hoc habet *animus noſter* argumentum diuinitatis ſuae, quod illum diuina delectant. *Sed etiam alii, cum* Diuina humanis *opponunt, v. g.* Cic. Fin. 2 c. 12 Scientia diuinarum et humanarum rerum. Id. Tuſc. 5 c. 3 Diuinarum et humanarum rerum cognitio. *Claſſicus locus* Cic. Orat. 119 c. 34 *Oratorem* ne phyſicorum quidem ignarum eſſe volo. Omnia profecto cum ſe a caeleſtibus rebus referet ad humanas, excelſius magnificentiusque et dicet et ſentiet. Cumque illa diuina cognouerit, nolo ignoret ne haec quidem humana. Ius ciuile teneat, *etc. Hinc explicanda illa definitio* Vlpiani l. 10 §. 2 ff. de Iuſtitia et iure *a* Iuſtiniano *adoptata* de Iuſt. et iure §. 1 Iuris prudentia eſt diuinarum atque humanarum rerum notitia: *Nempe* Ius naturale *et* ciuile *indicat, vt* Cic. pro Roſc. Am. c. 23 Diuina et humana iura dicuntur. *Haec erudite ex Graecis etiam illuſtrata dedit in Claui Ciceron. Erneſtus.* Virg. Georg. 1, 168 Si te digna manet diuini gloria Ruris. Cic. ad Qu. Frat. 2, 8 Idib. Mai. Senatus diuinus fuit in ſupplicatione Gabinio deneganda: *laudat illius fortitudinem et conſtantiam.* Idem Philipp. 3, 26 Qui ſunt igitur reliqui, quos Sors diuina delectet? Tomacula Iuuenal. 5, 535. *i. guſtus ſuauiſſimi.* Voluptas diuina Lucret. 3, 28. ¶ 3 *Speciatim ad futurorum praeſenſionem et praedictionem pertinet.* Cic. de Diuin. 1, 81 Ariſtoteles quidem eos etiam, qui valetudinis vitio furerent, et melancholici dicerentur, cenſebat Habere aliquid in animis praeſagiens atque diuinum. Diuinus *de prudentia in conſiliis capiendis. Vid.* Nep. 25, 9, 1. Cic. Diuin. 2 c. 3 Num neſcio qui ille diuinus, ſi oculis captus ſit, vt Tireſias fuit, poſſit, quae alba ſint, quae nigra, dicere? *Sic ſaepe in hoc libro.* Hor. Carm. 3, 27, 10 Imbrium diuina auis imminentium. Motu diuino concita Manto Ouid. Met. 6, 158. Hor. Serm. 1, 9, 30 Quod puero cecinit diuina mota anus vrna. *Et* Serm. 1, 6, 114 Aſſiſto diuinis, *i. Ariolis* Martial. 3, 71 Non ſum diuinus, ſed ſcio quid facias. *Ita et* Manilius 1, 1 *Aſtrologiam* artem diuinam *dixit. Vid. Intt. ad* Petron. c. 7 Diuinam putabam.

DIVĀLIS, e. Adi. *Idem, quod diuinus apud ſequioris aeui ſcriptores.* Nomen Spartian. Carac. 11 Conſtitutiones Iuſtinian. praef. Cod. Conſtituta Symmach. 7, 96. Origo Coripp. 1, 42. Sacrum Poëta Incertus de Bebiani baptiſmo, *i. Euchariſtia.* Coripp. 4, 227 Tollitur in magnum diualis ſella triumphum, *i. curulis Imperatoris. Sic* Tecta diualia 2, 84. *Nempe vt* diuinum *ſic* diuale *eſt, quidquid principis eſt.*

DIVATVS, ὁ τῆς θείας μνήμης Vet. Gloſſ.

DIVIGĔNA, ae. θεογενὴς Gloſſ. Gr. Lat.

DIVINALIS, e. Aſtronomia Iſid. Origg. 2, 24. *i. aſtrologia.*

DIVINIPŎTENS, is. [θεοδύναμος] *Qui in diuinis poteſtatem habet.* Apul. Met. 1 Saga et diuinipotens caelum deponere. *Sed Elm.* p. 106. 1 diuina, potens.

DIVINISCIENS, entis. Apul. Apol. p. 290, 34. *de magia. Sed melius diuiditur,* diuini ſcientem.

DIVINO, āre. [μαντεύομαι] *Significat augurari. Proprium enim Dei eſt futura praedicere. de hominibus etiam dicitur.* Ter. Hec. 4, 4 Plane hic diuinat: nam id eſt. Cic. Diu. 2 c. 3 Si enim aliquid certi haberem, quod dicerem, ego ipſe diuinarem, qui eſſe diuinationem nego. Idem de Legib. 2, 32 Diſciplina veſtra quaſi diuinarem, videatur prorſus poſſe. Diuinare magnus mihi donat Apollo Hor. Sat. 2, 5, 6. Neque quisquam diuinare poterat te poſtulaturum Cic. pro Quint. c. 19. Idem ad Brut. 18 Sed ego a principio quum diuinare de belli diuturnitate poſſem, *etc.* Vt ſi de exitu diuinaret exire noluit Nep. 17, 6, 1.

DIVINANS, is. Partic. [μαντευόμενος] Cic. de Diuin. 1, 47 c. 23 Eſt profecto quiddam in barbaris gentibus praeſentiens atque diuinans. Futura diuinans animus Ouid. Triſt. 4, 8, 29. Idem Met. 11, 694 Hoc erat, hoc, Animo quod diuinante timebam. Cic. de Diuin. 2, 48 Nam quum mihi quaedam caſu viderentur ſic euenire, vt praedicta eſſent a diuinantibus, dixiſti multa de caſu, *etc.*

DIVINĀTVS, a, um. Partic. [μαντευθεὶς] Ouid. de Nuce 80 Eſt etiam par ſit numerus qui dicat, an impar Vt diuinatas auferat Augur opes.

DIVINATOR, ōris. m. *Apud* Firmicum *eſſe dicitur.*

DIVINATRIX, īcis. f. Tertull. de Anima 22 *et* 46.

DIVINATIO, ōnis. f. [μαντεία, μαντικὴ] *Actus pariter et vis ſ. facultas diuinandi, i. futura praedicendi, de qua ſunt duo libri* Ciceronis, *vbi v. g. dicit* 1, 1 Verſari quandam inter homines diuinationem, quam Graeci μαντικὴν appellant, id eſt Praeſenſionem et ſcientiam rerum futurarum. Facile exiſtimari poſſit prudentiam quodammodo eſſe diuinationem Nep. 25, 16, 4. *Add.* ib. c. 9, 1. Si vnum aliquid ita ſit praedictum praeſenſumque, vt, quum euenerit, ita cadat, vt praedictum ſit, neque in eo quidquam caſu et fortuito factum appareat, eſſe certe diuinationem Cic. de Diuin. 1 c. 55. Idem Fam. 6, 6 Quare quum, vt augures ſolent ex meis ſuperioribus praedictis conſtitui apud te auctoritatem augurii et diuinationis meae, debebit habere fidem noſtra praedictio. Coniecturae diuinationum Id. de Diuin. 1, 78. Permotus neſcio qua diuinatione, *vid.* PERMOTVS. ¶ 2 Diuinatio *quaedam iudicii conſtitutionem praecedit, vbi quaeritur, quis inter plures qui accuſare volunt, ſit admittendus. Ita* Verrinis Ciceronis *praemiſſa eſt* Diuinatio in Caecilium, *vbi Cicero perſuadet iudicibus, ſe meliorem fore Verris accuſatorem Caecilio.* Cic. ad Qu. Frat. 3, 2 Poſtridie eius diei apud Catonem erat diuinatio in Gabinium futura inter, *etc.* Quinctil. 3, 10, 3 Sicut diuinationes, quae fiunt de accuſatore conſtituendo, *et* nonnunquam inter delatores, vter praemium meruerit. *Vid.* Quinctil. 7, 4, 33. *et* Gell. 2, 4. *et* Aſcon. in Diuinat. Verr. *pr.* Suet. Caeſ. c. 55.

DIVINĬTAS, ātis. f. [θειότης] *Diuina natura.* Plin. 19, 12 Opus ingens, occultumque diuinitatis. Ex diuinitate animos hauſtos, aut acceptos, aut libatos habemus Cic. de Diuin. 2 c. 11. Theophraſtus a diuinitate loquendi nomen inuenit Idem in Orat. 62 c. 19. *Et* De Orat. 2 c. 74 Non me de perfecti oratoris diuinitate quadam loqui, ſed de exercitationis et conſuetudinis meae mediocritate. *Add.* c. 89 Tua in cauſis diuinitas. Ariſtoteles menti tribuit omnem diuinitatem Cic. de N. D. 1, 33. Diuinitas poſt mortem credita Liu. 1, 19. ¶ 2 *Eſt etiam* diuinatio. Cic. de Diu. 2 c. 38 *extr.* An Piſidarum, aut Cilicum, aut Phrygum iſta inuenta *(augurionum)* dicemus? Placet igitur humanitatis expertes habere diuinitatis auctores? *Sic et* Lactant. 1, 13 *pr.* Seru. *ad* Virg. Georg. 2, 486 Non quod nulla gloria medicinae eſt? Sed quod minor quam diuinitatis et augurandi, quae ei Apollo obtulerat munera, vt Augurium citharamque dedit, celereſque ſagittas. *Add.* Id. ad Aen. 12, 394 *quem verſum modo laudauit.* Et cithara et ſagittae artes ſunt, augurium vero munus: non enim ſola arte, verum etiam indulta diuinitate colligitur. Id. ad Aen. 2, 247 de Appolline et Caſſandra, Qui ſpe promiſſi concubitus conceſſa diuinitate fruſtratus ſuſtulit fidem vera dicenti.

DIVĪNE. Adu. [θείως] *i. Diuino quodam conſilio et ingenio, ſiue a Deo profecto.* Cic. Att. 2, 21. *Et* de Diuin. 1, 124 Satis eſt non modo plura, ſed etiam pauciora diuine praeſenſa et praedicta reperiri. *Conf.* Id. Att. 10, 4. Quinctil. 1, 10 (6) Quae Tullius in Oratore diuine, vt omnia, exſequitur.

DIVINĬTVS. Adu. [θεόθεν] Cic. de Orat. 2 c. 45 *ex perſona Antonii,* Haec ſunt illa, quae me ludens Craſſus modo flagitabat, cum a me diuinitus tractari ſolere diceret. *Et* 3 c. 1 Quo quidem ipſo in loco multa a Craſſo diuinitus dicta efferebantur. *In* 2 c. . . Multa memini diuinitus a Platone diſputata. *i. diuine. Add.* Id. de Orat. 1 c. 7. *et* 2 c. 2. *ad* Att. 2, 21 *extr.* Ille locus inductus a me eſt diuinitus Cic. Att. 1, 16. *vbi Conf. Caſaub. et* Fam. 1, 9. Virg. Georg. 1, 415 Haud equidem credo, quia ſit diuinitus illis Ingenium. Cic. Verr. 3 c. 76 Atque in eam fraudem mihi videtur diuinitus incidiſſe. Accidit diuinitus Cic. Partit. Or. c. 24. *vid.* ACCIDO. Multa prouidi diuinitus, non mea ſponte Cic. pro Sulla c. 15. Diuinitius Idem de Orat. 3 p. 121 col. 2. *laudat Falſter. Anim. Epiſt. p. 104. metuo vt recte.*

DIVTINVS, DIVTISSIME, DIVTIVS, DIVTVRNVS. *Vid.* DIV.

DIVVLGO, āre. [ἐκφέρω, διαφημίζω] *In vulgus efferre, plus etiam quam vulgare.* Cic. Fam. 6, 11 (13) Quare viſum eſt occultius agendum, neque vllo modo diuulgandum. *Sic* Diuulgare conſilium alicuius Caeſ. B. C. 1, 20. Cic. Att. 12, 39 Miſi librum ad Muſcam, vt tuis librariis daret, volo enim eum diuulgari. Idem Att. 12, 40 Hirtii librum, vt facis, diuulga. *Et* in Orat. 112 Hunc librum etiam ſi minus noſtra commendatione, tuo tamen nomine diuulgari neceſſe eſt. Cic. pro Font. 10 c. 5 Vel maxime enim inimici hanc rem Sermonibus diuulgare voluerunt. Diuulgata vetus ad caelum gloria fertur Lucret. 6, 8. Cic. poſt redit. in Senat. 11 c. 5 Cuius primum tempus aetatis palam fuiſſet ad omnes libidines diuulgatum.

DIVVLGATVS, a, um. Part. [θρυλλέμενος] Ingenium Tac. Ann. 4, 52, 6. Diuulgatae et, vt ita dicam, publicatae compoſitiones Scribon. 38. Diuulgatiſſimus et leuiſſimus magiſtratus Cic. Fam. 10, 26.

DIVVLGATIO, ōnis. f. Tertull. de Anim. c. 5.

DIVVLSVS, *vid.* DIVELLO.

DIVVS, *vid.* DIVS.

D O

DO, *pro Domus, per Apocopen, dixit* Ennius. Diomedes 2 p. 436 Apocope eſt ablatio de fine dictionis, Proſparelepſi vel Paragogae contraria, quum aut litera detrahitur, vel ſyllaba. Litera, vt *Aſpice num mage ſit noſtrum penetrabile telum.* pro Magis. Syllaba, vt *Endo ſuam* Do, *pro* Domum. Auſon. Eidyll. 12, 12

Vnde Rudinus ait, Diuûm domus altitonum cael.
Et cuius de more quod adſtruit inde ſuam do.
Et quod nonnunquam praeſumit, laetificum gau.

Gau, *i. Gaudium;* Cael, *Caelum.*

DO, dĕdi, datum, dāre. [δίδωμι] *Simplicis et latiſſimae notionis, vſu et exemplis diſcendae.* Plaut. Aſin. 3, 1, 24 Qui dant, eos derides. Inter Dare et Dedere hoc intereſt, quod Dare, eſt quod repetas: Dedere eſt ad perpetuum. Damus et amicis: Dedimus tantum hoſtibus. Donat. *ad* Ter. Andr. 1, 2 *extr. Non eſſe diſcrimen hoc perpetuum, res ipſa docet.* Cic. Verr. 4, 29 Apud amicos multa depoſita, multa aliis data atque donata. Idem pro Roſc. Amer. 131 Commoda quibus vtimur, lucemque qua fruimur, ſpiritumque quem ducimus, ab eo nobis dari atque impertiri videmus. *Et* de Orat. 2, 220 Oculos autem natura nobis, vt equo et leoni ſetas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit. Tantum boni a diis immortalibus oblatum et datum Cic. pro Lege Manil. 49. ¶ 2 Dare ſe alicui *eſt ad illius ſe voluntatem accommodare. Sic* Da te mihi Ter. Heaut. 4, 3, 10. Idem Adel. 5, 3, 52 Tace non fiet, mitte iam iſthaec, da te hodie mihi. *Vbi* Donatus, Da te mihi, Accommoda te ipſum voluntati meae. nam in animum tranſtulit quod eſt corporis, vt in Eunucho 3, 3, 10 Mihi ſeſe dare, ſermonem quaerere. Si non vis, inquit, propter te, vel propter me mitis eſto. Cic. Att. 1, 9 Dabimus hoc Pompeio, *i. Pompeii cauſa faciemus. Et* Att. 16, 9 Amabo te da mihi et hoc. Tu Oppios Terentiae dabis Cic. Att. 10, 4. *h. e. Tu Oppios Terentiae conciliabis, vt illi praeſto ſint,*

ſi quid ei opus erit. Da te homini Cic. Fam. 1, 8. *Add.* Plaut. Pſeud. 5, 1, 31. *Hinc de meretricibus, omiſſo pronomine.* Hanc volo, quae puero iam dedit ante meo Martial. 9, 33. Det quam bene, quaeris Id. 2, 31. Remoue iſthaec, oro te: quando notum eſt, et quid ille tibi, et quid illi tu dederis Cic. *apud* Sueton. Caeſ. c. 44. *Add.* Plaut. Aſin. 1, 3, 15. Caſ. 2, 6, 10. Pſeud. 3, 1, 19. *Sed de re honeſta* Cic. Bruto 306 c. 89 de Scaeuola, qui quamquam ſe nemini ad docendum dabat, tamen conſulentibus reſpondendo ſtudioſos audiendi docebat. *Sic* Ad ludendum dant ſe pueri Idem de Finib. 5, 42. *Conf.* n. 7 Se dare. ¶ 3 *Concedere, permittere, etiam in diſputando.* Cic. Acad. 4, 68 Primum Epicurus non dat. vos, quibuscum res eſt, id quoque conceditis. *Conf.* Id. Tuſc. 1 c. 32. Lucret. 2, 1126. Macrob. Somn. Scip. 2, 14. Quod datur accipio, *Loquendi modus paroemiae accommodatus.* Quod dat, accipimus Cic. Fam. 1, 1. Id. de Orat. 2, 187 Si ſe dant, et vt ante dixi, ſua ſponte, quo impellimus, inclinant atque propendent, accipio quod datur: et ad id, vnde aliquis flatus oſtenditur, vela do. Idem de Fin. 2, 82 Hoc etſi multis modis reprehendi poteſt, tamen accipio, quod dat: mihi enim ſatis eſt, ipſis non ſatis. Cic. Acad. 4, 50 Quis enim tibi dederit aut deum omnia poſſe, aut ita facturum eſſe ſi poſſit? *i. Concedet.* Varr. 2, 1, 26 Sed do etiam in hominibus poſſe retineri nouenarium numerum. Cic. Att. 14, . . Puero quoque hoc a me dabis, ſi tibi videbitur. Idem Verr. 3, 218 Sed do hoc vobis et concedo, eſſe multos, *etc.* Da, da, per auras curribus patriis vehi Sen. Med. v. 32. Quid autem Caecilio Plautoque dabit Hor. de Arte v. 53. Quinctil. 12, 10, 52 Quod ſi mihi des conſilium iudicum ſapientum, perquam multa recidam ex orationibus non Ciceronis modo, ſed etiam eius, qui eſt ſtrictior multo, Demoſthenis, *i. Si pateris me ponere et ſumere hanc hypotheſin. Vid.* n. 7 Dare Verba. *Sic* Demus Quinctil. 4, 1, 24. *it.* 12, 1, 9, *vt fac, Ponamus, etc.* Cic. de Fin. 5 c. 28 Prima ſi dederis, danda ſunt omnia. Da hoc illi mortuae, da caeteris amicis ac familiaribus, qui tuo dolore moerent: da patriae, vt ſi qua in re opus ſit, opera et conſilio tuo vti poſſit Seru. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. *i. in illius gratiam dolori reſiſte, etc.* Cic. pro Ligar. c. 12 Vt conceſſiſti M. Marcellum Senatui, ſic da hunc populo. *Sed* Att. 10, 4 *extr.* Tu Oppios Terentiae dabis, *i. conciliabis, parabis amicos.* ¶ 4 *Seruit etiam aliis formulis. v. g.* Plaut. Curc. 2, 3, 84 Oſtium vbi conſpexi, exinde me illico protinam dedi. *In ludo XII ſcriptorum* dare *eſt ad numerum talis iactum collocare vel ducere calculos.* Ouid. Art. 2, 204 Tu male iactato, tu male iacta dato. *Vid.* Quinct. 11, 2, 38 *et quae ibi notaui. Interdum ponitur pro Dicere.* Ter. Prol. Heaut. 10 Nunc quam ob rem has partes didicerim: paucis dabo. Cic. Att. 12, 15 Dabis igitur tribunatum, et, ſi poteris, Tubulus quo crimine *etc. i. docebis.* Virg. Ecl. 1, 19 Sed tamen iſte deus qui ſit, da Tityre nobis. Cic. Acad. 1, 10 c. 3 Sed da mihi nunc, ſatisne probas, immo vere, *etc.* Horat. Sat. 2, 8, 5 Da, ſi graue non eſt, Quae prima iratum ventrem placauerit eſca. Ter. Phorm. 5, 6, 38 Atque hercle ego quoque illam audiui fabulam. GE. Immo etiam dabo, quo magis credas. *Interdum reddas per Facere.* Ter. Adel. 3, 4, 4 O Aeſchine pol haud paternum iſtud dediſti. *i. Non didiciſti a Patre talia facere.* Donatus, Dediſti, deeſt facinus: et dediſti pro feciſti. Sed ſic dicitur in re magna, vt Dabit ille ruinas Arboribus, ſtragemque ſatis. Virg. Aen. 6, 66 Da — Latio conſidere Teucros Dare victum, *i. vincere* Sall. Iug. 75, 4. Ter. Heaut. 5, 1, 78 Si viuo adeo exornatum dabo, adeo depexum, vt, dum viuat, meminerit ſemper mei. Plaut. Amph. 1, 1, 54 Si — neque dent quae petat. *i. imperata faciant.* ¶ 5 *Conſtructionis diuerſa ratio.* Dare, *ſimpliciter pronuntiatum apud Iuriſconſ. denotat Dominii translationem* Inſtit. de action. §. Sic itaque diſcretis l. Vbi autem §. fin. D. de verb. oblig. *Sed latius patet in illo* Cic. Off. 3, 66 Arbitrum illum adegit, quid ſibi dare facere oporteret ex fide bona. Dabo ſtatuam faciendam Plaut. Curcul. 1, 2, 50. *Sic apud* Cic. Tuſc. 4, 84 Dare ſe philoſophiae excolendum. *Et* Att. 2, 1 Dare librum perferendum ad aliquem. Do ferre, *pro Do ferendum* Quinctil. 9, 3. Virg. Aen. 5, 248 Et argenti magnum dat ferre talentum. Graecum eſt, duo verba coniungere, vt paullo poſt, Donat habere viro. Seruius. *Sic* Aen. 9, 362 Dat habere nepoti. Virg. Aen. 9, 173 Quos pater Aeneas — morum dedit eſſe Magiſtros. Datur haec ſexaginta minis Plaut. Perſ. 4, 4, 13. Martial. 12, 73 Amphora vigeſſis, modius datur aere quaterno. Vt res dant ſeſe, *i. Pro re, tempore, et loco, vt occurrunt res, vt ſeſe offerunt.* Ter. Hec. 3, 3, 20 Profecto hoc ſi eſt, vt puto omnibus nobis vt res dant ſeſe, ita magni atque humiles ſumus. Liu. 28, . . Pollicitus, prout res, ac tempus ſe daret, *etc.* Quot res dedere, vbi poſſem perſentiſcere Ter. Heaut. 5, 1, 43 *ſubaud.* ſe. Vt ſe dederint initia Cic. Att. 3, 23. Dat ſe res Idem de N. D. 3 c. 26. *Vid. Gron. ad* Liu. 28, 5. *Conf. mox* n. 7. ¶ 6 Dare, *Propinare, Exhibere, in medicae artis exercitio:* Vinum dare Scribon. 20. Datur quantum faba 125. 144. — quantum nux auellana 120. Dantur ad ſtomachum habentes imbecillem 92 *ſc. paſtilli.* Datum (tamaricum) 128. Data herba 12. — Salamandra 187. *Rurſus apud ICtos ſollemnia ſunt verba:* Do, Dico, Addico, *quibus omnis Praetorum poteſtas, quae modo eſſet in iudiciis, notabatur. Primum dandi iudicis ſignificat poteſtatem, ſecundum iuris dicendi, et ferendae ſententiae, tertium iudicati faciendi, et exſequendi. Dicitur et plene* Dare iudicium, Vlp. in l. prima D. de his qui deiec. vel effud. Praetor ait, qui deiecerunt vel effuderunt in eum locum, quo vulgo iter fiet, *etc.* quantum ex ea re damnum datum factumue erit, in eum, qui ibi habitauit, in duplum iudicium dabo. Cic. Verr. 2, 66 c. 27 Si quis eum pulſaſſet, edixit ſe iudicium iniuriarum non daturum: quidquid ab eo peteretur, iudicem de ſua cohorte daturum. Ipſi autem nullius actionem rei ſeſe daturum. *Sed ſimpliciter* Abſentibus ſecundum praeſentes dabat Suet. Claud. c. 15. *Vid. mox dare* Litem. ¶ 7 *Reliquam omnem copiam elementari ordine Subſtantiuorum vt particularum, quibus iungitur, diſpeſcemus.* Aciem dare, *vid.* ACIES. Actionem dare Quinct. 12, 9, 16. *vid.* AGO. Idem 2, 13, 9 Flexus ille, et vt ſic dixerim, motus dat actum quendam effictis. *De ſtatuis et picturis, non rigidis, ſed agentibus. Add.* 8, 6, 11. Ad beſtias dare. l. 12 ff. de Poenis. Ad carnificem dare Plaut. Bacch. 4, 4, 37. Ad languorem dare Idem Aſin. 3, 2, 28. *et* Ter. Heaut. 4, 6, 3. Ad lenitatem ſe dare Cic. Fam. 13, 1. *leniorem fieri.* Ad literas dare, *pro Reſcribere.* Cic. Att. 5, 2 Ad quas ego eo ipſo die dederam. Ad ludendum dant ſe Cic. de Fin. 5, 42. Ad mortem dare Plaut. Amph. 2, 2, 177. Ad partes populi dare Cic. de Lege Agr. 2, 19 c. 7. *i. ad populi beneficium transferre, populo poteſtatem alicuius rei dare.* Ad piſtores dare Plaut. Aſin. 3, 3, 119. Ad remum Liu. 34, . . Ad ſalutem communem aliquid dare Cic. Verr. 4, 52. Ad ſepulturam datum corpus Idem Philipp. 2, 17. Ad ditem in ſeruitutem dari Ter. Phorm. 4, 3, 38. Ad ſupplicium dedit ſeruum Cic. pro Cluent. 181. Ad terram dare, *pro Proſternere* Suet. in Auguſt. c. 96. *Add.* Plaut. Capt. 4, 2, 17. Columel. 5, 9 Alia foſſa circumdederis, ne Aditus pecori detur. *Vid.* Aditus *in* ADEO, adis. Aditum oculis Ouid. Epiſt. 15, 248. Plaut. Epid. 3, 1, 15 Nec mihi plus Adiumenti das, quam ille, qui nunquam etiam natus eſt. Cic. de Amicit. 85 Virtutum amicitia Adiutrix a natura data eſt, non vitiorum comes. Ter. Phorm. 3, 3, 28 Sed opus eſt mihi Phormionem ad hanc rem Adiutorem dari. Hor. de Arte Poët. 20 Si fractis enatat exſpes Nauibus, Aere dato, quî pingitur? Virg. Aen. 8, 405 Optatos dedit Amplexus. Virg. Georg. 4, 204 Vltroque Animam ſub faſce dedêre. *h. e. Mortuae ſunt: de apibus.* Idem Aen. 9, 143 Leti diſcrimina parua. Dant Animos. *i. Animoſiores faciunt.* Animum ſuum alicui, *quod vulgus, Ponere ſuam affectionem, dicit. Laudatur* Plaut. Aſin. 4, . . Animum dare moerori Cic. Att. 3, 8. Annos dare venatibus, *i. Conſumere venandi ſtudiis* Valer. Argon. 3, 242. Anſam ad reprehendendum, *pro Dare occaſionem.* Cic. de Amicit. 60 c. 16 Quin etiam neceſſe erit cupere et optare, vt quam ſaepiſſime peccet amicus, quo plures det ſibi tanquam anſas ad reprehendendum. Idem pro Sext. 22 Denique etiam ſermonis Anſas dabat, quibus reconditos eius ſenſus tenere poſſemus. Aquam dare in aluum, *pro Iniicere* Celſ. 4, 15 *ad finem.* Aquam dare manibus Plaut. Trucul. 2, 5, 28. Arbitros Caeſ. B. G. 5, 1. Cic. de Legib. 1, 53 Ego plane vellem me Arbitrum inter antiquam Academiam et Zenonem datum. Ter. Heaut. 4, 5, 29 Argentum dabitur ei ad nuptias aurum, atque veſtem. Argumentum aliud dat controuerſia Quinctil. 7, 1, 57. *Add.* 5, 10, 76. Virg. Aen. 3, 89 Da pater Augurium, atque animis inlabere noſtris. Augurium, modo oraculum: ſed vſurpatiue. Seruius. Auribus alicuius, *h. e. Aſſentari, blandiri.* Cic. Fam. 16, 7 (12, 16) Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare. *Add.* Quinct. 12, 10, 45. Aures dare, *eſt Audire et obſequi.* Sen. Hippol. 415 Amare diſcat, mutuos ignes ferat, det facilis Aures: *votum Phaedrae de priuigno.* Cic. Att. 1, 4 (5) Etenim quum multos dies Aures meas Acutilio dediſſem, cuius ſermonis genus, *etc.* Auſpicium pugnae dare Sil. 17, . . Auctorem dare rem Plaut. Trinum. 1, 2, 70. *Vid.* AVCTOR. Liu. 38, . . Auxilia Nicomedi dant, *etc.* Bellum ipſe dedi Stat. Theb. 12, 336. Beneficium, *pro Facere rem gratam.* Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter. Beneficium dando accepit, qui digno dedit P. Syr. Mim. Cic. Fam. 13, 13 Quo in munere ita ſe tractauit, vt accepiſſe ab eo Beneficium viderer non dediſſe. *Add.* Id. ib. 6, 20. Ter. Andr. 3, 2, 4 Poſt deinde quod iuſſi, ei date Bibere. *Vbi* Donatus, Dare bibere, conſuetudine magis, quam ratione dixit, pro Date ei potionem. Lucilius in ſexto, Date bibere ſummo. Nam duo verba actiua nullam habent ſignificationem ſine nomine aut pronomine. vt ſi dicas, Dic facere. Cato de R. R. c. 89 Bis in die farciat, et meridie Bibere dato. *De gallinaceis et anſeribus farciendis loquitur.* Boni multum alicui Plaut. Men. 3, 2, 10. Ouid. Met. 3, 679 Alter ad intortos cupiens dare Brachia funes, Brachia non habuit. Virg. Aen. 6, 700 Ter conatus ibi collo dare Brachia circum. *h. e. Circumdare collo.* Liu. 37, . . Nebula matutina creſcente die, leuata in nubes, Caliginem dedit. Virg. Aen. 9, 56 Teucrum mirantur inertia corda, Non aequo dare ſe Campo. Idem Aen. 1, 398 Et coetu cinxere polum, Cantusque dedere. Caſus Mithridati datus eſt occupandi Armeniam vi militis Romani ad excidenda caſtellorum ardua Tacit. Ann. 11, 9. Catenas alicui Flor. 3, 5, 30. Cic. de Orat. 2, 233 Non committam vt ſi defugerim, tibi Cauſam aliquam irreuocabilem dem recuſandi. Cauſam dicendi iuſtam et neceſſariam dare Cic. de Aruſp. Reſp. 10. Cauſam peccandi dare Ouid. Triſt. 2, 281. Cibum ouibus Varr. de R. R. 3, 9. . Plin. 14, 16 Et ſi prius quam tota vua matureſcat, incocta detur Cibo gallinaceo generi, faſtidium gignit vuas appetendi. Cic. de Fin. 3, 40 Itaque mihi videris Latine docere Philoſophiam, et ei quaſi Ciuitatem dare: quae quidem adhuc peregrinari Romae videbatur. *h. e. Ciuem facere.* Clamorem ad aſtra dare Sil. 6, . . Plin. 18, 35 Et quum terreſtres volucres contra aquam Clangores dabunt. Plin. 13, 22 Nero Caeſar Claritatem ei dedit initio imperii. Ter. Heaut. 3, 1, 16 Nam ei vnam Coenam atque eius comitibus dedi. Plaut. Men. 1, 1, 25 Cereales Coenas dat, ita menſas exſtruit. Cic. Fam. 9, 20 Sed vide audaciam, etiam Hircio Coenam dedi ſine pauone. Ad Cogitandum aliquid dare Cic. Att. 15, 8. Cognitionem Conſulibus dat lex Idem Att. 16, 18. Cognomen, *vid.* COGNOMINO. Colla lacertis dare Stat. Achil. 2, . . Ouid. Met. 3, 89 Laeſaque Colla dabat retro, plagamque ſedere Cedendo arcebat, nec longius ire ſinebat. Collegae dati Nep. 7, 1. Liu. 32, . . Neque Colloquium poſtea Philippo dedit. Colorem dare alicui rei Quinctil. 6, 2, 28. Colorem deformibus dare Idem 3, 8. Liu. 3, . . Iam caput fieri libertatem repetentium, ſi ſe plebs Comitem Senatui det. Commeatum militi Liu. 3, . . *vid.* COMMEATVS. Commeatum remeatumue exuli nemo dare poteſt, niſi Imperator Marcell. l. Relegati D. de poenis. Hor. Serm. 2, 8, 75 Tibi di, quaecunque preceris Commoda dent. Ouid. Faſt. 3, 195 Externis dantur Connubia gentibus. Ter. Eun. 2, 3, 85 Dixti pulchre; nunquam vidi melius Conſilium dari. Cic. de Amicit. 44 Conſilium verum dare gaudeamus libere. Idem Acad. 4, . . Quid conſilii datis? Conſilia pulcherrima dare Virg. Aen. 5, 728. Ter. Adel. 3, 4, 53 Is quod mihi de hac re dederit Conſilium, id ſequar. Idem Eun. 5, 9, 15 Illum, qui mihi dedit Conſilium, vt facerem, an me qui auſus ſim incipere? Tacit. Ann. 11, 2 Neque data Senatus Copia, intra cubiculum auditur, *i. non permiſſum illi eſt in Senatu dicere.* Copiam dare, *pro Sinere, permittere etiam* Ter. prol. Heaut. 28. Virg. Aen. 9, 484 Affari extremum miſerae data Copia matri. *Et iterum* Aen. 1, 52 Poſtquam introgreſſi, et coram data Copia fandi. Lucret. 6, 108

> Dant etiam ſonitum patuli ſuper aequora mundi,
> Carbaſus vt quondam magnis intenta theatris,
> Dat Crepitum malos interiactata, trabeisque, *etc.*

Crimini, *Vertere vitio* Victor de Viris Illuſt. Cic. de Clar. Orat. 276 c. 80 Quin etiam memini, quum in accuſatione ſua Q. Gallio Crimini dediſſet, ſibi eum venenum parauiſſe. Idem Verr. 5, 72 Calamitatem Crimini dare. Plaut. Mil. 2, 2, 28 Niſi quidem illa nos vult qui ſerui ſumus, Propter ſuum amorem omnes Crucibus contubernales

nales dari. Cic. de Legib. 3, 47 Haec detur Cura Cenſoribus. *h. e. Negotium hoc illis committatur.* Hor. Epiſt. 1, 1, 101

Inſanire putas ſollemnia me, neque rides,
Nec medici credis, nec Curatoris egere
A Praetore dati.

Curſum nauibus Liu. 9, . . Curſum dare *dicuntur* venti Virg. Aen. 3, 337 *alluſio ad nautas*, Sed tibi qui Curſum venti, quae fata dedere? Damnum, *Afferre incommodum, nocere* Ter. Andr. 1, 1, 115 Nam ſi illum obiurges, vitae qui auxilium tulit, Quid facies illi, qui dederit Damnum aut malum? De tuis ſummis Deliciis da mihi Plaut. Trucul. 5, 48. Decus Plin. 16, 4. Liu. 27, . . Vos illi hodierno die primum fugati exercitus dediſtis Decus. Defenſionem, *pro Permittere reo, vt ſe defendat.* Suet. in Claud. c. 29 Conſocerum ſuum, incerto crimine, nec data Defenſione occidit. Plaut. Rud. 5, 3, 31 Iam te ratus nactum hominem quem Defraudandum dares. Dextras dare, *Promittere* Plaut. Merc. 5, 4, 4. Virg. Aen. 4, 308 Nec te noſter amor, nec te data Dextera quondam, Nec moritura tenet crudeli funere Dido? Dextram et fidem Liu. 1, 58. De manu dare: *cui opponitur* Foris. Columel. 7, 9 *de ſuibus*, Nam quidem cultus ager opimas reddit ſues, quum eſt graminoſus, et pluribus generibus pomorum conſitus, vt per anni diuerſa tempora, mala, pruna, pirum, multiformes nuces, ac ficum praebeat: nec tamen propter haec parcetur horreis: nam ſaepe De manu dandum eſt, quum foris deficit pabulum: propter quod plurima glans vel ciſternis in aquam vel fumo tabulatis recondenda eſt. Virg. Aen. 6, 370 Da Dextram miſero, et tecum me tolle per vndas. Liu. 1, 58 Sed date Dextras fidemque, haud impune adultero fore. Debere dare, *eſt Facto ſuo dominium retro transferre. Vid. Alciat. in* l. mutuum D. ſi cert. pet. Dicta dare, *pro Loqui.* Liu. 22, . . Virg. Aen. 2, 790 Haec vbi dicta dedit. Plaut. Truc. 1, 2, 78 Corda in felle ſunt ſita, atque acerbo aceto: linguis Dicta dulcia datis. Cic. Att. 1, 6 Tulliola tibi Diem dat, ſponſorem appellat. *Conf.* Flor. 3, 3, 14. Cic. Att. 4, 17 Veſtorio dandi ſunt dies, *i. apud eum diuerſabor.* Plaut. Epid. 3, 2, 5 Proh dii immortales, mihi hunc Diem dediſtis luculentum, *i. feciſtis, praeſtitiſtis.* Documentum Cic. pro Milon. 22. *Sic* Liu. 25, . . Idem 45, . . Et Documentum eloquentiae dare voluit. Cic. Att. 7, 13 Qui, vt aliud nihil, hoc tamen profecit, dedit illi Dolorem. Hor. Serm. 2, 3, 288 Iuppiter ingenteis qui das adimisque Dolores. Plin. Epiſt. 3, 16, 5 Deinde quum diu cohibitae lacrimae vincerent, prorumperentque, egrediebatur, tunc ſeſe Dolori dabat. Cic. Philipp. 11, 36 Animaduerti P. C. diei iam a quibusdam exornari etiam nimium a me Brutum, nimium Caſſium ornari: Caſſio vero ſententia mea Dominatum et principatum dari. Dono dare Virg. Ecl. 2, 37. Plaut. Amph. 1, 3, 40. Liu. 23, . . . Laetoque iuueni promiſſis, equum eximium Dono dat. Dotem Ter. Phorm. 5, 7, 36. Plaut. Trin. 2, 4, 107 Eſt ager ſub vrbe: hic vobis eum dabo Dotem ſorori. Caeſ. B. G. 1, 14 His Caeſar ita reſpondit, eo ſibi minus Dubitationis dari, quod eas res, *etc.* Ter. Heaut. 2, 4, 22 Immo vt patrem tuum vidi eſſe habitum, diu etiam Duras dabit. *ſubaudi* Poenas. Epulas oculis, *Paſcere oculos* Plaut. Poen. 5, 4, 2 Oculis Epulas dare, delubrum qui hodie ornatum eo viſere venit. Plin. 29, 17 Percuſſis eſui dare Decoctum. Cic. de Fin. 2, 121 Et tamen quid attinet luxuorioſis vllam Exceptionem dari, aut fingere aliquos, qui quum luxurioſe viuerent, a ſummo, *etc.* Excidio ac ruinis dedit vna hora opus quadringentorum annorum Liu. 1, 26 *extr.* Excruciatum da me Plaut. Mil. 2, 6, 84. Liu. 27, . . Vrbanum veterem Exercitum Fuluius Conſul C. Fuluio Flacco legato in Hetruriam dedit ducendum. Tacit. Ann. 15, 56 Glitio Gallo atque Annio Pollioni infamatis magis, quam conuictis, data Exilia. Idem Ann. 11, 34 Ne indefenſa coniux Exitio daretur. Liu. 30, . . Vos laceſſiſſe et tu ipſe fateris, et dii teſtes ſunt, qui et illius belli Exitum ſecundum ius fasque dederunt, et huius dant et dabunt. Exſpectationem, *pro Mouere exſpectationem* Cic. Att. 2, . . Experimentum inſignis artificii Sueton. in Neron. c. 22. Plaut. Epid. 1, 1, 36 Id modo videndum, vt materies ſuppetat ſcutariis, ſi in ſingulis ſtipendiis, ad hoſtes Exuuias dabit. Cic. Tuſcul. 1, 3 Annis enim fere CCCCX poſt Romam conditam Liuius Fabulam dedit. Cic. Brut. c. 18 Liuius — qui primus Fabulam dedit. Donat. in prol. Hecyr. Ita dicitur, data eſt Fabula, vt data eſt coena, datum eſt prandium. *Et* Dari dicitur Fabula, quum agitur: ſtare, quum placet. Plaut. Caſin. 2, 8, 3 Ita fieri oportet. O. Factum et curatum dabo. Ter. Andr. 1, 4, 6 Dî date Facultatem obſecro huic pariundi. Cic. Att. 6, 2 His ego duobus generibus Facultatem ad ſe aere alieno liberandas aut leuandas dedi. Facultas data eſt mihi, vt meo arbitratu facerem Idem de Fin. 1, 72. *Et* Att. 11, 7 Sed ſi quid re dabit tibi Facultatis, id me maxime conſolari poterit. Qualemque dabat te Fama, videmus Valer. Flacc. 5, 507. *Vid. ibid. Burmann. it. ad* Grat. Cyneg. v. 100. Horat. Serm. 2, 2, 93 Das aliquid Famae? *h. e.* Putas hoc ad Famam pertinere? Acron. *Malim, Famae ſeruis? Sic* Tacit. Ann. 1, 7 Dabat et Famae, vt vocatus, electusque potius a Republ. videretur, *i. famae cauſa faciebat.* Plin. 35, 11 Quamobrem arti daturus et celeritatis Famam, abſoluit vno die tabellam, *etc.* Ouid. Faſt. 3, 614 Anna per hanc iuro, quam quondam audire ſolebas, Tellurem Fato proſperiore dari. Sat Fatis, Venerique datum eſt Virg. Aen. 9, 135. Feneſtram ingentem lato ore dedit Idem Aen. 2, 482. *i. fecit.* Ferias dare debet Proconſ. ſi in vrbem aliquam aduenerit Vlpian. l. 7 *pr.* de Offic. Proconſ. Fidem, Iurare, confirmare, ſpondere, *inquit* Donatus. Plaut. Mil. 2, 5, 45. Ter. Eun. 5, 9, 30 Do Fidem ita futurum. Idem Hec. 1, 2, 38 Si mihi Fidem das te tacituram, dicam. PH. ad ingenium redis: Fidem do, loquere. Cic. de Seneſt. 75 Non M. Attilium, qui ad ſupplicium eſt profectus, vt Fidem hoſti datam conſeruaret. Caeſ. Bell. G. 1, 4 Hac oratione adducti, inter ſe Fidem et iusiurandum dant. Liu. 32, . . Achaei portus et dant Fiduciam poſtulantibus, et demunt. Ouid. Met. 2, 810 — ſpinoſis ignis ſupponitur herbis, Quae neque dant Flammas, *etc.* Fluctibus dare ſe, *pro Nauigare* Valer. Argon. 7, 36. Plaut. Curc. 4, 1, 19 Sub veteribus, ibi ſunt qui dant, quique accipiunt Fenore. Tacit. Ann. 11, 13 Et lege lata, ſaeuitiam creditorum coërcuit, ne in morte parentum pecunias filiis familiarum Fenori darent. Lucret. 1, 1106 Hac ſe turba Foras dabit. Plaut. Men. 4, 2, 96 Mulierem aequum eſt veſtimentum muliebre dare Foras, virum virile, *h. e. Vicinis vel alienis vtendum dare.* Quinctil. 7, 4 Sicut Epicurus, qui humanam Deo Formam locumque inter mundos dedit. Ter. Phorm. 5, 6, 45 Tantam Fortunam de improuiſo eſſe his datam? Liu. 34, 2 Date Frenos impotenti naturae et indomito animali. Sperate ipſas modum licentiae facturas, niſi vos faciatis. *De mulieribus loquitur.* Dare Frenos, *igitur eſt laxare, permittere habenas. Vid. mox* Habenas. Ouid. Met. 8, 341 Sternitur incurſu nemus, et propulſa Fragorem Silua dat. Columel. de Arborib. c. 16 Fructumque meliorem dabunt. Liu. 21, . . Qui ſi valles occultiores inſediſſent, coorti in pugnam repente ingentem Fugam, ſtragemque dediſſent. Fugam dare nauigantibus dicuntur venti Virg. Aen. 7, 24. Fugae et in fugam Cic. Att. 7, 22. Ouid. de Arte Am. 3, 462 Si bene promittunt, totidem promittite verbis: Si dederint, et vos Gaudia pacta date. Virg. Aen. 2, 53 Inſonuere cauae, Gemitumque dedere cauernae. Gemitum dare pectore ab imo Idem Aen. 1, 485. Gemitui ſe Cic. Tuſcul. 2, 57. Ouid. Met. 10, 264 Dat digitis Gemmas, dat longa monilia collo. Liu. 8, . . Poſtremo ne id ſe Gratiae dare Q. Fabii crederet, ſe iusiurandum dare paratos eſſe, non videri, *etc.* Senec. Epiſt. 11 Dedit enim nobis Guſtum, ad quem reſpondebit, *i. ſpecimen ſui.* Gyros dare Virg. Georg. 3, 115. Idem Aen. 1, 63 — Regemque dedit, qui foedere certo Et premere, et laxas ſciret dare iuſſus Habenas, *vid. p. a.* Frenos dare. Virgil. Aen. 9, 362 Ille ſuo moriens dat Habere nepoti. Hilarem ſe alicui, *Hilariter cum aliquo verſari:* Plaut. Aſin. 5, 1, 21 Quin te ergo Hilarem das mihi? Hiſtoriae ſe dare Cic. Att. 2, . . Senec. de Benef. 6, . . Plato quum flumen naue tranſiret, nec ab illo quidquam portitor exegiſſet, hoc Honori ſuo datum credens, dixit, *etc.* Horat. Serm. 1, 3, 16 — Qui ſtultus Honores, Saepe dat indignis, et famae ſeruit ineptus. Ouid. Epiſt. 2, 108 Quae tibi Demophoon longis erroribus acto Threïcios portus, Hoſpitiumque dedi. Tac. in Agric. c. 33 Quando dabitur Hoſtis? *Impatientiae militaris vox pugnam flagitantis.* Iacturam Plaut. Stich. 5, 4, 6. Cic. Acad. 4, 121 Negas ſine deo poſſe quidquam, ecce tibi e transuerſo Lampſacenus Strato, qui det iſti Deo Immunitatem magni quidem muneris. Virg. Aen. 1, 138 Non illi Imperium pelagi, ſaeuumque tridentem, Sed mihi ſorte datum. Liu. 5, . . Subſidia in auerſos transuerſosque Impetum darent. Tac. Ann. 2, 16 Primus Caeſar cum Praetoriis cohortibus capto vallo dedit Impetum in ſiluas. Liu. 4, 28 Haec locutum, exſequentemque dicta, redintegrato clamore ſecuti dant Impreſſionem. Improbe dare, et iniuſte adimere, *vid.* IMPROBVS. Cic. Philipp. 8, 33 Caeteris autem, ſi errorem ſuum depoſuerint, et in Reipubl. gratiam redierint, veniam et Impunitatem dandam puto. Quinct. 3, 6 Qui ex duobus legitimis alterum In Adoptionem dederat, alterum abdicauerat. Virg. Georg. 4, 528 Haec Proteus, et ſe iactu dedit Aequor In altum. In Altum aquam dare, *pro Iniicere* Celſ. 4, 15 *ad fin.* In Iuctus Animum dare Ouid. Met. 2, 384. Senec. de Benef. 4, 32 Ego, quod cui debeam ſcio: aliis poſt longam diem repono, aliis In Anteceſſum, aut prout occaſio et rei facultas tulit, *i. aliis etiam, antequam debeam, ſoluo. Vid.* Turneb. 12, 9. *Add.* 30, 3. Celſ. 6, 7 Ad ſonitum aurium intra ſe ipſas, In Aurem dandus radiculae ſuccus cum roſa, vel cum ſucco radicis ex cucumere agreſti, vel caſtoreum ex aceto, et laureo oleo. Virg. Aen. 12, 632 O ſoror, et dudum agnoui, quum prima per artem Foedera turbaſti, teque haec In Bella dediſti. Liu. 43, . . Secunda fortuna in conditione honeſtae pacis vteretur potius, quam ſpe vana euectus in Caſum irreuocabilem ſe daret. In Caſum dare rem, praelioque experiri ſtatuit Tac. Ann. 12, 14. In Caueam dabo te Plaut. Capt. 1, 2, 15. Plaut. Trinum. 3, 2, 65

— ne mihi hanc famam differant, me
Germanam meam ſororem in Concubinatum tibi ſine dote
Dediſſe magis quam in matrimonium.

Ter. Phorm. 1, 5, 30 Ipſum geſtio dari mihi In Conſpectum. *Vbi* Donatus, Non dixit venire, vt filium: ſed dari, vt reum. Liu. 3, . . Inſequens dies hoſtem In Conſpectum dedit. In Conſpectum alicuius ſe dare Cic. Verr. 5, 86 c. 33. *Et* de Diu. 1, 41 *ex* Ennio, Nec ſeſe dedit In Conſpectum corde petitus. Cic. in Piſon. 68 Dedit ſe In Conſuetudinem, ſic vt prorſus vna viueret. In Creditum dare pecuniam alicui Iulianus in l. non omnis et l. ſi tibi D. ſi certum petatur. Liu. 1, 4 Sacerdos vincta In Cuſtodiam datur. *Et apud* Cic. Verr. 5, 68. In Cuſtodiam ſe Idem in Catil. 1, 19. Senec. Epiſt. 115 Si diſciplina ciuitatis laborauit, et ſe In Delicias dedit, argumentum eſt luxuriae orationis laſciuia. Tac. Ann. 2, 11 Caeſar niſi pontibus, praeſidiisque impoſitis dare In Diſcrimen legiones haud imperatorium ratus, equitem vado tramittit. Plaut. Trin. 3, 1, 4 Sine dote, ille illam In tantas Diuitias dabit? Ter. Eun. 2, 3, 73 O fortunatum iſtum Eunuchum, qui quidem In hanc detur Domum. Iulius Firmic. 3, 5 Sed et ego ſcio, multos In Exilium datos, et bene et ſtrenue Reſpublicas adminiſtraſſe. Varr. de R. R. 3, 5 Sexaginta millia quamuis ſtatim In Fenus des licebit. In Fugam ſe, *Fugere: et* Dare aliquem In Fugam, *pro Fugare, ſiue conuertere in fugam.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 49 Celeriter hoſtes dat In Fugam. Cic. Verr. 4, 95 c. 43 Dant ſeſe In Fugam iſtius praeclari Imperatoris nocturni milites. In Gradum militiae extremum dari. Ter. Clemens in l. vlt. D. de cuſtod. reor. In Lectum moerore dabantur Lucret. 6, 1247. In Mandatis aliquid, *eſt Aliquid faciendum, vel dicendum committere: quod et Mandare dicitur:* Plaut. Amph. prol. 81. Ouid. Epiſt. 21, 240 Doque libens victas In tua vota Manus. Cic. Offic. 2, 60 Quamquam enim quod praeſens tanquam In Manu datur, iucundius eſt, tamen, *etc.* Ter. Phorm. 4, 3, 29 Eho dic quid velis dari tibi In Manum, vt herus deſiſtat litibus? *Vbi* Donatus, datur ei In Manum, qui ſeparatim accipit, ſine arbitro aut interprete: vt praeuaricator aut iudex corruptus. Tacit. 4 Datos In Manum milites. In Manus hominum aliquid, *eſt aliquid edere, quod in manus hominum perueniat:* Plin. Epiſt. 137. In Manum alicui virginem dare Ter. Andr. 1, 5, 63. *Vbi* Donatus, Confirmatae ſunt legitimae nuptiae per in manum conuentionem. In Matrimonium Liu. 37, . . Caeſ. Bell. Gall. 1, 2 Ei filiam ſuam In Matrimonium dat. Liu. 6, . . An placeret fenore circumuentam plebem, ni potius quam ſortem creditam ſoluat, corpus In Neruum ac ſupplicia dare? Ter. Andr. 5, 1, 9

Ah rogitas? perpuliſti me, vt homini adoleſcentulo
In alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria,
Filiam darem In ſeditionem atque incertas Nuptias.

Cic. de Orat. 3, 56 Eloquentia, varietate, copia, quamcunque ſe In Partem dediſſet, facile princeps. Liu. 8, . . Pactoque reditu promiſſum eſt regem aut viuum aut mortuum In Poteſtatem daturos.

Liu. 27, . . Se, collegamque et prope totam Rempubl. In Praeceps dederat. Idem 4, . . Proditori praeter libertatem, duarum familiarum bona In Praemium data. Plin. Epiſt. 8, 3 Ideo nunc contra iſtum librum fauco orationi, quam nuper In Publicum dedi. In Quaeſtionem dare ſeruos dicebatur dominus Auctor ad Herenn. . . Cic. pro Roſc. Amer. 120 Quod a nobis oppugnari video, ne In Quaeſtionem dentur, ſuſpicioſum eſt, *h. e. Torqueantur et Afficiantur ſuppliciis.* In Reliquos data venia Tac. Ann. 12, 32. Plaut. Capt. 5, 2, 9 At ego faciam, vt pudeat : nam In Ruborem te totum dabo. Cic. Agr. 2 c. 5 Cum familiariter me In illorum Sermonem inſinuarem ac darem. Caeſ. Bell. Ciu. 1, 23 Eam pecuniam publicam eſſe conſtitutam, datamque a Pompeio In Stipendium. In Terram Lucret. 6, 1247. Ouid. Amor. 1, 8, 81 Sed nunquam dederis ſpatioſum Tempus in iram. In Timorem Plaut. Pſeud. 4, 1, 19. Cic. Verr. 3, 69 Quaerebant quae In Verba recuperatores daret : reſpondebat, ſi pateret aduerſus edictum feciſſe, quae in iudicio dicturum eſſe dicebat. In Viam, *pro Itineri ſe accingere :* Cic. Fam. 14, 12 In Viam quod te des hoc tempore, nihil eſt. Idem de Fin. 5, 50 Non intelligunt idcirco ea eſſe propter ſe expetenda, quod nulla vtilitate obiecta delectentur animi, atque ipſa ſcientia etiam ſi Incommoda datura ſit, gaudeant. Cic. de Fin. 5, 48 Videamus partes, quarum eſt adſpectus illuſtrior, quae quo ſunt excelſiores, eo dant clariora Indicia naturae. Liu. 1, . . Agri parte multatis, in centum annos Induciae datae. Plin. Epiſt. 10, 11, 2 Rogo ergo, vt ipſe apud te pro dignitate eius precibus meis faveas : cui et ſi quid mihi credis, Indulgentiam tuam dabis. Ingenio meo non poſſum tantum dare, vt Cic. pro Sulla 40 c. 14. Initium orandi conditoribus Vrbium, ac Legum latoribus dedit Quinct. 3, 2. *i. tribuit, adſcripſit.* Initium dicendi dedit natura, initium artis obſeruatio Idem 3, 2. Inſidias alicui, *Inſidiari* Plaut. Aul. 4, 5, 2. Idem Bacch. 2, 3, 52 Is noſtrae naui lembus Inſidias dabat. Intus dare manum, *vid. mox* Manus dare. Iter Liu. 28, . . *Sic apud* Caeſ. Bell. Gall. 1, 10 Negat ſe more et exemplo Popul. Roman. poſſe Iter vlli per prouinciam dare, *i. permittere.* Iucunditati ſe dare Cic. Offic. 2, 122. Iudex datus in hanc cauſam, *i. Conſtitutus:* Plin. Epiſt. 8, 14, 17 Fingamus tres omnino Iudices in hanc cauſam datos eſſe, horum vni placuiſſe perire libertos, alteri relegari, *etc.* *Saepiſſime ita* Cic. Verr. 2, *v. g.* n. 32 *et* 38 c. 13 *et* 15. *it.* 2, 66 c. 27. Iudicem dare rei iudicandae, vel aeſtimandae Vlp. in l. proinde D. ad leg. Aquil. Iudicium dare in ea verba, *i. formulam* Cic. Verr. 2, 30 c. 12. Idem ibid. Dubium nemini eſt, quin omnes omnium pecuniae ſint in eorum poteſtate, qui Iudicia dant, et eorum, qui iudicant, *etc.* *Sunt enim plura.* Iudicium ex edicto in libertum dare Cic. pro Flacco 88. In me Iudicium ne det Idem Verr. 1, 137 c. 52. *Et* Tuſc. 2, 33 Sane ſi nudus es, da Iugulum. Cic. pro Milon. 31 Certe optabilius Miloni fuit dare Iugulum P. Clodio, non ſemel ab illo, neque tum primum petitum. Qua ſumma labantes Iuncturas tabulata dabant Virg. Aen. 2, 463. *i. faciebant,* Seru. Ter. Andr. 4, 1, 60 D. At iam hoc tibi Inuentum dabo. Plin. Epiſt. 10, 40, 1 Quum Ius mihi dederis referendi ad te, de quibus dubito. Tac. Ann. 12, 64 Ius ſtatuendi etiam de procuratoribus dederat. Virg. Aen. 1, 292 — Remo cum fratre Quirinus Iura dabant. Liu. 30, . . Roma an Carthago Iura gentibus daret, ante craſtinam noctem ſcituros. Plaut. Amph. 3, 2, 50 Iusiurandum dabo, me — arbitrarier. Ter. Adelph. 2, 1, 11 Iusiurandum dabitur te eſſe indignum iniuria hac, indignis quum ego ſim acceptus modis. Vict. de Vir. Illuſtr. 40 Dato Iureiurando, vt ſi non impetraſſet, ita demum rediret. Iuſſa dare Ouid. Amor. 3, 8, 34. *i. Poſtquam iuſſa eſt dare, vel Dedit id, quod iuſſa eſt dare.* Lucret. 2, 1145 Sic igitur magni quoque circum moenia mundi Expugnata dabunt Labem, putreisque ruinas Omnia. Cic. Verr. 5, 17 Quum roſam viderat, tunc incipere ver arbitrabatur : dabat ſe Labori atque itineribus. Virg. Aen. 4, 370 Num Lacrimas victus dedit ? Lacrimas *auditor* ſiccis agenti oculis dabit? Quinct. 6, 2, 27. Cic. pro Planc. *extr.* Nolite inimicis meis dare Laetitiam, gloriantibus vos iam oblitos mei. Ter. Eun. 5, 9, 48 Principio et habet, quod det, et dat nemo largius. *Vbi* Donatus, Dat Largius vt liberalis. Plin. 36, 16 Aethiopicis Laus ſumma datur. Laudi Cic. Offic. 1, 71, *vt* ducere Laudi, *i. imputare.* Idem pro Cluent. 89 Ne Legi quidem quidquam per Tribunum pleb. Laxamenti datum eſt. Virgil. Aen. 8, 322 Compoſuit, Legesque dedit. *Sic* Cic. de Legib. 3, 10 Dare Legem et diſciplinam viuendi populis. Virg. Georg. 4, 487. Ouid. Met. 2, 55 Et Legem dederat, ſua ne ſecreta viderent. Virg. Aen. 4, 213 Cuique loci Leges dedimus, connubia noſtra Reppulit. Do, lego: Iabolenus De ſtat. liberis, l. Stichum, Titio do, lego. Paull. ad l. Falcidiam, l. prima, Easque res quibusque dare legare volet. *Non plus ſignificat* Do, lego, *quam ſi* Do *ſolum, vel* Lego *dixiſſet.* Lucret. 1, 29 Quo magis aeternum da dictis Diua Lepórem. Leto dare Virg. Aen. 5, 806. *i. Morti.* Ouid. Met. 3, 120. Letum dare alicui Senec. Med. v. 28. Libellos de re aliqua dare Quinct. 1, 7. Libertatem dare, *pro Manumittere* Claud. in Eutrop. 1, 310. Licentiam pueris ludendi Cic. Off. 1, 103. Linamentum dare in plagam, *eſt, vt vulgus chirurgorum dicit, Imponere carptum, quod Graeci* ἔμμοτον *appellant :* Celſ. 7, 9. Ouid. Met. 7, 40 Vt per me ſoſpes, ſine me det Lintea ventis. Litem dare, *eſt ſententiam dicere, pronuntiare.* Valer. Max. 2, 8, 2 Itaque Lutati, ſecundum te Litem do, *i. pronuntio te victorem litis et cauſae.* Cic. pro Roſc. Com. 3 Quo minus ſecundum eas *(tabulas)* his detur, non recuſamus. Gell. 5, 10 Siue contra te pronuntiatum erit, ſiue pro te. Nam ſi contra te Lis data erit, merces mihi ex ſententia debebitur, quia ego vicero: ſin vero ſecundum te iudicatum erit, *etc.* Lucan. 8, 333 Secundum Emathiam Lis tanta datur ? *Deinde nomen* Litem *omiſere.* Plin. 7, 6 Finem cognitioni quaeſtio impoſuit, quae ſecundum reos dedit, *i. Serui in quaeſtionem tormentorum dati reos ſua confeſſione liberarunt.* Tac. Ann. 4, 43, 4 Ita ſecundum Meſſenios datum. *Hinc* Vlp. l. 27 §. 2 de liberali cauſa, Si enim liquebit, contra libertatem dabit. Sen. Controu. 3 (*al.* 7) praef. *extr.* Centumuiri dixerunt, dare ipſos ſecundum aduerſarium Albutii, ſi iuraret ille. Sueton. Claud. 15 Abſentibus *(Ablatiuo caſu, ſi abſentes quidam litigatores eſſent)* ſecundum praeſentes facillime dabat. Cic. Att. 5, 15 Tu autem ſaepe dare libellariis publicanorum poteris per magiſtros ſcripturae, et portus, *etc.* Literas alicui, *pro Reddere :* Cic. Att. 5, . . Ac binas quidem tuas Beneuenti accepi, quarum alteras Funiſulanus multo mane mihi dedit, alteras ſcriba Tullius. Literas alicui ad aliquem Cic. Fam. 12, 19. Idem Att. 7, . . Vt ab vrbe diſceſſi, nullum adhuc intermiſi diem, quin aliquid ad te Literarum darem. Cic. Acad. 1, 11 Quamobrem da quaeſo te huic etiam generi Literarum. Locum Plaut. Rud. 1, 4, 35. Cic. Att. 2, 1 Is quaerit ex me, num conſueuiſſem Siculis Locum *(in ſpectaculis, inductis)* gladiatoribus dare. Locum dare, *pro Cedere* Ter. Heaut. 3, 3, 26. Cic. de Natur. Deor. 2, 83 Quacunque enim imus, quacunque mouemur, videtur quaſi Locum dare et cedere. Locum proximum alicui rei Plin. 37, 6 *intell. in deſcribendo.* Cic. pro Balb. 16 Cuius igitur audita virtus dubitationis Locum non daret ? *Sic* Dare Locum reſpondendi Idem de Natur. Deor. 3, 19. Locum dolis dare Ouid. Amor. 2, 19, 44. Locum tituli tibi dat Idem Triſt. 4, 3, 81. Liu. 25, 40 Sed nullum neque Locum, neque tempus cunctationi, conſilioue dedit Mutinis. Virg. Aen. 1, 310

At pius Aeneas per noctem plurima voluens,
Vt plurimum Lux alma data eſt, exire, locosque
Explorare nouos, *etc.*

Ludum dare, *eſt liberiorem facultatem concedere :* Plaut. Bacch. 4, 10, 7

Ego dare me Ludum meo gnato
Inſtitui, vt obſequium animo ſumere poſſit: aequom puto,
Sed nimium nolo deſidiae ei dare Ludum.

Horat. Carm. 3, 12, 1 Miſerarum eſt, neque amori dare Ludum, Neque dulci mala vino lauere. Quinct. 3, 1, 20 Praecipuum vero Lumen ſicut eloquentiae, ita praeceptis quoque eius dedit vnicum apud nos ſpecimen orandi, docendique oratorias artes M. Tullius. Luſus de ſe Quinct. 5, 13, 46 *Ridiculum ſe facere.* Virg. Aen. 9, 173 Quos pater Aeneas, ſi quando aduerſa vocarent, Rectores iuuenum, et rerum dedit eſſe Magiſtros. Ter. Andr. 2, 5, 22 Renuntiabo, vt pro hoc malo mihi det Malum. Idem Eun. 3, 3, 27. Cic. Verr. 2, 2 Cohors tota illa tua, quae plus Mali Siciliae dedit, quam ſi centum cohortes fugitiuorum fuiſſent. Mammam, *Lactare :* Ter. Adelph. 5, 9, 18 Et quidem tuo nepoti huius filio hodie primam Mammam dedit haec. Plaut. Perſ. 4, 4, 40 Mancipio neque promittet, neque quisquam dabit. Idem Mil. 1, 1, 23 Me ſibi habeto, et ego me illi Mancupi dabo, *vid.* MANCIPIVM. Lucret. 3, 984 Vitaque Mancipio nulli datur : omnibus vſu. Cic. Att. 7, 13 Qui tantis de rebus huic Mandata dederit. Virg. Aen. 6, 116 Idem orans Mandata dabat. Mandata alicui ad aliquem Cic. Att. 8, 19. Manum paruulo *ſubleuandi viam cauſa* Quinct. 2, 3, 7. Manum alicui, *Conſentiendi ſignum et veluti confirmationis eorum, quae a nobis vel petuntur vel proferuntur :* Plaut. Aul. 2, 1, 15 Da mihi optima femina Manum. E. vbi ea eſt? Idem Aſin. 4, 1, 32. Virg. Aen. 11, 568 Neque ipſe Manus feritate dediſſet. Seruius. Manus alicui, *Fateri ſe victum* Plaut. Perſ. 5, 2, 72. Cic. Att. 2, 22 Aiebat illum primo ſane diu multa contra, ad extremum autem Manus dediſſe, et affirmaſſe, nihil ſe contra eius voluntatem eſſe facturum. Eidem 16, 3 Sapienter igitur quod Manus dediſti, quodque etiam vltro gratias egiſti. Idem de Amic. 99 Atque ad extremum det Manus, vincique ſe patiatur. *Add.* Nep. 22, 1, 4. Caeſ. B. G. 5, 31. Plaut. Perſ. 5, 2, 72. Horat. Epod. 17, 1. Sen. Thyeſt. 8 Tantum ora ſeruat : et datas fidei Manus. Celſ. 7, 29 Qua curatione partus emortuus ex vtero eximatur. ad cuius rei facultatem multum confert et magnitudo vuluae, et vis neruorum eius, et corporis totius habitus, et mentis etiam robur, quum praeſertim Intus nonnunquam etiam duae Manus dari debeant. Manu plena dare Senec. de Benef. . . . Manibus alterius dare, *velut immolare, eſt Vmbris mortuorum in ſolatium mortis.* Liu. 1, 25 *Horatius ille de trigeminis fratribus ſuperſtes,* Duos, *inquit,* fratrum Manibus dedi : tertium cauſae belli huius, vt Romanus Albano imperet, dabo. *Et* 4, 19 Iam ego hanc mactatam victimam (ſi modo ſancti quidquam in terris eſſe dii volunt) legatorum Manibus dabo. Materiam inuidiae Cic. Philipp. 11, 21. Ouid. Amor. 2, 19, 44 Mordeat iſta tuas aliquando cura medullas, Detque locum noſtris, Materiamque dolis. Medicamentum aegroto Curt. 6, 10, 34. *Add.* Idem 3, 6, 3. Celſ. 7, 7 Vbi tota exemta eſt, committendae orae, fibulaque his iniicienda, et ſuper Medicamentum glutinans dandum. Gell. 1, 11 Cretenſes quoque praelia ingredi ſolitos Memoriae datum eſt, praecinente ac praemoderante cithara greſſibus. Mentem dare, *vid.* MENS. Mercedem alicui Plaut. Amph. 2, 2, 15. Cic. de Amic. 26 Vt in dandis recipiendisque Meritis, quod quisque minus per ſe poſſet, id acciperet ab alio, viciſſimque redderet. Hor. Serm. 2, 2, 36

Quo pertinet ergo
Proceros odiſſe lupos ? quia ſcilicet illis
Maiorem natura Modum dedit.

Quinct. 2, 4 Nos ſuum cuique profeſſioni Modum demus. Moram cogitationi, *i. ſibi ſumere ſpatium* Idem 10, 3, 19. 11, 3, 157 *it.* inter vltimum et proximum verbum 9, 4, 108. Ouid. in Ibin 663 Quam quos cum Rutulo Morti Rhamnete dederunt, *etc.* Mores ſuos alteri Plin. 10, 50. Motus incompoſitos dare Virg. Georg. 1, 350. *i.* Saltationem aptam religioni, nec ex vlla arte venientem. Seru. Vict. de Viris Illuſtr. 66 Marcus Liuius Druſus genere et eloquentia magnus, ſed ambitioſus et ſuperbus, Aedilis, Munus magnificentiſſimum dedit. Muneri, *apud* Fabium 1, 17. Murmura dare Ouid. Met. 2, 788. Ter. Heaut. 3, 3, 40 Huic drachmarum haec argenti mille dederat Mutuum. Cic. Att. 10, 13 Non reddit, quae dedi eius filio mutua, et vtitur excuſatione temporis. *Add.* Idem Agr. 2 c. 30. Cic. Att. 11, 3 Cui magnam dedimus pecuniam Mutuam. Idem Philipp. 2, 15 c. 6 Hodie non deſcendit Antonius. cur ? dat Natalicia in hortis. Neci dare Virg. Georg. 3, 480. *Vid.* NEX. Ter. Andr. 3, 2, 40 Poſtremo id mihi da Negotii. *Add.* ib. Prol. v. 2. Cic. Verr. 2, 173 Dat amico ſuo cuidam Negotium, qui tum magiſter erat eius ſocietatis, vt diligenter caueret. Cic. Fam. 5, 20 Non habui, cui potius id Negotii darem, quam tibi. Idem Verr. 4, 50 Audiſtis ſibi iſtum Negotium dediſſe atque imperauiſſe, vt Centuripinis, *etc.* Plaut. Poen. 1, 1, 31 Vin' tu illi dare Nequam nunc ? AG. Cupio. MI. En, me dato. Nequam *veteres vſurpabant pro Nequitia et Malo, quum etiam pro homine malo et improbo poneretur : vnde iocus* Plautinus. *Ludit enim hîc ex ambiguo : quum dixiſſet,* Vin' illi dare malum et incommodare, *vt qui reſpondet intellexit : quaſi tamen de ſe improbo ſeruo loquutus, praeter exſpectationem ſubiecit,* En me, dato, qui Nequam ſum. Nomen militiae, *et* ad militiam, *eſt Ad delectum ſeſe exhibere :* Plaut. Pſeud. 4, 6, 38 Quid ego ceſſo Pſeudolum facere, vt det Nomen ad molariam coloniam ? Liu. 5, 10. Cic. Att. 7, 12 Re et veritate nobis milites ſine vlla recuſatione, ſummo etiam cum ſtudio Nomina dant, *h. e. Se ipſos ſcribendos*

bendos offerunt, et curant nomina ſua inſcribenda. *Add.* Cic. Phil. 7 c. 4. Liu. 34, . . Vt Latini, qui in coloniam Romanam Nomina dediſſent, ciues Romani eſſent. Ouid. Triſt. 3, 3, 79 Quos ego confido, quamuis nocuere, daturos Nomen et auctori tempora longa ſuo. *h. e. Famam diuturnam.* Plin. 11, 37 Poſtea Gallico vocabulo etiam legioni Nomen dederat Alauda. Liu. 1, 3 Celebre ad poſteros Nomen flumini dedit: *de Tiberino.* Horat. Epiſt. 1, 17, 12 Fons etiam riuo dare Nomen idoneus, *etc.* Ouid. ex Ponto 2, 2, 40 Digna parente ſuo Nominibusque datis. Plin. in praefat. Res ardua vetuſtis Nouitatem dare, nouis auctoritatem. Horat. Serm. 1, 9, 43 — fugiens hic decidit acrem Praedonum in turbam: dedit hic pro corpore Numos. Nuptum filiam, *idem, quod Dare in matrimonium:* Plaut. Perſ. 3, 1, 55. Ter. Adel. 3, 2, 47 Periit: pro virgine dari Nuptum non poteſt. Idem Andr. 2, 1, 1 Quid ais Birria? daturne illa hodie Pamphilo Nuptum? B. ſic eſt. Liu. 30, . . Plaut. Stich. 1, 2, 83 Hoſtis eſt vxor pater, inuita quae ad virum Nuptum datur. Liu. 4, . . Aut in perpetuum arma bellumque Obliuioni danda, iugumque accipiendum. Idem 5, . . Quae auſpicato agimus omnia fere intra pomoerium, cui Obliuioni, aut cui Negligentiae damus? Obſides Caeſ. Bell. Gall. 1, 3. Tac. Ann. 11, 10 Multi ad Gotarzen inclinabant, quidam ad Meherdatem prolem Phrahatis Obſidio nobis datum. Ter. Adelph. 3, 2, 13 Nihil eſt quod malim, quam illam totam familiam dari mihi Obuiam. Occaſionem Plaut. Capt. 1, 2, 8. Cic. Att. 7, 17 Alterum Conſulatum a Republ. ne data quidem Occaſione repulimus. Ouid. ex Ponto 4, 9, 54 Detque bonum voto lucidus Omen apex. Operam, *Eniti et laborare* Ter. Andr. 2, 1, 29. Idem Eun. 2, 3, 69 Faciam ſedulo, ac dabo operam, adiuuabo. *Plerumque Datiuum adiunctum habet perſonae, cui illa opera, i. labor, officium, aut quidquid eſt, tribuitur.* Ter. Heaut. 3, 1, 95 Ibo, ac dicam, vt dixeram, Operam daturum me, hodie non poſſe his dare. Plaut. Aulul. 2, 1, 22 Da mihi operam amabo. *Sic* Dare operam amico vnguenta ementi, *pro Iuuare in emendis vnguentis* Plaut. Caſ. 2, 3, 24. Cic. pro Caecina 8 Liceretur is, quem Caeſenniae dare Operam nemo miraretur. Ter. Eun. 2, 2, 60 Tum tu igitur paullum da mihi Operae, fac, vt admittar ad illam. Plaut. Bacch. 1, 2, 26 Aurum hercle auferre voluere, ei rei Operam dabant. Operam ne Idem Perſ. 4, 5. Idem Milit. 4, 5, 9 Ne te abduceret Operam dedi. Plaut. Caſin. prol. 22 Vos omnes Opere magno oratos eſſe volo, Benigne vt Operam detis ad noſtrum gregem, *i. audiatis, plaudatis.* Operam abortioni, *Conari abortum facere* Plaut. Truc. 1, 2, 99. *Vid.* ABORIOR. Operam amori et deſidiae Plaut. Merc. prol. 62. Idem Pſeud. 1, 2, 42 Experiar, quae capiti, quae ventri operam det, quaeque ſuae rei. Ter. Heaut. 1, 1, 38 Ego iſthuc aetatis non amori Operam dabam, *etc.* Plaut. Bacch. 4, 9, 72 Vbi lubet recita, Aurium Operam tibi dabo. Idem Amph. 3, 4, 23 Iam ille hic deludetur probe, ſi quidem vos vultis Auſcultando Operam dare. *Sic* Dare Operam fabulae Plaut. Capt. prol. 54. Liu. 38, 26 Tertio die quum auſpicio Operam dediſſet, dein immolaſſet, in quatuor partes diuiſas copias educit. Operam Platoni, *et caeteris, pro Diſcipulum ei eſſe, inquit Valla in Raudenſem:* Cic. Acad. 4, 17 c. 6 Iam Clitomacho Philo veſter Operam multos annos dedit. Ibid. 12 Dedi Antiocho Operam diligentius, vt cauſam ex eo totam cognoſcerem. *Sic* Quinct. 12, 2, 22. Plaut. Capt. 2, 3, 3 Vult te nouus herus Operam dare tuo veteri Domino. Operam aſſiduam Foro Idem Aſin. 2, 4, 22. Operam Furtiuis rebus, *i. furari:* Plaut. Amph. 1, 3, 12 Edepol ni illa Furtiuis rebus te ſciat Operam dare, ego, *etc.* Ter. Andr. 1, 1, 130 Et nunc Id Operam do, vt per falſas nuptias, *etc.* Ibid. 2, 1, 8 Ah quanto ſatius eſt te Id dare Operam, quî iſtum amorem ex animo amoueas tuo, quam, *etc.* Cic. Tuſcul. 1, 7 In quam exercitationem ita nos ſtudioſe Operam dedimus, vt, *etc.* Plaut. Poen. 3, 6, 20 Domos abeamus noſtras ſultis nunc iam: quando id, quod Irae Operam dedimus, impetrauimus. Plaut. Perſ. 4, 5, 1 Edepol dediſti virgo Operam laudabilem. Cic. Off. 1, 128 Liberis dare Operam, re honeſtum eſt, nomine obſcenum, *h. e. Liberis procreandis.* Plaut. Capt. 3, 5, 43 Sed mihi aegre eſt me huic dediſſe Operam Malam, qui nunc propter me meaque verba victus eſt. Gell. 2, 29 Roges veniant, Operamque Mutuam dent, et meſſem hanc nobis adiuuent. Operam Optimam Plaut. Aulul. 2, 2, 22. Idem Aſin. 2, 2, 99 Iuſſit vel nos atrienſem, vel nos vxorem ſuam defraudare: dixit ſeſe Operam Promiſſam dare. Ter. Adelph. 1, 2, 15 Denique ſi conferendum exemplum eſt, non fratrem videt Rei dare Operam, ruri eſſe parcum ac ſobrium? *int.* rei familiari, *diligentem patrem familias eſſe.* Plaut. Aſin. 5, 2, 21 Ego cenſeo eum etiam hominem Senatui dare Operam, aut clientibus. Cic. de Legib. 2, 1 Sermoni reliquo demus Operam ſedentes, *i. colloquamur.* Plaut. Epid. 2, 2, 54 Diſſimulabam me harum Sermoni Operam dare, *i. attendere, auſcultare.* Operam Somno, *Dormire* Plaut. Pſeud. 1, 2, 42. Liu. 23, . . Corpora curare, Somnoque Operam dare, *etc.* Cic. de Clar. Orat. 306 Ego autem iuris ciuilis ſtudio multum Operae dabam Q. Scaeuolae, P. F. qui quanquam nemini ſe ad docendum dabat, tamen conſulentibus reſpondendo, Studioſos audiendi docebat. Operam Stilo, *pro ſcribere vel componere:* Sueton. in Domit. c. 20 Nunquam tamen hiſtoriis carminibusue cognoſcendis Operam vllam, aut Stilo vel neceſſario dedit. Operam Tonſoribus Idem in Auguſt. c. 79 *pro Tonderi.* Cic. de Amicit. . . . Quod quum optimum maximumque ſit, ſi id volumus adipiſci, Virtuti Opera danda eſt: ſine qua neque amicitiam, neque vllam rem expetendam conſequi poſſumus. Plaut. Truc. 4, 2, 10 Sed obſecro, da mihi Operam, vt narrem, quae volo, *i. audi me.* Ter. Eun. 1, 1, 18 Quam ſi des Operam, Vt cum ratione inſanias. Cic. Verr. 2, 19 Dedit Operam, Vt Haleſinus ad ſe, *etc.* Plaut. Rud. 1, 2, 33 Paucis percontarier volo ex te. D. dabitur Opera, atque in negotio, *i. non audiam modo, ſed reſpondebo etiam.* Cic. Verr. 2, 176 His pro rebus quod portorium non eſſet datum, literas ad ſocios miſiſſe L. Canuleium, qui in Portu Operas daret. Idem Fam. 13, 65 Cum P. Terentio Hiſpone, qui Operas in Scriptura pro magiſtro dat, mihi ſumma familiaritas, conſuetudoque eſt. Opera data, *i. de induſtria, conſilio:* Vlp. in l. 1 §. Quid ſi vulnera i. D. de Senatuſconſ. Silan. Niſi aut ipſi ſibi vulnera iſta fecerunt data Opera, ne punirentur. *Add.* Plin. Ep. 7, 12, 6. Caeſ. Bell. Gall. 3, 17 Niſi aequo loco, aut Opportunitate aliqua data, legato dimicandum non exiſtimabat. Liu. 26, 29 Nam quum extra ſortem Collegae Optionem dare prouinciae iniquum fuerit, quanto, *etc.* Plaut. Rud. 4, 4, 20 G. Alienon' prius quam tuo dabis Orationem? Plaut. Mil. 2, 5, 56 Neque eques, neque pedes, praefectus quiſquam tanta audacia eſt, qui aeque faciat confidenter, quam mulieres faciunt, vt vtrobique Orationem docte duint. Plaut. Amph. prol. 34 Iuſtam rem et facilem eſſe oratum a vobis volo, nam iuſte ab iuſtis ſum Orator datus. Os dignum dabit pulcherrimis vitae praeceptis *orator emeritus* Quinct. 12, 11, 4. *i. conſcribet, certe ore tradet, praecepta.* Ouid. Met. 10, 281 Incumbensque toro dedit Oſcula. Oſcula ex animo dare Idem Amor. 2, 5, 51. Tacit. Ann. 16, 25 Segnes et pauidos ſupremis ſuis ſecretum Otium dare. Otium datum fabulis Quinct. 12, 11, 18. *i. impenſum confabulationibus.* Plaut. Trin. 4, 1, 19 Certum eſt, Otio me dare, ſatis partum habeo. Idem Amph. 1, 1, 54 Pacem atque otium date illis. Pacem mortalibus dare Sil. 7, . . Ouid. de Arte Am. 2, 734 Finis adeſt operi, Palmam date grata iuventus, Sertaque odoratae myrtea ferte comae. Palma danda docto oratori Cic. de Orat. 3, 141. Plin. 28, 9 Maſſurius Palmam lupino adipi dediſſe antiquos tradit. *i. pluris feciſſe.* Ter. Heaut. 4, 3, 31 Huic equidem conſilio Palmam do, hic me magnifice effero, *i. conſilium illud praefero caeteris.* Liu. 24, 7 Quia cuſtos corporis erat, Partes datae ſunt, vt quum appropinquaret ianuae rex, per cauſam aliquam in anguſtiis ſuſtineret a tergo agmen. Patronum alicui Cic. de Orat. 2, 280. Pauſam conciliis dare, *h. e. quietem et ceſſationem congregationibus:* Lucret. 2, 118

— pugnasque
Edere turmatim certantia: nec dare Pauſam
Conciliis, et diſſidiis exercita crebris.

Pectus dare enſibus Senec. Hippol. 616. Pectora ferro dare Virgil. Aen. 12, 540. Pecunias in ſumtum Ter. Adelph. 3, 3, 17. Cic. de Natur. Deor. 3, 66 Atque illi Perniciem dabo, Mihi moerores, illi luctum, exitium illi, exilium mihi. *Ex Poëta.* Idem Att. 8, 9 Crebro enim illius literae ab aliis ad nos commeant. Sed me illorum ſententiae minus mouebant, minus multa dederant illi Reipublic. Pignora. Ouid. Met. 2, 91 Do Pignora certa timendo. *Add.* Senec. in Medea ſ. 7. Plaut. Bacchid. 4, 9, 133 Nae ego cum illo Pignus haud auſim dare, tantas turbellas facio. Idem Poen. 5, 4, 72 Pignus da, ni nunc periures, in ſuauium, vter vtri det. Plaut. Epid. 5, 2, 34 Ain' tu lubuit? E. aio, vel da Pignus ni ea ſit filia. Plaut. Moſtel. 4, 2, 62 Quid ais? emit aedeis vicini hic proximas? D. non aio. T. quadraginta etiam dedit hucusque pignori? Idem Aſin. 2, 2, 10 Etiam de tergo ducentas Plagas praegnantes dabo, *i. Lubens ſufferam plagas. Quemadmodum et Dare poenas quis dicitur, pro Ferre ſupplicium.* Ouid. Met. 8, 447 Quum videt extinctos fratres Althaea referri, Quae Plangore dato, moeſtis clamoribus vrbem Implet. Plauſum, *Applaudere, plauſu quodam vel manuum, vel pedum fauere: vnde Poëtae fabulas ſic finiunt, vt, v. g.* Plautus Aſinariam, Remur impetrari poſſe, ſi Plauſum ſic *(hic ipſe complodit manus)* clarum datis. In Ciſtell. More maiorum date Plauſum poſtrema in comoedia. Plaut. Capt. . . Cic. de Senect. 6 Quibus quum a cuncto conſeſſu Plauſus eſſet multiplex datus. Horat. Carm. 1, 20, 4. Plauſum penſis dare Virgil. Aen. 5, 215. Cic. pro Cluent. 30 Qui vxori ſuae Cluentiae quum ipſe Poculum dediſſet, ſubito illa in media potione exclamauit, *etc.* Poenas, *Puniri:* Ter. Phorm. 4, 3, 22. Virg. Aen. 4, 405 Dabis improbe Poenas. Cic. Tuſc. 5, . . Si digito quem attigiſſet, Poenas dediſſet. Poenas inceſti, aut temeritatis Liu. 2, . . Cic. Philipp. 12, 24 c. 10 Itaque ipſi (ne dicam mihi) Populo Romano Poenas dederunt: me ſaluum adhuc Reſpubl. conſeruauit. Poenas ſanguine, *pro Mori:* Virg. Aen. 2, 366 Nec ſoli Poenas dant ſanguine Teucri, *h. e.* Moriuntur indigne. hoc enim proprie ſignificat. Seruius. Portiones Plin. 12, 14. Idem 12, 15 Non dant ex myrrha Portiones deo. Poteſtatem, *eſt (inquit Valla 4, 18) Rem alterius arbitrio committere:* Plaut. Perſ. 4, 4, 52. Ter. Phorm. 5, 6, 40 Ait vterque ſibi Poteſtatem eius habendae dare. Idem in prol. Heaut. 35 Adeſte aequo animo: date Poteſtatem mihi Statariam agere vt liceat per ſilentium. Poteſtatem, honorem, auctoritatem, ornamentum Cic. Verr. 5, 8 . Plaut. Capt. 5, 1, 14 Dii Poteſtatem dabunt, vt beneficium bene merenti noſtro merito numeres. Celſ. 1, 13 Illud ſcire oportet, omne huiusmodi medicamentum, quod Potui datur, non ſemper aegris prodeſſe, ſemper ſanis nocere. Potui datur ad iecinerum vitia Plin. 21, 20. *Sic* Columel. 8, 5. Potum arenti ſolo Plin. 17, 26. Ter. Andr. 3, 4, 27 Vtinam mihi eſſet aliquid hîc, quo nunc me Praecipitem darem. Ibid. 1, 3, 9 Praecipitem me in piſtrinum dabit. Horat. Serm. 1, 2, 51 Hic ſe Praecipitem tecto dedit. Praeceps datus trucidabatur Tac. Ann. 1, 44. Virg. Georg. 4, 398 Nam ſine vi non vlla dabit Praecepta: neque illum Orando flectes. Praeceptum, *pro Praecipere* Liu. 30, . . Cic. de Fin. 2, 84 Ad eas enim res ab Epicuro Praecepta dantur. Praelia dare Virg. Georg. 3, 265. Cic. Off. 2, 60 Quod Praeſens, tanquam in manu, datur, iucundius eſt. Scaeuola de Statu liberis l. Sticho: Iubeo det Praeſtet filio et vxori meae. Plaut. Amph. 2, 2, 33 Domi daturus nemo eſt prandium aduenientibus. Preces non dat Miloni Cicero Quinct. 6, 1, 27. *i. non introducit precantem ſuppliciter.* Plin. Epiſt. 1, 22 Dandum enim precibus vxoris, dandum filiae lacrimis, dandum etiam nobis amicis, *etc. i. horum omnium in gratiam vlciſcendum.* Primas, ſecundas, tertias *(partes)* alicui rei Cic. de Orat. 3, 211. Idem Off. 2, 66 Huic quoque ergo a maioribus noſtris eſt in tota dignitate Principatus datus. *Vid.* PRINCEPS. Ter. Eun. 3, 2, 4 Quam venuſte? quod dedit Principium adueniens? *quomodo incepit?* Lucret. 2, 262 Nam dubio procul his rebus ſua cuique voluntas Principium dat. Progeniem vitioſiorem daturi, *generaturi* Horat. Carm. 3, 6, 48. *Sic* Virg. Aen. 1, 274 Donec regina ſacerdos Marte grauis geminam partu dabit Ilia Prolem. Promiſſa, *Spondere* Catul. Argon. 139 At non haec quondam blanda Promiſſa dediſti? Voce mihi. Virg. Aen. 9, 45 Non haec Euandro de te Promiſſa parenti Diſcedens dederam. Cic. de Fin. 1, 19 Nam ſi omnes atomi declinabunt, *etc.* primum erit hoc quaſi Prouincias atomis dare, quae recte, quae oblique feruntur. Cic. Verr. 4, 51 Ferebat grauiter illam ſibi ab iſto Prouinciam datam. Plaut. Pſeud. 1, 5, 111 Dabo aliam pugnam claram et commemorabilem. Ter. Eun. 5, 2, 60 Crede hoc meae fidei, dabit hic aliquam pugnam denuo. *Vbi* Donatus, Dabit autem proprie pro Inducet: *vt,* Magnam dabit ille ruinam. Tac. Hiſt. 4, 79 Nec in longum Quies militi data. Virg. Aen. 10, 217 — neque enim membris dat cura Quietem. Quieti ſe dare ex diurno labore, *vid. paullo poſt,* Somno ſe dare. Liu. 9, . . Curati cibo, corpora Quieti dant. Rationem, *Docere rationem et modum, quo quid fieri poſſit* Plaut. Milit. 1, 1, 47. Caeſ. Bell. Ciu. 1, 82 Si praelium com-

committeretur, propinquitas caſtrorum, celerem ſuperatis ex fuga Receptum dabat. Caeſ. Bell. Gall. 5, 42 Receſſumque primis vltimi non dabant. Recordationes iucundas das mihi Cic. Fam. 5, 13. Ouid. Epiſt. 6, 59 Abſtrabor Hypſipyle, ſi dent modo fata Recurſum. Cic. in Parad. 4 Reditum mihi glorioſum iniuria tua dedit, non exitum calamitoſum. Virg. Aen. 1, 62 — Regemque dedit, qui foedere certo, *etc.* Caeſ. Bell. Ciu. 1, 81 Praeſenti malo aliis malis Remedia dabantur. Requiem nullam dare Plin. in Paneg. . . . Reſponſum Cic. Att. 1, . . Virg. Ecl. 1, 45 Hic mihi Reſponſum primus dedit ille petenti. Riſus alicui dare Horat. Serm. 1, 5, 98. *h. e. occaſionem ridendi dare.* *Sic* Quinct. 11, 3, 180. Ouid. Met. 8, 466 Saepe ſuum feruens oculis dabat ira Ruborem. Virg. Aen. 2, 310 — iam Deiphobi dedit ampla Ruinam Vulcano ſuperante domus. Ouid. Met. 2, 165 Sic oneri inſueto vacuos dat in aëre Saltus. Cic. pro Deiot. 40 Sed maxime eorum incolumitates, quibus Salutem dediſti. Salutem aduenienti, *Salutare aduenientem* Plaut. Epid. 4, 2, 2. Cic. de Natur. Deor. 3, 90 Quaenam vnquam ob mortem Myrtilli poenis luendis dabitur Satietas ſupplicii? Virg. Aen. 4, 596 Infelix Dido nunc te fata impia tangunt, Tum decuit, quum Sceptra dabas. Amici aduerſariis Se dabant Nep. 25, 9, 1, *vbi conf. Schott.* Se alicui dare Ter. Eun. 5, 9, 9. *Add.* ibid. 3, 3, 10. Legionibus Se dare Tacit. Ann. 1, 31. Poſt vbi proceris generoſa ſtirpibus arbor Se dederit Grat. Cyneg. v. 143. *Conf. quae dedimus n. 2 et 5. it.* Quinctil. 10, 1, 23. *et* 10, 7, 23. Laeua Se pharetrae dabit Sen. Hippol. 396. Dat Se occaſio Quinctil. 12, 2, 12. Regi Se dedit Rabirius, *cum credidit pecunias* Cic. pro Rab. Poſt. c. 2. Dare Se ad lenitatem, *i. leniorem fieri* Idem Fam. 13, 1. Cic. Diuin. in Caec. c. 2 Qui me ad defendendos homines ab ineunte adoleſcentia dediſſem. Idem de Orat. 3 c. 16 Eloquentia, varietate, copia, quam Se cunque in partem dediſſet, omnium fuit facile princeps. Se ad legendos libros, et Philoſophiam pertractandum Cic. de N. D. 1, 9. *V.* DEDERE Se. Se facilem dare Ouid. Epiſt. 16, 195. Idem Faſt. 1, 17. Se Fluctibus, *i. nauigare* Valer. Flacc. Argon. 7, 36. Se hilarem *alicui* Plaut. Aſin. 5, 1, 21. Dare Se in bella, in caſum, in conſpectum, in cuſtodiam, *etc. ante vidimus in* Dare In. Dare Se Labori atque Itineribus Cic. Verr. 5, 17. Se praecipitem, *vid. modo h. v.* Se in pedes, *i. fugere* Plaut. Capt. 1, 2, 12. Si non eſt, quod dem, mene vis dem ipſe in pedes? Ter. Eun. 5, 2, 5. Dat Se populo, *qui in theatrum veniunt* Cic. pro Sext. c. 58. Se quoque det populo mulier ſpecioſa videndam Ouid. de Arte Am. 3, 421. Dare Se auctoritati Senatus Cic. pro Rabir. Perd. c. 3. Idem de Orat. 2, 3 c. 1 Quemadmodum ille vel Athenis vel Rhodi Se doctiſſimorum hominum ſermonibus dediſſet. Cic. de Clar. Orat. 306 c. 89 Qui quamquam nemini Se ad docendum dabat, tamen, *etc.* *Sic* Dare Se in diſciplinam alicuius Philoſophi Gell. 5, 10. Cic. de Orat. 2, 187 c. 44 *de iudicibus, ſ. auditoribus vniuerſim*, Si ſe dant, et ſua ſponte, quo impellimus inclinant atque propendent. Multa adeo gelida melius Se nocte dederunt Virg. Georg. 1, 217. Senatum legatis, *eſt Legatos in Senatum admittere, et poſtulata audire.* Liu. 23, 11 Mago, cum ei Senatus datus eſſet, res geſtas in Italia a fratre exponit. Cic. Q. Frat. 2, 13 Eodem igitur die Tyriis eſt Senatus datus frequens. *Paullo aliter* Cic. Verr. 2, 32 c. 32 Quod priuatus a populo petit, aut populus a priuato, Senatus ex aliqua ciuitate qui iudicet datur, cum alternae ciuitates reiectae ſunt. Cic. de Legib. 1, 43 *eſſe dicitur* Quam igitur Sententiam demus? Sen. Epiſt. 14 Initium omnium rerum ſapiens, non exitum ſpectat. Initia in poteſtate noſtra ſunt, de euentu fortuna iudicat, cui de me Sententiam non do. *i. arbitrium et poteſtatem ſtatuendi non permitto, vt de illius ſententia felix ſim aut infelix.* Plaut. Rud. 4, 3, 65 Tu iſthunc hodie non feres, niſi das Sequeſtrum, aut arbitrum, cuius haec res arbitratu fiat. Cic. Fam. 9, 3 Dabimus Sermonem iis, qui neſciunt, nobis, quocunque in loco ſimus, eundem cultum, eundem victum eſſe. *i. occaſionem ſiniſtre de nobis exiſtimandi.* *Aliter* Cic. in Somn. Scip. 18 Neque Sermonibus vulgi dederis te, neque in praemiis humanis ſpem poſueris rerum tuarum. *Sed* de Orat. 2, 3 c. 1 Dare ſe doctiſſimorum hominum Sermonibus. *i. cum illis colloqui, illos audire.* Cic. Att. 13, 23 Quare da te in Sermonem, et perfeca et confice. Id. pro Lege Agr. 2, 12 c. 5 Quum familiariter me in eorum Sermonem inſinuarem ac darem, celabar, excludebar. Seruandum Ter. Eun. 5, 2, 64. Id. ibid. 4, 7, 11 Tu hoſce inſtrue, hic ero poſt principia: inde omnibus Signum dabo. Virg. Georg. 1, 438 Sol quoque et exoriens, et quum ſe condet in vndas, Signa dabit. Signum oculis Plaut. Mil. 2, 1, 45. Caeſ. B. G. 7, 81 Eodem tempore clamore exaudito dat tuba Signum ſuis Vercingetorix, atque ex oppido educit. Signum dare receptui Liu. 24, . . Ibid. 23, . . Gracchus prius quam ſe hoſtes ab repentino pauore colligerent, receptui Signum dedit, ac ſuos intra muros recepit. Cic. B. C. 3, 89 Totique exercitui imperauit, ne iniuſſu ſuo concurreret: ſe, quum id facere vellet, vexillo Signum daturum. Cic. Verr. 1, 7 Quo tempore quidem Signi ſatis dedit, ſi quid eſſet quod poſſet dicere, ſe tacere non poſſe. *i. ſatis indicauit.* Cic. de Fin. 3, 9 Addo etiam illud, multa iam mihi dare Signa puerum et pudoris et ingenii. Ter. Prol. Hec. 55 Mea cauſa cauſam hanc accipite, et date Silentium. Cic. Att. 4, 16 Vnum omnia poſſe, diſrumpuntur ii, qui me aliquid poſſe doluerunt, multa mihi dant Solatia. Solertem dabo Ter. Eun. 3, 2, 25. *i. praeſtabo, oſtendam eſſe ſolertem.* Somno ſe Cic. Tuſc. 1, 113. *Sic* Dari Somno Plin. 8, 25. *de crocodilo.* Caeſ. B. C. 2, 13 Alius ex diuturno labore in ipſis operibus Quieti ſe dediſſet. Virg. Aen. 12, 267 — Sonitum dat ſtridula cornus. Idem Georg. 3, 83 Tum, ſi qua Sonum procul arma dedere. Sopori aliquem, *pro Occidere* Plaut. Amph. 1, 1, 150. Hor. Serm. 2, 2, 80 Alter, vbi dicto citius, curata Sopori Membra dedit, vegetus praeſcripta ad munia ſurgit. Patri Soporem medicos dare coëgit Nep. 10, 2, 5. *i. medicamentum ſoporiferum.* Hor. Serm. 1, 1, 2

Qui fit Maecenas, vt nemo quum ſibi Sortem
Seu ratio dederit, ſeu fors obiecerit, illa
Contentus viuat?

Ouid. Epiſt. Sabin. 2, 67 Da Spatium, veniamque, peto. Spatium conglobandi ſe, reſpirandi, *aut* docendi aliquem: *et* ad ſe colligendum, et deliberandum Liu. 6, . . *et* 10, . . *Item* Cic. pro Caecin. 6. Liu. 34, . . Columel. 11, 1. Speciem hoſti exercitus abeuntis dedit Quinctil. 2, 17. Speciem ludentis dabit Hor. Epiſt. 2, 2, 124. Specimen dare Virg. Georg. 2, 241. *i.* Dignam probationem, Seruius. Specimen indolis clarum, *h. e. Futurae probitatis ſignum oſtendere* Plin. Epiſt. 1, 21. Specimen ſui, *h. e. Optimam de ſe exſpectationem praebere* Liu. 7, . . *Et* 29, . . Dare virtutis ſpecimen. Cic. Diu. Verr. 1, 27. Spectandum Plaut. Perſ. 3, 3, 35. Ter. Heaut. 4, 1, 23 Verbis mortem ſimulare, re ipſa Spem vitae dare. Cic. pro Sull. 39 Qui negare noluit eſſe in eodem numero Sullam, quo plus Spei Gallis daret. Virg. Aen. 4, 54 His dictis incenſum animum inflammauit amore, Spemque dedit dubiae menti, ſoluitque pudorem. Plin. 12, 3 Tentauere gentes transferre ad ſeſe propter remedii praeſtantiam fictilibus in vaſis dato per cauernas radicibus Spiramento. Stipendium duplex in pedites, et triplex in equites Liu. 39, . . Idem 8, . . Per arma, per viros late Stragem dedere. *i. fecerunt.* *Sic* Virg. Georg. 3, 247. Quinctil. 12, 2, 19 Nonne ad id inſtrui ab aliis, qui plus Studii in hoc dederunt, oportet? Studium arti alicui, et incrementum dat vtilitas ſummam ratio et exercitatio Quinctil. 3, 2. Studii plurimum in literis Quinct. 12, 2, 19. *Et* Columel. 1, 1 Studium agricolationi dare. Studiis annos ſeptem dedit Hor. Epiſt. 2, 2, 82. Suauium Plaut. Aſin. 5, 2, 41. Cic. Att. 16, 11 Atticae, quoniam (quod optimum in pueris eſt) hilarula eſt, meis verbis Suauium des. Succeſſus proſperos dare Liu. in Praef. *Vid.* Orſus *in* ORDIOR. Catull. 113, 8 *ſ. carmine vltimo,* At fixus noſtris *(telis)* tu dabi' Supplicium. *i. lues, punieris.* Plaut. Aſin. 2, 4, 76 Dabitur pol Supplicium mihi de tergo veſtro. LE. Vae te. tibi quidem Supplicium carnufex de nobis detur? Ter. Heaut. 1, 1, 86 Interea vsque illi de me Supplicium dabo, *i. puniam me propter iniuriam illi illatam.* Idem Eun. 1, 1, 25 Et dabis ei vltro Supplicium. Supplicium necis paternae Martial. de Spectac. 7. Caeſ. B. G. 6, 6 Et quo facilius hoſtibus timoris det Suſpicionem, maiore ſtrepitu, *etc.* *Sic apud* Sueton. in Tiber. c. 72 Dare Suſpicionem attentandae proditionis. Symbolum Ter. Andr. 1, 1, 61. Tacitum, *pro Committere arcanum* Sen. Epiſt. 84. Tecta dare Ouid. de Arte Am. 2, 622. Cic. Att. 5, 62 Erat mihi in animo recta proficiſci ad exercitum, aeſtiuos menſes reliquos rei familiari dare, hibernos iuriſdictioni. Tempore dato adiit regem Nep. 23, 2, 3. Ouid. de Arte Am. 2, 367 Cogis adulterium, dando Tempuſque, locumque. Tempus raro ſe dat Plaut. Bacch. 4, 4, 25. Ter. Andr. 3, 3, 24 Hem, id te oro, vt ante eamus, dum Tempus datur. Ouid. Amor. 3, 6, 9 Quid properaſſe iuuat? quid parua dediſſe quieti Tempora? Tempora data ſtudiis Ouid. ex Ponto 2, 9, 50. Cic. pro Cael. 28 Poſtremo quum paruerit voluptatibus, dederit aliquid Temporis ad ludum aetatis atque ad inanis haſce adoleſcentiae cupiditates, reuocet ſe aliquando, *etc.* Tempore ad comparandum dato Nep. 8, 2, 2. *i. ſpatio.* Liu. 4, . . Dataque mox Terga hoſtibus forent, ni *etc.* Virg. Georg. 4, 85 — Dum grauis aut hos, Aut hos, verſa fuga victor dare Terga coëgit. *Sic* Ouid. Met. 13, 224. Terga dare metu Valer. Argon. 3, 738. Metu, *Ob metum.* Liu. 9, . . Quod poſtquam Conſuli nuntiatum eſt, extemplo Teſſeram dari iubet. Teſtamento aliquid Liu. 39, . . Ouid. Amor. 1, 8, 21 Fors me ſermoni Teſtem dedit. Cic. Verr. 4, 100 Is accuſatur, ficti Teſtes in eum dantur. *Sic* Quinct. 5, 7, 9. 5, 13, 3. Teſtem Iouem Plaut. Capt. 2, 3, 66. Cic. Att. 2, . . Sibi enim bene geſtae mihi conſeruatae Reipubl. dat Teſtimonium. Teſtimonium mutuum: *vid.* MVTVVS. Tinnitus dare Sen. Hippol. ſ. 6. Liu. 21, . . Ne Poeno bellum Italiae inferenti, per agros, vrbeſque ſuas Tranſitum darent. Plin. in Paneg. 77, 3 Reliqua pars diei Tribunali dabatur; ibi vero quanta religio aequitatis, quanta legum reuerentia? Tumulo dant corpora Ouid. Met. 2, 326. Turbas Plaut. Perſ. 5, 2, 70. Cic. de Fin. 2, 79 Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico. Varietatem ſimilibus, *Virtus oratoris* Quinct. 10, 5, 11. Ouid. Met. 4, 324 Si qua tibi ſoror eſt, et quae dedit Vbera nutrix. Ouid. Epiſt. 6, 57 Tertia meſſis erat, quum tu dare Vela coactus Impleſti lacrimis talia verba tuis, *i. nauigare.* Vela in altum Liu. 24, . . Virg. Aen. 1, 35 In altum Vela dabant laeti. Virg. Aen. 5, 797 Quod ſupereſt, oro, liceat dare tuta per vndas Vela tibi: liceat Laurentem attingere Tybrim. Vela, *per translationem:* Cic. in Orat. 75 Ingredientibus conſiderandum fuit quid ageremus: nunc quidem iam quocunque feremur, danda nimirum Vela ſunt. Cic. de Orat. 2, 187 Et ad id vnde aliquis flatus oſtenditur, Vela do. Plin. Epiſt. 6, 33, 10 Dedimus Vela indignationi, dedimus irae, dedimus dolori, et in ampliſſima cauſa, quaſi magno mari, pluribus ventis ſumus vecti. *i. Vſi ſumus exaggeratione et totis viribus nixi, dum indignabamur nouercas et priuignos aliena inuadere.* Venenum alicui Cic. pro Cluent. 30. Veniam, Condonare, indulgere, *inquit* Donatus. Ter. Andr. 5, 3, 30 Aequum poſtulat, da Veniam. Cic. de Amicit. 62 Eſt enim quatenus amicitiae dari venia poſſit. Ter. Adel. 5, 8, 14 Age, quid ſi quid te maius oret? M. quaſi hoc non ſit maximum. D. age, da veniam. *Vbi* Donatus, Da veniam, praeſta beneficium, concede quod petitur. *Nempe non modo ad peccatorum remiſſionem refertur, ſed quoties petenti aliquid tribuimus: vt hic Micio rogatur vxorem ducere.* Virg. Aen. 4, 435 Extremam hanc oro Veniam (miſerere ſororis) Quam mihi quum dederis, cumulatam morte remittam. Cic. pro Arch. 3 Quaeſo a vobis, vt in hac cauſa mihi detis hanc Veniam, accommodatam huic reo, *etc. i. Indulgeatis, concedatiſque mihi hoc.* Veniam dare amori Sen. Hippol. 2. Liu. 26, . . Quod vbi ſenſit Aſdrubal, mittit ad Neronem, qui in poſterum diem colloquium differret, *etc.* Quum data eſſet Venia eius dici, extemplo Aſdrubal cum equitatu, *etc.* Veniam in anteactum dare Vlpian. in l. 1 §. 1 D. de ſeruis fugit. Veniam ſceptis dare Ouid. ex Ponto 3, 9, 55. Venia data in reliquos Tacit. Ann. 12, 32. *Conf.* Nep. 10, 2, 2. Sueton. in Tiber. c. 10 Neque aut matri ſuppliciter precanti, aut vitrico deſeri ſe etiam in Senatu conquerenti Veniam dedit. Plaut. Mil. 3, 1, 56 Plus dabo quam praedicabo ex me Venuſtatis tibi. Ouid. Epiſt. 18, 23 Leander *de manu ſua ait*, Aptior illa quidem placido dare Verbera ponto. *i. natare.* Verberationem, *pro Verberare: vt apud* Lucret. 6, 107 Dare ſonitum, *pro Sonare;* Dare crepitum, *pro Crepare.* Cic. Filius Fam. 16, 27 Mirificam mihi verberationem ceſſationis epiſtola dediſti. Verba dare alicui, *pro Concedere alicui vt loquatur, apud* Valer. Argon. 7, 435 — Sed nec prima pudor dat Verba timenti. *Sed* Quinct. 11, 1, 37 Verba aduerſus Agamemnonem a Therſite habita ridentur: da illa Diomedi aliiue cui pari, magnum animum ferre prae ſe videbuntur: *i. pone illa eſſe Diomedis.* Verba nouiſſima dare Stat. Achil. 1, 381. *in diſceſſu alloqui.* Verba alicui, *Decipere, circumuenire.* Verba mihi data eſſe video Plaut. Capt. 3, 2 *extr.* Idem Aulul. 1, 1, 23. Ter. Eun. 4, 5, 1. Idem Andr. 1, 3, 6 Si illum relinquo, eius vitae timeo: ſin opitulor, huius minas, cui Verba dare difficile eſt. Donatus, Dare verba, Decipere eſt, quia qui rem exſpectat,

ſtat, et nihil praeter verba inuenit, deceptus eſt. Cic. Att. 15, 16 Vel Verba mihi dari facile patior in hoc, meque libenter praebeo credulum Hor. Serm. 1, 3, 22. *Vid.* Ter. Eun. Prol. v. 23 c. Schol. Donati. Id. Andr. 3, 2, 25. Plaut. Rud. 4, 3, 57. Martial. 2, 76. Petron. c. 78. Cic. Philipp. 13, 13 Scilicet Verba dedimus: decepimus: ignorabat legio Martia quarta, neſciebant veterani quid ageretur. Da Verba et decipe neruos Perſ. 4, 44. Quadrigarius *apud* Gell. 17, 2 Cominius qua aſcenderat, deſcendit, atque Verba Gallis dedit. Cominium, *inquit* Gellius, Verba dediſſe Gallis dicit, qui nihil quidquam cuiquam dixerat. Neque enim eum Galli, qui Capitolium obſidebant, aſcendentem aut deſcendentem viderant. Sed Verba dedit, haud ſecus poſuit, quam ſi tu dicas, Latuit atque obrepſit. *Sic* Nep. 23, 5, 2 Verba dedit *Annibal* Fabio, calliditiſſimo imperatori. Viam Plaut. Curc. 2, 3, 1. Virg. Aen. 10, 49 Et quacunque Viam dederit fortuna ſequatur. Viam dare, *per translationem, idem quod Dare rationem et modum, quo quid poſſit fieri.* Plaut. Epid. 2, 2, 9. Cic. de Diuin. 2, 123 Nullas dant Vias nobis ad ſignificationum ſcientiam. Nox incertis, qua data Victoria eſſet, intervenit Liu. 10, 12. Victum Plaut. Amph. 1, 1, 146. Hor. Epiſt. 1, 17, 48 Quid dicit, clamat, Victum date. Liu. 3, 44 Lege ab ipſo lata Vindicias det ſecundum libertatem. *i. interim liberam iubeat eſſe virginem.* *Et* c. 56 Vnius tamen criminis ni iudicem dicis, te ab libertate in ſeruitutem Vindicias non dediſſe. *i. ſeruam pro libera pronuntiaſſe.* Aſconius in Cornelian. . . Quis fuerit ille ex Decemviris, qui contra libertatem Vindicias dederit *etc.* Ouid. Faſt. 6, 232

Non tetigiſſe Virum, quamuis Iouis ille ſacerdos,
Quamuis perpetua ſit mihi lege datus.

Virg. Aen. 5, 415 — His ego ſuetus,
Dum melior Vires ſanguis dabat, aemula necdum
Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus.

Vires ſententiae dare, *Oratoris virtus* Quinct. 4, 1, 64. Vitam alicui Plaut. Mil. 3, 1, 129. Virg. Aen. 12, 879 Haec pro virginitate reponit? Quo Vitam dedit aeternam? *h. e. Immortalitatem.* Vitio, Vituperare, culpare, *inquit* Donat. Ter. Prol. Andr. 8 Nunc quam rem Vitio dent, quaeſo animum aduortite. Cic. Off. 2, 58 Ne Marco quidem Seio Vitio datum eſt, quod in caritate aſſe modium populo dedit. Vnguentum dare in caput Celſ. 3, 18. Vocem dat carentibus oratione ficta Demoſthenes Quinct. 12, 10, 23. Ouid. Met. 9, 563 Linguaque vix tales icto dedit aëre Voces. Plaut. Amph. 2, 2, 7 Atque ipſa de me ſcio cui Voluptas parumper data eſt. Voluptatem expoſitis, *i. ita narrare, vt cum voluptate audiare* Quinct. 10, 5, 11. Cic. de Senect. 43 Quod ex eo audientes, M. Curium et T. Coruncanium, optare ſolitos, vt id Samnitibus, ipſique Pyrrho perſuaderetur, quo facilius vinci poſſent, quum ſe Voluptatibus dediſſent. Ouid. Met. 2, 26 Phoebe pater, ſi das Vſum mihi nominis huius, *etc.* Cic. in Catil. 1, 29 Ego ſi hoc optimum factu iudicarem, P. C. Catilinam morte multari, vnius Vſuram horae gladiatori iſti ad viuendum non dediſſem. Cic. Verr. 5, 74 Ipſis piratis lucis Vſuram tam diuturnam dediſtis. Plaut. Aſin. 2, 4, 38 Scyphos, quos Vtendos dedi Philodamo, retulitne? Idem Trin. 5, 2, 7. Vtilitatem alicui dare Lucret. 5, 871. Ouid. Met. 3, 54 Furit ille, et inania duro Vulnera dat ferro, figitque in acumine dentes. Ter. Andr. 1, 1, 74 Cum dote ſumma filio Vxorem vt daret. Idem Phorm. 1, 2, 52 Illene indotatam virginem atque ignobilem daret illi? *Vbi* Donatus, Filius familiae non tam ducit vxorem, quam a patre accipit: quippe quum patri committatur puella potius in huiuſmodi conditionibus quam marito. ¶ 8 *Obſſ.* Ter. Eun. 3, 1, 5 Et iſthuc datum profecto, vt grata mihi ſint quae facio omnia. *Vbi* Donatus, Datum, fato, decretoque conceſſum: *vt* (Virg. Aen. 7, 313) Non dabitur regnis, eſto, prohibere Latinis. Datum III Idus Iunii Cic. Fam. 14, 7. *Sic* Fam. 16, 11 Datum pridie Idus Iunii. *Et* Q. Fratr. 2, . . Accepi literas tuas datas Placentiae. Plaut. Poen. 3, 1, 9 Siccine oportet ire amicos homini amanti operam datum? Daturi, *vetuſte pro Datum iri laudatur* Vlpian. l. 38 §. 21 D. de verb. oblig. Si quis ſtipulatus a Maeuio fuerit fundum Titio daturi. *Sed Gothofr.* Datum iri, *ſine varietatis mentione. Sed videndus de his et ſimilibus A. Auguſtin. Emend. 2, 2 p. 111 ſq. Caeterum paſſiue vocis exempla addimus.* Plin. Epiſt. 1, 10 Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate ſic eminent, *etc.* Cic. de Amic. c. 24 Multae cauſae ſuſpicionum offenſionumque dantur. Virg. Aen. 2, 656 Nam quod conſilium aut quae fortuna dabatur? *Et* v. 803 Nec Spes opis vlla dabatur. Id. 3, 7 Incerti quo fata ferant, vbi ſiſtere detur. *Add.* 7, 313. Data longiore vita et aetate, *i. ſi ei contigiſſet* Quinct. 12, 1, 20. Datur etiam imperitis aliquid Quinct. 4, 1, 15. *i. in poteſtate ipſorum eſt,* Quod ſi datur Quinct. 1, 10, 11. *i. conceditur.* *Sic* Datur recedere Quinct. 11, 3, 127. Datur vti Id. 6, 3, 100. Si id non dabitur 10, 7, 29.

DANAM, danit, danunt, dane; *pro Dabo, dat, dant, da: antique apud* Plaut. Caſ. 1, 6, 22. Perſ. 2, 3, 4. Moſt. 1, 2, 48. *et* 3, 1, 30. Truc. 2, 2, 19. *Vid. ſupra* DANO.

DVIM, duis, duit, duint; *pro Dem, des, det, dent: antique a* Plauto *et* Terentio dictum eſt. At tibi Dii dignum factis exitium duint Ter. Andr. 4, 1, 43. Plaut. Amphitr. Prol. 72 Siue adeo aediles perfidioſe quoi duint. *Et* Aſin. 2, 4, 54 Non magni pendo. Ne duit, ſi non volt. *Et* Aul. 4, 6, 6 Nam quod edit tam duim quam perduim. Liu. 10, 19 Bellona, ſi hodie nobis victoriam duis, aſt ego templum tibi voueo. Id. 22, 10 *in formula rogationis,* Datum donum duit Populus Rom. Quiritium. Cic. Cat. 1, 22 c. 9 Vtinam tibi iſtam mentem DI immortales duint. *Ex XII MSS. Cuiacii.*

DATVS, a, um. Partic. *Vt,* Data Pocula Ouid. Met. 14, 287. Reddere data Ouid. de Arte Am. 1, 433. Corripere data fraudando Catul. 107, 6. *De aleae luſu.* Itaque tibi concedo, quod in duodecim ſcriptis ſolemus, vt calculum reducas, ſi te alicuius dati poeniteat Cic. *ap.* Non. 2, 781. Data opera, *pro De induſtria, conſulte* Vlpian. in l. ſed et qui data D. ex quib. cauſis maior. Plin. Ep. 7, 12, 6. *Commutari ſolent a librariis* data *et* rata: *vid. Drakenb. ad* Sil. 5, 304.

DATVM, i. n. [δοθέν] Cic. de Amicit. 58 c. 16 Hoc quidem eſt nimis exigue et exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par ſit ratio acceptorum et datorum. Data *pro muneribus.* Non eſt iuſtus quiſquam amator, niſi perpetuet data Plaut. Pſeud. 1, 3, 72. Heu nullis capta Licinna datis Propert. 3, 15, 6. Impetus eſt illi comitum corrumpere curam Nutricisque fidem, nec non ingentibus ipſam Sollicitare datis Ouid. Met. 6, 461. Cic. pro Cluent. c. 24 Tantum donis, datis, muneribusque perfecerat, *vt diſtingui vult Graeuius: qui etiam hinc defendit illud* Vulgati Interpr. Matth. 7, 11 Si ergo vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris, δόματα. *Conf. Ritterſhuſ. ad* Saluian. p. 432.

DATVS, ûs. m. [δόσις] Plaut. Trin. 5, 2, 15 Is mille nummûm ſe aureûm meo datu tibi ferre et gnato Lesbonico aiebat meo.

DATO, āre. Frequent. [δόσκω] Plaut. Moſt. 3, 1, 73 Tu ſolus credo fenore argentum datas. *Add.* Id. Aul. 4, 4, 10. *Antiquum.* Plin. 25, 5 Themiſon binas non amplius drachmas datauit, ſequentes et quaternas dedere. *Vid. Harduin.* Annuum tributum Sidon. 5, 12.

DATOR, ōris. m. [δοτήρ] Virg. Aen. 1, 734 Adſit laetitiae Bacchus dator, et bona Iuno. Et datores et factores omnes ſubdam ſub ſolum Plaut. Curc. 2, 3, 18. *i. qui primum mittunt pilam, et qui deinde feriunt luduntque. Vid. mox* DATATIM.

DATIO, ōnis. f. [δόσις] Varro de R. R. 3, 9 Si in farciendo nimio cibo faſtidiunt, remittendum in datione, proportione: ſic vt, *etc.* Cic. pro Lege Agr. 2, 50 c. 22 Cuius iudicium legumque datio, captorum agrorum ipſius virtute cognitio tollitur. Datio iudicis Paull. in l. 2 D. quae ſentent. ſine appell. reſcind. Datio ſigni Plin. 7, 56.

DATARIVS, a, um. Adi. *Quod dandum eſt, aut quod datur.* Plaut. Pſeud. 4, 2, 13 Eho an non prius ſalutas? S. nulla eſt ſalus mihi dataria. *i. quam dem, quam temere aliis impertiam.*

DATĀTIM. Adu. Datatim ludere, *Inuicem dando: quemadmodum qui pila luſitant, quae viciſſim mittitur et remittitur.* Plaut. Curcul. 2, 3, 17 Tum iſti, qui ludunt datatim ſerui ſcurrarum in via. Ennius *apud* Iſid. Etym. 1, 26 (*vel potius vt ex* Feſto *voce* Adnictat *apparet,* Naeuius in Tarentilla) *de meretrice,* Quaſi in choro pila ludens datatim, dat ſe et communem facit. Alium tenet, alii adnictat, alibi manus eſt occupata, aſt alii peruellit pedem: alii dat anulum ſpectandum *etc.* *Igitur cum* datatim *luditur, in hoc videtur ars ineſſe, vt plures vnum ſpectent, cui is* pilam dare, *h. e. mittere velit, isque illi mittat, quem minime attentum viderit, quorſum valet ſi alium reſpiciat, et velut minetur ei, ad alium ſubito pilam proiiciat. Eſt et alioqui venereum illud* datatim, *et vt obſeruat Gruterus ad* Plaut. Truc. 4, 1, 8 Mea pila eſt, *ab eo ſumtum, quod dare dicuntur mulieres et* praebere, *cum ſui copiam viro faciunt.* Afran. *ap.* Non. 2, 213 Datatim vxorem vt ludas *quamquam hoc etiam ad fraudem poteſt referri, vt ſimules te daturum. Sed* Pomponius ibid. Quod ille dicit, quum datatim in lecto tecum luſi. *Alia ratio, ſed itidem metaphorica* Nonii ibid. In molis (*ſerui furantes de panibus et placentis*) non ludunt raptim (*tantum*) pila, datatim morſo, *vnus alteri dat, quod demordeat.*

DATĪVVS, a, um. Adi. *Vt,* Datiuus tutor. Datiui tutores *dicebantur, auctore* Vlpian. in Inſtit. titul. 11 qui teſtamento dati erant. Datiuos *tamen et* Teſtamentarios tutores *ſeparat* Modeſtinus in l. 7 D. rem pup. ſal. for. *Quemadmodum* Datiuam tutelam *a* teſtamentaria *et* legitima Iuſtinianus *ſeparat in* l. 40 C. de epiſc. et clericis. Datiuosque *idem* Imperator *in* l. vlt. C. de leg. tut. *accipit,* qui a iudice dantur.

DATIVVS, i. m. [δοτική] *Tertii Caſus in Nominibus appellatio.* Quinctil. 1, 4, 26 Nam quum dico haſta percuſſi, non vtor Ablatiui natura, nec ſi idem Graece dicam, Datiui τῷ δορί. *Conf.* Gell. 4, 16.

D O C

DOCEO, ui, ctum, ēre. [διδάσκω, μαθητεύω] *Cognitionem dare cuius relatum eſt diſcere.* Deriuatur enim, *auctore* Varrone de L. L. 5, . . a Do, das: quod, nihil aliud ſit Docere, quam Diſciplinae, aut alterius cuiuſcunque rei cognitionem dare. Cic. de Senect. 129 An ne eas quidem vires ſenectuti relinquimus, vt adoleſcentulos doceat, inſtituat, ad omne officii munus inſtruat? Idem de Orat. 2, 233 Et docebo ſus (vt aiunt) oratorem eum, quem quum Catulus nuper audiſſet, foenum alios aiebat eſſe oportere. Cic. Off. 1, 156 Neque ſolum viui atque praeſentes ſtudioſos diſcendi Erudiunt atque docent. Cic. de Orat. 2, 82 Docilem autem non quum polliceor me demonſtraturum, ſed tum quum doceo et Explano. Cic. de Orat. 3, . . Quis enim de iſto genere non docuit, non Inſtituit, non etiam ſcriptum reliquit? Cic. de Opt. gen. Orat. 3 Optimus eſt enim Orator, qui dicendo animos audientium et docet, et delectat, et permouet. Cic. de Orat. 2, 72 Quum aut docendus is eſt, aut Dedocendus, aut reprimendus, aut incitandus, *etc.* Pueros elementa docens Hor. Epiſt. 1, 20, 17. Plaut. Pſeud. 4, 7, 97 Praeceptor tuus qui te hanc fallaciam docuit. Scaeuola ſe nemini ad docendum dabat Cic. de Cl. Orat. c. 89. Docere aliquem literas Plaut. Moſt. 1, 2, 45. Cic. in Piſon. 73 Quid nunc te aſine literas doceam? non opus eſt verbis, ſed fuſtibus. Cauſam patronum, *vid.* CAVSA. Cic. Philipp. 2, 8 Iam inuideo magiſtro tuo, qui te tanta mercede, quantam iam proferam, nihil ſapere docuit. Muſicam Nep. praef. n. 1. Iuuen. Sat. 7, 150 Tenta Chryſogonus quanti doceat, vel Pollio quanti. Cic. de Orat. 1, 126 c. 28 Qui quum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, *etc.* Docere aliquem fidibus Cic. Fam. 9, 22. Equo armisque Liu. 29, 1. *ſubaud. vti.* Virg. Aen. 1, 392 Ni fruſtra augurium vani docuere parentes. Quinctil. 9, 1 Docendi interim quoque iudices quid rogantibus reſpondere debeant. Docere aliquem Latine Plin. Epiſt. 124. Cic. de Fin. 2, . . An ſum etiam nunc vel Graece loqui, vel Latine docendus? Cic. Att. 16, 8 Docui literis, id nec opus eſſe, nec fieri poſſe. Non alienum videtur quale praemium Miltiadi ſit tributum, docere Nep. 1, 6, 1. Lectores exemplis Nep. 25, 19, 1. Exemplo multa docere Ouid. de Rem. Amor. 52. Ter. Heaut. 4, 1, 35 Male docet te mea facilitas multa. *i. Multorum malorum cauſa eſt tibi. Vid.* MALVS. Fabulam Cic. Tuſc. 4, 63 c. 29 Cum Oreſtem fabulam doceret Euripides, primos tres verſus reuocaſſe dicitur Socrates. Docet *nempe Poëta* fabulam *actores, vt eam agere apud Populum poſſint.* Primus omnium L. Liuius Poëta fabulas docere Romae coepit Gell. 17, 21. *Vid. Caſaub. ad Athen. 6, 8. et Wower. de Polym. c. 12.* Comoediam quoque Graecam Neapolitano certamine docuit Suet. Claud. c. 6. *Conf. h. l. Torrent.* Docebo, haec omnia eſſe vera Cic. Verr. 3, . . Quum quaedam ſe de coniuratione vltro ad eum detuliſſe docuiſſet Suet. Caeſ. c. 17. Virg. Aen. 4, 116 — Nunc qua ratione, quod inſtat, Confieri poſſit, paucis (aduerte) docebo. A peritis doceri Cic. Off. 3, 15. Id. Verr. 5, 159 Producam etiam Coſſanos municipes illius ac neceſſarios, qui te nunc Sero doceant. Virg. Aen. 5, 523 Docuit poſt exitus ingens. Cic. Fam. 3, 6 Ne literas quidem vllas accepi, quae me docerent quid ageres, aut vbi te viſurus eſſem. Id certe calamitate docti memoria retinere debemus Cic. pro L. Man. c. 7. Idem Fam. 5, 3 Vt is vos doceret et commoneſaceret. Caeſ. B. C. 1, 3 Qui de his rebus eum doceant. Cic. Verr. 4, 113 Vti de eius

iniuriis iudices docerent. De magnis rebus docere Lucret. 1, 930. Cic. pro Domo ſua 33 Quid eſt enim aut tam arrogans, quam de religione, de rebus diuinis, caerimoniis, ſacris, Pontificum collegium docere conari? Non ignarus docendi Quinctil. 2, 3. Homines dum docent, diſcunt Sen. Ep. 7. Artem docendi tradere Cic. pro Flacc. 42. *In MSS.* docere *et* decere *confundi ſolent: vid. Drakenb. ad* Sil. 14, 509.

DOCENS, entis. Partic. [διδάσκων] Ouid. Faſt. 5, 668 Quo didicit culte lingua docente loqui. Hiſtoriae docentes peccare Hor. Od. 3, 7, 19. Quinct. 2, 2 Teneriores animos ab iniuria ſanctitas docentis cuſtodiat. Idem et docenti et diſcenti debet eſſe propoſitum, vt ille prodeſſe velit, hic proficere Sen. Ep. 108.

DOCENTER. Adu. *Apud* Mart. Capellam 4 p. 134 *legi vult Barth. Adu. 34, 19 ex MS. vbi ita edidit Grotius*, Edictum eſt Compendio, Quidquid decenter docta diſputatio Multo adſtruendum contulit volumine.

DOCTVS, a, um. Part. [δεδιδαγμένος] Cic. Off. 3, 15. Idem pro Milon. 10 Eſt enim haec iudices non ſcripta, ſed nata lex: *etc.* ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus. Doctus in aliquid Plaut. Perſ. 4, 3, 11. Doctus iter melius amnis, *qui* curſum iniquum frugibus mutauit Hor. in Arte Poët. 68. Ex diſciplina Stoicorum doctus Cic. de Clar. Orat. 94. Hor. Serm. 1, 10, 19 Nil praeter Caluum et doctus cantare Catullum. Fallere mentes doctus, et vnanimes odiis turbare ſodales Claud. in Ruffin. 1, 105. Doctus vincere, doctus ferire Martial. 5, 25. Plaut. Epid. 3, 2, 42 Nimis es doctus ad maleſaciendum. Ter. Hec. 2, 1, 6 In eodem omnes mihi videntur ludo doctae ad malitiam. Cic. in Orat. 13 Ita et doctis eloquentia popularis, et diſertis elegans doctrina defuit. Cic. de Orat. 1, 102 Quid mihi nunc vos, inquit Craſſus, tanquam alicui Graeculo otioſo et loquaci, et fortaſſe docto atque erudito quaeſtiunculam, de quo meo arbitratu loquar, ponitis? *Quomodo differre velint* eruditum *et* doctum, *vid. ap. Scip. Gentil. ad* Apul. Apol. p. 219. Cic. de Clar. Orat. 185 In quo nunquam fuit Populo cum doctis intelligentibusque diſſenſio. Cic. in Orat. 1 Qui vereretur reprehenſionem doctorum atque prudentium. *Hic diſtinguuntur* Docti *a* Prudentibus: *licet idem aliquando ſit* prudens *et* doctus. Docti *enim dicuntur, qui ſcientiam praeceptionibus et vſu acquiſierunt:* Prudentes *vero proprie, qui naturali praeſtant intelligentia.* Prudens, *inquit* Donatus in Eunucho, eſt, qui intelligentia ſua aliquid ſentit. Cic. de Orat. 1, 72 C. Lucilius homo doctus et perurbanus dicere ſolebat, ea quae ſcriberet, *etc.* Peritus *et* doctus differre *ait* Non. 5, 26 quod ſit peritum plus quam quod doctum: *Vtitur* Cic. Off. 3, 15 Itaque quum ſunt docti a peritis, deſiſtunt facile ſententia. *Sed hic locus plane nihil ad rem facit:* docti *enim* ſunt *verbum eſt:* cum imperiti docti ſunt *et erroris conuicti* a peritis *etc.* *Contraria:* Cic. Off. 1, 5 Magnum adiumentum attulimus hominibus noſtris, vt non modo Graecarum literarum rudes, ſed etiam docti, aliquantum ſe arbitrentur adeptos et ad dicendum, et ad iudicandum. Vir abſolute doctus Suet. de Grammat. c. 4. Mediocriter doctus, *vid.* MEDIOCRIS. Suet. de Cl. Grammat. c. 4. Fandi doctiſſima Cymodocea Virg. Aen. 10, 225. Sueton. de Clar. Gram. c. 7 Fuiſſe dicitur ingenii magni, memoriae ſingularis, nec minus Graece quam Latine doctus. Literis Graecis et Latinis doctus Cic. de Clar. Orat. 169 c. 46. Artes doctae Ouid. Met. 9, 743. Nouerat hic docta fabricare monilia dextra Inſcript. Reineſ. p. 863 n. 175. Dicta docta Lucret. 2, 986. Doli docti Plaut. Milit. 2, 1, 69. Idem Bacchid. 5, 1, 9 Is me ſcelus auro vſque attondit doctis indoctum dolis. Dolus nimis doctus, *vid.* NIMIS. Ouid. Amor. 2, 17, 12 O facies oculos docta tenere meos. Gens humana et docta, *cui contrarium eſt* Immanis et barbara. Cic. de Diuin. 1, 2 Gentem quidem nullam video, neque tam humanam atque doctam, neque tam immanem, tamque barbaram, quae non ſignificari futura, *etc.* Ouid. de Arte Am. 1, 518 Sit coma, ſit docta barba reſecta manu. Manus docta moderandis frenis Sen. Hippol. 12. Ouid. Amor. 2, 6, 62 Ora fuere mihi plus aue docta loqui. Pectus doctum Martial. 9, 79. Cic. de N. D. 1, 60 Simonidem arbitror (non enim Poëta ſolum ſuauis, verum etiam caeteroqui doctus ſapienſque traditur) quia, *etc.* Pollex doctus Ouid. Met. 9, 170. Hor. Epiſt. 2, 1, 135 Caeleſtes implorat aquas docta prece blandus. Vox docta Ouid. ex Ponto 2, 5, 52. *Cum Genitiuo.* Gell. 13, 12 Legum atque morum Populi Rom. Iuriſque ciuilis doctum apprime. Literarum Graecarum doctus Cic. Off. 1, 5. Docte ſermonis vtriuſque linguae Hor. Carm. 3, 8, 5. Doctus virgae ſonipes, *i. qui virga regitur pro frenis* Sil. 3, 293. *Compar.* Doctior omnibus Spartian. Hadr. c. 15. *cuiuſmodi locutiones, vbi loco Superlatiui ponitur, recentioris eſſe Latinitatis putat Caſaub. ad l. c.* Doctior hoc nemo fuit Inſcr. *ap. Cuper. Apoth. Hom. p. 116.* *Superl.* Doctiſſimus Grammaticae artis Plin. 25, 2. Artis lanificae doctiſſimus Claud. in Eutrop. 2, 381. Catul. 36, 12 Puellam muſa doctiorem *dixit.*

DOCTE. Adu. [δεδαημένως] *i. Scite et eleganter.* Plaut. Epid. 2, 2, 95 Vbi erit empta, vt aliquo ex vrbe amoueas: niſi quid tua ſecus ſententia eſt. P. immo docte. Docte et diligenter Plaut. Capt. 2, 1, 30. *Add.* Mil. 4, 2, 96. Philoſophorum diſciplinae leges quis tam ſcite atque docte callet Gell. 20, 1. Cic. de Orat. 3, . . Tum ad te ludibunda docte et delicate detulit. Docte accurare rem aliquam Plaut. Capt. 2, 1, 30. Docte et perite facere Cic. in Salluſt. 9. Docte atque aſtu filias quaerit ſuas Plaut. Poenul. Prol. 111. Docte expedire fallaciam Plaut. Capt. Prol. 40. Doctius Plaut. Mil. 4, 2, 99. Maeonioque cupis doctius ore loqui Martial. 7, 45. Doctiſſime eruditus Sall. Iug. 95.

DOCTIVSCVLE. Adu. Gell. 6, 16 Verbum deprecor doctiuſcule poſitum in Catulli Carmine.

DOCENDVS, a, um. Part. [διδακτέος] Ouid. Faſt. 4, 418 Plura recognoſces, pauca docendus eris.

DOCĬLIS, e. Adi. [εὐμαθὴς, πιθανὸς] *Qui facile docetur.* Cic. de Orat. 2, 80 c. 19 Iubent exordiri ita, vt eum qui audiat, beniuolum nobis faciamus, et docilem et attentum — Docilem *facere poſſum*, non cum polliceor, me demonſtraturum, ſed tum cum doceo et explano. Cic. de Inu. 1, 23 c. 16 Dociles auditores faciemus, ſi aperte et breuiter ſummam cauſae exponemus; hoc eſt, in quo conſiſtat controuerſia. Nam et cum docilem velis facere, ſimul attentum facias oportet. Nam is maxime docilis eſt, qui attentiſſime paratus eſt audire. *Cum Genitiuo:* Hor. Carm. 4, 6, 43 Reddidi carmen docilis modorum Vatis Horati. Fallendi docilis Sil. 3, 233. Praui docilis Romana Iuuentus Hor. Sat. 2, 2, 52. Saltandi docilis Claud. in Eutrop. 2, 341. Cic. Fam. 7, 20 O medicum ſuauem, meque docilem ad hanc diſciplinam. Plaut. Bacch. 1, 2, 56 Nimio es tu ad iſtas res diſcipulus docilior. Ad rem accipiendam iudex fiat conciliatior, docilior et intentior Quinctil. 4, 2. Docilis luſcinia Graeco et Latino ſermone Plin. 10, 42. Dociles imitandis Turpibus ac prauis omnes ſumus Iuuenal. 14, 40. Hor. in Arte Poët. 336 Percipiant animi dociles teneantque fideles. Imitatio eſt docilis naturae Quinctil. 1, 3. Ingenia dociliora Idem 1, 12, 9. Os docile Ouid. de Arte Am. 3, 344. Cic. Tuſc. 2, 15 Dehinc ad hanc eneruatam, muliebremque ſententiam ſatis docilem ſe Epicurus praebuit.

DOCILĬTAS, ātis. f. [παίδευσις, ἐλλογιμότης Vet. Gloſſ.] *Aptitudo, qua quis facile docetur.* Ingenii Nep. 25, 1, 3. Plin. 8, 1 *de elephantis*, Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant. Ibid. c. 42. Cic. de Fin. 5, 36. *Et* pro Sext. 9. Docilitas ad omnes fere tum pacis tum belli artes Suet. Tit. c. 3. Conſtantinus ex illa fauorabili animi docilitate mutauit Eutrop. 10, 4. *i. lenitate.* Affectator iuſti amoris, quem ab omnibus ſibi et liberalitate et docilitate quaeſiuit Id. ib. n. 9.

DOCILĬTER. Adu. *Apud* Diomed. Grammat. . . .

DOCIBILIS, e. Adi. [Διδακτικὸς Gloſſ. Gr. Lat.] *Vtitur* Tertull. de Monog. c. 12. Ex 1 Tim. 3, 2 *vbi* Vulg. doctorem *reddit.* Εὐδίδακτος, εὐμαθὴς Gloſſ. Lat. Gr. Docibilis, qui facile alios docet: docilis, qui facile poteſt doceri, Scholiaſtes Priſciani *ad* l. 4.

DOCTRĪNA, ae. f. [διδαχὴ, δίδαγμα, διδασκαλία] *Modo pro Actu ipſo docendi accipitur, modo pro facultate eius, qui doctus eſt.* Cic. pro Arch. 15 c. 7 Ego multos homines excellenti animo et virtute fuiſſe, et ſine doctrina, naturae ipſius habitu prope diuino, per ſe ipſos et moderatos et graueis exſtitiſſe fateor. etiam illud adiungo, ſaepius ad laudem atque virtutem, naturam ſine doctrina, quam ſine natura valuiſſe doctrinam. Cic. Fam. 4, 4 Nam etſi a prima aetate me omnis ars et doctrina liberalis, et maxime Philoſophia delectauit, *etc.* Doctrina *de literis humanioribus, it. de muſica atque Poëſi: vid.* Cic. Tuſc. 1 c. 2. *De opificibus etiam dici probat G. Cuper. Apoth. Hom. p. 116 et 186.* Cic. de Orat. 3, 21 c. 6 Omnem doctrinam harum ingenuarum et humanarum artium vno quodam ſocietatis vinculo contineri. — Mirus quidam omnium quaſi conſenſus doctrinarum concentuſque reperitur. Diſciplina et doctrina rerum et verborum Cic. in Orat. 17. *Vid.* Vera et abſoluta eloquentia, *in* ELOQVOR. Rerum honeſtarum doctrina Cic. Off. 1, 15. Inſtructior doctrinis, *vid.* INSTRVO. Ex doctrina nobilis et clarus, *vid.* NOBILIS. Ouid. ex Ponto 2, 10, 16 Doctrinae pretium triſte magiſter habet. Ingenii et doctrinae princeps Plato Cic. Q. Fratr. 1, 1. Prudentiae doctrinaeque poſſeſſio Cic. de Orat. 3, 120. *Quaedam exemplaria legunt*, Profeſſio. Repertores doctrinarum, atque leporum Lucret. 3, 1049. Studia doctrinae nunquam intermittere Cic. in Orat. 34 c. 10. Idem pro Roſc. Amer. 46. Studioſus doctrinarum omnium Cic. Fam. 4, 3. Elegans doctrina Cic. in Orat. . . . *Vid.* Rhetorica duplex, *in* RHETOR. Liberalis, *vid.* LIBER. Liberalis et digna homine nobili doctrina Cic. Acad. 4, 1. Magiſtra doctrina recte faciendi et bene dicendi Id. de Orat. 3, . . Doctrina non moderata nec mitis, et paullo aſperior et durior, quam aut veritas aut natura patiatur Cic. pro Muraen. 60. Serena Lucret. 2, 8. Subtilior Cic. de Orat. 2, 256. Abundare doctrina et ingeniis Cic. de Orat. 3, 56. Abundans doctrina homo, *vid.* ABVNDO. Adhibere doctrinam, *vid.* ADHIBEO. Adiutus doctrina vel vſu Quinctil. 6, 2. Multa doctrina comparet in hoc libro Nep. 24, 3, 4. Conſtituit doctrina politos Lucret. 3, 308. Erudiri Graecis doctrinis Cic. de Clar. Orat. 236. Id. de Legib. 2, 39 c. 15 Vetus illa Graecia longe prouidens quam ſenſum pernicies illapſa ciuium animos, malis ſtudiis maliſque doctrinis repente totas ciuitates euerteret. Et quae bona ſunt, fieri meliora poſſunt doctrina: et quae optima, aliquo modo acui tamen et corrigi poſſunt Cic. de Orat. 1 c. 25. Doctrina ſed vim promouet inſitam, Rectique cultus pectora roborant Hor. Od. 4, 4, 33. Cic. pro Arch. 12 c. 6 An tu exiſtimas aut ſuppetere nobis poſſe quod quotidie dicamus in tanta varietate rerum, niſi animos noſtros excolamus? aut ferre animos tantum poſſe contentionem, niſi eos doctrina eadem relaxemus? Fouere propria naturae bona, doctrina Quinctil. 2, 8. Inſtitui liberaliter educatione doctrinaque puerili Cic. de Orat. 3, . . Inſtructus mediocriter aliquis a doctrina Cic. de Clar. Orat. 233. Summatim percipi ſine doctrina poteſt ius ciuile Cic. de Orat. 1, 252. Ornatiſſimus omni doctrina et virtute homo Cic. Verr. 3, 204 c. 88. Id. de Orat. 2, . . In quibus hoc praecipit ratio atque doctrina, vt vis eius rei quam definias, ſic exprimatur, *etc.* Quaerere adiumenta doctrinae Cic. pro Muraen. 6. Redolere doctrinam exercitationemque puerilem Cic. de Orat. 2, 109. Doctrina Relinquit Naturae cuiuſque animae veſtigia prima Lucret. 3, 308. Sumſi mihi hoc loco doctrinam quandam iuuentuti, qui eſſent optimates Cic. pro Sext. 119 c. 56. *i. ſumſi mihi docendam iuuentutem, ſumſi mihi hoc, vt docerem iuuentutem,* iuuentuti, *i. pro iuuentute, iuuentuti profuturam.* *Sic fere* de Orat. 1, 208 c. 48 Ipſa illa, quae in commentarium meum retuli, ſunt eiuſmodi, non aliqua mihi doctrina tradita, ſed in rerum vſu cauſiſque tractata. Cic. in Brut. 250 Maxime laudandus eſt, qui hoc tempore ipſo, quum liceat, in hoc communi noſtro, et quaſi fatali malo conſoletur ſe cum conſcientia optimae mentis, tum etiam vſurpatione et renouatione doctrinae. *Senſus eſt: Diſcit nunc etiam, et ſic doctrinam vſurpat: et quae olim didicerat, in memoriam reuocat, et ſic doctrinam renouat.*

DOCVMENTVM, i. n. [ὑποθήκη, ἐπίδειγμα] *Exemplum, ſpecimen, quo docetur aliquid.* Plaut. Capt. 3, 5, 94 Ego illis captiuis aliis documentum dabo, ne quis *etc. i. exemplum edam, ſ. ſtatuam. Vid. Gron. Obſ. 4, 11.* Salluſt. Cat. 9 Quarum rerum ego maxime haec documenta habeo. *vid. Cort. ad h. l.* Plin. 7, 23 Patientia corporis, vt eſt crebra ſors calamitatum, innumera documenta peperit. Homo omnium ſcelerum flagitiorumque documentum Cic. pro Domo ſua 126. Virtutis, antiquitatis, et prudentiae documentum Cic. pro Rabir. Poſt. 27 c. 10. Id. Philipp. 11, 5 c. 2 Ex quo nimirum documentum nos capere fortuna voluit, quod eſſet victis extimeſcendum. Conſtituere documentum, *vid.* CONSTITVO. Inde genus durum experienſque laborum, Et documenta damus, qua ſimus origine nati Ouid. Met. 1, 414. Dare documentum Liu. 1, . . Cic. pro Milon. 22 Dederas enim quam contemneres populares inſanias, iam ab adoleſcentia documenta maxima. Cic. pro L. Agr. 27 Habeat me ipſum ſibi documento, quem Equeſtri ortum loco Conſulem videt. Statuere documentum, *pro Exemplo.* Cic. ad Brut. 5

Et

Et in poſterum documentum ſtatuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari. Sum, *vt*, Eſſe documento reliquis Caeſ. B.G. 7, 4.

DOCVMEN, ĭnis. n. *Idem.* Documen mortalibus acre Lucret. 6, 391.

DOCVMENTATIO, ōnis. f. Νουθεσία Gloſſ. Lat. Gr.

DOCTOR, ōris. m. [διδάσκαλος, παιδευτὴς] *Qui docet.* Plin. in Paneg. 47, 1 Quem honorem dicendi magiſtris, quam dignationem ſapientiae doctoribus habes. Artifices dicendi et doctores, Graeci Cic. de Orat. 1, 23. *Oppoſita.* Cic. de Diuin. 1, 6 Sed a Stoicis vel principibus eius diſciplinae Poſidonii doctor, diſcipulus Antipatri degenerauit Panaetius. Cic. de Orat. 3, 54 Neque disiuncti doctores, ſed iidem erant viuendi praeceptores atque dicendi. Auctoritas doctoris ſumma Cic. Off. 1, 1. Doctore nullo aliquid facere Plin. 10, 2. Artis doctores Quinctil. 2, 15. Artium liberalium Suet. Caeſ. c. 42. Tacit. Ann. 16, 34 Maxime intentus Demetriae Cynicae inſtitutionis doctori. Libri iuris ciuilis doctorem lumenque deſiderant Cic. Fam. 7, 19. Sapientiae doctores, *pro Philoſophis.* Tacit. Ann. 14, 16 Etiam ſapientiae doctoribus tempus impartiebat. *De Poëtis ſ. ſcriptoribus fabularum.* Nec deerant praemia, quibus ad ſcribendum doctorum prouocarentur ingenia : ſed et actoribus munera offerebantur Donat. Proleg. Ter. . . Doctores blandi Hor. Serm. 1, 1, 26. *puerorum paruorum.* Cic. de Orat. 1, . . De qua nihil rhetorici iſti doctores in praeceptis ſuis reliquiſſent. Idem Acad. 4, . . Cum Cleanthe doctore ſuo. Pexus, pinguisque doctor Quinctil. 1, 5. *de Grammatico.* Doctor *dicitur laniſta ap.* Fabrett. Inſcr. p. 109. *Add.* Valer. *et* Quinctil. *ap. Lipſ. Sat.* 1, 5. DOCTORI SAGITTAR. Inſcr. Fabrett. p. 234. *vbi plura eiusmodi.*

DOCTRIX, ĭcis. f. Seru. *ad* Virg. Aen. 12, 159. Vitiorum doctrices Apul. de Philoſ. Mor. p. 14. *at rectius alii leg.* dicatrices.

DOCTRINALIS, e. Adi. Matheſis Sarisber. 2, 19. Philoſophia Iſidor. 2, 24.

DOCTICANVS, a, um. Adi. Mart. Capella l. 2 in Clio.

DOCTIFICVS, a, um. Adi. Id. 6 p. 188.

DOCTILOQVVS, a, um. Adi. Oratores Enn. *ap.* Varr. de L.L. 6, 3. *Add.* Mart. Capell. 9 metr. 2 *extr.* Arator in Act. 16, 10.

DOCTILOQVAX, ācis. m. Dracont. 2, 55.

DOCTISONVS, a, um. Adi. Sidon. Carm. 15, 180. Arator in Act. 17.

DOCHELA, ae. f. *Herba, al. Chamaepitys.* Apul. de Herb. c. 26.

DOCHĬMVS, i. m. [δόχμιος] Genus pedis apud Oratores quinque ſyllabarum, breuis longae, longae breuis, longae, *vt*, rĕīpublĭcae: *de quo* Cic. in Orat. 218 c. 64.

DOCHIMINVS, a, um. Adi. Species Mart. Capella 9 p. 334.

DOCIS, idis. f. *Meteori genus.* Apul. de Mundo p. 64, 30 Sunt et alia eiusmodi imaginum genera, quas Graeci Faces, et Docidas, et Pithos et Bothynos, ad eorum ſimilitudinem, vnde dicta ſunt, nominant.

DOCISMVS, i. m. Hiſpo Romanus bello dociſmo vſus eſt Sen. Contr. 11 f. l. 2, 3 *fin. i. oculari velut demonſtratione. Gron. leg.* idiotiſmo.

DŎCVS, i. m. [δοκὸς] *Latine tignum vel trabes, Idem.* Plin. 2, 26 Emicant et trabes ſimili modo, quas docos vocant.

D O D

DODECAËDROS, i. m. *et* f. Mart. Capella 6 p. 233. *Epitheton figurae ſolidae, duodecim latera aequalia habentis.*

DŌDĔCĂTĒMORIVM, ii. n. [δωδεκατημόριον] *Pars ſigni duodecies computata. Vid.* Manil. 2, 672 *ſqq. cum Com. Scalig. p. 163 et 168.*

DODECATHĔON, i. n. *Herba, de qua* Plin. 25, 4 Ab ea maxima auctoritas herbae eſt, quam dodecatheon vocant, omnium deorum maieſtatem commendantis. Folia habet ſeptem, lactucae foliis ſimillima, a lutea radice exeuntia.

DODECATHEOS Coena. *Duodecim deorum.* Suet. in Auguſt. c. 70 Coena quoque eius ſecretior in fabulis fuit, quae vulgo δωδεκάθεος vocabatur.

DŌDŌNA, ae. f. [Δωδώνη] *Vrbs in Chaonia, Epiri regione, iuxta quam inſigne nemus, vbi Iouis Dodonaei templum fuiſſe narratur, in quo oraculum omnium, quae apud Graecos ſunt, vetuſtiſſimum. vid. hiſtoriam apud Herodot. 2, 57. Steph. Byzant. Fragm. de* Dodone *cum Exercit. Iac. Gronouii, et Iac. Triglandi Coniectaneis Tom. 7. Theſ. Antiq. Gr. Add. Parrhaſium in* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 31. Virg. Georg. 1, 149 Et victum Dodona negaret, *de glandibus. Quercuum magna copia circa Dodonam.* Lucan. 6, 427 Nec quaeſiſſe libet primis quid frugibus altrix Ore Iouis Dodona ſonet. Celſa Dodone Claud. Conſ. Hon. 3, 117. Ouid. Triſt. 4, 8, 43 Hoc mihi ſi Delphi Dodonaque diceret ipſa Eſſe videretur vanus vterque locus.

DŌDŌNAEVS, a, um. Adi. [Δωδωναῖος] Virg. Aen. 3, 466 — Dodonaeosque lebetas. Inde Prouerbium, Aere Dodonaeo loquacior. *Vid. Eraſm.* Agmina Claud. de B. Get. 136. Cic. Att. 2, 4 Quid quaeris ? praeter quercum Dodonaeam nihil deſideramus, quo minus Epirum ipſam poſſidere videamur.

DŌDŌNIVS, a, um. Adi. [Δωδώνιος] Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 30 Vnde datae fruges populis, et glande relicta Ceſſerit inuentis Dodonia quercus ariſtis. Ouid. Met. 8, 758 Gemitumque dedit Dodonia quercus. Deoïa *alii : alii aliter.*

DODŌNIS, ĭdis. f. [Δωδωνὶς] *Adi.* Valer. Argon. 1, 302 Dodonida quercum Ingredior. *Conf.* Ouid. Met. 13, 716.

DŌDŌNĬDES, is. f. [Δωδωνίδες] *Nymphae dicuntur, Liberi patris nutrices, a* Dodona *Epiri ciuitate. Vid.* Hygin. 2 *et Comment.* in Aratum.

DODONĬGĔNA, ae. m. *Incola Dodonae.* Sidon. Epiſt. 6, 12.

DODRALIS, *vid.* DODRVS.

DODRANS, antis. m. [τριμόριον] *Vnciae nouem,* quaſi demto quadrante, *inquit* Varro de L. L. 3, 36 p. 41, 5. Martial. 8, 9 . . Soluere dodrantem nuper tibi Quinte volebat. *Ordinarie nempe ad* Aſſem *pecuniarium refertur. Sed et ad alia eius genera. V.g. de* Iugero. Columel. 5, 1, 12 Partes tres quartae, pedes vnum et viginti millia et ſexcentos, hoc eſt Dodrans. *De eodem* Liu. 8, 11 Bina in Latino iugera, ita vt Dodrantem ex Priuernati complerent, data: terna in Falerno, quadrantibus etiam pro longinquitate adiectis. Cic. Att. 1, 11 Vereor ne putidum ſit : Quintus frater, qui Argiletani aedificii reliquum dodrantem emit H-S. DCCXXV, Tuſculanum venditat: vt ſi poſſit, emat Pacilianam domum. *Heres nempe ex quadrante, vt totum haberet,* reliquum dodrantem emit. Ex dodrante heres Nep. 25, 5, 2. *Vid. Gronou. de Pecun. Vet. 3, 10.* Plin. 2, 14 Lunam haud dubium eſt lucere dodrantes ſemuncias horarum, ab ſecunda adiicientem vsque ad plenum orbem, detrahentemque in diminutionem. *Cuius dicti ſenſus eſt, Lunam quum a coitu (quod interlunium dicitur) emergit, id quod fit ſecunda ſtatim die, lucere primum tres quartas partes vnius horae nocturnae, et inſuper quartam et viceſimam horae partem, ſeu mauis, vndeuiginti viceſimas quartas horae: a ſecunda deinceps ad plenilunium die quolibet tantundem incrementi lucendo adiicere : et rurſus a plenilunio eadem ratione eodemque modo decrementi lucere minus minusque quotidie vsque ad intermeſtrem lunam, quo tempore cum ſole coit, vt bene Budaeus interpretatus eſt.* Dodrante minor non debet eſſe malleolus *intell.* pedis. *Sic* Columel. 3, 19, 1. Plin. 9, 5. Opera *etiam aſſis modo diuiditur :* Columel. 2, 4 Sed iugerum talis agri quatuor operis expeditur : nam commode proſcinditur duabus, vna iteratur, tertiatur dodrante: in liram ſtatim redigitur quadrante operae : Dodrans operae, *quantum vnus homo tribus quartis partibus diei v. g. nouem horis aequinoctialibus peragit.* Sueton. Aug. c. 79 Statura eius quinque pedum et dodrantis fuit. Pondo dodrans Scribon. 45.

DODRANTĀLIS, e. Adi. [τριμοριαῖος] *Vt*, Dodrantalis altitudo Columel. 11, 3. *Et* Dodrantalis ſtirps Idem 5, 6. Rami Plin. 15, 30. Sulcus dodrantalis Id. 18, 19. *profundus dodrantem pedis.*

DODRVS, a, um. Adi. *Quod ex nouem rebus factum eſt.* Auſonius Epig. 86 *cui titulus eſt :* Dodralis potio,

Dodra ex dodrante eſt : ſic collige ius, aqua, vinum,
Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, nouem.

Et Epigr. 87

Dodra vocor. Quae cauſa? Nouem ſpecies gero. Quae ſunt?
Ius, aqua, mel, vinum, panis, piper, herba, oleum, ſal.

Ne Ius *dubium alicui videatur, et* tus *ſubſtitutum eat, obſeruandum, Graecum etiam epigramma ibi eſſe, in quo* ζωμὸς iuri *reſpondet,*

D O G

DŎGA, ae. f. [βοῦττις] *Vaſis vinarii nomen.* Vopiſcus in Aurel. c. 48 Facta erat ratio dogae cupparum nauium et operum. Vet. Gloſſ. Doga, βοῦττις *quod Graecum cum Germanorum* Butte, *vnde* Buttigalarii *dicuntur, aliquam cognationem habere videtur. Veteres editt.* Dochae. *Conf. Salm.*

DOGARIVS, i. m. Βουττοποιὸς Gloſſ. Lat. Gr.

DOGMA, ătis. n. [δόγμα] *Placitum et decretum, praeſertim de philoſophorum ſententiis eorum, qui certi aliquid ſtatuunt ; vnde* Dogmatici *opponuntur ſcepticis.* Cic. Tuſc. 4, 46 Quoniam id enim haberent Academici decretum (ſentitis enim iam hoc me dogma dicere) nihil poſſe percipi, *etc.* Idem Acad. 4, 27 c. 9 Sapientiae vero quid futurum eſt, quae neque de ſe ipſa dubitare debet, neque de ſuis decretis, quae Philoſophi vocant dogmata.

DOGMĂTĬCVS, a, um. Adi. Auſon. Eidyll. 17, 16 Hinc etiam placitis ſchola conſona diſciplinis Dogmaticas agitat placido certamine lites.

DOGMĂTĪZO, āre. [δογματίζειν] Auguſtini *eſſe dicitur.*

DOGMĂTISTES, ae. m. [δογματιστὴς] Hieronymi.

D O L

DOLABELLA, DOLABRA, *vid.* DOLO.

DOLENTIA, DOLEO, *vid.* DOLOR.

DOLICHE, es. f. *Ap.* Plin. 4, 12 f. 23 *nomen inſulae, quae et* Icarus, *v. v.*

DOLICHVS, i. m. [δόλιχος] *Menſura eſt duodecim ſtadiorum, vel, vt Suidas tradit, viginti quatuor. Iulius Pollux* Dolichon *in gymnicis certaminibus docet fuiſſe Curriculum omnium maximum, in quo qui decertabant,* Dolichodromi *dicebantur.*

DOLIONIA, ae. f. [Δολιονὶς] *Regio eſt circa Cyzicum Meletopolim verſus, a qua* Doliones *populi dicti, de quibus paſſim Strab. vt 12 et 54. Hinc*

DOLIONIVS, a, um. Adi. *Vt,* Dolionius rex, *i. Cyzicus, conditor vrbis cognominis.* Val. Flacc. 5, 7.

DOLIVM, ii. n. [πίθος, κέραμος] *Vt finit* Non. 15, 16 *Vas grande, quo vinum reconditur, ſaepe defoſſum in cella, vt moueri non poſſit.* Vlpian. l. 3 §. 1 ff. de tritico vino vel ol. leg. In doliis non puto verum, vt vino legato et dolia debeantur : maxime ſi depreſſa in cella vinaria fuerint, aut ea ſunt, quae per magnitudinem difficile mouentur. *Et* l. 8 de Inſtructo vel Inſtr. leg. Et dolia licet defoſſa non ſint, et cupae. *Add.* Scaeuola l. 93 §. 4 ff. de Leg. et fideic. III. Vaſa vinaria, id eſt cuppae et dolia, quae in cella defixa ſunt. Ter. Heaut. 3, 1, 51 Releui dolia omnia, omnes ſerias. Vlp. l. penult. D. de tritic. vino vel oleo legato, Vino legato cum vaſis dolia legata non ſunt : quia ſcilicet ea mente vinum in dolia condimus, vt ex his poſtea in amphoras vel cados diffundamus. *Et hoc eſt* vinum *quod* diffuſum *nominatur.* Iuu. Sat. 5, 30 Ille capillato diffuſum Conſule potat. Cic. de Clar. Orat. 287 c. 83 Num igitur qui hoc ſentiat, ſi is potare velit, de dolio ſibi hauriendum putet ? *quod ipſe mox explicat :* Sic ego iſtis cenſuerim et nouam iſtam quaſi de muſto et lacu feruidam orationem fugiendam. Sen. Epiſt. 36 Vinum enim fieri bonum quod recens, durum et aſperum : non pati aetatem quod in dolio placuit. *Narratio petulans alioquin* Apuleii Met. 9 p. 219 *oſtendit, ita magna fuiſſe quaedam* dolia, *vt in ea* deſcenderetur, teſtacea *tamen eadem, et ita leuia, vt vnus homo tale dolium* collo ſuo gerere *poſſet. Lignea etiam fuiſſe colligitur ex* Plin. 8, 6. *Nempe* Dolium, *Vas cuiusuis materiae et menſurae, rei praeterea cuiusuis capax.* Plaut. Caſin. 1, 34 Dabitur tibi amphora vna *(quî haurias)* et vna ſemita *(qua eas redeas aſſignabitur)* Fons vnus *(vnde petas)* vnum ahenum, et octo dolia, Quae niſi erunt ſemper plena, ego te implebo flagris. *Ita* Cato R. R. 39, 1 Quoduis dolium facere vinarium *docet.* Dolia patentiſſimi oris Colum. 12, 6, 1. Dolii vterum *memorat* Id. 12, 4, 5. Doliorum opercula Cato R. R. 11, 1. Iulianus l. 26 D. de inſtit. vel inſtr. legat. Dolia fictilia, item plumbea, quibus terra adgeſta eſt, et in his viridiaria poſita, aedium eſſe, Labeo et Trebatius putant. *Et* Proculus l. 15 D. de trit. et vin. dolia in vaſis vinariis non eſſe, ex Trebatii ſententia *fatetur.* *Add.* Vitr. 5, 5. *Sic* Acinaria dolia et Frumentaria Var. 1, 22, 4. Amurcaria, Frumentaria, Vinaria Cato 10, 4. *et* 11, 1. Caua dolia Tibul. 1, 3, 79. Culeare do-

lium, *vid.* CVLEVS. Curta Lucret. 4, 1020. Fictile Colum. 12, 54, 3. Dolia, quae figuli faciunt Varr. R. R. 3, 15, 2. Claud. 27, 12 Atque tuam vincant dolia fuſa ſitim. Inane Hor. Carm. 3, 11, 27. Odorata vt fiant Cato 105, 2. Plaut. Pſeud. 1, 3, 135 In pertuſum ingerimus dicta dolium, Operam ludimus. Alligare *vid. mox* Vincire. Commundare dolia Columel. . . . Contrudere in dolia, *vid.* CONTRVDO. Deacinata dolia, *vid.* DEACINATVS. Demerſa humi *et* quae conſiſtunt ſupra terram, *quomodo curanda ſint, docet* Colum. 12, 18, 4. Eluere dolia Colum. . . . Haurire de dolio Cic. de Clar. Orat. 287 c. 83. Imbui vt debeant Cato R. R. 69, 1. Picare Col. 12, 18, 5. *Add.* 11, 2, 70. Promens vina dolio Hor. Epod. 2, 47. Cato R. R. 39, 1 Dolia plumbo Vincito, vel materia quernea, viti ſicca, Alligato. Si bene ſarſeris, aut bene alligaueris, et in rimas medicamentum indideris, beneque picaueris, quoduis dolium vinarium facere poteris. *Addi poſſunt et reliqua. Quod dicit* plumbo vincito, *huc referre debebam* Varronis *locum apud* Non. 15, 10 Sed quae neceſſitas te iubet aquam effundere domi tuae? Si vaſa habes pertuſa, plumbum non babes?

DOLIŎLVM, i. n. Dimin. [πιθίσκος] Columel. 12, 43, 3 Doliola noua ſine pice in ſole ſiccant. Liu. 5, 40 Sacra — condita in doliolis — vbi nunc deſpui religio eſt, defodere. *Hinc loco nomen, quod* Feſtus *repetit ex Liuio*, Doliola, locus in vrbe ſic vocatus *etc. Sed aliter* Varro de L. L. 4, 32 p. 37 *extr.* Eſt locus qui vocatur Doliola, ad cloacam maximam, vbi non licet deſpuere, a dolioleis ſub terra. Eorum duae traditae hiſtoriae, quod alii eſſe aiunt oſſa cadauerum: alii Numae Pompilii religioſa quaedam, poſt mortem eius infoſſa. ❡ 2 *Metaphor.* Plin. 11, 13 Ibi optimus ſemper (*ſuccus, ex quo mel conficiunt apes*) vbi optimorum doliolis florum conditur, *i. caliculis florum ſ. folliculis, in quibus latet ille ſuccus. Conf.* Id. ib. c. 15 *pr.*

DOLIARIVS, ii. m. [πιθοποιὸς] *Qui dolia facit et componit.* Plin. 3, 6 Aenaria inſula, a ſtatione nauium Aeneae, Homero Inarime dicta, Graecis Pithecuſa, non a Simiarum multitudine (vt aliqui exiſtimauere) ſed a figlinis doliariorum. EX OFFIC. DOLIARIA Inſcript. *ap.* Fabrett. p. 519.

DOLIARIVS, *vel* DOLEARIVS Seruus. Marm. vet. Grut. p. 583, 1

A. TERENTIVS M. L. CHRYSOGONVS
SER. DOLEAR.
H. S. E.

Vid. Pignor. de Seru. p. 550.

DOLIARIVM, ii. n. [ἀποθήκη] Caius in l. Quod ſaepe §. Sed et ſi D. de Contrahenda emtione et venditione, Sed et ſi ex doliario pars vini venierit (veluti metretae centum) veriſſimum eſt (quod et conſtare videtur) antequam admetiatur, omne periculum ad venditorem pertinere. *i. Apotheca vel Hypogeo, vt interpretatur Budaeus.*

DOLIĀRIS, e. Adi. [πίθεος] *Quod ad dolia pertinet.* Doliaris anus, *Cuius venter tumet in modum dolii* Plaut. Pſeud. 2, 2, 64. Vinum doliare, *Quod adhuc in dolio eſt, necdum diffuſum.* Vlp. l. 1 §. vlt. D. de peric. et commod. Si doliare vinum emeris, nec de tradendo eo conuenerit, *etc. Vid.* VINVM.

DŎLO, āui, ātum, āre. [πελεκέω, σχεδιάζω] *Fabrorum verbum, quum materiae complanatur aſperitas.* Varro in Agathone *ap.* Non. 2, 235 Numnam caelatus in manu dextera ſcyphus, caelo dolitus, artem oſtentat Mentoris? *Vid. mox* DOLATVS. Cic. Acad. 4, 100 c. 31 Non enim eſt e ſaxo ſculptus, aut e robore dolatus. Plin. 16, 39 Caveto ne per rorem trahas, aut doles. Columel. 11, 2 Materies ſi roborea eſt, ab vno fabro dolari ad vnguem per quadrata debet pedum XX. *Et apud eundem* 8, 3 Dolare perticam in quadrum. Materiem dolare Lucret. 5, 1266. Dolare opus aliquod Cic. de Orat. 2, 54. Id. de Diuin. 2, 86 c. 41 Quis robur illud cecîdit, dolauit, inſcripſit? Plaut. Mil. 3, 3, 64 Hunc nos dolum dolamus. Lumbos fuſte dolare Hor. Serm. 1, 5, 22. Falce dolatus Propert. 4, 2, 59. Puellas, *ſenſu obſceno* Martial. 7, 66, 3. *Sed al.* vorat, *quod contra Gruterum defendit Scriuer.* Vxorem Pompon. *apud* Nonium 2, 742.

DOLĀTVS, a, um. Partic. *Vid.* DOLO. Dolatus e robore Cic. Acad. 4, 100 c. 31. Dolato confiſus ligno Iuuen. Sat. 12, 57. Mart. 6, 49 *Priapus* de fragili dolatus vlmo.

DOLĬTVS, a, um. *Idem.* Nonius 2, 235 Dolitum, quod dolatum vſu dicitur, quod eſt percaeſum vel abraſum, vel effoſſum. Varro Agathone, Scyphus caelo dolitus artem oſtentat Mentoris. *Quod* Lucret. 5, 1266 *legitur hodie* Materiem laeuare, dolare, ac radere ligna; *Giſanius ex MSS. legi vult* Materiemque dolĕre, laeuare, *vt ſit Anapaeſtus pro Dactylo.*

DOLĀTVS, ûs. m. Prud. Pſych. v. 837 — Multoque forata dolatu.

DOLATIO, ōnis. f. *Idem.* Auguſtin. . . .

DOLĀMEN, ĭnis. n. *Idem.* Apul. Flor. *pr.* Truncus dolamine effigiatur.

DOLĀTOR, ōris. m. Gloſſ. Vet. πελεκητής.

DOLATORIVM, ii. n. Hieron. Epiſt. 135 ad Sun. et Fretell. *eſt* Ferramentum quo lapides dolantur.

DOLĀTĬLIS, e. Adi. *Quod facile dolatur.* Venant. Fortunat. *et* Auct. de Limit. Goeſii p. 270.

DOLĀBRA, ae. f. [ἀξίνη, σμινύη] *Inſtrumentum, quo dolantur ligna.* Columel. Arb. 10, 2 Quae falce amputari non poſſunt, acuta dolabra abradito. Iuuen. Sat. 8, 37 *de Mario*, Si lentus pigra muniret caſtra dolabra. *Eſt quoque in inſtrumento ruſtico. Sic* Dolabris circumfodiuntur roſaria Pallad. Febr. 21, 2 Dolabris diſſipandae glebae Ibid. Ian. 3, 2. Dolabra, *inter inſtrumenta lanionum ponit* Paullus in l. Cum de lanionis D. de inſtruct. vel inſtrum. leg. *Eſt etiam Inſtrumentum militiae ad muros ſubruendos.* Tacit. Hiſt. 3, 20, 5 Conuerſus ad ſingulos num ſecures dolabrasque et caetera expugnandis vrbibus ſecum attuliſſent, rogitabat. Liu. 9, 37 Dolabrae calonibus diuiduntur ad vallum proruendum. Dolabris perſregere murum Curt. 9, 5, 19. Dolabris ſiluas ſternere Curt. 8, 4, 11. Seceſpitam *etiam explicat nomine* Dolabrae Paullus Feſti interpolator.

DOLABRATVS, a, um. Adi. Caeſ. B. G. 7, 73 Truncis arborum aut admodum firmis ramis abſciſſis atque horum dolabratis atque praeacutis cacuminibus. Secures dolabratas Pallad. 1 c. vlt. *a ſimplicibus diſtinguit. Imago videtur eſſe, quam attulit Graeu. ad* Flor. 4, 10, 10.

DOLABELLA, ae. f. [ἀξινάριον] Dimin. *a* Dolabra. Colum. 4, 24 Semper circa crus dolabella dimouenda eſt terra. ❡ 2 *Cognomen gentis Corneliae. V. g. Gener Ciceronis, idemque poſtea hoſtis declaratus, cum Caeſarianae ſe caedis* vltorem *ferret. Vid.* Vellei. 2, 69.

DOLABELLIANA *pira a Cultore dicta* Plin. 15, 15. Col. 5, 10.

DOLON, ōnis. m. [Δόλων] *Troianus, Speculator miſſus in caſtra Graecorum*, a Diomede et Vlyſſe interfectus eſt, qui et ipſi ſpeculatum venerant. *Auctor* Seruius, *quem vide ad* Aen. 12, 347 *et al. De* Dolone *vide in dictione* RHOESVS. Imbellis Dolon Ouid. Met. 13, 98. Dolum Plautus *vocat* Pſeud. 4, 8, 7.

DŎLON, ōnis. m. [δολῶν] Flagellum, *inquit* Seruius *ad* Aen. 7, 664 intra cuius virgam latet pugio, aut ſecundum Varronem, ingens contus cum ferro breuiſſimo. Dolones autem a Dolo dicti ſunt, quod decipiant ferro, quum ſpeciem ligni praeferant. Donat. ad Ter. Eun. 3, 3, 9 Dolones ſunt tela quaedam bellica. Sueton. in Claud. c. 13 Reperti et Equeſtris ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro, praeſtolantes, alter vt egreſſum theatro, alter vt ſacrificantem apud Martis aedem adoriretur. Virg. Aen. 7, 664 Pila manu ſaeuosque gerunt in bella dolones. Alphenus in l. Si ex plagis §. Tabernarius D. ad Legem Aquiliam, Ille flagello quod in manu habebat, in quo dolon inerat, verberare tabernarium coeperat, *etc. Vid.* DOLVS. *Conf. Reineſ. Var. Lect. 3 p. 640.* Dolonem *pro Aculeo ſuo glorioſula muſca dixit* Phaedr. 3, 7, 3 Vide ne dolone collum compungam tibi. ❡ 2 Dolones *parua vela ſunt. Pollux 1, 91* ὁ ἐλάττων ἱςὸς δόλων. *Suidas* Δόλωνες μικρὰ ἱςία. *Etiam Appianus, obſeruante Scheffero de Mil. Nau. 2, 5 p. 140 extr.* τὰ βραχέα τῶν ἱςίων *habet, vbi apud Liuium ſunt* dolones. *Nempe* Liu. 37, 30 Caeterum poſteaquam praetoriam nauem Polyxenidae relictis ſociis vela dantem videre: ſublatis raptim dolonibus (vt erat ſecundus petentibus Epheſum ventus) capeſſunt fugam. *Add.* Id. 36, 44.

DOLŎPES, um. m. [Δόλοπες] Populi Theſſaliae, *auctore* Lucano 6, 384 Plinius *ait* Populos Aetoliae 4, 2. Dolopes, Pyrrhi ſocii, vt Myrmidones Achillis apud Troiam. *Auctor* Seruius *enarrans illud* Virg. Aen. 2, 7 Myrmidonum Dolopumue, *etc.* Superbae Dolopum ſedes Virg. Aen. 2, 29.

DOLOPEIVS, a, um. Adi. Valer. Argon. 2, 10 Vidiſſe putant Dolopeïa buſta. *id quod a Poëta dicitur propter* Dolopis *Neptuni filii in Magneſia exſtincti ſepulcrum.*

DOLOR, ōris. m. [ἄλγος, ἄχος, ὀδύνη, ἀλγηδὼν] *Animi vel Corporis moleſtus ſenſus.* Dolor (*inquit* Donatus) ex miſeria deſcendit. Ter. Andr. 5, 1, 12 Eius labore atque eius dolore gnato vt medicarer tuo. Cic. Tuſc. 2, 35 Dolor autem motus aſper in corpore, a ſenſibus alienus. Ibid. 4, 18 Dolor, aegritudo crucians. Stat. Silu. 5, 5, 56 Nimius fortaſſe auidusque doloris Dicor, et in lacrimis iuſtum exceſſiſſe pudorem. Comes ſociusque doloris alicuius Stat. Silu. 2, 1, 28. Ferox dolore Ouid. Met. 3, 68. Cum dolore Scribon. 186. In ipſo dolore Id. 121. Sine dolore Id. 53. Tacit. Ann. 13, 4 Meditata ad memoriam virtutis carmina, et laudationes et lacrimas, vel doloris imitamenta. Impatiens doloris Ouid. Met. 14, 716. Impetus doloris Celſ. 2, 14. Ouid. Met. 6, 575 Grande doloris Ingenium, miſerisque venit ſolertia rebus. Medicamenta doloris, *vid.* MEDICO. Monumenta ſaeui doloris Virg. Aen. 12, 945. Morſus doloris acer Cic. Tuſc. 2, 53 c. 22. Celſ. 5, 28 Finisque adurendi eſt, dum ex omni parte ſenſus doloris eſt. Ouid. Faſt. 6, 356 Summa difficultas et ſummus animi dolor. Cic. Att. 8, 3 In vtraque enim re ſumma difficultas erit, ſummus animi dolor. Articulorum dolores Cic. Att. 1, . . Id. ib. 9, 11 Tanto plus apud me valere beneficii gratiam, quam iniuriae dolorem volo. Laterum dolor, *i. Pleuritis* Hor. Serm. 1, 9, 32. Cic. pro Sext. 49 Caedem a vobis liberisque veſtris, vaſtitatem, incendia, rapinas meo dolore luctuque depuli. ❡ 2 *Epitheta:* Acer dolor, *vid.* ACER. Cic. pro Cluent. 10 Huic autem pro quo dicitur, nihil poſſit offenſionis accedere ſine acerbiſſimo animi ſenſu ac dolore. Acris dolor Virg. Aen. 11, 709. Acutus lateris dolor Celſ. 2, 7. Aegri dolores Lucret. 3, 918. Caeci dolores Sen. Herc. Oet. 1459. *i. occulti.* Certus dolor, *i. Conſtans* Hor. Epod. 15, 16. Cic. Fam. 4, 3 Eſt omnino vix Conſolabilis dolor: tanta eſt omnium rerum amiſſio, et deſperatio recuperandi. Cruentus Sen. Herc. Oet. 233. Durus Virg. Aen. 5, 5. Ferus Ouid. de Arte Am. 2, 490. Femineus Ouid. Met. 9, 151. Furioſus Sen. Med. v. 13. *i. ira.* Furtiuus Stat. Theb. 12, 392. Ignauus, *vid.* IGNAVVS. Immenſus Sen. Theb. 2. Immitis Sen. Octau. 2. Impatibilis, *vid.* IMPATIBILIS. Incautus dolor Claud. Epiſt. 1, 6. Incertus Sen. Hippol. 4. Indifferens, *vid.* INDIFFERENS. Inflexibilem dolorem (opiſthotonon vocant) leuat vrina caprae auribus infuſa Plin. 28, 12. Ingens Virg. Aen. 5, 172. Ingenuus dolor Sen. de Benef. 2, 5. Inopinus Stat. Theb. 1, 249. Inſanabilis Quinctil. in Prooem. 6. Seru. Sulpic. *ad* Cic. Fam. 4, 5 Quid eſt, quod tantopere te commoueat tuus dolor inteſtinus? *Dolebat autem* Cicero *de morte filiae.* Inteſtinus, *i. Domeſticus. Sic enim dictum eſt, quomodo Bellum inteſtinum, i. Quod domi et in ciuitate noſtra ſit.* Intolerabilis Celſ. 2, 10. Iuſtus Ouid. Epiſt. 12, 133. Lateralis dolor Plin. 21, 21. Lentus Celſ. 3, 2. Longus Idem 2, 8. Magnus Scribon. 37. Mediocris Celſ. 7, 20. Moeſtus Ouid. Triſt. 4, 3, 21. Mortiferus, *vid.* MORIOR. Municipalis, *vid.* MVNVS. Odioſus, *vid.* ODIVM. Officioſus, *vid.* OFFICIVM. Pertinax Sen. Herc. Oet. 14. Praeſenti dolore Scribon. 19. Querulus Ouid. Triſt. 3, 8, 32. Rabidus Stat. Theb. 6, 83. Solicitus Ouid. de Arte Am. 3, 374. Subitus Idem ibid. 3, 702. Tacitis doloribus vri Ouid. Faſt. 3, 489. Tener dolor Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 323. *i. Puellaris.* Totus in vultu dolor Sen. Med. 7. Vaſtus dolor Scribon. 182. Vetuſtus dolor Celſ. 4, 2. Cic. Att. 11, 23 Videremur aliquid doloris Virilis habuiſſe. Abiicere dolorem praeceptis et monitis alicuius Cic. Fam. 5, 13. Abolere dolorem et iram, Abſtergere dolorem, Abſtruſus animi dolor, *vid. ſſ. ll.* Cic. Att. 1, 10 Quaeris ex me, dolor Acceſſit bonis viris. Accendit dolor animum deſidioſiſſimum Sidon. Apollin. Epiſt. 4, 11. Accidit alicui dolor Cic. Verr. 4, 135. Accipere magnum et incredibilem dolorem Cic. pro Domo ſua 97 c. 36. Adhibere dolorem, Adimere dolores, *vid. hh. vv.* Cic. Fam. 4, 5 Hoc vno incommodo addito, quid ad dolorem adiungi potuit? Afferre dolorem, *vid.* AFFERO. *it.* Celſ. 5, 28, 2. Affici dolore Lucret. 3, 918. Cic. Fam. 6, 19. Agitari furiis doloris Ouid. Met. 6, 595. Amplificare dolorem, *vid.* AMPLIFICO. Angi quodam praecipuo dolore Cic. Fam. 4, 3. *vid.* ANGO. Ardere dolore Cic. Att. 9, 4. *vid.* ARDEO. Ardet duris dolor oſſibus Virg. Aen. 9, 66. Aſcitus

tus dolor, *vid.* ASCISCO. Quinctil. 6, 2 Nec agamus, rem quaſi alienam, ſed aſſumamus parumper illum dolorem. Aſtricta dolore pectora Ouid. de Arte Am. 361. Attingi dolore, *vid.* ATTINGO. *it.* Cic. Tuſc. 3 c. 25. Auertere dolorem Virg. Aen. 4, 557. Cic. pro Cluent. 83 Illi in quem dicitur, damnatio omne ignominiae periculum iam abſtulerit, mors vero etiam doloris. Augere alicui dolorem et facere Cic. Att. 11, 8. Capere dolorem Lucan. 5, 760. Cic. pro Cael. 33 c. 14. *vid.* CAPIO. Ter. Andr. 4, 3, 4 Verum ex eo nunc miſera, quem capit dolorem. Carere dolore, *vid.* CAREO. Senſu doloris carere Cic. Fam. 9, 2. Felix quicunque dolore alterius diſcis poſſe Carere tuo Tibull. 3, 6, 43. Caſtigare dolores Lucan. 8, 71. Caſtigatus animi dolore, *vid.* CASTIGO. Cecidit expulſus dolor Sen. Herc. Oet. 13. Cedit fractus dolor Id. ibid. 7. Clauſit animam dolor Lucan. 8, 59. Ciet dolorem Scribon. 194. Collapſa dolore Ouid. Met. 7, 826. Commouere dolorem, *vid.* COMMOVEO. Magnum et acerbum dolorem Commouere Cic. Verr. 4, 47. Compeſcere dolores vino Tibul. 1, 2, 1. Concitus dolor a laeſo amore Ouid. Triſt. 2, 388. Conflictari doloribus capitis Celſ. 2, 7. Cic. Fam. 4, 6 Nec eum dolorem, quem a Republ. capio, domus iam Conſolari poteſt. Conſueſcere dolori, *vid.* CONSVESCO. Continere tantum dolorem, *vid.* CONTINEO. Contrahitur dolor mortiferus vel vino, vel cruditate, vel frigore, *etc.* Celſ. 4, 2. Corripi aliquo dolore, *vid.* CORRIPIO. Scribon. 99. Celſ. 4, 3 Si vero etiam vehementius dolor Creuit, admouendae ceruicibus cucurbitulae ſunt. Celſ. 7, 7 Sicut euenit in iis, quae et tarde increſcunt, et dolore non Cruciant. Dare alicui dolorem Cic. Att. 6, . . Celſ. 4, 22 Coxarum ingens dolor eſſe conſueuit: isque hominem ſaepe Debilitat et quosdam non dimittit. Deduci a dolore, *vid.* DEDVCO. Demere dolorem Lucret. 2, 21. Depellere dolorem Cic. Fam. 12, 1. Deponere curas et dolores in ſermone, et ſuauitate alicuius Cic. Fam. 4, 6. Celſ. 5, 26 Renibus vero percuſſis, dolor ad inguina, teſticulosque Deſcendit. Deſinunt dolores Celſ. 2, 6 *et* 7. Detrahere dolorem Cic. de Fin. 1, 27. Diffundere dolorem flendo Ouid. Met. 9, 143. Celſ. 4, 2 Saepe enim dies vnus aut alter totum dolorem hac ratione Diſcutit. *Paullo poſt*, Si Diſcuſſus ex toto dolor eſt. Diſrumpi dolore Cic. Att. 7, 11. Diuelli cum ſummo dolore ab aliquibus Cic. pro Domo ſua 145. Virg. Aen. 1, 673 — Et noſtro Doluiſti ſaepe dolore. Domare dolorem Stat. Silu. 2, 1, 14. Duplicat ſaeuus dolor vires Sil. 13, 233. Cic. Att. 12, 19 Dum recordationes fugio, quae quaſi morſu quodam dolorem Efficiunt, refugio a te monendo. Emergere Cic. Att. 9, 4. Id. ibid. 9, 4 Quamobrem obſecro te, mi Tite, Eripe mihi hunc dolorem: aut minue ſaltem aut conſolatione, aut conſilio, aut quacunque re potes. Euictus dolore Virg. Aen. 4, 474. Exarſit dolor oſſibus Virg. Aen. 5, 172. Exſaturare dolorem damnis Stat. Theb. 6, 83. Exciderunt animo dolores Virg. Aen. 1, 29. Excitat iras dolor Idem ibid. 2, 594. Celſ. 2, 1 Aquilo tuſſim mouet, horrores Excitat, item dolores lateris, et pectoris. *Add.* Scribon. 189. Excuſſit ſenſus mihi nimius ille impulſus dolor Sen. Herc. Oet. 10. Ouid. Met. 12, 534 Nec prius abſtitimus ferro Exercere dolorem, Quam data pars leto, partem fuga, noxque remouit. Cic. Fam. 5, 16 Non facile Exhauriri tibi iſtum dolorem poſſe vniuerſum puto. Celſ. 6, 7 Dolor magnus Exigit, vt ſanguis quoque mittatur. Idem 4, 23 Quum in humeris, aliisue commiſſuris dolor aliquis Exortus eſt. Exulcerare dolorem, *vid.* EXVLCERO. Exundat dolor Senec. Oed. 12. Exſuperat dolor Lucret. 2, 1275. Ouid. ad Liu. 353 Alta mane, ſupraque tuos Exſurge dolores: Infragilemque animum quo potes vsque tene. Exſurgit grauior dolor Sen. Med. 1. Cic. Octau. 1 Nulla enim remedia, quae vulneribus adhibentur, tam Faciunt dolorem, quam quae ſunt ſalutaria. Quinctil. 5, 10 Nec ſi capitis dolorem Facit, inutilis hominibus ſol eſt. Celſ. 2, 1 Praeter haec graciles, viſcerum, et laterum dolores Fatigant. Ferre dolorem Virgil. Aen. 6, 464. Finire dolores Perſ. 5, 161. Finire dolores lateris Celſ. 5, 25. Finire dolorem Idem 2, 7. Finiuntur dolores Idem 2, 8. *et* 4, 8. Fit item laeuitas inteſtinorum, quae lienteria vocatur, coxae dolores, morbi comitiales Celſ. 2, 1. Flagrans dolor, *i. vehemens* Iuuen. Sat. 13, 11 Ponamus nimios gemitus: flagrantior aequo Non debet dolor Eſſe viri, nec vulnere maior. Fouere dolorem Cic. Att. 12, 19. Frangere dolorem Idem Philipp. 12, 9. Frenare vndantes dolores Sil. 8, . . Frendens dolor Sen. Herc. fur. 693. Furere dolore Ouid. Met. 12, 478. Geminare dolores Idem Amor. 2, 10, 11. Gignere dolorem alicui Lucret. 4, 332. Habere dolorem Scribon. 38, 107 *etc.* Quinct. 2, 17 An dolorem capitis Habeat, qui hos ſe pati dicet. Dolorem Habere continuum Celſ. 2, 4. Cic. Att. 1, 5. Idem pro Muraen. 89 At Habet magnum dolorem, vnde cum honore deceſſeris, eodem cum ignominia reuerti. Requiem Habere doloris Ouid. de Arte Am. 2, 490. Imminuit ſe dolor Ouid. Epiſt. 11, 51. Immittere dolorem, *vid. h. v.* Impediri dolore Cic. Fam. 4, 6. Imperare dolori, Impertire dolorem ſuum alicui, *vid. hh. vv.* Caeſ. Bell. C. 3, 74 Exercitui quidem omni tantus Inceſſit ex incommodo dolor, *etc.* *i. inuaſit.* Incenſus dolore Virgil. Aen. 11, 709. *et* Nep. 6, 3, 1. Incluſit lacrimas dolor Stat. Theb. 12, 318. Increuit dolor Ouid. Met. 9, 703. Incurſabit in te dolor meus, *vid.* INCVRRO. Incutere dolorem Cic. Att. 1, 13. Indipiſci dolorem in cogitando, *vid.* INDIPISCOR. Indulgere dolori Ouid. ad Liuiam 417. Inferre dolorem, Infixus animo haeret dolor, *vid. ſſ. ll.* Inhibet dolorem pectoris, ac ventris pulegium Plin. 20, 14. Inſidet pedibus dolor, *vid. h. v.* Celſ. 4, 8 Dolorque modo finitur, modo intenditur. Intercludi dolore, Inuaſit dolor, *vid. ſſ. ll.* Celſ. 4, 23 Omnes autem eiusmodi dolores, vbi Inueterauerunt, vix citra vſtionem finiuntur. Inueteratus dolor, *vid. h. v.* Cic. Philipp. 11, 38 Tertio vero generi non militum veteranorum, ſed importuniſſimorum hoſtium cupio quam acerbiſſimum dolorem inurere, *vid.* INVRO. Irritare dolores dicitur hiems Celſ. 2, 1. Laborat e dolore puerpera, *vid.* LABORO. Lapſus dolor ad ima oſſa Virg. Georg. 3, 457. Laſſatus malis dolor Senec. Herc. Oet. 10. Lenire dolorem Celſ. 4, 12. Lenire dolores colloquiis Claudian. in Ruffin. 2, 87. Lenire dolores requie Ouid. Met. 13, 317. Celſ. 2, 7 Colemque extendendo dolorem Leuant, *vid.* LEVIS. Leuare dolorem ſomno Celſ. 5, 25. *Add.* Scribon. 206. Liberare dolore Cic. Fam. 6, 4. Litare dolori quid Seneca Med. *ſub fin. i. irae.* Manet dolor Celſ. 2, 7 *et* 8. Merſus in corde dolor Stat. Silu. 5, 1, 219. Seru. Sulp. Cic. Fam. 4, 5 Nullus eſt dolor, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat. Minuit vindicta dolorem Ouid. Amor. 1, 7, 63. Quinctil. 6, 1 Veros dolores mitigat tempus, *vid.* MITIGO. Mitigantur vetuſtate dolores Cic. Att. 3, 15. Mollire dolorem Seru. Sulp. Cic. Fam. 4, 5. Mouere dolores Ouid. Met. 2, 778. Celſ. 7, 12 Si vero dens dolores mouet, *etc.* Idem 2, 1 Auſter aures hebetat, ſenſus tardat: capitis dolores mouet. Mulcere viuos dolores Stat. Silu. 5, 5, 39. Mulcere dolores alloquio Sil. 13. Obducere callum quoddam dolori, *vid.* OBDVCO. Obductus dolor Virg. Aen. 10, 64. Oblitus doloris Stat. Theb. 12, 369. Obmutuit dolore Ouid. Met. 13, 538. Idem Epiſt. 12, 195 Nunc vellem facunda forem, dolor artibus Obſtat, Ingeniumque meis ſubſtitit omne malis. Occurrit dolori per quietem eiusmodi catapotium Celſ. 5, 25. Opprimi doloribus, *vid. h. v.* Oriuntur eo quoque tempore febres incertae, lienis dolor, *etc.* Celſ. 2, 1. *Et iterum ibidem paullo poſt.* Ortus eſt ſubitus dolor capitis Celſ. 2, 8. Parere dolori Cic. de Prouinc. Conſ. 2. Paſcere dolorem Sen. Herc. Oet. ſ. 4. Omnis dolor minus Medicinae Patet, qui ſurſum procedit Celſ. 2, 8. *Forte melius paret.* Pati dolorem corporis Cic. Verr. 5, 111. *Add.* Scribon. 130. Interiores omnes dolores Pellit pulegium Plin. 20, 14. Percipere dolorem, *vel* accipere Cic. Fam. 14, 1. Percitus dolore Senec. Hippol. ſ. 12. Cic. in Brut. . . . Sed me cupidiſſimum audiendi primus dolor Percuſſit, Cotta quum eſt expulſus. Extremo dolore Percuſſus Val. Argon. 7, 475. Perferre dolorem Virg. Aen. 9, 96. *Vid.* PERFERO. Aeternum Perferre dolorem Lucret. 3, 1003. Acerbitates, dolores, cruciatusque Perferre Cic. in Catil. 4, 1. Perpeti dolorem, *vid.* PERPETIOR. Peruenit dolor a temporibus ad oculos Celſ. 6, 6. Idem 7, 18 Dolor ad inguina, atque ilia Peruenit. Plangere dolores Senec. Herc. fur. 12. Portare ſecum dolorem Stat. Theb. 11, 508. Premere dolorem Idem Theb. 11, 632. Premit altum corde dolorem Virg. Aen. 1, 213. Premi doloribus capitis vehementibus, et aſſiduis Celſ. 2, 8. Priuatus doloribus Lucr. 3, 918. Proceſſit in vultus dolor, *i. apparet in vultu* Sen. Herc. Oet. 4. Proluſit dolor per iſta noſter, *i. haec tantum ſunt proludium, et ſpecimen quoddam doloris, et furoris mei* Idem Medea 12. Pungit leniter eos animi dolor, *vid.* LENIS. Pulſus corde dolor Virg. Aen. 6, 382. Celſ. 4, 13 Si dolor non quieſcit. *Et paullo poſt*, Vbi dolor, et febricula quierunt. Idem 2, 1 At ſi a prima hieme Auſtri ad vltimum ver continuarunt, laterum dolores, et inſania febricitantium, quam celerrime rapiunt, *i. tollunt, occidunt.* Recruduit ſoporatus dolor, *i. ſopitus* Curt. 7 *non procul ab initio.* Cic. de Orat. 2, 199 Sic et eorum dolorem, qui lugebant ſuos, oratione Refricabam. Releuari dolore Ouid. Met. 9, 674. Remanet dolor Celſ. 4, 2 *et* 6. Id. 4 c. vlt. Poteſt quidem aliquis eſſe ſecurior his temporibus, quibus dolor ſe Remiſit. Cic. de Clar. Orat. 130 c. 34 Atque etiam ingenio, et ſermone eleganti, valetudine incommoda C. Sextius Caluinus fuit, qui etſi quum Remiſerant dolores pedum, non deerat in cauſis, tamen id non ſaepe faciebat, *i. quum minores erant, et remiſſiores facti.* Renouare dolorem Virgil. Aen. 2, 3. Cic. Fam. 4, 6 Sed opprimor interdum et vix Reſiſto dolori. Celſ. 7, 20 Per ea vero, quae ſupra ſcripta ſunt, leuato malo, ſi quando alias dolor Reverterit, eadem erunt facienda. Idem 2, 8 Si ſine cauſa longus dolor capitis eſt, et ceruices ac ſcapulas tranſit, rurſusque in caput Revertitur, aut a capite ad ceruices, ſcapulasque peruenit, pernicioſus eſt. Saturata dolorem Virg. Aen. 5, 608. Cic. Att. 3, 15 Nolo commemorare, quibus rebus ſim ſpoliatus, non ſolum quia non ignoras, ſed etiam ne Scindam ipſe dolorem meum, *i. augeam. Tractum a vulneribus, quae ſciſſa recrudeſcunt.* Sedare dolorem Scrib. 206. Celſ. 6, 7 Ergo vbi primum dolorem aquis Senſit, abſtinere et continere ſe debet. Sepelire dolorem Propert. 1, 17, 19. Seruire dolori Idem 1, 7, 7. Celſ. 2, 8 Humerorum dolores, qui ad ſcapulas, vel manus tendunt, vomitu atrae bilis Soluuntur. Soporatus dolor, *i. Sopitus* Curt. 7 *non procul ab initio.* Stabilire, et inhibere dolores, *vid.* INHIBEO. Stimulans dolor Sil. 6 *et* 7. Suadet dolor Horat. Epiſt. 1, 2, 60. *i. ira.* Celſ. 2, 15 Si nullus tumor, nulla durities, nullus dolor viſceribus, aut capiti, aut praecordiis Suberit. Idem 2, 7 Vel nullo dolore Subſtante, ſomnus ereptus, continuataque nocte et die vigilia. Succumbere dolori Cic. de Fin. 1, 38. Sum: *vt*, Cic. Fam. 4, 3 Quanto fuerim dolore meminiſti. Eſſe alicui dolori Ouid. Amor. 3, 957. In dolore eſt Scribon. 11. *i. dolet.* In curſu dolor eſt, *i. in vigore* Ouid. ex Ponto 4, 11, 18. In dolore et moerore eſſe Cic. Philipp. 11, 1. Succurrere dolori alicuius Propert. 2, 16, 13. Succurrit in iecinoris dolore febris Celſ. 2, 8. Idem 2, 8 At dolores capitis, quibus oculorum caligo, et rubor cum quadam frontis prurigine accedunt, ſanguinis profuſione, vel fortuita, vel etiam petita Summouentur. Superat virtute dolores Ouid. Met. 8, 517. Suppreſſus dolor Lucan. 6, 228. Suſcipere dolorem Cic. de Fin. 1, 24. Suſtinere dolorem Idem pro Domo ſua 145. Ter. Adelph. 4, 3, 11 Nam et illi animum iam releuabis, quae dolore, ac miſeria Tabeſcit. Tacent pectora dolore Ouid. Epiſt. 15, 198. Virg. Aen. 9, 96 — non ſolos tangit Atridas Iſte dolor. Tegere dolorem alta mente Lucan. 6, 228. Tenere dolorem, *i. comprimere* Cic. Att. 12, 37. Tendit dolor deorſum Celſ. 2, 8. Tentari dolore Lucret. 3, 148. Tollitur dolor Celſ. 8, 11. Trahit dolorem a renibus ſemen crethmi Plin. 26, 8. Tranſeunt dolores ad viſcera Celſ. 2, 6. Venit in morem meus dolor, *i. aſſueui iam ſemper dolere* Ouid. ex Ponto 7, 39. Veniunt grauiores dolores Celſ. 3, 2. Vincere graues dolores Sen. Octau. 4. Vicit dolor inuictum virum Ouid. Met. 13, 386. Vlciſci dolorem Caeſ. Bell. Afric. 87. Vrget dolor Celſ. 4 c. vlt. Vrgeri graui dolore Idem 3, 2. Vrgeri vaſto dolore Scribon. 182. Vrit dolor amantes Ouid. Met. 4, 278. Vulgare dolorem obductum Virgil. Aen. 10, 64. *i.* Celatum et diuturna iam cicatrice coopertum. Seruius. Obductus dolor eſt, quem tegit patientia diſſimulantis. Donatus: Vulgare, In publicum proferre.

DŎLŌRŎSVS, a, um. Adi. Veget. Mulom. 4, 22 Doloroſi loci. Cael. Aurel. Tard. 4, 5 Exſtantia reſiſtens et doloroſa.

DŎLŌRĬFĬCVS, a, um. Adi. Onomaſt. Vet. ἀλγεινός.

DŎLEO, ui, itum, ēre. [ἀλγέω, ὀδυνάομαι] *Moleſte affici corpore vel animo.* Quum vidiſti, dolebas Virgil. Ecl. 3, 14. Cic. Att. 6, 3 Equidem doleo, non me tuis literis certiorem fieri. Id. Octau. 5 Quis huius vrbis nomini, ac ſedibus vsque adeo eſt inimicus, vt iſta Diſſimulare poſſit, aut non dolere? Cic. in Vatin. 21 Quis tum non ingemuit: quis non doluit Reipubl. caſum? Idem pro Flacc. 57 Non enim omnia, quae dolemus, eadem iure queri poſſumus.

mus. Plaut. in Trucul. 2, 6, 45 Nequeo caput tollere ita dolui, itaque ego nunc doleo. Dolet caput Plaut. Amph. 5, 1, 7. Dolet mihi cor Idem Moſtel. 1, 2, 71. Dolet a ſole caput Plin. 24, 5. Dolent ab ictu aures Idem 28, 7. Cui placet, obliuiſcitur; cui dolet, meminit Cic. pro Mur. c. 20. Dolere, *plus etiam eſt, quam Aegre ferre:* Plaut. Trin. 2, 2, 9 Haec ego doleo, haec ſunt, quae me excruciant. Ter. Phorm. 1, 3, 10 Aliis quia deſit quod ament, aegre eſt: tibi quia ſupereſt, dolet. *Vbi* Donatus, Laborauit, vt oſtenderet (dolet) plus eſſe, quam aegre eſt. Ter. Adelph. 2, 4, 8 Sed hoc mihi dolet, nos paene ſero ſciſſe, *etc.* *Vbi* Donatus, τῷ ἰδιωτισμῷ, Mihi dolet, *pro* Doleo. Dolet mihi, quod tu nunc ſtomacharis Cic. ad Brut. 17. Doleo ab animo, et ab oculis Plaut. Ciſtel. 1, 1, 62. De aliquo dolere, *i. dolere propter aduerſam alicuius fortunam* Ouid. Triſt. 4, 10, 84 Sum miſer, et de me quod doluere nihil. DE QVO NIHIL DOLVIT NISI MORTEM EIVS Inſcript. Grut. p. 962 n. 9. DE QVA NIHIL DOLVIT NISI MORTE Inſcript. Reineſ. p. 762. *Dicimus etiam et* Pro aliquo dolere. Sen. Conſol. ad Helu. c. vlt. In mea tamen perſona non tantum pro te dolet. De febricula alicuius dolere Cic. Att. 12, 1. Idem Fam. 16, 21 Quod igitur tum ex me doluiſti, nunc, *etc.* Plaut. Capt. 5, 1, 7 Satis iam dolui ex animo. Dolet animus Idem Merc. 2, 3, 54. Cic. pro Sext. 145 c. 69 Quia meum Caſum luctumque doluerunt. Dummodo doleant aliquid, doleant quidlibet Idem Att. 16, 2. Dolet hoc cordi meo Plaut. Amph. 3, 2, 41. Dolere ſua culpa Quinctil. in prooem. 6. Damnis dolere Claudian. 45 *de piis fratribus.* Dolet dictum imprudenti adoleſcenti, *i. quod dixeris imprudenti* Ter. Eun. 3, 1, 40. Cic. Fam. 8, 12 A te peto, vt meas Iniurias proinde doleas, vt me exiſtimas et dolere, et vlciſci tuas ſolere. Idem Philipp. 12, 25 Quis bonus non luget mortem Trebonii? quis non dolet interitum talis et ciuis et viri? Cic. Fam. 5, 8 Sed quaedam peſtes hominum Laude aliena dolentium, et te nonnunquam a me alienarunt, et me aliquando immutarunt tibi. Leuius dolere Ouid. in Ibin 257. Dolent hac re oculi mihi, *i. non libenter haec video* Ter. Phorm. 5, 8, 64. Succeſſu alicuius dolere Ouid. Met. 6, 130. Dolere vicem alterius Cic. Fam. 12, 23. Idem Att. 6, 3 Curionis et Paulli meorum familiarium vicem doleo. Ter. Adelph. 4, 5, 48 Vt me hoc delictum admiſiſſe in me id mihi vehementer dolet. Plaut. Capt. 1, 2, 49 Huic illud dolet, quia nunc remiſſus eſt edendi exercitus. Dicere quod doleat Plaut. Ciſtel. 2, 1, 20. Facile fit illi, quod doleat, *i. minima re commouetur, et ad iram prouocatur* Ter. Eun. 3, 1, 58. Dolendum eſt Horat. in Arte Poët. 102. In tam graui vulnere dolendum eſt Cic. Brut. 9. Fines cenſere dolendi Stat. Silu. 5, 5, 61.

DOLITVS eſt, *pro Doluit.* Vett. Inſcript. *apud* Gruter. DE QVA NIHIL ALIVD DOLITVS EST NISI MORTEM. DCCLXXXXIII, 4. *et* DCCLXXXXIIII, 4.

DOLENS, entis. Partic. [ἀλγῶν] Cic. de Fin. 2, 37 Nec haberent vlla ex parte aliquid aut dolens aut aegrum, *i. aut malum.* Salluſt. in Iugurth. 84 Dictitare ſeſe conſulatum ex victis illis quaſi ſpolia cepiſſe: alia praeterea magnifica pro ſe, et illis dolentia. Damna dolens aliena Stat. Silu. 5, 5, 47. Soli igitur hoc contingit ſapienti, vt nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus Cic. in Parad. 5. Auriculae collecta ſorde dolentes Horat. Epiſt. 1, 2, 53. Plus nimio dolens Idem Carm. 1, 33, 1. Lenire dolentem ſolando Virgil. Aen. 4, 393. Cic. Fam. 5, 8 Quaedam peſtes hominum laude aliena dolentium. Locus dolens Scribon. 229. Dolenti Loco ſuperpoſitum Idem 206. Dolenti Stomacho eſſe 186. Dolentibus ſuperpoſitum 95. ¶ 2 *Vſurpatur et* Doliens, *in aeuo tamen ſequiori. Ita in* Vet. Chriſtian. Inſcript. *apud* Fabrett. p. 572 IVLIANICAE PATER ET MATER DOLIENS FECERE, *et alias ib.*

DOLITVRVS, a, um. Partic. *[ἀλγήσων] Liu. 39, . . Ignominiane ſua quemquam doliturum cenſeret?

DOLENDVS, a, um. Partic. Cic. Fam. 12, 23 Quae vlciſcenda etiamſi non ſunt dolenda. Ouid. Epiſt. 5, 8 Quae venit indignae poena dolenda venit. Fiet deorum ab hominibus dolenda diſceſſio Apul. in Triſm. p. 91.

DOLENTER. Adu. [ὀδυνηρῶς] Cic. Fam. 10, 24 Sed quidquid tibi ſcribo, dolenter mehercule magis, quam inimice facio. *Sic* pro Domo ſua 98. Dolenter homines ferebant Valer. Maxim. 3, 5, 2. Dolenter hoc dicam potius quam contumelioſe Cic. Philipp. 8 c. 7. *Compar.* Ouid. Met. 4, 246 Nil vllo fertur volucrum moderator equorum Poſt Phaëtonteos vidiſſe dolentius ignes. *Et* Cic. pro Sext. 14 c. 6 At certe dolentius deplorandam.

DOLENTIA, ae. f. *pro Dolore.* Arnobii *eſſe dicitur.* Naeuium etiam dixiſſe, *memorat* Gell. 19, 7. *Conf. Borrich. Cogit. de L. L. p. 91.*

DOLESCO, ĕre. *Idem, quod Dolere.* Gloſſ. Gr. Lat. ἄχθομαι, doleo, doleſco.

DOLĬDVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 3, 3 Omnis motus dolidus eſt humore oppreſſis. Idem 3, 6.

DOLĬTO, āre. Frequent. Cato de R. R. c. 157 Vno verbo omnia ſana faciet, intro quae dolitabunt.

DOLVS, i. m. [δόλος] *Proprie eſt occulta ratio nocendi.* Dolus a Laedendo, (*ſi audimus* Donatum in Ter. Eun. 3, 3, 9) dictus, id eſt a Dolando, id eſt minuendo, nam et δόλος Graece, laeſio dicitur: et Dolones, tela quaedam bellica: et dolare, fabri lignum eſt aſcia caedere. *Haec* Donatus. Plaut. Capt. 2, 1, 26 Doli non doli ſunt niſi aſtu colas: *i. vim ſuam nocendi amittunt.* Ter. Andr. 3, 3, 26 Prius quam harum ſcelera et lacrimae confictae dolis, *etc.* Ibid. 1, 1, 133 Simul ſceleratus Dauus, ſi quid conſilii habet, vt conſumat nunc, quum nihil obſint doli. Virgil. Aen. 3, 390 Dolus an virtus, quis in hoſte requirat? Malitioſus dolis Auctor ad Herenn. 4, 67. Veneni dolus Catul. 21, 10. *i. venenum per dolum exhibitum, vt eo pereas.* Cic. de Natur. Deor. 3, 7 Quid ergo iſti doli, quid machinae, quid fallaciae, praeſtigiaeque, num ſine ratione eſſe potuerunt? Id. pro Domo ſua 36 Illud in primis ne qua Calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. Virg. Aen. 5, 590

Vt quondam Creta fertur labyrinthus in alta
Parietibus textum caecis iter, ancipitemque
Mille viis habuiſſe dolum.

Blandi doli Propert. 3, 23, 18. Cauti doli Senec. Herc. Oet. 611. Inanes doli Virg. Georg. 4, 400. Cic. Off. 3, 61 Nondum enim Aquilius Collega et familiaris meus pertulerat de dolo malo formulas, in quibus ipſis quum ex eo quaererem, quid eſſet dolus Malus, reſpondebat, quum eſſet aliud ſimulatum, aliud actum. Idem de Natur. Deor. 3, 74. Cic. Topic. 40 Illi enim dolum Malum, illi fidem bonam, illi aequum bonum, *etc.* Taciti doli, *i. ſecreti* Valer. Argon. 1, 64. Doli vocabulo, *inquit* Feſtus, nunc tantum in malis vtimur: antiqui autem etiam in bonis rebus vtebantur. Vnde adhuc dicimus, Sine dolo malo: nimirum quia ſolebat dici et Bonus. *Hactenus* Feſtus. *Et prudentiam notat in illo,* Neque Ciceroni tamen ad cauendum dolus, aut aſtutiae deerant Sall. Catil. 26, 2. Ter. Eun. 3, 3, 8 Iam tum erat ſuſpicio dolo malo haec fieri omnia. Vlpianus de dolo malo l. 1 *in princ.* Dolum malum Seruius quidem ita definit, machinationem quandam alterius decipiendi cauſa, quum aliud agitur, et aliud ſimulatur. *Et paullo poſt,* Labeo ſic definit, Dolum malum eſſe omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. Labeonis definitio vera eſt. MALVM dolum adiecit. Veteres enim Bonum dolum dicebant, et pro Solertia hoc nomen accipiebant, maxime ſi aduerſus hoſtem latronemue quis machinetur. *Inter* dolum *et* fraudem *ita diſtinguit Alciatus de V. S.* Dolus *ſit alterum circumueniendi cauſa.* Fraus *vero proprie dicitur, etiamſi decipiendi conſilium non adfuerit, ſed is, qui deceptus eſt a ſe ipſo, vel ex euentu fraudatus eſt.* Dolum *item quidam in faciendo,* Fraudem *in verbis dicunt a* φράζειν, *quod eſt loqui. Haec ille. Sed non eſſe perpetuam eam obſeruationem, ſatis exempla docent.* ¶ 2 *Formulae:* Adhibere dolum, *vid.* ADHIBEO. Capere aliquem dolis Virg. Aen. 1, 673. Capi dolis, *vid.* CAPIO. Carent ſucceſſu doli Ouid. Epiſt. 1, 18. Caſtigare dolos Virgil. Aen. 6, 567. Certare dolis Sil. 5, . . Circumducere aliquem per dolos, *vid. h. v.* Cic. de Natur. Deor. 3, 73 c. 29 Neque quo pacto fallam, quid inde auferam, Nec quem dolum ad eum aut machinam Commoliar, *etc. Ex* Synephebis Caecilii. Comparare dolum, Confingere dolum, Conſuere dolos, Conuertere ſe ad dolos, Decipi dolo, *vid. hh. vv.* Deficiunt artes, deficiuntque doli Tibul. 1, 4, 82. Ter. Andr. 3, 4, 4. Ego dudum nonnihil veritus ſum Daue abs te, ne faceres idem Quod vulgus ſeruorum ſolet, dolis vt me Deluderes. Detegere dolos Senec. Thyeſt. 3. Sil. 7, 153 Diſcinxit ratione dolos, fraudesque reſoluit. *Heinſ. malit* Diffinxit, *vel* Diſcuſſit. Ter. Andr. 3, 2, 29 Ne tu hoc poſterius dicas, Daui Factum conſilio, aut dolis. Frangere dolos alicuius Virgil. Georg. 4, 400. Inceſſere aliquem dolis, *vid.* INCESSO. Inſtructus dolis Virg. Aen. 2, 152. Ludere dolis aliquem, *vid.* LVDVS. Latens dolus Stat. Theb. 10, 237. Mouere dolum arte Id. Theb. 12, 183. Nectere dolos Sen. Theb. 1, . . *vid.* NECTO. Operti doli Valer. Argon. 5, 248. Patent doli Idem Argon. 1, 64. Tacit. Ann. 4, 68 Strueret dolum, caeteri teſtes adeſſent. Sublatis dolis aperire aliquid, *i. referre ſine dolis* Virg. Aen. 12, 26. Suſpecti doli Valer. Argon. 1, 245. Tendere dolos Hor. Epod. 2, 34. Verſare dolos in pectore Virg. Aen. 4, 563. Vitare dolum Lucret. 2, 558.

DŎLŌSVS, a, um. Adi. [δολερός, δόλιος, δολομήτης] *Fraudulentus.* Plaut. Epid. 3, 2, 36 Ego aliquam parabo doloſam fidicinam, numo conducta quae ſit. Amici doloſi ferre iugum pariter Horat. Carm. 1, 35, 26. Artes Ouid. Met. 15, 473. Cic. pro Rabir. Poſt. 4 Pulſus interea regno Ptolemaeus doloſis conſiliis (vt dixit Sibylla, ſenſit Poſtumus) Romam venit. Gens Ouid. Met. 14, 92. Illecebrae Claudian. de Laud. Stilich. 2, 136. Mulier Horat. Serm. 2, 5, 70. Numus Plaut. Perſ. prol. 12.

DŎLŌSE. Adu. [δολερῶς] Cic. Off. 3, 61 c. 15 Quum dicitur inter bonos bene agier: quidquam agi doloſe aut malitioſe poteſt? *Comparat.* Cupidius accuſauit et doloſius Aſcon. Ped. in Verr. de Praet. Vrb.

DŎLŌSĬTAS, ātis. f. *Vid.* Interpr. Sirac. 37, 3.

D O M

DŌMA, ătis. n. [δῶμα] *Tectum.* Hieron. ad Suniam et Fretellam T. 4 p. 39 D. *Froben.* Δῶμα in Orientalibus Prouinciis ipſum dicitur, quod apud Latinos tectum. In Palaeſtina enim et Aegypto — non habent in tectis culmina, ſed Domata, quae Romae Solaria vel Meniana vocant, id eſt, plana tecta, quae transuerſis trabibus ſuſtentantur. Denique et in Actis Apoſtolorum, (10, 9 δῶμα, Vulg. ſuperiora, *vt ſi* ὑπερῷον *interpretari ad verbum vellet*) Petrus quando aſcendit in Doma, in tectum aedificii aſcendiſſe credendus eſt. Et quando praecipitur nobis (Deut. 22, 8 ποιήσεις στεφάνην τῷ δώματί σου, Vulg. Murum tecti per circuitum) vt faciamus Domati noſtro coronam, hoc praecipitur, vt in tecto faciamus per circuitum quasdam eminentias, ne facilis in praeceps lapſus ſit. *Pro Latino vtitur ipſe* Hieron. Epiſt. ad Exſuperantium T. 1 f. 95 B. Cum ergo — propemodum in domate conſtitutus ſis; non debes ad tollendam tunicam tecto deſcendere. *Recentiores, qui pro domo tota vſurparunt (vid. Barth. 33, 8) imitati ſunt veteres, qui* Tectum *eadem ratione dixerant. Caeterum locus ille ſuperior Hieronymi ſimul deſcribit nobis* Peribolum, *et cur eo nomine pro* Solario *vſi ſint, oſtendit.* Meniana *nihil aliud eſſe, quam illum* Peribolum, coronam *illam, monemus ſ. l. Conf.* CHALCIDICVM n. 3. DEAMBVLATORIVM.

DOMABILIS, DOMATOR, *vid.* DOMVS.

DOMESTICATIM, DOMESTICVS, DOMICILIVM, DOMICOENIVM, DOMIDVCVS, DOMINOR, DOMINVS, DOMIPORTA, *vid.* DOMVS.

DOMITIA, *Gens nobilis, cognominibus diſtincta, qualia ſunt* Aenobarbus, Afer, Labeo, Marſus, Nero. *De* Domitio Marſo *vid. Brouckh. ad* Tib. 4, 15.

DOMITIANVS, i. m. Flauius, *Veſpaſiani filius, Imperator ſaeuitia nimius. Vid.* Suet. in Vita *eius, et* Aurel. Vict. c. 11.

DOMITIANVS, a, um. Adi. *Vt,* Domitiana quaeſtio, *i. ſtulta. Originem pete ex* l. 27 ff. qui teſt. fac. poſſ. ſ. l. 28 tit. 1. *Sed praeſtat totum ponere:* Domitius Labeo Celſo ſuo ſalutem. Quaero, an teſtium numero habendus ſit is, qui, cum rogatus eſt ad teſtamentum ſcribendum, idem quoque, cum tabulas ſcripſiſſet, ſignauerit? Iuuentius Celſus Labeoni ſuo ſalutem. Aut non intelligo, quid ſit, de quo me conſulueris, aut valide ſtulta eſt conſultatio tua. Plus enim quam ridiculum eſt dubitare, an aliquis iure teſtis adhibitus ſit, quoniam idem et tabulas teſtamenti ſcripſerit.

DOMITIVS deus, DOMITOR, DOMITRIX, DOMITVRA, DOMITVS, *vid.* DOMO, *ſub* DOMVS.

DOMNO-

DOMNOTONVS, i. f. *Vrbs Galliae in Medulis. Vid. Scalig.* Auſon. Lect. 2, 14.

DOMO, as. *Vid.* DOMVS.

DOMVS, ûs *et* i. f. [οἶκος, οἰκία, δόμος, δόμα, δῶμα] *Proprie eſt Aedificium ad habitandum factum: ſed etiam quidquid id eſt, ſ. a natura ſ. manu factum, vbi homo, vel animal morari ſolet,* domus *vocatur.* Domus munimentum aduerſus infeſta corpori Senec. Ep. 8. Domus, *Templum:* Virgil. Aen. 6, 81 Oſtia iamque domus patuere ingentia centum Sponte ſua. *Vid.* Nonium 6, 73. *Eſt etiam Familia, continens pro contento:* Virgil. Aen. 5, 121 Sergeſtusque, domus tenet a quo Sergia nomen. Ter. Adelph. 4, 7, 42 Domus ſumtuoſa. *Vbi* Donatus, Domus, *i.* homines. Cic. Fam. 13, 46 Eum tibi igitur ſic commendo, vt vnum ex noſtra domo. Idem ibid. 5, 8 Vt domus tua tota me tibi amiciſſimum eſſe cognoſceret. *Et* ib. 15, 11. Tacit. in Vita Agric. 19, 2 Domum ſuam coërcere plerisque haud minus arduum eſt, quam Prouinciam regere. *Conf.* Horat. Carm. 4, 12, 6. Virgil. Aen. 2, 702. *Reineſ. p. 122.* Domus, *Gens vna tota:* Virg. Aen. 1, 284 Quum domus Aſſaraci. *Volens intelligi Romanos, qui de Aſſaraco per Troianos originem ducunt.* Domus, *pro Patria, vnde aliquis oritur, non raro reperitur vſurpata in* Inſcriptt. *et alibi.* Sueton. Vitell. c. 11 Caeterum P. Vitellius domo Nuceria. Virgil. Aen. 10, 183 Qui Caerete domo. Gruter. CDXXX, 4. C. TERENTIVS PHILETVS DOMO ROMA. Vt candem vrbem et patriam haberet et domum Nep. 25, 3. *Al.* dominam. *Conf.* Schott. Obſeru. 3, 11. Domus auium, *pro Nidis:* Virgil. Georg. 2, 209 Antiquasque domus auium cum ſtirpibus imis Eruit. Pecorum domus Stat. Theb. 1, 367. Domus omnipotentis Olympi Virgil. Aen. 10, 1. *Sic* Domos fluuiorum *appellarunt Graeci Vrbes cognomines fluuiis, vel etiam iis vicinas. Quos ſequitur* Horat. Carm. 1, 7, 12 Domum Albuneae reſonantis. Domus ſedes, arae, foci, dii penates Cic. pro Domo ſua 41. Idem pro Deiot. 8. Domus Solis Ouid. Her. 9, 16, *quae deſcribitur* Met. 2 *pr.* Somni Ouid. ſ. Pedo ad Liu. 453.

¶ 2 *Ad hanc diuerſitatem accommodata ſunt Epitheta:* Aëriae domus, *i. caelum* Horat. Carm. 1, 28, 5. Aeterna, *paſſim in* Inſcript. *pro Sepulcro. Vid. Brouckh. ad* Tib. 3, 2, 23. Aetheria, *vt* Aëria Horat. Carm. 1, 3, 29. Alta Virgil. Georg. 2, 461. Ambigua, *vid.* AMBIGVVS. Ambitioſa Ouid. Triſt. 1, 8, 18. Amoena Claudian. Laud. Stilich. 1, 189. Ampla Cic. Off. 1, 139. Antiqua Virgil. Georg. 2, 209. Ardua Stat. Silu. 1, 1, 7. Attonitae domus, *vid.* ATTONITVS. Beata Catul. 59, 156. Caſta Horat. Carm. 4, 5, 21. Confuſa Stat. Theb. 1, 17. Contermina domus noſtrae domui Ouid. Met. 1, 774. Contiguae domus Idem Met. 4, 57. Delicata Senec. Hippol. ſ. 2. Deuota Ouid. Epiſt. 9, 153. Diuina. In H. D. D. Inſcript. Reineſ. 1, 85 p. 122. *i.* In honorem domus diuinae, *de familia Auguſtorum.* Egregia Horat. Serm. 2, 3, 24. Elyſiae Ouid. Met. 14, 111. Exilis domus eſt, vbi non et multa ſuperſunt Horat. Epiſt. 1, 6, 45. Ouid. Met. 15, 458 *de metempſychoſi Pythagorica,*

Quoniam non corpora ſolum
Verum etiam volucres animae ſumus, inque Ferinas
Poſſumus ire domos, *quod ipſe explicat,* pecorumque in pectora condi.

Fatalis Senec. Troad. ſ. 1. Fertilis Stat. Silu. 4, 8, 23. Flauam domum *vocat* Stat. Theb. 10, 572 *Apiarium.* Frondiferae auium Lucret. 1, 19. Funeſta Senec. Hippol. ſ. 12. Honeſta Hor. Epiſt. 2, 1, 149. Horrenda Stat. Theb. 9, 798. Horrida, *impolita, et ruſtica* Iuuen. Sat. 10, 299. Humilis Idem Sat. 11, 169. Horat. Carm. 3, 1, 22. Illuſtris Tacit. Ann. 3, 24. Impia Ouid. Met. 8, 485. Incuſtodita Claudian. de Rapt. Proſerp. 3, 146. Infamis domus Senec. Hippol. 2. Inops Ouid. Met. 8, 822. Laxior Plin. Pan. 50, 5. Litorea, *vid.* LITVS. Locuples Horat. Serm. 2, 6, 102. Magnifica, *vid.* MAGNVS. Maritae, *vid.* MARITVS. Miſera Ouid. Epiſt. Sab. 2, 58. Catul. 65, 24. Moeſta Valer. Argon. 1, 753. Multiplex domus, *i. quae conclauia multa habet, et habitationibus, aut ſeceſſibus accommodata loca:* Sen. Hippol. 523. *Sed* Ouid. Met. 8, 158 Deſtinat hunc Minos thalami remouere pudorem, Multiplicique domo caecis includere tectis, *de Labyrintho.* Natalis Valer. Argon. 3, 321. Natiua Senec. Hipp. ſ. 4. Nigra Stat. Silu. 5, 1, 19. Niualis domus Boreae Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 323. Nobilis Sen. Theb. 1. Opaca Virgil. Aen. 3, 619. Idem Aen. 3, 85 Da Patriam Thymbraee domum, da moenia feſſis, *h. e. da nobis, vt aliquando in patriam concedamus. Virgilianum hoc carmen ſic legit* Seruius: Da propriam Thymbraee domum, *etc.* Propriam (*ait idem* Seruius) Perpetuam: vt Propriamque dicabo. Et bene poſt experimentum male conditae ciuitatis, perpetuas poſtulat ſedes. Domum, Familiam: *vt,* Domus tenet a quo Sergia nomen. *Hactenus ille.* Patriciae Claud. de Conſ. Honor. 6, 61. Perhoſpitalis Cic. Verr. 4, 3. Plebeia Senec. Hippol. 11. Stat. Silu. 4, 6, 86. Plena Horat. Carm. 4, 12, 24. Plutonia, *i. inferi* Idem Carm. 1, 4, 17. Polluta Lucan. 2, 252. Potens Catul. 59, 156. Horat. Carm. 1, 35, 24. Praepotens Senec. Octau. ſ. 2. Pudica Quinctil. 1, 10. Purior Horat. Serm. 1, 9, 49. Regalis Ouid. Met. 1, 171. Regia Sen. Agamemn. ſ. 10. *et* Hippol. . . . Iuſtin. 16, 1, 15. Regnatrix, *i. familia* Tacit. Ann. 1, 4. Ruinoſae Ouid. Epiſt. 1, 56. Sacra Idem Met. 11, 618. Sancta Iuuen. Sat. 14, 68. Simplex Stat. Silu. 3, 1, 32. Socratica, *ſecta philoſophiae* Horat. Carm. 1, 29, 14. Splendida Virgil. Aen. 1, 641. Stellata, *i. caelum* Claudian. de Rapt. Proſerp. 3, 8. Sterilis Propert. 4, 12, 62. Superae Ouid. Faſt. 1, 298. Tranquilla Claudian. de Rapt. Proſerp. 3, 202. Vacua Idem in Eutrop. 2, 93. Vagae Horat. Carm. 3, 24, 10. Ouid. Faſt. 1, 36 Per totidem menſes a funere coniugis vxor, Suſtinet in Vidua triſtia ſigna domo. Vndoſa Eridani Claud. Conſ. Hon. 6, 146.

¶ 3 *Verba et Participia:* Abdita domus in imis vallibus antri Ouid. Met. 2, 762. Accipere in domo, Admittere in domum, *vid. ſſ. ll.* Aequata ſolo domus Quinctil. 3, 7. Affligere domum alicuius Cic. pro Domo ſua . . . Carere domo, *vid.* CAREO. Celebrare domos Ouid. Met. 10, 118. Claudere nocte domum Ouid. Amor. 2, 19, 38. Clauſa domus pudori, Complanare domum, Commigrare in domum, *vid. hh. vv.* Senec. Herc. Oet. ſ. 3 Tibi cuncta domus Concidit vni. Coniungere duas et magnas et nobiles domos Cic. pro Domo ſua 115. *Vid.* CONIVNGO. Conſumere domum luxu et flagitiis Claud. in Curetium . . Conveſtita domus lucis, *vid.* CONVESTIO. Conuulſa domus Tacit. Ann. 12, 1. Defleta domus Claudian. praef. in Eutrop. 2, 24. Horat. Carm. 3, 16, 13

— Concidit auguris
Argiui domus ob lucrum
Demerſa excidio.

Ouid. Triſt. 3, 5, 8 Et Deploratae limen adire domus. Deſerta domus Valer. Arg. 2, 376. Deſolata domus Claud. Epiſt. ad Hadrian. 24. Diſturbare ac diripere domum alicuius Cic. pro Domo ſua 114. Euerſa domus Ouid. Epiſt. 3, 36. Exſcindere domus Virgil. Aen. 12, 643. Florens domus felici ſorte viget Senec. Hippol. ſ. 4. Frequentare domus Ouid. Met. 9, 524. Inclinata domus Virg. Aen. 12, 59. Inſtruere domum, *vid.* INSTRVO. Inſtructa opime et opipare domus, *vid.* OPIMVS. Labens domus Virg. Aen. 4, 318. Ouid. ex Ponto 1, 9, 13 Quum domus ingenti ſubito mea Lapſa ruina Concidit. Madens caede domus Val. Argon. 2, 274. Migrare domo, *vid.* MIGRO. Multiplicata domus, *vid. ſub* MVLTVS. Nutantes domus Lucan. 1, 495. Obire domos amicorum, *vid.* OBEO. Obtexere domos, *vid.* OBTEXO. Occidit vna domus, *i. familia* Ouid. Met. 1, 240. Orbare domos Stat. Theb. 11, 185. Patefacere domum Sen. Hippol. ſ. 12. Tac. Hiſt. 4, 1 Initium id Perfringendarum domuum. Perturbare domum Senec. Thyeſt. ſ. 1. Plorata domus Stat. Silu. 5, 3, 164. Proſtrata domus Senec. Herc. fur. ſ. 13. Quatit domos et templa pontus Lucan. 6, 28. Quaſſata domus Senec. Hippol. ſ. 10. Riget argento domus Horat. Carm. 4, 11, 6. Sepſerat acribus cuſtodiis domum et vias Tacit. Ann. 1, 5. Senec. Hippol. 2 Adiit Silentem nocte perpetua domum. Solare domos, *i. deſolatas reddere* Stat. Theb. 5, 149. Struere domos Horat. Carm. 2, 18, 19. Subire domum Ouid. Met. 1, 121. Stat. Theb. 5, 57 Dîs viſum Turbare domos. Vertere ex imo domum Senec. Medea 12. Ornanda eſt dignitas domo, non ex domo tota quaerenda: nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt Cic. Off. 1, 139 c. 39.

¶ 4 *Dignum eſt hoc nomen, cuius ſinguli etiam caſus conſiderentur. Genitiuus ordinarius eſt* domus, *v. g.* Ouid. Met. 2, 737 Pars ſecreta domus. *Sed cum reſpondetur ad quaeſtionem* vbi? *adhibetur* Domi: *quam vocem non ſimpliciter eſſe Aduerbium, vt* οἴκοι, *apparet, quod Adiectiua admittit.* Cic. Famil. 4, 7 Nonne mauis ſine periculo domi tuae eſſe, quam cum periculo alienae? *Et* 13, 69 Apud eum ſic fui, tanquam domi meae. *Et* pro Domo 105 Quid tibi neceſſe fuit, — ſacrificium, quod alienae domi fieret, inuiſere? *Et* Varro de L. L. 8, 42 p. 115, 8 Domi ſuae, vbi quisque lauatur, balineum dixit. Cic. ad Attic. 1, 9 *dixit* Domi Caeſaris, *vt* 2, 7 in domo Caeſaris. Ter. Adelph. 4, 2, 17 Quid ais, bone vir, eſt frater domi? Cic. de Fin. 5, 89 Sed tu etiam Chryſippe in foro, domi, in ſchola definis. Virgil. Ecl. 3, 33. Domuis *etiam in Genitiuo habet* Varro *apud* Nonium 8, 66. *Vid.* Gell. 4, 16. Apparere domi, Continere ſe domi, *vid. hh. vv.* Res geſtae domi Ouid. Met. 15, 748. Includere ſe domi, *vid.* INCLVDO. Ter. Hec. 2, 1, 21 Vt vos mihi domi eritis, proinde ego ero foris, *a veſtra viuendi ratione domeſtica fama mea pendet.* Cic. Off. 1, 76 Parui ſunt arma foris, niſi eſt conſilium domi. Quinctil. 5, 10, 16 *exemplum ponit* credibilis *tertii velut gradus,* tantum non repugnantis, In domo furtum factum ab eo, qui domi fuit. Cuius domi fuit, *pro In cuius domo:* Cic. Verr. 5, 7 Hoſpes tuus cuius tu domi fueras, quem hoſpitem appellaras. Idem pro Quint. 54 Qui iſtius domi erat educatus. Domi eſt animus, *i. cogito de domo, aut quid domi agatur* Plaut. Merc. 3, 4, 2. Ter. Eun. 5, 2, 56 Visne interea, dum is venit, domi operiamur, potius quam hîc ante oſtium? Domi ero, ſi quid voles Ter. Heaut. 4, 8, 32. Salluſt. in Catil. 17, 5 Ad hoc multi ex coloniis et municipiis domi nobiles erant. *Sic* Cic. pro Cluent. c. 23. *et* in Verr. 1 c. 17. Iuſtin. 5, 9, 6. Liu. 8, 19. Curt. 3, 13, 15. Ter. Adelph. 3, 4, 49 Vna ſemper militiae et domi fuimus. Cic. de Senect. 82 An cenſes (vt de me ipſo aliquid more ſenum glorier) me tantos labores diurnos nocturnosque domi, militiaeque ſuſcepturum fuiſſe, *etc.* Idem Tuſcul. 5, 55 Quorum virtus fuerat domi militiaeque cognita. Plaut. Capt. prol. 68 Domi, bellique duellatores optimi. Idem Aſin. 2, 3, 13. Cic. Off. 2, 50 Praeterea quibuscunque rebus vel belli vel domi potuerunt, Rempubl. augeant. *Add.* Vell. 2, 27. Ter. Eun. 4, 7, 45 Domique focique fac viciſſim, vt memineris. Idem Eun. 4, 6, 9 Vbi ea eſt? T. domi apud me. Cic. Verr. 5, 72 Domi eſſe apud ſeſe archipiratas dixit duos. Idem Tuſcul. 5, 113 Diodorus Stoicus caecus multos annos noſtrae domi vixit. Cic. Verr. 1, . . . Iactatur domi ſuae vir optimus et homo honeſtiſſimus. Quod ames, domi eſt Ter. Phorm. 3, 2, 19. Domi id *dicimur* habere, *quod In nobis ſitum eſt, nec neceſſe eſt ab aliis mutuo ſumere. Translatum apparet ab ea conſuetudine foris rogandae ſupellectilis, quam domi deſideres.* Plaut. Mil. 2, 2, 36

Domi habet animum falſiloquum, falſificum, falſiiurium,
Domi dolos, domi delenifica facta, domi fallacias.
Nam mulier olitori nunquam ſupplicat, ſi qua eſt mala,
Domi habet hortum et condimenta ad omnes mores maleficos.

Ter. Adelph. 3, 3, 59 PHY. domi habet, vnde diſcat. *Vnde, i. a quo.* Cic. Fam. 9, 3 Sed quid ego nunc ad te, cuius domi naſcuntur? *Add.* Idem Att. 2, 6. *it.* 10, 14. Iuuenal. 11, 117. Domi id fieri *dicitur, quod Non aliunde petitur. Alceſimarchus adoleſcens amore captus apud* Plaut. in Ciſt. 2, 1, 2 Credo ego amorem primum apud homines carnuficinam commentum: Hanc de me coniecturam domi facio, *h. e. meopte experimento comperio.* Senec. de Benef. 8, . . Domi (quod aiunt) verſura fit, et velut luſorium nomen ſtatim tranſit. Domui, *Datiuus ſemper eſt quartae declinationis: v. g.* Ouid. Triſt. 3, 12, 50 Ille meae domui protinus hoſpes erit. *Accuſatiuus* Domum, *ſine Praepoſitione tanquam Aduerbium ad locum ſaepe vſurpatur.* [οἰκόνδε] Ter. Hec. 3, 2, 25 Quid? non ſciunt ipſi viam, domum qua redeant? Ter. Andr. 5, 6, 14 Tu Daue abi domum. Abducta domum ad me Idem Adelph. 4, 4, 18. *Et* Eun. 1, 2, 125 Et is hodie venturum ad me conſtituit domum. *Sic* Ibid. 3, 5, 28 Illa illico vbi me accepit, laeta vero ad ſe abducit domum. *Et,* Ad nos domum Ibid. 4, 3, 19. Adducere domum, Capeſſere ſe domum, *vid. hh. vv.* Cic. in Piſon. 16 Me domo mea expuliſtis, Pompeium domum ſuam Compuliſtis. Concurrere domum, *vid.* CONCVRRO. Conuertere ſe domum Ter. Adelph. 2, 4, 22. Idem Adelph. 4, 5, 60 Et illam ſine tua opera in cubiculum iri Deductum domum? Cic. pro Cluent. 69 Seſtertiûm ſexcenta quadraginta Deferri ad ſe domum iuſſit, *i. ſuam domum.* Idem Off. 3, 122 Cum prima luce Pomponii domum veniſſe dicitur. Cic. Verr. Act. 1, 25 Domum ad illum

vt venirent. Cic. pro Archia 5 Eum domum ſuam Receperunt. Caeſ. Bell. Gall. 1, 5 Vt domum Reditionis ſpe ſublata, paratiores ad omnia pericula ſubeunda eſſent. *Vid. modo* DOMVITIO. Cic. pro Lig. 3 Ligarius domum Spectans, et ad ſuos redire cupiens. Vado domum Ter. Eun. 2, 3, 71. Viſam domum Idem Eun. 5, 9, 12. *Ablatiui haec exempla ſunto:* Ter. Eun. 4, 3, 18 Aliquid domo Abeuntem abſtuliſſe. Plaut. Stich. 5, 3, 3 Arceſſita domo huc ſum. Cedere domo, *vid.* CEDO. Coenare domo, *habent quidam MSS.* Plaut. Stich. 1, 3, 58. *quod interpretantur A domo, vel alibi a domo. Sed recte Gronou.* Domi. Cic. pro Flacc. 14 Adiunxit illa, vt eos, qui domo Exire nolebant, teſtimonii denuntiatione terreret. Ter. Eun. 3, 5, 62 Vbi mutem? perii: nam domo Exulo. Cic. poſt red. in Senat. 29 c. 11 Qui Populum Romanum pro me tanquam pro fratre aut pro parente non ſolum hortatus ſit, verum etiam obſecrarit, quum ipſe propter metum dimicationis et ſanguinis domo ſe Teneret. *Pro in domo.* Domu, *Ablatiuus:* Plaut. Mil. 2, 1, 48 Ait ſeſe Athenas fugere cupere ex hac domu. *Et apud* Gruter. DLXVI. 9. *Quod* Traiani ad Plinium epiſtolam *laudant, nihil eius inuenio.* Domuum, *Genitiu. plural.* Plin. 8, 57 Quo in genere multi et hos incolas domuum poſuere mures. Domus, *Accuſat. plural.* Liu. 45, . . Ludis relictis, domus magna pars hominum ad coniuges liberosque laetum nuntium portabant. Q. Claudius 1 Annal. *referente* Gellio 17, 2 Domus, *inquit,* ſuas quemque ire iubet, et ſua omnia fruiſci. *Sed* Domos ſuas diſcedere Nep. 2, 4, 2. *De apocopato* DO, *pro* Domus, *ſupra ſuo loco dictum eſt.*

DOMESTĬCVS, a, um. Adi. [ἐφέστιος, οἰκεῖος] *Quidquid ad domum pertinet.* *Contraria:* Cic. Offic. 2, 26 Externa libentius in tali re quam domeſtica recordor. Amor domeſticus Cic. Att. 1, 14. Conſilium Idem Att. 16, 12. Crimen domeſticum et vernaculum Cic. Verr. 3, 141. *i. Romae non in prouincia patratum.* Crudelitas Idem pro Roſc. Amer. 154. Cupiditates domeſticae Cic. Fam. 6, 6. Difficultas Idem Catil. 1, 14. Diſciplina Cic. Acad. 1, 9. Diſſenſio Idem Fam. 8, 14. Epiſtolae Cic. ad Brut. . . . *i. domo miſſae et de rebus domeſticis ſcriptae.* Exempla Idem de Natur. Deor. 2, 7. Facta domeſtica Horat. de Arte Poët. 287 *de Romanis res Romanas celebrantibus.* Inhumanitas Cic. pro Deiot. 32. Idem Fam. 5, 2 Vt ego vrbem a domeſticis Inſidiis et ab inteſtino ſcelere, tu Italiam et ab armatis hoſtibus et ab occulta coniuratione defenderes. Lenocinium Cic. poſt red. in Senat. 10. Idem Verr. 3, 6. Luctus domeſticus Ouid. Met. 13, 578. *et* Cic. in Vatin. 31. Malum Occultum, inteſtinum, ac domeſticum Cic. Verr. 1, 39. Parietes Idem pro Deiot. 5. Malis domeſticis impediti Cic. pro Sext. c. 45. Praeconium Id. de Orat. 2, 86 c. 20. Clamare contra quam deceat, et quam poſſit, hominis eſt ſtultitiae ſuae quam plurimos teſtes domeſtico Praeconio colligentis. *i. ſuo ipſius.* Nullus locus eſt domeſtica Sede iucundior Cic. Fam. 4, 8. Id. de Aruſp. Reſp. 19 Nec robore Gallos, nec calliditate Poenos, nec artibus Graecos, nec denique hoc ipſo huius gentis ac terrae domeſtico natiuoque Senſu Italos ipſos ac Latinos, ſed pietate ac religione, *etc.* omnes gentes nationesque ſuperauimus. Teſtimonium Auct. ad Herenn. 4, 2. Tricae Cic. Att. 10, 7. Vocem domeſticam ſoli canes agnoſcunt Plin. 8, 40 ſ. 61. Vſus et conſuetudo Cic. pro Roſc. Amer. 15. Sordent plerumque domeſtica Plin. 35, 10. Domeſtici, *Qui ex eadem domo ſunt, et nobiſcum habitant.* Domeſtici *et* Alienigenae, *contraria* Cic. pro Font. 22. Conuictor, denſoque domeſticus vſu Ouid. ex Pont. 4, 3, 15. Domeſticus, *pro Priuato.* Cic. Fam. 5, 13 Ergo et domeſtica feremus, vt cenſes: et publica paullo etiam fortius quam tu ipſe, qui praecipis. Iudicia domeſtica, *Priuata ſunt et reuera praeſumtiones.* Veſtis domeſtica, *vilior qua domi vterentur: ſumtuoſior,* Forenſis, *qua foris.* Cic. de Fin. 2, 77 c. 24 Aut vt veſtitum ſic ſententiam habeam aliam domeſticam, aliam forenſem. Ammian. 31, 2 *de Hunnis,* Nec eſt alia illis domeſtica veſtis alia forenſis. *Conf.* Suet. Vitell. c. 8. Sen. de Tranquil. c. 1. *Vid.* FORENSIS. Cic. Fam. 2, 6 Paucis enim diebus eram miſſurus domeſticos tabellarios. *i. Priuatim, et meo nomine. Hic enim refert ad publicos nuntios, publico ſumtu et nomine miſſos.* Domeſtica furta vocantur, Quae ſerui dominis, vel liberti patronis, vel mercenarii his apud quos degunt, ſubripiunt. l. reſpiciendum D. de poen. Domeſtici dei Tertull. de Fuga c. 3. *de Chriſtianis.* ¶ 2 Domeſtici, *in* Cod. Theod. 1 tit. 13 *et paſſim in* hiſtoria Auguſta, *milites dicuntur, Qui circa principes ſunt eosque ſequuntur, et a latere non temere recedunt. Vid. Iac. Gothofr. Diſc. Hiſt. ad* l. Quisquis Cod. *ad* l. Iul. Maieſtatis c. 11 *et Caſaub. ad* Vopiſc. Numerian. c. 13. *Ita* δεκάνοντα *antiquiores Graeci vocabant* οἰκῆα. *Vid. Lyſiae Orat. c. Theomneſtum.* Domeſtici oculi *eleganter et noue apud* Valer. Max. 1, 6, 1 Seruio Tullio etiam tum puerulo dormienti circa caput flammam emicuiſſe domeſtici oculi annotauerunt. Domeſticorum ſchola, *in* l. 3 C. vbi Senator. *et apud Nicephor.* 7, 28. Domeſtici *autem tam equites, quam pedites fuere, vt ex* Caſſiod. 1 Variar. *videre eſt.* Aur. Victor de Diocletiano, Ducum conſilio Tribunorumque Valerius Diocletianus Domeſticos regens ob ſapientiam eligitur. *Laudat* Valeſ. ad Ammian. 14, 10 Vet. Inſcr. D. N. C. AEMILIANO. FORTISSIMO. PRINCIPI. HERCVLI. CONSERVATORI. L. VIRIVS. PAVLLINVS V. C. COMES. DOMESTICORVM. *Vnde oſtendit et dignitatem et nomen Conſtantino antiquius. Poſt illum enim mentio frequentiſſima. Suidas* domeſticos *interpretatur* τοὺς ῥωμαίων ἱππεῖς, οἱ κατὰ ῥωμαίκὰς οἰκειακοὶ ςρατιῶται. Luitprand. de Reb. per Europam geſtis 3, 7 Focam vero domeſticum maiorem, hoc eſt, terreſtris ducem exercitus fecit.

DOMESTĬCE. Adu. *Domi, priuatim.* Symmach. 10, 36 Libellus domeſtice confectus. Tertull. de Pall. c. 4 Domeſtice et ſecrete.

DOMESTICĀTIM. Adu. [κατ' οἰκίας] *Per varias domos, ſiue Per domeſticos.* Suet. in Caeſ. c. 26 Quorum vt quam maxima exſpectatio eſſet, ea quae ad epulum pertinerent, quamuis macellariis oblocata, etiam domeſticatim apparabat.

DOMESTICĬTAS, ātis. f. Vet. Interpr. Irenaei 3, 20.

DOMICOENIVM, ii. n. *Coena domeſtica, ſiue quae fit domi.* Martial. 5, 79

Si triſti domicoenio laboras,
Torani, potes eſurire mecum.

Idem 12, 78 — Sed ipſe diuum
Offenſus genitor, trinoctiali
Affecit domicoenio clientem.

DOMICILIVM, ii. n. [οἰκητήριον, οἴκημα] *Habitationem ſignificat longi temporis.* Cic. pro Arch. 7 *et* 9 Habere domicilium Romae. Cic. Verr. 5, 30 Sedem antiquam, diuinumque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilauit. Cic. pro Domo ſua 127 Conſecrantur aedes non priuatorum domicilia. Liu. 3, 57 *Virginius de Appio,* Et illi carcerem aedificatum eſſe, quod domicilium plebis Rom. vocare ſit ſolitus. *Alludere eo videtur* Cic. Verr. 5, 143 c. 55 Carcer ille — in iſtius imperio domicilium ciuium Rom. fuit. Imperii et gloriae domicilium Cic. de Orat. 1, 105. Domicilium imperii orbis terrarum Nep. 25, 3, 3. *i. Roma.* Humana figura domicilium eſt mentis Cic. N. D. 1 c. 27. Domicilium illuſtre ac nobile, *vid.* ILLVSTRIS. Cic. in Piſon. 76 Quae familiaritatis licentia ſuorum improbiſſimorum ſermonum domicilium in auribus eius impulſu veſtro collocauerunt. Cic. de L. Agr. 2, 69 Capuae in domicilio ſuperbiae atque in ſedibus luxuriae collocati. Cic. pro Corn. Balb. 13 Pompeii gloriae domicilium communis imperii finibus terminatur. Sedes ac domicilium collocare Cic. Verr. 1, 6. Comparare domicilium, *vid.* COMPARO. Colum. 9, 9, 8 In domicilium ſuum reuolant apes. Animus caeleſtis ex altiſſimo domicilio depreſſus, et quaſi demerſus in terram Cic. de Senect. 77. Poſſe animos, quum e corpore exceſſerint, in caelum quaſi in domicilium ſuum peruenire Cic. Tuſc. 1 c. 11.

DOMICŬLA, ae. f. *Parua domus apud* Frontinum.

DOMIDVCVS, Deus, *vt ex* Varrone *ſcribit* Auguſt. de Ciu. Dei 6, 9 quum domum ducenda erat quae nubebat, colebatur: *quamuis et* Domiduca *eadem cauſa* Iuno *vocabatur. Vid. eund.* Auguſtin. *ibid.* 12, 3. *et* Mart. Capell. 1, . . .

DOMIFĬCO, āre. *Vt Aedificare.* Varronis *eſſe dicitur.*

DOMIPORTA, ae. f. *Cochleae Epitheton.* Cic. de Diuin. 2, 133 c. 64.

DOMISĒDA, ae. f. *Quae domi ſe tenere ſolet,* οἰκουρός. *Fabrett.* Inſcript. p. 252 HIC SITA EST AMYMONE PVLCHERRIMA LANIFICA, PIA, PVDICA, FRVGI, CASTA, DOMISEDA.

DOMVITIO, ōnis. f. [οἰκόδευσις] *quaſi* domum itio. Pacuuii *et* Lucilii *auctoritates habet* Non. 2, 209 *vbi quidam* domutio *legunt. Saepiuscule vtitur* Apuleius, *vt* Met. 1 p. 105, 25 Cauſas domuitionis anxiae expono. *Et* 3 p. 138, 2 Denique nec larem requiro, nec domuitionem paro. *Et* 4 *extr.* Domuitionem parant. *Et* 10, p. 247, 32 Domuitionem parabat. *Antique, vt videtur. Certe ſic ex* Vet. Poëta A. ad Her. 3, 34 c. 21 Iam domuitionem reges Atridae parant. Cic. de Diuin. 1 c. 32 Sed Rhodiorum claſſi propinquum reditum ac domuitionem dari. *Sed ex MSS. Gruter. et Gronou. disiunctim,* Domum itionem, *atque ita concordabit cum loco* Caeſaris B. G. 1, 5 *modo allato,* Domum reditionis ſpe ſublata.

DOMIREDITIO, ōnis. f. Hygin. Fab. 125 *pr.* Obliuionem caperent domireditionis. *Sed Scheff. et Muncker.* domum reditionis, *vt* Caeſ. B. G. 1, 5.

DŎMO, ui, ĭtum, āre. [δαμάζω] *proprie eſt Vi atque coactione imperio ſuo ſubiicere, proprie, Manſuefacere et quaſi Domeſticum reddere.* Plaut. Caſin. 2, 3, 34 Sed quid ais? iam domuiſti animum, potius vt quid vir velit fieri, *etc.* Aur. Vict. de Viris Illuſtr. 57, 2 Praetor Galliam domuit, Conſul Hiſpaniam, altero Conſulatu Sardiniam. Conterere, compellere, domare nationes Cic. de Prouinc. Conſ. 33. Animum rigentem domare Sen. Hippol. ſ. 4. Armis domare aliquem Sil. 17, . . Carnem feruentibus vndis Ouid. Met. 8, 650. Corda dura domare Ouid. Epiſt. 4, 156. Crimina domare Claud. Epigr. Paſchal. 4. Crines domare certo ordine Stat. Achill. 1, 328. Dolorem domare Stat. Silu. 2, 1, 15 Equos domare Cic. Off. 1, 14. Fortunam domuit virtutibus Claud. de Laude Prob. et Olyb. 39. Gentes domare armis Claud. de Laude Seren. 59. Cic. pro Marcell. 8. Lumina domare ſomno Stat. Theb. 2, 31. Mentem domat reſpectus honeſti Claud. Conſ. Hon. 4, 267. Nationes domare, et frangere Cic. de Prouinc. Conſ. 32 c. 13. Id. pro Sext. 67 Non eſt paſſus ille vir, qui ſceleratiſſimos ciues, qui acerrimos hoſtes, qui maximas nationes, qui reges, qui gentes feras atque inauditas, qui praedonum infinitam domum, qui etiam ſeruitia virtute victoriaque domuiſſet, qui omnibus bellis terra marique compreſſis, *etc.* Spemque metumque domare magno pectore Stat. Silu. 2, 2, 125. Hor. Carm. 2, 2, 9 Latius regnes auidum domando Spiritum, quam ſi, *etc.* Terram aratro, *vel* raſtris Columel. 6, 22. Virg. Aen. 9, 608. *i. Colere. Vid. Burm. ad* Petron. c. 99. Terrore domandus Claud. in Epithal. Pallad. 133. Tigres domat obſequium Ouid. de Arte Am. 2, 183. Ante domandum, *i. Antea quam domentur* Virg. Georg. 3, 206. *de equis. Interdum ad Conatum potius refertur, quam ad Effectum, vt* Liu. 3, 69 Domando aſperiorem facere multitudinem. Domauerunt *pro* Domuerunt *aliqui legunt* Flor. 3, 22, 6. *Certe* Ennii *eſt* viros domaui *apud* Chariſium 4 *extr. Conf.* Domator.

DOMĀTVS, a, um. Partic. Petron. c. 74 Curabo domata ſit Caſſandra. *Vſitatius*

DOMĬTVS, a, um. Partic. [δεδαμασμένος] Subacti et bello domiti Cic. pro Font. 2. Manu Herculea domitus Hor. Carm. 2, 12, 6. Amor domitus Ouid. Amor. 3, 11, 5. Belluae domitae et condocefactae Cic. de N. D. 2, 161 c. 64. Plaut. Perſ. 2, 3, 7 Nam herus meus ad me iam miſit domitos Boues, vti ſibi mercarer. Dente premunt domito Cybeleïa frena leones Ouid. Met. 10, 704. Frenis domitis ne regi poſſet Plin. 8, 42 ſ. 64. *de equo.* Cic. de Prouinc. Conſ. 5 Atque hanc Macedoniam domitis iam gentibus finitimis, Barbariaque compreſſa, pacatam ipſam per ſe et quietam. Hoſtis domitus Ouid. ad Liuiam 338. Cic. de Orat. 1, 194 c. 43 Sed auctoritate nutuque legum domitas habere Libidines, coërcere cupiditates, *etc.* Plaut. Mil. 2, 6, 81 Homini ſeruos ſuos domitos habere oportet Oculos, et manus, orationemque. Orbis domitus Virg. Georg. 2, 114. Orbis terrarum Vell. 2, 53. Orion Sagitta domitus Hor. Carm. 3, 4, 72. Ora domita frenis ligare Sen. Hippol. 10. Virg. Georg. 2, 114 Adſpicis extremis domitum cultoribus orbem. *Vbi Seruius,* Intuere etiam extremum Orbem cum ſuis cultoribus domitum. Parthi triumpho iuſto domiti Hor. Carm. 1, 12, 54. Thebae bello domitae Ouid. Epiſt. 2, 71. Vrbes domitae Virg. Georg. 3, 30.

DOMĬTVS, ūs. m. [δμῆσις] Cic. de N. D. 2, 151 c. 60 Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones.

DOMĬTOR, ōris. m. [δμητήρ] *Qui domat.* Armorum Cic. pro Milon. 36 c. 13. Curarum Sen. Agamemn. 2. Equorum Cic. Off. 1, 90. Virg. Aen. 7, 189. 651. 691. Equos domitoribus

bus tradere Cic. Off. 1, 90 c. 26. Ferarum Sen. Herc. Oet. 17. Freti Tiphys Sen. Medea 1. Gentium Sen. Octau. 8. Malorum Sen. Herc. Fur. 12. Maris Virg. Aen. 5, 799. Mundi Lucan. 7, 250. Orbis Sen. Herc. Fur. 9. Poteſtatis infinitae Plin. Paneg. . . . Rheni Martial. 9, 7, 1. Serpentium Plin. 25, 2.

DOMĬTRIX, īcis. f. [δμήτειρα] Plin. 26, 16. Sen. Troad. 819. Equorum domitrix Epidaurus Virg. Georg. 3, 44.

DOMĀTOR, ōris. m. [δαμαςής] *Idem quod Domitor.* Tibull. 4, 1, 116 Te duce, non alias conuerſus terga domator. *Etiam in* Philoxeni Gloſſ. *pro* Damnator δαμαςὴς *recte ſubſtitutum obſeruat* Domator *a Paſſeratio, Brouckh. qui etiam laudat* Ammian. Marcell. 21, 5 Fortunatum domatorem gentium.

DOMATIO, ōnis. f. [δάμασις] *Actus ipſe domandi et* DOMITIO. *Hoc apud* Aſcon. *illud apud* Plin. *occurrere dicitur.*

DOMĀBĬLIS, e. Adi. [δαμαςὸς] *Qui domari poteſt.* Hor. Carm. 4, 14, 41 Te Cantaber non ante domabilis Miratur Ouid. Met. 9, 253.

DOMITVRVS, a, um. Partic. [δαμάζων] Virg. Georg. 4, 102 Dulcia mella premes: nec tantum dulcia, quantum Et liquida, et durum Bacchi domitura ſaporem. Claud. in Gigant. 14 O pubes domitura deos.

DOMĬTO, āre. [δαμάζω] Boues domitare Virg. Georg. 1, 285. Domitant in puluere currus Virg. Aen. 7, 163. Elephantos in Africa domitant Curt. 8, 9, 17. Furores domitare Sil. 7, . . . Populos domitare Sil. 3, 101.

DOMITATIO, ōnis. f. *in* Gloſſ. . .

DOMITVRA, ae. f. [δμῆσις] Plin. 8, 45 Domitura boum in trimatu, poſtea ſera ante praematura. Columel. 6, 2 Curandum ne in domitura, bos calce, aut cornu quemquem contingat.

DOMEFIO, ĕri. *pro Domari. Hinc*

DOMEFACTVS, a, um. Partic. Petron. c. 99 Terra aratro domefacta nitet.

DOMĬNVS, i. m. [κύριος, δεσπότης, κοίρανος, αὐθέντης] *Dicitur quaſi Qui* domi *praeeſt, et domi imperat. Speciatim* dominus *eſt, qui habet ſeruos.* Ter. Eun. 3, 2, 33 Apparet ſeruum hunc domini eſſe pauperis. *Sed multo tamen patet latius, vt* dominus *ſit, quicunque alicuius rei poteſtatem ſ. facultatem habeat. Ac primum ipſos deos vocarunt* Dominos. Cic. de Legib. 2, 15 Sit igitur hoc iam a principio perſuaſum ciuibus, dominos eſſe omnium rerum ac moderatores deos. Ouid. Her. 4, 12 *de Amore*, In dominos ius habet ille Deos. *Et* Am. 3, 10, 48 Haec decet ad dominos munera ferre deos. *Et* ex Ponto 1, 9, 36 Terrarum dominos quam colis ipſe deos. *Sic* Hor. Od. 1, 1, 6. Vet. Inſcr. Grut. p. 506, 1 Domino Aeſculapio. *Et* Marti Domino p. 58, 15. *Et* Domino inuicto, *quod ad* Mercurium *referri videtur*, p. 1066, 11. *Et* Soli Domino p. 33, 4. *Etiam interpretes ipſique noui federis ſcriptores* Iehouae *appellationem reddunt* κύριον, Dominum. *Deinde tyranni, reges, principes ſic dicti. v. g.* Sen. Med. 109 Rara eſt in dominos iuſta licentia. *Hinc etiam Imperatoribus Romanis hoc nomen tributum.* Martial. in Spectac. 2 Deliciae populi quae fuerant domini. *A qua tamen appellatione boni principes abſtinuerunt. Vid.* Sueton. Aug. c. 53 Domini appellationem, vt maledictum et opprobrium ſemper exhorruit. Cum ſpectante eo ludos pronunciatum eſſet in mimo, *O dominum aequum et bonum!* et vniuerſi, quaſi de ipſo dictum, exſultantes comprobaſſent: et ſtatim manu vultuque indecoras adulationes repreſſit, et inſequenti die grauiſſimo corripuit edicto, dominumque ſe poſthac appellari, ne a liberis quidem aut nepotibus ſuis vel ſerio vel ioco paſſus eſt: atque eiusmodi blanditias etiam inter ipſos prohibuit. *Add.* Tacit. Ann. 2, 87, 3. Lampr. Seu. c. 4. *Primus ex Romanis Impp. Caligula vſurpauit hoc nominis, vt* Aurel. Victor *obſeruat* de Caeſ. c. 3. *Euſebius* Domitiano *tribuit. Vid.* Stat. Silu. 4 praef. Tertull Apologet. c. 54. Plinio *quoque Traianus compellari ſolet* Dominus Epiſt. l. 10 *Conf* Lamprid. Diadum. *extr. et Barth. ad* Claud. p. 472. *Rhod. ad* Scribon. Larg. p. 12 *ſq. et Spanhem. de Vſu Numiſm. diſſ. 12 p. 482 ſqq. Inuidioſe* Cic. Verr. 3, 71 Accipite nunc quid imperarit, et diſſimulate vos, ſi poteſtis, vos intelligere ipſum Praetorem, quod tota Sicilia perſpexerit, redemtorem decumarum, atque adeo aratorum dominum ac regem fuiſſe. ¶ 2 *Sed perſequamur vſum nominis varium.* Aſtrorum dominus Sol Sen. Troad. 388. Cic. de N. D. 2, 158 Canum vero tam fida cuſtodia, tamque amans dominorum adulatio. Cic. Verr. Act. 1, 25 c. 9 Interea comitia noſtra, quorum iſte ſe, vt caeterorum hoc anno comitiorum, dominum eſſe arbitrabatur, haberi coepta ſunt. Senatus, dominus publici conſilii Cic. de Legib. 3, 28 c. 12. Apul. Met. 7 p. 192, 8 Hanc ex animo quidem meo conducibilem ſententiam protuli. Sed vos veſtrorum eſtis Conſiliorum Rerumque domini. *Sic iudicis poteſtatem ſignificans* Cic. de Orat. 2, 72 c. 17 Vbi ſaepe is, qui rei dominus futurus eſt, alienus atque iratus, aut etiam amicus aduerſario, et inimicus tibi eſt. Cic. pro Balbo 31 Sui quemque iuris et retinendi et dimittendi eſſe dominum. *i. poteſtatem habere.* Cic. in Vatin. 31 Quum ipſe Epuli dominus Q. Appius ablatus eſſet, *etc.* Vid. Non. 4, 125 Dominus appellatur conuiuii exhibitor: *et laudat locos veterum aliquam multos. Sic* Varro *apud* Gell. 13, 11 Conuiuii dominus, *qui hoſpites excipit.* Membrorum *etiam ſuorum* dominus *aliquis dicitur. V. g.* Sil. 13, 246 Enſe Deiectum ante pedes domini iacuit caput. *Sic* Ouid. Met. 13, 137 *Vlyſſes*, Meaque haec facundia, ſi qua eſt, Quae nunc pro Domino, *i. me* pro vobis ſaepe locuta eſt, Inuidia careat. *Et* Met. 3, 503 *de Narciſſo*, Lumina nox claudit Domini mirantia formam. Mortis dominus *Pluto* Sen. Herc. Fur. 565. Pecuniae ampliſſimae Cic. pro Roſc. Am. c. 8. Regni dominus Sen. Hippol. 625. Regni triſtis dominus, *i. Pluto* Sen. Medea 11. Rerum domini Virg. Aen. 1, 282. *Sed* Cic. Tuſc. 3, 11 Qui ita ſit affectus, eum dominum eſſe rerum ſuarum vetant XII tabulae, *i. adminiſtrationem earum habere.* Stygis dominus, *Pluto* Sen. Herc. Oet. 560. Iuſtitia ſummi rectoris ac domini numen Cic. de Fin. 4, 11. In diſcordia dominorum, domus beata eſſe non poteſt Cic. de Fin. 1, 58. *Etiam* Ancilla *et* dominus *relatiua:* Cic. de Orat. 2, 276 Vt illud Naſicae, qui quum ad Poëtam Ennium veniſſet, eique ab oſtio quaerenti Ennium, ancilla dixiſſet, Domi non eſſe; Naſica ſenſit illam domini iuſſu dixiſſe, et illum intus eſſe. Cic. de Vniuerſ. 19 Deus autem et ortu et virtute antiquiorem genuit animum, eumque vt dominum atque imperantem obedienti praefecit corpori. Cic. Philipp. 6, 12 Sed quis vnquam tantis opibus, tantis rebus geſtis fuit, qui ſe Pop. Rom. victoris dominique omnium gentium tutorem dicere auderet? Cic. pro Roſc. Amer. 78 Ne tamdiu quidem dominus erit in ſuos, dum ex iis de patris morte queratur. Cic. pro Domo 107 Vna iuſta illa rogatione ſua vir bonus Dominum ſe in meis bonis eſſe voluiſſet. Dominus gladiatorum, *qui ludos gladiatorios edit.* Cic. Att. 2, 19 Gladiatoribus qua dominus qua aduocati ſibilis conſciſſi. *Sic* Domini factionum *circenſium* Suet. Ner. c. 5 *et* 22. Dominus *ſimpliciter appellatur in Iure ciuili is,* Qui quoquo tempore vſu cepit l. ſi finita §. Iulian. D. de damn. infect. Domini quoque appellatio ad eos extenditur, Qui rei alicuius proprietatem habent, etiamſi vſusfructus alienus ſit. Abuſiue tamen et Filiusfam. et caeteri liberi, qui in poteſtate ſunt, et vſufructuarii domini dicuntur. *Haec ex* Vlpiano. Cic. pro Roſc. Amer. c. 8 Ampliſſimae pecuniae dominus. Virg. Ecl. 3, 16 Quid domini facient audent cum talia fures? Apul. Met. 9 p. 233 *Ed. Elmenh.* Quidam pauper, modicae caſulae dominus. ¶ 3 *Sunt etiam amantium verba* Dominus *et* Domina, *blanditiis apta.* Ouid. Epiſt. 8, 8 Haec tibi ſub domino eſt Pyrrhe puella ſuo. *Et iterum*, Nam furor in dominam temeraria brachia mouit. *Sunt et coniugatorum inter ſe.* Ouid. Triſt. 3, 3, 23 Nuntiet huc aliquis dominam veniſſe, reſurgam. Tibull. 1, 2, 7 Ianua difficilis domini. *i. Mariti, vt Scaliger exponit.* Ouid. Am. 2, 2, 32 Atque ambo domini, quod probat vna, probant: *quod vxori placet, placet vtrisque coniugibus. Ita Suidas in illa voce praeconis mulierem Athenis in ius vocantis* Aſpaſia et Dominus eius citatur; Dominum, *Maritum explicat. Vid.* Petron. c. 67 p. 336. Ouid. Amor. 3, 7, 11. *Alia exempla notat Marcil. ad* Hor. Carm. 2, 12. *Vid. Barth. ad* Calpurn. *p. 344 et ad* Stat. Silu. *p. 47. Ritterſh. ad* Saluian. *p. 266 ſeqq. Adde et* Nonium 4, 125. Dominum Aeneam Virg. Aen. 4, 214. ¶ 4 *Sed etiam promiſcuum honoris vocabulum fuiſſe illud* Domini, *notat Lipſ. ad* Tac. Ann. 2, 87. *Conf.* Apul. Met. 3 p. 143. *Voſſ. Inſt. Or. 4 p. 219. Scriuer. ad* Martial. 1, 113. *it.* ad 1, 80. Obuios, ſi nomen non ſuccurrit, dominos ſalutamus Sen. Ep. 3. *Add.* Id. Ep. 47. Sic Luci Domine Apul. Met. 2 p. 30, 17 *Pric. Sic ipſe Claudius* Dominos *appellat promiſcua humanitate* Sueton. c. 21. ¶ 5 *Epitheta:* Cic. de Senect. 47 Bene Sophocles, quum ex eo quidam iam confecto aetate quaereret vtereturne rebus Venereis, Dii meliora, inquit: libenter vero iſtinc tanquam a domino Agreſti et furioſo profugi. Acres domini Lucret. 5, 88. Cic. de Senect. 56 Semper enim Boni Aſſiduique domini referta cella vinaria. Breuis dominus, *i. Qui non diu rerum potitur* Hor. Carm. 2, 14, 24. O domus antiqua! heu quam Diſpari dominare domino *apud* Cic. Off. 1 c. 39. Maior, *i. herus: vid.* Auguſtin. Conf. 9, 8. Immites domini Sen. Herc. fur. f. 7. Iuſtus dominus alicuius rei, *vid.* IVSTVS. Potens dominus Virg. Aen. 6, 621. Superbi domini Id. ibid. 12, 236. Cic. Acad. 4, 126 Ita cogimur diſſenſione ſapientum dominum noſtrum ignorare. Non domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt Cic. Off. 1 c. 39. Idem Philipp. 13, 17 Etiamne in noſtros liberos dominum et tyrannum imponebat? ¶ 6 *Adiectiuum natura ſua fuiſſe videtur, vt* κύριος. *De* Domina *ſtatim: Neutrum eſt in illo* Mart. 1, 5, 2 Terrarum Dominum pone ſupercilium. *Maſc.* Ouid. Her. 3, 100 Saepius in dominum ſerua vocata torum, *i. dominicum, vel* domini. *Vid. Heinſ.* Martial. 3, 31 Et ſeruit dominae numeroſus debitor arcae. *i. dominicae.* Ouid. Am. 2, 5, 30 Iniiciam dominas in mea iura manus.

DOMINA, ae. f. [δέσποινα, κυρία] *Eandem varietatem ſubit, quam* Dominus. *Itaque deam notat* Cic. in Parad. 5 Dominae rerum omnium virtutes. *Add.* Id. de Fin. 2 c. 12. Sit ſane fors domina campi Cic. in Piſ. 3 c. 2 *init.* Fortuna domina eſt rerum humanarum Id. pro Marc. c. 2. Virg. Aen. 3, 113 Et vincti currum dominae ſubiere leones. *h. e. Cybeles.* Vna quaedam virtus omnium domina et regina virtutum Cic. Off. 2, 28. Voluptates blandiſſimae dominae Id. ibid. c. 10. Domina Venus Ouid. Art. 1, 148. Petron. c. 85. Iuno Virg. Aen. 3, 438. *De eadem* Ouid. Am. 3, 13, 18 Inuiſa eſt dominae ſola capella deae. Seru. *ad* Aen. 3, 113 Dominam proprie matrem Deûm dici, Varro et caeteri affirmant. *Add.* 3, 438. Domina Ditis, Proſerpina, *i.* vxor Id. *ad* Aen. 6, 397. Iſis, Gruter. p. LXXXIIII, 2. ¶ 2 *Vxores ſuas etiam plebeii* Dominas *vocabant. Vid.* Seru. *ad* Aen. 4, 214. *et* 6, 397. *Heinſ. ad* Petron. c. 66 p. 330. *Spanhem. de Vſu et Praeſt. Num. diſſ. 12 p. 487. Imprimis Herae, Matronae, Filiaequefam. hoc nomine augebantur, et poſt annum 14 aetatis* Dominarum *nomen puellis Romanis datum, vt diſcimus ex Epict. Enchir. c. 55. Et in vniuerſum amatoria et blandiens appellatio eſt* Domina, *qua perpetuo vtuntur* Ouidius, Petronius *etc. Notetur* Dominis *pro Dominabus apud* Curt. 3, 12, 8.

DOMINĬCVS, a, um. Adi. [κυριακὸς] *Ad dominum pertinens.* Sen. Epiſt. 47 Adiice opſonatores quibus dominici palati ſubtilior notitia eſt. Petron. c. 31 Vinum dominicum: *et* c. 28 Quisquis ſeruus ſine dominico iuſſu foras exierit. MERVM DE APOTHECA DOMINICA Velſer. Monum. Aug. *Deinde ad* Deum Dominum *emphatice dictum pertinens: Sic* Dominicus dies, Dominica coena. *Vid.* Iſid. 6, 18. Dominicae gratiae viſceratio Tertull. adu. Marc. 3, 7. Dominica fides Paull. in l. cum de lanionis § dum de villico D. de inſtruct. vel inſtrum. leg. Dominicae habitationes Columel. 9, 1. *Et* Rationes dominicas pecuarias conficere Varro de R R. 2, 10. Pecunia dominica Vlpian. in l. ſeruus D. de fideiuſſoribus, Si vero extra cauſam peculii fideiuſſerit: quod ex pecunia dominica ſoluerit, aeque vindicabitur: quod ex peculio, condici poterit. Dominicae res *appellantur Res Caeſarum*, tit. Ne rei dominic. vel templ. C. Et ſic Dominici coloni, in l. 7 C. vbi cauſ. fiſcal. *Imperatores enim* Domini *appellabantur*, l. 3 D. de his, quae in teſtam. delent. Columba diſcit manu miſſa reuolare ad dominicas Sedes Arnob. 2 p. 61. ¶ 2 Dominicum, *pro Coena dominica, ſeu Communione euchariſtiae:* Cyprianus de Opere et eleemoſ. p. 203 Locuples et diues dominicum celebrare te credis, quae corbanam omnino non reſpicis, quae in dominicum ſine ſacrificio venis, quae partem de ſacrificio, quod pauper obtulit, ſumis? *Item templa Chriſtianorum, vt modo*, Quae in dominicum ſine ſacrificio venis. *Sic* D. Hilar. ad Conſtantin. *extr.* Verentes igitur illi populi iudicium e Dominico ad palatium tranſeunt.

DOMINĬCALIS, e. Adi. *Idem. Vt*, Dominicales Curiae *ICt. in* Dig.

DOMĬNVLVS, i. m. Dimin. *Apud* Scaeuolam *iuxta Noricum textum*, in l. vxorem §. teſtamento 5 de leg. 3 D.

DOMĬNVLA, ae. f. Saluian. 4 p. 309.

DOMĬNOR, āri. Dep. [κυριεύω, αὐθεντέω, ἐπικρατέω] *Dominum eſſe, poteſtatem, vim etc. habere.* Cic. de Orat. 1, 30 Haec vna res in omni libero populo, maximeque in pacatis tranquillisque ciuitatibus praecipue ſemper floruit, ſemperque dominata eſt. Cic. Acad. 4, 126 Cleanthes, qui quaſi maiorum eſt gentium Stoicus Zenonis auditor, ſolem dominari et rerum potiri putat. Cic. pro Rabir. Poſt. 126 Dominatus

minatus eſt enim Alexandriae, immo vero in ſuperbiſſimo dominatu fuit. Victis dominari Virg. Aen. 1, 288. Toti dominabere mundo Claud. in Ruſin. 1, 143. *Genitiuus per Graeciſmum ſequiori aeuo adiicitur. v. g.* Ille dominabitur tui Tertull. de Hab. mul. *pr.* Nonne Romani fruuntur orbe toto, veſtrique dominantur Minuc. Fel. 12, 5. Ouid. Met. 1, 77 Sanctius his animal, mentisque capacius altae Deerat adhuc, et quod dominari in caetera poſſet. Cic. de Senect. 37 c. 11 Si vſque ad extremum ſpiritum dominatur in ſuos. Quaſi in mancipia dominaris Curt. 8, 7, 1. Cic. Fam. 4, 12 Caſus et natura in nobis dominatur. Virg. Aen. 2, 32 Incenſa Danaï dominantur in vrbe. Cic. pro Quint. 94 Non vſque eo tamen, vt in capite fortunisque hominum honeſtiſſimorum dominentur hi, qui, *etc.* In affectibus dominari Quinctil. 2, 5. Cic. pro Caecin. 71 Denique nimia iſta quae dominatur in ciuitate potentia, in hoc ſolo genere quieſcit. Vſus dicendi in omni pacata et libera ciuitate dominatur Cic. de Orat. 2, 33. Conſilium dominatur in corpore Lucret. 3, 193. Idem Qu. Frat. 1, 13 Neque enim eiusmodi partes Reipub. geris, in qua fortuna dominetur, ſed in qua plurimum ratio poſſit et diligentia. Vbi libido dominatur, innocentiae leue praeſidium eſt Cic. in Orat. c. 65. Sen. Oct. 432 Turpi libido Venere dominatur potens. Dominari inter aliquos Caeſ. B. G. 2, 31. Ouid. Amor. 3, 6, 63 Tu centum aut plures inter dominabere Nymphas. Deus dominatur tota mente Sen. Hippol. 2. *Deum dicit amorem.* ¶ 2 *Aliquando paſſiue capitur.* Cic. Off. 1, 139 O domus antiqua, heu quam diſpari dominare domino. *ex* Vet. Poëta. *Et* Nigid. *apud* Priſcian. 8 p. 793 *med.* Omne pecus indomitum habet quiddam in ſe ferum; ſed tamen ea natura eſt, vt curari et dominari poſſit. *Addit* Priſcianus, δεσπόζεσθαι dominari paſſiue.

DOMĬNANS, antis. Partic. [κυριεύων] Cic. de Fin. 2, 117 Maximas vero virtutes iacere omnes neceſſe eſt voluptate dominante. Cic. pro Cluent. 67 Vt etiam beſtiae fame dominante plerumque ad eum locum, vbi paſtae aliquando ſint, reuertantur. *Al.* monente. *Quid ſi* domante? Libidine dominante non eſt temperantiae locus Cic. de Senect. 40. Nullo dominante ruunt equi, *i. Nullo regente eos* Sen. Hippol. 1089. Cic. Tuſc. 1, 74 c. 30 Vetat enim dominans ille in nobis deus iniuſſu hinc nos ſuo demigrare. Nomina dominantia Hor. in Arte Poët. 234 κύρια, propria.

DOMINANTIOR, us. Compar. [κυριεύων μᾶλλον] Lucret. 3, 397 Et magis eſt animus vitaï clauſtra coërcens, Et dominantior ad vitam, quam vis animaï.

DOMINĀTVS, a, um. Partic. *Imperium habens.* Virg. Aen. 2, 363 Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.

DOMINĀTVS, ûs. m. [κοιρανία] *Principatus.* Cic. de Fin. 4, 38 c. 14 Cum aſſumta ratio eſt, tanto in dominatu locatur, vt omnia illa prima naturae huius tutelae ſubiiciantur. Idem de Orat. 2, 225 c. 55 L. Brutus Populum Rom. dominatu regio liberauit. *Et* Phil. 11, 36 Caſſio vero ſententia mea dominatum et principatum dicari. *Caeterum* Dominatus *et* Principatus *differunt. Illud eſt Imperium velut in ſeruos, hoc cum libertate coniunctum.* Plin. Paneg. 45 Scis vt ſicut diuerſae naturae dominatio et principatus ita non aliis eſſe Principem gratiorem quam qui maxime Dominum grauentur. *Huc pertinet dictum* Tiberii; Dominum ſe Seruorum, Imperatorem militum eſſe, caeterorum Principem. *Ita*, Dominatus et Seruile imperium ſynonyma ſunt Donato *ad* Ter. Andr. 1, 1, 9. Cic. de N. D. 2, 29 Itaque neceſſe eſt illud, in quo ſit totius naturae principatus, eſſe omnium optimum, omniumque rerum poteſtate dominatuque digniſſimum. Cic. in Parad. 5 Quid cum cupiditatis dominatus exceſſit, et alius eſt dominus exortus ex conſcientia peccatorum timor? Copiae, opes, maieſtas, dominatus Cic. Tuſc. 5, . . Impotens dominatus, *vid.* IMPOTENS. In ſuperbiſſimo dominatu eſſe Cic. pro Rabir. Poſt. 39. Dominatu, *in* Datiuo *dici* Gellius *ex* Caeſare *auctor eſt: Sic enim ait*, C. etiam Caeſar, grauis auctor linguae Latinae in Anticatone: Vnius, inquit, arrogantiae, ſuperbiaeque, dominatuque. *Haec ille* 4, 16. Cic. in Parad. 5 Iudex vero quantum habet dominatum! Locari in dominatum, *vid.* LOCVS. Cic. Tuſc. 5, 57 c. 20 Duodequadraginta annos tyrannus Syracuſanorum fuit Dionyſius, quum V et XX natus annos dominatum occupauiſſet. Quorum dominatibus humidus iſte Et pigris denſus nebulis obtemperat aër Prudent. Hamart. 515 *de* ſpiritibus tenebroſis *ex Epiſt. ad Epheſ. 6, 12.* Terrenorum commodorum omnis eſt in homine dominatus Cic. de N. D. 2, 152. Nouo dominatu pulſum eſſe Idem pro Domo ſua 68. *Et* de Diuin. 1, 53 c. 25 Quae erat vrbs in Theſſalia, tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur. *al.* premebatur.

DOMĬNĀTOR, ōris. m. [κυριευτὴς] Dominator rerum deus Cic. de N. D. 2 c. 2. Plin. 36, 15. Freti ſaeuus dominator, *Neptunus* Sen. Hippol. 1159. Impotens dominator Sen. Herc. fur. 1181.

DOMĬNĀTRIX, īcis. f. [κυριεύτρια] Cic. de Inuent. 1 c. 2 Caeca ac temeraria dominatrix animi cupiditas. Dominatrix rerum Prud. Apoth. v. 88. Dominatrix Creta freti Sen. Hippol. 85.

DOMINATIO, ōnis. f. [τυραννὶς, δεσποσύνη Gloſſ. Vet. Lat. Gr.] Cic. Verr. 3, . . Qua impudentia putatis eum in dominatione fuiſſe, qui in fuga tam improbus ſit? Tacit. Vit. Agric. 30 Oculos quoque a contactu dominationis inuiolatos habebamus. Idem Ann. 16, 26 Quae cunctis malis dominationis cupidinibus flagrans, *etc.* Diuturnitas victoriae et dominationis Cic. Att. 8, 21. Tacit. Ann. 14, 11 Cuncta eius dominationis flagitia in matrem tranſtulit. Idem Ann. 4, 7 Et conſiliis eiusdem ad ſpem dominationis vteretur. Aliena dominatio Id. Vit. Agric. 32. Cic. Philipp. 3, 34 Nemo eſt tam ſtultus, qui non intelligat, ſi dormierimus hoc tempore, non modo crudelem, ſuperbamque dominationem nobis, ſed ignominioſam etiam et flagitioſam eſſe ferendam. Firma et moderata dominatio Cic. de Inuent. 2, 163. Liu. 34, . . Si audire iuuat vera dominationis impotentiſſimae crimina. Nefanda dominatio Vellei. 2, 60, 4. Nimia atque aſpera dominatio Pompon. in l. 2 §. et quum placuiſſet D. de Orig. iuris. Tacit. Ann. 6, 45 Dum adipiſceremur dominationes multa caritate. Idem Ann. 4, 1 Quo facinore dominationem captauerit, expediam. Comparare ſibi nouam dominationem Cic. de Leg. Agr. 1, 19. Liu. 34, . . Et ipſum velut comprobata dominatione firmiorem futurum, *etc.* Concupiuit ſibi dominationem Tacit. Hiſt. 4, 73. Experiri vim dominationis Vell. 2, 68, 4. Tacit. Ann. 13, 1 Segnis et dominationibus aliis faſtiditus. Poſtquam exui aequalitas et pro modeſtia ac pudore ambitio et vis incedebat, prouenere dominationes Idem Ann. 3, 26, 3. Auctor ad Heren. 4 c. 19 Non ſunt omnia committenda fortunae, ne magnam nimis in nos habeat dominationem. Quaerere dominationem Cic. Att. 8, 11. Vita ſub dominatione miſera eſt Aſin. Pollio Cic. Fam. 10, 31. Dominatio *dicitur, quum filiusfamiliâs ius patriae poteſtatis exit, ſuique dominii et iuris, paterqueſamilias efficitur.* Feſtus, Regalia exta appellantur, quae potentibus inſperatum honorem pollicentur: priuatis et humilioribus hereditates: filiofamiliae dominationem.

DOMINIVM, i. n. [δεσποτεία] *Ius et ſtatus vel conditio domini.* Varro de R. R. 2, 6 In mercando item (vt caeterae pecudes) emtionibus, traditionibus, dominium mutant. Suet. in Tiber. c. 59 Impatientes Romae dominii. Dominium rerum collabi ſolet Val. Max. 4, 4 *pr.* Dominium, *Iuriſconſultis ius eſt de re corporali perfecte (quod ſalua legum prohibitione fiat) diſponendi. Alciatus in* l. traditionibus C. de pactis. *Diuiditur autem* dominium *in* directum *et* vtile, l. 1 §. fin. ſi ager vectig. *Item in* proprietatem *et* vſumfructum, l. qui vſumfruct. D. de verb. oblig. *Sed et alias in iure inueniri* dominii ſpecies *indicat Alciat. in Parerg. quem vide.* Dominium *a* Poſſeſſione *differt.* Dominium *ius illud ſignificat, quo rem faciamus noſtram, nobisque propriam:* Poſſeſſio, *in detentione et occupatione rei ſpectatur. Illud in iure, quod habemus de ipſa libere diſponendi, poſitum eſt: haec in vſu rei, et detentione magis verſatur: ipſa quidem* dominio *prior et antiquior, ſi rerum originem adſpicias, ſed iuris ordine, auctoritateque poſterior. Ex Connano, 3, 3.* ¶ 2 Dominium *pro Domino, vt* Seruitium *pro* Seruo, Matrimonium *pro* coniuge *etc.* Sen. de Vita beata c. 5 Vides autem, quam malam et noxiam ſeruitutem ſeruiturus ſit, quem voluptates doloresque, incertiſſima dominia impotentiſſimaque alternis poſſidebunt. ¶ 3 Dominia, *Conuiuia hilariora ſic dicta a* Domino *conuiuii, vt* Magiſteria, *vt* Regna. Gell. 2, 24 Legi — Senatus decretum vetus — in quo iubentur principes ciuitatis, qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent, id eſt, mutua inter ſeſe dominia agitarent, iurare apud Conſules verbis conceptis, non amplius in ſingulas coenas ſumtus eſſe facturos, quam centenos *etc. Male quidam mutauerant in* conuiuia. *Sed reſtituendi ſignum ſuſtulit Lipſ. Sat. 1, 19.* Nonius 4, 125 ex Lucil. 13 Primum dominia atque ſodalitia omnia tollantur. *Quem ibi laudat* Ciceronis *locum* in frumentaria, *ſed corrupte, is eſt* Verr. 3 c. 4 *ita legendus cum Grutero et Gron.* Huius argento dominia veſtra, huius ſignis et tabulis forum comitiumque ornari? *Feſtinabat Graeuius ad h. l. cum ſcriberet, nusquam* dominia *ſic eſſe dicta.*

DOMNVS *et* DOMNA, *per ſync. in* Commodiani Inſtruct. 59, 1. *Et in propriis, vt* Iulia Domna.

DOMNV̆LVS *et* DOMNVLA. Dimin. *Vid.* Sidon. Epiſt. 15, 38. *et* Saluian. Epiſt. 4.

DOMNAEDIVS, i. m. *Pro* Dominaedius, *i. Dominus aedis.* Gloſſ. Lat. Gr. Domnaedius, Coenacularius, σταθμοῦχος. *Hanc vocem* auctori Rhetoricae ad Heren. 4, 64 c. 51 *vult reſtitui Salmaſ. de iure Attico p. 73.* Paullinus Nolanus Epiſt. 1 *etc.* S. Felicem *ſaepe vocat* Domnaedium.

DOMVNCV̆LA, ae. f. *Parua domus.* Symmach. 5, 66. Apul. Mileſ. 4 p. 146. Vitruu. 8, 10. Vlp. Dig. l. 47 t. 12 l. 3 §. 11.

DOMVSCVLA, ae. f. *Idem.* Apul. Mileſ. 4 p. 154 Mecum primis ab annis nutritus et adultus indiuiduo contubernio domuſculae, immo vero cubiculi torique ſanctae caritatis affectione mutuo mihi pignoratus.

D O N

DONABILIS, DONARIA, DONATIVVM. *Vid.* DONVM.

DONAX, ācis. m. [δόναξ] Calamus craſſiore ligno, et tenui foramine, quem totum fungoſa replet medulla, fructicoſiſſimus, et non niſi in aquaticis natus, ſagittariis aptiſſimus, longiſſima habet internodia; et dum calefactus eſt, facile flectitur. *Ex* Plinio 6, 36. *Eſt item* Donax, *Piſcis genus, cuius meminit* Plin. 32 c. *vlt.*

DONEC. Adu. [ἕως, εἰσόκεν, εἰσότε] *i. Quoad, vel Quouſque.* Cic. Fam. 5, 12 Ad properationem meam quiddam intereſt non te exſpectare donec ad locum venias. Plaut. Amph. 2, 1, 50 Neque ita dî me ament, credebam primo mihimet Soſiae, donec Soſia ille egomet fecit ſibi vti crederem. Vſque donec Plaut. Mil. 2, 2, 114. Ter. Adel. 4, 6, 6 Certum obſidere eſt vſque donec redierit. Vſque adeo donec Plaut. Ciſtel. 2, 3, 40. Ter. Andr. 4, 1, 37 Nunquam deſtitit orare vſque adeo donec perpulit. Donec cum Scribon. 47 *pro ſimplici* Donec. *Vid.* DONICVM. Donec effecero, *ſiue* perfecero Ter. Phorm. 4, 1, 24. Virg. Aen. 1, 274 Donec regina ſacerdos Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem. Donec peruentum eſt ad haec tempora Liu. Pro. Virg. Ecl. 6, 85 Cogere donec oues ſtabulis, numerumque referre Iuſſit. *Conf.* Liu. 4, 13. *et* 5, 17. Virg. Georg. 4, 558. Tacit. Ann. 1, 67, 1. *Quamdiu.* Ouid. Triſt. 1, 1, 53 Donec eram ſoſpes, tituli tangebar amore. Idem Triſt. 1, 8, 5 Donec eris felix, multos numerabis amicos. Liu. 4, 60 Nemo, donec quidquam virium ſupereſſet, corpori aut ſanguini ſuo parceret.

DONICVM. [εἰσότε] *Idem ſignificat quod Donec, Quamdiu, vel Quoad.* Plaut. Capt. 2. 2, 89 Ego me amitti, donicum ille huc redierit. Idem Trucul. 2, 7, 57. Cato de R. R. c. 146 Donicum ſolutum erit, — quae in fundo illata erunt, pigneri ſunto. *Hic ante Victorium legebatur inepte* Domino cum ſolutum erit. Idem c. 149 Donicum pecuniam ſatisfecerit, aut delegarit, pecus et familia quae illic erit, pigneri ſunto. Corn. Nep. 22, 1, 4 Donicum aut certe viciſſent, aut victi manum dediſſent. *Vid.* Soſip. Chariſ. 2 p. 178. *et Giſan. Ind.* Lucret. Vet. Gl. Donicum ἄχρηστον. *Emendat Meurſ. ad* Caton. R. R. 146 ἄχρις οὗ. *Niſi voluit primo aliquis indicare* Donicum *obſoletum et extra vſum eſſe. Vtrum* Donicum *ortum ſit ex* Donec cum, *quo Scribonium vſum eſſe, modo obſeruauimus, an Scribonianum* Donec cum *ex* Donicum *ortum ſit? otioſus aliquis quaerat.*

DONO, as. *Vid.* DONVM.

DONVM, i. n. [δῶρον, δωρεὰ] *Munus, quod gratis datur.* Plin. 35, 10 Graeci enim (ait) antiqui doron palmum vocabant: et ideo dora munera, quia manu darentur. Ter. Eun. 5, 9, 27 Quodvis donum et praemium a me optato, id optatum feres. *Vbi* Donatus, *Donum*, praemium eſt: et *munus* praemium: ſed *donum*, praemium diis datur; *munus*, praemium hominibus. Nam ſeparatim, *donum* deorum eſt, *praemium* virorum eſt fortium, *munus* hominum. et donum munusque tam ante factum, quam poſt factum datur: praemium, non niſi poſt factum eſt. Donum, voluntarium: praemium debetur. Alii ergo ἀσυνδέτως pronuntiant: primo donum: et ſic praemium, quaſi vnam partem orationis. *Haec* Donatus. *Sed perpetuum*

non

non eſſe docebunt exempla. Vlpian. l. 194 de V. S. Inter Donum et Munus hoc intereſt, quod inter genus et ſpeciem. Nam genus eſſe donum Labeo *(ait)* a donando dictum, munus ſpeciem. Nam Munus eſſe donum cum cauſa, vt puta natalitium, nuptalicium. *Verum et iſta ſubtilius dici quam verius, apertum eſt. Caeterum multa hic Interprr.* Philoſophia donum deorum eſt Cic. Tuſc. 1 c. 26. Donum eſt diuinum rationis et conſilii Idem de N. D. 3, 75. Muſarum dona Hor. Epiſt. 2, 1, 243. Naturae dona Cic. de Orat. 1 c. 25. Idem pro Arch. 18 c. 8 Quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat Poëtas: quod quaſi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis eſſe videantur. Idem pro Cluent. 66 Tantum donis datis muneribusque perfecerat, vt, *etc.* ¶ 2 *Epitheta:* Agreſte donum Sil. 13, . . . Ampliſſima imperatorum dona, *vid.* AMPLVS. Breue donum exigui temporis Sen. Hippol. ſ. 6. Cerealia dona, *i. Panis* Sil. 7, 183. Ditia Stat. Theb. 10, 338. Dulcia Claud. Epigr. 82, 1. Exitiale donum Virg. Aen. 2, 31. Feralia dona Ouid. Met. 9, 213. Grandia dona Idem Epiſt. 3, 30. Grauia dona auro Virg. Aen. 3, 464. Ouid. Met. 3, 309 Doniſque Iugalibus arſit. Lenaea, *Vinum* Stat. Silu. 4, 6. Leuiora Ouid. Met. 13, 702. Militaria Suet. Aug. c. 25. Tacit. Ann. 2, 9, 4. Cic. pro Muraen. Nuptialia Idem pro Cluent. 28 c. 9. *Vid. ſub* NVBO. Praelarga Claud. de Sext. Conſ. Hon. 73. Pretioſa Sen. Med. ſ. 10. Prodiga Stat. Silu. 2, 1, 157. Regale interuerſum, *vid.* INTERVERTO. Regia Virg. Aen. 1, 696. Ruſtica Ouid. de Arte Am. 2, 264. Suſpecta Virg. Aen. 2, 36. Triſtia Idem Aen. 3, 301. Vberiora Ouid. Epiſt. 17, 222. Venerabile Virg. Aen. 6, 409. Vile Claud. de Laud. Seren. 29, 3. Votiua Sen. Hippol. 2. ¶ 3 *Verba:* Abnuere dona Sen. Thyeſt. 6. Abſtinere dono et pactione, Accedent tibi a me dona, Accumulare donis aliquem, Addere dono, *vid. hh. vv.* Adolere altaria donis Lucret. 4, 1231. Cic. Philipp. 1, 32 Non intermittebas quaſi donum aliquod quotidie Afferre Reipub. Celebrari honore et donis Virg. Aen. 8, 268. Colere templa donis votiuis Sen. Hippol. ſ. 2. Si ſcias, quod donum huic dono contra Comparet Ter. Eun. 2, 3, 63. Conferre dona, *vid.* CONFERO. Congeſta dona vndique Sil. 13, . . Corrumpentia ſenſus dona Claud. de Tert. Conſ. Hon. 188. Deamata dona, *vid.* DEAMO. Donum Deo dare Nep. 4, 1, 3. *Et erat formula ſollemnis,* D. D. *vel* D. P. *i.* donum dedit, donum poſuit. *Vid. Briſſ. de Form.* l. 1. *Thomaſin. de Donar.* Cic. pro Cluent. 66 Tantum donis datis muneribusque perfecerat, vt, *etc.* Ter. Eun. 4, 6, 10 Hanc tibi dono do. Ibid. 1, 2, 55 Num ſolus dona dat? Dono dantur agreſtes in prouincias magiſtratibus Sall. Hiſt. l. 3 Orat. Licinii n. 27. *i. condonantur illorum libidini.* Emta pax donis Lucan. 10, . . Exigere dona Stat. Theb. 10, 338. Exſpectata dona laborum Valer. Argon. 7, 417. Ferre Ter. Eun. 5, 9, 27. Infecta dona facere, *vid.* INFECTVS. Illitum veneno donum, *vid.* ILLINO. Ornari donis honeſtis Hor. Epiſt. 2, 2, 32. Peragere dona, *Donare quod promiſeras:* Virg. Aen. 5, 362 Poſt vbi confecti curſus, et dona peregit. *Vid.* PERAGO. Non generis dono, non ambitione Potitur Claud. Conſ. Hon. 4, 46. Rependere dona alicui Stat. Theb. 9, 659. Sacrata dona templorum Valer. Argon. 7, 48. Virg. Aen. 3, 439 Iunoni cane vota libens, dominamque potentem Supplicibus ſupera donis. Tribuere dona alicui Ouid. Met. 9, 403. ¶ 4 Donum *et* nodum *ſaepe in MSS. confuſa eſſe, docet Drakenb. ad* Sil. 2, 77.

DONO, āre. [δωρέομαι, χαρίζομαι] *Augere aliquem re bona et optabili.* Vir nemo bonus ab improbis ſe donari vult Cic. de Legg. 2 c. 16. Priſcian. in Argum. Plautinae Aulul. Ab eo donatur auro, vxore, et filio. Inſeri et donari ab arte *dicitur* res aliqua Cic. de Orat. 1, 114. Caeſ. B. G. 7, 11 Praedam militibus donat. Cic. pro Arch. 5 Itaque ſi ciuis Romanus Archias legibus non eſſet, vt ab aliquo Imperatore ciuitate donaretur, perficere non potuit? Suet. Aug. c. 51 Et ne enumerem quot et quos diuerſarum partium venia et incolumitate donatos. Corn. Nep. Attic. c. 2 Auxit hoc beneficium alia quoque liberalitate: nam vniuerſos frumento donauit. Cic. pro Roſc. Amer. 23 c. 8 Non pauca ſuis adiutoribus large effuſeque donabat. Sen. de Benef. 3, 14 Hoc enim ipſum ſecuti ſunt, qui nullam legem huic conſtituerunt, vt circumſpectius donaremus, circumſpectius eligeremus eos, in quos merita conferuntur. Donare aliquem Aeternitate Plin. 2, 7. Auro donari Propert. 3, 23, 21. Corona donari Cic. Fam. 5, 12. Verr. 1, 183. de Opt. Gen. Orat. 19. Donare aliquem dono Plaut. Stich. 5, 2, 8. *Sic,* Donare aliquem praemiis Cic. pro Roſc. Amer. 23. Donare militem donis militaribus Liu. 24, 16. Culpa grauis precibus donatur Ouid. ex Ponto 2, 7, 51. Diſcatque Lyaeo imbellem donare Diem Sil. 11, 407. Fugam donare alicui Idem 15, . . *Et* 15, . . Et quot Funera Poenis Donarunt praui ſuffragia triſtia campi! *i. remiſerunt, fecerunt, ne perirent Poeni.* Gaudiis donare aliquem Plaut. Aul. 5, 1, 1. Honoribus donandus infans Stat. Theb. 5, 741. Cic. in Piſon. 7 Mihi Pop. Rom. vniuerſus illa in concione non vnius diei gratulationem, ſed Aeternitatem Immortalitatemque donauit. Laurea donandus Apollinari Hor. Carm. 4, 2, 9. Mentem vtinam tibi iſtam dii immortales donarent Cic. in Catil. 1, 22. Moram ſuppliciis Sen. Med. 1015 *eſt remittere moram, non diu cruciare, ſed cito illud peragere. Decreuit Medea interficere pueros Iaſonis: hic, quos ſeruare non poteſt petit, vt cito perdat crudelis mater.* Iam perage, *inquit,* coeptum facinus, haud vltra precor; Moramque ſaltem ſuppliciis dona meis. *Reſpondet illa,* Perfruere lento ſcelere, ne propera, dolor. *Primus vidit Grotius.* . . Virg. Aen. 5, 282 Sergeſtum Aeneas promiſſo Munere donat. Ouid. de Arte Am. 2, 261 Nec dominam iubeo pretioſo Munere dones. Virg. Aen. 5, 361 Hoc iuuenem egregium praeſtanti Munere donat. Munera donare alicui Cic. Tuſc. 5, 90. Lucret. 1, 95 Quod patrio princeps donarat Nomine regem. Puellam iuueni donare Catul. 60, 23. Quidquid quaeſierat, Ventri donabat auaro Hor. Epiſt. 1, 15, 32. Tibull. 3, 1, 21 Sed primum nympham longa donate Salute, *i. ſalutate.* Spes ſuas ambitioni Petron. c. 4. Vacatione donare Cic. de N. D. 2, 6. Maſiniſſam Scipio Vrbibus agriſque donauit Liu. 30, 44. ¶ 2 *Obſeru.* Dono te ob iſtuc dictum vt expers ſis metu Plaut. Aſin. 1, 1, 31. Donat habere Virg. Aen. 10, 235 *et* 501 *quae* Graeca figura *dicitur* Seruio. Donare *dicimus pro Condonare. i. Ignoſcere.* Sen. Controu. 5, . . Multa donanda ingeniis puto: ſed donanda vitia non portenta ſunt. *Inde* Iuſtin. 32, 2, 5 Donare filio patrem, *i. Ignoſcere patri propter filium. Add.* Id. 38, 6, 6. Suet. Aug. c. 5 *vbi* C. Lectorius in deprecanda grauiore adulterii poena *petit ſe* donari *Auguſto,* quaſi proprio ſuo ac peculiari deo, *i. ſibi in honorem eius ignoſci. Sic* Donare *eſt Intermittere aliquid in gratiam alterius.* Cic. Fam. 5, 4 Tuas inimicitias vt Reip. donares. *Vid. Gron. Obſeru. 3, 23. Burm. ad* Quinctil. Decl. 1, 9 p. 22. *et Drakenb. ad* Sil. 15, 603. *Interdum ſignificat Remittere laborem, etc.* Sil. 1, 487 Pyrenen Alpeſque tibi mea dextera donat. *Vid. Drakenb. ad loc.* Donare pro Exhibere Scribon. 13 *metuo ne ſit a librario ſemibarbaro.*

DONĀTVS, a, um. Partic. [δεδωρημένος, δωρητὸς] *Cui aliquid dono datum eſt.* Virg. Aen. 5, 305 Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. Magnificentiſſime donatos dimiſit Curt. 10, 4, 7. Cic. Brut. 6 Neque Dyrrhachini infitiantur, ſed ſibi donatum aes alienum a Caeſare dicunt. Homo quaſi diuino munere donatus Reip. Cic. de Aruſp. Reſp. 6 c. 4. Donati incolae Latio Plin. 3, 20. Toro aliquo donata virgo Claud. Epithal. Pallad. et Celer. 51. Promiſſo donata eſt munere pubes Sil. 16, . . Diuinitus aeterna donata ſalute *an ſint* moenia mundi? *quaerit* Lucret. 5, 1214.

DONATIO, ōnis. f. [δώρησις] Donationem proprie dici *exiſtimat* Vlpianus l. 1 D. de Donationibus, quum quis ea mente dat, vt ſtatim velit accipientis fieri, nec vllo caſu ad ſe reuerti; et propter nullam aliam cauſam facit, quam vt liberalitatem et munificentiam exerceat: quod ſi ſub conditione fiat, non eſt donatio. Cic. in Orat. 19 Vt corona aurea donaretur, eaque donatio fieret in theatro, populo conuocato. Cic. Philipp. 4, 9 c. 4 Quos non bonorum donatio, non agrorum aſſignatio, non illa infinita Pompeii haſta ſatiauit. *Pro Immodica et vitioſa largitione.* Cic. pro Roſc. Amer. 24 c. 9 Rapinae, furta, donationes. Idem Verr. 1, 185 Quae tua donatio ſingulari impudentia praedita. Donatio mortis cauſa, eſt, quum Quis habere ſe mauult, quam eum, cui donat: magiſque eum, cui donat, quam heredem ſuum l. 1 D. de donat. Donatio honoris cauſa, *eſt, quam vxor marito ad honorem ac dignitatem aliquam conſequendam facit.* Caius l. 42 D. de donat. inter vir. Nuper ex indulgentia principis Antonini recepta eſt alia cauſa donationis, quam dicimus Honoris cauſa, vt ecce, ſi vxor viro Laticlauii petendi gratia, donet, vel vt equeſtris ordinis fiat, vel ludorum gratia. Donatio propter nuptias dicitur, Quae tum ante, tum poſt contractas nuptias a viro in mulierem confertur; *ait* Imper. §. 3 de donat. *et* l. 20 C. de donat. ante nupt.

DONATOR, ōris. m. *qui donat.* Hieron. ad Cteſiph. c. 3 Semper largitor, ſemperque donator Deus eſt. *Adde* Sen. Hippol. 1212. *et* Symmach. Epiſt. 10, 8. Beda Hiſt. Eccl. Angl. 1, 30.

DONATRIX, īcis. f. Prudent. Hippol. paſſione v. 171. *Add.* l. 15 C. de Donat.

DONARIVM, ii. n. [δώρημα] *Donum eſt diis oblatum, et in templo repoſitum, ſuſpenſumue,* ἀνάθημα. Macrobius . . Ornamenta vero ſunt clipei, coronae et huiuſmodi donaria. Iuſtin. Imp. Inſtit. §. 8 de rer. diuiſ. Donaria ſunt ea, quae ad miniſteria Dei dedicata ſunt. *Vid. Thomaſin. lib. de hoc ipſo argumento.* Contingere manibus donaria Ouid. Faſt. 3, 335. Et ſua placandis nectunt donaria diuis Coripp. 4 n. 11. ¶ 2 Donaria, *ipſa loca, in quibus donaria offeruntur.* Virg. Georg. 3, 533 Ductos alta ad donaria currus. Seru. *ad h. l.* Donaria proprie loca ſunt, in quibus dona reponuntur deorum. Abuſiue templa: nam ita et puluinaria pro templis ponimus *etc.* Idem Seruius *ad* Aen. 12, 199 Donarium eſt, vbi ponuntur oblata. Gell. 2, 10 Vbi reponi ſolerent ſigna vetera, quae ex eo templo collapſa eſſent, et alia quaedam religioſe donariis conſecrata. Apul. Florid. 2, 15. *Elm.* p. 350, 34 Ibi donarium deae perquam opulentum, plurima auri et argenti ratio in lancibus, ſpeculis, poculis et huiuſmodi vtenſilibus. *Hanc notionem ſecutus eſt* Lucan. 9, 517 Non illic Libycae poſuerunt ditia gentes Templa nec Eois ſplendent donaria gemmis. *Vtramque ſignificationem indicant* Vet. Gloſſ. Donaria; χαριστήρια, ναοὶ, τεμένη, ἱερὰ ἀναθήματα, ἀναθήματα.

DONATARIVS, a, um. Adi. *Cui quid dono datur, praeſenti vel abſenti* l. etiam l. abſenti D. de donat. l. nec ambigi C. eod. tit.

DONATIVVS, a, um. Adi. *Qui donare poteſt, eſſe dicitur, laudaturque* Paullus, Si duobus debitoribus mortis cauſa donatiuus creditor, vni acceptum tulit, et conualuerit: eligere poteſt vtri condicet §. pen. l. 35 Senatus cenſuit D. de mort. cauſ. donat. *Sed neque Haloander hanc vocem agnoſcit, et pro ea* Donaturus *habet.*

DONATIVVM, i. n. [ἐπίδοσις] *Munus, quod a principe vel imperatore donatur militibus: vt ob victoriam, aut adoptionem Caeſaris, aut auſpicia imperii; dabatur et auctoratis in ipſo tirocinio, vt militaturis.* Sueton. Domit. c. 2 An duplum donatiuum militi donaret. Id. in Neron. c. 7 Populo congiarium, militi donatiuum propoſuit. *Obſerues* Congiaria populo, Donatiua militi: *confundit quidem* Curtius 6, 2, 10 *vbi* Congiarium militi *datum ait: diſtinctionem obſeruant alii.* Tacit. Ann. 12, 41, 3 Additum nomine eius Donatiuum militi, congiarium plebi. Plin. Paneg. c. 35 Datum congiarium populo et datum totum, cum donatiui partem milites accepiſſent. Sueton. in Calig. c. 46 Pronuntiatoque militi donatiuo, centenis viritim denariis, quaſi omne exemplum liberalitatis ſupergreſſus: Abite (inquit) laeti, abite locupletes.

DONATICAE coronae. [δωρητικοὶ στέφανοι] Quibus victores in ludis donabantur: quae poſtea magnificentiae cauſa inſtitutae ſunt ſuper modum aptarum capitibus, quali amplitudine fiunt, quum lares ornantur. Feſtus. *Videntur eaedem Scaligero, quas* Prouinciales *appellat* Tertullianus de Coron. c. 13 Imaginum, iam non virorum, capita maiora quaerentes.

DONABILIS, e. Adi. *Qui donari aliqua re meretur.* Plaut. Rud. 3, 1, 40 Infortunio praedicas hominem donabilem. *Add.* Ambroſ. Ser. 59. Tertull. de Pudic. c. 22.

DONŌSVS, a, um. Adi. *Liberalis.* Plaut. Epid. 2, 3, 14. *et* Truc. 1, 1, 64 *Alii* Damnoſus *legunt. Quibusdam placere video* Danoſus *quaſi a* Dano.

DONĬFER, a, um. Adi. *Idem, apud* Auguſtin. . . .

DONĬFĬCO, āre. Hygin. Fab. 112 Aiax cum Hectore donificantes diſceſſere. *Vid. Muncker.*

DONȲSA, ae. f. [Δόνυσα] *Inſula Cycladarum vna, cuius meminit* Virg. Aen. 3, 125 Viridemque Donyſam.

D O R

DORA, [Δόρη] Fons inclytus Arabiae, non procul a Daulote alio quoque fonte, *de quo vide* Plin. 6, 28.

DORCAS, ădis. f. [δορκὰς] *Latine Dama dicitur.* Martial. 13, 88 Delicium paruo donabis dorcada nato. *Add.* Id. 10, 65. Plin.

28, 8 Dorcadis pelle collo ſuſpenſa. *Sed a* Dorx, δὸρξ δορκὸς, *videtur formatus eſſe Accuſ. plur.* Dorcas, Pauidosque iuuat compellere dorcas Grat. Cyneg. 260 *vbi vid. Vlit.*

DORCADION, i. n. *Herba eadem, quae Dracontea vel Dictamnus* Apul. de Herb. c. 14 *et* 62.

DORCIDION, i. n. *Pulegium* Apul. de Herb. c. 92.

DORES, *vid. mox* DORIS.

DORICA, *vid.* DORIS.

DORILAEI. [Δοριλαῖοι] Phrygiae populi, in conuentu qui a Synnada accipit nomen, *vt ſcribit* Plin. 5, 29.

DORION, ii. n. [Δόριον] Meſſeniae ciuitas, *cuius meminit* Plin. 4, 5. *et* 5, 29.

DORION, ii. n. [Δώριον] *Oppidum eſt Peloponneſi, iuxta quod Thamyras citharoedus Muſas ad cantus certamen prouocauit. Meminit huius oppidi* Plin. 4, 5. Item Lucan. 6, 353 Pteolos et Dorion ira Nobile Pieridum. *Eſt et eiusdem nominis* Oppidum in Magneſia, *apud* Plin. 4, 10. *Tertium item* in Ionia, minoris Aſiae regione, *apud eundem* 5, 29.

DORIS, ĭdis. f. [Δωρὶς] *Regio eſt Graeciae iuxta Maliacum ſinum, cuius a tergo mons eſt Oeta, a qua* Dorii *ſiue* Dorienſes, *ſiue* DORES *appellati.* Cic. pro Flacc. 64 c. 27 Tria genera Graecorum ſunt vere, quorum vni ſunt Athenienſes, quae gens Ionum habebatur, Aeoles alteri, Dores tertii nominabantur. Sen. Herc. fur. 81 Tellus gigante Doris excuſſo tremens *eſt Sicilia, a coloniis Graecis, Dorum praeſertim dicta.* ¶ 2 Doris *Nympha Oceani et Tethyos filia, quam Nereo fratri vxorem dedit, et ex qua magnus nympharum numerus procreatus eſt. Quae quoniam maris dea eſt, aliquando pro mari a Poëtis vſurpatur.* Virg. Ecl. 10, 5 Doris amara ſuam non intermiſceat vndam. Spumoſae Doridos antra vitrea Stat. Silu. 3, 2, 16. Caerula Ouid. Met. 13, 742. Formoſa Propert. 1, 17, 25. Glauca Stat. Silu. 4, 2, 28. ¶ 3 Doris Locrenſis, vxor Dionyſii Syracuſani Cic. Tuſc. 5, 59 c. 20. ¶ 4 Doris Herba anchuſae ſimilis, *etc.* Plin. 20, 20.

DORĬCVS, a, um. Adi. [Δωρικὸς] *Pro Graeca generatim ponitur, vt* Dorica caſtra Virg. Aen. 2, 27. Genus Sen. Agamemn. 523. Nox Val. Flacc. Argon. 2, 573.

DORISCVS, i. m. [Δωρίσκος] *Thraciae locus eſt.* Plin. 4, 11 ſ. 18 Doriſcus X millium hominum capax, Ita Xerxes ibi dinumerauit exercitum. *Nempe is locus pro menſura vnius myriadis fuit. Sic Hard. Sed* Herodotus 7, 59 *ſq. aliter, et variat lectio apud Plinium.*

DORIVS, a, um. Adi. [Δώριος] *Eſt modi muſici nomen, cui cognati* Hypodorius et Hyperdorius *apud* Martian. Cap. 9 p. 317. Cael. Aurel. Chron. 1, 5 Vtuntur decantationibus tibiarum, quarum alteram Phrygium vocant, quae ſit iucunda, atque excitabilis; alterum Dorium, quae occupata mente pudorem ſuadeat, *etc.* Apul. Met. 10 p. 254, 23 Tibicen Dorium canebat bellicoſum, et permiſcens bombis grauibus tinnitus acutos, in modum tubae, ſaltationis agilis vigorem ſuſcitabat. Id. Florid. 1, 4 p. 342, 19 Dorium *ibidem* bellicoſum appellat. *Conf.* Vet. Schol. ad Hor. Epod. 9, 6.

DORIXANIVM, i. n. Flumen Indiae aurum vehens Curt. 8, 9, 18. Propert. 4, 5, 21 Si te Eoa, Dorixanium, iuuat aurea ripa. *Turnebo et Brouckh. placet* Doroxanium.

DORMIO, īui, ītum, īre. [εὕδω, καθεύδω, κοιμάομαι] Cic. de Diuin. 2, 119 Contrahi autem animum Zeno et quaſi labi putat, atque concidere, et ipſum eſſe dormire. Plaut. Trin. 3, 2, 100 Dormibo placide in tabernaculo. *Futurum antiquum, quod et apud* Catonem *legitur* c. 5 Et valebit rectius, et dormibit libentius. Qui dormiunt libenter, ſine lucro et cum malo quieſcunt Plaut. Rud. 4, 2, 18. Dormire ſine omni cura Idem Trin. 3, 1, 20. Altum dormire Iuuen. Sat. 1, 17. Ex laſſitudine arctius dormire Cic. de Inuent. 2, 14. Arcte et grauiter Idem de Diuin. 1, 59. Exiguum dormire Plin. 10 c. vlt. Dormire in dexteram aurem, fiducia alterius, *eſt Securum et incurium eſſe* Plin. Epiſt. 4, 21, 1. Dormire otioſe in vtramuis aurem, *eſt Animo otioſo, ſecuro, vacuoque eſſe.* Ter. Heaut. 2, 3, 101 Ademtum tibi iam faxo omnem metum, in aurem vtramuis otioſe vt dormias. Viduo cubili dormire Ouid. Amor. 2, 10, 17. Cic. Att. 5, 1 *queritur Q. Cicero de ſua vxore,* Nec ſecum illam dormire voluiſſe. In medios dormire dies Hor. Epiſt. 1, 2, 30. Cic. Att. 10, 15 Puella eius mane primum dormit ad horas tres. Ad lucem dormire, *vid.* AD *praepoſitionem.* In lucem dormire Hor. Epiſt. 1, 19, 34. Dormire totum mane, *vid.* MANE. Cic. de Diuin. 2, 140 Nec tam multum dormiens vllo ſomno ſum admonitus tantis praeſertim de rebus. Noctes longas dormire Hor. Carm. 1, 25, 7. Nox vna perpetua dormienda Catul. 5, 6. In vtrumuis dormire oculum *dici poſſe, ſuadet illud* Plaut. Pſeud. 1, 1, 121 De iſtac re in oculum vtrumvis conquieſcito. Dormire in vtramuis aurem. Non dormire alicui, *dicitur is, qui non inſeruit ei, neque per omnia gerit morem.* Cic. Fam. 7, 24 Capius (opinor) olim, Non omnibus dormio: Sic ego, Non omnibus, mi Galle, ſeruio. *Plutarchus in libro, cui titulum fecit ἐρωτικῷ, fabulam ſuper hac re non illepidam narrat. Quum Galba quiſpiam (aliis Cabbas, aliis Calbas vocatur) conuiuio Maecenatem excepiſſet, ſentiretque iam e nutibus hominem inflammatum in vxorem ſuam, ſenſim demiſit caput, perinde quaſi dormiret. At quum interea famulus quiſpiam ad menſam accedens, vinum clam tolleret, ibi iam vigil et oculatus: Infelix, inquit, an neſciebas me ſoli Maecenati dormire? Vid. Eraſm. in Prouerb.* Non omnibus dormio. *Cael. Rhod.* 12, 16. *Vid. etiam* PARARENCHO. Dormit Sol *ſeruilis iocus* Plaut. Amph. 1, 1, 126. Proficiſci ad dormiendum Cic. de Diuin. 2, 122. Ire dormitum Hor. Serm. 1, 6, 119. *Item Otioſum, quietum eſſe:* Martial. 10, 62. Plaut. Aſin. 2, 4, 24 Dum reperiam qui quaeritent argentum in fenus, hic vos dormitis interea domi. Ter. Heaut. 4, 4, 8 Dormiunt, pol ego iſtos commouebo. Noctibus illorum dormiet ipſa Venus Propert. 3, 4, 34. *vbi vid. Gebhardi.*

DORMIENS, entis. Partic. [εὕδων] *Qui dormit.* Iacet corpus dormientis vt mortui Cic. de Diu. 1 c. 30. ¶ 2 *Significat etiam Ceſſantem ſiue Ceſſatorem.* Ter. Adel. 4, 5, 59 Quid credebas? dormienti haec tibi confecturos deos? Dormientes, *pro Ceſſatoribus, incuriis, et negligentius ſua agentibus. Hinc vulgatum illud,* Vigilanti et non dormienti ius ciuile ſcriptum eſt l. pupillus, in fin. D. quae in fraud. credit. *Vigilantes autem accipimus, qui ſuarum rerum ſatagunt.*

DORMITIO, ōnis. f. Varro Sexag. O ſtulta noſtri pectoris dormitio vigilabilis. Et alio loco idem, Quid mihi cum ſomno, ſi dormitio tollitur? Nonius 2, 239. *Conf.* Auguſtin. Ep. 151 ad Nebrid. poſt in. *Vtuntur hac voce paſſim Patres, et ſaepiſſime de Morte intelligunt.* Vſque ad diem dormitionis ſuae Hieron. Epitaph. Paul. c. 7. Tertull. de Monog. c. 10. Auguſtin. Conf. 9, 9. *Vid. Callimach. Epig.* 14. ¶ 2 Salutatio *veſpertina deorum hoc nomine dicta videtur* Arnob. 7 p. 237 *extr.* Quid ſibi volunt Excitationes illae — Quid Dormitiones illae, quibus bene vt valeant auſpicabili ſalutatione mandatis?

DORMĪTO, āre. [ὑπνώττω] *Leuiter dormio.* Cic. Att. 2, 16 Coenato mihi et iam dormitanti pridie Calend. Maias epiſtola illa eſt reddita Hor. in Arte Poët. 359. Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus, *h. e. Negligenter ſcribit.* Dormitandum tibi non eſt: *h. e. Non ceſſandum, non negligenter curandum et agendum* Plaut. Epid. 1, 2, 59. Oſcitans et dormitans ſapientia Cic. de Orat. 2, 144 c. 33. Dormitare *videtur pro Dormire accipi:* Idem de Diuin. 1, 59 c. 28 Ad lucem denique arcte et grauiter dormitare coepiſſe. Sub aurora iam dormitante lucerna Ouid. Heroid. 19, 195. *i. deficiente.*

DORMISCO, ĕre. [νυστάζειν] *Idem quod Dormire incipere* Plaut. Curc. 2, 3, 81 Caput deponit: quum dormiſcit, ei ſubduco annulum. *Sed pro* Quum dormiſcit, Condormiſcit *alii, quod ſatius.*

DORMĪTOR, ōris. m. Martial. 10, 4 Quid tibi dormitor proderit Endymion?

DORMITATIO, ōnis. f. Apulei *eſſe dicitur. Floridi index non habet.*

DORMITĀTOR, ōris. m. [ὑπνώττων] *Qui ſolet dormire, et omnia negligentius agere. Sed* Plaut. Trin. 4, 2, 20 *de fure Turnebus interpretatur, quem ἡμερόκοιτον vocat Heſiodus, qui interdiu dormiat, vt vigilare noctu poſſit.*

DORMITORIVS, a, um. Adi. [κοιμητικὸς] *Vt* Dormitorium cubiculum, *vbi dormitur.* Plin. Epiſt. 2, 17 Adhaeret dormitorium membrum tranſitu interiacente. Idem Epiſt. 5, 6. Carruca dormitoria, *vid.* Carruca, *in* CARRVS. *Hinc*

DORMITORIVM, ii. n. [κοιμητήριον] *Locus, in quo dormimus.* Plin. 30, 6 Poſt haec iubent cum in pariete dormitorii eius tectoue includi.

DORMITVRIO, Apuleio *tribuitur. Floridi Index non agnoſcit.*

DORON, i. n. [δῶρον] *Palmum ſignificat, et munus* Plin. 35, 14 Graeci antiqui doron palmam vocabant; et ideo dora munera: quia manu darentur. ¶ 2 Doron [Δωρὸν] Ciliciae oppidum, *apud* Plin. 4, 27. *Eſt item* Flumen Phoenices, *auctore eodem* Plin. 5, 19.

DOROTHEVS, i. m. [Δορόθεος] Pictor inſignis fuit, Neronis principatu, qui Anadyomenen, quam tabulam Auguſtus dicauerat, carie conſeneſcentem, renouauit, aut potius aliam pro ea ſua manu ſubſtituit, *vt refert* Plin. 35, 10.

DORSVM, i. n. *et* DORSVS, i. m. [νῶτον, μετάφρενον, ῥαχία] Dicitur tota poſterior corporis pars, quod ea deuexa ſit deorſum, *vt inquit* Feſtus. Plaut. Mil. 2, 4, 44 Timeo quid rerum geſſerim, ita dorſus totus prurit. Pandum dorſum *Delphino tribuit* Sen. Agam. 450. Subire onus dorſo Hor. Serm. 1, 9, 21. ¶ 2 *Frequenti Metaphora iuga montium* Dorſi *nomine appellantur, et quidquid editius ſimul et protractione quadam continuatum eſt. Sic* Educto ſurgit in aëra dorſo Lucan. 2, 428. *de Apennino monte.* Recurua dorſa campi Claud. de Aponi balneis 54. Crepido longi dorſi Stat. Achil. 1, 448. *Sed et* Duplici dentalia dorſo Virg. Georg. 1, 172. Dorſum *in mari.* Idem Aen. 1, 114 Dorſum immane mari ſummo. *Et* Aen. 10, 303 Namque inflicta vadis, dorſo dum pendet iniquo. Significat duriorem arenam, *vt ait* Seruius *ad* Aen. 10, 303 quae remeantibus fluctibus et euntibus denſatur, et in modum ſaxi indureſcit: quod a nautis puluinus dicitur. *Conf.* Nonium 6, 61. *Aliter* dorſa gurgitis Paullin. Iamb. ad Cyther. 69. *et* Auien. Perieg. 217 Obliqua maris dorſa. *Intelligunt enim ſuperficiem maris ſiue* ſumma fluctuum *vt* Prudent. *vocat. Rurſus* Dorſum *Promontorium* Plin. Epiſt. 9, 7, 4 Haec lacu propius, illa latius vtitur, haec vnum ſinum molli curvamine amplectitur: illa editiſſimo dorſo duos dirimit. Dorſo, *i. Promontorio in lacum prominente.* Saxeum Id. 6, 31. Apennini dorſum Suet. Caeſ. c. 44. *De montibus vſurpatur* Curt. 3, 4, 7. *et* 5, 4, 4 *etc.* Dorſum nemoris Hor. Sat. 2, 6, 91. Dorſum vrbis Liu. 1, 3. ¶ 3 Doſſum *antiqui dicebant, quod nunc Dorſum dicimus. Inde* Doſſuaria iumenta.

DORSVĀLIS, e. Adi. Apul. Met. 11 p. 266 *Elm.* Nota dorſualis. Solin. c. 22 Delphini Spinae dorſuales. Ammian. 22, 15 Ferarum dorſuales cruſtae. Idem 19, 8 *et abſol.* Dorſuale ſc. iumentum. ¶ 2 Dorſualia [ἐπινώτια] *Tegumenta, quibus equi et boues teguntur.* Treb. Poll. in Gallien. c. 8 Proceſſerunt centeni albi boues, cornibus auro iugatis, et dorſualibus ſericis diſcoloribus praefulgentes. *Vid. Salmaſ.* in Capitolin. Ver. c. 9. *Hug. de Milit. Equeſtr.* 1, 4.

DOSSVARIVS, a, um. *pro* Dorſuarius, *quaſi eſſet a* Doſſum, Adi. [νωτοφόρον] *Vt,* Doſſuaria animalia, *quae dorſo aliquid portant.* Varr. de R. R. 2, 6 *in fine,* Greges fiunt fere mercatorum, vt eorum, qui e Brundiſino aut Apulia aſellis doſſuariis comportant ad mare oleum, aut vinum, itemque frumentum, aut quid aliud. Iumenta doſſuaria *appellat id.* 2, 10, 5.

DORSVŌSVS, a, um. Adi. *Maris epitheton* Solin. c. 40 Ita incertis motibus nunc in breuia reſcinditur dorſuoſa, nunc aeſtibus inundatur inquietis. *et* Ammian. 22, 20 Pontus conſurgit in breuia dorſuoſa.

DORSĬFER, a, um. Adi. *Occurrit de mula dictum apud* Ferret. Muſ. Lapid. p. 344.

DORSO, *Cognomentum gentis* Fabiae, *vt Labeo, Mento. Vid. Sigon. de Cogn. Rom.* c. 5. *De* C. Fabio Dorſone, qui capta a Gallis vrbe per medios hoſtes in collem Quirinalem ritu Gabino accinctus ad ſtatum ſacrificium gentis ſuae acceſſit incolumis, et inde in Capitolium reuerſus eſt, *vid.* Liu. 5, 46 *pr.*

DORVS, i. m. Neptuni filius, qui regnauit in parte Graeciae, a quo Dori dicti, *auctore* Seruio *apud* Virg. Aen. 2, 27. *Meminit et* Dori *cuiusdam Diod.* 6 *a quo* Dorienſes *dictos ait.* ¶ 2 Dorus *item gentile pro Doricus.* Propert. 3, 7, 44 Et ceciniſſe modis, Dore Poëta, tuis. *MSS.* Dure. *Scalig.* Pure. *Beroald.* Coë *ſubſtituit. Brouckh. tamen Scriuerii auctoritate motus* Dore *retineri ſuadet.*

DORYCLVS, i. m. [Δόρυκλος] *Filius nothus Priami, quem Aiax in bello Troiano interfecit, vt ſcribit Homer.* 11 *Iliad.* Doryclus *alter, frater Phinei regis Thraciae, de quo* Virg. Aen. 5, 620 Fit Beroe Iſmarii coniux longaeua Dorycli.

DORYCNIVM, ii. n. [δορύκνιον] *Strychni genus Theophraſto, radice candida, longa, cubitali, cauaque, folio erucae maiuſculo, etc.* Dorycnium *autem dictum putatur, quod lancearum cuſpides in praelio eo tingerentur. Meminit et* Plin. 22, 31. Scribon. 191.

DORY̆LAS, ae. m. [Δυρύλας] *Ponitur ab* Ouid. Met. 5, 129 ditiſſimus agreſtis opulentiae. ¶ 2 *Eſt etiam* Dorylas, *Centauri nomen apud* Ouid. Met. 1, 380.

DORYLENSES, *Populi Phrygiae apud* Cic. pro Flacc. 48. *Dicti ab vrbe* Doryla, *de qua* Plin. 5, 29.

DORYPETRON, i. n. [δορύπετρον] Herba, quam alii Leontopodion vocant, cuius radix aluum ſiſtit, purgatque bilem, in aquam mulſam addito pondere denariorum duûm. Naſcitur in campeſtri et gracili ſolo Plin. 26, 8.

DORYPHŎRVS, i. m. [δορυφόρος] *Quaſi tu* Haſtiferum *diceres: Latine* Spiculator *vel* Satelles *vocatur, portans lanceam.* Plin. 34, 8 Cteſilaus doryphoron et Amazonem vulneratam. Cic. de Clar. Orat. 296 c. 86 De horum laudibus tibi prorſus aſſentior: ſed tamen non iſto modo, vt Polycleti Doryphorum (*ſtatuam haſtati* viriliter pueri) ſibi Lyſippus aiebat, ſic tu ſuaſionem legis Seruiliae tibi magiſtram fuiſſe. *Vid. eund.* de Clar. Orat. 5 c. 2. Curt. 3, 3, 15 Doryphori vocabantur proximum his agmen, veſtem ſoliti excipere regalem: hi currum regis (*Darii*) anteibant. *Sed aliter diſtinguit Briſſon. de Reg. Perſ.* 3 §. 49 p. 705 *vt poſt* vocabantur *interpungat. Nos retulimus diſtinctionem probatam Freinshemio. Caeterum vid. de* Doryphoris Briſſon. l. c. 1 §. 98 p. 273 ſq.

DORYPHORIANVS, i. m. Marcellin. 28, 12 Nomen ſiue proprium, ſiue officii.

D O S

DOS, dōtis. f. [δὼς, προὶξ, φέρνη, ἐπίδοσις] Proprie *ea pecunia dicitur, quae marito ab vxore datur, et tranſlate, quidquid homini datum eſt vel a natura, vel ab hominibus.* Ter. Andr. 5, 4, 47 Dos eſt Pamphile, decem talenta. P. accipio. Idem Adel. 4, 7, 41 Vxor ſine dote veniet: intus pſaltria eſt. Vxor cum dote Hor. Epiſt. 1, 6, 36. Quum dos ſit, nullum vitium vitio vertitur Plaut. Perſ. 3, 1, 59. Non ego illam mihi dotem eſſe duco, quae dos dicitur, ſed pudicitiam et pudorem, *etc.* Idem Amph. 2, 2, 209. Filia diues dote Ouid. Epiſt. 11, 100. *Sed* Dos omnis in candore, magnitudine, laeuore, orbe, pondere Plin. 9, 35. *de margaritis.* Formae dos Ouid. Met. 9, 716. Formae pueritiaeque Iuſtin. 12, 12, 11. Ingenii dotes Ouid. de Arte Am. 2, 112. Plin. Epiſt. 3, 3 Adeſt enim adoleſcenti noſtro cum caeteris Naturae fortunaeque dotibus eximia corporis pulchritudo. Dotes quas natura dedit Ouid. Triſt. 3, 7, 13. Nec poteris ſimilae dotes numerare nec vſus Martial. 13, 10. Opes dotis Ouid. Epiſt. 12, 103. Oris dos Idem Met. 5, 562. Pluribus dotibus praeſtat viuiradix Colum. 3, 14. Tabulae dotis Sueton. Claud. 29. Inane nomen tantulae dotis Apul. Apol. Verborum Cic. de Orat. 1, 234. Aduenticia dos, quam non pater, ſed quiuis alius dedit Tit. Vlpiani de dotibus. Profecticia quam dedit pater Ibid. Dapſiles, *vid.* DAPS. Duplex libelli dos eſt Phaedr. praef. Grandis Hor. Serm. 1, 4, 50. Inofficioſa: *apud* ICtos, cum in fraudem Legis Papiae amplius dodrante marito ſecundo datur, exſtantibus liberis ex priore matrimonio, l. 2 de inoff. dot. Cod. Theod. *Auguſtin. de Legg. in* Papia Poppaea. Hor. Carm. 3, 24, 21 Dos eſt magna parentium Virtus et metuens alterius viri Certo foedere caſtitas. Plaut. Epid. 2, 1, 11 Pulchra dos pecunia eſt. PE. Quae quidem pol non Maritata eſt. *i. quam ſine vxore, aut ea defuncta poſſideas.* Dos prima Imperatorum *dicitur clementia* Vopiſco in Aurel. c. 44. Quae dos matronae pulcherrima? vita pudica Auſon. VII. Sap. Quotidianae dotes, *quas meretur mulier impudica* Apul. Apol. p. 322, 30. Rarae Ouid. Triſt. 3, 7. Secundam dotem *appellat* Ter. Adel. 3, 2, 47. *Caſtitatem virginis intemeratam.* Recepticia *apud ICtos* quam extraneus dans, vt ea (*ſoluto matrimonio*) ſibi redderetur ſtipulatus fuerit Caius l. mortis cauſa 31 §. 2. Sed et Dos D. de mort. cauſ. donat. quam quis in mortem mulieris a marito ſtipulatur, capitur ſine mortis cauſa, cuius generis dotes recepticiae vocantur. *Vid. Hotom. de Rit. Nupt. c. 8. et Dempſt. ad Roſin.* 5, 37. Spretae dotes Apul. Apol. Ter. Andr. 1, 1, 74 Vnicam gnatam ſuam cum dote Summa filio vxorem vt daret. Vxoria Ouid. de Arte Am. 2, 155. ¶ 2 *Formulae aliae:* Velut in dotem inuitamentumque ſceleris, Antonius auunculum, Lepidus fratrem proſcripſerant Vell. 2, 67, 2. *i. mercedem.* Cic. Philipp. 11, 12 His, quaſi praeter dotem, quam in ciuilibus malis acceperant, agrum Campanum eſt largitus Antonius. Accipere populos in dotem Ouid. Epiſt. 7, 149. Porro haec talenta dotis apposcent duo Ter. Heaut. 4, 7, 10. *i. dotis nomine.* Conficere dotem filiae nubili, *vid.* CONFICIO. Dare dotis Plaut. Ciſt. 2, 3, 19. *i. nomine dotis.* Deferre dotem viro, *vid.* DEFERO. Propert. 3, 19, 23 Hanc igitur dotem virgo deſponderat hoſti. De communi aerario dotibus datis collocari Nep. 3, 3, 3. Cic. pro Flacc. 86 Doti inquit Valeria pecuniam omnem ſuam dixerat. Idem pro Flacc. 86 Quaecunque ſine hoc auctore eſt dicta dos, nulla eſt. *Add.* Ter. Heaut. 5, 1, 69. Dotem non vxor marito, ſed vxori maritus offert Tac. Germ. 18, 2. Meruit dote virum, *vid.* MEREO. Apul. Apol. p. 323, 13 Dos erat a creditore omnis ad teruncium pridie ſumta, et quidem grandior quam domus exhauſta et plena liberis poſtularet. *De modo dotis apud Romanos quaedam* Val. Max. 4, 4, 10. Promittere doti, *et* Doti dicere, *idem eſt*, *Venuleius* in l. ſi rem aliquam §. vltimo D. de nouationibus, Alioquin quid dicemus, ſi vnus delegauerit creditori communem debitorem, isque ab eo ſtipulatus fuerit: aut mulier fundum iuſſerit doti promittere viro, vel nuptura ipſi doti eum promiſit? nam debitor ab vtroque liberabitur, *vid.* DICO. Argentum accepi, doti imperium vendidi Plaut. Aſ. 1, 1, 74.

DOTĀLIS, e. Adi. [προικῷος] *Vt*, Dotalia bona, *et* Dotales fundi, *hoc eſt ad dotem ſpectantes, et in quibus dos mulieris collocatur, vel quas vir accepit pro dote mulieris.* Plaut. Mil. 4, 4, 30 Niſi modo vnum hoc, haſce aedeis dicas dotales tuas. Idem Aſin. 1, 1, 72 Dotalem ſeruum Sauriam vxor tua adduxit. *De* Dotalibus ſeruis, *vid. Taubm. ad loc.* Gell. 17, 6 Recepticium *vocat, nam in mariti poteſtate non erat, ſed matronae peculiaris.* Liu. 26, . . Super dotem, quam accepturus a ſocero es, haec tibi a me dotalia dona accedent. Agri dotales Ouid. Faſt. 5, 209. Matrimonium Cic. ad Octau. Praedia Idem Att. 15, 20. Regnum Ouid. Faſt. 6, 593. Tellus Idem Epiſt. 4, 163.

DOTO, ûs. f. [Δωτώ] *Nympha maris ſ. Nereis Homerica, laudata* Virg. Aen. 9, 101. *et* Val. Fl. 1, 134 *quo vtroque loco* Clotho *irrepſerat, expuncta merito ab accuratiſſimis editoribus.*

DOTO, āre. [ἐπιδιδόναι προῖκα] *Vnde paſſ.* DOTOR, *a quo Partic.* Dotatus Manil. 5, 710 Tertia Pleiades dotabit forma ſorores. Sueton. Veſp. c. 14 Vitellii hoſtis ſui filiam ſplendidiſſime maritauit dotauitque etiam et inſtruxit. *Conf.* Apul. Apol. . . . Plin. 12, 17 In Arabia et olea dotatur lacrima, qua medicamentum conficitur a Graecis enhaemon dictum, ſingulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus. Dotanda toto mari Claud. de Conſ. Hon. 4, 646.

DOTATVS, a, um. Adi. [ἐπίπροικος] Cic. Att. 14, 12 Dotata Aquilia. Dotata coniux Hor. Carm. 3, 24, 19. Dum modo morata recte venit, dotata eſt ſatis Plaut. Aul. 2, 2, 62. *Add.* Apul. in Apol. . . Crimine dotata Ouid. Epiſt. 6, 138. Triumphis dotata mulier Claud. de Laude Seren. 43. Plin. 18, 28 Vlmum vite dotatam habes. Dotatiſſima Ouid. Met. 11, 302 Nata erat huic Chione, quae dotatiſſima forma Mille procis placuit, bis ſeptem nubilis annis. Val. Max. 4, 4, 10 Megullia, quia cum quinquaginta millibus aeris mariti domum intrauit, Dotatae cognomen inuenit.

DOTATIM, Plauto *adſcribitur, loco non indicato. Suſpicor* Datatim *ſic vna litera mutata corruptum eſſe.*

DOSON, [Δώσων] *Cognominatus fuit Antigon, ex Macedonum regibus quidam, quod multa promitteret, pauca impleret, quaſi tu* Daturum *cognomines. Semper enim petentibus reſpondebat* Δώσω. *Plut. in Coriolano.*

DOSSENVS, *Cognomentum gentis* Rubriae *in* Numis *aereis et argenteis.*

D R A

DRACA, ae. f. Dracae canes ſunt, quorum articuli et vngues ſunt ampliſſimi Columel. 7, 12, 4. *Conf. Vlit. ad* Grat. Cyneg. 276.

DRACAENA, ae. f. [δράκαινα] Draconis femina dicitur. *Vid.* Seru. *ad* Virg. Ecl. 2, 63.

DRACHMA, ae. f. *Ponderis nomen, vnciae pars octaua.* Binae drachmae ponderis Plin. 11, 37. Graeca drachma Scribon. Ep. . . Simili drachma Sammonic. 387. *aequali pondere.* ¶ 2 *Deinde pecuniae Atticae genus, cui in ciuili computatione reſpondebat* denarius *Romanus, licet ſe habeat ad denarium, vt 9 ad 8 ex rationibus ſatis accuratis Eiſenſchmidii.* Cic. de Diuin. 1, 132 Quibus diuitias pollicetur ab his drachmas ipſi petunt. Idem pro Flacc. 34 Dixit publice datum Drachmarum CC et ſex millia. Ter. Andr. 2, 6, 20 Vix drachmis opſonatus eſt decem. Drachmae Olympicae Plaut. Trin. 2, 4, 23. *Conf.* Gell. 1, 16.

DRACHMISSO, *reperit Lambin. apud* Plaut. Pſeud. 3, 2, 19. *ſed in editis recte expreſſum eſt* drachmis iiſſent. *Vid. Gronou. ad l. c.*

DRACO, ōnis. m. [Δράκων] *Antiquiſſimus Athenienſium legislator ante Solonem, cuius leges Solon ipſe, praeter quam quae de caede erant conſtitutae, abrogandas curauit, propter ſeueritatem. Nam vna omnibus poena conſtituta erat, vt etiam qui deſidiae damnati eſſent, aut qui olera ſurripuiſſent, capite plecterentur. Ob quam cauſam Demades dicere ſolebat*, Draconem non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe. *Vid.* Gell. 11, 18. Rhodig. 18, 19.

DRĂCO, ōnis. m. [δράκων] *Genus ſerpentis maioris. Serpentes templorum eſſe vult* Seru. ad Aen. 2, 204. *Certe maieſtatem aliquam, et religionem adeo habet* Draconis *appellatio.* Solinus c. 43, *ſcribit* veris draconibus ora parua eſſe, et ad morſus non dehiſcentia, ſed arctas fiſtulas, per quas trahunt ſpiritus, et linguas exſerunt. Apud Indos et Aethiopes dracones *memorantur* viginti cubitorum, *vid.* Plin. 8, 11. *it.* 12 *et* 13. Cic. Philipp. 13, 12 An is non reddet, qui domini patrimonium circumplexus, quaſi theſaurum draco? *etc.* Aligeri dracones Valer. Argon. 7, 120. Virg. Aen. 2, 225. Iubatus Auct. ad Heren. 4, 63. Inſomnis Ouid. Met. 9, 190. Inſopitus Idem Met. 7, 36. Saeui Valer. Argon. 1, 68. Squamoſus Virg. Georg. 4, 408. Cic. de Diuin. 2, 63 Vidimus immani ſpecie tortuque draconem Terribilem. *Ex Poëta.* Vaſtus Ouid. Met. 4, . . Vigil Valer. Argon. 2, 382. Conuoluti in ſemet, *vid.* CONVOLVO. Dracones, dicti ἀπὸ τοῦ δρακεῖν, quod eſt videre. Clariſſimam enim dicuntur habere oculorum aciem: qua ex cauſa incubantes eos theſauris finxerunt antiqui. Ideoque Aeſculapio attribuuntur, quod vigilantiſſimi generis putantur, quae res medicinae maxime neceſſaria eſt. Feſtus. *In deliciis habitos fuiſſe apud veteres docet Caſaub. ad* Sueton. p. 153. *De* Draconibus in numis, *vid. Spanh. diſſ.* 4 *p.* 211. *De* pugna eorum cum Elephantis *Philo de Incorrupt. mund.* p. 744. *et* Plin. l. c. ¶ 2 Draco marinus, *Piſcis eſt litoralis, quem et* Araneum Plin. *vocat* 9, 48. *Conf.* Iſid. 18, 3. *Ariſtot. et Aelian.* ¶ 3 *Metaphorice* Draco *eſt fiſtula helicis in morem torta in* miliario. Sen. Qu. Nat. 3, 24 Facere ſolemus Dracones et miliaria, et complures formas, in quibus aere tenui fiſtulas ſtruimus, per decliue circumdatas, vt ſaepe eundem ignem ambiens aqua per tantum fluat ſpatii, quantum efficiendo calori ſat eſt. Frigida itaque intrat, effluit calida. ¶ 4 Dracones etiam ex tortuoſitatum ſimilitudine ſunt Palmites in vitibus emeriti et per multos annos durati. Plin. 17, 23 ſ. 35 n. 24. *Laudatur etiam, per errorem puto*, Columel. 5, 5. ¶ 5 Draco *etiam in orbe ſidereo caput et caudam oſtendit. Vid. Procl. de Sphaer. Dalechamp. ad* Plin. 2, 10. *et* Vitruu. 6, 6. ¶ 6 Dracones *deinde inter ſigna militaria erant, de quibus* Ammian. 16, 10 Alios purpureis ſubteminibus texti circumdedere Dracones haſtarum aureis gemmatisque ſummitatibus illigati, hiatu vaſto perflabiles et ideo velut ira perciti ſibilantes, caudarumque volumina relinquentes in ventum. Idem 16, 30. Sinuatque truces lenis aura dracones Nemeſ. Cyneg. 84. Claud. in Ruff. 2, 365 Manſueſcunt varii vento ceſſante dracones. Idem Conſ. Hon. 4, 543 Vix comites alae vix te ſuſpenſa ſequuntur Agmina, feruentesque tument poſt terga dracones. Idem Conſ. Hon. 3, 178

Hi volucres tollunt aquilas, hi picta draconum
Colla leuant, multusque tumet per nubila ſerpens
Iratus ſtimulante noto.

Sidon. Carm. 5, 409

Textilis anguis
Diſcurrit per vtramque aciem cui guttur adactis
Turgeſcit Zephyris.

Vnicuique cohorti ſuus erat draco. Dracones per ſingulas cohortes a draconariis feruntur ad praelium Veget. 2, 13.

DRACVNCŬLVS, i. m. Dimin. Lampr. in Alex. c. 14 Mater eius pridie quam pareret ſomniauit ſe purpureum dracunculum parere. ¶ 2 Herbae genus, quae maior, minor et hortenſis eſt Plin. 24, 16. *et* 25, 2. *Ruell.* 2, 96.

DRACONARIVS, ii. m. *Signifer, qui draconem portat. Vid.* DRACO n. 6. Modeſt. de Vocab. Milit. Dracones per ſingulas cohortes a Draconariis feruntur. *Conf.* Veget. 2, 7 Signiferi, qui ſigna portant, quos nunc Draconarios vocant. Ammian. 20, 4 p. 264 Maurus nomine quidam, — abſtractum ſibi torquem, quo vt Draconarius vtebatur, capiti Iuliani impoſuit confidenter.

DRACONIGĒNA, ae. o. [δρακοντογενὴς] *a Poëtis dicebatur Vrbs Thebarum, caput Boeotiae: quia a Cadmo cum quinque viris, ex draconis ab ipſo interfecti* dentibus *enatis conſtructa fuit.* Ouid. Faſt. 3, 865 Inque draconigenam nymphis comitantibus vrbem Deſilit, et natos eripit inde ſuos. *Conf.* Sidon. Paneg. Anthem. v. 80.

DRACONITES, ae. m. [δρακονίτης] *ſ.* DRACONTIAS, ae. m. *Gemma eſt,* quae ex cerebro draconum, ſed non niſi viuentibus abſciſſo gemmeſcit, inuidia animalis mori ſe ſentientis. Quapropter mos eſt amputare caput dormientibus. Eſt autem colore translucido, nec poliri poteſt, aut artem admittere Plin. 37, 10. Solin. c. 43.

DRACONTARIVM, ii. n. *Genus coronae.* Tertull. de coron. Mil. c. 16 Quid caput ſtrophiolo aut dracontario damnas? *Optime videntur illi coniicere, qui a forma Draconis ſic dictum putant.*

DRACONTEA, ae. f. *Herba colubrina.* Apul. de Herb. c. 14.

DRACONTIVM, ii. n. [δρακόντιον] *Eadem herba; hortenſis, teſte Dioſcoride, folio hederae, magno, et candidis notis inſigni, caule recto, bicubitali, verſicolore, maculis reſperſo purpureis, ita vt anguem plane referat. Officinae* Serpentariam *et* Colubrinam *appellant.* Plin. 24, 16. ¶ 2 *Eſt etiam hoc nomine Vitis genus apud* Columel. 3, 2, 28 Vnam vitem praecoquam, nobis ante hoc tempus incognitam, Graeca conſuetudine Dracontium vocari comperimus, quae fecunditate, iucunditateque, Arcellatae, Baſilicaeque, et Bituricae comparari poſſet: generoſitate vini, Amineae.

DRAGANTVM, i. n. *Species gummi, pro* Tragacanthum, *paſſim apud Veterinarium legitur* Vegetium, *v. g.* 1, 56, 19. *Eſt etiam* Dragante *Ablat.* 1, 33. *et* Dragantidis 1, 59 not. h. *Conf. et* Theod. Med. de Diaet. c. 9.

DRAHONVS, i. m. *Fluuius Dron, qui Moſellae infunditur. Vid. Scal.* Auſon. Lect. 1, 2 *pr.*

DRĀMA, ătis. n. [δρᾶμα] *Rei repraeſentatio, Actus Comoediarum vel Tragoediarum, Fabula.* Dramata proferre in ſcenam Sidon. *Conf.* Iſid. 8, 7. *Graeci ſic perpetuo, vt* τὰ πρόσωπα τȣ̃ δράματος, *perſonae fabulae. Vnde* Dramaticum opus *vel* poëma, *in quo ſolae perſonae agunt, abſque Poëtae interlocutione. Vid.* Hieron. ſuper Cantic. *et Voſſ. Inſtit. Poët.* 2, 2.

DRAMĂSA, ae. f. Auſtrinum polum Indi vocant Plin. 6, 19.

DRANCES, is. m. [Δράγκης] *Orator Latini regis, infeſtiſſimus Turno, Rutulorum regi, vt eſt videre apud* Virg. Aen. 11, 335 Tum Drances idem infenſus, *etc.*

DRANGAE, [Δράγγαι] Arianae regionis populi, *quorum meminit* Plin. 6, 23.

DRANGIANA, *Prouincia in Aſia maiori: de qua vide Ptolem.* 6, 19.

DRAPĔTA, ae. m. [δραπέτης] *Seruus fugitiuus.* Plaut. Curc. 2, 3, 11 Conferunt ſermonem inter ſe drapetae.

DRAVCVS, i. m. *Qui alterius libidini obſequens, praepoſtera venere mares init, a verbo Graeco* δράω, *i. Ago. Qui vero ab his ſubagitari gaudent,* Pathici *appellantur,* ἀπὸ τȣ̃ παθεῖν, *hoc eſt a patiendo. Eſt igitur ex* δραικὸς, *Aeol.* δραϜικὸς draucus, *vt ex* rauicus, raucus; cauitus, cautus; lauitus, lautus; calidus, caldus. Martial. 1, 97 *ad Scazontem ſuum de fellatore quodam,*

Vna lauamur, aſpicit nihil ſurſum,
Sed ſpectat oculis deuorantibus draucos,
Nec otioſis mentulas videt labris.

i. Auidiſſime intuetur bene mentulatos, et optat. Add. Id. 11, 73. *et alibi.*

DRAVS, i. m. [Δράȣς] Pannoniae fluuius violentior, e Noricis ortum habens et in Danubium ſemper nauigabilis defluens. *Auctor* Plin. 3, 25.

D R E

DRENSO, āre. *Vox cycnorum.* Auctor Philomelae 23 Cycni prope flumina drenſant.

DREPANIS, *Auis, cuius meminit* Plin. 11, 47.

DREPĂNVM, i. n. [Δρέπανον] *Ciuitas Siciliae eſt non longe a monte Eryce trans Lilybaeum* Virg. Aen. 3, 707.

DREPANITĀNVS, a, um. Adi. Cic. Verr. 4, 140 Apollonium Niconis filium Drepanitanum omni argento optime facto ſpoliaſti.

D R I

DRILŎPŎTA, ae. m. [δριλοπότης] Qui e vitreo Priapo bibit apud Iuuen. Sat. 2, 95 *a* Scholiaſte Vet. *vocatur* Drilopota, *vel* Drillopota. Gloſſ. Philox. Verpus, δρῖλος. *Vid. Salmaſ. ad* Capitol. Pertin. 8 p. 553.

DRIMATI, [Δριμάτοι] Arabiae populi, non longe a Mizis maioribus et minoribus diſtantes Plin. 6, 28.

DRIMYPHAGIA, ae. f. [δριμυφαγία] *Medicis dicitur, ciborum acrium eſus.* Cael. Aur. Chron. 1, 27 Vt quibus diebus ſalſum damus, Graeci Drimyphagian appellant. *Et* 28 Tunc iſto cyclo perfecto, erit alius adhibendus ſolo ex vomitu, detracta drimyphagia. Id. Chron. 3, 39 Dehinc adhibenda recorporatio, — ex acriori cibo, quem Graeci Drimyphagian appellant, ex aqua capparis confecto, et aceto, et ſale, et cepe. *Quam varie hoc nomen a barbaris corruptum ſit, oſtendit Reineſ.* V. L. 3 p. 406 *et* 514.

DRINDIO, īre. *Vox muſtelae:* Auctor Philom. 61 Muſtelaque drindit.

D R O

DROMAS, ădis. m. [δρομὰς] *Cameli ſpecies.* Liu. 30, 40 Ante hunc equitatum falcatae quadrigae, et cameli, quos appellant dromadas. Vopiſc. Aurel. 28 Victa igitur Zenobia quum fugeret camelis, quos Dromadas vocitant, *etc. Libri vett.* Dromedas. *Sic* Iſid. Orig. 12, 1 Dromeda genus eſt camelorum, *etc. Nempe vt* Νομάδες *ſunt* Numidae, ita δρομάδες dromidae *vel* dromedae. ¶ 2 Dromas, *Nomen canis apud* Ouid. Met. 3, 217. ¶ 3 *Eſt etiam* δρομὰς *Piſcis apud Ariſtot. Gaza vertit Curſorem.* Plin. 32 c. vlt. Dromonem *vocat, a pernicitate appellatum.*

DROMEDARIVS, ii. m. *Camelus a velocitate, vt* Dromas. Hieron. in vita Malch. *ſub fin.* Tranſacta die egredimur ad veſperam vidimusque camelos, quos ob nimiam velocitatem Dromedarios vocant. *Conf.* Vulg. Eſai. 60, 6.

DROMONES, um. m. [δρόμονες] *Nauigia ſunt celerrima, quaſi Curſoria.* Caſſiodorus 5, 17 *eorum meminit, vt* opportunorum ad rem frumentariam conuehendam, *et ab his* dromonarios *vocat, eorum* nauicularios. *Meminit et* Dromonum *Procopius 3 de Bell. Goth. qui et eis a Belliſario propugnacula addita ad arcendos hoſtes ait, quum obſeſſis a Totila Romanis opem ferret.* Iuſtin. in l. 2 C. de Off. Praef. Praet. Afric. Milites, conſtituas, qui poſſint et ipſum traiectum ſeruare, et omnia, quae in partibus Hiſpaniae, vel Galliae, ſiue Francorum aguntur, viro ſpectabili duci denuntiare. In quo traiecto etiam dromones quantos prouideris, ordinari facias. *Vid.* Iſid. 19, 1. *Buleng. de Imp. Rom.* 6, 7. Cang. Gloſſ. Scheff. de Mil. nau. 2, 2.

DROMONARII, *Remiges nauium iſtarum curſoriarum.* Caſſiod. Varr. 4, 15 Comperimus dromonarios viginti et vnum de conſtituto numero mortis incommodo fuiſſe ſubtractos. *Add. quae modo diximus, it. Guther de Offic. Dom. Aug. 3, 14. Ritter. ad C. Theod.* Tom. 2 p. 579.

DROMOS Achilleos, *Peninſula.* Plin. 4, 12 Inſula Achillis, tumulo eius viri clara. Et ab ea centum triginta quinque millia paſſuum peninſula, ad formam gladii in transuerſum porrecta, exercitatione eiusdem cognominata Dromos Achilleos, cuius longitudinem octoginta millium paſſuum tradidit Agrippa. ¶ 2 *Eſt etiam* Dromi Procurator, *i. Hippodromi,* in vet. inſcriptione *apud* Turn. 11, 11.

DRŌPAX, ăcis. m. [δρώπαξ] *Medicamentum pilis euellendis.* Martial. 10, 65 Laeuis dropace tu quotidiano: Hirſutis ego cruribus, genisque. *Add.* Idem 3, 74. *Eſt autem* δρώπαξ, *vnguenti genus vim habens depilandi: quo nomine veteribus cuncta illa intelliguntur, quibus in balneo, aut alibi, antiquitas ad depilanda corpora vtebotur, quamquam ſimpliciſſime* Dropax *nihil aliud ſit, quam Picatio appellata, conſtans ex pice ſicca pauciſſimo oleo liquata, velut Aëtius* 3, 190. *et Paullus* 7, 19. *tradunt. Vid. Iun. de Coma* c. 2.

DRŌPĂCISTA, ae. m. Depilator. Gloſſ. Gr. Lat.

DRŌPĂCO, āre. *Depilare, dropace curare.* Oct. Horat. 4 Liniendus eſt, ita tamen, vt ante hydropicus toto corpore dropacetur.

DROSTA, ae. f. *auis: vid.* PALARA.

D R V

DRVENTIA, ae. m. *Fluuius.* Plin. 3, 4 Vnde dictum multo Galliarum fertiliſſimus Rhodanus fluuius, ex Alpibus ſe rapiens per Lemanum lacum, ſegnemque deferens Ararim, nec minus ſeipſo torrentem Iſaram, et Druentiam.

DRVGERI, Thraciae populi, Hebrum accolentes, *vt vult* Plin. 4, 11.

DRVĬDAE, *ſ.* DRYĬDAE, *itemq.* DRVIDES. m. [Δρυΐδαι, Δρυΐδες] *Gallorum magi, ſ. ſapientes, ſacerdotes, vates. Vid.* Caeſ. B. G. 6, 13. Lucan. 1, 446 Et vos barbaricos ritus, moremque ſiniſtrum Sacrorum Druidae poſitis repetiſtis ab armis. Cic. de Diuin. 1, 90 Siquidem in Gallia Druidae ſunt, e quibus ipſe Diuitiacum Heduum cognoui, qui et naturae rationem, quam Phyſiologiam Graeci appellant, notam eſſe ſibi profitebatur: et partim auguriis, partim coniectura, quae eſſent futura, dicebat. Plin. 30, 1 Nam Tiberii principatus Druidas Gallorum ſuſtulit. Caeſ. B. G. 6, 13 Sed de his duobus generibus alterum eſt Druidum, alterum Equitum. *Paullo poſt,* His autem omnibus Druidibus praeeſt vnus, qui ſummam inter eos habet auctoritatem. *Ibidem,* Druides a bello abeſſe conſueuerunt. *Nomem habere putantur a dictione* δρῦς, *quae quercum ſignificat, ſed et omne genus arboris.* Plin. 16 c. vlt. *ad fin.* Nihil habent Druidae (ita ſuos appellant magos) viſco et arbore in qua gignatur (ſi modo ſit robur) ſacratius. Iam per ſe roborum eligunt lucos, nec vlla ſacra ſine ea fronde conficiunt: vt inde appellari quoque interpretatione Graeca poſſint Druidae. *Vid. ibidem plura. De his nonnulla Marc. Donat. ad* Tacit. Ann. 14, 30. *et Cluu. Antiq. Germ.* 1, 27. *Adde Keysleri Antiquitt. Septt. et Celtt. paſſim. et Frickii de iis peculiarem librum. Caeterum non virorum ſolum hoc nomen, verum et fatidicarum feminarum.* Vopiſc. Aurel. c. 44 Dicebat quodam tempore, Aurelianum Gallicanas conſuluiſſe Druidas.

DRVNGVS, i. m. *Globus.* Veget. 3, 16 Scire dux debet contra quos drungos, hoc eſt globos hoſtium, quos equites oporteat ponere. *Hactenus* Drumos *mendoſe lectum eſt. Haec vox hodieque integra viſitur apud* Vopiſc. in Prob. c. 19. *niſi quod ita excuſa eſt, vt populi nomen eſſe videatur, quum tamen* Globum *ſignificet: Eius verba ſunt,* Triumphauit de Germanis et Blemiis, omnium gentium drungos vsque ad quingenarios homines ante triumphum duxit. *Turnebus. Vid. ad* Vopiſc. *Salmalſ. et Caſaub. ad* Veget. *autem Steweckium.*

DRVPAE ſ. DRVPPAE, *quae ſint, docet* Plin. 12, 27 ſ. 60 *vbi de* Omphacio, Deterius ex druppa; ita vocatur priusquam cibo matura ſit, iam tamen colorem mutans. *Et* 15, 1 ſ. 2 Optima aetas (*oliuarum*) ad decerpendum, inter copiam bonitatemque, incipiente bacca nigreſcere. Noſtri vocant drupas, Graeci vero drypetas. *Athenaeus* 2 c. 15 Δρυπετεῖς ἐλαῖαι. ταύτας Ῥωμαῖοι δρύππας λέγȣσι.

DRVSIANI ENSES, DRVSILLA, *vid.* DRVSVS.

DRVSVS, *Cognomen fuit* Liuiorum, *et per* Liuiae (*quae* DRVSILLAE *hinc cognomen traxit*) *cum Auguſto nuptias* Iuliorum. *v. g.* Druſus Tiberii fil. ex Vipſania immitis et aſper Tacit. Ann. 3, 75, 1. *et* 1, 76, 4. *a quo dicti ſunt* DRVSIANI enſes, *quod petulantia inſignis, adeo immiti et ſanguinaria fuiſſet natura, vt ſcribit Dio* l. 57 p. 610 B. *vt enſes praeacuti ab eo coeperint dici. Pariter ab eo* DRVSIANA foſſa Tacit. Ann. 2, 8, 1.

D R Y

DRYĂDES, um. f. *plur.* [Δρυάδες] Nymphae ſunt, *inquit* Seruius ad Virg. Ecl. 10, 9 quae inter arbores habitant. Hamadryades autem, Nymphae ſunt, quae cum arboribus naſcuntur, et pereunt. *De tali* Ouid. Faſt. 4, 232 Naida vulneribus ſuccidit in arbore factis. Illa perit: fatum Naidis arbor erat. *Vid. Heinſ. ad h. l. et* HAMADRYAS. Dryades puellae Virg. Georg. 1, 59. Procaces Claud. in Epithal. Palladii 17. Semideae Ouid. Epiſt. 4, 761. Calpurn. Ecl. 2, 14 Adfuerant ſicco Dryades pede, Naiades vdo.

DRYANTIADES, ae. m. [Δρυαντιάδες] *Dictus eſt Lycurgus Thraciae rex, a patre* Dryante Ouid. in Ibin 345 Vtque Dryantiadae Rhodopeïa regna tenenti.

DRYŎPES, um. m. [Δρύοπες] Populi ſunt Epirotici, *de quibus* Plin. *ſcribit* in praef. 4. Sunt et Dryopes, *auctore* Seruio, Populi iuxta Parnaſſum. Virg. Aen. 4, 146 Cretesque, Dryopesque fremunt, pictique Agathyrſi. *Singul.* Dryops *eſt* Ouid. Ibide 490. ¶ 2 Dryope *etiam eſt nomen mulieris apud* Ouid. Met. 9, 331. *et* Val. Flacc. 2, 174. *Nymphae apud* Virg. Aen. 10, 551.

DRYITES, ae. m. Gemma, e truncis arborum ſic dicta, quae et ligni modo ardet, *vt auctor eſt* Plin. 37, 11.

DRYLON, *vid.* DRILVM.

DRYMAEA, ae. f. [Δρύμαια] Regio, poſtea Daulis appellata, *teſte* Plin. 4, 3. *vbi de Locris agit.*

DRYMVSA, ae. f. [Δρύμουσα] Aſiae inſula, Samo et Lesbo finitima, *vt refert* Plin. 5, 31.

DRYOPHŎNON, i. n. *Herba.* Plin. 27, 9. *Vid. Ruell.* 2, 135.

DRYOPHYTES, ae. m. *Secundum libros quosdam genus ranarum apud* Plinium 32, 7 ſ. 24. *pro quo meliores* DIOPETES, *v. v.* Dryophyton *alioquin fuerit, quod in quercu naſcitur.*

DRYOPTĔRIS, idis. f. Filici ſimilis, in arboribus naſcitur, tenui foliorum ſubdulcium inciſura, radice hirſuta Plin. 27, 9.

DRYOSHYPHEAR, ăris. n. [δρυὸς ὕφεαρ] Genus viſci eſt, copioſiſſime in quercu naſcens, vnde et nomen accepit. Eſt autem ſui generis Planta fruticoſa, ſeſquipedalis, lenta, ſemper virens, grauis odoris, buxi folio, baccis exiguis, ſine flore, tactum ſequens, nunquam in terra naſcens. *Vid.* Plin. 16 c. vlt.

DRYPETES, um. f. [δρυπετεῖς] Oliuae ſunt maturae, et adultae: ita dictae, quaſi iam ex arbore decidentes Plin. 15, 1.

DRYS, yos. f. *Quercus. It. herba alias chamaedrys dicta, quae et* dryſites. Apul. de Herb. c. 24.

DRYVSA, ae. f. [Δρύουσα] Inſula, quam eandem eſſe Samon, *ex Ariſtotele tradit* Plin. 5, 31.

D V A

DVA. [δύο] *Pro Duo apud Veteres.* Cic. in Orat. 156 c. 46 Video ſepulchra dua duorum corporum. *Ex* Accio. Pondo dua Scribon. pa..im. *v. g.* 262 Baccae lauri aridae pondo dua. It. 266 Cérae P. dua: reſinae frictae P. dua. *Sic etiam* 258 Poſtea cerae P. dua bes. It. 206 Reſinae Colophoniae P. IIII. *(vid. leg.)* III. vel dua et beſſem. *Sed* Quinctil. 1, 5, 15 Nam *dua* et *tre pondo* diuerſorum generum ſunt barbariſmi: at *Dua pondo* et *trepondo* vsque ad noſtram aetatem ab omnibus dictum eſt, et recte dici Meſſala confirmat. *Conf. Gronou. de Pec. Vet.* 1, 7 p. 36 *qui interpretatur* duas pondo libras. *vid.* PONDO.

DVĀLIS, e. Adi. [δυϊκὸς Gloſſ. Gr. Lat.] Seruius in Virg. Aen. 2, 1 Conticuere omnes, Conticuere *(inquit)* pro Conticuerunt. Nec eſt, vt quidam dicunt, dualis numerus: qui apud Latinos nusquam penitus inuenitur. *Vid.* Quinctil. 1, 5, 42 *vbi eam ſententiam proponit, et copioſe refellit.*

DVALITER. Adu. *apud Grammaticos.*

DVAPONDO, *v. p. a. in* DVA.

D V B

DVBENVS, i. m. [δεσπότης] Dominus antiquis dicebatur, Pacuu. Tum dubenus ſeruos legatos peſſime verberat. *Ex* Feſto. *Sed locus fortaſſe vitioſus. Vid. Scalig. Fauet tamen vulgatae lectioni* Gloſſ. dubius δεσπότης, *corruptum forte ex* dubinus *vel* dubenus.

DVBIAT, pro Dubitat, Obſoletum. Feſtus.

DVBINVS. [δισσὸς Gloſſ. Vet.] *Corruptum haud dubie ex* duinus, *vt* duenus, benus, bonus: duiginti, biginti, viginti, *etc.*

DVBINGENIOSVS. [ἀφυὴς Gloſſ. Lat. Gr.] *An ex* dubii ingenii *homine productum.*

DVBIVS, a, um. Adi. [ἄπορος, ἀπορητικὸς, ἀμφισβητήσιμος, ἀμφίβολος] *Qui quum duas vias habeat, vtram eligat, neſcit.* Liu. 4, 40 Quum equites procul viſi non ſine terrore ab dubiis quinam eſſent, mox cogniti, *etc.* Cic. de Diuin. 2, 106 Tantum ſat eſt intelligi, id ſumere iſtos pro certo, quod dubium controuerſumque ſit. Idem de Orat. 1, 92 Haec autem omnia, quae tractarentur ab Oratoribus, dubia eſſe et incerta. Lucret. 4, 479 Et dubium certo quae res differre probarit. *Contraria.* Cic. de Fin. 4, . . Vtrum igitur tandem perſpicuisne dubia aperiuntur, an dubiis perſpicua tolluntur? Facere aliquid dubium Quinctil. 1, 10. ¶ 2 *Subſtantiue vtuntur Neutro, vt* Dubio procul Lucret. 1, 812. Procul dubio Suet. Ner. c. 3. In dubio ponere, *vid.* IN. Num dubium eſt, quin ſi in re ipſa nihil, *etc.* Cic. de Fin. 4, 67. An dubium eſt, habitare deum ſub pectore noſtro Manil. 4, 884. *Conf.* Id. pro S. Roſc. Am. c. 37. Ter. Eun. 1, 2, 49 Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. oh, dubiumne id eſt? Haud, *vel* Non dubium eſt quin Ter. Andr. 3, 2, 49. Idem Eun. 5, 6, 27 Non dubium eſt, quin mihi magnum ex hac re ſit malum. Cic. Att. 8, 20 Dubium nemini eſt quin, *etc.* Idem Att. 8, 15 Et nunc credo eſſe dubium, quin tu id commiſſurus non fueris. *Conf.* Id. de Orat. 3 c. 8. Ter. Andr. 1, 2, 1. Sine dubio Idem Eun. 5, 9, 14. Cic. Q. Frat. 2, 2 Sine dubio res a Lentulo remota videtur eſſe. *Add.* Lucret. 2, 261. Cic. Att. 11, 6 De Pompeii exitu mihi dubium nunquam fuit. Plin. in Paneg. 8, 6 An dubium eſt, vt dare poſſet imperator, qui reuerentiam amiſerat, auctoritate eius effectum eſſe, cui dabatur? Ter. Andr. 1, 5, 3 Dum in dubio eſt animus, paullo momento huc illuc impellitur. Anima noſtra in dubio eſt Salluſt. Catil. c. 52. *i. in ancipiti periculo, diſcrimine.* Ouid. Faſt. 3, 839 Nominis in dubio cauſa eſt, capitale vocamus Ingenium ſolers, ingenioſa dea eſt. Non eſt in dubio Plin. 25, 5. Venire in dubium, *quod et* Venire in diſcrimen *dicit* Cic. pro Quint. 67. Ter. Adel. 3, 2, 41 Tua fama et gnatae vita in dubium venit. *Vid.* VENIO. Ter. Adel. 2, 2, 35 Hei mihi, etiam de ſorte nunc venio in dubium miſer. *Pro dubitari* Liu. 3, 13. Cic. de Orat. 2, 145 c. 34 In generum cauſis atque naturis omnia ſita eſſe, quae in dubium vocarentur. Suas fortunas in dubium deuocaturus Caeſ. B. G. 6, 7. *Contraria.* Cic. de Inuent. 1, 67 Eorum igitur quae conſtant, exempla ponemus: horum quae dubia ſunt, rationes afferemus, Idem pro Lege Manil. 27 Quae res eſt quae cuiusquam animum in hac cauſa dubium Facere poſſit? Feror dubius Lucan. ad Piſon. 2. ¶ 3 *Subſtantiua:* Affectus dubii Ouid. Met. 8, 473. Argentum dubium, *h. e. Pecunia, de cuius pondere vel bonitate dubitari poteſt* Plaut. Epid. 5, 1, 40. Cic. pro Cluent. 58 Reſpicite Iudices hominum fortunas, reſpicite dubios varioſque Caſus, *i. incertos.* Sil. 10, 458 Oraque niſu Languida vix aegro et dubia Ceruice leuabat, dubia, *i. fluctuante, quae nunc rigeret, mox flacceſceret.* Caelum Virg. Georg. 1, 252. Ter. Phorm. 2, 2, 28 Prior bibas, prior decumbas, Coena dubia apponitur. GET. . . Quid iſtuc verbi eſt? PH. vbi tu dubites, quid ſumas potiſſimum. Dies, *vid.* DIES. Hor. Serm. 2, 2, 77 Surgere de Coena dubia. Fama Ouid. de Arte Am. 3, 453. Ter. in prol. Hec. 16 Quia ſciebam dubiam Fortunam eſſe ſcenicam. Martial. 2, 61 Quum tibi vernarent dubia Lanugine malae, *quae nondum certa barba eſſet.* Lux, *i. Crepuſculum* Sen. Hippol. 1. Mars Virg. Georg. 2, 283. *incertus praeliorum euentus.* Idem Aen. 4, 55 Spemque dedit dubiae Menti, ſoluitque pudorem. Propert. 4, 4, 83 Mons erat aſcenſu dubius, feſtoque remiſſus. Cic. pro Domo ſua 11 Res erat non in Opinione dubia, ſed in praeſentia, atque ante oculos, propoſito periculo. Pauor Claud. Conſ. Prob. Olyb. 11. Pericula Lucret. 3, 55. Pes Ouid. ex Ponto 4, 3, 32. Liu. 35, . . Aliquamdiu dubium Praelium fuit. Ouid. de Arte Am. 2, 414 Nec ſemper dubias adiuuat aura Rates. Plaut. Epid. 1, 2, 10 Is amicus eſt, qui in re dubia, re iuuat, vbi re eſt opus. Cic. Att. 10, . . Quem dubiis rebus laedere noluiſti. Res apertas a dubiis ſecernere Lucret. 4, 460. Virg. Aen. 6, 196 Tuque ô dubiis ne deſice rebus. *Pro hoc etiam* dubia *Neutro plur. ponere ſolent.* Coniux proſperis dubiisque ſocia Tac. Ann. 12, 5, 5. Peſſimus in dubiis augur timor Stat. Theb. 3, 6. Rumores Plin. Epiſt. 190. Cic. Fam. 6, 14 Hanc in opinionem diſceſſi, vt mihi tua Salus dubia non eſſet. Sententia Ouid. ex Ponto 3, 4, 87. Sidera Iuuen. Sat. 5, 22. *aduentante Crepuſculo. Quibus opponuntur* Certa. Hor. Carm. 2, 16, 4 Neque certa fulgent Sidera nautis. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 2, 98. Spes non dubia, *vid.* NON. Tempora dubia et ſecunda Hor. Carm. 4, 9, 36. Tempora Reip. dubia Cic. pro Font. 34. Timores Stat. Theb. 5, 319. Via Ouid. Epiſt. 18, 154. Vires Idem Met. 7, 508. Voluntas Tacit. Hiſt. 4, 6. Vrbes Lucan. 2, 447. Salluſt. in Iugurth. c. 94 Quae dubia niſui videbantur, potiſſimum tentare. Nec ſum animi dubius Virg. Georg. 3, 289. Sen. de Benef. . . . Me tempeſtas occupauit, portus ac praeſidii dubium. Vitae dubius Ouid. Triſt. 3, 3, 25. ¶ 4 *In MStis confunduntur* Medius *et* Dubius, *vid.* MEDIVS.

DVBIE. Adu. [ἀμφιβόλως] Cic. de Diuin. 1, 124 c. 55 Poteſt accidere, vt aliquod ſignum dubie datum, pro certo ſit acceptum. Liu. 2, 23 Nec dubie ludibrio eſſe miſerias ſuas. Haud dubie Cic. Fam. 15, 1. Liu. *ſaepiſſime.* Non dubie, *vid.* NON, *it.* Papin. in l. cum pater §. 1 D. de leg. 2.

DVBIETAS, ātis. f. *Dubitatio. apud* Eutrop. 6, 16, 2. Ammian. 20, 6. *et ſequiorem aetatem.*

DVBIŌSVS, a, um. Adi. [ἀμφισβητήσιμος] Gell. 3, 3. Idem 5, 10 Dubioſum hoc, inexplicabileque.

DVBĬTO, āre. [ἀπορέω, διαπορέω, ἐνδοιάζω, ἀμφισβητέω] *A nomine* Dubius, *vel ab antiquo* Beto *vel* Bito, *eo: vnde et* Adbito. *Cunctationem et haeſitantem animum cum in ſententia tum in faciendo ſignificat.* Iuuen. Sat. 8, 212 Quis tam Perditus, vt dubitet Senecam praeferre Neroni? Cic. Acad. 4, 52 Ne vinolenti quidem quae faciunt, eadem approbatione faciunt qua ſobrii: dubitant, haeſitant, reuocant ſe interdum, *etc.* Dubitat dicere? Plaut. Epid. 2, 2, 75. *i. Timet?* Non dubitat mandare Lentulum vinculis Cic. Catil. 4 c. 5. Id. de Amicit. 6 Nec dubitare illum in omni ſermone appellare ſapientem. Idem de Senect. 16 Non dubitauit dicere illa quae verſibus perſequutus eſt Ennius. *Et* . . . Tamen vsque eo timui, ne quis de mea fide atque integritate dubitaret, *etc.* Cic. Fam. 13, 46 Nam de tua erga me voluntate non dubitant. Idem Acad. 4, 32 Tum vero dubitabit, quid ſit extremum. De auctore dubitari non poteſt Quinct. 7, 3. Cic. pro Sulla 52 Sed quoniam Cornelius ipſe etiam nunc de indicando dubitat, vt dicitis, informat ad hoc adumbratum iudicium, filium. Ne dubita Virg. Aen. 3, 316. Non dubito quin Ter. Andr. 2, 4, 2. Cic. de Senect. . . Quod ſi acciderit, non dubitat, quin breui Troia ſit peritura. *Add.* Id. ad Att. Ep. vlt. *Pro Quin,* Corn. Nep. *infinit. ſubſtituit,* in Praef. non dubito fore pleroſque, Attice. *Vid. Lambin.* Plin. Epiſt. 6, 21. 6, 27. Trebon. ad Cic. Fam. 12, 16 *extr.* Illud non dubito, quin, ſi quid de interitu Caeſaris ſcribas, non patiaris me minimam partem et rei et amoris tui ferre, *i. te non paſſurum.* Et quisnam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc tranſmittendum ſit Cic. pro L. Man. c. 15. Haec dum dubitas, menſes abierunt decem Ter. Adel. 4, 5, 57. Dubitare an *et* vtrum Plaut. Capt. 2, 3, 95. Cic. Verr. 3 c. 89 Definite dubitare, vtrum ſit vtilius, propter multos improbos vni parcere, an, *etc.* Idem Off. 3, 77 Hoc non turpe eſt dubitare philoſophos, quod ne ruſtici quidem dubitent? Quinctil. 12, 1 p. 1055 At hoc nemo dubitabit. *vbi Burman. plura loca Auctorum congeſſit.* Stella die dubitanda nihil Claud. Conſ. Hon. 4, 184. ¶ 2 *Pro deliberare et cogitare adeo ponitur, ſ. diſputare.* Virg. Aen. 9, 191 Percipe porro Quid dubitem, et quae nunc animo ſententia ſurgat. *i.* Cogitem. Omnis enim cogitatio in dubitatione eſt ante ſententiam. Seruius. Cic. pro Roſc. Amer. 18 Reſtat, Iudices, vt hoc dubitemus, vter potius Sext. Roſcium occiderit. *i. Cogitemus, conſideremus.* Diu dubitauit, imperium deponeret, an bello reſiſteret Iuſtin. 21, 2, 4. Dubitauit adhibitis principibus, an obtemperaret Suet. Claud. c. 33. *Sed* Tac. Agric. 41, 2 Nec iam de limite imperii et ripa, ſed de hibernis legionum et poſſeſſione dubitatum, *i. diſceptatum armis, dubia victoria vt* ἀμφισβητεῖσθαι. ¶ 3 Dubitatur, *imperſ.* [ἐνδοιάζεται] Plin. 11, 17 De his video dubitari. Cic. Verr. 2, . . Praeſertim aliorum auctoritate confirmatum dubitabitur? Idem pro Caecin. 38 c. 13 In quo iudicio non de armis dubitatum, ſed de verbis quaeſitum eſſe dicatur.

DVBĬTANS, is. Partic. [ἀμφιδοξῶν] Cic. pro Domo ſua 140 Identidem ſe ipſe reuocando dubitans, timens, haeſitans, omnia aliter ac vos in monimentis habetis, et pronuntiarit et fecerit. Dubitanti veſtis ademta eſt Oui.. Met. 2, 461. *i. renuenti.* Perterritis ac dubitantibus caeteris Sall. Catil. 28. *Add.* Nep 1, 3, 6. *Pulchre* Sil. 10, 154 Dubitantia lumina condit, *i. inter vitam et mortem fluctuantia.*

DVBITĀTVS, a, um. Partic. [διαπορηθεὶς] Ouid. Met. 2, 20 Venit, et intrauit dubitati tecta parentis. Idem ad Liu. 84 Dubitatus amor.

DVBITATIO, ōnis. f. [ἀπορία, ἐνδοιασμὸς, δισταγμὸς] In ea cauſa dubitatio nulla eſt Cic. pro Cluent. c. 7. Dubitatio de re aliqua Idem Off. 3, 18. *Et* de Orat. 2, 202 Qui timor? quae dubitatio? quanta haeſitatio tractusque verborum? *Conf.* Dubitanter. Cic. pro Cluent. 73 In ea obſcuritate atque dubitatione omnium, *etc.* placuit repente Iudices pronuntiare. Idem pro Cluent. 76 Hic tum iniectus eſt hominibus ſcrupulus et quaedam dubitatio, quidnam eſſet actum. Sine dubitatione, lactucae foliis ſimilis Plin. 27, 8. Indigna homine dubitatio, *vid.* INDIGNVS. Accidit dubitatio, *vid.* ACCIDO. Addere dubitationem, *vid.* ADDO. Cic. Fam. 3, 5 Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere viſurusne me ſis in prouincia: ea res ſic habet. Idem Fam. 4, 7 Sic enim intellexi, nihil aliud eſſe quod dubitationem afferet ei, penes quem eſt poteſtas, *etc.* *Et* de N. D. 2, 158 Ni forte tanta vbertas et varietas pomorum, eorumque iucundus non guſtatus ſolum, ſed odoratus etiam et adſpectus, dubitationem affert, quin hominibus ſolis ea natura donauerit. *Add.* Id. Off. 1 c. 41. Caeſ. B. G. 1, 14.

G. 1, 14 His Caeſar ita reſpondit, eo ſibi minus dubitationis dari: quod eas res, *etc.* *Vid.* DO. Eximere dubitationem Quinctil. 1, 10. Cic. de Fin. 5, 27 Quod quanquam dubitationem non habet: eſt enim, *etc.* Hic locus nihil habet dubitationis, quin, *etc.* Idem Off. 2, 17. Iniicere dubitationem Id. pro Cluent. 76 c. 28. Cic. Fam. 15, 21 Nullam enim dubitationem apud me reliquiſti, quantum me amares. Sum: *vt*, Dubitatio nulla in re erat Idem de Fin. 5, 26. Tollere dubitationem Quinctil. 5, 9. *Vid.* TOLLO. Dubitationem omnem alicui tollere Cic. Att. 2, 6. Dubitatio, *Color quidam Rhetoricus, Graece* διαπόρησις. *v. g.* Quinctil. 9, 3, 89.

DVBITANTER. Adu. Cic. de Inuent. 2, 10 c. 3 Simul quaerentes dubitanter vnumquodque dicemus. *Conf.* de Orat. 2, 202 *quem damus in* DVBITATIO *pr.* Aſin. Cic. Fam. 10, 31 Plane pericula non dubitanter adii. *Vid. eund.* de Clar. Orat. 87. *et ad* Octau.

DVBITATIM. Adu. *Idem quod Dubitanter.* Cael. Annal. 3 Imperator conclamat de medio, vt velites e ſiniſtro cornu remoueantur, et Gallis non dubitatim immittantur. *Ex* Nonio 2, 231.

DVBITATOR, ōris. m. Tertull. adu. Haeret. c. 33.

DVBITABĬLIS, e. Adi. [ἐνδοιαστὸς] Ouid. Met. 13, 21 Atque ego, ſi virtus in me dubitabilis eſſet. Idem 1, 223 Nec erit dubitabile verum. *Actiue.* Credentes nam Chriſtus amat: dubitabile pectus Sub titubante fide refugo contemnit honore Prud. Apoth. 580.

DVBITATIVVS, a, um. Adi. *Vt*, Dubitatiua coniunctio Diomed. Gram. Senſus Tertull. adu. Marc. 2, 25.

DVBITATIVE. Adu. Tertull. de Carne Chriſti c. 23.

D V C

DVCATVS, *etc.* *Vid.* DVCO.

DVCENTI, ae, a. [διακόσιοι] Plin. 14, 4 Durantque adhuc vina ducentis fere annis. Cic. Q. Frat. 2, . . Sane frequentes fuimus omnino ad ducentos. Annis ducentis ante excidium Troiae Plin. 15, 45. Paſſibus Caeſ. B. G. 1, 43. *Add.* ib. 2, 18 *etc.*

DVCENTIES. Adu. [διακοσιάκις] Liu. 38, 55 Potius quadragies quam ducenties quadragies litem aeſtimatam. Ducenties, *intell. centenis millibus Seſtertiûm.* *Sic* Cic. Philipp. 2, 40 c. 16 Ego enim amplius ducenties acceptum hereditatibus retuli. Martial. 5, 38 Quid eſſe fortius noſtro poteſt Paeto? Ducenties accepit *(mortua vxore)* et tamen viuit!

DVCENTVM. *Indecl.* Efficiunt mille ducentum et viginti quinque Columel. 5, 3, 7.

DVCENTESĬMVS, a, um. *Vnde*

DVCENTESIMA, ae. f. *Vt, Centeſima, Vectigal.* Tacit. Ann. 2, 42, 7 Regnum *(Archelai Cappadociae R.)* in prouinciam redactum eſt, fructibusque eius leuari poſſe centeſimae *(rerum venalium, vid.* An. 1, 78) vectigal profeſſus Caeſar *(Tiberius)* ducenteſimam in poſterum ſtatuit. *Vid. Ryck. ad h. l.*

DVCĒNVS, a, um. Adi. diſtrib. *Sed ſaepius Ducenti, ſ. Bis centum:* vt Duceni pedes. Plin. 6, 26. Librae Id. 9, 38. Columel. 5, 2 Sic multiplicabis, centies vicies duceni quadrageni fiunt viginti octo millia. *Sic* Duceni armati Liu. 22, 28. *Et*, Ducena quinquagena millia capitum 9, 19. Quinquies ducena Martial. 12, 76.

DVCENA, ae. f. *Gradus vel Dignitas erat, in Schola agentium in rebus. Vid. Iac. Gothofredus ad* L. 3 Cod. Theod. de cohortal. princip. cornicul. Primipilaribus poſt emeritam militiam perfectiſſimatus vel Ducenae vel Centenae vel egregiatus dari dignitas poteſt. *Add.* ib. l. 20 de Agent. in reb. Ducenae gradum meruiſſe l. vlt. C. Iuſt. de Agent. in reb.

DVCENARIVS, a, um. Adi. [διακοσιαῖος] *Vt*, Ducenaria pondera Plin. 7, 20. *h. e. Ducentarum librarum.* ¶ 2 Ducenarius, *dicebatur etiam*, Qui duas centurias, *i.* ducentos milites ducebat in acie ſecunda, qui primus haſtatus appellabatur Veget. 2, 8. ¶ 3 Ducenariorum iudicum decuria: Suet. in Auguſt. c. 32 Ad tres iudicum decurias quartam addidit ex inferiore cenſu, quae ducenariorum vocaretur, iudicaretque de leuioribus ſummis. *Quam appellationem, non a cauſarum aeſtimatione, ſed a cenſu potius ortam eſſe, viri docti monent, vt fuerint* ducenarii iudices, *qui dimidium cenſus equeſtris poſſidebant.* ¶ 4 Procuratores ducenarii Suet. Claud. c. 24. *i. qui ſtipendium ducentorum ſeſtertiorum accipiebant: vid. ad h. l. Caſaub. et Torrent. it. Salmaſ. ad* Capitol. Pertin. p. 125. ¶ 5 Ducenarii *etiam dicebantur, Qui ducenteſimam exigebant, quae vectigal erat.* L. 1 C. de exact. tribut. Ducenarii et Centenarii ſiue Sexagenarii non prius debent aliquem ex debitoribus conuenire. *Vid. Vrſat. de Not. Rom. Turneb. Aduerſ.* 29, 16.

DVCENARIA, ae. f. *Ducenariorum dignitas.* Apul. Met. 7 p. 190. *Turneb. l. c.*

DVCO, xi, ctum, ĕre. [ἄγω, ἡγέομαι, ἡγεμονεύω] *Praeire aliis, et facere, vt ii ſequantur: plerumque tamen vim excludit*, plerumque, inquam: *nam* duci *etiam in ſuppliciis locum habere videbimus.* Interea Sen. Epiſt. 107 Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Ter. Andr. 4, 6, 23 Duc me ad eam, quando huc veni vt videam. Cic. Tuſc. 1 c. 41 Qui maximas copias duxit ad Troiam. Ducuntur omnia dei nutu, *i. Reguntur. Laudatur* Plaut. Merc. *Sed eſt in ſcena ſuppoſiticia poſt 4, 5 pr.* Plaut. Amph. 4, 3, 8 Nam iam ad regem recta me ducam, remque vt facta eſt, eloquar. Ducere ſe ab aedibus: *Exire domum, vel egredi* Idem Bacch. 4, 2, 11. Ter. Hec. 4, 1, 7 Vxor — duxit ſe foras. Ducere ſe deorſum de arbore, *Deſcendere de arbore* Plaut. Aul. 4, 8, 8. Aſin. ad Cic. Fam. 10, 32 *pr.* Balbus quaeſtor — duxit ſe e Gadibus. Cic. Tuſc. 2, 42 Ita me ad credendum tua ducit oratio. Idem Off. 1, 18 Omnes enim trahimur et ducimur ad cognitionis et ſcientiae cupiditatem. Facillime ad conſentiendum homines ducuntur experimentis Quinctil. 3, 8. Ad id reſponſum, quod eliciendum erit, per gradus ducet Idem 5, 7. Ad peiora iuuenes laude ducuntur Id. 5, 12. Per parua aliquem ducere Quinctil. 1, 10. Virg. Aen. 6, 565 Ipſa deûm poenas docuit, perque omnia duxit, *de Sibylla et Aenea.* Per ſingula duci Stat. Silu. 2, 2, 43. ¶ 2 *De ſuppliciis ſimpliciter ponitur.* Ducite, ad imperium dominae ſulcabimus agros, Non ego me vinclis verberibusque nego Tibull. 2, 3, 84. A caluo ad caluum duci imperauit Suet. Calig. c. 27. *i. ad ſupplicium.* Perſeuerantes duci iuſſit Plin. Ep. 10, 97. Innocentes duci iubentur Lact. de Mort. Perſec. c. 40. *Conf.* Sen. de Ira 1, 16. *et* de Tranqu. an. c. 14. *Conf. mox* Duci in Carcerem. ¶ 3 *Subſtantiua, ac primum illa, vbi illa prima notio locum habet, vel proprie, vel ſimplici metaphora.* Aërem ſpiritu ducere Cic. de N. D. 2, 18. Aeſtas ſeptima ducitur Virg. Georg. 4, 207. Hor. Epiſt. 2, 2, 202 Non tamen aduerſis aetatem ducimus Auſtris. Cic. de Fin. 5, 43 Quo ſtudio Ariſtophanem putamus Aetatem in literis duxiſſe. Deus duxit aeuum per ſuos gradus Sen. Hippol. 452. Agmen ducere, *Ducem eſſe* Plin. 10, 44. Cic. Tuſc. 2, . . Quum aeſtu magno Agmen ducebat, laborabat. Alapam ſibi duxit grauem *caluus muſcam* opprimere captans Phaed. 5, 3, 2. *Add.* Colaphum ducere. Aluum ducere, *vid.* ALVVS. Amores noſtros in longum ducis Virg. Ecl. 9, 56. Anhelitum ex curſura Plaut. Aſin. 2, 2, 61. Liu. 6, 17 In tenebris obnoxiam carnificis arbitrio ducere Animam? *i. viuere.* Cic. in Orat. 107 Ita viuunt, dum poſſunt, vt ducere Animam de caelo non queant. *De parricidarum ſupplicio loquitur, qui inſuti culeo abiiciebantur in aquam.* Cic. de N. D. 2, 135 Excipiatque Animam eam, quae ducta ſit ſpiritu, eandemque a pulmonibus reſpiret et reddat. Animos in rem praeſentem ducere Quinctil. 6, 1 *dos oratoris.* *Vid.* ANIMVS. Virg. Georg. 1, 6

Vos ô clariſſima mundi
Lumina, labentem caelo quae ducitis Annum,
Liber et alma Ceres.

i. e. Quorum curſu tempora computantur. Nam per Lunam, menſis: per Solem annus oſtenditur. Seruius. Scribon. 133 Largiter Aquam ducit, *de medicamento ad Hydropem.* Cic. Q. Frat. 3, 1, 1 Aquamque, quam ii ducebant non longe a villa, belle ſane fluentem vidi. Per fundum alterius Idem ibid. 3, 1. Arces Cyclopum ſudoribus ductae, *i. eductae* Stat. Theb. 4, . . Virg. Aen. 7, 634 Aut laeueis ocreas lento ducunt Argento. *i.* Flexili argento extendunt. Seruius. Argumenta ex ipſis poſitionum vitiis ducimus Quinctil. 2, 10. Virg. Aen. 8, 55 Hi Bellum aſſidue ducunt cum gente Latina, *non ſimpliciter pro* gerunt; *eſt enim Producere, Protrahere.* Beneuolentiam a perſonis ducimus Quinctil. 4, 1. Caelum: *vt*, Ipſe qui Caelum, nebulasque ducit, *i. Iupiter, apud* Sen. Hippol. ſ. 3. *i. regit.* Cic. Verr. 5, 76 Quum de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in Carcerem iubent. *Sic* Ducere in vincula Idem in Catil. 4, 7. *Omiſſo etiam* Carceris *nomine ſimpliciter ponitur: vt* n. 2 *iam de ſupplicio generatim oſtendimus.* Cic. in Verr. 2, 31 c. 12 Decreta eiusmodi: Si non accipit, quod te debere dicis, accuſes: ſi petitur, ducas. C. Fuficium duci iuſſit *etc.* *Quidquid ſit de loco obſcuro ſane, tenendum eſt, quod monet* Aſconius, Melius, duci iuſſit, in vincula vel in Carcerem, intelligimus, quam, duci iuſſit, damnauit. *Eſt nempe ex ipſis* XII legibus, *apud* Gell. 20, 1 In ius ducito. Ni iudicatum facit — ſecum ducito, vincito *etc.* *Hinc* Cic. pro Flacco 45 c. 19 Heraclides, quem iudicatum hic duxit Hermippus. *Sic* Cic. Verr. 2, 63 c. 26 Heraclium reſtitui iuſſerat *Praetor Metellus:* non reſtituebatur *a Senatu Syracuſano:* quisquis erat eductus *in iudicium Praetoris* Senator Syracuſanus ab Heraclio, duci iubebat *Metellus, vt ſic cogeret Senatum.* Itaque permulti ducti ſunt. Idem de L. Agrar. 2, 101 c. *vlt.* Ego is conſul — qui timeam, ne mihi in carcere habitandum ſit, ſi tribunus pl. duci iuſſiſſet. Carmen Ouid. Triſt. 5, 12, 63 *vt dicitur* Lanam ducere, *vnde petitur haec formula:* Ad mea perpetuo deducite tempora FILO. *Vid. Brouckh. ad* Tibull. 2, 1, 54. Cera eadem aliae atque aliae formae duci ſolent Quinct. 10, 5, 9. Cicatricem Columel. 3, 18. Liu. 29, 32 Vbi primum ducta Cicatrix, patique poſſe viſa eſt iactationem. Ouid. ex Ponto 1, 3, 15 Tempore ducetur longo fortaſſe Cicatrix. Colaphum tibi ducam, et formulam ſcribam, quod caput durum habeas Quinctil. 6, 3, 83 *vt* Alapam, Pugnum ducere. Virg. Ecl. 9, 49 Aſtrum quo ſegetes gauderent frugibus, et quo Duceret apricis in collibus vua Colorem. *Sic* Iuuen. Sat. 2, 81 Vuaque conſpecta Liuorem ducit ab vua. *h. e. Bibere, haurire. Vid. plura infra, et Caſaub. ad* Perſ. p. 274. Plin. 28, 9 ſ. 40 Taurino felli praecipua potentia, etiam in aere pellibusque Colore aureo ducendis. Commendationem ineuntis aetatis ab impietate et ſcelere ducere Cic. pro Deiot. 2. Idem de Diuin. 2, 145 An ea, quae dixi, et innumerabilia quae collecta habent Stoici, quidquam ſignificant, niſi acumen hominum ex ſimilitudine aliqua Coniecturam modo huc, modo illuc ducentium? *Et* de Diuin. 2, 147 Ex quibus Coniectura quaedam ducitur, ſi quemadmodum, *etc.* Conſilia in peius ducuntur Quinctil. 2, 16. Cic. Tuſc. 2, 42 Ita me ad Credendum tua ducit oratio. Tacit. Ann. 6, 5 Neu conuiualium fabularum ſimplicitas in Crimen duceretur, poſtulauit. Virg. Aen. 5, 528 Crinemque volantia ſidera ducunt. Curam ex animo, *pro Abiicere* Plaut. Caſin. 2, 6, 25. *Eodem intellectu.* Hor. Epiſt. 1, 2, 31 Ad ſtrepitum citharae ceſſatum ducere Curas. *Sed vide mox* Ducere ſomnum. Declinatio ducitur per caſus Quinctil. 1, 9. Diem ducit Lucifer, *i. Adducit* Virg. Aen. 2, 802. Diem ſomno Sen. Thyeſt. 466. *i. Tranſigere.* Effigiem Virg. Ecl. 8, 75. Enſis vagina Sil. 8, 342. *h. e. Educitur.* *Add.* Id. 9, 314. Sen. Oed. 936. Ouid. Met. 8, 161 Ducit in Errorem variarum ambage viarum, *etc.* *Conf.* Nep. 23, 9, 3. Exſequias Plin. Epiſt. 3, 16, 4. *Add.* Val. Max. 4, 4, 1. *Vid. paullo poſt*, Funus alicui. Exercitum in Sabinos Caeſ. B. G. 1, 10 *fin.* Cic. pro Muraen. 20. Exercitum in quae vult, ducit Quinctil. 2, 16. Cic. de Legib. 1, . . A lege ducendum eſt iuris Exordium. Idem de Fin. 5, 18 A qua totius vitae ducat Exordium. Lucret. 2, 477 Pergam connectere rem, quae Ex hoc apta Fidem ducit. Figuram veri, *i. Apparere tanquam res vera* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 43. *Loquitur de tela Proſerpinae.* Centeſimas perpetuo Fenore Cic. Att. 5, 21 *fin.* *Add.* ib. 6, 1. Liu. 3, . . Clamore ſublato ante ſe quemque ducere Foſſam et iacere vallum. Frena manu Ouid. Met. 15, 519. *h. e. Reducere.* Idem Met. 10, 192 Et arborea Frigus ducebat ab vmbra. Funem Hor. Epiſt. 1, 10, 48. Funus alicui Plin. 2, 109. Idem 8, 42 Rex defuncto ei duxit exſequias. Virg. Georg. 4, 256. Cic. pro Quint. 50. Iuuen. Sat. 1, 146. *Etiam abſolute* Perſ. 2, 14 Nerio iam tertia ducitur vxor. *Certe ita interpretatur* Seruius ad Georg. 4, 256. *Sed poteſt etiam intelligi ſignificatione ordinaria, vt ſecunda intelligatur mortua: quod placeret, ſi non de hereditatibus conſequendis ſermo eſſet: tertia autem* vxor *domum* duci *etiam poſſet poſt diuortium ſecundae. Par eſt ratio, ſi dotem optet, qui hic inducitur.* Gemitus de pectore Virg. Aen. 2, 288. Ouid. Met. 6, 427 Et genus a magno ducentem forte Gradiuo. Hora blandis ducitur dolis Propert. 3, 23, 18. Horas nos flendo ducimus Virg. Aen. 6, 539. Martial. 4, 73 Quum grauis extremas Veſtinus duceret Horas. *h. e. Propinquum eſſe morti.* Ilia Hor. Epiſt. 1, 1, 9. *de equo aſthmatico.* Cic. Att. 9, 11 Nec vero dubito, quin exitioſum bellum impendeat, cuius Initium ducetur a fame. Idem de N. D. 2, 50 Ita ex quatuor temporum mutationibus, omnium quae terra marique gignuntur, Initia cauſaeque ducuntur.

tur. Cic. de Lege Agr. 2, 17 c. 7 Hic quaero, quam ob cauſam Initium rerum ac legum ſuarum hinc duxerit. Ter. Eun. 4, 6, 30 Si vim faciet, in Ius ducito hominem. Laminam Quinctil. 2, 4. Lanam, *Nere: vid. Burm. ad* Petron. c. 133 p. 635. Ouid. Met. 4, 33. Lateres ducere, *pro Formare: vt* Opus ductile *apud* Vitruu. 2, 3. Apelles arrepto penicillo Lineam ex colore duxit ſummae tenuitatis Plin. 35, 10 ſ. 36. Idem 35, 10 Apelli fuit alioqui perpetua conſuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, vt non Lineam ducendo exerceret artem: quod ab eo in prouerbium venit. Lina duo ducit acus Celſ. 7, 7. Ouid. ex Ponto 4, 2, 34 Ducitur et digitis Litera rara meis. Stat. Silu. 4, 1, 26 Lucemque a Conſule ducit Omnis honos. Ter. Phorm. 1, 2, 35 Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere. Sectari in Ludum ducere et reducere. Mancipium: *Sollemnis Romanorum formula.* Cic. de Orat. 2, 255 Quanti addictus? mille numûm: nihil addo, ducas licet. *Sponſionis ſc. forma ad quam videtur alludere* Sen. de morte Claud. . . . Ad ſummum tria verba Silo dicat et ſeruum Me ducat. *Vid. Schott. Nod.* Cic. 2, 14. Idem pro Cluent. 125 *et* 126 Saſſiam in Matrimonium ducere, Habiti matrem illam, *etc.* *Et* pro Roſc. Com. . . . Vnde hoc totum ductum et conflatum Mendacium eſt. Modeſtiam in conſcientiam Sall. Iug. 85, 26. Ad Mortem Nep. 19, 4, 2. Exigite, vt Mores teneros ceu pollice ducat. Vt ſi quis cera vultum facit Iuuenal. 7, 237. Mucronem: *pro Educere* Virg. Aen. 12, 378 Ille tamen clipeo obiecto, conuerſus in hoſtem Ibat, et auxilium ducto Mucrone petebat. Mulierem aliquam in concubinae locum Cic. de Orat. 1, 183. Muros, *i. Struere et erigere* Virg. Aen. 1, 423. *Vid. Brouckhuſ. ad* Propert. 1, 7, 1. Noctem cuſtodia ducit Inſomnem ludo Virg. Aen. 9, 166. Idem Georg. 3, 379 Hi Noctem ludo ducunt. Sil. 11, 411 Aut noſtro vigiles ducat ſub numine Noctes. Sen. Thyeſt. 466 Bacchoque nox ducenda peruigili datur. Noctem ludo Claud. in Epithal. Pallad. 97. Noctem querelis Sen. Hippol. 43. Noctem iucundis ſermonibus Plin. Epiſt. 6, 31, 13. Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen Ouid. Faſt. 3, 733. Cic. Acad. 1, 40 Ex quo etiam nomen hoc duxerat. Notam Hor. Carm. 4, 2, 59. Quinctil. 11, 3 Sed in ipſo vultu plurimum valent oculi, per quos maxime animus emanat, vt citra motum quoque et hilaritate eniteſcant, et triſtitia quoddam Nubilum ducant, *i. Obducant et obtendant.* Obliuia poenae Valer. Argon. 4, 657. *Sic* Hor. Serm. 2, 6, 62

O rus quando ego te adſpiciam? quandoque licebit
Nunc veterum libris, nunc ſomno et inertibus horis
Ducere ſullicitae iucunda Obliuia vitae?

i. Obliuiſci vitam ſolicitam et curas. Opes ab aliquo Hor. Carm. 4, 4, 54. Opus, vt caelandum, non ex integro fabricandum ſit Quinctil. 10, 3, 18. Cic. pro Muraen. 62 Non re ductus es, ſed Opinione. Idem de Diuin. 1, 34 Cuius generis Oracula etiam habenda ſunt non ea, quae aequatis ſortibus ducuntur, ſed illa, quae inſtinctu diuino afflatuque funduntur. *Et* in Orat. 135 Aut ab eodem verbo ducitur ſaepius Oratio. Ordines, *et* ordinem, *vid.* ORDO. *Add.* Cic. Philipp. 2, 20. Virg. Aen. 7, 276 Omnibus extemplo Teucris iubet Ordine duci. Rerum Ordine ducar Ouid. Met. 13, 161. Originem auctore ab illo ducis Hor. Carm. 3, 17, 5. Ortus ab Elide ducimus Ouid. Met. 5, 494. Os exquiſitis modis Quinctil. 4, 3. *Vid.* OS, oris. Otia Ouid. ex Ponto 1, 5, 43. Cic. pro Milon. 76 Qui Parietem ſic per veſtibulum ſororis inſtituit ducere, ſic agere fundamenta, vt ſororem non modo veſtibulo priuaret, ſed omni aditu et lumine. In Partes, *i. In factiones.* Tacit. Ann. 15, 51 Accingeretur modo, nauaret operam, et militum acerrimos duceret in Partes. Pectus alicuius in contraria Ouid. Amor. 3, 11, 33. Plaut. Merc. 3, 4, 8 Nec podagricus, nec articularius eſt, quem rus ducunt Pedes. Penſa manu Iuuen. Sat. 12, 65. Piſcem hamo Ouid. Epiſt. 18, 587. Propert. 2, 9, 21 Quin etiam multo duxiſti Pocula luxu. *Vid. plura infra.* Pompam Ouid. Epiſt. 12, 699. Praemia Idem Met. 10, 680. *i. Accepit.* *Sceleſtae mollitiei deſcriptio* Iuuenal. 6, 238 Abditus interea latet arceſſitus adulter Impatienſque morae ſilet ac Praeputia ducit. Cic. de Fin. 3, 16 Ex quo intelligi debet, Principium ductum eſſe a ſe diligendi ſui. In Probationem aliquid Quinctil. 5, 12. Progeniem Troiano a ſanguine duci Audierat Virg. Aen. 1, 23. Tacit. Ann. 3, 58 Porro ſi hi duxiſſent Prouincias, cur Dialibus id vetitum? Pugnum ducere, *Caedere pugno:* Paull. l. 4 D. de iniuriis, Si quum ſeruo meo Pugnum ducere vellem, in proximo te ſtantem inuitus percuſſerim iniuriarum non teneor. *Sic* Alapam ducere. Quaeſtiones omnes ex perſona petitoris ipſius duximus Quinctil. 7, 2. Rationem ducere, *ſumta a calculis phraſi, quibus ducendis ſurſum deorſum etc.* rationes, *i. computationes, conficiuntur.* *Vid.* Varr. R. R. 3, 16, 11. Cic. ad Pompei. ſub Att. 8, 11 ſecunda, Inde ſuſcepto bello, quum pacis conditiones ad te afferri, a teque ad ea honorifice et large reſponderi viderem, duxi Rationem meam, quam tibi facile me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar. Idem Verr. 1, 126. *Et* Fam. 8, 5 Hanc autem nemo ducit rationem, ſed omnia deſiderantur ab eo, tanquam nihil denegatum ſit. Non vllius Rationem ſui commodi ducit. Cic. pro Roſc. Amer. 128 Officii rationem ducere. Idem pro Sext. 23 Dignitati eſſe ſeruiendum, Reipub. conſulendum, officii Rationem in omni vita non commodi eſſe ducendam. *Et* Fam. 7, 3 Pudori tamen malui, famaeque cedere, quam ſalutis meae Rationem ducere. *i. Habere. Conf.* Id. pro Quint. c. 16. *et* Fam. 3, 5 *pr.* Celſ. in prooem. 1 Ex his enim ſimilibusque ſaepe noua curandi Ratio ducenda eſt. *In primis pertinet ad vſurarum rationem.* Cic. Att. 6, 3 Magnam pecuniam confeceram, vt ſoluerent Centeſimis ſexennii ductis cum renouatione ſingulorum annorum. *Eid. ibid.* Sed Centeſimis ductis a proxima quidem ſyngrapha, nec perpetuis, ſed renouatis quotannis numerabantur numi. Ductis, *i. Supputatis et imputatis.* *Et paullo poſt*, Niſi forte id volumus armis efficere, vt fenus quaternis Centeſimis ducant. Ouid. ex Ponto 1, 6, 40 Nil ſibi cum pelagi dicit fore naufragus vndis, Et ducit Remos, qua modo nauit aqua. Ouid. Met. 13, 922 Nam modo ducebam ducentia Retia piſces. Ruinam Sen. Herc. Oet. ſ. 13 *de quercu caeſa.* Virg. Aen. 8, 665 Caſtae ducebant Sacra per vrbem, Pilentis matres in mollibus. Sanguinem ducere Scribon. 158. Scortum, *vt* ductare, Plaut. Caſin. 5 Grex 5 Clam vxorem ducat Scortum ſemper quod volet. *Add.* Moſtell. 1, 1, 35. Senectam Virg. Aen. 10, 182. Sententiam ducere in id quod velit, eſt orationis iudicialis Quinct. 2, 15. Sentinam ducere *dicuntur in naui foramina, quae aquam recipiunt, vnde ſentina conficitur* Sen. de Ira 2, . . Cic. Tuſc. 2, 10 Eſt igitur ambulantibus ad hunc modum Sermo ille nobis inſtitutus, et a tali quodam ductus exordio. Ad ſummum tria verba Silo dicat, et Seruum me ducat Sen. de Morte Claudii. Seſſum Plaut. Poen. Prol. 20. Similitudinem e re aliqua Cic. in Orat. 9. Quinctil. 1, 2 Excitanda mens, et attollenda ſemper eſt, quae in huiusmodi ſecretis aut langueſcit et quendam velut in opaco Situm ducit, aut contra tumeſcit inani perſuaſione. Virg. Aen. 4, 560 Nate dea potes hoc ſub caſu ducere Somnos? *i. dormire. Sed alias allicere ſomnos ſignificat, vt* Hor. Epod. 14, 3 Pocula Leteos vt ſi Ducentia Somnos Arente fauce traxerim. Sen. Herc. Oet. 645 Ceſpes Tyrio mollior oſtro Solet impauidos Ducere Somnos. *Hinc Bentleius* Hor. Epiſt. 1, 2, 31 *legit* Ad ſtrepitum citharae ceſſantem Ducere Somnum, *pro vulgatiore* ceſſatum ducere Curas. Somnium ducit imago vana Hor. Carm. 3, 27, 42. Soporem Tibull. 1, 1, 65. *i. conciliare, vid. I. F. Gronou. Obſ.* 2, 1. Sortem, pro Statuere, *apud* Virg. Aen. 9, 268 Seruius. Sortem, *Sortiri:* Virg. Aen. 6, 22 Stat ductis Sortibus vrna. Singulis captiuis Sorte ductis Liu. 4, 34. Cic. de Diuin. 1, 34 At enim id ipſum habet aliquid diuini, quae cuique hoſtia obtingat, tanquam in Sortibus quae cui ducatur. Spiritum per ſiccas fauces, *Reſpirare* Sen. de Benef. 3, 8. Auctor ad Heren. 4, . . Itaque anhelans ex imis pulmonibus prae cura Spiritus, ducebatur. Spiritum, *Attrahere: et per translationem, Viuere:* Auctor ad Heren. 4, 45 Nam hoc quidem, ſi Spiritum ducit, viuit, *etc.* Cic. Fam. 10, 1 Ducere ſpiritum naribus. Varro de R. R. 2, 3. Liu. 44, . . Cic. de N. D. 2, 18. Stamina ducere Ouid. Met. 4, 221. Sub ſignum Plaut. Caſin. 5, 6, 1. Plin. 17, 22 Vltro citroque Sulcos perpetuos ducito. Ad Supplicium Cic. Catil. 1 *pr.* Suet. Tib. c. 57. Martial. 11, 40 Corripis, obſeruas, quereris, Suſpiria ducis. Ouid. Met. 1, 656 Alto tantum Suſpiria ducis Pectore. Cic. de Inuent. 2, 29 Ex facto autem ipſo Suſpiciones ducentur, ſi, *etc. i. Concipere.* Idem Verr. 1, 30 Deinde ita Tempus duceretur, vt a M. Glabrione Praetore, et a magna parte horum Iudicum, ad Praetorem alium Iudiceſque alios veniremus. *Conf.* n. 5. Tura naribus Hor. Carm. 4, 1, 21. Plin. 34, 3 Primum inuexiſſe Triumpho ſuo quem duxit Vrbis anno 567. Idem 12, 125 Clarumque dictu a Pompeio magno in Triumpho arbores quoque duximus. Turmas Virg. Aen. 5, 550. Liu. 5, . . Vallum, foſſamque, ingentis vtramque rem operis, per tantum ſpatii duxerunt. Vaſa e luto Quinctil. 2, 17. *i Fingere.* Cic. de Clar. Orat. 92 Nec vero vllum aut durum, aut inſolens, aut humile, aut in longius ductum, ac non propria Verba rerum, ſed pleraque translata, *etc.* Verba in longam moram Propert. 1, 10, 6. Verſus et cupio nonnullos Ouid. Triſt. 5, 13, 13. Quinctil. 3, 7, 15 Sed non vna per hoc opus Via ducitur, *i. non vna ratione hoc opus perficitur.* Virg. Aen. 1, 401 Et qua te ducit Via dirige greſſum. Cic. pro Lege Manil. 33 c. 12 Quum veſtros portus, atque eos portus, quibus Vitam et Spiritum ducitis, in praedonum poteſtate fuiſſe ſciatis. Virg. Aen. 2, 641 Me ſi caelicolae voluiſſent ducere vitam. Vitam dulcem Lucret. 2, 66. Ad Vmbilicum ducere *quidam legunt* Hor. Epod. 14, 8. *Sed hodie ſummo conſenſu editur* adducere. Vmbram Lucret. 4, 140. *de nubibus loquitur.* Hor. in Arte Poët. 318 Reſpicere exemplar vitae morumque iubebo Doctum imitatorem, et viuas hinc ducere Voces. In fletum Virg. Aen. 4, 464. Cic. de Fin. 5, . . Quid quum fictas tabulas, e quibus Vtilitas nulla duci poteſt, cum voluptate legimus? Vultum, *pro Contrahere rugas.* Martial. 1, 41 Qui ducis Vultus, et non legis iſta libenter, Omnibus inuideas liuide, nemo tibi. *Aliter* Virg. Aen. 6, 849 Viuos ducent de marmore vultus. *h. e. Exprimere viuos vultus in marmorea effigie.* *Vid. Burm. ad* Quinct. 2, 14 *pr.* Plin. 7, 37 Idem hic imperator edixit, ne quis ipſum alius quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles ſculperet, quam Lyſippus ex aere duceret. Apul. Flor. 1 p. 344, 10 Quin ſolus eam Polycletus aere duceret. *Noua Metaphora*, Artificemque tuo ducit ſub pollice Vultum animus Perſ. 5, 40. Caſaub. *leg.* Artificisque, *i. trahit.* Cic. pro Sext. 6 In Vxore ducenda, in liberis procreandis. Ter. Eun. 5, 2, 49 Emoriar ſi non hanc Vxorem duxero. Plaut. Aulul. 2, 6, 4 Vult hanc Megadorus indotatam ducere. *Vid.* Ter. Adel. 4, 7, 11. Vxor tibi ducitur Virg. Ecl. 8, 29. Nubas ducasue licebit, Nunquam mater eris, nunquam pater Claud. in Eutrop. 1, 223 *de eunucho. Dicitur autem* Ducere Vxorem *praeciſe, pro* Ducere vxorem domum. Pompon. l. Mulierem D. de ritu nupt. Mulierem quae abeſſet, duci a marito non poſſe. Deductione enim opus eſſe in Mariti, non in vxoris domum, quaſi in domicilium matrimonii. Ducere Vxorem proprie dicitur paterfamilias: at filiusfam. non tam ducit vxorem, quam a patre accipit: quippe quum patri committatur puella potius in huiusmodi conditionibus, quam marito. *Haec* Donatus in Phorm. Ter. *Obſ. Vir doctus putat* Duci *etiam* viros a feminis. *Prouocat ad verſus e Tragoedia, qui laudantur* ad Heren. 2, 38 c. 24. *Sed non attendit ad eorum ſententiam. Dialogus eſt. Filia, Merope puto, patri ait*, Nam ſi improbum Creſphontem exiſtimaueras, Cur me huic locabas nuptiis? *Reſpondet pater:* Duxi probum, *i. putaui:* Erraui, poſt cognoui et fugio cognitum. ¶ 4 *Formulae aliae:* Cic. Acad. 4, . . Vt qui audient, ratione potius quam Auctoritate ducantur, *int. in ſententiam diſputantis.* Idem de Orat. 3, . . Vel quod is qui audit, Alio ducitur Cogitatione. *Et* de Clar. Orat. 56 Nihil ſane mihi legiſſe videor, tantummodo Coniectura ducor ad ſuſpicandum. Cupiditate pecuniae aut gloriae duci Scribon. Ep. . . Cic. pro Flacc. 65 Quid porro in Graeco ſermone tam tritum atque celebratum eſt, quam ſi quis Deſpicatui ducitur, vt Myſorum vltimus eſſe dicatur? Dictis ſuis aliquem Ter. Andr. 4, 1, 20. Ter. Phorm. 3, 2, 14 Adeone te eſſe incogitantem atque impudentem Phaedria, Vt phaleratis Dictis ducas me, et meam ductes gratis? In diuerſa duci Quinctil. 2, 8. Plaut. Perſ. 4, 3, 11 Hunc ego hominem hodie in tranſennam doctis ducam Dolis. Cic. Off. 1, 148 Nec quemquam hoc Errore duci oportet, vt ſi quid Socrates, *etc.* Gaudio falſo Ter. Andr. 1, 2, 9. *Vbi* Donatus, Ducere, eſt Exſpectatione longi temporis malum prolatare: vel Induci, vt Feras in retia. Cic. Verr. 2, 143 Et ſi quis earum ſtatuarum honore ac Gloria ducitur. *i. Si quis quid facit, vt gloriam conſequatur.* Trahimur omnes laudis ſtudio, et optimus quisque maxime Gloria ducitur Cic. pro Arch. c. 11. Ineptiis ac Fabulis Idem pro Cluent. . . . Cura Claud. in Sec. Conſ. Stil. 4. Cic. in Orat. 115 Ergo eum cenſeo, qui eloquentiae Laude ducatur, non eſſe earum rerum omnino rudem. Libo fumante, *i. Delector* Hor. Serm. 2, 7, 182. Cic. Verr. 5, 124 At nunc per me ſpoliati, naue a praedonibus abducta, ipſi in hoſtium numero Locoque ducemini. Mercede Idem Off. 2, . . Natura Quinctil. 9, 4. *vid.* ORGANVM. Odio Cic. Att. 1, 11. Praemio Idem Off. 2, . . Mentiri noctem, Promiſſis ducere amantem Propert. 2, 17, 1. Cic. Tuſc. 5, 6 Alii emendi aut ven-

dendi Quaeſtu et lucro ducerentur. Ratione aliqua Lucret. 4, 597. Cic. pro Rabir. 29 Neque quiſquam noſtrûm Reipub. periculis cum laude ac virtute verſatur, quin Spe poſteritatis, fructuque ducatur. Ventre, *i. Ventris et gulae cauſa omnia facere* Hor. Serm. 2, 7, 38. Voluptate ad fidem ducitur Quinctil. 4, 2. Vtilitate Idem 3, 7. ¶ 5 *Ducere ponitur pro differre, protrahere.* Cic. ad Caeſar. iun. *apud* Non. 4, 130 Ne res duceretur, fecimus, vt Hercules Antianus in alium locum transferretur. Idem ad Brut. 18 Omnino iam tempora (bellum enim ducetur) integram ſibi cauſam reſeruant. *Et* Fam. 7, 3 Dein, quum ab ea ſententia Pompeius valde abhorreret, ſuadere inſtitui, vt bellum duceret. Vt bellum quam diutiſſime duceret Nep. 7, 8, 1. Ducere bellum in hiemem Caeſ. B. C. 1, 61. Liu. 4, . . Itaque quum res diu ducta per altercationem eſſet, COSS. deos hominesque teſtantibus, *etc.* Caeſ. B. G. 1, 16 Diem ex die ducere Hedui, conferri, comportari, *etc.* Ducere aliquem, *pro Eludere, moras nectendo* Idem B. G. 1, 17 Vbi ſe diutius duci intellexit Caeſar. Hic ille eſt ſenex ductus, cui verba data ſunt Plaut. Capt. 4, 3, 6. ¶ 6 *Haurire, bibere.* Hor. Carm. 1, 17, 21 Pocula Lesbii duces ſub vmbra. *Vid.* Lucan. 10, 124. Iuuen. Sat. 6, 426 De quo ſextarius alter Ducitur ante cibum. *h. e. De quo oenophoro bibuntur duo ſextarii ieiuno ſtomacho.* ¶ 7 *Obſſ.* Duco, *pro Dux ſum, Exercitui praeſum.* Cic. Att. 7, 22 Cohortes ex Piceno Lentulo et Thermo ducentibus cum Domitii exercitu iunctas eſſe. Virg. Aen. 2, 632 Ducente deo. *Alias etiam nomen* Exercitum *omittunt, vt* Liu. 1, 23 Ducit quam proxime ad hoſtem poteſt. *Et* c. 27 Tullus Metto exercituque eius ab Alba excito, contra hoſtes ducit. *Et* 5, 28 Poſcentes vt confeſtim inde ad caſtra hoſtium duceret. *Et* 7, 39 Ad vrbem ducere iubent. *Et* 9, 35 Conſuli Fabio, imis montibus ducenti, ad ferendam opem ſociis, acies hoſtium occurrit. *Haec et plura Drakenb. ad* Liu. 1, 23. *Rurſus* Duci *dicebantur Addicti. Creditores enim ſuos debitores, qui ſoluendo non erant, domum ducebant ex Legg. 12 Tabb. Vid. Schott. Nod.* Cic. 2, 14. *Salm. de Modo Vſur. c. 18.* Quanti addictus? mille numûm: nihil addo, ducas licet Cic. de Orat. 3 c. 63. *Denique* Ducere *eſſe volunt idem, quod deſcribere verſibus.* Dum tibi Cadmeae ducuntur, Pontice, Thebae Propert. 1, 7, 1 *ex ea figura, qua Poëtae facere dicuntur, quae deſcribunt.* Hor. Sat. 1, 10, 43 Forte epos acer vt nemo Varius ducit. *Sed Cuning.* Varius: ductu *etc.* Propert. 4, 6, 13 Caeſaris in nomen ducuntur carmina. O mihi ſi liceat thalamis intendere carmen Connubiale tuis, ſi te iam ducere patrem Claud. Conſ. Hon. 4, 648 *vbi Heinſ. mallet*, dicere. ¶ 8 *Exiſtimare, iudicare, putare.* Et tunc ex Graeco deducitur, quod illi dicunt δοκῶ, Feſto *ſi credimus: aut potius, ſuo* Duco *vtuntur Latini, vt Graeci ſuo ἡγέομαι, quod eadem ratione et* ducatum *proprie dictum, et inductionem animi ſignificat.* Cic. de Amicit. 7 Hanc eſſe in te ſapientiam exiſtimant, vt omnia tua in te poſita eſſe ducas, humanosque caſus virtute inferiores eſſe putes. Idem Fam. 1, 6 Animo, *Cogitare apud ſe.* Virg. Aen. 6, 690 Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum. Cic. de Fin. 3, 29 Atque iſte vir altus et excellens, magno animo vere fortis, infra ſe omnia humana ducens. Plin. 2, 63 *extr.* Inter crimina ingrati animi *(aduerſus Terram)* et hoc duxerim, quod naturam eius ignoramus. Tacit. Ann. 4, 1 Nam Germanici mortem inter proſpera ducebat. Nihil ducere in bonis praeter virtutem Cic. de Fin. 3 c. 3. Ducere damno Plaut. Bacch. 5, 1, 17. Cic. in Salluſt. . . . Neque te tui piget homo leuiſſime, quum ea culpas, quae in hiſtoriis Gloriae mihi ducis? Plin. 31, 6 Plerique in gloria ducunt, plurimis horis perpeti calorem earum. Salluſt. in Iugurth. c. 11 Deſpiciens dextra Adherbalem adſedit, me medius ex tribus (quod apud Numidas honori ducitur) Iugurthae foret. Ludos et inania honoris modo rationis atque abundantiae duxit, vti longe a luxuria, ita famae propior Tac. Agr. 6. *i. aeſtimauit ita, vt medium quiddam ſeruaret inter id, quod ſuadet ratio, et quod ſuperfluum eſt, etc.* Ter. in prol. Adel. 5 Vos eritis iudices, laudine an vitio duci factum oporteat. *Conf.* Nep. praef. n. 4. Hor. Serm. 1, 6, 62 Magnum hoc ego duco, Quod placui tibi. In conſcientiam ducere modeſtiam Sall. Iug. 85, 26. *i. malae conſcientiae attribuere.* Ducere minoris, *Minoris exiſtimare vel aeſtimare.* Salluſt. in Iugurth. c. 32 *extr.* Priuatim praeterea fidem ſuam interponit: quam ille non minoris, quam publicam ducebat. Ducere officii Suet. in Tiber. c. 11. Cic. de Fin. 2, 24 Sed quia parui id duceret. Ducere poſt honorem alterius ſua neceſſaria Salluſt. in Iugurth. . . *i. Magis curare alterius honorem, quam ſua neceſſaria.* Ducere prae ſe neminem Auct. ad Heren. 4, 29. Salluſt. in Catil. c. 3 Vbi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quae ſibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit, ſupra ea, veluti ficta pro falſis ducit. *Et* c. 12 Innocentia pro maleuolentia duci coepit. Vt opinione omnium victor duceretur Nep. 17, 3, 6. Cic. Tuſc. 5 c. 10 Diuitias, honores, opes contemnere, eaque, quae his ſunt contraria, pro nihilo ducere. Idem Off. 1 c. 9 Quodque ea, quae plerique vehementer expetunt, — contemnant et pro nihilo ducant. Plaut. Amph. 1, 2, 31 Nemo id probro profecto ducet Alcumenae. ¶ 9 Duce *pro Duc* Plaut. Moſtel. 1, 4, 11. Epid. 3, 3, 18. Trin. 1, 2, 42. *Cum* Dicere *confundi ſolet in MSS. vid.* DICO.

DVCENS, entis. Part. *Vt,* Ducente Deo Virg. Aen. 2, 632. Pecunia ducens ad ſe cuncta Hor. Carm. 4, 9, 38. Gemitus imo de pectore ducens Virg. Aen. 2, 288. De caelo ducens ſidera Tibull. 1, 2, 44. Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit Virg. Aen. 2, 694. Tempora ducens Lucan. 5, 733. Ducentes ſubtegmina Catull. 65, 327. *i. texentes.*

DVCTVS, a, um. Partic. [ἀχθεὶς] Non magis amore quam more ductus Nep. 5, 1, 2. Caritate patriae ductus Idem 7, 5, 1. Falſa ſuſpicione ducti Id. 10, 10, 1. Cic. de Clar. Orat. 190 Mihi Beneuolentia, credo, ductus tribuebat omnia. Quinctil. 2, 13 Itaque et ſtratum militari labore iter ſaepe deſerimus Compendio ducti. Ducta laus ab humili venit ad ſummum Cic. Tuſc. 2, 5. In hanc perſuaſionem quidam ratione ducti, *etc.* Quinctil. 4, 1. Tacit. Agric. 28 Eo ad extremum inopiae venere, vt infirmiſſimos ſuorum, mox forte ductos, veſcerentur. Cic. de Clar. Orat. 118 Omnisque ille ſermo ductus e percontatione filii, quid in Senatu eſſet actum. Idem Tuſc. 3, 14 Qui fortis eſt, idem eſt fidens: quoniam confidens, mala conſuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum Verbum a confidendo: quod laudis eſt. *Et* de N. D. 2, 137 c. 55 Permanat ad iecur per quasdam a medio inteſtino, vsque ad portas iecoris (ſic enim appellant) Ductas et directas vias, quae pertinent ad iecur, eique adhaerent. Ductus, *apud* Cic. *Deriuatus, procedens, deſcendens:* Tuſc. 1, 71 c. 29 *extr.* Contumacia a magnitudine animi ducta non a ſuperbia. Cic. Tuſc. 5 c. 43 A quibus ducti deinde omnes. pro Roſc. Com. 48 Vnde hoc totum ductum et conflatum iudicium eſt. de Clar. Orat. 2, . . Hinc ductus eſt ſermo. Ibid. 218.

DVCTVS, ûs. m. [ἀγωγὴ] *Ipſa ductio, vel deductio rei alicuius.* Vnde Aquae ductus *dicuntur Deductiones aquarum.* Cic. Off. 2, 14 c. 4 Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum. Idem de Legib. 2, 2. Literarum Plin. 8, 3. Quinctil. 1, 1, 25 Quum iam vero ductus ſequi poterit. *i. Formas et tractus literarum.* Idem 10, 2, 2 Literarum ductus vt ſcribendi fiat vſus, pueri ſequuntur. Ductus Orationis *apud* Fortunatian. Rhet. 1 p. 41 *definitur,* quomodo tota cauſa agenda ſit. *Forte* λογικώτερον *dixiſſet: ratio totius cauſae agendae. Deinde laudat* quinque ductus, *quorum* ſimplex eſt, cum ſimpliciter id agimus, ita vt in themate poſitum eſt. Subtilis, cum aliud eſt in themate, aliud in agentis voluntate. Figuratus, quum palam dicere pudor impedit. Obliquus, quum periculum prohibet aperte agere. Mixtus quando non vnus eſt ductus. *Hos deinde omnes perſequitur et amplius explicat, et illud indicat* p. 41 Figuratos *a* plerisque vocari hos omnes ductus: *puto, excepto ſimplici.* Cic. de Fin. 5, 47 c. 17 Quemadmodum quis ambulet, ſedeat, qui ductus oris, qui vultus, *etc.* Macularum Plin. 37, 12. Quinctil. 4, 2, 118 Eſt autem quidam etiam ductus rei credibilis, qualis in comoediis etiam, et in mimis. *i.* συνάφεια, *continuatio quaedam, et cohaerentia, quae rem facit credibilem.* Ductus totius hic eſt quaſi mucro Quinctil. 9, 4, 30. *de eo quod eſt acutiſſimum et mordaciſſimum in dicto contra Antonium. Vid.* TRACTVS Lucret. 4, 428

> Porticus aequali quamuis eſt denique ductu,
> Stansque in perpetuum paribus ſuffulta columnis,
> Longa tamen parte ab ſumma cum tota videtur,
> Paullatim trahit anguſti faſtigia coni,
> Tecta ſolo iungens atque omnia dextera laeuis,
> Donicum in obſcurum coni conduxit acumen.

Applicare ſe ad ductum alterius, *vid.* APPLICO. Cic. Fam. 3, 11. Per ductus velut ſulcos ducatur ſtilus Quinctil. 1, 1, 27. Ductu alterius aliquid facere Liu. 4, . . Cic. de Aruſp. Reſp. 3 c. 2 Quique ſuo ductu et imperio cruento illo atque funeſto ſupplicia, *etc.* Ductu, *de officio Imperatoris et imperio bellico optime et frequenter dicitur:* Cic. pro Lege Manil. 61 c. 21 Pompeius rem optime ductu ſuo geſſit. Nep. 4, 1, 3 Suo ductu barbaros eſſe deletos. *Conf.* Vellei. 2, 79, 4. *Add.* Id. 2, 78, 1. Nep. 14, 5, 4. *Caeterum notetur aliud eſſe* rem gerere Ductu, *aliud* Auſpicio. *Nam vt* ductu *dicatur, neceſſe eſt interſit praelio Imperator; maius eſt quiddam quod dicitur* auſpiciis, *et etiam ab abſente poteſt praeſtari. Vid. ſupra in* AVSPICIVM.

DVCTIO, ōnis. f. Vlp. in l. Deinde D. de liber. exhibend. item ducend. Hoc autem interdictum pertinet ad ductionem: vt ducere quis poſſit eos, in quos habet ius ductionis. Celſ. 4 c. vlt. Alui ductione vti. Vlp. l. 3 D. De aqua quotidian. Si aquam ex flumine publico duxeris, et flumen receſſerit, non potes ſubſequi flumen: quia ei loco ſeruitus impoſita non ſit, quamuis is locus meus ſit. Sed ſi aluuione paullatim acceſſerit fundo tuo, ſubſequi potes: quia locus totus fluminis ſeruiat ductioni. Aquarum ductiones Vitruu. 1, 1. *et* 8, 7. Rudentum ductio, Reductio Idem 10, 19.

DVCTO, āre. Frequent. Quinctil. 8, 3, 4 Siue mala conſuetudine in obſcenum intellectum ſermo detortus eſt, vt *Ductare exercitus*, et *Patrare bellum*, apud Salluſtium dicta ſancte et antique, ridentur a nobis, ſi DIS placet; quam culpam non ſcribentium quidem iudico, ſed legentium; tamen vitanda, quatenus verba honeſta *(per ſe, noſtris turpibus)* moribus perdidimus. *Nempe* Ductare exercitus *dixit* Saluſtius, *v. g.* Catil. 11, 5. *it.* 17, 7. *et* Iug. 38, 1. *it.* 70, 2. *quo vltimo loco deriſam ait Cortius hanc formulam, non quod* Scorta ductari *dicuntur a* Plauto, *vt mox videbimus; ſed ab illa turpitudine, de qua* Iuvenal. 6, 238 Abditus interea latet arceſſitus adulter. Impatiensque morae ſilet, ac praeputia ducit. *Tanto minus ferendae erant illae deliciae eorum, qui nollent dicere* Ductare exercitum, *quod* Ducere exercitum *non reprehenderent, cum tamen illo verbo aeque vterentur in formula* Scorta ducere. *Itaque nec* Tacitus Hiſt. 2, 100 *refugit,* Scripſit Valens exercitui, quem ipſe ductauerat. *Burm. ad* Val. Fl. 6, 376 *ſuſpicatur, totam formulam* Ductare exercitum *diſplicuiſſe, quod* exercitum *poſſet intelligi Supinum,* ad exercendum: Scorta *autem* exercere *Plautinum eſt, v. v. Iam ponemus exempla ſenſus illius comici.* Plaut. Men. *Erotium, meretrix ad adoleſcentem ait,* 4, 3, 20 Niſi feres argentum, fruſtra me ductare non potes. Idem Aſin. 1, 3, 37 Nunc quia nihil habes, maledictis eam Ductare poſtulas. *Sic et* 1, 3, 12. *et* 5, 2, 13. *it.* Poen. 4, 2, 46. Ter. Phorm. 3, 2, 15 Vt phaleratis dictis ducas me, et meam ductes gratis. *Sed* Plaut. Capt. 3, 4, 109 Deartuatus ſum miſer Huius ſceleſti technis, qui me, vt lubitum eſt ductauit dolis, *i. ludibrio habuit. Loquitur ſenex argento emunctus.* Cornua ductare neruo Valer. Argon. 6, 376. *ſignificat arcum tendere.* Plaut. Perſ. 4, 4, 85 Omen ego pro nihilo eſſe ducto quod fuit, quando fuit. Ter. Adel. 4, 7, 34 Tu inter eas reſtim Ductans ſaltabis.

DVCO, āre. *Aliquando in vſu fuiſſe* Ducatio *et* Ducator *ſuadent. Auctoritas nondum producta. Locum Varronis, quem non accurate huc retulit Calepinus, damus voce* DVCTOR.

DVCĀTVS, ûs. m. [ἡγεμονία] *Onus et adminiſtratio.* Suet. in Neron. c. 35 Priuignum Ruffinum Criſpinum Poppaea natum impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus et imperia ludere. Idem in Tiber. c. 19 Confidens (vt aiebat) oſtento ſibi ac maioribus ſuis in omni ducatu expertiſſimo. *i. Quoties pro imperio aliquid gerendum eſſet, vel Quoties bellum ſuis auſpiciis gererent. Exſtat apud* Spartian. in Peſcen. Nig. c. 1 *et* 4. Capitol. in Pertinac. c. 5. Epitom. Liuian. 113. Iuſtin. 6, 8. *et* 2, 15, 14. Curt. 10, 4, 4. *et* Manil. 5, 360. Vet. Gloſſ. Ducatus ἡ ἡγεμονία. Ducatus latronum, ἀρχὴ λῃστείας. *Vid. Panciroll. Notit. Dign. Imp. Orient. c. 150. Stewech. in* Veget. 1, 13. Ducatum praebere ſceleri, *Ducem eſſe ſceleris* Florus 3, 21.

DVCATIO, ōnis. f. *Vt,* Ducatio neceſſitatis Tertull. de Coron. Mil. c. 11.

DVCĀTOR, ōris. m. *Pro Ductor:* ἀγὸς, προηγέμενος Gloſſ. Lat. Gr. l. 29 D. ad L. Aquil. §. 4. Tertul. adu. Iud. c. 13.

DVCĀTRIX, īcis. f. Apul. de Doctr. Plat. l. 2 poſt princip. Vitiorum ducatrices iracundia et libido.

DVCĀLIS, e. Adi. Gloſſ. ἀγωγεύς.

DVCALĬTER. Adu. Sidon. Epiſt. 5, 13 Ducaliter anteceſſurus, *i. in modum ducis. Et compar.* Epiſt. 8, 6 *pr.* Caeſarem dictatorem, quo ferunt nullum rem militarem praeſtabilius, neque ducalius adminiſtraſſe, *etc.*

DVX, dŭcis. c. [ἀρχηγέτης, ἀγωγὸς, ἡγεμὼν, ποδηγὸς, ἀγὸς, ἀγωγεὺς]

γιὸς] *Qui vel quae ducit.* Virg. Aen. 1, 364 Dux femina facti. Cic. pro Corn. 9 An ingenium? quum etiam ipſe caſus euentusque rerum non duces, ſed comites eius conſiliorum fuerint. Ibid. 64 Videte, ne vtilius vobis et honeſtius ſit illis ducibus errare, quam hoc magiſtro erudire. Cic. Verr. 5, 88 Sed tunc inopes relicti a duce praefectoque claſſis, eundem neceſſario curſum tenere coeperunt. Armenti dux Ouid. Met. 8, . . . *eſſe dicitur.* Aſtrorum, *i. Sol* Sen. Thyeſt. f. 9. Prima dux Fugae regina Flor. 4, 11, 8. Gregis dux, *pro Tauro, apud* Ouid. de Arte Am. 1, 326. Impietatis Cic. de Amicit. 42. Ingenii Ouid. ex Ponto 2, 3, 78. Malorum dux et ſcelerum artifex Sen. Hippol. 4. Praedonum Cic. Verr. 5 (7) c. 35. Dux romanae Pudicitiae Lucretia Val. Max. 6, 1, 1. Scelerum duces Lucan. 2, 249. Sectarum diuerſarum duces Quinctil. 5, 13. Superûm dux, *i. Iupiter* Stat. Silu. 4, 2, 55. Vitae dux dia voluptas Lucret. 2, 172. *Sic Venerem vocat. Nam addit,* vt res per Veneris blanditim ſaecla propagent, Ne genus occidat humanum. Viuendi recte dux natura Cic. de Amicit. 19 c. 5. Idem Tuſc. 1, 27 Mortem non interitum eſſe omnia tollentem atque delentem, ſed quandam quaſi migrationem commutationemque vitae, quae in claris viris et feminis dux in caelum ſoleret eſſe. Duces mari Nep. 20, 2, 2. *Et* Mari et terra duces Id. 3, 2, 3. *Sic vocatur ille populus, qui* ducem *praebet exercitui ſociorum.* Dux ac princeps in illa multitudine ſicariorum Cic. pro Roſc. Amer. . . *et* de Aruſp. Reſp. 57. Duce et auſpice Teucro Hor. Od. 1, 7, 27. Non nouimus ducem, niſi cuius auſpiciis bellum geritur Liu. 4, 18. Extra ducem paucosque praeterea reliqui in ipſo bello rapaces Cic. Fam. 7, 3. Turpe duci totam ſomno conſumere noctem Sil. 3, 172. Achilles dux Theſſalis, *vid.* ACHILLES. Tanta auctoritate dux Cic. Att. 7, 7. Tacit. Hiſt. 3, 71 Noua cupientibus anferatur dux et auctor. Cic. Fam. 10, 6. *et* 2, 6. Idem de Orat. 3, 60 Quem auctorem publici conſilii, et regendae ciuitatis ducem, et ſententiae atque eloquentiae principem in Senatu, in populo, in cauſis publicis eſſe volumus. Dux et comes Id. pro Marcell. 11. Cic. de Amicit. 37 Nec ſe comitem illius furoris, ſed ducem praebuit. Dux et magiſter Idem Verr. 3, 54. *Et* de Fin. 1, 71 Magiſtra et duce natura. Cic. pro Flacc. 27 An veſtri Praetores, veſtri duces, veſtri imperatores? Idem pro Planc. 74 Statuiſſemque eos ſolum nominare, qui cauſae noſtrae duces et quaſi ſigniferi fuiſſent. *Et* pro Muraen. . . Dux et ſignifer calamitoſorum. Vexillum ſublime crucis, quod in agmine primo Dux bona praetulerat Prud. Pſychom. 347. Clarus dux Hor. Carm. 3, 14, 7. Improuidi et negligentes duces Cic. Att. 7, . . Inuictus Sil. 7, . . Magnanimi duces Virg. Georg. 4, 4. Magni Hor. Carm. 2, 1, 21. Creare ducem, *vid.* CREO. Cic. de Diuin. 2, 83 Quando enim iſta obſeruans quieto et libero animo eſſe poteris, vt ad rem gerendam non ſuperſtitionem Habeas, ſed rationem ducem? Idem Fam. 10, 6 Deinde et Senatui bonisque omnibus auctorem, principem, ducem Praebeas. *Et* pro Domo ſua 89 Cui populo duces Lentidios, Lollios, Sergios Praefeceras. Sequere naturam vitae ducem Sen. Hippol. f. 4. Natura duce Vtendum eſt Sen. de Vita Beata c. 8.

DVCTOR, ōris. m. [ἐπιγεὺς] *Dux.* Varro de L. L. 5, 7 p. 56, 32 Ab eo quod ſit (*leg.* ſcit) ducere, qui eſt dux aut Ductor, qui ita inducit, vt doceat. Virg. Aen. 2, 13 Fracti bello fatisque repulſi Ductores Danaûm. Cic. Tuſc. 1, 89, 37 Quoties non modo ductores noſtri, ſed vniuerſi etiam exercitus, ad non dubiam mortem concurrerunt? Aquarum ductor Tibris Stat. Silu. 3, 5, 111. Claſſis Virg. Aen. 6, 334. Deorum Sen. Herc. fur. f. 4. Ducum ductor, *i. Imperator exercitus* Sen. Agam. 39, . . *Sic vocat Agamemnonem. Et* 1007 Mille ductorum ducem. Fluuiorum Stat. Theb. 4, 118. Gregis indomiti ductor, *pro Tauro, apud* Sen. Hippol. 2. Armipotens Sil. 13, . . Delecti Lucret. 1, 87. Fulmineus, *pro Hannibale* Sil. 17, . . Ductor *miſcetur in MSS. cum Victor, vid. Drakenb. ad* Sil. 9, 199.

DVCTRIX, īcis. f. l. 1 §. 12 D. de exerc. Action. Naues ἐπιβατηγοὶ, vectorum ductrices. *Modo interpretatio ſit ipſius* Vlpiani.

DVCTARIVS, a, um. Adi. [ἀγωγὸς] *Qui ducit. Vnde,* Ductarius funis, *quo in trochleis vtimur, et qui per orbiculos trochleae traiicitur, apud* Vitruuium 10, 2 *et* 3 *et* 5. Subductarii *ſunt apud* Catonem.

DVCTARIE. Adu. Plaut. Fragm. Friuol. *Taubm. interpretatur* Ductarie agere ῥυμουλκεῖν, *nauem aduerſo amne funibus trahere.*

DVCTABĬLIS, e. Adi. *Hinc*

DVCTABĬLĬTAS, ātis. f. Acc. *apud* Non. 2, 626.

DVCTĬLIS, e. Adi. [ἀγώγιμος, ἐλατὸς] *Quod facile ducitur, attenuaturque in laminas. Vnde* Aes ductile *appellatur, quod malleis obſequitur, tenuaturque in laminas* Plin. 34, 8. Martial. 12, 31 Hoc riguae ductile flumen aquae.

DVCTIM. Adu. Plaut. Curc. 1, 2, 13 Inuergere in me liquores tuos ſino ductim: *i. ductu et hauſtu longo,* ἀπνευστί. *Anus fabulatur cum lagena vini. Sed* Columel. 4, 25, 2 Maior autem pars operis in vineam ductim potius quam caeſim facienda eſt. *i. Ductu falcis potius quam ictu. Nempe qui* ductim *putat vineam,* prius applicat ferrum, *et ita* quae deſtinauit praecidit: *qui* caeſim, hunc ictus fruſtratur interdum.

DVCTICIVS, a, um. Adi. [ἐλατὸς] Quinctil. 6, . . Ferrum ducticium *eſſe dicitur.*

DVCTĪTO, āre. *Ex Frequent. Frequentatiuum.* Plaut. Rud. 2, 6, 26 Venales illic ductitauit.

D V D

DVDVM. Adu. [πρώην] *Quaſi* diu dum, *infinitum tempus notat, quod longum videatur ob affectum illi, qui loquitur, caeterum intra breviſſimum temporis ſpatium, dimidiam interdum horam, duas, tres horas etc. contineatur. Hinc fit, vt interdum etiam ſimpliciter, contra etymologiam ſuam ad breue ſpatium temporis deſignandum adhibeatur. Exempla vtrumque declarabunt.* Ter. Eun. 4, 6, 5 *Chremes impatiens morae,* Thais, ego iam dudum hic adſum. *Vid.* IAM dudum. Cic. Att. 4, 5 Dudum enim circumrodo quod deuorandum eſt. Plaut. Poen. 1, 3, 7 Trecentos Philippos Collybiſco villico Dedi dudum, priusquam me euocaſti foras, *i. modo.* Dixi dudum, materiam aliam eſſe ioci, aliam ſeueritatis Cic. de Orat. 2, 263. *i. paullo ante.* Quae dudum ad me, et quae etiam ante bis ad Tulliam de me ſcripſiſti Cic. Att. 11, 24. Dudum *et* ante *opponit.* Idem de Clar. Orat. 138 Vt dudum (*initio libri*) ad Demoſthenem et Hyperidem, ſic nunc ad Antonium Craſſumque peruenimus. Dudum huc accerſita ſum Plaut. Stich. 5, 3, 3. *i. modo.* Idem Poen. 1, 2, 105 Quia iam non dudum ante lucem ad aedem Veneris venimus: *i. paullo ante. Et* Perſ. 4, 3, 29. E Perſia modo allatae ſunt iſtae *literae* — DO. Quando. TO. Haud dudum. Ter. Andr. 5, 2, 9 Modo introii. S. quaſi ego quam dudum rogem. Plaut. Amph. 2, 2, 57 *Alcmena a Ioue deluſa, qui modo diſceſſerat, ad verum maritum aduenientem,* Sed huc vos reuertimini tam cito? — Quî non abiſti ad legiones, ita vti dudum dixeras? AMPH. Dudum? quam dudum iſtuc factum eſt? ALC. Tentas: iam dudum, pridem, modo. AL. Quid enim cenſes? *An putas, me verum dicere non debere,* te vt deludam contra, luſorem meum: Qui nunc primum te adueniſſe dicas, modo qui hinc abieris. *Et* 51 *iam dixerat,* Quid tu me ſic ſalutas atque appellas, quaſi dudum non videris. *Hic idem erit ſenſus, ſiue* dudum *interpreteris diu, longo tempore, ſiue modo, paullo ante. Sic* Virg. Aen. 5, 650 Ipſa egomet dudum Beroën digreſſa reliqui Aegram, *i. hoc momento.* Rus mane dudum hinc ire me iuſſit pater, vt bubus, *etc.* Plaut. Truc. 3, 1, 2. Ter. Phorm. 2, 3, 19 Incertior multo quam dudum, *i. modo, cum vos conſulere inciperem.* Idem Eun. 4, 5, 4 Quis eſt? ehem Pythias, vah quanto nunc formoſior videre mihi quam dudum, *de paucarum horarum interuallo.* Ter. Andr. 5, 1, 5 Quam maxime abs te poſtulo, atque oro Chreme, vt beneficium verbis initum dudum, (*intra paucas certe horas, et decurſum huius comoediae*) nunc re comprobes. Idem Andr. 3, 4, 3 Ego dudum nonnihil veritus ſum Daue abs te, ne faceres idem, quod vulgus ſeruorum ſolet. *Et* Eun. 4, 4, 16 Ita viſus eſt dudum, quia varia veſte exornatus fuit. Cic. de Clar. Orat. 252 Vt dudum de Laeliorum et Muciorum familiis audiebamus.

D V E

DVELLA, ae. f. Tertia pars vnciae, dicta a duabus ſextulis vna iunctis. Rhemn. Fann. v. 23 Sextula cum dupla eſt, veteres dixere duellam.

DVELLONAM, [Ἐνυὼ] Bellonam antiqui appellabant, *teſte* Varrone de L. L. 4, 10 p. 20, 18. *Conf.* 6, 3 p. 74. 21. Vet. Gl. Duellona πολεμική.

DVELLVM, i. n. [πόλεμος] *Inquit* Feſtus, Bellum eſt, in quo a duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur. Inde et Perduellis, Qui pertinaciter retinet bellum. *Primus verſus, qui ex* Ennii annalibus *ſupereſt,* Horrida Romuleûm certamina pango duellum. *Vid. Merula.* Plaut. Amph. 1, 1, 34 Victores victis hoſtibus legiones reueniunt domum, Duello exſtincto maximo, atque internecatis hoſtibus. Duelli, *in bello* Idem Truc. 2, 6, 2. Liu. 22, 10 *in formula vouendi veris ſacri,* Si Reſpublica — ſalua ſeruata erit hiſce duellis — quod duellum Populo Rom. cum Carthaginienſi eſt, quaeque duella cum Gallis ſunt, qui cis Alpes ſunt. *Et* 36, 2 *in formula SCti,* Quod populus eo tempore duellum iuſſiſſet cum rege Antiocho, quique ſub imperio eius eſſent — *Et max in formula voti nuncupandi,* Si duellum, quod cum Antiocho rege ſumi populus iuſſit, id ex ſententia Senatus Populique Rom. confectum erit, *etc.* Cic. in Orat. 153 c. 45 Quid vero licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo eſſent aptiora? nam vt *duellum bellum,* et *duis bis,* ſic *Duellium* eum qui Poenos claſſe deuicit, *Bellium* nominauerunt, quum ſuperiores ſemper appellati eſſent *Duellii. Conf.* Quinct. 1, 4, 15. *Merul. ad Ennii fragm.* p. 57 ſq. Cic. de Legg. 2, 45 c. 18 Nam aes atque ferrum duelli inſtrumenta non faui. Idem ibid. 21 Quique agent rem duelli, quique populare auſpicium, praemonento. Tuſcum duellum Ouid. Faſt. 6, 201. Iuuenal. 1, 169 Galeatum ſero duelli poenitet. Lentum duellum Hor. Epiſt. 1, 2, 7. *Vſurpant etiam* Idem Epiſt. 2, 1, 253. *et alias aliquoties. Scalig. Poët.* 3, 89. *et Barth. ad* Briton. Arem. p. 674. ¶ 2 *Quod vulgus* Duellum *hodie vocat, dicitur* Singularis pugna Eutrop. 2, 2. *et* Sulp. Seuer. 1, 34. Singulare certamen Vopiſco in Prob. c. 9.

DVELLVS, a, um. Adi. *Vt ex* Duello Bellum *factum eſt, ita quoque* Bellus Duellus *ab antiquis dicebatur.* Liu. (Andron.) *apud* Non. 3, 117 Lenti calido, duella rapula, rumice. *Nam* duella rapula *quid aliud eſt quam* rapula bella? *Sic Turn.* 15, 15. *Sed Gothofr. edidit,* Titin. duella trapula. *Mercer.* Titinnius eluellae, trapula. *Scal. ad Feſtum, vid. Heluella,* eluella, rapula, rumices. *Interim* Quinctil. 1, 4, 15 *legit Colomeſius,* Vnde *Duellos* quidam dicere *Bellos* auſi, *pro* Duilios, Bilios: *qua in re ſuffragari ei Codicem Gothanum, demonſtrauimus.* Gloſſas veteres *Fornerii laudat idem Colomeſius,* (*poſt Camerarium apud Voſſ. Etymol. voce* Bonus) Duellus, καλὸς, apud Naeuium, facies virginis duellae. *Nempe* Duenus *etiam dixiſſe videntur pro* Benus, *vnde* Bene *et* Bellus. *Conf.* DVONVM.

DVELLO, as. μάχομαι Vet. Gloſſ.

DVELLĀTOR, ōris. m. [πολεμιστὴς] *Pro Bellatore.* Plaut. Capt. prol. 68 Valete iudices iuſtiſſimi: domi, belliqne duellatores optimi.

DVELLĬCVS, a, um. Adi. [πολεμικὸς] *Vt,* Ars duellica Plaut. Epid. 3, 4, 14. Proles duellica equorum Lucret. 2, 660. Duellica *eſt Dactylus.*

DVELLIVM, i. n. τυραννὶς Vet. Gloſſ.

DVELLIS, e. Adi. *i. Hoſtis.* Arnobii 1 eſſe dicitur.

DVELLIVS, *ſiue* DVILLIVS. i. m. [Δυέλλιος] *Qui primus Romae nauali certamine triumphauit, A. V. C. 494.* Biliam virginem duxit vxorem, tantae pudicitiae, vt illo quoque ſaeculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monſtrum erat, non vitium. Is iam ſenex et trementi corpore, in quodam iurgio audiuit exprobrari ſibi os foetidum: et triſtis ſe domum contulit. Quumque vxori queſtus eſſet, quare nunquam ſe monuiſſet, vt huic vitio mederetur: Feciſſem, inquit illa, niſi putaſſem omnibus viris ſic os olere. Laudanda vtroque pudica et nobilis femina, et ſi ignorauerit vitium viri, et ſi patienter tulit: et quod maritus infelicitatem corporis ſui, non vxoris faſtidio, ſed maledicto ſenſit inimici. *Hactenus* Hieronymus aduerſ. Iouianum 1. *Vid. Merula ad Ennii fragm.* p. 57. *qui illam* Biliam, *mariti nomine,* Duiliam *ab Hieronymo appellatam cenſet. Plutarchus tamen hanc hiſtoriam refert ad Hieronem. Ex Hieronymo repetere videtur* Sariſber. Polycr. 3, 13. *Columnam eius roſtratam in Capitolinis vrbis rumis repertam ſuppleuerunt et commentando explicauerunt plurimi, eruditiſſime Pet. Ciaconius.*

D V I

DVICENSVS, a, um. Adi. dicebatur, Cum altero, id eſt cum filio, cenſus. Feſtus. Vet. Gl. Duicenſus δεύτερον ἀπογεγραμμένος. *Eſt ergo bis cenſus.*

DVIDENS, entis. f. Hoſtia ab antiquis appellata eſt, quam nos Bidentem dicimus. Feſtus.

DVIGAE, ārum. f. *Bigae.* Varr. de L. L. 7, 30 p. 93, 5 *contra analogiae perpetuitatem diſputans,* Et ſicut eſt ab vno Vni, a tribus Trini, a quatuor Quatrini, ſic a duobus Duini, non Bini dicerentur: nec non vt quadrigae, trigae, ſic potius Duigae quam Bigae.

DVILIS, (*i.* bilis) χολὴ, Gl. *Fornerii, de quibus in* DVELLVS.

DVILLIVS, *vid.* DVELLIVS.

DVIM, duis, *etc.* *Vid. poſt* DO.

DVINI, Bini. *Modo diximus.*

DVIS, duas habet ſignificationes. Nam et pro *dis* (*leg.* bis) ponebatur, et pro *dederis.* *Hacc* Feſtus.

DVĬTAS, ātis. f. *Eſt quam vulgo Dualitatem, Graeci δυάδα vocant.* Iabolenus in l. 242 D. de verb. ſignificat. Viduam non ſolum eam, quae aliquando nupta fuiſſet, ſed eam quoque, quae virum non habuiſſet, appellari ait Labeo: quia vidua ſic dicta eſt, quaſi vecors, veſanus, qui ſine corde aut ſanitate eſſet: ſimiliter viduam eſſe dictam ſine duitate. *Hic videtur* Iabolenus Duitatem *appellare Matrimonium, in quo ſunt duo, vir et mulier.*

DVĪTAE, ārum. m. *Haeretici, qui duos deos fingebant.* *Vid.* Prudent. Hamart. praef. v. 37 Docet Duitas diſcrepare a ſpiritu. *Senarius.*

D V L

DVLCACIDVS, a, um. Adi. Ὀξύγλυκυ, Dulcacidum, Gloſſ. Vet. *Vox eſt* Q. Sereno *familiaris, pro eo, quod miſtum quendam ſaporem ex* acido *et* dulci, *cuiusmodi ſunt quaedam ex malorum Punicorum genere, ſignificat.* *V. g. 151, 607.*

DVLCĂMĀRVS, a, um. Adi. *Fictum ex γλυκύπικρος.* *Sic Meliſſus* Dulcamaram aquam *dixit* Lacrimas. *Sic de amore vtrumque nomen iungit* Plaut. Ciſt. 1, 1, 71. Idem Pſeud. 1, 1, 61. *et* 2, 4, 1. *Et* Truc. 2, 3, 25.

DVLCIS, e. Adi. [γλυκύς, γλυκερός] *Ad ſaporem proprie refertur, cum ſuauitate illa linguam et palatum afficit, quae in melle et fructibus quibusdam mitibus delectare ſolet: ſaepe amaro opponitur.* Plaut. Truc. 2, 3, 25 Nunc poſtquam ſcio dulce atque amarum quid ſit ex pecunia, *etc.* *Tralate pro Iucundo, amabili, accipitur, in primis de paterno in liberos affectu: vid.* Iuuenal. 6, 38. *et* 5, 139. *Bynkershoek Obſ. Iur. Rom. 1, 19.* Cic. de Natur. Deor. 3, 32 Omne enim animal ſenſus habet: ſentit igitur et calida et frigida, et dulcia et amara. *Metaphor.* Cic. Fam. 3, 8 Non debent mirari homines — me eſſe acerbum ſibi, vt mihi ſim dulcis. *Sic* Lael. 90 c. 24 Melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur: illos verum ſaepe dicere, hos nunquam. Acre *et* Dulce *quomodo opponantur, vid. p. p.* Ingenium. Cic. de Legib. 3, 25 Noſtra autem cauſa, quae, optime et dulciſſime frater, incidit in Tribunitiam poteſtatem, nihil habuit contentionis cum Tribunatu. *Sic* Attic. 6, 2 Dulciſſime Attice. Plin. 13, 4 Et in Arabia Languide dulces traduntur eſſe palmae. ¶ 2 *Subſtantiua:* Acetum, *vid. mox* Ingenium. Agellus Lucret. 5, 1366. Alloquia Horat. Epod. 13, 27. Alumni Idem Carm. 3, 23, 8. Amica Horat. Epiſt. 1, 7, 12. Amicus Idem Serm. 1, 3, 69, *et vt modo oſtendimus* Cic. Lael. 90. Amores Martial. Spectac. 25. Amplexus Virgil. Aen. 8, 568. Animas dulces reddere Idem Georg. 3, 495. Aqua Varr. de R. R. 3, 3. Virgil. Aen. 1, 47. Arua Idem Ecl. 1, 3. Aura Virgil. Georg. 4, 417. Plaut. Poen. 5, 2, 9 Quam orationem hanc Aures dulces deuorant. Camoenae Horat. Epiſt. 1, 20, 5. Carmen Quinct. 12, 10. Conditio Hor. Epiſt. 1, 1, 51. Coniux Virgil. Georg. 4, 465. Cultura potentis amici dulcis inexpertis Hor. Epiſt. 1, 18, 86. Cupidines Idem Carm. 4, 1, 4. *i. formoſi.* Curae Stat. Silu. 2, 1, 71. Dolium Horat. Epod. 2, 47. Cic. Att. 15, 13 Longiori Epiſtolae ſuperiorique reſpondi: nunc breuiori, propiorique quid reſpondeam, niſi eam fuiſſe dulciſſimam? Epulae Horat. Carm. 3, 8, 6. Eſca Virgil. Georg. 4, 17. Facetiae Latini leporis Vell. 1, 17, 1. Fandi dulciſſimus homo Gell. 16, 3. Flumen Horat. Carm. 2, 6, 11. Fluuii Virgil. Georg. 3, 445. Foetus Lucret. 2, 1159. Fortuna Hor. Carm. 1, 37, 11. Furta Virgil. Georg. 4, 346. Gaudia Ouid. de Arte Am. 3, 798. Gemitus Idem de Arte Am. 1, 724. Haeres Iuuen. Sat. 6, 38. Ignis Propert. 3, 8, 29. Illecebrae Virgil. Georg. 3, 217. Mihi dulcis Imago Profiluit Stat. Epithal. Stellae 154. *i. formoſa.* Cic. Hortenſ. *apud* Non. 4, 17 *ex emendat. vt videtur Fr. Fabricii,* Quod alterius Ingenium ſic dulce, vt acetum Aegyptium, alterius ſic acre, vt mel Hymettium dicimus. Ingenium dulce *etiam* Martial. de Spectac. 20. Iuuenta Horat. Carm. 1, 16, 23. Labor Ouid. Faſt. 6, 661. Latebrae Horat. Epiſt. 1, 17, 16. Nihil dulcius his Libris Nep. 25, 18, 4. Lucellum Horat. Epiſt. 1, 19 (18) 102. Lyaeus Idem Epod. 9, 38. Malum dulce, *amor* Sen. Hippol. ſ. 2. Ouid. Amor. 2, 9, 141. Mella Claudian. in Ruff. 2, 462. Merum Hor. Carm. 3, 13, 2. Moduli dulciſſimi, *de cantu* Apul. Met. 5 p. 165, 27. Munus Senec. Hippol. 5. Muſae Virg. Georg. 2, 475. Muſtum Idem Georg. 1, 295. Nati Virgil. Georg. 2, 138. Nefas Stat. Theb. 5, 162. Nomen patris Claudian. de Rapt. Proſerp. 1, 36. Nouitas Ouid. Met. 4, 284. Orator parum vehemens dulcis tamen, *de Demetrio Phalereo* Cic. Off. 1, 3 Oratione Laelii nihil eſſe dulcius, *ait* de Clar. Orat. 83 c. 21. Oſcula Virgil. Aen. 1, 687. Periculum Horat. Carm. 3, 25, 18. Poma Idem Serm. 2, 5, 12. Reditus Horat. Epod. 16, 35. Salus Ouid. Triſt. 5, 8, 3. Sapor Horat. Carm. 3, 1, 56. Valer. Arg. 4, 632 — dulcesque iterum mihi ſurgere Soles Nunc reor. Solatia Lucret. 5, 21. Somnus Virgil. Aen. 4, 342. Horat. Carm. 2, 13, 38 — ſine per flores nouos Fugiente dulcis murmurat riuo Sonus. Sopor Horat. Epod. 5, 56. Strepitus Idem Carm. 4, 3, 18. Suauitas dulcis et decocta auſterae et ſolidae *opponitur* Cic. de Orat. 3, 103. Vinum Horat. Carm. 3, 12, 2. Vmbra Virgil. Aen. 1, 694. Vndae Idem Georg. 2, 243. Matura dulcior Vua Ouid. Met. 13, 796. *Compar.* Ambroſia dulci dulcius Catul. 96, 2. Aura nectare dulcior Claud. Eidyll. Hyſtr. 99. Ouid. Triſt. 5, 5, 29 — o dulcior illo Melle, quod in ceris Attica ponit apis. Dulcior thymo Hyblae Virg. Ecl. 7, 37. Magis dulcius, *vid.* MAGIS. *Superlat. vt iam vidimus,* Dulciſſime Attice Cic. Att. 6, 2. Dulciſſime frater Idem de Legg. 3, 25. Dulciſſima Pſyche *a marito vocatur* Apul. Met. 5 p. 164, 26.

DVLCIA, um. n. pl. *Placentae dulces.* Dulcia mellita Apul. Met. 10. *Sed* Elmenh. p. 244, 31 Edulia mellita *vocantur.* Lamprid. Heliog. c. 27. *Sic* Apic. 1, 4 Dulcia de melle. Idem 7, 11 Dulcia domeſtica, *item* piperata. *Vid.* Iſidor. 20, 2.

DVLCICVLVS, a, um. Diminut. [γλυκύδιος] Plaut. Poen. 1, 2, 177 Huius coloſtra et dulciculus caſeus. Cic. Tuſcul. 3, 45 c. 19 Demus ſcutellam dulciculae potionis, aliquid videamus et cibi.

DVLCĒDO, ĭnis. f. [γλυκύτης, γλυκασμός] Ouid. ex Ponto 1, 54, 35 Neſcio qua natale ſolum dulcedine captos Ducit, et immemores non ſinit eſſe ſui. Cic. de Fin. 2, 114. Lucret. 2, 970 Aut aliquem fructum capiant dulcedinis Almae. Dulcedine corruptelaque mores deprauati Cic. de Legg. 2, 38. At ſi deformis lacerum dulcedine corpus Perſequitur ſcabies Grat. Cyneg. 408. Dulcedo *eſt prurigo, libido ſcalpendi.* *Sic* Veget. Mulom. 3, 15, 4. *Et pro ipſa ſcabie* 2, 52. Interpellata dulcedo alicuius rei, *vid.* INTERPELLO. Mouet maxima dulcedine ſenſum voluptas Cic. de Fin. 2, 39. Amicitiae dulcedo Senec. Epiſt. 9. Auium Auctor ad Herenn. 4, 30. Cantus Apul. Met. 5 p. 165, 29. Carminum Vellei. 1, 1, 1. Quam multis amaritudinibus humanae Felicitatis dulcedo reſperſa eſt Boëth. l. 2 proſa 4. Gloriae Cic. pro Arch. 24. Iracundiae Idem Q. Fratr. 1, 2. Linguae Ouid. ex Ponto 1, 2, 119. Morum et ſuauitas Vell. 2, 92, 3. Orationis Cic. de Orat. 3, 159 c. 40. Pacis Vell. 2, 117, 4. Pecuniae et Honoris Cic. Fam. 11, 28. Somni Stat. Theb. 10, 79. Staminum, *i. fidium* Ouid. Met. 11, 170. Viuendi Cic. ad Brut. Ep. 16. Voluptatis Idem de Legg. 1, 47.

DVLCITAS, ātis. f. [γλυκύτης] *Idem.* Accius Tereo, Suauem linguae ſonitum, ô dulcitas conſpirium (conſpiratum *al.*) animae. *Haec* Nonius 2, 215. Apuleius de Mund. p. 74, 34 Dulcitas fici.

DVLCITVDO, ĭnis. f. [γλυκύτης] *Idem.* Caecilius, Tanta huic inuaſit in corda dulcitudo. *Haec* Nonius 2, 215. Cic. de Orat. 3, 97 c. 25 Quin etiam guſtatus, qui eſt ſenſus ex omnibus maxime voluptarius, quique dulcitudine praeter caeteros ſenſus commouetur. Inſcript. *apud* Gruter. DCCLII, 3 CVM QVA VIXIT ANNIS XIII CVM MAGNA DVLCITVDINE.

DVLCIARIVS, a, um. Adi. [πεμματοποιός] *Vt,* Dulciarius piſtor, *Qui panes et mellita concinnat edulia.* Lampr. Heliog. c. 27 Dulciarios et lactarios tales habuit, vt quaecunque coqui de diuerſis edulibus exhibuiſſent, vel ſtructores, vel pomarii, illi modo de dulciariis, modo de lactariis exhiberent. Iul. Firmic. 8, 11 *tradit* dulciarios, conditores, et his ſimiles viros naſci ſub ſidere Spicae, quae in Virginis parte decima exoritur. *Vid.* Martial. 14, 222. Apul. Met. 10 p. 244.

DVLCESCO, ĕre. [γλυκαίνομαι] *Dulce fieri.* Cic. de Senect. 53 c. 15 Primo vua eſt peracerba guſtatu: deinde maturata dulceſcit. Plin. 3, 18 Dulceſcente mari. Idem 14, 1. *et* 31, 6. Paullin. ad Nicetam v. 30.

DVLCIO, īre. *pro Dulcere.* Lucret. 2, 473 Humor dulcit, vbi per terras crebrius idem Percolatur.

DVLCE. Adu. [γλυκέως] Plaut. Mil. 2, 2, 58 Hercle aſtitit et dulce et comoedice. Cic. de Clar. Orat. 77 Tum hiſtoria quaedam Graeca ſcripta dulciſſime. Loqui dulce Horat. Epiſt. 1, 7, 27. Idem Od. 1, 22, 23 Dulce ridentem Lalagen amabo, Dulce loquentem. Magis dulce, *vid.* MAGIS. Profari dulce Stat. Silu. 1, 2, 63. Catul. 49 (52) 5 Qui ſedens aduerſus identidem te Spectat, et audit dulce ridentem. *Add.* Martial. 7, 99. Apul. Met. 2 p. 204. *et* Met. 6 p. 660.

DVLCĬTER. Aduerb. [γλυκερῶς] Cic. de Fin. 2, 18 c. 6 Aut enim eam voluptatem tueretur, quam Ariſtippus, id eſt qua ſenſus dulciter ac iucunde mouetur. Quinctil. 12, 10. Apul. Met. 2, . . *Comparat.* Cic. in Orat. 158 c. 47. Prudent. Cath. 5, 95. *Superl.* Cic. de Clar. Orat. 77 c. 19.

DVLCĬFER, a, um. Adi. Plaut. Pſeud. 5, 1, 18 Cantharum dulciferum.

DVLCIFLVVS, a, um. Adi. [γλυκύῤῥοος] *Quod dulciter et ſuauiter fluit.* Dracont. Hexaëm. 49.

DVLCILOQVVS, a, um. Adi. [μελίγηρυς] *Dulciter loquens.* μελίλογος, Onomaſt. Vet. Apul. Apol. 1 p. 129. Sid. Epiſt. 8, 11.

DVLCILOQVIVM, ii. n. Sariſb. Epiſt. . .

DVLCĬMŎDVS, a, um. Adi. Prudent. Pſychom. 667.

DVLCINERVIS, e. Adi. *Idem.* Mart. Capell. 9 p. 310 Arcus dulcinerues *dat Cupidini.*

DVLCIORILOQVVS, a Naeuio vſurpatum, vt nimis Poëticum, et ab vſu remotius, explodendum *cenſet* Gellius 19, 7 *quem vide.*

DVLCIŎLVS, i. m. Dimin. Apul. Met. 4 p. 155, 12 Mellitis dulciolis ventrem ſaginare.

DVLCISONVS, a, um. Adi. [γλυκύφωνος] *Suauiter ſonans.* Sidon. Carm. 6, 5. Apul. Aſclep. p. 407. Mart. Capell. 9 p. . . .

DVLCO, āre. *Dulce efficio.* Sidon. ad Agric. . . Pareo libens, laudaturus vitae tam dulcatae ſolicitius ingenuitatem. Idem Ep. 5, 4 Vt contractae apud nos offenſae amaritudinem politis affatibus dulcare non definant. *Hinc* Edulco, *de quo ſ. l.*

DVLCATVS, a, um. Partic. Sidon. Carm. 2, 105 Dulcatis cunctata vndis.

DVLCOR, ōris. m. Tert. adu. Marc. 3, 5. *it.* Carm. adu. Marc. 1 c. 6. *et* Theod. Priſc. de Diaet. c. 12.

DVLCŌRO, āre. *Idem, quod Dulcare.* Sariſb. 8, 16. *Conf.* Vulg. Prou. 27, 9.

DVLCORĀTVS, a, um. Partic. Ambroſ. de Inſtit. Virgin.

DVLCORATIO, ōnis. f. *Apud* Afranium.

DVLCORARIVS, ii. m. Sariſb. 8, 13.

DVLICE. Adu. *Seruiliter.* Plaut. Mil. 2, 2, 58 Adſtare dulice. Δουλικῶς, *Graecum eſt.*

DVLICHIVM, i. n. [Δουλίχιον] Inſula eſt, vbi mons eſt Ithacus, in quo fertur habitaſſe Vlyſſes, coque et ipſe Dulichius, et Dulichias habuiſſe rates dicitur. *Haec* Seruius *ad* Virg. Aen. 3, 271 Dulichiumque, Sameque, et Neritos ardua ſaxis.

DVLICHIVS, a, um. Adi. Virg. Ecl. 6, 76 Dulichias vexaſſe rates, *h. e.* Ithacenſes. Seruius.

D V M

DVM. [ἐν ὅσῳ, ὄφρα] Adu. *temporis coniuncti, includit interdum terminum, vsque.* Virgil. Aen. 1, 5 Multa quoque et bello paſſus dum conderet vrbem. Liu. . . . Paucos morati dies dum ſocii venirent. *Add.* Idem 27, 42. Ter. Heaut. 3, 2, 32 At nunc quid exſpe-

ſpectat Syre ? an dum hinc denuo abeat. Cic. Att. 7, 1 Exſpecta amabo te dum Atticum conueniam. *Eidem*, Ego in Arcano operior dum iſta cognoſco. *Eidem*, Quod ſi totum tibi perſuadere non poſſum, ſaltem dum quid de Hiſpanis agamus ſcitur, exſpecta. Exſpectandum, dum ſe res ipſa aperiat Nep. 4, 3, 7. Vlciſcendi vim differant in tempus aliud, dum deferueſcat ira Cic. Tuſc. 4 c. 36. Ter. Andr. 5, 6, 13 Ne exſpectetis dum exeat. Virgil. Ecl. 9, 96 Tityre dum redeo (breuis eſt via) paſce capellas. Columel. 2, 11, 12 Paullum aqua maceratur, dum lenteſcat. ¶ 2 *Conditionale eſt, vt in illo, quod* notum *vocat* Quinctil. 2, 17, 24 Dum clauum rectum teneam. Ter. Eun. 4, 6, 3 Vsque adeo ego illius ferre poſſum ineptias et magnifica verba, verba dum ſint. Dum proſint tibi Idem Andr. 4, 1, 53. *Et* Heaut. 3, 1, 56 Decretum eſt pati, dum illum modo habeam mecum. Salluſt. Catil. 5 Neque id quibus artibus aſſequeretur, dum ſibi regnum pararet, penſi quidquam habebat. Ter. Hec. 4, 4, 12 Dum ne reducam, turbent porro quam velint. Cic. de Fin. 5, . . Dum res maneant, verba fingant arbitratu ſuo. ¶ 3 *Idem fere, quod quam diu, ſignificat.* Ter. Heaut. 2, 2, 10 Noſti mores mulierum, dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt. Idem Andr. 2, 6, 12 Dum licitum eſt ei, dumque aetas tulit, amauit. Cic. de Fin. 5, 9 Sed tamen iam infici debet his artibus, quas ſi, dum eſt tener, combiberit, ad maiora veniet paratior. Dum ego patria careo Ter. Andr. 2, 3, 16. Idem Heaut. 3, 1, 83 Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis, dum id quaero, tibi qui filium reſtituerem. Idem Andr. 5, 1, 7 Dum ſtudeo obſequi tibi, paene illuſi vitam filiae. *Et* Phorm. 1, 2, 26 Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi. Ter. Andr. 1, 1 Dum tempus ad eam rem tulit. Cic. pro Roſc. Amer. c. 32 Dum hominum genus erit, qui accuſet eos non deerit. Dum ciuitas erit, iudicia fient. Martial. 1, 4 Audieris cum grande Sophos (σοφῶς) dum baſia captas, Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago. Catul. Epithal. ſ. 61, 45 Sic virgo dum intacta manet, dum cara ſuis eſt. *Quo in loco nonnulli legunt,* Tum cara, *etc. ſed ii arguuntur auctoritate* Quinctiliani *hunc locum, etiam ipſo verſu citato, ſic exponentis 9, 3, 16* Prius DVM, ſignificat Quoad: ſequens, Vsque eo. *Eadem ratio verſus amoebei 56* Sic virgo dum intacta manet, dum inculta ſeneſcit. *Simile eſt illud* Virg. Aen. 8, 41 Vt vidi, vt perii! vt me malus abſtulit error! ¶ 4 *Eleganter praeponitur alia particula:* Ter. Heaut. 1, 1, 54 Ego te meum dici tantiſper volo, dum quod te dignum eſt facis. Plaut. Moſtel. 3, 1, 157 Ego hic Tantiſper dum exis, te opperiar. Ter. Heaut. 3, 1, 44 Sufferre amator nunquam eius ſumtus queat, Nedum tu poſſis. Valer. Maxim. 3, 2, 26 Ornamenta etiam legioni nedum militi ſatis multa. *Sed* Nec dum *eſt* et nondum: Liu. 21, 6 Hac legatione decreta, nec dum miſſa. *Sic* Celſus, . . Pertinet autem ad rem quam calidiſſimum eſſe imum ventrem, neque dum inflammationem cepiſſe. Nihil dum, *i. nihil adhuc:* Cic. Fam. 12, 12 Interim ad me venit Munatius noſter, vt conſueuerat, et ego ei literas tuas dedi: Nihil dum enim ſciebat. Idem Fam. 12, 7. Liu. 24, 20. Vix dum, *h. e. vix adhuc:* Cic. Fam. 12, 4 Vix dum triginta dies in Syria fuiſſes. *Vid.* VIX. Liu. 24, 25 Quid enim ſua ſponte feciſſe Hieronymum puerum, ac Vix dum pubeſcentem facere potuiſſe. *Add.* Idem 21, 3. *et* 28, 14. *In tali compoſitione* Dum aliquando πάρελκον eſt, productio et adiectio ſyllabae: vt Ehodum ad me, Adeſdum. *Haec* Donat. Ter. Hec. 5, 4, 14 Manedum ſodes. *Vbi* Donatus, DVM abundat. Accipiendum hoc Plaut. Men. 2, 3, 35. Perage dum facinus manu Senec. Med. 987. *Sic* Primumdum Plaut. Bacch. 2, 3, 25. *Add.* Idem Mil. 2, 3, 26. *et* Moſt. 1, 2, 39. *it.* 2, 1, 53. *et* Rud. prol. v. 32. *et* Trin. 1, 2, 61. *et* Truc. 1, 1, 10. *item* Agedum, Vsquedum; *de quibus ſuis in locis. Vide Coluii Not. in* Apul. p. 150. ¶ 5 Dummodo *exceptionibus ſeruit:* Scribon. 121 Dummodo infra hoc pondus. Iuuen. Sat. 8, 260 Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis Aeacidae ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas. Sit ſumma in iure dicendo ſeueritas, dummodo ne ea varietur gratia Cic. ad Q. Fratr. 1, 1. Idem Offic. 3, 82 c. 21 Quid? qui omnia recta et honeſta negligunt, dummodo potentiam conſequantur, nonne idem faciunt, *etc.* Dummodo ne quid haec ambitioſa feſtinatio imminuat eius gloriae Cic. Fam. 10, 25. Idem Att. 7, 7. 12, 44. *et* de Orat. 3, 183. in Catil. 1 c. 5. Dum ne *ſimiliter ponitur:* Cic. Att. 8, 11 Ego ſi cui adhuc videor ſegnior fuiſſe, dum ne tibi videar non laboro. Cic. Fam. 11, 10 Interpellent me, quo minus honoratus ſim, dum ne interpellent quo minus Reſpublica a me commode adminiſtrari poſſit. *Add.* Ter. Andr. 5, 3, 31. Dum tamen *eandem rationem habet:* Columel. praef. de R. R. cuius praecepta ſi vel temere ab indoctis, dum tamen agrorum poſſeſſoribus antiquo more adminiſtrarentur, minus iacturae paterentur res ruſticae. *Conf.* Celſ. 3, 4.

DVMNŌTĂNVS, i. m. *Locus Aquitaniae* Auſon. Epiſt. 4, 52 *et alibi.*

DVMNŌTŎNVS, a, um. Adi. *Vt*, Dumnotona domus Auſon. Epiſt. 7, 55.

DVMVS, i. m. [ἄκανθα] *Dicitur omnis frutex ſpinoſus et aſperitate moleſtus.* Cic. Tuſcul. 5, 65 Animaduerti columellam non multum e dumis eminentem, in qua inerat ſphaerae figura, et cylindri. Amantes ardua dumi Virgil. Georg. 3, 315. Aſpera rura dumis Idem Aen. 4, 526. Excelſi Virg. in Culice 153. Horrida dumis ſilua Idem Aen. 9, 381. Rubentes Claud. de locuſta 3. Virgil. Aen. 9, 393 Dumiſque Silentibus errat. Ouid. Met. 12, 356 — Solidoque reuellere dumo, *etc.* Spiſſi Sil. 10, . . Virgil. Aen. 8, 348 Hinc ad Tarpeiam ſedem, et Capitolia ducit Aurea nunc; olim Silueſtribus horrida dumis. Quinctil. 5, 11 Terra neglecta ſentes, atque dumos, exculta fructus creat.

DVMŌSVS, a, um. Adi. [ἀκανθώδης] *Spinoſus, vepribus plenus: vel, vt ait* Feſtus, Frondoſus. *Admonet* Feſtus Pomp. legi Duſmoſum locum apud Liuium, pro Dumoſo, antiqui enim interſerebant ſ literam; et dicebant Coſmittere, pro Committere; et Caſmoenae, pro Camoenae. Dumoſa et indirecta actio Quinctil. 5, 13, 2 *ex coniectura Geſneri: vulgo leg.* clamoſa. Columel. 4, 33 Niſi ſi dumoſi, glareoſique montes. Virgil. Ecl. 1, 77 Non ego vos poſthac viridi proiectus in antro Dumoſa pendere procul de rupe videbo. *Vbi* Seruius, Dumoſa, *i. rigida, ſpinoſa.* Arua Idem Georg. 2, 180. Auia Sil. 7, . . Inuia Idem 4, . .

DVMĀLIS, e. Adi. *Idem.* Mart. Capell. 3, . .

DVMĬCŎLA, ae. m. *Habitans inter dumos.* Auien. Perieg. 895.

DVMIA Tribus. *Vid. h. v.*

DVMĒTVM, i. n. [ἀκανθών] *Locus dumis et ſpinis conſitus.* Cic. Tuſcul. 5, 64 Septum vndique et veſtitum vepribus et dumetis. Qua — Confraga denſis Arboribus dumeta tegunt Lucan. 6, 127. Sil. 3, 295 Ceu pernix quum denſa vagis latratibus implet Venator dumeta Lacon. Horrida Senec. Herc. Oet. ſ. 2. Paruis dumetis vulſa fraga Idem Hippol. ſ. 4. Pinguia Virg. Georg. 1, 15. *Per translationem:* Cic. Acad. 4, 112 Quum ſit enim campus, in quo exultare poſſit oratio, cur eam tantas in anguſtias et Stoicorum dumeta compellimus? *Et* de Natur. Deor. 1 c. 24 Quod cum efficere vultis, in dumeta correpitis, *i. ad ſpinoſa Sophiſmata confugitis.*

DVMECTA, Antiqui, *inquit* Feſtus, quaſi Dumiceta appellabant, quae nos Dumeta.

D V N

DVNTAXAT. Adu. [μόνον καὶ μέχρι τούτου, δηλαδή, Gloſſ. Lat. Graec.] *Tantum, ſaltem, modo, hactenus, certe, etc. Etymon ponit* Priſcian. 15 p. 1015 ab Aduerbio et Verbo, *i. ex* dum *et* taxo. *Hoc videtur velle,* dum taxatur, *aeſtimatur, hac parte, hoc reſpectu. Nam ſemper reſtrictionem notat, ac pro diuerſitate relationis illis, quas poſuimus, particulis reddi aut permutari poteſt. Exemplis res declarari ſolis poteſt.* Cic. poſt red. ad Quir. c. 4 Is inimicus ſpiritu duntaxat viuebat; re quidem infra omnes mortuos amandatus erat: *i. ſolo ſpiritu, ſi aeſtimes, taxes vitam ſpiritu, viuere dicendus erat, caeterum, etc.* Cic. Attic. 5, 10 Valde me Athenae delectarunt, vrbs duntaxat, et vrbis ornamentum, *etc.* Senec. Epiſt. 85 Morbum morte non fugiam, duntaxat ſanabilem et non officientem animo. Plin. Pan. 37, 1 Tributum tolerabile, et facile heredibus duntaxat extraneis, domeſticis graue. Cic. Parad. Praef. Cato enim duntaxat de magnitudine animi, de continentia — ſolet dicere: Ego vero illa ipſa, *etc.* Idem de Orat. 1, 249 c. 58 Cur ergo non iidem in iure ciuili — ſatis inſtructi eſſe poſſumus ad hoc duntaxat, ne in noſtra patria peregrini atque aduenae eſſe videamur? *Et* pro Milon. 5 c. 3 Equidem caeteras tempeſtates et procellas in illis duntaxat fluctibus concionum ſemper putaui Miloni eſſe ſubeundas — in iudicio vero, *etc.* Cic. Att. 2, 18 Hac tamen in oppreſſione ſermo in circulis duntaxat conuiuiis eſt liberior, quam fuit. Idem ad Brut. Ep. 15 *extr.* Habes rationem mearum ſententiarum, de hoc genere duntaxat honoris et poenae. *Et* de Diuin. 2, 90 c. 43 Quibus etiam Diogenes concedit, aliquid vt praedicere poſſint, duntaxat, quali quisque natura, *etc.* Cic. ad Brut. 285 c. 82 Sin ieiunitatem et ſiccitatem, et inopiam, dummodo ſit polita, dum vrbana, dum elegans, in Attico genere pōnit, hoc recte duntaxat. Id. pro Deiot. 1 Primum dico pro capite fortunisque regis: quod ipſum etſi non iniquum eſt, in tuo duntaxat periculo: tamen eſt ita inuſitatum, regem capitis reum eſſe, vt ante hoc tempus non ſit auditum. Plin. 10, 29 Roſtrum quoque anniculis in ebur transfiguratur, duntaxat maribus. Cic. ad Brut. 3 Conſules duos bonos amiſimus, ſed duntaxat bonos. *i. nihil aliud, quam bonos, non fortes, etc.* Idem de Orat. 2, 119 c. 27 Haec artem quidem et praecepta duntaxat hactenus requirunt. *Et* de Amicit. 53 c. 15 Coluntur autem ſimulationes amicitiae duntaxat ad tempus. Cic. Att. 4, 3 Nos animo duntaxat vigemus. Idem de Fin. 2, 21 Non reprehenderentur eo nomine, duntaxat caetera cauerent. *Add.* Lucret. 2, 122, 929. *et* 3, 378. *quibus locis pro* certe *ponitur.* Non duntaxat, *pro* Non ſolum: Liu. . . . Nec animum nobis duntaxat fidelem ac bonum praeſtitit, ſed omnibus interfuit bellis quae geſſiſtis. Paullus. C. 3 de teſtament. tutel. Quum tutor non rebus duntaxat, ſed etiam moribus praeponatur. Vitem duntaxat brachium craſſam transferre licebit Cato R. R. c. 49, 1. *i. ante quam craſſior fiat.* Papin. l. 95 §. 2 D. de ſolut. Nam ſi reus duntaxat fuit obligatus, fideiuſſor liberabitur, *i. non plenius, quam fideiuſſor, duntaxat vt fideiuſſor.* Sueton. Auguſt. c. 66 Non tantum virtutes ac merita cuiusque digne perſecutus, ſed vitia quoque et delicta duntaxat modica perpeſſus, *i. quam diu modica, ſi modum non exceſſiſſent.*

D V O

DVO, duae, duo. pl. [δύο, *vel* δύω *Attice*] *In declinatione obſeruanda quaedam habet.* Scribon. 45 Olei veteris ſextarii duo et dimidium. Duo fulmina belli Virgil. Aen. 6, 843. *Genitiu.* Natura duarum diſſimilis rerum Lucret. 1, 503. *Contracte* Accius *apud* Cic. de Orat. 156 Mulier vna duūm virūm. Duum *etiam* Scribonius *ſaepe, v. g.* 98 *ter eſt* ✱ pondo duum, *i. denariorum duorum Sic* Ambulet millia paſſuum minime duum. *Et* 56 Turis ✱ Pond. duum. *Et* 63 Aeris floris ✱ P. duum. *Sic bis* c. 65 *etc. Vid.* Chariſ. 1 p. 101 *extr. Datiu. et Ablat.* Duobus menſibus Ter. Hec. 3, 3, 33. Natura duabus conſiſtit rebus Lucret. 1, 419. *Accuſat.* Duas vxores habere Ter. Phorm. 5, 1, 28. *Sed Accuſatiuus in maſculino genere ſaepe Graeci dualis inſtar ipſe quoque in O exit. Sic* Cic. Fam. 7, 29 Duo parietes de eadem fidelia dealbare *habent boni libri.* Varro R. R. 2, 5, 12 Habeo tauros duo, *vt reſtituit Victorius.* Horat. Serm. 1, 7, 15 — Duo ſi diſcordia vexat inertes. Cic. Fam. 3, 4 Duo enim duarum aetatum plurimi facio eadem ratione, Cn. Pompeium filiae tuae ſocerum, et M. Brutum generum tuum. Idem Verr. Act. 1, 25 Horum pater abhinc duo et viginti annos eſt mortuus. *Et* Att. 9, 11 Vos duo delegi. Virgil. Aen. 11, 285 Si duo praeterea tales Idaea tuliſſet Terra viros. *Vid. omnino Pier. ad loc. atque hanc terminationem defendunt Gronou. ad* Liu. 35, 21. *Graeu. ad* Sueton. Claud. c. 14. *et Stewech. ad* Arnob. 3 p. 93. *Conf. Burmann. ad* Quinctil. 2, 17 p. 197. *An neutro genere* Dua *dicatur, diſputatum eſt.* Accius *apud* Cic. Orat. 156 c. 46 Video ſepulcra dua duorum corporum *etiam Gronouius edidit, Lambinus* duo. *Contra* dua *diſputant Brouckh. ad* Propert. 2, 20, 39 *vbi dederat Paſſeratius,* Et qui moviſtis dua litora. Dua corpora *ſunt in* vet. lap. *quem dedit Phil. a Turre de Foro Iul. p. 355.* Duo *quidem, o etiam correpto, in neutro recte dici, late docuit Voſſ. de Anal. 2, 6. Pro* dua *laudatur etiam* Quinctil. 1, 5, 15 Duapondo et trepondo vsque ad noſtram aetatem ab omnibus dictum eſt, et recte dici Meſſala confirmat. *De ſententia Gronouii de Pec. vet. 1, 7 p. 35 hae formulae hanc vim habent,* duas pondo libras, *vel* tres pondo libras, *vt* Treuiri, pomeridiem, *pro* Tres viri, poſt meridiem. Scribonius Largus *vix eſt, vt ſub hanc regulam cogi poſſit, apud quem, vt editus eſt ab ipſo etiam Rhodio, iſta leguntur:* Comp. 45 Spumae argenteae pondo dua. *Et* 81 Olei veteris

teris P. dua. 82 Reſinae terebinthinae pond. dua, *et id genus plura, v. g.* 206 Reſinae Colophoniae P. IIII. *(vid. leg. III.)* vel dua et beſſem. *Denique* 258 Poſtea cerae P. dua bes. *In his talibus tanto maior confuſio videtur, quod alias* libras *adiicere in tali re ſolet, vbi* duas, *vel* duae *analogia poſcebat. V. g.* 156 In quo adiicitur — cerae — pondo libra, olei Cyprini pondo libra — olei veteris Pondo dua. *Talia nec damnanda temere, nec imitanda.*

DVODECIES. Adu. [δωδεκάκις] Pſeudo-Cic. in Salluſt. . . Ne cauſam diceret, ſeſtertio duodecies cum Caeſare paciſcitur. Duodecies H. S. Cic. Verr. 2, 185.

DVODĔCIM. Adu. [δώδεκα] Cic. de Legg. 2, 59 c. 23 Diſcebamus enim pueri duodecim, et carmen neceſſarium. *Compendium eſt loquendi, quo ſignificabantur* Leges duodecim tabularum. *Et* ibid. Quid, qui poſt duodecim in vrbe ſepulti ſunt clari viri? *Et* p. p. Iam caeteri in Duodecim, *etc. Sunt enim ibi plura.* Cic. de Legg. 1, 5 *plenius*, Duodecim tabulae.

DVODECIMVS, a, um. Adi. *Vt*, Duodecima Legio Caeſ. B. G. 2, 23. Tacit. Ann. 15, 6, 23. Vet. Auct. Argum. in Aen. Virg. Duodecimo Turnus diuinis occidit armis. Duodecimo die Caeſ. B. G. 2, 2.

DVODECIMO. Adu. Fl. Domitiano duodecimo et Corn. Dolabella Coss. Iul. Capitolin. in Anton. Pio 1. *Al.* Duodecies.

DVODECENNIS, e. Adi. Sulp. Seuer. Dial. 3, 2 Paterfamil. duodecennem ab vtero mutam puellam Martino coepit offerre. Idem Dial. 1, 10, *contracte* Duodennis; *atque ita in MSto reperiri Vorſtius adnotauit.*

DVODĒNI, ae, a. Adi. [δωδέκατοι] *Diſtributiuum, quo Duodecim ſingulis tribuuntur.* Cic. pro L. Agr. 84 Duodena iugera. *Apud* Liu. 1, . . Duodeni pedes. Plin. 2, 8. Pariuntur duodeni Idem 11, 25. *Poëtae, vt ſolent in aliis, quoque vtuntur pro cardinali numero. Vt*, Aſtra Virgil. Georg. 1, 232. Signa Ouid. Met. 13, 618.

DVODENARIVS, a, um. Adi. Varr. de L. L. 4, 4 Multa Antiqui duodenarii numero finiebant.

DVODEVIGINTI. Adi. pl. *indecl.* [εἴκοσι δυοῖν δέοντες] *pro* Octodecim. Hanc dicendi conſuetudinem, *inquit* Feſtus, a Graecis traxiſſe videmur, qui ſic enuntiant δυοεξέικοσι. Cic. Acad. 4, 128 c. 41 Solem plus quam duodeuiginti partibus confirmant maiorem eſſe quam terram, *i. duodeuiceſies.* Liu. 30, 18. Plaut. Poen. 4, 2, 75. Caeſ. B. G. 2, 5 *extr.*

DVODEVICESIMANI, *Milites, a legionis numero. Vid. Alex. Genial.* 6, 22.

DVODEVICĒNI, orum. *Vt*, Duodeuiceni denarii Liu. 21, 41, *i. octodecim in ſingulos.*

DVODEVICESIMVS, a, um. Adi. Plin. 35, 8 Duo enim de viceſima olympia interiit Candaules. Idem 2, 73 Bis anno abſumi vmbras, ſole duodeuiceſimam Tauri partem obtinente. *Vid.* Tacit. Hiſt. 1, 55, 3. Gell. 1, 7.

DVODEVIGINTĒSĬMVS, a, um. Adi. *Idem.* Duodeuigenteſimum conſul *totidem literis legitur aduerbialiter in* Monum. Ancyrano. *Vid. Gronou. Comment. Sed* Duodeuicinſimum P. Lucas *apud Fabric. Auguſti Fragm. p.* 224.

DVODETRIGINTA. Adi. *indecl.* Varr. de R. R. 1, 1 Quod res diſperſas comprehendit libris duodetriginta. Liu. 28, 18. Suet. Aug. c. 46. Vnus erit tantum duodetriginta dierum Auſon. in Eclogario, *de menſe Februarii.*

DVODETRIGESĬMVS, a, um. Varro *apud* Gell. 3, 20.

DVODETRICIES. Adu. Cic. Verr. 3, 163 c. 70 Ita in frumentum imperatum H. S. duodetricies in annos ſingulos Verri decernebatur.

DVODEQVADRAGINTA Annis Cic. Tuſc. 5 c. 20.

DVODEQVADRAGĒSĬMVS Annus Liu. 1, 40 *pr.*

DVODEQVADRAGĒNI Pedes Plin. 36, 2.

DVODEQVINQVAGINTA, Colum. 12, 5. *et* 9, 14.

DVODEQVINQVAGĒSĬMVS Annus Cic. de Clar. Orat. 162 c. 44. *Et apud* Plin. 4, 22 Duodequinquaginta. *Et* Columel. 9, 14.

DVODESEXAGINTA, Plin. 11, 9 Duodeſexaginta annis nihil aliud agere.

DVODESEXAGESIMVS, a, um. Vell. 2, 53, 3 Duodeſexageſimum annum agens.

DVODENONAGINTA. Adi. *indecl.* Plin. 3, 16.

DVODEOCTOGINTA. Adi. *indecl.* Plin. 3, 5. *Caeterum de hac compoſitione, vid. Perizon. Animadu. Hiſt. c. 10 p. 450.*

DVOETVICESĬMVS, a, um. Adi. Gell. 5, 4 Duoetuiceſimo anno poſtquam Galli Romam ceperunt.

DVOETVICESIMĀNVS, a, um. Adi. *Miles Legion. XXIIdae.* Tac. Hiſt. 5, 1, 3.

DVOMILLESIMVS, a, um. Adi. Alter ex milleſima parte, alter ex duomilleſimis partibus ſocius Paullus ICt. 1, 80.

DVONVM, Veteres pro Bono dixerunt, ſicut Duellum pro Bello Feſtus, Duonum bonum. Simul duona eorum portat ad naues, *laudatur* Plaut. Pſeud. 1, 3, 94. Vet. Marm. *apud Gaſſend. in Vit. Peireſc. p. 166, vbi L. Scipio* duonoro viroro, *i. bonorum virorum* optimus *vocatur.* Vet. Gloſſ. Duonus ἀγαθός. *Vid.* DVELLONA, *et quae ſequuntur.* Duonus ceruſes, *i.* bonus creator *Saliari carmini reſtituit Scalig. Append. ad Coniect. in Varron. p. 189. Neſcio vnde habeat iſta Sauaro ad Sidon. Apoll. 2, 1 p. 92:* Cn. Marcius Vates, Quamuis induitium duonum negumate. Liuius veteri Odyſſea, Duonorum millia. *Haec, inquam, neſcio vnde adferat. Addit* Tertull. ad vxor. 2, 8 ſ. *extr.* Vnde niſi a diabolo maritum petant duonum exhibendae ſellae, et mulabus, et cinerariis peregrinae proceritatis? *Nempe cum* donum *eſſet in libris antiquis,* bonum *emendauit Rhenanus, interpretatusque eſt* idoneum: *quod in contextum orationis receptum eſt in editione Priorii (forte iam a Rigaltio)* Duonum *quod ad* donum *proxime accedit, neſcio coniecceritne Sauaro, an alicunde acceperit.*

D V P

DVPLA, ae. DVPLARIS, *vid.* DVPLVS, a, um.

DVPLEX, ĭcis. Adi. [διττὸς, διπλόος] *Cui duae ſunt partes, quod duorum eſt generum, vnum bis ſumtum, etc.* Virgil. Aen. 1, 659 — Et duplicem gemmis auroque coronam. Idem Georg. 3, 87 At duplex agitur per lumbos ſpina. *Vbi* Seruius, Aut re vera duplex, aut lata: *Vt*, Georg. 1, 172 Duplici aptantur dentalia dorſo. Duplici ſpina equum *laudat etiam* Columel. 6, 29, 2. *Conf. Turneb. Adu. 13, 1. et 28, 47.* Virgil. Aen. 1, 93 Et duplices tendens ad ſidera palmas, *i. ambas.* Amictus Idem Aen. 5, 421. Amiculum Nep. 14, 3, 2. *craſſius.* Argentum Plaut. Men. 3, 3, 22 Ego pol tibi reddam duplex. Cauſa duplex irae Ouid. Faſt. 6, 43. Ter. prol. Heaut. 5

— Integram Comoediam
Hodie ſum acturus, Heautontimorumenon:
Duplex quae ex argumento facta eſt ſimplici.

Cic. Tuſcul. 1, 72 Itaque diſſeruit duas eſſe vias, duplicesque Curſus animorum e corpore excedentium. Damnum Plaut. Caſin. 3, 6, 3. Ficus duplices Veget. Mulom. 1, 38, 6. *item* 1, 56, 17 *et alias, videntur* bifidae *auctore* Schol. Horat. Sat. 2, 2, 121 Et nux ornabat menſas cum duplice ficu. Linteum duplex Scribon. 268. Per duplex Linteum recolatur. Modus in ſingulis pedibus orationis aut ſeſquiplex, aut duplex, aut par Cic. in Orat. 193. Ordo Plin. 11, 40. Panno duplici velatus Horat. Epiſt. 1, 18, 25. *Vid. Ferrar. de re veſt.* 2, 1, 9. Pes: *vt*, duplex pes primus feminae cancrorum, ſimplex mari Plin. 9, 31. Stipendium Liu. 34, . . Ter. Phorm. 4, 2, 13 Commodius eſſe arbitror duplici Spe vtier. Spolia Plaut. Bacch. 4, 4, 2. Vas duplex Scribon. 66, 73. Verba duplicia, *i. compoſita legitur* Quinctil. 8, 3, 43 *pro eo, quod eſt apud Ciceronem* duplicata, *vbi vid.* ¶ 2 *Obſeruatt. Alterum tantum ſignificat.* Columel. 1, 8, 8 Duplicia quam numerus ſeruorum exigit. Duplicia ferramenta Idem 1, 8. *i. duplo plura.* Plin. 19, 13 Duplex pretium quam caeteris. Duplicia iudicia *olim dicebantur, quum Duo conſilia ad vnam cogebantur haſtam, vnumque tribunal, ſicut* Quadruplicia, *quae ex quatuor iudicum conſiliis et decuriis, quae in Iulia baſilica ſedebant, coacta erant.* Quinctil. 11, 1, 78 Succurret etiam, ſi apud alios iudices agatur, vt in ſecunda aſſertione, aut in centurialibus iudiciis duplicibus parte victa. *De* quadruplicibus Plin. Epiſt. 1, 5, 4 *etc.* Duplicia iudicia *ſunt Iuriſconſultis,* Familiae erciſcundae, Communi diuidundo, Finium regundorum: quia par vtriusque litigatoris in his conditio eſt, nec quisquam praecipue reus vel actor intelligitur, ſed vnusquisque tam rei, quam actoris partes ſuſtinet. *Similis eſt* Interdictorum *diuiſio* Iuſtin. Inſtit. de Interd. §. 7 fin. *vbi his ipſis verbis vtitur.*

DVPLĬCES, Subſt. m. plur. *Pugillarium, ſiue Tabellarum genus eſt, in quibus literae ſcribi ſolebant, quae et Diplomata Graeca voce dicuntur. Nam* δίπλον *Graeci duplum dicunt.* Sueton. . . In diplomatibus, libellisque et epiſtolis ſignandis, initio Sphinge vſus eſt, mox imagine magni Alexandri, nouiſſime ſua. *Huiusmodi tabellae aliquando* triplices *erant, in quibus res amatoriae ſcribi ſolebant.* Martial. 14, 6 Tunc triplices noſtros non vilia dona putabis, Quum ſe venturam ſcribet amica tibi. *Aliquando* quincuplices: Idem 14, 4 Caede iuuencorum domini calet area felix, Quincuplici cera quum datur altus honor. *Vid.* DIPTYCHA.

DVPLICĬTAS, ātis. f. Lactant. de Opific. Dei c. 8 Deus aures duas eſſe voluit: quarum duplicitas incredibile eſt quantam pulchritudinem prae ſe ferat. Ibid. c. 10 *de Naſi foramine,* Id velut pariete per medium ducto interſepſit, atque diuiſit, fecitque ipſa duplicitate pulcherrimum.

DVPLICĬTER. Adu. [διττῶς, διχθάδια, διτταχῶς] *Duobus modis.* Plaut. Mil. 2, 3, 24. Cic. Fam. 9, 20 Dupliciter delectatus ſum tuis literis, et quod, *etc.* Auctor ad Herenn. 1, . . Vt oſtenderet id, quod oportuiſſet ſimpliciter et ſingulari modo docere, illos diſtribuiſſe dupliciter et bipertito. Cic. Fam. 9, 16 Nihil eſſe ſapientis praeſtare, niſi culpam: qua mihi videor dupliciter Carere, et quod ea ſenſerim, quae rectiſſima fuerunt: et quia quum viderem, *etc.* Idem Acad. 4, 104. Brut. 17. *et* Fam. 8, 10.

DVPLIO, ōnis. f. *Verbum duodecim tabularum, quo duplex, vel pecuniae, vel capitis multa iniungitur alicui: quemadmodum Talionis, talis poenae dicebatur condemnatio, cuius aliquis alium affecerat.* Plin. 18, 3 Noxamue duplionemue Praetoris arbitratu decerni. Duplionem antiqui dicebant, quod nos Duplum. Venit autem a Graeco διπλὸν, Feſtus. *Conf. Roſin. Antt. Rom. l. 8 p. 791.*

DVPLVS, a, um. Adi. [διπλάσιος] *Bis tantum: vt*, Dupla pars. Cic. de Vniuerſ. 20 c. 7 Deinde quartam quae ſecundae dupla eſſet. Plaut. Poen. 5, 6, 14 AG. Duplum pro furto mihi opus eſt. *Sic* Plin. 2, 21. ¶ 2 Dupla, *intell. pars: vt*, Duplam ſtipulari l. 4 §. Si is, qui D. de verb. obl. *nempe vt pretium duplum, pecunia dupla reddatur emtori a venditore, ſi res euicta fuerit.* Plaut Capt. 4, 2, 38 Qui concinnant liberis orbas oues, qui locant caedundos agnos, et duplam agninam danunt, *i. alterum tantum agninae quam veruecinae, quae huic paraſito carior.* Duplo et triplo interuallo diſpares ſeptem orbes mouentur Cic. de Vniuerſ. 20. ¶ 3 *Subſtant.* Duplum, i. n. [διπλάσιον] *Vt*, Condemnari dupli, *ea forma dictum, qua Condemnari capitis.* Cato de R. R. in praefat. Maiores enim noſtri ſic habuere, et ita in legibus poſuere, furem dupli condemnari, feneratorem quadrupli, *i. vt bis tantum reddat, quantum furatus eſt Sic* Poena dupli, *apud* Cic. Off. 3, 65. In duplum agimus, velut furti nec manifeſti Iuſtin. inſt. de action. §. 13. Duplo maior Plin. 11, 16. Cic. pro Flacco 49 c. 21 Frater meus pro ſua aequitate prudentiaque decreuit, vt ſi iudicatum negaret, in duplum Iret. Reddere duplum Plin. 33, 1. Dupli fur Plaut. Poen. 1, 1, 56. Vlpian. l. 46 §. 2 de furtis, Quod dicimus dupli, ſic accipere debemus, etiam quadrupli competere actionem, ſi manifeſtum furtum ſit. Sidon. Ep. 4, 24 Cauta centeſima eſt feneratori, quae per biluſtre producta tempus modum ſortis ad duplum adduxit.

DVPLĀRIS, e. Adi. Macrob. Somn. Scip. 1, 6 Timaeus Platonis, fabricatorem mundanae animae Deum, partes eius ex pari et impari, id eſt duplari et triplari numero, intertexuiſſe memorauit: ita, vt a duplari vsque ad octo, a triplari vsque ad viginti ſeptem ſtaret alternatio mutuandi. Duplaris *eſt hic numerus binarius, verbo,* Duo: *vt*, triplaris Tres. Duplares actiones, *vulgo ſ.* Duplariae *dicuntur a Iuriſconſultis, quae in duplum dabantur: ſicut* Quadruplariae, *quae in quadruplum.* Duplares armaturae, quae binas conſequuntur annonas. Veget. de Re mil. 2, 7. *Et mox*, Torquati duplares, Torquati ſimplares, quibus torques aureus ſolidus virtutis praemium fuit: quem qui meruiſſet, praeter laudem interdum duplas conſequebatur annonas: duplares duas, ſimplares vnam. Erant et ſecundum annonam candidati duplares, candidati ſimplares. *Conf.* DVPLICARII. Inſcriptio *vetus Romae*, T. AELIVS. T. F. POP. HEDISCVS. MIL. DVPLAR. ARMATVR. VIXIT. *Add.* Grut. p. 57, 1. *item* 530, 5.

DVPLĬCO, āre. [διπλασιάζω] *Vt*, Duplicare numerum Cic. de

de Natur. Deor. 1, 42 c. 22. *Augere:* Virgil. Ecl. 1, 67 Et ſol creſcentes decedens duplicat vmbras. *Vbi* Seruius, Variauit: nam dixerat Ecl. 1 v. vlt. Maioresque cadunt altis de montibus vmbrae. Duplicat autem, Auget. *Hactenus* Seruius. *Sic*, Duplicare opinionem de ſe Cic. Fam. 16, . . *Et* Duplicare imperium Plin. 11, 37. Cic. in Partit. 11 Et Geminata atque duplicata, vel etiam ſaepius iterata ponantur. Acies duplicare Sil. 15, . . Virgil. Aen. 11, 645 — duplicatque virum transfixa dolore. *Magnus enim dolor nos duplicat et curuat. Turnebus. Ita apud* Valer. Maxim. 5, 1 *extr.* 1 Duplicatum frigore corpus, *eſt Flexum, incuruatum. Vid.* Gronou. *Obſ.* 4, 19. Tacit. Hiſt. 4, 54 Audita interim per Gallias, Germaniasque mors Vitelli, duplicauerat Bellum. *Sic et* Salluſt. in Fragm. Cic. Att. 5, 18 Expedito ad mutandum locum paruo Exercitu, *etc.* quem nos Deiotari aduentu cum ſuis omnibus copiis duplicaturi eramus. Flagitium duplicatur Tac. Hiſt. 4, 66, 6. Quinctil. 2, 4 Comparatio, quanquam verſatur in ratione ſimili, tamen et duplicat Materiam, *etc.* Malum haſtae duplicauit Nep. 11, 1, 4. Cic. Fam. 5, 14 Non intelliges duplicari Solicitudines, quas eleuare tua te prudentia poſtulat? ¶ 2 *Verba:* Liu. 27, 11 *pr.* Sinueſſae natum ambiguo inter marem et feminam ſexu infantem, quos Androgynos vulgus, vt pleraque faciliore ad duplicanda verba Graeco ſermone appellat, *i. componenda. Sed* Duplicare et iterare verba Cic. in Orat. 135 c. 39 *videntur Synonyma.* Vires Liu. 8, . . Vota Virg. Aen. 8, 556.

DVPLICĀTVS, a, um. Partic. [διπλασιασθεὶς] Cic. pro Domo ſua 95 c. 35 Ad id nec propoſitum vllum fuit: et ſi fuiſſet, duplicata gloria diſceſſiſſem. Beneuolentia Valer. Maxim. 5, 1, 1. Ieiunia Hieron. Epit. Paullae. Imago duplicata noctis Ouid. Met. 11, 550. Duplicata verba Cic. in Partit. 20 c. 6 *ſunt compoſita. Repetit* Quinct. 8, 3, 43 *ſed legitur hodie* duplicia. Poplite duplicato Virg. Aen. 12, 927. *i. flexo, incuruato.*

DVPLICATO. Adu. [διπλασιασμένως] Plin. 2, 17 Rurſus Saturni et Iouis duplicato digrediuntur.

DVPLICĀTOR, ōris. m. *Qui duplicat.* Sidon. Epiſt. 3, 13 Siniſtrarum opinionum duplicatores.

DVPLICATIO, ōnis. f. [διπλασιασμὸς] Senec. Nat. Quaeſt. 8 Horum duplicatio proxima a terris calefacit. Paul. in l. quod ait D. de nox. act. Certe non tantum duplicationis, ſed et condictionis rationem habendam Iulianus putat.

DVPLICARIVS, ii. m. Varro de L. L. 4, 16 Duplicarii dicti, quibus ob virtutem duplicia cibaria vt darentur, inſtitutum. *Hi ſunt qui* Liu. 2, 59 *cum centurionibus iunguntur. (quid.* dupliciarii) *Vid.* Lipſ. de Mil. Rom. 5, 16.

DVPLO, āre. Duplicare, *pro ſingulis binos dare vel facere. Sic dixit* Duplari poenam Vlpian. l. Qui tabulas *pr.* D. de furtis. Duplari actiones *dicuntur* Paullo Sent. 1, 19, 1. Damnum l. 16 ff. de ſeruo corr. Paull. in l. vt tantum D. de ſeruo corrupt. In hac actione extra rem, duplum eſt. Id enim, quod damni datum eſt, duplatur. *Conſ.* l. 20 *pr.* ff. de liber. cauſ.

DVPLATIO, *i. duplicatio eſt* l. 31 ff. de noxali act.

DVPONDIVS, DVPONDIVM, DVPONDIARIVS, *vid.* DIPONDIVS, *etc.*

D V R

DVRABILIS, DVRAMEN, DVRAMENTVM, DVRACINI, DVRATRIX, *et* DVRATVS, *vid.* DVRVS.

DVRĀNVS, i. m. *Mons et fluuius Cebennicus. Vid.* Auſon. Eidyll. 8, 463. *et* Sidon. Carm. 22, 103.

DVRĀTEVS, *et* DVRĪVS, *ſiue* DVREVS, a, um. Adi. [δούρειος, δουράτεος] *Ligneus.* Lucret. *de Equo Troiano*, 1, 476 Nec clam durateus Troianis Pergama partus Inflammaſſet equus nocturno Graiugenarum. *Pareus Lexic. Lucret. Graecorum loca ſuppeditat.* Nox duria, *i. nox illa, qua durius ſeu durateus equus a Troianis exceptus fuit, et in vrbem admiſſus.* Valer. Argon. 2, 573. *Sic exponit Aegidius Maſerius. Burmann. leg.* Dorica, *i. Graeca. Vid. Taubmann. ad* Virg. Aen. 6, 513. Aſcon. Pedian. de Orig. Vrb. Romae *pr.*

DVRETA, ae. f. *Hiſpanica vox eſt, qua illi ſignificare ſolent Vas illud amplum in balneis, in quo ſedentes lauamur: Latini* Solium *vocant.* Suet. in Aug. c. 82 At quoties neruorum cauſa marinis, albuliſque calidis vtendum eſſet, contentus hoc erat, vt inſidens ligneo ſolio (quod ipſe Hiſpanico verbo Duretam appellabat) manus ac pedes alternis iactaret.

DVRICORDIVM, *vid.* DVRVS.

DVRICORIVM, *et* DVRICORIA, *vid.* DVRVS.

DVRINE, [Δυρίνη] Oppidum in ſinu Perſico, quod Alexandri Magni tempore interiit, et ex quo idem Alexander colonos deduxit in Characem vrbem a ſe primum aedificatam. *Vid.* Plin. 6, 27.

DVRIVS, i. m. [Δύριος] *Ptolemaeo Hiſpaniae fluuius, circa Numantiam per Vacceos fluens, qui Gallaeciam ſeparat a Luſitania. Hermolaus* Turium *legi oportere contendit apud* Plin. 3, 3. *Ex* Salluſt. Phoca Grammatico, *et caeteris Ptolemaeo* Durius *dicitur, et* Silio 1, 234 Hic certant Pactole tibi, Duriusque, Tagusque.

DVRMIA, Gens. *Vid. Vrſini, Patini, Hauercampi ſtudio collectos explicatosque numos familiarum.*

DVRO, as. *Vid.* DVRVS.

DVROCOTTORVM, i. n. [Δυροκόττορον] *Galliae vrbs in Belgica, auctore Ptolemaeo.* Strab. 4 *Duricortoram vocat:* Durocortorum Caeſ. B. G. 6, 44.

DVRVS, a, um. Adi. [σκληρὸς] *Quod eſt ſolidum ac firmum.* Virgil. Aen. 4, 366 — Sed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus. *Metaph. Inhumanus:* Cic. Verr. 5, 120 Quis tam fuit illo tempore durus, et ferreus, quis tam inhumanus, praeter vnum te, *etc.* Durus, *de pertinace apud* Plin. Paneg. c. 86. *et* Ep. l. 6 Ep. vlt. Cic. pro Arch. 19 c. 9 Nam et Cimbricas res adoleſcens attigit, et ipſi illi C. Mario, qui durior ad haec ſtudia videbatur, iucundus fuit. Durus *vſurpatur et de Auaro, ad rem nimis attento* Horat. Epiſt. 1, 7, 91. *Vide* Matth. 25, 24. Vulg. Interpr. Durus, *pro impudens* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 20. *Vide infra*, Os durum. Durus et oratione et moribus Cic. de Fin. 4, 78. Vt vita, ſic oratione durus, incultus, horridus Idem de Clar. Orat. 117. Durum *enim non ineleganter dicitur, pro Parum concinno, pro eo, quod Rude et ſine arte eſt: vt contra* Molle, *pro Culto et Exquiſito. Vide infra*, Poëta durus, Pictor, *etc.* ¶ 2 *Subſtantiua, quibus iungitur:* Acetum durum Seren. c. 4 v. 40, *i. acre, vt* Muria. Acheron, *vide* ACHERON. Agreſtes Virgil. Georg. 1, 160. Aluus, *obſtricta* Plin. 28, 9. Horat. Serm. 2, 4, 27. Amica Ouid. Amor. 1, 9, 19. Amor Virgil. Georg. 3, 259. Animus, *i. immiſericors, qui flecti non poteſt:* Ter. Heaut. 4, 1, 51 Vt praeter ſpem euenit! quam timui male ne nunc Animo ita eſſes duro, vt olim in tollenda, Chreme! Cic. pro Domo ſua 15 c. 6 Iam paene belli depulſo metu commutatam Annonam eſſe dicebant, quae quia rurſus in meo reditu facta erat durior, *etc.* Arator Virgil. Georg. 4, 512. Arua Idem Georg. 2, 341. Caſus Virgil. Aen. 2, . . Catena Ouid. Epiſt. 10, 89. Cautes Idem Met. 4, 671. Choreae Ouid. Faſt. 3, 537 *ſc. plebis ac ruſticorum.* Clauſtra duriſſima Claudian. in Conſ. Prob. et Olybr. 106. Cic. pro Rabir. Poſt. 15 Prouidete, ne duriorem vobis Conditionem ſtatuatis, ordinique veſtro, quam ferre poſſit. Duriores legum Conditiones Idem pro Cluent. . . Corda Ouid. Epiſt. 4, 156. Cotes, *ſeu* cautes Virgil. Georg. 4, 43. Crinis durus ſanguine, *i. concretus* Stat. Theb. 11, . . Cubile Virgil. Aen. 9, 715. Curae Idem Aen. 4, 488. Cutis Ouid. Met. 8, 803. Dolores Virgil. Aen. 5, 5. Domina dura cupiditas Cic. in Parad. 5. Fames Horat. Serm. 1, 2, 6. Fata Senec. Troad. 12. Fortuna duriore conflictari Cic. Att. 10, 4. Frigus Plaut. Men. 5, 6, 10. Lucret. 5, 816. Gens Virgil. Aen. 5, 730. Glebae Idem Aen. 7, 747. Homo durus, *Rudis, et immitis, ac moribus difficilibus.* Durus, *item* homo, *Qui pudore non mouetur, nec flectitur precibus vllis, translato ab corpore ad animum nomine:* Ter. Adelph. 1, 1, 39. Cic. Offic. 2, 50 Duri enim hominis, vel potius vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis. Homo vehemens atque durus Cic. pro Caelio 37. Hiems Virgil. Georg. 4, 239. Iberi Lucan. 2, 629. Ilia Horat. Epod. 3, 4. Tacit. Ann. 12, 47 Moxque vulgus duro Imperio habitum probra, ac verbera intentabat. Imperia dura exercere Virgil. Georg. 2, 369. Ter. Phorm. 3, 2, 12 Adeone Ingenio te eſſe duro atque inexorabili, Vt neque miſericordia, neque precibus molliri queas? Iter Virgil. Aen. 6, 688. Iuſſa Ouid. Met. 7, 14. Labor Virgil. Georg. 4, 412. Lacerti Claudian. de Nupt. Honor. 139. Lapides Plin. 36, 24. Lex dura, *Quae non facile fertur:* Plaut. Merc. 4, 6, 1 Ecaſtor lege dura viuunt mulieres, multoque iniquiore miſere quam viri. Mala Horat. Carm. 3, 13. Meſſor Ouid. Met. 14, 643. Medicamentum durum Scribon. 159. Miniſteria Idem Met. 11, 625. Mors Virgil. Georg. 3, 68. Muria dura, *i. ſalſa et acris, liquida tamen, inde dicta, puto, quod durare poteſt condita, ne diffluant* Columel. 6, 30, 9. 12, 6, 1. 12, 7, 3. Scribon. 60. *Conſ.* MVRIA. *item Rhod. ad* Scribon. 185. L. Non Ichthyoph. 1, 42. Natura dura rerum Hor. Serm. 1, 10, 57. Cic. Off. 1, 57 Quid ad hanc manſuetudinem addi poteſt, eum, quicum bellum geras, tam molli nomine (Hoſtis, *quod hoſpitem ſ. peregrinum notabat*) appellari? Quamquam id nomen durius iam efficit vetuſtas. Plaut. Men. 5, 5, 24 Dic mihi hoc etiam, ſolent tibi vnquam oculi duri fieri? *i. rigidi, immobiles.* Opus Lucret. 5, 1359. Plin. 11, 37 Labra a quibus brocci, labeones dicti, et os probum duriusue, animal generantibus. Os durum, *i. Impudens.* Ouid. Met. 5, 451 *ab* Os oris. *Hinc* Duri oris vir Liu. 22, . . *eſſe dicitur. Sed metuo, ne memoriae citantis impoſuerit* Seueritatis durae vir 22, 60. Ter. Eun. 4, 7, 36 Os durum! *Miles impudentiam Chremetis accuſat. Sic*, Frons dura *paſſim, vt* Ferreum os Sueton. Neron. c. 2. Ter. Eun. 2, 3, 62 Duras fratris partes praedicas: *Hinc* Heaut. 2, 4, 22 *ita legi vult Bentleius*, Immo vt patrem tuum vidi, partes diu etiam duras dabit. Pater Ouid. Met. 14, 587. Pauperies Hor. Carm. 4, 9, 49. Pericla Hor. Serm. 1, 2, 40. Pictor durus in coloribus Plin. 35, 11. Poëta duriſſimus Cic. Att. 14, 22 *molli opponitur, qui rigidus nimis non accommodat ſe ad materiam.* Praecordia Ouid. Met. 7, 559. Praelia Hor. Carm. 3, 20, 3. Ter. Phorm. 1, 2, 22 O Geta, prouinciam cepiſti duram. Durior annoſa quercu Ouid. Met. 13, 800. Virg. Aen. 10, 745 *de morte*, Olli dura quies oculos, et ferreus vrget Somnus. Sapor Bacchi durus Virg. Georg. 4, 102. Senex durus ac paene agreſtis Cic. pro Cael. 37. Idem in Orat. 148 Quis tamen ſe tam durum agreſtemque praeberet, qui hanc mihi non daret veniam? Sententia iudicis Liu. 26, . . Seruitus Plaut. Amph. 1, 1, 12. Cic. in Parad. 5. Tacit. Ann. 11, 12 Atque interim Gotarzes poenitentia conceſſi regni, et reuocante nobilitate, cui in pace durius ſeruitium eſt, contrahit copias. Seueritatis durae vir Liu. 22, 60. Sorores durae, *i. Parcae* Sil. 13, . . Sortes Ouid. Met. 13, 184. Spartiatae fortes Cic. Tuſc. 1 c. 43. Strata Ouid. Amor. 1, 2, 1. Studia Claud. de Conſ. Hon. 4, 319. Cic. pro Corn. Balb. 5 Duris enim quondam temporibus Reipubl. noſtrae, *etc.* Duriſſima Reip. Tempora Cic. pro Domo ſua 93 c. 35. Valetudo Hor. Serm. 2, 2, 88. Cic. de N. D. 1, 96 At iſta ſiue beatitas, ſiue beatitudo dicenda ſit (vtrumque omnino durum, ſed vſu mollienda nobis verba ſunt) verum, *etc.* Vinum durum Pallad. Oct. 14, 5 *eſt Aſperum, et adhuc inſuaue, neque potui tempeſtiuum maturumque. Sic modo* Saporem Bacchi durum habuimus. *Ei opponitur* Vinum molle, *quod maturum eſt potui, mitemque adeptum eſt ſaporem.* Virg. Georg. 1, 341 Tunc agni pingues, tunc ſunt molliſſima vina. *Sic Graeci, vt Theophraſtus et Athenaeus*, σκληρὸν *et* μαλακὸν οἶνον *dicunt.* Vis Virg. Georg. 4, 399. Vita, *Ingrata, et moleſtiis atque aerumnis oppleta.* Ter. Adel. 5, 4, 6 Nam ego vitam duram, quam vixi vsque adhuc prope iam excurſo ſpatio, mitto. Ouid. Triſt. 5, 5, 51 Si nihil infeſti durus vidiſſet Vlyſſes. *i. Patiens, obfirmatus. Vnde et* Laborioſum *appellat* Hor. Epod. 17, 16. *Aliter apud* Virg. Aen. 2 *pr.* — Duri miles Vlyſſis, non Laborioſi ſed Crudelis, *vt placet* Seruio. Vngue duro faucius Claud. in Epithal Pal. lad. 122. Vultus Ouid. Epiſt. 16, 11. *i. ſeuerus.* ¶ 3 *Obſeruatt. Subſtantiue ponitur in* Durum cacare Mart. 3, 89. *Sic* Dura viarum, *i. Viae durae* Claud. de Conſ. Hon. 4, 434. Tolerare dura Sen. Hippol. ſ. 4. Praebere ſe durum miſerae et afflictae fortunae alicuius Cic. Att. 14, 13. *Huic opponit* Facilem ſe praebere. Non fore in te Caeſarem duriorem Cic. Fam. 6, 13. *Compar. Etiam* Cic. pro Muraen. 60 Doctrina non moderata nec mitis, ſed vt mihi videtur paullo aſperior et durior, quam aut veritas aut natura patiatur. Durior conditio, *pro Difficilior*, vt ſi quis deteriorem habeat patronum l. generaliter §. fin. D. de fideicom. libert. *Sic* durior aduerſarius *in* l. 1 C. de alienat. iud. mut. cauſ. fact. Ferro durior Propert. 1, 16, 30. ¶ 4 *A librariis permutatur* Durus *cum* Crudus *et* Dirus: *vbi vid.*

DVRIVSCVLVS, a, um. Adi. Dimin. Plin. in Praefat. Ille enim, vt ſcis, permutatis prioribus ſetabis duriuſculum ſe fecit. *i. Paullo duriorem. et* Plin. Epiſt. 1, 16, 5 Duriuſculos verſus.

DVRE, *ſiue* DVRITER. Adu. [σκληρῶς] Ter. Andr. 1, 1, 47 Primum haec pudice vitam, parce ac duriter agebat. *Vbi* Donatus, Duriter contra rationem regulae: debuit enim dicere dure, ab eo quod eſt durus. Et tamen eſt differentia. Eſt enim Duriter, ſine ſenſu laboris; Dure autem, crudeliter: illud ad laborem, hoc ad ſaeuitiam relatum eſt. Sed Dure in alterum, Duriter in nos aliquid facimus. *Viderit, quam accurate?* Ter. Adel. 1, 1, 20 Vxorem nunquam habui: ille contra, haec omnia, Ruri agere vitam, ſemper parce ac duriter ſe habere. Cic. Att. 1, 1 Durius Accipere hoc mihi viſus eſt, quam vellem. *Conf.* Caeſ. B. C. 2, 29. Tacit. Ann. 1, 4 Fecerant curam, ne princeps antiquae parſimoniae durius Aduerteret. Appellare durius Cic. pro Lig. c. 6. Dicere dure Hor. Epiſt. 2, 1, 66. *i. aſpere, ruſtice.* Cic. ad Brut. 3 Equidem nihil Diſſerui durius, quum nominatim de C. Antonio decernerem. Dure feciſti Plin. Epiſt. 1, 15. *i. parum amice, certe parum blande: promiſerat enim ad coenam, nec venerat.* Incedere durius Ouid. de Rem. Amor. 337. *i. parum molliter. Conf. Burm. ad* Quinct. 2, 16 p. 53. Ter. Adel. 4, 5, 30

Factum a vobis Duriter
Immiſericorditerque: atque etiam ſi eſt pater
Dicendum magis aperte, illiberaliter.

Vbi Donatus, Non dure et crudeliter dixit Terentius, ſed quaſi Dura mente, *i.* Inflexibili. Durius tractare corpus Sen. Ep. 8. Durius quam a te facta ſunt nonnulla proferuntur Cic. Fam. 11, 27. Verba duriter translata Auctor ad Heren. 4, . . *Superl.* Tertull. de Pudic. c. 1 *extr.* Duriſſime infamantes. *Adde* Columel. 2, 8. *et* Pallad. Iun. t. 3.

DVRITAS, ātis. f. [ἀποτομία] *Idem quod Duritia.* Cic. in Orat. 53 Alii duritatem et ſeueritatem quandam verbis, et orationis quaſi moeſtitiam ſequuntur. Id. de Senect. 65 c. 18 Quanta in altero duritas, in altero comitas?

DVRITIA, ae. f. [σκληρότης] *Firmitas et ſoliditas.* Plin. 9, 36 Tanta duritia aculeo eſt. Idem 13, 9 Lignum intus grandis firmaeque duritiae. *Metaphorice etiam Mollitiei opponitur:* Plaut. Moſtel. 1, 2, 74 Victitabam volupe parſimonia et duritia. Nep. 7, 11, 4. Eundem apud Lacedaemonios, quorum moribus ſumma virtus in patientia ponebatur, ſic duritiae ſe dediſſe, vt parſimonia victus atque cultus omnes Lacedaemonios vinceret Nep. in Alcib. c. 11. *al.* duritiei. *Aſperitas et crudelitas eſt:* Ter. Heaut. 3, 1, 26. Cic. in Partit. 81 Et fortitudinem audacia imitatur, et patientiam duritia immanis. Plin. 20, 13 ſ. 49 *de erucae ſemine,* Aiunt verbera Subituris potum in vino duritiam quandam contra ſenſum inducere. Duritia oris, *Inuerecundia* Sen. de Conſtant. c. 18. Duritia alui Sueton. in Neron. c. 34. *Vid.* Dura aluus, *in* DVRVS. - Corporum et lacertorum Plin. Paneg. c. 82. Duritia praecordiorum, *cum non ſine moleſtia mouentur in reſpiratione* Plin. 23, 1 ſ. 24. Duritia in mammis Scribon. 226. Animi duritia ſicut corporis, quod cum vritur non ſentit, ſtupor potius eſt quam virtus Cic. pro Domo ſua 87 c. 36 Patientiam imitatur immanis duritia. *Sed* Virilis duritia eſt Cic. Tuſc. 5, 74 c. 26. *Sic* de Orat. 3, 62 c. 17 *de Antiſthene,* Qui patientiam et duritiam in Socratico ſermone maxime adamarat. *Mox opponit* Voluptuarias diſputationes. Imperii duritia Tacit. Hiſt. 1, 23. Plin. 37, 11 Chalazias grandinum et colorem et figuram habet, Adamantinae duritiae. Arenacea, *vid.* ARENA. Ammoniacum duritias emollit Plin. 24, 6. Lapidea, *vid.* LAPIS. Induere duritiam Plin. 20, 13. Superare ferrum duritia Ouid. Epiſt. 2, 137. *Plur.* Duritias emollit Plin. 24, 6. *et* Tertull. ad Nation. 1, 6. Patientia et duritia Cic. de Orat. 3, 59.

DVRITIES, ēi. f. *Idem.* Plin. 3, 15 Duritie et maturitate incorrupta ſpiſſari. Cic. pro Domo ſua 101 c. 38 An ego tantam aut animi duritiem habere, aut oculorum impudentiam poſſim, vt, *etc.* Saxi Lucret. 4, 286. Celſ. 2, 14 Et mollitur eo detracto, quod duritiem creabat. Deponere duritiem Ouid. Epiſt. 4, 85. Induere duritiem contra ſenſum, *vid.* INDVO. In duritiem lapideſcere, *vid.* LAPIS. Ponere duritiem, *i. Molleſcere* Ouid. Met. 1, 401. *Saepe illo vtitur* Scribonius.

DVRITVDO, *pro* Duritia, *Antiquum.* Cato in Vetur. Qui illius, inquit, impudentiam norat, et duritudinem. *Ex* Nonio 2, 244. Gell. 17, 2 Sicut M. Cato in L. Veturium duritudinem quam duritiem dicere grauius putauit. Qui illius, inquit, impudentiam norat, et duritudinem. *Non bene igitur* Imprudentiam *in Nonio admiſit Mercerius.*

DVRĀBĬLIS, e. Adi. [διαρκής] *Quod diu durat.* Ouid. Epiſt. 4, 89 Quod caret alterna requie, durabile non eſt. Quercus Pallad. Nou. 15. Plin. 16, 43 Durabilia ac ſectilia quae modice humida. *Compar.* Apul. Apol. p. 314.

DVRABĬLĬTAS, ātis. f. Pallad. 1, 36. *et* 12, 7.

DVRAMENTVM, i. n. *Pro Confirmatione et firmitate.* Sen. de Tranquill. c. 1 Dices tenera eſſe virtutum principia, tempore ipſis duramentum et robur accedere. Valer. 2, 7, 10. Duramentum *etiam Brachium vitis dicitur, quod induruit aetate.* Columel. 4, 22, 2 Superuagatam partem duramenti recidere. *et* 4, 21. Plin. *etiam* 17, 23.

DVRĀMEN, ĭnis. n. *De Vitis brachio dixit* Columel. 4, 22, 1. Duramen aquarum Lucret. 6, 529. *de glacie.*

DVRĀCINVS, a, um. Adi. *Quod duros habet et firmos acinos. Vuarum praeſertim epitheton.* Vites duracinae Columel. 3, 2, 1. Vuae Cato 7, 2. Plin. 14, 1 Vua non alibi gratior callo, vt inde poſſit inueniſſe nomen duracina, *niſi mauis legere* Duracinae. Sueton. Auguſt. c. 76 Dum lectica ex regia domum redeo, panis vnciam cum paucis acinis vuae duracinae comedi. *Vid. Caſaubonus, qui Torrentii errorem redarguens, acinum eſſe bacam vuae oſtendit.* Duracina perſica dicuntur, quorum corpus ligno adhaeret, auellique nequit Plin. 15, 12. *et* Pallad. Nou. 7, 8. *et* Febr. 25, 32.

DVRICORDIA, ae. f. *vſurpat* Tertull. *ad* Marc. 5, 4. *pro Duritie cordis.*

DVRICORS, ordis. Adi. Sariſb. Epiſt. 182 Habitare apud duricordes.

DVRICORIA *dicuntur, quae ſunt duri corii: vnde* Ficus duricoriae, *quae habent durum corticem, quarum meminit* Macrob. Sat. 2, 16, *et de quibus* Plin. 15, 18 Sunt praeterea ſerotinae et a corio appellatae duro.

DVRO, āre. [σκληρύνω] *Durum facere eadem varietate, quam in* DVRVS *obſeruauimus.* Columel. 6, 37 *ad fin.* Annicula mula recte a matre repellitur, et amota montibus aut feris locis paſcitur, vt vngulas duret, ſitque poſtea longis itineribus habilis. Caeſ. B. G. 6, 27 Hoc ſe labore durant adoleſcentes. Caementa non calce durata erant, ſed interlita luto, ſtructurae antiquae genere Liu. 21, 11. Celſ. 2, 14 Qui dixit frictione ſi vehemens ſit, durari corpus: ſi lenis, molliri. Sorba durant ventrem Martial. 13, 26. Quinctil. 1, 3 Is etiam ad plagas, vt peſſima quaeque mancipia durabitur. Quinct. 1, 1, 37 Multa linguae vitia, niſi primis eximuntur annis, inemendabili in poſterum prauitate durantur. Ad omne facinus duratus Tac. H. 4, 59, 3. Plin. 12, 19 Radicem cinnamomi vidimus in palatii templo, ex qua guttae editae omnibus annis in grana durabantur. Animum durare, *i. Obfirmare* Ouid. ad Liuiam 198. Tacit. Ann. 3, 15 Quod reus poſtquam ſibi exitiabile intelligit, an adhuc explicetur dubitans, hortantibus filiis durat mentem. Plaut. Pſeud. 1, 3, 6 Crucior. PS. Cor dura. ¶ 2 *Intranſit. Durum fieri, dureſcere. Vt* Tum durare ſolum et diſcludere Nerea ponto Coeperit Virg. Ecl. 6, 35. *i. dureſcere, ſec.* Seru. *De animo* Tac. An. 1, 6, 3 In nullius vnquam ſuorum necem durauit. *Conf.* Petron. 41 p. 181 *it.* 105 *extr.* *Sic* Virg. Aen. 1, 211 Durate, et voſmet rebus ſeruate ſecundis. *h. e.* Duri eſtote ad ſuſtinendos labores. Seruius. Quinct. 8, 2, 17 Seriem verborum vltra quam ſpiritus durare poſſit extendere. Idem 9, 2, 9 *ex declamatione Porcii Latronis,* Dura anime, hodie, dura: heri fortior fuiſti. Idem 11, 3, 23 Durare in ſudata veſte. *Cum Accuſatiuo, apud Poëtas.* Hor. Carm. 1, 14, 8 Sine funibus Vix durare carinae Poſſint imperioſius Aequor. *i. Suſtinere vim aequoris.* Virg. Aen. 8, 577 Patiar quemuis durare laborem. *h. e.* Suſtinere. Seruius. *Hinc* Durare *eſt* [ἐπιμένειν] *Perſiſtere, perſeuerare.* Hoc verbum (*inquit* Donatus) perferendis malis conuenit. Ter. Adel. 4, 2, 15 Non hercle hîc quidem durare quiſquam, ſi ſic fit, poteſt. Plaut. Aſin. 5, 2, 57 Nequeo durare, *i. patienter haec audire et videre.* Idem Amph. 3, 2 *pr.* Durare non poſſum in aedibus. Plaut. Curc. 1, 3, 19 Sed enim nequeo durare, quin ego herum accuſem meum. *Conf. Heinſ. ad* Sil. 2, 463. Nec durare valuit, quin de conditionibus continuo tractaret Suet. Claud. c. 26. Durandum eſt, quia coepimus Quinct. l. 4 Prooem. ¶ 3 *Quin ponitur et pro Viuere, vt intelligatur tamen longior, vel aduerſus mala, perſeueratio.* Plaut. Trin. 2, 2, 13 Ego ad hoc genus hominum duraui. *i. aerumnoſam vitam produxi.* Plin. 11, 54 Duraſſe et vltra vndecimum pleroſque certum eſt. *Et* Quinctil. 3, 1, 9 Et vltra Socratem vsque durauit. Aſinius paene ad extremum (*principatum Auguſti*) durauit Dial. de Orat. c. 17. ¶ 4 *Sed frequentiſſime ſimpliciter notat manere, ſtatum ſuum et conditionem ſeruare.* Quinct. 1, 1, 13 Cui (*ſermoni*) cum Graecae figurae aſſidua conſuetudine haeſerint, in diuerſa quoque loquendi conſuetudine pertinaciſſime durant. Aeternum durabit Stat. Theb. 12, 347. Quinct. 5, 11 Neque enim duraſſent haec in aeternum, niſi vera omnibus viderentur. In longum durare, *h. e. Diu.* Paterc. 2, . . Prima occupat fugam Cleopatra. Antonius fugientis reginae quam pugnantis militis ſui comes eſſe maluit: et imperator, qui in deſertores ſaeuire debuerat, deſertor exercitus ſui factus eſt. Illis etiam detracto capite, in longum fortiſſime pugnandi durauit conſtantia: et deſperata victoria, in mortem dimicabatur. In longum aeuum durare Ouid. ex Ponto 4, 8, 7. Amicitiae vsque ad ſenectutem firmiſſimae durant Quinctil. 1, 2. Durauit hic illi (animus) vsque ad extremum Plin. Epiſt. 5, 16. Virg. Georg. 2, 100 Cui non certauerit vlla Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos, *de vuis, et vino.* In extremum durare Ouid. Epiſt. 7, 111. Horam durare Hor. Epiſt. 1, 1, 82. Sub Ioue durare Ouid. Faſt. 2, 299. Sub Ioue durauit, multis immota diebus, Et lunae patiens et pluuialis aquae Ouid. Faſt. 4, 505. Ira manet, duratque dolor Valer. Argon. 3, 384. In longum durare Stat. Silu. 4, 7, 41. In longas moras durare Ouid. ex Ponto 2, 6, 36. Plin. 2, 31 Semel in meridie conſpecti in Boſphoro produntur, qui a matutino tempore durauerunt in occaſum. *Sic apud eund.* 18, 34. Cur haec in tempora duret Iuuenal. 10, 254. Felix, qui viridi fidens optate iuuenta Durabis quaſcunque vias Stat. Silu. 5, 2, 152. Senecta turpi durare Valer. Argon. 6, 809. In feras durant ſermonibus vmbras, *i. Colloquuntur vsque ad multam noctem* Valer. Argon. 2, 350. Sueton. de Clar. Grammat. c. 24 Legerat in prouincia quoſdam veteres libellos apud Grammatiſtam, durante adhuc ibi antiquorum memoria, necdum omnino abolita. *Imperſon.* Niues iam omnia oppleuerant, neque durari extra tecta poterat Liu. 10, 46.

DVRĀTVS, a, um. Partic. [σκληρυνθείς] Plin. in Paneg. c. 22 Quum Danubius ripas gelu iungit, duratusque glacie ingentia tergo bella tranſportat, *etc.* Liu. 42, . . Ipſi a pueris eruditi artibus militiae, tot ſubacti atque durati bellis. Duratus malis, laboribus, vſu armorum Liu. 7, . . *Et* 38, . . *Et* Columel. in prooem. 1. Phaedr. 2, 10, 18 Fatale exitium corde durato feram. Coria durata calore Lucret. 6, 969. Cutis durata Ouid. Met. 3, 675. Mens durata malis Lucan. 5, 798. Piſces muria durati Quinct. 8, 2, 3. Durata diu Scribon. 23. *i. macerata. Conf.* Rhod. in Lex. Scribon. Frigore duratus Pontus Ouid. ex Ponto 4, 9, 85.

DVRATIO, ōnis. f. Liuii *eſſe dicitur.*

DVRATOR, ōris. m. Pacat. Paneg. Theod. c. 33 Ingentium corporum durator Iſter.

DVRĀTRIX, īcis. f. Plin. 14, 1 Additque acinis eandem quam in doliis amphoriſue duratricem illam firmitatem auſteritas picis infuſa pediculo.

DVRESCO, durui, ĕre. [σκληρύνομαι] *Durum fieri.* Cic. de N. D. 2, 26 Itaque et aquilonibus, reliquiſque frigoribus adiectis dureſcit humor. Articulus dureſcit Quinct. 10, 5, 16. *i. minus fit mobilis.* Ouid. Met. 2, 830 Oraque duruerant, ſignumque exſangue ſedebat. Plin. 11, 38 Sanguis taurorum celerrime coit atque dureſcit, ideo peſtifer potu maxime. Quinctil. 2, 5, 21 Ne quis eos antiquitatis nimius admirator in Gracchorum, Catoniſque, et aliorum ſimilium lectione dureſcere velit, *i. durum et minus delicatum loquendi genus aſſumere.* Situ dureſcit campus Virg. Georg. 1, 72. Limus dureſcit igni Virg. Ecl. 8, 80.

D V S

DVSARĪTIS, ĭdis. f. *Myrrhae ſpecies, de qua* Plin. 12, 16.

DVSII, ōrum. m. *Gallis Daemones quidem dicuntur.* Auguſtinus de Ciu. Dei 15, 23 Et quoniam creberrima fama eſt, multique ſe expertos, vel ab eis, qui experti eſſent, de quorum fide dubitandum non eſt, audiſſe confirmant, Siluanos et Faunos, quos vulgo incubos vocant, improbos ſaepe exſtitiſſe mulieribus, et earum appetiſſe et peregiſſe concubitum: et quoſdam daemones, quos Duſios Galli nuncupant, hanc aſſidue immunditiam et tentare et efficere, plures talesque aſſeuerant, vt hoc negare impudentiae videatur: non hinc aliquid

audeo

audeo temere definire *etc.* *Quidam legunt* Cluſii. *Vid. Cael. Rhodig.* 2, 6.

DVSMOSVS, *vid.* DVMVS.

D V V *et* D V X

DVVMVĪRI, ōrum. m. *Collegium duorum hominum ſ. perpetuum ſ. temporarium, quorum varia memorantur. Antiquiſſimi* Duumuiri perduellionem iudicare *iuſſi, vt iam in iudicio interfectoris ſororis ſuae, Horatii* Liu. 1, 26. *Sic in cauſa* Perduellionis, *cuius* reum C. Rabirium *defendit* Cicero, *Duumuiros fuiſſe tradit Dio* C. *et* L. Iulios Caeſares. Iudicem *vocat* Sueton. c. 12. *Et in* M. Manlii *iudicio eorum mentio eſt* Liu. 6, 20. Cic. de Orat. 156 Planeque Duorumvirorum iudicium, aut Triumuirorum capitalium, aut Decemvirorum litibus iudicandis dico nunquam. *Nempe contracte malebant dicere*, Duûm virûm *etc.* ¶ 2 *Nobiliores his* Duumuiri ſacris faciundis, *illi Sibyllinorum librorum Cuſtodes et Conſultores, quos a' Tarquinio Superbo inſtitutos monet Dion. Halic.* 4, 62. *Meminit* Liu. 5, 13. *it.* 5, 50 *vbi SCtum fit*, vt expiatio fanorum per duumuiros in libris quaereretur. Liu. 6, 37 *Tribuni pl.* nouam rogationem promulgant, vt pro duumuiris ſacris faciundis decemuiri creentur, ita vt pars ex plebe, pars ex patribus fiat. *Perlata ea lex narratur* 6, 42 *pr.* Creati quinque patrum, quinque plebis. *De his* 10, 8 Decemuiros ſacris faciundis, carminum Sibyllae ac fatorum Populi huius interpretes, antiſtites eosdem Apollinaris ſacri, caerimoniarumque aliarum plebeios videmus. Nec tum patriciis vlla iniuria facta eſt, quum Duumuiris ſacris faciundis adiectus eſt propter plebeios numerus. *Hi denique* Quindecimuiri *v. v.* ¶ 3 *Diuerſi ab his et extraordinarii* Duumuiri Liu. 7, 28 *quos* Senatus ad aedem Iunonis Monetae faciendam creari iuſſit. *Add.* 35, 4. ¶ 4 Duumuiri nauales, *de quibus* Liu. 41, 1 Aduerſus Illyriorum claſſem creati Duumuiri nauales erant, qui tuendam viginti nauibus mari ſuperiore Anconam veluti cardinem haberent. *Et iam* 9, 30 Et duo imperia eo anno dari coepta per populum vtraque pertinentia ad rem militarem: alterum vt Duumviros nauales claſſis ornandae reficiendaeque cauſa idem Populus iuberet. Lator huius plebiſciti fuit M. Decius Trib. plebis. ¶ 5 Duumuiri *in municipiis dicebantur, qui ſummo loco ciuitati praeerant, et publicas res adminiſtrabant.* Caeſ. B. C. 1, 30 In Hiſpaniam proficiſci conſtituit, Duumuiris municipiorum omnium imperat, vt naues conquirant Brundiſiumque deducendas curent. Cic. de L. Agr. 2, 92 *de Campanis*, Cum veniſſem Capuam coloniam deductam L. Conſidio et Sext. Saltio (quemadmodum ipſi loquebantur) Praetoribus. Nam primum, id quod dixi, cum caeteris in coloniis Duumuiri appellantur, hi ſe, Praetores appellari volebant. Quibus primus annus hanc cupiditatem attuliſſet, nonne arbitramini paucis annis fuiſſe Conſulum nomen appetituros? *De hoc genere plura Euer. Otto in libro de Aedilibus Coloniarum et municipiorum paſſim.* ¶ 6 *Scribitur et* Duouiri, *it.* Duomuiri, *in lapidd. quod docet Index Gruter.*

DVVMVIRĀLIS, e. Adi. *qui Duumuir fuit etc. vt Conſularis etc.* l. 1 ff. de alb. ſcrib.

DVVMVIRĀTVS, ûs. m. *Munus Duumuiri.* Plin. Epiſt. 4, 22 *pr.* Paull. in l. Honores ff. de Decurionibus.

DVVMVIRĀLĬTAS, ātis. f. *Idem.* Leg. 1 c. de Nat. liberis.

DVVMVIRĀTES, *vel* DVOVIRATES, ium. m. *(Nam vtroque modo ſcribi haec nomina, oſtendimus) videntur fuiſſe a Conſiliis Duumuiris, vel iam exauctorati. Ita* Marm. Neapol. *apud* Gruter. CCVII, HOC OPVS OMNE FACITO ARBITRATV DVO VIR. ET DVOVIRATIVM QVI IN CONSILIO ESSE SOLENT. *In eadem tabula*, DVVMVIRVM ARBITRATV *et* DVO. VIR. ARBITRATV *promiſcue vt modo ſubmonuimus.*

DVX, *vid.* DVCO.

D Y A

DYAS, ădis. f. [δυὰς] *Numerus binarius. Vid.* DIAS. *Conf. Salmaſ. ad* Solin. p. 699.

D Y M *et* D Y N

DȲMAS, antis. m. *Pater Hecubae.* Ouid. Met. 11, 761. Virg. Aen. 2, 394. *Hinc*

DYMANTIS, ĭdos. f. *Hecuba.* Ouid. Met. 13, 620.

DYME, es. f. [Δύμη] *Colonia in Achaia.* Plin. 4, 5 Vltra Patras oppidum Olenum, colonia Dymae, loca Bupraſium, *etc.*

DȲNĂMIS, is. f. *Potentia, vis.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 77 Olivi Dynamin domi habent maximam, *i. vim, copiam: more ſuo laſciuit. Conf.* Arnob. 2 p. 60.

DYNASTES, *vel* DYNASTA, ae. m. [δυνάςης] *Qui pollet poteſtate in ciuitate, vel imperio:* Erat eo tempore Thyus, dynaſtes Paphlagoniae Nep. 14, 2, 2. *qui idem ib. c.* 3, 4 nobilis rex *appellatur.* Vell. 2, 51, 1 Regum et tetrarcharum ſimulque dynaſtarum copiis, immanem exercitum confecerat Pompeius. Suet. Tib. 26 Ac ne Auguſti quidem nomen vllis, niſi ad reges ac dynaſtas, epiſtolis addidit. Cic. Philipp. 11, 31 Idem ſi caeteri reges, tetrarchae, dynaſtaeque feciſſent, *etc.* Idem Att. 2, 9 Si erit iſte nebulo cum his dynaſtis in gratia. Caeſ. B. C. 3, 3 Magnam imperatam Aſiae, Syriae, regibusque omnibus, et dynaſtis, et tetrarchis, — pecuniam exegerat.

D Y O *et* D Y R

DYODECAS, ădis. f. [δυωδεκὰς] *Numerus, duodecim complectens.* Tertull. de Praeſcr. c. 49.

DYŌTA, *vid.* DIOTA.

DYRRHACHIVM, ii. n. [Δυῤῥάχιον] Macedoniae nobilis ciuitas et portus, *auctore* Pomponio Mela . . . Dyrrhachium ſibi delegit exilio Cic. *vt ſcribit* Fam. 14, 1 Dyrrhachium, *vulgo Durrazo Italis, vel Duraz. Vid. Dion. Caſſ.* 1, 4. *Appian.* de Bell. Ciu. 2, . .

DYRRHACHĪNVS, i. m. [Δυῤῥαχινὸς] *Incola Dyrrhachii.* Cic. Att. 3, 22 Et quod mei ſtudioſos habeo Dyrrhachinos, ad eos perrexi.

D Y S

DYSCOLVS, a, um. Adi. [δύσκολος] *Prauus, aſper, difficilis.* Vulg. 1 Petr. 2, 18.

DYSCRASĬA, ae. f. [δυσκρασία] *Praua corporis temperies.* Macrob. Sat. 7, 10.

DYSENTERĬA, ae. f. [δυσεντερία] *Dici poteſt Inteſtinorum exulceratio, vel certe difficultas.* Cic. Fam. 7, 27 Sane δυσεντερίαν pertimueram. Ad dyſenteriam bibitur cum abſinthio Plin. 22, 25. Datur in vino auſtero ad dyſenteriam Plin. 27, 10. In dyſenteria lens efficacior in tribus aquis cocta Plin. 22, 25. Dyſenterias emendat pota et infuſa Plin. 26, 8. Dyſenteriae et vomicis eſtur portulaca ex aceto, vel bibitur cum cumino Idem 20, 20. Infeſtari dyſenteria Plin. 22, 21. Dyſenteriae infunditur aloë Plin. 27, 4. *Sic* 28, 9. Elatine cum lini ſemine cocta, ſorbitionis vſu dyſenteria liberat Plin. 27, 9. Dyſenteriae medetur ſtoebe infuſa Plin. 22, 11. Aizoi ſuccus aluum ſiſtit et dyſenterias Plin. 26, 8. Sanant epinyctidas et dyſenteriam cum ſuis nucleis Plin. 23, 1. Si vrat dyſenteria Idem 28, 9.

DYSENTERĬCVS, a, um. Adi. [δυσεντερικὸς] *Qui torminibus vexatur.* Dyſenterici, id eſt torminoſi Scribon. 85. Plin. 20, 4. Vituli quoque ius vulgariter datum, inter auxilia dyſentericorum tradunt Plin. 28, 14. Auxiliatur dyſentericis ſemen cucumeris Idem 20, 2. Dyſentericos curant poto vino Plin. 20, 21. Datur et dyſentericis denarii pondere in vino Idem 23, 9. Senectus anguium dyſentericis et teneſmis in ſtanneo vaſe decoquitur cum roſaceo Plin. 30, 7. Multi ſuper omnia laudant ad deploratos dyſentericos quinqueſolium Idem 26, 8. Dyſentericos emendat in vino auſtero bis die potus Plin. 24, 10. Dyſenterici exulcerati Idem 22, 22. Fit et dyſentericis remedium ſingulare, ouo effuſo in fictili nouo, *etc.* Plin. 29, 3. Dyſentericis etiam illinitur, vel ipſa glans Idem 24, 3. Dyſentericis imponitur lini ſemen ex aceto Plin. 20, 22. Decoctum eorum veteres dyſentericos iuuat, et potione et potu Idem 23, 1. Dyſentericos liberat ſemen hippolapathi in vino potum Plin. 20, 21. Medetur dyſentericis beta iniecta Idem 20, 8. Corticis melle decocti vſus in medicina ad dyſentericos praecipuus habetur Plin. 12, 8. Prodeſt dyſentericis beta ſilueſtris Idem 20, 8. Dyſentericos recreant femina pecudum decocta cum lini ſemine aqua pota Plin. 30, 7. Reuocantur dyſenterici a morte Idem 23, 6. Sanat et dyſentericos in vino rubro tuſa Plin. 26, 8. Eadem ſorbetur a dyſentericis in vino auſtero Idem 24, 15. Quinque ouorum lutea in vini hemina cruda ſorbentur dyſentericis Plin. 29, 3. Sanguis caprinus decoctus cum medulla dyſentericis ſubuenit Idem 28, 14. Valet ad dyſentericos fimum, *etc.* Plin. 28, 8. Dyſentericis veteribus dari ex aqua mulſa radicem ſtaphilini iubet Cleophantus Plin. 20, 5. Dyſentericis vtile eſt ſemen bunii Idem 20, 4. Dyſenterica paſſio Pallad. 3, 31.

DY̆SĔROS, otis. m. [δύσερως] *Infelix in amore.* Auſon. Epigr. 90, 7.

DYSOSMVS, i. f. [δύσοσμος] *Ita vocatur Scordium male olens* Apul. de Herb. 70.

DYSPEPSIA, ae. f. *Eſt Aegra difficiliſque ventriculi concoctio, quam* Plin. Cruditatem *appellat*, ἀπὸ τȣ̃ πέπτω, *i. Coquo. Vid.* Cato de R. R. 127 Ad dyſpepſiam et ſtranguriam.

DYSPHEMIA, ae. f. [δυσφημία] *Infamia, maledicentia.* Suet. in Aug. c. 92 Nihil in hoc quidem deuitans, quam diſphemiam nominis, *de diebus quibusdam, quos vitare mali ominis cauſa ſolebat.*

DYSPHĬLVS, i. m. [δύσφιλος] *Amicus parum ſincerus.* Iuuen. Sat. 3, 119 Non eſt Romano cuiquam locus hîc, vbi regnat Protogenes aliquis, vel dyſphilus. *Exempl. caſtig.* Diphilus.

DYSPHORĬCVS, a, um. Adi. Firmic. 8, 12 Dyſphorici, ac miſeri, infeliciter moriuntur. Cael. 10 c. *vlt.* Firmico, Dyſphorici *Infelices intelliguntur:* *et* Dyſphora *dicuntur Difficilia.*

DYSPNOEA, ae. f. [δύσπνοια] *Spirandi difficultas.* Plin. 23, 1 Nec ſingultientibus, nec ſi cum febre dyſpnoea ſit. Celſ. 4, 4 Eſt etiam circa fauces malum, quod apud Graecos aliud atque aliud nomen habet, prout ſe intendit. Omne in difficultate ſpirandi conſiſtit. Sed haec dum modica eſt, neque ex toto ſtrangulat, δύσπνοια appellatur, Cum, *etc.* Dyſpnoeas lenit oleum balſaminum Plin. 23, 4. Diſpnoeae medetur centaurium maius Idem 26, 7.

DYSPNOĬCVS, a, um. Adi. [δυσπνοϊκὸς] *Qui dyſpnoea laborat.* Plin. 24, 6.

DYSPROPHERON, i. n. *Aſpritudo ſermonis.* Mart. Capella 5 p. 167 *tantum exemplo declaratur*, Perſuaſitrices, praeſtigiatrices atque inductrices tigres.

DYSTRAPELI, orum. m. [δυστράπελοι] *Qui in ira vel affectione aliqua immobiles perſeuerant, nec vlla vi ab inſtituto queunt reuelli: Rhodig.* 12, 19. *(19, 12)*

DYSV̄RĬA, ae. f. *Difficultas vrinae.* Cic. Att. 10, 10.

DYSV̄RĬCVS, a, um. Adi. Cic. Fam. 7, 26.

DYSVRIĂCVS, a, um. Adi. *Qui tali morbo laborabat.* Firmic. 4, 8.

E.

Litera E.

E LITERA *Vocalis, quam, vt ait* Mart. Cap. 3 p. 58 Spiritus facit lingua paullulum preſſiore, *Gr.* E, *ε, et* H, *η, cuius opera vtuntur Conſonae vniuerſae ad prolationem, poſtpoſitae quidem in Mutis,* Be, Ce, *etc. in Liquidis vero praefixae, vt* El, Em, En. *Hebraei pariter vt Graeci* E *dupliciter pro ratione quantitatis efferunt, per punctum ſc. quod vocatur Tzere, et Saegol, breue hoc, illud vero longum. Immo breuiuſculum adiecerunt, quod Scheua vocant, quod pro Conſonarum copula ſolummodo iure haberi poteſt: et huiusmodi aliquid hodie in linguis Gallica et Anglicana deprehenditur, quibus* E *femininum vel quieſcens accreſcit. Romani vtramque quantitatem vna figura exprimunt, niſi quod Aletri in Latio in tab. lapidea et admodum vetuſta* E *longum per duplex* EE *efferatur in voce* SEEDES, *Gruter.* CLXXI, 8. ¶ 2 *Permutantur* A *et* E, *vt a* Reor, Ratus; Sero, Satum; Ago, Egi; Frango, Fregi. *Ita ſcriptitabant Veteres,* Eſcendere, Eſpicere, *quod fere mutatum in* Aſcendere, Aſpicere. *Palm. Spicileg. 6 p. 711. Sic* Damno, Sacro: Condemno, Conſecro. *Sic* CESSIANE, *pro* Caſſiana. Inſcript. *vet. apud* Gruter. DCXCIX, 1. *Adde quae a Graecis femininis deduxere Latini: vt* Φήμη Fama. AE *et* E, *paſſim in libris et marmoribus confunduntur. Sed hoc apud ſequiorem aetatem, quae pro Diphthongo* AE *ſimplex* E *non modo ſcribebat, verum corripiebat, vt* Sphĕra, Hĕreſis, Ĕnigma, *apud* Prudent. *etc. Sic* Erumna *apud* Paullin. Benedictum: Egyptiacus *apud* Spartian. *legitur. Eodem modo pronuntiatum* AE *et* E, *oſtendit Rutgerſ. V. L. 3, 5. Porro immanem ſcriptionem in quibusdam monumentis videre licet, ſc.* FIICIT, *pro* Fecit. *Item* BIINII MIIRIINTI, *pro* Bene merenti. *Pluſcula eius generis dabit Ind. Grut. 19 Lit. II.* I *et* E. Varro R. R. 1, 2, 14 *Cum* villam a vehendo *dici indicaſſet, addit:* A quo *(vehendo)* ruſtici etiam nunc quoque *viam veam* appellant, propter vecturas, et *vellam* non *villam*, quo vehunt, et vnde vehunt, *(ſ.* euehunt) Quinctil. 1, 4, 17 Quid? non E loco I fuit? vt Menerua, Leber, et Mageſter, et Diioue et Veioue, pro Diioui et Veioui? Id. 9, 4, 34 E plenior litera eſt, I anguſtior. *Add. Morhoſ. de Patauin. p. 38. Turneb. Aduerſ. 3, 5. Ita* Genetrix, Ponteficum, Condedit *et infinita paene huiuscemodi exempla apud* Gruter. in marmoribus: *quod et monuit Pier. ad* Virg. Georg. 563 *cum* Vergilius *aliquando pro* Virgilius *legitur. Vid. Gronou. ad* Vit. Virg. per Donat. *Etiam hodie ſunt promiſcua: vt dicimus* Heri *vel* Here (Iuuenal. 3, 23) Veſperi *vel* Veſpere. *In compoſitis et deriuatis* Antiſtes; Cribrum; Vndecim; Emo, Redimo; Lego, Eligo; *et rurſus ab* Eligendo, Elegans. *Vid.* Gell. 11, 2, *et mox* EANVS. O *et* E, *vt* Dermio, Pellictor *antique; et viciſſim,* Aduorſus, Vortex, Vortat. *Ita a* Tego *fit* Toga, *et rurſus a* Vos *fit* Veſter. Amplocti *pro* Amplecti *apud* Priſcian. 1 p. 552. V *et* E; Pello, pepuli; Media tellus, Meditullium: *et viciſſim* Deiero, Peiero, *a* Iuro. Doceo, Docui: Tego, Tugurium. Faciundum, Legundum, Secundus *(pro* Sequendus) *de quibus* Priſcian. *l. c. Conf. Voſſ. de Permutat. Vocal.* ¶ 3 *In Diphthongis conſociandis praemittitur* E *duabus* I *et* V *vt* Hei, Heu; *duabus ſubiungitur* A *et* O, *vt* Aedes, Oeſtrum. ¶ 4 *In Imperatiuis ſecundae Coniugationis ſaepe praeter regulam interdum corripitur. E. g.* Mart. 3, 4 Si quando veniet, dicet: reſponde, Poëta Exierat *etc.* Ouid. Triſt. 1, 8, 21 Idque quod ignoti faciunt, valedicere ſaltem. Hor. Epiſt. 1, 13, 19 Vade, vale, caue, ne titubes. Perſ. 1, 108 Vide ſis, ne maiorum tibi forte *etc. Indicauit haec Barth. ad* Grat. *461 et plura, in quibus vero illum fugit ratio, vt ibi indicat Burm. itemque ad* Val. Fl. 5, 595. ¶ 5 *Notae ſiue compendia vocum, quorum principium eſt* E. E. Edilis, Ei, Eius, Ennius, Erexit, Ergo, Eſſe, Eſt, Etas, (Aetas) Exacto, Exactor, Expreſſum. E. AE. Eius Aetas. E. B. Eius Bona. E. C. Eius Cauſa; Erigi Curauit. E. C. F. Eius Cauſa Fecit. E. CVR. Erigi Curauit. E. D. Eius Domus *vel* Dominus. ED. Edicto, Edilis. EDV. P. D. Edulium Populo Dedit. EE. Eſſe. EE. M. PO. Eſſe Magis Poteſt. EE. N. P. Eſſe Non Poteſt. E. F. Egregia Femina; Eius Filius. EG. Eger (Aeger) Egregia, Ergo. EG. S. B. M. F. Erga Se Bene Merenti Fecit. E. H. Eius Heres. E. HC. ABC. P. Eſt Hic Abſcondita Pecunia. E. H. E. Ex Heres Eſto. E. H. L. N. R. Eius Hac Lege Nihil Rogatur. E. H. T. N. N. S. Extraneus Heres Tumulum Nunc Non Sequitur. Exterum Heredem Titulus Noſter Non Sequitur. EI. M. Eiusmodi. E. I. M. C. V. Ex Iure Manum Conſertam Vocauit. E. L. Ea Lege; Eius Locus; Edita Lex. E. M. Eius Mater; Egregiae Memoriae (Mulieri); Erexit Monumentum. EM. Emeritus; Emit. E. M. D. Eius Memoriae Dixit. EM. VR. Eminenti Viro. E. M. V. Egregiae Memoriae Viro. EN. Endotercifus, *h. e. intercifus dies in Kalendariis.* Enim. E. N. Eſt Noſter; Etiam Nunc. E. P. E Pretio. EP. Epiſtola; Epitaphium. EP. M. Epiſtolam Miſit. E. PP. Et Praeparat. EPS. Epiſcopus. EQ. Eques; Equiria. EQ. M. Equitum Magiſter. EQ. M. P. Equum Meruit Publicum. EQ. OR. Equeſtris Ordinis. EQ. P. Equus Publicus. EQ. R. Eques Romanus. EQ. R. E. P. Eques Romanus Equo Publico. EQ. SING. Eques Singularis. ER. Erogator; Erunt. E. R. A. Ea Res Agitur. ER. COL. Aere Collato. E. R. E. V. E Republica Eſſe Videbitur. ER. P. Aere Publico. E. S. ET LIB. M. E. Et Sibi Et Libertis Monumentum Erexit. E. S. S. P. Q. R. Ex Sententia Senatus Populique Rom. ESS. VDD M. R. Eſſe Vendendum Monumentum Regis. E. T. F. I. S. Ex Teſtamento Fieri Iuſſit Sibi. ET L. L. P. Q. E. Et Libertis Libertabus Poſterisque Eorum. E. V. Egregius Vir; Ex Voto. E. V. L. S. Eius Votum Lubens Soluit. EX A. D. C. A. Ex Auctoritate Diui Caeſaris Aug. EX A. D. K. Ex Ante Diem Kalendas. EX A. P. Ex Argento Publico. EX B. S. Ex Bonis Suis. EX C. C. Ex Ciuitatis Conſenſu. EX D. Ex Decreto, Decuria, Domo, Dono. EX. E. Exheres Eſto. EX EA P. Q. I. S. AD AER. D. E. Ex Ea Pecunia, Quae Iuſſu Senatus Ad Aerarium Delata Eſt. EX H. L. N. R. Ex Hac Lege Nihil Rogatur. EX I. Q. Ex Iure Quiritium. EX M. D. Ex Monitu Dedit. EX PR. Ex Praetorio, *ſ.* Praetoria *naue.* EX. R. Exactis Regibus. EX S. C. P. Ex Senatus Conſulto Poſuit; Ex Suo Curauit Ponendum. EX S. D. Ex Senatus Decreto; Ex Suo Dedit. EX T. F. I. Ex Teſtamento Fieri Iuſſit. EX V. Ex Quinta, Viſo, Voto. EX V. S. F. Ex Voto Suſcepto Fecerunt. EX V. S. P. Ex Voto Sacrum (Suſcepto, Suo) Poſuit.

E A *et* E A L

EA, *vel* EADEM, *vid.* IS.

EALE, es. f. *Fera eſt in Aethiopia naſcens,* magnitudine equi fluuiatilis, cauda elephanti, colore nigra vel fulua, maxillas habens apri, et maiora cubitalibus cornua, mobilia, quae alterna in pugna ſiſtit, variatque infeſta aut obliqua, vtcunque ratio monſtrauit Plin. 8, 21. *Add.* Solin. c. 55.

E A N *et* E A P

EĀNVS, *Idem, qui alias* Ianus. Macrob. Saturn. 1, 9 Ianum quidam Solem demonſtrari volunt — Ianumque ab eundo dictum — vnde et Cornificius — Cicero, inquit, non Ianum, ſed Eanum nominat ab eundo. *Saepe enim antiqui ſecundam Vocalem pro tertia vſurpauerunt, vt dictum eſt ſupra in* E n. 2.

EAPROPTER. Adu. *i. propterea.* Eapropter nimis fretus auxiliis deorum Calp. Flacc. Decl. 26. *Conf.* Solin. c. 35. *Sed rectius vt binae voces ſcribitur.*

EAPSE, Ea ipſa. Feſtus. Plautus *ſaepe illo vtitur. V. g.* Ciſt. 1, 2, 17. *et* 1, 3, 22. *It.* Mil. 2, 1, 63 *etc. Sic* Eampſe Aul. 5, 1, 7. Poen. 1, 2, 60 *etc. Etiam* Eapſe *eſſe dicitur* Cic. Att. 8, 2. *Sed non inuenio.*

E A R *et* E A T

EĂRĪNVS, a, um. Adi. *Vernus, a Graeco.* Tertull. de Habit. Mulier. c. 8 Earinae oues. *Item nomen pueri delicatuli.* Martial. 9, 12 Nomen cum violis roſisque natum. Nomen nobile, molle, delicatum.

EATĔNVS. Adu. [ἐπὶ τοσοῦτον] *Tamdiu vel Vsque ad id.* Plaut. Moſtel. 1, 2, 48 Ad legionem quum itur, adminiculum eis danunt tum iam aliquem cognatûm ſuûm: eatenus abeunt a fabris, *i. in tantum diſſimiles ſunt.* Cic. Q. Fratr. 1, 1 Quorum ſi quis forte eſt ſordidior, ferres eatenus, quoad per ſe negligeret eas leges, quibus eſt adſtrictus. Idem de Legg. 1, 14 c. 4. Columel. 12, 9 Caules lactucae ab imo depurgatos, eatenus qua tenera folia videbuntur. *Add.* Id. 3, 20. Quinctil. 1, 11 *pr.* Dandum aliquid comoedo quoque, dum eatenus, qua pronuntiandi ſcientiam futurus orator deſiderat. Caius de Inſtitoria actione, Eatenus dabitur in eum actio, quatenus ea re locupletior factus eſt. Idem in l. 1 D. quod cum eo, Eatenus introduxit actionem, quatenus in rem eius verſum fuerit. Celſ. 2, 10 Eatenus ſanguis ſequitur quatenus emittitur. Cic. de Opt. Gen. Orat. 23 Verba perſequens eatenus, vt ea non abhorreant a more noſtro. Columel. 5, 1 Si eatenus progreditur, vt dicat qua quidque ratione faciendum. *Add.* Celſ. 5, 5 *et* 26.

E B A *et* E B E

EBACCHOR, āri. Dep. Lamprid. Heliog. c. 7 Adeo ebacchatus eſt, vt typum eriperet. *Al.* debacchatus eſt. *In MSS. tamen reperitur,* tauroboliatus eſt, *quod receptum a Grutero inde eſt.*

EBENVS, [ἔβενος] *vid.* HEBENVS.

EBENINVS, a, um. Adi. Vulgat. Ezech. 27, 15.

EBENOTRICHON, i. n. *Ruta muraria.* Apul. de Herb. c. 51.

E B I *et* E B L

EBĬBO, ĕre. [ἐκπίνω] *Bibendo euacuare, exhaurire.* Plin. 5, 15 Aſphaltiten lacum dirum natura petit, a quo poſtremo ebibitur. Ter. Heaut. 2, 3, 14 Quid comedent? quid ebibent? Plaut. Amph. 2, 1, 84 Et memor ſum et diligens, vt quae imperes compareant. Non ego cum vino ſimitu ebibi Imperium tuum. *Vid.* Bibere Mandata. Sanguinem alicui, *h. e. Exſugere.* Plaut. Curcul. 1, 2, 64 Subſilite obſecro, et mittite iſthanc foras, Quae mihi miſero amanti ebibit ſanguinem. Ouid. Met. 6, 342 Vberaque ebiberant auidi lactantia nati. Exbibere *etiam habet* Plaut. Mil. 3, 2, 19.

EBIBITVS, a, um. Partic. Fluminibus confeſtim ebibitis adhuc ſitiſſe Sidon. Carm. 9, 39.

EBISCVM *pro* Hibiſco *legitur* Scribon. 80. 82.

EBĬTO, ĕre. *Exire.* Plaut. Stich. 4, 2, 28 Non it, non it: quia tantopere ſuades, ne ebitat.

EBLANDIOR, īri. Dep. [ἐξαρεσκεύομαι] *Blanditiis elicere, et impetrare.* Cic. Att. 16, 18 Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice vt Plancus, quem ſpero optimum eſſe, ſit etiam melior opera tua. Columel. 6, 36, 4 *de aſino admittendo equae,* Sic enim efficitur, vt eius *(aſinae)* obiectu, cum mas etiam ſuperiectu eblanditus eſt, velut incenſus et occaecatus cupidine, ſubtracta quam petierat, faſtiditae imponatur equae. Plin. 9, 8 *de Arione,* Eblanditus, vt prius caneret cithara, *i. blanditiis et precibus conſecutus.* Columel. 7, 5, 16 *de ſacro igne, ſ. puſula boum morbo,* Lac caprinum infuſum tantum valet, vt eblandiatur igneam ſaeuitiam, *i. blando fotu mitiget et tandem ſuperet.* Columel. 8, 11 *pr.* Sed ne haec tamen aliena eſt agricolae captantis vndique voluptates acquirere, quibus ſolitudines ruris eblandiantur. *Quae ſi vera lectio eſt* eblandiantur *paſſiue dictum eſt pro blande vincantur, iucunde ſuperentur. Sed videtur legendum* eblandiatur, *nempe* agricola *i. vincat etc.*

EBLANDITVS, a, um. Partic. Plin. 16, 27 *extr.* Omnia celerius ſeneſcunt praefecunda: quin et protinus moriuntur aliqua, caelo fecunditatem omnem eblandito: quod maxime vitibus euenit. Plin. 25, 2 Nuper cuiusdam militantis in Praetorio mater vidit in quiete, vt

radicem ſilueſtris roſae, quam cynosrhodon vocant, eblanditam ſibi adſpectu pridie in fruteto, mitteret filio bibendam. *Sed hîc omnino legendum eſt* Blanditam : *et ita habent codices emendati, et merito ita editur.* *Paſſiue* Cic. pro Planc. 10 c. 4 Eblandita illa non enucleata eſſe ſuffragia, *i. blanditiis candidatorum impetrata.*

E B O *et* E B R

EBORARIVS, *vid.* EBVR.

EBRIVS, a, um. Adi. [*μέθυσος, οἰνοβαρὴς, οἰνόφλυξ, μεθύων*] *Qui nimio potu alienatus eſt mente ; ex* Bria, *quod eſt vas vinarium. Vid. Voſſ. Etym. Brouckh. ad* Tib. 1, 7, 28. *Quid ab* Ebrio *diſtet* Ebrioſus, *vid. h. v.* Plaut. Aul. 4, 10, 20 Nimis vinum vile atque amor, ſi ebrio atque amanti impune facere, quod lubeat, licet. Cic. Fam. 9, 17 Habuiſti enim in tua poteſtate, ex quo vel ex ſobrio, vel certe ex ebrio ſcire poſſes. Ebrius es : nec enim faceres id ſobrius vnquam, vt velles corio ludere, cerdo, tuo Martial. 2, 15. *Titubantium ebriorum deſcriptiones congeſſit Drakenb. ad* Sil. 7, 200. Lucret. 3, 425

Denique cur hominem quum vini vis penetrauit
Acris, et in venas diſceſſit diditus ardor,
Conſequitur grauitas membrorum ? praepediuntur
Crura vacillanti ? tardeſcit lingua ? madet mens?
Nant oculi ? clamor, ſingultus, iurgia, creſcunt?

Inſanis et ebriis multa falſa videntur Cic. de Diuin. 2, 120 c. 58. ¶ 2 *Tralate pro Mentis inops ; vt contra* Sobrius *pro Sanus.* Plaut. Ciſt. 4, 1, 15 Alia mulier iſto pacto dicat, dicam eſſe ebriam. *Elegantiſſime* Hor. *de Cleopatra quam nimia fortuna de ſana mente exturbaverat,* Fortuna dulci ebria Carm. 1, 37, 10. *Eodem ſenſu dixit* Lucret. 3, 106 Curis ebrius. Martial. 4, 54 Ebria Sidoniae cum ſint de ſanguine conchae. Tapetes ebrii ſucco Mart. in Mimiamb. . . Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 250 Mella ferant ſiluae, iam profluat ebrius amnis, Mutatis in vina vadis. Non eſt hic Ilias Acci Ebria veratro Perſ. 1, 50. Gladium latrociniis ebrium Tertull. de Reſ. Carn. c. 16. Mens deſiderii veneno ebria Cyprian. . . Peccatis ebrii Saluian. de Gub. Dei l. 7. ¶ 3 Anus ebria Ouid. Faſt. 2, 582. Coena, *pro Opipara, et quae nimiis deliciis veluti ad ebrietatem conuiuas inuitet.* Plaut. Caſin. 3, 6, 18 Facite coenam mihi, vt ebria ſit lepide, nitideque volo. nihil moror barbarico ritu. Conuiua Ouid. Faſt. 5, 337. Sen. Med. 69 Huc incede Gradu marcidus ebrio, *ad Hymenaeum.* Catull. 43, 11 Et dulcis pueri ebrios ocellos Ille purpureo ore ſuauiata, *etc.* Turba Propert. 4, 4, 78. Verba Tibul. 3, 7, 4. Veſtigia ebria trahere Propert. 1, 3, 9.

EBRIŎLVS, a, um. Dimin. Plaut. Curc. 1, 3, 36 Quid ais propudium ? tun' etiam cum nocturnis oculis odium me vocas ? Ebriola, perſolae nugae. Ibid. 2, 3, 15 Triſtes atque ebrioli incedunt.

EBRIŌSVS, a, um. Adi. [*μεθυστικὸς*] *Qui ſaepe ſit ebrius.* Seneca Epiſt. 85 Zeno ait, ebrium duobus modis dici, altero, cum aliquis vino grauis eſt, et impos ſui : altero, ſi ſolet ebrius fieri, et huic obnoxius vitio eſt. *(Videtur hoc ad Graecum μέθυσος pertinere.)* — Plurimum intereſſe concedes inter ebrium et ebrioſum. Poteſt et qui ebrius eſt, tunc primum eſſe, nec habere hoc vitium ; et qui ebrioſus eſt, ſaepe extra ebrietatem eſſe. *Sunt ibi plura, quibus vſus nominis et res ipſa illuſtratur.* Plin. 30, 15 Ebrioſis oua noctuae per triduum data in vino, taedium eius adducunt. Cic. de Fato 10 c. 5 Stilponem ferunt et ebrioſum et mulieroſum fuiſſe. *Compar.* Catull. 25, 4 Vt lex Poſtumiae iubet magiſtrae Ebrioſa acina ebrioſioris. *Vid. Voſſ. ad loc.* Quaeritur, ebrioſior Anacreon an libidinoſior vixerit Sen. Ep. 88.

EBRIOSĬTAS, ātis. f. [*οἰνοφλυγία*] Cic. Tuſc. 4, 27 c. 12 Vt inter ebrietatem et ebrioſitatem intereſt, aliudque eſt eſſe amatorem, aliud amantem. *Vid. ſupra in* EBRIOSVS.

EBRIĔTAS, ātis. f. [*μέθη*] Plin. 30, 15 Ebrietatem arcet pecudum aſſus pulmo praeſumtus. Ebrietas vt vera nocet, ſic ficta iuuabit Ouid. A. A. 1, 597. Ebrietas turpiſſima, quae labefacere et minuere hominum mentes ſolet Gell. 15, 2. Arcanum demens detegit ebrietas Virg. de Venere et Baccho v. 6. Soluitur ebrietas Celſ. 2, 6. Ebrietas geminata libidine regnat Ouid. Met. 12, 221. *Vid.* Seneca Epiſt. 85.

EBRIVLO, āre. [*μεθύσκω*] Ebrium facio. Laberius, Ebriulati mentem hilarem arripuit. *Haec* Nonius 2, 306. *Item* Ebriŏlo. *Vnde* Plaut. Fragm. . . Homo ebriolatus ſomno.

EBRIĂCVS, a, um. Adi. Idem quod Ebrius. Plaut. Aul. Fragm. Homo ebriacus ſomno ſanari ſolet. *Ex* Nonio 2, 306. *Vid. Taubm. ad* Fragm. Plaut. p. 1489. Gloſſ. Gr. Lat. Ebriacus, *μεθυστής*.

EBRIO, āre. Macrob. Saturn. 7, 6 Mulieres raro ebriantur. Quibus vinum dedit, ebriati ſunt Ampel. c. de 12 ſignis.

EBRIĀMEN, inis. n. *Potus inebrians, σίκερα,* Sicera, שכר. Tertull. de Ieiun. c. 9 Vinum et ebriamen non bibet.

E B V

EBŬCVS, *vitioſe quidam legunt pro* ELVCVS *v. v.*

EBVLLIO, īre. [*ἀναζέω, ἀναφλύω*] Efferueſcere, dictum a Bullis, *vt ait* Nonius 1, 107, *nempe quas emittit aqua, dum feruet.* Cato c. 105 Vbi ebullibit vinum, ignem ſubducito. *al.* bullabit. *Per translationem* Cic. de Fin. 5, 80 c. 27 Dixerit hoc quidem Epicurus, ſemper beatum eſſe ſapientem, quod quidem ſolet ebullire nonnunquam. *i. magnifice quidem dicere, ſed ſine ſenſu ; et vano tantum ſtrepitu, non quod ita eſſe e reliquis ſuis ſententiis perſuaſum habeat.* *Sed* Tuſc. 3, 42 c. 18 *ex Epicuro, aut plane alio ſenſu poſitum verbum eſt, et* Qui ſi ebullire volent virtutes et ſapientias, *ſignificat, vana illa nomina tandem relinquere, et finem bullarum facere ; aut emendandus locus, vel vt Dauiſius vult,* ſi ebullire nolent, *vel quod eodem redit,* niſi *vel* ni ebullire volent. Perſ. 2, 10 O ſi Ebullit patrui praeclarum funus, *votum impium hereditatem impatienter exſpectantis.* Ebullit *pro* ebulliat *archaice, vt* Edim, Auſim, Duim *etc.* Animam ebullire, *pro Mori* Petron. c. 42 *et* 62. *Et* Sen. de morte Claud. 4 Et ille quidem animam ebulliit, et eo deſiit viuere videri.

EBVLLO, āre. [*παφλάζω*] *Erumpere, crepare : a* Bulla, *quae aeſtiuo tempore in aqua pluuia ſubinde eleuatur in formam rotundam, ac ſtatim euaneſcit.* Perſ. 2, 10 — ô ſi Ebullet patrui praeclarum funus. *i. Ad bullae ſimilitudinem exeat, et erumpat. Alii legunt* Ebullit, *quod probat Caſaub.* *Certius* Fontium venae ebullant Tertull. de Pall. c. 2.

EBŬLVM, i. n. *ſiue* EBŬLVS, i. m. [*χαμαιάκτη*] *Herba eſt producens baccas rubras et veluti ſanguineas, in ſimilitudinem ſambuci. Vnde* Virg. Ecl. 10, 27 Sanguineis Ebuli baccis. Columel. 2, 2. Plin. 25, 10 Ebuli quoque (quem nemo ignorat) fumo fugantur ſerpentes.

EBVR, *ſiue* EBOR, ŏris. n. [*ἐλέφας*] *Elephanti dens : quaſi e* Barro, *i.* Elephanto productus, *vt placet, neſcio quam bene,* Seruio. Cic. Acad. 4, 100 Non enim eſt e ſaxo ſcalptus, aut ebore dolatus. Plin. 8, 3 *de Elephantinis dentibus,* Hoc ſolum ebur eſt. *Pro Vaſis, aut aliis rebus ex ebore dolatis, ſollemni Metonymia,* Hor. Carm. 2, 18, 1 Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Cic. Verr. 2, 35 Omne ebur ex aedibus ſacris, *etc.* auferret. Plaut. Moſt. 1, 3, 102 *poſtulanti puellae* ceruſſam, quî malas oblinat, *adulatorie reſpondetur,* Vna opera ebur atramento candefacere poſtules, *quaſi dicat ceruſſam ad candorem puellae comparatam, ſe habere vt atramentum ad ebur.* Ebur, *pro Elephanto dixiſſe videtur* Iuuen. Sat. 12, 112 — Mora nulla per Hiſtrum Pacuuium, quin illud ebur ducatur ad aras. *Nempe ſignauit beſtiam a parte nobiliori.* *Contra* Virg. Aen. 6, 896 Elephantum *dixit pro Ebore.* *Vid.* Elephantus, *in* ELEPHAS. Ouid. Amor. 2, 5, 40 Aut, quod ne longis flaueſcere poſſit ab annis Maeonis Aſſyrium femina tinxit ebur. *Add. Heinſ. ad* Claud. de R. Proſ. 1, 274. Ebur in templis fleuit, *i. ſigna ex ebore* Sen. Thyeſt. 702. Pulcherrimum ex ebore ſignum Mineruae Cic. de Clar. Orat. 257. Statua ex ebore Suet. Tit. c. 2. Aſperum ſignis ebur Sen. Hippol. 899. Aſſyrium Ouid. Amor. 2, 5, 40. Candens Ouid. ex Ponto 3, 3, 98. Conſpicuum Idem ibid. 4, 5, 18. Curule Hor. Epiſt. 1, 6, 53. *h. e. Sella curulis eburnea, non niſi ſummis magiſtratibus conceſſa.* Indicum Hor. Carm. 1, 31, 6. Nitidum Ouid. Met. 2, 3. Niueum Id. ibid. 10, 247. Iuuen. Sat. 8, 103 Phidiacum viuebat ebur. *i. Statuae eburneae ſculptae a Phidia tanto ſucceſſu, vt viuere viderentur.* Regale Sen. Hippol. 899. Sectile deliciis India mittit ebur Ouid. de Medic. Fac. 10. Splendidum Sen. Thyeſt. 457.

EBVRNEVS, a, um. Adi. *Quod ex ebore eſt.* Plin. 28, 4 Elide ſolebat oſtendi coſta Pelopis, quam eburneam affirmabant. Iouem fecit eburneum Idem 36, 5. Pectines Apul. Met. 11, . . Quadrigae Suet. in Neron. c. 22. Sellae Liu. 5, 4. Signum Cic. Verr. 4, 1. *Item inſtar eboris album, vt* Ceruix eburnea, Eburnea colla *apud* Ouid. Met. 3, 422. *Vid.* Eburni Digiti.

EBVRNEŎLVS, a, um. Dimin. Cic. de Orat. 3, 223 c. 60 Quem ſeruum ſibi habuit ille ad manum, cum eburneola ſolitus eſt habere fiſtula. Gell. 1, 3 Eburneam *vocat.*

EBVRNVS, a, um. Adi. Decus eburnum Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 272. Virg. Aen. 11, 11 Atque Enſem collo ſuſpendit eburnum. *i. capulo eburno.* Digiti Propert. 2, 1, 9. *i. Candidi.* Lucan. 2, 356 Gradibusque accliuus eburnis Stat torus. Claud. in Nupt. Honor. 102

— Largos haec nectaris imbres
Irrigat : haec Morſu numeroſi dentis eburno
Multifidum diſcrimen arat. *Pectinem eburneum intelligit.*

Plectro modulatus eburno Tibull. 3, 4, 39. Porta Virg. Aen. 6, 898. Sceptrum Ouid. Met. 1, 178. Templum Propert. 4, 2, 5.

EBŎREVS, a, um. Adi. [*ἐλεφάντιος*] Quintil. 6, 3, 61 Quum in triumpho Caeſaris eborea oppida eſſent tranſlata. Scobs eborea Scribon. 16. Apollo eboreus Plin. 7, 53. Codices eborei Vlp. in l. librorum §. 1 D. de leg. 3.

EBVRĀTVS, *et* EBORATVS, a, um. Adi. [*ἐλεφαντόδωτος*] *Quod ebore tectum eſt.* Plaut. Stich. 2, 2, 53 Lectos eburatos, auratos. Sella eborata Lamprid. Heliog. c. 4. *Vid. Borrich. Cogit. p. 94.*

EBORARIVS, i. m. *Eboris artifex.* Eborarii *autem inter artifices numerantur, qui a Principibus vacationem munerum obtinent,* l. 1 C. de excuſ. artif. . . Inſcript. *apud Gruter. p.* LXV L. PLOTIO. SABINO. EBORARIO. *Dicitur et* Eburarius. Inſcript. Florent. *apud Spon. Miſc. Erud. Ant.* Q. CONSIDIVS. EVMOLPVS. FABER. EBVRAR.

EBVRA, ae. f. [*Ἔβουρα*] *Luſitaniae vrbs Ptolemaeo : hodie Ebora. Dicitur* Plin. 4, 21 Eburo.

EBVRINI, Lucanorum Populi in Italia, *quorum meminit* Plin. 3, 11.

EBVRŌNES, [*Ἐβουρῶνες*] *Populi inter Belgas, gente, nomine, et numero Germani appellati, Condruſis, Menapiis, Aduaticis, Treueris (quorum clientes erant) et ſiluae Arduennae finitimi : nunc Leodienſes dicti apud Gallos.* Plin. 4, 18 Populos Galliae Lugdunenſis *ait* quondam Aulercos appellatos, nunc vero Eburones. *Vid.* Caeſ. *et Scal. Lect.* Auſon. 2, 14 p. 126.

EBVROVICES, *Populus* Galliae Lugdunenſis Plin. 4, 18.

EBŬSVS, i. f. [*Ἔβυσος*] *Inſula in mari Balearico, altera Pityuſarum, nullum animal noxium gignens.* Plin. 3, 5 *extr.* Ebuſi terra fugat ſerpentes, Colubrariae parit : ideo infeſta omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus. *Habuit haec inſula oppidum eiusdem nominis, a Phoenicibus (vt putant) conditum, aut certe a Poenis, qui a Phoenicibus originem duxerunt.* Sil. 3, 363 Iamque Ebuſus Phoeniſſa mouet, iamque Artabrus arma. *Vid. Geuart. ad* Stat. Silu. 1, 6, 15.

EBVSITANVS, a, um. Adi. Plin. 3, 5. *Vid. etiam* Melam 2 c. vlt. *ad fin.*

E C *et* E C A

EC. *Particula ab Ecce interrogatiuis adhaerens. Vt* Ecquis, Eccur, Ecquando, Ecquo, Ecquonam, Ecquisquam, Ecſiquid, *etc.* *In compoſitione nonnunquam pro* e *vel* ex *poni docet Cort. ad* Sall. Iug. 14, 11. *Conf. Pier. ad* Virg. Georg. 4, 450.

ECANTO. Gloſſ. Gr. Lat. *ἐξαυλῶ.*

ECASTOR, *et* MECASTOR. Adu. iurandi. *h. e. Ita me deus Caſtor ſeruet.* Donatus, Ecaſtor, Per Caſtorem et Pollucem, ornatiua ſunt iurandi, apta feminis. Plaut. Amph. 2, 3, 10 Ecaſtor te experior quanti facias vxorem tuam. Ter. Andr. 3, 2, 6 Per Ecaſtor ſcitus puer natus eſt Pamphilo. *Hoc nomine non iurabant viri.* Gell. 11, 6. *Vid. Hanſen. et caeteros ſcriptores de Iureiur. Vett.* Ecaſtor, Edepol, *etc. non* Aecaſtor, Aedepol, *etc.* *Vid. Voſſ. Etym. Meurſ. par. 1. Exerc. crit. ad* Capt. c. 4 p. 80.

ECAVDIS, e. Adi. *Cauda, i. ſine truncatus.* Verſus ecaudes Diomedes 3 p. 497. *i. miuri, μείουροι.*

E C B

ECBĂSIS, eos. f. [*ἔκβασις*] *Digreſſio a propoſito.*

ECBĀTĂNA, orum. n. pl. [*Ἐκβάτανα*] *Metropolis eſt Mediae: vel*

vt quidam exiſtimant, Regionis magnae nomen. Strab. 11 Media in duas partes diuiſa, quarum alteram, maiorem vocant: cuius metropolis fuit Ecbatana *ciuitas, et Medici imperii caput: nunc etiam Parthi regia vtuntur.* Cic. pro Lege Manil. 9 c. 4. Lucil. 14 *ap.* Non. 13, 4 Ad regem legatu' Rhodum, Ecbatanam, aut Babylonem Ibo, cerrum ſumam.

ECBŎLAS, ădis. f. [ἐκβολὰς] *Vuae genus in Aegypto proueniens, eiiciendo foetui idoneum,* παρὰ τὸ ἐκβάλλειν, *quod expellere et eiicere ſignificat.* Plin. 14, 18 Aegyptus et ecbolada habet, abortus facientem.

ECBŎLE, es. f. [ἐκβολὴ] Ecbolas quaſſant Pacuuianum Varro de L. L. 6, 6 p. 82 *extr. interpretatur* eiiciunt. *Nempe* ἐκβολὴ *eiectio eſt.*

E C C

ECCE. Adu. demonſtrandi, [ἰδὲ, ἤν, ἤνιδε] *Repentinum aliquid, Inſperatumue ſignificans.* Cic. pro Caecin. 30 c. 10 Cum ſubito ecce idem, qui ſolet, ſuos ſolos ſeruos armatos fuiſſe, dixit. Cic. de Fin. 2, 96 Ecce miſerum hominem. Ter. Adel. 4, 7, 3 Fero alia flagitia ad te ingentia boni illius adoleſcentis. M. Ecce autem. *Vbi* Donatus, Ecce dicitur, quum repente triſte aliquid rebus interuenit laetis, aut certe quum aliud agitur, aliud emergit nouum. *Vt* Virg. Aen. 2, 403 Ecce trahebatur paſſis Priameïa virgo Crinibus. In ſomnis ecce ante oculos moeſtiſſimus Hector Viſus adeſſe mihi Virg. Aen. 2, 270. *vbi vid. Seru.* Ter. Phorm. 1, 5, 34 Ecce autem ſimilia omnia, omnes congruunt. *Vbi* Donatus, Ecce autem, vox eſt apta his, quae noua et improuiſa animo accidunt. *Idem obſeruat* Aſcon. Pedian. in Act. 1 in Verr. 17 c. 6. Ecce autem noua turba atque rixa, *etc.* Cic. Verr. 4, 148. Ecce autem repente ebrio Cleomene, eſurientibus caeteris, nuntiatur piratarum naues eſſe in portu Ediſſae Cic. Verr. 5, 86. *De hac formula vid. Gronou. ad* Liu. 7, 35. Plin. 36, 27 Adeo in rebus damnatis quoque ac iam nullis, ſunt aliqua remedia, vt in carbone ecce et cinere. *i. Vt vides in carbone, nec ſine admiratione. Interdum riſus et contemtionis gratia ponitur.* Cic. in Orat. 30 Ecce autem aliqui ſe Thucydidios eſſe profitentur, nouum quoddam imperitorum et inauditum genus. *Iungitur Nominatiuo, vt* Cic. Att. 14, 13 Ecce autem Antonius accepta grandi pecunia, *etc. Eidem 7, 23* Ecce poſtridie ad Caſſium literae Capua a Lucretio familiari eius. *Et* 14, 3 Ecce autem ſtructores noſtri ad frumentum profecti. *Sic in continuanda enumeratione,* Ecce multo maior etiam diſſenſio Cic. Acad. 4, 134 c. 43. *Et* de Fin. 1, 61 c. 18 *poſt longum catalogum,* Ecce autem alii minuti et anguſti *etc. Sic* Orat. 53 c. 16 *in enumeratione diuerſorum dicendi generum,* Flumen aliis — Diſtincta alias — Elaborant alii — Ecce aliqui duritatem, et ſeueritatem quandam *etc.* Ecce tibi, *frequentiſſimum apud* Cic. pro Cluent. 75 c. 28 Ecce tibi eiusmodi ſortitio, vt in primis Bulbo, *etc.* Idem Att. 2, 14 Quum haec maxime ſcriberem, ecce tibi Seboſus. Ter. Eun. 2, 3, 6 Ecce autem alterum. *Sic optimi quique. Fruſtra Valla contendit, legendum hîc eſſe* Alter. Ter. Adel. 5, 9, 38 Ecce me, qui id faciam vobis. *Sic apud* Plaut. Men. 2, 3, 50 Prandi in naui: inde huc ſum egreſſus: te conueni, ecce rem. *Sed editur* Eccere, *quod tamen pro* Ecce rem *poni volunt. Vid. mox ſeparatim* ECCERE. *Diuerſitas iſta caſuum eſt ab eo, quod ecce per ſe nullum regit, ſed a reliquo orationis tenore pendet conſtructio, id eſt, a verbis vel expreſſis, vel intellectis. Etiam illud obſeruandum, non ſatis commode vbique* Ecce *explicari per* Vide, *cum adiici illud vel cognatum videamus.* Ouid. Met. 2, 92 Adſpice vultus Ecce meos. Virg. Aen. 3, 219 Ecce Laeta boum paſſim campis armenta videmus. Priſcian. 12 p. 949 *de hac voce agens* Accuſatiuos, *inquit,* exigit verbum vide, vel adſpice, vel cerne; quod ſaepe per eclipſin ſolet intelligi.

ECCVM, eccam, eccos, eccas. Eccum, *i.* Ecce hîc eum, *ſubintellige virum, de quo agebamus.* Eccam, Ecce hîc eam, *ſubintellige feminam, de qua mentio erat. Sic declarat Valla 2, 15. Breuius et forte verius* Priſcian. 12 p. 949 Quid eſt enim aliud eccum, niſi ecce eum? eccam, niſi ecce eam? eccos, niſi ecce eos? eccas, niſi ecce eas? ellum, niſi ecce illum *etc.* Plaut. Amph. 3, 4, 22 Et eccum ipſum video, *etc.* Ter. Eun. 5, 3, 9 Virum bonum eccum Parmenonem incedere video. *Add.* Idem Andr. 3, 3. Eccum Iuppiter Plaut. Amph. Prol. 120. Ter. Eun. 4, 7, 6 Vbi centurio eſt Sanga, et manipulus furum? P. eccum adeſt. Plaut. Stich. 4, 1, 71 Atque eccum tibi lupum in ſermone. Ter. Andr. 5, 5, 1. Idem Eun. 2, 3, 12 Sed eccum Parmenonem, ſalue. Ibidem 4, 5, 12 Sed eccam ipſam. Eccam, locum ſignat, vbi ea excidit Plaut. Ciſtel. 4, 1, 3. Eccos Plaut. Men. 1, 4, 1. Ter. Heaut. 2, 3, 15 Sed video, eccos quos volebam. *Pro Ecce hîc eos, quos volebam.* Eccum *etiam abſentibus accommodari obſeruauit Taubm. ad* Plaut. p. 614, 841. *it. Boxhorn. ad Eund. p. 10.*

ECCILLE, a, ud. *pro* Ecce ille *etc.* Plaut. Aul. 4, 10, 51 Immo eccillam domi. *Et* Mil. 3, 1, 194 Habeo eccillam meam clientam: *vtrumque de abſente. Sic* Perſa 2, 3, 65 Toxilo has fero tabellas tuo hero. PAE. Abi: eccillum domi.

ECCISTAM, *pro* Ecce iſtam *eadem ratione dixit* Plaut. Curc. 5, 2, 18 Nullam abduxi. TH. Certe ecciſtam, video.

ECCENTROS, [ἔκκεντρος] *Quod eſt extra centrum: recentiores* Excentricum dicunt. Mart. Capell. 8 p. 287 Terra ſolaris circuli non eſt centrum, ſed eccentros habetur. *Add. ib. p. 299.*

ECCER, *vel* ECCERE [Νὴ τὴν Δήμητρα] *Iurandi Aduerbium.* Vet. Gloſſ. Eccer κατὰ τῆς Δήμητρος. *Meurſ. Exercit. Crit.* 1 p. 21 Ecer *legi vult, vt* Ecaſtor. *Maneat hoc, haberi a Gloſſarii auctore pro Aduerbio iurandi per* Cererem. Feſtus, Eccere iusiurandum eſt, ac ſi dicatur per Cererem, vt Aecaſtor, Aedepol. *(ſic editur, pro* Ecaſtor, Edepol) Alii Eccere pro Ecce poſitum accipiunt. *Sic ſane* Chariſius ex Comminiano 2 p. 160 *extr.* monſtrandi Aduerbia *dicit* ecce, eccum, eccere. *Iam videamus vſum ipſum.* Plaut. Amph. 2, 1, 4 Eccere iam tuatim facis, vt tuis nulla apud te ſit fides. Idem Men. 2, 3, 50 Eccere Perii miſera! quam tu nunc mihi nauem narras. Idem Mil. 2, 2, 52 *in deſcriptione longiori, in qua iam* Ecce autem *continuandae orationis cauſa poſuerat, eodem conſilio* Eccere autem capite nutat, *et iterum* Ecce autem aedificat. *Sic* Perſa 2, 4, 29 Fores aperite. Eccere autem Quem conuenire maxime cupiebam, egreditur intus. *Et* Trin. 2, 2, 105 Eccere *non aliud eſt, quam p. p.* Ecce autem. *Nec* Truc. 2, 2, 58 *aut* Terent. Phorm. 2, 2, 5 *alia ratio. Illud ergo de iurandi per Cererem ſola fide Gloſſarii nititur et Feſti, vt nunc eſt.*

ECCHEVMA, ătis. n. *Effuſio.* Plaut. Poen. 3, 3, 88 Te replebo vsque vnguentorum eccheumatis.

ECCLESIA, ae. f. *Latine dicitur Coetus et Congregatio.* ἐκκλησία. Et bule et Eccleſia conſentiente Plin. Ep. 10, 111. *i. Senatu populoque.* ¶ 2 *Apud Chriſtianos proprie dicitur de coetu fidelium, deinde etiam accipitur pro templo, vt in* tit. C. Theod. de Manumiſſ. in SS. Eccleſiis: *vid. h. l. Gothofr. Sic* Lactant. de M. P. 12, 3 *vbi Zoſimum etiam ſic* ἐκκλησίαν *dixiſſe, oſtendit Cellarius.* Auguſtin. Quaeſt. in Leuit. 3, 57 Eccleſia dicitur locus, quo eccleſia congregatur. Et hoc quotidianus loquendi vſus obtinuit, vt ad eccleſiam prodire, et ad eccleſiam confugere, nihil aliud, niſi quod ad locum ipſum parietesque prodierit, vel confugerit, quibus eccleſiae congregatio continetur. *Antepenultimam licet Poëtae Chriſtiani fere corripiant, aliqui tamen recte producunt, vt* Proſper Sent. 15. Alcim. 4, 498. Sedul. 4, 361. Tertull. 2, 42 *et* 190.

ECCLESIASTES, ae. m. *Concionator,* ἐκκλησιαστής. Tertull. de Monog. c. 3.

ECCLESIASTĬCVS, a, um. Adi. *apud Chriſtianos Scriptt. vt* Tertull. de Pud. c. vlt. *Item* Eccleſiaſticus, *Subſt. dicitur Filius Siraci et eius liber.*

ECCLESIASTERIVM, ii. n. *Locus conuentibus celebrandis deſtinatus.* Vitr. 7, 5. *Vid. Bald.*

ECCRĬTVS, a, um. Adi. *Selectus. In* Petron. c. 63 *pro* Cacritus *habet Reineſ. in Schol. ad* Fragm. Frag. p. 92. *et Nodot. p. 320.*

ECCVBI. [ἦπꙋ] Onomaſticum vetus. *Significat ergo idem quod* An alicubi, an Vsquam?

ECCVM, *vid. ſtatim poſt* ECCE.

E C D

ECDĬCI, [ἔκδικοι] *ſunt, quos Iuriſconſulti* defenſores *appellant, qui in* Graecis vrbibus *Tribunorum plebis inſtar erant, et plebem ab iniuria optimatium tuebantur. Vnde tractatus eſt apud* Iuſtinianum 1, 55 C. de Defenſoribus ciuitatum, *et* 1, 10 C. Theod. *et* in Nouellis Conſtitutionibus XV. Cic. Fam. 13, 56 Dixerat mihi Euthydemus, quum Epheſi eſſem, ſe curaturum, vt Ecdici Mylaſii Romam mitterentur. Id factum non eſt, Legatos audio miſſos eſſe: ſed malo Ecdicos, vt aliquid confici poſſit. Quare peto a te, vt et eos et Alabandenſes iubeas Ecdicos Romam mittere. Plin. Epiſt. 10, 111 Ecdicus Amiſenorum ciuitatis petebat apud me a Iulio Piſone denariorum circiter XI millia, donata ei publice ante XX annos *etc. Apparet, cum aerarii publici cauſam egiſſe, vt videamus, Ecdicorum* munus fuiſſe *iudicio experiri contra eos, qui Reip. deberent.*

E C F *et* E C H

ECFARI *pro* Effari *dixerunt, et* ECFATVS *pro* Effatus. Cic. Diu. 1 c. 37 *extr.* Tum enim ferunt ex oraculo ecfatam eſſe Pythiam. *Sic ex MSS. Grutero etiam laudatis Dauis.* Effatam *Gron.* Haec fatam *e ſono antiquae lectionis, caeteri.*

ECFERO, *pro Effero, Pareus in Lex. Crit. legit in aliquot locis* Plauti; *et* Cic. Fam. 9, 2. *et* Att. 8, 3. Lucil. *ap.* Non. 1, 176 Neu mutires quidquam, neu myſterium ecferres foras. *Sic certe edidit Mercer.*

ECFODIO, *pro Effodio, Idem Pareus legit* Plaut. Aul. 4, 8, 9 *vbi vulg.* Effodio aulam auri plenam. *Sic dederunt etiam in* Tac. An. 11, 20, 3 *Gronouius atque Ryckius.*

ECHEA, ōrum. n. pl. [ἠχεῖα] Vitruu. 1, 1. *et* 5, 5 *memorata, vaſa quaedam in cellis peculiaribus ſub theatrorum gradibus collocata ad ſonum augendum. Hoc vt dubio careat, poſterior locus prius legatur:* Si non erit ampla magnitudine theatrum, media altitudinis transuerſa regio deſignetur, et in ea tredecim cellae — confornicentur, vti ea echea, quae ſupra *(nempe 1, 1)* ſcripta ſunt, — in cellis collocentur. — Ita — vox ab ſcena, vti ab centro profuſa ſe circumagens, tactuque feriens ſingulorum vaſorum *(haec ſunt* echea) caua, excitauerit auctam claritatem *etc. Iam videamus et priorem locum 1, 1* Item in Theatris vaſa aerea, quae in cellis ſub gradibus Mathematica ratione collocantur, et ſonituum diſcrimine, *(ſic legendum iam videre viri docti pro* diſcrimina) quae Graeci ἠχεῖα vocant, ad Symphonias muſicas ſiue concentus componuntur *etc. Vtroque loco illud* diſcrimen ſonituum, *et illae* Symphoniae muſicae *indicantur. Etiam Vet. Schol. Ariſtoph. ad Nubes 291* ἠχεῖα *et* βροντεῖα *in ſcenae apparatu memorat.*

ECHEMYTHIA, ae. f. [ἐχεμυθία] *quaſi tu* continentiam ſermonis *dicas, ſilentium illud docile* Pythagoreorum, *de quo* Gell. 1, 9 *inter alia,* Vbi res didicerant rerum omnium difficillimas, tacere audireque, atque eſſe iam ſilentio eruditi, cui erat nomen ἐχεμυθία, tum verba facere *etc.*

ECHENĒIS, ĭdis. f. [ἐχενηΐς] *Latine Remora dicitur.* Plin. 9, 25 Eſt paruus admodum piſcis, aſſuetus petris, echeneis appellatus. Hoc carinis adhaerente, naues tardius ire creduntur: inde nomine impoſito: quam ob cauſam amatoriis veneficiis infamis eſt, et iudiciorum ac litium mora, *etc. Add.* 32, 1. Lucan. 6, 674 Non puppim retinens Euro tendente rudentes In mediis echeneis aquis. Parva echeneis adeſt Ouid. Halieut. 99.

ECHIDNA, ae. f. [ἔχιδνα] *Latine Hydra, ea potiſſimum, quae ab Hercule interfecta eſt.* Ouid. Faſt. 5, 405 Sanguine Centauri Lernaeae ſanguis echidnae Miſtus ad auxilium tempora nulla dabat. Virus echidnae Ouid. Met. 9, 158. Tumidae echidnae Ouid. Met. 10, 313. *De vipera femina quidam accipiunt. Vid.* Ouid. Met. 4, 502. *et* 9, 69.

ECHIDNION, i. n. *Herba viperina.* Apul. de Herb. c. 5.

ECHINĂDES, um. f. [Ἐχινάδες] Inſulae ſunt in Epiro, contra Ambracium ſinum natae Acheloi impetu, arenaque limo conuectis, ſicut pars Aegypti Nili coeno. *Lege* Plin. 2, 85. *et Thucydid. 2 vbi de Acheloo.* Parteſque reſoluit In totidem, mediis quot cernis Echinadas vndis Ouid. Met. 8, 587 *quo loco inuolucro fabulae verum occuluit, et ex Naiadibus decem totidem factas inſulas tradidit, quoniam hae terrae fluuio aggeſtae fuerunt.*

ECHĪNAE, arum. f. *Eaedem inſulae.* Sen. Troad. 838.

ECHĪNEIS, *Inſula in Aegaeo.* Cic. in Arat. 426. *Sed variant ſcripturae.*

ECHINOMETRAE, arum. f. [ἐχινόμητραι] Echinorum genus, quorum ſpinae longiſſimae, calyces minimi, nec omnibus iidem, rufus et vitreus color *etc.* Plin. 9, 31.

ECHINOPHORA, ae. f. *Genus conchae.* Plin. 32, 11.

ECHINŎPVS, ŏdis. m. *Herba, quod ex nomine colligas, aculeata, Dioſcoridi, quod ſciam, non memorata.* Plin. 11, 8 Ceras ex omnium arborum

borum ſatorumque floribus confingunt, excepta rumice et echinopode. *Echinopodis mentio eſt in veteri diſticho, apud Athen.*

Ὥς ἂν ἐχινόποδας, καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν
Φυτᾶται μαλακῶν ἄνθεα λευκοΐων.

ECHĪNVS, i. m. [ἐχῖνος] *Tegmen ſpinoſum, quo ſeruantur caſtaneae, ἐχῖνον enim hirtum ſignificat.* *Vnde* Caſtaneae echinatae. Plin. 15, 23 Nuces vocamus et Caſtaneas, quamquam accommodatiores glandium generi: armatum his echinato calyce vallum eſt. *Conf.* Calp. Eclog. 2, 83 Caſtaneasque nuces totidem, cum ſole Nouembri (*adiectiue, vt* Decembris) Maturis nucibus virides rumpentur echini. Seru. *ad* Virgil. Ecl. 7, 53 Caſtaneas hirſutas *interpretatur* intra Echinos adhuc locatas. ¶ 2 *Ab huius tegminis ſimilitudine*, Echinus *dictus eſt Piſcis ex cancrorum genere.* Plin. 9, 31 Ex eodem genere ſunt echini, quibus ſpinae pro pedibus. Ingredi eſt his in orbem volui. itaque detritis ſaepe aculeis inueniuntur. Martial. 13, 86 Iſte licet digitos teſtudine pungat acuta, Cortice depoſito mollis echinus erit. Iuuenal. 4, 143 *de gulae conſulto*, Et ſemel adſpecti litus dicebat echini. Horat. Epod. 5, 28 *De veneſica*, Horret capillis vt marinus aſperis Echinus. Idem Sat. 2, 4, 33 Oſtrea Circeiis, Miſeno oriuntur echini. *Et* Sat. 2, 8, 52 Illotos Curtillus echinos *coquere docuit.* *Et* Epiſt. 1, 15, 23 Vtra magis piſces et echinos aequora celent. Ante coenam *Pontificalem Metelli apud* Macrob. Sat. 2, 9 Echinos, oſtreas crudas quantum vellent, *etc.* *Quomodo pararentur, docet* Apic. 4, 2 *in primis* 9, 8. *Sed eſt etiam apud Graecos Terreſtre animal, aeque atque marinus echinus, ſpinis horridum, erinaceus Latinis. Si audiamus* Varronem de L. L. 4, 12 p. 21, 16, *in terreſtri nomen antiquius.* ¶ 3 *Ad epulas pertinet illud* Claudian. in Eutrop. 2, 449, *vbi* ſecum volutat *coquus*, quas figat verubus partes *porci*, quae fruſta calenti Mandet aquae, quantoque cutem diſtendat echino. *Vtrum fartum aliquod intelligemus cum Barthio? an cutem traiectam ſurculis herbarum, aut ſpicis allii, vlpiciue, vt fruſtum illud carnis porcinae, perna vt hoc vtar, hinc echini ſimilitudinem accipiat?* ¶ 4 *Ad conuiuialem, ſ. epularem ſupellectilem pertinet* echinus Horat. Serm. 1, 6, 117

Lapis albus
Pocula cum cyatho duo ſuſtinet, aſtat echinus
Vilis, cum patera guttus, Campana ſupellex.

Iam olim non ſatis intellectum locum indicant vetera Scholia, *quae ponemus:* Echinum dixit vas aeneum, in quo calices lauantur, quod modo Triſille (τρισκελὲς) appellamus. Alia: Echinum dixit vas ſalis in modum echini marini: alii ampullam vitream; alii lignum dicunt cum vncinis, in quo ponuntur calices; alii ampullam ſcorteam, iuxta illud Lucilii, Echinus chinabam infectus. *Haec Luciliana ſic legenda ſuſpicatur Wouwerius ad* Petron. c. 34 p. 138 Echinus cinnabari infectus. *Habet ibi ex Graecis plura. Baxterus ita,* Echinum clinabam intectum. ¶ 5 *Architectorum etiam ſunt* echini. *Nempe ſimplicis membri illud nomen eſt, quo capitula, vt hoc vtar, columnarum ornantur, tanquam faſcia, cuius ſectiones ſingulae, quartam areae circuli partem implent. Sic certe recentiores interpretantur* Vitruu. 4, 3 p. 66, *vbi in Dorici capituli membris refertur, et* 4, 7, *vbi Tuſcanico aſſignatur h. m.* Capituli craſſitudo diuidatur in partes tres, e quibus vna plintho, quae eſt pro abaco, detur; altera Echino, tertia hypotrachelio cum aſtragalo et apophygi.

ECHINATVS, a, um. Adi. [ἐχινόδωτος] *Vt*, Echinatus caſtanearum calyx Plin. 15, 23. Idem 27, 9 In cacumine capitula ſunt echinata ſpinis. Folia echinata Plin. 22, 9.

ECHINVSSA, ae. f. Inſula Euboeae vicina, quae poſtea Cimolus dicta eſt, *referente* Plin. 4, 12. *forte ab Echinorum multitudine dicta:* ἐχινοῦσσα.

ECHION, ŏnis. m. [Ἐχίων] *Pictor inſignis.* Plin. 35, 7 Quatuor coloribus ſolis immortalia illa opera fecere, ex albis Melino, ex ſilaceis Attico, ex rubris Sinopide Pontica, ex nigris Atramento, Apelles, Echion, Melanthius, Nicomachus, clariſſimi pictores, cum tabulae eorum ſingulae oppidorum venirent opibus. *Fuit et alter* Echion, Statuarius, qui centeſima ſeptima Olympiade floruit, *teſte eodem* Plin. 34, 8.

ECHION, *vel* ECHIVM, i. n. [ἔχιον] *Alii Doriada, nonnulli Alcibiadion vocant: Spinoſa herba eſt, quae non modo a ſerpente commorſis cum vino pota auxiliatur: ſed praeſumentes quoque ex ictu nihil moleſtum pati ſinit. Haec Paullus 7. Vid. et Dioſcorid.* 4, 25. Plin. 25, 8.

ECHION, *ſ.* ECHIVM, i. n. [ἔχιον, *ab* ἔχις, *vipera*] *Medicamentum quoddam oculorum.* Plin. 29, 6 Viperam viuam in fictili nouo comburere, addito foeniculi ſucco ad cyathum vnum, et turis manna vna, atque ita ſuffuſiones oculorum et caligines inungere, vtiliſſimum eſt. Medicamentum id, Echion vocatur.

ECHION, ŏnis. m. [Ἐχίων] *Vnus fuit e ſociis Cadmi,* primi regis Thebarum, et pater Penthei regis: qui ab eo dicitur Echionides et Echionius, *i.* Thebanus, *vt notat* Seruius *in* Virgil. Aen. 12, 515 Nomen Echionium, matriſque genus Peridiae. Arces Echioniae Ouid. Triſt. 5, 5, 53. Plebs Echionia Stat. Theb. 1, 169. Thebae Echioniae Hor. Carm. 4, 4, 64.

ECHIS, is. m. *Idem, quod Echion.* Plin. 22, 20.

ECHĪTE, es. f. [ἐχῖτη] Herba eſt ſimilis ſcammonio, *de cuius natura conſule* Plin. 24, 15.

ECHĪTES, ae. m. [ἐχίτης] Gemma eſt colore viridi, ſubobſcuro, quandam viperae ſimilitudinem referens Plin. 37, 11.

ECHO, ûs. f. *Eſt Vocis vel Soni repercuſſio.* Plin. 36, 15 Eadem in vrbe, iuxta portam quae Thracia vocatur, turres VII acceptas voces numeroſiore repercuſſu multiplicant, nomenque huic miraculo, Echo eſt a Graecis datum. *In porticu item Olympiae ſepties redditam vocem tradit Plutarch. lib. de Garrul. pr.* Plin. 2, 44 Montium vero flexus, crebrique vertices, et conflexa cubito, aut confracta in humeros iuga, concaui vallium ſinus, ſcindunt inaequaliter inde reſultantem aëra, quae cauſa etiam voces multis in locis reciprocas facit. *In fabulis* Echo *eſt* Vocalis Nymphe, quae nec reticere loquenti, Nec prior ipſa loqui didicit, reſonabilis Echo: *cuius fabulam ab his ipſis verſibus molliſſime deſcribere incipit* Ouid. Met. 357. *Et* 368 Tamen haec in fine loquendi Ingeminat voces, auditaque verba reportat. *Denique Narciſſi fabulam ab ea amati ſic claudit* v. 507 Planxerunt Dryades, plangentibus aſſonat echo, *etc.* *h. e. ad voces plangentium reſonat.* Auſonius in pictorem deae Echûs Epigr. 11

Vane quid affectas faciem mihi ponere pictor,
Ignotamque oculis ſollicitare deam?
Aëris et linguae ſum filia: mater inanis
Indicii vocem quae ſine mente gero.
Extremos pereunte modos a fine reducens,
Ludificata ſequor verba aliena meis.
Auribus in veſtris habito penetrabilis Echo,
Et ſi vis ſimilem pingere, pingue ſonum.

Martial. 2, 86

Quod nec carmine glorior ſupino,
Nec retro lego Sotaden cinaedum,
Nuſquam Graecula quod recantat Echo, *etc.*

Innuit epigrammatarius Poëta verſiculos ita factos, vt in extremis reſponſationes ponantur ex Echus perſona, ſententiam explentes, illius morem tuentes vltima regerendi. Tales ſunt Gauradae Graeci Poëtae antiqui in Anthol. 4, 10, 1. *Panis interrogantis, et reſpondentis Echûs:*

Ἀχώ, φίλα μοι συγκατάινεσόν τι. τί;
Ἐρῶ κοράσκας, ἁ δέ μ' οὐ φιλεῖ. Φιλεῖ.
Τὺ τοίνυν αὐτᾷ λέξον ὡς ἐρῶ. Ἐρῶ. κ. τ. λ.

Etiam Ariſtophanes Theſmophor. 1065 ſq. inducit Echo, Euripidi reſponſantem. Ne quid de recentioribus dicamus Alciato, Eraſmo, etc. Echo reſultante ſono Plin. 11, 19 *pr.* Ouid. Met. 3, 358 Nec prior ipſa loqui didicit reſonabilis Echo. Auſon. Epigr. 99

Commoritur Narciſſe tibi reſonabilis Echo,
Vocis ad extremos exanimata modos.
Et pereuntis adhuc gemitum reſecuta querelis
Vltima nunc etiam verba loquentis amat.

Idem Epiſt. 25, 68 p. 697 Non quae paſtorum nemoralibus abdita lucis Solatur noſtras Echo reſecuta querelas. Reparabilis Echo Perſ. 1, 102. *i. quae repercuſſu ſeu reuerberatione reparat, et repetit voces.* Auſon. Epiſt. 10, 23 Turbida congeſtis referitur vocibus Echo.

ECHOĬCVS, a, um. Adi. Elegi Echoici, *in quibus finis repetitur. Ita emendauit Sirmond. et Elmenhorſt.* Sidon. Epiſt. 8, 11 *quod vulgo legitur* Elegos, nunc Schoicos, nunc recurrentes, nunc per Anadiploſin fine principiiſque connexos.

E C L

ECLECTA, ōrum. n. *Si audimus Budaeum de Aſſe 3, Adnotata, et* ἐκλογαί, *adnotationes, et* ἐκλεγόμενα, *ea, quae legendo adnotamus.* Plin. Epiſt. 3, 5 *de Plinio auunculo*, Perire omne tempus arbitrabatur, quod ſtudiis non impartiretur. Hac intentione tot iſta volumina peregit, eclectorumque commentarios CX mihi reliquit, opiſthographos quidem, et minutiſſime ſcriptos. *Nempe non* Electorum, *ſed* Eclectorum *legendum eſſe contendit Budaeus, ſine ſuffragio tamen MSS. qui poſt collati ſunt.*

ECLECTICI, orum. m. *Philoſophorum genus, qui ex omni diſciplina optima quaeque excerpebant: conditore Potamone, vt eſt apud Laërt. 1 pr. Vide Clem. Alex. Strom. 1 p. 211.*

ECLIGMA, *ſiue* ECLEGMA, ătis. n. [ἔκλειγμα] *Vulgus medicorum Electuarium vocat.* Plin. 20, 22 Ad phthiſim vtiliſſime ſemine fiunt ecligmata. Idem 21, 21 *de Thymo*, Item (exiſtimatur) diutinae tuſſi ecligmate faciles exſcreationes facere. *Ab eo nomen habet, quod linctu, non voratu abſumatur.* παρὰ τὸ ἐκλείχειν, *hoc eſt, a delingendo.* *Add.* Idem 24, 7. 27, 12. 28, 12.

ECLIGMATIVM, i. n. Theod. Priſc. 1, 17.

ECLIPSIS, is. f. [ἔκλειψις] *Defectus quidam neceſſariae dictionis, quam deſiderat praeciſa ſententia: vt*, Haec ſecum, *deeſt* loquebatur. Ter. Adelph. 2, 1, 4 Ego iſtam omnibus inuitis. Idem Andr. 1, 5, 66 Verbum vnum caue de nuptiis. *deeſt* Dicas. ¶ 2 Eclipſis, *h. e. defectus ſiderum*, cum Sol interuentu Lunae occultatur, aut Luna terrae obiectu — eoſdem Solis radios Luna interpoſitu ſuo auferente terrae, terraque lunae, *etc.* *vt ait* Plin. 2, 10, *qui* eclipſin *appellat ibidem* c. 12. *Plurali vſus eſt* Auctor ad Herenn. 3, 36 c. 22 Solis exortus, curſus, occaſus nemo admiratur, propterea quod quotidie fiunt. at eclipſes ſolis mirantur, quia raro accidunt: et ſolis eclipſes magis mirantur, quam lunae, propterea quod hae crebriores ſunt.

ECLIPTĬCVS, a, um. Adi. [ἐκλειπτικὸς] Plin. 2, 16 Conuenit ſtellas in occaſu veſpertino proximas eſſe terrae et latitudine et altitudine, exortuſque matutinos in initio cuiuſque fieri: ſtationes in mediis latitudinum articulis, quae vocant ecliptica. *Vulgo* Eclipticam *appellant lineam, quam annuo curſu ſol peragit, quae acuto angulo Aequatorem ſecat.* Seruius *ad* Aen. 10, 216 Ecliptica linea Zodiacum bifariam diuidit, et per illam Sol curſus ſuos agit.

ECLOGA, ae. f. [ἐκλογή] *Electio, delectus. Sic dicta* quaeuis breuia poëmatia *auctore* Vetere Interprete Horatii *apud Baxterum Iudicio de Horatio, qui putat a Marone et Flacco Poëmata ſua e Graecis imitata* eclogas *inſcripta. Et in* Virgilii Bucolicis *hoc ſeruatum a librariis. Etiam* Seruius, *v. g. ad* Ecl. 6, 11 *eo nomine vtitur. In* Horatio *reuocauit Baxterus, qui omnia illius opuſcula* Eclogas *vocat in titulo.*

ECLOGARIVS, ii. m. Cic. Att. 16, 2 *extr.* De gloria miſi tibi: cuſtodies igitur, vt ſoles: ſed notentur eclogarii, quos, *etc.* Eclogarios *Cicero homines eruditos appellat*, *auctore Turnebo* 9, 22 *qui olim quidquid fere legebant librorum, ex iis excerpebant breuiarium quoddam. Sic* Eclogae *reperiuntur e* Diodoro, *e Polybio, e Cteſia, e Theophraſto, e Strabone. Alii* Eclogarios *interpretantur Colloquutores, Sermocinatores: quaſi velit Cicero notari in ſuo illo volumine perſonas colloquentes. Forte optime I. F. Gronouius,* Notent eclogarii, *i. notis ſuis diſtinguant, adſcribant perſonas, etc. Illud quidem maneat,* Eclogarios *eſſe librarios, caeteris eruditiores, qui deligere poſſent iudicio, quibus opus eſſet.*

ECLOGARIVM, ii. n. *Ita* Auſonius *vocat faſciculum, ſiue libellum breuium carminum ſuorum, ſiue Eclogarum.*

E C N *et* E C O

ECNEPHIAS, ae. f. [ἐκνεφίας] Procellae *genus eſt, teſte* Plin. 2, 48, quae ex ſciſſae nubis diſciſſione erumpit, hoc eſt ſine pluuiis. Nam quae cum imbribus nubes frangunt, exhydriae vocantur. Sen. Quaeſt. Natur. 5, 12. *Et* Apuleius de Mundo p. 62 *pr.* In craſſam nubium ſpeciem conglobantur, qui Ecnephiae appellantur.

ECONTRA. Adu. *ſeu* Coni. *pro* Contra. *Saepius legitur in* Vulgata. Et econtra ſuppliciis flagitioſi cuiuſque virtutum ſtudia augebantur Aurel. Victor in Caeſ. c. 39 *verſus fin.* *Add.* Seru. *ad* Aen. 6, 772. Alc. Auit. Epiſt. 4. Tacit. *autem* Ann. 12, 47, 5 *falſo tribuitur. Legendum enim cum Gronouio,* Et erant contra, qui tantam

fortunae commutationem miſerarentur. *Conf. Ryck. ad l. l. Cellar. Antibarb. et Cur. Poſt. Voſſ. de Vit. Serm. 1, 24.*

E C P *et* E C Q

ECPHŎRA, ae. f. *Proiectura.* Vitruu. 6, 2 Columnarum proiecturae mutulorum ecphorae. *Conf.* Eundem 3, 3.

ECPHYADES, [ἐκφυάδες] *dicuntur Inteſtinorum appendices. Vide ſupra in* APOPHYADES.

ECQVAENAM, *vid.* ECQVIS.

ECQVANDO. Adu. [ἤ ποτέ] *Quando.* Cic. pro L. Agr. 2, 17 c. 7 Quaero a populari Tribuno plebis ecquando niſi per XXXV tribus creati ſint. Idem Verr. 5, 44. Vellei. 2, 14. Liu. 3, 67. *Volunt nonnulli ex* Et *et* Quando *formatum. Et certe* Terent. *et* Virg. *Membranis vetuſtiſſimis reperitur* Etquis, Etquid. *Vid. v. g. Pier. ad* Aen. 3, 341. *Sed* Agroet. Vet. Gram. *pr.* lib. de Orthogr. Ecquando, increpando, vel inquirendo Aduerbium eſt: Etquando, (*vid. leg.* Et quando) ſimpliciter loquentis. Ecquandone Apul. Apol. p. 290.

ECQVIS, *vel* ECQVI, a, od, *et* id. Pron. [ἤ τίς] *Num aliquis.* Ter. Eun. 5, 8, 1 O populares, ecquis viuit me hodie fortunatior? Cic. Verr. 2, . . Ecquam exiſtimatis vnquam vlla in prouincia, *etc.* Idem Fam. 9, 15 Ecquem autem, *etc.* Plaut. Curc. 2, 3, 62 Ecquem Lyconem nouerim? Ecqui pudor eſt, ecqua religio, ecqui metus Cic. Verr. 2 c. 8. Ecquis omnium nouerit Plaut. Capt. 3, 2, 10. *Add.* Idem Rud. 2, 3, 82. Ecquo de homine Cic. Verr. 2, 67. Idem Verr. 2, 152 Vt videant et inueſtigent ecqua virgo ſit, an mulier, *etc.* Id. Att. 7, 8 Quod quaeris ecqua ſpes pacificationis ſit, *etc.* *Et* pro Lege Manil. c. 23 Ecquam putatis ciuitatem pacatam fuiſſe, quae locuples ſit? Cic. Verr. 3, 131 c. 57 Ecquod iudicium Romae tam diſſolutum, *etc.* *Sic* Liu. 1, 9 A plerisque rogitantibus dimiſſi, ecquod feminis quoque aſylum aperuiſſent. Ecquid gratiae, modi Plaut. Poen. 1, 2, 46. *et* 172. Ter. Heaut. 3, 3, 35 Quid tu, ecquid de illo, quod dudum tecum egi? Ecquid te pudet? Ter. Andr. 5, 2, 30. Cic. Att. 2, 2 Voco, quaero, ecquid literarum? negant. Idem in Catil. 1, 20 c. 8 Quid eſt Catilina? ecquid attendis? ecquid animaduertis horum ſilentium? patiuntur: tacent. Ecquid intelligis, miles Curt. 8, 4, 17. Ter. Eun. 3, 2, 3 Ecquid nos amas, de fidicina iſtac? Plaut. Caſin. 2, 6, 52 Age. Ecquid fit? ¶ 2 Ecquid *eleganter pro An, num:* Cic. Fam. 7, 16 Quid agatis et ecquid in Italiam venturi ſitis, fac plene ſciam. Idem Att. 2, 2 Sed tu ecquid vides Calendas venire? Dic, ſtudiis ecquid inhaeres Ouid. Triſt. 3, 7, 11. *Adde* Gell. 1, 19. Ecquî, *pro num:* Plaut. Aul. prol. 16. Cic. Tuſcul. 1 c. 8 Ecqui ergo intelligis, quantum mali de conditione humana deieceris?

ECQVISNAM, aenam, odnam *et* idnam. [μῶν τίς] Cic. in Topic. 66 c. 21 Ecquidnam honeſtum ſit, Ecquid aequum re vera, an haec tantum opinione ſint. Idem in Vatin. c. 16 Ecquisnam tibi dixerit? *Et* Philipp. 10, 19 Ecquodnam principium putatis libertatis capeſſendae? Cic. de Fin. 4, 67 c. 24 Ecquaenam fieri poſſit acceſſio? Catul. 26, 7 Ecquidnam in tabulis patet lucelli Expenſum? Cic. Partit. 48 Quid illa? ecquonam modo, ecquonam loco artis indigent? *Add.* Idem Att. 9, 9 *pr.* *Et* Auctor ad Herenn. 2 c. 17.

ECQVO. Adu. Cic. Philipp. 13, 24 c. 11 Ecquo te, tua virtus prouexiſſet? quo genus?

E C S

ECSTĂSIS, is. f. [ἔκστασις] Eſt affectus eorum, qui mente ſunt emota, *vt inquit* Lactant. 1, 4 *quos* Plinius Mente commotos *appellat* 23, 1. *i. Fanaticos. Eſt igitur* Ecſtaſis, *Perculſio, ſtupor, mentis emotio, mentis raptus.* Hanc vim ecſtaſin dicimus, exceſſum ſenſus, et amentiae inſtar Tertullian. de Anima c. 45. Gratiae ecſtaſis Idem aduerſ. Marc. 4, 22.

ECSTROPHA, *vid. mox* ECTROPA.

E C T

ECTĂSIS, is. f. [ἔκτασις] *Extenſio. Eſt figura Grammatica,* cum correpta Vocalis contra rationem producitur, vt, Exercet Diana choros: et, Verſa puluis inſcribitur haſta. *Haec* Chariſ. 4 p. 249 *pr.*

ECTHLIPSIS, is. f. [ἔκθλιψις] *Eliſio, figura ſcanſionis, de qua* Chariſ. 4 p. 249 Cum duabus eiectionibus aliqua conſonantium, aut plures quas habet (*Vocalis*) eliduntur, vt, Multum ille et terris iactatus et alto. ¶ 2 *Anguſtia, vt apud* Octau. Horat. 2, 1, 13.

ECTINI, Populi inter Alpinas gentes *a* Plinio *commemorati 3, 20.*

ECTOMON, *Ita Harduin. ad* Plin. 25, 5. *Vulg.* Entomon. *Hellebori genus.*

ECTRAPĔLOS, [ἐκτράπελος] *Quaſi horrens et auerſans communem et vſitatum naturae modum.* Plin. 7, 16 *extr. cum caeteris ad prodigium vsque incrementi vnum alterumque hominem nominaſſet, addit,* Ectrapelos Graeci vocant eos, in Latino non habent nomen.

ECTRŌMA, atis. n. *Abortus, apud* Tertull. adu. Haeret. c. 7.

ECTROMĂTIVS, a, um. Adi. Plin. 14, 16 Vinum ectromatium vocant, quoniam abortus facit.

ECTROPA, ae. f. *Diuerticulum.* Varro *apud* Nonium 4, 422, *vbi* Mercer. Et ne erraremus, Ecſtrophas eſſe multas, omnino tutum eſſe, ſed ſpiſſum iter. *Conf. Turneb. 29, 2. Rhodig. 28, 25.*

ECTROPIVM, i. n. *ſiue* ECTROPIA, ae. f. [ἐκτρόπιον ἢ ἐκτροπία] *Dicitur Diuiſio palpebrarum, quum ſcilicet inferior palpebra non ſatis ſurſum attollitur, ſed pendens hiat, nec cum ſuperiore committitur. Lagophthalmos vero, quum ſuperior palpebra non deſcendit.* Cael. 16, 1. *Ex* Celſo 7, 7, 10. *Totum Graecum eſt.*

ECTЎPVS, a, um. Adi. [ἔκτυπος] *E typo ſeu formula expreſſus, et ad eam factus. Sed peculiariter ſic vocantur figurae, non depreſſae in gemma vel lapide; ſed ita ſculptae, vt emineant, inſtar earum, quas ex annulorum gemmis cera expreſſimus.* Senec. de Beneſ. 3, 26 Imaginem Tiberii Caeſaris habens ectypam eminente gemma. Ectypas ſcalpturas *dixit* Plin. 37, 10. *Conf.* 35, 12 ſ. 43. *et Salmaſ.* Plin. Exercitat. p. 736. *Sed conf. Harduin. ad* Plin. *ll. cc. qui* Ectypon *defendit ſimpliciter ex* Protypo *expreſſum.*

E C V

ECVLEVS, *ſeu* EQVVLEVS, i. m. *Stipes, cui velut equo imponebantur rei, ac varie torquebantur, cruciabantur, et diſtendebantur. Id e* Prudentio *apparet: quum enim in D. Romani martyrio ſcripſiſſet, 109* — Iuſſerat
Euiſcerandum corpus eculeo eminus
Pendere, et vncis, vinculisque creſcere: *ſubiicit,*
Iubet amoueri noxialemque ſtipitem.

Equuleo imponi Curt. 6, 10, 10. Cic. Tuſcul. 5, 12 Haec etiam in eculeum coniiciuntur, quo vita non aſpirat beata. Idem Philipp. 11, 17. *Et* pro Milon. 58 c. 21 *extr. it.* de Fin. 3, 42. Hieron. Ep. 49 *ad* Innocent. *Vid. Iuret. ad* Paullin. de Vita B. Martini 5, 47. *Turneb. Aduerſ. 15, 16. Barth. ad* Stat. Silu. p. 175. *Brod. 2, 9.* Eculeo longior factus Senec. Epiſt. 8, *quoniam rei fidiculis extendebantur ita, vt oſſium compago reſolueretur.*

E D A *et* E D E

EDACITAS, EDAX, *vid.* EDO, es.

EDEATRAE, Qui praeſunt regiis epulis: dicti ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων, Feſtus. *Legendum* Edeatroe, *i.* Edeatri. *Eſt enim* ἐδέατρος *Heſychio* προγεύστης βασίλειος, ἐπιμελητὴς δείπνου. *Vid. Meurſ. Exc. Crit. 2, 3.*

EDECЎMO, *et* EXDECĬMO, āre. *Excerpo.* Symmach. Ep. 5, 83 Equos edecument. Exdecimare Feſto Decimum quemque eligere. *Hinc*

EDECVMĀTVS, *ſ.* EXDECIMĀTVS, a, um. Partic. *Idem.* Symmach. Epiſt. 3, 51 Edecumatae honeſtatis. *Add.* Ibid. 10, 2. Macrob. Saturn. 1, 5 Edecumatos ſodales. Edecimata, Electa. Feſtus.

EDENTARE, [ἀποδοντοῦν] *i. Dentes excutere, et rumpere.* Plaut. Rud. 3, 2, 48 Nimis velim homini improbiſſimo malas edentauerint. Papias, edentare, dentes excutere.

EDENTĀTVS, a, um. Partic. Macrob. Saturn. 7, 13 Sunt alia ſcommata minus aſpera, quaſi edentatae belluae morſus.

EDENTATIO, ōnis. f. *Apud* Celſum *eſſe dicitur.*

EDENTЎLVS, a, um. Adi. [νωδὸς, ἀνόδους] *Qui ſine dentibus eſt.* Plaut. Caſin. 3, 2, 20 Propter operam illius improbi edentuli. Vetulae edentulae Plaut. Moſt. 1, 3, 118. Vinum edentulum, *h. e. vetus, et cui omnis mordacitas aſperitasque prae vetuſtate abierit, ſaporeque ſit amoeniſſimo.* Plaut. Poen. 3, 3, 86 Vbi tu Leucadio, Lesbio, Thaſio, Coo, vetuſtate vino edentulo aetatem irriges. *Pareus Lexic. oſtendit, Graecos ſimiliter locutos.*

EDEPOL, *vid.* AEDEPOL.

EDERA, *vid.* HEDERA.

EDESSA, ae. f. Arabiae ciuitas, antea Antiochia dicta, *vt ſcribit* Plin. 5, 24.

EDESSA, ae. f. [Ἔδεσσα] *Ciuitas eſt Meſopotamiae, ſiue, vt* Plin. *mauult,* Syriae Coeles, olim Rhages dicta, *teſte* Hieronymo de traditionibus Hebraicis. *In hac Agabarus Toparchus regnauit, cuius exſtitit ad* Chriſtum epiſtola, *et* Chriſti ad eundem reſponſio, *vt videre eſt apud Euſeb. Hiſtor. Eccleſ. 1.*

EDESSAEI, [Ἐδεσσαῖοι] *Dicti ſunt Edeſſae ciues.*

EDETANIA, ae. f. *Hiſpaniae citerioris regio.* Plin. 3, 3 Regio Edetania amoeno praetendente ſe ſtagno ad Celtiberos recedens.

E D I

EDICO, xi, ctum, ĕre. [διατάττω, παραγγέλλω] *Publice declarare, iubere, vetare, et proprie eſt magiſtratuum, qui ſcripto vel voce ea in re vtuntur.* Quod (*edictum*) communiter compoſitum erat, id Marius ſolus edixit Cic. Offic. 3 c. 20. Idem Fam. 11, 6 Quum Tribuni plebis edixiſſent, Senatus adeſſet ad XIII Calend. Ianuar. haberentque, *etc.* Liu. 2, 24 Concioni deinde edicto addidit fidem, quo edixit, ne quis ciuem Romanum vinctum aut clauſum teneret. Cic. in Vatin. c. 14 Edixeritne Praetor, vt adeſſes die triceſimo. Tacit. Hiſt. 2, 91 *de Vitellio,* Maximum Pontificatum adeptus de caerimoniis publicis edixit. Ter. Hec. 4, 1, 50 *ex perſona Phidippi, heri,* Ibo intro, atque edicam ſeruis, ne quoquam efferri ſinant. *Sed ſeruus loquitur, nomine tamen publico, certe legibus nixus.* Eun. 5, 5, 20 Dico, edico vobis noſtrum eſſe illum herilem filium. *Ita ſuperbum notat eſſe* Donatus *illud* Eun. 4, 7, 36 Nunc adeo miles, edico tibi. Comitia edicere Cic. Q. Fratr. 2, 6. Concilium Gell. 15, 27. Conuentum Liu. 26, 3. Diem Idem 31, . . Cic. Verr. Act. 1, 141. Idem Philipp. 6, 2 Iuſtitium edici, ſaga ſumi, dixi placere. *Et* de Aruſp. Reſp. 55 c. 26 Iuſtitium edici oportere, Iurisdictionem intermitti. Legem Cic. de Legib. 2, 24. Multam damnato Liu. 2, 52 *extr.* Praedam militibus Idem 8, 36 *extr.* Senatum, *apud* Sueton. Caeſ. 80 *extr.* Supplicationem edicunt Decemuiri ſacrorum in biduum valetudinis cauſa in vrbe et per omnia fora et conciliabula. *Ad Praetorum Edicta reſpicit* Cic. de Fin. 2, 74 Quid enim mereri velis iam quum magiſtratum inieris, et in concionem adſcenderis (eſt enim tibi edicendum, quae ſis obſeruaturus in iure dicendo: et fortaſſe etiam ſi tibi erit viſum, aliquid de maioribus tuis, et de teipſo dices more maiorum) quid merearis igitur, vt te dicas in eo magiſtratu omnia voluptatis cauſa facturum eſſe? ¶ 2 *Sed tamen etiam priuati* edicere *dicuntur.* Cic. Orat. 136 c. 39 *de Demoſthene,* Nullus fere ab eo locus, ſine quadam conformatione ſententiae edicitur. *Sic Gruterus ex MSS. Sed* Quinctil. 9, 1, 40 *et antiquae editt.* dicitur. Idem de Legib. 2, 24 c. 10 Suade igitur, ſi placet, iſtam ipſam legem, vt ego, *Vt ei rogas,* poſſim edicere. M. Ai'n tandem, Attice, non es edicturus aliter? *Sed hic etiam* dicere *et* dicturus *e libris, et reliquo vſu Turnebus, Lambinus, Dauiſius.* Cic. de Amicit. 59 c. 16 Alius igitur finis verae amicitiae conſtituendus eſt, ſi prius quid maxime reprehendere Scipio ſolitus ſit, edixero. *Hic nihil, quod ſciam, notabilis varietatis eſt.* Salluſt. Catil. 48, 4 Is cum ſe diceret indicaturum, — iuſſus a conſule quae ſciret, edicere, eadem fere — edocet. *Sed hic varia monent codices et moliuntur eruditi.* Fulgent. Mythol. 1 praef. *extr.* Itaque primum, vnde idolum tractum ſit, edicamus: *vbi de huius, et aliorum verborum ex e compoſitorum vſu apud ſcriptores praeſertim recentioris aeui, plura Munckerus. Add. id. ad* Placid. Lactant. p. 227.

EDICTVS, a, um. Partic. [διατεταγμένος] *Vt,* Edicto mercatu vendere Plin. 12, 19.

EDICTO, āre. Frequent. [διεξίημι] *Publicare, vulgare.* Plaut. Epid. 1, 2, 2. Idem Amph. 2, 2, 184 Tute edictas facta tua, *h. e. dicis, narras, recenſes.*

EDICTVM, i. n. [διάταγμα, πρόγραμμα] *Iuſſum, magiſtratus praeſertim, vel principis. De nullo autem ſaepius inuenitur, quam de* Edicto

Edicto Praetoris. *E. g.* Cic. pro Quintio 60 c. 19 Recita Edictum. Idem Verr. 1, 93 Non hi, qui decretis, edictiſque tuis, in te concitati, infeſtique ſunt. *Conf.* Verr. 3, 16 ſq. c. 7. *Haec edicta, quia toto anno praeturae valere debebant, eo reſpectu* perpetua *dicta.* Aſconius in Cornelianae argumento, Aliam legem Cornelius, etſi nemo repugnare auſus eſt, multis tamen inuitis tulit, vt Praetores ex edictis ſuis perpetuis ius dicerent: quae res tum gratiam ambitioſis Praetoribus, qui varie ius dicere aſſueuerant, ſuſtulit. *Verum* edictum perpetuum *etiam alia ſignificatione dicitur, quod vnum ac ſimplex in omnes annos, atque in perpetuum compoſitum eſt. Nempe ante illud tempus prout e re, vel publica, vel ſua eſſe putarent, ita edicebant, ſuaque ipſi edicta mutabant, cuius rei inſignia ſpecimina ſunt* libro primo in Verrem a n. 103 c. 40 ſqq. Vt praetor factus eſt, qualis in edicto conſtituendo fuerit, cognoſcite. *Illa inconſtantia et cupiditas Praetorum etiam fecit locum legi,* Quod quisque iuris in alterum ſtatuerit, vt ipſe eodem iure vtatur, *quae lex deinde perpetui pars facta, explicatur peculiari titulo Digeſtorum 2, 2. Moderati homines et prudentes, quae a ſuperioribus bene conſtituta putabant, ea in ſua edicta* transferre *ſolebant: capita ita* translata *vocabantur* translaticia: *de qua appellatione vid. ſ. l. ſub* TRANSFERO. *Hinc tandem commodiſſimum viſum eſt bene conſtituta Praetorum omnia vno* edicto *vere* perpetuo, *et ſemper valido, comprehendere. Huius rei auctorem fuiſſe* D. Adrianum, Iuſtinianus in l. 2 C. de veter. iur. enucl. *teſtatur.* Edicti vero ſcriptorem C. Saluium Iulianum. Eutrop. 8, 9 Poſt enim Didius Iulianus Rempublicam inuaſit, vir nobilis et peritiſſimus, nepos Saluii Iuliani, qui ſub D. Adriano perpetuum compoſuit edictum. *Vid. Heineccii hiſtoria edictorum, Edictique perpetui in Opuſc. poſtumis, vbi habes etiam de* Edictis *aliis omnia. Nos vſum loquendi illuſtrabimus:* Cic. pro Quint. 60 c. 19 Ex edicto Praetoris bona alicuius poſſidere. *Ibidem,* Quod Praetor ex edicto ſuo fieri iubet. Idem ibidem 28 Edicto Praetoris de ſaltu agroque communi et ſeruis communibus detruditur. Idem Diu. Verr. 1, 109 Qui plurimum tribuunt edicto Praetoris. *Et* pro Flacco 67 c. 28 Flaccus ſanxit edicto, ne frumentum ex Aſia exportari liceret. Caeleſte edictum Tertullian. de Pudic. 5. Citatorium, *it.* Peremtorium *apud ICtos* l. 68 ſqq. D. de Iudiciis. Crudeliſſima Sullae Flor. 3, 21. Immite et minax edictum Ouid. Triſt. 2, 135. Cic. pro Lege Manil. 58 Neque me impediet cuiusquam Quirites Inimicum edictum, quo minus fretus vobis, veſtrum ius beneficiumque defendam. Edicta Iulia Horat. 4, 15, 21, *imperia Caeſaris.* Prouinciale *illuſtrauit* Gaius, *cuius* l. 1 ad Edictum prouinciale *citatur* l. 2 de Iurisdictione. Peculiare edictum repentinum Cic. Verr. 3 c. 14. Cenſorum edictum *aliquod perpetuum fuiſſe Catonis maioris aetate; colligitur ex eo, quod de illo* Nepos 1 Cenſor —— multas res nouas in edictum Addidit, qua re luxuria reprimeretur. *Vid. Hein. l. c. 1, 4, 6 p. 45.* Edictum circumducere, *Decretum irritum facere, et abolere: Quo verbo* Vlpianus *vſus eſt in* l. Et poſt edictum, de Iudiciis. Edicto audiens, *vid.* AVDIO. Componere edictum Cic. Off. 2, 80. Conſcribere edictum Idem Off. 3, . . Bibulus COS. per edicta obnuntiae *Collegae Caeſari* Sueton. Iul. c. 20. Dare edicta terris Claudian. Conſ. Mall. Theod. 34. Decernebat *Verres* contra edictum ſuum Cic. Verr. 1, 119 c. 46. Habere edictum Idem Philipp. 6, 17. Tacit. Hiſt. 3, 73 Quod edicta in Populum pro Veſpaſiano magnifica, probroſa aduerſus Vitellium iecerat. Vetare edicto Horat. Epiſt. 2, 1, 239. Non ſic inflectere ſenſus Humanos edicta valent, quam vita regentis Claudian. Conſ. Honor. 4, 300. Edicto teſtari Sueton. Auguſt. c. 28. Edictum, *etiam priuati hominis dicitur:* Ter. Heaut. 4, 1, 10 Primum hoc te oro, ne quid credas me aduerſus edictum tuum facere eſſe auſam: *nempe Paterfamilias Legislator quidam domi ſuae.*

EDICTALES, *Hoc nomine decorabantur, qui annum vnum in legum ſtudio verſati, alterum etiam adiungebant: ducta ſcilicet appellatione ab edicto, cui cognoſcendo tum operam nauabant.* Imper. in epiſt. ad Anteceſſor. §. 3 In ſecundo autem anno, per quem ex edicto eis nomen antea poſitum, et a nobis probatur, *etc.* Edictalis bonorum poſſeſſio, *quae edicto defertur* l. 30 §. 1 D. de acquir. hered. l. 1 §. 1 D. ſi tabul. teſtam. Edictalis Lex: Edictale programma *apud ICtos et* Caſſiod. Ep. 7, 42. L. 6 C. de ſecund. nupt. Hac edictali lege in perpetuum valitura ſancimus.

EDICTIO, ōnis. f. [διάταξις] Plaut. Capt. 4, 2, 31 Baſilicas edictiones atque imperioſas habet.

EDIM, *pro* edam, *vid.* EDO, *it.* COMEDO.

EDISCO, edidici, ĕre. [ἐκμανθάνω] *Memoria complecti.* Cic. Tuſc. 2, 27 Ita ſunt deinde dulces, vt non legantur modo, ſed etiam ediſcantur. Artes contenta paternas Edidiciſſe fuit Ouid. Met. 2, 638. Virgil. Ecl. 6, 83 Audiit Eurotas, iuſſitque ediſcere Lauros: *Quomodo?* Ille canit, pulſae referunt ad ſidera valles. *Nempe ad Echo reſpicitur.* Ouid. de Arte Am. 2, 121 Cura ſit et Linguas edidiciſſe duas, *Graecam et Latinam.* Vſum ediſcere Idem Met. 7, 99. Valer. Argon. 1, 368 Nec potuit ſimiles, voluitue ediſcere vultus. *i. Non potuit dignoſcere filiorum formas.* Inter luſum locos ex Poëtis maxime ediſcere licet Quinctil. 1, 1. Lepta ſuauiſſimus ediſcat Heſiodum Cic. Fam. 6, 19. Ediſcendus ad verbum libellus Idem Acad. 4, 135 c. 44. *Conf.* Id. de Orat. 1 c. 34.

EDISSA. Cic. Verr. 5, 86 Ediſſa portus in Sicilia.

EDISSĔRO, ui, ertum, ĕre. [διηγέομαι, ἐκδιηγέομαι, ἐπεξηγέομαι] *Ordine eloqui, explanare, declarare.* Cic. de Clar. Orat. 316 Quis in docendo, ediſſerendoque ſubtilior? Plaut. Capt. 5, 2, 14 Iam animaduorte: haec mihi quae dicam, ediſſere. Pacuuius, Ediſſere fabulam hanc. Cic. de Leg. 2, 55 Neque neceſſe eſt ediſſeri a nobis. Virg. Aen. 2, 149 Mihique haec ediſſere vera roganti. *Laudatur etiam* Liu. 34, . . *Neſcio quam fideliter: certe c. 1 extr. et c. 5 pr. eſt* diſſeruit. Ediſſertus *Partic. Vid. mox* EDISSERTATVS.

EDISSERTO, āre. Frequent. [ἐξαυδάω] Plaut. Amph. 2, 1, 51 Ordine omne vt quidquid actum eſt, dum apud hoſtes ſedimus, ediſſertauit. *Adde* Liu. 22, 54. Arnob. 2 pr.

EDISSERTATVS, a, um. Partic. Arnob. 1 p. 34 Mortalibus ediſſertata ſermonibus. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 33 Parabolam ediſſertatam. *Rhenan. tamen legit* Ediſſertam.

EDISSERTATIO, ōnis. f. Plin. 10, 68 *vti plures MSS. Codd. habent, notante Harduino loco τῶ* Diſſertatio.

EDISSERTĀTOR, ōris. m. Auſon. Lud. Sap. prol. *alii leg.* Ediſſerator. *Vid. Barth. Aduerſ. 8, 18.*

EDITIO, EDITICIVS, EDITVS. *Vid.* EDO.

E DIVERSO. [ἐξ ἐναντίας] *Vid.* E *Praepoſitionem.* Plin. 6, 4. *et* 23, 4.

ĔDO, es, eſt, eſſe; *vel* Edo, edis, edi, eſum *vel* eſtum, edere. [ἔδω, κατασιτεύομαι] *In cibo ſumere, comedere.* Virg. Aen. 4, 66 Eſt mollis flamma medullas. Plin. 10, 46 ſ. 63 Idem eſt proprio genere, omnem cibum aqua ſubinde tingens, deinde pede ad roſtrum veluti manu afferens. *Sed* Cic. Att. 13, 52 Itaque et edit et bibit ἀδεῶς, et iucunde, opipare ſane et apparate. Edi, *Praet.* Cic. Tuſc. 5, 97 Nec eſuriens Ptolemaeus ederat. Idem de Fin. 2, 22 Reperiemus aſotos primum ita non religioſos vt edant de patella: deinde, *etc.* Auide edere Ouid. de Arte Am. 3, 659. Agellos edit pecus Hor. Epiſt. 1, 12, 12. Edim, *Praeſ. Coniunct. antiquum pro* Edam: Pompon. Proſtibulo, Ego quaero quod edim, has quaerere qui parcant, certum eſt, *apud* Nonium 2, 114. Idem 10, 18 ex Nouio, Quod editis, nihil eſt, ſi voltis, quod caeteis copia eſt. *Et* ex Pomponio, Vix nunc quod edim inuenio; quidnam fiet, ſi quam duxero? *Sic paſſim* Plautus, *vt* Poen. 3, 1, 34 Eſt domi, quod edimus, *etc.* Eſerim Apul. Met. 4 p. 152, 32. Obliuia non edunt laudem Sil. 13, . . *h. e. Laus non datur obliuioni.* Edere pugnos, *per translationem, pro Percuti pugnis* Plaut. Amph. 1, 1, 153. *Eadem translatione,* Sermonem Plaut. Aulul. 3, 6, 1 *etc. Vid. Burman. ad* Quinctil. Decl. 268 p. 508. *Infin.* Eſſe Val. Max. 4, 3 Diogenes Syracuſis, quum olera ei lauanti Ariſtippus dixiſſet, Si Dionyſio adulari velles, iſta non eſſes: Immo, inquit, ſi tu iſta eſſe velles, Dionyſio non adulareris. Auct. ad Heren. 4, 39 c. 28 Eſſe oportet, vt viuas, non viuere vt edas. Cic. de N. D. 2, 8 Mergi pullos in aqua iuſſit vt biberent, quoniam eſſe nollent. Plaut. Capt. 4, 2, 70 Scis bene eſſe. Deſine citra Quam cupies paullo, quam potes eſſe, minus Ouid. A. A. 3, 578. Eſſetur, *pro Comederetur, antiquum. Laudatur* Varro de L. L. 4, 22 Libum, quod vt libaretur, priusquam eſſetur, erat coctum. *Ait libi partem primum ſolitos veteres libare, reliquum deinde comeſſe, atque ex eo a libatione nomen adeptum eſſe. Sic Turnebus. Sed* Scaliger. p. 27, 32 Quod libaretur, priusquam eſſet, vt erat, coctum. *Coniicit tamen Scalig.* priusquam eſſent, coctum. Vbi eſuri ſumus? *pro Vbi pranſuri vel coenaturi?* Plaut. Men. 1, 2, 38. *et* Poen. 3, 1, 32 Edere de alieno. Furit ardor edendi Ouid. Met. 8, 828. Rabies edendi Virg. Aen. 9, 63. Eſus ſum *pro* edi, *deponent.* Solin. c. 17. *Vid. Salmaſ. p. 212. Paſſiue* Plin. 20, 9 Et in Aegypto, propter amaritudinem non eſtur. *De braſſica loquitur.* Columel. 2, 10. Eſtur, *Imperſ.* [ἔδεται] Plaut. Moſtel. 1, 3, 78 Iam iſta quidem abſumta res erit, quando dies noctesque eſtur, bibitur. *Vid.* Ouid. ex Ponto 1, 1, 69. Sic eſtur apud illos, ſic bibitur Sen. de Ira 3, 15. Plaut. Moſtell. 4, 2, 44 Triduum in vnum eſt haud intermiſſum hic eſſe et bibi, Scorta duci, pergraecari, fidicinas, tibicinas Ducere. Eſſi hic et v. praec. *Pareus dedit, neſcio an ex libro antiquo. Certe non commemorant Grammatici. Et cum* Ducere *Pareus quoque reliquerit: retinendum interea* eſſe *videtur.*

EDENDVS, a, um. Partic. [ἐδέστεος] Cic. de Amicit. 69 Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, vt amicitiae munus expletum ſit. Edendi pecoris actor Ouid. Her. 1, 95. *i. mactandi.*

ESĪTO, āre. Frequent. [συχνῶς ἔδω] Furfureum panem eſitare Gell. 11, 7. Cato c. 157 Lotium conſeruato eius, qui braſſicam eſitauerit. Gell. 4, 11 Pythagoram Philoſophum non eſitauiſſe ex animalibus. Ibid. Videtur autem de cyamo non eſitato cauſa erroris fuiſſe. Plin. 20, 9. *Add.* Apul. Met. 9 p. 234.

ESITĀTVS. *Apud* Columel.

ESITATIO, ōnis. f. *Apud* Celſ.

ESITĀTOR, ōris. m. *Apud* Firmic.

ESITIA, ESITIATVS, *vid.* ISICIA.

EDAX, ācis. Adi. [ἀδδηφάγος, πολυφάγος, βορὸς] *Vorax, et conſumtor. Vt,* Edax hoſpes Cic. pro Flacc. 41. Ter. Phorm. 2, 2, 21 Alere nolunt hominem edacem. Idem in prol. Eun. 38 Edax paraſitus. Cibi multi edaces boues Columel. 6, 2, 14. Curae Hor. Carm. 2, 11, 18. Ignis Ouid. Faſt. 4, 785. *it.* Met. 14, 540 *et Metaph.* Met. 9, 202. *Add.* Sil. 9, 604. Imber Hor. Carm. 3, 30, 3. Liuor Ouid. Amor. 1, 15, 1. Martial. 11, 34. Luctus edax, macieſque malis comes addita morbis Sil. 13, . . Paraſiti Hor. Epiſt. 2, 1, 173. Tempus edax rerum Ouid. Met. 15, 234. Turdi Hor. Epod. 1, 34. Vetuſtas Ouid. Met. 15, 872. Virus Idem Faſt. 5, 403. Vultur Id. Triſt. 1, 6, 11. *Superl.* Edaciſſimus Sen. Epiſt. 69.

ESTOR, ōris. m. *vnde* ESTRIX, īcis. f. [ἐδέστρια] *Mulier multi cibi.* Plaut. Caſ. 4, 1, 20 Ego noui ambas illas eſtrices, corbitam cibi comeſſe poſſunt.

EDACĪTAS, ātis. f. [ἀδδηφαγία] *Voracitas.* Cic. Q. Fratr. 3, 9 *extr.* Edacitatem pueri pertimeſco, *ne nimium edendo valetudini noceat.* Idem Fam. 7, 26 Morbum edacitatis putant.

EDĀCVLVS, i. m. *Diminutum ex Edax.* Cathol.

EDIBĪLIS, e. Adi. *Eſculentus.* Gloſſ. Lat. Gr. βρώσιμον.

ESVRIO, īui, īre. [πεινάω] *Cupio edere.* Plaut. Curcul. 3, 11 Qui homo mature quaeſiuit pecuniam, niſi eam mature parſit, mature eſurit. *Conf.* Id. Stich. 1, 3, 65. Martial. 7, 26 Vilius eſurio. Eſuribo, pro Eſuriam. Pomponius Augure, Imo mane non eſuribis diutius, quare roga. Naeuius Mortis et vitae iudicio, Ita vobis otioſus ſum: mihi algebo, et mihi eſuribo. *Apud* Nonium 7, 90. Cic. Fam. 8, 17 Veſtras copias non noui: noſtri valde depugnare, et facile algere et eſurire conſuerunt.

ESVRIOR. Paſſiu. Ouid. ex Ponto 1, 10, 10 Quod mare, quod tellus, appone, quod educat aër, Nil ibi quod nobis eſuriatur, erit.

ESVRIENS, entis. Partic. [πεινῶν] Ouid. de Rem. Amor. 631 Non facile eſuriens poſita retinebere menſa. Hor. Serm. 2, 3, 113 *de auaro diuite,* Neque illinc Audeat eſuriens dominus contingere granum. *Adde eund.* 1, 2, 115. *et* 1, 3, 93. Ebrio Cleomente, eſurientibus caeteris Cic. Verr. 3, 86. Nunquam ſitiens biberat, nec eſuriens ederat Idem Tuſc. 5, 97. Si eſurientibus pullis res geri poterit Idem de Diuin. 1, 77.

ESVRITVRVS, a, um. Part. [πεινάσων] Ter. Heaut. 5, 2, 28 Modo liceat viuere, eſt ſpes. CL. quae? S. nos eſurituros ſatis.

ESVRIENTER. Adu. Apul. 10 p. 246 Eſurienter eſcas appetere.

ESVRIALES Feriae. [πεινητικὴ ἑορτὴ] *Quibus ab edendo dentes et ventriculus feriantur.* Plaut. Capt. 3, 1, 8.

ESVRIO, ōnis. m. [πεινητὴς] *Qui eſurit.* Plaut. Perſ. 1, 3, 23 O Saturio (*hoc eſt nomen hominis*) opportune aduenisti mihi. S. mendacium edepol dicis, atque haud te decet: nam eſurio venio, non aduenio ſaturio.

ESVRĪTOR, ōris. m. [πεινητὴς] Martial. 3, 14 Romam petebat eſuritor Tutius. *h. e. Qui ſaepe eſurit.*

ESVRIES, ēi. f. [πείνησις] *Pro Fame.* Cic. Fam. 8, 1 Miſererer eius eſuriei. *Conf.* Hieron. Ep. 4 ad Ruſtic. Sidon. Ep. 6, 6.

ESVRITIO, ōnis. f. [πείνησις] *Idem.* Martial. 1, 100 Abiſti in tantam miſer eſuritionem. Corpus aridum ſole, frigore, eſuritione Catul. 21, 14. Idem Catul. 19, 1

Aureli pater eſuritionum
Non harum modo, ſed quot aut fuerunt,
Aut ſunt, aut aliis erunt in annis.

Eſuritionem depellere Gell. 16, 3.

ESVRĪGO, ĭnis. f. [πείνησις] *Idem.* Varro, Vbi lubet, ire licet accubitum, accedo ſtrenuoſus, ſtimulans quod eſurigo ſindebat coſtas. Nonius 2, 291.

ESVS, ûs. [ἔδεσις] Plin. 20, 7 Stomachos diſſolutos vtiliſſime adiuuant, vti ne eo eſu alluantur. *h. e. Comeſtione. Quaedam exemplaria legunt*, Stomachi diſſoluti vtiliſſime adiuuantur, in eo vſu, *etc.* Gell. 4, 1 Quae eſui et potui forent.

EDVLIS, e. Adi. [ἐδώδιμος] *Quidquid editur vel edi poteſt.* Gell. 17, 11 Quod ex ſalutis vſu foret, vt edulia quidem omnia defenderet ab arteria, depelleretque in ſtomachum et pulmonem. *Sic Gronou. Antiquae quaedam editiones* edilia. Hor. Serm. 2, 4, 43 Vinea ſummittit capreas non ſemper eduleis.

EDVLIVM, ii. n. [ἔδεσμα] *Quidquid edimus, aut edendi gratia ponitur.* Sueton. Cal. c. 40 Pro eduliis, quae tota vrbe venirent, certum ſtatumque *vectigal* exigebatur. Tertull. adu. Pſychicos c. 9 Exceptio eduliorum quorundam portionale ieiunium eſt Apul. Met. 5 p. 144 *Flor.* Vini nectarei eduliorumque variorum fercula copioſa. *Delicias ciborum notat. Sic* Fulgent. Exp. ſerm. ant. 40 Edulium ab edendo, dicitur praeguſtatiua comeſtio. Ammian. 30, 4 Piſcis aut edulii peregrinum vocabulum. Capitolin. in Pertin. c. 12 Niſi quod miſſum eſſet edulium.

EDV̆LIA, um. n. *pl.* Lamprid. Heliog. c. 27 Quaecunque coqui de diuerſis edulibus exhibuiſſent. Edulium caritas Apul. Met. 1 *ſub fin. Conſ.* ib. 5 p. 155 *Floridi*, Miriſque illis et beatis edulibus atque tucetis oblectat. *Conf.* Vlpian. in fin. l. ſolet D. de offic. Proconſ. *It.* EDVSA *mox.*

EDVLĬTAS, ātis. f. *Largitio rerum edulium.* Lamprid. in Sever. c. 22 *bis: al. leg.* vilitas.

EDVLĬA, ae. f. *Dea, quae eſcam praebet pueris* Aug. de Ciu. Dei 4, 11. *Vid.* Donatum ad Ter. Phorm. 1, 1, 15 *cuius locum damus in* CVBA n. 2.

EDV̄SA, ae. f. *Eadem Dea.* Varr. *apud* Nonium 2, 310 Quum primo cibo et potione initiarent pueros, ſacrificabantur ab edulibus Eduſae, a potione Potinae nutrici. *Sic leg. pro* nutricis: *vt ſit Dea* Potina nutrix.

EDO, ōnis. m. [Φάγος] Nonius 1, 237. Edones et phagones, ab edacitate: vnum Latinum, et aliud Graecum. Varro, Edones Romani, et turba incendant annonam: ſed propter phagones ficedulam pinguem aut turdum, niſi volantem, non video.

ĒDO, ĭdi, ĕre. [ἐκδίδωμι] *Eſt emittere, et quaſi* extra, *i. foras et in publicum* dare. Plin. 10, 52 Feminam edunt quae rotundiora gignuntur oua. Edidit CCCLXV vaſa vitis Suet. de Clar. Gram. c. 23. *Sed* Qui nihil poſſunt dignum hominum auribus efficere et edere Cic. de Orat. 1 c. 26 *de oratione.* Idem de Legg. 3, 47 Apud eosdem, qui magiſtratu abierint, edant et exponant quid in magiſtratu geſſerint. *Et* pro Sulla 42 Non occultaui, non continui domi: ſed deſcribi ab omnibus ſtatim librariis, diuidi paſſim et peruulgari atque edi Pop. Romano imperaui. *De* Tabulis *loquitur.* Idem Verr. 3 c. 29 Quantum Apronius edidiſſet deberi, tantum ex edicto dandum erat. Etiamne ſi plus edidiſſet, quam quantum natum erat? Edit quisque quod poteſt: *i. Profert et agit* Plaut. Amph. 1, 1, 77. *Pro dicere ſimpliciter* Iuuenal. 3, 74 Ede, quid illum Eſſe putes? *Et* v. 296 Ede, vbi conſiſtas, in qua te quaero Proſeucha? Hor. Sat. 2, 5, 61 Quid tamen iſta velit ſibi fabula, ſi licet, ede. Cic. ad Qu. Frat. 2, 3 Nerius index edidit ad allegatos. Idem de Legib. 3, 47 Qui magiſtratu abierint, apud Cenſores edant, exponant, quid in magiſtratu geſſerint. Catul. 65, 15 Dic nobis, — ede hoc audacter, committe, crede. Edere *ſimpliciter, vt* prodere *de ſcriptoribus, hiſtoricis praeſertim*, Cic. de Legib. 1 c. 2 Siſenna — omnes adhuc noſtros ſcriptores, niſi qui forte nondum ediderunt, de quibus exiſtimare non poſſumus, ſuperauit. *Vid. mox* Edere Filium, Ordinem. ¶ 2 *Subſtantiua ordine elementari diſpoſita:* Edere, *apud ICtos* eſt Copiam deſcribendi facere, vel in libello complecti et dare, vel dictare: eum quoque edere Labeo ait, qui producat Aduerſarium ad album et demonſtret quod dicturus eſt, vel id dicendo, quo vti velit. *Haec* Vlpianus l. 1 D. de edendo. *Vide reliqua.* Cic. pro Sext. 87 At ſi tum P. Sextius, Iudices, in templo Caſtoris Animam quam vix retinuit, edidiſſet: non dubito quin, *etc. i. mortuus eſſet.* Cic. Att. 2, 16 Vt Annales ſuos emendem et edam. Ouid. de Arte Am. 3, 61 Dum licet, et veros etiam nunc editis Annos, *i. interrogati (apud Cenſorem v. g.) profitemini. Vid. Brouckh. ad* Tib. 2, 7, 55. Liu. 1, 18 Auctorem doctrinae eius quia non exſtat alius, falſo Samium Pythagoram edunt. Idem 5, 13 Inſequuti victores ingentem ediderunt Caedem. Cantus Cic. de Diuin. 2, 27. Liu. 21, 43 Saepe et contemtus hoſtis cruentum Certamen edidit. Clades; *vid. mox* Funera. Clamorem Cic. de Diuin. 2, 50 c. 23. *et* Liu. 26, . . Conceptum Columel. 6, 24, 1. Tibull. 4, 1, 114 Ipſe tamen velox celerem ſuper edere Corpus Audet equum, validisque ſedet moderator habenis. Edere corpus ſuper equum, *inſilire equum.* Diem, l. 6 §. 6 D. de edendo, *i. indicare quocunque modo.* Cic. Qu. Frat. 1, 2 Quoniam Smyrnae duos Myſos inſuiſſes in culeum, ſimile in ſuperiore parte prouinciae edere Exemplum ſeueritatis tuae, et idcirco Teuxim elicere omni ratione voluiſſe. Exempla foeda in ſocios per foedam auaritiam Liu. 29, . . *et* Caeſ. B. G. 1, 31 Exempla auaritiae. Liu. 25, . . Quum multa irae, multa inuidiae, auaritiaeque foeda Exempla ederentur. Facinora Idem 23, . . *Et* 10, . . *Vid. mox* Scelus edere. Filium ediderim pluribus auctoribus Liu. 1, 46. *i. in hac hiſtoria vulgauerim. Vid. mox* Ordinem edere. Cic. de Orat. 2, 131 Subacto mihi ingenio eſt opus, vt agro non ſemel arato, ſed nouato et iterato, quo meliores Fetus poſſit et grandiores edere. Liu. 28, . . Et inſuetos Fetus animalia edere. Virg. Georg. 4, 199. Frondem edit vlmus prima germinatione Columel. 5, 6, 2. Fructum Idem de Arb. c. 21. Cic. de N. D. 2, 158. Liu. 9, . . Sic fortuna exercuit opes, vt inſignes vtrinque clades, et clara ipſorum ducum ederet Funera. Gemitus doloribus Lucret. 4, 1009. Tacit. Ann. 13, 5 Ne deſignatis quidem Quaeſtoribus edendi Gladiatores neceſſitas eſſet. Herbas cum ediderint campi Colum. 2, 4, 1. Hinnitus Ouid. Met. 2, 669. Liu. de Bell. Maced. . . Editus ab Hannibale ex compoſito Ignis eſt. Cic. pro Sulla 44 Sed tamen abs te Torquate quaero, quum indicatus tuus inimicus eſſet, et eſſet eius rei frequens Senatus, et recens memoria teſtis, tibi meo familiari et contubernali prius etiam edituri fuerint Indicium ſcribae mei, ſi voluiſſes, quam in codicem retuliſſent? *Videtur ſic etiam legendum* Catil. 3, 11 c. 5 Toto iam Indicio expoſito atque edito, *pro* iudicio. *Sed* pro Quinct. 66 c. 21 Se Iudicium id quod edet accipere. *Conf. mox* Editi iudices. Iulian. l. 22 §. 4 D. rem. rat. haber. Si procurator Iudicium de hereditate ediderit, deinde dominus fundum petierit, *etc.* Iuſtin. 2, 2, 9 Haec continentia illis morum quoque Iuſtitiam edidit. *i. Peperit.* Cic. de Legib. 2, 18 Leges autem a me edentur non perfectae: nam eſſet infinitum. Leones Capitolin. in Ant. Pio c. 10 *in ſpectaculis ſc.* Cic. Acad. 4, 12 c. 4 Nec ſe tenuit, quin contra ſuum doctorem Librum etiam ederet. Quinctil. 3, 7 Et editi in competitores, in L. Piſonem, et Clodium, et Curionem Libri, vituperationem continent. Cic. Fam. 1, 9 Quos iam pridem ad te miſiſſem, ſi edendos putaſſem. Idem de Diuin. 2, 64 c. 30 Qui Luci ediderat genitor Saturnius, idem Abdidit, *etc. Sollemnius eſt* In Lucem edere, *v. g.* Cic. de Legib. 1 c. 16 Cuius muneris colendi efficiendique cauſa nati et in Lucem editi ſumus. Liu. 30, . . Hoc quoque Ludibrium fortuna an caſus ediderit, vt cum patre tuo Conſule ceperim arma, *etc.* Suet. in Iul. Caeſ. c. 39 Edidit ſpectacula varii generis, munus gladiatorium, Ludos etiam regionatim vrbe tota. *Sic* Proprio ſumtu Ludos edere Tacit. Ann. 1, 15. Liu. 5, 36 Quibus *Legatis* poſtquam Mandata ediderunt, in concilio Gallorum datur reſponſum. *Laudatur etiam* Idem 35, . . Motus Lucret. 3, 559. Liu. 28, . . Scipio Carthaginem ad vota ſoluenda diis Munusque gladiatorum, quod mortis cauſa patris patruique parauerat, edendum rediit. *Supra in* Ludos edere. Murmur Ouid. Met. 14, 280. Nefas Stat. Theb. 8, 68. Liu. 1, 34 Domicilioque ibi comparato, L. Tarquinium Priſcum edidere Nomen, *profeſſi ſunt apud magiſtratus, cum in ciuitatem reciperentur.* Cic. Verr. 2, . . Quibus ego teſtimonium denuntiaui, quorum Nomina edidi Metello. Idem pro Domo ſua 14 c. 6 Meum Nomen operariis ediderat, imperitis iniecerat. Liu. 3, . . Caſtigati fortium ſtatim virorum Opera edebant: tantumque hos pudor, quantum aliorum laudes excitabant. Idem 5, . . An ſi ad calculos eum Reſp. vocet, non merito dicat, Annua aera habes, annuam Operam ede? Operas edere, *dicitur libertus, pro Dare, praeſtare, praebere operas.* Vlp. l. 9 D. de oper. libert. Proprietas earum et in edentis perſona, et in eius cui eduntur, conſiſtit. Iauolen. l. 21 D. eod. tit. Operae loco edi debent, vbi patronus moratur, ſumtu et vectura patroni. Cic. de Fin. 2, 20 In alio vero libro in quo breuiter comprehenſis grauiſſimis ſententiis, quaſi Oracula edidiſſe ſapientiae dicitur. *Sed* Offic. 2 c. 22 Pythius Apollo Oraculo edidit. *Vid. mox* Reſponſum edere. Liu. 27, 27 Q. Caelius triplicem rei geſtae Ordinem edit. Plin. 10, 41 Gallinae inhorreſcunt edito Ouo. Cic. de N. D. 2, 129 Quum in terra Partum ediderint, obruere oua. Tacit. Ann. 2, 54 Vbi Agrippina nouiſſimo Partu Iuliam ediderit. Planctus Iuuen. 10, 261. Ploratum virginalem ore, *Muliebriter lugere* Cic. Tuſc. 2, 21 *Hoc eſt ita effingere, vel talem vocem emittere, vt virginalis ploratus videatur, non viri.* Cic. Verr. 2 c. 42 Hoc commoti dolore, Poſtulata Conſulibus, quae non poſtulata, ſed in iſtum crimina viderentur eſſe, ediderunt. Praelium, *ſiue* Pugnam Liu. 31, . . Cic. Att. 1, 13 Dii immortales quas ego Pugnas, et quantas ſtrages edidi. Praelia et pugnas Lucret. 2, 118. Pugnae aliquid Plaut. Capt. 3, 4, 54. Puerperium Plin. 7, 11. Cic. pro Planc. 43 c. 17 Si Quaeſitor edendus fuiſſet, quem tandem potius, quam hunc — edidiſſet? *Vt* prodere interregem. Quaeſtus Ouid. Met. 4, 587. Cic. Att. 7 (8) 3 Sed ego mihi ab illo non Rationes exſpectabam, quas tibi edidit. Edere et Reddi Rationes, multum differunt, *ait* Pomponius, Nec is, qui edere iuſſus ſit, reliquum reddere deberet: nam et argentarius edere Rationem videtur, etiam ſi quod reliquum ſit apud eum, non ſoluat, l. 89 D. de verb. Signif. Cic. Att. 5, 13 Ego praeterea Rationem Philogeni permutationis eius, quam tecum feci, edidi. Reſponſum oraculo Liu. 29, 10. *Hinc elliptice* edere oraculo, *vt modo vidimus.* Cic. Qu. Frat. 2, 9 Memini enim miros Riſus nos edere, *etc.* Idem de Leg. 1, 39 Nam ſi inuaſerit in haec, quae ſatis ſcite nobis inſtructa et compoſita videntur, miras Ruinas edet. *Et* Philipp. 13, 21 Poſtea quod Scelus, quod facinus parricida non edidit? Cic. pro Sext. c. 27 Tamen illi Sceleri quod in me illorum immanitas edidit, haud ſcio an hoc recte proximum eſſe dicam. Idem Verr. 4 c. 16 Ede mihi Scriptum, quid argenti in prouincia Sicilia pararis. *Et ſubdit*, Nec Scriptum habeo, nec poſſum edere. Liu. . . Edito e ſpeculis Signo. Socium Cic. pro Quint. 76 c. 24. *et* 88 c. 29. Ouid. in Ibin 224 Funereoque graues edidit ore Sonos. Plin. 17, 24. Spicas edere *dicitur* culmus Columel. 2, 16. Spiritum extremum, *pro Mori.* Cic. Philipp. 12, 21 c. 9 Cuius in complexu libenter vitae extremum Spiritum ediderim. Stercus Colum, 2, 15, 1. *de volucribus.* Strages Liu. 27, . . *et* Cic. de Legg. 3, 12. Idem Att. 11, 13. Strepitum Colum. 12, 21. *Sic* Edere ſtridorem *dicuntur* locuſtae Plin. 11, 29. Cic. pro Cluent. . . Nam Tabellae quaeſtionis plures proferuntur, quae recitatae, vobisque editae ſunt. Lucret. 2, 164 Sed variis formis varianteis edere Tactus. Teſtes Cicero Fragm. pro Corn. Num in eo, qui ſint hi teſtes, haeſitatis? Ego vobis edam duos. Liu. 3, 71 Iamque editis Teſtibus, quum tribus vocari, et populum inire ſuffragium oporteret. Idem 21, . . Ibi vrgentes inter ſe, cedentibus extremis ab aqua, Trepidationem aliquantum edebant. Tribus edebat *in iudicio ambitus accuſator eas, quas a reo corruptas, aut alias ab eo auerſas putaret: i. ad iudices ex illis tribubus prouocabat. Vid.* Editicii iudices. *Locus claſſicus* Cic. pro Plancio 36 c. 15 *ſqq.* Tibull. 3, 4, 9 Edidit haec triſti dulcia Verba modo. Cic. pro Quint. 63 Iudicium quin acciperet in ea ipſa Verba quae Naeuius edebat, non recuſaſſe. Tacit. Vita Agric. 34 Et extremo metu corpora defixere in his veſtigiis, in quibus pulchram, et ſpectabilem Victoriam ederetis. Cic. de Fin. 5, 4 Nec ad hoſpitem ante diuertiſſe, quam Pythagorae ipſum illum locum vbi Vitam ediderat, ſedemque viderim. Idem Tuſc. 2, 20 Quas hic Voces apud Sophoclem in Trachiniis edit? Vrinam, *pro Meiere* Plin. 28, 4. Vulnera edere Stat. Silu. 1, 6, 12. Editum eſt: Cic. de Orat. 1, 186 Peruulgari artem ſuam noluerunt deinde poſtea quam eſt editum, *etc.*

EDĬTVS, a, um. Partic. *Vt,* Editus Iouis ſatu Hercules Cic. Off. 1,

Off. 1, 118. Edita in vulgus Liu. 6, . . Caeſ. B. C. 3, 29 Quae opinio erat edita in vulgus, ante quam Caeſar ad inſequendum facultatem haberet. Haec ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta, nihil poteſt eſſe verius Cic. Bruto 2. In lucem editus, *i. Natus* Cic. Tuſc. 1, 115 c. 48. Ibid. 3, 2 Nunc autem ſimul atque editi in lucem et ſuſcepti ſumus, *etc.* Certamina Vell. 2, 21, 6. Experimenta virtutum Vell. 2, 94, 4. Fabula ſine auctore edita Liu. 39, 43. Liu. 39, . . Nec omnia, in quae coniurauerunt, edita Facinora habent. Cic. in Catil. 3, 11 Poſt autem aliquanto toto iam Indicio expoſito atque edito ſurrexit. Idem pro Planc. 42 c. 17 Hunc Iudicibus editis, qui teſtes iidem eſſe poſſent, abſolutum putarem. Munus Vell. 2, 93, 2. Res Idem 2, 76, 2. Tribus: *Vid. mox* Editi Iudices. ❡ 2 Editus, *Altus, vt* Elatus, Excelſus, *et ipſum adeo* Altus, *depoſita fere natura Participii.* Editi atque aſperi colles Caeſ. B. C. 3, 43. Editum in altitudinem cacumen Liu. 28, . . Arx Sen. Octau. ſ. 7. Locus praecelſus atque editus Cic. Verr. 4, 107 c. 48. Vrbs in edito loco ſita Caeſ. B. G. 7, 69. Tacit. Hiſt. 5, 11 Nam duos colles Immenſum editos claudebant muri per artem obliqui. Edita, *plur. opponuntur* Planis. Tacit. Ann. 15, 27, 5 Plana, edita, validos inualidosque pari metu complet. *Conf.* ib. c. 38, 3. Edita montium Tacit. Ann. 4, 46, 1. *Compar.* Tumulus paullo editior Caeſ. B. C. 1, 43. Ibid. c. 7. Hor. Serm. 1, 3, 110 Editior viribus homo. *Superl.* Locus editiſſimus Hirt. B. Alex. c. 31. Editiſſima villa Tacit. Ann. 14, 9, 2. Tumulo editiſſimo Liu. 28, . . ❡ 3 Editum, *etiam Edictum cuius nominis ſimillima ratio eſt, niſi quod* Edictum *frequentius.* Ouid. Met. 11, 647 Qui peragat Thaumantidos edita.

EDĬTVS, ûs. m. *Vt,* Editus boum, *pro Excremento et ſtercore* Vlp. in l. ligni 55 §. in quibusdam 6 D. de legat. 3 *vbi de lignis et materia ad cremandum apta agit,* In quibusdam prouinciis et editu bubum (*ita pro* boum) ad hanc rem vtuntur.

EDITICIVS, a, um. Adi. [ἐκδοτικὸς] Iudex editicius, quem vna pars eligit. *Auctor* Seruius in Virg. Ecl. 3, 50. *Sed* Cic. pro Planc. 36 c. 16 Neque enim quidquam aliud in hac lege, niſi editicios iudices eſt ſecutus, *intelliguntur, quos accuſator edit: addit enim,* Non intelligo, quam ob rem Senatus hoc vno in genere tribus edi voluerit ab accuſatore (*de quibus ſumerentur iudices*) neque eandem editionem tranſtulerit in alias cauſas. — Ita putauit Senatus, cum reo tribus ederentur eae, quas is largitione deuinctas haberet, eosdem fore teſtes et iudices *etc. Videndus enim totus ille locus eſt. Add.* pro Muraen. 47 c. 23 Idem editicios iudices eſſe voluiſti, vt odia occulta ciuium, quae tacitis nunc diſcordiis continentur, in fortunas optimi cuiusque erumperent. *Maneat* editicios iudices *eſſe non forte datos a Praetore ex omni numero iudicum, non reiectos, i. reiectione aliorum probatur: ſed indicatos et editos ab accuſatore, quod licebat in ſola* ſodalitiorum *quaeſtione, quod eſt crimen ambitus. Vid. Manut. ad l. c. pro Plancio, et ad* Epiſt. 8, 2 *vbi de* Lege Licinia.

EDITIO, ōnis. f. [ἔκδοσις] *Aeque late patet ac verbum.* Quinctil. Tryphoni, Vſus deinde Horatii conſilio, qui in arte Poëtica ſuadet, ne praecipitetur editio. Feſtinare editionem Dial. de Orat. c. 3. Quinctil. 1 prooem. 7 *de libro ſuo,* Alterum pluribus ſane diebus, quantum notanda conſequi poterant, interceptum boni iuuenes, ſed nimium amantes mei, temerario editionis honore vulgauerant. Sub tanti nominis editione Scribon. Epiſt. *i. Caeſaris.* Editio Conſulum et magiſtratuum Liu. 4, . . Cic. pro Planc. 39 c. 16 Quid enim poteſt dicere, cur iſta editio non ſummam habeat acerbitatem, remota ratione illa, quam in decernendo ſecuti ſumus? *De editiciis iudicibus.* Editiones *etiam dicuntur* ludorum *et* ſpectaculorum. Tacit. Ann. 3, 37 Druſus diem editionibus noctem conuiuiis trahebat. Inſcript. Neapol. HIC OBLITERATO MVNERIS SPECTACVLO IMPETRATA EDITIONE AB INDVLG. MAX. PRINCIPIS DIEM GLADIATORVM ET OMNEM APPARATVM PECVNIA SVA EDIDIT. Editio, *pro Natiuitate, ortu.* Vlp. l. 2 §. 1 D. de Decur. Si conceptus ſit a plebeio, mox ante editionem pater eius Decurionatum adeptus, ante editionem amiſerit, *etc. Eſt etiam verbum forenſe, quod adhibetur de Formula actionis,* l. non videtur 33 D. de Iudic. Editio fit, vt ſciat Reus vtrum cedere an contendere debeat.

EDĬTOR, ōris. m. *Qui edit, edere ſolet.* Lucan. 2, 423 Delabitur inde Vulturnusque celer, nocturnaeque editor aurae Sarnus. Inſcript. vet. Gruter. CCCXLIII EDITOR MVNERIS. Editores munerum ſiue ludorum l. 18 C. Theod. de praet. et quaeſt. *Abſolute pro eodem* Capitolin. in M. Antonino c. 23 Abſens Populi Romani voluptates per ditiſſimos editores curari vehementer praecepit.

EDŎCEO, ui, ēre. [ἐκδιδάσκω] *Idem quod plane, certe diligenter docere.* Plaut. Trin. 2, 2, 91 Pol ego iſtam volo me rationem edoceas. Edocere vt res ſe habet Plaut. Trin. 3, 3, 20. Quem Minerua omnes artes edocuit Salluſt. in Cic. 7. Stat. Theb. 3, 105 Non te caeleſtia fruſtra Edocuit, lauroque ſua dignatus Apollo eſt. Cic. poſt redit. in Senat. 28 Qui cauſam eam imprudentibus commendarit, imperitos ordine edocuerit. Edocere omnia ordine Liu. 24, 24, 7. Cic. Tuſc. 4, 80 Edocuit tamen ratio, vt mihi quidem videtur, *etc.* Senatum edocet de itinere hoſtium Salluſt. in Catil. 48, 4. Liu. 24, 4, 5 Iuuenemque ſuis potiſſimum veſtigiis inſiſtere vellent, diſciplinaeque in qua edoctus eſſet. Edoctos omnia per legatos Idem ibid. c. 45, 1. Edoctae militiam legiones Liu. 6, . . Edoctus belli artes ſub magiſtro Idem 25, 40.

EDOCENTER. Adu. Gell. 16, 8 Edocenter et explanate ſcriptum.

EDŎLO, āre. [πελεκίζω] *Dolare ad finem et perfectionem.* Nonius, Edolare, fabrorum eſt verum verbum, quum materiarum complanatur aſperitas. Vſi ſunt eo verbo laudandi ſcriptores vetuſtatis etiam ad alias fabricas rerum. Varro Bimargo, Quum tot comoedias ſine vlla fecerimus, ego vnum librum non edolem, vt ait Ennius? *Hactenus* Nonius 6, 6. Cic. Att. 13, 45 (47) Quod in manibus habebam abieci, quod iuſſeras edolaui. *h. e. Rude opus quaſi dolabra poliui.*

EDOLATVS, a, um. Partic. Columel. 8, 11, 4 Partes ſummae lingulas edolatas habent.

EDOLATIO. *Apud* Auguſtin. . .

EDOLATOR. *Apud* Plin. . .

EDŎMO, ui, āre. [ἐκδομάζω] *Etiam hic ſimplici verbo addere Praepoſitio aliquid videtur.* Cic. pro Sulla *pr.* Improbi ac perditi ciues, edomiti atque victi. *Sed editur ex MSS.* redomiti. Idem de Fato 10 c. 5 Scribunt vitioſam naturam ab eo ſic edomitam et compreſſam eſſe doctrina, vt, *etc.* Plin. 17, 19 Omni interim tempore edomari meditatione curuandi. Hor. Carm. 4, 5, 21 Mos, et lex maculoſum edomuit nefas.

EDOMITVS, a, um. Partic. Alpes edomitae Claud. in Ruff. 2, 1. Equi edomiti Idem Conſ. Hon. 6, 379. Feritatem hoc reddit edomitam Columel. 11, 3, 37. Humor edomitus Idem 1, 5, 3. Orbis edomitus Ouid. de Arte Am. 3, 114. Paſtinaca edomita, *i. Satius.* Columel. 9, 4, 5 Tum agreſtis paſtinaca, et eiusdem generis edomita, quam Graeci Staphylinon vocant.

EDOMINOR, āri. Aeſtuatum eſt, quibus modis poſſet intractabilis (*mater deûm*) edominari Arnob. 5 p. 163. *videtur leg.* edomari.

EDOMATOR, ōris. m. *Idem quod Domitor.* Tertull. de Pall. c. 6 Primus informator literarum, et primus edomator vocis.

EDON, ōnis. m. [Ἠδὼν] Mons eſt Thraciae, *teſte* Seruio in Aen. 12, 365. *Hic* Edonus *quoque dicitur* Plin. 4, 11.

ĒDŌNI, *ſiue* EDONII. *Thraciae populi, vel certe Macedoniae, quae proxima eſt Thraciae.* Solin. c. 14 Qui Edonii olim populi, quaeque Mygdonia erat terra, aut Pierium ſolum, vel Emathium, nunc omne vniformi vocabulo Macedonica res eſt: et partitiones, quae ſpecialiter ante ſe iungebantur, Macedonum nomini contributae, factae ſunt corpus vnum. Plin. 4, 11 Edonos *facit* Thraciae populos. Edones *vero* inter Scythas *connumerat.*

EDONES, *vid.* EDONI.

EDŌNIS, ĭdis. f. *Thraciae regio, de qua modo dictum.* ❡ 2 *Aeolidis vrbs.* Plin. 5, 30 Rurſus in litore Antandros, Edonis prius vocata. *In quem locum ſic ait Hermolaus: Teſtis eſt Ariſtoteles Antandron prius dictam a Thracibus colonis* Edonida. ❡ 3 *Sed etiam eſt patronym. fem. quo interdum vtuntur pro poſſeſſiuo. Hinc* Edonides *dicuntur Maenades, ſeu Bacchi ſacerdotes, quae furore diuino agitatae myſteria Bacchi celebrabant, paſſis capillis more furentium huc illuc curſitantes.* Propert. 1, 3, 5 Nec minus aſſiduis Edonis feſſa choreis. *Vid. Brouckh.* Ouid. Met. 11, 69 Protinus in ſiluis matres Edonidas omneis, Quae videre nefas, torta radice ligauit. *h. e. In arbores conuertit ob necem Orphei. Bentleius vult etiam reſtitui* Hor. Carm. 3, 25, 9 Non ſecus in iugis Edonis ſtupet Euias *pro vulgato:* E ſomnis. *Caeterum illud* Edonis *poteſt eſſe Nominatiuus, iungendus cum Nomine* Euias. *Sed magis ipſi quoque Bentleio placet eſſe Ablatiuum cum* iugis *coniungendum.* Lucanus penultimam *corripuit* 1, 674

Nam qualis vertice Pindi,
Edonis Ogygio decurrit plena Lyaeo,
Talis et attonitam rapitur matrona per vrbem.

Sed hîc putat Seruius *Syſtolen eſſe, cuius verba ſtatim dabimus in* EDONVS, a, um. *Vid. viri docti* ad Sil. 4, 778. *Et* Oudendorp. ad Lucan. l. c. *it. Berkel. ad Steph. Ethn. v.* Ἠδωνοί.

EDONIVS, *vel potius* EDŌNVS, a, um. Adi. [Ἠδωνὸς] Virg. Aen. 12, 365 Ac velut Edoni Boreae quum ſpiritus alto Inſonat Aegaeo, *etc.* Seruius, Edoni, *i.* Thracii. Nam Edon mons eſt Thraciae. Sane ſciendum hoc loco erraſſe Donatum, qui dicit Edonii eſſe legendum, vt DO breuis ſit, ſecundum Lucanum, qui dicit (1, 674) Edonis Ogygio decurrit plena Lyaeo. Namque certum eſt ſyſtolèn feciſſe Lucanum. vnde *Edoni* legendum eſt, vt ſit, hic *Edonus,* huius *Edoni.* Statius et Virgilium et artem ſequutus ait, (Theb. 5, 78) Triſtius Edonas hiemes, Ebrumque niualem: non Edonias. *Hactenus ille. Vid. etiam Barth. ad Claudian. l. c.* Ouid. Rem. Am. 593 Ibat, vt Edono referens trieterica Baccho Ire ſolet fuſis barbara turba comis. *Sic Burm.* non *diſſimulata tamen varietate lectionis.* Hiemes Edonae Claud. Conſ. Stil. 1, 123. Edona iuga *dixit, ſi Bentleium audimus,* Horat. Carm. 3, 25, 9: *ad quem locum etiam diſputat contra eos libros, vbi* Edonius *quadriſyllabôs ſcribitur. Certe triſyllabum eſſe penultima producta, oſtendit illud* Hor. Carm. 2, 7 *extr.* Non ego ſanius Bacchabor Edonis: recepto Dulce mihi furere eſt amico.

EDOR, oris. m. Ab antiquis appellatum fuit Far, quod poſtea Ador vocauerunt, *teſte* Feſto. *Dictum ab* edendo, eo quod populus Romanus trecentis propemodum annis ex omni frumenti genere, ſolo farre vſus fuerit, *vt ex* Verrii *ſententia refert* Plin. 18, 7.

EDORMIO, īui, īre. [ἐκκοιμάομαι] *Dormire ad ſatietatem, ſomnum abſoluere.* Cic. Acad. 4, 52 c. 17 Quumque edormiuerunt, illa viſa quam leuia fuerunt, intelligunt. *De dormientium ſomniis. Sed* Edormire vinum ſiue crapulam, *eſt Dormiendo exhalare et diſcutere.* Cic. Philipp. 2, 30 c. 12 Edormi crapulam inquam et exhala. Gell. 6, 10 Nunc videre eſt philoſophos vltro currere, vt doceant ad fores iuuenum diuitum; eosque ibi ſedere atque opperiri prope ad meridiem, donec diſcipuli, nocturnum omne Vinum edormiant. *Dicitur et* Tempus edormiri Sen. Epiſt. 100.

EDORMISCO, ĕre. [ἐκκοιμάομαι] *Idem quod Dormire.* Plaut. Amph. 2, 2, 65 SO. Paullisper mane dum edormiſcat vnum ſomnum. AM. quae nae vigilans ſomniat. Edormiſcere crapulam: *i. Somno et dormitione crapulam concoquere.* Plaut. Rud. 2, 7, 28. *Sic* Ter. Adel. 5, 2, 3 Quid ego nunc agam? niſi dum hac ſileſcunt turbae, interea in angulum aliquo abeam, atque edormiſcam hoc villi?

E D V

EDV̆CO, āre. [τρέφω, τιθηνέω] *Nutrire, vel potius Nutriendo augere et prouehere, et quaſi in altum et ad ſtaturam iuſtam ducere.* Varro *apud* Non. 5, 105 Educit (*ex vtero*) obſtetrix, educat nutrix *etc. Maxime autem ipſorum parentum eſt.* Liu. 2, 11 Pauperes ſatis ſtipendii pendere, ſi liberos educent. Cic. Verr. 5, 123 c. 47 Qui a parentibus ſpe noſtri imperii noſtraeque aequitatis ſuſcepti educatique ſunt. *Sed etiam per alios educant parentes, et educat, quicunque curat paruos, vt adoleſcant.* Cic. de Fin. 3 c. 17 Quis autem honeſta in familia inſtitutus, et educatus ingenue, non, *etc.* Ter. Adel. 3, 4, 49 Vna a pueris paruoli ſumus educati. Ouid. Faſt. 6, 487 Rapta quod pellice natum educet. Educauit eam ſibi pro filia bene ac pudice Plaut. Ciſt. 1, 3, 24. Parui agnoſcunt eos, a quibus educantur Cic. de Fin. 5 c. 15. Plaut. Men. 1, 1, 22 Hic homo conuiuas non alit, verum educat, recreatque. Nonius 5, 5 Alere eſt Victu temporali vitam ſuſtentare: Educare autem Ad ſatietatem perpetuam educere. Ouid. Met. 8, 830 Nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat Aër, Poſcit, et appoſitis queritur ieiunia menſis. Martial. 13, 20 *de* Napis, *vt habet lemma,* Hos Amiternus ager felicibus educat hortis. Educare mammis fetum Plin. 9, 13. Mulum paleis Varro R. R. 2, 8, 2. Quinctil. in prooem. 1, 5 Nec aliter quam ſi mihi tradatur educandus orator, ſtudia eius formare ab infantia incipiam. Educandus ruſticis operibus Colum. 11, 1, 7. Terra malos homines nunc educat Iuuen. Sat. 15, 70. Vuas educat tellus Ouid. ex Ponto 1, 3, 51. Plin. 16, 37 *pr.* Populi (*arbores*) educant Caecuba (*vina*). Idem 17, 2 Tertium tempus eſt, cum educant (*arbores*) poma, nec

protinus, ſed iam validō fetu. Cic. de Clar. Orat. 211 Legimus epiſtolas Corneliae matris Gracchorum: apparet filios non tam in gremio educatos, quam in ſermone matris. Idem Verr. 3, 60 Atque ab Apronio Iudices homine in dedecore nato, ad turpitudinem educato. *Et* Verr. 5, 122 Qui a parentibus ſpe noſtri imperii noſtraeque aequitatis, ſuſcepti educatique ſunt. Vt in gignendo, in educando Cic. de Fin. 2, 109. Liberaliter educatus Idem pro Planc. 81 c. 33. *it.* de Orat. 1 c. 31. Libere educatus, *vid.* LIBER. Habemus hominem in fetialium manibus educatum Cic. Verr. 1 c. 19. Eloquentia nutrimentis *(epidictici generis)* educata Idem in Orat. 42 c. 13. Educari inter aliquos Quinctil. 1, 1, 7 *de pueris.*

EDVCĀTOR, ōris. m. [τροφεὺς, τιθηνὸς] Cic. pro Planc. 81 c. 33 Quis eſt noſtrum liberaliter educatus, cui non educatores, *etc.* Idem de N. D. 2, 86 c. 34 Omnium rerum ſator, educator et altor. *Add.* Sen. Contr. 26. Gell. 12, 1. Tacit. Ann. 14, 3, 4 Educator pueritiae Neronis. *Fuit Miniſterium domeſticum. Vid. Pignor. de Seru. p. 381.*

EDVCĀTRIX, īcis. f. [θρέπτειρα, τιθήνη] Columel. 8, 11, 14 *de gallina vtitur, quae pauonina oua incubauit. Et* Cic. de Legib. 1, 62 c. 24 Parens educatrixque ſapientia.

EDVCATIO, ōnis. f. [ἀγωγὴ, τροφὴ] *Nutritio.* Cic. de Fin. 3, 62 c. 19 Atque etiam in beſtiis vis naturae inſpici poteſt: quarum in fetu et educatione laborem quum cernimus, naturae ipſius vocem videmur audire. Idem pro Roſc. Amer. 63 Partus et educatio ferarum. Corporum fortiſſimorum educatio Quinctil. 1, 1. Mollis illa educatio quam indulgentiam vocamus, neruos omnes et mentis et corporis frangit Idem 1, 2. Inſtitutus liberaliter educatione doctrinaque puerili Cic. de Orat. 3, 123 c. 31. Idem de Legg. 3, 29 Repetam a te iſtum de educatione et de diſciplina locum. *Et* de Fin. 5, . . *de ſtirpibus loquens*, Earum etiam rerum quas terra gignit, educatio quaedam et perfectio eſt.

EDVCATVS, ûs. m. *Idem quod Educatio.* Tertull. de Reſurr. Carn. c. 60 *ſub fin.* Deceſſuro concubitu, et fetu, et educatu. *Adde* Fulgent. Myth. 3, . .

EDVCO, ĕre. [ἐξάγω] *Extrahere, quaſi Extra ducere, emittere: it. in altum ducere, erigere.* Educere e cuſtodia Cic. Tuſc. 1, 71 c. 29. Annos educere, *i. Viuere.* Si forte pios eduximus annos. Propert. 2, 7, 97 (*al.* 2, 9, 47) *Vid. mox* Noctem educere. Aram caelo, *i. Erigere* Virg. Aen. 6, 178. Colores educere *dicitur* aura verna Catul. 62, 90. *i. flores diuerſi coloris.* Copias ex vrbe Nep. 1, 5, 2. Copias in aciem, *vel* in expeditionem exercitum Liu. 25, . . Cic. de Diuin. 1, 72 c. 33. *Etiam ſimpliciter ſine Accuſatiuo* Idem de Diuin. 2, 65 c. 30 Sullam cum in expeditionem educturus eſſet, immolauiſſe. Dictiones in aciem forenſem Id. de Orat. 1, 157. Lucan. 2, 428 *de monte*, Longior educto qua ſurgit in aëra Dorſo. *Sic* Sen. Herc. Oet. 494 Eductus vltra nubes Othrys. Fetus adultos, *de apibus, cum nouum examen exigunt* Virg. Georg. 4, 163. *Alio ſenſu, vid.* n. 2 *et* 3. Gladium e vagina Cic. de Inuent. 2, 14 c. 4. Hirneam meri eduxi Plaut. Amph. 1, 1, 273. *i. ebibi vno hauſtu.* Cic. Verr. 3, 112 c. 47 Quum in Ius ipſum eduxi, expreſſi vt conficere tabulas ſe negaret. *Dicitur etiam ſimpliciter ſ. per ellipſin* Educere. Cic. Verr. 2, 63 c. 26 Heraclium reſtitui iuſſerat *Metellus:* non reſtituebatur *ſtatim a Senatu:* quisquis erat eductus *in iudicium Metelli praetoris* Senator Syracuſanus ab Heraclio, duci *in carcerem* iubebat, *vt ſic adigeret Senatum.* Itaque permulti ducti ſunt. *Vid.* DVCO n. 2 *et* 3. *Sic* Verr. 2, 90 c. 37 *pr.* Itaque hortari homines coepit, vt aliquid Sthenio periculi crearent, criminisque confingerent — Sthenium ſtatim educunt; aiunt ab eo literas publicas eſſe corruptas. *Et* Verr. 3, 152 c. 65 Aditum eſt ad Metellum, eductus eſt Apronius: eduxit — C. Gallius ſenator; poſtulauit a L. Metello, vt ex edicto ſuo iudicium daret in Apronium. Idem pro Plancio 55 c. 23 Atque is quidem eductus ad Conſules, qui tum in crimen vocabatur. Lacus emiſſus et eductus Cic. de Diuin. 1, 102. Legiones educere Plaut. Amph. 1, 1, 63. Caeſ. B. C. 1, 12. Cic. Fam. 10, 30. Legatos Idem pro L. Man. c. 19. Leto educere aliquem, *i. Liberare morte* Valer. Argon. 7, 453. Molem caelo, *i. aedificare in altum* Virg. Aen. 2, 185. Naues ex portu Caeſ. B. C. 2, 22. Noctem ludo, *vt paullo ante* Annos, Valer. Argon. 1, 251. *i. Traducere.* Sil. 11, 406 Ille ſub hiberno ſomnos educere caelo Iactator, tectis malit conſumere noctes, *i. ille Poenus miles, qui nunc ſe iactat ſomnum plenum capere, et totam noctem dormire ſub caelo ſrigido malit in* tectis *pernoctare.* Oculos Sen. Theb. 1. Cic. de Orat. 3, 24 Quantam copiam Craſſe complexus es, quantisque ex anguſtiis Oratorem educere auſus es, et in maiorum ſuorum regno collocare. Os educere Scribon. 201. *i. extrahere.* — Pus 216. Rus educere aliquem Cic. Qu. Frat. 3, 3. Sortem, *vid. mox* Tribus. Te'um corpore Virg. Aen. 10, 744. Tribus ſortiri, et educere quas velis Cic. de L. Agr. 2, 21 c. 8. Idem Verr. 2, 42 c. 17 Venit ei in mentem, e lege Rupilia ſortiri dicas oportere. Educit ex vrna tres *etc.* *Et* 127 c. 51 Num quid igitur oportet niſi tres ſortes in vrnam conii-ci, vnam educi? Turrim Virg. Aen. 12, 674. ¶ 2 Educere [τρέφειν, τιθηνεῖν] *eſt Nutrire, educare.* Ter. Eun. 1, 2, 76 Eduxit mater pro ſua. Ibid. 4, 6, 10. Educta ita vti teque illaque dignum eſt Idem Heaut. 2, 1, 14. Andr. 5, 4, 8. *et* Adel. 1, 1, 23. Quos genuit, quos eduxit Iuuenal. 10, 236. Cic. de Orat. 2, 124 c. 28 Neque enim boni eſt neque liberalis parentis quem procrearit et eduxerit, cum non et veſtire et ornare. Fetum educere, *pro Educare* Claud. in praef. Conſ. Hon. 3 *pr.* Paruos non aquilis fas eſt educere fetus, Ante fidem ſolis iudiciumque poli. *Sed* ¶ 3 Educere fetum, *pro Parere.* Plin. 9, 10 Educunt fetus annuo ſpatio *de teſtudinibus.* *Et* 10, 25 Cum fetum eduxere, abeunt, *de auibus quibusdam.* *Et* 11, 20 *de apibus*, Educto fetu, *quod poteſt tamen ad examen ipſum referri*, vt n. 1. Plin. 10, 54 Aeſtate vndeuiceſimo die educunt fetum.

EDVCTVS, a, um. Partic. Cic. Att. 1, 22 Per manus ſeruulae ſeruatus et eductus, *de Clodio ſacra violante.* *Conſ.* de Diuin. 1, 102. *Educatus; vt*, Libere educti adoleſcentuli Ter. Andr. 5, 4, 8. Me in praetorio patris prope natum, certe eductum Liu. 21, 43. Puerum a paruo eductum Id. 1, 39. *Add.* Tac. Ann. 1, 41, 4. Idem Ann. 1, 41 Iam infans in caſtris genitus, in contubernio legionum eductus. *Et* Ann. 6, 15 Caſſius plebei Romae generis, verum antiqui, honoratique, et ſeuera patris diſciplina eductus, facilitate ſaepius commendabatur.

EDVCTIO, ōnis. f. Cato *ap.* Feſt. Tertia e Caſtris eductio. Pallad. Iun. 7, 6 Eductione vberis pendent apes, *i. formata ſpecie vberis.*

EDVI, *vid.* HEDVI.

EDVLCO, āre. [μελίσσω] *Dulce facere.* Mattius *apud* Gell. 15, 25 Quapropter edulcare conuenit vitam, Curasque acerbas ſenſibus gubernare. Nonius 2, 295 *legit* gubernaſſe.

EDVLIS, EDVLIVM. *Vid.* Edilis, *in* EDO.

EDV̄RO, āre. [σκληρόω] *Valde durum facere, et quaſi Ad laborem aſſuefacere.* Columel. 11, 1, 7 Quare docendus, et a pueritia ruſticis operibus edurandus futurus villicus. *Sic primae editt. nunc legitur* Educandus. *Neutr.* [ἐπιμένειν] *pro Perdurare.* Sen. de Breuit. Vitae c. 1 Aiunt animalibus tantum indulſiſſe naturam, vt quina aut dena ſaecula edurent. Educerent *fere* MSS. *apud Lipſ. et Grut.* Gell. 14, 1 Vt tanto aeuo potuerint edurare. *Adde* Tacit. de Germ. 45, 1.

EDVRVS, a, um. Adi. *Non nimis durum, vt* Egelidus. *Laudatur* Virg. Georg. 2, 65 Plantis edurae coryli naſcuntur. *Sed optimi quique* Plantis et durae. *Vtramque lectionem* Seruius *agnoſcit.* Plin. 11, 3 In pergulis vero ſeruntur eſcariae appellatae, edurae acinis: albae, nigraeque. *Sed al.* ederae acinis. *Hard.* e duracinis. Virg. Georg. 4, 144 Eduramque pirum, et ſpinos iam pruna ferentes. *Male* Nimium duram, validam, Seruius *interpretatur.* *Quem ad modum* ſpinos *ponit non iam agreſtes, ſed* iam pruna ferentes: *ita* pirum eduram, *ipſa transplantatione mitigatam, vt aliquid duritiei ſuae amiſerit.* Ouid. Art. 2, 527 Poſtibus edurae ſupplex blandire puellae, *legi volebat Heinſius. Sed non probauit Burmanno qui retinuit* et durae.

EDVRE. Adu. [ἀποτόμως] Ouid. de Arte Am. 3, 476 Nec tamen edure, quod petit ille, nega: *i. duriuſcule. Sed fluctuat vehementer lectio.*

EDVRATIO, ōnis. f. *Apud* Celſ. . . .

EDVRESCO, ĕre. *Apud* Cael. Aurel. Acut. 2, 34.

E E

EĒTĪON, ōnis. m. [Ἠετίων] *Pater fuit Andromaches, et ſocer Hectoris. Hom. 12 Iliad. Hinc deducitur,*

EETIONEVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 12, 110 Eetioneas impleui ſanguine Thebas. Thebas *non Boeotias ſed Cilicias, vel potius Myſiae vt oſtendit copioſe Burm.*

E F F

EFFAFILATVM, exſertum, quod ſcilicet omnes exſerto brachio ſint exfilati, id eſt, extra veſtimentum filo contextum. *Haec* Feſtus: *vbi plura comminiſcuntur viri docti, et comparant locum aeque vexatum* Plauti Mil. 4, 4, 44 *qui hodie ita legitur*, Id *(pallialum)* connexum in humero laeuo, expapillato brachio, Praecinctus aliqui, aſſimulato quaſi gubernator ſis. *Al.* Exaffilato. *Apud* Placidum in Gloſſis, *teſte Salmaſ. ad h. l.* Exfafillato *ſcribitur pro* Expapillato. *Et ſane* Expapillatus *habet etiam aliam auctoritatem, et conuenit compoſitio cum* Expectoratus.

EFFARCIO, ſi, tum, īre. [ἐκπληρόω] *Farciendo implere.* Caeſ. B. G. 7, 23 Ea autem quae diximus interualla, grandibus in fronte ſaxis effarciuntur. *Item* EFFERCIO Plaut. Moſt. 1, 1, 62.

EFFARTVS, *vel* EFFĔRTVS, a, um. Partic. *Vt*, Effertus fame *comica laſciuia* Plaut. Capt. 3, 1, 6. *Superl.* Idem 4, 1, 8. *et* Aſin. 2, 2, 16.

EFFARI, *a verbo raro* EFFOR, *quod* apud Caium *eſſe dicit* Diomed. 1 p. 375 *med.* [ἀποφάσκω, ἐκφαίνω] *proprie eſt Eloqui.* Liu. 1, 24 Fedus, multisque id verbis, quae longo effata carmine non operae eſt referre, peragit. Virg. Aen. 8, 443 Nec plura effatus. O virgo, effare. Idem Aen. 6, 560. *Et* 4, 30 Sic effata ſinum lacrimis impleuit obortis. Cic. pro Domo ſua 141 c. 55 Neque verbum vllum ſollenne potuit effari. Idem de Orat. 3, 151 Effari dicitur Latine. Virg. Aen. 4, 456 Non ipſi effata ſorori. Aperte effari aliquid Sen. Hippol. 646 *et* 819. Ordinem effare mortis Idem Hippol. 999. Virg. Aen. 2, 524 Sic Ore effata recepit Ad ſeſe, et ſacra longaeuum in ſede locauit. Sic ore effatus amico eſt Virg. Aen. 3, 463. *Add.* Id. 4, 76. Secum multa effatus Sen. Hippol. 1004. Cic. in Salluſt. 22 Vt ea dicam, ſi qua honeſte effari poſſum. Ad aliquem effari Meſſalla Coru. p. 4. Cic. Att. 13, 42 *extr.* Ecce tibi, orat Lepidus, vt veniam (opinor Augures nihil habere) ad templum effandum. Varro L. L. 5, 7 p. 54, 24 Effata dicuntur, quod Augures finem auſpiciorum caeleſtium extra Vrbem agris ſunt effati. Hinc Effari (effata *Sciopp.* p. 91) templa dicuntur ab Auguribus, adfatus (Sciopp. quod fati) qui in his fines ſunt. Et Fana nominata, quod Pontifices in ſacrando fati ſunt finem. *Vid. Briſſon. de Formulis 1 p. 122. Interpp. ad* Cic. Att. l. c. Seru. *in* Aen. 3, 463. Effari et Effata, a Fando, quod ipſum ex Graeco φάσθαι, *inquit* Feſtus. Seruius *in illud* Aen. 6, 197 Sic effatus veſtigia preſſit. Proprie *(inquit)* effata ſunt augurum preces. Vnde Ager poſt pomoeria, vbi captabantur auguria, dicebatur Effatus. *Vid. etiam* Gell. 13, 14. Effati fines vrbis Idem 13, 14 *pr.* Cic. de Legg. 2, 21 c. 8 Vrbemque et agros, et templa liberata et effata habento. Effata, Elocuta. Feſtus. ¶ 2 Effatum *eſt Enuntiatio dialectica.* Cic. Acad. 4, 95 c. 29 Nempe fundamentum dialecticae eſt quidquid enuntietur (id autem appellant ἀξίωμα, quod eſt quaſi effatum) aut verum eſſe, aut falſum. *Conf.* Idem de Legg. 2 c. 8.

EFFATVS, ûs. m. Tertull. de Anima c. 6. Apul. Met. 4 *vbi tamen Elmenhorſt.* p. 157, 32 *legit* affatu. *Nempe poſt verba oraculi ita pergit*, Rex olim beatus effatu vaticinationis accepto. *Quibus* affatu *placet, eo reſpiciunt, quod ipſe rex oraculum conſuluit.*

EFFABĬLIS, e. Adi. [ἐκφαντὸς] *Vt*, Virg. Aen. 3, 621. Nec viſu facilis, nec dictu effabilis vlli. *Sed recte hodie legitur* affabilis. *De Deo magnifice, vt ſolet* Apul. Apol. p. 315 *extr.* Neque loco, neque tempore, nec vlla voce comprehenſus, eoque paucis cogitabilis, nemini effabilis.

EFFĀMEN, ĭnis. n. *Idem quod* effatum Mart. Capell. 4 *pr.*

EFFAECO, *Defaeco. Hinc*

EFFAECATVS, a, um. Partic. Apul. Dogm. Plat. 2 p. 22, 37 Purgata et Effaecata voluptas animi.

EFFASCĬNO, āre. [καταγοητεύω] *Faſcinare ad interitum vſque.* Gell. 9, 4 Eſſe quasdam in terra Africa hominum familias, voce atque lingua effaſcinantium: qui ſi impenſius forte laudauerint pulchras arbores, ſegetes laetiores, infantes amoeniores, egregios equos, pecudes paſtu atque cultu opimas, emoriantur repente, haec omnia nulli aliae cauſae obnoxia. Plin. 7, 2 Eſſe eiusdem generis in Triballis et Illyriis adiicit Iſigonus, qui viſu quoque effaſcinent, inter-

imantque

imantque quos diutius intueantur, iratis praecipue oculis: quod eorum malum facilius ſentire puberes. *Et paullo ante*, In eadem Africa familias quaſdam effaſcinantium Iſigonus et Nymphodorus tradunt, quorum laudatione intereant probata, areſcant arbores, emoriantur infantes. Idem, Feminas quidem omnes vbique viſu nocere, quae duplices pupillas habeant, Cicero quoque apud nos auctor eſt. *Conf. Dalechamp. et Geſner. Chreſtom.* Plin. p. 95 ſq.

EFFASCINATIO, ōnis. f. [καταγοήτευσις] Plin. 37, 10. *et* 19, 4.

EFFATA, *vid.* EFFARI.

EFFAXILLATVM, *vid.* EFFAFILATVM.

EFFECTIO, EFFECTOR, EFFECTRIX, EFFECTVS, *vid.* EFFICIO.

EFFERATVS, *vid.* Effero, as, *in* EFFERVS.

EFFĔRO, extuli, elatum, efferre. [ἐκφέρω, ἐκφορέω, ἐξαίρω, ἐξενέγκω] *Pro diuerſa vi Praepoſitionis et Verbi varie ſignificat. Primo, Extra ferre.* Ter. Adel. 2, 4, 1 Num quidnam effert? occidi. Efferre immunditias ex piſcina Cato c. 2. *Et* Plaut. Amph. 2, 1, 82 Sed vide ex naui efferantur, quae iam imperaui omnia. *Sic* Efferre ex acie ſaucios Cic. Tuſc. 2, 38. Idem de Orat. 1, 228 Reprehendebat igitur Galbam Rutilius, quod is C. Sulpitii Galbi propinqui ſui Q. pupillum filium ipſe paene in humeros ſuos extuliſſet. In terram de naue Liu. 29, . . . Pedem domo, *vel* porta Cic. Att. 6, 8. *Sic* Plaut. Bacch. 3, 3, 19. Pedem aliquo, *Ire* Plaut. Capt. 2, 3, 97. Liu. 25, . . Ne ſcuta quidem ſecum extulerant. Columel. 8, 17 Macies indicat eum non eſſe libero mari captum, ſed de cuſtodia elatum. Greſſum aruis Sen. Medea 872. *h. e. Exire.* Cic. Fam. 7, 18 Iam iſta tua culpa eſt, qui Verecundiam tuam extuleris, et non hic nobiſcum reliqueris. ¶ 2 *Cum funera domo vel vrbe adeo* efferri *ad ſepulturam mos antiquus fuerit, mirum non eſt, hoc verbum ſimpliciter etiam poſitum* ſepeliendi *et* exſequiarum *intellectum habere.* Donat. ad Ter. Andr. 1, 1, 90 Effertur, imus: Efferri proprie dicuntur cadauera mortuorum: et ire, proprie ad exſequias. Plaut. Aſin. 3, 3, 25 Vtinam ſic efferamur! *votum puellae amatorem complexae.* Liu. 2, 10 Nihil aliud ad eum nuntium a propoſito auerſus, quam vt cadauer efferri iuberet. Cic. pro Flacc. 41 Quum efferretur magna frequentia. Idem Att. 15, 1 Cn. Lucullus familiaris noſter matrem efferebat. *Et* de Legg. 2, 65 Ante lucem enim iuſſit efferri, *i. Ad ſepulturam.* Anus ſic eſt elata Horat. Sat. 2, 5, 85. Ex ipſis quidam elati rediere ſepulcris Manil. 4, 71. Complures pauperes mortuos, qui vnde efferrentur, vix reliquiſſent, ſumtu ſuo extulit Nep. 5, 4, 3. *Add.* Id. 3, 3, 2. Petron. c. 111. Efferri funere, *et* cum funere, *h. e. Cum pompa exſequiarum* Cic. Att. 14, 10. Idem de Orat. 2, 125 Quum caſu in eadem cauſa cum funere efferretur anus Iunia. Plin. 7, 8 *cum de Agrippis dixiſſet, addit,* Ritu naturae capite hominem gigni mos eſt, pedibus efferri. *In partu naturali caput prius exit; qui efferuntur, eorum pedes primi extra fores veniunt.* ¶ 3 *In altum ferre, extollere, vel phyſice, vt loquuntur, vel moraliter.* Virg. Aen. 8, 2 Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce Extulit. Nonius Oſtendit *interpretatur.* Liu. 21, 30 Eos ipſos quos cernant, legatos non pennis ſublime elatos, Alpes transgreſſos. Caput altius Virg. Georg. 3, 553. Columel. 10, 156 *de ſigno Arietis*, Signorum et pecorum princeps caput efferet vndis, *i. orietur.* *Metaph.* Cic. de Or. 2, 88 c. 21 Volo ſe efferat in adoleſcente fecunditas. Idem de Clar. Or. c. 7 Qua in vrbe primum ſe orator extulit. *Et* de Amic. c. 27 Quae cum ſe extulit, et oſtendit lumen ſuum, *de virtute.* Plaut. Amph. 1, 1, 73 Clamorem vtrinque efferunt. Plin. in Paneg. 30, 2 Haec inopina ſiccitate vsque ad iniuriam ſterilitatis exaruit: quia piger Nilus cunctanter ſeſe alueo extulerat. Virg. Aen. 5, 368 Nec mora, continuo vaſtis quum viribus effert Ora Dares, magnoque virûm ſe murmure tollit. Cic. pro Sulla 87 Reipub. praecipitanti ſubueni, Patriam demerſam extuli. Efferre aliquem ad ſummum imperium per omnes honorum gradus Cic. in Catil. 1, 28 c. 11. Quae res extulit eum? vna commendatio huius Idem pro Roſc. Com. 31. *Et* pro Corn. Balb. 18 c. 7 Quos aut Fortuna extulit, aut ipſorum illuſtrauit labor et induſtria. Cic. de Aruſp. Reſp. 17 Si me tantis laboribus pro communi ſalute perfunctum, efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis hominum improborum animi quidam dolor, quis non ignoſceret? Idem Acad. 4, 61 Quum tantis laudibus philoſophiam extuleris. *Et* Fam. 9, 14. Plin. 20, 3 Diocles magnis laudibus extulit. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 14 Nam me quem paullo ante fortuna erexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem, *etc.* Cic. de Orat. 3, 49 c. 14 Nemo extulit eum Verbis, qui ita dixiſſet, *etc.* Efferre ſeſe, *vel verbis, vel factis maiorem caeteris ſe eſſe putare, vel ſtudere adeo.* Idem Off. 1, 124 c. 34 Priuatum autem oportet aequo et pari cum ciuibus iure viuere, neque ſummiſſum et abiectum, neque ſe efferentem. *Sic* Efferre ſe inſolentius Id. Tuſc. 4, 39 c. 17. Ter. Heaut. 4, 3, 31 Hic me magnifice effero. Animos inſolentia dominatus efferre Cic. pro Domo ſua 141. Idem in Parad. 1 An quisquam in potiundis voluptatibus Gloriando ſe et praedicatione effert? Efferre ſeſe ſermonibus et verbis Id. de Fin. 3, . . ¶ 4 Efferri iracundia, odio, dolore, *ea fere ratione dicitur, vt intumeſcere, cum velut* fermento *quodam, aut aeſtu* efferueſcit *ſanguis.* Cic. Tuſc. 5, 16 c. 6 Motus turbulenti iactationesque animorum incitatae et impetu inconſiderato elatae, rationem omnem repellentes, *etc.* Efferor ira Lucil. *apud* Cic. Tuſc. 4, 48 c. 21. *Sic* Dolore me elatum et iracundia Cic. de Aruſp. Reſp. 3. Laeſi dolent, irati efferuntur Idem pro Caelio 21. *Et* Fam. 5, 20 *fin. Gronouius legit*, Te certe in pecunia exacta ita efferri (*al.* afferri) ex meis rationibus relatis non oportuit, *i. iraſcendi occaſionem capere ex eo, quod ego rationes retuli.* Cic. de Aruſp. Reſp. 17 c. 8 Si me efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis improborum animi quidam dolor, quis non ignoſceret? Idem de Amic. 54 c. 15 Efferuntur praepotentes Faſtidio et contumacia. Cupiditatibus infinitis efferri Pſeudo-Cic. in Salluſt. 13. Gaudio incredibili ſum elatus Cic. Fam. 10, 12. Immoderatione verborum efferri Idem pro Sulla 30 c. 10. Iracundia Hirt. B. Gall. 8, 19. *it.* Cic. Fin. 5, 29. *Se* Laetitia Idem de Fin. 5, 42 c. 15. *Et* pro Deiot. 26 Ait hac laetitia Deiotarum elatum. Haec me laetitia extulerunt Cic. Fam. 2, 10. Studio videndi aliquem efferri Idem de Senect. 83. Voluptate cantandi ſaltandique efferri Sueton. Calig. c. 54. Plin. 37, 1 *pr.* His initiis coepit auctoritas *gemmarum*, in tantum amorem elata, vt Polycrati, *etc.* ¶ 5 *Diuulgare, palam facere.* Ter. Adel. 4, 4, 16 Nunc quid faciam? dicam fratris eſſe hanc? quod minime eſt opus vsquam efferri. Cic. de Orat. 1, 111 Dicam equidem quoniam inſtitui, petamque a vobis (inquit) ne has meas ineptias efferatis, *i. Proferatis.* Ter. Phorm. 5, 7, 65 Vides tuum peccatum eſſe elatum foras: neque iam id celare poſſe te vxorem tuam. Elata res Nep. 10, 8, 4. *Sic Proferre, loqui, et pronunciare, ſignificat* Quinctil. 1, 5, 64 In caeteris, quae poterunt vtroque modo non indecenter efferri, qui Graecam figuram ſequi mallet, non Latine quidem, ſed citra reprehenſionem loquetur. Auct. ad Her. 4, 28 c. 20 Verba quae ſimiliter iisdem caſibus efferuntur. Cic. Orat. c. 44 Quamuis enim ſuaues ſententiae, tamen ſi inconditis verbis efferuntur, offendunt aures. *Et* c. 67 Quae inciſim aut membratim efferuntur. ¶ 6 *Sunt et aliae formulae.* Efferre *dicitur* ager, *i. Producere* Cic. Verr. 3, 113. *et* 198. Idem Verr. 2 c. 2 *de Sicilia*, vt quidquid poſſet ex ſe efferre, id non apud eos naſci, ſed domi noſtrae conditum putaremus. Ager qui multos annos quieuit, vberiores efferre fruges ſolet Id. de Clar. Orat. 16. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 33 Et quae efferant aliquid ex ſeſe perfectiores habere naturas, quam ea, quae ex iis efferantur. Efferre *pro perferre, patientia vincere in illis ex* Euripide *verſis* Cic. Tuſc. 4, 63 c. 29

Neque tam terribilis vlla fando oratio eſt,
Nec ſors, nec ira caelitum inuectum malum:
Quod non natura humana patiendo efferat.

Sed variatur. Ferat *quidam veteres. Al.* Ecferat. *Vt* Ferri curſu *celeri dicuntur* curſores, *ſic* efferri, *ad finem nempe ſtadii.* A. ad Her. 4, 60 c. 47 In curſore tantum velocitatis eſſe oportet, vt efferatur vsque ad finem: in amico tantum beniuolentiae, vt vltra, quam amicus ſentire poſſit, procurrat amicitiae ſtudio.

EFFĔRENS, is. Partic. [ἐξαίρων] Plin. 26, 14 Per ſe oenothera efferentia ſeſe vlcera ſanat. *h. e. Vlcera quae vocant Graeci phlegmonode, nempe ob inflammationem et humorum copiam turgentia. Sed al.* Efferantia, *quos ſequitur Harduin. Vid.* EFFERO *ſub* EFFERVS.

ELĀTVS, a, um. Part. [ἐξηρμένος] *Praeter ea, quae in Verbo poſuimus*, Liu. 7, 26 Coruus e conſpectu elatus, orientem petit. Elatis verbis incenſa oratio Cic. in Orat. 124 c. 36. Idem de L. Agr. 2, 96 Quibus illi rebus elati et inflati fortaſſe non continuo, *etc.* Elatus arrogantia, ſuperbia, inſolentia Caeſ. B. C. 3, 59. Liu. 5, . . *Etiam in bonam partem* Idem 26, 19 Ita elato ab ingenti virtutum ſuarum fiducia animo, vt nullum ferox verbum excideret; ingensque omnibus quae diceret tum maieſtas ineſſet tum fides. Cic. Tuſc. 5, 16 Quid elatus ille leuitate inanique laetitia exultans et temere geſtiens, nonne, *etc.* Elatus, *i. prolatus.* Lact. de Opif. Dei 6 Coniugatis corporibus elata ſoboles, *i. procreata coitu Venereo. Dicitur et frequenter de loco, idque maxime in Compar. grad.* Columel. 2, 4 Modo in elatiora, modo in depreſſiora cliui. *Superl. apud* Tertul. Apol. c. 35 Elatiſſimae lucernae.

ELATE. Adu. [ἐπηρμένως] Cic. in Orat. 10 c. 4 Ita fit, vt Demoſthenes certe poſſit ſubmiſſe dicere, elate Lyſias fortaſſe non poſſit, *i. cum affectu viuido, cum maieſtate etiam, etc. Compar.* Elatius ſe gerere Nep. 4, 2, 1. Fama elatius inflatiusque multo quam res erat geſta, percrebuerat Caeſ. B. C. 3, 79.

ELATIO, ōnis. f. [ἔπαρσις, ἔξαρσις] *Verbi ipſius varietatem ſequitur.* Cic. Tuſc. 4, 13 Quum autem inaniter et effuſe animus exultat, tum illa laetitia geſtiens, vel nimia dici poteſt: quam ita definiunt, ſine ratione animi elationem. Elatio atque altitudo orationis alicuius Idem de Clar. Orat. 66 c. 17. *h. e. Graue et grande genus dicendi.* Elationes onerum, *i. exportationes* Vitruu. 10, 8. Elatio et magnitudo animi Cic. Off. 1, 64. Elatio et ſubmiſſio, *contraria* Idem in Topic. 71. Geſtientis animi elatio voluptuaria Id. de Fin. 3, 35 c. 10.

ELATORIE, *apud* Aſcon. in Diuin. *pro Iactabunde.*

ELATĪVVS, Gloſſ. Gr. Lat. Elatiua, ἐκφορικά.

EFFERCIO, *vid.* EFFARCIO.

EFFERO, as. *Vid.* EFFERVS.

EFFERTVS, *vid.* EFFARCIO.

EFFERVEO, *ſiue* EFFERVO, vi, *et* bui, ēre, *et* ĕre. [βοάσσω, ἐκζέω] *Vehementer feruere.* Virg. Georg. 1, 471 Quoties Cyclopum efferuere in agros Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam? Ibid. 4, 556 Stridere apes vtero, et ruptis efferuere coſtis.

EFFERVENS. Gell. 2, 27 Cum gaudio efferuentiore.

EFFERVESCO, ĕre. [ἐκβράσσω] *Motu inteſtino agitari et intumeſcere, vel ab igne ſubiecto, vel ab admixto fermento, vel a quacunque cauſa interna, vt muſtum, vt panis fermentatus, etc.* Colum. 12, 25, 4 Large repleto *vaſa*, vt in efferueſcendo vinum ſe bene purget. Idem 12, 28, 2 Antequam condias, muſti aliquantum in ſeriam de ſeria transferto, ne in condiendo, cum medicamento efferueſcat et fluat. Cic. de N. D. 2, 27 c. 10 In his aquis, quae efferueſcunt ſubditis ignibus. Medicamentum efferueſcit Scribon. 207. Quae efferueſcunt per ſe 250. *Per translationem de turba populi commoti.* Cic. pro Planc. 15 Si campus atque illae vndae comitiorum vt mare profundum et immenſum, ſic efferueſcunt quodam quaſi aeſtu. Idem de Prouinc. Conſ. 6 c. 4 Totumque Pontum armatum efferueſcentem in Aſiam atque erumpentem, aegre repulſum et ceruicibus intercluſum ſuis ſuſtinerent, *i. exercitus a rege Ponti paratos. Et* de Clar. Orat. 249 Celeriter ſane verba voluens, nec hebes in cauſis, vel dicam plus etiam quam non hebes, ſed efferueſcens in dicendo, ſtomacho ſaepe iracundiaque vehementius. *Adde eund.* pro Caelio 77. Cic. Fam. 9, 2 Latendum tantiſper ibidem, dum efferueſcit haec gratulatio, *i. quam diu ita viget et tumultuoſa eſt. Alii explicant, dum ad finem ferueſcit, vt Exſaeuire pro Saeuiendi finem facere. Graeu.* Deferueſcat *malit.* Iracundaque mens facile efferueſcit in ira Lucret. 3, 296.

EFFERVESCENS, is. Partic. [ἐκβράσσων] Sil. 3, 312 Quique atro rapidas efferueſcente veneno Dipſadas immenſis horrent Garamantes arenis. Cic. de Orat. 2, 88 c. 20 Oratione celeri et concitata, et verbis efferueſcentibus et paullo nimium redundantibus.

EFFERVESCENTIA, ae. f. *Apud* Celſum *eſſe dicitur edit. Ienenſ.* p. 331.

EFFĔRVS, a, um. Adi. [θηριώδης, ἄγριος] *Valde ferus et crudelis: vt* Corda effera Valer. Argon. 1, 798. Facinus Sen. Phoen. 264. Ira Valer. Argon. 5, 516. Iuuentus effera ſaeuit Virg. Aen. 8, 6. Laniatu effero diſperſa membra Sen. Hippol. 1246. Motu effero recurſare huc et huc Idem Medea 385. Pecus Id. Hippol. 116. Virtus Valer. Argon. 2, 648. Vis animi effera Virg. Aen. 10, 898.

EFFĔRO, āre. [ἀγριόω] *Crudelem inſtar ferae facere.* Plin. 10, 63 Feminae ſues in tantum efferantur, vt hominem lacerent. Liu. 2, 23 Ad hoc promiſſa barba et capilli efferauerant ſpeciem oris. Sen. Phoeniſſ. 206 Quid eſt quod te efferarit. Efferare animos aſſuetudine mali Liu. 25, 26. Cic. de N. D. 1, 62 c. 23 Equidem arbitror multas eſſe gentes ſic Immanitate efferatas, vt apud eas nulla ſuſpicio deo-

rum

rum ſit. Efferati militia animi Liu. 1, 19. Efferatus odio iraque Idem 5, 27. Efferata et immania Cic. Tuſc. 4, 32. Efferari dicitur terra, *i. Vaſtari* Idem de N. D. 2, 99. Quid iam de hominum genere dicam, qui quaſi cultores terrae conſtituti non patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari, nec ſtirpium aſperitate vaſtari? Voces efferatae Sen. Herc. Fur. 397.

EFFERANS, tis. Part. Plin. 26, 14 ſ. 87 Efferantia ſeſe vlcera ſanat oenothera, *quod Dioſcor.* 4, 118. *in eadem re* τὰ θηριώδη ἕλκη.

EFFERĀTVS, a, um. Partic. [ἀγριωθείς] *Vid.* EFFERO. *Compar.* Liu. 34, 24 Linguam tantum Graecorum habent, ſicut ſpeciem hominum, moribus, ritibusque efferatioribus, quam vlli barbari, immo quam rapaciſſimae beluae vtuntur. *Superl.* Sen. Epiſt. 121 Affectus efferatiſſimos inhibere.

EFFERATE. Adu. Lactant. 5, 20.

EFFERATIO, ōnis. f. Tertull. de Poenit. c. 12.

EFFERESCO, ĕre. Ammian. 18, 17 Effereſcere immanius.

EFFERĬTAS, ātis. f. Lactant. de Mort. Perſ. 9, 2 Efferitas a Romano ſanguine aliena. *Sed vid. leg.* Et feritas.

EFFICAX, *vid.* EFFICIO.

EFFĬCIO, ēci, ectum, ĕre. [ἀπεργάζομαι, διαπράττω] *Perfectionem denotat, et opponitur τῷ Inſtitui: nempe Praepoſitio finem et exitum rei indicat.* Cic. Att. 16, 13 Hoc nec inſtitui nec effici poteſt ſine tua ope. Ter. Andr. 5, 1, 6 Dum efficias id quod cupis. *Sic in* Eun. 5, 9, 28 Si hoc efficio, poſtulo. *etc.* Cic. de N. D. 1, 53 Vt innumerabiles natura mundos effectura ſit, efficiat, effecerit. Quoad ſe efficere poſſe arbitrabantur Idem Verr. 3 c. 33. *Et* de Orat. 2 c. 26 Qui nihil poteſt dignum re — efficere atque edere, is mihi etiam, ſi commouetur in dicendo, tamen impudens videtur. Cic. de Orat. 2, 121 Qui hoc primus in noſtros mores induxit, qui maxime auxit, qui ſolus effecit. Idem Att. 13, 1 De pecunia vero video a te omnem diligentiam adhiberi, vel potius iam adhibitam: quod ſi efficis a te hortos habebo. ¶ 2 *In ratiociniis valde vſitatum eſt. v. g.* Vt enim non efficias quod vis: tamen mors vt malum non ſit, efficis Cic. in Tuſc. 1, 16 c. 8. *de perſuaſione argumentorum, et rationum, vt loquuntur, ponderibus.* Idem de Diuin. 2 c. 49 *extr.* Concluſio rationis ea probanda eſt, in qua ex rebus non dubiis id, quod dubitatur efficitur. *Et* c. 50 Ea ſumitis, quibus conceſſis, nihilo magis efficiatur, quod velitis. *Et* c. 51 *extr.* Ex falſis verum effici non poteſt. Cic. Acad. 4, 116 c. 36 Rationes omnes deſcripſerit Archimedes eas, quibus efficitur, multis partibus ſolem maiorem eſſe quam terram. *Et* Offic. 3 c. 5 Ex quo efficitur, vt *etc.* Id. Tuſc. 1, 23 c. 11 Efficiet ratio, vt quaecunque ſit vera earum ſententiarum, quas expoſuit, mors aut malum non ſit, aut ſit bonum potius. ¶ 3 *Sed etiam ad omnis generis conatus et actiones refertur.* Cic. Off. 1, 14 Quibus ex rebus conflatur et efficitur id, quod quaerimus honeſtum. Idem Qu. Frat. 1, 1 Caueamus quantum efficere et conſequi poſſumus, vt ne quod in nobis inſigne vitium fuiſſe dicatur. In ſtudiis aliquid Quinctil. 2, 1. Cic. de N. D. 1, 65 Hinc quodcunque in ſolum venit (vt dicitur) effingis atque efficis. Idem Fam. 9, 16 Quidquid Elaborari aut effici potuerit ad iſtorum beneuolentiam conciliandam et colligendam, ſummo ſtudio me conſecuturum eſſe. Omnino efficies quod cupis Catul. 95, 6. Maius Opus inſtitutum quam effici potuerit Cic. in Orat. 228. ¶ 4 *Iam ordine elementorum ponamus formulas.* Efficere Admirationes in aliquibus, *vid. ſub* ADMIROR. Ager efficit cum octauo bene vt agatur; verum vt omnes dii adiuuent, cum decumo Cic. Verr. 3, 112 c. 47. *i. vt pro vno modio octo vel decem recipiat agricola.* Plaut. Bacch. 2, 2, 55 Inde ego hodie aliquam machinabor machinam, Vnde ego hodie Aurum efficiam amanti herili filio. Cic. Verr. 5, 48 c. 19 Capitolium — publice, gratis — exaedificari atque effici potuit. Lucret. 5, 49 Quidue ſuperbia, ſpurcitia, ac petulantia, quantas Efficiunt Clades? Cic. Qu. Frat. 3, 1, 3 Clamores efficiam, ſi eum mecum habuero otioſum, *promittit, ſe inſtituendo fratris ſui filio magna facturum operae pretia, magnam admirationem excitaturum eſſe.* Columnam nouam ab integro Idem Verr. 1, 147 c. 56. *Et* Att. 13, 26 Heri etiam effeci Epiſtolam ad Caeſarem. Facinora magna Plaut. Pſeud. 2, 1, 16. Facinora illa mirabilia effecit Cic. Philipp. 2, 109 c. 42. Idem de Fin. 5, . . Vſus progrediens Familiaritatem efficit. Grauedo efficitur narium tumore Scribon. 52. Iuſſa alicuius Ouid. Ep. 14, 54. Liu. 22, 57 Quatuor ex his Legiones et mille equites effecti. Cic. Att. 1, 11 Tu Mandata effice, quae recepiſti. Morbos varios *dicitur* aqua efficere Hirt. B. Alex. 5. Motum Celſ. 1 praef. Cic. de Legib. 1, 16 Cuius Muneris colendi efficiendique cauſa, nati et in lucem editi ſumus. Nuptias alicui Ter. Andr. 3, 4, 16. Officium ſuum Plaut. Truc. 4, 2, 1. Caeſ. B. G. 4, 18 Omni opere effecto. Opus ſuum Cic. in Topic. 62. Paupertatem ferendo efficere leuem Ouid. Met. 8, 633. Ter. Phorm. 4, 1, 24 Neque defetiſcar vnquam ego experirier, donec tibi id, quod Pollicitus ſum, effecero. Proceſſus Cic. de Clar. Orat. 271. Idem in Parad. 1 Neque dilatat argumentum, ſed minutis interrogatiunculis et quaſi punctis quod Propoſuit efficit. *Et* de Fin. 1, 22 Non quomodo efficiatur concludaturque Ratio tradit. Remedium efficere Scribon. 171. Cic. de Diu. 2 c. 41 Nihil eſt, inquiunt, quod Deus efficere non poſſit. Vtinam Sapientes Stoicos effeciſſet, ne omnia cum ſuperſtitioſa ſolicitudine et miſeria crederent. Idem in Topic. 58 ſqq. c. 15 *(vbi teſtimonia ſunt plurima huius verbi)* Sapientia efficit ſapientes ſola per ſe: Beatos efficiat nec ne ſola per ſe quaeſtio eſt. *Et* Att. 6, 1 Ea vix in fenus Pompeii quod Satis ſit efficiunt. Cic. Fam. 8, 5 Neque adhuc frequentem Senatum efficere potuit. Idem de Or. 2 c. 17 Vt tanquam Phidias Mineruae Signum efficere poſſit. Caeſ. B. C. 3, 48 Id Similitudinem panis efficiebat: eius erat magna copia. *h. e. Erat inſtar panis: eo vtebantur vice panis.* Sonum venti effecerunt in arundine Ouid. Met. 1, 708. Summam, numerum, longitudinem, *et ſimilia* Plin. 4, 12. Quae ſumma efficit XIII. XXXVI. M. Idem 13, 4 Quaterni cubitorum longitudinem efficiunt. Cic. Fam. 11, 10. Idem de Fin. 1, 37 Doloris amotio Succeſſionem efficit voluptatis. Quinctil. 2, 17 Ars eſt poteſtas Viam, ac ordinem efficiens. Plin. 23, 4 Nuclei palmarum cremati in fictili nouo, cinere loto, ſpodii Vicem efficiunt. Votum efficere alicui, *i. Facere quod optarat* Lucan. 7, 99. ¶ 5 *Formulae aliae.* Efficere vt: Cic. de Fin. 2, . . Quum efficere non poſſit, Vt cuiquam, *etc.* Plaut. Pſeud. 1, 1, 110 Mulierem efficio tibi Vt tua ſit. Efficiam, poſthac ne quemquam voce laceſſas Virg. Ecl. 3, 51. Cic. de Amicit. 59 Non eſt igitur amici, talem eſſe in eum, qualis ille in ſe eſt: ſed potius eniti et efficere, Vt amici iacentem animum excitet, *etc.* Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice Vt, *etc.* Idem Att. 16, 18. *Aliquando pro* Vt, *etc. infinitiu.* Vitruu. 2, 6 Vehementer efficit ea coire. *Vid. Borrich. Vind.* p. 73. Cic. Off. 1, 25 Quibus rebus Effectum eſt, vt infinita pecuniae cupiditas eſſet. Effexis, *pro* effeceris: *Antiquum.* Plaut. Caſin. 3, 5, 63 Effexis hoc, ego ſoleas tibi dabo, et annulum in digito aureum. *et* Poen. 1, 3, 19.

EFFICIENS, is. Partic. Cic. in Topic. 58 c. 14 Proximus locus eſt rerum efficientium, quae cauſae appellantur: deinde rerum effectarum ab efficientibus cauſis. *Eſt enim locus bene longus, et velut claſſicus.* Cauſa et ratio efficiens magnos viros Idem Off. 1, 69 c. 20. *Et* de Fin. 2, 21 Si ea quae ſunt in luxurioſis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum et mortis et doloris metu, docerentque qui eſſent fines cupiditatum, nihil haereremus. Cic. Acad. 1, 24 c. 6 Philoſophi naturam diuidebant in res duas, vt altera eſſet efficiens, altera autem quaſi huic ſe praebens, eaque efficeretur aliquid. Virtus efficiens eſt voluptatis Idem Off. 3, 116 c. 33. Virtus efficiens vtilitatis Id. Off. 3, 12 c. 3.

EFFICIENTIA, ae. f. [ἐνέργεια] *Vt*, Cic. de N. D. 2, 95 c. 38 Aſpexiſſentque ſolem, eiusque cum magnitudinem, pulchritudinemque, tum etiam efficientiam cognouiſſent, quod is diem efficeret toto caelo luce diffuſa. Idem de Fato 19 c. 9 Sed intereſt inter cauſas fortuito antegreſſas, et inter cauſas cohibentes in ſe efficientiam naturalem.

EFFICIENTER. Adu. [ἐνεργητικῶς] Cic. de Fato 34 c. 15 Non ſic cauſa intelligi debet, vt quod cuique antecedat, idem cauſa ſit: ſed quod cuique efficienter antecedat.

EFFECTVS, a, um. Partic. [ἀπειργασμένος] *Vt*, Iter effectum iam eſt Ouid. Met. 6, 519. Res maxima effecta Virg. Aen. 11, 14. Non poſſe perinde inchoata placere vt effecta Plin. Ep. 8, 4. Quinctil. 5, 13, 34 Pro effectis relinquant vix dum inchoata. Effectos ſyllogiſmos *vocat* Plin. Epiſt. 2, 3. *Bene formatos*, Syllogiſmi circumſcripti et effecti: quod ſtilo quoque aſſequi magnum eſt. *Vid.* SYLLOGISMVS. Qui dandum putant non nihil eſſe temporibus atque auribus, nitidius aliquid atque effectius poſtulantibus Quinctil. 12, 10, 45. *ſic legendum putamus ex MS. pro vulgato* effectatius. Id. 8, 3, 88 Quidquid in ſuo genere ſatis effectum eſt, valet. *Et* 10, 5, 23 Vna materia diligenter effecta plus proderit, quam plures inchoatae atque deguſtatae. Vrbs effecta ex latere et caemento Cic. de Diuin. 2, 98. Dare effecta Claud. Conſ. Hon. 4, 353. Haec effecta dabo, *i. Efficiam* Ter. Eun. 2, 1, 7. Effectum aliquid reddere Ter. Andr. 4, 2, 20. Tradere Plaut. Curc. 3, 15. Effectum *etiam dicitur, Quod exquiſitiſſimo artificio elaboratum eſt.* Apul. Florid. 2 p. 350 Inde ante aram Bathylli ſtatua a Polycrate tyranno dicata, qua nihil videor effectius cognouiſſe. *Add.* Id. Flor. 3 p. 357.

EFFECTE. Adu. *Perfecte.* Ammian. Marcell. 16, 6. Cum haec effecte pleneque colligeret. Effecte, grauiter, cito, nequiter, euge, beate Martial. 2, 27, 3.

EFFECTVS, ūs. m. [ἐνέργημα] Plin. in Paneg. 45, 6 Perge modo Caeſar: et vim effectumque cenſurae tuum propoſitum, tui actus obtinebunt. *Ita* Cic. de Diuin. 2, 47 Radicum quarum cauſam ignoramus vim et effectum videmus. In libidine eſſe, peccatum eſt, etiam ſi ſine effectu Idem Fin. 3 c. 9. Effectus eloquentiae eſt audientium approbatio Id. Tuſc. 2, 3 c. 1. Non caret effectu quod voluere duo Ouid. Amor. 2, 3, 16. Adducere aliquid ad effectum, *vid.* ADDVCO. Ad effectum vires dare alicui, *i. Iuuare vt perficiat, quod animo conceperat* Propert. 3, 9, 27. *Medicis frequens, vt* Effectus medicamentorum Scribon. Epiſt. . . Nota propter effectus 119. Magni effectus 19. — mirifici 97. — vix credendi 19. Cum admiratione effectus 151. Exhibere effectum ſuum 75. Effectus exhibere 106. Eosdem effectus exhibere Perorat. Habere effectus 19. 97. Praeſtat effectus 20. Plurium dierum effectum Praeſtat 35. Reſoluit radicis effectum Scribon. 83. *i. diſcutit, leuat.* ¶ 2 Effectu, *Ablat. in libris ICtorum ſignificat Facto ipſo, Re ipſa, Vi ipſa*, l. Is qui D. de leg. praeſt. Quia effectu fratris auſert partem dimidiam. *et* in l. 5 §. 1 D. Quod cum eſſe. Effectu enim quodammodo, haeres eſt.

EFFECTVM, i. n. Quinctil. 6, 3, 66 Proinde genere, Specie, — cauſis, effectis — ſimilis materia praebetur. *Et* 7, 3, 28 Ex antecedentibus, conſequentibus, adiunctis, repugnantibus, cauſis, effectis, ſimilibus. *Et mox*, Cicero initia, cauſas, effecta, *etc.* *Conf.* Cic. Top. c. 21. Quinctil. 8, 3. Vt ad effectum horum conſiliorum peruenirem Planc. Cic. Fam. 10, 8.

EFFECTIVVS. *Vt*, Cauſa effectiua *apud* Plin.

EFFECTIVE. Adu. Quinctil. 2, 18.

EFFECTOR, ōris. m. [ποιητής] Cic. de Diuin. 2, 55 Magna ſtultitia eſt earum rerum deos facere effectores. Conditor et effector alicuius rei Idem Tuſc. 1, 70. *Adde* de Vniuerſ. 14 *et* 35. Deus huius mundi effector Lactant. 5, 8. Effector, ac magiſter dicendi praeſtantiſſimus ſtilus Cic. de Orat. 1, 150 c. 33.

EFFECTRIX, īcis. f. [ποιήτρια] Cic. de Fin. 1, 67 Amicitiae non modo fautrices fideliſſimae, ſed etiam effectrices ſunt voluptatum tam amicis quam ſibi. *Sic* Pecunia eſt effectrix multarum et magnarum voluptatum Idem Fin. 2 c. 17.

EFFECTIO, ōnis. f. Cic. de Fin. 3, 24 Effectio artis. Idem de Fin. 3, 45 c. 14 Sic recta effectio, κατόρθωσιν enim ita appello. *Conf.* Acad. 1 c. 2.

EFFEMINO, *vid.* EFFOEMINO.

EFFĬCAX, ācis. Adi. [ἀνυτικός, δραστήριος, ἐνεργής] *Dicitur Quod ad aliquid agendum vim habet, et maxime conducit.* Πρακτικός, actuarius, efficax, agilis Vet. Gloſſ. Plin. 24, 15 Efficacibus exemplis non maria plus temerata conferre mercatori, quam ſedulum ruris larem. Quae peſtis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus Boeth. 3 proſ. 5 *extr.* Plin. in Paneg. c. 84 Vtrum ſit efficacius ad recte viuendum bene inſtitui, aut feliciter naſci. Liu. 1, 9 *extr.* Accedebant blanditiae virorum factum purgantium cupiditate atque amore: quae maxime ad muliebre ingenium efficaces preces ſunt. Plin. 24, 15 Aduerſus ſerpentes, ac priuatim aſpides, ex aceto pota efficax. Idem 13, 21 Contra ſagittarum ictus efficaciſſimum tradunt. Efficax compoſitio Scribon. 38. — emplaſtrum 241. — medicamentum 113. *Cum Infin.* Amara curarum eluere efficax Hor. Carm. 4, 12, 20. Plin. 20, 10 Radix quoque miſcetur radici marathri inter efficaciſſima auxilia. Liu. 1, 19 Res ad imperitam multitudinem efficaciſſima. Plin. Paneg. c. 70 Efficaciſſimum genus eſt rogandi gratias agere. Cic. Fam. 8, 10 Noſti Marcellum, quam tardus et Parum efficax ſit: itemque Seruius quam cunctator. Valde efficax Scribon. 79. Efficax vir, *pro Robuſto et valido* Hor. Epod. 3, 17 Nec munus humeris efficacis Herculis Inarſit aeſtuoſius. Efficacem *vocat*

cat Herculem, *quia facile efficere et implere potuit quidquid voluit. Compar.* Efficacius eſt Scribon. 207. — prodeſt 257. — vti 67. Efficacius medicamentum 107. Efficaciſſimum 131.

EFFICACIA, ae. f. [ἐνέργεια] Plin. 11, 5 Quos efficaciae, induſtriaeque tantae paremus neruos? Vet. Inſcript. Gruter. CDLXV, 5 DECVRIONES ET PLEBS COLONIAE ASCVLANORVM PROPTER HVMANITATEM, ABSTINENTIAM, EFFICACIAM. Efficaciae innocentia *opponitur* Ambroſ. in Orat. fun. fratris ſui Satyri. *Sic mox* Efficacitas.

EFFICACĬTAS, ātis. f. [ἐνέργεια] *Idem.* Cic. Tuſc. 4, 31 c. 13 Itemque viribus corporis et neruis, et efficacitati ſimiles, ſimilibus verbis animi vires nominantur. Idem de Petit. Conſ. 8 Qui tantum habet audaciae, tantum nequitiae, tantum denique in libidine artis et efficacitatis, vt, *etc. Ita* Efficacia *vſum* Ambroſium, *modo diximus.*

EFFICACĬTER. Adu. [ἐνεργῶς] Plin. 28, 11 Capitis vlcera manantia, vrina tauri efficaciter ſanat. Idem 20, 20. *Sic* 18, 6 Id efficaciſſime contingit. *Adde* 26, 12. Efficacius rogare Plin. Epiſt. 6, 6. Efficaciſſime coërcere Plin. 28, 11.

EFFICABILITER. Adu. Int. Irenaei 2, 22.

EFFICIALITER. Adu. Sariſber. Epiſt. 277.

EFFICTVS, EFFIGIES, *etc. vid. mox ſub* FFFINGO.

EFFINDO, ĕre. *Findendo plane ſecare.* Manil. 4, 283 Iamque huc atque illuc agilem conuertere clauum, Et frenare ratem fluctusque effindere rectos, *etc.*

EFFINGO, inxi, ictum, ĕre. [ἀπεικάζω, διατυπόω] *Fingendo perficere: Praepoſitio abſolutionem et finem rei ſignificat.* Cic. Tuſc. 1, 61 Quae porro tam immenſa magnitudo, quae illa tam multa poſſit effingere? Idem de N. D. 1, 65 Hinc quodcunque in ſolum venit (vt dicitur) effingis atque efficis. Effinge aliquid et excude, quod ſit perpetuo tuum Plin. Epiſt. 1, 3. Effingere ex vero ſimilitudinem, arduum eſt Idem Epiſt. 4, 28. Cic. Acad. 4, 18 Viſum igitur impreſſum effictumque ex eo vnde eſſet. Idem de Orat. 2, 354 Itaque iis, qui hanc partem ingenii exercent, locos eſſe capiendos, et ea, quae memoria tenere vellent, effingenda animo, atque his locis collocanda. Caſus in auro Virg. Aen. 6, 32. *i. hiſtorias, actus.* Sui diſſimilia effingere natura non poteſt Cic. de N. D. 3, 22. Figuras varias Lucan. 5, 713. Formam corporis exprimere et effingere verbis Auct. ad Heren. 4, 64 c. 49. Cic. de Diuin. 1, 23 Aſperſa temere pigmenta in tabula oris Lineamenta effingere poſſunt. Medicamentum effingere Scribon. 110. Cic. de Legg. 1, 26 Tum ſpeciem ita formauit oris, vt in ea penitus reconditos mores effingeret. Mores oratoris effingit oratio Idem de Orat. 2, 184. *Et* de Diuin. 2 c. 45 Quis enim non videt et formas et mores, et pleroſque ſtatus ac motus effingere a parentibus liberos? Plin. Epiſt. 3, 6, 2 Hoc tamen ſignum (ego quoque intelligo, eſt enim nudum: nec aut vitia, ſi qua ſunt, celat: aut laudes parum oſtentat) effingit ſenem ſtantem: oſſa, *etc.* E foro Spongiis effingi Sanguinem Cic. pro Sext. c. 35. *detergeri: vid. Interpp. h. l. it. Burm. ad* Ouid. Her. 20, 134. Cato R. R. 67, 2. Verba effingere imitando conabitur Quinctil. 1, 1. Idem 10, 1 Nam mihi videtur M. Tullius, quum ſe totum ad imitationem Graecorum contuliſſet, effinxiſſe Vim Domoſthenis, copiam Platonis, iucunditatem Iſocratis.

EFFICTVS, a, um. Part. [ἀπεικασθεὶς] Cic. pro Roſc. Amer. 47 c. 16 Etenim haec conficta arbitror a Poëtis eſſe, vt efficitos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſamque imaginem noſtram vitae quotidianae videremus. *Adde* Acad. 4, 18 c. 6 Viſum impreſſum effictumque ex eo, quale eſſe non poſſet.

EFFICTIO, ōnis. f. [διατύπωσις] Auct. ad Heren. 4, 64 c. 49 Effictio eſt, quum exprimitur et effingitur verbis, corporis cuiuſpiam forma, quoad ſatis ſit ad intelligendum.

EFFIGIES, ēi. f. [ἐκμαγεῖον, ἐμφέρεια, ἐκσφράγισμα] *Figura ad viuam alterius ſimilitudinem, vel ad veritatis imaginem efficta, tam in picturis, quam in ſcalpturis, ait Valla* 5, 43. Plin. 10, 44 Vnde origo fabulae, Diomedis ſocios in earum effigies mutatos. Effigies et ſimulacrum alicuius Cic. Verr. 2, 159 c. 65. Antiquitatis effigies in XII tabulis Idem de Orat. 1, 193. *Et* in Orat. 9 c. 3 Perfectae Eloquentiae ſpeciem animo videmus, effigiem auribus quaerimus. Hominis effigies et imago Cic. de N. D. 1, 104 c. 37. Effigies humanitatis et probitatis *patris* filius Idem de Fin. 2, 58 c. 18. Liu. 1, 56 Tuliſſe donum Apollini dicitur, per ambages effigiem Ingenii ſui. Lupi Plin. 8, 19. Tacit. Ann. 1, 10 Quum ſe templis et effigie Numinum per Flamines, et ſacerdotes coli vellet. Cerea Hor. Serm. 1, 8, 30. Diſſimiles formarum Lucret. 4, 104. Honora effigie caelatus clypeus Sil. 8, 386. Indiſcretae, *vid.* INDISCRETVS. Mirabiles fama, *vid.* MIROR. Quinctil. 6, 1 Quae enim eſt actoris infantia, qui Mutam illam effigiem magis, quam orationem pro ſe putet locuturam? Sacrae diuûm Virg. Aen. 3, 148. Torua Stat. Silu. 4, 6, 50. Vaſta Valer. Argon. 5, 232. Veneranda Idem Argon. 5, 208. Caelare effigies Sil. 17, 402. Complecti effigiem alicuius in auro Ouid. Triſt. 1, 6, 7. Conformata caminis Stat. Silu. 1, 1, 4. Virg. Ecl. 8, 75 Terque haec altaria circum Effigiem Duco. Cic. Tuſc. 3, 3 Conſectaturque nullam Eminentem effigiem virtutis, ſed adumbratam imaginem gloriae. Plin. 25, 7 Humor lactis videtur effluere: ſiccatus quum coit, thuris effigiem Habet. Oſtendere effigiem diei in ſe Idem 2, 25. Relinquere conſiliorum ac virtutum noſtrarum effigiem nonne multo malle debemus ſummis ingeniis expreſſam et politam? Cic. pro Arch. 30. Ad effigiem dicimus, *pro Inſtar* Auſon. Parental. 6. Ad effigiem Macedonicae chlamydis Plin. 5, 10. Cic. Qu. Frat. 1, 1 Cyrus ille a Xenophonte non ad hiſtoriae fidem ſcriptus, ſed ad effigiem iuſti imperii. In effigiem pelagi exundabat lacus, *i. in modum pelagi* Sil. 5 *pr.* Plin. 2, 11 Namque quum ſint tres vmbrarum figurae, conſtetque ſi par lumini ſit materia quae iactat vmbram, columnae effigie iaci, nec, *etc. Conf.* Id. 21, 5. ¶ 2 Effigies *etiam pro Vmbra, manes:* Sil. 13, 779. *Sic* Auſon. Epigr. 54 Effigiem, rex Croeſe, tuam, ditiſſime regum, Vidit apud manes Diogenes Cynicus.

EFFIGIA, ae. f. [ἐκμαγεῖον] *Idem.* Plaut. Rud. 2, 4, 3 Proh dii immortales, Veneris effigia haec quidem eſt. Afranius Vopiſc. *apud* Non. 8, 77 Cuius te ſuſcitat imago? cuius effigia, quo natus patre? *et apud* Lucret. *aliquoties* Effigiae *plur. vt* 4, 46. *et* 83 *et* 103.

EFFIGIO, āre. *Vſurpant* Sidonius Epiſt. 6, 12. *et* Prudentius Hymn. in Exſeq. defunct.

EFFIGIATVS, a, um. Part. Apul. Met. 11 p. 262, 27 Vrnula — miris extrinſecus ſimulacris effigiata. *Et* Apol. p. 282, 18 Imagines variis artibus effigiatae. Idem Florid. *pr.* Truncus dolamine effigiatus. Ammian. 26, 7 Numi effigiati in vultum principis.

EFFIGIATIO, ōnis. f. *Adumbratio.* Apuleii *eſſe dicitur.*

EFFIGIĀTVS, ûs. m. *Eiusdem eſt* Florid. 2, 15 p. 350, 36 Magna vis aeris vario effigiatu.

EFFIGIATOR, ōris. m. Auguſtin. . . .

EFFIGVRO, *vid.* AFFIGVRO.

EFFĪO, ĕri. [γίνομαι] Plaut. Perſ. 5, 1, 9 Vt fiant quorum opera haec mihi facilia facta ſunt, quae volui effieri, *i. effici.*

EFFIRMO, āre. Tute ipſe effirma ac compara Acc. *ap.* Non. 4, 64.

EFFLAGĬTO, āre. [ἐξαιτῶ] *Vehementer petere et ſic impetrare, flagitando efficere.* Virg. Aen. 12, 758 Ille ſimul fugiens, Rutilos ſimul increpat omnes, Nomine quemque vocans: notumque efflagitat enſem. Cic. Verr. 1, 63 Accidit quum iſte a Cn. Dolabella efflagitaſſet, vt ſe ad regem Nicomedem, regemque Sadalam mitteret. Pſeudo-Cic. Anteq. iret in exil. 10 Auxilium ab alienis efflagitabitis, quum ciues veſtros deſeratis? Cic. Qu. Frat. 2, 11 *pr.* Epiſtolam hanc conuicio Efflagitarunt codicilli tui. Quinctil. ad Tryphon. *imitatus, vt videtur h. l.* Efflagitaſti quotidiano conuicio, vt. Cic. pro Milon. 93 Eorumque nos magis miſeret, qui noſtram miſericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant.

EFFLAGITATVS, a, um. Partic. [ἐξαιτηθεὶς] Cic. Diuinat. Verr. 8 c. 3 Iudiciorum deſiderio Tribunicia poteſtas efflagitata eſt. Id. ad Quir. poſt Red. c. 5 At pro me ſuperiores conſules ſemper, vt referrent, efflagitati ſunt. Liu. 3, 60 Efflagitatuoi ab ducibus ſignum pugnae accepere.

EFFLAGITĀTV. Cic. Verr. 5, 74 c. 29 In iudicio, coactu atque efflagitatu meo producere ad ignotos, *etc.*

EFFLAGITATIO, ōnis. f. [ἐξαίτησις] Cic. ad Brut. 16 Quia neminem magis decet Remp. amare, libertatiſque defenſorem eſſe, vel ingenio, vel rebus geſtis, vel ſtudio atque efflagitatione omnium. Efflagitatio ad coëundam ſocietatem Idem Fam. 5, 19. Inſulſa efflagitatio Id. Fam. 10, 24.

EFFLAGITATOR, ōris. m. Auguſtin.

EFFLAMMO, āre. Stellis efflammantibus defluere Mart. Capella lib. 2.

EFFLEO, ĕre. [ἐκκλαίω] *Vt,* Efflere oculos, *pro Flendo conſumere.* Quinctil. Decl. 6 Audita mea calamitate rari vxor exempli, et prorſus talis filii mater, effleuit oculos. *Nam caeca fuerat facta prae nimio fletu.*

EFFLĪGO, ĕre. [ἀποκτάνω] *Plus ſignificat quam Affligere: nempe plane perdere et interficere.* Plaut. Aſin. 4, 2, 9 Quam tu propediem (niſi quidem illa ante occupaſſit te) effliges ſcio, *i. occides. Sic* Niſi pedatu tertio omnes efflixero Id. Ciſtel. 2, 1, 50. Cic. Att. 9, 19 *med.* Seruius filium miſit ad effligendum Pompeium, aut certe capiendum: *vbi ipſa oppoſitio indicat,* effligere *non eſſe expellere, ſed multo maius quiddam. Sic* Rabidos effligimus canes Sen. de Ira 1, 15. Tertull. adu. Marcion. 4, 12 *ex Euangelio Matthaei 6,* 1 Spicas decerptas manibus efflixerant, *i. extriuerant, et contriuerant, vt grana nanciſcerentur pura.*

EFFLICTVS, a, um. Partic. *Percuſſus, vt reſtituit Salmaſ. ad* Capitolin. in Vero c. 4. *Etiam* Cic. Fam. 14, 4 O me perditum me efflictum *pro vulg.* afflictum *in vetuſtiſſimis membranis a ſe repertum teſtatur Ian. Guilielm. ad* Plaut. Ciſtell. 2, 1, 50.

EFFLICTE. Adu. Symmachus Ep. 1, 90 Efflicte diligere. Apul. Met. 5 p. 161 Efflicte cupere: *at Pricaeus ad loc. mauult* Efflictim.

EFFLICTIM. Adu. [ταλαιπώρως] *Vehementer, inquit* Nonius 2, 280. Plaut. Amph. 1, 3, 19 Sic efflictim amare perinde vt hic te efflictim deperit. *Add.* Idem Caſin. prol. 49. Apul. 5 p. 161 *vt modo vidimus in* Efflicte. *Etiam* Pomponius *et* Laberius *apud* Non. l. c. Efflictim amare, *i. perdite, dixerunt.*

EFFLICTO, āre. *Idem atque Afflicto.* Plaut. Stich. 4, 2, 26 Non tu ſcis, quam efflictentur homines noctu heic in via.

EFFLO, āre. [ἐκφυσάω] *Spirando emittere.* Plin. 34, 13 Leuiſſime haec efflatur, et ocius, euolatque e fornacibus. Varro de R. R. 1, 12, 3 Praeterea quod ab ſole toto die illuſtratur, ſalubrior eſt, quod et beſtiolae, ſi quae prope naſcuntur, aut inferuntur, aut efflantur aut aritudine cito pereunt. Animam efflare *eſt Mori.* Cic. pro Milon. 49 c. 18 Quem pridie hora tertia animam efflantem reliquiſſet. *et* Nep. 4, 5, 4. *et huic ſenſui accomode per iocum.* Plaut. Truc. 4, 4, 23 Efflauit ſpes animam. *Conf.* Cic. Tuſc. 1, 19 c. 9 Et agere animam et efflare dicimus. *Dicitur etiam* Efflare *aliquando abſolute: vid.* EFFLANS, *modo.* Colorem, *i. Deperdere* Lucret. 2, 831. Cic. Tuſc. 2, 22 c. 9 *ex Poëta,* Frendens efflauit grauiter extremum Halitum. Plin. 9, 6 *fin.* Ora balenae habent in frontibus: ideoque ſumma aqua natantes, in ſublime Nimbos efflant. Vitam efflauit anhelo pectore Sil. 17, . . .

EFFLANS, antis. Partic. [ἐκφυσῶν] Cic. de Diuin. 1, 106 c. 47 *Aquila ſerpentem, a ſe vulneratum,* Abiicit efflantem et laceratum affligit in vnda. Efflantem *cum ſanguine ſpiritum. An imitatus eſt* Stat. Theb. 8, 168 Internectere efflantes plagas, *i. alligare vulnera cruenta.*

EFFLATVS, a, um. Partic. Sueton. Auguſt. c. 100 Ante efflatam animam.

EFFLATVS, ûs, m. Sen. Nat. Quaeſt. 9, 5, 14 Subterraneae nubes apertum ad hos efflatus iter occupant. *Alii* Afflatus.

EFFLATIO, ōnis. f. Sariſb. 8, 6.

EFFLAMINO, āre. Stellis efflaminantibus M. Capella 2 p. 45. *Al.* efflammantibus *quod ſolum rectum eſt.*

EFFLORESCO, ĕre. [ἐξανθέω] *Praeteritum ſumit ab* EFFLOREO, *vt ſimilia,* Efflorui. *Flores producere: et per translationem de illis rebus dicitur, quas prouenire, augeri, incrementa laeta habere, gaudemus.* Cic. de Amicit. 101 c. 27 *de vtilitate,* Quae tamen ipſa effloreſcit ex amicitia, etiamſi tu eam minus ſequutus ſis. Idem Tuſc. 5, 71 c. 25 Hinc illa cognitio virtutis exiſtit, effloreſcunt genera parteſque virtutum. *Et* pro Cael. 76 c. 31 Effloreſcere ingenii laudibus. Cic. de Orat. 1, 20 c. 6 Etenim ex rerum cognitione effloreſcat et redundet oportet oratio. *vt et in* Partitionum *peroratione,* Expoſitae ſunt tibi omnes oratoriae partitiones, quae quidem e media illa noſtra Academia effloruerunt: *i. Exierunt et emanarunt.* Poſt Anapaeſtus procerior quidem numerus effloruit Idem de Orat. 3, 183. Plenumque miraculi et hoc pariter vtraſque artes effloruiſſe medicinam dico magicenque Plin. 30, 1. Cum autem vſus progrediens, familiaritatem effecerit, tum amorem effloreſcere tantum, vt etiamſi nulla ſit vtilitas ex amicitia tamen ipſi amici propter ſeipſos amentur Cic. de Fin. 1, 69. ¶ 2 *Sed nec* Efforeo *plane inauditum:* Nec noſtris efflorent talia campis Tertull. de Iudic. Dom. c. 8. *ni ſit* Cyprianus.

EFFLVO, xi, ĕre. [ἐκῤέω] *Extra fluere, effundi.* Effluit Rhenus Mela 3, *2 extr.* Cato c. 111 Si habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit. *De vaſis hederaceis loquitur.* Varro de R. R. 1, 61 Eius conditio, cum expreſſa olea, quod ſtatim effluxerit de ea, decoquuntur duae partes. *quod et ſic legitur:* Eius conditio, quum expreſſa effluxit, quod ſtatim de ea decoquuntur duae partes, et refrigeratum conditur in vaſa. *Metaphor. de Memoria* Cic. de Orat. 2, 300 Vt intelligere poſſemus, nihil ex illius animo, quod ſemel eſſet infuſum, vnquam effluere potuiſſe. *Sic* in Verr. 4, 57 Hoc modo me commonuit Piſonis annulus, quod totum effluxerat. *Conf.* Id. Fam. 7, 14. *Brouckhuſ. ad* Tibull. 3, 1, 20. *Huc etiam retulerim illud* Cic. Fam. 6, 19 Tanta eſt intimorum *Caeſaris* multitudo, vt ex his aliquis potius effluat, quam nouo ſit aditus. Ex diſciplina aliquorum *dicuntur* effluere multa, et ad aures aliorum permanare Cic. pro Domo ſua 121 c. 46. Idem de Diuin. 1, 60 c. 29 Quorum vtrumque perſtringere aciem mentis ſolet, ſiue deeſt naturae quippiam, ſiue abundat atque effluit. *Sed hodie omnes, puto* affluit. Ouid. de Rem. Amor. 646 Parce queri: melius ſic te vlciſcere tacendo, Dum deſideriis effluat illa tuis. Cic. de Seneſt. 5 c. 2 Praeterita enim aetas quamvis longa quum effluxiſſet, nulla conſolatione permulcere poſſet ſtultam ſenectutem. Aeſtas Cic. Att. 12, . . Dicta animo Catul. ad Ortal. 60, 4. Genitura valetudinis morbo, *i. Extra fluit, ſiue ſua ſponte et nobis nolentibus fluit* Plin. 20, 8. Humor lactis Idem 25, 7. Imber lapidum, ſanguinis, terrae, lactis effluxit Cic. de Diuin. 1, 98 c. 43. *Al.* defluxit. Idem de Clar. Orat. 219 Huic minime mirum eſt ex tempore dicenti ſolitam effluere mentem. Vires laſſitudine Liu. 7, 33. Cic. Tuſc. 2, 49 Num tu ingemuiſſe Epaminondam putas, quum vna cum ſanguine Vitam effluere ſentiret? Voluptates praeteritae Idem de Fin. 1, 41. Effluet, *per translationem, pro Vulgabitur, et palam omnibus fiet: quod de iis dicitur, qui nihil ſecreti continere poſſunt.* Ter. Eun. 1, 2, 41 Vtrumque hoc falſum eſt, effluet. *Nempe ante dixerat* Sin falſum — eſt — plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo. Cic. de Seneſt. 69 Sed mihi ne diuturnum quidem quidquam videtur, in quo eſt aliquid extremum. quum enim id aduenit, tum illud, quod praeteriit, effluxit. ¶ 2 *Tranſitiue* Claudian. de Conſul. Probi et Olybr. 51 ſq. Quantum ſtagna Tagi rudibus ſtillantia venis Effluxere decus.

EFFLVENS, entis. Partic. [ἐκῤέων] Cic. de Vniuerſ. 41 Itemque in eo influente atque effluente animo diuino, ambitus illigabant.

EFFLVENTER. Adu. Apul. Met. 2 p. 313 *pro quo* Affluenter *alii.*

EFFLVENTIA, ae. f. [ἐκροή] Plin. 26, 10 Illita quoque radix genitalibus, inhibet non ſolum Venerem, ſed effluentiam geniturae. *Alii* Affluentiam.

EFFLVVS, a, um. Adi. *Dixit* Auienus, *non ſemel:* Si flammis emicet ignis Effluus. Prognoſ. Arat. 393. *et* In pontum cadit effluus amnis Periegeſ. v. 1162.

EFFLVVIVM, ii. n. [ἔκρυσις] Plin. 7, 51 Praefandi humoris e corpore effluuium. Tacit. Ann. 12, 57 Quum et conuiuium effluvio lacus (*i. emiſſario, foſſae, per quam emittebatur*) appoſitum magna formidine cunctos affecit: quia vis aquarum erumpens proxima trahebat, *etc.*

EFFLVXIO, ōnis. f. *ICt.* D. 43 t. 10 *pr.* Effluxiones non noceant domibus, *i. emiſſaria, et quae per ea effluunt.*

EFFŌCO, āre. [ἀπάγχω] *Idem quod Suffocare.* Sen. de Breuit. Vitae c. 2 Aſpice illos, ad quorum felicitatem concurritur, bonis ſuis effocantur.

EFFŎDIO, ōdi, oſſum, ĕre. [ἐξορύττω, κατασκάπτω] *Extra fodere, ſiue Foſſam facere, vel Aliquid terra eruere.* Martial. 13, 60 Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris. Plin. 9, 51 Mus marinus in terra ſcrobe effoſſa, parit oua, et rurſus obruit terra. Cic. Off. 2, 13 c. 3 Argentum Efloderetur penitus abditum. Ouid. Met. 1, 140 Effodiuntur opes irritamenta malorum. Effodere ex terra Plaut. Pſeud. . . Effodere alicui oculos, *pro Confodere, et excauare* Plaut. Trin. 2, 4, 62. Ter. Eun. 4, 6, 2 Oculi illico effodientur. *Add.* Caeſ. B. G. 7, 4. *et* Cic. de N. D. 3, 91. Theſaurum Pompon. in l. Theſaurus D. ad exhibend. Effodit illius memoria pectus meum Cic. pro Marcell. 10 c. 4. *i. grauiſſimum dolorem mihi infligit.* ¶ 2 Plaut. Capt. 3, 5, 66 Ibi quom alii octonos lapides effodint *pro* effodiant, *vt* edim, edis *pro* edam, *etc.* *Meurſ. malit* effodent, *quod* fodare *pro* fodere *eſt apud* Feſtum. *Sed praeſtat illud* effodint, *pro* effodiint. *Inſolens etiam illud* Plauti Mil. 2, 3, 44 Iuben' tibi oculos effodiri, quibus id, quod nusquam eſt, vides?

EXFODIO, *vel* **ECFODIO**. *Pro Effodio.* Plaut. Aul. 4, 8, 9. *Vid. Taubm. Sed Gron.* Effodio.

EFFOSSVS, a, um. Partic. [ἐξορυχθεὶς] *Vt,* Oculi effoſſi Sen. Oedip. 973. *et* Catull. 106, 5 Effoſſos oculos voret atro gutture coruus, Inteſtina canes, caetera membra lupi. Aurum effoſſum Sil. 1, . . Effoſſis latebris Virg. Georg. 4, 42. Alterum imperii lumen Vell. 2, 52, 2. Ex ſterquilinio effoſſe Plaut. Caſ. 1, 1, 26. Viſceribus effoſſis atras aues paſcit Tityus *apud* Sen. Thyeſte 10.

EFFOSSIO, ōnis. f. *Vt,* Laborioſae effoſſiones Cod. 11 t. 6 l. 3.

EFFOSSOR, *vid. in* Digeſtis.

EFFŎDĬCO, āre. *Apud* Hieron. . . .

EFFODICATIO, ōnis. f. *Apud* Auguſtin. . . .

EFFOECVNDO, āre. *Valde ac totum foecundare.* Vopiſc. in Prob. c. 21 Cum Sirmium veniſſet ac ſolum patrium effoecundari cuperet et dilatari.

EFFOEMĬNO, āre. [ἐκθηλύνω] *Quod forte melius, vt ipſum* Femina, *ſine Diphthongo ſcribitur, ſignificat in mollitiem muliebrem atque laſciuiam conuertere.* Cic. de N. D. 2, 66 Effoeminarunt autem eum, Iunonique tribuerunt, quod nihil eo mollius. *h. e. Aërem fecerunt velut foeminam, Iunonem appellantes.* Idem Tuſc. 1, 95 c. 40 Cogitationibus moleſtiſſimis effoeminamur. Caeſ. B. G. 4, 2 Remolleſcere homines atque effoeminari ea re arbitrantur. Fortitudinis quaedam praecepta ſunt, ac paene leges, quae effoeminari virum vetant in dolore Cic. de Fin. 2, 94 c. 29.

EFFOEMINĀTVS, a, um. Partic. [ἐκτεθηλυμένος] *Vt,* Homo effoeminatus fortiſſimum virum vt conaretur occidere Cic. pro Milon. 89 c. 33. Idem Philipp. 3, 12 c. 5 Cum autem omnis ſeruitus miſera, tum vero intolerabile eſt ſeruire Impuro, impudico, effoeminato, nunquam ne in metu quidem ſobrio. Quem Caius ſeniorem iam vt mollem et effoeminatum denotare etiam probro conſueuerat Suet. Calig. c. 56. Cic. Off. 1, 129 Quibus in rebus maxime ſunt fugienda, ne quid effoeminatum aut molle, et ne quid durum aut ruſticum ſit. Idem Tuſc. 4, 64 Nam videndum eſt in vtrisque, ne quid humile, ſummiſſum, molle, effoeminatum, fractum, abiectumque faciamus. Plin. in Paneg. 46, 4 Idem ergo populus ille ſcenici aliquando imperatoris ſpectator et applauſor, nunc in pantomimis quoque auerſatur, et damnat effoeminatas artes. Effoeminata opinio ac leuis Cic. Tuſc. 2, . . Plin. in Paneg. 54, 1 Et quis iam locus miſerae adulationis manebat, quum laudes imperatorum ludis etiam et comeſſationibus celebrarentur, ſaltarenturque, atque in omne ludibrium effoeminatis vocibus, modis, geſtibus frangerentur? ſed, *etc.* Cic. pro Planc. 86 c. 35 *de Clodio,* Furialis illa Vox nefariis ſtupris, religioſis altaribus effoeminata, ſecum, et illos et Conſules facere acerbiſſime perſonabat. *Compar.* Val. Max. 9, 1, 7 Effoeminatior fuit multitudo Cypriorum. *Superl.* Cic. Fam. 16, 27 Effoeminatiſſimus animus. *et* Sen. Epiſt. 70 Effoeminatiſſima vox.

EFFOEMINATE. Adu. [θηλυδρίως] Cic. Off. 1, 14 c. 4 Caveatque ne quid indecore, effoeminateue faciat. Molliter et effoeminate Sen. ad Polyb. c. 36.

EFFOEMINATIO, ōnis. f. Firmic. 7, 16 Omnium libidinum impuritates, cum extrema corporis effoeminatione decernunt. Tertull. de Spect. c. 25. *et* Apol. 15.

EFFOETVS, a, um. Adi. [ἀποκύμων, ἐξάντλητος] *Epitheton matris, cum foetum emiſit.* Columel. 7, 12, 11 *et* 12 Primus effoetae partus amouendus eſt, quoniam tiruncula nec recte nutrit. *Sic* 7, 5, 5. 8, 5, 15. 9, 1, 7 *pro* Foeta. ¶ 2 Effoetus, *i. Emiſſus, excluſus.* Columel. 8, 5, 16 *de gallinis,* Poſtero die, quum grex fuerit effoetus, hoc modo deponitur. *i. Quum totus pullorum grex fuerit excluſus. Sed forte leg.* effectus. *Vid. Vrſin. ad h. l.* ¶ 3 Effoeta gallina, *Quae amplius non parit, quaſi Frequenti partu delaſſata, et exhauſta.* Plin. 10, 53. Columel. 7, 3 Effoetus ſenectute grex. *Sic* 6, 24, 1 Effoeti ſenio tauri. Aetas effoeta Lucret. 2, 1150. Virg. Georg. 1, 81 Effoetos cinerem immundum iactare per agros. *Vbi* Seruius: Effoetos, Continua fertilitate laſſatos: ſicut etiam frequenti partu effoeta dicitur mulier. Columel. in praefat. Quod exiſtiment vbertate nimia prioris aeui defatigatum et effoetum ſolum, nequire priſtina benignitate praebere mortalibus alimenta. Cic. de Seneſt. 29 c. 9 Libidinoſa etenim et intemperans adoleſcentia effoetum corpus tradit ſenectuti. *h. e. Laxum et debile, ac libidinibus confectum.* Ouid. Met. 7, 314. Senectus Virg. Aen. 8, 440. Solum effoetum et defatigatum *modo vidimus ex* Colum. 1 Pr. 1. Tellus Lucret. 2, 1150. Tellus calore effoeta Idem 6, 843. Vinitor effoetus Virg. Georg. 2, 417 *tardus et cunctator, vt volunt. Sed haud paullo magis probatur mihi optimorum librorum lectio,* Iam canit effectas extremus vinitor antes. Effectus *et* Effoetus *permutari, modo vidimus* n. 2. Virg. Aen. 5, 597 Sed enim gelidus tardante ſenecta Sanguis habet, frigentque effoetae in corpore Vires. Effoetae, *i.* Exhauſtae: et eſt translatio a mulieribus, quas frequens partus debiles reddit. Seruius. *Item* Liu. 5, . . Vires corporis effoetae, *vel, vt habet Cod. antiq.* Affectae. *Compar.* Apul. Florid. *extr.* Vt — pars iſta poſterior — nec argumentis ſit effoetior, nec ſententiis rarior, *i. minus foecunda et copioſa argumentis.*

EFFOETE. Adu. [ἐξαντλήτως] Martial. 2, 27 Effoete, grauiter, cito, nequiter, euge, beate.

EFFOR. *Vid.* **EFFARI**.

EFFORMO, āre. *Vocabulum non probae notae. Voſſ. de Vit.* 4 *p. 708. Cellar. Antibarb. p. 31.*

EFFŎRO, āre. [ἐκτιτραίνω] *Idem quod Perforare.* Columel. 9, 1, 3 Erit fiſſilis ſtipes, compluribus locis per latus efforatus.

EFFŎVEO, ēre. *Legitur hoc verbum apud* Veget. Veter. 4, 28, 2 Medicamentum — cataſtalticum — quod carnem ſupercreſcentem comedendo effouet. *Quae ſi vera eſt lectio, non iam explico, vt in Indice feceram, blande aufert; ſed* carnem ſupercreſc. comedendo, *vulnus et ſanam carnem* effouet, *elicitque. Sic*

EFFOTVS, a, um. Part. *Pro* Effoetus *apud* Colum. 8, 5, 16 *reſtitui vult Sylburgius, fotu excluſus grex.*

EFFRACTARIVS, **EFFRACTOR**, **EFFRACTVRA**, **EFFRACTVS**. *Vid.* **EFFRINGO**.

EFFRENO, āre. *Frenum demere, vt libere currat equus et effuſe.* Sil. 9, 495 Regnantem Aetolis Vulturnum in praelia campis Effrenat.

EFFRENĀTVS, a, um. Partic. [ἀχάλινος, περιπετὴς] *Dicitur qui cohiberi, et pro arbitrio noſtro agi non poteſt, quaſi* Freno *quod excuſſit, iam carens.* Cic. de Fin. 3, . . Quis vnquam fuit aut auaritia tam ardenti, aut tam effrenatis cupiditatibus, vt eandem illam rem, *etc.* Idem in Catil. 1, 25 Quo te iampridem tua iſta cupiditas effrenata ac furioſa rapiebat. *Contraria.* Cic. de Orat. 2, 35 Eiusdem et languentis populi incitatio, et effrenati moderatio. Animus Cic. Verr. 5, . . Audacia, *vel* cupido Idem in Catil. 1 *pr.* Cupiditates Id. Verr. 1, 62 c. 24. Cic. pro Domo ſua 15 At videte hominis intolerabilem audaciam, cum proiecta quadam et effrenata cupiditate. Idem de Aruſp. Reſp. 2 c. 1 Piſonis, cuius ego de effrenato et praecipiti Furore quid dicam? *Et* pro Cluent. 15 O Libidinem effrenatam et indomitam! Rabies Scytharum effrenata Firmic. 1 c. *vlt.* Violentia hominis effrenata Cic. Philipp. 12, 26. Effrenatus fertur, aut libidine, aut iracundia Idem Tuſc. 3, 10. Homines ſecundis rebus effrenatos, et ſibi praefidentes, tanquam in gyrum rationis et doctrinae duci oportere, vt perſpicerent rerum humanarum imbecillitatem, varietatemque fortunae Cic. Off. 1, 92 c. 26. *Compar.* Idem de Orat. 3, 203 c. 53 Vox quaedam libera atque etiam effrenatior. Liu. 3, 50 Quo impunitior libido, eo effrenatior eſt. *Superl.* Sen. Epiſt. 85 Quantulum ſapienti damus ſi imbecillimis, fortior eſt, et moeſtiſſimis laetior, et effrenatiſſimis moderatior? *Et rurſus* Epiſt. 88.

EFFRENĀTE. Adu. [περιπετῶς] Cic. Philipp. 14, 26 c. 9. Idem Tuſc. 4, 50 c. 22 An propter infinitum odium tyranni effrenatius in Aruntem inuaſerit, *h. e. incitatius, maiore impetu.* *Et* de Seneſt. 39 c. 12 Nullam capitaliorem peſtem quam voluptatem corporis hominibus dicebat a natura datam, cuius voluptates auidae libidines temere et effrenate ad potiundum incitarentur.

EFFRENATIO, ōnis. f. [ἀκαθεξία] Cic. Philipp. 5, 22 c. 8 Quae effrenatio impotentis animi?

EFFRENVS, a, um. Adi. [ἀκάθεκτος, δυσήνιος] *Cui frenum detractum eſt.* Liu. 4, 33 Effreno equo in medios ignes infertur. Amor Ouid. Met. 6, 465. Gens Virg. Georg. 3, 382. *i.* Saeua, rectorem recuſans. Seruius. Impetus Sen. Agam. 944. Iuuenta Stat. Achil. 1, 277. Licentia Claud. de B. Get. 369. Mors, *i. Violenta* Sen. Hippol. f. 2 *eſſe dicitur.*

EFFRĬCO, āre. [ἀποτρίβω] *Pro Fricando excutere.* Sen. Epiſt. 95

At illis,

At illis, aut hebetibus et obtuſis, aut mala conſuetudine obſeſſis, diu rubigo animorum effricanda eſt. *Scribitur et* Exfricare. Apul. Met. 1 *pr.* p. 103, 9 Equi ſudorem fronte curioſe exfrico. *Sed mox* p. 105, 9 Sordium enormem eluuiem operoſe effrico.

EFFRIGO. *Profertur ex illo*, Spicas decerptas manibus effrixerant Tertull. adu. Marc. 4, 12. *Sed* Efflixerant *Prior. recte. Vid.* EFFLIGO.

EFFRINGO, ēgi, actum, ĕre. [διαῤῥήγνυμι] *Idem quod Frangendo vi quadam et maximo impetu, diſrumpere, et ſic aperire.* Ter. Adel. 1, 2, 7 Fores effregit, atque in aedes irruit alienas. Cic. Verr. 4, 52. *et* pro Cael. 38. Sen. Herc. Oet. 1450 Vtinam liceret ſtipite ingeſto impiam effringere animam. Corpus Sen. Phoen. 159. Theſaurum Plin. 34, 7. Effringere *dicuntur agricolae*, quum excitatae grandiores glebae franguntur: *vel potius* Offringere, *per quartam vocalem. Vid.* Varron. R. R. 1, 29, 2. Effringere *habent primae editiones.* Offringere *poſteriores. Notabile illud* Silii 1, 647 Spumeus hic medio qui ſurgit ab aequore fluctus — veſtras effringet in vrbes. *Vid. Drakenb. ad loc.*

EFFRACTVS, a, um. Partic. [διεῤῥηγμένος] Cic. pro Muraen. 33 Eamque vrbem ſibi Mithridates Aſiae ianuam fore putauiſſet, qua effracta et reuulſa, tota pateret prouincia. Effractus fame, *per translationem dictum volunt pro Conſumtus, in illo* Plaut. Capt. 3, 1, 6 Neque ieiunioſiorem, neque magis effractum fame vidi. *Sed recte Gron.* effertum *v. v. ſub* EFFARCIO. Cerebrum Virg. Aen. 5, 480. Ciſta Hor. Epiſt. 1, 17, 54. Cic. Verr. 2, 94 Conuulſis repagulis, effractisque valuis. Vrbs Stat. Theb. 9, 556.

EFFRACTOR, ōris. m. [τοιχωρύχος] *Perfoſſor parietum, fur violentus.* Paullus in l. 3 D. de Officio praefecti vigilum, Cognoſcit praefectus vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus, *etc.* Idem in l. Finali D. de effractoribus In effractores varie animaduertitur. Vlp. *eodem* tit. l. 1 Sed enim diuus Marcus effractorem equitem Romanum qui effracto perforatoque pariete pecuniam abſtulerat, quinquennio abſtinere iuſſit prouincia Africa vnde erat, et vrbe, et Italia. Apertularius, effractor Iſidor.

EFFRACTARIVS, a, um. Adi. [διαῤῥήκτης] *Idem.* Sen. Epiſt. 68 Vile videtur quidquid patet: aperta effractarius praeterit.

EFFRACTVRA, ae. f. *Ipſe effringendi actus.* Paullus in l. 3 D. de Offic. praef. vig. Effracturae fiunt plerumque in inſulis horreisque, vbi homines pretioſiſſimam partem fortunarum ſuarum reponunt.

EFFRONDESCO, ĕre. *Frondes nouas accipere, vt* Efflorescere. *Metaph.* Vopiſc. Prob. c. 19 Circus gratia noui viroris effronduit.

EFFRONS, tis. Adi. *quaſi Sine fronte, i. pudore.* Vopiſc. in Numeriano c. 13 Conſilii ſemper alti, nunquam tamen effrontis ſed pudentis.

EFFRVTĬCO, āre. *Vt* Effrondeſco. Tertull. ad Nation. 1, 5 Neceſſe eſt in corpore et quantum velis integro aut puro, vt naeuus aliquis effruticet, aut verrucula exſurgat, aut lentigo ſordeſcat. *Add.* Id. de Anima c. 27.

EFFV̆GIO, ĕre. [ἐκφεύγω, ἐξαλύσσω, ἐκκλίνω, ἀλέω] *Fuga vitare periculum. Celeriter abire.* Lucret. 3, 1082 Hoc ſe quiſque modo fugit; at, quem ſcilicet, vt fit, Effugere haud potis eſt. Nunquam hodie effugies Virg. Ecl. 3, 49. *Metaphora elegans eſt* Cic. de Orat. 2, 147 c. 34 Atque hoc totum eſt *(de locis communibus oratorum loquitur)* ſiue artis, ſiue animaduerſionis, ſiue conſuetudinis, noſſe regiones, intra quas *venere*, et *perueſtiges* quod quaeras. Vbi eum locum omnem cogitatione *ſepſeris*, ſi modo vſum rerum percallueris, nihil te *effugiet*, atque omne quod erit in re, occurret atque incidet. Effugere ex vrbe Plaut. Trin. 2, 4, 196. *Et apud* Caeſ. B. G. 8, 24 Effugere ex agris. Effugit rex e manibus Cic. pro Lege Manil. 22 c. 9. Effugere de praelio Idem Philipp. 2 c. 29. *Et* pro Sext. 116 c. 54 Nec — ludos aſpexit, niſi eos — a quibus vix viuus effugit. Per manus infeſtas Ouid. Faſt. 6, 344. Cic. Verr. 5, . . Neque mari effugere vllo modo. Plaut. Caſin. 2, 6, 44 *precatur*, Deos quaeſo, vt tua ſors *(Olympio)* e ſitella effugerit, *vt adeo exire iam, et tibi procurare nuptias non poſſit.* Idem Merc. 3, 4, 75 Clam patrem patria hac effugiam, aut aliquid capiam conſilii. *Et* Bacch. 1, 1, 2 Vbi me effugerit memoria, ibi tu facito vt ſubuenias ſoror. Voluptas effugit Stat. Silu. 1, 6, 52. Aciem oculorum *effugere*, *vid.* ACIES. Amorem alicuius Ouid. Met. 13, 745. Calumniam Cic. pro Cluent. 163. Catenas, *aut* vincula Hor. Serm. 2, 3, 71. Crimen aliquod Ouid. Met. 7, 71. Crimen inconſtantiae Cic. de Fin. 5, . . *Et* Crimen ineptiarum Idem de Orat. 3, . . *Add.* Id. pro Flacco c. 3. Cruciatus Quinctil. in prooem. 6. Cic. Verr. 2, 115 Sperabat Heraclius, ſi illum effugiſſet, ante alteram, *etc.* Dolores intolerabiles Idem Q. Frat. 1, . . Incurſum alius Lucret. 3, 750. Infamiam crudelitatis Cic. pro Lege Agr. 90. Maculam aliquam Ter. Adel. 5, 8, 31. Maledictum omne Cic. pro Flacc. 7. Manus Idem in Somn. Scip. 3. Mortem non effugiunt Virg. Aen. 11, 881. Nuptias Ter. Andr. 2, 1, 32. Cic. Verr. 1, 102 In quibus non dubito, quin offenſionem negligentiae vitare atque effugere non poſſim. *et* Fam. 4, 4. Peccata Ouid. de Arte Am. 2, 173. Pericula Lucan. 1, 116. Periculum Caeſ. B. G. 4, 35. Plagam Cic. Att. 7, . . Poenas Idem de N. D. 3, . . Scelus aliquod Ouid. Met. 10, 342. Speciem alicuius Cic. de Clar. Orat. 172. Hor. Serm. 2, 3, 71 Effugiet tamen haec ſceleratus vincula Proteus. Viſus alicuius Ouid. Faſt. 3, 406. Vituperationem Cic. Att. 16, 7.

EFFVGIENS, entis. Partic. [ἐκφεύγων] *Vt*, Lucan. 3, 623 Vulnere multo Effugientem animam laſſos collegit in artus, Membraque contendit toto, quicunque manebat Sanguine.

EFFVGIENDVS, a, um. Partic. [ἐκφευκτέος] Ouid. de Arte Am. 2, 52 Hac nobis Minos effugiendus ope. Cic. de Fin. 1, 36 Dolorum effugiendorum gratia. Idem Q. Frat. 1, 4 Quo ad effugiendos intolerabiles dolores fuit aptiſſimum.

EFFVGIVM, i. n. [ἐκφυγή, ἀποφυγή] *Ratio effugiendi. Vt*, Mali vnicum effugium Sen. Hippol. 253. Cic. Verr. 5, 165 Eum ciuem Romanum eſſe diceret: apud te Praetorem ſi non effugium, ne moram quidem mortis, mentione atque vſurpatione ciuitatis aſſequi potuerit? Idem de N. D. 2, 121 Alias eſſe cornibus armatas, alias habere effugia pennarum, *i. pennas, quibus effugiant.* Tacit. Ann. 3, 42 Qui effugia inſederant, *i. Loca, per quae effugere poterant.* Liu. 24, 26 Vt, ſi effugium patuiſſet in publicum, impleturae vrbem tumultu fuerint, *i. Locus vel Via fugae.* Praecludere effugium alicui Lucret. 1, 973. *i. Iter quo effugere poſſunt.* Virg. Aen. 2, 140 Si non *negat ſibi ſpem relictam videndi ſuos*, Quos illi fors ad poenas ob noſtra repoſcent Effugia, et culpam hanc miſerorum morte piabunt. *Verba* Seruii *ad h. l. ſtatim damus ſub* EFFVGIA, ae.

EFFVGIA, ae. f. *Hoſtiae epitheton.* Seruius *ad locum, quem modo poſuimus*, Hoſtia quae ad aras adducta eſt immolanda, ſi caſu effugerit, *effugia* vocari veteri more ſolet; in cuius locum quae ſuppoſita fuerit, *ſuccidanea* etc.

EFFV̆GO. *In fugam eiicere apud* Auguſtin. Serm. in Fer. 2 Pentecoſt. P. Chryſolog. Serm. 13 *extr. etc.*

EFFVLCIO, īre. [ὑποστηρίζω] *Fulcire in altitudinem quandam.* Virg. Aen. 7, 93 *de Latino*, Centum lanigeras mactabat rite bidentes; Atque harum effultus tergo, ſtratiſque iacebat Velleribus. *Conf.* Idem 8, 368. Sil. 7, 292. In cubitum effultus Apul. Met. 2. Atria effulta montibus, *i. Marmore exciſo e montibus* Stat. Theb. 1, 145. Fulmina effulta metallis Idem Silu. 3, 1, 5.

EFFVLGEO, ēre. [σελαγέω] *Idem quod Vehementer fulgere, et aliquoties in tertia forma*, EFFVLGO, ĕre. Ingens lumen effulſit Liu. 22, 1. Idem 28, . . Niſi ex vehementi ſole, qualis inter graues imbre nubes effulget, *etc. Et apud* Virg. Aen. 9, 110 Effulſit oculis lux. *Et* 8, 677 Inſtructo Marte videres Feruere Leucaten, auroque effulgere fluctus. Plin. 4, 1 Omnis Graeciae fabuloſitas, ſicut et literarum claritas, ex hoc primum ſinu effulſit. Oſtro effulgens Laelius Sil. 16, . .

EFFVLGVRO, āre. Ennod. 1, 8.

EFFV̄MO, āre. Vt quaeque rigeſcit, Effumat moles Seuer. in Aetna v. 498. *i. fumum emittit.*

EFFVMĪGO, āre. Fugiat conſpectum veſtrum tanquam coluber excantatus aut effumigatus Tertull. ad Mart. c. 1. *Fumo et ſuffitu enim vtuntur aduerſus ſerpentes.*

EFFVNDO, ĕre. [ἐκχύω, ἐκχέω, προχέω] *Fundendo in terram ſpargere.* Plaut. Aſin. 1, 3, 65 Effundit cibum: aues aſſueſcunt. Cic. de N. D. 2, 116 Eademque ratione mare quum ſupra terram ſit, medium tamen terrae locum expetens, conglobatur vndique aequabiliter, neque redundat vnquam, neque effunditur. Effunditur amnis in Atlanticum oceanum Plin. 3, 1. Effundi *vſurpatur ab* Arnobio p. 20 *Elmenh. de Partu, pro Excludi.* Quinctil. 1, 3 *pr.* Quae ſummo ſolo ſparſa ſunt ſemina celeriter ſe effundunt, *i. exoriuntur et emergunt e terra. Vid. n. 2* Herbas. Effundere ſe *dicitur* ciuitas, *cum ciues cateruatim exeunt.* Cic. ad Brut. . . . Timore quodam perculſa ciuitas tota ad te ſe cum coniugibus et liberis effundebat. Liu. 34, . . Aliquanto maior frequentia mulierum poſtero die ſeſe in publicum effudit. Effuderant ſe ex omni prouincia legationes ad famam aduentus eius Liu. 25, . . *Add.* Id. 38, 6. Apul. Met. 7 p. 193. *Drakenb. ad* Sil. 2, 151. *Ita plane* Virg. Georg. 1 *fin.* Vt, cum carceribus ſeſe effudere quadrigae. ¶ 2 *Hinc elementorum ordine Subſtantiua ponemus:* Effundere Aerarium Cic. Tuſc. 3, 48. Idem pro L. Agr. 15 Spoliemus orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus Aerarium. Virg. Aen. 1, 97 Mene Iliacis occumbere campis Non potuiſſe? tuaque Animam hanc effundere dextra? Copiam, *i. Produxit, emiſit.* Cic. de Clar. Orat. 36 Haec enim aetas effudit hanc Copiam oratorum. Crines vertice Lucan. 1, 188. Fortunas per luxuriam, *i. Conſumere* Cic. pro Roſc. Amer. 6. Fletus Virg. Aen. 2, 271. Fruges Hor. Carm. 4, 7, 11. Cic. Fam. 12, 25 Sic ſum in Antonium inuectus, vt ille non ferret, omnemque ſuum vinolentum Furorem in me vnum effunderet. Gratiam collectam, *i. Perdere* Cic. Fam. 2, 16. Herbas effundunt inimiciſſimas frugibus ſegetes foecundae et vberes Idem in Orat. 48. Honores in mortuum Id. ad Brut. 15. Liu. 38, . . Si primum Impetum, quem feruido ingenio et caeca ira effundunt, ſuſtinueritis, *etc.* Idem 39, 34 *pr.* Infenſus omnibus in Maronitas Iram effundit. Ira effundi Valer. Argon. 7, 34. Iudices omnes tribunus e carcere in forum effudit Cic. de Aruſp. Reſp. 34 c. 16. Lacrimas Id. pro Planc. 101 c. 42. Minas Lucan. 5, 263. Cic. Fam. 1, 9, 4 Sed quum incluſum illud Odium multarum in me iniuriarum, quod ego effudiſſe me arbitrabar, reſiduum tamen, *etc. i. Deponere.* Patrimonium, *Prodigere, conſumere* Ter. Adel. 5, 9, 34. Cic. Off. 2, 54 c. 15 Multi enim Patrimonia effuderunt inconſulte largiendo. Idem Philipp. 3, 3. Liu. 10, . . Incompoſitiſque aduerſus equeſtrem procellam ſubitum Pauorem effundit. Querelas Lucan. 2, 44. Quaeſtus pectore Virg. Aen. 5, 780. Rabiem Sil. 11, . . Cic. Att. 2 Qui omnia Remedia Reipub. effuderunt. Sanguinem pro Rep. Idem pro Milon. 101 c. 37. *Et* Philipp. 14 c. 12 Qui extremum Spiritum in victoria effudiſtis. Sumtus Cic. pro Roſc. Amer. 68. Verba Ouid. Triſt. 1, 3, 45. Dolor effudit Verba Sen. Med. f. 7. Verecundiam Idem Epiſt. 7. *i. Amittere.* Vim telorum ingentem in inimicos Liu. 27, . . Virg. Aen. 5, 446 Entellus Vires in ventum effudit. Vitam Ouid. Epiſt. 7, 181. Cic. pro Flacc. 68 A iudicibus oratio auertitur, Vox in coronam, turbamque effunditur. ¶ 3 *Formulae aliae:* Cic. Att. 16, 7 Dii immortales, quam valde ille reditu, vel potius reuerſione mea laetatus, effudit illa omnia, quae tacuerat: pro eo quod dicimus Effutire, largiter copioſeque dicere. *Ita* Cic. de Orat. 1, 159 Effudi vobis omnia, quae habebam. Idem pro Flacc. 41 Teſtis effudit quae voluit omnia. Effunditur ſtomachus in vomitiones Plin. 23, 1. *de iis, quibus ſtomachi facultas, quam retentricem vocamus, eſt corrupta aut imbecilla, vel iis, qui facile nauſeant.* Salluſt. . . Effuſo ac profligato peditatu paullatim retrocedere coeperunt. Liu. 34, 6 Sine qua lege cum per tot annos matronae optimis moribus vixerint, quod tandem ne abrogata ea effundantur ad luxuriam, periculum eſt. *Ita paene* Cic. Parad. 3 An temperantem eum dices, qui ſe in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? In luxum et epulas, *etc.* Tacit. Hiſt. 4, 36. Effundi in queſtus, lacrimas, vota, *etc.* Tacit. 1, 11. *ita* Liu. 45, . . Ad preces lacrimaſque effundi.

EFFVSVS, a, um. Partic. [ἐκκεχυμένος] Plin. 9, 29 Effuſo atramento, quod pro ſanguine his eſt, infuſcata aqua abſconduntur, *de Sepiis.* Effuſus *etiam eleganter dicitur pro magna et liberali vel etiam vehementi et nimia Animi affectione.* Cic. Att. 4, 9 Pompeius in nos ſuauiſſime eſt effuſus. Tacit. Ann. 1, 54 Dum Maecenati obtemperat effuſo in amorem Bathylli. Liu. 29, . . Effuſi in Venerem Numidae. Effuſus equo, *pro eo quod eſt Delapſus* Liu. 10, 11 *pr.* Effuſa nuper corpora, *pro Infantibus recens natis apud* Prudent. Cathem. 12, 111. *quo ſenſu vſurpatur etiam* Effundo *ab Arnobio, vt modo diximus* n. 1. *vid. in f. l.* Liu. 32, . . Pars in fugam effuſi ſunt, pars, *etc.* Nos contra effuſi lacrimis Virg. Aen. 2, 651. *i. copioſe fundentes lacrimas.* Amnis effuſus ſuper ripas Liu. 1, 4. Aquae Ouid. Amor. 2, 16, 27. Ciuitas obuiam Vell. 2, 45, 5. Currus effuſi carcere Virg. Georg. 3, 104. Liu. 28, 7 Attalus inermis atque incompoſitus, curſu effuſo mare ac naues petit. Exercitu effuſo praedari

Salluſt. Iug. 55, 4. Fuga Liu. 7 *et* 1. Fructibus effuſis ac diſſipatis Cic. de L. Agr. 2, 88. Grandine effuſa praecipitant nimbi Virg. Aen. 10, 803. Honores Nep. 1, 6, 2. *i. immoderati.* Imber effuſus nubibus Virg. Georg. 4, 312. Italia Cic. pro Deiot. 11. Iubae effuſae per colla Sil. 16, . . Iuuentus agris Virg. Aen. 7, 222. Largitiones Nep. 25, 6, 2. Liu. 35, 43 Exceptus ingenti fauore multitudinis, cum plauſibus, clamoribusque, et quibus aliis Laetitia effuſa vulgi ſignificatur. Licentia Idem 44, . . Multitudo effuſa velut ad ſpectaculum Id. 30, . . Plin. 8, 40. Opes Idem 7, 25. Populus oppido Sall. Iug. 69, 2. Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 210 Protinus effuſo laetam ſe fingere Riſu. Liu. 21, 18 Et quum is iterum Sinu effuſo bellum dare dixiſſet, accipere ſe omnes reſponderunt. *Compar.* Cic. pro Cael. 23 Quis in largitione effuſior? *i. Magis prodigus.* Effuſior fuga Liu. 3, 5. *Superl.* Effuſiſſimis habenis inuadere hoſtem Idem 37, 20. Effuſiſſimo ſtudio Suet. Neron. c. 40. Vellei. 2, 41 *de Caeſare*, Munificentiae effuſiſſimus.

EFFVSE. Adu. [ἐκκεχυμένως] *Prodigaliter, aut vniuerſim nimis.* Cic. pro Cael. 38 Si vidua libere, proterua petulanter, diues effuſe, libidinoſa meretricio more viueret. Effuſe inuehentem ſeſe hoſtem abſterruit Liu. 30. Effuſe aliquem amare Plin. Ep. 6, 26, 2. Cic. pro Roſc. Amer. 23 c. 8 Non pauca ſuis adiutoribus large effuſeque Donabat. Exultat animus Idem Tuſc. 4, 13 c. 6. Fugere Liu. 3, . . Petulans Cic. in Piſon. 10. Vaſtare agrum nobiliſſimae fertilitatis Liu. 27, . . *Compar.* Effuſius dicere Plin. Epiſt. 1, 20. Praedari Liu. 34, 16. Flere Curt. 9, 3, 3. *Superl.* Effuſiſſime diligere Plin. Paneg. c. 84.

EFFVSIO, ōnis. f. [ἔκχυσις] *Vt*, Effuſio aquae Cic. de N. D. 2, 26 c. 10. Effuſiones hominum ex oppidis Idem in Piſon. 51 c. 22. Effuſio animi, *cui* Contractio *opponitur.* Cic. Tuſc. 4, 66 c. 31 Eodem enim vitio eſt effuſio animi in laetitia, quo in dolore contractio. *Prodigalitas.* Cic. pro Roſc. Amer. 77 c. 46 In hac vita Iudices, quos ſumtus quotidianos, quas effuſiones fieri putatis? Effuſio pecuniarum Cic. Att. 2, . . Effuſionem in eo frater frugi reprehendebat Vopiſc. Florian. c. 1. Cic. Att. 7, 3 Illud probe iudicas, neque ſatis pro meis officiis, pro ipſius in alios effuſione, illum in me liberalem fuiſſe, *i. Liberalitate.* Liu. 44, . . Nondum hac effuſione inducta beſtiis omnium gentium Circum complendi. Liberalitatem effuſio imitatur Cic. in Partit. 81.

EFFVSIBILIS, e. Interpr. Irenaei 1, 1.

EFFVSORIE. Adu. Ammian. 31, 16 Effuſorie digreſſi ſunt per arctoas prouincias, *i. effuſe, effuſa populatione.*

EFFVSORIVM, ii. n. Gloſſ. ἐκχυτήριον, *inſtrumentum, vel, canalis quo effunditur.*

EFFVTIO, īre. [κολωάω] *Imprudenter et incogitate loqui, nulla habita temporis, verborum, aut perſonarum ratione.* Ter. Phorm. 5, 1, 20 Eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris effutiretis. *Vbi* Donatus, Effutiretis, Eloqueremini, euacuaretis, exinaniretis: ab eo quod eſt Effundere. Translatio eſt a vaſe, Futili nomine: quod patulo ore, fundo acuto inſtabile, nihil prorſus continet. Vnde Futilis dicitur eiusmodi, vt nihil intra ſe contineat, et ſemper inanis ſit. Hor. in Arte Poët. 231 Effutire leues indigna tragoedia verſus. Mercenaria loquacitate effutire Apul. Apol. Effutire aliquid ex tempore Cic. Tuſc. 5, 88. Idem de N. D. 2, 94 c. 37 Certe ita temere de mundo effutiunt, *etc.* Multa Lucret. 5, 908. Effutire (*inquit* Nonius 2, 272) eſt Cum mendacio dicere. Cic. Tuſc. 5, 88 Nec haec ſic agit, vt ex tempore quaſi effutire videatur. Lucret. 5, 908 Multa licet ſimili ratione effutiat ore.

EFFVTIENS, entis. Partic. [κολωάων] Cic. de N. D. 1, 85 Quam bellum erat, Vellei, confiteri potius neſcire quod neſcires, quam iſta effutientem nauſeare, atque ipſum ſibi diſplicere.

EFFVTITVS, a, um. Partic. Cic. de Diuin. 2, 113 c. 55 Quorum partim ficta aperte, partim effutita temere, nunquam ne mediocri quidem cuiquam, non modo prudenti probata ſunt.

EFFVTICIVS, a, um. Adi. Euax verbum nihil ſignificat, ſed effutitium naturaliter eſt Varro de L. L. 6, 5 p. 80, 7. *h. e. exit naturaliter per affectum, vt* Hehe, Eheu, Heu *et reliquae, quae Interiectiones vocantur.*

EFFVTVO, *Scortando dilapidare. Vid.* Suet. in Caeſ. c. 51.

E G E

EGELASTA, ae. f. [Ἐγέλαστα] *Oppidum eſt citerioris Hiſpaniae, de quo* Plin. 31, 7 In Hiſpania quoque citeriore Egelaſtae caeditur ſal glebis p: en · translucentibus. cui iampridem palma inter omnia ſalis genera a pl riſque medicis perhibetur.

EGELESTANI, m. *Populus* in conuentu Carthaginienſi, inter ſtipendia: ior.um celeberrimos *a* Plin. *numeratus* 3, 3.

EGELO, āre. *Soluere gelu, vel illo liberare.* Cael. Aurel. Tard. 3, 5, 58 Frigidus torpor viſus egelatur, *i. ſoluto nimio* gelu tepeſcit.

EGELATVS, *apud eund.* 4, 3.

EGELĬDOR, āri. [χλιαίνομαι] *Gelu liberari, tepeſcere.* Sidon. Epiſt. 4, 1 Egelidarentur fibrae glaciales.

EGELĬDVS, a, um. Adi. [χλιαρὸς] *Quod gelu amiſit, et iam non eſt calidum neque frigidum, Tepidum. Male* Seruius *pro* Valde frigido *expoſuit.* Virg. Aen. 8, 610 Vt procul egelido ſecretum flumine vidit. *Nam ſemper notat, quod tepidum eſt. Quod ſi quem tamen moueat Seruii auctoritas, ille ſuffragatore forte vti queat* Auſonio Caeſ. 21 Impiger egelido mouet arma Seuerus ab Iſtro. *Sed Illyricum qua alluit Iſter, vnde Seuerus Pertinax arma mouet, non valde frigidus eſt, vt apud Getas. Et pro tepido Idem* Auſon. Epiſt. 2, 4 Egelidae ſtagnantia terga Moſellae laudat, *vbi iucundum frigus, i. teporem, non gelu magnum indicat: et* Epiſt. 24, 97 Egelidae vt tepeant hiemes, rabidosque per aeſtus Aſpirent tenues frigus ſubtile aquilones: *qui locus dubitationem omnem eximit.* Sueton. Aug. c. 82 Vngebatur ſaepius, ſudabat ad flammam: deinde perfundebatur egelida aqua vel ſole multo tepefacta. *Adde* Celſ. 1, 8. 4, 2. *et* 11 *et* 24. Ouid. Am. 2, 11, 10 Quid tibi (me miſerum!) Zephyros Eurumque timebo, Et gelidum Borean, egelidumque notum. *Haec eſt vera lectio, quae etiam cum natura vtriusque venti pulchre conuenit, ex oppoſitis plagis frigida altera, altera tepida ſpirantium. Damnatus ab amicis Ouidii verſus, cuius vitium nec ipſe ignorabat (vid.* Senec. Controu. 2, 10 *extr.) quod in quaeſita vocum ſimilitudine, et inani crepitaculo ineſſe putauerim: cum* egelidus *nihil habeat* terribile, *vt adeo appareat, ſono condonatam eſſe ſententiam. Illud quidem inauditum et nimis durum,* Egelidum *bis ab illo deinceps poſitum contrario intellectu; cum praeſertim exemplum proferri non poſſit, certe prolatum nondum ſit, vnum, in quo* Egelidus *valde gelidum ſignificet, vti nec* Edurus *valde durum notat, ſed qui de duritie aliquid remiſerit. Sic* Eualidus *et* Exalbidus. Tepores egelidi Catull. 44, 1. Columel. 10, 282 Nunc ver egelidum, nunc eſt molliſſimus annus. Celſ. 3, 22 Tum et Vinum, ſi tuſſis non eſt, potui frigidum dandum; ſi vero eſt, egelidum.

EGEO, ui, ēre. [ἀπορέω, ὑστερέομαι] *Aliqua re opus habere, et aegre carere. Tam Genitiuo quam Ablatiuo iungitur.* Cic. de Fin. 2, . . Qui conſumtis patrimoniis egeant. Conſilii *et* Conſilio Idem Fam. 10, 16. *et* Att. 7, 21 (22). *Antiqui cum Accuſ. vſurparunt.* Plaut. Men. 1, 2, 12 Nec quidquam eges. Cat. *apud* Gell. 13, 22 Vitio vertunt, quia multa egeo. At egeo illis, quia nequeunt egere. *In h. l.* egere *videtur ſimpliciter ſignificare non habere, etiam ſine moleſtia et aegritudine.* Auſon. Epiced. in Patr. praef. p. 297 Neque vero nunc patrem laudo, quod ille non eget. Aeris egere Hor. Ep. 1, 6, 39. Cic. de Clar. Orat. 238 C. Macer Auctoritate ſemper eguit. Auxilii Caeſ. B. G. 6, 10. Cic. Fam. 2, 17 Quiduis ſe perpeti malle quam videri eguiſſe auxilio meo. Idem Tuſc. 2, 6 c. 2 Quod ſi haec ſtudia traducta erunt ad noſtros, ne bibliothecis quidem Graecis egebimus. *Et* Att. 7, 21 Egeo conſilii: quod optimum factu videbitur, facies, *vid.* CONSILIVM. Conſolatione Cic. Fam. 5, 16. Eorum qui copiis egent, infinita eſt multiudo Id. Off. 1, 52. Plin. Epiſt. 5, 114 Cui tanto maior Humanitas exhibenda eſt, quanto illa magis eget: homo probus, officioſus, literatus. Plin. Epiſt. 6, 115 Ita hoc ſaepe referebat, praecipere ſolitum ſuſcipiendas eſſe cauſas, aut amicorum, aut deſtitutas, et ad exemplum pertinentes. Cur amicorum? non eget Interpretatione. Cic. de Diuin. 2, 5 Magnificum illud etiam, Romanisque hominibus glorioſum, vt Graecis de philoſophia Literis non egeant. Medicinae Idem Fam. 2, 3. Mentis Ouid. Triſt. 2, 395. Moderamine Idem Met. 2, 67. Monitoris Hor. Epiſt. 1, 18, 67. Cic. de N. D. 2, 143 Quum Oculis ad cernendum non egeremus, vt qui tanquam inuoluti quieſcerent. Officio Ouid. Faſt. 5, 232. Ope Idem Triſt. 1, 2, 66. Plaut. Amph. 2, 2, 187 Saltem tute ſi Pudoris egeas, ſumas mutuum. Martial. 6, 25 Bella velint Martemque ferum, Rationis egentes. Ratione egere *res dicitur.* Cic. de N. D. 2, 115 Quae non modo vt fierent, Ratione eguerunt, ſed intelligi qualia ſint ſine ſumma ratione non poſſunt. Idem Att. 11 Etſi egeo Rebus omnibus. Sapiens eget nulla Re: egere enim neceſſitatis eſt Sen. Ep. 9. Eget ille Senatu, Equitibus Romanis, populo, vrbe, aerario, vectigalibus, cuncta Italia, prouinciis omnibus, exteris nationibus Cic. in Catil. 2, 25. Idem Qu. Frat. 3, 5 Incredibile eſt, mi frater, quam egeam Tempore. Voce Ouid. Faſt. 6, 356. ¶ 2 *Abſolute etiam ponitur:* Plaut. Merc. 5, 4, 60 Et per nos quidem hercle egebit, qui ſuum prodegerit. Cic. pro Roſc. Com. 22 Egebat? immo locuples erat. Plaut. Mil. 3, 1, 43 Quum apud te exemplum experiundi habeas, non eges foris. *i. Non eſt, quod quaeras foris.* Pſeud-Cic. Anteq. iret in exil. 16 Quondam amicorum multorum praeſidio munitus, nunc partim ab inuidis, partim ab inimicis circumuentus eget indigne. *Egenum et inopem eſſe.* Cic. ad Brut. 15 Siquidem etiam Themiſtocli liberi eguerunt. Plaut. Pſeud. 1, 3, 39 Quid agitur Callidore? C. amatur, atque egetur acriter.

EGENS, entis. Partic. [ἐνδεὴς, ἄπορος] *Inepte ſane*, Egens dicitur, *inquit* Feſtus, velut Exgens, cui ne gens quidem ſit reliqua. Ter. Phorm. 2, 2, 10 Egens relicta eſt miſera: ignoratur parens. Cic. de Amicit. 23 Quocirca et abſentes adſunt, et egentes abundant, et imbecilli valent. Egens aeque eſt is, qui non ſatis habet, et is, cui nihil ſatis poteſt eſſe Auct. ad Heren. 4, 25 c. 17. Egentes, inanesque diſcederent Cic. Verr. 2, 25. Quanto plurium cupidior eſt, tanto egentior ſibimet Apul. Doctr. Plat. p. 22. Nihil illo regno ſpoliatius, nihil rege egentius Cic. Att. 6, 1. *Ad eund.* 9, 7 Egeſtates tot egentiſſimorum hominum. Idem pro Sext. 111 Plura quam dicendum fuit in egentiſſimum ganeonem. Egentiſſimus in ſua re eſt, inſolens in aliena Cic. pro Roſc. Amer. 23. Idem Att. 14, 10 Seruique et egentes in tecta noſtra cum facibus immiſſi. *Conſtruitur vt Verbum*, Animo egens Catull. 61, 31. Artis egens Stat. Theb. 6, 673. Ouid. Faſt. 5, 222 *ex perſona Chloridis ſ. Florae*, Prima per immenſas ſparſi noua ſemina terras, Huius egens tellus ante Coloris erat. *Sed hodie legitur*, Vnius tellus ante Coloris erat. Plaut. Bacch. 4, 4, 8 Nequius nihil eſt, quam egens Conſilii ſeruus, niſi habet pectus multipotens. Deliciarum Hor. Carm. 4, 8, 10. Cic. pro Flacc. 35 Quid ergo vnus Aſclepiades, fortuna egens, vita turpis, exiſtimatione damnatus, *etc.* Fructu amoris egens Propert. 3, 20, 30. Frugis egens Ouid. Met. 11, 120. Lucis egens aër Idem Met. 1, 17. Plaut. Rud. 1, 5, 16 Nunc tibi amplectimur genua egentes Opum. Cic. Fam. 6, 22 Nec quid tibi pollicerer, ipſe egens Rebus omnibus, *etc.* reperiebam.

EGĒNVS, a, um. Adi. *Pauper.* Liu. 9, 6 Omnium egeni corpora humi proſtrauerunt. Quid mihi diuitiae, quarum ſi demſeris vſum, Et ſi largus opum, ſemper egenus ero Corn. Gallus v. 181. Lucis egenus Lucret. 3, 1024. Rerum cunctarum egenus Sil. 8, 12. Idem 6, . . Nulla viro ſpecies Decorisque, et frontis egenum Corpus. Colum. 3, 10, 4 Surculus — largioribus ſatiatur alimentis, quam prius, cum eſſet in egeno. *Add.* 4, 31, 1. Plaut. Poen. 1, 1, 2 Saepe ego res multas tibi mandaui Milphio, dubias, egenas, inopioſas conſilii. Idem Capt. 2, 3, 45 Neque me vnquam deſeruiſſe te factis, neque fide, rebus in dubiis, egenis. Virg. Aen. 8, 365 — Et te quoque dignum Finge deo, rebusque veni non aſper egenis. In rebus egenis ſupplex Idem Aen. 6, 91.

EGĒNVLVS, a, um. Adi. Paul. Nolan. Epiſt. 29, 12.

EGESCO, ĕre. Cathol.

EGESTAS, ātis. f. [ἀπορία, ἀχρημοσύνη] *Indigentia.* Sen. Ep. 17 ad fin. Non eſt quod paupertas nos a philoſophia reuocet, ne Egeſtas quidem. *Eſt ergo* Egeſtas *grauius aliquid, cum non ſuperfluis modo caremus, ſed neceſſariis quoque.* Virg. Georg. 1, 146 Labor omnia vincit Improbus, et duris vrgens in rebus egeſtas. Inopia atque egeſtas Cic. in Catil. 2, 25. Idem in Parad. 6 Itaque iſtam paupertatem, vel potius egeſtatem et mendicitatem tuam nunquam obſcure tuliſti. *Nempe* Egeſtas *eſt animi ſibi deeſſe aliquid ſentientis. Et* in Piſon. 24 c. 11 Non capiunt anguſtiae pectoris tui, non recipit leuitas iſta, non egeſtas animi, non infirmitas ingenii ſuſtinet, non inſolentia rerum ſecundarum tantam perſonam, tam grauem, tam ſeueram. Tacit. Hiſt. 4, 35 Nihil aeque exercitus noſtros, quam egeſtas Copiarum fatigabat. Frumenti et aliarum rerum egeſtas Sall. Catil. c. 58. Linguae Lucret. 1, 140. Plin. Epiſt. 4, 17 In deterius quidem accidit hoc: primum imbecillitate ingenii mei: deinde inopia, ac potius egeſtate patrii ſermonis. *Conf.* Lucret. 1, 831. Quanta nobis Verborum paupertas, immo egeſtas ſit Sen. Ep. 58. ¶ 2 *Epitheta et Verba:*

et Verba: Acris Lucret. 3, 65. *vid.* ACER. Crudelis Valer. Argon. 4, 459. Dira Iuuen. Sat. 15, 96. Feralis Claud. Epiſt. 1, 23. Lucan. 3, 152 Non ſibi, ſed Grauis eſt domino quae ſeruit egeſtas. Infelix Claud. in Ruff. 1, 36. Ingenioſa rerum Idem de Rapt. Proſerp. 3, 31. Mortalis Virg. Georg. 3, 319. Procliuis ſceleri Sil. 13, 585. Virg. in Aetna v. 370 Non eſt diuinis tam Sordida rebus egeſtas. Triſtis Sen. Thyeſt. ſ. 3. Turpis Virg. Aen. 6, 276. Afferre egeſtatem Cic. pro S. Roſc. c. 5. Amittere egeſtatem, *vid.* AMITTO. Degere vitam in egeſtate Cic. pro Roſc. Amer. 144 c. 49 *fin.* Idem de Inuent. 1, 88 Si propter inopiam in egeſtate eſtis pecuniam non habetis, *etc.* *Et* Philipp. 14, 10 c. 4 Si vero coloniarum — hoſtis eſt, quid tandem huius cenſetis vrbis quam ille ad explendas egeſtates latrocinii ſui concupiuit. Cic. poſt redit. in Senat. 10 c. 5 Egeſtatem et luxuriam domeſtico lenocinio Suſtentauit. Tentat enim dubiam mentem rationis egeſtas Lucret. 5, 1210. Vrgens egeſtas Virg. Georg. 1, 146. *Plur.* Egeſtates *modo habuimus ex* Cic. Philipp. 14, 10.

EGESTVŌSVS, *et* EGESTŌSVS, a, um. Adi. Aur. Vict. Epit. c. 24. Ambroſ. Serm. 81 p. 380. Auguſtin. Epiſt. 254. Saluian. de Gubern. Dei l. 1 p. 9 Baluz.

EGESTVOSITAS, ātis. f. *Adſcribitur* Plauto.

EGERIA, ae. f. [Ἠγερία Plutarcho] Dea *vel Nympha*, cum *qua* congreſſus nocturnos ſibi eſſe ſimulabat *Numa*: eius ſe monitu, quae acceptiſſima Diis eſſent ſacra inſtituere, ſacerdotes ſuos cuique Deorum praeficere Liu. 1, 19. *Et* 1, 21 Lucus erat, quem medium ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aqua. Quo quia ſe perſaepe Numa ſine arbitris, velut ad congreſſum Deae inferebat, Camenis eum lucum ſacrauit, quod earum ſibi concilia cum coniuge ſua Egeria eſſent. *Hinc occaſio fingendi* Ouidio, Egeriam *Coniugem Numae in fontem ſui nominis, poſt obitum mariti ſui, mutatam*, Met. 15, 547. *Locum hunc et lucum ita deſcribit* Iuuen. 6, 11

Subſtitit ad veteres arcus madidamque Capenam,
Hic vbi nocturnae Numa conſtituebat amicae:
Nunc ſacri fontis nemus et delubra locantur
Iudaeis, quorum cophinus fenumque ſupellex.

Ouid. Faſt. 3, 275 Egeria eſt, quae praebet aquas, Dea grata Camenis, Illa Numae coniux conſiliumque fuit, *etc.* *Ab* egerendo *nomen illius iam arceſſiuit* Varro apud Auguſtin. de C. D. 7, 35 Quod aquam egeſſerit, id eſt, exportauerit, Numa Pompilius, vnde hydromantiam faceret, ideo nympham Egeriam coniugem dicitur habuiſſe. *Huc pertinet* Feſtus, Egeriae nymphae ſacrificabant praegnantes, quod eam putabant facile conceptam aluum egerere. *Dacerius conücit* conceptum aluo. *Sed alterum aeque bene dici puto.* *Quod autem in* Gloſſis Iſidori Egeria *exponitur* noxia: *videtur legendum* Nixia. *Qui ſint* Dii Nixii *vid. ſ. l.* *Ad quantitatem nominis intelligendam etiam facit verſus* Ennii *apud* Varron. de L. L. 6, 3 p. 73, 12 Olli reſpondet ſuauis ſonus Egeriaï.

EGERIVS, i. m. *Demarati ex Arunte nepos, cui, vt ait* Liu. 1, 34 poſt aui mortem in nullam ſortem bonorum nato, ab inopia Egerio inditum nomen.

EGITVRA, ae. f. *Egeſtas.* Tertull. adu. Marc. 4, 24.

EGERMĪNO, āre. [ἐκβλαστέω] *Idem quod Germinare.* Columel. 5, 5 Bipedaneis ſcrobibus malleolus deponitur: qui quum egerminauerit, ad vnam materiam reuocato. Idem 4, 17 Quae infra trunci caput egerminauerint. Sarmentum *ſ.* *ſurculus* egerminat Columel. 4, 29 *ante med.*

EGERMINATVS, *apud* Auguſtin. . . .

EGERMINATIO, *apud* Hieron. . . .

EGĔRO, ſſi, ſtum, ĕre. [ἐκκομίζω, ἐκκρίνω] *Extra gerere, ſiue portare.* Columel. 2, 15, 1 Auium primum habetur ſtercus, quod ex columbariis egeritur. Cato c. 37, 3 Stercus egerito. Plin. 2, 106 *de monte Aethiopiae*, Torrentes ſolis ardoribus flammas egerit. *Haec in fine: ſed in princ.* Egeſtum cinerem pruinis operiens *de Aetna.* Aquam egerit fons Idem Epiſt. 5, 6, 37. *Et* Epiſt. 8, 20 Idem lacus in flumen egeritur. Cenſum in exequias Quinctil. Declam. 5, 17. *De profuſis ſumtibus, vid. Burm.* Ouid. Met. 6, 664 Et modo ſi poſſet, reſerato pectore diras Egerere inde dapes, emerſaque viſcera geſtit. Dies egeritur querelis et queſtu Valer. Argon. 8, 454. *h. e.* *Tranſigitur, exigitur.* Dolor egeritur Ouid. Triſt. 4, 3, 38. Fimum cibi ventris Solin. c. 40 *al.* 53. *i. alui excrementa reddere.* Lucan. 3, 166

Tunc Orientis opes, captorumque vltima regum
Quae Pompeianis praelata eſt Gaza triumphis,
Egeritur.

Stat. Silu. 4, 4, 79 Fractas vbi Veſbius egerit Iras Aemula Trinacriis voluens incendia flammis. Praedam egerere ex hoſtium tectis Liu. 6, 3. Puerperia egeſta vno abortu XII Plin. 7, 11. Sermones, *pro Diſponere.* Sen. Epiſt. 67 Multi nobis ſermones fuerunt, quos ſubinde egeram, et ad te permittam. Egeſſitque auidis Dorica caſtra rogis Propert. 4, 6, 34. *de Apolline peſtilentiam immittente Graecis.*

EGESTVS, a, um. Part. [ἐκκομισθεὶς] Columel. 2, 2 Sed et ſi velis ſcrobibus egeſtam humum recondere, *etc.* Tellus egeſta ſcrobibus Ouid. Met. 7, 243. Stat. Theb. 1, 37 Egeſtas alternis mortibus vrbes.

EGESTVS, ūs. m. [ἔκκρισις] Alto egeſtu penitus cauare terras Stat. Silu. 4, 3, 43. Sen. Nat. Quaeſt. 3, 30 Quemadmodum corpora noſtra ad egeſtum venter exhaurit, *etc.*

EGESTIO, ōnis. f. [ἐκκόμισις] Plin. Epiſt. 8, 6 Hoc tunc votum Senatus, hoc praecipuum gaudium populi, haec liberalitatis materia gratiſſima, ſi Pallantis facultates adiuuare publicarum opum egeſtione contingeret.

EGERIES, ēi. f. Solinus c. 43 *de Bonaſo*, Quum in fugam vertitur, proluuie citi ventris fimum egerit per longitudinem trium iugerum: cuius ardor quidquid attigerit, adurit: ita egerie noxia ſummouet inſequentes.

EGERSIMON, i. n. *Excitatorium* Mart. Capell. 9 p. 308.

EGESTA, ae. f. [Ἔγεστα] *Ciuitas in Sicilia, quam Aeneas condidit.* Haec nunc Segeſta dicitur, praepoſita ei litera ſ, ne obſceno appellaretur nomine. *Ita* Feſtus. *Scribitur etiam* Aegeſta, Αἴγεστα. *it.* Aceſta. *Sed Latini* Segeſta *fere, vbi vid.*

EGESTA, ae. f. [Ἔγεστα] Filia Hippotae Troiani, quam, ne marinae beluae ob periuria Laomedontis ſecundum Apollinis reſponſa traderetur, pater impoſitam nauiculae miſit quo fors tuliſſet: quae tandem ad Siciliam delata, a Criniſo fluuio in canem conuerſo compreſſa, Aceſten edidit. *Vid.* Seru. *in* Aen. 1, 550. *Sed variant libri.*

EGESTAS, *vid.* EGEO.

E G I — E G O

EGIGNO, *Effero, produco.* Lucret. 2, 702 Egigni ramos viuo corpore, *i. enaſci.*

EGLECOPALA, ae. f. *Verbum Celticum.* Plin. 17, 8 Columbinam terram Galliae ſuo nomine Eglecopalam appellant.

EGNATIVS, a, um. Adi. *Gentis Romanae nomen, e qua v. g.* Cic. pro Cluent. 135. Cn. Egnatius a Cenſoribus Senatu motus. *Sed antiquior longe* ¶ 2 Egnatius Mecennius *an* Metennius *apud* Plin. 14, 13 *qui vxorem*, quod vinum bibiſſet e dolio, *interfecit, quumque* caedis *poſtularetur*, a Romulo eſt abſolutus. ¶ 3 Egnatia *Salentinum oppidum forte nomen genti dedit, vbi narrabant* impoſito ligno in ſaxum quoddam ibi ſacrum, protinus flammam exſiſtere. GNATIA *vocatur* Horat. Sat. 1, 5, 97

— — Dehinc Gnatia lymphis
Iratis exſtructa dedit riſusque iocosque:
Dum flamma ſine, tura liqueſcere limine ſacro
Perſuadere cupit. Credat Iudaeus Apella
Non ego.

EGNATVLEIVS, i. m. *Hinc forte ductum nomen familiae, e qua v. g.* Lucius, de quo Cic. Philipp. 3, 6 L. Egnatuleius Quaeſtor, cum quarta legione ab Antonio ad Octauium defecit.

EGO, mei, mihi, me, a me. [ἐγώ, ἐγὼν] *Pron. tractum a Graecis.* Ego quid velim Ter. Eun. 1, 2, 111. Non ego te vidi? Virg. Ecl. 3, 17. Ter. Andr. 1, 1, 8 Ego poſtquam te emi a paruulo, *etc.* Cic. Fam. 1, . . Ego ab omni officio ac potius, *etc.* Semper grauis eſt inceptio orationis (*inquit* Donatus) quae exordium ſumit a pronomine Ego. *Emphatice apud Poëtas.* Vidi ego cum geminas Sil. 2, 340. *Vid. Drakenb. ad loc. et Brouckh. ad* Tib. 1, 4, 29. Ego ſum Aeſchinus, aperite Ter. Adel. 4, 4, 24. Dico ego mihi inſidias fieri? Idem Eun. 3, 3, 26. Sed quid ego? cur me excrucio? Id. Andr. 5, 3, 15. Nunc ego et illam ſceleſtam eſſe, *etc.* Ter. Eun. 1, 1, 25. Volo ego adeſſe hic aduocatos nobis, *etc.* Idem Eun. 4, 6, 27. Et quidem ego Id. Andr. 5, 6, 3. Quis igitur eum ab illa abſtraxit, niſi ego? Ter. Andr. 3, 2, 38. Immo ego te obſecro Idem Eun. 3, 5, 14. Ego vero, *in reſponſionibus aſſeuerantis eſt.* Cic. Att. 11, 7 Quod te excuſas: ego vero et tuas cauſas noſco: et mea intereſſe puto, te iſtic eſſe. Ibid. Quod rogas, vt in bonam partem accipiam, ſi qua ſint in tuis literis, quae me mordeant: ego vero in optimam. In cognoſcendo tute hic aderis Chaerea. C. Ego vero maneo Ter. Eun. 5, 2, 55. Idem Andr. 1, 2, 13 SIMO, Hoccine agis an non? DA. Ego vero iſtuc, *intell. ago.* ¶ 2 *Obſeruatt.* Ego, tu: *Diſcretiue.* Ter. Andr. 5, 6, 4 More hominum euenit, vt quod ſim nactus mali, prius reſciſceres tu, quam ego, quod tibi euenit boni. Ego faxim, *et* ego faciam: *pro Fiet, eueniet.* Plaut. Capt. prol. 65 Si erit, ego faciam, vt pugnam inſpectet non bonam. *Et in* Aul. 3, 5, 21 Hoc ſi ita fiat — Ego faxim muli pretio, qui ſuperant equos, ſient viliores Gallicis canteriis. *Similis fere ratio, vbi iudicium ſuum interponit, qui narrat.* Salluſt. in prooem. Catil. Sed multi mortales dediti ventri atque ſomno, indocti, incultique, vitam ſicuti peregrinantes tranſegere. Quibus profecto contra naturam corpus voluptati, anima oneri fuit. Eorum ego vitam moremque iuxta aeſtimo. *Quaſi dicat, Haec eſt mea ſententia.* Ego alter: Me ipſum accuſo, deinde te quaſi me alterum Cic. Att. 3, 15. Fam. 7, 5, 1 Vide quam mihi perſuaſerim, te me eſſe alterum *etc.* Ego ille, *vid.* ILLE. Ego ſum ille Conſul, cui, *etc.* Cic. in Catil. 4, 2. Idem in Catil. 1, 7 Dixī ego idem in Senatu, caedem te optimatum contuliſſe in ante V diem Calend. Nouemb. *Et* pro Sulla 20 Atque idem ego neque P. Sullam ſupplicem ferre, *etc.* potui. Egŏmet: Plaut. Merc. 5, 2, 11 Egomet mihi comes, clauator, *etc.* Idem Moſtell. 2, 1, 20 Egomet inquam vidi. Ter. Adel. 4, 3, 13 Egomet narrabo, quae mihi dixti. Cic. Verr. 5, 44 Eam nauem nuper egomet vidi Veliae. Vidi egomet Virg. Aen. 3, 623. Egomet iam hic ero Plaut. Stich. 1, 2, 10. Egomet mecum cogitare, *etc.* Plaut. Aul. 2, 8, 9. Egomet, memet verberaui Idem Amph. 2, 1, 60. Egomet ſum hic: animus domi eſt Id. Aul. 2, 2, 4. Egomet, *pro Solus.* Plaut. Amph. 3, 2, 49 Ibo egomet, comitem mihi pudicitiam duxero. Idem Poen. 1, 3, 33 Si nequeo facere vt abeas, egomet abire volo. Cic. Verr. 5, . . Statui egomet mihi tum modum orationi meae. Egomet quoque eius cauſa in funus prodeo Ter. Andr. 1, 1, 88. Egone? Ter. Eun. 5, 8, 1 Quid coeptas Thraſo? T. egone, vt Thaidi me dedam, *etc.* Egone debacchatus ſum in te, an tu in me? Ter. Adel. 2, 1, 31. Idem Eun. 1, 2, 111 Num quid vis aliud? PH. egone quid velim? Egone illam? quae me? quae illum? Id. Eun. 1, 1, 20. Egone iſtuc dixi vnquam? N. ita Plaut. Bacch. 4, 7, 8. Egone feram? Idem Curc. 1, 1, 10. Egone, egone? *Conduplicatum aliquid habet venuſtatis in interrogando.* Plaut. Poen. 1, 3, 19 Meum eſt iſtuc magis officium, quam tuum. A. egone, egone? ſi iſtuc lepide faxis, *etc.* Non te miſeret mei Ter. Andr. 5, 2, 28. Faciam, mei ſemper memineris Idem Eun. 4, 7, 31. Mihi pulchra fatis eſt Plaut. Stich. 4, 1, 4. Mihi ſum: Plaut. Moſtel. 4, 2, 4 Mihi moleſtus ne ſis. TR. vide vt faſtidit ſimia. D. mihi ſum, ſic ſum. Mihi tu dederis pallam? *Admiratiue, et negatiue ſimul.* Plaut. Men. 4, 3, 9 Mihi tu dederis pallam et ſpinter? nunquam factum reperies. Idem Capt. . . . Eſurire mihi videre. R. mihi quidem eſurio, non tibi. Mi *pro* mihi Varro R. R. 2, 5. Lucret. 3, 106 Mihi *abundat.* Ad illa mihi quisque attendat animum Liu. praef. Mihine? Ter. Andr. 5, 2, 8 Quid iſtic tibi negotii eſt? C. mihine? S. ita. C. mihine? S. tibi ergo. Ibid. 3, 1, 19 Quid credas? quaſi non tibi renuntiata ſint haec ſic fore. S. mihine quisquam? Mihimet: Plaut. Amph. 2, 1, 50 Neque, ita me dii ament, credebam primo mihimet Soſiae. Mihimet ipſi Cic. Mihipte Cato *ap.* Feſt. Me viuo: Plaut. Stich. 1, 2, 75 Voſne ego patiar cum mendicis nuptas me viuo viris? Me vide: Idem Trin. 3, 3, 79 Nihil de ſigno quod vereare, me vide. *Add.* Ter. Andr. 2, 2, 13. Plaut. Merc. 5, 4, 53. Me ſpectes Plaut. Aſin. 3, 3, 70. Me miſeram, *Blandimentum mulierum, cum exclamatione quadam.* Ter. Andr. 4, 5, 49. *et* Adel. 3, 2, 7 Me miſeram, quidnam eſt quod ſic video timidum et properantem Getam? Mene quaeris? S. verum Ter. Adel. 4, 2, 4. Neque domum vnquam ad me literas mittam Cic. Fam. 3, 8 *extr.* Graeu. *vid.* AD TE *ſub* TV. A me argentum dedi Plaut. Trin. 1, 2, 145. *i. de meo.* *Conf.* Idem Pſeud. 2, 4, 45. *Ante Infinitiuum* Me *ſaepe omittitur.* *Vid. Cort. ad* Sall. Iug. 4, 2. ME, MECVM, MEVS, MI, MIHI, NOS, *vid. ſuis locis.*

EGRANATVS, a, um. Adi. Caricae egranatae Plin. Valer. 3, 14. *i. granis priuatae.*

EGREDIOR, ĕdi. Dep. [ἐκβαίνω, ἔξειμι] *Ab* Ex *et* Gradior *compoſitum: et ſignificat Exire.* Ter. Andr. 5, 2, 2 Vnde egreditur? Egreditur ab ea, *i. De domo eius* Ter. Andr. 1, 3, 21. Egredi ex caſtris Caeſ. Bell. Ciu. 1, 81. E portu egredi Cic. Att. 6, 8. Idem Fam. 15, 2 Erat enim magna ſuſpicio, Parthos, ſi ex Syria egredi, atque irrumpere in meam prouinciam conarentur, *etc.* Extra fines et terminos egredi Cic. pro Quint. 35 c. 10. Ibid. 36 Extra cancellos egredi. Extra vallum egredi nemo auſus Nep. Han. 5. Extra munimenta Liu. 10, 11. 25, 40. 34, 13. Extra praeſcriptum egredi Quinctil. 1, 1. Egreditur ſubito Ter. Eun. 4, 2, 14. Cic. Att. 13, 16 Quo facilius ſuſtentari nos poſſemus, pedem e villa adhuc egreſſi non ſumus. Egredi obuiam alicui Liu. 1, . . *Et* 23, . . Cic. pro Ligar. 4 Domo eſt egreſſus non modo nullum ad bellum, ſed ne ad minimam quidem ſuſpicionem belli. Porta egreſſus Cic. Tuſc. 1, 13. Tectis egredi Ouid. Met. 11, 182. Cic. in Catil. 2, 2 Ipſum egredientem vrbe proſequuti ſumus. Ter. Phorm. 4, 5, 8 Dicat eam dare nos Phormioni nuptum. *Et paullo poſt*, Nos noſtro officio nihil egreſſos eſſe. Egredi contra ius faſque profeſſionis 199. *i. exorbitare* Scribon. Larg. Cic. de Clar. Orat. 82 c. 21 Vt egrederetur a propoſito ornandi cauſa, vt delectaret animos, vt permoueret, vt augeret rem, vt miſerationibus, vt communibus locis vteretur. Egrederetur, *i. Digrederetur: quo verbo* Cicero *frequenter vtitur.* Sed vt eo reuertar, vnde ſum egreſſus Quinct. 2, 4. *Cum Accuſatiuo:* Tacit. Hiſt. 4, 51 Tanquam terminos aetatis, et conceſſa filio egrederetur. *Atque ita* Plin. Epiſt. 7 vlt. *Abſolute etiam ſaepe inuenitur ſenſu nautico.* Caeſ. B. G. 4, 23 Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum, *etc.* *Plene* Cic. in Vatin. 12 Egredi e naui. Egreſſi nauibus Iuſtin. 2, 8, 3.

EGREDIENS, entis. Partic. [ἐκβαίνων] Cic. de Aruſp. Reſp. 2 Quum egredientem inſequi coepiſſem. *Et* Catil. 2, 2 Ipſum egredientem vrbe proſequuti ſumus. Ter. Heaut. 1, 2, 8.

EGRESSVS, a, um. Partic. [ἐκβεβηκώς] *Vt*, Rates egreſſae Ouid. Triſt. 1, 9, 6. Sexum egreſſa Tacit. Ann. 16, 10. *Et* Quinctil. 5, 10, 96 Iuuenes nondum ſcholam egreſſi. Nauibus egreſſi Iuſtin. 2, 8, 3. *Conf.* Nep. 14, 4, 4. Via egreſſa Propert. 1, 20, 18. Gens raro egreſſa fines ſuos Sall. *ap.* Seru. Fragm. c. 10. Virtus egreſſa modum Stat. Theb. 10, 828. Tecta altitudinem moenium egreſſa Tacit. Hiſt. 3, 30, 4. Cum Senatum egreſſum vidi ad complectendum conſeruatorem ſuum Cic. in Piſon. 52. An tu egreſſus porta Capena Cic. Tuſc. 1, 13.

EGRESSVS, ûs. m. [ἔκβασις] Cic. in Piſon. 31 c. 13 *de profectione in prouinciam*, Itaque credo, ſi minus frequentia ſua veſtrum egreſſum ornando atque celebrando. Egreſſus, *pro exſcenſu e naui* Caeſ. B. G. 5, 8. *Metaph. de oratoria vel hiſtorica Digreſſione, aut Parecbaſi.* Tacit. Ann. 4, . . Annales noſtros cum ſcriptura eorum contenderit *(i. contulerit)* qui veteres Populi Romani res compoſuere. Ingentia illi bella, expugnationes vrbium, fuſos captoſque reges, aut diſcordias Conſulum aduerſus Tribunos, agrarias frumentariaſque leges, plebis et optimatium certamina libero egreſſu memorabant. Nobis in arcto et inglorius labor. Quinctil. 4, 3 Parecbaſin Graeci vocant, Latini egreſſum, vel egreſſionem. *Add.* 3, 9. Adhaereſcere egreſſibus Tac. Ann. 11, 12, 5. *i. egredientem comitari.* Dare egreſſus Ouid. de Arte Am. 2, . . Tentare egreſſus Sen. Agam. f. 10. Rarus egreſſu Caeſar, domo, aut hortis clauſus, ad ludicra Circi ventitabat Tacit. Ann. 15, 53, 1.

EGRESSIO, ōnis. f. [Ἔξοδος Vet. Gloſſ.] *Idem quod Egreſſus maxime apud* Vulg. Interpr. S. Scr. *Add.* Nouat. de Trin. c. 13.

EGREGIVS, a, um. Adi. [ἔξοχος, ἐλλόγιμος, ὑπέροχος] *Excellens:* quaſi Ex toto grege electus, *inquit* Feſtus *cum* Donato in Hec. 1, 1, 9. Egregius iuuenis Plin. Epiſt. 10, 38. *De vario vocis vſu vid.* Barth. *ad* Stat. Theb. 2 p. 344. In bellica laude egregius Cic. de Clar. Or. 84. In procuratione ciuitatis egregius Idem de Orat. 1, 215. Linguae egregius Sil. 5, . . *de Coruino.* Animae egregiae Virg. Aen. 11, 24. Anthor Virg. Aen. 10, 778. Color egregius, integra valetudo Cic. de Fin. 2, 64 c. 20. Corpus Hor. Serm. 1, 6, 67. Decus Sil. 4, . . Domus Hor. Serm. 2, 3, 24. Exercitatio Cic. de Fin. 3, . . Facies egregiae Lucret. 5, 1169. Facinus audere Liu. 8, 24. Forma, *i. Formoſa et elegans* Ter. Andr. 1, 1, 45. Gens Virg. Aen. 1, 445. Cic. de Orat. 1, 131 c. 29 In vobis egregiam quandam ac praeclaram indolem ad dicendum eſſe cognoui. Labor Sen. Troad. 1, 2. Laudem referre Virg. Aen. 4, 93. Memoria Tacit. Ann. 4, 12. Operam dare alicui Cic. Att. 4, 3. Opus magnum et egregium Cic. de N. D. 1, 101, c. 36. Os Virg. Aen. 4, 150. Pax Claud. in Nupt. Hon. 333. Progenies Virg. Aen. 7, 258. Saporis egregii oleum Columel. 5, 8. Vir egregius, et indulgentia tua dignus Plin. 10, 52. Virtutes Catul. in Argon. 62, 348. ¶ 2 *Compar.* Lucret. 4, 468 Nam nihil egregius quam res ſecernere apertas A dubiis. *quaſi eſſet ab* Egrex. *Sed etiam* Iuuenal. 11, 12 Egregius coenat meliuſque miſerrimus horum. *Superl. apud* Gell. 14, 5 *iocabundus*, O egregie Grammatice, vel, ſi id mauis, egregiiſſime. *Tractat ibi quaeſtionem, vtrum in Caſu Vocatiuo Vir egregi, dicendum ſit, an vir egregie: quam recte in poſteriorem ſententiam dirimit. Caeterum* Mulier egregiiſſima forma *ex* Pacuuio *laudatur* Priſcian. 3 p. 600 *extr.* ¶ 3 Egregium publicum, *peculiari vſu, eſt Decus vel Bonum publicum.* Tacit. Ann. 3, 70 Capito inſignitior fama fuit, quod humani diuinique iuris ſciens, egregium publicum, et bonas domi artes dehoneſtauiſſet. *Vid. Colerum ad loc. Pet. Fab. Semeſtr.* 20, 12. *et* Sulp. Seuer. Hiſt. Sacr. 2 *fin.* Egregia, *Subſtantiue, pro Virtutibus.* Tacit. Ann. 14, 60 Poſtquam cuncta ſcelerum ſuorum pro egregiis accipi videt. ¶ 4 Conſtantinus M. l. 1 Cod. Th. de honorariis codicillis *mentionem facit* Egregiorum ordinis et loci, *quem videlicet ipſe conſtituit*, Perfectiſſimorum *dignitate inferiorem: alias leges, vnius omnes edicti partes, citat Iac. Gothofr. ad h. l. et monet eo alluſiſſe* Lactant. 5, 14 Nemo denique egregius, niſi qui bonus et innocens fuerit; nemo Clariſſimus, niſi qui opera miſericordiae largiter fecerit; nemo Perfectiſſimus, niſi qui omnes gradus virtutis impleuerit. *Idem Gothofredus monet, nihil huc pertinere illud* Caſſiod. Var. 1, 4, *vbi de* Tribuni et Notarii *dignitate ſuo patri collata ſub Valentin. III*, Honor, *inquit*, qui tum dabatur egregiis, *quod ipſe mox declarat*, in quibus reprehenſionis vitium nequeat inueniri.

EGREGIE. Adu. [ἐξόχως] Plin. in Paneg. 61 Egregie Caeſar, quod lacrimas parentum vectigales eſſe non pateris. *Quaſi dicat*, Pauci *ſic facerent.* Ter. Andr. 1, 1, 31 Horum ille nihil egregie praeter caetera ſtudebat. *Vbi* Donatus, Hic Egregie, Valde, nimis, ſignificat. Non eſt ergo ad laudem poſitum, haec inquit, vt caetera ſimiliter ſtudebat. Egregie cara Ter. Andr. 1, 5, 38. Cic. Fam. 15, 14 Sed tamen quod ab eo egregie diligi ſenſi, multo amicior ei ſum factus. Egregie Cordatus homo Catus Aeliu' Sextus Cic. de Orat. 1, 198 c. 45. Fidelis Cic. Q. Fratr. 1, 14. *Add.* ib. 1, 6. Fortis et bonus Imperator Cic. de Orat. 2, 268. Idem Att. 2, 22 Quod egregie non modo iis, qui vtuntur opera, ſed etiam in vulgus Gratum ſentimus. Factum Hor. Serm. 2, 5, 106. Egregie facta Ferramenta Cic. Verr. 4, . . Geſtae res Perſ. 6, 49. Inſtructa et armata claſſis Liu. 2, 6. Cic. de Fin. 2 c. 6 Quum vterque Graece egregie loquatur. Munitum oppidum Caeſ. B. G. 2, 29. Natus ad miſeriam Ter. Heaut. 3, 1, 11. Cic. de Clar. Orat. 257 Praeſertim quum pauci pingere egregie poſſint, aut fingere. Cic. Att. 14, 22 Dolabellam valde placere tibi video, mihi quidem egregie. Subtilis ſcriptor atque elegans Cic. de Clar. Orat. 35.

EGREGIĀTVS, ûs. m. *Dignitas* Egregiorum, *de quibus modo dictum n.* 2. *Vid.* l. 3 C. Th. de Cohortal. princ. cornicular. *Add.* Du Freſne Gloſſ. Guther. de Offic. Dom. Aug. 1, 4.

EGREX, ĕgis. Adi. Eximius Iſidor. Gloſſ.

EGRESSVS, *vid.* EGREDIOR.

EGRETVS, *et* Adgretus, *ait* Feſtus, ex Graeco ſunt ducta, a ſurgendo et proficiſcendo: Vnde et Nyctegreſia, quaſi Noctiſurgium. *Ex* ἐγρέσθαι *poteſt formari* ἐγρετὸς, *ſicut retracto accentu* νήγρετος *et* ἀνήγρετος, *quod apud Homerum ſomni grauis epitheton eſt, a quo non, vel difficulter excitantur homines. Hinc explicantur* Nyctegreſia *ſatis commode. Sed* Adgretus *et* proficiſcendo *quid ſibi velint, mihi quidem non liquet.*

E G V

EGVLA, ae. f. *Genus ſulphuris, lanis ſuffitu mollitiem candoremque inducens.* Plin. 35, 15 ſ. 50 Tertio quoque generi vnus tantum eſt vſus ad ſuffiendas lanas, quoniam candorem tantum mollitiemque confert. Egula vocatur hoc genus.

EGVRGĬTO, *vel* EXGVRGITO, āre. [ἀπαρύομαι] *Significat Exhaurio.* Plaut. Epid. 4, 2, 12 Atque argentum egurgitem domo prorſus. *Sic explicat* Nonius 2, 265: *et ſatis indicat res ipſa, ſermonem eſſe de expenſis non neceſſariis.*

EGVRGITATIO, ōnis. f. *Apud* Auguſtin. *eſſe aiunt.*

EGVRGITATOR, ōris. m. *Apud* Hieron.

E H E

EHEM. [ἆ] *Interiectio eſt eius, qui commotus ſit noua re aliqua.* Ter. Adel. 3, 3, 19 Ehem, Demea, haud adſpexeram te: quid agitur? Idem Eun. 1, 2, 6 Quis hic loquitur? ehem, tune eras hic mi Phaedria?

EHEV. [ἰώ] *Lamentantis, et lacrimantis interiectio.* Ter. Heaut. 1, 1, 31 Quaeſo quid de te tantum meruiſti? M. eheu. C. ne lacruma! atque iſtuc quidquid eſt, fac me vt ſciam. Eheu conditionem huius temporis Cic. anteq. iret in exil. 30. Eheu quid volui miſero mihi Virg. Ecl. 2, 58.

EHO. Interiectio et geſticulatio quaedam ſecretiora quaerentis, et ponentis autem propiorem Donatus *ad illud* Ter. Hec. 2, 2, 25 Quae res te facere id prohibet? eho, numquidnam accuſat virum? *Eſt etiam* Eho, *Conturbatae mentis interiectio.* Idem Andr. 4, 5, 41 D. coactus legibus eam vxorem ducet. M. eho obſecro, an non ciuis eſt? *Et* Heaut. 3, 3, 22 Nonne accedam ad illos? C. eho quaeſo vna accedundi via eſt. *Item Animaduerſionem in ſe poſcentis, aut repente cernentis:* Ter. Andr. 4, 5, 9 Eho Myſis, puer hic vnde eſt? quiſue huc attulit? *Admirantis:* Idem Andr. 3, 2, 20 Eho an tute intellexti hoc aſſimulari? Ibid. 5, 4, 49 Propero ad filiam. eho mecum Crito. *Hic admiratio eſt intentionis ad id, quod dicturi ſumus. Interrogantis:* Ter. Heaut. 3, 2, 26 Eho quaeſo, laudas qui heros fallunt? *Intentionem audientis expoſcens:* Idem Andr. 4, 1, 42 Eho, dic mihi, ſi omnes coniectum hunc in nuptias Inimici vellent, quod niſi hoc conſilium, darent? *Vocantis:* Plaut. Moſtell. 3, 2, 155 Eho, iſtum puer circumduce haſce aedeis, et conclauia. Eho tu impudens Ter. Andr. 4, 2, 27. Idem Eun. 4, 4, 24 Eho tu num ego te? Eho, tu Glycerium hinc ciuem eſſe ais? Id. Andr. 5, 4, 5. Eho tu, Eho tu, *quid ais?* Plaut. Merc. 1, 2, 77. *In omnibus videtur illa generalis notio ineſſe reſponſum petentis cum quodam ſtudio et vehementia.*

EHODVM, *Similiter interiectio vocantis et ſimul quaerentis vt reſpondeatur vel aliquid aliud fiat.* Ter. Andr. 1, 2, 3 Daue? D. hem, quid eſt? S. ehodum ad me. *i. O veni ad me.* Ehodum, bone vir Ter. Andr. 3, 5, 10. *Vid.* Donat. Ehodum, dic mihi Idem Andr. 2, 1, 24. *Hic*, Dic mihi, *exprimitur, quod intelligitur ſuperioribus exemplis.*

E I *et* E I A

EĪ, *Datiuus ab* Is, ea, id, *vbi vid.*

EIA. [εἶα] *Aduerbium eſt ſ. Interiectio potius, blandam, certe ironicam reprehenſionem fere ſignificans.* Ter. Eun. 5, 9, (8) 35 Periſti. G. eia, haud ſic decet. Idem Hec. 2, 2, 8 Nunc video in illarum poteſtate eſſe te. P. eia vero. Eia, ne: Ter. Phorm. 3, 2, 23 Eia, ne parum leno ſies, num quid hic confecit? Eia, vt: Ter. Heaut. 5, 5, 19 Non poſſum pater. CH. eia vt elegans eſt. Plaut. Merc. 5, 4, 38 Pergin' tu autem eia ſuperbe inueherier? Idem Amph. 3, 2, 19 Inimicos auſa ſum ſemper obtuerier. L. eia autem inimicos? *Et* Perſ. . . . At pol multi eſſe ita ſciunt. P. eia. S. eia. *In principio poſitum hortantis eſt.* Plaut. Epid. 2, 2, 77 Eia vero age dic. Plin. Epiſt. 4, 29 Eia tu, quum proxime res agentur, *etc.* Eia age rumpe moras, quo te ſpectabimus vſque? Virg. Aen. 4, 569.

EIACVLOR, ări. Dep. [ἐξακοντίζω] *vel* EIACVLO, Actiu. *Idem quod Longe vel Eminus iaculari.* Plin. 37, 9 Species et colores arcus caeleſtis in proximos parietes eiaculatur. Gell. 16, 19 Se in ſalum eiaculauerat. In altum eiaculatus Ouid. Met. 6, 259. Repentinas eiaculatus aquas Idem Faſt. 1, 270. Fiſtula aquas eiaculatur Id. Met. 4, 124. Eiaculari, Paſſiue, *apud* Scribon. 84.

EIACVLATIO, ōnis. f. Veget. . . .

EIACVLATOR, ōris. m. *Idem.*

EIECTAMENTVM, EIECTIO, EIECTICIVS, EIECTO. *Vid.* EIICIO.

EIĔRO, āre. [ἐξόμνυμι] *Iure iurando interpoſito aliquid deprecari, vel negare adeo.* Cic. de Orat. 2, 185 c. 70 Placet etiam mihi illud Scipionis, illius, qui T. Gracchum perculit, quum et M. Flaccus multis probris obiectis P. Mutium iudicem tuliſſet, Eiero, inquit, iniquus eſt. quum eſſet admurmuratum, Ah, inquit, P. C. non ego mihi illum iniquum eiero, verum omnibus. Tu ſi diaboli pompam eieraſti Tertull. de Idolol. c. 18. *Add.* Id. de Spect. c. 24. *Nempe idem plane eſt quod* EIVRO, *de quo ſ. l.*

EIERATIO, ōnis. f. Tertull. de Spectac. c. 4.

EIERATOR. ICt. in Dig.

EIĬCIO, ĕci, ĕre. [ἐκβάλλω, ἐξελάω] *Proprie eſt Expellere, et quaſi Extra iacere.* Eiicere ſordida Scribon. 114. *i. per aluum excernere.* Veluti eiicere vitium 229. Cic. Fam. 14, 3 Eiicere nos magnum fuit, excludere facile eſt. *Nempe Eiicere, eum qui intus fuit expellere, excludere non admittere intrare volentem.* Ouid. Triſt. 5, 6, 13 Turpius eiicitur, quam non admittitur hoſpes. Cic. pro Milon. 102 Haec tanta virtus ex hac vrbe expelletur, exterminabitur, eiicietur? *Contraria:* Idem pro Milon. 101 c. 37 Memoriam Milonis retinebitis? ipſum eiicietis, et erit dignior locus, *etc.* Eiicere foras Ter. Adel. 1, 2, 29. Lucret. 4, 915 *et* 920. Eiicere foras aedibus Plaut. Aſin. 1, 2, 1. Ter. Eun. 2, 2, 45 Hoc nunc dices, eiectos hinc nos. omnium rerum heus viciſſitudo eſt. Cic. de Senect. 42 Inuitus quidem feci, vt fortiſſimi viri T. Flaminii fratrem C. Flaminium e Senatu eiicerem. Idem pro Cluent. 119 c. 42 C. Getam cum a Cenſoribus ex Senatu eiectus eſſet, Cenſorem ipſum poſtea eſſe factum. Eiicere aliquem a ſuis diis penatibus Cic. pro Quint. 62. In exilium Idem in Parad. 4 *extr.* *Et ſimpliciter* Eiicere *eadem ſententia* pro Domo c. 25 *et* 32 *etc.* Arenae in litus eiectae Ouid. Met. 11, 615. Cic. de Orat. 2, 234 Atqui, inquit Iulius, non nimium liberale hoſpitium meum dices: nam te in viam, ſimul ac perpaullulum guſtaris, extrudam et eiiciam. Eiicere nauem in terram Caeſ. B. C. 3, 28. Eiicere de naui nauigantem in alto Cic. Off. 3 c. 23. De collegio Cic. Ratis eiecta Ouid. Epiſt. 7, 172. Eiicere ſe in agros Liu. 6, . . Cic. Verr. 5, 91 c. 35 Iam ſeſe in terram e naui eiecerat. Plin. Epiſt. 8, 17 *de Aniene*, Impulit tecta, ac ſe ſuper ruinas eiecit atque extulit Liu. 28, . . Frequentes ex oppido ſeſe eiecerant. *Add.* Caeſ. B. G. 5, 15. Se eiicere, ſuosque ſecum educere Cic. in Catil. 1, 30. Vocem eiicere, *vid.* ELICIO. Eiectus e mari Plaut. Rud. 2, 7, 4. Eiectus in deſertum litus Sen. Epiſt. 9. Eiectus apud Andrum naui fracta, *i. Naufragium paſſus eſt* Ter. Andr. 5, 4, 21. *Conf.* Ib. 1, 3, 17. Eiicere animum patris de aliquo Ter. Heaut. 5, 2, 2. Eiicere ex animo amorem inſitum Cic. pro Roſc. Amer. 53 c. 19. Ter. Eun. 2, 1, 16 Eiiciunda hercle haec mollities animi, nimis me indulgeo. Eiicere ex animis memoriam alicuius Liu. 28, . . Cic. de Orat. 1, 146 c. 32 Sic eſſe non eloquentiam ex artificio, ſed artificium ex eloquentia natum: quod tamen non eiicio, *i. reiicio, contemno. Et* 2, 102 c. 24 Vbi plus mali quam boni reperio, id totum abiudico atque eiicio. *Ad theatra videtur pertinere, vt* Exigo, *de quo ſ. l. Sic* Cic. de Orat. 3 c. 50 *extr.* Theatra tota reclamant. — Vt a multitudine — etiam ipſi ſibi ſinguli diſcrepantes eiiciantur. *Itaque fruſtra* pro Cluent. c. 31 Exploſum et eiectum *in* reiectum *mutari iubet Graeuius.* Eiiciam ex eis crepitum polentarium Plaut. Curc. 2, 3, 16. *Minatur philoſophis pugnos in ventrem ſe ingeſturum.*

¶ 2 *Obſeruori merentur iſta. De partu violento adhibetur,* Si vero infans intus deceſſit, quo facilius eiiciatur *etc.* Celſ. 5, 21 *de partu. Sed etiam ſimpliciter* Eiicere dicitur mulier, Vlpian. in l. Si ſeruus ſeruum §. Si mulier pugno D. Ad legem Aquiliam, Si mulier pugno, vel equa ictu a te percuſſa eiecerit: Brutus ait Aquilia teneri quaſi ruperit ἐκτρώσασα. *Vnde* vulua eiecticia. Eiici membra *dicuntur cum luxantur articuli, et ſuo acetabulo tanquam cardine excutiuntur.* Virg. 10, 894

Tollit ſe arrectum quadrupes, et calcibus auras
Verberat, effuſumque equitem ſuper ipſe ſecutus
Implicat, eiectoque incumbit cernuus armo.

Hygin. Fab. 57 Bellerophon decidiſſe dicitur in campos Aleios, vnde etiam Coxas eieciſſe dicitur. Scribon. Comp. 206 Ad luxatum omne, et eiectum, et repoſitum articulamentum bene facit. Eiicere armum Veget. Mulom. 2, 45, 7. Ceruicem idem 2, 41, 1. Eiecta locis ſuis reſtitues Id. 2, 46. *Vid.* EIECTVRA. *Architectorum vox eſt, cum aliquid eminere vltra lineam volunt. Vt* Eiecta velut baptiſteria Plin. Epiſt. 2, 17, 11. *i. eminentia.* Macrob. in Som. Scip. 1, 5 A ſingulis punctis in aduerſum punctum eiecta linea. *Et* 1, 7 Aut enim linea eiicitur ex puncto, aut ex linea ſuperficies, aut ex planicie ſoliditas.

¶ 3 Eicit, *pro Eiicit, diſſyllabum eſt, vt* Reice *apud* Virg. Ecl. 3, 96 Tityre paſcentes a flumine reice capellas. Lucret. 3, 890 Nec radicitus e vita ſe tollit, et eicit. Idem 4, 1267 Eicit enim ſulci recta regione, viaque Vomere, *etc.*

EIECTVS, a, um. Part. *Praeter ea, quae in Verbo poſuimus,* Cic. in Piſon. 19 Ab hoc eiecto cadauere quidquam mihi opis exſpectabam, *vt n.* 82 Abiectum hoc cadauer *extremi contemtus, et exſecrationis adeo appellatio.* Idem pro Roſc. Am. 6 Damnatus et eiectus *nempe domo, patria.* ¶ 2 Eiecta *apud ICtos, quae e naui, vel domo eiiciuntur a dominis, animo recuperandi. Vid.* ad L. Rhodiam de iactu, *etc.*

EIECTO, āre. Frequent. [ἐκβάλλω] Plaut. Merc. 1, 111 Ne hic te opprimeret imprudentem, atque eiectarer. Arenas Ouid. Met. 5, 352. Cruorem manantem ex ore Sil. 10, 277. *Add.* Id. 10, 320. Fauilla eiectata Ouid. Met. 2, 231. Eiectans cruentas ore dapes Idem Met. 14, 211. *Conf. Heinſ. ad* Ouid. Met. 5, 353. *Burmann. ad* Val. Flacc. 2, 3.

EIECTIO, ōnis. f. [ἐκβολή] Cic. Att. 2, 18 Sed mortem et eiectionem, quaſi maiora timemus, quae multo ſunt minora.

EIECTIVNCVLA, ae. f. Marcell. Empir. c. 10.

EIECTATIO, ōnis. f. *Apud* Sidon.

EIECTICIVS, a, um. Adi. [ἐκβόλιμος] *Vt,* Vulua eiecticia *de porca, cui partus per vim et verbera eiectus eſt.* Plin. 11, 37 ſ. 84 Vulua eiecto partu melior quam edito. eiecticia vocatur illa, haec porcaria. *Conf. Athenaeus 3, 21.*

EIECTAMENTVM, i. n. [ἔκκριμα] *Pro Excremento, vel Re eiecta.* Tacit. de Germ. 45 Diu quin etiam inter caetera eiectamenta maris iacebat. *De ſuccino loquitur. Etiam* Apul. Apol. p. 297 *pr.* Muſcus, alga, et caetera maris eiectamenta, quae vbique litorum ventis expelluntur, ſalo exſpuuntur, tempeſtate reciprocantur, tranquillo deſeruntur.

EIECTVS, ūs. m. Lucret. 4, 957 Altior, atque foras eiectus largior eius, Et diuiſior inter ſe, ac diſtractior intus.

EIECTVRA, ae. f. *Vox reſtituenda, vt videtur* Vegetio Mulom. 2, 45, 8 Et ſi ex eiectura fuerit, prius locis ſuis reponenda ſunt membra *etc. Vel ſic, inquam, legendum, vel* Et ſi exiectura *pro* eiectura. *Eſt nempe* Eiectura *luxatio. Vid.* EIICERE n. 2.

E I V

EIVLO, āre. [ἀνοδύρομαι, κλαυθμυρίζομαι] *Eſt voce ſublata flere: quod magis mulierum eſt proprium.* Cur eiulas Plaut. Aul. 4, 10, 66. Idem Aulul. 2, 4, 39 Quinam homo hic ante aedes noſtras, eiulans conqueritur moerens? Cic. Tuſc. 2, 19 c. 7 Ipſum enim Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum eiulantem. Fortunas meas eiulabam Apul. Met. 3 p. 129. Lugubriter eiulantes Idem 3 p. 319. Eiulo pro eiulor *dici, monet* Priſcian. 8 p. 797 *pr.*

EIVLATIO, ōnis. f. [κλαυθμύρισις] *Ploratus rationis expers.* Plaut. Capt. 2, 1, 7 L. Eiulatione haud opus eſt, oculis multam miſeriam additis. Lugubris eiulatio Cic. de Legg. 2, 59 c. 23. *Vid.* LVGEO. Illa non virilis eiulatio Hor. Epod. 10, 17.

EIVLĀTVS, ūs. m. [κλαυθμυρισμός] *Idem.* Cic. de Aruſp. Reſp. 39 Non ſunt illi eiulatus et gemitus Philoctetae, *etc.* Idem Tuſc. 2, 55 c. 23 Ingemiſcere nonnunquam viro conceſſum eſt, idque raro: eiulatus vero ne mulieri quidem. Hunc eiulatum, quem gemis, cuncti gemunt Sen. Herc. Oet. 74.

EIVLABĬLIS, Apul. *eſſe dicitur: negat index Floridi.*

EIVLĬTO, āre. Frequent. Lucil. . . .

EIVNCĬDVS, a, um. Adi. *Debilis, gracilis, languidus, et valde iunceus.* Eiuncidum, ἐκλεπτωθέν Gloſſ. Varro de R. R. 1, 31, 3 Eiuncidum enim ſarmentum propter infirmitatem ſterile. Idem de R. R. 2, 10, 8 Audii te dicere, quum in Liburniam veniſſes, te vidiſſe matresfamilias eorum, afferre ligna, et ſimul pueros, quos alerent, alias ſingulos, alias binos, quae oſtenderent fetas noſtras, quae in conopeis iacent dies aliquot, eſſe eiuncidas ac contemnendas. *Sic enim legunt certatim pro* ieiuncidas *viri docti.* Plin. 17, 22 ſ. 35 Alias feſtinatione pariendi gracilis et eiuncida, ni cohibeatur caſtigatione tali, in fetum abeat tota. *Vbi vulgo legitur* Emucida. *Eſt autem* Vitis eiuncida, *Gracilis, languida, debilis, macra.*

EIVNCESCO, ĕre. *Extenuari, eiuncidum fieri.* Plin. 17, 22 ſ. 35 Vitis eiunceſcit. *Ita Harduin. olim* Euaneſcit.

EIVRO, āre. [ἐξόμνυμι, ἀποβάλλομαι] *quod etiam eſt* EIERO *v. v. Iure iurando interpoſito aliquid a ſe remouere, idque deprecando, deponendo, negando. Nempe ius iurandum interponi in his rebus ſolebat. v. g. in magiſtratu deponendo: Vnde* Plin. Epiſt. 1 penult. Et quaſi eiurato magiſtratu priuatum me facerem. *Sic* eiurat Forum ſ. Iudicium, *qui deprecatur iudices, quos ſibi iniquos eſſe iurare poſſit.* Cic. Verr. 3, 138 c. 60 Negotiatores putant eſſe turpe id Forum ſibi iniquum eiurare, vbi negotientur: Praetor prouinciam ſuam totam ſibi iniquam eiurat. Cic. Phil. 12 c. 7 Sic me iniquum eiurabant. *Graeu.* eierabant. *i. meo arbitrio nihil agi tractariue volebant, quem ſibi inimicum ſcirent.* Tacit. Hiſt. 3, 68, 7 Praeuenerat rumor, eiurari ab eo Imperium. Ius faſque eiurare Sen. de Benef. 6, 4. Liberos Sen. Conſol. ad Marc. c. 19. Magiſtratum Tacit. Ann. 12, 4. *i. Deponere.* Militiam Plaut. *apud* Feſtum *in* Eiuratio. Spem bonam Sen. de Vita Beat. c. 26. Eiurare bonam copiam, *eſt Iurare ſibi copiam non eſſe aeris alieni diſſoluendi.* Cic. Fam. 9, 16 Tu autem quod mihi bonam copiam eiures, nihil eſt. Tum enim, quum rem habebas, quaeſticulis te faciebam attentiorem. *Vnde apud* Varr. de L. L. 6, 5 p. 82, 14 *reſtituendum verbum iudicarunt viri docti, quibus obſecutus eſt Scioppius, quod vnius literae ademtione omnem ſenſus gratiam perdiderat. Sic enim ait,* Liber, qui operas ſuas in ſeruitute pro pecunia, quam debeat, dat, dum ſolueret, nexus vocatur, vt ab aere obaeratus. Hoc C. Popilio rogante, Sulla Dictatore ſublatum, ne fieret, et omnes, qui bonam copiam eiurarent, (*Sic, inquam, legendum, pro* iurarent) ne eſſent nexi diſſoluti. *i. ſi iureiurando negarent ſibi facultatem dari, eo ſe aere liberandi. Idem ſentit Manutius ad loc. Cic. laud. Victorius viciſſim Ciceronem ex Varrone corrigi malit, vſus in primis hoc argumento, frequens eſſe librariis ei ponere pro ſimplice. i. Nimirum hoc ipſum cum ſciret librarius Varronis,* iurare *poſuit pro* eiurare, *quod vitioſum putaret ſcilicet. Firmat verbum* Eiurare *nomen, quod iam damus,*

EIVRATIO, ōnis. f. [ἐξόμνυσις] Feſto Pompeio ſignificat Id quod deſideretur non poſſe praeſtari. Plautus, Eiurauit militiam. *Pro Reſignatione, apud* Valer. 2, 2, 7 *de L. Quintio Cincinnato,* Ignominioſa Conſulum eiuratione. *Paullo ante dixerat,* Conſulatum deponere coëgit.

EIVSMŎDI. [τοιοῦτος] *Nomen indeclinabile, compoſitum ex* Eius *et* Modi. Ter. Andr. 1, 1, 66 Nam qui cum ingeniis conflictatur eiuſmodi, *etc.* Cic. Acad. 4, 77 c. 24 Nullum eſſe viſum, quod percipi poſſet, ſi id tale eſſet ab eo, quod eſt, vt eiuſmodi ab eo, quod non eſt, poſſet eſſe. Idem Acad. 1, . . Nihil enim eiuſmodi celare poſſumus. Genus belli eſt eiuſmodi, quod maxime veſtros animos excitare atque inflammare debet Id. pro L. Manil. 6 c. 2. Eiuſdem modi Cic. Acad. 4, 125, 40 Innumerabiles — alios diſſimiles, alios eiuſdem modi mundos eſſe. Idem Acad. 4, 77 c. 24 Nullum eſſe tale viſum a vero, vt non eiuſdem modi etiam a falſo poſſit eſſe. *Add.* Epiſt. ad Qu. Frat. 1, 1, 4.

E L A

ELĀBOR, ābi. [ἐξολισθαίνω, ἀποφεύγω, διεκπίπτω] *Effugere.* Virg. Aen. 2, 526 Ecce autem elapſus Pyrrhi de caede Polites. Antenor mediis elapſus Achiuis Idem Aen. 1, 246. Cic. Fam. 10, 23 Magno cum dolore parricidarum elapſus ſum iis. Idem de Diuin. 1, 46 Nam quum dormienti ei ſol ad pedes viſus eſſet, ter eum fruſtra appetiuiſſe manibus, quum ſe conuoluens ſol elaberetur et abiret. Cic. in Catil. 1, 16 c. 6 Quoties tibi extorta eſt ſica de manibus? quoties vero excidit caſu aliquo et elapſa eſt? Idem pro Domo ſua 104 Ex iſto ore, religionis verbum excidere aut elabi poteſt, *etc.* Cum vinclis elapſus Stat. Theb. 6, 884. Pugnam, aut vincula elapſi Tacit. Ann. 1, 61. Cuſtodias Vitellii elapſum Idem Hiſt. 3, 59. Elabi, de, *vel* e, *ſiue* ex manibus. Cic. Att. 1, 13 Elapſus e ſoceri manibus ac ferro. Idem pro Muraen. 85. *Et* de Orat. 2 c. 50. *et ad* Att. 1, 16 *et* 10, 4. Elapſus ex praelio Caeſ. B. G. 5, 36. Elabi inter tela et gladios alicuius Liu. 1, 53. *Et* 28, . . Elabi inter tumultum. Sinuoſo flexu elabi Virg. Georg. 1, 244. E memoria elabi

elabi Auctor ad Heren. 3, . . . Elabi ex criminibus Cic. Verr. 2, 142. Idem Verr. 1, . . Idcirco te ex hoc crimine elapſum eſſe arbitrabare? *Sic* Quinct. 3, 6, 83. Cic. Verr. 1, 102 Satis te elapſurum omni ſuſpicione arbitrabare, ſi quibus pecuniam credebas, iis expenſum non ferres? Ex confeſſione inſcitiae ſuae non potuit vrbanius elabi Quinctil. 2, 11, 2. *Et* 6, 3, 10 Iuuenes Tarentini — cum neque negari res neque defendi poſſet, riſu ſunt et opportuno ioco elapſi. Cic. pro Flacc. 15 O morem praeclarum, diſciplinamque, quam a maioribus accepimus, ſiquidem teneremus: ſed neſcio, quo pacto de manibus elabitur. Idem Tuſc. 1, 25 Sed neſcio, quo modo, dum lego, aſſentior: quum poſui librum, et mecum ipſe de immortalitate animorum coepi cogitare, aſſenſio illa omnis elabitur.

ELAPSVS, a, um. Partic. [ἐξωλισθηκώς] *Praeter allata modo,* Cic. de N. D. 2, 128 Quod quum ex vtero elapſum excidit. Anguis elapſus ex columna lignea Liu. 1, 46. Idem Liu. 26, 19 *in fabula de Scipione,* Anguis immanis concubitu conceptum, et in cubiculo matris eius perſaepe viſam prodigii eius ſpeciem, interuentuque hominum euolutam repente, atque ex oculis elapſam. Cic. in Somn. Scip. 22 Nam eorum animi, qui ſe corporis voluptatibus dediderunt, *etc.* corporibus elapſi circum terram ipſam volutantur. Quinctil. 3, 1, 20 M. Tullius — rhetoricos ſuos *libros* ipſe adoleſcenti ſibi elapſos dicit, *i. celeriter nimis et temere editos. Sed proprie* Plin. Epiſt. 2, 1, 5 Liber, quem forte acceperat, grandiorem, et ſeni et ſtanti ipſo pondere elapſus eſt. Hunc dum conſequitur colligitque, *etc.* Fugit elapſa ſagitta Virg. Aen. 9, 632. Spes elapſa Plaut. Capt. 3, 5, 101. Verba elapſa reprehendere Ouid. Epiſt. 11, 53. Lucret. 3, 971 Imperfecta tibi elapſa eſt, ingrataque Vita.

ELAPSIO, *ICt. in* Dig. . . .

ELABĬLIS, *apud* Sidon. . . .

ELABŌRO, āre. [ἐκπονέω, περιεργάζομαι] *Valde laborare, ſummo labore et diligentia eniti, conari.* Cic. . . . Nihil mihi ita elaborandum eſt, quam vt conſilia nemo intelligat. Idem de Clar. Orat. 212 c. 90 Deinceps inde multae, quas non minus diligenter elaboratas etiam, quam elucubratas afferebamus. *Et* Fam. 9, 16 Sed tamen quidquid elaborari aut effici potuerit ad iſtorum beneuolentiam conciliandam et colligendum, ſummo ſtudio me conſequutum eſſe, *etc.* Cic. Att. 16, 18 Apud hominem facillimum atque humaniſſimum Plancum enitere, elabora, vel potius eblandire, effice, vt Plancus, quem ſpero optimum eſſe, ſit etiam melior opera tua. Idem de Fin. 1, . . Sed neque tam docti tunc erant, ad quorum iudicium elaboraret. *Et* de Petit. Conf. 20 Tamen ex tempore elaborare eius cauſa, cui debent et volunt, facile poſſunt. De induſtria, non ex inſidiis, ſed aperte ac palam elaborare Cic. in Orat. 38. Cupide elaborare Nep. 3, 1, 4. Cic. Off. 1, . . . Ad quas igitur res aptiſſimi erimus, in his potiſſimum elaborabimus. In hoc elaborandum eſt, vt remp. conſtituas Idem pro Marc. c. 9. *Et* Diuin. Verr. 1, 30 Si optimis a pueritia diſciplinis atque artibus ſtuduiſſes, et in his elaboraſſes: ſi, *etc.* Elaborare in aliquid Quinctil. 2, 8. In literis Cic. de Senect. 26 c. 8. Idem de Senect. 38 c. 11 Hae ſunt exercitationes ingenii, haec curricula mentis, in his deſudans atque elaborans, corporis vires non magnopere deſidero. Contentione et dimicatione in aliqua re Id. Fam. 2, 5. In re aliqua ſeparatim Cic. de Orat. 1, 19. Multum elaborare Scrib. 38. Elaborare aliquid, *pro Artificio excolere* Plin. 34, 3. *Sic* Elaborata ars *apud eundem* 25, 12. Elaborare ſaporem *dicuntur* epulae Hor. Carm. 3, 19. Cic. pro Cael. 45 Oratio et bonis artibus inſtituta, et cura et vigiliis elaborata. Idem in Orat. 36 c. 11 Omnes apud hunc ornati elaboratique ſunt verſus. Elaborari *dicitur partus, qui aedificatur* Plin. Epiſt. 6, 31, 15. Cic. de Orat. 2, 295 Non tam vt proſim cauſis, elaborare ſoleo, quam vt ne quid obſim.

ELABORĀTVS, a, um. Partic. [ἐπεξειργασθείς] Cic. de Clar. Orat. 26 Haec eſt a Graecis elaborata dicendi vis atque copia. Idem pro L. Manil. *pr.* Statueremque nihil huc niſi perfectum ingenio elaboratum induſtria afferri oportere. Hor. Epod. 14, 12 Qui perſaepe caua teſtudine fleuit amorem Non elaboratum ad pedem. Ars elaborata Plin. 25, 12. Cic. in Orat. 84 Ne elaborata Concinnitas, et quoddam aucupium delectationis manifeſto deprehenſum appareat. Idem Philipp. 7, 7 Omne enim curriculum induſtriae noſtrae in foro, in curia, in amicorum periculis propulſandis elaboratum eſt. Imperio elaborato a parentibus contentus Ninyas Iuſtin. 1, 2. *Magnis laboribus quaeſito et parto.* Munus Cic. Att. 13, . . .

ELABORATIO, ōnis. f. [ἐκπόνησις] Auctor ad Heren. 4, 32 c. 22 Aliquid ſine elaboratione et operae conſumtione inuenire.

ELABORĀTVS, ūs. m. *Idem apud* Apul. Flor. 2, 8 p. 346, 8 *de Hippia,* Non minus cultu viſendus, quam elaboratu mirandus.

ELĂCĀTA, ae. f. *vel, vt apud* Feſtum *legitur,* ELACATENA, Genus ſalſamenti, quod appellatur vulgo *Malandrea.* Columel. 8, 17, 12 Tum ſcombri carcharique, et elacatae ventriculo: et ne per ſingula enumerem ſalſamentorum omnium purgamenta, *etc. A forma corporis,* ἠλακάτη *fuſus eſt, inſtrumentum fila ducentium.*

ELACTESCO, ĕre. [ἐκλευκαίνομαι] *h. e. In albedinem lactis conuerti, et lacteum colorem prae ſe ferre.* Plin. 20, 21 Mirum, aquam radice ea addita addenſari ſub dio, atque elacteſcere. *Ex vetuſto codice legitur* Lacteſcere.

ELAEON, ἔλαιον *oleum Graecis eſt: vnde iſta ad Latinos traducta ſunt.*

ELAEEMPORIA, ae. f. *Olei coëmendi cura.* l. vlt. §. 19 ff. de mun. et hon.

ELAEŌDES, is. n. *Oleaginum, vnguinoſum.* Celſ. 5, 24, 2. *et* 5, 26, 20.

ELAEOGARVM, i. n. Apic. 7, 3. *Garum oleo miſtum.*

ELAEOMALACHE, es. f. *Herba.* Apul. de Herb. c. 40.

ELAEOMŎLŎCHE, es. f. *Herba Ibiſcus ſiue Malua.* Apul. de Herb. c. 38.

ELAEOMELI, itos. n. Plin. 23, 4 Elaeomeli, quod in Syria ex ipſis oleis manare diximus, ſapore melleo, non ſine nauſea, aluum emollit.

ELAEON, ōnis. m. [ἐλαιών] *Oliuetum.* Tertull. adu. Marc. 4, 39 Ad noctem in Elaeonem ſecedebat.

ELAEONES, is. m. [ἐλαιώνης] *Curator oleo coëmendo.* Arcad. l. vlt. D. de munerib. et honor. Cura quoque emendi frumenti, olei. Nam harum ſpecierum curatores, quos σιτώνας et ἐλαιώνας appellant, creari moris eſt.

ELAEOTHESIVM, i. n. *Latine Vnctorium, et ſumitur pro Loco, vbi vnctores corpora vngere ſolebant poſt lauationem* Vitruu. 5, 11.

ELAMENTABILIS, e. Adi. Sin erit ille gemitus elamentabilis Cic. Tuſc. 4 c. 24. *al.* lamentabilis.

ELANGVEO, *vel, quod in Praeſenti ſolum obſeruatur,* ELANGVESCO, ui, ĕre. [ὀλιγοδρανέω, ἀσθενέω] *Languore confici et quodammodo contabeſcere.* Plin. de Viris Illuſt. 42, 5 *de Hannibale,* Quumque vrbem capere poſſet, in Campaniam diuertit, cuius deliciis elanguit. Valer. Argon. 4, 527 Haeſit vterque polo, dubiiſque elanguit alis. Elanguit cura hominum Liu. 23. *h. e. Segnis et vana fuit.* Differendo deinde elanguit res Liu. 5, . . Idem 1, 46 Vt elangueſcendum aliena ignauia eſſet. *Conf.* Id. 35, 45. Gell. 5, 1 In quibus eorum omnis vigor animi, corporiſque elangueſcit, et quod Salluſtius ait, effeminatur. Dictis elangueſcere Stat. Theb. 11, 382. Cornus elangueſcens, et iam caſura Sil. 4, . .

ELANGVĬDVS, a, um. Adi. Fortun. Mart. 1 Paullatimque focis elanguida ligna reſorbet.

ELAPE, es. f. *Genus ſerpentis eſſe volunt.* Plin. 32, 5 Salſamentorum cibus prodeſt a ſerpente percuſſis, et contra beſtiarum ictus, mero ſubinde hauſto, ita vt ſub veſperam cibus vomitione reddatur. Peculiariter a Chalcide, Ceraſte, aut quos Sepas vocant, aut Elape, Dipſadeue percuſſis. *Sed Hard.* Elope. *Vid.* ELOPS n. 3.

ELAPHITES, is. f. *Inſularum quarundam nomen ab* ἔλαφος, *quaſi tu ceruarias dicas. Tales ſunt* Elaphites numero tres, XV. M. paſſ. a Melita (a qua Melitaei canes Callimacho dicuntur) diſtantes, Plin. 3 c. vlt. *et* 5, 31 f. 38 Elaphitis chio vicina.

ELAPHOBOSCON, i. n. [ἐλαφόβοσκον] *Herba, de qua* Plin. 22, 22 Hanc herbam monſtrauere ceruae, *vt ait idem* 25, 8.

ELAPHONNESVS, i. f. [Ἐλαφόννησος] *Inſula ceruorum.* Plin. 5 c. vlt. Inſulae in Propontide ante Cyzicum Elaphonneſus, vnde Cyzicenum marmor: eadem Neuris et Proconneſus dicta. Sequuntur Ophiuſa, Acanthus, *etc.*

ELAPHVSA, ae. f. [Ἐλάφουσα] Inſula eſt ante Corcyram, non procul ab his duabus, quae Paxae vocantur, ad Leucadiam ſita. *Auctor* Plin. 4, 12.

ELAPĬDO, āre. [τῶν λίθων καθαίρω] *Lapidibus purgare terram, vel Lapides amouere.* Plin. 17, 4 At in Syracuſano agro aduena cultor elapidato luto ſole perdidit fruges. *Budaeus legit,* Elapidato ſolo lutoſo. *Add.* ib. c. 10.

ELAQVEO, āre. *Nexibus expedire.* Prudent. adu. Symmach. 2, 147. *et* Sidon. Epiſt. 8, 9.

ELAQVEATVS, a, um. Partic. Marcellin. 30, 1.

ELARGIOR, īri. Dep. [χαρίζομαι] *Idem quod Largiri: niſi quod compoſitio aliquid addit vehementiae.* Liu. 3, 1 Poſſeſſores et magna pars patrum Tribuniciis ſe iactare actionibus principem ciuitatis, elargiendo de alieno, popularem fieri querentes. *Al.* et largiendo, *quae vera vnice lectio eſt. Vt adeo alium tibicinem verbum hoc nondum habeat praeter* Perſ. 3, 70 Patriae cariſque propinquis Quantum elargiri deceat.

ELARGITIO, ōnis. f. in Cod. . . .

ELARGĪTOR, ōris. m. in Dig. . . .

ELASSESCO, ĕre. [καταπονοῦμαι] *Laſſum fieri, vel Laſſitudine deficere.* Plin. 16, 25 f. 41 In arboribus tamen nimia germinatio elaſſeſcit.

ELATE, *vid.* EFFERO, effers.

ĔLĀTE, es. f. [ἐλάτη] *Genus palmae.* Plin. 23, 5 Palma, ſiue elate, ſiue ſpathe, medicinae confert germina, folia, corticem. *Inuolucrum noui fructus palmae arboris ſec. Dioſcor. et Theophraſt.* ¶ 2 Elate, Ciuitas in Locris, non procul ab Opunte, *vt ſcribit* Plin. 4, 7.

ELATEIVS, *Vid. ſub* ELATVS.

ELATERIVM, i. n. [ἐλατήριον] Elaterium, qui eſt ſuccus cucumeris ſiluatici Scribon. 70. Plin. 20, 1 Cucumim ſilueſtrem eſſe diximus multo infra magnitudinem ſatiui. Ex eo fit medicamentum, quod vocatur elaterium, ſucco expreſſo e ſemine.

ELĀTĪNE, es. f. Herba, quae folia helxinae habet, puſilla, piloſa, rotunda, ſemipedalibus ramulis quinis ſeniſue: a radice ſtatim folioſis: naſcitur in ſegetibus: acerba guſtu Plin. 27, 9. *Dioſc.* 4, 38.

ELATIO, ōnis. *Vid.* EFFERRO.

ELATĪTES, ae. m. *Lapis,* Haematitae *genus, qui ſic vocatur,* quam diu crudus, coctus vero miltites, vtilis ambuſtis, ad omnia vtilior rubrica Plin. 36, 20.

ELATRO, āre. [ἐξυλακτέω] Hor. Epiſt. 1, 18, 18 Sic mihi prima fides, et vere quod placet, vt non Acriter elatrem. *i.* Omni rabie vociferem ac defendam. Porphyr. *adde* Tertull. de Pallio c. 5.

ELATRATIO, ōnis. f. *apud* Firmic. . . .

ELATRATOR, ōris. m. *in Dig.* . . .

ELATVM, i. n. Flumen in Arcadia, quod mulieribus conceptus repraeſentare creditur, *vt auctor eſt* Plin. 31, 2 f. 7.

ELATVS, i. m. Mons nobilis in Zacyntho inſula inter Achaiam et Cephaleniam, quem montem circa Arginuſam ceruos non excedere, auribus etiam in monte fiſſis, *ſcribit* Plin. 9 c. *pen. vid. et* 4, 12. ¶ 2 *Viri nomen. Filius Atraci, pater autem Caenidis, qui in virum mutatus Caeneus dictus eſt. Vid. de hoc et aliis hoc nomine viri docti ad* Ouid. Met. 12, 189, vbi

ELATEĬA proles, *laudata modo* Caenis *vocatur, vt et* 497.

ELAVDO, āre. Plus, quam Nominare. Feſtus.

ELAVDATIO, ōnis. f. *apud* Sidon. . . .

ELĀVO, āui, ōtum, āre *ſiue* ĕre. [ἐκπλύνω] *Perfecte lauare ſignificat.* Columel. 12, 50 Sed quum fuerit oliua elota, reliqua, ſicut ſupra praecepimus, fieri debebunt. Elauare ſe bonis, *eſt Se denudare, ſpoliare, exhaurire: ita vt ſeſe quiſpiam lauiſſe videatur.* Plaut. Aſin. 1, 2, 9 *vbi adoleſcens de lena et puella,* Nam mare haud eſt mare, vos mare acerrimum. Nam in mari repperi, hic elaui bonis. *Deinde elauari dicuntur ipſa quoque bona, vel numi, cum impenduntur in balneas luxurioſas. Ita ſeruus rogatus a domino, quid factum ſit argento, reſpondet,* Comeſum, expotum, exutum, elotum in balneis Plaut. Trin. 2, 4, 5. *Inde* heluo, *inquit* Verrius, qui intemperanter bona ſua conſumit, ab eluendo, quae vox aſpiratur, vt auiditas magna exprobretur.

ELAVTVS, *vel* ELOTVS, a, um. Partic. *Pure lautus.* Plaut. Rud. 3, 3, 37 Mulieres elautae opera Neptuni. *Conf.* Poen. 1, 2, 22. Arena aquis ſuauibus elota Pallad. 1, 10. Plumbum elotum cum vino Celſ. 7, 27.

E L E

ELEA, ae. f. [Ἐλέα] *Lucaniae ciuitas, Latinis fere* Velia. *De hac* Plin. 3, 5 Sinus Paeſtanus, oppidum Helia, quae nunc Velia. Veliani *vocat* Cic. Fam. 7, 19 Vt primum Velia nauigare coepi. Sed de N. D. 3 c. 33 Zenonem Eleae in tormentis necatum. *Hinc*

ELEATAE, arum. m. *Populi Lucaniae, Eleam vrbem incolentes, v. g.* Zeno Eleates.

ELEATICI, *Philoſophi.* Cic. Acad. 4, 129 c. 42 Eleatici philoſophi a Parmenide et Zenone nominati.

ELECEBRAE Argentariae, dictae ſunt ab antiquis meretrices, *teſte* Feſto, ab Eliciendo argento. *Locus eſt apud* Plaut. Men. 2, 3, 26. *Adde* Truc. 1, 2, 81. Bacch. 4, 9, 20.

ELECTE, ELECTIO, ōnis. ELECTOR, ōris. *vid.* ELIGO.

ELECTO, as. *Vid.* ELICIO.

ELECTRA, ae. f. [Ἠλέκτρα] *Heſiodo nympha eſt, Oceani et Tethyos filia, vxorque Atlantis: cuius filia quaedam etiam* Electra *dicta fuit, quae Ioui Dardanum peperit. Vid.* PLEÏAS. Virg. Aen. 8, 135

Dardanus Iliacae primus pater vrbis et Auctor,
Electra, vt Graii perhibent, Atlantide cretus,
Aduehitur Teucros: Electram maximus Atlas
Edidit, aetherios humero qui ſuſtinet orbes.

¶ 2 Electra, *fuit etiam Oreſtis ſoror, filia Agamemnonis, quae caelibem ad multum aetatis vitam egit: vnde etiam ab Helena apud Euripidem,* πολυχρόνιος παρθένος, *h. e. Annoſa virgo, per contumeliam appellatur. Inde aliqui* Electram *dictam volunt, qua* ἄλεκτρον, *h. e. Sine thalamo: quamquam aliis magis placet a flauo colore,* electrumque *referente ita fuiſſe appellatam. Vid.* Ouid. Triſt. 2, 395. Hor. Serm. 2, 3, 139.

ELECTRIVS, a, um. Adi. [Ἠλέκτριος] *Vt,* Tellus Electria, *i. Samos: ſortita nomen ab* Electra *Dardani matre, filia Atlantis.* Valer. Argon. 2, 431.

ELECTRĬDES, um. f. [Ἠλεκτρίδαι Steph.] *Maris Adriatici inſulae ferebantur, ſic a Graecis appellatae, quod* electrum *in illis prouenire putarent, vanitatis Graecae certiſſimo documento, vt ſcribit* Plin. 37, 2 ſ. 11 *qui* nullas ibi vnquam hoc nomine fuiſſe inſulas *confirmat. Ibidem ait,* Sotacus credidit, in Britannia petris effluere (electrum) quas Electridas vocat.

ELECTRVM, i. n. [ἤλεκτρον] *Duo ſignificat. Primo ſuccinum, illa ex reſina gemma, de qua iam Homericis temporibus innotuiſſe videtur. Equidem non dubito, quin* ſphaerulas ex hoc electro conſertas *intellexerit Homerus* Odyſſ. O, 459 *vbi de monili aureo ait,* μετὰ δ' ἠλέκτροισιν ἔερτο. *Et* Odyſſ. Σ, 295 *vbi laudat* Ὅρμον χρύσεον, ἠλέκτροισιν ἐερμένον, ἠέλιον ὥς. *Quod addit* ἠέλιον ὥς, *ad etymon videtur reſpicere, et cognationem illam cum Sole, qui Graecis* ἠλέκτωρ *eſt, de qua ſtatim audiemus* Plinium 37, 2 ſ. 11 Phaëthontis fulmine icti ſorores (Heliades *et ipſae a Sole dictae)* fletu mutatas in arbores populos, lacrimis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem Padum vocamus: et Electrum appellatum, quoniam ſol vocitatus ſit Elector, plurimi Poëtae dixere, — Quod eſſe falſum, Italiae teſtimonio — *Poſt longum deinde recenſum variarum de electro fabularum pergit* c. 3 Certum eſt gigni in inſulis ſeptentrionalis Oceani, et a Germanis appellari Gleſſum — Naſcitur autem de fluente medulla pinei generis arboribus, vt gummi in ceraſis, reſina pinis — cum intumeſcens aeſtus rapuit ex inſulis, certe in litora expellitur — quod arboris ſuccum eſſe priſci noſtri credidere, ob id ſuccinum appellantes. — Pado annexae fabulae videtur cauſa, hodieque Tranſpadanorum agreſtibus feminis monilium vice ſuccina geſtantibus, maxime decoris gratia, ſed et medicinae, quando tonſillis creditur reſiſtere et faucium vitiis — *Sub Nerone* tanta copia inuecta, vt retia arcendis feris podium protegentia ſuccino nodarentur — totusque vnius diei apparatus eſſet e ſuccino. Maximum pondus glebae — XIII librarum. Liquidum primo deſtillare, argumento ſunt quaedam intus translucentia, vt formicae aut culices, lacertaeque, quas adhaeſiſſe muſteo non eſt dubium, et incluſas dureſcenti. *(Conferre iuuat de* formica, ape, vipera, *electro incluſis* Martial. 6, 15. 4, 32 *et* 59. *vbi* Phaëthontida gemmam *appellare ſolet)* Genera eius plura — Summa laus Falernis, a vini colore dictis — Verum hoc quoque notum fieri oportet, quocunque *(intell. vel add.* modo) libeat, tingi, haedorum ſeuo, et anchuſae radice: quippe etiam conchylio inficiuntur. *(Conf.* Plin. 9, 41) Caeterum attritu digitorum accepta caloris anima trahunt in ſe paleas ac folia arida, quae leuia ſunt, ac vt magnes lapis, ferri ramenta quoque. Succina oleo addita flagrant dilucidius diutiusque quam lini medulla. Taxatio in deliciis tanta, vt hominis quamvis parua effigies viuorum hominum vigentiumque pretia ſuperet. *etc. Sunt enim plura, quam quae deſcribi poſſint.* Virg. Cir. 434 Regia diues Coralio fragili ac Electro lacrimoſo. *Et* Ecl. 8, 54 *inter* ἀδύνατα, Pinguia corticibus ſudent Electra myricae. *Conf.* SVCCINVM, *et praeſertim verba, quae ibi damus* Taciti Germ. 45. *Fabulam* Heliadum, *Phaëthontis ſororum habet* Ouid. Met. 2, 340 ſq. *cum iam eſſent in arbores mutatae,* v. 364

Inde fluunt lacrimae, ſtillataque ſole rigeſcunt
De ramis electra nouis, quae lucidus amnis
Excipit, et nuribus mittit geſtanda Latinis.

Conf. Luciani de Electro ſ. Cycnis libellus: et quae nos ibi de Eridano, in Pruſſia hodierna quaerendo. ¶ 2 Electrum *metallum eſt, cui a colore et ſplendore illud nomen ſuccini tributum videtur. Locus de hoc Electro claſſicus eſt* Plin. 33, 4 ſ. 23 Omni auro ineſt argentum vario pondere — Vbicunque quinta argenti portio eſt, Electrum vocatur. — Fit et cura electrum, argento addito. Quod ſi quintam portionem exceſſit, incudibus non reſiſtit. Et electro auctoritas Homero teſte (Odyſſ. δ, 713) qui Menelai regiam electro argento, ebore, fulgere tradit. Mineruae templum habet Lindos inſulae Rhodiorum, in quo Helena ſacrauit calicem ex electro. Electri natura eſt ad lucernarum lumina clarius argento ſplendere. Quod eſt natiuum, et venena deprehendit. Namque diſcurrunt in calicibus arcus caeleſtibus ſimiles, cum igneo ſtridore, et gemina ratione praedicunt: *Viderint, qui copiam eius rei habent, an hoc potius ad* electrum ſuccinum *pertineat, eamque ſcintillationem, quam per hoſce aliquot annos Germani praeſertim ad ſtuporem vsque oculis, auribus, tactui, odori experiendam ſubiecerunt, quaeque ab* electro electrica *dicitur etiam in alio quouis corpore deprehenſa. Caeterum de hac vi electri* Seren. Sammon. 1065 Produnt electri variantia pocula virus. *Ad metallum electrum haud dubie pertinent* Virg. 8, 402 *vbi Vulcanus promittit Veneri arma Aeneae ſuo petenti,* Quod fieri ferro liquidoue poteſt electro, Quantum ignes animaeque valent. *Et 624 ex hac officina accipit Aeneas* leues, *i. politas* ocreas electro auroque recocto. Ouid. Met. 15, 316 Electro ſimiles auroque capillos *poſſis etiam de ſuccino intelligere, vbi vid. n. 2. Sed ſine dubio ad metallum pertinet* Plin. 9, 40 ſ. 65 Argentum auro confundere, vt electra fiant; addere his aera, vt Corinthia.

ELECTRĒVS, a, um. Adi. *Ex* Electro *factus.* Lamprid. Alex. Seu. c. 25 Numos electreos *memorat;* electros *malit Salmaſ.*

ELECTRĪNVS, a, um. Adi. *Idem.* Trebell. Poll. in vita Quieti: *Et* l. 32 §. 5 D. de Aur. Arg. *etc. Saepe ſic* Marcell. Empir. electrina vaſa *dixit.*

ELECTRĬFER, a, um. Adi. Claudian. Feſcen. 55 Et Padus electriferis Admoduletur alnis.

ELECTVS, *vid.* ELIGO.

ELEEMOSY̆NA, ae. f. [ἐλεημοσύνη] *Miſericordia, ab* ἔλεος, *quod miſerationem ſignificat, item Munus, quod inopi datur. Verbum Eccleſiaſticis notiſſimum. vid. e. c.* Tertull. de Patient. c. 7. Idem de Idolol. c. 22 Si dedero eleemoſynam. Quas ſola Eleemoſyna ſeruat Alcim. ad Soror. v. 352. Miſericordiam *Graeco more dixerunt alii. Vid. Herold. ad* Tertull. Apolog. p. 174.

ELEEMOSYNOR, āri. Aug. *eſſe dicitur, neſcio, quo ſenſu.*

ELEGANS, *vid.* ELIGO.

ELEGĀTVS, i. m. *Piſcis genus capi ſolitum ex Garumna flumine.* Auſon. Epiſt. 4, 59 Vrentes Hynni, et male tecti ſpina elegati.

ELEGIA, ae. f. Armeniae ciuitas, quam praeterfluit Euphrates, occurrente illi apud eam Tauro monte, nec reſiſtente, *ut tradit* Plin. 5, 24. ¶ 2 Arundo *ſic* vocatur obliqua, non in excelſitatem naſcens, ſed iuxta terram fruticis modo ſe ſpargens, ſuauiſſima in teneritate animalibus. *Verba ſunt* Plin. 16, 36 ſ. 66. *Sic omnes libri. Reprehendit Harduinus Salmaſium, qui* Epigia, ἐπιγεία *ex Theophraſto legere voluerit, cum* ἐπίγειος *dicendum fuiſſet.* ¶ 3 Elegīa, Elegēa, *vel* Elegēïa [ἐλεγεία] flebile carmen, *vt appellat ipſe* Ouid. Her. 15, 7. Id. Am. 3, 9, 1 Flebilis indignos elegeïa ſolue capillos: *etc. Et* Rem. Amor. 379 Blanda pharetratos elegeïa cantat amores. *Conf.* Id. 3, 1, 7. *Sed* Stat. Silu. 1, 2, 7 Quas inter multum petulans elegia propinquat. Auſon. Parental. 7, 1 p. 120 Et patruos, Elegea, meos reminiſcere cantu: *quod ex MS. tuetur Vinetus. Vid.* ELEGVS. *it.* Quinctil. 1, 8, 6. *it.* 10, 1, 58 *et* 93.

ELEGIACVS, a, um. Adi. *Vt,* Elegiacum carmen. Martian. Cap. 5 p. 168 Nec finem vitauit Elegiaci, *i. Pentametri.*

ELEGIA, *vel* ELEGĒA, orum. n. [ἐλεγεῖα] *Pro Carminibus elegis. Sic placet quibusdam* Plaut. Merc. 2, 3, 74 Occentent noctu ad oſtium, meae impleantur carbonibus elegiorum fores. *Sed recepta lectio,* Elogiorum. Auſon. Parental. 29, 2 p. 141 Accipe queſtus, Debent quos cineri moeſta Elegea tuo.

ELEGIDION, i. n. Dimin. [ἐλεγείδιον] Perſ. 1, 51 Non ſi qua elegidia crudi Dictarunt proceres.

ELEGEION, i. n. Auſon. Epigr. 94 Hermiones Zonae textum elegeion erat, *i. diſtichon Hexametro et Pentametro conſtans.*

ELEGIDARION, i. n. Petron. c. 109 Coepit capillorum elegidarion dicere.

ELĔGVS, i. m. [ἔλεγος] *Hoc nomine vocantur carmina alternis Heroicis ſ. Hexametris, et Pentametris conſtantia.* Horat. A. P. 75

Verſibus impariter iunctis querimonia primum
Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos
Quis tamen exiguos elegos emiſerit auctor,
Grammatici certant; *etc.*

Idem Carm. 1, 33, 3

Albi ne doleas plus nimio memor
Immitis Glycerae, neu miſerabiles
Decantes elegos.

Ouid. Faſt. 2, 3 Nunc primum velis elegi maioribus itis. Imbelles elegi genialis muſa valete Ouid. Amor. 3, 14, 19. Leues elegi Idem Amor. 2, 1, 21. Componere elegos Id. Amor. 3, 15, 3. Reſumere elegos Ouid. Amor. 2, 1, 21.

ELĒI, orum. m. [Ἠλεῖοι] *Populi ab* Elide *dicti in Peloponneſo clariſſimi, propter delubrum Iouis Olympii, ludosque Olympicos, quorum praefecturam* Elei *habuerunt. Vnde* Elei equi, *et* Eleus carcer *ſaepe leguntur, vbi de Olympicis ludis ſermo eſt. v. g.* Ouid. Heroid. 13, 166. Lucan. 1, 294.

ELELĒIS, idis. f. [Ἐλελῆϊς] *Mulier bacchans, quae Thyas et Maenas dicitur.* Ouid. Epiſt. 4, 47 Nunc feror, vt Bacchi furiis Eleleides actae, Quaeque ſub Idaeo tympana colle mouent. *Libri quidem MSS. certatim* Eleides. *Sed certatim etiam viri docti* Eleleides *reſtituerunt, nomine a Bacchi cognomine* Eleleus, *vel potius a voce, quam ingeminare ſolent bacchantes deducto.*

ELĔLEVS, *trium ſyllabarum,* [Ἐλελεῦς] *Vnum e Bacchi nominibus, ab* ἐλελεῦ *adhortantis interiectione ſeu acclamatione, qua in Orgiis atque in bellis vti ſolebant. Sane* ἐλελίζω *clamo, in bello dicitur.* Ouid. Met. 4 *in Catalogo nominum Bacchi,* Nyctelius que, Eleleusque parens, et Iacchus, et Euan. Macrob. Saturn. 1, 17. *hoc nomen tribuit etiam* Apollini.

ELELISPHACOS, i. m. [ἐλελίσφακος] *Herba eſt notiſſima, Latini Saluiam vocant. Vid. in* SALVIA.

ELELISPHACĪTES, ae. m. *Vinum ex ſaluia. Dioſc.* 5, 71.

ELEMENTVM, i. n. [ςοιχεῖον] *Principium omnium rerum. Ab elementis res omnes ſumunt incrementum, et in ea reſoluuntur.* Cic. Acad. 1, 26 *de aqua, igni, aëre, et terra loquens,* Ergo illa initia, et vt e Graeco vertam, elementa dicuntur. *Conf.* Id. Tuſc. 1 c. 10. Plin. 2, 5. *Enumerationes plures* elementorum *dedimus, voce* ANIMA. n. 2. Plin. 15, 27 Mirum tria naturae praecipua elementa ſine ſapore eſſe, ſine odore, ſine ſucco, aquas, aëra, ignes. *Ipſum mare dicitur* elementum Curt. 9, 9, 27. Symmacho Epiſt. 6, 71 *etc. Dicuntur* elementa, *vt quibusdam placet, ab* alendo. *Alii, quaſi* Eleuamenta *dici volunt, eo quod ex ipſis caetera originem ſumant, initia videlicet et fundamenta creaturarum. Alii,* Elimenta *per* i *literam, quaſi fabricamenta, ex eo, quod eſt* Elimo, elimas, *quod ex eis fabricata ſint omnia. Sed haec aperte pleraque nugatoria. Minus inepta, incerta tamen ipſa quoque etymologia, quam dubitanter profert Voſſius:* Elementa *eſſe quaſi* olementa, *ab* olendo, *i. creſcendo dicta. Sunt nempe* elementa, *initia quaedam, e quibus naſcuntur, oriunturque alia. Sic Atomos ſuas* elementa *vocat* Lucretius 2, 393, 411, 462 *etc. itemque,* Impia rationis inire elementa Idem 1, 82, *quod hodie dicerent principia Philoſophiae diſcere irreligioſa. Speciatim* Elementa, *Literarum notae, eo quod ſint principia orationis, nam ex literis ſyllabae, ex ſyllabis dictiones, ex dictionibus orationes conficiuntur.* Elementa verbis communia Lucret. 1, 198 *et* 824 ſq. *et* 913 *etc. Inde* Elementa puerorum Cic. de Orat. 1, 163. Horat. Epiſt. 1, 20, 17. Quinctil. 2, 3 Mediocritas praeceptoris ad ſuſcipiendas elementorum Moleſtias minus ſuperba. Primae indolis elementa Stat. Achil. 2, 373. *i. prima inſtitutio.* Grandia traxit tellus, *i. particulas rudiores et craſſiores* Ouid. Met. 1, 29. Parua fuit, ſi prima velis elementa referre, Roma Idem Faſt. 3, 179. Prima Hor. Serm. 1, 1, 26. Prima literarum Quinctil. 1, 1. Grammatices

matices Idem 1, 4, 6. Tractare prima elementa Quinct. in prooem. 1. Irarum elementa mearum Sil. 3, 77, *irae pueriles, e quibus indolem bellicam in filio ſuo colligit Hamilcar.* Elementa loquendi Cic. Acad. 4, 92 c. 28. Totius legitimae ſcientiae prima elementa §. 4 Inſt. Prooem. Vitiorum Iuuen. Sat. 14, 123.

ELEMENTARIVS, a, um. Adi. [στοιχειακός] *Quod ad elementum pertinet.* Elementariae literae: *pro Literis alphabeti.* Iulius Capitolinus in Pertin. c. 1 Puer literis elementariis et calculo imbutus. Noto illam ex docta, vt dicitur elementariam fieri Arnob. 2 p. 61. Elementarius ſenex, *Qui adhuc in primis elementis inſtituitur:* Senec. Epiſt. 36 Turpis et ridicula res eſt elementarius ſenex. *Conf. Barth. ad Script. Venat. p.* 133.

ELEMENTICIVS, a, um. Adi. Tertull. de Anima c. 32.

ELENCHVS, i. m. [ἔλεγχος] *Vnionis genus.* Plin. 9, 35 ſ. 56 Et procerioribus ſua gratia eſt, elenchos appellant faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpendere, et binos ac ternos auribus, feminarum gloria eſt. *Mox ait* Lictorem feminae in publico vnionem eſſe. *Nempe pretioſis monilibus intelliguntur non eſſe plebeiae. Sic* titulum tepidi temporis ciconiam *vocat* Petron. c. 55: *et mox videbimus* Elenchum *etiam eſſe titulum.* Iuuen. Sat. 6, 457

— turpe putat nil
Quum virides gemmas collo circumdedit, et quum
Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.

Vet. Schol. Elenchos, *i.* vniones, margaritas oblongas. Elenchi, μαργαρῖται μεγάλοι, Vet. Gloſſ. *apud Rigalt. ad Artemidor. p. 64. Vid. Salmaſ. de Modo vſurar. p. 670. Et* L. 32 §. 8 ff. de Aur. Arg. leg. ¶ 2 Elenchus, *Latine Index,* ἀπὸ τοῦ ἐλέγχειν, *quod ſignificat arguere ac patefacere: id quod ſolent indices, ab indicando nominati. Haec vox reperitur in principio primi libri* Plinii, *vbi ſic legitur ex vetuſtis exemplaribus, ſtatim poſt* Praefationem, C. Plinii Secundi hiſtoriarum mundi elenchos librorum omnium. *Hinc apparet, cur* Elenchos *dixerint vniones illos maiores, matronarum* lictores *quosdam et* indices, *ſ.* titulos. ¶ 3 Elenchus, *apud Logicos eſt argumentum, vel Syllogiſmus ad conuincendum et redarguendum comparatus. Notum opus Ariſtotelis de elenchis Sophiſticis.*

ELENCTĬCVS, a, um. Adi. [ἐλεγκτικός] *Vnde* Elenctici libri. Quinctil. 2, 15, 26 Sed alii ſunt eius ſermones ad coarguendos, qui contra diſputant, compoſiti, quos ἐλεγκτικοὺς vocant, alii ad praecipiendum, qui δογματικοὶ appellantur.

ELENTESCO, ĕre. Vt ſuae denſitatis poſitu elenteſcat Cael. Aur. Acut. 2, 18, 108.

ELEO, ēui, ētum, ēre. [ῥυπόω] *Maculare.* Lucilius l. 6 Si hic veſtimenta eleuit luto, ab eo riſum magnum ac cachinnum impudens ſubiicit. Nonius 2, 273. *Alii* Emaculare *exponere malint: et poſſit ſane* elino, eleui *contrarium eſſe verbi* illino, *vel* allino.

ELEPHANTIA, ae. *ſiue* ELEPHANTIASIS, is. f. [ἐλεφαντίασις] *Eſt Leprae quoddam genus, quod reddit hominis cutem elephantorum cuti ſimilem.* Plin. 20, 10 Eadem in aceto decocta, contra elephantiam proficit. Idem 26, 1 Diximus elephantiaſin ante Pomp. Magni aetatem non accidiſſe in Italia, et ipſam a facie ſaepius incipientem: in nare prima veluti lenticula, mox inualeſcente per totum corpus, maculoſa, variis coloribus, et inaequali cute, alibi craſſa, alibi tenui, dura ceu ſcabie aſpera, ad poſtremum vero nigreſcente, et ad oſſa carnes apprimente intumeſcentibus digitis in pedibus manibusque. Aegypti peculiare hoc malum. *Vid.* Celſ. 3, 25. Scribon. 250. Plin. 6, 14. 18, 24. *et* 25, 5. *et* 28, 9 - 12. *et* 30, 13. Sammon. v. 133 ſeqq. *Voſſ. de Vit. Serm. 1, 32. Crinit. de H. D. 20, 10.* Plin. 25, 5 Medetur ita comitialibus morbis, vertigini, melancholicis, inſanientibus, lymphaticis, elephantiae albae, lepris, *etc.*

ELEPHANTIĂCVS, a, um. Adi. *Qui hoc morbo laborat.* Firmic. 8, 19 Viceſima tertia pars Arietis, ſi in horoſcopo fuerit inuenta, ſtrumaticum faciet, exulcerata macularum labe poſſeſſum, vel certe elephantiaca contagione maculatum.

ELEPHANTĬCVS, a, um. Adi. *Idem.* Firmic. 8, 28 Sexta pars Capricorni, ſi in horoſcopo fuerit inuenta, homines faciet, qui tandem miſerabiliter elephantici moriantur.

ELEPHANTIOSVS, a, um. Adi. *Idem.* Auguſtin. de Geneſ. 9, 10. *Conf.* Veget. 1, 19. Priſcian. 1, 3.

ELEPHANTIS, is. f. *Nili inſula eſt.* Plin. 5, 9 Elephantis inſula infra nouiſſimum cataracten, nauigationis Aegyptiae finis. Ibi Aethiopicae conueniunt naues, namque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad cataractas ventum eſt. *Add.* Id. 24, 17. ¶ 2 *Eſt et* Elephantis, *Feminae Poëtae nomen, cuius meminit* Martial. 12 ad Sabellum, Nec molles Elephantidos libelli. *Vid.* Suet. Tiber. c. 43.

ELĔPHAS, antis: *et* ELEPHANTVS, i. m. [ἐλέφας] Maximum animalium terreſtrium, proximumque humanis ſenſibus, *inquit* Plin. 8, 1 *qui locus ad c. 12 vsque claſſicus eſt, nec negligenter a nobis olim illuſtratus in Chreſtomathia Pliniana p. 249 - 290.* Cic. Philipp. 5, 46 *in apparatu bellico* equites, ſagittarii, elephanti. Elephanto beluarum nulla prudentior Idem de N. D. 1, 98 c. 35. Elephantorum acutiſſimi ſenſus Id. de N. D. 2 c. 60. Anguimani elephanti Lucret. 2, 537. *Sic dicti, quod manum ſiue proboſcidem flectunt ac contorquent vt angues propria corpora.* Audiui ſaepe hoc vulgo a multis dicier, ſolere elephantum grauidam perpetuos decem eſſe annos Plaut. Stich. 1, 3, 13. *Add.* Apul. Met. 1. Getulus Lucan. 6, . . Mart. Capel. 9 Elephantes Indicos organica permulſos detineri voce compertum. Libycus Lucan. 6, 205. Nigrantes Sidonius in Burgo Pontii Leontii. Manus etiam data elephanti Cic. de N. D. 2, 123 Manum *vocat proboſciden, ſeu roſtrum oblongum, quo vtitur vice manus.* Celerius elephanti pariant Plin. in praef. Elephanti corio circumtegi, *prouerbiali figura pro Nihil ſentire. Nam cum elephanti corium duriſſimum ſit et craſſiſſimum, proinde fit, vt elephanti minus ſentiant.* Plautus Mil. 2, 2, 80 Herus meus elephanti corio circumtectus eſt, non ſuo. ¶ 2 *Pro Ebore, ſiue Elephanti dente ponitur.* Virg. Georg. 3, 27 In foribus pugnam ex auro ſolidoque elephanto. Idem Aen. 3, 464. *Vid.* EBVR. Elephantus candens, *i. Ebur.* Virg. Aen. 6, 896

Sunt geminae Somni portae, quarum altera fertur
Cornea: qua veris facilis datur exitus vmbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto.

¶ 3 Elephas *etiam pro Morbo elephantiaſi* Lucret. 6, 112. Seren. Sammon. v. 133. *et* Apul. de Herb. c. 36. ¶ 4 *Inter marina animalia* Plin. 32, 11 Elephanti locuſtarum generis, nigri, pedibus quaternis, biſulcis: praeterea brachia duo binis articulis, ſingulisque forficulis denticulatis.

ELEPHANTĪNVS, a, um. Adi. *Poſſeſſ.* [ἐλεφάντινος] *Vt,* Pellis elephantina. *Penultimam corripuerunt Graeci. Vid. Borrich. in Parnaſſ. et Cogit. de L. L. p. 314.* Elephantinum emplaſtrum *deſcribit* Celſ. 5, 19. *Sic autem* dicitur, *eodem teſte,* quod ſit percandidum. Elephantinum *pigmenti nomen atri, ſ. atramenti adeo,* Plin. 35, 6 *quod* Apelles commentus eſt ex ebore combuſto facere.

ELEVIES, ei. f. *Purgatio.* Lucil. *apud* Non. 2, 274. *al.* Eluuies.

ELĔVO, āre. [ἐπαίρω, αἰωρέω] *In altum tollere, pro quo ſenſu adducitur* Plautus, Capedum lapidem hunc, atque eleua. *Sed nondum inuentus eſt locus. Nec certius quid iam ad manum eſt illo* Lactantii de Mort. Perſec. 9, 8 In tantos enim faſtus poſt hanc victoriam eleuatus eſt: *tum* Sen. Epiſt. 41 *pr.* Non ſunt ad caelum eleuandae manus, nec exorandus aedituus *etc. Vid.* SVBLEVATVS. *Et* Agroetii p. 2270 *med.* Eleuamus et quae in altum extollimus, et quae ad lando, (*an* adulando? ὑποκοριζόμενοι) leuiora facimus. *Nempe* ¶ 2 *Vſitatius ſignificat* [ἐκφαυλίζειν, εὐτελίζειν] *Minuere, extenuare, et res geſtas verbis deprimere. Vilem item, leuemque aliquem verbis demonſtrare.* Liu. 3, 22 Mirer, ſi vana veſtra P. C. auctoritas ad plebem eſt, vos eleuatis eam. Idem 28, 44 Q. Fabius res geſtas meas in Hiſpania eleuauit. *Conf.* c. 43 *bis.* Cic. de Amicit. 90 c. 24 Eſt enim varius et multiplex vſus amicitiae, multaeque cauſae ſuſpicionum offenſionumque damnantur: quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre ſapientis eſt. Valer. 8, 15 Quoniam ipſis voluminibus nomina ſua diligenter adiiciunt, vt quod profeſſione eleuant, vſurpatione memoriae conſequantur. Eleuant, *i. Aſpernandum dicunt.* Cic. de Orat. 2, 230 Erat autem tanta grauitas in Domitio, tanta auctoritas, vt quod eſſet ab eo obiectum, lepōre magis eleuandum, quam contentione frangendum videretur. Aduerſarium eleuare, *auctoritatem illius, fidem, et quacunque re praeſtat, minuere.* Cic. de Orat. 2, 236 Quod frangit Aduerſarium, quod impedit, quod eleuat, quod deterret, quod refutat, *etc.* Propert. 2, 24, 44 Eleuat aſſiduos copia longa viros. Cic. Tuſc. 3, 34 Nihil eſt enim, quod tam obtundat, eleuetque Aegritudinem, quam *etc.* Liu. 37, . . Cuius Auctoritatem perpetuo tenore vitae partam, toga candida eleuabat. Praeclara Facta alicuius pro ſuperuacuis Suet. Tib. c. 52. Tacit. 4, . . Simul eleuat Famam aduerſae pugnae. Eleuare verbis Famam vrbis captae Liu. 20, 1 *extr.* Idem 4, . . Itaque triumphus negatus: caeterum ob Sempronianae cladis eleuatam Ignominiam, vt ouans vrbem intraret, conceſſum eſt. Index, indiciumque eleuabatur Id. 26, . . Quinctil. 5, 13 Nonnunquam eleuandae inuidiae gratia, quae aſperius dicta ſunt, eluduntur. Multitudinis noxam eleuabat Tacit. Ann. 5, 11. Idem Ann. 14, 63 Et praeſentem Saeuitiam melioris olim fortunae recordatione eleuabant. Cic. Fam. 5, 14 Non intelliges duplicari Solicitudines, quas eleuare tua te prudentia poſtulat? Teſtimonia Quinctil. 5, 7.

ELEVATIO, ōnis. f. [εὐτελισμός] Quinctil. 9, 2, 50 Et illae eleuationes, videlicet, O dii boni. *i. Ironicae exclamationes, quae rem verbis augere videntur, cum extenuent.*

ELEVAMENTVM, i. n. *Apud* Auguſtin. . . .

ELEVATOR, ōris. m. *Ibid.* . . .

ELĒVS, a, um. Adi. [Ἠλεῖος] *Ab* Elide, *vid.* ELIS.

ELEVSINIA, ōrum. n. pl. [Ἐλευσίνια] *Sacra apud Athenienſes in honorem Cereris nobiliſſima fuere,* de quibus, Auguſtino *teſte* de Ciu. Dei 7, . . Varro nihil interpretatur, niſi quod attinet ad frumentum, quod Ceres inuenit, et ad Proſerpinam, quam rapiente Orco perdidit. *Vide plura apud eundem* Auguſtin. de Ciu. Dei 7, . . Eleuſina ſacra *ſunt* Iuſtin. 2, 7, 1.

ELEVSIS, *et* ELEVSIN, is. f. [Ἐλευσίς] *Oppidum Atticae verſus Megaram, in qua regnauit* Eleuſius, *quem Ceres docuit omnem agriculturam: et in ea myſtica Cereris celebrabantur, a qua tota prouincia* Eleuſine *dicta eſt. Ex Strab. 9.* Attica Eleuſis Sen. Herc. Oet. ſ. 5. Cerealis Eleuſis Ouid. Epiſt. 4, 67. Cic. de N. D. 1, 119 c. 42 Omitto Eleuſina, ſanctam illam et auguſtam, Vbi initiantur gentes orarum vltimae.

ELEVSĪNVS, a, um. Adi. [Ἐλευσίνιος] *Vt,* Mater Eleuſina Ceres Virg. Georg. 1, 163 Tardaque Eleuſinae Matris voluentia plauſtra.

ELEVTHERAE, arum. f. [Ἐλευθέραι] Oppidum Boeotiae, inter Megaram et Thebas, ex qua Myron ille bucula tantopere nobilitatus, ortum traxiſſe fertur. *Auctor* Plin. 4, 7. *et* 34, 8.

ELEVTHERIVS, a, um. Adi. [ἐλευθέριος] *Latine dicitur Liberalis, ingenuus. Hinc* Eleutheria, orum: *Libertatis ſollemnia.* Plaut. Perſ. 1, 1, 29 Baſilice agito eleutheria, *vox ſerui per heri abſentiam laſciuientis.* Eleutherius Iupiter, [Ἐλευθέριος Ζεύς] *quem Latine Liberatorem, et Libertatis auctorem interpreteris, Graecorum eſt.* Eleutherius Liber, *i. Bacchus Athenis celebratus* Arnob. 6 p. 207.

ELEVTHEROCILICES, um. m. [Ἐλευθεροκίλικες] *Cilices liberi.* Cic. Att. 5, 20 Eleutherocilices populi in Amano, ne regibus quidem vnquam paruerant. Idem Fam. 15, 4.

ELEVTHEROS, i. m. [Ἐλεύθερος] *Flumen eſt iuxta Orthoſiam vrbem, quae eſt in radice Libani montis.* Plin. 9, 10 Teſtudines in Phoenicio mari vltro veniunt, ſtatuto tempore anni in amnem Eleutherum effuſa multitudine. *Notabile eſt nomen* Eleud *teſtudinem ſignificare Arabibus: vnde forte ipſi fluuio nomen.*

E L I

ELIBO, āre. *Apud* Tacitum *eſſe dicitur, et ſignificare Effundere.*

ELIBATIO, ōnis. f. *Adducitur ex Plinio: ſed non habet Index Harduin.*

ELIBRO, āre. *ex Dig.* . . .

ELICE, *vid.* HELICE.

ELICHRȲSVM, i. n. *Herba vmbellifera.* Plin. 21, 25.

ELICIO, ui, ĭtum, ĕre. [ἐξάγω] *Educere, extrahere.* Plaut. Bacch. 3, 1, 17 Vt eum ex lutulento coeno propere hinc eliciat foras. Hor. Carm. 2, 11, 21 Quis deuium ſcortum eliciet domo Lyden? Plin. 19, 5 Sapor autem aſper, et medicamenti inſtar ad eliciendas Aluos. Animas inferorum elicere Cic. in Vatin. 14 c. 6. Arcana Liu. 40, 23. Aquas pluuias elicere Ouid. in Ibin 400. *h. e. A Deo impetrare.* Cauſam immutatae voluntatis Cic. Att. 1, 7. *Ita de* Diuin. 1, 13 Cauſas praeſenſionum elicere. Chelyn Stat. Achil. 1, 186. Tacit. Ann. 15, 53 Comitante Antonia Claudii Caeſaris filia, ad eliciendum vulgi Fauorem. Ferrum ex terrae cauernis Cic. de N.D. 2, 151 c. 60. Plin. Epiſt. 4 *vlt.* Nam neſcio, quod libramentum abditum et caecum, quod quum exinanitum eſt, ſuſcitat et elicit Fontem:

tem: quum repletur, moratur, et ſtrangulat. Priſci noſtri prodidere, etiam Fulmina elici carminibus Plin. 28, 2 ſ. 3. Ignem conflictu et ictu lapidum Cic. de N. D. 2, 25. Sil. 7, . . Nequidquam noſtras demens, ait, elicis Iras. Lacrimas Plaut. Trin. 2, 2, 12. Ouid. ad Liu. 466 Denique laudari ſacrato Caeſaris ore Et merui, Lacrimas elicuique deo. Literas ab aliquo Cic. Att. 9, 2. *et* 7, 12 Tuas volo elicere Literas, maximeque conſilium. Manes ſepulcris elicit Tibull. 1, 2, 48. Opportunitatem Cic. de Inuent. 1, 40. Prodigia ex mentibus diuinis Liu. 1, 20. *Vid.* ELICIVS Iupiter. Cic. Tuſc. 1, 116 c. 48 Iphigenia Aulide duci ſe immolandum iubet, vt hoſtium Sanguis eliciatur ſuo. Sententiam alicuius Cic. Att. 7, 1. Idem de N. D. 2, 250 Itaque ad pingendum, fingendum, ad ſcalpendum ad neruorum eliciendos Sonos, *etc.* Sudorem Plin. 25, 11. Suſpicionem Cic. de Inuent. 2, 42. Verbum ex aliquo Idem de Orat. 1, 97. Verum Plaut. Perſ. 3, 1, 30. Vlulatum Cic. Tuſc. 2, . . Virg. Georg. 1, 109 Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis Vndam Elicit: *vbi* Seruius *monet*, *ab* Eliciendo *dici* Elices, *qui ſunt* Sulci ampliores ad ſiccandos agros ducti. *Huc alludens* Sidon. 2, 1 In hanc ergo piſcinam fluuium de ſupercilio montis elicitum, canalibusque circumactis per exteriora natatoriae latera curuatum, ſex fiſtulae — effundunt. *Laudat ad h. l. Sauaro e* Conſtantini Imp. Epiſt. ad Porphyrium, Defuit quorundam ingeniis temporum fauor, qui non ſecus doctrinae deditas mentes rigare atque alere conſueuit, quam ſi cliuoſi tramitis ſupercilio riuus elicitus ſcaturientibus venis arua arentia temperauerit. *Quare non audiendi, qui apud Sidonium legunt* fluentum — eliquatum. Rutil. Itiner. 1, 265 Elicitas ſimili credamus origine lymphas Muſarum, latices vngula fodit equi, *de Hippocrene.* Cic. Brut. 279 c. 80 Vbi dolor? vbi ardor animi, qui etiam ex infantium ingeniis elicere Voces et querelas ſolet. *Sed* pro Cael. 60 c. 24 Nonne ipſam domum metuet, ne quam Vocem eliciat? *malunt viri docti* eiiciat. Cic. Q. Frat. 1, 2 Conquiri vero et elici blanditiis (vt tu ſcribis) ad iudicium neceſſe non fuit. Idem Att. 2, 22 Multa ab ipſo Publico elici, multa cognoſci, *etc.* *Et* Acad. 4, 7 Neque noſtrae diſputationes quidquam aliud agunt, niſi vt in vtramque partem dicendo et audiendo eliciant et tanquam exprimant aliquid, quod aut verum ſit, aut ad id quam proxime accedat. In quaque re quod probabile videri poſſit, eliciendum Cic. de Orat. 1, 158. Plin. Epiſt. 9, 18, 1 Qui elicis et inuitas, vt quam plurima communicare tecum velim. Propoſitis praemiis elicere optimum quemque Cic. pro Corn. Balb. 22. Idem Tuſc. 5, 20 Nos vellem praemio elicere poſſemus, qui vobis aliquid attuliſſet, *etc.* Liu. 5, 15 Ad colloquium vatem elicuit. Ad certamen Idem 23, 27. Cic. de Orat. 2, 13 c. 3 Quem ego toties omni ratione tentans, ad diſputandum elicere non potuiſſem. Idem pro Corn. Balb. 57 Poteſtne igitur noſtra maieſtas a Gaditanis benigne conſeruari, ſi ad eam retinendam Gaditanos praemiis elicere non poſſumus? Elicere ad pugnam Liu. 34, 19. *i. Pertrahere, ſiue Adducere.* Caeſ. B. C. 3, 38. Elicere in Idem B. G. 5, 48. *Et* 8, 12 Eodemque equites poſtero die mittunt, qui primum noſtros elicerent in inſidias, deinde circumuentos aggrederentur. Suet. Galb. 19, 4 Elicerent eum in publicum. ¶ 2 *Participia.* Paterc. 2, 104, 5 Militum conſpectu eius elicitae gaudio lacrimae. *Vid.* Vndam elicere *p. a.* Voce mea voces eliciente Dei Ouid. Faſt. 1, 256. Acribus eſt ſtimulis eliciendus amor Idem de Arte Am. 2, 444. Elicienda eſt reſponſio Cic. de Inuent. 1, 54.

ELECTO, āre. [ἀφελκύω] Idem quod Elicere, *vt ait* Feſt. Plaut. Aſin. 2, 2, 2 Quae illaec praeda eſt? ibo aduorſum, atque electabo quidquid eſt. *Magis in vſu eſt* Illecto. *Adde* Merc. 1, 2, 111. *et* Truc. 2, 6, 27.

ELIX, ĭcis. m. [ἀγωγὸς] *Sulcus aquarius, qui in ſegetibus fit.* Columel. 2, 8, 3 Sed quamuis tempeſtiue ſementis confecta erit, cauebitur tamen, vt patentes liras, crebrosque ſulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus, *etc.* *Add.* Id. 11, 2, 82. Feſtus, Elices ſulci ſunt aquarii, per quos aqua collecta educitur e liris. *Conf. Salmaſ. Plin. Exercit.* p. 512. *et* Seru. *ad* Virg. Georg. 1, 109 *quem laudamus in* ELICIO. *et ſupra* COLLICIAE.

ELICIVS, a, um. Adi. [ἐξαγωγὸς] *Vt*, Iupiter Elicius *ab eliciendis prodigiis.* Ouid. Faſt. 3, 327 Eliciunt caelo te Iuppiter: vnde minores Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant. *Adde* Liu. 1, 20 Ad elicienda prodigia ex mentibus diuinis Ioui Elicio aram in Auentino dicauit Numa.

ELICO, *Heluetius quidam fuit, de quo Plinius*, Produnt Alpibus coërcitas, et tum inexſuperabili munimento Gallias, hanc primum habuiſſe cauſam ſuperfundendi ſe Italiae, quod Elico ex Heluetiis ciuis earum, fabrilem ob artem Romae commoratus, ficum ſiccam et vuam, oleique ac vini praemiſſa remeans ſecum tuliſſet. *Haec ille* 12, 1.

ELĪDO, ſi, ſum, ĕre. [ἐκθλίβω] *Ex* Laedo *compoſitum, Praepoſitione vim illius verbi augente. Significat enim vi quadam extrudere, vt laedas, vel illud quod eliditur, vel vnde extrudis. Effringere, diſſipare.* Plaut. Poen. 2, 46 Hercle tuum iam elidam caput. Liu. 21, . . Caput pecudis ſaxo eliſit. Animam elidere Lucil. *ap.* Non. 4, 154. *et* Apul. Mileſ. 9 p. 235. Virg. Aen. 8, 288 Vt prima nouercae Monſtra manus geminosque premens eliſerit angues Praeſocauerit, Seru. *ad loc.* Nazar. Paneg. Conſtantini c. 16 *repetit.* Ouid. Met. 12, 142

Quae preſſo ſubdita mento
Elidunt Fauces: et reſpiramen, iterque
Eripiunt animae.

Columel. 7, 9, 9 Quum ſint pariter incluſae ſuper alias aliae cubant et Fetus elidunt. *de ſuibus.* *Add.* 6, 23, 1. Herbas elidere, *i. Comminuere et tundere* Varr. de R. R. 1, 47. Plin. 11, 37 Caeteris oſſibus leonis eſt tanta duritia, vt Ignis elidatur, velut e ſilice. Suet. in Neron. c. 53 Praeparatumque Leonem aiunt, quem vel claua, vel brachiorum nexibus in amphitheatri arena ſpectante populo nudus elideret. Morbum ceſſantem neruis elidere *dicuntur* Sulfura Hor. Epiſt. 1, 15, 6. Naues Caeſ. B. C. 3, 27. Neruos virtutis Cic. Tuſc. 2, 27 c. 11. Stat. Theb. 5, 394 Vt vero eliſit Nubes Ioue tortus ab alto Ignis, et ingentes patuere in lumine nautae, *etc.* *Vid.* ELISVS *modo.* Oculos alicui Plaut. Rud. 3, 2, 45. *i. effodere, excutere.* Pactum Paull. in l. ſi vnus §. pactus D. de pactis. Pontum Lucan. 6, 56. Celſ. 4, 4 His communia ſunt, quod propter anguſtias per quas ſpiritus euadit, Sibilum elidit. *At Morgagn. Ep. 1 in Celſ. ſuſpicatur*, Edit. *Non eſt opus.* Plin. 11, 51 Elephas circa nares, ore ipſo ſternutamento ſimilem elidit Sonum. Celſ. 4, 4 Opus eſt deinde fomentis humidis: nam ſicca Spiritum elidunt. Virg. Aen. 3, 567 Ter Spumam eliſam, et rorantia vidimus aſtra. Seruius *interpretatur* Excluſam, *Melius forte, alliſu ad rupes in altum excuſſam.* Cic. Tuſc. 3, 84 Atqui Stirpes ſunt aegritudinis quam multae, quam amarae, quae ipſo trunco euerſo, omnes elidendae ſunt. *Sed* eligendae *ex MSS. Gruter. et Dauis.* Curt. 9, 7 Stipitem intentans, eliſurusque eo Victum, niſi prohibitus eſſet a rege. *h. e. Hoſtem ſuperatum.* Viuacemque animam miſſis elidite ſiluis Ouid. Met. 12, 508. Elidi et exanimari Sueton. in Caeſ. c. 39. *Add.* Id. Tib. c. 39. Suffocari et elidi Flor. 3, 3, 17. Elidi aegritudinibus Cic. Tuſc. 5, 16. Idem de Repub. *apud* Non. 2, 154 Vt auriga indoctus e curru trahitur, operitur, eliditur, laniatur. *Metaphor.* Quinctil. 2, 11, 7 Magnas ſententias et res bonas elidunt, *i. vi quadam extrudunt, vt partus eliditur etc.* Vegetius Mulom. 1, 26, 3 *et* 4. *it.* 2, 17, 2 Elidere *dixit pro* Deiicere, *de iumento, quod curandi cauſa in terram deiicitur.*

ELĪSVS, a, um. Partic. Eliſus, εὐαγεὶς, πεσὼν, Vet. Gloſſ. Eliſos, ἐκθλιβέντας Id. Ouid. Met. 1, 466 Eliſo percuſſis Aëre pennis. Artus eliſi Idem Met. 14, 196. Lucan. 2, 154 Hic laqueo fauces eliſaque Guttura fregit. Ouid. Met. 6, 696 Exſiliantque cauis eliſi nubibus Ignes. Sen. Agam. 6 Et Nube dirum fulmen eliſa micat. Venter eliſus Lucan. 3, 657.

ELISIO, ōnis. f. Excluſio, *apud* Sen. Epiſt. 99. Eliſio literarum vocalium *Gramm.*

ELĬGO, ēgi, ectum, ĕre. [ἐκλέγω, αἱρέομαι, ἐπιλέγω, αἱρετίζω, προκρίνω] *Eſt e multis, quorum fiat optio, aliquid aſſumere.* Cic. Acad. 4, 117 c. 36 Finge aliquem nunc fieri ſapientem, nondum eſſe, quam potiſſimum ſententiam et diſciplinam melius eliget? Idem Diuin. in Verr. 45 c. 14 Quoties ille tibi poteſtatem optionemque facturus ſit, vt eligas vtrum velis. *Iungitur cum Praepoſitionibus* A, De, Ex, Ad. Cic. de Inuent. 2, 5 c. 2 Quod ſi in caeteris quoque ſtudiis a multis eligere homines commodiſſimum quodque, quam ſeſe vni alicui certo vellent addicere, minus in arrogantiam offenderent, *etc.* De: Varro de R. R. 2, 8, 3 De aſinis quemque ampliſſimum et formoſiſſimum quem poſſunt eligunt. De tribus eligere quem velis Cic. Philipp. 10, 5. Ex: Elegit ex multis Iſocratis libris triginta fortaſſe verſus Hieronymus Peripateticus Idem in Orat. 198. *Et* Off. 3, 3 Non ſolum ex malis eligere minima oportet: ſed etiam excerpere ex his ipſis, ſi quid ineſt boni. Ad: Cic. Tuſc. 4, . . Numquam profecto ſcholis eſſent excitati, neque ad illud munus electi. Idem pro Domo 2 Conſilium maiorum in ampliſſimis viris ad ſacerdotia eligendis. *Sed hodie editur* deligendis. Ouid. Epiſt. 16, 167 Nec piget, aut vnquam Stulte elegiſſe videbor. Opus eligere Ouid. ex Pont. 3, 9, 54. Idem Met. 13, 365 Pugnandi tempora mecum Eligit Atrides. ¶ 2 Eligere *non ſemper ſignificat legere e multitudine, quod probes, ſerues, ſed etiam, quod abiicias.* Varr. R. R. 3, 9, 14 Eligere pedes e capite pullorum. Colum. 4, 5 *de herbis exſtirpandis*, Quae niſi manu eliguntur, et in ſummum reiiciuntur. *Sic* Cic. Tuſc. 3 *extr.* At quae ſtirpes ſunt aegritudinis! quam multae! quam amarae! quae ipſo trunco euerſo omnes eligendae ſunt. *Et pp.* Hae ſunt illae fibrae ſtirpium, quae ſunt, vt initio dixi, perſequendae, et omnes eligendae, ne vnquam vlla poſſit exiſtere.

ELECTVS, a, um. Partic. [προκεκριμένος] Plin. 15, 29 Ideo tum electa *myrtus*, quoniam coniunctioni et huic arbori Venus praeeſt. Coloni conquiſiti et electi Cic. contra Rull. 2 c. 35. *Vid.* CONQVIRO. Ferae Ouid. Met. 12, . . Loci electi ex orationibus Quinctil. 2, 7. Princeps Sueton. Galb. c. 14. Cic. de Fin. 1, . . Electis verbis dictatae res. *Compar.* Iuuenis ad electiora tendens Symmach. Epiſt. 5, 75. *Geſner. ſuſpicatur*, erectiora. Auguſt. de Ciu. Dei 20, 29 Poteſt ſenſus alius idemque electior inueniri. *Superl.* Praeceptor electiſſimus A. Dial. de Orat. c. 34. Scripta Catull. 3, 6. Verba Cic. de Fin. 3, 19. Electiſſimi viri ciuitatis Idem pro Quint. 5 c. 2 *pr.* *Conf.* Veget. de re Militari 2, 6.

ELECTA, orum. n. *Liber rerum excerptarum.* Plin. Epiſt. 3, 5 Electorum commentarios mihi reliquit.

ELECTVS, ûs. m. [πρόκριμα] Ouid. Epiſt. 2, 144 In necis electu parua futura mora eſt.

ELECTOR, ōris. m. [αἱρετὴς] *Qui eligit.* Auctor ad Heren. 4, 7 c. 4 Poſtremo in eo vim artificii conſumant, vt ipſi ab aliis potius eligendi, quam aliorum boni electores exiſtimentur.

ELECTIO, ōnis. f. [ἐκλογὴ, αἵρεσις] Cic. in Orat. 68 Id autem eſt iudicium electioque verborum. Idem de Fin. 4, 46 c. 17. Electionem dare alicui Vell. 2, 72, 5. Optionem *alias vocant.*

ELECTRIX, īcis. f. *Vt*, Electrix adoleſcentula Plaut. Mil. 3, 1, 194.

ELECTE. Adu. [αἱρετικῶς] Cic. de Inuent. 1, 49 c. 30 Electe digerere. *Compar.* Gell. 18, 7 Veteres qui electius locuti ſunt.

ELECTĬLIS, e. Adi. Plaut. Moſt. 3, 2, 41 Vino et victu et piſcatu probo et electili vitam colitis.

ELECTIBĬLIS, e. Adi. *Idem.* Apul. Met. 10 p. 221 Pric.

ELECTVARIVM, i. n. *Dicitur ab Electione rerum, quibus conficitur: niſi potius ex Graeco ἐκλείχειν, quod lambendo ſumitur, et in lingua diſſoluitur.* *Sic* Iſid. 4, 9 *dictum ait*, quod molle ſorbeatur. *Add.* Oct. Horat. 1, 15.

ELĔGANS, antis. [ἀστεῖος, λόγιος, ἐκλελεγμένος, αἱρετὸς, διαιτητὴς Vet. Gloſſ. Elegantes: ἀξιόλογοι, ἐπίλεκτοι. Ib. Αἱρετὸς, Elegans, formoſus, ſpecioſus Ib.] *Cum* Eligendi *notione magnam cognationem habet. Vel qui ſubtiliter* eligunt elegantes *ſunt, vel* elegantia, *quae caute lecta.* Donatus ad Ter. Eun. 3, 1, 18 Qui ſciat eligere, aut ipſe ſit eligendus. *Ita* Cic. de N. D. 2 c. 28 Dictos eſſe elegantes ex eligendo. *Ita* Donat. *vid. modo*, Regem elegantem. *vtcunque tamen ſit*, Elegans *ſignificat Cultum, ornatum, politum. vt*, Elegans oratio Cic. de Fin. 1, 19. Elegans homo (*inquit* Gell. 11, 2) non dicebatur cum laude, ſed id fere verbum ad aetatem M. Catonis, vitii, non laudis fuit. Eſt namque hoc animaduertere, cum in quibusdam aliis, tum in libro Catonis, qui inſcriptus eſt Carmen de moribus, ex quo libro verba haec ſunt, Auaritiam omnia vitia habere putabant: ſumtuoſus, cupidus, elegans, vitioſus, irritus qui habebatur, is laudabatur. Ex quibus verbis apparet, elegantem dictum antiquis, non ab ingenii elegantia, ſed qui nimis lecto, amoenoque cultu, victuque eſſet. Poſtea elegans reprehendi quidem deſiit. ſed laude nulla dignabatur, niſi cuius elegantia erat moderatiſſima. Sic M. Tullius (de Clar. 148 c. 40) L. Craſſo et Q. Scaeuolae non meram elegantiam, ſed multa parſimonia miſtam laudi dedit. Craſſus (inquit) erat parciſſimus elegantium, Scaeuola parcorum elegantiſſimus. *Hactenus* Gell. *Inter conuicia etiam profertur a* Plauto, Trin. 2, 1, 13 Harpago, Mendax, Cuppes, Auarus, Elegans, Deſpoliator. *Vid. Caſaub. ad Theophraſt. Charact.* p. 16 *et* 162. Columel. 7, 2 Tum etiam caſei, lactisque abundantiam non ſolum agreſtes ſaturat, ſed etiam elegantium menſas

menſas iucundis et numeroſis dapibus exornat. Cic. Verr. 4, 98 c. 44 Vide, ne ille non ſolum temperantia, ſed etiam intelligentia te atque iſtos, qui ſe elegantes dici volunt, vicerit. Elegantes *hic ſunt, qui iudicium rerum pulchrarum habent, quid pulchrum ſit, intelligunt.* Cic. Brut. 148. *Locum dedimus paullo ante. Add.* Id. Orat. 83 c. 25 Illam autem concinnitatem — adhibet quidem hic ſubtilis, ſed paullo parcius. Nam ſicut in epularum apparatu a magnificentia recedens, non ſe parcum ſolum, ſed etiam elegantem videri volet; eliget, quibus vtatur: *vbi ad etymon alludit.* Mundus et elegans Cic. de Fin. 2, 23. Elegans, non Magnificus Nep. 25, 13, 5. Elegans *et* Parcus, *contraria:* Pueri ex elegantiſſimis familiis lecti Cic. pro Roſc. Amer. 120. Facetum, elegans, oratorium Idem de Orat. 2, 241. Artes elegantes et ingenuae Id. de Fin. 3, 49. Cic. Brut. c. 62 Minime dignos elegantis conuentus auribus: elegantis *recte iudicare de pulchritudine conſueti.* Eloquentia elegantior Quinctil. 1, 1. Iocandi genus elegans, vrbanum, ingenioſum, facetum Cic. Off. 1, 104. Ingenium iucundum et elegans Quinctil. 5, 13. Ironia Cic. de Clar. Orat. 291. Lingua Catul. 41, 4. Oratio polita vrbana et elegans Cic. de Clar. Orat. 248 c. 82. Ter. Eun. 3, 1, 18 Hui regem elegantem narras. Cic. de Clar. Orat. 63 c. 16 *de Syracuſanis*, Acuti ſunt, elegantes, faceti, breues. Ter. Eun. 3, 5, 18 Quum ipſum me noris, quam elegans formarum ſpectator ſiem? *Vbi* Donatus, Elegans ſpectator eſt, qui ſit cunctantis et faſtidioſi iudicii, cui non quid placet facile. *cui interpretationi fauet* Eun. 5, 5, 19 *etc.* Eia, vt elegans eſt, *i. quam faſtidioſus in eligendo, vt nulla illi puella placeat.* In dicendo elegans Cic. de Clar. Orat. 239 c. 68. Idem Fam. 7, 23 Plane enim intelligo, te non modo ſtudio, ſed etiam amore vſum, quae te delectarint, hominem (vt ego ſemper iudicaui) in omni iudicio elegantiſſimum: quae me digna putaris coëmiſſe. *Compar.* Catul. 13, 10 Seu quid ſuauius, elegantiusue eſt. Elegantior vocis ſonus Gell. 13, 20. *Superl.* Nep. 25, 12, 4 Elegantiſſimus Poëta. *et* Cic. pro Roſc. Amer. 120 c. 41 Elegantiſſimae familiae.

ELEGANTIA, ae. f. [εὐκρίνεια, φιλοκαλία] *Cultus et ornatus, et delectus adeo quidam earum rerum, quae praeter caeteras placent.* Plin. 26, 14 Cicatrices cum elegantia ad colorem reducit ladanum. Materies criſpioris elegantiae Idem 13, 9. *de venis ligni in tabellas ſectilis.* Cic. in Orat. 76 Fucati vero medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur, elegantia modo et munditia remanebit. Diſſerendi elegantia Idem de Fin. 2, 27. *Et* Att. 1, 5 Quae tibi eius loci, et noſtri ſtudii et tuae elegantiae eſſe videbuntur. Morum Tacit. Hiſt. 3, 39. Linguae ſubtilitas et elegantia Cic. de Orat. 2, 28. Loquendi Idem de Clar. Orat. 157. Sermonis Id. Att. 7, 3. Vitae *laudi tribuitur Attico* Corn. Nep. 25, 19, 2. *Sed* Tacit. Ann. 14, 19, 2 Seruilius diu foro, mox tradendis rebus Romanis celebris et elegantia vitae quam clariorem effecit, vt par ingenio, ita morum diverſus. *forte Vitii non laudis nomen: vt* Gell. *ſupra in* ELEGANS, *Conſ.* Tacit. Ann. 16, 18, 3 Erudito luxu et aſſumtus Neroni elegantiae arbiter. Elegantia tinctus, *vid.* Tinctus, *in* TINGO. Cic. in Brut. 157 Latine loquendi accurata, et ſine moleſtia diligens elegantia. Sine moleſtia *dicit: nam moleſti eſſe ſolent nimis diligentes, vt qui manum de tabula (quod aiunt) tollere neſciant.* Exculta elegantia Quinctil. 6, 3. Cic. de Fin. 3, 4 Agricultura, quae abhorret ab omni politiore elegantia. Cum ſumma elegantia atque integritate viuere Idem pro Sulla 79. Elegantia *apud Rhetores eſt*, quae facit, vt vnumquodue pure et aperte dici videatur. Haec diſtribuitur in Latinitatem et explanationem. Auctor ad Heren. 4, 17 c. 12.

ELEGANTER. Adu. [εὐκρινῶς, φιλοκάλως] *h. e. Polite et cum delectu quodom et iudicio. Vt*, Cic. de Fin. 2, 100 Hoc ipſum elegantius poni, meliusque potuit. *Et* ad Brut. 15 Tibi is exponet, qui et optime omnia nouit, et elegantiſſime expedire, et deferre ad te poteſt. Liu. 35, 31 Zeno ex principibus vnus, magnae cum ob eleganter actam vitam auctoritatis, tum quod, *etc.* Cic. Att. 13, 50 Libertis lautis, ſeruisque nihil defuit: nam lautiores eleganter accepti, *i. laute et delicate.* Idem Fam. 5, 13 Ad conſolandum autem cum illa valent, quae eleganter copioſeque collegiſti. Accurate eleganterque dicere Id. de Clar. Orat. 86. Cic. de Clar. Orat. 252 c. 72 Audio illum omnium fere Oratorum Latine loqui elegantiſſime. Neque diſtincte, neque diſtribute, neque eleganter, neque ornate ſcribere Cic. Tuſc. 2, 7 c. 3. Saltare elegantius quam neceſſe eſt probae Salluſt. Catil. c. 24. Quid a me fieri potuit aut elegantius aut iuſtius Cic. Fam. 3, 8. *i. decentius.* Laelius elegantius facturos dixit, ſi iudicio patrum quam ſorti eam rem permiſiſſent Liu. 37, 1.

ELIBERO, āre. Interpr. Iren. l. 4. *Liberare, cum termino e quo.*

ELIBERATIO, ōnis. f. Auguſtin. . . .

ELIGVRIO, īre. Varroni tribuitur.

ELIGVRITIO, ōnis. f. Gloſſ.

ELIMES, mitis. m. ἄποικος, παρόριος Gloſſ. Lat. Gr. *qui extra limitem noſtrum, ſines noſtros, habitat.*

ELIMĬNO, āre. [ἐξορίζω] *Eiicere, et Extra limen trudere.* Ennius Medea Exule, Antiqua herilis, ſida cuſtos corporis, quid ſic te extra aedes exanimata eliminas? Accius Phoeniſſis, Egredere, exi, efſer te, elimina vrbe. Varro Serrano, Occipitium Arino deo oſtendo, ex oraculo elimino me. Pacuu. Quoniam clamor eliminat? Pomponius, Eliminabo extra aedes coniugem. Nonius 1, 179. *et* 4, 156. Hor. Epiſt. 1, 5, 25 Ne ſidos inter amicos Sit, qui dicta foras eliminet. Eliminat gradus, *an recte dictum ab Accio, diſputatur apud* Quinct. 8, 3, 31 *inter Senecam et Pomponianum.*

ELIMINATVS, a, um. Partic. Gloſſ. Gr. Lat. ἐξωστρακισθείς. Sidon. Epiſt. 4, 10.

ELIMINATIO, ōnis. f. ICt. in Cod. . . .

ELĪMO, āre. [ἀποῤῥίνω Vet. Gloſſ. ἀποξύω] *De aliqua re limare.* Plin. 34, 18 Alii elimatam ſcobem in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figulinum. Ouid. Met. 4, 178 *de Vulcano*, Extemplo graciles ex aere catenas, Retiaque, et laqueos, quae lumina fallere poſſint, Elimat. Non illud opus *etc. Sic etiam retinuit Burm. qui ad* Am. 1, 14, 7 *ſuſpicatus fuerat legendum*, Eliquat. *Per tranſlationem.* Cic. Att. 16, 7 Velim σχόλιον elimes ad me, oportuiſſe te id facere. Idem Acad. 4, 66 c. 20 Rationes latiore ſpecie non ad tenue elimatae. Gell. 17, 10. Commodius aliquid elimare Quinctil. 2, 8. ¶ 2 *Vtuntur quoque hac voce Patres quaſi profecta ex* Limus. *Sic* Tertull. de Poenit. c. 11 Puluerem dentibus elimandis. *ſiquidem* limus *vocatur illa ſcabrities, ſeu ſordes, quae dentibus adhaeret. Vid.* ELIMATOR.

ELIMATVS, a, um. Partic. *Pro extenuato et imminuto* Cael. Aurel. Chron. 2 *extr.* ſ. 217 p. 428 Cum corpus elimatis viribus debilitet balnei frequentia. *Compar.* Auguſtin. Epiſt. 37 Elimatiores.

ELIMĀTE. Adu. *Apud* Gell. . . .

ELIMATIO, ōnis. f. Elimatio ligni Marcell. Empir. 4, 10. Elimatio carnis Cael. Aurel. Tard. ſ. Chron. 4 *extr.* ſ. 138 p. 599 *extenuatio.*

ELIMATOR, ōris. m. Tertull. adu. Marc. 4, 35 Chriſtus elimator humanarum macularum.

ELIMPIDO, āre. Elimpidare vulnera Veget. Mulom. 1, 26, 2. 2, 27, 4. 4, 282 *purgare.*

ELINGO, ĕre. Si Molybdaena *herba* commanducata oculus ſubinde elingatur, plumbum ex oculo tollitur Plin. 25, 13 ſ. 97. *Conſ.* Vulgat. Baruch. 6, 19.

ELĬNGVIS, e. Adi. [ἄγλωττος] *Qui ſine lingua eſt, vel quacunque cauſa ea non vtitur, etſi habeat. Vid. mox* ELINGVATVS. Cic. pro Flacc. 22 c. 10 Conuicit, et elinguem reddidit. Idem de Clar. Orat. 100 Praeſertim quum Fannius numquam ſit habitus elinguis. Plin. Epiſt. 167 Iidem proſpeximus curiam, ſed curiam trepidam et elinguem.

ELINGVARE. [ἐκγλωττίζειν] *Linguam amputare.* Plaut. Aul. 2, 2, 72 Si hercle ego te non elinguendam dedero vſque a radicibus, *etc.*

ELINGVATVS, a, um. Part. Elinguis habet linguam, ſed vſu eius caret: elinguatus amiſit Corn. Fronto p. 1333 *Putſch.*

ELINGVATIO, ōnis. f. γλωσσοτομία. Gloſſ. Gr. Lat.

ELINO, ĕre. Lucil. *apud* Non. 2, 273. *al.* ELEO. *v. v.*

ELĬQVO, āre. [ἐκτήκω] *Liquidum facere: quod idem Colliquare dicitur, vt quum aurum, aut argentum diſſoluitur.* Operta metalla Eliquat ornatus ſoluendi leno pudoris Prud. Hamart. 259. *De filis, pro deducere* Tertull. de Pall. c. 3 *ex emendatione* Burm. ad Ouid. Am. 1, 14, 7. *qui etiam* Metam. 4, 178 *de Vulcani retibus malit legere*, Graciles ex aere catenas Retiaque et laqueos, quae lumina fallere poſſint Eliquat, *pro vulg.* Elimat. *Nam ſyllabam mediam in hoc verbo ancipitem, alias obſeruatum, v. g. ad* Met. 3, 486. Eliquat et tenero ſupplantat verba palato Perſ. 1, 35 *de voce. Conſ. Caſaub. Hunc in ſenſum apud* Quinct. 1, 4, 9 eliquatur *pro* obliquatur *legere malit Geſner.* ¶ 2 *Ad liquidum purgare, colare.* Sen. Nat. Quaeſt. 3, 26 Eſt in Cherſoneſo Rhodiorum fons, qui poſt aliquantum interuallum temporis foeda quaedam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatusque eſt. Columel. 12, 12 Deinde quum ſaepius eam in alia vaſa transfuderint, et eliquauerint. Vinum a fecibus eliquatum diffundere Idem 1, 2, 27. *Add.* ib. c. 19 *et* 21. *et* 41. Sidon. Epiſt. 2, 2 *ante med.* In hanc ergo piſcinam fluentum de ſupercilio montis eliquatum, *i. e niuibus liquefactis ortum, vel per arenarum et lapidum rimas defecatum. Sed Sauaro dedit* fluuium — elicitum. *Vid.* ELICIO n. 2. Apul. Met. 1 *pr.* ſ. p. 103, 11 Equum in gradum lenem ſenſim proueho, quoad laſſitudinis incommodum alui ſolitum ac naturale praeſidium eliquaret. *Nempe putant, vrina reddenda etiam ſolui et velut liquefieri laſſitudinem. Nempe* eliquare *hic etiam eſt velut per colum aut ſaccum transmittere,* διυλίσαι, διηθῆσαι.

ELIQVATORES, *vel* ELICATORES, ὑδροσκόποι, Gl. Gr. Lat.

ELIQVESCO, ĕre. [τήκομαι] *Liquidum fieri, ſiue Liquefieri.* Varr. de R. R. 1, 55, 4 Alia ad cibum eligitur: alia vt eliqueſcat, ac non ſolum corpus intus vngat, ſed etiam extrinſecus. *De olea loquitur.*

ELIQVĀMEN, inis. n. [τῆγμα] *Quod eliquatum eſt ex re aliqua, vt carne aut piſcibus: id autem vulgus vocat Salmuriam vel Muriam.* Columel. 9, 14, 3 Abſtineatque fere ab omnibus redolentibus eſculentis, vt ſunt ſalſamenta, et eorum omnia eliquamina, *etc.*

ELIQVIVM, ii. n. *Vt*, Eliquia irrumpentis oceani Solin. c. 18 (*al.* 28) *Vid. Salmaſ. p. 151 qui ita interpretatur, Maria ex Oceano arctis faucibus terras intrantia quaſi colari.* Gr. ἐκρύσεις.

ELIS, is. f. [Ἦλις] *Vrbs in Peloponneſo.* Cic. de Diuin. 1, 91 c. 41 Elis in Peloponneſo familias duas certas habet, Ianuidarum vnam, alteram Cluditarum, aruſpicinae nobilitate praeſtantes. *Celebris certamine quod ibi exercebatur in honorem Iouis Olympici. Vid.* Plin. 4, 5. *Notarunt Grammatici aliter flecti nomen Vrbis, quod ſecundum caſum primo ſimilem habet, aliter Regionis vrbem circumiacentis quod ſecundum caſum auget, h. p.* Elis, ĭdis. *Vid.* Victor. ad Cic. Fam. 13, 26 *vbi recte legitur*, Qui Eli negotiatus eſt. *Et* de N. D. 3, 59 c. 23 Venus prima Caelo et Die nata cuius Eli delubrum vidimus, *vbi editur* Elide Plin. 16, 8 *extr.* Vt circa Elin et Lacedaemonem. *Sic* Elin, Meſſeniaque arua colebas Ouid. Met. 2, 679. Reſupina Elis Stat. Theb. 4, 237. ¶ 2 Virg. Aen. 3, 694 Alpheum fama eſt huc Elidis amnem, Occultas egiſſe vias ſubter mare. *Hic prouinciae nomen eſt.*

ELĒVS, a, um. Adi. [Ἠλεῖος] *Ad ludos Olympicos fere refertur. v. g.* Virg. Georg. 3, 202 Hic vel ad Elei metas, et maxima campi Sudabit ſpatia, et ſpumas aget ore cruentas. Tibull. 1, 4, 27 Quam iacet infirmae venere vbi fata ſenectae, Qui prior Eleo eſt carcere miſſus equus. Ouid. Epiſt. 18, 166 Vt celer Eleo carcere miſſus equus. Labores Elei Stat. Silu. 4, 4, 31.

ELIADES equae, [Ἠλειάδες ἵπποι] Virg. Georg. 1, 59 Eliadum palmas Epiros equarum. Epirus creat equas optimas, quae apud Elidem palmas merentur in Iouis Olympici curuli certamine. Seruius.

ELĪSA, ae. f. [Ἐλίσσα] Nomen fuit Didonis. Nam Dido lingua Phoenicum Virago interpretatur. Quum enim Iarbas, Libyae rex, eam vellet vxorem ducere, illa vero negaret, Carthagini bellum intulit. cuius timore quum cogeretur a ciuibus, petiit, vt ante placaret manes mariti: et exaedificata pyra ſe in ignem praecipitauit: ob quam rem Dido, *i.* Virago dicta eſt, quae virile aliquid fecit. *Hactenus* Seruius *in illud* Aen. 4, 36 Non Libyae, non ante Tyro deſpectus Iarbas. Idem Aen. 4, 335 Nec me meminiſſe pigebit Eliſae Dum memor, *etc.*

ELISĒVS, a, um. Adi. Sil. 6, 346 At noua Eliſei iurato foedera patres Conſultant mandare duci. *i. Carthaginienſes, ab* Eliſa *Didone.*

ELISPHACOS, *apud* Plin. 22, 25. *Vid.* ELELISPHACOS.

ELIX. *Vid.* ELICIO.

ELIXA, a Liquore dicta. Feſtus.

ELIXO, āre. [ἑψάω] *Aqua coquo cinere ollae ſuppoſito, qui lix vocatur, vnde et* Lixae *dicuntur, ſic Humelberg. ad* Apic. 7, 6 *pr. Sed magis ad rem pertinet, quod* Non. 1, 309 *ait*, Lixam namque aquam veteres vocabant. Auem elixare Apic. 6, 6. *Conſ. eund.* 5, 5: 3, 6 *etc.*

ELIXATVS, a, um. Partic. *Vt*, Elixata radix Macer. 1, 10, 7.

Colicu-

Coliculos elixatos mediabis Apic. 3, 9. *Add.* Id. 2, 1. Theod. Priſc. de Diaet. c. 10.

ELIXĀTIM. Adu. *Laudatur* Apic. 5, 8 Elixatim ſumto ſemine. *Sed Humelb. et Liſterus* Elixati. *Sed* 4, 3 p. 133 Citrium — teſſelatim conciſum et elixatim in cacabum mittes, *Liſterus, Humelb.* elixatum. *Itaque neque auctoritas firma, neque ſignificatio.*

ELIXVS, a, um. Adi. [ἑφθὸς] *Aqua coctus.* Plaut. Moſtel. 5, 1, 66 Nam elixus eſſe quam aſſus ſoleo ſuauior. Idem Poen. 1, 2, 67 Aſſum apud te eccum. AG. at ego elixum volo. Non. Marcell. 1, 309 Elixum dicimus aqua coctum. — Varro — Proinde vt elixum panem ex farre et aqua frigida fingebant. Idem 1, 48 Elixum quidquid ex aqua mollitur vel decoquitur: Varro, In pauimento non audes facere laconam: at in humu calceos facis elixos. *i. Madefacis calceos.* Apic. 7, 6 *aliquoties* Elixam *ſimpliciter dixit pro carne elixa.* Balneator elixus Martial. 5, 7. Ouid. Faſt. 4, 371 Candidus elixae miſcetur caſeus Herbae. *Sed al.* eliſae. Nates elixae: *vid.* Perſ. 4, 39. *i. curatione et dropaciſmo mollitae.* Sorbum Columel. 8, 17. Veruex Iuuen. Sat. 3, 294. Hor. Serm. 2, 2, 73 At ſimul aſſis Miſcueris elixa, ſimul conchylia turdis.

ELIXVRA, *vel* ELIXATVRA, ae. f. *Vt Coctura.* Apic. 9, 1. *et* Macer. 1, 22.

E L L

ELLEBORVM, *cum deriuatis, vid.* HELLEBORVM.

ELLOPS, *vid.* ELOPS.

ELLVM. Adu. demonſtrantis apud Comicos *inquit* Donatus, pro Ecce illum. Plaut. Curc. 2, 2, 28 Paraſitum tuum video currentem: ellum vſque in platea vltima. Ter. Andr. 5, 2, 14 Neſcio quis ſenex modo venit: ellum, confidens, catus. *Add.* Id. Adelph. 2, 3, 7 *etc. Vid. Vallam* 2, 15.

ELLYCHNIVM, i. n. [ἐλλύχνιον] *Dicitur Funiculus ille papyraceus, ſiue ſparteus cannabinusue, aut ſtupeus, qui ſtans in oleo peruritur.* Plin. 23, 4 Ellychnia ex vua *(cici arboris)* fiunt claritatis praecipuae. Idem 35, 15 *de ſulphure loquens,* Quarto autem ad ellychnia maxime conficienda. Stat. Silu. 4, 9, 29 Non ellychnia ſicca, non replictae Bulborum tunicae. *Conf.* Vitruu. 8, 1.

E L O

ELŎCO, āre. *Locare foras, et vtendum faciendumue dare intercedente pretio.* Cic. pro Flacc. 69 c. 28 *de Iudaeorum gente,* Quam cara diis immortalibus eſſet, docuit, quod eſt victa, quod elocata, quod ſeruata: *quod vectigalia, ſi non perpetua, tamen ad tempus* illi *impoſita, eaque publicanis locata ſunt.* Plin. 26, 1 Siquidem certum eſt Manilium Cornutum ex Praetoriis legatum Aquitanicae prouinciae, H-S. CC. elocaſſe in eo morbo curandum ſeſe. Boues elocare, *h. e. Alteri locare, vt inde lucrum accipiamus.* Columel. 1, 7, 6 Et maxime vexant ſerui, qui boues elocant, eosdemque et caetera pecora male paſcunt. Fundum elocare: *h. e. Fundum alteri committere et locare.* Cic. Verr. 3, 55 c. 22 Ad ſe pertinere negabat: fundum elocatum eſſe dicebat. Plin. 21, 3 Aſſes ergo contulit populus, et funus elocauit. *h. e. Funus faciendum alicui dedit, nempe pompas funebres.*

ELOCVTIO, ELOCVTRIX. *Vid.* ELOQVOR.

ELOGIVM, i. n. [ἐλλόγιον] *Titulus eſt, ſcripturae breuis, rem, vel cauſam rei, vere aut falſo, laudis aut vituperii cauſa indicans. Primam ſedem habuiſſe videtur in rationibus, et inde nomen accepiſſe. Cum enim* ἐλλογεῖν *ſit imputare, expenſum ferre:* Ellogium *ſ.* Elogium *fuit titulus, ſub quo aera ſingula ponerentur. Sic* elogium *fuit, de quo* Sueton. Veſpaſ. c. 23 Expugnatus a quadam, quaſi amore ſui deperiret, quum perducta pro concubina ſeſtertia quadraginta donaſſet, admonente diſpenſatore, quemadmodum ſummam rationibus vellet referri, VESPASIANO, inquit, ADAMATO. *Haec, inquam, verba,* Veſpaſiano adamato, elogium *ſunt. Haec diſputat Caſaubonus ad ipſum l. c. Suetonii. Scaliger. ad* Virg. Culicem *extr. Praepoſitionem Latinam in hac voce agnoſcit, vt in* Prologus, Antelogium, Poſtſcenia *etc. Notat igitur* Elogium ¶ 2 *Titulum ſepulcri.* Virg. Cul. *extr.*

His tumulus ſuper inſeritur: tum fronte locatur
Elogium, tacita format quod litera voce
Parue culex, pecudum cuſtos tibi tale merenti
Funeris officium vitae pro munere reddit.

Hic duo verſiculi ſepulcro inſcripti ſunt Elogium. *Sic ipſe* Cic. Tuſc. 1, 31 c. 14 Quid ipſa ſepulcrorum monumenta, quid elogia ſignificant, niſi nos futura etiam cogitare? Idem Fin. 2, 116 c. 35 Nonne elogia mortuorum id ſignificant, velut hoc ad portam, Vno ore cui plurimae conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum. *Repetit* Catone mai. 61 c. 17. *Sed quod laudatur etiam ex eod.* Cat. 74 c. 20 Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum et lamentis vacare: *magis probo* elegium, ἐλεγεῖον *carmen elegiacum Hexametro et Pentametro conſtans. Seruauit illos verſiculos Plutarchus in comparatione Solonis et Publicolae. Qui locum inſpexerit, non inſcriptionem ſepulcri eſſe, ſed epiphonema diſputationis Mimnermo oppoſitae, caeterum diſticho elegiaco conſtare, deprehendet. Magis huc pertinet* Cic. in Piſon. 72 c. 29 At hoc nuſquam, opinor, ſcriptum fuiſſe in illo elogio, quod te conſule in ſepulcro reip. inciſum eſt; *ſic vocat rogationem de proſcriptione Ciceronis.* ¶ 3 *Haec* elogia *cum laudes fere continerent,* Elogium *etiam pro laudatione dici coeptum.* Sueton. in vita Horatii, *Auguſtus Horatio* expreſſit elogium, cuius initium eſt, Cum tot ſuſtineas et tanta negotia ſolus, *quae eſt hodie* Epiſt. 2, 1. *Sed forte melius hic legitur* Ecloga, *vel* Eclogion *adeo. Et ſane* Eclogam *dedit Baxterus in fronte Horatii.* Idem Sueton. Galba c. 3 Imagines et elogia vniuerſi generis exſequi longum eſt: familiae breuiter attingam. ¶ 4 *Maleficis etiam appenſa vel affixa* elogia, *i. breuis delictorum indicatio.* Sueton. Cal. c. 27 Cuſtodiarum ſeriem recognoſcens, nullius inſpecto elogio *(vt ex meritis cuiusque ſententiam ferre poſſet)* ſtans tantummodo intra porticum mediam, a caluo ad caluum duci imperauit: *nempe ſic deſignauit, quos duci vellet, ſeriem ſtantium ab vno caluo inde ad alterum.* Tertull. Apologet. 44 Veſtros iam conteſtamur actus, qui quotidie iudicandis cuſtodiis praeſidetis, qui ſententiis elogia diſpungitis: *i. diiudicatis, pro delicti elogio ſignificati grauitate poenam imponitis. Et* c. 2 Si de aliquo nocente cognoſcitis, non ſtatim confeſſo eo nomen homicidae, vel ſacrilegi, vel inceſti, vel publici hoſtis (vt de noſtris elogiis loquar) contenti ſitis ad pronuntiandum, niſi et conſequentia exigatis *etc. In his ergo* elogium *praecedit ſententiam de poena, et ſolam delationem et crimen continet: ſicut et* ad Scapulam c. 4 Pudens etiam miſſum ad ſe Chriſtianum in elogio concuſſione eius intellecta dimiſit, ſciſſo eodem elogio, ſine accuſatore negans ſe auditurum hominem *etc. Sic* Modeſtinus in l. Deſertorem D. de re milit. Deſertorem auditum ad ſuum ducem cum elogio praeſes mittet. *Sic* l. 6 D. de cuſtod. et exhib. reor. Non eſſe vtique epiſtolis eorum credendum, qui quaſi damnatos ad praeſidem remiſerint — quia non omnes ex fide bona elogia ſcribere compertum eſt. *Et* l. 11 eod. Illud a quibusdam obſeruari ſolet, vt cum cognouit et conſtituit, remittat illum cum elogio ad eum, qui prouinciae praeeſt, vnde is homo eſt. Ammian. 14, 5 Ideoque fertur neminem aliquando ob haec vel ſimilia poenae addictum oblato de more elogio reuocari iuſſiſſe. *Vid. hic Valeſius.* ¶ 5 *Hinc etiam pro criminibus non iudicialibus, et famoſis adeo libellis, vel carminibus ponitur.* Plaut. Merc. 2, 3, 74 Impleantur meae fores elogiorum carbonibus, *i. maledictis, certe nugis amatoriis domum infamantibus, carbone ſcriptis. Sic* Tertull. Apol. 15 Et ſuſtinetis Iouis elogia cantari, *i. crimina a Poëtis in illum conficta. Add. Munker. ad* Fulgent. p. 30. ¶ 6 *Sed etiam titulus ipſius damnationis* elogium *eſt.* Spartian. Seuero 51 Fuſtibus eum ſub elogio praeconis cecidit, Legatum Populi Rom. homo plebeius temere amplecti noli. Auid. Caſſius in epiſtola *apud* Volcat. Gall. p. 470 *ed. Hack.* Vides multis opus eſſe gladiis, multis elogiis, vt in antiquum ſtatum publica forma reddatur. ¶ 7 Cenſorium elogium *eſt titulus et cauſa, quam reddunt ſuae animaduerſionis.* Declam. in Sall. 25 Quod ſi — illud cenſorium elogium Appii Claudii et L. Piſonis — quo vſus eſt quisque eorum — recitarem; nonne tibi viderer aeternas inurere maculas *etc.* Subſcriptio *vocatur Ciceroni.* ¶ 8 *In teſtamentis* elogium *eſt, quo cauſa inſtitutionis vel exheredationis redditur.* Sen. Controu. 15 Teſtamento omnium bonorum ſuorum reliquit formoſam heredem, et adiecit elogium, quia pudicam comperi. *Sic eſt in themate, et in ipſa tractatione.* Cic. pro Cluent. 135 c. 48 Elogium recitaſti de teſtamento Cn. Egnatii — idcirco ſe exheredaſſe filium, quod is ob Oppianici damnationem pecuniam accepiſſet. Quinctil. 7, 4, 20 Si exheredatum a ſe filium pater teſtatus fuerit elogio, propterea quod is meretricem amauerit. Idem Decl. 2, 15 Non eſt iudices, quod putetis, ideo nullum adiectum ad exheredationem iuuenis elogium, quia de ſcelere conſtaret. Petron. 53 Recitabantur ſaltuariorum teſtamenta, quibus Trimalchio cum elogio exheredabatur. *ICtorum veterum loca collegerunt Panciroll. Var. Lect. 1, 37. et Herald. Obſeru. 28. v. g.* l. 14 §. 2 D. de liber. et poſtum. Non enim videri quaſi filium exheredatum eſſe, quum elogium pater, cum filium exheredaret propoſuiſſet, et adieciſſet, propter eam cauſſam exheredare. ¶ 9 *Pro toto Teſtamento ponitur* l. 20 C. de iur. deliber. l. 33 *et* 35 C. de inoffic. teſtam. l. 3 C. de poſtum. hered. *etc.* ¶ 10 *Sed etiam tituli alii* Elogia *ſunt.* Sueton. Calig. c. 24 Tres gladios in necem ſuam paratos Marti vltori addito elogio conſecrauit, *i. tabella, in qua perſcripta eſſet cauſa conſecratorum gladiorum.* ¶ 11 Elogium διάταγμα Vet. Gl. *id eſt imperium. Sic* Ammian. 29, 2 p. 607 Gron. Elogia parentis publici praeferens (*al.* perferens) futura pluribus luctuoſa, *de Heliodoro cubiculario. Nempe cum* elogia *damnatorum, vt vidimus* n. 6 *per praeconem pronuntiarentur, nomen, vt fit, latius extenſum; et de aliis imperiis coeptum adhiberi. Huc ref.* Gloſſ. Philox. Ἀπόκρισις διὰ λόγων. ¶ 12 *In* Gloſſ. Philox. Elogium *etiam redditur* προοίμιον, *credo, quod ſolerent ante poenas* elogia *puniendorum per praeconem pronuntiari, quemadmodum et cauſas legatorum vel exheredationum* praefari *ſolent teſtatores,* etc. *Sed etiam* ἀνακεφαλαίωσις *ibidem vocatur* Elogium, *in quantum breuis criminum v. g. comprehenſio et ſumma quaedam eo nomine ſignificatur.*

ELOGIO, āre. Cael. Aurel. Tard. 5, 4, 66 Signa elogiauimus, *i. breuiter deſcripta propoſuimus.*

ELOGIĀTVS, a, um. Partic. Cael. Aurel. Tard. 2, 1 Nomina ſpecialiter elogiata. *i. Deſcripta, impoſita.*

ELONGO, āre. [ἐπιμηκύνω] *Idem quod Prolongare, et prolatare, ac differre. Laudatur, neſcio qua fide.* Plin. . . . Quo maxime tempore dies elongantur. *Harduini certe Index nihil tale.* Gloſſarium Cyrilli μακρύνω. Onomaſtic. ἀφίστημι. ¶ 2 *Pro Remouere, cum quo iunctum reperitur.* Sariſb. 7, 16 A conſortio diuinitatis aliquem remouere et elongare. *Adde* Fulgent. Epiſt. 4. ad Niob.

ELOPS, *vel* ELLOPS, is. m. [ἔλοψ] *Piſcis apud antiquos nobiliſſimus habitus.* Vnus omnium ſquamis ad os verſis contra aquam nando meat. A nonnullis Acipenſer dictus Plin. 9, 17. *Conf.* Ouid. Halieut. 96. Gell. 7, 16. Varr. de R. R. 2, 6. *diuerſum ab acipenſere facit L. Nonnius de re Cib.* 2, 20. ¶ 2 *Eſt et Centauri nomen proprium, apud* Ouid. Met. 12, 335 Fixus Elops iaculo. *Sic Burm. al.* Helops. ¶ 3 *Item Serpentis genus.* Plin. 32, 5 ſ. 17 Salſamentorum cibus prodeſt a ſerpente percuſſis, — Peculiariter a chalcide, ceraſte — aut elope, dipſadeue percuſſis. *Sic Hard. ex MSS. al.* Elape, *de* Elope, *vid. et Nicander in Theriac.* p. 35.

ELŎQVOR, qui. [ἐξαυδάω, ἑρμηνεύω, ἐυρεσιλογέω] *Dicere, efferre.* Plaut. Amph. prol. 51 Argumentum huius eloquar tragoediae. Elocuta es Plaut. Mil. 3, 3, 32. *Vox probantis dicta. Quid.* Exlocuta. *Et* Merc. 1, 2, 67 Obſecro te, iſtuc vti tu malum mihi facias palam. AC. Eloquar, quandoquidem me oras. Cic. Off. 3, 51 *de venditore et emtore,* Vterque ſi ad eloquendum venerit, non plus quam ſemel eloquetur. Eloquere vno verbo Plaut. Truc. 4, 2, 43. *Add.* Id. Amph. 1, 1, 262. *et* Ciſt. 1, 1, 58. *etc.* Perge eloqui Ter. Phorm. 4, 3, 96. Quod veni eloquar Idem Heaut. prol. 3. Cum hero pauca eloquar Plaut. Mil. 4, 8, 43. Ipſe eloquar nomen meum Idem Amph. prol. 18. Caeſ. B. C. c, 34 Ille Vnum elocutus, vt memoria tenerent milites ea, quae pridie ſibi confirmaſſent, ſequi ſeſe iubet. Monſtrum eloqui Sen. Herc. Oet. ſ. 6. Plaut. Epid. 1, 2, 20 Prius — quam argenti fuero elocutus ei poſtremam ſyllabam. Verba ſimillima veris eloquor Ouid. Epiſt. 15, 130. Virg. Aen. 3, 39 Eloquar, an ſileam? ¶ 2 Eloqui, *ad oratores ſpectat, vnde dicuntur* Eloquentes. Cic. de Orat. 1, 64 Diſertos me cognoſſe nonnullos, eloquentem adhuc neminem. *Conf.* Id. in Orat. 18 c. 5. Compoſite, ornate, copioſe eloqui Idem de Orat. 1, 48 c. 11. Copioſe eloqui, modo prudenter: melius eſt, quam vel acutiſſime ſine eloquentia cogitare Id. Off. 1, 156. Digne Sen. Thyeſt. ſ. 8. Cic. Tuſc. 1, 6 Fieri autem poteſt, vt recte quis ſentiat: et id quod ſentit, Polite eloqui non poſſit. Praeclare eloqui cogitata Idem de Clar. Orat. 253. Vis eloquendi rhetoricae nomen dedit Quinctil. 2, 1, 5. Vis eloquendi maxima ſoli oratori tribuitur Cic. in Orat. . . . Domina rerum eloquendi vis quam eſt praeclara, quamque diuina Idem de N. D. 2, 148 c. 59. *Actiue habet* Enn. *apud* Gell. 12, 4. *certe in libris quibusdam. Sed Merula in Ennio ſuo* p. 20. *et Gronou. in* Gellio Eloqueretur *dedere,* Quoi res audacter

dacter magnas paruasque iocumque Eloqueretur. *Sed editt. vett.* Eloqueret; quae tincta malis, et quae bona dictu Euomeret, *etc. quae certe rotundiora, quam altera lectio,* Eloqueretur; tincta, *etc.* Elocuta ſint, *Paſſiue*, Vlp. l. 6 ad Edict.

ELOQVENS, entis. Part. [λόγιος, λεκτικὸς] *Qui in dicendi ratione perfectus eſt.* Cic. in Orat. 102 Erit igitur eloquens is, qui in foro cauſiſque ciuilibus ita dicet, vt probet, vt delectet, vt flectat. Idem de Orat. 1, 19 c. 5 Quamobrem mirari deſinamus, quae cauſa ſit eloquentium paucitatis, quum ex iis rebus vniuerſis eloquentia conſtet, quibus in ſingulis elaborare permagnum eſt. Socrates dicebat, omnes in eo, quod ſcirent, ſatis eſſe eloquentes Id. de Orat. 1 c. 14. Cic. de Orat. 1, 6 Si item Ariſtoteles; ſi Theophraſtus, ſi Carneades in rebus iis, de quibus diſputauerunt, eloquentes et in dicendo ſuaues atque ornati fuerunt, *etc.* Eloquens is eſt, qui et humilia ſubtiliter, et magna grauiter, et mediocria temperate poteſt dicere Idem in Orat. 100. Is erit ergo eloquens, qui ad id quodcunque decebit, poterit accommodare orationem Id. in Orat. 123 c. 36. Auctor ad Heren. 4, 66 c. 53 Conformatio, cum res muta fit eloquens, et ei oratio attribuitur. *Compar.* Apul. Apol. p. 276, 30 Quis me hoc pacto eloquentior viuat, quippe qui nihil vnquam cogitaui, quod eloqui non auderem? *Superl.* Cic. Brut. 145 c. 39 Eloquentium iuris peritiſſimus Craſſus, iuriſperitorum eloquentiſſimus Scaeuola. Temporum ſuorum eloquentiſſimus Sueton. Galba c. 3.

ELOQVENTER. Adu. [λογίως Vet. Gloſſ.] Eloquentius ſcribere Plin. Ep. 3, 18. Eloquentiſſime reſpondere, ſcribere Id. 2, 11. *et* 6, 21.

ELOQVENTIA, ae. f. [λογιότης, ἀγορητὺς] *Bene et recte eloquendi ſcientia et habitus.* Ter. Phorm. 4, 3, 24 Eia ſudabis ſatis, ſi cum illo inceptas homine: ea eloquentia eſt. Idem Eun. 5, 9, 63 Dixin' ego vobis, in hoc ineſſe Atticam eloquentiam. Eloquentia nihil aliud eſt, niſi copioſe loquens ſapientia Cic. in Partit. 79 c. 23. Abundans ſonantibus verbis vberibusque ſententiis eloquentia Idem Tuſc. 1, . . *Vindicat eam a calumniis* Quinctil. 2, 16. *Sed eleuat* Declam. 286 p. 509 *Burm.* Nihil eſt tam inhumanum, quam eloquentiam, a natura ad ſalutem et conſeruationem datam, ad bonorum peſtem perniciemque conuertere Cic. Off. 2 c. 14. Idem in Top. 82 Poſſitne eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiam. Prudentiam cum eloquentia iungebat Ariſtoteles Id. Tuſc. 1, 7. Quinct. 5, 12 Nos, qui Oratorem ſtudemus effingere, non arma, ſed tympana eloquentiae demus? Corporis eloquentia *actio* Quinctil. 11, 3, 1. Effectus eloquentiae eſt audientium approbatio Cic. Tuſc. 2, 3. Fontes eloquentiae Quinctil. 6, 1. Imago Idem 2, 12. Lumen Tullius Id. 3, 1. Ornamentum Quinctil. 1, 8. Vires Idem prooem. 1. Apul. Apol. p. 276, 25 *Elm.* Sed nihil ab eloquentia metuant, quam ego, ſi quid omnino promoui, potius ſpero, quam praeſto. Sane quidem, ſi verum eſt, quod Statium Caecilium in ſuis Poëmatibus ſcripſiſſe dicunt, Innocentiam Eloquentiam eſſe, ego vero profiteor iſta ratione, ac prae me fero, nemini omnium de eloquentia conceſſurum. *Vid. etiam reliqua.* ¶ 2 *Epitheta et formulae.* Cic. Bruto 45 c. 12 Pacis eſt comes otiique ſocia, et iam bene conſtitutae ciuitatis Alumna quaedam, eloquentia. Adulta eloquentia, *vid.* ADOLEO. Artificioſa Quinctil. 2, 17. Attica Idem in prooem. 6. Coacta Id. 4, 4. Conſummata Quinctil. prooem. 1. Forenſis, *vid.* RHETOR. Libidinoſa Quinctil. 5, 12. Locuples Idem 5, 14, 30. Tacit. de Orat. 12 Nam Lucroſae huius et ſanguinantis eloquentiae vſus recens, et malis moribus natus, atque (vt tu dicebas) in locum teli repertus. Mediocris Quinctil. 1, 4. Naturalis Idem 10, 1, 43. Paterna Id. 1, 1. Pauper, *vid.* PAVPER. Popularis, *vid.* Rhetorica duplex, *in* RHETOR. Robuſta, Solida Quinctil. 10, 1, 2. Specioſa Idem 5, 14, 30. Cic. in Orat. 17 Quo fit, vt Veram illam et abſolutam eloquentiam nemo conſequatur, quod alia intelligendi, alia dicendi diſciplina eſt: et ab aliis rerum; ab aliis verborum doctrina quaeritur. Corrumpere eloquentiam Quinctil. 2, 10. Effingere Idem 1, 2. Expulſa eloquentia ciuitate Lacedaemoniorum Id. 2, 16. Quinct. 6, 2 Ira nonnunquam indoctis quoque eloquentiam faciat. Formare Idem 2, 10. Inclinare, *vid.* Orationem inflectere, *in* INFLECTO. Locupletare, *vid. in* LOCVS. Obmutuit eloquentia Cic. in Bruto 22. Occultare eloquentiam Quinctil. 4, 1. Perſuadere eloquentia aliquid alicui Cic. in Orat. . . Timere eloquentiam ac gratiam alicuius Quinctil. 4, 1.

ELOQVIVM, ii. n. [αἱμυλία, λόγος] *Sermonem aliquando ſignificat, vt aiunt, non probant: quod enim ex Plauto adfertur,* Dulci ac blando eloquio amicam ſolatus, *nondum repertum eſt. Neque certius, quod* Apuleio *tribuitur,* Platonis eloquio monitus, non nobis ſolis natos eſſe. ¶ 2 *Ergo* Eloquium *eſt Facundia.* Iuuen. Sat. 10, 114 Eloquium ac famam Demoſthenis aut Ciceronis. *et mox,* Eloquio ſed vterque perit Orator. Auſon. Epicedio in patrem, Sermone impromtus Latio, verum Attica lingua Suffecit culti vocibus eloquii. Fertile Claud. ad Olybr. 20. Inſolitum Hor. in Arte Poët. 217. Auſon. Epiſt. 14, 18 Sic tibi ſint Muſae faciles, meditatio prompta Et memor, et Liquidi mel fluat eloquii. Melleo delibutus eloquio iam tertiae Neſtor aetatis Auſon. in Gratiarum actione pro Conſulatu. Potens eloquium Stat. Silu. 4, 4, 65. Sidon. ad Claud. 4 Vernantis eloquii flore melliti. Iuuen. Sat. 7, 19 Nectit quicunque canoris Eloquium vocale modis, laurumque momordit. Decus partum eloquio Sil. 3, 619. Vincere aliquem eloquio Ouid. Met. 13, 63. Vir in eloquio perfectior Vell. 2, 681. Nitor eloquii Ouid. ex Ponto 2, 2, 51. Pylius orator, eloquio comis, *Neſtor* Apul. de Deo Socr. p. 693. *Floridi.*

ELOCVTIO, onis. f. [φράσις, ἑρμηνεία] *Sermonis expreſſio.* Quam Graeci φράσιν vocant, Latine dicimus elocutionem Quinctil. 8, 1 *pr.* Elocutio eſt Idoneorum verborum et ſententiarum ad inuentionem accommodatio Cic. de Inuent. 1, 9 c. 7. Quinctil. 5, 12 Et illam vim ſtricte robuſteque dicendi, tenera quadam elocutionis cute operimus. Cic. de Orat. 1, 20 Ex rerum cognitione efflorеſcat et redundet oportet oratio: quae niſi ſubeſt, res ab oratore percepta et cognita, inanem quandam habet elocutionem, et paene puerilem. Elocutio ad commodum oratoris accommodata, tres in ſe res debet habere, elegantiam, compoſitionem, dignitatem Auctor ad Heren. 4, 17 c. 12. Idem 4, 44 Circuitio, eſt oratio rem ſimplicem aſſumta circumſcribens elocutione. Quinctil. in prooem. 1 Quatuor *(libri)* elocutioni in cuius partem memoria, ac pronuntiatio veniunt, dabuntur. Inſtitutionum quaedam genera ad eloquentiam praeparandam, vt problemata, periphraſes, elocutiones Sueton. de Clar. Gram. 4, 6.

ELOCVTORIA. [ἑρμηνευτική] *Vid.* ELOCVTRIX.

ELOCVTOR, ōris. m. Ennod. 1, 1 Blandus elocutor.

ELOCVTRIX, īcis. f. [ἑρμηνευτὶς] Quinctil. 2, 15 Nam oratoria ſic efferetur, vt elocutoria: oratrix, vt elocutrix.

ELOCVTĬLIS, *vel* ELOQVVTILIS, e. Adi. Copia dapſilis elocutilis facundiae Apul. Met. 11 p. 258, 12.

ELŎQVAX, *pro Loquax.* Cato *apud* Cic. de Senect. 31 *vbi alii* loquax. *Vid. Gronou. ad loc. qui ſubleſtae fidei arguit; ſed probabile videtur Pareo Lex. Crit. p. 410.*

ELORINI, Populi Siciliae, *vt auctor eſt* Cic. Verr. 3, 103.

ELORONVM, *eſt Galliae ciuitas. Vid. Scal. Auſon. Lect. 2, 7.*

ELŌRVS, i. [Ἔλωρος] *Siciliae vrbs, ab* Eloro *amne, qui campis ſuperfunditur dicta; proxime Pachynum. Meminit* Plin. 3, 8. *Et* 32, 2. Silius 14, 270 Sidonios Drepane, atque vnda clamoſus Elorus. Ouid. Faſt. 4, 477 Hinc Camarinam adit, Thapſonque et Eloria Tempe. *quanquam mendoſe legitur* Oloria, *quaſi ab oloribus: Hermol. in* Plin. *Burm.* Heloria.

ELOTVS, *vid.* ELAVO.

E L P

ELPĒNOR, ŏris. m. [Ἐλπήνωρ] *Vnus e ſociis Vlyſſis, quem Circe mutauit in porcum. Homerus tamen in Odyſſea ſcribit, de ſcalis lapſum periſſe. De illo* Iuuen. Sat. 15, 22 Aut tenui percuſſum verbere Circes, Et cum remigibus grunniſſe Elpenora porcis. *Alterum ſequitur* Ouid. Triſt. 3, 4, 19 At miſer Elpenor tecto delapſus ab alto. Martial. 11, 82 Paene imitatus obit ſaeuis Elpenora fatis.

ELPIS, *aeon Valentinianorum, apud* Tertull. c. 8.

E L V

ELV̄CEO, xi, ēre. [ἐκφαίνομαι] *Lucere prae aliis: et per tranſlationem, Manifeſtum eſſe, apparere.* Cic. de Diuin. 1, . . Vt illa tertia pars rationis et mentis eluceat. Virg. Georg. 4, 98 *de apibus,* Elucent aliae, et fulgore coruſcant. Cic. pro Roſc. Amer. 86 Tenuitas hominis eiusmodi eſt, vt diſſimulari non queat: atque eo magis eluceat, quo magis occultatur. Idem de Orat. 2, 155 Nemo enim ſtudet eloquentiae noſtrorum hominum, niſi vt in cauſis atque in foro eluceat. Amicitia magis elucet inter aequales Id. de Amicit. 101 c. 27. Ex animo elucebit omnium Conſtantia omniſque moderatio Cic. Off. 1, 101. Eruditio elucet in ipſa pictura Plin. 35, 11. Excellentia animi elucet magnitudoque in deſpiciendis opibus Cic. Off. 1, 17. Honos elucet Idem Fam. 10, 10. Tibull. 4, 1, 134 Laetior eluxit ſtructos ſuper ignis aceruos. Ingenium in eo elucet Cic. pro Cael. 45 c. 19. Idem Fam. 12, . . Nunc autem opto, vt ab iſtis Orientis partibus virtutis tuae Lumen eluceat. Sanctitas, et prudentia, et dignitas illius quaſi lumen aliquod extinctis caeteris elucet Id. Fam. 4, 3. Significatio virtutis elucet Cic. de Amicit. 49. Spes in pueris elucet Quinctil. 1, 1.

ELVCENS, entis. Partic. [ἐκφαινόμενος] Cic. in Somn. Scip. 8 Inter flammas circulus elucens ſplendidiſſimo candore.

ELVCESCO, ĕre. [παρεκφαίνω] *Significat Magis lucidum fieri. Laudatur* Hieronym. . . . Quod vt clarius eluceſcat, ſumamus exemplum ab his corporalibus ſenſibus. Auguſtin. Retract. 1, 13. *et* Chryſol. Serm. 156. *Sed exemplis antiquioribus defendi non poteſt. Vid. Voſſ. de Vitiis Serm. 1, 23. Sciopp. Animadu. ad Voſſ. p. 12. Cellar. Cur. Poſter. p. 302.*

ELVCĬDO. Vulgat. Sirac. c. 24, 31. *Vid. Voſſ. de Vit. L. L. 4, 7.*

ELVCIFICARE, *luce priuare* Laberius,

Sic ego
Fulgentis ſplendore pecuniae volo
Elucificare exitum aetatis meae.

Haec verba Laberii *leguntur apud* Gell. 10, 17. *Sed Gron.* Splendorem Lucificare *ex libris: puto, contra ſententiam.* Elucifacere *habet* Nonius 2, 293. *in eodem dicto* Laberii.

ELVCTOR, āri. Dep. [διαπαλαίω] *E lucta exire, Luctando ſuperiorem eſſe et vincere.* Plin. 34, 10 Tenuiſſima eſt in ipſo fornacium ore, qua flammae eluctantur. *i. Vi quodammodo exeunt, et quaſi luctando.* Virg. Georg. 2, 244 Aqua eluctabitur omnis. *i.* Cum mora egredietur, *inquit* Seruius. Liu. 24, . . Tenentibusque quum tot ac tam validae eluctandae manus eſſent, ſeſe eripuerunt. Locorum difficultates eluctatus Tacit. in Vit. Agric. 17, 3. Luctabitur iram Grat. Cyneg. v. 520. *i. impetum ſuperatis impedimentis perferret.* Eluctari per multa impedimenta Sen. Controuerſ. 6, . . Tacit. Hiſt. 3, 59, 3 Et vix quieto agmine Niues eluctantibus, patuit, quantum diſcriminis adeundum foret. Oppoſitum vox eluctata furorem eſt Stat. Achil. 1, 525. *Furor iracundus vocem adhuc continuerat et repreſſerat, etc.* Eluctaui, pro Eluctatus ſum. Plaut. Trin. 4, 1, 20 Cum hiſce aerumnis eluctauit. Nonius. Eluctantia verba, *i. Impedita et coacta.* Tacit. Ann. 4, 31, 3 Quin alias compoſitus, et velut eluctantium verborum, ſolutius promtiusque eloquebatur, quoties ſubueniret. Eluctanda via eſt Val. Flacc. 8, 184. Lucan. 2, 219 Tandem Tyrrhenas vix eluctatus in vndas, *etc.* Tandem eluctatus obſtantia, in vaſtam altitudinem ſubito deſtitutus cadit Sen. Nat. Quaeſt. 4. . .

ELVCTATIO, ōnis. f. Lactant. 3, 11 Eluctatio aduerſus mala.

ELVCTABĬLIS, e. Adi. *E quo* eluctari *aliquis poteſt.* Sen. Nat. Quaeſt. 6, 8 Lacus non pediti eluctabilis nec nauigio.

ELV̄CV̆BRO, āre. *et* ELVCVBROR, āri. *Deponens. Vigilare, et aliquid ad lucernam ſcribere.* Cic. Att. 7, 19 Nihil habeo, quod ad te ſcribam, quin etiam eam epiſtolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi. Columel. 10, 1 Quare quidquid eſt iſtud, quod elucubrauimus, *etc.*

ELVCVBRATVS, a, um. Partic. Cic. de Clar. Orat. 312 c. 90 Deinceps inde multae, quas non minus diligenter elaboratas et tanquam elucubratas afferebamus. Valer. Max. 3, 7 *extr.* 1 Cunctante ſtilo elucubratum opus.

ELV̄CVM, (*al.* HELVCVM) ſignificat languidum ac ſemiſomnem: vel, vt alii volunt, alucinatorem et nugarum amatorem, ſ. halonem, id eſt, heſterno vino languentem, quem ἔωλον vocant Graeci. *Haec* Feſtus, *qui proinde adiectiuum nomen facit. Sed alii ipſius ſtatus ſ. vitii nomen faciunt.* Gell. 16, 12 *de verbo* ἀλύειν *cum deriuaſſet* alucinari, *addit*, vnde Elucum quoque eſſe dictum putat *Cloatius*, A litera in E conuerſa, tarditatem quandam animi et ſtuporem, qui alucinantibus plerumque vſu venit. Idem Gell. 4, 19 Pueros imberbes compertum eſt, ſi plurimo cibo nimioque ſomno vterentur, hebetiores fieri ad veterni vſque aut eluci tarditatem. *Huc referunt viri docti Erotiani illa* Ἀλύκη ἀπορία μετὰ χάσμης. *Vid. Salmaſ. ad Solin.* p. 903, a. *Hinc*

apud

apud Apul. Apol. p. 73 *Caſaub.* p. 287 *Gentil.* p. 312, 27 *Elmenh. Floridi autem* p. 501 *pro vulgato* An ex crapula heluo attentatur? *legi vult Pricaeus ad p. ſuam* 68 An ex crapula heluco (*vel* eluco) attentatur? *Extra controuerſiam quidem eſt* Tertull. de Cor. c. 7 Hederae natura eſt cerebrum ab heluco defenſare, *id eſt* ἐωλοκρασίας *et grauitate capitis a crapula. Sed* Tib. 1, 11, 51 *vbi Scal.* Ruſticus elucoque vehit male ſobrius ipſe Vxorem plauſtro progeniemque domum. E luco *dedit diuiſe* Brouckhuſius.

ELVDO, ſi, ſum, ĕre. Deſinere ludere. *Vt* Donat. *ad* Ter. Eun. 1, 1, 10 Eludet, vbi te victum eſſe ſenſerit, *et addit* proprie gladiatorum eſt, cum vicerint. Eludere eſt finem ludo imponere. *Ita* Aquil. ICtus *apud* Cic. in Topic. c. 7. *et* Quinctil. 5, 14, 34 Litus definit quae fluctus eluderet. *h. e. Deſineret ludere, i. Reciproco motu luſitare et reſilire. Adde Turneb. Aduerſ.* 22, 5. *it.* l. 96 *et* 112 D. de verb. ſignif. Iſidor. 14, 8. *Diſputauimus de ea re ad* Colum. 4, 20, 2 *et videmur effeciſſe, in illa* Litoris *definitione* eliditur *potius cogitaſſe videri ICtos. Sed* Plaut. Curc. 5, 2, 30 Annulum quem paraſitus te eluſit, *i. Quem in ludo vincendo ademit. Add. ib.* v. 2. *Idem fere quod eleuare eſt* Liu. 28, 44 *extr. Oratione Scipionis*, ſi, quemadmodum meas res geſtas in Hiſpania eleuauit *Fabius*, ſic et ego gloriam eludere, et meam verbis extollere velim. Propert. 4, 1, 139 Nam tibi victrices quaſcunque labore paraſti Eludet palmas vna puella tuas. *i. vanas reddet atque irritas, vel tibi adimet adeo.* Quam diu nos furor iſte tuus eludet? *Etiam hic* Cic. in Catil. 1, 1 *eſt verbum Gladiatorium, ſed deflexo ſenſu: cum ſc. ictus aduerſariorum declinatione corporis effugiunt*. Manil. 5, 163 Ille cito motu rigidos eludere caeſtus; Nunc exire leuis miſſas, nunc mittere palmas. *Vid. Turneb. Aduerſ.* 28, 15. *Thyſ. de Glad.* p. 233. Phaedr. 1, 12 Curſu leui canes eluſit, *de ceruo.* Claſſi quoque faces intulit, vacuo mari eludens Tac. Hiſt. 3, 47, 4. *Sed videtur leg. cum Lipſio* illudens. *Ita* Hor. Epiſt. 1, 17, 18 Mordacem cynicum ſic eludebat. *Vid. Lambin. ad loc.* Cic. in Diuin. 45 Te vero Caecili quemadmodum ſit eluſurus quam omni ratione iactaturus, videre iam videor. *Nempe Frequentiſſima ſignificatione ponitur pro Illudere, Decipere, Fruſtrari, vt* Idem Acad. 4, 123 c. 39 Sed et vos ab illo irridemini, et ipſi illum viciſſim eluditis. Quinctil. 4, 5 Cuius tamen diuiſionem in digitos diductam nonnunquam Cicero Leviter eludit. Idem 5, 13, 48 Quod factum Venuſte temporibus noſtris eluſit Vibius Criſpus. Cic. pro Roſc. Amer. 128 c. 44 Nosque ab iſto nebulone Facetius eludemur. Cic. de Opt. gen. Orat. 17 c. 6 Quaſi rudibus eius eludit oratio. Animos conſiliis Claud. in Gigant. 36. Magnas accuſatoris minas, magnamque iudicii expectationem ad noſtrum arbitrium libidinemque eludemus Cic. Verr. Act. 1, 30 c. 10. Seges eludit meſſem fallacibus herbis Tibull. 2, 1, 19. Ouid. de Arte Am. 3, 611 Qua vafer eludi poſſit Ratione maritus. Rempublicam in ſuis cogitatis et furoribus eludere Cic. pro Milon. 32 c. 12.

ELVDENS, is. Partic. [καταπαίζων] Cic. de Diuin. 2, 145 c. 70 Quae eſt ars coniectoris, eludentis ingenio.

ELVSVS, a, um. Partic. [καταπεπαιγμένος] Cic. Philipp. 2, 79 c. 32 Nihil queror de Dolabella, qui tum eſt impulſus, eluſus, inductus. Ouid. Met. 6, 104 Maeonis eluſam deſignat Imagine tauri Europam. Hor. Epiſt. 2, 1, 47 *de Sorite*, Dum cadat eluſus ratione ruentis acerui.

ELVSIO, Vet. Gloſſ. ἐμπαιγμός.

ELVDIFICOR, ari. *Ludificari plane. Laudatur* Plaut. Moſtel. 4, 3, 46 *vbi alii et Gron.* Ludificatus *legunt.*

ELVGEO, xi, ctum, ēre. [πενθεῖν καταλήγω] *Luctum deponere.* Liu. 34, 2 Quid aliud in luctu quam purpuram, atque aurum deponunt? Quid aliud quum eluxerunt, ſumunt? Gell. 7, 7. *Kirch. de Fun.* 4, 10. *Guth. de Iur. Man.* Quae virum eluget, intra id tempus ſponſam fuiſſe non nocet l. 10 D. de his, qui not. inf. *Lugendo deflere.* Cic. Fam. 9, 20 Patriam eluxi iam et grauius et diutius, quam vlla mater vnicum filium. *Et tamen hic etiam finis luctus indicatur.*

ELVGEOR. Vlp in l. liberorum D. de iis, qui notantur infamia, Praetor ad id tempus ſe retulit, quo vir elugeretur: qui ſolet elugeri propter turbationem ſanguinis.

ELVMBIS, e. Adi. [ἐξωσφυσμένος] Qui euulſum habet lumbum, *inquit* Feſtus: qui prae lumbi debilitate ſeſe erigere non poteſt. Tanquam fractum atque elumbem A. Dial. de Oratorib. c. 18.

ELVINA, *dicta eſt* Ceres, *ab* Eluio *oppido, vel ab* Eluide *fluuio, in quo colebatur.* Iuuen. Sat. 3, 320 Me quoque ad Eluinam Cererem, veſtramque Dianam. *Al.* Heluinam. *Fontem eius nominis in illa vicinia adhuc celebrari, ait Ioh. Britannicus.*

ELVMINO, āre. *vnde,*

ELVMINATVS, a, um. *i. Lumine oculorum et viſu priuatus.* Quis ita gemino obtutu eluminatus, qui exanimati cadauere conſpecto non ſtatim ſigna vitae colligeret exortae Sidon. Epiſt. 8, 11.

ELVMINATIO, ōnis. f. *Illuminatio*, φωτισμὸς Gloſſ. Vet.

ELVO, ui, ūtum, ĕre. [ἐκπλύνω, ἐκκλύζω] *Lauare, ſeu Lauando purgare, ſiue Exhaurire.* Cato c. 86 Lauetque bene, corticemque deterat bene, eluatque. Columel. 12, 50, 21 Eluantur immundae baccae. Celſ. 7, 21 Deinde eluendum id ex aqua, quae vel ſalem adiectum, vel nitrum habeat. Corpus Ouid. Met. 11, 141. Plin. 20, 8 Aquae e radice coctae maculas veſtium eluere dicuntur. Perniciem venenati humoris imber eluit Columel. 1, 5, 3. Cic. Philipp. 12, 12 Vt Centurionum legionis Martiae Brunduſii profuſus ſanguis eluatur, nam elui praedicatio crudelitatis poterit? Sordes vitae et animi labes, *per translationem* Idem in Salluſt. 3 *et* de Legg. 2, 24 c. 10 Animi labes, nec diuturnitate vaneſcere, nec manibus vllis elui poteſt. Tales amicitiae ſunt remiſſione vſus eluendae Cic. de Amic. c. 21. Ouid. Met. 11, 141 Subde caput, corpusque ſimul, ſimul elue Crimen. Hor. Carm. 4, 12, 20

> Nardi paruus onyx eliciet cadum,
> Qui nunc Sulpitiis accubat horreis,
> Spes donare nouas largus, amaraque
> Curarum eluere efficax.

Labem pudoris Sen. Hippol. ſ. 8. Cic. Verr. 3, 120 Errabas Verres, et vehementer errabas, quum te Maculas furtorum et flagitiorum tuorum, ſociorum innocentium ſanguine eluere arbitrabare. ¶ 2 Eluere, (*a quo* heluones *etiam ſunt qui dictos velint, quaſi* Eluones) *videtur interdum idem, quod conſumere, prodigere, diſſipare.* Plaut. Rud. 2, 7, 20 An te poenitet (*nondum tibi ſatis eſt*) in mari quod elaui, ni hic in terra iterum eluam. Columel. 8, 8, 10 Qui Ponticum Phaſin et Scythica ſtagna Moeotidis eluunt, *i. exhauriunt, gulae cauſa ſuis piſcibus priuant.*

ELVTVS, a, um. Part. [ἔκκλυστος] *Vt*, Eluta et ſiccata vinacia Colum. 6, 3. *Et* Eluta alica Plin. 22, 24. *Compar.* Hor. Serm. 2, 4, 16 Irriguo nihil eſt elutius horto. *Contemnit aliquis gulae magiſter olera, quae in hortis irriguis prouenere prae iis, quae in ſicco enata ſunt.* Elutius *ergo inſipidius, inſulſius.*

ELVVIES, ēi. *vel* ELVVIO, ōnis. f. [ἔκκλυσμος] *Proprie dicitur Quod expurgatur, praeſertim aquarum fluxu: quamuis et quaeuis humida immunditics ſic dici queat. Pro magna vi aquarum inundantium.* Cic. in Somn. Scip. 16 c. 7 Propter eluuiones, exuſtionesque terrarum. *Sic* Idem Off. 2, 16 c. 5 Collectis caeteris cauſis eluuionis, peſtilentiae, vaſtitatis. *Voraginem, ſeu Terram vi imbrium exhauſtam exponit Eraſm.* Curt. 6, 4, 20 Torrentesque et eluuies iter morabantur. *Conf.* Id. 5, 4, 26 *coll. n.* 23. *it.* 8, 11, 7. *Sic ipſe* Liu. 8, . . Ab altera parte voragines eluuiesque perruptae ſunt. *Per translationem, pro Morbo peſtifero omnia corrumpente.* Cic. pro Domo ſua 53 c. 20 Idcirco tu ad illam labem, atque eluuiem ciuitatis ſine ſumma vi peruenire potuiſti? *Proprie* Eluuiem Plinius *accipit pro Egeſtione ſordium ex vrbe, qualis eſt, quae fit per cloacas publicas* 2, 82 Quod in certis notatur oppidis: quae minus quatiuntur crebris ad eluuiem cuniculis cauata. Balnearum per hortos decurrat eluuies Pallad. 1, 40.

ELVTIA, orum. n. *Teſte* Plin. 34, 16 Dicuntur Metalla auraria, in quibus aqua immiſſa elutis ſordibus metallum oſtendit. Aluta *Hard. ex MSS.*

ELVTIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Tard. 1, 1 Panis calida elutione purgatus.

ELVĀCRVS, a, um. Adi. Labrum eluacrum *dixit* Cato de R. R. c. 10, 4 *et* 11, 3 *credo, ad hoc comparatum, vt res ibi eluantur et purgentur.*

ELVTRIO, āre. [μεταγγίζω] *Eſt de vaſe in vas transferre:* Plin. 14, 17 ſ. 21 Sufferuefactis decies, mox elutriatis, atque ita inueteratis. *Oſtendit Harduinus reſpondere huic verbo apud* Plin. 22 ſ. 29 *in* Oxymelite *parando verbum* diffundere. *Sed* Idem 9, 38 ſ. 62 Decimo ferme die liquata cortina, vellus elutriatum mergitur in experimentum, *videtur paullo aliter capi debere, nempe* vellus elutriatum *puto eſſe elutum, agitando in aqua purgatum. Sic* Laberius *apud* Gell. 16, 7 *dixit* Elutriare lintea. *Nempe qui transfundit e vaſe in vas, ſimile facit eluenti.*

ELVVIES; ELVVIO, *vid.* ELVO.

ELVTVS. *Vid.* ELVO.

ELVSCO, āre. ἐκτυφλόω Gloſſ. Gr. Lat. *Altero oculo excuſſo luſcum facere. Legitur apud ICtos.* Vlp. l. 3 D. de condict. triticiar. l. 5 §. vlt. D. ad Leg. Aquil. *et* Marcel. l. 27 D. de pignorib. vel hypoth.

ELVSCATIO, ōnis. f. ἀποτύφλωσις. Gloſſ. Cyrill.

ELVXĀTVS, a, um. [ἐξηρθρωμένος] *Idem ſignificare aiunt quod ſimplex Luxatus.* Plin. 20, 9 ſ. 33 Sic etiam fiſtulas eluxatas et tumores reuocari, quaeque diſcuti opus ſit. *Sed cum neque doceat quisquam, neque intelligi poſſit, quae ſint* fiſtulae eluxatae *etc. melius eſt, ſequi Harduini, qui ex* Plinio Valer. 4, 29 *et ipſo adeo* Catone c. 157, 3 *et* 4 *dedit*, Sic etiam fiſtulas, et luxata, et humores euocari.

ELVXVRIARI. *Idem quod valde Luxuriari: ad arbores translatum.* Columel. de Arb. c. 3, 2 Quod ſi pingui agro validas vites depoſueris, pampinis magis eluxuriabuntur: et qualemcunque fructum tulerint, ad maturitatem non perducent.

E L Y

ELYSIVM, ii. n. [Ἠλύσιος] *Secundum Poëtas, eſt Locus inferorum, voluptatibus plenus: vbi dicuntur eſſe animae bonorum. De Etymo, vid. Coquei. ad* Auguſtin. de C. D. 10, 29. Virg. Aen. 5, 735 Sed amoena piorum Concilia, Elyſiumque colo. Idem 6, 744 Per amplum Mittimur Elyſium.

ELYSIVS, a, um. Adi. *Vt*, Virg. Georg. 1, 38 Quamuis Elyſios miretur Graecia campos. Colle ſub Elyſio nigra nemus ilice frondet Ouid. Amor. 2, 6, 49. Idem Met. 14, 111 Elyſiasque domos et regna nouiſſima mundi Me duce cognoſces: *Sibylla ad Aeneam.* Vallis Elyſia Id. Amor. 3, 9, 60. *Conf.* Tib. 1, 3, 57. Prop. 4, 7, 60 *etc. Fons Homerus Odyſſ.* Δ, *563 ſqq. Vid.* Seru. *ad* Aen. 5, 735. 6, 404. 426, *etc.*

E M *et* E M A

EM, *pro* Eum; *et* Emem, pro Eundem, *apud* Feſtum.

EMACIO, āre. [ἐξισχναίνω] *Macie conficere.* Armentum emaciatum Colum. 2, 11. Idem 2, 14 Sed ex iis, quae retuli feminibus, idem Saſerna putat aliis ſtercorari, et iuuari agros, aliis rurſus peruri et emaciari. Ibid. c. 10 Emaciatae vineae. *Et* 4, 24 Quae nec ſpem vindemiae deſtituant, emacient ſtirpem ſuam.

EMĂCROR, āri. [ἰσχναίνομαι] *Macrum fieri, et macie confici.* Plin. 18, 10 *extr.* Terram emacrari hoc ſatu exiſtimantes. *Tenuis tamen eſt haec vnica auctoritas cum ibi in Codd. MSS. reperitur et* Emaciari, *et* Emactari, *et* Emacerari. *Vid. Harduin.*

EMACERO, *valde macero. Hinc* Sen. ad Marc. c. 10 Alios morborum variis generibus emaceratos diu inter vitam mortemque medios detinebit.

EMACESCO, ĕre. Celſ. 2, 2 Vbi aliquis contra conſuetudinem emacuit et colorem decoremque amiſit.

EMACRESCO, ĕre. *Valde macreſcere.* Celſ. 2, 4 Morbi ſignum eſt nimis celeriter emacreſcere. Idem 2, 5 Vbi aeger pro ſpatio parum emacreſcit.

EMACITAS. *Vid.* EMO.

EMACVLO, āre. [ἀποσμήχω] *Maculam auferre.* Plin. 21, 19 Nigras vitiligines emaculat. Apul. Apol. p. 278, 5 Exotico puluere dentes emaculare.

EMACVLATVS, a, um. Partic. Gell. 6, 5 Argentum omnibus ex eo vitiis detractis emaculatum, et candefactum. Ammian. 29, 1 Domus emaculata odoribus Arabicis.

EMADEO, ēre: *aut* EMADESCO, ĕre. Et te flente ſuos emaduiſſe ſinus Ouid. Triſt. 5, 4, 40. *ex emendatione Heinſ. Sed tamen Burm.* Immaduiſſe.

EMANCĬPO, āre. [ἀπαλλάττω, ἐκποιῶ] *Siue* Emancupare. *Manumittere et liberare, proprie de filiis: vt,* Manumittere *de ſeruis. etiam ſi hoc non ſit perpetuum.* Cic. pro Domo ſua 37 Id autem ſcire et videre omnes, non vt ille filius inſtituatur, ſed vt e patriciis exeat, vt Tribunusplebis fieri poſſit, idcirco adoptari? neque id obſcure: nam adoptatum emancipari ſtatim, ne ſit eius filius, qui adoptarit. Plin. Epiſt. 4, 2, 2 Hunc Regulus emancipauit, vt heres matris exiſteret.

ret. Plin. Epiſt. 10, 3 Mater Romani liberalitatem ſeſtertii quadringenties — nondum ſatis legitime peregerat. Quod poſtea fecit — Nam et fundos emancipauit (*filio intellige*) et caetera, quae in emancipatione implenda ſolent exigi, conſummauit. *Sed quod e* Plin. Epiſt. 7, 18 *adferunt* agrum emancipaui, *libri omnes* mancipaui *habent, ne facta quidem alterius lectionis mentione. Et ad rem ipſam parum referre apparebit mox in* EMANCIPATVS. Suet. in Oton. 4 Cuidam etiam de parte finium cum vicino litiganti adhibitus arbiter, totum agrum redemit, emancipauitque. *i. Suum iam factum mancipio tradidit illi. Conf.* Tacit. Hiſt. 1, 24, 3 *vbi de eadem re,* Vniuerſum vicini agrum ſua pecunia emtum dono dedit. Emancupo me tibi, *i. Me tuae poteſtati trado. Vid. quae ſtatim dicentur in* EMANCIPATVS. Plaut. Bacch. 1, 1, 59 Nunc mulier tibi me emancupo, tuus ſum, tibi do operam. Sen. Epiſt. 45 Non enim me cuiquam emancipaui. Symmachus 1, 18 Totum me emancipauit ſibi cura Praetorii, *quod tuetur Sciopp. Veriſ. 2, 1.* Cic. de Fin. 1, 24 c. 7 Quum eam ſeueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Silano emancipauerat, vt, *etc.*

EMANCIPĀTVS, a, um. Partic. [ἀπαλλαγεὶς, αὐτεξούσιος, ἐκποίητος, ἔκδοτος] *i. Dediticius.* Emancipati (*inquit* Feſtus) duobus modis intelliguntur: aut ii, qui ex patris iure exierunt, aut ii, qui aliorum fiunt dominii: quorum vtrumque fit emancipatione. Cic. de Seneƈt. 37 c. 11 Ita ſeneƈtus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi ius ſuum retinet, ſi nemini emancipata eſt, ſi vſque ad extremum ſpiritum dominatur in ſuos. *Alii legunt* Mancipata. *Sed nihil opus eſt lectionem bonorum librorum ſolicitare. Et ſenſus eſt egregius. Nempe homo liber ſuae poteſtatis eſt, ab hac cum exit, et tranſit in alienam,* emancipat ſe alii. Horat. Epod. 9, 11 Romanus eheu! poſteri negabitis? Emancipatus feminae. Porcius Latro *apud* Sen. contr. 28 Vt infamaret vxorem meam tanquam veneficam, me tanquam veneficae emancipatum. *Ita eſſe in MS. teſtatur I. F. Gron. ad* Sen. Epiſt. 45. Sen. de Benef. 1, 3 Sit aliquis vſque eo Graecis emancipatus, vt haec dicat neceſſaria. Apul. Met. 10 p. 240, 16 Et aſſumto ſtatim nequiſſimo et ad omne facinus emancipato quodam dotali ſeruulo, perfidiae ſuae conſilia communicat.

EMANCIPATIO, ōnis. f. *Actus ſollemnis, quo liberi e poteſtate patris dimittuntur.* Theophilus, Emancipatio, *inquit*, eſt aƈtus tres emancipationes, et tres manumiſſiones, vel vnam emancipationem, et vnam manumiſſionem compleƈtens: §. 6 Quib. mod. ius patr. Inſtit. *Conf.* l. 6 C. de Emanc. Vlp. l. 1 §. 4 D. *Heinecc. Antiq. ad* Inſtit. 1, 12, 6. Quinƈtil. 11, 1, 65 Inter patres etiam filioſque cum interueniſſet emancipatio, litigatum ſcio. Teſtamenti per familiae emancipationem *mentio eſt apud* Gell. 15, 27. *Locum* Plin. 10, 3 *modo dedimus in* EMANCIPARE.

EMANCĬPATOR, ōris. m. Ἐξωχειριωτὴς Gloſſ. Prudentio Hymn. Ieiun. v. 184 Emancipator ſeruientis plaſmatis, *i. liberator hominis a ſe creati.*

EMANCO, āre. *Pro Manus praecidere, mancum facere.* Labien. *apud* Sen. Controuerſ. 33 *fin.* Cedo lora, gaudeo me non omnes emancaſſe.

EMĂNEO, ſi, ſum, ēre. [ἐκμένω] *Extra manere. Et eſt militum diu nimis extra caſtra manentium.* ἐκκοιτῶ, ἀπομένω Gloſſ. Vett. Modeſtin. in l. Deſert. §. 1 D. de re militari, Is qui in exploratione emanet hoſtibus inſiſtentibus, aut qui a foſſa tunc recedit: capite tunc puniendus eſt. *Add.* l. 17 D. §. 4 de Aedil. Ed.

EMANSIO, ōnis. f. Emanſio *minus eſt delictum deſertione: ſicut fugitiui deteriores ſunt erronibus. Vid.* Dig. de Re Milit. l. 4 §. 14.

EMANSOR, ōris. m. [Ἐξώκοιτος Vet. Gloſſ.] *Eſt* Miles, qui diu vagatus, ad caſtra reuertitur. Modeſt. in l. Deſert. §. Emanſor D. de Re Militari.

EMĀNO, āre. [ἐκϐρύω, ἐκϐράζω] *Effluere, exire.* Columel. 6, 32, 1 Et ſale cum adipe defricatur, dum ſaniei vis emanat. Lucret. 3, 582 Quid dubitas, quin ex imo penituſque coorta Emanarit, vti fumus, diffuſa animae vis. Emanare perpetim, *vid.* PERPETIM. Fons emanat Cic. de Diuin. 2, 63. Ex fonte emanare Idem de Invent. 2, 7 c. 2. Ex generibus emanant partes Id. de Orat. 1, 189 c. 42. *i. ſpecies, dictione philoſophica.* Emanare ſaniem Plin. 23, 3. Mala iſtinc emanant: boni autem hinc quod exſpeƈtes, nihil eſt Cic. Att. 7, 21. ¶ 2 Emanare res aliqua *dicitur, quum reſcitur, et ſpargitur in vulgus.* Cic. Att. 3, 12 Sed ita compreſſeram, vt nunquam emanaturam putarem. Idem de Legg. 1, . . . Sed quod metuat, ne emanet: id eſt ne malum habeat. *Conf.* Liu. 42, 14 *pr.* Cic. Att. 10, 12. Emanauit fama Idem Verr. 1, 1. Emanare in vulgus gratia et potentia alicuius Sueton. in Neron. c. 6. Exit et emanat in vulgus oratio Cic. pro Roſc. Amer. 3 c. 1. Idem in Brut. 231 Vereri te arbitror, ne per nos hic Sermo tuus emanet. Liu. 3, 24 Multis emanabat indiciis, neque fratrem Volſcii, *etc.* Ne indicium emanaret Liu. 42, 16.

EMANANS, tis. Partic. Plin. 23, 3 Succus ex oleae foliis vtilis ſaniem emanantibus. *Sed Harduin.* Sanie manantibus.

EMANANTIA, ae. f. *apud* Arnob. . . .

EMANATIO, ōnis. f. *Idem.* Vulg. Sap. 7, 25.

EMANĀTOR, ōris. m. Caſſiod. Diu. Leƈt. c. 20 Ambroſius laƈtei ſermonis emanator.

EMARCEO *et* EMARCESCO, *Idem quod ſimplex Marceo.* Plin. 15, 29 Marſico bello languida auƈtoritas patrum faƈta eſt, ac paullatim in ſterilitatem emarcuit maieſtas. Celſ. 2, 8 Si ſubito mammae emarcuerunt.

EMARCVM, i. n. *Teſte* Columel. 3, 2 eſt Genus vuae, a Gallis ſic appellatae. *Vid.* Plin. 14, 2.

EMARGĬNO, āre. [ἐκρασπεδόω] *Cruſtas et puluillos in oris vlcerum adimere, vt ait Hermolaus.* Plin. 28, 9 ſ. 41 Item (ſanguis) equarum, praeter quam virginum, erodit, et emarginat vlcera.

EMASCVLO, are. [εὐνουχίζω] *Caſtro, et virilitatem aufero. Seruius* ad Aen. 6, 661 Apud quoſdam populos ſacerdotes quibuſdam herbis emaſculabantur, vnde iam coire non poterant. Apul. Met. 7 p. 198 Poſſum amatorem iſtum diſſeƈtis femoribus emaſculare, et quouis veruece mitiorem efficere.

EMASCVLATOR, ōris. m. *Metaph. qui viro tanquam muliere abutitur* Apul. Apol. p. 321 Emaſculatoribus ſuis ad omnia neſanda morigerus.

EMATHIA, ae. f. [Ἠμαθία] (*inquit* Seruius) Theſſalia eſt, ab Emathio rege diƈta. Virg. Georg. 1, 591 Nec fuit indignum ſuperis, bis ſanguine noſtro Emathiam, et latos Aemi pingueſcere campos. Pharſalia alio nomine dicitur. *Vid.* Plin. 4, 10.

EMATHIVS, a, um. Adi. [Ἠμάθιος] *Vt,* Emathii campi Lucan. 1, 1.

EMATVRESCO, ui, ĕre. [πεπαίνομαι] *Maturum fieri.* Plin. 25, 4 Nonnunquam ante candidum ruſeſcit, ſi non ematuruit, improbaturque. Gell. 2, 29 Dominus poſtea ſegetum illarum filium adoleſcentem vocat, et Videſne, inquit, haec ematuruiſſe? *Metaphor.* Ouid. Triſt. 2, 123 Atque ea ſic lapſa eſt, vt ſurgere, ſi modo laeſi Ematuruerit Caeſaris ira, queat: *i. mitigata fuerit. Fructus acerbi, cum ematuruerunt, dulciores mitioreſque fiunt.*

EMATVRO, *actiu.* Eumenius Paneg. Conſtant. c. 10 Fruges calor ematurat.

EMAX, *vid.* EMO.

E M B

EMBAENETĬCA, ae. f. *Ars nauicularia.* ἐμϐαίνειν, *in nauim aſcendere.* ἐκϐαίνειν, *de naui exire.* Cael. ad Cic. Fam. 8, 1 Ego qui ſcirem Q. Pompeium Baulis embaeneticam facere, et vſque eo, vt ego miſererer eius eſuriei, non ſum commotus. *i. Artem nauicularium exercere. Alii legunt,* Schoenobaticam, *id eſt artem funambulorum, quae per auxeſim, et cum contemtu poteſt accipi pro qualibet vili opera. Turnebus legit* Empeneticam. *Vid. ſuo loco. Voſſ. ad Catull. 84* ὀμπνητικὴν *legit, i. corpus curare in illa velut taberna totius Campaniae, Baulis.* ὄμπνας *aiunt eſſe placentas ex melle. Mihi placet* Empeneticam.

EMBAMMA, ătis. n. [ἔμϐαμμα] *Condimentum, quod ad condienda opſonia fit, Intinctus ad excitandam orexim.* Columel. 12, 55 Hoc ſinapi ad embammata non ſolum idoneo, ſed etiam ſpecioſo vteris. ἐμϐάπτειν *intingere eſt. Vid. diſputata ad* Colum. 12, 34 *pr.* Vlp. de Tritico, vino, et oleo legato, l. Si quis, Embamma, aceti numero fuit. *Add.* l. 9 D. fin. de contrah. emt. Sapor mentae embammatum miſturae familiaris Plin. 20, 14.

EMBASICOETAS, ae. m. [ἐμϐασικοίτας] *Poculi nomen apud Athenaeum 11, 5 dictum forte, quod vltimum eſſet ante quam cubitum irent, vt* dormitorium poculum *noſtri interdum vocant.* ¶ 2 *Cinaedum ita appellarunt.* Petron. 24 Quaeſo, inquam, domina, certe Embaſicoetam iuſſeras dari. Complofit illa tenerius manus, et, o! inquit, hominem acutum, atque vrbanitatis vernulae fontem! Quid tu non intellexeras cinaedum Embaſicoetam vocari? *Nempe ludit impura mulier in etymologia, vt ſit* embaſicoeta, ἐμβαίνων τῇ κοίτῃ, *quem deſcripſit proxime ante,* Cinaedus — immundiſſimo me baſio conſpuit, mox et *ſuper lectum venit,* atque omni vi detexit recuſantes. Super inguina mea diu multumque fruſtra moluit. *Recurrit nomen* c. 26.

EMBĂTER, ĕris. m. *Baliſtae foramen.* Vitruu. 1, 2. *Vid. Bald. Ind.*

EMBATEVTICVM Ius [ἐμϐατεύτικον] *Alciat. Parerg. 1, 36 Id interpretatur, quod ad quandam detentationem reſpicit, et rei poſſidendae facultatem, tametſi proprietas vera ad alium pertineat, quale eſt ius ſuperficiarii, vel eius, qui fundum vectigalem poſſideat,* ἀπὸ τοῦ ἐμϐατεύειν, *quod eſt ingredi, et intro pedem ferre, i. poſſidere, vti frui, velle. Heſych.* ἐμβατεῦσαι τὸ κατέχειν καὶ καρποῦσθαι χωρίον, ἢ οἰκίον, ἢ ὅλον τὸν κλῆρον θελῆσαι. *Eſt ergo ſpecies dominii vtilis.* Vlp. l. 3 §. 4 D. de Reb. eor. qui ſub. Si ius ἐμφυτευτικὸν vel ἐμϐατεύτικον habeat pupillus, videamus an diſtrahi hoc a tutoribus poſſit. *Add.* l. 49 ff. de V. S. *et* l. fin. ff. de ſuperf.

EMBLĒMA, ătis. n. [ἔμβλημα] *Vermiculatum ſ. muſiuum opus teſſellis inſiticiis aptum atque conſertum. Inde illud* Ciceronis in Bruto 149 c. 79 *de Marci Calidii oratione,* Nullum niſi loco poſitum, et tanquam in vermiculato emblemate, vt ait Lucilius, ſtruƈtum verbum videres. *Et* de Orat. 3, 199 *de collocatione verborum loquens, ex* Lucilio, Quam lepide lexîs compoſtae, vt teſſerulae omnes, Arte pauimento atque emblemate vermiculato. Lexîs, *id eſt dictiones in oratione tam lepide compoſitae, quam in pauimentis vermiculato opere factis teſſerulae. Huc reſpexiſſe videtur* Quinƈtil. 2, 4, 27 Quidam — locos — in promtu habuerunt, vt — extemporales eorum diƈtiones his velut emblematis exornarentur. *Vid. Scalig. ad* P. Syri Mimi *verſum illum:* Frugalitas inſerta eſt rumoris boni; *it. ad* Manil. 5 p. 411. Emblema et lithoſtroton *in villae ornatu* Varro R. R. 3, 2, 4. ¶ 2 Emblemata *etiam in vaſis argenteis, aureiſque et Corinthiis ornamenta erant apud antiquos, exemtilia, quum libitum erat.* Cic. Verr. 4, 47 c. 23 Vaſa autem ad Verrem deferuntur: Cybaratae fratres vocantur: pauca improbant: quae probarant iis cruſtae aut emblemata detrahuntur. ſic Haluntini excuſſis deliciis cum argento puro domum reverterunt. Quod vnquam Iudices huiuſmodi euerriculum vlla in provincia fuit? *Et paullo poſt* c. 24 Tum illa ex turibulis et patellis, quae vellerat, ita ſcite in aureis poculis illigabat, ita apte in ſcyphis aureis includebat, vt ea ad illam rem nata eſſe diceres. Plin. 33, 12 Vlyſſes et Diomedes erant in phialae emblemate, Palladium ſurripientes. Cic. Verr. 4, 46 c. 22 Quum inſpiciendum popoſciſſes, auulſo emblemate remiſiſſe. *Apud* Suetonium Tiberius c. 71 In quodam decreto patrum cum ἔμβλημα recitaretur, commutandam cenſuit vocem, et pro peregrina noſtratem requirendam, aut ſi non reperiretur (Inſerta *ergo Scaligeri, quam modo protulimus, certe in vſu non fuit promiſcuo*) vel pluribus, et per ambitum verborum rem enuntiandam. *Vtuntur tamen* ICti l. 17, *it.* l. 19 §. 5 *et 6 it.* l. 32 §. 1 de auro arg. leg. *it.* l. 7 ad exhib.

EMBOLA, ae. f. [ἐμϐολὴ] *Illatio ſ. inuectio publicarum ſpecierum ſ. annonarum, quae quotannis ex Aegypto, vt olim a claſſe Alexandrina Romam vel Puteolos, ſic iam Conſtantinopolin vehebantur. v. g.* l. 10 Iubemus C. de Sacroſ. eccleſ. Iubemus nullam nauem ante felicem embolam, vel publicarum ſpecierum transueƈtionem, publicis vtilitatibus ſubtraƈtam excuſari poſſe. *Sed vid. ICti. Hinc ortum*

EMBOLICVS, a, um. Adi. *Vt,* Embolicae ſpecies, *de quibus apud* Vopiſcum in Aureliano c. 45 *his verbis,* Aurelianus nitri, chartae, lini, ſtuppae atque embolicas ſpecies aeternas conſtituit. *Sunt autem hae* ſpecies, *vt Turnebus interpretatur, quibus oneratae naues quotannis Romam mittebantur ex Aegypto annuo vectigali. Sed* Anabolicas *tuentur Ioh. Nic. Loënſ. Epiphyll. 4, 27 et Salmaſ. ad locum, eadem ſignificatione.*

EMBOLĬMVS, EMBOLIMAEVS, *et* EMBOLISMALIS. Adi. *Inſertus, inſiticius, intercalaris.* Auſon. Ecl. de rat. dier. v. 13 Menſe Numae extremo nomen caput embolimaei. *Vid. Scalig. de Emendat. Temporum 1.*

EMBOLISMVS, i. m. [ἐμϐολισμος] *Dicitur Intercalatio. Vid.* Solin. c. 1. *et* Macrob. Saturn. 1, 13. *Meurſ. ibi et Gronou. Salmaſ. in* Solin. p. 14.

EMBŎLIĀRIVS, *vel* EMBŎLĀRIVS, a, um. Adi. *Vt,* Galeria Copiola Emboliaria reduƈta eſt in ſcenam Plin. 7, 48. *i. Scenica, mima,* quae

quae embolia *pronunciaret ageretque. Vid. mox* EMBOLIVM. *Sic Harduin. ad loc. cit. poſt Scalig. in* Manil. 5, 27. *Aliter Salmaſ.* ad Vopiſci Aurelian. 42 p. 530. *qui* Empolariam *velit apud* Plinium, *i. quaeſtuariam, quod ſcenicae mulieres eaedem quaeſtum corpore facerent*, etc. *Sed mox redit mutata ſententia ad* Embolariam *vel* Emboliariam, *i. ſcenicam*, emboliis *illis, quae modo diximus, ſubito excogitandis et iaciendis florentem. Add. Nic. Aleman. ad Procopii Anecd.* c. 9 p. 33.

EMBOLIVM, i. n. [ἐμβόλιον] *cognatum vt etymo, ita ſignificatione emblemati, aliquid inſertum aut intextum orationi praeter cauſam, velut* Epiſodium. *Sic certe* Cic. ad Qu. Fr. 3, 1 *extr.* Mirificum ἐμβόλιον cogito in ſecundum librorum meorum *(credo de Conſulatu ſuo)* includere, dicentem Apollinem, *etc. Sed* Idem pro Sext. 115 c. 54 Cur ille ipſe maxime ludius non ſolum ſpectator, ſed actor et acroama, qui omnia ſororis embolia nouit, qui in coetum mulierum pro pſaltria adducitur, nec tuos ludos adſpexit, in iſto ardenti tribunatu ſuo? *Hic latere turpiculum quidquam videtur, cum alluſione ad ἐμβόλια ſcenica, et etymon. Nempe*

EMBOLVM, i. n. *et* EMBOLVS, i. m. *Paxillum, Cuneus vel aliquid huiusmodi quod ſc. immittitur. Sic in Machinis hydraulicis* Embolus *erit, cuius motu reciproco ſurſum attollitur aqua. Vid.* Vitruu. 10, 12. Emboli maſculi lima politi, et oleo ſubacti. *Conf. Bald. Lexic.* ¶ 2 *Roſtrum nauis, vt Graeci* Roſtra *in foro Rom.* ἔμβολα *vocant.* Petron. c. 30 Faſcium imam partem quaſi embolum nauis aeneum finiebat. *Vid. Fr. Pith. Collectanea. ibid. Scheff. de Milit. Nau.* 11, 5.

EMBRACTVM, EMBRECTVM, *an* EMPHRACTVM? *(ſic enim variatur: illud libris praeferentibus, haec ſubſtituente coniectura) quid ſit* Apic. 10, 14 *iudicari vt poſſit, ponamus totum cibi, qui ita vocatur formulam:* Emphractum Baianum. Oſtreas minutas, Sphondylos, vrticas, in cacabum mittes, nucleos toſtos conciſos, rutam, apium, piper, coriandrum, cuminum, paſſum, liquamen, carenum, oleum. *Hinc colligimus,* Embrectum *dici potuiſſe, a verbo* βρέχειν *rigare, iuſculum, embamma: vel, ſi ponamus paullum humoris affuſum pluribus ſiccis,* Emphractum, *a* φράσσειν *vel* ἐμφράσσειν, *quatenus farcire ſignificat, fartum, impenſa, qua farcitur inteſtinum vel caro excauata.*

EMBRYON, i. n. ſ. EMBRYO, ōnis. m. [ἐμβρύων] *Imperfectus partus dicitur. Nuper genitus infans, vel crudus et indigeſtus, inquit Suidas.*

EMBRYORECTES, ae. m. *Inſtrumentum extrahens fetum in vtero mortuum. Vid.* Tertull. de Anima c. 25.

E M E

EMEO, āre. *Exire.* Marcellin. 29, 5 Emeato mari cum claſſe.

EMEATVS, ūs. m. *Exitus* Idem 17, 4 Nilus ſub emeatus ſui diſcrimine. *Nonnulli libri habent* Meatus.

EMEDITOR, āri. *vnde*

EMEDITATVS, a, um. Partic. Emeditatis ad haec illa fletibus, quamque ſanctiſſime poterat, adiurans cuncta numina, tantum ſcelus abnuebat Apul. Met. 2.

EMEDVLLO, āre. [ἐκμυελόω] *Medullam extrahere. De ſcolymo* Plin. 22, 22 Item graueolentiam alarum emendat radicis emedullatae vncia in vini falerni heminis tribus decocta. Sidon. 8, 6 Virtutes artium iſtarum — per aetatem mundi iam ſeneſcentis laſſatis veluti ſeminibus emedullatae, parum aliquid — oſtentant. Emedullatae *ſicut eneruatae eſt, eo quod praeſtantiſſimum erat, vigore ſuo, et velut vitali robore priuatae.* ¶ 2 *Per aliam translationem, Declarare. Laudatur* Plaut. Narra iam rem nobis omnem, atque emedulla.

EMENDĪCO, āre. [ἐρανίζω] *Humiliter petendo et velut mendicando aliquid impetrare.* Sueton. Aug. c. 91 Stipem a populo emendicare. Idem in Caeſ. c. 54 In Hiſpania a Proconſule et a ſociis pecunias accepit emendicatas in auxilium aeris alieni. *In* l. Singuli C. de Accuſationibus, Singuli vniuerſique iudices cognoſcant in publicis criminibus non oportere emendicatis ſuffragiis decretorum, aut relationibus a publicis perſonis deſtinandis credere. *Et in* l. Scriniis, de Palatinis ſacrarum largitionum. In lege prima C. Vbi quis de curiali vel cohortali, Penitusque emendicati honoris praeſcriptione ſubmota a iudice, *etc.*

EMENDO, āre. [ἐπανορθόω] *Corrigere, et a mendis liberare.* Plin. Epiſt. 5, 21, 6 Quis autem hic eſt, qui emendet publicos mores? Cic. Att. 2, 16 Ita rurſus remittit, vt me roget, vt annales ſuos emendem et edam. Idem de Legg. 3, 30 c. 13 Vt enim cupiditatibus principum et vitiis infici ſolet tota ciuitas, ſic corrigi et emendari continentia. Propert. 3, 21, 25 Studiis Animum emendare Platonis Incipiam. Cic. in Orat. 155 Atque etiam a quibusdam ſero iam emendatur antiquitas, qui haec reprehendunt. Bouem cubitorem Colum. 6, 2, 11. Cic. pro Muraen. 60 c. 29 Ego tuum Conſilium, Cato, propter ſingulare animi mei de tua virtute iudicium, vituperare non audeo, nonnulla in re forſitan, conformare et leuiter emendare poſſum. Conſuetudinem vitioſam et corruptam, pura et incorrupta conſuetudine emendare Id. de Clar. Orat. 261. Factum perperam Col. 11, 1, 28. Fortunam emendaturus arte Hor. Serm. 2, 8, 85. Res Italas legibus Idem Epiſt. 2, 1, 2. Succos Auctor de Medicam. Facici. Vrbes iudiciis Quinctil. in prooem. 1. ¶ 2 *Medicorum verbum eſt, poniturque pro auferre, curare* Plin. 24, 10 Succus hederae, taedia narium graueolentiamque emendat, praecipue albae ſatiuae. Martial. 11, 100 Emendare cupis vitium deforme: docebo, Lesbia nec ſurgas cenſeo, nec ſedeas. Alopecias emendat cinis e radice aſphodeli Plin. 22, 22. Aluum citam emendat flos hederae, in vino auſtero bis die potus Idem 24, 10. Dolores capitis emendantur contrito naſturtio Id. 20, 13. Epiphoras, et ſi qua in oculis vitia ſunt, emendat Plin. 25, 12. Furfures emendant pityuſae folia in aceto decocta Idem 24, 6. Grauitas artium emendatur naſturtio trito, impoſito auribus Id. 20, 13. Scabiem palpebrarum emendat fici ſuccus lacteus Plin. 23, 7.

EMENDĀTVS, a, um. Partic. [ἐπανορθωθεὶς] Cic. de Amicit. 61 c. 17 His ergo finibus vtendum arbitror, vt quum emendati mores amicorum ſint, tum ſit inter eos omnium rerum, conſiliorum, et voluntatum ſine vlla exceptione communitas. Idem Acad. 1, 13 Certe enim recentiſſima quaeque ſunt correcta et emendata maxime. Emendata et Latina loquutio Id. de Clar. Orat. 258 c. 74. Sapiens et emendatus Hor. Epiſt. 2, 16, 30. Velocitas Quinctil. 1, 1. Plin. Epiſt. 3, 3 Vir eſt emendatus, et grauis. *Compar.* Petron. 126 Mulier omnibus ſimulacris emendatior. Forma emendatior Nazar. Paneg. Conſtantin. c. 34. *Superl.* Ingenii emendatiſſimi homo Sen. Contr. 4, 28. Vir emendatiſſimus Auſon. Grat. Act. *Conf.* Plin. Epiſt. 8, 22. Lactant. 2, 4 Emendatiſſimi libri. *Add.* Quinctil. praef. ad Tryph.

EMENDATE. Adu. Cic. de Opt. gen. Orat. 4 c. 2 Perficiendum eſt, vt pure et emendate loquentes, quod eſt Latine. Quinctil. 8, 1 Emendate loqui. Vitruu. 10, 11 Emendate deſcribere. *Compar.* Plin. 34, 8 Emendatius facere.

EMENDĀTOR, ōris. m. [ἐπανορθωτής] Cic. pro Corn. Balb. 20 c. 8 O praeclarum interpretem iuris, auctorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem noſtrae ciuitatis. Idem Philipp. 2, 43 Iam enim quoniam criminibus eius ſatis reſpondi, de ipſo emendatore et correctore noſtro quaedam dicunda ſunt. Emendator ſermonis Id. de Clar. Orat. 259. Timor eſt emendator acerrimus Plin. Epiſt. 7, 17.

EMENDĀTRIX, icis. f. Cic. de Legg. 1, 58 c. 22 Quoniam vitiorum emendatricem legem eſſe oportet. *Sic* Tuſc. 4, 69 Emendatrix vitae poëtica.

EMENDATIO, ōnis. f. [ἐπανόρθωσις] Cic. de Fin. 4, 21 c. 9 Haec videlicet eſt correctio philoſophiae veteris, et emendatio. Seueritas emendationis Quinctil. 2, 4. Accipere auribus emendationem Idem 2, 6. Obſtare emendationi Id. 1, 2. *Add.* Id. 10, 4.

EMENDABĬLIS, e. Adi. *Qui corrigi poteſt.* Liu. 44, 10 In errorem emendabilem lapſus. *Conf.* Sen. de Clem. 2, 7.

EMENDATORIVS, Auguſtin. Epiſt. 109.

EMENSVS, *vid.* EMETIOR.

EMENTIOR, īri. [ψεύδομαι] *Confingere aliquid falſo, idque pro vero dicere.* Cic. pro Domo ſua 80 Quid deſperatius, qui ne ementiendo quidem potueris auctorem adumbrare meliorem? Ouid. Met. 5, 188 Qui ſe genitum ſeptemplice Nilo Ementitus erat. Cic. pro Roſc. Amer. 127 Ego haec omnia Chryſogonum feciſſe dico, vt ementiretur, vt malum ciuem Roſcium fuiſſe fingeret. Idem Verr. 2, 89 c. 36 Eum autem inimiciſſimi Sthenii domum ſuam ſtatim inuitant, vt animum eius in Sthenium inflammarent, ementiendo aliquid et criminando. *Et* Part. 50 c. 14 Dolorem fugientes multi in tormentis ementiti *(Lambin.* mentiti) ſaepe ſunt morique maluerunt falſum fatendo, quam infitiando dolere. — Alii ementiti ſunt in eos, quos oderant. Auſpicia ementiri Cic. de Diuin. 1, 15. *et* Phil. 2 c. 35 *pr.* Liu. 21, 63. Cic. pro Domo ſua 50 Satisne tibi videtur a Senatu iudicatum, me non modo non ementitum eſſe auctoritatem eius ordinis, ſed etiam, *etc. Et* c. 48 Quid te impurius, qui religiones omnes pollueris aut ementiendo aut ſtuprando. Cic. pro Corn. Balbo 5 c. 2 Non enim furatus eſt ciuitatem, non Genus ſuum ementitus. Idem de Opt. gen. Orat. 21 c. 7 Itaque cauſa fuit Aeſchini, quoniam ipſe a Demoſthene eſſet capitis accuſatus, quod legationem ementitus eſſet. Naufragia Liu. 25, 3. Stirpem Idem 9, 18.

EMENTIENS, entis. Partic. [ψευδόμενος] Cic. de Diuin. 1, 15 c. 9 Videmus haec ſigna nonnunquam fere ementientia. *Vid. leg.* mentientia.

EMENTĪTVS, a, um. Partic. Paſſiu. [ἐψευσμένος] *Vt,* Ementita opinio Cic. Tuſc. 3, 58. Ementita ea et falſa plenaque erroris Id. de N. D. 2 c. 21.

EMENTVM, Gloſſ. Iſid. Excogitatio. *ab* Eminiſcor, *v. v.*

EMERCOR, āri. [ὠνοῦμαι] *Emere, pretio ſuum facere.* Tacit. Ann. 12, 14, 1 Miſſis corruptoribus exuendam ad fidem hoſtes emercari. Idem Ann. 12, 45, 5 Auaritiam praefecti emercatur, *i. auarum praefectum pretio corrumpit. Paſſiu.* Ammian. 21, 6 Emercabantur donis.

EMERCATVS, a, um. Partic. *Act.* Tacit. Ann. 16, 1, 2 Principis aditum emercatus. *Paſſ.* Ammian. 26, 2 Emercati multitudinis clamores.

EMERCATIO, ōnis. f. *et*

EMERCATOR, ōris. m. *in* Digeſtis *eſſe dicuntur.*

EMĔREO, ui. *et*

EMEREOR. [περιποιοῦμαι, μισθοφορέω, μισθοδοτοῦμαι] *Plane merere, et merito ſuo impetrare.* Cic. Att. 6, 2 Annuae enim mihi operae ad III Calend. Sextil. emerentur. *i. exeunt, vt ſtipendia emerita, de prouincia ſua loquitur: Vid. mox* Emeritum Tempus. Propert. 4, 11, 61 Et tamen emerui generoſos veſtis honores. Ouid. Am. 2, 8, 24 Vnum eſt e dominis emeruiſſe ſatis, *i. obſequio meruiſſe illius beniuolentiam.* Idem Epiſt. 6, 138 *de Medea* Crimine dotata eſt Emeruitque virum. *i. ſibi parauit meritis ſuis. Sed* Tib. 1, 10, 60 Nec laſciua ſoror dicatur plura bibiſſe Pocula, nec plures emeruiſſe viros, *concubitu intellige.* Ouid. Triſt. 4, 8, 52 At vos admoniti noſtris quoque caſibus eſte Aequantem ſuperos emeruiſſe virum, *i. Auguſtum comiter venerari.* Gell. 6, 7 *de Acca Larentia* Corpus in vulgus dabat, pecuniamque emeruerat ex eo quaeſtu vberem. Ouid. Art. 3, 409 Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus, Contiguus poni, Scipio magne, tibi. Quinctil. in prooem. 4 Altior ſolicitudo, quale Iudicium hominum emererer, acceſſit. Plaut. Aul. 4, 10, 5 Quid ego emerui mali, Quam ob rem ita faceres, meque meosque perditum ires liberos? Vell. 2, 66, 1 Cum ambo mallent ſibi nuntiari quid paſſi eſſent, quam quid emeruiſſent, *i. magis recordabantur. Laudatur etiam* Mamertin. Paneg. Iul. c. 19. *Sed Cellarius ita:* Eum adſiduis obſequiis demerebantur, donisque captabant.

EMERITVS, a, um. Part. *Tribuitur tum hominibus, qui ſatis, et ad finem adeo meruerunt, tum rebus, quae vſu detritae, vel multum certe adhibitae ſunt. Ponemus nomina ordine elementorum.* Acu emerita ceſſat *ornatrix, i. non amplius ea vtitur.* Martial. 7, 62 Emeritos muſis, et Phoebo tradidit Annos. *h. e. Iam effetos.* Apes Plin. 11, 11. Ouid. Faſt. 1, 665 Ruſticus emeritum palo ſuſpendit Aratrum. Arma, *hebetata, vſu corrupta* Plin. in Paneg. 15, 3. Ouid. Triſt. 4, 8, 21 Miles vt emeritis non eſt ſatis vtilis armis. *al.* annis, *vid. Heinſ.* Caelo emerito clara inter ſidera fulgent *Heroës* Sil. 11, 464. *it.* 7, 19. *vbi vid. Drakenb.* Canes Stat. Silu. 3, 1, 58. Sen. Thyeſt. f. 9 Iubet emeritos ſoluere Currus. Curſus, *apud* Ouid. Faſt. 3, 43 *pro completo.* Idem Faſt. 4, 688 Demſerat emeritis iam iuga Phoebus Equis. *Et* Faſt. 5, 596 Rite deo templumque datum nomenque bis vlto, Emeritus voti debita ſoluit Honor. *Sed Burm.* Et meritus. Iugales Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 319. Ouid. Amor. 3, 11, 14 Inualidum referens emeritumque Latus, *de amatore, intemperantia Veneris exhauſto.* Miles, *Qui iam a militia abſolutus eſt.* Emeritus, ἀπολειτουργήσας, ἢ ἀποστρατευσάμενος Vet. Gloſſ. Ἔντιμος κατὰ στρατιωτικοὺς καμάτους *Eaed.* Lucan. 1, 344. Iſid. 9, 3 Emeriti dicuntur Veterani ſolutique Milites, qui iam in vſu praelii non ſunt, qui mereri militare dicuntur a ſtipendiis, *ſc.* Quae merentur. Sueton. in Calig. c. 44 Commoda emeritae Militiae ad ſexcentorum millium ſummam reſcidit. Lucan. 3, 619 Telaque multorum leto caſura ſuorum, Emerita iam Morte tenet. Stipendium, *paſſiue dicitur quod quis meruit: qua in re non tam ad praemium ipſum, quam ad rem, cuius prae-*

mium eſt, militiam, et expeditionem, reſpicitur. Plaut. Moſtel. 1, 2, 51 Vnum vbi emeritum eſt Stipendium. Liu. 39, 19 Ebutio emerita Stipendia eſſent, ne inuitus militaret. Cic. de Seneċt. 49 At illa quanti ſunt, animum, tanquam emeritis Stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium, ſecum eſſe, ſecumque (vt dicitur) viuere. Idem Att. 6, 5 Etſi annuum Tempus prope iam emeritum habebamus (dies enim XXXIII erant reliqui) ſolicitudine, *etc. h. e. Abſolutum et finitum, confectum, terminatum. Loquitur de annua prouinciae adminiſtratione.* Emeritae permenſum tempora vitae Nemeſian. Ecl. 1, 19. Emeritis referenda eſt gratia ſemper Ouid. ex Pont. 1, 7, 61. *i. valde meritis, vid. Burm. ad* Nemeſ. Cyneg. v. 195.

EMERITVM, i. n. *Pecunia, quae dabatur militia defunctis.* Modeſtin. l. 3 D. de Re Militar. Qui militiae tempus in deſertione impleuit, emerito priuatur. Idem ibid. Et ſi expleto tempore militiae redeat, vt Veteranus reſtituetur et emerita accipiet. *Vid. Lipſ. ad* Tac. Ann. 1, 17 *vbi ex Dione ſummas ponit huius emeriti, Praetorianis V. M. drachmarum (XX millia HS.) poſt XVI annos, reliquis tria millia (XII M. HS.) poſtquam XX militaſſent: emendatque* Sueton. Calig. c. 44 Commoda emeritae militiae (*hoc eſt* emeritum) ad ſex millium ſummam recidit, *i. dimidium ordinariae ſummae. Nam quod legebatur* ſexcentorum millium, *enorme vitium putarunt etiam Torrentius et Caſaubonus. Add. Torrent. in* Sueton. Aug. c. 24.

EMERGO, ſi, ſum, ĕre. [ἀναδύομαι] *Contrarium verbo mergere: ex loco vbi ſubmerſus fueram, vel delitueram, exire, et in lucem prodire.* Liu. 1, 13 Primum profunda emerſus palude. Cic. de Fin. 3, 48 Qui demerſi ſunt in aqua, nihil magis reſpirare poſſunt, ſi non longe abſunt a ſummo, vt iam iamque poſſint emergere, quam ſi etiam tum eſſent in profundo. *Add.* de Fin. 4, 64 c. 23 Si plures ex alto emergere velint, propius quidem eos fore ad reſpirandum, qui ad ſummam iam aquam appropinquant, ſed nihilo magis reſpirare poſſe, quam eos, qui ſunt in profundo. Ter. Eun. 3, 5, 7 Quid geſtiam, aut quid laetus ſim, quo pergam, vnde emergam. *Vbi* Donat. Proprie dixit Vnde emergam: vt ex luſtris atque inhoneſtis locis, vtpote meretricis domo. Cic. de Aruſp. Reſp. 55 c. 25 Iam iſta ſerpens, quae hîc deliteſcit, tum ſe emergit, et fertur illuc, compreſſa atque illiſa morietur. *Contraria:* Cic. de N. D. 2, 124 Legi etiam ſcriptum eſſe auem quandam quae Platalea nominaretur, eam ſibi cibum quaerere aduolantem ad eas aues, quae in mari mergerent: quae quum emerſiſſent, piſcemque cepiſſent, vſque eo premere earum capita mordicus, *etc.* Idem de Vniuerſ. 32 Queisque temporibus a noſtro adſpectu obliteſcant, rurſusque emerſi errorem incutiant rationis expertibus, *etc. de Planetis. Et* de Aruſp. Reſp. 48 Idem, poſtea quam reſpirare vos a metu caedis, emergere auctoritatem veſtram a fluctibus illis ſeruitutis, reuiuiſcere memoriam ac deſiderium mei vidit, *etc.* Emergunt a ſeptenis partibus illae ſtellae Plin. 2, 14.

¶ 2 *Diuerſe conſtruitur.* Cic. de Diuin. 1, 73 Quum ille in agro Nolano immolaret ante Praetorium, ab infima ara ſubito anguis emergeret. Paterc. 2, 65, 1 Emergere in faſtigium et attolli. E flumine Cic. de Diuin. 2, 67 c. 31. Idem pro L. Manil. 7 Ita regnat, vt ſe non Ponto, neque Cappadociae latebris occultare velit, ſed emergeret e patrio regno, atque in veſtris vectigalibus, hoc eſt in Aſiae luce verſari. Emergere ex iudicio peculatus Id. Verr. 1, 12. Ter. Andr. 3, 3, 30 Dehinc facile ex illis ſeſe emerſurum malis. Quibus ex malis vt ſe emerſerat Nep. 25, 11, 1. *Conſ. ad h. l. Schott. ir. N. Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. 7, 413. Cic. in Vatin. 23 c. 9 Qui in eo magiſtratu non modo emerſeris ex mendicitate, ſed etiam diuitiis nos iam tuis terreas. Ex aliquo negotio Idem Att. 5, 10. Ex paternis probris ac vitiis Id. Verr. 3, 162. Incommoda valetudine Cic. Att. 5, 8 *pr.* Idem Att. 2, 12 *pr.* Emerſeram commode ex Antiati in Appiam ad Tris tabernas, ipſis Cerealibus, quum in me incurrit Roma veniens Curio meus. Emergere extra terram Plin. 19, 5. *de raphanis. Sic de rapa* Columel. 11, 3 Nam ſi ſuper terram emerſerit, dura et fungoſa fiet. Cic. de N. D. 2, 112 Vt ſeſe oſtendens emergit ſcorpius alte. Tenebris pulſis emergere Claud. de B. Get. 316.

¶ 3 *Subſtantiua quibus iungitur.* Aes alienum emerſit poſt multum tempus Vlp. in l. 2 D. de condict. indebit. *Dicitur de aere, quod latebat et ignotum erat.* Cic. Att. 9, 12 Nunc emergit Amor, nunc deſiderium ferre non poſſum, nunc mihi nihil libri, nihil literae, nihil doctrina prodeſt. Animus per tanta negotia emergit Claud. Conſ. Mall. Theod. 212. Aqua emergit Vlp. in l. 1 §. caput D. de Aqua cotid. et aeſtiu. Cic. Verr. 4, 130 Quum tam multa ex illo mari bella emerſerint, tam multa porro in Pontum inuecta ſint, *etc.* Cic. Att. 6, 2 Hac autem re incredibile eſt quantum ciuitates emerſerint, *leuatae miſeriis et aere alieno per Ciceronis moderationem in Proconſulatu.* Creditores emergunt, *i. Innōteſcunt, apparent, quum ante latuerint*, Vlp. in fine legis Procuratoris D. de tribut. action. *Sic* Debitum aliud ſi emerſerit Vlp. in princ. l. Illud D. de tribut. action. Falcidia emergit Idem in princ. l. 2 D. de Condict. indebit. *i. appareat, eam locum habere.* Infans vtero emergit Plin. 11, 51. Inſula e mari Idem 2, 81. Lux Olympo Valer. Argon. 5, 1. Cic. pro Cael. 51 Sed quoniam emerſiſſe iam e vadis, et ſcopulos praeteruecta videtur Oratio mea, perfacilis mihi reliquus curſus oſtenditur. Plin. 2, 82 Deſinunt autem tremores, quum Ventus emerſit, *de terrae motu.* Cic. pro Cluent. 183 c. 65 Hoc vno modo iudices, ſaepe multorum improbitate depreſſa veritas emergit, et innocentiae defenſio intercluſa reſpirat.

¶ 4 *Formulae aliae:* Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat Res anguſta domi Iuuenal. 3, 164. *i. ad dignitatem et faſtigium aliquod perueniunt.* Cic. pro Cael. 28 c. 12 Equidem multos et vidi in hac ciuitate, *etc.* qui totam adoleſcentiam voluptatibus dediſſent, emerſiſſe aliquando: et ſe ad frugem bonam, vt dicitur recepiſſe, grauesque et illuſtres fuiſſe. Ad ſummas emergere opes, rerumque potiri Lucret. 2, 13. Emergere ſe ex malis, *actiuum* Corn. Nep. in Att. c. 11 *Tale eſt illud* Cic. de Aruſp. Reſp. 55 Tum ſe emergit, et fertur illuc. *Vid. Schott. ad* Nep. *Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. 7, 413. *Boſ. Ind. ad* Nep. Emergi, *imperſ.* Ter. Adel. 3, 2, 4 Tot res repente circumuallant, vnde emergi non poteſt. *Vbi* Donat. Vnde emergi non poteſt: quum impreſſio eſt hoſtium, ſic dicitur. vt Salluſt. Preſſi vndique multitudine. Cic. Qui ſemper premuntur, et nunquam emergunt. Et emergi noue: nam emergo dicitur, non emergor. Sed ideo eſt vſus, quia extra compoſitionem et mergo et mergor dicitur.

EMERSVS, a, um. Partic. [ἀναδὺς] *qui emerſit.* Cic. de Diuin. 2, 140 Tibi autem de me cum ſolicitudine cogitanti ſubito ſum viſus emerſus e flumine. Cic. Timaeo c. 10 *de planetis*, Quibusque temporibus a noſtro adſpectu obliteſcant, rurſusque emerſi *etc.* Emerſus ab admiratione animus, *i. qui ſe recepit* Liu. 8, . . Ouid. Faſt. 3, 399 Tertia nox emerſa ſuos vbi mouerit ortus. E coeno emerſus homo Cic. in Vatin. 17 c. 7. Ex diuturnis tenebris luſtrorum ac ſtuprorum emerſus homo Cic. pro Sext. 20 c. 9.

EMERSVS, ûs. Plin. 18, 25 Exortus occaſusque binis modis intelliguntur. Aut enim aduentu Solis occultantur ſtellae et conſpici deſinunt, aut eiusdem abſceſſu proferunt ſe. Emerſum hoc melius quam exortum conſuetudo dixiſſet: et illud occultationem potius quam occaſum. *Adde eundem* 22, 22. *et* 18, 26. Vitruu. 10, 22. Colum. 7, 3, 24 Emerſus caniculae.

EMERSŪRVS, a, um. Partic. [ἀναδύσων] *Vt,* Emerſura virtus ex omni ſaeuitia fortunae Liu. 25, . .

EMERITA Auguſta, [Ἀυγȣ́στα Ἠμερίτα] *Vrbs Hiſpaniae Luſitaniae. Strabo* Auguſtam Emeritam *vocat. Eſt* cocco *celebris, quod eſt* rubrum granum, *cuius ſucco vellera tinguntur, Tyrio ſplendori neutiquum cedentia, vt* Plin. *ſcribit* 9, 41. *Hinc*

EMERITENSIS, e. *Nomen gentile.* Auſon. Epiſt. 24, 74 Emeritenſis Anae lataeque fluenta Garumnae.

EMERITVS, *vid.* EMEREO.

EMETIOR, īri. Dep. [διαμετρέω] *Plane ac totum metiri ſignificat.* Laborem diuerſum emetiri Sil. 4, . . Iter Liu. 25, . . Virg. Aen. 7, 160. Iter vehiculis Plin. 7, 20. Vno die ingens ſpatium Liu. 31, 24. Oculis ſpatium emenſus Virg. Aen. 10, 772. Cic. de Clar. Orat. 16 c. 4 Ego autem voluntatem tibi profecto emetiar, ſed rem ipſam nondum poſſe videor, *etc. i. Cumulate praeſtabo.*

EMENSVS, a, um. Partic. [διαμεμετρημένος] *Vt,* Labores emenſus aulae Claud. in Epithal. Pallad. 67. Galba quinque principes proſpera fortuna emenſus Tacit. Hiſt. 1, 49, 3. *i. vita ſupergreſſus.* Emenſus eſt ſol ardua Plin. 18, 28. *Emendati codices habent,* Per ardua eniſus. *Paſſiue.* Liu. 21, 30, 5 Poſtquam multo maiorem partem itineris emenſam cernant, *etc.* Virg. Georg. 1, 450 Emenſo quum iam decedet Olympo. De ſole loquitur. *h. e.* Percurſo et perluſtrato caelo, quum iam deſcendet ad occaſum. *Haec* Seruius. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 1, 636.

EMĔTO, ĕre. [ἐξαμάω] *Idem quod Metere, vel demetere.* Hor. Epiſt. 1, 6, 21 Ne plus frumenti dotalibus emetat agris.

E M I

EMĬCO, ui *et* aui, āre. [ῥοιζέω] *Effulgere, celeri motu proſilire. Laudatur tanquam ſit* Plauti, . . . Ex oculis quaſi radii emicant ſolis. Emicant et faces, nonniſi quum decidunt viſae, *i. Repente exiſtunt et lucentes apparent* Plin. 2, 26. Emicare ex incendio flamma *dicitur* Sen. de Benef. 2, 27. Ignis emicuit Claud. Conſ. Hon. 4, 186. Sol emicuit ſuper terras Valer. Argon. 4, 97. Virtus emicuit Flor. 4, 2, 40. Emicare in iugum, *pro Attollere ſeſe et erigere de vitibus* Columel. 4, 20. Plaut. Aul. 4, 3, 4 Continuo meum cor coepit artem facere ludicram, atque in pectus emicare. *h. e. velut Subſultare.* Mamilla, qua cor emicat Vell. 2, 50, 5. *i. pulſat. Add.* Plin. 8, 43 ſ. 68. Hoſtem rati emicant, ſine diſcrimine inſultant Flor. 1, 18, 4. *i. exſiliunt.* Emicat Euryalus Virg. Aen. 5, 337. *et* Aen. 6, 5 Iuuenum manus emicat ardens Litus in Heſperium. In fata *alicuius* emicare *qui proſilit et irruit in eum infeſtis armis* Valer. Argon. 6, 551. Emicat in partem ſanguis, vnde icimur ictu Lucret. 4, 1043. Sil. 16, . . Eurytus euadit iuueni, atque in praelia victor Emicat et galeae fert donum inſigne coruſcae. Plin. 11, 37 Dracones emicuiſſe de extis. Idem 27, 8 Multis calamis ex vna radice emicantibus. *Pro Excellere.* Plin. 35, 11 Poſt eum emicuit longe ante omnes Euphranor Iſthmius. *Legitur et* Eminuit.

EMĬCANS, antis. Partic. *Vid. in* EMICO. Curt. 9, 5, 10 Magna vi ſanguinis emicante. *Compar.* Tertull. aduerſ. Hermog. c. 29 Terra emicantior facta eſt arida.

EMICATIO, ōnis. f. Apul. de mundo, Emicationes ſiluarum.

EMICĀTIM. Adu. *Vt,* Emicatim proſilire Sidon. Ep. 2, 13.

EMĬGRO, āre. [ἀποναίω, ἀποικέω] *Idem quod Migrare ſignificat: vt,* Emigrare domo Cic. Verr. 2, 89. Plaut. Moſtel. 2, 2, 40 Pedem nemo intro retulit, ſemel vt emigrauimus. Emigrare finibus ſuis Plin. 6, 17. E vita Cic. de Legib. 2, 48 c. 19. Emigrare, *Iureconſultis dicuntur*, qui ante finitum conductionis tempus habitationem derelinquunt, l. 28 §. 1 D. locat. *Sic et* Emigratio, *in* l. 28 D. de Damn. infect. *Cum reciproco* Non. 1, 1 *ex* Titinn. Veliterna, Quot peſtes ſenio et iurgia ſeſemet diebus emigrarunt.

EMIGRANS, antis. Partic. [ἀποναίων] *Vt,* Emigrans populus Stat. Silu. 4, 8, 47.

EMIGRATIO. *ICt. in* Dig. *vt* 39 t. 2 l. 28.

EMĬNEO, ui, ēre. [ἐξέχω, προκύπτω, ὑπερέχω] *E Praepoſitio hic etiam altitudinis notionem Verbo addit. Nam* Eminere *dicitur, qui caeteris altior eſt. Ab antiquo verbo* Mineo, *ex quo etiam Prominere,* Imminere, Praeminere *ſunt, quod Praeteritum ſatis indicat, cum a* Maneo *ſit* Manſi. Plin. 16, 31 Eſculus quantum corpore eminet, tantum radice deſcendit. Caeſ. B. C. 2, 9. Cic. pro Roſc. Amer. 121 Quo ſtudioſius ab ipſis opprimitur et abſconditur, eo magis eminet et apparet. Idem de Orat. 3, 69 Quo magis id erit illuminatum, extare atque eminere videatur. *Et* pro Cluent. 183 Illi, quorum eminet audacia atque proiecta eſt, a conſiliis malitiae deferuntur. Vix ex gratulando miſer iam eminebam Plaut. Capt. 3, 2, 5. *Lepide ſane, quaſi obrutus eſſet a gratulantibus, qui* miſerum, *vt modo dicebat,* reſtitando retinendoque laſſum reddiderant. Eminere extra terram Plin. 17, 21. Super vndas Curt. 4, 4, 4. Iulian. in l. Si gemina D. arbor. furt. caeſar. Si gemina arbor ſit, et Supra terram iunctura eius emineat, vna arbor videtur eſſe. Eminet ante oculos quod petis ecce tuos Ouid. Faſt. 3, 250. Cic. in Somn. Scip. 21 Idque ocius faciet, ſi iam tum, quum erit incluſus in corpore, eminebit Foras: et ea, quae extra erunt, contemplans, quam maxime ſe a corpore abſtrahet. Quinctil. 2, 3 Nemo ſic in maioribus eminet, vt eum minora deficiant. Leuiter, *vid.* LEVIS. Magnopere, *vid.* MAGNVS. Inter omnes in omni genere dicendi vnus eminet Demoſthenes Cic. in Orat. 104 c. 29. Pulchrum eminere eſt inter illuſtres viros Sen. Octau. 472. Eminere quatuor Digitos transuerſos Plin. 17, 18.

¶ 2 *Nomina* Animus eminet maxime in contemnendis doloribus Cic. Tuſc. 2, 64 *ſpectatur, conſpicuus eſt, tanquam in alto loco poſitus.* Arbor in aruis eminet Ouid. ex Ponto 3, 1, 19. Ardor militum Tacit. Agric. 35, 1. Atrocitas ſceleris eminebat in voce Curt. 8, . . Crudelitas Cic. Verr. 5, 160. Ferrum per coſtas Liu. 8, . .

Haſta

Haſta eminere in ambas partes *dicitur, quae per medium traiecta eſt corpus* Ouid. Met. 5, 139. Globus terrae eminens e mari Cic. Tuſc. 1, 63. Caeſ. B. G. 7, 73 Ita vt non amplius quatuor digitis ex terra eminerent. Indignatio eminet Curt. 4, . . Ira Liu. 2, . . Oratio Quinctil. 3, 3. Liu. 1, . . Necdum a ſingulis, quia nemo magnopere eminebat in nouo populo, peruenerant factiones. *Cum Accuſatiuo, actiue.* Curt. 4, 2, 21 Iamque paullulum moles aquam eminebat, et ſimul aggeris latitudo creſcebat, *etc. i. Excedebat, ſiue ſuper aquam eminebat exſtabatque.*

EMĬNENS, entis. Partic. [ἐξέχων] Eminens animus in futura, *pro Imminens* Sen. de Tranquil. vitae. Cic. de N. D. 1, 75 Illud video pugnare te, ſpecies vt quaedam ſit deorum, quae nihil concreti habeat, nihil ſolidi, nihil expreſſi, nihil eminentis, ſitque pura, lenis, perlucida. Idem de N. D. 2, 47 Quid enim pulchrius ea figura, quae ſola omnes alias figuras complexa continet? quaeque nihil aſperitatis habere, nihil offenſionis poteſt, nihil inciſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum? Aedes eminentes, *i. Excelſae* Flor. 1, 9, 4. Bona Quinct. 6, 6, 1. Carnem eminentem tollere Scribon. 227. *de medicamento.* Cic. de Aruſp. Reſp. c. 27 Quam denique tam immanem Charybdim Poëtae fingendo exprimere potuerunt, — aut tam eminentibus Canibus Scyllam, tamque ieiunis *etc. Eſt hic pictura monſtri illius, e cuius corpore ſub inguinibus emergere vndique canes, et vltra aquam eminere videntur, quaſi eripere ſe vellent, et relicta Scylla, cui adhaerent, inuadere in praeteruehentes.* Color eminens fuco Quinctil. 8, 3. Effigies virtutis eminens Cic. Tuſc. 3, 3. Forma Sen. Octau. 4. Genae Cic. de N. D. 2, 143. Ingenium Quinctil. 6, . . Oculi Cic. in Vatin. 4. Saxa Curt. 5, 3, 20. Statura Columel. 3, 8. *Comparat.* Caeſ. B. C. 2, 9 Has Trabes paullo longiores atque eminentiores, quam extremi parietum erant, effecerunt. Naſus eminentior Suet. Aug. c. 79. Eminentiſſimus *titulus dignitatis, qui Praefectis Praetorio tribuitur, et magiſtris militum, et patriciis,* §. Ad iſtum Epiſt. de Iuſtin. Cod. confir. *Vnde* Eminentiſſimas Praefecturas *legimus in* l. 6 de exact. tribut. 10 C. Eminentiſſimus in eloquentia Quinctil. in prooem. 4. Auctores eminentiſſimi Idem 1, 2, 2. 1, 10, 10. 10, 1, 45. Magnanimitas eminentiſſima Sen. Epiſt. 115. Mons eminentiſſimus Flor. 4, 12, 49. Eminentiſſimae ſimplicitatis vir Vell. 2, 72, 3.

EMINENTER. Adu. Sidon. 1, 11 Non eminentius quam municipaliter natus.

EMINENTIA, ae. f. [ἐξοχὴ, προοχὴ] *Tribuitur rebus corporalibus, ſolidis, in quibus non modo planum aliquid velut pictura eſt, ſed quod exſtet, emineat* etc. Cic. de N. D. 1, 105 c. 38 Nam ſi tantummodo ad cogitationem valent, nec habent vllam ſoliditatem, nec eminentiam, *etc.* Idem Acad. 4, 20 c. 7 Quam multa vident pictores in vmbris, et in eminentia, quae non videmus? *Sed* Plin. 37, 10 Habere eminentias ſimiles verrucis. Eminentias tollere Scribon. 228 *de medico.*

EMINŬLVS, a, um. Adi. Dimin. [ἐπὶ μικρὸν ἐξέχων] *Parum eminens.* Varro de R. R. 2, 5 Vt habeat inferiorem partem frequentibus pilis ſubcriſpam, compactis cruribus: potius breuioribus quam longis, rectis genibus et eminulis, diſtantibus inter ſe. *Ibid. de Canibus* c. 9 Spina neque eminula, neque curua.

EMINISCOR. *Antique pro Comminiſci.* Gloſſ. Iſidor. *Verbum forte reſtituendum* Nepoti Alcib. 2, 1 Vt ſi ipſe fingere vellet, neque plura bona eminiſci, neque maiora poſſet conſequi, quam vel fortuna vel natura tribuerat. Eminiſci, *i. excogitare, ſuſpicatur Heuſingerus legendum pro vulg.* reminiſci, *quod cum verbo* fingere *non bene conuenit. Suſpicatur etiam* Varroni *non fuiſſe incognitum, cuius locum* de L. L. 5, 6 p. 53, 8 *ita legendum coniicit,* Sic Reminiſci, cum ea, quae tenuit mens ac memoria, cogitantur, et cogitando repetuntur. Hinc etiam comminiſci dictum; cum finguntur in (*ſ.* cum) mente, quae non ſunt, et ab hoc illud quod dicitur eminiſcor (*vulg.* reminiſcor) cum commentum pronuntiatur. *Habuerit ergo cognationem hoc verbum cum* ementior *etc.* Gloſſ. Iſid. Ementum Excogitatio. Eminiſcitur in memoriam reducit: *prius recte: poſterius melius interpreteris* excogitat. *Conf.* EMENTVM.

EMĬNOR, āri. Dep. [ἀπειλέω] *Minari, ſed ſignificatu adaucto.* Plaut. Capt. 4, 2, 11 Eminor, interminorque, ne quis obſtiterit obviam. *Vtitur et* Flor. 2, 12, 7. *vbi vid. Freinſh.*

EMINATIO, ōnis. f. [ἀπείλησις] Plaut. Capt. 4, 2, 19 Quae illaec eminatio eſt?

EMĬNVS. Adu. [πόῤῥωθεν] *E longinquo, inquit Valla. cui opponitur* Cominus. Cic. de Senect. 19 c. 6 Nec enim excurſione, nec ſaltu, nec eminus haſtis, aut cominus gladiis vteretur. Caeſ. B. C. 1, 26 Sic quotidie vtrinque eminus fundis, ſagittis, reliquisque telis pugnabatur. *Add.* ib. 7, 24.

EMĪROR, āri. Dep. [ἐπιθαυμάζω] *Valde mirari.* Hor. Carm. 1, 5, 6 Aſpera Nigris aequora ventis Emirabitur inſolens.

EMISCENS, entis. Vina hauriet emiſcens Manil. 5, 245. *i. meracius miſcens, ſec. Scalig. e coniectura. Alia coniectura Bentl.* Hauriet e cratere. *Vulg.* Hauriet e miſeris: *vnde Turneb.* e myſtris.

EMISENI, Populi in Emiſena regione Syriae. Paull. de cenſib. Imperator noſter Antonius ciuitatem Emiſenorum coloniam iuris Italici fecit. Ex Nebriſſ.

EMISSARIVS, EMISSITICIVS. *Vid.* EMITTO.

EMITTO, īſi, iſſum, ĕre. [ἐκπέμπω, ἐξαποςέλλω, ἐξελαύνω] *Extra mittere, quod interdum imperio fit, interdum manu, eſt etiam, cum ſola permiſſione, et non impediendo.* Emittat ad me Publius, qui obſignent: iurabo, *etc.* Cic. Att. 2, 24. Emittere de manibus Idem pro Cael. 66. *et* Verr. 5, 23. Liu. 21, . . Emitti e carcere Cic. pro Planc. 30 c. 12. Emitti e cuſtodia, et leuari vinculis Id. Tuſc. 1, 75 c. 49. Liu. 28, 42 E manibus tuis in Italiam emiſiſti. Ex vinculis emitti Cic. Tuſc. 1, 75. Emittunt noctu per vallum Caeſ. B. C. 1, 76. Emittere in hoſtem equites Liu. 24, . . Actionem equidem ſolam in hoc tempus emiſeram Quinctil. 7, 3. *h. e. Edideram, vulgaram.* Cic. pro Cael. 29 Sed veſtrae ſapientiae Iudices eſt, non abduci a reo: nec quos aculeos habeat ſeueritas grauitasque veſtra, quum eos accuſator erexerit in rem, in vitia, in mores, in tempora, emittere in hominem et in reum. Animam emittere *pro Mori, Ita Codd. Non* amiſſurum *quod obtinebat vulgo,* Nep. 15, 9. *Vid.* Emittere Spiritum. Cic. de Diuin. 2, 44 Si autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen. Idem Fam. 7, 33 Vt etiam ſi quando aliquid dignum noſtro nomine emiſimus, *i. edidimus.* Fulmina et iacula Id. de Diuin. 2, 44. Virg. Aen. 9, 52 Ecquis erit mecum ô iuuenes, qui primus in hoſtem? En, ait: et iaculum intorquens emittit in auras. Ficulneum Lac, quod emittit arbor, ſi eius virentem faucies corticem Colum. 7, 8. Lacrimas Ouid. Met. 11, 458. Libellos, *vid.* Libellus, *in* LIBER. Cic. pro Planc. 57 c. 23 Nihil eſt autem tam volucre, quam Maledictum, nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius diſſipatur. Manum, *eſt Cautionem propria manu facere:* Modeſtinus in l. Quidam quaſi D. de probat. et praeſumt. Quaerebant, an cum eo de hereditate fratris propter emiſſam ab eis manum poſſint quaſi cum filio agere. Plaut. Merc. 4, 5, 16 Gradus grandit, emittit Oculos, circumfert ſe. Oua emittere *dicitur* gallina Plin. 11, 24. Rudentes puppe emittere Stat. Achil. 2, 18. Sagittas arcu Plin. 9, 8. Cic. de Aruſp. Reſp. 2. Sanguinem venis Plin. 25, 5. Saturitatem Idem 10, 33. *i. Purgare ventrem.* Spiritum emiſit Phyllis ob deſiderium Demophoontis Hygin. Fab. 59. *Sic etiam* Marcian. ICtus l. 18 D. §. in quibus, De reb. dubiis. Vinum emittere Scribon. 271 German. *abgieſſen.* Liu. 1, 54 Seu ira, ſeu odio, ſeu ſuperbia inſita ingenio, nullam eum vocem emiſiſſe. Emittere Vocem cum querimonia Cic. Verr. 2, . . *Add.* Sen. Epiſt. 9. Emittere manu aliquem, *pro Manumittere, et in libertatem aſſerere:* Plaut. Aulul. 5, 15 Volo me emitti manu. L. egone emittam manu? *Conf.* Ter. Phorm. 5, 5, 2. Emittere *eſt etiam Aquam per fiſtulas vel canales deducere, vid.* EMISSARIVM. Sueton. Claud. c. 20 Fucinum lacum aggreſſus eſt non minus compendii ſpe quam gloriae, cum quidam priuato ſumtu ſe emiſſuros promitterent. *Adde* c. 21 *extr.*

EMISSVS, a, um. Partic. [ἐξαπεςαλμένος] Cic. Tuſc. 1, 74 Sed tanquam a magiſtratu aut ab aliqua poteſtate legitima, ſic a deo euocatus atque emiſſus exierit. Idem in Catil. 1, 27 Vt abs te non emiſſus ex vrbe, *i. eiectus,* ſed immiſſus in vrbem eſſe videatur. Agmen Virg. Georg. 4, 58. Facete dictum emiſſum haerere debet Cic. de Orat. 2, 216 c. 54. Vixdum emiſſa dies Stat. Silu. 1, 2, 229 *metaphora ab equis curulibus, qui carceribus emittuntur. Vid. mox* Ortus. Virg. Aen. 1, 128 Emiſſamque hiemem ſenſit Neptunus. *i. Tempeſtatem.* Ortus ſolis emiſſus Claud. Conſ. Hon. 4, 388. *vt* Dies. Ratio ſimulatque emiſſa eſt, adhaereſcit Cic. de Orat. 2, 214 *metaph. a ſagittis.* Spicula Virg. Aen. 11, 676. Lucan. 3, 545 In puppim rediere rates, emiſſaque Tela Aëra texerunt. Virg. Georg. 3, 551 In lucem Stygiis emiſſa tenebris Pallida Tiſiphone Venti Ouid. Met. 11, 433. Hor. Epiſt. 1, 18, 11 Et ſemel emiſſum volat irreuocabile Verbum. Vox emiſſa caelo Liu. 5, . . *De aquarum ductu* Lacus Velinus a M. Curio emiſſus Cic. Att. 4, 14. *Singularis eſt locus* Colum. 3, 13, 5 Crudo ſolo, quod emiſſum eſt: *ſic omnes libri. Et tamen ſententia videtur poſtulare* omiſſum *eſt. Videndum igitur, an alius etiam* emiſſum *pro* omiſſo *dixerit. Germanica ſane conſuetudine ita loquimur, auſſen laſſen.*

EMISSVS, ûs. m. Lucret. 4, 205 Emiſſum res nulla moratur.

EMISSIO, ōnis. f. [ἄφεσις, ἐξέλασις] *Pro Iaculatione et vibratione: vt* Cic. Tuſc. 2, 57 c. 24 Vt enim baliſtae lapidum, et reliqua tormenta telorum eo graniores emiſſiones habent, quo ſunt contenta atque adducta vehementius. Idem de Diuin. 2, 62 c. 29 Emiſſio feminae anguis mortem afferebat Graccho, *i. dimiſſio.* Vitruu. 10, 22 Sagittae emiſſio.

EMISSARIVS, i. m. *Qui paratus eſt emitti et inuehi in aliquem: Calumniator et delator, ſubmiſſus et ſubornatus ab inimicis.* Cic. Fam. 7, 2 Perſuaſeratque nonnullis inuidis meis, ſe in me emiſſarium ſemper fore. Excurſor et emiſſarius Cic. Verr. 2, 22. Praecurſor et emiſſarius Idem Verr. 5, 107. Emiſſarios Domitiani *vocat* Sueton. in Domit. c. 11 *quorum opera ad delatationes abutebatur.* Emiſſarius, *vt* Aſconius *docet,* Furtorum conciliator, atque internuntius, quae a magiſtratibus committuntur Cic. Verr. 3, 91. *In eund.* 2, 22 Petit Naenius Turpio quidam iſtius excurſor et emiſſarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus. Emiſſarii *etiam* Milites *dicuntur ad excurſiones parati.* Vellei. 2, 18, 6 Per emiſſarios ſuae factionis. ¶ 2 *Obſeruatt.* Emiſſarius *qui ad generandam ſobolem emittitur, laudatur ex antiquis editionibus.* Plaut. Mil. 4, 3, 19 Abi ſis hinc: nam tu quidem aeque fuiſti ſcitus emiſſarius, qui conſectare, qui mares, quae feminae. *Sed iam inde a Camerario recte editur,* Ad equas fuiſti ſcitus admiſſarius, Qui conſectare qua mares, qua feminas. Plin. 17, 23 Ex his emiſſi palmites proximo anno imis ingerantur ſcamnis, ac per ſingulos annos ad ſuperiora ſcandant, relicto ſemper duramento in ſingulis tabulatis, et emiſſario vno qui ſubeat vſque quo placuerit. *Nouello palmite, cui in putatione parcitur, vt interpretatur Harduinus.*

EMISSARIVM, i. n. [ἐξαγώγιον] *Locus, per quem aqua e lacu aut ſtagno emittitur.* Sueton. in Claud. Caeſ. c. 20 Item emiſſarium Fucini lacus, portumque Hoſtienſem. Cic. Fam. 16, 18 Helico nequiſſimus HS. M. dabat nullo aprico horto, nullo emiſſario, nulla maceria, nulla caſa. *Metaphor. de aperiendis ſuppuratis* Emiſſarium collectionis facere Scribon. 206. Vomicae emiſſarium fieri 229.

EMISSĬBĪLIS, e. Adi. *Quod emitti poteſt.* Vet. Interp. Irenaei 2, 15.

EMISSICIVS, a, um. Adi. [ἐκβόλιμος] *Quod emittitur.* Cic. de Legg. 3, 20 C. vero Gracchus ruinis et emiſſiciis, quas ipſe ſe proieciſſe in forum dixit, *etc. ſed pro* emiſſiciis *recte ex MSS.* iis ſicis *reſtitutum eſt. Vid. Turneb. et Gronou. ad loc.* Emiſſicii oculi, *Qui huc et illuc adſpectant, et veluti ſeſe eiaculantur.* Plaut. Aul. 1, 1, 2 Circumſpectatrix cum oculis emiſſiciis. *Conf. Gruter. Inſcript.* DCCCCXXVII, 6. *it.* Tertull. de Pall. c. 3.

EMMĂNES, is. f. *Herba Hyoſcyamus.* Apul. de Herb. c. 4.

EMMOTA, *Medicamenta quaedam ſunt, ſ. emplaſtra, quae* μοτοῖς *linteaminibus tanquam alutae inducuntur. Reſtituit* Theodoro Priſc. 1, 28. *Reineſ. V. L.* 3, 11 p. 515. *Alias Graecis* ἔμμοτον *vlcus cauum, et* ἔμμοτος, *qui eo laborat.*

E M O

EMO, mi, tum, ĕre. [ὠνέομαι, ἀγοράζω, πρίαμαι] *Pecunia vel gratia, aut praemio, vel alio quouis modo aliquid ſibi parare. De orthographia Supini et inde ductorum per* T *aut* PT, *vid. Dauſqu.* Cic. pro Caecin. . . . Suum eſſe, ſeque ſibi emiſſe. Emere (*inquit* Feſtus) quod nunc eſt Mercari, antiqui accipiebant pro Sumere ſiue Accipere, quam ſignificationem retinent ex Compoſitis nonnulla. Adimo, Eximo, *etc. Conf. Drakenb. ad* Sil. 5, 601. *et* 7, 619. Cic. Qu. Frat. 2, . . Emerat de Coſconio et Pomponio beſtiarios. Idem Att. 13, 31 Is CC iugera de M. Pilio emit. *Add.* Id. Att. 10, 5. Emere malo quam rogare Cic. Verr. 4 c. 6. *Conf.* Apul. Flor. 3. Cic.

Att. 1, 8 Quod ea emtione et nos bene emiſſe iudicati ſumus. Melius Cic. *ap.* Suet. Caeſ. c. 50. Care Hor. Epiſt. 2, 1, 238. Male emere, *i. Nimio emere.* Cic. Att. 2, 4 Mihi maxime placet, ea quae male emta ſunt, reddi. *Conf.* Plaut. Moſt. 3, 2, 112. *Drakenb. ad* Sil. 4, 756. In diem Nep. 25, 9, 5. Plin. Epiſt. 1 *vlt.* Rogo cures quanti aequum eſt emat: ita eum delectabit emiſſe, ego tibi debiturus, ſi praediolum iſtud, quod commendatur iſtis dotibus, tam ſalubriter emerit, vt poenitentiae locum non relinquat, *i. Tam iuſto pretio.* Argento ſibi aliquem Plaut. Aſin. 1, 3, 46. Beneficiis quem emere Idem Aſin. 1, 1, 57. Dimidio carius aliquid quam aeſtimatur Cic. pro Domo ſua 115. Fide bona Plaut. Moſt. 3, 1, 140. Magno Cic. Verr. 3, 144. Ouid. de Arte Am. 2, 626 Atque emitur magno nil, niſi poſſe loqui. Minimo emit, *vid.* MINOR. *Conf.* Cic. Att. 13, 29. Plin. 12, 7 Piper pondere emitur, vt aurum et argentum. Sen. de Benef. 2, 1 Nulla res carius conſtat, quam quae Precibus emta eſt. Ter. in prol. Hec. 57 Mihique vt diſcere nouas expediat poſthac Pretio emtas meo. *Vbi* Donatus, Pretio meo, aeſtimatione a me facta, quantum aedilis daret. Titiuillitio non emerim. . . , Quanti quanti bene emitur, quod neceſſe eſt Cic. Att. 12, 23. Virtute Claud. Conſ. Hon. 3, 188. Cic. Off. 3, 59 c. 14 Emit homo cupidus et locuples Tanti, quanti Pythius voluit. Quanto minoris Vlp. duobus locis in l. Iulian. D. de action. emt. Emere aliquem beneficiis Plaut. Aſin. 1, 1, 57. Aliquem donis Liu. 36, . . Aliquem vita Virg. Aen. 9, 206. Emere aliquid in publicum, *i. Ea lege, vt publicum fiat.* Liu. 44, 16 Lanienasque et tabernas coniunctas in publicum emit: baſilicamque faciendam curauit. *Add.* 39, 44. Cuſtodem Ouid. de Arte Am. 3, 652. Citharas Hor. Serm. 2, 3, 104. Stat. Theb. 9, 56 Periurum diadema peto, quo Gaudia tanti Emta mihi? Generum ſibi te emat Thetys omnibus vndis Virg. Georg. 1, 31. Cic. Verr. 3, 144 c. 62 Aliquando deſinat ea ſe putare poſſe emere, quae ipſe ſemper habuit venalia, Fidem, Iusiurandum, Veritatem, Officium, Religionem. Plaut. Trin. 4, 3, 49 Nam ego talentum mutuum quod dederam, talento Inimicum mihi emi, amicum vendidi. Plaut. Amph. . . Noui te hominem moleſtum, quiue emas Litigium. Lucan. 3, 56 Namque aſſerit vrbes Sola fames, emiturque Metus. Propert. 3, 16, 22 Talis Mors pretio vel ſit emenda mihi. Spem pretio non emo Ter. Adel. 2, 2, 11. Ad Sententias emendas dediſſe pecuniam Cic. pro Cluent. 101.

EMTVS, a, um. Partic. [ὠνητὸς] *Vt*, Pax emta donis ingentibus Lucan. 10, 107. Decus perenne ingenti clade emtum Claud. de Piis fratribus 48. Federa emta multis cladibus Idem Conſ. Hon. 4, 455. Iudicium emtum conſtupratumque, *vid.* CONSTVPRO. Emtae mercedibus ac viles operae Petron. c. 122. Pulmenta laboribus emta Hor. Epiſt. 1, 18, 48. Idem Epiſt. 1, 2, 55 Sperne Voluptates, nocet emta dolore voluptas. Cic. de N. D. 3, 74 Reliqua quae ex emto aut vendito, aut conducto, aut locato contra fidem fiunt. Emtus de lapide, *ſerui non valde boni elogium.* Columel. 3, 3 Vel de lapide noxium poſſe comparari putat. Lapis *autem locus eminens erat, et tanquam ſuggeſtus, vnde praeco praedicabat atque vendebat. Inde* Emtos de lapide tribunos, *vt ſeruos venales dixit contumelioſe* Cic. in Piſon. 35 c. 15. *et* Plaut. Bacch. 4, 7, 17 In eo ipſo adſtas lapide, vbi praeco praedicat. *Turnebus.* Emtum *et* Paratum *hoc differunt apud Iurisconſultos, quod in* emto paratum ineſt: in parato non continuo emtum continetur: veluti ſi quis, quae prioris vxoris cauſa emiſſet, poſteriori vxori tradidiſſet; eas res eum poſterioris vxoris cauſa parauiſſe, non emiſſe, conſtat. Ideoque quamuis maritus poſterioris vxoris cauſa nihil emerit; tamen tradendo, quae prior habuerit, eius cauſa parata ſunt. *Haec* Vlpianus l. 47 §. 1 de Legat. et fideic. III. *Hinc autem non eſt exſculpenda differentia horum verborum perpetua; ſed hoc modo indicatur, quod in hac materia Legatorum* emtum *dicatur mulieri, illud etiam ei intelligi* paratum: *ſed* paratum *etiam dici, quod olim emtum, ei deinde traditum aſſignatumue ſit. Alioqui* Paratum *ſine dubio latius patet, et generis nomen eſt,* emtum *vero formae ſ. ſpeciei.*

EMTIO, ōnis. f. [ἀγορασία, ὠνὴ, ὤνησις] Cic. Att. 12, 3, Quid Caeſar? tres habet conditiones: aut emtiones ob haſtam, *etc.* In emtionibus conſenſu fiunt obligationes Gaius l. 2 D. de obl. et act. Emtionis verbo, lex duodecim tabularum omnem alienationem complexa eſt, *ait* Pompon. l. 29 §. 1 D. de ſtat. liber. *Itaque animaduertere eſt* Varronem *acquiſitionem omnem* emtionis *verbo comprehendere*, de R. R. 2, 10, 4 In emtionibus dominum legitimum ſex fere res perficiunt: ſi hereditatem iuſtam adiit; ſi, vt debuit, mancipio ab eo accepit, a quo iure ciuili potuit; aut ſi in iure ceſſit, cui potuit cedere, et vbi id oportuit; aut ſi vſu cepit; aut ſi e praeda ſub corona emit; tumue cum in bonis ſectioneue cuius publice venit. Mancupi emtio, *vid.* MANCEPS. Abire ab emtione l. 7 §. 6 D. de pactis. Emtione facta Cic. pro Caecin. 17 c. 6.

EMTĬTO, āre. *Emere frequenter, emere ſolere.* Plin. 33, 1 *pr.* Ita enim (vt opinor) commercia victus gratia inuenta alios coriis boum, alios ferro, captiuisque rebus emtitaſſe tradit. Columel. 8, 10, 6 Ternis ſaepe denariis ſingulos emtitatos turdos. Tacit. Ann. 14, 41, 3.

EMSITARE, *quidam legunt apud* Plaut. Caſin. 2, 5, 39 Non ego iſtud verbum emſitem titiuillitio. *Certe ita laudat* Feſtus *voce* Titiuillitium, *et* Fulgent. expoſ. ſerm. ant. n. 20. *Sed Gron.* emiſſim *poſt alios.*

EMTV̆RIO, īre. [ἀγορασείω] Varro de R. R. 2 prooem. 6 Propterea quod te emturientem in campos Macros adducunt crebro pedes.

EMTOR, ōris. m. [ἀγοραστὴς] *Qui emit.* Cic. Off. 3, 51 c. 12 Ne quid omnino quod venditor norit, emtor ignoret. Idem Philipp. 2, 97 Omnino vllius rei nemo fuit emtor, cui defuerit hic venditor. *Et* Off. 3, 54 c. 13 Si hoc emtoribus venditor non dixerit. Emtorem hiantem inducere *dicitur* res Hor. Serm. 1, 2, 88. Dedecorum pretioſus emtor Idem Carm. 3, 6, 32. *i.* Inceſtuum, *vt ait* Acron. Qui dedecora, *i.* Adulteria magno pretio emit, *inquit* Porphyrio. Bona mens nec commodatur, nec emitur, et puto, ſi venalis eſſet, non haberet emtorem Sen. Epiſt. 27.

EMTRIX, īcis. f. Modeſt. in l. Herenn. D. de euict. et dupl. poſtul. Quum emtrix non prouocauerit. *Paullo poſt:* Nihil proponi, cur emtrici aduerſus venditorem actio non competat.

EMTIONĀLIS, e. Adi. [ἀγοραστικὸς] *Qui frequens eſt in emtionibus et proſcriptionibus bonorum. Legunt antiquiores editt.* Cic. Fam. 7, 29 Quod quidem ſi inter vos ſenes emtionales venale proſcripſerit. *Sed a Victorio inde eſt* Coëmtionales. *Vid. Graeu.*

EMTICIVS, a, um. Adi. [ὠνητὸς] *Qui emtus eſt, cui* Gratuitus *opponitur.* Varr. de R. R. 3, 2, 12 Hic aprum glans quum paſcit emticia, facit pinguem: illic gratuita, exilem. Ibid. 17, 6 Salſamenta. Emticius ſeruus Petron. c. 47. *opponitur* domi nato. *Sic* Emticius miles *fuerit Mercenarius, quem* Feſtus EMTIVVM *appellat.*

EMAX, ācis. Adi. [ὠνητικὸς] *Qui libentius iuſto emit, emendi cupidior.* Cic. in Parad. 6, 3 Non eſſe cupidum, pecunia eſt: non eſſe emacem, vectigal eſt. Patrem familias oportet eſſe vendacem, non emacem Cato R. R. c. 2. Ouid. de Arte Am. 1, 421 Inſtitor ad dominam veniet diſcinctus emacem. Nam cum eſſet pecunioſus, nemo illo minus fuit emax, minus aedificator Nep. Att. c. 25 *init.* Perſ. 2, 3 Non tu prece poſcis emaci Quae niſi ſeductis nequeas committere diuis. Preces emaces *ſacrificia, quibus redimere culpam, aut emere commodum volunt homines.*

EMACĬTAS, ātis. f. [τὸ ὠνητικὸν] *Vitium emacis,* Columel. 4, 3 Quoſdam emacitas in armentis, quoſdam exercet in comparandis mancipiis cura: de tuendis nulla cura tangit. Plin. Epiſt. 3, 7 Erat φιλόκαλος, vſque ad emacitatis reprehenſionem.

EMODICVS, a, um. Adi. Emodicum fertur cohibere tumorem Macer. *ap. Barth. Adu.* 12, 20. *i. immodicum.*

EMODEROR, āri. *Ad moderationem perducere.* Ille dolor verbis emoderandus erit Ouid. Rem. Am. v. 130.

EMODV̆LOR, āri. Dep. [ἐπαυλέω] *Modulando perficere, ad finem modulari.* Ouid. Amor. 1, 1, 30 Muſa per vndenos emodulanda pedes.

EMODVLATIO, EMODVLATOR, *apud* Boëth. . .

EMOLIOR, īri. Dep. [ἐξώθω] *Cum molimine et labore expellere.* Celſ. 4, 6 *de pleuritide*, Interdum ſicca tuſſis eſt, quae nihil emolitur. Vrinam manu Celſ. 7, 26 *pr.* Columel. 8, 5, 21 Dum eas amaritudo cogat, per nares emoliri pituitae nauſeam. *Moliendi finem facere, molitiones ad exitum perducere eſt.* Plaut. Bacch. 4, 5, 1 Inſanum magnum molior negotium metuoque, vt hodie poſſim emolirier. *Sed* Sen. Agam. 478 Venti fretum emoliuntur, *i. moliuntur et commouent vehementer.*

EMOLIMENTVM, i. n. *Molimen, opera, quae negotio alicui impenditur, pro quo occupauit fere libros* emolumentum. Caeſ. B. G. 1, 34 Neque exercitum ſine magno commeatu atque emolumento in vnum locum contrahere poſſe. *Sic Victorius, qui* Emolumentum *et impenſam ſignificare contendit, et utilitatem, Var. Lect.* 22, 10; *et Dauiſ. F. Vrſinus et alii, quos ſequitur Cellarius* molimento. *Nihil videtur melius* emolimento. *Etiam* Varr. R. R. 2, 14, 1 *nunc legendum puto,* Nec de cocleis ac gliribus quaero, quod reliquum eſt. neque enim magnum emolimentum eſt. Non iſtuc tam ſimplex eſt, inquit Appius, quam tu putas *etc. Hic etiam fluctuant inter* molimentum *et* emolumentum *libri.* Emolumentum *nobis Victorius perſuaſerat. Nec dubito, quin* Gell. 11, 13 *ſic legendum ſit,* Vt conſideraremus, quae vis quodque emolimentum eius ſententiae foret. *Vulg.* emolumentum. *Ipſe mox interpretatur*, quid efficiant verba haec. Idem 13, 8 *extr.* Quod homines ignaui ac deſides mores et emolimenta (*vulg.* emolumenta) philoſophiae in linguae verborumque artes conuerterent. *Sic* Vell. Pat. 1, 17, 6 *Lipſius legendum cenſuit*, Huius — ſaeculi ingeniorum ſimilitudines congregantis et in ſtudium par et in emolimentum, *i. volunt idem homines, et idem emoliuntur. Sed hic etiam* emolumentum *obtinet, itemque* 2, 105, 4 Anni eius aeſtiua vſque in menſem Decembrem perducta, immanis emolumentum fecere victoriae. *In his profecto omnibus aut* emolimentum *legendum eſt, quod rectum puto, aut* emolumentum *eo ſenſu capiendum, quo diximus, cui tamen quantitas Syllabae ſecundae ab initio aduerſatur. Vnum addimus* Iuſtin. 9, 1 *pr.* Bellum toti Graeciae inferre ſtatuit: ad cuius emolimentum (*pro* emolum.) egregie pertinere ratus, ſi Byzantium *etc.* L. 19 Cod. Theodoſ. de operibus publicis, *vbi iubentur*, qui volunt opus publicum moliri, *hoc non facere* contractis veteribus emolimentis, *i. moliminibus, molibusque adeo operum veterum adhuc ſtantibus.* Emolumentis *quidem Iac. Gothofr. ſed tamen ab* emoliendo *ipſe deriuat.*

EMOLLIO, īre. [ἐκμαλθακόω, ἐκμαλάττω] *Idem quod Mollire, et frictione aut ſubactione molle reddere.* Liu. 37, . . Humor arcus, fundaſque, et iaculorum amenta emollierat. Emollire aluum, *Laxare et lenire.* Plin. 20, 9 Aluum leniter emollit lapſana. Emplaſtrum emolliendum adiecto aerato Celſ. 8, 4. Emollire hominem Liu. 27, 3. Idem 38, 49 Degener et emollitus amoenitate Aſiae hoſtis. Ouid. ex Ponto 2, 9, 48 Adde, quod ingenuas didiciſſe fideliter artes Emollit mores, nec ſinit eſſe feros. Tacit. in Vita Agric. 11, 6 Plus tamen ferociae Britanniae praeferunt, vt quos nondum longa pax emollierat.

EMOLLĬDVS, a, um. Adi. [μαλθακὸς] *Idem quod Mollis. Antiquae editt.* Liu. 34, 47 Labor et aeſtus emollida et fluida corpora Gallorum et minime patientia ſitis, quum decedere pugna coëgiſſet, *etc. Poſt Froben. editur* Mollia: *forte* Emollita.

EMOLLIS, e. Adi. *Valde mollis.* Auien. . . Hi celeri emolles currunt pede ſemper arenas. *Vid. Barth. Adu.* 28, 16.

EMOLLESCO, Celſ. 5, 28 Sine vlla vi clauus emolleſcit.

EMŎLO. *Idem ac Molo.* Perſ. 6, 26 Granaria, fas eſt, Emole. *i. exhauri molendo et liberaliter impendendo, vt explicat Caſaub.*

EMŎLĬTVS, a, um. Partic. Veget. 3, 24 Emolitum hordeum.

EMŎLV̆MENTVM, i. n. [ὠφέλημα, εὐχρήστημα] *Vtilitas quam opera et labore quaeſitam impetramus, non ab* emoliendo, *(id potius* emolimentum *eſt) ſed ab* emolendo *dictum, quod breuis modus Syllabae* mo *indicat.* Plaut. Trin. 3, 2, 68 Et ſi ſine dote duxeris, tibi ſit emolumentum honoris, mihi quod obiectent, ſiet: *i. tu inde bene audias.* Artibus, inquit, honeſtis Nullus in vrbe locus, nulla emolumenta laborum Iuuenal. 3, 21. Iuſtin. 9, 1, 2. Cic. de Fin. 1, 53 c. 16 Plusque in ipſa iniuria detrimenti eſt, quam in his rebus emolumenti, quae pariuntur iniuria. Idem de Fin. 3, 69 c. 22 Emolumenta et detrimenta quae ὠφελήματα et βλάμματα appellant. DEMANDATVM EST VT CCCCX PONDO ARGENTI E PVBLICIS POP. ROM. EMOLVMENTIS QVAE PRAETERITIS TEMPORIBVS QVAESTORES RECEPISSENT PROVINCIAM SVBLEVARENT Inſcript. Fructus atque emolumentum Cic. Verr. 3, . . Dicere aliquid ob emolumentum ſuum Idem pro Font. 17. Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem Id. pro Milon. 32. Lucret. 5, 167 Quid enim immortalibus, atque beatis Gratia noſtra queat largirier emolumenti? Proponere emolumentum alicui Cic. pro Font. 19. Laus ſuſcepta ſine emolumento ac praemio Idem de Orat. 2, 346. Emolumento eſſe alicui Id. de Orat. 1, 34 c. 8. *et* Fam. 7, 10. ¶ 2 Emolumentum *etiam volunt notare impenſam*

impenſam rei alicui operam, et molimina. Sed illud putamus potius eſſe Emolimentum *v. v. ſub* EMOLIOR.

EMŎNEO, ēre. [παραγγέλλω] *Idem quod valde Monere.* Plaut. Aſin. 4, 2, 17 Hunc politare, illam expilare iam emone. *Sic vett. editt. Sed aliter editur inde a Camerario.*

EMORIOR, emori. Dep. [ἀποθνήσκω] *Omnino planeque mori.* Ter. Heaut. 5, 5, 18 Emori cupio. Cic. Off. 3 c. 32 Vt eſſet inſitum militibus noſtris aut vincere aut emori. *Add.* de Orat. 1, 143 Qui excogitaſſet naſci prius oportere quam emori. Cic. Tuſc. 1, 15 Emori nolo, ſed me eſſe mortuum nihili aeſtimo. Ibid. 97 Dii boni, quid lucri eſt emori? Ouid. de Rem. Amor. 654 Perque gradus molles emoriatur Amor. Pro Pompeio emori poſſum Cic. Fam. 11, 15. Quorum laus emori non poteſt Idem in Parad. 2. Emoritur membrum Celſ. 5, 26. *de curatione gangraenae.* Emoriri: Ter. Eun. 3, 1, 42 Riſu omnes qui aderant, emoriri. *Part.* Terra ſterilis et emoriens Curt. 4, 7, 10.

EMORTVALIS, e. Adi. [νεκρικὸς] *Vt*, Emortualis dies, *in quo quis mortuus eſt, ſicut* Natalis, *in quo natus:* Plaut. Pſeud. 4, 7, 136.

EMORTVVS, a, um. Adi. Plaut. Poen. 4, 2, 18 Emortuo verba facere. *Conf.* Aul. 4, 5, 1. Pſeud. 1, 3, 105. Epid. 1, 2, 14. *Vid.* Seru. *ad* Virg. Aen. 2, 458.

EMORIBVNDVS, a, um. Adi. *Apud* Celſ. . .

EMŎVEO, ēre. [ἀποκινέω] *Ex loco mouere.* Liu. 6, 38 Tum percitus ira Camillus, lictorem qui plebem de medio emoueret, miſit. *Sic* Emouere e foro multitudinem Liu. 25, 1. Herbas Columel. 8, 3. Pertinaci ſpiritu flammam emouere Valer. Maxim. 2, 4, 5. *Pro Exercere, ſeu In apertum producere:* Ouid. Faſt. 3, 367 Dum loquitur, totum iam ſol emouerat orbem. *Variant Codd.* Emerſerat *Heinſ.*

EMŌTVS, a, um. Partic. [ἀποκινηθεὶς] *Vt*, Axis a cardine emotus Stat. Theb. 1, 349. Emotus vltra iuga Tauri Liu. 42, 50, *vti Gronouio placet. Vulgo* Remotus. Virgil. Aen. 6, 382 His dictis Curae emotae: pulſusque parumper Corde dolor triſti. Fundamenta Idem Aen. 2, 610. Poſtes cardine emoti Virgil. Aen. 2, 493. *Non ſine auctoritate ergo* Veget. Mulom. 1, 28, 5 Emota, vel extorta, aut eiecta de locis ſuis *membra, oſſa.* Emotis deinde curia legaris Liu. 30, . . Emotum ſolum Columel. 3, 18, 1. Terra Idem 3, 13, 10 *de foſſione.*

EMOTIO, ōnis. f. *ICt. in* Dig. . .

E M P

EMPAECTAE, arum. *Illuſores.* 2 Petr. 3, 3.

EMPANDA, ae. f. Paganorum dea fuit, *teſte* Feſto, *ad quam illuſtrandam adhibetur a Scaligero locus* Varronis *conſeruatus a* Non. 1, 20; *quem huc quoque apponemus, licet corruptus videatur, et quatenus illum intelligo ad* Pandam *potius, de qua ſ. l. quam ad* Empandam *pertinere. Ita autem Scaliger Coniectan. ad* Varron. de L. L. 5 p. 49, 9, *vbi de* Paganalibus, *Ceres in Paganalibus ſacris vocabatur* Empanda. Varro *apud Nonium* (l. c.) lib. 1 de Vita Populi Romani. Hanc deam Aelius (*non* melius, *vt hodie perperam in Nonio*) putat eſſe Cererem; ſed quod in aſylum qui confugiſſet panis daretur; eſſe nomen fictum a pane dando pandere, quod eſt aperire. *Intelligit ergo (ſic pergit Scaliger)* Empandam, *deam paganorum. Ego vero putarem dictam a latitudine: idcirco εὐρύστερνος. At Varro a pandendo: vnde et eadem cum Pale eſſe videtur. Haec ille et plura. Relinquitur ſumma haec, ſed non ſatis certa,* Empanda *eſt nomen, quo Ceres in Paganalibus ſacris appellabatur.*

EMPEDŎCLES, is. m. [Ἐμπεδοκλῆς] *Philoſophus et Poëta Agrigentinus, de rerum natura verſibus ſcripſit, vt apud Romanos Lucretius. Is noctu a ſociis clam diſcedens, in ardentem caminum montis Aetnae ſe demiſit, vt deus immortalis haberetur: ſed ferreae eius crepidae ex camino per flammam reiectae, rem patefecerunt.* Horat. in Arte Poët. 465

Siculique Poëtae
Narrabo interitum. Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam
Inſiluit.

Empedocles Phyſicus, idemque Poëta optimus Cic. de Orat. 1, 217. *Add.* de Amicit. 24. Idem quatuor elementis omnia conſtare ait Cic. Acad. 4, 118. Empedocles animum eſſe cenſet, cordi ſuffuſum ſanguinem Idem Tuſc. 1, 41. Gell. 4, 11 In Empedocli carmine, qui diſciplinas Pythagorae ſecutus eſt, verſus hic inuenitur, *etc. Et mox,* Qui diligentius ſcitiusque carmina Empedocli arbitrati ſunt.

EMPEDOCLĒVS, a, um. Adi. [Ἐμπεδόκλειος] Cic. Q. Fratr. 2, 10 Quum veneris, virum te putabo: ſi Salluſtii Empedoclea legeris, hominem non putabo. *Conf.* Tuſc. 1, 41.

EMPENETICA, ae. f. *Eſuritionis ars.* Cael. ad Cic. Fam. 8, 1 Ego, qui ſcirem Q. Pompeium Baulis empeneticam facere, *etc.* Embaeneticam *alii legunt. Proinde Turneb. Aduerſ. 13, 20* Empeneticam *legit, vt eum dicat eſurientem eſuritionis artem Baulis facere, et vſque eo, vt eſuriei eius miſereatur. Vt enim Graece dicitur* ἐντραγεῖν, *pro* τραγεῖν, *Attico more, et* ἐμπιεῖν, *pro* πιεῖν, *et* ἐμφαγεῖν, *pro* φαγεῖν, *quidni etiam dicatur* ἐμπεινῆν, *pro* πεινῆν, *praeſertim quum etiam in verbo quaeſita ſit arriſio fortaſſe e vicinitate vocis, quod non faciat embaticam, ſed* empeneticam. *Vid. ſupra* EMBAENETICA. *Et conf. Salmaſ. ad* Solin. p. 707, *qui probat ſententiam Turnebi.*

EMPĔTRON, i. n. [ἔμπετρον] Herba, quam noſtri Calcifragam vocant: naſcitur in montibus maritimis, fere in ſaxo: quo propius mari fuit, minus ſalſa eſt Plin. 27, 9.

EMPHĂSIS, is. f. [ἔμφασις] Significatio *dicta Latinis v. v.* n. 2. virtus *orationis* vicina breuitati (βραχυλογίᾳ) ſed amplior, altiorem praebens intellectum, quam quem verba per ſe ipſa declarant. Eius ſunt duae ſpecies: altera, quae plus ſignificat, quam dicit; altera, quae etiam id, quod non dicit. Prior eſt et apud Homerum, cum Menelaus Graecos in equum *deſcendiſſe* dicit: (*vid. mea, Geſneri, annotatio*) nam verbo vno magnitudinem eius oſtendit. Et apud Virgilium, Demiſſum lapſi per funem. *Haec et plura* Quinctil. 8, 3, 84. Idem 8, 4, 26 Eſt hoc ſimile illi, quod ἔμφασις dicitur: ſed illa ex verbo, hoc ex re coniecturam facit. Illa *pertinet ad* Emphaſin. Id. 9, 2, 3 Illam plus quam dixeris ſignificationem, id eſt, ἔμφασιν. *Et* 9, 2, 64 Eſt Emphaſis etiam inter figuras, cum ex aliquo dicto latens, aliquid eruitur, *etc.*

EMPHRACTA, *Nonnulli dici putauerunt Naues tectas, citantes illud* Vlpian. ex l. 2 D. de exercitor. act. Quaedam enim naues onerariae, quaedam, vt ipſi dicunt, emphractae ſunt. *Quo tamen in loco caſtigatiora exempla* ἐπιβάδες, *aut certe* ἐπιβατίδες, *non* Emphracta *legendum docent. Naues autem tectas, ſiue conſtratas, Graeco vocabulo* καταφράκτους *vocari, ſuo loco oſtendimus.* ¶ 2 Emphractum, Apic. 8, 14 *Vid.* EMBRACTVM.

EMPHRAGMA, ătis. n. Veget. 1, 40, 3. *et* 1, 47, 2 *paſſio, quae* Praeoccupatio Latine dicitur: *ſtipatio et obſtructio canalis inteſtinorum, manu vel clyſtere curanda. Gr.* ἔμφραγμα, ἔμφραξις, *q. d. obſeptio.*

EMPHYTEVSIS, is. f. [ἐνφύτευσις] *Latine Inſitionem ſignificat, ſiue Plantationem, a verbo Graeco* ἐμφυτεύω, *quod eſt inſero, vel conſero.* Emphyteuſis, *Contractus eſt a* Zenone Imperat. *primum nominatus, quum ager ea lege fruendus datur, vt quamdiu merces ſoluatur, nunquam ad dominum reuertatur. Vid.* Iuſtin. Inſt. l. 3 de Locat. conduct. *Sic* l. 1 C. de iur. emphyt. *vbi* Zeno *ait,* Ius emphyteuticarium neque conditionis, neque alienationis eſſe titulis adiiciendum: ſed hoc ius tertium eſſe, ab vtriusque memoratorum contractuum ſocietate ſeparatum, conceptionemque ac definitionem habere propriam.

EMPHYTEVTA, ae. m. *Qui tali conditione praedium acquirit.* L. 4 Cod. de Iure emphyteutico.

EMPHYTEVTĬCVS, a, um. Adi. *Vt*, Emphyteuticum agrum poſſidere Macer. in l. penult. in princip. D. Qui ſatisdare cogantur.

EMPHYTEVTICARIVS, i. m. L. 6 Pandectarum *iuris titulus eſt*, Si ager vectigalis, vel emphyteuticarius petatur. *Vid.* Iuſtinian. l. 3 Inſt. De location. et conduct. *Idem atque Emphyteuta:* l. 1 Cod. de Mancip. et Colon. Emphyteuticarios grauant coloni.

EMPHYTEVMA, atis. n. *Praedium Emphyteuticum.* Ad alios ſuum ius vel emphyteumata transferre l. 4 Cod. de Iur. emphyteutico.

EMPĪRĬCE, es. f. [Ἐμπειρική] *Vna ex tribus ſectis medicinae, quae experientia tantum nitebatur.* Plin. 29, 1 Alia factio ab experimentis ſe cognominans empiricen, coepit in Sicilia. *Adde* Iſidor. 4, 4.

EMPĪRĬCVS, a, um. Adi. [ἐμπειρικὸς] Celſ. in praefat. Qui ſe empiricos ab experientia nominant. Cic. Acad. 4, 122 c. 39 *cum de conatibus anatomicis medicorum dixiſſet, addit,* Nec tamen eo aiunt Empirici notiora eſſe illa; quia poſſit fieri, vt patefacta et detecta mutentur.

EMPLASTRVM, i. n. [ἔμπλαστον, ἔμπλαστρον] Celſ. 5, 17, 2 Malagmata atque Emplaſtra, Paſtillique, quos τροχίσκους Graeci vocant, cum plurima eadem habeant, differunt eo, quod Malagmata maxime ex floribus, eorumque etiam ſurculis, Emplaſtra Paſtillique magis ex quibusdam metallicis fiunt. Deinde Malagmata contuſa abunde molleſcunt; nam ſuper integram cutem iniiciuntur: laborioſe vero conteruntur ea, ex quibus Emplaſtra Paſtillique fiunt, ne laedant vulnera, cum impoſita ſunt. Inter Emplaſtrum autem et Paſtillum hoc intereſt, quod Emplaſtrum vtique liquati aliquid accipit; in Paſtillo tantum arida medicamenta per ſe teruntur: deinde miſtis his inſtillatur aut acetum, aut ſi quis alius non pinguis humor acceſſurus eſt, et ea rurſus ex eo teruntur. Ea vero, quae liquari poſſunt, ad ignem ſimul liquantur, et ſi quid olei miſceri debet, tum infunditur. Interdum etiam aridum aliquod ex oleo prius coquitur. Vbi facta ſunt, quae ſeparatim fieri debuerunt, in vnum omnia miſcentur. At Paſtilli haec ratio eſt. Arida medicamenta contrita humore non pingui, vt vino vel aceto coguntur, et rurſus coacta inareſcunt: atque vbi vtendum eſt, eiusdem generis humore diluuntur. Tum Emplaſtrum imponitur, Paſtillus illinitur, aut alicui molliori, aut cerato miſcetur. Plin. 21, 4 *de roſa*, Emplaſtris atque collyriis inſeritur, mordaci ſubtilitate. Emplaſtrum antidoton eſt Scribon. 175. Sine linteolo Id. 205. *Et* 45 Quum haec (*ingredientia, vt vocantur commemorauerat*) ſuper ignem poſita habuerint emplaſtri temperaturam mollis, deponere oportebit cacabum: quum feruere deſierit, paullatim adſpergere acris florem, et mouere ſpatha medicamentum, ne extra fundatur, et rurſus coquere, donec habeat emplaſtri ſpiſſitudinem ſtricti. Cato R. R. 39, 2 Eo addito gypſum contritum, vti craſſitudo fiat quaſi emplaſtrum. *Metaphor.* Gell. 16, 7 ex Laberio, Quid eſt iusiurandum? Emplaſtrum aeris alieni. ¶ 2 *Genus inſitionis, quam* emplaſtrationem *vocant alii.* Plin. 17, 16 Emplaſtri ratio et ipſa ex inoculatione nata videri poteſt. — Amputatis omnibus ramis, ne ſuccum auocent, — exemta ſcutula — cortici imprimitur ex alia cortex par, cum ſui germinis mamma, ſic compage denſata, vt cicatrici locus non ſit, et ſtatim fiat vnitas non humorem, non afflatum recipiens. — Id etiam apud veteres Graecos inuenitur, et apud Catonem. *Refert deinde, quae leguntur hodie apud* Caton. c. 42 *ſed ita, vt nomen* emplaſtri *non adhibeatur.* Columel. 5, 11, 10 *ipſam* ſcutulam, *ſ. partem corticis cum gemma ſua exciſam, ſic vocat,* Deinde in eam partem, quam nudaueris, praeparatum emplaſtrum aptato, ita, vt alterae delibratae parti conueniat.

EMPLASTRO, āre. [ἐμπλαστόω] Emplaſtro, *quod modo deſcripſimus n. 2 inſerere arborem.* Columel. 11, 2 Poſſunt, ſi iam librum remittunt, inſeri oleae, vel emplaſtrari, ceteraeque pomiferae arbores eodem emplaſtrationis genere inſeri. Idem 5, 11, 10 Arboris, quam emplaſtraturus es, nitidiſſimum ramum eligito, et eiusdem ſpatii corticem circumcidito. *Add.* 11, 2, 37. *It.* Pallad. Mai. 6. *Part. paſſ.* Gemmae emplaſtratae Pallad. Nou. 7, 7.

EMPLASTRATIO, ōnis. f. [ἐμπλάστωμα] *Genus inſerendi, quum cortex eximitur inoculationis gratia, vt aptari queat cortex par ex altera arbore. Vid.* Plin. 17, 16 ſ. 21 *cuius loci bonam partem modo dedimus. Vid.* EMPLASTRVM n. 2. Colum. de Arb. c. 26, 1. *et* 5, 11, 1 *et* 8 Tertium, (*genus inſitionis*) quum gemmam cum exiguo cortice in partem ſui delibratam recipit: quam vocant agricolae emplaſtrationem, vel, vt quidam, inoculationem. *Conf.* Pallad. 3, 17. *It.* Iun. 5, 2.

EMPLECTON. [ἐμπλεκτόν] Structurae genus, tantummodo frontibus politis. Reliqua fortuito collocant. *Auctor* Plin. 36, 22. *Conf.* Vitruu. 2, 8.

EMPNEVMATOSIS, is. f. *q. d. inflatio, morbi genus.* Cael. Aurel. 3, 8, 116. Marc. Empir. c. 20.

EMPOLAS, *lucra negotiationis interpretantur* l. 69 D. pro Socio, *Salmaſ. ad Ius Attic. et Rom. p. 158, et Forner. rer. quotid.* 3, 28. *Nempe ita legunt,* Si conuenerit, vt vnus reliquis nundinas, id eſt empolas praeſtaret, *pro vulg.* epulas. *Sed totum hoc,* id eſt epulas, *pro gloſſa inepti hominis habet Herald. Emendd. et Obſſ. c. 3.*

EMPORIAE, arum. f. [Ἐμπορίαι] *Vrbs Hiſpaniae Tarraconenſis.* Phocaicae Emporiae Sil. 3, . . *Eſt et vrbs Sardiniae,* Liu. 21, 60. 28, 42 *etc.*

EMPONEMA, ătis. n. [ἐμπόνημα] *Graecis, quae Melioratio*

noſtris dicitur. Et eſt Ius, quod emphyteuta acquirit. Primum enim ſic coepit contractus emphyteuticus, vt ſterilia tantum concederentur, in meliorem ſtatum plantationibus reddenda. Exſtat vox apud Iuſtinianum in l. vlt. C. de iur. emphyteut. Suas meliorationes, quae Graeco vocabulo ἐμπονήματα dicuntur. *Conf.* l. 2 *vbi* Emponemata *Latinis literis ſcribitur in Gothofr.*

EMPORIVM, i. n. [ἐμπόριον] *Locus, in quo res venales exponuntur.* Plaut. Amph. 4, 1, 4 Apud emporium, atque in macello, in palaeſtra, atque in foro. Cic. Att. 5, 2 Quum per emporium Puteolanorum iter facerem. *Adde* Plin. 5, 9. Liu. 41, 26. *et* 36, 21. Rutil. 1, 532.

EMPORETĬCVS, a, um. Adi. [ἐμπορικὸς] *Vt,* Emporetica charta, *i. mercatoria* Plin. 13, 12 ſ. 23 Emporetica *(loquitur de chartarum generibus, quae ex Papyro Aegyptia parantur)* inutilis ſcribendo, inuolucris chartarum, ſegeſtriumque in mercibus vſum praebet, ideo a mercatoribus *(hi ἔμποροι ſunt)* cognominata.

EMPORITANI, orum. *Populi, ſ. ciues vrbium, quae* Emporiae *dicuntur. Sic* Emporitani Liu. 34, 16 *ex vrbe in inſ. Sardinia.*

EMPŎRVS, i. m. *Mercator.* Auſon. Epiſt. 22, 28 Nouus emporus.

EMPROSTHOTONVS, i. m. [ἐμπροσθότονος] *Affectus eſt ceruicis antrorſum flexae, cum* mentum pectori adnectit, *vt ait* Celſus 4, 6. *Locum totum damus in* OPISTHOTONVS. *Add.* Cael. Aurelian. Ac. 3, 6.

EMPROSTHOTONIA, ae. f. *Idem.* Cael. Aurel. Acut. 3, 6 *vertitur* Raptus pronus. *Vid. Barth. Aduerſ. 38, 12.*

EMPROSTHOTONĬCVS, i. m. *Qui hoc morbo laborat.* Theod. Priſcian. 2, 10.

EMPTIO, EMPTICIVS, EMPTITO, EMPTOR, EMPTVRIO, EMPTVS, *vid.* EMO.

EMPVSA, ae. f. *Res nugax apud Graecos, ſpectrum muliebre, nunc pulchra ſpecie fallens, nunc turpi et horribili terrens, interficiensque adeo homines. Locus claſſicus Ariſtophan. Ran. 295. It. Philoſtr. Vid. Apollon. 2, 2.*

EMPYI, [ἐμπύοι] *a medicis dicuntur, Qui abſceſſu thoracis laborantes pus exſcreant, quorum affectus etiam* EMPYEMA *appellatur: nos Purulentam exſcreationem dicere poſſumus. Qui vero hunc morbum patitur,* EMPYICVS *dicitur, quo nomine aliquoties vtitur* Marcell. Empir. c. 7 *et* 16.

EMPYRIVM Caelum, [ἐμπύριος οὐρανὸς] *Appellatur a Theologis, qui Scholaſtici vocantur, vndecimum caelum, primum mobile ambitu ſuo complectens, Dei et beatorum ſedes: ita dictum, quaſi Ignitum, non quod re vera tale ſit, ſed quod puritate ſua reliquis caelis, vt ignis caeteris elementis, antecellat. Laudatur etiam* Mundus empyrius Mart. Capella 9 p. 315. *Sed non inuenio.*

EMV

EMVCIDVS, a, um. Adi. *Libros quoſdam occupauit apud* Plin. 17, 22 ſ. 35. *Et* Varr. R.R. 1, 31, 3 *vbi legitur melius* Eiuncidus, *v. v.*

EMVGIO, ire. [ἐκμυκάομαι] *Proprie eſt boum. Et per tranſlationem, Cum mugitu proferre et enuntiare.* Quinctil. 2, 12, 9 Nam et clamant vbique, et omnia leuata (vt ipſi vocant) manu emugiunt, multo diſcurſu, anhelitu, iactatione, geſtu, motu capitis furentes.

EMVLGATIO, ōnis. f.

EMVLGĀTOR, ōris. m. *In Cod. eſſe dicuntur, pro* Promulgatore.

EMVLGEO, ſi *vel* xi, ēre. [ἐξαμέλγω] *Mulgendo elicere, exprimere.* Colum. 7, 3, 17 Sed priuſquam hoc fiat, exiguum emulgendum eſt, quod paſtores coloſtram vocant.

EMVLSVS, a, um. Partic. Catull. 67, 110 Quale ferunt Graii — Siccari emulſa pingue palude ſolum, *i. emiſſa, deriuata.*

EMVNDO, āre. [ἐκκαθαρίζω] *Plane mundare, vt* Expurgare. Columel. 2, 15, 7 Bubilia et Ouilia debent emundari. Idem 8, 4, 4 Emundant pennas gallinae. Id. 6, 30, 2 Emundetur humus. *Et* 12, 50, 14 Emundentur faeces. *Sic* Emundare alueos 9, 14, 7. Segetes 11, 7, 2. Vinum 12, 23, 2. Vlpian. *quoque* l. 25 §. 10 de auro, argent. *etc.*

EMVNDANS, antis. Partic. Vulg. Malach. 3, 3.

EMVNDĀTVS, a, um. Partic. Columel. 3, 15 *pr.* Emundata paſtinatio. *Et* 11, 2, 71 Emundata torcularia.

EMVNDATE. Adu. *Apud* Auguſtinum *eſſe dicitur.*

EMVNDATIO, ōnis. f. Tertull. *et* Vulg. Interpr. *ſaepius.*

EMVNGO, nxi, nctum, ĕre. [ἀπομύττω, Vet. Gloſſ. *et* Onomaſt.] *Mungendo exprimere.* Plin. 35, 11 Emungentem *refert inter opera Theodori pictoris.* Iuuenal. 6, 147 *ad matrem familias ſeneſcentem libertus,* Iam grauis es nobis, et ſaepe emungeris: exi Ocius, et propera: ſicco venit altera naſo. *Votum comicum* Plaut. Caſin. 2, 6, 39 At tu vt oculos emungare ex capite per naſum tuos. *Metaphor.* Emungere aliquem, *deſpoliare:* Plaut. Epid. 3, 4, 57. Ter. Phorm. 4, 4, 1 Emunxi argento ſenes, *h. e. abſtuli illis ſuas pecunias. Metaphora ſumta ab iis, quibus nares emunguntur.* Nonius *in hunc locum* Emungere, ſine labore tollere *interpretatur. Nempe ita auſertur illis comicis ſenibus pecunia, vt ea ſe liberari primo gaudeant; deprehenſa autem fraude prudentiores fiant. Vid. mox* EMVNCTVS. *Prouerbii vim habet, quod ait* Auctor ad Herenn. 4, 68 Tota res relinquitur in ſuſpicione: vt ſi ſalſamentarii filio dicas, Quieſce tu, cuius pater cubito ſe emungere ſolebat. *Conf. Menag. ad Laërt. 4, 46.*

EMVNCTVS, a, um. Partic. [ἀπομυκτος] *Vt,* Emunctae naris homo, *i.* facetus et elegans, apud Horat. (Serm. 1, 4, 8) de Lucilio *inquit* Donatus in Phorm. Ter. 4, 4, 1. *Nempe puerile vitium, mucus,* madidique infantia naſi, *vt eſt* Iuuenal. 10, 199 *redit cum ipſa credulitate ſenibus, qui κορυζᾶν, pituita laborare ſolent: impedit odorem, ſagacitatemque adeo, pituita, etc. Hinc etiam* Quinctil. 12, 10, 17 Attici limati et emuncti nihil inane et redundans ferebant. *Ex illa altera Metaphora, quam in verbo notauimus,* Horat. de Arte Poët. 238 Vt nihil interſit, Dauuſne loquatur, an audax Pythias, emuncto lucrata Simone talentum. *De fungis lucernarum* Vulg. Exodi 25, 38 Emunctoria, et vbi quae emuncta ſunt exſtinguantur.

EMVNCTIO, ōnis. f. [ἀπόμυξις] Quinct. 11, 3, 80 *de narium geſtu loquens,* Quum emunctio etiam frequentior, non ſine cauſa reprehendatur.

EMVNCTOR, ōris. m. *Deceptor in* Digeſtis *eſſe dicitur.*

EMVNCTORIVM, i. n. *In inſtrumento candelabri refertur.* Vulg. Exod. 25, 38.

EMVNIO, īre. [ἀσφαλίζω] *Munire plane et perfecte. Vt,* Emunitus in modum arcis Liu. 24, 21 *extr. Add.* Idem 21, 7. Tacit. in Vit. Agric. c. 31, 3 Corpora ipſa, ac manus, ſiluis, ac paludibus emuniendis verbera inter, ac contumelias conterunt. Sen. de Clem. 1, 19 Non opus eſt in aſcenſum arduos colles emunire. Emunire vites ab iniuria pecoris Columel. 5, 6. Obice poſtes Virgil. Aen. 8, 228. *Tranſlate:* Sen. Controu. 17 Aduerſus metus emunire animum. Emunita Senecae in Epiſtolis *eſſe aiunt.*

EMVNITOR, ōris. m. *Apud* Veget. . . .

EMVNĪTAS, ātis. f. Tertull. de Reſurrect. c. 58 *non plane idem quod* Immunitas, *ſed liberatio a* muniis *ſ.* muneribus, *quae velut poſt emeritam militiam contingit, quod monet Rigalt.*

EMVRMVRO, āre. Auguſtin.

EMVRMVRATOR, ōris. m. Hieron.

EMVSCO, āre. [ἐκμυιόω] *Purgare et muſcum adimere, quod proprie de arboribus dicitur.* Colum. 11, 2, 41 Iiſdem diebus, vbi praegelidum et pluuium caelum eſt, oleae putantur et emuſcantur.

EMVSSITĀTA, Ad amuſſim facta, Feſtus. *Reſpicit ad* Plaut. Mil. 3, 1, 38 Si albus capillus hic videtur, neutiquam ingenio eſt ſenex: Ineſt in hoc emuſſitata ſua ſibi ingenua indoles. *Sic praeter* Feſtum, *vbi ordo literarum corruptionis exceptionem excludit, laudatur hic locus a* Non. 1, 28. *Vid.* EXAMVSSIM. *Sic MSS. Palatini apud Gruterum. Quare non bene* Amuſſitata *alii. Eſt autem primum elementum in e mutatum, vt in multis aliis, v. g.* arma, inermis, *etc.*

EMVTIO, īre. [ἄφωνος εἶμι] *Tanquam mutus ſignum facere, vel ſtrepitum.* Plaut. Merc. 5, 2, 55 E. Etiam emutis? omnia commonſtrabo. Aliter Metuis.

EMVTO, āre. [ἐξαλλάττω] *Idem, quod Immutare.* Quinctil. 8, 2, 19 Quidam emutatis in peruerſum dictis de figuris, idem vitium conſequuntur. Manil. 5, 147 — appoſitis caput emutare capillis.

EMY

EMYDES, um. f. [ἐμύδες] *Graecis Teſtudinum genus dicitur, de quo* Plin. 32, 4 *pr.* Sunt ergo teſtudinum genera — et quae in dulci aqua viuunt: has quidam e Graecis emydas appellant. — *Deinde exſequitur, et de hoc quarto genere ad finem capitis quaedam refert.*

EN

EN, *vel* ENDO, *pro* In *poſuere veteres, vt in* Columna Duil. ENQVE EODEM MACESTRATOD. *De* ENDO *mox ſ. l.*

EN, [ἠνί, ἠνίδε, ἰδὲ] Adu. *demonſtrat. quod interdum* Nominatiuo, *et melius, vt ait* Seru. *ad illud* Aen. 4, 597 En dextra fideſque! *aliquando Accuſatiuo iungitur: nonnunquam etiam Verbis.* Ter. Hec. 1, 1, 5 Vt quiuis facile poſſet credere, nunquam illa viua ducturum vxorem domum: En duxit. *Al. leg.* Hem. Virgil. Aen. 1, 467 En Priamus, ſunt hic etiam ſua praemia laudi. *Add.* Idem 5, 639. En ego non paucis quondam munitus amicis Ouid. ex Ponto 2, 3, 25. Cic. Verr. 1, . . En cui tuos liberos committas. En crimen, en cauſa, cur regem fugitiuus, dominum ſeruus accuſet Idem pro Deiot. 17 c. 6. En hoc illud eſt, quod ante dixi, mulier abundat audacia, *etc.* Cic. pro Cluent. 184. Idem Fam. 13, 16 En hic ille eſt de illis maxime qui ridere atque obiurgare me ſolitus eſt, quod, *etc.* En, *inquit* Donatus, vim habet indignationis poſt enarratam iniuriam, *ad* Ter. Phorm. 2, 3, 1 En vnquam cuiquam contumelioſius audiſtis factam iniuriam, quam haec eſt mihi? En vt pultat propudium Plaut. Bacch. 4, 1, 7. ¶ 2 *Interrogat. Vt,* En vnquam, *pro* Ecquando, Feſt. Plaut Men. 5, 5, 26 Dic mihi, en vnquam tibi inteſtina crepant? Ter. Phorm. 2, 2, 15 Cedo dum, en vnquam iniuriarum audiſti mihi ſcriptam dicam? Virg. Ecl. 1, 68 En vnquam patrios longo poſt tempore fines — Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas? Liu. 9, 10 En vnquam futurum vt congredi armatis cum Samnite liceat? *i. vnquamne. Cumulate de hac formula viri docti ad* Liu. 24, 14, 3 En vnquam liberi militaturi eſſent? ¶ 3 Optantis: Virgil. Ecl. 8, 7 — En erit, vnquam Ille dies mihi cum liceat tua dicere facta. *vt interpret.* Seru. *ad loc. Sed etiam ad praecedentem claſſem referri poteſt, quum per interrogationem efferri vota id genus ſoleant.* Vet. Gloſſ. En vnquam ἄποτε, καὶ ποτέ. En vsquam εἴ πη. *Et p. p.* En vsquam ἐάν πόθεν.

ENA

ENAEMON, [ἔναιμον] *Emplaſtrorum epitheton.* Celſ. 5, 19 *pr.* Ex emplaſtris nulla maiorem vſum praeſtant, quam quae cruentis protinus vulneribus iniiciuntur. Ἔναιμα Graeci vocant. *Nempe αἷμα ſanguis, ſ. cruor eſt.*

ENARGĪA, ae. f. [ἐνάργεια] *quae eſſet, explicat* Quinctil. 4, 2, 63 Sunt qui adiiciant *(in virtutibus narrationis)* euidentiam, quae ἐνάργεια Graece vocatur — cum quid veri non dicendum, ſed quodam modo etiam oſtendendum eſt. Idem 8, 3, 61 Itaque ἐνάργειαν, (cuius in praeceptis narrationis feci mentionem) quia plus eſt euidentia, vel, vt alii dicunt, repraeſentatio, quam perſpicuitas, et illud quidem patet, haec ſe quodam modo oſtendit: inter ornamenta ponamus, *vbi nota,* Euidentiam, *ſ.* Repraeſentationem, *ea enim eſt* ἐνάργεια, *plus eſſe dici, quam* perſpicuitatem: *deinde pronomina* illud *ad propius* haec *ad remotius referri: denique* illud, *aut per σύνεσιν referendum ad τὸ σαφὲς, perſpicuum, aut legendum* illa. Perſpicuitas patet, Euidentia ſe oſtendit, *et ingerit.* Quinctil. 6, 2, 32 Inſequetur (φαντασίας, *ſ.* viſiones, *de quibus egerat)* ἐνάργεια, quae a Cicerone illuſtratio et euidentia nominatur: quae non tam dicere videtur, quam oſtendere: et affectus non aliter, quam ſi rebus ipſis interſimus, ſequentur. *Addit exemplum ex* Virgil. Aen. 9, 476 Excuſſi manibus radii, reuolutaque penſa, *etc. Corrupte legitur in quibuſdam exemplaribus hoc loco,* Energia, *per* E: *quemadmodum et apud* Cic. Acad. 4, 17 Propterea quod nihil eſſet clarius ἐναργείᾳ, vt Graeci; nos ſi placet, perſpicuitatem aut euidentiam nominemus.

ENARMONIOS. Enarmonion, modulandi genus Mart. Capella 9 p. 315. *Altera duo* Chromaticum *et* Diatonum. Macrob. Somn. Scip. 2, 4 *extr.* Cum ſint Melodiae muſicae tria genera, Enarmonium, Diatonum, et Chromaticum: primum quidem propter nimiam ſui difficultatem ab vſu receſſit, tertium vero eſt infame mollitie. Vnde medium, id eſt, diatonum mundanae muſicae doctrina Platonis adſcribitur.

ENARRO, āre. [ἐξηγέομαι] *Idem, quod totum, a capite ad finem, narrare.*

narrare. Ter. Adelph. 3, 3, 11 Omnem rem modo ſeni quo pacto ſe haberet, enarrauimus ordine. Plin. 17, 5 Plus dixit vna ſignificatione, quam poſſit vlla copia enarrari. Cic. pro Marcell. 4 Nulla dicendi aut ſcribendi tanta vis tantaque copia, quae non dicam exornare, ſed enarrare C. Caeſar res tuas geſtas poſſit. Idem de Diuin. 1, 55 Cumque Senatui ſomnium enarrauiſſet pedibus ſuis ſaluus reuertit. *Adde* de Inuent. 28 Enarratu difficile. Plin. 2, 93.

ENARRATE. Adu. *cuius Compar. aliquoties vſurpat* Gell. *vt* 10, 1 Tiro enarratius ſcripſit. *Adde* 13, 12.

ENARRATOR, ōris. m. Enarrator Salluſtii Gell. 18, 4 *qui, et quid ſcripſerit, et quid ſenſerit, docere poteſt.* Idonei vocum antiquarum enarratores Idem ib. c. 6.

ENARRATIO, ōnis. f. [ἐξήγησις] *Vt,* Auctorum enarratio Quinctil. 1, 9. Exigitur a Grammaticis Poëtarum enarratio Idem 2, 5. Diligens Quinct. 1, 8. Vsque ad ſuperuacuum laborem occupata enarratio Idem ibid.

ENARRABĬLIS, e. Adi. [διηγηματικὸς, Vet. Gloſſ. ἐξηγητὸς] *Quod enarrari poteſt.* Quinctil. 6, 4 Motu animi quodam neſcio an enarrabili, indicatur.

ENASCOR, aſci. Dep. [ἐκγεννάομαι] *Naſci ex aliquo.* Varr. de R. R. 1, 41 Simili de cauſa oleae ſemen quum ſit nucleus, quod ex eo tardius enaſcebatur colis quam ex taleis: ideo, *etc.* Idem 2, 9 Enatis duobus dentibus, dextra et ſiniſtra, *etc, de canibus. Vtitur etiam* Plin. 11, 37. Cic. Att. 11, 2 Ex multis meis miſerrimis curis eſt vna enata. Leuata *Lambin. Al.* Spes enata. Colum. 11, 3, 48 Poſitis ſeminibus *cucurbitarum* tam diu eſt aqua praebenda, donec enaſcantur.

ENATVS, a, um. Partic. Tacit. Ann. 2, 14, 3 Enata humo virgulta. Colum. 2, 10 Radices enatorum ſeminum.

ENĂTO, āre. [ἐκνήχομαι] *Ita natare, vt iam ad eum locum, in quem tendimus, deueniamus.* Hirt. 4 (B. Alex.) 18 Seque per molem in mare praecipitauerunt, et octingentorum paſſuum ſpatio ad oppidum enatauerunt. Si fractis enatat exſpes Nauibus Hor. A. P. 20. *Metaphor.* Cic. Tuſc. 5, 87 Reliqui habere ſe videntur anguſtius: enatant tamen Epicurus, Hieronymus, *etc. h. e. euadunt, ſeſe explicant. Nempe dicitur de iis, qui euitant, a naufragio mortem. Sic praeter Horatii l. c.* Phaedr. 4, 21, 14 *poſtquam* nauem tempeſtas horrida ſimul et vetuſtas medio diſſoluit mori — pauci enatant. Apul. Met. 2 p. 121, 3 Nauis — ipſa — demerſa eſt: et nos omnibus amiſſis vix enatauimus.

ENATATIO, ōnis. f. Auguſtino *tribuitur.*

ENAVĬGO, āre. [ἐκπλέω] *Nauigio traiicere.* Plin. 6, 17 Proditur Alexandrum Magnum nullo die minus ſtadia DC. nauigaſſe in Indo, nec potuiſſe ante menſes quinque enauigare. *Nauigio euadere:* Cic. Tuſc. 4, 33 c. 14 E quibus tanquam e ſcrupuloſis cotibus enauigauit oratio. *Nauigio peruenire:* Sueton. in Tiber. 11.

ENAVIGANDVS, a, um. Partic. [ἐκπλευσθησόμενος] Horat. Carm. 2, 14, 11 Enauiganda vnda.

ENAVIGĀTVS, a, um. Partic. [ἐκπλευσθεὶς] Plin. 9, 3 Sinus duodecim dierum et noctium remigio enauigatus Ptolemaeo regi. *Add.* Symmach. Ep. 8, 61.

ENAVIGATIO, ōnis. f. Auguſtin.

ENĀVO, āre. [ἀπεργάζομαι] *Plane et ad finem nauare.* Tacit. Hiſt. 3, 74, 3 Et praemia enauatae operae petebant. E *conſummationem ſignificat, vt in verbo* Euinco. *Vid. Ryck. ad loc.*

E N C

ENCAENIA, orum. n. pl. [ἐγκαίνια] *Quid ſibi velit ea vox, doceat* Auguſt. in Ioh. tr. 48 *pr.* Encaenia feſtiuitas erat dedicationis templi. Graece enim καινὸν dicitur nouum. Quandocunque enim Nouum aliquid fuerit dedicatum, Encaenia vocatur.

ENCANTHIS, idis. f. [ἐγκανθὶς] *Morbus oculorum, quum in maiori ipſorum angulo* tuberculum *enaſcitur, quod* palpebras parum patitur diduci, *vt ait* Celſ. 7, 7, 5. *Nomen habet a ſitu. Nam Graeci oculorum angulos, κάνθους appellant.*

ENCARDIA, ae. f. [ἐγκαρδία] *Gemma, a cordis effigie ſic dicta, item* Cardiſce. *Eius tria enumerantur genera, primum,* in quo nigra effigies cordis eminet: *ſecundum* viridi colore cordis ſpeciem repraeſentans: *tertium,* nigrum cor oſtendit, reliqua ſui parte candidum Plin. 37, 10.

ENCARPVS, i. m. *ſ.* ENCARPA, orum. n. [ἔγκαρπος] *Vox* Vitruuii 4, 1, *vbi* Encarpus, *ait Philander, Graecis fructuoſum ſignificat: apud Vitruuium autem ornamentum eſt, hoc eſt florum frondiumque et pomorum implexus atque contextus, coronario luxu foliis flores et fructus intercurſantibus: cuiusmodi ſunt, quae ſerta et corollas triumphales noſtri vocant, Itali* ghirlandas *et* feſtones *a feſtiuitate appellant. Add. Turneb. Aduerſ. 11, 4.*

ENCATHESMA, atis. n. Apul. de Herb. 38, 3 *de collectione humorum tumente.*

ENCAVSTĬCE, es. f. [ἐγκαυστική] *Genus picturae, de quo ſtatim dicemus. Vid.* ENCAVSTVM. *Laudatur* Apuleius Encauſticen oppido exercens, ſe et duos filios ſuſtentabat. *Sed nihil tale reperio. Caeterum Adiectiuum proprie nomen eſt* ENCAVSTICVS, ἐγκαυστικὸς, *vnde* Plin. 35, 11 ſ. 39 Sed aliquando vetuſtiores encauſticae picturae exſtitere, vt Polygnoti — Lyſippus quoque Aeginae picturae ſuae inſcripſit, ἐνέκαυσεν, quod profecto non feciſſet, niſi encauſtica inuenta. *De re ipſa vid. Scheffceri Graphice, it. Salmaſ. ad* Hiſt. Auguſt. p. 393. *et Exerc.* Plin. p. 164.

ENCAVSTES, ae. m. [ἐγκαύστης] *Qui ita pingit. Laudatur, vereor vt recte,* Vitruuius, . . Quod facere ab encauſte didicerat.

ENCAVSTVS, a, um. Adi. [ἔγκαυστος] *Opus ita pictum.* Martial. 4, 47 Encauſtus Phaëthon tabula tibi pictus in hac eſt.

ENCAVSTVM, i. n. [ἔγκαυστον] *Materia inuſta, ad picturam apta.* Plin. 36, 25 ſ. 64 Figlinum opus encauſto pinxit. Idem 35, 11 ſ. 41 Encauſto pingendi duo fuiſſe antiquitus genera, conſtat, cera, et in ebore, ceſtro, id eſt, viriculo, (*leg.* vericulo) donec claſſes pingi coepere. Hoc (*f.* Huc) tertium acceſſit reſolutis igni ceris penicillo vtendi, quae pictura in nauibus nec ſole, nec ſale ventisque corrumpitur. *Et p. a.* ſ. 40 Pamphilus quoque Apellis praeceptor non pinxiſſe modo encauſta, ſed etiam docuiſſe traditur. ¶ 2 *Pro atramento ſcriptorio* encauſtum *dixit aetas inferior, vnde* inchioſtro *Italorum eſt, et hinc Gallorum* Encre. Macer. *de virib. herb. 1, 3 v. 54 de abſinthio,* Encauſto vino, quo ſit macerata, ſoluto Si ſcribas; chartam non mus teret amplius illam. *Hinc* Sacrum encauſtum, *quo vti licet ſolis Imperatoribus: de quo agit* Leo Imp. l. 6 C. de diuerſ. reſcr. Sacri affatus — non alio colore, niſi purpurea tantum inſcriptione luſtrentur: ſcilicet vt cocti muricis et triti conchilii ardore ſignentur. — Hanc autem ſacri encauſti confectionem nulli ſit licitum aut conceſſum habere, aut quaerere, *etc. De hoc Mabillonius, Monteſfalconius, etc. Aliud eſt*

ENCAVTVM, i. n. [ἐγκεκαυμένον] *Publicae ſcripturae genus, per aduſtionem et ceſtrum, de quo, cum totum ſit recentioris aeui, vid. Gothofr. ad* C. Theod. l. 1 de Veteran.

ENCAVTARIVM, i. n. *Idem, quod encautum.* Immunitates encautariis factae Impp. l. 9 C. de agric. *Vid. Gothofr. ad* l. vlt. C. Th. de Cenſibus, *vbi labes omnia. Breuiter* Encautaria, *ſ.* Encautarii, *qui iidem* Encauti breues, *ſunt libri cenſuales, cataſtra.*

ENCĔLĂDVS, i. m. [Ἐγκέλαδος] *Gigas, Terrae filius fulmine ictus a Ioue, et ſub Aetna monte ſepultus.* Virgil. Aen. 3, 578 Fama eſt, Enceladi ſemuſtum fulmine corpus, *etc.* Ferox Senec. Herc. Oet. ſ. 9. Horat. Carm. 3, 4, 56 Euulſisque truncis Enceladus iaculator audax.

ENCHELEAEar, um. m. [Ἐγχελεῖς *et* ἐγχελέαι *Stephano*] *Gens in Illyride, vbi Cadmus et eius vxor Hermione in ſerpentes verſi ſunt.* Lucan. 3, 189 Et nomine priſco Encheleae verſi teſtantes funera Cadmi. *Nempe* ἔγχελυς *anguilla eſt. Meminit et* Plin. 3, 21.

ENCHIRIDION, i. n. [ἐγχειρίδιον] *A manu dictum, quaſi Promptuarium, et quod ad manum ſemper haberi debeat, enſem vel pugionem, quem ita Graeci nominant. Hinc libris ſuis quidam hunc titulum praeſcripſere, quod docet* Gellius praef. *et exemplo eſt ille Epicteti: itemque ille Auguſtini. Vid. ipſe* Retractat. 2, 63.

ENCHRISMA, atis. n. [ἔγχρισμα] *Vnguentum.* Celſ. 5, 24.

ENCHRISTA [ἔγχριστα]. *Medicamenta ſunt apud* Celſ. 5, 24, *quae illinuntur.*

ENCHVSA, ae. f. [ἔγχουσα] Herba eſt ſimilis anchuſae, Pſeudanchuſa ob id appellata, — ſed lanuginoſior et minus pinguis, tenuibus foliis, et languidioribus: radix in oleum non fundit rubentem ſuccum, et hoc ab anchuſa diſcernitur Plin. 22, 20. *Vid. locus* Plin. 22, 21 ſ. 25, *quem damus in* ARCEBIOS.

ENCHYTVM, *vid.* ENCYTVM.

ENCLĪMA, atis. n. *Idem fere, quod Clima, Inclinatio, plaga.* Vitruu. 9, 9. *Vid. Bald. Lex.*

ENCLISIS, is. f. [ἔγκλισις] *Latine dicitur Inclinatio. Vnde* ENCLITICAE particulae, *quae in quamuis partem inclinantur.*

ENCOLPIAE, [ἐγκολπίαι] *vt ait Ariſtoteles, Venti ſunt, qui e mari veniunt per ſinus. Nam κόλπον Graeci ſinum vocant.* Apul. de Mund. p. 61, 40 Qui excutiuntur e Sinibus. *Vid.* Senec. Natur. Quaeſt. 5, 8.

ENCOLPISMVS, i. m. *Clyſter vterinus.* Theod. Priſc. 3, 5. *Vid. Reineſ. Var. Lect. p. 515.*

ENCOLPIZO, āre. *Eiusmodi clyſterem iniicere.* Octau. Horat. 4.

ENCOMBOMATA, [ἐγκομβώματα] *teſte* Nonio 14, 38 Veſtes ſunt puellares, quemadmodum et Parnaſides. Varro de Liberis Educand. Vt puellae habent potius in veſtitu chlamydas, encombomata, ac parnaſidas, quam togas. *Eſt autem* encomboma *genus ſuppari, aut cincti feminei, Varino deſcriptore, aut ſeruilis etiam. Conſule Etymologici auctorem, et Pollucem 4, 18. Eſt enim res mere Graeca.*

ENCOMIVM, i. n. [ἐγκώμιον] *Laus vel praeconium alicuius, et proprie quod ex multis eius virtutibus compingitur. Nam quae vnam tantum ſingularemque ſpectant virtutem, vt ſi quis Ariſtidem iuſtum praedicet, Graeci ἐπαίνους potius appellant. Solent autem* encomia *cani, vel dici victoribus (quae inde etiam epinicia dicebantur) in quibus occaſione recentis meriti repeti ſolet, quidquid illi in vita laude dignum geſſiſſent. Vid. Cael. 7, 5. Spanhem. ad Iulian. Or. 1 p. 5 ſqq.*

ENCOMIOLOGICVS, a, um. Adi. Encomiologicum Steſichoricum, *et,* Encomiologicum Archilochium Plotius ſub fin. lib. de Metris p. 2662. *Prioris exemplum,* Mollibus in pueris, aut in puellis: *poſterioris,* Iam Cytherea cohors Venus dat.

ENCOMIASTICVS, a, um. Adi. Quinctil. 3, 4, 12 Laudatiuum genus dicendi *vocat* ἐγκωμιαστικόν.

ENCRINOMENOS, [ἐγκρινόμενος] *Vocatur, qui athletis adnumeratur, i. qui in eorum numerum recipitur: vnde et* ἔγκρισις *ἀθλητῶν dicitur.* Plin. 34, 8 Alcamenes Phidiae diſcipulus, et marmorea fecit, et aereum pentathlum, qui vocatur encrinomenos. *Sic Turneb.*

ENCRITOS, [ἔγκριτος] A Graecis appellatur, Qui in ordinem numerumque redactus eſt, *h. e.* Vilis et vulgaris, *vt inquit* Priſcianus. *Contra vero,* numero exemtum eccritum, ἔκκριτον, *i.* Eximium et praecipuum *appellant.* Budaeus.

ENCYCLIOS, [ἐγκύκλιος] *Circularis Latine dici poteſt. Vnde* Encyclios paedia, *vel* Doctrina encyclios, *i. orbis omnium diſciplinarum.* Vitruu. 6 in Praefatione, Itaque ego maximas infinitasque ago atque habeo gratias, quod Athenienſium legem probantes, me arte erudiendum curauerunt, et ea, quae non poteſt eſſe probata ſine literatura, encyclioque doctrinarum omnium diſciplina. *Nempe reſpicit haec appellatio ad* orbem *illum, κύκλον artium, qua vno velut ambitu cohaeret, continenturque et connexae ſunt, vt vna ſi abſit,* orbis *ille non ſit integer, neque* orbis *adeo. Vid.* ORBIS. *Hic addemus modo eiusdem* Vitruuii *locum* 1, 1 p. 4 Cum autem animaduerterint, omnes diſciplinas inter ſe coniunctionem rerum et communicationem habere — Encyclios enim diſciplina, vt corpus vnum ex his membris eſt compoſita. *Conſ. Wower. de Polym. c. 24. et Schott. Obſeruatt. Poët. 2, 1. Caeterum ἐγκύκλιον apud Graecos etiam vocari, quod vulgatum eſt, et in omnibus* circulis *et conuenticulis memoratur, ad nos non valde pertinet. Vid. ſtatim* ENCYCLOPAEDIA.

ENCYCLOPAEDIA, ae. f. [ἐγκυκλοπαιδεία] *Quaſi tu* encyclion *diſciplinam dicas, de qua modo actum eſt.* Fabius 1, 10, 1 Vt efficiatur orbis ille doctrinae, quem Graeci encyclopaediam vocant. *Quin ἐγκύκλιον παιδείαν habent hic etiam editiones pleraeque, Burmanni etiam et Capperon. Ἐγκυκλοπαιδείαν fide Stephani et codicis Gothani recepi Geſnerus.*

ENCYTVM, *Vett. editt.* ENCITVM, *eſt apud* Caton. R. R. 80 *cibi genus, quod parare ibi docet. Eſſe ex Graeco ἔγχυτος dubitare nos vix ſinit Deipnoſophiſtes Athenaeus, apud quem* 14, 15 p. 647, D *inter πλακουντηρὰ, i. placentae ſimilitudinem habentia, quae ex caſeo fiunt ἔγχυτος, quaſi tu* inſuſum *quiddam dicas commemoratur. Iam etiam* Cato, Encytum ad eundem modum facito, *inquit,* vti globos: *in globis autem* c. 79 Caſeum cum alica miſceri *iubet. Iam addamus reliqua,*

vt eadem meliora, certe clariora praeſtemus, quam in editione noſtra Scriptorum rei ruſticae factum eſt. Ita ait, Encytum ad eundem modum facito, vti globos. Niſi calicem pertuſum cauum habeas (ſic Brouckh. ex MS. pro habeat) per quem, tanquam per infundibulum, fundere maſſam illam poſſis, ad quam rem hodie matres familias ſiphonis genus cum embolo, et foramine in ſtellam formato adhibent; niſi igitur tale quid habeas, ita, ὄτως temere ex quocunque vaſe, in quo miſcuiſti maſſam, in vnguem caldum, ſ. feruens butyrum oleumue, fundito, vt fiat adeo Enchyton, ſ. Infuſum: honeſtum ſpecioſum quaſi ſpiram, aut funem tortum, facito, etc. Nemo eſt quin intelligat illas ſpiras ſtriatas noſtratium, per Siphonem in feruens butyrum infuſas.

E N D

ENDELECHIA, vid. ENTELECHIA.

ENDIĀDYS, Figura. Seru. ad illud Virgil. Aen. 1, 61 Moleſque et montes inſuper altos, i. molem montium. Et eſt figura Endiadys, vt vna res in duas diuidatur, metri cauſa, interpoſita coniunctione: vt alibi, — pateris libamus et auro, i. Pateris aureis. Haec Seruius. Sic omnes, etiam Burmann. quum ſit Graece ἓν διὰ δυοῖν, i. vnum per duo. Cuius legitur contraria figura apud Donatum in Ter. Andr. 1, 4 δύο δι' ἑνὸς, i. duo per vnum.

ENDO, Praepoſitio apud antiquos, pro In. Cic. de Legg. 2, . . ex XII Tabulis, Et ollos quos endo caelo merita vocauerint, i. in caelum. Endo ſuam do, i. domum laudat, neſcio vnde Chariſ. 4 p. 149, 3. Ennianum, puto, eſt, vt et Omnibus endo locis, Et, Endo mari magno. Endo manu Lucret. 2, 1094. Conf. Auſon. Eidyl. 12, 11 p. 497. Endo procinctu Feſt. Reperitur frequentius in Compoſitione, vt Endogredior, Endoploro, etc.

ENDOCEPTVS, a, um. Adi. Naeu. vid. Lauremb. Antiquar. p. 153, vbi plura diligentius examinanda.

ENDOCLVSVS, a, um. Adi. Endocluſa, ἐνικεκλεισμένη, Gloſſ. Vet.

ENDOFERT ſeſe campis Ennius ex reſtitutione Merulae p. 353, 10, vbi etiam eſt Endotuetur.

ENDOGREDIOR, Antiq. pro Ingredior. Lucret. 1, 83. et 4, 319 et 367. .

ENDOITIVM, Antiq. pro Initium. Feſt.

ENDOPEDIRI, Lucret. 4, 68. 5, 874.

ENDOPEDITA, Antiq. pro Impedita. Lucret. 2, 101 et 458. 6, 452. et 1008.

ENDOPEDITE. Adu. Idem. Lucret. 1, 241.

ENDOPERATOR, oris. m. pro Imperator. Lucret. 5, 1226. Enn. Heſſel. p. 22. et apud Gell. 18, 9. Vid. INDVPERO.

ENDOPLORO, pro Imploro. Antiq. Feſt.

ENDOTVEOR, pro Intueor. Enn. ap. Non. 4, 385. et in Fragm. p. 16 ed. Wetſten.

ENDRŎMIS, idis. f. [ἐνδρομίς] Veſtis genus ita dictum, quod ea antiqui ἐν δρόμῳ, id eſt in curſu et palaeſtra vterentur, ne poſt aeſtum ſubito frigeſcerent: quam pinguem, hirſutamque, et villi longioris fuiſſe conſtat ex Martial. 4, 19 Sordida, ſed gelido non aſpernanda Decembri Dona, peregrinam mittimus endromidem, etc. poſt exercitationes memoratas, vbi ea proſit, Ridebis ventos hoc munere tectus et imbres, Non ſic in Tyria Sindone tutus eris. Iuuen. Sat. 6, 245 taxat mulieres Romanas, quae endromide purpurea vterentur, Endromidas Tyrias et femineum ceroma Quis neſcit?

ENDROMIDATVS, a, um. Adi. Endromide veſtitus. Sidon. Epiſt. 2, 1.

ENDVPERATOR, pro ENDOPERATOR, i. Imperator Lucret. 4, 964.

ENDYMION, ōnis. m. [Ἐνδυμίων] de quo Cic. Tuſc. 1, 92 c. 38 Endymion, ſi fabulas audire volumus, neſcio quando in Latmo obdormiuit, qui eſt mons Cariae: nondum, opinor, eſt experrectus. Num igitur eum curare cenſes, cum Luna laboret, a qua conſopitus putatur, vt eum dormientem oſcularetur. Endymion, multa ad Lunae motum pertinentia primus deprehendit, vt tradit Plin. 2, 9, et ob id amore eius captus ſama traditur Ouid. de Arte Am. 3, 83 Latmius Endymion non eſt tibi Luna rubori. Pro Specioſo iuuene occurrit apud Iuuen. Sat. 10, 381. et Apul Met. 1 p. 107, 31 Hic eſt carus Endymion, hic catamitus meus, anus de marito ſuo transfuga.

ENDYMIONĒVS, a, um. Adi. Auſon. Eidyll. 6, 41 Endymioneos ſolita affectare ſopores.

ENDYMIONES, Varronis ſatyra, quam ſaepe laudat Nonius, v. g. 1, 229 Varro Endymionibus, etc.

E N E

ENEBRA, vid. INEBRA.

ENEBVLO, āre. Tertull. Apolog. c. 35 vbi al. ſimpliciter nebulabant.

ENĔCO, ui et āui, ectum et ātum, āre. [ἐκφονέω] Interficere, ſuffocare, et neci dare. Plaut. Amph. 5, 1, 67 Puer ambas angues enecat. Columel. 11, 3 Ne herbis enecetur ruta. Enecant alucos aranei Plin. 11, 19. Hyperbole quadam eſt vox hominis de moleſtia queritantis, vt docuit Caſaub. ad Theoph. Charact. p. 135 ſq. Ter. Phorm. 2, 3, 57 Eho tu ſobrinum tuum non noras? D. Enecas. Coniunge Andr. 4, 1, 36. Sic Rogitando aliquem enecare dixit Idem Eun. 3, 5, 6. Enico antique per i apud Plaut. aliquoties.

ENECTVS, a, um. Part. [ἐκκάκωθεὶς] Non tam mortuus, quam fame, aut tardo alio ſupplicio prope ad mortem redactus. Enectus fame Cic. de Diu. 2, 73 c. 25. Id. ib. 2, 142 Nonnullae etiam valetudinis ſignificationes, vt hoc ipſum pleni enectine ſimus, ex quodam genere ſomniorum intelligi poſſe dicuntur. Lambinus adiici vult fame. Sed nihil opus eſſe, oſtendit Dauiſius, laudato Tertull. Apol. 14 Cum enecta, et tabidoſa, et ſcabioſa quaeque mactatis. Et de Ieiun. c. 7 Satis enim poenitentia ſcelerum commendauerat Deo ieiunium triduo functa (Niniue) etiam pecudibus enectis. Cic. de Diuin. 1, 61 c. 29 Ea parte animi, quae voluptate alitur, nec inopia enecta, nec ſatietate affluenti. Enecta fame et ſiti prouincia Idem Att. 6, 1. Liuius, . . Fame, frigore, illuuie, ſqualore enecti, contuſi, ac debilitati. Cic. Tuſc. 1, 10 c. 5 Mento ſummo aquam attingens Siti enectus Tantalus. Mortuus: Plin. 7, 9 Auſpicatius enecta parente gignuntur.

ENECATVS, a, um. Partic. Plin. 30, 12 ſ. 34 Mus araneus pendens enecatus. Idem 18, 13 ſ. 34 Rapaciorum flauidorum, et in horreis enecatorum, non minor gratia

ENECATIO, ōnis. f. Apud Firmicum eſſe dicitur.

ENECATRIX, icis. f. Apud Tertull. adu. Marc. 1, 29.

ENĒMA, aut ENIMA, ătis. n. Id, quod per clyſterem aluo immittitur. Celſ. 5, 19. Th. Priſc. 2, 2. Vid. Reineſ. Var. Lect. 2, 8. Aliud Enaema, v. v.

ENEMION, i. n. Papauer. Apul. de Herb. c. 53.

ENENTHIVS, vel ENANTHIVS, Deus Phoenicum, confictus ex praua lectione Lampridii Heliog. 23, vbi nunc legitur, Pallia de Oenanthio fudiſſe, i. vnguento ex oenantho perfudiſſe veſtes, quibus a balneo inuolueretur. Olim erat Pallia Deo Enanthio. Vid. Salmaſ. ad locum.

ENERGĒMA, ătis. n. Opus, Effectus operationem ſequens. Tertull. de Praeſcript. c. 30.

ENERGĪA, ae. f. [ἐνέργεια] Latine dicitur Actus, actio, et efficacia. Non confundenda cum Enargia, de qua ſ. l.

ENERGVMĔNVS, dicitur, Ab immundo ſpiritu vexatus, ſiue a daemone obſeſſus, quod per ipſum, tanquam inſtrumentum, efficax eſſet daemon. Multa illorum mentio in antiquitate eccleſiaſtica. V. g. Can. 29 Concilii Eliberini, Energumenus, qui ab erratico ſpiritu exagitatur, huius nomen neque ad altare cum oblatione recitandum, neque permittendum, vt ſua manu in Eccleſia miniſtret. Vid. Albaſpin. ad hunc locum, etc.

ENERVO, āre. [ἐκνευρίζω] Metaphora conſueta eſt Debilitare, et veluti Neruos auferre, et contundere. Cic. de Senect. 32 c. 10 Sed tamen vt vos videtis, non plane me eneruauit, non afflixit ſenectus. Idem in Orat. 229 Eneruatur Oratio. Animos Ouid. de Rem. Amor. 753. Animus amore eneruatus Paterc. 2, 86. Manus Claudian. Conſ. Hon. 4, 322. Vires Horat. Epod. 8, 2. Vt Venus eneruat vires, ſic copia Bacchi Auct. Carminis de Venere et Vino. Proprie Apic. 2, 1 Aſſas iecur porcinum, et tum eneruas, i. venis et neruis purgas. Sic 4, 2 Accipies cerebella IV, eneruabis, coques.

ENERVĀTVS, a, um. Partic. [ἐκνενευρισμένος] Tam afflictus, tam infirmus, tam eneruatus reus Cic. in Piſ. c. 33. Eneruata oratio Idem in Orat. 229. Eneruati et exſangues homines Cic. pro Sext. 24. Languidus et eneruatus philoſophus Idem de Orat. 1, 226. Mollis et eneruata ratio et oratio alicuius Cic. Tuſc. 4, 38 c. 17. Eneruata et muliebris ſententia Idem Tuſcul. 2, 15. Proprie Cerebella eneruata Apic. 7, 7.

ENERVVS, a, um; et ENERVIS, e. Adi. [ἔκνευρος] Sine viribus. Plin. in Paneg. c. 33 Viſum eſt ſpectaculum inde non eneruie, nec fluxum, nec quod animos virorum molliret et frangeret. Apul. Met. 1 p. 104, 3 Puer in mollitiem decorus inſurgit: inque flexibus tortuoſis eneruam et exoſſam ſaltationem explicat. Quinctil. 9, 4 fin. Effeminata et eneruis compoſitio. Vita eneruis Val. Max. 6, 4. Add. Idem 8, 8 pr. Al. leg. inertem.

ENERVATIO, ōnis. f. Voluptatis eneruatione elangueſcere Arnob. 3 p. 466.

E N G

ENGIBATA, ōrum. n. pl. Inter hydraulica Cteſibii inuenta, recenſentur a Vitruu. 10, 12. Dicuntur ἐγγίβατα, quaſi ἐγγὺς βαίνοντα, quae prope accedunt, quales nunc icunculae, vel neuroſpaſtis, vel rotarum circumactionibus, et chalybe elaſtico, perficiuntur.

ENGŎNĂSIS, is. m. [Ἐγγόνασις] Sideris nomen, viri ingeniculantis, ſ. in genua ſubſidentis imaginem habens. Cic. de Natur. Deor. 2, 108 Id autem caput Attingens deſeſſa velut moerentis imago Vertitur. Quam quidem Graeci, Engonaſin vocitant, genibus quia nixa feratur. De Nixo ſidere. Ex Poëta. Vid. Hygin. 2 et 3. Firmicus latine vertit Ingeniculum. Vid. Manil. 5, 340.

ENGONĂTON, i. n. Horologii genus. Vitruu. 9, 9 quod cum Gonarche et Antiboreo coniungit. Sitne ἐγγόνατον, a geniculo quocunque vel flexu dictum; an ἐγγώνατον ab angulis; quid denique proprie rei ſit, non docet quiſquam, quod norim, nec ego dixerim.

ENGVINI, orum. m. Latinae conditionis populi in Sicilia, ap. Plin. 3, 8. Cic. Verr. 4, 97 Matris magnae fanum apud Enguinos eſt.

E N H

ENHAEMVM, i. n. [ἔναιμον] Medicamentum quoddam eſt, quod, vt ex Hippocrate 4 Therapeut. inquit Galenus, κωλύει διαπνεῖν καὶ ἀναξηραίνει. Nam et primo Problematum Ariſtoteles, ſupprimi ab eo ſanguinem ſcribit, ac materiae inutilis confluuium reprimere. Ita enim effici, vt vulnus ſimul et inflammatione careat, et vnitati ſit opportunum. Plin. 12, 17 Medicamentum Graecis Enhaemon dictum, ſingulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus. Add. Celſ. 5, 19.

ENHARMONICVS, vid. ENARMONIOS.

ENHYDRIS, ĭdis. f. [ἐνυδρίς] Coluber in aqua viuens, vnde nomen accepit, inquit Plin. 32, 7. Add. 30, 3.

ENHYDRVS, i. m. Idem. Solin c. 45 Quod enhydrus conſpicatus, alterum Ichneumonum genus, penetrat beluam. ¶ 2 Enhydros, Lapillus abſolutae rotunditatis, et cum candore leuitatem habens, liquorem intus continens ad motum fluctuantem, vt albumen in ouis Plin. 37, 11. Coniunge Solin. 37, 67.

E N I

ĔNIM, [γάρ] Cauſalis Coniunctio, ferme ſecundo loco ponitur, et parentheſibus inter alia pulchre ſeruit. Cic. de Natur. Deor. 1, 29 Quatuor enim naturas, ex quibus omnia conſtare cenſet, diuinas eſſe vult. Liu. 27, 7 M. Valerio cum L. Cincio (his quoque eſt enim prorogatum in Sicilia imperium) Cannenſis exercitus datus. Et 27, 22 M. Valerius Laeuinus (ei quoque enim prorogatum imperium eſt) claſſem — obtineret. Ouid. Triſt. 1, 2, 1 Di maris et terrae (quid enim niſi vota ſuperſunt) ſoluere, etc. Interdum videtur mere copulatiua: Cic. de Senect. 32 Nec enim vnquam ſum aſſenſus illi veteri laudatoque prouerbio, quod monet mature fieri ſenem, ſi diu velis eſſe ſenex. Attendite enim diligenter Cic. Verr. 2, 82. Enim, Aduerſatiua, pro Autem Caeſ. B. G. 5, 7. et B. C. 2, 32. Aſſeuerandi vim habere videtur, ab initio praeſertim poſita. Plaut. Trin. 5, 2, 10 Enim me nominat. Idem Perſ. 2, 2, 54 Enim non ibis nunc viciſſim niſi ſcio. Add. Moſt. 5, 2, 23. Ter. Adelph. 2, 1, 14. Sed etiam Tacit. Hiſt. 4, 11, 7 Aſiaticus (enim is libertus) etc. Vid. Giſan. Ind. Lucret. Apul. Flor. p. 361, 4 Thales ex ſeptem illis ſapientia memoratis viris facile praecipuus fuit. Enim geometricae penes Graios primus repertor, etc. Ter. Eun. 2, 3, 89 At enim iſthaec in me cudetur faba. Cic. Verr. 1, 148. Apul. Apol. p. 323. Cic. de Senect. 74 Moriendum enim certe eſt, et id incertum, an eo ipſo die. Certe enim ſcio Ter. Andr. 3, 2, 23. Idem Adelph. 4, 5, 22 Quid iſtas cenſes? nihil enim: Commenta mater eſt, etc. Plaut. Caſin. 2, 4, 1 Te vxor aiebat tua me vocare.

vocare. *Reſp.* Ego enim vocari iuſſi. *Et* Moſt. 3, 1, 24 Quid tute tecum? *Reſp.* Nihil; enim. *Vbi idem fere eſt, quod* ſane, ſcilicet. Cic. Att. 4, . . Profecto enim aliquid egiſſem. Ter. Adel. 2, 1, 47 Verum enim quando bene promeruit, fiat, ſuum ius poſtulat. Cic. de Orat. 3, 51. Immo enim quam maxime abs te poſtulo atque oro Chreme, *etc.* Ter. Andr. 5, 1, 4. *Add.* Id. Eun. 2, 3, 63. *et* Phorm. 4, 4, 13. *Eleganter abundat:* Virg. Aen. 8, 84 Quam pius Aeneas tibi enim tibi maxima Iuno. *vt ait* Seru. *Poterat etiam hic cum* ſcilicet, *vel* nempe *permutari. Alii neſcio, quam religionem in ea forma ſubodorari videntur. Sed etiam alias abundare videtur, vt* Plaut. Amph. 2, 2, 62 Quid enim cenſes? *Ita ſaepiſſime in interrogatione tali. Vid. Lamb. ad* Hor. Serm. 1, 1, 7. *De ellipſi in reſponſionibus ante* Enim, *vid.* NAM.

ENIMVĒRO, [καὶ μὴν δὴ] *Id eſt Certe, in principio poſitum.* Cic. Verr. 3, 65 Enimuero eſt ridere ac mirari. Idem Verr. 1, 66 c. 26 Enimuero ferendum hoc non eſt. Ter. Heaut. 5, 5, 1 Enimuero Chremes nimis grauiter, *etc.* *Conf.* Idem Andr. 1, 3, 1, *vbi vid.* Donat. Enimuero inquit Cic. de Orat. 1, 105. *Sed aduerſatiue* Liu. 26, 38 Blaſius de proditione Daſium appellabat. Enimuero ille, velut in manifeſta re, exclamat: ſub oculis Hannibalis ſecum de proditione agi. *In reſponſione, vt modo, indignanti accommodum, et ferociter reſpondenti. Interdum ſine indignatione, et in affirmatione:* Plaut. Amph. 2, 2, 127 Tune te abiiſſe hinc negas? AM. Nego enimuero. Cic. Verr. 5, 101 Illi enimuero ſe oſtendunt, quod vellet eſſe facturos. Idem Verr. 4, 140 Ille enimuero negat. Ter. Eun. 2, 3, 37 P. Incommode hercle. CH. immo enimuero infeliciter. Tum enimuero Deorum ira admonuit Liu. 2, 36. *Paullo plus eſt, quam ſi* vero *ſolum poſuiſſet. Sic affectum ſubitum exprimit*, Nunc enimuero occidi: eunt ad te hoſtes, Tyndare Plaut. Capt. 3, 4, 2.

ENĪPEVS, i. m. [Ἐνιπεὺς] *Fluuius Theſſaliae, iuxta quem fuit praelium inter Caeſarem et Pompeium.* Lucan. 7, 116 Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus. *Eſt et alter huius nominis fluuius in Elide, in Alpheum illabens, qui recentiore nomine Barnichius dicitur, teſte Strab. 8.* Altus Enipeus, *i. profundus* Virgil. Georg. 4, 368. Virginibus dilectus Claudian. de Bell. Get. 183. Magnus Valer. Argon. 5, 208. Pulcher Claudian. Conſ. Hon. 3, 116. Segnior Valer. Argon. 1, 357. Theſſalicus Propert. 3, 19, 14. Tumidus Valer. Arg. 1, 83.

ENISVS, *vid.* ENITOR.

ENĬTEO, ēre. [καλλύνομαι, ἐκκαλλύνομαι] *Reſplendere, et nitidum ac politum et ornatum eſſe. Laudatur* Tibulli *carmen, falſo, arbitror*, Et quantum faciles enituere deae. Cic. de Orat. 2, 125 In quibus hoc non maxime enituit, quod tibi omnes dant, acumen quoddam ſingulare. Decus enitet ore Virg. Aen. 4, 150. Cic. Tuſc. 2, 13 c. 5 Fruges tamen ipſae ſuapte natura enitent. *Ex vet. Poëta.* Floridis enitens myrtus ramulis Catull. 62, 21. Cic. de Inuent. 2, 5 Ac ſi par in nobis huius artis atque in illo picturae ſcientia fuiſſet: fortaſſe magis hic ſuo in genere opus noſtrum quam ille in ſua pictura nobilis eniteret. Cic. de Clar. Orat. 215 At Craſſi magis enitebat oratio. Cic. Att. 2, 1 Fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus, quae Philippicae nominantur, enituerit ille tuus ciuis Demoſthenes. Liu. 1, . . In eo bello et virtus et fortuna enituit Tullii. Cic. pro Flacc. 17 c. 7 Quum illae Athenae non ſolum in Graecia, ſed prope cunctis gentibus enitebant. Enituit aliquis in bello; ſed obſoleuit in pace Plin. Paneg. c. 4. Cic. pro Muraen. 32 c. 14 Quo quidem in bello virtus enituit egregia M. Catonis proaui tui. *Contraria.* Cic. de Inuent. 1, 4 Quare mihi videntur poſtea caetera ſtudia recta atque honeſta per otium concelebrata ab optimis, enituiſſe: hoc vero a plerisque eorum deſertum obſoleuiſſe.

ENITESCO, ĕre. [ἐκκαλλύνομαι] *Idem.* Quinctil. 2, 5 Tum noſter hic cultus clarius eniteſcet. Gell. 17, 21 Iam fama virtusque felicitatis Romanae apud exteras gentes eniteſcere inceptabat. Auct. ad Heren. 4, 57 Quae cum ſumma laude prodita vetuſtate quotidie magis eniteſcit. *Add.* Colum. 9, 14.

ENĪTOR, īſus *et* ixus, īti. Dep. [πειράομαι, φιλοτιμοῦμαι] *Idem quod* Niti, *ſed ſignificantius paullo.* Cic. Att. 9, 18 Tu nunc omni amore enitere, vt nos cura tua et prouidentia iuues. Ter. Andr. 3, 4, 17 Corrigere mihi natum porro enitere. Cic. Off. 3, 42 c. 10 Qui ſtadium (inquit) currit, eniti et contendere debet quam maxime poſſit vt vincat. Cic. Fam. 9, 13 Quod vt enitare contendasque, vel potius vt perficias (poſſe enim te, mihi perſuaſi) vehementer te etiam atque etiam rogo. Cic. de Amicit. 59 Non eſt igitur amici, talem eſſe in eum, qualis ille in ſe eſt, ſed potius eniti et efficere, vt amici iacentem animum excitet. Cic. Philipp. 2, 23 Nihil praetermiſi, quantum facere, enitique potui quin, *etc.* Eniti in re aliqua Cic. de Orat. 2, 295. Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice vt, *etc.* Cic. Att. 16, 18. Illud pugna et enitere, ne quid temporis nobis prorogetur Cic. Fam. 3, 10. Omni ope atque opera eniti Cic. Att. 14, 15. Remis Valer. Argon. 4, 680. Viribus Virg. Georg. 2, 360. Quantum viribus eniti, conſilio prouidere, auctoritate mouere potuero Cic. Fam. 10, 4. ¶ 2 *Vt* Niti *conatum omnem progrediendi ſignificat, ita* Eniti *eſt cum difficultate aliquo aſcendere.* Plin. 18, 28 Sol ipſe ad Aquilonem ſcandens, ac per ardua eniſus, ab ea meta incipit flecti, *etc.* Cic. de Orat. 1, 14 Nemo fere laudis cupidus adoleſcens non ſibi ad dicendum ſtudio omni enitendum putauit. Curt. 7, 11, 10 Nihil tam alte natura conſtituit, quo virtus non poſſit eniti. Tac. A. 2, 20 Pars obiectum aggerem eniteretur. *Add.* Id. Hiſt. 1, 23, 3. *et* An. 2, 80 Dum Romanae cohortes in aequum eniterentur. *Conf.* ENISVS. *Metaph.* Ad Conſulatus et honores eniti, *i. adſcendere.* Paterc. 2 *ſub fin.* Raro eminentes viri non magnis adiutoribus ad gubernandam fortunam ſuam vſi ſunt: vt duo Scipiones duobus Laeliis, quos per omnia aequauerunt ſibi: vt D. Auguſtus, M. Agrippa, et Statilio Tauro, quibus nouitas familiae haud obſtitit, quo minus ad multiplices Conſulatus triumphosque, et complura eniterentur ſacerdotia. ¶ 3 *Proprium eſt* Eniti, *cum ſignificat* [ἀποτίκτειν] *Parere.* Plaut. Amph. 5, 1, 36 Geminos Alcmena enititur. Plin. 28, 8. *Et* Quinctil. 5, 13 Quae quum anno vidua fuiſſet, enixa eſt. Eniti partum, puerum Liu. 40, 4. Varro de R. R. 2, 10. Valer. Max. 8, 1. Amb. 2. Suet. Calig. c. 25. Sedul. hymn. de Chriſto. Eniti oua *dicitur* gallina Columel. 8, 11.

ENĪSVS, a, um. Partic. Cic. Q. Fratr. 3, 9 Angit vnus Milo, ſed velim finem afferat Conſulatus: in quo enitar non minus, quam ſum eniſus in noſtro. Tacit. Ann. 1, 65, 6 Eniſae legiones in aperta et ſolida. Idem Ann. 1, 70, 5 Vitellius in editiora eniſus. *Add.* Plin. 18, 28.

ENIXVS, a, um. *aliud* Partic. Fratris opibus enixus Tac. Ann. 14, 28, 3. Liu. 40, 4 Et apud eum plures enixa partus. *Et* Tacit. Ann. 3, 33 Concordem ſibi coniugem, et ſex partus enixam. Non. 1, 281 Enixae dicuntur feminae, Nitendi, *h. e.* Conandi et dolendi labore perfunctae, a Nixis, quae religionum genera parientibus praeſunt. Sed elegantior intellectus, vt ex hoc dictae eſſe credantur enixae, quod vinculis quibusdam periculi, quibus implicarentur, fuerint exſolutae: nexum enim dicimus arctum et colligatum. *Bis ludit Grammaticus.* Nixii *enim* Dii, *ſeu* Nixiae *potius fuere, a* Nitendo *dicuntur.* Enexae *plane nihili ſunt. Melius* Idem 4, 166 Enixa, partu leuata dicitur. *Vid.* 1, 281. *et* 4, 166. Virg. Aen. 3, 391 Triginta capitum fetus enixa iacebit. Idem 15, 58 Enixas non in partu ſolum poſſumus dicere, ſed etiam omni labore exercitas, auctore Virg. Aen. 3, 327 Stirpis Achillaeae faſtus, iuuenemque ſuperbum Seruitio enixae tulimus. *Paſſiu.* Iuſtin. 43, 2, 7 Pueri in luco Martis enixi ſunt. *Compar.* Plin. 9, 8 Sed enixioris operae quam in vnius diei praemium conſcii ſibi, operiuntur in poſterum. *i. Maioris et laborioſioris. Sed haec forma in priori vſu frequentior eſt.*

ENIXVS, ûs. m. *Ipſe enitendi ſeu pariendi actus.* Plin. 10, 63 Equae poſt vnum annum ab enixu vtiliter admittuntur.

ENIXE. Adu. [φιλοτίμως] *Cum conatu.* Cic. pro Sext. 38 c. 16 Meam cauſam Senatus palam, Equeſter ordo acerrime, cuncta Italia publice, omnes boni proprie enixeque ſuſceperant. Iuuare aliquem Caeſ. B. C. 3, 35. Obſtare plebi Liu. 4, . . *Adde* 23, 7. 26, 47. Enixe praeſtare quid Liu. 31, 11. *Compar.* Eo enixius ad bellum adiuuerunt Liu. 29, 1. Enixius opem ferre Suet. Tib. c. 50. *Superl.* Suet. Caeſ. c. 5 Enixiſſime iuuare.

ENIXIM, *pro Enixe.* [ἐντόνως] Siſen. Hiſt. 4 *ap* Non. 2, 301 Ego illos malos et audaces ſemper enixim contra fortunas atque honores huius ordinis omnia feciſſe ac dixiſſe ſentio.

ENĬVĔVS, a, um. Adi. *Reponit, legitque apud* Manil. 5, 708 Eniueum rubro vultum ſuffuſa pyropo, *Barth. Aduerſ. 8, 8 pro vulgato* Femineo, *et interpretatur candidum. Bentl.* Caeruleum.

E N N

ENNA, *ſ.* HENNA, ae. f. [Ἔννα] *Ciuitas Siciliae edito in loco et vndique praecipiti ſita, et a Syracuſanis (Stephano teſte) condita.* Cic. Verr. 4, 106 Vetus eſt opinio, Iudices, quae conſtat ex antiquiſſimis Graecorum literis atque monimentis, inſulam Siciliam totam eſſe Cereri et Liberae conſecratam. Hoc cum caeterae gentes ſic arbitrantur, tum ipſis Siculis tam perſuaſum eſt, vt animis eorum inſitum atque innatum eſſe videatur. nam et natas eſſe in his terris deas, et fruges in ea terra primum repertas arbitrantur: et raptam eſſe Liberam, quam eandem Proſerpinam vocant, ex Ennenſium nemore: qui locus, quod in media eſt inſula ſitus, vmbilicus Siciliae nominatur *etc.* *Sunt enim plura. Add. de hac Cerere et eius imagine* Verr. 5, 187. *De orthographia diſſentiunt monumenta et viri docti. Magnae vtrinque auctoritates, quas laudat Drakenb. ad* Sil. 1, 93. *Hinc*

ENNAEVS, *ſ.* HENNAEVS, a, um. Adi. Sil. 1, 93 Hennaea diua, *i. Proſerpina.* Ceres Hennaea Id. 1, 214. Valles Idem 2, 304 *etc.* *Miſcentur in MSS.* Ennaeus *ſ.* Hennaeus *et* Aetnaeus. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 1, 93.

ENNENSIS, e. *Gentile aliud, vt Ennaeus. Vt*, Ennenſis ager Cic. Verr. 3, 47. *Conf.* Verr. 4, 106 *ſqq.* Ennenſium principes Liu. 24, 37. Hennenſes Plin.

ENNAM, antiqui dixerunt, pro Etiamne, *teſte* Feſto.

ENNEA *Graecis nouem*, ENNEAS *nouenarius. Hinc*

ENNEAPHARMĂCVM, i. n. *Medicamentum ex nouem rebus permiſtis conſtans. Sic de* Emplaſtro ad pus mouendum. Celſ. 5, 19, 10 Alterum ad idem Enneapharmacum nominatur, quod magis purgat. Conſtat ex nouem rebus, cera, melle, ſeuo, reſina, myrrha, roſa, medulla vel ceruina, vel vitulina, vel bubula, oeſypo, butyro: quorum pondera paria miſcentur.

ENNEAPHTHONGOS. Adi. [ἐννεάφθογγος] *Quod nouem edit voces, vt*, Enneaphthongos chelys *apud* Mart. Capel. 1 p. 17. *Pro eodem etiam* ἐννεάφωνον *dicunt Graeci.*

ENNEAPHYLLON, i. n. [ἐννεάφυλλον] Herba eſt, quae longa folia nouena habet, cauſticae naturae. Imponitur lana circumdata, ne vrat latus: continuo enim puſtulas excitat, lumborum doloribus et coxendicum vtiliſſima Plin. 27, 9.

ENNIVS, i. m. [Ἔννιος] *Poëta*, quem Rudiae genuere vetuſtae, *vt ait* Silius 12, 395. *Rudiae, ciuitas eſt Calabriae: ſed Euſebius Tarentinum eum facit, dicitque a Catone Quaeſtore Romam translatum, in Auentino habitaſſe, ac vnius ancillae miniſterio contentum fuiſſe. Sequutus eſt M. Fuluium Nobiliorem ad bellum Aetolium, cuius filium erudiit. Ab hoc et Cato ſenex dicitur Graecas literas didiciſſe. Scripſit plurima inter quae* Annales: Bellum Punicum ſecundum *hexametris, quae ſane non exſtant. ex iis nonnulla* Macrobius Saturn. 6, 1 *quae* Virgilius *ab eo eſt mutuatus, manifeſtat. Nam dicere ſolebat, vt ait in* vita Donatus, ſe aurum ex Ennii ſterquilinio colligere. *Elogium eius ſepulcri ſcribit* Cic. Tuſc. 1, 34 Adſpicite, ô ciues, ſenis Ennii imaginis formam. Hic veſtrum panxit maxima facta patrum. Vixit annos LXX Cic. de Senect. 14. *De eius ſepulcro* Cic. pro Arch. 22 Carus fuit Africano ſuperiori noſter Ennius: Itaque etiam in ſepulcro Scipionum putatur is eſſe conſtitutus. Ennius natus eſt poſt Romam conditam anno quadringenteſimo decimo Cic. de Clar. Orat. 36. Idem fuit Liuio Andronico aequalis Ibid. Ennius ingenio maximus, arte rudis Ouid. Triſt. 2, 424. Sapiens Ennius Hor. Epiſt. 2, 1, 50. Ab Homero locos quosdam tranſtulit Ennius Cic. de Fin. 1, . . Ennius ſomniauit ſibi viſum adeſſe Homerum Poëtam Cic. Acad. 4, 50. ¶ 2 Ennius alter fuit Grammaticus, qui duos libros de literis ac ſyllabis et metris conſcripſit, *vt auctor eſt* Tranquillus c. 1 *extr.*

ENNIANVS, a, um. Adi. *Vt*, Ennianus populus Gell. 12, 2. Ennianum hemiſtichium.

ENNIANISTA, ae. m. Hoc ſe nomine appellari volebat Anagnoſtes, qui legebat Ennii Annales ad populum in theatro Gell. 18, 5.

ENNOSIGAEVS, i. m. [Ἐννοσιγαῖος] *Neptuni epitheton apud Poëtas, quaſi Terram concutiens.* Iuuen. Sat. 10, 182 *de Xerxe loquens*, Ipſum compedibus qui vinxerat Ennoſigaeum.

ENNOEA, ae. f. [ἔννοια] *Intelligentia.* Cic. Top. 31 c. 7 Forma eſt notio, cuius differentia ad caput generis, et quaſi fontem referri poteſt. Notionem appello, quod Graeci tum ἔννοιαν, tum πρόληψιν dicunt. Ea eſt inſita, et ante percepta cuiusque formae cognitio, enodationis indigens. *Idem* Notitias *appellat* Acad. 2, 22 c. 7. Intelligentiam, vel notionem potius de Fin. 3, 21 c. 6. Inſitas et quaſi conſignatas in animis notiones Tuſc. 1, 57 c. 24. ¶ 2 *Eſt*

et

et *Aeon Valentini* Tertull. adu. Valent. c. 7. Interpr. Iren. 1, 10.

ENO, āre. [ἐκνήχομαι] *Vt* Enato, *Extra nare, et nando aliquo peruenire.* Liu. 33, 41 Multae naues eiectae, multae ita hauſtae mari, vt nemo in terram enauerit. Virg. Aen. 6, 16 *de Daedalo*, Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos. Cic. de Fin. 3, 63 c. 19 At illa, quae in concha patula pinna dicitur, isque qui enat e concha, qui, *etc.* Enare in aëris auras Lucret. 3, 590. *De anima.* Valer. Argon. 5, 316 Tantumque fretis enauimus orbem.

ENŌDO, āre. Nodis exſoluere Non. 1, 49. διαλύω. Vet. Gloſſ. ¶ 2 Enodari *dicuntur* arbores, *quum nodi eis amputantur.* Cato c. 33. Columel. 5, 6 Quae vlmus a poſitione bene prouenerit eius ſummae virgae falce debent enodari. ¶ 3 Enodare, [ἐξηγεῖσθαι, ἀναπτύσσειν, ἐκδηλοῦν] *Metaph. explicare.* Non. 1, 49 Enoda ſignificat explana. Accius Euryſace, Tu autem, quod quaero abs te, enoda, et qui ſis, explica. Ennius Telepho, Verum quorum liberi leto dati ſunt in bello, non lubenter haec enodari audiunt. Turpil. Demetrio, Ab initio vt res geſta ſit, enoda mihi. Pacuu. Periboea, Gnatho ordinem omnem, vt dederit, enodat patri. Varro de Vita Pop. Rom. l. 1 Neque vt ita in ſingulis rebus diutius moremur, vt dixi, atque enodare ſubtilius velimus. Cic. de N. D. 2, 62 In enodandis autem nominibus, quod miſerorum ſit elaboratis. *Agit de Stoicorum etymologiis.* Auct. ad Heren. 2, 14 c. 10 Deinde contrariae legis enodabimus voluntatem, et eam trahemus ad noſtrae cauſae commodum. Iuris laqueos Gell. 13, 10. *et* 1, 4. *Vid. Heinſ. ad* Phaedr. 3, 10. Sortes Apul. Met. 4 p. 157, 34 *referre oraculum.*

ENODĀTVS, a, um. Partic. [ἀναπεπτυγμένος] Cic. de Inuent. 2, 6 c. 2 Praecepta magna conquiſita cura perſpicue conſcripſit, atque enodata diligenter expoſuit. *de Arborib.* Cat. c. 33 Vitis bene enodata. Sententiae enodatiores atque planiores Auguſtin. ep. ad Aur. Carthagin. lib. de Trinit. praemiſſ.

ENODATIO, ōnis. f. [ἀνάπτυξις] *Explicatio.* Cic. in Topic. 31 Ea eſt inſita et ante percepta cuiusque formae cognitio enodationis indigens. Cic. de N. D. 3, 62 c. 24 Quid vos delectat illa explicatio fabularum, et enodatio nominum? *De etymologiis Stoicorum.*

ENODĀTE. Adu. [ἀναπεπτυγμένως] Cic. de Fin. 5, 27 c. 9 Haec igitur nobis explicanda ſunt: ſed ſi enodatius, vos ignoſcetis. Idem de Inuent. 1, 30 c. 21 Sua diligenter et enodate narrando. *Superl. vſurpauit* Auguſtin. Confeſſ. 5, 6 Enodatiſſime expedire. *Add.* Idem Retract. 2, 57.

ENODATOR, ōris. m. Tertull. de Pallio *extr. al. leg.* Edomator.

ENODABILIS, e. Adi. *vnde* Inenodabilis.

ENŌDIS, e. Adi. [ἄοζος] *Quod ſine nodo eſt.* Plin. 12, 14 Quibus credi poteſt, matrem quoque teretem et enodi fruticare trunco. Trunci Virg. Georg. 2, 78. Enode *etiam dicitur*, *Quod ſine difficultate eſt.* Plin. Epiſt. 5, 17, 2 Recitabat ἐρωτοπαίγνιον eruditam ſane, luculentamque materiam (ſcripta elegis erat) fluentibus, et teneris, et enodibus, ſublimibus etiam, vt popoſcit locus. Quaeſtionem enodem reddidit Ambroſ. Off. 1, 12.

ENORCHIS, is. f. [ἐνόρχις] Gemma eſt candida, quae diuiſa fragmentis, teſtium effigiem repraeſentat Plin. 37, 10.

ENORMIS, e. Adi. [ἄμετρος, ἔκτοπος] *Magnum, ſine menſura, et norma.* Plin. Epiſt. 9, 27 Sed acri intentione diiudicandum eſt, immodicum ſit an grande, altum an enorme. Plin. 17, 12 Eaedem enormes ceraſis, lauris. Coloſſi Stat. Silu. 1, 3, 51. . . Stipendia enormia Spartian. Geta c. 6. *In his ad exceſſum quendam magnitudinis reſpicitur.* Nec debet prologus enormior eſſe quam fabula Spartian. in Ael. Vero. c. 1 *f.* *Sed* Enorme *etiam*, *Quod non eſt ad regulam et normam directum.* Tac. Ann. 15, 38 Remedia ante vt velocitate mali et obnoxia vrbe arctis itineribus hucque et illuc flexis atque enormibus vicis.

ENORMĬTER. Adu. [ἐκτόπως] Plin. 37, 6 Simili modo ſi ex alio colore in ſe admittat aliquid enormiter.

ENORMĬTAS, ātis. f. Sicut in ſtructura ſaxorum rudium ipſa enormitas inuenit, cui applicari et in quo poſſit inſiſtere Quinct. 9, 4. Qui ruſticitatis enormitate incultique ſermonis ordine ſauciant Diom. Grammat. praef. Enormitas ſtipendii Spartian. aliquoties. Adiice obſeſſam ſetis ceruicem, et exilitatem crurum, et enormitatem pedum Sen. de Conſt. 18.

ENORMATVS, a, um. Adi. *Vnde*

ENORMATE. Adu. Cui addi minus nihil poteſt Gloſſ. Iſid. *Sed iam monuere viri docti, legendum, cui nihil addi minuiue poteſt.*

ENOTESCO, ĕre. [γνωρίζομαι] *Notum fieri.* Plin. Epiſt. 2, 10, 3 Enotuerunt quidam tui verſus, et inuito te clauſtra tua refregerunt. Suet. in Oton. c. 10 Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis tertiae decimae legionis tribunus, anguſticlauius: is mox referre crebro ſolebat rem vsque adeo enotuiſſe, Otonem etiam priuatim vsque adeo deteſtatum Ciuilia bella, vt memorante quodam inter epulas de Caſſii Brutique exitu, cohorruerit. *Add.* Ib. c. 3. Tacit. Hiſt. 3, 34 Quod vbi enotuit. Eloquentia per gentes enoteſcere Sen. de Benef. 3, 32.

ENOTO, āre. *Memoriae cauſa ex alio libro ſcribere et notare.* Plin. Epiſt. 1, 6 Ad retia ſedebam: erat in proximo non venabulum aut lancea, ſed ſtilus et pugillares: meditabar aliquid, enotabamque, vt ſi manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem. *Add.* Idem. 6, 16.

ENŎTĀTVS, a, um. Part. Apul. Met. 9 p. 220, 22 Sorte vnica caſibus pluribus enotata. *Sed variat lectio.*

ENOTATIO, ōnis. f. *Apud* Hieron. . .

ENOTATOR, ōris. m. *Apud* Macrob. . .

ENOTABILIS, e. Adi. *Apud* Auguſtin. . .

ENOVO, āre. [ἐκνεόω] *Idem quod* Nouo. Cic. Acad. 1, 11 c. 3 Enouare aliquid ne obſoleſcat. *i. Exercere, ne in diſſuetudinem et obliuionem abeat. Alii* Renouare. Et pictis anas enouata pennis Petron. c. 93 in Carmine.

ENR *et* ENS

ENRHYTHMVS, *et* ENRHYTHMĬCVS, a, um. Adi. *Apud* Mart. Capell. 9 p. 327 *et* 328 *vt*, Genus numerorum enrhythmon, Enrhythmica tempora. *Mere Graecum eſt* ἔνρυθμος.

ENS, entis. Partic. [τὸ ὄν] *Vid.* SVM. Quinctil. 8, 3, 33 Multa ex Graeco formata noua, ac plurima a Sergio Flauio, quorum dura quaedam admodum videntur, vt *ens* et *eſſentia*: quae cur tantopere aſpernemur, nihil video *etc.* Idem 2, 14, 2 Haec interpretatio non minus dura eſt, quam illa Flauii *eſſentia* atque *entia*. *Hic obſcurum eſt, volueritne* τὰ ὄντα, *an* τὴν οὐσίαν.

ENSIS, is. m. [ξίφος] *Idem qui gladius.* Virg. Georg. 1, 508 Et curuae rigidum falces conflantur in enſem. Cic. de N. D. 2, 159 Auſaque funeſtum prima eſt fabricarier enſem. *Epitheta frequentia inuenias apud Poëtas.* Acutus, *vid.* ACVO. Alacres Claud. in Eutrop. 2, 281. Sil. 13, . . Bellatorem alacer per pectora tranſigit enſem. Stat. Theb. 9, 198 Caecum rotat irreuocabilis enſem, *etc. qui non videtur, nec adeo vitari poteſt.* Crudus, *vid.* CRVDVS. Dirus Sen. Octau. f. 6. Falcatus Ouid. Met. 1, 717. Fatifer Virg. Aen. 8, 621. Feri Ouid. Met. 13, 343. Ferreus Lucret. 5, 1292. Fidus Virg. Aen. 7, 640. Habiles breuibus mucronibus enſes Sil. 8, . . Quis fuit, horrendos primus qui protulit enſes? Quam ferus, et vere ferreus ille fuit Tib. 1, 10, 1. Hoſticus Hor. Serm. 1, 9, 31. Impius Ouid. Met. 14, 802. Inimicus Virg. Aen. 2, 600. Letalis Ouid. Met. 13, 392. Nefandus Virg. Aen. 2, 155. Nitidus Ouid. Met. 10, 475. Nudus, *vid.* NVDVS. Periurus Stat. Silu. 4, 6, 77. Pugnax Ouid. Triſt. 5, 7, 48. Quietus Stat. Silu. 1, 1, 43. Rigidus Virg. Georg. 1, 509. Scaber Lucan. 1, 243. Sceleratus Ouid. Met. 15, 776. Validus Virg. Aen. 10, 815. Violentus Ouid. Epiſt. 11, 97. Vncus Valer. Argon. 6, 400. Vulnificus Stat. Theb. 4, 87. ¶ 2 *Verborum formulae*: Abdere enſem lateri Virg. Aen. 2, 554. Abſcondere enſem in vulnere Sen. Thyeſt. f. 8. Accincti enſes lateri Stat. Theb. 1, 429. Accommodare enſem lateri Sil. 5. Acuere enſem in aliquem Ouid. Met. 15, 776. *Vid.* ACVO. Adigere enſem in pectus, *vid.* ADIGO. Ouid. Met. 5, 79. Agitatus hinc illinc enſis Sen. Thyeſt. f. 7. Virg. Aen. 12, 89 Simul Aptat habendo Enſemque, clypeumque, et rubrae cornua criſtae. Auellere enſem dextra alicuius, *i. Auferre e dextra* Stat. Theb. 299. Cinctum enſe latus Ouid. Amor. 3, 8, 14. Clauſus enſis Lucan. 5, 245. Condere enſem in pectore alicuius Virg. Aen. 9, 347. Cruentatus enſis Stat. Theb. 5, 317. Dare terga enſibus, *eſt Fugere enſes, aut fugiendo tergum praebere ictibus* Ouid. ad Liu. 312. Sil. 13, . . Tum ſtrictum propere vagina Detegit enſem. Deripere enſem vagina Ouid. Met. 10, 475. Diſtrictus Hor. Carm. 3, 1, 17. Ducere enſem, *Educere* Sen. Oedip. f. 12. Eductus vagina Sil. 13, . . Eat per artus enſis exactus meos Sen. Herc. Oet. f. 7. Eripere enſem vagina Virg. Aen. 10, 786. Ouid. Faſt. 3, 814 Enſibus Exſertis bellica laeta dea eſt. Exigere enſem per medium aliquem Virg. Aen. 10, 815. Exuere enſem humero Virg. Aen. 9, 303. Exuere enſem vagina Stat. Theb. 9, 76. Ferire aliquem enſe Virg. Aen. 6, 251. Fidere enſi Sil. 1, . . Geſtati ſcapulis Claud. pr. Conſ. Stil. 91. Haeſurus iugulo Ouid. Triſt. 1, 1, 44. Imbuere enſem Stat. Theb. 11, 685. *ſubauditur*, Sanguine. Imbuti ſcelere Lucan. 5, 248. Impellere enſem Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 208. Infecti caedibus Stat. Theb. 5, 353. Infecti iugulis ciuilibus Claud. in nupt. Hon. 329. Inſerere enſem alicui Stat. Theb. 5, 230. Iugulari enſe Ouid. Met. 12, 484. Liberare enſem vagina Ouid. Met. 6, 551. Madens enſe, *i. Caede madens* Stat. Theb. 3, 230. Obliquare enſem in latus Ouid. Met. 12, 485. *i. Obliquo ictu latus ferire.* Peremtus enſe Sen. Troad. 4. Polluti ſanguine Lucan. 2, 536. Proſtratus iacet adacto enſe Sil. 17, . . Pudendo enſe debellati Stat. Theb. 5, 32. Quieſcit enſis vagina Stat. Silu. 4, 5, 51. Receptus pectore Sen. Thyeſt. 8. Recidendum vulnus enſe Ouid. Met. 1, 191. Recludere enſem Virg. Aen. 4, 646. Referre enſem vaginae, *i. Recondere* Sil. 7, . . Reprimere enſem Stat. Theb. 11, 309. Retegere enſem, *Euaginare* Lucan. 9, 833. Stat. Theb. 9, 198

At ferus Hippomedon quamquam iam ſentit inane
Auxilium, et feram rapto pro corpore pugnam,
It tamen, et caecum Rotat irreuocabilis enſem.

Rotare enſem fulmineum Virg. Aen. 9, 441. Seruibant legibus enſes Claud. pr. Conſ. Stil. 167. Spumans cruore Virg. Aen. 4, 664. Stringere enſes vetitos Claud. de Bell. Gild. 294. Stricti Virg. Aen. 7, 526. Succiditur ſeges enſe Sil. 15, . . Tectus vagina Hor. Serm. 2, 1, 40. Tranſigere enſem per pectora alicuius Sil. 13, . . Tranſmiſſus per latus, ſtridet Sen. Herc. Oet. f. 9. Tranſuerberare aliquem enſe Sil. 15, . . *Poëtice pro Vagina.* Virg. Aen. 4, 261 — Stellatus Iaſpide fulua Enſis erat. *Pro Imperio cuius eſt Inſigne.* Lucan. 5, 61 — Saeuum in populos puer accipit enſem. *Conf.* Stat. Silu. 5, 1, 175. vbi *vid.* Interpr. *it.* Turneb. *Adu.* 12, 6. *P. Fab. Semeſt.* 1, 3.

ENSĬCVLVS, i. m. Dimin. [ξιφίδιον] Plaut. Rud. 4, 4, 113 In eo enſiculo literarum quid eſt?

ENSĬFER, *ſ.* ENSIGER, a, um. Adi. [ξιφήρης] Ouid. de Arte Am. 2, 56 Enſifer Orion adſpiciendus erit. *Alii Codd.* Enſiger, *vti et apud eund.* Faſt. 4, 388 Enſiger Orion aequore merſus erit. *Add.* Stat. Theb. 4, 321. *et* Achill. 2, 414.

ENSIPOTENS, entis. Coripp. 4, 365. .

ENT

ENTĂSIS, is. f. *Intenſio.* Vitruu. 3, 2.

ENTĂTĬCOS, i. m. *Herba* Satyrion Apul. de Herb. 15 *quod valeat ad intendendum penem.*

ENTĔLĔCHĪA, ae. f. [ἐντελέχεια] *Perfectio, energia, vis ex ſe mouens. Gaza* agitationem *vertit. Sunt qui* ἐνδελέχειαν *ſcribi volunt, ſed per* τ *ſcriptum pluribus arridet, vt eſt videre apud Budaeum in Aſſe, qui dici putat quaſi* τῆς ἐντελοῦς συνοχήν, *i. Perfecti corporis comprehenſionem. Lucianus ludens ſuo more, ait eam quae prius dicta fuit* ἐνδελέχεια, ἐντελέχειαν *dici coepiſſe.* Cic. Tuſc. 1, 22 c. 10 Ariſtoteles — ipſum animum ἐντελέχειαν appellat nouo nomine, quaſi quandam continuatam motionem et perennem.

ENTELLINI, [Ἐντελλῖνοι] Siciliae populi, et Latinae conditionis, *apud* Plin. 3, 8. Cic. Verr. 3, 200. *Vid.* Seru. *ad* Virg. Aen. 5, 73.

ENTEROCĒLA, ae. f. [ἐντεροκήλη] *Herniae ſpecies dicitur, quum inteſtinum caecum delabitur in ſcrotum: vt* Epiploocele, *quum omentum:* Hydrocele, *quum in alterum e teſtibus humor confluit. Vid.* Celſ. 7, 18. Plin. 26, 8 Symphyti radix illita, enterocelas cohibet. *Vid.* Martial. 10, 56. *et* 11, 85 *vbi* Enterocelas implicitas *vocat. Conf.* RAMEX.

ENTEROCELĬCVS, a, um. Adi. [ἐντεροκηλήτης] *Qui enterocela laborat.* Plin. 26, 8 Enterocelicis datur ex aqua, et illinitur veſicae vitiis.

ENTERON, i. n. [ἔντερον] *Latine Inteſtinum. Hinc quidam* Exenterare, *pro Euiſcerare, et inteſtina detrahere deduci putant. Vid. ſ. l.*

ENTHĔOS. Adi. [ἔνθεος] *i. Numine diuino plenus: ſpiritu fanatico inſtinctus. Vnde* ἐνθουσιασμὸς *dicitur,* Enthuſiaſmus, *ſtatur, conditio, morbus hominis* enthei *ſ. fanatici.* Sen. Med. 382 Incerta qualis entheos curſus tulit, *etc.* Stat. Silu. 1, 2, 227 Hic thyrſos, hic plectra

pleſtra ferit, hic enthea lauro Tempora, Minoa crinem premit ille corona. Enthea tecta Sibyllae ſatidicae Stat. Silu. 3, 5, 97. Vid. Barth. ad Stat. p. 85, 132. Conf. Martial. 5, 43. et 11, 85. Vates Firmic. 8, 20 et 21.

ENTHEO, āre. Vnde

ENTHEATVS, a, um. Partic. Diuino numine afflatus, vt, Entheata vatum pectora, apud Martial. 12, 57 Turba entheata Bellonae.

ENTHECAE, [ἐνθῆκαι] Impoſita Inſtrumenta, ſiue dotes praediorum. It. horreum vel repoſitorium. Enthecam nobis habere non licet: non eſt epiſcopi, ſeruare aurum Auguſtin. de Vita Clericorum. Sic et alibi, it. Fulgent. Pap. l. 2 §. 1 de inſtrum. vel inſtruct. Dotes praediorum, quae Graeco vocabulo ἐνθῆκαι appellantur, quum non inſtructa legantur, legatario non praeſtantur. Vlp. l. 68 §. 3 D. de leg. et fideic. Praediis cum iis enthecis, quae in ea poſſeſſione ſunt relictis, etc. Vid. Turneb. Adu. 8, 9. Inprimis vero diligenter de entheca egit Iac. Gothofr. ad l. 12 C. Th. de operib. publ. no. g. oſtenditque Enthecam eſſe ἀφορμὴν, et quidquid ſepoſitum conditumque vſus alicuius et praeſidii cauſa. Entheca ergo Populi Rom. in dicta lege eſt annona publica ſ. canon vrbicarius. Reliqua ibi, et in Gloſſ. Dufreſn. neque enim proprie huc pertinent.

ENTHECATVS, a, um. Adi. Quidquid Helicon verbalibus horreis enthecatum poſſederat Fulgent. Mythol. 1.

ENTHRONISTICA, pro Introniſticis reponendum apud Iuſtinianum in Conſt. de ſanctiſſ. epiſcop. §. ſi quis autem epiſcoporum. Sunt autem pecuniae, quae ab Epiſcopis dantur pro introitu, cathedralica, vt nunc vulgo dicuntur, a Graeco ἐνθρονίζειν, quod eſt in ſedem ponere. Barbari dicunt Inſtallare.

ENTHȲMĒMA, ătis. n. [ἐνθύμημα] Ad verbum cogitatum, vel animo conceptum. Sed fere anguſtius accipitur in Rhetoricis. Cic. Topic. 55 c. 13 Ex hoc illa Rhetorum ſunt ex contrariis concluſa, quae ipſi enthymemata appellant. Ponamus locum claſſicum Quinctil. 5, 10 pr. Enthymema (quod nos commentum ſane aut commentationem interpretamur, quia aliter non poſſumus, Graeco melius vſuri) vnum intellectum habet, quo omnia mente concepta ſignificat, — alterum, quo ſententiam cum ratione; tertium quo certam quandam argumenti concluſionem (i. concludendi rationem) vel ex conſequentibus, vel ex repugnantibus — Plures inuenias in ea opinione, vt id demum, quo pugna conſtat, enthymema accipi velint. Et ideo illud Cornificius Contrarium appellat. Hunc alii rhetoricum Syllogiſmum, alii imperfectum Syllogiſmum vocarunt, quia nec diſtinctis nec totidem partibus concluderetur. Quod de Contrario dicit, ſic etiam Auct. ad Herenn. (qui forte eſt Cornificius) 4 c. 18 Contrarium eſt, quod ex rebus diuerſis duabus alteram breuiter et facile confirmat, hoc pacto, Nam qui ſuis rationibus fuerit inimicus ſemper, eum quomodo alienis rebus amicum fore ſperes? Quinctil. 5, 14, 24 comparat Syllogiſmum et Enthymema, quod ille per omnes partes efficit, quod propoſuit; Enthymema tantum intenta intelligi contentum eſt. — Enthymema ex conſequentibus, Bonum eſt virtus, qua nemo male vti poteſt. — Enthymema ex pugnantibus, An bonum eſt pecunia, qua quisque poteſt male vti? — Cum argentum legauerit omne, pecuniam quoque legauit, quae eſt in argento. Vnum adhuc addamus Fabii locum 8, 5, 9 Enthymema eſt omne quod mente concipimus; proprie tamen dicitur, quae eſt ſententia ex contrariis propterea quod eminere inter caeteras videtur, vt Homerus Poëta, vrbs Roma — ponit exemplum ex Cic. pro Lig. c. 4 Quorum igitur impunitas, Caeſar, tuae clementiae laus eſt, eorum te ipſorum ad crudelitatem acuet oratio? Haec enthymemata ita affectauit aetas ſequior oratorum, qui nihil ſine ſententia eiusmodi acuta ex pugnantibus dicere vellent, vt hic ſit inter fontes corruptae eloquentiae. Etiam matronas inuaſit morbus: Iuuen. Sat. 6, 448

Non habeat matrona, tibi quae iuncta recumbit,
Dicendi genus, aut Curtum ſermone rotato
Torqueat enthymema, nec hiſtorias ſciat omnes.

Curtum vocatur, quod breuius multo, quam Syllogiſmus concluditur, vt vidimus. Diligentiſſime Enthymematis rationem perſecutus eſt peculiari praelectione Iac. Facciolatus, et oſtendit de Ariſtotelis ſententia Enthymema eſſe Syllogiſmum oratorium, quocunque demum modo prolatum, ſumtum a conſentaneis et ſignis: qua ratione Enthymema iam non eſt illud Cogito, ergo ſum: eſt enim ex neceſſariis.

ENTHYMEMATION, i. n. Dimin. Commentatiuncula. Gell. 16, 1.

ENTHYMĒSIS, is. f. [ἐνθύμησις] Cogitatio, inuentum. Tertull. aduerſ. Val. c. 9 et 14. Idem de Praeſcript. c. 7.

ENTIA, vid. ENS.

ENTOCHVS, i. m. [Ἔντοχος] Statuarius nobilis, cuius opera recenſet Plin. 36, 5.

ENTOMON, i. n. [ἔντομον] Vnum ellebori genus, quod nigrum vocant, purgans per inferna. Quidam Polyrrhizon nuncupant Plin. 25, 5. Harduin. Ectomon. ¶ 2 Alias Entoma, ἔντομα Graecis ſunt, quae Latine Inſecta dicuntur. v. v.

E N V

ENVBILO, āre. Obſcuritatem et velut nubila tollere, lucemque adeo reddere. Tertull. aduerſ. Marc. 4, 37 Vt non prius hanc caecitatem hominis illius enubilaſſet. Idem Apol. c. 35 Clariſſimis lucernis veſtibula enubilabant, h. e. illuſtrabant. Sed Nubilabant MS. vel Nebulabant: Nubilabant Hauerc. i. fuligine obducebant.

ENVBILĀTVS, a, um. Partic. Paullin. Iamb. ad Cyth. v. 667.

ENVBILANDVS, a, um. Partic. Tertull. de Anima c. 3.

ENV̄BO, pſi, ptum, ĕre. [ἐκγαμίζω] Nubere extra gentem vel ordinem. Liu. 10, 23 Virginiam Auli filiam patriciam, plebeio nuptam L. Volumnio COS. matronae, quod e Patribus enupſiſſet, ſacris arcuerunt.

ENVPTIO, ōnis. f. [ἐκγάμισις] Vt, Enuptio gentis, pro Iure nuptiarum extra gentem. Liu. 39, 19 Vt Hiſpalae Feceniae datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita eſſet, quaſi ei vir teſtamento dediſſet. Vid. ibi Gronou. et conf. Turneb. Aduerſ. 30, 25. Guther. de Vet. Iur. Pont. 11, 7.

ENVBRVM, vid. INEBRAE.

ENVCLEO, āre. [σαφηνίζω, ἐξομαλύνω] Proprie eſt Aperire, et nucleum a putamine extrahere. Apic. 4, 5 Duracina enucleabis. Per translationem, pro Declarare et explanare. De genere dicendi Antonii oratoris. Cic. de Orat. 3, 32 c. 9 Et ex omni parte cauſae ſeptum, acre, acutum, enucleatum, in vnaquaque re commorans. Enucleatum, quod aperte et dilucide cauſam explicat. Idem in Partit. 57 c. 17 Nec quidquam in amplificatione nimis enucleandum eſt. h. e. Cum nimia cura tractandum.

ENVCLEATVS, a, um. Partic. [ἐξηκριβωμένος] Vt, Enucleata vua Th. Priſcian. 1, 20. Baccae Marcell. Emp. c. 20. Tranſlate vtitur Cic. pro Planc. 10 c. 4 Eblandita illa non enucleata eſſe ſuffragia. i. Non magna acrimonia mentis et iudicii facta, non ex animo expromta et explicata.

ENVCLEATE. Adu. [ἐξηκριβωμένως] Purgate, inquit Nonius 1, 296 exquiſite et ſine aſperitate aut duritia: ab eo quod nucibus ſeparatis, i. teſtis, nucleorum vtilis vſus habeatur. Cic. in Oratore (28 c. 9) Modo id eleganter enucleateque faciat, eum ſolum Attice dicere. Idem de Clar. Orat. 35 Nihil ſubtiliter dici, nihil preſſe, nihil enucleate, quo fieri aliquid poſſit limatius. Enucleate et polite dicere Cic. de Clar. Orat. 115 c. 30. Cic. Q. Fratr. 3, 3 Praeterea de aqua deuia nihil praetermiſi quadam epiſtola, quin enucleate ad te perſcriberem.

ENVCLEATIO, ōnis. f. Explanatio. Auguſtin. . .

ENVCLEATOR, ōris. m. Explanator. ICt. in Cod. . .

ENV̄DO, āre. [ἀπογυμνόω] Idem quod Nudare. Et per tranſlationem Exponere, ac veluti Intellectui aperire: h. e. Interpretari. Cic. de Legg. 1, 29 c. 9 Et rerum plurimarum obſcuras intelligentias enudauit.

ENVDATIO, ōnis. f. ICt. in Dig. . .

ENVDATE. Adu. et

ENVDATVS, a, um. Adi. Auguſtin. . ,

ENV̆MĔRO, āre. [ἐξαριθμέω] Numerare ab initio ad finem, recenſere. Cic. Verr. 2, 82 c. 33 Dixi iam antea me non omnia iſtius, quae in hoc genere eſſent, enumeraturum, ſed electurum ea, quae maxime excellerent. Columel. 8, 17, 12 Et ne per ſingula enumerem, ſalſamentorum omnium purgamenta. Ter. Adel. 2, 2, 28 Iamne enumeraſti id, quod ad te rediturum putes? ad lenonem digitis computantem damna ſua. Quae ne ſingula enumerem, totam tibi domum commendo Cic. Fam. 13, 19. Virg. Aen. 4, 333 Ego te, quae plurima fando Enumerare vales nunquam, Regina, negabo Promeritam. Dicere atque enumerare cauſas omnes Cic. pro Roſc. Amer. 53. Magnitudinem multitudinemque beneficiorum enumerare, aut conſequi poſſe Cic. poſt redit. ad Quir. 5. Pretium Cic. pro Roſc. Amer. 113. Enumerat miles vulnera, paſtor oues Propert. 2, 1, 44. Cic. Bruto c. 32 Enumera me in plerisque.

ENVMERATIO, ōnis. f. [ἐξαρίθμησις] Cic. de Legg. 3, 23 Sed eſt iniqua in omni re accuſanda praetermiſſis bonis malorum enumeratio, vitiorumque ſelectio. Ordo ipſe annalium mediocriter nos retinet enumeratione quaſi faſtorum Cic. Fam. 5, 12. Id. de Inuent. 1, 98 c. 52 Enumeratio pars concluſionis eſt, per quam res diſperſe et diffuſe dictae, vnum in locum coguntur, et reminiſcendi cauſa vnum ſub adſpectum ſubiiciuntur. Eſt ergo ea, quam Graeci ἀνακεφαλαίωσιν appellant. Quinct. 6, 1, 1 Rerum repetitio et congregatio, quae Graece dicitur ἀνακεφαλαίωσις, a quibusdam Latinorum Enumeratio, et memoriam iudicis reficit, etc. Idem 4, 5 pr. Partitio eſt noſtrarum aut aduerſarii propoſitionum, aut vtrarumque, ordine collata enumeratio. Cic. de Clar. Orat. 138 Quam multi enim iam Oratores commemorati ſunt, et quamdiu in eorum enumeratione verſamur?

ENVMERATVS, a, um. Partic. Liu. 3, 58 Septem et viginti enumeratis ſtipendiis.

ENVNDĬNO, āre. [καπηλεύειν] Cauponari, vt mercem aliquam vilem tractare. Spiritum ſanctum enundinare Tertull. de Idolol. c. 9.

ENVNQVAM, Ecquando: Antiquum. Feſtus. Eſt potius diuiſim legendum. Vid. EN n. 2.

ENVNTIO, āre. [ἐκφέρω, ἀποφαίνω] Pronuntiare, declarare. Cic. de Fin. 2, 34 Breuiter enuntiatae ſententiae. Idem de Orat. 3, 166 Videtis profecto genus hoc totum, quum inflexo commutatoque verbo res eadem enuntiatur, ornatius. Orationem Auct. ad Heren. 3, 23. Enuntiare verbis Cic. Acad. 1, 6. Significare. Cic. Att. 1, . . . Et amans tui viſus eſt, et talis, qualem eſſe eum tuae mihi literae enuntiarant. Diuulgare, exponere. Cic. Fam. 10, 8 Non enim praeteritam culpam videri volo redemiſſe, ſed optimae mentis cogitata iampridem maturo tempore enuntiare. Enuntiare conſilia amicorum aduerſariis, h. e. Retegere Cic. pro Roſc. Amer. 11. pro L. Agr. 2 c. 34. Myſteria dicendi Cic. de Orat. 1, 206. Commiſſa Cic. Tuſc. 2, 31 c. 13. Apud homines, quod tacitum erat Cic. de Orat. 1, 118. Diſtortum enuntiandi genus Cic. de Fato 16 c. 8. Sic Acad. 4 c. 19 Fundamentum dialecticae eſt, quidquid enuntietur, aut verum eſſe aut falſum etc. Conf. Nep. 4, 4, 6. et Plaut. Trin. 1, 2, 106.

ENVNTIĀTVS, a, um. Partic. [ἀποφανθεὶς] Vt, Sermo rectus et ſecundum naturam enuntiatus Quinctil. 2, 5. Per indicium enuntiata res Caeſ. B. G. 1, 4, 1.

ENVNTIĀTVM, i. n. [ἀπόφασμα] Eſt oratio, verum aut falſum ſignificans. Cic. de Fato 19 c. 9 Nec ſi omne enuntiatum, aut verum aut falſum eſt, ſequitur illico cauſas eſſe immutabiles. Vid. mox ENVNTIATIVVS.

ENVNTIATIVVS, a, um. Adi. [ἀποφαντικὸς] Quo vtitur Sen. Epiſt. 117 p. 579. Locum ponemus totum: Sunt naturae corporum, tanquam, Hic homo eſt, hic equus: has deinde ſequuntur motus animorum enuntiatiui corporum. Hi habent proprium quiddam et a corporibus ſeductum, tanquam, video Catonem ambulantem. Hoc ſenſus oſtendit, animus credit. Corpus eſt quod video, cui oculos et animum intendi. Dico deinde, Cato ambulat: non corpus quidem eſt, quod nunc loquor; ſed enuntiatiuum quiddam de corpore, quod alii effatum vocant, alii enuntiatum, alii edictum.

ENVNTIATIVE. Adu. i. Declaratiue, apud ICtos.

ENVNTIATVRA, ae. f. Ponitur hoc nomen a Goeſio in Indice in rei agrar. ſcriptt. h. m. Enuntiatio et Enunciatura eſt p. 217 Geometrae determinata expreſſio menſurae, quam agit. Sed p. 217 in fragm. de limitib. Enuntiationem inuenio, non item Enuntiaturam.

ENVNTIATIO, ōnis. f. [ἀπόφανσις] Idem quod Enuntiatum. Cic. de Fato 1 Explicanda vis eſt, ratioque enuntiationum, quae Graeci ἀξιώματα vocant, quae de re futura, quum aliquid dicunt, deque eo, quod poſſit fieri aut non poſſit, quam vim habeant, obſcura quaeſtio eſt. Sed mere verbale eſt Quinct. 7, 3, 2 Finitio eſt propria et dilucida, et breuiter comprehenſa verbis enuntiatio. Sic 9, 1, 23 Figura non eſt ſimplex rei cuiusque enuntiatio.

ENVNTIĀTOR, ōris. m. Apud ICtos in Dig.

ENVNTIĀTRIX, īcis. f. [ἀποφάντρια] Quinctil. 2, 15, 21 Ars inuentrix, et iudicatrix, et enuntiatrix. Conf. Prudent. in Romano v. 770.

ENVTRIO, iui, itum, ire. [ἐκτρέφω] *Nutrire ad finem vſque.* Plin. 12, 1 Tantum poſtea honoris increuit, vt mero infuſo enutriantur. Columel. 3, 3 Deinde ſata non ita enutriunt, vt ante conualeſcant, ac proſiliant, quam retorreſcant.

ENVTRITVS, a, um. Partic. Vitruu. 2, 1 Origines aedificiorum, quibus rationibus enutritae et progreſſae ſunt.

E N Y

ENYALIVS, i. m. [Ἐνυάλιος] Eſt inter propria Martis nomina, *vt ait* Macrob. Saturn. 1, 19 *quo etiam* Bacchus cognominatur. *Sic dicitur ab* Enyo, *de qua ſtatim.*

ENYDRIS, idis. f. *et*

ENYDRVS, i. m. [ἔνυδρις] Coluber in aqua viuens Plin. 32, 7. *et* 30, 3.

ENYO, ûs. f. [Ἐνυὼ] *Nomen quo Bellona dea belli, Martis ſoror vocitata eſt.* Martial. 6, 31 Quum dubitaret adhuc belli ciuilis Enyo. Ibid. Spectac. 24 Ne te decipiat ratibus naualis Enyo. Martia Enyo Stat. Theb. 5, 155 *vbi* Lutat. Bellona, ſoror Martis: ideo Martiam dixit, quae aui nomen pro actu ipſo accepit, quaſi *Bello nata. Secundum haec* Auus Bellonae Bellum *fuerit ſ.* Polemus, πόλεμος. *Sed dubitatur de integritate loci. Barthius ſuſpicatur pro* aui *legendum* ſua vi. Stat. Theb. 8, 657 Et face mutata bellum integrabat Enyo. Vet. Schol. Enyo, Bellona, mater caeterarum furiarum. Sil. 10, 203 Haec inter, veluti nondum ſatiaſſet Enyo Iras ſaeua truces.

ENYPOSTATA, ae. m. [ἐνυποςάτης] *Reuera in rerum natura exiſtens* Hieron. Epiſt. 25.

E O

EO, *Particula, proprie eſt Caſus Datiuus et Abl. Pronom.* Is, ea, id: *Multis autem modis adhibetur, vt exempla oſtendent: Datiui vel Accuſatiui adeo cum Praepoſitione vim habet*, ad id, in illud *etc.* Nep. 2, 4, 4 Hoc eo valebat, vt. *Sic vbi ad locum refertur, vt* Ter. Ad. 2, 2, 23 Niſi eo ad mercatum veniam, damnum maximum eſt. *Item* ad ſtatum, vel conditionem, vel gradum. Cic. Fam. 10, 7 Sed vſque mihi temperaui, dum perducerem eo rem, vt. Ad Her. 1, 14 Si non ad extremum, ſed vſque eo, quo opus erit, perſequemur. Nep. 15, 7, 1 Cuius errore eo eſſet deducta illa multitudo militum, vt de ſalute omnes pertimeſcerent. Quinctil. 2, 10, 3 Eo quidem res iſta culpa docentium recidit, vt *etc.* Cic. Fam. 5, 10 Hoc eo pertinet, vt nihil exiſtiment tam eſſe difficile, quod. *Add.* Fam. 13, 4. Ter. Phorm. 1, 3, 6 Neu me cupidum eo compuliſſet, quod mihi principium eſt mali. Liu. in praef. Quae ab exiguis profecta initiis, eo creuit, vt iam magnitudine laboret ſua. *Sic* Eo inſolentiae furoriſque proceſſit Plin. Paneg. 29. *Conf.* Liu. 25, 8. Tacit. 4, 10, 3. *et* Flor. 3, 12, 6. *Propterea ſignificat* ¶ 2 Eo loci *pro* eo loco Cic. pro Sext. 68 c. 31 Res erat et cauſa noſtra eo iam loci, vt erigere oculos et viuere videretur. Plin. 11, 37 *vbi de auribus*, In Oriente quidem et viris aurum geſtare eo loci, decus exiſtimatur. Vlpian. de Iudiciis l. 52 ſed etſi §. 3 Si ea res, quae per fidei commiſſum relicta eſt, eo loci ſit, dicendum eſt non debere praeſcribi *etc.* *Add.* §. 4. *It.* l. Heres 19 eod. §. 2. *Nempe vt* Alio loci, Certo loci, *quae ibidem habentur.* ¶ 3 Ter. Hec. 2, 1, 41 S. Enim laſſam oppido tum aiebant: eo ad eam non admiſſa ſum. Eun. 1, 2, 17. *Conf. eiusd.* Heaut. 3, 1, 99. *et* 3, 2, 43. Plaut. Truc. 2, 2, 24 Is nunc dicitur venturus peregre, eo nunc commenta eſt dolum, peperiſſe ſimulat ſeſe, vt, *etc.* Eo vt, *i. Ideo, vel Ob id.* Cic. Fam. 16, 1 Marionem ad te eo miſi, vt aut tecum ad me quamprimum veniret. Idem 13, 70 Haec ad te eo pluribus ſcripſi, vt intelligeres, *etc.* *Conf.* Liu. 3, 71. *et* 23, 19. Plaut. Aſin. 5, 1, 16 Ea res me male habet: ac non eo quin tibi non cupiam quae velis. Plaut. Trin. 2, 2, 60 Non eo hoc dico, quin quae tu vis ego velim et faciam lubens. Ter. Heaut. 3, 2, 43 Neque eo nunc dico quod quidquam illum ſenſerim. Cic. pro Quint. 5 Non eo dico, quo mihi veniat in dubium. Plaut. Aul. 2, 2, 63 Eo dico, ne me theſaurum reperiſſe cenſeas. Eo fit, quia Ter. Heaut. 3, 1, 99. Cic. de Fin. 5, 23 Eo ſeparanda fuit ab hac diſputatione quia iſta animi, *etc.* Eo fit, vt Hor. Serm. 1, 6, 89. *In his omnibus idem eſt, quod* ob id, propterea. ¶ 4 *Cum Comparatiuis frequenter iungitur* Cic. Att. 11, 11 Eo grauior eſt dolor, quo culpa maior. *Conf.* 8, 15. *et* pro Roſc. Am. c. 30. Id. Fam. 7, 7 Eo fuit mirabilius, quod ab eo non exſpectabatur. Suet. de Clar. Gram. c. 20 Nec eo ſecius plurimos docuit: fuitque familiariſſimus Ouidio Poëtae. Plaut. Aul. 2, 8, 5 Atque eo fuerunt cariora, aes non erat. Idem Poen. 4, 2, 60 Tu autem ſi quid tu adiuuas, eo facilius facere poteſt. Eo magis Plaut. Trin. 2, 1, 36. *et* Nep. 18, 4, 2. Cic. Att. 2, . . Quanto enim magis appropinquare aduerſarius coepit, eo tibi celerius agendum erat. Cic. de Amicit. 8 Meminiſti enim profecto (vt opinor) Attice, et eo magis quod P. Sulpicio vtebare multum. Cic. Att. 3, . . Ille confidebat, et eo magis, quod, *etc.* Cic. de Amicit. 8 Quonam pacto mortem Africani feras, eoque magis, quod, *etc. i. Praeſertim.* Cic. Verr. 2, 77 Idemque hoc amicis eius et defenſoribus videbatur, atque eo etiam magis quod iſte, *etc.* Cic. Att. 11, 15 Alii capti, alii intercluſi non veniunt in dubium de voluntate, eo minus ſcilicet, quum ſe expedierint. Cic. Fam. 5, 10 De Dionyſio tuo adhuc nihil extrico, et eo minus quod me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hîc refrigerauit. *Add.* Ib. 9, 16. *et* 15, 10. Celſ. 2, 8. Eo peius res adminiſtrata Nep. 9, 1, 2. Eo plus: Cic. Att. 16, 18 Nunc mi Capito, eo plus apud hominem facillimum atque humaniſſimum Plancum enitere, *etc.* Plus eo Ter. Hec. 3, 4, 7. Idem Heaut. 1, 1, 11 Aut quid quaeris? annos ſexaginta natus es, aut plus eo vt coniicio. Cic. Tuſc. 2, 57 Baliſtae lapidum et reliqua tormenta telorum eo grauiores emiſſiones habent, quo ſunt contenta atque adducta vehementius. ¶ 5 *Peculiare eſt* Eo ad, dum: *pro Donec.* Apul. Apol. p. 318, 14 Variis fruſtrationibus nuptias eludit eo ad, dum auus fato conceſſit.

EODEM, *pro Ad eundem locum.* Caeſ. B. G. 5, 49 In ſiluas paludesque confugiunt, ſuaque eodem conferunt. Eodem vos pono Plaut. Curc. 4, 2, 20. Eodem vnde erat profectus ſe recepit Nep. 13, 3, 4. Eodem, pro Indidem Scribon. 153. Eodem loci: *i. In ipſo loco.* Plin. Paneg. 1, 5 Quippe inter aras et altaria, eodemque loci, quem deus ille tam manifeſtus ac praeſens, quam caelum ac ſidera inſedit. Suet. in Calig. c. 53 Pronuntiatio quoque et vox, vt neque eodem loci prae ardore conſiſteret, et exaudiretur a procul ſtantibus. *Metaph.* Cic. Att. 1, 10 Res eodem loci eſt, quo reliquiſti, *i. eodem ſtatu.* Liu. 1, 50 Haec atque alia eodem pertinentia.

EONE, *interrog. pro Ideone.* Ter. Eun. 3, 1, 25 Eone es ferox, quia habes imperium in beluas?

EOQVE, *pro Ideoque.* Paterc. 2, 60, 5. *et* 67, 3.

EOVSQVE. [ἐπὶ τοσῦτο] *Donec.* Val. Max. 1, 7 *vbi de Cyro*, Natam vitem eousque creuiſſe, donec cunctas dominationis ſuae partes inumbraret. Columel. 6, 6 Tum concitate agitur pecus eousque dum anhelet. *Add.* 4, 24. Hirt. de B. Afr. 56 Caeſar brachiis perfectis, promotisque eousque, vt ex oppido abiici non poſſet, *etc.* *Conf.* Tacit. 3, 13, 3.

EO, is, iui *et* ii, itum, ire. [ἵημι, εἶμι, πορεύομαι, μολέω, ἰδεύω] *Progredi pedibus vel ſuis vel alienis.* Vlpian. l. 7 de ſeruit. praed. ruſt. Qui ſella aut lectica vehitur, ire, non agere dicitur. Martial. 6, 10 Et Capitolinas itque reditque vias, *de Domitiano. Iungitur Aduerbiis, vt* Aduorſum ire patrice, magnifice, amice Plaut. Caſin. 3, 6, 5. Altius ibunt, qui ad ſumma nitentur Quinctil. in prooem. 1. Celeriter iſti et rediſti Cic. Philipp. 2, 78. Diſſimulanter huc illuc Ouid. Epiſt. 20, 130. Leniter Idem Amor. 1, 6, 7. Melius, *vid.* Melius *in* BONVS. Ouid. Epiſt. 15, 99 Si tam certus eras hinc ire, Modeſtius iſſes obuiam Plaut. Moſtell. 3, 1, 9. Nep. 1, 4, 8. Brut. ad Cic. Fam. 11, 13 Ille enim it Paſſim, ego ordinatim. ¶ 2 *Ablatiui:* Gradibus grandibus Plaut. Epid. 1, 1, 11. Suſpenſo gradu Ter. Phorm. 5, 6, 27. *Metaph.* Cic. Q. Fratr. 3, 3 Quare neque ego impediri Ciceronis iter, atque illam diſciplinam volo, et ipſe puer magis illo declamatorio genere duci et delectari videtur. In quo quoniam ipſi quoque fuimus, patiamur illum ire noſtris itineribus; eodem enim peruenturum eſſe confidimus. Virg. Aen. 2, 254 Et iam Argiua phalanx inſtructis Nauibus ibat. Cic. Att. 10, . . Nauigio eſſe te iturum trans mare credere non poſſum. Lucan. 2, 223 Hoc Ordine belli Ibitur. Plaut. Stich. 2, 1, 20 Nam Pedibus ire non queo. Cic. Philipp. 13, . . Si me rectis ſenſibus euntem dii immortales, vt ſpero, adiuuerint. *Datiuus eſt* Subſidio ire alicui Nep. 17, 8, 2. ¶ 3 *Accuſatiui:* Virg. Ecl. 1, 65 Sitientes ibimus Afros, *pro* ad Afros. Plaut. Rud. Prol. 43 Adoleſcens quidam ciuis huius Atticus, eam vidit ire e ludo fidicinio Domum. Infitias ire, *eſt Negare* Plaut. Men. 2, 3, 45. Ter. Adel. 3, 2, 48 Hoc reliquum eſt, ſi infitias ibit, teſtis mecum eſt annulus, quem amiſerat. Quinctil. 7, 1 Neque infitias eo quaedam eſſe, quae demonſtrari poſſint. Virg. Aen. 3, 254 Ibitis Italiam, portusque intrare licebit. Laodiceam Cic. Fam. 3, 6. Vias ignotas Valer. Argon. 4, 571. Viam longam Virg. Aen. 4, 467. ¶ 4 *Praepoſitiones:* Cum exercitu ire Nep. 17, 3, 5. Plaut. Amph. 1, 1, 174 Laſſus ſum hercle e naui vt vectus huc ſum, etiam nunc nauſeo, vix incedo inanis, ne ire poſſe cum onere exiſtimes. Cic. Verr. 1, 63 Miramur ad arma contra iſtum hominem Lampſacenos iſſe! Ter. Eun. 2, 2, 35 Eamus ergo ad coenam, quid ſtas? Ouid. Faſt. 4, 167 Semuſtamque facem vigilata nocte viator Ponet, et ad ſolitum ruſticus ibit opus. Ad ſaga Cic. Philipp. 6, 10. Ibam ad te Ter. Andr. 3, 4, 1. Ad tonſorem Plaut. Aſin. 2, 3, 14. ¶ 5 *Frequens in primis eſt vſus cum* In. Quinctil. 9, 2 Qui aliquando fortiter fecerat, et alio bello pelierat, vt militia vacaret ex lege, quod quinquagenarius eſſet, aduerſante filio ire in Aciem coactus deſeruit. *Aliter.* Tacit. Hiſt. 2, 46 Ire in Aciem, excitare partium fortunam furore quodam, et inſtinctu flagrabant. Ire in Alia omnia, *dicuntur Senatores, cum indicant, ſe eſſe diuerſae ab illo, quem ſic relinquunt, ſententiae.* Cic. Fam. 1, 2 De tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. *De eadem re* Cic. Fam. 10, 12 Eo autem die magna mihi fuit pro tua dignitate contentio cum Seruilio, qui quum gratia effeciſſet, vt ſua ſententia prima pronuntiaretur, frequens eum ſenatus reliquit, et in alia omnia diſceſſit: meaeque ſententiae, quae ſecunda pronuntiata erat, quum frequens aſſentiretur ſenatus, *etc.* Caeſ. B. G. 8, 53 Sententiisque dictis, diſceſſionem faciente Marcello, ſenatus frequens in alia omnia tranſiit. *Nempe quum diſceſſio facienda eſſet, miniſter publicus praeibat, quum ita diceret*, Qui hoc cenſetis illuc tranſite, qui alia omnia in hanc partem, Feſtus *V.* Qui hoc. *Add.* Plin. Epiſt. 8, 14 *vbi plenius de tota re diſputatur: et p. p.* Ire in Sententiam. Ire in aliquem, *pro Irruere* Ouid. Faſt. 5, 713. Virg. Aen. 9, 424. Plin. 18, 17 Si in Articulum ſeges ire incoeperit. Ouid. Epiſt. 10, 121 Spiritus infelix peregrinas ibit in Auras. Ire in Bona alterius iubet Praetor, in principio l. 2 D. Quib. ex cauſ. in poſſ. eat. Ire in Colloquium ad Celtiberos Liu. 34, 19. Ire in Conſilium iudices *dicuntur, quum ſententias ferre* incipiunt. Cic. pro Cluent. 74 c. 20 In conſilium ituri iudices triginta duo, ſententiis decem et ſex abſolutio confici poterat. In corpus ire, *i. Pingueſcere.* Quinctil. 2, 10, 5 Themata iuuenibus pertractare permittemus, vt exſpatientur, et gaudeânt materia, et quaſi in Corpus eant. *Vid. Burman.* p. 163. Ire in Creditum, *i. mutuum contrahere: debitorem fieri* Africanus in l. 19 tutor. §. 5 quum haberes D. ad Senatusc. Velleian. Plaut. Aſin. 5, 2, 41 Ite domum. PH. da ſuauium etiam prius quam abis. C. i in Crucem. Cic. pro Flacc. 49 Frater meus pro ſua aequitate prudentiaque decreuit: vt ſi iudicatum negaret, in duplum iret, *quod hanc videtur habere ſententiam, vt is, qui de re iudicata denuo iudicium ſibi dari poſtularet, is hac lege audiretur, vt, ſi denuo cauſa caderet, duplum eius quod intereſſet, ſolueret.* Tacit. . . . Neque interfectus in exemplum ibit. *In eodem ſenſu* Ouid. Triſt. 5, 3, 27 Si fas eſt exemplis ire deorum. Cic. Att. 10, 16 Vnum illud firmiſſime aſſeuerabat, ſi damnati reſtituerentur, in Exilium ſe iturum. Ire in faſtidium, *pro Incipere haberi faſtidio* Sen. de Benef. 1, . . Cic. Att. 2, 7 Equidem antequam legi tuas literas, in Hominem ire cupiebam, *i. inuadere, inceſſere Clodium in concionibus, in Senatu, illum exagitare. Vt nempe* Ire in hoſtem Stat. Theb. 10, 258. Vict. de Viris illuſtr. c. 72 Decium Praetorem tranſeunte ipſo, ſedentem iuſſit aſſurgere, eique veſtem ſcidit, ſellam concidit, ne quis ad eum in Ius iret. In ius eamus Ter. Phorm. 5, 8, 88. *Nota forma. Vid. Briſſon. de Formul. 5 pr.* Stat. Theb. 11, 193 Ibant in Lacrimas, veluti quum vere reuerſo Biſtoniae tepuere niues: *i. flere denuo incipiebant, ex* Virg. Aen. 4, 413. Ouid. Faſt. 6, 89 Dixit, et in Litem ſtudio certaminis iſſent. I in Malam rem Plaut. Poen. 1, 2, 59. Plaut. Trin. 3, 3, 4 Namque hercle honeſte fieri ferme non poteſt, vt eam perpetiar ire in Matrimonium ſine dote. Tacit. Ann. 12, 68 Crebroque vulgabat ire in Melius valetudinem principis, quo miles bona in ſpe ageret. *Conf.* Cic. Att. 14, 15. Ter. Phorm. 4, 4, 15 Noui caeterum quum argentum repetent, noſtra cauſa ſcilicet in Neruum potius ibit, *i. in vincula, carcerem.*

carcerem. Plaut. Mil. 3, 3, 6 Stultitia magna atque inſipientia, non fallacia haec ſit, me ire in Opus alienum, aut tibi meam operam pollicitari. Ire in Orbem, *vid.* ORBIS. Valer. Argon. 7, 294 Vix animos, dextramque tenens, quin ipſa loquentis Iret in Ora deae: tanta pudor aeſtuat ira. *i. irrueret infeſtis manibus.* Plin. Epiſt. 8, 14 Lex — ita ſeceſſionem fieri iubet. Qui haec ſentitis, in hanc Partem: qui alia omnia, in illam partem ite, qua ſentitis. *Vid. p. a.* Ire in Alia omnia. Ouid. Met. 6, 200 Ibimus in Poenas, et qua vocat ira, ſequemur. Cic. Verr. 1, 125 Dicebat iſte, niſi cum muliere decideretur, in Poſſeſſionem ſe ire iuſſurum, *Praetoris decretum.* Ouid. de Rem. Amor. 482 In mea Therſites Regna licebit, eat. In Rixam non ibimus Quinctil. 6, 4, 13. Ouid. Faſt. 6, 526 Et furiis in Scelus iſſe pudet. Plin. Paneg. c. 55 Ibit in Saecula fuiſſe principem, cui florenti et incolumi, numquam niſi modici honores, ſaepius nulli decernerentur. Sil. 12, 311 — Factoque in Saecula ituro. Claud. Conſ. Mall. Theod. 115 — Ibant in Saecula libri. *Vid. ibi Barthium. p. 120.* Ire in Sententiam alicuius, *vel* Pedibus ire in Sententiam, *eſt Alterius ſententiae, non verbo, ſed corpore accedere.* Liu. 1, 32. *et* 5, 9. Idem 7, 35 *Decius ad milites*, Quibus eadem placebunt, in dextram partem taciti tranſibitis, quae maior pars erit, eo ſtabitur conſilio. *Deinde in fine*, Quibus haec ſalutaria videntur, agite dum in dextram partem pedibus tranſite. *Addit Liuius*, omnes tranſierunt. Cic. Philipp. 11, . . Dixit tamen, ſi quis eorum, qui poſt ſe rogati eſſent, grauiorem ſententiam dixiſſet, in eam ſe iturum. Quinct. decl. 14, 6 p. 246 Pedibus Manibus iuimus in ſententiam neceſſitatis. *Conf.* Lipſ. ad Tac. Hiſt. 4, 4. Gell. 3, 18. *et p. a.* Ire in Alia. Plin. 26, 8 Datur et in Somnum euntibus. Ire in Subſidium Cic. Att. 8, 7. *Item* Subſidio Caeſ. B. G. 7, . . *et* Nep. 1, 8, 2. Flor. 2, 4, 2 Alpina corpora — habent quiddam ſimile niuibus ſuis: quae mox vt caluere pugna ſtatim in Sudorem eunt. Plin. 18, 6 Quum in Suffragium tribus oporteret ire. Lucan. 8, 88 O vtinam in Thalamos inuiſi Caeſaris iſſem. Plaut. Pſeud. 4, 2, 84 Noctu in Vigiliam quando ibat miles, tum tu ibas ſimul? ¶ 6 *Etiam frequens eſt cum Praepoſitione* Per *conſtructio.* Liu. 42, 36 Neminem eorum per Italiam ire liciturum. Ouid. Met. 14, 591 — Satis eſt inamabile regnum Adſpexiſſe ſemel, Stygios ſemel iſſe per Amneis. Ouid. ad Liuiam 413 Perque Annos diuturnus eas fratriſque tuosque. Hor. Serm. 2, 1, 19 Verba per attentam non ibunt Caeſaris Aurem. Ibit per Gladios, (hei mihi) noſter amor Ouid. Epiſt. 17, 246. Quinctil. 4, 2 Tanquam neceſſe ſit longam, aut breuem eſſe expoſitionem: nec liceat ire per Medium. Ouid. de Arte Am. 2, 46 Belaque per turpes longius iſſe Moras. Per ſingulas cauſarum iudicialium Partes Quinctil. 7, 2. Per omnes et Perſonas et Affectus Comoediam ire Quinctil. 1, 8. Per omnes rerum Species artes eunt Quinctil. 2, 5. Sub amplexus alicuius Ouid. Epiſt. 16, 94. Sub furcam Hor. Serm. 2, 7, 66. Comitem alicui ire in Lucan. 9, . . Ouid. de Arte Am. 3, 17 Reſpice Phyllaciden, et quae comes iſſe marito Fertur. Virg. Aen. 2, 547 — et nuntius ibis Pelidae genitori. ¶ 7 *Aliorum verborum Supinis iunctum, facit periphraſin Futuri, certe conſilium faciendi ſignificat.* Ire Arceſſitum Ter. Eun. 5, 2, 53. Plaut. Bacch. 3, 6, 36 Occiperes tute amare, et me (*pro* mihi *vel* mi) ires Conſultum male? Plaut. Ciſt. 1, 1, 39 Suas pellices eſſe aiunt, eunt Depreſſum, quia nos ſumus libertinae: *meretrix loquitur de matronis.* Plaut. Poen. 3, 1, 9 Siccine oportet ire amicos homini amanti operam datum? . *Sic paſſiue* Iri. Ter. Andr. 1, 2, 6 Poſtquam audierat non datum iri filio vxorem ſuo: *ex quo et ſimilibus intelligitur ratio, cur periphraſi Futuri Paſſiui adhibeatur. Alia damus* n. 11. Ire Dormitum Plaut. Curc. 4, 3, 23. *Sic*, Ire cubitum Cic. pro Roſc. Amer. 64. Ire Ereptum aliena bona Plaut. Perſ. 1, 1, 12. *Add.* Plin. Pan. 35, 3. Plaut. Ciſt. 1, 1, 4 Tu atque haec, ſoror ſi mea eſſes, qui mihi magis potueritis ire honorem Habitum neſcio. Tac. An. 13, 17 Tradunt — ſcriptores, — Illuſum iſſe pueritiae Britannici Neronem. Gell. 14, 6 Meae noctes, quas Inſtructum Ornatumque iſti. Plaut. Caſin. Prol. 86 Argentum ſi quis dederit, vltro ibit Nuptum, non manebit auſpices. Plaut. Mil. 3, 1, 26 Mihique amanti ire Opitulatum. Idem Bacch. 5, 2, 52 Vt iſtuc delictum deſiſtas tantopere ire Oppugnatum. Sall. Iug. 31, 27 Ne ignoſcendo malis bonos Perditum eatis. *Conf.* Id. Cat. 52, 12. Liu. 32, . Neu pertinacia ſua gentem vniuerſam Perditum iret. Cur te is Perditum? Ter. Andr. 1, 1, 107. Tu tibi laudem is Quaeſitum Id. Heaut. 2, 3, 74. Gell. 3, 2, 12 Mulierem lege non eſſe vſurpatam, quae — Vſurpatum iſſet. ¶ 8 *Formulae, in quibus Metaphorice verbum hoc vſurpatur.* Eunt Anni more fluentis aquae Ouid. Art. Am. 3, 62. *Conf.* Hor. Epiſt. 2, 2, 55. Plaut. Pſeud. 1, 3, 12 It Dies: ego mihi ceſſo: i prae puere. Plaut. Caſin. 2, 8, 74 Pulchre praeuortar viros, noſtro omine it Dies iam, victi vicimus. Virg. Aen. 8, 726 Euphrates ibat iam mollior vndis. Plaut. Poen. 3, 3, 70 Bonam dediſtis mihi operam. L. it ad me Lucrum. Virg. Georg. 1, 433 *de Luna*, Pura, nec obtuſis per caelum cornibus ibit. Liu. Praef. Labente deinde paullatim diſciplina, velut deſidentes primo Mores ſequatur animo: deinde vt magis magiſque lapſi ſint; tum ire coeperint praecipites, donec, *etc.* Stat. Achill. 2, 2, 454 Iamque per Aegeos ibat Laërtia fluctus Puppis. Res it, *pro Succedit.* De Attica, optime it. Cic. Att. 12, 24 *extr.* Id. Att. 14, 22 Dolabellae et prima illa actio, et haec contra Antonium concio, mihi profeciſſe permultum videtur, prorſus ibat res. Ibid. 15, 8 Incipit res melius ire, quam putaram. *Sic* Sen. Epiſt. 5 Miror iſta ſic ire. Ouid. Amor. 3, 10, 33 Seminaque in latos ierant aequaliter agros. ¶ 9 *Ad coniugandi praeſertim rationem, iſta obſeruamus:* I tu hinc quo dignus es, quam paene tua me perdidit proteruitas Ter. Heaut. 4, 6, 10. Plaut. Amph. 1, 3, 3 Mihi neceſſe eſt ire hinc. I nunc, *et* Ite nunc *formula increpantium.* Virg. Aen. 7, 425 I nunc ingratis offer te irriſe periclis. Iuuen. Sat. 12, 57 I nunc et ventis animam committe. Sen. Medea 650 Ite nunc fortes, perarate pontum. Petron. c. 115 Ite nunc mortales et magnis cogitationibus pectora implete, ite cauti, *etc. Vid. quos laudant Pithoeus et Burm. ad* Petron. p. 534. *Heinſ. ad* Ouid. Am. 3, 3, 1. I prae, *pro Praei.* Plaut. Curc. 4, 2, 1. *Sic* Ter. Andr. 1, 1, 144 Eamus iam nunc intro. SI. I prae, ſequar. Plaut. Aul. 1, 2, 41 Nunc quo profectus ſum ibo, poſtidem domum me rurſum quantum potero, tantum recipiam. Plaut. Epid. 1, 1, 73 Abi a me in malam rem maximam cum iſthac conditione. F. i. ſane ſi quid feſtinas magis. Stat. Silu. 4, 4, 61 Forſitan Auſonias ibis frenare cohortes. Ter. Phorm. 1, 2, 53 Voltisne eamus viſere? Ter. Ad. 5, 3, 35 Iſtuc ibam. *i. de ea re dicturus eram. Et* 4, 2, 41 Ibit ad illud illico, quo maxime apud te ſe valere ſentiet. Ire *pro Venire.* Ter. Adel. 4, 3, 7 Quaeſo vt vna mecum ad matrem virginis eas. Idem Adel. 3, 3, 7 Sed eccum Syrum ire video. *Vid.* Donat. Virg. Aen. 2, 375 — Vos celſis nunc primum a nauibus itis. *Vid.* Seru. Idem Aen. 6, 392. Sen. Med. 684. Stat. Theb. 7, 229. Plaut. Ciſt. 5, 2, 3 Here vnde is? Ex Senatu. It *contracte pro* iit *i.* iuit Sil. 3, 228 Nec vnquam Saeuior ît trucibus tempeſtas acta procellis. Ire inter funebria verba *refert* Donatus *ad* Ter. Andr. 1, 1, 90 Effertur, imus. Ire *pro Eſſe.* Curt. 4, 14, 25 Ite alacres et ſpe pleni. Sen. Herc. Oet. 282 Non ibo inulta. Claud. de Conſ. Honor. 4, 109 Quî vindicet ibit. *i. Erit.* ¶ 10 *Etiam Paſſiuae formae eſt.* Itur *Imperſ.* Virg. Aen. 6, 179 Itur in antiquam Siluam. Ter. Andr. 1, 5, 16 Ea quoniam nemini obtrudi poteſt, itur ad me. Virg. Aen. 9, 641 — Sic itur ad aſtra. *Conf.* Sen. Epiſt. 73. Plaut. Pſeud. . . Aeternas itur in vsque moras Claud. ad Probin. 6. Illuc publice itur Vlpian. in l. 2 D. Ne quid in loc. public. Ibitur Plaut. Truc. 3, 1, 21. Idem Trin. 2, 4, 177. Cic. Q. Fratr. 2, . . Ibatur in eam ſententiam: quum Clodius rogatus diem dicendo eximere coepit. Eatur Sen. Medea 7. Idem Thyeſt. 5. Iretur: Papinian. in l. Pupill. D. de fideiuſſ. tuto. Iudice defuncto, prius quam ad eum iretur. Iri: Cic. Att. 2, 1 p. 173 Graeu. Item ante non eſſe itum obuiam, ne tum quidem, quum iri maxime debuit. ¶ 11 *Frequens in primis vſus eſt cum Supinis prioribus, de quibus* n. 7. Cic. de Inu. 2, 27 c. 8 Quod ſi id concedatur, illud non conceſſum iri. *i. non futurum, vt concedatur.* Ter. Hec. Prol. 40 Cum interea rumor venit, Datum iri gladiatores. Metell. ad Cic. Fam. 5, 1 Exiſtimaram — neque me abſentem ludibrio Laeſum iri, nec Metellum fratrem — per te Oppugnatum iri. *Conf. reſponſio* Ciceronis epiſtola proxima. Cic. Diu. 1, 68 c. 32 Madefactum iri Graeciam ſanguine. Lactant. 1, 6, 13 *de Sibylla Erythraea*, Quae et nomen ſuum verum carmini inſeruit, et Erythraeam ſe Nominatum iri praelocuta eſt, quum eſſet orta Babylone. *Sed al.* Se nominat, vbi praelocuta eſt. Scaeuola in l. Reſpic. D. Si certum petatur, Reſpiciendum enim eſt, an (quantum in natura hominum ſit) poſſit ſciri eam debitum iri. Datuiri, *pro* Datum iri, *et ſimilia in Pandectis Florentinis, de quibus Anton. Auguſtinus Emendd. 2, 2, p. 111 ſq. videntur eſſe a librariis. Cum Nominat.* Quinctil. 9, 2, 88 Reus videbatur damnatum iri. *Rarius loquendi genus, ſed antiquum, quod illuſtrabimus loco* Gellii, *licet paullo longiore*, 10, 14 Audio, *illi iniuriam factum iri;* audio, contumeliam *dictum iri* — Sed *contumelia illi*, vel *iniuria factum itur*, paullo eſt remotius. Exemplum igitur ponemus. M. Cato pro ſe contra C. Caſſium, *Atque euenit ita, Quirites, vti in hac contumelia, quae mihi per huiusce petulantiam factum itur, rei quoque publicae* — miſerear. Sicut autem *contumeliam factum iri* ſignificat, iri ad contumeliam faciendam, id eſt, operam dari, quo fiat contumelia; ita *contumelia mihi factum itur*, caſu tantum immutato, idem dicit. *Haec Gellius.* Plaut. Rud. 4, 7, 16 Mihi iſtaec videtur praeda praedatum irier. *Senſus eſt, iſte vidulus, quem tu praedam putas, damno tibi erit. Haec ſententia exorietur, ſi vel cum Boxhornio emendes*, Iſtac praeda, *Ablatiuo Caſu:* . Iſtac praeda itur (*it aliquis*) praedatum: *vel cum Salmaſio* irier *dicas deponentialiter ſumi pro* ire, *vt* itur *in XII tabulis pro* it, ſitur, poteſtur *pro* ſit, poteſt. *Firmari poteſt haec poſterior ratio loco* Naeuii *apud* Feſtum *voce* Rutabulum, Vel quae ſperat ſe nupturam iri aduleſcentulo. *Sic certe editur.* Nupturam iri, *h. e.* ire, *idem eſt quod* nuptum ire. ¶ 12 *Tempora alia:* Viae eundae et vitandae Claud. in Eutrop. 2, 420. Itum eſt: Ouid. Met. 1, 138 Nec tantum ſegetes, alimentaque debita diues Poſcebatur humus: ſed itum eſt in viſcera terrae. Ad Arma itum eſt Paterc. 2, 48, 2. Celſ. in l. Nam ſatis eſt, fundi nomine itum eſſe D. Quemadm. ſeruit. amit. Vlpian. in l. 1 §. 1 D. Si a parent. quis manum. fuerit. ¶ 13 *In Codd. MS. confunditur* It *cum* Et, Iſſe *cum* Eſſe *etc. vid. Drakenborch. ad* Sil. 2, 521. *et* 15, 151. *Burm. ad* Calpurn. Ecl. 2, 99.

IENS, euntis. Partic. [ὁδευόμενος] Plaut. Mil. 3, 1, 81 Deûm virtute euntem hoſpitio accipere, apud me eſt comitas. Stat. Theb. 5, 483 Proſequimur viſu, donec laſſauit euntes Lux oculos. Incidere eunti et euntem, *vid.* INCIDO. Cic. Att. 1, 16 Neapoli apud Laetum ante diem IIII. Calend. Maii, iens in Pompeianum bene mane haec ſcripſi, Anni euntes. Hor. Epiſt. 2, 2, 55. Verſiculi mollius euntes Idem Serm. 1, 10, 58. Virg. Aen. 2, 111 Terruit auſter euntes, *i. nauigantes. Add.* Id. Aen. 5, 607 Ventos adſpirat eunti.

ITŪRUS, a, um. Partic. [πορευσόμενος] Cic. Verr. 1, 50 De te in conſilium iturum putaſti.

ITUS, ûs. m. [βάδισμα] Cic. Att. 12, 5 Quis porro noſter itus, reditus, vultus, inceſſus inter iſtos? Suet. in Tiber. c. 38. *et* Nonius 2, 419. Vitr. 10, 3.

ITIO, ōnis. f. [βάδισις] Ter. Phorm. 5, 8, 24 Haeccine erant itiones crebrae, et manſiones diutinae Lemni? Cic. Att. 11, 10 De obuiam itione ita faciam, vt ſuades. Id. 13, 50. Cic. de Diuin. 1, 68 Fugientibus miſerabilem reſpectum incendiorum fore, ſed Rhodiorum claſſi propinquum reditum, ac domum itionem dari.

ĬTO, āre. [φοιτάω] *Frequenter ire.* Sueton. de Clar. Rhet. c. 1 Maiores noſtri qui liberos ſuos diſcere, et quos in ludos itare vellent, inſtituerunt. Cic. Fam. 9, 24 Te ad coenas itare deſiſſe moleſte fero. *Conf.* Plin. 9, 8. *et* Plaut. Moſt. 1, 2, 48.

ITĬTO, āre. *Aliud* Frequent. Exequias ititare Naeuii *eſſe dicitur: ſed Putſchianus et Gothofredianus Indices negant.*

E O N

EŌNE, es. f. *Arbor.* Plin. 13, 22 ſ. 39 Alexander Cornelius arborem eonem appellauit, ex qua facta eſſet Argo, ſimilem robori viſcum ferenti, quae nec aqua, nec igni poſſet corrumpi, ſicuti nec viſcum, nulli alii cognitam, quod equidem ſciam. *Ita ſine varietatis nota Hard. Poteſt igitur dubitari, an forte prima poſitio* Eon *fuerit.*

E O S

ĒOS, is, i, a. *ſi per* η. ĔOS *ſi per* ε. *Vid. Voſſ.* [Ἠὼς et Ἕως] *Aurora.* Ouid. Faſt. 3, 877 Tres vbi luciferos veniens praemiſerit Eos. Idem Faſt. 4, 389 Proxima victricem quum Romam inſpexerit Eos.

EŌUS, a, um. Adi. [Ἠῷος ſ. ἑῷος] *Orientalis, primam habet indifferentem, quia interdum per* η *ſcribitur, interdum per* ε *pſilon.* Virg. Aen. 3, 533 Portus

tus ab Eoo fluctu curuatus in arcum. Lucan. 4, 352 Tradimus Heſperias gentes, aperimus Eoas. Propert. 2, 3, 44 Siue illam Heſperiis, ſiue illam oſtendet Eois: Vret et Eoos, vret et Heſperios. Idem 3, 12, 15. Caelum Ouid. Met. 3, 197. Virg. Aen. 2, 417 Confligunt Zephyruſque Notuſque, et laetus Eois Eurus equis. *Vbi Seruius:* Nam Eurus ab Oriente flat. Propert. 1, 16, 24 Frigidaque Eoo me dolet aura Gelu. Indi Ouid. Am. 2, 6, 1. Mare Tibul. 2, 2, 16. Opes Ouid. de Arte Am. 1, 202. Orbis Ouid. Faſt. 3, 466. Partes Ouid. Faſt. 1, 140. ¶ 2 *Subſtantiue ſic vocatur vnus ex equis Solis: quaſi Lucifer ac orientalis, quod mane aſſurgens orbem illuminet.* Ouid. Met. 2, 153 Interea volucres Pyrois, Eous, *etc. Itemque Lucifer.* Virg. Georg. 1, 288 Aut quum ſole nouo terras irrorat Eous. *De quo etiam* Cinna in Smyrna *ſic ait,* Te matutinus flentem conſpexit Eous, Et flentem paullo vidit poſt Heſperus idem. *Conf.* Sil. 9, 180. *et* 11, 517.

EOVSQVE, *vid.* EO. Adu.

E P A

EPACTAE, arum. f. *Sic vocantur dies, quibus Lunarem annum excedit Solaris, de quibus* Iſid. 6, 17 Epactas Graeci vocant, Latini adiectiones annuas Lunares, quae per vndenarium numerum vsque ad tricenarium in ſe reſoluuntur (reuoluuntur *et ſententia poſtulat, et habent primae editt.*) quas ideo Aegyptii adiiciunt, vt lunaris emenſio rationi ſolis aequetur *etc. Caetera petenda a Chronologis.*

EPAGOGE, es. f. [ἐπαγωγή] *Figura eſt* Rufiniano p. 28 quae fit ex rerum ſimilium collatione vel argumentorum, ſalua tamen ſimilitudine rerum, vt Virgilius, Improuiſum aſpris veluti, qui ſentibus anguem preſſit humi nitens.

EPAGRIS, is. f. [Ἔπαγρις] *Inſula vna ex Cycladibus, quae* notiore nomine Andros appellatur Plin. 4, 12.

EPAMINONDAS, ae. m. [Ἐπαμινώνδας] *Thebanorum dux praeſtantiſſimus,* cum quo Thebanorum gloria et nata eſt et exſtincta, *vt ait inter alia* Iuſtin. 6, 8. *Apud Mantineam cum Lacedaemoniis congreſſus, vicit, et cecidit. Vid.* Cic. Fam. 5, 12. *De illo praeter Nepotem vid. Plutarch. in Paralell. Conf. Aelian. Var. Hiſt. 2, 43. et 13, 42.*

EPANADIPLOSIS, is. f. [ἐπαναδίπλωσις] Figura, quum idem verbum in eadem ſententia, et primum eſt, et extremum. vt, Ante nouis rubeant, quam prata coloribus ante Rufinian. p. 31. Epanalepſis *eſt aliis: figuram certe vicinam valde, ſtatim apparebit. Exempla ſunt* Iuuen. Sat. 14, 138 Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit. Virg. Aen. 1, 754 Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

EPANALEPSIS, is. f. eſt Eorundem verborum ſimul poſitorum, eiusdemque ſententiae poſt multa interiecta, cum aliqua periodi concluſione facta repetitio. vt Virg. Georg. 2, 4 Huc pater ô Lenaee, tuis hic omnia plena Muneribus, *etc.* Huc pater o Lenaee veni. *Haec et plura* Rufinian. p. 30. *Conf.* Auct. ad Herenn. 4 c. 14. Quinctil. 9, 3. *et* Mart. Capell. 5 p. 174.

EPANAPHORA, ae. f. [ἐπαναφορά] Figura eſt, quum ab eodem verbo plures inchoatae ſententiae incipiunt. ut, Virg. Ecl. 10, 42 Hîc gelidi fontes, hîc mollia prata Licori: Hîc nemus, hîc ipſo tecum conſumerer aeuo Rufinian. p. 31. *Conf.* Aen. 4, 369. Latine, *vt monet* Rufinianus, haec figura dicitur Regreſſio.

EPANASTROPHE, es. f. [ἐπαναστροφή] Repetitio: *ſcil.* Cum verbum repetitur in fine praecedentis ſententiae et principio ſequentis. vt Virg. Ecl. 8, 55 — Sit Tityrus Orpheus, Orpheus in Siluis.

EPANODOS, i. f. [ἐπάνοδος] Figura eſt quum duabus breuibus, pluribusue propoſitis, ad ſingularem enarrationem recurritur: vt, Virg. Aen. 2, 434

— Diuellimur inde
Iphitus et Pelias mecum: quorum Iphitus aeuo
Iam grauior.

Rufinian. p. 32.

EPANORTHOSIS, is. f. [ἐπανόρθωσις] Correctio, qua interdum verbum, interdum ſententia tollitur. Rutilio p. 5 *vocatur* μετάνοια. Cic. pro Planc. c. 41. Brunduſium veni, vel potius ad moenia acceſſi. Idem Off. 2 c. 22.

EPANTHEMON, i. n. *Herba, quae et Chamaelaea et Lacteris dicitur. al.* Eupantheon. *Vid.* Apul. de Herb. c. 111.

EPAPHAERESIS, is. f. [ἐπαφαίρεσις] *Repetita ablatio, figura dictionis, in qua ludit* Martial. 8, 52 Facitque longam Detonſis Epaphaereſin capillis.

EPAPHVS, i. m. [Ἔπαφος] *Filius Iouis ex Io vel Iſide.* Ouid. Met. 1, 748 *quum fabulam Iûs enarraſſet, de* Epapho *haec ſubiungit,*

Hinc Epaphus magni genitus de ſemine tandem
Creditur eſſe Iouis, perque vrbes iuncta parenti
Templa tenet.

EPASTVS, a, um. Partic. Paſſ. *ab* Epaſcor, ĕris. *Idem quod Paſtus.* Ouid. in Halieut. 119 Vt Scarus epaſtas ſolus qui ruminat herbas.

EPATARIVS, EPATICVS, *vid.* HEPAR.

E P E

EPENTHESIS, is. f. [ἐπένθεσις] *eſt Appoſitio quaedam literae vel ſyllabae ad mediam dictionem, vt productior fiat vel quantitate, vel vna ſyllaba. Literae vel ſyllabae, vt* Relliquias *pro Reliquias.* Virg. Aen. 1, 30 Induperator, *pro Imperator. Hanc autem alii* Epentheſin, *alii* Parentheſin *vocant. Haec fere* Donat. de Schemat. p. 1772. *Sic* Iuuen. Sat. 10, 138 Mauors *pro* Mars. Virg. Aen. 8, 630. Nauita *pro* Nauta Ouid. Amor. 2, 11, 25. Propert. 2, 1, 43.

EPEVS, i. m. [Ἐπειός] *Troiani equi faber.* Virg. Aen. 2, 264 Et ipſe doli fabricator Epeus. *Conf.* Iuſtin. 20, 2, 1. *Sed coquus etiam.* Varro L. L. 6, 3 p. 73, 25 Plautus Epeum fumificum *vocat* cocum, ab Epeo illo, qui dicitur ad Troiam feciſſe equum Troianum Argiuis, et apte cibum curaſſe: ideo ait Epeum fumificum, qui legioni noſtrae habet coctum cibum.

EPEXEGESIS, is. f. [ἐπεξήγησις] *Appoſitio. Figura Syntaxeos. vt* Vrbs Roma. *Nondum obſeruatum in Latino ſcriptore.*

E P H

EPHALMATOR, *ſ.* EPHELMATOR, ŏris. m. *Saltator.* Firmic. 8, 15 Petaminarius, Ephalmator, orcheſtropalarius. *Vid.* PETAMINARIVS.

EPHEBVS, i. m. [ἔφηβος] *Qui ad pubertatis annos peruenit, quaſi* ἐπὶ ἥβης: *i. ad pubertatem, ſiue, qui eſt prope pubertatem. Vt,* Ephebus factus eſt Nep. 15, 2, 4. *i. ad pubertatem venit.* Ter. Andr. 1, 1, 24 Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis Soſia. Idem Eun. 5, 1, 8 Quis fuit igitur? P. iſte Chaerea. T. qui Chaerea? P. iſte Ephebus frater Phaedriae. *Haec citat* Cic. de Orat. 2, 326 c. 80. Idem pro Flacco 51 c. 21 Quem tu cum ephebum Temni cognoſſes, ſemper nudum eſſe voluiſti. Cic. de Natur. Deor. 1, 79 c. 28 Quotus enim quisque formoſus eſt? Athenis cum eſſem, e gregibus epheborum vix ſinguli reperiebantur. Plaut. Merc. prol. 40 Principio atque animus ephebis aetate exiit. Amans ephebus Hor. Epiſt. 2, 1, 171.

EPHEBIA, ae. f. [ἐφηβία] *Pubertas, i. prima aetas adoleſcentiae. Vid.* Donat. *ad* Ter. Andr. 1, 1, 24. ¶ 2 Vulgat. 2 Maccab. 4, 9 Gymnaſium et Ephebian (ἐφηβίαν) conſtituere, *i. locum, in quo ephebi exerceantur: vid. mox* EPHEBIVM.

EPHEBICVS, a, um. Adi. *Vt,* Ephebica Chlamyda, *i. puerilis* Apul. Mileſ. 10 p. 253.

EPHEBIVM, *vel* EPHEBEVM, i. n. [ἐφηβεῖον] *Pars ea palaeſtrae, in qua ephebi exercebantur.* Vitruu. 5, 11 In duplici porticu collocentur haec membra: ephebium medio, hoc autem eſt exhedra ampliſſima. Plin. 16, 44 ſ. 88 In Proteſilai ſepulcro arbores, quae omnibus aeuis, *etc. Legebatur alias* omnibus ephebiis eius. *Vid. Harduin.* ¶ 2 Ephebia *etiam appellantur,* Ea oſſa, quae a pube vsque ad ilia perueniunt Cael. Aurel. Acut. 3, 17, 140.

EPHEBATVS, a, um. Adi. *Laudatur auctor* Varr. *apud* Non. 2, 552 Ephebatum mulierauit. *Sed lectio corrupta.*

EPHECTOS, i. m. [ἔφεκτος] Septenarius, *Senarii reſpectu vocatur, qui contineat Senarium et vnitatem impoſitam,* ſupra ſex adiecto aſſe, *vt deſcribit* Vitruu. 3, 1.

EPHEDRA, ae. f. *Herba, de qua* Plin. 26, 7 Caucon quae et Ephedra, ab aliis Anabaſis vocata. Naſcitur ventoſo fere tractu, ſcandens arbores, et ex ramis propendens, folio nullo, cirrhis numeroſa, qui ſunt iunci geniculati. *Add.* 26, 13, *vbi etiam* Hippurin *vocat, et plura de ea commemorat.*

EPHELIS, idis. f. [ἐφηλίς] *Tuberculum, ſeu Aſpredo cutis in facie, ex ardore ſolis prognata.* Celſ. 6, 5 Paene ineptiae ſunt curare varos et lenticulas, et ephelidas — Ἐφηλὶς — eſt aſperitas quaedam et durities mali coloris. — Ephelidem tollit reſina, *etc.*

EPHELMATOR, *vid. ſupra* EPHALMATOR.

EPHEMERIS, idis. f. [ἐφημερίς] *Vid.* COMMENTARIVS. *Actuum diurnorum et impenſarum recenſio.* Nep. 25, 13, 6 Scimus — ex ephemeride eum expenſum ſumtui ferre ſolitum. *Conf.* Treb. Pollio *in* Gallien. *extr.* Vopiſc. Probo c. 3. Ouid. Amor. 1, 12, 25 *Memorat,* Ephemeridas In quibus abſumtas fleret auarus opes. Auſon. Ephemerida *vocat illud corpuſculum carminum, quibus diurnos actus complectitur. Vocabatur et* Calendarium *et* Diurnum. Sen. Epiſt. 123 Sic coenas, tanquam Ephemeridas patri approbaturus. Iuuen. Sat. 6, 573 In cuius manibus ceu pinguia ſuccina tritas Cernis ephemeridas. Propert. 3, 22, 20 *deflens tabellas perditas,* Me miſerum, his aliquis rationem ſcribit auarus, Et ponit duras inter ephemeridas. Ouid. Am. 1, 12, 25 Inter ephemeridas melius tabulasque iacerent *cerae, quibus negauit puella,* In quibus abſumtas fleret auarus opes. Cic. pro Quintio 57 c. 18 Diſcedens in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus ſit: ad ephemeridem reuertitur, inuenitur dies profectionis. *Proprie etiam Aſtronomorum eſt* Plin. 29, 1 Ad ſiderum motus ex ephemeride mathematica cibos dando, horasque obſeruando.

EPHEMERON, i. n. *et* Monemeron. *Animal ortum apud Hippanin fluuium apud Boſphorum, apud Ariſtot. Hiſt. Animal. 5, . . et Plutarch. Conſol. ad Apollon.* ἡμερόβιον *appellat* Plin. 11, 36 ſ. 43 eodem *ſcil.* quo natum eſt die moriens. *Vid. Aelian. H. A. 2, 4. et 5, 43. Meminit quoque* Cic. Tuſc. 1, 94 c. 39. ¶ 2 Ephemeron, Genus herbae, folia habens lilii, ſed minora, caulem parem, florem caeruleum, ſemen ſuperuacuum Plin. 25, 13. *Conf.* Scribon. 193. *Dioſc. 4, 83. Al.* Iris ſilueſtris.

EPHESVS, i. f. [Ἔφεσος] Ioniae vrbs, inſignis quondam famae, et Dianae ſpectatiſſimo templo (Plin. 36, 14) tum et clarorum virorum, quorum genitrix fuit, dignitate. Iuſtin. 2, 4, 15 ab Amazonibus conditam *ſcribit, quod ipſum et* Plin. 5, 29 *confirmat.*

EPHESINVS, a, um. Adi. *Vt,* Epheſina mulier Cic. Philipp. 3, . .

EPHESIVS, a, um. Adi. [Ἐφέσιος] Cic. de Diuin. 1, 47 Qua nocte templum Epheſiae Dianae deflagrauit. *Conf.* Plin. 36, 14 Literae Epheſiae, *notulae erant magicae et ſuperſtitioſae, quibus vtentes in omni negotio victores euaſuros ſeſe non dubitabant. Vid. viri docti ad Act. 19, 19. Clem. Alex. Strom. 5. et Athenaeus 12. Conf. Kircher. Oed. Tom. 2 p. 469 ſq. Cuper. de Conſecr. Hom. p. 270.* Minium Epheſium Plin. 33, 7. Vinum Idem 14, 8.

EPHESIA, ae. f. *Herba: vel Artemiſia, vel Ariſtolochia,* Apul. de Herb. c. 10 *et* 19.

EPHIALTES, ae. m. [Ἐφιάλτης] *Hic et* Oetus, Neptuni filii, nouem digitis ſingulis creſcebant menſibus, qua freti altitudine caelum voluerunt euertere: ſed confixi ſunt ſagittis Apollinis et Dianae. Seru. *ad* Virgil. Georg. 1, 282. Idem Cul. 235 Nam vinctus ſedet immanis ſerpentibus Otos Deuictum moeſtus procul adſpiciens Ephialten. *Vid.* ALOEVS. ¶ 2 *Eſt etiam appellatiuum nomen* Ephialtes, *Incubus, quaſi dicas Inſultor.* Macrob. Somn. Scip. 1, 3 Phantaſma, *h. e.* Viſum, quum inter vigiliam et adultam quietem, in quadam (vt aiunt) prima ſomni nebula adhuc vigilare ſe exiſtimans, qui dormire vix coepit, adſpicere videtur irruentes in ſe, vel paſſim vagantes formas, a natura ſeu magnitudine, ſeu ſpecie diſcrepantes, variasque tempeſtates rerum vel laetas, vel turbulentas. In hoc genere eſt Ephialtes, quem publica perſuaſio quieſcentes opinatur inuadere, et pondere ſuo preſſos ac ſentientes grauare. *Ponemus etiam locum* Caelii Aurel. Chron. 1, 3, 54 ſq. *licet paullo longiorem:* Incubonem aliqui ab hominis forma, vel ſimilitudine nomen ducere dixerunt: aliqui a phantaſia, qua patientes afficiuntur: ſiquidem velut aſcendere atque inſidere ſuo pectori ſentiunt quidquam. Themiſon — πνιγαλίωνα vocauit, ſiquidem praefocat aegrotantes. Quidam veteres ἐφιάλτην vocauerunt, alii ἐπιβόλην — Afficit crapula, vel indigeſtione iugi vexatos. Accidens ſemel — minime paſſio dici poteſt. — Eſt autem ſupra dicta paſſio Epilepſiae tentatio. Nam quod neque Deus, neque Semideus, neque Cupido ſit, libris cauſarum — Soranus explicauit. Iſta igitur paſſione poſſeſſos ſequitur corporis tardiſſimus motus, atque torpor, et magis per ſomnium gra-

vedo

vedo atque preſſura, et veluti praefocatio, qua ſibi quemquam irruiſſe repente exiſtimant, qui ſenſibus oppreſſis corpus exanimet, neque clamare permittat. Quo fit, vt ſaepe erumpentes non articulata, ſed confuſa voce exclament. Quidam denique ita inanibus adficiuntur viſis, vt et ſe videre credant irruentem ſibi, et vſum turpiſſimae libidinis perſuadentem, *etc.* *Longius enim et morbum et curationem perſequitur. Huc referas locum* Auguſtin. de Ciuit. Dei 15, 23 Et quoniam creberrima fama eſt, multique ſe expertos, vel ab eis, qui experti eſſent, de quorum fide dubitandum non eſt, audiſſe confirmant, Siluanos et Faunos, quos vulgo Incubos vocant, improbos ſaepe extitiſſe mulieribus, et earum appetiſſe ac peregiſſe concubitum: et quosdam daemones, quos Duſios Galli nuncupant, hanc aſſidue immunditiam et tentare et efficere, plures talesque aſſeuerant, vt hoc negare impudentiae videatur: non hic aliquid audeo diffinire, *etc.* Ephialten Plinius *vocat* Faunorum ludibria, 25, 4 Haec medetur et Faunorum in quiete ludibriis, *de Paeonia loquitur. Vid.* FAVNVS. Videtur illuſionem hanc expreſſiſſe Virg. Aen. 12, 908 *etc. Conf. Voſſ. de Idololatr. 3, 35 etc.*

EPHIPPIVM, i. n. [ἐφίππιον] *Ornamentum equorum eſt, proprie Tegmina ſeu ſtragula ſignificans, quibus illi ſternuntur: ſellae equis ad inſidendum impoſitae.* Horat. Epiſt. 1, 14, 44 Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. *vbi conf.* Scholiaſt. Gell. 5, 5 Equitatum frenis, ephippiis, monilibus, phaleris praefulgentem. Non. 2, 312 Ephippium tegmen equi ad mollem vecturam paratum. Varro Cato — Mihi puero — fuit equus ſine ephippio. Caeſ. B. G. 4, 2 *de Germanis,* Neque eorum moribus turpius quidquam aut inertius habetur, quam ephippiis vti, *etc.*

EPHIPPIATI, [ἐφίππια ἔχοντες] *Qui ephippia habent in equis.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 2 Neque eorum moribus turpius aut inertius habetur, quam ephippiis vti: itaque ad quemuis numerum ephippiatorum, quamuis pauci, adire audent.

EPHŎDI, orum. pl. Firmic. 6, 32 *titulus eſt,* Generales cuiusque geniturae ephodi, *i. Ingreſſiones, initia, et inſtitutiones.*

EPHŎRVS, i. m. [Ἔφορος] *Hiſtoricus fuit Cumaeus, Iſocratis auditor, et condiſcipulus Theopompi: cuius vitam et ſcripta. Vid. apud Suidam. Conf.* Quinct. 10, 1 p. 901 *Burm.*

EPHORI, [Ἔφοροι] *Magiſtratus Lacedaemoniorum, ab ἐφορᾶν. Erant enim* ephori *tales apud Lacedaemonios, quales apud Romanos Tribuni plebis, qui a Theopompo ſic oppoſiti regibus ſunt, vt apud Romanos Conſulibus Tribuni. Vt enim a Conſulibus ad Tribunos provocare quisque poterat: ſic Lacedaemonii a Regibus ad* Ephoros. *Satis conſtat ab* Ephoris *Reges eiectos, alios fugiſſe, alios interemtos. Vid.* Cic. de Legib. 3, 16. Idem Offic. 2, 80 Ac propter hoc iniuriae genus Lacedaemonii Lyſandrum Ephorum expulerunt. *Add.* Nep. 4, 3, 5. *Ariſtot. Polit. 2, 7. Et ex recentibus Nic. Crag. de Rep. Laced. 2, 4. et Vbb. Emm. l. 3 Graec. vet.*

EPHY̆RA, ae. f. [Ἔφυρα] *Nympha Oceani et Tethyos filia. De qua* Virgil. Georg. 4, 343. Stat. Theb. 4, 59. *Conf. Interpr. ad Sil. 14, 656.* ¶ 2 Ephyra *item, ſiue* Ephyre, *urbs Achaiae, quae poſtea Corinthus dicta eſt.* Ouid. Met. 2, 240 — quaerit Boeotia Dircen, Argos Amymonen, Ephyre Pyrenidas vndas. Corinthus antea Ephyra dicta Plin. 4, 4. *Fuit et alia eiusdem nominis vrbs in Epiro: aliaque rurſus in finibus Theſſaliae: item aliae nonnullae, quas vide apud Stephanum.* Ephyre, Inſula eſt in ſinu Argolico Plin. 4, 12.

EPHYREÏAS, ădis. f. [Ἐφυρηιάς] *Quae eſt ex Ephyra.* Claud. de B. Get. 629 Scilicet Argolicas, Ephyreiadesque puellas Coeperat et pulchras iam faſtidire Lacaenas.

EPHYRAEVS, *vel* EPHYRĒVS, a, um. Adi. [Ἐφυραῖος] *Corinthius.* Lucan. 6, 17 Inſedit caſtris: Ephyraeaque moenia ſeruat. *Conf.* Sil. 14, 181.

EPHY̆RĒĬVS, a, um. Adi. [Ἐφυρήιος] Virg. Georg. 2, 464 Illuſasque auro veſtes, Ephyreiaque aera, *i. Corinthiaca. Conf.* Stat. Theb. 2, 207.

EPHYRI, orum. m. [Ἐφύροι] Plin. 4, 2 Aetolorum populi Athamanes, Tymphaei, Ephyri, *etc.*

E P I

EPĬĂLOS, i. m. [ἠπίαλος] *Genus febris eſt ex pituita quidem frigida, ſed vitrea, putrefactaque: nomen ei dedit placidi pellacia ponti ſubdola, quam Graeci vocant ἁλὸς ἠπιότητα. Haec Hermolaus Ind. Caſtigationum Plinian. licet apud Plinium ipſum non ſit.*

EPIBADES, um. f. [ἐπιβάδες] *Naues.* Vlpian. in l. 1 §. 12 D. de exercitoria actione, Quaedam enim naues onerariae, quaedam (vt ipſi dicunt) ἐπιβάδες ſunt. *Bayfius,* Epibades, *dictae, vt opinor, quaſi* Epibatides, *ad epibatas ſolum, i. victores traiiciendos. Et fortaſſe legendum apud Iuriſconſ.* Epibatides. *Vid.* Actuariae naues, *in* NAVIS.

EPIBĂTAE, arum. m. [ἐπιβάτης] *Milites claſſiarii dicuntur: h. e. milites in nauibus merentes.* Vitruu. 2, 8 *quos modo* Epibatas *vocauerunt, ſtatim deinde appellat* milites. Hirt. B. Alex. c. 11 Capta eſt vna hoſtium quadriremis degreſſa eſt altera, deinde omnibus epibatis nudatae. Idem B. Afric. 5, 20 Ibique Getulis remigibus, epibatisque complet. *Add.* ibid. c. 62 *et* 63. *Apud Graecos* Epibatae, *pro Vectoribus etiam accipiuntur. Vid. Scheffer. de milit. nau. 2, 3.*

EPIBATHRA, ae. f. [ἐπιβάθρα] *Scalae nauticae, quibus in nauem conſcenditur. Vid.* Vitruu. 10, 19.

EPIBATEGOE, [ἐπιβατηγοὶ] *Naues eaedem, quae vectoriae, i. vectorum ductrices: iuncto nomine ex ἐπιβάτης, i. vector, et ἄγω,* duco. Vlpian. l. 1 §. 5 D. de exercit. action. Quaedam enim naues onerariae, quaedam, vt ipſi dicunt, ἐπιβατηγοὶ ſunt, et plerosque mandare ſcio, ne vectores recipiant, et ſic, vt certa regione, et certo mari negotietur. Epibategoe *ergo vel* Epibategi *ſcribendum, Latinis ſi literis ſcribere placeat.*

EPICACTIS, *vid.* EPIPACTIS.

EPICEDIVM, i. n. [ἐπικήδιον] *Carmen funebre, Naenia vel monodia.* Seruius *in* Virgil. Ecl. 5, 20 Epicedion eſt, quod dicitur cadauere nondum ſepulto: Epitaphion autem, poſt completam ſepulturam dicitur. *Inde* Statii epicedia in patrem et filium Silu. 5, 3 *et* 5. *Vid. Scalig. Poët. 1, 5. Guther. de Iur. Man. 1, 18.*

EPICEPHALIVM, i. n. *Tributum in ſingula capita imperatum.* Cic. Att. 5, 16 Audiuimus nihil aliud, niſi imperata ἐπικεφάλια ſoluere non poſſe. Idem Fam. 3, 8 Exactionem capitum *vocat:* Principes, *inquit,* ciuitatum a me poſtularunt, ne in venditionem tributorum, et illam acerbiſſimam exactionem capitum atque oſtiorum, inducerentur ſumtus minime neceſſarii. *Similis erat* Columnarii exactio, *hoc eſt tributi in ſingulas aedium columnas imperati. Vid. ſuo loco.*

EPICHARIS, is. f. [Ἐπίχαρις] Mulier libertina fuit, quam in coniuratione Piſoniana, iuſſu Neronis per omnia foeda exempla cruciatam, non verbera, non ignes, non torquentium ira peruincere potuit, vt ſe conſciam fateretur. *Vid.* Tac. Ann. 15, 51 *et* 57.

EPICHARMVS, i. m. [Ἐπίχαρμος] *Siculus Poëta Comicus et Philoſophus, Pythagorae auditor, ſcripſit de natura rerum et medicina commentarios.* Epicharmi ſententiam de morte *refert* Cic. Tuſc. 1, 15 Emori nolo: ſed me eſſe mortuum nihil exiſtimo. Hor. Epiſt. 2, 1, 57 Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi. *Conſ.* Cic. Att. 1, 19 Crebro mihi vafer ille Siculus inſuſurrat Epicharmus cantilenam illam ſuam: Νᾶφε καὶ μέμνησ᾽ ἀπιστεῖν ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. *Interpretationem Ciceronianam ſtatim damus in* EPICHARMIVS.

EPICHARMIVS, a, um. Adi. Cic. de Petit. Conſ. 30 Epicharmium illud teneto, neruos atque artus eſſe ſapientiae, non temere credere.

EPICHĒRĒMA, ătis. n. [ἐπιχείρημα] Quinctil. 5, 10, 4 Epicherema Valgius aggreſſionem vocat; Celſus autem indicat non noſtram adminiſtrationem, ſed ipſam rem, quam aggredimur, i. e. Argumentum, quo aliquid probaturi ſumus, etiam ſi nondum verbis explanatum, iam tamen mente conceptum, epicherema dici. Aliis videtur, non deſtinatam, vel inchoatam, ſed perfectam probationem hoc nomen accipere, et vltimam ſpeciem. Ideoque propria eius appellatio et maxime in vſu poſita eſt, qua ſignificatur certa quaedam ſententiae comprehenſio, quae ex tribus minimum partibus conſtat. Quidam Epicherema Rationem appellauerunt. Cicero (Auct. ad Heren. 2, 2) melius Ratiocinationem. *Sunt ibi plura.* Idem 5, 14, 14 Quam aſſumtionem (probandam *intell.*) alii rationem vocant, alii Epicherema. Epicherema autem nullo differt a Syllogiſmis, niſi quod illi et plures habent ſpecies, et vera colligunt veris: Epicherematis frequentior circa credibilia eſt vſus. Nam ſi contingeret ſemper controuerſa confeſſis probare, vix eſſet in hoc genere vſus oratoris. *Tribuitur etiam a quibusdam* Ciceroni Att. 1, 14. *Sed Graeu.* p. 85 *pro dictione,* ſi vnquam mihi ἐπιχειρήματα ſuppeditarunt, *multo plura habet,* ἐπιχειρήματα *omittit.* Sen. Controu. 1 prooem. p. 74 de Porcio *Latrone,* Aliquo die nihil praeter Epicheremata ſcriberet, aliquo die nihil praeter Enthymemata. *Add.* Iſidor. 2, 9. *Scribitur etiam* Epichirema. *Vid. Scalig. de Re Poët. 3, 71.*

EPICHIMASIS, [ἐπιχείμασις] *quae eſſet, audiamus* Plin. 18, 25 ſ. 57 Ita fit, vt tradi non poſſint certa ſiderum tempora. Accedit confeſſa rerum obſcuritas, nunc praecurrente, nec paucis diebus, tempeſtatum ſignificatu, quod προχείμασιν (*ſic Hard. al.* Prochimazin) Graeci vocant, nunc poſtueniente, quod ἐπιχείμασιν (*al.* Epichimazin) et plerumque alias citius alias tardius caeli effectu ad terram deciduo. *Sed* Veget. 5, 10 Aut circa diem ſtatum, aut ante, vel poſtea tempeſtates fieri compertum eſt. Vnde praecedentes προχείμασιν, naſcentes die ſollemni ἐπιχείμασιν, ſubſequentes μεταχείμασιν nuncupauerunt.

EPICHYSIS, is. f. [ἐπίχυσις] *Vaſis genus eſt* Varr. de L. L. 4, 26 p. 31, 26 In huiuſce (*ſimpuli*) locum in conuiuiis e Graecia ſucceſſit Epichyſis. *Nomen habet ἀπὸ τοῦ ἐπιχύειν, h. e. ab infundendo. Vnde nonnulli etiam* Infundibulum *hoc nomine appellant.* Plaut. Rud. 5, 2, 32 Sinus, Epichyſis, cantharus, gaulus cyathusque. *Vid. Turneb. Aduerſ. 22, 30. et Scalig. ad* Varr. *l. c.*

EPICITHARISMA, ătis. n. [ἐπικιθάρισμα] *Vltima pars fabulae, quam cantu citharae finirent.* Tertull. adu. Val. c. 33.

EPICLINTES, ae. m. *Ab ἐπικλίνω, inclino. Terrae motus.* Apul. de Mundo p. 398. *Ed. Colu.*

EPICNEMIDII, orum. m. [Ἐπικνημίδιοι] *Graeciae populi.* Plin. 4, 7 *de Graecia et Attica,* Locris, Deinde Epicnemidii cognominantur, olim Leleges appellati, per quos amnis Cephiſſus defertur in mare. *Nomen autem eſt a monte vicino* Cnemide.

EPICOENVM, [ἐπίκοινον] *Latine* Promiſcuum *dicitur.* Chariſ. 2 p. 127 *pr.* Promiſcua ſunt nomina, quae Graeci ἐπίκοινα appellant, vt *paſſer, aquila, muſtela.* Haec enim ſub vno genere duorum habent intellectum. Nam *paſſerem* feminam accipimus, et *aquilam* et *muſtelam,* quae maſculino quoque genere intelligimus, quamvis feminino genere tantum dicantur. Quinctil. 1, 4 Nec ſtatim diligentem putabo qui promiſcua, quae Epicoena dicuntur, oſtenderit: in quibus ſexus vterque per alterum apparet. Gell. 13, 7 Homerus leones, ſic enim feminas quoque virili genere appellat, quod grammatici ἐπίκοινον vocant, plures gignere atque educare catulos dixit.

EPICOPANON, i. n. [ἐπικοπανὸν] *Menſa coquinaria Polluci eſt: quod verbum exſtare in Menandri Meſſenia idem aſſeuerat. Quin et apud Iuriſconſ.* Florent. D. de ſupellect. leg. *id verbum reperias notione quam praeſtruximus. Cael. Antiq. Lect. 7, 12.*

EPICŌPVS, a, um. Adi. [ἐπίκωπος] *Remis inſtructus.* Cic. Att. 14, 16 Quinto nonas conſcendens ab hortis Cluuianis in Phaſelum epicopum, has dedi literas. *Alii legunt* Epiſcopum. *Similis varietas eſt* Att. 5, 11.

EPICRATES, is. m. [Ἐπικράτης] Athenienſium princeps Cic. Fam. 16, 21. *Fuit praeterea* Epicrates Bidinus, a C. Verre bonis euerſus, *vt idem* Cic. *narrat* in Verr. 2, 9.

EPICRĂTES, is. m. [ἐπικρατὴς] *Verti poteſt, qui rerum potitus eſt, quo nomine* Cic. Att. 2, 3 *Pompeium ſignificat. Explicamus locum in* DIADEMA.

EPICROCVM, i. n. Genus veſtimenti, croceo colore infectum, tenue et pellucidum. Feſtus. *Hinc* Naeu. *apud* Varr. de L. L. 6, 3 Erat amictus Epicroco. *Conf.* Nonium 4, 227. *et* Plaut. Perſ. 1, 3, 16.

EPICTĒTVS, i. m. [Ἐπίκτητος] *Philoſophus Stoicus, cuius Enchiridion habemus, et ſermones ab Arriano ſcriptos: de quo plura* Gell. 2, 18. 17, 19. *et* 19, 1. ¶ 2 Epictetos [Ἐπίκτητος] *Latine Acquiſita, vel Poſt quaeſita, Aetoliae pars, quae ſerius in ditionem et nomen Aetolorum veniſſe, ſic indicatur. Hanc vocem* Ciceroni Fam. 3, 10 *med. reſtituit Victorius.*

EPĬCV̄RVS, i. m. [Ἐπίκουρος] *Nobilis auctor infamis philoſophiae, quae voluptatem ſummum bonum facit, atque ob id ipſum moribus inimica videtur. Quanquam ipſe apud* Cic. de Fin. 1, 57 c. 18 *clamat,* non poſſe iucunde viui, niſi ſapienter, honeſte, iuſteque viuatur: nec ſapienter, honeſte, iuſte, niſi iucunde. *Add.* Cic. Fam. 15, 19. *Ac multa ſane praeclare ab illo dicta paſſim profert Seneca.* Cicero *de doctrina illius, quam tenuiter ſenſerit, audiamus* de Nat. Deor. 1, 72 c. 26 Iſta enim a vobis quaſi dictata redduntur, quae Epicurus oſcitans halucinatus eſt, cum quidem gloriaretur, vt videmus in ſcriptis, ſe magiſtrum

magiſtrum habuiſſe nullum, quod et non praedicanti tamen facile quidem (*vid. leg.* equidem) crederem, ſicuti mali aedificii domino glorianti, ſe architectum non habuiſſe. Nihil enim olet ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne ex puerilibus quidem diſciplinis. Xenocratem audire potuit: quem virum, DI immortales! et ſunt, qui putent, audiuiſſe: ipſe non vult: credo plus nemini. *In phyſicis Democritum ſequitur*, Cic. de Fin. 4, 13 c. 5. *it.* Acad. 1, 6 c. 2. *De ignorantia Geometriae* Idem de N. D. 2 c. 18. *A Diſcipulis ita colebatur, vt eius imaginem in annulis, tabulis et poculis venerarentur, et tantum non haberent pro Deo. Vid.* Cic. Tuſc. 1, 21. *et* de Fin. 5. Plin. 25, 6. Lucret. 5, 50. *Sed nos hoc non agimus. Vid. Laërt. 10. et Pet. Gaſſendus in Vita.* Epicuri de grege porcus Hor. Epiſt. 1, 4, 15. Doctus Epicurus Propert. 3, 21, 26. Gargetius Senior Stat. Silu. 1, 3, 94. Sen. de vita beata c. 12 Non ab Epicuro impulſi luxuriantur, ſed vitiis dediti luxuriam in philoſophiae ſinu abſcondunt, et eo concurrunt, vbi audiunt laudari voluptatem. *Add. reliqua hic et* c. 13.

EPICVRĒVS, a, um. Adi. [Ἐπικούρειος] Cic. de N. D. 1, 15. Idem de Diuin. 2, 39 Doleo tantam Stoicos noſtros Epicureis irridendi ſui facultatem dediſſe. *In literarum imperitiam* Epicureorum *inuehitur* Cic. in Piſon. c. 29. Sidon. Epithal. Polem. 15, 125 Aſt Epicureos eliminat vndique virtus. Cic. Tuſc. 3, 21 Epicureum quod ad hanc ſectam pertinet. Idem de Fin. 2, 7 *extr. Lepide* Cic. de N. D. 2, 160 c. 64 Quid multitudinem ſuauitatemque piſcium dicam? quid auium? ex quibus tanta percipitur voluptas, vt interdum Pronoea noſtra Epicurea fuiſſe videatur, *i. voluptatis cauſa feciſſe omnia.*

EPICVRĪVS, a, um. Adi. [Ἐπικούριος] Auctor Priapeiorum, Vt credas Epicurios citari. *Phaleucium eſt.*

EPICVS, a, um. *Vid.* EPOS.

EPICYCLVS, i. m. [ἐπίκυκλος] *Circulus alteri circulo adiectus, non inſcriptus, aut continens illum.* Mart. Capell. 8 p. 297 Mercurii Venerisque circulos epicyclos eſſe ſuperius memoraui, id eſt, non intra ambitum proprium rotunditatem telluris includere, ſed de latere quodammodo circumduci. *Reſpicit ad* p. 289 *vbi ait*, Venus Mercuriusque licet ortus occaſusque quotidianos oſtendant, tamen eorum circuli terras omnino non ambiunt, ſed circa ſolem laxiore ambitu circulantur. *Sunt ergo hi* Epicycli *Ptolemaici Syſtematis et Tychonici proprii: Pythagoricum illud Philolai et Copernici illis non indigent.*

EPIDAMNVS, i. m. *vel* EPIDAMNVM, i. n. [Ἐπίδαμνος] *Ciuitas Illyridis Graecae, quae poſt Macedoniae contributa eſt.* Sed Romani eo coloniam deducentes, *vt ait* Plin. 3, 23 Dyrrhachium *dici maluerunt propter inauſpicatum nomen* Epidamni: *tanquam a damno dicatur. Ad hoc alluſit* Plautus Men. 2, 1, 42 *quum ait:* Ne mihi damnum in Epidamno duas, *tanquam nomen inditum ſit* Epidamno, *quod illuc nemo ſine damno diuertatur. De hac* Lucan. 2, 624 Illyris Ionias vergens Epidamnas in vndas. *Et* 10, 545 *ſ. carmine penultimo*, Ad campos Epidamne tuos. *Appianus Ciuil.* 2 p. 221 *H. Steph. ſic habet:* Epidamnus *rex vrbem condidit, quae ab ipſo nomen aſſumſit. Huius ex filia nepos* Dyrrhachus *portum vrbi adiecit quod* Dyrrhachium *appellatur.*

EPIDAPHNES, *Antiochiae Syriae cognomen. Vid.* DAPHNE n. 2.

EPIDAVRVM, *ſiue* EPIDAVRVS. [Ἐπίδαυρος] *Achaiae vrbs ſupra Corinthum ſita.* Plin. 4, 5 In Saronico Epidaurum oppidum, Aeſculapii delubro celebre. *Vetuſtas ei dicauit anguem, forte quod multa huic animali remedia inſint, de quibus* Plin. 29, 4. *Atque ſpecie anguis Aeſculapius Epidauro Romam aduectus eſt: de quo* Valer. Max. 1, 8, 2. *Fuit autem ſerpentum ferax, vnde* Hor. Serm. 1, 3, 27 Serpentis *epitheton generale eſt* Epidaurius. Domitrix Epidaurus equorum Virg. Georg. 3, 44.

EPIDAVRIVS, a, um. Adi. [Ἐπιδαύριος] *Ad Epidaurum ſpectans.* Ouid. ex Pont. 1, 3, 21 Afferat ipſe licet cunctas Epidaurius herbas. *i. Aeſculapius.* Rura Stat. Theb. 4, 123. Serpens Hor. Serm. 1, 3, 27. Tellus Ouid. Met. 7, 436. Litora Idem Met. 15, 643.

EPIDEMETICI, *De quibus titulus eſt apud* Iuſtinianum (Cod. 12, 41 de Metatis et Epidemeticis) *ſunt Hoſpitiorum metatores in vrbe, h. e. Qui in valuis ianuarum faciunt inſcriptiones, quibus ſignificatur, quis in ea domo ſit hoſpitaturus.* ἐπιδημέω *idem valet, quod Ad ciuitatem in rem praeſentem venio. Vulgus* forrerios *vocat. Haec Alciat. in tres poſt. lib.* Cod. *Conſ. Cael.* 7, 14. *Sed* Iac. Gothofr. ad tit. C. Theod. (7, 8) de Metatis *obſeruat*, EPIDEMETICA *eſſe, quae milites vel iudices hac ſpecie exigebant a prouincialibus, ne illos hoſpitio grauarent; atque adeo, quibus ſeſe prouinciales redimebant, ab onere hoſpitum recipiendorum: quae abrogantur* l. vlt. C. de Metatis et Nou. 128, 22. *it.* 134, 1 *quo poſteriore loco etiam verbum ipſum adhibetur*, Neque vero angariis, aut iis, quae vocantur Epidemiticis — grauare noſtros *etc.*

EPIDĒMIA, ae. f. *Eſt Acceſſus Proconſulis, et Praeſidis adeo Prouinciae ad ciuitatem aliquam, obſeruari plerumque ſolitus. Vid.* l. 4 §. 5 ff. de Off. Proconſ.

EPIDEMICVS, a, um. Adi. *Vt*, Morbus epidemicus *Medicis vulgo, qui per populum graſſatur.*

EPIDERMIS, ĭdis. f. [ἐπιδερμὶς] *Cuticula eſt exterior in corpore noſtro, alteriusue animalis, e vera cute veluti efflореſcens, adeo tenuis, vt vel atterendo, vel ſcalpendo facile poſſit lacerari. Nomen inde habet, quod* ἐπὶ τῷ δέρματι, *h. e. Super veram cutem ſita ſit.*

EPIDICVS *fabulae Plautinae nomen, a ſeruo primarum partium.*

EPIDICTĬCON, i. n. [ἐπιδεικτικὸν] *dicitur Demonſtratiuum genus dicendi, quo oratores ſuam dicendi vim oſtendunt et commendant.* Cic. in Orat. 37 c. 11 Dulce igitur orationis genus, et ſolutum et effluens, ſententiis argutum, verbis ſonans eſt in illo epidictico genere. *Add.* ib. c. 61.

EPIDIDYMIS, ĭdis. f. [ἐπιδίδυμις] *Latine Supergeminalis. eſt Pars quaedam animalis, Gemini, h. e. Teſticuli capiti ſuperimpoſiti, id quod nomen ipſum prae ſe fert, ex qua multae fiſtulae ſeroſo quodam humore plenae ad teſtem permeant. Galen. 1 de Semine.*

EPIDIMOERON, [ἐπιδίμοιρον] *vocant Arithmetici numerum denarium reſpectu ſenarii. Vid.* Vitruu. 3, 1.

EPIDIPNĬDES, [ἐπιδειπνίδες] *h. e. Epulae, quae in extrema coena adferuntur.* Martial. 11, 32, 7 Hinc feras epidipnidas parabit. *Phaleucium eſt. Nominatiuus* ἐπιδειπνίς.

EPIDIVS C. Rhetor et hiſtoricus in cuius commentariis arbores aliquando locutas reperitur Plin. 17, 25 ſ. 38. *Vid.* Sueton. de Cl. Rhet c. 4.

EPIDIVS, Nuncionus, quem ferunt olim praecipitatum in fontem fluminis Sarni, paullo poſt cum cornibus exſtitiſſe, ac ſtatim non comparuiſſe, in numeroque Deorum habitum Sueton. Rhet. c. 4.

EPIDIXIS, is. f. [ἐπίδειξις] *demonſtratio. Occurrit in* Inſcript. vet. Patauina *Latina, illuſtrata a Reineſio* 2, 24. *Et ſane* Epidixes *non de ſolis Poëtarum et Rhetorum recitationibus, ſed et de omnium generum ludis et artificiis accipi oſtendit Luc. Holſtenius Epiſtola ad Ioh. Rhod. Nempe hae ſunt* Epidixes, *a quibus etiam* Epidicticum *genus orationum vocatur. Auditoria etiam* Epidixes *ſunt. Sed haec apud Graecos.*

EPIDROMI, [ἐπίδρομοι] *Plagarum funiculi diſcurrentes appellantur, quibus retia panduntur contracta, et contrahuntur expanſa. Auctor Pollux 1, 9.* Plin. 19, 1 Vidimus plagas tantae tenuitatis, vt annulum hominis cum epidromis tranſirent. *Apud* Caton. R. R. 13, 1 *Turnebus* Epidromum *intelligendum putat Funem, quo lectus ſubtendatur, in quo ſeruus cubet: nam Lecti ſubtenſi ſtratis opponuntur. Et ſane nihil commodius eſt. De* Epidromis *retium conſ. Viri docti ad* Grat. 26. *Eadem ratio forte* Epidromorum *in velis, de quibus* Iſid. 19, 3 Epidromos ſecundae amplitudinis velum, ſed ad puppim.

EPIGASTRION, i. n. [ἐπιγάστριον] *A rei anatomicae peritis vocatur Extima totius ventris pars, totumque illud, quod inteſtina tegit ex cute, adipe, muſculis octo, et peritonaco compactum: totum illud ſpatium comprehendens, quod eſt a cartilagine mucronata, nothisque coſtis, vſque ad ilia, atque ad ipſum vſque os pubis.* Celſ. 4, 1, Abdomen *appellat.*

EPIGLOSSIS, is. f. *ſiue* EPIGLOTTIS, ĭdis. [ἐπιγλωττὶς] Minor lingua *a* Plinio *dicitur* 11, 37 ſ. 66 Tonſillae *(inquit)* in homine, in ſue glandulae. Quod inter eas vuae nomine vltimo dependet palato, homini tantum eſt. Sub ea minor lingua epigloſſis appellata, nulli oua generantium. Opera eius gemina, duabus interpoſita fiſtulis. Interior (quin exterior cartilaginea) earum, appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando: ne ſpiritu ac voce illac meante, ſi potus cibusue in alienum deerrauerit tramitem, torqueat. Altera exterior (interior, membranacea) appellatur gula, qua cibus atque potus deuoratur. *Etiam quod de* gemina opera *dicit, arguitur ab Anatome. Multo imperitius etiam* Macrob. 7, 15 *ait eam eſſe* inuentum naturae, ad tegendas detegendasque certa alternatione vias cibatus et potus; vt illum ſtomacho transmittat, hunc pulmo ſuſcipiat *etc. Multis enim ridiculum errorem ornat ac tuetur. Media quaedam ſententia et tolerabilior Eraſiſtrati proponitur* Gell. 17, 11. Macrob. Saturn. 7, 15.

EPIGŎNI, orum. m. [Ἐπίγονοι] *Dicti ſunt Auctores ſecundi belli Thebani, poſteri, et filii adeo, illorum, qui primum confecerant bellum. Graece enim* ἐπίγονοι *appellantur ſuboles, qui poſt gignuntur. Vid. Diodor.* 4, 6. *Inde Euripides tragoediam hoc argumento compoſitam*, Epigonos *inſcripſit, quae agi expoſcebat voce magna ſcenicorum et ſonora. Ob hoc dixit* Cic. Off. 1, 114 c. 31 Qui voce freti ſunt, Epigonos, Medumque: qui geſtu, Menalippam, Clytemnaeſtram *eligunt, quam agant. Add.* Id. de opt. gen. Or. c. 6. *et* Tuſc. 2 c. 25. ¶ 2 Epigoni *etiam dicti ſunt Genus militum Macedonicorum, de quibus audiamus* Iuſtin. 12, 4 *Alexander* militibus ſuis permiſit, ſi quarum captiuarum conſuetudine tenerentur, ducere vxores — In ſupplementa militum minus exhauriri poſſe Macedoniam, ſi veteranis patribus tirones filii ſuccederent, militaturi in vallo, in quo eſſent nati — quae conſuetudo in ſucceſſores quoque Alexandri manſit — Itaque a paruula aetate periculis laboribusque indurati inuictus exercitus fuere. — Haec ſuboles nomen habuit Epigoni.

EPIGRAMMA, ătis. n. [ἐπίγραμμα] *Latine dicitur Inſcriptio, vel Superſcriptio. Vnde nota illa, literaeque, quae fugitiuis inurebantur, fugitiuorum* Epigramma *dicitur.* Petron. c. 103. Nep. 4, 1, 3 Cum ex praeda tripodem aureum Delphis poſuiſſet, Epigrammate ſcripto in quo erat haec ſententia. ¶ 2 *Quoniam inſcriptiones verſu plerumque conceptae et breues eſſent, hinc nomen iſtud ad quaeuis alia carmina rotundiora et paucis verſibus abſoluta transferebatur; Qualia* Catullus, Martialis *aliique dedere.* Cic. pro Arch. 25 c. 10 Quod epigramma in eum feciſſet tantummodo alternis verſibus longiuſculis. *Conſ.* Petron. c. 115. Cic. Att. 1, 13 Epigrammatis tuis, quae in Amaltheo poſuiſti, contenti erimus. *Conſ.* Martial. praef. *it.* 7, 84. *et* 11, 43. Cic. Verr. 4, 127 Tum epigramma Graecum pernobile inciſum habuit in baſi. Quinctil. 1, 5 Qua de re Catulli nobile epigramma eſt.

EPIGRAMMATIVM, i. n. Dimin. [ἐπιγραμμάτιον] Varro de L. L. 6, 3.

EPIGRAMMATICVS, a, um. Adi. Spartian. Aelii Veri Caeſaris c. 5.

EPIGRAMMATĀRIVS, i. m. *Qui epigramma ſcribit.* Vopiſc. in Florian. c. 3. *et* in Saturnin. c. 7.

EPIGRAMMISTA, ae. m. *Idem.* Sidon. Apoll. Ep. 4, 1.

EPIGRVS, i. m. *Clauus, quo lignum ligno adhaeret.* Iſid. Etym. 19, 19 Epigri claui ſunt, quibus lignum ligno adhaeret. Sen. de Benef. 2, 12 *extr.* Niſi in os Senatoris ingeſſiſſet Imperator epigros ſuos, *quibus ſocci ſuppacti, nimirum. Ita reſtituit Gronou. Vid. eius Not. p. 628. et Cataker. in Cinno 2, 19 p. 273. Eſt idem qui* Epiurus *v. v.*

EPĬLEPSĬA, ae. f. [ἐπιληψία] *Quaedam corporis totius conuulſio: vnde nomen* Epilepſiae *a comprehenſis et illigatis ſenſibus, affecto cerebro, et neruis.* Aliis *morbus* ſacer *item et* caducus *appellatur, et* Herculeus. Firmic. 7, 27 *frequenter vtitur. Conſ.* Lampr. Heliog. c. 20. Morbus ſonticus *dicitur a* Plin. 36, 19. Maior Celſ. 3, 23.

EPILEPTICVS, a, um. Adi. *qui* Epilepſia *morbo laborat.* Scrib. 99 Sanat ergo morbo comitiali correptos, quos ἐπιληπτικοὺς Graeci vocant.

EPILIMMA, *inquit* Feſtus, Genus viliſſimi vnguenti. *Vid. leg.* Epalimma, *ab* ἐπαλείφω.

EPĬLŎGVS, i. m. [ἐπίλογος] *Concluſio, peroratio, et nouiſſima pars orationis.* Cic. de Fin. 4. 22 Patronusne cauſae in epilogo pro reo dicens, negaret eſſe malum exilium, publicationem bonorum, *etc.* Concluſiones apud Graecos ἐπίλογοι nominantur Auct. ad Heren. 2, 47 c. 30. Epilogus, Peroratio dicitur Cic. de Clar. Orat. 27. Leniores epilogi Quinctil. 6, 1. In epilogo miſericordiam mouet Orator Cic. de Orat. 2, 278 c. 69.

EPIMEDION, i. n. [ἐπιμήδιον] *Caulis eſt non magnus, hederae foliis denis duodenisue, neque florem neque fructum ferens, radice tenui, nigra, graui odore. Dioſc. 4, 19 vnde repetiit* Plin. 27, 9 *vbi male al.* Epimenidium.

EPIMELAS, antis. m. Gemma candida eſt, nigricante ſuperne colore. Plin. 37, 10.

EPIMELIA, ae. f. [ἐπιμέλεια] *i. Cura, aſſiduitas.* Mart. Capell. 2 p. 57 Epimelia et Agrypnia dilecta Philologiae mancipia.

EPIMELIS, [ἐπιμηλὶς] Meſpili genus eſt, *apud Dioſcor.* 1, 170. *Videtur reſtituendum hoc nomen* Palladio Dec. 4, 1 *vbi* Hypomelides *vocantur.* Iſid. 17, 7 Pomelida arbor *laudatur.*

EPIMELETAE, [ἐπιμεληταὶ] *Curatores.* Vlp. l. 46 §. 1 D. de adminiſt. tut. Sempronii bona Reſp. iuſſu Praeſidis poſſedit, quorum bonorum magiſtratus Reip. tres curatores conſtituerunt, qui apud Graecos ἐπιμεληταὶ vocantur.

EPIMENIDES, is. m. [Ἐπιμενίδης] Cretenſis. Inclutum fatiloquum *hunc* et Poëtam diſciplinae cauſa ſectatus eſt *Pythagoras, vt ait* Apul. Florid. 2, 15. Gnoſſius *dicitur* Plin. 7, 52 *qui narrat* Puerum, aeſtu et itinere feſſum in ſpecu ſeptem et quinquaginta dormiſſe annis, rerum faciem mutationemque mirantem velut poſtero experrectum die *etc. Conf. Plato de Legib. 1 et 3. Max. Tyr. Diſſ. 28.*

EPIMENIDIVM, ii. n. [ἐπιμενίδιον] *Bulbi genus eſt; cuius meminit* Plin. 19, 5 ſ. 30 Duo genera medica: maſculus albis foliis, femina nigris: et tertium genus eſt cibis gratum: epimenidium vocatur, anguſtius folio, ac minus aſpero. *Hinc itaque interpretari licet* Iuuen. Sat. 7, 120 *de cauſidicis,* Quod vocis pretium? ſiccus petaſunculus, et vas Pelamydum, aut veteres, Afrorum epimenia, bulbi. *Neque vero neceſſarium eſt* Epimendia *legere, Syncopata voce: Sed potuit ſine diminutione dixiſſe Satiricus, quod apud Plinium diminutiuum eſt. Nempe*

EPIMENIVS, [ἐπιμήνιος] *ad verbum menſtruus eſt. Poſſunt itaque* Epimenia, orum, *menſtruum demenſum eſſe, quo ſenſu eſt apud Arrianum Epict. 2, 7 vbi inducitur mulier mittere volens Gratillae relegatae vel* τὸ πλοῖον τὸν ἐπιμηνίων *plus quam demenſum ſuum, vel vt emendat Salmaſ. de modo vſurar.* p. 164 τὸ πλοῖον τῶν ἐπιμηνίων, *nauem cibariorum. Certe vt* Diurna, *ita haec* Epimenia *ſignificant cibariorum modum ac demenſum. Itaque veriſimile eſt, cum* Iuuenalis 7, 120 bulbos Afrorum epimenia *dixit, et cum* Plinius 19, 5 ſ. 30 genus bulborum epimenidium *vocari docuit, vtrumque ſcriptorem hoc ſibi velle, rem ita copioſam eſſe, et ita vilem* bulbos in Africa, *vt in ſeruorum demenſo menſtruo ſint. Caeterum ex hoc loco Iuuenalis videntur orta quae habet* Iſid. Gloſſ. Epimenia ſenia *(leg.* xenia, *quod viderunt viri docti)* quae dantur per ſingulos menſes: *quem recentiores ſecuti ſunt: ipſe forte Schol. antiq.* Epimenia Graece dixit. Nam Latine menſtrua dicuntur donatiua. *Sic Schurzfl. qui laudat alios quoque gloſſatores. Nempe ita intelligunt Iuuenalem quaſi Romam miſſi eſſent ſingulis menſibus bulbi, muneri cauſidicis. Sed, puto, verior eſt ſententia, quam propoſui.*

EPIMERISMVS, i. m. [ἐπιμερισμὸς] *Diſtributio, figura rhetorica* Mart. Capell. 5 p. 186.

EPIMETATICA, *apud Cael. Rhod. 25, 20 corruptum videtur ex* Epidemetica *v. v.*

EPĪMĒTHEVS, quadriſyll. [Ἐπιμηθεὺς] *Filius Iapeti, et frater Promethei, pater Pyrrhae. Ad verbum Epimetheus fuerit, qui poſt factum ſapit, vt Prometheus, qui ante conſulit. Hinc elegans fabula* Claudiani in Eutrop. 2, 490 ſq. *Nempe quos Prometheus finxit,*

Hi longe ventura notant, —
Deteriore luto prauus quos condidit auctor,
Quem merito Graii perhibent Epimethea vates,
Et nihil aetherii ſparſit per membra vigoris,
Hi pecudum ritu non impendentia vitant,
Nec res ante vident: accepta clade queruntur,
Et ſeri tranſacta gemunt.

EPIMĒTHIS, ĭdis. f. *Pyrrha, Epimethei filia.* Ouid. Met. 1, 390.

EPIMETRON, i. n. *ſiue* Interpretium, *dicitur Augmentum illud, quod capiebant ſuſceptores vltra vectigal. Vid. Burm. Diſſ. de Vect.* c. 9.

EPIMŎNE, es. f. [ἐπιμονὴ] *Latine dicitur Perſeuerantia: figura quando ad maiorem certitudinem in eadem dictione perſeueratur.* Vt Virg. Aen. 4, 660 Sic ſic iuuat ire ſub vmbras. *Conf.* Aen. 9, 428. *Haec etiam* Epizeuxis *vocatur.*

EPINĔPHRĪDIVM, i. n. [ἐπινεφρίδιον] *Pinguedo, quae in renibus eſſe dicitur, laudato* Fulg. Myth. 2, 6. *Sed Munckerus repoſuit* Epomphalia *v. v.*

EPINICIVM, i. n. [ἐπινίκιον] *Celebritas pro parta victoria. Speciatim carmen, quo celebretur victoria.* Sueton. Neron. c. 43 Affirmauit ſe laetum inter laetos cantaturum epinicia, quae iam nunc ſibi componi oporteret. *Conf. Voſſ. Inſtit. Orat.* 3 p. 417.

EPĪNYCTIS, ĭdis. f. [ἐπινυκτὶς] *a Celſo 5, 28 ita deſcribitur,* Peſſima puſtula, quae ἐπινυκτὶς vocatur. Ea colore vel ſubliuida, vel ſubnigra, vel alba eſſe conſueuit. Circa hanc autem vehemens inflammatio eſt; et cum aperta eſt, reperitur intus exulceratio mucoſa, colore humori ſuo ſimilis. Dolor ex ea ſupra magnitudinem eius eſt, neque enim ea faba maior eſt. Atque haec quoque oritur in eminentibus partibus, et fere noctu, vnde nomen quoque a Graecis ei eſt impoſitum *etc. Eſt enim locus claſſicus. Add.* Plin. 23, 8. *et* 36, 9. *Eſt et Vlcus in oculo.* Idem 6, 43, 21 Illitis foliis ſanantur et ambuſta et epinyctides: ita vocatur vlcus aciem hebetans et in angulo oculi perpetuo humore manans.

EPIPACTIS, ĭdis. f. [ἐπιπακτὶς] *Herba ab aliis Elleborine dicta, exiguis foliis, iecinoris vitiis vtilis, et contra venena pota. Dioſc.* 4, 104. *Conf.* Plin. 13, 20 ſ. 34 *vbi reſtituit hoc nomen Harduinus, cum legeretur* Epicactis.

EPIPEDONĬCVS, a, um. Adi. *Quod eſt* ἐν ἐπιπέδῳ, *in loci ſuperficie, vt* Terminus epipedonicus Front. de Col. Goeſ. p. 112 *et* 133.

EPIPENTAMOERON, i. n. [ἐπιπενταμοιρον] *Proportionis nomen, de quo et ſimilibus* Vitruu. 4, 1.

EPĬPETROS, i. m. [ἐπίπετρος] Herba eſt, Acinus aliter dicta, quae nunquam floret, et ſponte prouenit. Plin. 21, 15.

EPIPHANENSES, [Ἐπιφανεῖς] Populi Aſiae in Coele Syria regione Plin. 5, 23. *Dicti a cognomine* Antiochi, *de quo ſtatim.*

EPIPHANES, is. m. [Ἐπιφανὴς] *Cognomen Regum Seleucidarum. Dictus* Epiphanes, *quaſi praeſens Deus, vid. Vaillant. in Num. Antiochi* VI *et* VIII. *et Spanh. diſſ.* 7 p. 425 *ſq.*

EPIPHANĒA *ſ.* EPIPHANĪA, ae. f. [Ἐπιφανεία] *Oppidum.* Plin. 5, 24 *in deſcriptione Euphratis,* Oppida alluuntur Epiphania et Antiochia, quae ad Euphratem vocantur. ¶ 2 *Vrbs Ciliciae ſub Amano monte.* Cic. Fam. 15, 4. *et* Plin. 5, 27. ¶ 3 Epiphania [ἐπιφάνεια] *Latine dicitur Apparitio ſeu Manifeſtatio. Inde apud Chriſtianos Natalitia feſta,* Epiphania *dici conſueuerunt, quod in iis (vt ait Gregorius Nazianzenus) deus homo apparuerit. Vid. Dorſch. Pentadecad. diſp.* 3 §. 13. *De Epiphaniis deorum gentilium plurimis Iac. Gothofr. diſſ. de Myſt. Pietat.* p. 105 *ſq.*

EPIPHONĒMA, ătis. n. [ἐπιφώνημα] *Genus ſententiae,* Fabius 8, 5, 11 Acclamationem *appellat: Ea eſt vt ibi ait* Quinct. rei narratae vel probatae ſumma acclamatio. Narratae, *vt apud* Virg. Aen. 1, 37 Tantae molis erat Romanam condere gentem. *Probatae, apud* Cic. pro Ligar. c. 4 Quorum igitur impunitas Caeſar tuae clementiae laus eſt, eorum te ipſorum ad crudelitatem acuet oratio? *Neque tamen quoduis Epiphonema continuo ſententia eſt, etiam ſi plerumque eſt: verum quidquid in clauſula argute additum ferit aurem,* epiphonema *dici poteſt: quod genus proprium eſt epigrammatis. Vnde apud* Martialem *ſaepe numero carmen* Epiphonemate *clauditur. Haec Eraſmus.* Martial. 2, 43 Das nihil, et dicis, Candide κοινὰ φίλων.

EPIPHŎRA, ae. f. [ἐπιφορὰ] *Affectus oculorum, quum deſcenſus humoris cuiusdam mordacis oculos male angit.* Epiphorae oculorum Scribon. 19. 90. 93. Plin. 20, 2 Caro peponum, Epiphoris oculorum aut doloribus imponitur. *Sed* Cic. Fam. 16, 23 Veruntamen Balbus ad me ſcripſit, tanta ſe epiphora oppreſſum, vt loqui non poſſit. Epiphora toto corpore efferueſcens Scribon. 243. *Conf.* Rhod. in Lex. Scrib. *Generatim etiam a Plinio plurimis locis* Epiphora *accipitur, qui diſerte* Oculorum Epiphoras *diſtinctionis cauſa appellare ſoleat. v. g.* 20, 13 Teſtium vero epiphoris cum ramis laureae teneris, *etc. Eſt igitur* epiphora, *non peculiare morbi oculorum nomen, ſed omnium humorum ad quaſcunque corporis partes impetuoſior impreſſio, et influxus: et propterea loci, ad quos eiusmodi fluxiones impreſſionem faciunt, aliquando adiici ſolent. Conf.* Celſ. 7, 7. Plin. 21, 19 *etc.* ¶ 2 Epiphora *ſpecies eſt etiam* παρεκβάσεως *apud Rhetores. Vid. Voſſ. Inſt. Orat.* 3 p. 463. *Eſt etiam ſchema oratorium, quo repetitio fit in clauſulis.* Plaut. Trin. 1, 2, 168 Qui omnia ſimulant ſe ſcire, ne quidquam ſciunt. Quod quisque in animo habet, aut habiturus eſt, ſciunt, *etc.*

EPIPOLAE, arum. f. [Ἐπιπολαὶ] *Praeruptus eſt locus Syracuſas contingens, cuius meminit hiſtoria ſexta Thucydides, et* Liu. 25, 24.

EPIRHEDIVM, ii. n. [ἐπιρέδιον] *Vehiculi genus.* Quinctil. 1, 5 *extr.* Quum ſit ἐπὶ praepoſitio Graeca, rheda Gallicum: nec Graecus tamen, nec Gallus vtitur compoſito: Romani ſuum ex alieno vtroque fecerunt. Iuuen. Sat. 8, 66 Tritoque trahunt epirhedia collo Segnipedes. *Vid.* Quinctil. 1, 10. *Coraſ. Miſc.* 3, 20, 5. *Voſſ. in Gloſſ. et Scheffer. de Re Vehic.* 2, 32. *Qui omnes pro genere vehiculi accipiunt. Sed quid ſi pro ornatu vel inſtrumento rhedae capiamus, ſpeciatim pro helcio? Certe compoſitio, et Iuuenalis verſus id ſuadent. Caetera non repugnant.*

EPĪRVS, i. f. [Ἤπειρος] *Regio, quae Moloſſia dicta eſt: et a Chaone Heleni fratre Chaonia, nunc vero Albania vocatur. Terminatur* Epirus *a Septentrione Macedonia, ab Oriente Achaia, ab Occidente Ionio mari.* Cic. Att. 3, 3 Vt quum ex Italia profecti eſſemus, ſiue per Epirum iter eſſet faciendum, tuo tuorumque praeſidio vteremur. Ouid. Met. 8, 282 Miſit aprum, quanto maiores herbida tauros Non habet Epirus, ſed habent Sicula arua minores. *Conf.* Liu. 45, 34. Epiri duae *ſec.* Sext. Ruff. c. 8 *extr. conf. Sigon. de Ant. Iur. Prou.* 1, 9.

EPĪRŌTA, ae. m. [Ἠπειρώτης] Liu. 42, 38 *pr.* Marcius et Atilius ad Gitanas Epiri oppidum decem millia ab mari quum adſcenderent, conſilio Epirotarum habito cum magno omnium aſſenſu auditi ſunt. Idem 45, 34 Vt liberi Epirotae ſicut Macedones eſſent. Idem 29, 12.

EPIROTĬCVS, a, um. Adi. [Ἠπειρωτικὸς] Cic. Att. 12, 53 Niſi te Epiroticae literae impediant, quas ego non interpello. Boves Epirotici, *qui in Epiro inueniuntur, vel qui ex Epiro ſunt.* Varro de R. R. 2, 5. Plin. 4, 10 Epiroticam gentem dixit in ſolis occaſum recedere. Mala Epirotica *dicuntur (inquit Sipontin.) Orbiculata, a figura orbis in rotunditatem circumacti. Conf.* Plin. 15, 14. Poſſeſſiones Nep. 25, 14, 3. Signa Sil. 1, 628.

EPISCENIVM, ii. n. [ἐπισκήνιον] *Pars aedificii ſcenae ſuperpoſita.* Vitruu. 7, 5 Praeter ea ſupra eam epiſcenium, in quo tholi, pronai, ſemifaſtigia, omniſque tecti varius picturis fuerat ornatus.

EPISCĒNOS, i. f. *Pars aedificii, contignatio, quae ſcenae ſuperponitur* Vitruu. 5, 7.

EPISCHIS, ĭdis. f. *Et,*

EPISCHIDION, i. n. [ἐπισχίδιον] *Apud* Vitruu. 10, 17 *accipitur pro Cuneo, quo ligna finduntur. Nam* σχίζειν, *Graecis eſt findere: Sic Bald. Ind.*

EPISCOPVS, i. m. [ἐπίσκοπος, ἔφορος] *Inſpector eſt, ſ. curator et Praefectus. Sic* ICtus Arcad. l. vlt. Digeſt. de Muner. et Hon. §. 7 *ſcribit,* Epiſcopi, qui praeſunt pani et caeteris venalibus rebus, quae ciuitatum populis (ad) quotidianum victum neceſſaria ſunt, perſonalibus muneribus funguntur. *Sic* Cic. Att. 7, 11 Vult enim me Pompeius eſſe, quem tota haec Campana et maritima ora habeat Epiſcopum, ad quem delectus et negotii ſumma referatur. *Sic Hippolytum* Portus Romani ſ. Oſtienſis Epiſcopum *fuiſſe, putat Heumannus Primitiis Gottingenſibus Academicis* p. 244. ¶ 2 *Chriſtiani mature eos, qui Eccleſiis docendo et dirigendo praeeſſent,* Epiſcopos *dixerunt, vt neque ipſum Dominum Ieſum Chriſtum ſic vocare refugerit Petrus; et Conſtantinus M. apud Euſeb. in vita* 4, 24 *ad Epiſcopos,* ὑμεῖς μὲν τῶν εἴσω τῆς Ἐκκλησίας· Ἐγὼ δὲ τῶν ἐκτὸς ὑπὸ θεοῦ καθεσταμένος ἐπίσκοπος ἂν εἴην. *Auctoritates ex Vulgato Interprete et Patribus, qui vocantur, adferre ſuperuacuum. Illud modo breuiter monemus, cum totum hoc ſit alterius loci, mature admodum praerogatiuam ſumſiſſe ſibi* epiſcopos *(cum prima origo eos a Presbyteris, Diaconis, non diſtingueret) prae aliis eccleſiae curatoribus. v. g.* Cyprian. Epiſt. 3 Meminiſſe autem Diaconi debent, quoniam Apoſtolos, id eſt, Epiſcopos et praepoſitos Dominus elegit: Diaconos autem poſt aſcenſum Domini in caelos Apoſtoli ſibi conſtituerunt Epiſcopatus ſui et Eccleſiae miniſtros. Quod ſi nos aliquid audere contra Deum poſſumus, qui Epiſcopos facit; poſſunt et contra nos audere Diaconi, a quibus fiunt. Et ideo oportet Diaconum, — Epiſcopo praepoſito ſuo plena humilitate ſatisfacere. Tertull. de Praeſcr. c. 32 Edant origines Eccleſiarum ſuarum; euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris — habuerit auctorem et anteceſſorem. *Eſt titulus* Cod. Theod. 16, 2 de Epiſcopis, Eccleſiis et Clericis, *itemque* Cod. Iuſtin. 1, 3 de Epiſcopis et Clericis.

EPISCOPALIS, e. Adi. *Ad Epiſcopum pertinens.* Prudent. *in* Cyprian. 33. *et in* Martyr. Tarrac. 11. De Epiſcopali iudicio *eſt titulus* C. Theod. 16, 12. De Epiſcopali audientia C. Iuſtin. 1, 4.

EPISCOPALITER. Adu. Auguſtin. Confeſſ. 5, 13.

EPISCOPATVS, ūs. m. Ammian. 27, 3. *(Grut. 6) Vid. Valeſ.* p. 480. Tertull. de Praeſcript. c. 30. *et* de Baptiſmo c. 17.

EPISCOPOR, ări. Sariſb. 7, 8.

EPISCOPIVS, a, um. Adi. [ἐπισκόπιος] *i. vt volebant Exploratorius, ex* Cic. Att. 14, 17 Quinto Non. conſcendens ab hortis Clunianis in phaſelum epiſcopium. *i. Nauem exploratoriam. Sed recte al.* Epicopum. *Vid. ſupra.*

EPISCOPIVM, ii. n. [ἐπισκοπεῖον] *Epiſcopi Habitatio dicitur, ſicut*

ſicut Praetorium appellatur, vbi Praetor ius reddit. Epiſcopia *ſcholae olim, non minus quam Monaſteria.*

EPISCYNIVM, ii. n. [ἐπισκύνιον] *Latine Supercilium. Hoc verbo vſus eſt* Septimius Florens de Pall. c. 4 *quum ait*, Cenſoriae intentionis epiſcynio diſperſo, *h. e. diligentiae et ſeueritatis ſupercilio remiſſo. Turneb. Aduerſ. 7, 20. Conf. Salmaſ. de* Pall. p. 342.

EPISPASTICA [ἐπισπαστικὰ] *Medicamenta, quae pertinent ad vlcus purgandum, puſque extrahendum: dicta a verbo Graeco ἐπισπάω, quod idem eſt, quod attraho.* Celſ. 5, 18 *pr. de* Malagmatis, Sed quaedam digerunt materiam, quaedam extrahunt, quae ἐπισπαστικὰ vocantur.

EPISTALMA, ătis. n. [ἐπίσταλμα] *i. Commiſſio principis per mandati ſubſcriptionem facta. Alciat. in* l. pactum C. de pact.

EPISTĂTES, ae. m. [ἐπιστάτης] *Dicitur Procurator ac praepoſitus rei faciendae.* Cato R. R. c. 56 *vulgo ſic legitur*, Familiae cibaria: vbi opus facient, per hiemem tritici modios quaternos: per aeſtatem modios quaternos ſemis: vilico, villicae epiſtatae, *(quaſi eſſet appoſitio)* opilioni modios ternos. *Budaeus tamen in libro de Aſſe ſic interpungit:* vilico, villicae, epiſtatae, opilioni, *etc.* Epiſtates *vero eodem auctore, curatorem operis ſignificat. Apud Athenienſes* Epiſtates *dictus vnus e Senatoribus, qui templum cuſtodiuit, de quo Suid.*

EPISTATHMIA, ae. f. *totum Graecum eſt, et diuerſorium, militare praeſertim, ſignificat ſ. manſionem. Vtitur* Cic. Att. 13, 52 Hoſpitium, ſiue ἐπισταθμίαν odioſam mihi duxi, non moleſtam.

EPISTŎLA, ae. f. [ἐπιστολὴ] *Graecum vocabulum eſt, ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν, quod eſt Mittere, quia ad abſentes mittitur.* Venio nunc ad tuas literas, quas pluribus epiſtolis accepi Cic. ad Qu. Frat. 3, 1, 3. *vbi plane proprie accipitur.* Idem Fam. 1, 1, 13 Illud quod eſt epiſtolae proprium, vt is, ad quem ſcribitur, de his rebus, quas ignorat, certior fiat, praetermittendum eſſe non puto. *Add.* Id. 2, 4. *Interdum* Epiſtola *a* codicillis *ita differt, vt hi inter praeſentes commeent.* Seneca Epiſt. 55 Video te, Lucili, cum maxime audio, adeo tecum ſum, vt dubitem, an incipiam non epiſtolas, ſed codicillos tibi ſcribere. Ab epiſtolis, *vid.* A *vel* AB *Praep.* n. 35 *et mox* n. 4. Cic. Off. 2, 48 Exſtant Epiſtolae et Philippi ad Alexandrum, *etc.* Diligentia epiſtolarum, *vel* negligentia Idem Att. 8, . . Faſciculus epiſtolarum Id. Att. 2, 11. Frequentia epiſtolarum Cic. Att. 4, 15. Vincula epiſtolae laxare Nep. 4, 4, 1. ¶ 2 *Epitheta:* Aduentoria epiſtola, *fingitur ex* Martialis 12 praef. *Sed eſt ea* Coena aduentoria ſ. adventicia, *cui comparatur* Epiſtola. *Vid.* ADVENTICIVS. Anxia praecipiti veniſſet epiſtola penna Iuuen. Sat. 4, 149. Crudelis Ouid. Epiſt. 15, 219. Diues Idem Epiſt. 17, 65. *quae multa promittit.* Euocatoria Sidon. Apoll. 8, 12. Formalis *qua aliquid ab Imperatore edicitur.* Sueton. Domit. c. 13 Cum Procuratorum ſuorum nomine Formalem dictaret epiſtolam. *Recentior aetas* Formatas *dixit, vid. Sauaro ad* Sidon. 6, 9 *it.* 7, 1. Cic. Att. 8, 22 Nec cum epiſtola Inani volui ad te venire Metrodorum. Inſignes amoris notis epiſtolae, *vid.* INSIGNIS. Cic. Att. 1, 13. Intempeſtiua, *vid.* INTEMPESTIVVS. Interior, Cic. ad Qu. Frat. 3, 1, 5. *i. verſus finem, vt interpretatur Manutius ex ratione conuoluendi. Si tabellae ſ. codicilli fuerunt, medium fuerit.* Licentior, *vid.* LICET. Longior Ouid. Epiſt. 10, 241. Epiſtola Longiſſima quaeque optima videtur Cic. Att. 16, 11. *Add.* Id. ad Qu. Frat. 1, 1, 16. Loquax, *vid.* LOQVOR. Minuſcula, *vid.* MINOR. Cic. Att. 2, 12 (11) Da Ponderoſam aliquam epiſtolam, plenam omnium non modo actorum, ſed etiam opinionum tuarum. Puſilla Idem Att. 6, 1. Quotidianae Id. Att. 8, 22. Recens Cic. Att. 8, 23. Quinctil. 1, 1 Quare ſemper et vbique tum praecipue in epiſtolis Secretis, et familiaribus delectabit, ne hoc quidem reliquiſſe. Humanitatis ſparſae ſale Cic. Att. 1, 13. Idem Att. 5, 14 Habes epiſtolam plenam feſtinationis et pulueris, reliquae ſubtiliores erunt. *h. e. Scriptae diligentius.* Verboſa et grandis Iuuen. Sat. 10, 71. ¶ 3 *Verba:* Accipere epiſtolam Cic. Fam. 5, 20. Afferre Idem Fam. 11, 17. Claudere mandato aliquo Ouid. Epiſt. 13, 165. Committere epiſtolam Cic. Att. 1, 10. Complicare Idem Att. 12, 1 *med. et ad* Q. Frat. 3, 1, 5. Concerpere, Concludere, *vid. ſuis locis.* Continet epiſtola, *vid.* CONTINEO. Dictare epiſtolam Cic. Att. 8, 16. Dare Idem Att. 2, 12. Sueton. Aug. c. 50 Ad epiſtolas omnes etiam horarum momenta — quibus Datae ſignificarentur, addebat. Cic. Att. 13, 27 Heri Effeci epiſtolam ad Caeſarem, *i. Vberrime ſcripſi.* Elicere Id. Att. 9, 2. Elucubrare Cic. Att. 7, 18. Exarare Idem Att. 12, 1 *pr. et* 14, 22 *pr.* Exſpectare *vel* Requirere Id. Att. 2, . . Facere longiorem epiſtolam Cic. Att. 6, 5. Impingere epiſtolam alicui, Inſcripta epiſtola alicui, *vid. h. v.* Siniſtram manum haud Implere debet *epiſtola* Sen. Epiſt. 45 *extr.* Laceſſere epiſtola Cic. Fam. 12, 30. Mittere epiſtolam Idem Att. 2, 4. Momorderunt me epiſtolae tuae de Attica noſtra: eaedem tamen ſanauerunt Id. Att. 13, 3. *Scripſerat Atticam aegrotare, ſed putare inualetudinem non fore diuturnam.* Narrat epiſtola, *vid.* NARRO. Obſignare epiſtolam Cic. Att. 5, 19. Obſignare epiſtolam annulo Curt. 3, 7, 12. *Conf.* ib. n. 14. Obtundere epiſtola Cic. Att. 8, 1. Idem Att. 14, 22 Perſolui primae epiſtolae, venio ad ſecundam. Reddere epiſtolam Id. Fam. 2, 7. Quotusquisque eſt tabellarius, qui epiſtolam paullo grauiorem ferre poſſit, niſi eam pellectione releuarit Cic. Att. 1, 13. Reſcribere epiſtolae Idem Att. 1, 8. Reſignare epiſtolam Id. Att. 11, 9. Reſpondere: *vt*, Ei nunc epiſtolae literis his Reſpondeo Cic. Att. 1, 17. Scribere epiſtolam Idem Att. 9, 18. Sueton. Aug. c. 50 In — epiſtolis Signandis initio ſphinge vſus eſt, mox imagine Magni Alexandri, nouiſſime ſua. Soluere, *i. Aperire* Cic. Att. 11, 9. *Conf.* Nep. 23, 11, 3 *et* 4. Texere: *vt*, Epiſtolas quotidianis verbis texere ſolemus Cic. Fam. 9, 21. Idem Philipp. 2, 77 Confeſtim ad eam, cuius cauſa venerat, deducitur, eique epiſtolam Tradidit. *i. Reddidit: ſubaudi*, Tabellarius. Quinctil. 1, 1 Nam Gracchorum eloquentiae multum contuliſſe accepimus Corneliam matrem, cuius doctiſſimus ſermo in poſteros quoque eſt epiſtolis Traditus. Venit epiſtola Cic. Att. 2, 1. ¶ 4 *Obſeruatt.* Iuſtinus *fere hoc proprium habet, vt* Epiſtolis *pl. num. vtatur pro ſing. ſicut Literis. Vid.* 1, 6, 1. *et* 11, 12, 3. *item* 17, 2, 9. *et* 20, 5, 12. Ab epiſtolis *dicitur Miniſter vel Seruus, qui epiſtolis praeeſt* Sueton. Claud. c. 28. *Frequens hoc in vetuſtis* inſcriptionibus: *Vid.* Gruter. p. 482 n. 5 T. VARIO CLEMENTI AB EPISTVLIS AVGVSTOR. Idem p. 566 n. 4 AVG. LIB. AB EPISTVLIS. *Veteres enim* Epiſtulam *aeque ac* Epiſtolam *ſcripſere.* Epiſtola, *pro Cautione.* Scaeuola l. vlt. D. de conſtit. pecun. l. Titius Seiorum debitor deceſſit: Hi perſuaſerunt P. Maeuio, quod hereditas ad eum pertineret, et fecerunt, vt epiſtolam in eos exponat, debitorem ſe eſſe quaſi heredem patrui ſui confitentem: qui et addidit epiſtolae ſuae, quod in rationes ſuas, *etc.* Epiſtola, Iureconſultis eſt Reſcriptum Principis, ad relationem magiſtratus alicuius, de re quapiam dubia emiſſum, *ait* Theoph. §. 5 de iur. natur. in Inſtit. Vlpian. de Off. Quaeſt. §. vlt. *Add.* Nep. 25, 7, 3. Suet. Domit. c. 13. *et Comment. ib. it. ad* c. 20. *Inprimis etiam Codicillos teſtamentórum ſolent* Epiſtolas *vocare ICti, cum nempe forma epiſtolarum ſolerent concipi. Vid. Briſſon. de Form.* 7, 166. *et de Significat. Verb.*

EPISTOLIVM, i. n. Dimin. [ἐπιστόλιον] *Vt*, Conſcriptum lacrimis epiſtolium Catull. 66 (69) 2. *Conf.* Inſcriptio *apud Manut. in Orthogr.*

EPISTOLARIS, e. Adi. [ἐπιστολικὸς] *Vt*, Epiſtolaris charta. Martial. lemm. 14, 11. Colloquium Auguſtin. Epiſt. 5 ad Marcellin. ſub init. Epiſtolares Principis *dicuntur, Qui acta in ſacro auditorio excipiunt, vt apparet ex* l. 36 C. de appellat. *Habebant enim Imperatores* ſcrinium ſacrarum epiſtolarum, *vt ex* l. 3 de temp. appellat. *et aliis liquet.* ¶ 2 *Alia et recondita notione* Martian. Capell. 9 p. 303 *extr. de augurali ſcientia ita*, Poſt has vero aſtabit decens illa ſidereis fulguranſque luminibus, quae Epiſtolaris tua *(Iouem alloquitur)* et dicta eſt et probata. Huic ſemper, pater, tuas aſſereris credidiſſe manubias, ac triſulcae lucis commiſiſſe fulgorem, quae vias, veſtigia, aduentum, exitusque igniuagae denuntiationis agnoſcit Epiſtolaris, *quam tu mittere ſoles ad homines.*

EPISTOLARIVS, i. m. *Qui epiſtolam adfert.* Saluian. Gub. 5 p. 174 *(Baluz. 110)* Noui epiſtolarii a ſummis ſublimitatibus miſſi.

EPISTOLICVS, a, um. Adi. *Vt*, Epiſtolicae quaeſtiones Gell. 14, 7. Idem praef.

EPISTOMIVM, i. n. [ἐπιστόμιον] *Aeramentum, quo ora ſalientis vel cuiuscunque canalis, obturantur et laxantur quum opus eſt, dum manu ducitur vertibulum illud pertuſum, quod admittit vel arcet aquam, prout hoc aut illo modo verſatur:* epiſtomium *enim Graecum eſt, quaſi Oris obturaculum dicas.* Vitruu. 9, 9 p. 201 Ita vti minus tympanum, quemadmodum epiſtomium in maiore circumagendo arcte leniterque verſetur. *Et* 10, 13 *de hydraulicis organis loquens*, Singulis autem canalibus ſingula epiſtomia incluſa ſunt, manubriis ferreis collocata, quae manubria quum torquentur, ex arca patefaciunt nares in canales. *Idem paullo poſt*, Motione vero vectium vehementiore, ſpiritus frequens compreſſus epiſtomiorum aperturis influit, et replet anima canales. Epiſtomium *accepit pro Eo obturaculo, quod in muſicis organis ſpiritum continet et laxat, vt opus eſt.* Sen. Epiſt. 86 Niſi aquam argentea epiſtomia effuderint: et adhuc plebeias fiſtulas eloquor. Varro de R. R. 3, 5, 16 Quum et aqua calida et frigida ex orbe ligneo menſaque, quam dixi, in primis radiis eſſe, epiſtomiis verſis ad vnumquemque actum, ſic vt influat in conuiuium. *Sic vett. editt. A Victorio inde legitur*, Epitoniis verſis ad vnumquemque factum, ſic vt fluat in conuiuam. Epitonia *enim ſunt* epiſtomiorum *Vertibula ſeu verticula. Eadem varietas eſt* l. 17 ff. *pr.* De actione emti et vend. *et* Vitruu. *ll. cc. Conf. Bynkersh. Obſſ.* 5, 9.

EPISTROPHE, es. f. [ἐπιστροφὴ] Rufiniano Figura eſt λέξεως, quum eadem in verba plures deſinunt ſententiae. *Vid. Voſſ. Inſt. Orat.* 5 *p.* 287.

EPISTYLIVM, i. n. [ἐπιστύλιον] *Suprema pars et quaſi ornatiſſimum caput columnae, quae illam tegit, quaeque trabes columnae impoſitas repraeſentai, et ex aduerſo reſpondet Stylobatae. Recte* Feſtus, Epiſtylium trabs, quae ſuper columnas ponitur. Varro de R. R. 3, 5, 11 In limine, in lateribus dextra et ſiniſtra porticus ſunt primoribus columnis lapideis intermediis arbuſculis humilibus ordinatae, quum a ſumma macerie ad epiſtylium tecta porticus ſit rete canabina, et ab epiſtylio ad ſtylobatem hae ſunt auibus omne genus oppletae. *Conf.* Plin. 35, 14. *et* 26, 14. Vitruu. 1, 1 *et* 2. *it.* 3, 3.

EPISYNALOEPHE, es. f. [ἐπισυναλοιφὴ] *Figura eſt dictionis, eadem cum* Synaereſi, *quo duae ſyllabae iisdem literis remanentibus, in vnam conglutinantur:* vt Aeripedem ceruam, *apud Virg. pro* Aëripedem. *Certe hoc exemplo vtitur* Chariſ. 4 p. 249. *et addit* Aëripedem quinque Syllabis dicere debemus. *Huic opponitur* Diaereſis, *qua vna ſyllaba in duas reſoluitur, vt* Siluae *triſſyl. apud Hor. pro diſſyl.* Siluae. *Inter* Epiſynaloephen *et* Synaloephen *hoc intereſt, quod* Synaloephe *proprie fiat in diuerſis dictionibus, prima ſequentis dictionis Vocali vltimam praecedentis abſumente*, vt Chartag' Italiam. Epiſynaloephe *vero, non niſi in eadem fit dictione, nulla litera pereunte, ſed duabus tantum in vnam coaleſcentibus. Vid.* Chariſium *l. c.*

EPITAPHIVM, ii. n. [ἐπιτάφιος] *Proprie dicitur Inſcriptio, quae fit ſupra ſepulcrum in laudem defuncti. Vid. Scal. Poët.* 3, 121. *Tale eſt* Virg. Ecl. 5, 42 Et tumulum facite, et tumulo ſuperaddite carmen, Daphnis ego, in ſiluis, hinc vſque ad ſidera notus. *Sed* Cic. Tuſc. 5, 36 c. 12 Quid vero in Epitaphio, quomodo idem? *Platonis librum citat eum, qui etiam Menexenus vocatur, cuius occaſio eſt oratio in defunctos in praelio milites publice habenda. De talibus intelligendus* Quinctil. 3, 4, 5 Nam et laudes et vituperationes ſcribebantur, et ἐπιταφίους dicere erat moris. *Intell.* λόγους. *Eſt etiam Carmen, quod dicebatur ad tumulum. Scalig. Poët.* 1, 50. Seru. *ad* Ecl. 5, 44.

EPITAPHISTA, ae. m. *Epitaphiorum ſcriptor.* Sidon. Epiſt. 1, 9 Non heroicorum phaleris, ſed Epitaphiſtarum neniis comparabuntur.

EPITĂSIS, is. f. [ἐπίτασις] *In Comoedia, Vehementiſſimus actus, qui cataſtrophen praecedit, in quo omnia quaſi feruent et aeſtuant inter ſpem et metum.* Donat. de Tragoedia et Comoedia, Epitaſis eſt incrementum proceſſusque turbarum, ac totius, vt ita dixerim, nodus erroris. *Apud Grammaticos etiam pro Exaggeratione ſumitur.*

EPITHALAMIVM, i. n. [ἐπιθαλάμιον] *dicitur hymnus, qui in nuptiis canitur, quaſi Iuxta thalamum.* Quinctil. 9, 3, 16 Catullum *citat* in Epithalamio, Sic virgo dum innupta manet: *quod eſt* carmen 61 Veſper adeſt *etc. Eiusdem* Catulli 63 *eſt* Epithalamium Pelei et Thetidis, Peliaco quondam *etc. Vid. Barth. Aduerſ.* 35, 8.

EPITHECA, ae. f. [ἐπιθήκη] *Additio, adiectio.* Plaut. Trin. 4, 3, 18 Niſi etiam laborem ad damnum apponam epithecam inſuper.

EPITHEMA, ătis. n. [ἐπίθεμα] *Quaſi tu* Impoſitorium *dicas et continere* Emplaſtra *et* Malagmata *videtur.* Scrib. Larg. Compoſ. 160 Poſt epithemate vti oportet. *Conf.* Iſidor. 4, 9. Priſcian. Med. 2, 20.

EPITHESIS, is. f. [ἐπίθεσις] *Praeter vulgatas illas apud Graecos ſignificationes, quibus pro Impoſitione ſiue aggreſſione ſumitur, apud Iurisconſultos etiam vſurpatur pro Inſcriptione quadam appoſitia, in contumeliam fraudemue alicuius facta.* Vlp. l. 5 lex Cornel. D. de iniur. et famoſ. libel. §. 10 Eadem poena ex Senatusconſulto tenetur is, qui epitheſin,

epitheſin, aliudue quid, ſiue ſcripturam in aliorum notam produxerit. *Sic Haloander. Sed Gothofr.* ἐπιγράμματα.

EPITHĔTON, i. n. [ἐπίθετον] *Eſt nomen Adiectiuum, vel Participium adeo, aut ſolum, aut cum aliis Subſtantiuis Aduerbiisue iunctum, quod nomini Subſtantiuo apponitur.* Adiectiuum quod Graeci ἐπίθετον vocant Macrob. 1, 4. *Conf.* Idem 6, 5. *Locus claſſicus eſt* Quinctil. 8, 6, 39 Ornat ἐπίθετον, quod recte diximus Appoſitum (8, 2, 10) a nonnullis ſequens dicitur. Eo Poëtae et frequentius et liberius vtuntur. — Apud oratorem, niſi aliquid efficitur, redundat. Tum autem efficitur, ſi ſine illo, quod dicitur, minus eſt *etc. Add.* 9, 1, 3 *et* 6. *it.* 8, 3, 20. Quinctil. 8, 2 *et* 9, 1. *Item* Iſidor. 1, 6 *et* 36. *Rarum eſt, quod* Tibull. 1, 8, 17 *tria* Epitheta *vni Subſtantiuo adiecta;* Vt volitat crebras intacta per vrbes Alba Palaeſtino ſancta columba Syro. *Tale eſt illud* Virg. Aen. 3, 658 Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum, *de Polyphemo. Nempe haec talia ad deſcriptiones pertinent, vbi plura Epitheta cumulare non licet modo, ſed pulchrum, quin neceſſarium eſt, vt* Varro R. R. 2, 7, 5 Non anguſta iuba, crebra, fuſca, ſubcriſpa *etc. Conf. Brouckh. ad* Tib. 3, 5, 22.

EPITITHĬDES, um. f. *pl.* [ἐπιτιθίδες] *Suprema membra coronidis, quae faſtigio ſummo ſuperimponuntur, quaſi tu* Superimpoſitiones *dicas, ſupremum membrum coronidis in columnis.* Vitruu. 3, 3 p. 58 Inſuper coronas ſimae, quas Graeci ἐπιτιθίδας dicunt, faciendae.

EPITHȲMON, i. n. [ἐπίθυμον] Plin. 26, 8 ſ. 35 Epithymon eſt flos e thymo ſatureiae ſimili.

EPITIMIA, ae. f. [ἐπιτιμία] *Diſputatur, quid hoc nomine ſibi velit* Modeſt. in l. 21 §. 2 D. de tut. et curat. Sed et ſi quis a parentibus prohibitus fuerit tutor eſſe; neque creari hunc oportet. Et ſi creatus ſit, nec recuſauerit; prohiberi eum eſſe tutorem, manente epitimia. *Videbatur naturale, intelligi ignominiam ex parentum illa nota, certe diffidentia. Sed Alciat.* Parerg. 2, 29 *docet, accipi hic pro exiſtimatione et fama. Voluit igitur filium quidem ſubmoueri, ſed tamen non ideo notari infamia aliqua, vel dedecore, quo ſuſpecti remotique tutores afficiuntur. Non enim talis fuit mens parentum, vt filio ſuo vellent vllam notam inurere. Remouebitur igitur* manente epitimia, *i. Illabefacta nominis honorisque ſui fama. Et ſane* ἐπιτιμίας *nomen ita interdum accipi, vt vult Alciatus, Suidas docuit.*

EPITOGIVM, i. n. [ἐπιτόγιον]. *Genus pallii, quod ſuper togam ferebatur.* Quinctil. 1, 5, 68 Iunguntur autem aut ex duobus Latinis integris, vt *ſuperfui, ſubterfugi;* quamquam ex integris an compoſita ſint, quaeritur; aut ex integro et corrupto, vt *Maleuolus;* aut ex corrupto et integro, vt *Noctiuagus;* aut duobus corruptis, vt *Pediſſequus;* aut ex noſtro et peregrino, vt *Biclinium;* aut contra, vt *Epitogium,* et *Anticato;* aut ex duobus peregrinis, vt *Epirhedium.*

EPITŎME, es; *et* EPITOMA, ae. f. [ἐπιτομή] *Breuiarium Latine dicitur, et compendium, ſiue opus conciſum.* Cic. Att. 12, 5 Conturbat enim me epitome Bruti Fanniana, an Bruti epitoma Fannianorum? ſcripſi, quod erat in extremo. *Dubitat, vtra melior appellatio ac titulus libri: et poſteriorem ſe ſecutum, indicat. Probat poſteriorem rationem etiam* Att. 13, 8 Epitomen Bruti Caelianorum velim mihi mittas.

EPĬTŎMO, āre. *Vſi ſunt ſequioris aeui ſcriptores. Vid.* Treb. Poll. de Zenob. 30. *Hinc*

EPITOMATVS, a, um. Partic. Veget. de Re Mil. c. 8 *extr.* Quae diſperſa ſunt velut epitomata conſcribo. *Vid.* Rubric. Leg. 14 Dig. de peric. et comm. rei vend. *vbi laudatur* Paullus libro 3 epitomatorum Alfeni Digeſtorum.

EPITONIA, [ἐπιτόνια] *ab* ἐπιτείνεσθαι, *i. Intendi, proprie ſunt vertibula ſ. verticilla, quibus intenduntur nerui in inſtrumentis muſicis: deinde illa vertibula, quorum circumactu aperiuntur clauduntur ue Epiſtomia: quacum voce fere confundi haec noſtra ſolet. Reliqua loca damus in* EPISTOMIVM. *Hic ponimus* Vlp. l. 18 §. 5 D. de act. emt. Caſtella plumbea, putea, opercula puteorum, epitonia fiſtulis applumbata, aut quae terra continentur, quamuis non ſint affixa, aedium eſſe conſtat.

EPITOXIS, *melius* EPITOXITIS, dos. f. [ἐπιτοξῖτις] *Apud* Vitruu. 10, 15 *et* 17 *eſt cauus, qui ſagittam in baliſta recipit.* Hero in βελοποιικοῖς, τὸ δεχόμενον τὸ βέλος κοίλασμα ἐπιτοξῖτιδα καλεῖσιν. Vitruu. 10, 15 *et* 17.

EPITRĪTVS, i. m. [ἐπίτριτος] *Pes ex quatuor ſyllabis conſtans, quod ſupra tres ſyllabas longas breuem vnam habeat. Eius quatuor genera ſunt.* Primus epitritus *eſt, qui primam ſyllabam breuem habet, caeteras longas:* ſecundus, *qui ſecundam:* tertius, *qui tertiam:* quartus, *qui quartam. Eſtque adeo* Paeoni *contrarius, qui tres breues habet, vnam longam. Vid.* Diomedes 3 p. 477: *et ſubtiliter diſputantem de ratione appellationis Scal. de Poët.* 2, 4. *Nempe* ¶ 2 Epitritus *etiam Proportio dicitur, continens aliquem numerum, et eius partem tertiam, vt quatuor proportionem Epitriti habent ad tria, duodecim ad nouem, quadraginta ad triginta. Spondeus ad Iambum vel Trochaeum. Vid.* Gell. 18, 14. Vitruu. 3, 1. Macrob. in Somn. Scip. 2, 1. *et Salmaſ. de Modo Vſur. p.* 17.

EPITROCHASMVS, i. m. [ἐπιτροχασμός] *Figura eſt ſententiae, quae, vt ait* Aquila p. 14 diſtantia plura inter ſe percurrens velocitate ipſa circumponit, vt ſi velis dicere, Caeſar in Italiam euolarat, Confinium praeſidio deſertum ceperat, vrbe potiebatur, Pompeium perſequebatur. *Dicta eſt a verbo* ἐπιτροχάζω, *quod eſt velociter percurro. Tale illud* Caeſaris Suet. c. 35. Veni, vidi, vici.

EPITROPE, es. f. [ἐπιτροπή] Schema eſt διανοίας, *teſte* Rutilio p. 11 quum rei alicui vehementer confidimus et noſtro iure indicibus largimur, vt quemadmodum videtur illi, conſtituant, atque ei pareamus. Rufinianus p. 28 epitropen *eſſe ait*, quum figurate concedimus, quod velit, quis faciat: *profertque exemplum ex* Aen. 4, 381 I, ſequere Italiam ventis, pete regna per vndas. *Ibi enim Dido quamvis liberum Aeneae profectionis arbitrium permittere videatur, re tamen ipſa maxime dehortatur, difficultatem ei et pericula ob oculos ponens. Latine* Conceſſionem *vocare poſſumus.*

EPITROPOS, i. m. [ἐπίτροπος] *Villicus.* Auſon. Epiſt. 22 *pr.*

Philon, meis qui villicatus praediis
Vt ipſe vult, Epitropos;
(Nam glorioſum Graeculus nomen putat,
Quod ſermo fucat Doricus)
Suis querelis noſtras afferit preces *etc.*

EPITYRVM, i. n. [ἐπίτυρον] Vocabulum eſt cibi (*inquit* Varro de L. L. 6, 5 p. 79) quo frequentius Sicilia quam Italia vſa eſt. *Deriuatur ab* ἐπὶ καὶ τυρὸς, *caſeus. Verum huic etymologiae reclamare videtur compoſitio, quam dabimus ex* Catone c. 119 Epityrum album, nigrum, variumque ſic facito. Ex oleis albis, nigris, variisque nucleos eiicito. Sic condito. Conciſito ipſas: addito oleum, acetum, coriandrum, cuminum, foeniculum, rutam, mentham: in orcam condito, oleum ſupra ſiet: ita vtitor. *Operoſior eſt deſcriptio* Columel. 12, 47, 9 ſqq. *Sed ex oliuis ipſa quoque. Hinc putabat Beroaldus, dictum* Epityrum *ex Graeco* πίθυρις, *oliua. Sed naturale magis, dictam, quod* ἐπὶ τὸν τυρὸν, *ad et poſt caſeum apponeretur.* Plaut. Mil. 1, 1, 24 Ego me illi mancupio dabo, ſi vnum epityrum edam apud illum eſuriens inſane bene. *Sic eſt apud Varron. l. c. Multa moliuntur editores.* Epityro *tamen ſuus bonor et ſenſus manet.*

EPIVRVS, i. m. [ἐπίουρος] *Prima notione Cuſtos, dein Paxillus, cuius vſus eſt in rebus compingendis et conſeruandis, ne diſſipentur.* Pallad. 12, 7 *de pruno;* Oleaſtri epiurum inſige radici. *Eundem ibi eſſe* Epiurum, *qui eſt* Epigrus *Senecae reſtitutus a viris doctis, obſeruamus.*

EPIZEPHYRII Locri. *Vid.* ZEPHYRIVM.

EPIZEVXIS, is. f. [ἐπίζευξις] *Coniugatio: Figura, quum dictio in verſu abſque medio aliarum repetitur. v. g.* Virg. Aen. 9, 427 Me me adſum qui feci. *Et apud* Ter. Andr. 1, 5, 48 O Myſis, Myſis.

EPIZYGIS, ĭdis. f. *Apud* Vitruu. 10, 15 *et* 17 *pars baliſtae, ferreus axiculus, qui orificio modioli appoſitus, transuerſos neruos continet, dum ipſa modioli verſione torquentur et intenduntur.*

E P O

EPOCHA, *ſ.* EPOCHE, ae. f. *Graecum* ἐποχή, *quam* retentionem *dicas, apud Philoſophos quidem (qui inde, i. ab eodem verbo* ἐπέχειν ἐφεκτικοί, Ephectici, *dicti ſunt) retentionem aſſenſus; ſed apud chronologos partem temporis, in qua inſiſtas, vnde numeres, vbi retineas curſum illum temporis. Illius* ἐποχῆς *Philoſophorum exempla ſunt* Cic. Att. 6, 6. 7, 9 *etc. it.* Acad. 2, 59 c. 18 Ex his illa neceſſario nata eſt ἐποχή, id eſt aſſenſionis retentio. *Add.* ibid. 148 c. 48. *Chronologicae illius ſignificationis exemplum deſidero, nec verum eſt, quod ait Scal. de emendat. temp.* L. 5 p. 358, Epocham *a Cenſorino vocari* indicem et titulum quendam. *Locus eſt* c. 21 Secundum quam rationem, niſi fallor, hic annus, cuius velut index et titulus quidam eſt Vlpii et Pontiani Conſulatus *etc. Conſulum paria nomen, titulum, indicem anno Romano cuique praeſtant: annus quisque poteſt* Epocha *conſtitui: ſed non ideo* Titulus *et* index anni *eſt* Epocha. *Haec enim relationem notat, initium computandi, etc.*

ĔPŌDES, is. m. Genus Piſcis. Plin. 32 c. vlt. *ex ſolo* Ouidio Halieut. 126 Tunc Epodes lati, tunc molles tergore ranae.

EPODOS, i. m. *et* f. [ἐπῳδός] *Quaſi tu* Succentum *dicas, ſiue* ſubiectum *aliis verſibus carmen*, eſt tertia pars aut periodus Lyricae Odes. Igitur quae poſt ϛροφὴν et ἀντιϛροφὴν, ἐπῳδὸν dicebant. Ἐπᾴδειν quidem eſt ſupercanere. *Nota* ſub *et* ſuper *hic idem notant, nempe* poſt. *Haec* Marius Victorinus p. 2501 *Putſch. Cuius locum integrum damus infra in* STROPHE. ¶ 2 Hinc ſumtum vocabulum, *ſic pergit* Victorinus l. c. in has Epodas, quae binos verſus impares habent. Nam vt illae Canticum finiebant (*Hoc docent Carmina Pindarica, et verba Victorini, quae damus in* STROPHE) ſic hae ſenſum verſu inſequenti. *Non multum diuerſa* Diomedes 3 p. 482 Epodi dicuntur verſus quolibet modo ſcripti, et ſequentes clauſulas habentes particularum, quales ſunt Epodi Horatii, in quibus ſingulis verſibus ſingulae clauſulae adiiciuntur, vt (Hor. 15) *Nox erat, et caelo lucebat luna ſereno:* Deinde, *Inter minora ſidera.* Et (Hor. 16) *Altera iam teritur bellis ciuilibus aetas:* Deinde, *Suis et ipſa Roma viribus ruit.* Dicti autem Epodi συνεκδοχικῶς a partibus verſuum, quae legitimis et integris verſibus ἐπᾴδονται, id eſt, accinuntur. *Quod ait de partibus verſuum, non nimis accuratum videtur. Sane in vndecimam et vnam alteramque praeterea Epodôn Horatianarum non conuenit, vbi poſterioris verſus totidem aut plures adeo ſunt ſyllabae, quam prioris. Quanquam etiam XII et XIII* Victorini *definitioni non ſatis reſpondent. Sed ſcilicet nomen habet liber a parte potiori, in qua illa ratio ſiniendi intra ſecundum quemque verſum ſententiae accurate non minus quam in carmine elegiaco obſtruatur. Conf.* Terent. Maurus p. 2422 *Putſch. it.* cap. vlt. p. 2448 ſq. *vbi aliquoties* Epodum *ſ.* Epodon *appellat ſubiunctum alii verſum. Muretus ad* Horat. *et Laured. ad* Cic. Agr. 2 c. 2 p. 466 *Graeu. plane negant* Epodon *titulum eſſe ab Horatio, et inſcribendum* Odarum librum V. *quod etiam factum in Editione Meruilli. Nec ſatisfaciunt iſta, quae ex Grammaticis dedimus, Scaligero, qui Poët.* 1, 44 *primo inſtantia vtitur carminis elegiaci, quod nemo vocet* Epodos. *Scilicet ad Odas et Lyricum Carmen modo pertinet haec appellatio. De inde affert verſus ex Epodis Horatii, vbi ſententia non ſit finita. Vt nempe in Elegiaco etiam non accurate ſemper ſeruatur lex carminis. Quam ipſe excogitat appellationis rationem, ea ingenioſa eſt, ſed nihil poteſt valere contra Grammaticorum vſum: nempe* Epodos *dictas vt* Epinomida *Platonis, ſuperadditum Odis nouum librum. Itaque neque probare potuit ſententiam ſuam Turnebo* 21, 6 *qui etiam Graecis auctoritatibus, quae dicta ſunt firmat. Add. quae dicimus ad illud* Quinctil. 10, 1, 9 *vbi putamus hoc dicere Fabium,* Catulli verſibus epodon non interuenire.

EPOL, *pro* EDEPOL, *vid.* AEDEPOL.

EPOLONOS dicebant antiqui, quos nunc Epulones dicimus. Datum autem eſt his nomen, quod epulas indicendi Ioui, caeterisque diis poteſtatem haberent. Feſtus.

EPŌMIS, ĭdis. f. *Eſt Graecum* ἐπωμὶς, *quo vtuntur Graeci interpretes de parte veſtitus ſacerdotalis, quae humeros tegit.* Vulgatus Superhumerale *ad verbum reddidit:* Hieronymus ad Fabiolam de Veſtitu ſacerdot. Ephod *Hebraicum retinet.*

EPOMPHALIA, orum. n. *Apud* Fulgent. Mythol. 2, 5 *extr.* Firmandis fetibus opponuntur. *Sic edidit Munckerus pro* Epinephridia, *quod habent al. et interpretatur verbis* Gloſſae, Emplaſtra, quae apponuntur vmbilico mulierum concipere non valentium, vnde praegnaces (*praegnantes*) reddantur.

EPONA, ae. f. [Ἐπόνα] *Dea, equorum curam habens, cuius originem dabimus e Plutarcho* Parallel. p. 312 e, Φούλβιος Στέλλος μισῶν γυναῖκας, ἵππῳ συνεμίσγετο. ἡ δὲ κατὰ χρόνον ἔτεκε κόρην εὔμορφον, καὶ ὠνόμασεν Ἔποναν. ἔστι δὲ θεὸς πρόνοιαν ποιουμένη ἵππων, ὡς Ἀγησίλαος ἐν τρίτῳ Ἰταλικῶν. *Sic libri antiqui: pro quo* ἱππώναν *e coniectura poſuere recentiores, cum ab* ἵππῳ *deriuandam putarent: vnde et apud Latinos, quos mox laudabimus,* Hipponam *quidam ſubſtituere.* Equona *placet Barthio Adu.* 37, 1. *Iam videamus loca; cum illud obſeruauerimus, Seguinum tamen in Sel. numiſm.* p. 12 *ſibi* Hipponam *in numo deprehendiſſe videri.* Apul. Met. 3 p. 141, 3 Reſpicio pilae mediae, quae ſtabuli

ſtabuli trabes ſuſtinebat in ipſo fere meditullio Eponae deae ſimulacrum, praeſidens aediculae, quod accurate corollis roſeis, et quidem (*ſic leg. pro* equidem) fuerat ornatum. Fulgent. Expoſ. Serm. ant. 11 Semones — Priapus, Epona, Vertumnus. Prudent. Apoth. 197 (*al.* 265) Nemo Cloacinae, aut Eponae ſuper aſtra deabus *ſine varietate.* Iuuen. Sat. 8, 157 Solam Eponam, et facies olida ad praeſepia pictas. *Sic enim legendum recte contendit Turneb. Aduerſ. 24, 4. et conſentit* vet. Schol. *cum* Eponam mulionum deam ait. Tertull. Apol. 16 Vos tamen non negabitis, et iumenta omnia et totos cantherios, cum ſua Epona coli a vobis. Minuc. 28, 8 Totos aſinos in ſtabulis, cum veſtra Epona conſecratis. *Add.* Tertull. ad nationes 1, 11.

EPOPEVS, i. m. *Gubernator nauis.* Ouid. Met. 3, 619 — qui requiemque modumque Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus.

EPOPS, ŏpis. c. [ἔποψ] *Auicula ſordidiſſima eſt, eaque criſtata, vnde et ἀλεκτρυὼν ἄγριος a Graecis appellatur. Latini, a ſono quem edit, conficto nomine* Vpupam *vocant. Pollux 5, 13 n. 2 de Auium vocibus. Conf.* Ouid. Met. 6, 674 *vbi* Tereus *perſequens Philomelan et Procnen*

Vertitur in volucrem, cui ſtant in vertice criſtae,
Prominet immodicum pro longa cuſpide roſtrum.
Nomen Epops volucri, facies armata videtur.

Virgil. Cul. 252 Biſtonius rex Orbus Epops moeret volucris euectus in auras.

EPOPTAE, [Ἐπόπται] *in ſacris dicebantur Myſtae, qui totum iam annum initiati, ad ſpectanda ſacra admittebantur. A verbo ἐποπτεύειν, quod eſt ſpectare ſiue inſpicere: vnde et ſacrorum inſpectionem, ἐποπτείαν Graeci appellant. Vid. Scalig. ad* Tibull. 3. *et de Emend. Temp. 5 et Caſaub. ad Athenaeum.* Tertull. adu. Valentin. *pr.*

EPOPTICVS, a, um. Adi. *Vt,* Diſputationes epopticae, *quas Chalcidius in Timaeum Plat. opponit Naturalibus. Vid. cum p. 220 et 370.*

EPOREDIA, ae. f. [Ἐπορεδία *Ptolemaeo*] *Salaſſiorum oppidum in Gallia Tranſpadana, de quo* Plin. 3, 17 ſ. 21 Oppidum Eporedia, Sibyllinis a Populo Rom. conditum iuſſis. Eporedias Galli bonos equorum domitores vocant. *Conf. Strab. 4. Sigon. de Ant. Iur. Ital. 3, 6.*

EPOS, eos. n. [ἔπος] *Ad verbum* dictio *eſt:* ἔπω *enim dico. Sic autem praecipue vocati verſus antiquiſſimi hexametri dactylici, quibus oracula, et deorum dictiones complecti mos erat: hinc* ἔπη *carmina illa Pythagoraeorum. In primis Homeri carmina* ἔπη, *totumque opus* Epos *dictum eſt, et hinc Opera Iliadi et Odyſſeae ſimilia.* Diomed. 3 p. 480 Epos dicitur Graece carmine hexametro diuinarum rerum et heroicarum humanarumque comprehenſio — Praecipue vero hexameter verſus Epos dicitur, quoniam quidem hoc verſu verba reſponſi in mutuam, vt ſic dixerim, conſequentiam (*ad verbum* ἕπεσθαι ſequi, *reſpicit*) primus Deus vates comprehendit — *Sic et* Mar. Victorin. 1 p. 2493 Epos eſt proprie heroicum metrum, quod diuinarum humanarumque rerum, et vel maxime heroum facta verſu hexametro comprehenduntur, quod Graeca ſignificatione dictum putant ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι ἐν αὐτῷ τὰ ἑξῆς μέρη τοῖς πρώτοις, *i.* quod primas partes eius caeterae inſequantur. Martial. 12, 94 Scribebamus epos, coepiſti ſcribere: ceſſi. Hor. Serm. 1, 10, 43 — Forte epos acer Vt nemo, Varius ducit.

EPICVS, a, um. Adi. [ἐπικός] *Poëtarum, qui* Epos *ſcribunt, et ipſorum carminum, quibus Epos conſtat, epitheton.* Cic. de Opt. gen. Orat. *pr.* Poëmatis tragici, comici, epici, melici etiam — ſuum quoduis (*genus*) eſt diuerſum a reliquis. *Et mox* Itaque licet dicere et Ennium ſummum epicum Poëtam, ſi cui ita videtur; et Pacuuium tragicum, et Caecilium fortaſſe comicum. Quinctil. 10, 1, 62 Steſichorum, quam ſit ingenio validus, materiae quoque oſtendunt, maxima bella et clariſſimos canentem duces, et epici carminis onera lyra ſuſtinentem. Reddit enim perſonis in agendo ſimul loquendoque debitam dignitatem: ac, ſi tenuiſſet modum, videtur aemulari proximus Homerum potuiſſe. *His itaque verbis bona pars legum carminis epici continetur, quas ex Homeri exemplo eruendas eſſe, conuenit.* Verſus epicus *eſt* Heroicus ille Senarius, *qui vulgo* Hexameter *vocatur. Vid.* Diomed. 3 p. 493.

EPOSTRACISMVS, i. m. [ἐποστρακισμὸς] Luſus puerorum, quo teſtulam (ὄστρακον) ſeu lapillum diſtringunt ſuper aquae aequor, numerumque ſaltuum quos facit, ineunt. *Vid.* Min. Fel. c. 3. *et* Polluc. 9, 7.

EPŌTO, āre. [ἐκπίνω] *Potando exhaurire.* Martial. 2, 29 Quaeque Tyron toties epotauere lacernae.

EPŌTVS, a, um. Partic. *pro Epotatus.* [ἐκπεπωμένος] *Vt* Cic. pro Cluent. 168 Epoto poculo. Liu. 8, 18 Epoto medicamento. Aqua epota Ouid. de Rem. Amor. 740. Acetum epotum Scribon. 199. Malum medicamentum Id. 178. Succo epoto Plin. 28, 14. Venenum Cic. pro Cluent. 163 c. 62. Epoto Sarmata paſtus equo, *pro Sanguine equi epoto* Martial. de Spectac. 3 *quod illuſtrat* Plin. 18, 10. Amphora epota Phaed. 3, 1, 1.

EPPIA Gens, *in Tribu Cornelia cenſebatur Vrſin. et Patin. Fam. Rom.*

EPRIA Gens, *vid. Ferret. Muſ. Lapid. 2, 39.*

E P V

EPVLAE, arum. f. *tantum pl.* [δαιτὺς, θοίνη] *Cibi miniſterio hominum et in noſtrum vſum comparati.* Cic. de Fin. 1, 51 c. 16 Et tamen in quibusdam neque pecuniae modus eſt, neque honoris, neque imperii, nec libidinum, nec epularum, *etc.* Idem Philipp. 3, 20 Vino et epulis retentus, et alea eſt: ſi epulae potius quam popinae nominandae ſunt. *Pro ipſo conuiuio accipiuntur, et lautis menſis, quae in conuiuio offerri conſueuerunt. Vnde,* Ampliſſimae epulae *apud* Caeſ. B. G. 6, 27. Cic. pro Flacc. 95 Sepulcrum L. Catilinae floribus ornatum, hominum audaciſſimorum atque domeſticorum hoſtium conventu, epuliſque celebratum eſt. Virg. Aen. 6, 604 Epulaeque ante ora paratae Regifico luxu. Carmina in epulis cantitata a ſingulis conuiuis de clarorum virorum laudibus Cic. de Clar. Orat. 74. Cogitationum bonarum epulae Id. de Diuin. 1, 61. Diſcendi epulae Id. in Topic. 25. *Translatio eſt. Paſcitur enim non minus animus doctrina, quam corpus cibo.* Cic. de Aruſp. Reſp. 21 Tui ſacerdotii ſunt tenſae, curricula, praecentio, ludi, libationes, epulaeque ludorum publicorum. Regum epulae Hor. Serm. 2, 2, 45. ¶ 2 *Epitheta:* Carnifices epulae Claudian. B. Gildonico 178 *vbi venena metuuntur.* Dulces Hor. Carm. 3, 8, 6. Geniales Claud. de Rapt. Proſ. 2, 327. Lautiores Stat. Silu. 1, 6, 32. Liberales Tacit. Ann. 15, 55. Nocturnae Lucret. 2, 26. Regales Ouid. Met. 6, 488. Sacrae Virg. Aen. 7, 175. Sollemnes Tacit. Ann. 1, 50, 4. Triſtes, *i. Inſipidae* Sil. 3, . . ¶ 3 *Verba:* Accipere epulis apparatis, *vid.* ACCIPIO. Accumbere epulis, *vid.* ACCVMBO. Adhibere fides ac tibias veterum Romanorum epulis moris fuit Quinctil. 1, 10. Adhibere aliquem epulis, *vid.* ADHIBEO. Adire epulas, *i. Ad conuiuium* Ouid. Amor. 1, 4, 1. Apponere in epulis, *vid.* APPONO. Celebrare largius epulas, *vid.* CELEBRO. Decerpere noctes primas epulis Perſ. 5, 42. Diſtinguere epulas Sil. 7, . . Dare epulas alicui Virg. Aen. 4, 484. Dare ad epulas Cic. de Fin. 2, 101. Dare leges epulis Ouid. Triſt. 2. 488. Effuſi in luxum, et epulas, et nocturnos coetus Tacit. Hiſt. 4, 36. Exſtruebantur menſae conquiſitiſſimis epulis Cic. Tuſc. 5, 62 c. 21. Inſtaurare epulas Virg. Aen. 7, 146. *vid.* INSTAVRO. Inſtituere epulas Sil. 11, 272. *vid.* INSTITVO. Inſtruere epulas, *vid.* INSTRVO. Inſtructae epulae Sen. Agam. 10. Inuitare ad epulas, *vid.* INVITO. Marcere grauibus epulis Claud. in Eutrop. 2, 434. Onerare menſas epulis Virg. Georg. 2, 378. Paratae epulae luxu regifico Idem Aen. 6, 604. Ponere epulas Ouid. Faſt. 4, 545. Profuſae epulae Cic. pro Muraen. 76. Recipere aliquem ad epulas Id. in Topic. 25. Rimari epulis Virg. Aen. 6, 599 *dicitur vultur viſcera Tityii, i. ad epulas, cibi parandi cauſa.* Saturata mens bonarum cogitationum epulis Cic. de Diuin. 1, 61. Struere epulas Tacit. Ann. 15, 55. *Metaphorice Epulae etiam Beſtiarum cibus quotidianus dicitur.* Virg. Aen. 4, 484 Epulaſque draconi Quae dabat. Hor. Serm. 2, 3, 119 Cui ſtragula veſtis Blattarum ac tinearum epulae, putreſcat in arca. ¶ 4 *Obſeruatio: Videtur ſua natura adiectiuum nomen fuiſſe* Epulus, a, um: *vnde* Epulae Dapes, Epulum Conuiuium *vel* Sollemne. *Certe hoc ſuadent* Epulae oues Varro de R. R. 2, 1, 24 *vbi vulgo legitur,* Quot vtriusque generis ſoboles, quot reiiculae ſint alienandae. *Sed pro* reiiculae *et MSS. optimi, et ſententia poſtulat,* epulae, *i. edules, quae ad lanionem vendi debent. Nempe* epulus *eſt ſyncopatum ex* edipulus: *hoc autem formatum ex* edo, *vt ex* diſco diſcipulus. *Ornauit hanc ſententiam G. H. Vrſinus Obſeruatt. philol. c. 6 p. 64. ſq. et, qui videtur Vrſinum ignoraſſe, Pontedera ad h. l. in Addendis. Et iam viderat Scaliger ad illud* Feſti, Epulam antiqui etiam ſingulariter poſuere. *Adſcripſit enim, Non mirum, cum adiectiue ſumatur. Intelligitur enim* dapem, *et* epulae, dapes. *Quin addit, ſic* epulae oues *Varroni: qui tamen ad Varronem volebat legi* pulae, *i.* pullae *ſ. nigrae, quarum deterioris notae lana eſt.*

EPVLVM, i. n. [δημοθοινία] *ſignificat Sollemniores cibos: et proprie Publicum conuiuium in propatulo numeroſis ciuibus exhibitum, ſiue in dedicatione templi, ſiue in triumpho, ſiue in funere, ſiue ludorum cauſa, quale imperatores exhibebant apud Romanos, et quale factum eſſe conſtat a pluribus, qui teſtamento legauerunt epulum quotannis ad ſepulcrum roſis et variis reſperſum odoribus, pro hereditatum facultatibus exhibendum. Valla.* Iuuen. Sat. 3, 229 Hortulus — Vnde epulum poſſis centum dare Pythagoreis. Gell. 12, 8 Cum ſollemni die Ioui epulum libaretur. Cic. pro Muraen. 75 Is quum epulum Q. Max. Africani patrui ſui nomine Populo Romano daret, rogatus eſt, *etc.* Id. in Vatin. 30 c. 12. *extr.* Ita enim illud epulum eſt funebre, vt munus ſit funeris, epulae quidem ipſae dignitatis. Idem in Vatin. 30 Qua mente feceris, vt in epulo Q. Arii familiaris mei cum toga pulla accumberes. Dare epulum populo Hor. Serm. 2, 3, 86. *Conf.* Liu. 5, 52 *pr.* Suet. Caeſ. c. 38 *et ib.* c. 26. Liu. 33, 42. *Salmaſ. in* Vopiſc.

EPVLO, ōnis. m. [δαιτυμὼν] *Conuiua.* Apul. Mileſ. 2 p. 123 Sic paratus coenae me committo. Frequens ibi numerus epulonum, et flos ipſe ciuitatis. *Et* 10 p. 246, 36 Ingens oborta eſt epulonum exſpectatio, *de conuiuio vtrumque priuato. Quin de paupere et ordinario conuictu* Id. 9 p. 235, 26. ¶ 2 Epulones *etiam dicebantur* tres viri, quos Pontifices propter ſacrificiorum multitudinem eſſe voluerunt, vt ludorum epulare ſacrificium facerent, *auct.* Cic. de Orat. 3, 73 c. 19. Liu. 33, 42. Cic. de Aruſp. Reſp. 21 Patres Conſcripti, voſque Pontifices, ad quos epulones Iouis Opt. Max. ſi quid eſt praetermiſſum aut commiſſum, afferunt, *etc.* *Poſtea facti Septemuiri.* Vet. Inſcr. *apud* Grut. p. 227 n. 1 *Auguſto dedicata,* SACERDOT. BONAE DEAE ET COLLEG. VII. VIR. EPVLON. Plin. Epiſt. 2, 11 Septemuir epulonum. ¶ 3 Epulo, *Nomen viri. apud* Virg. Aen. 12, 459.

EPVLŌNVS, i. m. *Idem ac Epulo. Laudatur ex* Apul. Met. 9 Inter Epulonos caſeum diuidere. *Sed Elmenh. p. 235, 26 et* Pricaeus epulones.

EPVLOR, āri. Dep. [ἑορτάζω] *Laute et ſplendide edere, aut conuiuari.* Liu. 25, 12 *extr.* Vulgo apertis ianuis in propatulo epulati ſunt. Idem 24, 16. Cic. de Fin. 2, 16 Quum in voluptate ſint qui epulentur. Apud aliquem Tacit. Hiſt. 3, 38, 3. Hilare epulatus Id. Ann. 11, 3. Luxurioſius Nep. 4, 3, 2. Ad ipſas excubias epulari Claud. de Nupt. Hon. 196. Cic. de Senect. 45 Epulabar igitur cum ſodalibus omnino modice, ſed erat tamen quidam feruor aetatis. Saliarem in modum Id. Att. 5, 9. *Vid.* Saliaris *in* SALII. Dapibus epulamur opimis Virg. Aen. 3, 224. Carnem humanam Hygin. Fab. 125. Cic. de Fin. 2, 90 c. 28 Negat enim *Epicurus,* tenuiſſimo victu, id eſt contemtiſſimis eſcis et potionibus maiorem voluptatem percipi, quam rebus exquiſitiſſimis ad epulandum. Adimere ius epulandi, *vid.* ADIMO.

EPVLANDVS, a, um. Partic. [θοινηθησόμενος] *vt,* Corpora epulanda Ouid. Met. 15, 110. Auibus feriſque epulandum aliquem trahere Sen. Thyeſt. 750.

EPVLĀRIS, e. Adi. [θοινητικός] *Quod ad epulas pertinet, vt* Epulare ſacrificium Cic. de Orat. 3, 73 c. 19. *Item* epularis ſermo, *qui fit in conuiuio.* Apul. Met. 2 p. 103 Iam illatis luminibus epularis ſermo percrebuit. Cic. de Senect. 45 c. 13 Bene enim maiores accubationem amicorum, quia vitae coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt. Epularis dies *dicitur, quo epulum praebetur* Suet. in Domit. c. 13. Feſtus, Epulares appellabantur, qui in quibusdam ludis noctu epulabantur. *Scal. ad h. l. adſcripſit,* Varro, Dum epulares nocte epularentur.

EPVLATIO, ōnis. f. [ἑστίασις] Columel. 12, 9 Quae ad menſam quotidianam aut epulationem pertinent. *Conf.* Petron. c. 141. *et* Suet. Calig. c. 18. Lucil. Sat. 14. *apud* Non. 3, 87 Idem epulo cibus atque epulatio Iouis omnipotentis. *Sed, vt Hexameter fiat, Lipſ.* epulae, *quod probat Fr. Douza.*

EPVLATICIVS, a, um. Adi. Qui epulis dat operam Gloſſ. Iſidor.

EPVLA-

EPVLATOR, ōris. m. *Idem ac Epulo, apud* Auguſtin.

EPVLĀTVS, a, um. Partic. Cic. Tuſc. 2, 113 c. 47 Poſt epulatos cum matre adoleſcentes ſomno ſe dediſſe. Gens epulata nouem dies Virg. Aen. 5, 762.

EPȲTVS, i. m. *Albae rex.* Ouid. Faſt. 4, 44 Proximus eſt titulis Epytos, Alba tuis. *Burm.* Epitos. *Alius eſt* Stat. Theb. 10, 400 (394) Epytus *an* Aepytus, *vnus comitum Amphionis.*

EPYTIDES Virg. Aen. 5, 547. *Etiam in hoc variatur. Vid. Heinſ.*

E Q V

EQVA, EQVARIA, EQVARIVS, EQVES, EQVESTER. *Vid.* EQVVS.

EQVIDEM. [ἔγωγε] *Coniunctio affirmatiua, qua Cicero et aurea aetas vtuntur pro* ego quidem. Cic. de Senect. c. 21 Equidem non video, cur quid ipſe ſentiam de morte, non audeam dicere vobis. *Laudatur* Idem Q. Frat. 3, 1, 3 Nam mihi vno die tres ſunt redditae, equidem vt videbantur, eodem abs te datae tempore. *Sed meliores,* et quidem : *vt etiam* pro Planc. 31 c. 12 Emiſſus aliquis e carcere : et quidem emiſſus *etc. Sic quod adſertur* de Diuin. 2, 144 c. 70 Huic equidem, Antipho *etc. Sed ſuſpectum Manutio, Lambin.* eidem. De Fin. 2, 9 c. 2 *recte editur* Sic, et quidem (*al.* equidem) diligentius ſaepiusque iſta loquemur. Att. 3, 1 (3) Adhuc quidem (*MSS.* equidem, *f.* et quidem) valde me poenitet. *Sed* pro Sextio 122 c. 57 *ſine varietate legitur, et numeroſe legitur,* Quae tum ſignificatio fuerit omnium, — equidem audiebamus: exiſtimare facilius poſſunt, qui adfuerunt. *Sed hic videtur* audiebam *legendum: certe de ſe ſolo illum dicere apparet ex eo, quod adiecit* exiſtimare ſ. p. q. a. Tuſc. 5, 100 c. 35 Veſtrae quidem coenae in praeſentia *etc. In quibusdam libris* equidem, *adhaereſcente Vocali vltima praecedentis vocis.* In Piſon. 84 c. 34 *dedit Gruterus ex Palatinis ſuis libris,* Cum equidem tibi etiam acceſſio fuit ad necem Platoris. *Sed ipſe fatetur, publicata ante exemplaria habere,* Tum quidem. *Quare nemini equidem auctor ſim, vt Ciceronis exemplo tueatur* equidem, *non pro* ego quidem *poſitum, quo intellectu ſollemniter vtitur, v. g.* Fam. 13, 1 Equidem ti quod ipſe ſentiam quaeris, *vbi non ad* quaeris, *ſed ad* ſentiam *referendum eſt, ſicut* Att. 13, 26 Equidem credibile non eſt, quantum ſcribam die, quin etiam noctibus. *Modo dixerat,* Conor equidem in Tuſculanum. *Et in principio,* Et quidem id erat primum, *vbi quidam vett.* equidem. Id. Epiſt. 4, 8 Equidem, etiam ſi appetenda mors eſſet, domi atque in patria mallem. *Et ſic locis innumerabilibus.* Quid ego aruſpicum reſponſa commemorem? poſſum equidem innumerabilia Cic. de Diuin. 2, 26. Quod demiror equidem Id. Att. 14, 15. Equidem certe idem ſum, qui ſemper fui Plaut. Amph. 1, 1, 291. Certe equidem audieram, *etc.* Virg. Ecl. 9, 7. Equidem per litora certos Dimittam Virg. Aen. 1, 580. *vbi conſ.* Seru. Plaut. Amph. 2, 2, 66 Equidem ecaſtor vigilo, et vigilans, id quod factum eſt fabulor. Id. Merc. 3, 3, 5 Quid cogitem? equidem hercle opus hoc facto exiſtimo. Equidem pol in eam partem accipioque et volo Ter. Eun. 5, 2, 37. Equidem ego, *et* ego equidem Salluſt. ad Caeſ. de Rep. Ord. 1, 3. Idem in Iugurth. 10 Ego equidem regnum vobis trado firmum, ſi boni eritis: ſi mali, imbecillum. *Conf.* Cic. *ap.* Seru. *ad* Aen. 1, 580 Ego equidem caeteras tempeſtates. *Sic recte edidit Fabricius. Male Maſuic. et Burm.* quidem. *Nempe obſeruat ibi* Seruius: Equidem in omni Virgilio ego quidem vbique ſignificat. Sed in aliis et pro quidem tantum ponitur. *Laudat deinde Ciceronis locum, et duos Perſii, quos ſtatim dabimus.* Poſſumus equidem dicere Sall. Cat. 51, 20 *quod Salluſtianum eſſe, docuit Cort. ad 51, 15. Cum verbo ſecundae perſonae.* Perſ. 5, 45 Non equidem hoc dubites amborum foedere certo Conſentire dies. Scitis equidem Sall. Cat. 58, 4. *Cum tertia perſona coniunctum.* Varro R. R. 1, 5, 1 Equidem innumerabiles mihi videntur. Perſ. 1, 110 Per me equidem ſint omnia protinus alba.

EQVIRINE, Iusiurandum per Quirinum. Feſtus.

EQVISETIS, is. f. *Herba eſt in prato* inuiſa foeniſecis, a ſimilitudine equinae ſetae *ſic dicta* Plin. 18, 28.

EQVVS, i. m. [ἵππος] *Animal notum,* et *nobile, cuius deſcriptionibus vnam alteramque paginam implere facile foret. Videri poſſunt, quas collegit Lacerda ad* Virg. Georg. 3, 75 Continuo pecoris generoſi pullus in aruis Altius ingreditur, et mollia crura reponit *etc. Add.* Varro R. R. 7, 2. *et* Colum. 6, 27 *et* 29 *quem poſteriorem locum ſolum ponemus, quia eſt inſtar omnium.* Corporis *igitur* forma conſtabit exiguo capite, nigris oculis, naribus apertis, breuibus auriculis et arrectis, ceruice molli lataque, nec longa, denſa iuba et per dextram partem profuſa, lato et muſculorum toris numeroſo pectore, grandibus armis et rectis, lateribus inflexis, ſpina duplici, ventre ſubſtricto, teſtibus paribus et exiguis, latis lumbis et ſubſidentibus, cauda longa et ſetoſa criſpaque; aequalibus atque altis rectisque cruribus, tereti genu paruoque neque introrſus ſpectanti, rotundis clunibus, feminibus toroſis ac numeroſis, duris vngulis, et altis, et concauis rotundisque, quibus coronae mediocres ſuperpoſitae ſunt. Sic vniverſum corpus compoſitum, vt ſit grande, ſublime, erectum, ab adſpectu quoque agile, et ex longo quantum figura permittit rotundum. Mores autem laudantur, qui ſunt ex placido concitati, et ex concitato mitiſſimi. Nam hi et ad obſequia reperiuntur habiles, et ad certamina laborum patientiſſimi. *Addamus lepidam deſcriptionem pugnae equorum contra aſinum* Apul. Met. 7 p. 195, 10 Hic elatis in altum vaſtis pectoribus, arduus capite, et ſublimis vertice, primoribus in me pugillatur vngulis; ille terga pulpoſis torulis obeſa conuertens poſtremis velitatur calcibus: alius hinnitu maligno comminatus, remiſſis auribus dentiumque candentium renudatis haſtis, totum me commorſicat. *Totum huc pertinet, et legiſſe neminem poenitebit,* Plinii 8, 42, *itemque* Vegetii Veterin. 4, 6 *et* 7. *qui in primis patrias equorum, et quomodo figuris illae dignoſcerentur, indicat. Multa quoque diſces, inferioris praeſertim aeui, quod huc non pertinet proprie ex Iac. Gothofredo ad Cod. Theod. locis, quae index docet. Fabula de ceruo et equo* Hor. Epiſt. 1, 10, 34. Virg. Aen. 5, 668 Sic Acer equo turbata petiuit Caſtra. Ouid. Amor. 3, 2, 7 O quicunque faues felix Agitator equorum. Anfractus mollis leuioris equi Valer. Argon. 6, 240. *i. Diſcurſus nunc in hanc partem, nunc in illam.* Aptus equis Hor. Epiſt. 1, 7, 41. Argumenta generoſi equi Virg. Georg. 3, 75. Diues equûm Id. Aen. 9, 26. Domitor equorum Id. Ibid. 7, 651. Moderamen equorum Ouid. Met. 2, 48. Proles duellica equorum Lucret. 2, 660. Ouid. Met. 2, 154 Interea volucres Pyrois, Eous, et Aethon Solis equi, quartusque Phlegon. Idem Amor. 3, 2, 66 Quadriiuges aequo carcere miſit equos. Ouid. Epiſt. 8, 105 Quum tamen altus equis Titan radiantibus inſtat. Vis fortis equi Lucret. 3, 763. Vſus equorum Virg. Georg. 3, 211. ❡ 2 *Epitheta :* Acer equus Ouid. Met. 3, 704. Virg. Aen. 4, 157 — mediis in vallibus acri Gaudet equo. Ouid. de Arte Am. 2, 136 — Aemonios dum vigil optat equos. Id. Ibid. 3, 388 Virginis aethereis quum caput ardet equis. *i. cum Sol eſt in ſigno Virginis.* Agminales equi l. 3 *et* 6 C. de curſu publ. *etc. De his dedita opera egit Iac. Gothofr.* ad l. 3 C. Th. de curſu publ. Ablatus, *i. Celer* Sil. 6, . . Ouid. Faſt. 3, 416 Phoebus, et alatis aethera carpet equis. Albus Idem Met. 8, 33. *Hic* deterrimus color Virg. Georg. 3, 82. Ouid. Amor. 3, 12, 24 Victor Abantiades alite fertur equo. Virg. Aen. 12, 484 Alipedumque fugam curſu tentauit equorum. Anheli Ouid. Met. 15, 419. Virg. Georg. 1, 250 Nosque vbi primo equis oriens afflauit anhelis. *i.* Curſu anhelantibus. Seruius. Idem Aen. 2, 329 Arduus armatos mediis in moenibus adſtans Fundit equus. Ouid. Amor. 1, 2, 15 Aſper equus duris contunditur ora lupatis. Id. Met. 6, 819 Aſſiduis pulſatus equis. Propert. 3, 5, 34 Solis et atratis luxerit orbis equis. Ouid. Epiſt. Sabin. 2, 62 — cecidit miſerabilis ille Praeceps attonitis per freta raptus equis. Id. Met. 15, 368 Preſſus humo bellator equus, crabronis origo eſt. Biiuges Martis Virg. Georg. 3, 92. Valer. Argon. 2, 508 Orion bipedum flatu mare tollit equorum. Bipedes Protei Virg. Georg. 4, 389. Caerulei Thetidis Stat. Achil. 1, 78. Caeſpitatores, *vid.* CAESPES. Cornipedes Ouid. de Arte Am. 1, 280. Virg. Aen. 7, 779. Curules, *vid.* CVRVLIS. Diſcordes Sil. 16. Ouid. de Arte Am. 2, 488 In furias agitantur equae, ſpatioque remoto Per loca diuiduos amne ſequuntur equos. Id. Amor. 2, 9, 30 Vt rapit in praeceps dominum ſpumantia fruſtra Frena retentantem durior oris equus. Eoi Virg. Aen. 2, 418. *vid.* EOS. Feri Hor. Serm. 1, 5, 56. *vid. mox* EQVIFERVS. Funalis Sueton. Tib. 6. *i. exterior.* Generoſiſſimus Quinctil. 5, 11. Giluus *mali coloris* Virg. Georg. 3, 83. Glauci *equi* Honeſti Id. ibid. 3, 82. Ouid. Met. 2, 392 Tunc ſciet ignipedum vires expertus equorum Non meruiſſe necem. Impiger Hor. Carm. 4, 3, 4. Inanis, *vid.* INANIS. Inſignis equis Virg. Aen. 10, 21. Inſignis phaleris Id. ibid. 5, 310. Equis inſignibus *de triumpho* Cic. poſt red. in Sen. c. 11. Id. de Amicit. 70 Atqui in ipſo equo (cuius modo mentionem feci) ſi nulla res impediat, nemo eſt qui non eo, quo conſueuit, libentius vtatur, quam intractato et nouo. Lacertoſus, *vid.* LACERTVS. Leuis Val. Fl. 6, 240. Lignei *ad exercendos tirones* Veget. 1, 18. Luciferi Ouid. Epiſt. 11, 46. Magnanimi Virg. Aen. 3, 704. Mites Claud. in Ruff. 1, 254. Nobiles Ouid. Amor. 3, 2, 1. Numidici, *vid.* NVMIDIA. October *v. h. v.* Optimus Quinctil. 5, 11. Paribus equis, *ait* Feſtus, id eſt duobus, Romani vtebantur in praelio, vt ſudante altero tranſirent in ſiccum. Pauidi, *vid.* PAVIDVS. Pennatus, *vid.* PENNA. Pernix equus quam maxime, *vid.* PERNIX. Primus in certamine Hor. de Arte Poët. 84. Publici *equitibus Rom. aſſignati, vid.* Liu. 5, 7. Plin. 33, 1. *vid.* ORDO. An Equus publicus *in antiquis Inſcriptionibus non nunquam pro* Equite *ponatur, diſputat Spon. Miſcell. erud. antiquit. 7 p. 259. Res fere omnis redire videtur ad* Inſcript. *Reineſ. 13, 65* C. CADISIVS Q. F. VETVR. CAIENVS. EQ. PVBLICVS FECIT SIBI ET MATRI. *Sic diceretur* Equus publicus, *vt* Primus pilus, *vt* Vexillum, *vt* Equi *apud Germanos etc.* Valer. Argon. 4, 608 Ludo volitans quum tu ma ſuperbo Puluereis exultat equis, *i. puluerem excitantibus.* Ouid. Epiſt. 21, 86 — Quum iam prope luce peracta Demere Purpureis ſol iuga vellet equis. Quadriiuges Id. Met. 2, 167. Id. Epiſt. 9, 28 Sitque ſocer Rapidis qui tonat altus equis. Id. Met. 2, 64 Et qua vix mane Recentes Enituntur equi. Regalis Claud. Conſ. Hon. 6, 516. Ouid. Amor. 1, 8, 4 — Nigri non illa parentem Memnonis in Roſeis ſobria vidit equis, *i. Auroram.* Sagmarius Lamprid. Hel. 4. Seiuges Feſtus in Iuges. Virg. Aen. 11, 635 — Permiſti caede virorum Semianimes voluuntur equi. Spadices honeſti Virg. Georg. 3, 82. Ouid. Epiſt. 4, 46 Torquentem frenis ora Sequacis equi. Spumans, *vid.* n. 3. Strigoſus, *vid.* STRIGOSVS. Hor. Serm. 2, 7, 50 Aut agitauit equum laſciua Supinum *metaph. in re turpi.* Ouid. Amor. 3, 4, 13 Vidi ego nuper equum contra ſua frena Tenacem Ore reluctanti fulminis ire modo. Tener, *vid. mox* Vetulus equus. Ouid. Epiſt. 16, 206 — qui Trepidos a dape vertat equos. Id. Met. 8, 554 — nec fortibus illic Profuit armentis, nec equis Velocibus eſſe. Velociſſimus Quinctil. 5, 11. Venator equus Claud. de Nupt. Hon. 5. Cic. de Amicit. 69 Vt equis Vetulis teneros anteponere ſolemus. Victor equus Virg. Georg. 3, 499. Virides Neptuni Claud. Conſ. Hon. 3, 198. Ouid. Met. 2, 234 — arbitrio Volucrum raptatur equorum. Id. ibid. 6, 120 Te ſenſit equum crinita colubris Mater equi Volucris, *Meduſa, mater Pegaſi.* Ouid. Met. 14, 321 Rex fuit Vtilium bello ſtudioſus equorum. ❡ 3 *Verborum et Participiorum formulae:* Ouid. Epiſt. 16, 354 Nec minor eſt Aſiae quam veſtrae copia terrae, Illa viris diues, diues Abundat equis. Accendere equum ſtimulis, *vid.* ACCENDO. Virg. Aen. 3, 470 Addit equos, additque duces. Admittere equum, *vid.* ADMITTO. Admouere, *vid.* ADMOVEO. Tacit. Ann. 12, 13 Per quietem monet ſacerdotes, vt templum iuxta, eques venatui Adornatos ſiſtant. Aduehere equo, *vid.* ADVEHO. Aduectus equo Cic. de Diuin. 1, 58. Agere *ſiue* agitare equum, *vid.* AGO. Anhelantes Sen. Herc. Oet. 9. Sil. 16 — niſuſque Apprendere primos Panchates animoſus equos. Ardentes, *vid.* ARDEO. Virg. Aen. 3, 540 Bello Armantur equi, bellum haec armenta minantur. Cic. de Senect. 34 c. 10 Quum ingreſſus iter pedibus ſit in equum omnino non Aſcendere: quum equo, ex equo non deſcendere, *vid.* ASCENDO. Aſpirare equis, *vid.* ASPIRO. Aſſiſtere equis Stat. Theb. 3, 299. Attribuere alicui equum, *vid.* ATTRIBVO. Auertere equum Ouid. de Arte 3, 785. Cadere de, *vel* ex equo, *vid.* CADO. Claud. in Ruff. 1, 376 — Calcabitur aſper Phaſis equo, pontemque pati cogetur Araxes. Candentes Idem Conſ. Stilich. 1, 370. Cogere verbere equum anhelum Id. Conſ. Hon. 6, 226. Comere equos Stat. Theb. 4, 43. Concitare equum, *vid.* CONCITO. Nep. 16, 5, 4. Concutere acres equos Virg. Aen. 8, 3. Conſcendere equum Ouid. Met. 14, 820. *vid.* CONSCENDO. Conſternantur equi Ouid. Met. 2, 314. Corrupti equi macie, *vid.* CORRVMPO. Corruit equus Sil. 17, . . Curare equos Virg. Aen. 8, 607. Decidere equo, *vel* ex equo, *vid.* DECIDO. Deſilire equo *ſolent, qui volunt alteri honorem habere. Vid. Lipſ. Elect. 1, 21.* Sil. 6, . . Alato ni Regulus arte

regendi Inſtantem Eluſiſſet equo. Enituntur recentes equi Ouid. Met. 2, 64. Exercere equos campis Claud. de B. Get. 251. Exhortari equos frementes Ouid. Met. 5, 402. Equos Exhortari Virg. Aen. 11, 610. Exhortari equos preſſos Ouid. Met. 12, 78. Exſpatiantur equi Id. ibid. 2, 202. Liu. 38 . . Quum tela Equosque expediſſent. Cic. pro Milon. 28 Obuiam ſit ei Clodius Expeditus in equo. Exſternari Ouid. in Ibin 432. Cic. Off. 1, 90 Vt equos propter crebras contentiones praeliorum ferocitate Exultantes domitoribus tradere ſoleant. Idem Brut. c. 51 Si auditor omnino tanquam equus non Facit, agitandi finis faciendus eſt, *i. plane ſe non mouet; plane commoueri non poteſt, vt equus contumax.* Fertur equis auriga Virg. Georg. 1, 514. Ferri equis Trinacriis Id. Aen. 5, 574. Hor. Epiſt. 1, 2, 64 Fingit equum tenera docilem ceruice magiſter Ire viam, quam monſtrat eques. Flectere equum ſciens Id. Carm. 3, 7, 25. Frenare equum auro, *i. Luparis aureis, aut freno aureo* Claud. de Phoen. 86. Frenati Virg. Aen. 5, 554. Id. Georg. 1, 13 — Cui prima frementem Fundere equum magno tellus percuſſa tridenti. Gaudere equis Hor. de Arte Poët. 162. Geſtari equo Martial. 1, 13. Gignuntur ad curſum equi Quinctil. 1, 1. Habitus male equus Gell. 4 c. vlt. *i. Macer et male curatus.* Hor. Carm. 3, 24, 54 — Neſcit equo rudis Haerere ingenuus puer. Hortari terribiles equos Ouid. Met. 5, 421. Immiſi equum ad eam legionem, *i. concitato equo aduectus ſum* Galba *ſub* Cic. Fam. 10, 30. Imperitare equis Hor. Carm. 1, 15, 25. Incitare equos Caeſ. B. G. 4, 24. Indomitus Hor. Serm. 2, 2, 9. Inobſequentes Sen. Hippol. 10. Inſidere equo Aur. Victor in Fab. Rulliano. Inſilire in equum Liu. 6, 7. Inſtratus equus ornatu regio, *vid.* INSTERNO. Interiungere equos, *vid.* INTERIVNGO. Inuehi equo Virg. Georg. 3, 358. *vid.* INVEHO. Virg. Aen. 5, 571 — pulcher Iulus Sidonio eſt Inuectus equo. Inuectus quatuor equis Virg. Aen. 6, 587. Per medias in equis Itque reditque vias Ouid. Tr. 5, 7, 14. Iungere equos Virg. Georg. 3, 113. Iungere equos curru, *et* ad currum Id. Aen. 5, 817. *Et* Georg. 3, 113 Primus Erichthonius currus et quattuor auſus Iungere equos. *vid.* IVNGO. Labans Valer. Argon. 6. Lucentes equi ſolis Stat. Theb. 1, 98. Mercari equos Hor. Serm. 1, 2, 86. Plin. 33, 1 Vnde mos bullae durauit, vt eorum, qui equo Meruiſſent, filii, inſigne id haberent, caeteri lorum. *vid.* MEREO. *Add.* Ouid. Faſt. 3, 130. Stat. Theb. 12, 749 — ille pauentes Obliquauit equos. Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 307 — haec fatus Ouantes Exhortatur equos, et tartara mitior intrat. Paratus . . Paſcuntur equi ſoluti per campum Virg. Aen. 6, 653. *vid.* PASCO. Patens vulneri, *vid.* PATEO. Hor. Epiſt. 1, 15, 11 Mutandus locus eſt, et diuerſoria nota Praeteragendus equus. Plaudere equum, *vid.* PLAVDO. Stat. Theb. 8, 598 Fallit Atys, praeuertit equos, curruque citato Deſiſtit. Proculcare aliquem equo Id. ibid. 8, 661. Prorumpit vis equorum Lucret. 2, 264. Stat. Achill. 1, 235 — iam iamque latentes Erecto Proſpectat equo. Virg. Aen. 7, 166 Quum Prouectus equo longaeui regis ad aures Nuntius. Pugnare ex equis Cic. de N. D. 2, 6. Virg. Aen. 9, 353 — et Religatos rite videbat Carpere gramen equos. Remittit calces equus Nep. 18, 5, 5. Reportari equis inſignibus Cic. poſt Red. in Sen. c. 11. *de triumpho.* Sil. 11, . . — ſaepe citato Dum Reſidet ſub caſſide equo. Ouid. de Arte Am. 2, 434 — vt in curru modo det fluitantia rector Lora, modo admiſſos arte Retentet equos. Rubentes equi Phoebi Claud. in Gigant. 10. Sil. 7, . . — fuſusque Ruentis vulnere equi. Cic. Verr. 5, 27 Vt eum nemo in equo Sedentem videret. Sederi equos in ciuitatibus non ſiuit Spartian. Adr. c. 22. Hor. Epiſt. 1, 1, 8 Solue Seneſcentem mature ſanus equum. Virg. Aen. 6, 882 Seu Spumantis equi foderet calcaribus armos. Lucret. 4, 424 Stantis equi corpus tranſuerſum ferre videtur Vis. Cic. Acad. 4, 94 Ego enim, vt agitator callidus, prius quam ad finem veniam, equos Suſtinebo, eoque magis, ſi locus is, quo ferentur equi, praeceps erit. Tentare equos Cic. Lael. c. 17. Id. pro Deiot. 28 Deiotarum quum plures in equum Suſtuliſſent, quod haerere in eo poſſet, admirari ſolebamus. Hor. Carm. 1, 34, 8 Plerumque per purum Tonanteis Egit equos. Cic. Att. 16, 6 Duo ſinus fuerunt, quos tramitti oportet, Paeſtanus et Vibonenſis, vtrumque pedibus, equis Tranſmiſimus. Virg. Aen. 9, 124 — conterritus ipſe Turbatis Meſſapus equis. Idem ibidem 5, 105 Exſpectata dies aderat, nonamque ſerena Auroram Phaëthontis equi iam luce Vehebant. Cic. de Diuin. 2, 40 Quod equus, in quo Vehebar, mecum vna demerſus rurſus apparuerit. Equo concitato Vehi Nep. 14, 4, 5. Vehi equo, *inquit* Feſtus, flamini diali non licebat, ne ſi longius digrederetur, ſacra negligerentur. *Conſ.* Cic. Diuin. 2 c. 68. Virg. Aen. 11, 619 — Verſique Latini Reiiciunt parmas, et equos ad moenia vertunt. Ouid. de Arte Am. 1, 330 — Curruque retorto Auroram verſis Phoebus adiſſet equis. Hor. Carm. 1, 19, 11 Et verſis animoſum equis Parthum dicere. Vincentes Hor. Serm. 1, 1, 115. Volare citatis equis Claud. Conſ. Hon. 4, 440. Volans Stat. Silu. 2, 2, 38. ¶ 4 *Obſ.* Equus, *ſidus.* Cic. de N. D. 2, 11 Huic equus ille iubam quatiens fulgore micanti Summum contingit caput aluo, ſtellaque iungens Vna. *Ex Arato.* Equus Troianus, *Prouerb.* Cic. pro Muraen. 78 Intus intus, inquam, eſt equus Troianus, a quo nunquam me Conſule dormientes opprimemini. *De Catilinariis coniuratis.* Equis et quadrigis: *i. Omni conatu.* Cic. Q. Frat. 2, 15 Sic ego, qui in iſto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule, ſaepe excitante, curſu corrigam tarditatem, cum equis, tum vero (quoniam ſcribis poëma ab eo noſtrum probari) quadrigis poëticis. Cic. Phil. 8, 21 c. 7 Armis, equis, viris D. Bruto ſubueniremus. Cic. Off. 3, 116 c. 33 Cum his velis equisque (vt dicitur) ſi honeſtatem tueri ac retinere ſententia eſt, decertandum eſt. Cum viris equisque *al. Add.* Id. Fam. 9, 7. Flor. 2, 7, 8. *Nempe vbi de rebus bello gerendis agitur* Equos virosque *appellant hiſtorici. Loca* Liuii *congeſſit Drakenb. ad 21, 27. Machina bellica.* Plin. 7, 56 Equum, qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis Epeum ad Troiam. *ſubaudi*, Inueniſſe dicunt. *Conſ. Barth. ad* Stat. Silu. p. 17. Cic. de Fato 5 c. 3 Quid enim? ſi Daphitae fatum fuit ex equo cadere, atque ita perire: ex hoc ne equo, qui, cum equus non eſſet, nomen habebat alienum. *Locus obſcurus eſſet, ob lacunam praecedentem, niſi ſeruaſſet hiſtoriam* Val. Max. 1, 8, 8 *extr. Nempe* Delphis ad ludibrium Apollinem conſuluit, an equum inuenire poſſet? quem omnino nullum habebat. Edita ſors eſt, eum inuenturum equum, quo periret. Itaque cum in regem Attalum incidiſſet, ſaepe contumeliis a ſe laceſſitum, eius iuſſu de ſaxo, cui nomen equo erat, praecipitatus eſt.

EQVA, ae. f. [ἡ ἵππος] Fortis equus viſae ſemper adhinnit equae Ouid. Rem. Am. v. 634. *Add.* Lucret. 5, 1073. Plin. 11, 49 ſ. 109 Nero oſtentabat hermaphroditas ſubiunctas carpento ſuo equas. Equa, *teſte* Priſcian. 7 c. *de Dat. et Abl. Plur. primae Decl.* Equabus facit in Dat. et Abl. Plur. *Frequenter tamen legimus* Equis *Genere Fem. pro* Equabus. Varro de R. R. 2, 1 In Luſitania ad Oceanum in ea regione, vbi eſt oppidum Olyſippo monte Tagro, quaedam e vento concipiunt certo tempore equae. Sed ex his equis qui nati pulli, non plus triennium viuunt. *Conſ.* Plin. 3, 41. Columel. 1, 73. *De* equis Luſitanicis *vid.* Plin. 7, 42. Sil. 3, 380. *et* Virg. Georg. 3, 275. Colum. 6, 37 Sic nutritus admiſſarius equas diligere condiſcit. Interdum etiam, quamuis materno lacte ſit educatus, poteſt a tenero conuerſatus equis, familiariter earum conſuetudinem appetere. *de aſino admiſſario loquitur, qui equas init mulorum generandorum gratia.* Doctus equae pullus Lucret. 3, 763. Ouid. Met. 2, 667 Mox nec verba quidem, nec equae ſonus ille videtur. Armentalis, *vid.* ARMEMTVM. Apta quadrigis Hor. Carm. 2, 16, 31. Ouid. Met. 2, 690 Herboſaque paſcua Nelei, Nobiliumque greges cuſtos ſeruabat equarum. Cic. Verr. 2, 20 Greges nobiliſſimarum equarum abacti. *De illa gloria* equarum *ex certaminibus vid. quae annotaui ad* Columel. 3, 9, 5 *etiam in Addend.* Ouid. in Ibin 557 Potniadum morſus ſubeas, vt Glaucus equarum. Praegnans vincit Olympia Plin. 10, 63 ſ. 83. Hor. Carm. 3, 11, 9 Latis equa Trima campis, Ludit exſultim, metuitque tangi. Ouid. Met. 9, 730 Nec vaccam vaccae, nec equas amor vrit equarum.

EQVILA, ae. f. *pro* Equula, *parua vel iuuencula* Equa: Non. 2, 290 *ex* Varron. Lege Maenia, Nemo eſt tam negligens, quin ſumma diligentia eligat aſinum, qui ſuam ſaliat equilam.

EQVES, itis. c. [ἱππεύς, ἱπποβάτης, ἱππότης, ἔφιππος] *Proprie qui inſidet equo, et ſic Adiectiuum certe appoſitum eſſe ſolet: deinde qui equo militat: tertio apud Romanos (vt hodie quoque apud Europaeos pleroſque) ordinis et gradus cuiusdam in ciuitate nomen eſt. In primis autem tria genera loquendi Latini ſcriptores vſurpant,* Eques, Equeſtris ordinis, Equeſtri loco natus. *quae vtrum idem ſignificent, an vero differant, et quatenus differant, conſiderandum.* Eques *et* equeſtris ordinis, *idem ſunt, nam et* eques *quicunque eſt, et dicitur, idem* equeſtris ordinis, *et eſt, et dicitur: et contra. quod ſi* eques *patre natus eſt, qui nunquam ſenator fuerit, is* equeſtri loco natus *dicitur: ſin patre natus eſt ſenatore,* eques *quidem, ſed non* equeſtri loco natus, *qui porro, quum* eques *fuiſſet, in ſenatum eſt allectus,* eques *non amplius dicitur, ſed aſſumto nobilioris ordinis nomine, ſenator: ornamenta tamen retinet equeſtria, annulum aureum, et equum publicum, itaque* M. Cicero, *quum equite Romano natus eſſet, nunquam, poſtea quam in ſenatum peruenit,* eques *appellatur, ſed ſenator, atque ipſe ſuis in ſcriptis, quum de ordine ſenatorio loquitur,* noſtrum *appellat, quum de* equeſtri, *non item. Is igitur non iam* eques, *neque* equeſtris ordinis, *ſed ſenator, et ſenatorii ordinis iure dicebatur. At quod in quadam epiſtola ſcripſit* M. Cael. ad Cic. Fam. 8, 4 *pr.* Noſtri equites niſi acutius vidiſſent: noſtri, *ob eam cauſam dixit, quia vterque patre equite Romano natus erat. Poteſt igitur eſſe* eques equeſtri loco natus, *et* eques non equeſtri loco natus: *itemque poteſt eſſe ſenator* equeſtri loco natus, *et ſenator* non equeſtri loco natus, *cuius vero pater* eques *fuit, is, ſi ſenator factus eſt, deſinit appellari* eques, *et* equeſtris ordinis: *eadem tamen retinet inſignia, niſi ſi ea, ignominiae cauſa, notatus a Cenſoribus amiſit. Caeterum ex omni numero equitum Rom. libera rep. legebantur* primo *a Cenſoribus ii, qui equo publico mererent. Is honor ciuilis fuiſſe videtur in quibusdam. Certe* Ouidius, *qui nunquam militauit (vid.* Triſt. 4, 1, 71*) publico equo ſe tranſuectum, ait* Triſt. 2, 1, 90. Deinde *a Conſulibus, vel quicunque delectum haberent, ex hoc numero lecti, qui equo vel publico vel priuato militarent. Vid.* Liu. 5, 7. Denique *a Praetoribus lecti ſunt ex equitibus iudices, lege quidem Sempronia Gracchi omnes, poſt Aurelia Cottae tertia pars iudicum. Haec ſufficere poſſunt ad intelligentiam et vſum nominis. Multa vero ſunt, quae inter antiquarios diſputantur, de quibus hic agi non poteſt. Vid. viri docti ad* Liu. 5, 7 *in primis Gronou. Obſſ. 3, 25. et Schelius ad Hyginum variis locis. Ac neſcio an ſatis conſideratus, declaratusque ſit inſignis et claſſicus locus* Plin. 33, 1 *et* 2 ſ. 7. 8. 9. *vbi per annulorum occaſionem, quod proprium velut geſtamen equitum multa habet obſeruabilia.* ¶ 2 *Nos iam loquendi formas more noſtro perſequemur.* Plaut. Mil. 2, 5, 54 Neque eques neque pedes profecto quisquam tanta audacia, Qui aeque faciat confidenter quidquam, quam quae mulieres faciunt. Plin. 33, 2 *med.* Equitum nomen ſaepe variatum eſt, in his quoque, qui ad equitatum trahebantur. Celeres ſub Romulo Regibusque appellati ſunt: poſtea Troſſuli *etc. Vid.* TROSSVLI. Ouid. Am. 3, 15, 6 Vsque a proauis vetus ordinis heres, Non modo militiae turbine factus eques. *Add.* 3, 8, 10. *et* Triſt. 4, 10, 7. Acies equitum Tacit. Hiſt. 4, 71. Decus equitum Maecenas Hor. Carm. 3, 16, 20. Exercitus equitum Virg. Aen. 11, 598. Tranſuectio equitum, *vid. h. v.* Turmae equitum Hor. Epiſt. 2, 1, 190. Alarius eques Tacit. Ann. 12, 27. *vid.* ALA. Celſus Stat. Silu. 1, 4, 42. *vt* Celſi Rhamnes Hor. A. P. 342. Egregii Iuuen. Sat. 10, 95. Illuſtres Tac. An. 4, 58, 1. *it.* 11, 4, 1. Infrenati, *vid.* INFRENATVS. Inſignis Tac. A. 11, 5, 2. Loricati, *vid.* LORICA. Magnus Hor. Epod. 4, 15. Melior ipſo Bellerophonte Hor. Carm. 3, 12, 7. Numeroſus Claud. in Eutrop. 2, 74. Saccularii, *vid. h. v.* Seuerus Ouid. Amor. 3, 8, 56. Singulares *memorantur paſſim in* Inſcriptt. *vid. h. v.* Specioſi Vell. 2, 59, 2. Splendidus, *epitheton hominum in equeſtri ordine excellentium, vid. ſ. l.* Trabeati Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 32. Valer. Max. 2, 2 *extr.* Liu. 9, 46 *extr.* Erigere equitum aciem in collem Tacit. Hiſt. 4, 71. Inducere equites in pugnam, *vid.* INDVCO. Locare equites pro cornibus Quinctil. 2, 13. ¶ 3 Equites *etiam* Iudices *vocabantur, quia iudicum decuriae, vt vidimus, ex Equeſtri ordine deligebantur. Vid. omnino* Plin. 33, 1 *extr. et 2 med.* Bud. ad l. vlt. D. de Senat. *it.* ad l. vlt. D. de Muner. et honor. §. Defenſores quoque, *p. 74 et 368 ed. Epiſc.* Suet. Caeſ. c. 39 Ludis Decius Laberius Eques Romanus mimum ſuum egit: donatusque quingentis ſeſtertiis et annulo aureo, ſeſſum in quatuordecim ex ſcena per orcheſtram tranſiit. *Nempe lege Roſcii Othonis quatuordecim imi et proximi ſpectaculis gradus aſſignati equitibus. Vid.* QVATVORDECIM. *Publica conducebant* Equites, *qua de cauſa,* firmamentum caeterorum ordinum *vocantur* Cic. pro L. Man. 17 c. 7. Equites ordini Senatorio dignitate proximi Cic. pro Cluent. 152. Quem tu ſi ex cenſu ſpectas, Eques Romanus eſt Cic. pro Roſc. Com. 42. Eques *Genere Femin.* Hor. Epod. 17, 74 *ex perſona Canidiae*, Vectabor humeris tunc ego inimicis eques. Eques, *pro Equo ipſo aliquando ponitur.* Virg. Georg. 3, 116 Impoſiti dorſo, atque equitem docuere

ſub

ſub armis Inſultare ſolo, et greſſus glomerare ſuperbos. *Vid. Philarg. in loc.* Gell. 18, 5 *qui ab Ennio id accepiſſe ait Virgilium, apud quem* ſit, Denique vi magna quadrupes eques, atque elephanti Proiiciunt ſeſe. Macrob. 6 c. vlt. Propert. 4, 3, 38. Min. Fel. Oct. c. 7. *Conf.* Hor. Epod. 16, 11. *et* Caeſ. B. C. 2, 39. Eques *pro Equitatu* Tacit. Ann. 1, 60, 3. Flor. 2, 6, 13. *et* 3, 17, 4.

EQVESTER, tris, tre. Adi. [ἱππικὸς] *Quod pertinet ad equitem.* Equeſtrem ordinem *medium fuiſſe conſtat inter Patricios et plebem. Principio equites iudicesque iidem habebantur, et geſtandi annuli aurei ius eis erat. Poſtea M. Cic. in Conſulatu ſuo* Equeſtre nomen *ſtabiliuit, Senatum ei concilians, celebrans ſe ex eo ordine prouectum eſſe. Ab illo tempore plane hoc tertium corpus in Rep. factum eſt, coepitque adiici Senatui, Pop. Rom.* Equeſter ordo. Aes equeſtre, *inquit* Feſtus, Quod equiti dabatur. Agmen Ouid. Epiſt. 9, 100. Cic. Q. Fratr. 1, 2 Ecce ſupra caput homo leuis ac ſordidus, ſed tamen equeſtri cenſu Catienus. Cohortis Equeſtris ſextae Centurio *memoratur* Plin. Epiſt. 10, 107 *et ſq. Vid.* COHORS n. 2. Copiae Cic. de Fin. 2, 112 c. 34. Curſus equeſtres ducere Virg. Aen. 5, 667. Dignitas Nep. 25, 1, 1. Diſciplina Cic. Verr. 4, . . Loco equeſtri ortus Cic. de L. Agr. 1, 27. Ludi, *vid. Interpr. ad* Sil. 16, 355. Militias equeſtres ita ordinauit *Claudius Imperator*, vt poſt Cohortem alam, poſt alam tribunatum legionis daret Sueton. c. 25. *i. gradus militiae, qui* equeſtris *ordinis hominibus dabantur. Nam* Cohors, *vt ipſa* Legio *pedeſtris militiae ſine dubio nomina ſunt. Harum* Equeſtrium militiarum *mentio etiam eſt in* lap. vet. *apud Donium* p. 253. n. 107. *Ita* l. 43 ff. de Teſtam. mil. Filius familias equeſtri militia exornatus, et in comitatu Principis retentus. Splendidae militiae ſtipendia *vocat* Val. Max. 4, 7, 5. *Sic Burm. ad Suet. l. c. ſecutus Schelium ad Hygin.* p. 69 *it.* 324. Ordo Plin. 33, 3. Cic. pro Planc. c. 35. Ordinis equeſtris princeps Cic. Fam. 11, 16. Idem pro Cluent. . . Pes equeſtris, *i. Equinus* Sen. Phoeniſſ. 396. Populi Stat. Silu. 3, 3, 143. Praelium Caeſ. B. G. 3, 20. Pugna Cic. Verr. 4, 122 c. 55. Splendor Cic. pro Planc. 21. pro S. Roſc. Am. c. 48. Cic. Philipp. 6, 12 Adſpicite a ſiniſtra illam equeſtrem ſtatuam inauratam. Turma Claud. de B. Get. 579.

EQVESTRIA, um. n. *Pl.* [ἱππικὰ] *intell.* Loca. *Quatuordecim ordines in theatro, in quibus equites ſedebant, vocat* Sen. de Benef. 7, 12 Equeſtria omnium Equitum Rom. ſunt. *Item*, Habeo in Equeſtribus locum: non vt vendam: non vt locem, non vt habitem, ſed tantum vt ſpectem. *Conf.* Suet. Calig. c. 26. Lipſ. de Amphith. c. 14. *Hinc meretricula apud* Petron. c. 126 Viderint matronae, quae flagellorum veſtigia oſculantur; ego etiam ſi ancilla ſum, nunquam tamen niſi in equeſtribus ſedeo. *i. Nunquam eſt mihi res, niſi cum iis, qui ſedent in quatuordecim ordinibus. Vid. Turneb. Aduerſ.* 4, 19. *et* 18, 33. *et nos in* QVATVORDECIM.

EQVĬTO, āre. [ἱππάζω, ἱππεύω] *Equo vehi.* Hor. Serm. 2, 3, 248 Ludere par impar, equitare in arundine longa. Cic. Tuſc. 2, 62 Apud quos autem venandi et equitandi laus viget, qui, *etc.* Equitare, et homo vtens equo, et Equus ſub homine gradiens, dicebatur. Lucilius namque vir apprime linguae Latine ſciens, equum et currere et equitare dixit his verſibus,

> Queis hinc currere equum nos atque equitare videmus,
> His equitat curritque: oculis equitare videmus,
> Ergo oculis equitat?

Haec Gell. 18, 5. *Conf.* Macrob. 6 c. vlt. In orbem equitare, *i. In circulum* Ouid. Met. 12, 468. Cic. Verr. 4, 42 c. 20 Iactabit ſe et in his equitabit equuleis. Equitare, antiqui dicebant Equum publicum mereri Feſt. Pomp. *Oſtentare ſe, et inſolentius in aliqua re iactare.* Cic. Verr. 4, 42 c. 20 Equitabit in his equuleis. *Vid.* INEQVITARE. *Ponemus totum locum Ciceronis, vt lepos illius poſſit intelligi.* Tum iſte a Cn. Calido — equuleos argenteos nobiles — auſert. Imprudens huc incidi iudices. Emit enim, non abſtulit. nollem dixiſſe. Iactabit ſe, et in his equitabit equuleis. *Affine eſt, ſed multo vehementius et atrocius quiddam ſignificat, quod dicit* Canidia Hor. Epod. 17, 74 Vectabor humeris tunc ego inimicis eques. *Paſſ.* [ἱππάζεσθαι] Plin. 8, 18 Omnes autem in iis terris iumentorum dorſo funguntur, atque etiam equitantur in praeliis. *De camelis.* Flor. 3, 4, 5 Dum per flumen Equitatur.

EQVITATIO, ōnis. f. [ἵππευσις] Plin. 28, 4 Equitatio ſtomacho et coxis vtiliſſima.

EQVITĀTVS, ûs. m. [τὸ ἱππικὸν, ἡ ἵππος] *Equitum manus.* Cic. Fam. 7, 1 Armatura varia peditatus et equitatus. Idem pro Font. 3 c. 2 Caeteris magnos equitatus ad ea bella — imperauit. Claud. de Laud. Seren. 62 Dat Gallia robur Militis, Illyricis ſudant equitatibus alae. Valere equitatu Nep. 18, 3 *extr.* Victor equitatus Tacit. Hiſt. 3, 18. Abducere ab aliquo equitatum, *vid.* ABDVCO. Exiit portis equitatus Virg. Aen. 8, 585. Inſtruere aliquem peditatu, equitatu, copiis Cic. Philipp. 5, 6 c. 2. Orbare equitatu, *vid.* ORBO. ¶ 2 *Supini ſ. Subſtantiui adeo nominis vim habet* Plin. 28, 15 *ad finem*, Femina atteri, adurique equitatu notum eſt. *i. Equitatione.*

EQVARIVS, i. m. *Idem ac Equiſo.* Solin. c. 57 (*al.* 45) *de Bucephalo*, Cum ab equario ſuo etiam molliter ſederetur. Gloſſ. Gr. Lat. ἱππονομεὺς Equarius, Equi paſtor.

EQVARIVS, a, um. Adi. [ἱππικὸς] *Quod ad equum pertinet, vt*, Equarius medicus Valer. Max. 9, 25, 2. Varro de R. R. 2 prooem. Quod et ipſe pecuarias habui grandes, in Apulia ouiarias, et in Reatino equarias. *i. res, paſtiones.*

EQVIFĔRVS, i. m. [ἵππος ἄγριος] Plin. 28, 13 ſ. 55 In primis efficax potus equiferorum ſanguinis. *Et* c. 10 ſ. 45 De equiferis non ſcripſerunt Graeci, quoniam terrae illae non gignebant. *Videntur idem quos* 8, 15 ſ. 16 Equos feros *vocat.*

EQVĪLE, is. n. [ἱπποστασία] *Stabulum equorum.* Varro 2, 7 *ſuadet* frenos in equili ſuſpendere. Cato de R. R. c. 14.

EQVIMENTVM, *vid.* AEQVIMENTVM.

EQVIMVLGA, ae. m. Sidon. 4, 1 Equimulgae Geloni. *al.* Equimulgi.

EQVĪNVS, a, um. Adi. [ἵππειος] Hor. Arte Poët. 1 Humano capiti ceruicem pictor equinam Iungere ſi velit. Caudae equinae pilos vellere Hor. Epiſt. 2, 1, 45 *dicitur, qui ſorite illo inexplicabili vtitur. Vid.* SORITES. Cornu equinum, *i. Pes corneus equi* Valer. Argon. 5, 153. Virg. Aen. 10, 869 Aere caput fulgens, Criſtaque hirſutus equina. Iuba Plin. 2, 25. Ouid. Met. 12, 88. Ouid. ex Pont. 1, 2, 21 At ſemel intentus Neruo leuis arcus equino. Pecus Varro de R. R. 2, 7. Columel. 6, 27. Virg. Georg. 3, 72. Ouid. Met. 12, 374 — Pedibusque virum conculcat equinis. Ouid. Epiſt. 9, 142 Semiuir occubuit vi, Lerniſeroque veneno Neſſus, et infecit ſanguis equinus aquas. Seta Cic. Tuſc. 5, 62 c. 20. Vbera Hor. Epod. 8, 8.

EQVIO, īre. [ἱππομανῶ] *Coitum equi appetere, ſicut Suire, ſuis.* Plin. 10, 63 Equas domitas LX diebus equire.

EQVIRIA, orum. n [ἱπποδρομία] Ludi, quos Romulus Marti inſtituit per equorum curſum, qui in campo Martio exercebantur, Feſtus: *cuius etiam huc pertinent illa*, Martialis campus in Caelio monte dicitur, quod in eo Equiria ſolebant fieri, ſi quando aquae Tiberis campum Martium occupaſſent. Ouid. Faſt. 2, 859 Ex vero poſitum permanſit equiria nomen. *Conf.* Faſt. 3, 517. *it.* Varr. de L. L. 5, 3. Tertull. de Spectac. c. 5.

EQVISETIS, *vel* EQVISĒTVM, i. n. *Herba, de qua* Plin. 26, 13 ſ. 83 Equiſetum Hippuris a Graecis dicta, et in pratis vituperata nobis, (eſt autem pilus terrae, equinae ſetae ſimilis) lienes curſorum exſtinguit *etc. Reſpicit ad* 26, 28 Inuiſa et equiſetis eſt, a ſimilitudine equinae ſetae.

EQVĪSO, ōnis. m. [ἱπποκόμος, ἱππόδαμος] *Equorum domitor.* Varro *apud* Non. 2, 288 Nam vt equus, qui ad vehendum eſt natus, tamen traditur magiſtro, vt equiſo doceat tolutim incedere. Idem Eumenid. Neque furentem equuleum inſanus equiſo exhibebis morbi fluctibus. *Locus videtur corruptus.* Val. Max. 7, 3, 2 *extr.* Acumine Oebaris equiſonis ſui *Darius regnum adeptus eſt.* ¶ 2 Nautici equiſones *ſatirica quadam laſciuia dicti videntur* a Varrone *apud* Non. *l. c. pro nautis.*

EQVITABĬLIS, e. Adi. [ἱππάσιμος] *Vt*, Locus equitabilis, *in quo facile equi inambulare poſſint.* Opportuna explicandis copiis regio erat, equitabilis, et vaſta planities Curt. 4, 9, 10.

EQVITATVRA, ae. f. Sariſb. Ep. 285 Equitaturas et expenſas praeparare.

EQVITIVM, i. n. [ἱππαγέλη] *Equorum armentum.* Vlpian. in l. 12 Plenum §. Equitii D. de vſu et habitatione, Equitii quoque legato vſu, videndum, ne et domare poſſit, et ad vehendum ſub iugo vti. *Adde* l. 1 §. vlt. Dig. de rei vindicat. Colum. 6, 27, 1 *in MS. Goeſii, pro* equinum pecus.

EQVITIVS, i. m. *Cognomen familiae Romanae, ab equino pecore deductum. Vid.* Varr. de R. R. 2, 1, 10.

EQVITIARIVS, i. m. *Equitii cuſtos, vel praefectus.* Firmic. 8, 13 Centauro oriente qui natus fuerit, aut erit auriga, aut equorum nutritor et cultor, vel eorum exercitator, aut mulomedicus, vel equitiarius. Gloſſ. Lat. Gr. Equitiarius, ἱπποκόμος.

EQVVLEVS, i. m. Dimin. [πῶλος] *Pullus equinus et nouellus.* Non. 2, 284 *ex* Cic. Hortenſio, Vt fame debilitetur equuleorum nimis effrenata vis. In his equitabit equuleis Cic. Verr. 4, 43 c. 20. *Intelligit quos modo dixerat*, Equuleos argenteos nobiles. Liu. 23, 31 Bos equuleum peperit. Exagitantur tactu nouo equulei freno iniecto Cic. Tuſc. 3, 67 c. 28. *ex Euripide. Tormenti genus. Vid.* ECVLEVS.

EQVVLVS, i. m. [ἱππάριον] *Paruus equus.* Cic. de N. D. 2, 38 c. 14 Omnia in perfectis et maturis docet eſſe meliora, vt in equo quam in equulo, in cane quam in catulo, in viro quam in puero.

EQVVĽA, ae. f. [ἱππάριον] *Parua equa.* Varro *apud* Nonium 2, 290 Nemo eſt tam negligens, qui ſumma diligentia eligat aſinum, qui ſuam ſaliat equulam. Equilam *Merc.* Plaut. Ciſt. 4, 2, 88 Adhinnire equulam. *Vid. Taubm. p. 466.*

E R A

ERADĪCO, āre. [ἐκριζόω] *Euellere cum ipſis radicibus. Sed adhuc non niſi metaphorice poſitum annotaui. Vid. tamen mox* ERADICATVS. Ter. Andr. 4, 5, 22 Dî te eradicent, ita me miſeram territas. Idem Heaut. 3, 3, 28. Eradicare aures alterius, *pro Obtundere narrando aliquid.* Plaut. Epid. 3, 3, 52 Pugnis memorandis meis eradicabam hominum aures, quando occoeperam. *Conf.* Rud. 5, 2, 59. *et* Aul. 2, 4, 21 *etc.*

ERADICATVS, *vel* EXRADICATVS, a, um. Partic. Varr. R. R. 1, 27, 2. *proprie.*

ERADICATIO, ōnis. f. Tertull. de Reſ. Carn. c. 27.

ERADICITVS. Adu. Maleſacta reperire non radicitus quidem, verum etiam eradicitus Plaut. Moſt. 5, 1, 6.

ERĀDO, ſi, ſum, ĕre. [ἀποξύω] *Radendo auferre vel eximere. Laudatur* Columel. 3, . . Poſtea ſurculos, quos inſerere voles eradito tam alte, quam cuneum demiſiſti. *Sed nihil in eo libro tale. Similia* 5, 11, 4. Medullam omnem eradito Idem de Arb. c. 9, 3. Id. 4, 24, 26 Muſcus ferro eradendus eſt. Sen. Epiſt. 11 Eradere vitia. Tacit. Ann. 4, 42 Caeſar Apidium Merulam, quod in acta diui Auguſti non iurauerat, albo Senatorio eraſit. Eradenda elementa praui cupidinis Hor. Carm. 3, 24, 51.

ERĀSVS, a, um. Partic. [ἐξαλειφθεὶς] Plin. in Paneg. c. 25, 3 Datum eſt iis, qui poſt edictum tuum in locum eraſorum ſubditi fuerant. Eraſorum, *i. Deletorum e numero eorum, qui accipiebant congiarium.* Propert. 4, 8, 26 Qui dabit immundae venalia farta ſaginae, Vincet vbi eraſas barba pudenda genas. Timor eraſus ex animo Sen. Thyeſt. 517.

ERANA, ae. f. *Oppidum in Amano a Cicerone captum.* Cic. Fam. 15, 4 Eranam autem quae fuit non vici inſtar, ſed vrbis, *etc.*

ERĂNOS, i. m. *Collatio priuata ad ſubleuandum amicum. Res Graeca et nomen. Tribuitur a viris doctis* Cic. Att. 12, 5 p. 291 *Graeu. Vid. Caſaubon. ad Theophr. Char.* 15 p. 180 *ſqq.*

ERANTHEMON, i. n. [ἐράνθεμον] Vnum ex nominibus anthemi herbae: ſic dictum, quod vere floreat Plin. 22, 21.

ERASĪNVS, i. m. [Ἐρασῖνος] Achaiae fluuius, in ſinu Argolico, *vt ſcribit* Mela 2, 3, 85. Is terras ſubit, rurſumque redditur: ſicut in Aſia Lycus, in Meſopotamia Tigris Plin. 2, 103. Ouid. Met. 15, 276 Redditur Argolicis ingens Eraſinus in agris. Stat. Theb. 1, 357 Gelidas ſurgens Eraſinus ad Arctos.

ERASISTRĂTVS, i. m. [Ἐρασίστρατος] *Medicus eximius ex familia Ariſtotelis natus, in quem ſaepius inuehitur Galenus. Meminit huius multis in locis* Plinius. *v. g.* 28, 15.

ERATO, ûs. f. *Muſarum vna, quam ἀπὸ τῶ ἔρωτος, h. e. Ab amore nomen habere innuit* Ouid. de Arte Am. 2, 16 Nunc mihi ſi quando, Puer, et Cytherea fauete: Nunc Erato: nam tu nomen amoris habes. *Eadem de cauſa illam in tertio Argonauticôn inuocat Apollonius. Diodor. vero* 5, 1 *id nominis ſortitam* Erato *ait, quod docti*

homi-

homines ab omnibus amentur. *Saltatricem* Erato *illo verſiculo deſcribit* Auſonius Eid. 20 Plectra gerens Erato ſaltat pede, carmine, vultu. *Sed generatim pro Muſa, aut, vt vult* Seruius, *pro Calliope poſuit* Virg. Aen. 7, 37 Nunc age qui reges Erato, *etc.* Seruius.

ERATOSTHĔNES, is. m. *Cyrenaeus, Ariſtonis Chii et Callimachi Poëtae diſcipulus, Plato minor a quibusdam ob doctrinam vocitatus, praefuit bibliothecae regiae. ſcripſit praeter philoſophiam poëmata, hiſtorias, aſtronomica, de ſectis dialogos. Haec Suidas. Laudatur* Cic. Att. 2, 6. Varr. de R. R. 1, 2. Caeſ. B. G. 6, 23. Plin. 2, 108. Quinct. 1, 1, 16. *et* 11, 2, 14.

E R C

ERCINIA, *vid.* HERCYNIA.

ERCISCO, *vel* ERCISCOR, i. (*al.* HERCISCO.) *Diuido hereditatem adhuc communiter poſſeſſam ab heredibus. Verbum antiquum, cuius ſupereſt ſolum Participium* erciſcundae, *cui ſemper fere iungitur* familiae, *i. rei familiaris.* Cic. de Orat. 1, 237 c. 56 Nec — qui quibus verbis erctum cieri oporteat, neſciat, idem erciſcundae familiae cauſam agere non poſſit. Id. pro Caecin. 19 c. 7 Nomine heredis arbitrum familiae erciſcundae poſtulauit. Apul. Met. 9 p. 196, 9 *Pric.* Nec erciſcundae familiae, ſed communi diuidundo formula dimicabo. *Laudat hic Pricaeus* Gloſſ. κοίνος διαιρετέως familiae erciſcundae. Id. Met. 6 p. 129, 19 Sic nos diuerſa tendentes, et in cauſa finali de proprietate ſoli, immo viae erciſcundae contendentes — deprehendunt latrones. *Corrupte et imperite* Iſidorus Orig. 5, 25 Familie herciſcunde (*ſic vetus editio 1489. Gothofr.* familia herciſcunda) eſt diuiſio hereditatis inter heredes: herciſcunde (*Gothofr.* herciſcunda) enim apud veteres diuiſio nuncupatur. Gloſſ. Philox. Erciſcundae, διαιρέσεως. *Caeterum in locis Ciceronis et Apuleii ſine varietate legitur hoc verbum; vt audiendus non ſit Salmaſius, qui ad* Solin. p. 891. ſq. *verbum a Triboniano demum confictum pronunciat, ex formula veteri* herctum citum, *de qua ſtatim. Pro verbis nempe legum,* Familiae (*ſeruorum*) hercti (*reliquorum bonorum*) ciundae, *Fictum ab illo,* familiae herciſcundae. *Hinc ergo natum* titulum in Pandectis (10, 2) familiae erciſcundae. *Taceo, quod in hoc ipſo titulo, leges LVII. habente, tot locis non Vlpiani modo, ſed ſeniorum,* Papiniani, Paulli, Modeſtini, Pomponii, Gaii, Marcelli, Labeonis, Scaeuolae *toties nominantur* actio, arbiter, iudicium, familiae erciſcundae, *vt nihil certi ſit in lingua Latina, ſi hoc non ſit antiquum verbum. Iam tertiae Coniugationis fuiſſe* erciſco *ſ.* herciſco, *non* erciſceri, *ipſa illa forma Participii in* VNDVS *ſatis declarat, quae in ſecunda Coniugatione vix locum habet. Sine adſpiratione ſcribi in optimis quibusque libris obſeruatur, nec repugnat, vt videbimus, etymologia.* ¶ 2 *Quod autem Philoſophos* herciſcundos *h. e. medios, moderatos, ab vtraque diſſentientium parte aliquid trahentes, quidam laudant, illud debetur lectioni dubiae apud* Seruium *ad* Aen. 3, 68 *Locus ita habet in editione Maſuic. et Burm.* Rite ergo reddita legitima ſepultura, redit anima ad quietem ſepulcri, quam Stoici TERRIS CONDI (*hic legunt alii,* herciſcundi) id eſt, medium ſecuti, tam diu durare dicunt, quam diu durat et corpus. — Ideo autem Stoicos medium ſequi diximus, quia Plato perpetuam dicit animam — Pythagoras vero non μετεμψύχωσιν, ſed παλιγγενεσίαν eſſe dicit, h. e. redire, ſed poſt tempus. *Occaſio erroris, ſi tamen error eſt, illa fuiſſe poteſt in ſcriptura difficili, quod putabant homines, poſtulari hic Synonymon verborum* medium ſecuti. *Niſi fallor, non alia origo aſſignari poteſt* ICtis erciſcundis, *i. mediis ſ. miſcellionibus, cuius rei auctor laudatur Cuiac. ad §. 25 Inſt. de rer. diuiſ. et acquir. car. domin. a Gottfr. Maſcouio de Sectis Sabin. etc. c. 8 p. 122. qui etiam notauit, quam parum optimi libri Seruiani, quam parum Grammatica illi appellationi faueat.* Erciſcentes *enim dicendi erant, non* Erciſcundi. *Quamquam de hoc non valde pugnauerim, cum* ſecundus *a verbo* ſequor *eadem plane ratione ducatur. Totum igitur referendum eſt ad librorum veterum fidem, quae* herciſcundos, *quantum nobis modo conſtat, deſtituit.* ¶ 3 *Redimus ad etymologiam huius Verbi, quod ortum videtur ſiue Decemuirorum aetate, ſiue poſtea, certe ante Ciceronem, ex formula, quam nunc interpretamur,*

ERCTVM CITVM. *Hanc formulam fuiſſe in legibus XII tabb. colligitur e verbis Seruii ad* Aen. 8, 642 Haud procul inde citae Metium in diuerſa quadrigae Diſtulerant: *vbi iſta adſcribit:* Donatus hoc loco contra metrum ſentit, dicens, *Citae, diuiſae, vt eſt in iure,* ERCTO NON CITO, *i. patrimonio vel hereditate non diuiſa.* (*Sic Maſuic. et Burm. Quidam addunt,* ERCTVM CIENDVM, hereditas diuidenda). Nam citus cum *diuiſus* ſignificat, *ci* longa eſt. *Haec Seruius, cuius obſeruatio de quantitate Syllabae* ci *non ſatis certa eſt; cum* cieo *et* cio, *quorum illud* citus, *hoc* citus *habere dicuntur, promiſcue adhibeantur. Caeterum etiam* Nonius 4, 81 Citum *in loco* Virgilii *ait eſſe* diuiſum, ſeparatum. *Vid.* CIEO n. 3. *Nunc audiatur etiam* Feſtus, Erctum Citum (*Sic legere nos iubet Scaliger pro* Citumque) fit inter conſortes, vt in libris Romanarum legum legitur. Erctum a coërcendo dictum, vnde et erciſcundae et erciſci. Citum autem eſt vocatum a ciendo. Cicero de Orat. 1, 237 c. 56 Qui, quibus verbis erctum cieri oporteat, neſciat. *Sic legendum docuit Pet. Victor. Var. Lect. 35, 1 probantibus Lambino, Grutero, Gronouio, Pearcio. Conueniunt* Gloſſae Cyrilli Διαίρεσις ὑπαρχόντων, Ercti citus. *Nempe* citus *ſubſtantiue ponit pro diuiſione.* Gloſſ. *al.* Cienda, διαιρεμένη. *De etymologia plura Voſſius. Nobis ſic videbatur.* Arceo *antiquis etiam fuit* erceo, *quod compoſita declarant,* coërceo, exerceo. Arcere *autem etiam* continere *ſignificat,* (ἄργειν, *vnde forte* erceo) *vt ſuo loco oſtenditur. Fuerit ergo* erctum, *quod continetur, coërcetur, ſeruatur in communione ab heredibus. Illud deinde, volente vno vel pluribus de communione exire,* citur *ſ.* cietur, *h. e. diuiditur. Porro pro* erctum cire *ſ.* ciſcere (*vt* ſcire, ſciſcere) *contracta voce* erciſcere *aut Deponentis forma* erciſci *dixerunt. Voſſius malit* erctum *eſſe idem, quod* horctum, forctum, *quae interpretatur* Feſtus bonum. *Sed Scaligero iudice ibi legendum,* horctem, forctem, *h. e.* fortem. Fortem *autem eſſe bonum, ſatis conſtat, verum vt hominis praeſtantiam indicet. Io. Auguſtin. Erneſti in claue Ciceron. h. v.* Herctum *ab* ἕρκος *deriuat, vt ſit proprie locus clauſus, et quae eo continentur, id eſt res familiaris. Cum ad huius diuiſionem prouocatur* herctum ciendum *eſt, i. mouendum loco ſuo. Reliqua a noſtra ſententia non abeunt.*

E R E

ERĔBVS, i. m. [Ἔρεβος] *Videtur idem fere eſſe quod* Chaos, Hades, *ſtatus confuſionis et obſcuritatis, qui fuerit ante hunc ornatum omnium rerum, qui ſit apud inferos, in quem recidant omnia. Occaſionem nomini forte Moſes dedit, cum ex* Erebh *et luce ait ortum diem primum.* Feſtus, Erebum Virgilius interdum Obſcuritatem quandam eſſe deſcribit apud inferos, quum ait (Aen. 6, 404) Imas Erebi deſcendit ad vmbras. Interdum Flumen eiusdem loci dicens, (Aen. 6, 671) Et magnos Erebi tranauimus amnes. Varro vero Erebo natam noctem ait, Vnde eſt et illud, Erebo creata fuſcis crinibus Nox te inuoco. *Haec* Feſtus. Cic. de N. D. 3, 44 c. 17 Dii habendi ſunt Amor, Dolus, Metus, Labor, Inuidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebrae, Miſeria, Querela, Gratia, Fraus, Pertinacia, Parcae, Heſperides, Somnia; quos omnes Erebo et Nocte natos ferunt. Deae Erebi, *Furiae* Sen. Octau. 17. Regina Erebi, *Proſerpina* Ouid. Met. 5, 543. Ripa profundi Erebi Stat. Theb. 1, 298. Sedes imae Erebi Virg. Aen. 4, 26. Vmbrae imae Erebi Id. ibid. 6, 404.

EREBĒVS, a, um. Adi. [Ἐρέβειος] Ouid. in Ibin 227 Pectoraque vnxerunt Erebeae felle colubrae.

ERECTVS, *vid.* ERIGO.

ERECHTHEVS, i. m. [Ἐρεχθεύς] *Rex Athenienſis; cuius filiae virgines mortem pro patria contemſiſſe dicuntur.* Cic. pro Sext. 48 Mortem quam etiam virgines Athenis, regis opinor Erechthei filiae, pro patria contemſiſſe dicuntur: ego vir Conſularis tantis rebus geſtis timerem? Idem de Fin. 5, 62. *et* Tuſc. 1, 116. *Vid.* Ouid. Met. 6, 677 *vnde apparet, etiam Orithyiae patrem fuiſſe.*

ERECHTHIS, idis. f. *Procris Erechthei filia* Ouid. Met. 7, 731.

ERECHTHIDES, ae. m. *Pl.* Erechthidae; *Athenienſes ab Erechtheo dicti.* Ouid. Met. 7, 430 Nullus Erechthides fertur celebratior illo Illuxiſſe dies.

ERECHTHĒVS, a, um. Adi. *Vt,* Arces Erechtheae, *i. Athenae.* Ouid. Met. 8, 547 Domus Erechthea Ouid. Faſt. 5, 204.

ERĔMĬGO, āre. [ἐξερέττω] *Enauigare, emetiri.* Plin. 2, 67 Circa Caſpium quoque multa Oceani litora explorata, paruoque breuius, quam totus hinc aut illinc Septentrio eremigatus. Sil. 14, 192 Pedibus tacitas eremigat vndas. *de Cycno.*

EREMODICIVM, i. n. [ἐρημοδίκιον] *Vadimonium deſertum dicitur a Demoſthene* ἐρήμη δίκη. *Vnde vno etiam verbo* Eremodicium *dicitur, quod in* Pandectis, tit. de Minoribus, in l. Ait praetor §. Idem in eremodiciis. *et* C. de iudiciis l. Properandum §. Sin autem, Hermodicium *corrupte legitur. Dicitur quaſi Deſolatum ac deſertum, ſeu Deſertio cauſae, abſentia, ſeu negligentia partium facta.*

ERĒMVS, i. f. [ἔρημος] *proprie Adi. et quando in Fem. vſurpamus ſubauditur* γῆ, *quando in Maſc.* τόπος. *Solitudo: Vox Eccleſiaſticis vſitatior. Vid.* Tertull. de Idol. c. 5. *et* adu. Iud. c. 2. *it.* ad Mart. c. 2. Sidon. Epiſt. 7, 9. Mantuan. Parth. 1, 393. *Hinc*

EREMĬCŎLA, ae. m. Hieronym.

EREMIPETA, ae. m. Tertulliani *eſſe dicitur; metuo vt vere.*

ERĒMĪTIS, idis. f. Sidon. Epiſt. 9, 3. *et*

EREMĪTAE, arum. m. *Qui eremum, h. e. Locum ſolitarium, religionis ergo incolunt, paſſim apud Eccleſ.*

ERĔPO, pſi, ptum, ĕre. [ἀνέρπω] *Difficulter loca aſpera et edita ſcandere: tanquam opus ſit* erepere *maius quam* ambulare. Plaut. Aul. 4, 4, 1 Foras lumbrice, qui ſub terra erepſiſti modo. *De gliribus.* Varro de R. R. 3, 15 Ne ex ea erepere poſſit. Hor. Serm. 1, 5, 79 Incipit ex illo montes Apulla notos Oſtentare mihi, — quos Nunquam erepſemus, niſi *etc. i.* crepſiſſemus. Sen. Epiſt. 53. Stat. Silu. 2, 2, 30 Inde per obliquas erepit porticus arces. Sil. 13, 332 Erepunt cornua *pro* crumpunt *malit Heinſ.* Auien. Perieg. v. 283.

EREPTO, āre. Frequent. Sen. Epiſt. 101 Circa paupertatem plurimam moram habet, dum ex illa ereptat, *i. paullatim et multo cum labore erepit.*

EREPTOR, EREPTIO, EREPTVS, *vid.* ERIPIO.

ERES, is. m. *Erinacius.* Plaut. Capt. 1, 2, 81 I modo venare leporem, nunc erem tenes, *vt legendum viderunt Salmaſ. et Gronou. i. maior et melior tibi fructus laborum circumſpiciendus eo, quem nunc habes.* Nemeſian. Cyneg. 57 Implicitumque ſinu ſpinoſi corporis erem Ferre Domum. *Vid. Barth. et Reineſ. Var. Lect. 2, 8 p. 18. et infra* HERINACIVS.

ERESICHTHON. [Ἐρεσίχθων] *Vid.* ERISICHTHON.

ERETRIA, ae. f. *Oppidum eſt Euboeae inſulae, circa quod effoditur* Terra *in medicinae vſu praeſtantiſſima, quam ab ea* Eretriam *vocant.* Plin. 35, 16. *qui etiam* Eretriam terram *inter pictorum colores enumerat 35, 6. Huius vrbis meminit et Homer. 2 Il. in Catal. Nau. Conf.* Plin. 2, 12. *et* Pomp. Mel. 2, 7.

ERETRIACVS, a, um. Adi. *Vnde* Eretriaci philoſophi. Cic. Acad. 4, 129 Eretriaci Philoſophi a Menedemo ERETRIATE ſic appellati, qui et Megarici. Horum, *vt idem inquit,* omne bonum in mente poſitum, et mentis acie, qua verum cerneretur.

ERETRIVS, a, um. Adi. Eretria terra Plin. 35, 6 *et* 16. Eretria creta Idem 35, 6. *Conf.* Vitruu. 7, 13. Celſ. 5, 15. *Dioſc.* 5, 171.

ERĔTVM, i. n. [Ἔρετον] *Vicus Sabinorum ſupra Tiberim.* Virg. Aen. 7, 711 Ereti manus omnis, oliuiferaeque Metuſcae. *Vid.* Solin. c. 8. *Brouckh. ad* Tibul. 4, 8, 4. *Hinc*

ERETINVS, a, um. Adi. *Vt,* Eretinus ager Tibul. 4, 8, 4. *Sed* Eretinae hominum mentes Fulgent. de Serm. priſc. *ſunt ſtupidae et quaſi argillaceae. Vid. Turneb. 10, 16. Reineſ. Var. Lect. 3, 1. Conf.* ARETINVS.

EREVTHRODANVS, *et* ERYTHRODANVM, i. n. *Radix, de qua* Plin. 24, 11 Alia eſt erythrodanus, quam aliqui ereuthrodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanae, pelleſque perficiuntur: in medicina vrinam ciet *etc.*

E R G

ERGA. [εἰς, πρός, περί] *Praep. Accuſ. caſui ſeruit, et pro In, vel Contra, aut Aduerſus ſumitur, ſiue, vt Scholaſtici loquuntur, obiectum perſonale ſignificat.* Cic. Fam. 1, 1 Ego omni officio, ac potius pietate erga te, caeteris ſatisfacio omnibus. Ter. Heaut. 1, 2, 15 Timet omnia, patris iram, et animum amicae ſe erga vt ſit ſuae, *etc.* Affecti erga amicum ſimus eodem modo, quo erga noſmetipſos Cic. de Amicit. 56 c. 16. Animos eorum, apud quos agitur, conciliari quam maxime ad beneuolentiam, cum erga oratorem, tum erga illum, pro quo dicet orator Cic. de Orat. 2, 181. Idem de N. D. 2, 60 c. 23 Quidquid magnam vtilitatem afferret generi humano, id non ſine diuina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. Beneuolentiam erga aliquos habere Cic. Off. 1, 47 c. 14. Odium erga aliquem ſuſcipere Nep. 10, 4. Officium et ſtudium erga propinquum habere Cic. pro Quint. 78 c. 25. ¶ 2 Plaut. Truc. 2, 4, 52 Quomodo erga aedes habet. *i. e regione aedium habitat.*

ERGASTERIVM, i. n. [ἐργαστήριον] *Officina vbi aliquid operamur, vt eſt in* Decretis diſt. 44 Nulli clerico liceat tabernam aut ergaſterium habere. *Conf.* Iſidor. 15, 16. l. 2 C. de Epiſc. et Cler. l. 9 C. de Oper. publ.

ERGASTICVS, a, um. Adi. [ἐργαστικός] Mart. Capell. 6 p. 231 Schemata ergaſtica *in Geometricis*, quae faciendae cuiuslibet formae praecepta continent ; *quibus opponit* Apodictica, quae probandi quod aſſeuerant, afferunt documenta. ¶ 2 Ergaſtici, *i. fabri, ab Hotomanno reponuntur* l. 5 C. de epiſcopali aud., *pro corrupta certe ſuſpecta voce* Ergaſioteni, *de quibus diſputata quae ſint, videri poteſt in Lexico Iuris Briſſonio - Heinecciano.*

ERGASTVLVM, i. n. [ἐργαστήριον, ἀνδραποδικόν] *Locus, in quo mancipia in vinculis opus facere cogebantur, vt metallarii ſerui ſolent.* Liu. 2, 23 Ductum ſe ab creditore non in ſeruitium, ſed in ergaſtulum et carnificinam eſſe. Id. 7, 4 Quod filium — in opus ſeruile, prope in carcerem atque in ergaſtulum dederit. *Hinc* Ergaſtula et nexus ciuium *coniunguntur* Col. 1, 3, 12. Ergaſtuli mancipia Colum. 1, 8, 16. *et* 11, 1, 22. Iuuen. Sat. 8, 180 Quid facias talem ſortitus Pontice ſeruum ? Nempe in Lucanos, aut Tuſca ergaſtula mittas. *Accipitur interdum pro Ipſis mancipiis, quae in cuſtodia alligabantur.* Iuuen. Sat. 14, 24 Quem mire afficiunt inſcripta ergaſtula. Quindecim liberi homines, populus eſt ; totidem ſerui, familia ; totidem vincti, ergaſtulum Apul. Apol. p. 304, 37. Varro, Miſitque mox eo nuntium, qui tota ergaſtula donaret libertate. Columel. 1, 6, 3 Optime ſolutis ſeruis cellae meridiem aequinoctialem ſpectantes fient. Vinctis quam ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulum, plurimis, idque anguſtis, illuſtratum feneſtris. Cic. pro Cluent. 21 c. 7 In Q. Sergii eius, qui inter ſicarios damnatus eſt, manus incidit, et apud eum fuit in ergaſtulo. Cic. pro Rabir. 20 Quum Saturninus Capitolium teneret, armatus eſſet vna C. Glaucia, C. Saufeius, etiam ille ex compedibus, atque ergaſtulo Gracchus. Cic. Fam. 11, 13 Quacunque iit, ergaſtula ſoluit, homines arripuit, conſtitit nusquam, priusquam ad vada venit. Ergaſtulorum *hiſtoriam ſcripſit Lipſius Elector.* 2, 15. *et Pignorius de Seruis p.* 257.

ERGASTVLVS, i. m. [δοῦλος, ἐργαστήρ] *Mancipium in ergaſtulo. Vid.* Columel. 11, 1. *et* Plin. 18, 6. *Eſt etiam, ſi audimus* Non. 5, 102 Cuſtos poenalis loci. Lucil. 15 Non ergaſtilus vnus, et alius iudicem appoſuit, vt nemo ſententiam libere magis, quam ergaſtilus dicere poſſit. Ergaſtilus *ſcripſimus ex fide editionis Merceri.*

ERGASTVLARIVS, i. m. [ὁ τῷ ἐργαστηρίῳ, ἀνδραποδικῷ ἐπιστάτης] *Qui praeeſt ergaſtulo et mancipiis. Vnde* Columel. 1, 8 *docet,* quomodo mancipia ab ergaſtulariis tractari debeant. *Sed* Ammian. 14 *extr.* Ergaſtularius ſeruus *adiectiue.*

ERGASTVLARIS, e. Adi. *Idem.* Sidon. 7, 9 In tenebris ergaſtularibus conſtitutus.

ERGATA, ae. f. Machina eſt tractoria, axe recto, quae non brachiorum ductum, ſed ambientibus et obnitentibus vectiariis verſatur. Ea mire facit ad exoneranda nauigia, praegrandibus ſaxis, quae manus humanae moliri non poſſint, onuſta. Vulgo vocant *vn Singe. Vid.* Vitruu. 10, 4. *et Bald. Lex. p.* 48.

ERGO. [οὖν, τοιγαροῦν, τοιγάρτοι] *Quantum ad primam originem ſuam nihil videtur aliud* fuiſſe, *quam Caſus nominis* ἔργον. *Ἔργῳ igitur ſignificabat* re, ea re, qua re, cum res ita ſe habeat ; *item* re vera, re ipſa. *Et vt res ſaepe cauſam notat, ita illius ergo idem eſt, quod* illius cauſa. *Frequenter itaque in concluſionibus adhibetur, et iis, quae conſequuta eſſe, indicare volumus : ponitur que in principio pariter, et poſt vnum alterumque verbum. In principio v. g.* Plaut. Amph. 1, 1, 20. *Sic* Virg. Aen. 2, 26 Nos abiiſſe rati, et vento petiiſſe Mycenas. Ergo omnis longo ſoluit ſe Teucria luctu. Cic. de Amicit. c. 13 Ergo hoc proprium eſt animi bene conſtituti et laetari bonis rebus, et dolere contrariis. Tace dum tabellas pellego. C. Ergo quin legis Plaut. Pſeud. 1, 1, 38. Ipſus inquam Charmides ſum. S. Ergo ipſusne es ? Plaut. Trin. 4, 2, 146. Ergo, dum nullum faſtiditur genus, in quo eniteret virtus, creuit imperium Romanum Liu. 4, 3. Ergo etiam praelium aliquanto quam caetera grauius atque atrocius fuit Liu. 2, 19. *Secundo loco poſitum : vt* Ter. 5, 2, 9 D. Mihine ? S. tibi ergo. Cic. pro Quint. c. 2 Quid ergo eſt ? Primum magnitudo periculi, *etc.* Oportet ergo Scribon. 62. Non ergo, *vid.* NON. Num ergo is excaecat nos aut orbat ſenſibus ? Cic. Acad. 4, 74. *Tertio loco poſitum :* Liu. 1, 27 Nec manere ergo, nec tranſire auſus. *Adhibetur in interrogationibus. Vt* Cic. pro Quint. c. 2 Quid ergo eſt ? *i. quid hac in re eſt ? quid conſequitur ? Sic* Liu. 21, 10 Dedemus ergo Annibalem ? *An propter ea, quae diſputata ſunt, ſequitur dedendum eſſe ? Etiam indirecta oratione* Liu. 2, 28 *Correpti* Conſules, cum, quid ergo facere ſe vellent patres ? percunctarentur. ¶ 2 Ergo, producte, *inquit* Feſtus, idem quod χάριν: hoc eſt Gratia, quum ſcilicet Gratia intelligitur pro Cauſa. Virg. Aen. 6, 670 Illius ergô Venimus, et magnos Erebi tranauimus amnes. *Vid.* Seru. *in loc.* Victorin. art. Gram. 1 p. 2472 *ſq. Ergo coniunctio pro longa habet vltimam literam* O, vt eſt illud, *Ergo iuſſa parat* (Aen. 4, 503) Propter quod talis Syllaba finalis tamen tantum communis eſſe multis generibus probatur. Cic. Att. 3, 23 Si quid contra alias leges eius legis ergô factum ſit. Idem de Opt. Gen. Orat. 19 c. 7 Eum donari virtutis ergô, beneuolentiaeque. *Et* de Legib. 2 c. 25 Mulieres — neue leſſum funeris ergo habento. *Conf.* Nonius 2, 300. ¶ 3 Ergo, *i. re vera, Et ſane, vt ſit confirmandi nota, non concludendi.* Priſcian. 18 p. 1170 *Nam, Enim, Ergo* non ſolum cauſales vel rationales, ſed etiam completiuae et confirmatiuae inueniuntur. *Et* p. 1194 Repletiui loco accipi *ait illud* Ter. Andr. 5, 2, 9 SI. Quid iſtic tibi negotii eſt ? DA. Mihine ? SI. Ita. DA. Mihi ? SI. Tibi ergo. *Nempe ergo eſt re vera.* Cic. pro Quint. 50 c. 15 Ergo hercule cuius bona ex edicto poſſidentur, huius omnis fama et exiſtimatio cum bonis ſimul poſſidetur. Ibid. 61 c. 19 Qui locus igitur abſentis defendendi procuratori primus datus eſt ? quum proſcribebas. Ergo affuit, non paſſus eſt. *Hic poteſt tota vis nominis, quam ſupra interpretati ſumus, locum habere. Sumit orator, veram eſſe reſponſionem,* Quum proſcribebas, *ideoque addit : ea re, ea cauſa, re vera etiam adfuit etc. Simile eſt* Plaut. Epid. 3, 4, 39 MIL. Quae te intemperiae tenent ? quas tu mihi tenebras cudis ? quin fidicinam produci intus iubes ? PERIPH. Haec ergo eſt fidicina : hic alia nulla eſt. Idem Bacch. 1, 3, 17 LYD. Non hic placet mihi ornatus. PIST. Nemo ergo tibi hoc apparauit : mihi paratum eſt, cui placet. *Etiam rationale hic eſſe poteſt, et concluſionem indicare.* ¶ 4 *Continuat coeptam narrationem poſt parentheſin :* Cic. Fam. 15, 10 Quando id accidit, quod maxime mihi fuit optatum, vt — quando ergo id accidit, vt omnium veſtrum ſtudio — peto a te. Cic. Philipp. 12, 22 c. 9 Tres viae ſunt ad Mutinam — Tres ergo, vt dixi, viae. Idem Tuſc. 1, 13 c. 7 Omne pronuntiatum — id ergo eſt pronuntiatum *etc. Huc pertinet etiam* Virg. Ciri 29. *Et* Grat. Cyneg. 105. *Sic continuandae modo orationi ſeruire videtur* Prop. 3, 2, 27

Hic erat affixis viridis ſpelunca lapillis,
Pendebantque cauis tympana pumicibus.
Ergo Muſarum et Sileni patris imago
Fictilis, et calami, Pan Tegeaee, tui.

Pro deinde hic poni obſeruat, et cum particula Igitur *comparat Brouckhuſius. Poteſt autem hic quoque retineri illa generalis aſſeuerandi ratio.* ¶ 5 *Sed concludendi tamen vim retinet, vt* ἆρα *Graecorum et tum Latinum, cum indignationem quandam notat, vt* Liu. 2, 40 Ergo ego niſi peperiſſem, Roma non oppugnaretur. *It.* Cic. Tuſc. 2, 39 c. 17 Ergo haec veteranus miles facere poterit ; doctus vir ſapiensque non poterit ? *Huc refer* Albinou. de Ob. Maec. 113 Redditur arboribus florens reuirentibus aetas : Ergo non homini, quod fuit ante redit ? ¶ 6 Seruius *ad illud* Ecloga 5, 58 Ergo alacris ſiluas et caetera rura voluptas *etc.* antiqui, *inquit,* ERGO pro *merito* accipiebant, ſicut hic accipitur. Plautus in Perſa (1, 1, 23) A. Satin' tu vsque valuiſti ? B. Haud probe. A. Ergo edepol palles. *Nempe vtroque loco indicatur conſequentia, quae recte exprimeretur etiam per* hac re, hac cauſa. *Addit* Seruius *alterum exemplum* Plauti Milite (1, 1, 61) Achilles eſt, inquit mihi : immo eius frater, inquam, eſt : Ergo mecaſtor pulcher. *Eadem plane ratio eſt, quae ſuperiorum. Etiam* Ter. Heaut. 2, 3, 18 Ergo mea Antiphila tu nunc ſola reducem me in patriam facis, *admittit quidem, vt merito ſubſtituatur in eius locum : ſed commode etiam ſignificat,* Hac re, Quare, Cum res ita ſe habeat. ¶ 7 Ergo igitur *per Pleonaſmon coniunguntur.* Plaut. Trin. 3, 3, 27 Quo pacto ergo igitur ? *Saepe ita Apuleius v. g.* Met. 1 p. 104, 25. *et aliis locis, quae indicat in Ind. Elmenhorſtius.*

ERGOLABVS, i. m. [ἐργολάβος] *Operarius, manceps, operarum redemtor.* ἐργολαβέω, *opus faciendum conduco, operam loco, rem perficiendam ſuſcipio, redemturas facio, et inde lucrum facio :* ἐργολαβία, *merces ex labore, manualis operatio, redemtio operis, et conductio, vel locatio. In* Cod. Iuſtin. tit. de Monop. Aedificiorum quoque artifices, vel ergolabi, aliorumque diuerſorum operum profeſſores, penitus arceantur pacta inter ſe componere, vt ne quis, quod alteri commiſſum ſit opus, impleat, aut iniunctam alteri ſolicitudinem alter intercipiat.

E R I

ERICAEVS, *vid. ſtatim poſt* ERICE.

ERICATES, is. m. *Viri cuiusdam Lycaonii nomen, a Meſſapo Turni comite interfecti, vt* Virg. *placet* Aen. 10, 749 Cedicus Alcathoum obtruncat : Sacrator Hydapſem : Meſſapus Cloniumque, Lycaoniumque Ericatem.

ERICE, es ; *ſiue* ERICA, ae ; *ſiue* ERIX, icis. f. [ἐρείκη] Frutex non multum a myrice differens, colore roriſmarini et paene folio Plin. 24, 9 ſ. 39 *et* 41. *Hinc*

ERICAEVS, a, um. Adi. Ericaeum, Tertium genus mellis vocatur, minime probatum, et ſilueſtre. Conuehitur poſt primos autumni imbres, cum erice ſola floret in ſiluis, ob id arenoſo ſimile. *Plura* Plin. 11, 16.

ERICHTHO, [Ἐριχθώ] *Mulier Theſſala, multis veneficiis famoſa. De qua abunde* Lucan. 6, 508 ſq. *De hac et* Ouid. *in* Epiſt. Sapph. 139 Illuc mentis inops, vt quam furialis Erichtho Impulit.

ERICHTHONIVS, i. m. [Ἐριχθόνιος] *de quo ſic* Seruius, Vulcanus impetrato a Ioue Mineruae coniugio, illa reluctante, effectum libidinis proiecit in terram : inde natus eſt puer draconteis pedibus, qui appellatus eſt Erichthonius, quaſi de terra et lite procreatus. nam ἔρις, eſt lis : et χθών, terra. Hic ad tegendam pedum foeditatem, iunctis equis vſus eſt curru, quo tegeret ſui corporis turpitudinem. *Conf.* Ouid. Met. 2, 553 ſqq. Virgil. Georg. 3, 113 Primus Erichthonius currus, et quattuor auſus Iungere equos : rapidisque rotis inſiſtere victor. *Idem fuit* Athenarum rex, et argenti inuentor *ſec.* Plin. 7, 56. *Vid.* Hygin. Fab. 166. Populus Erichthonius, *Athenienſes* Propert. 2, 6, 4.

ERICIVS, i. m. *Idem ac Erinaceus.* Gloſſ. Philox. ἐχῖνος, ericius. Varr. *apud* Non. 2, 292 Se circumſpexe, (*i.* circumſpexiſſe, *vt edidit Gothofr.*) atque inueniſſe, cum dormire coepiſſet tam glaber quam Socrates, gallum (*Merc.* caluum : *videtur plane eiiciendum, et fuiſſe gloſſam vocis* glaber) eſſe factum ericium pilis albis cum proboſcide. *Vid.* Iſidor. 12, 3. ¶ 2 *Eſt etiam Machina militaris, ſcil. Trabs ferreis aculeis munita, quae transuerſim portae praetenſa inacceſſam faciebat.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 67, 5. *Vid. Lipſ.* Poliorc. 5, 4 *extr. Turneb. Aduerſ.* 4, 8. *Victor. Var. Lect.* 24, 1. *et I. Waſſe in* Salluſt. Fragm. *ex* Non. 18, 16 Saxaque ingentia, et orbes axe vincti per pronum incitabantur, axibusque eminebant in modum ericii militaris veruta binum pedum.

ERICLIMENVS, i. m. *Filius Neptuni. Vid.* Hygin. Fab. 157.

ERICVSA, ae. f. [Ἐρικοῦσα] *Vna ex ſeptem inſulis Lipareis, quam ab arbuſtis vocatam, et ad paſcua prorſus omiſſam tradit Strab. 6. Meminit et* Plin. 3, 9.

ERIDANVS, i. m. [Ἠριδανός] (*inquit* Seruius) Solis filius fuit ; hic a patre impetratum currum agitare non potuit. Et quum eius errore mundus arderet, fulminatus, in Italiae fluuium cecidit ; et tunc a luce ardoris ſui Phaëthon appellatus eſt, et priſtinum nomen fluuio dedit. Vnde miſta haec duo nomina inter Solis filium et fluuium inuenimus. Poſtea eius ſorores, flendo in populos arbores verſae ſunt. *Haec* Seru. *ad* Virgil. Aen. 6, 659 Inter odoratum lauri nemus, vnde ſuperne Plurimus Eridani per ſiluam voluitur amnis. *Eſt itaque ſuus etiam inferis Eridanus.* Eridanum *in caelo etiam Aratus eſſe dixit, ſidus Arieti proximum.* Cic. in Arat. 145 ſqq. Claudian. de Conſ. Honorii 6, 175

Stelliger Eridanus ſinuatis fluctibus errans
Clara noti conuexa rigat, gladioque tremendum
Gurgite ſidereo ſubterluit Oriona.

Vid. Hygin. Aſtron. 2, 32. *Conf.* Lucan. 2, 409. Stat. Theb. 12, 413. Auratus Eridanus gemina cornua Virgil. Georg. 4, 372. Maximus Ouid. Met. 2, 324. Pater Sil. 12, 217. Fluuiorum rex Virgil. Georg. 1, 482. Venetus Propert. 1, 12, 4. ¶ 2 Eridanum *nonnunquam pro Rhodano poni probare vult Rutgerſ. Var. Lect.* 6, 4.

6, 4. Plin. 37, 2, *vbi de ſuccino ſ. electro*, Nam quod Aeſchylus in Iberia, hoc eſt, in Hiſpania, Eridanum eſſe dixit, eundemque appellari Rhodanum; Euripides rurſus et Apollonius in Adriatico litore confluere Rhodanum et Padum, faciliorem veniam facit ignorati ſuccini. *Neque ad Eridanum, neque ad Rhodanum inueniri ſuccinum, ſed ad Boruſſiae fluuium* Raduna *dictum, hodie ſatis conſtat.*

ERĬGĔRON, ontis. m. Herba, a noſtris vocatur Senecio — trixaginis ſpecie, et mollitia, cauliculis ſubrubicundis: naſcitur et in tegulis et in muris. Nomen hoc Graeci dederunt, quia vere caneſcit. Caput eius numeroſa diuiditur lanugine *etc.* Plin. 25, 13. *Graece* ἠρίγερον, *quaſi tu dicas in vere iam ſeneſcentem, propter pappos, canitiei ſenili ſimiles.*

ERIGIDVS, a, um. Adi. Petron. Fragm. p. 681 Erigidus ſtrictis qui regnat in oſſibus horror. *Simile et compoſitione, et ſignificatione nomen alteri* Egelidus, *de quo ſ. l.*

ERĬGO, exi, ectum, ĕre. [ἀνορθόω, ἀνυψόω] *Regere in ſublime: Praepoſitio enim eam vim habet, quam in* eminere, emicare, *ſimilibus.* Cic. pro Roſc. Amer. 19 Quem ſimul atque attigi, ſtatim homo ſe erexit. *Contraria:* Cic. de Legib. 1, 26 Nam quum caeteras animantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit: et ad caeli, quaſi cognationis domiciliique priſtini conſpectum excitauit. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 14 Nam me, quem paullo ante fortuna erexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem, populus tribuit honorem: eundem Tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatem. Cic. pro Planc. 33 c. 13 Vbi illa antiqua libertas, quae malis oppreſſa Ciuilibus Extollere iam caput, et aliquando recreata ſe erigere debebat? Idem pro Domo ſua 25 Ciuitatemque fractam malis, mutam, debilitatam, abiectam metu, ad aliquam ſpem libertatis, et priſtinae dignitatis erexit. Liu. 30, 15 *extr.* Iis honoribus mollitus regis animus, erectusque in ſpem propinquam ſublato Syphace, *etc.* Erigere in gradus Columel. 8, 15. ¶ 2 *Subſtantiua:* Liu. 3, 18 Hunc ducem ſecuti, nequidquam reclamantibus Tribunis, in cliuum Capitolinum erigunt Aciem. *Et ita ſaepe. Sic* Tacit. Hiſt. 4, 71. *et* Agr. c. 18 *et* 36. Aculeos iudicum erigere in rem, in vitia, in mores, in tempora Cic. pro Caelio 29. *Continuata metaphora:* Cic. pro Lege Manil. 23 Diffidentemque rebus ſuis confirmauit, et Afflictum erexit, perditumque recreauit. Agmen in collem Sil. 3, 512. *Eſt* Liuiana *formula, v. g.* 2, 31. 7, 34 *etc.* Aliquem erigere, *Ad diuitias et honores extollere:* Lucan. ad Piſon. 227 Maecenas tragico quatientem pulpita caeſtu Erexit Varum. Cic. Philipp. 5, 1 Atque vt oratio Conſulum Animum meum erexit, ſpemque attulit non modo ſalutis conſeruandae, verum etiam dignitatis priſtinae recuperandae. Idem Att. 1, 16 *med.* Quamobrem P. C. erigite Animos, retinete veſtram dignitatem. Cic. pro Cluent. 200 Qui nunc primum poſt illam flammam, aliorum facto et cupiditate excitatam, ſpe veſtrae aequitatis erigere Animum, et paullum reſpirare a metu coepit. Animum demiſſum et oppreſſum Id. pro Cluent. 38 c. 21. Animos erigere ad audiendum Cic. Acad. 4, 11 c. 4. *Vid.* MENTES. — ad aemulandum Plin. Pan. 70, 3. Animus erigitur exſpectatione rerum bonarum Cic. de Legib. 2, 28. Arces Stat. Silu. 3, 1. Auditorem erigere, *eſt attentum facere:* Cic. Orat. 122 c. 35 Quid enim iam ſequitur, quod quidem artis ſit, niſi ordiri orationem, in quo aut concilietur Auditor, aut erigatur, aut paret ſe ad diſcendum. *Vid. mox* Erectus Iudex. *Nempe qui volunt libenter percipere orationem, illi cum auribus totum paene corpus erigunt. De* Auribus *ſtatim.* Cic. Verr. 1, 28 Quo tempore igitur Aures iudex erigeret, animumque attenderet. *Vid.* ARRIGERE. Plin. 5, 4 Erexi Aures tuas. Quam diu nunc oportet, quam blande roges, vt reliqua cognoſcas. Caput expergefactum Lucret. 5, 1207. Caudam falcatam in ſublime Plin. 10, 21. Auctor ad Herenn. 4, 2 Nam quum res probabiliores, tum hominum ſtudia ad imitandum alacriora reddit, immo erigit omnium Cupiditates, et acuit induſtriam. Plin. Epiſt. 8, 3 Erexi Exſpectationem tuam, quam vereor ne deſtituat oratio in manus ſumta. Fumus erigitur ad ſidera Virgil. Aen. 9, 239. Gradum erigere, *i. altius tollere, vt ſolent, qui aſcendunt cliuum aliquem:* Sil. 3, 529 Quoque magis ſubiere iugo, atque euadere niſi Erexere Gradum, creſcit labor. Sil. 4, 279 Tantus ſemifero Chryxus ſub pectore murmur Torquet, et horriſonis vlulatibus erigit Iras. Senec. Hippol. f. 10 Caerulea taurus colla ſublimis gerens erexit altam fronte viridanti Iubam. Manum erigere, *de iis, qui pugnae parati ſunt: vid. Burmann. ad* Quinct. 6, 4 p. 570. Mentem erigere, *Forti animo eſſe:* Lucan. 8, 76 — erige Mentem, Et tua cum fatis pietas decertet. Cic. pro Sull. 53 c. 11 Erigite Mentes aureſque veſtras, et me de inuidioſis rebus, vt ille putat, dicentem attendite. Oceanum erigat Titan Lucan. 1, 416. Ouid. Met. 4, 146 Ad nomen Thisbes Oculos in morte grauatos Pyramus erexit. Cic. pro Sext. 68 c. 31. Cauſa erigere Oculos et viuere videtur. Patriam erigere, *i. celebrem reddere* Claudian. Conſ. Mall. Theod. 150. Pectus Stat. Achil. 1, 543. Perditam Prouinciam erigere et recreare Cic. Verr. 3, 212 c. 91. Plebem ad ſe erexit, *i. fauentem ſibi reddidit* Flor. 3, 17, 5. *Vid. Graeu. in loc.* Cic. Attic. 8, 19 Poſſumus etiam nunc Rempublicam erigere, ſi communi conſilio negotium adminiſtrabimus. Scalas ad moenia et ad murum Liu. 32, . . Cic. de Orat. 2, 54 Paullulum ſe erexit, et addidit hiſtoriae maiorem ſonum vocis vir optimus Craſſi familiaris Antipater, *etc.* Se rurſus erexit Macedonia, *i. rebellauit* Flor. 2, 12, 1. *Conf.* Idem 2, 17, 15. *et* 3, 17, 6. Cic. pro Deiot. 38 Non dubito, quin tuis literis, quarum exemplum legi, quas ad eum Tarracone huic Bleſamio dediſti, Se magis etiam erexerit, ab omnique ſolicitudine abſtraxerit. Idem Q. Fratr. 1, 3 Erige te et confirma, ſi quae ſubeunda dimicatio erit. Cic. de Leg. Agr. 2, 86 Haec, quae procul erant a conſpectu imperii, non ſolum afflixerunt, ſed etiam ne quando recreata exſurgere atque erigere Se poſſent, funditus, vt dixi, ſuſtulerunt. Idem de Natur. Deor. 2, 114 Hic Seſe infernis e partibus erigit hydra. *ex quodam Poëta.* Quinctil. in prooem. 6 Sed vel propter hoc nos contumacius erigemus. Serpens erigitur Ouid. Met. 15, 737. Series vſusque laborum erigit Lucan. 1, 124. *i. euehit ad ſummam nobilitatem.* Quinctil. 2, 3 Non excidit mihi, ſcripſiſſe me in libro priore, quum potiorum in ſcholis eruditionem eſſe, quam domi dicerem, libentius Se prima Studia, teneroſque profectus ad imitationem condiſcipulorum, quae facilior eſſet, erigere. Siluas erigere, *i. ligna in pyram exſtruere* Lucan. 7, 807. Virtus Romana erigitur Idem 7, 383. Vndas erigit pontus in ſcopulos Lucan. 5, 600. Ouid. Met. 14, 107 — illa diu Vultum tellure moratum Erexit. Vultus erexit rubicunda Phoebe Senec. Hippol. f. 6. ¶ 3. *Obſ.* Cic. Acad. 4, 127 Erigimur, altiores fieri videmur, humana deſpicimus, cogitanteſque ſupera atque caeleſtia, haec noſtra exigua et minima contemnimus. Ouid. Met. 12, 374 Aeger *(centaurus a vulnere)* in hoſtem erigitur. In digitos Quinctil. 2, 3. Sub auras erigitur lumen repercuſſum Virgil. Aen. 8, 25. Contra aliquem erigi Stat. Theb. 8, 693. Cic. de Fin. 1, 57 Sed vt his bonis erigimur, quae exſpectamus, ſic laetamur his, quae recordamur. ¶ 4 Egerere *et* Erigere *miſcentur a librariis, vid. Drakenb. ad* Sil. 4, 280.

ERIGENS, entis. Partic. Vulgata Num. 24, 2. *et* Pſalm. 112, 7.

ERECTVS, a, um. Partic. [ἀνορθωθεὶς] Cic. de Orat. 1, 148 Haec igitur et horum ſimilia iura ſuae ciuitatis ignorantem, erectum et celſum alacri et promto ore, ac vultu huc atque illuc intuentem, *etc.* Crinis erectus, *vid. Drakenb. ad* Sil. 2, 668. Liu. 2, 54 Quum plebs in foro erecta exſpectatione ſtaret. Cic. Philipp. 4, 11 Ego vos Ardentes et erectos ad libertatem recuperandam adhortabor. Idem de Natur. Deor. 2, 40 Primum eos humo excitatos, Celſos et erectos conſtituit, vt deorum cognitionem caelum intuentes capere poſſent. Horat. Epiſt. 1, 1, 69 An qui fortunae te reſponſare ſuperbae Liberum et erectum praeſens hortatur et optat? Sil. 4, . . — erectus in Auras It ſonipes. Ouid. Met. 3, 43. In ſpem erectus Tacit. Hiſt. 1, 4. Animus alacer et erectus Cic. de Senect. 75. Animus ſanus, erectus, et deſpiciens fortunam Senec. Ep. 9. Animus erectus et minime perturbatus Cic. Att. 10, 17. Animus magnus et erectus Idem pro Deiot. 36 c. 13. *Sed etiam ita* Cic. Philipp. 7, 26 c. 9 At vero erecti, citati, parati, armati animis iam eſſe debemus. *Item*, Erectus animi Sil. 13, . . Capillo erecto euolare ex aliquo loco Auct. ad Herenn. 4, 69. Comis erectis diſcuſſa ſerta Lucan. 5, 171. Crinis erectus horret Sen. Herc. Oet. f. 6. *Conf. Drakenborch. ad* Sil. 2, 668. Criſtae Sil. 7, 686. Cruribus erectis Sil. 9, 595. Equus in armos erectus Stat. Theb. 6, 502. Iudices Cic. Brut. c. 54 *et* 84. *i. attenti, intenti orationi.* Mens Quinctil. 1, 3. Pectore erecto ambulare Claudian. in Eutrop. 1, 306. Prorae Stat. Theb. 1, 375. Pyra ſub auras erecta Virg. Aen. 4, 504. Status erectus et celſus Cic. in Orat. 59. Liu. 4, 22 Perfoſſo a caſtris monte, erecta in arcem Via eſt. Stat. Theb. 6, 756 Quem vinci haud quiſquam, ſaeuo nec ſanguine tingi Malit, et erecto timeat ſpectacula Voto. Erecto voto, *i. ſuſpenſo fauore propter incertum victoriae exitum.* Vultus erectos ad ſidera tollere Ouid. Met. 1, 86. *Comparat.* Si quis eſt paullo erectior, quamuis voluptate capiatur, occultat et diſſimulat appetitum voluptatis Cic. Offic. 1 c. 30. Erectior, *i. Generoſus, Magnanimus.* Cic. ad Brut. 10 Erectior Senatus erat non ſententiis ſolum noſtris, ſed cohortationibus excitatus. Claudian. de Aponi Baln. 11 Alto colle minor, planis erectior aruis Conſpicuo cliuus molliter orbe tumet.

ERECTE. Adu. *cuius Compar. apud* Ammian. 15, 10 Erectius iam loquebatur, *i. liberius.*

ERECTIO, ōnis. f. Vitruu. 10, 5 *extr.* Sine tignorum erectionibus. Auguſtin. Serm. 1 in Vig. Pent. De ſumma erectione, vltima deiectione damnatus eſt.

ERĬGŎNE, es. f. [Ἠριγόνη] *Filia Icarii, et ſoror Penelopes: quae patrem ſuum a ruſticis ebriis, quibus ipſe vſum vini monſtrauerat, occiſum ita luxit, vt ſeipſam prae dolore ſuſpenderit. Sed miſeratione deorum mutata fuit in caeleſte ſignum, quod Virgo dicitur. Haec paullo copioſius* Hygin. f. 130. *Vbi inter alia,* Erigone ſignum virginis, quam nos Iuſtitiam appellamus. *Vid.* ASTRAEA. Virgil. Georg. 1, 33 Qua locus Erigonem inter, Chelaſque ſequentes Panditur. Flebilis Stat. Theb. 11, 645. Erigonen *a Baccho compreſſam fuiſſe in vuam mutato docet* Ouid. Met. 6, 125 Liber vt Erigonen falſa deceperit vua. *Conf.* Ampel. de 12 Signis, *et* Min. Fel. 21, 16.

ERIGONĒIVS, a, um. Adi. [Ἠριγόνειος] *Vt*, Canis Erigoneius Ouid. Faſt. 5, 723. *i. Canis, ſidus caeleſte. Vid.* Hygin. Fab. 130.

ERIGONVS, i. m. *Pictor inſignis.* Plin. 35, 11 Namque Erigonus, inquit, tritor colorum Nealcae pictoris in tantum ipſe profecit, vt celebrem etiam diſcipulum reliquerit Paſiam, fratrem Aeginetae fictoris.

ERIGVO, āre. Pluuias aquas eriguari conuenit. *Sic* Plin. 17, 26 f. 40, *pro vulgato* eriuari *legi vult eodem ſenſu Salmaſ. Exerc. p.* 415, b D.

ERIMANTHVS, *et* ERIMANTHIVS, *vid.* ERYMANTHVS.

ERINACIVS, *vid.* HERINACIVS.

ERĪNEOS, *vel* ERINVS, i. m. [Ἐρίνεος, Ἐρῖνος] *Herba, quam* Plin. 23, 7 f. 65 Propter gentilitatem *cum* caprifico *coniungit* — vtcunque decerpta manat lacte multo et dulci. *Graeci ſic vocant* Caprificum. *Vnde et vrbs in Doride, a caprifico dicta eſt* Erineum, *vt auctor eſt Strabo. Sed*

ERINEOS, Achaiae oppidum Plin. 4, 5.

ERINNA, ae; *vel* ERINNE, es. f. [Ἤριννα] *Teia, vel, vt alii volunt. Lesbia aut Telia, Poëtria fuit, carmine illuſtris, Sapphus aequalis, et, vt placet quibusdam, amica. Ponamus vltimum Diſtichon Epigrammatis, quod habetur Anthol. 1,* 67, 14 Σαπφὼ δ᾽ ἠρίννης ὅσσον μελέεσσιν ἀμείνων, Ἤριννα σαπφῶς τόσσον ἐν ἑξαμέτροις. *i. Quanto* Erinna *in Lyricis Sappho praeſtantior, tanto Sapphus gloriam* Erinna *Hexametris praecellit. Meminit et* Propert. 2, 3, 22 Et ſua cum antiquae committit ſcripta Corinnae Carminaque Erinnes non putat aequa ſuis. *Conf.* Plin. 34, 8. *Reliqua non ſunt huius loci.*

ERINNYS, is. f. [Ἐριννὺς] *Furia infernalis a contentione, quae* Eris *eſt* (ἔρις) *dicta. De regum aulis* Sen. Herc. Oet. 609 Tenet auratum limen Erinnys. *Et* Agamemn. 83 Quaeque ſuperbos vrit Erinnys, Nimias ſemper comitata domos. Crudelis Stat. Theb. 8, 686. Fera regnat Erinnys Ouid. Met. 1, 241. Feralis Lucan. 10, 59. Flammifera Sen. Herc. fur. 928. Ouid. Met. 1, 725 Protinus exarſit, nec tempora diſtulit irae, Horrificamque oculis, animoque obiecit Erinnyn. Improba Sil. 13, . . Inſana regnat Erinnys Ouid. Met. 11, 14. Nocturna Valer. Argon. 3, 19. Pronuba Erinnys me duxit, *int. in thalamum Pompeii. Vox Corneliae lamentantis, ſortem ſuam in coniugis fuga, apud* Lucan. 8, 90. Saeua Sen. Octau. 161. Propert. 2, 16, 29 Tum me vel tragicae vexetis Erinnyes. Triſtis Virg. Aen. 2, 337. Sen. Octau. 913. Vltrix Erinnys ſuccincta anguibus Idem Octau. 263. Ferte faces in me, quas fertis Erinnyes Atrae Ouid. Epiſt. 11, 103. Ciuilis, *furor belli ciuilis* Lucan. 4, 187. Patriae communis Erinnys Virgil. Aen. 2, 573. *De Helena. Sic* Lucan. 10, 59 Latii feralis Erinnys, *de Cleopatra.* Erinnys *eſt etiam* Cereris *epitheton: vid. Reineſ.* Inſcript. Cl. 1, 35 p. 62.

ERINVS, *vid.* ERINEVS.

ERIOPHORVS, i. m. [Ἐριοφόρος] Theophraſtus auctor eſt

eſſe

eſſe Bulbi genus circa ripas amnium naſcens, cuius inter ſummum corticem, eamque partem qua veſcuntur, eſſe laneam naturam, ex qua impilia (*ſic Harduin. al.* mapalia) veſtesque quaedam conficiuntur. *Haec* Plin. 19, 2 ſ. 10.

ERIOXYLON, i. n. [ἐριόξυλον] *Lana eſt, ſeu Lanugo xyli.* Vlpian. in Lege 70 Si cui lana legetur. D. de Leg. tert. §. 9 Lana legata etiam leporinam lanam et anſerinam et caprinam credo contineri, et de ligno, quam Graeci ἐριόξυλον, (*h. e. ligneam lanam*) appellant. *Vid.* Plin. 19, 1. *Salmaſ. in Solin. p. 702.*

ERIPHIA, ae. f. *Herba eſt, quam, vt ait* Plin. 24, 18 *pr.* Multi prodidere. Scarabaeum haec in auena habet, ſurſum deorſum decurrentem cum ſono hoedi, vnde et nomen accepit. Hac ad vocem nihil praeſtantius eſſe tradunt.

ERIPHYLE, es. f. [Ἐριφύλη] Vxor Amphiarai, et ſoror Adraſti. Haec accepto monili aureo latentem maritum prodidit Polynici: cum quo in praelium proficiſci coactus, hiatu terrae periit: cuius filius Alcmeon poſtea matrem necauit, et eſt Oreſtis furore correptus. *Haec* Seru. *ad* Virgil. Aen. 6, 445 His Phaedram, Procrinque locis, moeſtamque Eriphylen, Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit. Cic. de Inuent. 1, 94 Mulierum genus auarum eſt. nam Eriphyle auro viri vitam vendidit. *Dicimus etiam Latine* Eriphyla, ae. Cic. Verr. 4, 39 c. 18 Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, vt quum vidiſſet monile, vt opinor, ex auro et gemmis, pulchritudine eius incenſa ſalutem viri proderet. *Vid. Brouckh. ad* Propert. 2, 13, 29 Adſpice, quid donis Eriphyla inuenit amaris.

ERIPHYLAEVS, a, um. Adi. [Ἐριφυλαῖος] Stat. Theb. 4, 211 Sic Eriphylaeos aurum fatale penates Irrupit, ſcelerum ingentia ſemina mouit.

ERĬPIO, ui, eptum, ĕre. [ἐξαρπάζω] Eſt, *vt ait* Pomp. Iuriſc. l. 4 pr. ff. Ne quis eum, qui in ius vocab. De manibus alicuius quidpiam auferre per raptum. Ter. Heaut. 4, 2, 6 Crucior bolum tantum mihi ereptum tam ſubito e faucibus. Idem Heaut. 4, 3, 39 Vnus eſt dies, dum argentum eripio. Cic. pro Muraena 82 Qui locus eſt Iudices, quod tempus, qui dies, quae nox, quum ego non ex iſtorum inſidiis ac mucronibus non ſolum meo, ſed multo etiam magis diuino conſilio eripiar atque euolem? Ouid. Met. 6, 196 Multaque vt eripiat, multo mihi plura relinquet. ¶ 2 *Conſtruitur cum Praepoſitt.* A morte contra fatum eripere filium non poſſe Cic. de Diuin. 2, 25 c. 10. Ab igne eripere torrem Ouid. Met. 8, 457. A miſeria ſe Cic. Fam. 9, 13. Idem Verr. 5, 173 c. 67 Si qua vis iſtum de veſtra ſeueritate eripuerit, *i. liberauerit. Sic* pro Roſc. Am. c. 51 Vita erepta de manibus ſectorum. Ex cuſtodia aliquem Cic. Brut. 6. Idem pro Arch. 21 Populi Romani laus eſt, vrbem amiciſſimam Cyzicenorum eiusdem conſilio ex omni impetu regio ac totius belli ore ac faucibus ereptam eſſe atque conſeruatam. Ex inſidiis eripi Cic. pro Mur. c. 38. Idem Verr. 1 c. 4 Nam quis hoc non intelligit, iſtum — tamen ex manibus Populi Rom. eripi nullo modo poſſe. Ex periculo aliquem Cic. pro Cluent. 70. Caeſ. B. G. 4, 12. Per carmen et herbas aliquem furiis Ouid. Met. 15, 326. Virgil. Aen. 6, 111 Illum ego per flammas et mille ſequentia tela Eripui his humeris, medioque ex hoſte recepi. Per tela, per ignes aliquem Idem Aen. 2, 665. ¶ 3 *Datiui rei vel perſonae:* Curis aliquem Valer. Argon. 4, 539. Damno Ouid. Met. 11, 133. Idem de Arte Am. 3, 176 Phryxon et Hellen Diceris Inois eripuiſſe dolis. Domino aliquem Ouid. Met. 8, 850. Idem Met. 2, 630 Natum Flammis vteroque parentis Eripuit. *De Phoebo, qui Aeſculapium ex caeſo vtero matris iam rogo impoſitae ſeruauit.* Iugo turpi colla Horat. Serm. 2, 7, 91. *i. repellere a ſe ſeruitutem.* Iugo ſe eripere luctantur ſonipedes Sen. Hippol. ſ. 10. Ouid. Met. 2, 315 Conſternantur equi, et ſaltu in contraria facto Colla Iugo eripiunt, abruptaque lora relinquunt. Virgil. Aen. 5, 690 — da flammam euadere claſſi Nunc pater, et tenues Teucrum res eripe Leto. Acyrologia eſt, *inquit* Seruius. Virg. Aen. 2, 134 Eripui (fateor) Leto me, et vincula rupi. Lupo agnum Plaut. Poen. 3, 5, 32. Litibus implicitum Horat. in Arte Poët. 424. Malis aliquem Virgil. Aen. 6, 365. Morae ſe eripere, *Non eſſe in mora, feſtinare* Horat. Carm. 3, 29, 5. Morſibus canis lepus eripitur Ouid. Met. 1, 538. Virg. Aen. 12, 157 Accelera, et fratrem, ſi quis modus, eripe Morti. Tormento aliquem Plin. Epiſt. 6, 1. *ſolicitudine liberare.* ¶ 4 *Accuſatiui:* Aliquem in medio verſantem turbine leti Catul. 62, 149. Ter. Adelph. 2, 1, 44 Domo me eripuit: verberauit Idem Adelph. 2, 2, 31 Hoccine illo dignum eſt? hoccine incipere Aeſchinum, Per oppreſſionem vt hanc mihi eripere poſtulet? Cic. de L. Agr. 2, 19 Id totum eripere vobis, atque e manibus extorquere conatus eſt. Idem in Parad. 6 Quanti eſt aeſtimanda virtus, quae nec eripi, nec ſurripi poteſt. Ouid. Met. 9, 184 — ſaeuoque Alimenta parentis Antaeo eripui. Cic. Fam. 11, 28 Eos, qui mihi Amicum eripuerunt, carpendo me, efficere conari, ne quos velim diligam? Ouid. Met. 6, 540 Quin Animam hanc (ne quod facinus tibi perfide reſtet) Eripis? Idem Met. 15, 845

Conſtitit alma Venus nulli cernenda, ſuique
Caeſaris eripuit Membris, nec in aëra ſolui
Paſſa recentem animam, caeleſtibus intulit aſtris.

Annos eripuere mihi Muſae, *i. aetatem meam conſumſi in literarum ſtudiis* Claudian. Conf. Mall. Theod. 139. Ouid. Met. 4, 224 — famulae diſcedite, neue Eripite Arbitrium matri ſecreta loquendi. *Vulgo* Arripite. Virgil. Aen. 9, 129 — his Iuppiter ipſe Auxilium ſolitum eripuit. Idem Aen. 1, 92 Eripiunt ſubito nubes Caelumque diemque Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra. Cic. Fam. 1, 5 Sed vereor, ne aut eripiatur a nobis regia Cauſa, aut deferatur. *Al.* a *omittunt.* Cic. pro Rabir. Poſt. 48 Vos obſecro Iudices, vt Senatus huic optimo viro, quo nemo melior vnquam fuit, nomen equitis Romani et vſuram huius lucis, et veſtrum Conſpectum ne eripiatis. Idem de Fin. 2, . . Vt adoleſcentulus eriperes P. Sullae Conſulatum. Ter. Phorm. 2, 1, 9 Quid ages? P. quid vis, niſi vt maneat Phanium, atque ex Crimine hoc Antiphonem eripiam, *etc.* Curas Ouid. de Rem. Amor. 810. Dolorem eripere aut minuere conſolatione Cic. Att. 9, 4. Enſem vagina Virgil. Aen. 4, 579. *Et* Aen. 10, 896. Cic. Fam. 5, 3 Quam Facultatem ſi quis caſus eripuerit, mea tamen in te omnia officia conſtabunt, non ſecus ac ſi te vidiſſem. Ferrum vagina Virg. Aen. 6, 260. Fidem alicui, *derogare fidem:* Ouid. Met. 15, 283 — niſi vatibus omnis Eripienda Fides. Virgil. Aen. 9, 101 Mortalem eripiam Formam, magnique iubebo Aequoris eſſe deas. *De nauibus Aeneae, quas Cybele mutauit in deas marinas.* Idem Aen. 2, 618 Eripe nate Fugam, finemque impone labori. *i.* Accelera, raptim fac. Seruius. Imperium ſemeſtre Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 9. Ex Infamia ſe Cic. Verr. 3, . . Hor. Epiſt. 2, 2, 56

Singula de nobis anni praedantur, euntes
Eripuere Iocos, venerem, conuiuia, ludum,
Tendunt extorquere poëmata.

Plaut. Rud. 3, 4, 6 Ius meum ereptum eſt mihi. Cic. Tuſc. 2, 35 Quamobrem hortor omnes, qui facere id poſſunt, vt huius quoque generis Laudem iam languenti Graeciae eripiant, vt perferant in hanc vrbem. Libertatem Plaut. Capt. 2, 2, 61. Liberos ex ſinu parentum Cic. Verr. 5, 118. Linguam alicui, *i. euellere* Ouid. Faſt. 2, 608. Cic. Acad. 4, 30 Nam quid eum facturum putem de abditis rebus et obſcuris, qui Lucem eripere conetur? Idem de Natur. Deor. 1, 6 Multis etiam ſenſi mirabile videri eam nobis potiſſimum probatam eſſe philoſophiam, quae Lucem eriperet, et quaſi noctem quandam rebus offunderet. *Sed* pro Roſc. Am. 150 Quum ademerit nobis omnia, quae noſtra erant propria, ne Lucem quoque hanc, quae communis eſt, eripere cupiat. Lucem eripiunt tenebrae Sil. 10. Hirt. Bell. Alex. 18 Terror hominibus Mentem conſiliumque eripit. Virgil. Aen. 2, 736 Hic mihi neſcio, quod trepido male numen amicum Confuſam eripuit Mentem. Cic. Fam. 9, 13 Nulla ratione ab illa Miſeria ſe eripere poſſet, *h. e. eximere.* Mortem alicui eripere, *i. moriendi facultatem* Sen. Phoen. 102. *Sic mox* Necem eripere. Nefas oculis Idem Thyeſt. ſ. 8. Necem Stat. Theb. 3, 69. Noctem eripiunt flammae Sil. 11, . . Notitiam alicuius rei alicui Ouid. ex Ponto 2, 10, 5. Nubem, quae mortales hebetat viſus, alicui eripere Virg. Aen. 2, 605. Oculos Ter. Adelph. 3, 2, 20. Oculos eripiet quiuis citius mihi quam, *etc.* Hor. Serm. 2, 5, 35. Opes partas eripit ignis Tibul. 2, 4, 40. Ornamenta ex vrbibus Cic. Verr. 5, . . Plaut. Merc. 1, 2, 64 Orationem ex ore tu quidem mihi eripis, tace. Oſcula Horat. Carm. 2, 12, 27. Pacem, *vid.* PAX. Poteſtatem aliquid faciendi Cic. de Amicit. 89 c. 23. Caeſ. Bell. C. 1, 3. Praemia Ouid. Met. 5, 25. Proſpectum eripiens oculis Virg. Aen. 8, 254. Cic. pro Milon. 9 Pudicitiam quum eriperet militi Tribunus militaris in exercitu C. Marii propinquus eius imperatoris, interfectus ab eo eſt, cui vim afferebat. Horat. Carm. 3, 8, 32 Clarum Tyndaridae ſidus ab infimis Quaſſas eripiunt aequoribus Rates, *i. ſeruant e naufragio.* Reſpiramen, iterque animae Ouid. Met. 12, 143. Reſponſiones vno verbo Plaut. Moſt. 3, 1, 63. Ouid. Triſt. 2, 169 Eripit interdum, modo dat medicina Salutem. Cic. pro Quintio 77 Non pecuniam modo, verum etiam hominis propinqui Sanguinem vitamque eripere conetur. Idem Fam. 9, 13 Quod bellum ita poſtea confirmatum eſt, vt nulla ratione Se ab illa miſeria eripere poſſet. Caeſ. Bell. G. 1, 4 Omnes clientes — eodem conduxit: per eos, ne cauſam diceret, Se eripuit. Senſus omnes alicui Catul. 49, 6. Spem nuptiarum Ter. Heaut. 4, 3, 35. Cic. in Catil. 4, 8 c. 4 Eripit etiam Spem, quae ſola hominem in miſeriis conſolari ſolet. Tempus cibi Celſ. 2, 8. Tempora certa alicui rei Horat. Serm. 1, 4, 57. Timorem alicui Cic. in Catil. 3, 1. Vires omnes animo ſomnus et alea eripiunt Ouid. de Rem. Amor. 146. Currendi Vires eripiente metu Ouid. Amor. 3, 6, 70. Virginem vi ab aliquo Ter. Eun. 4, 6, 14. Cic. pro L. Manil. 11 c. 5 Vos Vitam ereptam negligetis? Ouid. Faſt. 2, 807 Eripiam, dixit, per crimina Vitam. Vocem ab ore loquentis Virgil. Aen. 7, 119. *de eo, qui omen accipit.* Cic. Verr. 1, 114 c. 44 Eripias tu Voluntatem mortuis, bona viuis, ius omnibus, *i. facultatem cum effectu teſtandi, ſeu bona ſua teſtamento relinquendi.* E complexu patriae conſpectuque aliquorum ſe eripere Cic. pro Sext. 53. Te hinc eripe Sen. Medea ſ. 7. Poſſe loqui eripitur Ouid. Met. 2, 483. Vix eripiam quin hoc potius velis Horat. Serm. 2, 2, 23. ¶ 5 *Obſeruatt.* Eripere, *ſimpliciter vſurpatum, pro de periculo eripere.* Virgil. Aen. 3, 560 Hos Helenus ſcopulos, haec ſaxa horrenda canebat, Eripite o ſocii, pariterque inſurgite remis. Tune hinc ſpoliis indute meorum Eripiare mihi? Virg. Aen. 12, 948. Honor eripitur Ouid. Faſt. 1, 621. Currendi vires eripiente metu Idem Amor. 3, 6, 70. Tibull. 1, 9, 35 Illis eriperes verbis mihi, ſidera caeli Lucere, et puras fluminis eſſe vias, *i. negares et infringeres ea, quae ſunt certiſſima.* Eripere ſpatium, *vel* aequor *vocabant in Circo, quando primus nimio ſpatio metam euitauiſſet, et qui tum ſequebatur auriga inter metam et priorem breuiori ſpatio delatus, ex ſecundo primus efficiebatur. Vid. Panuin. de Lud. Circ. 1, 14. Drakenb. ad* Sil. 16, 389. *et Salm. Exerc.* Plin. *p. 635 ſq.*

EREPTVS, a, um. Partic. [ἐξαρπασθείς] Cic. pro Roſc. Amer. 149 Ipſe aſſiduitate, conſilio, auctoritate, diligentia perfecit, vt S. Roſcii vita erepta de manibus ſectorum, ſententiis iudicum permitteretur. Aequor Ereptum Sil. Ital. 16, 390. Ab vndis ereptus Virg. Aen. 1, 600. Annis in primis ereptus Valer. Argon. 3, 316. Enſes per medios ereptus Propert. 1, 21, 7. Fato ereptus Virgil. Aen. 2, 738. Fluctibus ereptus Horat. Carm. 4, 8, 25. Humanis ereptus Curt. 10, 5, 10. *de Alexandri morte.* Oculis ereptus Ouid. Epiſt. 10, 43. Periculis ereptus Virgil. Aen. 3, 711. Pugnae ereptus Sil. 17, . . Ruinis alicuius ciuitatis ereptus Virgil. Aen. 3, 476. Thalamis alicuius feminae ereptus, *i. liberatus illius coniugio* Senec. Med. ſ. 2. Propert. 2, 8, 36 Tantus in erepto ſaeuit Amore dolor. Coniux Virgil. Aen. 3, 330. Fata Stat. Theb. 3, 85. Virgil. Aen. 5, 342 Ereptumque dolo reddi ſibi poſcit Honorem. Ius ereptum reſtituere Ouid. Faſt. 1, 626. Iuuenta prima fato erepta alicui Virg. Aen. 7, 51. Laus alicui Senec. Herc. Oet. ſ. 7. Leges Cic. de Legg. 3 c. 16. Litora Sil. 7, . . *i. ab hoſtibus occupata.* Locus Ouid. Triſt. 4, 2, 58. Merces laborum Lucan. 1, 340. Virgil. Aen. 1, 651 Munera praeterea Iliacis erepta ruinis Ferre iubet. Idem Aen. 11, 679 Cui Pellis latos humeros erepta iuuenco Pugnatori operit. Ratis erepto campis deſerta profundo Sil. 3, 56. Regnum alicui Lucan. 5, 64. Senſibus ereptis mens excidit Catul. 64, 25. Solatia ſibi erepta lugebant Nymphae Claudian. de Rapt. Proſerp. praef. 2, 3. Ouid. ad Liuiam 65 Vidimus erepta moerentem Stirpe ſororis. Cic. Att. 1, 11 Ita diſtinebar, vt vix huic tantulae epiſtolae Tempus habuerim, atque id ereptum ex ſummis occupationibus. Venia ſcelerum erepta populo nocenti Lucan. 4, 193. Virginitas Virgil. Aen. 12, 141. Voluptas vrbis alicui Ouid. ex Ponto 1, 8, 39. Idem ad Liuiam 200 Obuia turba ruit, lacrimisque rigantibus ora Conſulis erepti publica damna refert.

EREPTOR, ōris. m. *Qui eripit.* Cic. pro Quint. 30 Iſte, homo acerrimus, bonorum poſſeſſor, expulſor, ereptor. Ereptor ciuitatis Cic. pro Domo ſua 81. Tyrannus atque ereptor libertatis Idem pro Sext. 109. Terrarum ereptores Tacit. Ann. 13, 55 *extr.*

EREPTIO, ōnis. f. Cic. Verr. 4, 10.

ERIS, ĭdis. f. ['Ἔρις] Diſcordia, *dea*, *v. v.* Pomum Eridis *in Prouerbium abiit.* Hygin. fab. 92 Iouis *(i. Iupiter)* cum Thetis Peleo nuberet, ad epulum dicitur omnes deos conuocaſſe, excepta Eride, id eſt Diſcordia: quae cum poſtea ſuperueniſſet, nec admitteretur ad epulum, ab ianua miſit in medium malum: dicit, quae eſſet formoſiſſima attolleret. Iuno, Venus, Minerua formam ſibi vindicare coeperunt, inter quas magna diſcordia orta. Iouis imperat Mercurio, vt deducat eas in Ida monte ad Alexandrum Paridem, eumque iubeat iudicare, *etc. Reliqua, lector, narrantem potius ipſum adi* Paridem in epiſtola ad Helenam, *verbis* Ouid. Her. 16, 65 ſqq. *Hoc eſt* Iudicium Paridis, ſpretaeque iniuria formae, *quam Iuno* alta mente repoſtam *ſeruauit, vnde bellum et miſeriae Troianae. Vid.* Seru. *ad* Aen. 1, 27.

ERISTĬCVS, a, um. Adi. [ἐριστικός] *Litigioſus. De Sophiſtis ſ. Philoſophis* Eriſticis. *Vid. Turneb.* 4, 2 *ex Diogene Laërtio.*

ERISICHTHON, ŏnis. m. ['Ερισίχθων] *Vir Theſſalus, qui quum Cereri nemus conſecratum, praecipue vero quercum vnam, in qua Nympha quaedam habitabat, ſuccidiſſet: irata Ceres, Famem ad eum miſit: quae toto exhauſto patrimonio, eo coëgit etiam, vt membra propria abſumerentur. Fabulam habet* Ouid. Met. 8, 823 ſqq.

ERISMA, *vid.* ANTERIS.

ERISTALIS, is. f. *Gemma eſt*, quae quum candida ſit, ad inclinationes rubeſcere videtur Plin. 37, 10 ſ. 58. *MSS.* Eriſtilla. *Harduin. coniicit* Erythria.

ERITHĂCE, es. f. [ἐριθάκη] *Apum dum operantur cibus, vel Gluten, quo fauos compingunt.* Varr. de R. R. 3, 16, 8 Extra oſtium aluei obturant omnia, qua venit inter fauos ſpiritus, *(ea)* quam ἐριθάκην appellant Graeci. *Et* ſ. 23 Erithacen vocant, quo fauos extremos inter ſe conglutinant, quod eſt aliud melle, propoli. *Sed Plinio* 11, 7 *extr.* Erithace *eſt*, quam Sandaracam aliqui, alii cerinthum vocant, apium dum operantur cibus.

ERITHACVS, i. m. [ἐρίθακος] *Auis, formam et colorem mutans cum nomine. Nam* hieme *tantum* Erithacus, aeſtate Phoenicurus appellatur, *a puniceo caudae colore.* Plin. 10, 29 ſ. 44. *Theod. ex Ariſtot.* Rubeculam *vertit. Alii* Ruticillam.

ERITHALES, is. f. [ἐριθαλής] Herba eſt ſemper virens, quae alio nomine Sedum ſiue Semperuiuum minus appellatur. *Vid.* Plin. 25, 13. *Conf.* Apul. de Herb. c. 123.

ERITIVS, *vid.* ERICIVS.

ERITVDO, ĭnis. f. Seruitudo. Feſtus. *Ab antiquo* Erus, *Seruus.* Vet. Gloſſ. Eritudo, δεσποτεία.

ERĪVO, āre. *Riuis factis educere, euacuare.* Plin. 17, 26 ſ. 40 Caeterum maiore in parte orbis etiam pluuias Autumni aquas eriuari conuenit.

ERIVATIO, ōnis. f. Vitruu. . . .

ERIX, ĭcis. f. *Idem ac Erica. Laudatur* Plin. 24, 9 Ericen Graeci vocant fruticem, *etc. Eſt itaque* Erice, *non* Erix.

E R N *et* E R O

ERNEVM, i. n. *Placentae genus.* Cato R. R. c. 81. *cuius locum damus in* HIRNEA.

ERO, *mulieris nomen, vid.* HERO.

ERO, ōnis. *Vid.* AERO.

ERODIVS, i. m. [ἐρωδιός] *Auis nomen mere Graecum,* Fulicam *quidam, alii* Ardeolam *interpretantur.* Seru. *ad* Aen. 11, 271 Hae aues hodieque Latina lingua Diomedeae vocantur, Graeci Ἐρωδιὰς dicunt. *Add. Liberal. f.* 7.

ERŌDO, ſi, ſum, ĕre. [ἐξέδομαι, ἀποβρώσκω] *Rodendo perdere.* Plin. 11, 29 Omnia vero morſu erodentes. Columel. 10, 323 Nec ſolum teneras audens erodere frondes. *Conf.* Celſ. 5, 28, 19. Medicamenta erodentia Celſ. 5, 28, 1. Eroſus ſale Plin. 12, 9. Idem 31, 2 ſ. 19 Aes et ferrum erodi illa aqua.

EROSIO, ōnis. f. Genarum eroſiones Plin. 23, 3.

EROGENNĒTON, i. n. [ἐρωγέννητον] *Herba eſt ſic dicta, quod amatoriis conueniat.* γεννάω *enim gigno, et* ἔρως *amor dicitur. Prouocatur ad* Plinium. *Negant boni Indices.*

ERŌGO, āre. [ἐκδίδωμι] *Videtur publicis diſtributionibus proprium fuiſſe, vt* Erogare *diceretur, qui rogando a populo impetrauit magiſtratus, vt ex aerario aliquid liceat ſoluere; deinde* Erogaſſe *dicebatur etiam, qui aliquid vel de ſuo, vel de publico dediſſet, tribuiſſet: quale quid etiam in verbis* Arrogare, Derogare, Irrogare, *factum conſtat. Certe* Apul. Met. 1 p. 104, 29 Qualia ſolent Fortunae decermina ſtipes in triuiis erogare, *vbi manifeſto ſignificat rogando impetrare. Sic* 7 p. 189, 28 Nec manum validam erogandae ſtipi porrigeret. *Sed apud antiquos illa multo vſitatior ſignificatio, vbi ex aerario publico* erogatur *pecunia, i.* rogatur *ſ. petitur, accipitur, diſpenſatur ſ. impenditur: plane vt* rogare legem, *pro omnibus illis actionibus ſumitur, quibus lex fertur ad populum, et tandem perfertur. Sic* Cic. in Vatin. 29 c. 12 Erogariſne pecunias ex aerario tuis legibus. Idem Verr. 5, 47 Multas Pecunias iſti erogatas in operum locationes falſas atque inanes eſſe perſcriptas. Erogare pecuniam in claſſem Cic. pro Flacco 30. Vnde in eos ſumtus pecunia erogaretur Liu. 1, 20. *Haec quidem omnia ad publicos ſumtus pertinent. Sic* Plin. Epiſt. 10, 28, 3 Multae pecuniae *(publicae etiam hic intelliguntur)* — minime legitimis ſumtibus erogantur. *Et* 34, 2 Deinde quam *(pecuniam publicam)* erogare ipſi in oleum ſoliti, parati ſunt in opus balinei conferre. *Sic* 10, 46, 1 In alium ductum erogata ſunt CC. *Et* 48, 4 Etiam aliquantum erogauerunt. Sueton. Ner. c. 30 In Tiridatem — octingena nummum millia diurna erogauit. *Sed de priuata impenſa,* Epiſt. 5, 16, 7 Audiui Fundanum praecipientem, quod in veſtes — fuerat erogaturus, hoc in tus — impenderetur. *Et* 10, 111, 2 Piſo plurima ſe in Rempublicam contuliſſe, ac prope totas facultates erogaſſe dicebat. *Saepe ita ICti, quorum loca dedit Briſſon.* ¶ 2 *Peculiari quadam ratione ad diſtributionem aquarum in vrbem ductarum pertinet, quae* erogari *dicitur, cum ope fiſtularum certi moduli diſtribuitur. Igitur perpetuo vtitur illo* Frontinus, *v. g.* art. 33 p. 95 *Poleni,* Ita dum vicenariae *(fiſtulae)* qua ſubinde erogant, detrahunt, aut centenariae et centumuicenum adiiciunt, quibus ſemper accipiunt, intercipiuntur, *etc. Sic* erogatio *et coniugata reliqua, quae Polenianus Index oſtendit.* ¶ 3 *Significat etiam impendere, quin perdere, abiicere, negligenter habere.* Tertull. Apolog. 44 Cum tot innocentes erogamur: *modo dixerat eodem ſenſu,* Cum tot iuſti impendimur. Id. de Reſurrect. carn. 8 Caro ſuppliciis erogatur. *Et* de Praeſcript. 2 Febrem — erogando homini deputatam. *Sed, et* Valer. Maxim. 5, 4, 3 *extr.* Erogare ſpiritum pro parentum alimentis. *Et* 9, 1, 9 *Catilina* nouae maritae orbitatem ſuam loco muneris erogauit, *interfecto filio ſuo. Et* 9, 1, 7 Erogatae ſunt iudicibus noctes matronarum, *i. procuratae, tanquam pretium ſententiae. Denique* 4, 7 *pr.* Felicitatis cultus maiore ex parte adulationi, quam caritati erogatus, *i. impenſus.*

EROGĀTVS, a, um. Partic. [ἐκδοθείς] *Vt,* Precibus piis ſupplicis anxiae erogatus Apul. Met. 5 p. 165, 1. Pecunia publica ex aerario erogata Cic. Verr. 3, 165. *Add.* ib. 5, 48 c. 19.

EROGĬTO, āre. [καταδέομαι] *Vehementer rogare, ſ. exquirere tormentis.* Plaut. Capt. 5, 1, 32 Interibi ego ex hac ſtatua verberea volo erogitare, meo minore quid ſit factum filio. *Conf.* Sil. 10, 475, *vbi ſimpliciter exquirere eſt.*

EROGATIO, ōnis. f. [ἔκδοσις] *Diſtributio pecuniae publicae, atque adeo impenſa omnis publica ſ. priuata. Vt,* Erogatio pecuniae Cic. Att. 15, 2. Plin. in Paneg. 41, 1 Vt tot impendiis, tot erogationibus ſola ſufficiat. *Et* Epiſt. 10, 35 Modo ne — minus illis in poſterum fiat, ad neceſſarias erogationes. Papin. in l. Seio D. de annuis legatis, Ea videntur relicta, quae certam formam erogationis annuae, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt. Idem Papin. in l. liberto D. de negotiis geſt.

EROGATOR, ōris. m. *Vt,* Erogator virginis Tertull. de Pudic. c. 16. *h. e.* ἐκγαμίζων. Melius facere pronunciat virginis conſeruatorem, quam erogatorem.

EROGATORIVS, a, um. Adi. Frontin. de Aquaeduct. *opponit* Erogatorium modulum, Acceptorio, *vbi vid. ſub* ACCIPIO.

ERŎGENIVS, a, um. Adi. *Fictitia vox et nihili, quae legebatur* l. 12 C. Theod. de Paganis (16, 10) Nullus Larem ignem Erogenium penates odore veneratus accendat. *Recte nunc legitur,* Nullus — Larem igne, mero genium, *etc.*

EROS, ōtis. m. *Nomen blanditiarum cauſa inuentum. Eſt enim* Amor. *V. g. Comoedus fuit, cuius meminit* Cic. pro Roſc. Com. 30 Quod item nuper in Erote Comoedo vſu venit: qui poſtea quam e ſcena non modo ſibilis, ſed etiam conuicio explodebatur, ſicut in aram confugit in huius domum, diſciplinam, patrocinium, nomen. *Idem Seruos huius nominis producit,* Fam. 12, 26. *It.* Att. 10, 15. 12, 5 *et* 18. *itidem* 15, 5. *Eſt et nomen proprium apud* Martial. 10, 80.

EROSVS, *vid.* ERODO.

EROTEMA, *vid. ſtatim poſt* EROTOPAEGNIVM.

EROTIVM, i. n. ['Ερώτιον] *Mulierculae nomen eſt apud* Plaut. Men. *per diminutionem* ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, *h. e. ab amore detortum. Item Puellae apud* Martial. 5, 55 *et* 38. *et* 10, 61. *item Graecis, Cupidinis imagunculam ſignificat.*

ERŌTĬCVS, a, um. Adi. [ἐρωτικός] *Amatorius. Vt,* Carmen eroticum. *Subſt.* Gell. 19, 9 Quaedam erotica dulia et venuſta cecinerunt.

EROTOPAEGNIVM, i. n. [ἐρωτοπαίγνιον] *eſt Ludicrum opus, vel Poëma de amore:* ἔρως *enim amor,* παίγνιον *ludus. Legitur vulgo hodie* Plin. Epiſt. 5, 17 Nuntio tibi, fuiſſe me hodie in auditorio Calpurnii Piſonis: recitabat ἐρωτοπαίγνιον. *Sed reſtituendam ego, Geſnerus, putaui veterem lectionem* καταστερισμῶν. *Caeterum* Auſon. Cent. Nupt. *ſub fin.* p. 517 Quid antiquiſſimi Poëtae Laeuii erotopaegnion libros loquar? Gell. 2, 24 Huius legis Laeuius Poëta meminit in Erotopaegniis. *Idem videtur, qui laudatur* Priſcian. 9 p. 869 Liuius in tertio Erotopaegnion. *Et* 11 p. 922 Liuius Erotopaegnion quarto, Meminens Varro corde volutat, *etc.*

EROTĒMA, atis. n. [ἐρώτημα] *Interrogatio Latine dicitur: vt,* Virgil. Aen. 2, 322 Quo res ſumma loco Panthu? Mart. Capella 5 p. 171 Erotema eſt interrogatio, qua figura vtimur, cum interrogando aliquid coaceruamus, et exaggeramus eius inuidiam. Pyſma eſt quaeſitum, quae figura a ſuperiore eo differt, quod interroganti vna tantum voce reſponderi poteſt: quaeſtio autem niſi pluribus reſponderi non poteſt, vt cum dicimus, Qua igitur ratione bellum geremus? quae auxilia nobis parata erunt? Quis erit, qui ſubuenire velit, cum tam acerbe ſocios tractauerimus? *Haec ille.* Erotema, Aquilae p. 15 *eſt* Interrogatum. Eo, *ait,* vtimur vbi exaceruando aliquid interrogamus, vt exaugeamus eius inuidiam, *etc.* Pyſma, *addit,* Quaeſitum, *idque eodem modo ab* Erotemate *diſtinguit, et iisdem ad verbum exemplis vtitur; quae* Capella *ab* Aquila *accepiſſe videtur.*

EROTVNDATVS, a, um. Sidon. Epiſt. 9, 7 Structura (orationis) modis omnibus erotundata.

EROTY̆LOS, i. m. [ἐρωτύλος] Gemma eadem Amphicome et Hieromnemon dicitur, a Democrito laudata in argumentis diuinationum Plin. 37, 10.

E R R

ERRO, āre. [ἄλημι, ἀλητεύω, πλανάομαι, σφάλλομαι, πταίω] *Huc atque illuc ire temere, Vagari, motu incerto ferri.* Cloatius Verius *apud* Gell. 16, 12 *pr.* Errare, inquit, dictum eſt ἀπὸ τοῦ ἔρρειν. verſumque inſert Homeri (Odyſſ. X, 72) Ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον. *Melius huc conuenit* Odyſſ. Δ, 367 Ἥ μ' οἴῳ ἔρροντι συνήντετο νόσφιν ἑταίρων. Cic. Tuſcul. 3, 63 Qui miſer in campis moerens errabat Aleis. Cic. de Orat. 1, 209 Ne Vagari et errare cogatur oratio. Huc et illuc Ouid. Met. 11, 357. Claud. Conf. Hon. 6, 408 Laribus ſeiuncta poteſtas Exſulat, imperiumque ſuis a ſedibus errat. Ad flumina Virg. Ecl. 6, 64. Ad lacus Tibul. 1, 10, 40. Circum litora Virg. Aen. 3, 690. Circum omnia maria, *vid.* CIRCVM. Cic. Att. 8, 9 Ego Arpini volo eſſe pridie Kalend. deinde Circum villulas noſtras errare. Ouid. Triſt. 1, 5, 59 Ille breui ſpatio multis errauit In annis Inter Dulichias, Iliacaſque domos. *In Iure* errat, *qui exiſtimat ſibi aliquid per leges licere, quod non licet, vel verſa vice falſo ſibi quid non licere exiſtimat* l. 32 §. 1 D. de vſucap. *In Facto* errat, *qui factum vel non factum aliquid errore ductus credit* l. 1 §. 1 D. de Iuris et facti ignor. Virgil. Aen. 6, 451 Inter quas Phoeniſſa recens a vulnere Dido Errabat ſilua in magna. Idem Aen. 3, 200 Excutimur curſu, et caecis erramus in vndis. Inter audaces lupus errat agnos Horat. Carm. 3, 18, 13. Per agros errat Propert. 2, 28, 23. Per nouem cornua redeuntis lunae Ouid. Met. 10, 479. Per herbas teneras armentum errat Ouid. Met. 15, 14. Per ignotos errant animalia montes Virgil. Ecl. 6, 40. Per vndas Ouid. Met. 5, 462. Per ignotas vrbes Tibull. 4, 1, 52. Procul errare, *Vehementer falli, vid.* PROCVL. Stat. Theb. 9, 433 — omnis anhelat, Vnda nefas, Subterque animae ſupraque recentes Errant. Procul auius errat Lucret. 2, 739. Ignari hominumque locorumque Erra-

mus Virgil. Aen. 1, 322. Cic. pro Cluent. 175 Quum Vagus et exul erraret, atque vndique excluſus, *etc.* Toto paſſim vagus errat in orbe Ouid. Met. 14, 680. Curſu ſolicito Claudian. de Rapt. Proſerp. 1, 29. Paſſibus non certis Ouid. Met. 3, 175. Idem Triſt. 5, 8, 15 Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat, Et manet in nullo certa tenaxque loco. Pelago Virgil. Aen. 3, 204. Via Idem Aen. 2, 739. Vrbibus Virgil. Aen. 1, 582. Errare, *pro Paſci aliquando vſurpatur : quod pecudes errando paſcere ſoleant :* Virg. Ecl. 2, 21 Mille meae Siculis errant in montibus agnae. Idem Ecl. 1, 9 Ille meas errare boues (vt cernis) *etc. Vid. ſupra* Per. ¶ 2 *Hic ponemus nomina eorum, quae* errare *dicuntur.* Tibul. 4, 1, 106 At non per dubias errant mea Carmina laudes. Colores varii ſaepe errant in vultu ſolis Virg. Georg. 1, 452. Lucan. 2, 21 — magnusque per omnes Errabat ſine voce Dolor. Flamma per medullas errat Ouid. Met. 14, 351. Fluuius errat Virgil. Georg. 3, 14 Tardis ingens vbi flexibus errat Mincius. Fulmen errare in aliquos *dicitur* Senec. Med. 7. Virgil. Aen. 4, 684 Extremus ſuper Halitus errat. Idem Aen. 5, 435

Multa cauo lateri ingeminant, et pectore vaſtos
Dant ſonitus; erratque aures et tempora circum
Crebra Manus, duro crepitant ſub vulnere malae.

Nauis errat amiſſo magiſtro Virgil. Aen. 5, 866. Oculi errant, *pro dormitant* Stat. Theb. 10, 144. Virgil. Georg. 1, 337 Quos Ignis caeli Cyllenius erret in Orbes: Ordo eſt, in quos orbes caeli erret Cyllenius ignis. Et bene ERRET: nam planetae vocantur ἀπὸ τῆς πλάνης, *i.* ab errore. Nam interdum ad Auſtrum, interdum ad Septentrionem, plerumque contra mundum, nonnunquam cum mundo feruntur. Seruius. Spes ſolicitae, trepidique metus errant Senec. Herc. fur. ſ. 3. Ouid. Faſt. 3, 155 Sed tamen errabant etiam tum Tempora. Ouid. ad Liuiam 49 Nec Vires erraſſe tuas campoque foroque, *i. vbique ſpectata tua conſtans virtus.* ¶ 3 *Ad mentem refertur, vt ſit* Errare *falli, labi a vero : quoniam vagando, ſaepe a recta via deflectimus. Pulchre* Auguſtin. enchirid. 17 Errare eſt verum putare, quod falſum eſt, falſumque quod verum eſt, vel certum habere, pro incerto, ſiue falſum ſit, ſiue verum. Cic. Philipp. 12, 5 c. 2 Cuiusuis eſt hominis errare : nullius niſi inſipientis, perſeuerare in errore. Idem Verr. 3, . . Errauit, an potius inſaniuit Apronius? Cic. pro Corn. Balbo 64 Honeſtius ſit illis ducibus errare, quam hoc magiſtro erudiri. *Contraria :* Cic. Tuſcul. 1, 39 Errare mehercule malo cum Platone, *etc.* quam cum iſtis vera ſentire. Cum aliquo Idem Tuſcul. 1, 39. In amicitia Horat. Serm. 1, 3, 41. Cic. in Orat. 77 Vt ingredi libere, non vt licenter videatur errare. Licentius Ouid. ex Ponto 4, 10, 29. Longe errat, *vid.* LONGE. Magnopere in re aliqua Lucret. 1, 712. Stultitia Horat. Serm. 2, 3, 210. Probe et vehementer Plaut. Amph. 3, 3, 20. Cic. Acad. 4, . . Ait vehementer errare eos, *etc.* Procul errare, *Vehementer falli. Vid.* PROCVL. Cic. pro Roſc. Amer. 83 Intelligo me ante tempus Iudices, haec ſcrutari, et Propemodum errare, qui, *etc.* Non vltra verba, ac voces Tacit. Hiſt. 1, 18. Erras, ſi id credis : *h. e. falleris* Ter. Heaut. 1, 1, 53. *Et* Caeſ. Bell. Gall. 5, 40 Errare eos dicunt, ſi quidquam ab iis praeſidii ſperent. Cic. Fam. 8, 11 Denique malo in hanc partem errare, vt quae non deſideres, audias. Errare in aliquam rem, *pro declinare* Liu. 31, . . Errare de verbis alicuius, *Non aſſequi aut intelligere, quid velit, aut dicat :* Ter. Heaut. 2, 3, 22 Hic de noſtris verbis errat videlicet, quae hic fuimus locuti. Ne erres, *h. e. ne temere putes aut exiſtimes :* Idem Andr. 4, 2, 21 Huic, non tibi, habeo, ne erres. Scio, quid erres Plaut. Epid. 4, 2, 8. Ter. Andr. 3, 2, 18 Teneo, quid erret : quid ego agam habeo. Caelo toto errare, *vid. Adag. Eraſm.* Cic. Philipp. 2, 23 In eo non tu quidem tota re, ſed (quod maximum eſt) temporibus erraſti. Ter. Eun. 2, 2, 14 Quid tu in his rebus credis fieri? tota erras Via. Animus ſaepe in corporis morbis errat Lucret. 3, 464. ¶ 4 Errare, *vt Graecorum* ἁμαρτάνειν, *et ipſum* Peccare *ad malam libidinem refertur. Sane* Hier. adu. Vigilantium : Error et culpa iuuenum, viliſſimarumque mulierum, qui per noctem ſaepe deprehenditur — Et tamen paucorum culpa non praeiudicat religioni : qui et abſque vigiliis poſſunt errare, vel in ſuis, vel in alienis domibus. *Sed male haec obſeruatio applicata eſt ad* Stat. Silu. 1, 2, 120, *vbi de Violantilla ex perſona Veneris*,

Haec et caeruleis mecum conſurgere digna
Fluctibus, et noſtra potuit conſidere concha.
Et ſi flammiferas potuiſſet ſcandere ſedes,
Hasque intrare domos ipſi erraretis amores:

non profecto, in ea peccaretis, et illa abuteremini ad libidinem ; ſed ob pulchritudinem poſſetis eam pro me, matre veſtra habere.

ERROR, āri. *Paſſ.* Cic. Fam. 5, 20 Quae tot veſtigiis impreſſa, vt in his errari non poſſet. Id. de Fin. 4, 60 Si aut res ignoratur, aut erratur in nomine.

ERRANS, antis. Partic. [ἀλετεύων] Ter. Heaut. 2, 3, 16 Dum ego propter te errans, patria careo demens, tu interea loci, *etc.* Virgil. Aen. 1, 326 Vidiſtis ſi quam hîc errantem forte ſororum. Id. Aen. 1, 760 Nam te ſeptima portat Omnibus errantem Terris et fluctibus aeſtas. Digitis errantibus ſcindere chelym Stat. Silu. 5, 5, 32. Lucan. 1, 253

Melius fortuna dediſſes
Orbe ſub Eoo ſedem, gelidaque ſub Arcto
Errantesque domos.

Alludit ad Scytharum domos, quas plauſtris vehi *dicit* Horat. Carm. 3, 24, 10. Gradum errantem in recta deflectere Senec. Phoen. ſ. 1. Greges Horat. Epod. 2, 14. *Conf.* Curt. 5, 6, 15. Hederae Virg. Ecl. 4, 19. i. e. Paſſim vagantes: vnde antiqui Lyrici dixerunt Flexipides hederas: quod hac atque illac vagantur. Seruius. Homo, qui erranti comiter monſtrat viam Enn. *apud* Cic. Offic. 1 c. 16. Locum tutum erranti dare Ouid. ex Ponto 4, 14, 517. Lumina Propert. 3, 14, 27. Luna Virgil. Aen. 1, 746. Quia, *inquit* Seruius, ἑλικοειδής, i. e. Obliquo incedit curſu, non recto, vt ſol, ſcilicet ne incidat in centrum terrae, et frequenter patiatur eclipſim. Vicinus eſt enim eius circulus terrae. Opinio Cic. de Fin. 2, 71. Idem de Natur. Deor. 2, 2 De diis immortalibus habere non errantem et vagam, vt Academici, ſed vt noſtri, ſtabilem certamque Sententiam. Sidera errantia, *errantes ſtellae* Plin. 2, 6. *Et* Cic. Tuſculan. 1, 62. Turmae errantes ſine praeſide Stat. Theb. 10, 12.

ERRANTIA, ae. f. [ἀλημοσύνη] Idem quod *Error.* Accius Neoptolemo, Satis iam dictum eſt, neque ego errantiae animi praue morigerabor Nonius 3, 86.

ERRĀTVS, a, um. Partic. [ἀλητευθεὶς] Ouid. Faſt. 3, 655 Protinus erratis laeti veſcuntur in agris. *i. Quos errando luſtrauerant.* Virg. Aen. 3, 690 Talia monſtrabat relegens errata retrorſum Litora Achaemenides. Errata (*inquit* Seruius) Participium ſine Verbo. Ouid. ſ. Sabin. Epiſt. 1, 104 Penelope Vlyſſi, Errato tu quoque ab orbe venis. Orbis erratus diuerſis caſibus, *i. Pererratus* Valer. Argon. 4, 447. Ouid. Faſt. 4, 573 Immenſum eſt erratas dicere terras. ¶ 2 *Actiue capi videtur in illo* Cic. de L. Agr. 2 *extr.* Cui errato nulla venia, recte facto exigua laus, non dubitanti fidele conſilium oſtenditur: Errato, ἡμαρτηκότι. *Sed praeterquam quod Palat. Cod. habet* Cuius errato, *etc. Etiam ſi* Cui *legas, non eſt neceſſario actiue capiendum, cum poſſit eſſe Ablatiuus abſolutus, pro Si erratum ſit, etc. Vid. Perizon. ad Sanct. 1, 15, 4 p. 135 ſq. et Vrſin. Inſtitt. L. L.* Tom. 1 p. 418. *Viri Docti ad* Ter. 5, 1, 11. *Et nos in* DICTVS, PECCATVS, REBELLATVS.

ERRĀTVM, i. n. [σφάλμα, πταῖσμα] *Idem quod Error.* Cic. pro Cluent. 133 Nullum ob totius vitae non dicam vitium, ſed erratum. *Contraria :* Id. de L. Agr. 2, 5 Cui errato nulla venia, recte facto exigua laus. Idem Fam. 16, 21 Tantum enim mihi dolorem, cruciatumque attulerunt errata aetatis meae, vt non ſolum animus a factis, ſed aures quoque a commemoratione abhorreant. Idem ad Hirt. *apud* Non. 3, 86 Qua in re ſi mediocriter lapſus ſum, defendes meum tolerabile erratum. Cic. Att. 6, 1 Nam illud de Flauio et faſtis, ſi ſecus eſt, commune erratum eſt. Obtegere errata, *vid.* OBTEGO. Petere veniam errato alicuius Cic. pro Sulla 64 c. 23.

ERRATVS, ûs. m. *Idem.* Plin. 37, 5 Vitia demonſtrari oportet in tam procliui erratu. Theodulf. Carm. 2, 607 Proque meis orare erratibus opto.

ERRATIO, ōnis. f. [ἀλήτευσις, ἀλητεία] *Proprie eſt pedum et viae, Error autem animi.* Ter. Adel. 4, 2, 41 Sane hac multo propius ibis, et minor eſt erratio. Cic. de N. D. 2, 56 c. 21 Nulla igitur in caelo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas ineſt: contraque omnis ordo, veritas, ratio, conſtantia. Idem de Vniverſ. 19.

ERRABVNDVS, a, um. [πλανώμενος] *Vagabundus.* Liu. 1, 29 Nunc in liminibus ſtarent, nunc errabundi domos ſuas, vltimum illud viſuri peruagarentur. Errabundae naues, *Vento diſperſae* Hirt. B. Afr. 2. Errabundus, pro Errans, *Auct.* Nonio 2, 269 *apud* Virg. Ecl. 6, 58 Si qua forte ferant oculis ſeſe obuia noſtris Errabunda bouis veſtigia. *Conf.* Suet. Caeſ. c. 31. *et* Apul. Met. 5 p. 171.

ERRĀBĬLIS, e. Adi. *Idem. Vt,* Errabiles ſoni, *apud* Lactantium *eſſe dicitur.*

ERRĀTĬCVS, a, um. Adi. [πλανήτης] *Qui errat et vagatur.* Erraticus et poteſt errare et ſolet Fronto Gramm. in AA. L. L. Gothofr. p. 1333. Gell. 2, 2 Interibi aliquot ex iis qui aderant, erraticum eſſe hominem dicere et nullius rei, incolamque ſordentium ganearum. Cic. de Senect. 52 *de vite loquens*, Multiplici ſerpentem lapſu et erratico ferrum coërcet agricolae. Ouid. Met. 6, 333 — Quam vix erratica Delos Errantem accepit tunc quum leuis inſula nabat. Stellae Gell. 3, 10. 14, 1. Vitam erraticam per ſiluas et campos degere Lactant. 6, 10, 13. Herba erratica, *i. Agreſtis, et non ſatiua, verum paſſim naſcens* Plin. 19, 8 Eſt et erraticum intubum, quod in Aegypto cichorium vocant. *Sic*, Erratica braſſica Cato R. R. 157, 12. Pauer erraticum Plin. l. c. Hedera, Vitis *ap.* Front. Gramm. p. 1333 Gothofr.

ERRATIVVS animus eſt, qui ſolet errare et definit Fronto Gramm. p. 1333 *Gothofr.*

ERRATOR, ōris. m. *Apud* Tertull. . . .

ERRATRIX, īcis. f. Fronto Gr. . . .

ERROR, ōris. m. [σφάλμα, πταῖσμα, πλάνη] *Opinio falſa.* Cic. Acad. 1, 42 c. 11 *de Zenone*, Errorem, et temeritatem, et ignorantiam, et opinationem, et ſuſpicionem, et vno nomine omnia, quae eſſent aliena firmae et conſtantis aſſenſionis, a virtute ſapientiaque remouebat. *Et* 4, 147 c. 48 Deque errore tot philoſophorum, qui de bonis contrariisque rebus tantopere diſcrepant, vt cum plus vno verum eſſe non poſſit, iacere neceſſe ſit tot tam nobiles diſciplinas. *Sed et frequenter* Peccata, *cum eleuare et excuſare volunt*, Errores *vocant. Et* pro Marcell. 13 Etſi aliqua culpa tenemur erroris humani, a ſcelere certe liberati ſumus. *Sic* Hor. Epiſt. 2, 2, 118 Hic error tamen et leuis haec inſania quantas Virtutes habeat, ſic collige. *Et* Hor. Arte Poët. 308 Quid deceat, quid non, quo virtus, quo ferat error. *Et* Modicis erroribus aequi mores Iuuen. Sat. 14, 15. *Ad difficultatem veri videndi in Catilinaria coniuratione reſpiciens* Cic. pro Sulla 40 c. 14 Vos denique in tantis tenebris erroris et inſcientiae clariſſimum lumen praetuliſtis mentis meae. Nebula erroris remota Iuuen. Sat. 10, 4. Hor. Serm. 2, 3, 63 — huic ego vulgum Errori ſimilem cunctum inſanire docebo. Rabies erroris, *Furor culpae* Sil. 7, . . Mentis alienatae error Quinctil. in prooem. 6. Liu. 1, 24 Tamen in re tam clara nominum error manet, vtrius populi Horatii, vtrius Curiatii fuerint. ¶ 2 *Epitheta:* Ambiguus Stat. Theb. 5, 437. Sen. Herc. fur. ſ. 12 Error Caecus quo coepit eat. Certus in aſtris error *acute de planetis* Claudian. de Conſ. Mallii 129. Dulcis labantibus Valer. Argon. 4, 473. Plin. 15, 3 Et error hominum Falſus, exiſtimantium maturitatis initium, quod eſt vitii proximum. Fanaticus Hor. A. P. 453. Plin. Epiſt. 7, 28 Quis inuidet mihi Feliciſſimum errorem? Hor. Epiſt. 2, 2, 140 — cui ſit extorta voluptas Et demtus per vim mentis Gratiſſimus error. Grauis Sen. Octau. ſ. 7. Honeſtus Quinctil. 1, 6 p. 72. *Burman.* Indeprehenſus et irremeabilis error labyrinthi Virg. Aen. 5, 591. Inexplicabilis viarum, Inextricabilis, *vid. hh. vv.* Infandus Valer. Argon. 5, 574. Quinctil. 3, 6 Inde vero ingens male interpretantibus innatus eſt error. Inobſeruabilis, *vid. h. v.* Irreuocandus Claud. de B. Get. 123. Virg. Ecl. 8, 41 Vt vidi, vt perii, vt me Malus abſtulit error. Definitio eſt amoris, *inquit* Seruius, Nam amor errare plerumque compellit. Profanus animi Claud. in Ruff. 1, 75. Sacri vatum Sil. 8, . . Simplex Quinctil. 3, 8. Temerarius Ouid. Met. 12, 59. Cic. de N. D. 2, 70 Quae res genuit falſas opiniones erroresque turbulentos, et ſuperſtitiones paene aniles. Vanus Stat. Theb. 12, 582. ¶ 3 *Verba :* Adiuuare alterius errorem, Afficere mentis errore, *vid. hh. vv.* Attributus eſt error ſuus cuique Catul. 20, 20. Auferre, Ouid. Faſt. 5, 362 Quum ſic errores abſtulit illa meos. Cic. Philipp. 12 . . Vnde autem eſt iſta ſuſpicio? ex pacis patrocinio repentino, quod ſubito ſuſcepit eodem

captus errore quo nos. Carere errore Cic. de Amicit. 22. Coarguere errorem alicuius Id. Acad. 1, 13. Commendatum eſſe falſa opinione errore hominum Id. pro Sext. 21. Confiteri errores ſuos Quinctil. 3, 6. Errorem creat ſimilitudo Cic. de Diuin. 2, 55. Ouid. Triſt. 4, 1, 23 Scit quoque cum perii, quis me deceperit error. Nep. 15, 7, 1 Dux belli imperitus, cuius errore res eo eſſet Deducta. Deferri in errorem, *vid.* DEFERO. Natura nos noſter Delectat error Cic. de Orat. 2 c. 64. Demere alicui mentis errorem Hor. Epiſt. 2, 2, 140. Cic. de Diuin. 2, 60 Eumque errorem, quem tibi rei nouitas attulerit, naturae ratione Depellito. Idem Philipp. 8, 33 Caeteris autem, ſi errorem ſuum Depoſuerint, et in Reipub. gratiam redierint, veniam et impunitatem dandam puto. Detrahere errorem alicui Ouid. ex Pont. 4, 8, 20. Cic. pro Corn. Balb. 30 c. 12 Quo errore Ductos vidi egomet nonnullos imperitos homines, *etc.* Effugere errorem aliorum Lucret. 4, 822. It error ante oculos alicuius, *Decipitur ſpecie* Ouid. Faſt. 3, 250. Cic. Att. 10, 4 Si vera ſunt, ignoſces: ſi falſa, me libente Eripies mihi hunc errorem. Euellere aliquem ab errore Id. Off. 3, 83. Exſoluere errore Ter. Hec. 5, 2, 26. Extorquere errorem Cic. de Senect. 86. Ouid. ex Ponto 2, 2, 57 Num tamen excuſes erroris imagine Factum. Feſſus errore viarum Sil. 15, . . Fluctuat incertis erroribus ardor amantum Lucret. 4, 1071. Idem 3, 1065 Atque animo incerto Fluitans errore vagaris. Hor. Serm. 2, 3, 51 Vnus vtrique Error, ſed variis Illudit partibus. Imbutae mentes prauitatis erroribus Cic. Tuſc. 5, 78. Implicat nubem ſaeuis erroribus Valer. Argon. 3, 31. Implicari erroribus, Inducere in errorem, *vid. hh. vv.* Inducere imperitos in errorem Cic. de Clar. Orat. 292 c. 85. Induci in errorem Id. in Piſon. 59. Id. Acad. 4, 116 Eſtne quiſquam tanto Inflatus errore, vt ſibi ſe illa ſcire perſuaſerit? Ineſt quantum erroris animis Ouid. Faſt. 2, 789. Quinctil. 4, 2 Vis te dicam vino impulſum, aut errore Lapſum? Lapſum eſſe per errorem Cic. Q. Frat. 3, 9. Leuare errore Id. de Orat. 2, 268. Liberare animos errore, Mederi erroribus, Natus error, *vid. hh. vv.* Nocens error Sen. Herc. Oet. f. 7. Nocens ſcelerum errore Stat. Theb. 12, 508. Cic. pro Caecin. 5 Sed ne, ſi quis vobis error in tanta re ſit Obiectus, omnes potius me arbitrentur cauſae, quam vos religioni veſtrae defuiſſe. Pendere ex errore imperitae multitudinis, *vid.* PENDEO. Rapimur in errorem opinionibus vulgi Cic. de Legib. 2, 43 c. 17. Recipere errorem Quinctil. 1, 5. Lucan. 3, 60 *de geminis fratribus in praelio*, Diſcreuit mors ſaeua viros, vnumque relictum Agnorunt miſeri Sublato errore parentes. Sumimus errorem cum lacte nutricis Cic. Tuſc. 3, 2 c. 1. Sunt in magno errore, qui ſandareſon vocant Plin. 37, 7. Tardare errorem aliqua re, *i. Nectere moras* Propert. 1, 20, 48. Tenet error amantem Ouid. Met. 3, 447. Teneri malo errore Virg. Aen. 10, 110. Ouid. Met. 2, 69 Vtque viam teneas, nulloque errore Traharis, *etc.* Verſari in ſummo errore, atque in maxima rerum ignoratione Cic. de N. D. 1, 2 c. 1. Verſatur magnus error Id. de L. Agr. 2, 6. *Pro Dolo: ab eo quod praecedit, id quod ſequitur:* Virg. Aen. 2, 48 Aut aliquis latet error: equo ne credite Teucri. ¶ 4 *Ad viam et itinera proprie refertur: Vt,* Errores Vlyſſis Cic. Off. 1, 148. Liu. 24, 17 Id errore viarum an exiguitate temporis Nero exequi non potuerit, incertum eſt. Feri errores nemorum Stat. Theb. 1, 230. Inextricabilis Virg. Aen. 6, 27. *de Labyrintho.* Inobſeruabilis error Labyrinthi Catul. 63, 115. Vagus Valer. Argon. 5, 115. Ouid. Met. 4, 566 Longiſque erroribus actus, Contigit Illyricos profuga cum coniuge fines. Diffugiunt quo quemque agit error Id. Faſt. 3, 555. Pelagi erroribus actus Virg. Aen. 6, 532. Viae errore actus Id. ibid. 7, 199. *Conf.* Liu. 24, 17. Deceptus nouo errore veterum locorum Virg. Aen. 3, 181. *Vbi* Seruius, Aut per contrarietatem ſermonum declamauit, aut Nouo pro Magno poſuit. Ouid. Met. 8, 161

Daedalus ingenio fabrae celeberrimus artis,
Ponit opus, turbatque notas, et lumina flexu:
Ducit in errorem variarum ambage viarum.

Implicita errore via Lucan. 8, 5. Palantes error in ſiluis certo de tramite pellit Hor. Serm. 2, 3, 49. *Poëtis omnis velocior curſus eſt* Error. *Vid. Barth. ad* Claudian. p. 19. ¶ 5 Error *ac* Terror *ſaepe a librariis confunduntur. Vid. Burm. ad* Quinctil. Decl. 17 p. 334.

ERRO, ōnis. m. [πλάνης, πλανήτης] *Quis ſit, doceat* Vlp. in l. 17 quis ſit fugitiuus D. de aedilit. edict. §. 14 Erronem ita definit Labeo, puſillum fugitiuum eſſe: et ex diuerſo, fugitiuum, magnum erronem eſſe. Sed proprie erronem ſic definimus, qui non quidem fugit, ſed frequenter ſine cauſa vagatur, et temporibus in res nugatorias conſumtis, ſerius domum redit. *Add.* l. 25 §. 6. *Et* l. 4 §. 14 de Re Milit. Leuius itaque delictum emanſionis habetur, vt Erronis in ſeruis: deſertionis grauius, vt in fugitiuis. Plin. 2, 10, 3 Enotuerunt quidam tui verſus, et inuito te clauſtra tua fregerunt. Hos niſi retrahis in corpus, quandoque vt errones, aliquem cuius dicantur inuenient. Hor. Serm. 2, 7, 112 Teque ipſum vitas fugitiuus vt erro, Iam vino quaerens, iam ſomno fallere curam Fruſtra. Remittite erronem noſtrum, *i. amatorem, qui me deſerit, delicate Sappho apud* Ouid. Epiſt. 15, 53. Colum. 9, 10, 3 *de apibus*, Veluti quadam compede retinebimus erronem ducem, detractis alis. Vocare erronem ſub ſua ſigna Tibull. 2, 6, 6. ¶ 2 Errones Nigidius vocat eas ſtellas, quas multi Erraticas appellant Gell. 3, 10 *et* 14, 1.

ERRONEVS, i. m. [πλανήτης] *Idem quod Erro.* Columel. 7, 12, 5 Maxime autem debent in cuſtodia vigilaces conſpici, nec erronei, ſed aſſidui, et circumſpecti magis, quam temerarii. *De canibus.* Vlpian. in l. Aediles D. de aedil. edicto, Si aleator, erroneus, vel vinarius ſit factus. Vet. Gloſſ. Erroneus, ἀλήτης, πλάνος.

E R V

ERVBEO, ui, ēre. Ioſeph. Iſcan. de Bell. Troi. . . . *eſſe dicitur*, Erubeo ſexum, minus hic quam femina poſſum.

ERŪBESCO, erubui, ēre. [ἐρυθριάω, καταισχύνομαι] *Rubore et verecundia ſuffundi.* Ter. Adel. 4, 5, 9 Erubuit: ſalua res eſt. Cic. de Fin. 2, 28 c. 9 *de Epicuro*, Deinde vbi erubuit (vis enim eſt permagna naturae) confugit illuc vt neget. Cic. de Legib. 1, 50 c. 29 Erubeſcunt pudici etiam loqui de pudicitia. *Vid. Lipſ. ad* Sen. Ep. 11. Erubuit, iramque pudore repreſſit Ouid. Met. 1, 755. Erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe, inconſtanter locutum eſſe Auct. ad Heren. 2, 8 *contra teſtem.* Cic. de Legg. 1, 41 c. 14 O rem dignam in qua non modo docti, etiam agreſtes erubeſcant. Cic. Fam. 5, 12 Quae nunc expromam abſens audacius: epiſtola enim non erubeſcit. Genae erubuere Ouid. Faſt. 2, 828. Iura fidemque alicuius erubeſcere Virg. Aen. 2, 524. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 15 Confeſſus eſt vobis audientibus adulterium: nec erubuit ora veſtra. *h. e. Non veritus eſt veſtrum conſpectum.* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 68 Poſce Iouem, dabitur coniux. Vix ille pepercit: Erubuitque preces. *i. Erubuit ſupplex eſſe et precari.* Voluptates non erubeſcere Cic. de N. D. 1, 112. *Add.* Quinct. 6, 4. Sen. Herc. Oet. 1706 Sed ire ad illos vmbra quos vici deos pater erubeſco. Curt. 5, 5, 17 Dignum eſſe omni malo, qui erubeſceret fortunae, *verum al. rectius* fortuita. Sen. de Benef. 3, . . Numquid iam illa repudio erubeſcit? *etc.* Ouid. Amor. 1, 8, 35 Senſit te totis erubuiſſe genis. Id. Triſt. 5, 11, 6 Teque reor noſtris erubuiſſe malis. Paucitate erubeſcere Curt. 4, 5, 4. Saxaque roratis erubuiſſe roſis Ouid. ex Ponto 2, 1, 36 *de triumpho, in quo ſparſi flores.* Id. Triſt. 4, 3, 64 Num legis Euadnen erubuiſſe viro? *i. propter ſui viri caſum.*

ERVBESCENDVS, a, um. Part. [καταισχυντέος] *Vt* Amor erubeſcendus, *i. Turpis* Sen. Controu. 9 . . Hor. Carm. 1, 27, 14 Ignes erubeſcendi.

ERVBESCENS, entis. Partic. [καταισχυνόμενος] Cic. de N. D. 1, 112 c. 40 Epicurus voluptates quidem non erubeſcens, perſequitur omnes nominatim. *Conf.* Lamprid. Heliogab. c. 11.

ERVBESCENTIA, ae. f. Tertull. de Poenit. c. 10 *pr.* Cum erubeſcentia ſua pereunt. Idem ad Nation. 1, 16 Exemplum erubeſcentiae ſcelerum.

ERVBRIS, is. m. *Fluuius in Moſellam ſe exonerans, hodie* Rouer. *Vid. Auſon. Scal. Lect. 1, 2 pr.*

ERŪCA, ae. f. [κάμπη] *Ab* Erodendo *dicta; Vermis genus,* Campe *alio nomine dicti, qui in olerum folia repit, abroditque praeſertim braſſicas.* Columel. 11, 3 Vbi vero apricis regionibus, poſt pluuias noxia inceſſerunt animalia, quae a nobis appellantur erucae, Graece autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore, ſi deciderint, non amplius in ſuperiorem partem prorepunt. *Conf.* Colum. 10, 333. Martial. 11, 19. ¶ 2 Eruca, [εὔζωμον] *Herba eſt virtutis calidae, Venerem excitans, vnde* Salax *appellatur* Columel. 10, 171. *Conf. ib.* v. 108 Priapo vicina. Martial. 3, 75 Excitet vt Veneri tardos eruca maritos. Venerem reuocans eruca morantem Virg. Moreto v. 86. Iuuen. Sat. 9, 134. Salaces erucae Ouid. de Rem. Amor. 402. Virides Hor. Serm. 2, 8, 51.

ERVCTO, āre. [ἐρεύγομαι, ἐξερεύγομαι, ἐρυγγάνω] *Frequent. ab* ERVGO, is; *proprie ructu vel ructando emittere.* Feſtus, Erugere ſemel factum ſignificat, quod Eructare ſaepius. *Vid.* EXERVGO. Cic. in Piſon. 13 c. 6 Vnde nos cum improbiſſime reſpondendo, tum turpiſſime eructando eiciſti. *Synecd.* Colum. 8, 8, 10 Qui eructant aues Gangeticas, *i. liguriunt.* *Metaphor.* Cic. in Catil. 2, 10 c. 5 Eructare ſermonibus caedem bonorum. Eructat Boſporus amnes Valer. Argon. 4, 345. Arenam eructare fluuii *dicuntur.* Virg. Aen. 6, 297 *de Acheronte,* — vaſtaque voragine gurges Aeſtuat, atque omnem Cocyto eructat arenam. Eructant aquam mamillae *in ſalientibus* Varro R. R. 3, 14, 2. Humores eructat ager vliginoſus Pallad. Ian. 13, 7. Fundus peſtilens propter Odorem quem eructat Varro de R. R. 1, 4, 4. Palus caloribus noxium Virus eructat Colum. 1, 5, 6. ¶ 2 Vulgatus Interpres Pſalm. 45, 2 Eructauit cor meum verbum bonum. *Et* Matth. 13, 35 ex Pſal. 78, 2 Eructabo abſcondita a conſtitutione mundi. *Nempe honeſtum etiam verbum, vt* RVCTOR. v. v.

ERVCTANS, antis. Partic. [ἐρευγόμενος] *Vt,* Lucret. 3, 1026 Tartarus horriferos eructans faucibus aeſtus. Virg. Aen. 3, 632 Saniem eructans, ac fruſtra cruento Per ſomnum commiſta mero. *De Polyphemo.* Scopulos erigit eructans Id. ibid. 3, 575. *Vbi* Seruius: Ructo, ructas tantum facit.

ERVCTATIO, ōnis. f. Apul. de Mundo p. 60 Exhalatio terrenis eructationibus ſurgit.

ERVCTVS, a, um. Part. *Pro Eructatus.* Eructum vinum et foetidum Gell. 11, 7. *Neſcio quam bene vapidum interpretetur Thyſius; aut vnde ſit illa interpretatio, denuo ex vinaceis expreſſum, quae quidem Lora eſt. A primitiuo* Erugo *eſſe conuenit, cuius Frequentatiuum eſt* Eructo. *Cum foetidum addat Gellius, intelligam ſimile ob foetorem et turbidum acorem eructato, vt* cacatum *dicunt ſimile cacato, etc.*

ERVDĔRO, āre. [ἐρείπιων ἐκβάλλω] *Rudus eiicere.* *Metaphor.* Sidon. Epiſt. 5, 7 Aures ſuſurronum faece completas eruderat, *i. Expurgat.*

ERVDERATVS, a, um. Part. Sidon. Epiſt. 5, 15 Volumen de ſuperuacuis ſententiis eruderatum. *Proprie* Varr. de R. R. 2, 2, 7 Solum oportet eſſe eruderatum, et procliuum: vt euerri facile poſſit.

ERVDIO, ire. [παιδεύω, κατηχέω, σχεδιάζω] *Ex rudi doctum facere.* Cic. pro Roſc. Com. c. 11 Non ſolum vt Roſcii diſcipulus fuiſſe diceretur, domum recepit, ſed etiam ſummo cum labore, ſtomacho, miſeriaque erudiit. Plin. Epiſt. 1, 5 Vir eſt grauis, prudens, multis experimentis eruditus, et qui futura poſſit ex praeteritis prouidere. Cic. Off. 1, 156 Studioſos diſcendi erudiunt atque docent. Id. de Orat. 2, 10 Nec vero te cariſſime frater atque optime, rhetoricis nunc quibuſdam libris, quos tu agreſtes putas, inſequor, vt erudiam. Erudiri in Scholis Quinct. 1, 2, 8. Sub magiſtro Id. 2, 17, 33. Ouid. Triſt. 2, 242 *de amatoriis ſuis,* Non tamen idcirco legum contraria iuſſis Sunt ea, Romanas erudiuntque nurus. Cic. Tuſc. 1, 64 Haec nos primum ad illorum cultum, deinde ad ius hominum, quod ſitum eſt in generis humani ſocietate, tum ad modeſtiam magnitudinemque animi erudiuit. Id. Fam. 2, 11 (12) Obuiae mihi velim ſint literae tuae, quae me erudiant de omni Repub. Id. de Orat. 1, 253 c. 59 Oratorem erudire in iure ciuili. Ouid. Epiſt. 1, 111 In patrias artes erudiendus erat. Id. Met. 8, 215 Damnoſaſque erudit artes. Aues infirmas mater erudit artes Id. de Arte Am. 2, 66. Inſtitutis et praeceptis ſuis aliquem Cic. de Amicit. 13. Inſtituere atque erudire filios ad maiorum inſtituta Idem Verr. 3, 161 c. 69. Laboribus iuuentutem erudire venando, currendo, *etc.* Id. Tuſc. 2, 34. Puerum artibus Liu. 1, 39. Cic. Fam. 1, 7 Lentulum noſtrum eximia ſpe, ſummae virtutis adoleſcentem cum caeteris artibus, quibus ſtuduiſti ſemper ipſe, tum in primis imitatione tui fac erudias. Ouid. de Rem. Amor. 690 Neue puellarum lacrimis moueare caueto: Vt flerent, oculos erudiere ſuos. Sil. 7, 387 *Fabius Cunctator ad Minucium Magiſtrum Equitum,* Si factis nondum, Minuci,

Minuci, te cauta probare Erudiit Fortuna meis. Vſus erudiuit te Cic. Q. Frat. 1, 1, 3. Sil. 11, 351 — an triſtia vincla Et Decius non erudiunt componere mentem. Ouid. Faſt. 3, 294 Erudire *etiam dicuntur res inanimatae.* Ouid. Amor. 1, 14, 30 Erudit admotas ipſe capillus acus.

ERVDIENDVS, a, um. Partic. [παιδευτέος] Ouid. Epiſt. 1, 112 Qui mollibus annis In patrias artes erudiendus erat. Idem de Arte Am. 3, 48.

ERVDĪTVS, a, um. Partic. *h. e. Edoctus, ſciens. Vt,* Eruditus Graecis literis Cic. de Orat. 2, 28. *Et* de Fin. 1, 1 Eruditus omni doctrina. Non ſatis politus his artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur Cic. de Fin. 1, 26. Qui ſtultis videri eruditi volunt, ſtulti eruditis videntur Quinct. 10, 7, 81. Doctus atque eruditus Cic. de Orat. 1, 102. Id. Q. Frat. 1, 13 Sic vero fallaces ſunt permulti, et leues, et diuturna ſeruitute ad nimiam aſſentationem eruditi. Leuiter eruditus, *vid.* Leuiter *in* LEVIS. Cic. in Bruto 281 Erat C. Curio cum inſtitutus optime, tum etiam perfecte planeque eruditus. Liberaliter eruditus, *vid.* Liberaliter, *in* LIBER. Subtilius eruditus Cic. de Prouinc. Conſul. Id. de Orat. 3, 137 Nonne Socraticis erant diſputationibus eruditi? Doctrina atque optimarum artium ſtudiis eruditi Id. Q. Frat. 1, 18. *Conf.* Id. de N. D. 3 c. 9. Inſtitutionibus Graecis eruditus Cic. de N. D. 1, 8. Literis primis eruditus Quinctil. 1, 10. Homo a magiſtro et Graecis literis eruditus Cic. de Orat. 2, 28. Literis aut muſicae eruditus Id. Att. 4, 15. Stipendiis et legationibus bellicis eruditus Idem pro Corn. Balb. 47. Plin. Epiſt. 1, 5 *ſub fin.* Mauricus vir eſt grauis, prudens, multis experimentis eruditus, et qui futura poſſit ex praeteritis prouidere. Eruditus Graecas res Gell. 2, 12. Literas Graecorum vocemque ſenex iam eruditus Tertull. de Pall. 3 *extr.* Erudita Operatione conſpicuum genus aranearum Plin. 11, 24. Ciuitas diſciplinis erudita Auct. ad Heren. 4, 67. Diſciplina iuris ciuilis eruditiſſimus Cic. de Orat. 1, 180 c. 39. Oculos eruditos habere Id. in Parad. 5. Oratio Id. ibid. *pr.* Columel. 8, 16 Hoc igitur periurium multorum ſubtiliorem fecit gulam, doctaque et erudita palata faſtidire docuit fluuialem lupum. Tempora Ciceronis erudita Cic. Att. 12, 19 (18). Quinct. 6, 3, 98 Ex hiſtoria ducere vrbanitatem, eruditum. *Et* 9, 3, 56 Sunt tamen erudita et Latina *int.* exempla. *Compar.* Eruditior ad laedendum Ammian. 29, 1. Tu eruditior quam Piſo Cic. in Piſon. 62 c. 26. Inſtituendi genus paullo eruditius Id. Q. Frat. 3, 3. *Superl.* Eruditiſſima Graecorum natio Idem de Orat. 2 c. 4. Diſciplina iuris eruditiſſimus Id. de Orat. 1, 39. Quinctil. 9, 2, 97 Sed eruditiſſimum longe, ſi per aliam rem alia inducatur.

ERVDITE. Adu. [πεπαιδευμένως] *Cuius gradus ſunt vſitatiores. Compar.* Cic. de Senect. 3 c. 1 Qui ſi eruditius videbitur diſputare. Quinctil. 1, 5 Illud eruditius quaeritur, an, *etc.* Columel. 1, 1 Volumina de vineis Iulius Graecinus compoſita facetius, eruditius, poſteritati tradenda curauit. *Superl.* Plin. Epiſt. 1, 9 Attilius noſter eruditiſſime ſimul et facetiſſime dixit. Cic. in Orat. 174 c. 52 Literae eruditiſſime ſcriptae.

ERVDITV̆LVS, i. m. Dimin. [μικροπαίδευτος] Catul. 58, 7 Morboſi pariter, gemelli vtrique Vno in lectulo, erudituli ambo.

ERVDITRIX, īcis. f. Florus 2, 6, 38 Illam Annibalis eruditricem.

ERVDITIO, ōnis. f. [παιδεία, κατήχησις, παίδευσις] *Doctrina.* Cic. de Fin. 1, 71 Nullam eruditionem eſſe duxit, niſi quae beatae vitae diſciplinam iuuaret. Sine eruditione Graeca intelligi non poſſunt Id. Acad. 1, 4. Homo praeclara eruditione atque doctrina Id. Off. 1, 110 c. 33. Homo ingenio praeſtanti et eruditione perfecta Id. de Diuin. 2, 130 c. 63. Omnis eruditionis expers atque ignarus Id. de Orat. 2, 1. Altiſſima eruditio, ac ſcientia Quinctil. 1, 4, 6. Liberalis, *vid. h. v. ſub* LIBER. Tacita, ex conuerſatione doctorum ſumta Quinct. 6, 3, 17. *in definitione vrbanitatis.* Attendere eruditioni Suet. Calig. 53, 1. *de philologia.* Luſus ipſe eruditio ſit Hieron. ad Laetam Epiſt. 7. Potior eruditio in ſcholis, quam domi Quinctil. 2, 3, 10. Exercere eruditionem Idem 1, 4. Intendere eruditionem ſuam, *vid.* INTENDO. Repletus homo eruditione varia Suet. Aug. c. 89. *Plur.* Eruditiones *aliquoties dixit* Vitruu. *vt* 1, 1 Abundans eruditionibus variis ac pluribus diſciplina. Ibid. *extr.* Officium architecti omnibus eruditionibus debet eſſe exercitatum.

ERVDITVS, ûs. m. Tertull. adu. Valent. c. 29.

ERVDITOR, ōris. m. [παιδευτὴς, doctor, Vet. Gloſſ.] *Vtitur etiam* Tertull. de Pall. c. 4. Claud. Mamert. 1, 2. B. Hieron. Vit. Hilar.

ERVDIBILIS, e. Adi. Fulgent. de Contin. Virg. . . .

ERVDIMENTVM, i. n. Vet. Interp. Iren. 2, 30.

ERVGO, ĕre. *Vid.* ERVCTO.

ERV̄GO, āre. [ἐκρησσόω] *Rugas auferre, vt Explicare, plicas.* Plin. 13, 12 Iterum conſtricta erugatur, atque extenditur malleo, *de charta.* Idem 23, 1 Tunditur ipſa radix cum pingui fico, erugatque corpus, ſi ſtatim bina ſtadia ambulentur. Idem 26 c. vlt. Cacaliae grana miſta cerae liquidae, extendunt cutem in facie, erugantque. *Add.* Id. 21, 19 *et* 23, 4.

ERVGATIO, ōnis. f. [ἐκρύσσωσις] *Vt,* Erugatio cutis Plin. 28, 12.

ERVILA, *et* ERVILIA, ae. f. [ὦχρος] *Genus eſt leguminis, folio quam faba longiore, flore apibus gratiſſimo: ideo rei ruſticae ſcriptores circa aluearia ſeri praecipiunt.* Columel. 2, 14, 1 Saſerna putat agros ſtercorari lupino, faba, vicia, eruilia. *Sic certe boni quidam libri. Vid. Heinſ. ad* Petron. c. 57. *Conf.* Varr. de R. R. 1, 32, 2. *et* Non. 3, 88. Feſtus: Eruum, et Eruilia a Graeco ſunt dicta, quia illi Eruum ὄροβος, Eruiliam ὀρόβιον appellant. *De* Eruilia *eiusque pinſendi ratione. Vid.* Plin. 18, 7 *et* 10. Seren. Sammon. 590 Nec non reſinas ex Oricia terebintho In Speciem eruiliae paruos glomerabis in orbes, *i. pilulas.*

ERVMPO, ūpi, uptum, ĕre. [ἐκρήγνυμαι, ἐξελαύνω] *Cum impetu exire.* Caeſ. B. C. 1, 59 Quo paratiores eſſent ad inſequendum omnes, ſiue noctu, ſiue interdiu erumperent. Ad pugnam erumpere Columel. 9, 9, 5. *de apibus.* Ad fugam Pompon. in l. ſocium D. pro Socio. Ouid. in Ibin 155 Stygiis erumpere nitar ab oris. Scatere atque erumpere plano campo Lucret. 5, 950. *de aquis ſ. fontibus.* Ex propoſito Quinctil. 4, 3. Coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupit Cic. pro Sext. 9 c. 4. Idem pro Domo ſua 65 Omnem impetum diſcordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quae inueterata compreſſo odio atque tacito iam erumpebat in actum, tam, *etc.* Stat. Silu. 4, 4, 36 Poſitis erupit in Hectora plectris, *i. inuaſit, de Achille.* Lucan. 3, 545 Dum cupit in ſociam Giareus erumpere puppim. Efferueſcere atque erumpere aliquo, *vid.* EFFERVESCO. Cic. pro Muraen. 47 Omnia, quae per hoc triennium agitata ſunt, iam ab eo tempore quo a L. Catilina et Cn. Piſone initum conſilium Senatus interficiendi ſcitis eſſe, in hos dies, in hos menſes, in hoc tempus erumpunt. Quinctil. 8, 3, 4 Sed velut mente captos, et quo in loco eſſent ignaros, erupiſſe in hunc voluptatis affectum. Liu. 34, 61 Ariſtonem quendam Tyrium aduenam, inſtructum mandatis ab Annibale et ab Antiocho rege veniſſe, certos homines cum eo ſecreta conſilia ſerere, et in occulto colloqui, quod mox in omnium perniciem erupturum eſſet. Erumpere per caſtra hoſtium Plin. 22, 6. Foras Lucret. 6, 888. Caeſ. B. C. 3, 44 Ne quo loco erumperent Pompeiani, et noſtros poſt tergum adorirentur, timebant. Virg. Georg. 4, 78 Erumpunt portis, concurritur. Subito clamore erumpunt Id. Aen. 11, 609. Cic. in Catil. 2, 6 Si neque nox tenebris obſcurare coetus neſarios, nec priuata domus parietibus continere vocem coniurationis tuae poteſt: ſi illuſtrantur, ſi erumpunt omnia, muta iam iſtam mentem, *etc.* Sed certo videntur haec aliquo eruptura Id. Att. 2, 22. *extr.* Haec quo eruptura ſint, timeo Id. ibid. 2, 20. Cic. pro Muraen. 47 Vt odia occulta ciuium, quae tacitis nunc diſcordiis continentur, in fortunas optimi cuiusque erumperent. Abiit, exceſſit, euaſit, erupit Idem in Catil. 2, 1. ¶ 2 *Nominatiui:* Affectus veri naturaliter erumpunt Quinct. 11, 3, 61. *Add.* 9, 2, 64. Ouid. Met. 7, 562 Inque ipſos ſaeua medentes Erumpit Clades, obſuntque auctoribus artes. Haec Dominatio quorſum eruptura ſit, horremus Cic. Att. 2, 21. Fletus Quinct. 6, 2, 7. Aperte conſulum ad nefandam dominationem erupit Furor Vell. 2, 60, 4. Erumpit Furor et indignatio Liu. 4, . . Cic. Q. Frat. 2, . . Erumpet amentis hominis Furor. Gemitus erumpunt Stat. Theb. 11, 385. Ignes ex Aetnae vertice erumpunt Cic. Verr. 4, 106 c. 48. Erumpit Ignis ex vaporario Id. Q. Frat. 3, 1. Ignis erumpit oculis Sen. Hippol. ſ. 4. In eas indiligentiae ſuae ac doloris Iracundia erupit Caeſ. B. C. 3, 8. Iracundiam *malim, vt* Gaudium, Stomachum. Erumpit Lacrima, fetus, liquoris pluſculum Plin. 10, 55. 12, 17. *et* 16, 10. Cic. de Aruſp. Reſp. 4 Erupturum illud Malum aliquando, ſi impunitum fuiſſet, ad perniciem ciuitatis. Mugitus erupit fluuio Sil. 6. Nubes erumpit, *Scindit ſe* Virg. Aen. 1, 46. Cic. de Orat. 235 Quid ſit ipſe Riſus, quo pacto concitetur, vbi ſit, quomodo exiſtat, atque ita repente erumpat, vt eum cupientes tenere nequeamus. Riſus inuitis erumpit Quinct. 6, 3, 9. Sanguinem erumpi cogunt Scribon. 84. Virg. Georg. 4, 313 Donec, vt aeſtiuis effuſus nubibus imber, Erupêre, aut vt neruo pulſante Sagittae. *De apibus.* Cic. Q. Frat. 1, 2 Sentire potuit Sermones iniquorum in ſuum potiſſimum nomen erumpere. Sortes perfracto ſaxo eruperunt Idem de Diuin. 2, 85. Suppuratio erupit Scribon. 66. Ventus erumpit Lucan. 3, 460. Vlpian. in l. ſi quis §. ſubuenitur D. de Senatuſc. Sillan. Si tamen ita vincti, vt omnino erumpere vincula, et auxilio eſſe non potuerunt, *etc.* Vndae per fontem erumpunt Lucret. 6, 895. Voluntas erupit Vell. 2, 62, 1. Vera et me digna Vox aliquando erumpat Cic. Philipp. 10. Vulgus attonitum erumpit ſubita formidine Sil. 17, . . ¶ 3 *Cum Accuſatiuo. V. g.* Cato R. R. 157, 3. *de braſſica,* Erumpit tumida, *i. maturat, et pus educit. Sic* Erumpere Stomachum in aliquem Cic. Att. 16, 3. Ter. Eun. 3, 5, 2 Iamne erumpere hoc licet mihi Gaudium? Donatus, Erumpere, quaſi actiuum verbum poſuit pro neutrali, vt ſit, Licetne id mihi erumpere hoc gaudium? Aut erumpere, quaſi exire mihi, pro a me. *Et paullo poſt,* Vtrum me erumpere, pro emittere poſuit? aut erumpere pro exclamare? vt Erumpere Vocem dicitur qui exclamat. *Huc pertinet illa cum Reciproco constructio, vt* Virg. Georg. 1, 446 Inter nubila ſe erumpunt radii. *Sic certe libri quidam et* Seruius. *Heinſ. praefert* Rumpent. *Add.* Georg. 4, 368 Se erumpit Enipeus. *Sic* Lucret. 4, 1109 Tandem vbi ſe erupit neruis collecta cupido, Parua fit ardoris violenti pauſa parumper. *Etiam* Caeſ. B. Ciu. 2, 14 Erumpunt ſe portis foras. Cael. ſub Cic. Fam. 8, 14 Inuidioſa coniunctio — ad bellum ſe erupit. Cic. Arat. 111 Aeſtiferos validis erumpit flatibus Ignes. Tib. 4, 1, 86 Fontibus vt dulces erumpat terra Liquores. *Sic* Sil. 7, 355 Adiutae pice creſcere flammae coepere, et ſenſim fumi ſe erumpere vertex *ex emendat. Heinſii, qui etiam* 12, 438. *legit* Namque anguſtis ſe (*pro* e) faucibus aequor Erumpit ſcopulos inter. Petron. 124 Atque has erumpit furibundo pectore voces. Varro *ap.* Non. 1, 222 Ventique frigido ſe ab axe eruperant. Accius *ap.* Non. 3, 235 Ita imperitus ſtupiditate erumpit ſe, impos conſilii. Erumpit ſe Sanguis Scribon. 46. *Conf. Rhod. Lex.* ¶ 4 *Obſeruatt.* Ter. Phorm. 2, 2, 10 O vir fortis atque amicus: verum hoc ſaepe Phormio vereor, ne iſtaec fortitudo in neruum erumpat denique. *Vbi* Donatus, Ex conſuetudine Romana dixit: quia ſaepe in neruum coniiciebantur ex aliquo maleficio in carcerem miſſi. An prouerbium a ſagittariis natum eſt, quod immoderatae plerumque vires, adducendo arcu non telum incitent, ſed neruum rumpant? an ex eo, quod ſaepe fortius ferientes, neruum ſibi aliquem laedant? Ergo fortitudine nimia ſaepe vinci, ſaepe decipi contingit. Erumpere, *Repente digredi a propoſito* Quinctil. 4, 3. *extr. vid.* Egredi, *pro Digredi, in* EGREDIOR. *Sic* Dum iſthaec apud me tacitus reuoluo, Caecilius ſic erupit Minuc. Felix Oct. 40, 1. *Et* 16, 6 Et quoniam frater meus erupit. *Vtroque loco non ſimpliciter* dixit *vel* locutus eſt *notat; ſed affectum feſtinantem, et ſe non continentem indicat. Paſſ.* Lucret. 6, 581 Incita cum vis Exagitata foras erumpitur. Scrib. Larg. Comp. 84 Erumpi cogunt ſanguinem. Eruptus ſanguis *ib.*

ERVMPENS, entis. Partic. [ἐξελαύνων] Cic. de Prouinc. Conſul. 6 c. 3 Byzantii totum pontum armatum, efferueſcentem in Aſiam, atque erumpentem, aegre repulſum et ceruicibus ſuis interclusum ſuſtinuerunt. Paterc. 2, 66, 3 Erumpens animo et pectore indignatio. *Conf.* Lucret. 5, 459.

ERVPTVS, a, um. Part. *Emiſſus.* Scrib. Larg. Comp. 84 Eruptus ſanguis. Lucret. 1, 724 Faucibus eruptos vis euomit ignes.

ERVPTIO, ōnis. f. [διόδευσις, ἔκρηξις] *Exitus cum impetu.* Plin. 16, 10 Carbonem repente exſpuunt cum eruptionis crepitu. *Conf.* Id. 23, 2. Sen. Q. Nat. 2, 56. Sanguinis eruptio Scribon. 240. Eruptiones e naribus 206. *Add.* Id. Comp. 83. ſqq. ¶ 2 Eruptiones *dicuntur, quando vel Exercitus e caſtris, vel Praeſidia ex vrbibus in hoſtes impetum faciunt.* Caeſ. B. C. 1, 21 Non ſolum ab eruptionibus caueant, ſed etiam ſingulorum hominum occultos exitus aſſeruent. *et* Cic. ad Brut. 2. Inopinatae eruptiones Quinctil. 6, 4, 14 *metapho-*

metaphorice tribuuntur oratori, cum ſubito inuadit et aggreditur aduerſarium. Facere eruptionem Caeſ. B. G. 7, 73. *Add.* Id. ib. 2, 33. *et* 5, 49. Pugnare velut eruptione Quinctil. 4, 4, 7. *Conf.* Nep. 8, 4, 4. Flor. 3, 20, 14. Tacit. Ann. 2, 7, 1.

ERVPTOR, ōris. m. *Qui erumpit.* Ammian. 24, 5 Eruptores perterriti reuerterunt.

ERVNCO, āre. [βοτανίζω] *Verbum ruſticum a* Runca *inſtrumento ruſtico deductum: h. e. Runca auellere, quod proprie de herbis dicitur Exherbare.* Columel. 2, 11, 5 Omnes alterius generis herbas eruncato. Idem 11, 3 Altera vice dimidias areas eruncet.

ERVO, ui, ūtum, ĕre. [ἐξερύω] *Extrahere vel perdendi cauſa, vt cum* Domus, oculus *etc.* eruitur; *vel vt res occulta antea et* obruta, *in lucem, vſumque profertur, vt* Aurum, Memoria, Veritas. Columel. 7, 5 Subluuies et intertrigo pice per ſe liquida, vel alumine et ſulphure atque aceto miſtis rite eruuntur. Eruere et oſtendere populis aliquid Lucan. ad Piſon. 228. Hor. Epiſt. 2, 2, 115 Obſcurata diu populo, bonus eruet, atque Proferet in lucem ſpecioſa vocabula rerum. Lucret. 5, 1388 Sic vnum quiduis paullatim protrahit aetas In medium, ratioque in luminis eruit oras. Eruere ex tenebris Cic. de L. Agr. 1, 3 c. 1. Media turba aliquem Hor. Serm. 1, 4, 125. Vatin. ad Cic. Fam. 5, 10. *pr.* De Dionyſio tuo adhuc nihil extrico — Sed tamen non deſiſtam, quin illum aliquando eruam: *nempe vt latentem in aceruo, in turba. Alia Metaphora* Quinctil. 4, 2, 60 Hoc quoque tanquam occultum et a ſe prudenter erutum tradunt. *Add.* 9, 2, 63. *it.* 10, 2, 6. *et* 12, 8, 13. *Sic* Cic. Att. 12, 30 Mihi, ſicunde potes, erues, qui decem Legati Mummio fuerint. Bipennibus Arborem Virg. Aen. 2, 628. *i.* Deiicere: et eſt Acyrologia. Seru. Aurum terra Ouid. Amor. 3, 5, 83. Lucan. 3, 156

— tunc conditus imo
Eruitur templo multis intactus ab annis
Romani cenſus Populi.

Ciuitatem eruere, *i. Euertere.* Tacit. Hiſt. 4, 72 Auido milite eruendae ciuitatis. Curam Plaut. Caſin. prol. 23. Difficultate pecuniarum erui Cic. Att. 10, 14. Domos antiquas auium cum ſtirpibus imis, *i. Arbores* Virg. Georg. 2, 53. Id. Aen. 4, 442

Ac veluti annoſam valido cum robore quercum
Alpini Boreae nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter ſe certant.

Genas vngue Propert. 4, 5, 16. Herbas et limum Plin. 11, 37 ſ. 60. Ouid. Met. 12, 477 Extentum curſu miſſa latus eruit haſta, Qua vir equo commiſſus erat. Lumina Sen. Theb. 1. *Et* Quinctil. 6 Pro. 6. Cic. pro Muraen. 16 c. 7 Itaque non ex ſermone hominum recenti, ſed ex animalium vetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuae. *Aliter* Id. de Orat. 2, 360 c. 88 Hac exercitatione non eruenda memoria eſt, ſi eſt nulla naturalis: ſed certe ſi latet euocanda eſt. Obrutum Cic. de Fin. 4, 10. Plin. 11, 37 Certe nulli ſine redundatione eius (*ventriculi*) eruitur oculus. Oculos coturnicum Quinctil. 5, 9, 13. *Sed* Ouid. Met. 12, 269 Figitur hinc duplici Gryneus in lumina ramo, Eruiturque Oculos. *Graeca ſynecdoche* Virg. Aen. 2, 628 Troianas vt Opes et lamentabile regnum Eruerint Danai. Segetem ab radicibus imis Id. Georg. 1, 112. Semina ſus roſtro eruit Ouid. Met. 15, 113. Siluas manu Virg. Georg. 4, 329. Vrbem aut Virum Idem Aen. 6, 838 Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas Ipſumque Aeaciden, genus armipotentis Achilli. *De Caeſare.* Id. ibid. 2, 612 Fundamenta quatit, totamque a ſedibus vrbem Eruit. *Pro Perſcrutari et inueſtigando elicere.* Stat. Theb. 3, 555 Eruimus quae prima dies, vbi terminus aeui, *etc.* Scrutari vetera, et ex his ea, quae ſcriptores Graeciae prodiderunt, eruere Cic. Tuſc. 1, 29 c. 13. Cura et cogitatione aliquid Id. de Orat. 2, 174. Id. Att. 12, 36 Fanum fieri volo; neque hoc mihi ſuada erui poteſt, *i. perſuaſione eripi, vt nolim.* Cic. Orat. 2, 146 Scrutari locos ex quibus Argumenta eruamus. Veritatem Quinct. 12, 9, 3. Vocem, qualis dolore exprimitur Id. 11, 3, 90.

ERVTVS, a, um. Partic. [ἐξερυσος] Cic. de Diuin. 1, 57 c. 27 Mortuum erutum eſſe, cauponem re patefacta poenas dediſſe. *Conf.* Nep. 4, 5, 5. Eruta genas vngue Stat. Theb. 10, 811. Aqua eruta remis canet Ouid. Epiſt. 5, 54. Aurum Stat. Silu. 4, 7, 15. Ouid. Faſt. 3, 340 Caedenda eſt hortis eruta cepa meis. Id. Amor. 3, 8, 43 Non freta demiſſi verrebant eruta remi. Oppida conuulſis muris Sil. 3, . . Radicibus eruta pinus Virg. Aen. 5, 449. Sacra priſcis annalibus Ouid. Faſt. 1, 7. Tempora cum cauſis annalibus eruta priſcis Id. ibid. 4, 11.

ERVPTIO, *vid.* ERVMPO.

ERVS, i. m. Antique pro Seruus. Feſt.

ERVSCVS, i. m. *Idem ac Rubus.* Apul. de Herb. c. 87.

ERVTVS, *vid.* ERVO.

ERVVM, i. n. [ὄροβος] *Leguminis genus. Laudatur* Plaut. Caſin. 1, 38 Poſt autem niſi ruri tu eruum comederis, *etc. Sed editur* Aceruum. Idem Moſt. 1, 1, 59 Eruom daturin' eſtis bubus quod feram? *Vid.* Plin. 18, 15 *vbi inter alia* Medicaminis vim *obtinere ait;* quippe per eruum diuum Auguſtum curatum, epiſtolis ipſius memoria exſtat. Freſum et aqua maceratum eruum bubus dare conuenit Columel. 6, 3. Plin. 18, 15. *in fine,* Eruum Martio menſe ſatum, noxium eſſe bubus aiunt. Item autumno grauedinoſum. Innoxium autem fieri primo vere ſatum. Virg. Ecl. 3, 100 Eheu quam pingui macer eſt mihi taurus in eruo. *Al.* aruo. Hor. Serm. 2, 6, 117 *Mus ſilueſtris ait,* Me ſilua cauusque Tutus ab inſidiis tenui ſolabitur eruo. Eruum molitum Scribon. 126. — album molitum 165. Erui magnitudine pilulae 87.

ERVILIA, ae. f. *Idem quod Eruum.* Varro *apud* Nonium 3, 88 Sed vt is erat haec legumina arte praua pauca cicer, eruillam, ac paregia alia ſpina caeteris. *Vid.* ERVILIA.

E R Y

ERYCVS, *vid.* ERYX.

ERYMANTHVS, i. m. [Ἐρύμανθος] *Eſt mons ſiluoſus Arcadiae, vbi ingentem aprum Hercules cepit. Apollodor. l. 2.* Eſt etiam fluvius ab illo monte in Alpheum defluens Plin. 4, 6. Erymanthi *meminit* Virg. Aen. 6, 802 Fixerit aeripedem ceruam licet, aut Erymanthi Pacarit nemora, *etc.* Ouid. Epiſt. 9, 87 Vt Tegeaeus aper cupreſſifero Erymantho Incubat, *etc.* Monſtrifer Erymanthos Stat. Theb. 4, 298. *Vid. Barth.* Iuga denſa Erymanthi Sen. Herc. fur. ſ. 4. Nigrae ſiluae Erymanthi Hor. Carm. 1, 21, 7. Phocaicus Erymanthus Ouid. Met. 2, 244.

ERYMANTHAEVS, a, um. Adi. [Ἐρυμανθαῖος] *Vt,* Valer. Argon. 1, 374 Quique Erymanthaei ſudantem pondere monſtri Amphitryoniadem, *etc. de* Apro Erymanthaeo.

ERYMANTHIVS, a, um. *Aliud* Adi. [Ἐρυμάνθιος] *Vt,* Aper Erymanthius Cic. Verr. 4, 95. Idem Tuſc. 4, 49 Iratumne cenſes conflixiſſe cum Erymanthio apro, aut leone Nemeaeo? Peſtis Erymanthia, *i. Aper, quem in Erymantho Hercules interfecit* Sil. 3, . .

ERYMANTHIS, ĭdos. f. Patronym. [Ἐρυμανθὶς] Ouid. Met. 2, 500 Nexilibusque plagis ſiluas Erymanthidas ambit, *i. ſiluas, quae ſunt in Erymantho monte. Sic* Erymanthis vrſa *dicta eſt Calliſto Lycaonis filia, quae verſa eſt in vrſam, vt docet* Ouid. Met. 2, 499. Stat. Theb. 9, 549

Vt forte iugis longo defeſſa redibat
Venatu modo rapta ferox Erymanthidos vrſae
Ora ferens. Erymanthidos, *i. Arcadicae.*

Cuſtos Erymanthidos Vrſae, *Arctophylax* Ouid. Triſt. 1, 3, 103. Stellae Erymanthidos Vrſae Idem Triſt. 3, 4, 47.

ERYNGE, es. f. *ſiue* ERYNGION. [ἐρύγγιον] *Herba aculeatae mordacitatis, ſpinoſa veluti carduus, ſatiua in cibis probatur, radice tantum, quae melle, cinnamomo et garyophillo condita, guſtui non iniucunda eſt. De virtutibus eius* Scribon. 153. 165. Plin. 22, 7. *Et* 21, 15. Columel. 6, 5, 2.

ERYSĬMVM, i. n. [ἐρύσιμον] *Semen eſt ſeſamo corporis ſubſtantia quodammodo affine, ſed in cibo eſt inſuauius, corporique alimentum parcius exhibet, praedictoque omnino eſt deterius. Vid. plura apud Galen. 2 de Aliment. Facult. conf.* Celſ. 5, 18 *et* 25. *Dioſc.* 2, 188: 3, 24. *et* Plin. 22, 25. *it.* 18, 10.

ERYSIPĔLAS, ătis. n. [ἐρυσίπελας] *Morbus.* Celſ. 5, 26, 31 Omnis cancer non ſolum id corrumpit, quod occupauit, ſed etiam ſerpit: deinde, aliis aliisque ſignis decernitur. Nam modo ſuper inflammationem rubor vlcus ambit, isque cum dolore procedit, ἐρυσίπελας Graeci nominant. *Apud eund.* Celſ. *paullo poſt* ſ. 33 *titulus ſic habet,* Curatio eryſipelatum, *vt recte hodie editur, non* Eryſipelarum, *cuius formae idoneus auctor non eſt.*

ERYSISCEPTRVM, i. n. *Frutex. Inter odores refert* Plin. 24, 13 Sed et frutex humilior aeque ſpinoſus in Niſyro et Rhodiorum inſulis, quem alii Eryſiſceptrum, alii Adipſatheon, ſiue Dipſacon, ſiue Diacheton vocant. Optimus, qui minime ferulaceus, rubens, et in purpuram vergens, detracto cortice. Naſcitur pluribus locis, ſed non vbique odoratus. *Add.* 12, 24 *extr.*

ERYSITHALE, es. f. Herba eſt flore luteo, foliis acanthi, bibiturque e vino Plin. 26, 13.

ERYTHACE, *vid.* ERITHACE.

ERYTHACVS, *vid.* ERITHACVS.

ERYTHAEVS, *vid.* ERECHTHEVS, *ex quo illud corruptum eſt.*

ERYTHĒA, *vel* ERYTHIA, ae. f. [Ἐρύθεια] Plin. 4, 22 *Inſula in mari Gaditano,* In qua prius oppidum Gadium fuit, quam ſic cognominatam *dicit,* quoniam Tyrii, aborigines eorum, orti ab Erythraeo mari ferebantur. In hac Geryones habitaſſe a quibusdam exiſtimantur, quorum armenta Hercules abduxerit. Sunt qui aliam eſſe eam et contra Luſitaniam arbitrantur, eodemque nomine quondam ibi appellaram. *Haec Plinius. Add.* Melam 3, 6. Propert. 4, 10, 1 Amphitrioniades qua tempeſtate iuuencos Egerat a ſtabulis, ô Erythia, tuis. Sil. 16, 195 Hercules Erythia ad litora Gades. *Vid. Drakenb.*

ERYTHĒIS, ĭdis. f. Patronym. Ouid. Faſt. 5, 649 Victor abit ſecumque boues Erytheida praedam Abſtulit. *Et* Faſt. 1, 543 Ecce boues illuc Erytheidas applicat heros Emenſus longi clauiger orbis iter.

ERYTHRAE, arum. f. [Ἐρυθραὶ] *Ciuitas Aſiae, non longe a Chio, ex qua Sibylla Erythraea, de qua ſtatim.* Plin. 31, 2 Erythris Aleos amnis pilos gignit in corporibus.

ERYTHRAEA, [Ἐρυθραία] Sibylla *eſt, de qua* Seruius *in illud* Virg. Aen. 6, 36 Deiphobe Glauci. Ducitur tamen Varro (*inquit*) vt Erythraeam credat ſcripſiſſe libros Sibyllinos, in quibus fata Romana ſcripta erant: quia poſt incenſum Apollinis templum in quo fuerant apud Erythram inſulam, inuenta ſunt carmina. *Idem de eadem paullo poſt, explicans* TVAS SORTES, Sibyllina reſponſa: quae, vt ſupra diximus, *inquit,* incertum eſt cuius Sibyllae fuerunt: quamquam Cumanae Virgilius dicat, Varro Erythraeae.

ERYTHRAEVS, a, um. Adi. *Nobile praeſertim* ERYTHRAEVM Mare, [Ἐρυθρὰ θάλασσα] *quod Rubrum dixere noſtri, Graeci* Erythraeum *a rege* Erythra Curt. 8, 9, 14 aut, vt alii, ſolis repercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes: alii ab harena terraque, alii tali aquae ipſius natura Plin. 6, 23. Alga Erythraea Martial. 10, 16. Gemmae Claud. Conſ. Hon. 4, 605. *item* Lapilli Erythraei, *Vniones.* Stat. Silu. 4, 6, 18 Nox et Erythraeis Tethidis ſignanda lapillis, Et memoranda diu. *Nempe margaritis ſignanda loco calculorum alborum.* Tibull. 3, 3, 17 Quidue in Erythraeo legitur quae litore concha, Tinctaque Sidonio murice lana iuuat? Smaragdi Claud. Conſ. Hon. 6, 563.

ERYTHRAICON, i. n. Altera eſt Satyrii herbae ſpecies, ſemine viticis maiore, laeui, durae radicis, cortice rubro intus album includente, ſapore ſubdulci. Inuenitur fere in montoſis Plin. 26, 10.

ERYTHRANOS, i. m. Ciſſos Erythranos, herba Plin. 24, 10. *et* 16, 34.

ERYTHRAS, ae. m. *Rex, a quo mare* Erythraeum *dictum quidam volunt. Vid. Freinsh. ad* Curt. 8, 9, 14.

ERYTĪNI, Piſces ſunt, qui vuluas habere creduntur, in quorum nimirum genere non ſit mas, quum omnes ouis grauidae capiantur Plin. 9, 16 *et* 52. Caeruleaque rubens erythinus in vnda Ouid. Hal. v. 104. *Legunt et* Erythricus, *ab* ἐρυθρὸς *et* Erythinus *quod dedit Hard. Vid.* RVBELLIO.

ERYTHROCOMOS, i. m. Punici mali ſpecies Plin. 13, 19.

ERYTHRODANVM, i. n. [ἐρυθρόδανον] *Herba eſt,* quam aliqui Ereuthodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanae, pelleſque perficiuntur: *haec et plura* Plin. 24, 11.

ERYTHROS, i. m. [ἔρυθρος] Rhus, quae erythros appellatur, frutex eſt: et huius fruticis ſemen vim habet adſtringendi *etc.* Plin. 24, 11. *Conf. Dioſc.* 1, 147. *Item ſatyrii ſpecies* Plin. 21, 31. Apul. de Herb. c. 15.

ERYTHRVS, i. m. *Rex, qui Rubro mari nomen dedit.* Erythras *apud* Curt. 8, 9, 14. *et* 10, 1, 13.

ERYX, y̆cis. m. [Ἔρυξ] Butae et Veneris filius: ſecundum alios, Neptuni et Veneris. Seruius *in illud* Virg. Aen. 5, 24 Nec litora longe Fida reor fraterna Erycis, portusque Sicanos. Idem Aen. 1, 570 Siue Erycis fines, regemque optabis Aceſtem. Eryx (*inquit*) Veneris et Butae filius, vt quidam Neptuni, qui praepotens viribus, aduenas ceſtibus prouocabat, victosque perimebat. Hic ab Hercule

Hercule occiſus, monti ex ſepultura ſua nomen impoſuit. In quo matri fecerat templum quod Aeneae adſcribit Poëta, dicens Aen. 5, 759 Tum vicina aſtris Erycino in vertice ſedes Fundatur Veneri. In hoc autem monte dicitur Anchiſes ſepultus: licet ſecundum Catonem in Italiam venerit. *Haec* Seruius. Sen. Herc. fur. 482 Ipſius opus eſt caeſtibus fractus ſuis Eryx, et Eryci iunctus Antaeus Libys. Ipſius opus, *ſubaudi* Herculis. Terga Erycis, *Caeſtus*. Virg. Aen. 5, 419 Aequemus pugnas, Erycis tibi terga remitto. Solue metus, et tu Troianos exue caeſtus. Idem Aen. 5, 402 Quibus acer Eryx in praelia ſuetus Ferre manum, duroque intendere brachia tergo. *Et* 412 *oratione ad Aeneam, Veneris et ipſum filium, conuerſa,* Haec germanus Eryx, quondam tuus, arma gerebat. *Et* 5, 772 Tris Eryci vitulos, et Tempeſtatibus agnam caedi iubet. ¶ 2 *Mons Siciliae inter Drepanum et Panormum, a ſepultura* Erycis, *vt vidimus nomen nactus: et nobilis templo Veneris.* Ouid. de Arte Am. 2, 420 *Venus vocatur* Dea, Colle ſub vmbroſo quam tenet altus Eryx. *Nempe ſub* Colle montis Erycis *templum Veneris, quae inde* Erycina. Zephyro ſemper apertus Eryx Ouid. Faſt. 4, 478. Sen. Medea 707 Quaecunque generauit inuius ſaxis Eryx.

ERYCĪNVS, a, um. Adi. *Vt,* Concha Erycina Propert. 3, 11, 6. *i. Veneri dicata.* Litus Virg. Aen. 10, 36. Idem Aen. 5, 759 Tum vicina aſtris Erycino in vertice ſedes Fundatur Veneri Idaliae. *Hinc ad Venerem* Hor. Carm. 1, 2, 33 Siue tu mauis Erycina ridens *vocari.* Ouid. Heroid. 15, 57 Tu quoque quae montes celebras, Erycina, Sicanos. *Add.* Catull. Argon. ſ. 63, 72. Sueton. Claud. c. 25 *et ibi Torrent.* Templa Erycina Stat. Silu. 1, 2, 160. *De Venere hac* Erycina, *et addictis illi* Veneriis, *multa* Cic. Verr. 2, 22 c. 8 ſqq.

ERYCVS, i. m. *mons, ſi libros MSS. ſequimur, eſt ap.* Cic. Verr. 2, 22 c. 8. *itemque* ſ. 115 c. 47. *Priore loco tamen* Erycum montem *facile mutes in* Erycem: *altero pro* Eryco monte *facile legas* Eryce. *Etiam* Flor. 2, 2. 12 Eryco *eſt in quibusdam libris pro* Eryce, *quod tuetur contra Salmaſium Dukerus.*

E S A

ESAEI *vitioſe quidam pro* ESSENI, *quos* Ἐσσαίȣς *etiam Graeci appellant.*

ESAIAS, *Propheta V. T. a quibusdam dictus* Euangeliſta. *Vid.* Auguſtin. T. 5 p. 1078. *Vox triſyllaba* Prudent. Apoth. 663 (*al.* 595) Date, pandite, librum, Euomuit, ſpirante deo, quem ſanctus Eſaias. *Sed idem quatuor Syllabis prima longa, altera breui* Periſt. 5, 524 Secto Eſaiae proximum. *Eſt Iambicus dimeter. Sed tribus ſyllabis longis* Tertull. adu. Marc. Carm. 3, 163 Iſaias locuples vates.

ESALON, *vid.* AESALON.

ESAR [Ἔσαρ] Aegyptiorum, qui Pſammetichum fugerunt, oppidum, dierum duodecim itinere a Meroë diſtans, in quo produntur annis trecentis habitaſſe Plin. 6, 30.

E S C

ESCA, ae. f. [ἐδητὺς, ἔδεσμα, βρῶμα] *ab* Edendo *dicta; ſignificat Cibum hominum, ac caeterorum animalium.* Plaut. Moſt. 3, 2, 2 Melius hoc anno non mihi fuit domi, nec qui eſca vna ſibi me demeruerit magis. Contemtiſſimae eſcae, *vid.* CONTEMNO. Virg. Georg. 4, 17 *de hirundinibus apes vaſtantibus,* Ore ferunt Dulcem nidis immitibus eſcam. Ouid. Amor. 2, 19, 26 Pinguis amor, nimiumque potens in taedia nobis Vertitur, et ſtomacho dulcis vt eſca, nocet. Plaut. Caſ. 2, 8, 56 Sed lepide volo molliculas eſcas, vt ipſa mollicula eſt. Hor. Serm. 2, 2, 72 Memor illius eſcae Quae ſimplex olim tibi ſederit. Stomachus auerſus ab omni eſca Scribon. 186. *Similia plura Rhod. Lex. Scribon.* Cic. de Diuin. 1, 115 c. 51 Qui, quia vixit ab omni aeternitate, verſatusque eſt cum innumerabilibus animis, omnia, quae in natura rerum ſunt, videt, ſi modo temperatis eſcis modicisque potionibus ita eſt affectus, vt ſopito corpore ipſe vigilet. *De animo.* Ouid. Amor. 2, 6, 31 *ad Pſittacum,* Nux erat eſca, tibi cauſaeque papauera ſomni. Conficere eſcas, *vid.* CONFICIO. Eſcis et potionibus non veſcuntur dii Cic. de N. D. 2, 59. Idem de N. D. 2, 160 Sus vero quid habet praeter eſcam? *Paſſiue, vt edatur.* Ignis eſca Liu. 25, . . *i. materia.* Eſca, *quae datur auibus, piſcibusue ad decipiendum.* Petron. 3 Eloquentiae magiſter niſi tanquam piſcator eam impoſuerit hamis eſcam, quam ſcierit appetituros eſſe piſciculos, ſine ſpe praedae moratur in ſcopulo. Cic. de Senect. 44 c. 13 Diuine enim Plato eſcam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, vt hamo piſces. *Imitatus hoc eſt auctor verſuum ſuppoſitorum* Plaut. Merc. 5, 3, 2 Voluptas eſt malorum eſca; quod ea non minus homines, quam hamo capiantur piſces.

ESCĀLIS, e. Adi. Paullus in l. 8 cum quidam D. ſupell. leg. Eſcale autem vel potorium argentum non deberi; *in quo cibus apponitur, patinae, paropſides etc.* Eſcarium *etiam dici mox obſeruabimus.* Eſcale Vulnus Petron. in Pſeudepigraph. p. 220.

ESCARIVS, a, um. Adi. [ἐδεσματικὸς] *Quod ad eſcam pertinet. vt* Eſcaria vaſa Plin. 36, 26. *Pro Patinis* Eſcaria *abſolute dixit* Iuuen. Sat. 12, 46. Vincula eſcaria Plaut. Men. 1, 1, 18. *quibus Paraſiti tenentur, cibus alienus.* Vites eſcariae in pergulis ſeruntur Plin. 14, 3 *quas etiam* Cibarias *vocat, quarum vuae eſui ſunt.* Eſcariae menſae, Quadratae vocantur, vel in quibus homines epulantur. Feſtus Pom. Eſcarium argentum, *apud Iuriſconſultos eſt,* Quod ad epulandum in miniſterio habetur, *i. Ad eſum et potum,* l. cum aurum D. de aur. arg. leg. Eſcale *etiam vocari, diximus.* Pompon. in l. in argent. potor. D. de aur. et arg. legat. Quum alteri argentum potorium, alteri eſcarium legatum eſſet. *Sic* Vitrea eſcaria et potiora in ſupellectile ſunt, ſicut fictilia Paullus in l. 3 D. de ſupellectile legata.

ESCATILIS, e. Adi. Tertull. de Patient. c. 5 *extr. Conf.* adu. Marc. 1, 1.

ESCATIO, ōnis. f. *Pabulatio* Auguſtin. . . .

ESCIFER, a, um. Adi. *Dapifer.* Paullin. Nolan. Natal. Fel. 4, 223 *de coruis,* Eliae eſciferae volucres.

ESCVLENTVS, a, um. Adi. [ἐδεστὸς, ἐδώδιμος] Quod ad edendum pertinet, vel Quod edi poteſt. Cato, vel de liberis educandis, Fortunaſſe illos non natura praeſtare, ſi quid his datum ſit eſculentum. *Vid.* Non. 2, 311. Cic. de N. D. 2, 124 Atque ita eligere ex iis, quae ſunt eſculenta. Animalia eſculenta, *Quibus veſcimur.* Plin. 8, 55 Benigna circa hoc natura, innocua et eſculenta animalia fecunda generauit. Cic. Philipp. 2, 63 c. 25 Is vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus gremium ſuum et totum tribunal impleuit. Columel. 11, 3 At ſi eſculentae merci praeparabis, recto cacumine de collo cucurbitae ſumtum ſemen ſerendum erit. Plin. 8, 25 *de crocodilo,* Hunc ſaturum cibo piſcium et ſemper eſculento ore, in, *etc. Eſcae auidus:* Sidon. 6, 1 Quis eſculentus abſtemium competenter arguerit. *Compar.* Tertull. de Ieiun. c. 5 *extr.* Tam ingratis gratiora et eſculentiora quaeque detracta ſunt. Hieronym. Epiſt. 22 de Cuſtod. Virg. c. 5 *pr.* A vino et eſculentioribus abſtinere. Eſculentum, *abſolute: pro Eſca ipſa.* Cic. de N. D. 2, 141 c. 56 Iam guſtatus qui ſentire eorum quibus veſcimur genera deberet, habita in ea parte oris, qua eſculentis et potulentis iter natura patefecit. Plin. 10, 10 *de miluis,* Notandum in his, rapaciſſimam et famelicam ſemper alitem nihil eſculenti rapere vnquam ex funerum ferculis.

ESCO, āre. *an* Eſcor, eſcari? *cibum petere.* Solin. c. 53 *extr.* (*al.* 41) Noceri eis, omnibus quidem locis nefas ducunt, ſed in Theſſalia vel maxime, vbi ſerpentum immanis copia eſt: quos dum eſcandi gratia inſectantur, regionibus Theſſalicis plurimum mali detrahunt, *de ciconiis. Videtur verbum factum ex* Eſca, *vt* aquari, lignari, *etc.*

ESCENDO, ĕre. *Pro Aſcendere, vel Conſcendere, ſaepius veteres atque claſſici auctores vſurparunt, ſed quod plerisque in locis immutatum fuit. Id tamen ex MSS. Gruterus aliique iis reſtituerunt. v. g.* Plaut. Mil. 4, 4, 14 Non tu ſcis, cum ex alto puteo ſurſum ad ſummum eſcenderis (*abſurde quidam* deſcenderis) Maximum periculum inde eſſe, a ſummo ne rurſum cadas. Caeſ. B. G. 7, 46 *pr.* Oppidi murus a planitie atque initio eſcenſus, recta regione — ∞ CC paſſus aberat. *Sic MSS. quidam. Al.* Aſcenſus. Cic. Off. 3, 80 c. 20 Vt omnes ſimul poſt meridiem in roſtra deſcenderent, *vulgo legitur. Sed libri optimi, et ſententia ipſa* eſcenderent *probant. Licet enim* in forum deſcendere *dicatur iuſta cauſa: tamen* Roſtrorum *alia ratio eſt. Vid. Grut. et Graeu. Add.* Liu. 8, 10. *et* 29, 11. *Vid. Gronou. et in Not. ad* 2, 28. *vbi plurima addidit Drakenb. Vid. etiam* 8, 17. *et* Nepos 2, 8, 6. *Vid. Obſeru. I. A. Boſ. Cort. ad* Sall. Iug. 25, 5. *Pareus in Lex. Crit. praef. Heinſ. ad* Virg. Aen. 9, 37. Eſcendere equum, *in Schurtzfl. Orthogr.* p. 14. *Conf.* Tacit. Ann. 14, 59, 1. *et* Sen. de Tranquill. c. 11.

ESCENSVS, a, um. Part. *Vt,* Eſcenſis nauigiis Ammian. 16, 12.

ESCENSVS, ûs. m. Tacit. Ann. 13, 39, 7 Capta eſcenſu munimenta.

ESCHĂRA, ae. f. [ἐσχάρα] *Proprie Focus, ſeu Craticula. Mechanicis eſt in baliſta et teſtudine Baſis. Vid.* Vitruu. 10, 17 *et* 20. *Cauſa appellationis a ſimilitudine craticulae in foco.* ¶ 2 *Medicis dicitur Cruſta, ſiue Duritiés illa, quae vulneribus per cauteria quaedam induci ſolet, quum ſanguis aliter ſiſti non poteſt.* Celſ. 5, 26 Poſt exuſtionem putris vlceris, ſuperponendae ſunt, quae cruſtas a viuo reſoluant. Eas ἐσχάρας Graeci vocant. *Conf.* Scrib. Larg. Comp. 25.

ESCHARITES, ae. m. [ἐσχαρίτης] *Panis genus eſt, de craticula ſic dictum, apponi ſolitum ſub coenae finem. Hinc* Plautus (*vt aiunt, neſcio quam bene.*) Eſcharulas mulieres *appellat, de paniſicii ratione. Huius panis meminit Athenaeus 3. Cael. Rhodig. 26. et Pollux 6.*

ESCHAROTICA *Medicamenta, dicuntur Cauſtica, quae vim habent* eſcharam, *h. e. cruſtam inducendi. Galen. 5 de Simpl. Medic. Facult.* Cael. Aurel. Chron. 1, 1, 50.

ESCHATOCOLLION, i. n. [ἐσχατόκολλον ſ. ἐσχατοκόλλιον] *Quaſi tu vltimam glutinationem dicas, ſcheda ſ. pagina vltima in ſcapo chartae vel in libro, vt* Protocollon *prima eſt. Vid. Salmaſ. ad* Vopiſci Firmum p. 704 b, *vbi ſuam* Martiali 2, 6 *lectionem reſtituit, nempe hanc:* Lectis vix tibi paginis duabus, ſpectas eſchatocollion, Seuere, *i. vltimam plagulam et ſchedam* ἐσχατοκωλικὸν et ἐσχατοκώλιον *legebatur antea, quaſi a* κώλῳ, *membro, eſſet, non a* κόλλῃ, *glutine. Conf. quae de ratione conficiendae chartae ex Plinio damus in* CHARTA.

ESCIT, antique pro Erit. Feſtus. Plaut. Amph. 1, 1, 14. Lucret. 1, 612. Virg. Aen. 8, 65 *vbi tamen vulgo* exit. Cic. de Legib. 2 c. 24 Quoi auro dentes vincti eſcunt. *Et* 3 c. 3 Aſt quando duellum gravius, diſcordiaeue ciuium eſcunt.

ESCVLETVM, ESCVLVS, *vid.* AESCVLVS, *etc.*

E S I *et* E S O

ESICIVM, *vid.* ISICIVM.

ESITO; *vid.* EDO.

ESOPIA, Sedilia. Feſtus *voce* Seſopia, *vbi vid. Etiam* Plaut. Truc. 2, 8, 5 Quo pacto excludis quaeſo eſopiis planius, *ſi credimus Meurſ. Exerc. Crit. 1, 4. et Gutberl. de Saliis* p. 155. *Sed Gron.* Quo pacto excludis? quaeſo potin' planius.

ESOPON, i. n. Lactucae genus in aruis naſcens, cuius folia trita, et cum polenta illita vulneribus medentur. Plin. 20, 7. *Harduinus legit* Caeſapon.

ESOX, ocis. m. *Piſcis eſt Rheno fluuio peculiaris, magnitudine inſigni.* Plin. 9, 15. *Conf. Geſner.*

E S P *et* E S Q

ESPICIO, ĕre. *i. aſpicere, vt* Eſcendere *pro aſcendere. v. g.* Si mihi rides, eſpice Plaut. Truc. 5 v. 8. *Sic Gronou.*

ESPECTO, āre. *pro aſpecto.* Indeque eſpectabam, vbi aurum abſtrudebat ſenex Plaut. Aul. 4, 8, 7. *Sic certe potius legam, quam* exſpectabam, *quod eſt in Gron. Sed poteſt fuiſſe* Indeque ſpectabam. Attoniti eſpectauimus lacrimas ad oſtentationem doloris paratas Petron. c. 17. *Sed hic etiam* exſpectauimus *eſt in libris, quod pro* ſpectauimus *poni a librariis, bene monet Burmannus, et laudat Munker. ad* Hygin. Aſtron. 1, 6. *Add. quae dixi, Geſnerus, ad* Plin. Paneg. 31. *Conf. Parei Lex. Crit. p. 424.*

ESQVILIAE, *vid.* EXQVILIAE.

E S S

ESSAEI, *vid.* ESSENI.

ESSE, *Infin. a* Sum, es, eſt. *Vid.* SVM.

ESSE, *Infin. ab* Edo. *Vid.* EDO.

ESSĒDŎNES, um. m. *Scytharum gens* Plinio *memorata* 4, 12 *et alias, de quibus ponemus locum* Solini c. 20 Inter anthropophagos in Aſiatica parte numerantur Eſſedones, qui et ipſi nefandis funeſtantur inter ſe cibis. Eſſedonum mos eſt parentum funere cantibus proſequi, et proximorum corrogatis coetibus corpora ipſa dentibus lancinare, ac pecudum carnibus miſta dapes facere: capitum etiam oſſa auro incincta in poculorum tradere miniſterium. *Videtur ſumſiſſe haec a* Mela 2, 1. *Hinc*

ESSEDONIVS, a, um. Adi. Flacc. Argon. 6, 750 Forte vbi ſerus Hiber Eſſedoniaeque phalanges Marte carent. *Voſſ. ad h. l. reſtituit* Eſſedonias gentes *etiam* Lucano 3, 280. *quem audiere Cortius, Oudendorpius, et Burmannus.*

ESSĒDVM, i. n. [ἔσσεδον] *Vehiculi genus velociſſimi ab equis tractum, Gallorum Britannorumque, apud Belgas primo repertum. Vid.* Caeſ. B. G. 4, 33 *qui* pugnae ex eſſedis genus *pulchre deſcribit. et* Tacit. Agric. c. 12. Cic. Att. 6, 1 Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus eſſedis et rheda equis iuncta, et lectica, et familia magna. *Item* Philipp. 2, 58 Vehebatur in eſſedo Trib. pleb. Virg. Georg. 3, 204 Belgica vel molli melius feret eſſeda collo. *de equo. Conf.* Philarg. Britanna eſſeda Propert. 2, 1, 76. Multiſonora Claud. de mulabus Gall. 18. Sidon. Epiſt. 2, 10 Stridentum hinc moderator eſſedorum, Curuorum hinc chorus helciariorum. Cic. Fam. 7, 7 Eſſedum aliquod, ſuadeo, capias, et ad nos quam primum recurras. *Iocatur cum Trebacio in Gallia verſante.* Hor. Epiſt. 2, 1, 192 *de pompa circi, et ludis,* Eſſeda feſtinant, pilenta petorrita, naues. Trahit equus eſſeda Sil. 3, . . *Vſos fuiſſe hoc vehiculi genere Imperatores Rom. oſtendit* Suet. Calig. c. 26. Galb. c. 6 *et* 18. *Conf. Brouchk. ad* Propert. 2, 1, 86. Eſſeda, *etiam gen. fem. legitur apud* Sen. Epiſt. 57 (*al.* 56) In iis, quae me ſine auocatione circumſtrepunt, eſſedas tranſcurrentes pono.

ESSEDARIVS, ii. m. [ἐσσεδηλάτης] *Qui eſſedum regit, vel pugnat ex eſſedo.* Cic. Fam. 7, 6 Tu, qui caeteris cauere didiciſti, in Britannia ne ab eſſedariis capiaris, caueto. *Vid. Manut. in loc.* Caeſ. B. G. 5, 19 Equites hoſtium, eſſedariique acriter praelio cum equitatu noſtro in itinere conflixerunt. Eſſedarii, *Gladiatorum genus. Vid.* Suet. Calig. c. 35. *Lipſ. Saturn.* 2, 12. *et* Philarg. ad Georg. 3, 204.

ESSENI, [Ἐσσηνοί, Ἐσσαῖοι] *vt ait Plin.* 5, 17 *in deſcriptione Iudaeae,* Gens ſola, et in toto orbe praeter caeteras mira, ſine vlla femina, omni Venere abdicata, ſine pecunia, ſocia palmarum. In diem ex aequo conuenarum turba renaſcitur, large frequentantibus, quos vita feſſos ad mores eorum fortunae fluctus agitat. Ita per ſaeculorum millia (incredibile dictu) gens aeterna eſt, in qua nemo naſcitur. Tam fecunda illis aliorum vitae poenitentia eſt. *Reliqua ex Ioſepho et Philone viri docti, quae huc non pertinent.*

ESSENTIA, ae. f. [οὐσία] Quinctil. 8, 3, 33 Quorum dura quaedam admodum videntur, vt ens, et eſſentia, quae cur tantopere aſpernemur non video: niſi quod iniqui iudices aduerſus nos ſumus; ideoque paupertate ſermonis laboramus. Idem 2, 14, 2 Et haec interpretatio non minus dura eſt, quam illa Flauii eſſentia atque entia. *Add.* 3, 6, 23. *et* Cic. *ap.* Sen. Epiſt. 58. *et* Apul. de Mund. p. 68. Sidon. Epiſt. poſt Epith. Pol. Carm. 14. *et* Epithal. Carm. 15, 102. *Conf. Voſſ. Inſt. Orat.* 4 *p.* 19. *et Parei Lex. Crit. p.* 427.

ESSENTIALIS, e. Adi. *Paſſim apud Philoſophos.*

ESSENTIALITER. Auguſtin. de Trinit. 7, 2.

E S T *et* E S V

ESTRIX. *Vid.* EDO, es.

ESVBIANI, Populi, inter Alpinos a Romanis ſuperatos *numerantur a* Plin. 3, 20.

ESVBOPES, is. m. [Ἐσουβόπης] *Rex Colchorum fuit,* qui terram virginem nactus, plurimum auri et argenti eruiſſe dicitur in gente Suanorum, et alioquin velleribus aureis inclito regno. Sed et illius aureae camerae, et argenteae trabes narrantur, et columnae atque paraſtatae, victo Seſoſtri Aegypti rege, tam ſuperbo, vt prodatur annis quibusque ſorte reges ſingulos e ſubiectis iungere ad currum ſolitus, ſicque triumphare. *Haec* Plin. 33, 3 ſ. 15.

ESV̆LA, ae. f. *Oppidum inter Tibur et Praeneſte.* Hor. Carm. 3, 29, 6.

ESVLA, *eſt Officinarum nomen, quo omne tithymalorum genus vocant. Penultima contra vulgarem vſum longa eſt. Vid. Borrich. Lingu. Pharmacop.*

ESVRIO, ESVRITIO, ESVRITOR. *Vid.* EDO, es.

ESVS, i. m. *Gallorum Deus, victimis humanis cultus.* Lactant. Inſt. Diuin. 1, 21, 3 Galli Eſum atque Teutatem humano cruore placabant. Lucan. 1, 445 Teutates, horrensque feris altaribus Eſus. *Vid. Bochart. Can.* 1, 42.

E T

ET. [καί] Coniunctio *copulatiua.* Enimuero oportet praegnanti et malum et malum dari Plaut. Amph. 2, 2, 91. *i. duo mala.* Cic. pro Cluent. 86 Quod tum exploſum eſt et eiectum eſt, nunc retuliſſe demiror. *Eo autem ipſo quod copulatiua dicitur, intelligimus, ea, quae copulantur, eſſe diuerſa. Itaque disiungere videtur, cum copulat, quae ante erant vnum: et* ἓν διὰ δυοῖν, *vulgo* Hendiadys *vocatur, cum eſt apud* Virg. Aen. 11, 418 Aurumque et frena momordit *pro* frena aurea: *et* Molem et montes, *pro Molem montis.* Virg. Aen. 1, 65. *Sic ibid.* 115 In vada et ſyrtes, *pro, In vada ſyrtium. Sic interdum per* Et *disiunguntur, quorum vnum includit alterum.* Virginius (*ipſe tribunus*) maxime et tribuni de lege agebant Liu. 3, 25 *pr.* Ioui Diisque ago gratias Plaut. Capt. 5, 1, 1. *Sic* 4, 2, 88 Iupiter te Diique perdant. *Et* 4, 1, 4 Dieſpiter te DIque perdant. ¶ 2 Et *duplicatur interdum, ac completiua eſt in diuerſis rebus: vt,* Te admirantur et ciues et hoſpites. Virg. Aen. 1, 7 Multum ille et terris iactatus, et alto. Ter. Eun. 1, 1, 24 O indignum facinus, nunc ego et illam ſceleſtam eſſe, et me miſerum ſentio: et taedet, et amore ardeo. Cic. pro Quint. 3 c. 1 Homo et in aliis cauſis exercitatus, et in hac multum et ſaepe verſatus. Et copioſe et grauiter dicere Idem pro Cael. 33. Hor. Epiſt. 1, 7, 57

Et properare loco, et ceſſare, et quaerere, et vti
Gaudentem paruisque ſodalibus, et lare certo
Et ludis, *etc.*

Cic. Off. 1, 109 Quod in Catulo, et in patre, et in filio, itemque et in Q. Mucio Mancino vidimus. *Conf.* Ter. Andr. 1, 1, 22. *Sic* Que *et* Et *iunguntur.* Cic. Tuſc. 5, 75 Academici balbutire deſinant, aperteque et clara voce audeant, dicere, *etc.* Omne animal ipſum ſibi commendatum, vt ſe et ſaluum in ſuo genere incolumeque vellet Cic. Fin. 4 c. 8. Officia autem et ſeruata praetermiſſaque, media putabat Id. Acad. 1 c. 10. *Sic ponitur poſt* Nec *ſ.* Neque. Nec miror et gaudeo Cic. Fam. 10, 1. Neque nata et aeterna eſt Idem Tuſc. 1 c. 23. *Simile eſt* Minime mihi miranda, et maxime iucunda acciderunt Cic. Fam. 3, 10. ¶ 3 *Solet ſubire locum aliarum particularum, et videri aduerſatiua.* Ouid. Met. 4, 613. *Sed Burm. et* Virg. Ecl. 3, 61. *Conf.* Stat. Achill. 1, 529. *Cauſalis, pro Etiam. Vt* Virg. Aen. 2, 425 Quorum Iphitus aeuo Iam grauior, Pelias et vulnere tardus Vlyſſi. Virg. Aen. 6, 90 Natus et ipſe dea. *ex Valla* 2. *Interrogatiua, ſeu expletiua.* Idem Ecl. 1, 27 Et quae tanta fuit Romam tibi cauſa videndi? *Indignatiua, vt apud Graecos* εἶτα. Virg. Aen. 1, 52 Et quisquam numen Iunonis adoret Praeterea? *i. An iuſtum videretur, etc. Sic* Cic. Milon. 92 Et ſunt, qui de Appia via loquantur, taceant de curia? *Confirmatiua.* Virg. Aen. 6, 806 Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis? Cic. Att. 10, . . Et dubita ſi potes, quin ille, ſeu victus, ſeu victor redierit, caedem facturus ſit? *Add.* Id. pro L. Man. c. 14 *et* 15. pro Cluent. c. 10. Philipp. 1 c. 8. *Laudatur ex* Plauto . . . Annos natus ſexaginta, et ſenex, *vbi idem eſt, quod* atque adeo. Et, *pro Nam, vel Quia.* Virg. Ecl. 9, 11 Audieras, et fama fuit. Quinctil. 1, 1 Has primum audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur: et natura tenaciſſimi ſumus eorum, quae rudibus annis percepimus. Ter. Eun. 2, 2, 60 Non temere eſt, et properans venit. ¶ 4 Et *ſententiarum initiis competit.* Quinctil. 1, 9 *pr. de Officio Grammatici,* Et finitae quidem ſunt partes duae: quas haec profeſſio pollicetur. Ter. Phorm. 1, 3, 19 Et ſi tibi res ſit cum eo lenone, quocum mihi eſt, tum ſenties. *Vbi* Donatus, Et, modo non connexiua, ſed inceptiua coniunctio eſt. *Sed editur,* 'Quid? *vel* Quod ſi tibi res ſit. *Conf.* Virg. Ecl. 1, 27. Et quae tanta fuit Romam tibi cauſa videndi? *Nempe continuat ſermonem et colloquium.* *Pro Deinde, ordinandi Adu.* Virg. Aen. 6, 219 Corpusque lauant frigentis, et vngunt. *i. Deinde vngunt.* *Pro* Quamuis *poni videtur, certe cum illa particula commutari poteſt in his, quae ſunt ſimilia illi* Cic. de Sen. 28 c. 11 Omnino canorum illud in voce ſplendeſcit etiam neſcio quo pacto in ſenectute; quod equidem adhuc non amiſi: et videtis annos. *Poſſis dicere,* etſi videtis annos. *Contra ea* Et, *ſubauditur ante* Si. Ter. Eun. 5, 2, 26 Nam ſi ego digna hac contumelia ſum maxime, at tu indignus qui faceres tamen. *i. Etſi ego digna.* Et, *pro Sed etiam.* Idem Adel. 5, 5, 5 Seruum haud illiberalem praebes te, et tibi lubens bene faxim. Donatus, Et, adiectum eſt, vt oſtendat hanc eſſe ſententiam, Non ſolum te laudo, ſed etiam iuuo: illud dicendo, hoc faciendo. Et, *pro Similiter.* Hor. Carm. 2, 13, 1

Ille et nefaſto te poſuit die
Quicunque primum, et ſacrilega manu, *etc.*
Illum et parentis crediderim ſui
Fregiſſe ceruicem, *etc.*

¶ 5 *Aliae obſeruationes de vario vſu et iunctione huius coniunctionis.* Et, *redundans,* Virg. Aen. 1, 9 Multa quoque et bello paſſus. Et ille, *pro Tunc,* Varr. de R. R. 1, 49 Dic, inquit Agrius, de fructibus maturis capiendis. Et ille, primum de pratis ſummiſſis, *etc.* Quinctil. 4, 1, 66 Et Demoſthenes autem ad Aeſchinem Orationem in prooemio conuertit. *Omittunt* autem *recentiores. Sic* Nec quod inane autem eſt Lucret. 1, 1078. *Add.* Suet. Aug. c. 73. Et haec autem Scribon. 207. Et hoc autem 70. 240. Ter. Eun. 5, 6, 4 Sed eſtne ille noſter Parmeno? et certe ipſus eſt. Cic. pro Marcell. 6 Et certe in armis, militum virtus, locorum opportunitas, *etc.* multum iuuant. Virg. Aen. 5, 167 Et ecce Cloanthum Reſpicit inſtantem tergo. Et hoc enim adiicio Scribon. 22. Lucret. 2, 547 Quippe etenim ſumant oculi, *etc.* Idem 2, 575 Et ſuperantur item. Virg. Aen. 1, 227 Et iam finis erat, quum, *etc.* Idem Aen. 4, 584 Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras. Et etiam: *In his duobus videtur compoſitionis quaedam inconcinnitas: ideoque aliquid ſolet interponi.* Cic. Fam. 9, 23 Vt et te viſerim, et coenarem etiam. *Sed aliter:* Mi Plance, rogo te, et etiam oro Idem Att. 16, 16. Priſci Latini, et etiam Graeci Varr. R. R. 2, 4. Oua, quae ante aut poſtea nata ſunt, et etiam prima Idem 3, 9. Cic. Fam. 9, 25 Auctoritate tua nobis opus eſt et conſilio, et etiam gratia. Et hercle: Idem de Amicit. 37 Et hercle ita fecit: vel plus etiam quam dixit. Et non; *pro Nec vel Ne quidem.* Cic. in Topic. 53 Non et legatum argentum eſt, et non eſt legata numerata pecunia. Liu. 21, 41 Vtinam pro decore tantum et non pro ſalute eſſet certamen. *Add.* Id. 10, 8. *et* 45, 38 *bis.* *Vid.* Varr. de R. R. 3, 14. Pallad. 6, 7. *et* Cic. *frequenter, vt* de Inuent. 2 c. 47. pro Domo c. 20. Verr. 5 c. 9. de Aruſp. Reſp. c. 12. Et quidem: Cic. de Amicit. 65 Rarum genus, et quidem omnia praeclara rara. At enim adſpicis me, et quidem, vt videris, iratus Idem Philipp. 2 c. 31. *Et* Acad. 1, . . Et eam quidem plenam ac refertam. Et id quidem, *in principio periodi.* Cic. Off. 1, . . Et id quidem nemini Graecorum video adhuc contigiſſe. *Conf.* Att. 14, 11. *et* 15, 18. Celſ. 3, 24. Et, *parentheſi ſequente cum* Vt. Cic. de Amicit. 78 Tales igitur amicitiae ſunt remiſſione vſus leuandae: et (vt Catonem dicere audiui) diſſuendae magis, quam diſcindendae ſunt. Ter. Eun. 1, 1, 19 Et quod nunc tute tecum iratus cogitas, *etc.* Et quod dicendum nunc ſiet, *i. Et vt verum dicam: vel Quum iam dicendum ſit id, quod res eſt* Ter. Andr. 2, 6, 23. Et quoque: Liu. 41, 24 Ne interdictione finium et nos quoque regno arceamus. Et cauſae quoque aeſtimatio ſaepe morbum ſoluit Celſ. praef. Cic. de Orat. 1, 58 Quorum pater homo prudens, et grauis, haudquaquam eloquens, et ſaepe alias et maxime Cenſor ſaluti Reipublicae fuit. Lucret. 2, 331 Et tamen eſt quidam locus alti montibus, *etc.* *Ita* Cic. *frequenter, vt* de Inuent. 1 c. 9. pro Roſc. Am. c. 28. de Off. 3 c. 10. de Sen. c. 10. ¶ 6 *Notabile praeſertim connubium* Et vero. Cic. Att. 16 *ſub* 16 Saepe praeſens et illi oſtendiſti, et vero etiam mihi. Idem pro Muraen. 45 Magnum eſt enim te comparare ea, quibus poſſis hominem e ciuitate, praeſertim non inopem, neque infirmum exturbare, qui et per ſe, et per ſuos, et vero etiam per alienos defendatur. Et vero, *eo fere ſenſu, vt* Et ſane, *initio ſententiae:* Cic. in Brut. 107 Veſter etiam D. Brutus et dicere non inculte ſolebat, et erat cum literis Latinis, tum etiam Graecis, ſatis eruditus. Quae tribuerat Accius etiam Q. Maximo L. Paulli nepoti. Et vero ante maximum illum Scipionem, — acrem aiebat in dicendo fuiſſe. *Rurſus lib. eod.* 164 Ipſa illa cenſoria contra Cn. Domitium collegam non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, et orationis commentarium paullo plenius, nulla eſt enim altercatio clamoris vnquam habita maioribus. Et vero fuit in hoc et popularis dictio excellens. Idem in Orat. 140 Sed ſententiarum ornamenta maiora ſunt, quibus quia frequenter Demoſthenes vtitur, ſunt qui putent idcirco eius eloquentiam maxime eſſe laudabilem. Et vero nullus fere ab eo locus ſine quadam conformatione ſententiae dicitur. *Rurſum in* Brut. 212 Quid Craſſum, inquam, illum cenſes iſtius Liciniae filium, Craſſi teſtamento qui fuit adoptatus? Summo iſte quidem dicitur ingenio fuiſſe, inquit. Et vero hic Scipio collega meus mihi ſane bene et loqui videtur, et dicere. ¶ 7 *Obſeru.* Et *cum* It *permutatur in MSS. Item cum* E *Praep. Vid. Drakenb. ad* Sil. 3, 57. *Cum* Vt, *vid. idem ad* 3, 78. *cum* Et, *vid. idem ad* 5, 157. Et, *in eadem periodo duodecies repetitum.* Liu. 22 *paullo poſt init. Deciesſexies repetitum:* 27, 10 Signini fuere, et Norbani, Saticulanique, et Brundiſini, et Fregellani, et Lucerini, et Venuſini, et

Adriani,

Adriani, et Firmani, et Ariminenſes: et ab altero mari, Pontiani, et Paeſtani, et Coſſani: et Mediterranei; Beneuentani, et Aeſernini, et Spoletani, et Placentini, et Cremonenſes. *Contra ea* Et *a* Cicerone *nonnunquam omittitur, e. c.* Vt ipſe iudices, homini te gratiſſimo, iucundiſſimo benigne feciſſe Fam. 13, 18. *Conf.* ib. Epiſt. 24. *et* ad Att. 4, 3.

E T E

ETENIM. Coni. *Cauſalis,* [*καὶ, γὰρ*] *quae plerumque initio ponitur, pro Quia, vel Certe.* Plaut. Amph. prol. 26. Ter. Andr. 2, 6, 11 Etenim eam ſecum rem recta reputabit via. Cic. Verr. 4, 129 Etenim eſt primus ciuitatis. *et* Verr. 5, . . Etenim tacite magis, *etc.* Ter. Eun. 5, 9, 44 Cogita modo, tu hercle cum illa Phaedria et libenter viuis, etenim bene libenter victitas. Hor. Serm. 2, 5, 60 Diuinare etenim magnus mihi donat Apollo. Etenim dicere bene nemo poteſt, niſi qui prudenter intelligit Cic. de Clar. Orat. 23. Etenim, *pro At poni putant* Ter. Phorm. 5, 8, 89 Aſſequere ac retine, dum ego huc ſeruos euoco. C. Etenim nequeo ſolus, accurre huc. *Sed meliores* Enim, *ellipſi, quam actio facile ſupplet. quod laudant in eandem ſententiam* Plaut. Moſt. 3, 2, 121 *non eſt certius. Nam Gron.* At enim. Cic. Verr. 3, 53 Etenim quoniam ſummam et numerum iniuriarum Iudices, vobis non poſſum exponere. Plaut. Amph. 1, 1, 110 Etenimvero quoniam formam cepi huius in me et ſtatum, *etc. Plane ac ſi dixiſſet* Enimuero. *Alia connubia huius particulae ſunt:* Cic. de Fin. 1, 30 Etenim quoniam detractis de homine ſenſibus reliqui nihil eſt, *etc.* Idem Verr. 2, 169 Etenim ſi C. Verres, *etc. Caeterum pro* Enimvero *poſitum videtur* Etenim deinceps videamus, Herbitenſis ciuitas honeſta, *etc.* Cic. Verr. 3, 47.

ETEOCLES, is. m. [Ἐτεοκλῆς] *Filius Oedipi regis Thebarum, cui cum Polynice fratre ſuo ita conuenerat, vt alternis annis regnarent. Sed* Eteocles *anno finito, fratri regno cedere noluit. Quare Polynices Adraſtum regem Argiuum ſocerum ſuum, et alios principes Achaiae armauit contra* Eteoclem. *In quo bello quum multi vtrinque occiſi eſſent, tandem fratres ipſi mutuis ſe vulneribus confecerunt. Quorum cadauera quum rogo eſſent impoſita, flammae diuiſae ſunt, tanquam illorum nondum ceſſarent odia.* Stat. Theb. 3, 214 Multumque nefas Eteoclis acervat, Crudelem, infandumque vocans, poenasque daturum. Saeuus Stat. Theb. 12, 91.

ETEOCRATES, um. m. *Pl.* [Ἐτεόκρητες] *Peloponneſi populi, Auſtralem oram incolentes, quorum Praſium eſt puſillum ſane oppidum, vbi Dictaei Iouis fanum extat. Vid. Strab. 10. Hinc* Sil. 14, 41 *quidam legunt,* Dux Eteocretum. *Sed vid. Drakenb.*

ETEŌNOS, i. *Oppidum Boeotiae.* Stat. Theb. 7, 269.

ETEREIA Caſtanea. *Vid.* CORELLIVS.

ETESIACA, Vuae genus eſt fallax, quae quo plus tulit, eo laudabilius fundit: mirumque fecunditate ceſſat Plin. 14, 3.

ETESIAS, ae. *et frequentius Plur.* ETESIAE, arum. m. [ὁ ἐτησίας] *Ad verbum eſt annuus, ſtatis anni temporibus rediens. Sed peculiariter ventorum nomen eſt.* Plin. 2, 47 *de* Caniculae ſidere, Poſt biduum exortus iidem Aquilones conſtantius perflant diebus quadraginta, quos Eteſias vocant. Molliri eis creditur Solis vapor geminatus ardore ſideris: nec vlli ventorum magis ſtati ſunt. Idem 5, 9 Cauſas huius incrementi *(de Nilo loquitur)* varias prodidere, ſed maxime probabiles, Eteſiarum eo tempore ex aduerſo flantium repercuſſum, vltro in oram acto mari: aut imbres Aethiopiae aeſtiuos, iiſdem Eteſiis nubila illo ferentibus ex reliquo orbe. Idem 18, 34 ſ. 77 Aquilo mollitur ſidere, aeſtate media, mutatque nomen, et Eteſias vocatur. *Alii paullo aliter, vt,* Sunt eteſiae et prodromi ſpirantes ex omni parte eo tempore aeſtatis, quo canis oritur Apul. de Mundo p. 63, 28. *Sed* ibid. p. 62, 22 Eteſiae ſunt frequentiores aeſtate anni ſeptentriones. *Add.* Gell. 2, 22. *et* Sen. Quaeſt. Nat. 5, 10, 11 *et* 18. Cic. Att. 6, 7 Inde quam primum Athenas, etſi Eteſiae valde reflant. *Vid.* Idem de N. D. 2, 132. Cic. ad Brut. 15 Itaque in medio Achaico curſu, quum Eteſiarum diebus Auſter me in Italiam, quaſi diſſuaſor mei conſilii retuliſſet, *etc.* Sen. Thyeſt. 129 Niues — Aeſtas veliferis ſoluit eteſiis. Cic. Fam. 2, 14 Ego niſi quid me Eteſiae morabuntur, celeriter (vt ſpero) vos videbo.

ETESIVS, a, um. Adi. [Ἐτήσιος] *Vt,* Flabra Eteſia Lucret. 6, 716. Anni tempore eo, quo Eteſia flabra feruntur. *Verſatur in explicanda cauſa incrementorum Nili, quam tangentem modo vidimus Plinium.* Idem 5, 741 *dicit* Eteſia flabra Aquilonum, *propterea quod iidem ſunt venti* Eteſiae *et* Aquilones. ¶ 2 *Eſt etiam* lapis eteſius. Plin. 36, 22 *pr.* Auctoribus curae fuerunt lapides mortariorum quoque *(e quibus fierent mortaria)* nec medicinalium tantum aut ad pigmenta pertinentium. Eteſium lapidem in iis praetulere caeteris. *Sic Harduinus, pro* Epheſium: *et firmat ex* Indice Plinii, Iſidoro 16, 4 *vbi* Edeſius *vocatur (in edit. Reutling.* 1472 f. Etheſius, *quod etiam ad Plinium notauit e libro ſuo P. Francius) et veteri Lexico-Chymiae vbi eſt* Βοτρυχίτης, πυρίτης, καὶ ἐτήσιος.

ETESTICVLATIO, ōnis. f. *Caſtratio. Apud* Celſum *eſſe dicitur: falſo, niſi fallor.*

E T H

ETHĒLVS, i. m. *Cyzicenus, ingentis ſtaturae ab Ancaeo interfectus.* Flacc. 3, 138.

ETHĒMON, ŏnis. m. *Nomen viri proprium, non tamen arceſſendum ex* Virg. Aen. 10, 126. Et clarus Ethemon Lycia comitatur ab alta. *Ibi enim Heinſ. et Burm.* Et Clarus, et Haemon. *Certius eſt teſtimonium* Ouid. Met. 5, 163 Inſtabat parte ſiniſtra Chaonius Molpheus, dextra Nabathaeus Ethemon.

ETHESIVS, *vid.* ETESIVS. n. 2.

ETHNOS, eos. n. [ἔθνος] *Graecis gens eſt. Hoc nomine autem Iudaei Graece loquentes, vt ſuo* גוי et גוים, *appellabant omnes non-Iudaeos, vt Graeci* Barbaros *dicebant non Graecos. Hinc*

ETHNICVS, *qui non eſt Iudaeus, et mox, qui eſt a ſacris Chriſtianorum alienus, quem* Gentilem *etiam dicunt.* Sulpic. Seu. Hiſt. 1, 1, 4 Non pigebit fateri, me vſum eſſe hiſtoricis ethnicis. *Vid.* Hieron. Epiſt. 33. *et in* Epheſ. 5, 20.

ETHNICE. Adu. *Apud* Tertull. de Pudicit. c. 9.

ETHNICALIS, *Ethnicus* Tert. de Spectac. 5 *pr.*

ETHNICISMVS, Prud. Paſſ. Laur. 498.

ĒTHOS, eos. n. [Ἦθος] *Graecis* mos *eſt. Domicilium haec vox habet in diſciplina oratoria. Dedita opera de ea re agit* Quinct. 6, 2, 8 *vnde quaedam decerpemus.* Horum *(affectuum)* duae ſunt ſpecies: alteram Graeci πάθος vocant, quam nos vertentes recte et proprie affectum dicimus; alteram ἦθος, cuius nomine, vt ego quidem ſentio, caret ſermo Romanus; *mores* appellantur: atque inde pars quoque illa philoſophiae ἠθικὴ, *moralis* eſt dicta. Sed ipſam rei naturam ſpectanti mihi non tam mores ſignificari videntur, quam morum quaedam proprietas — Cautiores — Affectus hos (τὰ πάθη) concitatos, illos (τὰ ἤθη) mites atque compoſitos eſſe dixerunt; in altero vehementer commotos, in altero lenes; denique hos imperare, illos perſuadere; hos ad perturbationem, illos ad beneuolentiam praeualere — Amor πάθος, caritas ἦθος — Ἦθος ante omnia bonitate commendabitur, non ſolum mite ac placidum, ſed plerumque blandum, et humanum, et audientibus amabile atque iucundum: in quo exprimendo ſumma virtus ea eſt, vt fluere omnia ex natura rerum hominumque videantur, quo mores dicentis ex oratione pelluceant, et quodam modo agnoſcantur, *etc. Sunt enim plura, ſed digna quae ibi legantur.*

ETHĬCE, es. f. [ἠθική] *Pars philoſophiae ad mores pertinens, de qua* Cic. de Fato 1 Quia pertinet ad mores, quos ἤθη Graeci vocant, nos eam partem philoſophiae DE MORIBVS, appellare ſolemus, ſed decet augentem linguam Latinam, nominare Moralem. *Vocabulum reperitur apud* Quinctil. 2, 21, 3. 6, 2, 8. 12, 2, 15.

ETHĬCVS, a, um. Adi. [ἠθικός] *Qui circa moralia verſatur.* Cic. in Orat. 128 c. 37 Quod Graeci ἠθικὸν vocant, ad naturam, et ad mores, et ad omnem vitae conſuetudinem accommodatum. Controverſiae ethicae Sen. Contr. 2, 10. Sidon. Epiſt. 8, 11 Dictio ethica, *i. Morata.* Si licet ex ethicis quidquam praeſumere Prud. Hamart. v. 583. *vbi prima perperam corripitur.*

ETHOLŎGVS, i. m. [ἠθόλογος] *Morum effictor.* Cic. de Orat. 2, 244 c. 59 *de illo iocorum genere agens* ſ. 241, *quo* ita facta demonſtrantur, vt mores eius de quo narres, vt ſermo, vt vultus omnes exprimantur, vt iis, qui audiunt, tum geri illa fierique videantur, *addit quibusdam interiectis,* Atque ita eſt totum hoc ipſo genere ridiculum, vt cautiſſime tractandum ſit: Mimorum eſt enim ethologorum, ſi nimia eſt imitatio, ſicut obſcenitas: *et mox* Vitanda eſt mimorum ethologorum ſimilitudo.

ETHOLOGIA, ae. f. Quinctil. 1, 9 Ethologia perſonis continetur. Eſt autem morum, ac effectuum cuiusque perſonae effictio. *Conf.* Sen. Epiſt. 105 *ex reſtitutione Lipſii.* Ethologia Rutilio Lupo Figura eſt ſententiarum, cum verbis ſonoque vocis exprimitur, ac deſcribitur hominis alicuius conſuetudo et mos. *Vid.* Iſidor. 2, 14.

ETHOPOEIA, ae. f. [ἠθοποιΐα] Quinctil. 9, 2, 58 *eſt* Morum alienorum imitatio: *cuius exempla licet apud eundem videre. Meminit et* Priſcian. *in* Praeexercitam. *Item* Sen. Epiſt. 2.

E T I

ETIAM. Coni. [ἔτι] *Copulatiua particula, vt Inſuper, Quoque.* Ter. Andr. 2, 2, 31 Etiam puerum abiens conueni Chremis. *Et* 4, 1, 31 Immo etiam, quo tu minus ſcis aerumnas meas, hae nuptiae non apparabantur mihi. Cic. Fam. 10, 32 Cumque ea contentio mihi magnum, etiam foris, fructum tuliſſet. Idem de Clar. Orat. 261 Voce, motu, forma etiam magnifica. *Abundare interdum videtur, v. g.* Ter. Hec. 5, 1, 8 Ego pol quoque etiam timida ſum, quum venit mihi in mentem quae ſim. Stultus atque etiam inſanus Hor. Serm. 2, 3, 156. *Pro Adhuc.* Ter. Andr. 1, 1, 89 Egomet quoque eius cauſa in funus prodeo, nihil ſuſpicans etiam mali. Ibid. 3, 2, 23 Non ſatis me pernoſti etiam qualis ſim Simo. *Vid.* Donat. *Conf.* Virg. Aen. 6, 485. *Nunc connubia cum aliis particulis perſequemur.* Cic. Verr. 1, 194 Sed fortaſſe adhuc in nullo etiam vindicatum. Idem de Orat. 1, 174 Quinqueremes autem, aut etiam maiores gubernare didiciſſe. *Et* de Orat. 1, 172 Caeteros vero non dubitabo primum inertiae condemnare ſententia mea, poſt etiam impudentiae. Hor. Epiſt. 2, 1, 127 Torquet ab obſcenis iam nunc ſermonibus aurem, Mox etiam pectus praeceptis format amicis. Idem Epiſt. 2, 2, 96 Aſpice primum, *etc.* Mox etiam, ſi forte vacas, ſequere, *etc. Et* Epiſt. 1, 18, 107 Sit mihi quod nunc eſt etiam minus, vt mihi viuam. Liu. 3, 7 Interim Hernici, Latinique pudore etiam, non miſericordia ſolum moti. Secundas etiam res noſtras, non modo aduerſas pertimeſcebam Cic. Fam. 4, 14. Idem Att. 8, 20 Da operam, ſi vlla ratione etiam nunc efficere potes, vt te explices, huc quam primum venias. Ter. Andr. 5, 2, 8 Etiam tu hoc reſpondes? *Vbi* Donatus, Etiam aut hortatio eſt, aut coniunctio. Seru. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. Etiam tu ab hiſce rebus animum ad cogitationem tuam auoca. ¶ 2 Etiam, *reſponſio pro Ita.* Plin. Epiſt. 4, 13 Studes inquam? Reſpondit, etiam. Numquid vis? Etiam Plaut. Amph. 1, 3, 46. Miſericordia commotus ne ſis. Etiam; in diſſolvenda ſeueritate Cic. pro Muraen. 65 c. 31. *i. etiam ego ita puto, quatenus miſericordia ſeueritati aduerſa eſt.* Cic. Att. 1, 10 Noui tibi quidnam ſcribam quid? Etiam. Meſſala Conſul Antronianam domum emit, *etc.* Idem Att. 2, 6 De muro, ſtatue quid faciendum ſit. Aliud quid? Etiam. quando te iſtinc proficiſci poſſe putes, fac vt ſciam. Cic. de N. D. 1, 70 c. 25 A quibus *(nempe dialecticis)* cum traditum ſit, in omnibus disiunctionibus, in quibus *aut etiam aut non* poneretur, alterutrum verum eſſe, pertimuit *(Epicurus)* ne ſi conceſſum eſſet huiusmodi aliquid, Aut viuet cras aut non viuet Epicurus, alterutrum fieret neceſſarium: totum hoc *aut etiam aut non* negauit eſſe neceſſarium. Idem Acad. 4, 97 c. 30 Cum dialectici ſic ſtatuant, omne quod ita disiunctum ſit, quaſi *aut etiam, aut non,* non modo verum eſſe, ſed etiam neceſſarium *etc. Et* pro Roſc. Com. 8 Si non, quomodo tabulas conficis? Si etiam, quam ob rem, cum caetera nomina in ordinem referebas *etc. Tuitus ergo recte eſt hunc vſum particulae Borrich. Cogit.* p. 95 ſq. ¶ 3 *Connubia alia, certe vſus diverſus:* Cic. Att. 1, 3 Appii tabellarius mihi tuas literas reddidit: ex quibus non dubito, quin, vt Pompeium exſpectaris, dum Arimino rediret, etiam in Epirum profectus ſis. *i. Etiamſi Pompeium expectaris, tamen in Epirum, etc. Pro Et.* Hor. Epiſt. 1, 16, 15 Hae latebrae dulces, etiam (ſi credis) amoenae. Lucret. 2, 5 Sed, quibus ipſe malis careas quia cernere ſuaue eſt: Suaue etiam belli certamina magna tueri Per campos inſtructa, tua ſine parte pericli. *Pro Quin potius.* Plin. in Paneg. 77 Nullius ab eo magiſtratus ius, nullius auctoritas imminuta eſt, aucta etiam. *Pro Contra.* Cic. in Orat. 236 Vt ea quae vtantur, non ſtulti homines haberi poſſint, etiam plerumque prudentes. Idem Fam. 4, 4 Vno te vicinius, quod de Marcelli Collegae tui ſalute paullo ante quam tu cognouimus, etiam mehercule, quod quemadmodum ea res ageretur, vidimus. Cic. de Clar. Orat. 263 Probabilis orator, iam vero etiam probatus, *etc.*

Cic. Att. 16, 17 Et illi oſtendiſti, et vero etiam mihi. Idem pro Muraena 45. ¶ 4 *Eſt quoque increpantis particula.* Plaut. Perſ. 6, 4, 4 Scelerate etiam reſpicis? *item 19* Etiam ſcelus male loquere? Petron. c. 95 Scelerate etiam minaris? *item* c. 137 Etiam loqueris? Etiam rides? Ter. Eun. 5, 7, 16. Id. Andr. . . . Etiam ſententias loqueris carnufex? Etiam clamat carnufex? Plaut. Amph. 1, 1, 26. Etiam negas? Idem Merc. 4, 4, 23. Etiam denuo? Id. Amph. 4, 2, 9. *Sed in iubendo etiam:* Etiam caues, ne videat forte hinc te a patre aliquis exiens Ter. Heaut. 2, 2, 6. Etiam tu, here, iſtunc amoues abs te, atque ipſemet me aggredere Plaut. Aſin. 3, 3, 124. ¶ 5 Etiam *repetitum* Virg. Ecl. 2, 9 Nunc etiam pecudes vmbras et frigora captant, Nunc virides etiam ocultant ſpineta lacertos. Idem Aen. 6, 760 Idaeumque etiam currus, etiam arma tenentem. *Inprimis frequens* Etiam atque etiam, *i. Valde, ſummopere.* Ter. Eun. 1, 1, 11 Proin tu, dum tempus, etiam atque etiam cogita. Lucret. 3, 293 Quare etiam atque etiam ſimili ratione neceſſe 'ſt. Qualem commendes etiam atque etiam aſpice Hor. Epiſt. 1, 18, 76. Diligenter etiam atque etiam facere aliquid Cic. de Diuin. 1, 7. *Add.* Id. Fam. 16, 15. Etiam atque etiam te hortor vt, *etc.* Cic. Att. 8, 12. Te prorſus vehementer etiam atque etiam rogo Idem Q. Frat. 1, 2. Te etiam atque etiam eſſe commonefaciendum Id. Fam. 13, 72. *i. ſaepius. Conſ.* ib. Ep. 28. ¶ 6 *Alia exempla iunctarum particularum:* Ter. Heaut. 2, 1, 17 Hoc ego mali non pridem inueni, neque etiam dum ſcit pater. Plin. 26, 12. Plaut. Pſeud. 4, 2, 2. *Conſ.* Rud. 5, 3, 25. Ter. Adel. 2, 2, 37 Praeterea colaphis tuber eſt totum caput: etiam inſuper defrudet? Idem Eun. 1, 2, 53 Sed ego quantum ſuſpicor, ad virginem animum adiecit. PH. etiamne amplius? T. nihil. Cic. Att. 10, . . Etiamne Balbus in Senatum venire cogitet? Idem Verr. 3, 202 Etiamne frumentum pro emto gratis dare? etiamne in cellam quum cupiant gratis dare vltro, pecuniam grandem dare? etiamne, *etc.* Etiamne *pro Nondum dixit* Plaut. Pſeud. 1, 3, 46. Idem Perſ. 2, 4, 7 Etiamne dicis vbi ſit venefice? Cic. de Amicit. 37 c. 11 Etiamne inquam, ſi in Capitolium faces ferre vellent? Ter. Heaut. 3, 3, 36 Reperiſti tibi quod placeat, an nondum etiam? Etiamnum, *pro Vſque tunc, vel Vſque ad id tempus.* Plaut. Poen. prol. 99 Neque quidquam cum ea fecit etiamnum ſtupri? Idem Trucul. 2, 5, 58 Perii miſer, iam auro contra conſtat filius, etiamnum nihil pendit. Varro de R. R. . . . Quum etiamnum platanus nouella eſſet. Etiam *abſolute pro Etiam num.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 111 Etiam quindecim hic habeo minas. *Conſ.* Virg. Aen. 6, 485. Etiam nunc, *pro Vſque nunc, uſque ad hoc tempus.* Ter. Andr. 1, 5, 46 Memor eſſem? ô Myſis Myſis, etiam nunc mihi ſcripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis. Cic. pro Muraen. 27 Homines tam ingenioſos per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, *etc.* Idem in Orat. 189 De materia loquor orationis etiam nunc, non de genere ipſo dicendi. Cic. Fam. 10, 32 Epiſtolam quam Balbo quum etiam nunc in prouincia eſſet, ſcripſi, legendam tibi miſi. Etiam nunc hîc ſtas Parmeno? Ter. Eun. 2, 2, 55. Etiam nunc, *geminatum, pro Nuncnunc, extemplo.* Plaut. Aulul. 1, 1, 16 Abſcede hinc etiam nunc, etiam nunc, etiam ohe iſtic adeſto. Ibid. 2, 2, 77 Quid? nunc etiam mihi deſpondes filiam. Plaut. Milit. 2, 6, 83 Si poſt hunc diem muiuero, etiam quod ego me certo ſciam, *etc.* Etiamſi, *pro Quamuis licet; Subiunctiuo iunctum.* Cic. de Amicit. 101 Quae tamen ipſa efflorefcit ex amicitia, etiamſi tu eam minus ſequutus ſis. Facere omnia aut voluptatis cauſa, etiamſi eam non conſequaris: aut non dolendi, etiamſi id aſſequi nequeas Cic. de Fin. 5, 19 c. 7. Idem Fam. 11, 21 Etiamſi timidi eſſemus, tamen omnem timorem abiiceremus. Plin. 7, 27 Quae mihi omnia, etiamſi non prius, attamen clarius fuiſſe in Scipione Aemiliano videntur. *Nonnunquam interponitur aliud vocabulum.* Hanc affert facultatem, vt etiam ſubito ſi dicat, tamen *etc.* Cic. de Orat. 1 c. 33. Vt etiam Italia ſi ille cedat, cedendum putes Idem Att. 8, 2. Plaut. Trin. 5, 2, 59 Ego ducam pater, etiam et ſi quam aliam iubebis. Etiam tum, *pro Vſque tunc, vel vſque ad illud tempus.* Ter. Hec. 1, 2, 70 Me educit foras: narratque vt virgo ab ſe integra etiam tum ſiet. Cic. de Orat. 2, 193 Omnes etiam tum etiam retinebant illum Periclis ſuccum. Cic. Verr. 4, 97 c. 39 Quum iſtl etiam tum de Sthenio integra tota res eſſet. Idem Att. 5, 5 Ille quidem periculi cauſa, quod ſibi etiam fuiſſe dicit: ego autem etiam vt nullum periculum ſit.

ETRVRIA, *vid.* HETRVRIA.

E T S

ETSI. Coni. [καίτοι] *i. Quamuis, Indicatiuo et Coniunctiuo iungitur, prout relatio enuntiationum, et certum vel incertum conditionis poſtulat.* Ter. Andr. 2, 2, 37 Bene mones, ibo: etſi hercle ſaepe iam me ſpes haec fruſtrata eſt. Idem Heaut. 4, 1, 11 Vin' me iſtuc tibi (etſi incredibile eſt) credere? Idem Hec. 3, 3, 44 Etſi amor me grauiter conſuetudoque tenet. Cic. Fam. 6, 1 *quatuor primae deinceps periodi per* Etſi *deuinciuntur.* Idem de Amicit. 104 Etſi illis plane orbatus eſſem, magnum tamen afferret aetas ipſa mihi ſolatium. Etſi pluribus datis tutoribus, vnius auctoritas ſufficiat: tamen, *etc.* Pompon. in l. 4 D. de auct. tutor. *Cum interrogatione.* Cic. Att. 9, 12 Do, do poenas temeritatis meae, etſi quae fuit illa temeritas? Idem Att. 16, 7 Etſi, quamuis non fueris ſuaſor et impulſor profectionis meae, approbator certe fuiſti. *Et* Att. 12, . . Etſi tamen vbicunque ſum, illa ſunt mecum. *Vid.* TAMETSI.

E T Y

ETYMOLOGIA, ae. f. [ἐτυμολογία] *Latine* Veriloquium *interpretatus eſſe dicitur, vt mox videbimus, Cicero. Sic autem vocatur pars Grammatices, quae origines et deriuationes verborum perſequitur.* Cic. Acad. 1, 32 Verborum etiam explicatio probatur, id eſt qua de cauſa quaeque eſſent ita nominata, quam etymologiam appellabant. *Vid.* Idem in Topic. 35. Quinctil. 1, 6, 28 Etymologia quae verborum originem inquirit, a Cicerone dicta eſt *notatio*, quia nomen eius apud Ariſtotelem inuenitur σύμβολον, quod eſt *nota.* Nam verbum ex verbo ductum, id eſt *veriloquium*, ipſe Cicero, qui finxit, reformidat. Sunt qui vim potius intuiti, *Originationem* vocent. *Vid.* Notatio, *in* NOTA.

ETYMON, i. n. [ἔτυμον] *Proprie Graecis verum ſignificat. Sed Latinis idem quod Etymologia.* Varro de R. R. 1, 48 Videtur vocabulum etymon habere a glubendo, quod eo folliculo deglubitur granum. *de gluma. Vid.* Gell. 18, 4. Idem Varro 6, 1 *pr.* Verba omnia quae habent ἔτυμα.

ETYMOLOGICVS, a, um. Adi. [ἐτυμολογικὸς] *Vt,* Ratio etymologica Gell. 1, 18.

ETYMOLOGICE. Adu. *Laudatur* Varr. de L. L. 6, 1 Cauſae omnium verborum non poſſunt dici etymologice. *Sed verba ita iacent:* Praeſertim cum dicat etymologice, non omnium verborum poſſe dici cauſas. Dicit etymologice, *i. fatentur* etymologices *periti.*

E V *et* E V A

EV. Gr. Εὖ. *Particula approbantis, ſeu Laudantis. Vid.* Plaut. Moſt. 1, 4, 26.

EVA, ae. f. *Prima mulier: mater viuentium.* Tertull. de Virg. Veland. c. 5. Prudent. Hamart. 743 Traxerat Eua virum prima ad conſortia culpae.

EVACVO, āre. [ἐκκενόω] *Exinanire: Vt,* Euacuare aluum Plin. 20, 6. *et* 32, 9. Euacuans Vulgat. Epheſ. 2, 15.

EVACVATVS, a, um. Partic. *i. Sublatus. Vt,* Euacuatae obligationis vires reparare l. 4 C. de Solut.

EVACVATIO, ōnis. f. *Vt,* Fidei euacuatio Tertull. adu. Marc. 4, 24.

EVACVEFACTVS, a, um. *Idem quod Vacuefactus.* Hieron. . . .

EVADNE, es. f. [Εὐάδνη] *Martis filia ex Thebe vxore Aſopi, vxor Capanei ducis, quem adeo dilexit, vt in rogum eius ſe miſerit, et cum illius cadāuere fuerit exuſta.* Virg. Aen. 6, 447

His Phaedram, Procrinque locis, moeſtamque Eriphylen
Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit,
Euadnenque et Paſiphaën.

Fida Propert. 3, 13, 24. *Conf.* Propert. 1, 15, 21.

EVĀDO, ſi, ſum, ĕre. [ἀποφεύγω, διαδύομαι, διεκπίπτω] *Extra vel etiam in altum vadere.* Donat. Euadere, eſt Per quamcunque difficultatem ad aliquid peruenire. Plin. Epiſt. 2, 1 Caeſares, quibus ſuſpectus, atque etiam inuiſus virtutibus fuerat, euaſit. Cic. de Fin. 4, 78 *eſſe dicitur,* Tamen illud in ea cauſa eſt, a quo abeſſe velis donec euaſeris. *Sed non inueniebam.* Plaut. Amph. 3, 3, 28 Nunquam euades, ne te ſacrificem. Ab improbis iudicibus euadere Cic. Tuſc. 1, 98 c. 41. Ad auras ſuperas Virg. Aen. 6, 128. Ad ſuperos eodem ſenſu Sen. Herc. fur. 583. Ad ſummi culminis faſtigia Virg. Aen. 2, 458. Idem Aen. 2, 531 Vt tandem ante oculos euaſit et ora parentum, *i. fugiendo peruenit.* Quinctil. 2, 17 Nec vero Theopompus Lacedaemonius, quum permutato cum vxore habitu e cuſtodia vt mulier euaſit, falſam de ſe opinionem habuit. Ex hoc aëre animus euaſit Cic. Tuſc. 1, 43. *et* de Senect. 80 Quum ex inſipienti corpore euaſiſſet. Ex iudicio aliquo Cic. Verr. 1, 13. E manibus hoſtium Liu. 22, 49. E morbo Cic. de Diuin. 2, 13. Quinctil. 1, 2, 26 Vt vites arboribus applicitae inferiores prius apprehendendo ramos, in cacumina euadunt. In iugum propinquum arci Liu. 4, 32. In muros euadere, *pro Aſcendere* Idem 25, 23 *extr.* Curt. 10, 5, 10. In ſummum Liu. 7, 34. Idem 28, 20. *It.* Quinct. 12, 11, 30. Liu. 29, . . Iniuſſu Imperatoris ſcaphis haud ſecus quam naufragos milites ſine armis cum ingenti tumultu in terram euaſiſſe. *Add.* Curt. 9, 2, 18. In tutum Liu. 26, 17. Inter has difficultates euadendum eſt tibi Sall. de Ord. Rep. 1, 1. *Gradatio eſt in illo* Abiit, exceſſit, euaſit, erupit Cic. Cat. 2 *pr.* ¶ 2 *Conſtructio cum Accuſatiuis.* Amnem euadere Tacit. Ann. 12, 35. *h. e. Transire.* Ardua euadere Liu. 2, . . Sil. 10, 419 Arma parabant Punica et Hannibalem mutato euadere caelo. Virg. Georg. 4, 485 Caſus euaſerat omnes. *Itèm* Tacit. Ann. 14, 6. Valer. Argon. 7, 570 Clauſtris euaſit vterque Taurus. Colles milite clauſos Sil. 12, 502. Cuſtodiam noſtram euaſit Caius in l. 3 D. de acquir. rer. domin. Tacit Ann. 14, 10 Quod Diſcrimen improuiſum, et matris facinus euaſiſſet. Diuos iniquos Sil. 15, 593. Flammam euaſit claſſis Virg. Aen. 5, 689. Furorem Boreae Sil. 1, 595. Furto Valer. Argon. 8, 155. Gradus altos Virg. Aen. 4, 685. *i.* Aſcendere. Seruius. Idem Aen. 9, 386 Iamque imprudens euaſerat Hoſtes. Latus Auſonium euaſere puppes Sil. 15, 165. Letum Idem 14, 172. Loca mortis Ouid. Met. 14, 126. Virg. Aen. 9, 560 Noſtraſne euadere demens Speraſti te poſſe Manus? *Add.* Sil. 9, 113. Peſtem belli Virg. Aen. 10, 55. Pugnam curſu Idem Aen. 11, 702. *Sed variant libri* pugna, pugnae. Sermonem malignorum euadere, *pro Non eſſe obnoxium ſermonibus.* Plin. Epiſt. 7, 24, 3 Ac primum conſpicuus forma omnes ſermones malignorum et puer et iuuenis euaſit. Virg. Aen. 12, 902 Tum lapis ipſe viri vacuum per inane volutus, Nec Spatium euaſit, totum nec pertulit ictum. *i.* Euacuatus eſt impetus ipſius ſpatio longiore. Seruius. Tela Sil. 7, . . Valetudinem perpetuam euadere, *pro Liberari a perpetuo morbo.* Plin. Epiſt. 1, 12 Scio euaſit perpetuam Valetudinem: ſcio deceſſit ſuperſtitibus ſuis, *etc.* Sil. 7, 72 Et captiua paras moriendo euadere Vincla? Virg. Aen. 9, 99 Olim quaecunque euaſeris Vndis. *i.* De Vndis exierit; quum venerit ad eum locum, de quo nauigatura iam nota ſit. Seruius. Voces alicuius Valer. Argon. 7, 299. Omnem Viam Virg. Aen. 2, 730. ¶ 3 *Exitum et euentum rerum ſecundum vel aduerſum notat:* Euaſit coeptum inane Liu. 35, 47. Idem 25, . . Alia ſubinde Spes poſtquam haec vana euaſerat, excepit. Cic. de Diuin. 2, 146 c. 71 Si ſomnium verum euaſit aliquod: *Et paullo ante* Cum eadem aliis et aliter euadant. *Et* 121 c. 59 Et miramur aliquando id, quod ſomniarimus euadere? *Et* 2, 109 c. 53 Multa inquit vera euadere. Quid quod multo plura falſa? — Quorum generum nullum eſt, ex quo non aliquid, ſicut praedictum ſit, euaſerit. Liu. 27, . . Eo anno Peſtilentia grauis incidit in vrbem, agroſque, quae tamen magis in morbos longos, quam perniciales euaſit. *Etiam perſonae euadunt, i. fiunt tales vel tales.* Cic. de Clar. Orat. 131 c. 35 Perfectus Epicureus euaſerat. Idem Verr. 3, 161 Niſi hoc forte deterior eſt, ſi fieri poteſt, quod tu eiuſmodi euaſiſti, non in hominis luxurioſi, ſed tantum in furis ac diuiſoris diſciplina educatus. Idem Phil. 2 An verebare, ne non putaremus natura te potuiſſe non improbum euadere? *Sic laudat* Non. 4, 157. Cic. de Petit. Conſ. 27 Minutatim ex communibus proprii, ex fucoſis firmi ſuffragatores euadunt. In dicendo pauci digni nomine euadunt Idem de Clar. Orat. 299. *Et* de Fin. 4, 78 c. vlt. Quae *verba* dum ſibi euelli nolunt, horridiores euadunt, aſperiores, duriores, et oratione et moribus. E Philoſophorum ſcholis tales fere euadunt Cic. in Orat. 95 c. 27. Summus euaſit Idem de Clar. Orat. 175 c. 47 *Forte cum alluſione ad notionem altitudinis, quam paſſim in hoc verbo, vt in caeteris ex* e *vel* ex *compoſitis obſeruare licet. Sic* pro Muraen. c. 13

Vt aiunt

Vt aiunt in Graecis artificibus eos auloedos eſſe, qui citharoedi fieri non potuerunt: ſic nos videmus, qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris ſtudium deuenire. *Contraria ſunt* euadere *et* deuenire. *Laudat h. l. ob aptam* redditionem ſ. apodoſin Quinctil. 8, 3, 79. *Cum particulis* Huc, Quo, Quorſum *exitum conſilii notat* Plaut. Poen. 1, 1, 44 Intelligo hercle: ſed quo euadas neſcio. *h. e. Ad quid illud dicas, vel quorſum haec dicas, et quid velis aſſequi verbis tuis.* Ter. Phorm. 4, 3, 21 Quid hic coeptat? aut quo euadet? Cic. Att. 9, 12 (18) Videamus hoc quorſum euadat. Idem Att. 7, 16 Sed haec paucis diebus ex illius ad noſtra reſponſa reſponſis intelligentur quorſum euaſura ſint. *Add.* Nep. 10, 8, 1. Quam timeo, quorſum euadas Ter. Andr. 1, 1, 100. *i. quid deinde ſis narraturus.* Idem Eun. 3, 3, 11 Vbi friget, huc euaſit, quampridem pater mihi et mater mortui eſſent. Timui ſemper quorſum euaderet heri lenitas Ter. Andr. 1, 2, 5. Idem Adel. 3, 4, 64 Profecto euadet in aliquod magnum malum. Quinctil. 2, 4. Idem 2, 17, 16 Itaque potentiſſimis eorum breuiter occurram, ne in infinitum quaeſtio euadat. ¶ 4 *Grammaticae obſeruationis eſt illud* Horat. Serm. 2, 7, 68 Euaſti? credo, metues, Doctusque cauebis. Sil. 15, 375 Forſan et euaſſet rapidi freta ſaeua pericli. *Sed meliores* enaſſet, *i. enataſſet.*

EVASVS, a, um. Part. *Vt,* Euaſa mors, *apud* Alcim. . . . Euaſi fulguris ictus Iuuen. Sat. 12, 17.

EVASIO, ōnis. f. Vulg. Interpr. Iudith. 13, 20.

EVĀGĪNO, āre. Vulg. Interpr. Exod. 15, 10. Iudith. 13, 8.

EVAGINATVS, a, um. Part. Iuſtin. 1, 9, 8 Ipſe gladio ſua ſponte euaginato vulneratus. Hygin. Fab. 164 Aliquem euaginato perſequi gladio. *Conf.* Veget. de Re Milit. 1, 18.

EVAGINATIO, ōnis. f. Arnob. 1 p. 30 Contumaciam canceris ſaeui ad ſubeundam cicatricem circumſcriptis euaginationibus compulerunt, *de dono ſanandi Apoſtolis* conceſſo. *Vid. Meurſ. et Deſid. Herald. in loc.*

EVAGON. *De hoc* Plin. 28, 3 *poſt* Pſyllorum *et* Marſorum *mentionem*, Et qui Ophiogenes vocantur in inſula Cypro: ex qua familia legatus Exagon nomine, a Conſulibus Romanis in dolium ſerpentium coniectus experimenti cauſa, circummulcentibus linguis, miraculum praebuit.

EVĂGOR, āri. [περιφέρομαι, περιπολέω] *Idem quod Vagari.* Liu. 22, . . Frontibus enim aduerſis concurrendum erat, quia nullo circa ad euagandum relicto ſpatio, *etc.* Plin. 10, 33 Hirundines molem continuatione nidorum euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt. *Conf.* Ammian. 18, 18. Euagatur ignis Vlp. in l. Si ſeruus ſeruum §. Si fornicarius D. Ad legem Aquiliam. Euagatur longius appetitus Cic. Off. 1, 102 c. 29. Euagatur in luxuriam praeualens vitis Columel. 5, 6. Idem 8, 5. Euagatur capparis per agros Plin. 19, 8. Euagata eſt late vis morbi Liu. 3, 7. *Metaph. Extra propoſitum aliquid dicere.* Quinctil. 2, 4, 32 Verum hactenus euagari ſatis fuerit. *Add.* 3, 6, 3. 3, 11, 25.

EVAGATIO, ōnis. f. [περιπόλησις] Plin. 2, 17 Ac ſpatia longitudinis latitudinum euagatione penſant, *de orbitis Planetarum.* Sen. Epiſt. 66 (65) Haec libertas eius eſt, haec euagatio.

EVAGATVS, a, um. Partic. Columel. 8, 5 Iuxta cibus ponendus, ne longius euagatae refrigerent oua.

EVAGATOR, ōris. m. *Apud* Senecam *eſſe dicitur.*

EVAGATRIX, īcis. f. *Apud* Tertull. . . .

EVAGABVNDVS, a, um. *Apud* Auguſtin. . . .

EVAGORAS, ae. m. *Cypri Rex. Apud* Nep. 12, 2, 2. *et* Iuſtin. 5, 6, 10. ¶ 2 Euagoras Laco, *alius qui Olympionicos Equos magnifice dedit ad ſepulturam. Vid. Aelian. Hiſt. Anim.* 13, 40.

EVĂLEO, *vnde* EVALESCO, ui, ĕre. [δύναμαι] *Idem quod Valere et poſſe poſt conatum adhibitum* Stat. Silu. 5, 2, 78

Tibine illa nefanda
Pocula letalesque manu componere ſuccos
Eualuit?

Lucan. 1, 505 Nullum iam languidus aeuo Eualuit reuocare parens. *Vtitur* Plin. 15, 29 *de* myrto plebeia, Quae poſtquam eualuit (*ante erat* retorrida ac ſqualida) flacceſcente patricia Marſico bello, languida auctoritas patrum facta eſt, *etc.* Quinctil. 17, 15 Quum eualuiſſent flagella pedes binos. *i. Excreuiſſent.* Idem 2, 8, 5 Adiuta cura natura magis eualeſcit. Idem 10, 2, 10 Tantam difficultatem habet ſimilitudo, vt ne ipſa quidem natura in hoc ita eualuerit, vt non res quae ſimillimae videantur, diſcrimine aliquo diſcernantur. *Et* 8, 6, 32 Hoc feliciter eualuit, *i. inualuit, de vocabulo audacius ficto. Eodem ſenſu* 9, 3, 13 Vt nunc eualuit, rebus agentibus. *Conf.* Macrob. Saturn. 3, 17. *et* Tacit. Ann. 14, 58, 6.

EVALIDVS, a, um. Adi. *Non ſatis validus.* Sil. 1, 549 Eualidam haſtam. *al. et ipſe Drakenb.* Et validam. *Sed antiqua lectio rei aptiſſima* Eualidam, *cuius gloſſa* Inualidam. *Sic* Edurus, Egelidus.

EVALLO, āre. [ἐκχαρακίζω] *Extra mittere, excludere; quaſi Extra vallum proiicere.* Titinnius *apud* Non. 2, 259 Qua ego hodie ex:orrem hanc domo faciam, pilatricem pallii euallauit, ô pulchre. Varro ibid. Donec foras nos intus euallauerunt. *Conf. Salmaſ. in* Solin. p. 907 a.

EVALLO, ĕre. *Purgare frumentum a folliculis et illo velut* vallo *aceris.* Plin. 18, 10 Et ipſa quae eualluntur, variam piſturarum rationem habent. *Et paullo ante,* Triticum autem perſundi aqua multa iubet, poſtea eualli, deinde ſole ſiccatum pilo repeti. *Salmaſ. ad* Solin. p. 907 a. *laudat* Feſtum, Euallatum, euentilatum. Vnde valli, quibus frumenta euentilantur. *Et poteſt haec vera emendatio eſſe. Sed adhuc editum eſt* EVELATVM. *v. v. Quod autem totum hoc verbum a* vallo, *i. parua* Vanno *deriuat, non recte videtur conſideraſſe verba Plinii. Neque enim profecto* vanno *iactantur et euentilantur madefacta frumenta. Si mihi quid liceat, malim ad* valuulas *quas habent legumina, et ad folliculos granorum referri, vt* euallare *ſit quaſi* eualuulare. *Conſiderent, quibus otium et voluptas eſt.*

EVALLEFACIO, ĕre. Varro *apud* Non. 3, 158 Retrimenta cibi qua exierint (*ſ.* exirent) per poſticum euallefeci. *Locus eſt e* Prometheo: *quid ſi igitur diuiſim legendum,* e valle, feci, *vt deſcribat Prometheus, quomodo hominem formauerit. Salmaſius l. c. plane corrupte legit,* Retrimenta vbi quae exierant per poſticum euallefecerunt.

EVAN. [Εὔαν] *Bacchi nomen, quod inter alia ei tribuitur* Ouid. Met. 4, 15. Lucidus Euan Stat. Theb. 5, 675. Id. Silu. 2, 7, 7 Et tu Baſſaridum rotator Euan, *qui Bacchas in furorem concitas. Hinc*

EVANS, tis, *tanquam a verbo* EVARE *vel* EVARI [εὐάζειν] *idem fere quod Bacchans.* Propert. 2, 2, 28 Quantum, quod poſito formoſe ſaltat Iaccho, Egit vt euantes dux Ariadna choros. Phrygias Euantis circum Orgia Virg. Aen. 6, 517. Euantes (*inquit* Seruius) *i.* Bacchantes, a Libero, qui Euan dicitur. Priſcian. 6 p. 690 *cum primo* Euantis *dixiſſet* Genitiuum *nominis* Euan: *mox mutata ſententia Accuſatiuum pluralem agnoſcit Participii.* Sil. 1, 101 Non ille Euantis Maſſylae palluit iras. *Conf. Drakenb. ad h. l.* Thyades Euantes Catul. in Argon. ſ. 62, 391.

EVANDER *vel* EVANDRVS, i. m. [Εὔανδρος] Arcas fuit, nepos Pallantis regis Arcadiae. Hic quum patrem ſuum occidiſſet, ſuadente matre Nicoſtrata (quae etiam Carmentis dicta eſt, quia carminibus vaticinabatur) dimiſſa prouincia ſua venit ad Italiam: et pulſis Aboriginibus tenuit loca, in quibus nunc Roma eſt, et modicum oppidum fundauit in monte Pallatino. Hic autem mons, Pallatinus ſecundum Virgilium a Pallante auo Euandri eſt dictus: ſecundum Varronem et alios a filia Euandri Pallantia ab Hercule vitiata, et poſtea illic ſepulta: vel certe a Pallante eius filio illic ſepulto, *vt refert* Seruius *in* Virg. Aen. 8, 51. Arcades his oris, genus a Pallante profectum, *etc. Dicitur etiam Nomin.* Euandrus *ibid.* 8, 558 Tum pater Euandrus dextram complexus euntis Haeret. Propert. 4, 1, 4 Atque vbi nauali ſtant ſacra palatia Phoebo Euandri profugae procubuere boues. Ouid. Met. 14, 456 Neque Aeneas Euandri ad moenia fruſtra, *etc.* Venerat. Veteres Penates Euandri Stat. Silu. 3, 4, 48. Virg. Aen. 9, 9 Sceptra Palatini, ſedemque petiuit Euandri. Ouid. Faſt. 5, 643 Arcadis Euandri nomen tibi ſaepe refertur. Fidus Stat. Silu. 2, 1, 93. Rex Euandrus Romanae conditor arcis Virg. Aen. 8, 313. *i.* Conditor Pallanteae, vbi nunc palatium eſt, quod non eſt re vera arx, ſed tenet rerum omnium principatum. Seruius. *Conf.* Iuſtin. 43, 1, 6. *et* Liu. 1, 7. Cum Euandri matre loqui, *eſt Antique et obſolete loqui* Gell. 1, 10. ¶ 2 *Alter eſt eiusdem nominis,* quem ferunt caelatorem ac plaſten ſtatuarum Athenienſem a M. Antonio Alexandriam perductum, et inde inter captiuos Romam perductum, multa opera mirabilia feciſſe. *Vt refert* Acron in illud Hor. Serm. 1, 1, 90 Menſaue catillum Euandri manibus tritum deiecit. *i. Calicem nobiliter caelatum.* ¶ 3 Euander Aulanius, Sculptor inſignis, qui ſigno Dianae, quod Timothei manu effictum erat Romae in Palatio, Apollinis delubro, caput repoſuit Plin. 36, 5.

EVANDRIVS, a, um. Adi. [Εὐάνδριος] *Vt,* Regna Euandria Sil. 7, 18. Enſis Virg. Aen. 10, 394. *Sic* Euandria cura *pro Romana, apud* Prudent. in Symmach. 1, 551. Mons Euandrius Claud. Conſ. Hon. 6, 11. *Palatinus.*

EVANESCO, euanui, ĕre. [ἀφανίζομαι] *Inanem fieri, et in nihilum redigi, certe e conſpectu ſubduci.* Plin. 9, 51 Vere pectines, limaces, hirudines eodem tempore euaneſcunt. Euaneſcere ac defluere *dicitur* odor *vnguentorum*, ſi non ſit addita reſina aut gummi Plin. 13, 1. Quinctil. 1, 7 Verum haec etiam inter ipſas ineptias euanuerunt. Ouid. Met. 13, 888 — Rubor euaneſcere coepit. Ex oculis euanuit in tenuem auram Virg. Aen. 4, 278. Ouid. Faſt. 2, 509 In tenues oculis euanuit auras, *de Romuli ſpecie.* Lucret. 2, 827 Vt cernere poſſis, Euaneſcere paullatim, ſtinguique colorem. Cic. Brut. 323 c. 94 Cum iam paene euanuiſſet Hortenſius, *i. neglexiſſet dicendi gloriam et ſtudium.* Actio furti euaneſcit Pompon. in l. Si vendidero §. Si Titius D. de furtis. Euanuerunt et exaruerunt amnes Cic. de Diuin. 1, 38 c. 19. Cornua extremae lunae euaneſcunt Ouid. Met. 2, 117. Id. in Ibin 41 Quam dolor hic vnquam ſpatio euaneſcere poſſit. *Alii hoc diſtichon omittunt.* Lucret. 3, 222 Quod genus eſt Bacchi quum flos euanuit, aut quum Spiritus vnguenti ſuaues diffugit in auras. Ius pignoris euanuit Scaeuol. in l. Lex vectigali D. de pignor. Memoria omnis eorum ſenſim obſcurata eſt et euanuit Cic. de Orat. 2, 95 c. 23. Nubes incipiunt euaneſcere Ouid. Amor. 1, 2, 107. Cic. de Clar. Orat. 106 Isque et Orationes reliquit, quae iam euanuerunt. Pignus euaneſcit conditione exiſtente Martian. in l. Grege §. 1 D. de pignoribus. Cic. ad Brut. 16 Non modo reliqui temporis gloriam eripuerit ſibi, ſed etiam praeterita euaneſcere coget. Pruina euanuit, ac colliquefacta eſt glacies Varr. de R. R. 2, 4. Ouid. Met. 6, 47 Subitusque inuita notauit Ora Rubor, rurſusque euanuit. Cic. Tuſc. 3, 85 Hae ſunt ſententiae, quae ſtabilitatis aliquid habeant: nam Ariſtonis Pyrrhonis, Herili, nonnullorumque aliorum euanuerunt. Id. Att. 3, 14 (13) Poſtquam extenuari et euaneſcere ſpem noſtram vidi, mutaui conſilium. Virtus herbarum euanuit Ouid. Met. 14, 356. Ne Vires euaneſcant Scribon. 269. Vetuſtate euaneſcere aliquid *dicitur.* Cic. de Diuin. 1, 39 c. 19 Poteſt autem vis illa terrae, quae mentem Pythiae diuino adflatu concitabat, euanuiſſe vetuſtate. *Ad hoc reſpondetur* l. 2 c. 57 De vino aut ſalſamento putes loqui, quae euaneſcunt vetuſtate. De vi loci agitur, neque ſolum naturali, ſed etiam diuina, quae quo tandem modo euanuit.

EVANESCENS, entis. Partic. [διαπίπτων] *Vt,* Euaneſcens memoria alicuius rei, *quae effluit* Sen. de Benef. 1, 12.

EVANĬDVS, a, um. Adi. [ἐξίτηλος] *Inane, caducum, et cito periturum.* Columel. de Arb. c. 17, 3 Nam quae in proceritatem extenduntur, euanidae fiunt, parum fructus ferunt. *Vid.* Plin. 37, 5. *Add.* Id. 35, 5. Ouid. de Rem. Amor. 653 In tenues euanidus exeat auras. Pectoraque in tenues abeunt euanida riuos Id. Met. 5, 435. Leue et euanidum gaudium Sen. Epiſt. 35. Id. Epiſt. 122 Languidi et euanidi albent, et in viuis caro morticina eſt.

EVĀNITVRVS, a, um. Lactant. 5, 4 *extr.* Euanituras breui religiones falſas.

EVANGELIVM, i. n. [εὐαγγέλιον] *Latine Bonum nuntium dicitur.* Cic. Att. 2, 3. *pr.* Primum vt opinor εὐαγγέλια. Valerius abſolutus eſt Hortenſio defendente. *Poteſt hic commode ſignificare ipſum laetum nuncium, vti dicat, primum laeta perſcribam. Sic etiam* Att. 13, 40 *pr.* Itane nunciat Brutus, illum (*Caeſarem mittere*) ad bonos viros εὐαγγέλια; Sed vbi eos? (*bonos viros inueniamus, ad quos perſcribi a Caeſare laetum quiddam ſperemus*) niſi forte ſe ſuſpendit (*quo quidem bonis qui vbique ſunt nihil laetius nuntiari poſſit*) *Ita putamus intelligendum locum breuitate abrupta laborantem. Caeterum proprium hoc ſenſu ſibi fecere ſcriptores ſacri et Chriſtiani* Alcim. 3, 383 Clara Euangelii verbique ardente lucerna. *Primam perperam corripit* Tertull. adu. Marcion. 2, 47 Tradit Euangelium Paullus ſine crimine mundum. *Sed* ¶ 2 Euangelia *pl. dicuntur Sacrificia et Supplicationes, quae pro iucundo nuntio decerni conſueuerunt, vel etiam praemium allati iucundi nuntii.* Cic. Att. 2, 12 O ſuaues epiſtolas tuas vno tempore mihi datas duas, quibus εὐαγγέλια quae reddam, neſcio, deberi quidem plane fateor. Vlpian. in l. Falſus §. Qui alienum quid, De furtis, Ergo ſi ea, quae dicunt Graeci euangelia, petat, *i. Mercedem pro rei inuentae vel repertae nuntio. Sunt qui hoc loco* Menytra *legendum*

gendum exiſtiment: *h. e. indicium, vel praemium. De ſacrificio ob nuntium victoriae in ludis reportatae Diod. Sic. 15, 74.*

EVANGELVS, i. m. Vitruu. 10, 7 Honores ei decreuerunt, et nomen mutauerunt, vt Euangelus nominaretur.

EVANGELICVS, a, um. Adi. Tertull. contra Marc. 39. Prudent. Apoth. 15. Paullin. Carm. 19, 155.

EVANGELISTA, ae. m. *Scriptor hiſtoriae Euangelicae.* Prudent. Cathem. 6, 77. Idem Periſt. 10, 16.

EVANGELIZO, are. *Verbum frequens apud Eccleſiaſt.*

EVANGELIZATOR, oris. m. Tertull. de Corona c. 9. Idem de Praeſcript. c. 4.

EVANNO, are. [ἐκλικμίζω] Ventilare vel Mouere. a Vanno, in qua legumina ventilantur. Pompon. Pannuc. Dixi ego illud futurum, in prima valua eſt, vix haeret miſera, euannentur, et mea ocius opera vt fiat, fecero. *Haec, et alia, quae damus in* VANNO, Non. 1, 69. Varro de R. R. 1, 52, 2 Ita fit, vt quod leuiſſimum eſt in eo, atque appellatur acus, euannetur foras extra aream. Euannatur *dedimus poſt Victorium, et ſuadet verbum vannere* Lucilianum. *Conf.* EVALLO.

EVANTHES. [Εὐάνθης] *Nomen auctoris ſatis laudati apud* Plin. 8, 22.

EVANTHIA. [Εὐάνθια] Plin. Ciuitas Aſiae, Trallis quoque et Selucia dicta, quam allui Eudone amne, ibique Pygmaeos habitaſſe, Plinius *refert* 5, 29.

EVAPORO, are, *vel* EXVAPORO. *Iterdum neutraliter, forma vaporis vel per vaporem diſcedere.* Solin. c. 8 Calor olim acrior exhalatus per tempora euaporauit. *Sed* Tertull. de Pallio c. 5 Has purulentias ciuitatis quis eliciet et exuaporabit? *actiue. Paſſiue.* Gell. 19, 5 Id in ea leuiſſimum eſt quod euaporatur. Idem *paullo poſt*, Difflari atque euaporari ex niue.

EVAPORATIO, onis. f. [ἀναθυμίασις] Sen. Nat. Quaeſt. 1, 1 Nec mirum ſi terris omnis generis et varia euaporatio eſt. Idem 3, 24 Nec trahit ſaporem euaporatio, quia clauſa perlabitur. *Sic* Macrob. Saturn. 7, 12.

EVAPORATIVVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 3, 8 Euaporatiuae virtutis paropteſis.

EVARCHVS, i. m. [Εὔαρχος] *Fluuius eſt Scythiae Europaeae.* Valer. Argon. 6, 102 — Taras, niueumque ferax Euarchus olorum.

EVASTO, are. [ἐξερημόω] *Vaſtare plane, ad finem vsque.* Liu. 10, 15 Ibi duo Conſulares exercitus, diuerſis vagati partibus, omnia quinque menſium ſpatio euaſtauerunt. Idem 8. *et* 5, 5. Sil. 15, 184 Bellorum dira creatrix Euaſtanda tibi tellus.

EVAX, acis. m. *Nomen regis Indiae, qui de virtutibus gemmarum ſcripſit ad Tiberium Neronem. Certe ita libellum ſuum orditur* Marbodeus, Euax rex Arabum fertur ſcripſiſſe Neroni, Qui poſt Auguſtum regnauit in orbe ſecundus *etc. Quae autem hoc nomine feruntur, ſunt Marbodei.*

EVAX. [εὖγε] Interiectio exultantis; nihil ſignificat, *inquit* Varro de L. L. 6, 5 p. 80, 8. ſed effutitium naturaliter eſt, vt apud Ennium Hehe. Plaut. Bacch. 2, 3, 13 Euax adſperſiſti aquam. Id. Caſ. 4, 4, 13 Euax, nunc pol demum ego ſum liber.

EVAZAE. [Ἐβάζαι] Sarmatarum populi, a Medis orti, et Tanain fluuium accolentes Plin. 6, 7.

E V B

EVBAGES, um. m. (*Strab.* 4 Οὐάτεις.) *Gallorum vates*, ſcrutantes ſeriem et ſublimia naturae pandere conabantur Ammian. 15, 9. *Valeſ. legit* Euhages. *Quod ſi verum, fruſtra* Eubages *nomen a Perſico* Bach, *i. Sanctus, deriuat Rauius Paneg.* 2.

EVBIVS, ii. m. *Scriptor quidam fuit, cuius meminit* Ouid. Triſt. 2, 416 Nec qui deſcripſit corrumpi femina matrum Eubius, impurae conditor hiſtoriae. *De partu abigendo videtur ſcripſiſſe.*

EVBOEA, ae. f. [Εὔβοια] *inquit* Plin. 12, 4 Inſula auulſa Boeotiae, tam modico interfluente Euripo, vt ponte iungatur, ad meridiem promontoriis duobus. Geraeſto ad Atticam vergente, et ad Helleſpontum Caphareo inſignis, a Septentrione Ceneo, nusquam latitudinem vltra XLM paſſus extendit, *etc. Vid.* Solin. c. 18. *it.* ABANTIS. *Caeterum* ipſam Euboeam Boeotiae continentem fuiſſe *etiam dicit* Plin. 2, 18 f. 90. *et* 4, 12 f. 21 *pr. Conf. Bonifac. Hiſt. Lud.* 6, 22.

EVBOEVS, a, um. Adi. [Εὐβοεύς] *Vt*, Plebs Euboea Stat. Silu. 5, 3, 136. Stupuit primaeua ad carmina plebes Euboea.

EVBOICVS, a, um. *Aliud* Adi. [Εὐβοϊκός] *Epitheton non modo Euboeam, patriam proximam deſignans; ſed colonias etiam, Cumas praeſertim, Campaniamque adeo. Sic* Carmen Euboicum Ouid. Faſt. 4, 257. *i. Sibyllinum, Chalcidicae, i. Cumanae Sibyllae.* Aquarum cultor Euboicus Ouid. Met. 14, 4. Id. ibid. 9, 226 Nunc quoque in Euboico ſcopulus breuis eminet alte Gurgite, et humanae ſeruat veſtigia formae. Litus Propert. 2, 26, 38. Euboicum mare, *duplex eſſe dicitur, aliud in Aegeo, aliud in Campano, ſeu Tuſco. Quod in Aegeo, Euboeae adiacet inſulae, a qua denominatum eſt: quod autem in Tuſco, Cumarum, Baiarumque alluit oram, ab Euboicis aduenis, et Cumarum conditoribus nuncupatum. Vid. Drakenb. ad Sil.* 11, 293. Montes Valer. Argon. 6, 321. Orae Euboicae Cumarum Virg. Aen. 6, 2. *vbi* Seruius, a Colonia Cumas appellauit. Nam Euboea inſula eſt, in qua Chalcis ciuitas eſt, de qua venerunt qui condiderunt ciuitatem in Campania, quam Cumas vocarunt. Stat. Silu. 3, 5, 58 Anne quod Euboicos feſſus remeare penates Auguror, et patria ſenium componere terra? Virg. Aen. 6, 42 *de antro Sibyllae Cumanae*,

Exciſum Euboicae latus ingens rupis in antrum,
Quo Lati ducunt aditus centum oſtia centum,
Vnde ruunt totidem voces, reſponſa Sibyllae.

Rupem Euboicam *exponit* Seruius Cumanum montem quem Euboici habitauerunt. Eſt autem (*inquit ille*) Acyrologia: Coloniae enim epithetum, rei dedit immobili. Stat. Silu. 1, 2, 177 Euboicae carmen legit ille Sibyllae. Sinus Ouid. Epiſt. Sabin. 1, 76. *et* in Ibin 340 Viſcera ſic aliquis ſcopulus tua figat, vt olim Fixa ſub Euboico Graia fuere ſinu. *Hanc hiſtoriam confirmat* Propert. 2, 1, 114 Quicunque et venti miſerum vexaſtis Vlyſſem, Et Danaûm Euboico litore mille rates. Sen. Herc. fur. f. 6 Priusque multo alternis vicibus ſugax Euripus vnda ſtabit Euboica impiger. *Nam* Euripus *eſt anguſtum mare inter Phocidem Boeotiae partem, et inſulam Euboeam.* Ouid. Met. 9, 218 Mittit in Euboicas tormento fortius vndas. Vrbs Euboica Id. ibid. 14, 155. Euboicum Talentum, *auctore* Feſto, nummo Graeco, ſeptem millium et quingentorum ciſtophorum eſt, noſtro, quatuor millium denariorum.

EVBOICE, es. f. *Herba*, *Eubolus.* Apul. de Herb. c. 91.

EVBOLION, i. n. *Herba*, *al. dictamnus.* Apul. de Herb. c. 62.

EVBVLEVS, *al.* EVBVLAEVS, i. m. *Athenis ex Ioue*, Rege Antiquiſſimo et Proſerpina natus Cic. de N. D. 3, 53 c. 21.

EVBVLIDES, is. m. *Mileſius, ſectae Megarenſium Philoſophus, Euclidis diſcipulus, praeceptor Demoſthenis. Vid. Diog. Laërt. in Euclide. Et Athen.* 8. *Aliorum huius nominis meminit* Cic. Verr. 1, 23. *et* Verr. 3, 42. *et Laërt. in Vita Diog. et Socrat.*

EVBVRIATES, um. m. Ligurum populi, citra Alpes habitantes Plin. 3, 5. Flor. 2, 3, 5.

EVBVRO. Oppidum Luſitaniae Plin. 4, 21.

E V C

EVCAERIA, ae. f. [εὐκαιρία] *Opportunitas dicitur.* Cic. de Fin. 3, 45 c. 14 Et quemadmodum opportunitas (*ſic* enim appellamus eucaeriam) non fit maior productione temporis. *Conf.* Id. ad Att. 16, 8. Idem Off. 1, 142 Occaſionem *interpretatur.* εὐκαίρως Opportune habet Idem Att. 13, 9. *et* ad Qu. Frat. 2, 3. *et* εὐκαιρότερον Opportunius Att. 4, 7.

EVCHADIA, ae. f. [Εὐχαδία] *Villa* Euchadiae *cuius meminit* Cic. in Piſon. c. 36. *Sed variat lectio, et parum refert ſcire, quae mulier fuerit* Euchadia.

EVCHARIS, itis. Adi. *Gratioſus.* Vulg. Int. Sir. 6, 5 Lingua eucharis in bono homine abundat, *i. humana, iucunda aliis.*

EVCHARISTIA, ae. f. [εὐχαριστία] *Gratus animus Graecis, it. Gratiarum actio. Ita vocatur Coena Dominica ab* Irenaeo *aliisque. Conf.* Cyprian. Epiſt. 1, 2.

EVCHARISTICVS, a, um. Adi. *Vt*, Euchariſticum ſacrificium, *paſſ. apud Eccleſiaſt. quo gratiae aguntur. Sic* Euchariſticon *inſcribitur* ad Imp. Auguſt. Germanicum Domitianum, Statii Silu. 4, 2.

EVCHATAE, arum. m. [Εὐχάται] Scythiae populi Plin. 6, 17.

EVCHETAE, arum. m. [Εὐχῆται] *Haeretici, quibus hoc nomen inditum tradunt de orationis aſſiduitate, quod incredibiliter, vt inquit* Auguſtinus de Haerett. c. 58 perpetuo faciebant, adeo vt monachos fouendae vitae gratia quidpiam facere impium ducerent, quia interpellaretur orandi facultas. *Mentio illorum* l. 5 C. de Haeret. et Manich.

EVCHYMA, orum. n. [εὔχυμα] *Graeca appellatione dicuntur*, Quae boni ſunt ſucci. *Nam* χυμὸς Graecis ſuccum *ſignificat. Vtitur* Celſus 2, 19.

EVCLABRIS *videtur corruptum pro* Anclabris. *v. v.*

EVCLIDES, is. m. [Εὐκλείδης] Megarenſis philoſophus, auditor Socratis, qui e patria Athenas veniebat, vt Socratem audiret, et tempore belli veſtitu muliebri induebatur, ne noſceretur. *Vid. Hiſtoriam apud* Gell. 6, 10. *Auctor erat ſectae Megaricae. Eius effigiem exhibet Spon. Miſc. Ant. p. 140. Adde* Sidon. Carm. 2, 176. ¶ 2 *Alter* Euclides *elementorum auctor tempore Ptolemaci ſecundi. Huius meminit* Cic. Acad. 4, 119. Sidon. in laudibus Narb. Carm. 23, 115. *De hoc aliisque eiusdem nominis. Vid. Fabric. B. G.* 3, 4.

EVCLIO, onis. m. *Auari ſenis apud* Plautum in Aulularia *nomen, quod ad omnes eiusmodi homunciones vulgo transfertur.*

EVCTERIA. [εὐκτήρια] *Oratoria ad verbum: quod nomen reponere volunt quidam pro* Encautariis. *v. v.*

E V D

EVDAEMON, onis. m. [Εὐδαίμων] *Felicem ſignificat: vnde etiam* Mela 3, 8, 35 *illam Arabiae partem, quae inter ſinum Arabicum et Perſicum in pelagus excurrit, ſeruato Graeco nomine* Eudaemona *appellauit, quam nos verbum verbo reddentes*, Felicem *appellamus. Significat etiam* Bonum genium: *et ap. Aſtrologos* Vndecimam caeli regionem.

EVDEMIA, ae. f. [Εὐδημία] Inſula in Pagaſico ſinu, non longe a Scyro Cycladum extima Plin. 4, 12.

EVDIAEON, i. n. Lineum filum, quod medici extremo in clyſterio relinquunt, per quod κλυσμὸς emittitur, Feſtus. *Nempe* κλυσμὸς *legendum videre viri docti pro* climos, *quod habent libri. Sic Graeci vocant Foramen in naui, per quod emittitur ſentina: vnde et per translationem, vt opinor, medici in clyſterio, id eſt inſtrumento, quo aluus perluitur, ſic vocarunt. ab* εὖ *et* διαίνω *humecto.*

EVDOXVS, i. m. [Εὔδοξος] *Aeſchinis filius, patria Gnidius, Geometra, et Aſtrologus, ſummus Medicus, Socratis auditor, qui primus annum compoſuit. Huius meminit* Cic. de Diuin. 2 c. 42. *et* contemtas ab eo Chaldaeorum praedictiones *memorat. Item* Lucan. 10, 185. Plin. 6, 31. Petron. c. 88. *Diod. Sic.* 3, 13. *et* Mela 3, 10. *Conf. Voſſ. de Hiſt. Gr.* 1, 6 *p.* 26.

EVDOXIA, ae. f. [εὐδοξία] *Latine Bona fama dicitur.* Cic. de Fin. 3, 57 c. 17 De bona autem fama, quam enim appellant εὐδοξίαν, aptius eſt hoc loco bonam famam appellare quam gloriam.

E V E

EVEHO, xi, ctum, ere. [ἐξάγω, ἐξοχέω, ἐκκομίζω] *Extra vel in altum vehere.* Varro de R. R. 1, 16 Aut flumina propinqua, quae nauigari poſſent, quibus vtrisque euehere atque inuehi ad multa praedia ſoleamus. Euehere anguſto tramite Plin. 12, 14. Euehere ſuas merces Id. 6, 19. Liu. 1, 38 Infima vrbis loca — quia ex planis locis haud facile euehebant Aquas, cloacis — ſiccat. *Add.* Plin. 2, 103. Liu. 1, . . Euectus extra aciem equo. Ad aethera virtus euehit *homines* Virg. Aen. 6, 130. Liu. 25, 27 Vbi primum tranquillitas maris in altum euexiſſet. In caelum euehere aliquem Iuuen. Sat. 1, 38. *i. Ad excelſiſſimum opulentiae gradum perducere, vt velut deus habeatur.* Vell. 2, 90, 1 Agrippam vsque in tertium conſulatum, et mox collegium tribuniciae poteſtatis, amicitia principis euexerat. Ad Deos Hor. Carm. 1, 1, 6.

EVECTVS, a, um. Partic. [ἐξηγμένος] Cic. de Clar. Orat. 51 Nam vt ſemel e Piraeeo eloquentia euecta eſt, omnes peragrauit inſulas, *etc.* In auras aethereas euectus Claud. de Paſchal. 18. Confragoſis atque aſperis euecti, tota pandere poſſimus vela *Metaph.* Quinctil. 6, 1. Caeruleis euectus equis Sen. Herc. Fur. 2. Cic. Verr. 1, 53 c. 20 Omnia ex fanis, ex locis publicis, palam ſpectantibus omnibus ploſtris euecta, aſportata eſſe. Spe vana euectus Liu. 42, 62. In id euectus, ſuper quod adſcendi non poteſt Vell. 2, 53, 3. In ſummum euecti faſtigium Paterc. 2, 56, 3. Munificentia ſuper humanam fidem euecta Vell. 2, 130, 1.

EVECTVS, ûs. m. [ἐκκόμισις] *h. e. Vectio et portatio, quae ſit vel nauibus vel curribus in aliquem locum.* Plin. 18, 5 Vt operariorum copia prope ſit, oppidumque validum: vt nauigiorum euectus vel itinerum: vt bene aedificatus et cultus. *de agro.*

EVECTIO, ōnis. f. [ἐξαγωγὴ] Apul. Met. 5, 169 Sublimis euectio. ❡ 2 Euectiones *dicuntur Diplomata, quibus facultas curſu publico vtendi conceditur. V. g.* l. 3 C. de Curſu publico, Euectiones ab omnibus poſtulentur: et tam iudices quam cuſtodes, *etc. Vid. Sauar. ad* Sidon. Epiſt. 5, 20. *Add.* Symmach. Ep. 1, 21 *(al. 22) et* 4, 6. *et* 7, 48. *Bergier. de Viis Mil. 4 §. 15, 1. et* Euectio, μεταγωγὴ, μετακομιδὴ, ἐκκομιδὴ, πράγματος Vet. Gloſſ.

EVECTO, āre. Frequent. Gloſſ. Vet. Euecto ἐποχοῦμαι.

EVELATVM, *pro* Euentilatum. Vnde Velabra dicuntur, quibus frumenta ventilantur Feſtus. *Conf.* EVALLARE.

EVELLERO, āre. *Hoc verbum Barthius attribuit* Guil. Brit. 7, 189 Dum lupus eius ouem dumis euellerat aſpris. *Sed poteſt intelligi Plusquamperf. a verbo euello.*

EVELLO, velli, vulſi, vulſum, ĕre. [ἐκτίλλω] *Vi quadam vellere, ſiue extrahere: vt,* Euellere ſibi capillum luctu Cic. Tuſc. 3, . . Idem Att. 15, 4 Exciſa enim eſt arbor, non euulſa: itaque quam fruticetur vides. Euellere ſeſe ex coeno Plin. 8, 42. Cic. Att. 3, 9 Verſabatur mihi tempus illud ante oculos, quum ille aut lictores dimitteret, aut euelleretur ex complexu meo. Arborem radicitus Vlpian. in l. furtim §. 1 D. Arbor. furtim caeſarum. Caſtra obſeſſa Sil. 7, 335. *obſidione liberare.* Femur puellae, *pulex*, euellis Pſeudo-Ouid. de Pul. 12. *Al.* auellis. Linguam alicui Cic. pro Sext. 60. Idem de Orat. 3, 4 c. 1 Haec tibi lingua excidenda eſt, qua vel euulſa, *etc.* Plantam coeno Hor. Serm. 2, 7, 27. Radices Cic. Att. 10, 13. Tela confixis membris Lucan. 6, 255. *Per translationem: vt,* Euellere ſibi ſcrupulum ex animo Cic. pro Roſc. Amer. 6 c. 2. Idem pro Sext. 33 Si appellandi ſunt Conſules, quos nemo eſt qui non modo ex memoria, ſed etiam ex faſtis euellendos non putet. Cic. de Orat. 1, 230 c. 53 Omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus euelliſſet vis orationis tuae. Cic. de Fin. 4, 78 Verba tenent mordicus. Quae rurſus dum ſibi euelli ex ordine nolunt, horridiores euadunt, aſperiores, duriores et oratione et moribus. Euellere aculeum ſeueritatis, *vid.* ACVLEVS. Mala radicitus Lucret. 3, 311. Odorem e turis glebis Lucret. 3, 328. Opinionem aliquam ex animis hominum Cic. pro Cluent. 4 c. 2. Inſerere nouas opiniones, euellere inſitas Cic. in Orat. 97. Hor. Epiſt. 1, 14, 5 Certemus Spinas animone ego fortius, an tu Euellas agro, et melior ſit Horatius, an res. Euellit *in Praeterito habet* Curtius 4, 6, 17. Phaedrus 2, 2, 10 Canos puella, nigros anus euellerat. *Conf.* Cic. de Orat. 1, 230. Euulſi *Praeterit. barbarum cenſetur: Vid. Heinſ. ad* Ouid. Epiſt. 6, 104. *et* Met. 8, 584 *quod confirmat Burm. ad* Quinctil. Decl. 12, 8 p. 248.

EVELLENS, entis. Partic. Sen. Oed. 592 Luctus euellens comam.

EVVLSVS, a, um. Partic. [ἐκσπασθεὶς] Sinu matris euulſi filii Sen. Med. 949. *Sed Gron.* Auulſi e ſinu. Exciſa, non euulſa arbor Cic. Att. 15, 4. Trunci Hor. Carm. 3, 4, 55.

EVVLSIO, ōnis. f. [ἔκσπασις, τίλσις] Cic. de N. D. 3, 57 c. 22 Qui primus purgationes alui, dentiſque euulſionem inuenit. *de Aeſculapio.*

EVEMĔRVS, *ſ.* EVHEMERVS, i. m. [Εὐήμερος] *Hiſtorici nomen, de quo* Lactantius 1, 11, 33 Antiquus auctor Euemerus, qui fuit ex ciuitate Meſſene, res geſtas Iouis, et caeterorum, qui dii putantur, collegit, hiſtoriamque contexuit ex titulis et inſcriptionibus ſacris, quae in antiquiſſimis templis habebantur — Hanc hiſtoriam interpretatus eſt Ennius, et ſequutus *etc. Sunt enim multa.*

EVENOR, oris. m. [Εὐήνωρ] Pictor fuit illuſtris Parrhaſii pater et praeceptor maximi pictoris, floruitque nonageſima Olympiade Plin. 35, 9.

EVENIO, ēni, entum, īre. [ἀποβαίνω, συμβαίνω] *q. d. ad finem venire, exitum habere, contingere.* Plaut. Aſin. 3, 3, 130 Opta id, quod vt contingat tibi vis. AR. Quid ſi optaro? LE. Eueniet. Ter. Heaut. 1, 1, 105 Quod ſi eſſet factum, haec nunquam eueniſſent tibi. Cic. Fam. 6, 21 Timebam enim, ne euenirent ea, quae acciderunt. Id. de Diuin. 1, 125 Vt quum euenerit, ita cadat, vt praedictum ſit. Euenit ex ſententia Ter. Heaut. 4, 5, 17. Euenit praeter ſententiam et ſpem Plaut. Merc. . . Cic. Fam. 2, 10 Ex quo vereor ne idem eueniat in meas literas. *h. e. Meis literis, vel in mearum literarum perniciem, ne videlicet negligentia tabellariorum tibi meae non reddantur, quemadmodum nec tuae mihi ſint redditae.* Aliter euenire Ter. Prol. Andr. 4. Cato de R. R. 141, 2 *in precibus ruſticis ad Martem,* Vtique tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire, beneque euenire ſinas. Cic. pro Muraen. 1 Vt ea res mihi magiſtratuique meo, Populo, plebique Romano bene atque feliciter eueniret. Petron. c. 117 His ita ordinatis, quae bene feliciterque euenirent precati deos, viam ingredimur. Hor. Serm. 1, 3, 28 — At tibi contra Euenit, inquirant vitia vt tua rurſus et illi. Facile euenit Liu. 1, . . Cic. de Orat. 2, 224 c. 55 Forte euenit vt in Priuernati eſſemus. Idem de N. D. 3, 81 Dies deficiat, ſi velim numerare, quibus bonis male euenerit: nec minus ſi commemorem, quibus improbis optime. Male illis eueniat Plaut. Curc. 1, 1, 39. Petron. c. 44 Aediles male eueniat, qui cum piſtoribus colludunt: *ſed in ſermone hominis plebeii.* Cic. Fam. 3, 12 Ego vero velim mihi, Tulliaeque meae (ſicut tu amiciſſime et ſuauiſſime optas) proſpere euenire ea, quae, *etc.* Euenit vt moreretur ille Cic. Tuſc. 1, . . *Sic* de Amicit. 80 Sin tale aliquid euenerit, vt exſtinctae potius amicitiae, quam oppreſſae videantur. Cic. pro Planc. 15 c. 6 Nihil, vt plerumque euenit, praeter opinionem accidet. Eueniunt ea a me tibi Plaut. Capt. 2, 3, 55. Non haec ſine numine diuûm eueniunt Virg. Aen. 2, 778. Id euenit ob eam rem, quod, *etc.* Cic. Att. 16, 6. Omnia fere contra, ac dicta ſunt, eueniſſe Cic. de Diuin. 2, 53. Quare euenit vt, *etc. i. Quare fit* Cic. de Inuent. 1, 60. Idem ad Brut. 4 Nihil iam neque opinantibus aut patientibus nobis, aduerſi euenire poteſt, in quo non cum omnium culpa, tum praecipue tua futura ſit. ❡ 2 *Nominatiui eorum, quae euenire dicuntur.* Auſpicia ſecunda euenerunt Cic. de Diuin. 1, 27. Tacit. Ann. 14, 52 Obiiciebant etiam eloquentiae laudem vni ſibi adſciſcere, et carmina crebrius factitare, poſtquam Neroni amor eorum eueniſſet. Commodum euenit illi Ter. Heaut. 4, 3, 7. Plaut. Epid. 5, 1, 2 Exſpectando exedor miſer, atque exenteror, quomodo mihi Epidici blanda dicta eueniant. *Sic* Moſt. 2, 1, 48. Damnum maximum illi Plaut. Stich. 1, 3, 57. Diſceſſio Ter. Andr. 3, 3, 36. Diuitiae illi euenere maximae Plaut. Men. Prol. 67. Habitatio bona, fauſta, felix Plaut. Trin. 1, 2, 3. Homo alicui euenire *dicitur.* Propert. 3, 8, 20 Hoſtibus eueniat lenta puella meis. Incommoda eueniunt improbis Cic. de Fin. 1, 53 c. 16. Iter vt eſſet in Lemnum ſenibus ambobus euenit Ter. Phorm. 1, 2, 15. Tacit. Ann. 15, 54 Vt ipſe, prouidum potius, et ſecundis numinibus euenire. Occaſio Plaut. Mil. 2, 1, 31. Plin. 28, 8 Rurſus tali ſiniſtri cinere decocto cum ſanguine muſtelae perunctos omnibus odio euenire. *Legitur et* Venire. Optata eueniunt Ouid. Met. 6, 370. Partus, clam patrem Ter. Hec. 3, 3, 36. Poteſtas alicuius rei faciundae Plaut. Ciſt. 1, 2, 18. Prouincia euenire alicui *dicitur: vid. quos laudat Cort. ad* Sall. Iug. 43, 1 Metello Numidia euenerat. Cic. pro Quint. 49 Nam quid homini poteſt turpius, quid vero miſerius aut acerbius vſu venire? quod tantum euenire dedecus, quae tanta calamitas inueniri poteſt? Cic. de Fin. 5, 4 c. 2 Ego autem tibi Piſo aſſentior, vſu hoc euenire, vt acrius aliquanto et attentius de claris viris locorum admonitu cogitemus. ❡ 3 *Obſeru.* Euenit, *Imperſ. pro Ita cecidit.* Ter. Andr. 5, 4, 4 Quid tu Athenas inſolens? C. euenit. Euenat, pro Eueniat: Antiquum. Ennius Hecuba, Senex ſum: vtinam mortem oppetam, priusquam euenat, Quod in pauperie mea ſenex grauiter gemam. Nonius 9, 20. Euenire, *i. foras venire. Laudatur* Plaut. Caſin. 2, 8, 1 Sine modo rus eueniat, remittam ad te virum. *Sed meliores* veniat: *quod intellectui et metro conuenit. Melius huc referas illud* Hor. Carm. 4, 4, 65 Merſes profundo, pulchrior euenit.

EVENTŪRVS, a, um. Partic. [ἀποβησόμενος] Noſtra intereſt, ſcire quae euentura ſunt Cic. Diuinat. 1 c. 51. Precari euentura Tibul. 2, 1, 25. *i. Vt eueniant, quae optamus.* Videre procul euentura Tibul. 2, 5, 11.

EVENTVS, ûs. m. [ἀπόβασις, σύμβαμα] *Quod caſu aut fortuna nobis euenit.* Plaut. Rud. 2, 1, 11 Sin euentus non venit. Cic. de Legg. 2, 43 Sceleris eſt poena triſtis, et praeter eos euentus qui ſequuntur, per ſe ipſa maxima eſt. Liu. 10, . . Euentus comitiorum incertus. Ouid. Epiſt. 2, 86 — Careat ſucceſſibus opto Quisquis ab euentu facta notanda putat. Euentus ſtultorum magiſter eſt Liu. 22, 39. Euentus accidit, *vid.* ACCIDO. Euentu aliquid coniectare, *vid.* Coniecto, *in* CONIICIO. Plin. Epiſt. 5, 20 Egi ego pro Vareno non ſine euentu: bene an male, liber iudicabit. *i. Proſpero ſucceſſu.* Cic. pro Corn. Balb. 9 Quum etiam ipſe Caſus euentusque rerum non duces, ſed comites eius conſiliorum fuerint. Amorum euentus incertus, *vid.* INCERTVS. Propert. 3, 25, 18 Euentum Formae diſce timere tuae. Manil. 1, . . Euentus Frugum varios et tempora dicent. Cic. de Orat. 1, 20 Vt enim quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem variosque euentus Orationis hominumque pertimeſcit. Cic. de Diuin. 1, 58 Mihique a peritis in Aſia praedictum eſt, fore eos euentus Rerum qui acciderunt. Cic. de Diuin. 2, 22 Si ab adoleſcentia ſciſſet, quos euentus Senectutis eſſet habiturus. Incertus Temporis Cic. pro Quint. c. 26. Ouid. Faſt. 5, 266 Poma quoque euentum Temporis huius habent. *Sed iam in vulgatis editionibus reperitur,* Pomaque prouentum temporis huius habent. ❡ 2 *Epitheta:* Virg. Aen. 6, 158 — Caecosque volutat Euentus animo ſecum, *i. incertos, latentes.* Ouid. ex Pont. 2, 2, 32 Nam timor euentus Deterioris abeſt. Cic. de Aruſp. Reſp. 6 P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum exitiumque Carthaginis, qui illam, *etc.* quaſi Fatali euentu ſolus euertit. Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 42 Nunquam Felicior arti Contigit euentus. Ouid. Met. 13, 506 Euentuque Graui finita eſt publica clades. Tacit. in Vita Agric. 22 Quia ſoliti plerumque damna aeſtatis Hibernis euentibus penſare, tum aeſtate, atque hieme iuxta pellebantur. Plin. Epiſt. 4, 19 Diſponit qui nuntient ſibi, quem euentum Iudicii tulerim *i. An ſecundum me, an vero contra me iudicatum ſit.* Incerti rerum euentus Sil. 8, . . Secundus euentus Stat. Theb. 6, 80. . Virg. Aen. 10, 160 Hic magnus ſedet Aeneas, ſecumque volutat Euentus belli Varios. ❡ 3 *Formulae:* Quinctil. 4, 2 Semper tamen eum habuiſſe Animum, qui ſit euentu deprehenſus. Conſilia primum, deinde acta, puſtea euentus exſpectantur Cic. de Orat. 2, 63 c. 15. Idem Att. 9, 6 *extr.* Quemuis euentum fortius feram, quam hunc dolorem. Ad euentum feſtinare Hor. in Arte Poët. 148. Habere euentum, *idem eſt quod Exitum habere* Cic. Fam. 8, . . Euentus proſperos habiturae compoſitiones Scribon. Perorat. Ouid. Met. 13, 575 — Vt et ipſa Iouis coniunxque ſororque Euentus Hecubam Meruiſſe negauerit illos. Paratus ſum ad omnem euentum Cic. Fam. 6, 21. Ponderari non euentis, ſed factis, cuiusque fortunam Cic. in Piſon. 98. Probari ex euentu Balb. Cic. ſub Att. 9, 8. *Conf.* Cic. pro Rab. c. 1 *pr.* Plaut. Pſeud. 2, 3, 15 *ſq.* Procedere dicendi euentum non ſatis ex ſententia Cic. de Orat. 1, 123. Referuare ſpei fructum euentui Idem Philipp. 14, 5. Scire rerum euentus Lucan. 5, . . Secundare euentus Virg. Georg. 4, 397. Pugnae euentu ſuſpenſum eſſe Sil. 3 *et* 5, . . Virg. Aen. 8, 16. ❡ 4 Bonus Euentus *numen ruſticum, quod poſt alia inuocat* Varro R. R. 1, 1, 6 Nec non etiam precor Lympham, ac Bonum Euentum, quoniam ſine aqua (Lympha) omnis arida ac miſera agricultura, ſine ſucceſſu ac bono euentu fruſtratio eſt, non cultura. Plin. 34, 8 ſ. 19, 16 *inter* Euphranoris *opera refert* ſimulacrum Boni Euentus, dextra pateram, ſiniſtra ſpicam ac papauer tenens. *Nempe ſic Romani interpretabantur. Graeci forte Triptolemum ſignabant. Tales numos Titi et Getae exſtare, figuram iuuenis cum iſtis inſignibus exhibentes, monet Harduinus: et obſeruarat A. Auguſtinus Dial. 4 p. 63 d. Mentio eius etiam in* Vett. Inſcriptt. *v. g. Grut* p. 101, 7 *ſq. Etiam* Plin. 36, 5 ſ. 4, 5 Romae Praxitelis opera ſunt, Flora — Boni Euentus et Bonae Fortunae ſimulacra in Capitolio. Ammian. Marcell. 29 *extr.* Claudius Praefectus (vrbi) — porticum excitauit ingentem, lauacro Agrippae contiguam, Euentus Boni cognominatam, ea re quod huius numinis (*an* Numinis?) prope viſitur templum. *Non autem ſolorum agricolarum eſt.* Apuleius *aſinus de ſe* 3 p. 143, 6 Tunc inuocato hilaro atque proſpero Euentu curſu me concito proripio. *Habetur in Commentariis Academiae Inſcriptionum Vol. 4 p. 78 Diſſ. Morauii de Malaturri (Moreau de Mocutour) de Deo Bono euentu et numis, qui ad cultum illius pertinent.*

EVENTVM, i. n. [σύμβαμα] Cic. in Partit. 32 Si cuiusque facti et euenti cauſa ponetur. Exſpectatio euenti Salluſt. Iug. 44, 3. Dubia euenta rerum futurarum Cic. Partit. c 27. Idem Att. 9, 5 Semper cauſae euentorum magis mouent, quam ipſa euenta. Id. in Hortenſ. *ap.* Non. 3, 85 Tu me et alias nonnunquam, et paullo ante adhortatus es, aliorum facta et euenta conquirere. Id. de Orat. . . . Ex aliorum factis, aut dictis, aut euentis. Idem Fam.

5, 12 Fabulam rerum, euentorumque meorum. Idem ibid. 1, 7 Vt te ex noſtris euentis communibus admonendum putarem. Praedicta aliquorum, re et euentis refelluntur Cic. de Diuin. 2, 99 c. 47. Seruitium contra, libertas, diuitiaeque, Paupertas, bellum, concordia, caetera, quorum Aduentu manet incolumis natura abituque, Haec ſoliti ſumus, vt par eſt, euenta vocare Lucret. 1, 455. *Add.* 451.

EVENTĬLO, āre. [ἐκλικμάω] *Idem quod Ventilare.* Plin. 31, 3 Fit et ſine his vitiis altitudine ipſa grauior aër, quem emendant aſſiduo linteorum iactatu euentilando. Columel. 1, 6, 23 Et eadem euentilata mundiora ſunt. *De frumentis.* Opes imperii euentilare Sidon. Ep. 1, 9.

EVENTĬLATVS, a, um. Partic. Frumenta euentilata mundiora ſunt Columel. 1, 6, 23. *Adde* Iuſtin. 44, 1, 10.

EVENTILATIO, ōnis. f. *Apud* Auguſtin. . .

EVĒNVS, i. m. [Εὔηνος] Aetoliae Fluuius eſt, non procul a Calydone, *vt auctor eſt* Plin. 4, . . Ouid. Met. 9, 104 Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad vndas. *Hunc fluuium Poëtae quandoque Centaurum vocant. Dictus antea fuit Lycormas, vid.* LYCORMAS.

EVENINVS, a, um. Adi. *inde natum.* Ouid. Met. 8, 527 Planguntur matres Calydonides Eueninae, *quod ex monſtris variarum lectionum feliciter eruit Heinſius.*

EVERBĔRO, āre. [κατατύπτω] *Auget vim ſimplicis Verberare.* Quinctil. 2, 4 An credibile ſit ſuper caput Valerii pugnantis ſediſſe coruum, qui os oculosque hoſtis Galli roſtro atque alis euerberaret. Sen. Nat. Quaeſt. 5, 12 His interuallis tenuis includitur ſpiritus, qui manus deſiderat ſpatium, quum euerberatus curſu parum libero incaluit. Alis euerberare aliquid auis dicitur Virg. Aen. 12, 866. *Add.* Gell. 1, 29.

EVERGANEVS, a, um. Adi. Euerganeae trabes Vitruu. 5, 1. *i. bene fabrefactae.*

EVERGETES, ae. m. [Εὐεργέτης] *Cognomen trium Ptolemaeorum Aegyptiorum regum (Scal. in Euſeb. n. 1902) a maximis in Graecas ciuitates meritis impoſitum. Nam* εὐεργέτης *a Graecis dicitur, quem nos* Beneficum, *vel* Bene meritum *appellamus.* Euergetae *item dicti ſunt Populi Scythiae, qui et Arimaſpi, quod* benefici *fuerunt in Argonautas, maris tempeſtate ad eorum litora delatos. Mentio illorum* Iuſtin. 12, 5. *Vid.* Curt. 7, 3, 1.

EVĔRGO, ĕre. [ἐκβάλλω] *Emittere.* Liu. 44, 33 Montes quia nullos apertos euergerent riuos, occultos continere latices, ſpem faciebant.

EVERRO, ri, ſum, ĕre. [ἐκσαρόω] *Verrendo mundum facere.* Columel. 7, 4 Stabula frequenter euerrenda, et purganda. *Et* 8, 17, 12 Salſamentorum purgamenta, quae Cetariorum officinis euerruntur. Cic. Verr. 2, 52 c. 21 *extr.* O Verrea praeclara, quoquam ſi acceſſiſti, quo non attuleris iſtum diem. etenim quam tu domum, quam vrbem adiiſti, quod fanum denique, quod non euerſum atque extersum reliqueris? Varro de R. R. 3, 8, 3 Quotidie euerrentes eorum ſtabula, a ſtercore ne offendantur. Euerrite aedes Titinn. *apud* Non. 4, 491. Euerrere ſermones, *pro Curioſe excutere* Sen. de Ira 3, . .

EVERRIATOR, vocatur, qui accepta iure hereditate, iuſta facere defuncto debet: quae ſi non fecerit, ſeu quid in ea re turbauerit, ſuo capite luat. Id nomen ductum a Verrendo. Nam Exuerrae, ſunt purgationes quaedam domus, ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt, quae fit per euerriatorem, certo genere ſcoparum adhibito, ab extra verrendo dictae. *Haec* Feſt.

EVERRICVLVM, i. n. [σαγήνη] *Recte eſt piſcatorium, a* Verrenda aqua *ſic appellatum, vel vt ait* Non. 1, 146 Quod, ſi quid fuerit piſcium nactum, euerrat. Vlp. in l. iniuriarum actio D. de iniuriis et famoſ. libell. Si quis me prohibeat in mari piſcari, vel euerriculum, quod Graeci σαγήνην dicunt ducere. Cic. Verr. 4, 53 c. 24 Quod vnquam iudices, huiuscemodi euerriculum vlla in prouincia fuit? *Alludens ad Verris nomen, et ad ſignificationem verbi.* Idem de N. D. 3, 74 c. 30 Iudicium de dolo malo, quod C. Aquilius protulit euerriculum appellat, *quo ſcilicet euerruntur fraudes hominum e vita ciuili. Eſt enim haec actio prodita ad terrorem hominum ſubdolorum, qui ignominiam eius iudicii formidant.* Varro de R. R. 3, 17, 7 Quum neque euerriculo illi in litus educere poſſent viuam ſaginam, plebeiae coenae piſces.

EVERTO, ti, ſum, ĕre. [ἀνατρέπω, καθαιρέω, ἀναστατῶ, καταβάλλω] *Deſtruere, vertendo perdere.* Cic. Off. 1 c. 24 De euertendis autem diripiendisque vrbibus valde illud conſiderandum eſt, ne quid, *etc. Sic* Att. 5, 16 Euerſae funditus prouinciae. Ab imo euertere ſumma Lucret. 5, 164. Sua confirmare, aduerſaria euertere Cic. in Orat. 122. Idem Verr. 1, 135 Ne per ſummam iniuriam pupillum Iunium fortunis patris conetur euertere. Idem Diu. Verr. 21 c. 6 Euertere aliquem omnibus fortunis. *Et* pro Roſc. Amer. 115 Sed hunc funditus euertit bonis. *Adde* Plaut. Trin. 1, 2, 176. Cic. Fam. 5, 2. Diuin. Verr. c. 17. *et ib* 2 c. 22. Aequora euertere Virg. Aen. 1, 47. Amyclas ſilentia euerterunt Sil. 8, 530. Amicitiam Cic. de Fin. 2, 80 c. 25. Arborem Virg. Aen. 1, 256. Arces Sil. 17, . . Ciuitates miſeras funditus Cic. in Piſon. 86 c. 38. Idem de Amicit. 23 c. 7 Quae autem Domus tam ſtabilis, quae tam firma Ciuitas eſt, quae non odiis atque diſſidiis funditus poſſit euerti? Id. Acad. 4, 18 Vt retineamus eam Definitionem, quam Philo voluit euertere. Id. ibid. 4, 94 Totam enim euertit Dialecticam. *h. e. Corrumpit.* Domum Sen. Agam. f. 7. Iuuen. Sat. 10, 7. Cic. Att. 1, 15 Ille annus duo Firmamenta Reipub. per me vnum conſtituta euertit. Iura Id. Verr. 2 c. 19. Id. ibid. 2, 36 Euertere Leges, Teſtamenta, Voluntates mortuorum, Iura virorum: num etiam patriis Heraclium bonis exturbare oportuit? *Add.* Id. Cat. 1 c. 7. Cic. de Orat. 1, 174 Qui duorum ſcalmorum Nauiculam in portu euerterit. Idem in Parad. 3 Auri Nauem euertat gubernator, an paleae, in re aliquantum, in gubernatoris inſcitia nihil intereſt. *vid.* NAVIS. Nemora ignaua Virg. Georg. 2, 208. *i. Arbores inutiles, et nullum fructum afferentes funditus eruere.* Virg. Aen. 2, 603 Verum inclementia diuûm Has euertit Opes, ſternitque a culmine Troiam. Pietatem Lucret. 3, 84. Pinum in ſiluis, *i. Excidere* Virg. Georg. 1, 256. Puppim euertit fluctus Lucan. 5, 647. Cic. de Fin. 1, . . Homines optimi non intelligunt totam rationem euerti, ſi ita res habeat. *Alio ſenſu* Rationem euertere *dicuntur* Euerſores. *v. v.* Rempublicam Cic. Fam. 16, 14. Virg. Aen. 3, 1 Poſtquam Res Aſiae Priamique euertere gentem Immeritam viſum ſuperis, *etc.* Statuam Cic. Brut. 15. Idem de Fin. 3, 10 Quaſi virtutis lumen extinxeris et Virtutem penitus euerteris. Cic. Acad. 4, 3 Haec ipſa eripiunt vel inſtrumenta vel ornamenta Vitae, vel potius totam Vitam euertunt funditus. Vrbes Ouid. Faſt. 2, 689.

EVERSVS, a, um. Partic. [καθελόμενος, ἀνάστατος] *h. e. Deſtructus.* Euerſa vrbs Plin. 15, 18. Euerſus bonis Cic. pro Quint. 95. Fortunis omnibus euerſus Cic. Verr. (5) 3 c. 85. *Add.* Id. pro Flacc. c. 5. Ouid. Epiſt. 7, 42 Aſpice vt euerſas concitet Eurus Aquas. Circa euerſos ingens ſolitudo eſt Sen. Ep. 9. Valer. Argon. 7, 75 Euerſo iacias dum ſemina campo. Euerſo campo, *ſubauditur* Vomere, *vel* Aratro. Ter. Heaut. 2, 3, 131 Ego te autem noui quam eſſe ſoleas impotens, inuerſa verba, euerſas ceruices tuas. *Nutus et geſtus amatorios notat.* Columen euerſum Sen. Troad. f. 1. Domus euerſa impetu fortunae Sen. Octau. f. 2. Domus funditus euerſa Sen. Agam. f. 11. Equus cuſpide euerſus Propert. 4, 11, 8. Ouid. ad Liu. 142 Quo primum vidi Faſces, in funere, vidi, Et vidi euerſos, indiciumque mali. *Vt nunc ſolent ſigna atque arma in funere inuerſa geſtari. Sic et* Virg. Aen. 11, 92 Tum moeſta phalanx, Teucrique ſequuntur, Tyrrhenique duces, et verſis Arcades armis. *h. e. inquit* Seruius, Lugentum more mucronem haſtae contra terram tenentes. Foci euerſi gentis alicuius Propert. 2, 1, 29. Homo Sen. Herc. fur. 6. Ouid. Amor. 3, 9, 7 Ecce puer Veneris fert euerſamque Pharetram, Et fractos arcus, et ſine luce facem. Phryges Sen. Troad. 6 *et* 10. Prouincia Cic. Att. 5, 16. *et* Diu. Verr. 7 c. 3. Quercus Plin. 10, 31. Rates Sen. Agam. 13. Ruinae vrbis Idem Troad. 1. Virg. Georg. 1, 500 Hanc ſaltem euerſo iuuenem ſuccurrere Saeclo Ne prohibete. Ouid. Met. 13, 623 Non tamen euerſam Troiae cum moenibus eſſe Spem quoque fata ſinunt. Vrbs excifa et euerſa Cic. pro Sext. 35 c. 15. ¶ 2 Euerſus *ex* Euerro *vid. ſ. l.*

EVERSIO, ōnis. f. [κατασκαφή, ἀναστάτωσις, καθαίρεσις] *Vt,* Euerſiones vehiculorum Plin. 22, 17. *et* Cic. Philipp. 1, 5 c. 2 Euerſio illius exſecratae columnae. *Atque haec proprie. Caetera quae ſequuntur, non ita.* Rerum publicarum euerſiones Cic. de Senect. 40 c. 12. Euerſio vitae Idem Acad. 4, 99. *Et* de Fin. 5, 28. Exciſionem, inflammationem, euerſionem, depopulationem, vaſtitatem tectis et agris inferre Cic. de Aruſp. Reſp. 3 c. 2.

EVERSOR, ōris. m. [καθαιρέτης] Euerſor ciuitatis Cic. pro Domo ſua 101 c. 39. *Et* in Partit. 106. Sen. Hippol. f. 8 Quis, ede, noſtri decoris euerſor fuit? Imperii Cic. pro Sext. 17. Plin. 28, 1 Tecum enim res erit euerſor Iuris humani, monſtrorumque artifex, qui primus ea condidiſti, credo ne vita tui obliuiſceretur. Virg. Aen. 12, 545 Priami Regnorum euerſor Achilles. *Add.* Stat. Ach. 1, 530. ¶ 2 Euerſor, *pro Prodigo, nepote, diſſoluto, qui patrimonium ſuum profundit:* Caius Inſtit. 1 tit. 8 Sub curatore ſunt minores aetate, maiores euerſores, inſani qui euerſores, aut inſani ſunt, omni tempore vitae ſuae ſub curatore eſſe iubentur. *Sic* Euerſor l. 2 C. de palat. ſacri largit. *vocatur adminiſtrator pecuniae publicae, qui eam mala fide diſſipauit. De talibus* Imp. Conſtantinus l. 1 C. Th. de ſuſceptorib. Si quem ſuſceptorem euertiſſe conſiterit rationem, et ad ſoluendum non eſſe idoneum. *Add.* Auguſtin. Confeſſ. 3, 3. *et* 5, 12.

EVESTIGIO. [αὐτίκα] *Vid.* E *Praepoſitionem.*

EVESTIGO, *ſ.* EXVESTIGO, āre. Gloſſ. Gr. Lat. ἐξιχνεύω. *Vnde*

EVESTIGĀTVS, a, um. Partic. Sen. Controu. 2, 9 Poſt euestigata fugitiuorum arma ditiſſimus.

EVEXVS, a, um. *Deuexo opponitur.* Cum euexum deuexumque mundum dixero Mart. Capella 8 p. 275.

E V F *et* E V G

EVFORBIVM *ſcribitur* Scribon. 38. 67 *pro* Euphorbium *v. v.*

EVGALACTON, i. n. [εὐγάλακτον] Herba, Glaux poſtea dicta, cytiſo et lenticulae foliis ſimilis: auerſa candidiora. Rami in terram ſerpunt quini, ſeniue, admodum tenues ab radice. Floſculi purpurei exeunt. Inuenitur iuxta mare. Coquitur in ſorbitione ſimilaginis, ad excitandam vbertatem lactis. *Haec* Plin. 27, 9.

EVGANEI, orum. m. [Εὐγάνεοι] *Venetiarum Populi, de quibus* Plin. 3, 20. Liu. 1, 1.

EVGANEVS, a, um. Adi. [Εὐγάνεος] Iuuen. Sat. 8, 15 — Euganea quantumuis mollior agna. Lucan. 7, 192 Euganeo (ſi vera fides memorantibus) augur Colle ſedens, *etc.* Sil. 8, 604 Tum Troiana manus, Tellure antiquitus orti Euganea, profugique ſacris Antenoris oris.

EVGE. [εὖγε] *Interiectio laudantis, vel exultantis, et aſſentientis ſiue congratulantis. Laudantis:* Plaut. Moſtel. 3, 1, 59. Id. Epid. 1, 1, 8 Euge, corpulentior videre, atque agilior. *Exultantis:* Plaut. Capt. 2, 2, 24 Euge pol Thalem talento non emam Mileſium. Ter. Adel. 5, 7, 13 Euge iam lepidus vocor. Euge, euge Plaut. Trin. 3, 2, 79. Euge papae Plaut. Merc. 3, 4, 41. *Aliter: quaſi Obſtupeſcentis vox:* Plaut. Amph. 4, 1, 10 Sed aedeis occluſerunt: euge hoc fit pariter atque vt alia facta ſunt.

EVGEPAE. Plaut. Amph. 4, 1, 10 *et alibi.*

EVGENĪAE, arum. f. [εὐγένειαι] *Vuae quaedam ſunt, a generoſitate ſic dictae.* Columel. 3, 2, 16 Frigidum ſolum, ac roſcidum caelum commodiſſime ſuſtinent, ſicut eugeniae, dum ſunt in Albano colle. Nam mutato loco, vix nomini ſuo reſpondent. *Conf.* Cato 6, 4. Varr. 1, 25. Plin. 14, 2.

EVGIVM, i. n. *Quid eſſet, nemo docet, puto, praeter quam* Nonius 2, 304 *qui* Eugium, *inquit* media pars inter naturalia muliebria. Lucil. in Epodis hymnis, Sine Eugio ac deſtina. (*Hadr. Iun. malit* Acdeſtina, *v. v.*) Laberius in Centenario, Quare tam arduum adſcendas? ac concupiſti Eugium ſcindere. Id. Non. 8, 56 ex Laberio, Quaenam mens, quae deliritas vos ſuppoſitores facit cum cano Eugio puellitari: *vbi pro tota parte, qua mulieres ſunt, poni apparet. Qui de etymo quaerunt, aut ad* εὔγεον *Suidae prouocare poſſunt, qui interpretatur* εὔγεως, τόπος καλὴν ἔχων γῆν, *et* εὔγεον τὸ πρὸς τὴν ὄψιν κείμενον. *aut cum Voſſio ad* εὐδίαιον, *quod Heſychius et Suidas docent foramen eſſe ad emittendam ſentinam et aquam pluuiam, ille etiam ſic vocari ait* τὸ γυναικεῖον μόριον.

EVGRAMMVS, a, um. [Εὔγραμμος] Plin. 35, 12 Demaratum vero, inquit, ex eadem vrbe profugum, qui in Hetruria Tarquinium Priſcum regem Populi Romani genuit, comitatos fictores Euchira et Eugrammum: ab iis Italiae traditam plaſticen.

E V H

EVHIPPA, ae. f. [Εὔιππα] Ciuitas Magneſiae, quam alluit Lycus

cus fluuius, Pelopia aliquando, nunc Thyatira nominata. *Auctor* Plin. 5, 29.

EVHOE, *vel* EVOHE, *vel*, *quod optimum videtur*, EVOE. [εὐοῖ] *Vox Bacchantis.* Plaut. Men. 5, 2, 82 Euoe, Euie, Bromie, quo me in ſiluam venatum vocas? *Ex Oriente eius originem paſſim, diuerſisque viis arceſſunt viri docti. Vid. Bochart. Hieroz.* 1, 2, 36. *Cognatum eſt nomini Bacchi*, EVAN, *vnde* Bacchantes *dicuntur* EVANTES, *de quibus ſ. l. Diſſyllabum eſt* Euoe Hor. Carm. 2, 19, 5

Euoe! recenti mens trepidat metu,
Plenoque Bacchi pectore, turbidum
Laetatur. Euoe! parce Liber,
Parce graui metuende thyrſo.

Sed triſyllabum eſt, media producta, Ouid. Art. 1, 563 Pars, Hymenaee, canunt: pars clamant Euie, Euoë! *Sic Burm. Sed variat lectio: et poteſt* Euie *vltimam non elidere, et* Euoe *diſſyllabum eſſe. Etiam apud* Colum. 10, 224 *magna eſt varietas. N. Heinſius ad* Ouid. *l. c. ita ſcribi vult:* Delie ïo Paean, teque Euie Euoë Euan. *Sed quis bacchantium voces in concordiam redigat?* Virg. Aen. 7, 389 Euoe Bacche fremens. *Etiam hic MSS.* Euhoe *vel* Heuhoe: *Sed emendauit iam Pierius.* Ouid. Met. 4, 522 Euoe Bacche, ſonat. *Eadem varietas. Diſſyllabum haud dubie eſt* Catull. Epithal. ſ. 63, 61 Saxea vt effigies bacchantis proſpicit Euoe, Proſpicit *etc.* Ouid. Met. 6, 597 Exululatque, Euoeque ſonat, portasque refringit.

EVHYˇVS, *vel* EVIVS, *quod hodie placet*, i. m. [Εὔιος] *Bacchus.* Hor. Carm. 2, 11, 17 Diſſipat Euhyus curas edaces. *Sic legit* Acron, *qui iſta adſcribit:* Sic autem dictus eſt, eo quod quum dii bellum cum gigantibus gererent, primus in leonem conuerſus occidit gigantem. Ex quo facto eum Iupiter ita laudauit, Euhye hoc eſt Bene fili. Graece enim εὖ, Latinis Bene dicitur, υἱὸς autem filius. *Satis, vt aliis videtur, inepte. Repugnat ſane Graeca orthographia* Εὔιος *v. g. apud Euripidem Bacchis 566* Σέβεταί σ' Εὔιος. *Etiam apud* Plautum Men. 5, 2, 82 *legitur toto ſaeculo* Euoe, Euie, Bromie, quo me in ſiluam venatum vocas? *In antiquis tamen libris veſtigia ſunt adſpirationis in medio.* Ennius in Athamante apud Soſip. 2 *extr.* p. 214

His erat in ore Bromius, his Bacchus pater
Illis Lyaeus, vitis inuentor ſacrae,
Tum pariter Euan, euhoe euhoe, Euius,
Ignotus iuuenum coetus, alterna vice
Inibat alacris, Bacchico inſultans modo. *Sic Putſch.*

Stat. Theb. 2, 72

Et tunc forte dies noto ſignata tonantis
Fulmine, praerepti quum te tener Euie partus
Transmiſere patri. *MSS. apud Barth.* Euchie.

EVHYˇAS, *vel* EVIAS, ădis. f. [Εὐιὰς] *Baccha ſ. bacchans mulier.* Hor. Carm. 3, 25, 9

— Non ſecus in iugis
E ſomnis ſtupet Euias
Hebrum proſpiciens et niue candidam Thracem. Euyas *al.*

E V I

EVĪBRO, āre. [ἐκπάλλω]. Gell. 1, 11 Excitarentur, atque euibrarentur animi. Ammian. 14, . . Aduerſando iurgandoque cum parum congrueret, eum ad rabiem potius euibrabat.

EVICTIO, EVICTVS, *vid.* EVINCO.

EVĬDENS, entis. Adi. [ἐναργὴς] *Quod videtur aperte, et intelligitur.* Cic. de Vniuerſ. 28 Atque vt eſſet menſura quaedam euidens, quae in iſtis octo curſibus celeritates, tarditatesque declararet. Si quid eſt euidens, de quo inter omnes conueniat Cic. de N. D. 3 c. 4. Euidentiſſimum id fuit, quod quacunque, *etc.* Liu. 8, . . Quid enim eſt hoc illo euidentius? Cic. de N. D. 2, 5. Auctores euidentiſſimi Plin. 19, 3 ſ. 15. Cauſae euidentes Celſ. 1 praef. *ſc.* morborum. Effectus euidentiſſimus Celſ. 7 praef. Menſura euidens Cic. de Vniuerſ. 28. Narrationes euidentes, *i. Dilucidae* Cic. in Topic. 97 c. 26. Natura euidentior Plin. 24, 11. Profectus euidentior Celſ. *l. c.* Ratio euidens Plin. 2, 16 *et* 52. Cic. de Amicit. 27 c. 8 Quod in homine multo eſt euidentius. Perſpicuae et euidentes res Cic. Acad. 4, 44 c. 14.

EVIDENTIA, ae. f. [ἐνάργεια] Cic. Acad. 4, 17 c. 6 Propterea quod nihil clarius ἐναργείας, vt Graeci: perſpicuitatem aut euidentiam nos, ſi placet nominemus, fabricemusque, ſi opus erit, verba. Quinctil. 6, 2 Inſequitur ἐνάργεια, quae a Cicerone illuſtratio, et euidentia nominatur: quae non tam dicere videtur, quam oſtendere. *Add.* Id. 8, 3.

EVIDENTER. Adu. [ἐναργῶς] Quinctil. 8, 3, 86 Non tamen ſatis eſt eloquentiae ea, de quibus dicat, clare atque euidenter oſtendere. Liu. 6, 26 Vel fateri nobis ea, quum tam euidenter poenituerit, tutum cenſemus. Euidenter prodeſt Scribon. 77. — conuenit ad ſtomachicos 103. Paullatim et non euidenter ab his, quae ſtulto dicuntur, ad meliora mens abducenda Celſ. 3, 18. *Compar.* Paull. ICt. l. 11 ff. de lib. et poſt. *Superl.* Auguſtin. de Ciu. Dei 20, 29. *et* 16, 39. *it.* l. 5 ff. qui ſatisd. cog.

EVIGESCO, ĕre. *Marceſco.* Tertull. de Anim. c. 38 Quae cibis ſuſtineatur, denique derogatis eis euigeſcat.

EVĬGĬLO, āre. [ἐκνήφω] *Expergiſci.* Plin. Epiſt. 1, 5 Euigilaveram: nuntius a Spurina, *etc.* Catulli *eſſe dicitur*, Et duce ſtant acies euigilante ſuo. Stat. Silu. 5, 3, 128 Graius qua puppe magiſter Excidit, et mediis miſer euigilauit in vndis. ¶ 2 *Peruigilem eſſe, perpetuo vigilare.* In quo euigilauerunt curae et cogitationes meae? Cic. in Parad. 1 c. 2. Idem ad Brut. 15 (12) Tanta autem induſtria eſt, tantumque euigilat in ſtudio, vt non maxima ingenio (quod in eo ſummum eſt) gratia habenda videatur. *Act. pro Elucubrare.* Ouid. Triſt. 1, 1, 107 Quos ſtudium cunctos euigilauit idem. Nox euigilanda multis modis Tibul. 1, 8, 64. *h. e. Vigilando tranſigenda.* Cic. Att. 9, 14 At quam honeſta, at quam expedita tua conſilia? quam euigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua nauigationis, *etc.*

EVIGŌRĀTVS, a, um. Adi. *Vigore priuatus.* Tertull. de Pall. c. 4 Exuuiae mollitae et euigoratae et exeduratae. Idem Apol. c. 17.

EVILESCO, ui, ĕre. [φαυλίζομαι] *Deſpicatum fieri.* Sueton. Claud. c. 15 Propter quae vsque eo euiluit, vt paſſim ac propalam contemptui eſſet. *Adde* Valer. Max. 5, 4, 7.

EVINCIO, nxi, nctum, īre. [ἀναδέω] *Parum auget ſignificationem verbi ſimplicis.* Virg. Aen. 8, 286 Euinctis tempora ramis. Inſigni regio aliquem euincire Tacit. Ann. 6, 42.

EVINCTVS, a, um. Partic. [ἀναδεδεσμένος] Vitta crines euinctus Ouid. Met. 15, 676. Caput foliis euinctus, *Habens caput circumdatum foliis* Virg. Aen. 5, 774. Euinctos brachia capta duces Tibull. 1, 8, 6. Ducuntur euincti geminas ad ſua terga manus Ouid. ex Ponto 3, 2, 72. Vittis, coroniſque euinctus Tacit. Hiſt. 4, 53. Tempora euinctus taeniis Virg. Aen. 5, 269. i. e. Vittis roſeis Seruius. Comae Ouid. Amor. 3, 6, 56. Virg. Aen. 5, 365 Nunc ſicui virtus, animusque in pectore praeſens Adſit, et euinctis attollat brachia palmis. i. e. Si adſit quis plenus animi. Seruius. Surae euinctae Cothurno Virg. Ecl. 7, 32.

EVINCO, ici, ictum, ĕre. [ἐπικρατέω] *Tandem, poſt obiectas difficultates, Vincere.* Liu. 2, 4 Omne id tempus cum coniuratis conſultando abſumunt: euincuntque inſtando, vt literae ſibi ad Tarquinios darentur. Valer. Argon. 1, 248 — Dubiisque euincite rebus Quae meminiſſe iuuet. Precibus aliquem Sen. Med. 491. Campas euincere Pallad. 1, 35, 6. *i. erucas delere.* Diſcrimen Veget. Mulom. 1, 11, 9. 3, 2, 21. Fretum Ouid. Met. 15, 706. Sen. Herc. fur. 558 Euincas vtinam Iura ferae Stygis, Parcarumque colos irreuocabiles. Virg. Aen. 2, 497 Amnis oppoſitas euincit gurgite Moles. Columel. 6, 5, 2 Euincendi ſunt autem quamuis peſtiferi morbi, et exquiſitis remediis propulſandi. Arbor celſo vertice euincit Nemus Sen. Hippol. 457. Solis imago Nubes oppoſitas euincit Ouid. Met. 14, 769. Hor. Serm. 2, 3, 250 Sic puerilius his Ratio eſſe euincet amare. Somnos Ouid. Met. 1, 685. Platanus euincit vlmos Hor. Carm. 2, 15, 5. ¶ 2 Euincere, *Rem meam ab eo cuius non erat, alteri aut datam, aut venditam, in iudicio repetere, et ab emtore per iudicis ſententiam ad eam mihi reſtituendam condemnato extorquere, et abducere.* Vlp. l. 1 D. de euiction. Siue tota res euincatur, ſiue pars, habet regreſſum emtor ad venditorem: Pomipon. l. euicta re vendita D. de euiction. Ignorantibus nobis, quamdiu eum ſeruum habiturus eſſem, et an futurum eſſet, vt eum quisquam aut a me, aut ab eo, cui vendidiſſem, euiue ſimiliter promiſiſſem, euinceret.

EVINCENS, entis. Partic. Quinctil. 8, 3, 45 Euincentibus etiam vitiis (*orationis*) cedendum eſt.

EVICTVS, a, um. Partic. *pro Conuicto.* [ἐπικεκρατημένος] Cic. Diu. Verr. 1 Qui tam nefariis criminibus, tam multis teſtibus euictus. Dolore euictus Virg. Aen. 4, 474. Lacrimis alicuius euictus Sen. Med. 7. Virg. Aen. 4, 548. Ouid. Triſt. 3, 1, 76 Forſitan et nobis olim minus aſper, et illi Euictus longo tempore Caeſar erit. Verbis euictus iudex *reſtitui debet, ſi Burmannum audimus*, Quinctil. 7, 3 p. 617 *vbi editur* deuinctus. *Videatur ille hic et ad* Declam. 16, 10 p. 330 *vbi etiam* Pudore euictus ſum *ſuſpicatur pro* victus. Ouid. Epiſt. 19, 155 — Euicta per Aequora vectus. Arbor vulneribus paullatim euicta vehementer concuſſa Virg. Aen. 2, 630. Virtus paullatim euicta ſeneſcit Sil. 3, 581.

EVICTIO, ōnis. f. Eſt autem Euictio *Iureconſultis*, eius rei quam aduerſarius legitimo iure acquiſierat, per iudicem recuperatio. l. non tamen D. de euict. *Quod vt intelligamus, illud ſcire oportet, olim moris fuiſſe, vt ſi res non Quiritium, ſed gentium iure abalienaretur, is qui eam acquirebat duplam aut ſimplam ſtipularetur ſibi ab auctore dari, ſi ea ſibi iudicio adimeretur, quemadmodum* Varro de R. R. 2, 10, 5 *ſignificat. Quum autem mancipio res venierat, tum iudicii periculum praeſtabat is, qui eam vendiderat. Itaque* Varronis *locus intelligendus eſt, quum ait*, Si mancipio non datur, dupla promitti, aut ſimpla ſolet. *i. Si res non acquiratur per ius Quiritium, h. e. Per mancipationem et nexum. Nam ſi mancipio res erat data, aut vſu capta, aut in iure ceſſa, nunquam euinci poterat, i. Iudicio a poſſeſſore auferri. Addimus ex longo* de Euictionibus *titulo* (22, 2) *modo* l. 76 vlt. Si alienam rem mihi tradideris, et eandem pro derelicto habuero: amitti auctoritatem, id eſt, actionem pro euictione, placet.

EVIOLO, āre. Quod nolim noſtros euiolaſſe deos Propert. 1, 7, 16 *ſec. Paſſerat. al. aliter Brouckh.* Euoluiſſe.

EVIRATIO, *vid.* EVIRO.

EVIRESCO, ĕre. [ἐνθαλέω] Viride fieri. Varro Prometheo, Atque exſanguinibus dolore euireſcat colos. *Ex* Nonio 2, 258.

EVĬRO, āre. [ἐκθηλύνω, εὐνουχίζω] Virilitatem auferre, et effeminare. Varro Marcipore, Spatula euirauit omnes Veneriuaga pueros. *Ex* Nonio 1, 223. *Add.* Catull. de Aty Carm. 64, 17.

EVIRĀTVS, a, um. Part. [θηλυντὸς] Corpus euiratum Arnob. 5 p. 187. Ἀπόκοπος, ὁ εὐνοῦχος, euiratus Gloſſ. Gr. Lat. κίναιδος, ἄνανδρος al. Gl. Adoleſcens *apud* Plautum *eſſe dicitur, pro Molli, ſed nusquam inueniebam.* Martial. 5, 42 Spadone quum ſis euiratior fluxo.

EVIRATIO, ōnis. f. [ἐκτρίχωσις] *Vt*, Euiratio pilorum, *h. e. Deglabratio et virilitatis ablatio, per pilorum abraſionem.* Plin. 29, 1 Potus deinde ieiunorum ac vomitiones, et rurſus per potationes, ac pilorum euiratio inſtituta reſinis eorum. Euiratio bonae ſpei Sen. de Vita beata . . . *Metuo vt vere.*

EVISCĔRO, āre. [ἐξεντερίζω] *Poteſt illud quidem ex etymologica ratione ſignificare idem, quod* exenterare, *viſcera ſ. inteſtina eximere, pro quo poni vult* Seru. *ad* Aen. 11, 723 *vbi accipiter captam a ſe columbam* Compreſſamque tenet, pedibusque euiſcerat vncis. *Sed res ipſa, et vſus nominis* Viſcus, *de quo ſ. l. docent, eſſe potius laniare, carnes lacerando auferre etc. Imitatus videri poteſt hunc locum* Sil. 13, 847 *vbi de Orthro, cane, Cerberi fratre*, Et morſu petit, et polluto euiſcerat vngue. Ennius *apud* Cic. Tuſc. 1, 107 c. 44 Ipſe ſummis ſaxis fixus (*poſt naufragium*) aſperis, euiſceratus, Latere pendens *etc.* *Pars eſt* exſecrationis Thyeſteae, *quam habet etiam* in Piſon. 43 c. 19. Idem Tuſc. 2 c. 8 ex Sophocle, *ex perſona Herculis togam Deianirae induti*, Accede, nate, adſiſte, miſerandum adſpice, Euiſceratum corpus, laceratum patris. Sen. Qu. Nat. 4, 2 p. 750 Cum caeteri amnes abluant terras et euiſcerent, Nilus tanto caeteris maior, adeo nihil exedit nec abradit, vt contra adiiciat vires *etc.* Prudent. Periſt. 10, 109 Aſclepiades iuſſerat Euiſcerandum corpus eculeo eminus Pendere, et vncis vngulisque creſcere. *i. extendi, vt ictus et lacerationes vncorum et vngularum magis excipere poſſit et ſentire.*

EVISCERATVS, a, um. Partic. [ἐξεντερισθεὶς] *Viſceribus i. carne priuatus.* Cic. de Diuin. 2, 133 c. 34 Euiſcerata, inanima, cum animali ſono. Quinctil. Decl. 12, 26 Vidit nos Sol vulneribus (*leg.* funeribus) paſtos et ad euiſcerata corpora illuxit. Apul. Apol. p. 314, 35 *Sceletus ita deſcribitur*, Macilentam vel omnino euiſceratam formam diri cadaueris. *Nempe* viſcera *caro ſunt.* Solin. c. 53 (66) Euiſceratus vnio. *i. carne liberatus et purgatus, quae ipſum circumdedit. De teſtudine. ex* Pacuuio.

EVĪTO, āre. [ἐκζωέω] *Vitam eripere, vel Vita ſpoliare. Ver-*

bum vetus, et plane poëticum, apud Cic. de Orat. 3, 215 Haec omnia vidi inflammari : Priamo vi vitam euitari. *Haec etiam adducit* Idem Tuſc. 1, 85. *et* 3, 45 c. 19. Apul. Met. 3 p. 133, 3 Nec enim veriſimile eſt hominem ſolitarium tres tam validos euitaſſe iuuenes. *Vid. Pric. ad loc.*

EVĪTO, āre. [ἐυλαβεῖσθαι, ἐξαλεύεσθαι] *Fugere, deuitare.* Cic. de Amicit. 90 c. 24 Eſt enim varius et multiplex vſus amicitiae, multaeque cauſae ſuſpicionum offenſionumque damnantur, quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre ſapientis eſt. Idem Fam. 8, 5 Periculoſam et grauem illam dimicationem euitarent. *Sic* Euitare caſum Caeſ. B. G. 8, 20. Hor. Carm. 1, 1, 3 Metaque feruidis Euitata rotis. Cic. in Orat. 194 Vt verſum Fugimus in Oratione, ſic hi ſunt euitandi continuati pedes. Idem de Fin. 5, 20 c. 8 Ne vitationem quidem doloris ipſam per ſe quisquam in rebus expetendis putauit, ne ſi etiam euitare poſſet. Haſta non euitata Ouid. Met. 12, 123. Hor. Serm. 1, 2, 61 An tibi abunde Perſonam ſatis eſt, non illud quidquid vbique — Officit, euitare ? Ouid. ex Ponto 1, 5, 37 Saucius euitat Pugnam gladiator. *Al.* Eiurat. Taedium narrandi Quinctil. 10, 1, 31. Amictu euitare Tela alicuius Catul. 113, 7.

EVITATIO, ōnis. f. [ἐυλάβεια, ἐξάλευσις] Quinctil. 5, 10, 33 Nam fere verſatur ratio faciendi circa bonorum adeptionem, — Malorum euitationem, *etc.* Incommodorum Auct. ad Heren. 2, 3 c. 2. Faſtidii Vopiſc. Aurel. c. 22.

EVITABĬLIS, e. Adi. [ἐξαλευτός] Euitabile telum Ouid. Met. 6, 234.

EVIVS, *vid.* EVHYVS.

E V L

EVLAEVS, i. m. [Εὔλαιος] Fluuius Mediae Plin. 6, 27.

EVLOGIA, ae. f. [ἐυλογία] *Bona ratio, vt quidam volunt.* Cic. Att. 13, 22 Lucum hominibus non ſane probo, quod eſt deſertior, ſed habet ἐυλογίαν. *Vbi interpres,* Eulogian, *honeſtam rationem, vel probabilem. Sed fluctuat lectio.*

EVLŎGVS, *Ratlonabitis. Mere Graecum, quo vtitur* Cic. Att. 13, 6, 7 *et* 33. *it.* 14, 22. *Sed* Martial. 6, 8 *proprium eſt*, Praeco Eulogus. *Item Nomen Liberti Q. Vitellii. Vid.* Suet. Vitell. c. 1.

E V M

EûM, pro Eorum antiqui dicebant. Feſtus.

EVMAEVS, i. m. [Εὔμαιος] Subulcus fuit Vlyſſis, qui dominum a bello Troiano reducem opera ſua adiuuit contra procos vxoris Homer. Odyſſ. 22.

EVMARVS, i. m. Athenienſis, Pictor egregius, qui primus in pictura marem feminamque diſcreuit, omnesque figuras imitari auſus eſt Plin. 35, 8.

EVMECES, is. n. [ἐυμήκης] Balſami genus, leui cortice : ita dictum, quod caeteris ſit procerius Plin. 12, 26. *Item* Gemma filici ſimilis quae capiti ſuppoſita nocturna viſa ad oraculi ſimilitudinem reddit Idem 37, 10.

EVMEDES, is. m. *Pater Dolonis. Vid.* Ouid. Triſt. 3, 4, 27.

EVMĒLIS, ïdis. f. *Cuius meminit* Stat. Silu. 4, 8, 49 Reſpiciens blande felix Eumelis adorat, *Eumeli de quo ſtatim filia Parthenope, auctor Neapoleos. Vid. Reineſ.* Inſcr. 1, 35.

EVMĒLVS, i. m. *Admeti regis Theſſaliae ex Alceſtide vxore filius, pater Parthenopae.* ¶ 2 *Troianus vir, de quo* Virg. Aen. 5, 664 Nuntius Anchiſae ad tumulum, cuneosque theatri Incenſas perfert naues Eumelus. *De* Eumelis *vid. VV. DD. ad* Ouid. Met. 7, 391.

EVMĔNES, is. m. *Cardianus, cuius vitam dedit Nepos.* ¶ 2 *Fuit et nomen aliquot regum Pergami.*

EVMENETICA, ae. f. [Ευμενητική] Regio eſt Ioniae, quam Maeander fluuius peruagatur, *vt tradit* Plin. 5, 29.

EVMENIA, ae. f. Cariae ciuitas, Cludro flumini appoſita, *teſte* Plin. 5, 29. ¶ 2 *Eſt et* hoc nomine, Oppidum in Thracia, quod Scythae Aroteres cognominati tenuere Plin. 4, 11.

EVMĔNÏDES, um. f. [Ἐυμενίδες] *Furiae, Latine Beneuolae et mites dictae ſunt, quae alias* Erinnyes, *poſtquam Oreſti matricidae, quem perſecutae fuerant, iudicio Deorum placatae ſunt, ſub hac appellatione ara ab illo honoratae : quod eſt argumentum Tragoediae Aeſchyli, quam* Eumenides *inſcripſit. Neque enim audiendus eſt* Seru. *in* Aen. 6, 250 *et alias cum Antiphraſi, exploſa alias quoque figura, quaſi* Eumenides, *i. beniuolae dictae eſſent, quia minime ſint beniuolae etc. Singulari, qui rarior eſt, vtitur* Sil. 2, 559 Disiectaque crinem Eumenis in medios irrumpit turbida coetus. Cic. de N. D. 3, 46 c. 18 Sin haec dea eſt, *(Hecate)* cur non Eumenides ? quae ſi deae ſunt, quarum et Athenis fanum eſt, et apud nos, vt ego interpretor, lucus Furinae ; Furiae deae ſunt, ſpeculatrices, credo, et vindices facinorum et ſceleris. Virg. Aen. 4, 569 Eumenidum veluti demens videt Agmina Pentheus. Amnis ſeuerus Eumenidum, i. e. Circa quem habitant Eumenides, *vt ait* Seruius, Virg. Aen. 6, 375 Tu Stygias inhumatus aquas, amnemque ſeuerum Eumenidum adſpicies ? Crinibus angues implexae Eumenides Virg. Georg. 4, 483. Intorti angues Eumenidum capillis Hor. Carm. 2, 13, 36. *Ipſae Comae Eumenidum Serpentes :* Stat. Silu. 5, 1, 28 Nil cantus, nil fila, deis pallentis Auerni Eumenidumque audita comis mulcere valerent. *Adde* Catull. in Argon. 192. Mater Eumenidum Virg. Aen. 6, 250. *i. Nox eſt. Hinc* Aen. 7, 331 Alecto *Furiam ſ. Eumenida ſic Iuno alloquitur :* Hunc mihi da proprium, virgo ſata nocte, laborem. Virg. Aen. 6, 280 Ferreique Eumenidum thalami, et diſcordia demens Vipereum crinem vittis innexa cruentis. *Vbi,* Seruius, Furiae, inquit, nunquam nupſerunt, vnde Thalamos accipiamus, in quibus natae ſunt. Turba ſeuera Eumenidum Propert. 4, 12, 22. Ouid. Met. 9, 410 Vultibus Eumenidum, matrisque agitabitur vmbris. Quinta Luna Eumenides ſatae, *quibus temporibus operis initium ſumere vetat* Virg. Georg. 1, 278

Ipſa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum: quintam fuge: pallidus Orcus
Eumenidesque ſatae.

Ouid. Met. 10, 46 Tunc primum lacrimis Victarum carmine fama eſt Eumenidum maduiſſe genas. ¶ 2 *In Grammatica ſignificatione* Eumenidum, *qua, vt vidimus* ἐυμενεῖς, beniuolas *notare poſſunt, ludit* Auſon. Epigr. 95 *in Hylam, quem Naiades rapuerunt, ac ſubmerſerunt adeo prae amore ſuffocaruntque,* Oſcula et infeſtos inter peritu-rus amores, Ancipites patitur Naiadas Eumenidas, *i. dubium* beniuolasne *ex etymo, an* Furias *ex vſu nominis.*

EVMETRIS, ïdis. f. *Gemmae ſpecies.* Plin. 37, 10. *Harduin. leg.* Eumithris.

EVMOLPVS, i. m. *Athenienſis, quem Suidas Muſaei Poëtae filium fuiſſe ſcribit, alii patrem. Vid. Menag. ad Laërt. 1, 3. Verſificator ante Homerum fuiſſe traditur. Sed fuere plures. Vnus eorum primus Hierophanta ſacrorum Eleuſiniorum. Ab hoc* Eumolpidae, *de quibus ſtatim.*

EVMOLPIDAE, arum. m. *dicti Sacerdotes ſeu Magiſtratus Athenis, qui ſacra Eleuſinia curarent. Vid. Meurſ. Eleuſin. c. 13. Meminit* Nep. 7, 4, 5. *it.* Cic. de Legg. 2, 35 Eumolpidôn πάτρια, *quae ſint diſputatur a* Cic. Att. 1, 9. *Fallitur Falſterus, qui Amoenitt. Tom. 2 p. 220 errorem putat eſſe, cum* Eumolpidae *maſculino genere dicuntur, ſola Suidae auctoritate nixus, qui filiabus ſuis ſacra quaedam tradidiſſe Eumolpum, memorat, quod verum poteſt eſſe, vt tamen* Eumolpidae *viri fuerint, quod diſerte affirmant Thucydides, Diodorus Siculus, alii. Audiamus vnum* Tacit. Hiſt. 4, 83, 4 *vbi* Ptolemaeus — Timotheum Athenienſem e gente Eumolpidarum, quem vt antiſtitem caerimoniarum Eleuſi exciuerat, — interrogat, *etc.*

E V N

EVNICVS, i. m. [Εὔνικος] *Statuarii nomen, apud* Plin. 34, 8.

EVNV̄CHVS, i. m. [ἐυνοῦχος] *Vulgo vocatur, qui euiratus eſt, et virilibus ac teſticulis caret. Dicitur autem ab* ἐυνή, *quod eſt cubile : et* ἔχω, *cuſtodio : quia id genus hominum adhibebatur ſeruandis cubilibus regum. Vid. Scalig. de Subtilit. Exercit. 277 §. 3. et Heinſ. Introd. in* Heſiod. c. 6, *qui obſeruat, eſſe* ἐυνοῦχον *etiam* ἀοιδὴ *Synonymum, quod viris ſapientibus cura cubiculi committeretur : quorſum pertinet etiam illa etymologia* εὖ νοῦν ἔχων. *Ad verum etymon et munus adeo reſpicit illud,* Cumque omnibus vnica virtus Eſſet in eunuchis thalamos ſeruare pudicos Claudian. in Eutrop. 1, 98. *Et rurſ.* 419 Militia Eunuchi nunquam praegreſſa cubile. *Add.* Gloſſ. ἐυνοῦχοι, Cubicularii. *Caeterum* Eunuchi, *rerum venerearum expertes, aut* Spadones *vocantur, aut* Thlibiae, *aut* Caſtrati. Spadones, *qui propter aliquod vitium, vel frigiditatem membrorum genitalium liberis operam dare non poſſunt.* Thlibiae, *quibus a nutrice, vel forte a matre extriti ſunt teſtes.* Caſtrati, (ἐκτομίαι) *quibus virilia exſecta ſunt. Sic Theophilus* Inſtit. de adoption. §. 9. *Vid.* SPADO, *etc. Apud Orientales horum opera fuit egregia. Vnde et* Eunuchi *dicuntur temporis proceſſu non Sexus conditionis, ſed Officii et miniſterii habita ratione : etiam Mariti qui fuerunt.* Eunuchi e Syria Aegyptoque Cic. in Orat. 232. Senem mulierem *vocat* Eunuchum Ter. Eun. 2, 3, 65. Iuuen. Sat. 6, 366 Sunt quas eunuchi imbelles, ac mollia ſemper Oſcula delectent, et deſperatio barbae. Idem Sat. 12, 33

— decidere iactu
Coepit cum ventis, imitatus Caſtora, qui ſe
Eunuchum ipſe facit cupiens euadere damno
Teſticulorum.

EVNV̄CHO, āre. [ἐυνουχίζω] *Caſtrare.* Varro lege Maenia, Si qui patriam maiorem parentem extinguit, in eo eſt culpa : quod facit pro ſua parte is, qui ſe eunuchat, aut aliqui liberos producit. *Ex* Nonio 2, 289.

EVNVCHIZO, āre. [ἐυνουχίζω] *Caſtro.* Hieronymus contra Iouinianum, *ex* Matth. 19, 12 Sunt eunuchi, qui de vtero matris ita nati ſunt : et ſunt eunuchi, qui ab hominibus eunuchizati ſunt : et ſunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum caelorum.

EVNVCHĪNVS, a, um. Adi. *Apud* Hieron. de Cuſt. Virg. Ep. 22, 12 ad Euſtoch. Impudenter erigunt facies eunuchinas.

EVNVCHINATVS, a, um. Partic. *Apud* Tertullianum *eſſe dicitur. Sed non eſt in Indice Gloſſarum Tert.*

EVNVCHISMVS, i. m. *Euiratio.* Cael. Aurel. Tard. 1, 4, 118 Eunuchiſmum facere *inter remedia Epilepſiae.*

EVNVCHION, i. n. [ἐυνούχιον] *Lactucae genus,* rotunda ac minima radice, latis foliis, *quam quidam* Aſtylida (Aſtytida *Hard. reſtituit) vocant. Sic autem dicta eſt* eunuchion, quoniam haec maxime refragetur Veneri Plin. 19, 8.

EVNVS, i. m. [Εὔνους] *Ponemus de hoc praecipua ex* Floro 3, 19, 4 ſq. Syrus quidam nomine Eunus — fanatico furore ſimulato, dum Syriae deae comas iactat, ad libertatem et arma ſeruos, quaſi numinum imperio, concitauit ; idque vt diuinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quam ſulphure et igne ſtipauerat, leniter inſpirans flammam inter verba fundebat. Hoc miraculum primum duo millia ex obuiis, mox iure belli refractis ergaſtulis, ſexaginta amplius millium fecit exercitum ; regiisque — decoratus inſignibus caſtella — vaſtauit. Quin — capta ſunt caſtra Praetorum — Tandem Perperna imperatore ſupplicium de eis ſumtum eſt. *Add. Diod. Sicul. e libro 34 ecl. 2.*

E V O

EVŎCO, āre. [ἐκκαλέω, παρακαλέω] *Extra vocare.* Ter. Andr. 3, 3, 47 Euocate huc Dauum. Caeſ. Bell. Gall. 4, 6 Principibus Galliae euocatis. Cic. Verr. 1, 27 c. 10 Verres ſtatim Meſſanam literas dedit, Dionem euocauit. Idem pro Deiot. 13 Venit, vel rogatus vt amicus, vel accerſitus vt ſocius, vel euocatus vt is, qui Senatui parêre didiciſſet. Cic. de Fin. 2, 99 Indicat innatam eſſe homini probitatem gratuitam, non inuitatam voluptatibus, nec praemiorum mercedibus euocatam. Idem pro Deiot. 30 c. 11 Rex Deiotarus veſtram familiam abiectam et obſcuram e tenebris in lucem euocauit, *q. d. in altiorem locum.* Cic. Att. 8, 2 Non Expulſi ſed euocati e patria. Idem Tuſcul. 1, 74 c. 30 Tanquam e Magiſtratu, aut ab aliqua poteſtate legitima ſic e Deo euocatus atque Emiſſus exierit. Cic. in Hortenſ. . . . Quod dedecus quod non euocetur atque eliciatur voluptate ? Plaut. Amph. 3, 3, 12 Tu gubernatorem a naui huc euoca meis verbis. *Ita* Euocare ad coenam Plaut. Moſt. 4, 3, 13 Ad colloquium Liu. 23, 43. Caeſ. Bell. Ciu. 3, 108 Ad cauſam dicendam. Liu. . . . In concilium. Idem . . . Sterni triclinia etiam in foro iubebat, euocari homines honeſtiſſimos. Cic. Verr. 3 c. 26. *Sed al.* eo vocari. Idem Verr. 3 c. 28 Accitu Verris Magiſtratus Agyrio euocantur. Hoſtes ad pugnam Caeſ. Bell. Gall. 6, 56. Cic. pro Rabir. 21 c. 7 De te ipſo, inquam, Labiene quaero, quum ad arma Conſules ex Senatusconſulto euocaſſent. *Legitur et* Vocauiſſent. Caeſ. Bell. Ciu. 1, 23 Magnus

numerus

numerus Equitum Romanorum et Decurionum, quos ex municipiis Domitius euocauerat. *Metaphor.* Quinctil. 12, 8, 9 *vbi docet, quomodo patronus, dum diſcit cauſam, agere cum litigatore debeat,* Quapropter nunquam ſatis credendum eſt, ſed agitandus omnibus modis, et turbandus, et euocandus, *i. eliciendum ab illo quauis arte verum, et faciendum, vt latentia etiam cauſae vitia prodat,* vt medicis *(ſic pergit Fabius)* non apparentia modo vitia curanda ſunt, ſed etiam inuenienda, quae latent, ſaepe ipſis ea, qui ſanandi ſunt, occulentibus. Ne meam ipſe συμπάθειαν iam euocem Cic. *ad* Att. 10, 8 *extr. Conf. h. l. Graeu.* Praemiis etiam, quae capit illa aetas, euocetur Quinctil. 1, 1, 20. Cic. Tuſc. 1, 75 c. 31 Nam quid aliud agimus, quum a voluptate, id eſt a corpore, quum a re familiari, quae eſt miniſtra et famula corporis, quum a Republica, quum a negotio omni euocamus animum? *In vetuſtioribus codicibus legitur* Seuocamus, *quod nunc editur.* Euocare animum grate excipiendo Sen. de Benef. 2, 28. Cic. de Natur. Deor. 3, 21 c. 8 Non quod difficile ſit mentem ab oculis euocare: ſed quo magis euoco, eo minus id, quod tu vis, poſſum mente comprehendere. *In emendatioribus codicibus legitur* Seuocare *et* Seuoco: *quod nunc receptum eſt.* ¶ 2 *Nomina, quibus iungitur, ordine literarum poſita.* Animas orco Virgil. Aen. 4, 242. Aquas nubibus ſiccis Sen. Med. . . Auos atauosque ſepulchris, *i. elicere* Ouid. Amor. 1, 8, 17. Idem Met. 11, 598 Non vigil ales ibi criſtati cantibus oris Euocat Auroram nec voce ſilentia rumpit. Cohortes ſparſas, *i. colligere et cohibere* Lucan. 1, 395. Plin. 28, 2 Verrius Flaccus auctores ponit, quibus credat in oppugnationibus ante omnia ſolitum a Romanis ſacerdotibus euocari Deum, cuius in tutela id oppidum eſſet. *Sic* Liu. 5, 21 *Camillus iam certus potiundae vrbis Veiorum,* Te ſimul, *inquit,* Iuno regina, quae nunc Veios colis, precor, vt nos victores in noſtram tuamque mox futuram vrbem ſequare, vbi te dignum amplitudine tua templum accipiat. *Addit Liuius,* Veientes ignari — Deos votis ex vrbe ſua euocatos hoſtium templa, nouasque ſedes ſpectare. *Sed locus de hac re claſſicus eſt* Macrob. Sat. 3, 9. *Hic ponit primo illa* Aen. 2, 351 Exceſſere omnes adytis arisque relictis DI, quibus imperium hoc ſteterat. *Deinde addit, quod nec* Seruius ad l. c. *reticet,* Conſtat omnes vrbes in alicuius dei eſſe tutela, moremque Romanum — fuiſſe, vt cum obſiderent vrbem hoſtium, eamque iam capi poſſe confiderent, certo carmine euocarent tutelares deos. — Propterea ipſi Romani et deum, in cuius tutela vrbs Roma eſt, vt ipſius vrbis Latinum nomen ignotum eſſe voluerunt — *Deinde ponit carmen, quod* in cuiusdam Furii vetuſtiſſimo libro reperiſſe ſe profeſſus eſt *Sammonicus Serenus* — Si Deus, ſi Dea eſt (*ſ.* es) cui popolus ciuitasque Karthaginienſis eſt in tutela, teque maxime ille, qui vrbis huius popolique tutelam recepiſti, precor, venerorque, veniamque a vobis peto, vt vos popolum ciuitatemque Karthaginienſem deſeratis, loca, templa, ſacra, vrbemque eorum relinquatis, absque his abeatis, eique popolo, ciuitatique metum, formidinem, obliuionem iniiciatis, proditique *(i. prodeuntes)* Romam ad me meosque veniatis, noſtraque vobis loca, templa, ſacra, vrbs, acceptior probatiorque ſit: mihique Popoloque Rom. militibusque meis praepoſiti ſitis, vt ſciamus intelligamusque. Si ita feceritis, voueo vobis templa ludosque facturum. *Eſt erudita diſputatio Io. Guil. Bergeri de euocatione deorum ex oppidis obſeſſis Viteb. 1714 habita.* Herbas euocat Zephyrus Senec. Hippol. *init.* Ictum aduerſarii Quinctil. 5, 13, 54 *verbum artis gladiatoriae.* Ignes Aurorae Lucifer Ouid. Met. 4, 629. Milites, *vid. mox* EVOCATI *et* EVOCATIO. Miſericordiam, *i. implorare.* Cic. pro Deiot. 40 Miſericordia tua occurrere ſolet ſupplicibus nullius oratione euocata. Sil. 7, . . Euocat e liquidis Piſcem penetralibus eſca. Sacra, *Certis ſollemnitatibus ex loco in locum transferre* Vlpian. l. 9 §. 2 ff. de rerum diuiſ. et qual. Solent, qui liberare religione locum volunt, ſacra inde euocare. *Exſtat ad h. l. H. Coccei erudita diſſert. de Euocatione ſacrorum.* Teſtes Plin. Epiſt. 6, 91. *Add.* 5, 20, 2. *et* 3, 9, 29. *Aduerbia:* Cic. Att. 2, 24 Sic te vocabam literis, vt nihil acrius, neque incitatius fieri poſſet. Foras Ter. Eun. 2, 2, 52. *et* Plaut. Caſin. 2, 3, 54 Vis tu Chalinum huc euocem verbis foras. Idem Pſeud. 2, 2, 10 Oſtium pultabo atque intus euocabo aliquem foras. Idem Men. 1, 3, 35. Cic. de Orat. 2, 353 Iuuenes ſtant ad ianuam duo, qui te magnopere euocant.

EVOCĀTVS, a, um. Partic. [ἐκκεκλημένος] *Speciatim et* κατ' ἐξοχὴν Euocati *dicuntur, non iuſti milites, ſed qui repentina aliqua neceſſitate ex agris in bellum tumultuarie et vocantur et coguntur. Vid.* Seru. *ad* Aen. 2, 157. ¶ 2 *Sed eſt etiam gradus militiae, par centurionibus. Vid. Schegk ad* Vell. 2, 70, 2 *et* 3. *Aliud genus, de quo* Sueton. Galb. c. 10 Delegit et equeſtris ordinis iuuenes, qui manente annulorum aureorum vſu, euocati appellarentur, excubiasque circa cubiculum ſuum vice militum agerent. *Hi videntur, quorum frequens in* Vett. Inſcriptt. *mentio* EVOCATI AVG. *Sed e veteranis et emeritis ad ſigna cum honore reuocati, de quibus* Cic. Fam. 3, 6 Antonium praefectum euocatorum miſi ad te, cui, ſi videbitur, cohortes traderes. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 53 Quum horum omnium ratio haberetur, ad duorum millium ex Pompeianis concidiſſe reperiebamus, euocatosque et centuriones complures. *Et* 1, 17 Militibus in concione agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur, quadraginta in ſingulos iugera, et pro rata parte centurionibus euocatisue. *His duobus locis a* Militibus *et* centurionibus Euocatos Caeſar *diſtinguit.* Euocati *nempe ſunt Homines militia perfuncti, et emeritis ſtipendiis, qui tamen rurſus militatum euocantur. Id declarat Dio 45 p. 276 ſic ſcribens,* Ἐκ τούτων δὲ δὴ τῶν ἀνδρῶν καὶ τὸ τῶν ἠκοκάτων σύστημα (οὓς ἀνακλήτους ἄν τις ἑλληνίσας, ὅτι πεπαυμένοι τῆς στρατιᾶς ἐπ' αὐτὴν αὖθις ἀνεκλήθησαν, ὀνομάσειεν) ἐνομίσθη. *i. ex his hominibus* euocatorum *numerus conſtitit, quos* ἀνακλήτους, *id eſt* reuocatos *Graece vocare poſſis, quod militia perfuncti ad eam rurſus* reuocarentur.

EVOCĀTOR, ōris. m. [ἐκκλητής] Cic. in Catil. 1, 27 c. 11 Principem coniurationis, euocatorem et ſeruorum et ciuium perditorum exire patieris?

EVOCATORIVS, a, um. Adi. Literae Sidon. Ep. 8, 12.

EVOCATORIE. Adu. Theod. Priſc. 1, 23.

EVOCATIO, ōnis. f. [ἔκκλησις] Plin. 30, 1. *Vid.* Donat. *ad* Ter. Eun. 4, 7, 2. Auctor *ad* Herenn. 3, 3 c. 2 Euocationes hominum. *Rei etiam ad cauſam dicendam admonitio. Vid.* l. 26 D. de fideic. lib. *De* Euocatione deorum, *vid.* EVOCARE deos. Macrob. 6, 9 Ipſius vrbis *(Romae)* nomen *(Latinum)* etiam doctiſſimis ignotum eſt, cauentibus Romanis, ne, quod ſaepe aduerſus vrbes hoſtium feciſſe ſe nouerant, idem ipſi quoque hoſtili euocatione paterentur, ſi tutelae ſuae nomen euulgaretur. ¶ 2 *Eſt et* militiae Rom. genus, *quod* Sacramento *et* Coniurationi tertium *adiungit* Servius *ad* Aen. 7, 614 Nam ad ſubitum, *ſic addit,* bellum euocabantur. Vnde etiam Conſul ſolebat dicere, Qui Rempublicam ſaluam eſſe vult, me ſequatur. *Add.* Idem *ad* Aen. 8, 1.

EVŎHE, *vid.* EVHOE.

EVŎLO, āre. [ἀφίπταμαι] *Modo Volare incipere ſignificat, modo Extra volare, modo volare in altum.* Plin. 10, 38 Vultur et ferae grauiores, niſi ex procurſu aut altiore tumulo immiſſae non euolant. Euolare *et* Inuolare, *contraria* Varro de R. R. 3, 11. Columel. 8, 15. Altius euolare Cic. Fam. 1, 8. Inuident homines maxime paribus aut inferioribus, quum ſe relictos ſentiunt, illos autem dolent euolaſſe Cic. de Orat. 2 c. 12. Arte euolare altius Cic. Fam. 1, 7 *med.* Euolare *plus eſt quam* Excurrere: Cic. de Clar. Orat. 271 c. 78 Vt euolare non excurrere videretur. Curſu praepeti euolat Senec. Hippol. ſ. 10. Ex arbore euolat ales nuntia Iouis Cic. de Legg. 1, 2. Nusquam e noſtro pectore euolat Propert. 2, 12, 15. Euolant et excurrunt foras animi ſpretis corporibus Cic. de Diuin. 1, 114 c. 50. Madidis Notus euolat alis Ouid. Met. 1, 264. Euolauerunt ex omnibus partibus ſiluae, et in noſtros impetum fecerunt Caeſ. Bell. Gall. 3, 18. *i. celeriter procurrerunt.* Euolare ad belli, aut fugae ſocietatem Cic. Att. 10, 12. Euolarat iam e conſpectu fere fugiens quadriremis Idem Verr. 5, 87. *Et* Verr. 1, 67 Iſte, qui ſua cupiditate tantos tumultus concitatos videret, cupere aliqua euolare ſi poſſet, *i. effugere.* Ex corporum vinculis, tanquam ex carcere Cic. Somn. Scip. 5 c. 3. Ex flamma Idem Verr. 1, 67. Ibid. 70 Tamen ex ea flamma periculoque euolauit. Eripi atque euolare ex inſidiis aliquorum Cic. pro Muraen. 82 c. 38. Ex ſeueritate iudicis Idem Verr. 1, 13. *Et* pro Muraen. 82. Rus ex vrbe, tanquam ex vinculis Cic. de Orat. 2, 22 c. 6. Idem de Prouinc. Conſ. 14 Quam poenam ſi tum aliorum opibus, non ſuis, inuitiſſimis vobis euolarunt: at aliam multo maiorem, grauioremque ſubierunt, *i. vitarunt.* Cic. de Orat. 1, 161 Tantus enim curſus verborum fuit, et ſic euolauit oratio. ¶ 2 Euolare, [ἁρπάζειν] *eſt qui deriuare etiam velit a vola manus, vt ſit vola ſua auferre, i. manu. Sed quae proferuntur exempla, nihil eius probant. Nam* Plaut. Ciſt. 4, 2, 65 *ſic recte legitur,* Ciſtella mihi hic, mi adoleſcens, euolauit. LA. In caueam latam oportuit, *i. illatam incluſamque, ne euolare poſſet.* Cic. pro Deiot. 30 c. 11 Vbi enim id, quod intus eſt atque noſtrum, impune euolare poteſt, contraque nos pugnare, fit in dominatu ſeruitus, in ſeruitute dominatus.

EVŎLĬTO, āre. Frequent. [ἐξίπταμαι] Columel. 8, 8 Patentibus feneſtris per quas ad requirendos cibos euolitant. *De columbis.*

EVOLATĬCVS, a, um. Adi. *Laudatur* Plaut. Poen. 2, 28 Ita, vt occoepi dicere, Lenulle de illac pugna pentethronica, Qua ſexaginta millia hominum vno die volaticorum manibus occidi meis. LY. Eh! volaticorum hominum? *Sic recte legitur hodie, pro* Euolaticorum. *Propius ad MS.* Eu! volaticorum *conicit Gron.* Eu *vel* Heu *eſt admirantis.*

EVOLVO, ui, ūtum, ĕre. [ἐκκυλίω, ἐξελίττω, ἀναπτύσσω] *De loco, ad finem, in altum, voluere.* Stat. Achill. 1, 243 Ex aequore Titan Rorantes euoluit equos. Cic. Topic. 9 c. 2 Euoluere id, quod inuolutum eſt. *Metaphora continuata* Idem Off. 3, 76 Si quis voluerit animi ſui complicatam notionem euoluere. Ouid. Met. 1, 24 *De contuſis ante elementis,* Quae poſtquam euoluit caecoque exemit aceruo. Ter. Eun. 4, 4, 56 Hac re et omni te turba euolues et illi gratum feceris. *Dicitur de fluminibus in mare euntibus, vbi nempe ad finem voluendi ſuas vndas veniunt:* Virgil. Aen. 5, 808 Nec reperire viam atque euoluere poſſet In mare ſe Xanthus. *Ita* Plin. 4, 12 Euoluitur in Pontum ſex fluminibus Danubius. *Sic* euolui *dicuntur, quae celerius iuſto efferuntur oratione:* Cic. de Orat. 3 c. 55 His autem de rebus me Sol ille admonuit, vt breuior eſſem, qui ipſe iam praecipitans, me quoque haec praecipitem paene euoluere coëgit. *Hinc ortum videtur, vt* euolui *etiam dicatur, tanquam flumen oratio, vt* Virg. Ge. 4, 509 *dicitur Orpheus* Fleuiſſe, et gelidis haec euoluiſſe ſub antris. *Et* Catull. Coma Beren. ſ. 64, 74 Condita quin veri pectoris euoluam. *Paullo aliter* Claud. Conſ. Mall. Theod. 39 Quidquid fluuiis euoluitur auri. *Metaphor.* Liu. 6, 15 Iſtos incubantes publicis theſauris ex praeda clandeſtina euolues. *Alia Metaph.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 83 Aut terra aut mari alicunde euoluam id argentum tibi. ¶ 2 *Hic ponemus Subſtantiua:* Flatus alta Arbuſta euoluens radicibus haurit ab imis Lucret. 6, 139. Arcana deûm euoluere Sil. 7, 494. *i. explicare enarrando. Sic* 5, 420 Quis deus, o Muſae paribus tot funera verbis Euoluat. *Hinc* Euoluens, *pro* Inuoluens *legi vult Heinſ. etiam* 7, 435. Statius Thebaida *ſuam ita exorditur,* Fraternas acies, alternaque regna profanis Decertata odiis ſontesque euoluere Thebas. *Vid. mox* Oras euoluere. Auctores penitus Quinctil. 12, 2, 9. Idem 6, 3, 86 Ennii *verſum laudat,* Qui potis ingentis Cauſas euoluere belli. *Conf.* Oras euoluere. Deliberationem aliquam totam accuratius euoluere in literis Cic. Attic. 9, 10. *verſus fin.* Idem pro Cael. 56 c. 27 Cuius ego criminis, neque principium inuenire, neque euoluere Exitum poſſum. Ouid. Faſt. 1, 657 Ter quater euolui ſignantes tempora Faſtos: Nec ſementina eſt vlla reperta dies. *Nempe* Faſti, *vt alii* Libri, Volumina *ſunt, a voluendo dicta.* Fuſos, *vid. mox* n. 3. Ouid. Triſt. 2, 238 Miror in hoc igitur tantarum pondere rerum Vnquam te noſtros euoluiſſe Iocos. Cic. Tuſc. 1, 25 c. 11 Euolue diligenter eius eum librum, qui eſt de animo. Idem in Topic. 9 Vterque noſtrûm ad ſuum ſtudium libellos quos vellet euolueret. Cic. Acad. 4, 11 Naturam omnium rerum. Notionem animi complicatam Idem Off. 3, 76. Oras euoluite belli Virg. Aen. 9, 528 *ad Muſas. Quod Ennianum eſſe monet* Seruius, Qui potes ingentis Oras euoluere belli. *Conf.* Cauſas euoluere. Lucan. 2, 184 Ille cauis euoluit ſedibus Orbes. Poëtas Cic. de Fin. 1, 25. Val. Argon. 4, 117 Ingemit et tales euoluit pectore Queſtus. Rem, *i. declarare* Quinctil. 6, 4, 20. Lucan. 3, 476 Nudis euoluunt Saxa lacertis. Ouid. Met. 15, 152 Sic exhortari, Seriemque euoluere fati, *i. exponere.* Idem Met. 12, 518 — modo ſe ſuper aëra fruſtra Tollere conatur, iactasque euoluere Siluas. Tempora et faſtos mundi Horat. Serm. 1, 3, 112. Verſus, *i. legere:* Ouid. Triſt. 2, 307 Non tamen eſt facinus Verſus euoluere molles, Multa licet caſte non facienda legant. Senec. Med. 402 Mundus nitidus certas euoluit vices. Volumina Quinctil. 2, 15, 24. Cic. Att. 9, 10 Euolui Volumen epiſtolarum tuarum. ¶ 3 *Vt ſimplex* Voluere *ad ficta illos Parcarum fuſos, et fata adeo refertur; ſic* euoluere *eſt ad finem ea perducere. Sic certe interpretatur Brouckhuſius illud*

Propert. 1, 7, 16 Quod nolim noſtros euoluiſſe deos, *i. nolim illud fatum, quod te amare iubet, iam praeterierit.* *Vnice huc facit* Ouid. Epiſt. 12, 4 Tunc, quae diſpenſant mortalia fila, ſorores Debuerant ſuſos euoluiſſe meos. Tunc potui Medea mori bene. Idem Met. 15, 152 Trepidoſque obitumque timentes Sic exhortari, ſeriemque euoluere fati, *de Pythagora, declarante fata et illam euolutionem oſtendente, quae proprie Parcarum opus eſt,* Quae, *vt* Claudian. *ait* de Raptu Proſerp. 1, 53 ſeriem fatorum pollice ducunt, Longaque ferratis euoluunt ſaecula penſis. ¶ 4 *Illud iam abſeruarunt attenti lectores ſuperiorum, diaereſin in hoc verbo locum habere, vt quinque Syllabarum ſit* euoluiſſe, *et* euoluam *quatuor.*

EVOLVTVS, a, um. Partic. Liu. 26, 19 *de angui loquens,* Interuentuque hominum euolutam repente, atque ex oculis elapſam. Fluctus Sen. Herc. Oet. ſ. 6. Euolutum furfure panicum pinſitum, *h. e. furfure exutum* Columel. 2, 9. *Metaphor.* Cic. de Orat. 2, 350 c. 86 Libenter enim te cognitum iam artificem, aliquandoque euolutum illis integumentis diſſimulationis tuae, nudatumque perſpicio. Senec. Epiſt. 75 Occurrent acti in exilium, et bonis euoluti. *i. deturbati.*

EVOLVTIO, ōnis. f. [ἀνάπτυξις] Cic. de Fin. 1, 25 c. 7 Quid hiſtoriae, cognitioque rerum, quid Poëtarum euolutio? *Eſt etiam* Euolutio, *Vox militaris vſitata interpretibus Graecorum Tacticorum, quoties agmen ordinem ſuum et formam mutat ſubito. Sed nondum inueni apud Latinum.*

EVŎMO, ui, ĭtum, ĕre. [ἐξεμέω] *Extra vomere.* Plin. 10, 40 Platea calore ventris coctas conchas euomit. Cic. de Natur. Deor. 2, 124 c. 49 Eademque haec auis ſcribitur conchis ſe ſolere implere, eaſque quum ſtomachi calore concoxerit, euomere, *etc.* Veſbius euomuit ignes Sil. 17, 598. Cic. in Catil. 2, 2 Quae quidem laetari mihi videtur, quod tantam peſtem euomuerit, foraſque proiecerit. Idem pro Milon. 79 c. 29 Non timeo Iudices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus, libentius haec in illum euomere videar, quam verius. Idem Philipp. 5, 20 In me abſentem orationem ore impuriſſimo euomuit. Iram in aliquem Ter. Adelph. 3, 2, 14. Idem Adelph. 3, 4, 65 Ibo, ac requiram fratrem: vt in eum haec euomam. Euomit ſe Nilus multis faucibus in Aegyptium mare Plin. 5, 9. Orationem ex impuriſſimo Cic. Philipp. 5, 20. Talenta, *i. reddere male accepta* Idem in Piſon. 90. *Et* de Amicit. 89 Apud quem euomat virus acerbitatis ſuae. ¶ 2 *In bonam partem* Prudent. Apoth. 595 Promite ſecretos ſatus, date pandite librum Euomuit ſpirante Deo quem ſanctus Eſaias.

EVOMENS, entis. Partic. Ille tanquam niſus euomentis adiuvaret Tacit. Ann. 12, 67, 3.

EVONVS, i. f. [Εὔωνος] Inſula ad Athon, nouem M. paſſ. latitudine, quae hodie Peparethus vocatur. *Vid.* Plin. 4, 12.

EVONYMOS, i. f. [Εὐώνυμος] *Inſula eſt vna ex Vulcaniis: ita dicta, quod e Lipara, in Siciliam nauigantibus ſiniſtra offeratur. Nam* εὐώνυμα *Graeci* κατ' εὐφημισμὸν *vocant ſiniſtra. Auct. Strab. 6. Add.* Plin. 5, 19. ¶ 2 *Eſt item* Euonymos, Arbor, *de qua* Plin. 13, 22 *pr.* Nec auſpicatior in Leſbo inſula arbor, quae vocatur Euonymos, non abſimilis Punicae arbori, inter eam et laurum folii magnitudine — ſtatim peſtem denuntians, *etc.*

E V P

EVPALAMVS, i. m. *Daedali pater fuit, ſi audimus quoſdam, apud* Seru. *ad* Aen. 6, 14: Εὐπάλαμος, *manuum praeſtantiam notat.*

EVPATORIA, ae. f. *ſ.* EVPATORIVM, i. n. [εὐπατώριον] Herbae genus, caulis lignoſi, nigricantis, hirſuti, cubitalis aliquando, et amplioris. Plin. 25, 6. *Putatur eſſe ea herba, quam Dioſcorides ait a Latinis* Agrimoniam *vocari, atque ita quoque vulgo appellatur. Nomen habet ab rege Mithridate, cui cognomen fuit* Eupator, *ſec. Strab.* 10. ¶ 2 Eupatoria, [Εὐπατωρία] Paphlagoniae oppidum a Mithridate conditum, quod Amiſo iunctum fuiſſe *ſcribit* Plin. 6, 2.

EVPATRIA, ae. f. *De vltimae ſortis femina, per Ironiam, apud* Petron. c. 37.

EVPELIOS, *Herba, al. Daphnoides, Laureola, Victoriola* Apul. de Herb. c. 58.

EVPETALOS, i. m. [εὐπέταλος] Gemma eſt, quatuor habens colores, igneum, caeruleum, minii, et mali. Plin. 36, 10. ¶ 2 Lauri genus, quod alii Daphnoides, alii Pelaſgum, alii Stephanon Alexandri vocant: eſt autem frutex ramoſus, craſſiore ac molliore quam laurus folio, cuius guſtatu accenditur os atque guttur, baccis e nigro rufis Plin. 15 c. vlt. *Dioſc.* 4, 143.

EVPHEMIA, ae. f. [Εὐφημία] *Fauſtam acclamationem ſignificat, vel verba certe boni ominis, ſilentiumque adeo, Graecis: Dea gratiae* Fortunat. l. 8 *qui, ſicut et* Sidon. Carm. 2, 482 *antepenultimam corripit, ſed perperam.*

EVPHEMISMVS, i. m. *Figura rhetorum, quam late tractat Voſſ. Inſt. Orat. Part. 2 p. 186. cum verba mollia, bene ominata, quaeruntur in rebus moleſtis.*

EVPHŌNĬA, ae. f. [Εὐφωνία] *Bona vox, ſonitus vocum iucundior.* Quinctil. 1, 5, 4 Sola eſt, quae notari poſſit, velut vocalitas, quae Euphonia dicitur, cuius in eo delectus eſt, vt inter duo, quae idem ſignificant, ac tantumdem valent, quod melius ſonet malis. *Vid.* Sidon. Epiſt. 5, 5.

EVPHORBIA, ae. f. [εὐφόρβιον] *Herba, de qua ſic* Plin. 25, 7 Inuenit et patrum noſtrorum aetate rex Iuba, quam appellauit euphorbiam, medici ſui nomine et fratris Muſae. *Dicitur et* EVPHORBIVM *neutro genere.* Plin. 25, 12 Facit et claritatem euphorbium iunctis. Euphorbium *dicitur* Macrob. Sat. 7, 5.

EVPHORBVS, i. m. [Εὔφορβος] *Troianus, Panthi filius, qui Patroclum vulnerauit, interfectus ab Achille, vt eſt apud Homerum.* Panthoides Euphorbus Ouid. Met. 15, 161. ¶ 2 *Fuit et* Euphorbus, *Medicus,* Muſae frater, a quo diuum Auguſtum conſervatum eſſe conſtat Plin. 25, 7.

EVPHORION, ōnis. m. [Εὐφορίων] *Poëta Chalcidenſis, quem tranſtulit* Gallus, *ſi fides Seruio ad* Virgil. Ecl. 10, 50. *Habebat hic quoſdam ita deditos ſibi amatores, vt eum praeferrent Ennio, et reliquis Poëtis, quos notare videtur* Cic. Tuſcul. 3, 45 c. 19 *vbi poſt recitata quaedam Ennii carmina addit,* O Poëtam egregium! quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur. Cic. de Diu. 131 c. 64 Ille vero nimis etiam obſcurus Euphorion: at non Homerus. *Add.* Quinct. 10, 1.

EVPHRANOR, ŏris. m. [Εὐφράνωρ] *Nomen ſtatuarii laudatiſſimi, Iſthmii, qui de ſymmetria et coloribus aliquot volumina conſcripſit.* Plurima ſigna nobiliſſima ex aere confecit, *quae enumerantur a* Plin. 34, 8. *Idem* et Pictor, et Marmorarius fuit, in vnoquoque genere excellens, ſibique aequalis, *teſte eodem* Plin. 35, 11. *Huius meminit et* Quinctil. 12, 10. *Item* Iuuen. Sat. 3, 217 Hic aliquid praeclarum Euphranoris, et Polycleti, *etc.*

EVPHRĀTES, is. m. [Εὐφράτης] *Fluuius Meſopotamiae. Strabo ſcribit* Euphratem *ex Niphate monte Armeniae, magnum, profundum, et celerem naſci: exire autem in mare rubrum, prius tamen Babyloniam per medium diuidere, et Tigri coniunctum Meſopotamiam facere.* Salluſtius *quoque ait,* tam Tigris quam Euphratis in Armenia fontes demonſtrari. Boëthius, . . . Tigris et Euphrates vno ſe fonte reſoluunt. *Vid.* Plin. 5, 24. *Et* Solin. c. 50. Cic. de Natur. Deor. 2, 130 Meſopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis, quaſi nouos agros inuehit. Virgil. Georg. 4, 561 — Caeſar dum magnus ad Altum Fulminat Euphratem bello. Babylonius Ouid. Met. 2, 248. Celer Claudian. Conſ. Honor. 4, 387. Lucan. 3, 260 Sparſus in agros Fertilis Euphrates Phariae vice fungitur vndae, *non minus, quam Nilus cum limo fecunditatem adfert.* Idem 3, 257

Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates, quos non diuerſis fontibus edit
Perſis, et incertum, tellus ſi miſceat amnes.

Tumidus Claudian. Conſ. Honor. 3, 70. Vagus Stat. Silu. 5, 1, 89. Euphrates *Metonymice capitur, pro Orientis populis apud* Virgil. Georg. 1, 509 Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum. Euphrates ibat iam mollior vndis Idem Aen. 8, 726. *i.* Sentiens, quaſi ſe eſſe ſuperatum. *Sic* Seru. *Significat Orientis populos victos ab Auguſto.*

EVPHROSȲNVM, i. n. *Herba, quae Bugloſſos alias dicitur, ſiue Bugloſſum, hoc eſt Lingua bubula, quoniam linguae boum ſit ſimilis: ſpecies boraginis.* Plin. 25, 8 Iungitur huic bugloſſos, boum linguae ſimilis, cui praecipuum, quod in vinum deiecta, animi voluptates auget, et vocatur euphroſynum. *Alii autem* Euphroſynen *vocant.*

EVPLĒA, ae. f. Herba, qua perunctos commendatioris eſſe famae tradunt Magi Plin. 25, 10. *Illa virtus potius* Eucleam *ſuadet,* Εὔκλειαν. ¶ 2 *Inſula maris Tyrrheni iuxta Neapolim.* Stat. Silu. 2, 2, 79 Inde vagis omen felix Euplea carinis.

EVPLŎCĂMVS, a, um. Adi. *Comatum, vel concinnatum notat.* Lucil. *apud* Non. 1, 155 Euplocamo digitis diſcerniculumque capillo.

EVPŎLIS, ĭdis. m. [Εὔπολις] *Priſcae Comoediae ſcriptor fuit, qui vitia populi magna cum libertate reprehendit, de quo* Horat. Serm. 1, 4, 1 Eupolis atque Cratinus Ariſtophaneſque Poëtae, *etc.* Perſ. 1, 124 Audaci quicunque afflate Cratino Iratum Eupolidem praegrandi cum ſene palles. Eupolidem iratum *vocat* Perſius, *quaſi Vehementi ira in hominum vitia inuectum.* Eupolin *in Accuſatiuo dicit* Hor. Serm. 2, 3, 12.

EVPOMPVS, i. m. Plin. 35, 10 Praeclari Pictoris nomen, qui docuit Pamphilum Apellis praeceptorem.

EVPORISTVS, a, um. Adi. *Quod parari facile poteſt, Medicamentorum epitheton.* Theod. Priſcian. *et* Oct. Horatian. Praefat. 1. *et* 1, 21.

EVPŎRVS, i. m. *Seruus fuit C. Gracchi,* qui dominum ex Auentino fugientem, qua potuit ratione tutatus eſt, ac ſuper occiſum, animam ſciſſis proprio vulnere viſceribus effudit, *inquit* Macrob. Sat. 1, 11. *Vid.* Vell. 2, 6, 6. Max. 6, 8, 3. *et* Victor c. 65.

EVPTĔRON, i. n. *Herba alias* Polytrichon Apul. c. 51.

E V R

EVRANIVM, i. n. [Εὐράνιον] Cariae oppidum eſt, Halicarnaſſeorum iuriſdictioni ab Alexandro magno aſſignatum. Plin. 5, 29.

EVREOS, Gemma nucleo oliuae ſimilis. Plin. 37, 10.

EVRĔTRON, i. n. *ſ.* HEVRETRON, *eſt enim Gr.* εὕρετρον. *Merces ob indicium rei inuentae.* Vlp. l. 43 §. 9 ff. de furtis.

EVRHYTHMIA, ae. f. Architectura conſtat ordinatione et diſpoſitione, eurhythmia et ſymmetria, *etc.* Vitr. 1, 2 *pr.* *Eſt autem* eurhythmia *obſeruatio decoris et conuenientiae, vt ſuos res quaeque numeros habeat, ſeu, vt ipſe* Vitruuius, Eſt venuſta ſpecies, commoduſque in compoſitionibus membrorum adſpectus. Haec efficitur, cum membra operis conuenientia ſunt, altitudinis ad latitudinem, latitudinis ad longitudinem, et ad ſummam omnia reſpondeant ſuae ſymmetriae. Idem 6, 2 *extr.* Cum ſemel conſtituta fuerit magnitudo, ſequatur eam proportionis ad decorem apparatio, vti non ſit conſiderantibus adſpectus Eurhythmiae dubius.

EVRĪPĬCE, es. f. *Iunci genus.* Plin. 21, 18.

EVRĪPĬDES, is. m. [Εὐριπίδης] *Athenienſis Poëta Tragicus, natus quo die Xerxes rex ab Athenienſibus fugatus eſt. Fuit primum in Rhetorica Prodici diſcipulus, deinde Socratis in Philoſophia: ad Tragoediam conuerſus, ſecutus eſt Anaxagoram: Athenis diſcedens venit ad Archelaum Macedoniae regem, apud quem in honore fuit:* μισογύνης, *id eſt oſor mulierum, in quas ſaepe inuehitur, etc.* Pluſcula *de illius genere, vita, moribus, morte, notat* Gell. 15, 20. *Cenſura* Ciceronis *de* Euripide, Fam. 16, 8 Euripides, *inquit,* cui tu quantum credas neſcio: ego certe ſingulos eius verſus, ſingula eius teſtimonia puto.

EVRIPIDĒVS, a, um. Adi. [Εὐριπίδειος] Cic. Tuſcul. 3, 59 Euripideum carmen.

EVRĪPVS, i. m. [Εὔριπος] *Maris pars inter Aulidem Boeotiae portum, et Euboeam inſulam, cuius meminit Strab. 9. Et* Plin. 2, 97 Et quorundam tamen priuata natura eſt, velut Taurominitani Euripi ſaepius, et in Euboea ſepties die ac nocte reciprocantis. *Conf.* Sen. Herc. Oet. 779. Lucan. 5, 235. Tam rapida autem conuerſione eſt Euripus, vt, *quemadmodum auctor eſt* Mela, ventos, ac etiam plena ventis nauigia ſecum portet. Cic. de Natur. Deor. 3, 24 Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri poſſe conſtantius? Euripi, *Tractus anguſti inter vada:* Plin. 6, 23 Inde vadoſa nauigatio paluſtri ſimilis: per euripos tamen quoſdam peragitur. Cic. pro Muraena 35 Quod enim fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes, et quantos aeſtus habet ratio comitiorum? Prius vicibus alternis fugax Euripus vnda ſtabit Senec. Herc. Fur. 377. *De re impoſſibili.* ¶ 2 Euripi *etiam et* Nili *erant aquae ductus et aluei operis ſumtuoſi, qui aquam in morem fluuiorum deductam conciperent, quod autem fluuiorum et freti anguſti, quale Euboicum erat, ſimilitudinem haberent, ideo delicati illi ſplendidis nominibus* Nilos *et* Euripos *vocabant.* Cic. de Legg. 2, 2 c. 1 Magnificas villas, et pauimenta marmorea, et laqueata tecta contemno. Ductus vero aquarum, quos iſti Nilos et Euripos vocant, quis non, quum haec videat,

videat, irriſerit? *Luxuriam quorundam, vt Luculli, Hortenſii, Philippi, notat et inceſſit, qui in villas aquae ductus maximis impenſis perduxerant.* *De* Euripo *ſic* Auſon. in Burdig. Quid memorem Pario contectum marmore fontem Euripi feruere freto? Senec. Epiſt. 90 Qui inuenit quemadmodum in immenſam altitudinem crocum latentibus fiſtulis exprimat, qui Euripos ſubito aquarum impetu implet, aut ſiccat. *Add.* Idem Ep. 83 Qui Kalendis Ianuariis in Euripum ſaltabam. *Conf.* Hieron. Ep. ad Rufin. 41. *Heſychius interpretatur* Euripos, δοχὰς ὑδάτων, *i. receptacula vel conceptacula aquarum.* *De* Nilo Cic. Q. Fratr. 3, 1 *non procul a fine,* De Arcano, Caeſaris opus eſt, vel mehercule etiam elegantioris alicuius: imagines enim iſtae, et palaeſtra, et piſcina, et Nilus multorum Philotimorum eſt, non Diphilorum. Plin. Epiſt. 1, 3 Quid agit Comum, tuae, meaeque deliciae? Quid ſuburbanum amoeniſſimum; Quid illa porticus verna ſemper? Quid πλατανὼν opaciſſimus? Quid Euripus viridis et gemmeus? Quid ſubiectus ſeruiens lacus? Viridis, *refertur ad herbas, quas alluit:* Gemmeus, *ad ſplendorem aquae et calculorum.* ¶ 3 *Etiam in circo erant* Euripi. Plin. 8, 7 *poſt narrationem de elephantis Pompeii eruptionem tentantibus,* non ſine vexatione populi, *addit,* Qua de cauſa Caeſar Dictator poſtea ſimile ſpectaculum editurus, euripis arenam circumdedit, quas Nero princeps ſuſtulit, equiti loca addens. Suet. Caeſ. 39 Spatio circi ab vtraque parte producto, et in gyrum Euripo addito. Spartian. Heliog. 23 Fertur in Euripis vino plenis nauales circenſes exhibuiſſe.

EVROAQVILO, ōnis. m. *Ventus inter Eurum et Aquilonem. Vid.* Vulg. Act. 27, 14.

EVROAVSTER, tri. m. Colum. 11, 2. Iſid. 13, 11.

EVRONŌTVS, i. m. [Εὐρόνοτος] *Alio nomine Vulturnus dicitur: Ventus ab Oriente hiberno ſpirans: quod inter Notum et Eurum ſit.* Columel. 11, 2 Idib. Maiis Fidis mane exoritur, Auſter, aut Euronotus. *Add.* Apul. de Mund. p. 62.

EVRŌPA, ae. f. [Εὐρώπη] *Tertia pars orbis, incipiens a Tanai vel Helleſponto, et deſinens in Atlanticum fretum.* Eam Plin. 3, 1 altricem victoris omnium gentium populi, terrarumque pulcherrimam *nominat,* quam plerique merito non tertiam portionem fecere, verum aequam, in duas partes ab amne Tanai ad Gaditanum fretum vniuerſo orbe diuiſo. *Vnde huic terrae nomen acceſſerit, aut quis eius fuerit auctor, a nemine mortalium compertum eſſe, ait Herod. 2. De* Europae *laudibus Strabonem legito 3. Vid. et* Cic. de Natur. Deor. 3, 24. *Et* pro Flacc. 64. Plin. 4, 23. Virgil. Aen. 10, 91. Europam, *inquit* Feſtus, tertiam orbis partem ab Europa Agenoris filia certum eſt appellari. Sed alii de amore Iouis in taurum verſi narrant. Alii eam a praedonibus raptam, et nauem, quae Iouis tutelam, effigiem (παράσημον) tauri habuerit, in eam regionem eſſe delatam. Quidam ob pulchritudinem regionis per ſimulationem raptae filiae occupatam eam terram ab Agenore et Phoenicibus ferunt. *Haec ille.* Lucan. 3, 275

— Qua vertice lapſus
Riphaeo Tanais diuerſi nomina mundi
Impoſuit ripis Aſiaeque, et terminus idem
Europae, mediae dirimens confinia terrae.

Stat. Achil. 1, 397

Interea meritos vltrix Europa dolores
Dulcibus armorum furiis, et ſupplice regum
Conqueſtus flammata mouet.

¶ 2 *Thraciae regio quaedam* Europa *vocatur. Vid.* Sext. Ruf. c. 9. *Hinc forte nomen paullatim extenſum, vt in* Aſia, Africa, America. ¶ 3 Europa, *vel* Europe, *Filia Agenoris, regis Phoenicum, quam Iupiter forma bouis, aut vituli aſſumta raptam abduxit in Cretam. Fabula eſt apud* Ouid. Met. 2, 850. Horat. Carm. 3, 27, 25 Sic et Europe niueum doloſo Credidit tauro latus, *etc. Sunt enim ibi plura. Add.* Plin. 12, 1 *extr.* Tyria Europa, *a patria, quae pars eſt Phoeniciae:* Sen. Herc fur. f. 1 Hinc qua tepenti vere laxatur dies Tyriae per vndas vector Europae nitet. Europa eluſa imagine tauri Ouid. Met. 6, 104.

EVROPAEVS, a, um. Adi. Dux Europaeus, *Minos Iouis et Europae filius.* Ouid. Met. 8, 23. Europaei aduerſarii, *hoſtis ab Europa* Nep. 18, 3, 2.

EVROPENSIS, e. Adi. *Idem.* Vopiſc. Aurel. c. 21 *pr.*

EVRŌPVM, i. n. [Εὔρωπον] Syriae vrbs, olim Thapſacum, poſtea Amphipolis appellata. Plin. 5, 24. ¶ 2 *Eſt item eiuſdem nominis, Oppidum apud Parthos, cognomento Nomadas, cuius meminit idem* Plin. 6, 25.

EVRŌPVS, i. m. [Εὔρωπος] Oppidum Macedoniae ad Axium amnem, *teſte* Plin. 4, 10. *ita dictum, ſi Stephano credimus, ab Europo Macedonis et Orithyiae filio, de quo* Iuſtin. 7, 1, 6. *Add.* Idem 7, 2, 5.

EVRŌTAS, ae. m. [Εὐρώτας] Fluuius Laconum, qui ab Apolline inſtructus ſuas edocet lauros, quibus eius plenae ſunt ripae. *Haec* Seruius *enarrans illud* Virgil. Ecl. 6, 83 Omnia, quae Phoebo quondam meditante beatus Audiit Eurotas, iuſſitque ediſcere lauros. *Hic teſte* Liu. 35, 29 Vrbem Lacedaemona praeterfluit. *Vid. Aelian. V. H.* 2, 34. *Et* Cic. de Inuent. 2, 96. In Eurotae ripis exercet Diana choros Virgil. Aen. 1, 498. Aſper Stat. Theb. 1, 119. Beatus Virg. Ecl. 6, 83. Frigidus Ouid. Amor. 2, 17, 32. Oliuifer Stat. Theb. 4, 227. Rigidus Idem Theb. 10, 492. Taenareus Ouid. Met. 2, 247.

EVROTIAS, ae. m. [Εὐρωτίας] Gemma eſt, quae ſitu videtur operire nigritiem: ita dicta a Graeco verbo εὐρωτιᾷν, quod eſt ſitum trahere. *De hac* Plin. 37, 10.

EVROTOS, i. m. [Εὔρωτος] Theſſaliae fluuius, quem Peneus accipit, nec recipit, ſed olei modo ſupernatantem (vt dictum eſt Homero) breui ſpatio portatum abdicat: poenales aquas dirisque genitas, argenteis ſuis miſceri recuſans. *Verba ſunt* Plin. 4, 8.

EVRVS, i. m. *Ventus ab Oriente ſtans, et calidus eſt.* Colum. 5, 5 Quoniam plerumque dicti ſideris tempore quaedam partes eius regionis ſic infeſtantur Euro, quem incolae Vulturnum appellant, vt niſi tegminibus vites operantur, velut halitu flammeo fructus vratur. *Conf.* Apul. de Mundo p. 63. Citatior Euro Sil. 4, . . Ocior Euro Virg. Aen. 8, 223. Ouid. Epiſt. 11, 9 Vt ferus eſt, multoque ſuis Truculentior Euris. *De Aeolo* Velocior Euris Sil. 3, . . Immania ſaxa domus Euri Virgil. Aen. 1, 371. Rapido velocior Euro Claudian. pro Conſ. Prob. et Olyb. 100. ¶ 2 *Epitheta:* Virgil. Georg. 2, 339 Ipſae Caucaſeo ſteriles in vertice ſiluae Quas Animoſi Euri aſſidue franguntque feruntque. Horat. Epod. 16, 54 — vt neque largis Aquoſus Eurus arua radat imbribus. Atrox Stat. Silu. 3, 3, 96. Laetus Eois equis Virgil. Aen. 2, 417. Mites Claudian. ad Seren. 59. Horat. Epod. 10, 5 Niger rudentes Eurus inuerſo mari Fractosque remos differat. Sil. 10, . . Vbi Nubifer Eurus Naufragium ſpargens operit freta. Praeceps Virg. Georg. 4, 29. Proteruus Ouid. Epiſt. 11, 14. Virgil. Georg. 3, 382 Gens effrena virûm Riphaeo tunditur Euro. *i.* Scythico vento. Riphaei autem montes Scythiae a perpetuo ventorum flatu nominati. Serui. Saeuos Euros pati Ouid. Epiſt. Sabin. 2, 93. Spiritus Eurorum, Furius Poëta, *apud* Gell. 18, 11. Tumidi Ouid. Amor. 1, 9, 13. Volucer Sil. 4, . . ¶ 3 *Verba:* Aduentantibus Euris Virgil. Georg. 4, 192. Agente nimbos ocior Euro Horat. Carm. 2, 16, 24. Certantes Euri Notique Stat. Theb. 6, 310. Conuulſae vndis et Euro naues Virgil. Aen. 1, 387. Demiſſa tempeſtas ab Euro Horat. Carm. 3, 17, 11. Denunciat igneus (*Sol*) euros Virg. Georg. 1, 453. Hor. Carm. 4, 4, 43

Dirus per vrbes Afer vt Italas
Ceu flamma per taedas, vel Eurus
Per Siculas, Equitauit vndas.

Non eſt opus, vt dicatur Eurus equitare, *et eo nomine reprehendatur Poëta omnium cautiſſimus. Sed eſt Zeugma,* Dirus Afer equitauit per vrbes Italas, ceu flamma per taedas, vel Eurus per Siculas vndas *ire, ferri, furere ſolet.* Impulſa cupreſſus Euro Horat. Carm. 4, 6, 10. Incidit Eurus violentior nauigiis Virgil. Georg. 2, 107. Ouid. Epiſt. 15, 9 Vror, vt Indomitis ignem exercentibus Euris Fertilis accenſis meſſibus ardet ager. Inſibilat Eurus Ouid. Met. 15, 604. Horat. Carm. 1, 28, 25

— quodcunque minabitur Eurus
Fluctibus Heſperiis Venuſinae
Plectantur Siluae.

Parcunt hibernis flatibus Euri Virg. Ge. 2, 339 — Ver magnus agebat Orbis, et hibernis parcebant flatibus Euri. Id. Aen. 1, 89 Vna Eurusque Notusque Ruunt. Tonat Euri domus Id. Ge. 1, 371. Vrget naues in ſaxa Eurus Virg. Aen. 1, 114. Eurus, *pro Parte Orientali:* Val. Arg. 1, 538

Iampridem regio, quae virginis aequor ad Helles:
Et Tanaim tenus immenſo deſcendit ab Euro,
Vndat equis, floretque viris *Intelligit Aſiam.*

EVRĪNVS, a, um. Adi. *Apud* Columel. 11, 2 Ventus Eurinus, et interdum Auſter cum grandine eſt.

EVRYĂLE, es. f. Minois regis filia, quae Neptuno Orionem peperit. ¶ 2 Alia fuit filia Proeti Argiuorum regis. ¶ 3 Alia eiuſdem nominis inter Gorgones numeratur. v. v. ¶ 4 *Item Amazonum regina. Vid.* Valer. Flacc. 5, 612.

EVRYĂLVS, i. m. [Εὐρύαλος] *Vnus fuit ex ducibus Peloponneſiacis, qui Argos et propinquas vrbes incolebant, et ad Troiam cum octoginta nauibus profecti ſunt, quem dixit Homer. diuina pulchritudine fuiſſe, Iliad. 2.* ¶ 2 *Ille Niſi amicus* Virgil. Aen. 5, 295 Eurialus forma inſignis, viridique iuuenta. ¶ 3 *Fuit et nomen Hiſtrionis.* Iuuen. Sat. 6, 81 Nobilis Euryalum aut Myrmillonem exprimat infans. ¶ 4 Tumulus *prope Syracuſas, forte quod latus in mare proſpectus pateret.* Liu. 25, 25.

EVRYANASSA, ae. f. [Εὐρυάνασσα] Inſula eſt maris Aegei, e regione Ioniae, non procul ab Arginuſa Plin. 5, 31.

EVRYBĂTES, ae. m. [Εὐρυβάτης] *Vir Ithacus, Agamemnonis miniſter, quem Vlyſſes apud ſe perpetuum praeconem habuit. Is et* Talthybius *miſſi ſunt ab Agamemnone ad Achillis tentoria, vt Briſeidem raperent. De quibus* Ouid. Epiſt. 3, 9 Nam ſimul Eurybates me Talthybiusque vocarunt, *etc. Fons Homerus* Iliad. 1.

EVRYCLĒA, ae. f. *Nutrix Telemachi apud Homerum.*

EVRYDAMAS, antis. m. *quaſi tu late domitorem dicas: nomen pugilis, qui dentes ſibi in pugna excuſſos deuorauit, ne animus creſceret aduerſario. Cael. Rhod. 21, 41.* ¶ 2 Hectoris *cognomen.* Ouid. Ibide 331. Sil. 2, 186. ¶ 3 *Inter procos Penelopes. Vid.* Sil. 2, 178.

EVRYDĪCE, es. f. [Εὐρυδίκη] *Vxor Orphei, pro qua recuperanda ferunt Orpheum ad inferos deſcendiſſe. Fabulam narrat* Virgil. Georg. 4, 486. Sen. Herc. Oet. f. 8. *et* Ouid. Met. 10, 31. ¶ 2 Alia item fuit Eurydice, Clymeni filia, vxor Neſtoris, ex qua ille filios ſeptem et filiam vnam ſuſcepit. Homer. Odyſſ. 3.

EVRYLŎCHVS, i. m. *Phlegyarum rex, qui ſtruxit Thebas antequam Cadmus adueniret, qui eas poſtea reaedificauit.* ¶ 2 *Fuit etiam hoc nomine vnus ſociorum Vlyſſis, qui ſolus Circes pocula non guſtauit, neque in ſuis figuram transmutatus eſt.* Ouid. Met. 14, 286 — ſuis ſolum caruiſſe figura Vidimus Eurilochum: ſolus data pocula fugit.

EVRYMĂCHVS, i. m. *Vnus ex procis Penelopes, cuius meminit* Ouid. Epiſt. 1, 92.

EVRYMĔDON, ontis. m. [Εὐρυμέδων] *quaſi tu late imperantem dicas, Filius fuit Fauni, vt placet* Stat. Theb. 11, 32 Proximus Eurymedon, cui paſtoralia Fauni Arma patris, *etc.* ¶ 2 *Eſt et* Eurymedon, Pamphiliae fluuius, qui Tauri iugis ortus mediam Pamphiliam tranat, *vt eſt ap.* Pompon. Melam 1, . . *Et* Plin. 5, 27.

EVRYMĪDES, is. m. [Εὐρυμίδης] *Telemus Eurymi filius inter Cyclopas vates fuit egregius, qui Polyphemo praedixerat omnia, quaecunque ab Vlyſſe paſſus eſt.* Ouid. Met. 13, 771 Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales, *etc.*

EVRYNŎME, es. f. [Εὐρυνόμη] *Oceani et Tethyos filia, vxor Orchami Achaemeniorum regis, mater Leucothoës.* Ouid. Met. 4, 210

— Leucothoë multarum obliuia fecit
Gentis odoriferae, quam formoſiſſima partu
Edidit Eurynome, *etc.*

¶ 2 *Sunt et aliae huius nominis apud* Hygin. f. 69. 70. 175. *Et* Valer. Flacc. 2, 136.

EVRIONE, es. f. *Amyntae Macedonum regis filia, quae patrem a matris inſidiis liberauit.* Iuſtin. 7, 4, 5.

EVRYPYLVS, i. m. [Εὐρύπυλος] *Euemonis filius, ex Ormenio vrbe, qui (vt ſcribit Homerus) cum quadraginta nauibus in expeditionem Troianam Agamemnona eſt ſequutus.* Ferox Ouid. Met. 13, 357. ¶ 2 *Fuit et alter Eurypylus Herculis filius, qui regnauit in Coo inſula, et cunctorum Graecorum augur peritiſſimus eſt habitus.* Virg. Aen. 2, 114 Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phoebi Mittimus.

EVRYSTHEVS, i. m. [Εὐρυσθεύς] Rex fuit Graeciae, Perſei genus, qui Iunonis inſtinctu imperabat Herculi, vt varia monſtra ſuperaret, quibus poſſet perire, vnde eum Durum appellauit Virgilius, qui potuit ad complendum odium nouercale ſufficere. Seruius *enarrans illud Poëtae,* Georg. 3, 4 — Quis aut Euryſthea durum, Aut illaudati neſcit Buſiridis aras? Cruentus Senec. Herc. Oet. 1973. Ouid. Met. 9, 103

— Neque adhuc Stheleneius iras
Soluerat Euryſtheus, odiumque in prole paternum
Exercebat atrox.

Dicitur Stheleneius, *quod eſt Stheleni Mycenarum regis filius. Hic recepto iam in caelum Hercule, bellum in eius filios egit, verum ipſe profligato ſuo exercitu, curru fugiens ab Hyllo, Herculis filio, tandem eſt interfectus.* Natus Euryſtheus properante partu Sen. Herc. fur. 830. *Quum Iupiter eo die, quo Hercules proditurus in lucem erat, praedixiſſet naſciturum, qui caeteris eſſet imperaturus, ſuſpicata Iuno id de Hercule dici, impetrauit primo a Ioue, vt id iureiurando affirmaret: deinde miſſa Lucina dea parturientium, Herculis ortum diſtulit, et vxoris Stheleni (quae ſeptimo iam menſe praegnans erat) partum accelerauit, ex quo eſt natus* Euryſtheus, *qui Mycenis* XLV *annis imperauit, ſemper infeſtus Herculi: vt Diodor. ſcribit 5, 2.*

EVRY̆TVS, i. m. [Εὔρυτος] Rex Oechaliae, Iolem filiam denegauit Herculi ante promiſſam, ideo, quod eum fuerat filius dehortatus, dicens ab Hercule et Megaeram vxorem, et ex ea filios interemtos, quod factum fuerat Iunonis inſtinctu. Vnde iratus Hercules propter nuptias ſibi denegatas, euerſa ciuitate interemit Eurytum, et Iolem filiam ſuſtulit. *Haec* Seruius *apud* Virgil. Aen. 8, 291 *de Hercule*, Vt bello egregias idem disiecerit vrbes: Troiamque, Oechaliamque. Ouid. Met. 9, 356 At puer (Dryopae filius) Amphiſſos, namque hoc auus Eurytus illi Addiderat nomen.

EVRYTIS, ĭdis. f. Patronym. *Iole.* Ouid. Met. 9, 395 Eurytidos lacrimas admoto pollice ſiccat Alcmene.

EVRYTION, ōnis. m. [Εὐρυτίων] *Faber inſignis fuit, qui Pallanti, Euandri filio, arma fabricauit.* Virgil. Aen. 10, 499 Quae bonus Eurytion multo caelauerat auro. ¶ 2 *Argonautarum vnus,* Ouid. Met. 8, 311. ¶ 3 *Lycaonis filius, Pandari frater, de quo* Virgil. Aeneid. 5, 495.

E V S

EVSCHEME. Adu. [εὐσχήμως] *i. ſpecioſe, decenter.* Euſcheme adſtitit Plaut. Mil. 2, 2, 58. *Add.* Idem Trin. 3, 1, 24.

EVSEBES. [εὐσεβὴς] *Pius.* Lapis Euſebes *dictus eſt*, ex quo Tyri in Herculis templo facta ſedes, ex qua dii facile ſurgebant Plin. 37, 10 ſ. 58. Surgebant *Harduinus interpretatur, eminebant, exſtabant. Mihi placet vetus lectio* Difficile, *pro* DI facile. Difficile ſurgebant *religioſi ex ea ſella, cuius materia* pius lapis. ¶ 2 *Longe vſitatius eſt epitheton hominum, regum praeſertim, vt Romae* Pius: *V. g.* Cic. Fam. 15, 2 Vt ego regem Ariobarzanem, Euſebem et Philoromaeum tuerer.

EVSESAMVM, i. n. *Bonum ſeſamum.* Oct. Horat. 1, 23.

EVSTOMACHVS, a, um. Adi. Ouum molle plus eſt euſtomachum, quam ſorbile Th. Priſcian. de Diaeta c. 7. *i. ſtomacho conducens.*

EVSTYLOS, i. c. Vitr. 3, 2. *bene columnatus, quod ipſe ſpeciatim in* iuſta interuallorum diſtributione *collocat.*

E V T

EVTERPE, es. f. *Muſa, propter voluptatem, quae ab audientibus ex boneſta eruditione percipitur, vt ait Diodor. 5, 1. At* Fulgentius mythol. 1, 14 Euterpe, quod Latine Bene delectans dicimus, ideo dicta eſt, quod primum ſit ſcientiam quaerere, ſecundum ſit delectari, quod quaeras. *Plerique eam tibiis delectari, et iis praeeſſe ſcribunt.* Auſon. Eidyll. 20, 4 Dulciloquos calamos Euterpe flatibus implet. *Alii dialecticae. Apollonii vero Rhodii expoſitores, μαθήματα, h. e. diſciplinas inueniſſe affirmant. Sunt et qui Rheſi matrem ſcribant.*

EVTHANASIA, ae. f. Auguſtus *apud* Sueton. in Vita c. 99. Fere quoties audiſſet, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, ſibi et ſuis εὐθανασίαν ſimilem (hoc enim verbo vti ſolebat) precabatur.

EVTHERISTON, i. n. [Εὐθεριστὸν] Balſami genus, tenui et capillacea coma, *de quo* Plin. 12, 25.

EVTHYCRATES, is. m. [Εὐθυκράτης] Lyſippi filius et diſcipulus, ante omnes aetatis ſuae laudatos in pictura artifices, excelluit. Floruit centeſima viceſima Olympiade, conſtantiamque patris potius aemulatus, quam elegantiam, auſtero maluit genere, quam iucundo placere. *De hoc* Plin. 34, 8, *vbi et opera eius enumerat.*

EVTHYGRAMMVS, i. m. *Inſtrumentum mathematicum, regula, amuſſis, canon.* Vitr. 1, 1.

EVTHYMEDES, is. m. [Εὐθυμήδης] Pictor ſui temporis non ignobilis, *cuius in tranſcurſu meminit* Plin. 35, 11.

EVTHYMIA, ae. f. [Εὐθυμία] Cic. de Fin. 5, 87 Democriti autem ſecuritas, quae eſt animi tanquam tranquillitas, quam appellant εὐθυμίαν, eo ſeparanda fuit ab hac diſputatione, quia iſta animi tranquillitas, ea ipſa eſt beata vita. *Add.* ib. c. 8.

EVTHY̆MVS, i. m. *Pyctes in Locris Italiae, qui Epizepyrii cognominantur, ortus, Aſtycleo patre: vel (vt indigenis perſuaſum eſt) Caecino amne genitus, qui Locros a Rheginis diuidit. De hoc et Aelianus variae Hiſtoriae 8. Et meminit* Plin. 7, 47.

EVTRAPELIA, ae. f. [Εὐτραπελία] *Vrbanitas, lepor, feſtiuitas et facetia. Ariſtoteles in Rhetoricis* Eutrapeliam *interpretatur* πεπαιδευμένην ὕβριν, *h. e. eruditum conuicium.* Paullus ad Epheſ. c. 5 *pro Scurrilitate accipit, ſiue Scurrili vrbanitate graui viro indigno.* Cicero *autem* Fam. 7, 32 Εὐτραπελίαν *Volumnii cum aliqua laude videtur commemoraſſe.* Certe ait, omnia in illis literis ſibi fuiſſe periucunda. *Bono quidem ſenſu et cum laude etiam dici* εὐτραπελίαν *ſtatim videbimus.*

EVTRAPELVS, *mere Graecum*, εὐτράπελος, *quaſi tu* bene verſatilem *dicas. Ariſtot. de morib. ad Nicom. 4, 14* Οἱ δὲ ἐμμελῶς παίζοντες Εὐτράπελοι προσαγορεύονται, οἷον εὔτροποι, *etc. qui ludunt concinne ac decenter, etc. Vid.* Vauaſſor de dict. ludicra c. 3. *Ad nos pertinet haec appellatio, quatenus* ¶ 2 *fuit cognomen* Volumnii, *ad quem* Cic. Fam. 7, 32 Εὐτραπελία, *inquit*, tuarum literarum? *Eſt autem* Eutrapelus, *idem, quod Lepidus.* ¶ 3 *Facit mentionem* Eutrapeli *cuiusdam* Horat. Epiſt. 1, 18, 31. *et alterius* Martial. 7, 83.

EVTYCHE, es. f. [Εὐτύχη] Mulier Tralliana, triginta partus enixa, et a viginti liberis rogo illata Plin. 7, 3.

EVTYCHIA, ae. f. [Εὐτυχία] Inſula eſt Theſſaliae adiacens, ante ſinum Pagaſicum. Plin. 4, 12.

EVTYCHIDES, is. m. Plin. 34, 8 Statuarius, centeſima viceſima Olympiade floruit. Hic fecit Eurotam, in quo artem ipſo amne liquidiorem plurimi dixere.

E V V

EVVLGO, āre. [ἐκφέρω] *Paullo plus quam Vulgare ſignificat, ex arcano vt innoteſcat vulgo aliquid, facere.* Liu. 9, 46 Ciuile ius repoſitum in penetralibus Pontificum euulgauit.

EVVLSIO, EVVLSVS, *vid.* EVELLO.

E V X

EVXENIDAS, ae. m. [Εὐξενίδας] Pictor ſua aetate celeberrimus, Ariſtidis praeclari artificis praeceptor Plin. 35, 12.

EVXĪNVS [Εὔξεινος] Pontus *(inquit* Plin. 6 *pr.)* antea ab inhoſpitali feritate Axenos appellatus. Ouid. Triſt. 4, 55 Frigida me cohibent Euxini litora ponti: Dictus ab antiquis Axenus ille fuit. *Nempe, Graecis* ἄξενος *inhoſpitalis dicitur.* εὔξεινον pontum *dixere mutatis nominibus hoſpitaliorem factum.* Ammian. 22 Heniochi, Sindi et Achaei intendente ſaeuitiam licentia diuturna indidere mari nomen inhoſpitali: et a contrario per cauillationem *(Charientiſmum, Euphemiſmum)* pontus Euxinus appellatur. *Conf.* Plin. 4, 12. *et* 6, 1 *pr.* Ouid. Triſt. 5, 10, 13 Quem tenet Euxini mendax cognomine pontus. Ouid. ex Pont. 3, 2, 60 Regna Thoas habuit Moeotide clarus in ora: Nec fuit Euxinis notior alter Aquis. Ouid. ex Pont. 4, 3, 51 Litus ad Euxinum (ſi quis mihi diceret) ibis, Et metues arcu ne feriare Getae. Mare Euxinum Ouid. ex Pont. 4, 6, 46. Idem ibid. 4, 7, 1 Miſſus es Euxinas quoniam Veſtalis ad oras, Vt poſitis reddas iura ſub axe locis. Pontus Euxinus Ouid. Triſt. 4, 4, 55. Cic. de Orat. 1, 174 c. 38. Vndae Ouid. ex Pont. 4, 7 *pr.*

E V Z

EVZŌMOS, *ſiue* EVZŌMON, [εὔζωμος, ἢ εὔζωμον] *Erucae herba, ita dicta quod iuris ſaporem commendet.* ζωμὸν *enim ius appellant Graeci.* Plin. 20, 13 In condiendis opſoniis tanta erucae eſt ſuauitas, vt Graeci Euzomon appellauerint. *Dioſc.* 2, 170.

E X

EX, *pro quo antique dicebant etiam* EC, *et frequenti Apocope* E, [ἐκ, *et ante Vocalem* ἐξ] *Praepoſitio ſolum regens Ablatiuum, ſignificat contrarium* τῆς IN, *nempe diſceſſum aliquem de interioribus velut partibus rei, in quo a cognata Praepoſitione* A *vel* Ab *differt. Audiamus* Diomedem 1 p. 408 *extr.* Qui *e theatro* ſe venire dicit, ex ipſo venit theatro *(diſertius dixiſſet Grammaticus*, in theatro ſe fuiſſe indicat) qui vero *a theatro*, non ex ipſo theatro, ſed e loco, qui proximus eſt theatro. Cic. pro Caecin. 86 c. 30 Cum de vi interdicitur, duo genera cauſarum eſſe intelligebant, ad quae interdictum pertineret: vnum, ſi qui EX LOCO, IN QVO eſſet: alterum, ſi AB eo LOCO, QVO veniret, vi deiectus eſſet. — Si qui meam familiam de meo fundo deiecerit, EX eo me LOCO deiecerit. Si qui mihi praeſto fuerit cum armatis hominibus extra meum fundum, et me introire prohibuerit; non EX eo, ſed AB eo LOCO me deiecerit. Ad haec duo genera rerum vnum verbum, quod ſatis declararet vtrasque res, inuenerunt, vt ſiue EX FVNDO ſiue A FVNDO deiectus eſſem, vno atque eodem interdicto reſtitueret, VNDE VI. Hoc verbum VNDE vtrumque declarat, et EX quo LOCO, et A quo LOCO. — Vnde deiecti Galli? A Capitolio. Vnde, qui cum Graccho fuerunt? EX Capitolio. *Sunt ibi plura. Conf.* Scaurus de Orthogr. p. 2262 *ſq. Apparet ergo, vt comparantur inter ſe* Apud *et* A, *ſic* In *et* Ex *ſibi reſpondere. Qui enim* apud vrbem *ſ.* ad vrbem *fuit, is* ab vrbe *recedit: qui* in vrbe fuit, *ille* ex vrbe *proficiſcitur etc.* E re *vel* ex re noſtra eſt, *quod intime cum illa coniunctum eſt*, ab re, *quod ſeiunctum, et aduerſum adeo.* ¶ 2 *Sed, quod de* A *vel* Ab *obſeruauimus, id etiam ad hanc Praepoſitionem pertinet, originem et principium ſignificat, tum naturale, vt cum* naſci ex aliquo, parere ex aliquo *dicitur; tum materiale, vt* ſtatua ex ebore; *tum denique morale, vt* ex animi ſententia. *Caeterum relationem etiam aliam notat, vt* e longinquo, ex proximo, ex illo die, ex Conſulatu, ex Praetura. *Sic* Cic. Att. 5, 8 Statues, vt ex fide, fama, reque mea videbitur, *i. conuenire fidei, famae, rei, Patriam notat, vt* Ter. Eun. 1, 2, 85 Ex Aethiopia ancillulam. Mulier ex Africa Scribon. 122. Caeſ. B. G. 1, 18 Ex Heluetiis vxorem habet. Cic. Verr. 3 c. 5 Herennius negotiator ex Africa. *Ita ad profeſſionem refert* Ter. Hec. 5, 1, 30 Quod, ſi eſſet alia ex quaeſtu hoc, haud faceret. Speciatim cum *nominibus nunc cauſam indicat, vt* ex auctoritate, conſuetudine, compacto *et plura. Laudatur etiam* Sen. de Benef. 6, 20 Si quis patriae meae pecuniam crediderit, non dicam me illius debitorem: nec ex hoc aes alienum profitebor. *i. propter hoc. Sed Lipſ. et Gron.* ex *omittunt. magis huc conuenit* Ter. Andr. 1, 5, 34 Ex hoc miſera ſolicita eſt, quia *etc. it.* Phorm. 5, 1, 23 Ex aegritudine miſeram mors conſecuta eſt. *Interdum partem, vt* Vnus ex illis, Vnus e multis. Caeſ. B. G. 1, 41 Quod ei ex aliis Caeſar maximam fidem habebat, *quod etiam interpretari licet* praeter alios. *Interdum tranſitum e ſtatu vel conditione in aliam vt* Feci e ſeruo vt eſſes libertus, mihi Ter. Andr. 1, 1, 10. Ex homine factus eſt Verres Cic. Diu. in Caec. 57 c. 17. Ex beato miſer Cic. Part. c. 16. Ex Oratore arator Id. Phil. 3, 9. Ex concitato mitiſſimus Colum. 6, 29, 3. *Vid. Oudend. ad* Lucan. 4, 719. Caeſ. B. C. 1, 70 Ex magnis rupibus nactus planitiem. *Medicis et in re Medica frequens eſt. Ita iam* Cato R. R. 156, 1 *iubet* braſſicam edi ex aceto. *Et* Plaut. Merc. 1, 2, 28 Reſinam, ex melle Aegyptiam vorato, ſaluom feceris. Ex Aceto coquere Colum. 12, 46, 1. Scribon. 169 Ex aqua dare. *Et* ex mulſa 169. Ex vino 195. Ex aceto terere 4. *it.* 9 *et* 259. *Sed* Aceto terere 5. Ex ouo tritum 26. Oleum irinum ex ruta tritum 189. *Vid. de hoc genere Victor. V. L.* 32, 4. ¶ 3 *Sed praeſtat ordine elementari proponere tum Nomina, quibus* Ex *vel* E *praeponitur, tum Verba, quibus ſubiungitur:* Ex Abundanti *formula* Quinctiliano *familiaris v. g.* 4, 5, 15. 5, 6, 2. 8, 3, 88. Idem 6, 2, 35 Vidi ego ſaepe hiſtriones atque Comoedos, quum ex aliquo grauiore Actu *(i. poſt actum)* perſonam depoſuiſſent, flentes adhuc egredi. Ex Adoleſcentia tua in amicitiam et fidem meam te contuliſti Cic. Fam. 7, 17. Ex aduerſo, *vel* Ex aduorſo, *antique.* Ter. Phorm. 1, 2, 47 Ea ſita erat ex aduorſo. Plaut. Merc. 5, 2, 37 Nonne ex aduerſo vides? Plin. 4, 13 Ex

4, 13 Ex aduerſo intrantibus geminae cernebantur. Liu. 21, 27 Terrebant ex Aduerſo hoſtes. Ex aduerſo, *cum Genit. pro E regione.* Plin. 5, 31 Poſita eſt inter Samum et Lesbon, ex Aduerſo maxime Erythrarum. Idem 6, 23. *Cum Dat.* Liu. 45, 10 Portus is — ex Aduerſo vrbi ipſi, *Rhodo*, poſitus. Ex Aduerſo rem aliquam proponere Quinctil. 4, 2. Ex aduerſo inferri Liu. 28, . . . *Add.* Id. 21, 27. *et* 22, 4. Suet. Caeſ. c. 39. Ex Aduerſo dicere *aut* reſpondere Quinctil. 6, 5. Ex Aduerſo, *i. Per antiphraſim* Plin. 27, 10 Holoſteon, ſine duritia herba, ex aduerſo appellata a Graecis, ſicut fel dulce. Exaduerſum *vel* Exaduerſus *vna voce vid. ſ. l.* Ex Aequo et bono rationem reddere l. 22 de Manumiſſ. teſtam. *et ſaepe alias ICti interdum* Ex Bono et Aequo, *vt mox dicemus.* Plaut. Mil. 4, 4, 28 Quaſique iſtius cauſa amoris ex hoc matrimonio Abierim, cupiens iſtius ſumme nuptiarum. Liu. 42, 25 Et, ſi in animum inducerent, vt ex Aequo foedus fieret, et ſe viſurum quid ſibi faciendum eſſet. Sen. Ep. 88 Protagoras ait, de omni re in vtramque partem diſputari poſſe ex Aequo. Tacit. Hiſt. 2, 77 Diſcrimen ac periculum ex Aequo partiemur. Idem ibid. 4, 64 Aut ex Aequo agetis, aut aliis imperitabitis. Ter. Adel. 5, 9, 29

Vt id oſtenderem, quod te iſti facilem, et feſtiuum putant,
Id non fieri ex vera vita, neque adeo ex Aequo et bono:
Sed ex aſſentando, indulgendo, et largiendo.

Ex Aequo et bono animo offerre Sen. de Benef. 2, 34. Ex Aequo fertilis Plin. 17, 8. *de terra columbina.* Col. 6, 31 Ex Aequo miſcentur radices agreſtis herbae ſulfurque. Ouid. Amor. 1, 10, 33 Quae Venus ex Aequo ventura eſt grata duobus. *i. Aequaliter.* Ex Aequo viuere cum aliquo, *i. Aequa conditione* Plin. 2 praef. *et* 6, 25. Ex Aequo degere cum aliquibus Idem 6, 25. Ex Aere ſimulacrum Cic. Verr. 4, 33. Lorica Virg. Aen. 8, 593. Aliam rem ex Alia cogitare Ter. Eun. 4, 2 *pr.* Aliud ex Alio malum Ter. Eun. 5, 5, 17. *Add.* Heaut. 3, 3, 73. Alia ex Alia facies aetasque ſequitur Lucret. 4, . . Cic. Verr. 1, 76 Grandis natu parens adductus ad ſupplicium, ex Altera parte filius ille, *etc.* hic, *etc.* Salluſt. de Rep. Ord. . . Equidem mihi decretum eſt, nihil tam ex Alto repeti poſſe, quod non cogitanti tibi in promtu ſit. Plaut. Trin. 2, 6, 40

— Qui nihil aliud, niſi quod ſibi ſoli placet,
Conſulit, aduorſum filium nugas agit,
Miſer ex Animo fit: ſatius nihilo facit ſuae ſenectuti.

Idem Aul. 3, 6, 3 E meo quidem Animo facias rectius. *i. mea ſententia.* Ex Animo amicus, vereque beneuolus Cic. Philipp. 11, . . Ex Animo *et* Simulate, *contraria* Cic. de N. D. 2, 68. Idem Fam. 12, 17 Huic tu libro maxime velim ex Animo, ſi minus gratiae cauſa, ſuffragere. Ex Animo ſolicitus Plaut. Truc. 2, 4, 12. *Parelcon eſſe videtur* Ex Animo, *quum nemo, niſi ex animo, ſolicitus eſſe poſſit.* Ter. Eun. 1, 2, 95 Vtinam iſthuc verbum ex Animo ac vere diceres. Cic. in Piſon. . . . Equidem dicam ex Animo quod ſentio. Ter. Adel. 5, 7, 20 Dî tibi Demea bene faciant, quum te video noſtrae familiae tam ex Animo factum velle. Idem Heaut. 5, 2, 6 Nec rationem capio, niſi quod tibi bene ex Animo volo. Cic. Quint. Fratr. 1, 1 Te autem alienum hominem ament ex Animo. Ter. Adel. 1, 1, 47 Ille quem beneficio adiungas, ex Animo facit. Liu. 40, . . Ita, vt vere, vt ex Animo velitis euenire. Ex Animi ſententia, *Conceptio ſollemnis erat iuriſiurandi.* Cic. Off. 3, 188 Non enim falſum iurare, peierare eſt: ſed quod ex Animi tui ſententia iuraris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere, periurium eſt. *Sic* Tuſc. 1, 17 c. 9. Liu. 22, 53 Ex mei Animi ſententia, *inquit Scipio*, vt ego Remp. non deſeram, neque alium ciuem Rom. deſerere patiar, ſi ſciens fallo, tum me Iupiter Optimus Maximus, *etc.* Salluſt. Iugurth. 85, 27 Nam me quidem, ex Animi ſententia, nulla oratio laedere poteſt. *i. Iuro bona fide, dico bona fide.* Gell. 4 c. vlt. Cenſor, *inquit*, agebat de vxoribus ſollemne iuſiurandum. verba ita erant concepta: Vt tu ex Animi tui ſententia vxorem habes? *Cauillator quidam* Habeo, equidem, inquit, vxorem, ſed non hercle ex Animi mei ſententia. Tum Cenſor eum, quod intempeſtiue laſciuiſſet, in aerarios retulit. *Nempe intelligi voluit, ſe non habere vxorem qualem optet.* Cic. de Orat. 2, 260 c. 64 *a L. Porcio Naſica Cenſori Catoni id reſponſum eſſe, refert. Libri quidam* tui *habent, quod mordax in cenſorem eſſet.* Ex Ante diem, *vid.* ANTE n. 4. Ex Antegeſto agere Paullus in l. Quoties §. non tantum D. de peculio. Liu. 21, . . Luce prima ſubiit tumulos, vt ex Aperto atque interdiu viam per anguſtias facturus. Sen. Qu. Nat. praef. Alius adulatione clam vtetur parce, alius ex Aperto palam, ruſticitate ſimulata. Ex Arboribus frons deficiebat, *i. arborum* Caeſ. B. C. 3, 58. Plin. 11, 37 Aliis ſimplicia tribuit, vt in eodem genere ſubulonibus ex Argumento dictis, *i. propter cornua* ſubularum *ſpeciem habentia.* Ex Arte dicere, multo maximum: de arte loqui, minimum eſt Cic. de Invent. 1, 8. Plaut. Stich. 1, 3, 114 At hoc vide ſatin' vt facete, atque ex pictura hic Aſtitit, *i. graphice, vt non hominem viuum, ſed picturam ſpectare te putes.* Plaut. Mil. 4, 6, 50 Neſcio tune ex me hoc Audieris, an non. Ex Auctoritate Senatus aedificatur domus mea pecunia publica Cic. de Aruſp. Reſp. c. 7. *Sic* Ter. Eun. 1, 2, 34 Audiſſe ex praedonibus *etc.* Plaut. Epid. 4, 1, 36 Nam poſtquam Audiui ilico ex meo ſeruo, illam eſſe captam, continuo argentum dedi, vt emeret. Nihil ex me Audire potuiſſes Cic. de N. D. 1 c. 21. Ex Aulide Philocrates Plaut. Capt. 2, 3, 55. Ter. Eun. 1, 2, 28 Ibi tum matri paruulam puellam dono quidam mercator dedit ex Attica hinc abreptam. *Sic* Ibid. 3, 2, 17 Ex Aethiopia eſt vsque haec. *Item* Muliercula quaedam Romae ex Africa Scribon. Comp. 122. Ex Auro poculum Cic. Verr. 4, 27. Ex Bono et aequo exceptio accommodanda eſt Vlpian. l. 2 §. 8 ff. Si quis cautionibus, *quod frequentius dicunt ICti*, Ex aequo et bono. Ex Bonis *et* In bonis, *differunt apud Iuriſconſ. Nam* In bonis eſſe *dicuntur ea, quae ſitu et poſitione intra rem aliquam continentur:* Ex bonis *vero, quae naturaliter ſunt extra rem, ſed tamen ad eam pertinent: vt aliud eſt, annulum eſſe In dactyliotheca; aliud, Ex dactyliotheca.* Iuſtin. §. 2 de vi bon. rapt. Sane in hac actione non vtique exſpectatur rem in bonis actoris eſſe. Nam ſiue In bonis ſit, ſiue non, ſi tamen Ex Bonis ſit, locum haec actio habebit. *Quae igitur quaſi manu non tenentur, ſed conſequi per actionem poſſumus, ea* Ex bonis noſtris *dicuntur: at quae iam intra ditionem ac fines noſtros ſunt*, In bonis. *Hotoman.* Ex Calendis Ianuariis ne magni tumultus ſint, vereor Cic. Fam. 16, 9.

Ex Cauſa eſt, *i. Cauſae vtile eſt* Quinctil. 4, 1, 27. *Vid.* E Re. *Sed* Ex ea Cauſa Plin. 12, 17. Ex eadem Cauſa Sen. Q. N. 1, 1. *i. propter.* Cic. Q. Frat. 1, 2 Eum praeſertim hominem, quem ego et ex ſuis ciuibus et ex multis aliis quotidie magis Cognoſco nobiliorem eſſe prope, quam ciuitatem ſuam. *Sic* Cognoſcere aliquid ex literis alicuius Id. Att. 8, 13. Qualibet ex Cauſa Scribon. 42. Ex Commodo cinetiri cuique annos ſuos licet Sen. Qu. Nat. 5, 18. *i. prout commodum eſt.* Columel. 6, 2 *extr. de bobus loquens*, Ideoque robora corporum citra maciem conſeruant, qui ex Commodo, quam qui feſtinanter mandunt. Idem 12, 19 Vt ex Commodo, multum ſerveat. Ex Compacto aliquid facere, vt, Ex Compoſito Suet. Caeſ. c. 20. *i. ſecundum id, quod compactum et compoſitum eſt.* Liu. 1, 9 Tum ex Compoſito orta vis, ſignoque dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines diſcurrit. *Vid. mox* Ex Conſtituto. Ter. Andr. 4, 3, 4 Verum ex eo nunc miſera quem Capit dolorem. Comparare ſua commoda ex incommodis alterius Ter. Andr. 4, 1, 3. Condemnatus ex inuidia Vict. de Viris Illuſt. 50, 1. Ex Confeſſo malus Sen. Epiſt. 77. Quinctil. 3, 5 Niſi forte laudare, quae conſtet eſſe honeſta, et vituperare, quae ex Confeſſo ſint turpia, non eſt Oratoris officium. Ter. Eun. 5, 2, 35 Saepe ex huiusmodi re quapiam, et ex malo principio magna familiaritas Conflata eſt. Coniicitur in morbum ex aegritudine Plaut. Poen. prol. 69. Ex Conſilio iuriſperitorum Cic. pro Roſc. Com. 46. E Conſpectu fugere Ter. Hec. 1, 2, 107. Ex aurique putat micis Conſiſtere poſſe aurum Lucret. 1, 839. Ex Conſtituto arma corripuit Pannonia Vell. 2, 110, 2. Ex Conſuetudine tua, *i. Secundum conſuetudinem tuam* Plin. Epiſt. 1, 2. Cic. pro Cluent. 62 Qui quum vnum iam et alterum diem deſideraretur, neque in his locis ex Conſuetudine quaerebatur, inueniretur, *etc.* Ex Conſuetudine omnium aliquid facere Id. pro Quint. 12. *Sic* E More. Ex officii ratione, atque ex omnium Conſuetudine rem ipſam et factum alicuius conſiderare Id. pro Quint. 5. Ex Conſule *et ſimilia, vid. n. 6.* Plaut. Caſ. 2, 8, 63 In re praeſenti, ex copia piſcaria Conſulere licebit, quod emam. Paterc. 2, 110 Dalmatia, omnibus tractus eius gentibus in ſocietatem adductis, ex Conſtituto arma corripuit. Iuſtin. 1, 9, 19 Septem tantum conſcii fuere huius coniurationis, qui ex Continenti, ne dato in poenitentiam ſpatio res per quenquam enarraretur, *etc.* *Add.* 5, 3, 9. Caeſ. B. G. 7, 30 Vt reliquorum imperatorum res aduerſae auctoritatem minuunt: ſic ex Contrario dignitas incommodo accepto in dies augebatur. *Add.* Cic. pro Roſc. Com. c. 16. Id. pro Q. Roſc. 47 c. 16 At ego ex contrario contendo. Ex Contrario ſtare *dicuntur, Quae ſunt inter ſe oppoſita* Sen. Epiſt. 89. Quinctil. 6, 1. *Sed etiam* E Contrario *dicitur v. g.* Plin. 10, 38. Sen. Epiſt. 85. Colum. 11, 3. Nep. 11, 1, 4. *it.* 22, 1, 2. *et* 25, 9, 3. *Hinc barbarum illud* E Contra *ortum videtur, de quo ſ. l.* Plaut. Moſt. 1, 1, 28 Nam ecquum herilem filium video Corruptum hîc ex adoleſcente optimo. Corruptus ex amore Id. Aſin. 5, 2, 25. Deligere vnum ex cunctis Cic. de L. Agr. 2, 23. Deligendi poteſtas ex omni populo Id. ibid. 2, 23. Ter. Andr. 3, 1, 11 Quid hoc? adeone eſt Demens ex peregrina? Sen. Epiſt. 80 Siue ex Denuntiato videbatur, ſiue imparatus ac ſubito. Id. Qu. Nat. 3, 30 Ad quae non ſubito, ſed ex Denunciato venit. Ex Deſtinato aliquid facere Suet. Calig. c. 43. Ex ea Die ad hanc diem quae feciſti in iudicium voco Cic. Verr. 1 c. 12. Plaut. Pſeud. 5, 1, 28 Illis ſatisfacere minime ex Diſciplina quiui ego, qui lenonem capere didici. Ex Diſſimulato non eſſe blandiendum, aiebat Plancus Sen. Qu. Nat. 4 praef. Plin. Epiſt. 2, 19, 7 Apud Graecos enim eſt quiddam, quamuis ex Diuerſo, non tamen omnino diſſimile. Ex Diuerſo agere Quinctil. 5, 10, 64. Idem 4, 1, 42 Inuidia conſiſtentis ex Diuerſo patroni. *Add.* 4, 1, 29. Ex Diuerſo dicere Idem 5, 13. *it.* Occurrere Quinct. 12, 9, 6. *Sed etiam* E Diuerſo Plin. 22, 21. *Et* 4, 4 E Diuerſo irrumpentia. Virg. Aen. 6, 98 Talibus ex adyto Dictis Cumaea Sibylla Horrendas canit ambages. Locum vaticinationis oſtendit. Seruius. Plaut. Perſ. 2, 3, 12 Bonus volo iam ex hoc Die eſſe, quod neque fiet, neque fuit. Ex eo Die Cic. Phil. 1, 1. Plin. Epiſt. 3, 9, 21 Memini tamen, me aduocatum ex iudicibus datum. Diſcrimen adire ex periculo alicuius Id. ibid. 9, 22 *extr.* Cic. pro Arch. 4 Nam vt primum ex pueris Exceſſit Archias, atque ab his artibus, quibus aetas puerilis ad humanitatem informari ſolet, ſi ad ſcribendi ſtudium ſe contulit. *Sic etiam*, Exceſſit ex ephebis, *dixit* Ter. Andr. 1, 1, 24. Cic. Fam. 5, 8 Quamobrem tu, quantum tuo iudicio tribuendum eſſe nobis putes, ſtatues ipſe: et, vt ſpero, ſtatues ex noſtra Dignitate, *i. ſecundum; vel prout nobis dignum eſt.* Liu. 42, . . Non tam in pignus fidei obſides deſiderati erant, quam vt appareret ſociis, nequaquam ex Dignitate pari congredi regem cum legatis. Ex Diuitiis iuuentutem luxuria atque auaritia — inuaſere Sall. Catil. 12. *Cauſam et Succeſſionem notat.* Cic. Fil. Fam. 16, 21 Quando igitur tum ex me Doluiſti, nunc vt duplicetur tuum ex me gaudium, praeſtabo. Plaut. Moſt. 5, 1, 7 Poſtquam ex obſidione in tutum Eduxi manipulares meos. Ter. Hec. 3, 1, 19 Tum matrem ex Ea re, me aut vxorem in culpa inuenturum arbitror. *i. ob eam rem.* Tacit. Ann. 12, 7 Verſa ex Eo ciuitas, *int. tempore.* Cic. Verr. 1, 33 Ex Ea Die ad hanc diem quae feciſti, in iudicium voco. Id. pro Quint. 22. *et* Philipp. 1, 1 Ex Eo die quo in aedem Telluris conuocati ſumus. Id. de Amicit. 46 Ex Eo fieri, vt mulierculae magis amicitiarum praeſidia quaerant quam viri, *etc.* Id. Verr. 1 Multa ſunt ex Eodem genere, *i. eiusdem generis. Sic* Caetera de genere hoc Hor. Sat. 1, 1, 13. Id. Q. Frat. 3, 1 Quum Romam ex Arpinati reuertiſſem, dictum mihi eſt, Hippodamum ad te profectum eſſe: non poſſum ſcribere me miratum eſſe illum tam inhumaniter feciſſe, vt ſine meis literis ad te proficiſceretur: illud ſcribo, mihi moleſtum fuiſſe: iam enim diu cogitaueram ex Eo, quod tu ad me ſcripſeras, vt ſi quid eſſet, quod ad te diligentius perferri vellem, illi darem. Ex Equo pugnare Plin. 7, 56. Ex Equis colloqui Caeſ. B. G. 1, 43. Eſſe Ter. Hec. 5, 3, 42 Multa ex quo Fuerint commoda, eius incommoda aequum eſt ferre. Euaſit ex aqua Plaut. Rud. 1, 2, 86. Ex Euentu rerum, *i. Secundum euentum.* Tacit. Ann. 4, 3 Ita compoſitus vt ex Euentu rerum aduerſa abnueret. Exceſſit ex ephebis Ter. Andr. 1, 1, 24. Excipere aliud ex oratione alterius atque ille vult Id. de Orat. 2, 137. Id. Fam. 4, 1 Si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas: ne aut tibi Exire ex vrbe neceſſe ſit, aut mihi accedere. Id. Verr. 2, 113 Quo tempore omnis illa mea feſtinatio fuit cum periculo capitis, ob eam cauſam, ne tu ex reis Eximerere, ſi ego non adfuiſſem ad diem, *i. ex numero eorum, qui iam accuſandi eſſent, quorum nomina* recepta. Cic. Att. 7, 25 Diem ex die Exſpectabam, vt ſtatuerem quid eſſet faciendum. Ex-

pellere aliquid dictis ex animo Lucret. 5, 51. *De vitiis animi loquitur, quae non ferro, ſed praeceptis et doctrina exſtirpantur.* Cic. Catil. 3, 15 Et quoniam nondum eſt perſcriptum Senatusconſultum, ex memoria vobis Quirites quid Senatus cenſuerit, Exponam. Idem de Fin. 4, 1 Memoriter Exponere dixit. *Et* de Amicit. 1 Memoriter narrare. *Ibi τὸ* ex *παρέλκειν videtur.* Expreſſa in cera ex annulo imago Plaut. Pſeud. 1, 1, 54. Cic. Philipp. 3, 22 Horum ſimilia deinceps, nonne ſatius eſt mutum eſſe, quam quod nemo intelligat dicere? hem cur magiſter eius ex Oratore arator Factus ſit: vt poſſideat, *etc. donatus agris ab Antonio.* Facere pugnam aliquam ex auro ſolidoque elephanto, *i. Incidere in auro et ebore* Virg. Georg. 3, 26. Statua ex aere Facta, poculum ex auro Cic. Verr. 2 c. 35. *et* 4 c. 27. Facere ex inſulſo ſalſum Plaut. Rud. 2, 6, 33. Facere ex more Plin. Epiſt. 3, 18, 1. Salluſt. Iugurth. . . Neque id tempus ex aliorum more quieti aut luxuriae concedit. Plin. Epiſt. 5, 109 Quum omnes ex neceſſitate Facient, quod ego ſponte faciebam. Ex laeta Facie, *vid.* EXLAETVS. Plin. 30, 3 Eorundem cinis exeſis dentibus coniectus, ex Facili eos cadere cogit. *Al.* E facili. Idem 22, 15. *Add.* Colum. 6, 1 *pr.* Plin. Epiſt. 8, 191. Et ego nihil magis ex Fide quam de te ſcribo. Ter. Adel. 5, 9, 29 Vt id oſtenderem, quod te iſti facilem et feſtiuum putant, id non Fieri ex vera vita, *etc.* E Fontibus, *vid. mox* Haurire. Ex Fortuna non ponderanda fides Cic. in Partit. 117. Fugere e conſpectu Ter. Hec. 1, 2, 107. Gaudium ex me, *vid. p. a.* Doluiſti ex me. Ex vna Gemma vas vinarium Cic. Verr. 4 c. 27. E Graecia Epicurei Cic. de Nat. Deor. 1, 58 c. 21. *i. natione Graeci, vid. n. 2.* Ex Gratia, *vid.* ex Pari. Plaut. Capt. 3, 2, 5 Vix iam miſer ex Gratulando eminebam. Grauida e Pamphilo eſt Ter. Andr. 1, 3, 11. Ex eo compreſſu Id. Adelph. 3, 4, 28. *Add.* Hec. 3, 3, 32. *Contra*, Puerum ne reſciſcat mî eſſe ex illa Ter. Andr. 2, 3, 26. Hauriri artium ſtudia e fontibus abditis et conditis Cic. de Orat. 1, 267. Heres ex beſſe relictus Plin. Epiſt. 7, 24, 2. Hac ex cauſa, *pro Ob hanc cauſam*, Vlpian. in l. 1 D. De calumniatoribus. Ter. Eun. 5, 6, 27 Non dubium eſt, quin mihi magnum ex Hac re ſit malum. Ex Hoc ſolicita: *i. Propterea.* Ter. Andr. 1, 5, 34 Laborat e dolore: atque ex Hoc miſera ſolicita eſt, diem quia olim in hunc ſunt conſtitutae nuptiae. Cic. Fam. 7, 28 Quae *(ſalutatio)* fit ex Hoc etiam frequentius, quod vt auem albam videntur bonum ciuem videre. Lucret. 2, 477 — Pergam connectere rem quae Ex Hoc apta fidem ducat. Quinctil. 4, 1 Cuius rei licentia ex Hoc eſt, quod ante declamationem, illa velut imago litis exponitur. Ex Humeris dependet amictus Virg. Aen. 6, 301. Ex illo: *ſubaudi*, Tempore. Id. ibid. 2, 169 Ex Illo fluere, ac retro ſublapſa referri Spes Danaûm. Cic. Verr. 1, 112 c. 43 Voluiſti ex Improuiſo, ſi quae res natae eſſent ex vrbano edicto decernere. Plaut. Aſin. 5, 2, 69 Nam ni impetro regem perdidi, ex amore tantum eſt homini Incendium. Ex Infantibus iuuenes fiunt Lucret. 1, 187. Liu. 1, 56 Ergo ex Induſtria factus ad imitationem ſtultitiae, quum ſe, ſuaque praedae eſſe regi ſineret. Plaut. Poen. 1, 2, 9 Poſtquam illuxit aurora, nunquam ceſſauimus ex Induſtria ambae lauari, atque fricari. Ex Infinito ne cauſam cauſa ſequatur *eſſe dicitur* Lucret. 1, 996. *Sed neque l. c. inuenio, neque alias.* Ex Infinito *autem aliquoties dabunt Indices.* Ter. Adel. 2, 1, 43 Proh ſupreme Iuppiter, minime miror, qui inſanire incipiunt ex Iniuria. *h. e. Propter aliquam iniuriam ſibi illatam.* Ex Inſidiis aucupari quam rem agat quis Plaut. Aſin. 5, 2, 31. Ex Inſidiis verba dare Id. Aulul. 1, 1, 23. Ex Inſidiis capi Cic. Off. 3, 99. Id. ibid. 2, 22 Teſtis eſt Phalaris, cuius eſt praeter caeteros nobilitata crudelitas: qui non ex Inſidiis interiit, ſed is, quem modo dixi Alexander. Ex Inſidiis aliquid agere Id. ibid. 1, 35. Liu. 23, . . Et eo impenſius, quo auidius ex Inſolentia in eas ſe immerſerant. Id. 28, 39 Quum ex Inſperato repente miſiſtis nobis hunc P. Scipionem. Ex Integro iniicere togam Quinct. 11, 3, 156. *de nouo.* Plin. Epiſt. 10, 64 Datumque a Senatu ius omnibus, de quibus ille aliquid conſtituiſſet, ex Integro agendi. Idem Epiſt. 7, 9 Recaleſcere ex Integro, et reſumere impetum fractum omiſſumque. Iulian. in l. Si is, qui D. De exception. rei iud. Si te negotiis meis obtuleris, et fundum nomine meo petieris: deinde ego hanc petitionem tuam ratam non habuero, ſed mandauero tibi, vt ex Integro eundem fundum peteres, acceptio rei iudicatae non obſtabit. Ex Integro cauendum erit Paul. in l. De Die §. 1 *et* 2 D. Qui ſatisdare cogantur. Ex Integro ſatisdandum erit Paul. in l. Si ab arbitro D. Qui ſatisdare cogantur. Liu. 28, 44 Multa, quae nunc ex Interuallo non apparent, bellum aperiet. *Et* Cic. Att. 4, 16 Ille Latinus ἀττικισμὸς ex Interuallo regustandus eſt. Ex Interuallo, *cui opponitur* Ex continenti Vlpian. in l. iurisgentium §. Quinimmo D. De pactis. Ex Intimis vnus Cic. Fam. 13, 3. Ter. Eun. 1, 2, 118 Me miſeram, forſitan hic mihi paruam habeat fidem, atque ex aliarum Ingeniis nunc me iudicet. Ex Ipſis caeli rationibus Lucret. 2, 178. Ex Itinere literas mittere Cic. Fam. 3, 9. Ex Itinere confligere Caeſ. . . *i. intermiſſo paullum itinere.* Ex maxime raro genere hominum Iudicare debemus et paene diuino eum qui grauem, conſtantem, ſtabilem ſe in amicitia praeſtiterit Cic. de Amicit. 55. Ex Iure, manum conſertum vocare, *i. ad conſerendum. Verbum eſt antiqui iuris.* Varr. de L. L. 2, 7 p. 57, 10 Conſerere manum dicimus cum hoſte: inde ex Iure manum conſertum vocare. Gell. 20, 9 *explicans illud* Ennianum ex octauo annali, Non ex Iure manum conſertum *etc. vbi dixit de antiqua Vindicatione, quae olim in re praeſenti ex duodecim tabulis iure fiebat, ita pergit*, Sed poſtquam Praetores propagatis Italiae finibus, datis *(alii legunt*, latis) iurisdictionibus, negotiis occupati, proficiſci vindiciarum dicendarum cauſa longinquas in res grauabantur: inſtitutum eſt contra duodecim tabulas tacito conſenſu, vt litigantes non in iure, *(i. vt ſtatim ipſe interpretatur Gellius)* apud Praetorem manu conſererent, ſed ex Iure manum conſertum vocarent, id eſt alter alterum ex iure ad conferendum manum in rem de qua ageretur, vocaret. Atque profecti ſimul in agrum, de quo litigabatur, terrae aliquid ex eo, vti vnam glebam, in ius *(hoc eſt)* in vrbem ad Praetorem deferrent: et in ea gleba, tanquam in toto agro vindicarent *etc.* Cic. pro Muraen. 26 c. 12 *formulae verba huiusmodi fuiſſe ait*, FVNDVS, QVI EST IN AGRO, QVI SABINVS VOCATVR. Satis verboſe. Cedo quid poſtea? EVM EGO EX IVRE MEVM ESSE AIO. Quid tum inde? INDE EGO TE EX IVRE MANV CONSERTVM VOCO. Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille vnde petebatur non habebat. Tranſit idem Iureconſultus, tibicinis Latini modo, VNDE TV ME, inquit, EX IVRE MANV CONSERTVM VOCAS, INDE IBI EGO TE REVOCO. *Peragit deinde caetera Tullius. Caeterum* manu conſertum *hic conſtanter ſcribitur. Alias* Manum *et* Manu *fluctuat. Merula in fragm.* Ennii, Briſſon. de Formulis 5, 21, *Gronou. ad* Gell. l. c. Manum *vbique praeferunt, quod etiam analogia videtur tueri. Qui primi ſcripſerunt* Manu, *ii videntur compoſitam vocem voluiſſe vt* Manumiſſio, Manupretium. Cic. de Orat. 1, 41 *metaphoricôs hac locutione vſus eſt in perſona Scevolae*, Quod vero *(inquit)* in extrema oratione quaſi pro tuo iure ſumſiſti, Oratorem in omnis ſermonis diſputatione copioſiſſime poſſe verſari, id, niſi hic in tuo regno eſſemus, non tuliſſem, multisque praeeſſem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu (manum *Lambin. et Pearcius)* conſertum vocarent, quod in alienas poſſeſſiones tam temere irruiſſes. *Verba Scipionis ad Annibalem apud* Liu. 30, 31 Prope manu conſerta *ad praelii certamen pertinent. Verba Ennii repetit* Cic. Fam. 7, 13 Tantum metuo, ne tibi iſtic artificium tuum parum proſit: nam vt audio, iſtic Non ex Iure manu conſertum, ſed magis ferro Rem repetunt. Ex Iuſtitia noſtrorum temporum non eſt Traian. ad Plin. Epiſt. 10, 63. Cic. Fam. 9, 23 Etſi M. Ceparius, quum mihi in ſilua Gallinaria obuiam veniſſet, quaeſiſſemque quid ageres? dixit te in lecto eſſe, quod ex pedibus Laborares. Laborat e Dolore Ter. Andr. 1, 5, 33. Laborat e Renibus Cic. Tuſc. 2, 60 c. 25. Languere e via Id. Phil. 1, 12 c. 5. *Sed al.* de via. Lar ex hac familia Plaut. Aulul. prol. 2. Ex Latronibus ſuis tibi detulerat principatum Cic. Phil. 2, 3. Ex Literis tuis te exſpectamus Id. Att. 1, 2. Ex Lege repetere ab aliquo pecuniam Idem Diu. Verr. 19. Id. pro Cluent. 103 Vno iudicio multa eſt ab eo petita, ſicut ab Iunio, quod non ſuae munere decuriae, neque ex Lege ſediſſet. Ex Lege iurati iudices, legibus obtemperare debent Id. de Inuent. 1, 70. Ex Legibus omnes Respublicae optime adminiſtrantur Id. ibid. 1, 68. Ex Libello reſpondere, *i. de ſcripto:* Plin. Epiſt. 6, 5 Nam et Celſus Nepoti ex Libello reſpondit, et Celſo Nepos ex pugillaribus. *Sed* Sueton. Aug. c. 84 Sermones quoque cum ſingulis — grauiores, non niſi in ſcriptis et e Libello habebat. E Manibus dedit mihi ipſe in manus Plaut. Trin. 4, 2, 57. E Longinquo Plin. 12, 22. Tacit. Ann. 2, 24 Vt qui ex Longinquo reuenerat, miracula narrabant. *Vid.* LONGVS. E Longinquo noctu fulget nyctilops Plin. 37, 5. Ex Longo, *ſubaud.* Tempore. Virg. Aen. 9, 63 — collecta fatigat edendi Ex Longo rabies. Q. Vettius Vettianus e Marſis, *i. Marſus* Cic. Bruto 169 c. 46. E More Suet. Caeſ. c. 6. *vt pro more. Sed* Cic. Phil. 2, 69 c. 28 Quid enim vnquam domus illa viderat, niſi pudicum, niſi ex optimo More, et ſanctiſſima diſciplina. E Medio abiit, *de mortua* Ter. Phorm. 5, 8, 30. E Marmore Ennius conſtitutus in ſepulcro Scipionum Cic. pro Arch. c. 9. Melior ex ducibus, *i. ducum* Liu. 21, 53. Ex Memoria vobis, quid Senatus cenſuerit, exponam Cic. Cat. 3, 13 c. 6. *i. memoriter.* Ter. Phorm. 5, 1, 23 Matrem ipſam ex aegritudine miſeram Mors conſecuta eſt. Plaut. Caſ. 3, 1, 6 Miſeriorem ego ex amore, quam te, vidi neminem. Miſer ex animo laetatur corpore Lucret. 3, 110. Naſci ex aliquo Ter. Heaut. 5, 3, 18. Id. Eun. 3, 2, 6 Hem alterum ex homine hunc Natum dicas. *Et* Adelph. 1, 1, 15 Atqui ex me hic Natus non eſt, ſed ex fratre. *Et* 3, 1, 10 Talem, tali ingenio atque animo, Natum ex tanta familia. *Vid.* Grauida, Peperit, Suſcipere. *Sic* Ter. Hec. 4, 4, 33 Si ex me illa liberos vellet ſibi. Suet. de Vitell. c. 10 In initio imperii egregie prorſus et magnifice: niſi caetera magis ex Natura et priore vita ſua, quam ex imperii maieſtate geſſiſſet. Plin. 10, 9 Ille auidus ex Natura, praeripit cibos reliquis pullis. Ex Natura ſua caeteros fingere Cic. pro Roſc. Amer. 108. *Sed* Id. de Fin. 5 c. 17 Hunc ſtatum corporis maxime expetit, qui eſt e Natura maxime, *i. ſecundum naturam.* Ex Nauibus puppium altitudo Caeſ. B. G. 3, 14. Ex Neceſſitate, *vid. paullo ante*, Facere ex neceſſitate. Ter. Adel. 5, 4, 7 Facilitate nihil homini eſſe melius, neque clementia, id eſſe verum, ex me, atque ex fratre, cuiuis facile eſt Noſcere. Ex Numero diſertorum homo Cic. de Orat. 1, 168 c. 37. Qui ex Numero ciuium deprauati hoſtes patriae ſemel eſſe coeperunt, *etc.* Id. in Catil. 4, 17. Plin. 2, 31 Nec ſupra ipſum, nec infra, ſed ex obliquo. Ex Occaſione ementium pretia varia Id. 12, 16. Caeſ. B. G. 6, 31 Neque ex Occulto inſidiandi et diſperſos circumueniendi ſingulis deerat audacia. Ex Occaſione omni laudare amicos Plin. Epiſt. 7, 28. Cic. pro Cluent. 47 Multi boni viri quum ex Occulto interueniſſent, pecuniaque obſignata, quae, *etc.* Idem Off. 1, 109 c. 30 Sunt his alii multum diſpares, ſimplices et aperti, qui nihil ex Occulto, nihil ex inſidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici. Plin. 9, 42 Nam paſtinaca latrocinatur ex Occulto, tranſeuntes radio (quod telum eſt ei) figens. Ex Oculis euanuit Virg. Aen. 9, 658. Id. Georg. 4, 451 Dixit, et ex Oculis ſubito, ceu fumus in auras Commiſtus tenues fugit diuerſa. Ex Oculis noſtris ſubducere vetuſtatem Lucret. 2, 69. Idem 2, 1058 Aut iuuat egrediens, *etc.* Aut ex Offenſa cum turbant corpore in ipſo Semina, *etc.* Idem 2, 305 Nam neque quo poſſit genus vllum materiai Effugere ex Omni quidquam'ſt, neque rurſus in omne. Plaut. Stich. 1, 1, 11 Spero quidem et volo, ſed hoc ſoror crucior, patrem tuum, meumque adeo vnice, qui vnus ciuibus ex Omnibus probus perhibetur, eum nunc improbi viri officio vti. Idem Moſt. 1, 4, 23 Num non vis me obuiam hiſce ire anime mi? PHIL. Ilico ex Omnibus optime volo. Cic. de Amicit. 15 Idque mihi eo magis eſt cordi, quod ex Omnibus ſaeculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum. Liu. 4, . . Vnde nec ex Opinato aduerſum hoſtem inuadat. Ex Opinione hominum atque fama aliquid ſcribere Cic. Fam. 12, 4. Ex Opibus, non ex veritate cauſa pendetur Idem pro Quint. 5. Virg. Georg. 4, 179 Septem illum totos perhibent ex Ordine menſes Fleuiſſe, *i. deinceps.* Cic. Verr. 4, 143 c. 64 Vt quisque aetate et honore antecedebat, ita ſententiam dixit ex Ordine. *Sic* pro L. Agr. 47 Ex Ordine dicere. Ortum ex me, ex te Plaut. Mil. 2, 6, 17. Ter. Adel. 5, 3, 26 Ex te adeo eſt Ortum, ne tu curares meum, neue ego tuum. Idem Eun. 5, 5, 20 Nam hoc putant, quidquid factum eſt, ex te eſſe Ortum. Cic. de Amic. c. 21 Nec quidquam difficilius, quam reperire, quod ſit omni ex Parte in ſuo genere perfectum. Id. Att. 11, 6 Omnino haec eodem modo ex hac Parte fiunt. Id. Cat. 2, 25 c. 11 Ex hac enim Parte pudor pugnat, illinc petulantia. E contraria Parte Id. Acad. 4, 124. Ex Pari, *vid. ſtatim poſt* Ex Parte. Ex interiore Parte Scribon. 121. Plin. 10, 32 Ipſa auis paullo amplior paſſere, colore cyaneo ex Parte maiore. Ex magna Parte Scribon. 6. 230. Vell. 2, 97, 3. Ex Parte caput velatum Quinctil. 6, 1. Ex Parte, *pro Partim, vice Aduerbii ponitur.* Liu. 26, . . Annibal ingentibus copiis peditum equitumque caſtra oppugnauit, et ex Parte cepit. Caeſ. B. G. 6, 34 Quae ex Parte res ad ſalutem exercitus

citus pertinebat. Non ex pactione verborum, quibus iuſiurandum comprehenditur: ſed ex Perfidia et malitia, per quam inſidiae tenduntur alicui, dii immortales hominibus iraſci et ſuccenſere conſuerunt Cic. pro Roſc. Com. 46. Quinctil. 2, 19 Sin ex Pari coëant, in mediocribus quidem vtriſque maius adhuc naturae credam momentum. Ex Praetore, *vid.* Ex Conſule. Ex Praetura prouinciam Hiſpaniam habuerat Caeſ. B. C. 1, 22. Plaut. Trucul. 2, 2, 13 Mea voluptas, attuli eccam pallulam ex Pari gratia tibi. Id. Aulul. 2, 2, 29 Neque illo quiſquam eſt alter hodie ex Paupertate parcior. Collis paullulum ex Planitie editus Caeſ. B. G. 2, 8. Peperit e Pamphilo Ter. Andr. 3, 2, 17. *Vid. p. a.* Grauida. Naſci. Ex Perſona Poëtae *aliquid dicere* Vellei. 1, 3 *bis.* Petere e Flamma te cibum poſſe arbitror Ter. Eun. 3, 2, 38. Vlpian. in l. Si ſeruum §. vlt. D. De acquir. hered. Equidem qui ſemel ſe abſtinuit, quemadmodum ex Poſt delicto obligetur. Papin. in l. Dominus D. De vſufruct. Manſiſſe fructus ius integrum, ex Poſt facto apparuit. *Sic ſaepe alibi apud Iuriſperitos.* Ex Praecepto Plin. 9, 35. Colum. 11, 19 Sacrificia niſi ex Praecepto domini facere neſciant. *i. Niſi praeceperit dominus.* Ex Praeceptis Philoſophiae actus vnus dies peccanti immortalitati anteponendus Cic. Tuſc. 5 c. 2. Ex Praetura triumphaſſet Idem pro Muraen. c. 30. Ex Profeſſo Philoſophiam oſtentantibus parum decori ſunt plerique orationis ornatus Quinctil. 2, 1. Ex Profeſſo inimicitias cum aliquo gerere Valer. 4, 1. Lucret. 1, 38 Eque tuo Pendet reſupini ſpiritus Ore. *Verba ad Venerem de Marte.* Suet. Oton. c. 1 Auſus eſt etiam in Illyrico milites quoſdam, quod motu Camilli ex Poenitentia praepoſitos ſuos quaſi defectionis aduerſus Claudium auctores occiderant, capite punire, *etc.* Liu. 28, 29 Ex Praeparato ſimul omnium rerum terror oculis auribusque eſt offuſus. Sen. Epiſt. 11 Non enim ex Praeparato locutus eſt: ſed ſubito deprehenſus. Columel. 1, 1 Neque enim ſemper eundem, velut ex Praeſcripto, habitum gerunt. *Sic* ex Praeſcripto viuere *dicitur, Qui ſeruat ea, quae fuerunt illi imperata atque praeſcripta.* Liu. 27, . . Et Romae quidem quum luctus ingens ex Praeterito, tum timor in futurum erat. E Proximo adſpicere ecquid iam mare admitteret Plin. Epiſt. 6, 16, 17. Plaut. Trin. 4, 3, 42 Quippe ex eorum ingenio ingenium horum Probant. Ter. Eun. 4, 7, 17 Fundam tibi nunc nimis vellem dari, vt tu illos Procul hinc ex occulto caederes. Ex Profeſſo viles artes, *i. omnium confeſſione* Sen. Epiſt. 74. *it.* 121. Ex Propinquo praeliari, *pro Cominus, et collato pede* Liu. 26, . . Ibid. 25, . . Ex Propinquo cognoſcit Hannonem cum exercitus parte profectum frumentatum. Id. 28, 44 Maior rerum ignotarum eſt terror, bona malaque hoſtium ex Propinquo ingreſſus fines adſpicias. Sen. Epiſt. 72 Et quae ex Propoſito ſumenda ſunt, et quae ſubita res tulit. Ex Prora tantum et puppi pugnabatur Plin. 7, 56. Virg. Aen. 7, 29 Atque hic Aeneas ingentem ex aequore lucum Proſpicit. Ex Prouocatione dimicare Plin. 7, 28. Plaut. Aulul. 2, 1, 49 Ego hinc artoptam ex Proximo vtendam puto Plin. Epiſt. 5, 101. Vicinus e Proximo Plaut. Aul. 2, 4, 11. Cic. de Senect. 72 Ex Quo fit, vt animoſior etiam ſenectus ſit, quam adoleſcentia, et fortior. Ex quo, *ſubaud.* Tempore. Ex Quo ſemel fuit aeger, nunquam *etc.* Liu. 3, 24 *pr.* Id. 1, 37 Se ex Quo ſui potens fuerit, Romam — commigraſſe. Liu. 1, 40 Duodequadrageſimo ferme anno ex Quo regnare coeperat. Virg. Aen. 2, 169

— Impius ex Quo
Tydides ſed enim, ſcelerumque inuentor Vlyſſes
Fatale aggreſſi ſacrato auellere templo
Palladium, *etc.*
Ex illo fluere, ac retro ſublapſa referri
Spes Danaûm, *etc.*

Cic. de Amicit. 23 Amor enim (ex Quo amicitia eſt nominata) princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam. Ex Quo manifeſtum Plin. in Paneg. . . Ex Quo palam eſt, quam turpiter deferat eam partem Rhetorices inſtitutio Quinctil. 2, 1. Quaerere ex aliquo, *pro Interrogare.* Cic. Att. 5, 15 Quaeſiuit ex eo, placeretne iudices a Praetore legi. Idem de Diuin. 1, 59 Caium Marium cum faſcibus laureatis quaerere ex te quid triſtis eſſes. E Regione, *ex aduerſo.* Cic. Acad. 4, 123 Nonne etiam dicitis, eſſe e Regione nobis e contraria parte terrae, qui aduerſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia: *diametraliter diceret aliquis de ſchola.* *Sic* de Fin. 1, 18 Cenſet enim *Epicurus*, eadem illa indiuidua et ſolida corpora ferri ſuo deorſum pondere ad lineam: hunc naturalem eſſe omnium corporum motum. Deinde ibidem homo acutus, cum illud occurreret, ſi omnia deorſum e Regione ferrentur, et, vt dixi, ad lineam, nunquam fore, vt atomus altera alteram poſſet attingere — et illum motum naturalem omnium ponderum, vt ipſe conſtituit, e regione inferiorem locum petentium, ſine cauſa eripuit atomis. Cic. Top. 47 c. 11 Eodem genere (contraria) dicuntur, quibus propoſitis occurrunt tamquam e Regione quaedam contraria, vt celeritati tarditas, non debilitas — Haec appellantur aduerſa. *Et* de Fato 18 c. 9 Vt cum duo indiuidua per inanitatem ferantur, alterum e Regione moueatur, alterum declinet. *Add.* de Vniuerſ. 21 c. 7. Cic. ad Q. Frat. 3, 1, 1 Columnas neque rectas neque e Regione Diphilus collocarat. Eas ſcilicet demolietur: aliquando perpendiculo et linea diſcet vti. Caeſ. B. G. 7, 35 E Regione caſtris caſtra ponere. *Et* c. 36 Erat e regione oppidi collis. Liu. 38, 7 Foſſam e Regione eius operis — ducere inſtituunt. *Add.* Nep. 1, 5, 3. Cic. de Diuin. 2, 17 c. 6 Quando luna e Regione ſolis facta incurrat in vmbram terrae. *Sic* et de N. D. 2, 103. Cic. Att. 5, 8 Summa erit haec, ſtatues vt ex fide, fama, Reque mea videbitur. Ex Re garrire aniles fabulas Hor. Serm. 2, 6, 77. Ex Re, Pro Commodo. Acron. E Re nata melius fieri haud potuit Ter. Adelph. 3, 1, 18. *Sed Bentl.* E re natae. E Re *contrarium quiddam ſignificat, quam* abs re: *nempe quod* e re *eſt, illud cum re coniunctum, et ex illa quaſi ductum intelligimus, quod* ab re *eſt, velut ab ea ſeiunctum.* Cic. Phil. 3, 20 Duobus aut tribus, SCtis e Re publica bene factis. Id. Phil. 10, 25 Brutum Procoſ. bene et e Re publica, et ex ſua maiorumque ſuorum dignitate — feciſſe. Liu. . . Faceret, quod e Re publica, fideque ſua eſſe duceret. Cic. Orat. 158 c. 47 *Ex vſu* dicunt, et *e republica*, quod in altero vocalis excipiebat, in altero eſſet aſperitas, niſi literam ſuſtuliſſes. *Hac obſeruatione* Terentius *non eſt vſus* Phorm. 5, 8, 76 Non hercle ex Re iſtius me inſtigaſti, Demipho. *Sic et Bentl.* Cic. ad Brut. Ep. 2 Facis ex tua dignitate, et e Republica. *Sed* ibid. 5 *pr. variatur, cum ſint qui legant*, ſi arbitrarere vtile, eque re publica eſſe, *alii* exque, *alii* et ex. *Sed et iſta Ciceronis obſeruationi repugnant:* Ex Republica et ex doctrina nobilis et clarus Demetrius Cic. pro Rabir. Poſt. 23. Ex Reipub. tempeſtate ſententiam aliquam tanquam aliquod nauigium atque curſum moderari, non eſt inconſtantis Cic. pro Corn. Balb. 61 c. 27. Ex Re et ex tempore conſtituere aliquid Id. Fam. 12, 19. Ex Re conſulere, *h. e. Vt occaſio tulerit, Simile illi, Pro re nata* Tacit. Ann. 1, 24. Ex Re ipſa capere dilationem, *i. Ex natura rei* Paullus in l. interdum D. de verb. obligat. E Rubigine, non e ferro hoc fabrefactum eſt Plaut. Rud. 5, 2, 113. Ex Rumore te exſpectamus, an ex Literis tuis Cic. Att. 1, 2. Sanus non eſt ex amore Plaut. Merc. 2, 3, 106. E Saxo ſculptus Cic. Acad. 4, 110. Scire ex aliquo Ter. Heaut. 3, 1, 2. *et* Phorm. 5 *extr.* Cic. Fam. 9, 12 Habuiſti in tua poteſtate, ex quo vel ex ſobrio, vel certe ex ebrio Scire poſſes. E me, ne quid metuas, nihil Sciet Plaut. Moſt. 3, 2, 58. Liu. 23, 11 Dum haec geruntur, Q. Fabius pictor legatus a Delphis Romam rediit, reſponſumque ex Scripto recitauit. Ex mea Sententia, *Vt volo et opto* Plaut. Capt. prol. 48. Ter. Hec. 5, 4, 32 Spero hanc rem euenturam nobis ex Sententia. Cic. Acad. 4, 148 Quid enim conſcendens navem ſapiens, num comprehenſum animo habet, atque perceptum, ſe ex Sententia nauigaturum? Ex animi Sententia Id. ad Brut. Epiſt. 4. Plaut. Perſ. 3, 1, 45 Ego neque lubenter ſeruio, neque ſatis ſum hero ex Sententia. Id. Aulul. 4, 1, 3 Nam qui hero ex Sententia ſeruire ſeruus poſtulat: in herum matura, in ſe ſera condecet capeſſere. Id. Capt. 2, 2, 96 Nec quenquam fideliorem, neque cui plus credat potes mittere ad eum, nec qui magis ſit ſeruus ex Sententia. Idem Truc. 5, 69 Verum vtrique mos geratur, amborum ex Sententia fiat, vt rem gratam video: hoc accipiendum eſt quod datur. Cic. ad Brut. 9 Nos te tuumque exercitum exſpectamus: ſine quo, vt reliqua ex Sententia ſuccedant, vix ſatis liberi videmur fore. Idem Fam. 12, 10. Ter. Phorm. 2, 1, 21 Sed ſatin' omnia ex Sententia? *Interdum idem eſt ac* de ſententia. Cic. pro Cluent. c. 63 Ex omnium Sententia conſtitutum eſt, ſatis videri eſſe quaeſitum. Id. Verr. 2 c. 16 Rupilius praetor ex legatorum Sententia leges in Sicilia conſtituerat. Plaut. Poen. 1, 2, 30 Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex Se. Id. Aulul. prol. 21 Is ex Se hunc reliquit, qui hic nunc habitat, filium. *Vid.* Grauida, *it.* Peperit ex. Ex Seſe aliud magis habet et maius: *iocus de vincto, cui negotium dare volebat Pamphilus.* Ter. Andr. 5, 4, 52. Cic. Verr. 1, 123 Se curaturos, vt ex Sua quisque parte ne minus dimidium ad Trebonium, *etc.* Id. de Inuent. 1, 102 Vnaquaeque ex Se, et ex ſua natura ſimpliciter conſideratur. Celſ. 2, 4 Somno non eſt terribilis neruorum diſtentio. Timere etiam ex Somno, mali morbi eſt. Liu. 36, . . Affecta labore, ac vigiliis corpora ex Somno moliebantur. Tac. Germ. 22, 1 Statim e Somno lauantur. Ex Sponſo agere Cic. pro Quint. 32. Ex Stirpe arborem excidere, *i. Stirpitus* Vlp. in l. 1 D. de arb. caed. Lucret. 2, 248 Ex Supero quum praecipitant, *etc.* Liu. 2, 37 Auctor magis quam res ad praecauendum vel ex Superuacaneo mouit. Ex Superuacuo aliquem admonere Sen. Epiſt. 64. Suſcepit ex illa filium Ter. Phorm. 5, 8, 49. Id. Andr. 2, 2, 21 Redeunti interea ex ipſa re mihi incidit Suſpicio. E Syria Aegyptoque Eunuchi Cic. Orat. 232 c. 70. *Sic p. a.* E Marſis. Ex Tabella pronuntiare, *i. Ex ſcripto* Suet. Claud. c. 15. Ex Tempore *continuo, nulla mora intercedente.* Cic. Off. 2, 33 Quos credimus expedire rem, et conſilium ex Tempore capere poſſe. Plin. Epiſt. 2, 3 Dicit ſemper ex Tempore, ſed tanquam diu ſcripſerit. Salluſt. Iugurth. 70 Caetera vti res poſceret, ex Tempore parare placuit. Cic. de Orat. 2, 246 c. 60 Illud egregium Seſtii, et ex Tempore, Manus laua, inquit, et coena. Id. Verr. 1, . . Audiuus alium non ab initio feciſſe, ſed ex Tempore aliquo confeciſſe. *De tabularum confectione loquitur.* *Sic* Liu. 10, 26 Conſtare res incipit ex illo Tempore, *i. ab illo inde tempore.* *Ita* Cic. pro Sext. *pr.* Si quis antea mirabatur — ex hoc Tempore miretur potius. Virg. Ecl. 7, 70 Ex illo Corydon, Corydon eſt tempore nobis. Ex tempore, *Ex temporis conditione.* Cic. Off. 3, 32 Vnius generis quaeſtiones ſunt hae omnes, in quibus officium ex tempore quaeritur. *Sic* Q. Cic. de Pet. Conſ. 6. *It.* de Inuent. 2, 176 c. 58. Ex Templo, *i. Statim.* Plaut. Amph. 1, 1, 52 Se exercitum ex Templo domum reducturum. Idem Merc. prol. 61 Seſe ex Templo ex ephebis poſtquam exceſſerit. *Add.* Id. Truc. 4, 3, 26. Liu. 1, 6 Ex Templo aduocato concilio, *etc.* *Conf.* Seru. *ad* Aen. 2, 699. Ex Toto, *pro In totum.* Sen. de Ira 3, . . Quaedam ex Toto euaneſcent. *Sic* Plin. 11, 17. Celſ. 3, 4. Integerrimus autem, et ex Toto integer eſt, qui febre omnino caret, quam integritatem Graeci ἀπυρεξίαν vocant. Creta ex Toto repudianda eſt Colum. 5, 8. Ouid. ex Ponto 4, 8, 72 Nec tamen ex Toto Deſerere iſta potes, *i. penitus.* Ex Tranſuerſo quidam adortus tranſfigit Liu. 2, 20. *Et* 1, 13 Ex Tranſuerſo impetu facto. Liu. 10, . . Vrbemque ex Tuto rectis itineribus peruiam conſpiciunt. Idem 26, . . Ex Tunc poenae reſeruatus *adfertur ex* Apul. Met. 7 p. 198, 15. *Sed eſt* extremae poenae. *Forte fuit* extimae, *vnde illud* ex tunc *ortum.* Ex Vano, *pro Fruſtra.* Liu. 27, . . Nec ſpem nec metum ex Vano haberet. *Item pro Falſo:* Idem 33, . . Neque tota ex Vano criminatio erat. Plaut. Epid. 1, 1, 63 Ex tuis Verbis meum futurum corium pulchrum praedicas, *etc.* Tacit. Ann. 4, 31 Nec occultum eſt, quando ex Veritate, quando adumbrata laetitia facta imperatorum celebrentur. Ex Vero nomine vocor Miccotrogus Plaut. Stich. 1, 3, 88. Macrob. Saturn. 7 c. vlt. Omnia, inquit Euſtathius, a Diſario et luculente et ex Vero dicta ſunt. *i. Vere.* Venire ex gratia in inuidiam Aur. Vict. de Viris Illuſt. 66 . . Venire ex longinquo, *vid.* LONGINQVVS. E Veſtigio, *i. ſtatim, extemplo* Seru. ad Cic. 4, 12. Caeſ. B. Gall. 4, 5. Cic. Diu. in Caec. 57 c. 17 Sed repente, e Veſtigio ex homine — factus eſt verres. E Via cum languerem Id. Phil. 1 c. 5. Plaut. Merc. 1, 1, 40 Ex ſummis opibus, Viribusque vsque experire, nitere, herus vt minor opera tua ſeruetur. Vlp. l. 1 §. 10 D. de aqua pluu. Aquam ſuperficientem ex Vicini in ſuum deriuare, *int.* fundo. Columel. 1, 6 Villico iuxta ianuam ſiat habitatio, vt intrantium exeuntiumque conſpectum habeat. Procuratori ſupra ianuam, ob eaſdem cauſas: et is tamen villicum obſeruet ex Vicino. Ex Vinculis cauſam dicere Caeſ. B. G. 1, 4. Ex Vino vacillantes Quinctil. 8, 3. Tollere e Mundo Solem videntur, qui amicitiam e Vita tollunt Cic. de Amic. 47 c. 13. Vnus ex meis intimis Id. Fam. 13, 3. Ex Voluntate ſua nanciſci fortem Id. Verr. 1, 104. Ex Voce intelligere Scribon. 194. Cic. in Piſon. 46 Illud etiam accidit praeter optatum meum, ſed valde ex Voluntate. Ex animi Voluntate id procedit Lucret. 1, 339. Ex ſua Voluntate facere ſibi pecuniam Cic. de L. Agr. 2, 63. Quinctil. 6 prooem. Haec Marcelle Victori ex tua Voluntate maxime ingreſſus. Ter. Eun. 5, 4, 17 Quo pacto ex iure heſterno panem atrum Vorent. Plaut.

Plaut. Stich. 1, 3, 80 Vt decumam partem ex Voto Herculi polluceam. Ex Vſu tuo nemo magis eſt Ter. Eun. 5, 8, 47. *i. tibi vtilis*, *vt* E re. *Sic* Hec. 4. 1, 33 Si eſſet noſtro ex Vſu hoc matrimonium. Ex Vſu comperta habere Scribon. 106. Cic. de Inuent. 1, 68 Leges ex Vtilitate communi interpretari. *Et mox* Ex reip. commodo atque Vtilitate leges interpretemur. Plin. in Paneg. 67, 4 Si bene remp. et ex Vtilitate omnium rexeris. Plin. 18, 6 Agro emto domum vendendam, inclementer atque non ex Vtilitate publici ſtatus Mago cenſuit. Ter. Andr. 4, 1, 50 Nam ſatis credo, ſi aduigilaueris, ex Vnis geminas mihi conficies nuptias. Lucret. 1, 88 Cui ſimul infula virgineos circumdata comtus Ex Vtraque pari malarum parte profuſa eſt. Plaut. Truc. 2, 6, 30 Quid illi ex Vtero exitio eſt, prius quam poterat ire in praelium? Cic. Att. 14, . . Sed ex Vultu et oculis et fronte (vt aiunt) meum erga te amorem perſpicere potuiſſes. Liu. 44, 38 P. Naſica egregius adoleſcens ex omnibus Vnus, quibus heſterno die pugnari placuit. Tacit. Ann. 5, 6 Qui plebem primoribus tradidit ex ſuo Vſu. Id. ibid. 4, 5 Quum ex Vſu temporis huc illuc mearent. Plaut. Perſ. 4, 4, 14 Ex tuo, inquam, Vſu eſt, eme hanc, *vt* E re. Ter. Eun. 5, 9, 47 Ad omnia haec magis opportunus, nec magis ex Vſu tuo nemo eſt. Idem Heaut. 1, 2, 9 Hoc ſcitum eſt, periculum ex aliis facere tibi quod ex Vſu ſiet. ¶ 4 *Huc peculiaria quaedam ſeruauimus, quae obſeruari praeter caetera merentur. Volunt* τὴν Ex *idem ſignificare quod* Praeter, Liu. 29 *pr.* Scipio — voluntarios milites ordinauit centuriauitque. Ex iis trecentos iuuenes — inermes circa ſe habebat. *Sed* ex iis *non ad* centuriatos *et* ordinatos, *verum ſimpliciter ad* voluntarios *refertur.* Quinctil. 6, 1, 41 Ex paedagogo ſe vellicari, *i. a paedagogo, forte puerile genus loquendi erat. Quae quidem huic ſimilia laudantur, ea non ſunt.* Flor. 3, 16, 4 In eo tumultu regem ſe ex ſatellitibus appellatum, laetus accepit, *i. inter ſatellites fuiſſe, qui illum primi regem appellarent, vt adeo* ex illis *ortum ſit initium eius rei.* *Sic* Flor. 2, 6, 27 Hinc illud, ex populo vt imperii ſcutum vocaretur. *Non minus ſingulare eſt* Martian. Cap. 3 p. 50 Lima, — ex qua ſcabros denies — leni quadam attritione purgabat. *Et* Pallad. Oct. 17, 1 Ex canna agitabis *pro Ablatiuo inſtrumenti.* ¶ 5 *Ad colorum ſaporumque permiſtionem refertur, v. g.* Plin. 12, 13 Candicans e rufo. *Et* 15, 30 Baccis e nigro rufis. *Et* 21, 21 Hemerocalles pallidum e viridi folium habet. *Add.* 37, 5. *it.* 8 *et* 11. *itemque* 12, 13 *et* 14. *ac* 13, 9. Id. 21, 8 Chryſocome eſt radice nigra ex auſtero dulci. *Et* 11, 15 Ex dulci acre. *Apud ICtos v. g.* Pomponius ex Sabino *ſignificat* Pomponius *in annotatis ad Sabinum: ſic* Iauolenus ex Caſſio. *Vid. Briſſon. de V. S. h. v.* ¶ 6 Ex *cum alias ſucceſſionem quandam, vt* Poſt, *ſignificat. Vid.* Ex illo Die, Ex illo Tempore, Ex Calendis, *etc. tum praeſertim, vbi de magiſtratibus ſermo eſt.* Caeſ. B. C. 1, 22 Quod prouinciam Hiſpaniam *ex* Praetura habuerat: *nempe ſtatim a magiſtratu in vrbe geſto ſolebant in prouinciam ire. Et* c. 85 In ſe iura magiſtratuum commutari, ne ex praetura et conſulatu, vt ſemper — in prouincias mittantur. Cic. pro Muraen. 15 c. 7 Cum ampliſſime atque honeſtiſſime ex praetura triumphaſſet, *i. ob victoriam, quam poſt praeturam in prouincia reportavit.* Cic. Brut. c. 92 Ex conſulatu profectus eſt in Galliam. Liu. 4, 31 *pr.* Tribuni militum Conſulari poteſtate quatuor creati ſunt, T. Quintius Pennus ex conſulatu *(interiecto tamen anno)* C. Furius *etc. Et* 22, 49 Ne aut reus iterum e conſulatu ſim: *quamquam hic poteſt etiam materia criminis indicari, vt* 27, 34 M. Liuius erat multis ante annis ex conſulatu populi iudicio damnatus: *quod ipſum poteſt etiam in loco Ciceronis pro Muraena intelligi. Sed alia loca ſunt indubia, vt* Liu. 40, 25 *pr.* L. Aemilius Paullus prorogato ex Conſulatu imperio *etc. vt* 40, 1 Cui ex Conſulatu prorogatum imperium erat. Liu. 10, 5 Conſul ex Dictatura factus M. Valerius. *Al.* ex Dictatore. Vellei. 2, 33 *pr.* Qui ante ſeptem annos ex COS. ſortitus Aſiam, *i.* ex Conſulatu, *quod* ex Conſule *quidam legunt, vt apud* Caeſ. B. C. 1, 31 Quod paucis ante annis ex praetura eam prouinciam obtinuerat, *ſunt, qui legunt* Praetore. *Ita etiam* Val. Max. 3, 7, 6 *vbi hodie editur*, Nam cum ex conſulatu prouinciam Galliam obtineret, *libri multi.* Exconſul vel ex conſule *habent, quod barbariei viri docti poſtulant.* Sueton. Vitell. c. 2 Lucius ex conſulatu Syriae praepoſitus. *Et* Caeſ. c. 18 Ex Praetura ſortitus Hiſpaniam. *Et* Aug. c. 3 Ex Praetura Macedoniam ſortitus. *Iterum* Velleius 2, 28, 3 Ex Conſulatu obtinebat Hiſpaniam. *Et* 2, 31, 1 Qui cum COS. perquam laudabiliter iuraſſet, ſe in nullam prouinciam ex eo magiſtratu iturum. *Et* 2, 59, 2 Hic Praetor — ex eo honore ſortitus Macedoniam. *Egit de hoc genere Gronou. Obſ. 4, 20. Igitur* Ex Conſulatu, Ex Praetura, Ex Honore, Ex Magiſtratu *certa ſunt:* Ex Conſule, *et ſimilia, non item: quibus tamen fauet* Caeſ. B. C. 1, 46 Q. Fulginius ex primo haſtato legionis XV. *At id ſuſpectum merito Lipſio, nec ſatis aſſertum, nec valde huc videtur conuenire. Hoc quidem dubium non eſt, hinc orta eſſe nomina ſequiori ſaeculo vſitatiſſima* Exconſulis, Excubicularii, Exmagiſtri, Expraefecti praetorio, Exquaeſtoris, Extribuni *apud ICtos praeſertim vſitata, quorum Auctoritates ſuppeditare poteſt Briſſon. de V. S. Voc.* Ex n. 7. *Pluſcula iam dederat Petr. Crinitus de Hon. Diſc. 10, 12. Multa ſuppeditare poſſunt* Inſcriptiones Vett. *v. g.* Ex Comitib. Ex Com. Ord. Ex Conſule, Ex Conſulari Prouinciae Viennenſ. Ex Correct. Ex Decurione *et id genus plurima, ſed etiam* Exconſul, Expraefectus *etc. quae Indices oſtendunt. Conſ. omnino Ritter. ad Leg. nouellar. Theodoſii 1, 1 p. 6 ſq. Caeterum ea nomina etiam disiunctim enunciata*, Ex Conſule, *tum* Ex Cubiculariis, Ex Magiſtris *etc. docent Briſſonius, Freſniusque. Vid. ſeparatim* EXCONSVL, *it.* EXQVAESTOR. *Omnia exſequi non eſt noſtri inſtituti.* ¶ 7 *In compoſitione primo obſeruamus*, E *poni ante* B, Ebibo; *ante* D, Edico; G, Egredior, Egelidus; I *Conſonantem*, Eiicio; L, Eludo; M, Emitto; N, Enitor; R, Erigo; V *Conſonantem*, Euado; Ex *vero ante reliquas literas*, Exaudio, Excedo, Exhaurio, Exigo, Exorior, Expers, Exquiro, Exſors, (*vid.* EXS.) Extundo, Exundo. *Ante* F *poſterior litera in* F *mutatur, vt* Efficio, Effundo *etc. Sed in columna Duiliana* Exfociunt *pro* Effugiunt. *Separatarum aliam rationem eſſe, exempla ſuperiora oſtendunt.* ¶ 8 *Significationes etiam in compoſitis diuerſas habet. Simplicem illam et primam ſeruat in* Efferre, Eiicere, Egredi, Eximere, Expellere, Exigere *caet. Priuationem notat cum Nominibus Subſtantiuis*, Exanimis, Excors, Enodis, Expers, Exſilium, Exſanguis, Exſors; *item cum Adiectiuis*, Egelidus, Edurus; *et cum Verbis* Exarmare, Enodare, Exſaniare, Euirare; *cui grammatice contrarium eſt, ſenſu idem* Effeminare. *Finem*, Exparta, Effoeta, Exoleſcere. *Perfectionem*, Exaudire, Excitare, Effeminare, Efficere, Effingere, Ementiri, Eniti, Explere, Explicare, Expromittere, Exquirere, Exſequi, Extendere, Extollere. *Eleuationem*, Exaggerare, Educere, Eleuare, Emicare, Eminere, Eniti, Erigere, Eſcendere, Exſilire, Exſiſtere, Exſtare, Euehere. *Publicationem*, Edico, Enuncio, Exclamo, Expono *etc.*

E X A

EXABVNDO, āre. *Valde abundare.* Immenſarum diuitiarum copiis exabundant Saluian. contra Auarit. 4 p. 306. *Add.* Vincent. Lirin. c. 23.

EXACERBO, āre. [ἐκπικραίνω] *Irritare, ad iracundiam prouocare.* Suet. Galb. c. 16 Atque eo quidem nomine omnes, qui vbique erant, exacerbauit. Idem Tiber. c. 62. Exacerbata ſuperbia Liu. 29. . . Claud. Saturn. in l. aut facta §. vlt. de Poenis, Nonnunquam euenit, vt aliquorum ſupplicia exacerbentur, quoties nimium multis perſonis graſſantibus exemplo opus eſt. Exacerbatur, *abſolute:* Modeſt. in l. famoſi par. vlt. D. ad legem Iul. maieſt. Crimine maieſtatis facto, vel violatis ſtatuis, vel imaginibus, maxime exacerbatur in milites.

EXACERBATVS, a, um. Partic. Multitudo exacerbata Liu. 29, 6. *Conf.* Suet. Tiber. c. 62. *et* Vitell. c. 14.

EXACERBATIO, ōnis. f. Saluian. Gub. 4 p. 116.

EXACERBATRIX, īcis. f. Saluian. Gub. 3 p. 91.

EXACERBESCO, ĕre. *Valde acerbus, i. aſper, fio;* Apul. Apol. p. 327 Quis eſt tam mitis, quin exacerbeſcat?

EXACERVO, āre. *Auget ſignificationem ſimplicis, q. d. in altum aceruare.* Ammian. 23, 5 Plebs exaceruantia in ſe tela declinans.

EXACESCO, exacui, ĕre. *Acidum fieri.* Columel. 12, 17 *de aceto*, In dolium vel in amphoras conditur, et ibi finitur fermentari: deinde quum exacuit, et remiſit liquorem, quidquid eſt aceti, diligenter colatur, *etc.*

EXACON, i. n. [κενταύριον λέπτον] Secunda Centaurii ſpecies a Gallis appellata eſt, quoniam omnia mala medicamenta potum e corpore exigat per aluum. Dicitur et Fel terrae, ob inſignem amaritudinem. Plin. 25, 6.

EXACRIFICO, *vid.* EXSACRIFICO, *et quae ſtatim ab illo verbo de illis diſputamus, quae ab* S *incipientia* Ex *ſibi praefixum habent, vt* Exſanio, Exſanguis *etc. Verbo pleraque, ſecuti vſum MSStorum et primorum editorum, damus ſine* S, *vt ſtatim* EXALVIO.

EXACTIO, EXACTOR, EXACTVS. *Vid.* EXIGO.

EXĂCVO, ui, ūtum, ĕre. *Valde acuo.* Plin. 34, 14 Quippe quum in exacuendo oleares cotes et aquariae aeque differant. Exacuere corticem Varr. de R. R. 1, 41. Virg. Georg. 3, 255 Denteſque Sabellicus exacuit ſus. Sil. 7, 142 Miſcetque exacuens varia ad conamina mentem. Cic. de Legib. 3, 21 Quis vnquam tam audax, tam inimicus nobis fuiſſet, vt cogitaret vnquam de ſtatu noſtro labefactando, niſi mucronem aliquem Tribunitium exacuiſſet in nos? Spicula exacuunt roſtris Virg. Georg. 4, 74. Idem Georg. 1, 264 Exacuunt alii vallos, furcasque bicornes. *i.* Repurgant et reformant in altitudinem priſtinam. Seruius. Acetum exacuere, *vid.* ACETVM. Aciem oculorum, *vid.* ACIES. Naſturtium exacuit animum: *h. e. Irritat et pungit facultatem animalem, quae in cerebro eſt. Vnde etiam a* naribus torquendis *dictum, quod ſternutamenta excitet.* Plin. 20, 13. Hor. de Arte Poët. 403

— Poſt hos inſignis Homerus
Tyrteusque mares animos in Martia bella
Verſibus exacuit.

Ouid. ex Ponto 1, 10, 13 Non tamen exacuet torpens ſapor iſte palatum. Exacuunt viſum ſcarabaei virides, *h. e. Perſpicaciorem et magis acutum reddunt* Plin. 29, 6. Ira exacui Nep. 19, 4, 1. Exacuere aliquem, *pro Incitare, inflammare. Metaph. ſumta ab iis rebus, quae dum exacutae ſunt, magis pungunt.* Cic. Fam. 10, 23. Idem de Orat. 1, 258 Nec magis ad eos deterrendos, qui non poſſent, quam ad vos, qui poſſetis exacuendos accommodaui orationem meam. Cic. Att. 12, 35 Et ſi tibi placebit ſic agere de Fano, vt coepimus, velim cohortêre et exacuas Cluatium. Inuicem ſe mutuis exhortationibus exacuere, *vid.* INVICEM. Claud. de Bell. Gildon. 350 At iuvenem ſtimulis immanibus aemula virtus Exacuit. Cic. de Legib. 1, 60 Cultumque deorum et puram religionem ſuſceperit, et exacuerit illam, vt oculorum, ſic ingenii etiam ad bona deligenda et reiicienda contraria.

EXACV̄TVS, a, um. Part. Plin. 18, 18 Latior haec quarto generi, ſed exacutior in mucronem faſtigiata. *Hard.* acutior. *Conf.* 29, 6. *et* 17, 18.

EXACVTIO, ōnis. f. Plin. 17, 14 Calami exacutio medullam ne nudet.

EXADVERSVM, *et* EXADVERSVS. Adu. *Idem quod* ex aduerſo, *niſi quod etiam Datiuo et Accuſatiuo iungitur.* Ter. Adel. 4, 2, 45 Apud ipſum lacum eſt piſtrilla, et exaduerſum eſt fabrica. *Et* Phorm. 1, 2, 47 Exaduerſum ei loco Tonſtrina erat quaedam. Priſcian. p. 1037 Exaduerſum ei loco pro Aduerſum. Gell. 7, 7 In eo quod nos *Exaduerſum* dicimus, (Annianus Poëta) ſecundam ſyllabam debere acui exiſtimabat, quoniam vna, non duae eſſent orationis partes. Atque ita oportere apud Terentium legi, dicebat, in his verſibus *etc.* Plaut. Bacch. 4, 7, 37 Video exaduerſum Piſtoclerum et Bacchidem. Cic. de Diuin. 1 c. 45 Ara exaduerſus eum locum conſecrata eſt. Nep. 2, 3, 4 Exaduerſum Athenas claſſem conſtituerent. *Et* 8, 2, 7 Exaduerſus Thraſybulum fortiſſime pugnaſſet. Apul. Flor. p. 353 Seſe quisque exaduerſum quam proxime collocat. Ex aduerſo *vid. in* EX n. 3.

EXADVOCATVS, i. m. Auguſtin. de C. D. 22, 8 *memorat* Salutem, quae facta eſt Innocentio Exaduocato (*an* ex aduocato? *vid.* EX n. 6.) Vicariae praefecturae.

EXAEDIFĬCO, āre. [ἀνοικοδομέω] *Abſoluere aedificationem.* Caeſ. B. C. 1, 15 Quod oppidum Labienus conſtituerat, ſuaque pecunia aedificauerat. Exaedificare templum Apollini Cic. Tuſc. 2, . . Super tecta exaedificant turres Plin. 10, 37. Cic. Verr. 5, 47 c. 19 Etenim vel Capitolium, ſicut apud maiores noſtros factum eſt, publice gratis coactis fabris, operisque imperatis, exaedificari atque effici potuit. Idem de Orat. 1, 164 c. 35 Non grauêre exaedificare id opus, quod inſtituiſti. Mundus diuino conſilio exaedificatus Cic. Acad. 4, 126 c. 40. Exaedificare inchoatam ignauiam, *per tranſlationem, h. e. Continuare* Plaut. Trin. 1, 2, 95. ¶ 2 Exaedificare *laſciuia comica pro Eiicere domo:* Plaut. Trin. 5, 2, 3 Nam exaedificaſſet me ex his aedibus, ſi absque te foret, *q. d. ex aedibus me feciſſet, vt* Expectorare, Exterminare.

EXAEDIFICATIO, ōnis. f. [ἀνοικοδόμησις] Cic. de Orat. 2, 63 c. 15 Ipſa exaedificatio *orationis* poſita eſt in rebus et verbis.

EXAEDIFICATVS, a, um. Part. [ἀνοικοδομηθεὶς] Cic. Att. 4, 7 Dimenſa et exaedificata animo domus. Hibernacula Liu. 30, 3. Villae in vrbium modum Sall. Cat. c. 12.

EXAEQVO, āre. [ἐξισόω] *Aequum facere.* Exaequare tumulos tumulis Hirt. de B. Hiſp. 5. Exaequare ad regulam, *pro Exacte conformare* Sen. Epiſt. 20. Cic. poſt red. in Senat. 22 c. 9 Propterea quod ſuperiorem eſſe contra improbos, minus eſt negotii, quam bonis exaequari. Liu. 23, 35 Vetus miles tironi, liber Voloni ſeſe exaequari ſineret. Caeſ. B. C. 1, 4 Ipſe Pompeius ab inimicis Caeſaris incitatus, quod neminem dignitate ſecum exaequari volebat, totum ſe ab eius amicitia auerterat. Superiores exaequare ſe cum inferioribus debent Cic. de Amicit. c. 20. Ouid. Amor. 3, 8, 61 At nunc exaequet tetricas licet illa Sabinas, *etc.* Exaequat omnium dignitatem pecunia Cic. Att. 4, 15. Idem de Fin. 3, 37 Videsne verborum gloriam tibi cum Pyrrhone et cum Ariſtone, qui omnia exaequant, eſſe communem? Exaequare pretio omnia iura Cic. Verr. 2, 121 c. 50. Exaequare facta dictis: *h. e. Paria dictis facta oſtendere.* Salluſt. Catil. c. 3 In primis arduum videtur res geſtas ſcribere: primum quod facta dictis exaequanda ſint. Nos exaequat victoria caelo Lucret. 1, 80. *Add.* ib. v. 70. ¶ 2 *Dep. laudatur* Lucan. ad Piſon. 26 Nos quoque pacata Piſonem laude nitentem Exaequamur auis. *Sed* Exaequamus *Scal. Cort. ſine alterius lectionis mentione.*

EXAEQVĀTVS, a, um. Partic. Lucret. 5, 1295 Exaequataque ſunt creperi certamina belli. Exaequato omnium iure Iuſtin. 43, 1, 4. Cortex cum cortice exaequatus Varr. R. R. 1, 40. *de emplaſtratione.*

EXAEQVATIO, ōnis. f. Vitruu. 5, 12. Liu. 34, 4 Hanc, inquit, ipſam exaequationem non fero, illa locuples, *etc.*

EXAEQVAMENTVM, i. n. Tertull. . . .

EXAEQVALITER. Adu. Apul. Met. 2, . . Caetera corporis exaequaliter ad regulam. *Ita Beroald. ſed Elmenh. p. 115* Inexplicabiliter.

EXAESTVO, āre. [ἐκκυμαίνω] *Aeſtum emittere, et exhalare.* Liu. 26, . . Incertae altitudinis vtcunque exaeſtuat mare. Plin. 37, 2 Exaeſtuante oceano. Bitumen paſſim e terra exaeſtuat Iuſtin. 1, 2, 7. Exaeſtuare ſemper fretum Curt. 4, 2, 16. Fundo exaeſtuat imo Virg. Aen. 3, 576. Lucret. 6, 816 Hos igitur tellus omneis exaeſtuat aeſtus. Igne magno exaeſtuat Lucan. 5, 173. Laeſus exaeſtuat acrior ignis Ouid. Met. 13, 867. Virg. Aen. 9, 798 Improperata refert, et mens exaeſtuat ira. *h. e. Vehementer aeſtuat.* Vnda exaeſtuat verticibus Virg. Georg. 3, 240. *Conf.* Ouid. Met. 13, 867. *et* 6, 623.

EXAESTVANS, antis. Partic. Oceanus exaeſtuans Mela 3, 2. Curt. 9, 9, 9. Mare Curt. 6, 4, 19.

EXAESTVATIO, ōnis. f. Solin. c. 11 Herbeſus in medio flumine ſubita exaeſtuatione feruefcit. *Tralate* Nonius 6, 91 Exaeſtuatio animi.

EXAEVIO, *melius forte* EXSAEVIO, īre. *Pro Deſaeuire, h. e. Deſinere ſaeuire.* Liu. 30, 39 Conſulem Claudium atrox vis tempeſtatis adorta, in metum ingentem adegit. Populoneos inde quum perueniſſet, ſtetit ibi, dum reliquum tempeſtatis exaeuiret.

EXAGELLA, *vid. poſt* EXAGIVM.

EX-AGENTE. Ammian. 22, 3. *i. qui* Agens in rebus *fuit. Vid.* EX n. 6.

EXAGGĔRO, āre. [καταχόω, προχόω] *Coaceruare, et in vnum veluti aggerem atque aceruum cogere.* Plin. 19, 8 *in condiendarum herbarum ratione*, Exaggerando aliam accumules. Locum operibus exaggerare Vitruu. 10, 22. Exaggerandum ſtramentis auiarum Colum. 8, 11, 9. *Vid.* Curt. 6, 5, 20. *Tralate pro Amplificare.* Cic. de Orat. 2, 291 Vt boni quod habeat, id amplectar, exornem, exaggerem, *etc.* Idem Tuſc. 5, 51 Xenocratem illum grauiſſimum philoſophum exaggerantem tantopere virtutem, et extenuantem caetera. *Et* pro Planc. 71 c. 29 At enim nimis ego magnum beneficium Plancio, et vt ais, id verbis exaggero. Iniuriam noſtram exaggeramus Quinctil. 6, 2. Cic. de Orat. 1, 214 Veritus es, niſi iſtam artem oratione exaggeraſſes, ne operam perdidiſſes. Exaggerare rem familiarem, *pro Augere* Cic. Off. 1, 92 c. 26. *Sed intra verba eſt illud* Cic. pro Caecin. 18 Et quum ipſe ſextulam nimium ſuam exaggeraret, nomine heredis arbitrum familiae erciſcundae poſtulauit. Phaedr. 3, 1 Exaggerare diuitias, *i. Augere.* Paterc. 2, 129, 2 Iuuentam Germanici exaggerauit honoribus.

EXAGGERANTER. Adu. Tertull. de Carne Chriſti c. 19.

EXAGGERĀTVS, a, um. Partic. [ἐπικεχωσμένος] Exaggeratus virtutibus animus Cic. in Parad. 5. Auctae atque exaggeratae fortunae Idem in Catil. 4, 19 c. 9. Oratio altius exaggerata Id. de Clar. Orat. 66 c. 7. *Vid.* Oratio, *in* ORO. *Compar.* Gell. 13, 24 Neque ornatius fit, neque exaggeratius.

EXAGGERATIO, ōnis. f. [ἐπιχωματισμὸς] Iuſtin. 2, 1 *extr. de Aegypto*, Quae ſiue exaggerationibus regum, ſiue Nili trahentis limum, terrarum recentiſſima videatur. *Sed editur diuiſim* ex aggerationibus. *Transl.* Cic. Tuſc. 2, 64 c. 26 Hoc igitur tibi propone amplitudinem animi, et quaſi quandam exaggerationem quam altiſſimam animi, qui maxime eminet in contemnendis et deſpiciendis doloribus: vnam eſſe omnium rem pulcherrimam. Gell. 13, 23 *quaerit, cur* Praeda *et* Manubiae *iungantur?* Num onerandi, vel exprobrandi criminis cauſa exaggerationem aliquam ſpecioſam facit? ſicuti — vna eademque res pluribus verbis vehementer atque atrociter dicitur.

EXAGGERATOR, ōris. m. Hieron. Epiſt. 22 c. 12.

EXAGĬTO, āre. [διαστροφέω] *Vehementer vexare, et agitando commouere.* Plaut. Merc. 4, 5, 25 *Suppoſ.* Mala bilis cruciat me atque exagitat. Cic. Verr. 3, 46 c. 18 Non ſolum arationes, ſed etiam ſedes ſuas patrias iſtius iniuriis exagitati reliquerant. *Contraria.* Salluſt. Catil. c. 48 Tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis lenienda, quam exagitanda videbatur. Ibid. c. 28. Cic. de Orat. 3, 56 Hanc dicendi exercitationem exagitarent et contemnerent. Inſectari et exagitare Idem Att. 1, 13. Concionibus, Diſputationibus exagitare aliquem Id. in Orat. c. 3. Conſcientiam Tacit. Ann. 4, 12, 5. Lucan. 8, 43 Triſtes praeſagia Curas Exagitant. Cic. pro Cluent. 100 Exagitabantur omnes eius Fraudes atque fallaciae: eo vita in eiusmodi ratione verſata aperiebatur. Ouid. Faſt. 5, 141 Exagitant et Lar et turba Diania Fures. Furores Catul. 65, 94. Furor aliquem exagitat Sen. Thyeſt. ſ. 4. Litora clamor nauticus exagitat Lucan. 2, 688. Luſtra ferarum Sil. 16, . . Propert. 2, 8, 19 Exagitet noſtros Manes, ſectetur et vmbras. Cic. Att. 3, 7 Ne et meum Moerorem exagitem, et te in eundem luctum vocem. Odium vetus Auguſtae exagitat *Seianus in Agrippina*, Tacit. Ann. 4, 12, 5. *i. inuidioſe commemorat.* Exagitare Plebem criminando Senatum, *i. inquietam et rerum nouarum ſtudio elatam reddere* Sall. Catil. 38, 1. *Vid. mox* Vulgum exagitare. *Ita* Sall. Catil. 51, 32 Remp. ſeditionibus exagitare. Volucres alis Zephyros exagitant Stat. Theb. 3, 515. Vrbem clamoribus Idem Theb. 5, 97. Vulgum exagitant ſeditioſi magiſtratus Sall. Iug. 73. *i. concitant.* Dî exagitent me, ſi quidquam, *etc. Iurandi modus* Hor. Serm. 2, 6, 54.

EXAGITĀTVS, a, um. Partic. [διεστροφημένος] Spoliati et exagitati aratores Cic. Verr. 3, 119. Ad te confugi exagitatus a cuncta Graecia Nep. 2, 9, 4. Diſputationibus aliquorum exagitatus Cic. in Orat. 12 c. 3. Cic. poſt red. in Senat. 16 Qui cauſam Senatus exagitatam concionibus improborum, ſic ſua diligentia multitudini commendauit, vt, *etc.* Idem pro Sulla 70 c. 21 Omnis Pompeianorum colonorumque diſſenſio delata ad patronos eſt, quum iam inueteraſſet, ac multos annos eſſet exagitata. Frenis ora exagitata Sil. 6, . . . Ouid. de Arte Am. 3, 662 Credula ſi fueris, aliae tua gaudia carpent, Et Lepus hic aliis exagitatus erit. *Prouerbium.* Res vulgi rumoribus exagitata Sall. Cat. c. 29. Cic. Fam. 1, 1 Vt in rebus multo ante quam profectus es ab ipſo rege, et ab intimis ac domeſticis Pompeii clam exulceratis, deinde palam a Conſularibus exagitatis, et in ſummam inuidiam adductis ita verſamur.

EXAGITĀTOR, ōris. m. [διαστροφεὺς] Cic. in Orat. 42 c. 13 At ea de ſeniore ſcribit Plato, et ſcribit aequalis, et quidem exagitator omnium Rhetorum, hunc miratur vnum.

EXAGITATIO, ōnis. f. συγκίνησις Gloſſ. Lat. Gr. H. Steph. *Commotio. A nonnullis* Tacito *tribuitur.*

EXĂGIVM, i. n. *Idem quod Examen, ſiue Examinatio librae per pondera. Vid.* Vet. Inſcript. Rom. Gruter. p. 647 n. 6 *vbi* Sub exagio pecora vendere, *eſt Appenſa ad libram pecora vendere.* Gloſſ. Gr. Lat. ἐξάγιον, penſitatio. Ἐξαγιάζω examino, perpendo. Nouella Valentiniani inter Theodoſianas 25 de pretio ſolidi; de ponderibus quoque, vt fraus penitus amputetur, a nobis aguntur exagia. *Vid.* I. Gothofr. ad l. 4 C. Theod. de Suariis, pecuariis. *Eiſenſchmid de ponderib. et menſur.* p. 36. *profert numum forma quadrata, qui ab vna facie habet imaginem et nomen Honorii, ab altera monetae typum, cum epigraphe.* EXAGIVM SOLIDI, *i. pondus lege definitum, ad quod exigi debent ſolidi.*

EXAGELLA, ae. f. *Idem.* Ennodius in Vita Epiph. p. 413 Quaſi exagellam relinquens ſe ipſo praeſtantior, *i. egreſſus velut menſuram et pondus, quo alias cenſebatur.*

EXAGMEN, ĭnis. n. *Pro Exagium, laudatur* Auien. *apud* Pithoeum l. 4. *Locus eſt* p. 157 *Epigr. edit. Lugd. 1596. in Pariſ. 1590 autem* p. 186. *Vtrobique legitur*, Vnde ligant teneros ex agmine flammea caſſes, *i. ex ordine, vt contextum orationis indicat: verſu ante hunc tertio eſt*, Socio latus agmine quadrant.

EXAGŌGA, ae. m. [ἐξαγωγὴ] *Eductio, prouentus, reditus.* Plaut. Rud. 3, 2, 17 Teque oro et quaeſo, ſi ſperas tibi hoc anno multum futurum ſirpe et laſerpitium, eamque euenturam exagogam ſaluam et ſoſpitem. Facere exagogam Idem Truc. 4, 2, 6. Exagogen, Euectionem *interpretatur* Feſtus. *Hinc Lipſius etiam legi vult apud* Plaut. Truc. 2, 7, 2 Ite hac ſimul mulieri damnigeruli, foras gerones, bonorum exagogae. *Vt abſtractum ponatur pro concreto. Sed etiam bona eſt vulgata* Hamaxagogae, *v. v.*

EXAGON, Legatus ex familia Pſyllorum Romam profectus, quum fama percrebuiſſet ipſos tactu ſuctuue leuare ſerpentium morſus, ipſisque ſerpentibus terrori eſſe, a Conſulibus in dolium ſerpentium coniectus experimenti cauſa, circummulcentibus linguis miraculum praebuit. Plin. 28, 3.

EXALBESCO, ĕre. [ὠχριάω] *Palleſcere, et colorem priſtinum in album commutare.* Cic. Acad. 4, 48 Si qui fremerent et exalbeſcerent. Idem de Orat. 1, 121 c. 26. Exalbeſcere metu Cic. de Orat. 3, 216. Idem de Fin. 5, 31 c. 11 *Ex antiquo Poëta verſus citatur*, Cui, mors cum appropinquet, Non refugiat timido ſanguen? non exalbeſcat metu?

EXALBĬDVS, a, um. Adi. [ὑπόλευκος] *Praepoſitio aliquid minuit, vt in* Edurus, Egelidus, Eualidus. Plin. 24, 19 Folia vrticae in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia. Idem 12, 17 Petunt in Helimaeos arborem brutam, cupreſſo fuſae ſimilem, exalbidis ramis. *h. e. veluti Albeſcentibus.* Vina admodum exalbida Plin. 23, 1. *i. in album colorem vergentia.*

EXALBO, āre. Tertull. adu. Marc. 4, 10.

EXALBATVS, a, um. Part. Tertull. ibid. 4, 8.

EXALBVRNARE. [ἐκμυελῶν] *Alburnum detrahere.* Plin. 16, 40 E reliquis arboribus ſicciſſima lotos, quae Romae ita appellatur. Deinde robur exalburnatum: et huic nigricans color. *Vid.* ALBVRNVM.

EXALTO, āre. [ὑψόω] *In altum tollere, eſt paſſim* Vulgato Interpreti Bibliorum. *Sed et* Sen. Qu. Nat. 3 *Pro.* Deus alia exaltat, alia ſubmittit. *Sed* Columellae *idem, quod alio reſpectu deprimere. Nempe de foſſis et ſulcis adhibet, quorum altitudo eadem profunditas. Sic* 3, 13, 4 Paribus alternis omiſſis ſpatiis, fenum pedum latitudinis ſulcos dirigunt, fodiuntque, et exaltant in tres pedes. *Vbi non debebam reprehendere Beroaldum, quamquam ſuſpenſa manu id factum eſt. Ita mox* ſ. 9 Sulcum paullatim exaltare, *et* 4, 4, 2 Exaltare fortius orbem ablaqueationis foſſor ſtudet. Firmicus 2, . . Babylonii ea ſigna, in quibus ſtellae exaltantur, domicilia earum eſſe voluerunt.

EXALTATVS, a, um. Partic. Vulg. Interpr. 1 Reg. 2, 1.

EXALTATIO, ōnis. f. *Superbia.* Tertull. de Cult. Fem. 2 c. 3. Cyprian. Ep. 1, 3.

EXALVMINĀTVS, a, um. Denom. *ab* Alumine: Plin. 9, 35 Summa laus coloris eſt, exaluminatos vocari, *i. Ad colorem aluminis accedentes.*

EXAMBIO, īre. *Per ambitum eniti, ſicut Eblandiri.* Cyprian. Epiſt. 20 p. 43 Quum comperiſſem eos, qui ſacrilegis contactibus manus ſuas atque ora maculaſſent, *(turificatos)* vel nefandis libellis nihilominus conſcientiam polluiſſent, *(libellaticos)* exambire ad martyres paſſim, confeſſores quoque importuna et gratioſa deprecatione corrumpere. *Et* Epiſt. 67 p. 173 Vt exambiret, reponi ſe iniuſte in epiſcopatum, de quo fuerat iuſte depoſitus. Symm. 7. . . Suffragium fauoris tui exambio. *Paſſ.* Arnob. 3 p. 114 Numquid Rex poli libamine aliquo exambitur, aut hoſtia.

EXAMBĪTVS, a, um. Part. *Vt*, Exambita regia Ammian. 26, 19.

EXĀMEN, ĭnis. n. [ἐσμὸς] *Noua apum ſoboles, quam parentes ex ſuis aluearibus ad nouas ſedes quaerendas exire cogunt. quaſi* Exagmen, *ab* exigo. *Hoc multo veriſimilius eo, quod placet aliis, quaſi* ἔξαμμα, *i. Nexus, quod hae ita vniantur, vt ſimul ligatae appareant.* Examen, *inquit* Feſtus, eſt et aequamentum, et iudicii inueſtigatio, et apum congregatio, vel locuſtarum. *Ergo primum eſt* agmen apum ex *alueari exactum.* Cic. de Seneſt. 54 Nec vero de ſegetibus ſolum, et pratis, et vineis, et arbuſtis res ruſticae laetae ſunt, ſed hortis etiam et pomariis, tum pecudum paſtu et apum examinibus, et florum omnium varietate. Idem Off. 1, 157 c. 44 Atque vt apum examina, *etc.* Ouid. Faſt. 3, 747 Audit in exeſa ſtridorem examinis vlmo. Apum examen Iuuen. Sat. 13, 68. Auium examina Liu. . . . *et* Iuſtin. 25, 2, 8. Plin. in Paneg. c. 26 Aduentante congiarii die, obſeruare principis egreſſum in publicum, inſedere examina Infantium, *etc.* Cic. de Aruſp Reſp. 25 c. 12 Si examen apum ludis in ſcenam veniſſet, haruſpices acciendos ex Etruria putaremus: videmus vniuerſi repente examina tanta ſeruorum immiſſa in Populum Rom. *etc.* Iuvenum recens examen Hor. Carm. 1, 35, 30. Moerorum examina Arnob. 2 p. 58. Monachorum Hieron. 2, 16. Piſcium Plin. 31, 1. Pſalmorum Hieron. 3, 13. Lucret. 5, 1363 Arboribus quoniam baccae, glandesque caducae Tempeſtiua dabant Pullorum examina ſubter. Stat. Silu. 5, 3, 284 Ite pii manes, Graiumque examina Vatum, Illuſtremque animam lethaeis ſpargite ſertis. Concharum examina, Graculorum *item*, Muſcarum *et* Piſcium *ſunt apud* Plin. *Verborum formulae:* Abundare apibus et multo examine Virg. Georg. 4, 139. Condunt apes examina Idem Georg. 2, 452. *Et* Georg. 4, 21 Vt quum prima noui Ducent examina reges Vere ſuo, ludetque fanis emiſſa iuuentus. Fugiunt examina taxos Virg. Ecl. 9, 30. Nam taxis paſtae apes mel amariſſimum faciunt. Seruius. Virg. Georg. 4, 103

> At quum incerta Volant, caeloque examina Ludunt,
> Contemnuntque fauos, et frigida tecta relinquunt:
> Inſtabiles animos ludo prohibebis inani.

Pendet examen ramo frondente Virg. Aen. 7, 67. Hor. Epiſt. 1, 19, 23 Qui ſibi fidit Dux Regit examen *habet formam Prouerbii.* Reſonant examina e quercu Virg. Ecl. 7, 13. Stridula Claud. de Conſ. Hon. 4, 180. ❡ 2 *Stilus eſt in ſtatera, qui eo exit, quo pondus ſe vergit.* Scholiaſt. ad Perſ. 1, 6 Examenue improbum in illa Caſtiges trutina: Examen eſt lingua, vel lignum, quod mediam haſtam ad pondera aequanda tenet. *De loco Perſii, vid.* CASTIGO. Virg. Aen. 12, 725 Iuppiter ipſe duas aequato examine lances Suſtinet, *etc.* Aequum examen Suet. Veſp. *extr.* Inaequali examine Plin. 17, 22. *Haec autem bilancis ſeu ſtaterae lingua, ab aliis Aequamentum, ab aliis Libramentum, ab aliis Aequilibrium et Trutina dicitur.* ❡ 3 *Hinc* Examen, *metaphorice*, Iudicii inueſtigatio, *inquit* Feſtus. Stat. Silu. 3, 3, 203 Ipſe viam morum, longaeque examina vitae, Affatusque pios, monituraque ſomnia poſcam. Solin. c. 1 *pr.* Examen opuſculi, *i. Cenſura.*

EXAMĬNO, āre. [ςαθμάομαι, ἐξετάζω, ἀνακρίνω] *Scrutari, et veluti Ponderare.* Plin. Epiſt. 8, 14, 19 Examina ſingula verba, et expende. Idem 8, 19, 2 Eſt mihi moris, quod ſum daturus in manus hominum, ante amicorum iudicio examinare. Idem 2, 19, 9 Sed plane adhuc an ſit recitandum, examina tecum. *Sed ipſe quoque* Cic. de Orat. 2, 159 Ad ea probanda, quae non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur. Ouid. Met. 14, 270

> Ipſa quid vſus
> Quoue ſit in folio, quae ſit concordia miſtis,
> Nouit, et aduertens penſas examinat herbas.

Pondera verborum omnium diligenter Cic. in Orat. 26 c. 8. Seruum Suet. Aug. 29, 10. Verum male examinat omnis corruptus iudex Hor. Serm. 2, 2, 8. ❡ 2 Examinare *dicuntur* apes, *i. Vernare.* Columel. 11, 14, 5 Ab exortu Vergiliarum ad ſolſtitium examinant aluei.

EXAMINATIO, ōnis. f. *Hinc*, Examinatio ciuilis *apud Iuriſconſultos, pro Iudicium priuatum, ac pecuniarium.* Vlp. l. 1 §. 3 D. de abig. Qui pecora, de quorum proprietate faciebat controuerſiam, abegit, ad examinationem ciuilem remittendus eſt. Idem l. 8 §. 2 D. de negotiis geſtis, Quod ſi poſt examinationem reprobatae fuerint penſiones. *Conf.* Vitruu. 10, 8.

EXAMINATOR, ōris. m. Caſſiodor. Epiſt. 6, 18. Tertull. Apol. c. 9.

EXAMINATORIVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Gnoſt. c. 7.

EXAMINATVS, a, um. Part. Caeſ. B. G. 5, 12 Taleae ferreae ad certum pondus examinatae. Columel. 3, 12, 3 Corporum noſtrorum bona valetudo calidi et frigidi, humidi et aridi, denſi et rari, certo et quaſi examinato modo continetur, *h. e. ſuis ponderibus librata et aequis portionibus diſtributa menſura.* *Superl. apud* Auguſtin. Confeſſ. 7, 6 Examinatiſſima diligentia noſſe.

EXAMINATE. Adu. Tertull. de Praeſcr. c. 23 Sufficit vnicuique examinate credenti. *Compar. apud* Ammian. 25, 23 Dum deliberatur examinatius quid fieri deberet. *Add.* Id. 30, 3.

EXĂMO, āre. [ὑπερφιλέω] *Valde amare dicitur eſſe* Plaut. Truc. 2, 2, 22 Vt ego me ruri iam examauerim, patulum moueri. *Sed Gron. poſt alios* hamaxari mauelim.

EXAMPLEXOR, āri. Auct. ad Herenn. 4 c. 52 Tu per Deos hunc examplexare.

EXAMVRCARI [ἐξαμοργεῖσθαι] *Oleum dicitur, quando ab amurca defaecatum ſit.* Apul. 4 p. 73, 26 *Pric. de pelle vrſina* Ac dum caeleſtis vaporis flammis examurcatur.

EXĂMVSSIM. Adu. [ἀκριβῶς] *ab* Ex amuſſi *formatum, quod idem ſignificat atque* ad amuſſim. Feſtus, Examuſſim, regulariter. Amuſſis enim regula fabrorum eſt, vel, vt alii volunt, ferramentum, quo in poliendo vtuntur: *quae definitio addenda eſt reliquis, quas ſuo loco dedimus.* Non. 1, 28 Examuſſim dicitur examinate, ad regulam vel coagmentum. Plaut. Amphit. 2, 2, 21; *de Muliere*, Nae iſta edepol, ſi haec vera loquitur, examuſſim eſt optima. *Et magis proprie* Moſt. 1, 2, 19 Aedes cum ſunt factae probe, examuſſim. *Et* Men. Prol. 50 Vt hanc rem vobis examuſſim diſputem. Apul. Met. l. 2 p. 128, 14 Ceram in modum Proſectarum formatam aurium ei applicant examuſſim, naſoque ipſius ſimilem comparant. Idem Met. l. 4 p. 150, 33 Nec ſecius Thraſyleon examuſſim capto noctis latrocinali momento. *Et* Met. 11 p. 271, 12 Caetero etiam ſtatu atque habitu examuſſim nocturnae imagini congruentem. Gell. 1, 4 Aut virtutes penſitabat, aut vitia rimabatur, vt iudicium eſſe factum examuſſim diceres. *Sic meliores libri: al.* ad amuſſim. Suppoſ. Plauti Amph. ſc. Quis tam v. 42 Hic examuſſim rem enarrat.

EXANCILLOR, āri. Tertull. Apol. c. 17.

EXANCLO, *vid.* EXANTLO.

EXANGVIS, e. *al.* EXSANGVIS. Adi. [ἀναίμων] *Quod caret ſanguine.* Cic. Verr. 5, 130 c. 49 Ne denique etiam exſanguium corpora mortuorum, ne moeror, — magiſtratibus noſtris quaeſtui poſſit eſſe. Cic. pro Sext. 79 Quem quum iacentem et conciſum plurimis vulneribus extremo ſpiritu exſanguem et confectum viderent, *etc.* Liu. 23, . . Prope exſanguis ruina ſuperincidentium. *De vehementiore affectu etiam adhibetur:* Cic. de Aruſp. Reſp. 2 Attamen ignarus ille, qui Conſules eſſent, exſanguis atque aeſtuans ſe e curia repente proripuit. Furens et exſanguis interrogat Cic. ad Q. Frat. 2, 3. Idem in Piſon. 88 Quum tu non ſolum quod tibi ſuccederetur, ſed quod Gabinio non ſuccederetur, exſanguis et mortuus concidiſti. Metu exſanguis Ouid. Met. 9, 654. Viſu exſangues Virg. Aen. 2, 212. *i. Perterrefacti.* ❡ 2 *Subſtantiua:* Aceruvi occiſorum exſangues Claud. de Conſ. Hon. 4, 471. Animae exſangues, *Mortuorum animae* Ouid. Met. 10, 41. *Vid. mox* Vmbrae. Artus Sen. Herc. fur. ſ. 6. Lucret. 3, 593. Cateruae immiſſa morte Lucan. 2, 29. Ouid. Triſt. 3, 1, 55 Aſpicis exſangui chartam pallere Colore? Idem ex Pont. 3, 2, 31 Corpora debentur moeſtis exſanguia buſtis. Corpus frigidum, et exſangue Quinct. 6 prooem. 12. Corpus exſangue reddere ſepulcro Virg. Aen. 2, 542. Cuminum exſangue, *quod pallidos homines efficit.* Hor. Epiſt. 1, 20, 18 Quod ſi Pallerem caſu, biberent exſangue Cuminum. Cic. Tuſc. 3, 26 Lacrimae peredere humore exſangues Genas. Ouid. Met. 4, 267 Luridus exſangues pallor conuertit in Herbas. Homo eneruatus atque exſanguis Cic. pro Sext. 24 c. 10. *Vid.* ORATOR. Horror Claud. in Ruff. 2, 130. Membra Sil. 7, . . Ouid. Met. 15, 627 Pallidaque exſangui ſquallebant corpora Morbo. Orator, aridus, exſuccus Quinctil. 12, 10, 15. Stat. Theb. 12, 22 Itur in exſanguem Populum, bellique iacentis Relliquias. Lucan. 1, 343 Conferet exſanguis quo ſe poſt bella Senectus? Tumuli Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 342. Vmbrae Virg. Aen. 6, 401. *i. Animae mortuorum.*

EXANGVINATVS, a, um. Adi. Vitruu. 8 prooem. Animalia ſi fuerint ſine humoris poteſtate exanguinata atque exucta — interareſcent.

EXANĬMVS, a, um; *et* EXANĬMIS, e. Adi. [ἔκψυχος, ἔκφορος] *i. Mortuus et anima carens.* Pallas exanimus Virg. Aen. 11, 30. *Add.* ib. v. 51. *it.* 6, 149. Liu. 8, . . Vt vno ictu exanimem equo praecipitaret. Virg. Aen. 1, 488 Exanimumque auro corpus vendebat Achilles. *Vid.* Curt. 10, 10, 12. Mel exanimum corpus hominis per annos plurimos innoxium conſeruat Columel. 12, 43. *Exterritus, et veluti per animi deliquium conſternatus.* Virg. Aen. 4, 672 Audiit exanimis, trepidoque exterrita curſu, *etc.* Hor. Serm. 2, 6, 114 Currere per totum pauidi conclaue, magisque Exanimes trepidare. *Add.* Id. Sat. 1, 1, 46. Lucan. 2, 25. Artus exanimes Ouid. Met. 2, 336. Idem Amor. 1, 7, 53 Exanimes Artus et membra trementia vidi. Virg. Aen. 5, 481 Sternitur, exanimisque tremens procumbit humi Bos. Corpus exanime Liu. 8, 24. Quinctil. 4, 2. Lingua exanimis Ouid. Met. 11, 53. Pallor exanimis Stat. Theb. 12, 739. Vmbra exanimis Ouid. in Ibin 144. Vultus exanimes Lucan. 2, 25. Decidit exanimis Virg. Aen. 5, 517. *Ergo* Exanimus *et* Exanimatus *ſignificatione differre, falſa putat* Donat. ad Ter. Andr. 1, 4, 7.

EXANIMĀLIS, e. Adi. [ἀναιρετικὸς] *Quod animam eripit, vel Quod eſt ſine anima.* Plaut. Rud. 1, 4, 2 Ita male viuo, ita multae in pectore ſunt curae exanimales. Idem Bacch. 4, 8, 7 Ni illum exanimalem faxo, *in minis militaribus.*

EXANĬMO, āre. [ἐκπλήττω, ἐκφοβέω, δειματῶ] *Ab* Animo *deductum; Perterrere, perturbare.* Plaut. Ciſt. 2, 1, 5. Ter. Andr. 1, 5, 16 Oratio haec me miſeram exanimauit metu. Cic. Fam. 9, 15 Miraris me tanta perturbatione valetudinis tuae tam grauiter exanimatum fuiſſe? Idem Fam. 8, 16. *et* Att. 11, 6. Exanimare aliquem metu Ter. Andr. 1, 5, 17. Metuentes verbera exanimantur Hor. Carm. 3, 12, 3. Te metus exanimant iudiciorum atque legum Cic. in Parad. 1. Auidos vicinum fumus vt aegros exanimat Hor. Serm. 1, 4, 127. Timentem exanimat Lucan. 8, 8. *Contraria.* Hor. Epiſt. 2, 1, 178 Quem tulit ad ſcenam ventoſo gloria curru Exanimat lentus ſpectator, ſedulus inflat. Exanimare, *ab* Anima, *Occidere, necare, anima priuare.* Curt. 7, 3, 13 Multos exanimauit rigor inſolitus niuis, multorum aduſſit pedes, plurimorumque oculis praecipue perniciabilis fuit. Gell. 3, 15 Anus repente filio viſo, copia atque turba, et quaſi ruina incidentis inopinati gaudii, oppreſſa exanimataque eſt. Caeſ. B. G. 6, 15. Nep. 15, 9, 4. Suet. Oton. c. 11. Cic. pro Milon. 94 c. 34 Me quidem Iudices exanimant et interimunt hae voces Milonis, quas audio aſſidue, *etc.* Idem de Fin. 2, 97 c. 30 Simulatque ipſe graui vulnere, exanimari videret ſe, vt primum diſpexit, quaeſiuit, *etc.*

EXANIMĀTVS, a, um. Partic. [ἔκπληκτος] *Siue Nomen ex Partic. Timore conturbatus.* Cic. Verr. 1, . . Haec vbi filio nuntiata ſunt, ſtatim exanimatus ad aedes contendit. Ter. Andr. 1, 1, 104 Ibi tum exanimatus Pamphilus bene diſſimulatum amorem, et celatum indicat. *Conf.* Scen. 4, 7. *et* 2, 2, 5. Idem Phorm. 3, 3, 31 Quam ego nunc intus ſcio eſſe exanimatum metu. Dolet exanimatus Stat. Silu. 3, 1, 48. Cic. Verr. 2, 189 Itaque illum iniuriae metu, conſcientiaque peccati mutum atque exanimatum ac vix viuum relinquo. Curſu ac laſſitudine exanimati Caeſ. B. G. 2, 23. Cic. pro Milon. 62 Pura mente atque integra Milonem nullo ſcelere imbutum, nullo metu perterritum, nulla conſcientia exanimatum reuertiſſe. Agmina Virg. Aen. 5, 805. Stat. Theb. 4, 760 Tu refugas vires et pectora bello Exanimata reple. Cic. de Orat. 3, 38 c. 11 Nolo verba exiliter exanimata exire, nolo inflata et anhelata grauius. Exanimata, *i. Efflata, quaſi ab exanimatis et paene mortuis edita.* Exanimatus, *ab* Anima, *Mortuus.* Liu. 22, 7 Vnam in ipſa porta ſoſpite filio repente oblato in conſpectu eius exſpiraſſe ferunt: alteram, cui mors filii falſo nuntiata erat, moeſtam ſedentem, ad primum conſpectum redeuntis filii, gaudio nimio exanimatam. *Conf.* Suet. Oton. 11, 5. Eliſi exanimatique Idem Caeſ c. 39. Lucret. 6, 1254 Exanimis pueris ſuper exanimata parentum Corpora nonnunquam poſſes, retroque videre. *Conf.* Curt. 4, 15, 17. Exanimati fulminis ictu, afflatu Obſequ. c. 103 *et* 110. Exanimatus, corpore quidem praeſens, animo vero abſens Plaut. Caſ. 3, 3, 10.

EXANIMABILITER. Adu. Naeu. *apud* Nonium 4, 384.

EXANIMATIO, ōnis. f. [ἔκπληξις] *eſt* Quae metum ſubſequitur, et quaſi comes eſt pauoris, *vt ait* Cic. Tuſc. 4, 19 c. 8. *Et* Off. 1, 131 c. 36 Ne in perturbationes atque exanimationes incidamus.

EXANIO, *vel* EXSANIO, āre. [ἐκπυΐσκω] *Ab* Ex *et* Sanies *compoſ. ſignificat Saniem et virus exprimere.* Celſ. 5, 27 Sal quoque his praecipueque ei, quod canis fecit, medicamentum eſt, ſi manus vulneri imponitur, ſuperque id duobus digitis verberatur: exaniat enim. Columel. 12, 47, 10 Patiuntur autem nonnunquam tota nocte, et poſtero die pondere preſſam baccam velut exaniari.

EXANTE, *pro* Ante. *Vid.* ANTE *n. 4.*

EXANTHEMATA, [ἐξανθήματα] *Quaſi tu* efflorefcentias *dicas, ſunt* Puſtulae *papulaeque omnis generis cutem infeſtantes, ſpeciatim, vt eſt apud* Celſ. 5, 28, 15 quae ex vrtica et ex ſudore naſcuntur, et modo rubent, modo colorem cutis non excedunt, *etc.*

EXANTLO, *vel* EXANCLO, āre. [ἐξαντλῶ] *Exhaurire.* Plaut. Sticho 1, 3, 116 Nae iſte edepol vinum poculo pauxillulo Saepe exantlauit ſubmerum ſcitiſſime. Ennius Eumenid. *ap.* Non. 4, 155 Niſi patrem materno ſanguine exantlando vlciſcerem. Gl. Philox. Exanclat, ἀρύεται. ¶ 2 *Eadem metaphora, qua* exhaurire, *ad labores, moleſtiasque refertur.* Pacuuius *apud* Non. *l. c.* Non poteſt, Menalippe, hic ſine tua opera exantlari clauos (labos *legendum recte coniicit Mercerus.*) Ennius ibid. *ex emendatione Merceri* Quantis cum aerumnis illum exanclaui diem. Accius ibid. Fere exantlauimus tyranni ſaeuum ingenium: et Amphitr. cladesque exantlarem impetibiles. Lucil. ibid. Quantas quoque modo aerumnas, quantosque labores Exantlaris. Cic. Diuin. 2, 64 c. 30 *ex Homero*, Tot nos ad Troiam belli exantlabimus annos. Idem *ex Sophocle* Tuſc. 2, 20 c. 8 Quae corpore exantlaui atque animo pertuli. *Sic Lambin. ex ſuis MSS.* exanclato *al.* Idem Acad. 108 c. 34 Credoque Clitomachi ita ſcribenti, Herculi quendam laborem exantlatum a Carneade. *Et plane ex ſua perſona* Tuſc. 1 *extr.* Nec id gigneret aut aleret, quod cum exantlauiſſet omnes labores, tum incideret in mortis malum ſempiternum. *Feſtinauit ergo, vt videtur* Quinctilianus, *cum* 1, 6, 40 *inter* repetita ab vltimis et iam obliteratis temporibus *refert hoc verbum.* Exantlare obtruſiones Cael. Aur. Acut. 1, 15, 125. *Et* 2, 39, 231 *extr.* Hic eſt ille Aſclepiades frigidans atque calefaciens, exantlans atque replens, et contrariis ſemper vtens rebus. ¶ 3 *De orthographia tanto difficilius eſt aliquid certi ponere, cum in Longobardica ſcriptura, qua exarati ſunt plerique codices inter* C *et* T *nihil fere ſit diſcriminis: taceo, quod inter eruditos etiam librarios potuit eſſe diſſenſio. Literae* T *nimis fauet conſtans Grammaticorum* Feſti, Nonii, *etc. obſeruatio, qui* exhauriendi *notionem huic verbo aſſignant, quae exacte adeo reſpondet Graeco* ἐξαντλεῖν *quod verbum eandem ſuſtinere metaphoram oſtendit Daviſius ad* Cic. Tuſc. 1 *extr. Itaque Voſſius etiam poſt Lambinum* exantlare *praefert.* ¶ 4 *Neque tamen* exanclare *plane damnauerim, quod in omnibus locis optimi etiam libri habent, edideruntque viri doctiſſimi; cum poſſit ex eodem fonte eſſe, e quo* Ancus, Anculus, Anculare, Ancilla, *vbi vide, ſi tanti eſt.*

EXAPERIO, īre. *Eſt* Auguſtin. Confeſſ. 2, 10.

EXAPTO, āre. Apul. Met. 11 p. 271 Deo exaptare coronas.

EXAPTVS, a, um. Adi. [συνημμένος] *Pro Valde aptus, vel vt Turneb. exponit Aduerſ. 29, 20. Ex aliquo pendens et ligatus.* Lucil. *apud* Nonium 4, 3 Pellicula extrema exaptum pendere onus. Brachia exapta validis lacertis, *i. Aptata et coniuncta* Lucret. 4, 827.

EXAQVESCO, ĕre. Hieme mundus exaqueſcere videtur Cenſorin. de die Nat. c. 18. *i. totus in aquam mutari.*

EXARCIO, *vid.* EXSARCIO.

EXARCHIATRI, [ἐξαρχιάτροι] *Qui Archiatri dignitate defuncti ſunt in* l. 6 C. de Profeſſorib. et Medic. 10 Cod.

EXARCHVS, i. m. [ἔξαρχος] Gloſſ. Gr. Lat. ἔξαρχοι, Proceres, Principes: Exarchi Italiae, *vel* Rauennae, *qui ab Imp. Conſtantinop. in Italiam cum imperio mittebantur. Vid. Du Freſne Gloſſ. Buleng. de Imp. Rom. 8, 84.* Panciroll. Not. Dign. Imp. Occid. c. 1. Nouell. Conſtit. 133 c. 4 Monaſteriorum exarchi, *i. Inſpectores et gubernatores plurium monaſteriorum, ſub quibus ſunt ſingulorum* Praeſules.

EXARDEO, *ſeu potius* EXARDESCO, *quod vero ab illo ſumit Praeterita,* exarſi, ſum, ĕre. [ἐκπυρόομαι] *Vel ira, vel quacunque alia cupiditate vehementer commoueri et velut inflammari.* Cic. de Amicit. 78 Niſi quaedam admodum intolerabilis iniuria ita exarſerit, vt neque rectum, neque honeſtum ſit, neque fieri poſſit, vt non ſtatim alienatio, diſiunctioque facienda ſit. Cic. de Diuin. 1, 66 Ineſt igitur animis praeſagio extrinſecus iniecta, atque incluſa diuinitus: ea ſi exarſit acrius, furor appellatur. Ouid. de Arte Am. 2, 354. Grauiter exarſit, *i. Iratus eſt* Cic. de Orat. 3, 4 c. 1. Ad cupiditatem libertatis recuperandae exarſiſſe Idem Philipp. 11, 3. Ad ſpem libertatis exarſimus Id. Philipp. 4, 16. Cic. Tuſc. 5, 83 Contra quorum diſciplinam ingenium eius exarſerat. Idem in Orat. 102 Ius omne retinendae maieſtatis Rabirii cauſa continebatur: ergo in omni genere amplificationis exarſimus. O quam terribiles exarſit pronus in iras Martial. Spectac. 9. Cupidine exarſit nouae formae Ouid. Met. 4, 347. Ira et indignatione exardeſcere Liu. 35, 31. Cic. Verr. 2, 48 Exarſit iracundia ac ſtomacho. *Add.* Plin. 33, 1. Ouid. Met. 13, 545. Cic. Att. 2, 21 Nunc vero ſibilis vulgi, ſermonibus honeſtorum, fremitu Italiae vereor ne exarſerint. Plin. 37 prooem. Quae fuerit origo gemmarum, et quibus initiis in tantum haec Admiratio exarſerit, diximus quadantenus in mentione auri et annulorum. Ambitio exarſit magis, quam vnquam alias Liu. 35, . . Cinis exarſit Suet. Tiber. 74, 3. Dies exarſit Martial. 3, 67. Dolor exarſit, vrgere illi, vt nos loco mouerent Cic. Q. Frat. 2, . . Dolor exarſit ingens oſſibus Virg. Aen. 5, 172. Ignes exarſere animo Idem Aen. 2, 575. Ignes, *Irae.* Repente iſta importunitas inauditi ſceleris exarſit Cic. pro Sulla 75. Tota Italia deſiderio libertatis exarſit Idem Philipp. 10, 19. *Et* pro Rabir. 13 Etiam ad innocentium periculum tempus illud exarſerat. Cic. de Orat. 2, 190 c. 45 Nulla materies tam facilis ad exardeſcendum, quae niſi admoto igni, ignem concipere poſſit. Plin. 13, 25. *et* 17, 28. Cic. de Aruſp. Reſp. 45 In me cognitorem harum omnium rerum illa flamma illorum temporum coniiciebatur. Excepi, et pro patria ſolus exarſi. Cic. Verr. 1, 64 c. 25 Homo vt haec audiuit, ſic exarſit ad id, quod non modo ipſe nunquam viderat, ſed *etc. i. Amore capi.* Ad ſpem libertatis Cic. Phil. 4 c. 6. Contra aliquid Idem Tuſc. 5 c. 29. In rabiem Frontinus 2. 1, 10. Iracundia exardeſcere Cic. Fam. 1, 9. *v. h. l. Manut.* Indignatione Liu. 4, 6. Cic. de Amicit. 100 Ex quo eorum exardeſcit ſiue amor, ſiue amicitia. Exardeſcit ira Id. Tuſc. 2, 58. Exardeſcit admirabilis quaedam beneuolentiae magnitudo Id. de Amicit. 29. Belli ciuilis exarſerunt initia Paterc. 2, 48, 1. *i. Exorta ſunt. Conf.* Nep. 22, 2, 1. Tacit. 2, 38, 2. Cic. pro Rab. Poſt. c. 6. Exardeſcere pretia *dicuntur, Quae creſcunt et intenduntur.* Suet. Tiber. c. 34 Corinthiorum vaſorum pretia in immenſum exarſiſſe grauiter conqueſtus.

EXARSVS, a, um. Part. Res veſtrae incendio exarſae l. 11 Cod. de his, qui accuſ. non poſſ.

EXARENO, āre. [ἐξαμμόω] *Expurgare et arenulas igni vel aliter auferre ex aere, quod quidam Exſquamore dicunt.* Plin. 33, 3 *extr.* Poſtea exarenatur, an ſatis decoctum ſit ſplendore deprehendente, iterumque exhalatur igni, *etc. De aere inaurando loquitur.*

EXAREO, *ſiue potius* EXARESCO, ui, ĕre. [αὐαίνομαι] *Siccum fieri, et frequenti translatione, vigorem et robur et veluti virorem ac ſuccum vitalem amittere.* Plaut. Mil. 3, 1, 46 Neque dum exarui ex amore rebusque voluptariis. Exaruit diuturna miſeria filius Cic. Att. 10, 16. Exaruerunt amnes Idem in Piſon. 82 c. 33. Sole et vento penitus ſiccari et exareſcere Columel. 3, 11 (12). Exareſcere ſiti Cic. de Clar. Orat. 16 c. 4. *de flore exuſto.* Silua exaruit Suet. Galb. 1, 3. Cic. Att. 10, 16 Atque haec ita multis cum lacrimis loquebatur, vt ego mirarer, eas tam diuturna miſeria non exaruiſſe. Lacus et ſtagna licet interdum creſcant, interdum exareſcant, ſuos terminos tamen retinent Calliſtrat. in l. lacus D. de acquir. rer. dominio. Cic. Fam 9, 18 Deinde ipſa illa, ſi qua fuit in me facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet. Idem Tuſc. 3 c. 31 Huic erat illa opinio quotidie recens: quae tum denique non appellabatur recens, quum vetuſtate exaruit. Exaruerunt orationes Galbae Cic. de Clar. Orat. 82. *i. Iam non vigent propter antiquitatem, quam redolent.* Idem Fam. 7, 31 Vides enim exaruiſſe iam veterem vrbanitatem.

EXAREFIO, ĕri. [ἐξαυχμοῦμαι] *Idem. De fuco marino dicit* Plin. 26, 10 Sed omnibus articulorum morbis impoſitus prius quam exarefiat.

EXARIDVS, a, um. Adi. Status emortuus et exaridus Tertull. de Reſur. Carn. c. 30.

EXARMO, āre. [ἀφοπλίζω] *Armis ſpoliare.* Suet. Domit. c. 15, 6 Mineruam quam ſuperſtitioſe colebat, ſomniauit excedere ſacrario, negantemque vltra ſe eum tueri poſſe, quod exarmata eſſet a Ioue. Tacit. Hiſt. 1, 31 Longinum manibus coërcent exarmantque. Stat. Theb. 9, 845 Turbatos arripit enſe Arcadas, exarmatque ducem. Legiones Tacit. Hiſt. 2, 76. Nauem, *Armamentis ſpoliare* Pomponianus in l. 2 D. ad l. Rhod. de iactu. Nauigium Sen. Ep. 30. Accuſationem Plin. Ep. 3, 9 *metaphoricôs, pro Debilitare et infirmare. Conſ.* Pollet. For. Rom. 4, 14. Feras, *h. e. Dentes, vngues, vel alia noxia membra iis adimere. Vnde* Exarmatae beſtiae, *pro Cicuribus et manſuefactis ponuntur.* Lamprid. in Heliog. c. 21 Habuit leones et leopardos exarmatos in deliciis, *etc. Ada.* Sil. 1, 411 Exarmantur ſerpentes veneno, *Quibus vſus veneni adimitur. Mitigare, placare:* Mater filium *Coriolanum* exarmauit lacrimis ſuis. Flor. 1, 22, 3. *Sic* Petron. c. 105 Iam Giton mirabili forma exarmauerat nautas.

EXARMATVS, a, um. Partic. [ἀφωπλισμένος] Exarmata nauis, *i. Armamentis ſpoliata* Sen. Conſol. ad Helu. *extr.* Aries exarmatus Colum. 7, 3, 5. *Mutilus, ſine cornibus.* Exarmati Leones, *i. Armis ſuis, ſcil. Vnguibus ac dentibus exuti* Lamprid. Heliog. c. 21. Stat. Theb. 3, 303 Pallentes agar exarmatus ad vmbras. Claud. Epigr. 35 Port. Smyrn. Hic exarmatum terris cingentibus aequor Clauditur, et placidam diſcit ſeruare quietem. Vell. 2, 17, 1 Romani victis adflictisque (*hoſtibus*) ipſi exarmati; quam integris vniuerſis ciuitatem dare maluerunt, *vt modo, mitigati, placati.*

EXARO, āre. [ἐξαρόω, διαχαράττω] *Arando, i. colendo agro efficere.* Cic. Verr. 3, 45 c. 18 Hae literae, Iudices, L. Metelli, quas audiſtis, hoc quantum eſt, ex Sicilia frumenti hornotini exarauerunt. Idem Verr. 5, 99 c. 38 Aratorumne liberos? quorum patres tantum labore ſuo frumenti exarabant, vt Populo Rom. totique Italiae ſuppeditare poſſent. *Sed* Exarare de integro locum frumenti cauſa Columel. 2, 18, 3. ¶ 2 Exarare radices Plin. 17, 18. *Eruere, effodere.* Arcula cum libris a Terentio quodam exarata Aur. Victor de Vir. Ill. c. 3. *id quod* Auguſtino de C. D. 8, 5 *eſt* aratro eruta. ¶ 3 *Per tranſlationem ſcribere: Qui enim ſtilo ſcribunt in codicillis, hi quaſi ſulcos inſtar aratorum ducere videntur.* Cic. Att. 12, 1 Vndecimo die poſtquam a te diſceſſeram, hoc literularum exaraui egrediens e villa ante lucem. Plin. Epiſt. 7, 4, 6 Perquam exiguo temporis momento, id ipſum, quod me ad ſcribendum ſollicitauerat, his verſibus exaraui. Cic. Att. 13, 38 Ante lucem quum ſcriberem contra Epicureos, de eodem oleo et opera exaraui neſcio quid ad te, et ante lucem dedi. Idem Fam. 9, 26 Accubueram hora nona, cum ad te harum exemplum in codicillis exaraui, *i. raptim ſcripſi, vt recte Manutius interpretatur.* Codicillos exarauit ad ſororem Suet. Oton. 10. Librum Phaedr. prol. 3. Ouid. ex Ponto 3. 2, 90 Ad fratrem ſcriptas exarat illa notas. ¶ 4 Senectus frontem rugis exarat Hor. Epod. 8, 3. *Delere: ductum ex more aratri ducendi, dirutis vrbibus.* Paull. l. 4 §. 4 D. fin. regund. Si dicantur termini deiecti vel exarati, iudex, qui de crimine cognoſcit, etiam de finibus cognoſcere poteſt. Cic. de Legib. 2, 58 Quum multa in eo loco ſepulcra fuiſſent, exarata ſunt.

EXARATVS, a, um. Partic. *Arando effoſſus.* Cic. de Diuin. 2, 51 c. 23 Eſtne quiſquam ita deſipiens, qui credat exaratum eſſe deum dicam, an hominem? *De Tagete.* Idem ib. c. 38 Etruſci habent exaratum puerum auctorem diſciplinae ſuae. *Add.* idem de Legib. 2 c. 23.

EXARATIO, ōnis. f. Mart. Capell. 9 p. 204 Ipſius Tagetis exaratio. Sidon. Carm. 9, 335 Iſti exarationi applicari theta.

EXARTVO, āre. *Diſſecare et inde Partic.* Exartuatus *reſtitui vult* Cic. Att. 7, 2. *Boſius, quem vid. p. 653 ſq. Graeu. Parum ſane probabiliter.*

EXARTICVLO, āre. *Celſi eſſe dicitur.*

EXARTICVLATIO, ōnis. f. Gloſſ. Lat. Gr. ἐξάρθημα.

EXASCIO, āre. [πελεκίζω] *Dedolare, diſponere, dolabra et aſcia parare, nondum tamen expolire. Hinc*

EXASCIATVS, a, um. Partic. *per tranſlationem, pro Rudi Minerua expolitus dixit* Plaut. Aſin. 2, 2, 93 Iam hoc opus eſt exaſciatum, *i. Iam fieri coeptum eſt. Sic Lambin. recte puto. Gutber. de Iure Man. 2, 18 plane perfectum et dealbatum putat. Vid.* ASCIA.

EXASPERO, āre. [ἐκτραχύνω, διαγριαίνω] *Aſperiorem facere.* Plin. 23, 4 Fauces exaſperat, et venena omnia hebetat. Varro de R. R. 1, 52 Id ſit e tabula lapidibus aut ferro exaſperata. Exaſperatae arteriae Plin. 22, 24. Pituita exaſperat fauces Celſ. . . . Exaſperatur locus nitro Scribon. 254. *in ſcabie curanda.* Exaſperatur lingua 187. Exaſperatur ad omne medicamentum 220 *de cancro.*

Enſem exaſperare ſaxo Sil. 4, 19. Concuſſas Triton exaſperat vndas Ouid. Amor. 2, 11, 27. Idem Met. 5, 7 Aſſimulare freto poſſis quod ſaeua quietum Ventorum rabies motis exaſperat vndis. Exaſperare rem verbis Quinctil. 4, 2, 75. Vox exaſperatur Idem 11, 3, 20. *Concitare et irritare.* Columel. 9, 15. Celſ. 1, 3 Itaque ſi qua ſunt, quae exaſperatura eorum animos ſunt, optimum eſt ea eorum notitiae ſubtrahere. ¶ 2 *Vt* ſignis Aſpera *dicuntur opera caelata, de quo vid.* ASPERA ſignis: *ita* Claudian. in Conſ. Hon. 3, 192 Brontes innumeris exaſperat aegida ſignis, *i. caelat.*

EXASPERATVS, a, um. Partic. Arteria exaſperata Scrib. 72. *Vid.* ARTERIA. Liu. 28, 25 Ad quorum primum aduentum exaſperati animi, mox ipſis placido ſermone permulcentibus notos, cum quibus congreſſi erant, leniti ſunt. Neque conuenit aeſtu medio exaſperatas apes laceſſiri Colum. 9, 15. Moles exaſperata ſaxis Sen. Contr. 1, 3. *Conf.* Celſ. 5, 13. Liu. 42, . . Magis e Repub. viſum erat comprimi, ac ſedari exaſperatos Ligures. *Conf.* Liu. 40, 20. Idem 36, 29. *et* 37, 12. *et* Curt. 8, 1, 32.

EXASPERATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Marc. 2, 16. Scribon. 222. *cum* intertrigine *iungitur, cutis vitium.* Faucium exaſperatio Veget. Mulom. 3, 62, 1.

EXASPERATOR, ōris. m. *Apud* Marc. Empir. . . .

EXASPERATRIX, īcis. f. Vulg. Interpr. Ezech. 2, 8.

EXATIO, *vel* EXSATIO, āre. [κορέννυμι] *Idem quod Satiare.* Liu. 38, 54 Pop. Rom. ne morte quidem P. Scipionis exatiari, niſi et ipſius fama ſepulti laceretur. Enſes exatiare cruore Sil. 7, 535. Corda exatiata cruore Idem 16, . . Clade domus exatiata Ouid. Met. 8, 441. *De Diana.*

EXATŬRO, *vel* EXSATVRO, āre. [κορεννύω, κορέω] *Idem, quod Saturare.* Odiis exſaturata Iuno Virg. Aen. 7, 298. Exaturare animum alicuius ſupplicio, *etc. per translationem* Cic. Verr. 5, 65 c. 26. Dolorem exaturare damnis Stat. Theb. 6, 83. Exaturauimus tela Idem Theb. 9, 14.

EXATVRATVS, a, um. Partic. Oculos exaturata Stat. Theb. 6, 176. Cic. Tuſc. 5, 101 c. 35 *de Sardanapalo*, Haec habui quae edi, quaeque exaturata libido Hauſit.

EXATVRANDVS, a, um. Part. [κορεσθησόμενος] Ouid. Met. 5, 19 Sed quae viſceribus veniebat bellua ponti Exaturanda meis.

EXAVCTOR, ōris. m. Luporum exauctor Lucil. *ap.* Non. 2, 324. *Sed iam dedit Mercer.* exactor. *Add. Turneb. Adu. 29, 23 qui etiam monſtroſum, certe ignorabilem* Maluanum *in* Martem Siluanum mutauit.

EXAVCTORO, āre. [ἀποστρατεύω] *Auctoratum et adſtrictum dimittere, et abire ſinere, et ſua arbitrio reddere: id quod citra ignominiam fieri poteſt.* Liu. 8, 34 Sine commeatu vagi milites in pacato, in hoſtico errent, immemores ſacramenti, licentia ſola ſe vbi velint, exauctorent. Idem 36, 40 Poſtero die concione aduocata de rebus ab ſe geſtis quum diſſeruiſſet, milites exauctoratos dimiſit. *Et* 25, 20 *miles* Velut exauctoratus morte ducis, ab ſignis deceſſit. Frontin. Strat. 4, 6, 4 Veſpaſianus adoleſcentem — cenſu conſtituto, honeſta miſſione exauctorauit. Vlpian. l. 2 §. 2 Dig. *interpretatur* Exauctorare, Inſignia militaria detrahere, quod cum infamia conficitur, *vt eſt apud* Lamprid. in Alex. c. 12 *qui de* exauctorata *vna* legione *loquens*, Quum nihilominus, *inquit*, poſt iſta fremerent, exclamauit, Quirites diſcedite, atque arma deponite. mirando exemplo, depoſitis armis, depoſitis etiam ſagulis militaribus, non ad caſtra, ſed ad diuerſoria varia diſceſſerunt. *Et paullo poſt*, Eam tamen legionem quam exauctorauerat, *etc.* loco ſuo reſtituit. *Conf.* Lamprid. c. l. c. 52. *Quemadmodum etiam* Traianus adulterii reum centurionem exauctorauit atque relegauit *apud* Plin. Epiſt. 6, 31. *Conf.* Suet. Aug. 24, 4. l. 29 D. de liberali cauſa. Quinctil. Declam. 3 Pater huius poſt fractum Iugurtham exauctoratas bellis manus ruſtico labore ſubigit. Sen. Epiſt. 32 *fin.* Ille demum neceſſitates ſupergreſſus eſt, et exauctoratus ac liber qui viuit vita peracta, *i. ita, vt hanc vitam nihil admodum ad ſe pertinere iudicet.* Exauctorantur *proprie, qui ſoluuntur labore militiae praeterquam pugnae. Locus de ea re claſſicus* Tacit. Ann. 1, 36 Miſſionem dari vicena ſtipendia meritis, exauctorari, qui ſena dena feciſſent, ac retineri ſub vexillo, caeterorum immunes, niſi propulſandi hoſtis. *Conf. Lipſ. de Mil. Rom. Dial. 19. et ad* Tacit. Ann. 1, 36, 4. *Vid. etiam* Curt. 10, 4, 7. *et* Suet. Tiber. c. 30.

EXAVCTORITAS, ātis. f. l. 35 Cod. Theodoſ. De curſu publico. Militans exauctoritatem ſubibit, *i. exauctorabitur poenae cauſa.*

EXAVDIO, īui, ītum, īre. [κατακούω, εἰσακούω] *Idem quod Perfecte, nec ſine difficultate plerumque, audire.* Exaudire vocem alicuius Varro de R. R. 1, 69, 2. Cic. Att. 4, 8 Dic oro te clarius: vix enim mihi exaudiſſe videor. *Conf.* Caeſ. B. G. 5, 30 Clariore voce, vt magna pars militum exaudiret. Cic. in Orat. 189 c. 56 Sed non attendimus, neque exaudimus noſmetipſos. *De vitandis in proſa oratione verſibus.* Cic. Acad. 4, 20 c. 7 Quam multa, quae nos fugiunt in cantu, exaudiunt in eo genere exercitati. Liu. 2, 27 Neque decretum exaudiri conſulis prae ſtrepitu et clamore poterat. Quorum tu voces paullo ante exaudire potuiſti Cic. Cat. 1, 21 c. 8. Vt idem omnes exaudiant, voce clariſſima dicam Idem pro Sulla 34. Quae exaudio, diſſimulare non poſſum Id. in Catil. 4, 14 c. 7 *pr.* Hinnitum equi exaudire Cic. de Diuin. 1, 73. Nep. Dione 9 Fit ſtrepitus adeo, vt exaudiri poſſit foris. ¶ 2 *Veniam dare, precibus annuere: nempe vt de ipſo quoque verbo* Audio *obſeruauimus* n. 4. *Poſſis alioquin ſuſpicari, ad differentiam aliquam alludi a* Plinio Paneg. 94, 2 Audiſti, quae modo malo principi precabamur; exaudi, quae pro diſſimillimo optamus: *et ſuſpicatur ipſe Schwartzius, aliquid promtius et certius poſteriori verbo ſignificari.* Tacitae mentis exaudi preces Sen. Hippol. 636. Supplicis exaudi preces Ouid. Met. 13, 856. Idem ex Ponto 2, 9, 5 Supplicis exaudi iuuenum mitiſſime vocem. Verba exaudi mea Sen. Hippol. 1175. Virg. Aen. 11, 157 Et nulli exaudita deorum Vota, precesque meae. ¶ 3 *Pro Intelligo.* Celſ. in l. Lab. D. de ſupellect. legat. Non enim ex opinionibus ſingulorum, ſed ex communi vſu nomina exaudiri debere. *Sic* Subaudio, *v. v.*

EXAVDĪTVS, a, um. Partic. [εἰσηκουσμένος] Auct. ad Herenn. 2, 8 c. 5 Num qui ſtrepitus, clamor, crepitus, exauditus ſit? Clamores exauditi Cic. Att. 1, 9. Monitor non exauditus ridebit, *cui non obtemperatum eſt* Hor. Epiſt. 1, 20, 14. Virg. Aen. 11, 156 Nulli exaudita deorum Vota preceſque meae. Sonitus exauditi Cic. Att. 1, 14. Vates non exauditus Ouid. Met. 11, 18. Vota parentis Stat. Theb. 11, 616. Vox per lucos Virg. Georg. 1, 476. Vox naturae Cic. de Fin. 1, 71.

EXAVDITIO, ōnis. f. Auguſtin. de Ciu. Dei 21, 24 *pr.*

EXAVDIBILIS, e. Adi. *Idem.* Aug. Solil. 1, 1.

EXAVGEO, xi, ctum, ēre. [ἐ αὔξω] *Valde augere.* Plaut. Stich. 2, 1, 9 Egenti herae ſubueni, benefacta maiorum tuorum exauge. Ter. Heaut. 2, 2, 2 Concurrunt multae opiniones, quae mihi animum exaugeant: locus occaſio, aetas.

EXAVGŬRO, āre. [ἐξοιωνίζομαι] *Ex ſacro profanum reddere: cui contrarium eſt* Inaugurare, *diciturque de locis, et hominibus ſ. ſacerdotibus.* Liu. 1, 55 Et vt libera a caeteris religionibus area eſſet tota Iouis, templique eius quod inaedificaretur, exaugurare fana ſacellaque ſtatuit: quae aliquot ibi a Tatio rege primum in ipſo diſcrimine aduerſus Romulum pugnae vota conſecrata, inaugurataque poſtea fuerant. Inter principia condendi huius operis, mouiſſe numen ad indicandam tanti imperii molem traditur deos. Nam quum omnium ſacellorum exaugurationes admitterent aues, in Termini fano non addixere. *i. Quum omnibus ſacellis aliis felix augurium praeberent.* Capitol. in Marc. c. 4 Fuit in eo ſacerdotio *(Saliorum)* et praeſul et vates, et magiſter, et multos inaugurauit atque exaugurauit, nemine praeeunte, quod ipſe carmina cuncta didiciſſet.

EXAVGVRATIO, ōnis. f. [ἐξοιωνισμὸς] *Vid. modo* EXAVGVRO.

EXAVGVSTVS, i. m. *i. imperio exutus.* Fridericus Exauguſtus Sariſber. 2, 18.

EXAVRATVS, a, um. Adi. Crateres exaurati Cenſorin. Fragm. c. 15. *videntur eſſe toti aurati. Sed res dubia eſt. Eſt enim verſus metri oſtendendi cauſa allatus*, Olli crateribus exauratis hauſerunt. *Quis praeſtabit non fuiſſe diuiſim prolatum* ex auratis?

EXAVSPĬCO, āre. [κατάρχομαι] Plaut. Capt. 3, 5, 108 Exauſpicaui ex vinculis, nunc intelligo redauſpicandum hunc eſſe in catenas denuo. *i. Malo auſpicio huc proceſſi, vtique qui a vinculis, in quibus eram, initium viae cepi: propterea* redauſpicare, *h. e. Regredi in catenas, quaſi iterum auſpicandum, et feliciorem viam inceptandam, mihi neceſſe video.*

E X B

EXBALISTO, āre. [ἐκλιθάζω] *Baliſta deiicere, expugnare: tralate Decipere. Fictum comica laſciuia verbum* Plaut. Pſeud. 2, 1, 10 Num inimicum ego hunc communem, meum atque noſtrorum omnium Ballionem exbaliſto lepide? *Ludit in* Ballione *et* Baliſta.

EXBĬBO, ĕre. *Idem ac Ebibo. Vox* Plautina: Calidum exbibit in prandium Mil. 3, 2, 19.

EXBRŎMO, āre. *Purgare, depurare moleſto odore et ſapore, qui* Βρόμος *eſt, liberare* Apicio 6, 2. *Salmaſ. Exerc.* Plin. p. 255, a F *et* bE *reſtitui vult, pro vulgato* Expromare. *Conf.* BROMOSVS.

E X C

EXCAECO, āre. [ἐκτυφλόω] *Caecum facere.* Plin. 20, 18 *de opio*, Damnauere, — quoniam viſui noceret — ideo non protinus excaecari eo, quoniam adulteraretur. *Sed fere translate ponitur.* Columel. 11, 3, 45 *de aſparaga*, Reliquis annis non erit decerpendus, ſed radicitus vellendus. Nam niſi ita fiat, ſtirpes praefractae angunt oculos ſpongiarum *(i. radicum)* et quaſi excaecant, nec patiuntur aſparagum emittere. *Sic* Caecare *de vite* Colum. 4, 24, 16 *etc.* Plin. 17, 22 Quidam tunc excaecant eum ſupina falce auferendo oculos, *de palmite vitis. Per translationem.* Cic. Acad. 4, 47 c. 23 Num ergo is excaecat nos, aut orbat ſenſibus? Excaecabat ingens fama oculos animoſque Petron. c. 141. Formam excaecare ab aliquo vitio Idem c. 128. *i. corrumpere: pulchritudo maxima in oculis.* Limus venas excaecat in vndis Ouid. ex Pont. 4, 2, 17. *i. obſtruit. Conf. Heinſ. ad* Ouid. Met. 15, 272 Antiquis tam multa tremoribus orbis Flumina proſiliunt; aut excaecata reſidunt. *Huc refer* Itinera excaecata, *i. obſtructa* Celſ. 7, 7 Venae adurendae, donec in oculos pituitae curſus conquieſcat. Id enim ſignum eſt quaſi excaecatorum itinerum per quae humor ferebatur.

EXCAECATIO, ōnis. f. Arnob. . . .

EXCAECĀTOR, ōris. m. Plin. . . .

EXCALCEO, āre. [ὑπολύω] *Calceos detrahere.* Sueton. in Vitell. c. 2 Claudium vxoribus libertiſque addictum, ne qua non arte demereretur, pro maximo munere a Meſſalina petiit, vt ſibi pedes praeberet excalceandos. *Add.* Id. Veſp. c. 8. Martial. 12, 89 Excalceatus ire coepit ad coenam. Neque aut nocte aut die excalceari Vell. 2, 41, 3. Excalceati cothurnatis *opponuntur* a Sen. Epiſt. 8. *Sic* Epiſt. 77 Vt cothurnati ſimul exierunt excalceantur.

EXCALCEOR pro Excalceo, antiquum. Varro Pſeudolo, Nam in oppido, quae eſt aedes Apollinis, et quae ibi ad Herculis introëat, nemo ſe excalceatur. Non. 7, 86.

EXCALCEVS, *pro Excalceatus.* Qui maluiſſet confoueri excalceus Quam calceari frigidus Paullin. ad Cytherium v. 321. *Vtitur et* Saluian. de Gubernat. Dei 1 p. 39.

EXCALDO, āre. *Aqua calida lauare.* Legiones totae excaldantes Vulcat. Gallican. in Caſſ. c. 5. *vbi vid. Caſaub.*

EXCALDATVS, a, um. Partic. *Calida perfuſus.* Amygdalae Marc. Empir. c. 26. *Item ex calido in frigidiorem locum translatus.* Caro Apic. 8, 6. Caſeus Id. 4, 2.

EXCALDATIO, ōnis. f. Pueriles, *i. lauacra, ablutiones.* Capitolin. in Albino c. 5. *Add.* Vulcat. l. c.

EXCALEFĂCIO, *ſiue* EXCALFĂCIO *detracto* e *ante* f, fēci, factum, ĕre. [ἐκθερμαίνω] *Vehementer calfacere.* Plin. 21, 20 Vrinas magis excalefacit, quam crocum ipſum. Ibid. c. 21. Excalfacere algores Plin. 22, 23. *Add.* 24, 7.

EXCALFĪO, fiĕri. Plin. 24, 7 Quum quid ſiccari excalfieriue opus ſit. Excalefiant Scribon. 158. Ouum excalefactum excluſit Venerem Hygin. f. 197.

EXCALFACTIO, ōnis. f. [ἐκθέρμανσις] Plin. 31, 9.

EXCALFACTORIVS, a, um. Adi. [θερμαντικὸς] Excalfactoria roſa, *Quae excalfacit* Plin. 21, 18. *Et* Excalfactoria vis. Idem 23, 4. Vini natura excalfactoria Id. 25, 13.

EXCALPO, *vel* EXSCALPO, pſi, ptum, ĕre. [ἐκγλύφω] *Idem quod Scalpere.* Cato de R. R. c. 18 *de aedificatione torcularis*, Arbores craſſas pedes duos, altos pedes nouem, cum cardinibus: foramina longa pedes tres ſemis, et excalpta digitos ſex. Quinctil. 2, 19, 3 Exſcalpere ſignum ex molari lapide. *al.* Exſculpere. Varr. de L. L. 4, 35, 2 Terram vnde excalpſerant foſſam vocabant.

EXCANDEFĂCIO, ĕre. [ἐκπυρόω] *Aliquid ita incendere, vt candidum videatur. Sed* Excandefacere annonam, *per metaphoram* Varro de R. R. 3, 2, 16. *i. Incendere et reddere cariorem annonam. Et* 3, 4, 1 Excande me fecerunt cupiditate.

EXCANDESCO, ui, ĕre. [ἐκπυρόομαι, θυμόομαι] *Vehementer incendi, inflammarique.* Cato de R R. c. 95 Nam ſi in tecto coquas, quum bitumen et ſulphur additum eſt, excandeſcet. Columel. 7, 5, 16 Excandeſcit ad tactum puſula. *Transfertur ad Iram.* Idem 7, 12, 5 Vt nonnunquam etiam conſeruos iratius intueantur ſemper excandeſcant in exteros. Cic. Fam. 8, 12 Id poſtquam reſciit, excanduit. Plin. Epiſt. 4, 25 Excanduit Senatus. Cic. Tuſc. 4, 43 c. 19 Haec nullam habent vim, niſi ira excanduit fortitudo. Verbis excandeſcere Quinctil. 5, 10.

EXCANDESCENTIA, ae. f. [θύμωσις] Apuleius de Dogm. Platonis 1 p. 11, 28 *Platonis θυμοκὸν vertit* Excandeſcentiam vel Irritabilitatem. Cic. Tuſc. 4, 21 c. 9 Libidini ira, excandeſcentia, odium, inimicitiae, diſcordia. Ibid. Excandeſcentia autem ſit ira naſcens, et modo exiſtens.

EXCANTO, āre. [καταθύω, καταγοητεύω] *Cantando, i. carminibus magicis mutare vel transferre.* Plin. 28, 2 ſ. 4 Qui fruges excantaſſit, legum ipſarum in duodecim tabulis verba eſſe, *ait.* *Et* Sen. Nat. Quaeſt. 4, 7 Apud nos in duodecim tabulis cauetur, ne quis alienos fructus excantaſſit. Rudis antiquitas credebat, et attrahi imbres cantibus et repelli: quorum nihil poſſe fieri, tam palam eſt, vt huius rei cauſa nullius philoſophi ſchola intranda ſit. Propert. 3, 2, 49 Vt per te clauſas ſciat excantare puellas, *etc.* *Conf. h. l. Brouckh.* Hor. Epod. 5, 45 Quae ſidera excantata voce Theſſala Lunamque caelo deripit. Praeſtigiator forte aut veneficus hanc excantat tibi familiam Plaut. Amph. 4, 3, 71. Sen. Qu. Nat. 4, 5. Excantare, Excludere, *inquit* Nonius 2, 260 *et laudat* Plaut. Bacchid. Nam credo cuiuis excantare cor poteſt. *Qui verſus in fabula, quam habemus huius nominis, non exſtat.* *Addit* Nonius Lucil. Sat. 2 Quae ego nunc Aemilio praecanto, atque exigo, atque excanto. Varro. Eudaemonibus, Vbi vident ſe cantando ex ara excantare non poſſe, deripere incipiunt. *Vetus lemma* Caton. R. R. 160 Luxum vt excantes, *quod antiquae editiones quaedam inter Catonis verba receperunt, quae emendatiores ita conſtituunt,* Luxum ſi quod eſt, hac cantione ſanum fiet.

EXCANTATVS, a, um. Part. Coluber Tertull. ad Mart. c. 1. Peſtis excantata fugit Lucan. 9, 931.

EXCANTATIO, ōnis. f. Apuleii *eſſe aiunt.*

EXCANTATOR, ōris. m. Auguſtini . .

EXCAPIO, *pro Excipio:* Enn. *ap.* Non. 2, 702 *et* 769.

EXCARNIFĬCO, āre. [ἐξανιάω] *Carnificis opus eſt, cum longo praeſertim cruciatu, et minutatim homines conficit.* Sueton. in Vitell. c. 17 Apud Gemonias minutiſſimis ictibus excarnificatus atque confectus eſt. Cic. de N. D. 3, 82 c. 33 Anaxarchum Democriteum a Cyprio tyranno excarnificatum accepimus. Inſtrumenta excarnificandi Sen. Ep. 24. *Per translationem.* Praeceptor qui excarnificat diſcipulos Idem de Clem. 1, 16. Ter. Heaut. 4, 6, 9 Huiusmodi mihi res ſemper comminiſcere vbi me excarnifices.

EXCARNIFICATVS, a, um. Part. Animus Sen. de Ira 3, 4.

EXCARNIFICĀTOR, ōris. m. Auguſt. . . .

EXCASTRO, āre. ἐκτέμνω Gloſſ. Gr. Lat. ἐξοπλίζω Id. *Hinc*

EXCASTRATVS, a, um. Part. Caper dicitur, qui excaſtratus eſt Gell. 9, 9. Sinapi non excaſtratum Scribon. Compoſ. 9. *i. corticatum, ſec. Barth. Adu. 39, 19.*

EXCASTRATIO, ōnis. f. ἐκτομή Gloſſ. Gr. Lat.

EXCATARRIZO, *ſ.* EXCATARISSO, āre. Excatarrizaſti me Petron. c. 67. *i. pecunia emunxiſti. Fluctuat lectio: et quidquid eſt verbi, plebeium eſt.*

EXCAVDICO, *vid.* EXCODICO.

EXCĂVO, āre. [ἐκκοιλόω] *vnde* EXCAVATVS. Cic. Verr. 4 c. 27 Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi, trulla excauata cum manubrio aureo. Varro de R. R. 3, 5 Et natatilia ſunt excauata anatum ſtabula. Plin. 10, 33. Loca excauata in ſpecum Sen. Ep. 90. *Conf.* Apic. 4, 1.

EXCAVATIO, ōnis. f. [κοίλωσις] Sen. Nat. Quaeſt. 4, 3 Stillicidii caſus lapidem cauat: et haec ipſa excauatio rotunda fit.

EXCĒDO, ſſi, ſſum, ĕre. [ἐκχωρέω, ἀποχωρέω] Egredi Feſto, *locum relinquere.* Tac. Agric. 25, 4 Excedendum potius, quam vt pellamur. Cic. in Catil. 2, 1 Abiit, exceſſit, euaſit, erupit: nulla iam pernicies a monſtro illo atque prodigio moenibus ipſis intra moenia comparabitur. Idem poſt red. in Sen. 7 Quum is exceſſiſſet, qui caedi et flammae reſtiterat. Caeſ. B. G. 4, 18 Sicambri finibus ſuis exceſſerunt. Caelo excedit Lucifer Ouid. Met. 11, 571. De medio, *i. Mori.* Ter. Phorm. 5, 7, 74 Bono animo es, ego redigam vos in gratiam, hoc fretus Chreme, quum de medio exceſſit, vnde haec ſuſcepta eſt tibi. De pectore notae caedis exceſſere Ouid. Met. 6, 670. *Sed Burm.* Effluxere. Ter. Andr. 4, 5, 21 Mane, caue quoquam ex iſthoc exceſſis loco. E via, *vel* Ex via Caeſ. B. G. 5, 19. Cic. Philipp. 1, 9 Turpe mihi ipſi videbatur, in eam vrbem me audere reuerti, ex qua Brutus excederet. E corpore animus excedit Cic. Tuſc. 1, 29. Ex corde cura Ter. Hec. 3, 2, 12. Ex ephebis Idem Andr. 1, 1, 24. Ex pueris Cic. pro Arch. 4 c. 3. E memoria Liu. . . . E vita, *vel* Vita, *pro Mori* Cic. de Clar. Orat. 562. *et* Off. 1 c. 43. Vita Cic. Tuſc. 1, 39 c. 13. E vita, *et* Manere in vita, *contraria* Idem de Fin. 3, 60. Cic. de Vniuerſ. 14 Sic in omni mundo partes omnes collocatae ſunt, vt nulla pars huiuſce generis excederet Extra. Caeſ. B. G. 4, 14 Nam cum omnibus ſuis Domo exceſſerant, Rhenumque tranſierant. Cic. Fam. 8, 32 Finibus meae prouinciae nunquam exceſſi. Foribus Ouid. Met. 4, 85. In locum Pſeudo-Cic. in Salluſt. 18. In Altercationem ne excederet res Liu. 33, 35. In magnum certamen res exceſſit Idem 34, 1. Cic. de Diuin. 1 c. 23 Cum, — in Lucem animus exceſſerit. Muros patrios Lucan. 1, 492. Patria Virg. Aen. 1, 361. Val. Max. 5, 3 *extr.* 3. Peſtes excedunt Virg. Aen. 6, 737. Pugna Idem Aen. 5, 380. Quatuordecim dies morbus *dicitur* excedere Celſ. 3, 23. Regione viarum Virg. Aen. 2, 737. Regnis exceſſit auitis Id. Georg. 3, 228. Roma *vel* Italia Liu. 2, . . Caeſ. B. C. 1, 27. Sedibus nefandis Stat. Theb. 11, 695. Tectis Ouid. Met. 9, 148. Terra ſcelerata Virg. Aen. 3, 60. Vrbe Cic. ad Brut. 15. Vrbem Liu. 2, 37 *extr.* ¶ 2 *Superare:* Exceſſit annos decem Columel. 6, 21. Plin. Epiſt. 2, 1, 4 Annum tertium et octogeſimum exceſſit in altiſſima tranquillitate. Excedis factis grandia fata tuis Rutil. Itin. 1, 92. Liu. 30, 26 Haec eo anno in Africa geſta. Inſequentia excedunt in eum annum, quo M. Seruilius Geminus, qui tum Magiſter Equitum erat, et T. Claudius Nero COSS. facti ſunt. *i. non iam pertinent ad hunc annum, cuius res hic enarramus, ſed ad proximum.* Excedens humana fidem temeritas Vell. 2, 52, 3. Fidem excedit impudens cura qua, *etc.* Plin. 28, 5. Fidem exceſſit ſumma tuorum meritorum Ouid. Met. 7, 166. In hoc principis Ira exceſſit Vell. 2, 68, 5. Librae excedunt quadragenos denarios Plin. 13, 3. *de vnguentis.* Libras in modium vicenas non excedunt Idem 18, 5. Magnitudinem fabae excedit Plin. 12, 5. Dictatoris imperium caeteros Magiſtratus excedebat Meſſ. Coruin. p. 19. Ouid. Met. 6, 197 Maior ſum quam cui poſſit fortuna nocere. Exceſſere Metum mea iam bona. Modum Liu. 3, . . Idem 26, . . Multa alia eiusdem generis, alia vera, alia aſſimulata, admirationis humanae in eo iuuene exceſſerant Modum. Modum hominis Curt. 6, 9, 18. Non Vereor, in amore ne Modum exceſſerim Plin. Ep. 8 *extr.* ſ. 24, 10. Nauigia, quae modum excedunt, regi nequeunt Curt. 4, 11, 8. Nomen amplificationis excedit Hyperbole Quinct. 8, 4, 29. Olympus excedit nubes, *i. Caelum eſt ſupra nubes* Lucan. 2, 271. Officii partes Plin. Epiſt. 10, 56. Stat. Silu. 5, 5, 5 Dicor et in lacrimis iuſtum exceſſiſſe Pudorem. Senſum aurium excedit Plin. 2, 3. ¶ 3 *Obſeruatt.* Celſ. 7, 14 *de vitiis vmbilici, herniis,* Neque id ſatis eſt, ſed aluus quoque ei ducenda eſt, quo facilius omnia, quae exceſſerunt, intra aluum conſidant. *Erat quoque verbum Arenae: Et* Excedere *dicebatur* Gladiator, *Qui vitabat petitionem aduerſarii.* Cic. Catil. 1, 15 Parua quadam declinatione et, vt aiunt, corpore exceſſi tuas petitiones ita coniectas, vt vitari non poſſe viderentur. *Dicitur etiam* Exire. *Vid. Lipſ. Saturn. 2, 20.* *Pro Obliuiſci.* Sil. 15, 35 Cannaene tibi, grauiorque palude Moeonius Stygia lacus exceſſere, Paduſque. *Poteſt hoc addi formulis obliuiſcendi, quas collegit Brouckhuſ. ad* Tibull. 3, 1, 20.

EXCESSVS, ûs. m. [ἀποχώρησις] Cic. de Fin. 3, 60 c. 18 In his et exceſſum e vita, et in vita manſionem. Idem Tuſc. 1, 27 c. 12 Eſſe in morte ſenſum, neque exceſſu vitae ſic deleri hominem, *etc.* *Abſolute, pro Morte poſitum inuenitur.* Cic. de Legib. 1, 3 Certe non longe a tuis aedibus inambulans, poſt exceſſum ſuum Romulus Iulio Proculo dixit ſe deum eſſe. Exceſſus Auguſti Tac. Ann. 1, 14, 3. *Apud Rhetoras ſic vocatur, quae* Digreſſio *vulgo dicitur.* Quinctil. 3, 9, 4 Egreſſio vero, vel, quod vſitatius eſſe coepit, Exceſſus. *Vſus eſt* Marcell. in l. iam dubitari non poteſt D. de hered. inſtit. Quid audentius illo pulcherrimo ac longiſſimo exceſſu Plin. Epiſt. 9, 26. *It. aberratio.* Verecundiam illius ſaeculi laudemus, in quo tam minuti a pudore exceſſus puniebantur Val. Max. 8, 2, 4.

EXCELLO, ui, ſum, ĕre. [διαφέρω, προέχω, ὑπερέχω, ἐξέχω] *Eſt proprie in altum tollere, vel pellere: Deinde neutraliter Praeſtare, antecellere, eminere.* Cic. de Diuin. 1, 91 Telmeſſus in Caria eſt, in qua vrbe excellit Aruſpicum diſciplina. Idem de Amicit. 75 Non enim tu poſſis, quantumuis licet excellas, omnes tuos ad honores ampliſſimos perducere. Cic. pro Planc. 60 Eſt enim in virtute multis aſcenſus, vti is gloria maxime excellat, qui virtute plurimum praeſtat. Idem de Diuin. 1, 38 c. 19 Vt igitur nunc minore gloria eſt, quia minus oraculorum veritas excellit: ſic tunc niſi ſumma veritate in tanta gloria non fuiſſet. *De oraculo Delphico.* Super omnes alios excellere Liu. 28, . . Multum excelluit, *vid.* MVLTVS. In re aliqua Cic. de Amicit. 75. Idem Acad. 1, . . Praeſertim quum et ipſe in eo excellas. Longe aliis in aliqua re Cic. de Orat. 2, 216, *et* de Inu. 2 c, 1. In aliquo genere virtutis Cic. Fam. 11, 21. In ſcientia excellere, pulchrum Idem Off. 1, 18. Cic. de Inuent. 1, 2 Vt inter quos poſſet excellere, cum iis ſe pateretur aequari. Idem in Orat. 6 c. 2 In Oratoribus vero Graecis quidem, admirabile eſt quantum inter omnes vnus excellat. Praeter caeteros in aliqua re Cic. de Orat. 2, 216. Abſtinentia Nep. 3, 1, 2. Animo Cic. de Fin. 4, . . Conſilio Att. 1, 12. Ingenio Off. 1, 71. Dignitate Caeſ. B. G. 6, 12. *Cum Datiuo perſonae:* Cic. pro L. Manil. 39 Hic miramur hunc hominem tantum excellere caeteris, cuius, *etc.* Idem pro L. Manil. 41 Vt is, qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par eſſe videatur. Fama bona Lucret. 6, 13. Ingenio ſcientiaque Cic. Acad. 4, 4 c. 2. Opibus Liu. 34, . . Rebus omnibus Lucret. 1, 28. Aliquem pluribus rebus Cic. de Clar. Orat. 84. *In malam partem* Idem in Piſon. 94 Non enim dubito, quin quum haec, quae excellunt, me noſſe videas, non exiſtimes, mediam illam partem et turbam flagitiorum tuorum mihi eſſe inauditam. *Sic* Vitiis Cic. de Legib. 1, 51 c. 19. ¶ 2 *Quod initio de proprietate verbi monuimus, quae fere intercidit, vt motum vehementem verſus ſuperiora notet, vt in* procello, recello; *illius rei non modo* Feſtus *teſtis eſt. Vid.* Recellere, reclinare: et Excellere in altum extollere: *Sed etiam* Cato *apud* Gell. 7, 3 Scio ſolere plerisque hominibus rebus ſecundis atque proſperis atque prolixis animum excellere, ſuperbiam atque ferociam augeſcere. *Quid quod* Veget. Mulom. 3, 1, 2 *in optimo MS. ſic legitur,* Vt peſtifer humor recedat, et frigus excellatur: *pro quo al.* expellitur. ¶ 3 Excelleo, ēre. *dixerunt veteres. Sic* Macer *apud* Diomed. p. 371 Cum laude excellet omnes. Cic. *apud* Priſcian. p. 838 Effice et elabora, vt excelleas. *Add.* ib. p. 896.

EXCELLENS, entis. Partic. [προέχων, ἐξέχων] Cic. Fam. 1, 7 Virum enim excellentem, et tibi tua praeſtanti in eum liberalitate deuinctum, *ad Lentulum de Pompeio.* Cic. de N. D. 1, 56 Pie ſancteque colimus naturam excellentem atque praeſtantem. Idem in Orat. 266 Vt igitur in formis et figuris eſt aliquid perfectum et excellens, cuius ad excogitatam, *etc.* Excellens omnibus vir Cic. de Fin. 3, 29. Inter tot aequales vnus excellens Galba fuit Idem de Clar. Orat. 333. Excellens omni genere laudis Id. Acad. 1, 12 c. 3. Excellens animo et forma Plin. 24, 17. Excellens amicitiae gloria Cic. de Amicit. 5. Ore excellens, *i. Eloquens* Sil. 1, . . Rerum omnium praeſtantia excellentes dii Cic. de Diuin. 2, 129. Animo et virtute excellenti homo Idem pro Arch. . . . Ars et venuſtas excellens Id. pro Arch. 17. Excellenti Gratia homines ad conficiendas centurias Q. Cic. de Petit. Conſ. 25. Excellens Ingenium Liu. 2 c. 43. Ingeniis excellentibus praediti homines ſpe gloriae excitantur Cic. de Fin. 2, 43. Muliebris formae Pulchritudo excellens Idem de Inuent. 2, 1. *Et* Fam. 4, 3 Tuae Scientiae excellenti ac ſingulari non multo plus, quam noſtrae relictum eſt loci. Pſeudo-Cic. Anteq. iret in exil. 24 Dii deaeque immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis ſedem Capitolii in ſaxo incolitis conſtitutam, *etc.* *Compar.* Nep. 7, 1, 1 Nihil Alcibiade fuit excellentius vel in vitiis, vel in virtute. Lucan. ad Piſon. 240 Ipſaque neſcio quid mens excellentius audet. *Superl.* Cic. de N. D. 1, 4 c. 2 Atque haud ſcio an pietate aduerſus deos ſublata, fides etiam et ſocietas generis humani, et vna excellentiſſima virtus iuſtitia tollatur. Ex his excellentiſſimi fuerunt Nep. 21, 1. 2.

EXCELLENTIA, ae. f. [ὑπεροχή] *Praeſtantia, Eminentia.* Ex-

cellentia et magnitudo animi Cic. Off. 1, 17 c. 5. Id. ibid. 1, 97 c. 28 Nobis autem perſonam impoſuit ipſa natura, magna cum excellentia praeſtantiaque animantium reliquorum. Hominis excellentiae conſentaneum Id. ibid. 1, 96.

EXCELLENTER. Adu. [ἐξόχως] Cic. Off. 1, 61 c. 18 Quae magno animo, et fortiter, excellenterque geſta ſunt. Excellenter pronunciare Nep. 25, 1, 3. In rep. excellentius ſe gerere Cic. pro Sext. c. 45.

EXCELSVS, a, um. *Ex* Partic. *Nomen.* [ὑψηλὸς, ὑψόροφος, ὑψίπους] *Magnus, altus.* Rupes excelſa Lucan. 3, 88. Cic. Tuſc. 2, 11 Te natura excelſum quendam videlicet, et altum, et humana deſpicientem genuit. Ab aede excelſa proſpectare Ouid. Met. 15, 842. Ibes aues excelſae Cic. de N. D. 1, 102. Arces Lucan. 3, 462. Baſis Cic. Verr. 4, 74. Excelſiſſimum viſcerum, cerebrum Plin. 11, 37. Ab excelſa praeceps delapſa feneſtra Tibul. 2, 6, 39. Mons Plin. 12, 14. Nemus, *i. Quod excelſas habet arbores* Sen. Troad. 3. Porticus Cic. Att. 4, 15. Tecta Ouid. Epiſt. 16, 57. Turris Sil. 13, . . Vertex excelſus montis Virg. Aen. 5, 35. ¶ 2 *Ad animum refertur:* Cic. Att. 3, 20 Quo tua in me humanitas fuerit excelſior, quam in te mea. *De Oratore* in Orat. c. 34 Quem etiam quo grandior ſit, et quodammodo excelſior — ne phyſicorum quidem eſſe ignarum volo. Cic. Off. 1, 79 c. 23 Omnino illud honeſtum, quod ex animo excelſo magnificoque quaerimus, animi efficitur, non corporis viribus. Idem pro Muraen. 60 Finxit enim te natura ad honeſtatem, grauitatem, temperantiam, magnitudinemque animi, iuſtitiam, ad omnes denique virtutes magnum hominem et excelſum. Id. in Orat. 119 Quem etiam, quo grandior ſit, et quodammodo excelſior (vt de Pericle dixi ſupra) ne Phyſicorum quidem eſſe ignarum volo. Id. de Inuent. 1, 106 Sextusdecimus eſt, per quem animum noſtrum in alios miſericordem eſſe oſtendimus, et tamen amplum et excelſum, et patientem incommodorum eſſe, et futurum, ſi quid acciderit, demonſtramus. Id. Fam. 2, 4 Vel quod excelſo et illuſtri loco ſita ſit laus tua, *etc.* Id. in Somn. Scip. 2 Oſtendebat autem Carthaginem de excelſo, et pleno ſtellarum, illuſtri et claro quodam loco. In excelſum collocare ſimulacrum aliquod Id. in Catil. 3, 20. In excelſum emicant rami Plin. 12, 5. In excelſo poſita ſtatua Cic. Att. 6, 1. Qui magno imperio praediti in excelſo aetatem agunt Sall. Catil. c. 51. *Compar.* Gell. 1, . . Tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem. Excelſior locus planitia ex omnibus partibus ſubiecta Hirt. B. Alex. c. 28. Princeps omnibus excelſior Plin. Paneg. c. 94. *Superl.* Plin. 10, 6 Nidificant enim in excelſiſſimis rupibus. Excelſiſſimo loco caſtra fecit Hirt. B. Gall. 8, 33. Excelſiſſima victoria Vell. 2, 96, 3.

EXCELSĬTAS, ātis. f. [ὕψος] *Altitudo.* Plin. 21, 5 Nec vlli florum excelſitas maior. *De lilio.* Idem 36, 5. Excelſitas animi, *pro Magnitudine.* Cic. Off. 3, 24 c. 5 Etenim multo magis eſt ſecundum naturam excelſitas animi et magnitudo, *etc.* *Alii legunt*, Celſitas. *Add.* Non. 8, 22. Excelſitas Atlantis Plin. 5, 1. Haemi Id. 4, 1. Montium Id. 2, 64. In excelſitatem naſcitur Id. 16, 36.

EXCELSE, ius, iſſime. Adu. [ὑψοῦ, ὑψόθι, ὑψόσε] *h. e. Alte et in ſublime.* Columel. 4, 1 Si modo ſcandit excelſius, plus alimenti, terraeque deſiderat. Cic. in Orat. 119 c. 34 Omnia profecto, quum ſe a caeleſtibus rebus referet ad humanas, excelſius, magnificentiusque et dicet et ſentiet. Pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelſe Plin. Epiſt. 2, 3. Sparta excelſiſſime floruit Vell. 1, 6, 3.

EXCENDO, *vid.* EXSCENDO.

EXCENTVRIATVS, a, um. Plaut. Curc. 4, 4, 29 Miles pulchre excenturiatus eſt expuncto in manipulo. *Sic Douza volebat, i. ex centuria eiectus, dimiſſus, exauctoratus. Sed lepidius videtur, quod ex optimis quibusque libris receptum eſt,* Centuriatus: *cum illud* expuncto in manipulo *ſatis hoc ipſum, exauctoratum eſſe, commodis ſuis priuatum eſſe, indicet.*

EXCEPTIO, EXCEPTO, EXCEPTVS, *vid.* EXCIPIO.

EXCEREBRO, āre. [ἐξεγκεφαλίζω] Gloſſ. Gr. Lat. *it.* Vulgat. Eſai. 66, 3. Excerebratus nouo vino Tertull. adu. Marc. 4, 11.

EXCERNO, crēui, crētum, ĕre. [ἐκκρίνω, ἀποκρίνω] *Extra cernere, ſ. ſeparare et proprie ad cribrationem pertinet, vt* incernere: *deinde ad naturales ſeparationes et ea, quae a corpore ſecedunt, refertur. Proprie* Vitruu. 7, 6 Caementa marmorea pilis ferreis contunduntur, cribrisque excernuntur. Parum nimiumue excernere Celſ. praef. *i. exſcreare.* Sanguis cum vrina excernitur Id. 2, 7. Quod inde excretum eſt, aquae ſimile eſt Id. ibid. Columel. 2, 21, 5 Itaque in area detrita frumenta ſic aggerenda, vt omni flatu poſſint excerni. *i. Expurgari, et ventilari.* Idem 8, 4, 1 Furfures a farina excreti. Celſ. 4, 1 Quoniam portae modo, in inferiores partes ea, quae excreturi ſumus, emittit. *Etiam aliis de rebus dicitur, quae eximuntur et ſecernuntur ab aliis.* Liu. 28, 39 Qui — vbique ex captorum numero excretos Saguntinos in patriam remiſit. *Et* 9, 46 Omnem forenſem turbam excretam in quatuor tribus coniecit. Curt. 10, 2, 9 Caeterum priusquam excerneret, quos erat retenturus. *Sic* MSS. *Verum hodie edunt* ſecerneret. Virg. Georg. 3, 398 Multi iam excretos prohibent a matribus haedos. *Hic Burm. ſuſpicatur* l. 49 D. de Legatis III *legendum* Mancipia alia, puellae fortaſſe, quas ſibi comatas mulieres excernunt, *pro vulgato* exornant. Grat. Cyn. 289 Iamque inde *(ex turba vel fetu catulorum)* excernere paruos: *ſ. quod ſuſpicatur Burm.* prauos.

EXCRĒTVM, i. n. [ἔκκριμα] *Quod excerniculo pro immundo ſeponitur.* Columel. 8, 4, 1 Vbi annona eſt carior, excreta tritici minuta commode dantur gallinis. *Add.* ib. 8, 8, 6.

EXCRETIO, ōnis. f. Purulentae excretiones Plin. 27, 12. *Sed ibi Harduin. legit*, Exſcreationes.

EXCREMENTVM, i. n. [περίττωμα] *Purgamentum et ſtercus. Vnde* Plin. 10, 43 *ſcribit*, quia coruus excrementis calceamenta foedauerit, a mancipe proximae ſutrinae exanimatum eſſe. *Add.* Id. ibid. c. 73. *et* 8, 28. Tacit. Hiſt. 4, 81, 3 Precabaturque principem, vt genas, et oculorum orbes dignaretur reſpergere oris excremento. Tacit. Ann 16, 4 *inter leges certaminis citharoedici*, Vt nulla oris aut narium excrementa viſerentur. *Vid.* EXCREMENTVM *et* EXCRETVS *etiam ſub* EXCRESCO.

EXCERPO, pſi, ptum, ĕre. [ἀπολέγω] Ex *pluribus* carpere, *i. deligere ſumereque quod placeat, relictis aliis.* Ter. Phorm. 4, 4, 17 Tu id, quod boni eſt, excerpis, dicis quod mali eſt. Cic. Off. 3, 3 Sed quia ſic ab hominibus doctis accepimus, non ſolum ex malis eligere minima oportere, ſed etiam excerpere ex his ipſis, ſi quid ineſſet boni. Cic. de Inuent. 1, 4 Omnibus in vnum coactis ſcriptoribus, quod quisque commodiſſime praecipere videbatur, excerpſimus, et ex variis ingeniis excellentiſſima quaeque libauimus. Nihil vnquam legit, quod non excerperet Plin. Ep. 3, 5. Cum multa percurreris, excerpe Sen. Ep. 2. Excerpere verba ex oratione Quinctil. 10, 2, 13. Cic. de Orat. 2, 47 c. 11 Non enim, ſi eſt facilius, eò de numero quoque eſt excerpendum. Hor. Serm. 1, 4, 40 Primum ego me illorum, dederim quibus eſſe Poëtas, Excerpam numero. *Sic* Excerpere paucos Quinctil. 10, 1, 45. Excerpere ſe vulgo Sen. Epiſt. 5. *hominum conſuetudinem non ſequi.*

EXCERPENS, entis. Partic. [ἀπολέγων] Hor. Serm. 2, 3, 272 Quid? quum Picenis excerpens ſemina pomis Gaudes, *etc.*

EXCERPTVS, a, um. Part. *Vnde*, EXCERPTA, orum. n. *Vid.* Sen. Epiſt. 33 Non eſt quod exigas excerpta et repetita: continuum eſt apud noſtros, quidquid apud alios excerpitur. *Add.* Quinct. 2, 15, 24.

EXCERPTIO, ōnis. f. Gell. 17, 21 Easque nunc excerptiones noſtras curſim digeſſimus. *Praeceſſit* Excerpebamus ex libris.

EXCERPTOR, ōris. m. Inſcriptio *Spon. Miſcell. Erud. Antiq. p. 104* L. AVRELIVS MARCELLIANVS AVG. LIBERTVS. EXCERPTOR. V. S. L. M.

EXCESSVS, *vid.* EXCEDO.

EXCĒTRA, ae. f. [ἔχιδνα] dicta eſt Hydra ſerpens, quod vno caeſo capite tria excreſcant Seru. *in* Virg. Aen. 6, 287. *Sed repugnat modus penultimae, quam corripit* Cic. Tuſc. 2, 22 c. 9 Haec dextra Lernam tetra mactata excetra Placauit. *Senarius.* Plaut. Perſ. 1, 1, 3 Nam cum leone, et cum excetra, cum ceruo, cum apro Aetolico, cum auibus Stymphalicis, cum Antaeo deluctari mauelim, quam cum amore. Cic. Tuſc. 2, 22. *Eſt et Conuicii nomen in quemuis ſceleſtum et odioſum: vt in meretricem* Liu. 39, 11 Illius excetrae delinimentis et venenis imbutum nec parentis, nec vitrici, nec Deorum verecundiam habere. Plaut. Pſeud. 1, 2, 82 En excetra tu! *in meretricem ancillam. Sic et* Caſin. 3, 5, 19. *It. de inuido maledicoque* Hieron. Epiſt. 2 Excetra Hibera.

EXCHALCIO, āre. [ἐκχαλκόω] *Aere ſpoliare, ac numos auferre.* Porphyrio in Hor. Serm. 1, 8, 39 Voranus, *inquit*, Q. Lutatii Catuli libertus, omni loco, omni tempore furaciſſimus fuiſſe dicitur. De quo etiam illud traditur: quum deprehenſus a numulario eſſet, de cuius menſa numos ſubtractos in calceos ſibi infarcierat: quidam iocans, Belle, inquit, te numularius ille exchalciauit, cum adſpiratione ſcilicet ſecundae ſyllabae: ſimul vt Chalcon, *i.* Aes ablatum ex calceamento obiiceret. *Vltima contractius ex Vett. Scholl. Baxterus*, Belle, ſi te non ἐκχαλκεύει, *h. e.* verberibus tanquam aes recudat, alludens ad calceos.

EXCĬDO, ĭdi, ĕre. [ἐκπίπτω] *Ab* Ex, *et* Cado, *ſignificat veluti Ex ſublimiore loco cadere.* Plaut. Poen. 1, 2, 48 Huic excidit lingua, vt ego opinor. Cic. in Catil. 1, 16 Quoties iam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus? quoties vero excidit caſu aliquo, et elapſa eſt. Id. Philipp. 12, 8 Excident gladii, fluent arma de manibus. Excidere *nobis dicuntur, quae imprudentes, inconſiderateue dicimus aut facimus.* Quinctil. 6, 3, 23 Namque eadem, quae, ſi imprudentibus excidant, ſtulta ſunt, ſi ſimulamus, venuſta creduntur. *Et* ſ. 47 Illa, quae Ciceroni aliquando, ſed non in agendo, exciderunt. *Et* 9, 4, 41 Id ne quis praecipi miretur, Ciceroni in epiſtolis excidit, Res mihi inuiſae viſae ſunt. *Et* ſ. 52 Verſus in oratione nobis excidit. Excidere aliquid alicui *dicitur, quando Obliuiſcitur alicuius rei.* Cic. de Legib. 2, 16 O miram memoriam Pomponi tuam: at mihi illa exciderant. An excidit trucidatus Corbulo Tacit. Hiſt. 2, 76, 6. Quinctil. 4, 2, 83 Aliquando excidiſſe ſimulemus, cum quid vtiliore loco reducimus. *Et* 4, 5, 2 Non nunquam excidere ſolent, quae promiſimus. Martial. 1, 97 Quaeris quis hic ſit? excidit mihi nomen. *Contraria.* Cic. Fam. 5, 13 Quae cogitatio, quum mihi non omnino excidiſſet (etenim penitus inſederat) vi tamen, *etc.* Ouid. Epiſt. 2, 105 Vtque tibi excidimus, nullam puto Phyllina noſti. *i. Sic te arbitror oblitum mei, vt amplius non noris.* Ea iam mihi exciderunt: beneficia eiusdem cogito Cic. Att. 9, 5. *de voluntaria obliuione.* Excidit, *Qui memoria labitur.* Quinctil. 11, 2, 19 Nam etiam excidentes, vnius admonitione verbi in memoriam reponuntur. *Etiam de alia perturbatione, quae ſtatu mentem deiicit.* Excidit, et miſerae voxque colorque fugit Ouid. Art. Am. 2, 450. *Add.* Ibid. 1, 539. ¶ 2 *Formulae literarum ordine diſpoſitae:* Virg. Aen. 1, 30 Necdum etiam cauſae irarum, ſaeuique dolores Exciderant Animo. Aeuo primo excidere, *i. Mori* Propert. 3, 7, 7. Auſis magnis Ouid. Met. 2, 228. *quae non perficere potuit ſcilicet.* Cura mei tibi excidit Id. ex Ponto 2, 10, 8. Caelo excidit dies Sen. Thyeſt. ſ. 1. Caelo exciderunt fulmina Sil. 7, . . Curru exciderat Ouid. Faſt. 6, 743. De manibus exciderunt gladii Cic. Piſon. c. 9. De regno excidit Maſiniſſa Epit. Liu. 29. De memoria Ibid. 19. Dolori noſtro excidit vindicatus Nero Plin. in Paneg. 53 *obliti ſumus, quod dolebamus?* Cic. de N. D. 2, 126 Capras autem in Creta feras, quum eſſent confixae venenatis ſagittis, herbam quaerere, quae Dictamnus vocaretur, quam quum guſtauiſſent, ſagittas excidere dicunt E corpore. Id. Att. 9, 10 p. 55 *Graeu.* Sol, vt eſt in tua quadam epiſtola, excidiſſe mihi E mundo videtur. *Summae deſperationis vox.* Ex vtero elapſum excidit animal Cic. de N. D. 2, 128. Plaut. Men. 4, 2, 104 Dii vos perdant: properabo ad forum: nam ex hac familia me plane excidiſſe intelligo. Fine excidit Quinctil. 2, 17, 25. Genere exciderunt, qui dixere *gladia* Quinctil. 1, 5, 16. *i. peccarunt circa genus Grammaticum.* Ingenium excidit tantis malis Ouid. Triſt. 1, 1, 48. Id. Amor. 2, 1, 18 Excidit ingenio Iuppiter ipſe meo. *i. Oblitus ſum Iouis.* In vitium libertas excidit Hor. de Arte Poët. 282. In pedem ſagitta Plin. 25, 6. In via Cic. Att. 2, 23. Inchoata et rudia exciderunt Id. de Orat. 1, 5. Inteſtinum excidit Scribon. 232. Memoria huius rei excidit Liu. 27, 3. Excidit illa Metu Ouid. A. A. 1, 539. *i. ex perturbatione animi ſermonem abrumpit.* Nomen tuum paene mihi excidit Ouid. Triſt. 4, 5, 10. *Vid.* Sors excidit. Cic. Verr. Act. 1, . . Iſti color immutatus eſt: vultus oratio, mens denique excidit. Ore nefas Virg. Aen. 2, 658. Ore ſcelus Ouid. Met. 7, 172. Senſibus ereptis mens Catull. 64, 25. Sol excidit. *Vid. paullo ante* E mundo. Officium mihi Ouid. Faſt. 5, 315. Pietas Id. Triſt. 1, 5, 14. Sors excidit Liu. 21, 42. *Et* 23, 3 Quod primum Sorte nomen excidit. *Add.* 22, 1. Spes Ouid. Faſt. 6, 393. Verbum fortuitu Cic. Philipp. 10, 6. *Al.* fortuito. Cic. pro Sulla 72 Verbum ecquod vnquam ex ore huius excidit, vnde quisquam poſſit offendi? Id. ad Brut. 10 Deinde ita

multa

multa peccata, vt quodammodo victoria excideret e manibus. Vinclis excidere, *pro Effugere* Virg. Georg. 4, 410. Cic. pro Dom. 104 c. 39 Ex iſto ore religionis Verbum excidere aut elabi poteſt. Vox excidit ore Virg. Aen. 6, 686. Vultus deo Ouid. Met. 2, 602. Ter. Andr. 2, 5, 12 Herus quantum audio, vxore excidit. *i. Non dabitur ei illa in vxorem.* ¶ 3 Excidere, Diſſentire, *ait* Nonius 4, 181. Lucil. 28 Metuo vt fieri poſſit ergo, quo ab Archilocho excido.

EXCIDENS, entis. Partic. *Praeter dicta,* Quinctil. 11, 3, 132 Excidentis *in agendo Patroni*, eſt palam moneri aut legere.

EXCIDIVM, i. n. *Occaſus.* Prudent. in Apoth. 627 Sol excidium ſentit iam iamque futurum. *Qui primus huc retulit hoc nomen, ille cogitauit forte illud* E mundo ſol excidit. *Nam alioquin* Excidium *eſt ab* Excido *pen. longa, de quo ſtatim.*

EXCĪDO, īdi, īſum, ĕre. [ἐκτέμνω] *ab* Ex *et* Caedo. Arborem excidere Cic. Att. 15, 4. Arborem ex ſtirpe Vlpian. in l. 1 D. de arb. caedend. Columnas excidunt rupibus Virg. Aen. 1, 433. Cic. Off. 2, 13 Eademque ratione nec Lapides ex terra exciderentur ad vſum noſtrum neceſſarii, nec ferrum, *etc.* Lucum Cic. Fam. 7, 21 (20) Idem ad Brut. 4 Neu ſemper primi cuiuſque Mali excidendi cauſa ſit, vt aliud renaſcatur illo peius. Os excidere Scribon. 206. Siluas Lucret. 5, 1065. Columel. 8, 17 Id autem Stagnum vel exciditur in petra: cuius rariſſima eſt occaſio: vel in litore conſtruitur opere ſignino. Cic. pro Sext. 95 Ille, qui monimenta publica, qui aedes ſacras, qui domos inimicorum ſuorum oppugnauit, excidit, incendit. Manibus ſuis patriam Plaut. Trucul. 2, 6, 51. Cic. pro Sext. 33 Quum omnes nondum vrbem exciſam et euerſam, ſed etiam captam atque oppreſſam videremus. *Conf.* Id. pro Domo 61 c. 23 Vt hoſtium vrbes ſolemus — excidere, Lamb. exſcindere: Odio excipere *al.* Cic. de Prouinc. Conf. 43 Nonne vobis videor et vltimi temporis recordatione, *etc.* ſi ex rerum natura non poſſem euellere, ex animo quidem certe excidere? *h. e. Memoria euellere.* Plin. Epiſt. 8, 18 Domitius Afer, qui illos in nomen adſumſit, reliquit teſtamentum, ante octo et decem annos nuncupatum, adeoque poſtea improbatum ſibi, vt patris eorum bona proſcribenda curauerit. Mira illius aſperitas, mira felicitas horum: illius aſperitas, qui numero ciuium excidit, quem ſocium etiam in liberis habuit. Felicitas horum, quibus ſucceſſit in locum patris, qui patrem abſtulerat. Marcell. l. 2 D. de mort. infer. Negat lex Regia mulierem, quae praegnans mortua ſit, humari ante, quam partus ei excidatur. Excidere *pro Caſtrare*: *vid.* Quinct. 1, 10, 31. Martial. 3, 91.

EXCĪSVS, a, um. Partic. [ἐκτετμημένος] Exciſa arbor Cic. Att. 15, 4. Caput Plin. 33, 3. *Et apud* Virg. Aen. 2, 481 Trabs. Troia exciſa Virg. Aen. 2, 637. Domus Sen. Herc. fur. 11. Parens exciſa *orba* Stat. Theb. 6, 170. Templa Stat. Silu. 5, 3, 201. Virilitate exciſa Quinct. 5, 12, 18. Marte exciſa Stat. Theb. 11, 287. *i. bello vaſtata. Sed locum non inueniebam: quem ſic etiam citari video,* Silu. 11, 29.

EXCIDIVM, i. n. [καταστροφή, ſubuerſio, excidium Vet. Gloſſ. ἀνάστασις] *Peremtio, et quaſi Nex vrbis aut prouinciae.* Liu. 27, . . Magnum ſe excidio eius vrbis terrorem caeteris iniecturum. Iſtria trium oppidorum excidio pacata eſt Idem 41, 11. *Ex eo quod ſecundam ſemper corripiunt Poëtae, videtur vel ab* Exſcindo, *vel ab* Excido *a* Cado, *originem duxiſſe.* Virg. Aen. 10, 45 — Per euerſae, genitor ſumantia Troiae Excidia obteſtor. *Et* Stat. Theb. 6, 96 — Aderat miſerabile luco Excidium. Tacit. Hiſt. 4, 13 Cui excidium aduentabat. Dare aliquem excidio Virg. Aen. 12, 655. Plaut. Bacch. 4, 9, 20 *in parodia ſcurrili excidii Troiani, cum equum Troianum dixiſſet literas falſas,* Excidium, exitium, exlecebrae fiet hic equus hodie auro ſenis. Moliri excidium Sil. 1, 12. Virg. Georg. 2, 505 Hic petit excidiis vrbem miſeroſque Penates.

EXCISIO, ōnis. f. [ἀνάστασις] Exciſio tectorum Cic. pro Domo ſua 146 c. 58. Ἔκτμησις, ἐκκοπή, ἐκτομή Gloſſ. Lat. Gr.

EXCIDIO, ōnis. f. *Idem.* Excidionem vrbis a Caedendo dictam, manifeſtum eſt. Feſtus. Plaut. Curc. 4, 3, 2 Excidionem facere oppidis.

EXCĪSO, *vel* EXCISSO, āre. [διατέμνω] *Laniare, vulnerare,* Certe Nonius 2, 309 Exciſſatum, *inquit*, laniatum, vulneratum. Plautus Ciſtellaria . . Capillo ſciſſo, atque exciſſatis auribus. *In Ciſtellaria, quae hodie exſtat non inuenitur, puto, hic verſus.*

EXCISOR, ōris. m. [ἐκκόπτης] Gloſſ. Gr. Lat.

EXCISORIVS, a, um. Adi. [ἐκκοπτικός] Exciſorius ſcalper, *Quo carioſa exciditur caro* Celſ. 8, 3. *Vid.* Scalper, *in* SCALPO.

EXCIEO, *vid.* EXCIO.

EXCIET, pro Excutiet dixerunt veteres. Feſtus.

EXCINDO, *vel* EXSCINDO, ĭdi, ĭſum, ĕre. [ἀναιρέω, καταβάλλω, ἐκκόπτω, ἐκκολάπτω] *ab* Ex *et* Scindo, is; *compoſitum: Euertere, delere.* Cic. in Somn. Scip. 3 Numantiam exſcindes. Liu. 28, 44 Multum intereſt, alienos populari fines, an vri tuos, exſcindique videas. Cic. pro Planc. 97 c. 41 Brundiſium — quae ſe vel potius exſcindi, quam e ſuo complexu vt eriperer facile pateretur. Domos Virg. Aen. 12, 643. Genus aliquod Valer. Argon. 6, 468. *et apud* Virg. Aen. 9, 137 Gentem aliquam ferro. Cic. de Orat. 3. 4 c. 1 Haec tibi exſcindenda lingua, qua vel euulſa ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit. Nomen alicuius Sil. 7, . . . Rupes Stat. Silu. 3, 1, 123. Virg. Aen. 2, 177 Nec poſſe Argolicis exſcindi pergama telis.

EXCĪO, is, īui, ītum, īre. [ἐκκαλέω] *vel* EXCIEO, ies, iui, itum, iēre. *Extra vocare, ſiue Accire.* Plaut. Epid. 4, 2, 1 Quid eſt, pater, quod me exciuiſti ante aedeis? Animas ſepulcris Virg. Ecl. 8, 98. Liu. 1, 18 Ex quibus locis — qua fama — quemquam ad cupiditatem diſcendi exciuiſſet? Canes exciuere ſuem latebris Ouid. Met. 10, 711. Liu. 5, . . Extremos tamen pauor cubilibus ſuis excitos, quae aut vnde vis eſſet ignaros, in fugam, et quoſdam in hoſtem ipſum improuidos intulit. Plaut. Trin. 5, 2, 52 Quis homo tam tumultuoſo ſonitu me exciuit ſubito Foras. Liu. 2, 30 Ad conferenda propius caſtra dimicandumque excire Hoſtem. Ad arma excire Sil. 5, 191. Stat. Theb. 4, 146 Suus excit in arma Antiquam Tirynthia deus, *Hercules.* Lucan. 6, 11 Vt videt ad nullos exciri poſſe tumultus In pugnam generum: ſed clauſo fidere vallo. Cic. Philipp. 12, 16 c. 7 Idcircone ſaga ſumſimus? arma cepimus? iuuentutem omnem ex tota Italia exciuimus? Vt mihi exciuiſti Lacrimas Plaut. Ciſt. 1, 1, 114. Manus quantas in praelia nunquam Excineret Lucan. 7, 361. Virg. Aen. 5, 790 Ipſe mihi nuper Libycis, tu teſtis, in vndis Quam Molem excierit ſubito: maria omnia caelo Miſcuit. Lucan. 3, 291 Exciuit Populos, et dignas funere Magni Exſequias fortuna dedit. ¶ Somno *vel* Ex ſomno Liu. 4, . . Idem 1, . . *Et* Lucret. 4, 41 Sopore aliquem. Sonitus excitur pedibus Lucret. 2, 329. Tumultum Liu. 3, . . Vires exciuit Libycae gentis Lucan. 4, 668. Idem 2, 48 Nunc vrbes excire feras: coniuret in armis Mundus. Excitur omne Hernicum nomen, omnis militaris aetas Liu. 7, 7.

EXCĪTVS, *pen. breui,* a, um. Part. [ἐγερθείς] *ab* Excieo: *ſiue* EXCĪTVS, *penult. longa, ab* Excio. Ouid. Met. 2, 779 Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis. Commotis excita ſacris Virg. Aen. 4, 301. Idem Aen. 10, 38 — Ventoſque ferentes Aeolia excitos. Excitis longe ab domo principibus Liu. 1, . . Somno longo excita Claud. in praef. B. G. 1. Amazones tumultu excitae Iuſtin. 2, 4, 22. Stratis excita iuuentus Lucan. 1, 239. Mente pauida exciti ſonipedes Sen. Hippol. ſ. 10. Excita ſedibus ſuis moles Curt. 3, 2, 12. *Add. quae collegit Drakenb. ad* Sil. 5, 192.

EXCITVS, ûs. m. Virgo captiua vocis excitu procurrens Apul. Met. 6. *Ita legi iubent in notis ſuis Colvius p. 82. et Beroald. p. 754. Al. leg.* exitu: *vid.* Elmenhorſt. p. 184, 40.

EXCĪTO, āre. [ἐγείρω, ἀνεγείρω, ἐξεγείρω] Frequent. *ab* Excieo; *ſignificat Commouere, in ſpecie vt ſurgat, qui iacuit. Sed latiſſime patet et ad omnem motum corporum atque animorum refertur.* Cic. Off. 2, 20 Hoc igitur cognito dicendum eſt, quonam modo hominum ſtudia ad vtilitates noſtras allicere atque excitare poſſimus. Cic. Fam. 15, 21 In excitando autem et in acuendo plurimum valet, ſi laudes eum, quem cohortere. Idem Off. 3, 68 Suntne igitur inſidiae, tendere plagas, etiam ſi excitaturus non ſis, nec agitaturus? Cic. pro Muraen. 36 Nam vt tempeſtates ſaepe certo aliquo caeli ſigno commouentur, ſaepe improuiſo nulla ex certa ratione, obſcura aliqua ex cauſa excitantur: ſic, *etc.* Cic. Att. 1, 13 Idem inquam, ego recreaui afflictos animos bonorum, vnumquemque confirmans, excitans. Idem Q. Fratr. 1, 1 Atque haec non eo dicuntur, vt te oratio mea dormientem excitaſſe, ſed potius vt currentem incitaſſe videatur. Cic. de Aruſp. Reſp. 2 L. Saturninus ita fuit effrenatus et paene demens, vt auctor eſſet egregius et ad animos imperitorum excitandos inflammandoſque perfectus. *Contraria.* Cic. de Orat. 1, 202 Qui denique quemcunque in animis hominum motum res et cauſa poſtulet, eum dicendo vel excitare poſſit, vel ſedare. Idem pro Planc. 69 Nec vides iſtorum ipſorum charitate ad huius ſalutem defendendam maxime ſtimulari me atque excitari. ¶ 2 *Formulae ordine literarum.* Dubitare debet nemo, quin multos C. Caeſar Ab inferis excitaret Cic. pro Marc. c. 6. *Add.* Id. Cat. 2 c. 9. Abiectum excitauit promiſſis ſuis Cic. pro Cluent. 68. Ad aliquid Quinctil. 4, 1. Ad actionem Cic. Acad. 4, 93. Ad arma ciuitatem aliquam Cic. de Diuin. 1, . . Ad decus populum languentem labentemque Cic. de Orat. 1, 35. Ad experientiam Idem Fam. 10, 18. Ad laborem et laudem nos et liberos noſtros Cic. pro Planc. 59. Idem in Topic. 5 Vt mea diligentia mandatorum tuorum, te quoque, etſi admonitore non eges, ad memoriam noſtrarum rerum excitarem. Ad virtutem Caeſ. B. G. 7, 80. Alacritate et quaſi laetitia ad canendum galli victores excitantur Cic. de Diuin. 2, 56. A mortuis dicendo aliquem, *h. e. velut Euocare* Cic. de Orat. 1, 245. Admirationem hominum ſummam Idem de Clar. Orat. 35. Amores ſapientiae alicui Cic. Off. 1, 14. *Et* de Fin. 2, 52. Animos Caeſ. B. C. 1, 57. Animum abiectum et iacentem Cic. de Amic. c. 16. Aedificium, *pro Erigere* Sen. Epiſt. 3, 53. Animum, *Bono animo eſſe* Sen. Herc. fur. 5. Aras ſopitas ignibus Virg. Aen. 8, 543. Bellum ciuile tantum et tam luctuoſum Cic. pro Marcell. 18. *Add.* Vell. 2, 54, 2. Calorem iuuenis excitat in amorem belli Lucan. 2, 325. Caeſpites excitare *dicitur* ſus Columel. 2, 18. Cic. in Orat. 214 Hoc dichoreo tantus Clamor concionis excitatus eſt, vt admirabile eſſet. Clamorem vulgi et imperitorum Cic. de Fin. 5, . . Cunctantem et diffidentem auctoritate ſua Cic. Fam. 6, 1. De, E, *vel* Ex ſomno Idem Acad. 4, 93. Dormientem Cic. Verr. 5, 28. Feras excitare *proprium in re venatoria.* Cic. Off. 3, 68 c. 17 Suntne igitur inſidiae, tendere plagas, etiam ſi excitaturus non ſis, nec agitaturus? Ipſae enim Ferae nullo inſequente ſaepe incidunt. Petron. 131 Aliis leporem excitaui. Sen. de Clem. 1, 16 Venator — iam exercitatis (*canibus*) vtitur ad excitandas vel perſequendas Feras. *Vid.* EXCITATVS *et* EXCIO. Flammas excitat admoto fomite Lucan. 8, 776. Fletum Cic. pro Sext. 121. Fletum orator excitat Catul. 37, 3. Foculum bucca excitare Iuuen. Sat. 3, 262. Cic. Off. 2, 48 Quae autem in multitudine cum contentione habetur oratio, ea ſaepe vniuerſam excitat Gloriam. Iacentem aliquem Cic. de Clar. Orat. 13. Iuuenal. 6, . . Quod enim non excitet Inguen Vox blanda et nequam? In curas aliquem Sil. 7, . . Cic. pro Muraen. 51 Si quod eſſet in ſuas fortunas Incendium excitatum, id ſe non aqua, ſed ruina reſtincturum. Inflammationem Celſ. 1 praef. Iras Virg. Aen. 2, 594. Excita ex ſomno tuas Literas Cic. Fam. 16, 14. Ter. Heaut. 5, 3, 10 Non vides quantum Mali ex ea re excites? Tanquam monitores e Medio excitati Cic. praef. Acad. Liu. 10, 30 Celebrata inconditis carminibus militaribus non magis victoria Q. Fabii, quam mors praeclara P. Decii eſt, excitataque Memoria parentis, aequata euentu publico priuatoque filii laudibus. Cic. pro Sext. 41 Audite literas, et veſtram Memoriam ad timoris praeteriti cogitationem excitate. Metum alicui Plin. Epiſt. 4. Mortuos Hor. Epod. 17, 79. Mortuos ab inferis Cic. in Orat. 85. Motus vrbanos Liu. 3, . . Munimenta Curt. 7, 6, 26. *Add.* Idem 8, 2, 74. Columel. 1, 9 Nam cum certamine Opus excitetur, tum in ceſſanteis animaduerſio iuſta eſt, et ſine querela videtur adhiberi. Cic. Tuſc. 1, 5 Philoſophia iacuit ad hanc aetatem: nec vllum habuit lumen literarum Latinarum: quae illuſtranda et excitanda nobis eſt. Plauſus Cic. pro Sext. 124. Rationes omnes fortitudinis et patientiae Cic. de Fin. 4, . . Excitauit tres Recitatores Cic. pro Cluent. c. 52. Reos Quinctil. 11, 3, 174. Cic. Philipp. 3, 21 c. 9 At in rebus triſtiſſimis quantos excitat Riſus? Sarmenta noua excitantur cultura Cic. de Orat. 2 c. 21. *i. eliciuntur.* Liu. 32, . . Homines qui ſequi poſſent, Sedibus excitabat, oppida incendebat. Cic. de Legib. 2, 68 ſ. *extr.* Exſtrui autem vetat Sepulcrum altius, quam quod quinque diebus abſoluerint, ne e lapidibus excitari plus, nec imponi, quam quod capiat laudem mortui inciſam, *etc. i. Erigi et exſtrui.* Cic. Fam. 8, 10 Sed de Parthorum tranſitu, nuntii varios Sermones excitarunt. Seruitia excitantur, *i. ſollicitantur ad ſeditionem* Cic. Cat. 4 c. 2. *Sic* Phil. 4 c. 3 Galliam totam hortatur ad bellum, ipſam

ipſam ſua ſponte ſuoque iudicio excitatam. Stomachum, *h. e. Vires ventriculi vel ſtomachi deiectas reparare, et quaſi Sopitas ſuſcitare* Plin. 20, 5. Studium auditor excitat Ouid. ex Ponto 4, 2, 35. Suſpicionem aliquam literis et nuntiis Cic. pro Sext. 41. Id. de Aruſp. Reſp. 4 c. 3 Tum vidi ac multo ante proſpexi, quanta Tempeſtas excitaretur, quanta impendêret procella Reipublicae. Teſtes ex annalium monumentis Cic. de Fin. 2, 67 c. 21. *Et* pro C. Rabir. Poſt. c. 17 Poſſum excitare multos reductos Teſtes liberalitatis tuae. Cic. pro Milon. 18 Nunc eiusdem Appiae nomen quantas Tragoedias excitat? Tumulum alicui Suet. in Claud. c. 1. Vapores ex agris tepefactis, et ex aquis excitat ſol Cic. de N. D. 2, 118. Catul. 18, 24 Si poteſt olidum repente excitare Veternum. Vrbem excitare, *Aedificare, exſtruere.* Flor. 1, 1 Victor augurio, vrbem excitat. *de Romulo loquitur.* ¶ 3 *Obſerua:* Excitare *eſt erigere et quaſi ſuperſtruere.* Cic. de Fin. 4, 18 c. 7 Principiis autem a natura datis, amplitudines quaedam bonorum excitabuntur. Cic. pro Sext. c. 2 Quibus initiis et fundamentis hae laudes excitatae ſunt. *Alia exempla Paſſiuae vocis:* Cic. de Fin. 5, 69 Excitantur ſpe gloriae, quae habet formam honeſtatis et ſimilitudinem. *h. e. Animantur et commouentur.* Excitari *dicebatur in theatro. Qui loco ſibi non debito ſurgere iubebatur.* Quinctil. 3, 6, 19 Si excitatus ſuerit de ſpectaculis, aget iniuriarum. Suet. Aug. c. 14 Cum ſpectaculo ludorum gregarium militem in XIV ordinibus ſedentem excitari per apparitorem iuſſiſſet. *Lipſ. de Amphith. c. 15.* Miles truci excitatur claſſico Hor. Epod. 2, 5. Excitari praemiis et promiſſis Cic. pro Rabir. Poſt. 42. Me herus hoc noctis a portu ingratis excitauit Plaut. Amph. 1, 1, 9. *i. exegit: vid. Interpp.* Excīto, *penultima longa adfertur* Ceu ductor ad arma Excitet Tyrius Sil. 5, 191. *Sed bene Heinſ. et Drakenb.* Exciret.

EXCITĀTVS, a, um. Partic. [ἐξεγερθεὶς] Excitatus pietate ad accuſandum Cic. pro Cluent. 172. Sonitu flammae excitatus Nep. 7, 10, 5. Feras excitatas curſu conſequi Sen. Hippol. 110. Ceruus nemoroſis excitatus latibulis Phaedr. 2, 8, 1. Plin. 20, 17 Optimum quam excitatiſſimi odoris, et quam nigerrimum. *h. e. Odoris vehementiſſimi, et qui cito cerebrum ferit.* Cic. Fam. 2, 15 (16) Vt exiſtimares aut me tam improuidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam et prope iacentem deſciſcerem. Cic. in Somn. Scip. 12 Summus ille caeli ſtelliferi curſus, cuius conuerſio eſt incitatior, acuto et excitato mouetur ſono. *pro Incitato et concitato, i. Celeri.* Cic. de N. D. 2, 140 c. 56 Quae primum eos humo excitatos, celſos et erectos conſtituit, vt deorum cognitionem caelum intuentes, capere poſſent. *de hominibus loquitur.* Clamor excitatior crebriorque ab hoſte ſublatus Liu. 4, 37.

EXCITANDVS, a, um. Partic. [ἐξεγερτέων] Cic. Off. 1, 103 Excitandamque animaduerſionem et diligentiam, *etc.*

EXCITĀTE. Adu. [ἐγερτῶς] *h. e. Vehementer et lucide.* Plin. 37, 7 Et in his autem mares excitatius fulgent: feminae pinguiores ſunt, et craſſius nitent. *De quibusdam gemmis loquitur. Videtur oppoſuiſſe Aduerbio* Excitate, *Aduerbium* Craſſe. Excitatius clamitare Ammian. 18, 19.

EXCITATIO, ōnis. f. Quid ſibi volunt excitationes illae, quas canitis matutini Arnob. 7 p. 237. *De ſalutatione matutina deorum loquitur.*

EXCITATOR, oris. m. Nos excitator mentium Iam Chriſtus ad vitam vocat Prud. Hymn. 1, 3.

EXCITABILIS, e. Adi. Modulatio iucunda atque excitabilis C. Aurelian. Tard. 1, 5. *i. excitans.*

EXCĬPIO, ēpi, eptum, ĕre. [ἐκδέχομαι] *Latiſſimae ſignificationis verbum, cuius duo tamen velut capita conſtitui poſſunt, vt aut ſit* capere *ex loco, vniuerſitate, copia, numero, aliquid, id eſt eximere; aut* recipere, *accipere ea, quae veniunt, idque vel ſimpliciter, vt habeas, patiare, fruare, vel ita vt repellas etc. Vtrumque caput deinde in plures velut ramos diffunditur. Igitur primum* Excipere *eſt* eximere, extrahere. Celſ. 7, 12, 1 Dens — concutiendus eſt — Tum, ſi fieri poteſt, manu; ſi minus, forcipe dens excipiendus eſt. *Sic* Scribon. 13 Coagulum hinnulei intra nouem dies exceptum, *nempe ex ventriculo.* Scribon. 269 Deinde oleum purum *(quod admixtum fuerat muſto et aliis rebus)* excipietur, quod reponitur fictili vaſo. Plaut. Rud. 4, 4, 140 Summe ego ſceleſtus, qui illuc hodie excepi vidulum? aut quum excepi, qui non alicubi in ſolo abſtruſi loco. *Sic* Cic. *apud* Non. 4, 158 Quod inſepultos reliquiſſent eos, quos ex mari propter vim tempeſtatis excipere non potuiſſent. Idem de Diuin. 2, 26 c. 11 Diuinandi genus — naturale, quod animus arriperet aut exciperet extrinſecus ex diuinitate, vnde omnes animos hauſtos et acceptos, aut libatos haberemus. *Huc refer verbum* Exceptare, *de quo deinde: itemque illud inſidiarum genus, vbi aliquem ex itinere aut via capiunt hoſtes.* Cic. ad Pompeium ſub Att. 9, 8 p. 793 *Graeu.* Quod ſi ita eſſet, non modo iter meum intercluſum, ſed me ipſum plane exceptum putabam. *Et mox,* Vt caueremus, ne exciperemur a Caeſare, quod is in eadem loca, quae nos petebamus, profectus, celerius etiam, quam nos poteramus, eo quo intenderat venturus eſſet. *Et* Att. 7, 22 *pr.* Pompeium, niſi in nauim ſe contulerit, exceptum iri puto. Plancus ſub Cic. Fam. 10, 23 Catium miſſum ab Antonio ad me cum literis exceperam. Caeſ. B. G. 6, 34 Multos ex fuga diſperſos excipiunt. *Et* B. Ciu. 3, 38 Noſtri duas nacti turmas exceperunt. *Et* B. G. 8, 7 Equitum turmas dimittit in omnes partes ad aliquos excipiendos, e quibus hoſtium conſilia cognoſceret. *Sic* Cic. Cat. 3, 8 c. 4 Vt praeſto eſſet ille, qui fugientes exciperet. Celſ. praef. Viator a latronibus exceptus. Virg. Aen. 3, 332 Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras. Id. Ecl. 3, 18 Caprum excipere inſidiis. *Sed* Feras irruentes excipere, *ex alio genere eſt, de quo* n. 3. ¶ 2 *Hic ponemus formulas, ordine elementari eorum, quae excipere, aut quibus excipi aliquid dicitur.* Amplexu excipere aliquem Ouid. Her. 18, 101. Aſſenſu et Gaudio Plin. Pan. 71, 1. Auribus auidiſſimis excipere Plin. Epiſt. 2, 19, 3. Auro *vid. n. 3* Onus exc. Brachiis aliquid Columel. 9, 15, 9. Comiter aliquem Ouid. Faſt. 2, 788. Cic. Verr. 5, 92 Excipitur ab omnibus eiusmodi Clamore, vt ei Lampſaceni periculi ſimilitudo verſaretur ante oculos. Clamoribus, *pro Applaudere* Plin. Epiſt. 2, 14, 12. Domus excepit reduces Claud. Conſ. Hon. 4, 211. Pro fortuna quisque apparatis Epulis excipit Tac. Germ. c. 21. *ſc. hoſpites.* Gladio Curt. 9, 5, 8. Gratia illuſtri excipere aliquid Cic. Fam. 1, 9. Gremio alicuius excipi Claud. Conſ. Hon. 3, 129. Hoſpitio Plin. 25, 6. Ouid. Epiſt. 16, 127. Hoſpitia caeli excipient ſenectam tuam Sil. 3, . . Plin. in Paneg. 23 *pr.* Gratum erat omnibus, quod Senatum Oſculo exciperes. Patera, *vid.* n. 3 Sanguinem. Patria, quae nos excepit, non ſecus dulcis eſt ea, quae nos genuit Cic. de Legib. 2, 5. Plauſu aliquem Virg. Aen. 5, 575. Hic hoſpes te Polenta excipiet Sen. Ep. 21. Scaphis Caeſ. B. C. 3, 11 *et* 101. Liu. 28, . . Excepti Sermonibus de induſtria compoſitis. Venabulo, *vid. n. 3* Feras excipere. Liu. 30, . . Quos quum pariter ambos et benigno Vultu excepiſſet, *etc.*
¶ 3 *Accuſatiui eorum, quae* excipi *dicuntur.* Sen. Hippol. 865 Siccine Aduentum viri, et expetiti coniugis vultum excipis? Aliquem excipere, diffidentem confirmare, afflictum erigere, perditum recreare Cic. pro L. Manil. 23. Artus collapſos Ouid. Met. 10, 186. Auras fluentibus tunicis Ouid. de Arte Am. 3, 302. Cadentem molliter Ouid. Met. 11, 785. Cic. Verr. 5, 3 Vt Cicatrices Pop. Romanus Iudicesque adſpicerent aduerſo corpore exceptas. Cic. de Fin. 1, 33 c. 10 Qui blanditiis praeſentium voluptatum deliniti atque corrupti, quos Dolores et quas moleſtias excepturi ſunt, occaecati cupiditate, non prouident. *Add.* Id. Tuſc. 2 c. 5. Dolores pro patria Cic. de Fin. 3, 24 c. 13. Tacit. in Vit. Agric. 45 Conſtans, et libens Fatum excepiſti. Feras excipere *ſollemnis in venatu ratio.* Sen. de Prouid. c. 2 Irruentem Feram venabulo excipere. Idem de Ira 1, 11 An tu putas venatorem iraſci Feris, vel quum et fugientes perſequitur, et venientes excipit. *Sic* Hor. Od. 3, 12, 12 Catus alto latitantem fruticeto excipere aprum. Quinctil. 4, 2, 17 Venabulo Aprum excipere. *Add.* Curt. 7, 5, 4. Cic. de Aruſp. Reſp. 45 In me cognitorem harum omnium rerum illa Flamma illorum temporum coniiciebatur. Excepi, et pro patria ſolus exarſi. Fortunam excipere, ſubire vim atque iniuriam Cic. de Prou. Conſ. c. 17. Fugientem excipere *etiam in bonam partem et plane alio ſenſu, quam illo, quem n. 1 declarauimus.* Cic. pro L. Manil. 23 c. 9 Hunc in illo timore et Fuga Tigranes excepit — confirmauit, — erexit — recreauit. *Vid. mox* Labentem. *it.* Remp. Furem excipere Plaut. Aul. 4, 10, 45. *i. receptare.* Galea excipit ictus Ouid. Met. 12, 375. Caeſ. B. C. 3, 92 Sed Pompeius ſuis praedixerat, vt Impetum Caeſaris exciperent. Cic. pro Domo ſua 63. Iniuriam venti Columel. 9, 7. Inuidiam Nep. 14, 5, 2. Cic. pro Rabir. Poſt. 43 Equitem Romanum veterem amicum ſuum, *etc.* Labentem excepit, corruere non ſiuit, fulſit et ſuſtinuit: re, fortuna, fide hodieque ſuſtinet. *Vid. modo* Fugientem. Labores magnos Cic. de Clar. Orat. 243 c. 69. Idem Fam. 14, 2 Omnes Labores te excipere video: timeo vt ſuſtineas. Cic. Att. 1, 9 (14) Craſſus poſteaquam vidit illum excepiſſe Laudem, ex eo, quod hi ſuſpicarentur homines ei Conſulatum meum placere, *etc.* Cic. pro Plancio 57 c. 23 Nihil eſt tam volucre, quam Maledictum, nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius diſſipatur. Vell. 2, 15, 2 Quum id Malum ab Aſculanis ortum eſſet, ac deinde a Marſis exceptum, in omnes penetraſſet regiones. Mandata excipere Tac. Agric. 45. *Medicamenta ſ. ſpecies Medicae* excipi *dicuntur ab humido illo, vel pingui, in quod primum iniiciuntur.* Scribon. 167 *poſt longam aliorum enumerationem ſumi iubet* mellis Attici, quod ad ea excipienda ſatis ſit. *Etiam* Celſ. 5, 18, 20 *In malagmate aduerſus phymata,* Quae excipiuntur cerato ex roſa facto. Cic. de Senect. 19 Sed Memoriam illius viri excipient omnes anni conſequentes. Miſſilia in vulgus iactata excipere Caius in l. qua ratione §. hoc amplius D. de acquir. rer. domin. Cic. de Fin. 1, 33 Quos dolores et quas Moleſtias excepturi ſunt, occaecati cupiditate, non prouident. Oculos blandius excipere *dicitur arbor ſpecioſior* Plin. 16, 30 *vt nempe paſcere oculos.* Martial. 1, 38 Ventris Onus miſero, nec te pudet, excipis auro. Cic. pro Rabir. Poſt. . . Ille onera multorum huius amicorum excepit vnus. Pericula Stat. Silu. 5, 1, 69. Plagas Cic. Tuſc. 2, 41. Preces blandas molliter Ouid. de Arte Am. 1, 710. Liu. 38, . . Vt primis forte deturbatis, ſecundi et tegant pulſos, et integri Pugnam excipiant. Cic. Att. 8, 15 *pr.* Quemadmodum Redeuntem excipiam Caeſarem, *i. ſalutem, alloquar.* Quinctil. 2, 1, 2 Grammatici non ſatis putant excepiſſe quae Relicta erant *a praeceptoribus eloquentiae.* Liu. 4, . . Deſertam omiſſamque ab hominibus Rempubl. deorum prouidentia, curaque exceptam memorabat. *Vid.* Fugientem excip. Caeſ. B. C. 3, 15 Ex pellibus, quibus erant tectae naues, nocturnum excipere Rorem cogerentur. Cic. pro Deiot. 25 c. 9 At eo, inquit, tempore ipſo Nicean Epheſumque mittebat, qui Rumores Africanos exciperent, et celeriter ad ſe referrent. Sanguinem patera Cic. de Clar. Orat. 43. Sanguinis eruptionem vterculo admoto diligenter excipere Apul. 1 p. 118. Excipere ſe in genua, *pro Suſtinere* Sen. Epiſt. 67. Curt. 9, 5, 9 Ille ad omnes ictus expoſitus, aegre iam exceptum poplitibus corpus tuebatur, donec, *etc.* Curt. 6, 1, 14 Poſteaquam deficere ſe ſenſit, poplitibus Semet excepit, galeaque, *etc.* Liu. 4, 19 Confeſtim et ipſe haſta innixus, Se in pedes excipit. Curt. 9, 5, 3 Sed forte ita librauerat corpus, vt Se pedibus exciperet. Hor. Epiſt. 1, 1, 79 Sunt, qui Cruſtis et pomis viduas venentur auaras, Excipiantque Senes, quos in viuaria mittant. Silanum non piguit Sententiam ſuam interpretatione lenire, velut grauius atque ipſe ſenſiſſet, exceptam Suet. Caeſ. c. 14. Liu. 2, 4 . . Sermonem eorum ex ſeruis vnus excepit, qui iam autem id ſenſerat agi. *Sed* Cic. de Orat. 1, 96 Memoria dignum aliquid ex Sermone alicuius excipere. *Vid. mox* Verba. *Huc pertinet, quod* Excipere *dicuntur, Qui alio dictante aliquid deſcribunt.* Sueton. Tit. c. 3 E pluribus comperi notis quoque excipere velociſſime ſolitum, et cum amanuenſibus ſuis per ludum iocumque certantem, imitari chirographa quaecunque vidiſſet. Verſus dictante aliquo excepti Suet. Ner. c. 52. Pedianus *auctor eſt*, orationem Ciceronis pro Milone exceptam eſſe, quae adhuc tempore ſuo exſtaret, *in eand.* Orat. prooem. f. Excipiens longas noua per compendia Voces Manil. 4, 199. *i. notarius. Huc etiam referam illud* Quinct. 1, 12, 14 Nec moduletur *futurus orator* aut muſicis modis cantica excipiat, *i. tantum valeat arte muſica, vt ipſe, quae canuntur ab aliis,* notis *(vt habet MS. Gothanus)* muſicis *ſignare, atque vt dictantis ſermonem in literas ſuas transferre poſſit, quod facere non poſſunt, niſi peritiores.* Fuere, qui excepto Vitellianorum ſigno, quo inter ſe noſcebantur, vltro rogitantes reſpondentesue audaciam pro latebra haberent Tac. H. 3, 73, 6. Spiritus excipitur ore viri Ouid. de Arte Am. 3, 746. Cic. Verr. 5, 17 Matresque miſerae pernoctabant ad oſtium carceris, ab extremo complexu liberûm excluſae: quae nihil aliud orabant, niſi vt filiorum extremum Spiritum excipere ſibi liceret. Cic. Verr. 2, 177 Aut hoc contendat nunquam eſſe factum, aut omnia Tela excipiat neceſſe eſt. Tela tergo Sil. 10, . . Cic. de Diuin. 2, 50 Tum illum plura loquutum multis audientibus, qui omnia Verba eius exceperint, literisque mandauerint. Cic. de Orat. 2, 273 Aduerſarium attente audire, atque eius non ſolum

lum ſententias, ſed etiam Verba omnia excipere. *Huc referas illud* Att. 2, 11 Nunc niſi ſi quid ex praetereunte Viatore exceptum eſt, ſcire nihil poſſumus. Verbera patienter Ouid. Faſt. 2, 427. Veſtem regiam Curt. 3, 3, 15. *i. tractare, ſeruare, curare.* Vim frigorum hiememque Cic. pro Rabir. Poſt. 42. Liu. 40, 7 Ad has excipiendas Voces ſpeculator ex conuiuis Perſei miſſus, quum incautior obuerſaretur, exceptus a iuuenibus forte triclinio egreſſis male mulctatur. Cic. de Orat. 2 c. 8 Praecepta — ad hominum excipiendas Voluntates. *i. capiendas ferarum inſtar. Vid. modo* Senes excipere. Cic. pro Sext. 23 Subeunda pro patria pericula, Vulnera excipienda. *Conf.* Suet. Aug. c. 20. ¶ 4 *Peculiariter hic annotari meretur,* excipere *interdum idem eſſe, quod ſequi, ſuccedere,* ἐκδέχεσθαι. Vitam et virtutem Herculis corpore eius ambuſto immortalitas excepiſſe dicitur Cic. pro Sext. 143 c. 68. Caeſ. B. C. 2, 7 Hac re cognita tantus luctus excepit. Flor. 1, 3 Excipit Pompilium Numam Tullus Hoſtilius. Excepit Caeſarem grauius bellum Vell. 2, 551, 2. Liu. 2, 61 *pr.* Turbulentior inde annus excepit. Idem 5, 42 Nox diem excipit. *Add.* Curt. 7, 7, 4. ¶ 5 Excipere *ab illa prima notatione transfertur ad hoc, vt ſignificet, de vniuerſitate, numero, turba, lege aliquid eximere.* Cic. Tuſc. 1, 9 c. 5 Omnes quicunque nati ſunt, eruntue, non ſolum miſeri, ſed etiam ſemper miſeri. Nam ſi ſolos eos diceres miſeros, quibus moriendum eſſet, neminem tu quidem eorum, qui viuerent, exciperes: moriendum eſt enim omnibus. Idem Att. 11, 7 Tum ille edixit ita, vt me exciperet et Laelium nominatim, quod ſane nollem. Poterat enim ſine nomine res ipſa excipi. *Et* Att. 6, 1 Furnii exceptio mihi non placet; nec enim ego vllum aliud tempus timeo, niſi illud, quod ille ſolum excipit. *Et ibid. poſt pr. memorat conceſſiſſe ſe Bruto,* Vt quod vellet praefecturas ſumeret, dum ne negotiatori — *deinde eo reſpiciens,* id vero, *inquit,* per te exceperamus, ne negotiatori: et ſi cuiquam, huic tamen non. Idem ad Q. Fratr. 1, 1, 12 Nominatimque lex exciperet, vt ad templum monimentumque noſtrum capere liceret. Cic. de Inu. 2, 130 c. 45 Conſueſſe eos, qui leges ſcribant, exceptionibus vti. Deinde oportet recitare leges cum exceptionibus ſcriptas — quo magis eum *(legis ſcriptorem)* probetur fuiſſe excepturum, ſi quid excipiendum putaret, et oſtendere *etc.* *Add.* 140 c. 47 Atqui lex nihil excepit. Non ergo omnia ſcriptis, ſed quaedam quae perſpicua ſunt, tacitis exceptionibus caueri. Cic. Acad. 4, 73 Nihil excipit, de quo non profiteatur. Cic. Catil. 4, 15 Hosce ego homines excipio et ſecerno libenter. Hoc vnum excipio Catull. 15, 13. Cic. de Diuin. 1, 87 Excepi de antiquis, praeter Xenophontem, neminem. Id legibus excipitur Cic. Agr. 2 c. 9. In ſummis alicuius laudibus vnam excipere iracundiam Cic. Q. Fratr. 1, 1, 13. Nihil iam cupiditati, nihil libidini exceptum Tacit. Agric. 15, 4. Virg. Aen. 9, 271 — Ipſum illum clipeum, criſtasque rubentes Excipiam forti, iam nunc tua praemia Niſe. *i.* Praeter ſortem dabo, *vt ait* Seruius. Plaut. Mil. 2, 2, 13 Ita ſenex talos elidi iuſſit conſeruis meis, ſed me excepit: nihili facio quid faciat caeteris. ¶ 6 *Interdum* excipere *non ita ſignificat eximere aliquid, vt plane ad vniuerſitatem non pertineat, ſed nominatim modo et praeter caetera commemorare, eaque ratione definire, determinare, reſtringere.* Cic. pro Cluent. 120 c. 43 Qua propter in omnibus legibus, quibus exceptum eſt, de quibus cauſis aut magiſtratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accuſare, haec ignominiae cauſa praetermiſſa eſt. Exceptum eſt, *i. cautum, conſtitutum ſpeciatim eſt.* Idem pro Balbo 32 c. 14 At enim quaedam foedera exſtant, vt Germanorum — quorum in foederibus exceptum eſt, ne quis eorum a nobis ciuis recipiatur. Quod ſi exceptio facit, ne liceat: ibi neceſſe eſt licere, vbi non eſt exceptum. Vbi eſt igitur exceptum foedere Gaditano, ne quem Populus Rom. Gaditanum recipiat ciuitate? *Etiam hic* exceptum eſt *nihil aliud ſignificat, quam cautum eſt, conſtitutum eſt. Eſt etiam in talibus aliqua vniuerſitas, ſed non in lege.* Lex excipit *ne liceat, quod alias, absque hac lege ſi eſſet, licebat. Sic* Plin. 14, 1 ſ. 3 *de vitibus,* In tantum ſublimes, vt vindemitor auctoratus rogum ac tumulum excipiat, *i. praeſtandum ſibi ſtipuletur, ſi forte delapſus moriatur.* Idem 29, 1 ſ. 8 Quum Graecos Italia pellerent, excepiſſe Medicos, *i. quod ſententia poſtulat, nominatim et praeter caeteros eorum mentionem feciſſe. Nam nec ante* excepiſſe *inculcare duriuſculum eſt, et ipſum quoque vehementiam Plinii in medicos praecipue inuehentis quaſi eneruat ac diluit.* Plin. in Paneg. 68 Nam cum excipias, vt ita demum te Dii ſeruent, ſi bene Remp. et ex vtilitate omnium rexeris, *i. cum hanc conditionem ponas in precibus tuis. Quamquam hic, vt bene Schwarzius monet, poteſt res etiam ad exceptionem vulgo ita dictam referri. Nempe ita,* Seruate me DI, niſi male rexero. *Vid.* EXCEPTIO, n. 3. ¶ 7 *Quemadmodum* excipiuntur ictus, pericula, tela *etc. ita apud ICtos ſimpliciter* excipere *dicitur reus, cum actionem ſibi intentatam tanquam telum, appoſita aliqua ratione,* excipit, *quae ipſa ratio* Exceptio *vocatur. V. g.* Vlpian. l. 1 §. 16 D. de fluminib. Labeo ſcribit, — ei, qui interdicto conuenitur — ita eſſe excipiendum, Extra quam ſi ita factum ſit, vti de lege fieri licuit. Paullus l. 4 D. de exceptionib. Si rem legatam petat legatarius, de dolo teſtatoris excipitur. Celſus l. 9 D. de probationib. Qui excipit, probare debet, quod excipitur — petitor, non qui excipit, probare debet. *Et* l. 18 §. 2 eod. Impoſitam improbationem non ei, qui excepit ſe non reſpondiſſe, ſed actori. ¶ 8 *Obſ. Singularis eſt locus* Liu. 5, 14 *pr.* Ipſi *(patricii in diſceptatione contra plebeios magiſtratus)* cuncta experientes non homines modo, ſed Deos etiam excipiebant, *i. vt ſuadet ſententia, pro ſua cauſa allegabant. Sed locus forte corruptus eſt, et praeſtat legere, quod nec Drakenborchio diſplicet,* exciebant.

EXCEPTVS, a, um. Partic. [ἐξῃρημένος] Exceptis inſularum incolis Plin. 3, 3. Excepto patre tuo Plin. in Paneg. 45. Cic. de Amicit. 104 Vos autem hortor, vt ita virtutem locetis, ſine qua amicitia eſſe non poteſt, vt ea excepta, nihil amicitia praeſtabilius eſſe putetis. Excepto, quod non ſimul eſſes, caetera laetus Hor. Epiſt. 1, 10 *extr.* Plin. Epiſt. 8, 1 Iter commode explicui, excepto, quod quidam ex meis aduerſam valetudinem ferueſcentibus aeſtibus contraxerint. Quinct. 9, 4 Et quidem Ciceronem ſequar: nam is eminentiſſimos Graecorum eſt ſecutus: excepto quod pedes triſyllabos, *etc. i. praeter quam quod.* Cic. Fam. 1, 1 Is, hac regia cauſa excepta, caeteris in rebus ſe acerrimum tui defenſorem fore oſtendit. Exceptis duobus Nep. 14, 1, 1. *Add.* Cic. de Orat. 1 c. 9. Benigne excepti Curt. 8, 10, 2. Excepti pluribus ferculis Petron. c. 2. Hor. in Arte Poët. 452 Hae nugae ſeria ducent In mala deriſum ſemel, exceptumque ſiniſtre. Equo exceptus, *i. in equo ſedens* Sil. 5, . . Fronte laeta exceptos tectis inducit hoſpes Sil. 3, . . Gladio exceptus puer, *i. Occiſus* Sen. Thyeſt. ſ. 2. Curt. 9, 5, 9 Ille ad omnes ictus expoſitus aegre iam exceptum poplitibus corpus tuebatur donec *etc.*

EXCEPTŪRVS, a, um. Partic. [ἐκληψόμενος] Lucan. 1, 220 Primus in obliquum ſonipes opponitur amnem Excepturus aquas.

EXCIPIENDVS, a, um. Partic. [ἐκληπτέος] Ouid. Epiſt. 2, 130 Linquor, et ancillis excipienda cado.

EXCEPTIO, ōnis. f. [παραγραφὴ] *Qua de vniuerſitate aliquid excipitur. Vid.* EXCIPIO n. 5. Cic. de Inuent. 1, 56 c. 33 Adſcribat ad legem, et addat exceptionem hanc, Extra quam ſi quis *etc.* Cic. de Amicit. 62 Tum ſit inter eos omnium rerum, conſiliorum, et voluntatum, ſine vlla exceptione communitas. Polliceor ei ſtudium quidem meum et operam ſine vlla exceptione aut laboris aut occupationis, aut temporis Cic. Fam. 6, 5. Victoria ſine exceptione Flor. 2, 18, 12. *i. abſoluta deditio.* Sub exceptione, *vid.* SVB. Cic. Q. Fratr. 1, 1, 13 Neque te patiar (quantum erit in me) cum exceptione laudari. *Vid.* LAVDO. Cum hac exceptione datur Sen. Epiſt. 6. ¶ 2 *Apud ICtos eſt ratio ſ. formula intentionis ſ. actionis tanquam teli cuiusdam* excipiendi *(vid. n. 7) et infirmandi.* Cic. de Inuent. 2, 57 c. 19 Nam et Praetoriis exceptionibus multae excluduntur actiones. *Et p. p.* In iure *(apud Praetorem)* et exceptiones poſtulantur, et quodammodo agendi poteſtas datur. *Eſt in* Digeſtis titulus (44, 1) de Exceptionibus, Praeſcriptionibus, *(quae eadem res eſt)* et Praeiudiciis: *ſunt item* tituli de exceptione rei iudicatae (44, 2) *et* de exceptione rei venditae (44, 3) *ne quid de magna vi aliarum* exceptionum, *quarum paſſim mentio eſt, dicamus. Modo illud primum obſeruamus, hoc genus exceptionum naſci fere ex illo priore. Quae enim lex excepit, iis tueri ſe contra eum, qui legem obiicit, licet. Intelligas hoc ex ipſo* Cic. de Fin. 2, 21 c. 7 Si ita dicit, non eſſe reprehendendos luxurioſos, ſi ſapientes ſint, dicit abſurde — Et tamen quid attinet luxurioſis aliquam exceptionem *(a lege naturae, qua illi excipiant reprehenſores)* dari? *Et* Att. 6, 1 *poſt med.* De Bibuli edicto nihil moui, praeter illam exceptionem — Ego tamen habeo ἰσοδυναμοῦσαν ſed tectiorem, ex Q. Mucii P. F. edicto Aſiatico, Extra quam ſi ita negotium geſtum eſt, vt eo ſtari non oporteat ex fide bona. *Hanc quoque legis exceptionem, lege agenti tanquam clipeum reus poteſt obiicere. Iam ponemus quaedam de legibus.* Vlpian. l. 1 D. de exceptionib. Agere etiam is videtur, qui exceptione vtitur. Nam reus in exceptione actor eſt. *Et* l. 2 Exceptio dicta eſt quaſi quaedam excluſio, quae opponi actioni cuiusque rei ſolet ad cludendum *(Haloand.* exhibendum: *videtur leg.* eludendum) id quod in intentionem condemnationemue deductum eſt. Replicationes nihil aliud ſunt, quam exceptiones, et a parte actoris veniunt, quae quidem adeo neceſſariae ſunt, vt exceptiones excludant. Semper enim replicatio idcirco obiicitur, vt exceptionem oppugnet. — Sed et contra replicationem ſolet dari triplicatio *etc.* — Dilatoria eſt exceptio, quae differt actionem, veluti Procuratoria exceptio dilatoria eſt. Nam qui dicit, non licere procuratorio nomine agi, non prorſus litem infitiatur, ſed perſonam euitat. Gaius l. 3 eod. Exceptiones — perpetuae atque peremtoriae ſunt, quae ſemper locum habent, nec euitari poſſunt, qualis eſt doli mali, et rei iudicatae, et ſi quid contra leges — factum eſſe dicetur — Temporales atque dilatoriae, quae non ſemper locum habent — Paullus l. 20 eod. Exceptiones opponuntur, aut quia factum ſit, quod fieri oportet, *(a reo)* aut quia factum non ſit *(ab actore)* quod fieri debuerat: aut quia *(ab actore)* factum non ſit, quod fieri debuerat. Paullus l. 22 eod. Exceptio eſt conditio, quae modo eximit reum damnatione, modo minuit damnationem. Replicatio eſt contraria exceptio, quaſi exceptionis exceptio. *Caetera a ICtis requirenda.* ¶ 3 Exceptio *definitio eſt, reſtrictio, determinatio, vt loquuntur Philoſophi.* Plin. Pan. 38, 7 Tu quidem, Caeſar, illam exceptionem remouiſti, Si modo filius in poteſtate patris fuiſſet. *Nempe ex tali definitione, reſtrictione etc. efficitur et formatur* exceptio *proprie dicta.* Quinctil. 2, 15, 36 Albutius — ſcientiam bene dicendi eſſe *(rhetoricen)* conſentit: ſed exceptionibus peccat, adiiciendo, circa ciuiles quaeſtiones, et credibiliter. Idem 6, 3, 10 *Vrbanitatem ſic finit Domitius Marſus,* Vrbanitas eſt virtus quaedam in breue dictum coacta, et apta ad delectandos *etc.* Cui *(definitioni)* ſi breuitatis exceptionem detraxeris, omnes orationis virtutes complexa ſit. *Nempe hoc etiam* exceptionis *genus ex vniuerſitate, vel genere aliquid eximit.* Arnob. 7 p. 220 Itaque ergo ab DIs longe infamia eſt iſta tota pellenda — ſi modo DI veri ſunt, atque in nominis huius exceptione ponendi. Veri *eſt exceptio.* DI *poſſunt eſſe Iupiter, Iuno, caeteri:* veri *eſſe non poſſunt. Conf.* EXCEPTIVNCVLA.

EXCEPTIVNCVLA, ae. f. Dimin. Sen. Epiſt. 20 Quid eſt ſapientia? Semper idem velle et idem nolle. Licet illam exceptiunculam non adiicias, vt rectum ſit, quod velis. Non poteſt cuiquam ſemper idem placere, niſi rectum.

EXCEPTO, āre. Frequent. [συχνῶς ἐκλαμβάνω] Virg. Georg. 3, 273 Ore omnes verſae in Zephyrum ſtant rupibus altis, Exceptantque leues auras. *i. Frequenter in ſe trahunt, et capiunt, et velut hauriunt.* Per pectora ſaeuas Exceptat mortes Sil. 9, 368. *i. in ſe recipit ab aliis translatas.* Sen. de Benef. 6, 38 Eloquentiae exceptat pretium litium numerus. *Sic Eraſmus dederat. Sed eſt lectio admodum dubia, quod videri poteſt apud Gruterum. Gron.* Eloquentiae exoptat pretium, litium numerus. *Optimum forte* Eloquentia — numerum.

EXCEPTANS, antis. Partic. Cic. in Parad. 5, 2 Et videant aliquem ſummis populi beneficiis vſum, barbatulos mulos exceptantem de piſcina. *Reſtituendum etiam putamus hoc verbum* Ciceroni de Orat. 3, 6, 3 Illa tanquam Cycnea fuit diuini hominis vox et oratio, quam quaſi exceptantes *(male legitur vbique* exſpectantes) poſt eius interitum veniebamus in curiam. Eos ipſe rurſus ſingulos exceptans in murum extulit Caeſ. B. G. 7, 47.

EXCEPTICIVS, a, um. Adi. [ἐξαίρετος] *Eſt* alicae adulterinae *epitheton apud* Plin. 18, 11 ſ. 29, 3 Poſteaque gypſi pars quarta inſpargitur, atque vt cohaeſit, farinario cribro ſuccernunt. Quae in eo remanſit, excepticia appellatur, et grandiſſima eſt. Excepticia *igitur, quae cribri ope a minoribus particulis ſeparata et excepta eſt.*

EXCIPVVM, quod excipitur, vt praecipuum, quod ante capitur. Feſtus. *Analogia quam laudat ipſe Grammaticus,* excipuum *ſuadet: et ſic meliores editi.* Excipium *ſphalma forte Amſtelaed.*

EXCIPVLA, ae. f. *vel* EXCIPVLVM, i. n. *Machina, inſtrumentumue excipiendi.* Plin. 9, 22 Hiemato lacu, fluctibus glomeratae volum-

voluuntur anguillae, in tantum mirabili altitudine, vt in excipulis eius fluminis ob hoc ipſum fabricatis ſingulorum millium globi reperiantur. Vis tanta *(herbae)* eſt, vt e longinquo ſuccus excipiatur: inciſae *(herbae)* conto ſubdito excipulo, ventriculo haedino Plin. 25, 7. Vet. Gl. Excipulum *et* Excipula ἐκδοχεῖον, κρεάγρα.

EXCIPIABV̆LVM, i. n. *Venabulum. Vid.* Seruium *in* Virg. Aen. 4, 131. *et quos laudat Burm. ad* Quinctil. 2, 12.

EXCEPTACVLVM, i. n. *Inſtrumentum, quo quid excipitur.* Tertull. de Spect. c. 2 Neque enim — aures ſumſimus ad exceptaculum maliloquii.

EXCEPTORIVM, i. n. [Ἐκδοχεῖον, exceptorium, excipulum, conceptaculum Vet. Gloſſ.] Homo exceptorium bonitatis Dei Interpr. Iren. 4, 24. Homo ingratus exceptorium iuſti iudicii Dei ib.

EXCEPTORIVS, a, um. Adi. Vlp. in l. Inſtr. D. de inſtructo vel inſtrumento leg. Quali vindemiatorii, exceptoriique.

EXCEPTOR, ōris. m. *pro Librario, h. e. Qui aliquid deſcribit, apud* Vlp. §. fin. l. 19 Sed addes D. locat. *Hic videtur ſimpliciter librarium,* ταχυγράφον, *mercenarium notare, qui dictata excipit. Sed ſunt etiam inter Officiales, qui vocabantur, iudicum ſ. Rectorum, miniſtri eorum et apparitores, de quibus paſſim in vtroque Codice fit mentio. Itaque dedita opera de illis egit Iac. Gothofr.* ad C. Th. de numerariis, actuariis, ſcriniariis et exceptorib. *in paratitlo, et ad l. 2 quo remitti ſe eo facilius patientur lectores noſtri, cum ſit res inferioris et Conſtantiniani aeui. Mentio illorum etiam* l. 16 C. Th. de Proximis, Comitib. *quae eſt eadem* l. 5 C. de prox. ſac. ſcrin. Auguſtin. ep. 152 ad pop. fact. Donat. Gregor. M. Homil. in Euangel. in prol. Paſſio S. Geneſii ſubi. Epiſtolis Paullini, n. 2. *Conf. Pancuroll. ad* Not. dignit. Imp. c. 19.

EXCISIO, EXCISO, *vid.* EXCĪDO.

EXCISORIVS, *vid.* EXCINDO.

EXCITO, *vid.* EXCIO.

EXCLĀMO, āre. [ἐπιφωνέω, ἀνακράζω, ἀναβοάω] *Vociferari, et quaſi e medio pectore vocem maximam emittere, quod aut indignationis aut gaudii cauſa fieri ſolet.* Ter. Adel. 4, 4, 11 Illa exclamat: abi abi iam Aeſchine. Cic. de Orat. 2, 39 c. 10 Non enim poſſum quin exclamem, vt ait in illo Trinummo. *Reſpicit ad* Plauti Trin. 3, 2, 79 Non enim poſſum quin exclamem, Euge, Euge, Lyſiteles, πάλιν. Facile palmam habes. Quinctil. 1, 6 Tota ſaepe theatra, et omnem circi turbam exclamaſſe barbare, ſcimus. Diſertiſſime Quinctil. 6, 2. Idem 3, 8 Ita cur initio furioſe ſit exclamandum, non intelligo. Cic. Tuſc. 2, 56 c. 23 Nec vero vnquam ne ingemiſcit quidem vir fortis ac ſapiens, niſi forte vt ſe intendat ad firmitatem, vt in ſtadio curſores exclamant quam maxime poſſunt. Faciunt idem cum exercentur athletae *etc.* Plaut. Amph. 5, 1, 12 Ibi neſcio qui maxima voce exclamat. Idem Moſtel. 2, 2, 57 Condormiuimus: lucernam forte oblitus fueram extinguere: atque ille exclamat de repente maximum. Cic. Philipp. 2, 30 c. 12 Caeſare interfecto, inquit, ſtatim cruentum alte extollens M. Brutus pugionem, Ciceronem nominatim exclamauit, atque ei recuperatam libertatem eſt gratulatus. Memoria digna exclamare Quinctil. 2, 11. Voce magna exclamat vxorem tuam Plaut. Amph. 5, 1, 68.

EXCLAMATVS, a, um. Partic. Cael. Aur. Acut. 2, 6, 26 Oportet *Lethargicum* — in acceſſione per interualla leuiter excitari, ſuo nomine exclamatum.

EXCLAMATIO, ōnis. f. [ἐπιφώνημα, ἀναβόησις] *Actus ipſe exclamandi: eſt et Schema rhetoricum, de quo* Cic. de Orat. 3, 135. Auctor ad Heren. 4, 23 c. 15 Exclamatio eſt quae conficit ſignificationem doloris, aut indignationis alicuius, per hominis, aut vrbis, aut loci, aut rei cuiuſpiam compellationem, hoc modo, Te nunc alloquor, Africane, cuius mortui quoque nomen ſplendori ac decori eſt ciuitati. Acutas vocis exclamationes euitare debemus Auct. ad Heren. 3, 21 c. 12.

EXCLĀRO, āre. *Clara luce implere.* Vitruu. 1, 2 Item naturae decor erit, ſi cubiculis et bibliothecis ab oriente lumina capientur; balneis et hibernaculis ab occidente hiberno: pinacothecis, et quibus certis luminibus opus eſt, partibus, a Septentrione, quod ea caeli regio neque exclaratur, neque obſcuratur Solis curſu, ſed eſt certa et immutabilis die perpetuo. Neque exclaratur, *h. e. Neque maiore lumine illuſtratur.*

EXCLV̄DO, ſi, ſum, ĕre. [ἀποκλείω, ἐκκλείω] *Claudendo oſtio ingreſſum impedire, non admittere.* Ter. Eun. 1, 2, 18 Credo, vt fit, miſera, prae amore excluſit hunc foras. Ibid. 1, 2, 29 Denique ego excludor, ille recipitur. Ouid. Art. 3, 69 Tempus erit, quo tu, quae nunc excludis amantem, Frigida deſerta nocte iacebis anus. Vet. Poëta *ap.* Cic. de Nat. Deor. 3 c. 29 Excluſit; reuocat: redeam? non ſi me obſecret. Cic. de Orat. 1, 46 c. 11 Multi erant praeterea praeclari in philoſophia et nobiles, a quibus omnibus vna paene repelli voce Oratorem a gubernaculis ciuitatum, excludi ab omni doctrina rerumque maiorum ſcientia, *etc.* videbam. Cic. Philipp. 5, 16 Excluſit illum a Republica, diſtraxit, ſegregauit, non ſolum ſcelus illius, ſed etiam vt mihi videtur fortuna quaedam Reipublicae. *Contraria.* Cic. Att. 8, 18 Eo tibi celerius agendum erat, vt te mecum coniungeres, priusquam Caeſar aut tuum iter impedire, aut me abs te excludere poſſet. Excludere aliquem a negotio Cic. Verr. 3, . . Ab hereditate Cic. pro Cluent. 31. Id. de Amic. 54 Atque vt huius, quem dixi, mores, veros amicos parare non potuere: ſic multorum opes praepotentium excludunt amicitias fideles. Stat. Silu. 3, 2, 12 *ad Caſtora et Pollucem,* Iliacae longe nimboſa ſororis *(Helenae)* Aſtra fugate, precor totoque excludite caelo. *Eſt pars propemtici: Ignis Helenae infeſtus nautis.* Bellum Lucan. 3, 368. Cappadocia excludi *etc.* Cic. Att. 5, 5. *Sic,* Excludi a portu et profugio Cic. Fam. 5, 15. Cupiditatem eorum excludite, Iudices, veſtra ſapientia Cic. pro Cael. c. 9. Domo et cubiculo excludi Cic. Q. Fratr. 1, 1. Dum tua me domus leuabat, quis a me excluſus Cic. Att. 12, 40 *pr.* Cic. Verr. 5, 83 Quamobrem qui noſtros exercitus ſaepe excluſerant, iis clauſtra loci committenda non exiſtimauit. Iurgia excludat finis Hor. Epiſt. 2, 1, 38. Exceptione excludi Cic. de Orat. 1, 168. Gemma incluſa auro alieno, vel ſigillum candelabro, vindicari non poteſt: ſed vt excludatur, ad exhibendum agi poteſt Paullus in l. Gemma D. Ad exhib. Excludere *hic eſt incluſam eximere.* Honore aliquo nominatim excludi Cic. de L. Agr. 2, 59. Honoribus et praemiis excludi Idem pro Corn. Balb. 24. Quinct. 7, 1, 9 Si aliud negat reus, aliud defendit, aliud Iure actionis excludit, *per exceptionem ſcilicet.* . Liquorem excludere Scribon. 48. *i. emittere.* Cic. de Amic. 19 Amicitia plurimas res continet: quoquo te verteris, praeſto eſt, nullo Loco excluditur. Medicinam, *i. non admittere* Scribon. Epiſt. Menſa excluſus hoſpes Liu. 28, . . Cic. pro Corn. Balb. 39 Quos quum maxima bella nobis inferrentur, Moenibus excluſerunt. Oculum alicui excludere, *Idem quod Effodere, vel exerere, et exturbare oculum* Plaut. Pſeud. 1, 5, 95. Oua *vel* Pullos *adeo* excludere *dicuntur incubando aues, non minus quam* excudere. Colum. 8, 2, 6 Vt incubent et excludant *gallinae,* efficere. Ibid. ſ. 12 Inertes ad incubandum, multoque magis ad excludendum. *Et* c. 5, 4 Aptiſſima ſunt ad excludendum recentiſſima quaeque oua. *Et* ſ. 15 *de pullis,* Dum omnes excludantur. *Sed* Oua excludi *dicuntur* 8, 11, 12. Foetus ſuos excludere prohibeantur anſeres 8, 14, 4. *Rurſus* ſ. 6 Negatur anſer aliena excludere Oua. Cic. de N. D. 2, 129 c. 52 Ex quibus *(ouis)* pullos cum excluſerint *gallinae. Add.* Hygin. f. 197. Radios excludunt frigora Stat. Silu. 1, 2, 154. Reditu excludi Nep. 2, 5, 1. Cic. ad Pompei. ſub Att. 8, 11 p. 794 Neque enim eos ſolos arbitrabamur capi, qui in armatorum manus incidiſſent, ſed eos nihilo minus, qui regionibus excluſi, intra praeſidia atque intra arma aliena veniſſent. Remedium excluditur Scribon. 47. *i. prohibetur.* Seruitutem excludere Lucilio *apud* Non. 4, 180 *videtur a ſeruitute ſe defendere. Ipſe Nonius interpretatur* liberare. Spem pacis a conſilio publico excludere Cic. de Clar. Orat. 329. Idem pro Cael. 42 c. 17 Quamobrem ſi quem forte inueneritis, qui aſpernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore vllo, non tactu, non ſapore capiatur, excludat auribus omnem Suauitatem. Suffragio excluſus Liu. 1, 43. Tempore excludi, *aut* temporiis ſpatiis *dicitur, qui impeditur, quo minus poſſit agere propter tempus.* Cic. Verr. 1, 148 c. 56 Anguſtiis temporis excluduntur omnes. Idem de Orat. 3, 55 Aut temporibus excluſi, aut voluntate ſua feriati. Idem in Vatin. 28 Vt homo Conſularis excluſus miſer puncto temporis ſpoliaretur beneficio et aequitate legis tuae? Caeſ. B. G. 5, 23 Ne anni tempore, nauigatione excluderentur. Ibid. 7, 11 Excluſus diei tempore, in poſterum oppugnationem differet. Virg. Georg. 4, 147 Spatiis excluſus iniquis. Quinct. 10, 7, 29 Scribendum ergo quoties licebit, ſi id non dabitur, cogitandum: ab vtroque excluſi debent tamen adniti, vt neque deprehenſus orator, neque litigator deſtitutus eſſe videatur. Pompon. de Aedil. edict. l. Si tamen, Non nocebit emtori, ſi ſex menſium exceptione redhibitoria excluſus, velit intra annum aeſtimatoria agere. Papinian. ad Senatusconſultum Turpil. l. Quaerebatur, an hi, qui ab accuſatione tempore excluſi eſſent, in Senatusconſultum Turpilianum inciderent. *Et ſubdit,* Qui praeſcriptione temporis excluſi, cauſam adulterii perferre non potuerunt. Cic. de N. D. 3, 76 c. 31 Eam dediſſes hominibus rationem, quae Vitia culpamque excluderet, *i. non admitteret. Ita* Cic. de Aruſp. Reſp. 45 c. 21 Quod anno ante frater Metellus et concors etiam tum Senatus, principe Cn. Pompeio ſententiam dicente *(ſic leg. pro* principi dicenti) excluſerat, acerrimeque vna voce ac mente reſtiterat. *Et* Phil. 5, 19 c. 7 Homo vehemens et violentus, qui hanc conſuetudinem libere dicendi excluderet. *Et* Phil. 10, 11 c. 5 Alios, ad negotium publicum ire cum cupimus, vix ſolemus extrudere: hunc retinentes excluſimus.

EXCLVDENS, entis. Partic. [ἀποκλείων] Cic. Q. Fratr. 1, 1 Neque excludentes ab eius vſu ſuos, potiusque et amicis impertientes et Reipublicae, ſi quando vſus eſſet.

EXCLVSVS, a, um. Partic. [ἀποκεκλεισμένος] Cic. pro Cluent. 31 Quum vagus et exul erraret, atque vndique excluſus, *etc.* Amator excluſus Hor. Serm. 2, 3, 260. A cultura fundi ſuo excluſus Vlp. in l. 2 D. de annuis legat. Ab extremo complexu liberûm excluſae matres Cic. Verr. 5, 117. Pulli excluſi, *ex ouis nempe* Colum. 8, 5, 7. *et* 8, 14, 10. *Vid.* EXCLVDERE Oua. Cic. de Fin. 5 c. 8 Sic excluſis Sententiis reliquorum, cum praeterea nulla eſſe poſſit, haec antiquorum valeat neceſſe eſt. Cic. Philipp. 2, 73 Itaque excluſis tuis Vocibus, et ad te et ad praedas milites miſit. Voluptas excluſa animo Stat. Silu. 3, 3, 106. *Superl.* Plaut. Men. 4, 3 *extr.* Abiit intro ocius in aedes, nunc ego ſum excluſiſſimus.

EXCLVSVRVS, a, um. Part. [ἀποκλείσων] Tibul. 2, 3, 77 Nullus erat cuſtos, nulla excluſura dolentes Ianua.

EXCLVSOR, ōris. m. Auguſt. Serm. 37, 2 in Lucam.

EXCLVSORIVS, a, um. Adi. Vlp. in l. Exceptio D. de exception. Illud tenendum eſt, omnem exceptionem vel replicationem excluſoriam eſſe. Excluſorium violentum Th. Priſcian. 3, 6. *i. medicamentum abortiuum.*

EXCLVSIO, ōnis. f. Macrob. Somn. Scip. 1, 20 Excluſione luminis tenebras in terram refundit. Ventorum Vitr. 1, 6. Exceptio eſt quaſi quaedam excluſio l. 2 ff. de Except. praeſcr.

EXCLYTAE, Populi inter quos Amazones Illyricam regionem incoluerunt Seru. *in* Virg. Aen. 11, 842. *Locus corruptus.*

EXCODĬCO, āre. *Quid eſſet, explicat* Pallad. Ian. 1 Ianuario menſe locis temperatis ablaqueandae ſunt vites, quod Itali excodicare appellant, id eſt circa vitis codicem dolabra terram diligenter aperire, et purgatis omnibus velut lacus efficere, vt ſolis teporibus et imbribus prouocentur. Iſidor. Orig. 17, 5 Oblaqueare eſt circa codicem terram aperire, et velut lacus efficere. Hoc aliqui excodicare appellant. ¶ 2 *Sed idem fere quod exſtirpare notat* Feſto, Repaſtinari ager is dicitur, vt Verrius exiſtimat, cuius natura mutatur fodiendo, cum aut ſilueſter excodicatur, aut lapis mollitur frangendo *etc. Sic et* Tertull. de Pudicit. c. 16 Si vis omnem notitiam Apoſtoli ebibere, vt intelligas, quanta ſecuri cenſurae omnem ſiluam libidinum caedat, et eradicet, et excodicet, nec quidquam de recidiuo fruticare permittat *etc. Scribitur hic etiam* excaudicet: *nempe vt* Caudex *et* Codex. *Sed etiam* Frontin. de Aquaed. p. 228 in lege Quinctia, Arbores, vites, vepres, ſentes, ripae, maceria, ſalicta, arundineta, tollantur, excidantur, effodiantur, excodicentur. *Sic Polen. ex MSS. al.* excorticentur *male.*

EXCOGĬTO, āre. [ἐνθυμέομαι, μηχανάομαι, ἐπινοέω] *Cogitando inuenire.* Excogitare, quae tua ratio ſit, non poſſum Cic. Phil. 8, c. 6. Cic. Verr. 4, 88 c. 41 Nouum ac ſingulare ſupplicii genus excogitauit. Cic. Verr. 5, 16 c. 7 *Verres Apollonium citari iuſſerat.* Homines ſtatim loqui, mirari, quod Apollonius, homo pecunioſus, tam diu ab iſto maneret integer. *Sed nunc dicunt, cum citari audiunt, (haec actione ipſa ſupplebat Tullius)* Excogitauit *aliquid Verres!* neſcio quid attulit *etc.* Cic. in Catil. 2, 7 Quid enim mali aut ſceleris fingi, aut excogitari poteſt, quod non ille conceperit? Diligenter et caute Cic. Verr. 4, 147. Ingeniis aliquid Id. de Legib. 2, 5.

Excogitauit aliquid, eadem dicit quae Stoici Cic. Acad. 4, 69. Mira quaedam genera furandi Cic. Verr. 2, 134. Idem Att. 9, 6 Adhaec igitur, cogita, mi Attice, vel potius excogita.

EXCOGITĀTVS, a, um. Partic. [ἐπινενοημένος] Cic. pro Cluent. 36 c. 13 Ratio excogitata Larini eſt. Malitia Tertull. de Spect. c. 2. *Superl.* Sueton. in Calig. c. 22 Templum etiam numini ſuo proprium, et ſacerdotes, et excogitatiſſimas hoſtias inſtituit.

EXCOGITATVS, ûs. m. Gell. 5, 10 Captionis verſutae excogitatu fruſtratus fuit.

EXCOGITATIO, ōnis. f. [ἐπινόησις] Cic. Tuſc. 1, 6 c. 25 Quid illa vis, quae tandem eſt, quae inueſtigat occulta, quae inuentio atque excogitatio dicitur? Cic. de Orat. 2, 120 Quae ab Oratore pariuntur, excogitationem non habent difficilem, explicationem magis illuſtrem, perpolitamque deſiderant.

EXCOGITATOR, ōris. m. [ἐπινοητής] Quinctil. Decl. 10, 7 Sic magum protinus, neſcia matre, excogitator, hic mortis alterius aduocat. Verborum excogitator et nominum Arnob. 3 p. 119.

EXCOGO, ĕre. Innocentius agrimenſor p. 227 *Goeſ.* Terminos excogimus requirendos. *It.* p. 223 *extr.* Si in monte fuerit conſtitutus, excogimus finem habere. *i. inde colligimus, vel cogimus, argumentamur.*

EXCŎLO, āre. Adiecta ſquilla acetum diligentius excolabis Pallad. Iul. 8. *Add.* Vulg. Matth. 23, 24.

EXCŎLO, colui, cultum, ĕre. [ἐξεργάζομαι, ἐπικοσμέω] *Diligenter Colere, Ornare, Expolire.* Plin. Epiſt. 9, 39, 3 Emas marmora, quibus ſolum, quibus parietes excolantur. Dare ſe philoſophiae excolendum Cic. Tuſc. 4, 84. Id. de Legib. 2, 36 c. 24 Nihil melius illis myſteriis, quibus ex agreſti immanique vita exculti ad humanitatem et mitigati ſumus. Cic. de Clar. Orat. 95 Caiusque Tuditanus cum omni vita atque victu excultus atque expolitus, tum eius elegans eſt habitum etiam orationis genus. Cic. Tuſc. 1, 62 Omnes magni, etiam ſuperiores, qui fruges, qui veſtitum, qui tecta, qui cultum vitae, qui praeſidia contra feras inuenerunt, a quibus manſuefacti et exculti, a neceſſariis artificiis elegantiora defluximus. Ager excolatur exſtirpatis arboribus Pall. Mai. 3, 2. Cic. in Orat. 31 An victus hominum, Athenienſium Beneficio excoli potuit, oratio non potuit? Excolimur teneri Ouid. Triſt. 4, 10, 15. Doctus et hirſutus excoluiſſe genas Martial. 6, 12. *de tonſore.* Doctrina animos Cic. pro Arch. 12 c. 6. Id. ad Q. Fr. 1, 1, 2 Ea autem adhibita Doctrina eſt, quae vel vitioſiſſimam naturam excolere poſſit. Diſciplinis liberos Columel. 4, 3. Medicinam Celſ. 1 praef. Cic. Off. 1, 13 In eoque excolendo ſita vitae eſt honeſtas omnis, et in negligendo turpitudo. *Legitur ex vetuſto exemplari,* Colendo. Oratione excoli Cic. Parad. 1. Rura excolere Claud. in Eutrop. 2, 197. Scientiam Celſ. praef. Vitam excoluere per inuentas artes Virg. Aen. 6, 663. Cic. Q. Frat. 2, 15 Itaque, vt tibi placet damus operam, ne cuius animum offendamus, atque, vt etiam ab iis ipſis, qui nos cum Caeſare tam coniunctos dolent, diligamur, ab aequis vero aut etiam a propenſis in hanc partem vehementer excolamur. *Conf.* Burm. ad Quinct. Decl. 8, 12 p. 128. Per quem verendos excolit pietas Deos Phaedr. 4, 10, 10. Fundum alienum excolere Caius in l. Qui alienum D. de donat. ¶ 2 *Obſ.* Boues victum hominis excolunt Plin. 8, 47 *pr. i. ſuo labore producunt. Sed* Varr. R. R. 1, 27, 3 Autumno vindemias et ſiluas excoli — tunc praecidi arbores oportere — radices autem vt effodiantur. *Videtur hic locus fauere nomini* Excultrix, *v. v.*

EXCVLTVS, a, um. Partic. [ἐξειργασμένος] Excultus doctrina Cic. Tuſc. 1, 4 c. 2. Id. de Legib. 2 c. 14 Tum nihil melius illis myſteriis, quibus ex agreſti immanique vita exculti ad humanitatem, et mitigati ſumus. Studiis excultus Ouid. ex Pont. 4, 8, 1. Cic. Tuſc. 5, 39 Hic igitur ſi eſt excultus, et ſi eius acies ita curata eſt, vt ne caecetur erroribus, fit perfecta mens, id eſt abſoluta ratio, quod eſt idem virtus. *Add.* Id. Att. 12, 46 *extr.* Cic. in Orat. 48 c. 15 Nihil enim eſt feracius Ingeniis, iis praeſertim, quae diſciplinis exculta ſunt. Opes Propert. 4, 1, 130. Artibus exculta hominum Vita Cic. Off. 2, 5.

EXCVLTVS, ûs. m. Feſtus, Conitum Afranius pro ornatu et excultu poſuit.

EXCVLTOR, ōris. m. Tertull. de Monog. c. 16.

EXCVLTRIX Vitiorum philoſophia *leg. in MS.* Cic. Tuſc. 5, 5 c. 2 *vbi vulgo* expultrix: *vid. h. l. Gruter. Sed* Expultrix *recte tuetur Dauiſius. Vid.* EXCOLO n. 2.

EXCOLIDVS, a, um. Adi. Ager Auct. de Limit. Agr. *i. incultus.*

EXCOMEDO, ĕre. Excomedet putredinem Apul. de Herb. c. 8.

EXCOMITE. Ammian. 14, 7 *qui fuit comes. Vid.* EXCONSVL.

EXCOMMVNICO, āre. Synodus, a qua excommunicatus eſt Hieron. adu. Rufin. 2, 5. *Hinc*

EXCOMMVNICATIO, ōnis. f. *vulgati vſus.*

EXCONDO, ĕre. Verum eum, et viſibilem excondis praeliatorem Tertull. adu. Marc. 5, 18. *i. detegis, agnoſcis.*

EXCONSVL, ŭlis. m. *Qui Conſulatu functus eſt.* Iuſtinian. in l. 2 §. Nos itaque C. de Veteri iure enucleando, Omne ſtudium Triboniano viro excelſo, magiſtro officiorum, Exquaeſtori ſacri noſtri palatii et Exconſuli credidimus, *etc. et ſaepe in eadem lege.* Exconſulis *autem nomine neque conſulatum honorarium aut codicillarem, neque conditionem viri conſularis, ſed eminentiorem aliquam dignitatem indicari primi faſtigii miniſtris tribui ſolitam, oſtendunt viri docti, Schwarzius Schol. philol. ad Inſtit. p. 40. et Ritter. ad lib. nouellar. Theod. 1, 1 p. 7 a. Itaque non ſimpliciter admittendus* Iſidor. 9, 3 Exconſules dicti, quod iam a conſulatu exierint, ſiue diſceſſerint, pacto (*leg.* peracto) vicis ſuae anno. *Legitur etiam quaſi nomine indeclinabili*

EXCONSVLE, *et* EXQVAESTORE: Iuſtinianus in ſecunda epiſtola Pandectis praefixa, Per Tribonianum virum magnificum, magiſtrum et Exquaeſtore ſacri palatii, et Exconſule. *Idem in* epiſtola tertia, Quae omnia per virum excelſum, nec non prudentiſſimum magiſtrum Exquaeſtore et Exconſule Tribonianum perfecta ſunt. *Loquendi forma, inquit Haloander, ei ſaeculo familiaris, pro Quaeſtorio et Conſulari viro, quo modo veteres Latini* Proconſule, *et* Salluſtius Promilite, *et* Cic. Proquaeſtore *vno verbo per omnes caſus et numeros dixerunt. Vid. Petr. Crinit. de Hon. Diſcip. 10 c. penult. et Alciatum Diſpunctionum 4, 3. Caeterum ad hodiernam rationem melius videtur diuiſim ſcribi* Ex Conſule. *Vid.* EX n. 6. *Vid. etiam* PROCONSVLE.

EXCONSVLĀRIS, e. Adi. [ὑπατικός] In l. 3 C. de proximis ſacrorum ſcriniorum, Conſulari honore fulti inter electos habeantur, huncque honorem dignitatis teneant, qui Exconſularibus deferri conſueuerit. *Quaedam exemplaria legunt,* Ex Conſularibus. *Add.* Ammian. 27, 1.

EXCŎQVO, xi, ctum, ĕre. [ἐξέψω] *Perfectionem ſignificare videtur, nemque Perfecte coquere.* Ter. Adel. 5, 3, 63 Tam excoctam reddam atque atram, quam carbo eſt. Columel. . . Vis frigoris excoquit terram. Cruditatem excoquere Laconicis, *vid.* Cruditas, *in* CRVDVS. Ignis excoquit vitium metalli Ouid. Faſt. 4, 785. Vitium per ignem excoquitur Virg. Georg. 1, 88. Excoquitur flammis ſcopulus Sil. 3. Sol terram excoquit Lucret. 6, 962. Vrbanitas aulicis excocta fornacibus Ennod. 4, 33. Excoquere malum alicui Plaut. Perſ. 1, 1, 53. *i. Excogitare, et ad tempus praeparare. Add.* Id. Mil. 2, 2, 53.

EXCOCTIO, ōnis. f. Bucellati Cod. 12 t. 39 l. 2. Calcis ibid. t. 16 l. 3. Panis ibid. t. 39 l. 1.

EXCORIO, āre. [ἀποδέρω Gloſſ. Gr. Lat.] *Ap. ſcriptores medii aeui ſignificat, virgis caedere: vid. Gloſſ. Du Freſne.*

EXCORNIS, e. Adi. Beſtia exunguis et excornis Tertull. de Pall. c. 5. *i. cornibus deſtituta.*

EXCORPORO, āre. *Opp.* Incorporare, *ap.* Vinc. Lirin. Commonit. 2 p. 364 *Baluz.*

EXCORRECTOR, ōris. m. *Qui corrector eſſe deſierat. Vrſat. de Not. Rom. Theſ. Ant. Rom. Graeu. T. 11 p. 703 E.*

EXCORS, cordis. Adi. [ἔκφρων] *Qui veluti corde et animo ac ſenſu communi, h. e. intellectu caret. Veteres enim ſapientiam in corde collocabant, quam nunc in cerebro ponimus.* Cic. Tuſc. 1, 11 Quid porro ipſe animus, aut vbi, aut vnde, magna diſſenſio eſt: aliis cor ipſum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur. Idem de Amicit. 99 Aperte adulantem nemo non videt, niſi qui admodum eſt excors. *Et* pro Planc. . . . Et quemquam putas fuiſſe tam excordem, qui viuis his, ſtante vrbe, et curia, rediturum me, ſi viuerem, non putaret? Horat. Epiſt. 1, 2, 25 Sub domina meretrice fuiſſet turpis, et excors Vixiſſet canis immundus, vel amica luto ſus. Cic. pro Domo ſua 48 Neque tu eras tam excors, tamque demens, vt neſcires hunc Clodium eſſe, qui contra leges faceret. Hoc qui non videt, excors Cic. Philipp. 5 c. 2. Hor. Serm. 2, 3, 67 Tu me Inſanus eris, ſi acceperis? an magis excors Reiecta praeda, quam praeſens Mercurius fert?

EXCORDOR, āri. Excordaris homo, ſi putas, *etc.* Commodian. Inſtr. 21. *i. inſanis.*

EXCORTICO, āre. Excorticat, λεπίζει, Gloſſ. *Legitur etiam apud* Frontin. de Aquaed. *ſub fin. Sed recte Polen.* excodicentur, *v. v.*

EXCREMENTVM, *vid.* EXCERNO, *et* EXCRESCO.

EXCREMO, āre. Quodcunque immundo ſpiritui excremari ſolet Tertull. de Cultu Fem. c. 6. *i. cremari, adoleri. Etiam* ad nationes c. 10 Odores excrematis, *al.* crematis.

EXCREO, *ſiue* EXSCREO, āre. [ἐχχρέμπτομαι, ἐκπτύω] *Vt quadam exſpuere, et cum motu laryngis vel tuſſi.* Plaut. Amph. Suppoſ. 14 Si minuſculo digito increpuerint fores, hac tegula tuum diminuam caput, vt cum dentibus linguam exſcrees. Spumantem ſanguinem exſcreare Celſ. 2, 7. *Add.* Idem 3, 22 *etc. Amatorium ſymbolum olim fuit.* Ouid. Epiſt. 21, 24 Exſcreat, et ficta dat mihi ſigna nota.

EXCREATIO, *ſ.* EXSCREATIO, ōnis. f. [ἔκπτυσις] Sanguinis exſcreationes Plin. 24, 14. Exſcreationes faciles facit in cibo ſumtum ſinapi Id. 20, 22. Exſcreationes pectoris purgat Id. 20, 22. Ad cruentas exſcreationes teritur in cyathis duobus aceti et mellis Plin. 20, 22.

EXSCREATVS, ûs. m. Cael. Aurel. Tard. 2, 11.

EXCREABĬLIS, e. Adi. [ἐκπτυστός] *Quod excreari poteſt.* Plin. 29, 14 Pulmonum vitia excreabilia facit.

EXCRESCO, ēui, ētum, ĕre. [ἐξαυξάνω] *Creſcere in altum, et cito atque aperte.* Quum ad ſemipedem excreuerint Plin. 19, 8 *ſc. lactucae.* Columel. 5, . . Si ſatis excreuerint, iugo ſupponantur. Plin. 37, 2 Excreſcitque in dies eius rei luxus. Lucan. 4, 11 Colle tumet modico lenique excreuit In altum Pingue ſolum tumulo. In caput excreſcere Quinctil. 4, 1. Excreſcere in longitudinem Plin. 16, 30.

EXCRESCENS caro Scribon. 37, 227. Non excreſcens 228. *Conf.* Plin. 32, 7. *et* 34, 18 ſ. 50.

EXCRĒTVS, a, um. Partic. [αὐξηθεὶς] *Huc refertur* Virgil. Georg. 3, 397 Multi iam excretos prohibent a matribus haedos Excretos, *i.* validiores, Seruius. *Sed rectius ponitur ſub* EXCERNO, *v. v.*

EXCRESCENTIA, ae. f. Viſcerum excreſcentia *laudatur* Plin. 34, 18 ſ. 50. *Sed eſt ibi Participium neutrius generis,* contra excreſcentia.

EXCREMENTA *ab excreſcendo dixit* Sidon. 2, 1 Aream dorſi humilior inter excrementa coſtarum ſpina diſcriminat.

EXCRIBO, *vid.* EXSCRIBO.

EXCRVCIO, āre. [ἐξανιάω] *Valde cruciare.* Ter. Eun. 5, 3, 11 Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo. Idem Heaut. 1, 2, 4 Proin tu ſolicitudinem iſtam falſam, quae te excruciat, omittas. Cic. Verr. 1, 45 c. 17 Socium atque amicum fumo excruciatum ſemiviuum reliquit. Id. pro L. Manil. 11 Omni ſupplicio excruciatum necauit. *Add.* Sueton. Caeſ. c. 16. Tacit. 2, 31, 2. Cic. Fam. 14, 3 Conficior enim moerore mea Terentia: nec meae miſeriae magis excruciant, quam tuae veſtraeque. Omni modo excruciare aliquem Catul. 96, 12. Excruciat animum libido Cic. de Fin. 1, 50. Frigus excruciabat nudos Lucret. 5, 1425. Plaut. Mil. 4, 2, 76 Vide, ne ſis in exſpectatione: ne animi illam excrucies. Idem Epid. 3, 3, 8 Vel quaſi egomet, qui filii cauſa coeperam me excruciare animi. Ter. Phorm. 1, 4, 10 Eheu! me miſerum: quum mihi paueo, tum me Antipho excruciat animi. Excruciatur vicem meam Plaut. Moſt. 3, 1, 8. *i. dolet infortunium meum.* Excruciatus inopia, *vid.* OPVLENTIA.

EXCRVCIABĬLIS, e. Adi. [ἀνιατός] *Dignus, qui excrucietur.* Plaut. Ciſt. 4, 1, 1 Nullam ego me vidiſſe credo magis anum excruciabilem, quam illaec eſt, *etc. Sed aliter* Exitium Prudent. Hymn. Eulaliae v. 114.

EXCRVCIATVS, ûs. m. Prudent. Paſſ. Agnetis, v. 19.

EXCVBICVLARII, orum. m. *Qui cubicularii munere functi ſunt.* Impp. l. 13 de excuſ. libert. 10 C. Maximarum culmina dignitatum, Conſiſtoriani quoque comites, notarii etiam noſtri, et cubicularii omnes, atque excubicularii, ab omnibus ſordidis muneribus vindicentur.

EXCVBO, ui, itum, āre. [παννυχίζω, προκοιτέω] *Vigilare, diligenter cuſtodire. Videtur primo fuiſſe extra domum, ante ianuam cubare, vt procubare eſt ante iacere. Hoc cum deinde frequenter cuſtodiae, tutelae, vigiliarum, cauſa fieret: non nunquam etiam ſine reſpectu ad illam rationem, cuſtodiam ac tutelam ſolam ſignificat. In multis tamen aperta illius originis veſtigia obſeruamus.* Salluſt. in Iugurth. c. 100 Neque ſecus, quam ſi iter faceret, caſtra munire, excubitum in porta cohortes ex legionibus, pro caſtris equites auxiliarios mittere. Tribunus excubans Sueton. Ner. c. 9. Liu. 5, . . Excubare pro portis. Ad portum Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 22. In agro armatos Cic. de Diuin. 1, 112. In muris Liu. 34, . . Caeſ. B. Ciu. 3, 50. *Metaph.* Excubant in tutela ruris in aqua ſatae ſalices Plin. 16, 27. Excubat laurus ante limina, *pro Eſt* Plin. 15, 30. Ante domum excubui Ouid. Amor. 3, 11, 12. Ante fores excubat Cerberus Tibul. 1, 3, 72. Excubare pro pace Modeſt. in l. Famoſi D. ad leg. Iuliam maieſt. Excubare animo, *pro Vigilare, et inquieto animo eſſe*: Cic. Tuſc. 4, 37 Qui ſemper animo ſic excubat, vt ei nihil improuiſum accidere poſſit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum. *Add.* Idem Att. 9, 11. Cic. Philipp. 6, 18 *ſub fin.* Quamobrem Quirites, conſilio quantum potero, labore plus paene quam potero, excubabo, vigilaboque pro vobis. Planc. Cic. Fam. 10, 8 Ex quo intelligi poteſt curam Reipubl. ſummae defendundae iampridem apud nos excubare. ¶ 2 *Obſerua*: Excubatur rerum non animi pretiis Plin. 35, 7 ſ. 32. *Quae ſententia quid ſibi velit, equidem non diuino, neque dixiſſe, quod intelligam, Harduinum, fateor. Sermo eſt de pictura. Olim ea fuit pretioſa, cum pigmenta eſſent vilia. Nunc res contra ſe habet*: Purpuris in parietes migrantibus — nulla nobilis pictura eſt. Omnia ergo meliora tunc fuere, cum minor copia. Ita eſt; quoniam, vt ſupra diximus, rerum non animi pretiis excubatur. *Reſpicit, puto ad* c. 2 Materiam malunt conſpici omnes, quam ſe noſci. *Quid ſi legamus*, Rerum non animi, *i. artis, ingenii*, pretiis aeſtimatur *pictura. Scribebant Librarii* extimatur. *Hinc leui immutatione* excubatur. Excubare, *incubando excudere, vel excludere oua.* Columel. 8, 5, 5 Nouellae gallinae magis edendis, quam excubandis ouis vtiliores ſunt, inhibeturque cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta. *Et mox* ſ. 6 Quoniam aliae melius excubant, aliae editos pullos commodius educant. *Sic et* 8, 14, 7 *primae editiones habent* pullis formandis excubandiſque, *vbi poſt editum* excludendiſque. *Obſeruabilis etiam eſt* Cic. de Diuin. 1, 96 c. 43 Qui praeerant Lacedaemoniis, non contenti vigilantibus curis, in Paſiphaae fano, quod eſt in agro propter vrbem, ſomniandi cauſa excubabant. *Ita MSS. Sed Manutius, quem Lambinus, Dauiſiusque ſequuntur,* incubabant, *malunt, quod eſt ſane verbum ea in re proprium. Poteſt tamen Cicero ad originem verbi reſpiciens id poſuiſſe, pro* extra vrbem cubare.

EXCVBATIO, ōnis. f. [παννυχισμός] Valer. 4, 7, 7 Pro dignitate et ſalute amicorum perpetuam excubationem. *Conf.* L. 3 §. 6 de re milit.

EXCVBĬTOR, ōris. m. [πρόκοιτος, παννυχιστής] *Qui excubias agit.* Iſidor. 9, 3. Columel. 7, 12 Quis cuſtos incorruptior? quis excubitor inueniri poteſt vigilantior? *De canibus.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 69 Haec eadem noctu excubitoribus ac firmis praeſidiis tenebantur. *Add.* Apul. de Dogm. Plat. 2 p. 26. Tribunus excubitor Sueton. Claud. c. 42.

EXCVBIA, ae. f. Ambroſio *tribuitur. Sed vſitatius*

EXCVBIAE, arum. f. [παννυχίδες] *Videtur natura Adiectiuum eſſe, vt* Concubius: Excubiae *intell. ſtationes, vel etiam horae interdum. Deinde conſueta Metonymia pro excubitoribus ponitur. Cum reſpectu ad etymon, de quo in* Excubo *modo dictum eſt.* Plaut. Caſin. Prol. 54 Is ſperat, ſi ei ſit data, ſibi fore paratas clam vxore excubias foris. Cic. pro Marcell. 33 Non modo excubias et cuſtodias, ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus et corporum pollicemur. Idem pro Milon. 68 Si haec arma, ſi Capitolinae cohortes, ſi excubiae, ſi vigiliae, ſi delecta iuuentus, quae tuum corpus domumque cuſtodit, *etc.* Cic. Philipp. 7, 24 Cuius ego excubias et cuſtodias mei Capitis cognoui. Cuſtodum Ouid. Amor. 1, 6, 7. Vigilum Virgil. Aen. 9, 159. Cic. pro Planc. 101 c. 42 O excubias tuas, Cn. Planci, miſeras, o flebiles vigilias, o noctes acerbas, o cuſtodiam etiam mei capitis infelicem! Triſtes excubiae Horat. Carm. 3, 16, 3. Agere excubias Ouid. Faſt. 3, 245. Sueton. Galba c. 10. Diſponere Tac. Hiſt. 2, 44, 4. Habere excubias Plin. 10, 23. Madentes vino Claud. in Nupt. Hon. 80 *pro excubitoribus.*

EXCVBĬTVS, ūs. m. [παννυχισμός] *pro Excubiis.* Hirtius de Bell. Hiſp. 6 Partim vt pedeſtres copiae in ſtatione et excubitu caſtris praeſidio eſſent. Corippus 3, 165 Ingens excubitus, diuina palatia ſeruans Porticibus longis porta condenſus ab ipſa, *etc.* *Add.* 4, 241.

EXCVBIALIS, e. Adi. Obſequium Sariſber. 2, 27.

EXCVBVS, i. m. *i. Excubitor.* Sariſb. l. c.

EXCVDO, excudi, (*et* excuſi *ſecundum* Chariſium *et* Probum) uſum, ĕre. [ἐκκολάπτω] Cudendo efficere, *inquit* Seruius. Virgil. Aen. 6, 848 Excudent alii ſpirantia mollius aera. Excudere, Procudere, et Incus ipſa, a cudendo dicta ſunt, *teſte* Feſto. Ceras excudunt apes Virgil. Georg. 4, 57. Idem Georg. 1, 135 Vt ſilicis venis abſtruſum excuderet Ignem, *h. e. cudendo et concutiendo eliceret.* Excudit Achates ſilici ſcintillam Virgil. Aen. 1, 178 *Vbi* Seruius, Excudit, Feriendo eiecit: quia cudere, eſt ferire. *Quo loco quidam legunt* Excuſſit, *ab* Excutio. Excudere oua *dicuntur* gallinae, *et huiuſmodi animalia: quod et Excludere dicitur. Reſpondet Graeco* ἐκκολάπτειν. Columel. 8, 14, 7 Negatur anſer aliena excudere oua, niſi ſubiecta ſua quoque habuerit. *Vid.* Varro de R. R. 3, 9, 2. *it.* 10 *et* 13. Excudere dicta alicuius Ouid. in Fragm. . . . Excudere aliquod opus, *pro componere* Cic. Att. 15, 26 (27) Librum tibi celeriter mittam, de gloria excudam aliquid Ἡρακλείδειον, quod lateat in theſauris tuis. Effinge aliquid atque excude, quod ſit perpetuo tuum Plin. Ep. 1, 3.

EXCVSOR, ōris. m. [ἐκκολαπτής] *Qui excudit ex aere ſigna, vaſa, etc.* Quinctil. 2, 21 Nam ſi quaeram, quae ſit materia ſtatuarii, dicetur aes; ſi quaeram, quae ſit excuſoris, id eſt eius fabricae, quam Graeci χαλκευτικὴν vocant, ſimiliter aes eſſe reſpondeant.

EXCVLCO, āre. [καταπατέω] *Calcando ſ. inculcando explere.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 73 Simul confirmandi et ſtabiliendi cauſa ſinguli ab infimo ſolo pedes terra exculcabantur. ¶ 2 *Calcando exprimere.* Plaut. Capt. 4, 2, 30 Ex ipſis (*ſcropharum*) dominis, meis pugnis exculcabo furfures, *quibus paſci ſolent ſcrophae.*

EXCVLCĀTVS, a, um. Partic. [καταπεπατημένος] *pro Obſoleto, ſordentique, quaſi tu dicas pedibus et calcando extritum.* Gell. 11, 7 Verbis, inquit, obſoletis, exculcatiſque. *Idem alibi* Inuulgata, ſordentiaque *vocat.*

EXCVLCĀTOR, ōris. m. *Nomen militare, quod in* Notit. Dignit. Imp. Occ. *occurrit aliquoties ſect. Labbeana* 38, *inter* auxilia Palatina, *et ſect.* 40, *inter* numeros intra Hiſpaniam. *Nihil certi habet Pancirolus* c. 22 n. 50. *Stewechius eos quoque ſibi inueniſſe viſus eſt apud* Veget. 2, 15. *poſt* Turneb. 24, 12. *nec repugnat Biſſelius Miſcell. Philol.* c. 6 p. 175. *Sed vehementer variant libri Vegetii. Caeterum poſſunt boni ominis cauſa ita dicti eſſe, qui* exculcarent *hoſtes, vt ille Plautinus iactator, quem modo audiuimus. Promiſerat de illis Scriuerius in nomenclatore ſtrategico.*

EXCVLPO, *vel* EXSCVLPO, pſi, ptum, ĕre. [ἐγχαράττω] *Perfecte ſculpere, vel ſculpendo perficere.* Plin. 33, 9 Quin etiam pocula ita figurantur, exſculptis intus crebris ceu ſpeculis, vt vel vno intuente, populus totidem imaginum fiat. *Legitur etiam* Expulſis. Exſculptis *etiam Harduin.* ſ. 45. Cic. Attic. 13, 28 Tamen neſcio, quid e quercu exſculpſeram, quod videretur ſimile ſimulacri. Signum ex lapide Quinctil. 2, 19, 3. Idem 2, 4, 7 *Metaphor. de ingeniis puerorum,* Materiem eſſe primum volo — Multum inde decoquent anni, multum ratio limabit, aliquid velut vſu ipſo deteretur. Sit modo vnde excidi poſſit, et quod exſculpi. Varro de R. R. 3, 9, 7 Contra ſingulas perticas in pariete exſculpta ſint cubilia earum: *de gallinis. Et mox*, Ita, vt in parietibus circum omnia plena ſint cubilia gallinarum, aut exſculpta, aut affixa firmiter. Exſculpe oculum Ter. Phorm. 5, 8, 96. Exclude *eſt in optimis quibuſdam.* Hos verſus Lacedaemonii exſculpſerunt: neque aliud ſcripſerunt, quam nomina earum ciuitatum, quarum auxilio Perſae erant victi Nep. 4, 1, 3. *Metaphor.* Ter. Eun. 4, 4, 45 Poſſumne ego hodie ex te exſculpere verum. Plaut. Ciſt. 2, 2, 6 Vix exſculpſi, vt diceret. Extorquere *interpretatur* Non. 2, 362, *qui etiam laudat* Lucil. Sat. 2 Nunc nomen, iamque ex teſtibus ipſe rogandum Exſculpo, haec dicam. *Et* Lucil. Vti eſurienti leoni ex ore exſculperet praedam.

EXCVLTVS, *vid.* EXCOLO.

EXCVNEATVS, a, um. Adi. Apul. Florid. 3 *pr.* p. 353, 37 *de theatro referto hominibus,* Extimus quiſque excuneati queruntur, *i. extra cuneos theatri ſe extruſos, vt non aſſidere in gradu poſſent, ſed in viis ſ. ſcalaribus haererent. Sic recte interpretatus eſt Salmaſ. Exerc. Plin.* p. 645 b B.

EXCVRIO, āre. [ἐξαρχαίω] Curia excludere. Varro Hippocyone. Apollonium ideo excuriant, quia nihil habebat. *Antiquum.* Non. 1, 164.

EXCVRATVS, a, um. Partic. [ἐξητοιμασμένος] *Diligenter et cum cura apparatus.* Plaut. Pſeud. 5, 1, 8 Ita excurato victu, ita magnis munditiis, *etc.* Plaut. Caſin. 3, 6, 6 Lepide excuratus inceſſiſti, *ornatus, inſtructus.*

EXCVRRO, curri, *et* cucurri, curſum, ĕre. [ἐκθέω, ἐκτρέχω] *Extra currere, procurrere, vltra terminos.* Cic. Att. 5, 15 Ego dum panes et caetera parantur, excurro in Pompeianum. Liu. 2, 17 Quum plures igni quam ferro armati excucurriſſent, caede incendioque cuncta complent. *Sic Drakenb.* Cic. Verr. 1, 67 c. 26 Excurrat aliquis (*de epulis*) qui hoc tantum domeſtici mali filio ſuo nunciet. Excurremus legati ad Piſonem Cic. Att. 1, 1. Idem de Clar. Orat. 274 Itaque tantos proceſſus efficiebat, vt Euolare, non excurrere videretur. *Metaph. de profectu in eloquentia.* Cic. Fam. 3, 7 Mandaui vtrique eorum, vt ante ad me excurrerent, vt tibi obuiam prodire poſſem. Ex aliquo loco Idem pro L. Agr. 2, 86. Liu. 1, 15 In fines Romanos excucurrerunt populabundi magis, quam iuſti more belli. *Sic Drakenb.* Plaut. Moſt. 2, 1, 12 Ego dabo ei talentum, primus, qui in crucem excucurrerit. Excurrere aliquid dicitur, *Quum protenditur in longum vel latum* Liu. 26, . . Excurrunt germinationes Plin. 17, 26. Cic. de Orat. 3, 188 Ne fluat oratio, ne vagetur, ne inſiſtat interius, ne excurrat longius, vt membris diſtinguatur, *h. e. ne longius diuagationibus obruatur. Sed virtus orationis eſt* Cic. in Orat. 170 c. 51 Quid eſt, cur claudicare aut inhibere orationem malint, quam cum ſententia pariter excurrere? *Proportionem commendat orationis cum argumento, vt numeroſa ſit, ſi ipſum argumentum facile et expeditum, et rhythmi quandam, velutique ſaltationis ſpeciem admittat.* In locum aliquem laetum et plauſibilem, quam maxime poſſint fauorabiliter, excurrere *ſolent oratores* Quinctil. 4, 3, 1. Cic. pro Muraen. 18 Nullum enim vobis ſors campum dedit, in quo excurrere virtus, cognoſcique poſſet. Excurrens in meridiem planities Plin. 17, 5. Excurrit pes in quinque ſyllabas Quinctil. 9, 4, 79. Euentus donationis excurrit in hoc tempus Vlpian. in l. Qui in hoc D. de donat. inter virum et vxorem. Euolant atque excurrunt foras animi Cic. de Diuin. 1, 114. Viginti annorum et quod excurrit pax Veget. 1, 28. Paull. in l. Pub. Maeu. §. fin. D. Depoſiti vel contra, Debetis mihi decem, quos apud Titium depoſuiſtis, Item χειρογράφον decem: item ex ratione patris veſtri decem et quod excurrit, *i. decem aureos et aliquot denarios vel ſeſtertios.* Excurrere *enim id dicitur, Quod ordinem aut modum, i. menſuram, numerumue egreditur.* Cic. in Orat. 178 c. 53 *de numeris oratoriis loquens,* Excurrentia *appellat* verba, Quae vltra rythmum legitimum adducuntur. *Pro Digredi*: *vid.* Egredi, *pro Digredi, in* EGREDIOR.

EXCVRRENS, entis. Partic. Senec. de Benef. 2, 34 Fortis dicitur et ille cum ratione fortuita deſpiciens, et hic ſine ratione in pericula excurrens. Quinctil. 4, 3, 14 Excurrens extra ordinem tractatio.

EXCVRSVS, a, um. Partic. [ἐκδεδραμημένος] Ter. Adelph. 5, 4, 6 Vitam duram, quam vixi adhuc prope iam excurſo ſpatio, mitto. *Sic Codices, teſte Bentleio, vniuerſi. Sed Priſcianus quinquies citans locum, ſemper* decurſo *legit. Itaque pro vulgato,* Prope iam excurſo *legit* Prope decurſo.

EXCVRSVS, ūs. m. [ἔκδρομος] Plin. Epiſt. 5, 6, 43 Vides, vt Aratus minutiſſima etiam ſidera conſectetur et colligat: modum tamen ſeruat, non enim excurſus hic eius, ſed opus ipſum eſt. Excurſus nauigiorum Hirt. B. Alex. 19. Breues excurſus tentare Virg. Georg. 4, 194. *Pro Digreſſione*: *vid.* Egredi, *pro Digredi, in* EGREDIOR.

EXCVRSIO, ōnis. f. [ἐκδρομή] Cic. de Senect. 19 Nec enim excurſione, nec ſaltu vtetur. Idem Orat. 59 c. 18 *vbi de actione praecipit,* Status erectus et celſus; rarus inceſſus, nec ita longus; excurſio moderata, eaque rara. *Nempe cum aliquantum progreditur orator verſus auditores. Subita hoſtium inuaſio atque impetus*: Cic. pro L. Manil. 17 c. 6 Quum vna excurſio equitatus perbreui tempore totius anni vectigal auferre poſſit. Idem pro Deiot. 22 c. 8 Sed quibus

bus fines ſuos ab excurſionibus hoſtium et latrociniis tueretur. Infeſta excurſionibus Barbarorum via Cic. de Prouinc. Conſ. 4. Liu. 30, . . Inde iaculis ſummoti, recurrere ad ſuos, inde excurſiones inuicem fieri. Cic. de Diuin. 2, 26 c. 10 Sed haec fuerit nobis tanquam leuis armaturae prima orationis excurſio, nunc, *etc.* Breues excurſiones Scaeuola in l. 13 Maeuia §. vltim. D. de annuis legatis, *i. itinera.*

EXCVRSO, āre. Cathol. *Hinc*

EXCVRSATIO, ōnis. f. *Idem.* Valer. Maxim. 2, 3, 3. Καταδρομή, Gloſſ. Lat. Gr.

EXCVRSATOR, ōris. m. Ammian. 24 *ſub init.*

EXCVRSOR, ōris. m. [ἐκδρομητής] *Qui excurrit.* Cic. Phil. 4, 15 ſ. *extr.* Eſt igitur Quirites Popul. Roman. victori omnium gentium omne certamen cum excurſore, cum latrone, cum Spartaco. Idem Verr. 2, 22 Petit Naeuius Turpio quidam iſtius excurſor et emiſſarius. *Conf.* Valer. Maxim. 7, 3, 7 *vbi eſt honeſtus miles excurſionibus aptus.*

EXCVSO, āre. [παραιτέομαι, προφασίζω, ἀπολογέομαι] *A* cauſa *deriuatur, in quantum,* αἰτία *ſ. crimen eſt. Vt* Accuſare *et* Incuſare *eſt in cauſam adducere, ita* Excuſare, *inde velut educere et liberare.* Cic. Att. 15, 26 Atticae meae velim me ita excuſes, vt, *etc.* Excuſo me tibi in eo ipſo, in quo te accuſo Idem Q. Fratr. 2 *pr.* *Add.* Plaut. Aſin. 4, 2, 4. Cic. Att. 9, 15 Verum (vt ſcribis) quum ſcimus, viris bonis me nimis excuſo. Excuſa patri tuo caſum, cui paratior apud feminas venia eſt Plin. Ep. 8, 11. Hunc ſolum diem tibi excuſo Idem Ep. 12. *i. tibi non adero.* Cic. Fam. 11, 15 Planco collegae mandaſti, vt te mihi per literas excuſaret. Reditum Agrippinae excuſauit ob imminentem partum et hiemem Tacit. Ann. 1, 44, 2. *i. cauſam allegauit, quod* non *rediret. Sic* Plin. Epiſt. 1, 7 Excuſare Baeticis contra vnum hominem aduocationem, *i. cauſa allata negare et deprecari.* Crimen lacrimis Stat. Theb. 6, 44. Cic. Philipp. 8, 1 Quanquam is quidem, antequam ſententiam diceret, Propinquitatem excuſauit. Idem Verr. 1, 105 c. 40 His omnibus, qui iſtius iniurias norunt, hoc eſt Popul. Roman. vniuerſo, me vehementer excuſatum volo, non negligentia mea fore, vt multa praeteream. Cic. Att. 12, 15 De me excuſando apud Apuleium dederam ad te pridie literas. Si qua meis fuerint, vt erunt, vitioſa libellis, Excuſata ſuo tempore, lector, habe Ouid. Triſt. 4, 1, 1. Excuſatum habeas me, rogo, coeno domi Martial. 2, 79. Caeſ. Bell. Gall. 4, 22 Morinorum legati ad eum venerunt, qui ſe de ſuperioris temporis conſilio excuſarent. Fallacem vnius anni Fidem omnibus annis, omnibusque poſtea ſaeculis excuſet *Aegyptus* Plin. Pan. 32, 4. *re ipſa maiori fecunditate. Sic* Grat. 170 *ita legi vult Gronou. de cane ex tigride concepto, et domi etiam venante,* Quaecunque domi ſibi crimina fecit excuſet, ſilua magnus pugnator adepta, *pro vulg.* Excutiet, *quod tamen ſeruant Vlitius et Burmannus. Certius eſt illud ex* Elegia ad Liuiam de Morte Druſi, v. 415 Deus excuſare priora dum volet, a Druſo caetera laeta dabit. *Vid.* Gronou. *Obſſ.* 2, 13 *p.* 312 *ſq.* Excuſare aliquid, *eſt obtendere et adferre tanquam cauſam facti, vel non facti, quod excuſatione opus habet.* Quinctil. in Paſtu cadauerum ſ. Decl. 12, 25 Tu tamen ſi interpellatus tempeſtatibus ſeruus veniſſes, excuſares mare et ambiguos flatus. *Conf.* Burmann. ib. p. 266. Liu. 26, 22 *de Torquato,* Oculorum valetudinem excuſauit. *Add.* Idem 23, 8. *et* 6, 22. Sueton. Calig. c. 27. *et* Claud. c. 6 *et* 15. *et* Ner. c. 40. *Sic* Plin. 26, 1 Edicto excuſare valetudinem. Iis diuerſa excuſantibus Tacit. Ann. 3, 11, 2. Horat. Epiſt. 1, 7, 67

Ille Philippo
Excuſare laborem, et mercenaria vincla,
Quod non mane domum veniſſet.

Sed Moras excuſat fratri Stat. Theb. 12, 334. *Et* Tarditatem literarum alicuius excuſare Cic. Att. 11, 25. *et* 15, 26. Ouid. Met. 14, 462

Poſtquam mandata peregit,
Auxilium petiit; vires Aetolius heros
Excuſat.

Cauſam negandi adfert vires tenues. Cic. Att. 12, 14 Sed cura, vt excuſer morbi cauſa in dies ſingulos. ¶ 2 Excuſare *interdum impedire eſt, aut prohibere.* Vlpian. l. 1 §. 3 de poſtulando, Initium fecit Praetor ab his, qui in totum prohibentur poſtulare, in quo edicto, aut pueritiam, aut caſum excuſauit: pueritiam, dum minorem annis decem et ſeptem, — prohibet poſtulare. — Propter caſum, ſurdum, qui prorſus non audit, prohibet apud ſe poſtulare. Nec enim erat permittendum ei poſtulare, qui decretum Praetoris exaudire non poterat. Calliſtratus l. 11 de Decurionib. Non tantum, qui tenerae aetatis, ſed etiam qui grandes natu ſunt, decuriones fieri prohibentur: illi quaſi inhabiles Rempubl. tueri, ad tempus excuſantur: hi vero in perpetuum amouentur *Hinc Metaphor.* Pallad. Nou. 7, 2 *de arbuſculis,* Nec a ſe longe ſtatuendae ſunt, vt inuicem ſe a calore ſolis excuſent *eodem ſenſu, quo p. a. dixerat,* Niſi obiectu aliquo defendantur, intereunt. *Sic* ſ. 14 Locis lapidoſis et glareoſis ſi iuuantur lactamine, excuſant ne poma caduca et vermiculoſa naſcantur.

EXCVSANS, antis. Partic. [παραιτούμενος] Cic. de Clar. Orat. 101 Cui tamen Laelius ſe excuſans, non genero minori dixit ſe illud, ſed maiori filiae detuliſſe. Verba excuſantia dicere Ouid. Met. 9, 215.

EXCVSATVS, a, um. Partic. Quo excuſatior ſis Sen. Contr. 1, 4 *extr.* Excuſatiſſimus eſſem Idem de Ot. Sap. c. 29.

EXCVSATE. Adu. [παρῃτημένως] Plin. Epiſt. 9, 21 Licebit rurſus iraſci, ſi meruerit, quod exoratus excuſatius facies. Quinctil. 2, 1 Et fieri id videtur excuſate, *i. citra culpam. Comparat.* Sperabat ſe ſub ſpecie tributariae neceſſitatis excuſatius ſacrilegia commiſſurum Iuſtin. 32, 2, 1.

EXCVSATIO, ōnis. f. [παραίτησις, πρόφασις, ἀπολόγημα] Cic. de Amicit. 37 Nulla eſt igitur excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaueris. Plaut. Aſin. 3, 1, 31 Hic dies ſummus eſt apud me inopiae excuſatio. Deo ne excuſatio quidem eſt inſcientiae Cic. de Natur. Deor. 3, 90. Id. de Orat. 2, 275 Vt ego, qui in delectu Metello, quum excuſationem oculorum a me non acciperet, et dixiſſet, Tu igitur nihil vides? Excuſationem habere valetudinis Cic. in Piſon. c. 6. Idonea et iuſta excuſatio Idem Fam. 16, 25. *et* in Piſon. 36 c. 15. Sapiens et probabilis excuſatio Cic. Att. 8, 16. Omnia ſunt integra nobis: nihil praetermiſſum eſt, quod non habeat ſapientem excuſationem, non modo probabilem. Ea vitia habent aliquid excuſationis, non illius quidem iuſtae, ſed quae probari poſſe videatur Cic. de Sen. c. 18. ¶ 2 *Verba ordine elementorum poſita:* Accipere excuſationem Cic. Fam. 12, 25. Turpis excuſatio minime Accipienda eſt Cic. de Amicit. 40. Idem Fam. 10, 4. Ego autem praeteriti temporis excuſationem Affero, quod te profectum audieram, *vid.* AFFERO. Defendere excuſatione adoleſcentiae, vitia alicuius Cic. pro Cael. 2. Defendit aliquem neceſſitatis excuſatio Idem pro Rabir. Poſt. 27. Defendere ſe excuſatione ſtuporis Cic. de Aruſp. Reſp. 5. Deprecari excuſatione ſummae ſtultitiae, ſummae improbitatis odium Idem pro Caecin. 30. Cic. Fam. 6, 7 Sed vtrique rei excuſationem, tuae vitae conſuetudo Dat. Idem Verr. 4, 125 Sappho, quae ſublata de Prytaneo eſt, Dat tibi iuſtam excuſationem, prope vt concedendum atque ignoſcendum eſſe videatur. Errare poſſe cum excuſatione Cic. Fam. 11, 28. Senec. de Benef. 2, 30 Non eſt, quod quiſquam excuſationem mentis ingratae ab infirmitate atque inopia Eruat, *i.* ſe fingat inopem aut infirmum, ne ingratus videatur. Cic. in Piſon. 36 c. 15 Quod in honoribus veſtrorum propinquorum non Facitis, vel aetatis excuſatione, vel honoris, *i. cum vel honos, vel aetas ſatis vos excuſent,* id in ſalute mea nullo rogante, vos veſtra ſponte feciſtis. Habere excuſationem legitimam Cic. Philipp. 5, 14. Habere excuſationem pietatis, neceſſitatis, et aetatis Idem pro Cael. 2. Non Habet excuſationem ſtultitia Cic. de Orat. 1, 125. Idem Attic. 12, 27 Itaque id ipſum dubito, an excuſationem aliquam ad illum Parem, *vid.* PARO. Cic. in Orat. 230 Nobis autem in ſcribendo, atque in dicendo neceſſitatis excuſatio non Probatur. Quaerere excuſationem Idem pro Rabir. Perd. reo 8. Cic. Att. 9, 14 Hanc eram ipſam excuſationem Relicturus ad Caeſarem. Tegenda excuſatione amicitiae, conſenſio improborum non eſt, ſed potius omni ſupplicio vindicanda Cic. de Amicit. 43. Valent apud aliquem excuſationes alterius Idem pro Sulla 47 c. 16. Cic. Offic. 2, 68 Vtendum etiam eſt excuſatione aduerſus eos, quos inuitus offendas, quaecunque poſſis, quare id, quod feceris, neceſſe fuerit, nec aliter facere potueris. Idem Att. 10, 13 Sed ſi mihi Q. Axius in hac mea fuga HS XIII non reddit, quae dedi eius filio mutua, et Vtitur excuſatione temporis, *etc.*

EXCVSATIVNCVLA, ae. f. Saluian. contra Auar. l. 3 *in.*

EXCVSATOR, ōris. m. Auguſtin. de C. D. 3, 20. Saluian. de Gub. D. 3 p. 96.

EXCVSABĪLIS, e. Adi. [παρῃτητός] Crimen excuſabile Ouid. ex Pont. 4, 1, 1. Pars delicti excuſabilis Idem ibid. 1, 7, 41. Excuſabilior error Valer. Max. 8, 11, 4.

EXCVSABILITER. Adu. *Vnde* Excuſabilius *ap.* Paullin. Nol. Ep. 39 n. 4. *et* Auguſtin. de Trinit. 14, 15 *extr.*

EXCVSABVNDVS, a, um. Adiect. Apul. Apol. p. 324, 14 Quamquam etſi deſtrictius magum me dixiſſet, poſſet videri excuſabunda ſe filio vim meam quam voluntatem ſuam, cauſari maluiſſe. *Eſt ergo* excuſabunda, *quae excuſandi cauſa aliquid dicit vel facit.*

EXCVSAMENTVM, i. n. *Excuſatio.* Mart. Capell. 8 p. 272.

EXCVSOR, ōris. m. EXCVSVS, *vid.* EXCVDO.

EXCVSSATVS, EXCVSSE, EXCVSSORIVS, EXCVSSVS, *vid. mox ſub* EXCVTIO.

EXCVTIO, ſſi, ſſum, ĕre. [ἐκτινάσσω, ἀποσφενδονίζω] *Ab* Ex *et* Quatio; *ſignificat Mouere per vim loco ſuo, et deiicere: vt,* Excuſſae in terram literae Cic. de Natur. Deor. 2, 93. Perſ. 3, 100 Sed tremor inter vina ſubit, calidumque trientem Excutit e manibus. Amplexus Ouid. Met. 9, 52. *Sed Burmann.* Exuit amplexus. Arcus ſaeuos Ouid. de Arte Am. 3, 29. Caeſariem excuſſit Idem Met. 1, 179. Plaut. Aulul. 2, 1, 29 Quia miſero mihi Cerebrum excutiunt dicta tua, *etc.* Cibos excutere ore Stat. Theb. 5, 603. Clauum lapide Plaut. Men. 1, 1, 10. Comas, *furentis habitus* Quinctil. 11, 3, 71. Conditionem ſuae fortis Ouid. Triſt. 3, 14. Quaecunque domi ſibi Crimina fecit, Excutiet ſilua magnus pugnator adepta Gratius Cyneg. v. 169. *Sed al.* Excuſet, *v. v.* Curru excuſſus Virg. Aen. 10, 590. Idem Aen. 3, 200 Excutimur Curſu, et caecis erramus in vndis. Delicias Claud. in Eutrop. 2, 147. Delicias et ineptias aliquorum Cic. pro Cael. 67. Ab Equis excuti Ouid. in Ibin 1, 580. Equitem excutere, *dicitur* equus Liu. 8, . . Feras cubilibus Plin. in Paneg. 81. Flammas pectore Ouid. Met. 7, 17. Floſculis caſuris ſi leuiter excutiantur, nitet oratio Quinct. 12, 10, 73. Foedus conceptum Virgil. Aen. 12, 158. Genus totum maledicto excuſſit calamitas Cic. pro Domo ſua 76. Gladium morituro Senec. de Benef. 3, 9. Gradus ambulantium excutit tremor fabricae Pallad. 1, 9, 2. *vt certos pedes ponere non poſſint.* Habenas per colla iubaſque Ouid. Met. 5, 404. Hirudinem faucibus adhaerentem excutere Scribon. 199. Cic. pro Sulla . . Qui ſi attulerint neruos et induſtriam, mihi crede, excutient tibi iſtam verborum Iactationem, et te ex ſomno ſaepe excitabunt, *i. adiment.* Ignem Plin. 16, 40. Ignem de crinibus Ouid. Met. 12, 281. Cic. de L. Agr. 2, 60 Qui non modo reges, atque exterarum nationum homines, ſed etiam Imperatores noſtros excuſſerunt. Intentio mentis mora, et interdum iracundia excutitur Quinctil. 10, 3, 20. Iugum excutere, *Nolle obedire: Tractum ab equis, vel bobus aratoriis, qui dum arare nolunt,* Iugum excutiunt: Plin. Paneg. c. 11. Iuuentutem, *vid. mox* n. 2. Lacrimas excutere alicui, *Prouocare aliquem ad lacrimas* Ter. Heaut. 1, 1, 115. Mentem alicui, *i. adimere* Plin. Epiſt. 1, 18. Sen. Ep. 7. Ouid. Faſt. 1, 16 Deque meo pauidos excute corde Metus. Moenia fundo excutiam Stat. Theb. 3, 249. Numos mihi de manu Vlp. in l. Si ſeruus ſeruum §. Si quis de manu D. Ad leg. Aquil. Plaut. Perſ. 5, 2, 50 At ego tibi hoc continuo cyatho Oculum excutiam tuum. *Add.* Sen. Ep. 9. Onus viſceribus, *i. abortum facere* Ouid. Epiſt. 11, 42. Opinionem hanc mihimet excutere volui radicitus Cic. Tuſc. 1, 111. Pacem excuſſerat orbi Lucan. 1, 69. Virgil. Aen. 7, 299 Quin etiam Patria excuſſos infeſta per vndas Auſa ſequi. Pennas excuſſit Boreas Ouid. Met. 6, 703. Querelas Claud. de B. Get. 25. Quies terrore excutitur Ouid. Faſt. 4, 667. Rationem excutere, *vel examinare, i. conficere et ſubducere rationem militum* Plin. Epiſt. 7, 31. Riſum ſibi Horat. Serm. 1, 4, 35. Sceptris excuti ab aliquo, *i. a regno deiici* Ouid. Faſt. 4, 198. Scintillam ſilici Virgil. Aen. 1, 178. *Sed meliores ibi* Excudit. Excutiunt ſe iumenta poſt Volutationem Veget. Mulom. 3, 42, 1. Ter. Phorm. 4, 1, 20 Quod ſi ſit: vti me excutiam, atque egrediar domo, id reſtat, *i. reſoluta dote diſcedam e matrimonio illius.* Senſus mihi excuſſit nimius dolor Sen. Herc. Oet. ſ. 10. Seram poſte Ouid. Amor. 1, 6, 24. Cic. Fam. 9, 10 Tu adeo mihi excuſſam Seueritatem veterem putas, vt ne in foro quidem reliquiae priſtinae frontis appareant? Sitim vndis Sen. Herc. Oet. ſ. 8. Somno excuti Virgil. Aen. 2, 302. Ouid. Faſt. 1, 547. Soporem Ouid. Met. 11, 677. Spiritum impulſu ſubito *naribus* excutere Quinctil. 11, 3, 80. *vt faciant ſternutantes.* Cic. pro Muraena 26 c. 14 Omnia iſta nobis Studia de manibus excutiuntur.

tur. Summam pecuniae cuipiam Vlpian. in l. Si fideiuſſor §. Si cum debitor D. Mandati. Tela alicui Ouid. Amor. 2, 5, 52. Venabula roſtro excuſſit ſus Idem Met. 10, 713. Verba fortia alicui Tibul. 2, 6, 12. Vomitum alicui Plaut. Merc. 3, 3, 15. Verbum aliquod excutere et explicare Cic. in Partit. 124 c. 36. ¶ 2 *Diligens examen et inquiſitionem in quibusdam formulis ſignificat.* Cic. Off. 3, 81 c. 20 Explica atque excute intelligentiam tuam, vt videas, quae ſit in ea ſpecie forma, et notio boni viri. Quinctil. 7, 1, 34 Quae res faciliorem diuiſioni viam praeſtat, eadem inuentioni quoque, excutere quidquid dici poteſt, et velut reiectione facta ad optimum peruenire. *Sic* 5, 10, 35 Cauſae — ad defendendum quoque excuti ſolent. *Sic* 10, 1, 104 Excutere Bibliothecas: *item* ſcriptores 1, 4, 3. *Nempe proprie* excutiuntur *veſtes, ſinusque eorum, qui furti ſuſpecti ſunt.* Plaut. Aul. 4, 4, 19 Euclio *ad* Strobilum, Agedum, excute dum pallium. STR. Tuo arbitratu. EVC. Ne *(i. annon)* inter tunicas habeas? STR. Tenta qua lubet. — EVC. Iam ſcrutari mitto. Cic. pro Roſc. Amer. 97 Nihil eſt Glaucia, quod metuas, non excutio te: ſi quid forte ferri habuiſti, non ſcrutor. Plin. 7, 36 A ianitore ſemper excuſſa, ne quid inferret cibi, deprehenſa eſt vberibus ſuis alens eam. *Conf.* Valer. Maxim. 5, 4, 7. Quinctil. 7, 1, 30 Excuſſerunt illi patrem, et aurum in ſinu eius inuenerunt. *Vid. Burmann. p. 587.* Vlpian. l. 1 D. De magiſtrat. conueniendis, Prius enim arbitror conueniendum eum, qui hoc ſuſcepit: deinde excuſſis eius Facultatibus, tunc veniendum ad collegam. Idem in l. ſi mandauero D. Mandati, Si tibi mandauero, vt excuteres Vires hereditatis. *Et paullo poſt*, Si mandaui tibi, vt Vires excuteres eius, cui eram crediturus. Cic. pro Planc. 29 Facilis eſt illa occurſatio et blanditia popularis: aſpicitur, non attrectatur: procul apparet, non excutitur, non in manus ſumitur. Idem Tuſc. 1, 88 c. 36 Illud excutiendum eſt, vt ſciatur, quid ſit carere, ne relinquatur aliquid erroris in verbo. Verba Senatuſconſulti excutiamus Vlpian. in l. 2 D. ad Senatuſc. Velleian. Excutere debitorem: Paullus l. 46 §. 6 D. de adminiſtr. tut. Non prius pupillus ad magiſtratus reuerti poteſt, quam omnes Tutores excuſſi fuerint. *i. quam actione tutelae expertus ſit, an ab eis ſuum ſeruare poſſit.* Labeo l. 60 §. 4 D. Locati, Mandaui tibi, vt excuteres, quanti villam aedificare velles? Renunciaſti mihi, ducentorum impenſam excutere. *Videtur legendum* excurrere. *Sic ad Clodium:* Cic. de Aruſp. Reſp. 37 c. 18 Niſi forte tibi eſſe ignotum putas, quod te iudices dimiſerunt excuſſum et exhauſtum, ſuo iudicio abſolutum, omnium condemnatum: *iudicibus corruptis ex illo iudicio indemnatus diſceſſerat: qui cauerunt, ne quid illi relinquerent.* *Eligere:* Cic. Philipp. 12 c. 7 Iuuentutem omnem ex tota Italia excuſſimus. *Sic MSS. et Muret. Graeu. Al.* exciuimus. *Sed* excuſſimus *etiam ſententiam acriorem facit, ſiue latibulis ſuis etiam qui ſubtrahere ſe vellent excuſſos intelligas, vt* Feras cubilibus; *ſiue ea ſententia, de qua hic agimus.*

EXCVTIENDVS, a, um. Partic. [ἐκτιναχτέος] Puluis excutiendus digitis Ouid. de Arte Am. 1, 150. Idem Epiſt. 17, 186 *Helena Paridi*, Quod male perſuades, vtinam bene cogere poſſis: Vi mea Ruſticitas excutienda fuit!

EXCVSSVS, a, um. Partic. [ἐκτετιναγμένος] Cic. pro Sulla 47 c. 16 Noli aculeos orationis meae qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari. Excuſſus a rheda vel curriculo Scribon. 101. Agna excuſſa dentibus lupi Ouid. Triſt. 1, 1, 78. Sen. Herc. Oet. 706 Vagus per Artus errat excuſſos tremor. Brachia excuſſa iactare Ouid. Met. 5, 596. Quinctil. 8, 3, 22 Plerique minimis etiam Inuentiunculis gaudent, quae excuſſae viſum habent, inuentae facie ingenii blandiuntur. Lacerto excuſſo vibrare, rotare, torquere Ouid. Ep. 4, 43. Stat. Theb. 10, 740. Senec. de Benef. 2, 6. Lancea excuſſa lacertis Lucan. 3, 382. Propert. 2, 13, 27 Barbarus excuſſis agitat veſtigia Lumbis, Et ſubito felix nunc mea regna tenet. *Inuidet Poëta alteri volutanti ſe in lecto amicae ſuae:* mea *ad* veſtigia *et ad* regna *pertinet.* Nubibus excuſſis ignis eliſus Ouid. Met. 8, 339. Nauis excuſſa magiſtro Virg. Aen. 6, 353. *i. de qua magiſter excuſſus fuit.* Rudentes excuſſos laxare Idem Aen. 3, 267. Specillum excuſſum Scribon. 10. *Conf.* Rhod. in Lexic. Scrib. Togula Martial. 4, 66. Tuſci grandine excuſſi Plin. Epiſt. 4, 6, 1. Vulgo excuſſo patuere ſedilia Stat. Theb. 6, 449. Pectore noſtro excuſſus dicitur, *cuius obliti ſumus* Virgil. Aen. 5, 679. *Superlat.* Os hominis palma excuſſiſſima pulſat Petron. c. 95. *i. vehementiſſime iactata et vibrata. Vid.* Excuſſa Brachia, Lacertus.

EXCVSSVS, ûs. m. Prudent. Periſteph. 5, 226.

EXCVSSIO, ōnis. f. [ἐκτιναγμὸς] Gloſſ. Vet. *ICtis eſt Diligens inquiſitio.*

EXCVSSO, āre. Frequent. Virginum flos etiam humanam libidinem excuſſat Tertull. de Vel. Virg. c. 7.

EXCVSSATVS, a, um. Partic. Paull. l. 46 §. 6 D. de adminiſt. tut. Non prius ad eos reuerti pupillus poteſt, quam omnes tutores excuſſati fuerint. *Gothof. leg.* excuſati.

EXCVSSE. Adu. [ἐκτετιναγμένως] *Accurate.* Senec. de Benef. 2, 17 Si cum tirone et indocto *(negotium eſt in pilae luſu)* non tam rigide, nec tam excuſſe, ſed languidius et in ipſam eius dirigentes manum, remiſſe occurremus.

EXCVSSORIVS, a, um. Adi. [ἐκτιναχτικὸς] *Cribri epitheton, credo, paullo rarioris.* Plin. 18, 11 Cribrorum genera Galli e ſetis equorum inuenere: Hiſpani e lino excuſſoria et pollinaria: Aegyptus e papyro atque iunco.

EXCVTIA, ae. f. *vel* EXCVTIVM, i. n. *Apud* Plaut. Curc. 4, 4, 22 *legit Lambinus, et intell. breues ſcopas, ſetasue, quibus puluis e veſtibus excutitur. Editur* Axicia.

E X D

EXDECIMO, āre. [ἐκδεκατόω] Decimum quemque eligo, *interprete* Feſto: *a verbo* Decimo, *quod eſt Decimam partem detraho: Et in ſequiorum temporum auctoribus ponitur pro Deligere, excerpere.* Symmach. Epiſt. 5, 83 *ſcribitur et* Edecimo, *et* Edecumo. *v. v.*

EXDORSVO, āre. [ἐκνωτόω] *Dorſum confringere, dum apparantur piſces et exenterantur.* Plaut. Aulul. 2, 9, 2 Dromo deſquama piſces: tu Machaerio congrum, muraenam exdorſua quantum potes.

EX-DVCE, *qui dux fuit.* Eodem tempore Serenianus ex-duce Ammian. 14, . . *Sed* Capitolin. Gord. 22 A Gallicano Ex conſulibus et Maecenate, Ex ducibus interemti ſunt. *Vid.* EX, n. 6.

EXDVTAE, Exuuiae, Feſtus. *Videntur ergo, vt induere, dixiſſe etiam* exduere, ἐκδύσασθαι.

EXĔCO, ui, ctum, āre. [ἀποτέμνω] *Quod rectius in hodiernis editionibus plerumque ſcriptum inuenimus,* EXSECO, *in antiquioribus interdum* EXSICO, *eſt Excidere.* Columel. de Arborib. c. 26 Arborem quam inſerere voles, ſerra diligenter exſecato ea parte, quae maxime nitida et ſine cicatrice eſt. Cic. pro Cluent. 187 c. 66 Nam Stratonem quidem Iudices, in crucem actum eſſe exſecta ſcitote lingua. Idem Att. 2, 1 Non minus probanda medicina, quae Sanaret vitioſas parteis Reipubl. quam quae exſecaret. Horat. Sat. 1, 2, 14 Quinas hic capiti mercedes exſecat, *i. quintuplices vſuras exigit.* Armarii fundum exſecuit Cic. pro Cluent. 176 c. 64. *Per translationem:* Idem pro L. Agr. 2 c. 33 Neruis vrbis omnibus exſectis, vrbem ipſam ſolutam ac debilitatam reliquerunt. Exſecare medicina *dicitur* et ſanare Cic. Att. 2, 16. Exſecare peſtem Reipubl. Idem pro Sext. 135 c. 65. ¶ 2 Eſeco *legi apud* Sammonicum Serenum *obſeruari video. Nihil vero deprehendo in editionibus plerisque certe. Vid.* EXECTVS.

EXECTVS, *vel* EXSECTVS, a, um. Partic. [ἀποτμητὸς] Cic. de Nat. Deor. 2, 63 Nam vetus haec opinio Graeciam oppleuit, ſc. exſectum Caelum a filio Saturno, *i. caſtratum.* Cornu exſecto frons Horat. Serm. 1, 5, 59. Paullus in l. Anniculus admittetur D. de Verborum et rerum ſignificatione, Falſum eſt eam peperiſſe, cui mortuae Filius exſectus eſt. *Quaedam exemplaria legunt* Extractus. Virum exſecta iuuentus, *i. Spadones, ſexum virilem exectum habentes* Lucan. 10, 134. Claudian. in Eutrop. 1, 468 Exſecti Veneris ſtimulos, et vulnere caſti. Lingua Lucan. 2, 181. Siluae Claud. Conſ. Stil. 1, 198. Splen exectus Sammon. 433. Iecur Ibid. 854. Viſcera viuae ſtrigis Sen. Med. f. 9. Exectus et exemtus honoribus Plin. Epiſt. 2, 12, 3.

EXECTIO, ōnis. f. [ἀπότμησις] Cic. pro Cluent. 180 c. 64 Quum exectio illa fundi in armario animaduerteretur, *etc.* Linguae exſectio Ibid. c. 67. Virilium exſectiones Arnob. 5 p. 165.

EXSECTOR, ōris. m. Deteſtabilis exſector virilitatis Apul. Met. 8 p. 208.

EXĔCRO, *ſeu potius* EXSĔCRO, āre. *ab* Ex *et* Sacer. Afranius Incendio, Experiurabant, exſecrabant ſe ac ſuos. Nonius 7, 45. *et* Priſc. 797. *Sed frequentius eſt*

EXECROR, āri. [ἐπαρχόμαι, καταρχόμαι] *eſt Verbis duris et execratione plenis imprecari.* Cic. Off. 3, 11 Itaque accepimus Socratem exſecrari ſolitum eos, qui primum haec natura cohaerentia diſtraxiſſent. *Add.* de Legg. 1, 34. Exſecrari et deteſtari Liu. 5, . . Cic. in Piſon. 33 c. 14 Tibi proficiſcenti euenit, vt omnes exſecrarentur, male precarentur, vnam tibi illam viam et perpetuam eſſe vellent. Odiſſe aliquem, ei peſtem exoptare, et eum exſecrari Cic. in Piſon. 96 c. 40. Gentem Ouid. Met. 14, 191. Terram Virgil. Aen. 3, 273. Liu. 1, 59 *extr.* Inter hunc tumultum Tullia domo profugit, exſecrantibus quacunque incedebat inuocantibusque parentum furias viris mulieribusque. Liu. 39, 51 Exſecratus deinde in caput regnumque Pruſiae, et hoſpitales deos violatae ab eo fidei, teſtes inuocans, poculum exhauſit. *Add.* Idem 30, 20.

EXECRANS, antis. Partic. [ἐπαρώμενος] Verba exſecrantia edere Ouid. Met. 5, 105. Vota exſecrantia nomen alicuius Idem in Ibin. 93.

EXECRATVS, a, um. Partic. [κατάρατος] Exſecratiſſima auguria Plin. 8, 2. Ciuitas exſecrata Horat. Epod. 16, 18. Columna Cic. Phil. 1 c. 2. Exſecratum malum odore et amaritudine, *h. e. ingratum vel guſtu vel odore.* Plin. 13, 16 Alia eſt arbor eodem nomine malum ferens exſecratum aliquibus odore et amaritudine. *Et in ſignificatione actiua.* Exſecratus aniculae inſidias Petron. c. 7. Se ipſum et ſuos exſecratus Valer. Maxim. 3, 2, 20. *i. deuouens. Add.* Frontin. Strat. 4, 5, 16. Exſecratiſſimus pharmacopola Scribon. 199. *Add.* Lactant. de Mort. Perſ. c. 22.

EXECRANDVS, a, um. Partic. paſſ. [ἐπάρατος] Cic. Philipp. 2, 65 c. 26 Deinde quum Pompeii ſector, non te exſecrandum Pop. Roman. non deteſtabilem, non omnes tibi deos, omnes homines et inimicos, et futuros ſcias? Exſecranda res atque peſſima Plin. 7, 13. Exſecrandiſſimum nefas Saluian. de Gubern. 7 p. 284.

EXECRABĬLIS, e. Adi. [βδελυρὸς] *Deteſtandum et abhorrendum.* Liu. 31, 17 Praeeuntibus exſecrabile carmen ſacerdotibus, *i. quo ſe deuouent.* Exſecrabile ac dirum Valer. Max. 1, 1, 15. Liu. 26, 13 Vetus atque vſitata res eſt, in oppugnanda hoſtium vrbe, labores ac pericula pati: illud irae atque odii exſecrabilis indicium eſt. *Etiam hic actiue ponitur.* Plin. 9, 48 Sed nullum vsquam exſecrabilius, quam radius ſuper caudam eminens, *etc.* Trygonis, quam noſtri Paſtinacam appellant, *i. pernicioſius. Add.* Aurel. Victor de Caeſ. c. 17.

EXECRABILĬTER. Adu. *Vnde* Exſecrabilius odiſſe Auguſt. Conf. 8, 7.

EXECRABILĬTAS, ātis. f. Apul. Doctr. Plat. 2 p. 21.

EXECRAMENTVM, i. n. *Idem ac Execratio.* Tertull. Apol. c. 22. *et* adu. Iud. c. 5. *it.* Vulg. Sirac. 15, 13.

EXECRATIO, *ſiue* EXSECRATIO, ōnis. f. [ἀρὰ, κατάρα] Salluſt. in Catil. c. 22 Fuere ea tempeſtate, qui Catilinam oratione habita dicerent, quum iusiurandum populares ſceleris ſui adigeret, humani corporis ſanguinem vino permiſtum in pateris circumtuliſſe: inde quum poſt exſecrationem omnes deguſtauiſſent (ſicuti in ſollemnibus ſacris fieri conſueuit) aperuiſſe conſilium ſuum, atque eo dictam rem feciſſe, quo inter ſe magis fidi forent alius alii. Fides, exſecratio, dextrae, et complexus, *quibus nempe rebus Cleomeni deuinctus erat Verres.* Cic. pro Sext. 17 Hunc *Clodium* vir clariſſimus, mihique multis repugnantibus amiciſſimus Cn. Pompeius omni Cautione, foedere, exſecratione deuinxerat, nihil in Tribunatu contra me eſſe facturum. *Eſt igitur firmamentum foederis* exſecratio. Cic. Verr. 5, 104 c. 40. Idem pro Sext. 71 Exierunt Malis ominibus atque exſecrationibus duo vulturii paludati. Liu. 26, 25 Acarnanes a XXV ad LX annos coniurant, niſi victores ſe non redituros: qui victus acie exceſſiſſet, eum ne quis vrbe: tecto, menſa, lare reciperet. Diram exſecrationem in populares, obteſtationemque, quam ſanctiſſimam potuerunt, aduerſus hoſpites compoſuerunt. Cic. Att. 2, 18 Habet etiam Campana lex exſecrationem in coitione candidatorum, ſi mentionem fecerint, quo aliter ager poſſideatur, atque vt ex legibus Iuliis. Idem Off. 3, 55 c. 13 Quid enim eſt aliud, quam viam erranti non monſtrare (quod Athenis exſecrationibus publicis ſancitum eſt) ſi hoc non eſt emtorem pati ruere, et per errorem alterum inducere? *Vid.* Quinct. 11, 1 *p. 980 Burm.*

EXSECRATOR, ōris. m. Tertull. de Pudic. c. 15. Auguſt. Ep. 166 *ſub fin.*

EXECVTIO, *vid.* EXEQVOR.

EXEDENTVLVS, a, um. Adi. *Idem ac Edentulus; Qui dentibus caret.* Tertull. de Pall. c. 5.

EXĔDO, edis *vel* es, ĕdi, ĕſum, ĕre, *et* Exeſſe. [ἐξέδω, κατέδω] *Conſumere.* Ter. Phorm. 2, 2, 4 Tibi omne eſt exedendum. Cic. Tuſcul. 3, 27 c. 13 Lacerat, exeſt animum, planeque conficit. *De aegritudine.* Aegritudines exedunt homines Idem Tuſc. 5, 16. Ardor flammeus exederat ſiluas Lucret. 5, 1252. Argentum viuum exeſt ac perrumpit vaſa Plin. 33, 6. Ad carnem ſupercreſcentem exedendam Celſ. 5, 22. Labor exedit homines Valer. Argon. 4, 470. Malum exedit artus penitus Sen. Herc. Oet. ſ. 9. Mors lenta iacentis Exedit puerile decus Stat. Silu. 2, 1, 155. Tineae exedunt caput Claud. in Eutrop. 1, 114. Lucan. 2, 73 — Vincula ferri Exedere ſenem, longusque in carcere paedor. Virus exedit artus Sen. Herc. Oet. ſ. 7. Ter. Heaut. 3, 1, 53 Quid te futurum cenſes, quem aſſidue exedent? Lucret. 3, 1007 Sed Tityus nobis hic eſt, in amore iacentem Quem volucres lacerant, atque exeſt anxius Angor. Cura exedit medullas Catul. 64, 23. Exedunt animos moerores, conficiuntque curis Cic. de Fin. 1, 59 c. 18. Virgil. Aen. 5, 785. *Conqueritur de Iunone Venus*, Non media de gente Phrygum exediſſe nefandis Vrbem odiis ſatis eſt. *Sic etiam Seruius legit, qui hoc muliebriter dictum putat.* ¶ 2 *Apud* Plautum Curc. 1, 1, 45 *legitur*, Nimis formidabo, ne exedat. *Hic obſcenum quiddam ſubeſſe quibusdam videtur. Et eſt ſane in loco, quem comparant,* Apul. Met. 8 p. 213, 32 *vbi Cinaedi ad ſuum magiſtrum*, Heus, caue, aiunt, ne ſolus exedas tam belluum ſcilicet pullulum, *etc. Sed apud* Plautum *videtur optimum eſſe, vt dicenti* Recte tenes, *i. percepiſti ſcurrili captatione verbi, Plauto ſollemniſſima, reſpondeatur,* Minus formidabo ne excidat.

EXĔDOR, edi. Paſſ. Cic. de Fin. 1, 51 c. 16 Easque ipſas ſolitudines, quibus eorum animi noctes diesque exeduntur, a diis immortalibus ſupplicii cauſa importari putant. Exſpectando exedor miſer, atque exenteror Plaut. Epid. 3, 1, 1.

EXESVRVS, a, um. Partic. Plin. 26, 13 *extr.* Naſcuntur in ſanguine ipſo hominis animalia exeſura corpus: *de phthiriaſi.*

EXĒSVS, a, um. Partic. [ἐξεδηδομένος] Cic. Tuſc. 5, 65 c. 23 Apparebat epigramma exeſis poſterioribus partibus verſiculorum dimidiatis fere. Curis exeſus Valer. Argon. 2, 137. Cic. in Topic. 15 Si aedes exeſae corruerint, vitiumque fecerint. Antrum Sen. Thyeſt. ſ. 1. Arboris exeſae antrum Virg. Georg. 4, 44. Exeſas tineis opicasque euoluere Chartas Auſon. Epigr. 22, 3. Dens exeſus Scribon. 53. 95. Fruges exeſae in horreo ventilentur Columel. 1, 6. Genae Tibull. 1, 11, 37. *Vid. Brouckhuſ.* Ligones ſitu exeſi Claud. in Conſ. Stil. 1, 195. Mons Virgil. Georg. 4, 419. Pila exeſa rubigine Idem Georg. 1, 495. Pumex Ouid. Faſt. 4, 495. Rupes exeſae Lucan. 3, 226. Scopuli Senec. Herc. fur. 2. Tunica exeſa Scribon. 23.

EXĒSOR, ōris. m. [ἐξέδων] Aeſtus aequoris exeſor murorum circum litora Lucret. 4, 220. *et* 6, 926.

EXEDRA, *ſ. vt malunt alii propter etymon* EXHEDRA, ae. f. [ἐξέδρα] *Locus ad conſidendum idoneus.* Vitruu. 5, 11 *de Palaeſtrarum aedificatione*, Conſtituantur autem in tribus porticibus exedrae ſpatioſae, habentes ſedes in quibus philoſophi, rhetoresque, ac reliqui, qui ſtudiis delectantur, ſedentes diſputare poſſint. *Et* 7, 9. Apertis vero locis, id eſt Periſtyliis aut Exedris, aut caeteris eiusmodi locis, quo Sol et Luna poſſit ſplendores et radios immittere, *etc.* Cic. de Fin. 5, 6 Etſi multa in omni parte Athenarum ſunt in ipſis locis indicia ſummorum virorum: tamen ego illa moueor exedra. Modo enim fuit Carneades, quem videre videor. Idem de Prouinciis Conſularibus 14 Itaque ille alter, aut ipſe eſt homo doctus, et a ſuis Graecis ſubtilius eruditus, quibuscum iam in exedra helluatur. *Sic editt. vett. quidam ex ingenio* orcheſtra. *A Grutero inde* Exoſtra. *Exedrarum vſum frequentem fuiſſe apud Romanos, docet* Cic. de Natur. Deor. 1, 15 c. 6 Nam quum feriis Latinis ad eum ipſius rogatu, arceſſituque veniſſem, offendi eum ſedentem in exedra, et cum Caio Velleio Senatore diſputantem. De Oratore 3, 17 c. 5 *de meridiana quiete loquens*, Quum dedita, *inquit*, opera quieſcentibus aliis in eam exedram veniſſet, in qua Craſſus lectulo poſito recubuiſſet. *Ordinarie itaque in* Exedra *non ſunt lecti, ſed ſedilia modo: hic lectulus illatus.*

EXEDRIVM, i. n. Dimin. *ab* Exedra. Cic. Fam. 7, 23 Exedria quaedam mihi noua ſunt inſtituta in porticula Tuſculani: ea volebam tabellis ornare.

EXEDVM, i. n. *Herba*, Plin. quae veternoſa curat: *vid.* 24, 19.

EXEDVRATVS, a, um. Adi. Mollitus, euigoratus, exeduratus, *i. duritie priuatus et deſtitutus. Vid.* EXODORATVS.

EXEFFICIO, ĕre. *Perfecte efficio. Acidal. Pareus* Plauto Curc. 2, 3, 85. *et* Truc. 5, 1, 17 *ad fulciendum verſum reddi volunt. Sed neſcio, an exemplum ſit aliud geminatae in vna verbo eiusdem Praepoſitionis.*

EXEGĒSIS, is. f. [ἐξήγησις] *Narratio, expoſitio.*

EXEGETICVS, a, um. Adi. [ἐξηγητικὸς] *Ad exegeſin ſpectans.*

EXEGEMATĬCVS, a, um. Adi. [ἐξηγηματικὸς χαρακτὴρ] *Latine Narratiuus, vel Expoſitiuus dici poteſt, quum ſcilicet narrationis ſeries nullius perſonae interlocutione interrumpitur, cuiusmodi eſt apud* Virg. *in tribus primis libris* Georg. *et in duabus* Ecl. *quarum initia ſunt,* Sicelides Muſae, paullo maiora canamus. *Et*, Prima Syracoſio dignata eſt ludere verſu. *Dictus ἐξηγηματικὸς, ἀπὸ τοῦ ἐξηγεῖσθαι, quod inter caetera ſignificat Narrare, ſiue Exponere.*

EXEGĒTES, *ſiue* EXEGETA, ae. m. [ἐξηγητής] *Sacrorum interpres, vel Augur.*

EXEMPLVM, i. n. [παράδειγμα, ὑπόδειγμα] *Si vna et generali notione comprehendendum ſit, videtur eſſe, quidquid eam rationem habet, vt* ex vno plura (ἐξ ἑνὸς πλείω) *vel fieri poſſint, vel intelligi, quam ipſam quoque vocis originem putamus, facile, ſi opus ſit, pluribus illuſtrandam.* Ex *autem hic ſimilitudinis et conuenientiae vim habet, vt* ex ſententia, ex vero, *etc. Fuerit ergo* exemplum, *in quantum quidque ſimilia ſibi habet, habere certe poteſt, aut debet adeo, ſiue ipſum intelligamus primum, ad quod alia conformantur, quod* Archetypum ἀρχέτυπον, πρωτότυπον, *vulgo* Originale *vocatur alias; ſiue eiusdem auctoritatis,* ἴσον, ἰσότυπον; *ſiue denique ex alio deſumtum, et ad illius ſimilitudinem factum,* ἀντίτυπον, *ſ.* ἀντίγραφον, *vulgo* Copia. *Quae ita ſe habere, auctoritas vincet, neque mirum eſt, cum quod reſpectu vnius* ἀντίγραφον, *ſ.* ἀπόγραφον, deſcriptum *eſt, poſſit alterius reſpectu* archetypum *fieri. Sed iam auctoritates ponemus hoc fere ordine:* I. Exemplum *eſt factum, cui ſimilia alia eſſe, vel eſſe debere, intelligimus, ſpeciatim ſic vocantur* Poenae, Virtutes, Specimina in docendo allata. II. Exemplum *eſt res, quae ad ſimilitudinem, vel intelligendam, vel imitandam, exprimendamque proponitur: vel ipſa denique res ita expreſſa. Igitur Primo* ¶ 2 Exemplum *eſt factum, cui alia ſimilia eſſe, vel eſſe debere intelligitur. V. g.* Cic. Verr. 5, 7 Vetus eſt, quod dicam, et propter ſeueritatem exempli nemini fortaſſe veſtrum inauditum, L. Domitium Praetorem in Sicilia, *etc.* Idem Verr. 2, . . Nullius apud te grauis Auctoritas? nullum exemplum, quod ſequi velles? Sueton. Tiber. c. 67 Exempli cauſa cauendum, ne ſe Senatus in acta cuiusquam obligaret. Innocentiae exemplum vir Cic. de Orat. 1, 229. Vitiorum exempla Horat. Serm. 1, 4, 106. Clara et illuſtria exempla Cic. de Diuin. 2, 8. Deforme exemplum Quinctil. 3, 9. Iuuen. Sat. 2, 48 Non erit vllum Exemplum in noſtro tam Deteſtabile ſexu. Domeſticum ad imitandum habere, *ſe dicit Cato proauum ſuum* Cic. pro Muraen. 66. Domeſtica vitiorum exempla Iuuen. Sat. 14, 32. Paterc. 2, 119 Volumnius Diri auctor exempli, ſpoliatum equite peditem relinquens, fuga cum aliis Rhenum petere ingreſſus eſt. Cic. Off. 1, 104 Suppeditant autem et campus noſter et ſtudia venandi, Honeſta exempla ludendi. Immenſum exemplum Plin. 28, 2. *i. vehementer notabile.* Non Leue exemplum Ouid. Art. Am. 3, 686. Salluſt. Catil. 51 *in oratione Caeſaris*, Omnia Mala exempla ex bonis initiis orta ſunt. Sed vbi imperium ad ignaros aut minus bonos peruenit, Nouum illud exemplum ab dignis et idoneis ad indignos et non idoneos transfertur. Nobiliora exempla Claudian. de Laud. Seren. 22. Ouid. Met. 3, 122 Exemploque Pari fuerit omnis turba. *Hic* exemplum *eſt non factum primum, ſed ſecundum imitatione expreſſum:* exemplo pari, *ſimiliter.* Periculoſo nimium exemplo Martial. 1, 28. Cic. pro Flacc. 24 In hoc ego reo ne quod Perniciosum exemplum prodatur, pertimeſcam? Liu. 2, 55 Sub hac Peſſimi exempli victoria delectus edicitur. Hor. Od. 3, 5, 15 Diſſentiens — exemplo Trahenti Perniciem veniens in aeuum. Venerabile exemplum morum Ouid. ad Liuiam 13. Cic. de Orat. 3, 29 c. 8 Sed quid ego vetera conquiram, quum mihi liceat vti praeſentibus exemplis atque Viuis? *i. hominum praeſentium.* Quinctil. 10, 2, 4 *de imitatione,* Quid enim futurum erat temporibus illis, quae ſine exemplo fuerunt, ſi homines nihil, niſi quod iam cognouiſſent, faciendum ſibi aut cogitandum putaſſent? Si meum exemplum eſſet, *h. e. ſi primus hoc facerem, quod ſequerentur alii* Martial. 1 praef. Plaut. Mil. 3, 1, 162 PA. Fit pol illud ad illud exemplum, vt docte et perfecte ſapit, *i. procul dubio ita ſit, vt dicis. Vid.* Bacch. 3, 1, 129. 3, 6, 11. Quod ad exemplum eſt, coniectura ſi reperire poſſumus? *i. qualis, qua facie eſt, quo ſtatu corporis, et cui ſimilis* Plaut. Trin. 4, 2, 58. ¶ 3 *Verborum formulae:* Addere ſe melioribus exemplis, *i. eos ſequi, qui res ſuas melius adminiſtrarint* Claudian. de Sext. Conſ. Honor. 58. Liu. 34, 2 Vtrum peior ipſa res, an peiore exemplo Agatur. Caruit exemplo nullum nefas Sen. Hippol. 554. Ter. Andr. 4, 1, 27 Quid iſthuc tam mirum eſt, ſi de te exemplum Capit? *Vbi* Donat. Vtrum, ſi te imitatur, an ſi de te exigit poenas? *Prius verum.* Dirigenda mens ad exemplum virtutum omnium Quinctil. 10, 2, 1. Exemplo quodcunque malo Committitur, ipſi Diſplicet auctori Iuuenal. 13 *pr.* Docet quemque exemplum ſuum Ouid. de Rem. Amor. 684. Plaut. Moſt. 4, 1, 4 Laudant fabrum, atque aedeis probant: ſibi quisque inde exemplum Expetunt, ſibi quisque ſimile ſumit. Mala exempla in eos redundant, qui Faciunt Sen. Ep. 7. Quinctil. 5, 2, 2 Pronuntiaturus *(iudex)* exemplum non libenter, quod in ſe fortaſſe recidat, Facit. Facere exemplo alicuius Ter. prol. Heaut. 20. Plin. Epiſt. 2, 7 Facit hoc Homerus, multique eius exemplo. Cic. Verr. 2, 41 Et in ſermone multis demonſtraret, licere nomen recipere abſentis: ſe exemplo Feciſſe id, quod feciſſet. *Sic* Cic. pro Corn. Balb. 31 c. 13 Cuius auctoritate et exemplo nunquam eſt Intermiſſa a maioribus noſtris largitio et communicatio ciuitatis. Facere exemplo atque inſtituto veteri optimi cuiusque Id. pro Sull. 49. Facere aliquid exemplo nullo, *i. nouum aliquid facere et inauditum* Cic. de Senect. . . . *Sic* Gell. 7, 19. Cic. Fam. 12, 15 Binae profectae erant ad Dolabellam legationes eorum: et quidem nouo exemplo, et contra leges eorum. Idem Fam. 4, 3 Quod exemplo Fit, id iure fieri putatur. Plaut. Mil. 3, 1, 43 Quum apud te exemplum experiundi Habeas, non eges foris. Habere domeſticum exemplum ad imitandum Cic. pro Muraen. 27. Plin. Ep. 7, 11 Nec vero coguntur Imitari meum exemplum: non enim illis eadem cum Corellia iura ſunt. Inducere exemplum Plin. Epiſt. 6, 29, 2. *et* Pan. 6, 2. Inſtituere exemplum: reducere exemplum, *vid.* INSTITVO. Plin. Epiſt. 9, 13, 25 Vera ne haec, affirmare non auſim. Intereſt tamen exempli, vt vera videantur. Stat. Silu. 5, 1, 121 Illa dapes modicas, et ſobria pocula tradit, Exemplumque ad herile Monet. Monere exemplo Plin. Epiſt. 7, 1, 7. Mouere exempla mala Ouid. de Arte Am. 2, 575. Nocere exemplo plus, quam peccato Cic. de Legib. 2, 45 c. 14. Pertinet ad exemplum Plin. Epiſt. 6, 29, 1. 10, 38, 2. 10, 85, 5. Vlpian. l. 3 D. de alim. vel cibar. legat. Sciens ad exemplum iſtam rem Pertinere. Petere fortitudinis, et iuſtitiae exemplum ab aliquibus Cic. Off. 3, 16. *Et* pro Deiot. 28 Neque eum virum, vnde pudoris pudicitiaeque exempla Peterentur. Liu. 32, . . Satis exemplorum nobis alienae clades Praebent: ne quaeramus, quemadmodum caeteris exemplo ſimus. Praebere graue exemplum Horat. Carm. 4, 11, 26. Premi exemplo ſuo Senec. Herc. fur. 736. Paterc. 2, 119 At e praefectis caſtrorum duobus, quam clarum exemplum L. Eggius, tam turpe Ceionius Prodidit: qui, quum longe maximam partem abſumſiſſet acies, auctor deditionis, ſupplicio quam praelio mori maluit. Propoſitum alicui exemplum ad imitandum Cic. pro Muraen. 66. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 5 Primum igitur quoniam omnium maiores Criſpus Salluſtius ad vnum exemplum et regulam Quaerit, velim mihi reſpondeas, *etc.* Refert exempli Plin. Epiſt. 8, 12, 4. *it.* 9, 22. Relinquere exemplum Cic. Philipp. 2, 114. Renouare exemplum Idem Philipp. 1, 1. Reperire exemplum, *laudatur* Plaut. Moſt. 3, 1, 148 *non recte.* Recidit exemplum in eum, qui facit Quinct. 5, 2, 2. Sequi exemplum Cic. Verr. 2, . . Idem in Orat. c. 38. Ter. prol. Heaut. 51 Exemplum Statuite in me, vt adoleſcentuli vobis placere ſtudeant, potius quam ſibi. Sub exemplo *(i. allegato hoc exemplo)* praemonere futuros imperatores Plin. Pan. 53. *Add.* Epiſt. 2, 6, 6. *Et* Pan. 75 Iam quam antiquum, quam conſulare, quod triduum totum Senatus Sub exemplo tui ſedit. Ter. Heaut. 5, 1, 47

Non tibi ego exempli ſatis Sum? Propert. 2, 15, 27 Exemplo iunctae tibi Sint in amore columbae. Cic. de Amicit. 82 Carent amicitia per ſe, et propter ſe expetita, nec ſibi exemplo Sunt. Ex aliis Sumere exemplum ſibi Ter. Adelph. 3, 3, 62. Exemplum Phyllida Sume Sabin. Epiſt. 2, 31. Ouid. Epiſt. 15, 326 Exemplo Tangi non propiore potes. Tollere exemplum Cic. Fam. 1, 9. Trahi ad exemplum Vlpian. l. 1 D. de conſtit. Princ. Transfertur exemplum ab dignis et idoneis ad indignos et non idoneos Sall. Cat. 51. Ouid. Faſt. 4, 243 Venit in exemplum furor hic, molleſque miniſtri Caedunt iactatis vilia membra comis. Cic. pro Sext. 19 Nunc me reſtituto Viuit mecum ſimul exemplum fidei publicae, exemplum Reipub. defendendae. Quinct. Decl. 10, 3 Illo ipſo languore — quam perdite mulier, et vsque in exemplum, modo ſuper ora pallentis infelices lacerabat oculos, *etc.* ¶ 4 Exempla graues Poenae dicuntur, quae poſſunt caeteris documento eſſe, Donat. *ad* Ter. Eun. 5, 4, 24 Quae futura exempla Dicunt in eum indigna? Plaut. Moſt. 5, 1, 67 Exempla edepol Faciam ego in te. Ter. Adelph. 5, 1, 10 D. exemplum omnibus curarem vt Eſſes. Idem Phorm. 4, 4, 7 Vt te quidem omnes dii, deaeque, ſuperi, inferi malis exemplis perdant. Gell. 6, 14 Tertia ratio vindicandi eſt, quae παράδειγμα a Graecis nominatur, cum poenitio propter exemplum neceſſaria, vt caeteri ſimilibus a peccatis, quae prohiberi publicitus intereſt, metu cognitae poenae deterreantur. Idcirco veteres quoque noſtri *exempla* pro maximis grauiſſimiſque poenis dicebant. Nouiſſima exempla Tacit. Ann. 12, 20, 4. *i. vltima ſupplicia.* Recentis exempli terror Claud. in Eutrop. 2, 547. Ouid. Met. 10, 685

Subitam conuertor in iram,
Contemtuque dolens, ne ſim ſpernenda futuris
Exemplo Caueo: meque ipſam exhortor in ambos.

Ter. 5, 7, 21 Vterque exempla in te Edent, *Vbi* Donatus, Noua ac mira tormenta, quae pro exemplis narrantur, aut quae documenta ſint caeteris, ne delinquant, exempla dicuntur. Cic. Q. Fratr. 1, 2 Simile in ſuperiore parte prouinciae Edere exemplum ſeueritatis tuae. Caeſ. Bell. Gall. 1, 32 Obſides nobiliſſimi cuiusque liberos poſcere, et in eos omnia exempla cruciatusque Edere, *etc.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 3 *de ſeruis malis,* Quibus niſi ad hoc exemplum Experior, non poteſt vſurpari vſura. Idem Moſt. 1, 3, 35 Dii Deaeque omnes me peſſimis exemplis Interficiant, niſi, *etc.* Ibid. 55 Perii hercle, ni ego illam peſſumis exemplis enicabo. Ouid. Met. 8, 117 Finitimi exemplum Metuunt. ¶ 5 *De virtutis laude ſaepe adhibetur, idque vel addito virtutis alicuius nomine, vt* Ter. Adelph. 1, 1, 65 Exemplum continentiae. *Et* Adel. 5, 1, 5 *quamquam per ironiam,* Illud ſis vide exemplum diſciplinae. *Sic* Cic. de Orat. 1, 229 Exemplum innocentiae. *Tum ſimpliciter* Liu. 3, 43 Vir exempli recti domi militiaeque. Cic. pro Sext. 19 Vnum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columen Reipubl. diceres intueri. *Plura ſuppeditat* Quinctil. Decl. 6. *Nempe* c. 1 Parum eſt, quod iuueni ſingularis exempli cauſa mortis fui. *Et* 4 Rariſſimi vxor exempli. *Et* 7 Exemplum ſaeculi. *Et* c. 9 Singulare feminis exemplum oſtendi narrarique deſideras. *Et* 10 Iam inimici mei triumphant, iam paſſim loquuntur, Illa exempli mulier, illa ſaeculi decus, virum redimi noluit, nec filium ſepeliri. *Denique* 22 Te quidem, iuuenis, omnia ſaecula loquentur, et admirabile exemplum tenaci memoriae traditum, in ipſa aſtra ſublimem pennata viribus feret. *Pulchre* Cic. pro Roſc. Am. 27 c. 10 In qua muliere — quaſi exempli cauſa veſtigia antiqui officii remanent. ¶ 6 *In diſciplinis, et quoties aliquid docendum eſt,* Exempla *adhibentur, quae declarent, illuſtrent, probent. Sic* Cic. Off. 1, 7 c. 3 Superioris generis huiusmodi exempla ſunt, Omniane officia perfecta ſint, *etc. Quid* exemplum *ſit apud Rhetoras, diſputat* Quinct. 5, 11. *Statim initio de nomine* παράδειγμα *ait,* Quo nomine et generaliter vſi ſunt, in omni ſimilium appoſitione, et ſpecialiter in iis, quae rerum geſtarum auctoritate nituntur. Noſtri fere *ſimilitudinem* vocare maluerunt, quod ab illis παραβολή dicitur; hoc alterum, *exemplum:* quamquam et hoc ſimile eſt; et illud exemplum, *etc. Sed ſ. 6 fatetur* proprie vocari Exemplum rei geſtae, aut vt geſtae vtilem ad perſuadendum commemorationem. Intuendum igitur, totum ſimile ſit, an ex parte, *etc. De exemplis aliarum artium* potentiora *ea dicit* ipſis, quae traduntur, artibus 10, 1, 15. Plin. 2, 17 Multa promi amplius circa haec poſſunt ſecreta naturae, legesque, quibus ipſa ſeruiat. Exempli gratia, in Martis ſidere, cuius, *etc.* Quinctil. 6, 5, 9 Ciceronis vel vna pro Cluentio, quamlibet multis exemplis ſuffecerit oratio. Cic. de Orat. 3, 106 Quae quidem te Craſſe video, inquit Cotta, quod nota eſſe nobis putes, ſine definitionibus et ſine exemplis effudiſſe. Familiaria exempla Quinctil. 7, 3. Mediocre exemplum Idem 4, 1. Perſpicuum exemplum Cic. de Inuent. 1, 88. Longum iter eſt per praecepta, breue et efficax per exempla Sen. Ep. 7. Plin. Epiſt. 8, 14 Omnem Senatorium morem, quod fideliſſimum praecipiendi genus, exemplis docebamur. Exemplum eſt alicuius facti aut dicti praeteriti cum certi auctoris nomine propoſitio. Id — Rem ornatiorem facit, quum nullius rei niſi dignitatis cauſa ſumitur. Apertiorem, quum id, quod ſit obſcurius, magis dilucidum reddit Probabiliorem, quum magis veriſimilem facit. Ante oculos ponit, quum exprimit omnia perſpicue, vt res dicta prope manu tentari poſſit. Vniuscuiusque generis ſingula ſubieciſſemus exempla, niſi, *etc.* Auct. ad Herenn. 4, 62. Adiungere exempla rebus Cic. de Orat. 1, 190. Adeſt exemplum, *vulgo dicebatur, vbi alia probatione res non egebat. Vid. Interpp.* Plauti Epid. 1, 1, 7. Agere exemplis, *vid.* AGO. Atque earum rerum exemplum ex ſimilitudine Capiebat ineuntis aetatis, *etc.* Cic. de Amicit. 33 c. 10. Idem de Diuin. 1, 64 Diuinare autem morientes, illo etiam exemplo Confirmat Poſidonius, *etc.* Facilius, quid imitandum vitandumue ſit, Docemur exemplis Sen. Contr. 6, 25. Nihil recte ſine exemplo Docetur Colum. 11, 1. Fingere ſibi exempla Quinctil. 1, 5. Idem 5, 7 Si quod tamen exemplum ad imitationem Monſtrandum eſt. Ponere exemplum ex diuerſo Quinctil. 1, 5. Ponere exempla ex aliqua ſcientia *laudatur* Cic. in Topic. 1 *non recte.* Sueton. in Tiber. c. 21 Ex quibus in exemplum pauca hinc inde Subieci, *h. e. exempli cauſa.* Vniuscuiusque rei exemplum Supponere Cic. de Inuent. 2, 156. Quibus in rebus opus fuit exemplis Vti, noſtris exemplis vſi ſumus Auctor ad Herenn. 4 *pr. vbi hoc defendit, magiſtrum dicendi debere ea in re non alienis, ſed ſuis exemplis vti.* Cic. de Diuin. 1, 39 Declarant illa quidem acumen interpretis, ſed exemplis grandioribus decuit Vti. ¶ 7 *Cum hiſtoriis dictorum, factorumque vtantur pro exemplis oratores, et doctores alii; hinc factum, vt memorabilia, ſ.* ἀξιομνημόνευτα *omnia exemplorum nomine interdum veniant. Sic* Valerii Maximi dictorum factorumque memorabilium libris, exemplorum *nomen quidam olim praeſcripſere. Sic* Plin. 28, 9 Sunt inter exempla, qui aſininum lac bibendo liberati ſunt podagra, chiragraue, *i. ſcriptum legimus, aliquos liberatos fuiſſe. Sic* Idem 2, 100 Eſt in exemplis, prodigium Dionyſio eueniſſe. Inuenitur inter exempla, *vid.* INVENIO. Cic. in Orat. 169 Habet autem, vt in aetatibus auctoritatem ſenectus, ſic in exemplis antiquitas, quae quidem apud me ipſum valet plurimum. Monimenta rerum geſtarum et vetuſtatis exempla, Oratori nota eſſe debent Cic. de Orat. 1, 201. Commemoratio antiquitatis exemplorumque prolatio, ſumma cum delectatione et auctoritatem orationi affert et fidem Idem in Orat. 120. ¶ 8 Exemplum *eſt res, ad cuius ſimilitudinem alia exprimitur, effingitur, efficitur.* [πρωτότυπον, ἀρχέτυπον] Cic. de Inuent. 2, 2 *Zeuxis ad Crotoniatas,* Praebete igitur, quaeſo, inquit, ex iſtis virginibus formoſiſſimas, dum pingo id, quod pollicitus ſum vobis, vt mutum in ſimulacrum ex animali exemplo veritas transferatur. Quinctil. 10, 2, 11 Namque iis, quae in exemplum aſſumimus, ſubeſt natura et vera vis; contra omnis imitatio ficta eſt, et ad alienum propoſitum accommodatur. *Sed contra eſt* Exemplum *id quoque, quod ad alterius ſimilitudinem factum eſt.* [ἀντίτυπον, ἀπότυπον] Plaut. Poen. 5, 4, 102 O Apella, o Zeuxis pictor, Cur numero eſtis mortui? hinc *(ab his virginibus, quae archetypum ſunt proinde)* exemplum vt pingeretis. Nam alios pictores nihil moror huius modi tractare exempla. *Priore verſu ſignificat, quam* Copiam *hodie vocant; altero ipſum* originale. Manil. 4, 893 Exemplumque Dei quisque *(homo)* eſt in imagine parua. Sueton. Claud. c. 20 Superpoſuit turrim in exemplum *(quae eſſet* exemplum) Alexandrinae Phari. *Sic* Plaut. Pſeud. 1, 2, 3 Nam hic quoque exemplum reliquit eius *Symboli. Nempe, vt agnoſceretur Symbolum, relicta imago anulo eodem expreſſa; itaque plures imagines ex eodem anulo, ſculptura eadem, expreſſae, ſunt* exempla *tum inter ſe, tum reſpectu anuli. Huc, puto, reſpicit iocus* Plauti Moſt. 5, 1, 67 Exempla edepol faciam ego in te. *Sic minatur herus, vid.* n. 4. *Sed ſeruus ludens,* Quia, *inquit,* placeo, exemplum expetis, *Quaſi ſermo eſſet de exprimenda imagine. Sic* exemplum *vocatur pars mercis, quae datur, vt totam inde agnoſcas.* Auctor ad Herenn. 4, 9 c. 6 Si quis purpuram aut aliud quidpiam vendens, dicat, ſume a me: ſed huius exemplum aliunde rogabo, tibi quod oſtendam: Si merces ipſi qui venditant, aliunde exemplum quaeritent aliud mercis; vt ſi acervos ſe dicant tritici habere, et eorum exemplum pugno non habeant, quod oſtendant, *etc. Huc etiam referas illud* Cic. pro Sext. 19 Vnum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis — diceres intueri. Exemplum *guſtus eſt, ſpecimen eſt, cui reſpondere, i. ſimile eſſe debet totum. Huc refero illud* Ter. Hec. 1, 2, 88 Ad exemplum ambarum mores earum exiſtimans, *i. ex ſpeciminibus, quae ambae dederant ingenii et morum.* ¶ 9 *Quod modo de gemina reſpectu* Exempli *dictum eſt, illud in primis ad literas et ſcripta pertinet. Hic enim* Exemplum *modo eſt* πρωτότυπον, *prima origo, illud, quod hodie* Conceptum, *vel* Minutam *vocare ſolent, vnde aliquid transſcribendum deinde eſt.* Cic. Fam. 9, 26 *pr.* Accubueram hora nona, cum ad te harum exemplum in codicillis exaraui. Codicilli *ſunt pugillares, ſcriptioni tumultuariae ad menſam accommodati. In hos coniicit Cicero literas, ex his in conſuetae formae epiſtolam transfert librarius. Hic igitur* Exemplum *noſtri vocauerint* Conceptum: Exemplum *dicit Cicero, in quantum inde deſcribenda fuit epiſtola.* Cic. de L. Agr. 2 c. 20 Literas ad Cn. Pompeium mittet, quarum ego iam exemplum ab iſtis compoſitum eſſe arbitror; *i. formulam, et verba concepta, quae deinde ponit.* Idem Fam. 5, 9 Literas ad Senatum de rebus noſtris geſtis, quo exemplo *(i. formula, concepto)* miſeram, infra tibi perſcripſi. *Sic* Cic. Fam. 4, 4 *pr.* Accipio excuſationem tuam, qua vſus es, cur ſaepius ad me literas vno exemplo dediſſes: ſed accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia, aut improbitate eorum, qui epiſtolas accipiant, fieri ſcribis, ne ad nos perferantur. Illam partem excuſationis, qua te ſcribis orationis paupertate, ſic enim appellas, *iisdem verbis epiſtolas* ſaepius mittere, nec noſco, nec probo. *Apparet,* literas vno exemplo, *eſſe* epiſtolas iisdem verbis: *verumque adeo eſt,* exemplum *eſſe illud, quod* Conceptum *dicunt hodie, aut* Minutam, *primamque adeo* perſcriptionem. Exemplum *autem dicitur, quatenus intelligitur eſſe aliquid ei ſimile. Sic ſaepe* Cicero, *v. g.* Fam. 7, 18 Quis ſolet eodem exemplo plures dare, qui ſua manu ſcribit? *Nempe qui librario vtitur, vnum* exemplum *ei dat, deſcribendum ſaepius, vel ad plures accommodandum.* It. 9, 16 De quo et tu mihi antea ſcripſeras, bis quidem eodem exemplo, vt intelligerem te eſſe commotum. *Et* 12, 30 Itaque noli vereri, ne tibi ſucceniuerim, quod eodem exemplo ad me, quo ad caeteros, *etc. Pluſcula enim ſunt Ciceronis loca, quae hanc rationem firmant, diligenter collecta a F. O. Menkenio Nou. Miſc. Lipſ. 1, 2, 6. Etiam ſic ICti, v. g.* Florentin. l. 24 ff. Qui Teſtam. fac. poſſ. Vnum teſtamentum pluribus exemplis conſignare quis poteſt, idque interdum neceſſarium eſt, ſi forte nauigaturus et ſecum ferre, et relinquere iudiciorum ſuorum teſtationem velit. *Haec ambo ſunt authentica,* ἰσότυπα. *Vt igitur haec certiſſima ſunt, et conuelli nullo modo poſſunt: ita* ¶ 10 *non minus certum eſt* Exemplum *dici a Cicerone, et optimis ſcriptoribus, vbi non de* Archetypo, *ſed de illis, quas* Copias *vocamus, ſermo eſt.* Vet. Gloſſ. Exemplum, ἀντίγραφον, ἀντίτυπον, ὑπόδειγμα. *Turbat viros doctos, quod haec putant ſibi repugnare,* Archetypon *eſſe, et* Originarium, *ac tamen eſſe* deſcriptum, *ſ.* transſumtum, *aut* Copiam, *his enim verbis vtuntur. Itaque cum idem nomen reſpuat ſignificationes repugnantes, propugnant hi pro hac ſignificatione, alii pro altera. Sed nempe neutrum horum ſignificat* Exemplum, *et vtrumque ſignificat. Succurrat aliquando Metaphyſica, quae ſaepe nobis moleſta eſt. Neutrum ſignificat* formaliter; materialiter *autem* vtrumque. Exemplum *eſt, vbicunque ex vno plura ſunt, aut cognoſci poſſunt: qui* exemplum *aliquid eſſe dicit, eſſe aliquid aliis ſimile indicat:* exemplum *eſt, cui aliud eſt ſimile, quod proinde viciſſim ſimile eſt alii. Igitur* exemplum literarum *eſt formula, ſunt ipſae literae, quatenus eas non ſemel ſcriptas, ſed deſcriptas etiam, aut deſcribi poſſe adeo, intelligimus: vtrum vero de primo exemplo ſermo ſit, an de transſcriptis, illud ſeries et contextum verborum declarat. Dici vero* Exemplum *etiam de his, quae deſcripta ſunt, iam declarabitur.* Cic. Att. 9, 13 *extr.* Habeo a Balbo literas, quarum ad te exemplum miſi. *Si miſiſſet Autographum, ſcripſiſſet,* quas ad te miſi. *Sic* Att. 7, 23 *extr.* Caeſaris literarum exemplum tibi miſi. Fam. 3, 3 Ex iis literis, quarum ad me exemplum miſiſti, ſic intellexeram. *Et* 6, 8 *extr.* Earum literarum exemplum infra ſcriptum

ſcriptum eſt. *Hic locus plane exceptionem non patitur : ipſa verba* infra ſcriptum eſt, *indicant, deſcriptam eſſe epiſtolam, et ſubiectam ſtatim literis Ciceronis in eadem charta, in tabellis iisdem.* Idem Att. 9, 6 *fin.* Capua literae ſunt allatae hoc exemplo : *ponuntur deinde verba ipſa. Talia ſunt* Cic. Att. 9, 15. 9, 16. 10, 8. 15, 14. Salluſt. Catil. 34, 3 Ab his longe diuerſas literas Q. Catulus in Senatu recitauit — Earum exemplum infra ſcriptum. *Non errant, qui dicunt*, verba, formulam, *intelligi : ſed neque tamen negari poteſt, intelligi verba ea, quae deſcripta ſunt, et quatenus deſcripta ſunt, non ea ipſa indiuidua, non eadem numero, quae primum ſunt in chartam coniecta. Talia ſunt plurima in* Ciceronis ad Atticum epiſtolis, *quae magno numero dedit laudatus ante Menckenius. V. g.* 13, 50 Conſcripſi de his ipſis libris epiſtolam Caeſari, quae deferretur ad Dolabellam ; ſed eius exemplum (copiam *profecto, vti ſciretur, quid in epiſtola obſignata eſſet*) miſi ad Oppium et Balbum, ſcripſique ad eos, vt tum deferri ad Dolabellam iuberent meas literas (*autographas, niſi fallor*) ſi ipſi exemplum (*deſcriptum*) probaſſent. Ita mihi reſcripſerunt, nihil vnquam ſe legiſſe melius, epiſtolamque meam iuſſerunt dari Dolabellae. *Materia eadem, formula eadem, verba omnia eadem in* literis *et in* exemplo : *ſed* exemplum *profecto eſt* apographum. Nepos 7, 4, 5 Eiusque deuotionis, quo teſtatior eſſet memoria, exemplum in pila lapidea inciſum eſſe poſitum in publico : exemplum *ſine dubio formula eſt, ſed formula deſcripta ab ea, quam de tabella recitauerant in caerimonia deuotionis Eumolpidae.* Ouid. Triſt. 1, 6, 24 Quae (*carmina mea in ignem a me coniecta*) quoniam non ſunt penitus ſublata, ſed exſtant, Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe reor. *Apud ICtos haec ita frequens ratio eſt, vti viri magni nihil aliud ſignificare putarent* exemplum, *quam* ἀπόγραφον. Modeſtinus l. 11 D. de Edendo, Exempla inſtrumentorum etiam ſine ſubſcriptione edentis edi poſſe, receptum eſt. Paullus l. 2 D. eod. Si legatum petatur, non iubet Praetor verba teſtamenti edere, ideo fortaſſis, quia heredes ſolent habere exemplum teſtamenti. Vlpian. l. 4 §. vlt. ff. Famil. erciſc. Heredem enim exemplum debere dare, tabulas vero authenticas ipſum retinere. *Et* l. 12 ff. Teſtamenta quemadm. aper. Si quis fecerit teſtamentum et exemplum eius : exemplo quidem aperto nondum apertum eſt teſtamentum ; quod ſi authenticum patefactum eſt, totum apertum eſt. *Sed* Exemplum teſtamenti *eodem plane modo dixit* Cic. Att. 13, 46 *extr.* Iam hac obſignata epiſtola noctu tabellarius noſter venit, et ab eo literas diligenter ſcriptas attulit, et exemplum teſtamenti. ¶ 11 Exemplum *ſimpliciter modum, rationemque rei ſignificat et qualitatem, qua alteri ſimilis eſt aut diſſimilis.* Plaut. Mil. 3, 1, 162 Fit pol illud ad illud exemplum, *id eſt, ita, vt bic modo dixit.* Ibid. 132 Aequom fuit deos parauiſſe vno exemplo, (*more, modo*) ne omnes vitam viuerent — Qui lepide ingeniatus eſſet, vitam longinquam darent : Qui improbi eſſent et ſceleſti, iis adimerent animam cito. Idem Bacch. 3, 6, 11 Multi more iſto atque exemplo viuunt, quos cum cenſeas Eſſe amicos, reperiuntur falſi falſimoniis. Idem Aſin. 2, 3, 9 Pol haud periclum eſt, cardines ne foribus effringantur, Si iſtoc tu exemplo omnibus, qui quaerunt, reſpondebis, *i. hoc modo.* Id. Bacchid. 5, 1, 6 Omnibus exemplis crucior, omnia me mala conſectantur. *Et* Epid. 5, 2, 6 Quot illic hodie me exemplis ludificatu'ſt, atque te. *Et* Merc. 2, 1, 41 Amaui hercle equidem ego olim in adoleſcentia : verum ad hoc exemplum nunquam. *Praeceſſit,* Non ita amo, vt ſani ſolent Homines : ſed eodem pacto, vt inſani ſolent. *Et ita ſaepe alias.* Ouid. Met. 3, 122 Exemploque pari furit omnis turba, *h. e. eodem modo.*

EXEMPLAR, āris. n. [ἀρχέτυπον] *Ab* Exemplo *deriuatum nomen, videtur paullo arctius ſignificare* Exemplo, *et alteram illius claſſem ſolam earum, quas ſupra conſtituimus complecti. Nempe* Exemplar *eſt res, quae ad imitandum proponitur, et eſt res, quae imitando, ad praeſcriptum alterius rei efficitur.* Feſtus, Exemplum eſt, quod ſequamur aut vitemus ; exemplar, ex quo ſimile faciamus. Illud (exemplum) animo aeſtimatur, iſtud (exemplar) oculis conſpicitur. *Primaria ſane haec ſignificatio eſt, vt ſit ſpecies ad imitandum propoſita.* Cic. Timaeo c. 2 Quo circa ſi is, qui aliquod munus efficere molitur, eam ſpeciem, quae ſemper eſt eadem, intuebitur, atque eam ſibi proponet exemplar, praeclarum opus efficiat, neceſſe eſt. — Rurſus igitur videndum, ille fabricator tanti operis vtrum ſit imitatus exemplar, idne, quod ſemper vnum et idem, et ſui ſimile ; an id, quod generatum ortumque dicimus. *Et* c. 10 Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluſerat, ex ea parte deficiebat ad propoſitum exemplar imaginis ſimilitudo. *Sunt ergo relata* Imago *et* Exemplar. *Conf.* IDEA *ex* Sen. Epiſt. 58 *med.* Plin. in Paneg. 58 Non te ad exemplar eius voco, qui continuis Conſulatibus fecerat longum quendam et ſine diſcrimine annum : iis te confero, quos certum eſt, quoties Conſules fuerunt, non ſibi praeſtitiſſe. Horat. Epiſt. 2, 1, 58 Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi. Idem in Arte Poët. 317 Reſpicere exemplar Vitae morumque iubebo Doctum imitatorem, et veras hinc ducere voces. Sen. Herc. Oet. 1853 Matribus miſeris adhuc exemplar Ingens deerat, Alcmene dabit. Illorum velut ad exemplar principes exigere Sueton. Aug. c. 31. Decipit exemplar vitiis imitabile Hor. Epiſt. 1, 20, 17. Pendere ab exemplari Sen. Ep. 33. Hor. Epiſt. 1, 2, 18 Rurſus quid virtus, et quid ſapientia poſſit, Vtile Propoſuit nobis exemplar Vlyſſem. Plin. Epiſt. 6, 11 Quid mihi optatius, quam me ad recta tendentibus quaſi exemplar eſſe Propoſitum. *Laudatur* Cic. de Orat. . . . Illa oratio fuit mihi exemplar bene dicendi. Quinctil. 10, 1, 89 Cornelius autem Seuerus etiam ſi verſificator, quam Poëta melior : ſi tamen (vt eſt dictum) ad exemplar primi libri bellum Siculum perſcripſiſſet, vindicaret ſibi ſecundum locum. *Etiam de ſcriptis, in quantum ſcripta ſunt, ſic accipitur.* Vlpian. l. 1 §. 5 D. de bonor. poſſeſſ. ſec. tabulas, Si quis in duobus exemplaribus fecerit teſtamentum, et aliud exſtet, aliud non exſtet, tabulae exſtare videntur, petique poteſt bonorum poſſeſſio. *Nempe vtrumque horum* exemplarium *eſt authenticum.* ¶ 2 *Sed etiam* ἀντίγραφον, *deſcriptum, depictum, imitatione expreſſum aliquid,* Copia *vulgo dicta,* Exemplar *non nunquam vocatur.* Plin. Epiſt. 10, 75, 4 Exemplar teſtamenti, quamquam mendoſum, miſi tibi. Idem Ep. 4, 7, 2 Librum, transſcriptum in exemplaria mille per totam Italiam prouinciasque dimiſit. Aſinius Pollio *ad* Cic. Fam. 10, 31 *extr.* Deinde ex literis, quas Panſae miſi, cognoſces omnia. nam tibi earum exemplar miſi. Cic. Att. 4, 5 *pr.* Ain tu ? an me exiſtimas ab vllo malle mea legi probarique, quam a te ? Cur igitur cuiquam miſi prius ? Vrgebar ab eo, ad quem miſi, et non habebam exemplar : *aliud nempe, alium codicem.* Quinctil. 11, 3, 62 *de voce,* Eſt enim mentis index, et velut exemplar, ac totidem, quot illa, mutationes habet. *Pulchre etiam* Cic. de Amicit. 23 c. 7 Verum etiam amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquod intuetur ſui : *i. e. quaſi alterum ſe. nam ſequitur,* Quo circa et abſentes adſunt, et egentes abundant, et imbecilles valent, et quod difficilius dictu eſt, mortui viuunt. *Rurſus* Cic. Fam. 10, 21 *med.* Exemplar eius chirographi Titio miſi. Ipſa chirographa omnia *etc. De picturis* Plin. 35, 40 Huius tabulae exemplar, quod apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit. *Et* 6, 21 *de itinerariis Diogneti et Baetonis,* In quibusdam exemplaribus diuerſi numeri reperiuntur. Sueton. Caeſ. c. 55 Nam in quibusdam exemplaribus inuenio, ne inſcriptam quidem, *pro Metello,* ſed *quam ſcripſit Metello. De oratione Iulii Caeſaris.* Id. Veſpaſ. c. 6 Iactatum exemplar epiſtolae, *etc. Et* c. 8 Aerearumque tabularum tria millia, quae ſimul conflagrauerant, reſtituenda ſuſcepit, vnde inueſtigatis exemplaribus. ¶ 3 *Generatim pro libris poni putatur.* Hor. in Arte Poët. 268 Vos exemplaria Graeca Nocturna verſate manu, verſate diurna : *ſed cum reſpectu ad imitationem, quam ſic commendat.* Sueton. Domit. c. 20 Bibliothecas incendio abſumtas impenſiſſime renouare curauit, exemplaribus vndique petitis ; miſſisque Alexandriam, qui deſcriberent emendarentque. *Etiam hic reſpici poteſt ad hoc, quod petebantur libri deſcribendi, vt adeo ad primam nominis huius notionem referri, et hoc poſſit.* ¶ 4 *Sed alia etiam opera artificum, quibus ſpecimen veluti ſui dant,* exemplaria *vocantur* Plin. 35, 37 Iam piſcantes aucupantesque, aut venantes, aut etiam vindemiantes, ſunt in eius exemplaribus, *de tabulis pictis. Plenius idem* 35, 10 *de Timanthe pictore,* Sunt et alia ingenii eius exemplaria, veluti Cyclops dormiens in paruula tabella, *etc.* ¶ 5 *Etiam alias in ſignificatione* exempli *ponitur.* Plin. 33, 9 *extr.* Igitur ars facta denarios probare — In hac artium ſola vitia diſcuntur, et falſi denarii ſpectatur exemplar, pluribusque veris denariis adulterinus emitur, *vt nempe eo vtantur, ad alios facilius agnoſcendos. Sic* Id. 34, 2 *extr.* Bos aereus — eſt Romae. Hoc erit exemplar Aeginetici aeris : Deliaci autem Iupiter in Capitolio, *etc. Et* 35, 12 ſ. 45 Octauio Equiti Romano cratera facere volenti, exemplar e gypſo factum talento, *i. forma. Denique* 30, 11 ſ. 29 *legunt vulgati,* Quod totum abdicandum paucis exemplaribus docebo. *Sed veteres quidam* exemplis *habent : MSS. quos ſequitur Harduinus,* e pluribus : *quod ortum puto ex contracta voce* exemplaribus, *eamque eſſe genuinam, ac ſignificare ſpecimina, exempla.* Cic. pro Caecina 28 c. 10 Exemplar antiquae religionis Fidiculanius Falcula.

EXEMPLARE, is. n. [ἀντίτυπον] *Idem, ſed primitiuum, et vnde* Exemplar *eſt truncatum.* Lucret. 2, 122 Duntaxat rerum magnarum parua poteſt res Exemplare dare, et veſtigia notitiai.

EXEMPLARIVM, i. n. *pro Exemplo reperitur.* Vlpian. in l. 3 in fin. D. quemadm. teſtament. aperiant. Si in duobus exemplariis ſcriptum ſit teſtamentum. *Sic habent Haloander et Pandectae Florentinae.* Exemplarii cauſa l. 47 D. de Legat. 2. Exemplarium fuiſſe perhibetur cunctarum Venerum Arnob. 6 p. 198 *de Phryna.* Ne forte de exemplariorum veritate cauſeris, quia tibi ſtultiſſime perſuaſiſti, Graecos codices eſſe falſatos Hieron. adu. Heluid. c. 8.

EXEMPLĀRIS, e. Adi. Macrob. Somn. Scip. 1, 8 *ex Plotini diſciplina* quatuor virtutum genera *refert, quae ſunt* politicae, purgatoriae, animi purgati, *et* exemplares. — *Hae* in ipſa diuina mente conſiſtunt — a quarum exemplo reliquae omnes per ordinem defluunt. *Hinc ortum videtur, vt ſequior aetas* exemplarem virum *diceret, qui aliis exemplo eſſe poteſt.*

EXEMPLO, āre. Librum exemplare Ruric. Ep. 1, 8. *i. deſcribere.* Vet. Gloſſ. Exemplo, ἀντιγράφω.

EXEMPLATVS, a, um. Partic. Libellus Sidon. Ep. 4, 16.

EXEMTILIS, EXEMTIO, EXEMTOR, EXEMTVS, *vid.* EXIMO.

EXENTĔRO, āre. [ἐξεντερίζω] *Interiora auferre, quod proprie de piſcibus dicitur, quum apparantur, ſed de aliis etiam.* Iuſtin. 1, 5, 10 Epiſtola quia palam ferri nequibat, exenterato lepori inſeritur, lepusque in Perſas Cyro ferendus fido ſeruo traditur. Bacca Myrthae ſiccae exenterata Apic. 7, 5 *videtur eſſe cortice ſuo priuata. Per translationem dixit* Plaut. Epid. 2, 2, 2 Acutum cultrum habeo, qui ſeni extenterem marſupium. Exenterauit mihi opes argentarias Idem Epid. 5, 2, 7. Exenteror miſer, *h. e. angor et excrucior* Plaut. Epid. 3, 1, 1.

EXEO, is, īui, ĭtum, īre. [ἔξειμι, ἐξέρχομαι, ἐκπορεύομαι] *Aeque late patet, ac ſimplex* Ire, *cui Praepoſitio ſuas notiones addit.* Ter. Adelph. 4, 4, 17 Fieri potis eſt, vt ne qua exeat. Domo exire Cic. Fam. 1, 9. Foras Plaut. Amph. 1, 2, 75. Ter. Eun. 4, 4, 1 Exi foras ſceleſte. Foras ex aedibus Lucret. 3, 1073. Limen Ter. Hec. 3, 3, 18. Exire Roma Cic. Att. 1, 1. *Sic* Exire cauis, *pro E cauis* Plin. 11, 25. A patria Cic. in Piſon. 33. Plaut. Bacch. 4, 6, 24 Mane parumper, dum iam ad te exeo Chryſale. Cic. de Orat. 2, 223 c. 55 Cum ille (*Brutus*) diceret, ſe ſine cauſa ſudare : Minime mirum, inquit, Modo enim exiſti de Balneis. *Ita venditas ei balneas obiicit Craſſus.* Idem de Orat. 2, 263 c. 65 Quando tandem, Galba, de triclinio tuo exibis ? Cum tu, inquit, de cubiculo alieno. Cic. Verr. 5, 71 Poſtquam e Portu piratae non metu aliquo affecti, ſed ſatietate exierant. Plaut. Amph. 1, 3, 35 Tempus eſt, exire ex Vrbe prius, quam luceſcat volo. Cic. Fam. 4, 9 Si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas, ne aut tibi exire ex Vrbe neceſſe ſit, aut mihi accedere. *Add.* 4, 1 *extr.* In ſolitudinem Cic. Off. 1, 118. Lucan. 1, 212 *de leone,*

Tum torta leuis ſi lancea Mauri
Haereat, aut latum ſubeant venabula pectus,
Per ferrum tanti ſecurus vulneris exit.

Exire continuo, *vid.* CONTINVVS. Intus exit Plaut. Mil. 4, 4, 33. *Vid.* INTVS. Stat. Theb. 2, 638 Exit et in fratrem, cognataque pectora telo Conferit. In aciem, *vid.* ACIES. ¶ 2 *Formulae ordine Subſtantiuorum diſpoſitae :* Aere alieno, *h. e. Liberari* Cic. Philipp. 11, 13 c. 6 O hominem ridiculum, qui ſe exire aere alieno putaret poſſe, quum venderet aliena. Ciceronis *eſſe dicitur,* Vt tandem e tot miſeriis atque Aerumnis exiremus. Ab Amplexibus alicuius Stat. Theb. 11, 353. Cic. de Natur. Deor. 3, 7 Mihi quidem ex Animo exire non poteſt eſſe deos. *Al.* Exuri. *v. v.* Plaut. Merc. prol. 40 Principio atque Animus ephebis aetate exiit, atque Animus ſtudio amotus puerili eſt meus. Annus exit Afric. l. Et haec diſtinctio ff. Locati. Arbor exire *dicitur* in altitudinem Plin. 13, 4. Exiit ad caelum ramis felicibus Arbos Virgil. Georg. 2, 81. *Et apud* Plin. 14, 1 Exire ad praecipuam Altitudinem. Aula

exeat, Qui volet eſſe pius Lucan. 8, 493. Ad Bellum Sen. Herc. fur. ſ. 4. Ex Italia ad Bellum ciuile Cic. Fam. 2, 16. Et Contemtibus Lucret. 5, 831. *vid.* CONTEMNO. Exiit Dies, *pro Praeteriit:* Nullus mihi per otium Dies exit Senec. Ep. 8. Dies ſtipendii exiit Liu. 22, 23. Idem 30, 24 Necdum exierat induciarum Dies. Vlpian. Ex quibus cauſis, *etc.* l. 1 Si cuius quid de bonis quum his metu, aut ſine dolo malo Reipubl. cauſa abeſſet, ſiue in vinculis, ſeruitute, hoſtiumue poteſtate eſſet, poſteaue cuius actionis eorum, cui Dies exiſſe dicetur. Cic. Off. 1, 54 Qui quum vna domo iam capi non poſſint, in alias Domos, tanquam in colonias exeunt. Si tibi Fatorum labes exire, minasque Cura prior Grat. Cyneg. 495. *i. euadere, exuere.* Quinctil. 1, 6, 25 Quid vero, quae tota poſitionis eiusdem in longe diuerſas Figuras per obliquos caſus exeunt? *i. terminantur.* Fluuii exire *dicuntur*, *vid.* n. 3. Plin. 16, 23 Vetuſtiora in angulos exeunt. *De* Foliis populi arboris *loquitur.* Quinctil. 1, 2, 1 Sed nobis iam paullatim accreſcere puer, et exire de Gremio, et diſcere ſerio incipiat. Exire in Herbam fruges, *aut* radicem *dicitur* granum Plin. 18, 7. Idem 11, 30 Semina arroſa condunt formicae, ne rurſus in Fruges exeant e terra. Tacit. Hiſt. 3, 68 Nec quisquam adeo rerum humanarum immemor, quem non commoueret illa facies, Romanum principem, et generis humani paullo ante dominum, relicta fortunae ſuae ſede, per populum, per vrbem, exire de Imperio. Lucan. 3, 112 Exit in Iram — libertas. *Vid.* Burmann. *ad* Ouid. Art. 3, 419. Exire in Laudes alicuius Quinctil. 11, 2, 11. — in Literas easdem Idem 1, 5, 60. *de caſu ſ. terminatione.* — per eandem Literam 1, 6, 8. Cic. Att. 13, 13 Libri quidem ita exierunt (niſi forte me communis φιλαυτία decipit) vt in tali genere, ne apud Graecos quidem ſimile quiddam, *vid.* n. 6. Quinctil. 4, 2, 51 Si tamen adhibitis quoque his artibus, in Longum exierit ordo rerum, erit non inutilis in extrema parte commonitio. Plaut. Amph. 1, 1, 68 Deinde vtrinque imperatores in Medium exeunt. Exire ab hominum Memoria Senec. de Benef. 3, . . Modum exire Ouid. Met. 9, 631. *i. moderationem egredi et modeſtiam.* Ab aliquo exire Numos Cic. Verr. 2, 61. Liu. 24, 16 Beneuentani omnes turba effuſa, quum Obuiam ad portas exiſſent, complecti milites, gratulari, vocare in hoſpitium. *Add.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 18. Odorem acrem, *i. vitare foetorem* Lucret. 6, 1215. Ad Opus, *aut* ad priuatum negotium Plin. 11, 10. Cic. pro Roſc. Amer. 3 Ego etiamſi omnia, quae dicenda ſunt, libere dixero, nequaquam tamen ſimiliter Oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. Idem de Clar. Orat. 265 Quanta ſeueritas in vultu, quantum pondus in verbis, quam nihil non conſideratum exibat ex Ore! In Oras luminis, *i. naſci* Lucret. 1, 171. Exire de Ouo a cauda Plin. 10, 16 ſ. 18. Varro de R. R. 3, 6 Praeterea locum habere ante ſe, quo Paſtum exeant diebus apricis. E Patriciis Cic. pro Dom. 37. Idem Tuſcul. 4, 77 c. 36 Itaque iratos proprie dicimus exiſſe de Poteſtate, id eſt de conſilio, de ratione, de mente. *Et* 3, 11 c. 5 Itaque nihil melius, quam quod eſt in conſuetudine ſermonis Latini, cum exiſſe ex Poteſtate dicimus eos, qui effrenati feruntur libidine aut iracundia — Qui igitur exiſſe ex Poteſtate dicuntur, ideo dicuntur, quia non ſunt in Poteſtate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum eſt. *Vid.* IMPOTENS. Petron. c. 51 Vt quotiescunque coeperis a te exire, ſanguinem tibi a capite mittam. Liu. 34, . . Per vallum caſtra inuadere parati erant, ſi in Praelium hoſtis non exiret. In aliquam Prouinciam legatum Cic. in Vatin. 12. Ad Pugnam Virg. Georg. 4, 67. Plin. 7, 19 Exit hic animi tenor aliquando in Rigorem quendam, toruitatemque naturae duram et inflexibilem. *Sic* Translationis vſus continuus in allegoriam et aenigmata exit Quinctil. 8, 6, 14. Seruitio Virg. Ecl. 1, 34. Sors exit, *vid. n. 5.* Spiritus exit in auras Ouid. Triſt 5, 6, 20. Stratis Stat. Achil. 2, 128. Exire Tela, *vid. n. 5.* Exiit Tempus induciarum Liu. 4, . . Quod Tempus exit in vrbis noſtrae CCXLIX annum Plin. 33, 2. Cic. de Fin. 1, . . Aequo animo e Vita, quum ea non placeat, tanquam e theatro exeamus. Cic. de Amicit. 15 c. 3 Quamobrem cum illo quidem, vt ſupra dixi, actum optime eſt, mecum autem incommodius: quem fuerat aequius, vt prius introieram in Vitam, ſic prius exire de Vita. Vita exire Plin. Ep. 3, 9, 5. Hanc tamen fugam Antonius, quin Viuus exierat, victoriam putabat Vell. 2, 82, 3. Suet. in Galb. c. 2 Maxime irritati ad talem iocorum petulantiam, quod ante paucos dies exierat in Vulgus, laudanti cuidam fortunam ſuam, reſpondiſſe eum, *etc.* De qua ſciebat exiſſe famam Nep. 23, 9, 2. In turbam exire Idem 14, 6, 3. *Et ſimpliciter* Cic. Fam. 15, 21 Literas miſi, non plus quam has, quas legis, exiſtimans exituras. *i. vulgatum, publicatum iri.* ¶ 3 *Obſeruari peculiariter iſta merentur.* Exire in tertium diem, *pro Differri.* Plin. Epiſt. 2, 11 Huius actionem veſpera incluſit, non tamen ſic, vt abrumperet: itaque in tertium diem probationes exierunt. Exire ſupra mille annos Sen. de Breuit. Vit. c. 6. Super aliquem exire, *i. Maiorem eſſe illo.* Stat. Theb. 6, 856

Leuat ardua contra
Membra Cleoneae ſtirpis iactator Agylleus,
Herculea non mole minor: ſic grandibus alte
Inſurgens humeris hominem ſuper improbus exit.

De fluuiis dictum. Virg. Aen. 8, 65 *verba Aeneae ad Tybrim*, Quo te cunque lacus miſerantem incommoda noſtra Fonte tenent, quocunque loco pulcherrimus exis. *Sic* Hiſter exit ſeptem aquis Valer. Argon. 8, 187. ¶ 4 *Ad ſortitionem pertinet.* Cic. Verr. 2, 127 c. 51 In qua *lege* ſcriptum erat, vt quot eſſent renuntiati, tot in hydriam ſortes conii cerentur: cuius nomen exiſſet, vt is haberet ſacerdotium. Cic. Att. 1, 16 Quum de Conſularibus mea prima Sors exiſſet, vna voce Senatus frequens retinendum me in vrbe cenſuit. Liu. 14, 7 Eo die cum Sors praerogatiuae Anienſi iuniorum exiſſet. *Et* 45, 15 Esquilinae *tribus* Sors exiit. *Plene* Val. Max. 6, 3, 4 Coniectis in Sortem omnibus tribubus, Polliae, quae proxima exierat, primum nomen vrna extractum citari iuſſit. ¶ 5 *In re gladiatoria* exire *dicuntur ictus vani, qui non feriunt.* Sen. Epiſt. 100 *ſub fin. de Fabiani eloquentia*, Fateor exibunt multa, nec ferient, et interdum otioſe praeterlabitur oratio. *Sed multo frequentius Vox eſt vitandi et cauendi. Nam cum declinatione quadam corporis petitiones aduerſarii fruſtramur, et eludimus*, Exire *dicimur.* Manil. 5, 163 Ille cito motu rigidos eludere caeſtus, Nunc exire leuis miſſas, nunc mittere palmas. *Et* Virg. Aen. 5, 438 Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit. *It.* 11, 750 Suſtinet a iugulo dextram et vim viribus exit. *Et* Lucret. 5, 1329 Nam tranſuerſa feros exibant dentis adactus Iumenta. *Vid. Lipſ. Saturn.* 2, 20. *Cerda in* Virg. *ll. cc.* *Heinſ. ad* Ouid. Met. 7, 517. *Burm. ad* Gratii Cyn. 197 *vbi* Vitium exire *eſt deponere, relinquere, formula Poëtae huic ſollemni et propria.* ¶ 6 Exire *dicuntur opera artificum, nempe de manu, de officina.* Hor. A. P. 22 Amphora coepit Inſtitui: currente rota cur vrceus exit? Mart. 11, 32 Hinc exit varium, coce, minutal. Auguſtin. de C. D. 7, 4 Tanquam opifices in vico argentario, vbi vnum vaſculum vt perfectum exeat, per multos artifices tranſit, cum ab vno perfecto perfici poſſit. *Hinc recte interpretati ſunt Corradus et Gron. illud* Cic. Att. 13, 13 Libri quidem ita exierunt (niſi forte me communis φιλαυτία decipit) vt in tali genere ne apud Graecos quidem ſimile quidquam. *De libris Academicis loquitur, nondum publicatis, aut cuiquam miſſis. Noſtri vtuntur in tali re verbo* gerathen. *Non diſſimilis eſt ratio* Quinct. 11, 3, 88 Et ii quidem — cum ipſis vocibus naturaliter exeunt geſtus. *Et* 12, 10, 26 Si quid exierit numeris *Demoſthenis* aptius. ¶ 7 Exitur, *Imperſ.* Plaut. Caſin. 4, 3, 15 Crepuit oſtium, exitur foras. Exitum huc nollem Ter. Adel. 5, 1, 12.

EXIENS, entis. Partic. [ἐξερχόμενος] Cic. de Diuin. 1, 53 Quinto autem anno exeunte, quum eſſet ex illo ſomnio, *etc.* *Add.* Tac. H. 4, 1, 35.

EXĬTVS, a, um. Partic. *Apud Antiquos. Vnde apud* Feſtum, Ad exitam aetatem, ad vltimam aetatem.

EXĬTVS, ûs. m. [ἐξέλευσις, ἔξοδος] *Egreſſio.* Cic. Fam. 4, 2 Neque ſolum ea perſpicis, quae geruntur, quaeque iam geſta ſunt: ſed etiam qui curſus rerum, qui exitus futurus ſit. Cic. Tuſc. 1, 91 Quomodo Initium nobis rerum omnium ortus noſter afferat, ſic Exitum mors. Cic. pro L. Manil. 3 Huius autem orationis difficilius eſt Exitum, quam Principium inuenire. *Et* Verr. 2, . . Vt Exitus Principio ſimillimus eſſet. Liu. 30, . . Caeterum exitu ſuperioris Anni, quum legati ſociarum vrbium ex Graecia queſti eſſent. Armorum exitus ſemper incerti et timendi Cic. Att. 7, 3. Exitus Fabularum *pro iis, quae* Exodia *vocantur* Firmicus lib. 6 Cum effeminati corporis mollitie cinaedos efficient, et qui veterum fabularum exitus in ſcenis ſaepe ſaltantes imitentur. *Sic certe laudat h. l. Scal. ad* Manil. 5 p. 360. Caeſ. B. G. 4, 8 Ad haec Caeſar quae viſum eſt, reſpondit: ſed exitus Orationis fuit, ſibi nullam cum iis amicitiam eſſe poſſe, ſi in Gallia remanerent. Ouid. Triſt. 5, 12, 62 Scribimus et ſcriptos abſumimus igne libellos, Exitus eſt Studii parua fauilla mei. Hor. Carm. 3, 29, 30 Prudens futuri Temporis exitum Caliginoſa nocte premit Deus. Viae exitum ac telos *tribuit* Varro *apud* Priſcian. 3 p. 607 *extr.* Vitae exitus Propert. 3, 5, 47. Liu. 39, 51 Hic vitae exitus fuit Hannibalis. *Sic* Nep. 18, 13, 1 Talem Vitae exitum habuit. *Et ſimpliciter* 19, 4, 3 Hunc exitum plerique habuerunt. Liu. 1 prooem. Vnde tibi tuaeque Reipubl. quod imitere, capias: inde foedum inceptu, foedum exitu, quod vites. Cic. Fam. 13, 41 Peto, vt ea, quae initio oſtendiſti, deinde quae feciſti, ad exitum augeri et cumulari per te velis. *i. denique, in fine.* Fauſtus Lucret. 1, 101. Cic. Fam. 2, 10 Haec aeſtas habuit hunc exitum ſatis Felicem: ea quae ſequitur, magno eſt in timore. Date huic religioni aditum, nullum fortunis communibus exitum reperietis Cic. pro Domo c. 47. *i. rationem iis proſpiciendi et ſaluas praeſtandi.* Incertus exitus et anceps fortuna belli Cic. pro Marcell. 15 c. 5. Ingens exitus docuit Virg. Aen. 5, 523. Inopinati Quinctil. 4, 2. Miſerabilis Idem 4, 1. Hor. Carm. 4, 14, 38 Fortuna luſtro proſpera tertio Belli Secundos reddidit exitus. Segnis Stat. Silu. 5, 3, 99. Superbus Quinctil. 4, 1. Triſtes exitus habuit Conſulatus Cic. de Clar. Orat. 128. ¶ 2 *Verba:* Acceſſit exitus verbis, *i. Ita factum eſt, vt praedixerat* Ouid. Faſt. 6, 565. Adducere et profligare aliquid ad exitum Cic. Tuſc. 5, 15 c. 6. Claudere exitum, *vid.* CLAVDO. Cic. Fam. 5, 12 Si vero exitu notabili Concluduntur, expletur animus iucundiſſima lectionis voluptate. *De caſibus viri excellentis.* Contigit exitus quem optamus Cic. ad Brut. 7. Datur facilis exitus Virg. Aen. 6, 894. Ducit liber ad bonos exitus vota Hor. Carm. 4, 8, 34. Exſpectare exitum Cic. Att. 16, 14. Id. Fam. 3, 12 Itaque quemadmodum Expediam exitum huius inſtitutae orationis, non reperio. Facere exitum Suet. Ner. c. 46. *i. finem habere. Vid. h. l. Caſaub.* Habet aliorum omnium ratio exitum, mea nullum Cic. Att. 11, 15 *m.* Cic. de Diuin. 2, 53 Quid ego aruſpicum reſponſa commemorem? poſſum equidem innumerabilia, quae aut nullos Habuerint exitus, aut contrarios. Cic. Verr. 5, 12 Perditae ciuitates, deſperatis omnibus rebus hos ſolent exitus exitiales Habere, vt damnati, *etc.* Habere exitus meliores Cic. Fam. 2, 15. Habere caſus ſimiles in exitu Cic. in Orat. 164. Imponere exitum alicui rei, aut ſermonibus, *vid.* IMPONO. Indicat exitus rei Cic. de Legib. 3, 25. Liber Patet exitus Lucret. 4, 724. Peruenire ad exitum Cic. in Orat. 116. Idem Fam. 10, 8 Vt quae Reipublicae bonisque omnibus polliceremur, exitu Praeſtaremus. Probat exitus acta Ouid Epiſt. 2, 85. Cic. Verr. 2, . . Aduerſarii non audebant contradicere: exitus nullus Reperiebatur. *Add.* pro Domo c. 47. Sequitur verba exitus Ouid. Faſt. 3, 347. Sortiri exitum facilem Suet. Aug. c. 99. *i. placida morte decedere.* Cic. de Orat. 1, 92 Artem vero negabat eſſe vllam, niſi quae cognitis penitusque perſpectis, et in vnum exitum Spectantibus, et nunquam fallentibus rebus contineretur. Supprimere omnes exitus naturales Scribon. 192. Cic. pro Muraen. 80 c. 37 In exitu Eſt iam meus Conſulatus. *Vid.* IN. In dubio Eſt exitus Ouid. Faſt. 2, 782. Veniunt ad eundem exitum vtrique Cic. de Fato 44. ¶ 3 Exitus, *pro Morte.* Nep. 19, 4, 3 Hunc exitum plerique habuerunt. *Vid. n. 1.* Tacit. Ann. 4, 11 Atrociore ſemper fama erga dominantium exitus verteret. *Et* Hiſt. 2, 5 Exitu demum Neronis poſitis odiis in medium conſuluere. A primo die natali ad exitum eius Suet. Aug. c. 100. Iuuen. Sat. 10, 127 Exitus ille vtcunque Hominis: ſed torua canino Latrauit rictu, quae poſt hunc vixerat vxor. Cic. de Diuin. 2, 24 c. 9 Non igitur Fatales exitus habuerunt. Grauior auſpicio Ouid. Met. 10, 8. Grauiſſimi exitus clariſſimorum hominum Cic. de Diuin. 2, 8. Honeſti ciuium Tacit. Ann. 16, 25. Miſero cruciabilique perire Gell. 3, 9. Cic. de Diuin. 2, 24 Quid enim poſſet iis eſſe laetum, exitus Suos cogitantibus? Saeuus exitus illum eripuit Iuuen. Sat. 10, 127. Virilem patris exitum imitata eſt Porcia Catonis filia Valer. Max. 4, 6. Bonos exitus habent boni Cic. de N. D. 3, 89 c. 36 *extr.* Exitus illum forte tulit Virg. Aen. 2, 554. *Vid. Vorſtius ad* Valer. Maxim. 5, 1, 5. *Et conf. mox* EXITIVM. ¶ 4 Exitus *etiam foramen vel apertura, qua exiri poteſt.* Plin. 21, 14 Alueorum cum mel eximitur, illini oportet exitus meliſſophyllo. Nep. 23, 12, 3 Hannibal

nibal *caſtellum* ſic aedificarat, vt in omnibus partibus aedificii exitus haberet. *i. ianuas.* *Sed al.* exitum ſibi haberet. *De eadem re* Liu. 39, 51 Septem exitus e domo fecerat, et ex iis quosdam occultos, ne cuſtodia ſepirentur. — Poſtico, quod deuium maxime atque occultiſſimi exitus erat, fugere conatus. Scribon. 192 Ventrem et omnes naturales exitus ſupprimit Ixia herba.

EXITIO, ōnis. f. Plaut. Truc. 2, 6, 30. Stratophanes *indignatur puero recens nato*, Quid illi ex vtero exitio eſt, priusquam poterat ire in praelium? *i. quid auſus eſt exire?*

EXITIVM, i. n. [ἐξώλεια, ὄλεϑρος] Feſtus, exitium antiqui ponebant pro Exitu: nunc Exitium, Peſſimum exitum dicimus. Varro de L. L. 4, 10 p. 17, 32 Animae et corporis diſceſſus, quod nateis (*hominibus natis*) fit exitus. Inde Exitium, vt cum in vnum ineunt, Initia. Exitium ac telos viae *tribuit* Varro *apud* Priſcian. l. 3 *ſi fides Grutero Suſpic. 6, 8. Sed Ald. Baſil.* Putſch. p. 607 exitum. Salluſt. Catil. 55 Ita ille patricius — dignum moribus factisque ſuis exitium vitae inuenit. *Sic optimi quique MSS. apud Grut. et Cortium, qui obſeruat etiam aqud Val. Maximum ſaepe* exitium *eſſe in MSS. vbi editur* exitus: *quemadmodum contra ea* exitum *reponendum cenſuit ex iisd. Vorſtius et Torenius cenſent 1, 6, 10. et 5, 1, 5* exitium. *Permutantur itaque facile cognatae ſignificationis, et eiusdem originis nomina. Plerumque tamen illud obſeruatur, vt* exitus *generatim mortem*, exitium *autem miſerum et deteſtabile mortis genus ſignificet. Hinc vt* Perii *et* Interii *dicunt Comici ad exprimendam leuitatem eorum, qui in paruo etiam periculo vel admiratione adeo ſola verbis ita grauibus vtuntur; quae etiam hodie plebeiorum praeſertim et temerariorum hominum ratio eſt: ita* Terentianus Antipho *aduentu patris perturbatus et ſtultitiae ſuae poenam ab eo metuens ait* Phorm. 1, 4, 23 Quod ego nunc ſubito huic exitio remedium inueniam miſer? Plaut. Bacch. 4, 9, 29 Ilio tria audiui fuiſſe fata, quae illi forent exitio. Idem Capt. 3, 3, 4 Neque exilium exitio eſt. *i. ratio illius vitandi, effugiendi.* Cic. Q. Fratr. 1, 4 Ego omnibus meis exitio fuero. Cic. in Catil. 1, 9 c. 4 Qui de noſtro omnium Interitu, qui de huius vrbis atque adeo orbis terrarum exitio cogitent. Cic. pro Mil. c. 2 Quos P. Clodii furor rapinis et incendiis et omnibus exitiis publicis pauit. Cic. in Catil. 4, 10 Caeſar Lentulum largitorem et prodigum, non putat, quum de pernicie Reipubl. et exitio huius vrbis tam acerbe, tamque crudeliter cogitarit, appellari poſſe popularem. Apul. Met. 7 p. 195, 5 Spes hilarior in Capitale proceſſit exitium. Crudele Valer. Argon. 3, 302. Deteſtabile Gell. 3, 9. Dirum Sil. Ital. 2, . . Facilius eſt araneorum exitium Plin. 21, 14. *i. pernicies, quam aranei inferunt aluearibus, facilius vitatur.* Furiale Valer. Argon. 2, 292. Magnum Virg. Aen. 2, 131. ❡ 2 *Verba:* Plaut. Capt. 4, 2, 72 Aperite haſce ambas foris, prius, quam aſſulatim pultando foribus exitium Affero. Cic. pro Sulla 33 Quum exercitus perditorum ciuium clandeſtino ſcelere conflatus, crudeliſſimum et luctuoſiſſimum patriae exitium Comparaſſet. Lucret. 5, 96

Tres ſpecies tam diſſimiles, quia talia texta,
Vna dies Dabit exitio, multosque per annos
Suſtentata ruet moles ac machina mundi.

Ouid. Met. 1, 146 Imminet exitio vir coniugis, illa mariti. Machinatus inſolita exitia Sen. Hippol. ſ. 12. Mereri exitium Ouid. Met. 2, 290. Apul. Met. 1 p. 103, 41 Circulatorem aſpexi — lanceam, qua parte Minatur exitium, in ima viſcera condidiſſe. Mittere exitium alicui Virg. Georg. 4, 534. Cic. . . . Exitium Reipubl. intra moenia Molitur. Totius orbis exitio Natus Apul. Met. 4. Parare exitium, *vid.* PARO. Cic. Tuſc. 2 c. 17. Ponere modum exitiis Virg. Aen. 7, 129. Lucret. 1, 850 Aequeque laborant, Et pereunt: neque ab exitio res vlla Refrenat. Hor. Carm. 1, 16, 17 Irae Thyeſten exitio graui Strauêre. Mox erat hoc ipſum exitio, *i. Cauſa mortis* Virg. Georg. 3, 511. Idem Ecl. 3, 101 Idem amor exitium eſt pecori pecorisque magiſtro. Ouid. Met. 7, 526 Pugnatum eſt arte medendi: Exitium Superabat opes, victaeque iacebant. *De peſte loquitur.* ❡ 3 *Conſueta Metonymia* Exitium *vocatur etiam auctor, cauſa, occaſio, exitii.* Plaut. Bacchid. 4, 9, 23 Mneſilochus eſt Alexander (*Paris*) qui erit exitium rei patriae ſuae. *Sic de vaſtatore Troiae Vlyſſe* Hor. Carm. 1, 15, 21 Non Laërtiadem exitium tuae Gentis, non Pylium Neſtora reſpicis? Exitium Troiae, *Achilles* Ouid. Met. 13, 500. *Locus eſt paullo obſcurior* Apul. Met. 3 p. 133, 21. *Apuleius iuſſus retegere cadauera, vt ferebatur, a ſe interfectorum, recuſat.* Renitentem — lictores — compellunt, manum denique ipſam e regione lateris tundentes, in exitium ſuum ſuper ipſa cadauera porrigunt. *Mira molitur Gruterus Suſpic. 6, 8:* latus *interpretatur capulum ſ. feretrum:* exitium *autem extremitatem; et praeterea legit* tendentes. *Capiat, ſi qui poteſt. Mihi videbatur nihil blandius eſſe, quam pro* lateris *legere* latus, *quod pro contracte ſcripto* lat'is *irrepſiſſe poteſt, et ita interpretari*, Manum *v. g. dextram*, e regione latus *ſiniſtrum* tundentes in exitium ſuum, *i. cauſam et materiam inſtantis ſupplicii, nempe* ſuper ipſa cadauera porrigunt.

EXITIĀLIS, e. Adi. [ὀλέϑριος] *Quod exitium adfert, mortiferum, calamitoſum, damnoſum: vt*, Exitialis euentus Liu. 27, . . Cic. Verr. 5, 12 c. 6 Exitiales exitus. Plin. 8, 38 Ille contra vrinam ſpargit prudens, hanc quoque leoni exitialem. Aurum Stat. Theb. 4, 192. Exitialis erat apud principem huic laxior Domus, illi amoenior villa Plin. Paneg. c. 50. *i. mortis cauſa erat.* Virg. Aen. 2, 31 Pars ſtupet innuptae Donum exitiale Mineruae. *de equo Troiano.* Malum Sil. 8, . . Lucret. 2, 569 Nec ſuperare queunt Motus vtique exitialeis Perpetuo, neque in aeternum ſepelire ſalutem. Stat. Achil. 2, 344 — Petit exitialia iudex Praemia, *Paris Helenam a Venere ſibi promiſſam.* Virg. Aen. 6, 511 Sed me fata mea, et Scelus exitiale Lacaenae His merſêre malis. Tempeſtas Vell. 2, 72, 5.

EXITIABĬLIS, e. Adi. [ἐξώλης] *Idem quod Exitiale.* Liu. 27, 23. Exitialis prodigiorum euentus in capita conſulum vertit. Ouid. Met. 6, 257 Exitiabile telum. Plaut. Epid. 4, 2, 36 Exitiabilem ego illi faciam vt hunc ſciat diem. Cic. Att. 10, 4 Exitiabile bellum. Caput exitiabile ſerpentis Ouid. Met. 8, 425. Clades exitiabilis, *pro Internecina* Suet. in Aug. c. 23. Cuius praelii Euentus quam fuerit exitiabilis, vix verbis exprimi poteſt Paterc. 2, 21. Homines exitiabiles morte mulctauit Paterc. 2, 12. Leges pernicioſas et exitiabiles tulit Paterc. 2, . . Monſtrum exitiabile dictu Stat. Theb. 1, 395. Morbus Tac. Ann. 16, 5, 4. Sil. 15, . . . Iacet exitiabile Nomen Auſonii columen regni. Telum Ouid. Met. 6, 257. Tyrannus Liu. 29, 17 *extr.*

EXITIABILITER. Adu. Auguſt. Conf. 6, 7.

EXITIŌSVS, a, um. Adi. [ὄλος] *Idem.* Cic. Catil. 4, 6 c. 3 Exitioſa coniuratio. *Et* Att. 9, 8 Exitioſum bellum. Prodigium Cic. de Aruſp. Reſp. 4. Idem Fam. 6, 1 Sed quod et fieri poſſe, et exitioſum Fore, ſi eueniſſet, videbam, id ne accideret, timebam. Diſcordia exitioſior Tac. Ann. 3, 12, 1. Helena exitioſiſſima Priamo Tertull. de An. c. 34.

EXITIOSE. Adu. Auguſtin. Ep. 8, 3.

EXĔQVOR, *et* EXSEQVOR, ūtus ſum, ĕqui. [ἐπιτελέω, ἀποπληρόω, διεξέρχομαι] *Perficere, abſoluere.* Plaut. Truc. 2, 5, 10 Nullam rem oportet aggredi doloſe, niſi aſtute accurateque exſequare. Ter. Andr. 1, 5, 24 Sed nunc quid primum exſequar? Plaut. Moſt. 3, 2, 18 Odioſa haec exequi certum eſt, vt abeam potius hinc ad forum, quam nunc domi cubem. Quinctil. 1, 6 Quae Tullius in Oratore Diuine, vt omnia exſequitur. Verboſius exſequi Quinctil. 5, 12. Hoc tamen vnum exequere mihi Virg. Aen. 4, 421. ❡ 2 *Nomina Subſtantiua:* Vlp. in l. finali D. de priuatis delictis, Si quis Actionem, quae ex maleficiis oritur, velit exequi. Aerumnam exequi, Aerumnam pati vel defungi. Plaut. Capt. 5, 4, 12 Dî immortales id voluerunt, vos hanc Aerumnam exequi: decet id pati animo aequo. Cic. de Vniuerſ. 5 Non igitur eſt dubium, quin Aeternitatem maluerit exequi: quandoquidem neque mundo quidquam pulchrius, neque eius aedificatore praeſtantius. Plaut. Epid. 4, 2, 3 Quam matrem meam? P. quae exanimata exequitur Adſpectum tuum. *i. Coniectos in te habet oculos, quaſi dicat, Te oculis ſequitur.* Beneficium Sen. de Benef. 2, 25. Ter. Phorm. 2, 3, 21 Frater eſt exſpectandus mihi: is quod mihi dederit de hac re Conſilium, id exequar. Calliſtrat. in l. diui fratres D. de accuſationibus, Diui fratres reſcripſerunt, non debere cogi heredes accuſatorum exſequi Crimina. Liu. 35, . . Praetorem Decreta eorum cum fide et cura executurum. Suet. in Iul. c. 67 Delicta neque obſeruabat omnia, neque pro modo exequebatur, *i. puniebat.* *Sed* Delicta exequi, *Crimen perſequi et deferre*, l. 1 *et* 2 *cum pluribus aliis* D. de accuſat. Dicta exequi Liu. 4, 28. *eſt facere quae dixeras.* Plaut. Trin. 3, 2, 60 Tanto melius eſt te ſororis cauſa Egeſtatem exequi, Atque eum agrum me habere, quam te tua qui toleres moenia? *i. egenum perpetuo viuere*, *ſic* Fatum, Fugam, Mortem. Cic. Att. 9, 4 Miſeros nos cur non omnes Fatum illius vna executi ſumus? *i. Non ſumus vna in eodem periculo, et ſequuti ſumus eum in periculis.* Cic. Philipp. 2, 54 c. 22 Omnes Conſulares, qui per valetudinem exſequi Fugam illam cladem que potuiſſent. *i. comitari Pompeium fugientem.* Funus Gell. 10, 15. Imperia ſine mora exequerentur Liu. 1, 28. Imperium celer exequitur Sil. 10, . . Imperium heri, *Facere quod herus imperat.* Liu. 25, . . Plaut. Men. 2, 1, 20. Ter. Heaut. 4, 1, 22 Nam iam primum ſi meum Imperium exſequi voluiſſes, interemtam oportuit. Incepta Liu. 30, 4. Plin. Epiſt. 3, 4 Veniebat in mentem priores noſtros eſſe ſingulorum hoſpitium Iniurias accuſationibus variis executos. Plaut. Merc. 5, 2, 72 Quin tu ergo Itiner meum exequi me ſinis? Caeſ. B. G. 1, 7 Quum ciuitas ob eam rem incitata armis, Ius ſuum exequi conaretur. Violata Iura Liu. 3, 25. *i. vlciſci.* Iuſſa diuûm Virg. Aen. 4, 396. Laudes braſſicae longum eſt exſequi, *i. Perſequi et enumerare* Plin. 20, 9. Plaut. Bacch. 3, 3, 75 Ille amico et beneuolenti ſuo ſodali ſedulo rem Mandatam exequitur. Mandata Cic. Philipp. 9, 9 c. 4. Miniſteria Liu. 29, . . Modum ſationis nulla ex parte exſequi poſſe Cic. Verr. 3, 46. Plaut. Pſeud. 4, 2, 38 Negotium eſt: nam neceſſe eſt hodie Sicyoni me eſſe, aut cras Mortem exequi: ita herus meus eſt imperioſus. *Sed* Mortem alterius exſequi, *pro Vlciſci, vel Iudicio perſequi.* Pompon. in l. 1 D. de accuſat. *et* Papin. in l. 2 *eod. tit.* Vlp. in l. 4 *eod. tit.* Munus ſuum, *i. Officium* Cic. Tuſc. 3, 15. Cic. de Senect. 72 c. 20 Senectutis autem nullus certus eſt terminus: recteque in ea viuitur, quoad Munus officii exequi et tueri poſſis. Negotium Cic. Off. 1, 79. Liu. 3, . . Interfecta inde quatuor millia, et exſequendo ſubtiliter Numerum, CC ait et XXX. Officia et ſtudia mea ſic exſequar, vt me — tibi reſtitutum putes Cic. Att. 3, 15. Idem de Senect. 34 Itaque exequi omnia regis Officia et munera *etc. De Maſiniſſa.* Patronam, *i. Precibus ſollicitare, vt adſit, et adiuuet: de Venere* Plaut. Rud. 1, 5, 4. Plaut. Merc. 5, 2, 88 Optime adueniens puere cape chlamydem, atque hic ſine ilico vt ſi haec non ſint vera, incoeptum hoc itiner Perficere exſequar. Pergam exſequi Plaut. Amph. 1, 1, 106. Virg. Aen. 6, 236 Propere exſequitur Praecepta Sibyllae. Plaut. Truc. 2, 5, 8 Lucri cauſa auara Probrum ſuum executa, alienos dolores mihi ſuppoſiui. Vlp. in l. quae omnia §. ſed etſi D. de Procuratoribus, Niſi forte purgare magis conuitium, quam Procurationem exequi maluerit. Plaut. Trin. 2, 2, 5 Per pietatem nolo ego cum improbis te viris, gnate mi, neque in via, neque in foro vllum Sermonem exequi. Liu. 28, 28 Viam conſilii ſcelerati, ſed non ad vltimum dementis exequi volo, *i. enarrare totam.* Virg. Aen. 5, 54 Annua Vota tamen, ſollemnesque ordine pompas Exequerer. ❡ 3 *Obſeruationes.* Exſequi, *pro Funerare: vnde* Exequiarum *nomen, quod inde natum eſt, quod multi cadauer eius, qui efferebatur, ſequebantur.* Cic. Tuſc. 1, 115 *ex antiquo Poëta*, At qui labores morte finiſſet graues, eum omnes amicos laude et laetitia exſequi. Exequi, *ſimpliciter pro Exponere, vel Narrando perſequi.* Liu. 5, 15 Exſequebatur deinde, quae ſollemnis deriuatio eſſet. Cic. Fam. 11, 27 Nam praeter haec, quae commemoraui, quae teſtata ſunt et illuſtria: habeo multo occultiora, quae vix Verbis exſequi poſſum. *Add.* Curt. 4, 7, 32. Exſequi, *Paſſ.* Vlp. in l. quum quaedam D. de iurisdict. omn. iud. Quaerebatur an prioris iudicis ſententia exequi poſſit. *Et* l. 2 D. de re Iudic. Per raro intra ſtatutum tempus ſententiae exſequentur.

EXĔQVENS, entis. Partic. [διεξερχόμενος] Gell. 10, 12 Philoſophus memoriarum veterum exequentiſſimus. Legati ſubinde exſequentes quaerendo Liu. 9, 16. *i. anxie quaerentes.*

EXEQVVTVS, *vel* EXSECVTVS, a, um. Partic. [ἠκολουϑηκὼς] Catul. 64, 15 Sectam meam exſecutae duce me. Conata magnifice exſecutus Vell. 2, 29, 1. Quaeſtiones exſecuti Quinct. 7, 1, 18. *Et paſſiue.* Exſecuto regis imperio Iuſtin. 7, 3, 2.

EXEQVVTIO, *vel* EXSECVTIO, onis. f. [ἀπεργασία] Plin. 35, 8 Neque enim inſtituti operis eſt talis exſequutio. Tacit. Ann. 3, 31 Exequutionem eius negotii lubens ſuſcepit. Syriae exſecutio Cincio permiſſa Tac. Ann. 15, 25, 4. Differam haec in praeſenti: deſiderant enim longam et propriam exſecutionem Senecae *eſſe dicitur.* Paull. l. 66 D. de verb. oblig. Si minor viginti annis a debitore ſtipuletur ſeruum manumiſſurum, non eſt exequutio ſtipu-

lationis danda. *Idem eod. titul.* In exequutione obligationis ſciendum eſt, quatuor cauſas eſſe.

EXEQVVTOR, *vel* EXSECVTOR, ōris. m. [ἀποπληρωτὴς] *Vt*, Exequutor inimicitiarum, *pro Vindice* Suet. in Veſpaſ. c. 14. Malorum propoſitorum exſecutor acerrimus Vell. 2, 45, 1. Sententiae exſecutor Apul. Met. 7 p. 197. Exſecutores, *Apparitores, qui Magiſtratus imperio reos in ius vocant: inde dicti, quod eius ſententiam in bonis pignoribusque capiendis exequerentur. Vid.* VIATORES. *Vtitur* Martianus imperator l. cum clericis C. de epiſc. et cleric.

EXEQVIAE, *vel* EXSEQVIAE, ārum. f. [ἐκκομιδὴ] *Funebre officium, quod ſcilicet in funere alicuius exequimur: ab eo dictae, quod homines pompam funebrem ſequuntur. Conf.* Seru. ad Aen. 2, 539. Ter. Phorm. 5, 9, 37 *formula vocantis ad* exſequias *praeconis*, Exequias Chremeti, quibus eſt commodum ire, iam tempus eſt. Cic. de Legib. 2, 42 Sepultura et iuſtis exequiarum caruerunt. Omnia poſt obitum fingit maiora vetuſtas, Maius ab exſequiis nomen in ora venit Propert. 3, 1, 23. Magis Viuorum ſolatia quam mortuorum ſubſidia *vocat* Auguſtin. de C. D. 1, 12. *Ordo ducentium pompam funebrem proprie hoc nomine venit.* Tacit. Ann. 2, 32 Silens agmen, et velut longae exequiae. Praeclari funeris exſequiae Ouid. Triſt. 3, 5, 40. Sen. de Tranq. An. 11 Totiens praeter limen immaturas exſequias fax cereusque praeceſſit. Id. de Breuit. vitae *extr.* Quidam diſponunt etiam illa, quae vltra vitam ſunt — et ad rogum munera et ambitioſas exſequias. At mehercule iſtorum funera, tanquam minimum vixerint, ad faces et ad cereos ducenda ſunt. *Vid. Lipſ. ad h. l.* Stat. Silu. 3, 3, 6 Mitibus exequiis ades, et lugentis Hetruſci Cerne pios fletus, laudataque lumina terge. Pietatem *deam alloquitur.* Tibul. 2, 4, 44 Seu veniet tibi mors, nec erit qui lugeat vllus, Nec qui det moeſtas munus in exſequias. Stat. Theb. 8, 210 Ceu flammas, ac dona rogo, triſtesque rependant Exſequias. Ouid. ad Liu. 168 Exequiis caruit Liuia paene ſuis. Exequias celebrare Liu. 25, 17. Cic. pro Quint. 50 c. 15 Si funus id habendum ſit, quo non amici conueniunt ad exſequias cohoneſtandas, ſed bonorum emtores, vt carnifices, ad reliquias vitae lacerandas et diſtrahendas. Comitari exequias Plin. 11, 18. Apul. Met. 4 *extr.* Toto proſequente populo viuum producitur funus, et lacrimoſa Pſyche comitatur non nuptias, ſed exſequias ſuas. *Vid.* Comitor, *in* COMES. Deducere exſequias S. Rufus c. 26. Dignas funere magni exequias fortuna dedit Lucan. 3, 292. Exequias ducere Plin. 8, 42. Idem 3, 16 Ita duxi exequias. Frequentare exſequias ad rogum vsque Suet. Tib. c. 32. Ouid. Amor. 2, 6, 2 Pſitacus Eois ales mihi miſſus ab Indis Occidit: exequias ite frequenter aues. Stat. Theb. 12, 81 Et nunc heu quae digna tibi ſollemnia, quasue Largiar exequias? Cic. pro Cluent. 101 c. 71 Poſtremo etiam fortaſſis mater exequias illius funeris proſecuta eſt. Ouid. Triſt. 1, 7, 14. Reddere exequias alicui Id. ad Liu. 218. Exequiis rite ſolutis Virg. Aen. 7, 5. Cic. pro Milon. 34 Tu ſpoliatum imaginibus, exequiis, pompa, laudatione, infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti.

EXEQVIĀLIS, e. Adi. [ἐναγισματικὸς] Ouid. Met. 14, 430 Carmina iam moriens canit exſequialia cygnus. Iuſta exequialia Stat. Theb. 11, 610.

EXEQVIOR, āri. *Pro Exſequias facere.* Varro Bimarco, Ipſum propter vix liberti ſemiatrati exequiantur Nonius 2, 298: *qui addit, dictum* vt conuiuantur et epulantur.

EXERCEO, ui, ĭtum, ēre. [ἀσκέω, γυμνάζω, ἐπιτηδεύω, ἀσχολέω, μελετάω] *Ab* Ex *et* Arceo *compoſitum;* Caſſiod. de Orthogr. ex Caeſellio c. 10 p. 2315 Exercere eſt ab ex et arcere, vt exercitus, quo ſub diſciplina arcetur, *i. continetur.* Ex *vehementiam et gradum altiorem ſignificat: et interdum moleſtiam ei rei adiunctam denotat, eſtque idem fere quod vexare, vt* Ter. Adelph. 4, 2, 48 I ſane, ego te exercebo hodie, vt dignus es, ſilicernium. Cic. Fam. 12, 4 Nunc me reliquiae veſtrae exercent, et quidem praeter caeteros me. ¶ 2 *Plerumque tamen agere, facere, tractare ſignificat, vt non tam ab arcendo, quam a Gr.* ἐξασκέω *dictum videatur.* Virg. Georg. 1, 268 Quippe etiam feſtis quaedam exercere diebus, Fas, et iura ſinunt. *Variis ita nominibus iungitur. vt*, Abactus hoſpitum Plin. Paneg. 20, 4. Iuuen. Sat. 15, 59 Ludere ſe credunt ipſi tamen, et pueriles Exercere acies, quod nulla cadauera calcent. Adulteria Suet. Aug. c. 69. Plaut. Milit. 3, 1, 32 Hanccine me aetatem exercere mei amoris gratia? *vt* agere. Agros Tacit. Germ. 29, 5. *i. colere. Conf.* Sil. 8, 566. *c. n. Heinſ. et Drakenb.* Cic. de Clar. Orat. 230 Me Adoleſcentem nactus octo annis minorem, quam erat ipſe, multos annos in ſtudio eiusdem laudis exercuit. Catul. 70, 3 Aemulus iſte tuus, qui veſtrum exercet Amorem, *i. amicam ſubigit. Modeſtiore formula idem* Catul. 67, 69 Isque domum nobis, isque dedit dominam, Ad quam communes exercuerimus Amores. Animam in optimis rebus Cic. Som. Scip. 21. Animum diſciplinis, corpus periculis Vell. 1, 13, 2. Animos in armis Ouid. Amor. 1, 8, 41. Aquas incertas Maeander exercet Id. Met. 8, 166. *i. huc illuc agit.* Arcum Claud. de Conſ. Mall. Theod. 188. Arma Id. in praef. Paneg. 3. Liu. . . Nam Sardos, Corſosque et Hiſtros laceſſiſſe magis quam exercuiſſe Romana Arma. Arma iuuentus exercet Virg. Aen. 4, 87. Hor. Epiſt. 1, 14, 44 Quam ſcit vterque libens cenſebo exerceat Artem. *Vtitur etiam* Celſ. praef. Bacchanalia Plaut. Amph. 1, 1, 32. Balatum agni exercent Virg. Aen. 9, 62. Bello exercuerunt maiores noſtros prouinciae Vell. 2, 90, 3. Brachia Ouid. Faſt. 4, 699. Campos, *Colere* Plin. Epiſt. 1, 20. Virg. Georg. 1, 99 Exercetque frequens tellurem, atque imperat aruis. *i. Colit.* Virg. Georg. 1, 403 De culmine ſummo Nequidquam ſeros exercet noctua Cantus. Choreas Claud. de Laud. Seren. 143. Choros Diana exercet per iuga Cynthi Virg. Aen. 1, 503. Colles vomere Id. ibid. 7, 798. Plin. 12, 14 Minaei primi Commercium turis fecere, maximeque exercent. Crudelitatem inſatiabilem non ſolum in viuo ſed etiam in mortuo Cic. Philipp. 11, 8 c. 3. Virg. Aen. 10, 142 Vbi pinguia Culta Exercentque viri. Curas Sil. 11, . . Decocta haec clauſo ſimul exercentur in ore Sammon. 268. *i. voluuntur.* Diem Virg. Aen. 10, 808. *i.* Per Diem exerceri. Seruius. Diſcipulos Suet. de Clar. Rhet. 1. Salluſt. Catil. 9 Iurgia, Diſcordias, ſimultates cum hoſtibus exercebant. Dolorem ferro Ouid. Met. 12, 534. Virg. Aen. 7, 782 — ardentes haud ſecius aequore campi Exercebat Equos, curruque in bella ruebat. Exceptionem Vlp. in l. ſi fideiuſſor conuentus §. j. D. mandat. Exercitum bellis Vell. 2, 109, 2. Equos campis Claud. de B. Get. 109. Exerce Formam et fugientibus vtere donis Stat. Epithal. Stellae v. 166. Stat. Silu. 5, 5, 84 Iam iamque natantes Exercere Genas, *iam in ſomnum conniuentes palpebras pueri ſolicitare, et a ſomno reuocare, mox autem* dulces arceſſere ſomnos. Guttur inani cibo exercet *Eriſichthon* Ouid. Met. 8, 826. Fere totus mundus exercet Hiſtrionem Petron. *ap.* Sarisb. de Nug. Cur. 3, 8. Virg. Georg. 1, 220 At ſi triticeam in meſſem, robuſtaque farra Exercebis Humum, ſolisque inſtabis ariſtis, *etc.* Imperia dura Id. Ibid. 2, 370. Ingenium Auct. ad Heren. 3, 34. Liu. 38, . . Itaque collega meus vel in alia cauſa inimicitias exerceat. *Sic* Sall. Cat. 9, 2. *et* 49, 2. Inimicitias nimium familiariter Cic. Diuinat. in Verr. 13 c. 4 *de Praeuaricatore. Add.* Vell. 2, 45, 1. Iracundiam in ſuperatos Cic. Brut. 2. Iras plus quam ciuiliter exercet Ouid. Met. 12, 583. Cic. Verr. 1, 155 Atque etiam Iudicium in Praetura publicum exercuit. Iumentum Nep. 18, 5, 4. Ius ciuile Cic. de Legib. 1, 14. Iuſtitiam Plin. Epiſt. 1, 10, 10. Iuuentam Catul. 59, 235. Linguas turpes litibus exercent Ouid. Met. 6, 375. Salluſt. de Repub. Ordin. . . Malitia praemiis exercetur: vbi eam demſeris, nemo omnium gratuito malus eſt. Propert. 3, 3, 34 Exercent teneras in ſua dona Manus. Medicinam Plin. 22, 25. Membra exercent in palaeſtris gramineis Virg. Aen. 6, 739. Memoriam Cic. de Sen. c. 7. Munera militiae togatae Lucan. ad Piſon. 27. Cic. de Senect. 21 At Memoria minuitur. credo, niſi exerceas eam, aut etiam ſi ſis natura tardior. Nauem, cauponam, ſtabulum Vlp. in l. 1 *et* vlt. D. naut. caup. ſtabul. vt recept. reſtit. Negotia ingenio Salluſt. Iug. 4, 1. Nomen patris, *Facere officium patris* Plin. in Paneg. 21, 4. *quod ſuſpectum Schwarzio, qui* exerere *et* exerçere *confundi, monet, vt* Quinctil. 4, 1, 55. Odium in aliquem Ouid. Met. 9, 275. Idem 5, 245. Vell. 1, 1, 2 Hereditarium in eum exercentis Odium. Odia pretioſa Ouid. Epiſt. 7, 44. Odiis exercere ſtirpem aliquorum et genus omne futurum Virg. Aen. 4, 622. Officinas promercalium veſtium Suet. de Grammat. c. 22. Liu. 9, . . Tum in minime pertinaci genere pugnae ſic fortuna exercuit opes, vt inſignis vtrinque clades, et clara ipſorum ducum ederet funera. Oppidum Sen. Med. v. 77. *i. ſe in oppido.* Palaeſtras Virg. Aen. 3, 281. Id. ibid. 4, 100 Quin potius Pacem aeternam, pactosque hymenaeos Exercemus? Plebem imperio Sall. Fragm. Hiſt. 1 p. 934 *Cort.* Virg. Aen. 6, 543 Hâc iter Elyſium nobis, at laeua malorum Exercet poenas, et ad impia tartara mittit. Populationem, *Populari.* Liu. 31, . . Quum priorem Populationem ſepulchris circa vrbem diruendis exercuiſſet. Principem, *h. e. Praeſtare ſe principem et exhibere* Suet. in Tiber. c. 33. *Vid.* PRAESTO, as. *Conf. Caſaub. ad l. c.* Pugnos ſi in me exerciturus, quaeſo in parietem vt primum domes Plaut. Amph. 1, 1, 168. Cic. de Fin. 2, 54 Qui quum Praetor Quaeſtionem inter ſicarios exercuiſſet, *etc.* Liu. 9, . . In me primum et hunc M. Follium quaeſtiones exerceatis. Quaeſtionem de aliquo Suet. de Caeſ. c. 11. Plin. 10, 21 Regnum in quacunque ſunt domo, exercent. *De gallis gallinaceis.* Remiges Nep. 10, 9, 1. Rura bobus Hor. Epod. 2, 3. Scelus, libidinem, et auaritiam in ſocios Liu. 29, . . Scortum Plaut. Amph. 1, 1, 132. Sall. de Rep. 1, 4, 4. Seruos Ter. Heaut. 1, 1, 22. Cic. pro Flacc. 88 An ſimultates neſcio quas cum libertis veſtris Flaccus exercuit? *Add.* Sall. Cat. 9. Solum ſub preſſo vomere Virg. Georg. 2, 356. Ouid. Met. 13, 54 Debita Troianis exercet Spicula fatis. Studia Dianae Id. Epiſt. 4, 87. *i. venatum.* Stilum Plin. 17, . . Ter. Heaut. 1, 1, 91

— corraſi omnia,
Ancillas, ſeruos, niſi eos qui opere ruſtico
Faciundo, facile Sumtum exercerent ſuum,
Omnes produxi ac vendidi. *Vid.* SVMTVS.

Virg. Georg. 1, 210 Exercete viri Tauros, ſerite hordea campis. *i.* Ad aratra tauros iungite. Seruius. Telas exercet aranea Ouid. Met. 6, 145. Tellurem Virg. Georg. 1, 99. Cic. pro L. Manil. 16 Quo tandem animo eſſe exiſtimatis, aut eos, qui Vectigalia vrbis penſitant, aut qui exercent atque exigunt? Plaut. Rud. 2, 6, 42 Equidem meam Velitationem exerceo: nam omnia coruſca prae tremore fabulor. Verba, *pro Exercere ſe ad orationem extemporalem* Sen. Epiſt. 1, 40. Vim conſulatus in coërcitionem ambitus exercuit Vell. 2, 47, 3. Virg. Aen. 9, 175 Exercetque Vices quod cuique tuendum eſt. *i.* Exercet vnusquisque vices ad id, quod accepit tuendum. Seruius. Vires ſuas exercere, linguae celeritatem incitare, verborum frequentia delectari Cic. de Orat. 1, 149. Vires omni cura Virg. Georg. 3, 229. Lucret. 5, 1423 Tunc igitur pelles, nunc aurum et purpura curis Exercent, hominum Vitam, belloque fatigant. Vndas exercet Auſter Hor. Carm. 4, 14, 21 Vndas luſibus Ouid. Met. 14, 536. Plaut. Poen. prol. 14 Exerce Vocem, quam per viuis et colis: nam niſi clamabis, ſtatim te obrepet fames. ¶ 3 *Nominatiui perſonarum aut rerum, quae* exercere *dicuntur.* Si — aegrum fluens Aluus exercuit Celſ. 7, 2. *vbi tamen alii legunt* Exhaurit, *vel*, Exhauſit, *Morgagn. Ep.* I *in* Celſ. *qui in* II *illud*, Exhaurit, *ex MSto confirmat.* Ambitio magis quam Auaritia hominum animos exercet Sall. Cat. 11, 1. Virg. Georg. 2, 415 Incultique exercet Cura ſalicti. *i. Cura nos etiam ſponte naſcentium rerum fatigat.* In omni genere belli Pompeium Fortuna Reipublicae exercuit Cic. pro L. Manil. 16. In caſibus variis me Fortuna exercet Id. Tuſc. 5, 1. Strenua nos exercet Inertia Hor. Epiſt. 1, 11, 28. Virg. Georg. 4, 453 Non te nullius exercent numinis Irae Magna lues commiſſa tibi. Id. Aen. 1, 435 Qualis apes aeſtate noua per florea rura Exercet ſub ſole Labor. Ad hanc te amentiam natura peperit, Voluntas exercuit, fortuna ſeruauit Cic. in Catil. 1, 25 c. 10. ¶ 4 *Paſſiue:* Cic. Att. 13, 22 Te de praedio auiae exerceri moleſte fero. Optimum virum Pertinaciſſime exercet Plin. Epiſt. 7, 6, 2. Poenis exerceri, *Poenas pati* Virg. Aen. 6, 739. Cic. Att. 6, 1 Cicerones pueri amant inter ſe, diſcunt, exercentur. Latine apud Brutium exerceri volo Id. Fam. 16, 21. Difficile eſt tenere quae acceperis, niſi exerceas Plin. Epiſt. 8, 14. Apud magiſtros pueri exercentur Cic. de Orat. 1, 244. Id. ibid. 46 In hac Ariſtoteles adoleſcentes, non ad philoſophorum morem tenuiter diſſerendi, ſed ad copiam rhetorum in vtramque partem, vt ornatius et vberius dici poſſit, exercuit. Quinctil. 5, 12 Quia declamationes, quibus ad pugnam forenſem velut praepilatis exerceri ſolebamus, olim iam ab illa vera imagine orandi receſſerunt. Aliqua re ſe Cic. in Brut. c. 15. In aliqua re exerceri Ouid. Met. 13, 921. Studioſiſſime in dialectica exerceri Cic. de Clar. Orat. 309. In venando exerceri ad ſimilitudinem bellicae diſciplinae Id. de N. D. 2, 161. Agris exerceri Virg. Georg. 4, 159. Armis exerceri Cic. Verr. 4, 56. Pueri et primaeuo flore iuuentus Exercentur

equis

equis Virg. Aen. 7, 163. ¶ 5 Exercere ſe *frequens eſt.* Quam quisque norit artem, in hac ſe exerceat Cic. Tuſc. 1 c. 18. Id. in Orat. 99 Aut in hoc ſolo ſe exercuit, aut huic generi ſtudet vni. Acerrime quotidianis commentationibus ſeſe Id. de Clar. Orat. 249. Arcu ſe Tibul. 2, 1, 69. Cic. Fam. 1, 7, 29 Haec cogites, ad haec te exerceas. Exercere ſe ad curſuram Plaut. Moſtel. 4, 1, 5. Ad verſus alicuius ſe Cic. de Orat. 1, 154. Vehementiſſime ſe in aliqua re Id. ibid. 1, 152 c. 33. In ſtudio alicuius rei ſe exercere Id. pro Cluent. c. 64. Ter. Heaut. 1, 1, 94 Agrum hunc mercatus ſum: hic me exerceo. In conſultationibus ſe exercere, et in vtramque partem diſſerere Cic. Att. 9, 3. Graui iudicio multaque arte ſe in veriſſimo genere dicendi exercere Id. ad Brut. 15. Id. pro Arch. 28 Quid quod in hoc tam exiguo vitae curriculo et tam breui, tantis nos in laboribus exerceamus? Id. Tuſc. 2, 40 c. 17 Subduc cibum vnum diem athletae: Iouem Olympium, eum ipſum cui ſe exercebit, implorabit, ferre non poſſe clamabit. ¶ 6 *ICtorum ſunt iſta:* Exercere figlinas, arenarias, et argentifodinas l. 15 §. Inde quaeſitum D. de vſufr. Litem, *i. Perſequi* l. 32 §. item ſi qui Romae D. de arbit. Inde fideiuſſor de exercenda lite l. 1 C. ad Turpil. Nauem exercet, *quisquis eſt ad quem lucrum et damnum peruenit. Vid.* l. 1 *et* 4 D. de exercitoria actione *paſſim.* Pecunias in l. 35 in fine D. de hered. inſtit. *Et* foenus l. 49 D. de adminiſt. tutor.

EXERCENS, entis. Partic. [ἀσχολῶν] Cic. de Orat. 2, 287 M. Lepidus quum, caeteris in campo exercentibus, in herba ipſe recubuiſſet, Vellem hoc eſſet, inquit, laborare. Grex curſorum cum magiſtro ſe exercens. Petron. c. 29. Athletae ſe in curriculo exercentes Cic. de Senect. 27. Otia molli cura exercens Sil. 15, . . Piraticam exercentes Salluſt. Fragm. c. 33. Eurus ignem exercens Ouid. Epiſt. 15, 9. *i. Huc illuc iactans.* Lucret. 2, 1102 Saeuiat exercens telum, *etc.*

EXERCENDVS, a, um. Partic. [ἀσκητέος] Aequabilitas iuris exercenda Cic. Off. 1, 88. Arcenda aetas adoleſcentis a libidinibus, exercendaque in labore patientiaque et animi et corporis Id. ibid. 1, 79. Corpus exercendum eſt, et ita afficiendum, vt obedire rationi poſſit Id. ibid. 1, 79. Crudelitatis exercendae libido Id. Verr. 3, 143. Memoria exercenda eſt in ediſcendis Id. de Orat. 1, 157.

EXERCĬTVS, a, um. Partic. [ἠσκημένος] Cic. pro Font. 32 Poſtremo ipſe, cum in omnibus vitae partibus honeſtus atque integer, tum in re militari cum ſummi conſilii et maximi animi, tum vero vſu quoque bellorum gerendorum, in primis eorum hominum, qui nunc ſunt, exercitus. *i. Peritus.* Exercitus immundo opere ruſtico Plaut. Merc. prol. 65. Gell. 19, 13 Homo ſane perquam in noſcendis veteribus ſcriptis exercitus. *Sic apud* Plin. Epiſt. 2, 9 Exercitus in agendis cauſis. Curis exercitum eſſe Ouid. Met. 15, 768. Conciliis et Diſcidiis exercita crebris, Corpora, *quibus aër conſtat*, miſceri radiorum lumine in ipſo Lucret. 2, 119. Fatis Iliacis exercite Virg. Aen. 3, 182. Afran. *apud* Non. 1, 16 Qui me *(propter me, figura Graeca)* eſt animi exercitus, *i. ſolicitus animi.* Gell. 1, 7, 4 Aderat forte ibi amicus noſter, homo lectione multa exercitus, cui pleraque omnia veterum literarum quaeſita, meditata, euigilataque erant. ¶ 2 *Iactatus, vexatus, calamitatibus agitatus.* Cic. pro Planc. 78 c. 32 Quo quidem etiam magis ſum non dicam miſer, (nam hoc quidem abhorret a virtute verbum) ſed certe exercitus. Id. Att. 1, 11 Scito, nihil tam exercitum eſſe nunc Romae, quam candidatos, omnibus iniquitatibus. *Et* pro Milon. 5 Quid enim nobis duobus laborioſius, quid magis ſollicitum, magis exercitum dici aut fingi poteſt. Plin. Epiſt. 6, 13, 1 Vnquamne vidiſti quemquam tam laborioſum, tam exercitum, quam Varenum meum? *i. ita in cauſis periculisque iactatum. Et* 4, 9, 1 Cauſam per hos dies dixit Iulius Baſſus, homo laborioſus, et aduerſis ſuis clarus. Plaut. Epid. 4, 1, 3 Multiplex aerumna me exercitam habet. *Vid.* Plaut. Merc. 2, 1, 4. *et* Trin. 4, 3, 83. *itemque Caſaub. ad* Suet. p. 137. Militiam exercitam Tacit. Ann. 1, 35, 3. *dixit Aſperam et diuturnis laboribus atque miſeriis grauem.* Plaut. Epid. 4, 1, 30 Simul aerumnam multiplex exercitam habet paupertas. ¶ 3 *Subſtantiua:* Animalia exercita motu Lucret. 4, 860. Exercito corpore feſſus Sall. Iug. c. 70. Corpora aſſiduo varioque exercita motu Lucret. 2, 96. Flumina curſu exercita Virg. Georg. 3, 529. Stat. Theb. 3, 179 Saepe quidem infelix, varioque exercita ludo Fatorum gens noſtra ruit. Manus innumeris caſtris exercita Id. Silu. 1, 4, 72. Manus exercita furtis Claud. in Eutrop. 1, 193. Exilio, rebusque exercita egenis Membra Stat. Theb. 11, 57. Quaeſtio exercita aſpere Salluſt. Iugurth. c. 40. *Comparat.* et *Superlat.* Dicebant antiqui Exercitiorem, et Exercitiſſimum Feſt. in Exercitio. Agendis rebus exercitior Tertull. adu. Valent. c. 18. Exercitiſſima Plin. 9, 15. Pectora rebus exercita Ouid. Met. 13, 265. Probitas exercita rebus aduerſis Ouid. Triſt. 5, 5, 49. Veſtis Veneris ſudorem exercita potat Lucret. 4, 1121.

EXERCITE. Adu. *Compar.* Apul. Met. 11 p. 272, 6 Mecum ipſe cogitationes exercitius cogitabam.

EXERCĬTOR, ōris. m. [ἀσκητής, γυμναστής] *Qui docet et exercet alterum in re aliqua.* Plaut. Trin. 4, 3, 9 Hic quisquis eſt, Curculio eſt exercitor, is hunc hominem curſuram docet. *Et* Trin. 2, 1, 3 Egomet me concoquo, macero et defetigo Magiſter mihi exercitor animus eſt. *Etiam ſerio apud* Macrob. Somn. Scip. 2, 14 Exercere anima corpus *dicitur.* ¶ 2 Exercitorem eum dicimus, *inquit* Vlp. in l. 1 §. 15 Exercitorem D. de Exercitoria actione, ad quem obuentiones et reditus omnes perueniunt, ſiue is dominus nauis ſit, ſiue a domino nauem per auerſionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum.

EXERCITORIVS, a, um. Adi. *Qua* Exercitor *nauis conuenitur ad praeſtanda Magiſtri contracta.* Africanus in l. finali D. de exercitoria actione, Lucius Titius Stichum magiſtrum naui praepoſuit: is pecuniam mutuatus, cauit ſe in refectionem nauis eam accepiſſe. Quaeſitum eſt, an non aliter Lucius Titius exercitoria teneretur. *ſubaud.* Actione. *ſic toto illo titulo.* Iacula exercitoria, *i. Luſoria* Tertull. de Poenit. c. vlt.

EXERCITIVM, i. n. [ἄσκημα] *Vt apud* Gell. 20, 5 Exercitium dicendi. Salluſt. de Repub. Ordin. 1, *non procul a fine,* Porro ii, quibus bis die ventrem onerare, nullam noctem ſine ſcorto quieſcere mos eſt, vbi animum, quem dominari decebat, ſeruitio oppreſſere, nequaquam eo poſtea hebeti atque claudo pro exercitio vti volunt. Milites frequentibus exercitiis praeparare ad praelia Sall. Fragm. c. 32 *et ap.* Veget. 1, 9. Ludicra Gell. 6, 15. Perpetua Vellei. 2, 109.

EXERCITIO, ōnis. f. [ἄσκησις] *Idem.* Si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitio Cato *ap.* Gell. 11, 1. Vlp. in l. Si tamen D. de Exercitoria actione, Si tamen plures per ſe nauem exerceant, proportionibus exercitionis conueniuntur. Papinian. l. 1 D. de offic. eius, cui mandat. eſt iurisdic. Videntur errare magiſtratus, qui quum publici iudicii habeant exercitionem, lege vel Senatusconſulto delatam, iurisdictionem ſuam mandant. *Add.* l. 15 D. vt legator ſeu fid. Exercitionem exerciti dicebant antiqui Exercitationem exercitati. Item Exercitiorem, exercitiſſimum, *ſicut* ab Exercitato, Exercitatiorem, exercitatiſſimum. Feſt.

EXERCĬTVS, ûs. m. [ςρατιά, ςράτευμα, ςρατός, ςόλος] *Multitudo ordinata militum.* Veget. 2, 1 Numerus militum exercitatur, vnde et re ipſa ab opere exercitus nomen accepit, vt ei nunquam liceret obliuiſci, quod vocabatur. Varro L. L. 4, 16 p. 23, 27 Exercitum *dictum ait,* quod exercitando fit melior. *Huc alludens* Cic. Tuſc. 2, 37 c. 16 Militiae vero *(h. e. in re militari)* noſtri exercitus primum vnde nomen habeant, vides: deinde qui labor, quantus agminis? ferre plus dimidiati menſis cibaria, ferre, ſi quid ad vſum velint, ferre vallum. Nam ſcutum, gladium, galeam, in onere noſtri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus — Quid exercitatio legionum? Quid ille curſus, concurſus, clamor, quanti laboris eſt: *etc.* Vlp. l. 1 D. de his, qui not. infamia Exercitum dicimus non vnam cohortem, neque vnam alam, ſed numeros multos militum. Exercitus, et Militum copia dicitur: et homo multis negotiis exercitus, ſed ſuperius quarti ordinis, hoc ſecundi eſt. Feſt. Virg. Aen. 11, 171. *et* 9, 25 Iamque omnis campis exercitus ibat apertis Diues equûm, diues pictaï veſtis et auri. *Sed et* Exercitus *abſolute de pedeſtribus copiis.* Exercitum equitatumque caſtris continuit Caeſ. B. G. 2, 11. Fortiſſimorum militum exercitus Cic. Philipp. 4. 6. Aduena exercitus Virg. Aen. 7, 39. Ampliſſimus Plin. Epiſt. 2, 13. Circumfluens, Collecticius, Contractus, *vid. ſſ. ll.* Inſolens Hor. Carm. 1, 16, 21. Inſolitus ad laborem, *vid. h. v.* Inſtructus Cic. de Prouinc. Conſ. 9. Integer, Intentus, Iuſtus, *vid. ſſ. ll.* Maximus et fortiſſimus Cic. pro Muraen. 32. Mutilatus, *vid. ſ. l.* Pedeſtris Nep. 18, 4, 3. Tumultuarius, *vid. in* TVMVLTVS. Turbati Quinctil. 7, 1. ¶ 2 *Verborum formulae:* Abducere exercitum Cic. Philipp. 10, 9. Accipere, *vid.* ACCIPIO. Adducere Cic. Att. 7, 9. Amittere Id. in Piſon. . . Augere Salluſt. in Iugurth. . . Carpere, *vid. h. v.* Cogere Salluſt. in Iugurth. c. 54. Colligere Cic. Catil. 2 c. 3. Collocare Cic. Fam. 12, 23. Concidere, *vid.* CONCIDO. Conducere inuictum Cic. Philipp. 4, 6. Conficere, *vid.* CONFICIO. Cic. pro L. Manil. 61 c. 21 Quid tam nouum, quam adoleſcentulum priuatum, exercitum difficili Reip. tempore conficere? confecit. huic praeeſſe? praefuit. *Add.* Id. Att. 5, 8 *et* 16. Confirmare Salluſt. in Iugurth. . . Conflare Cic. Phil. 4, 15 c. 6. Conſcribere et comparare Id. ibid. 5, 36 c. 13. Continere caſtris, *vid.* CONTINEO. Corrumpere largiendo Quinctil. 5, 13. Deducere Liu. Bell. Pun. . . Deponere Cic. in Piſon. . . Dimittere Cic. in Piſon. 47. Diſſipare Cic. Fam. 15, . . Diſtribuere Caeſ. Bell. Gall. 5, 24. Ducere Idem pro Muraen. 20 c. 9. Quinctil. 2, 16. Ductare Sall. Cat. 17 *et* 19. Educere ex aliqua prouincia Cic. in Piſon. 56. Exponere Caeſ. B. C. 3, 57. *ſc. in terram ex nauibus.* Facere Cic. Philipp. 5, 23 c. 8. Habere Id. Fam. 1, 9. Impoſuit exercitum Brundiſii, Incidens portis exercitus, Increpare exercitum, Luſtrare, *vid. ſſ. ll.* Multiplicare Liu. Bell. Pun. . . Parare Salluſt. in Iugurth. . . Permutare Liu. Bell. Pun. . . Recenſere Id. 1, . . *et* Suet. Calig. c. 44. Reficere Liu. 3, . . Regere ampliſſimum Plin. Epiſt. 2, 13. Scribere exercitum Liu. 3, . . Scribere ſupplementum exercitui Salluſt. in Iugurth. . . Supplere Liu. 2, . . Transferre in Africam Quinctil. 3, 8, 17. Tranſportare in aliquam prouinciam Cic. in Piſon. 47. ¶ 3 *Etiam aliarum rerum eſt exercitus:* v. g. Coruorum increpuit denſis exercitus alis Virg. Georg. 1, 382. Phorci exercitus omnis Virg. Aen. 5, 824. *i. marina monſtra.* Plaut. Ciſt. 1, 1, 60 Noli obſecro lacrimis tuis mihi exercitum imperare, *int. lacrimarum mearum.* Exercitus edendi remiſſus Id. Capt. 1, 2, 50. *i. ſpes coenandi alieno ſumtu ademta. Mox addit,* Nullumne interea nactus es, qui poſſet tibi remiſſum, quem dixti, Imperare exercitum. ¶ 4 *Pro exercitatione poſuiſſe putamus* Plaut. Rud. 2, 1, 7 Pro exercitu gymnaſtico et palaeſtrico hoc habemus, Echinos, lepadas, oſtreas, balanos captamus, conchas *etc.* Poſt id piſcatum hamatilem et ſaxatilem aggredimur *etc. Certe militiam et opera militaria notat.* ¶ 5 *Genitiuum* Exerciti *pro* Exercitûs, *ex* Accio *et* Varr. *adducit* Nonius 8, 14.

EXERCITVALIS, e. Adi. *Ad exercitum pertinens.* Caſſiod. praef. Epiſt. Regiar. *et* l. 3 c. 40 *et* 41.

EXERCĬTO, āre. [ἀσκέομαι] Mela 2, 1 Achilles ſe ac ſuos curſu exercitauiſſe memoratur. Salluſt. de Rep. Ord. 2, 18 Corpus atque ingenium exercitabat patriae. *Conf.* Ibid. 1, 7.

EXERCITĀTVS, a, um. Partic. [ἀσκητός] *Qui longa exercitatione doctus, et melior ac validior eſt.* Plin. Epiſt. 3, 9, 16 Solet dicere Claudius Reſtitutus, qui mihi reſpondit, vir exercitatus et vigilans, et quamlibet ſubitis paratus. Caeſ. B. G. 2, 20 Superioribus praeliis exercitati. Ter. Hec. 3, 3, 47 O fortuna, vt nunquam perpetuo es bona, ſed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit. Cic. pro Quint. 3 c. 1 M. Iunius, qui in hanc cauſam Aquili, aliquoties acute egit, homo et in aliis cauſis exercitatus et in hac multum et ſaepe verſatus, hoc tempore abeſt, *etc.* Idem pro Cluent. 52 Homo in primis ingenioſus, et in dicendo exercitatus. *Add.* Nep. 15, 5, 2. *Sic* Att. 14, 12 Exercitatus in Arithmeticis. *Et* Acad. 4, 110. *Item* Caeſ. B. C. 1, 57 Exercitati in Armis. In rebus maximis gerendis et ſuſtinendis exercitatus animus Cic. Q. Frat. 1, 1. Bello exercitatus Nepos 15, 5, 4. Cic. in Somn. Scip. 21 Sunt autem optimae curae de ſalute patriae, quibus agitatus et exercitatus animus, velocius in hanc ſedem et domum ſuam peruolauit. Diſciplina bona exercitati Id. in Orat. 200. Id. pro L. Agr. 23 Totus enim ager Campanus et poſſidetur et colitur a plebe optima et modeſtiſſima, at illi miſeri, nati in illis agris et educati, glebis ſubigendis exercitati, quo ſe ſubito conferant, non habebunt. Famem facilius fert inexercitatus, quam exercitatus homo Celſ. praef. *fin. ſc. motu, labore.* Liu. 5, 3 . . Is tum iam non promtus ingenio tantum, ſed vſu etiam exercitatus talem orationem habuit. Hor. Epod. 9, 31 Exercitatas aut petit Syrteis Noto, Aut fertur incerto mari. Nares exercitatae Celſ. 8, 5. *i.* laborantes: at Morgagn. Ep. I in Celſ. referi-

reſcribit, Exitatae, et in II Epiſt. MSti auctoritatem adducit. Vultus exercitati ſenex Petron. c. 83 p. 412. *i. Ob vigilias in ſtudiis pallidi, macilenti, auſteri.* *Compar.* [ἀσκητότερος] Cic. Off. 2, 53 c. 15 Deinde conſuetudine beneficentiae paratiores erant, et tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. Copiae exercitatiores Nepos 11, 2, 1. *Superl.* Cic. pro L. Manil. 55 Omnibus naualibus pugnis Carthaginienſes homines in maritimis rebus exercitatiſſimos paratiſſimosque vicerunt. Duces exercitatiſſimi atque peritiſſimi Caeſ. B. C. 3, 73. Interpres exercitatiſſimus Cic. de Diuin. 1, 43. Valentiſſimus et ad verberandos homines exercitatiſſimus lictor Id. Verr. 5, 141. Exercitatiſſimus ſcripturarum Tertull. praeſcr. adu. Haeret. c. 17.

EXERCITATE. Adu. *Compar.* *Apud* Senecam Epiſt. 90 Multa facit aut peritius aut exercitatius. *Superl.* Arnob. 3 p. 113 Praecepta habeat cognita et rationem teneat exercitatiſſime comprehenſam.

EXERCITATIO, onis. f. [ἄσκησις, γυμνασία, μελέτη] Cic. Off. 1, 130 c. 36 Neque id in piloſophia ſolum, ſed etiam in dicendi exercitatione feci. Exercitatione ludoque campeſtri vti Id. pro Cael. 11. Studia et exercitationes Id. Fam. 1, 9. Exercitationum genera Nep. 17, 3, 3. Vſu forenſi et exercitatione tiro, non aetate Cic. Diuin. Verr. 47. Labores corporis minuendi ſenibus, et exercitationes animi augendi Id. Off. 1, 123 c. 34. Ingenii exercitationes et curricula mentis Id. de Senect. 38 c. 11. Iuris Ciuilis exercitatio Id. de Orat. 1, 243. Malorum exercitatio Quinctil. 2, 4. Scholarum exercitationes Id. 3, 8. Cic. de Senect. 9 c. 3 Aptiſſima omnino ſunt, Scipio et Laeli, arma ſenectutis, artes, exercitationesque virtutum, quae in omni aetate cultae, quum diu multumque vixeris, mirificos afferunt fructus: non quia nunquam deſerunt, *etc.* Idem pro Milon. 35. In dialecticis exercitatio Cic. de Fin. 3, 41. Laborioſae, *vid. h. v.* Cic. de N. D. 1, 103 At ipſi tamen pueri, etiam quum ceſſant, exercitatione aliqua ludicra delectantur. Modicae, *vid. h. v.* Primae Quinctil. 2, 4. Puerilis Idem 1, 11. Quotidiana dicendi Cic. pro L. Manil. 1. Subitae ad propoſitas cauſas exercitationes et accuratae et meditatae commentationes Idem de Orat. 1, 257. ¶ 2 *Formulae Verborum:* Accommodata Quinctil. 2, 4. Acuere linguam dicendi exercitatione Cic. de Clar. Orat. 331 c. vlt. Acuit conſuetudo et exercitatio et intelligendi prudentiam, et eloquendi celeritatem incitat Id. de Orat. 1, 90. Aſſuefieri ſtuprorum et ſcelerum exercitatione Id. in Catil. 2, 9. Augere exercitationes Id. de Off. 1 c. 34. Conficere exercitatione, *vid.* CONFICIO. Quinctil. 1, 1 Nam et maxime neceſſaria eſt Oratori memoria, et ea praecipue Firmatur atque alitur exercitatione. Formanda oratio exercitatione et ſtilo ad certam legem Cic. de Orat. 3, 188 c. 49. Munire conuicii exercitationem cum intolerabili petulantia, tum etiam diuturna impunitate Id. pro Domo ſua 3. Recaleſcunt motu et exercitatione corpora noſtra Id. de N. D. 2, 26. Suſtulerunt meditatione atque exercitatione multi naturae vitium Id. de Diuin. 2, 96. Tuendus color corporis exercitatione Id. Off. 1, 130. Vtendum eſt modicis exercitationibus, et ratio valetudinis habenda Id. de Senect. 36.

EXERCITAMENTVM, i. n. *Idem ac Exercitatio.* Apul. Florid. 25 p. 351 Mentium documenta, corporum exercitamenta.

EXERCITĀTOR, ōris. m. [ἀσκητής, γυμναστής] *Qui exercet.* Plin. 23, 7 Pythagoras exercitator, primus ad carnes eos tranſtulit. *De athletis.* Idem 35, 11 Lecythion agilitatis exercitator.

EXERCITĀTRIX, īcis. f. [ἀσκητρίς] Quinctil. 2, 15, 25 Quod duas partes ciuilitatis corpori aſſignet, medicinam, et quam interpretantur exercitatricem. *Nempe γυμναστικὴ Platonis eſt.* Exercitationem *videtur ſphalma Burmannianae.*

EXERCIBILIS, e. Adi. *Quod praeſtari poteſt.* Regula C. Aurel. Tard. 5, 1.

EXERCIPES, edis. m. *Pediſequus, curſor.* Ταχυδρόμος, δρομεύς, exercipes Gloſſ.

EXERCIO, īre. *Compoſitum ex Praepoſitione* Ex, *et Verbo* Sarcio. *Vid.* Sumtum ſuum exercere, in SVMTVS *ſub* SVMO.

EXERMIS, e. Adi. *Armis carens, exarmatus.* Sit licet exermis, conterit arma tamen Sariſber. in Carm.

EXĔRO, *ſiue* EXSERO, ui, ertum, ĕre. [ἐξείρω] *Ab* Ex *et* Sero, *facere vt aliquid emineat, et foras velut proſpiciat.* Ouid. Triſt. 3, 12, 13 Herbaque quae latuit cerealibus obruta ſulcis, Exſerit e tepida molle cacumen humo. Columel. 8, 7 Verum habeat ex vtraque parte foramina: vnum quo caput exſeratur, alterum quo cauda et clunes. Lucan. 5, 598 Primus ab oceano caput exeris Atlanteo Core mouens aeſtus. Caput Galatea ponto exerit Ouid. Met. 13, 838. Caput Neptunus imis exſerens vndis Sen. Agam. ſ. 6. Caput Phoebus illuſtre laetis exſerit terris Id. Herc. fur. 594. Caput altius vitiis exeruiſſe Ouid. ad Liu. 46. *i. Excelluiſſe.* Caput Roma magnanimis vrbibus alte exerit Sil. 1, . . Cochleae exſerere ſe domicilio *dicuntur* Plin. 9, 32. Digitum exſere: peccas Perſ. 5, 119. *i. in re etiam minima, et quae in neutram partem ſpectari videatur, a peccato tibi non caues. Stoica diſputatio, de qua vid. Caſaub. Vet. Schol. refert ad geſtum victos ſe ſublato digito fatentium.* Stat. Theb. 9, 330 — fulgentemque exerit Enſem. Ouid. Faſt. 1, 409 Exſerit haec Humerum, veſtes trahit illa per herbas. *de Nymphis.* Lucan. ad Piſon. 245 Tu nanti protende manum, tu Piſo Latentem Exſere. *Metaph. protrahe in lucem.* Linguam Plin. 10, 23. Liu. 7, 10 Linguam etiam ab irriſu exſerentem producunt. *Vid.* EXERTO. Manum Sen. de Benef. 2, 30. Manu ſubter togam ad mentum exerta Liu. 8, 9. Ora delphin ſidus exſerit patriis vadis Ouid. Faſt. 1, 458. Columel. 12, 56, 1 Prius quam oluſatrum coliculum agat, Radicem eius exerito menſe Ianuario, *i. extrahito, eſt contrarium inſertioni.* Secreta mentis, *h. e. Efferre* Sen. Herc. Oet. ſ. 4. Columel. 8, 8 *extr. de columbinis pullis,* Nam dum Vincula exerere conantur, non conquieſcunt, *i. auferre, detrahere cruribus.* Vultus Phoebe exerit Sen. Hippol. ſ. 6. Exerere aliquem, *pro Exhibere aliquem et proferre* Claud. de Piis Frat. 15. Suet. in Tiber. c. 33 Paullatim principem exeruit, *i. ſe principem eſſe, rebus declarauit. In editis legitur* Exercuit: *verum non eſt perinde elegans.* Plin. Epiſt. 8, 7 Sumam tamen perſonam magiſtri: exeramque in librum tuum Ius, quod dediſti.

EXERTVS, *ſiue* EXSERTVS, a, um. Partic. [ἐξαρτός] Plin. 11, 37 ſ. 61 Dentes exerti ſunt apro, hippopotamo, elephanto. Stat. Theb. 9, 132. Amazon vnum exerta latus pugnae Virg. Aen. 11, 649. Stat. Theb. 4, 235 Exerti ingentes humeros. Humeros exertaque brachia velat Id. Achil. 1, 346. Cethegus exertus Lucan. 2, 543. *et* Ipſe humero exſertus gentili more parentum Sil. 8, 587. *Ab Hor.* Cinctutus *dicitur. Solebat enim Cethegorum familia in publicum et pugnam prodire humero et brachio exerto, i. Nudato, quod tunicis non vterentur, ſed antiquo more cinctu ſ. campeſtri:* Enſis Stat. Theb. 5, 439. Ouid. Faſt. 3, 814 Enſibus exertis bellica laeta dea eſt. Lacerti Sen. Herc. Oet. 1547. Virg. Aen. 1, 496 Mamma. *Et* 11, 803 Papilla. Medulla Hor. Epod. 5, 37. *Heinſ. et Bentl. legunt* Exeſa. Exſertiorem operam nauare Pacat. Paneg. Theodoſ. c. 35. *i. apertiorem, manifeſtiorem. Sic* Stat. Silu. 5, 2, 39 Quod tempus amicum Fraudibus, exſerto quae nam bona tempora bello, *i. aperto, vbi profeſſa vi graſſamur.*

EXERTE. Adu. Apul. Met. 1 p. 24 Ianitor introrupit exerte clamitans. *Add.* Tertull. de Spectac. c. 3. *et* ad Vxor. c. 1. *et* adu. Valentin. c. 3. Spartian. Vita Seueri c. 3 Tribunatum ſeueriſſime exertiſſimeque egit, *i. Exactiſſime.*

EXSERTIM, *apud* Lucret. *reperiri dicitur.*

EXERTO, āre. [ἐξείρομαι] Virg. Aen. 3, 425 At Scyllam caecis cohibet ſpelunca latebris Ora exertantem, et naues, et ſaxa trahentem. Humeros exertare, *i. Nudare* Stat. Theb. 1, 41. Claud. Quadrigar. *ap.* Gell. 9, 13 Deinde Gallus irridere, atque linguam exertare. *Etiam hic* exerrare *ſuum commendat Lipſ. Elect. 1, 7. Sed intempeſtiue.* Plin. 35, 4 ſ. 8 Exſerentem linguam *dicit, nec aliter ipſe* Liu. 7, 10. *nobis refert* Gallum ſtolide laetum, et (quoniam id quoque memoria dignum antiquis viſum eſt) linguam etiam ab irriſu exſerentem.

EXERRO, āre. Stat. Theb. 6, 444 Spargitur in gyros dexterque exerrat Arion. Cyprian. Epiſt. 1, 12 Exorbitans et a via veritatis exerrans.

EXERRATIO, ōnis. f. Gell. 15, 2 Non defugiendas eſſe neque reſpuendas huiuſcemodi exerrationes. *Ita legit Lipſius Elect. 1, 7. Al.* Exhortationes *vel* Exercitationes, *quod hic et* Macrob. Sat. 2, 8. *vbi idem locus tractatur, retinent edit. Gronou. Bene ſane, quod et res ipſa, et in primis collatio ipſius Platonis de legibus libro primo exeunte declarat.*

EXERVGO, ĕre. Contemſit fontes, quibus exerugit aquae vis Enn. *ap.* Grammaticum incert. *quem euoluit Hier. Columna; quod etiam refert et explicat Merula p. 625. Caeterum recte inde Columna deriuat verbum* Eructo. *v. v.*

EXESVS, *vid.* EXEDO.

E X F

EXFIBRO, āre. *Fibras euellere.* Columellae *adſcribitur: falſo arbitror.*

EXFIBRATVS, a, um. Part. Catoni: *non recte, puto.*

EXFILATVS, *vid.* EFFAFILATVS.

EXFIO, is, īre. [ἐναγίζω] *Purgare, A quo*

EXFITVS, ūs. m. Purgatio, *teſte* Feſto, *et*

EXFIR, (*Sic primae editt. in quibus nihil licuit Scaligero; poſtea fere* EXFIT) Purgamentum, vnde adhuc manet Suffitio. Feſt. *Nempe de ſolo* Exfir *iſta ſunt apud Feſtum, vnde non ſine ratione deducuntur* Exfio *et* Exfitus, *quae analoga ſint verbo* Suffio *et* Suffitus. *Thema autem* Fio *deriuant ex Graeco* θύω, *vt* foris *a* θύρα *et* fera *a* θήρ. *Vid. Voſſ. Haec non improbabilia. Sed vltra progreditur Scaliger Coniectan. in Varron. p. 77. et huc trahit locum* Fabii Pictoris *apud* Non. 3, 197. *quem ita legit,* Exfit eſt ſale ſordidum, quod vſtum eſt, et in ollam rudem fritilem obiectum eſt. *Sed eum locum ita alii dederunt, v. g. Gothofr.* Teſfit et ſale, quo ſale ſordidum vſtum eſt, et ollam rudem facile abiectum eſt. *Sic et Bentl. At Mercerus, qui feliciſſime tractaſſe Nonium putatur, ita p. 223, 15:* Neutro (*genere* Sale *vſus eſt*) Varro: Commentario veteri Fabii Pictoris legi, Muries fit ex ſale, quod ſale ſordidum ſuſtum eſt (*ſic eſt in textu, ſed in annotatione coniicitur* tunſum eſt) et in ollam rudem fictilem adiectum eſt, et poſtea id ſal Virgines Veſtales ſerra ferrea ſecant. *Haec conueniunt cum his Feſti,* Muries eſt, quemadmodum Veranius docet, ea quae fit ex ſale ſordido in pila pinſato, et in ollam fritilem coniecto, ibique operto, gypſatoque, et in furno percocto, cui Virgines Veſtales ſerra ferrea ſecto, et in ſeriam coniecto, quae eſt intus in aede Veſtae, — aquam iugem — addunt, atque ea demum in ſacrificiis vtuntur. *Vt igitur non videtur huc facere Nonius, ita multo minus audienda ingenioſa licet coniectura Thom. Hyde, qui in Hiſt. relig. vet. Perſar. c. 7 p. 149 ſuſpicatur, deceptum eſſe Feſtum, non* Exfir *eſſe ſuffimentum a Veſtalibus parari ſolitum, nam has quoque, a Scaligero credo arreptas, admiſcet; ſed* Exfir, *quae eſt cum Arabum Articulo ipſum nobile* Elixir, *etc.*

EXFOCIONT in monumento Duilii *ſcriptum pro* effugiunt. *Vid. v. g. apud Funcc. de Orig. et puerit. L. L. p. 305 ſqq.*

EXFŎDIO, ōdi, oſſum, ĕre. [ἐξορύττω] *Quod foſſum erat extrahere.* Plaut. Aulul. 4, 8, 9 Exfodio aulam auri plenam. *Sic antiqua edit. Io. Pe. Vallae. Sed nemo ita edidit a Camerario inde, verum* Effodio.

EXFOLIO, āre. Apic. 4, 2 Exfoliare roſas.

EXFRETO, āre. Firmic.

EXFORNICATVS, a, um. Vulg. Interpr. Epiſt. Iudae v. 7 Sodoma et Gomorra et finitimae ciuitates exfornicatae. *Gr.* ἐκπορνεύσασαι.

EXFVNDO, āre. [ἐκπυθμενόω] Non. 3, 307 *interpretatur A fundo euertere, laudatque* Cael. Antipat. 7 Reſpub. amiſſo exfundato pulcherrimo oppido.

EXFVNDATIO, ōnis. f. *ICt. in* Cod.

EXFVTVTVS, a, um. *Vt,* Latera exfututa Catul. 6, 13. *exhauſta nimia Venere.*

EXFVTI, Exfuſi; vt Mertat, pro Merſat. Feſt.

E X G

EXGREGIVS, *vel* EGREGIVS, *i.* E grege lectus. Feſt.

EXGRVMINO, āre. Exgruminare *dicuntur cochleae apud* Varr. de R. R. 3, 14, 3 Denique ipſae exgruminantes ad propalam vitam diu producunt, quum ad eam rem pauca laurea folia interiiciant, et aſpergant furfures non multos. *Quidam legunt* Exgrumantes, *et cum Beroaldo a grumis, i. glebis terreis deriuant. Popma ait* gruminare *vel* cruminare *eſſe minutatim delibare. Scalig. itemque Turn. et Vrſin. malint* Exruminantes. *Mihi placebat* Ex ſe ruminantes.

EXGVRGITO, āre. [ἐξαμπωτίζω] *Extra gurgitem emittere.*

Vnde

Vnde per translationem Plaut. Epid. 4, 2, 12 Proh deûm atque hominum fidem, quid ego lenocinium facio: quì quidem habeam alienos domi, atque argentum exgurgitem domo prorſum? *Alii legunt* Egurgitem,; *et ipſe Gron.* *Sic et* Non. 2, 265 *qui interpretatur* Exhauriam.

E X H

EXHAERĒDO, āre. *quod quidam ſine Diphthongo ſcribunt, vt* Haeres. [ἀποκληρόω] *Extra haereditatem abiicere, et proſcribere, vid.* ABDICO. Martial. 3, 10 Exhaeredauit te Philomuſe pater. Cic. pro Cluent. 135 c. 48 Exhaeredare filium. *Proprie* Exhaeredari filii *dicuntur, mortuo patre: qui viuente adhuc patre depelluntur paternis bonis*, Abdicari *dicuntur.* *Itaque abuſiue verbo* Exhaeredare *vſus* Nepos *eſt in* Themiſt. *init. cum eum* a patre Exhaeredatum *ſcribit: de quo cum* Valer. Max. 6, 9 *exponeret, recte* Abdicatum *dixit.*

EXHAEREDANS, is. Partic. Cic. Philipp. 2, 41 Igitur fratrem exhaeredans, te faciebat haeredem.

EXHAEREDATVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἀποκεκληρωμένος] Auct. ad Heren. 4, 34 c. 23 Sed a neceſſariis omnibus exhaeredatus eſt. Plin. Epiſt. 119.

EXHAEREDATIO, ōnis. f. [ἀποκλήρωσις] Quinctil. 7, 2 Tu impie feciſti, quum exhaeredationem meruiſti. *Conf.* Id. Decl. 2. *Et* l. 20 *pr.* Dig. de Bon. poſſeſſ. contra tabb.

EXHAERES, ēdis. [ἀπόκληρος] *Qui priuatus eſt haereditate, quae ad eum pertinebat.* Cic. de Orat. 1, 175 c. 38 Nempe in ea cauſa quaeſitum eſt de iure Ciuili, poſſetne paternorum bonorum exhaeres eſſe filius, quem pater teſtamento neque haeredem, neque exhaeredem ſcripſiſſet nominatim. Plaut. Moſt. 1, 3, 77 Vtinam nunc meus mortuus pater nuntietur, vt ego exhaeredem meis me bonis faciam, atque haec ſit haeres. Vlp. in l. 1 §. Pomponius D. de Carboniano edicto, Idem ait, quum quidam exhaeredem ſcripſiſſet filium, quod diceret eum ex adulterio conceptum, *etc.* ex hac parte edicti ei bonorum poſſeſſionem competere: quum ſi ſine elogio exhaeres ſcriptus eſſet, non haberet bonorum poſſeſſionem. Exhaeredem vitae ſuae aliquem facere, *in minis militaribus* Plaut. Bacch. 4, 8, 8. *pro Occidere.*

EXHAEREDĬTO, āre. *Pro Exhaeredare: inuſitatum eſt.* Salvian. contra Auarit. 3 p. 112. *vbi conf. Rittershuſ. Not.*

EXHAERESĬMVS, i. m. [ἐξαιρέσιμος] Dies, *i. Exemtilis.* Cic. Verr. 2, 128 c. 52 Eſt conſuetudo Siculorum, caeterorumque Graecorum, quod ſuos dies, menſesque congruere volunt cum Solis Lunaeque ratione, vt nonnunquam, ſi quid diſcrepet, eximant vnum aliquem diem, aut ſummum biduum ex menſe, quos illi ἐξαιρεσίμους dies nominant.

EXHĀLO, āre. [ἀναθυμιάζω, ἀποπνέω, ἐκπνέω, ἀτμίζω] *Exſpirare, et veluti Per halitum emittere aërem.* Plin. 17, 4 Quae tenues exhalat nebulas. Virg. Aen. 7, 84 Saeuamque exhalat opaca Mephitin. Multa per os exhalantur Lucret. 4, 862. Id. 3, 433 Vbi cernimus alta Exhalare vapore Altaria, ferreque fumum. Animam, *Mori* Ouid. Met. 6, 247. Iuuen. Sat. 10, 281. Cic. Philipp. 2, 30 c. 12 Edormi crapulam inquam et exhala. *Sic* Vinum. Mori Sil. 10, 153 Supremum Teleſinus in auras Exhalat Lucem, et dubitantia lumina condit. *i. moritur.* Lucret. 6, 811 Quidue mali ſit, vt exhalent aurata Metalla? Nebulam fumosque volucres exhalat terra Virg. Georg. 2, 217. Nebulae caligine miſtae exhalantur humo Ouid. Met. 11, 596. *Conf.* Ibid. 13, 602. Terra Pulueris exhalat Nebulam, nubesque volantes Lucret. 5, 254. Lucan. 5, 83

Vt vidit Paean vaſtos telluris hiatus
Diuinam ſpirare fidem, Ventosque loquaces
Exhalare ſolum. Stat. Theb. 10, 102
— Tapetis
Incubat: exhalant veſtes: et corpore pigro
Strata calent.

Cic. Philipp. 2, 42 c. 17 Quanquam tu quidem (vt tui familiariſſimi dictitant) Vini exhalandi, non acuendi ingenii cauſa declamitas. *vt* Crapulam. Virg. Aen. 2, 562 Vt regem aequaeuum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem. *Vid. mox* Ouid. Met. 5, 62.

EXHĀLANS, is. Partic. [ἀτμίζων] Spiramenta exhalantia flammam Ouid. Met. 15, 343. Id. ibid. 5, 62 Poſtquam exhalantem ſub acerbo funere vitam Vidit Atyn.

EXHALĀTVS, a, um. Partic. Anima exhalata Ouid. Met. 11, 43. Varr. de R. R. 2, 2 Reliquae paſtiones hiberno ac verno tempore hoc mutant, quod pruina iam exhalata propellunt in pabulum, et paſcunt diem totum.

EXHALATVS, ûs. m. *Idem ac Exhalatio.* Mart. Capel. 2 p. 40 Ex calore ſuperno atque exhalatu.

EXHALATIO, ōnis. f. [ἄτμισις, ἀναθυμίασις] Plin. 31, 3 Certior multo nebuloſa exhalatio eſt. Exhalationes terrae, *Tenues ſpiritus, qui per aeſtum maximum terra diffuſa exhalantur, et ſurſum in aërem feruntur* Cic. Tuſc. 1, 43 c. 19 Quod et humidum et caliginoſum eſt, propter exhalationes terrae.

EXHAVRIO, ſi, ſtum, īre. [ἐξαντλάω, ἐξαρύω, ἀφύσσω, ἐκκενόω] *Prorſus euacuare ſignificat.* Poculum exhaurire, *Hauriendo euacuare et ebibere* Liu. 39, 50 Poculo impauide exhauſto haud ita multo poſt exſpirauit. *Et* c. 51 *extr.* Poculum exhauſit, *etiam de veneno.* Ouid. Faſt. 5, 513. *Sic*, Exhaurire ſanguiſugam Plin. 20, 13. Poculum mortis Cic. pro Cluent. 31. *Contraria.* Id. Philipp. 2, 63 Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate, tantum Vini in Hippiae nuptiis exhauſeras, vt tibi neceſſe eſſet in Populi Romani conſpectu vomere poſtridie. ❡ 2 *Subſtantiua quibus vel proprie vel per translationem iungitur.* Aegrum exhaurit cubantem fluens Aluus Celſ. 7, 3. Cic. in Vatin. 5 c. 2 Num religiones polluerit, Aerarium exhauſerit, Rempub. compilarit. *Sic* Verr. 3, 164. Cic. Att. 2, 21 Tamen tantus fuit Amor, vt exhauriri nulla poſſet iniuria. Id. Verr. 3, 77 Aratores funditus euertebantur, et eo magis, quod iam ſuperioribus annis exhauſti erant, ac paene perditi. Bellis maximis exhauriri Id. de Prouinc. Conſ. 6. Lucan. 3, 181 Exhauſit totas quamuis delectus Athenas. *i. Militum ingentes copiae eductae ſunt e ciuitate.* Bonis exhaurire et euertere miſeras funditus ciuitates Cic. in Piſon. 86. Copias maximas Id. in Parad. . . Id. Fam. 5, 16 Non facile exhauriri tibi iſtum Dolorem poſſe vniuerſum puto. Domum alicuius exhaurire et exinanire Id. Verr. 5, 63. *Contraria.* Id. de Prouinc. Conſ. 4 Vt Domos exhauſtas replere poſſent, peremta pace bellum nobis prope iuſtum intulerunt. Facultates donatoris Pomponius in l. Quum ex cauſa D. de re iudicat. Genas citius exhauriet Sipyleia genitrix, *i. Niobe flere deſinet: de re impoſſibili* Stat. Silu. 5, 1, 33. Heredem exhaurire legatis, *Onerare legatis ita, vt nihil ei reliquum fiat* Plin. Epiſt. 5, 1, 9. Humum ligonibus Hor. Epod. 5, 31. *h. e. Fodere, aperire.* Stat. Theb. 5, 563 — Nam mollia colla refuſus In tergum ſerpens venientem exhauſerat ictum. Sil. 17, 355 — ipſa malorum Non plus Carthago tulit, exhauſitque Laboris. Laborem in re aliqua Plin. Epiſt. 3, 9. Id. Epiſt. 5, 5 Quod me recordantem miſeratio ſubit quantum vigiliarum, quantum Laboris exhauſerit fruſtra. Labores exhauſti poſito cum ſole Stat. Theb. 6, 237. *i. finiti vna cum die.* Cic. ſub Fam. 9, 14. *et* ſub Att. 14, 17 Libentius omnes meas, ſi modo ſint aliquae meae Laudes, ad te transfuderim, quam aliquam partem exhauſerim ex tuis. Cic. Att. 5, 13 *extr.* Reliquum eſt, vt ante quam proficiſcare, Mandata noſtra exhaurias, *i. plane peragas.* Exhaurire, quae mandata ſunt Id. ib. 5, 6. Minas inanes Stat. Theb. 10, 289. Pecuniam omnem ex aerario Cic. pro L. Agr. 2, 97 Plebem Idem pro L. Agr. 2, 69. Potionem Quinctil. 7, 2, 17. Praedam ex fortunis aliquorum, ex agris vrbibusque ſociorum Cic. in Piſon. 48. Prouinciam ſumtu Idem Q. Frat. 1, 1, 2. *et* Suet. Neron. 38, 6. Quaeſtus immanes M. Antonii tota exhauſit domus Cic. Philipp. 5, 11. Regionem aliquam fluuius exhaurire *dicitur, Quum omnia ſecum rapit et depopulatur.* Lucan. 2, 410 Eridanus fractas deuoluit in aequora ſiluas, Heſperiamque exhaurit aquis. Scrupulum Cic. Att. 5, 13. Sentinam furum ex vrbe Idem in Catil. 1, 16. *Et* Att. 1, 15 Multa enim quae me ſolicitant anguntque: quae mihi videor aureis tuas nactus, vnius ambulationis ſermone exhaurire poſſe. *i. Sermone et collocutione tua eiicere ex animo.* Cic. pro Sext. 60 Plaga vna illa extrema defuit: quae ſi acceſſiſſet, reliquum ſpiritum exhauſiſſet. Supplicia Sil. 6, . . Vires Plin. Epiſt. 3, 19. Cic. pro Sext. 48 c. 21 Ne videret victorem, viuus inimicum, eadem ſibi manu vitam exhauſiſſe, qua mortem ſaepe hoſtibus obtuliſſet. Vrbem ciuibus Lucret. 6, 1138. Exhaurire *in* MS. *confunditur non raro cum* Exurere: *vid. Drakenb. ad* Sil. 10, 379.

EXHAVSTVS, a, um. Partic. [ἐξηντλημένος] Exhauſtus fons, *In quo nihil amplius eſt aquae* Caeſ. B. G. 8, 43. Omnibus iam caſibus exhauſtus Virg. Aen. 1, 603. *i. defatigatus.* Exhauſtus magnificentia publicorum operum, *ad inopiam redactus* Liu. 1, 57. Sonitu inani exhauſtus, *i. Exhauſtus fruſtraneo labore ſonandi, apud* Claud. de Sext. Conſ. Hon. 262. Iuuen. Sat. 9, 59 Quantum erat exhauſti lumbos donare Clientis Iugeribus paucis? Exhauſti *turpiſſimae Veneris miniſterio, ideo* lumbos *addit, eosque* donari, *Synecdochica ratione ait.* Rebus exhauſtum eſſe Stat. Silu. 3, 3, 156. Cic. de Aruſp. Reſp. 37 Non ignouit, mihi crede, non: niſi forte tibi eſſe ignotum putas, quod te iudices dimiſerunt excuſſum et exhauſtum, ſuo iudicio abſolutum, omnium condemnatum. ❡ 2 *Subſtantiua:* Inops et exhauſtum Aerarium Cic. Verr. 3, 164 c. 70. Amnes ſolibus exhauſti Stat. Theb. 3, 259. Anno exhauſto, *h. e. Tranſacto* Lucan. 5, 44. Apes exhauſtae, *Imminutae* Virg. Georg. 4, 248. Aqua Cic. de N. D. 2, 27. Artus ſudoribus Lucan. 4, 638. Bella, h. e. Finita, terminata, Seruius *ad* Virg. Aen. 4, 14. Benignitas amicorum exhauſta Cic. Att. 4, 2. Ciuitates bonis exhauſtae Idem in Piſon. 86. *Et* de Orat. 3, 102 c. 26 O pater, o patria, o Priami domus! in quo (*verſu*) commoueri tanta actio non poſſet, ſi eſſet conſumta ſuperiore motu et exhauſta. Equus curſu exhauſtus Lucan. 8, 3. Femina viſceribus laſſis, partuque exhauſta Idem 2, 340. Flumine exhauſto vincere aeſtum, *Pota aqua vincere ſitim* Propert. 4, 10, 63. Hortus floribus exhauſtus Ouid. ex Ponto 4, 4, 63. Italia delectibus exhauſta Suet. Iul. 79, 3. Iuuentus multo ſudore exhauſta Lucan. 4, 303. Labor fruſtra exhauſtus Idem 3, 496. Quinct. 4, 5 Nam et exhauſti Laboris noſſe menſuram, voluptati eſt: et hortatur ad reliqua fortius exequenda, ſcire quantum ſuperſit. Laboris pars eſt exhauſta Ouid. Faſt. 1, 771. Lacrimis exhauſta Lucan. 9, 171. Opes Propert. 3, 13, 2. Orationis pars magna eſt exhauſta Quinctil. 11, 3. Lucan. 3, 132 Pacis ad exhauſtae ſpolium non cogit egeſtas. Pericula exhauſta commemorare Ouid. Met. 12, 161. Virg. Aen. 10, 57 Totque maris, vaſtaeque exhauſta pericula terrae. Pharetra telis exhauſta Ouid. Met. 1, 443. Plebs exhauſta impenſis Liu. 6, . . Poenarum exhauſtum ſatis eſt Virg. Aen. 9, 356. Pudore exhauſto ſcurra Auctor ad Heren. 4, 15. Sermo enim exhauſtus eſt hominum, et multae emiſſae iam eiusmodi voces, *etc.* Cic. Q. Frat. 1, 2. *i. Conſumtus, etiam rumor conticeſcit.* Sol orbe medio exhauſtus languensque receſſit Lucan. 5, 544. Idem 5, 333 Vos deſpecta ſenes, exhauſtaque ſanguine turba. Vbere exhauſto mulctra ſpumat Virg. Georg. 3, 309.

EXHAVSTVM, i. n. [ἐξηντλημένον] Virg. Georg. 2, 398 Eſt etiam ille labor curandis vitibus alter Cui nunquam exhauſti ſatis eſt. *i.* (*inquit* Seruius) Exhauſtionis, finitionis, quod quia aſperum viſum eſt, ſe ad figuram tranſtulit, et ait Exhauſti, vt Seruantiſſimus aequi, pro Aequitatis.

EXHAVSTANT, Efferunt. Feſtus.

EXHEBENVS, i. n. [ἐξέβενος] Gemma ſpecioſa et candida, qua artifices aurum poliunt, *vt ex* Zoroaſtris ſententia *tradit* Plin. 37, 10 ſ. 58. *Harduinus legit* Exebenus.

EXHEDRA, *vid.* EXEDRA.

EXHERBO, āre. [ἐκβοτανίζω] *Herbas exſtirpare, et auellere.* Columel. 4, 31, 2 Et quum germinauit, ad vnam perticam ſummittitur, crebroque foditur atque exherbatur, nec minus quam vinea pampinatur. Idem 11, 3, 11 Exherbandus eſt locus.

EXHERBATIO, ōnis. f. *Herbarum exſtirpatio. Apud* Auguſt. . . .

EXHĬBEO, ui, ĭtum, ēre. [παρίστημι, ἀποφαίνω] *Quaſi tu dicas*, extra habere *promtum, vt aliis pateat, atque adeo proferre, et in publicum deducere, et (vt ait* Vlpianus in l. Quod et lex D. de liber. homin. exhibend.) Videndi tangendique facultatem praebere. *Proprie* Exhibere, *vt ibidem ait idem* Vlp. eſt Extra ſecretum habere. Exhibere, *inquit* Paull. Iureconſ. in l. exhibere D. ad exhibend. eſt Facere in publico poteſtatem, vt ei qui agit experiundi ſit copia. Cic. Verr. 5, 162 Is omnino ſeruus in familia non erat: eum ſtatim exhiberi iubet. Eum, qui ex commeatu ſine commilitone redierat, quaſi interfeciſſet, quem non exhibebat Sen. de Ira 1, 16. Affectum parentis exhibere alicui Plin. Epiſt. 2, 1. Argutias alteri: *pro Irritare et laceſſere.* Plaut. Moſt. 1, 1, 2 Exi e culina ſis foras maſtigia, qui mihi inter patinas exhibes Argutias. Artem Ouid. Met. 10, 181. Auctorem ſalutis alicuius et ſupplicem alicui ſe Cic. pro Sext. 102 c. 50 Compoſitiones exhibere Scribon. 200. *i. ponere.* Curam alicui Tibull. 2, 1, 61. Ouid. Amor. 2, 4, 33 Ornata eſt, Dotes

exhibet illa ſuas. Plin. 15, 13 Peculiaris impudentia eſt nucibus inſitorum, quae Faciem parentis, ſuccumque adoptionis exhibent, appellata ab vtroque nuciprima. Columel. 11, 1 Nec ſolum an perdiderit diſciplinam ruris, ſed an etiam domino Fidem ac beneuolentiam exhibeat: ſine quibus nihil prodeſt ſumma villici ſcientia. Focos viuos carbaſus exhibuit Claudiae Propert. 4, 5, 54. Columel. 5, 2 Ager nonnunquam plurium angulorum Formam exhibet. Honorem alicui Vlp. in l. apud Celſ. §. aduerſus D. de dol. mal. except. Cic. Philipp. 6, 7 Succurrendum eſt D. Bruto, omnes vndique copiae colligendae: Horam exhibere nullam in tali ciue liberando ſine ſcelere non poſſumus. *Alii legunt* Eximere. Humanitas tanto maior exhibenda Plin. Epiſt. 5, 19, 3. Plaut. Caſin. 2, 6, 57 Patiundum eſt, ſiquidem me viuo vxor Imperium exhibet. Iudiciis hominum ſe Plin. in Paneg. c. 63. Iuſtitiam Idem in Paneg. 33, . . Laborem difficilem colonis exhibere *dicitur* terra, *Quae difficulter laboratur ſiue colitur.* Columel. 5, 5 Supereſt reliqua illa cultura proſtratae vineae, quae niſi violentiſſimo ſtatu caeli ſuſcipi non debet: nam et difficilem Laborem colonis exhibet. Librum promiſſum Plin. Epiſt. 2. Medicinam Vlp. in l. 1 §. 1 D. de variis et extraordin. cognitionibus. Militem Lactant. de Morte Perſecut. c. 7. *i. manum militarem adducere.* Cic. Fam. 12, 29 Noli impudens eſſe, nec mihi Moleſtiam exhibere. *Add.* Id. Att. 2, 1. Naumachiam Suet. Neron. 12, 4. Negotium alicui, *quod et Faceſſere negotium dicitur, vulgus dicit, Facere poenam* Plaut. Moſtel. 3, 1, 58. Cic. Off. 3, 112 Quod quum audiuiſſet adoleſcens filius Negotium exhiberi patri. Idem de N. D. 1, 45 Quod beatum aeternumque ſit, id nec habere ipſum Negotii quidquam, nec exhibere alteri. Notam linguae baccis oleaſter amaris exhibet Ouid. Met. 14, 525. Omnia integra Cic. Verr. 5, 162. Ouid. ex Pont. 3, 5, 22 Quod legi, tua vox exhibuiſſet Opus. Patientiam Tertull. de Pat. 1, 1. *i. praeſtare.* Cic. Acad. 1, 18 Quid me inquam putas, qui philoſophiam iam profeſſus ſim, Populo noſtro exhibiturum? Profectus exhibere Scribon. Ep. . . . Pupillum Cic. Att. 5, 18 *extr. i. tutela me abdico: addit enim*, neque defendo. Rationes Plin. Epiſt. 7, 6. Plaut. Aſin. 2, 4, 61 Da modo meo periculo, rem ſaluam ego exhibebo. Reuerentiam alicui Vlp. in l. apud Celſ. §. aduerſus D. de dol. mal. exception. Reum exhibere *quid ſit, patet in* l. Si quis D. de exhibitione reorum, Si quis Reum criminis, de quo ſatisdedit, non exhibuerit: poena pecuniaria plectitur, puto tamen, ſi dolo malo non exhibeat, etiam extra ordinem eſſe damnandum. *Hinc intelligitur lepos* Plin. Ep. 5, 40, 1 Libera tandem hendecaſyllaborum meorum fidem, qui Scripta tua communibus amicis ſpoponderunt. Appellantur quotidie et flagitantur. Ac iam periculum eſt, ne cogantur ad exhibendum formulam accipere. Ouid. Epiſt. 17, 116 Tres tibi ſe nudas exhibuere Deae, *i. Expoſuere. Vid. Burm. in loc.* Plin. Paneg. 63 *extr.* Tibi moderatio tua ſuaſit et ſanctitas, vt Te et religioni deorum, et iudiciis hominum exhiberes, *i. in campum Martium et comitia deſcenderes.* Senatores ad ferrum Suet. Neron. 12, 5. Sonos Ouid. Triſt. 3, 11, 54. Spectaculum Plin. Epiſt. 2, 1. Sidera clara nox exhibuit pulſa die Ouid. Epiſt. 19, 34. Plin. 23, 7 Spodii Vicem exhibet fruticum a radice exeuntium cinis. Ouid. ex Pont. 1, 3, 11 Nec tamen exhibuit tantas facundia Vires Vt, *etc.* Virtutem ſuam exhibere Scrib. Ep. . . Virum ciuilem qui vere exhibeat Quinctil. 12, 2 *omiſſa* Se. *Conf. Burm. h. l. itemque* Iuſtin. 9, 2, 7. *et* 11, 10, 9. *et* 22, 1, 3. Ouid. de Arte Am. 2, 348 Te ſemper videat, tibi ſemper praebeat aures, Exhibeat Vultus noxque diesque tuos. ¶ 2 *Obſeruatt.* Exhibere, minus eſt quam Reſtituere, *inquit* Gaius. Nam Exhibere eſt Praeſentiam corporis praebere: Reſtituere eſt etiam Poſſeſſorem facere, fructusque reddere l. 22 D. de verb. ſignif. *Add.* ib. l. 246. *Sic* Plin. Epiſt. 6 *extr.* Vellem Africanae ad praefinitum diem occurriſſent. Sed licet ceſſauerint illae tempeſtate detentae, tu tamen meruiſti, re acceptum tibi fieret, quod quo minus exhiberes, non per te ſtetit. Exhibere *quoque, Mandare et cedere actiones ſignificat* l. 35 §. ſi res vendita D. de contrah. emt. Exhiberi culpa *dicitur pro Praeſtari,* in l. 3 §. nunc videndum D. Commodat. ¶ 3 Exhibere, *eſt etiam Alimenta ſuppeditare Iuriſconſultis.* Paullus in l. Neſennius D. de Negotiis geſtis, Pone peregre patrem eius obiiſſe: et matrem, dum in patriam reuerteretur, tam filium, quam filiam eius exhibuiſſe. Scaeuola in l. penult. *et* vlt. D. de in rem verſo, Sine quibus aut ſe tueri aut ſeruos paternos exhibere non potuiſſet. *i. Alere.* Idem Scaeuola in l. Creditor §. Si inter maritum et ſocerum D. mandati: Vt onus exhibendae vxoris ad maritum rediret. Vlp. in l. Si quis, in princ. D. de agnoſcendis vel alendis liberis, Si quis a liberis ali deſideret, vel liberi, vt a parente exhibeantur: iudex de ea re cognoſcet. Sed vtrum eos tantum liberos qui ſunt in poteſtate, cogatur quis exhibere: an vero etiam emancipatos, vel ex alia cauſa ſui iuris conſtitutos: videndum eſt, et magis puto, etiam ſi non ſunt liberi in poteſtate, alendos a parentibus: et vice mutua alere parentes debere. *Ibid.* §. Idem, Idem reſcripſit, vt filiam ſuam pater exhibeat, ſi conſtiterit apud iudicem, iuſte eam procreatam. Sed etſi filius poſſit ſe exhibere: aeſtimare iudices debent, ne non debeant ei alimenta decernere. *Rurſ.* §. Alimenta, Alimenta autem pro modo facultatum erunt praebenda, egentibus ſcilicet patronis. Caeterum ſi ſit vnde ſe exhibeant, ceſſabunt partes iudices. *Sed alii etiam, ſequioris praeſertim aeui, ſic loquuntur. v. g.* Terrae ſterilitatem cauſatus, quae vix alimentis exhibeat Scythas Iuſtin. 9, 2, 7. Vitam ſtupri patientia exhibuit Idem 22, 1, 3. *Add.* Id. 11, 10, 9. Qui nos ſuſcipiens triduo benigne exhibuit Vulgat. Act. 28, 7. *Conf. Briſſon. de Verb. Sign. et Lindenbr. ad* Ter. Adelph. 1, 1, 20.

EXHIBITVS, a, um. Partic. Ouid. Epiſt. 17, 194 In non exhibitis vtraque luſa toris, *i. non praeſtito iuſto matrimonio, cuius ſpe ſui copiam amatoribus cupidis fecerant.* Thetis exhibita eſt, *i. poſt varias formas, quibus luſerat nouum maritum Pelea, tandem bona fidei ſui copiam fecit.* Ouid. Met. 11, 264.

EXHIBITIO, ōnis. f. [παράστασις] Gell. 14, 2 Probari apud me debere pecuniam datam conſuetis modis, expenſi latione, menſae rationibus, chirographi exhibitionibus. Vlp. l. 3 §. 1 Dig. de Liberis exhibend. Ad exhibitionem liberorum. *Item Suſtentatio. Vid. Lindenbrogium allegato ſupra loco.* Tertull. de Monog. c. 8 Victuaria exhibitio.

EXHIBITOR, ōris. m. *Vt,* Ludorum exhibitor Arnob. 7 p. 247. χορηγός.

EXHIBITORIVS, a, um. Adi. Vlp. in l. deinde D. de liber. exhibend. item ducend. Superiora interdicta exhibitoria ſunt. *h. e. Pertinentia ad exhibitionem liberorum, caeterorumque, de quibus ſupra diximus.*

EXHILĂRO, āre. [ἱλαρύνω, φαιδρόω] *Paullo plus quam ſimplex Hilaro.* Exhilarant ipſos gaudia noſtra deos Martial. 8, 50. Columel. 6, 24 Quoniam nimietate verni pabuli pecudes exhilaratae laſciuiunt. Idem 11, 1. Plin. 22, 25. Exhilarantur arbores flore Idem 16, 25.

EXHILARĀTVS, a, um. Partic. [φαιδρωθεὶς] Cic. Fam. 1, 26 Miraris tam exhilaratam eſſe ſeruitutem noſtram? *Conf.* Petron. c. 13.

EXHILARATIO, ōnis. f. Auguſtin. de Geneſi ad lit. 8, 8 Voluntatis exhilaratio.

EXHILARATOR, ōris. m. *Apud* Celſum *eſſe dicitur.*

EXHINC. Adu. Exhinc Rhaeticum Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum geſſit. Suet. Tib. c. 9. *Sed boni libri* EXIN.

EXHIO, āre. Plinio *neſcio cui adſcribitur. De naturae hiſtorico, et amica Traiani falſum puto.*

EXHONORO, āre. *Apud Eccleſiaſt. Auctores, vt* Auguſtin. C. D. 16, 2. Saluian. de Gub. 2 p. 39. *et* 6 p. 134. *pro dedecorare.*

EXHORREO, ui, ēre. *Et*

EXHORRESCO, ui, ĕre. [φρίττω] *Expaueſcere, et prae timore horrere et contremiſcere.* Cic. Fam. 10, 18 Sed non poſſum non exhorreſcere, ſi quid intra cutem ſubeſt vulneris. Idem de Fin. 1, 43 Quae nos exhorreſcere metu non ſinat. *Et* de Orat. 3, 50 In quo igitur homines exhorreſcunt? quem ſtupefacti dicentem intuentur? Columel. 10, 154 *de Planta*, Ne mutata loco ſiccos exhorreat aeſtus. Sil. 3, 146 Ne tamen incautos laudum exhorreſce furores. Vt ſerpentem patrias exhorruit iras Idem 3, . . Virg. Aen. 7, 265 Adueniat, vultus neue exhorreſcat amicos. *Metaphor.* Ouid. Met. 4, 135 Exhorruit aequoris inſtar Quod fremit, exigua quum ſummum ſtringitur aura.

EXHORTOR, āri. [προτρέπω] *Vehementer hortari.* Plin. 12, 14 Alexander Magnus Arabia potitus, ture onuſtam nauim miſit Leonidi, exhortatus vt large deos adoraret. Exhortari ad virtutis ſtudium Cic. Acad. 1, 16 c. 4. Ciues exhortari in hoſtem Ouid. Met. 13, 234. Id. ibid. 5, 403 Raptor agit currus, et nomine quemque vocando Exhortatur equos. Tauros in aliquem exhortari Ouid. Met. 7, 35.

EXHORTANS, antis. Partic. [προτρέπων] Cuneos exhortans Stat. Theb. 8, 673.

EXHORTĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. [προτετρεπὼς] Virg. Aen. 12, 159 Sic exhortata reliquit Incertam, et triſti turbatam, vulnere mentis. *Paſſiue.* Cic. de Senect. 42 c. 12 Ille enim quum eſſet Conſul in Gallia, exhortatus eſt in conuiuio a ſcorto, vt ſecuri feriret aliquem eorum, *etc. Sic MSS. multi. Sed maluit Gruterus legere* Exoratus. *Conf.* Auſon. Perioch. Iliad. 18.

EXHORTATIO, ōnis. f. [προτροπὴ] Quinctil. 1, 3 Exhortatio docentium. *Add.* Id. 9, 2 *ſub fin. Et* Columel. 11, 1. Variis exhortationibus in opere ipſo exhilarare laborantes.

EXHORTAMENTVM, i. n. *Idem.* Nonius Marcellus in Portiſculus, Portiſculus eſt hortator remigum, qui candem perticam (pergulam *Heinſ. ad* Sil. 6, 361.) tenet, quae portiſculus dicitur, qua excurſum et exhortamenta moderatur.

EXHORTATOR, ōris. m. Tertull. de Fuga in Perſec. c. 14.

EXHORTATORIVS, a, um. Adi. *Apud Scriptores Eccleſiaſticos, vt* Hieron. Ep. 2 ad Nepotian. *ſub init.* et Auguſt. Ep. 209 *pr.*

EXHORTATIVVS, a, um. Adi. *Idem.* Quinctil. 3, 6, 46 Exhortatiuus ſtatus ſuaſoriae eſt proprius.

EXHVBĔRO, *vid.* EXVBERO.

EXHVMŌRO, āre. Cael. Aurel. Tard. 4, 1, 12 Cutis vulnerationem affectandam probant, qua corpus exhumoretur, *i. humoribus noxiis liberetur.*

EXHYDRIAE, arum. m. Apul. de Mundo p. 62, 3 Cum imber effuſus conciet flabra, Exhydriae Atticorum lingua vocitantur.

E X I

EXIBĬLO, *ſiue* EXSIBILO, āre. [ἐκσυρίττω] Populari, tumultuariaque ſibilatione aliquem explodere, vel deridere. Cic. in Parad. 3 *f.* Hiſtrio ſi paullum ſe mouit extra numerum, aut ſi verſus pronuntiatus eſt ſyllaba vna breuior aut longior, exſibilatur, exploditur. Verba anguina ore ſubdolo exſibilare Prudent. Periſt. 5, 175.

EXIBILANS, antis. Partic. Labra dirum quiddam exſibilantia Sen. de Ira 3, 4.

EXIBILATIO, ōnis. f. Senecae *eſſe dicitur.*

EXIGNESCO, ĕre. Cenſorin. de Die Nat. c. 18.

EXICCO, *vel* EXSICCO, āre. [ἐξικμάω] *Valde aut plane ſiccare ſignificat.* Cic. de Diuin. 2, 33 c. 14 Arboresque vt hiemali tempore, cum luna ſimul ſeneſcentes, quia tum exſiccatae ſunt, tempeſtiue caedi putentur. Plin. 18, 26. Cic. Fam. 16, 26. Vina culullis exſiccare Hor. Od. 1, 31, 10.

EXICCATVS, a, um. Partic. [ἐξικμασμένος] Stat. Silu. 5, 1, 55. Cic. de Clar. Orat. 290 c. 84 Sin autem acutum, prudens et idem ſincerum et ſolidum, et exiccatum genus orationis probant, nec, *etc.*

EXSICCATIO, ōnis. f. Celſ. . . .

EXSICCESCO, ĕre. Vti exſicceſcat ſtillando ſuccus Vitr. 2, 9.

EXĬGO, ēgi, actum, ĕre. [εἰσπράττω, ἐξάγω, πράττω] *Ab* Ex *et* Ago *compoſitum, Excludere, eiicere, expellere, quaſi extra agere.* Plaut. Aulul. 3, 1, 9 Exegit omnes foras. Virg. Aen. 2, 357 Quos improba ventris Exegit caecos rabies, *intell. latibulis et luſtris.* Plin. 3, 5 Exegere Vmbros. Cic. Philipp. 2, 69 Mimam illam ſuam ſuas res ſibi habere iuſſit, ex XII Tabb. cauſam addidit, exegit. Aliquem haſta exigere Valer. Argon. 6, 572. *i. transfodere.* Plaut. Mil. 4, 6, 62 Egone illam adeam quae nupta ſit? virum eius metuere aequum eſt. M. quin tua cauſa exegit virum a ſe. Exercitum e campo Liu. 3, 61. Ferrum e corpore cantu exigere Sil. 5, 353. Plaut. Perſ. 1, 3, 63 Exigam ego hercle te ex hac decuria. Idem Capt. 4, 4, 61 Pol moerores mihi anteuortunt gaudiis. R. noli iraſcier: iam ego ex corpore exigam omnes maculas moerorum tibi. Cic. de Orat. 2, 199 c. 48 Tum illa, quae modo Craſſus commemorabat, egi, neque reges ex hac ciuitate exigi, neque, *etc.* Exigitur fabula, inquit Donatus, Q: um diſplicet, *ad* Ter. in prol. Hec. 14 In his quas primum Caecili didici nouas, partim ſum earum exactus, partim vix ſteti. *Add.* Id. prol. Andr. v. 27. Exigere atque eximere aliquem honoribus, *i. Priuore* Plin. Epiſt. 2, 12, 3. *Sed meliores*, Quid enim miſerius, quam exſectum et exemtum honoribus ſenatoriis, *etc.* Plin. in Paneg. 29 Exactus hoſtis mari. Plaut. Capt. 5, 4, 4 Illic

ibi

ibi demum eſt locus, vbi labore laſſitudo eſt omnis exigunda ex corpore. Materiam exigere Scribon. 84. *i. emittere, excludere.* Merces, *i. vendere, diſtrahere* Colum. 10, 317. *eadem plane ratione, vt apud* Horat. Epiſt. 2, 2, 11 Plenius aequo Laudat, venales qui vult extrudere merces. *Simile verbum habent Germani* vertreiben. *Sic ipſe* Liu. 34, 9 Mercarique et ipſi, quae externa nauibus inueherentur, et agrorum exigere fructus volebant. *Conf.* EXACTVS mercis. Otium vis exigit Hor. Od. 4, 15, 17. Sues paſtum exigere Varro de R. R. 2, 4. Plaut. Merc. 4, 6, 6 Vxor viro ſi clam domo egreſſa eſt foras, viro fit cauſa, exigitur matrimonio. *Add.* Ter. Hec. 2, 1, 45. ¶ 2 Exigere Aerumnam Plaut. Capt. 5, 4, 12. *i. perferre et pati.* Aetatem exigere Plaut. Caſ. 2, 5, 12. *i. tranſigere. Sic* Aeuum exigere Virg. Aen. 7, 777. *et* Ouid. Met. 12, 208. Ouid. Triſt. 3, 4, 43 Viue ſine inuidia, molleſque inglorius Annos Exige, amicitias et tibi iunge pares. Virg. Aen. 1, 74 Omnes vt tecum meritis pro talibus Annos Exigat. Sen. Herc. Oet. 1987 Cum ſummas exiget Horas conſumta dies. Ouid. Amor. 1, 5, 1 Mediam dies exegerat Horam. Stat. Theb. 2, 42 Prona dies longos ſuper aequora Fines Exigit, atque ingens medio natat vmbra profundo. *Tempus veſpertinum ſignat, ſed ita, vt* Exigere *videatur idem fere eſſe quod extendere, porrigere. Sic* Propert. 3, 19, 3 Tu quoque, qui aeſtiuos ſpatioſius exigis Ignes, Phoebe, moraturae contrahe lucis iter. Plin. Epiſt. 3, 1 Neſcio an vllum Tempus iucundius exegerim. Ter. Hec. 2, 1, 19 Quo quisque pacto hic vitam voſtrarum exigat. *Add.* Id. Heaut. 2, 3, 39. *Conf.* n. 4. *it.* Exactus. ¶ 3 Exigere, *quocunque modo petere,* Plin. Epiſt. 8, 20 Exegerat proſocer meus, vt Amerina praedia ſua inſpicerem. Quinctil. 2, 13 Nemo autem a me exigat id praeceptorum genus. Plin. in Paneg. 78 *pr.* Imperii hoc verbum non adulationis eſſe, obſequio tuo crede, quod non alia in re magis aut Senatus exigere a te, aut tu praeſtare Senatui debes. Cic. Off. 2, 63 Conuenit autem cùm in dando munificum eſſe, tum in exigendo non Acerbum. Idem de Clar. Orat. 7 Ego vero et expectabo ea, quae polliceris, neque exigam, niſi tuo commodo, et erunt mihi pergrata ſi ſolueris. *Et* Tuſc. 1, 93 Ab hoc acerbius exigit natura quod dederat. Aes Hor. Serm. 1, 5, 13. Tua nobis exigitur vnica Amicitia Catull. 101, 5. Amicitiam Idem 97, 6. Aurum, *Repetere creditum aurum.* Plaut. Bacch. 4, 8, 62 Hodie exigam Aurum hoc? A. exige, ac ſuſpende te. Idem Bacch. 2, 2, 45 Qui de amittenda Bacchide Aurum hic exigit, *i. Petit.* Annum exigere *alia notione vid.* n. 4. Lucan. 2, 24 Nec mater crine ſoluto Exigit ad ſaeuos famularum Brachia planctus, *i. inuitat, exemplo ſuo prouocat.* Benefacta pro debitis exigimus Cic. Brut. 16. Collectam a conuiua Idem de Orat. 2, 253. Creditum Suet. in Veſp. c. 11. Prius quae Credidi, vix anno poſt exegi Plaut. Aſin. 2, 2, 33. Ouid. Faſt. 5, 314 Exigerent noſtrae qualia Damna notae? Ouid. de Arte Am. 2, 130 Exigit Odryſii Facta cruenta ducis. *i. Petit ab Vlyſſe, vt recitet: alii legunt* Fata. Cic. Att. 4, 1 Ac niſi etiam praetermiſſos Fructus tuae ſuauitatis praeteriti temporis exegero, profecto, *etc.* Gratiam Cic. de Amicit. 30. Iura debita polliciti tori, *Verecunde dictum* Ouid. Ep. 20, 40. Mercedem Cic. de Fin. 2, 73 c. 22. Munera pacta cum plena fide Ouid. Epiſt. 16, 376. Nomina, *ad diſſolutionem cogere* Cic. Verr. 1, 28 Reperiretur pecunias ſumſiſſe mutuas, Nomina ſua exegiſſe. Paullus De vſuris, l. Caius, Quae ſecundum formam ab his exigi ſoleant, etiam ſi omnia Nomina idonea ſint. Cic. de Fin. 4, . . Et hanc quidem primam exigam a te Operam, vt audias me quae a te dicta ſunt refellentem. Idem Off. 1, 41 c. 13 Eſt autem infima conditio et fortuna ſeruorum, quibus non male praecipiunt, qui ita iubent vti, vt mercenariis, Operam exigendam, iuſta praebenda. Pecunias deſperatas Cic. pro Muraen. 142. Penſionem Idem Fam. 6, 18. Precario exigere Suet. Claud. c. 12. Pretium Ouid. Amor. 1, 8, 69. Promiſſum Cic. Off. 3, 94. Tributa Idem Fam. 3, 7. Vectigal Id. Q. Frat. 1, 1. Cic. de Legib. 1, 4 Faciunt imperite, qui in iſto periculo non vt a Poëta, ſed vt a teſte, Veritatem exigunt. Traian. ad Plin. 10, 39 Ille dies, quo primum probati ſunt *milites*, Veritatem ab his originis ſuae exigit. Cic. de Fin. 2, 73 Hoc enim ille tuus non vult, omnibusque ex rebus Voluptatem quaſi mercedem exigit. Exigere vt recitetur carmen Ouid. ex Ponto 3, 5, 40. Niſi ſi crudelis id ipſum Exigis, vt pereat Idem Met. 5, 21. Eſt qui nequitiam locus exigat Id. Amor. 3, 14, 17. Exigit neceſſitas Columel. 7, 12. Quum exiget vſus epularum Idem prooem. 9. *Interdum ad vim et iniuriam, certe ad vehementiam quandam et coactionem refertur.* Cic. Diuinat. Verr. 30 Et quum eſſet tritici modius ſeſtertiis quinque, pro frumento in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegiſſe. Idem pro Font. 9 Itaque Titurium Toloſae quaternos denarios in ſingulas vini amphoras portorii nomine exegiſſe. Cic. de Legib. 1, 4. Idem de Fin. 2, 119 An exigerem ex te, cogeremque vt reſponderes, niſi vererer, ne Herculem ipſum ea, quae pro ſalute gentium ſummo labore geſſiſſet, voluptatis cauſa geſſiſſe diceres? Exigere *et* Rogare, *opponit* Cic. Fam. 2, 5 Graue eſt enim homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo ſe bene meritum putet: ne id, quod petat, exigere magis quam rogare, *etc.* videatur. Cic. de Orat. 2, 128 Quo facilius id a te exigam, quod peto, nihil tibi a me poſtulanti recuſabo. Pecuniam imperatam Caeſ. B. C. 3, 32. Ouid. Met. 4, 190 Exigit indicii memorem Cythereïa Poenam. Idem Faſt. 4, 230 Huic Poenas exigit ira Deae. *Datiui illius alia exempla dedit Heinſ. ad* Claudian. 6 Conſ. Hon. 113. Ouid. Triſt. 5, 8, 9 Exiget ah dignas vltrix Ramnuſia poenas: Impoſito calcas quod mea facta pede. Poenas de aliquo Ouid. Met. 8, 530. *Et* Met. 14, 478 Et antiquo memores de vulnere Poenas Exigit alma Venus. Liu. 29, . . Sed et nunc et ſaepe alias, dea ſuam ſedem, ſuumque templum aut tutata eſt, aut a violatoribus grauia piacula exegit. Supplicium ab aliquo, *Punire aliquem* Plin. de Vir. Illuſt. *et* Flor. 3, 19, 12. Suet. Calig. c. 27 Votum exegit ab eo, qui pro ſalute ſua gladiatoriam operam promiſerat. Votum repoſcere *dixit paullo poſt.* ¶ 4 *Examinare, ſeu Aeſtimare; ſiue id pondere, vel regula fiat, ſiue ſolo mentis iudicio.* Columnas ad perpendiculum Cic. Verr. 1, 133 c. 51. Ouid. Rem. Am. 372 Ad numeros exige quaeque ſuos. Opus ad ſuas vires Idem de Arte Am. 2, 502. *Et* Epiſt. 11, 8 Ipſe necis cuperem noſtrae ſpectator adeſſet, Auctoriſque oculis exigeretur Opus. Columel. 1, 8 Nam non eſt noſtri negotii, alterum imperare, et alterum docere, neque enim recte exigere opus valet, qui, quid aut qualiter faciendum ſit, ab ſubiecto diſcit. Huic operi exigendo quaſi quandam machinam fabricauerunt Columel. 3, 13, 11. Cic. Fam. 8, 6 Nunc ſi ad illam ſummam veritatem legitimum ius exegeris, cauendum tibi erit, ne parum ſimpliciter et candide poſuiſſe in inimicitias videaris. Ad veſtras leges atque inſtituta exigere ea, quae Lacedaemone ſiunt Liu. 34, 31. Ad caeleſtia ritus humanos Ouid. Met. 9, 500. Pondus margaritarum Suet. Caeſ. c. 47. Quinctil. 6, 5, 5 Quid dicendum, quid tacendum — ſit exigere, conſilii eſt, *i. quaerere et decidere.* Idem 1, 4, 7 An cuiuslibet auris eſt exigere literarum ſonos? Plin. Epiſt. 9, 26, 13 Deſtines diem, quo et de illis et de his coram exigere poſſimus, *i. Deliberare, examinare, ac ponderare ſingula, et ita ſummam diſputationis noſtrae facere.* Virg. Aen. 4, 475 *Dido* Tempus ſecum ipſa modumque Exigit, *quod* Seruius *interpretatur* definit: *nempe poſt examen. Sic* Cic. Fam. 10, 24 Vt exigeret cum eo, *i. tranſigeret poſt collatas rationes. Vid. Gronou. ad h. l. et Obſeruatt.* 4, 20 *extr.* Quinctil. 1, 9, 2 Aeſopi fabellas narrare ſermone puro — deinde eandem gracilitatem exigere ſtilo condiſcant. *Sic* Quinct. 11, 3, 33 Dilucida erit pronuntiatio, ſi Verba tota exegerit, *perſecuta fuerit.* Idem 1, 5, 1 Emendate loquendi regula — exigitur verbis aut ſingulis aut pluribus, *i. perficitur, conſtat. Hic* regula exigi *dicitur, id eſt adhiberi ad ea, quae metienda ſunt.* Ouid. Met. 1, 118 Perque hiemes aeſtusque et inaequales autumnos, Et breue ver ſpatiis exegit quatuor annum, *i. dimenſus eſt, diſtribuit, ſuum cuique modum aſſignauit. Hinc* Iamque Opus exegi Ouid. Met. 15, 871. *Et* Hor. Od. 3, 30, 1 Exegi monumentum aere perennius, *quia in aedificando in primis menſura opus eſt.* ¶ 5 *Obſeruatt. Pro Compenſare poni putant:* Cic. de Petit. Conſ. 35 Belle negandum eſt, vt oſtendas neceſſitatem, demonſtres quam moleſte feras, aliis te id rebus exacturum eſſe perſuadeas. *Sed placet Lambiniana lectio*, Exſarturum, *vid.* EXSARCIO. Ferrum exigere, *Traiicere enſem.* Ouid. Epiſt. 9, 15 Exegit Ferrum ſua per praecordia mater. Ferrum per ilia Ouid. Met. 4, 733. Ferrum exegit per pectus Stat. Theb. 10, 303. Gladium per omnes exegit gentes Lucan. 10, 32. *i. Omnes populos bello fatigauit. de Alexandro.* Virg. Aen. 10, 815 Validum namque exigit enſem Per medium Aeneas iuuenem. Val. Flacc. 4, 390 Et celerem mediis in cantibus exigit harpen. *Sed etiam mutata conſtructione* Idem Flac. 6, 572 Illum exigit haſta, *i. confodit. Vid. Gron. ad* Sen. Conſol. ad Marc. 16. *Barth. ad* Stat. Theb. 6, 718. *Add.* Sen. Med. v. 1006. Lucan. 4, 565. Flor. 4, 2, 68. *Huc referas etiam* Quinct. 6, 4, 8 Prope ſub conatu aduerſarii manus exigenda. *Tranſire, traiicere.* Plin. 12, 19 Praeterea hibernum mare exigunt circa brumam, Euris tum maxime flantibus. Hi recto curſu per ſinus impellunt, — atque deferunt in portum. ¶ 6 Exigi mancipia quis *dicitur* in l. 5 C. de ſeru. fugit. *eadem forma, qua notat* Non. 2, 294 Exigor, pro A me exigitur: Caecilius Aeſchino, Ego illud minus nihilo exigor portorium, *quem verſum laudat etiam* Gell. 15, 14 *et interpretatur*, Nihilominus exigitur de me portorium. *Poſuerat etiam ex* Q. Metelli oratione, ſeſe maximas pecunias exactos eſſe. Stat. Theb. 1, 216 *ex perſona Iouis*, Quonam vſque nocentum Exigar in poenas, *i. prouocabor, incitabor.* ¶ 7 *Permutatur a librariis cum* Erigere: *vid. Drakenb. ad* Sil. 7, 282.

EXACTVS, a, um. Partic. [παρεληλυθὼς] Aeſtas exacta erat media Liu. 24, . . Aetate exacta Ter. Adel. 5, 4, 16. Cic. Verr. 5, 21 Hoc tantum exacta Aetate laboris itinerisque ſuſcepit. *Add.* Id. pro Deiot. c. 10. *et* Tuſc. 1 c. 39. Liu. . . . Venerabilis viri atque adeo exactae iam Aetatis. Virg. Georg. 3, 190 At tribus exactis, vbi quarta acceſſerit Aetas, *etc.* Annos per exactos, *Quotannis* Hor. Carm. 3, 22, 6. Dies Dial. de Orator. c. 42, 1. Propert. 2, 14, 3 Nec ſic Errore exacto *(finito)* laetatus Vlyſſes, Quum tetigit carae litora Dulichiae. Frigore exacto Plin. 17, 25. His demum exactis Virg. Aen. 6, 637. Propert. 3, 8, 29 Quum fuerit multis exacta trientibus Hora, *etc. i. bibendo conſumta* triens *poculum quatuor cyathorum.* Lux exacta ſolis, *Finitus dies* Stat. Silu. 2, 2, 47. Maturitate exacta Plin. 18, 7. Virg. Georg. 1, 435 Totus et ille dies, et qui naſcentur ab illo Exactum ad Menſem, pluuia ventisque carebunt. *Sic* Georg. 3, 139 Exactis grauidae cum Menſibus errant. Annuus exactis completur Menſibus orbis Virg. Aen. 5, 46. Quia Menſes (*inquit* Seruius) in ſe recurrunt, et annum faciunt. Mercibus exactis Colum. 10, 31. *i. venditis ſ. extruſis.* Ante bis exactum quam Cynthia conderet Orbem Lucan. 2, 577. Propert. 1, 3, 38 Namque vbi longa meae conſumſti tempora noctis, Languidus exactis hei mihi Sideribus, *i. diluculo fugatis.* Hor. Serm. 1, 1, 118 Exacto contentus Tempore vitae. Temporibus exactis Cic. Verr. 1, 48. Vigilia tertia exacta Idem in Catil. 3, 6 c. 2. Ouid. Epiſt. 17, 177 Et libet, et timeo, nec adhuc exacta Voluntas Eſt ſatis: in dubio pectora noſtra labant. *i. deliberata, quaſi ponderata. Add.* Grat. 259 *et Burm.* Pecunia exacta Cic. de N. D. 3, 84. Enſis exactus, *Traiectus:* Sen. Herc. Oet. f. 7 Eat per artus Enſis exactus meos. Ouid. Met. 5, 171 Non circumſpectis exactum viribus Enſem. Sagitta exacta per ſummum latus Ouid. Met. 12, 572. *Expulſus: vt*, Liberi regis exacti Liu. 1, 60. Reges Cic. de Orat. 1, 37 c. 9. *Et* Pompon. l. 2 §. 3 D. de Orig. Iuris. Ouid. Triſt. 4, 4, 70 Quo poſtquam, dubium eſt pius an ſceleratus, Oreſtes Exactus furiis venerat ipſe ſuis. Verſus tenui pumice exactus Propert. 3, 1, 8. *i. politus, accurate factus. Sic* Id. 3, 7, 10 Exactis Calamis ſe mihi iactet equis. *Laudatur Calamis ſtatuarius equis praeclare elaboratis.* Hor. Epiſt. 2, 1, 72 Emendata videri Pulchraque et exactis minimum diſtantia, miror. Acies falcis exacta, *vid.* ACIES. Fides Ouid. ex Pont. 4, 9, 46. *i. accurata, religioſa.* Forma Idem Met. 1, 406. *Et* Faſt. 3, 162 Ille moras ſolis, quibus in ſua ſigna rediret, Traditur exactis diſpoſuiſſe Notis. Hor. Serm. 2, 4, 36 Nec ſibi coenarum quiuis temere arroget artem, Ni prius exacta tenui Ratione ſaporum. *i. Exacte cognita. Compar.* Martial. 4, 87 Nihil exactius, eruditiusque. Vſus exactior Scribon. 97. *Superl.* Plin. Epiſt. 8, 23 Quod ille obſequium Seruiano exactiſſimo viro praeſtitit? *Plura Borrich. Cogitatt. Et cum Genit.* Artis exactus, *cuius comparatiuum eſt* exactior. Ouid. Faſt. 3, 383 Mamurius morum, fabraene exactior artis Difficile eſt illud, dicere, clauſit opus. *Subſtant.* Virg. Aen. 1, 313 Quaerere conſtituit, ſociiſque exacta referre. *i. exquiſita.*

EXACTE. Adu. Perorare exacte Sidon. Ep. 7, 9. Pompon. Mela 1, 4 *extr.* Nunc exactius oras ſitusque dicturo inde eſt commodiſſimum incipere, vnde terras, *etc. et* Gell. 1, 3 Anquiſitius, exactius, preſſiusque diſſerit. Paſcis vt qui exactiſſime Sidon. Ep. 5, 11.

EXACTVS, ûs. m. [ἀπόπρασις] *Pro Venditione: quia merx, dum venditur, exigitur a nobis, id eſt emittitur.* Quinctil. Decl. 1, 2 Sacroſanctus mercator opportunum mercis exactum puro inuenit. *Conf. Burm.* p. 261. *et* Exigere merces n. 1. *Sic*, In pecuniae exactu, *legit Graeu. in* Cic. Fam. 5, 20. *Alii*, In pecunia exacta.

EXACTOR, ōris. m. [εἰσπράκτωρ] *Qui exigit.* Regum exactor Liu.

Liu. 9, 17. Caeſ. B. C. 3, 32 Erat plena lictorum, et imperiorum prouincia, conferta praefectis atque exactoribus. Fiſcalium praeſtationum exactores Firmic. 6, 3. Liu. 2, 5 Qui ſpectator erat amouendus, eum ipſum fortuna exactorem ſupplicii dedit. *i. Qui exequitur, et ſumit.* Suet. de Illuſt. Gramm. c. 22 Sermonis Latini exactor moleſtiſſimus, *i. obſeruator, qui ad regulam exigit.* Columel. 3, 13 Opus autem eſt perito ac vigilante exactore. Ibid. *extr.* Nec patitur exactorem operis decipi. Diſciplinae exactor Suet. Caeſ. c. 65. Studiorum aſſiduus exactor Quinctil. 1, 3. Idem 1, 7 An ideo minor eſt M. Tullius orator, quod idem artis huius diligentiſſimus fuit, et in filio, vt in epiſtolis apparet, recte loquendi vſquequaque aſper quoque exactor? Exactores in l. 2 *et* 3 de conueniend. fiſci debit. 10 C. *dicebantur*, Quibus exigenda fiſcalia nomina mandata erant: qui ad tributorum, et fiſcalium debitorum exactionem deſtinati erant. *Quo in ſignificatu ſaepius hoc verbum reperitur apud* Saluianum Maſſil. de vero Dei Iudicio. *Δημοσίας πράκτορας, ἤτοι ἀπαιτητὰς* Iuſtinianus *appellat in* Nouella *ιξ.*

EXACTRIX, īcis. f. Auguſt. Ep. 135.

EXACTIO, ōnis. f. [*εἴσπραξις*] Capitum exactio, *vid.* EPICEPHALIVM. Cic. Att. 5, 1 De Oppio factum eſt vt volui, et maxime quod DCCC aperuiſti, quae quidem ego vtique vel verſura facta ſolui volo, ne extrema exactio noſtrorum nominum exſpectetur. Operum publicorum exactio Cic. pro Domo ſua 51. Columel. 1, 8 (7) Nulla eſt autem maior vel nequiſſimi hominis cuſtodia, quam operis exactio. Oſtiorum exactio, *i. Tributi in ſingula oſtia imperati: Vid.* EPICEPHALIVM. Cic. de Legib. 2, 51 Eaque pecunia non minor eſſet facta cum ſuperiore exactione. Publicae Afin. ad Cic. Fam. 10, 32. Acerbiſſima Cic. Fam. 3, 8. Exactio regum, *Expulſio* Id. de Orat. 1, 37 c. 9. *Perfectio, abſolutio:* Auſon. in Ternario, Forma hominis coepti, plenique exactio partus.

EXIGENTIA, ae. f. Pro temporis exigentia ſermonem facere Prudent. Iunior *apud* Barth. Adu. 44, 9 *extr. i. prout tempus exigit.*

EXIGVVS, a, um. Adi. [*μικρὸς*] *Paruus, modicus. Videtur initio ſignificaſſe quod* exigi, *i. eiici et contemni adeo, mereretur, et facile poſſet, latius deinde, vt fit, paullatim extenſum. Contraria.* Cic. de Orat. 3, 67 Ex ingenti quodam oratorem, immenſoque campo in exiguum ſane gyrum compellitis. Exercitus numero ampliſſimus, firmitate exiguus Planc. ad Cic. Fam. 10, 24, 9. Cic. pro Deiot. 22 Atque antea quidem maiores copias alere poterat, nunc exiguas vix tueri poteſt. Ager Virg. Georg. 2, 413. Ouid. Met. 3, 450 Exigua prohibemur aqua. Idem ex Pont. 4, 8, 17 Quamlibet exigua ſi nos ea iuuerit Aura. Campis exiguis equitare intra praeſcriptum Hor. Carm. 2, 9, 24. Ouid. Faſt. 4, 526 Nec exiguae deſpice tecta Caſae. Cenſus Hor. Epiſt. 1, 1, 43. Virg. Aen. 7, 113 Exiguam in Cererem penuria adegit edendi. Cibus Ouid. in Ibin 114. Exiguae amicorum Copiae Cic. pro Quint. 2. Contractum, exile, exiguum, et vietum Cor bouis Idem de Diuin. 2, 37. Corporis exigui homo Hor. Epiſt. 1, 20, 24. Dapes Ouid. Faſt. 2, 362. Diem exiguum praefinire operi Cic. Verr. 3, 16 c. 7 *quem breuem terminum nunc dicant.* Diſcrimen Plin. 11, 45. Elegi Hor. in Arte Poët. 78 *non ad modum verſuum reſpicit, ſed ad argumentum.* Cic. de Orat. 1, 264 Tu autem, quoniam exiguis quibusdam Finibus totum oratoris munus circumdediſti, hoc facilius, *etc.* Hor. Carm. 1, 18, 10 Quum fas atque nefas exiguo Fine libidinum Diſcernunt auidi, *i. tenui diſcrimine, quod vix deprehendatur, quod facile contemnatur.* Foramen Ouid. Faſt. 2, 672. Fortuna Cic. de Fin. 1, 6. Fumus Ouid. Met. 15, 351. Idem de Arte Am. 3, 275 Exiguo ſignet Geſtu, quodcunque loquatur, Cui digiti pingues, et ſcaber vnguis erit. Ouid. Faſt. 3, 274 Defluit incerto lapidoſus murmure riuus: Saepe ſed exiguis Hauſtibus inde bibi. Hora: Cic. pro Rabir. 9 Ergo ad haec crimina, quae patroni diligentiam deſiderant, intelligis mihi ſemihoram iſtam nimium longam fuiſſe: illam alteram partem de nece Saturnini, nimis exiguam atque anguſtam eſſe voluiſti, quae non oratoris ingenium, ſed Conſulis auxilium implorat et flagitat. Virg. Georg. 1, 70 Hic ſterilem exiguus ne deſerat Humor arenam. Idem Georg. 1, 195 Et quamuis Igni exiguo properata maderent. Initiis ab exiguis profecta Liu. praef. Interualla Lucret. 2, 100. Lapis Ouid. Amor. 2, 6, 60. Idem Met. 8, 18 Exiguo reſonantia ſaxa Lapillo. Laus Cic. pro L. Agr. 2, 5. Legata exiguiſſima Plin. Epiſt. 7, 24, 7. Ouid. Met. 10, 691 Liminis exigui fuerat prope templa receſſus. Locus Idem Faſt. 6, 263. Merum Id. Epiſt. 1, 32. Munus Ouid. de Arte Am. 2, 286. Idem Epiſt. 18, 19 Talibus exiguo dictis mihi Murmure verbis, *etc.* Murmure exiguo verba loqui Id. Faſt. 5, 458. Virg. Georg. 1, 181 Saepe exiguus Mus Sub terris poſuitque domos, atque horrea fecit. Nox Idem Georg. 2, 202. Cic. Fam. 12, 2 Qui Numerus etiam bonis rebus exiguus eſſet. Virg. Aen. 5, 754 Exigui Numero, ſed bello viuida virtus. Ouid. ex Pont. 1, 1, 78 Forſitan exigua dignus habebor Ope. Opus Idem Faſt. 2, 4. *Et* Epiſt. 4, 80 Siue ferocis equi luctantia colla retorques, Exiguo flexos miror in Orbe pedes. Pars Virg. Aen. 10, 128. Propert. 4, 1, 59 Exiguo quodcunque e Pectore riui Fluxerit, hoc patriae ſeruiat omne meae. Pes exiguus *in laude formae* Ouid. Amor. 3, 3, 7. Idem de Arte Am. 1, 440 Nec exiguas, quisquis es, adde Preces, *i. intentas, ſeriat.* Virg. Georg. 4, 87 Pulueris exigui iactu compreſſa quieſcent. *Add.* Hor. Carm. 1, 28, 3. Requies Ouid. Met. 4, 629. Res exiguae Idem Triſt. 2, 216. Rus Virg. Georg. 2, 412. Sermone tenui et exiguo diſputare Cic. de Orat. 1, 57. Propert. 3, 1, 31. Significatio voluntatis vnius erga alterum exigua Cic. Fam. 5, 7. Solatia Virg. Aen. 11, 63. Tibull. 1, 1, 22 Nunc agna exigui eſt hoſtia parua Soli. Ouid. Epiſt. 14, 52 Exiguo dixi talia verba Sono. Liu. 25, . . Cuius aduentu, qui ante in exigua Spe vocati ſaepe ad tranſitionem ab hoſtibus per colloquia erant, vltro ad tranſeundum hoſtes vocabant, ſolicitabantque. Sumtus ad fructum et foenus exiguus Cic. in Parad. 6. Tactus leuis et exiguus Lucret. 1, 436. Tempus ad exiguum Cic. de Senect. . . . Tempus exiguum alicui concedere Ouid. Amor. 3, 1, 67. Tempore exiguo liber eris Idem Amor. 2, 2, 40. Togae Hor. Epiſt. 1, 19, 13. Torques, *i. vilis* Idem Carm. 3, 6, 11. Tus exiguum Scribon. 251. Veſtes, *i. viles* Spartian. Seuero 19. *Add. Bynkersh. Obſſ.* 2, 13. Vindemiae Plin. Epiſt. 9, 16. Vinum exiguum Scribon. 256. Vires Ouid. Triſt. 2, 532. Idem Met. 3, 50 Fecerat exiguas iam ſol altiſſimus Vmbras. Vocem exiguam tollere Virg. Aen. 6, 493. Vrbs Idem Aen. 4, 212. Ouid. Triſt. 4, 7, 6 Exiguus nobis cum quibus Vſus erat. Claud in Eutrop. 2, 381 Acer in abſentes linguae iactator: abundans Corporis exiguusque animi. ¶ 2 *Compar.* Vlp. l. 1 D. de fluminibus, ne quid, *etc.* Proinde ſiue deriuetur aqua, vt exiguior facta minus ſit nauigabilis: vel ſi dilatetur, vt diffuſa aquam breuem faciat: ſiue contra ſic coanguſtetur, vt rapidius flumen faciat: interdicto locus erit. Idem l. 75 D. de legatis 3 Numi exiguiores. *Superl.* Ouid. Epiſt. 14, 115 De fratrum turba pars exiguiſſima reſtat. Legata exiguiſſima Plin. Ep. 7, 24, 7. ¶ 3 Exiguum, i. n. *Subſtantiuo more poſitum.* Sil. 4, 28 Vt in tenui ſpes exiguumque ſalutis Iam videt eſſe ſuae. Ouid. Triſt. 5, 2, 20 Exiguum pleno de mare demat aquae. Campi exiguum Liu. 27, 27. Exiguum temporis medium; et rurſus ſimile aliud priori fidem fecit Plin. Epiſt. 7, 27, 13. Intra temporis exiguum Ouid. Met. 13, 888. *Sic vtitur et* Scribon. 22 *de medicamento. Add.* 207. 240. 251. Exiguum cibi 122. — myrrhae 122. — floris aeris 7. Exigua *pauca* Scribon. 77. 87. Exiguo poſt, *pro Paullo poſt* Plin. 31, 2. Idem Epiſt. 3, 6, 1 Quantum ego ſapio, qui fortaſſe in omni re, in hac certe perquam exiguum ſapio. Exiguum miſero contingis amanti Ouid. Her. 18, 173. Exiguum dormire Plin. 10 c. vlt.

EXIGVE. Adu. [*φειδομένως*] *i. Parce et tenuiter.* Exigue facere ſumtum Ter. Heaut. 1, 2, 32. *Sic,* Exigue ſuppeditare aliquid Liu. 9, . . Cic. Fam. 10, 9 Nihil aut ſero, aut exigue a patria ciui tributum poteſt videri. Idem de Orat. 3, 142 Quumque de duabus primis nobis quidem ſatis, ſed vt ipſe dicebas, celeriter, exigueque dixiſſes, duas tibi reliquas feceras, *etc.* Exigue et exiliter ad calculos vocare amicitiam Cic. de Amicit. 58 c. 16. Cic. Att. 11, 16 Non meo vitio fit hoc quidem tempore (ante enim eſt peccatum) vt me iſta epiſtola nihil conſoletur: nam et exigue ſcripta eſt, et ſuſpiciones magnas habet. *i. Non prolixe, non habet ſignificationem beniuolentiae.* Exigue prona planicies Colum. 2, 2, 1. Exigue ſe habere frumentum dies XXX demonſtrat Caeſ. B. G. 7, 71.

EXIGVĬTAS, ātis. f. [*μικρότης*] Exiguitas lactis Varro de R. R. 2, 4. Culta exiguitas foecundior quam magnitudo neglecta Pallad. 1, 6. Caſtrorum Caeſ. B. G. 4, 30. Cibi Columel. 7, 5. Cael. ad Cic. Fam. 8, 10 Nunc haec exiguitas copiarum, receſſum, non dimicationem mihi tuam praeſagiebat. Marmoris Vitruu. 5, 7. Pellis Caeſ. B. G. 4, 1. Temporis Liu. 24, 17. *et* Caeſ. B. G. 2, 21. *et* 3, 33. Voluptatum Cic. de Fin. 4, 32.

EXĬLIO, *vel* EXSILIO, ui, īui *vel* ii, ultum, īre. [*ἐκπηδάω, ἀναπηδάω, ἐκθορέω, ἐξάλλομαι*] *Ab* Ex *et* Salio *compoſitum, vehementer, ſubito, in altum ſalire ſignificat, nec tantum prae gaudio, ſed etiam in alio affectu omni, diciturque etiam de rebus ſenſu et affectu carentibus.* Cic. Fam. 16, 16 Mihi crede, tuis et illius literis perlectis, exilui gaudio. Idem Verr. 5, 165 c. 64 Quid enim nuper tu ipſe, cum Populi Rom. clamore atque impetu perturbatus exſiluiſti, quid, inquam, locutus es? Perniciter exiluere Catul. 61, 8. Plin. Epiſt. 3, 16, 12 Dum haec dicit, exiluit cathedra, aduerſoque parieti caput ingenti impetu impegit. Domo leuis exſilit mus agreſtis Hor. Serm. 2, 6, 98. Foras emergere et exſilire Lucret. 2, 200. Lucan. 1, 488 Sed curia et ipſi Sedibus exſiliere pares. *Sic ſuperiores editiones. Cort. Oudend. Burm.* Exſiluere. *Nempe haec forma, vt in ſimplici, ita in compoſitis etiam certior videtur, i. meliores libros auctores habet. Vid.* SALIO. Stratis exſiluit Ouid. Met. 5, 35. Plaut. Amph. 5, 1, 63 Poſtquam conſpexit angues ille alter puer, citus e cunis exſilit. Cic. Verr. 2, 75 c. 30 Ita properans de ſella exſiluit. Ter. Heaut. 4, 1, 43 Non aduorti primo: ſed poſtquam adſpexi, ilico cognoui: ad te exſilui. *h. e. Veluti ſaliendo et geſtiendo cucurri.* Stat. Theb. 9, 111 Ipſe nec ire retro, nec in obuia concitus arma Exſilit. Arundo in caelum exſilit, *i. Sagitta* Sen. Herc. Oet. f. 7. Crines exſiliunt Stat. Achill. 1, 522. Deus ad ſuperos volucer exſilit, *i. Mercurius reuolat ad ſuperos* Stat. Theb. 2, 56. Equi exſiluerunt Ouid. Faſt. 5, 16. Ferus exſiluit e medio vulnere ſaxi Ouid. Met. 6, 77. Lucret. 6, 162

— Lapidem ſi
Percutiat lapis aut ferrum: nam tum quoque lumen
Exſilit.

EXĪLIS, e. Adi. [*λεπτὸς*] *i. Tenuis.* Plin. 11, 51 Bubus tantum feminis vox grauior, omni in alio genere exilior quam maribus: in homine etiam caſtratis. Exilia, Plenis *opponit* Plin. Epiſt. 5, 17 *in oratione, vt* excelſa depreſſis, ſeueris iucunda. Cic. de Diuin. 2, 30 Iecur nitidum atque plenum eſt, aliae horridum et exile. Idem pro Muraen. 47 c. 23 Commoti animi tenuium, exilium in noſtrum ordinem. *h. e. Plebeiorum. Sed poſt* tenuium *interpungunt docti viri.* Exilium in noſtrum ordinem *ſc. flagitaſti.* Exilium *eſt poena, Accuſatiuo ſingulari etc.* Aper exilis, *Gracilis et male ſaginatus* Varro de R. R. 3, 2. Artus exiles Ouid. ex Pont. 1, 10, 27. Caro exilior Tertull. de Ieiun. *lib. extr.* Copia exilis, *cui* Vberrima *opponitur* Cic. de Fin. 4, . . Digiti Ouid. Met. 6, 143. Hor. Carm. 1, 4, 17

Et domus exilis Plutonia: quo ſimul mearis,
Nec regna vini ſortiere talis,
Nec tenerum Lycidam mirabere, *etc.*

Exilis *cum reſpectu ad ſepulcrum et ſarcophagum.* Genus ſermonis exile, aridum, conciſum, ac minutum: *cui opponitur* Liquidum, fuſum, profluens Cic. de Orat. 2, 159 c. 38. Ouid. Met. 5, 433 Nam breuis in gelidas membris exilibus vndas Tranſitus eſt. *de Cyana in fontem mutata.* Oratio ſpinoſa et exilis Cic. de Orat. 1, 83. Orationes exiliores Idem de Clar. Orat. c. 21. Pectus Stat. Theb. 11, 642. Lucan. 3, 204 Nimium glebis exilis Ariſbe, *regionis nomen.* Res exiles, *i. Calamitoſae, de difficultatibus a Fortuna aduerſante obiectis, dixit* Nepos 18, 5, 1. Solum exile et macrum Cic. de L. Agr. 2, 66 c. 25. Columel. 1, 4 In exili terra, cultoris prudentia ac diligentia maciem ſoli vincere poteſt. Exilia dicere de virtute Cic. de Fin. 4, . . ¶ 2 *Obſeruat.* Exiles, *inquit* Feſtus, *et* Ilia a ſubtilitate viarum, quas Graeci in chartis ita appellant, videntur eſſe dicta. *Pro* viarum *legendum eſſe* Inarum *vidit Scaliger, cum* V. Ilia *habeant illam vocem libri. Ac de* Ina *ſuo loco: caeterum* exiles *videntur primum dicti vel homines vel canes valde ſubſtrictis* ilibus, *eo ſenſu, quo* Celſus *accipit* 4, 1 *extr.* Ipſa ilia inter coxas et pubem imo ventre poſita ſunt.

EXILĬTER. Adu. [*λεπτῶς*] Cic. de Orat. 1, 49 c. 11 Etenim videmus iisdem de rebus ieiune quosdam et exiliter, vt eum, quem acutiſſimum ferunt, Chryſippum diſputauiſſe. Idem 3, 38 Verba exiliter exanimata. *et* de Clar. Orat. 106 c. 27 Annales exiliter ſcripti. Exilius dicere Varro L. L. 4 *pr.*

EXILĬTAS, ātis. f. [*λεπτότης*] Foliorum exilitas Plin. 21, 6. Soli, quae plerumque litori vicina eſt Colum. 8, 16. Idem 5, 5 Ne oneretur exilitas vitis. Vocis femineae Quinctil. 1, 11 *pr.* *Et* 11, 3, 19

3, 19 Exilitas vocis aegrorum, mulierum, ſpadonum. Cic. de Clar. Orat. 28 Inde erat iſta exilitas, quam ille de induſtria conſequebatur. Idem de Orat. 1, 50 c. 12 Quid ergo intereſt? aut qui diſcernes eorum quos nominaui, vbertatem in dicendo, et copiam, ab eorum exilitate, qui hac dicendi varietate et elegantia non vtantur? Quinctil. 1, 11, 4 Quarundam enim *(literarum in pronuntiando)* vel exilitate, vel pinguetudine nimia laboramus.

EXILIVM, *vid.* EXVL.

EXIMIVS, *vid.* EXIMO.

EXĬMO, ēmi, emtum, ĕre. [ἐξαίρω, ἐκκρίνω] *Ab* Ex *et* Emo *compoſitum; ſignificat Auferre, praeſertim de medio.* Plaut. Capt. 3, 5, 74 Sub terra *(in Lautumiis)* lapides eximere. Cupreſſos eximere cum radicibus Cato c. 28. E dolio aliquid Idem c. 112. *Metaph.* Propert. 3, 16, 27 Nirea non facies, non vix exemit Achillem *a moriendi neceſſitate.* Eximere alicui quod eum angit Cic. Tuſc. 2, 29 c. 11. Liu. 31, 29 *Legatus Macedo de Romanis*, Meſſanae vt auxilio eſſent, primo in Siciliam conſcenderunt: iterum, vt Syracuſas oppreſſas ab Carthaginienſibus, in libertatem eximerent. Et Meſſanam et Syracuſas, et totam Siciliam ipſi habent. ¶ 2 *Subſtantiua:* Actionem eximere *quando dicatur* iudex, *declarat* Vlpianus l. 26 Sed etſi per Praetorem §. 4 ait Praetor D. ex quibus cauſis maiores, Ait Praetor, Siue cui, per magiſtratus, ſine dolo malo ipſius, actio exemta eſſe dicetur. — §. 5 Actio autem exemta ſic erit accipienda, ſi deſiit agere poſſe: *quod ibi exemplis illuſtratur.* Ambitus longos exemit *Domitianus via ſternenda* Stat. Silu. 4, 3, 22. Coniunctionem beneuolentiae ex rerum natura eximere Cic. de Amicit. 23. Plaut. Caſin. 3, 1, 3 Curam erue, curam exime. Hor. Od. 3, 14, 14 Hic dies vere mihi feſtus atras eximet Curas. Diem *eximere eſt facere, vt illo die nihil conficiatur in iudicio, in Senatu etc. Locus claſſicus* Gell. 4, 10 *ex* Capitonis Atteii libro de officio Senatorio, Caius Caeſar Conſul M. Catonem ſententiam rogauit. Cato rem, quae conſulebatur, quoniam non e rep. videbatur, perfici nolebat. Eius rei ducendae gratia, longa oratione vtebatur, eximebatque dicendo Diem. Erat enim ius Senatori, vt ſententiam rogatus diceret ante quidquid vellet aliae rei, et quoad vellet *etc.* Dial. de Oratorib. 19 Id ipſum laudi dabatur, ſi dicendo, quis Diem eximeret. Cic. ad Q. Frat. 2, 1 Tum Clodius rogatus Diem dicendo eximere coepit. *Et* 2, 6 Lentulus — Dies comitiales exemit omnes. — Sic legibus perniencioſiſſimis obſiſtitur. *Et mox* Cato concionatus eſt, comitia haberi non paſſurum, ſi ſibi cum populo agendi Dies eſſent exemti. Liu. 1, 50 Quia ea res exemiſſet illum Diem, poſtero die acturum quae conſtituiſſet. *Vid. mox* Horam, Tempus eximere. Liu. 25, 3 Interim publicani Caſcae inſtare, vt concilio Diem eximeret. Diem ex menſe Cic. Verr. 2, 129. Dubitationem Liu. 25, . . Horam eximere vllam in tali ciue liberando ſine ſcelere non poſſumus Cic. Phil. 6, 7 c. 3. *eadem ratione dictum, vt modo* Diem eximere, *et mox* Tempus. *Altera lectio* exhibere nullam *ſententia caret.* Virg. Aen. 6, 746 Donec longa dies perfecto temporis orbe Concretam exemit Labem. Plaut. Merc. 1, 2, 17 Nunquam edepol omnes balneae mihi hanc Laſſitudinem eximent. Mendas eximit ipſa dies omnes de corpore Ouid. de Arte Am. 2, 653. Onus eximit ebrietas ſolicitis animis Hor. Epiſt. 1, 5, 18. Idem Carm. 4, 15, 18 Cuſtode rerum Caeſare, non furor Ciuilis aut vis eximet Otium. Exemiſti tute huic Pateram Plaut. Amph. 2, 2, 164. Quinctil. 3, 7 Et poſt mortem adiecta quibusdam ignominia eſt, vt Melio, cuius domus ſolo aequata eſt: M.que Manlio, cuius praenomen e familia in poſterum exemtum eſt. Senſum rei geſtae Flor. 4, 7, 13. Scrupulum alicui Plin. Epiſt. 3, 17. Vlpian. in l. ſed et ſi per Praetorem §. ſi feriae D. ex quibus cauſis maiores, Se quum feriae repentinae Tempus eximunt, reſtitutio duntaxat ipſorum dierum facienda eſt, non totius temporis. Cic. Att. 4, 3 Metellus calumnia dicendi Tempus exemit. Tempus ſolum balinei eximebatur ſtudiis Plin. Epiſt. 3, 5. ¶ 3 *Cum Praepoſitionibus, et Nominibus vnde* eximi *aliquid dicitur.* Cic. in Piſon. 94 Nulli coniicientur in ordinem, nulli eximentur. Inde non eximam te Ter. Andr. 1, 2, 29. Ouid. ex Ponto 2, 2, 112 Eximar vt Scythici de feritate loci. Eximere de *vel* ex reis, *in criminalibus cauſis id dicitur, quod nunc vulgo* dare congedium *dicimus.* Cic. Verr. 4, 41 Condemnare Diodorum non audet, abſentem de reis eximit. Idem Verr. 2, 99 Quo tempore omnis illa mea feſtinatio fuit cum periculo capitis, ob eam cauſam ne tu ex reis eximerêre, ſi ego non affuiſſem ad diem. *i. Ne tu neceſſitate obſeruandi publici iudicii abſoluereris.* Cic. Philipp. 2, 101 Agrum Campanum, qui, cum de Vectigalibus eximebatur, vt militibus daretur, tamen infligi magnum Reipub. vulnus putabamus. Nomen alicuius de tabulis Idem pro Roſc. Amer. 26. *Contrarium eius eſt*, Referre in proſcriptos. *Et* in Orat. 77 Primum igitur eum tanquam e Vinculis numerorum eximamus. Ex aerariis eximere, *eſt Condonare multam, i. Quictare emendam.* Cic. de Orat. 2, 268 Is enim, qui te ex aerariis exemit, luſtrum condidit, et taurum immolauit. Idem de Inuent. 2, 24 Poſtremo quas ad defenſionem rationes reo dabimus, iis accuſator ad alios ex culpa eximendos abutetur. Ex manu manubrium Plaut. Aulul. 3, 4, 12. Ex miſeriis Idem Capt. 5, 1, 3. *Et* Epid. 5, 1, 5. Ex obſidione aliquos Cic. Fam. 5, 6. *Cum Ablatiuo:* Plaut. Rud. 1, 4, 13 Exime hoc miſeram metu. Noxa eximi Liu. 8, 35. Plin. 7, 28 Cremonam Obſidione exemit, *i. Liberauit.* Liu. 28, 39 Quod Saguntum reſtituerint, ciuesque Saguntinos ſeruitio exemerint. Seruitute Idem 34, . . Plaut. Capt. 2, 1, 10 At poſtea pigeat noſtrum herum, ſi vos eximat Vinculis. Sil. 15, . . Quis deus infernis quemquam noſtrum eximat Vmbris. *Talia etiam ſunt iſta:* Liu. 8, 35 Non Noxae eximitur Q. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnauit. Honoribus eximere et exigere Plin. Epiſt. 2, 12. *i. Excludere.* Memoriae Sueton. Claud. c. 11. Notae Gell. 4, 20. Numero, *i. Reiicere et excludere* Quinctil. 1, 5. Numero beatorum aliquem Hor. Carm. 2, 2, 19. Tacit. Ann. 14, 40 Aſinium Marcellum preces Caeſaris, Poenae magis quam Infamiae exemere. Eximere in ius vocatum *quomodo dicatur, docet* Paullus in l. Sed eximendi D. Ne quis eum, qui in ius vocabitur, vi eximat, Sed eximendi, *inquit*, verbum generale eſt, vt Pomponius ait. Eripere enim, eſt De manibus auferre per raptum: Eximere, Quoquomodo auferre: vt puta, ſi quis non rapuerit quem, ſed moram fecerit, quo minus in ius veniret, vt actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur, videbitur exemiſſe: quamuis corpus non exemerit. Reum eximere: Vlpian. in l. ſi interueniente D. ad Senatusconſultum Turpilianum, Nec enim videtur deſiſtere, qui exemtum reum non defert. Eximitur autem reus publica abolitione interueniente.

EXEMTVS, *vel* EXEMPTVS, a, um. Partic. [ἐξῃρημένος] Exemtus dies Cic. Q. Frat. 2, 1. Fames exemta epulis Virg. Aen. 1, 220. Finibus exemtis Lucret. 1, 1006. *i. cum non ſint fines in rerum natura.* Ius Ouid. Faſt. 1, 626. Lapis Paull. in l. pen. D. pro ſocio. De ſpinis pluribus vna exemta Hor. Epiſt. 2, 2, 212. *i. Vnum tantum de multis ſublatum vitium.* Terra exemtus lapis Marcell. in l. Pro regione D. de acquirendo rer. dom. Exemto anno, *i. exacto* Pallad. Febr. 17, 8 quarto menſe Pallad. Febr. 26, 2 *et ſic ſaepius.*

EXEMTĬLIS, e. Adi. [ἐξαιρέσιμος] *Quod auferri et eximi poteſt.* Columel. 8, 11, 4 Sed idcirco ſunt exemtiles *(perticae)* vt quum res exigit, a paxillis deductae liberum aditum conuerrentibus ſtabulum praebeant. Margaritae exemtiles Vlp. in l. argumento §. Margarita D. de arg. et aur. leg.

EXEMTIO, ōnis. f. [ἐξαρσις] Columel. 3, 18, 5 Quum enim per exemtionem *malleolorum* imae partes eorum praefractae ſunt, apertae medullae deponuntur. Ibid. 19 *pr. de eadem re*, Ne depreſſus altius, quam adoleuerit, exemtionem difficilem praebeat. Idem 9, 14, 11 Exemtio fauorum.

EXEMTVS, ûs. m. *Idem.* Vitruu. 9, 9 Quarum horarum breuitates aut creſcentias cuneorum adiectus aut exemtus perficere cogit.

EXEMTOR, ōris. m. [ἐξαιρετής] *Qui eximit lapides ſub terra.* Plin. 36, 15 Et inter plurima alia Italiae miracula, ipſa marmora in lapidicinis creſcere, auctor eſt Papyrius Fabianus, naturae rerum peritiſſimus. Exemtores quoque affirmant compleri ſponte illa montium vlcera. Teſtium exemtor Apul. Apol. *eſſe dicitur, falſo, arbitror.*

EXIMIVS, a, um. Adi. [ἐξαίρετος, ἀπόκριτος] Donatus *ad* Ter. Hec. 1, 1, 9 Eximia pecora dicuntur, Quae a grege excepta ſunt ad vſus dominorum ſuorum, vt vberius paſcantur. Sed proprie Eximii ſunt Porci maiores, qui ad ſacrificandum excepti liberius paſcuntur. Etenim Boues, qui ad hoc electi ſunt, Egregii dicuntur: et Oues, Lectae, vt Virg. Aen. 4, 57 Mactant lectas de more bidentes. Idem Georg. 4, 538 Quatuor eximios praeſtanti corpore tauros. *Hactenus* Donatus. *Similia his* Feſtus *h. v.* Bos eximia Liu. 1, 7. Eximium et praeſtans Cic. de Orat. 2, 125. Eximia et praeclara ducere parua Idem Off. 1, 67. *Et* Diuinat. Verr. 54 c. 16 Neque enim eſſet veriſimile, quum omnibus Siculis faceret iniurias, te illi vnum eximium, cui conſuleret, fuiſſe. *i. Intactum, et ex numero exemtum.* Vtin' eximium neminem habeam? *i. Excipiam, eximam* Ter. Hec. 1, 1, 9. In pugna eximius Lucan. 3, 692. Catull. 62, 323 Virtus quoque, Et ingenii ſolertis eximium decus Periere. Cic. Verr. 5, 81 c. 31 Erat Nice facie eximia. Facultas dicendi Quinctil. in prooem. 1. Honos eximius et prope ſingularis Cic. de Prouinc. Conſ. 29. Ingenium Idem Fam. 6, 1. *Et* Verr. 4, 20 Sin hanc vos in rege tam eximiam iniuriam, tam acerbam neglexiſſe. Laudes Catul. 108, 2. Leones eximios legerat *Diana* Claud. Conſ. 2 Stilich. 334. Odor Plin. 12, 12. Opera Cic. pro Roſc. Amer. 137. Pompae Ouid. Epiſt. 9, 83. Regio eximia domus Claud. pr. Conſ. Stil. 2, 449. Cic. Fam. 1, 7 Lentulum eximia Spe, ſummae virtutis adoleſcentem, cum caeteris artibus quibus ſtuduiſti ſemper ipſe, tum in primis imitatione tui fac erudias. Plaut. Trin. 2, 4, 9 Nimis hercle in hiſce rebus Sumtus eſt eximius. Tauri Virg. Georg. 4, 538. Velocitas Plin. 7, 2. Virtus Cic. pro Roſc. Amer. 127. *et* pro L. Manil. c. 1. Ouid. A. A. 2, 603. *vbi tamen meliores MSS. leg.* Exigua. *Vid. Heinſ.*

EXIMIE. Adu. [ἐξαιρέτως] *Excellenter.* Lucret. 2, 643 Quae bene et eximie quamuis diſpoſta ferentur. Ornatum eximie templum Liu. 25, 40. Vtilis eximie Plin. 20, 22. Iuuen. Sat. 11 *pr.* Atticus eximie ſi coenat, lautus habetur: Si Rutilus, demens. Diligere eximie Cic. pro Arch. 20 c. 9. Prodeſſe eximie Scribon. 21.

EXIMIĔTAS, ātis. f. *Titulus honoris, vt* Dignitas, Tranquillitas *etc.* Symm. Epiſt. 3, 3 Spondeo, tuam eximietatem reperire poſſe multa, quae tacui. *Et* Ambroſ. Epiſt. 69. *et* Auguſtin. Epiſt. 32.

EX IMPROVISO. [ἐκ τοῦ ἀφανοῦς] *Vid.* EX.

EXIN, *ſiue* EXINDE. Adu. ordinis. *inquit* Seruius, ſignificat Deinde, ſiue Continuo et protinus. Cic. in Orat. 154 Dein etiam, ſaepe, et Exin, pro Deinde et pro Exinde dicimus. Virg. Aen. 7, 341 Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis, *etc.* Cic. de N. D. 2, 111 c. 43 Exin contortis aries tum cornibus haeret. *Ex antiquo Poëta.* Feſtus, Exin metri cauſa dicitur pro Exinde. Exinde, Vna pars orationis eſt et in tertia a fine accentum habet, licet penultima longa ſit. Quod ideo factum eſt, vt oſtenderetur vna pars eſſe orationis, ne Praepoſitio iungeretur Aduerbio, quod vitioſum eſſe non dubium eſt. *Haec* Seru. *ad* Virg. Aen. 6, 743 Quisque ſuos patimur manes, exinde per amplum Mittimur Elyſium. Cic. de Legib. 3, 7 Exinde pecunias aequitatis ordines partiunto. Liu. 1, . . *Add.* Cic. de N. D. 3 c. 39. Exinde, *Ex eo tempore.* Iuſtin. 1, 2 *de Semiram.* Igitur brachia ac crura velamentis, tiara caput tegit: et ne nouo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu et populum veſtiri iubet: quem morem veſtis exinde gens vniuerſa tenet.

EXINĀNIO, īui, ītum, īre. [ἐκκενόω] *Verbum ab* Inanis *nomine formatum, Euacuare ſignificat, vel exhaurire proprie pariter et metaphorice.* Locus fodiatur exinaniaturque Vitruu. 3, 3 *pr.* Plin. 27, 8 Ad exinaniendas aluos menſesque mulierum. Idem 10, 60 Oua ſale exinaniri creduntur. Vrinam Id. 8, 37. Cic. Verr. 3, 100 c. 42 Imacharenſes iam omni frumento ablato, iam omnibus iniuriis tuis exinanitos, tributum ferre miſeros ac perditos coëgiſti. Cic. Diuinat. Verr. 11 Siciliam prouinciam C. Verres per triennium depopulatus eſſe, Siculorum ciuitates vaſtaſſe, domos exinaniſſe, fana ſpoliaſſe dicitur. Cic. Verr. 3, 119 c. 50 Quum ſenſerit iſtum omne inſtrumentum aratorum, omnia ſubſidia vectigalium vendidiſſe, omnem ſpem poſteritatis auaritia ſua ſuſtuliſſe, arationes et agros vectigales vaſtaſſe atque exinaniſſe.

EXINANĪTVS, a, um. Partic. [ἐκκενωθείς] Cic. pro L. Agr. 2, 71 c. 27 Vectigalibus abalienatis, ſociis vexatis, regibus atque omnibus gentibus exinanitis, illi pecunias habebunt, vos agros non habebitis. Cic. Verr. 5, 104 c. 40 In eum diſſolutus, qui ſolus habuerit conſtratam nauem, et minus exinanitam. *Add.* Non. 2, 302.

EXINANITIO, ōnis. f. [ἐκκένωσις] Plin. 13, 22 Succurrit aliquando praeceps alui exinanitio.

EXINFVLARE. Feſtus, Exinfulabat, Exerebat. Inſulas enim ſacerdotum filamenta vocabant. *Vid. leg.* exuebat.

EXIOCOR, āri. Simul exiocaris vna Catull. 21, 5 *ſicut vult Scaliger, i. iocari deſinis. Sed multo commodius Voſſius,* Simul es, *i. edis,* iocaris vna.

EXISTĪMO, āre. [δοκέω, ὑπολαμβάνω, λογίζομαι] *ab* Aeſtimo *fit, Diphthongo in I longam conuerſa: idem quod decernere aut ſtatuere ſignificat poſt aeſtimationem. Interdum ſimpliciter Iudicare, vt docent Gronou. et Drakenb. ad* Liu. 34, 2 *Etymologiam firmat, quod* Vetuſta tabula *apud Gruterum p. 500 legitur* EXAESTVMAVERIT. Conſuetudinem quotidianae vitae exiſtumandi, ea res tum dedit copiam Ter. Heaut. 2, 3, 41. Cic. de Inu. 1, 7 c. 5 Has autem res alii plures alii pauciores exiſtimauerunt. Id. de Inu. 1, 83 c. 45 Quid eum accuſes, qui id parui auditu exiſtimet? *ex Vet. Poëta. Recte autem* exiſtimet *Victor. Al.* aeſtimet. Cic. de Clar. Orat. 138 Quam — difficilis optimi perfectio, ex eo, quod dicam exiſtimari poteſt. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 22 Deſine vnumquemque moribus tuis exiſtimare. Cic. pro Domo ſua 51 Proinde quaſi iſti aut de Cn. Pompeio aliter atque ego exiſtimo, ſentiant. De artibus aliquid Cic. de Orat. 2, 3. Idem Fam. 1, 7 Sed ea ſententia ſic et illi et nobis probabatur, vt ex euentu homines de tuo conſilio exiſtimaturos videremus. Cic. pro Cael. 2 Si attendere diligenter, exiſtimareve de omni hac cauſa volueritis. De impudentia Cic. Verr. 2, 18 c. 7. Idem de Clar. Orat. 82 Tum ipſe L. Cotta veterator habitus, ſed C. Laelius et P. Africanus in primis eloquentes, quorum extant orationes, ex quibus exiſtimari de ingeniis Oratorum poteſt. Exiſtimare de Principibus nemini fas eſt Nazar. Paneg. Conſt. c. 5. *i. cenſuram facere.* De Religione vere Cic. Verr. 4, 16. De Scriptoribus Idem de Legib. 1, 7 c. 2. *Add.* Id. Fam. 1, 5. Liu. 9, 26. Male de aliquo exiſtimare, *non raro auctoribus eſt, Male de aliquo ſentire non tantum, verum et loqui,* λοιδορεῖν. Nepos 10, 7, 3 Non aequo animo ferebat, de ſe ab iis male exiſtimari. De omnibus bonis male Cic. Verr. Act. 1, 8 c. 3. Exiſtimatur in probro Plin. 6, 13. *Contra,* Bene exiſtimare de aliquo *dixit* Cic. Fam. 15, 21. *et* 16, 4. De Rege ſuo homines male exiſtimant Senec. de Ira 3, 22. *Sic* Idem Epiſt. 31. Macrob. Saturn. 2, 4. Auct. Dial. de Orat. 1, 3. Cic. pro Cluent. 51 c. 18 Vt omnia timerem; ſi nihil dixiſſem ne infantiſſimus; ſi multa in eiusmodi cauſa dixiſſem, ne impudentiſſimus exiſtimarer. Exiſtimantur Scribon. 100. *i. putantur.* Domi ſuae cum primis honeſtus exiſtimatus eſt M. Fulcinius Cic. pro Caecin. 10 c. 4. Idem in Orat. 51 Quod ſi in Philoſophia tantum intereſt, *etc.* quid tandem in cauſis exiſtimandum eſt, quibus totis moderatur oratio? Cic. de Clar. Orat. 329 L. Torquatus elegans in dicendo, in exiſtimando admodum prudens, toto genere perurbanus. Regali nomine dignus exiſtimatus eſt Deiotarus Cic. de Aruſp. Reſp. 29 c. 13. Idem de Orat. 2, 268 Vt cum C. Fabricio P. Cornelius homo, vt exiſtimabatur, auarus et furax, ſed, *etc.* Liu. 23, 15 Accitumque ad ſe benigne appellat: multos eum inuidos inter populares habere; inde exiſtimatu facile eſſe, quod nemo ciuis, *etc.* ¶ 2 Extimo *pro* Exiſtimo *legitur a quibusdam ap.* Tac. Ann. 13, 17 *pr.* Antiquas fratrum diſcordias et inſociabile regnum extimantes. *Optime Rhenanus, pro* Aeſtimantes, *Potes enim ſubſtituere* perpendentes. *Sic* Macrob. Sat. 7, 2 *med. et* 7, 6 *pr.* Sall. Catil. 2, 8. 10, 5 *etc. Sed videtur totum hoc eſſe a librariorum corruptione. Vid.* AESTIMO n. 5. *et Drakenb. ad* Liu. 34, 2.

EXISTĪMANS, antis. Partic. [λογιζόμενος] Cic. in Orat. 76 Orationis ſubtilitas imitabilis illa quidem videtur eſſe exiſtimanti: ſed nihil eſt experienti minus. Cic. de Orat. 2, 322 Ex his autem apud quos agetur, vt beneuolos, beneque exiſtimantes efficiamus: quod agendo efficitur melius quam rogando. *i. De reo bene iudicantem.* Homo de ſe bene exiſtimans Cic. Off. 3, 31. Falſa exiſtimans Salluſt. Catil. c. 52. *Conf.* Ib. c. 40. Satius exiſtimans Nep. 5, 3, 3.

EXISTIMATIO, ōnis. f. [δόκησις, ὑπόληψις, οἴησις] *Quando accipitur active, eſt Opinio, quae differt a Iudicio proprie dicto: eſt enim* Exiſtimatio *iudicium tacitum.* Cic. pro Cluent. 80 c. 29 Itaque nunc quemadmodum audiar, ſentio, non modo ab his, quorum iudicium atque poteſtas eſt, ſed etiam ab illis, quorum tantum eſt exiſtimatio. *i. a corona. Et* Verr. 5, 176 c. 68 De omnibus nobis — non illa tacita exiſtimatio, — ſed vehemens ac liberum Populi Rom. iudicium conſequetur. *Et* Liu. 34, 2 Vtrum e Rep. ſit, nec ne, id quod ad vos fertur, veſtra exiſtimatio eſt, qui in ſuffragium ituri eſtis. *Nempe tacite antea, quid agendum ſibi ſit perpendunt, quam eant in ſuffragia. Sic* Cic. pro Cluent. 56 c. 20 Atque hoc tum iudicio facto, et Oppianico re et exiſtimatione iam; lege et pronunciatione nondum condemnato. Cic. pro Caeſ. c. 2, . . Nam quod de pietate dixiſtis, eſt quidem iſta noſtra exiſtimatio, ſed iudicium certe parentis. *In his omnibus exiſtimatio eſt opinio et ſententia priuata, quae vbi lege profertur fit iudicium. Opinionem etiam notat.* Liu. 4, 20 Huic pugnae equeſtri rem, quam ſatis certam communis exiſtimatio eſt, mirabilem certe, adiiciunt quidam annales. Cic. de Prouinc. Conſ. 40 Sed non alienum eſſe arbitror, quo minus ſaepe aut interpeller a nonnullis, aut tacita exiſtimatione reprehendar, explicare breuiter quae mihi ſit ratio aut cauſa cum Caeſare. Cic. pro Flacco 35 c. 15 Vita turpis, exiſtimatione damnatus. Cic. Verr. 3, 109 In hoc genere facilior eſt exiſtimatio, quam reprehenſio. Id. ibid. 210 Cum hominum exiſtimatio grauis habebatur, et iudicia ſeuera fiebant. Suet. Tiber c. 58 Capitale erat, dictum vllum factumue eius exiſtimatione aliqua laeſiſſe. *Vbi* Exiſtimatione laedere, *idem ac,* Male exiſtimare, *de quo ſupra.* Satisfeciſſe omnium exiſtimationi Cic. Diuinat. Verr. 3. Tac. Hiſt. 4, 7 Suffragia et exiſtimatio Senatus reperta, vt in cuiusque vitam famamque penetrarent. Ter. Heaut. Prol. 25 Arbitrium veſtrum, veſtra exiſtimatio valebit. ¶ 2 Exiſtimatio, *paſſiue.* [δόξα] Cic. de Orat. 2, 192 c. 46 Cum agitur ingenii noſtri exiſtimatio. *Sed ſaepe ſimpliciter* Exiſtimatio eſt Dignitatis illaeſae ſtatus legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto noſtro, auctoritate legum, aut minuitur, aut conſumitur Calliſtratus l. 5 D. de extraordinar. criminib. Cic. Verr. 2, 57 Quid enim debuit Praetor? quum conſilio re cognita, quum comperiſſet ſuum comitem, iuris, decreti, iudicii corrumpendi cauſa, qua in re ipſius Praetoris Caput, exiſtimatioque ageretur, pecuniam accepiſſe, *etc.* Cic. in Piſon. 65 c. 27 *ex diſciplina Epicurea,* Exiſtimatio, dedecus, infamia, turpitudo, verba ſunt atque ineptiae. Id. pro Deiot. c. 9 Homo ea exiſtimatione — ſaltauit? Cic. Verr. 2, 59 Nemo enim ignorat, quo hic in ciuitate ſua ſplendore, qua apud omnes Siculos dignitate, atque exiſtimatione ſit. *De Stenio.* Tua mihi exiſtimatio et dignitas cariſſima eſt Id. Fam. 3, 4. Cic. pro Cael. 6 Equidem vt ad me reuertar, ab his fontibus profluxi ad hominum Famam: et meus hic labor forenſis vitaeque ratio dimanauit ad exiſtimationem hominum paullo latius commendatione ac iudicio meorum. Sine honore, ſine exiſtimatione, ſine cenſu homo Cic. pro Flacc. 52. Inopes exiſtimatione Cic. Att. 1, 1. *Vid. Graeu. p. 22.* Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 23 Vtique ſiue hinc abiero, ſiue ero hic oppreſſus: ea maneat opinio et exiſtimatio, quae virtute parta, non quae infelicitate illata eſt. Exiſtimatio bona Cic. pro Font. 31. Bona exiſtimatio pecuniis praeſtat Id. de Orat. 2 c. 40. Cic. pro Cluent. . . . Non ille Honorem a pueritia, non ſtudia virtutis, non vllum exiſtimationis bonae fructum vnquam cogitarat. Illaeſa Vlp. in l quae omnia D. de procurat. Integra, *vid.* INTEGER. Dum exiſtimatio eſt integra, facile conſolatur honeſtas egeſtatem Cic. pro Quinct. c. 15. *Add.* Plaut. Moſt. 1, 3, 70. *et* Vulgat. Prou. 22, 1. Lacerata Suet. Caeſ. c. 75. Praeclarae exiſtimationis ſtudioſus Cic. Verr. 2, 117. Sanctiſſima alicuius exiſtimatio Cic. pro Roſc. Com. 15. Sueton. in Claud. c. 7 Sub Caio demum fratris filio Secundam exiſtimationem circa initia imperii omnibus lenociniis colligente, *etc. h. e. Famam proſperam.* Cic. pro Roſc. Com. 16 Si qua enim ſunt priuata iudicia ſummae exiſtimationis paene dicam capitis: tria haec ſunt, fiduciae, tutelae, ſocietatis. Turpis Cic. pro Caecin. 9. Agitur exiſtimatio Cic. Verr. 2, 57. Amittere, *vid.* AMITTO. Colligere multo ſudore, labore, vigiliis Cic. Verr. Diu. 72 c. 22. Cic. Q. Fratr. 1, 1 Si quis eſt in quo tam offenderis, de quo aliquid ſenſeris, huic nihil credideris, nullam partem exiſtimationis tuae Commiſeris. Conſeruare Cic. Fam. 8, . . Vlp. in l. quid ergo §. ex compromiſſo D. de iis, qui not. infam. Cic. Q. Fratr. 1, 1 Sed habes eos tecum, quos poſſis recte facientes, facile diligere: minus Conſulentes exiſtimationi tuae, facillime coërcere. Defendere exiſtimationem dignitatemque ab inimicis Caeſ. B. C. 1, 7. Dimanare ad exiſtimationem, *vid.* DIMANO. Eſſe exiſtimatione Cic. ad Q. Fratr. . . Idem Fam. 5, 20 Nihil eum feciſſe ſcientem, quod Eſſet contra aut rem aut exiſtimationem tuam. Floruerunt exiſtimatione innocentiae Praeturae illae Cic. pro Font. 31 c. 14. Idem . . . In quo dii immortales violati, exiſtimatio atque auctoritas Populi Romani Imminuta eſt. Laedere exiſtimationem Vlpian. l. 2 ſed et ſi D. de iis, qui not. infam. Offendere exiſtimationem alicuius Cic. pro Planc. 6 c. 2. *vid.* OFFENDO. Oppugnare Cic. Fam. 3, . . *et* Verr. 3 c. 10. Cic. pro Sull. 77 Quod ad tempus exiſtimationis Partae fructus reſeruabitur, ſi in extremo diſcrimine ac dimicatione fortunae deſerueris, ſi non aderit, ſi nihil adiuuabit? Perdere aliquid de exiſtimatione Auct. ad Heren. 4, 58. Nep. 17, 4, 3 Opulentiſſimo regno Praepoſuit bonam exiſtimationem. Reconciliare exiſtimationem Cic. Verr. Act. 1, 2. Seruire exiſtimationi Idem Att. 5, . . Caeſ. B. C. 3, 1 Hoc ad debitorum Tuendam exiſtimationem eſſe aptiſſimum exiſtimauit. Venire contra exiſtimationem alicuius Cic. Att. 1, 1. Venire in diſcrimen exiſtimationis Cic. Diu. Verr. 71. Venire in exiſtimationem Cic. de Inuent. 2, 37. Idem Verr. 3, 132 Non aliqua re, aut ſimulatione Popul. Roman. exiſtimationi ſe hominum Venditaſſet. Vereri exiſtimationem omnium Caeſ. B. G. 5, 43. Cic. Fam. 13, 73 Niſi quod exiſtimas in ea re violari exiſtimationem tuam. ¶ 3 Extimatio *pro* Exiſtimatio Macrob. Sat. 7, 6 *pr. vid.* EXISTIMO n. 2.

EXISTIMATOR, ōris. m. *Qui exiſtimat.* Cic. de Orat. 3, 80 c. 22 Neque ea quum dicerem, me eſſe hiſtrionem neceſſe eſſet, ſed fortaſſe non ſtultum alieni artificii exiſtimatorem, *i. iudicem, arbitrum.* Exiſtimator *et* Magiſter, *quid differant, conſtat ex* Cic. in Orat. 112 c. 31 Meminerimus, *inquit,* nihil nos praecipiendi cauſa eſſe dicturos: atque ita potius acturos, vt exiſtimatores videamur loqui, non magiſtri. Doctus et intelligens exiſtimator Cic. de Clar. Orat. 320 c. 93. *Vid.* INTELLIGO. Cic. de Clar. Orat. 146 c. 39 In augendo, in ornando, in refellendo magis exiſtimator metuendus, quam admirandus orator. *de Scaeuola* iurisperitorum eloquentiſſimo.

EXISTIMABILIS, e. Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 5 Exiſtimabile, non certum aut probatum eſt. Idem 3, 17.

EXISTO, *ſiue* EXSISTO, ſtiti, ſtitum, ſiſtere. [ὑπερέχω, ἀνακύπτω, ἐξανακολυμβῶ, Vet. Gl. Exiſtit ὑπερέχει] *Valla* 5, . . Exiſtit *atque* Exſtat, *quorum verborum vnum atque idem Praeteritum eſt, ſimile quiddam ſignificant, quod eſt Eminet et ſupereſt. Sed primum cum motu, alterum ſine motu: vt illud ſit Prodit vel exſurgit: hoc vero, Proſtat. Conf. Burm. ad* Ouid. Met. 2, 264. Cic. Tuſc. 1, 33 Sed neſcio quomodo inhaeret in mentibus quaſi ſaeculorum quoddam augurium futurorum: idque in maximis ingeniis, altiſſimisque animis et exſiſtit maxime, et apparet facillime. Cic. de Diuin. 2, 60 Quidquid enim oritur, qualecunque eſt, cauſam habeat a natura neceſſe eſt: vt etiam ſi praeter conſuetudinem exſtiterit, praeter naturam tamen non poſſit exſiſtere. Cic. Fam. 3, 11 Nec tam glorioſum exitum tui iudicii extitiſſe, ſed tam prauam inimicorum tuorum mentem fuiſſe mirabar. Cic. pro Roſc. Amer. 75 c. 28 In vrbe luxuries creatur, ex luxuria exſiſtat auaritia neceſſe eſt, ex auaritia erumpat audacia. Liu. 39, 37 *pr.* Etſi exiſtat hodie ab inferis Lycurgus, gaudeat ruinis eorum. Cic. pro Corn. Balbo 47 c. 20 Exiſtat ille vir parumper cogitatione veſtra, quoniam re non poteſt. Idem pro Cael. 33 c. 14 Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt. — Exiſtat igitur ex hac ipſa familia aliquis. Id. Verr. 1, 94 c. 37 Quid exſpectas? an dum ab inferis ille Malleolus exſiſtat? Liu. 25, 21 *pr.* Simul omnes e latebris exiſterent. *i. Exſilierunt. Conf. ibi Gronou. not.* Ex aliqua familia Cic. pro Cael. 33. In auras Lucret. 5, 213. Idem 2, 795 Quoniam nequeunt ſine luce colores Eſſe, neque in lucem exiſtunt primordia rerum. Repente exſiſtere Cic. Diu. 1 c. 28 *pr.* Id. de Clar. Orat. 31 Tum etiam magiſtri dicendi multi ſubito exſtiterunt. ¶ 2 *Nomina:* Plures in omnibus artibus quam in dicendo Admirabiles extiterunt Cic. de Orat. 1, 6 c. 2. Aemulus Platonis in Philoſophia exſtitit Cicero Quinct. 10, 1, 123. Vnde et Amicitia exiſtebat, et iuſtitia, et aequitas Cic. Acad. 1, 23 c. 6. Animo Conſulari in Rempubl. Cic. Fam. 10, 6. Beneficia tua in me vel nota omnibus, vel ipſa nouitate temporum clariſſima et maxima exſtiterunt Cic. Fam. 2, 6. Copiam egregiorum Poëtarum minimam extitiſſe Cic. de Orat. 1, 8. Corona in capite ſtatuae Lyſandri exſtitit ex herbis Cic. de Diuin. 2, 68 c. 32. Crudelior ne in eum exiſtam timeo Cic. Att. 10, 11. *i. ſiam, me demonſtrem.* Delectatio exſtitit Cic. Fam. 7, 1. Eloquentiam exiſtere talem, qualis fuerit in Craſſo Cic. de Orat. 2, 6. Plurima peſſimi Exempli correxit, quae — exſtiterant Suet. Aug. c. 32. Summerſus Equus voraginibus non exſtitit Cic. de Diuin. 1, 73. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 10 Itaque quod putaui fore gaudium, id exſtitit Exitium. Fautorem et adiutorem cuiusque dignitatis Cic. Fam.

Fam. 1, 9. Idem pro Rabir. Poſt. 1 Si exſtitiſſet in rege Fides, nihil ſapientius Poſtumo; quia fefellit rex, nihil amentius dicitur. Si Furioſus exſiſtet, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque eius poteſtas eſto Auct. ad Her. 1 c. 13 *id quod interpretatur quaſi* Cicero Tuſc. 3, 11 c. 5 Si Furioſus eſſe incipit *etc.* Cic. Lael. c. 10 Peſtem maiorem nullam eſſe in amicitiis, quam in plerisque pecuniae cupiditatem; in optimis quibusque honoris certamen et gloriae: ex quo Inimicitias maximas ſaepe inter amiciſſimos exſtitiſſe. Inſulſi exſtiterunt, vt nihil illud eorum niſi ipſa inſulſitas rideatur Cic. de Orat. 2, 217. Laetus exſtitit Idem de Diuin. 1, 58 c. 28. Magnitudo quoque animi exiſtebat Cic. de Fin. 4, . . Nihil ſine principiis poteſt exiſtere Lucret. 1, 199. Officium extitit amici in periculis aut adeundis aut communicandis Cic. de Amicit. 24. Patronum alicui cauſae Idem pro Roſc. Amer. 5. Poëtam bonum neminem ſine inflammatione animorum exiſtere poſſe, et ſine quodam afflatu quaſi furoris Cic. de Orat. 2, 104 c. 46. Quaeſtio quaedam exſiſtit hoc loco ſubdifficilis Idem de Amicit. 69. Senectus diuturnitate temporum exiſtit Cic. Acad. 4, 2. Similem auorum exſiſtere Lucret. 4, 1211. Species infinita ſimillimarum imaginum ex innumerabilibus indiuiduis exiſtit Cic. de N. D. 1, 49. Studium philoſophandi nobis ſubito extitit Idem ibid. 1, 6. Sudor exiſtit toto corpore Lucret. 3, 155. Tyrannus exiſtet ex victoria Cic. Att. 7, 5. Varietates in animis exiſtunt maiores, vt in corporibus magnae diſſimilitudines ſunt Idem Off. 1, 107. Virtute et conſilio praeſtanti qui primum exſtiterunt, *i. eminuerunt* Cic. pro Sext. 91 c. 42. Vita e virtutibus beata exiſtit Idem de N. D. 2, 153. Vox exſtitit ex aliquo loco Cic. de Diuin. 1, 105. Idem Tuſc. 5, 72 Ex qua cum ſumma exſtitit Vtilitas ad res ponderandas. Cic. de N. D. 2, 86 Si qui dentes et pubertatem natura dicat exſiſtere, ipſum autem hominem cui ea exiſtant, non conſtare natura.

EXITIALIS, EXITIVM, EXITVS; *vid.* EXEO.

EXIV̄RO, āre. [ἐξόμνυμι] Non. 2, 286 Exiurare et deiurare, id eſt valde iurare, vt deamare. Plaut. Amphitr. Exiurauiſti te mihi dixe per iocum. *Iſta Nonius. Sed apud ipſum* Plautum *hodie non exſtat. Reſpicitur forte ad* 3, 3, 8 IVP. Derides, qui ſcis, haec dudum me dixiſſe per iocum.

E X L

EXLAETVS, a, um. *Adferebatur ex* Apul. 3 Exlaeta facies. *i. valde laeta, quod tuetur praeſertim Brantius. Sed recte Elmenh.* p. 135, 8 Quoad tandem Fotis mea — aduenit, non ex laeta facie, nec ſermone dicaculo, ſed vultuoſam frontem rugis inſurgentibus aſſeuerabat. *Sic etiam Pricaeus. Elmenhorſtius etiam obſeruat* τὴν ex *abeſſe a Florentino libro. Et ſane commodius abeſt, vel mutatur in ea: quod quidem multo blandius, quam quae conatur Sciopp. Suſpp. Lect.* 3, 16. *Sed nec id aetatis et gentis ſcriptoribus inſolens Praepoſitione ſic abuti.*

EXLECEBRA, ae. f. Plaut. Bacch. 4, 9, 20 Exlecebra fiet hic equus hodie auro ſenis. *Vid. etiam* ELECEBRA.

EXLEX, ēgis. Adi. [ἄνομος] *Qui ſine lege viuit.* Lucil. Sat. 2 Non dico, vincat licet, et vagus exulet, erret exlex. Varro, Poſtremo quaero, parebis legibus an non? anne exlex ſolus viuis? Cic. pro Cluent. 94 c. 34 Non quo illi aut exlegem eſſe Sullam, aut cauſam pecuniae publicae contemtam atque abiectam putarent, ſed, *etc.* Hor. in Arte Poët. 224 — Et potus et exlex. *Et* Liu. 9, 34 An hoc dicis, Appi, Aemilia lege Populum teneri, te vnum exlegem eſſe.

EXLŎQVOR, ĕris, ŏqui. [ἐξαυδάω] *Pro Eloqui et palam atque aperte ac diſtincte dicere, vſurpauit* Plaut. Mil. 3, 3, 32 Nempe ludificari militem tuum herum vis? PA. exlocuta es.

E X M

EXMAGISTRO memoriae Ammian. 15, 5. *i. qui fuit magiſter memoriae.* Ex magiſtro peditum *ib. ſec. Falſter. ſed meliores libri* ex magiſterio.

EX-MEDICO. Dorus quidam ex-medico ſcrutariorum Ammian. 16, 6 *extr.*

EXMEMINI, *pro bene memini*, Gell. 19, 8 *extr.* Quod quidem exmeminerim. *Sed Gron.* meminerim.

EXMOVEO, ēre. Suum nomen omne ex pectore exmouit meo Plaut. Truc. 1, 1, 59.

E X N

EX-NOTARIO. Cyrinus ex-notario Ammian. 22, 3.

E X O

EXOBRVO, ĕre. *i. Proferre et eruere, quod erat obrutum. Vt,* Dolium exobrutum Apul. Met. 9 *(Elmenh. p. 219, 34. Pricaei p. 190) atque ita etiam MS. Oxon.*

EXOBSĔCRO, āre. [ἐκλιπαρέω] *Vehementer obſecrare.* Plaut. Aſin. 1, 3, 93 Supplicabo, exobſecrabo, vt quemque amicum videro.

EXOCCVPO, āre. Sarisb. 1, 4. *Hinc*

EXOCCVPĀTVS, a, um. *Apud eundem 1, 8.*

EXOCOETVS, i. m. *Piſcis. q. d.* ἔξω κοίτης, *extra cubile, verſari ſolitus.* Plin. 9, 19 ſ. 34 Miratur et Arcadia ſuum exocoetum, appellatum ab eo, quod in ſiccum ſomni cauſa exeat. Circa Clitorium vocalis hic traditur, et ſine branchiis: idem aliquibus Adonis dictus.

EXŎCHAS, ădis. f. [ἐξοχὰς] *Tuberculum in ano apud* Auguſt. Epiſt 49. *Hinc*

EXOCHADIVM, i. n. Dimin. *Idem.* Exochadia aceto illinere Marcell. Emp. c. 30. *Conf.* Priſc. Med. 2, 30.

EXOCV̆LO, āre. [ἐξοφθαλμόω, ἐξοφθαλμίζω] *Exturbare ſiue exſculpere oculum, oculo priuare.* Plaut. Rud. 3, 4, 26 Vos adeo, vbi ego innuero, ſi non ei caput exoculaſſitis, *etc.* Ibid. 3, 5, 30 Si hercle illic illas hodie digito tetigerit inuitas, niſi tunc illum vos exoculaſſitis, *etc.*

EXOCVLATVS, a, um. Partic. *Oculis priuatus.* Apul. Mileſ. 8 p. 207 Thraſylli conuulnerat tota lumina, eumque prorſus exoculatum relinquens. Fortuna caeca et prorſus exoculata Idem 7 p. 188.

EXODIVM, i. n. [ἐξόδιον] *Vt inquit* Nonius 1, 111 dicitur Finis, a Graeco tractum, quaſi ἔξω τῆς ὁδοῦ: i. e. Extra viam. Varr. Socrates quum in vinculis publicis eſſet, et iam bibiſſet κώνειον in exodium vitae. Idem, Vitae curſum vt cognoſcere poſſem, et quae ſeruitutis et libertatis ab origine ad exodium ductae. Idem, Quod coeperas modo in via narrare, vt ad exodium ducas. Idem, Quod coeperas modo in via, narra, vt ad exodium ducas. *Haec Non. Laudatur, ſed falſo, ſi non fallit index Floridi.* Apul. Nullum ego eius rei exodium inueniebam. *Adde verſum Lucilii, quem ſtatim damus in* EXODIARIVS. ¶ 2 Exodia *erant Ridicula verſibus intexta, et fabulis praeſertim Atellanis inſerta, quae quod penitus extra fabulam eſſent, nomen acceperunt.* Liu. 7, 2 Poſtquam lege hac fabularum ab riſu, ac ſoluto ioco res auocabatur, et ludus in artem paullatim verterat, iuuentus hiſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo, ridicula intexta verſibus iactitare coepit, quae inde exodia poſtea appellata, conſertaque fabellis potiſſimum Atellanis ſunt, quod genus ludorum ab Oſcis acceptum tenuit iuuentus: nec ab hiſtrionibus pollui paſſa eſt. *Haec ille. Hinc* Iuuen. Sat. 6, 71 Vrbicus exodio riſum mouet Atellanae Geſtibus Autonoës. *Et* 3, 175 Tandemque redit ad pulpita notum Exodium, *i. Exodiarius, de quo ſtatim.* Sueton. Tib. c. 45 Vnde nota in Atellanico exodio proximis ludis aſſenſu maximo excepta percrebuit, Hircum vetulum capreis naturam ligurire. *Et* Domit. c. 10 Occidit et Heluidium filium, quod (quaſi) ſcenico exodio ſub perſonà Paridis et Oenones diuortium ſuum cum vxore taxaſſet. *Heluidius ille videtur veteri iuuentutis Rom. licentia vſus fuiſſe.*

EXODIARIVS, i. m. *Scenicus artifex, qui exodiis oblectat populum. Talem ſe dicit* Vrſus *ille* Pilicrepus *in* Inſcript. Vet. *quam damus in* PILICREPVS *ſub* PILA. Ammian. Marcellinus 28, 4 p. 583 Vt in omni ſpectaculo, Exodiario, venatori, aurigae, et hiſtrionum generi omni *ex* Schol. ad Iuuen. 3, 175 Exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus foret, vt quidquid lacrimarum atque triſtitiae coëgiſſent *(forte* collegiſſent) ex Tragicis affectibus, huius ſpectaculi riſus detergeret. Huius et Lucilius meminit, Principio exitus dignus, exodiumque ſequetur. *Pollux etiam* 4, 108 ἐξόδιον μέλος *memorat, quod cecinerit chorus exiens. De his vid. Valeſ. ad Ammian. Marc. 28, 4 p. 583. Sed res illa tota Graeca, vt et* Ἐξόδιοι νόμοι *Suidae. Add. Salmaſ. ad Vopiſc. Aurelian. c. 42.*

EXODIOSVS, a, um. Adi. Gloſſ. Gr. Lat. Exodioſa, μεμιασμένη.

EXODORATVS, a, um. Tertull. de Pallio c. 4 Exuuiae exodoratae *leonis Nemeaei in gratiam Omphales*, quod balſamo aut telino factum. *Fuerit igitur* exodoratus *odore (moleſto) liberatus. Sed contendit Salmaſ. p. 294 legendum* exeduratas, *i. mollitas, malaxatas, ne duritie ſua laederent ſcapulas delicatae Omphales teneras. Sed retinendum videtur* exodratas *propter* balſami *et* telini *mentionem, et quod nimis inſolens, vnam vocem ex eadem Praepoſitione bis componi, vt ſi tu* exegredi *vel* exeminere *vel* exegregium *hominem dicere velis.*

EXŎDV̆S, i. f. *Exitus.* Hoc nomen ſecundus liber Moyſis ex ea cauſa accepit, quia exitum ab Aegypto vel egreſſum Iſraël digerit, Iſidor. 6, 2. *et* Tertull. adu. Iudaeos c. 11.

EXOLEO, *ſ.* EXOLESCO, ui *et* ēui, ētum, ere. [παρακμάζω, ἀπαρχαιόομαι] *Veterem fieri, deficere, creſcere in deterius, ad eum finem, vbi flos et vigor pereat. Proprie et graphice vt ſolet* Apul. Met. 9 p. 232, 17 Lactucae veteres et inſuaues illae, quae ſeminis enormi ſenecta ad inſtar ſcoparum in amaram coenoſi ſucci cariem exoleſcunt. Columel. 2, 18, 3 Multa ſunt, vt dixi, quae negligentia exoleſcant, et fiant ſterilia. Plin. 37, 18 Carchedonii neſcio an in totum exoleuerint, poſtquam metalla aeris ibi defecerunt. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 5 ſ. 20 Aetas tua iam ad ea patienda, quae alteri facere collibuiſſet, exoleuerat, *vid.* EXOLETVS. Tacit. Ann. 14, 21 Graeci Amictus, quos per eos dies plerique inceſſerant, tum exoleuerant. Tacit. Ann. 4, 64 Nondum ea Clades exoleuerat. Stat. Silu. 1, 6, 99 Quos ibit procul hic Dies per annos? Quam nullo ſacer exoleſcet aeuo? Tacit. Ann. 11, 15 Ne vetuſtiſſima Italiae Diſciplina per deſidiam exoleſceret. Dolor exoleuerat Tacit. Ann. 6, 25. Liu. 2, 52 Quum et patres haud minus quam pro Coriolano annixi eſſent, et patris Agrippae Fauor haud dum exoleuiſſet. Gratia paſcui vſu continuo exoleſcit Col. 7, 3, 20. Iniuria exoleuit Vlp. in l. item ſi cum exceptione §. j. D. quod met. cauſ. Tacit. Hiſt. 4, 8 Nihil eueniſſe cur antiquitus Inſtituta exoleſcerent. Plin. Epiſt. 1, 4 Nam mitium dominorum apud ſeruos ipſa conſuetudine Metus exoleſcit, nouitatibus excitatur: probarique dominis per alios magis, quam per ſe ipſos laborant. Vetuſtate exoleſcere Quinctil. 6, 1, 11. Vineta longo ſitu exoleuerunt Col. 3, 11, 2. ¶ 2 *Etiam thema huius verbi, non plane exoleuiſſe, teſtatur,* Vet. Gl. Exoleo παρακμάζω. *Recte* παρακμάζειν *eſt* ἀκμὴν *florentiſſimam aetatem excedere.*

EXOLESCENS, entis. Partic. Suet. Aug. c. 7 Literis paene iam exoleſcentibus ſcriptum. Inſcriptio Ancyrana MAIORVM, EXOLESCENTIA, EXEMPLA. Metu exoleſcente Macrob. Saturn. 2, 13.

EXOLĒTVS, a, um. Partic. [ἐξεστακμένος] *Vt* Obſoletus, *Ob vetuſtatem inutilis vel contemtus.* Feſtus, Exoletus, qui adoleſcere, id eſt creſcere deſiit. Quinctil. 8, 2, 12 Obſcuritas fit in verbis etiam ab vſu remotis: vt ſi commentarios quis Pontificum, et vetuſtiſſima foedera, et exoletos ſcrutatus auctores, id ipſum petat. Liu. 27, 15 Praetor non exoletis vetuſtate annalium Exemplis ſtare ius, ſed recentiſſimae cuiusque conſuetudinis vſu volebat. Hiſtrio exoletus Vellei. 2, 28, 3. *i. Impudicus, de qua ratione n. 2. ſed nimis variat lectio:* Liu. 37, . . Res aut noua, aut vetuſtate exemplorum Memoriae iam exoletae. Mos Suet. Galb. c. 4. Liu. 2, 35 Arte agendum in exoleto iam vetuſtate Odio, *etc.* Scortum exoletum ne quis in proſcenio ſedeat Plaut. Poen. Prol. 17: Quis *per Syneſin, de ſcorto maſculo.* Scorta exoleta Plaut. Curc. 4, 1, 12. Bellicoſiores ea tempeſtate erant Gallograeci adhuc, nondum exoleta Stirpe, gentis ſeruantes animos Liu. 37, 8, 4. Virginem exoletam reliqui domi Plaut. Fragm. *ap.* Priſcian. 9 p. 872. ¶ 2 *Peculiariter* exoletos *dicebant muliebris patientiae viros, adultiores certe et opportunam iniuriae illi puerorum aetatem egreſſos.* Scorta exoleta *eo ſenſu dicta videntur a Plauto ll. cc. et forte* Hiſtriones. *Sed ſubſtantiue praeſertim* Exoletos *ita dicunt.* Cic. pro Milon. 56 c. 21 Ille qui ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat. Sen. de Prouid. 3 p. 315 Quanto magis huic (Socrati) inuidendum eſt, quam illis, quibus gemma miniſtratur, quibus exoletus omnia pati doctus, exſectae virilitatis aut dubiae, ſuſpenſam auro niuem diluit? *Vid.* Curt. 6, 7, 2 *de* Nicomacho exoleto *cuius* Dymnus amore flagrabat, obſequio vni ſibi dediti corporis victus: ſ. 13 Dignus qui pudicus eſſet: ſ. 33 ſcortum vocatur *et mox* iurgium inter amatorem et exoletum. Firmico Aſtrol. 1 praef.

Sulla *dicitur* Senex exoletus — qui a primo veſtigio pubeſcentis aetatis in ſcurrarum gremiis per damna venundati pudoris adoleuit. Sueton. Caeſ. c. 49 C. Memmius etiam ad Cyathos et vinum Nicomedi ſtetiſſe obiecit, cum reliquis exoletis, pleno conuiuio. *Et* c. 76 Trium legionum curam — liberti ſui filio, exoleto ſuo demandauit. *Et* Tib. c. 43 Puellarum et exoletorum greges. *Et* Cal. c. 24 Reliquas ſorores — ſaepe exoletis ſuis proſtrauit. *Et* Galba c. 22 Libidinis in mares pronior, et eos non niſi praeduros exoletosque. *Haec eo reſpiciunt, quod proprie exoleti ſunt πάραχμοι, in quos, conuenit illud* Decl. in Sall. 5 ſ. 20 Aetas tua iam ad ea patienda, quae alteri facere collibuiſſet, exoleuerat. *Itaque videntur dicti non nunquam a ſuperiori crimine*, qui corpore placuerant, *quales* Col. 1, 8, 1 *vetat villicos fieri.* *Denique* Tito c. 7 Exoletorum et Spadonum greges *obiicit.* *De Ganymede* Prudent. Periſt. 10, 235 Quid vult ſigillum ſemper adfixum Ioui Auis miniſtrae ? nempe velox armiger Leno, exoletum qui tyranno pertulit. Lamprid. Alex. 24 Habuit in animo, vt exoletos vetaret, quod poſtea Philippus fecit. Sed veritus eſt, ne prohibens publicum dedecus *(quod leges ea peccata non vlciſcerentur)* in priuatas cupiditates conuerteret, quum homines illic ita magis poſcant, prohibitaque furore perſequantur. Ibid. 34 Vocales exoleti *videntur cum caſtratis hodieque Italorum cantoribus conuenire.* *Et mox* Mulieres infames publicari iuſſit, exoletis omnibus *(Elegabali)* deportatis, quibusdam etiam naufragio merſis, cum quibus illa clades conſuetudinem habuerat funeſtiſſimam.

EXOLVO, *vel* EXSOLVO, ui, ūtum, ĕre. [ἐκλύω, ἀποτίνω] *Auget aliquantum ſignificationem ſimplicis Soluere.* Plaut. Capt. 3, 2. 13 Iuſſi illico hunc exſolui, nunc ſequere me. Idem Epid. 1, 4, 49 Aliqua ope exſoluam, extricabor aliqua. Plaut. Amph. 2, 2, 151 Agedum, eam ſolue ciſtulam. SO. Quid ego iſtam exoluam ? Obſignata eſt recte. Nexus exoluere Lucret. 1, 221. Plaut. Amph. 1, 2, 26 Pater curauit vno vt fetu fieret, vno vt labore exolueret aerumnas duas. ¶ 2 *Subſtantiua quibus iungitur:* Aes alienum Plin. Epiſt. 3, 11. Cic. Verr. 3, 55 c. 22 Hac ille vi et hoc metu adductus, tantum Decumanis, quantum iſte imperauit, exoluit. Liu. 6, . . Ea res, ſi palam fiat, exolui Aere alieno poſſe. Amictus Stat. Silu. 1, 5, 53. Beneficia Tacit. Ann. 4, 18. Idem Hiſt. 4, 62 Coniectis in eum telis, initium exoluendae in poſterum Culpae fecere. Aur. Vict. de Viris Illuſtr. c. 56 Ob huius licentiam et paupertatem poſt mortem eius Dos vxori, niſi venditis poſſeſſionibus, non potuit exolvi. Fidem Plin. Epiſt. 2, 12. Liu. 24, . . Nunc exoluta iam Fide publica, ne diſcrimen omne virtutis ignauiaeque pereat, *etc.* Lucret. 6, 878 Mutat et exoluit Glaciem, nodosque relaxat. Lucan. 7, 262 Nunc pugnate truces, Gladiosque exſoluite culpa. Grates Valer. Argon. 7, 284. Tac. Ann. 14, 13, 3. Honores Valer. Argon. 5, 290. Lucan. 5, 259 — Quippe ipſa Metus exſoluerat audax Turba ſuos. Neruis ex omnibus, atque oſſibus, articulisque exoluere aliquem Lucret. 3, 696. *Et* 1, 811 Amiſſo iam corpore, vita quoque omnis Omnibus e Neruis atque oſſibus exoluatur. Nodum exoluere alicuius erroris, *per translationem* Liu. 40, 45. Tacit. Ann. 3, 39 Ipſe robur peditum ad exoluendum Obſidium ducit. Paterc. 2, 88 Ille quidem male conſultorum Poenas exoluit. Poenas morte Tacit. Ann. 1, 10, 5. Liu. 26, 40 Quarum ciuitatum principibus quum pro cuiusque merito COS. Praemia, Poenasque exoluiſſet. Plaut. Men. 5, 2, 25 Prope eſt quando herus quid quod faciam, Pretium exoluet mihi. Tibul. 4, 7, 5 Exoluit Promiſſa Venus mea gaudia. Quod promiſimus exoluere Cic. Off. 3, 7. Tacit. Hiſt. 3, 68 Poſtremo fletu praepediente, aſſiſtenti Conſuli (Caecilius Simplex erat) exolutum a latere Pugionem, velut ius necis, vitaeque ciuium, reddebat. Tacit. Hiſt. 5, 6 At Mella (quae tum promtiſſima mortis via) exoluit Venas. Liu. 21, 21 Gadeis profectus Herculi Vota exoluit. ¶ 3 *Ablatiui rei.* Curis aliquem exſoluere Virg. Aen. 4, 652. Iure ac dignitate matronali exolui Suet. Tiber. c. 35. Nodis religionum animum Lucret. 1, 931. Relaxare ſe Occupationibus et plane exſoluere Cic. Fam. 7, 1. Poena aliquem Tacit. Ann. 14, 12, 6. Pondere exſolui Sil. 13, 629. Pudore cunctos Tacit. Hiſt. 3, 61. Liu. 9, 8 Exſoluamus Religione populum, ſi qua obligauimus. Solicitudine aliquem Plin. Epiſt. 1, 22. Suſpicione ſe Ter. Hec. 5, 2, 26 *Dacer. leg.* euoluere. Plaut. Truc. 4, 3, 10 C. At ſi verum mihi eritis falſae. A. Vinculis exolue.

EXOLV̄TVS, *vel* EXSOLV̄TVS, a, um. Partic. [ἐκλελυμένος] Aluus exoluta Tacit. Ann. 13, 15, 6. Stat. Silu. 1, 6, 4 Saturnus mihi compede exoluta Et multo grauidus mero December, *etc.* Adfuit. Nexus legis exoluti Tacit. Ann. 3, 28. *i. Obſcuritas explanata.*

EXOLVTE, *vel* EXSOLVTE. Adu. *i. Abſolute, libere ; vt*, Exolute finem facere Auct. de Caſis liter. p. 241 *etc.* *Vid.* Gloſſ. *Rigaltii.*

EXOLVTIO, *vel* EXSOLVTIO, ōnis. f. Scaeuola l. 31 D. de Pignoribus, Exolutione vectigalis. *Et* Tertull. de Anima c. 35.

EXOMATAE, arum. m. *Pl.* *Populi Sarmatiae Aſiaticae.* Valer. Flacc. 6, 146 *et* 569. Mela 1, 22 Iaxamathas vocat.

EXOMĬDES, um. f. *Pl.* Feſto ſunt comici veſtitus exertis humeris. *Eſt mere Graecum ἐξωμίς.* *Vid. Salmaſ. ad* Tert. Pall. p. 253. Exomias *ab hoc habitu vocabant Cynicos Graeci.*

EXOMIVM, i. n. Dimin. *Reſtituendum putat Brodaeus Miſc. 6, 12* Quinctiliano 5, 10, 71. *Sed recte ibi legi oſtendimus*, Non poſſum togam praetextam ſperare, cum exordium pullum videam. Exordium *textrinorum verbum eſt, vt ſuo loco oſtendimus.* Pulla *veſtis maxime contraria* Praetextae.

EXOMNIS, *vel* EXSOMNIS, e. Adi. *Sine ſomno, peruigil.* Patercul. 2, 127, 4 Tiberius Caeſar Seianum Aelium ſingularem principalium onerum adiutorem in omnia habuit atque habet, virum ſeueritatis laetiſſimae, vultu vitaque tranquillum, animo exſomnem. *et* 2, 88, 2.

EXOMNIO, *vel* EXSOMNIO, āre. Euigilare. Gloſſ. Gr. Lat. διυπνίζομαι, Exſomnio, expergiſcor. *Item* Exſuſcitare. Exſomniat, ἐξυπνίζει. *Eaedem* Gloſſ.

EXOMOLOGĒSIS, is. f. [ἐξομολόγησις] *Confeſſio. Verbo mere Graeco vtuntur tamen* Tertull. de Poenitent. c. 9. *Et* Saluian. ad Eccleſ. prooemio.

EXONĔRO, āre. [ἀποφορτίζω] *Onus deponere, aut eo liberare alium.* Plin. 11, 10 *de apibus* onuſtis, Excipiunt eas ternae aut quaternae, atque exonerant. Idem 8, 26 Atque ita profluuio ſanguinis morbidum aliâs corpus exonerat. Ouid. Faſt. 3, 818 Lanam mollire puellae Diſcant, et plenas exonerare Colos. Conſcientiam Curt. 6, 8, 12 *denunciando ſecretum regi, ſi taceatur, pernicioſum.* *Vid. mox* Fidem exonerare. Curas Bacchus exonerat graues Sen. Hippol. ſ. 4. Liu. 42, 13 Functus neceſſario mihi officio, et quodammodo liberata atque exonerata Fide mea, *vt modo* Conſcientiam exonerare. Pignus ſuum Florent. in l. quum et fortis D. de pignor. action. Pios exonerare, Onerare nocentes Lucan. ad Piſon. 85. Lucan. 9, 883 Sic dura ſuos patientia Queſtus Exonerat. Martial. 10, 48 Exoneraturas Ventrem mihi villica maluas Attulit, et varias, quas habet hortus, opes. In aures alterius aliquid Sen. Epiſt. 4. Faſtos adulatione Tacit. Hiſt. 4, 40. Metu aliquem Liu. 2, 2. Ouid. Triſt. 1, 3, 36 Attamen hanc Odiis exonerate Fugam, *i. inuidia liberate, ne quis putet grauius a me peccatum.* Solicitudine animum Curt. 4, 3, 32.

EXONERATVS, a, um. Partic. Multitudo exonerata in proximas terras Tacit. Hiſt. 5, 2, 4. *de colonia Iudaeorum.*

EXONERATIO, ōnis. f. *Actus ipſe exonerandi.* Vlp. in l. ex conducto §. vbicunque D. locati.

EXOPEROR, āri. ἐξεργάζομαι Gloſſ. Gr. Lat.

EXOPTO, āre. [εὔχομαι, ἐπιθυμέω] *Vehementer optare.* Ter. Andr. 5, 5, 6 Sed quem ego potiſſimum exoptem nunc mihi, cui haec narrem, dari ? Exitium *filii* exoptat *mater* Cic. pro Cluent. 18 c. 6. Idem Q. Frat. 1, 2 Nunc ea cognoſce, quae maxime exoptas. Gratulari alicui, et vt ſempiternae laudi ſibi ſit aliquid exoptare Cic. Fam. 2, 6. Exitum aliquem Cic. Att. 9, 14. Peſtem alicui exoptare, et ipſum execrari Cic. in Piſon. 96. Idem Fam. 4, 6 Ego autem cum multis de cauſis te exopto quam primum videre, *etc.*

EXOPTANS, antis. Partic. [εὐχόμενος] Vet. Poëta *ap.* Cic. Tuſc. 4, 67 c. 31 De improuiſo Chryſis vbi me adſpexerit, Alacris obuiam mihi veniet complexum exoptans meum, Mihi ſe dedet. Sil. 10, . . — In illa Exoptans animam certantem ponere dextra.

EXOPTATVS, a, um. Partic. [εὐγμένος] Curculio exoptate, ſalue Plaut. Curc. 2, 3, 27. Antiphila maxime animo exoptata meo Ter. Heaut. 2, 4, 28. Cic. pro Roſc. Amer. 16 c. 7 Non modo vt exoptatum inimico nuntium primum afferret, ſed etiam cruorem inimici, *etc.* Idem Att. 5, 15 *pr.* Nihil exoptatius aduentu meo, nihil carius. Gratulatio exoptatiſſima Cic. Att. 4, 1 *pr.*

EXOPTABĬLIS, e. Adi. [ἐπιθυμητὸς] Tempus exoptabile Sil. 11, 387. Nuncium exoptabilem nunciare Plaut. Stich. 2, 2, 67. *Conf.* Lucil. *apud* Non. 2, 438.

EXOPTATIO, ōnis. f. *Apud* Auguſt. . .

EXORABILIS, EXORABVLA, *vid.* EXORO.

EXORBEO, *vel* EXSORBEO, ui *et* pſi, ptum, ēre. [ἐκροφέω] *Idem quod Sorbere et exhaurire.* Plaut. Epid. 2, 2, 4 Iam ego me vertam in hirudinem, atque horum exſorbebo ſanguinem. *Alii legunt* Exſugebo, *Futur. antiq. pro* Exſugam. Id. Bacch. 4, 8, 28 Iam ego illorum animam amborum exſorbebo oppido. Ouid. Faſt. 6, 145 *de auibus praedatricibus*, Pectoraque exſorbent auidis infantia linguis. Cic. de Aruſp. Reſp. 59 Quae tantos exhaurire gurgites poſſit, quantas ipſe Byzantiorum, Brogitarorumque praedas exſorbuit ? Ouum exſorbuit quisque Plin. 28, 2. *Per translationem, de libidinoſa muliere.* Iuuen. Sat. 10, 225 — Quot longa viros Exorbeat vno Maura die. Cic. pro Muraena 19 c. 9 Arrogantiam pertulit, Difficultatem exſorbuit, vixit ad aliorum arbitrium, non ad ſuum, *de ICto omnibus operam nauante.* Cic. Philipp. 2, 71 c. 29 Guſtaras ciuilem Sanguinem, vel potius exorbueras. Sanguinem decolorem omnem exſorbuit veſtis *Herculi miſſa a Deianira, ex Sophocle* Cic. Tuſc. 2, 20 c. 8.

EXORBĬTO, āre. [παρεκτρέπομαι] *Ab eo quod rectum eſt aberro, quaſi Ex orbita recedo.* *Proprie locutus* Lactant. 2, 5, 12 *de caeleſtibus corporibus*, Ex hoc apparet, deos non eſſe, quod exorbitare illis a praeſtitutis itineribus non licet. Seneca Epiſt. 78 p. 311 Bene luctare cum morbo : Si nihil te coëgerit, ſi nihil exorbitauerit, inſigne prodis exemplum. *Hoc placebat Grutero. Sed recte Gronou.* exorauerit. Auguſt. de Ciu. Dei 9, . . Non eis credentes ad aliquid approbandum, vel perpetrandum, quod exorbitet ab itinere ſapientiae, et lege iuſtitiae. *Et* Tertull. Apol. c. 3 *et* 8. *it.* adu. Marc. 3, 2.

EXORBITANS, antis. Partic. Tertull. ad Nationes 2, 2 Exorbitantes ab initio ſapientiae, id eſt metu in deum.

EXORBITATIO, ōnis. f. Tertull. de Anima c. 24. *et* de Idolol. c. 14.

EXORBITATOR, ōris. m. *apud Scriptor. Eccleſ. vt* Tertull. adu. Marc. 2, 13. *et* 3, 6.

EXORBO, āre. [ἐκτυφλόω] *afferebatur ex* Plaut. Bacch. 4, 8, 28 Iam illorum ego animam amborum exorbabo oppido, *Sed recte editur, vt modo vidimus*, exſorbebo. *Nec aliam auctoritatem habet verbum.*

EXORCISMVS, i. m. [ἐξορκισμὸς] *Idem quod Adiuratio, quum ſcilicet homini daemoniue cuipiam magico carmine, vel efficacibus ſacrae ſcripturae verbis neceſſitas imponitur diſcedendi, imperata faciendi, proloquendi ea, de quibus rogatur. Quo genere adiurationis qui vtuntur,* Exorciſtae *Graeco vocabulo appellantur.* Iſid. 6, 19 Exorciſmus Graece, Latine coniuratio ſiue ſermo increpationis eſt aduerſus diabolum, vt diſcedat : ſicut eſt illud in Zacharia, — Hoc eſt exorciſmus, increpare et coniurare aduerſus diabolum : vnde ſciendum, quod non creatura dei in infantibus exorciſatur aut exſufflatur, ſed ille, ſub quo ſunt omnes, qui in peccato naſcuntur. Eſt enim princeps peccatorum. Tertull. de Coron. c. 11.

EXORCISO, āre. [ἐξορκίζω] *Adiurare et execrari.* Vlp. l. 1 D. de extr. cognit. Non tamen ſi incantauit, ſi imprecatus eſt, ſi, vt vulgari verbo impoſtorum vtar, exorciſauit, non ſunt iſta medicinae genera, tametſi ſint qui hos ſibi profuiſſe cum praedicatione affirment. *Frequens apud ſcriptores Eccleſiaſticos, vt* Tertull. de Idolol. c. 11. Auguſtin. Ep. 105.

EXORCISTA, ae. m. *Qui exorcizat.* Paullinus Nolanus Epiſt. 21 (24). *Et* Iſidor. 7, 12 Exorciſtae ex Graeco in Latinum adiuratores ſiue increpantes vocantur. Inuocant enim ſuper catechumenos, vel ſuper eos, qui habent ſpiritum immundum, nomen Domini Ieſu, adiurantes per eum vt egrediatur ab eis.

EXORDESCO, *vid.* EXSORDESCO.

EXORDINE, *vid.* EX.

EXORDIVM, i. n. [προοίμιον, φροίμιον, ἀρχὴ] *Proprie ad texendi rationem pertinet, vt verbum* exordior. Non poſſum togam praetextam ſperare, cum exordium pullum videam Quinct. 5, 10, 71. *Deinde generatim notat Principium.* Plin. 6, 33 Vniuerſus autem circuitus

itus per ſinus ductos ab eodem exordio colligit ad Maeotin lacum CLVI. M. paſſuum. Lucr. 2, 333

Nunc age iam deinceps cunctarum exordia rerum,
Qualia ſunt, et quam longe diſtantia formis,
Percipe, multigenis quam ſint variata figuris.

Sunt ergo elementa, atomi illae Democriticae. Sic 381 Tanta interualla tenere Exordia prima animaï. *Et aliter* 5, 676 Namque vbi ſic fuerunt cauſarum exordia prima. *It.* 5, 333 Recensque natura eſt mundi neque primum exordia cepit. *Et* 2, 1061 Tandem cooluerint ea, quae coniecta repente Magnarum rerum fierent exordia ſemper. Virg. Ecl. 6, 34 Vt his exordia primis Omnia, et ipſe tener mundi concreuerit orbis. Pallad. Auguſt. 8, 3 Exordium de monte ſumunt Aquae. Cic. de Inuent. 1, 3 Atque huius quoque exordium Mali, quoniam principium boni diximus, explicemus. Nauis inchoandae exordium Ennius *ap.* Cic. de Fato 35 c. 15. Suet. Claud. 11 Quamuis exordium Principatus ſui, *etc.* Virg. Aen. 7, 40 Expediam, et primae reuocabo exordia Pugnae. Difficillimum eſt in omni conquiſitione Rationis exordium Cic. de Vniuerſ. 5. Exordio Somni prementis implicitus Apul. Met. 5 p. 167. Suet. Veſp. c. 8 Quo continebantur paene ab exordio Vrbis Senatusconſulta, *etc.* ¶ 2 *Peculiariter orationi tribuitur* Exordium, *quod et* Principium *dicitur, et* Prooemium, *de quo toto libro 4 praecipit* Fabius. Cic. de Orat. 2, 3 Poſtremo ſoleo cogitare, quo vtar exordio, nam ſi quando id primum inuenire volui, nullum mihi occurrit, niſi aut exile, aut nugatorium, aut vulgare atque commune. *Nempe* Exordium, eſt Principium orationis, per quod animus auditoris vel iudicis conſtituitur, vel apparatur ad audiendum Auct. ad Heren. 4, 4. In dicendi exordio ſummos etiam Oratores permoueri animaduerſum eſt Cic. de Orat. 1, 112. Columella *paſſim* Exordium *pro toto libro ponit, forte ea ratione, quod* exordium *in tela ſtamina vniuerſa continet. V. g.* 4, 4, 1 Quae priore tradidimus exordio *reſpiciens ad partem libri parum a fine diſtantem. Sic* 2, 22, 6 Dicturus exordio ſequente *cum reſpectu ad totum librum. Ita* 7, 5, 1 Quamquam pars haec exordii paene tota iam exhauſta ſit. *Et* 10 *pr.* 3 Prioribus ſubnecteretur exordiis. *i. libris. Et* 11, 3 *extr. in fine adeo libri,* Prima parte huius exordii. *Plura dedi in Lexico ruſtico.* ¶ 3 *Formulae quaedam Verborum.* Capere ſcribendi exordium ab aliquibus temporibus Cic. de Legib. 1, 8 c. 3. Quinctil. 10, 1 Virgilius apud nos auſpicatiſſimum dederit exordium. *i. ab his commode incipiemus.* Quinctil. 4, 1 Exordium duci nonnunquam etiam ab actore cauſae ſolet. Cic. de Fin. 5, 18 c. 7 Vt illa prudentia, quam artem vitae eſſe diximus, in earum trium rerum aliqua verſetur, a qua totius vitae ducat exordium, *tanquam ſtamina telae texendae.* Inducit ſempiternae ſapientisque vitae exordium animus Cic. de Vniuerſ. 23. Naſcitur exordium Cic. Tuſc. 1, 8. Sil. 7, . . Repetita exordia retro Incipit, *etc.* Sumere nouum audiendi exordium Quinctil. 4, 4. Virg. Aen. 4, 284 — Quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu ? et quae prima exordia Sumat ? *Sic* Exordium de morte Sumunt aquae Pallad. Aug. 8, 3.

EXORDIOR, orſus ſum, īri. Dep. [ἐξάρχω, ἄρχομαι, ἐγχειρέω, προοιμιάζω] *Ad telae rationem pertinet, vt,* Neque exordiri — habes, neque ad detexundam telam certos terminos habes Plaut. Pſeud. 1, 4, 6. Cic. de Orat. 2, 145 c. 33 Pertexe modo, quod exorſus es. *Vid.* DETEXO. *Deinde vniuerſim ſignificat Incipere.* Cic. Acad. 4, 11 Quum ita eſſet exorſus, ad audiendum animos ereximus. Ibid. 1, 15 Tum Varro ita exorſus eſt. Exordiri et Perorare, *Contraria* Cic. de Orat. 2, 80. A re ipſa exordiri in paruis atque frequentibus cauſis commodius eſt Cic. de Orat. 2, 230. Non glorioſe exordiri, magisque a veritate quam a dignitate Cic. de Orat. 2, 31. Ab aduerſarii dicto exordiri, et ab eo maxime quod ille nuperrime dixerit Auct. ad Heren. 1, 10 c. 6. A principio Cic. de Diuin. 2, 101 c. 48. *Cum Infinitiuo.* Cic. de Fin. 1, 29 c. 8 Tum dicere exorſus eſt. *Subſtantiua :* Plaut. Bacch. 1, 2, 19 Etiam me aduerſus exordire Argutias, qui ſi decem habeas linguas, mutum eſſe addecet ? Liu. 4, 17 Cum Fidenatibus a cauſa tam nefanda Bellum exorſis, atrox dimicatio inſtabat. Plaut. Aſin. 1, 1, 102 Quin te quoque ipſum faciam haud magni, ſi hoc patro : pergam quo occoepi, atque ibi Conſilia exordiar. Plaut. Bacch. 4, 4, 71 Neſcis quid ego acturus ſim, neque Facinus quantum exordiar. Funem Cato R. R. 135, 4. Cic. de Orat. 1, 119 c. 26 In exordienda Oratione perturbari *Oratorem vult Craſſus.*

EXORSVS, a, um. Partic. Deponent. [ἀρξάμενος] Cic. pro Cael. 36 c. 15 Quid tumultuaris ſoror ? quid inſanis ? quid clamore exorſa, verbis paruam rem magnam facis ? Plaut. Perſ. 4, 1, 7 Hanc ego rem exorſus ſum facete et callide. *Paſſiue.* Plaut. Bacch. 2, 3, 116 Exorſa haec tela non male omnino mihi eſt. Cic. de Orat. 2, 158 c. 38 Multa quaerendo reperiunt non modo ea, quae non poſſunt ipſi diſſoluere, ſed etiam, quibus ante exorſa et potius detexta prope retexantur : *de dialecticis.* Virg. Aen. 10, 111 Sua cuique exorſa laborem Fortunamque ferent. Exorſa *(inquit* Seruius) i. e. Initia, actus hodiernae diei. Virg. Georg. 2, 46 Non hîc te carmine ficto, Atque per ambages et Longa exorſa tenebo. i. e. Simpliciter vniuerſa deſcribam : neque vt in Aeneide, aliquibus figmentis aut vllis vtar ambagibus. Longa autem exorſa, dicit Prooemia longe repetita : quae conſtat eſſe vitioſa. Seruius.

EXORSVS, ûs. m. [ἀρχὴ] *Idem.* Cic. pro L. Manil. 11 c. 4 Sed pro veſtri imperii dignitate atque gloria, quoniam is eſt exorſus orationis meae.

EXORIOR, īris *vel* ĕris, ortus ſum, īri. Dep. [ἐξανατέλλω] *Vim ſimplicis auget hic etiam Praepoſitio. Emergere, exſurgere.* Lucret. 2, 506 Namque aliis aliud praeſtantius exoreretur. Exoriri, Surgere. Feſt. Cic. pro L. Agr. 2, 89 Hic vero in oculis Senatus Populique Rom. nihil poſſe exiſtere, quod non ante exſtingui atque opprimi poſſet, quam plane exortum ac natum eſſet. Ex alienigenis quae terris exoriuntur Lucret. 1, 870. In oras luminis Lucret. 1, 24. Idem 2, 791 Multo procliuius exorientur Candida de pullo, quam nigro nata colore. Cic. de Diuin. 2, 93 Poſt ſolſtitium Canicula exoritur. Ouid. Triſt. 1, 3, 77 Tunc vero exoritur Clamor, gemitusque meorum. Color exoritur illi ex temporibus Plaut. Men. 5, 2, 76. Dies exoritur Lucan. 1, 234. Virg. Aen. 12, 583 Exoritur trepidos inter Diſcordia ciues: Dolores exoriuntur vtero Plaut. Amph. 5, 1, 40. Liu. 6, 21 De Praeſtinorum quoque defectione eo anno primum Fama exorta. Fragor exoritur Stat. Theb. 3, 124. Honeſtum ex virtutibus exoritur Cic. de Fin. 5, 64. Noua quaedam illa Immanitas exorta eſt Cic. pro Sulla 75. Iniuria vnde exorta eſt, ad eum plerumque reuertit Lucret. 5, 1152. Libido mulieris importunae repente exorta eſt Cic. pro Cluent. 12. Caeſ. B. C. 2, 12 Nullam exoriri Moram poſſe, quo minus quum veniſſet, ſi imperata non facerent, ad nutum e veſtigio diriperentur, *etc.* Motus nouus vetere ſemper exoritur Lucret. 2, 252. Proles exorta eſt Cic. de N. D. 2, 159. Promulgatio Catonis nefaria ſubito exorta eſt Cic. Fam. 1, 5. Ratio Antipatri ex alia parte exoritur Id. Off. 3, 52. Stella exoritur Plaut. Rud. Prol. 4. Timor exortus ex conſcientia peccatorum Cic. in Parad. 5, 3. Vis veneris membris omnibus dicitur alicui exoriri Lucret. 4, 1166. ¶ 2 *Formulae aliae :* Cic. Off. 3, 38 Sic repente annuli beneficio rex exortus eſt Lydiae, *vt exſtitit.* Gloria commotus Epicurus exoritur, *i. extollit ſe* Cic. Tuſc. 5, 31 c. 10. Ter. Hec. 4, 4, 10 A Myrrhina haec ſunt mea vxore exorta omnia. *i. illa cauſa eſt.* Exoriri dicitur, Qui non exſpectatus inuadit aliquem, *inquit* Donatus *ad* Ter. Hec. 2, 1, 16. Tu ſola exorere, quae perturbas haec tua impudentia. *Addit et hoc,* Exorere, Exiſtis. Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus vltor, *Verba Didonis imprecantis perfidis Troianis : Oſtendit autem Annibalem :* Virg. Aen. 4, 625. Cic. Att. 7, 26 *pr.* Non venit idem mihi, quod tu tibi ſcribis, *quoties exorior.* Ego enim nunc paullum exorior, et maxime quidem his literis quae Roma afferuntur. *Senſus eſt, Non mihi accidit quod tibi. ſcribis enim te ſaepe exoriri, i. e. A metu aduerſae fortunae reſpirare :* ego *autem* nunc paullum exorior : *quod ante mihi vſu non venit.*

EXORIENS, entis. Partic. [ἐξανατέλλων] *pro Oriente, quando caeli partem ſignificat.* Varro de R. R. 3, 9, 6 Quae ſpectent ad exorientem verſus. *Sic* Col. Arb. 3, 3 Ab exoriente. Annis exoriens Lucret. 6, 723. Tibul. 3, 1, 2 Exoriens noſtris hic fuit Annus auis. Aurora exoriente vagi ſub lumina ſolis Catul. 62, 271. Auſter exoriens media ab regione diei Lucret. 6, 723. Sol exoriens Virg. Georg. 1, 438.

EXORTVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἐξανατηλάμενος] Lucret. 1, 188 E terraque exorta repente arbuſta ſalirent. Caedes ſubito Cic. Att. 2, 9. Iubare exorto, *i.* Nato Lucifero Virg. Aen. 4, 130. Seruius. Laetitia ingens Virg. Aen. 3, 99. Lis Stat. Achil. 2, 341. Monſtra ſub antris Siculis Stat. Theb. 12, 553. Peſtis Plin. 10, 50. Sol Lucret. 3, 1058. Sidera longos obitus exorta reuiſunt Lucret. 4, 394.

EXORTVS, ûs. m. [ἀνατολὴ] Exortus ſolis Plin. 12, 11. *Et* 11, 12 Siderum exortus. Exortus *et* Occaſus ſolis, *contraria* Auct. ad Heren. 3, 36.

EXORTĪVVS, a, um. Adi. [ἀνατολικὸς] Plin. 18, 34 A parte exortiua ſolſtitialem habebit exortum. *i. Orientem verſus.* Idem 37, 2 A Septentrione in exortiuum Oceanum. Plin. 7, 49 Negauere illi quemquam nonaginta partium exortiuam menſuram (quod anaphoras vocant) transgredi. *De varietate naſcendi loquitur.* Exortiuam *igitur* menſuram. *i. Eam, quae ortus noſtri ſpatium complectitur.* Oceanus exortiuus Plin. 37, 2.

EXORMISTON, i. n. [ἐξορμιστὸν] *Muraenae genus.* Caſſiod. Var. Epiſt. 12, 14 Exormiſton inter piſces regium genus, compar muraenis corpore. *Conf. Salmaſ. de* Pallio p. 445. *et Ioſ. Scalig. Lect.* Auſon. 1, 26 p. 75.

EXORNO, āre. [ἐπικοσμέω, ἐνσκευάζω] *Idem quod Valde ornare, et magnifice inſtruere.* Plaut. Perſ. 3, 1, 7 Ea cauſa ad hoc exemplum te exornaui ego, venibis tu hodie virgo. Cic. Fam. 7, 24 Ea enim ſigna ego emere ſoleo, quae ad ſimilitudinem gymnaſiorum exornent mihi in palaeſtra locum. Exornare *et* Deformare, *contraria* Auct. ad Herenn. 3, 37. Exornari graphice Plaut. Trin. 3, 3, 38. Priuatim et publice praeſtantiſſimus et inſtitutis et artibus exornauit eam Graeciam, quae Magna dicta eſt, Pythagoras Cic. Tuſc. 5, 10 c. 4. Aciem Salluſt. in Iugurth. 52, 3. Donis aliquem Stat. Silu. 3, 1, 132. Aliquem magiſtratu Plin. Epiſt. 10, 14. Quinctil. 4, 2 Narrationem, vt ſi vllam partem orationis, omni qua poteſt gratia et venere exornandam puto. Me vobis exorno Plaut. Stich. 5, 5, 3. Morem communis ſermonis, decore quodam ſcenico exornant Quinctil. 1, 10. Mulier nequaquam exornata eſt bene, ſi morata eſt male Plaut. Moſt. 1, 3, 132. Nuptias Plaut. Aul. 4, 10, 54. Opus verbis Propert. 4, 5, 19. Orationem exornare et illuſtrare Cic. de Orat. 3, 50. Id. Tuſc. 2, 13 Si modo eſt aliqua patientia : ſi nulla eſt, quid exornamus Philoſophiam ? Plaut. Moſt. 1, 3, 12 Quin tute exornas moribus lepidis, quum lepida tute es ? *Sic,* Exornare Philoſophiam falſa gloria Cic. Tuſc. 2, 12. Idem Verr. 4, 62 Exornat ample, magnificeque triclinium. *Sic* pro Arch. 27 Carminibus templorum ac monumentorum aditus exornauit ſuorum. Idem Verr. 2, 84 Vrbes ſignis, monimentisque pulcherrimis exornauit. Cic. Verr. 1, . . At vero Vrbem totam, templa deorum, omnesque Italiae partes, illorum donis ac monimentis, exornatas videmus.

EXORNATVS, a, um. Partic. [ἐπικεκοσμημένος] Cic. de Aruſp. Reſp. 44 Niſi eum mulieres exornatum ita deprehendiſſent. Ter. Heaut. 5, 1, 78 Adeo exornatum dabo, adeo depexum, vt, dum viuat, meminerit mei. *i. Probe verberatum, vel ſoedatum, Interprete* Nonio 4, 173. Ornatu nullo potes exornatior eſſe Vetus Poëta in Error. Ven. p. 115. Exornatus comitatu Plin. 30, 1. Equeſtri militia exornatus Papin. in l. pen. D. de milit. teſtament. Ter. Eun. 4, 4, 16 Ita viſus eſt dudum, quia varia Veſte exornatus fuit. Domus exornata et inſtructa Cic. Verr. 2, 84. Exornatiſſima auro cithara Auct. ad Her. 4 c. 47. Tropaeum clarum atque exornatum Cic. de Inuent. 1, 69. *Sed* ¶ 2 Gratiam decoris reddunt exornatam et naufragam, *i. Ornatu ſpoliatam* Tertull. de Cult. Fem. c. 9.

EXORNĀTOR, ōris. m. [ἐπικοσμήτωρ] Cic. de Orat. 2, 54 c. 12 *extr.* Caeteri non exornatores rerum, ſed tantummodo narratores fuerunt.

EXORNATRIX, īcis. f. *Apud* Marcell. Empir. . .

EXORNATIO, ōnis. f. [ἐπικόσμησις] Columel. 12, 3 Inde quae ad lauationem, quae ad exornationem, quae ad menſam quotidianam atque epulationem pertinerent, exponebantur. *In primis ad Orationem refertur, et ea, quae ſchemata vocantur ſ. figurae.* Cic. de Invent. 2, 11 c. 3 Hic tantum ipſa inuenta vnamquamque in rem exponentur ſimpliciter ſine vlla exornatione. Exornationis genera *leges in* Partitionibus *eiusdem 11.* Verborum exornatio eſt, Quae ipſius ſermonis inſignita continetur perpolitione. Sententiarum exornatio eſt, Quae non in verbis, ſed in ipſis rebus quandam habet dignitatem Auct. ad Heren. 4, 9.

EXŌRO, āre. [αἰδέομαι, δυσωπέω] *Obtinere atque impetrare rem,*

vel placare perſonam, orando. Plaut. Pſeud. 1, 1, 74 Puniceos oculos habeo, non queo lacrimam exorare. *i. Non poſſum lacrimam elicere ex oculis.* Ter. Andr. 5, 3, 30. Idem Heaut. 5, 5, 5 Da veniam Chreme, ſine te exorem. *i. Perſuadeam tibi, et illud a te impetrem.* *Add.* Idem Eun. 1, 2, 105. Cic. Philipp. 8, 19 Ante deterrere te, ne popularis eſſes, non poteramus: vt nunc ſis popularis, exorare non poſſumus. Pſeudo-Cic. Octau. Ille ea tamen exorabat, quae volebat auferre: tu extorques. Cic. Attic. 15, 6 Brutus et Caſſius vtinam quam facile a te de me impetrare poſſunt, ita per te exorentur, ne quod calidius ineant conſilium. Idem pro Muraen. 61 Viri non eſſe, neque exorari, neque placari. Plaut. Capt. 2, 1, 17 Vnum exorare vos ſinite nos. Idem Trin. 2, 2, 44 Res quaedam eſt, quam volo ego me abs te exorare. Ter. Adelph. 4, 4, 21 Exoraſſem, vt eam ducerem. Cic. de Legg. 1, . . Exoremus, vt ſileat. *Et* de Orat. 1, 133 Nunc te iam exoremus neceſſe eſt, vt nobis explices. Facile exorari Cic. pro Deiot. 9 c. 3. Stat. Silu. 5, 3, 274 Cur nihil exoret, genitor, Chelys aut tua manes? Aut mea? *i. nihil a manibus impetret.* Ouid. Amor. 3, 11, 43 Facta merent odium, Facies exorat amorem. Vnum quaeſo diem deos ſilentum exores Stat. Genethliaco Lucani, ſ. Silu. 2, 7, 121. Deos ſaepe magnos exorant carmine Ouid. Triſt. 2, 22. Pacem diuûm exorare, *i. impetrare* Virgil. Aen. 3, 370. Puellam Ouid. de Arte Am. 1, 37. Plin. Epiſt. 2, 5, 6 Quod tamen ſi quis exſtiterit, qui putet, nos lautius feciſſe, quam ordinis ſeueritas exigat, huius (vt ita dixerim) Triſtitiam exorare debebunt reliquae actionis partes, *i. reliquae partes inducent eum, vt deſinat eſſe ita Seuerus.* Veniam ſine exorem te illis, *i. mea gratia da illis veniam* Plaut. Bacchid. 5, 2, 82. *Laudatur* Idem Mil. 4, 6, 13 Veneri pol habeo gratiam, eandemque exoro et quaeſo, vt eius mihi ſit copia, quem amo, quemque expetiſſo: Exoro, *i. vehementer oro. Sed recte editur*, et oro. Tranquil. in Tib. c. 11 Officii eſſe duxit, exorare filiae patrem, *i. patrem exorare, vt filiae ignoſceret.*

EXORANDVS, a, um. Partic. Ouid. Epiſt. 21, 128 Exoranda tibi, non capienda fui. Ter. Andr. 1, 1, 140 Reſtat Chremes, qui mihi exorandus eſt, *i. inducendus mihi eſt, vt faciat, quod poſtulo.*

EXŌRANS, antis. Partic. [αἰτούμενος] Tura exorantia diuos Ouid. Triſt. 3, 13, 23.

EXORATVS, a, um. *Aliud* Partic. Cic. pro Cluent. 69 c. 25 Poſt exoratus, initio permagnam pecuniam popoſcit. Plin. Paneg. c. 5, 1 Exorata terris numina. *Et* 28, 2 Populus non exoratus, ſed obligatus receſſit. Propert. 4, 12, 14 Quum ſemel infernas intrarunt funera leges, Non exorato ſtant adamante viae, *i. non eſt reditus ad vitam.* Ouid. Met. 7, 591 — dum verba precantia dixit, Non exoratis animam finiuit in aris? Dea ſuut auxiliaris, opemque Exorata fero Ouid. Met. 9, 698. Tibul. 4, 7, 3 Exorata meis illum Cytherea camoenis Attulit in noſtrum, depoſuitque ſinum.

EXORATIO, ōnis. f. Vulg. Sirac. 16, 11 Potens exoratio. Fulgent. Epiſt. *ad* Venant. Ipſe eſt exoratio pro peccatis noſtris. *Conf.* Declam. Tribun. Mar. *quae* Quinctil. *tribuitur*, c. 8. *Burmann. p. 85* Quid nocentiſſimo parricidae manium prodeſt exoratio paternorum. *Sic recte Obrecht.*

EXORATOR, ōris. m. Ter. Hec. prol. 10 Sinite, exorator ſim. Tertull. de Pudic. c. 9.

EXORATRIX, īcis. f. Saluian. 3 p. 89.

EXORABĬLIS, e. Adi. [αἰδεστὸς] *Qui exorari poteſt, et a quo facile obtinemus, quod petimus.* Cic. Q. Fratr. 1, 32 Nam ſi implacabiles iracundiae ſint, ſumma eſt acerbitas: ſin autem exorabiles, ſumma leuitas: quae tamen (vt in malis) acerbitati anteponenda eſt. Minus exorabilem aliquem experiri. Cic. Att. 1, 3 *extr.* In ſuis, quam in alienis exorabilior iniuriis Sen. de Clem. 2, 20. Sil. 5, 132 Poſtrema aptabat Nulli exorabilis arma. Non exorabilis auro Hor. Epiſt. 2, 2, 179. Propert. 2, 30, 11 Et iam ſi pecces, Deus exorabilis ille eſt. *Add.* Ouid. Met. 2, 546. Numen Stat. Silu. 5, 1, 164. Cic. pro Domo ſua 45 Deinde exorabilis Populus facilis ſuffragio pro ſalute. *Actiue:* Carmen exorabile, *Quod exorare poteſt aliquid et impetrare.* Valer. Flacc. 1, 782

— Stygiasque ſupremo
Obſecrat igne domos, iamiam exorabile retro
Carmen agens.

EXORABVLVM, i. n. *Argumentum, quo exoramus.* Plaut. Truc. 1, 1, 6 Quotquot exoretur exorabulis. Apul. Florid. 4 p. 36 Cuncta exorabula iudicantium facile perdidicit.

EXORSVS, *vid.* EXORDIOR.

EXORTIVVS, EXORTVS, *vid.* EXORIOR.

EXORS, *vel* EXSORS, ortis. omn. gen. [ἄκληρος] *Non-particeps, qui nullam accepit vel ſperat partem, ab eo, quod* ſorte *interveniente diuiderentur, quae ante fuerant communia.* Liu. 23, 10 Vnum eſſe exſortem Punicae amicitiae, foederisque ſecum facti, *i. qui non eſt particeps amicitiae.* Idem 22, 44 Se omnis Culpae exſortem, omnis tamen euentus participem fore diceret. Plin. 5, 8 Garamantes Matrimoniorum exſortes, paſſim cum feminis degunt, *i. non contrahentes matrimonium.* Dulcis vitae exſors Virg. Aen. 6, 428. Hor. in Arte Poët. 305 Fungar vice cotis, acutum Reddere, quae ferrum valet, exſors ipſa ſecandi, *i.* Quae non habet munus et officium ſecandi a natura tributum. Acron. Honorem exſortem ducere, *i.* Sine ſorte: ἄκληρον Virg. Aen. 5, 534. Seruius. Idem Aen. 8, 552

Dantur equi Teucris, Tyrrhena petentibus arua;
Ducunt exſortem Aeneae, quem fulua leonis
Pellis obit totum, praefulgens vnguibus aureis.

i. extra ſortem, qui praeſtantiſſimus eſſet. Nam inter aequales de aequalibus ſors decernit ordinarie, niſi vbi ludere placet.

EXORTIVM, *vel* EXSORTIVM, i. n. [ἀκληρία] Apul. de Deo Socrat. Incerta vacatione ceu quodam exſortio punitur. *Vid. Salmaſ. in* Solin. p. 891. *Sed Elmenh.* p. 50, 15, Incerta vagatione — exilio *de* laruis, *in quas mutatur animus humanus.*

EXOS, *it.* EXOSSIS, is. Adi. [ἄνοστος] *Qui eſt ſine oſſe.* Plaut. Men. 5, 2, 105 Faciam, quod iubes, ſecurim capiam ancipitem, atque hunc ego ſenem exoſſem reddam. *Al. et Gronou.* Exoſſabo. Lucret. 3, 721 Atque vnde animantum copia tanta Exos et exſanguis tumidos perfluctuat artus? Nec non eſt agnis ceſſantibus exos hirudo Sammonic. 677. Saltationem eneruam atque exoſſem Apul. Met. 1 p. 104, 3. *Sed Elmenhorſtius legit* Exoſſam, *v. Emendat. p. 125. Item* Apol. p. 300, 13 *de piſce*, Cum ſit caetera exoſſis. *Et ibid.* p. 322, 1 Olim — morigerus, mox in iuuentute ſaltandis fabulis exoſſis plane et eneruis.

EXOSSO, āre. [ἐξοστεΐζομαι] *Proprie culinae et macelli verbum, oſſibus liberare.* Columel. 12, 53, 1 Suem — ſitientem cum occideris, bene exoſſato: nam ea res minus vitioſam et magis durabilem ſalſuram facit. *Vtitur aliquoties* Apicius, *v. g.* 5, 4 Exoſſare pullum a pectore. *Etiam* Exoſſare piſces *dicit* 4, 2. *it.* 7, 4. *Ipſe* Ter. Adelph. 3, 3, 24 Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere paulliſper: vbi ego venero, exoſſabitur: *quod* Purgandi *verbo interpretatur* Donatus. *Hinc minae Comicae, v. g.* Plaut. Amph. 1, 1, 163

Exoſſatum os eſſe oportet, quem probe percuſſeris.
S. Mirum ni hic me quaſi muraenam exoſſare cogitat
Vltro iſtic, qui exoſſat homines.

Add. Id. Menaechm. 5, 2, 106. *et* Pſeud. 1, 3, 148.

EXOSSĀTVS, a, um. Partic. [ἐξωστεισμένος] Gallinae Petron. c. 65. Apuleius, Exſquamatus atque exoſſatus piſcis vix palpitat amplius. *At nihil tale oſtendit Index Floridi.* Lucret. 4, 1264 Atque exoſſato ciet omni pectore fluctus, *i. pectore ita inflexo et incurvato, vt oſſibus carere videatur. Sic Lambin. Creech. Hauerc. Alii legunt* Exoſſatim. Ager exoſſatus Perſio 6, 51 *eſt Probe cultus et lapidibus purgatus. Vid. ibi Caſaub. p. 501.*

EXOSSATIM, *legitur in nonnullis Codd. apud* Lucret. 4, 1264 *vt modo dictum. Conf.* Barth. Adu. 35, 14 p. 1611.

EXOSSATIO, ōnis. f. *Apud* Apicium *eſſe dicitur.*

EXOSCŬLOR, āri. Dep. [καταφιλέω] *Idem quod valde oſculari.* Plin. Epiſt. 9, 13, 21 Non fere quisquam in Senatu fuit, qui non me complecteretur, exoſcularetur, certatimque laude cumularet. *Et* 5, 17, 4 Multum ac diu exoſculatus adoleſcentem — laudibus incitaui, pergeret, qua coepiſſet. Sueton. Neron. c. 28 Sporum identidem exoſculans.

EXOSCVLATVS, a, um. Partic. Gell. 2, 26 Scientiam, verborumque eius elegantiam exoſculatus, *h. e. blande approbans.* Papillas exoſculatus Sueton. Neron. c. 34. Petron. c. 91 Exoſculatus pectus ſapientia plenum. ¶ 2 *Paſſiue idem ac Oſculo exceptus.* Ammian. 22, 7 Exoſculatum ſuſceptumque reuerenter ſecum induxit. Manu eius exoſculata Apul. Met. 4 p. 154, 8. Veſtigiis Deae exoſculatis Id. 11 p. 265.

EXOSCVLATIO, ōnis. f. [καταφίλησις] Plin. 10, 12 Ariſtoteles negat non Hercule magis, quam in Aegypto ibim: ſed illam exoſculationem, quae ſaepe cernitur, qualem in columbis eſſe. *Add.* ibid. c. 34.

EXŌSVS, a, um. Adi. [μισούμενος] *Actiue dicitur, Qui odio habet.* Virgil. Aen. 5, 687 Iuppiter omnipotens, ſi nondum exoſus ad vnum Troianos, ſi quid pietas, *etc.* Id. Aen. 12, 818. Hoſtes exoſus Stat. Theb. 9, 75. Patrios mores exoſus es Curt. 8, 7, 12. Templa exoſa oculos viriles, *Templa Bona deae* Ouid. Faſt. 5, 153. Exoſus opes Stat. Silu. 2, 1, 164. ¶ 2 *Paſſiue, pro Odioſo.* Gellius 2, 18 Eius Epicteti etiam de ſe ſcripti duo verſus feruntur: ex quibus latenter intelligas, non omnes modo diis exoſos eſſe. Eutrop. 7, 24 Ob ſcelera vniuerſis exoſus. *Conf.* Macrob. Saturn. 1, 11. Ammian. 18, 3.

EXOSTRA, ae. f. *Machina eſt lignea, qua quae in ſcena intus geruntur et fiunt, verſatione rotarum ſpectatoribus oſtenduntur, quae eadem dicebatur* ἐγκύκλημα. *Vid. Pollux 4, 127 et 129. Hinc lux* Cic. de Prouinc. Conſ. 14 c. 6 Itaque ille alter, aut ipſe eſt homo doctus, et a ſuis Graecis ſubtilius eruditus, quibuscum iam in exoſtra helluatur, antea poſt ſiparium ſolebat. *Sic enim ex manuſcriptis legit Turnebus Aduerſ. 20, 9 non* Orcheſtra, *vt ſit ſenſus, Qui ante velut cum hiſtrionibus et mimis in ſcena poſt ſiparium et velum ſolitus erat helluari, id iam propalam in* exoſtra *remoto ſipario faciebat. Recepit hanc lect. Gruter. et poſteriores. Nomen habet ab* ἐξωθεῖν, *expellere, quod hac machinatione ſubito protruduntur in lucem, quae intus parata ſunt. Etiam in re militari vſum illius fuiſſe, docet* Veget. 4, 21 Exoſtra dicitur pons, quem ſuperius expoſuimus, qui de turri in murum repente protruditur. *Reſpicit ad c. 17 vbi de turri ambulatoria*, Circa mediam partem accipit pontem, factum de duabus trabibus, ſeptumque de vimine, quem ſubito prolatum inter turrim murumque conſtituunt, et per eum egredientes de machina bellatores in ciuitatem tranſeunt, et occupant muros.

EXOTICVS, a, um. Adi. [ἐξωτικὸς] *Peregrinus*, aduenticius, *inquit* Nonius 2, 305. *laudatque* Plaut. Moſt. 1, 1, 41 Non omnes poſſunt olere vnguenta exotica. Id. Non. 14, 21 Peregrinum *dicit, et adfert ex* Plauti Epid. 2, 2, 48 Baſilicum aut exoticum. Aduenticium *pulchre Nonius. Sic enim* Cic. de Orat. 3, 135 c. 33 Quid enim M. Catoni praeter hanc politiſſimam doctrinam, transmarinam atque aduenticiam defuit? Plin. 13, 3 Certum eſt P. Lucinium Craſſum, L. Iulium Caeſarem Cenſores edixiſſe, ne quis venderet vnguenta exotica: ſic enim appellauere. Exotica Graecia Plaut. Men. 2, 1, 11. *Quia eſt etiam Italica, quae Magna eſt appellata.* Iure exotico perfuſi piſces Apul. Met. 10 p. 246, 28. Idem Met. 1 *pr.* Et ecce, praefamur veniam, ſi quid exotici atque forenſis ſermonis rudis locutor offendero. Puluere exotico dentes emaculare Apul. Apol. p. 278, 4. Sidera exotica ſparſa Sidon. Ep. ad Carmen 22. *i. extra Zodiacum.* Vinum Gell. 13, 5.

EXOTERICVS, a, um. Adi. *Mere Graecum,* ἐξωτερικὸς, *Ariſtotelicae diſciplinae vocabulum, de quo locum claſſicum* Gellii 20, 5 *dedimus in* ACROATICVS. Cic. de Fin. 5, 12 c. 5 *de Peripateticis,* De ſummo bono, quia dua genera librorum ſunt, vnum populariter ſcriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant, alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt; non ſemper idem dicere videntur. *Haec non ita vera eſſe, vt non* exoterica *ſcripſerit quoque Ariſtoteles; totamque diuiſionem ad argumentum pertinere potius, e Gellii l. c. diſci poteſt. Quin ipſe* Cic. Att. 4, 16 Quoniam in ſingulis libris vtor Prooemiis, vt Ariſtoteles in iis, quos ἐξωτερικοὺς vocat, *etc.*

E X P

EXPED. AVG. Expeditio Auguſti. EXPF. VRB. Ex Praefecto Vrbis. EXPLO. LEG. VI. VICTOR. Explorator Legionis Sextae Victricis.

EXPALLEO, ēre; *vel* EXPALLESCO, ĕre. [ἐξωχριάω] *Pallidum eſſe, ſiue fieri.* Plaut. Curc. 2, 3, 32 Vide, vt expalluit. Plin. Epiſt. 1, 5, 13 Expalluit notabiliter, quamuis palleat ſemper. Auct. ad Her. 2, 8 c. 5 Accuſator dicet, aduerſarium — erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe. Fulgore auri magis expalluit Catul. 62, 100. Stat. Theb. 11, 327 Et ipſe metu famulûmque expalluit omnis coetus. Famulûm, *i. Famulorum.* Horruit infelix totoque expalluit ore Ouid. Met. 6, 602. Viribus abſum-

abſumtis expalluit Idem Met. 1, 543. Vmbra Phoebe ſubita expalluit Lucan. 1, 534. *de eclipſi.*

EXPALLIDVS, a, um. Adi. Corpus frigidum expallidum Tertull. de Reſurr. Carn. c. 57. *Et apud* Suet. Calig. c. 50 *in nonnullis libris legitur*, Expallido colore. *Editur autem* Pallido.

EXPALLIO, āre. [ἐξιματίζω] *Pallium auferre.* Plaut. Caſ. 5, 3, 6 Neque quibus modis purgem ſcio me meae vxori, Qui expalliatus ſum miſer.

EXPALMO, āre. ῥαπίζω, Gloſſ. Gr. Lat. *Palma percutere.*

EXPALPO, āre; *et* EXPALPOR. Depon. [ἐξαρεσκεύομαι] Elicere *ſignificat, vt ait* Nonius 2, 277 *et blandis quibusdam attrectationibus, quales ipſis equis fieri ſolent, impetrare.* Plaut. Poen. (1, 2, 144) Quid faciam? AG. exora, blandire, expalpa. Pomponius, Si quid expalpare poſſim ab illo. Plaut. Vidular. Nunc ſeruus a patre argentum expalpabitur. *Haec* Nonius. *Add.* 7, 74 *vbi interpretatur* Extorquebit.

EXPALPATIO, ōnis. f. *Apud* Tertullianum, . . .

EXPALPONIDES, is. m. Plaut. Perſ. 4, 6, 22 Expalponides numorum, *nomen comica laſciuia e re ipſa fictum, qui* expalpare argentum *poteſt.*

EXPAMPINO, āre. *pro pampinare*, Columellae *tribuitur: quod ſi ibi eſt, diligentiam meam fugit in Lexico ruſtico. Vid.* Explantare pampinos.

EXPANDO, andi, aſſum, ĕre. [ἐξαπλόω, ἐκπετάννυμι] *Aperire, extendere.* Columel. 12, 13 Hae herbae diligenter purgantur, et ſub vmbra expanduntur. Alas Plin. 10, 38. Ficos in ſole Columel. 12, 15. Florem expandere *dicitur* roſa Plin. 12, 11. Naturam expandere dictis, *quod alias eſt Pandere, i. aperire, explicare* Lucr. 1, 126.

EXPASSVS, a, um. Partic. [ἐξηπλωμένος] Fores delubri expaſſae Tacit. Hiſt. 5, 13. Caecilius, vet. Poëta, *apud* Gell. 15, 15 Flammeum expaſſum domi.

EXPANSVS, a, um. *Idem.* Gell. l. c. *cum dixiſſet*, Paſſum veteres dixiſſe, non panſum, expaſſum non expanſum; *tamen addit*, Capillo quoque eſſe mulier paſſo dicitur, quaſi porrecto et expanſo.

EXPANSIO, ōnis. f. *Pandiculatio.* Cael. Aurel. Tard. 5, 11, 139 Corporis expanſio ex Thalamo.

EXPANDĬTOR, ōris. m. *Vt*, Expanditor amnis, *apud* Plin. in Paneg. *de Nilo*, c. 30, 4. *Sed ex Schwarzii obſeruationibus recte ab aliquo inde tempore editur*, Vagus ille cum expanditur amnis.

EXPANGO, anxi, actum, ĕre. [ἐμπήγνυμι] *Figere, ſeu Conſtituere.* Plin. 2, 26 Idemque auſus, rem etiam deo improbam, annumerare poſteris ſtellas, ac ſidera ad normam expangere. *De Hipparcho loquitur. Sed meliores libri* Expungere. *v. v.*

EXPAPILLO, āre. *Nudare. Vnde*

EXPAPILLATVS, a, um. Partic. Brachio expapillato Plaut. Mil. 4, 4, 44. eſt quaſi Vsque ad papillam renudato, *vti exponit* Nonius 2, 266. *vel ſecundum* Feſtum, Ita exſerto, vt papilla nudetur.

EXPARTA, ae. f. *Quae pariendo, vel partibus pluribus exhauſta eſt, vt* Effoeta. *Nam etiam* Parta *eſt, quae peperit, non minus quam* Foeta. Varro R. R. 2, 5, 7 *de vaccis*, Vt ſint hae pecudes aetate potius ad fructus ferendos integrae, quam expartae: *vt legendum eſſe vidit Scaliger, et nos confirmauimus.* Vet. Gloſſ. *penes Scaligerum*, Exparta, partu vacua. *Et ſic in* Gl. Iſidori.

EXPASSVS, *vid.* EXPANDO.

EXPATIOR, *vel* EXSPATIOR, āri. [περινοστέω] *Egredi, et fere voluptatis cauſa.* *Metaphor.* Plin. 16, 30 Latiſſima exſpatiantium vmbra, et vicinas domos ſaepe tranſilientium. *De loto arbore.* Quinctil. 2, 10 Et Poëtica (vt vere dixerim) themata, iuuenibus pertractare permittemus, vt exſpatientur et gaudeant materia, et quaſi in corpus eant, erit optimum. Idem 2, 17 Finis non erit, ſi exſpatiari parte in hac, et indulgere voluptati velim. Ouid. Met. 15, 454 Nec tamen oblitis ad metam tendere Longe Exſpatiemur equis. Idem Met. 2, 202

Quae poſtquam ſummo ſenſere iacentia tergo,
Exſpatiantur Equi, nulloque inhibente per auras
Ignotae regionis eunt.

Ignes clare exſpatiantur in auras Sil. 17, 95. *Pro Digredi Oratorum more: vid. in* EGREDIOR.

EXPATIANS, antis. Partic. Expatians lacus Plin. 16, 36. Id. 3, 5 ſ. 9 *de vrbe Roma*, Exſpatiantia tecta multas addidere vrbes, *i. vltra muros et portas excurrentia, et ſubinde addita: verbo, ſuburbia.*

EXPATIĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. Flumina expatiata, *i. ripas egreſſa* Ouid. Met. 1, 285.

EXPĂTO, āre. In locum patentem ſe dare, *ſiue*, In ſpatium ſe conferre. *Haec* Feſtus. *Laudatur, neſcio vnde*, Pacuuius, Expatant ſe omnes, publiceque ſe oſtendunt. *Meurſ. Crit. Arnob. 3, 9 coni.* Exſpatiare.

EXPATRICIVS, i. m. *Qui Patriciatum depoſuit.* Zeno l. 3 C. de ſenat. vel patric. Quoties viro forte patricio, vel expatricio, vel ei, quem Praetorianae, *etc.*

EXPĂTRO, āre. [διαπράττω] *Idem, quod ſimplex Patrare.* Catul. ad Caeſarem ſ. 29, 17 Quid eſt? ait ſiniſtra liberalitas. Parum expatrauit? *Obſcenum in ſenſum accepere antiqui quidam interpretes. Ad hunc enim locum pertinere videntur* Gloſſ. ἐκκρίνω ἐπὶ συνουσίας, Expatro. *Scaliger reſpondere putat Germanico* verhuren, *quod eſt ſcortando perdere, vel profundere pecuniam. Sed nihil hic obſceni videt, oculatus alioqui ad talia, Iſ. Voſſius, et accipit ſimpliciter pro effecit, perpetrauit.*

EXPĂVEO, āui, ēre; *ſiue* EXPAVESCO, ĕre. [ἐκφοβοῦμαι] *Terreri, Cum Praepoſitione.* Liu. 6, 34 Quum ad id moris eius inſueta expauiſſet minor Fabia, riſui ſorori fuit. Ad comitum lacrimas expaueſcere Stat. Theb. 3, 19. Ad ferramentum raptum nec mercenarius expauerat Petron. c. 94. Ad tumultum aliquem expauentia animalia Plin. 10, 75. A primo conſpectu eius expaueſcunt Idem 21, 11. Stat. Theb. 8, 638 — Subito quum pigra tumultu Expauit Domus. *Sine Praepoſitione, ſubaudita tamen*, Quum audaciam ſtili noſtri frequenter expaueas Stat. praef. l. 3 Silu. Plin. 13, 24 Non aeſtuum, non frigorum, non grandinum, aut niuis iniuriam expaueſcit. *Metaphor.* Sil. 3, 463 At gregis allapſu fremebundo territus acris Expauit moles Rhodanus. Non expaueſcet Circumuentus Quinctil. 6, 2, 31. Crimen non expaueſcendum eſt Idem 9, 4, 35. Enſem non muliebriter expauit Horat. Carm. 1, 37, 23. Famam expauere Stat. Theb. 11, 316. Fratrem expaueſcat frater, et natum parens Sen. Thyeſt. 40. Fremitus concionum non expaueſcere conſueſcebat Demoſthenes Quinctil. 10, 3, 30. Gradus expauere, *Non audent vltra progredi pedes* Stat. Silu. 1, 5, 57. Perſae Graecos milites expaueſcunt Frontin. 2, 3, 13. Nomen nuptiarum ne puella quidem expauerat Petron. c. 26. Nouitatem expauere cuſtodes Plin. 9, 30. Sil. 1, 67 Saepe etiam famuli turbato ad lumina ſomno Expauere trucem per vaſta ſilentia Vocem. *Add.* Lucan. 10, 453.

EXPAVENS, *et* EXPAVESCENS, entis. Partic. Aquatilia ad tumultum aliquem expauentia Plin. 10, 75. *Sic Elzeuir. Al.* Expaueſcentia. Repente expaueſcentes Idem 23, 1.

EXPAVESCENTIA, ae. f. Vet. Interpr. Irenaei 1, 1 De expaueſcentia et aporia elementa facta eſſe.

EXPAVIDVS, a, um. Adi. Gell. 1, 8 Expauidus ictusque pecuniae magnitudine.

EXPAVEFACIO, ĕre. *Partic.* Sen. Epiſt. 86 Certi ſunt domitores ferarum, qui ſaeuiſſima animalia, et ad occurſum expauefacientia hominem, cogant pati iugum.

EXPAVEFACTVS, a, um. Partic. Equi expauefacti Hyginus Fab. 47.

EXPAVSO, āre. *vnde* EXPAVSATVS, a, um. Part. Expauſatum iumentum Veget. de re Veter. 1, 38. *i. quod a labore requieuit.*

EXPECTO, *ſiue* EXSPECTO, āre. [ἀναμένω, περιμένω, προσδοκάω] *Ab* Ex *et* Specto *compoſitum; ſignificat Praeſtolari: quia dum venturum aliquem praeſtolamur, frequenter adſpicere, et* exſpicere *de ianua vel feneſtra, ſolemus an veniat.* Cic. Fam. 15, 16 Longiores enim expectabo, vel potius exigam. Idem Fam. 11, 5 A te hoc ciuitas, vel omnes potius gentes non expectant ſolum, ſed etiam poſtulant. Cic. Orat. 150 Aures exſpectant, vt verbis alligentur ſententiae. Expectetis ad extremum, et me meum dicendi ordinem ſeruare patiamini Idem pro Cluent. c. 2. Ad menſem Ianuarium aliquem Cic. Att. 1, 1. Ad mediam vsque noctem aliquem Horat. Serm. 1, 5, 83. Cic. Att. 1, 17 *extr.* Multa ſunt: ſed in aliud tempus expectare velis. In ancoris Caeſ. Bell. Gall. 4, 33. Propert. 2, 29, 13 Haec te non meritum totas expectat in horas. Ter. Eun. 1, 2 *extr.* Concedam hinc intro atque expectabo, dum venit. Cic. de Amic. c. 13 Amicorum cauſa honeſta faciamus, ne expectemus quidem, dum rogemur. Traian. ad Plin. Epiſt. vlt. Nec dubitandum fuiſſet, ſi expectaſſes donec me conſuleres. Caeſ. Bell. Gall. 2, 9 Hanc ſi noſtri tranſirent, hoſtes expectabant. Secure et negligenter Plin. Epiſt. 4. Ouid. Triſt. 3, 5, 27 Seu temere expecto, ſiue hoc contingere fas eſt. Expecto, quid velis, *i. cupio ſcire, quid velis me facere: atque ob id praeſtolor* Ter. Andr. 1, 1, 7. Hor. Serm. 2, 1, 58 Seu Me tranquilla ſenectus Expectat, ſeu mors atris circumuolat alis. Cic. de Amic. 41 De Caii Gracchi autem Tribunatu quid expectem, non libet augurari. Ab aliquo omnia Idem Fam. 11, 5. Lucan. 5, 671 Dum metuar ſemper, terraque expecter ab omni. Quae a ſumma virtute ſummoque ingenio expectanda ſunt, expectare Cic. Fam. 2, 2. Idem Fam. 8, 2 Hoc ideo ſcripſi, quod ſcio te Acriter nuntium noſtrorum comitiorum expectaturum. Cic. Philipp. 14, 1 Ante vero quam ea res, quam Auidiſſime ciuitas expectat, allata ſit, laetitiae, etc. ¶ 2 *Subſtantiua Accuſatiuo caſu.* Aetatem expectemus Tarteſſiorum regis Cic. de Senect. 69. *i. ſperemus tamdiu nos victuros, quamdiu vixit Argantonius.* Alicuius Aduentum in aliquo loco Caeſ. B. G. 1, 22. Magna cum ſpe Aliquid Cic. Att. 16, 20. Horat. Epiſt. 1, 18, 27 Alter purpureum non expectabit Amictum. Virgil. Georg. 2, 26 Siluarumque aliae preſſos propaginis Arcus Expectant. Auxilia Caeſ. B. G. 6, 6. Curſum Cic. Att. 5, . . Idem Att. 7, 26 Tibi autem ad me ſcribenti de eius officio, nihil reſcripſi, quod Diem ex die expectabam, vt ſtatuerem, quid eſſet faciendum. Virgil. Georg. 2, 421 — Non vlla eſt oleis cultura, neque illae Procuruam expectant Falcem, raſtrosque tenaces, *i. deſiderant, opus habent.* Idem Aen. 9, 46 Armatique cauis expectant turribus Hoſtem. Cic. Att. 8, 4 Ego nauem paraui, tuas Literas tamen expecto, vt ſciam, quid reſpondeant conſultationi meae. Malum expecto magnum hoc nuntio Ter. Phorm. 1, 4, 16. *i. inquit* Donatus, Neſcio, quod magnum malum hunc mihi nuntiaturum arbitror. Meſſes fruſtra expectant promiſſas horrea Ouid. Met. 8, 293. Ter. Adel. 5, 4, 20 Ego deſertus ſum, illum, vt viuat, optant, meam autem Mortem expectant, *i. optant, vt moriar.* *Et* Hec. 4, 2, 20 Mortemque expectet meam, *i. optet.* Quinctil. 9, 3, 68 *vbi declaratur* ἀντανάκλασις eiusdem verbi contraria ſignificatio. Cum Proculeius quereretur de filio, quod is Mortem ſuam expectaret, et ille dixiſſet, Se vero non expectare: Immo, inquit, rogo expectes, *i. ſuſtineas te, donec veniat, non occupes, vel procures.* Nihil erat, quod non boni metuerent, mali expectarent Cic. Agr. 1 c. 3 *extr.* Nuntios Idem Att. 16, 20. Poenam Virgil. Aen. 6, 614. Praemia meritae palmae Idem Aen. 3, 70. Principia haec tam longe repetita, quo ſpectent expectare te arbitror Cic. Fam. 13, 30. Reditum alicuius Idem Fam. 15, 21. Signum intenti expectant Virgil. Aen. 5, 137. Cic. Parad. 6, 1 Eſt Optare, vt quis moriatur, vt tu hereditatem cernas, aut legatum promiſſum conſequaris. Tranſitum tempeſtatis Idem Att. 2, 21. Ventos ferentes, et facilem fugam, *i. facilem nauigationem* Virgil. Aen. 4, 430. Expecto te, vt hoc facias, *pro expecto, vt tu hoc facias:* Liu. 42 Nos expectari arbitror, vt reſpondeamus tuis literis. Expectando, *Gerund.* [ὑπομένων] Propert. 2, 9, 8 Illum expectando facta remanſit anus. *de Penel. et Vlyſſ.* Vltima ſemper expectanda dies homini eſt Ouid. Met. 3, 135. Expecta, [ἔχ' ἀτρέμας] *Formula attentionem parandi. Vid. Caſaub. ad* Perſ. 4, 18 p. 332.

EXPECTANS, antis. Partic. [προσδοκῶν] Quem legat expectans ſola puella virum Propert. 3, 2, 20. Alius alium expectantes cunctamini Salluſt. in Catil. c. 52. Praelium expectantes Idem in Iugurth. c. 58. Sto expectans, ſi quid imperent Ter. Eun. 3, 5, 46.

EXPECTATVS, a, um. Partic. [προσδεδοκημένος] *Cupitus, deſideratus.* Cic. pro Milon. c. 20 An in eo loco potius eſt expectatus ab eo, *i. ille eum expectauit. Hic vere Participium eſt. Sed* Plaut. Trin. 2, 4, 173 Nunquam edepol cuiquam expectatus (*adeo*) filius Natus, quam eſt illud *Spondeo* natum mihi. Idem Amph. 2, 2, 26 Certe enim me illi expectatum, optatum venturum ſcio. Plaut. Moſt. 2, 2, 11 Credo, expectatus veniam familiaribus. Cic. Fam. 16, 7 Nemo nos amat, qui te non diligat: Carus omnibus expectatusque venies. Idem de Senect. 97 Senſi ego tum in optimo filio meo, tum in expectatis ad ampliſſimam dignitatem fratribus tuis Scipio, omni aetati mortem eſſe communem, *i. quos ſperabant omnes in ſumma dignitate eſſe viſuros.* Aruis expectatus Virgil. Aen. 8, 38.

Dat

Dat effectum etiam locis, (*inquit* Seruius,) vt — ipſae te Tityre pinus, Ipſi te fontes, ipſa haec arbuſta vocabant. Aduentus ſuauiſſimus et expectatiſſimus alicuius Cic. Att. 4, 4. Aqua non expectata venit imber, *Pluit derepente* Ouid. de Nuc. 120. Dies expectata aderat Virgil. Aen. 5, 104. Enſem non expectatum alicui defigere Sil. 10, . . Cic. Fam. 16, 9 Intellexi enim te laborare, vt ad me mihi expectatiſſimae Literae perferrentur. Lumina diu expectata Catul. 60, 2. Manus longum expectata Valer. Arg. 4, 437. Parentes expectati dicuntur, Malae vitae et odio digni, *vt docet* Donatus: quorum mors in dies ſingulos expectanda ſit. Ter. Adelph. 1, 2, 29 Si eſſes homo, ſineres nunc facere, dum per aetatem licet, potius, quam vbi te expectatum eieciſſet foras. Pietas filii expectata parenti Virgil. Aen. 6, 687. Idem Georg. 1, 226 — ſed illos Expectata Seges vanis eluſit auenis. Triumphus expectatiſſimus Caeſ. ſ. Hirt. Bell. Gall. 8, 51. Vulnus non expectatum, *Subitum* Ouid. Faſt. 5, 710. *Compar.* Plaut. Moſt. 2, 2, 12 Nemo pol illo potuit expectatior venire, qui te nuntiaret mortuum. Virgil. Aen. 2, 283 Quibus Hector ab oris Expectate venis. Expectato maturius Vellei. 2, 123, 2. *Sic*, Ante expectatum, *i. expectatione citius.* Virgil. Georg. 3, 348 Ante expectatum poſitis ſtat in agmine caſtris. *Vbi* Seruius: Ante expectatum, Dicto citius, *i.* antequam eius expectetur aduentus: et eſt vna pars orationis, hoc eſt Aduerbium. *Vid. etiam Drakenb. ad* Sil. 2, 31. *et Burm. ad* Ouid. Met. 4, 789. *Add.* Id. ib. 8, 5. Quis non diuerſa praeſentibus contrariaque expectatis, aut ſperet, aut timeat Vell. 2, 75, 2.

EXPECTATIO, ōnis. f. [ὑπομονή, προσδοκία] *Deſiderium cum bona ſpe coniunctum.* Ter. in prol. Hec. 26 Funambuli eodem acceſſit expectatio. Expectatio, *inquit* Donatus *ad* Ter. Eun. 1, 2 Certarum eſt, et propinquarum rerum, deſtinatque tempus. Animi et ingenii alicuius tanta expectatio Cic. Fam. 2, 1. Nihil dicam reconditum, nihil veſtra expectatione dignum, nihil inauditum vobis, aut cuiquam nouum Idem de Orat. 1, 137 c. 31. *Et* Att. 3, 13 Ex tuis literis Plenus ſum expectatione de Pompeio quidnam velit, aut oſtendat. Vacua periculo et periculi expectatione nulla hora relinquitur Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 19 c. 8. Praeteritorum recordatio eſt acerba, et acerbior expectatio reliquorum Cic. de Clar. Orat. 266 c. 76. Contra omnium expectationem, *vid.* CONTRA. Caeca, *vid.* CAECVS. Cic. pro Rabir. perd. 16 Harum enim omnium rerum non ſolum euentus, atque perpeſſio, ſed etiam conditio, expectatio, mentio ipſa denique indigna ciue Romano, atque homine libero eſt. Eſt tibi grauis aduerſaria conſtituta et parata, incredibilis quaedam expectatio Cic. Fam. 2, 4. *Add.* Ib. Ep. 3 *et* 5. Idem Acad. 4, 10 c. 4 Non ſane conturbat me expectatio tua: etſi nihil eſt iis, qui placere volunt, tam aduerſarium. Mirifica expectatio alicuius Cic. Att. 7, 7. Maiore expectatione hominum quam ſpe Camillus ab vrbe profectus Veios Liu. 5, 19. Cic. ad Brut. 15 Summa eſt expectatio tui: quod ſi Italiam attigeris, ad te concurſus fiet omnium. Tanta fuit expectatio viſendi Alcibiadis Nep. 7, 6, 1. ¶ 2 *Verborum formulae:* Accidere praeter expectationem Cic. de Orat. 2, 284 c. 70. Adducere aliquem in ſummam expectationem Idem Tuſcul. 1, 30. Afferre Quinctil. 3, 8. Afferre non paruam alicui Cic. Att. 3, 18. Idem Att. 9, 1 Angebat ſingularum horarum expectatione. Cic. de Natur. Deor. 3, 1 Neſcis quanta cum expectatione Cotta ſim te auditurus. Commouerat aliquis expectationem Idem Q. Fratr. 2, . . Commouere crebras alicuius Cic. Att. 1, 3. Concitare ſui expectationem, hanc ſuſtinere et tueri Idem Fam. 2, 1. Conturbat me expectatio tua Cic. Acad. 4, 10. Idem . . . Nunc expectatione Crucior. Decipere expectationem alicuius Cic. de Orat. 2, 289 c. 71. Idem Att. 2, 8 Quantam porro mihi expectationem Dediſti conuiuii iſtius. Deriuare Cic. Att. 2, 14. Explere expectationem omnem diuturni deſiderii noſtri Idem de Orat. 1, 105. Id. Att. 3, 15 Varronis ſermo Facit expectationem Caeſaris. Facere ſui expectationem Cic. Acad. 4, 10. Habere Idem Att. 7, 16. Non habere magnam in reſpondendo Cic. in Salluſt. 2. Mouere, *pro Excitare deſiderium* Cic. Att. 2, 14 Quantam tu mihi Moues expectationem de ſermone Bibuli? Occurrere expectationi alicuius Idem pro Cluent. 63. Pendēre obſcura ſpe et caeca expectatione Cic. de L. Agr. 2, 65. Suſpendere oratione vnius expectationem alterius Idem pro Cluent. c. 54. Sum: *vt*, In rerum omnium expectatione eſſe Cic. Fam. 10, 4. In aliquibus expectationem noſtram eſſe Idem Att. 8, 5. In ſumma expectatione res eſt Cic. Att. 8, 11. Suſtinere non paruam expectationem imitandae alicuius induſtriae, magnam bonorum, nonnullam fortaſſe nominis Idem Off. 3, 6. *Et* de Orat. 2, 74 c. 18 Quo iſta maiora ac mirabiliora feciſti, eo me maior expectatio Tenet, quibuſcum rationibus, quibuſue praeceptis ea tanta vis comparetur, *etc.* Torqueri expectatione Cic. ad Att. . . . Vincere expectationem omnium: *h. e. opinionem et exiſtimationem* Idem Verr. 5, 11 c. 5. *Conf.* Id. Fam. 2, 4. Vocat me iamdudum alio tacita veſtra expectatio Cic. pro Cluent. 63.

EXPECTĀMEN, inis. n. Claud. Mamert. 2, 12 Conuenientia vel iucunda expectamini, *vti ibi adſcripſit Barth. p. 157. Sed ipſe monet, legendum* aſpectamini, *i.* aſpectui.

EXPECTATOR, ōris. m. Paullinus Nolanus Epiſt. 31 (11) n. 5 *extr.*

EXPECTATRIX, īcis. f. Tertull. adu. Marc. 4, 16.

EXPECTABILIS, e. Adi. *Apud* Tacit. *itemque* Prudent. *legi dicitur.*

EXPECTŎRO, āre. [ἐκστερνίζω] *Extra pectus eiicere.* Accius Phoeniſſis, Incuſant vltro a fortuna opibusque omnibus deſertum, abiectum, afflictum, et animo expectorant. Idem Epigono, Eloquere proprie, ac pauorem hunc meum expectora. Ennius (*apud* Cic. de Orat. 3, 154 c. 38. *it.* 218 c. 58. *et* Tuſc. 4, 19 c. 8) Tum pauor ſapientiam mihi omnem exanimato expectorat. *Haec* Nonius 1, 52. Quinctil. 8, 3, 31 At veteres ne *expectorat* quidem timuerunt (*tanquam inſolens verbum*) Et ſane eiusdem notae eſt *exanimat.*

EXPECVLIATI Serui, *a Plauto dicuntur, qui peculio ſunt exhauſti. Sic inuenio. Sed non praeſtiterim.*

EXPĔDIO, īui, ītum, īre. [ἀνύττω, κατανύω, ἀπολύω] *Liberare, et quaſi* Pedum *ligamenta diſſoluere, vnde, et pro* Explicare, *et proferre ponitur.* Expedire, Donato *teſte*, *ad* Hec. 5, 1, 28 dicitur, Qui pedem retentum liberat. Cic. in Piſon. 74 c. 30 Haererem enim, niſi tu me expediſſes. Hor. Epod. 11, 37 Vnde expedire non amicorum queunt Libera conſilia. Expeditus eſt Scribon. 171. *i.* liberatus eſt. *Contraria:* Ter. Andr. 3, 5, 11 Viden' me tuis conſiliis miſerum impeditum eſſe? D. at iam expediam. Plaut. Perſ. 4, 1, 10. Cic. Fam. 9, 19 Me quotidie aliud ex alio impedit, ſed ſi me expediero, vt in iſta loca venire poſſim, *etc. vid.* IMPEDIO. Te ab omni occupatione expediſti Cic. Att. 3, 20. Idem Verr. 4, 28 c. 12 Nunc de peripetaſmatis quemadmodum te expedias, non habes, *i. quid diſſoluendi criminis cauſa reſpondeas, ita tamen, vt ad imaginem inuoluti et impediti reſpiciatur.* Ex laqueis ſe Cic. Verr. 2, 101. Ex turba ſe Ter. Adelph. 4, 4, 5. Ex ſeruitute aliquem Plaut. Capt. 2, 3, 94. Inter flammam et hoſtes expediri Virgil. Aen. 2, 633. Expedias me hinc te rogo Cic. Att. 11, . . Hinc ſe expediuit Nep. 18, 5, 3. Horat. Carm. 1, 27, 24 Vix illigatum te triformi Pegaſus expediet Chimaera. Cic. Verr. 5, 86 Quum repente hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, et Virgas expediri iubet, *in faſces enim colligatas gerunt.* Pyxidem expedire, manum porrigere, venenum tradere Cic. pro Cael. 65. Expedire ſe ad gratandum Tacit. Ann. 14, 8. Se expedire Plaut. Amph. 1, 1, 152. *int. ad pugnam.* Ter. Hec. 3, 1, 8 Qui te expedias iis Aerumnis? Cura ſe Idem Phorm. 5, 4, 4. Crimine ſe Ibid. 5, 1, 28. ¶ 2 *Accuſatiui rerum, quae expediri dicuntur.* Caeſ. B. G. 7, 86 Aggere et cratibus Aditus expediunt. Colum. 2, 2 Agrum ſaxoſum facile eſt expedire lectione lapidum, *etc.* Tac. Ann. 6, 43 Isque in Hyrcanis repertus eſt, illuuie obſitus, et Alimenta arcu expediens, *i. parans, impetrans.* Ter. Hec. 3, 1, 17 Vix me illinc abſtraxi, atque impeditum in ea re expediui Animum. Horat. Carm. 3, 24, 8 Non Animum metu, Non mortis laqueis expedies caput. Stat. Theb. 9, 864 Triuiamque precatus Molitur pallens, et ſurdos expedit Arcus. Arma expedire *non modo extemporale opus militum, ſed quod ſuſcipiatur etiam pridie pugnae. Sic certe* Liu. 24, 14 *extr.* Armis expediendis diei reliquum conſumunt. *Aliter* Tacit. Ann. 2, 79. Virgil. Aen. 4, 592 Non arma expedient? *Verba furentis Didonis.* Cantica muſicis modis, *i. canere ad modos* Quinctil. 1, 12, 14. *al.* excipiat. Cauſam alicuius Cic. de Aruſp. Reſp. 18 c. 9. *Conf.* Idem Fam. 13, 26. Cererem caniſtris Virg. Aen. 1, 705. *i. panes depromere.* Comas Stat. Silu. 3, 4, 89. Tac. Hiſt. 2, 52 Neque alienis Conſiliis regi, neque ſua expedire. Conſilia ſe expediunt, *h. e. explicant* Valer. Argon. 8, 302. Contos expediunt nautae Virgil. Aen. 5, 209. Conuiuia tectis expediunt, *i. apparant* Val. Argon. 2, 342. Tectis, *In tectis.* Tacit. Ann. 13, 7 Duosque veteres reges Agrippam et Iocchum expedire Copias. *ſubaud.* Iubet. Exercitum eadem, quae impedierat, fortuna expediuit Liu. 9, 9. Plaut. Capt. prol. 40 Hic hodie expediet hanc docte Fallaciam. Liu. 24, . . Ferrum enim quosdam expedientes cernebat. Idem 38, . . Iter fugae non expedientes. Labores alicuius Valer. Argon. 7, 277. Virgil. Aen. 12, 258 Tum vero augurium Rutuli clamore ſalutant, Expediuntque Manus. *i. dimicare ſe velle ſignificant. Haec enim eſt conſenſio militaris.* Lucan. (1, 387) Elataſque alte quaecunque ad bella vocaret, Promiſere Manus. *Haec* Seruius. Expedire Manus per acuta bella, *i. exercitum* Horat. Carm. 4, 4, 75. Ouid. de Arte Am. 1, 421 Inſtitor ad dominam veniet diſcinctus emacem, Expediet Merces teque ſedente tuas. Moleſtia aliquem Cic. Att. 2, 25. Caeſ. B. C. 2, 4 Ad Naſidium perueniunt, ibique Naues expediunt, *i. in aciem deducunt, explicant.* Negotia alicuius explicare et expedire Cic. Fam. 13, 27. Idem Att. 5, 21 Ex iis rebus hoc vereor, ne quum Pompeius propter metum rerum nouarum nusquam dimittatur, Caeſari nullus honos a Senatu habeatur: dum hic Nodus expediatur, non putet Senatus, nos ante quam ſucceſſum ſit, oportere decedere. Cic. Att. 16, 6 Nomina mea per deos expedi, exolue: bella reliqua reliqui. Suet. in Iulio c. 4 Nam comites ſeruosque caeteros in initio ſtatim ad expediendas Pecunias quibus redimeretur, dimiſerat, *i. eruendas velut ex loculis et arcis, quibus conſtricta tenentur.* Tacit. Hiſt. 2, 21 Vitelliani Pluteos, cratesque et vineas: Othoniani ſudes, et immenſas lapidum, plumbi, aerisque moles expediunt. Praeuiſa, *vid. mox* Subita. Cic. pro Milon. 10 Honeſta omnis ratio eſſet expediendae Salutis, *h. e. eum abſoluendi.* Senatusconſultum, *vid.* EXPEDITVS, n. 2. Tacit. Ann. 14, 55 Quod meditatae orationi tuae ſtatim occurram, id primum tui muneris habeo, qui me non tantum praeuiſa, ſed Subita expedire docuiſti. Liu. 38, . . Et expedire Tela, animosque equitibus iuſſis. Idem 38, . . Quum Tela equosque expediſſent. ¶ 3 *Saepe in primis ad orationem, et ſermonem adeo, refertur, vt idem ſit, quod explicare, oſtendere, etc.* Ter. Eun. 4, 4, 27 Agedum hoc mihi expedi. Primum, iſtam, quam habes, vnde habes veſtem? taces. Cic. Fam. 10, 33 Itaque proximis literis conſilium meum expedietur. Dictis expedire Virgil. Aen. 3, 379. Lucret. 5, 114 Multa tibi expediam doctis ſolatia Dictis. Virg. Georg. 4, 286 — altius omnem Expediam, prima repetens ab origine, famam. Dilucide et perſpicue aliquid, *vid.* PERSPICVE. Plin. 18, 28. Cic. Att. 4, 16 Nondum eſt Plane expeditus. Iuuen. Sat. 10, 220 — quorum ſi nomina quaeras, Promptius expediam: quot amauerit Hippia moechos. Capita rerum Plaut. Truc. 4, 3, 16. Liu. 34, . . Caeterum nec Cauſam aduentus ſatis expediebat. Salluſt. in Iugurth. c. 5 *pr.* Sed prius, quam huiusmodi rei Initium expediam, pauca ſupra repetam. Naturas apum Virgil. Georg. 4, 149. Ter. Phorm. 2, 3, 52 Dilucide expediui, quibus me oportuit iudicibus, *i.* Probaui, *inquit* Donatus. Praeuiſa, *et* Subita, *vid.* n. 2. Rem, *i. impeditam explicare* Cic. Off. 2, 33. Exitum inſtitutae orationis Idem Fam. 3, 12. Ter. Phorm. 1, 4, 20 Atque ſi potes, verbo expedi vno. ¶ 4 *Formulae aliae:* Liu. 39, . . Non modo caetera, ſed ne in proximam quidem noctem, vbi tuto cuſtodiretur, expediebant, *int.* Conſilium. Cic. Fam. 7, 3 Ego, ſi quae volo expediero, breui tempore te, vt ſpero, videbo, *int.* Negotia. Idem de Clar. Orat. 154 Balbi docti et eruditi hominis in vtraque re conſideratam tarditatem vicit, expediendis conficiendisque Rebus. Nimiae voluptates, quum vacaret: quoties expediret, magnae virtutes Tacit. Hiſt. 1, 10, 3. *Pro Parare, ſiue Praeparare:* Tac. Hiſt. 1, 88 Multos e magiſtratibus, magnam Conſularium partem ſecum expedire iubet, *ſc. ad militiam.* Tacit. Hiſt. 2, 99 Caecinam, ac Valentem ad bellum expediri iubet. Expedio me ad Druſum, inde ad Scaurum, *int. negotiis aliis, vt his operam dare poſſim* Cic. Attic. 4, 15. Expedibo, *pro* Expediam: Plaut. Truc. (1, 2, 36) Quid iam amabo? D. expedibo. Ennius Eumenidibus, Id ego aequum optius feciſſe expedibo atque eloquar. *Haec et plura* Non. 7, 78. *et* 10, 5 p. 505 *Merc.* Plin. Epiſt. 10, 69 Quorum ſi nihil nobis loci natura praeſtaret, expeditum tamen erat cataractis aquae curſum temperare. ¶ 5 Ex-

¶ 5 Expedit, [συμφέρει, χρησιμεύει] *imperſonale in tertiis perſonis, pro Vtile eſt.* Ter. Heaut. 2, 3, 96 Nihil ſatis firmi video, quamobrem excipere hunc mihi expediat metum. Cic. Verr. 3, 44 Poſt hominum memoriam fuiſſe arbitrer, cui damnari expediret. Idem pro Marcell. 31 Multi dubitabunt, quid Optimum eſſet: multi quid ſibi expediret: multi quid deceret: nonnulli etiam quid liceret. Cic. Off. 3, 76 Non igitur faciat (dixerit quis) quod vtile ſit, quod expediat? Immo intelligat nihil, nec expedire, nec vtile eſſe, quod ſit iniuſtum. Cura, quid expediat, prior eſt, quam quid ſit honeſtum Ouid. ex Ponto 2, 3, 9. Ad diuturnitatem victoriae et dominationis alicuius expedit Cic. Att. 7, 21. Ouid. Faſt. 2, 591 Vitatque, quod expedit illi. Plaut. Trin. 2, 1, 10 Omnium primum amoris artes eloquar, quemadmodum expediant. Si ita expedit, *pro Si commodum eſt, vel neceſſe eſt ita fieri, vt melius res ſe habeat* Cic. Q. Fratr. 2, . . Idem pro Caecin. 16 Quum pecunia Caeſenniae ex illa hereditate deberetur, eam porro in praediis collocari maxime expediret. Vell. 2, 58, 2 Brutus repugnauerat, dictitans, Nihil amplius ciuibus praeter tyranni, ita enim appellari Caeſarem facto eius expediebat, petendum eſſe ſanguinem. Expediit ſtudio lumen abeſſe meo Ouid. Triſt. 1, 8, 56. An nihil expediat tale mouere vide Idem ex Ponto 2, 2, 58. Ter. Phorm. 5, 2, 1 Nos noſtrapte culpa facimus, vt malis expediat eſſe, *int.* malis. Expedit eſſe deos Ouid. de Arte Am. 1, 637. Pacem reduci velle victori expedit Sen. Herc. fur. 368.

EXPEDĪTVS, a, um. Partic. [πρόχειρος, ἀπαρεμπόδιστος, εὔζωνος, ἐυσταλής] *Paratus.* Caeſ. B. G. 2, 19 Caeſar ſex legiones expeditas ducebat, *i. quae non haberent impedimenta ſarcinarum, nec alia, vid.* n. 2. Exercitus, Legio, Manus. Cic. Philipp. 11, 25 Expedito nobis homine et parato P. C. opus eſt. Expeditus, ſolutus, liber, nulla re implicatus Cic. Acad. 4, 105. Expeditus eo proficiſcitur Id. pro Quint. 23. Plaut. Epid. 1, 1, 79 Quomodo me expeditum ex impedito faciam? Curis expeditus Horat. Carm. 1, 22, 11. Facilis et expeditus ad dicendum Cic. de Clar. Orat. 180. ¶ 2 *Subſtantiua:* Argumenta expedita ſtatim depromere Cic. de Orat. 2, 117. Celeritas expedita et profluens Id. de Clar. Orat. 220. Coena, *i. breuis et ſuccincta* Plin. Epiſt. 3, 12. Conſilia Cic. Attic. 9, 12. Dimicatio expeditiſſima Plancus Cic. Fam. 10, 24. Cic. de Clar. Orat. 265 C. Sicinius igitur, *etc.* probabilis orator, iam vero etiam probate ex hac inopi ad ornandum, ſed ad inueniendum expedita Hermagorae Diſciplina. Idem Att. 16, 7 Nam ſi a Phaedro noſtro expedita Excuſatio eſſet, nunc quid reſpondemus. *interruptus ſermo.* Exercitus ad mutandum expeditus Cic. Att. 5, 18. Idem Fam. 15, 4. Homines acres, ad vim prompti, ad ſeditionem parati, armati in ciues et expediti ad caedem Cic. pro L. Agr. 2, 81. Horat. Carm. 1, 8, 12 Saepe diſco Saepe trans finem Iaculo nobilis expedito, *h. e. expedite iacto et iaculato vltra metam.* Paull. in l. Si ſeruum §. ſequitur D. de verb. obligat. Expeditum Intellectum habet conſtitutio, *i. manifeſtum.* Pompeius Cic. Att. 8, 12 Omnibus copiis conductis, te implicet, ne ad me Iter expeditum tibi ſit, *etc.* Iuuentus Liu. 2, 11. Colum. 2, 4 Expeditior autem Labor eiusmodi ſolo eſt, eo quod pauciores impenduntur operae. Legio, Exercitus, Subſidia, *in quibus milites ſunt leuis armaturae, et qui facile huc illuc perducuntur* Liu. 24, 41. Cic. Fam. 15, 4. *et* 10, 24. *Vid. etiam* n. 3. Manus Nep. 14, 6, 2. Tacit. Hiſt. 2, 83, 1. Motus nauium expeditior Caeſ. B. G. 4, 25. Cic. Fam. 1, 3 Aulo Trebonio, qui in tua prouincia magna Negotia et ampla et expedita habet, multos annos vtor valde familiariter. Nomen Dolabellae iam expeditum videtur, vt etiam repreſentatione confidam Cic. Att. 13, 29 *extr.* Oratio Idem de Clar. Orat. 227 c. 63. Pecunia expeditiſſima Cic. Fam. 11, 24 *extr.* Expeditior Ratio eſt Pallad. 4, 9. Ratio Colum. 6, 2. Rationes Cic. Fam. 10, 25. *i. liquidae. Vid.* Turneb. Adu. 4, 5. Res ad explicandum expeditiſſima Cic. Q. Fratr. 2, 14. Idem de Amicit. 13 Idem ſemper animos hominum eſſe diuinos, iisque quum e corporibus exceſſiſſent, Reditum in caelum patêre, optimoque et iuſtiſſimo cuique expeditiſſimum. Remuneratio expeditior et celerior Cic. Off. 2, 68. Id. Att. 5, 4 Sed non dubito, quin Senatusconſultum expeditum ſit, in quo praeſertim ſit compendium populi. Via ad honores expeditior Cic. pro Flacc. 104. Vir acer et acutus in dicendo, et ad pronuntiandum expeditus Id. de Orat. 2, 131. Vir doctus ex diſciplina, et a natura ad dicendum ſatis ſolutus atque expeditus Cic. de Clar. Orat. 245. Vnguentum expeditiſſimum, *quod citiſſime apparatur, et praeſentiſſimum eſt* Plin. 13, 1. ¶ 3 *Formae aliae:* In expedito poſitum Quinctil. 10, 7. Hoc expeditiſſimum eſt Celſ. praef. In expedito eſſe Plin. 4, 23. Vlpian. in l. Si dubitet D. de Fideiuſſoribus, Nec enim ſemper facilius eſt nominis emtio, quum numeratio totius debiti non ſit in expedito. Curt. 4, 2, 22 Cum appellere ſcaphas in expedito eſſet. Expediti *etiam abſolute dicuntur Milites leuis armaturae:* Liu. 22, 16 Succeſſit tamen Poenus cum expeditis equitibusque. *Vid.* Feſt. *in* Aduelitatio. Liu. ib. 21 Aduerſus eos tribus millibus cum expeditis auxiliis a Scipione miſſis. *Immo*, Expediti equites. Salluſt. Iugurth. 68 Legionem et quamplurimos poteſt Numidas equites pariter cum occaſu ſolis expeditos educit. Cum expeditis manipulis Sall. Iugurth. 105. *Vid. Salm. de Re Milit. Rom. c.* 17. Siſenna *apud* Non. 1, 285 Inermes armati, impeditos expediti ſine vllo ſuorum vulnere cunctos interficiunt. Expeditiores milites reddidit Nep. 11, 1, 5.

EXPEDĪTE. Adu. [ἐυσταλῶς] *Celeriter, facile.* Cic. de Inu. 1, . . Sed vt expeditius ratio tradatur, ea, quae propoſuimus, breui nominabuntur. Non implicite et abſcondite, ſed patentius et expeditius recti et non recti quaeſtionem continet Cic. de Inu. 2, 69 c. 23. Expedite explicare Idem de Clar. Orat. 237 c. 67. Celeriter et expedite percipere Cic. de Fin. 5, . . Id. Att. 6, 8 Hanc epiſtolam dedimus L. Tarquitio, ſimul e portu egredienti, ſed expeditius nauiganti. Expeditiſſime purgari ſic poterit Columel. 2, 10. Expeditiſſime defenſus Plin. Ep. 6, 22. Tympanum exhaurit expeditiſſime multitudinem magnam *(aquae)* Vitruu. 10, 9. Expeditiſſime ita finit Gell. 16, 8. *Add.* Cic. Fam. 6, 20, 4.

EXPEDITIO, ōnis. f. [στρατεία, ἄνυσις] Auctor ad Herenn. 4, 68 c. 54 *extr.* Habet paucis comprehenſa breuitas multarum rerum expeditionem, *i. multa expedit, et perficit.* Id. 4, 40 c. 29 Expeditio eſt, cum rationibus, compluribus enumeratis, quibus aliqua res aut fieri, aut non fieri potuerit, caeterae tolluntur, vna relinquitur, quam nos intendimus, hoc modo: Neceſſe eſt, cum conſtet, iſtum noſtrum fundum fuiſſe, oſtendas, te aut vacuum poſſediſſe, aut vſu tuum feciſſe, aut hereditate tibi veniſſe. Vacuum cum ego adeſſem, poſſidere non potuiſti. Tuum vſu feciſſe etiam num non potes. Emtio nulla profertur. Hereditate tibi me viuo mea pecunia venire non potuit. Relinquitur ergo, vt me vi de meo fundo deieceris. Haec exornatio plurimum iuuabit *etc. Ratio nominis eſt, quia expediuntur, et abſoluuntur plura initio propoſita.* ¶ 2 *Sed frequentiſſime* Expeditio *dicitur de eo, quum exeunt milites belli gerendi gratia: quod explicent ſe atque* expediant *ſe a caeteris negotiis.* Caeſ. B. G. 8, 6 *extr.* Inuicem legionibus expeditionum onus iniungebat. Liu. 24, . . Et mittentibus et miſſis ea laeta expeditio fuit. Expeditionem *(contra grues Pygmaeorum ait)* confici ternis menſibus Plin. 7, 2. Educere exercitum in expeditionem Cic. de Diuin. 1, 76 c. 33. Apes noctu deprehenſae in expeditione excubant ſupinae, vt alas a rore protegant Plin. 11, 8 *extr.* Mittere in expeditionem Caeſ. B. G. 5, 10.

EXPEDITIONALIS, e. Adi. *Caſtrenſis. Vſus* Spartian. in Nigr. c. 10. *et* Ammian. Marcell. 31, 16.

EXPELLO, ŭli, ulſum, ĕre. [ἐξωθέω, ἐκκρούω, ἐξελαύνω] *Res Eiicere, vi exturbare.* Cic. Att. 8, 2 Non expulſi ſed euocati e patria. Id. de L. Agr. 84 c. 31 *pr.* Sic enim dico, ſi Campanus ager diuidatur, exturbari, et expelli plebem ex agris, non conſtitui et collocari. Expellere et eiicere aliquem ex praedio Id. pro Quint. 28. Omnia ex animo expuli Sen. Med. f. 7. Cic. pro Milon. 102 Haec tanta virtus ex hac vrbe expelletur, exterminabitur, eiicietur? Id. pro Sext. 30 c. 13 Exterminabit ciues Rom. edicto conſul a ſuis DIs penatibus? expellet a patria? De fundo expulſus eſſet Cic. pro Quint. 83 c. 26. *Et* 85 c. 27 Dominum expulſum eſſe de praedio. Pondus vteri ſeipſum in auras expulit Ouid. Met. 9, 704. Plin. 11, 11 Apes fucos primos in opera expellunt. Lucret. 3, 359 Multaque praeterea perdit quum expellitur aeuo. *h. e. Quum excluditur vita, quum moritur.* Cic. pro Milon. 51 Deinde vbi multi ab illo violati, ſpoliati, bonis expulſi, multi etiam haec timentes in ſuſpicionem caderent. Id. Verr. 2, 62 c. 25 Expulſi bonis omnibus Romam venerunt. Id. pro Roſc. Amer. 27. Ciuitate aliquem Id. Att. 10, 4. Domo expellere, *et* Domum compellere, *contraria* Cic. in Piſon. 16. Finibus Caeſ. B. G. 4, 3. Finibus patriis expulſum eſſe Virg. Aen. 1, 620. Cic. pro Cluent. 188 Mitto illam primam libidinis iniuriam, mitto cupiditate matris expulſam ex matrimonio filiam. E patrimonio Id. pro Roſc. Am. c. 50. Caeſ. B. C. 3, 103 Quam paucis ante menſibus per ſuos propinquos atque amicos regno expulerat. ¶ 2 *Accuſatiui:* Ouid. Met. 6, 618

Aut linguam, aut oculos, et quae tibi membra pudorem
Abſtulerant, ferro rapiam, aut per vulnera mille
Sontem Animam expellam.

Plaut. Truc. 2, 2, 33 Iam ego iſtos fictos compoſitos, criſpos Cincinnos tuos vnguentatos vsque ex cerebro expellam. Curas pectore Lucan. 3, 52. Deſidiam ex corde Plaut. Trin. 3, 2, 24. Caeſ. B. G. 5, 46 Quae res omnem dubitationem aduentus legionum expulit. Laetitias ex omni pectore Catul. 74, 22. Caeſ. B. C. 1, 34 Ne noua Caeſaris officia veterum ſuorum beneficiorum in eos Memoriam expellerent. Mentem priorem expulit Lucan. 5, 167. Morbum helleboro Hor. Epiſt. 2, 2, 137. Naturam furca Id. ibid. 1, 10. Quietem Sil. 15, . . Sententia tertia expulſa Plin. Epiſt. 8, 14 *extr.* Somnos Ouid. Epiſt. 14, 72. Tuſſim pectore Catul. 42, 7. Vitia ex animo dictis Lucret. 5, 51. Lucan. 2, 574 Fama furoris Expulit armatam patriis e ſedibus vrbem, *i. ciues.*

EXPVLSVS, a, um. Partic. [ἐξωθημένος] Cic. pro Cluent. 14 c. 5 Lectum illum genialem, quem biennio ante filiae ſuae nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari et ſterni, expulſa atque exturbata filia iubet. Id. Verr. 5 c. 35 Claſſem — in litus expulſam et eiectam. Ira Claud. de Conſ. Mal. Theod. 221. Oculi ſedibus Lucan. 3, 712. Pudor Sen. Med. f. 12. Poteſtate expulſi Nep. 1, 3, 5. Quies Ouid. Met. 8, 828. Seges ab radicibus imis Virg. Georg. 1, 320. Lucan. 5, 270 Cepimus expulſo patriae quum tecta Senatu. Id. 2, 242 Omnibus expulſae terris, olimque fugatae Virtutis iam ſola fides.

EXPVLSIM. Adu. Varro *apud* Nonium 2, 281 Purgatum ſcito, quoniam videbis Romae in foro pueros pila expulſim ludere. *Vid.* PILA.

EXPVLSO, āre. Frequent. [ἐξωθοῦμαι] *Expulſim ludere.* Martial. 14, 46 Si me nobilibus ſcis expulſare ſiniſtris, Sum tua: ſi neſcis ruſtice, redde pilam.

EXPVLSĀTVS, a, um. Partic. Ammian. 23, 6 Seleucia per duces expulſata, *i. expugnata.*

EXPVLSIO, ōnis. f. [ἐξώθησις] Cic. Off. 2, 16 c. 6 Atque ob eas benemeritorum ſaepe ciuium expulſiones, *etc.* Expulſiones vicinorum Id. in Parad. 6.

EXPVLSOR, ōris. m. [ἐξωθητήρ] *Qui expellit.* Cic. pro Quint. 30 c. 8 *pr.* Expulſor patris ſui Iupiter Lact. 5, 10. Tyranni expulſor Nep. 10, 10, 2.

EXPVLTRIX, īcis. f. [ἐξωθήτρια] Vitiorum expultrix Philoſophia Cic. Tuſc. 5, 5 c. 2. *quam lectionem recte tuetur Dauiſius ex* Apul. de Mundo c. 1. Lactant. 3, 13, *et* Priſcian. 8 p. 784. *qui Ciceronis locum videntur ante oculos habuiſſe.*

EXPENDO, di, ſum, ĕre. [ἐκτίνω, ἐξετάζω, λογίζομαι] *Ponderare, ad libram vel librae ope aequore.* Plaut. Aſin. 2, 2, 34 Quot pondo te cenſes eſſe nudum? L. non edepol ſcio. LE. ſcibam ego te neſcire. at pol ego qui te expendi ſcio. Nudus vinctus centum pondo es. *Ludus in ſeruum, quod genus pendentes vapulabant.* Plaut. Rud. 4, 4, 43 Quid iſtic tua? aurum auro expendetur, argentum argento exaequabimus. Auro aliquem Plaut. Merc. 2, 4, 19. ¶ 2 *Hinc aeſtimare ſignificat, conſiderare, examinare.* Cic. Verr. 5, 23 c. 9 Nam quae iſte in Apollonio fecit, ea primum breuiter cognoſcite, quot et quanta ſint, deinde hoc expendite atque aeſtimate pecunia. Id. Off. 1, 113 c. 31 Quae contemplantes expendere oportebit quid quisque habeat. Id. in Orat. 47 Nec vero vtetur imprudenter hac copia, ſed omnia expendet et ſeliget. Id. pro Rabir. Poſt. 43 Haec mira laus eſt, quae non Poëtarum carminibus, non annalium monimentis celebratur, ſed prudentum iudicio expenditur. Argumenta cauſarum Id. de Orat. 2 c. 76 *extr.* Arte aliqua quaedam Id. de Clar. Orat. 186. Caſus Virg. Aen. 12, 21. Cauſam meritis Ouid. Met. 13, 150. Pretium dignum Sil. 7, 713. Teſtem diligenter Cic. pro Flacc. c. 5. Viros ſpectare atque expendere bello Sil. 3, . . Cic. poſt red. in Senat. 14 Iidem expendunt atque aeſtimant voluptates: ſententiamque dicunt et iudicant, quantum cuique libidini tribuendum eſſe videatur. ¶ 3 *Cum de poenis ſermo eſt, ponitur*

tur, vt dare, luere, pendere, poenas. Cic. Tuſc. 2, 53 c. 9 *ex Aeſchylo vertit*, Vnde ignis cluet immortalibus clam diuis doctus Prometheus clepſiſſe dolo, poenasque Ioui fato expendiſſe ſupremo. Virg. Aen. 12, 258 Supplicia et ſcelerum poenas expendimus omnes. *i.* Luimus omnes poenas, quae ſunt ſtatutae ſceleribus. Seruius. Poenas capite Tacit. Ann. 12, 19. Scelus expendere, *i. Perſoluere.* Virg. Aen. 2, 229 — Et ſcelus expendiſſe merentem Laocoonta ferunt. Virg. Aen. 6, 740 Ergo exercentur poenis, veterumque malorum Supplicia expendunt.

EXPENSVS, a, um. Partic. [ἐσταθμημένος] Aurum expenſum Cic. pro Flacc. 68 c. 28. Properr. 2, 4, 6 Ibat et expenſo planta morata gradu. *Fortaſſe, quod* Terentius Suſpenſo gradu *dixit. Vid. Brouckhuſ. ad loc.*

EXPENSVM, i. n. *et* EXPENSA, ae. f. [ἀνάλωμα, δαπάνη] *Sumtus.* Plaut. Truc. 1, 1, 54 Vſuraria accipiat illico expenſa. Cic. pro Roſc. Com. c. 3 Non habere ſe hoc nomen in codice accepti et expenſi relatum confitentur. Accepti et expenſi ratio Plaut. Moſt. 1, 3, 145. *et* Truc. 4, 2, 36. Non indecores expenſae laſſant aeraria Claud. Conſ. Stilich. 1, 2, 146. *Alii legunt*, Laxant. Publicis expenſis iter facere Vlpian. in l. Ex eo tempore D. de militar. teſtam. Expenſum ferre, eſt Scribere, te pecuniam dediſſe, Aſcon. *ad iſta* Cic. Verr. 1, 102 c. 39 Satis te elapſurum omni ſuſpicione arbitrabare, ſi quibus pecuniam credebas, iis expenſum non ferres? neque in tuas tabulas vllum nomen referres, quum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent? quid proderat tibi te expenſum illis non tuliſſe? Gell. 14, 2 Probari apud me debere pecuniam datam conſuetis modis, expenſi latione, menſae rationibus, chirographi exhibitione, *etc.* Cic. pro Caecina 17 c. 6 Hac emtione facta pecunia ſoluitur a Caeſennia, cuius rei putat iſte rationem reddi non poſſe, quod ipſe tabulas auerterit, ſe autem habere argentarii tabulas, in quibus ſibi expenſa pecunia lata ſit, acceptaque relata. Id. Verr. 1, 92 Quod minus Dolabella Verri acceptum retulit, quam Verres illi expenſum tulerit. Id. pro Roſc. Com. 1 Qui pecuniam expenſam tulerunt. *Et paullo poſt*, Ille ſi non iuſſu huius expenſum tuliſſet? non ſcripſiſſet hic. Id. Att. 2, 4 Pro eo tibi praeſentem pecuniam ſolui imperaui, ne tu expenſum muneribus ferres. *i. inquit Budaeus, Ne te donaſſe eum mihi aeſtimares: volo enim eum emtum mihi eſſe.* Id. Philipp. 6, 15 Quis vnquam in illo Iano inuentus eſt, qui L. Antonio mille nummûm ferret expenſum? Idem pro Roſc. Com. 14 Haec pecunia neceſſe eſt, aut data, aut expenſa lata, aut ſtipulata ſit. *Add.* Id. Fam. 5, 20. Expenſum ſumtui ferre Nep. 25, 13, 6. Vlp. ad Senatusconſ. Trebellianum l. Mulier, Dicendum eſt potius fructibus hoc expenſum ferendum, quam fideicommiſſo. *legitur et* Fiendum. Liu. 6, 20 Homines prope quatercentum produxiſſe dicitur, quibus ſine foenore expenſas pecunias tuliſſet. Accepta et expenſa meretricia Plaut. Truc. 1, 1, 54. ¶ 2 *Non in ſola pecunia locum habet haec formula, ſed in aliis quoque, quae pecunia aeſtimantur.* Cic. Fam. 8, 4 Mentio facta eſt de legione ea, quam expenſam tulit Caio Caeſari Pompeius. Marcellus ad l. Iuliam repetundarum l. Lex Iulia, Illud quoque cauetur, ne expenſum ferat opus publicum faciendum, frumentum publice dandum, praebendum, apprehendendum, ſarta tecta tuenda, ante quam perfecta, probata, praeſtita legerunt. Iabolenus de Supellectili legata l. Qui veſtem omnem, et res plurium generum ſupellectilis nomine expenſum ferre ſolitus erat. *legitur et* Expenſo. Scaeuola, Quae in fraud. l. Pupillus, Creditores ſuae negligentiae expenſum ferre debent. Plin. 2, 7 Huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta et in tota ratione mortalium, ſola vtramque paginam facit. *i. Quidquid lucri aut damni, quaſi expenſi aut accepti mortales faciunt, omnia fortunae adſcribunt.*

EXPENSE, *pro Impenſe* Theod. Priſcian. de Diaeta c. 15.

EXPENSILATIO, ōnis. f. *Apud ICtos.* Gell. 14, 2 Probari debere, pecuniam datam, conſuetis modis, ex penſi latione, menſae rationibus, chirographi exhibitione *etc. Nempe melius diuiſim ſcribitur.*

EXPENSIO, ōnis. f. *Apud* Symmach. Epiſt. 2, 77. *et* 5, 76.

EXPENSO, āre. Frequent. *Pro Expenſum ferre in conficiendis rationibus* Plaut. Pſeud. 2, 2, 32 Qui res rationesque heri Ballionis curo, argentum accepto, expenſo, et cui decet, dato. Scaeuola in l. Thais §. Libertatem D. de fideicomm. libertat. Poſt mortem teſtatoris tutores Cupito exactionem commiſerunt, isque numos redactos expenſauit eisdem tutoribus.

EXPERGO, *vel* EXSPERGO, ſi, ſum, ĕre. *pro quo etiam* EXSPARGO *ſcriptum videas, eſt idem fere, quod diſpergere, diſſipare.* Lucret. 3, 828 Expergi quo poſſit vis animaï. *Eadem fere* 5, 372. *Add. et* Apul. de Herb. c. 114.

EXPERSVS, a, um. Partic. [διανθεὶς] Virg. Aen. 3, 625 — ſanieque experſa natarent Limina. *Vbi* Seruius, Experſa: haec fuit vera lectio, *i.* Madefacta. Nam ſi Aſperſa dixeris, *i.* Inrorata, Tapinoſis et Hyperbole iunguntur. *Variant tamen vehementer libri. Heinſ. et Burm. Seruii lectionem tuentur.* Solin. c. 24 *de elephantis*, Luna niteſcente gregatim amnes petunt, mox exſperſi liquore ſolis exortum molibus, quibus poſſunt, ſalutant. *Sic. MSS. Al.* adſperſi. Catull. de Com. Beren. ſ. 65, 77 *legi vult Heinſ.* Omnibus experſa Vnguentis *pro vulg.* Expers. *Sed recte alteram lectionem tuetur Iſaac. Voſſius p. 267 oſtenditque recte iungi*, Omnibus expers Vnguentis, murrae millia multa bibi: *cum* vnguenta *a* murra *ſ. myrrhae oleo differant. Vid.* Vnguentum. *Id. Heinſ. ad* Aen. 3, 534 Vegetii *aliquot loca adfert, vbi* exſpargere *eſt in MSS. pro ſimplici* ſpargere. *Modo non ſint iſta ab eo ingenio librariorum recentium, cui debentur* Eſpece, Eſpée, Eſpeio *et ſimilia, ex* Species, Spatha, Speculum *etc. Maneat interim* Exſpergere *et* Exſperſum *eſſe verba certe Lucretiana et Virgiliana, id eſt optima, et plus ſignificare aliquantum, quam adſpergere.*

EXPERGO, rrexi, rrectum, ĕre. [ἐξυπνίζω, διυπνίζω] *Idem quod Expergefacere.* Accius Antigona *apud* Nonium 2, 278 Heus vigiles properate, expergite pectora tarda ſopore. exurgite. Gell. 6, 10 Iſta re animos iuuenum expergebat.

EXPERGĬTVS, [διυπνισμένος] *vt inquit* Feſtus, dicitur Ab alio excitatus, quem ſolemus dicere Expergefactum. *Contra* Diomedes 1 p. 372 Expergiſcor experrectus, et Expergor expergitus, Expergeſio expergefactus. Sed Expergitus dicitur, qui ſatiatus ſomno ſponte euigilat. Vnde et Lucilius ait *Ergo E ſomno pueros cum mane expergitu' clamo.* Experrectus autem a quiete impeditus, vnde Salluſtius, *Interdum ſomno experrectus tumultum facere.* Expergefactus porro eſt, qui per alium ſomno excitatur. *Nihil horum perpetuum eſſe, attendentibus apparebit.* Lucret. 3, 943 Nec quisquam expergitus extat, Frigida quem ſemel eſt vitaï pauſa ſecuta. *Gronou. ad* Liu. 7, 36 *ſuſpicabatur ibi legendum* expergitus vigil *pro vulg.* excitatus. Apul. Met. 2 p. 121, 10 Diophanes expergitus, *i. ſtultitiae incautae admonitus.*

EXPERGĬTE. Adu. *Idem.* Apul. Met. 8 p. 216 Expergite auſcultare. Id. 2 p. 125 Expergite munus obire.

EXPERGISCO, ĕre. *Actiua ſignificatione, pro Excitare.* Plin. 22, 13 Vrtica lethargicos expergiſcit. *Sic etiam Elzeuir. Sed Hard. ita*, Infantium ſedes tactu reſilire cogit: lethargicos expergiſci *(intell. cogit.)* tactis cruribus. *Tanto facilior fuit corruptio, quod* tactis *ſequitur, cuius prima litera adhaereſcere potuit Syllabae praecedenti.* Non. 7, 40 Expergiſceret *pro* expergiſceretur *poſitum ait a* Pomponio Agamemnone ſuppoſito, Ne quis miraretur, quum tam clare tonuerit, vt ſi quis dormitaret expergiſceret. *Nempe* ¶ 2 Expergiſcor, ſci. [διυπνίζομαι] *Excitari.* Cic. Att. 13, 38 Simul cum ſole expergiſci. Idem Att. 2, 38 Si dormis, expergiſcere: ſi ſtas, ingredere. Vt te ipſum ſerues non expergiſceris? Hor. Epiſt. 1, 2, 33. *Eſt etiam per metaphoram, Alacriorem et incitatiorem fieri.* Plin. Epiſt. 1, 4 Solicitius et intentius tui me, quam mei excipiunt. Idem fortaſſe eueniet tibi, ſi quando in noſtra deuerteris. Quod velim facias — vt mei expergiſcantur aliquando, qui me ſecure ac prope negligenter expectant. Salluſt. Catil. c. 20 Quin igitur expergiſcimini. *Add.* Ib. c. 52. Idem de Repub. Ordin. 2, 13 Expergiſci ad libertatem. Ter. Adel. 4, 4, 21 Ceſſatum eſt vsque adhuc nunc iam porro expergiſcere. *Hinc*,

EXPERGĬSCENS, entis. Partic. Plinio *tribuitur. Non recte, puto.*

EXPERRECTVS, a, um. Partic. Caecilius *apud* Priſcian. 10 p. 888 Mihi ſordido dormitum ſuadet, vt eam quisquam? Et ſi ego obdormiero, tute idem ibi eris experrectus. Salluſt. . . Experrecti ſomno. Feſtus, Experrectus a corrigendo ſe vocatus, quod fere facimus recentes a ſomno: experrectus eſt, qui per ſe vigilare coepit. Cic. Acad. 4, 51 c. 16 Itaque ſimul experrecti ſumus, viſa illa contemnimus. *Et* de Diuin. 1, 59 c. 28 Ad lucem denique arcte et grauiter dormitare coepiſſe. Itaque quamquam iter inſtaret, te tamen ſilentium fieri iuſſiſſe, neque paſſum eſſe te excitari. Cum autem experrectus eſſes, ſomnium narrauiſſe. *Et* Att. 13, 38 Cum ſomno repetito ſimul cum ſole experrectus eſſem. Noctu experrecta nutrix Cic. de Diuin. 1 c. 36. *Sic* Petron. c. 22 *et* 79. Sall. Iug. 7. *Metaphorice item vt verbum. vt*, Nobilitas experrecta Cic. pro Roſc. Amer. 141 c. 49. Virtus Id. in Piſon. . . *Compar.* Experrectiores apes Columel. 9, 7.

EXPERGEFĂCIO, ĕre. [ἐξυπνίζω] *Excitare.* Plaut. Curc. 1, 3, 42 Magnum flagitium probrumque expergefacis Phedrome. *Per translationem.* Cic. Verr. 5, 38 c. 15 Si forte expergefacere te poſſes, *i. in te deſcendere, videre quid ageres.* Auct. ad Heren. 4, 45 c. 34 Hic Italiam tumultus expergefecit terrore ſubito.

EXPERGEFĪO, ĕri. [ἐξυπνίζομαι] *Excitari.* Suet. Calig. c. 38 Somno expergefieri. E ſomno Ib. c. 6.

EXPERGEFACTVS, a, um. Partic. [ἐξυπνισθεὶς] Lucret. 2, 413 Ac muſaea mele per chordas organici, quae Mobilibus digitis expergefacta figurant. Caput expergefactum erigere Lucret. 5, 1007. Repente expergefactus Suet. Claud. c. 8. Iuſtin. 15, 8, 17 Expergefactum blande reliquit.

EXPERGEFACTIO, ōnis. f. Auguſtin. de Vera Relig. c. 51 A ſomno expergefactio.

EXPERGĬFĬCO, āre. *Idem quod Expergefacere.* Gell. 17, 12 Infames materias [ἀδόξας ὑποθέσεις] inopinabiles — ingenio expergificando idoneas.

EXPERGĬFĬCVS, a, um. Adi. Apul. Flor. p. 149 Galli expergifico carmine occinunt.

EXPERIOR, ertus ſum, īri. Dep. [πειράομαι, δοκιμάζω, ἀποπειράομαι] *Vſu et rebus ipſis cognoſcere, vel ſtudere cognoſcere; cum* comperire *dicamur etiam, quae aliena fide, ſed certa, nouimus.* Plaut. Merc. 2, 2, 18 Benignitatem tuam mihi experto praedicas. Idem Amph. 1, 3, 14 Experiri iſtuc mauellem me, quam mihi memorarier. Eo eſt perductus, vt interire, quam non Romanos experiri mallet Nep. 22, 4, 3. Quin quum opus eſt beneficium rurſum ei experiamur reddere Ter. Phorm. 3, 3, 5. Virg. Ecl. 8, 67 Coniugis vt magicis ſanos auertere ſacris Experiar ſenſus. Ouid. Epiſt. 18, 194 Ire per inuitas experiamur aquas. Experiri et aſſequi Cic. Att. 7, 2. Id. in Orat. 32 Experiri id nollent, quod ſe aſſequi poſſe diffidant. Plaut. Aſin. 3, 3, 132 Ad me adi viciſſim, atque experire: exopta id, quod vis maxime tibi euenire, fiet. Cic. in Orat. 2 Quod quoniam me ſaepius rogas aggrediar, non tam perficiundi ſpe, quam experiundi voluntate. Id. Fam. 4, 3 Quae ego experiens quotidie ſic probo, vt ea mihi ſalutem afferre videantur. Id. pro Domo ſua 11 Neque id coniectura proſpiciebamus, ſed iam experti videbamus. Idem ad Brut. 36 Experiarque et tentabo omnia, neque deſiſtam *etc.* Id. Att. 14, 20 Quid tu Bruto putas et ingenioſo et erudito? de quo etiam expertus ſum nuper in edicto, *etc.* De ſe ipſo experiri Idem Philipp. 12, 6. Ego id nunc experior de me Plaut. Amph. 2, 2, 7. Id. Moſtel. 1, 3, 80 In te hercle certum eſt principium, vt ſim parcus, experiri. Id. pro Planc. 65 Omnia quae dico de Plancio, dico expertus in nobis. In paruis Plin. 8, 40. Cic. Fam. 13, 19 Ego, quod in me ipſo experiri potui, ad te deferam. Inter nos, quid poſſit vterque, viciſſim experiamur Virg. Ecl. 3, 28. Plaut. Amph. 1, 3, 10 Ecaſtor re experior, Quanti facias vxorem tuam. Id. Truc. 2, 4, 44 Nunc huc remiſit nuper ad me epiſtolam, ſeſe experturum quanti ſeſe penderem. Plaut. Pſeud. 1, 1, 70 Curaui omnia: nunc ego te experiar Quid ames, quid ſimules. Experiri an viuat Plin. Epiſt. 3, 14. Plaut. Amph. 2, 2, 30 An ille me tentat ſciens? atque id ſi volt experiri, ſuum abitum vt deſiderem, *etc.* Plaut. Amph. 2, 2, 7 Nam ego id nunc experior domo, *pro In re domeſtica.* Opera et factis Id. Capt. 2, 3, 69. Id. Aſin. 1, 3, 92 Nunc pergam ad forum, atque experiar opibus, omni copia. Cic. Att. 9, 10 Nunc ſi vel periculo experiundum erit, experiar certe, vt hinc auolem. *Sic ex optimis libris a Faërno inde Graeuius. exemplaria hîc legunt, forma dictum qua,* Reipſa Ter. Adelph. 5, 5, 7. Cic. de Senect. *extr.* Vt ea, quae ex me audiſtis, re experti, probare poſſitis. Reapſe Plaut. Truc. 4, 3, 41. Viribus intentis aliquem Valer. Argon. 3, 103. ¶ 2 *Accuſatiui:* Valer. Argon. 8, 51 Tecum Aequora, tecum Experiar quascunque vias. Plaut. Aſin. 1, 3, 94 Vt quemque Amicum videro, Dignos indignos adire atque experiri certum eſt mihi. Amorem alicuius in certo tempore Cic. Att. 16, 18.

Amores

Amcres amaros Virg. Ecl. 3, 110. Arma Stat. Theb. 11, 339. Ouid. Faſt. 4, 814 Magna fides auium eſt, experiamur Aues, *augurio nempe.* Liu. 40, 29 *Q. Petilius Praetor* L. Petilio dixit, Se ſe eos libros *(Numae)* in ignem coniecturum eſſe. prius quam id faceret, ſe ei permittere, *(a quo nempe libros acceperat)* vti, ſi quod ſeu ius ſeu Auxilium ſe habere ad eos libros repetendos exiſtimaret, experiretur: id integra ſua gratia eum facturum. *Vid. mox* Ius experiri, *et* n. 3. Carmina Virg. Ecl. 5, 16. Liu. 31, . . Prius quam experirentur Certamen, metu, in deditionem venerunt. *i. Congrederentur.* Deos iniquos Ouid. Triſt. 3, 2, 27. Dolia, *vid.* Rates. Dolorem experiri Scribon. 58. Salluſt. Catil. 26 Conſtituit bellum facere, et Extrema omnia experiri. Hor. Carm. 4, 4, 3

Cui rex deorum regnum in aues vagas
Permiſit expertus Fidelem
Iuppiter in Ganymede flauo.

Fidem alicuius Plaut. Capt. 2, 2, 99. Caeſ. B. G. 1, 31 Fortunamque quaecunque accidat, experiantur. Paullus in l. 1 D. de In ius vocando, In ius vocare eſt iuris experiundi cauſa vocare. *Vid. mox* n. 3. *et p. a.* Auxilium experiri. Laborem Virg. Georg. 4, 157. Salluſt. in Iugurth. . . Certe ego Libertatem experiar, quae mihi a parente meo tradita eſt. Ouid. de Rem. Amor. 804 Quid tibi praecipiam de Bacchi munere quaeris? Spe breuius Monitus experiere meos. Hominem experiri Multa paupertas iubet P. Syrus. Omnes Omnia experiri par eſt, qui res magnas et magnopere expetendas concupiuerunt Cic. in Orat. 4. *Conf.* Ter. Andr. 2, 1, 13. *ibique Donat.* Fruſtra Omnia Catul. 19, 6. Perfidiam alicuius Cic. Verr. 1, . . Poenas Ouid. Triſt. 3, 11, 74. Procos irriſa priores Experiar? Virg. Aen. 4, 535. Cic. de Diuin. 2, 97 Nam quod aiunt, quadringenta ſeptuaginta annorum in periclitandis experiundisque Pueris quicunque eſſent nati, Babylonios poſuiſſe, fallunt. Flor. 3, 20, 13 Quum fugam in Siciliam pararent, neque nauigia ſuppeterent, Ratesque ex cratibus et Dolia connexa virgulis in rapidiſſimo freto fruſtra experirentur. Seruitutem alicuius Scaeuola in l. Thais §. 1 D. de fideicom. libert. Taciturnitatem alicuius Cic. de Clar. Orat. 231. Virg. Georg. 2, 222 — illam experiere colendo Et facilem pecori, et patientem vomeris vnci. Vim veneni experiri in aliquo, et eius perceleri interitu venenum comprobari Cic. pro Cael. 58. Vires ſuas Ouid. de Arte Am. 2, 180. Liu. 24, . . Perſuadent vt traduci ſe in Locros paterentur, nec Vltima experiri vellent. ¶ 3 *Peculiariter* Experiri *dicuntur, qui rem ſuam vel ius aliquod conuentione, aut ſi hac non ſucceſſerit, iudicio, ſententiaque iudicis tueri vel recuperare conantur. Vid.* Auxilium, Ius experiri. Cic. pro Caecin. 33 c. 12 Homines inermes, qui ad conſtitutum *(in* rem praeſentem *vt dicitur* n. 20) experiundi iuris gratia veniſſent. *Sic* Cic. pro Cael. 20 c. 8 Nunquam ſe ne congreſſu quidem et conſtituto coepiſſe de tantis iniuriis experiri *ante iudicium ordinarium. Conf.* Plaut. Moſt. 5, 1, 41. Vlp. l. Praetor ait D. Vbi bonorum rapt. In eum in anno, quo primum de ea re experiundi poteſtas fuerit, in duplum: poſt annum in ſimplum actionem dabo. Cic. pro Roſc. Com. 25 c. 9 Iudicio graui experiri nolebas? Id. pro Quint. 38 c. 11 Si quid in controuerſiam veniret, aut intra parietes, aut ſummo iure experiretur. Vlp. in l. Si quis ne D. de Quaeſtionibus, Si quis, ne quaeſtio de eo agatur, liberum ſe dicat: diuus Adrianus reſcripſit, non eſſe eum ante torquendum, quam liberali iudicio experiatur. Paullus in L. Quum Sponſus §. finali D. de Publiciana in rem actione, Sed etiam is, qui momento poſſedit recte hac actione experietur. Lege Nep. 20, 5, 2. *Sed et ſimpliciter* experiri *ea de re dicitur, v. g.* pro Quint. c. 16 Cum experiundi poteſtas non eſt. *it.* c. 28 Naeuium ne appellaſſe quidem Quinctium, cum ſimul eſſet, experiri poſſet quotidie. pro Roſc. Com. c. 7 Quid ſi tandem aliquem timidum nactus eſſet, qui experiri non poſſet. ¶ 4 *Paſſiue.* Expertum eſt, *pro Experimento comprobatum eſt.* Gell. 15, 7 Obſeruatum eſt in multa hominum memoria expertumque eſt. Cato c. 157 Cito ſanum facies hac cura: expertum hoc eſt. *Gerund.* Cic. de Amicit. 64 Experiendum autem eſt in ipſa amicitia, ita praecurrit amicitia iudicium.

EXPERIENDVS, a, um. Partic. [πειρατέος] Plin. 16, 35 Ederae mira proditur natura ad experienda vina. Ouid. Faſt. 2, 368 Caeſtibus et iaculis, et miſſo pondere ſaxi Brachia per luſus experienda dabunt. Cic. pro Caecina 13 Homines inermes, qui ad conſtitutum, experiundi iuris gratia veniſſent.

EXPERIENS, entis. Adi. [ἔμπειρος] *Idem qui expertus, rerum peritus.* Ouid. ex Ponto 3, 7, 12 Quae ſcilicet in me Quam proba, tam timida eſt, experiensque parum. Id. Amor. 1, 9, 33 Ergo deſidiam quicunque vocabit amorem Deſinat: ingenii eſt experientis amor. Cic. pro Cluent. 23 c. 8 Quas literas A. Aurius vir fortis et experiens, et domi nobilis, *etc.* recitat. Hor. Epiſt. 1, 17, 42 Et decus et pretium recte petit experiens vir. Comes experientis Vlyſſei Ouid. Met. 14, 159. *i. multa experti.* Cic. Verr. 3, 53 c. 21 Nympho eſt Centuripinus, homo gnauus et induſtrius, experientiſſimus ac diligentiſſimus arator. *Et* Verr. 4, 37 Promtus et experiens homo. *Et* 3, 28 c. 11 Reperietur aliquis fortis et experiens curator.

EXPERTVS, a, um. Partic. [ἔμπειρος] *Experientia doctus et prudens factus.* Virg. Aen. 1, 206 — vos et Cyclopea ſaxa Experti, reuocate animos. Dulcis inexpertis cultura potentis amici, Expertus metuit Hor. Epiſt. 1, 18, 87. Cic. de Amicit. 63 Et iudicare, difficile eſt ſane niſi expertum. Id. de Orat. 2, 102 Dicam enim tibi Catule non tam doctus, quam (id quod eſt maius) expertus. *Sic* Expertus loquor Sen. Thyeſt. f. 5. Cic. Fam. 1, 9 Te autem, ſi mallem in meis rebus expertum, quam etiam in tuis tamen *etc.* Expertus in aliis Scribon. 19. 107. ¶ 2 *Paſſ. Exploratus, manifeſtus: vt,* Vir expertae virtutis Liu. 3, 44. Vir per omnia expertus Id. 1, 34 *extr. Et* 21 *pr.* Haud ignotas belli artes, ſed expertas primo Punico bello. Feliciter experta amicitia Liu. 24, 28. Homo expertae audaciae Id. 8, 25. Saeuitia experta Propert. 1, 3. Virtus Tacit. Ann. 3, 74. Compoſitiones expertae Scribon. Epiſt. *i. probatae.* Experta prodimus Plin. 16, 13. Cuius igitur audita virtus dubitationi locum non daret huius praeſens experta atque perſpecta obtrectatorum voce laedetur Cic. pro Corn. Balbo 16. Libertatis dulcedine nondum experta Liu. 1, 17. Vulneris aeſtus Expertis medicare modis Sil. 6, 98. ¶ 3 *Diuerſis caſibus iungitur. Accuſatiuo:* Labores Lucinae experta Virg. Georg. 4, 340. Manum ſaeuam Sen. Hippol. f. 29. Pericula mille Lucan. 1, 299. Liu. 42, 63 Quidam vim ſuperbiamque experti laeti eam famam accepere. Virum expertae puellae Hor. Carm. 3, 14, 10. *Cum Ablatiuo,* Bello expertus Virg. Aen. 7, 235. Bellis animus expertus Tacit. in Agric. 41. Defenſionibus expertum ingenium Id. Hiſt. 4, 42, 6. Plin. Paneg. c. 61 In ſummum diſcrimen adducta Reſp. expertum honoribus virum poſceret. Induſtria expertus Suet. Veſp. c. 4. *Al.* induſtriae. *Burm.* induſtriae expertae. *Cum Genitiuo.* Liu. 24, 22 . . Seruitudinis indignitatisque homines expertos aduerſus notum malum irritatos eſſe. Belli expertus Virg. Aen. 10, 173. Tacit. Hiſt. 4, 76, 2. Liu. 40, 8 Expertos inter fratres certaminum: *ſed melius al.* expertes. Sagittae expertus Sil. 8, . . *Superl. ſignificatione paſſ.* Suet. Tiber. c. 19 Confidens oſtento ſibi ac ſuis expertiſſimo. *Conf. Borrich. Cogitt. p. 99.*

EXPERIENTIA, ae. f. [πεῖρα, ἐμπειρία, δοκιμασία] *Experiendi actus, in primis repetitus, in quo ab experimento differt, prudentia item experiendo collecta.* Vſus et Experientia dominantur in artibus Colum. 1, 1. Per varios vſus artem experientia fecit Manil. 1, 61. Cic. Fam. 10, 19 Quae ſi aduentus meus repreſſerit, agam gratias fortunae, conſtantiaeque meae, quae ad hanc experientiam excitauit. Virg. Georg. 1, 4 Atque apibus quanta experientia parcis. Experientia patrimonii amplificandi Cic. pro Rab. Poſt. c. 16. Laudandum experientia conſilium Vell. 2, 57, 1. Veri Ouid. Met. 1, 225. Impigra mentis Lucret. 5, 1451. Noua Virg. Georg. 4, 316.

EXPERIMENTVM, i. n. [πεῖρα] *Actus vnus experiendi, periclitatio, ſpecimen.* Plin. in Paneg. c. 49 Diſcat igitur Aegyptus, credatque experimento, non alimenta ſe nobis, ſed tributa praeſtare. Probabitur experimento Ibid. c. 43. In vſu et experimentis medicinam ponere Celſ. 1 praef. Notitia experimentorum Ibidem. *et ſic ſaepius.* Experimentum habere remediorum Scribon. Epiſt. Ad tantae rei experimentum habere remedium Id. Comp. 172. Longa magnaque experimenta, *vid.* LONGVS. Agere experimenta, *i. Periculum facere. vid.* AGO. Capere experimentum, *vid.* CAPIO. Plin. 13, 2. Deprehendere experimentis Quinctil. 2, 12. Duci experimentis ad conſentiendum Id. 3, 8. Facere certiſſimum morum experimentum Id. 3, 7. Inſpicere aliquem experimentis, *vid.* INSPICIO. In omnibus fere minus Valent praecepta, quam experimenta Quinctil. 2 c. 5.

EXPĔRĪMENTO, āre. Veget. 3, 2 Experimentare remedium.

EXPERIMENTATVS, a, um. Partic. Theod. Priſcian. 3, 5 Experimentatum remedium.

EXPERTOR, ōris. m. *Qui aliquid experitur, aut expertus eſt. Legebatur* Sil. 12, 501 Non ita me experti Fabius, Fabioque magiſter Turbarum expertor quum clauſos milite colles, *etc. Sed pulchre emendatum ex MSS.* Turbatum, Heſperio *etc. i. Romano.*

EXPERTIO, ōnis. f. *Probatio.* Vitruu. 8, 5 *pr.* Expertiones et probationes eorum ſic ſunt prouidendae.

EXPERITOS, veteres dixiſſe Imperitos, *teſtis eſt* Feſtus. *Non puto hoc voluiſſe, primum obſeruationis auctorem, idem ſignificare plane* experitos *et* imperitos: *ſed* experitos *pro* expertis *eadem figura dici, qua* imperitos. *An vero* Experitus *pro* Experte *dictus ſit, non dixerim. Vid.* EXPERS Maris.

EXPERIVRO, āre. Experiurabant, exſecrabant ſe ac ſuos Afran. *ap.* Non. 7, 46. *Vim augendi habet Praepoſitio.*

EXPERS, ertis. Adi. [ἄμοιρος] *Cuius nulla pars eſt, qui partem non habet, plane vt* Exſors, Exſpes, Excors. Cic. Verr. 4, 22 His quidem in temporibus in omni orbe terrarum vacui, expertes, ſoluti ac liberi fuerunt ab omni ſumtuum moleſtia, munere *etc.* Id. de Orat. 2, 1 Antonium omnino omnis eruditionis expertem atque ignarum fuiſſe. Expers amoris gnati *Qui neſcit et ignorat gnatum amare* Plaut. Pſeud. 1, 5, 83. Belli Ouid. Met. 5, 91. Conſilii, *Qui caret conſilio, aut Alterius conſilium ignorat* Cic. Att. 3, 8 Rudis, ignarus rerum, expers conſilii, aut ingenii. Id. pro Sext. 47. *Sed aliter* Conſilî vis expers Hor. Carm. 3, 4, 65. *i. vires ſine prudentia.* Corporis, *Qui non habet corpus* Cic. Acad. 4, 38. Cupiditatum et aemulationum Id. Tuſc. 1, 44. Liu. 1, 25 Conſederant vtrinque pro caſtris duo exercitus periculi magis quam Curae expertes. Curarum Stat. Silu. 2, 2, 71. Decoris Ouid. Met. 2, 381. Diſcriminis Lucan. 5, 194. Ferri Plin. 15, 29. Fraudis Claud. de Nupt. Honor. 17. Funeris Ouid. ad Liuiam 59. Honeſtatis expers ratio aut voluptas Cic. de Fin. 2, 38. Humanitatis Id. ad Octau. Id. de Diuin. 2, 81 c. 38. Imperii matris Plaut. Aſin. 3, 1, 2. *i. Quae mater imperat negligens.* Iniuriarum et commodorum Cic. Verr. 1, . . Irarum Sil. 7, . . Iuris Sen. Troad. 1106. *ignara et negligens.* Laboris Plaut. Amph. 1, 1, 16. Legum et ciuilis humanique federis, Appius Liu. 3, 57. *cui ea nihil prodeſſe debent, quippe ab ipſo violata.* Liberalitatis tuae expers factus ſum Plin. in Paneg. c. 25. Linguae Graecae Idem 29, 1. Maris expers *vini Chii laus apud* Hor. Sat. 2, 8, 15. *i. non facticium, cui non demum aqua marina ſapor ille conciliatus eſt, quem conciliare docent* Cato 24 et 105: *quod vinum* Graeco ſimile *dicitur in veteri lemmate* Colum. 12, 37. Lesbium enim *(quod inter* Chia *principatum tenet)* ſponte naturae ſuae mare ſapit. *Haec interpretatio ſeruat ſollemnem nominis huius ſignificationem. Sed poteſt etiam locum habere altera reconditior, vt* Expers maris vinum *ſit* expertum, *quod reuera trans mare aduectum ſit, non concinnatum arte quadam in Italia. Alter locus geminae ambiguitatis eſt* Perſ. 6, 39. *vbi* Sapere noſtrum maris expers *vel poteſt eſſe transmarina ſapientia et Graecula, vel quod magis probat Caſaubonus* maris, *i. viri* expers *eſt mollis atque effeminata, cui non ineſt* Teſticuli vena vlla paterni, *vt ait* 1, 103. *Vet. Gloſſ.* Expers ἄπειρος καὶ ἔμπειρος. Metus Lucan. 2, . . Nominis Lucret. 3, 243. Nuptiarum Hor. Carm. 3, 11, 11. Opis Lucret. 5, 996. Ornamenti Cic. de Orat. 1, 264. Pacis Ouid. ex Ponto 1, 9, 5. Periculorum Cic. Fam. 4, 14. Praemiorum, beneficiorumque expertes vt faciat foederatos Id. pro Corn. Balb. 37 c. 8. Rationis Id. Off. 1, 50. Ratione vtens *et* Rationis expers, *contraria* Id. in Topic. 69. Id. de Legib. 1, 22 c. 7 Solum eſt enim ex tot animantium generibus, atque naturis, particeps rationis et cogitationis: quum caetera ſint experria. Roboris Ouid. Met. 15, 202. Sceleris Liu. 2, 6. Sepulchri Ouid. ex Ponto 4, 8, 47. Somni Sen. Herc. fur. 3. Cic. de Amicit. 88 Serpit enim neſcio, quo modo per omnium vitam amicitia: nec vllam aetatis degendae rationem patitur eſſe expertem Sui. *h. e. Sine amicitia eſſe.* Terroris, *vid.* ACHILLES. Thalami Virg. Aen. 4, 550. Tributorum Tacit. Hiſt. 4, 17. Cic. Verr. 2, 191 Nemo ita viuebat, vt nulla eius vitae pars ſummae turpitudinis eſſet expers. Virtutis Virg. Aen. 10, 552. Virtutum Vellei. 2, 74, 2. Vndae cibique

que expers per nouem luces Ouid. Met. 4, 262. Facere expertem Cic. pro Balbo c. 8. ¶ 2 *Ablatiuo etiam iungitur.* Plaut. Perſ. 4, 3, 40 Ea res me domo expertem facit. *i. Me abeſſe domo facit.* Salluſt. in Catil. 34 Neque quo periculum aliis faceremus, ſed vti corpora noſtra ab iniuria tuta forent, qui miſeri, egentes, violentia atque crudelitate feneratorum, plerique patria, ſed omnes fama atque fortunis expertes ſumus. Plaut. Aſin. 1, 1, 31 Dono te ob iſtud dictum, vt expers ſis metu. Id. Amph. 2, 2, 81 Eo more expertem te factam adueniens offendi domum. Lucret. 6, 1179 Lumina verſarent oculorum expertia ſomno. Id. 2, 1089 Natura Diis expers. Vnguentis coma expers Catul. de Com. Beren. 77. *Vid. Voſſ. ad loc. p. 267.* ¶ 3 Expers *an idem interdum ſit, quod expertus, dubito. Vid. quae dixi p. a. ad* Maris expers. *Sed* Vet. Gloſſ. Expers ἄπειρος καὶ ἔμπειρος.

EXPES, *ſ. potius* EXSPES. om. gen. [ἄελπις] *Sine ſpe.* Accius Euryſace, Ille orbus, exſpes liberûm. Idem Medea, Exul inter hoſtes, exſpes, expers, deſertus, vagus. *Haec* Nonius 1, 39. Tacit. Ann. 6, 24, 3 Mox vbi exſpes vitae fuit, meditatas compoſitasque diras imprecabatur. Hor. in Arte Poët. 20 Quid hoc, ſi fractis enatat exſpes Nauibus aere dato, qui pingitur? *i. qui iam ſpem vitae amiſerat, de ſalute deſperauerat.* Inops et exſpes Ouid. Epiſt. 6, 162.

EXPĔTO, īui, ītum, ĕre. [ἐφίεμαι, ἐπιθυμέω, ὀρέγομαι] *Vehementer petere, et concupiſcere.* Cic. Off. 1, 25 Expetuntur diuitiae tum ad vſus vitae neceſſarios, tum ad perfruendas voluptates. Ter. Andr. 4, 2, 13 Hanc mihi expetiui. Plin. 12, 24 Expetitur vnguentis radix aſpalathi. Audire expeto Sen. Hippol. ſ. 9. Cognoſcere Ouid. Met. 7, 476. *Inter* Appetere *et* Expetere, *quid diſtet, vid.* APPETO. Cic. Att. 6, 9 Nec me κενὸν in expetendo cognoſces, nec ἄτυφον in abiiciendo. *De triumpho ſermo eſt.* Cic. de Orat. 2, 134 Certe hoc, quod tu expetis, nemo vnquam aſſequetur. Id. de Fin. 2, 30 Caetera aut omnino nihil habere momenti, aut tantum, vt nec expetenda nec fugienda, ſed eligenda modo aut reiicienda ſint. Id. Off. 1, 66 Quum perſuaſum ſit nihil hominem, niſi quod honeſtum decorumque ſit, aut admirari aut optare, aut expetere oportere. Id. pro L. Manil. 57 Ne legaretur A. Gabinus Cn. Pompeio expetenti ac poſtulanti. Id. pro Milon. 50 Atque vt illi nocturnus ad vrbem aduentus vitandus potius quam expetendus fuit. Ter. Phorm. 2, 2, 31 Adoleſcens, primum abs te hoc bona venia expeto. Depoſcere et expetere aliquem imperatorem ad bellum Cic. pro L. Manil. 30 c. 11. ¶ 2 *Peculiarem locum habet in his, quae iure ab inuitis auferuntur, vt poenae.* Plaut. Poen. 3, 3, 23 Malo ſi quid bene facias, id beneficium interit. Bono ſi quid male facias, *(id ille bonus)* aetatem expetit, *perſequitur, vlciſcitur, poenas eo nomine repoſcit.* Liu. 3, 40 Ius ab inuitis expetituram Remp. ſi a volentibus nequeat. Liu. 1, 23 Magnum deorum numen, ab ipſo capite orſum in omne nomen Albanum expetiturum poenas ob bellum impium. *Et* c. 22 Deos facere teſtes — vt in eum omnes expetant huiusce clades belli. Id. 6, 29 *pr.* Adeſte Dii et expetite poenas ſimul debitas vobis violatis nobisque per veſtrum numen deceptis. Cic. pro Marc. 18 c. 6 Vt mihi quidem videantur Dî immortales etiam ſi poenas a Populo Rom. ob aliquod delictum expetierint, *etc.* Liu. 3, 67 Auferte imperium indignis, et, ſi id parum eſt, inſuper poenas expetite. *Nempe multae comparatur poena omnis, vnde quoque* dare poenas *dicitur, qui punitur,* ſumere *autem, qui punit.* Liu. 26, 13 Tanta auiditas ſupplicii expetendi, tanta ſanguinis noſtri hauriendi eſt ſitis. Cic. de Prou. Coſſ. 5 c. 3 Vt ſcelus imperatoris in poenam exercitus expetitum eſſe videatur, *intell. a Dîs. Ita non opus eſt, vt dicamus, poſitum pro* expetiiſſe, *quod etiam recipi hic volebat Gulielmius. Alioquin verum eſt* Expetere *vt* Competere *interdum intranſitiue poni, (quaſi eſſent ex Graeco πέτω vel πίπτω) vt ſignificet recidere, incidere, euenire, ἀποβαίνειν. V. g.* Plaut. Amph. 2, 1, 42 Profers carnifex cuius ego hodie in tergo ſaxo iſta expetant mendacia. Id. ibid. 1, 2, 32 Delictum ſuum expetere in mortalem vt ſinat. Id. ibid. 3, 1, 11 Mea ſit culpa, quod ego contraxerim ſi id Alcumenae innocenti expetat. Id. ibid. 3, 2, 14 Nunc inſonti mihi illius ira in hanc et maledicta expetent. *Iunge ita,* Inſonti mihi expetent, *i. mihi moleſtae erunt, Amphitruonis maledicta in coniugem.* Plaut. Amph. 1, 1, 20 In ſeruitute expetunt multa iniqua. *Add.* Ibid. 1, 3, 23. Idem Mil. 2, 4, 40 In vigilantes expetunt viſa in ſomnis. ¶ 3 *Iam perſequamur formulas alias.* A natura expetere aliquid Cic. de Orat. 1, 86. Vehementer aliquid Id. Off. 1. Summa cupiditate aliquid Id. Verr. 4, 108 c. 49. Maxime aliquem Id. de Clar. Orat. 207. Plaut. Caſ. 2, 7, 7 Atque id non tam aegre eſt iam viciſſe villicum, quam id expetiuiſſe opere tam magno ſenem. Id. Merc. 2, 4, 2 Pol ſanus ſi ſim, prae te medicum mihi expetam. Expetere Auxilium Cic. pro L. Manil. c. 11. Ouid. Met. 9, 48 Non aliter fortes vidi concurrere tauros, Cum pretium pugnae toto nitidiſſima ſaltu Expetitur coniux. Plaut. Rud. 5, 3, 37 Mirum quin tuum Ius meo periculo expetam. *Vid.* n. 2. Id. Amph. 5, 1, 75 Vt Iouis ſupremi multis hoſtiis Pacem expetam. Poenas, *vid.* n. 2. Plaut. Rud. 1, 5, 1 Qui ſunt qui a patrona Preces mea expetentes ſunt? Preces *ponit pro bonis, quae precibus petuntur.* Promiſſum Cic. Fam. 6, 1. Reditum Id. ibid. 3, 10. Sapientiam Id. de Fin. 1, 44. Vitam alicuius expetere Id. pro Deiot. 30 c. 11. *i. eripere ſtudere. Sed* Vita ea expetitur, quae ſit animi corporisque expleta virtutibus Id. de Fin. 5, 37. *i. optatur.* Voluptatem natura expeti Id. de Fin. 1, 32.

EXPETENDVS, a, um. Partic. [ἐπιθυμητέος] *Dignus, qui expetatur.* Plaut. Perſ. 4, 3, 5 Forma expetenda et liberali mulier. Cic. Fam. 3, 10 Amicitia expetenda. Amicitia per ſe et propter ſe expetenda Id. de Amicit. c. 21. Catul. 60, 47 Quis deus magis ac magis Expetendus amantibus. *Alii melius,* Eſt petendus. Vulgo expetenda atque optabilia dicendo amplificat atque ornat orator Cic. de Orat. 1, 221. Quod optabile expetendum eſt: quod expetendum, laudabile Id. de Fin. 4, 50. Magnopere expetendum nihil eſſe in vita, niſi laudem atque honeſtatem Id. pro Arch. 14 c. 6. Magnas et magnopere expetendas res concupiſcere Id. in Orat. 4 c. 1. Expetenda per ſe virtus Id. de Fin. 1, 30.

EXPĔTENS, is. Partic. [ὀρεγόμενος] Cic. de N. D. 2 c. 45 Eademque ratione mare, cum ſupra terram ſit, medium tamen, terrae locum expetens, conglobatur vndique aequabiliter. Plin. 12, 17 Caprae maleficum frondibus animal, odoratorum vero fruticum expetentius. *Alii* Appetentius. Conſilia ſana expetens Sen. Hippol. 179. *Al.* appetens.

EXPETĪTVS, a, um. Partic. [ἐπιτεθυμημένος] *Vt* Complexus expetiti Sen. Thyeſt. 509.

EXPETĪTOR, ōris. m. *Apud* Symmach. Epiſt. 8, 46.

EXPETIBĬLIS, e. Adi. Tacit. Ann. 16, 21, 2 Iuuenalium ludicro parum expetibilem operam praebuerat.

EXPETESSO, *et* EXPETISSO, ĕre. [ἐπιθυμοῦμαι] *Idem quod Petere, ſiue Deſiderare.* Plaut. Trin. 2, 1, 3 Sed hoc non liquet, nec ſatis cogitatum, vtram potius harum mihi artem expeteſſam. Idem Mil. 4, 1, 13 Feſtiua femina quae te amat tuam quae expetiſſit pulchritudinem. Id. ibid. 4, 6 Illam multae ſibi expetiſſunt. *Vid. Parei Lex. Crit.*

EXPIABILIS, EXPIAMENTVM, EXPIATIO, *vid.* EXPIO.

EXPICIO *ſ.* EXSPICIO *poteſt Primitiuum videri verbi* EXPECTO. *v. v.*

EXPĪLO, āre. [περισυλάω] *Deripere, depraedari, et videtur vehementius verbum eſſe, quam ſurari, quod clandeſtinum quiddam ſignificat. Vid.* PILO *pen. prod.* COMPILO, SVPPILO. Iul. Paul. Sent. 5, 3, 3 Hi, qui aedes alienas villasque expilauerint, effregerint, expugnauerint, ſi quidem id turba cum telis coacta fecerint, capite puniuntur. Salluſt. Iug. 31 Superioribus annis taciti indignabamini, aerarium expilari. Sueton. Iul. c. 54 In Gallia fana templaque Deûm donis referta expilauit. *Ipſe* Cic. de N. D. 3, 83 c. 34 Dionyſius — cum fanum Proſerpinae Locris expilauiſſet. Id. in Parad. 6, 1 Si ſocios ſpolias, aerarium expilas. Suet. in Neron. c. 26 Tabernulas etiam effringere et expilare, quintana domi conſtituta. *Add.* Id. in Caeſ. c. 54. Cic. Verr. 4, 119 Quum in ſuſpicionem veniſſent ſuis ciuibus fanum expilaſſe Apollinis. Ouid. Met. 13, 562 Expilatque genas oculis. *Sic multi boni libri. Sed Heinſ. et Burm.* Exſpoliat. Socios expilare, et prouincias diripere Cic. pro L. Manil. 57 c. 19.

EXPILĀTVS, a, um. Partic. [περισεσυλημένος] Liu. 31, 12 Senatui placere, quaeſtionem de expilatis theſauris eodem exemplo haberi, quo *etc. Reſpicitur ad* Pecuniam Locris ex Proſerpinae theſauris nocte clam ſublatam. Cic. de Orat. 3, 12 Quae quoniam iam aliunde non poſſumus, ſumenda ſunt nobis ab iis ipſis, a quibus expilati ſumus. *Et* Verr. 4, 63 c. 27 Rex ſpoliatus et expilatus Armarium expilatum, pecunia ablata Cic. pro Cluent. 179 c. 64. De crimine expilatae hereditatis *eſt tit.* C. 9, 32. *et* D. 47, 19. *quod* eo caſu intendi poteſt, quo caſu furti agi non poteſt, *nempe cum heres nondum poſſedit.*

EXPILATOR, ōris. m. [περισυλητὴς] Aſconius, Expilatores ſunt Atrociores fures, qui ne pilum quidem relinquunt in corpore ſpoliatorum. *Eſt* in D. titulus 47, 18 de effractoribus et expilatoribus, *vbi* l. 1 §. 1 Expilatores ſunt atrociores fures. *Oſtendit Cui. Obſ. 15, 31* Expilare *hic eſſe* βιαίως ἀποδῦσαι *per vim ſpoliare veſtibus. Non reperiebam locum. Sed quidquid eius ſit, repugnat huic deriuationi modus ſyllabae in* Pilus *prioris, qui breuis eſt.* Cic. Q. Frat. 1, 1, 2 Quum vrbs cuſtodem, non tyrannum: domus hoſpitem, non expilatorem recepiſſe videatur?

EXPILATIO, ōnis. f. [περισύλησις] Cic. Off. 3, 36 Tanta ſublatis legibus et iudiciis expilatio, direptioque ſociorum. *Conf.* Id. ibid. 2, 75 c. 21 *extr. Sic* Verr. 3, 6 c. 3 Expilatio Aſiae.

EXPINGO, inxi, ictum, ĕre. [καταγράφω] *Studioſe Pingere.* Plin. 35, 7 Quoniam et pericula expingimus, ne quis miretur et rogos pingi. Cic. Tuſc. 5, 114 c. 39 Qui motus hominum, qui ferarum non ita *(ab Homero)* expictus eſt, vt quae ipſe non viderit, nos vt videremus effecerit? Thamar ſe expinxerat et exornauerat Tertull. de Cultu fem. 2, 12. Si impudicarum ritu procedatis cultae et expictae Ibid. *Conf.* EXPINGO *n. 2.*

EXPINSO, ĕre. Videto, quae opera fieri potuerint: expinſi far *etc.* Cato R. R. c. 2.

EXPIO, āre. [ἀφοσιόω] *Plane Piare, Purgare, et purum caſtumque facere.* Valer. 1, 7 *extr.* 4 Supplicem ſacrificio expiauerat, *de homicida inuoluntario. Sic* Liu. 1, 26 *de Horatio, qui Horatiam ſororem interfecerat,* Imperatum patri, vt filium expiaret pecunia publica. *Cum non ſit melior ratio expiandi, quam ſi puniantur, qui aliquid commiſere, hinc ſolet vterque Plinius* expiari *ea dicere, quae calamitatibus aut infortuniis excipiuntur.* Plin. 33, 11 Quae omnia expiauit bellum ciuile Sullanum. Idem 11, 17 Haec ſaepe expiata magnis euentibus. Id. in Paneg. c. 33 Miſeras voluptates vino et ignibus expiauit, *de eo, qui de ſpectaculis detractus ad ſupplicium eſt.* Id. Epiſt. 8, 10 Quem errorem magnis documentis expiauit in ſummum periculum adducta. *i. luit. De ſuperſtitioſa quadam luſtratione* Perſ. 2, 31

Ecce auia aut metuens diuûm matertera, cunis
Exemit puerum, frontemque, atque vda labella
Infami digito, et luſtralibus ante ſaliuis
Expiat, arentes oculos inhibere perita.

Cic. de Diuin. 2, 130 Officium autem eſſe eius praenoſcere, dii erga homines mente qua ſint, quidque ſignificent, quemadmodumque ea procurentur atque expientur. Salluſt. de Republ. c. 3 Neque barbaro ritu caede caedem, et ſanguine ſanguinem expiandum. Crimen morte Sen. Med. 647. Plin. 8, 6, 5 *recitans turpe SCtum, interponit* Nec expiata poſtea Curia eſt? Dedecus ferro Flor. 2, 18, 17. Cic. Philipp. 14, 10 c. 4 Si vero coloniarum et municipiorum ſine vlla dubitatione hoſtis eſt: quid tandem huius cenſetis vrbis, quam ille ad expiandas Egeſtates latrocinii ſui concupiuit? *Sed ex vetuſto codice legitur hodie,* Ad explendas, *rectius.* Errata Id. de Aruſp. Reſp. 23 c. 11. Errorem magnis detrimentis. *Al.* documentis: *quod vidimus modo* Plin. Epiſt. 8, 10, 1. Forum ab illis nefariis ſceleris veſtigiis expiare Cic. pro Rabir. 11 c. 4. Locum expiandum arbitrabantur, quacunque illa iter feciſſet Id. pro Cluent. c. 68. Liu. 1, 14 Vt expiarentur legatorum Iniuriae, regisque caedes, foedus inter Romam Lauiniumque vrbes renouatum eſt. *Haec de ciuili expiatione et abolitione intelligenda, bene monuit Gronou.* Manes mortuorum Cic. in Piſon. 16. Manus caede Sen. Herc. fur. 11. Nomen quidem Populi Rom. tanto ſcelere contaminauit, vt id nulla re poſſit, niſi illius ſupplicio expiari Cic. de Ar. Reſp. 35 c. 16. Numen Cereris ſupplicio alicuius Id. Verr. 4, 111. Oſtenta caede aliqua illuſtri Suet. Neron. c. 36. Periculum hoſtia Phaedr. 3, 3, 11. Religiones Cic. pro Milon. 74. Religionem aedium Id. de Aruſp. Reſp. 10 c. 5. Sacrum commiſſum, quod expiari poterit, ſacerdotes expianto Id. de Legib. 2, 22. Scelera, *i. Punire.* Cic. in Piſon. 85 c. 35 Tua ſcelera dii immortales in noſtros milites expiauerunt. *i. Propter te afflixerunt noſtros.* Atque eadem quoque ratione, Luxum populi expiare ſolent bella: *teſte* Plin. 33, 11. Hor. Carm. 1, 2, 29 Cui dabit partes ſcelus expiandi Iuppiter? *quod ad hanc pu-*

niendi

niendi notionem refert Maſſonus. Somnium Valer. Max. 1, 7. Metuo te atque iſtos expiare vt poſſis Plaut. Moſt. 2, 2, 34. Violata expiabuntur Cic. Att. 1, . .

EXPIĀTVS, a, um. Partic. Cic. Philipp. 1, 30 c. 12 Quem potes recordare in vita tibi illuxiſſe diem laetiorem, quam quum expiato foro, diſſipato concurſu impiorum, *etc.* Cruoribus expiatis vncta arma Hor. Carm. 2, 1, 4. Clades expiata ingentibus victoriis Flor. 1, 12, 3. Expiato ſuo dolore Hirt. ſub Caeſ. B. G. 8, 48. Exempla expiata Gracchorum caſibus Caeſ. B. C. 1, 7.

EXPIATVS, ûs. m. *Pro Expiatione.* Tertullianus adu. Valentin. c. 13.

EXPIATIO, ōnis. f. [ἀφοσίωσις] Cic. de Legib. 2, . . At vero ſcelerum in homines atque impietatum nulla expiatio eſt. Criminis Id. ibid. 1 c. 14. Diis violatis expiatio debetur Id. de Ar. Reſp. c. 10. Liu. 5, 17 Vnam expiationem eorum eſſe vt — Idem 9, 1 Expiatio foederis.

EXPIABĬLIS, e. Adi. [ἀφοσιωτὸς] Bellum expiabile *laudatur* Cic. Phil. 13, 2. *i. Neceſſarium et expiandi gratia ſuſceptum piacula admiſſa. ſed legendum* Inexpiabile *cum Grutero et aliis. Nec* Tertulliani *certior auctoritas.*

EXPIATOR, ōris. m. *Qui expiat.* Tertull. de Pudicit. c. 15 *extr.* Impuritatis expiator. Criminum *in* Carm. de Nomine Ieſu, *ap.* Barth. Adu. 34, 1 v. 71.

EXPIĀTRIX, īcis. f. Feſt. in Piatrix. *v. v.*

EXPIATORIVS, a, um. Adi. *Vt,* Expiatoriae poenae, *apud* Auguſtin. de Ciu. Dei 21, 13.

EXPĪRO, *vel potius* EXSPIRO, āre. [ἐκπνεύω, ἐκψύχω] *Spiritum emittere:* dictum, *vt ait* Nonius 1, 178 vel a Spiritu effuſo, vel a Spiraminibus. *Videtur hoc velle,* exſpirare *dici quidquid per* ſpiramina *exit. Caeterum laudat* Lucil. 3 Exſpirans animam pulmonibus aeger agebat. *Et* lib. 26 Vt ſi eluuiem facere per ventrem velis, curare omnibus diſtento corpore exſpiret vis, *Vox* curare *corrupta videtur.* Eluuiem facere per ventrem *eſt aluum purgare. Saepe ſimpliciter mori eſt, intelligiturque* animam. Liu. 2, 20 Inter primam curationem exſpirauit. Vno ictu transfixus exſpirauit Vell. 2, 70, 5. Lucret. 6, 817 Hos igitur tellus omnes exaeſtuat aeſtus: Exſpiratque foras in aperta promtaque caeli. Exſpirare per artus *dixit* Salluſt. Fragm. 6, 29. *Pro Mori,* Virg. Aen. 11, 883 Confixi exſpirant animas. *Vid. mox* EXPIRATVS. Arnob. adu. Gent. 1 p. 2 *extr.* Num quid ſuas animas exſpirauerunt venti, emortuisque flaminibus neque caelum coactatur in nubila *etc.* Auras exſpirare *dicitur* amnis Plin. 5, 9. Auras exſpirare *dicitur etiam* homo, *pro Mori* Ouid. Met. 3, 121. Virg. Aen. 1, 48 Illum exſpirantem transfixo pectore Flammas Turbine corripuit, ſcopuloque infixit acuto. *Vbi* Seruius, Non animam dicit ſed flammas: ſed cum anima, fulminis flammam euomentem. Flammam exſpirare ruptis caminis *dicitur* Aetna Id. ibid. 3, 580. Tertull. ad Mart. c. 2 *de carceris ſqualore* Peiores immunditias exſpirat mundus, libidines hominum. Odorem grauem de corpore Lucret. 4, 123. Saniem exſpirat ſerpens Sil. 6, . . Triſte illic exſpirat, ſed vos odor eſtis ſuauitatis Tertull. ad Mart. c. 2 *intranſitiue, vt* Triſte *ſit triſtis odor.* Vermes expirant cadauera recenti iam viſcere Lucret. 3, 720. Exſpirauit libertas, *per metaphoram* Plin. in Paneg. c. 57. Exſpiratur, *imperſ.* Plin. 11, 37 Eandem eſſe ei naturam, quam cerebro colligunt, quoniam praetenui eius membrana modo inciſa ſtatim exſpiretur. *De ſpinali medulla.*

EXPĪRANS, is. Partic. [ἐκπνεύων] Catul. in Argon. 193 Frons exſpirantis praeportat pectoris iras. Suaues exſpirans odores lectulus Catull. 65, 87. Sanguinis exſpirans calidum de pectore flumen Lucret. 2, 354. Extremus exſpirantis hiatus Quinctil. 6, 2, 31. Exſpirantium imagines Plin. 35, 10.

EXPIRATV̄RVS, a, um. Partic. [ἐκπνεύσων] Flos expiraturus ad primos Auſtros Stat. Silu. 2, 1, 106.

EXPIRATVS, a, um. Hirt. B. Afr. 88, 4 Qui dum, anima nondum exſpirata, concidiſſet.

EXPIRATIO, ōnis. f. [ἔκπνευσις] Cic. de N. D. 2, 83 c. 32 *extr.* Eiusdemque expirationibus aër alitur et aether, et omnia ſupera.

EXPISCOR, āri. Dep. [ἐξετάζω, ἐξιχνιάζω] Eſt Diligentiſſime quaerere vbinam piſces lateant, *auctore* Donato *ad illud* Ter. Phorm. 2, 2, 35 Proinde expiſcare, quaſi non noſſes. *Sic* Cic. Fam. 9, 19 Neſcis me ab illo omnia expiſcatum? Idem in Piſon. 69 c. 28 Nihil expiſcatus eſt, *i. inquiſiuit.*

EXPISSO, *vel* EXSPISSO, āre. [πυκνόω] *Spiſſum facere, librariis potius deberi videtur, qui etiam* expectare *pro* ſpectare *et ſimilia ponere ſolebant, quam ei, qui laudatur* Plin. 25, 13 Semine trito expreſſus, et ſole denſatus in paſtillos, necat ſanguinem exſpiſſando. *Ex vetuſto codice recte hodie legitur,* Sanguine ſpiſſando. *Sic quod* 20, 7 *erat* Expiſſatum lac, *legitur* Spiſſatum lac.

EXPLĀNO, āre. [ἐξομαλίζω, ἐξαπλόω, δηλόω] *Planum facere.* Explanatus in denos pedes cortex Plin. 16, 8. *Declarare, manifeſtare, exponere.* Ter. Phorm. 2, 2, 33 Quem amicum tuum ais fuiſſe iſtum? explana mihi. Cic. Verr. 5, . . Explanandum eſt enim diligentius eorum cauſa, qui locum ignorant. Si quid explanari tibi voles Id. de N. D. 3 c. 1. Id. Off. 1, 101 Altera in ratione, quae docet et explanat, quid faciendum fugiendumque. Ille omnia tibi explanauit Cic. Fam. 3, 1. Quod non intelligitur explanare Id. Att. 13, 10. Apertius aliquid Id. de Fin. 2, 60 c. 19. Diligentius aliquid Id. Att. 14, 5. Coniectura quaedam explanare longe aliter atque ſunt Id. de Orat. 2, 280. Maxime rem aliquam Id. ibid. 8. Rem vniuerſam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obſcuram explanare interpretando Id. de Clar. Orat. 152 c. 41. Vim legis caeleſtis Id. de Legib. 2, 9. Explanare Verba, *pro Diſtincte pronuntiare.* Plin. in Paneg. 64, 3 Expreſſit explanauitque verba, quibus *etc. Inde apud* Sen. de Ira 1, 3 Explanabilis vox, *quam articulatam vulgo vocamus, contraria* Confuſae.

EXPLANĀTVS, a, um. Partic. [ἐξηπλωμένος] Cic. Acad. 4, 19 c. 5 In lingua etiam explanatam vocum impreſſionem. Quinct. 11, 3, 10 Explanatum os.

EXPLANĀTE. Adu. [ἐξηπλωμένως] *Aperte.* Explanate ſcriptum Gell. 16, 8. *Compar.* Cic. in Orat. 117 c. 33 Erit igitur haec facultas in eo, quem volumus eſſe eloquentem, vt definire rem poſſit: neque id faciat tam preſſe et anguſte, quam in illis eruditiſſimis diſputationibus fieri ſolet, ſed cum explanatius, tum etiam vberius, et ad commune iudicium popularemque intelligentiam accommodatius.

EXPLANĀTOR, ōris. m. [ἐξαπλωτὴς, ἑρμηνεὺς] *Qui interpretatur et exponit.* Cic. de Diuin. 1, 116 c. 51 Sunt enim explanatores, vt Grammatici Poëtarum. *Add.* Lact. 6, 8. Deorum explanatorem habere Cic. de Diuin. 2, 151. *Quo loco quaedam exemplaria legunt* Explanationem.

EXPLANATIO, ōnis. f. [ἐξάπλωσις, ἑρμηνεία] *Interpretatio.* Adhibere explanationem Cic. de Diuin. 1, 119 c. 51. Plin. 10, 68 Arduae explanationis omnia. *Vid.* INTERPRETOR. Explanatio animi Plin. 11, 51. Portentorum explanationes Cic. de Aruſp. Reſp. 18 c. 9. *Vbi legendum,* Expiationes. *Figura eſt rhetorum.* Auct. ad Heren. 4, 18 Quae reddit apertam et dilucidam orationem. Vniuscuiusque propoſitionis explanatio Id. ibid. 4, 24. Illuſtris explanatio et commoratio vna in re, permultum mouet Cic. de Orat. 3, 220. Vt eſt neceſſaria verborum explanatio, ita omnes computare ac velut adnumerare literas, moleſtum et odioſum Quinct. 11, 3, 33. *i. diſtincta pronuntiatio. Sic et* emendata explanatio 1, 5, 34.

EXPLANABĬLIS, e. Adi. *Vid. paullo ante,* EXPLANARE verba.

EXPLANATORIVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Tard. 3, 1 Liber explanatorius aphoriſmorum Hippocratis.

EXPLANTO, āre. *Contrarium eſt ſimplici Planto: ſignificat enim euellere.* Columel. 4, 14 Pampini ſe capreolis illigent ſuis, ne ventis explantentur. Id. 5, 9 Ante quam explantes arbuſculam, *etc.*

EXPLAVDO, ĕre. *Idem atque* Explodo, *quod vide.* Pars plaudite, pars offenſi explaudite Auſon. in Sapient. Lucret. 4, 711 Quin etiam Gallum, noctem explaudentibus alis, *(i. velut cum irriſione cedere iubentibus)* Auroram clara conſuetum voce vocare.

EXPLENDESCO, *ſiue* EXSPLENDESCO, ui, ĕre. [ἐκλάμπω] *Eminere, ſplendere prae aliis.* Sueton. in Tit. c. 3 In puero ſtatim corporis animique dotes exſplenduerunt. *Add.* Nep. 25, 1, 3. Sen. Nat. Quaeſt. 2, 23.

EXPLENDESCENS, is. Partic. Plin. 11, 12 Venit hoc ex aëre, et maxime ſiderum exortu, praecipueque ipſo Sirio exſplendeſcente fit.

EXPLEO, ēui, ētum, ēre. [ἐκπληρόω, ἀποπληρόω, ἀναπληρόω] *Implere totum et ad ſummum ſignificat.* Virg. Georg. 3, 431 Hic *anguis* piſcibus atram Improbus ingluuiem ranisque loquacibus explet. Ter. Heaut. 1, 1, 77 Hem, tot mea ſolius ſoliciti ſunt cauſa, vt me vnum expleant? *i. mihi ſatisfaciant, mea deſideria perficiant: de familia ſua ſenex loquitur.* Non. 5, 13 Expleri et Satiari, hanc habent differentiam. Expleri, eſt Tantummodo plenum eſſe: Satiari, Supra modum et abundantiam. Lucret. (3, 1017 Deinde animi ingratam naturam paſcere ſemper) Atque explere bonis rebus, ſatiareque nunquam. *Addit* Nonius, M. Tull. de Rep. lib. 6 Graues enim dominae cogitationum libidines infinita quaedam cogunt atque imperant; quae quia nec expleri nec ſatiari vllo modo poſſunt, ad omne facinus impellunt eos, quos illecebris ſuis incenderunt. Cic. Fam. 2, 1 Sed de literis hactenus: non enim vereor, ne non ſcribendo te expleam. *h. e. Scribendo ſatisfaciam.* Id. Off. 2, 18 Quorum ea, quae natura deſiderat, expleta cumulataque habeamus. Id. in Partit. 96 Ad commouendos animos maxime proficient, ſi incitandi erunt, huiusmodi ſententiae, quae ad explendas cupiditates, aut ad odium ſatiandum, aut ad vlciſcendas iniurias pertinebunt. Idem Verr. 3, 100 Decumanis lucra data ſunt, vt aliquando ex eorum agris atque vrbibus expleti atque ſaturati, cum hoc cumulo quaeſtus decederent. Quod aliquibus defuit, explere Id. de Clar. Orat. 154. ¶ 2 *Subſtantiua:* Animum alicui explere, *pro Satisfacere.* Ter. Hec. 5, 1, 19 Exple Animum his, teque hoc crimine expedi. *Vid. n. 3.* Ter. Andr. 1, 2, 17 Dum tempus ad eam rem tulit, ſiui animum vt expleret ſuum, *i. voluptati ſuae obſequeretur, ſatisfaceret deſideriis.* Annos ducentos Plin. 7, 48. Columel. 8, 11 Quum trimatum expleuit, optime progenerat. Virg. Aen. 1, 274 Triginta magnos voluendis menſibus orbes Imperio explebit. *i. Annos triginta regnabit.* Annum Luna quater plenis expleuit cornibus Ouid. Met. 7, 530. Annos fatales expleuimus Tibul. 1, 3, 53. Auaritiam pecunia Cic. pro Roſc. Amer. 150 c. 52. Centurias non explere *dicuntur* candidati *cum, non poſſunt ſuffragiorum legitimum numerum ferre: Vid.* Liu. 3, 64 *extr. et* 37, 47 *extr.* Plin. 36, 21 Vlcera eorum purgant leuiter, explentque Cicatrices, et emendant. Caeſ. B. C. 1, 78 Ibi ſe reliquum Conſilium expleturos confidebant, *i. exſecuturos. Sed editur* explicaturos. Cupiditates multa opera et impenſa Cic. de Fin. 1, 45. *Add.* Partit. 96 *quem locum modo poſuimus.* Cupido ieiuna expletur Lucret. 4, 874. *i. Fames.* Cic. pro Caecin. c. 10 Non ad cognoſcendam cauſam, ſed ad explendam Damnationem praeſto fuiſſe, *i. ad numerum eorum explendum, qui damnarent reum.* Liu. 1, 9 *extr.* Eoque melioribus vſuras viris, quod annixurus pro ſe quisque ſit, vt quum ſua vice functus officio ſit, parentum etiam patriaeque expleat Deſiderium. Diem ſupremum Tacit. Ann. 1, 6. Digitos quatuor longitudine Plin. 18, 27. Ouid. Triſt. 4, 3, 38 Expletur lacrimis egeriturque Dolor. *Vid. n. 3.* Exſpectationem Cic. de Orat. 1, 205. Id. in Vatin. 32 Fauſti adoleſcentis nobiliſſimi paullo ante ex epulo magnificentiſſimo Famem illam veterem tuam non expleras? Ieiunia Sen. Thyeſt. 1. Inſanias, *v. d. ſtatim* Libidinem. Intemperantiam alicuius Cic. de Aruſp. Reſp. 42. Lacunam rei familiaris Id. Verr. 2 c. 55. Legiones ſupplemento Liu. 1, . . Cic. Verr. 4 c. 21 Nonne vobis id egiſſe videtur, vt non vnius Libidinem, non ſuos oculos, ſed omnium auariſſimorum Inſanias, quum Romam reuertiſſet, expleret? Mentem expleri nequit Virg. Aen. 1, 717. Tacit. Ann. 6, 50 Intercluſa anima creditus eſt Mortalitatem expleuiſſe. Mundum bonis omnibus expleuit Deus Cic. de Vniuerſ. 7 c. 3. Idem de Prouinc. Conſ. 25 Et malit tamen tardius ad ſuorum laborum fructus peruenire, quam non explere ſuſceptum Reipub. Munus. Id. Verr. 4, 76 Sperabat iis militibus, quos ex eo loco deduxiſſet, explere ſe Numerum nautarum et remigum poſſe. Liu. 2, 1 Caedibus regis deminutum Patrum Numerum primoribus equeſtris gradus lectis ad trecentorum ſummam expleuit. Cic. Verr. 5, 56 Honeſtius eſt ei nullum dare, quam illum quaſi legitimum Numerum conſuetudinis non explere. Numeros in fidibus explere, et conficere verſus Id. Acad. 4, 22. Liu. 4, . . Factis ſimul dictisque odium explet. Cic. Fam. 16, 25 Noli committere vt excuſatione potius expleas Officium ſcribendi, quam aſſiduitate epiſtolarum. Opus alterius Ouid. Met. 3, 648. Partem relictam Cic. Off. 3, 34. Id. in Orat. 231 Neque inſerciens verba, quaſi Rimas expleat. Se: Plaut. Curc. 3, 16 Edepol nae ego hîc me intus expleui probe. Cic. Phil. 2, 50 Ibi te quum et illius largitionibus, et tuis rapinis expleuiſſes (ſi hoc eſt explere, quod ſtatim effundas) aduolas egens ad Tribunatum. Sententias Id. in Orat. 40. Sententias apte explere concludereque Cic.

Cic. in Orat. 230. Sitim diuturnam Idem de Seneƈt. 26 c. 8. Tacit. Ann. 3, 33 Quamquam ipſe pluris per prouincias quadraginta Stipendia expleuiſſet. Liu. 38, 24 Vbi aurum oſtenderent, quod Summam talenti Attici expleret. Teƈta frugibus exples Catul. 32, 20. Stat. Theb. 9, 754 Alio geminatum lumine vulnus Expleuit Tenebras. *i. Effoſſo etiam altero oculo totus euaſit caecus.* Cic. de Fin. 2, 42 Id autem eiusmodi eſt, vt aditum ad virtutem, auƈtoritatemque videatur habiturum, et expleturum cumulate Vitam beatam. Vrbes erroribus Tibull. 1, 4, 69. Vulnera concaua Scribon. 210. ¶ 3 *Pro minuere etiam accipi volunt Grammatici.* Non. 4, 169 Explere, minuere. Virg. 6 (545) Diſcedam, explebo numerum, reddarque tenebris. Seruius *ad h. l. Explebo* eſt minuam: nam ait Ennius, *Nauibus explebant ſeſe, terrasque replebant:* quem Caper ſecutus, cum de Praepoſitione *Ex* traƈtaret, hoc exemplum poſuit. Senſus ergo eſt, minuam veſtrum numerum — Alii *explebo*, male putant complebo eſſe, vmbrarum ſcilicet, a quibus diſceſſerat, numerum. Alii *explebo numerum*, dicunt eſſe finiam tempus ſtatutum purgationi, et in corpus recurram, *etc. Sed ſi poſt veteres magiſtros hiſcere licet,* Explebo numerum *ſignificat implebo numerum annorum fato mihi aſſignatorum, donec purgatus ſatis in lucem et vitam redeam, hunc, inquam, numerum annorum vt expleam, iam ad tenebras et inferos redibo. Huc referunt* Hor. Carm. 2, 7, 21 Obliuioſo leuia Maſſico Ciboria exple: Funde capacibus Vnguenta conchis. *Hic etiam nihil eſt, quod de conſueta ſignificatione diſcedamus:* Exple *eſt imple ad oras vſque ſummas. Laudatur porro* Ter. Hec. 5, 1, 29 Eas ad mulieres huc intro, atque iſtuc iusiurandum idem Polliceare illis: exple animum iis, teque hoc crimine expedi. Donatus, *Explere* pro Exinanire Terentianum eſt. *Sed, pace Donati, non putamus hoc velle Terentium, ſed ponere hoc verbum non alia quam ſatiandi notione aut ſatisfaciendi, vt modo* Animum, Cupiditates, Deſiderium, Famem, Ieiunia, Libidinem *etc.* expleri *vidimus. Par ratio eſt* 5, 2, 19 Illis modo exple animum: *Praeſertim* v. 21 I atque exple animum iis, vt credant. *Maximam ſpeciem habet, qui tamen nondum huc traƈtus eſt, quod ſciam,* Ouid. Triſt. 4, 3, 38 Expletur lacrimis, egeriturque dolor: *poſſit videri* expletur *et* egeritur *eſſe Synonyma. Sed adhibendus etiam eſt verſus proximus*, Fleque meos caſus: eſt quaedam flere voluptas. Dolor *igitur in quantum* flendi libido *eſt* expletur; egeritur, *in quantum malum moleſtum eſt. Tandem* Plin. 11, 19 *pr. legit Harduinus*, Sunt et operis morbi, cum fauos explent *apes;* cleron vocant. *Sed ipſe Harduinus non audet damnare omnium editorum leƈtionem* non explent, *vel* non implent. *Quae cum ita ſint, nullum firmum praeſidium relinquitur huic intelleƈtui minuendi, praeter verſum Ennianum, in quo tamen alia conſtruƈtio cum non* Explere naues. *ſed* Explere ſe nauibus *dixerit.* ¶ 4 Explenunt, explent Feſtus: *vt antique dixerint* Expleno. Plenus *eſſe Gr.* πλέος, *notum.*

EXPLĒTVS, a, um. Partic. [ἐκπεπληρωμένος] Expletum omnibus ſuis partibus, ſiue omnibus ſuis numeris Cic. de Fin. 3, 32. Speƈtando expletus Catul. 62, 268. Dapibus expletus Virg. Aen. 3, 630. Finis expletus pudoris, *i. Praeterierunt anni virginitatis* Stat. Achil. 1, 291. Fines expleti humani aeui Stat. Silu. 5, 1, 260. Mundus perfeƈtus et expletus omnibus ſuis numeris et partibus Cic. de N. D. 2, 37 c. 13. Idem de Fin. 2, 48 Habes vndique expletam et perfeƈtam Torquate formam honeſtatis. Munus amicitiae expletum ſit Cic. de Amicit. 69. Naribus corruptus ſanguis expletis ibat Lucret. 6, 1201. Plebes expleta Iuuenc. 3, 88. *i. ſaturata.* Ouid. Amor. 2, 6, 8 Expleta eſt annis iſta Querela ſuis. Vita animi et corporis virtutibus expleta expetitur Cic. de Fin. 5, 37. Voluptas expleta flendi Stat. Silu. 2, 1, 15.

EXPLETIO, ōnis. f. [ἐκπλήρωσις] Cic. de Fin. 5, 40 c. 14 In ea expletione naturae ſummi boni finem conſiſtere, *etc.*

EXPLEMENTVM, i. n. [ἐκπλήρωμα] Sen. Epiſt. 111 (110) Si ſcieris cacumina arborum, explementum eſſe ventris. Plaut. Stich. 1, 3, 19 Inanimentis explementum quaerito, *i. inanem ventrem explere.*

EXPLETIVVS, a, um. Adi. [Expletiuum, παραπληρωματικὸν Gloſſ. Vet.] Coniunƈtiones expletiuae Iſidor. 1, 11.

EXPLEBILIS, *vnde* Inexplebilis, *quod vide.*

EXPLĬCO, ui *et* āui, ĭtum *et* ātum, āre. [ἀναπτύσσω] *Explanare, Extendere atque Euoluere.* Plaut. Mil. 4, 8, 7 Orant te, vt eas, ventus operam dum dat, vt velum explicent. Virg. Georg. 2, 335 Sed trudit gemmas, et frondes explicat omnes. *De Praeterito huius verbi*, Gell. 1, 7 *fin. laudat locum* Cic. pro L. Manil. 30 c. 11 Teſtis eſt Sicilia, quam multis vndique cinƈtam periculis non terrore belli, ſed celeritate conſilii explicauit, *et ſubiicit. Explicauit* dicere maluit, quam *Explicuit*, quod eſſe iam vſitatius coeperat — At ſi *Explicuit* diceret, imperfeƈto et debili numero verborum ſonus clauderet, *i. claudicaret.* Oroſ. 7 *extr.* Explicui — ab initio mundi vſque in praeſentem diem — Cupiditates et punitiones hominum — quam breuiſſime, et quam ſimpliciſſime potui. *Metaphora conſuetiſſima ad orationis claritatem refertur.* Cic. de Orat. 1, 163 Perfice vt Craſſus haec, quae coarƈtauit et peranguſte referſit, in oratione ſua dilatet nobis atque explicet. Aperte et plane aliquid explicare Cic. Verr. 2 c. 64. ¶ 2 *Sed latiſſime patet vſus huius verbi, quod cognatam vim etiam habet alteri* Expedire, *et adhibetur quoties aliquid ex obſcuro lucidum, ex anguſtiis laxum, ex confuſione diſtinƈtum, ex difficili facile fit: id quod optime intelligetur propoſitis elementari vt ſolemus, ordine Subſtantiuis, quibus iungitur.* Explicare Acies, *et* Explicare Agmen *dicuntur Imperatores exercituum, quum milites ſuos in patentem locum exponunt ad concertationem ineundam.* Liu. 4, . . *et* 30, 5. Curt. 4, 9, 10. *et* 14, 12. *Conf. mox* Cohortes, Naues, Ordines, Turmas. Aeuum omne tribus explicare chartis, *i. hiſtoriam vniuerſam tribus libris, de Cornelio Nepote* Catull. 1. Martial. 13, 70 Miraris quoties gemmantes explicat Alas. *de pauone.* Annonam *ICti.* Bellum Flor. 1, 17, 5. Campum tumulus diffuſo vertice explicat, *i. in ſummo planitiem latam habet* Lucan. 3, 377. Cic. de Diuin. 2, 41 Cur igitur vos inducitis in eas Captiones, quas nunquam explicetis. Carmina alicui Catull. 51, 3. Cauſam rei Cic. Att. 3, 3. Rerum nouarum Cauſas Cic. Fam. 5, 12. Coenas duas explicat vna menſa Martial. 1, 104. Cohortes legio explicuit Virg. Georg. 2, 280. Conſilium Caeſ. B. C. 1, 78. *et* 3, 71. Leuatur omnis cura, quum aut conſtitit Conſilium, aut cogitando nihil explicatur Cic. Att. 8, 11 *pr.* Curſum citatis paſſibus Sen. Hippol. 10. Definitione aliquid explicare Cic. de Fin. 3 c. 10. Enſem, *Euaginare* Ouidio *tribuitur. Certe nihil tale Ind. Burm.* Epiſtolam, *pro Aperire, et clauſam reſerare, affertur ex* Cic. Q. Frat. 3, 1 c. 5 Quum hanc iam Epiſtolam explicarem, tabellarii a vobis venerunt. *Sed hic* Complicarem *habent codices emendati.* Fabricam naturae incredibilem Cic. de N. D. 2, 138. Forum ad alium locum Idem Att. 4, 15. Frontem ſolicitam explicuere, *vt iam non rugoſa ſit* Hor. Carm. 3, 29, 16. Intelligentiam explicare atque excutere Cic. Off. 3, 81. Interpretationem Idem de Diuin. 1, 39. Iter, *i. Perficere* Plin. Epiſt. 8, 1, 1. Latus num explicuit Typhoëus reieƈto monte Sen. Thyeſt. 809. Leges interpretari et explicare Cic. Philipp. 9, . . Legiones Caeſ. B. C. 2, 26. De duobus generibus primis, tribus Libris explicauit Idem Off. 3 c. 2. Ligna explicat natura in flammas, *i. Reſoluit* Lucret. 2, 881. Cic. Verr. 2, 156 Omnium Praetorum Literas, qui ante fuerunt profer, explica: ſi vnum inueneris, ego hoc tibi, quemadmodum in tabulis ſcriptum habes, ita geſtum eſſe concedam. Luxus ſuos Cleopatra explicuit Lucan. 10, 109. *i. inſtrumentum epulare.* Mandata Cic. Att. 13, 23. *i. perficere.* Mare turbidum *intelligitur apud* Sen. Herc. Oet. ſ. 4 *pro Turbatum componere et ſerenare, et quaſi corrugatum explicare.* Mentem verbis Cic. in Orat. 116. Hirt. B. Alex. 14 Inter has ſpatium quadringentorum paſſuum reliquit, quod ſatis eſſe ad explicandas Naues videbatur. Negotium explicare atque expedire Cic. Fam. 13, 27. Nihil explicare poſſum conſilio Idem Att. 9, 6. Nomen Id. Att. 13, 29. *i. ſoluere; quod debetur, vel ſolutionem procurare.* Orationes Graecas ſummorum Oratorum Cic. de Orat. 1, 155. Orationem longam et verbis valde bonis explicare Idem de L. Agr. 2, 13. Orbes explicare, *dicuntur ſerpentes quum repunt* Ouid. Met. 15, 720 *de Aeſculapio in ſerpentem mutato*, — deus explicat orbes, *etc.* Ordines Liu. 2, 46 *et* 37. Ordines temporum Cic. de Clar. Orat. . . . Suet. Domit. c. 12 Neque eo ſecius in explicandis oneribus omnibus haereret, *i. pecunia comparanda. Nempe dicitur etiam* Explicare Pecuniam, *quod Graeci* πορίζεσθαι, *Latini Curare dicunt.* Calliſtratus l. 31 D. de re iudic. Si qui tamen per contumaciam magis, quam quia non poſſint explicare Pecuniam, differant ſolutionem. *i. In promtu non habeant.* Cic. 9, 25 *pr.* Παιδείαν Κύρου, quam contrieram legendo, totam in hoc imperio explicaui, *i. ad vſum et vitam tranſtuli: quae de Cyro Xenophon memorat, ego feci.* Pennas ſuas explicat pauo Ouid. Amor. 2, 6, 55. Philoſophiam Cic. de Diuin. 2, 6. Prouinciam periculis cinƈtam celeritate conſilii explicare Idem pro L. Manil. 30. *Et* Fam. 7, 3 Quo tempore me ita vidiſti conturbatum, vt non explicarem Quid eſſet optimum faƈtu, *i. conſtituere ac decernere non poſſem.* Rationem belli Cic. de Prouinc. Conſ. 35. Reliqua mea explicata ſunt Cic. Att. 16, 3. *i. aſſignatum, quid, quando cuique ſoluatur.* Rem diƈtione Idem de Orat. . . Rem explicatam tibi dabo Plaut. Pſeud. 4, 1, 18. Rempublicam liberare et explicare Cic. Fam. 12, 25. Res Caeſ. B. C. 3, 75. *i. perficere.* Cic. Att. 8, 30 Rem difficilem atque inexplicabilem! Atqui explicanda eſt. *i. conſilium capiendum eſt, non licet differre deliberationem. Et Elliptice* Cic. Att. 12, 29 De hortis *(rem)* quaeſo explica. Scholam, *quam nunc leƈtionem vel praeleƈtionem dicimus* Cic. de Fin. 2, 1. *Vid.* SCHOLA. Laborant, *(teſtes)* quemadmodum Se explicent dicendo Cic. pro Flacc. c. 4. Idem Att. 5, 12 Quare da operam, ſi vlla ratione etiam nunc efficere potes, vt te explices, vt huc quam primum venias, *i. expedias negotiis. Et* Verr. 5, 151 c. 58 Si — ex his laqueis te exueris, ac te aliqua vi et ratione explicaris: in illas tibi maiores plagas incidendum eſt. Liu. Epit. 49 Cum negleƈtos ab vna parte muros duo tribuni cum cohortibus irrupiſſent, et ab oppidanis grauiter caederentur a Scipione explicati ſunt. Sen. de Tranq. Anim. c. 2 Admoneor exemplo eorum, qui ex longa et graui valetudine explicati motiunculis leuibusque interim offenſis perſtringuntur. Sententiam Quinƈtil. 2, 15. Cic. de Diuin. 1, 6. Serpentem explicare, *eſt Occidere ſerpentem. Mortuus enim ſerpens explicatur, et in longum porrigitur.* Lucan. 5, 80 Adhuc rudibus Paean Pythona ſagittis Explicuit. Cic. Att. 15, 20 Niſi explicata Solutione non ſum diſceſſuris, *i. ſolutis reliquis, certe ita aſſignatis, vt contenti ſint creditores.* Turmas omnes explicuit Caeſar Lucan. 6, 9. Cic. Verr. 4, 61 Vbi cum equitibus Rom. illos Verrutios — explicabam, *i. velut ex plicis veſtium minutas beſtiolas, ita illos de latibulis ſuis excutere ſtudebam.* Veſtem Cic. de Orat. 1, 161. Cic. . . . Quae virtus praeter caeteras, totam ſe ad alienas vtilitates porrigit atque explicat. *h. e. Tota eſt in alienis vtilitatibus.* Vitam alicuius totam explicare atque eam non modo in animis Iudicum, ſed etiam in oculis conſpeƈtuque omnium exponere Cic. Diuin. Verr. 27. Martial. 1, 2 Claudia diffuſas vbi porticus explicat Vmbras. Vndas ſpatioſas in longum explicat fluuius Ouid. ad Liu. 251. Volumen ſuum Cic. pro Roſc. Amer. 100. Voluptatem Idem de Fin. 2, . .

EXPLICIT, *in fine librorum, etc.* F. *pro Explicitus vel Explicitum.* Martial. 14, 1 *extr.* Verſibus explicitum eſt omne duobus opus. Hieron. Epiſt. 138 Solemus completis opuſculis ad diſtinƈtionem rei alterius ſequentis medium interponere *Explicit* aut *Feliciter* aut aliquid iſtiusmodi. *Obſeruatio Ducangii in Gloſſario eſt, meliores quosque libros integre ſcriptum habere* Explicitus eſt liber: *vt videatur illud* explicit, *quo vſi deinde ſunt vulgo librarii et primi typographi, eſſe ex detruncatione verbi* explicitus *liber, vel* explicitum *volumen* eſt. Explicito traƈtatu Vlpiani *ſtatim videbimus.*

EXPLICĬTVS, a, um. Partic. [ἀναπεπτυγμένος] Cic. Att. 9, 3 Sed ita meruiſſe illum de me puto, vt ἀχαριστίας crimen ſubire non audeam, quanquam a te eius quoque rei iuſta defenſio eſt explicita. His explicitis rebus, duas in caſtris legiones retinuit Caeſ. B. C. 3, 76. Vlp. in l. 1 D. ad Senatusconſ. Trebel. Explicito *tr*aƈtatu, qui ad fideicommiſſa ſingularum rerum pertinet: tranſeamus nunc ad interpretationem Senatusconſ. Trebel. *Vid. modo diƈta in* EXPLICIT. *Compar.* Caeſ. B. C. 1, 78 Sed ex propoſitis conſiliis duobus, explicitius videbatur, ad Ilerdam reuerti, *i. explicatu et peraƈtu adeo facilius.*

EXPLICITŪRVS, *et* EXPLICATVRVS, a, um. Partic. [ἀναπτύξων] Stat. Theb. 1, 146 Montibus aut late Graiis effulta nitebant Atria, congeſtos ſatis explicitura clientes. *h. e. Large admiſſura venientum turbam.* Caeſ. B. C. 1, 78 Ibi ſe reliquum conſilium explicaturos confidebant.

EXPLICATVS, a, um. Partic. [ἀνάπτυκτος] Cic. Att. 9, 6 Salutares te mihi literas miſiſſe, neque ſolum has longiores, quibus nihil poteſt eſſe explicatius, nihil perfeƈtius. Cic. pro Planc. 5 c. 2 Sed mihi in Cauſa facili atque explicata, perdifficilis Iudices et lubrica defenſionis ratio proponitur. Cognitio de aliquibus rebus explicata Cic. de Vniuerſ. 33. Opinio explicata vberius et ornatius, *vid.* Ornate *in* ORNO. Illuſtris et explicatus locus Cic. de Orat. 2, 358. Explicata diligentiſſime philoſophia Graecis literis Idem Acad. 1 c. 2. *Et* Att. 16, 3 Maxime autem me angit ratio reliquorum meorum,

rum: quae quanquam explicata ſunt, tamen quod et Dolabellae nomen in his eſt, et attributione mihi nomina ignota, conturbor. *Videtur leg.* attributa, *quod aliquis* accepit *pro* attributione. Ibid. 10 Me res familiaris mouet: rem dico? immo vero exiſtimatio, quum enim tanta reliqua ſint, ne Terentiae quidem adhuc quod ſolum expeditum eſt. *Sic*, Impedita nomina *dicuntur*, *Quae non ſunt expedita.* Explicata et explorata ratio ſalutis ſuae Cic. Fam. 6, 1. Veteris cuiusdam memoriae non ſatis explicata recordatio Idem de Orat. 3, 4. *Et* Off. 1, 83 Eoque magis, ſi plus adipiſcare re explicata boni, quam addubitata mali. Explicata tota Carneadis ſententia Cic. Acad. 4, 19. Ex longa et graui valetudine explicati motiunculis leuibusque interim offenſis perſtringuntur Sen. de Tranqu. An. c. 2. Planiſſimo loco explicata vrbs Cic. pro L. Agr. 2, 95.

EXPLICĀTVS, ûs. m. [ἀνάπτυγμα] Plin. 8, 42 Quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. *Pro Declaratione*, Cic. de N. D. 3, 94 c. 39 Vt intelligeretis, quam eſſet obſcura, et quam difficiles explicatus haberet.

EXPLICATIO, ōnis. f. [ἀνάπτυξις] *Proprie* Cic. de Diuin. 1, 127 c. 56 Non enim quae futura ſunt ſubito exiſtunt, ſed eſt quaſi rudentis explicatio, ſic traductio temporis nihil noui efficientis et primum quidque replicantis. *Huic reſpondet illa in Leibnitiana ab Iordano Bruno philoſophia frequens* euolutio. Κατάστρωσις *Declaratio.* Cic. de Fin. 3, 14 Multumque ad ea, quae quaerimus, explicatio tua iſta profecerit. Facilis aliquarum rerum Idem Philipp. 7, 1. Illuſtris et perpolita Id. de Orat. 2, 120. Explicatio fabularum, et Enodatio nominum Cic. de N. D. 3, 62 c. 24. Naturae explicatione aliquid interpretari Idem de Diuin. 1, 129. Verborum explicatio probabatur, *i. Qua de cauſa quaeque eſſent nominata, quom Etymologiam appellabant* Cic. Acad. 1, 32.

EXPLICATOR, ōris. m. [ἀναπτυκτής] *Qui exponit.* Cic. in Orat. 31 c. 9 At laudatus eſt ab omnibus, fateor: ſed ita, vt rerum explicator prudens, ſeuerus, grauis, non vt in iudiciis verſaret cauſas, ſed vt in hiſtoriis bella narraret. Multo commodior explicator Idem de Inu. 2, 6 c. 2.

EXPLICĀTRIX, īcis. f. [ἀναπτυκτίς] Oratoria vis dicendi, explicatrix orationis perpetuae ad perſuadendum accommodatae, *eo ſenſu, vt ante* Explicare orationem *dici monuimus* Cic. Acad. 1, 32 c. 8.

EXPLICABĬLIS, e. Adi. [ἀναπτυκτός] Plin. 4, 13 Toto autem hoc mari ad Scaldin vſque fluuium, Germanicae accolunt gentes, haud explicabili menſura. Ab explicabili *eſt* Explicabiliter Diomed. 1 p. 401.

EXPLICĀTE. Adu. [ἀναπεπτυγμένως] *Clare et aperte.* Cic. de Orat. 3, 50 c. 14 Qui diſtincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate et rebus et verbis dicunt.

EXPLŌDO, ſi, ſum, ĕre. [ἐκκροτέω, ἀποκροτέω] *Manibus comploſis irridere, et eiiciendum ſignificare.* Cic. de Orat. 1, 259 c. 61 Itaque nos raucos ſaepe attentiſſime audiri video: tenet enim res ipſa atque cauſa: at Aeſopum, ſi paullum irraucuerit, (irrauſerit *al.*) explodi. Idem de Diuin. 2, 86 Sed hoc quidem genus diuinationis vita iam communis exploſit. Hiſtrio exſibilatur et exploditur Cic. Parad. 3 c. 2. Idem pro Cluent. 86 Te vero illud idem quod tum exploſum et eiectum eſt, nunc retuliſſe demiror.

EXPLŌSVS, a, um. Partic. [ἐκκεκροτημένος] Cic. Qu. Frat. 2, 11 Multa dixi in ignobilem regem, quibus totus eſt exploſus. Sententia Idem Off. 1, 6. Exploſae eiectaeque ſententiae Cic. Fin. 5 c. 8.

EXPLOSIO, ōnis. f. Cic. Fam. 8, 13 Ludorum exploſiones.

EXPLŌRO, āre. [κατασκοπέω, ὠτακουστέω, ἐπισκοπέω] *Exclamare, et veluti Fletu quodam vociferari. Laudatur, neſcio vnde,* Varro, Gemit, explorat, turbam omnem concitat. Feſtus Pompeius, Explorare antiqui pro exclamare vſi ſunt: ſed poſtea, proſpicere et certum cognoſcere, coepit ſignificare. Itaque ſpeculator ab exploratore hoc diſtat, quod ſpeculator hoſtilia ſilentio perſpicit, Explorator pacata clamore cognoſcit. *Haec ad originem recte dicta fortaſſe, vſus non comprobat.* Seruius *ad* Aen. 9, 319 Exploratores quae volunt plerumque nutu ſignificant. *Sed quidquid huius ſit* ¶ 2 Explorare *eſt inquirere, tentare, obſeruare.* Id vſu exploraſſe, ad quod ante coniectura aliqua ducti eſſent Celſ. 1 praef. An initio pleraque explorata ſint Ibid. Cic. ad Brut. 16 Futura quoque, niſi ante ſit occurſum, explores, ne ſe inſinuent. Plin. Epiſt. 10, 91 Locus ſuſpectus et mollis: quem ego interim explorare modico impendio iuſſi, an recipere et ſuſtinere opus poſſit. Amenta in digitis Stat. Theb. 11, 440 *quod faciunt, qui ſe pugnae parant.* Animos alicuius Ouid. de Arte Am. 1, 456. Tacit. Hiſt. 1, 15 Secundae res acrioribus ſtimulis Animum explorant. Bonitatem panis guſtu Colum. 1, 8. Conſilium Hirt. B. G. 8, 18. Cornua explorat in truncis Lucan. 2, 603. Dexteram Sil. 11, . . Fines et litora gentis explorant Virg. Aen. 7, 150. Cic. Verr. 5, 43 Quae quidem omnibus, qui adſpexerant, proſpectare iam exilium, atque explorare Fugam domini videbatur. Inſidias explorat lupus circum ouilia Virg. Georg. 3, 537. Liu. 3, 8 Eo ſolutiore cura, in Lucretium incidunt Conſulem, iam ante exploratis Itineribus ſuis inſtructum, et ad certamen intentum. Ouid. Met. 10, 456

It tamen, et tenebrae minuunt, noxque atra pudorem:
Nutricisque manum laeua tenet, altera motu
Caecum Iter explorat.

Locos nouos Virg. Aen. 1, 311. Maleficia atrociora non aliter explorari et inueſtigari poſſunt, quam per ſeruorum quaeſtiones Paullus in l. edictum D. de quaeſtion. Mentes Sil. 5, 60. Virg. Aen. 9, 170 Necnon et trepidi Troës formidine Portas Explorant. Cic. pro L. Manil. 34 Qui Siciliam adiit, Africam explorauit, inde Sardiniam cum claſſe venit. Sic Explorare conſilium hoſtium Caeſ. B. G. 8, 6. Rem totam Cic. Att. 6, 8. Virg. Georg. 1, 175 Et ſuſpenſa focis explorat Robora fumus. *Nam rimas agunt, ſi non ſint firma.* Non. 4, 159 Explorare *in h. l. ait eſſe* ſiccare. *Quod ſi verum ſit, et aliunde probari queat: reſpici dicemus ad illam vim verbi ſimplicis, qua fletum vberem, et lacrimas ſignificat, vt exploret robora fumus, cum humorem, tanquam lacrimas quaſdam, elicit, eaque ipſa ratione ea ſiccet. Quin ipſa ratio ſollemnior verbi, qua examen et inquiſitionem notat, poteſt inde eſſe deriuata. Ita* Explorant *pullos ſuos aquilae, cum eos cogunt oculos in ſolem dirigere, et conniuentes* humectantesque *(quo verbo vtitur* Plin. 10, 3 *in hac re) nido eiiciunt. Sed, vt dixi, aliam quoque auctoritatem exſpecto, cum ſoleat temere ſignificationes multiplicare Nonius.* Ventos Virg. Aen. 3, 514. Vias Tibull. 2, 1, 78. Vires Stat. Theb. 8, 42. Nep. Hann. 2 Legati, qui de eius Voluntate explorarent. ¶ 3 *Formulae aliae:* Cic. de Senect. 66 Quis eſt tam ſtultus, quamuis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum ſe ad veſperum eſſe victurum? *Add.* Id. Fam. 2, 16. A quo mihi exploratum eſt, nihil eum feciſſe Cic. Fam. 5, 20. Ter. Phorm. 4, 3 Iam id exploratum eſt. Lucil. 29 Certum ſcio eſſe vt dicis: nam mihi erant de illo explorata omnia. Ouid. Met. 5, 362 Poſtquam exploratum ſatis eſt loca nulla labare, *etc.* Exploratum eſt mihi de hac re Cic. pro Cael. 16. Exploratum habeo, *idem ſignificat, quod Exploratum eſt mihi.* Cic. de Diuin. 2, 60 Illud exploratum habeo, nihil fieri poſſe ſine cauſa. Idem Off. 3, 75 Hac vi non vtatur, ne ſi exploratum quidem habeat, id omnino neminem vnquam ſuſpicaturum. *Add.* Id. de N. D. 1 c. 19 Habet exploratum *Deus* fore ſe ſemper cum in maximis tum in aeternis voluptatibus. Cic. Fam. 9, 10 Id erit mihi pro explorato. Plaut. Capt. 3, 4, 111 Quin exploratum dico, et prouiſum hoc tibi.

EXPLORANS, antis. Partic. Ex propinquo explorans, quid hoſtes agerent Liu. 37, 28. Me explorante Pallad. Iul. 3, 1 *formula, qua ad experimenta ſua prouocat.*

EXPLŌRĀTVS, a, um. Partic. [κατεσκοπημένος] Explorata ſalus, *certa, cuius contrarium eſt*, Salus deplorata Cic. Fam. 6, 12 *poſt med.* Conſulatus exploratus et domi conditus Cic. pro Muraen. 49. Fides Stat. Silu. 3, 5, 44. Cic. Att. 3, 17 Sed poſtridie Sextii pueri venerunt, qui a te literas attulerunt, non tam exploratas a timore quam ſermo Liuini fuerat, *h. e. Quae me non tam timore liberarent, quam Liuini ſermo.* Pacem exploratam habere Cic. Philipp. 7, 16. *Vid.* EXPLORO *n.* 3. Principia Idem de Legib. 1, 38. *Et* Verr. 1, . . Mea quidem Ratio, quum in praeteritis eſt rebus cognita, tum in reliquis explorata atque prouiſa eſt. Ratio ad aliquid confirmandum explorata Cic. de N. D. 1, 43. Spes explorata Idem Off. 3, 117. Spe magna et prope explorata, libertatis cauſam ſuſcipere Id. Philipp. 10, 19. Victoria Cic. Fam. 6, 1. Liu. 39, 12 Satis de Aebutio exploratum ratus. Perſpecta et explorata perſcribere Cic. Att. 3, 15. *Compar.* Idem Att. 16, 2 Facilior enim et exploratior deuitatio legionum fore videtur, quam piratarum. Exploratiora videbuntur Ibid. Ep. 4 *extr.* Securitas exploratior Gell. 1, 11 *extr.* *Superl.* Cic. poſt red. ad Quir. c. 6 An ego quum mihi eſſet exploratiſſimum, P. Lentulum proximo anno Conſulem futurum, *etc.* Victoria exploratiſſima Vell. 2, 84, 1.

EXPLŌRĀTIO, ōnis. f. Macrob. Saturn. 2, 2 Adulterii exploratio. Surculi Columel. 3, 9.

EXPLORATOR, ōris. m. [σκοπός, κατάσκοπος, ἐπίσκοπος, ὠτακουστής] *Qui explorat et obſeruat.* Caeſ. B. G. 1, 22. 7, 35 *etc.* Plaut. Pſeud. 4, 7, 71 Exploratorem hunc ludo faciamus ſuppoſititium. Pelagi exploratores Claud. de Nupt. Hon. 136. Eques explorator Sil. 16, 80. Per exploratores certior factus eſt Caeſ. B. G. 1, 12. *Add.* Id. 2, 17. Curt. 3, 13, 2. *Fruſtra, quantum quidem ad vſum optimorum ſcriptorum,* Exploratores *a* Speculatoribus *diſtingui, obſeruatum, vid.* EXPLORO pr. *et funditus illam Feſti obſeruationem euertit Spanh. de Vſu et praeſt. num. Diſſ. 10 p. 235 ſq.* Exploratores, *Qui ſecreta nuntiant hoſtibus*, l. 6 §. exploratores D. de re milit. *Vid. Suidam in verbo* ἐξπλοράτωρ.

EXPLORATORIVS, a, um. Adi. Suet. Calig. c. 45 Coronas diſtinctas ſolis ac Lunae ſiderumque ſpecie exploratorias appellauit.

EXPLORATRIX, īcis. f. Auguſtin. . . .

EXPLŌRĀTE. Adu. *h. e. Certo.* Cic. Q. Frat. 2, 14 Haec ita ſentio, iudico, et ad te explorate ſcribo. Idem Fam. 10, 8 Non ſolum bene ſperare de nobis homines, ſed explorate iudicare volumus. Explorate percipere et cognoſcere Id. de N. D. 1, 1. *Compar.* Cic. Fam. 6, 1 Exploratius poſſum promittere. Exploratius indagare Ammian. 26, 6. Exploratius noſcendi gratia Idem 18, 15.

EXPLORANTER. Adu. *Idem.* Ammian. 16, 5.

EXPLORATO. *Ablatiuus abſolute poſitus.* Tacit. Hiſt. 2, 49 Et explorato iam profectos amicos, noctem quietam, vtque affirmatur, non inſomnem egit. *i. Poſtquam exploratum eſt illi et cognitum.*

EXPLOSVS, *vid.* EXPLODO.

EXPOLIO, *vel* EXSPOLIO, āre. [λωποδυτέω] *Plane et velut ad finem vſque ſpoliare.* Cic. pro Deiot. 25 Quo tum erga te rex animo fuit, qui auctionatus ſit, ſeſeque et filium ſuum exſpoliare maluerit, quam tibi pecuniam non ſubminiſtrare? Agrum Campanum exſpoliabantur Quadrigar. *ap.* Non. 7, 100. Fana atque domos Sall. Cat. c. 51. Cic. de Fin. 2, 43 c. 13 Dum enim in vna virtute ſic omnia eſſe voluerunt, vt eam rerum ſelectione exſpoliarent, *etc.* Genas oculis Ouid. Met. 13, 562. Exſpoliare aliquem prouincia et exercitu Cic. Att. 10, 1. Exſpoliare honore et dignitate Caeſ. B. G. 8, 50.

EXSPOLIATVS, a, um. ICti in Cod.

EXPOLIATIO, ōnis. f. *Apud* Auguſtin. de Ciu. Dei 20, 8 *extr.*

EXPOLIĀTOR, ōris. m. *Apud* Saluian. de Gubern. Dei 7 p. 288.

EXPŌLIO, īui, ītum, īre. [ξέω, ἀποξέω, ἐκλειαίνω] *Valde et totum Polire et ornare.* Plaut. Mil. 4, 4, 38 Meum opus ita dabo expolitum, vt improbare non queas. Cic. de Diuin. 2, 48 c. 21 Cum multa ſint de marmore detracta, et ad lineamenta oris peruentum eſt, tum intelligas, illud, quod iam expolitum ſit, intus fuiſſe. Quinctil. 2, 19, 3 Et ſi Praxiteles ſignum aliquod ex molari lapide conatus eſſet exſculpere, Parium marmor mallem rude: at, ſi illud idem artifex expoliſſet, plus in manibus fuiſſet, quam in marmore. Scabritias Plin. 24, 4. Conſilium, *per translationem.* Plaut. Poen. 1, 1, 60 Immo etiam quum expoliuero magis hoc, tum demum dices, nunc etiam rude eſt. Cic. de Orat. 2, 40 c. 10 Nox te, inquit, nobis Antoni expoliuit, hominemque reddidit. Doctrinis omnibus aliquem Idem de Orat. 3, 137 c. 34. Inuentum expolire, et expedite pronuntiare difficillimum eſt Auct. ad Heren. 2, 27. Quinctil. 8, 3, 42 Non quia comi expolirique non debeat *oratio;* nam et haec ornatus pars eſt. Nihil ſimplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit Cic. de Inuent. 2, 3.

EXPOLĪTVS, a, um. Partic. Excultus atque expolitus vita atque cultu Cic. de Clar. Orat. 95. Meum opus ita dabo expolitum, vt improbare non queas Plaut. Mil. 4, 4, 38. Pictum atque expolitum orationis genus Cic. in Orat. 95. Libellus pumice expolitus Catull. 1, 2. Expoliendum limandumque ſe alicui viro docto permittere Plin. Epiſt. 1, 10. *Compar.* Catul. 40, 24 Dens expolitior. Frumenta expolitiora Columel. 2, 21, 6. *Superl.* Gell. 2, 20 Villae expolitiſſimae.

EXPOLITIO, ōnis. f. *Ad aedificiorum exornationem ſaepe refertur. v. g.* Cic. Q. Frat. 3, 1 Vrbanam expolitionem vrget ille quidem et Phi-

et Philotimus, *etc.* Expolitiones vtriſque noſtrum ſunt in manibus Cic. ad Q. Frat. 3, 3. Aedificiorum expolitiones Vitruu. 6 *extr. it.* 7, 9. In verbis ineſt quaſi materia quaedam, in numero autem expolitio Cic. in Orat. 185. *de iis, quae condiunt orationem.* Artificioſa inuenti expolitio Idem de Inuent. 1, 74 c. 40. Artificio et expolitione diſtincta oratio Id. de Orat. 1, 50. De expolitione orationis Auct. ad Heren. 4, 54 c. 42 Expolitio eſt, cum in eodem loco *(argumento)* manemus, et aliud atque aliud dicere videmur. — Commutabimus tripliciter, verbis, pronuntiando, tractando *etc. Totus enim locus huc pertinet.*

EXPOMPO, āre. Quid times? inueniri et damnari? inueniri et expompari? Auguſt. Serm. a Sirmondo edit. 12 p. 140. *i. dehoneſtari, publica pompa ad ſupplicium duci.*

EXPŌNO, ſui, ſitum, ĕre. [ἐκβάλλω, ἐκτίθημι] *Extra ponere. Frequens eſt in re nauali, cum in terram educuntur e nauibus milites, vel generatim vectores.* Virg. Aen. 10, 288 Socios de puppibus altis Pontibus exponunt. Caeſ. B. G. 4, 37 Quibus ex nauibus quum eſſent expoſiti milites. Hor. Serm. 1, 5, 23 Quarta vix demum exponimur hora. Copias in terram Liu. 23. Caeſ. B. G. 5, 9 Caeſar expoſito Exercitu, ac loco caſtris idoneo capto. Liu. 28, 44 Ne quid interim dum traiicio, dum expono Exercitum in Africam, dum caſtra ad Carthaginem promoueo, *etc.* Filium exponere in terram, *ſcil. E Naui* Caeſ. B. C. 1, 31. Nep. 2, 8, 7. *Sic* Hor. Serm. 1, 5, 20 *paſſ.* Iamque dies aderat cum nil procedere lintrem Sentimus; *etc.* Quarta vix demum exponimur hora. *Sed etiam* Foenum in ſole, vt ſiceſcat Columel. 12, 28. Frumentum aduehere et exponere *venale* Cic. Off. 3, 51. Idem pro Muraen. 75 c. 36 Vaſa Samia exponere *intempeſtiua frugalitas eſt. Sic* Verr. 4, 33 Quum eſſent triclinia ſtrata, argentum expoſitum in aedibus. *Infantem exponere, Abiicere eſt et ſorti ac fortunae committere.* Exponere atque abiicere Suet. Claud. c. 27 *coniunxit.* Plaut. Ciſt. 1, 3, 18 Dat eam puellam ei ſeruo exponendam ad necem. Ter. Heaut. 4, 1, 37 Quum exponendam do illi, de digito annulum detraho: et eum dico vt vna cum puella exponeret. Liu. 1, 4 In proxima alluuie, vbi nunc ficus Ruminalis eſt (Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt. *Add.* Iuſtin. 1, 4, 7. Lactant. 6, 20. *Hinc et alia* exponi *dicuntur et* expoſita, *quae ſunt in periculo.* Sermonem vultus, geſtus, vox ipſa moderatur: epiſtola, omnibus commendationibus deſtituta, malignitati interpretantium exponitur Plin. Epiſt. 5, 7 *extr.* Cic. Verr. 3, 6 Quum tibi expoſita eſſet omnis ad praedandum Pamphylia, contentus his tam opimis rebus non fuiſti. Expoſitum medentis arbitrio animal *in machina, vbi commouere ſe non poteſt* Columel. 6, 19. Expoſita domus cupiditati et voluptatibus Cic. pro Quint. 93. Idem Philipp. 8, 29 Aut libertas parata eſt victori, aut mors expoſita victo. Expoſuit memet populo fortuna videndum Ouid. ex Pont. 3, 1, 49. Cic. pro Quint. c. 23 Quaſi eximio praemio ſceleris expoſito, *i. propoſito in alto loco ad inuitandos homines.* Idem de Orat. 1 c. 4 Erant huic ſtudio maxima, quae nunc quoque ſunt, expoſita praemia vel ad gratiam, vel ad opes. *Sic* Phil. 2, 114 c. 44 Factum — expoſitum ad imitandum. ¶ 2 *Eſt etiam* [ἐξηγεῖσθαι, ὑφηγεῖσθαι] *Declarare, explicare, interpretari.* Cic. Acad. 1, 33 c. 8 Cuius quas acceperim diſputationes, ſi vultis exponam, *vt merces ſuas mercator, vt vaſa, qui triclinium exornant.* Exponam vobis breuiter quid hominis ſit Cic. Verr. 2, 35. Omnia ordine Liu. 30, 17. Cic. de Legib. 3, 47 Apud eosdem, qui magiſtratu abierint, edant et exponant, quid in magiſtratu geſſerint deque iis Cenſores praeiudicent. Exponere et explicare, *vid.* EXPLICO. Cic. de Legib. 3, 48 Quocirca melius eſt rationes referri, cauſamque exponi Cenſoribus. Idem in Catil. 3, 13 c. 6 Et quoniam nondum eſt perſcriptum Senatusconſultum, ex memoria vobis Quirites, quid Senatus cenſuerit, exponam. *h. e. Memoriter.* Memoriter Cic. de Fin. 4 c. 1. Fuſius et ornatius res poſſet exponi Quinctil. 4, 2. Planius aliquid Cic. Fam. 1, 9. Plenius ſe loco ſuo expoſiturum eſſe promittat Quinctil. 4, 2. Verboſius Idem 3, 11. Auct. ad Heren. 1 c. 17 Commodius eſt in altero libro de caeteris rebus deinceps exponere. Idem Fam. 1, 9 De qua ratione tota iam videtur mihi exponendi tempus dari. *Iungitur ita variis nominibus, vt* Artes rhetoricas Cic. de Orat. 3, 72. Beneficia alicuius in ſe Caeſ. B. C. 1, 22. Cauſam veram verbis Lucret. 3, 964 Conſilium profectionis et reuerſionis ſuae Cic. Philipp. 1, 1. Crimina alterius Idem pro Cael. 35. Errores ſuos alicui Ouid. Faſt. 3, 626. Facinus alicuius manifeſto deprehenſum atque compertum Cic. pro Cluent. 142. Formam optimi exponere difficillimum eſt Idem in Orat. 26. Indignitatem alicuius rei Id. anteq. iret in exil. 15. Mandata alicuius Cic. de Fin. 2, 49. Merita in aliquem Quinctil. 4, 3. Narrationem Cic. in Orat. 210. Orationem ſuam Idem de Orat. 1, 227. Praecepta enodata diligenter Id. de Inuent. 2, 6. Rationem alicuius rei reddere et exponere Cic. pro Cael. 35. Rem verbis Lucret. 1, 833. Rem geſtam breuiter Cic. pro Milon. 23. Sententias cuiusdam diſputationis ſuo arbitratu in aliquo libro Idem de Amicit. 3. Sermonem de aliqua re Id. de Amicit. 3 c. 1. Cic. Att. 1, 1 Signa quae nobis curaſti, ea ſunt ad Caietam expoſita. Summam cogitationum ſuarum breuiter Idem Fam. 1, 9. Vitam alterius explicare: atque eam in animis iudicum, et in oculis, conſpectuque omnium exponere Id. Diuin. Verr. 27. ¶ 3 *Obſeru. Pro Numerare in re pecuniaria* Cic. Att. 5, 4 De Oppio bene curaſti, quod ei DCCC expoſuiſti. *Ludibrio exponere eſt* Sulp. Seuer. de Virt. Mon. Orient. 1, 4 Nihil penitus omiſit quod non carperet, laceraret, exponeret.

EXPOSĬTVS, a, um. Partic. [ἔκθετος] Expoſitus ſolibus locus Plin. 15, 5, Idem 14, 21 Imbecilla vina demiſſis in terram doliis ſeruanda, valida expoſitis. Expoſitus ventis Id. 17, 22. Expoſitus ſub diuo, *vid.* Dium *et* Diuum *in* DIVS. Actiones a Cn. Flauio expoſitae Cic. de Orat. 1, 186 c. 41. Colores pictori, ad variandum expoſiti Idem de Orat. 3, 216 c. 57. Dicta et expoſita et demonſtrata omnia Id. pro Cluent. . . . Cic. pro Roſc. Amer. 34 c. 12 Totam cauſam Iudices explicemus, atque ante oculos expoſitam conſideremus. Oculis expoſitus Celſ. 5, 28. ¶ 2 *Metaphorae hinc crebrae.* Cic. Philipp. 2, 114 Quod quum ipſum factum per ſe praeclarum atque diuinum eſt, tum expoſitum ad imitandum: praeſertim, *etc.* Idem pro Caecin. 78 Qui tot annos ingenium, laborem, fidem ſuam Pop. Rom. promtam, expoſitamque praebuerit. — Licet ire et redire per expoſitum limen Stat. Silu. 1, 2, 34. *i. adapertum. Sic* Expoſitis voluptatem dare Quinctil. 10, 5, 11. *i. communibus et eo quod obuia ſunt parum iucundis.* Lucan. 5, 102 Expoſitum cunctis, nullique negatum Numen. Plin. Epiſt. 1, 10 Amari ab eo laboraui, etſi non erat laborandum. Eſt enim obuius et expoſitus, plenusque humanitate. *Ita* Stat. Silu. 5, 3, 246 Quid referam expoſitos, ſeruato pondere mores. Vita innocentium ſi ingeniis hominum criminoſorum ſit expoſita, conquirenda eſt conditio communis periculi Cic. in Partit. 44.

EXPOSITE. Adu. Gell. 3, 2 Non expoſite et aperte oſtendere.

EXPOSITICIVS, a, um. Adi. [ἐκθετικὸς] *Qui eſt abiectus, vt pereat.* Plaut. Caſin. prol. 79 Reuertar ad illam puellam expoſiticiam.

EXPOSITIVVS, a, um. Adi. Expoſitiuus ſtatus controuerſiae Aggen. Vrb. de Lim. Agr. p. 63.

EXPOSITOR, ōris. m. *Qui Exponit.* Auguſtin. Epiſt. 80. Idem Epiſt. 107.

EXPOSITVM, i. n. Apul. de Syllog. Categ. p. 38 Appellatur a Stoicis Prima conſtitutio, vel Primum expoſitum.

EXPOSITIO, ōnis. f. [ἔκθεσις, ἐξήγησις] *Explicatio.* Cic. de Fin. 5, . . Iunctae autem et duplices expoſitiones ſummi boni, tres omnino fuerunt. *Narratio.* Plin. 9, 36 Quod ſi hactenus tranſcurrat expoſitio, fraudatam profecto ſe luxuria credat. Expoſitio *apud oratores pro Propoſitione, quae et Intentio dicitur, et eſt Prima propoſitio ratiocinationis* Quinctil. prooem. 8, 7. Sententiae ſuae expoſitio Cic. de Orat. 3, 201 c. 53. Rerum geſtarum Quinctil. 4, 3. Circumciſa Idem 4, 2. Credibilis Id. 4, 2. Elegans et venuſta Quinctil. 6, 3. Perſpicua et dilucida, cum grauitate expoſitio Auct. ad Heren. 4, 52 c. 39. Longior ſequetur, ac perplexa magis expoſitio Quinctil. 4, 1. Diſtinguere breui interſatione expoſitiones Idem 4, 2. Facere credibilem expoſitionem Id. 4, 2. Simplicem et dilucidam expoſitionem debet habere narratio defenſoris Auct. ad Heren. 2, 3. Quinctil. 2, 4 Ideoque et retro agere expoſitionem, et a media in vtramque partem diſcurrere, ſane merito cogantur. *de pueris.* Quinctil. 4, 2 In quo genere plurimis figuris erit varianda expoſitio ad effugiendum taedium audientis. ¶ 2 Iuſtin. 1, 4, 9 *de Cyro puero,* Paſtori regii pecoris puerum exponendum tradidit. Forte eodem tempore et ipſi paſtori filius natus erat. Eius igitur vxor audita regii infantis expoſitione, ſummis precibus, *etc.* Idem 1, 5, 4.

EXPOSITIVNCVLA, ae. f. Dimin. Hieron. aduerſ. Iouian. 1, 22.

EXPONTIFEX, ĭcis. m. Sariſber. Policrat. 8, 23. *qui fuit Pontifex.*

EXPOPŬLOR, āri. [ἐξαλαπάζω] *Populari penitus. Vnde*

EXPOPVLATIO, ōnis. f. [ἐξαλάπαξις] Columel. 3, 2, 18 *de Apianis vitibus,* Pluuiis ventiſque et apibus afferunt praedam: quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.

EXPOPVLATOR, ōris. m. *Apud* Marc. Empir. . . .

EXPORRĬGO, exi, ectum, ĕre. [ἀποτείνω] *Quod et* Exporgere *dicitur,* ſignificat Porro agere *inquit* Feſtus. *Sed non ab* Agere *duci hoc verbum, verum a* Regere, *Praeterita ſatis declarant.* Plin. 11, 48 Solidipedum crura ſtatim iuſta naſcuntur menſura. poſtea exporrigentia ſe verius quam creſcentia. Hirt B. Afr. 42 Poſtero die propius eorum aciem inſtituit exporrigere munitiones, *h. e. Extendere.* Plaut. Pſeud. prol. 24 Exporrigi melius eſt lumbos, atque exurgier. Ter. Adel. 5, 3, 53 Da te hodie mihi, exporrige frontem. *Vbi* Donat. Exporrige frontem: quia contrahi in verbo (*an* Prouerbio?) dicitur. Et verbo iſto oſtenditur quanto conatu ſit ad explicandam tantam contractionem ſenectutis et ſeueritatis. Hinc orti montes longo ſe iugo exporrigunt Mel. 1, 19. *Prorogare ſignificat* Sen. de Breuit. Vitae 9 Quid menſes tibi et annos, et longam temporis ſeriem exporrigis?

EXPORRECTVS, a, um. Part. *Idem fere quod* Experrectus: *ſiquidem* Feſtus, *vti legit Gronou. ad* Liu. 7, 36 Exporrectus a porrigendo ſe vocatus, quod facimus recentes a ſomno. Prudent. Hamart. 856 Illic purpureo latus exporrecta cubili.

EXPORTO, āre. [ἐκκομίζω] Extra portare, *ſiue Ex loco portare, aut auferre.* Cic. Verr. 4, 23 c. 10 Per iſtos quae volebat, in nauem clam imponenda, occulte exportanda curabat. Ex oppido Idem Verr. 4, 72 c. 35. *Et* Verr. 5, . . Ex prouincia ſecum. Ex Italia Hieroſolymam aurum quotannis exportari ſolere Cic. pro Flacc. 67 c. 28. Calathis exportant quod mulſere Virg. Georg. 3, 402. Tum corpora luce carentum exportant tectis Idem Georg. 4, 256. *de apibus.* Frumentum in fame Cic. pro Flacc. 17. Serua has aedes, ne qui manus attulerit ſteriles intro ad nos, grauidas foras exportet Plaut. Truc. 1. 2, 4. Exportauit Syracuſis magnam vim mellis Cic. Verr. 2, 176. Exportandum in vltimas terras portentum Idem Verr. 1, 40 c. 15.

EXPORTATIO, ōnis. f. [ἐκκόμισις] Cic. Off. 2, 13 c. 3 Iam vero et earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, et earum, quibus egeremus, inuectio, certe nulla eſſet. *Sic* Verr. 2, 185. *Pro Exilio.* Sen. de Tranq. Vitae c. 11 Quae dignitas, cuius non praetextam, et augurale et loca patricia comitentur et ſordes et exportatio, *etc.*

EXPORTATOR, ōris. m. *ICt. in* Dig.

EXPORTATVS, a, um. Partic. Iuſtin. 11, 15, 3 Darius clauſo vehiculo exportatus. Suet. Domit. c. 17 Cadauer eius Sandapila per veſpillones exportatum. Seruus trans mare exportatus Obſequ. c. 104.

EXPOSCO, popoſci, ĕre. [ἐξαιτέω] *Multum et cum inſtantia ſiue obnixe poſcere.* Liu. 30, 12 Itaque quum modo dextram amplectens, in id, ne cui Romano traderetur, fidem expoſceret, propiusque, *etc.* Miſericordiam implorare et expoſcere Cic. pro Milon. 93 c. 34. Opem votis Ouid. Met. 9, 545. Pacem precibus et votis Liu. 1, 16. Virg. Aen. 3, 261 Sed votis precibusque iubent expoſcere Pacem. Supplicium factis Catul. 62, 203. Veniam irarum caeleſtium, finemque peſti expoſcunt Liu. 3, 7 *extr.* Victoriam a diis Caeſ. B. C. 2, 5. Liu. 7, 40 Quod deos immortales inter nuncupanda vota expopoſci, eius me compotem voti vos facere poteſtis. Liu. 38, 31 Qui eius rei auctores affinesque eſſent — Ad expoſcendos eos extemplo Legati Lacedaemonem miſſi ſunt. *De eadem re* c. 33 Legatos deinde miſit ad depoſcendos auctores defectionis, ciuitatem in pace futuram, ſi id feciſſent, pollicens. Nep. 2, 8, 5 Nam cum ab Athenienſibus et Lacedaemoniis expoſceretur publice, ſupplicem non prodidit. Idem 23, 7, 6 Hos Hannibal ſui expoſcendi gratia miſſos ratus.

EXPOSTŬLO, āre. [ἐξαιτέω] *Vehementer tanquam ius ſuum petere.* Cic. pro Roſc. Com. 50 c. 17 Vix medius fidius tum, Fanni, a Ballione, aut aliquo eius ſimili, hoc expoſtulare audeas, et impetrare poſſes. Plaut. Perſ. 4, 3, 25 Benedictis benefacta aures meae auxilium expoſtulant. Vt decedant expoſtulat Tacit. Ann. 12, 46. 3. Armeniam vacuam fieri expoſtulabat Idem Ann. 15, 17, 3. Cic. pro

Planc.

Planc. 58 c. 24 Venio ad L. Caſſium — cuius ex oratione ne illum quidem Iuuencium expoſtulaui *etc. i. poſtulaui, vt doceret, quis ille* Iuvencius *eſſet?* Plin. 9, 35 Magnificam alias coenam, ne dies periret, ſed quotidianam Antonio appoſuit irridenti, computationemque expoſtulanti. ¶ 2 *Accuſare eſt*, [ἐγκαλεῖν, δικαιολογεῖσθαι] Conqueri, ſeu Querelam apud eum ipſum deponere, qui fecit iniuriam, *inquit* Donatus *ad* Ter. Andr. 4, 1, 15. *quem locum mox dabimus.* Idem Adel. 4, 3, 4 Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant, Sibi fieri iniuriam; vltro ſi quam fecere ipſi, expoſtulant, et vltro accuſant. Cic. Tuſc. 5, 14 c. 5 Virtutes autem noli vereri, ne expoſtulent et querantur ſe a beata vita eſſe relictas. Idem Verr. 3, 207 c. 89 *pr.* Queruntur omnes liberi populi, regna denique iam omnia de noſtris cupiditatibus et iniuriis expoſtulant. Plaut. Mil. 3, 1, 102 Tum obſtetrix expoſtulauit mecum parum miſſum ſibi. Ter. Andr. 4, 1, 15 Sed quid agam? adeamne ad eum, et cum eo iniuriam hanc expoſtulem? De aliqua re cum aliquo Cic. Fam. 3, 10. Iracundius et vehementius Idem pro Sulla 44 c. 15. Minaciter, *vid. poſt* MINACIAE. Vlp. in l. 1 §. quod autem D. de officio praefecti vrbi, *de ſeruis contra dominos loquens*, Sed ſi verecunde expoſtulent: ſi ſaeuitiam, ſi duritiam, ſi famem, qua eos comprimant: ſi obſcenitatem, in qua eos compulerint vel compellant: apud praefectum vrbi exponant. Locus expoſtulandi Cic. Fam. 2, 16. Tacit. Ann. 13, 37 Mittebat Oratores, qui ſuo nomine expoſtularent.

EXPOSTVLANS, antis. Partic. Tacit. Hiſt. 1, 82 Oſtendi ſibi Othonem expoſtulantes.

EXPOSTVLATVS, a, um. Partic. Expoſtulata ad ſupplicium Galuia Tacit. Hiſt. 1, 73. Cauſas expoſtulatus Tertull. de Coron. c. 1.

EXPOSTVLATIO, ōnis. f. [ἔγκλημα] Proprie expoſtulatio eſt apud illum ipſum, qui peccauerit. Poſtulatio de illo apud alium Donat. *ad* Ter. Hec. 1, 2, 102. Cic. Q. Frat. 1, 2 Fuerunt nonnulli aculei in C. Caeſarem, contumeliae in Gellium, expoſtulationes cum abſente Pompeio. Aequitas expoſtulationis Cic. Fam. 3, 7. Bonorum expoſtulatione flagitabar, improborum conuitia ſuſtinere non poteram Idem pro Domo ſua 16. Facere expoſtulationem Id. pro Cluent. 161. Inſerere expoſtulationes ſuas, *vid.* INSERO.

EXPOSTVLATVS, ûs. m. Expoſtulatibus modum facere Symmach. Epiſt. 9, 13.

EXPŌTVS, a, um. [ἔκπωτος] *Idem quod Epotus.* Plaut. Trin. 2, 4, 5 Quid factum eſt eo? S. comeſum, expotum, exutum, elotum in balineis.

EXPRAEFECTVS, i. m. *et* EX PRAEFECTO. Sidon. Ep. 1, 11. Pupienum ex praefecto vrbi imperatorem creauit Capitolin. in Maxim. c. 20. Praetextatus ex vrbi praefecto, et ex vicario Venuſtus Ammian. l. 28, . .

EXPRESSE, EXPRESSIO, EXPRESSVS, *vid.* EXPRIMO.

EXPRĬMO, eſſi, eſſum, ĕre. [ἐκπιέζω, ἐκθλίβω] *Premendo elicere, vel expellere.* Plin. 12, 21 Sunt qui Aethiopicam glandem praeferant nucleo gracili, liquore qui exprimitur odoratiori. Exprimere oleum Plin. 12, 21. Vinum palmis *apud eund.* 6, 28. Plin. 7, 44 *de Metello*, Tanquam parum eſſet, faucium certe intortarum, expreſſique per aures ſanguinis, poenam exactam eſſe. *Nempe* ad Tarpeum *ſaxum obtorto collo* raptus *fuerat a tribuno pl. Metellus* Plin. 28, 9 Dein liquatae per lintea exprimantur, ac reponuntur in fictili locis frigidis. Plin. Epiſt. 8, 8, 1 Fons exprimitur pluribus venis. *Loquitur de clitumno, tanquam de machina hydraulica, quam natura fabricata eſt.* ¶ 2 *Metaph. ſignificat vi et neceſſitate impetrare et auferre, vt Extorquere* Cic. pro Quint. 47 Extorquendum eſt inuito, atque ingratis quod non debet: eripiendum atque exprimendum eſt: de fortunis omnibus P. Quintius deturbandus eſt. Liu. 3, . . Expreſſit hoc neceſſitas patribus. Tantum a ſe exprimebat, quantum concupierat Sen. Controu. prooem. Cic. Verr. 2, 165 Iam igitur eſt ita perſpicuum, *etc.* nullam pecuniam ſtatuarum nomine niſi vi expreſſam, et coactam. Liu. 21, . . Tunc enim Annibal et inſimulabatur, et depoſcebatur: nunc a nobis et confeſſio culpae exprimitur, et vt a confeſſis res extemplo repetuntur. Expreſſa deditio neceſſitate Liu. 8, 2. *Conf.* Tacit. Ann. 1, 19, 5. Suet. in Auguſt. c. 57 Omitto Senatusconſulta, quae poſſunt videri vel neceſſitate expreſſa, vel verecundia. *i. Extruſa et extorta.* Cic. Fam. 8, 1 Sane quam eos ſermones expreſſit, qui de eo tum fuerant, quum Romae eſſemus. Expreſſi vt conficere tabulas ſe negaret Cic. Verr. 3, 112. Idem Verr. 3, 71 An quum magno decumas vendidiſſet, te expreſſiſſe ab invitis Liparenſibus hanc pecuniam? Sen. Oedip. 4

— At taurus duos
Perpeſſus ictus, huc et huc dubius ruit:
Animamque feſſus vix reluctantem exprimit.

Lucret. 3, 494 Exprimitur porro Gemitus, quia membra dolore Afficiuntur. Ter. Eun. 1, 1, 23 Vna me hercle falſa Lacrimula, quam oculos terendo miſere, vix vi expreſſerit, reſtinguet, et te vltro accuſabit. Plin. Epiſt. 4, 7 Eſt enim tam ineptus, vt Riſum mihi poſſit exprimere magis quam gemitum. Scribon. 84 Qui conſtringunt vi magna artus, exprimentes Sanguinem venis ſubiectum, cogunt magis erumpi per vulnus. Plin. Paneg. c. 2 Quare abeant ac recedant Voces illae, quas metus exprimebat. Caeſ. B. G. 1, 32 Quum ab his ſaepius quaereret, neque vllam omnino Vocem exprimere poſſet. ¶ 3 Exprimere [ἐκμάσσειν, ἀπεικάζειν] *ſignificat ſimilitudinem alicuius rei quacunque ratione reddere: ducta primum formula ab illis figuris, quae cera, argilla, gypſo etc. exprimuntur, et deinde ad omne genus imitationum translata, picturam, literas, orationem,* etc. Martial. 1, 110 *in catellam depictam*, Hanc ne lux rapiat ſuprema totam, Pictam Publius exprimit tabella. Cic. Verr. 2, 189 Literae lituraeque omnes aſſimulatae, expreſſae, de tabulis in libros transferuntur. Plin. Epiſt. 9, 22 Praeterea in literis veteres aemulatur, exprimit, reddit. Eloquendi et exprimendi genere alios ſuperare Cic. Q. Frat. 3, 5. Aliquem ſatis diligenter libris ſuis Idem Att. 8, 1. Bellum aliquod Id. pro Arch. 21. Cic. Off. 3, 69 c. 17 Sed nos veri iuris germanaeque iuſtitiae ſolidam et expreſſam effigiem nullam tenemus. Plin. 33, 12 Sed e quibus ne exemplaria quidem liceret exprimere. Exercitatione aliquem imitando effingere et exprimere Cic. de Orat. 2, 90. Faciem alicuius, *de pictura* Plin. Epiſt. 7, 35, 2. Formam alicuius exprimere et effingere Auct. ad Heren. 4, 64. Cic. pro Roſc. Com. 24 Expreſſae ſunt enim ex vniuscuiusque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria, publice a Praetore formulae, ad quas priuata lis accommodatur. Cic. pro Roſc. Amer. 47 c. 16 Etenim haec conficta arbitror a Poëtis eſſe, vt effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſamque imaginem noſtram vitae quotidianae videremus. Imago alicuius expreſſa in cera ex annulo Plaut. Pſeud. 1, 1, 54. Inceſſum alicuius exprimere, *i. Imitari* Ouid. Met. 11, 636. Cic. pro Caecina 49 An tu, qui tam diligenter, et tam callide verbis controuerſias, non aequitate diiudicas, et iura non vtilitate communi, ſed literis exprimis: poterisne dicere deiectum eſſe eum, qui tactus non erit? Legem — ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus Cic. pro Milon. 10 c. 4. *ita vt lex ſit ipſius naturae quaſi imago quaedam, aut vox, quae illam declaret.* Literas putidius exprimi, et obſcurari negligentius non vult Cic. de Orat. 3, 38. *Et* de Offic. 1, 133 c. 37 Literae neque expreſſae, neque oppreſſae, ne aut obſcurum eſſet aut putidum. *Vid.* Appellare literas, *in* APPELLO. Mores alicuius oratione Cic. de Orat. 2, 184 c. 43. Expreſſa in huius Moribus natura, vitaque, perſona illa lutulenta, inuiſa, *etc.* Cic. pro Roſc. Com. 20. Oratione exprimere aliquid Idem de Orat. 2 c. 43 Orationem de aliquo Id. pro Rabir. 7. *Sed forte melior altera lectio*, expromere. Cic. Att. 9, 18 Sed tibi omnem illius meumque ſermonem omnibus verbis expreſſum ſtatim mittam. *i. Exacte ad verbum relatum.* Plin. 71, 37 Caeteris ſeptimo ferme anno ſermonem exprimit, *de lingua.* Idem 13, 24 Breuiterque ſi quis exprimere ſimilitudinem velit, anguſtioris trifolii frutex. Similitudinem exprimere ex membris alicuius *dicitur* pictor Plin. 34, 4. Similitudinem orationis Idem Ep. 1, 20. Similitudinem palatii haec domus exprimit Id. Epiſt. 6, 16. Speciem aliquam verſibus Cic. de Diuin. 1, 79 c. 36. Verbum e verbo *de interpretatione* Idem de Fin. 3, 15 c. 4. *Et* de Fin. 1, 4 Quum iidem fabellas Latinas ad verbum de Graecis expreſſas non inuiti legant. Cic. Acad. 4, 31 Amplectitur maxime cognitionem et iſtam κατάληψιν, quam, vt dixi, Verbum e verbo exprimentes, comprehenſionem dicemus. Ter. prol. Adel. 11 Verbum de verbo expreſſum extulit. Cic. de Diuin. 1, 79 c. 36 Atque hanc ſpeciem Praxiteles caelauit argento, et noſter expreſſit Archias verſibus. Veſtigia ſceleris expreſſa Idem pro Roſc. Amer. 62. Vim Graecorum Poëtarum Id. Acad. 1, 10. Cic. pro Rabir. Poſt. 4 Cum magnitudine animi, tum liberalitate Vitam patris et conſuetudinem expreſſerat. Vocem aliquam Lucret. 4, 553. Quinctil. 2, 13 *de pictore*, Non reperiens quo digne modo patris Vultum poſſet exprimere, velauit eius caput, et ſuo cuiusque animo dedit aeſtimandum. *Significantius eloqui:* Plin. Ep. 9, 26, 4 Sunt enim maxime mirabilia, quae maxime inſperata, maxime periculoſa, quae, vt Graeci magis exprimunt, παράβολα. Parum aliquid exprimere Trai. Plin. Ep. 10, 76. *i. non ſatis Expreſſe dicere.* Omnis vis et ratio dicendi in eorum, qui audiunt mentibus aut ſedandis aut excitandis exprimenda eſt Cic. de Orat. 1, 17. Ad ſenſus animi exprimendos oratio reperta Id. in Orat. 185.

EXPRĬMENS, entis. Partic. [ἀπεικάζων] Cic. de Orat. 3, 218 Manus autem minus arguta, digitis ſubſequens verba, non exprimens.

EXPRESSVS, a, um. Adi. [ἀπεικασμένον] *Ad imitationem pertinent iſta:* Expreſſum ſignum Corinthium, effingens ſenem Plin. Epiſt. 3, 6. Catull. 63, 16 Sed tamen in tantis moeroribus Ortale mitto Haec expreſſa tibi carmina Battiadae. *i. In Latinam linguam tranſlatos Callimachi Graecos verſus.* Cic. pro Cael. 12 Habuit enim ille, ſicuti meminiſſe vos arbitror, permulta maximarum non expreſſa ſigna, ſed adumbrata virtutum. Idem Acad. 1, 26 Materiam quandam, ex qua omnia expreſſa atque effecta. *Et* Fam. 1, 7. 28 Haec profecto vides quanto expreſſiora, quantoque illuſtriora futura ſint. Cic. de N. D. 1, 75 Species vt quaedam ſit deorum, quae nihil concreti habeat, nihil ſolidi, nihil expreſſi, nihil eminentis, ſitque pura, lenis, perlucida. *Vid.* EMINENS. Anguli expreſſi Colum. 4, 4, 1 curuaturis oblique rotundis *opponuntur.* *Sed* Ardor nubium conflictu expreſſus Cic. de Diuin. 2, 44 c. 19. Caput ruptum expreſſo cerebro Sen. Troad. 1114. Conuitia expreſſa arbuſto Hor. Serm. 1, 7, 29. *i. crebra, large fluentia.* Effigiem virtutum noſtrarum ſummis ingeniis expreſſam et politam relinquere Cic. pro Arch. 30. Expreſſius exemplar antiquitatis Plin. Ep. 5, 15. Fulmen expreſſum ventis per nubila Lucan. 1, 151. Literae neque expreſſae, neque oppreſſae Cic. de Offic. 1, 133. Sermo expreſſior Quinctil. 1, 1 *extr.* Vitium imitatione ex aliquo expreſſum Cic. de Orat. 3, 44. Vultus expreſſi per ahenea ſigna Hor. Epiſt. 2, 1, 248. *Compar.* Plin. Epiſt. 5, 15, 3 Cornuto quid melius? quid ſanctius? quid in omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expreſſius? Idem 10, 42 Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit, ſed expreſſior loquacitas certo generi picarum.

EXPRESSE. Adu. [φανερῶς] Plin. Epiſt. 2, 14 Vt mihi Attilius noſter expreſſe dixiſſe videatur, ſic in foro pueros a Centumuiralibus caulis auſpicari, vt ab Homero in ſcholis. *i. Appoſite, vt proprie rem exprimeret.* In praecipiendo conſcripta expreſſe *(ad ſimilitudinem et formam praeceptorum)* oportet ponere exempla, vt in artis formam conuenire poſſint Auct. ad Herenn. 4, 10 c. 7.

EXPRESSIM. *Aliud* Adu. *Diſerte, totidem verbis.* Vlp. in l. venditor D. 98 de hered. vel action. vendit. Si vero nihil expreſſim inter eos conuenit, ſed tantummodo peculii mentio facta eſt: ceſſare ex vendito actionem conſtat. *Conf.* l. 98 D. de ſolution. et liberat. §. 5. *Sed Compar.* Expreſſius fricare artus Scribon. 198. *i. vehementius.* Columel. 11, 1, 29 Quod ipſum expreſſius Heſiodus hoc verſu ſignificauit. *Add.* Val. Max. 8, 7, 7 *extr.* 1. *et* Macrob. Somn. Scip. 1, 6.

EXPRESSIO, ōnis. f. Pallad. Iun. 7, 3 Nobilius mel erit, quod ante expreſſionem ſecundam velut ſponte profluxerit. *Obſeruat aliquis* Expreſſionem Plinio 9. *et* Celſo . . . *Latine vocari, quam barbari medici Colaturam appellent.* Vitruu. 1, 1 Expreſſiones aquarum *de hydraulicis machinationibus, ſiphonum etc.* *Conf.* 8, 7. *et* 9, 9. *Priore loco* p. 170 ſq. *illud praeſertim apparet*, Expreſſionem *proprie dici, quatenus aqua* tubulis *vel fiſtulis incluſa ab vrgente a tergo pondere ſurſum vrgetur, cui* Decurſus *opponitur.*

EXPRESSOR, ōris. m. Tertull. Apol. c. 46. *Vid. ibi not. Iun. p. 53.*

EXPRESSVS, ûs. m. Vitruu. 8, 7 p. 170 Per fiſtulas plumbeas aquam qui ducent, — poterunt efficere et decurſus et circumductiones, et ventres et expreſſus.

EXPRETVS, Feſtus, Expreta antiqui dicebant, quaſi Expertia habita. Plaut. Bacch. 3, 3, 42 It magiſter quaſi lucerna, vncto expretus linteo. *Vterque locus controuerſus eſt.* *Apud* Feſtum *difficile eſt aliquid conſtituere.* *In Plauto autem placet ratio I. F. Gronouii* It magiſter quaſi laterna vncto ſpretus linteo. Expretus *librarii dedere*

pro ſpretus, vt expectare pro ſpectare, *illa ratione, qua etiam* ſpeculum, ſpatha, ſpecies, ſpiritus *in* Eſpeio, Eſpée, Eſpece, Eſprit, *etc. Hiſpanis, et Franco-Gallis auctoribus tranſiere. Ergo* It Magiſter *a puero pulſatus et ita* ſpretus *turpiter*, quaſi laterna, *quae* vncto linteo *conficitur, ſpleniis et vnctis linamentis in facie poſitis deformatus.*

EXPROBRO, āre. [ὀνειδίζω, προφέρω] *Probro obiicere, et qualemcunque culpam impingere.* Plaut. Moſt. 1, 3, 142 Triginta minas pro capite tuo dedi. PHILE. cur exprobras? PHILO. egone id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier? *Conf.* Trin. 2, 2, 37. Cic. de Amicit. 74 c. 20 Odioſum ſane genus hominum officia exprobrantium, quae meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit. Cic. de Amicit. 73 Quorum plerique aut queruntur ſemper aliquid, aut etiam exprobrant. Vehementius exprobrari Quinctil. 4, 2. Exprobrare et obiicere caſus bellicos Cic. Verr. 5, 131 c. 50. Fugam exprobrauit illi Ouid. Met. 13, 69. Languorem et ſoporem alicui Cic. in Salluſt. 15. Meritum alicui Ouid. Epiſt. 12, 21. Cic. de Orat. 2, 305 c. 75 Quid ſi quae vitia aut incommoda ſunt in aliquo iudice vno aut pluribus, ea tu in adverſariis exprobrando non intelligas, te in iudices inuehi; mediocre peccatum eſt? De vxore deſine mihi exprobrare Nep. 15, 5, 5. Cic. pro Roſc. Amer. 45 Non enim exprobrandi cauſa, ſed commonendi gratia dicam. *i. Non vt tibi obiiciam turpitudinem.* Plin. 8, 51 Catonis Cenſoris orationes exprobrant callum aprugnum. Suet. Tiber. c. 67 Nihil honoris adiiciet mihi patris appellatio: vobis autem exprobrabit aut temeritatem delati mihi eius cognominis, aut inconſtantiam contrarii de me iudicii. Tacit. Ann. 15, 16 Corbulo cum ſuis copiis ad ripam Euphratis obuius Paeto, non eam ſpeciem inſignium et armorum praetulit, vt diuerſitatem exprobraret. *i. Vt pudore afficeret Paetum ob diſſimulationem apparatus.* Plin. Epiſt. 1 vlt. Nam mala emtio ſemper ingrata eſt, eo magis quod exprobrare domino ſtultitiam videtur.

EXPROBRABILIS, e. Adi. Vulg. Interpr. Prou. c. 18, 1.

EXPROBRATIO, ōnis. f. [ὀνειδισμός] Plin. 19, 4. *Et* Ter. Andr. 1, 1, 17 Nam iſthaec commemoratio quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii. Crudelitatis exprobratio Iuſtin. 1, 8, 13. Tanta impotentiae exprobratio Quinctil. 6, 2. Eſſe in exprobratione, *i. Vitio verti.* Plin. 19, 4 Nam gari deſideria etiam erant in exprobratione.

EXPROBRATOR, ōris. m. Sen. Controu. 21 Oderant me patres quaſi publici mali ſegregem exprobratorem. Idem de Benef. 1, 1 Exprobratores et exactores.

EXPROBRATRIX, īcis. f. Sen. Benef. 7, 22 Vt haec nimia et exprobratrix memoria ſubſideret.

EXPROMITTO, īſi, iſſum, ĕre. [ἐγγυᾶσθαι] *Plene et valide Promittere, vt in* Exaudio, Efficio, *ſimilibus, de quibus vid.* EX n. 8. Varr. de R. R. 2, 2, 5 Cum emtor dixit, Tanti ſunt mi emtae? et ille reſpondit, ſunt: et (*emtor*) expromiſit numos, *etc. Sic ex MSS. reſtituit Victorius, pro* expromſit *aliorum, quod ideo locum habere non poteſt, cum, vt vel ipſe hic locus p. p. indicat, emtio venditio peragatur etiam non tradita pecunia. Caeterum alias fere ICtorum proprium eſt. v. g.* Vlpian. l. 19 §. 4 ff. de Donationibus, Si quis Seruo pecuniam crediderit (*quod effectum alioqui non habebat, cum ille nihil ſuum haberet*) deinde is liber factus eam expromiſerit, (*vt adeo nunc demum valide exigi ab eo poſſit*) non erit donatio (*illud, quod ſeruus vi huius promiſſionis ſoluit*) ſed debiti ſolutio. Iulian. l. 104 §. 1 de Legat. 1 Lucio Titio, ſi is heredi meo tabellas, quibus ei pecuniam expromiſeram, dederit, centum dato, *i. ſollemniter promiſeram.* Vlpian. l. 36 de iure dotium Debitor mulieris iuſſu eius pecuniam viro expromiſit. *In his igitur omnibus* expromittere *eſt obligare ſe promittendo: quod locum etiam habet in ſuſcipienda obligatione aliena. V. g.* l. 22 ff. ad SC. Vellei. Si mulieri dederim pecuniam, vt eam creditori meo ſoluat, vel expromittat, ſi ea expromiſerit, locum non eſſe Senatusconſulto. Gaius l. 31 ff. §. 3 De mortis cauſa don. Si iuſſeris mortis cauſa debitorem tuum mihi aut creditori meo expromittere. Paullus l. 56 ff. de Peculio, Quod ſeruus meus pro debitore meo mihi expromiſit, ex peculio deduci debet. *Maneat igitur* expromittere *eſſe plene et valide, vel pro ſe, vel pro alio promittere.*

EXPROMISSOR, ōris. m. [ἐγγυητής] Expromiſſoris *nomen, ait Connanus Comm. I c. 6, 6, 2 ponitur pro Eo, qui non accedit obligationi, ſed eam totam in ſe ſuſcipit, quaſi alienae obligationis vicarius, vt pro ſeruo aduerſus dominum, qui domino obligari non poteſt, ideoque nec fideiuſſorem dare: at* expromiſſorem *recte dat, qui ſuo loco promittat.* Vlpian. l. Et eleganter 7 §. 8 D. de dolo malo: Seruus, pactionis pro libertate reum domino dedit ea conditione, vt poſt libertatem transferatur in eum obligatio: manumiſſus non patitur obligationem in ſe transferri. *Haec Vlp. Pergit Connanus,* Reum pactionis pro libertate domino dedit, *i. Expromiſſorem, qui loco eius eſſet apud dominum obligatus. Et ſi poſt libertatem acceptam ſeruus in ſe obligationem recipiat, dicetur eſſe* Expromiſſor *ſui* expromiſſoris, *ſic enim ſubiungit* Vlpianus Atqui patronus tunc ſubmouebitur, ſi nolit expromiſſorem ipſum manumiſſum accipere. Expromiſſori plane aduerſus Manumiſſum dari debebit de dolo actio: aut ſi non ſit ſoluendo expromiſſor, domino dabitur. Expromiſſorem *vocat Eum, quem ſeruus domino reum dederat.* Idem l. 4 D. de condict. cauſa data, Si quis accepto tulerit debitori ſuo, quum conueniret, vt expromiſſorem daret, nec ille det, poteſt dici condici poſſe ei, qui accepto ſit liberatus. *Eum* Expromiſſorem *appellat, qui loco promiſſoris eſt apud creditorem, nec accedit obligationi, ſed ſolus obligatur liberato debitore. Sic melius eſt* Expromiſſorem *quam Fideiuſſorem accipere, quoniam ille ſtatim fideiuſſor, niſi excuſſo debitore, conueniri non poteſt. Vnde licet qui damnatus eſt pecuniae, debeat ſtatim ſoluere, aut ſatiſfacere: dicetur ſatiſfacere, ſi det expromiſſorem locupletem, non ſi velit dare fideiuſſorem. Eſt enim* Expromiſſor, *qui locum intrat condemnati, et eo liberato, eius vice obligatur. At* Fideiuſſor *accedit obligato, vt ei quaſi ſubſidio ſit, ſi non fuerit ſoluendo. Itaque non dicitur* Expromittere, *ſed* Adpromittere. *Vid.* APPROMITTO *et* APPROMISSOR, *quo retulimus etiam* l. 5 D. §. 2 de Verbor. obligat. *Ibi enim non* Expromiſſor *eſt, ſed auctoritate Florentini libri,* Appromiſſor. *Conf. Salmaſ. de Mod. Vſur. c. 16.*

EXPROMO, ſi, tum, *vel, quod alii malunt,* pſi, ptum, ĕre. [προχειρίζομαι, προβάλλω] *Extra promere, et efferre atque educere.* Plaut. Mil. 3, 2, 18 Neque equidem heminas octo expromſi in vrceum. Varro de R. R. 2, 2 Quum emtor dixit, Tanti ſunt mihi emtae: et ille reſpondet, Sunt: et expromſit numos. *Ita antiqui: ſed a Victorio* Expromiſit, *v. v.* Expromere ſupplicia in ciues, quae conſtituta erant in conuictos maleficii ſeruos Cic. Verr. 5, 19. *Saepe ſignificat loqui et dicere, vel quacunque ratione Manifeſtum facere atque enuntiare.* Plaut. Mil. 1, 3, 169 Haud centeſimam partem dixi, atque, otium rei ſi ſit, poſſim expromere. Cic. Acad. 4, 144 c. 47 Expromam primum illa inuidioſa, quod eos omnes, qui in concione ſtabant, exſules, ſeruos, inſanos eſſe dicatis. Liu. 20, 1 Expromerent quid ſentirent, cum bona venia ſe auditurum. *Conf.* Curt. 4, 10, 4. Conferre cauſas, et quid in quamque ſententiam dici poſſit expromere Cic. de Diuin. 2, 151 c. 72. Exprome propere, ſede qua genitus ciues Sen. de Morte Claud. Abſens audacius aliqua expromit Cic. Fam. 5, 12. Apud eos quod ab iis didicerimus expromere Idem Q. Frat. 1, 1. Cauſas tantarum rerum Lucan. 1, 67. Conſilia pectore Plaut. Bacch. 4, 4, 9. Cic. pro Milon. 33 c. 13 Quoniam in meo inimico crudelitatem expromſiſti tuam, *i. rebus ipſis declaraſti. Sed aliter* pro Domo 60 Sed quid ego veſtram Crudelitatem expromo, *i. enarro.* Finem rerum Lucan. 5, 68. Mens expromit fetus Muſarum Catul. 63, 3. Odium alicuius Cic. Att. 2, 8. Perfidiam alicuius Plaut. Merc. prol. 47. Querelas mente Catul. 62, 223. Vim eloquentiae Cic. in Orat. 125. Voces moeſtas Virg. Aen. 2, 280. Vocem anhelam expromit Claud. in Eutrop. 2, 390. ¶ 2 *Paſſ.* Cic. in Catil. 2, 22 Quorum omnis induſtria vitae, et vigilandi labor in antelucanis coenis expromitur.

EXPROMO, āre. Apic. 6, 2 Rupes quoque vt Expromari poſſint, leuabis de olla. *Nemo, quod ſciam, declarat. Vid.* EXBROMO.

EXPROMTO, āre. Fulgent. de Cont. Virg. *princ.* Mens expromtare deſiit quae didicit, *i. tanquam e penu quodom memoriae expromere. Et* p. 148 Sed vt ſciam, me non Arcadicis fabulam expromtare auribus, *i. narrare.*

EXPROMTVS, a, um. Partic. *Vt* Promtus *etiam Actiue ſignificat.* Ter. Andr. 4, 4, 2 Myſis nunc opus eſt tua mihi ad hanc rem expromta memoria. *i. Quae facile expromat ea, quibus cum maxime opus eſt. Sed Paſſ.* Expromtis mille aureis, quos in ſinu laciniae contexerat Apul. Met. 7 p. 189.

EXPROPITIO, āre. ἐξιλάσκομαι Gloſſ. Gr. Lat.

EXPROXIMVS, *Qui proximi dignitate functus eſt*, l. vnic. C. de magiſt. ſacr. ſcrin. lib. 12.

EXPVDORATVS, a, um. Impudicus Iſidor. in Gloſſ. habet frontem expudoratam Petron. c. 39.

EXPVGNO, āre. [καταπολεμέω, ἐκπολιορκέω] *Pugnando capere, et euincere.* Ter. Eun. 4, 7, 3 Primum aedeis expugnabo. Plaut. Amph. 1, 1, 36 Expugnatum oppidum eſt. Caeſ. B. G. 3, 14 Compluribus expugnatis oppidis. Vrbem Tacit. Ann. 5, 13, 6. Plaut. Bacch. 4, 9, 7 Expugnaui amanti herili filio aurum ab ſuo patre. *i. Technis tantum effeci, vt pater daret pecunias.* Expugnare carcerem, *pro Effringere* Plaut. Pſeud. 4, 7, 76. Caſtella Cic. de Clar. Orat. 255. Coepta, *i. Expugnando et inſtando aſſidue, incepta perficere* Ouid. Met. 9, 618. Hor. Carm. 3, 15, 9 Filia rectius Expugnat iuuenum domos, *de comiſſantis ſcorti laſciuia.* Cic. pro Cluent. 36 Tanquam aliqua machina admota, capere Aſinii adoleſcentiam, et fortunas eius patrias expugnare poſſe. Quanta iſte Cupiditate, quibus allegationibus legationem iſtam expugnauit, *i. impetrauit, quaſi de oppido capiendo ſermo eſſet* Cic. Verr. 1, 44 c. 16. Idem Verr. Act. 1, 4 Nihil eſſe tam ſanctum, quod non violari: nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia poſſit. Pertinaciam legatorum Liu. 37, . . Propoſitum alicuius poſtulatione frequenti Columel. 10 in praef. 3. Cic. pro Cael. 49 Vtrum hic tibi L. Herenni, adulter, an amator; expugnare pudicitiam, an explere libidinem voluiſſe videatur? *Add.* Aurel. Vict. de Viris Illuſt. c. 9. Ratione aliquid Cic. Verr. 2, 130 c. 52 *extr.* Reges Lucret. 4, 1007. Cic. in Parad. 4 Sapientis animus magnitudine conſilii, tolerantia rerum humanarum, contemtione fortunae, virtutibus denique omnibus vt moenibus ſeptus, vincetur et expugnabitur? *De actionibus tribuniciis* Liu. 4, 35 *extr.* Summa vi expugnatum eſt, vt tribuni militum conſulari poteſtate crearentur. ¶ 2 Expugnaſſere, *Futurum Infinitiui modi vſitatum priſcis, poſtea inſolitum, pro Expugnaturum eſſe.* Plaut. Amph. 1, 1, 55 Seſe igitur ſumma vi viriſque eorum oppidum expugnaſſere.

EXPVGNANS, antis. Partic. [καταπολεμικός] Ouid. Met. 14, 21 Siue expugnantior herba eſt, Vtere tentatis operoſae viribus herbae. *al.* expugnacior.

EXPVGNĀTVS, a, um. Partic. [καταπεπολεμημένος] Caſtellis expugnatis Caeſ. B. G. 3, 1. Loca Nep. 17, 3, 5. *Conf.* 4, 2, 2. Mens expugnata fatiſcit Stat. Theb. 4, 187. Moenia Lucret. 2, 1144.

EXPVGNATIO, ōnis. f. [καταπολέμησις] Cic. pro L. Manil. 13 Non multum ab hoſtili expugnatione differant. Idem de Senect. 13 c. 5 Vt vrbium expugnationes recordentur. Expugnatio caſtrorum Caeſ. B. G. 6, 40. Nocturnae Cic. Att. 11, 20.

EXPVGNĀTOR, ōris. m. [καταπολεμητής] Liu. 6, . . Ibi eum expugnatores coloniae haudquaquam perculſi fidentes militum numero, *etc.* Expugnator pudicitiae Cic. Verr. 1, 9 c. 3. Idem de Inuent. 1 c. 50. *Conf.* Plin. 7, 38.

EXPVGNATORIVS, a, um. Adi. Tertull. de Anima c. 57 Expugnatoria dominatio.

EXPVGNĀBĬLIS, e. Adi. [καταπολεμητός] Stat. Theb. 4, 836 Nullo ruis expugnabilis aſtro. Robur Stat. Theb. 6, 103.

EXPVLSIO, EXPVLSO, EXPVLSOR, EXPVLSVS, EXPVLTRIX, *vid.* EXPELLO.

EXPVMĬCO, āre. *Pumice expolire.* Tertull. adu. Prax. c. 16 Ab omnibus iniuriis paſſionis expumicat.

EXPVMO, *vel potius* EXSPVMO, āre. [ἐξαφρίζω] Celſ. 6, 7 *et* 8 *de cura ſonitus aurium intra ſe ipſas,* Si ex grauedine eſt, purgare aurem oportet, et ſpiritum continere, donec inde humor aliquis exſpumet. *h. e. Spumae ſimilis exeat.*

EXPVNGO, nxi, nctum, ĕre. [διαστίζω, καταστίζω] *Cognatum verbo diſpungere, ſignificat idem fere, quod delere, et proprie ad literas pertinet, cum puncto ſtili transuerſi delentur. Hinc* Perſ. 2, 13 Pupillumne vtinam, quem proximus heres Impello, expungam: nam et eſt ſcabioſus, et acri Bile tumet. *i. illo velut ex matricula viuentium expuncto ſuccedam. Vid. Caſaub.* Debitoris nomen Plaut. Ciſtel. 1, 3, 41. Diem, *i. Tempus creditori praeſtitutum* Sen. Epiſt. 9. Decurias Suet. Claud. c. 15. *eſt Diſcutere, et qui in iudicum numero retinendi, qui remouendi ſtatuere.* Gloriam partam ne DI expungant, *i. deleant* Pſeudo-Plaut. Amph. Sc. DI voſtram fid. v. 27. Rationes expungere *eſt ra-*

eſt referre reſpectu eius, qui illas confecit, et accipere et examinare reſpectu eius, ad quem illae referuntur. Nempe conſiderantur nomina ſingula, aera ſingula, et quae recte ſe habere iudicare volumus, ea puncto ſtili, ductuue quocunque notantur, vt admoneamur, de his non amplius quaeſito opus eſſe. Graphice Plin. 2, 26 Annumerare poſteris ſtellas, ac ſidera ad nomen expungere. Modeſtin. l. 8 D. de Adminiſt. rerum, Calcularii erroris retractatio etiam poſt decennii aut vicennii tempora admittetur, ſed ſi gratioſe expunctae dicentur, non retractabuntur. Hermogen. l. 13 D. de diuerſ. temp. Praeſcr. Reip. rationes ſubſcriptae et expunctae aduerſus eum quidem, qui adminiſtrauerit vltra viginti: aduerſus vero heredem, vltra decem annos retractari non poſſunt. *Hinc variae formulae apud ICtos praeſertim, et eo ipſo nomine apud* Tertullianum, *v. g.* de Corona *pr.* Liberalitas praeſtantiſſimorum imperatorum expungebatur in caſtris. *i. vniuſcuiusque nomen, cum coronam, aliudue donum ſuum, accepiſſet, puncto appoſito notabatur.* Id. de Poenit. c. 3 Animus — temere per voluntatem expungit effectum, *de libidinoſis cogitationibus, quae pro actu ſunt.* Tertull. Apol. c. 35 Vota et gaudia Caeſarum caſti et ſobrii et probi expungimus, *i. obimus natales, vt cum recenſentur nomina celebrantium, etiam noſtra nomina* expungi, *tanquam de quibus non amplius quaeſitu opus ſit, expungantur. Eodem modo* Apol. 21 Duobus enim aduentibus *Chriſti* ſignificatis, primo, qui iam expunctus eſt in humilitate conditionis humanae; ſecundo, qui concludendo ſaeculo imminet *etc. Et* c. 2 Debito poenae noxens expungendus eſt, non eximendus, *nempe* expungitur *in Indiculo puniendorum, de quo Supplicium ſumtum eſt. Duriuſculum eſt, ſed tamen ex dictis intelligitur illud* adu. Marci. 3, 12 Omnis gens, quoquo ſono dixerit Nobiſcum Deus, Emmanuelem pronuntiabit, in ſenſu ſonum expungens, *i. dum ſenſum eundem ſignat, ſimul etiam rationem reddidit ſoni* Emmanuel, *vt ille ſonus iam dimitti et negligi tuto poſſit, cum res ipſa et ſenſus redditus ſit.* Tertull. de Virgin. veland. c. 3 Conſuetudo expungitur, *i. irrita eſſe declaratur, vis probandi illi adimitur. Nempe etiam puncto vel obelo etc. notantur, quae non amplius valere volumus: vt cum iugulamus, confodimus, quae damnamus in ſcriptis noſtris vel alienis. Sic* Papin. l. 15 ff. de re mil. Ex cauſa deſertionis notatus ac reſtitutus, temporis, quod in deſertione fuerit, impendiis (*Haloand.* ſtipendiis) expungitur. Quod ſi ratio conſtiterit, neque deſertorem fuiſſe, apparuerit, omnia ſtipendia citra temporis finem redduntur. ¶ 2 *An tonſorum verbum ſit, videndum. Certe* Martial. 7, 82 (*al.* 83) *ſic boni libri habent*, Eutrapelus tonſor dum circuit ora Luperci, Expungitque genas, altera barba ſubit. *Videntur certe* expungi, *cum pilis liberantur. Sed Gruterus praefert* expingi, *quem ſequitur Scriuerius. Eadem varietas eſt in eadem re apud eundem* Martial. 8, 52 Expungitque cutem, facitque longam Detonſis Epaphaereſin capillis.

EXPVNCTVS, a, um. Partic. Plaut. Curc. 4, 4, 29 Miles pulchre centuriatus eſt expuncto in manipulo. *i. exauctorato dimiſſo, qui iam nullus eſt.* Vet. Schol. Perſ. 2, 13 Milites expuncti dicuntur, dum foras a militia emittuntur. Rationes Reipubl. ſubſcriptae et expunctae Hermog. 13 de Diu. temp. praeſc.

EXPVNCTIO, ōnis. f. Tertull. de Idolol. c. 16 Operae meae expunctio, *i. praeſtatio, quae mihi in rationibus procedat, vt nomen meum tanquam functi officio expungi et annotari poſſit.*

EXPVNCTOR, ōris. m. Tertull. de Orat. c. 1 Euangelium expunctor totius retro vetuſtatis *dicitur, qua formula complectitur, quae ita modo diſcreuerat*, Quidquid retro fuerat, aut demutatum eſt, vt circumciſio; aut ſuppletum, vt reliqua lex; aut impletum, vt Prophetia; aut perfectum, vt fides ipſa. Gloſſ. Graec. Lat. διαιρέτης, diuiſor, expunctor.

EXPVO, *vel potius* EXSPVO, ui, ūtum, ĕre. [ἀποπτύω] *Spuendo eiicere.* Plin. 7, 23 Exſpuit in os tyranni. Varro de R. R. 3, 3. Petron. c. 131 Hoc peracto carmine ter me iuſſit exſpuere. *Conf. h. l. Wower.* Exſpuitur ignis caeleſtis in ſidera Plin. 2, 20. Plaut. Pſeud. 1, 1, 74 Puniceos oculos habeo, non queo lacrumam exorare vt exſpuant vnam modo. Mare exſpuit illum Catul. 62, 155. Ter. Eun. 3, 1, 16 Scio, quaſi vbi illam exſpueret miſeriam ex animo. *Vbi* Donatus: Exſpuere, Cum faſtidio aliquid reiicere et expellere. *Hactenus bene. Sed quod addit*, Nam *expuere* eſt extra *pus* mittere, id eſt foras. Nam *pus* eſt omnis humor corpori oneroſus; *in eo nugatur, ita tamen, vt indicet, iam ea tempeſtate frequens fuiſſe poſt ex literam ſibilantem omittere. Caeterum quod hic Paraſitus non ſine petulanti in Thraſonem ioco videtur dixiſſe, illud ſeuere poſuit* Sen. de Ira 3 *vlt.* Iam ipſum Spiritum exſpuimus interim, dum trahimus *vnaquaque reſpiratione aliquid Spiritus ſ. vaporis illius vitalis decedit. Alter* Sen. Troad. 1169 Vbi hanc anilis exſpuam leti moram, *indignabunda Hecuba cum ſcreatu anili animam deponere cupit.* Rationem ex animo Lucret. 2, 1046.

EXSPVENS, entis. Partic. Vulgat. Marc. 8, 23. *et* Matth. 27, 30.

EXPVITIO, ōnis. f. Plin. 23, 1 Et ad expuitionem ſanguinis quoque adhibent.

EXPVTVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 1, 7 *extr.* A rebus humanis veluti vomitu fortunae nauſeantis exputus.

EXPVRGO, āre. [ἀποκαθαίρω, ἐκκαθαίρω] *Omnino purgare auferendo in primis ſordes.* Expurgare et explere Scribon. *66. vlcus.* — Vlcera 237. — quantum alienum eſt 201. Columel. 2, 9, 11 *de frugibus*, Quum rurſus amplior meſſis prouenerit, quidquid exteretur, capiſterio expurgandum erit. Idem 4, 24, 5 Dolabella conuenit expurgari quidquid emortuum eſt. Sermonem Cic. de Clar. Orat. 258 c. 74. Expurgare et dimouere ſuſpicionem Pſeudo-Cic. antequam iret in exil. 21. Plaut. Mil. 2, 6, 17 Vicine, auſculta quaeſo — Expurgare volo me. PE. Tun' te expurges, qui facinus tantum *etc.* Ter. Andr. 5, 3, 29 Sine me expurgem. *i. oſtendam purum fraudis.*

EXPVRGATIO, ōnis. f. [ἐκκάθαρσις] Expurgationem habere, *i. Se purgare.* Plaut. Amph. 3, 3, 10 Habui expurgationem, facta pax eſt.

EXPVRGĀTOR, ōris. m. *Apud* Celſum *eſſe dicitur.*

EXPVRGATORIVS, a, um. Adi. *Apud eund.* . . .

EXPVTESCO, *vid.* EXPVTRESCO.

EXPV̄TO, āre. [ἀναλογίζομαι] *Verbum ruſticum, quo ſignificatur Putatio et inciſio ſuperfluorum ramorum aut ſarmentorum, quae aut ex arboribus aut vitibus runca eximuntur.* Columel. 11, 2, 12 Palos vna opera caedere, et exputatos acuere centum numero poteſt. Idem 3, 15, 3 Deinde eam velut veteranam vitem totam exputare. *Sic* 11, 2, 19 Plantas. *Et* 4, 30, 6 Salices. ¶ 2 *Ad cogitationem refertur*, Vtramque rem ſimul exputem. *i. diſputem, perpendam.* Plaut. Trin. 2, 1, 8. Cic. Fam. 10, 24 Quae mens eum, aut quorum conſilia a tanta gloria, ſibi vero etiam neceſſaria ac ſalutaria vocarit, *etc.* exputare non poſſum.

EXPVTABILIS, e. Adi. *Vnde* Inexputabilis.

EXPVTRESCO, putrui, ĕre. [καταζήπομαι] *Putridum fieri.* Plaut. Curc. 2, 1, 26 Quin tu aliquot dies perdura, dum inteſtina exputreſcunt tibi. *Al.* exputeſcunt.

E X Q

EXQVAERO, ĕre. Plaut. Stich. 1, 2, 50 Huc exquaeſitum mulierum mores venis. *Sic aliqui habent* Exquaere *et* Exquaeſiuero *in eiusd.* Aulul. 4, 10, 70. *et* Capt. 2, 2, 4. *Vid.* EXQVIRO.

EXQVAESTOR, *vel* EXQVAESTORE. *Qui quaeſtura functus eſt.* Iuſtin. de Pandect. Ep. 3 §. 6 Quae omnia confecta ſunt per virum excelſum nec non prudentiſſimum magiſtrum exquaeſtore et exconſule Tribonianum. *Vid. in* EXCONSVL. Exquaeſitore Ammian. 27, 3. *Vid. quae diximus voce* EX n. 6.

EXQVILIAE, *ſ.* ESQVILIAE, arum. f. *Mons eſt et vicus Romae, de quo, i. de appellationis ratione* Varro de R. R. 4, 8 p. 15, 14 Secundae regionis Eſquilinae ab Eſquiletis (*ſ.* Eſculetis, *Sciopp.* Eſquiliis) Alii has ſcripſerunt ab excubiis regiis dictas; alii ab eo, quod excultae a rege Tullio eſſent *etc. Sunt enim plura. Nos illud modo obſeruamus, ex vtraque hac etymologia illud intelligi, etiam* Varronis *aetate fuiſſe, qui in prima Syllaba huius nominis X agnoſcerent. Caeterum per S ſcribitur etiam* Ouid. Faſt. 3, 246 Adde quod excubias vbi rex Romanus agebat, Qui nunc Eſquilias nomina collis habet. Propert. 4, 8, 1 Diſce quid Exquilias hac nocte fugarit aquoſas. Varro de L. L. 4, 32 p. 38, 13 Eſquiliis vicus Africus. *Hinc*

EXQVILIVS, a, um. Adi. Ouid. Faſt. 2, 435 Monte ſub Exquilio multis incaeduus annis, Iunonis magnae nomine lucus erat.

EXQVILĪNVS, a, um. *Aliud* Adi. Pontifex Exquilini venefici, *pro* Veneficii Hor. Epod. 17, 58 *vbi* Vet. Schol. Extra portam Exquilinam h. e. in aggeribus religiones erant et ſepulcra: inter quae maliſicae mulieres noctibus ſua veneficia conficiebant. Pontifex *hic eſt Hierophanta.* Hor. Epod. 5, 99 Poſt inſepulta membra different lupi, Et Exquilinae alites. *Quod ita dictum, quia ante portam* Exquilinam, *vel Metiam ſupplicia ſumebantur de damnatis. Vid. Lipſ. ad* Tacit. Ann. 2, 32 *extr.* Lucus Eſquilinus Varro de L. L. 4, 8 p. 15. *aliquoties.* Porta Exquilina, *i. Quae in Exquilias ducit* Cic. in Piſon. 55. Tribus Exquilina Varro de L. L. 4, 9 p. 16, 34. Plin. 18, 3. *Vid.* TRIBVS.

EXQVĪRO, ſiui, ſitum, ĕre. [ἐξετάζω, ἐξελέγχω] *Diligenter inquirere et inueſtigare.* Ter. Andr. 1, 2, 15 Nunc ea me exquirere, iniqui patris eſt. Cic. Acad. 4, 7 Neque nos ſtudium exquirendi defatigati relinquemus. Intro exquire, ſitne ita, vt ego praedico Plaut. Aulul. 4, 10, 70. Quid omni in munere vitae optimum et veriſſimum ſit exquirere Cic. de Fin. 1, 11. Quid in aliquo peccatum ſit exquirere Cic. Off. 1, 147. Conſilium adhibet, quid optimum factu eſſet, exquirens Curt. 4, 13, 3. Nihil certi Cic. Att. 7, 12. Plaut. Caſ. 3, 5, 49 Eſt quod volo Exquirere a te. Ab ſtirpe, *i. A principio* Plaut. Trin. 1, 2, 180. De aliquo Cic. pro Deiot. 41. Exquirere ex Plaut. Capt. 2, 2, 1. *Sic* Sticho 1, 2, 54 At ego ex te exquiro, atque ex iſtac tua ſorore. Cic. de Fin. 5, 8 c. 3 Et complures iam menſes Athenis haec ipſa te ex Antiocho videamus exquirere. Conſtantiſſime exquirere, *vid.* CONSTANTER. Diligenter quid alicui de alio placeat exquirere Cic. Att. 13, 22. Non nimis ab aliquibus quidquam Cic. Att. 7, 17 (18) *i. poſtulare.* Plaut. Rud. 4, 4, 136 Eamus mea gnata ad matrem tuam, quae ex te poterit argumentis hanc rem magis exquirere. Cauſas alicuius rei Cic. de Diuin. 2, 46. Id. Fam. 4, 2 Quod meum conſilium exquiris, id eſt tale, vt capere facilius ipſe poſſim, quam alteri dare. Plaut. Merc. 1, 10 Quid id eſt, quod ille tam expedite exquirit Curſuram ſibi? Facta alicuius ad antiquae religionis rationem Cic. Verr. 4, 10. Sceleratum exquirere Frigus *terrae* Difficile eſt Virg. Georg. 2, 256. Honores ſingulares Cic. Philipp. 4, 5. Indicium alicuius Cic. Att. 8, 3. Ius aliquorum Idem pro Domo ſua 39. Mores alicuius Cic. pro Flacc. 12. Mores teſtium Id. ib. 12. Officium ex tempore Cic. Off. 3, . . Id. de Orat. 1, 21 Vt non deſideret Philoſophorum deſcriptiones, neque exquirat oratione, ſummum illud bonum in animone ſit, an in corpore. Virg. Aen. 4, 57 — Pacemque per aras Exquirunt. Pretium alicuius rei Cic. Verr. 3, 76. Pretium palam exquirere Cic. Verr. 2, 133. Idem Tuſc. 5, 66 Alterius mens Rationibus agitandis exquirendiſque alebatur. Religionis rationem Cic. Verr. 4, 10. Sententiam alterius Caeſ. B. G. 3, 3. Vallem vmbroſam mediis aeſtibus Virg. Georg. 3, 331. Cic. pro Caecin. 57 c. 20 Cognita ſententia interdicti, Verba ſubtiliter exquiri omnia noluerunt. Veritatem Cic. pro L. Manil. 51 c. 17. In vero exquirendo cogitatio maxime verſatur Cic. Off. 1, 132 c. 36. Voluntatem alterius Vlp. in l. in concedendo, *et* Paullus l. proxima D. de aqua pluu. arcend. *Quaerendo inuenire.* Plin. 2, 41 Quin et ſoricum fibras reſpondere numero lunae, exquiſiuere diligentiores. *h. e. Annotarunt, deprehenderunt.* Exquiſitum, *Supin.* Plaut. Stich. 1, 2, 50 Quid iſtuc, quod exquiſitum mulierum mores venis? Idem Amph. 2, 1, 81 Mi iſtuc primum exquiſito opus eſt. *Vid. eund.* 2, 2, 159.

EXQVIROR. Paſſ. Vlp. l. In conced. D. de aqua pluu. arcend.

EXQVĪRENS, entis. Partic. [ἐξετάζων] Cic. de Fato 2 Multum vna eramus, maxime nos quidem exquirentes ea conſilia, quae ad pacem et ad concordiam ciuium pertinerent.

EXQVIRENDVS, a, um. Partic. Sedes exquirenda aliis oris Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 122.

EXQVISĪTVS, a, um. Part. [ἐξητασμένος] *Epitheton rerum in ſuo genere praeſtantium.* Cic. de Orat. 1, 250 Ipſi omnia, quorum negotium eſt, conſulta ad nos et exquiſita deferunt. Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquiſitum, ne magnopere quidem quidquam praeter libidines ſumtuoſum Cic. in Piſon. 67 c. 27. Adhortatio Plin. Epiſt. 1, 8. Tacit. Ann. 12, 26 Caeterum actae principi grates, exquiſitiore in Domitium Adulatione. Argumenta Philoſophorum exquiſita Cic. de Diuin. 1, 5 c. 3. Ars Cic. de Orat. 2, 175. Compoſitiones exquiſitae Scribon. Ep. Difficultas lapidis exquiſita Plin. 27, 11. Diſciplinae exquiſitiſſimae Colum. Prooem. c. 8. Doctrina exquiſita Philoſophus Cic. de Fin. 1, 1. Doctrina et ratio Cic. Fam. 4, 13. Doctrina exquiſita et ſingularis alicuius

alicuius induſtria Cic. de Clar. Orat. 22. Epulae, *i. Lautae* Plin. 9, 35. Fulgor Idem 33, 1. Genus exquiſitius et minime vulgare orationis Cic. de Clar. Orat. 321 c. 93. Ingenia coenarum exquiſita Plin. in Paneg. c. 49. Iudicio exquiſito vir Cic. Off. 1, 133. Literae alicuius multae, et hae quidem reconditae et exquiſitae Cic. de Clar. Orat. 252. Magiſtri Idem de Clar. Orat. 104. Munditia non odioſa, neque exquiſita nimis, adhibenda eſt Cic. Off. 1, 130. Rationes Idem de Fin. 1, 30. Sententia Tacit. Ann. 12, 23. Sententiae reconditae et exquiſitae Cic. de Clar. Orat. 273. Subtilitas exquiſitiſſima Plin. 6, 33. Cic. Off. 3, 100 c. 27 Neque vero tum ignorabat, ſe ad crudeliſſimum hoſtem, et ad exquiſita Supplicia proficiſci. Verbis exquiſitiſſimis aliquos laudare Cic. Philipp. 4, 6 c. 3.

EXQVISĪTE. Adu. [ἐξητασμένως] *h. e. Diligenter.* Quinctil. 8, 2 Eleganter atque exquiſite dictum. Cic. de Clar. Orat. 276 c. 80. Deque eo crimine accurate atque exquiſite diſputauiſſet. Colligere exquiſitius aliquas rationes Cic. Tuſc. 1, 116 c. 49. Omnia exquiſitiſſime ſcribere Gell. 14, 3. Rem exquiſitiſſime referre Idem . . *(Nam 22, 7 aperte falſum.)*

EXQVISITIM. Adu. Varro Aiace Stramenticio, Aere aeger medicos exquiſitim conuocabas, vt conualeſceret Non. 11, 35. Aere *ſcilicet legendum videtur, pro vulg.* Acre.

EXQVISITIO, ōnis. f. Iuſt. Imp. C. 7 t. 17 l. 1 Ipſius iudicium ad ſecundam exquiſitionem minime deducetur. *It.* 5 t. 9 l. 9 §. 1.

E X R

EXRADĪCO, āre. [ἐκριζόω] *Verbum ruſticum, pro vna cum radicibus auellere et extirpare.* Varro de R. R. 1, 27 Terram rudem proſcindere oportet: quae ſunt ex ea enata prius, quam ex iis quid ſeminis cadat, vt ſint exradicata. *Frequentius tamen in vſu eſt* Eradicare, *vid.* ERADICO.

EXREGE, *i. qui rex fuit.* Vadomarius exrege Alemannorum Ammian. 29, 1. *Add.* Id. 26, 8.

EXRŎGO, āre. [ἀφαιρέω] Ex lege vetere aliquid eximere per legem nouam. Feſtus. *Vid.* EROGO.

EXRVMINO, āre. Cochleae exruminantes Varr. R. R. 3, 14, 3. *ſec. Scalig. et Turneb. Vulgo* exgrumin. *Geſner. velit* ex ſe ruminantes.

E X S

EXSĂCRIFĪCO, āre. [ἀποθύω] *Apud* Cic. de Diuin. 1, 42 c. 21 *Ex* Ennio, Exſacrificabat hoſtiis balantibus. *i. multum, quantum poterat, ſacrificabat.*

EXSAEVIO, *et* EXSANIO, *non minus quam* Exſicco, Exſequor placet his, qui de orthographia ſcripſerunt, quamuis euphonia, et ratio ſupra dicta de literis ſecundum Graecos abiicit S antecedente X. *Haec* Priſcian. 1 p. 571 *extr. reſpicitque ad* p. 558 *poſt med. vbi cum poſuiſſet* exſequor, exſpes, *addit,* in quo videmur contra Graecorum facere conſuetudinem. Illi enim σ ſequente, nunquam ξ praeponunt, ſed κ pro ea, vt ἔκστασις. Melius ergo nos quoque X ſolam ponimus, quae locum obtinet CS, cuius rationem non ſolum ipſe ſonus aurium iudicio poſſit reddere, ſed etiam hoc, quod geminari S aliqua conſonante antecedente minime poteſt: geminari autem videtur S poſt conſonantem, ſi X antecedente, quae loco C et S fungitur, ipſa conſequatur, vt exſequiae, exſequor. Quod ſi liceret, licebat etiam poſt bs vel ps, quas loco ψ duplicis accipimus, addere S, vt diceremus, obsſeſſus, absſectus, quod minime licet. *Reſponderi poteſt* Priſciano, *illud* S *in* abs *et* obs *eſſe modo acceſſorium et euphonicum, Praepoſitiones ipſas* ab *et* ob *perfectas.* Tῆς ex *aliam eſſe rationem: ſummum* ecſequor *ſcribendum, et* ecſaeuio *etc. ſi cui iſta ratio placeat. Et videtur ſane, ſi monumenta antiqua inter ſe comparemus, exempla plura ſupereſſe illius rationis, quae* S *initiale poſt* ex *ponit: quamquam nec altera ab auctoritate deſtituitur, et eo internallo, quo plerique libri ſcripti, certe primum typis expreſſi ſunt, eualuiſſe videtur Priſciani auctoritas. Ita in Quinctiliano Ienſoniano eſt* execare, exequi, exculpere *etc. Ipſe* Quinctilianus 1, 7, 4 *non magnifice videtur ſentire de his, qui timerent, ne* expectare *et* expectere *confundantur. Quo minus accuſabitur inconſtantia aliqua noſtra, quod in plerisque, quae forte requirat aliquis, reiicimus lectores ad eum locum, cui aſſignat ea Priſciani ratio. Ergo vid.* EXAEVIO *etc. ſine* S.

EXSALSESCO, ĕre. Plin. Valerian.

EXSANGVIS, *vid.* EXANGVIS.

EXSARCIO, īre. Q. Cic. de Petit. Conſ. c. 12 Aliis te id rebus exſaturum eſſe. *Sed variat lectio. Et* Ter. Heaut. 1, 1, 90 Qui opere ruſtico faciendo facile ſumtum exſarcirent. *Muret. Ita legendum pro vulgato* Exercerent *docent et libri MSS. et haec explicatio* Eugraphii, Qui opere ſuo ſuos ſumtus tolerarent: *et* Feſtus, Exercirent, Sarcirent. Exſercirent *Bentleius tuetur contra Gron. Obſ. Eccl. 1* exercerent *defendentem.*

EXSATIO, EXSATVRO, EXSCALPO, *vid.* EXATIO *etc. ſine S.*

EXSCATVRIO, īre. ἐκζέω Gloſſ. Gr. Lat.

EXSCINDO, *vid.* EXCINDO.

EXSCENDO, ĕre. *E naui in terram deſcendere.* Liu. 29, 9 Legati Aſiam petentes cum exſcendiſſent. *Vnde*

EXSCENSVS, ûs. m. Liu. 22, 20 Itaque ad Honoſeam claſſe prouecti, exſcenſu e nauibus in terram facto, quum vi vrbem cepiſſent, captamque diripuiſſent, Carthaginem inde petunt. *Ita Gruter. ſed Gronou.* Exſcenſione facta.

EXSCENDENS, entis. Part. Liu. 45, . .

EXSCENSIO, ōnis. f. Liu. 28, 8 Inde quinqueremibus ſeptem, et lembis viginti amplius, profectus ad Erythras Aetolorum, exſcenſionem fecit. Idem 27, 29. *Vid. omnino Gron. et Drakenb. ad 8, 17, 9. it. 22, 20. Add.* Dares Phryg. c. 19.

EXSCREO, āre. *Vi quadam exſpuere.* Difficulter exſcreare Scribon. 94. Sanguinem exſcreare 169. Plaut. Amph. ſuppoſ. Tuum diminuam caput, vt cum dentibus linguam exſcrees. Ouid. Epiſt. 21, 24 Exſcreat et ficta dat mihi ſigna nota. *Vid.* Celſ. 2, 7. *et* 3, 22.

EXSCREABĬLIS, e. Adi. Pulmonum vitia exſcreabilia facit Plin. 39, 14.

EXSCREATIO, ōnis. f. Exſcreatio ſanguinis Plin. 24, 14. Idem 20, 22.

EXSCREATVS, ûs. m. Cael. Aurel. Tard. 2, 11 Cum quodam exſcreatu deſpuitur.

EXSCRĪBO, pſi, ptum, ĕre. [ἀπογράφω] *Eſt ex alio libro vel exemplo deſcribere.* Varro de R. R. 2, 5, 16 De ſanitate ſunt complura quae exſcripta e Magonis libris armentarium meum crebro vt legat curo. Cic. Verr. 1, 98 Perinde quaſi exſcribendi poteſtatem non haberet. *Sic,* Exſcribere tabulas Cic. Verr. 2, 169 c. 77. Plaut. Rud. Prol. 15 Eorum referimus nomina exſcripta ad Iouem. *i. diligenter perſcripta. Et paullo poſt,* Bonos in aliis tabulis exſcriptos habet. Columel. 12, 3, 4 Annumerata *promo* exſcripſimus. *i. accurate in commentario ſcripſimus.* Exſcribere patrem ſimilitudine Plin. Epiſt. 5, 16, 9. *i. Effingere, et viuam patris effigiem reddere.* Sidon. 7, 13 Totam tuam temperantiam, religionem — iucunda ſimilitudine exſcripſit. *Nempe vt* ſcribere *eſt pingere interdum, ita* exſcribere *depingere.* Plin. Epiſt. 4, 28 *pr.* Cornelii Nepotis et T. Caſſii imagines exſcribendas pingendasque delegare *vult.*

EXSCRIPTOR, ōris. m. *Qui nihil de ſuo edit, ſed aliena deſcribit.* Cic. de Fin. 1 c. 2 Ferreum ſcriptorem virum opinor, exſcriptorem, tamen vt legendus ſit, *etc. Ita emendauit Scalig. apud Gruter. qui retinuit* Scriptorem. *Vid. Parei Lex. Crit. p. 454.*

EXSECO, EXSECTIO, *vid.* EXECO.

EXSECRO, EXSECRATIO, *etc. vid.* EXECRO.

EXSENSVS, a, um. Adi. Mens exſenſa Naeu. *i. ſine ſenſu, vid. ap.* Non. 4, 345. *et* Gell. 19, 7.

EXSEQVOR, *vid.* EXEQVOR.

EXSERO, EXSERTO, *vid.* EXERO, EXERTO.

EXSIBILO, *vid.* EXIBILO.

EXSICCO, *vid.* EXICCO.

EXSĬCO, *vel* EXĬCO, āre. Quin tu in paludem is exſicasque arundines Plaut. Rud. 1, 2, 34. *i. exſecas.*

EXSICIA, *vel* EXICIA, ae. f. *Forfex, ad reſecandos capillos.* Plaut. Curc. 4, 4, 22. *alii aliter.*

EXSIGNO, āre. [σίζω] *Idem quod Signare.* Liu. 1, 20 Eique ſacra omnia exſcripta exſignataque attribuit. Plaut. Trin. 3, 2, 29 Ego omnia iſtic quae dixiſti ſcio, vel exſignauero.

EXSILIO, EXSILIVM, *vid.* EXILIO, EXILIVM.

EXSIMVLO, āre. Non. 4, 62. *ed. Merc. al.* ſimulare.

EXSIMVLATE. Adu. Aliqui exſimulate Chriſtum praedicant Tertull. adu. Marc. 5, 20. *vid. Iun. not. p. 265. al.* ex ſimultate.

EXSINCERATVS, a, um. Adi. Tergum exſinceratum Plaut. Moſt. 4, 1, 11. *i. cruentatum verberibus. Sed eſt ex conectura ſola. Add. Taubm. ad* Poen. 4, 2, 64.

EXSINVO, āre. *velut* Ex ſinu *emittere.* Virg. ſiue Auſon. in Roſis 14, 29 Vertice collectos illa exſinuabat amictus, Iam meditans foliis ſe numerare ſuis. Exſinuabat amictus, *i. Explicabat folia.* Prudent. Hippol. 222 Qui laterum ſeriem iugiter exſinuent.

EXSINVATVS, a, um. Part. Paullin. Nolan. Epiſt. 49 n. 3 Velum exſinuatum in contos ſuos.

EXSOLENS, entis. Abſtinentes vino et animalibus exſolentes Tertull. de Cult. fem. c. 9. *i. deſueſcentes. vid. Iun. ad h. l.*

EXSOLESCO, ĕre. Nec ſic a diſciplina velaminis exſoleſcatis Tertull. de Vel. Virg. c. 17.

EXSOLVO, *vid.* EXOLVO.

EXSOMNIS, *vid.* EXOMNIS.

EXSŎNO, āre. Petron. c. 19 Omnia mimico riſu exſonuerant.

EXSORDESCO, ui, ĕre. Gell. 9, 2 Cur ergo nos patimur Philoſophi illuſtriſſimum in hominibus deterrimis exſordeſcere?

EXSORS, EXSPATIOR, EXSFECTO, EXSPERGO, *vid.* EXORS *etc. abſque S.*

EXSPICIO, EXSPIRO, EXSPVMO, EXSPVO, EXSTILLO, EXSTIMVLO, EXSTINGVO, EXSTIRPO, *etc.* EXSTO, EXSTRINGO, EXSTRVO, EXSVCCVS, EXSVDO, *vid.* EXPICIO *etc. ſine S.*

EXSVFFLO, āre. Exorcizantur et exſufflantur infantes Auguſtin. Ep. 105 *ſub fin. Conf.* Ep. 170 Exſufflant et rebaptizant. *Eſt itaque pars exorciſmi.* Tertull. de Idol. 11 Quo ore fumantes aras deſpuet et exſufflabit, quibus ipſe proſpexit? Qua conſtantia exorcizabit alumnos ſuos? *de eo agit, Chriſtianum non poſſe tus vendere, quo colebantur alebanturque, ipſo interpretante, daemones: hos autem fugari putabant flatu oris Chriſtiani. Hinc etiam illae mulieres* fideliſſimae et non ſeducibiles *apud* Vet. Interpr. Irenaei 1, 9 quas ſimiliter vt reliquas affectauit ſeducere *Marcus ille Gnoſticus,* exſufflantes et anathematizantes eum, ſepararunt ſe ab huiusmodi inſano, *καταφυσήσασαι etc.*

EXSVGO, EXSVLTO, EXSVPERO, EXSVRDO, EXSVRGO, EXSVSCITO, *vid.* EXVGO *etc. ſine S.*

EXSYNCERASTI, *apud* Plautum Moſt. 4, 1, 11. *quibusdam dici videntur, quaſi Emedullatos dixeris, et citra vllam pinguedinem. Nempe iidem* Synceraſtum *Medullam interpretantur, v. g. Cael. Rhod. 25, 24. Vid.* EXSINCERATVS.

E X T

EXTA, ōrum. n. *Pl. tantum.* [ἱερά] *Proprie Cor et pulmo dicuntur, quae diaphragmate continentur.* Exta homini ab inferiore viſcerum parte ſeparantur membrana, quae praecordia appellant Plin. 11, 38 ſ. 77. *Et* 30, 5 Praecordia vocamus vno nomine Exta in homine. Plaut. Aulul. 3, 6, 29 Quin exta inſpicere in ſole etiam viuo licet, ita is pellucet quaſi laterna punica. *Quod dicit* Exta inſpicere, *illud ad ſacrificiorum rationem et haruſpicinam pertinet.* Feſtus, Exta dicta, quod ea DIs proſecentur, quae maxime extant eminentque; *et* Regalia exta appellantur, Quae potentibus inſperatum pollicentur honorem: priuatis et humilioribus hereditates: filiofamiliae dominationem. *Sed in ratione iecur vel maxime comprehenditur.* Cic. de Diuinat. 1, 16 c. 10 Quid fiſſum in extis, quid fibra valeat, accipio: quae cauſa ſit, neſcio. Atque horum quidem plena vita eſt. Extis enim omnes fere vtuntur. *Et* 2, 29 c. 12 Vt ordiar ab haruſpicina — Inſpiciamus exta. — Perſuaderi igitur cuiquam poteſt, ea, quae ſignificari dicuntur extis, cognita eſſe haruſpicibus — quae pars inimici, quae pars familiaris eſſet, quod fiſſum periculum, quod, commodum aliquod oſtenderet? — alios alio modo videmus exta interpretari, nec eſſe vnam omnium diſciplinam. Et certe ſi eſt in extis aliqua vis, quae declaret futura — non dicam gallinaceum *fel* (ſunt enim, qui vel argutiſſima haec exta eſſe dicant) ſed tauri opimi *iecur,* aut *cor,* aut *pulmo,* quid habet naturale — Sed ſi eadem hora aliae pecudis *iecur* nitidum atque plenum eſt, aliae horridum et exile *etc. ſunt enim plura. Conf.* ARVIGA *et* HARVSPEX. *Nunc formulas perſequemur.* Atrocia exta, cruda *interpretatur* Non. 2, 62 Naeuii Belli Pun. 3 Simul atrocia proſicerent *(an* proſicarent, *i.* proſecarent, *an* porricerent?) exta miniſtratores. Fatidica exta Ammian. Marcell. 21, 1. Virg. Georg. 2, 194 Lancibus et pandis Fumantia

mantia reddimus exta. Sacerdotum vſus eſt verbo. Reddi enim dicebantur exta, Quum probata et elixa arae ſuperponebantur, Seru. Lubrica Valer. Argon. 1, 232. *de haruſpicina.* Luſtralia Stat. Theb. 1, 507. *h. e.* Pinguia. Luſtralia enim Pecora ſunt, Quae per quinquennale tempus deuota ſacrificiis nutriuntur, et ideo pinguia. Lactant. Muta exta appellabant, Ex quibus nihil diuinationis animaduertebant. Feſt. *Vid.* Sil. 1, 138 *vbi* Exta conticuere. Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis, *de ſacrificio* Virg. Georg. 2, 396. Puerilia Ouid. Faſt. 6, 159. *Vid. mox* Puerorum. *De* extis replicatis, *vid. Caſaub. ad* Suet. Auguſt. c. 95. Spirantia conſulit exta Virg. Aen. 4, 64. Varro de L. L. 4, 19 p. 25 *extr.* Hae ſunt *(de ouibus puto intelligendus eſt)* quarum in ſacrificiis exta in olla, non in veru coquuntur. Stridentia exta verubus detrahere Ouid. Faſt. 2, 373. Tranſuta exta verubus ſalignis Idem ibid. 2, 364. Cato R. R. 134 Cereri exta et vinum dato. Varr. R. R. 1, 29 Exta Dîs cum dabant, Porricere dicebant. Perperam Dare exta Liu. 26, 23 *extr.* Macrob. Sat. 3, 2 ex Veranio, Exta porriciunto DIs, Danto in altaria focumue, eoue quo exta dari debebunt. *Add.* Mart. 11, 57, 4. Stat. Achil. 2, 302 Hic ſpumante ſalo Iaciens Tumida exta, profatur. Cum puerorum extis deos manes mactare ſoleas Cic. in Vatin. 14. Moveri exta *(vt* Struem *et* ferta Cato R. R. 134, 2. *it.* 141, 4 *quicum comparauimus ritus Ebraeorum) docet impurus alioquin auctor* Priap. 18 *apud quem* Telethuſa circulatrix clunem — Extis aptius altiusque motat: *ad quae interpretanda opus eſſe Sibylla, aut emendatione adeo, non dicturus erat Scioppius, ſi tam bene ſacrorum ritus ipſi noti fuiſſent, quam res nequam.* Iuuenal. 6, 551 Armenius vel Commagenus haruſpex Pectora pullorum Rimabitur exta catelli, Interdum et pueri. *Add.* Lucan. 6, 710 Si quis, qui veſtris caput extaque lancibus infans Impoſuit *etc. i. impoſita habuit, verbo mactatus eſt vobis o DI inferi.* Arnob. 2 p. 91 Cum Romulo Pompilioque regnantibus percocta plane et madida concremarentur DIs exta; nonne rege ſub Tullio ſemicruda coepiſtis et leviter animata porricere? Varro de L. L. 5, 3 p. 47, 18 Flamen dialis agna Ioui facit: inter cuius exta caeſa et porrecta flamen prorſus vinum legit. Idem 5, 4 p. 50, 18 Interciſi dies ſunt, per quos mane et veſperi eſt nefas *(fari praetorem Do, Dico, Addico)* medio tempore inter hoſtiam caeſam et exta porrecta, fas. Exta *ergo* caeſa mane, veſperi porrecta. Per exta inuenta praeſenſio Cic. in Topic. 77 c. 20. Pecudum extis moueri Cic. de Diuin. 1, 12. Mart. 3, 82 Inter catellas anſerum exta lambentes *in luxurioſum.*

EXTALIS, is. m. *Inteſtinum rectum, Loonganon.* ἀρχὸς, Gloſſ. Vet. *Conf.* Veget. Mulomed. 3, 11. *itemque* 3, 6. Excerpt. Vet. Lex. *ap. Vulcan.* p. 244 Stalis *ἀρχὸς leg.* Extalis. *Vtitur etiam* Vulg. Int. 1 Sam. 6, 9.

EXTAR, aris. n. *Olla vbi exta coquebantur.* Vet. Gloſſ. *Vid. Gronou. ad* Liu. 25, 16. Chariſ. 1 Omnia quae AR Syllaba terminantur, Neutralia ſunt: vt Exemplar, iubar, inſtar, extar, θεατρικὸν, ἀργύριον, lacunar, et ſimilia.

EXTARIS, e. Adi. Aulam extarem petunt Plaut. Rud. 1, 2, 47. *i. Ollam extis coquendis.* Ollae extares Liu. 25, 16.

EXTISPEX, ĭcis. m. [ἱεροσκόπος] Non. 1, 53 Extiſpices proprie haruſpices dicti ſunt, quod exta ſpiciant *(ſ.* ſpeciant*)* — Varro — Sed extiſpici diſputanti relinquo. *Vtitur etiam* Non. 1, 319. Cic. de Diuin. 2, 26 c. 11 Artificioſae diuinationis illa fere genera ponebas, extiſpicum, eorumque *etc. Et* 1, 29 c. 16 *ex vet. Poëta,* Inter ſe ſtrepere, aperteque artem obterere extiſpicum.

EXTISPICIVM, i. n. [ἱεροσκοπία] Accius Medea, *ap.* Non. 1. 53 Principio extiſpicium ex prodigiis congruens ars te arguit. Sueton. Neron. c. 56 Attendit et extiſpicio.

EXTABESCO, ui, ĕre. [ὑπεκρέω] *Tabe et marcore confici.* Extabuit macie corpus Cic. Tuſc. 3, 26 c. 12. *et 2 ex antiquis Poëtis, per translationem.* Cic. de N. D. 2, 5 c. 2 Etenim videmus caeteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuiſſe. *h. e. Mortuas et vanas omnino fuiſſe.*

EXTAENIATVS, a, um. Sortes extaeniatae, *ap.* Liu. 21, 62. *et* 22, 1. *Vbi alii* attenuatae, *legi iubet Lipſ. Elect.* 2, 12. *Vid.* SORS.

EXTELO, āre. Extelare, ἐλευθερῶσαι Gloſſ. *forte ex telis hoſtium eripere.*

EXTEMPLO, *vid.* EX.

EXTEMPORĀLIS, e. [αἰφνίδιος] *Subitaneus, de quo ante cogitandi facultas non fuit.* Extemporalis oratio Quinctil. 4, 1. Actio Idem 10, 7. Dictiones Quinctil. 2, 4. Facultas Suet. Aug. c. 84. Garrulitas Quinctil. 2, 4. Rhetor Martial. 5, 54. Temeritas Quinctil. 10, 6.

EXTEMPORALITER. Adu. Sidon. Epiſt. 9, 14.

EXTEMPORALĬTAS, ātis. f. [τὸ αἰφνίδιον] *Promtitudo.* Suet. in Tit. c. 3 Latinae Graecaeque linguae vel in orando vel in fingendis poëmatibus promtus facilisque vel ad extemporalitatem vsque. *Vid. Burm. ad* Petron. c. 6 p. 28. *et* Quinctil. 2, 4 p. 140.

EXTEMPORANEVS, a, um. Adi. *pro Extemporali, peruulgatum, improbat Voſſ. de Vit. L. L. 1, 19.* Gloſſ. Lat. Gr. Extemporaneum, ἀμελέτητον.

EXTENDO, di, tum *et* ſum, ĕre. [ἐκτείνω, ἀποτείνω, ἀναπετάννυμι] *Tendendo longius, latius, rectius aliquid facere, Explicare.* Columel. 4, 20, 3 Quare quum ad ſummum palum recta vitis extenta eſt, capiſtro conſtringitur. Extendere in proceritatem Columel. de Arbor. c. 17. Extenditur in maiorem partem noctis Subſolanus, *i. durat, perpetua illa inter ſpatium et tempus analogia* Plin. 18, 34 *extr.* Vltra extendere Quinctil. 4, 5. Acies extenditur, *vid.* ACIES. Aetatem ſuam Plaut. Bacch. 3, 3, 26. Aeuum Sil. 3, . . Agros Hor. in Arte Poët. 208. Amplitudinem extendere *dicitur* lacus Plin. 36, 56. Aures extendere *dicitur*, oratio, *quae nimis lenta eſt:* Obruere, *quae nimis rapide voluitur* Sen. Epiſt. 40. Bellum Sil. 17, . . Colos Stat. Silu. 3, 1, 172. *vid.* COLVS. Conſulatum, *Prorogare* Plin. in Paneg. c. 61. Curas in annum venientem Virg. Georg. 2, 405. Curſus Virg. Aen. 12, 909. Cutem in facie, *i. rugis liberare* Plin. 24, 7 *extr. Sed al.* extergere. Dies extendere *et* Contrahere, *contraria apud* Sen. de Benef. 4, 13. Epiſtolam Plin. Epiſt. 7, 9 *ad fin.* Famam factis Virg. Aen. 10, 468. *vid.* OPVS. Vbi pecunia melius poni poteſt, quam vbi Foenus bonitatis extenditur Quinct. Decl. 9, 16. *Conf. Burm.* Ad altiorem Gradum honoris extenditur Quinct. Decl. 3 c. 13. *vid. Gronou. Obſſ.* 3, 1. Liu. . . . Quantum extendere Iter poſſet in caſtra properaret. Nomen ſuum late in vltimas oras Hor. Carm. 3, 3, 45. Aquila Pinnas extendenti ſimilis Curt. 3, 3, 16. Praelia Sil. 3, . . Preces Plin. Epiſt. 2, 13 *ad fin.* Exquirens Pretia et vsque eo extendens Suet. Cal. 38. Pugnam in longum ſpatium Liu. 27, . . . Rura longa ſub ignotis colonis Lucan. 1, 170. Se magnis itineribus Caeſ. B. C. 3, 77. Se epiſtolâ Plin. 7, 9 *extr.* Et alioqui tam immodice epiſtola me extendi. *Al.* Epiſtolam extendi, *quod facile priori praeferas. Sed ex optimo illud libro, et more Plinii in ſimilibus formulis defendit Cortius.* Se ſupra vires Liu. 34, . . Spem in regionem aliquam Idem 24, . . Vires omnes imperii Liu. 7, . . Virtutem factis Virg. Aen. 6, 806. ¶ 2 *Obſ. Ad ſcriptores librorum refertur* Stat. Silu. 5, 3, 22 Doctique modos extendis Arati, *vbi forte ad explicatius genus ſcribendi, vel ad continuationem certe refertur.* Plin. Epiſt. 9, 10, 2 In via plane nonnulla leuiora, ſtatimque delenda, ea garrulitate, qua ſermones in vehiculo ſeruntur, extendi. *Vbi ipſo hoc verbo etiam notatur extemporalis garrulitas.* Extendi *Paſſ. vid. in* Priapei. n. 10. *Conf.* Virg. Aen. 6, 423. Vitr. 9, 4.

EXTENSVS, a, um. Partic. [ἐκτεταμένος] Cic. Acad. 4, 145 c. 47 Quum extenſis digitis aduerſam manum oſtenderat, viſum, inquiebat huiusmodi. *Compar.* Quinctil. 11, 3, 116 In rebus magnis, laetis, atrocibus manus extenſiores ſunt. Extentus *mox ſeparatim damus. Sed obſeruandum, vtramque formam ſic miſceri a librariis, vt vel inde appareat, eſſe eiusdem intellectus. Superl.* Liu. 21, 32 Caſtra quam extenſiſſima poteſt valle locat.

EXTENSE. Adu. *Idem.* Tertull. de Idol. c. 2.

EXTENSIO, *vel* EXTENTIO, ōnis. f. Radii extentionibus porrecti Vitruu. 9, 4.

EXTENSIVVS, a, um. Adi. *ICti.*

EXTENTVS, a, um. Partic. [ἐκταθεὶς] Cic. de Orat. 2, 242 c. 59 Per ſtatuas vero quum dixit, et extento brachio paullulum etiam de geſtu addidit, *etc.* Aeuo extento viuere, *i. Longo* Hor. Carm. 2, 2, 5. Ceruicem praebere Vell. 2, 70, 2. Funis Hor. Epiſt. 2, 1, 210. Itinera, *pro Magnis* Liu. 13, 19 *pr.* Pedes extentos fert ſuperba Ouid. de Arte Am. 3, 302. Sonus extentus, *Altus et acutus* Plin. 10, 29. Spatium vitae extentum, *i. Longum* Paterc. 1, 11. Spatia extentiſſima Solin. c. 65. Vallis extentiſſima Liu. 21, 32.

EXTENTE. Adu. *Idem. Compar.* Ammian. 23, 7 *in Baliſtae deſcriptione:* quadratus eminet ſtylus extentius.

EXTENEBRO, āre. *i. Curioſius ex tenebris in lucem protrahere. Laudatur a Perotto inde fragmentum* Varronis *tale,* Atque omnes adeo perquirit atque extenebrat artes. *Stephanus legit* Exterebrat. *Ioſ. Iſcanus Deuonius* Daretis Phrygii *interpres 303* Occulta extenebrat, *de fama.*

EXTENEBRONIDES argenti Plaut. Perſ. 4, 6, 21. *i. ex tenebris in vſum proferens. Alii aliter leg. Vid. Geuart. Lect. Stat. 2, 13 qui pro hac lectione diſputat.*

EXTENTO, āre. *Tentare ad vltimum vsque gradum.* Plaut. Moſt. 3, 1, 66 Quid tu veniſti huc extentatum? *Sed varia conantur viri docti. Certius* Plaut. Bacch. 4, 2, 3 Alieno vires tuas extentes oſtio?

EXTENTANS, antis. Partic. *Extendendi ſignificatione.* Homo breuis, humeros extentans anguſtos Ammian. 22, 14. Semet extentans Idem 27, 1. Latius ſemet Id. 17, 10.

EXTENVO, āre. [λεπτύνω, ἰσχναίνω] *Imminuere, detrahere, exilius et tenuius aliquid facere: vt,* Extenuare in puluerem inutilem Plin. 18, 16. Multa habeo, quae debent extenuari, quae attolli Sen. Ep. 6. *Add.* Tac. H. 4, 46, 10. *Contraria.* Cic. de Orat. 3, 104 Summa autem laus eloquentiae eſt, amplificare rem ornando, quod valet non ſolum ad augendum aliquid et tollendum altius dicendo, ſed etiam ad extenuandum atque abiiciendum. Cic. de Invent. 2, 75 Hoc extenuando, maleficii magnitudinem ſimul adaugere. Acies extenuata, *i. minime denſa* Sall. Iug. 49, 1. Cauſam vehementer Auct. ad Heren. 2, 4. Cenſus Cic. Verr. 2, 138. Idem de N. D. 2, 134 c. 54 Dentibus in ore conſtructis manditur, atque ab his extenuatur et mollitur cibus. Cicatrices extenuare Scribon. 26. 28. 35. Corpus Plin. 15, 3. *h. e. Gracile facere.* Cic. Verr. 5, 83 Statuit ſi hoc Crimen extenuare vellet, (nam omnino tolli poſſe non arbitrabatur) nauarchos omnes teſtes ſui ſceleris vita eſſe priuandos. Cura longa eſt extenuanda mora Ouid. ex Pont. 1, 3, 26. Famam belli Liu. 5, . . Lapidem extenuare Scribon. 153. *de calculo veſicae.* Laudes bellicas verbis Cic. pro Marcell. 6 c. 2. Ouid. Triſt. 3, 3, 57 Quod potes, extenua forti mala corde ferendo. Moleſtias extenuare et diluere Cic. Tuſc. 3, 34. Munus verbis Idem Off. 2, 70. Spes extenuatur et euaneſcit Cic. Att. 3, 14.

EXTENVANS, antis. Partic. Exaggerantem virtutem, extenuantem caetera Cic. Tuſc. 5 c. 18 *al.* exterminantem. Omnia pituitam extenuantia Celſ. 6, 6, 8.

EXTENVĀTVS, a, um. Partic. [λεπτυνθεὶς] *Cui opponitur* Concretus. Cic. de N. D. 2, 101 c. 39 Exin mari finitimus aër die et nocte diſtinguitur: isque tum fuſus et extenuatus ſublime fertur, tum autem concretus in nubes cogitur. Catull. 62 (64) 295 Extenuata gerens veteris veſtigia poenae. *i. Vix apparebant veſtigia catenarum in manibus et pedibus. de Prometheo.* Limites extenuati Frontin. de Colon. p. 114 *Goeſ.* Sortes extenuatae, *vid.* SORS *Diuinatoria. Superl.* Brut. ad Cic. Fam. 11, 13 Recurri ad meas copiolas: ſic enim vere eas appellare poſſum: ſunt extenuatiſſimae, et inopia omnium rerum peſſimae acceptae.

EXTENVATIO, ōnis. f. [λέπτυνσις] Cic. de Orat. 3, 200 c. 53 Sgnificatio et diſtincte conciſa breuitas, et extenuatio.

EXTENVATRIX, īcis. f. *Adiectiue.* Macer. *de Sulph.* 4, 19 Virtus eſt eius, vt dicunt, extenuatrix.

EXTENVATORIVS, a, um. Adi. *Vt,* Virtus extenuatoria Theod. Priſc. de Diaeta c. 15 *et* 10.

EXTENVISSIME. Adu. *Apud* Sen. Controu. 1, 4. *non inuenio.*

EXTER, ĕra, ĕrum. Adi. [ξενικὸς] *Idem quod Externus. Vnde* Stat. Theb. 11, 429 Exter honos *dixit, pro Extraneo, ſicuti legit* Priſcian. l. 3 *ſub init.* Nunc iſte vobis exter et veſter manet Paullin. ad Cytherium v. 507. *Add.* l. 84 ff. de acquir. vel omitt. l. 11 ff. de Lege I. l. 69 §. 2 *et* 3 ff. de Legat. 2.

EXTERCŎRO, *vel* EXSTERCORO, āre. *Purgare.* Vlp. in l. Sed et ſi quid inaedificauerit §. 1 D. de vſufruct. Vel de Palaeſtra exſtercorandis latrinis praeponat. *Vbi alia exemplaria legunt* Extergendis, *alia* Stercorandis.

EXTERĔBRO, āre. [ἐκτρυπάω] *Terebrando trahere.* Cic. de Diuin. 1, 48 c. 24 Itaque ex eo auro quod exterebratum eſſet, buculam curaſſe faciendam. *Per translationem ſecundum* Non. 1, 315

eſt vi *extorquere aliquid ſcrutari, aut curioſius quaerere.* Plaut. Perſ. 2, 2, 55 Lubet: nunquam hercle iſtuc exterebrabis tu, vt ſis prior quam ego ſiem. *Conf.* EXTENEBRO.

EXTERGEO, ſi, ſum, ēre. [ἀποσμήχω] *Idem quod Tergendo purgare, et mundum facere.* Plaut. Rud. 5, 2, 14 Ita quanto magis extergeo, rutilum atque tenuius fit. Cato c. 162, 3 Die tertio extergeto ſpongia bene. *Et* c. 26. Varro *item* de R. R. 2, 5. Vt ea facilius extergeantur Vitruu. 7, 3. *Sed et*

EXTERGO, ĕre. Plaut. Moſtel. 1, 3, 110 Linteum cape, tuque exterge tibi manus. Cato de R. R. c. 162 Poſt diem omnino duodecimum pernas eximito, et ſalem omnem detergito, et ſuſpendito in ventum biduum, tertio extergito. *Certe fluctuat lectio. Vid. ſimplex* TERGO. *it.* ABSTERGO. Plin. 24, 7 *extr.* Maſtiche lentiſci ad extergendam cutem in facie vt ſmegmata adhibetur. *Haec optima videtur lectio.*

EXTERSVS, a, um. Partic. [ἀπεμηγμένος] Exterſum aes, *h. e. Expolitum* Plin. 34, 9. Cic. Verr. 2, 52 c. 21 Etenim quam tu domum, quam vrbem adiiſti, quod fanum denique, quod non euerſum atque exterſum reliqueris? Euerſum, *ab* Euerro, *non ab* Euerto. Plaut. Curc. 4, 4, 22 *in lenonio inſtrumento etiam eſt* linteum extenſum *vt editur. Sed pulchre et veriſſime Douza,* linteumque exterſui, *quod etiam metro melius conuenit et ſimile eſt multis aliis, quae in Taubmanniana videri poſſunt.*

EXTERSVS, ûs. m. Linteum exterſui Plaut. Curc. 4, 4, 22 *vt modo dictum.*

EXTERIOR, *vid.* EXTRA.

EXTERMĬNO, āre. [ἐξορίζω, ἐξολοθεύω] *Extra terminos mittere, eiicere.* Non. 1, 110 *ex* Lucil. Non rediret ad ſe, atque illam exterminaret miſeram. Cic. Off. 2, 80 Ex eoque tempore tantae diſcordiae ſecutae ſunt, vti et tyranni exiſterent, et primates exterminarentur. Eiicere aliquem ex vrbe, et illum exterminari velle Cic. in Catil. 3, 3. A diis penatibus ciues Cic. pro Sext. 30. Venire in ciuitatem, *et* De ciuitate exterminari, *contraria* Cic. pro Corn. Balb. 51. Auctoritatem aliquorum e ciuitate Cic. de Prouinc. Conſ. 3. Ex hominum communitate Cic. Off. 3, 47. Ex finibus naturae humanae exterminandus, quem bellum ciuile delectat Cic. Phil. 13 *pr.* Ex numero hominum aliquem eiicere, et ex finibus humanae naturae exterminare Cic. Philipp. 13, 1. Ex vrbe virtutem Cic. pro Milon. 102 c. 37. *Et ſine Praepoſitione, vt,* Vrbe atque agro exterminari Cic. de N. D. 1, 63 c. 23. Herbam augentem Col. 10, 149. *Add.* 11, 3, 19. *Sed* 9, 15, 3 In totum exterminare fucos *eſt* ad occidionem *eorum* gentem interimere. Plin. 31, 10 Regium quoque morbum in vino exterminat potum. Peregrinos prohibere vti vrbibus, et eos exterminare Cic. Off. 3, 47. Quaeſtiones Cic. Acad. 4, . .

EXTERMINĀTVS, a, um. Partic. [ἐξορισθεὶς] Cic. pro Flacco 25 c. 11 Cuius virtute regibus exterminatis libertas in Rep. conſtituta eſt, *de Valerio primo Conſule.* Cic. poſt red. ad Quir. 14 Itaque neque Republ. exterminata, mihi locum in hac vrbe eſſe duxi. *Add.* Idem pro Domo c. 55. Priſcian. Med. 2, . . Mens propria ſede exterminata. *Quod eſt* Apul. Met. 5 p. 166, 36 Extra terminum mentis ſuae poſita. *Etiam* Exterminatus *pro* externato *MS. v. v.*

EXTERMINATIO, ōnis. f. *ICt. in* Dig.

EXTERMINĀTOR, ōris. m. [ἐξοριστὴς] Cic. pro Domo ſua 141 c. 54 Tamen obuerſabatur ante oculos exterminatoris ſui. *i. Euerſoris et expugnatoris. Sed a Grutero reductum ex antiquis* Exſtinctoris.

EXTERMINATRIX, īcis. f. Sariſb. 8, 17 Iniuſtitia caritatis exterminatrix.

EXTERMINATORIVS, a, um. Adi. Irenaeus 4, 41.

EXTERMINVS, a, um. Adi. Auctor carminis de Sodoma, *quod* Cypriano *adſcribitur*, p. 300, b *Fabric.* Eia, age, Loth exſurge — atque hinc exterminus ito. *Eſt ergo* exterminus, *qui terminos vrbis relinquit, qui ipſe ſe exterminat.*

EXTERMINIVM, i. n. *Expulſio, euerſio, apud Scriptores Eccleſiaſt. Vt,* Tertull. adu. Valentin. c. 16. Ambroſ. ad Virg. lapſam c. vlt. Auguſtin. Confeſſ. 2, 4. Ἀφανισμὸς Vet. Gloſſ.

EXTERNO, *ſ.* EXSTERNO, āre. [ἐξίστημι] *Veteres vſurparunt pro Dementem facere.* Pacuuius, Sed eccam miſeram, quam frequens luctus externauit. Catul. 62 (65) 71 Ah miſeram aſſiduis quam luctibus externauit Spinoſas Erycina ferens in pectore curas. *Quem locum laudat* Non. 2, 308. *Scribendi illa ratio, qua S poſt* ex *omitti ſolet, fecit vt dubium videatur, vtrum* exſternare *dicatur, vt* conſternare; *an* externare *a nomine* externus *deriuetur, vt* intimare *ab* intimus. *Certe apud* Apul. Apol. *vbi* p. 335, 25 *Elmenhorſtius dedit,* Vt intelligeretur iratus potius extraneaſſe eam, *(teſtamento vxorem)* quam oblitus praeteriſſe: *Caſaubonus* p. 116, 9 Gentilis n. 960. Pricaeus p. 108, 5 *eodem intellectu legunt* externaſſe. *Neque vero illa ab* externo *deriuatio alteri intellectui non conuenit, quum* externare *ſit* ἐξιστάνειν, *eiicere mentem ad tempus et alienare.* Gloſſ. Iſid. Externauit, extraneum fecit.

EXTERNĀTVS, a, um. Partic. [ἐξεσταμένος, ἐξεστηκὼς] Catul. 62 (65) 165 Sed quid ego ignaris nequidquam conqueror auris Externata malo? Ouid. Met. 11, 77 Externata fugam fruſtra tentabat. *i. Conſternata, perterrefacta.* *Add.* ib. 1, 641. Equi externati Ouid. in Ibin 432. Apul. Met. 3 p. 138, 37 Sic externatus animi atque attonitus, vigilans ſomniabam. Exterminatus *eſſe in MS. monet Elmenh. quod nec alienum ſ. l. indicamus.* Id. Apol. p. 301, 34 Poſſe animum humanum et puerilem praeſertim, — ad obliuionem praeſentium externari, *de magia ſermo eſt.* Vet. Gloſſ. Externatus ἐκτὸς φρενῶν.

EXTERNATIO, ōnis. f. Auguſtin. . .

EXTERNATOR, ōris. m. Hieron.

EXTERNVS, a, um. Adi. [ἐξωτερικὸς, ξενικὸς] *ab* Extra *Praepoſitione; quidquid quocunque reſpectu extra eſt* Externus, eſt Alienae terrae. Feſtus. *Bene, ſi oſtendere ſignificationem ſub exemplo volunt; ſi etymon afferre, ſecus.* Plin. 12, 25 In totum alia eſt natura balſami, quam noſtri externique prodiderant. Arcebatque ſuis externos finibus omnes Ouid. Met. 4, 647. Canum amor in dominos, odium in externos Cic. de N. D. 2, 158. Amore externo laeſus vir Ouid. Epiſt. 5, 102. Armis in externis animos exercet Ouid. Amor. 1, 8, 41. Bona Idem ex Ponto 2, 3, 36. Commoda Cic. in Topic. 89. Corpore externo mens cingitur Cic. de N. D. 1, 26. Generi Virg. Aen. 7, 98. Gentes Ouid. Amor. 3, 4, 34. Gratiae Tacit. Ann. 12, 15. Homines externos non egere, ornamento eſt Reipubl. Cic. Off. 2, 64. Hoſtibus externis magis quam domeſticis laboramus Id. Brut. Epiſt. 10.

Locis in externis minor eſt ad facinus verecundia Cic. Fam. 4, 9. Malum Nep. 22, 2, 1. Lucret. 4, 930 Principio externa corpus de Parte neceſſum'ſt Aëriis quoniam vicinum tangitur auris, Tundier. Populos apud externos valere opibus et gratia, vehementer vtile eſt iis, qui honeſte multum poſſe volunt Cic. Off. 2, 64. Pulſus: *vt,* Inanimum eſt enim omne, quod pulſu agitatur externo Cic. in Somn. Scip. 21. Religio Id. Verr. 4, 114. Rerum externarum, et ad corpus pertinentium domina fortuna Cic. Tuſc. 5, 25 c. 9. Ouid. Met. 14, 454 Auget vterque ſuas externo Robore vires, Et multi Rutilos, mihi Troiana tuentur Caſtra. A ſede externa profectus Virg. Aen. 7, 255. Tepor externus et aduenticius Cic. de N. D. 2, 26. Thalami Virg. Aen. 6, 94. Venere externa laedere ſocialia foedera Ouid. Met. 14, 380. Virg. Aen. 7, 68 Externum cernimus, inquit, Aduentare Virum. Viſione externa et aduenticia animos pulſari Cic. de Diuin. 2, 119. *A librariis confunditur cum* Extremus: *quod vid.*

EXTĔRO, trīui, trītum, ĕre. [ἐκτρίβω] *Idem ſignificat quod Comminuere terendo, aut valde terere.* Cibum exterere Cic. de N. D. 2, 136 c. 54. *Vid.* ALVVS multiplex et tortuoſa. Frontem calcibus Phaedr. 1, 22, 9. Varro de R. R. 1, 52, 2 Apud alios *frumentum* exteritur grege iumentorum inacto, et ibi agitato perticis, quod vngulis e ſpica exteruntur grana. *Add.* Colum. 2, 21, 4. *it.* 2, 9, 11. Varro de R. R. 2, 1 A quo poſt balare dicunt, extrita E litera, vt fit in multis. *Add.* Id. de L. L. 4, 19. Opus poliat lima, non exterat Quinctil. 10, 4 *extr.*

EXTRĪTVS, a, um. Partic. [ἐκτετριμμένος] Ignis extritus Lucret. 5, 1097. *de fulgure.* Litera Varro de R. R. 2, 1. Syllaba [κατὰ συγκοπὴν] Quinctil. 9, 3.

EXTERRANEVS, a, um. Adi. *inquit* Feſtus, Ex alia terra. Exterraneus quoque dicitur, et qui ante tempus natus, vel potius eiectus eſt. Dictus autem Exterraneus, quod eum mater exterrita aluo eiecit. *Alii* Exterricineus *legunt. Is quidem eſt, qui a Graecis* ἔκτρωμα *vocatur: alius, qui, ante exactos menſes natus, ab iisdem* ἠλιτόμηνος *vocatur, qualem fuiſſe Euryſtheum Homerus canit.*

EXTERREO, ui, itum, ēre. [ἐκφοβέω] *Idem quod valde Terrere.* Cic. Off. 2, 37 c. 10 Et dolorum quum admouentur faces, praeter modum plerique exterrentur. Aſpectu exterreri Cic. de Diuin. 1, 79 c. 36. Metu exterreri Liu. 4, 23. Mugitu nemora exterret taurus Sil. 16, . .

EXTERRĬTVS, a, um. Partic. [ἐκπεφοβημένος] Cic. de Diuin. 1, 40 c. 20 Talia commemorat lacrimans, exterrita ſomno. *Ex Poëta.* Tacit. Ann. 4, 28 Adſeuerabatque innocentem Cornutum, et falſa exterritum. Aeſtu anguis exterritus Virg. Georg. 3, 434. Armenta exterrita diffugiunt ſiluis Idem ibid. 3, 149. Nouitate exterritus Lucret. 2, 1039. Noua re exterritus Curt. 10, 9, 9. Ouis exterrita Columel. 7, 4.

EXTERRICINEVS, a, um. *vid.* EXTERRANEVS.

EXTERSVS, *vid.* EXTERGO.

EXTĔRVS, *it.* EXTER, a, um. Adi. [ἀλλοδαπὸς] *pro Alienigena.* Exterae nationes Cic. pro Font. 25. *et* pro L. Manil. c. 16. Heredis exteri *paſſim mentio apud* ICtos, *v. g.* l. 11 ff. de Legat. I. *et* l. 69 §. 2 *et* 3 de Legat. II. Exterus hoſtis atque longinquus Cic. in Catil. 2, 29. Regna extera quaerere Virg. Aen. 4, 350. Res extera Lucret. 2, 277. Mundi extera indagare, nec intereſt hominum, neque capit humanae coniectura mentis Plin. 2, 1. ¶ 2 Exter honos Stat. Theb. 11, 429 *teſte* Priſcian. 3 *pr.* *Sic etiam optimi libri, a quibus ſunt etiam, qui* Extet *habent. Pulchre conuenit ſententia. Adraſtus monuerat fratres in arma ruentes. Hic Poëta* Sed quid apud tales, quîs non ſua pignora curae Exter honos? *i. reuerentia alterius, non ita coniuncti. Recte igitur tuetur hanc lectionem poſt Canterum Nou. lect. 2, 8 Barthius: quae praeferenda ingenioſae licet et dignae illa eruditione coniecturae I. F. Gronouii, qui ita locum conſtituit.* Sed quid apud tales *(ſc. valent)* queis non ſua pignora curae? Alternos tamen ille rogat. Paullinus ad Cyther. 507 Nunc iſte vobis exter et veſter manet. *Duos praeter hunc locos adfert G. Fabricius in Comment.* Papin. l. 84 de Acquir. vel omitt. Ventre praeterito, ſi — exter heres inſtitutus ſit. Gloſſ. Cyrilli ἐξωτικὸς, Exter, extraneus, externus. ¶ 3 *Compar.* Cic. de Vniu. 21 c. 7 Atque ita cum alterum eſſet exteriorem amplexus orbem. Comes exterior Hor. Ser. 2, 5, 17 *minus honoratus, qui latus* interioris *tegit. Verba ſunt,* Ne tamen illi Tu comes exterior, ſi poſtulet, ire recuſes. *Reſp.* Vt ne tegam ſpuro Damae latus? *Vid.* Interior *ſub* INTRA. *Laudatur etiam* Plaut. Men. 2, 2, 59. *Sed ille locus ingenio doctorum virorum nunc ita conſtitutus eſt,* Edepol haud mendacia Tua verba experior eſſe. MES. Obſeruato modo. *Legebatur,* Exterior ſis, obſeruato modo.

EXTERIVS. Adu. Ouid. Met. 6, 420 Quaeque vrbes aliae bimari clauduntur ab Iſthmo, Exteriusque ſitae bimari ſpectantur ab Iſthmo. *Add.* Apul. de Herb. 79. Scribon. 21. ¶ 2 *Superl.* Extremus, *vid. ſub* EXTRA *poſt* EXTRANEVS.

EXTEXO, ui, ctum, ĕre. [ἐξυφαίνω] *Deſtruere quod textum eſt: per translationem.* Plaut. Bacch. 2, 3, 5 Extexam ego illum pulchre iàm, ſi dî volunt. *i. Emungam illum auro.* Extexere *eſt, Telam ſua textura, aut lana intexta nudare.*

EXTILLO, *vel* EXSTILLO, āre. [ἀποστάζω] *Idem quod ſimplex Stillare.* Plaut. Pſeud. 3, 2, 29 Teritur ſinapis ſcelerata cum illis: qui terunt, prius quam triuerunt, *(bis)* oculi vt exſtillent, facit. Columel. 12, 48, 2 Sicque triginta dies pati conſudaſcere, atque omnem amurcam exſtillare. *i. Extra ſtillare.* Ter. Phorm. 5, 7, 82 Hiſce ego dictis illam, ita tibi incenſam dabo, vt ne reſtingas, lacrimis ſi exſtillaueris. *Vid.* Donat.

EXTIMESCO, ui, ĕre. [φοβέομαι] *Valde timere.* Ter. Hec. 5, 3, 26 Extimui illico. Cic. Acad. 4, . . Cur non extimeſcam opinandi temeritatem? Ter. Phorm. 1, 3, 2 Adeon' rem rediſſe, vt qui mihi conſultum optime velit eſſe, Phaedria, patrem extimeſcam, vbi in mentem eius aduenti venit? Cic. de Senect. 75 Quod igitur adoleſcentes, et ii quidem non ſolum indocti, ſed etiam ruſtici contemnunt, id docti ſenes extimeſcent? De fortunis communibus extimeſcere Cic. pro Deiot. c. 1. Aduentum alicuius Cic. Fam. 9, 26. Formidines Id. de Fin. 5, . . Et ſpiritus et libertatem inſontis vltro extimuit Tac. Ann. 16, 24, 2. Hor. in Arte Poët. 415 Qui Pythia cantat Tibicen, didicit prius, extimuitque magiſtrum. Minas aliquas extimuiſſe Tibul. 2, 6, 50. Vultus extimuit loquentis Stat. Theb. 9, 156. *Paſſiue,* Tacit. Ann.

Ann. 11, 16 Fruſtra Arminium praeſcribi : cuius ſi filius hoſtili in ſolo adultus, in regnum veniſſet, poſſe extimeſci. *Sed pro* extimerentur 15, 71, 4 *rectius legitur* extimarentur *i.* exiſtimarentur. Caeſ. B. G. 3, 13 Quarum rerum omnium noſtris nauibus caſus erat extimeſcendus. Cic. Tuſc. 3, . . Nequaquam ex opinione vulgi eſſe extimeſcendas. Periculum ab Antonio maius extimeſcendum eſt Cic. Philipp. 7, 2 c. 1.

EXTIMO, EXTIMATIO, *vid.* AESTIMO n. 5. EXISTIMO n. 2.

EXTIMV̆LO, *ſiue* EXSTIMVLO, āre. [κεντάω] *Vehementer ſtimulare.* Columel. 6, 27, 3 Id praecipue armentum, ſi prohibeas libidines, exſtimulatur furiis. *de equis.* Plin. 2, 39 Quoties errantium acceſſu impulſa, aut coniectu radiorum extimulata ſunt, qualiter, *etc.* Dictis aliquem Ouid. Faſt. 6, 588. Furore bellandi corda Sil. 1, 32.

EXTIMVLĀTVS, a, um. Partic. [κεκεντημένος] Exſtimulatae libidinis ſigna Col. 8, 11, 8. Fame exſtimulata tigris Ouid. Met. 5, 164. *Vid.* Plin. 2, 39.

EXTIMVLATOR, ōris. m. [κεντητὴς] Acerrimus extimulator Tacit. Ann. 3, 40.

EXSTIMVLATIO, ōnis. f. Columella *habere dicitur : me quidem non aduertit.* *Sed* Tac. An. 3, 40 *pr.* Rebellionis exſtimulator acerrimus.

EXTIMVS, *vid.* EXTRA.

EXTINGVO, *ſiue* EXSTINGVO, nxi, nctum, ĕre. [ἀποσβεννύω, σβέννυμι] *Proprie dicitur de iis, quae incenſa ſunt.* Plaut. Perſ. 5, 2, 22 Da illi cantharum, exſtingue ignem, ſi cor vritur. Cic. pro Milon. 74 Eum, qui aedem Nympharum incendit, vt memoriam publicae recenſionis tabulis publicis impreſſam exſtingueret. Extinguere ignem, flammam, incendium Plin. 34, 10. Cic. Fam. 4, 13. Inter Extinguere et Opprimere *inquit* Nonius 5, 70 intereſſe Cic. voluit de Amicit. 78 vt ſit maius Opprimere, quam Exſtinguere: Quamobrem primum danda opera eſt, ne qua amicorum diſſidia fiant: ſin tale aliquid euenerit, vt extinctae potius amicitiae, quam oppreſſae videantur. *Addit* Nonius, quaſi quod exſtinguitur, poſſit reſlammari ; quod opprimitur, non queat. *Non ſatis bene declarauit, puto, Tullii ſententiam Nonius.* Exſtingui *dicitur ignis etiam cum alimento conſumto aut ſubtracto deficit*, opprimitur *vi quadam adhibita. Hoc iam ad amicitiam transferre facile eſt.* *Vſus paullatim ſi intermittitur* exſtinguitur, opprimitur *iniuriis.* *Sed declarat pulchre ipſe* Cic. de Senect. 71 Adoleſcentes mori ſic mihi videntur, vt quum aquae multitudine vis flammae opprimitur : Senes autem, ſicut ſua ſponte nulla adhibita vi conſumtus ignis extinguitur. *Vid. mox n. 2* Animus exſtingu. Exſtingui et opprimi antequam plane exortum et natum ſit Cic. pro L. Agrar. 2, 89. Idem Fam. 4, 3 Omnes ciues ſic exiſtimant, quaſi lumen aliquod extinctis caeteris elucere ſanctitatem, et prudentiam, et dignitatem tuam. Cic. pro Cael. 71 Audetisne excitare tanti flagitii memoriam, non exſtinctam illam quidem, ſed repreſſam vetuſtate ? Idem Verr. 2, 172 c. 70 Carpinatius aliquoties literas ad ſocios de Verris iniuriis miſerat — *Verum poſtea* plura ſcribebat, vt ſi poſſet, quae antea ſcripſerat, ea plane exſtingueret, *i. aboleret, irrita faceret.* Exſtinguere et funditus delere aliquid Cic. de Aruſp. Reſp. 6. ¶ 2 Animum Cic. de Senect. 36. Ter. Adel. 3, 2, 16 Seni animam primum extinguerem ipſi. Animus et mens, niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguuntur ſenectute Cic. de Senect. 36. Bellum Plaut. Perſ. 5, 1, 2. Bellum domeſticum Cic. de Aruſp. Reſp. 49. Cauſam diſſenſionis naſcentem Cic. Fam. 11, 28. Idem pro Cael. 61 Sin autem iam ſuberat ſimultas, extincta erat conſuetudo, diſſidium extiterat. *i. Abolita.* Crimina ſua, teſtes interficiendo, exſtinguere Cic. Verr. 5, 112. Dignitas formae aut morbo defloreſcit, aut vetuſtate extinguitur Auct. ad Heren. 4, 38 c. 27. Liu. 27, 16 Brutii quoque multi interfecti, ſeu per errorem, ſeu vetere in eos inſito odio, ſeu ad proditionis Famam, vt vi potius atque armis captum Tarentum videretur, extinguendam. Virg. Aen. 6, 527 Scilicet id magnum ſperans fore munus amanti, Et Famam exſtingui veterum ſic poſſe malorum. Cic. de Amicit. 35 Eorum querela inueterata non modo Familiaritates extingui ſolere, ſed etiam odia gigni maxima atque ſempiterna. Ter. Phorm. 1, 2, 58 Vt ni vis boni in ipſa ineſſet Forma, haec ipſam extinguerent. Furorem alicuius extinguere, et audaciam opprimere Cic. Philipp. 6, 18. Id. Fam. 1, 1 Gratiam autem noſtram exſtinguit hominum ſuſpicio, quod Pompeio ſe gratificari putant. *i. Opprimit, abolet.* Improbitatem alicuius extinguere et delere Cic. Diu. Verr. 26. Idem ibid. 2, 142 Quum eorum nominibus in ſtatuarum inſcriptione poſitis omnem te ſperabas Inuidiam atque Infamiam tuam extinguere poſſe ? Inimicitias in fortiſſimis viris non ſolum extinguere, ſed etiam ad amicitiam conſuetudinemque traducere Cic. de Prouinc. Conſ. 22. Inuidiam extinguit mors Idem pro Corn. Balb. 15. Leges Cic. de L. Agr. 3, . . Liberos Nep. Vit. Attic. c. 9. *Add.* Ter. Hec. 5, 1, 23. Motus animorum Inflammare *et* Extinguere, *contraria* Cic. de Orat. 1, 60. Nomen aliquorum Cic. in Catil. 4, 7. Idem in Somn. Scip. 18 Sermo autem omnis ille et anguſtiis cingitur his regionum quas vides, nec vnquam de vllo perennis fuit, et obruitur hominum interitu, et Obliuione poſteritatis extinguitur. Potentiam alicuius exſtinguere et opprimere Cic. pro Roſc. Amer. 36. Religionem exſtinguit cupiditas Id. Verr. 1, 48. Reliquias belli Cic. Fam. 10, 25. Rumorem Id. Att. 15, 1. Salutem alicuius non modo extinguere, ſed etiam gloriam per aliquos infringere Cic. pro Milon. c. 5. Senſus extinguitur morte Idem de Fin. 2, 52. Sol hominibus extingui viſus eſt Cic. in Somn. Scip. 7. Tentata et concepta Idem Verr. 5, 112. *Et* pro L. Manil. 11 Corinthum Patres totius Graeciae lumen extinctum eſſe voluerunt. Extinguere aliquem, *occidere* Virgil. Aen. 4, 606. Extingui, *mori.* Cic. de Senect. 60 Extingui homini ſuo tempore optabile eſt. *Add.* Cic. de Natur. Deor. 2, 23 c. 9. Ante biennium quam exſtingueretur Pompeius Vell. 2, 58, 2.

EXSTINGVENS, entis. Partic. Vulgat. Sap. 19, 19.

EXTINCTVS, a, um. Partic. [ἀποσβεσθεὶς] Cic. de Clar. Orat. 2 c. 1 Vir egregius, coniunctiſſimusque mecum conſiliorum omnium ſocietate, alieniſſimo Reipubl. tempore extinctus, et auctoritatis et prudentiae ſuae triſte nobis deſiderium reliquerat. Idem pro Corn. Balb. 34 Quum duo fulmina noſtri imperii ſubito in Hiſpania Cn. et P. Scipionis extincti occidiſſent, *etc.* Funere crudeli extinctus Virgil. Ecl. 5, 20. Artus extincti Ouid. ex Ponto 4, 16, 51. Calores Sen. Hippol. 3. Calore refrigerato et exſtincto occidimus ipſi et extinguimur Cic. de Natur. Deor. 2, 23 c. 9. Canis Ouid. de Rem. Amor. 731. Flamma exſtincta reluxit Idem Met. 7, 77. Homo extinctus *dicitur, qui mortuus eſt* Cic. Tuſc. 1, 116. Lumen exſtinctum eſt Ouid. Met. 1, 721. *i. vita.* Principium extinctum, nec ipſum ab alio renaſcetur, nec ex ſe aliud creabit Cic. in Somn. Scip. 20. Pudor Virgil. Aen. 4, 322. Res exſtinctae vocantur, Quarum forma mutata eſt, vel quarum dominium amiſſum, ita, vt in iudicio exhiberi nequeant, in §. 27 Inſt. de rer. diuiſ. Sitis extincta bibendo Ouid. Met. 7, 569. Spes Liu. 23, 45. Idem 28, . . Adeo Veſtigia quoque vrbis extinguere, ac delere memoriam hoſtium ſedis cordi eſt. Virtus Cic. de Orat. 3, 1. Vita Ouid. Met. 7, 569. Vox omnium ſilentio Liu. 23, . . Vox Hortenſii fato ſuo Cic. de Clar. Orat. 328. Scribon. 24 Cadmia — vſta donec incandeſcat, et vino Falerno exſtincta.

EXTINCTOR, *vel* EXSTINCTOR, ōris. m. [ἀποσβεστὴς] Exſtinctor coniurationis Cic. pro Domo ſua 101 c. 38. Belli Idem pro Cael. 61. Belli domeſtici Cic. de Aruſp. Reſp. 49 c. 23. Deorum Cic. pro Domo 141 c. 54. *Sed vid.* EXTERMINATOR. Incendii Cic. in Piſon. 26 c. 11. Patriae Idem pro Sulla 88 c. 31. Religionis Arnob. 2 p. 43. Stirpis Salluſt. Iug. c. 14.

EXTINCTIO, *vel* EXSTINCTIO, ōnis. f. [ἀπόσβεσις] Cic. Tuſcul. 1, 117 c. 49 Nam ſi ſupremus ille dies non exſtinctionem, ſed commutationem affert loci, quid optabilius ?

EXTINCTVS, ûs. m. *Idem.* Plin. 7, 7 Quum plerumque abortus cauſa fiat odor a lucernarum exſtinctu.

EXSTINGVIBILIS, e. Adi. Lactant. 7, 20 Si non exſtinguibiles, tamen cruciabiles fiant, *etc.*

EXTIRPO, *vel* EXSTIRPO, āre. [ἐκφυτεύω] *Proprie ſignificat Radicitus euellere, et cum ſtirpe ipſa totam plantam ex terra abſtrahere.* Columel. 2, 2 Et exſtirpandis radicibus. Arborem exſtirpare radicitus Vlpian. in l. Furtim D. Arbor. furt. caeſarum. Pilos corporis Martial. 6, 56. *Per metaphor. ad alia transfertur : vt*, Cic. de Amicit. 48 c. 13 Quamobrem ſi cadit in ſapientem animi dolor, qui profecto cadit, niſi ex eius animo exſtirpatam humanitatem arbitremur: quae cauſa eſt, vt amicitiam funditus tollamus e vita, *etc.* Perturbationes Cic. Tuſc. 4, 42. Vitia exſtirpare, et funditus tollere Id. de Fato 11 c. 5.

EXTIRPATIO, ōnis. f. [ἐκφύτευσις] Colum. 2, 2 Filicis frequens extirpatio, vel aratro fieri poteſt.

EXTISPEX, *et* EXTISPICIVM, *vid.* EXTA.

EXTO, *ſiue* EXSTO, ĭti, ĭtum, āre. [ἐξέχω] *Eminere, ſupereſſe.* Virgil. Georg. 3, 370 Torpent mole ſua, et ſummis vix cornibus exſtant. Longa trabe rectior exſtat Ouid. Met. 3, 78. *de Dracone. Sed Heinſ. et Burmann.* exit. Humeris extantem ſuſcipit altis Virg. Aen. 6, 668. Extat capite ſolo ex aqua Caeſ. B. G. 5, 18. Colum. 5, 10 Faſciculos ſarmentorum brachii craſſitudinis demittito, ita, vt ſupra terram paullulum exſtent. Aedificia extant modice ab humo Plin. 6, 22. Exſtabat nudum de gutture Ferrum Ouid. Met. 6, 236. — fixo, quod forte cadauere Ferrum Sil. 7, 626. — Ferrum de pectore aduncum Ouid. Met. 9, 128. *Sic* Sen. Thyeſte 740 At pueri ſtatim Pectore receptus enſis in tergo exſtitit. Nauis exſtat aquis Ouid. Triſt. 5, 11, 14. *i. ſuper aquas.* Surculi exſtent de arbore ſex digitis Colum. de Arbor. 26, 4. Extat e terra ſeſquipede Idem 5, 11. Extat duos digitos Plin. 17, 14. ¶ 2 *Exſtare dicitur, quidquid in oculos et ſenſus adeo incidit, quidquid ſupereſt, vt videri, monſtrari, etc. poſſit.* Cic. de Orat. 3, 99 Sed habeat tamen illa in dicendo admiratio, ac ſumma laus vmbram aliquam et receſſum, quo magis id, quod erit illuminatum, extare atque eminere videatur. Idem de Orat. 1, 72 c. 16 Sic ſentio, neminem eſſe in Oratorum numero habendum, qui non ſit omnibus iis artibus, quae ſunt libero homine dignae, perpolitus : quibus ipſis ſi in dicendo non vtimur, tamen apparet atque extat, vtrum ſimus earum rerum rudes, an didicerimus, *h. e. in dicendo oſtenditur, et facile declaratur.* Extare *et* Intercidere, *contraria* Plin. 35, 8 *pr.* Exceptis operum claritatibus, *(i. claris operibus)* quae conueniet attingi, ſiue exſtant, ſiue intercidere. Aliquid extabit, ne tibi plane ceſſaſſe videamur Cic. Att. 2, 8 (7). Auctor non extat eius pecuniae Quinct. 7, 3, 52. Liu. 1, 18 Auctorem doctrinae eius, quia non extat alius, falſo Samium Pythagoram edunt. Epiſtolae extant Philippi ad Alexandrum Cic. Off. 2, 48. Idem de Legib. 2, 62 c. 25 Alioqui multa extarent Exempla maiorum. *Sed ex antiquo codice rectius legitur*, Extarent ampla maiorum. *ſubaudi*, Sepulcra. Cic. Fam. 5, 19 Extatque Id, quod mihi oſtenderas quibusdam literis, hoc te ſtudioſiorem, *etc. i. eminet, et memorabilius eſt reliquis.* Idem Fam. 5, 2 Iam illud Senatuſconſultum, quod eo die factum eſt, ea praeſcriptione eſt, vt dum Id exſtabit, officium meum in te obſcurum eſſe non poſſit. Iudicium caedium et libidinum extat, et ad inſignem memoriam turpitudinis, et paene ad iuſtum odium noſtri imperii Cic. de Prouinc. Conſ. 9. Ouid. in Ibin 3 Nullaque quae poſſit tot ſcriptis millibus extat, Litera Naſonis ſanguinolenta legi. Si literae non extarent, magnopere eas requireremus Cic. de Inuent. 1, 70. Id. Tuſc. 1, 38 c. 16 Credo equidem, etiam alios tot ſaeculis ; ſed, quod Literis exſtet, Pherecydes Syrius primum dixit, animos hominum eſſe ſempiternos. Memoria exſtat, ſunt tabulae publicae : redargue me, ſi mentior Cic. pro Cluent. 62. Multa extant in me tua merita Idem pro Planc. 2 c. 1. Monumenta praeteritarum rerum certa in literis extant Cic. de Inuent. 1, 39 c. 26. Munus oculorum exſtare ſine oculis non poteſt Idem de Diuin. 1, 71. Numerus non item extat in oratione vt in verſu Cic. de Orat. 202. Idem de Amicit. 24 Itaque ſi quando aliquod Officium extitit amici in periculis aut adeundis, aut, *etc.* Ouid. de Arte Am. 3, 338 Quo nullum Latio clarius extat Opus. Cic. Attic. 2, 24 Curabo, vt huius peregrinationis aliquod tibi Opus extet. Opera peregrinationis huius extabit Idem Att. 15, 13. Cic. . . . Quae, vt ſcis, extat Oratio. Idem de Senect. 16 Notum enim vobis carmen : et tamen ipſius Appii extat Oratio, atque hanc ille egit ſeptem decem annos poſt alterum Conſulatum, *etc.* Exſtant Orationes Quinctil. 10, 7, 30. Procurſus in procliue volubilis exſtat Lucret. 2, 452. Otii non minus quam negotii clarorum virorum atque magnorum Rationem extare oportere Cic. pro Planc. 66. Scriptum extat in iisdem literis Cic. Verr. 5, 147. Scripta Demadis nulla extant Id. de Clar. Orat. 36 c. 9. *Et* Fam. 1, 7 Quoniam Senatuſconſultum nullum extat, quo reductio regis, *etc.* Celſ. 8, 22 *de talo*, Vbi huic contrarius talus, contrarium etiam Signum extat. Cic. Fam. 1, 8 *fin.* Noſtrum Studium extabit in conueniendis magiſtratibus et Senatoribus. Veſtigia

ſtigia Liu. 31, . . . Cic. pro Roſc. Amer. 62 Haec quum ſint omnia, tamen extent oportet expreſſa ſceleris Veſtigia, *etc.* Voces extant grauiora iudicia de potentiſſimis hominibus, quam tabulae Cic. de Legib. 3, 35. ❡ 3 *Obſ.* Quinctil. 10, 1, 123 Tullius vt vbique, etiam in hoc opere, Platonis aemulus exſtitit, *i. aemulum ſe oſtendit.* Cic. pro Arch. 15 Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuiſſe, et ſine doctrina, naturae ipſius habitu prope diuino, per ſeipſos et moderatos et graues exſtitiſſe fateor, *i. factos eſſe, et ſe demonſtraſſe.* Quales tibi ſaepe ſcripſi, Conſules extiterunt Cic. ad Brut. . . *i. ſeſe eo pacto geſſerunt.* Extat *ſimpliciter cum Infinitiuo, intell. in Auctorum libris eo ſenſu, vt ante habuimus* literis exſtet. Cic. in Brut. 57 Quem vero extet, et de quo ſit memoriae proditum eloquentem fuiſſe, et ita eſſe habitum, primus eſt M. Cornelius Cethegus: cuius eloquentiae eſt auctor, et idoneus mea quidem ſententia, Q. Ennius, *etc.* *Pro Supereminere, praeſtare, excellere, cum Accuſatiuo poſuit* Statius Epithalamio, v. 116 *de Violantilla ſponſa,*

— Latias, metire, quid vltra
Emineat matres. Quantum Latonia nymphas
Virgo premit, quantumque egomet Nereïdas exſto.

EXTANS, antis. Partic. Virgil. Aen. 6, 668 Humeris exſtantem ſuſcipit altis. *Ad arma ſaepe et vulnera refertur.* Stat. Theb. 5, 252 Hic impreſſa toris ora, exſtantesque recluſis Pectoribus capulos. *Graphice* idem 7, 594

Ter, quater, adducto per terga per ilia ferro
Tranſigit, illae autem, longo cum limite fuſi
Sanguinis, ad portas vtrinque exſtantia ducunt
Spicula ſemianimes. *de Tigridibus.*

Idem ibid. 769 E mediis exſtantes oſſibus haſtas Auellit. *Comparat.* Stat. Theb. 9, 455 Iamque ſuper ripas vtroque exſtantior ibat Aggere. Venae in vultu exſtantiores Cael. Aurel. Tard. 1, 5.

EXTATVRVS, a, um. Part. [ἐξέχων] *a Supino* Exſtatum. Plin. 17, 22 Extatura etiamnum duabus gemmis.

EXTANTIA, ae. f. [ἐξοχὴ] Columel. 5, 5, 12 Ipſa capita ſine vlla extantia, neque aratro, neque bubus obnoxia ſunt, *i. ſine vlla re, quae emineat, vel exſtet.* Cael. Aurel. Tard. 4, 3. *et* 1, 5. Exſtantiae, ἐξοχαὶ, Vet. Gloſſ.

EXTOLLO, extŭli, elātum, ĕre. [ὑπεραίρω, μεγαληγορέω, ἐκκαφίζω] *In altum tollere, vt,* Efferre, *a quo cum Praeteritum commodato velut ſumat, poſſunt illae formae aequo iure ad vtrumque Verbum referri.* Virgil. Georg. 2, 169 Extulit haec Decios. Plaut. Amph. 5, 1, 52 Continuo extollunt ambo capita. Armatum in ſublime Hirt. B. Afr. c. 84. Cic. pro Planc. 33 c. 13 Vbi illa antiqua libertas, quae malis oppreſſa ciuilibus extollere iam caput, et aliquando recreata ſe erigere debebat? In gremium ſuum liberorum ex ſe genus extollere Idem in Orat. 155. *Ex quodam Poëta.* Plaut. Epid. epilog. 2 Plaudite, valete: Lumbos extollite, atque exſurgite. Onera in iumenta Varro R. R. 2, 10, 3. Os ſacrum extulit caelo Lucifer Virgil. Aen. 8, 591. Primas extollens gurgite palmas Propert. 2, 20, 11. Percuſſum ipſa Reſpublica manibus ſuis extollit Cic. pro Domo ſua 119 c. 45. Pugionem Id. Philipp. 2, 28 c. 12. Vites erigere et extollere Cic. de Fin. 5, 39. Sic vrgetur, vt nequeat ſe extollere Idem Tuſc. 2, 54. Extollere indignationem, *Vehementer iraſci, laudatur* Plin. Epiſt. 8, 6 *extr.* *Sed recte puto ita a me editum,* Scio, quam ſit tibi viuus et ingenuus animus: ideoque facilius eſt, vt me quamquam indignatione quibusdam in locis fortaſſe vltra epiſtolae modum extulerim, parum doluiſſe, quam minus credas. Me *refertur tum ad* extulerim, *tum ad* credas. Plaut. Moſt. 1, 2, 41 Primum dum, parentes, fabri liberûm ſunt, et fundamentum liberorum ſubſtruunt: extollunt, parant ſedulo infirmitatem. Extollere, Differre in aliud tempus. Caelius Plotio, Abi intro, atque iſthaec aufer, tamen hodie extollat nuptias. Nonius, . . . Extollere verbis praeclara ingenia, *Exaltare, plurimi facere.* Salluſt. Catil. c. 8 Ita eorum, qui ea fecere, tanta habentur, quantum ea verbis potuere extollere praeclara ingenia. Liu. 28, 31 Defectionem ſociorum in maius verbis extollentes. Plin. Ep. 3, 11 *pr.* Eſt Artemidori tam benigna natura, vt officia amicorum in maius extollat. *Contraria:* Cic. in Piſon. 41 Vos meam fortunam Deprimitis, veſtram extollitis. Quem virtutis gloria cum ſumma laude ad caelum extulit, eundem inimicorum inuidia indigniſſime oppreſſum deprimit ad ſupplicium Cic. anteq. iret in exil. 1. *Contraria:* Cic. de Amicit. c. 74 Quamobrem vt ii, qui ſuperiores ſunt, ſubmittere ſe debent in amicitia, ſic quodammodo inferiores extollere. Plin. Ep. 8, 17 Anio — ſubruit montes, et decidentium mole pluribus locis clauſus, dum amiſſum iter quaerit, impulit tecta, ac ſe ſuper ruinas eiecit atque extulit. Eum gloria ad caelum extulit Cic. Tuſcul. 3, 39. Mature ad imperium, *vid.* MATVRVS. Laudando aliquem Auct. ad Herenn. 1, 8. Ad caelum laudibus aliquem Cic. Fam. 12, 25. *Et* de Aruſp. Reſp. c. 22. Animum Cic. in Partit. 81. Iacentem non modo extollere, ſed etiam amplificare eius priſtinam dignitatem Cic. pro Muraena 8 Virtus tanta habetur, quantum verbis eam potuere extollere praeclara ingenia Salluſt. Catil. c. 8. Vnius in alterum meritum verbis Cic. pro Planc. 95. Supra modum nihil ſe Quinctil. 1, 9. Cic. Parad. 1, 4 An quisquam in potiundis voluptatibus gloriando ſe et praedicatione extollit? Egregia facta tuorum te extollunt Idem in Salluſt. 20.

EXTOLLENTIA, ae. f. *Superbia.* Vulgat. Sirac. 25, 5. Sarisb. Policr. 6, 12.

EXTORPEO, ĕre; *aut* EXTORPESCO, ĕre. *Valde obtorpeſcere.* Obuia turba riget, greſſuque extorpuit aegro Fortunat. 1 Mart.

EXTORQVEO, ſi, tum, ēre. [βιάζομαι, ἐκβιάζομαι] *Vi varioque flexu aliquid auferre, et eripere, vt,* Ferrum de manibus Cic. Cat. 1, 16. *et* 2, 2. *Sed fere Metaphorice ponitur.* Pſeudo-Cic. Octau. Ille ea tamen exorabat, quae volebat auferre, tu extorques, *vid.* EXORO. Cic. de Prouinc. Conſ. 5 Poſtquam nihil Exprimere ab egentibus, nihil vlla vi a miſeris extorquere potuit, cohortes in hiberna miſit. Arma e manibus ciuium extorquere Cic. de Clar. Orat. 7. *et* pro Cluent. 52. Beneficium alicui per contumeliam Caeſ. B. C. 1, 9. Cognitiones verborum ex animis Cic. de Fin. 2, 16 c. 5. Errorem alicui Idem de Senect. 86. *Et* pro Cluent. c. 2 Si quam Opinionem — veritas extorquebit. Humanitatem Cic. pro Lig. 16 c. 5 ſuam citius abiiciet humanitatem *Tubero*, quam extorquebit tuam *Caeſar, i. eripiet, vt non exerceas.* Pecuniam ab aliquo extorquere et eripere Idem pro Cluent. 78. Sententias de manibus vi quadam orationis Cic. de Orat. 2, 74. Suffragium populi per vim Liu. 25, 4. Talenta a Caeſare Cic. Att. 6, 1. Veritatem Idem in Orat. 161 c. 48. Veritas ne repugnetis extorquebit Cic. pro Cluent. 6. *ſubaud.* opinionem. Victoriam hoſti extorqueamus, confeſſionem erroris ciuibus, Fabius *apud* Liu. 22, 29. Vt faterer extorſiſti Cic. Tuſcul. 1, 14. *Proprie pro Luxare:* Sen. Epiſt. 18 Fregit aliquis crus, aut extorſit articulum.

EXTORTVS, a, um. Partic. [ἐκβιασθεὶς] Cic. pro Milon. 18 Extorta eſt confitenti ſica de manibus. Plin. Ep. 3, 9, 16 Cum ea praerepta et extorta defenſioni ſuae cerneret, in quibus omnem fiduciam reponebat. Voluptas extorta alicui Horat. Epiſt. 2, 2, 139. Vi et metu extortum frumentum Cic. in Piſon. 86 c. 35. Voces Claud. in Ruff. 2, 170. *Cum reſepectu ad tormenta,* In ſeruilem modum lacerati atque extorti Liu. 32, 38 *extr.* Senec. Epiſt. 67 His oppone ferro transfoſſos, aut exanimatos ſerpentum morſu, aut fractos ruina, aut per longam neruorum contractionem extortos minutatim. *Sic* Plin. 8, 18, 9 Omnibus membris extortus et fractus. *de morbo.*

EXTORTOR, ōris. m. [ἐκβιαζόμενος] *Qui vi et rapit et aufert.* Ter. Phorm. 2, 3, 27 Bonorum extortor, legum contortor.

EXTORREO, ēre. *Valde torrere.* Febris extorret Celſ. 3, 8 *pr.*

EXTORRIS, e. Adi. [ἄπολις] *Qui eſt extra patrium ſolum et terram patriam eiectus, factum ortumque nomen a* terra, *vt ab* ſolo exul, E *in* O *mutatum, vt in* forceps, *qu.* ferriceps. *Subtilius, nec tamen verius Scal. Coniect. ad Varron. p. 28 de titione, ſ.* torre *facis nuptialis deriuat, quo tanquam ſebruo vſos quotannis ait. Verius puto,* Non. 1, 48 Extorris dicitur extra terram, vel extra terminos. Accius, Nunc per terras vulgus, extorris regno, exturbatus mari. Turpil. Nec durare poſſunt (*ſ.* poſſum) ita huius inſcitia atque dementia extorrem facit. Gell. 2, 13 Exul, extorrisque eſto. Liu. 7, 4 Extorrem vrbe, domo, penatibus, foro, congreſſu aequalium. Idem 2, 6 Ne ſe ortum eiusdem ſanguinis extorrem, egentem ex tanto modo regno cum liberis adoleſcentibus ante oculos ſuos perire ſinerent. *Et mox,* Ille eſt vir, qui nos extorres expulit patria. Id. 5, 30 Ne exſulem, extorrem Populum Romanum ab ſolo patrio ac DIs penatibus in hoſtium vrbem (*Veios*) agerent. *Et* 9, 34 Haec eſt eadem familia, Quirites, cuius vi atque iniuriis compulſi extorres patria ſacrum montem occupaſtis. *Nempe plerumque Ablatiuus* patria, domo, regno, *ſimilis additur a* Liuio, *quod oſtendit Drakenb. ad 2, 6. Tamen* 37, 53 Extorris, expulſus, amiſſis omnibus copiis — in caſtra confugit veſtra. Cic. Verr. 3, 120 c. 5 Hinc centum — patresfamilias extorres profugerunt. Extorris finibus Virgil. Aen. 4, 616. Salluſt. Iugurth. c. 14 Sicuti videtis extorrem patria, domo inopem et coopertum miſeriis effecit. Extorres ſedibus Tacit. Ann. 6, 36, 4. *Notabilis eſt locus* Liu. 26, 41 Breui extorre hinc omne Punicum nomen maria terrasque foeda fuga impleturum, *propter genus neutrum.*

EXTRA. [ἔξω, ἐκτὸς] *Praepoſitio Accuſatiuo caſui ſeruiens, interdum, cum ſine caſu ponitur, Aduerbium: de hoc prius. Cuius relatiuum eſt* Intra *vel* Intus. Cic. de Fin. 2, 68 Et in corpore, et extra eſſe quaedam bona. *Sed poteſt intelligi etiam* Corpus. Eminere foras, *debet animus noſter,* et ea, quae extra erunt, contemplari, et quam maxime ſe corpore abſtrahere Cic. in Somn. Scip. *extr.* Senſibus et animo ea, quae extra ſunt, percipimus Cic. de Natur. Deor. 2, 148 c. 59. Nil intra eſt olea, nil intra eſt in nuce duri Horat. Epiſt. 2, 1, 31. Quum extra et intus hoſtem haberent Caeſ. B. C. 3, 69. Cic. de Vniuerſ. 14 Sic in omni modo partes omnes collocatae ſunt, vt nulla pars huiuſce generis Excederet extra. Plin. 12, 9 *extr.* Magnitudo (*arborum ad Rubrum mare*) miranda eſt, ſpecies ſimilis Vnedonis, pomum amygdalis extra, intus contortis nucleis. Puſillum extra progreditur Vitruu. 10, 7 *pr.* *Add.* Celſ. 6, 18. *Sic paſſim* Scribon. *v. g.* Extra conſtringere 133. Extra impoſitus cyathus 130 *etc.* *Sic* Colum. 8, 15. Plin. 6, 32. ❡ 2 *Iam ponemus Accuſatiuos:* Extra omnem Aleam ingenii Plin. praef. Nat. Hiſt. Extra Cancellos egredi Cic. pro Quint. c. 10. Idem pro Caecin. 94 Id extra Cauſam eſt. Cic. pro Sull. 39 Extra Coniurationem hunc eſſe ſe ſcire dixiſſet, *i. non inter coniuratos.* Idem de Vniuerſ. 39 Extra omnem Culpam cauſamque poſuit ſe Deus. *Et* Verr. 5, 133 c. 51 Dico, aut omnes extra Culpam fuiſſe: aut ſi vni attribuenda Culpa ſit, in eo maximam fuiſſe. Fatum Cic. de Diu. 2, 25. Idem Fam. 7, 16 Sed mehercule extra Iocum homo bellus eſt. Idem 7, 32. Cic. Off. 1, 140 Cauendum autem praeſertim, ſi ipſe aedifices, ne extra Modum ſumtu et magnificentia prodeas. Idem de Orat. 3, 48 Vox extra Modum abſona. Numerum: *vt,* Extra Numerum es mihi Plaut. Men. 1, 3, 1. Extra numerum, modumque agere aliquid Horat. Epiſt. 1, 18, 59. Gell. 4, 10 Extra Ordinem rogare ſententiam honoris gratia. Cic. pro Domo ſua c. 8 Quibus ille quum eſſet extra Ordinem ad patriam defendendam vocatus, auxit nomen Popul. Rom. imperiumque honeſtauit. Ter. Phorm. 5, 6, 36 Sed me cenſen' potuiſſe omnia intelligere extra Oſtium, intus quae inter ſe ipſi egerint? Cic. Att. 11, 24 Poteris eam monere, vt alicui committat, cuius extra Periculum huius belli fortuna ſit. Idem de Legib. 2, 58 Extra Portam Collinam aedes Honoris eſt. Pretium, *i. tanti eſt, vt pretium excedat* Plaut. Poen. 1, 2, 119. Ruinam Cic. Att. 11, 24. Teli iactum Curt. 4, 2, 23. Turbam, *h. e. ſeorſum a turba* Plaut. Amph. 1, 1, 69. Galbae ingenium magis extra Vitia, quam cum virtutibus Tac. Hiſt. 1, 49, 4. Cic. Att. 4, 17 Sum futurus extra Vrbem Idibus Ianuariis. Extra vniuerſa quid poteſt eſſe? Idem Acad. 4, 73. ❡ 3 Extra, *pro Praeter elegantiſſime ponitur, exceptionis gratia: vt,* Extra te vnum Plaut. Amph. 2, 2, 203. Ter. Phorm. 1, 2, 84 Neque notus, neque cognatus, extra vnam aniculam, quisquam aderat. Nemo extra collegium nouit Cic. de Legg. 2 c. 12. Idem in Catil. 1, 13 Nemo eſt, extra iſtam coniurationem, perditorum hominum, qui te non metuat. *Et* Diuin. Verr. 1, 37 Extra hanc contentionem, certamenque noſtrum. Cic. Fam. 7, 3 Extra ducem, paucosque praeterea. Idem pro Domo 108 Extra contaminatam illam et cruentam P. Clodii manum. Idem Philipp. 5, 53 Extra tumultum Gallicum Italicumque. Varro de R. R. 1, 18 Praeterea extra familiam debuit dicere villicum et villicam. Liu. 26, . . Extra filias, quae nupſiſſent. Cic. in Orat. 188 Nullus eſt numerus extra Poëticos. Magnitudine extra cuncta alia ſidera eſt Plin. 2, 8. Extra Peloponneſum nulla vrbs Nep. 2, 6, 2. *Sed hoc etiam ad locum referri poteſt.* Extra quam, *pro Niſi, Verbum eſt, quod ponebatur in concipiendis exceptionibus.* Cic. de Inuent. 2, 59 Agit is, cui manus praeciſa eſt, iniuriarum: poſtulat is, quicum agitur, a Praetore exceptionem, EXTRA QVAM IN REVM

CAPI-

CAPITIS PRAEIVDICIVM FIAT. *Vbi* (ſi) *particula deeſſe videtur*, Extra quam ſi: *vt*, Vlpian. in l. prima §. Labeo ſcribit D. de fluminibus, Sed ita excipiendum ait, extra quam ſi quid ita factum ſit, vti de lege fieri licuit. Liu. 26, 34. *et* 38, 38. Cic. Att. 6, 1 Ego habeo exceptionem — ex Q. Mucii edicto Aſiatico, Extra quam ſi ita negotium geſtum eſt, vt eo ſtari non oporteat ex fide bona.

EXTRACLVSVS, Ager, vel locus dicebatur, Qui intra finitimam lineam et centurias interiacebat: ideoque extracluſus, quia vltra limites finitima linea clauderetur. et extracluſa loca ſunt aeque iuris ſubſeciuorum, vltra limites, et vltra finitimam lineam. Quod genus agrorum ſi Reipublic. Populi Romani, aut ipſius coloniae, cuius fine circumdatur, ſiue peregrinae vrbis, aut locis ſacris, aut religioſis, aeque ad Populum Romanum pertinentibus, datum non eſt, iure ſubſeciuorum in eius, qui aſſignare potuerit, remanet poteſtate. Ex Frontino de Agrorum qualitate, p. 39 *Goeſii Edit.* *Add.* Aggen. ib. p. 49 *et* 60. Regio extracluſa Hygin. ib. p. 189.

EXTRACOLA, ae. m. *i. foris verſans.* Gloſſ. Iſidor.

EXTRANEVS, a, um. Adi. [ἀλλόδαπος] dicitur, *vt ait* Feſtus, Qui ex altera terra eſt. *Alludere videtur ad* terram *et* conterraneum. *Sed* aneus *eſt productio mera*, *etc.* Extraneus heres *ap.* Suet. Claud. c. 4. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 9 Pax et concordia extraneis gignetur, quum iam domeſticis non inſideat, ſed publice prouidenti eripiatur. Cauſa Auctor ad Herenn. 3 c. 2. Cognomine extraneo demonſtrare id, quod ſuo nomine appellari non poteſt Idem ad Herenn. 4, 42 c. 31. Heres extraneus Sueton. Claud. c. 2 *explicante* Imperatore §. 3 Inſt. de hered. qualit. Qui teſtatoris iuri non ſubiectus eſt: *itaque etiam filius emancipatus, etc.* Columel. 12, 4 *pr.* A natura comparata eſt opera mulieris ad domeſticam diligentiam, viri autem ad exercitationem forenſem et extraneam. Res extraneae; et corporis et animi *diuerſae* Cic. de Orat. 2 c. 11. Idem de Inuent. 2, 177 Sin diſtributius tractare, quis volet, partiatur in animum et corpus et extraneas res licebit. Animi eſt, virtus, *etc.* Corporis, valetudo, *etc.* Extraneae, honos, pecunia, affinitas, genus, amici, patria, potentia, et caetera, quae ſimili eſſe in genere intelligentur.

EXTRANEO, āre. Facere extraneum Apul. Apol. p. 335, 25 *Elmenhorſtius dedit*, Vt intelligeretur iratus potius extraneaſſe eam *(teſtamento vxorem)* quam oblitus praeteriſſe. *Sed alii magno conſenſu* Externaſſe, *v. v.*

EXTRAORDINARIVS, a, um. Adi. [ἔκτακτος] *Quod praeter ordinem fit, vel eſt.* Cic. Verr. 5, 35 Vt omnia ſemper, quae iudicanda eſſe videntur, non modo his extraordinariis Cupiditatibus, ſed etiam ipſi naturae ac neceſſitati denegarem. Cura Liu. 26, . . Honor Brut. ad Cic. 4. *et* Cic. ad Brut. 10. *Item* Att. 5, 4. Caeſ. B. C. 1, 32. *Res inuidioſa, vt omnibus his locis apparet.* Imperium Cic. Philipp. 11, 17 c. 7 *et* 20. Milites Liu. 35, 5. Munus Cic. Att. 5, 9. Pecunia, *i. quae in tabulas non refertur* Idem Verr. 1, 100. *Et* pro Roſc. Com. 4. Petitio conſulatus Cic. de Clar. Orat. 226 c. 63. Porta Liu. 40, 27. Poteſtas Cic. pro Domo ſua 22 c. 9. Praeſidium Idem Philipp. 11, 20. Reus Cic. Fam. 8, 8. Species fructuum Varro de R. R. 2, 1 *fin.* Extraordinaria crimina *Iurecõſultis dicuntur, Quae non lege aliqua publicorum iudiciorum, ſed extra ordinem magiſtratus imperio, ac poteſtate exercentur.* *Vnde*, Legitima crimina Extraordinariis *opponuntur ab* Vlp. l. 3 D. de crim. ſtellionat.

EXTRARIVS, a, um. Adi. [ἐξωτικός] Alienus, qui extra focum, ſacramentum, iusque eſt, *inquit* Feſtus. Apuleius Apol. p. 318, 7 Praeterea minabatur, ſi extrario nupſiſſet, nihil ſe filiis eius ex paternis eorum bonis teſtamento relicturum. *Hîc accipitur, pro Eo, qui non ſit domeſticus, et ex eadem familia.* *Sic* At quiuis, vel extrarius Arbiter aſſiſtat Apul. Apol. p. 300, 5. *Et* Extraria Bona Idem Dogm. Plat. 2 p. 18. Canis extrarius *apud* Sueton. Veſp. c. 5 *pro Non domeſtico.* Auctor ad Herenn. 2, 19 Abſoluta iuridicali conſtitutione vtemur, quum ipſam rem, quam nos feciſſe confitemur, iure factam dicemus, ſine vlla aſſumtione extrariae defenſionis. Extraria lux, *Extrinſecus incidens* Lucret. 4, 277. Cic. de Inuent. 2, 176 Vtilitas aut in corpore poſita eſt, aut in extrariis Rebus. Hanc conditionem ſi cui tulero extrario Ter. Phorm. 4, 1, 13. *al.* extraneo. *Sed* Extrario *etiam Bentl.* Extrarium *dicitur*, *Quidquid eſt extra rem, de qua agitur*, *vt apud* Quinct. 7, 2, 9 Quum in perſonam certam transfertur accuſatio, aut in extrarium, aut in ipſius, qui periit voluntatem, *etc.* *Add.* 7, 4, 9.

EXTERIOR, EXTERIVS, *vid. ſub* EXTERVS.

EXTRĒMVS, a, um. Adi. [ἄκρος, ὕστατος] *Superl. ab* Exter, *vel* Exterus, *vt* Poſtremus, Supremus. *Sed multo latius patet, non enim* Intimo *modo opponitur, qua ratione* Extimus *adhibetur: ſed temporis in primis vltimam partem notat: et cum ad locum refertur, non tam* intimo *contrarium ſignificat, quam* primo: *vt ſtatim in illo* Hor. A. P. 417 Occupet extremum ſcabies, *et* Virgil. Ecl. 10, 1 Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem. *Et* Cic. de Amicit. 14 Cuius diſputationis fuit extremum fere de immortalitate animorum. *Sed conſideremus illud primo cum Subſtantiuis.* Aetas Nep. 24, 2, 3. *i. ſenectus.* Anno extremo, *i. vltima eius parte* Liu. 39, 56 *et al.* Cera extrema Cic. Verr. 1 c. 36 *in fine.* Caelum extremum atque vltimum mundi eſt Idem de Diuin. 2, 91 c. 42. Dies extremus fati Ouid. Epiſt. 1, 114. Extremumque Diem primus tulit Sil. 3, 135. *i. emortualem natalis.* Cic. pro Cael. 28 Multos vidi et audiui non modo, qui primoribus labris guſtâſſent hoc genus vitae, et extremis, vt dicitur Digitis attigiſſent, ſed, *etc.* *Explicat Abram. ad loc.* Finis extremus laborum Virgil. Georg. 4, 116. Fortuna extrema ſtare Cic. in Salluſt. 14. Gemitus extremos ciere Virgil. Georg. 3, 517. Idem Aen. 4, 684 Extremus ſi quis ſuper halitus errat, Ore legam. *Vid. mox* Spiritus. Virgil. Aen. 8, 333 Extrema moriens tamen alloquor Hora. Hieme apparuit extrema Cic. pro L. Manil. c. 12 *extr.* *et* Virgil. Georg. 1, 340. Indi extremi Horat. Epiſt. 1, 1, 45. Inteſtinum extremum Scribon. 230. In extremo Libro tertio Cic. de Diuin. 1, 9. Literae, quibus in extremis erat Idem 14, 8. *i. in quarum parte extrema.* Linea extrema amare, haud nihil eſt Ter. Eun. 4, 2, 12. Liquoris extremi adſpergo, *de excrementis liquidis* Apul. Met. 4 p. 144 *pr.* Petron. c. 22 Lucernae humore defectae tenue et extremum Lumen ſpargunt. *Vid. Burmann. ad loc.* Manum extremam imponere bello Virg. Aen. 7, 572. Manus extrema non acceſſit operibus eius Cic. de Clar. Orat. 261 c. 33. Id. de Legg. 2, 54 Februarius Menſis extremus anni. Virgil. Aen. 2, 447 Extrema iam in Morte parant defendere telis. Cic. de Orat. 2, 322 Eſt id quidem in totam Orationem confundendam, nec minime in extremam. Idem de Orat. 41 Quod vero in extrema Oratione quaſi tuo iure ſumſiſti. Orbis extremus, *India* Ouid. Am. 2, 6, 38. Pars extrema et concluſio muneris et negotii Cic. Q. Fratr. 1, 1. Plebs Petron. c. 106. Pueritia extrema miles fuit imperatoris Cic. pro Leg. Manil. 28. Receſſu penitus extremo abditus Sen. Hippol. ſ. 8. Spiritum extremum filiorum excipere Cic. Verr. 5, 117. *Vid. modo* Halitum extremum. Idem de Fin. 2, 99 Summorum officiorum in extremo Spiritu conſeruatio, indicat innatam eſſe homini probitatem gratuitam. Cic. Verr. 5, 38 Italia autem alumnum ſuum, ſeruitutis extremo ſummoque Supplicio affixum videret. Torus Petron. c. 78. ¶ 2 *Cum Praepoſitt. ſubſtantiue* Extremum *et* Extrema *ponuntur.* *Vt*, Plaut. . . . Ab extremo narrare incipiam. Hor. Epiſt. 1, 1, 9 Solue ſeneſcentem mature ſanus equum, ne Peccet Ad extremum ridendus, et ilia ducat. *Vſurpatur aduerbialiter, pro Tandem vltimo.* Cic. Philipp. 13, 45 Sed iam ſe colligit, et ad extremum incipit philoſophari. Idem Attic. 2, 22 Ad extremum manus dedit. Illud te te Ad extremum oro Id. ib. 2, 3. Ad extrema deſcendere Cic. Fam. 10, 33. Ad extremum, *pro In extrema parte.* Liu. 21, 8 Miſſile telum haſtili oblongo, et caetera tereti, praeterquam ad extremum, vnde ferrum exſtabat. *de* Falarica. Ad extremum manus dare Cic. Att. 2, 22. Ad extremum, *pro Poſtremo:* Tac. Hiſt. 1, 46 Et Ad extremum bella ciuilia ruebant. Idem Ann. 14, 61 Sed Vitam ipſam in extremum adductam. Durare in extremum Ouid. Epiſt. 7, 111. Tacit. Hiſt. 3, 56 Acerrimum militem, et Vsque in extrema obſtinatum. In ea Pompeii epiſtola erat in extremo ipſius manu: *ſubaud.* Scriptum Cic. Attic. 8, 2. Intelligit, fortunas ſuas in extremo ſitas Salluſt. Iugurth. 22. Reſp. in extremo ſita eſt Idem Catil. 52. Ponam in extremo, quod ſentio Cic. Fam. 11, 16. In extremo Scribon. 165. *i. in cacumine.* In extrema parte Idem 163. *i. in ſummitate.* Plura de extremis loqui, pars ignauiae eſt Tac. Hiſt. 2, 47, 6. In extremis eſſe: Scaeuola in l. alumnae D. de adimend. legat. Cognoui Priſcianum filium meum in extremis eſſe. Iulianus in l. Si pater D. de fideicomm. libert. eadem vtitur loquendi forma. *Sed et eodem ſignificatu ibidem dicit*, Eſſe in extrema valetudine. ¶ 3 *Sed etiam alias Subſtantiue ponitur.* Cic. de Natur. Deor. 2 c. 13 Neque enim dici poteſt in vlla rerum inſtitutione eſſe aliquid extremum atque perfectum. Tacit. Ann. 15, 70 *de Lucano*, Vbi frigeſcere pedes manusque, et paullatim ab extremis cedere ſpiritum, feruido adhuc, et compote mentis pectore intelligit. Habet extremum, quod finitum eſt Cic. de Diuin. 2, 103. Extremum omnium rerum, mors Idem Fam. 6, 21. Summum atque extremum bonorum omnium Cic. de Fin. 1, 29. Sed hoc extremum eorum eſt, poſtulant, vt excipiantur haec inexplicabilia Idem Acad. 4, 97. Extrema omnia experiri Salluſt. Catil. c. 26. Curarum extrema Sil. 17, . . Extremum tunicae Plin. 11, 37. Extremum diei erat Salluſt. Iugurth. 21. *Sic* Extremo anni, *pro Extrema parte anni* Tac. Ann. 6, 27. Idem Hiſt. 3, 47 In extremo Ponticae orae. Id. Hiſt. 5, 12 Extrema et latiſſima moenium. ¶ 4 *Obſ. Vt* extremum *pro ſummo gradu perfectionis dici modo obſeruauimus* n. 3; *ita etiam ſe res habet in malis.* *V. g.* Virg. Aen. 4, 179

Illam terra parens, ira irritata deorum
Extremam (vt perhibent) Caeo, Enceladoque ſororem
Progenuit.

Seruius, Aut poſt omnes gigantes — aut certe peſſimam: *non magni autem eſt, quod addit*, Omnes enim, qui de medicina tractant, dicunt, naturale eſſe, vt inutiliores ſint, qui naſcuntur vltimi. *Quidquid ſit de ratione hac*, Extremum *pro peſſimo poni, non eſt dubium.* *Sic* Tac. Ann. 6, 24 Extrema vitae Alimenta, *viliſſima, ad quae vltima neceſſitas adigit.* *Sic* Extremi ingenii *apud* Liu. 22, 29 *eſt*, qui nec ipſe conſulere, nec alteri parere ſciat. *Sed nempe primi et ſecundi mentio praecedit.* *Comparat.* Apul. Met. 1 p. 105 Si quid eſt nouiſſimo extremius. *Et* 7 *pr.* Quod cunctis eſt extremius. *Conf.* Tertull. de Anim. c. 33 *extr.* Cum pendatur extremiore *(materia)* Auguſt. Conf. 12, 29. *Superlat.* Tertull. Apol. c. 9 Extremiſſimi prophetae. *In MSS. permiſceri ſolere* Extremus *et* Externus, *obſeruat Drakenborch. ad* Sil. 9, 209.

EXTĬMVS, a, um. Adi. [ἐκτότατος] *ſimiliter ab* Exterior: Plin. 2, 78 Iisdem *(mediae terrae incolis)* imperia, quae nunquam extimis gentibus fuerint, *i. vel ad Boream, vel ad Zonam torridam remotis.* *Nempe* Extimum, *auctore etiam* Feſto, Extremum ſignificat, ita, vt Intimo ſit contrarium. *Ita* Cic. de Somn. Scip. 9 c. 4 Orbium vnus eſt caeleſtis extimus, qui reliquos omnes complectitur. Extimum ſyrtium cornu Solin. 27 (*al.* 40). Extimum promontorium Plin. 6, 28. *Subſtant.* Extimum veſtis ſacratae furtim mulier attigit Prudent. Hymn. omnis horae v. 40.

EXTREMO. Adu. [ὕστατον] Cic. Att. 12, 15 Quod enim ſcribis extremo, vide, *etc.* *Legitur et* Extremi, *vt referatur ad loci.* Nep. 22, 2, 3 Sed extremo Hamilcarem imperatorem fecerunt.

EXTREMVM. Adu. *Idem.* Ouid. Triſt. 1, 3, 15. Stat. Theb. 10, 935.

EXTREMĬTAS, ātis. f. [τὸ ὕστατον] *Quod in quaque re extremum eſt.* Extremitas circuli Plin. 2, 17. Cic. de Fin. 2, 102 Haec non erant eius, qui innumerabiles mundos, infinitasque regiones, quarum nulla eſſet Ora, nulla extremitas, mente peragrauiſſet. Caeli Idem de Vniuerſ. 23. Mundi extremitas paribus a medio radiis attingitur Cic. de Vniuerſ. 15 c. 6 *Pareus in Lex. Crit. ait*, extremitatem *hic eſſe circumferentiam, ſ. peripheriam circuli. Sed nempe ea eſt in circulo* extremitas, *vt in corpore vnoquoque ea, quae ſuperficies vulgo dicitur.* Extremitatem et quaſi libramentum, *(eſſe)* in quo nulla omnino craſſitudo ſit Cic. Acad. 4, 116 c. 36. *Sed ille locus non eſt ſanus.* Ille omnem infinitatem peregrinabatur, vt in nulla extremitate conſiſteret Cic. Tuſc. 5, 114. ¶ 2 Extremitas *in agro ita definitur ab* Aggeno in Frontin. p. 48 ſq. Finitima linea eſt, quae interuenit, aut per iter publicum, quod tranſcendi non poteſt, ſecundum legem colonicam: quia omnis limes itineri publico ſeruire debet: aut per limites ſiue terminos aliaque ſigna, quibus territoria finiuntur: aut vbi inſoluta loca remanſerunt. haec autem ſunt loca, quae inſoluta dicuntur, quae aut in ſaxoſis et ſterilibus locis ſunt, aut in paludibus, vbi nulla potuit exerceri cultura: quia, dum non eſſet, quod excoli potuiſſet, nullis neceſſe fuit limitum regulis obligari.

EXTRĂHO, xi, ctum, ĕre. [ἐξέλκω, ἀνασπάω] *Extra trahere, ſiue manu, ſiue quacunque ratione facere, vt quid exeat.* Cic. pro Cluent. 39 c. 13 Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manilio. Extrahere lapides per vrinam Scribon. 151. Sen. Theb. 1 Melius in-

veniam viam, quam quaero ſolus: quae me ab hac vita extrahat. Liu. 26, 13 Ni venirent in Senatum, circa domos eorum ituros ſe, et in publicum omnes vi extracturos eſſe. Rure extractus in vrbem Hor. Sat. 1, 1, 11. *Subducere:* Nepos 18, 5, 7 Praefectis Antigoni impoſuit, ſeque ac omnes ſuos extraxit incolumes. Extractus falſis rumoribus, quos conſpirati, vt eum in publicum elicerent, diſſiparant Suet. Galba c. 19. Aculeos corpore, *vid.* ACVLEVS. Aſſenſionem ex animis Cic. Acad. 4, 108. Candidatos, *i. producere, commendare* Sen. de Tranq. An. c. 3. Cupiditates tollere atque extrahere radicitus Cic. de Fin. 2, 27. Ferrum extractum Nep. 15, 9, 4. Haſta extracta Curt. 7, 4, 37. Religionem ex animo radicitus Cic. de Natur. Deor. 1, 122. Liu. 39, 16 Omnia diis propitiis volentibusque ea faciemus, quia qui ſuum nomen Sceleribus libidinibusque contaminari indigne ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt. Se ex negotio Ter. Phorm. 1, 4, 3. Qui aliquid facit, quo magis Se rebus humanis extrahat, vt puta laqueum torſit, ſiue medicamentum pro veneno bibit praecipitemue ſe ex alto miſit, *etc.* Vlpianus l. 24 Quum autem §. 3 Capitalem D. de Aedilit. edict. Senec. Hippol. 881 Vincite ferro, verberum vis extrahat Secreta mentis. Serpentes cantu, *i. mulcere et delinire* Plin. 8, 16. Telum e corpore Cic. pro Roſc. Amer. c. 19. Venena corpori Plin. 7, 2. Vrbem ex periculis Cic. pro Sext. 11. ¶ 2 *Significat etiam, vt extendere, trahere in longum, et differre, procraſtinare.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 32 Catonem vero acerrime repugnantem, et priſtina conſuetudine dicendi mora dies extrahentem, vt ſui ratio abſentis haberetur. Sic triduum diſputationibus excuſationibusque extrahitur Idem B. C. 1, 33. Liu. . . . Cunctando extraxeram diem. In infinitum aliquid Quinctil. 4, 1. Liu. 32, 9 Sine vllo effectu Aeſtas extraheretur. Idem 3, 2 Extractum in tertium annum Bellum eſt. Certamen vsque ad noctem Liu. 4, 41. Paull. l. ad exhibend. l. ſi optione intra certum tempus data Iudicium extractum eſt, *etc.* Stat. Theb. 1, 323 Spes anxia Mentem Extrahit et longo conſumit gaudia voto. Mortem extrahit vates dulci teſtudine Valer. Argon. 1, 278. Stat. Theb. 3, 574 — Populumque ducesque Extrahit incertis. Tac. Ann. 4, 73 Mox compertum a transfugis nongentos Romanorum apud lucum, quem Baduhennae vocant, pugna in poſterum extracta, confectos. Rem in annum Liu. 2, 56. Cic. Fam. 1, 4 Res ab aduerſariis noſtris extracta eſt variis calumniis. Idem Q. Fratr. 2, 2 Per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta eſt. Liu. 22, 18 Extracta aeſtate. *Alii Codd.* Exacta. *Vid. Sigon. et Gronou. ad loc. et rurſus Gronou. ad* Cic. Fam. 1, 4 Extrahi Rem in ſuum aduentum: in aduentum Coſſ. Liu. *aliquoties.* Tractandis conditionibus et ſimulatione deditionis extracto primo noctis Tempore Caeſ. Bell. C. 3, 28. Extrahere aliquem, *pro Inducere, et vehementer ſolicitare, vt aliquid faciat. Laudatur* Liu. 22, . .

EXTRAHENS, entis. Partic. Caeſ. Bell. C. 1, 32. Vulgat. Geneſ. 37, 28.

EXTRACTVS, a, um. Partic. [ἐξελχθεὶς] Ille datis vadibus qui Rure extractus in vrbem eſt Hor. Serm. 1, 1, 11. Pars maior anni certaminibus extracta Liu. 4, 43.

EXTRACTORIVS, a, um. Adi. [ἐξελκτικὸς] Plin. 24, 11 Vulgaris arundo extractoriam vim habet.

EXTRAMVNDANVS, a, um. Adi. Extramundana intelligentia Mart. Capella 9 p. 308.

EXTRAMVRANVS, a, um. Adi. *Vid.* INTRAMVRANVS.

EXTRANATVRALIS, e. Adi. Naturalium et extranaturalium diſcretio Tertull. de Anima c. 43.

EXTREMISCO, *apud* Minuc. c. 28 n. 4 *ex quorundam lectione. MS. Cod. qui ſupereſt vnicus, non agnoſcit. Attamen legitur ap.* Sedul. 4, 286 Extremuit letale chaos.

EXTREMITAS, EXTREMVS, *vid. poſt* EXTRARIVS.

EXTRĪCO, āre. [ἀναπτύσσω, ἀπαλλάττω, ἀπολύω] *Expedire, a Tricis, vel quibuscunque moleſtiis Liberare.* Plaut. Epid. 1, 2, 49 Aliqua ope exſoluam, extricabo me aliqua. Colum. 3, 11, 3 Silueſter ager — etſi frutetis aut arboribus obſeſſus eſt, facile extricatur, quod — quaecunque gignuntur, non penitus nec in profundum radices agunt, *etc.* Hor. Serm. 1, 3, 86

Odiſti, et fugis, vt Druſonem debitor aeris:
Qui niſi, quum triſtes miſero venere Calendae,
Mercedem, aut Nummos vnde vnde extricat, amaras
Porrecto iugulo hiſtorias, captiuus vt, audit.

De Dionyſio tuo adhuc nihil extrico Vatin. Cic. Fam. 5, 10. Cerua extricata denſis plagis Hor. Carm. 3, 5, 31.

EXTRICATVS, a, um. Partic. Extricatae margaritae, *i. perpurgatae, mundatae, expolitae.* Vlp. l. 27 §. 19 D. ad l. Aquiliam, Si quum maritus vxori margaritas extricatas dediſſet, eaque inuito marito perforaſſet, *etc.* Cic. Att. 15, 20 *extr.*

EXTRILIDVS, a, um. Adi. *Interpretantur Extra metum, vel laeſionem. Eſt autem ſolius* Gell. 19, 1 Conſpicimus hominem impauidum et extrilidum. *Sic MSS. Sed locus non videtur ſanus.*

EXTRINGO, *vel* EXSTRINGO, inxi, ictum, ĕre. [σφίγγω] *Idem quod Stringere.* Cic. Acad. 4, 145 c. 47 Deinde quum paullum digitos exſtrinxerat. *Quo in loco ex vetuſtis exemplaribus legitur* Contraxerat, *quod recepit etiam Dauiſ. Al.* Conſtrinxerat.

EXTRINSĔCVS, a, um. Adi. *Externus.* Pallium, extrinſecus habitus Tertull. de Pall. c. 1. *vt dedit Salmaſius. Sed antiqua lectio* Pallii extrinſecus habitus — humeris acquieſcebat, *admittit Adverbium, de quo ſtatim. Certior, ſed nec illa magna auctoritas* Boëthii de Differentiis Topicis 3 A comparatione maioris vel minoris idem locus eſt, qui apud Themiſtium inter extrinſecos locos ponitur a maiore et minore.

EXTRINSĔCVS. Adu. [ἔξωθεν] *Quaſi dicas Externe, vel Ab extra.* Cic. de Fin. 5, 39 c. 14 Et nunc quidem quod eam tuetur, vt de vite potiſſimum loquar, eſt id extrinſecus. Id. de Orat. 1, . . Adhibita eſt igitur ars quaedam extrinſecus ex alio genere quodam. Varro de R. R. 1, 41 Vt non denudes medullam, ne extrinſecus imbres noceant. Liu. 2, 33 Sine vllo metu extrinſecus imminentis belli. Accipere extrinſecus aliquid Cic. de Natur. Deor. 3, 29. Addita corpora ſunt extrinſecus Lucret. 2, 1106. Adhibentur extrinſecus corporum adiumenta Cic. Tuſcul. 4, 58 c. 27. Allapſus extrinſecus humor Idem de Diuin. 2, 58. Adeoque nihil ornamentorum extrinſecus cupide appetiuit, vt triumphi die fatigatus tarditate et taedio pompae, non reticuerit merito ſe plecti Sueton. Veſp. c. 12. Aſſumere auxilia extrinſecus Quinctil. 7, 5. Aſſumuntur extrinſecus loci Cic. in Topic. 8. Complecti extrinſecus aliquid Idem de Nat. Deor. 1, 121. Ducunt extrinſecus ſpiritum pulmones et cor Cic. de Natur. Deor. 2, 136. Excitari vi extrinſecus Idem de Fato 42. Imminens bellum extrinſecus Liu. 2, 33. Inaurata extrinſecus columna Cic. de Diuin. 1, 48. Iniecta extrinſecus praeſagitio, atque incluſa diuinitus, ineſt animis Idem de Diu. 1, 66. Perſ. 5, 128

— ſeruitium acre
Te nihil impellit? nec quidquam extrinſecus Intrat
Quos neruos agitet?

Irrumpunt extrinſecus in animos noſtros per corpus imagines nobis dormientibus Cic. Acad. 4, 125. Obrepere: *vt,* Nullae imagines Obrepunt in animos dormientium extrinſecus Idem de Diuin. 2, 139. Quaerere aliquid alicunde extrinſecus Cic. de Orat. 2, 318. Extrinſecus inſtrumenta Quaerere Sen. Ep. 9. Veſtiuit extrinſecus animum Deus, et circumdedit corpore Cic. de Vniuerſ. 18. *Obſ.* Columel. 1, 6, 17. *vbi de Curculionibus meminit,* Sed haec, etſi extrinſecus, non tamen intempeſtiue videor hoc loco retuliſſe, *i. loco non ſuo.*

EXTRO, āre. [ἔξειμι] *Verbum ab* Extra *formatum; ſignificat* Egredi, *ſicut* Intrare, *ab* Intra, Ingredi eſt. Afranius *ap.* Non. 2, 279 Simul limen intrabo, illi extrabunt illico.

EXTRVDO, ſi, ſum, ĕre. [ἐξωθέω, ἐξοικέω] Extrudere proprie dicitur, qui Manibus expellit, et veluti Extra trudit, *auctore* Donato *ad* Ter. Hec. 1, 2, 98. *Sed plerumque metaphorice adhibetur, vt* impellere, *et ſimilia. Contraria:* Cic. Fam. 7, 6 Quo in numero tu certe Fuiſſes, niſi te extruſiſſemus: *de perſuaſione. Sed* Plaut. Aulul. 1, 1, 31 Me miſeram ad hunc modum decies die vno ſaepe extrudit Aedibus, *de imperio herili. Sic* Extrudere ex Aedibus Idem Caſin. 4, 1, 18. Foras Plaut. Trucul. 1, 1, 68. Ter. Eun. 4, 5, 11 Correxit miles, quod intellexi minus: nam me extruſit Foras, *manu.* Ter. Hec. 1, 2, 98 Eo amantem Inuitum Pamphilum extrudit pater. *Vbi* Donatus *poſt ſuperiora,* Hic translatione vſus eſt Terentius, vt oſtenderet tantum importunitatis verbis ſenis fuiſſe, quantum impulſio manuum efficere potuiſſet. Extrudere et eiicere aliquem in viam Cic. de Orat. 2, 234. Idem Att. 3, 14 Sed iam extrudimur, non a Planco, (nam is quidem retinet) verum ab ipſo loco minime appoſito, *etc. abire cogimur.* Cic. Verr. 5, 37 c. 15 Itaque non modo domo tua Chelidonem in Praetura extrudere voluiſti, ſed in Chelidonis domum Praeturam tuam totam detuliſti. Extrudere aliquem Id. Fam. 14, 6 *extr. it.* Extrudere tabellarios literasque ad aliquem, ἐκβάλλειν, *cito mittere* Cic. ad Brut. 14. Horat. Epiſt. 2, 2, 11 Multa fidem promiſſa leuant, vbi plenius aequo Laudat, venales qui vult extrudere merces.

EXTRVSVS, a, um. Partic. Lucret. 3, 978 Extruſa vetuſtas.

EXTRVO, *vel* EXSTRVO, xi, ctum, ĕre. [κατασκευάζω] *Ab* Ex *et* Struo; *Conſtruere, aedificare.* Caeſ. Bell. Gall. 3, 29 Omnem eam materiam, quae erat exceſſa, conuerſam ad hoſtem collocabat, et pro vallo ad vtrumque latus exſtruebat. Cic. pro Domo ſua 101 In ea poſſim intueri domum meam euerſam non ab inimico meo, ſed ab hoſte communi, et ab eodem exſtructam et poſitam in oculis ciuitatis. Aceruum magnum Dicaearchi mihi ante pedes exſtruxeram Cic. Att. 2, 2. *intell. librorum ſ. voluminum, quae in genua ponebant legendi cauſa.* Aedificium in alieno Cic. pro Milon. 75 c. 27. Aggerem in altitudinem Caeſ. Bell. C. 2, 1. Altitudinem excellentiamque virtutum animo Cic. de Fin. 5, 71. Altitudo muri ſatis exſtructa Nep. 2, 6, 5. Caſas ex virgis Tibull. 2, 1, 24. Diſciplinam fundare et exſtruere Cic. de Fin. 4, 1. Focum lignis Hor. Epod. 2, 43. Cic. Tuſcul. 5, 62 c. 21 Menſae conquiſitiſſimis cibis exſtruebantur. Idem de Senect. 44 Caret epulis, extructiſque Menſis, et frequentibus poculis. Menſas feſtas Tibul. 2, 5, 99. Montem Cic. in Piſon. 48. Montes extruxit in aethera Valer. Argon. 2, 20. Monumentum Cic. Philipp. 14, 33. Rogum Idem de Fin. 3, 76 c. 22. Sepulcrum Cic. de Legib. 2, 64. Stramenta in aceruum Colum. 6, 3. Thermas de marmore Martial. 9, 77. Toros Virgil. Aen. 3, 224. Tumulum Caeſ. Bell. G. 6, 16. Verba in numerum Auct. ad Herenn. 4 c. 31. Villam ad caelum Cic. pro Domo ſua 124. Villas opipare exſtruunt Apul. de Deo Socr. p. 54, 13. Vrbem Virg. Aen. 4, 267.

EXSTRVENS, entis. Partic. Vulgat. Eſr. 4, 15.

EXTRVCTVS, a, um. Partic. [κατεσκευασμένος] Cic. in Piſon. 67 Extructa menſa non conchyliis aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida. Foci Ouid. Triſt. 1, 3, 44. Menſae extructae dapibus Idem Met. 11, 119. *Superlat.* Apul. de Deo Socr. p. 54, 2 Extructiſſimae et ornatiſſimae aedificiorum ſpecies. *Add.* Caeſ. B. G. 2, 30. Hor. Od. 2, 3, 19.

EXTRVCTIO, ōnis. f. [κατασκευή] Cic. Philipp. 14, 34 Eaque extructione, quae ſit ad memoriam aeternitatis. Tectorum Id. de Nat. D. 2, 151 c. 60.

EXTRVCTORIVS, a, um. Adi. Tertullian. de Carne Chriſti cap. 17.

EXTVBĔRO, āre. [προβλάσκω] *A* Tuber *deriuatum; ſignificat Excreſcere, inflari: et quaſi Tuberis figuram efficere.* Plin. 21, 16 Neque in omnibus terris eſt, radice folioſa, ex qua media veluti malum extuberat. Idem 37, 8 Vtrobique autem in rupibus inuiis et gelidis, oculi figura extuberans leuiterque adhaerens. Extuberat frequens nodus Pall. Mart. 10, 25. *i. eminet. Actiuum, pro Tuberibus aſperare:* Senec. Natur. Quaeſt. 6 Defert montes, ſubrigit plana, valles extuberat, nouas in profundo inſulas erigit. Ficuum caudices in orbem extuberantur Solin. c. 65. *Add.* ib. c. 8 Extuberantes gemmae: *quibus opponuntur* Cauae Plin. 37, 12.

EXTVBERATVS, a, um. Partic. Ammian. 22, 15 Auiditate nimia extuberatus venter. Id. 25, 10 Extuberatum caput. Preſter quem percuſſerit, diſtenditur, enormique corpulentia necatur extuberatus Solin. 27 (*al.* 40).

EXTVBERATIO, ōnis. f. [πρόβλωσις] Plin. 31, 9 Luxatis imponitur cum farina et melle, item extuberationibus, *i. e. tuberculis per corpus naſcentibus.*

EXTVMEO, ēre, *vel* EXTVMESCO, ĕre. [ἐξοιδέω] *Idem, quod Tumeſcere, et in tumorem redigi.* Plin. 37, 5 *de Smaragdis,* Democritus in hoc genere poſuit Hermineos et Perſicos illos extumeſcentes pinguiter. Plaut. Truc. 1, 2, 96 Verum illi nunquam extumere ſenſi. Ita ira extumuit, ita exarſit furore Apul. Apol. p. 527.

EXTVMĬDVS, a, um. Adi. [ἐξωδηκώς] Extumida media area aliquantum in colliculum eleuata Varro de R. R. 1, 51, 1.

EXTVNC,

EXTVNC. Adu. [ἐκτότε] *Ex illa hora.* Apul. Met. 7 p. 198, 15 Extunc poenae reſeruatus. *Sic Beroald. Sed al.* extremae. *Add.* Vulg. Ieſai. 44, 8.

EXTVNDO, tŭdi, tūſum, ĕre. [ἐκκόπτω, ἐκβιάζομαι] *Fabrorum verbum, qui tundendo aliquid efficiunt : deinde metaphorice, magno conatu, nec ſine moleſtia, aliquid vel expellere, vel efficere : vnde* Non. 2, 261 Extundere eſt extorquere, vel inuenire : *de hoc laudat* Virgil. Georg. 1, 133 Vt varias vſus meditando extunderet artes Paullatim, *etc. Sic* Georg. 4, 315 Quis deus hanc, Muſae, quis nobis extudit artem ? *Extorquere poteſt ſignificare.* Plaut. Moſt. 1, 3, 64 Eundem animum oportet nunc mihi eſſe gratum, vt impetraui, atque olim prius quam id extudi, quum illi ſubblandiebar : extudi, *i. blanditiis meis impetraui.* Sueton. Veſp. c. 2 Ea demum extudit magis conuitio quam precibus. Valer. Maxim. 1, 4, 4 Vixque extuderunt, vt domum rediret. Horat. Serm. 2, 2, 14 *legitur,* Cum labor extuderit faſtidia. *Bentleius mutat in* expulerit, *cum multi MSS. habeant* extulerit : extuderit *autem vix eam vim habeat, qua hic opus eſt. Et ſane* extundere *in his exemplis, quae adhuc prolata ſunt, non expellere, vel eiicere ſignificat, ſed efficere, impetrare, inuenire.* Expulerit *etiam in MS. inuentum. Nec tamen perſuaderi potuit Cuningamo.* Virgil. Aen. 8, 665 Lanigeroſque apices, et lapſa ancilia caelo Extuderat. *Vulcanus in clipeo.* Alios continuatio extundit, in aliis plus impetus facit Quinctil. 1, 3, 6. *Burmann. coniicit* Aliis cont. *Sed nihil mutandum.* Extundere *eſt tundendo formare.* Gell. 17, 2 Exiſtimans Eloquentiae vnius extundendae gratia Athenas veniſſe. Dial de Oratorib. 9 Vt cum toto anno vnum librum extudit et elucubrauit. Caſſius Seuerus *apud* Senec. Controuerſ. 6 Alterius diminutas ſcapulas in deforme tuber extundit.

EXTVRBO, āre. [ἐξώθω] *Impetu confuſo eiicere ab aliquo loco.* Cic. pro Cluent. 14 Lectum illum genialem, quem biennio ante filiae ſuae nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari et ſterni, expulſa atque exturbata filia iubet. Idem pro Muraen. 45 Magnum eſt enim te comparare ea, quibus poſſis hominem e ciuitate, praeſertim non inopem, neque infirmum, exturbare, qui et per ſe et per ſuos, et vero etiam per alienos defendatur. Cic. Att. 8, 25 Itaque quaero, qui ſint iſti optimates, qui me exturbent Cumis, ipſi domi maneant. Aedibus *et* Ex aedibus aliquem Plaut. Trin. 1, 2, 100. *et* 3, 3, 76. Ex agris expelli et exturbari Cic. contra Rull. 2, 83. Bonis patriis Id. Verr. 2, 46 c. 19. Domo exturbari et expelli Cic. pro Cluent. 14. Foras Plaut. Trin. 4, 4, 77. Fortunis omnibus Cic. pro Quint. 93. E naui populum exturbare, Senatum a gubernaculis deiicere Id. pro Dom. 24 c. 10. Ex numero viuorum Cic. pro Q. 49. Penatibus Plin. Pan. 35, 3. E poſſeſſionibus Cic. pro Sull. 71. E prouincia praecipitem Id. Verr. 4, 67 c. 30. Sede Columel. 8, 17. Aegritudinem ex animo Plaut. Curc. 2, 1, 9. Calculos *dicitur* radix herbae Plin. 20, 10. *i. Confringit, expellit.* Ciuem e ciuitate Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 16 c. 7. Comas Stat. Theb. 5, . . Cic. Q. Fratr. 1, 4 Multae conuenerunt, quae mentem exturbarent meam. Noctem vociferando Stat. Theb. 10, . . Plaut. Poen. 1, 2, 168 Non ego homo trioboli ſum, niſi ego illi maſtigiae exturbo oculos atque dentes. Silentia noctis Stat. Theb. 1, . . Spem pacis Liu. 6, . . Milo exturbari Tabernam iuſſit Aſcon. in Argum. Orat. pro Mil.

EXTVRBĀTVS, a, um. Partic. [ἐξωθημένος] Radicibus exturbata pinus Catul. 65, 108.

EXTVRBATIO, ōnis. f. *Apud* Hieron. . .

EXTVRBATOR, ōris. m. *Apud* Auguſtin. . .

EXTVSSIRE. [ἐκβήττειν] *Cum tuſſi aliquid eiicere.* Plin. 35, 15 Purulenta quoque extuſſientibus, et contra ſcorpionum ictus. Idem 23, 3. Celſ. 2, 8 Niſi vomicam aliquam excitauit ſic, vt pus extuſſiretur. Cael. Aurel. Acut. 2, 13 Extuſſita ſputa.

E X V

EXŪBERO, āre. [εὐθηνέω] *Valde vberem et fertilem eſſe.* Maiore fructu Colum. 5, 7 *extr.* Annus exuberat pomis Virg. Georg. 2, 516. — Nimiis floribus Pallad. Mart. 15, 3. Nonne cernere datur, vt ſine vllius iniuria omnis vſibus noſtris annus exuberet Plin. Pan. c. 29. Col. Praef. 25 In Aſia Myſiaque denſa et glutinoſa terra maxime exuberat. *Sic* Vitis exuberat Id. 3, 6, 4. Arbores maiore fructu exuberant 5, 4, 7. *Et* 2, 1, 5 Intacta et ſilueſtria loca, cum primum coeperint cultu exuberare *etc. Sed etiam in malam partem.* Humor malus membris exuberat Claud. de Aponi Baln. 95. Vmbra exuberat luxuria foliorum Virg. Georg. 1, 191. *Metaph. laudatur* Exuberans aſtu Annibal *ex* Sil. 1, 57. *Sed recte vitioſam et modo Syllabae repugnantem lectionem eiecerunt viri docti, et legendum docuere ex MSS. quoque,* Exſuperans. Exundat et exuberat eloquentia Tacit. Orat. 30, 5. *Actiue.* Columel. 9, 4 Quae herbae fauorum ceras exuberant. Melioremque cenſebat eſſe materiam vindemiis exuberandis Id. 2, 16. *Add. Salm. ad* Tertull. de Pall. p. 169.

EXVBERANS, antis. Partic. Lact. 4, 29 Ille quaſi exuberans fons eſt, hic tanquam defluens ex eo riuus *de Deo Patre et Filio. Superl.* Gell. 3, 9 Haud credibili pulchritudine vigoreque et colore exuberatiſſimo.

EXVBERANTIA, ae. f. Gell. 2, 26 Phoeniceus color exuberantiam ſignificat coloris. Ἐκτένεια Gloſſ. Lat. Gr.

EXVBERATIO, ōnis. f. *Idem.* Auct. ad Herenn. 4, 67 c. 53 Significatio (*Emphaſis*) quae plus in ſuſpicione relinquit, quam poſitum eſt in oratione, fit — per Exuberationem, cum plus dictum eſt, quam patitur veritas, augendae ſuſpicionis cauſa, ſic : Hic de tanto patrimonio tam cito teſtam, qua ſibi petat ignem, non reliquit. *Al.* Exſuperationem, *quod fere propius ad nomen ὑπερβολῆς accedit.* Vitruu. 1, 4 Exuberationibus aut defectionibus laborare. Fellis exuberationem in ſe ſuſcipere Oct. Hor. 4.

EXŪBER. *Ita ſuſpicatur legendum Scal. ad* Feſt. Exuberes, *pro* Exbueres ; *Infantes ablactati ἀπογάλακτοι quibus opponuntur* Sububeres, *vt ipſe inuenit in* Gloſſ. *quibuſdam. Alii vulgatam lectionem acriter defendunt.*

EXVCCO, *vel* EXSVCCO, āre. *Succum exprimere.* Cael. Aur. Tard. 2, 13 Exuccare mala. Idem Acut. 2, 29 Exuccans interiora. Idem Tard. 4, 8 Exuccatum ſinapi. Temporibus veris exſuccari ſolet Macer 4, 4.

EXVCCVS, *vel* EXSVCCVS, a, um. Adi. [ἔκχυλος] *Qui ſucco caret.* Sen. Epiſt. 30 Scis illum infirmi ſemper et exucci corporis fuiſſe. Quinctil. 12, 10, 15 Vnde nunc quoque aridi, et exucci, et exangues. Corporis ſubſtantia exſuccior Tertull. de Anima c. 51.

EXVCCĬDVS, a, um. Adi. Tertull. de Anim. c. 32 Illa quae arida et exuccida.

EXŪDO, *ſ.* EXSVDO, āre. [ἀφιδρόω] *Veluti per ſudorem i. minutatim et vaporis modo, emittere.* Plin. 24, 9 Vnum arbor ipſa exſudat gummi modo. Columel. 12, 48 Quum oliua quidquid habuit amurcae, exudauit. *Et* Exudare liquorem. Idem 7, 8. *Conf.* EXVNDO, *quicum confunditur.* ¶ 2 *Sed etiam neutraliter humor* exſudare *dicitur.* Virg. Georg. 1, 88 Siue illis (*terris*) omne per ignem Excoquitur vitium, atque exſudat inutilis humor. Seruius, Noue loquutus eſt : nam non ipſe humor, ſed terra deſudat. Vnde exudat pro exudatur accipimus. *Denique* ¶ 3 Exſudare *eſt cum Sudore perficere.* Liu. 5, 5 Relinquendane haec cenſetis, vt ad aeſtatem de integro his inſtituendis exſudetur labor ? Edomiti exſudatique labores Sil. 3, 531. *Add.* Ammian. 15, 5. Exſudare cauſas, *pro Magno labore agere* Hor. Serm. 1, 10, 28. Vitium exſudare Grat. Cyneg. v. 423. *vbi conf. Burm.*

EXVEHO, ĕre. Merces exuehendas conducere ICt. l. 5 ff. ad exhib.

EXVĒLO, āre. *Velo liberare, retegere.* Propert. 3, 14, 3 Vt mihi praetextae pudor exuelatus amictu : *praetextati verecundiores eſſe debent.*

EXVENTVS, a, um. *Falſo legebatur ap.* Veget. Mulomed. 3, 3, 7 *pro* cruentus.

EXVERRAE, *vid. ſupra in* EVERRIATOR.

EXVERRO, *vid.* EVERRO.

EXŪGO, *vel* EXSŪGO, xi, ctum, ĕre. [ἐκχυλίζω] *Succum omnem ſugendo extrahere. Legitur et* Exugebo *in ſecunda.* Cato R. R. 156, 3 In linteum exugeto ſuccum. Exurgeto *melius. Sic eadem varietas eſt* Plaut. Rud. 4, 3, 69 Ego iam te hic itidem, quaſi penicillus nouus ſolet exugeri, ni hunc amittis, exugebo quidquid humoris tibi eſt. *Sed* Exſugebo *ſine dubio eſt* Epid. 2, 2, 5 Iam ego me conuortam in hirudinem, Atque eorum exſugebo ſanguinem. *Ne quid mutare lubeat intercedit* Non. 7, 94. *Alioqui verſui pulchrius conuenit, ſi vel* exſugam *legas, vel* ſanguen. Plaut. Poen. 3, 2, 37 Iam nunc ego illi egredienti ſanguinem exugam procul. Columel. 4, 24, 9 Sed ab vno latere exſugitur vitis. *Sic* Exſucto ſudore ſitim quaerimus Columel. in Prooem. 1, 16. Haec omnia ſegetem exſugunt Cato 37, 1. Arena, quae exſugat humorem Varro R. R. 2, 4, 15.

EXVGENTES, Exprimentes. Feſtus. Aceto os colluunt venena exſugentes Plin. 23, 1 *extr.*

EXVCTVS, a, um. Partic. Gell. 20, 7 Luna nunc videlicet ſeneſcit, ea re oſtrea quoque, ſicuti alia quaedam, tenuia exſuctaque ſunt. *h. e. Sine ſucco et humore.* Vitruu. praef. 8 Exſanguinata et exſucta. Varro de R. R. 2, 7, 11 Segetes exſuctiores reſtibiles.

EXVIBRISSO, āre. *i. Vibriſſo.* Titinn. ap. Feſt. in Vibriſſo *v. v.*

EXVICARIO. Iulianus Exuicario, earundem partium nimius fautor Ammian. 22, 11 *pr. et alibi. Vid.* EXCONSVL.

EXVL, *ſ.* EXSVL, ŭlis. c. [φυγὰς, ἀπόπτολις] *Is dicitur, qui ex patria eiectus eſt : quaſi* Extra ſolum, *quod non leuiter confirmat* Cic. Partit. 4 Quos leges exilio affici volunt, exules ſunt, etiamſi ſolum non mutarunt. Feſtus, Exules dicuntur loco patriae ſuae pulſi. Cic. pro Domo 72 c. 27 Quid eſt enim exul ? Ipſum per ſe nomen calamitatis, non turpitudinis. Ouid. Met. 9, 410 Attonitusque malis, exul mentisque, domusque. Patriae exul Hor. Carm. 2, 16, 19. Terrarum orbis exul Curt. 5, 12, 2. Vagus Ouid. Met. 11, 408. Exul agor Ouid. Epiſt. 7, 115 *in Gen. Femin. Dido enim loquitur.* Vagus et exul cum erraret, atque vndique excluſus Oppianicus Cic. pro Cluent. 175 c. 62. Reducere exules Cic. Fam. 12, 1. *Et* pro Sext. 56. Vi eiectos exules reducere Auct. ad Heren. 2, 45. Reſtituere exules Cic. Philipp. 1 *pr.* Venit exul ad Antiochum Epheſum Annibal Carthagine expulſus Cic. de Orat. 2, 75.

EXILIVM, *ſ.* EXSILIVM, i. n. [φυγὴ, ἐξορία] *Dicitur Ipſa priuatio ſoli patrii.* Cic. Tuſc. 5, 106 c. 37 Quid relinquitur, quod extimeſcendum ſit ? Exilium, credo, quod in maximis malis ducitur. Idem in Parad. 4 Neſcis exilium, ſcelerum eſſe poenam ? Exilii *ſpecies tres ponit* Martianus in l. exilium D. de interdict. et releg. Exilium, *inquit*, triplex eſt : aut Certorum locorum interdictio : aut Lata fuga, vt omnium locorum, praeter certum locum : aut Inſulae vinculum, id eſt relegatio in inſulam. Exilium *autem Poena eſt iudicii capitalis.* Paullus in l. 2 D. de publicis iudiciis, Capitalia iudicia ſunt, ex quibus poena mors, aut exilium eſt, hoc eſt aquae et ignis interdictio, per has enim poenas eximitur caput de ciuitate. Nam caetera, non Exilia, ſed Relegationes proprie dicuntur, tunc enim ciuitas retinetur. *Locus claſſicus de natura* exilii *eſt* Cic. pro Caecin. 100 c. 34 Exilium, non ſupplicium eſt, ſed perfugium, portusque ſupplicii. nam, qui volunt poenam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, eo ſolum vertunt : hoc eſt ſedem, ac locum mutant, itaque nulla in lege noſtra reperietur, vt apud caeteras ciuitates, maleficium vllum exilio eſſe multatum, ſed, quum homines vincula, neces, ignominiaſque vitant, quae ſunt legibus conſtituta, confugiunt, quaſi ad aram, in exilium, qui ſi in ciuitate legis vim ſubire vellent, non prius ciuitatem, quam vitam, amitterent : quia nolunt, non adimitur iis ciuitas, ſed ab iis relinquitur, atque deponitur, nam, quum ex noſtro iure duarum ciuitatum nemo eſſe poſſit ; tum amittitur haec ciuitas denique, quum is, qui profugit, receptus eſt in exilium, hoc eſt in aliam ciuitatem. *Nempe qui ſe damnatum iri ſentiunt, ii nemine prohibente diſcedunt, vt ille* C. Fabricius *apud* Cic. pro Cluent. 58 c. 21 a ſubſelliis demiſſo capite diſceſſit, *ridentibus iudicibus, ſtomachante et acerbe ferente patrono. Ita* Verres, *teſtante* Aſcon. Arg. 1 Act. *ab illa ſtatim actione* Ciceronis deſperato patrocinio diſceſſit in exilium. *Sic eodem teſte in fine* Milon. Milo damnatus in exilium Maſſiliam intra pauciſſimos dies profectus eſt : *et* poſtero die, *quam de vi damnatus fuerat,* ambitus — abſens damnatus eſt. *At idem* Cicero *ipſe ſibi quaſi repugnare in* Paradox. 4 *videtur : vbi de* Exilio, *tanquam poena legum, ita loquitur :* Omnes ſcelerati, atque impii, quorum tu te ducem eſſe profiteris, quos leges exilio affici volunt, exules ſunt, etiam ſi ſolum non mutarunt, an, quum omnes leges exulem te eſſe iubeant, non eris tu exul ? *Et* pro Muraen. 46 c. 23 Legem ambitus flagitaſti, quae tibi non deerat : erat enim ſeueriſſime ſcripta Calpurnia. geſtus eſt mos et voluntati, et dignitati tuae. Sed tota illa lex accuſationem tuam, ſi haberes nocentem reum, fortaſſe armaſſet, petitioni vero refragata eſt. Poena grauior in plebem tua voce efflagitata eſt : commoti animi tenuiorum. Exſilium in noſtrum ordinem : conceſſit ſenatus poſtulationi tuae, ſed non libenter duriorem fortunae commu-

communi conditionem te auctore conſtituit. Exilium *ergo in Senatore poena ambitus. Atque hac ipſa de lege, deque exilia X annorum loquitur et Dio* L. 38. *Nempe ex doctrina Manutii de Legibus*, exilii duo genera, voluntarium, *et* legitimum: *et* voluntarii *rurſus* duo genera, *vnum, quum reus ante latas a iudicibus ſententias in exilium abibat, vel vt legis poenam vitaret; vel quia, quum ſe damnatum iri perſpicue videret, ſponte vellet eam poenam ſubire, quam paullo poſt leges ei ſine dubio illaturae viderentur; quod Verres, Fabriciusque, omni prorſus abſolutionis abiecta ſpe, fecerunt. non enim ante damnationem ideo diſceſſerunt, vt legis poenam vitarent: quandoquidem Fabricius nihil exilio grauius timere a iudicibus poterat: quum Oppianicum, qui mox eodem crimine praeſens damnatus eſt, nullam omnino, praeterquam exilii, calamitatem tuliſſe conſtet. nec de repetundis, quo crimine damnatus eſt Verres, alia, praeter exilium, et litis aeſtimationem, nocentes reos poena ſequebatur; quam vtramque poenam, poſt profectionem damnatus Verres tulit. Alterum* exilii voluntarii *genus fuit, quum reus, poſt damnationem, quia multam a iudicibus dictam ſoluere non poſſet, ex vrbe diſcedebat. Suadent hoc verba* Cic. pro Caecin. 98 In colonias noſtras ſaepe noſtri ciues aut ſua voluntate, aut legis multa profecti ſunt: quam multam ſi ſufferre voluiſſent, tamen manere in ciuitate potuiſſent. Legitimum *autem* exilium *erat, quum reo* aqua et igni interdicebatur. Cic. pro Domo 78 c. 30 Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc ciuitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quo vertendi, hoc eſt mutandi ſoli cauſa venerant. id autem vt eſſet faciundum, non ademtione ciuitatis, ſed tecti, et aquae, et ignis interdictione faciebant. *vid.* INTERDICO. Iuſtinian. Inſtit. 1 de capitis diminutione, *bis verbis*: Minor, ſiue media capitis diminutio eſt, quum ciuitas quidem amittitur, libertas vero retinetur: quod accidit ei, cui aqua et igni interdictum fuerit, vel ei, qui in inſulam deportatus eſt. *Ergo quum dixit Cicero aduerſus Clodium in* Parad. 4 Familiariſſimus tuus de te priuilegium tulit, vt ſi in opertum Bonae deae acceſſiſſes, exulares, *hoc ſignificauit: vt tibi aqua et igni interdiceretur. et, quum de ambitu damnatis X annorum exilio puniendis, Dio locutus eſt, non aliud intellexit, quam vt iis in X annos aqua et igni interdiceretur. Etiam interuallum diuerſum exilio praefinitum. Sic Ciceroni dicta* CCCC Millia Paſſuum. *Sed apud* Cic. pro Cluent. 175 c. 62 Quum vagus, et exul erraret Oppianicus, et huc ad vrbem profectus eſſet, cecidiſſe ex equo dicitur, et latus offendiſſe vehementer, et poſtea quam ad vrbem cum febri venerit, paucis diebus eſſe mortuus. *Q. Pompeium Rufum, et T. Plancum Burſam, vtrumque de vi damnatum, quod ex Dionis hiſtoria conſtat, alterum* Baulis fuiſſe, *alterum* Rauennae *ſcribit* M. Caelius in epiſtola ad Ciceronem Fam. 8, 1? Cic. Phil. 5, 14 c. 5 *in aſperrima et ironica exprobratione*, Sunt item lecti iudices, qui fortaſſe excuſabuntur. Habent enim legitimam excuſationem, exſilii cauſa ſolum vertiſſe, nec eſſe poſtea reſtitutos. *Deinde ſerio.* Hos ille demens iudices legiſſet, — ſi vllam ſpeciem Reip. cogitauiſſet? Virg. Aen. 10, 850 Nunc miſero mihi demum Exilium Infelix. Molle Plin. Epiſt. 4, 11. Terribile exilium illis, quibus quaſi circumſcriptus eſt habitandi locus, non iis, qui omnem orbem terrarum vnam vrbem eſſe ducunt Cic. in Parad. 2. Poena ſcelerum, exilium eſt Cic. in Parad. 4. Quos leges exilio Affici volunt, exules ſunt, etiam ſi ſolum non mutarunt Cic. in Parad. 4. Afficiunt exilio ſceleratos et impios leges Idem ibid. 4. Plin. 7, 30 Thucydidem imperatorem Athenienſes in exilium egere. Liu. 25, 2 *extr.* Aliquot matronas apud Populum probri accuſarunt: quasdam ex eis damnatas in exilium egerunt. Conſciſcere ſibi exilium, *vid.* CONSCISCO. Conſeneſcere in exilio, *vid.* CONSENESCO. Deliteſcere exilio Ouid. in Ibin 12. Dare in exilium, *vid.* DO. Depellere in exilium, et agere Plin. 7, 30. Eiicere in Cic. . . . Iuſtin. . . . Quod per iniuriam ſe in exilium Exegiſſent. Fugere in exilium Iuuen. Sat. 10, 160. Imperare exilium alicui Sen. Med. 7. Ire in exilium Cic. pro Muraen. 89. *et* Att. 10, 16. Irrogare exilium Papinian. in l. Imperator D. de poſtulando. Liberatus exilio, *vid.* LIBER. Meditari exilium, *vid.* MEDITOR. Multare exilio maleficium Cic. pro Caecin. 100. Idem pro Sulla 74. Mutare domos exilio Virg. Georg. 2, 511. Pati exilium Idem Aen. 2, 638. Pulſus in exilium Cic. de Orat. 2, 56. Pellere in exilium, *vid.* PELLO. Pendere poenam exilio Ouid. Met. 10, 232. Pergere in exilium Cic. in Catil. 1, 23. Petere exilium Lucan. 3, 111. Proficiſci in exilium Cic. in Catil. 1, 20. Proiicere Cic. anteq. iret in exil. 30. Reducere de exilio Cic. Philipp. 9, 18. Sum: *Vt*, In exilio eſſe Cic. de N. D. 3, 80. Plin. Epiſt. 1, 5 Nondum enim ab exilio Venerat. Venire in exilium Cic. de Orat. 1, 177. Libenter in perpetuo exſilio victuri Vell. 2, 62, 3. Loquaciores in quinquennium velut in exſilium vocis puniebantur Apul. Flor. 2 *fin. de Pythagora.*

EXVLO, āre. [φεύγω] *Patria carere.* Cic. Fam. 4, 8 Sin autem nulla ſit, hunc tamen aptiſſimum eſſe ad exſulandum locum. Idem Tuſc. 3, 39 c. 18 Aut Telamonem pulſum patria exſulantem. Plaut. Moſtel. 3, 1, 68 An id mauis, vt abeat foras, vrbem, exuletque a patria ſua cauſa tui? *Alii legunt* Vrbem exul linquat factus hic cauſa tui? Ter. Eun. 3, 5, 62 Vbi mutem *(veſtem)*? perii: nam domo exulo. *i. domum hoc veſtitu intrare non auſim. Per translationem*: Plaut. Perſ. 4, 4, 7 Pulchre munitum *(oppidum)* arbitror, perfidia et peculatus ex vrbe, et auaritia ſi exulant. In oris ignotis Virg. Georg. 3, 225. Per externas profugus pater exulat oras Ouid. Triſt. 3, 14, 11. Rempublicam diſceſſu alicuius exulare Cic. in Parad. 4. Romae cui exulare ius eſſet Cic. de Orat. 1, 177 c. 39. Exulat Auſonia profugus delator ab vrbe Martial. Spect. 4. Plaut. Merc. Prol. 43 Amare valide coepi hic meretricem: ilico res exulatum ad illam iam abibat patris. *Conf.* Ib. 3, 4, 59. ¶ 2 *Actiue apud ſequioris acui ſcriptores: i. In exilium eiicere.* Fames reuocat, quem ſecuritas exularat Pet. Chryſolog. Serm. 2 de Filio prodigo. Tunc iterum exulatur Hygin. fab. 26. *Eodem modo exponenda videntur loca* Anaſtaſii *ap. Voſſ. de Vit. Serm.* 4, 7.

EXVLANS, antis. Partic. [μετοικῶν] Cic. de Diuin. 2, 52 c. 24 Rex Pruſias quum Hannibali apud eum exulanti depugnari placeret, negabat ſe audere, quod exta prohiberent.

EXVLĀRIS, e. Adi. *Ad exilium ſpectans.* Ammian. 15, 3 Exulari poena damnare aliquem. Moerore exulari multare aliquem Ammian. 14, 5.

EXĬLĬCVS, a, um. Adi. Feſt. Exilica cauſa, quae aduerſus exulem agitur.

EXILIATVS, a, um. Adi. Symmach. Ep.

EXVLĀTVS, ûs. m. *apud* Meſſ. Coruin. p. 19 In exulatum perrexit.

EXVLATIO, ōnis. f. *Idem.* Florus 1, 22 Populus Romanus clariſſimos principes, quod aduerſarentur voluntati ſuae, exulatione multauit.

EXVLATICIVS, i. m. φυγὰς Gloſſ. Gr. Lat.

EXVLCĔRO, āre. [ἐξελκόω] *Proprie eſt Vlcus facere et exaſperare, ac nouam cicatricem inducere.* Corpora exulcerare Scribon. 174. Plin. 20, 6 Lepras, lichenas lentigines exulcerat. Varro de R. R. 2, 9 Quidam nucibus Graecis in aqua tritis perungunt aures, et inter digitos: quod muſcae, et ricini, et pulices ſoleant (ſi hoc vnguine non ſis vſus) ea exulcerare. Pulmonem quod exulcerat Celſ. 4, 5. Exulcerari Scribon. 186. *de oculis.* ¶ 2 *Per translationem, ſignificat Exaſperare, exacerbare et deterius facere.* Cic. de Orat. 2, 303 c. 25 Quum aduerſariorum adiumenta confirmant, aut ea, quae ſanare nequeunt, exulcerant. Plin. Epiſt. 1, 12 Deceſſit Corellius Rufus, et quidem ſponte, quod dolorem meum exulcerat. Cic. de Clar. Orat. 156 c. 42 Simul illud gaudeo, quod et aequalitas veſtra, et pares honorum gradus, et artium ſtudiorumque quaſi finitima vicinitas tantum abeſt ab obtrectatione, et inuidia, quae ſolet lacerare pleroſque, vti ea non modo non exulcerare veſtram gratiam, ſed etiam conciliare videatur. Aequalitas veſtra, *i. Veſtrarum aetatum.* Vicinitas, *quae eſt inter eloquentiam et ius ciuile tanta, quanta libro 1 de Oratore a L. Craſſo demonſtratur.* *Part.* Exulcerantia medicamenta Scribon. 231. Suſpicionibus hominum et ſcelere exulcerari Cic. pro Domo ſua 28 c. 11.

EXVLCERĀTVS, a, um. Partic. [ἐξηλκωμένος] Cutis Celſ. 5, 26 *extr.* Exulcerata veſica Scribon. 189. *Metaph.* Cic. Fam. 1, 1 *fin.* Vt in rebus multo ante quam profectus es, ab ipſo rege, et ab intimis et domeſticis Pompeii clam exulceratis, deinde palam a Conſularibus exagitatis, *etc.* Id. pro Deiot. 8 c. 3 In exulcerato animo facile fictum crimen inſideret; *i. irritata, laceſſito.* Mentes exulceratae ad ſanitatem reuocantur Petron. c. 111.

EXVLCERATIO, ōnis. f. [ἐξέλκωσις] Plin. 20, 3 Sed omnium conſenſu, ſtomacho vtiliſſimae iudicantur, et interaneorum veſicarumque exulcerationibus. In exulcerationem tenere Scribon. 173. *Add.* Celſ. 4, 25. Plin. 29, 3. *et* 28, 12.

EXVLCERATORIVS, a, um. Adi. [ἐξελκωτικὸς] *Quod exulcerat: vt,* Exulceratorium medicamentum Plin. 23, 7 §. 64.

EXVLCERĀTRIX, īcis. f. [ἐξελκωτὶς] Plin. 27, 12 Vis ei exulceratrix.

EXVLTO, *vel* EXSVLTO, āre. [ἀγαλλιάω, ἐκπηδάω] Frequent. *ab* exſilire; *nec modo illum geſtum corporis ſignificat, ſed etiam eo ipſo immoderatum affectum, (non ſolam laetitiam) oſtendere.* Verberibus cogebat exſultare et calces remittere *(equos)* Nep. 18, 5, 5. In herbis exſultat vacca Ouid. de Arte Am. 1, 315. Non. 4, 178 Exſultare eſt Supra modum exilire et efferri. Cic. de Repub. Eſt igitur quiddam turbulentum in hominibus ſingulis, quod vel exultat voluptate, vel moleſtia frangitur. *Quam late pateat hoc verbum, tum reliqua exempla docebunt, tum comprehenſione quadam* Cic. Off. 1, 102 c. 29 Qui appetitus longius euagantur, et tanquam exſultantes ſiue cupiendo, ſiue fugiendo, non ſatis a ratione retinentur, hi ſine dubio finem et modum transeunt. *Nempe exſultat equus non modo libidine ferociens, ſed etiam ſubito pauore exſternatus.* Cic. Att. 6, 3 Lecta tua epiſtola gaudio exultat. Catull. 49, 14 Otio exſultas, nimiumque geſtis. Cic. de Diuin. 1, 60 c. 29 Cum dormientibus ea pars animi, quae mentis et rationis ſit particeps, ſopita langueat: illa autem, in qua feritas quaedam ſit atque agreſtis immanitas, cum ſit immoderato obſtupefacta potu atque paſtu, exſultare eam in ſomno, immoderateque iactari. Inter medias caedes exſultat Virg. Aen. 11, 648. Improbitas alacris exultat in victoria Cic. Att. 1, 15. Oratio exſultat Id. Acad. 4, 112 c. 34. Oratio mea in hoc exultat et triumphat Id. in Catil. 2, 3 c. 2. Oratio Philoſophorum exultat Id. de Fin. 1, 54 c. 16. Pauor exultat circa pectus Lucret. 3, 142. *ad motum illum cordis et pectoris refertur, qui in pauore ſentitur. Simile illud* Aen. 3, 557 Exſultantque vada, atque aeſtu miſcentur arenae. Syllabas exſultare *dicit* Quinctil. 9, 4, 28. *et* 91. Cic. in Orat. 26 c. 8 *de Demoſthene*, Submiſſius a primo — preſſius — iudices vt vidit ardentes, — exſultauit audacius. Morte alicuius, *h. e. Ob alicuius mortem vehementer gaudere* Plin. Epiſt. 1, 5. Gaudio Cic. Phil. 2 c. 27. Id. de Senect. 10 Hannibalem iuueniliter exultantem, patientia ſua molliebat: *maiore motu, vehementius, alacrius rem gerentem.* Id. in Catil. 1, 23 Infer patriae bellum, exulta impio latrocinio. Tacit. Agric. 8, 4 Nec Agricola vnquam in ſuam famam geſtis exultauit, *gloriatus eſt, ſe extulit.* Iuueniliter Cic. pro Sext. c. 4. Laetitia Id. Att. 15, 21. Nobilitatis victoria Id. pro Roſc. Amer. 16. Nimis ſecundis rebus Sen. Hippol. f. 2. Cic. Hortenſ. *ap.* Non. 4, 178 Imbecillis autem eſt pudoris magiſter timor, qui, ſi quando paullulum aberrauit, ſtatim ſpe impunitatis exſultat. ¶ 2 *Obſ.* Tacit. An. 11, 28 Dum hiſtrio cubiculum principis exſultauerit, dedecus quidem illatum, ſed excidium procul abfuiſſe. *Mneſter Pantomimus erat. Hic ſeruierat aliquamdiu libidini Meſſalinae: quoties deinde ſaltat in ſcena adulteria, toties admonet homines, quid ipſe in cubiculo principis fecerit. Ita* exſultat cubiculum principis, ἐξορχεῖται, *quod proprium verbum eorum eſt, qui Eleuſinia ſacra extra ipſam caerimoniam imitantur, et ita propalant; crimen olim Alcibiadis. Huc refero* Non. 4, 178 Exſultare eſt geſtu vel dictu iniuriam facere. Lucil. lib. 30 Quin totum purges — Exſultes ſollicites. *Etiam* Cic. Att. 7, 2 Quomodo exultat Catonis in me ingratiſſimi iniuria? *Per* Saeuire *explicat* Non. 4, 178. Cic. de Rep. Quae ſanguine alitur, quae in omni crudelitate ſic exſultat, vt vix hominum acerbis funeribus ſatietur. *Nempe plane ſimile eſt verbo* Effero, *quod cum hoc conferre vtile eſt.*

EXVLTANS, is. Partic. [ἀγαλλόμενος] Cic. de Orat. 3, 164 c. 41 Erras, erras: nam exultantem te et praeſidentem tibi Repriment valde legum habenae. *Ex Poëta.* Elatus leuitate, inanique laetitia exultans et temere geſtiens Id. Tuſc. 5, 16. Nullum turbati aut exſultantis animi motum prodere Tacit. Hiſt. 1, 17, 1. *de Piſone, cui delatum erat imperium.* Succeſſu exſultans Virg. Aen. 2, 386. Corda exſultantia Id. Georg. 3, 105. *Vid.* Pauor exſultat. Cruor exſultans in ora erupit Sil. 5, . . Equos ferocitate exultantes domitoribus tradere Cic. Off. 1, 90 c. 26. Furorem exultantem ex parte reprimere Id. pro Sext. 95 c. 44. *Sic de* Ar. Reſp. *pr.* Hominem furentem exſultantemque continui. Laetitiam exultantem comprimere Cic. in Topic. 86 c. 22. Loliginibus exultantibus tempeſtatem ſignificare gubernatores putant Id. de Diuin. 2, 145.

Sic

Sic Cic. Acad. 3 *apud* Non. 1, 335 Et vt nos nunc ſedemus ad Lucrinum, piſciculosque exſultantes videmus. *Sed* Orator exſultans Quinctil. 12, 10, 12. *Peculiariter autem* exſultare oratio *vel* orator *dicitur* Fabio, *cum circa numerum et compoſitionem excedit modum, rhythmis vtens nimis apertis, quales ſunt illi, ad quos ſaltatur. Vid.* 9, 4, 66. 10, 2, 16. *Vit.* 8, 3, 56. *Sed ad omnem luxuriam orationis pertinet* Cic. de Orat. 3 c. 9 Alterum exſultantem verborum audacia reprimebat, alterum cunctantem et quaſi verecundantem incitabat. Sanguis alte exultans e corpore emicat Lucret. 2, 195. Verbum exultantiſſimum Quinctil. 9, 4, 108.

EXVLTANTER. Adu. [ἠγαλμένως] Plin. Epiſt. 3, 18 Quum ea potius, quae preſſius et adſtrictius, quam illa, quae hilarius, et quaſi exultantius ſcripſi, poſſint videri acceſita et inducta. Exſultanter accepimus Cyprian. Epiſt. 1, 1. Incedere exſultantius Ammian. 23, 20.

EXVLTATIO, ōnis. f. [γαυρίαμα, καύχημα, ἀγαλλίαμα Gl. Lat. Gr.] Plin. 8, 54 Caua luna triſtes eſſe: quibus in eo genere cauda ſit, nouam exultatione adorare. *De ſimiis.* Indecora exſultatio *plaudentium dicenti* Quinctil. 2, 2, 12.

EXVLTANTIA, ae. f. [ἐπιγαύρωσις] *Idem.* Gell. 12, 5 Cum petulantia morbi dolorisque exſultantia colluctantem. *i. Eruptione violenta.* Ludibrium hoſtilis exſultantiae Paullin. ad Cyther. v. 564. Solinus c. 45 Verum omnem exceſſus originem de ſole fieri, primamque exultantiam iunioris concipi, quum per Cancrum ſol vehatur. *De incremento Nili.*

EXVLTABVNDVS, a, um. Adi. Iuſtin. 18, 7, 10 Lugentia caſtra velut exultabundus intrare. *Conf.* Solin. c. 5.

EXSVLTAMEN, ĭnis. n. Tertull.

EXVLTIM. Adu. [κεκυδιωμένως] *i. Exultando et ſaliendo.* Hor. Carm. 3, 11, 9

Quae velut latis equa trima campis,
Ludit exſultim, metuitque tangi,
Nuptiarum expers, et adhuc proteruo
Cruda marito.

EXVLVLO, āre. [ἐξολολύζω] *Pro Valde vlulare.* Ouid. Met. 1, 233 Territus ipſe fugit, nactusque ſilentia ruris Exululat. Comis ſciſſis exululare Ouid. Epiſt. 15, 114. *Conf.* Met. 4, 520. Sil. 12, 599. *et Drakenb. ad loc.*

EXVLVLĀTVS, a, um. Partic. [ἐξολολυγμός] Ouid. Triſt. 4, 1, 41 Vtque ſuum Bacche non ſentit ſaucia vulnus, Dum ſtupet Idaeis exululata iugis.

EXVLVLATIO, ōnis. f. Auguſtin.

EXVNDO, āre. [ἐκκυμαίνω] *Alueum exire, vel extra alueum vndas proferre.* Plin. 2, 103 In Tenedo inſula fons, ſemper a tertia noctis hora in ſextam ab aeſtiuo ſolſtitio exundat. Columel. 8, 17, 6 Riui, per quos exundat piſcina. Apes exundant nouis fetibus Colum. 9, 9, 1. Idem 10, 432 Exundent pingui ſpumantia dolia muſto. Lucan. 9, 798 Spumeus accenſo non ſic exundat aheno Vndarum cumulus. Val. Flacc. 4, 595 Acheron vaſto exundat hiatu. Dolor exundat alte merſus Sen. Oedip. 924. Tacit. de Orat. 30 Exundat, et exuberat illa admirabilis eloquentia. Exundat Fumum piceus caligine vertex Sil. 2, 631. Furor exundans Stat. Theb. 10, 603. Pelagus praeruptum exundat Sil. 3, . . Peſtis exundat Id. 17, 104. Torrens flammarum exundat Id. 14, 62. Terra exundauit chelydris Id. 3, . . Vapor exundat antro Sen. Hippol. 2. *Sic* Sil. 14, 311 Ingenti ſimul exundante vapore. Saxa liquentibus inter ſe ſalis venis exundant humorem affluentiſſimum Solin. 47. *niſi tamen legendum eſt* Exudant, *quae verba confundi monetur ad* Colum. 10, 432. *it. ad* Calpurn. 4, 104. *Et* exſudant *ipſe probauit Salmaſius.* Sen. de Ira 1, 7 Optimum quidam putant, temperare iram, non tollere; eoque detracto, quod exundat, ad ſalutarem modum cogere.

EXVNDATIO, ōnis. f. [ἐκκύμανσις] Plin. 19, 2 Negant naſci, niſi exundatione fluminum.

EXVNGO, nxi, nctum, ĕre. [ἀλείφω] *Vngere.* Plaut. Rud. 2, 7, 22 Eluas tu, an exungare ſiccus. Trin. 2, 4, 5. *Gulielmius legit*, Comeſum, expotum, exunctum elotum in balneis *pro Vulg.* exutum: *quod recepit Pareus. Recte puto: primo* exutum *vix commode ſignificat, in veſtimenta impenſum, deinde magis nequam eſt ſumtus ille balnearis, denique de veſtibus aliunde proſpectum filio familias domi ſuae.*

EXVNCTIO, ōnis. f. *Apud* Celſum *eſſe dicitur.*

EXVNGVIS, e. Adi. *Sine vngue.* Tertull. de Pall. c. 5 Beſtia edentula et exunguis et excornis. *De piſcibus loquitur.*

EXVNGVLO, āre. [ἀπονυχίζω] *Vngues auferre.* Plaut. Truc. 2, 2, 57 Hem, tuos exungula, male viuitis. *Editt. aliae*, Hem tu ô ſexungula, *quod probant Taubm. et Gronouius. Paſſiue:* Veget. 2, 57 Si exungulauerit iumentum. Exunglare, Manil. *propter metrum* 4, 235 Exunglare tigres rabiemque auferre leoni. *Sed haec potius coniectura Scaligeri. Mſſti.* Exorare. *Bentl.* Exarmare. *Et quidni* exorare *verum ſit, i. mitigare, cicurare? quod ipſe elegantiſſime dictum ait Scal.*

EXVO, *ſ.* EXSVO, ui, ūtum, ĕre. [ἀποδύω, ἐκδύω, λωποδυτέω] *Contrarium habet intellectum verbi* Induo: *et proprie ad veſtes omnis generis pertinet.* Exuere veſtem alicui Sen. Epiſt. 91. *et abſolute,* Martial. 3, 68 Exuimur. *Sed multo latius patet vſus verbi, qui non melius, quam enumeratione Subſtantiuorum nominum, quibus iungitur, poteſt intelligi.* Cic. Tuſc. 3, 27 Aegritudinem niſi exuimus, ſic vt abiiciamus, miſeria carere non poſſumus. Tacit. Ann. 3, 26 At poſtquam exui aequalitas, et pro modeſtia, ac pudore ambitio, et vis incidebat, prouenire dominationes. Agro paterno exuit aes alienum vſuris cumulatum, deinde Fortunis aliis Liu. 2, 23. Tacit. Ann. 6, 8 Seiani Amicitiam caeteri falſo exuerant. Animam exuit Ouid. Met. 14, 777. Anima memet pariter ac Scelere exuam Sen. Hippol. f. 12. Animum ſilueſtrem Virg. Georg. 2, 52. *de arboribus.* Animus exuitur Stat. Theb. 10, 932. Tibul. 1, 4, 31 Serpens nouus exuit Annos, *i. eam, quae* Senecta *vocatur.* Armis aliquem Sil. 3, . . Exuti Arcades Armis Virg. Aen. 11, 395. Arrogantiam, et Auaritiam Tacit. Agric. 9. Id. Ann. 16, 28 Abrumperet vitam, ac ea ciuitate cuius caritatem olim, nunc et Adſpectum exuiſſet, *etc.* Aſtus Sil. 7, . . Caſtris hoſtem, *pro Expellere* Liu. 29, 2. *et* 3, 68 Niſi paucis diebus hos populatores agrorum fuſos fugatosque Caſtris exuero. *Add.* Aur. Vict. de Vir. Illuſtr. c. 51. Caritatem *modo vidimus ex* Tacit. Ann. 16, 28. Ciues noſtros exuimus, *i. Perdidimus, aut Orbati ſumus illis.* Stat. Theb. 3, 208 Nunc regis iniqui Ob noxam, immeritos, patriae tot culmina, Ciues Exuimus. Tacit. Hiſt. 4, 6 Quando etiam ſapientibus Cupido gloriae nouiſſima exuitur. Curis mortalibus ſeſe exuere Sil. 1, 85. *i. vita ſollicita ſe priuare.* Enſem humero Virg. Aen. 9, 303. Enſem vagina Stat. Theb. 9, 76. Faſtus Ouid. de Arte Am. 2, 241. Feritas exuitur Id. Faſt. 3, 281. Tacit. Ann. 2, 72 Per communes liberos orauit exuere Ferociam. Id. ibid. 1, 35 At ille moriturum potius, quam Fidem exueret, clamitans. Flore exuitur vitis Colum. 3, 2, 13. Foedus Claud. de B. Get. 364. Fortunis, *vid. p. a.* Agro. Gratiam nouitatis Plin. Epiſt. 1, 2. Habitus regales Stat. Theb. 11, 434. Ouid. Met. 10, 105 — ſiquidem Cybeleius Atys Exuit hac Hominem, truncoque induruit illo. *i. figuram humanam.* Cic. de Fin. 5, 35 c. 12 Vt ſi aut manibus ingrediatur quis, aut non ante, ſed retro fugere plane ſe ipſe, et Hominem ex homine exuens, naturam odiſſe videatur. Humanitatem Id. pro Ligar. 14 c. 5. *et* Att. 13, 2. Iugum *et* Se iugo Liu. 35, 17. *et* 34, 13 *extr. pro Se liberare a ſeruitute.* Tacit. Hiſt. 3, 5 Ac maiore ex diuerſo mercede, Ius faſque exuerent. Iuſſa Id. Ann. 11, 19. Id. ibid. 3, 7 Tum exuto iuſtitio reditum ad munia. Virg. Aen. 5, 423

Haec fatus duplicem ex humeris reiecit amictum:
Et magnos membrorum artus, magna Oſſa, Lacertosque
Exuit.

Cic. Verr. 5, 150 c. 58 Si ex his Laqueis te exueris, ac te aliqua vi ac ratione explicaris, in illas tibi maiores plagas incidendum eſt. *Etiam hic contrarium* Induere. Tacit. Ann. 14, 52 Exuere Magiſtrum, ſatis amplis doctoribus inſtructus maioribus ſuis. Virg. Aen. 4, 319 Atque hanc Si quis adhuc ſupereſt precibus locus, exue Mentem. Stat. Silu. 4, 3, 50 Hi caedunt nemus, exuuntque Montes. Moras Petron. c. 122. Martial. 1, 106 Exuit annoſa Mores, nomenque ſenecta. Liu. 27, . . Ita repente exuit antiquos Mores. Munia Tacit. Ann. 4, 39. Obſequium erga imperatorem exuit Id. ibid. 3, 12. Id. ibid. 11, 20 Vt tamen miles Otium exueret. *Sic Lipſ. et Gronou. pro* Ne. Tacit. Hiſt. 2, 86 Prima iuuenta quietis cupidine Senatorium Ordinem exuerat. Oſſa, *vid. ſupra in* Lacertos exuere. Paedorem non exuerat, vt vulgum miſeratione aduerteret Tacit. Ann. 6, 44. Pacem Id. ibid. 4, 72. Id. ibid. 6, 43 Dedit ſpatium exuendi Pacta. Id. Hiſt. 5, 5 Nec quidquam prius imbuuntur, quam contemnere deos, exuere Patriam, parentes, liberos, fratres vilia habere. Patrimonio exuere Suet. de Clar. Gram. c. 11. Pectus curis Stat. Silu. 4, 4, 28. Polum exuerat Tithonia, *i. Aurora caelum reliquerat* Valer. Argon. 3, 2. Tacit. Ann. 13, 44 Repertaque ſpe ditioris coniugis, Promiſſa exuere. Regno aliquem, *pro Priuare, et auferre ei regnum.* Tacit. Hiſt. 1, 55 Ac ne Reuerentiam imperii exuere viderentur. Id. Ann. 2, 85 Niſi certam ante diem profanos Ritus exuiſſent. Id. Hiſt. 3, 42 Cuius Sacramentum cunctis circa hoſtilibus non exuerat. Sedibus aliquem Id. Ann. 13, 39. Plin. 20, 23 Foeniculum nobilitauere ſerpentes, guſtatu (vt diximus) Senectam exuendo. Liu. 34, 7 *extr.* Nunquam ſaluis ſuis exuitur Seruitus muliebris, *i. non liberantur aliena poteſtate, niſi mortuis patribus aut maritis.* Tacit. Hiſt. 4, 25 Etſi exuiſſent Seruitium cupidine imperitandi. Id. ibid. 4, 70 In ciuitates, quae Societatem Romanam non exuerant. Spiritum inimicum exue, *i. Animum, qui te excruciat* Sen. Theb. 1. Tacit. Ann. 1, 59 Aliis gentibus ignorantia imperii Romani inexperta eſſe ſupplicia, neſcia Tributa: quae quando exuerint, *etc.* Tunicas exuerat Ouid. Faſt. 2, 171. Veſtem Lucret. 4, 59. Vetuſtas exuitur anguibus Ouid. de Arte Am. 3, 77. Tacit. Ann. 1, 75 Quam Virtutem diu retinuit, quum caeteras exueret. Exuere ſe omnibus Vitiis Sen. Epiſt. 11. Tacit. Ann. 6, 20 Virilibus curis feminarum Vitia exuerat. Vultus ſeueros Ouid. Amor. 3, 4, 43.

EXVENS, is. Partic. Cic. de Fin. 5, 35 c. 12 Et hominem ex homine exuens, naturam odiſſe videatur. Exuentem ſe ac nudatum gladio traiicit Iuſtin. 3, 1, 8.

EXVTVS, a, um. Partic. [ἀποδυθεὶς] Plin. 35, 11 Herculem ab Oeta monte Doridos exuta mortalitate conſenſu deorum in caelum euntem. Bonis exutus Tacit. Ann. 4, 21. Id. ibid. 12, 45 Territum exutumque Campis Mithridatem. Diademate exutus crines Stat. Theb. 9, 163. Sil. 8, . . Exutum Forma volitare per aethera iuſſit. Pudorem caſtum exuta Id. 5, . . Pedem vnum exuta vinclis Virg. Aen. 4, 518. Vittis exuta comam Stat. Theb. 11, 460. Anguis exutus annis, *Quia depoſita pelle dicuntur ſerpentes in iuuentutem redire* Stat. Theb. 4, 98. Plaut. Trin. 2, 4, 5 *ad quaeſtionem,* quid factum eo *Argento? reſpondet ingenue ſeruus,* Comeſum, expotum, exutum, elotum in balneis: exutum *fuerit impenſum in veſtimenta. Sed videtur melius legi* exunctum. *Rationem reddimus ſub* EXVNGO. Arma exuta Caeſ. B. G. 3, 6. Tacit. Ann. 3, 17 M. Piſo exuta dignitate. Luctus exuti morte Sil. 6, . . Mens exuta vitiis Cic. Tuſc. 5, 70. Mulae exutae laqueis Claud. de Mulabus Gallicis 16. Palmae exutae vinclis Virg. Aen. 2, 153. Pectus exutum Claud. in Epithal. Pallad. 7.

EXVM, *vel* EXSVM, Extra Sum. Sic enim lictor in quibusdam ſacris clamitare ſolebat, Hoſtis victus, mulier, virgo, exeſto, hoc eſt non introito, quia ſcilicet ingredi ea ſacra prohibebantur. *Ex Feſto.*

EXVPĔRO, *ſiue* EXSVPĔRO, āre. [ὑπερβαίνω, ὑπερβάλλω] *Idem quod Superare et excellere.* Cic. Tuſc. 4, 77 Quis homo te exſuperauit vnquam gentium impudentia? *Ex Poëta.* Quod fore paratum eſt, id ſummum exſuperat Iouem: *i. factum ne Iupiter quidem immutare poteſt. Carmen traductum e Graeco a* Cic. de Diuin. 2, 25. Id. Poſt redit. in Senat. 24 c. 10 Quapropter memoriam veſtri beneficii colam beneuolentia ſempiterna, non ſolum dum anima exſuperabo mea, ſed etiam cum mortuo monimenta veſtri in me beneficii permanebunt. *Vbi ex vetuſto codice legitur* Superero anima. *Certa ſententia eadem* Ardua exſuperare Sil. 3, . . Dolor exſuperabat Lucret. 6, 1275. Flammae exſuperant, furit aeſtus ad auras Virg. Aen. 2, 759. Genus exſuperat nobilitate morum Ouid. Triſt. 4, 4, 2. Laudes alicuius exſuperare Liu. 1, . . *Et* 28, 43 Equidem haud diſſimulo, me tuas Q. Fabi, laudes non adſequi ſolum velle, ſed (bona tua venia dixerim) ſi poſſim etiam exſuperare. Ouid. Triſt. 1, 5, 56 Non tamen idcirco complecterer omnia verbis, Materia vires exſuperante meas.

EXVPERANS, is. Partic. Gell. 6, 8 Darii vxorem exſuperante forma. *Compar.* Vter eſſet exſuperantior Gell. 14, 3. *Superl.* Apul. de Mund. p. 71 *Elmenh. et* Dogm. Plat. 1 p. 8. *et* Inſcr. *apud Spon. Miſc. Erud. Antiq. p. 71* I. O. M. SVMMO. EXSVPERANTISSIMO.

EXVPERĀTVS, a, um. Partic. [ὑπερβεβλημένος] Lucret. 2, 234 Sed citius cedunt grauioribus exuperatae.

EXVPERANTIA, ae. f. [ὑπέρβασις] *Eminentia.* Cic. Tuſc. 5, 105 c. 36 Nonne omnem exuperantiam virtutis oderunt? Gell. 14, 1 *hyperbolen appellat* exſuperantiam.

EXVPERATIO, ōnis. f. [ὑπερβολή] Auct. ad Heren. 4, 68 c. 53 Per exuperationem quum plus dictum eſt, quam patitur veritas augendae ſuſpicionis cauſa. *Al.* Exuberationem. *v. v.*

EXVPERATORIVS, a, um. Adi. Lamprid. Commod. c. 11 *et* 12 Menſis exuperatorius, Kalendae exuperatoriae, *quaſi dicas Triumphales.*

EXVPERABĪLIS, e. Adi. [ὑπέρβλητος] *Qui poteſt ſuperari.* Stat. Theb. 1, 214 Nec exuperabile diris Ingenium mortale queror. Vallum non exuperabile Claud. in Ruff. 2, 127. Virg. Georg. 3, 39 Tortosque Ixionis angues, Immanemque rotam, et non exuperabile ſaxum. *Actiue, Qui vincere poteſt* Gell. 17, 2 *ex* Quadrig. Quem cumprime fortem atque exuperabilem Reſp. ſenſit.

EXVPERVS, a, um. Adi. Apul. de Herb. c. 65 *et* 72.

EXVPPVRO, *ſ.* EXSVPPVRO, āre. Tertull. de Pall. *ſub fin. Vid.* PVRVLENTIA.

EXVRDO, *vel* EXSVRDO, āre. [ἐκκωφόω] *Cuius Paſſiuum poſuit* Valer. Max. 2, 2, 3 Graecis actionibus aures curiae exſurdantur. *i. Obtunduntur.* Plin. 32, 10 Paniculae flos, ſi aures intrauerit, exſurdat. Turbida nec calamos exſurdant claſſica noſtros Calpurn. Eccl. 4, 131. Sen. Epiſt. 94 Ea ſcilicet, quae tibi tantis clamoribus exurdato ſalubria inſuſurret verba. Aures exſurdatas reparare Marc. Empir. c. 9. Vina exurdant palatum Hor. Serm. 2, 8, 38. *h. e.* Surdum faciunt vt non ſentiat ſaporem. Acron.

EXVRGEO, ēre. *Vrgendo exprimo.* Plaut. Rud. 4, 3, 69 *et* 70 *ridicule minatur Trachalio,* Ego iam hic te, itidem quaſi penicillus nouus exurgeri ſolet, Ni hunc amittis, exurgebo, quidquid humoris tibi eſt. *Sic Gron. Quidam* exugeri *et* exugebo. *Sic* Caton. R. R. 156, 3 *legendum videtur* in linteum exurgeto ſuccum, *pro* exugeto.

EXVRGO, *ſiue* EXSVRGO, rexi, ēre. [ἐξεγείρομαι, ἐξανίσταμαι] *E loco ſurgere.* Plaut. Moſtel. 2, 1, 29 Quaeſo exſurge, pater aduenit. Accubat, exſurgitque facem attollens Virg. Aen. 6, 606. *de Furia.* Plaut. Rud. 1, 5, 22 Manus mihi date, atque exſurgite ambae a genibus. Id. ibid. 4, 2, 10 Nam vt de nocte multa impigreque exſurrexi, lucrum praepoſui ſopori et quieti. Id. Mil. 2, 1, 3 Qui auſcultare nolit, exſurgat foras. Liu. 27, 41 Exſurgendi tempus ex inſidiis, et aggrediendi hoſtem. Paulliſper exſurge, et perfer hunc dolorem commemorationis non neceſſariae Cic. pro Cluent. 168. Exurgere atque erigere ſe, *per translationem, pro Erigere ſeſe, et afflictionibus liberari* Id. pro L. Agr. 86. Id. Att. 7, . . Nos autem vbi exurgere poterimus, aut quando? Id. Philipp. 13, 38. *et* pro Planc. 102. Conſternatus ego exſurrexi et timui, ne Petron. c. 60. Cic. Fam. 12, 10 Auctoritate veſtra Reſp. exſurget, et in aliquo ſtatu tolerabili conſiſtet. Exſurgit mons ab Indico mari Plin. 5, 27. Colles exſurgunt vertice Sil. 7, . . Dolor exſurgit grauior Sen. Med. ſ. 2. Oratio exſurgit naturali pulchritudine Petron. c. 2. Liu. 6, 4 Et Roma cum frequentia creſcere, tum tota ſimul exurgere aedificiis. Voluntas exſurgendi Lucret. 3, 175.

EXVRO, ſſi, ēre. [ἐκκαίω] *Idem quod Vrere totum, et igne prorſus conſumere ſignificat.* Cic. in Piſon. 96 c. 40 Epirus exciſa, Locri, Phocii, Boeotii exuſti. Pallasne exurere claſſem Argiuum potuit Virg. Aen. 1, 39. Mare exurere *dicitur de labore inani.* Cic. de N. D. 3, 7 c. 3 Mihi quidem ex animo exuri non poteſt eſſe deos. *Forte legendum eſt* Exui, *vel* Erui: Exui *MS. Reg. Vid. Walker. Dauiſ. etc. ad loc. Praeſidium nempe huic verbo eſt in contrario* Inurere, *v. v. Legitur etiam apud* Sen. Epiſt. 69 Quemadmodum ei, qui Amorem exurere conatur, euitanda eſt omnis admonitio dilecti corporis. *Sic Lipſ. et Gron. Sed Grut.* exuere. *Neutra pars diuerſae lectionis mentionem facit. Laudatur etiam* Plaut. Rud. 3, 4, 62 Ignem magnum hic faciam. DAE. Quin vt humanum exuras tibi. *Sed tanta ibi eſt vel varietas, vel obſcuritas, vt nihil certi conficiatur. Relinquuntur ſcriptores Eccleſiaſtici, v. g.* Auguſtin. de Morib. eccleſ. cathol. c. 30 Tantus caritatis ardor innaſcitur, vt exuſtis omnibus vitiis, et homine ſanctificato. *Verum hic metaphora continuatur. Caeterorum, quae dedit Dauiſ. ad Cic. l. c. par ratio. Proinde non ſatis certa eſt illa verbi* exurere *ſignificatio.* Exurit eruca femina morſu Colum. 10, 334. *de inſecto illo multorum pedum ſermo eſt.* Id. 12, 5, 2 Exurere ferri maſſas ita, vt ignis ſpeciem habeant, *incendere vt candeant.* Exuri et cremari flammis Plin. 2, 68. Igni exuritur ſcelus Virg. Aen. 6, 742. Sitis exurit miſeros Lucret. 3, 930. Sol graciles exurit artus Tibul. 2, 3, 9. *In MSS. confunduntur* Exurere *et* Exhaurire: *quod vide.*

EXVRENS, entis. Partic. Flagrabant (*ſarcinae*) exurentibus dominis Curt. 6, 6, 16.

EXVSTVS, a, um. Partic. [ἐκκεκαυμένος] Media vero terrarum, qua ſolis orbita eſt, exuſta flammis et cremata Plin. 2, 68. Viuus exuſtus eſt Cic. Verr. 1, 70. Ager exuſtus morientibus aeſtuat herbis Virg. Georg. 1, 107. Columel. 7, 8 Quorum vitiorum, primum ſolet accidere, ſi parum preſſus: ſecundum, ſi nimio ſale ſit imbutus: tertium, ſi ſole exuſtus eſt. Corpus Sil. 3, . . . Flos exuſtus ſui veteris vbertatis exaruit Cic. de Clar. Orat. 16. Palus Virg. Georg. 3, 432.

EXVSTIO, ōnis. f. [ἔκκαυσις] Cic. in Somn. Scip. 16 c. 7 Propter eluuiones exuſtioneſque terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt, *etc.* Exuſtio ſolis Plin. 17, 24.

EXVSCĪTO, *vel* EXSVSCĪTO, āre. [ἐξανίστημι, ἐγείρω] *Plane Suſcito.* Cic. pro Muraen. 22 Te gallorum, illum buccinarum cantus exuſcitat. Id. de Orat. 3 Quietum exuſcitat. Exuſcitari et commoueri Auct. ad Heren. 3, 36. Clamore aliquem Id. ibid. 3, 22. Cic. Off. 1, 12 c. 4 Quae cura exuſcitat etiam animos, et maiores ad rem gerendam facit. Incendium ingens exuſcitat paruus ignis Liu. 21, 3 *extr.* Memoriam naturalem Auct. ad Heren. 3, 34 c. 21. Cic. ad Brut. 16 Quare non Octauius eſt rogandus, vt velit nos ſaluos eſſe, magis tu te exuſcita, vt eam ciuitatem, in qua maxima geſſiſti, liberam atque honeſtam fore putes.

EXVSCITATIO, ōnis. f. *Commotio.* Auct. ad Heren. 4, 59 c. 42 Si ſententiam traiiciemus aut ad ſermocinationem, aut ad exuſcitationem.

EXVTVS, *vid.* EXVO.

EXVVIAE, ārum. f. pl. *it.* EXVVIVM, i. n. [λάφυρα, ἔναρα] dicuntur Spolia hoſtibus detracta, ab Exuendo quidem dictae, *vt inquit* Feſtus. Cic. pro L. Manil. 55 c. 18 Quum eum vobis maiores veſtri exuuiis nauticis et claſſium ſpoliis ornatum reliquiſſent. Virg. Aen. 2, 275 — qui redit exuuias indutus Achillis, *i. arma. Conf.* Non. 6, 55. Iuuen. Sat. 10, 133 Bellorum exuuiae, truncis affixa trophaeis Lorica, et fracta de caſſide buccula pendens, *etc.* Bubulae exuuiae Plaut. Moſtel. 4, 1, 6 *Lori ex corio bubulo. Vid.* Nonium. . . Capitis Sen. Hippol. 12. *intelligit Capillos.* Dulces Virg. Aen. 4, 651. Hoſtiles Tibull. 1, 1, 54. Leonis Virg. Aen. 9, 308. Nauticae, *vid.* NAVIS. Serpentis Virg. Georg. 3, 437. Quondam etiam nimio praeceps vrina fluento Irriget exuuias Sammonic. v. 592. *i. veſtes. Conf. Burm. ad* Val. Flacc. 5, 252. *ex* Val. Max. 1, 1, 16. *it. Salmaſ. ad* Tertull. de Pall. p. 361.

EXYSTICVS, i. m. *Pro Athleta,* Dig. 3 t. 2 l. 4. *Eſt modo a librariis pro* Xyſtico. *v. v.*

F.

Litera F.

Litera F.

F LITERA *ſexta ordine alphabeti, quam formant* dentes labrum inferius deprimentes Mart. Capella l. 3 p. 58. *Extra ordinem Graecarum eſt, et varie iactata, quod ad etymologicam rationem notaſſe prodeſt. Magnam cum ſpiritu Graecorum aſpero cognationem ipſa quoque figura indicat, aliquantum aucta* ⊦, F. Varro L. L. 4, 19 p. 25, 32 Hircus quod Sabini Fircus, et quod illic Fedus in Latio rure Hedus, quod in vrbe, vt in multis A addito Haedus. Velius Orthogr. p. 2230 Quam antiqui Habam dicebant, nos Fabam dicimus. Id. ibid. Harena a Sabinis Faſena dicitur, *cuius rei* Varronem *teſtem laudat.* Varro de L. L. 4, 23 p. 29, 18 Filum *dictum,* quod minimum eſt hilum. *Vid.* FORDA. Scaurus de Orthogr. p. 2252 *pr.* F et H vtraque flatus eſt, quare quem antiqui *Fariolum,* nos *Hariolum.* *Plura quoque diſputat* Priſcian. 1 p. 542 et 596 *in primis de illius cum Aeolico Digamma comparatione, cuius formam habet planiſſime. Vid.* DIGAMMA. *Caeterum ab illa F cum ſpiritu cognatione eſt quod Graecorum* ῥήσσω, ῥήγω, ῥήγνυμι *in* Frango *tranſiit* (*vt* πήσσω, πήγω, πήγνυμι *in* Pango) *et* ῥῖγος *in* Frigus. Feſtus, Fedum antiqui dicebant pro Hedo, Folus pro Holere, Foſtim pro Hoſte, Foſtiam pro Hoſtia. *Idem,* Horctum et Forctum pro bono dicebant. Seru. *ad* Aen. 7, 695 Faliſcos *Haleſus* (*Burm.* Faliſcus) condidit. Hi autem immutato H in F, *Faliſci* dicti: ſicut *Febris* dicitur, quae ante *Hebris* dicebatur; *Formiae,* quae *Hormiae,* ἀπὸ τῆς ὁρμῆς. Nam poſteritas in multis nominibus F pro H poſuit. *Sic* Filum *Varro deriuat ex* Hilum. *Notabile eſt, Hiſpanos in deriuando rediſſe ad* H, *qui dicant* Hablar, Hazer, Haz, Hiio, Hambre, Haba, Harina, *pro* Fabulari, Facere, Facies, Filius (υἱός) Fames, Faba, Farina: *qui* Faſtidium *contraxerint in* Haſtio, *quibus* Haldo *ſit Germanorum* Falte, *quibus* Fatum *tranſierit in* Hado, Fata (*mulier fatidica,* Fée *Gallorum*) *in* Hada, Halcon *ſit reliquorum* Falco, *et id genus prope infinita. Obſeruauit quaedam et Barth. Adu.* 41, 17.

¶ 2 *De pronuntiatione eius diſputandi occaſionem praebet* Quinctil. 1, 4, 14 Pro Fundanio Cicero teſtem, qui primam eius literam dicere non poſſet, irridet. *Ex praecedentibus apparet, illum pronuntiaſſe vt* Φ *Graecum. Succurrit* Priſcianus, *cuius quaedam ex* 1 p. 542 ſq. *huc transferemus.* Eum prope ſonum, quem nunc habet F, ſignificabat P cum aſpiratione: ſicut etiam apud veteres Graecos pro Φ, ΠΗ. — Poſtea placuit pro P et H, F ſcribi, vt Fama — Fuga, Fur — Hoc tamen ſcire debemus, quod non tam fixis labris eſt pronuncianda F quomodo PH, atque hoc ſolum intereſt inter F et PH. *Hoc igitur neglexiſſe videtur teſtis Graecus, quem ridet Cicero. Coniunctiſſima eſſe* F *et* Ph *conſtat ex* Numis, *vbi indifferenter vſurpari ſolent.* TRIVMFATOR. GENTT. BARBAR. DN. FOCAS. *Vide Spanheim. Diſſert.* 2 *p.* 81. ¶ 3 *Permutantur etiam* F *et* V *propter eandem affinitatem:* Priſcian. 1 p. 560 Habebat haec F litera hunc ſonum, quem nunc habet V loco Conſonantis poſita. *Sic, pro* Grafare *factum* Grauare. *Vid. Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 775. *Item* F *et* E *in libris miſceri potuere propter figurae affinitatem. Vid.* FRVTIS. F *proponitur ſolis* L *et* R, *vt* Fluctus, Frango. *In* F *mutantur Conſonae* B D S *et* X *in Praepoſitionibus ante Verba a litera* F *ordientia: vt,* Officio, Affero, Differo, Effero. *Contra* Sifilum *pro* Sibilo *dicebant, in quo prouocat* Priſcian. 1 p. 560. *ad* Non. *de doctorum indagine* ſ. 12, 49. *Vid.* SIBILO. ¶ 4 *In Notis eſt* F. Faciundum, Factum, Familia, Famula, Faſtus dies, Februarius, Fecit, Feliciter, Felix, Femina, Fides, Fieri, Filia, Filius, Finis, Flamen, Forum, Frater, Frons, Fuit, Fuluo. Ⅎ *et* ꟻ. Filia. FA. Familia, Femina, Filia. F. A. Filio Amantiſſimo. F AB. HEREDIB. TEST. FIE. IVS. Factum Ab Heredibus Teſtamentum Fieri Iuſſit. F. AN. X. F. C. Filiae (*vel* Filio) Annorum Decem Faciundum Curauit. FAB. Fabius, Fabrûm. FACiundum, FACtum Bene. FACiendum Curauit. FACtum Feliciter. FAMA, Familia. FALerina tribu. FAMilia, Familiaris. F. B. M. Fecit Bene Merenti, Filiae (*vel* Filio) Bene Merenti. F. C. Facere Curauit, Faciundum Curauit, Fecit Cinerarium, Fecit Conditorium, Fidei Commiſſum, Fieri Curauit, Fiduciae Cauſa, Fraude Creditoris.

toris. F. CAS. Fecit Caſſio. F. C. E. T. F. I. Faciundum Curauit Et Titulum Fieri Iuſſit. F. C. F. Fecit Cariſſimae Feminae, Filio, Filiae, Fratri. F. C. H. Fieri Curauit Heres. F. C. I. Q. P. Faciundum Curauit Idemque Probauit. F. C. L. Fecit Contra Legem. F. C. M. Faciundum Curauit Monumentum *vel* Moerens, *vel* Fecit Coniux Marito. F. C. R. Fieri Curauit Requietorium. F. C. SVO. B. Fecit Coniugi Suo Bono. F. D. Factum Dedicauit, Fides Data, Filia (*vel* Filius) Dedit, Flamen Dialis. F. DD. Factum Dedicauerunt, Fieri Decreuerunt. F. D. D. Factum Decreto Decurionum. F. D. S. Fecit De Suo. F. D. M. Factum Dîs Manibus, Filiae (*vel* Filio, *vel* Fratri) Dedit Monumentum. F. D. Q. M. Flamen Dialis Quirinalis Martialis. F. E. Fecit Erigi, Fides Eius, Filius Eius. F. E. C. Faciundum Ei Curauit, Filiae (*vel* Filio, *vel* Fratri) Erigi Curauit. F. E. D. Factum Eſſe Dicitur. F. ED. Factum Edicto. F. E. H. Filius Et Heres. FELicitas Populi Romani. F. EQVOR. PROB. Feriae Equorum Probandorum. FERalia. FERiarum LATinarum Cauſa. F. E. S. Fecit E ſuo, Fecit Et Sibi. F. ET. S. Fecit Et Sacrauit, Fecit Et Sibi. FF. Fabrefactum, Fabricauerunt, Fecerunt, Fratres, Fundauerunt. *Add.* n. 5. F. F. Fabricauerunt, Fabricari Fecerunt, Fidem Fecit, Fieri Fecit, Filia Fecit, Filius-Familiâs, Filii duo, Fratres, Flando Feriundo. F. FA. F. FAM. Filius-Familiâs. F. F. C. Filio Faciundum Curauit. F. F. Ɔ. C. Flauiorum Duorum Conliberta. F. F. E. Fiat Fides Eius. F. FE. Fortunae Felici. F. F. F. Ferro, Flamma, Fame: Flando, Faciundo, Feriundo: Flauius Filius Fecit, Fortior Fortuna Fato. F. FF. Fabricare Fecerunt. F. FI. et F. FL. Fratris Filius. FF. PP. FF. Fortiſſimi, Piiſſimi, Feliciſſimi. F. F Q. Filiis Filiabusque. F. F S. Filiusfam. F. H. Fecerunt Hoc, Fecit Heres, Femina Honeſta, Filius Heres. F. H C. Familiae Herciſcundae. F. H. F. Fieri Heres Fecit. F. H. IV. Fieri Heres Iuſſit. F. I. Fide Iuſſor, Fieri Inſtituit, Fieri Iuſſit. F. I. A. P. Felix Iulia Auguſta Pia. FIde Bona. FIDes Militum. F. I. D. P. S. Fieri Iuſſit De Pecunia Sua. F. I. L. IN. F. Fieri Iuſſit Locum In Fronte. F. I. S. Fieri Iuſſit Sibi. F. ITEMQVE D. D. Fecit Itemque Dedicauit. F. L. Fecit Locum, Fecit Libens. Fauete Linguis, Feminae Lectiſſimae. FL. Filius, Filia, Flamen, Flaminica, Flaminius, Flauia *tribu*, Flauius. F. L. B. Fecit Liberto Bono. FLCA Falcidia. F. L. F. Fieri Libens (*vel* Lugens) Fecit. F. L. I. N. T. A. L. COM. ORD. PR. Felix Liber Iniunctus Notariis Tribunis A Laterculo Continens Mandata Ordinis Primi. F. L. LIB. LIBERTAB. Q. SVIS OMNIB. Fecit Libens Libertis Libertabusque Suis Omnibus. F. L. L. P. S. Fecit Libentiſſime Pecunia Sua, *vel* Fecit Libertis Libertabus Poſteris Suis. F. L. M. Fecit Libens Merito. FLoralia. F. L. V. A. L. CO. S. T. R. L. IVSS. D. Felix Liber Vindicandus A Laterculo Continens Sacros Titulos Rerum Largitionum Iuſſu Diuino. F. L. V. A. L. E. MAG. MEM. IVSS. D. Felix Liber Venit A Laterculo Edendus Magiſtro Memoriae Iuſſione Diuina. F. L. V. A. LL. P. N. EIVS. IVSS. DD. Felix Liber Venit A Laterculo Primicerii Notariorum Eius Iuſſu Dominorum. F. L. V. A. L. MAG. EP. IVSS. DD. Felix Liber Vindicandus A Laterculo Magiſtri Epiſtolarum Iuſſu Dominorum. F. L. V. A. L. P. N. E. N. IVSS. AVG. Felix Liber Veniens A Laterculo Principis Noſtri Eius Numinis Iuſſu Auguſtali. F. M. Fati Munus, Fecit Monumentum (*vel* Memoriam, Moerens, Merenti) Fieri Mandauit, Filius Matri, Flamen Martialis. F. MART. CAR. MONET. Feriae Martis Carnae Monetae. F. MAXSV. Fabius Maximus. F. M. D. D. D. Fecit Monumentum Datum Decreto Decurionum. F. M. I. Fati Munus Impleuit, Fieri Monumentum Iuſſit. F. M. S. Fecit Monumentum Sibi. F. N. Fecit Nobis, Fides Noſtra. F. N. C. Fidei Noſtrae Commiſit, Fieri Nobis Curauit. F. O. Filio (*vel* Fratri) Optimo, Filiae Optimae. FONTinalia. FORum, Fortuna, Fortis. FORtunae REduci Ex Senatus Conſulto. F. P. Faſtus Primo, Fecit Publice, Fecit Patri, Filio Pater, (Poſuit) Fas Praetori, Feriae Publicae. Filius Patri, Forma Publica. F. P. C. Filius Ponendum Curauit. F. P. D. Filius Patri Dedit. F. P. D. D. L. M. Fecit Publice Decreto Decurionum Locum Monumenti. F. P. H. C. Filius Patri Hoc Curauit. F. P. I. Filius Poni Iuſſit. F. P. P. Filius Patri Poſuit. F. Q. Flamen Quirinalis. FR. Forum, Frater, Fronte, Frumentarius. F. R. Fecit Requietorium, Finibus Regundis. FRumenti Dandi. F. R. P. C. Filius Requietorium Ponendum Curauit. FS. Familias, Fratres, Filiis. F. S. Fecit Sibi *vel* Suis, Forum Sempronii. F. S. E. Fieri Sibi Elegit. F. S. ET. L. M. Fecit Sibi Et Libertis Monumentum. F. S. ET. S. Fecit Sibi Et Suis. F. T. Fecit Titulum, *vel* Tumulum. F. T. C. Fieri Teſtamento (Titulum) Curauit. F. V. Fecit Viuens. F. V. C. Fieri Viuens Curauit, Fraudiſue Cauſa. Fidei Veſtrae Commiſſum. F. V. F. Fieri Viuens Fecit. F. V. S. Fecit Voto Suſcepto. F. V. S. L. M. Fecit Voto Soluto (Suſcepto) Libens Merito. Fecit Viuens Sibi Locum Monumenti. ¶ 5 *Peculiariter annotari meretur* Geminum FF. *vel* ff. *ICtorum, quod Pandectas ſ. Digeſta notat; ſed unde, variant Eruditi. Siue quod* Iuſtinianus *fieri fecit ut hariolatur Scoppa Coll. 1, 9. ſiue ortum ſit ex errore pro* pp, *ſeu* PP, *ob ſimilitudinem, qua nota* Pandectae *olim ſignificabantur: ſiue, quod minime ineptum putamus, corruptum eſt ex Graecorum litera π, ſimili imperitia, qua olim ex* יהוה *πιπι illud Graecorum quorundam ortum eſt. Vid. Barth. Aduerſ. 2, 17. Argol. in Panuin. de Lud. Circenſ. 1, 17. ſiue ex cauſa alia. Caeterum vid. Baud. Cent. Epiſt. 1, 97. Voſſ. de Idol. 4, 96. Forcatul. in Necyomant. p. 28. Cuiac. Obſeru. 12, 40. Alciat. Diſpunct. 2, 11. Coraſ. Miſcell. 5, 15 n. 6. Hotoman. in Memor. Pandect. 4 p. 7. Diſney. praefat. ad Delectum* LL. ¶ 6 F *inuerſum* (Ⅎ) *inuenit Claudius, quo exprimeretur Digamma Aeolicum. Vid. Lipſ. ad illud* Tacit. 11, 14 Claudius tres literas adiecit, quae vſui imperitante eo, poſt obliteratae, aſpiciuntur etiam nunc in aere publicandis plebiſcitis per fora ac templa fixo. *Inter alia adfert ex lapidibus Claudianis* TERMINAℲIT, AMPLIAℲIT, *et* DIℲI AVGVSTI. *Add. Spanhem. de Numiſm. Diſſ. 2 p. 107 ſq. it. 123. Dausquei. Orthogr. tr. 2 ſect. 1. Seguin. Epiſt. ſubiuncta Numiſm. Select.*

FĂBA, ae. f. [κύαμος] *Legumen nobiliſſimum, ſed neſcio an ſatis hodie notum. Certe* Fabam *veterum non eſſe eam, quae vulgo hodie dicitur, ſed fructus rotundi, et* Bonis *omnibus noſtris minoris, oſtendit Dodonaeus 4, 2, 1 p. 514. Harduin. ad* Plin. 18, 12 ſ. 30 *Quae faba veterum fuerit, haud ita procliue eſt ſtatuere.* Habam *dictam a veteribus modo obſeruatum in litera* F. n. 1. Iſid. Orig. 17 Fabam quaſi Phagam *dictam ait, a* φάγειν, veſcendo. Primum enim homines hoc legumine vſi ſunt. Plin. 18, 12 Sequitur natura leguminum, inter quae maximus honos fabae, quippe ex qua tentatus ſit etiam panis. Lomentum appellatur farina eius. — Frumento etiam miſcetur apud plerasque gentes. — Praeualens pulmentari cibo, et hebetare ſenſus exiſtimata, inſomnia quoque facere. Ob haec Pythagorica ſententia damnata: vt alii credidere, quoniam mortuorum animae ſint in ea. Qua de cauſa parentando vtique aſſumitur. Varro et ob haec Flaminem ea non veſci tradit, et quoniam in flore eius literae lugubres reperiantur. In eadem peculiaris religio *etc. ſunt enim pluſcula. Vid.* REFRINA. Varro *ap.* Non. 2, 513. Feſtus, Fabam nec tangere nec nominare Diali flamini licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam et lemuralibus iacitur laruis, et parentalibus adhibetur ſacrificiis, et in flore eius luctus literae apparere videntur. *Conf.* Ouid. Faſt. 2, 576. 5, 436. *it.* 6, 170 *et ſuperſtitionum affatim vel ipſe vel interpretes dabunt. Ad modulum Syllabae prioris retinendum, meminerimus* Ouid. Faſt. 5, 267 Flore ſemel laeſo, pereunt viciaeque fabaeque. ¶ 2 Ter. Eun. 2, 3, 89 At enim iſthaec in me cudetur faba, *i. in me expetet, quidquid hic mali fiet.* Donati *explicationem dedimus in* CVDO: *quam iuuat* Turn. 30, 1. *vbi* Plin. 18, 27 *extr. ex vetuſtiſſimo libro profert*, Faba metitur, deinde cuditur, *pro vulgato* concutitur. *Idem dederat Pintianus. Sed retinet* concutitur *Hard. Neſcio quanti pretii ſit Scholion Perſii, quod ex veteri MS. laudat Biſciola 5, 22* Scutica erat quaedam corrigia habens in ſummitate nodos quosdam in modum fabae, ſimiles fere caeſtuum: de qua Terentius, Haec faba cudetur in me. Et erat poena ſeruorum. Plaut. Aul. 5, 1, 11 Quid reperiſti? STRO. (*qui ollam auri furatus fuerat*) Non quod pueri clamitant in faba ſe reperiſſe, *i. vermiculam* nudam, *rem nihili.* ¶ 3 *Genera, Nomina, Epitheta:* Aegyptia faba *ſic deſcribitur* Plin. 18, 12 Spinoſo caule: qua de cauſa crocodili oculis timentes refugiunt. Longitudo ſcapo quatuor cubitorum eſt, ampliſſima craſſitudo; nec genicula habet molli calamo: ſimile caput papaueri, colore roſeo. In eo fabae non ſupra tricenas, folia ampla, fructus ipſe amarus, et odore: ſed radix perquam lauta incolarum cibis, cruda, et omnino decocta. *Conf.* 21, 15. *de* Colocaſia. *v. v.* Cognata Pythagorae Hor. Sat. 2, 6, 63. Sammon. v. 741. *Add.* Gell. 4, 11. Cic. Diuin. 1, 62. *et* 2, 119. Plin. 16, 30 Faba Graeca, quam Romae a ſuauitate fructus ſilueſtris quidem, ſed ceraſorum paene natura, loton appellant. *Add.* 24, 2. Marſica Colum. 2, 9. Molita cum ſuis valuulis Scribon. 158. Martial. 5, 79 Et pallens faba cum rubente lardo. Porcina, *vid.* HYOSCYAMVS. Refcrina, *vid.* REFRINA. Solida, *vid.* FRESSA, Trimeſtris Colum. 2, 10. Durae Culmen inane fabae *inter ſuffimenta* Ouid. Faſt. 4, 734. Corium fabae Veg. Mulom. 2, 57, 2. Liquor coctae Colum. 7, 12, 10. ¶ 4 *Paſſim* Faba *menſurae ſ. modi nomen eſt, vt noſtris granum hordei. v. g.* Veget. Mulom. 3, 12, 3. *Saepiſſime ita* Scribonius, *vt* Magnitudinem Aegyptiae fabae aequent. 110. Magnitudinem fabae dare 74. Magnitudine fabae ſolidae 13. — fabae Aegyptiae 95. 170. Magnitudinis fabae 75. 89. 138. 139. Magnitudinis fabae noſtratis 170. Quantum faba Aegyptia 125. Quantum fabae Aegyptiae 144.

FABV̆LA, ae. f. Dimin. [κυάμιον] Plaut. Stich. 5, 4, 8 Pro opibus noſtris fatis commodule, nucibus, fabulis, ficulis *etc.*

FABVLVM, i. n. [κύαμος] *pro Faba, apud* Gell. 4, 11 Opinio vetus falſa occupauit et conualuit, Pythagoram Philoſophum non eſitauiſſe ex animalibus. Item abſtinuiſſe fabulo, quem κύαμον Graeci appellant. *Paullo poſt* Fabam *appellat.*

FABAGO *perperam adducitur ex* Cat. R. R. c. 54. *Sed*

FABAGĬNVS, a, um. Adi. [κυάμινος] Fabaginum acus Cato c. 54.

FABARIVS, a, um. Adi. [κυάμειος] *Quod ad fabam pertinet.* Cato c. 12 Pilum fabarium vnum. Fabariae Calendae, Iuniae dicebantur, quia hoc menſe adultae fabae diuinis rebus adhibebantur Macrobius Saturn. 1, 1. Inſulae Fabariae Plin. 4, 13. *Et* 18, 12 Naſcitur (*faba*) et ſua ſponte plerisque in locis, ſicut Septentrionalis Oceani inſulis, quas ob id noſtri Fabarias appellant. ¶ 2 Fabarii, Cantores Iſid. in Gl. Id. de Eccleſ. Off. 2, 13 Antiqui pridie quam cantandum erat, cibis abſtinebant. Pſallentes tamen legumine cauſa vocis aſſidue vtebantur: vnde et cantores apud gentiles Fabarii dicti ſunt.

FABĀLIS, e. Adi. *Stipula fabalis, ſiue grandis ille culmus, de quo pendent ſiliquae fabaceae* Plin. 18, 12. *Add.* Ouid. Faſt. 4, 723 Certe ego de vitulo cinerem, ſtipulamque fabalem Saepe tuli plena februa toſta manu. Fabalium ſiliquarum cinis ad coxendices prodeſt Plin. 18, 12. ¶ 2 *Videtur etiam eſſe Subſtant.* Fabale. *Certe* Cato R. R. 37, 2 Fabalia *ſimpliciter ſunt ſtramenta de fabis. Sic* Varr. 1, 23, 3 Itaque lupinum cum necdum ſiliculam cepit, et nonnunquam fabalia, ſi ad ſiliquas non ita peruenit, vt fabam legere expediat — pro ſtercore inarare ſolent. Colum. 2, 10, 9 Trimeſtris faba — exiguas paleas, nec multam ſiliquam facit. — itaque ruſticos dicentes audio, malle ſe matura fabalia, quam fructum trimeſtrem. *Add.* Plin. 18, 12 *et* 22. Pythagoras ne per fabalia quidem transeundum diſcipulis tradidit Tertull. de Anima c. 31.

FABACIA, ae. f. *Genus pulmentaris cibi e fabis confecti, puls* fabacea: *videturque eſſe Adiectiuum illud ipſum, de quo ſtatim.* Plin. 18, 12 Quin et priſco ritu fabacia ſuae religionis diis in ſacro eſt. Fabaciae virides Apic. 5, 6. *i. caules fruticesque fabarum, et cymae, ſi recte interpretantur Humelb. et Liſterus. Nempe, vti dictum,*

FABACEVS, *vel* FABACIVS *Adiectiuum eſt, vt* hordeaceus *e. i. g. a.* Qui calamos fabaceae meſſis eduxit Pallad. Nou. t. 1. Fabaceus mucus Veg. Mulom. 2, 36, 2. Macrob. Saturn. 1, 12 Puls fabacea.

FABATVS, a, um. Adi. *quod eſt ex fabis,* vt puls fabata Feſt. in REFRINA. *v. v. Etiam* Plin. 18, 12 *vnde* Fabaciam *modo attulimus, teſte Harduino,* Fabata, *in quibusdam MSS. eſt. Recentior Graecia* τὰ φάβατα fabas, τὸ φάβα fabam, φάβατον *autem pultem ex faba appellare ſolet.* Vet. Gloſſ. Fabatum φάβατος κόκκος. *Hinc*

FABATARIA, *Vaſa, in quibus puls* fabacea *ponebatur, et laribus offerebatur.* Lamprid. Heliogab. c. 20 Barbas mullorum tantas

tantas iubebat exhiberi, vt pro naſturtiis apiaſtris et facclaribus, et foeno graeco, exhiberet plenis fabatariis et diſcis. *Vid. Salmaſ. p. 838 Hack.*

FABETVM, i. n. *Locus fabis conſitus.*

FABILLA, ae. f. *Salmaſ. ad* Lamprid. Heliog. 20 p. 838 *Hack. reſtituendum cenſet veteri* Epigrammati *pro vulg.* Facella: *et intelligit* Fabam Graecam, *i. Loton arborem. Vid.* GILLO *it.* FACELLA.

FABĂRIS, is. m. [φάϐαρις] (*inquit* Seruius) Italiae fluuius, qui per Sabinos tranſit. Virg. Aen. 7, 715 Qui Tiberim Fabarimque bibunt, *etc.* Fabaris, *eodem* Seruio *auctore*, etiam Farfarus dicitur. Ouid. Met. 14, 330 — et amoenae Farfarus vmbrae.

FABELLA, *vid.* FABVLA.

FABER, bri. m. [τέκτων] *Eſt omnis artifex, qui labore corporis aliquod opus ex materia habili efficit. Excipi tamen video gypſum, argillam, ceram, et ſimilia. Nam hi plaſtae dicuntur. Ita* pictorem *non puto* Fabrum *dici.* Plaut. Moſt. 4, 2, 11 Taceſis faber, qui cudere ſoles plumbeos numos. Hor. Epiſt. 2, 1, 96 Marmoris aut eboris fabros, aut aeris amauit. Quinctil. 7, 10, 9 Non faber vaſculum aliquod, quale nunquam viderat, facit? Aerarius Plin. 34, 1. Aurarius, *vid.* AVRVM. Ferrarius Plaut. Rud. 2, 6, 47. Tignarius Cic. de Clar. Orat. 257 c. 73. Id. Fam. 9, 2 Si quis adhibere volet non modo vt architectos, verum etiam vt fabros ad aedificandam Remp. Id. ibid. 9, 15. Res docuit, quod in carminibus Appius ait, Fabrum eſſe ſuae quemque fortunae Salluſt. de Rep. Ord. 1, 1. Fabrûm *in Genitiuo plurali rectius dicitur, quam* Fabrorum. Cic. in Orat. 156 Fabrûm et procûm audeo dicere, non fabrorum et procorum. Praefecti fabrûm Id. Att. 9, 8. Tibul. 1, 3, 48 Non acies, non ira fuit, non bella, nec enſes Immiti ſaevus duxerat arte faber. ¶ 2 Piſcis eſt, alio nomine Zeus appellatus, quem Gadibus principatum obtinere *auctor eſt* Plin. 9, 18. *Vid.* Colum. 8, 16, 9. *Add.* Ouid. Hal. v. 110.

FABER, bra, um. Adi. Ouid. Met. 8, 159 Daedalus ingenio fabrae celeberrimus artis. Id. Faſt. 3, 383 Mamurius morum fabraene exactior artis Difficile eſt — dicere. Apul. Apol. p. 282, 36 Tantum praeſtat artibus, imaginis ad ſimilitudinem referundum, laeuitas illa ſpeculi fabra, et ſplendor opifex. *Comparat imagines a ſpeculo effectas cum pictura:* Laeuitas ſpeculi *eſt* fabra imaginum. *Superl.* Faberrimo ſignaculo Apul. Florid. 2 p. 346, 20.

FABRE. Adu. [τεχνικῶς] *Artificioſe.* Plaut. Poen. 3, 1, 74 Baſilice exornatus incedit, et fabre ad fallaciam. Id. Men. 1, 2, 23 Hoc lepidum eſt, hoc factum eſt fabre. *Sed magis vtuntur alio Aduerbio*, Affabre. *Superl. vtitur* Apul. *tum alias, tum* Met. 1 p. 116, 18. Vuae faberrime politae Ammian. *quoque* 28, 18.

FABREFĂCIO, ēci, ĕre. [τεχνιτεύω] *Artificioſe aliquid componere vel aedificare.* Plaut. Caſ. 5, 1, 8 Nec fallaciam aſtutiorem vllus fecit Poëta, atque vt haec eſt fabrefacta a nobis. Aur. Vict. de Viris Illuſtr. c. 38 Claſſem magis validam quam decoram fabrefecit. Liu. 34, 52 Fabrefacta vaſa ex aere. *Legitur, et diſiunctim*, Fabre facta. Ex diuerſis materiis fabrefacta Ammian. 29, 1.

FABREFIO, eri. Exod. 31, 4.

FABRIFICATIO, ōnis. f. Tertull. Apologet. c. 12.

FABRĬCO, āre. [τεκταίνομαι, κατασκευάζω, χαλκεύω] Ouid. Met. 13, 683 Craterem Aeneae, quem quondam miſerat illi: Miſerat hunc illi Therſes, fabricauerat Alcon. Animum fabricare et formare Philoſophia dicitur Sen. Epiſt. 16. Manil. 772 Aethereusque Platon, et qui fabricauerat illum, Damnatusque ſuas melius damnauit Athenas, *Periphraſis Socratis.* Craterem Ouid. Met. 13, 683. Gladium fabricatus eſt Quinctil. 3, 2, 6. figuram *dicit; ergo* fabricare *illo tempore conſuetius.* Moras Sil. 16, . . Nauem Martian. in l. Quod quis D. de priuileg. creditor. Signa Cic. Off. 1, 147 c. 41. Verba Id. Acad. 4, 17 c. 6. Quinctil. 10, 7, 2. Illico prandium fabricatur opipare Apul. Met. 7. *Paſſiue:* Quinct. 2, 16 *pr.* Non fabricetur militi gladius.

FABRĬCOR, āri. Dep. [κατασκευάζομαι] *Idem.* Cic. de Orat. 3, 180 Capitolii faſtigium illud et caeterarum aedium non venuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt. Fabricari ex integro Quinctil. 10, 3, 18. Cic. pro Rab. Poſt. 7 c. 3 Quod ſi creditor in culpa ſit, non qui eſt improbe credita pecunia vſus; damnetur is, qui fabricatus gladium eſt et vendidit, non is, qui illo gladio ciuem aliquem interemit. Tacit. Ann. 14, 29 Nauesque fabricatur plano alueo aduerſus breue litus, et incertum. Ratem Tacit. Ann. 15, 37, 2. Curt. . . Multa interea fabricatus ingenio, quomodo auertere inde hoſtem poſſet. *Freinshemii Index non habet.* Cic. Acad. 4, 86 c. 27 Iam illa praeclara, quanto artificio eſſet ſenſus noſtros mentemque et totam conſtructionem hominis fabricata natura — Etiamne hoc affirmare potes, Luculle, eſſe aliquam vim cum prudentia et conſilio, ſcilicet, quae finxerit, vel (vt tuo verbo vtar) quae fabricata ſit hominem? qualis iſta fabrica eſt? vbi abhibita? quando? cur? quomodo? Quae terra gignit, talia ſunt, vt ea ipſa dii immortales ad vſum hominum fabricati paene videantur Cic. de N. D. 1, 4. Quanto quaſi artificio natura fabricata eſt primum animal omne, deinde hominem maxime Id. Acad. 4, 30.

FABRICĀTVS, a, um. Partic. Paſſ. [κατεσκευασμένος] Cic. de Vniuerſ. 15 Et globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὲς Graeci vocant. *de mundo.* Arma Claud. in pr. Conſ. Stil. 105. Claſſis Vellei. 2, 79, 2. Cuniculi Id. 2, 27, 4. Machina Virg. Aen. 2, 46. Pocula fabricata fago Ouid. Met. 8, 669.

FABRICĀTVS, ûs. m. *Apud* Sidon. Epiſt. 3, 13.

FABRICATOR, ōris. m. [κατασκευαστὴς, κτίστης, τεκτονουργὸς] Cic. Acad. 4, 120 c. 38 Cuius quidem (*Dei*) vos, *o Stoici*, maieſtatem deducitis vſque ad apium formicarumque perfectionem; vt etiam inter Deos Myrmecides aliquis, minimorum opuſculorum fabricator, fuiſſe videatur. Doli Virg. Aen. 2, 264. Leti fabricator morbus Lucret. 3, 473. Quinctil. 2, 16 Et hercle deus ille princeps, parens rerum, fabricatorque mundi, nullo magis ſeparauit hominem a caeteris, quae quidem mortalia eſſent, animalibus, quam dicendi facultate. Fabricator imitatus exemplar Cic. de Vniuerſ. 3.

FABRICATRIX, īcis. f. *Apud* Lactant. *ſaepiuſcule vt* 6, 22: 7, 12. *etc.*

FABRICATIO, ōnis. f. [κτίσις] Cic. de N. D. 2, 133 c. 53 Hominis fabricatio perſpecta. Id. de Orat. 3, 167 c. 42 Ne illa quidem traductio atque immutatio in verbo quandam fabricationem habet, ſed in oratione, *Africa terribili tremit horrida terra tumultu.* Pro Afris ſumta eſt Africa: *i. in verbo ſolitario nihil ineſt mutationis.*

FABRICATVRA, ae. f. *Opus fabrile.* ICt. in Cod.

FABRICABILIS, e. Adi. Ἐργάσιμος Gloſſ. Gr. Lat.

FABRICARIVS, a, um. Adi. Ξύλα ἐργάσιμα, ligna fabricaria Gloſſ.

FABRĬCA, ae. f. [τεκτονικὴ] *Proprie Fabri lignarii officina, veruntamen et de aliorum fabrûm officinis dicitur.* Lucret. 4, 516

Denique vt in fabrica, ſi praua eſt regula prima,
Normaque ſi fallax rectis regionibus exit:
Omnia mendoſe fieri atque obſtipa neceſſum eſt *etc.*

Fabrica ferrea Plin. 7, 56. *Eſt etiam Ars, et vt ita dicam, Fabricatio alicuius rei, et machinatio, vid.* Vitruu. 1, 1. Armorum Veget. 2, 11. Fabrica carpentaria Plin. 16, 8. Ferrea Id. 7, 56. Materiaria Id. 7, 56. Plaut. Poen. 5, 2, 139 Nunc hoc conſilium capio, et hanc fabricam apparo, vt te allegemus, qui filias dicas tuas. Admouere Id. Ciſt. 2, 2, 5. Docere fabricam l. 26 §. vlt. D. mandati. Ter. Heaut. 3, 2, 34 Nonne ad ſenem aliquam fabricam fingit? Cic. de N. D. 2, 36 c. 13 Pictura et fabrica, caeteraeque artes habent quendam abſoluti operis effectum. *Conf.* Quinctil. 8, 3. Aeris et ferri fabrica Cic. de N. D. 2, 159 c. 60. Id. de Diuin. 1, 116 Materiaue quid iuuaret, niſi confectionis eius fabricam haberemus? Praeeſſe fabricae alicuius Id. de N. D. 3, 55. *Pro Compactione et coagmentatione:* Cic. Off. 1, 127 Hanc naturae tam diligentem fabricam imitata eſt hominum verecundia. Admirabilis fabrica membrorum animantium Id. de N. D. 2, 121 c. 47. Explicetur incredibilis fabrica naturae Id. ibid. 2, 138. ¶ 2 *Dicitur et de opere ipſo fabricato.* Fabricae deuoratae ſunt cum habitatoribus Treb. Pollio in Gallieno c. 5. *Simpliciter ita appellantur aedificia* Pallad. 1, 7, 4. *et* 1, 9, 2. *it. Homo, tanquam Dei opus* Prudent. Hymn. de Natali Dom. v. 45. *Conf. mox* FABRICENSES.

FABRĬCVS, a, um. Adi. [τεκτονικὸς] Paullus in l. Si mancipia D. De inſtructo vel inſtrumento leg. Seruum vero arte fabrica peritum, *etc.*

FABRICENSES, ium. m. *Qui in fabricis ſacris, i. imperialibus armorum opus faciunt.* Fabricenſium certum corpus eſſe et militiam quandam *etc.* Nouell. 85. *Conf.* Valeſ. ad Ammian. l. 31 p. 629, *praeſertim vero* Titulus *vtriusque* Codicis (Theod. 10, 22. Iuſt. 11, 9) de Fabricenſibus, *ad quem Iacobus Gothofredus in Paratitlo pariter et commentariis, tum de* Fabricis *ipſis armorum, tum de* fabricantibus arma, *i.* fabricenſibus *dedit, puto, quae ſciuntur omnia. Fuerunt in illis etiam* Barbaricarii *de quibus ſ. l. Memorabilia praeſertim verba* Iuſtiniani Nouella 85 Συνείδομεν τὸ τῆς ὁπλοποιΐας ἔργον μηδένα μὲν ἰδιώτην ἐργάζεσθαι· μόνους δὲ ἐκείνους τὰ ὅπλα κατασκευάζειν τοὺς ἐν ταῖς δημοσίαις καταλεγομένους ὁπλοποιΐαις, ἢ ταῖς λεγομέναις φάβρικαι, *vetat priuatam negotiationem eſſe officinas armorum, ſed ſolos arma fabricari, in publicas illas officinas allecti qui ſint.*

FABRĪLIS, e. Adi. [τεκτονικὸς, χαλκευτικὸς, χαλκότυπος] *Quod eſt fabri, ſiue ad fabrum pertinet: vt,* Opus fabrile. Hor. Epiſt. 1, 1, 117 Tractant fabrilia fabri. *Sic*, Fabrile miniſterium Plin. 16, 43. Dextra Ouid. Met. 4, 175. Erratum Cic. Att. 6, 2. Flamma Claud. Conſ. Stil. 2, 176. Glutinum Plin. 28, 11. Manus Martial. 11, 78. Officina Trebell. Poll. trig. Tyr. c. 8. Scalprum Liu. 27, 49. Plin. 32, 9 Aut ſquatinae piſcis cutis combuſta. Haec eſt qua diximus lignum poliri, quia et e mari fabriles vſus exeunt.

FABRILĬTER. Adu. Prudent. Apoth. 519.

FABRIO, *pro* FABRICARE. *Apud* Venant. Fortun. 2, 9, 23.

FABIA *gens inter nobiliſſimas Romae, cuius non hiſtoriam, ſed quaedam modo ex eo genere ponemus, quae ad ipſius linguae rationes propter Paronomaſias et alludendi frequentiam pertinent. Igitur primo* Fabiorum *nomen alii aliunde deducunt. Plutarch. in vita* Fabii Max. *Quidam, inquit, Herculem apud fluuium Tiberim cum muliere eius loci incola congreſſum habuiſſe aſſerunt, et* Fabium *virum optimum, a quo* Fabiorum *familia Romae initium habuit, genuiſſe. Quidam autem priſcos huius generis viros, quod primum venandi per foſſas morem induxerint, a fo*diendo Fodios *olim appellatos memoriae tradiderunt: deinde mutatis literis, lapſa loquendi conſuetudo* Fabiis *cognomen fecit.* Plin. 18, 3 Cognomina etiam prima inde: Pilumni, qui pilum piſtrinis inuenerat: Piſonis, a piſendo: Iam Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, vt quisque aliquod optime genus ſereret. *Innuit* Plinius *a* Fabis *nomen eſſe* Fabiis *impoſitum.* Sex. Pompeius 6 Fouii, qui nunc Fabii dicuntur, dicti, quod princeps gentis eius ex ea natus ſit, cum qua Hercules in fouea concubuit. Alii putant eum primum oſtendiſſe quemadmodum vrſi et lupi foueis caperentur. *Haec ille. Sunt qui ſcribant* Fabium, *a quo* Fabiorum *familia propagata eſt, ex Herculis cum Vinduna, Euandri filia, concubitu procreatum. Vid.* Sil. 6, 633. *Hinc ait idem* 2, 3 — Fabius Tirynthia proles. *Ad quod reſpicit* Ouid. ex Pont. 3, 3, 99 Conueniens animo genus eſt tibi: nobile namque Pectus, et Herculeae ſimplicitatis habes. *Non enim animo duplici fuit Hercules, ſed ingenuo et candido.* ¶ 2 Fabii, *Remi ſuere ſocii, ſicut* Quintilii *Romuli, qui dum ſacrificarent Fauno caeſa capella, et a paſtoribus nuntiatum eſſet, pecora parte diuerſa abacta, in hoſtes exiuerunt, et prior Remus recepta praeda cum Fabiis rediens, exta et viſcera capellae immolatae abſumſit, et oſſa tantummodo Romulo ſeruauit. Quare commotus Romulus indoluit, quod Quintilii ſui neglecti fuiſſent, et tantum Fabiis licuiſſet: a qua, aiunt, licentia,* Licentes Fabii *poſthac appellati ſuere, et in Lupercalibus principes habiti.* Propert. 4, 1, 26 Verbera pellitus ſetoſa mouebat arator Vnde licens Fabius ſacra Lupercus habet. *Quae narrauimus ſumta ſunt ex* Ouid. Faſt. 2, 365 ſqq. *vnde illud tantum ponimus*, Riſit, et indoluit Fabios potuiſſe, Remumque Vincere, Quintilios non potuiſſe ſuos. *Hinc* Luperci Fabiani *de quibus ſtatim.* ¶ 3 Tercenti ſex de vna (Fabiorum) familia fuerunt, qui coniurati, cum ſeruis et clientibus ſuis, contra Veientes dimicarunt, et inſidiis apud Cremeram fluuium interemti ſunt. Ex his vnus tantum ſuperfuit Fabius Maximus, qui propter teneram adhuc pueritiam in ciuitate remanſerat, a quo per temporis ſucceſſionem longioris Fabius ille Maximus creatus eſt, qui poſtea, cum Annibalis impetum ferre non poſſet, mora eum eluſit, et ad Campaniam traxit, vbi deliciis eius virtus obtorpuit. De quo ait Ennius, Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem. *Haec* Seruius *ad illud* Virg. Aen. 6, 846 Quo feſſum rapitis Fabii? tu Maximus ille es Vnus, qui nobis cunctando reſtituis rem. *Hae ſunt* Victrices morae Fabii Propert 3, 3, 9. *Caeterum de illo bello, et clade Fabiorum ad Cremeram, vid.* Liu. 2, 48 ſqq. Ouid. Faſt. 2, 235 Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes, Ad bellum miſſos abſtulit vna dies. *Perizon. Animadu. p. 194 in quo libro tum per hanc occaſionem tum alias multa de Fabiorum rebus erudite diſputantur.* ¶ 4 *Huius gentis*

tis diuerſae familiae fuere, *vt* Ambuſti, Maximi, Vibulani, Buteones, Dorſones, Pictores. Plin. 7, 41 Vna (*familia*) Fabiorum, in qua tres continui principes Senatus, M. Fabius Ambuſtus, Fabius Rullianus filius, Q. Fabius Gurges Nepos. Fabius Pictor, homo nobiliſſimus, iuris et literarum antiquitatis bene peritus Cic. in Brut. 81. *De alio* Quinctil. 1, 6. Fabius Dorſenus, *ſ.* Doſſenus *Poëta comicus, cuius teſtimonium citat* Plin. 14, 13. *de vinis antiquorum verba faciens.* Fabius Perſicus, *quem impuriſſimum et obſceniſſimum omnium mortalium deſcribit* Seneca, *et perpetuis inurit ſtigmatis: vt de* Benef. 2, 21. *Is plane eſt, quem* Iuuenalis *perſtrinxit, quum ſcripſit* Sat. 8, 13 Cur Allobrogicis et magna gaudeat ara, Natus in Herculeo Fabius lare, *etc.* Horat. Sat. 1, 1, 14 Caetera de genere hoc, adeo ſunt multa, loquacem Delaſſare valent Fabium. *Vid.* Vet. Schol. *Alios non perſequimur, ne ſummum quidem virum* Fabium Quinctilianum *hic memoramus. Caeterum* Tribus Fabia Sueton. Aug. c. 40. Fornix Fabius Cic. pro Planc. 17. *Vid.* de Orat. 2, 267.

FABIANVS, a, um. Adi. *Vt*, Arcus Fabianus, *qui conſtructus eſt iuxta regiam in Sacra via.* Fabiana formula *a Fabio dicta, ad eorum reuerentiam pertinens, quae in fraudem patroni alienata ſunt.* Fornix Fabianus Cic. Verr. Act. 1, 19. Luperci Fabiani *ap.* Feſt. *Vid.* FABIA gens n. 2. Milites Fabiani Nep. 11, 2, 4.

FABIANVS Papirius, *Auctoris nomen apud* Plin. quem naturae rerum peritiſſimum *idem quoque affirmat* 36, 15. *Huius quoque meminit* Seneca in Epiſt. 40 *et* 100. Pagus in Sulmonenſi Italiae agro, vbi rigari vina aſperiora vtique cupiunt, et arua rigantur: Herbae aqua illa necantur, fruges aluntur, et riguus pro ſarculo eſt. *Haec et plura* Plin. 17, 26.

FABIENSES, ium. m. *Italiae populi, quorum meminit* Plin. 3, 5.

FABRĀTĔRIA, ae. f. *Oppidum Campaniae, iuxta quod Trerus amnis fluit.* Sil. 8, 397. Cic. Fam. 9, 24. Iuuen. Sat. 3, 224.

FABRATERNI noui, *et* Fabraterni veteres, *Populi inde cognominati* Plin. 3, 5.

FABRE, FABRICA, FABRICATIO, *vid.* FABER.

FABRICIA, [φαβρίκια] *gens Romana, quam nobilitauit praeſertim* C. Fabricius *Conſul, qui contra Samnites et Pyrrhum regem bella geſſit, qui munera hoſtium ſpreuit, et regis medicum, ſibi pollicentem necem domini ſui, ligatum remiſit ad regem. Vid.* Cic. Off. 3, 86 c. 2. Val. Max. 6, 5, 1. Aur. Vict. de V. Ill. 35 *qui vocem de illo Pyrrhi refert*, Ille eſt Fabricius, qui difficilius ab honeſtate, quam Sol a ſuo curſu auerti poſſet. ¶ 2 *Ab huius gentis aliquo dictus videtur* Paruo potens Fabricius Virg. Aen. 6, 845. Pauperis Fabricii animoſa vmbra Claud. in Eutrop. 1, 452. Id. Conſ. Honor. 4, 413 Pauper erat Curius, reges cum vinceret armis, Pauper Fabricius, Pyrrhi cum ſperneret aurum. Pons Fabricius: Hor. Serm. 2, 3, 36

— tempore quo me
Solatus iuſſit ſapientem paſcere barbam,
Atque a Fabricio non triſtem ponte reuerti.

FABRICO, FABRILE, *vid.* FABER.

FABVLA, ae. f. [μῦθος] *Sermo, a fando, multitudinis praeſertim primo et narrationes.* A Fando dictam *ait etiam* Varro de L. L. 5, 7 p. 55, 1. Iuuenal. 1, 145 It noua nec triſtis per cunctas fabula coenas. Ter. Hec. 4, 3, 14 Iam nos fabula ſumus, Pamphile, ſenex atque anus: *tempora, quibus agere aliquid ſolebamus in vrbe effluxere: nunc nihil noſtri ſupereſt, niſi quod de nobis frigide narrent, et occeptent fabulam, vt ſolent*, Senex atque anus *etc.* Hor. Serm. 1, 1, 70 Quid rides? mutato nomine, de te Fabula narratur. Martial. 1, 91

Quod nunquam maribus iunctam te Baſſa videbam,
Quodque tibi moechum fabula nulla dabat:
Eſſe videbaris fateor Lucretia nobis.

Hieron. Epiſt. 1, 38 Et ne veteres replicando hiſtorias longum faciam et excedam menſuram epiſtolae, breuem tibi fabulam referam, quae accidit infantiae meae temporibus. Tam rudes vos eſſe omnium literarum, omnium vulgi fabularum Apul. Apol. *i. hiſtoriarum et vulgarium narratiuncularum. Ita cum habet* Plaut. Stich. 4, 1, 71 Lupus in ſermone, *habent* Ter. Adel. 4, 1, 21. *et* Cic. Att. 13, 33 Lupus in fabula. ¶ 2 Fabula *interdum verae narrationi opponitur.* Auct. ad Heren. 1, 13 c. 8 Id genus narrationis, quod in negotiorum expoſitione poſitum eſt, tres habet partes, fabulam, hiſtoriam, argumentum. Fabula eſt, quae neque veras neque veriſimiles continet res, vt hae, quae Tragoediis traditae ſunt. Cic. de Inu. 1, 27 c. 19 *eandem finitionem effert, et exemplum addit, ex Tragoedia de Medea ſumtum, vt veri ſimile eſt*, Angues ingentes alites, iuncti iugo. *Add.* Quinctil. 2, 4 *pr.* Liu. prooem. Quae ante conditam condendamue vrbem poëticis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum geſtarum monumentis traduntur. Cic. de N. D. 3, 62 Iam vero quid vos illa delectat explicatio fabularum, et enodatio nominum, exſectum a filio Caelum, vinctum itidem a filio Saturnum? *Improuide ſatis* Hieron. in Epiſt. ad Philem. c. 1 Longum eſt diuerſa iudicum geſta percurrere, et totam Samſon fabulam ad veri Solis (hoc quippe nomen eius ſonat) trahere ſacramentum. *Nempe illud ſtudium allegoriae a Ioſepho, Philone, Origene ortum, fecit vt hiſtorias in μῦθους et* fabulas *conuerterent, et non aliter quam Homericas fabulas antiqui Scholiaſtae, tractarent.* ¶ 3 *Eſt in hoc genere illud genus, quod* Apologus *alio nomine vocatur, cum rebus ratione carentibus ſermo et actio, docendi cauſa tribuitur, quales ſunt in ſacris illa Iothami, tum Heſiodi, in primis vero Aeſopiae, quales habemus Phaedri ſtilo conſcriptas, quarum primam ſtatim de lupo et agno ita finit*, Haec propter illos ſcripta eſt homines fabula, Qui fictis cauſis innocentes opprimunt. Aeſopum *paſſim auctorem laudat, et* Aeſopias *vel* Aeſopicas *antiqua tituli inſcriptio vocat. Vid.* Quinctil. 5, 11, 19. *Voſſ. Inſtit. Orat. 2 p. 313.* ¶ 4 Fabula [δρᾶμα] *colloquium fictum perſonarum in publico fabulantium, et vitae humanae imaginem exhibentium. Sic* Ter. Andr. prol. 3 Populo vt placerent, quas feciſſet fabulas. *Et* 16 Contaminari non decere fabulas. *Et* Eun. prol. 25 Colacem eſſe Naeui et Plauti veterem fabulam *etc. De fabularum id genus apud Romanos generibus et differentiis apponemus locum* Diomedis *licet longiuſculum, cum pauciores Putſchianum volumen habeant, quam qui iſta velint cognoſcere. Ita igitur* Diomedes 3 p. 486 ſq. *Togatae* fabulae dicuntur, quae ſcriptae ſunt ſecundum ritus et habitus hominum togatorum, id eſt, Romanorum. Toga namque Romana eſt, ſicut Graecas fabulas ab habitu aeque *Palliatas* Varro ait nominari. Togatas autem, cum ſit generale nomen, ſpecialiter tamen pro Tabernariis, non modo communis error vſurpat, quia Fauni togatas appellant, ſed et Poëtae, vt Horatius, qui ait, *Vel qui praetextas, vel qui docuere togatas.* Togatarum fabularum ſpecies tot fere ſunt, quot et Palliatarum. Nam prima ſpecies eſt togatarum, quae *Praetextatae* dicuntur, in quibus imperatorum negotia agebantur et publica, et Reges Romani vel duces inducuntur, perſonarum dignitate et argumentorum ſublimitate Tragoediis ſimiles. *Praetextatae* autem dicuntur, quia fere regum et magiſtratuum, qui praetexta vtuntur, in huiusmodi fabulis acta comprehenduntur. Secunda ſpecies togatarum, quae *Tabernariae* dicuntur, humilitate perſonarum et argumentorum ſimilitudine, Comoediis pares, in quibus non magiſtratus regesque, ſed humiles homines et priuatae domus inducuntur; quae, quod olim tabulis tegerentur, communiter Tabernariae vocabantur. Tertia ſpecies eſt fabularum Latinarum, quae a ciuitate Oſcorum Atella, in qua primum coeptae, *Atellanae* dictae ſunt, argumentis dictisque iocularibus, ſimiles ſatyricis fabulis Graecis. Quarta ſpecies eſt *Planipedis*, qui Graece dicitur Mimus. Ideo autem latine *Planipes*, quod actores planis pedibus, id eſt, nudis, proſcenium introirent, non vt Tragici actores cum cothurnis, neque vt Comici cum ſoccis, ſiue quod olim, non in ſuggeſtu ſcenae, ſed in plano orcheſtrae poſitis inſtrumentis mimicis actitabant. Cuius planipedis Atta togatarum ſcriptor ita in Aedilitia fabula meminit: *Datur in' eſtis aurum, exſultat planipes.* Si quas tamen ex ſoccis fabulas fecerant, palliati pronuntiabant. Togata praetextata, a Tragoedia differt, quod in Tragoedia heroës inducuntur. Pacuuius Tragoedias nominibus heroicis ſcripſit Duloreſten, Chryſen, et his ſimilia. Item Accius. In Praetextata autem ſcribitur Brutus, vel Decius, vel Marcellus. Togata tabernaria a Comoedia differt, quod in Comoedia Graeci ritus inducuntur, perſonaeque Graecae, Laches, Soſtrata. In illa vero Latinae. Togatas tabernarias in ſcenam duxerunt praecipue duo, Afranius et G. Quintius. Nam Terentius et Caecilius Comoedias ſcripſerunt. Latina Atellana, a Graeca Satyrica differt, quod in Satyrica fere Satyrorum perſonae inducuntur, aut ſi quae ſunt ridiculae ſimiles Satyris, Autolycus, Burris. In Atellana, Oſcae perſonae, vt Maccus. *Haec* Diomedes *et plura de Graecarum fabularum generibus.* Varro de L. L. 5, 7 p. 55, 1 Ab eodem verbo Fari Fabulae, vt Tragoediae et Comoediae dictae. *Et* c. 8 p. 59, 36 Poëta facit fabulam et non agit: contra actor agit, et non facit, et ſic a Poëta fabula fit et non agitur; ab actore agitur et non fit. *Videtur autem proprie* Fabula *hic notare argumentum et quaſi ſubſtantiam Dramatis, vt* Quinctil. 5, 10, 9 Nam et fabulae ad vſus ſcenarum compoſitae argumenta dicuntur. ¶ 5 *Iam more noſtro Epitheta varia nominis huius proferemus, et quo pertineant, vbi opus eſt, indicabimus.* Ampla fabula Feſtus Rufus in Pleiadibus. Aniles fabulae Quinctil. 1, 8, 19. Commenticia Cic. Off. 3, 39. Conuiuales Tacit. Ann. 5, 6. *i. ſermones.* Apul. Met. 1 p. 111, 19 Nihil hac fabula Fabuloſius, nihil hoc mendacio abſurdius. — Tu autem accedis huic fabulae? Auct. ad Heren. 2, 12 c. 8 Aut aliquam Fictam fabulam in aduerſarios afferemus, quam dicemus in omnibus in ore eſſe — ideo quod quiuis homo poſſit — confictam fabulam diſſipare. Cic. de Inuent. 1, 25 Fabulam, Apologum, irriſionem *coniungit.* Propert. 3, 5, 45 An ficta in miſeras deſcendit fabula gentes. *Adde* Cic. pro Milon. 8. Phaedr. l. 1 prolog. *et* l. 2 epilog. Incredibilis Cic. in Partit. 40. Apul. Met. 1 p. 111, 27 Lepidae fabulae feſtiuitate nos auocauit. Literatae Capitol. Pertin. 12. *Add.* Lamprid. Alex. Seu. 34. Seuer. in Aetna 508 Si firma manet tibi fabula Mendax. *i. ſi fidem habes fabulae poëticae.* Monſtroſa turpisque relatu fabula Claud. in Eutrop. 2, 550. Motoria fabula, *et* Stataria, *vid.* STATARIVS. Notiſſima Ouid. Met. 4, 189. Par ſomnio Sen. Troad. ſ. 5. Auſon. Epiſt. 16, 92 Sueſcat Peritis fabulis Simul iocari et ludere. Perſonata, *vid.* PERSONATVS. Poëticae Quinctil. 5, 11, 17. Puerilis Stat. Achill. 2, 273. Vera Phaedr. 2, 5. Vulgaris Sil. 4, . . Nutricularum Quinctil. 1, 9, 2. Populi confuſa valeto Fabula Propert. 2, 13, 13. Vulgi fabula Stat. Silu. 2, 29. *Conf. Barth. ad* Stat. p. 51. ¶ 6 *Verborum formulae:* Accommodare fabulas, *vid.* ACCOMMODO. Agere Sen. Epiſt. 77 *fin.* Fabulae quae ad ſcenam Componuntur Quinctil. 11, 3, 73. Cic. Philipp. 2, 34 Si meus ſtilus ille fuiſſet, vt dicitur: mihi crede non ſolum vnum actum, ſed totam fabulam Confeciſſem. *Allegoria, de caede Iulii Caeſaris.* Contaminare, *vid.* CONTAMINO. Cic. de Diuin. 2, 113 Num igitur me cogis etiam fabulis Credere, quae delectationis habeant quantum voles, verbis, ſententiis, numeris, cantibus, adiuuentur? Dare, *vid. modo in* Docere. Decantata erat fabula, ſed complere paginam volui Cic. Att. 13, 33. Docere fabulam, *Agere ſc.* Cic. de Clar. Orat. 72 *et* 79. *alibi, ſc.* Tuſc. 1, 3 Liuius fabulam dedit. *i. Populo ſpectandam praebere. Graeci* καθιέναι. *Vid. Caſaub. ad Athen.* . . . *Item* διδάσκειν. In fabulis eſt Suet. Aug. c. 70. Cic. de Petit. Conſ. *fin.* Efficere ne ſis ridiculus et aliorum fabula. Hor. Epod. 11 Heu me per vrbem Fabula quanta fui? *Idem ſimiliter* Epiſt. 1, 13, 8 Paternum Cognomen (*Aſinae*) vertas in riſum et fabula Fias. Parce puer, quaeſo, ne turbis fabula Fiam Tibull. 1, 4, 75. Habere fabulas literatas cum eo, qui docet Capitolin. Pertin. c. 12. Inceptare, Inſerere, *v. hh. vv.* Cic. de Senect. 64 Quibus qui ſplendide vſi ſunt, ii mihi videntur fabulam aetatis Peregiſſe. Ibid. 69 Nec hiſtrioni vt placeat, Peragenda eſt fabula. Serere fabulam argumento Liu. 7, 2. ¶ 7 *Obſeruatt.* Fabulae, [λῆροι] *Verbum in reſponſione poni ſolitum, quum negamus verum eſſe quod quis dicit, veluti per taedium.* Ter. Heaut. 2, 3, 95 Vera cauſa eſt. CL. Fabulae! Idem Andr. 1, 3, 13 Ibi tum hanc eiectam Chryſidis patrem recepiſſe orbam, paruam. fabulae: mihi quidem hercle non fit veriſimile: atque ipſis commentum placet. *Sic* Hem quae haec eſt Fabula Ter. Andr. 4, 5, 8. *Add.* Id. Eun. 4, 4, 22. Fabula *quoque peculiari modo de Manibus dicitur.* Hor. Carm. 1, 4, 16 Iam te premet nox fabulaeque manes. Perſ. 5, 152 Cinis et manes et fabula fies. *Forte huc referas* Ter. Hec. 4, 3, 14 Iam nos fabula ſumus, Pamphile, ſenex atque anus. *Sed vid. n. 1.*

FABELLA, ae. f. Dimin. [μυθίδιον] Parui fabellarum auditione ducuntur Cic. de Fin. 5 c. 15. Idem pro Cael. 64 Verum haec tota fabella veteris et plurimarum fabularum Poëtriae. Bella Apul. Met. 6, . . Breuior Quinct. 5, 11. Cic. de Diu. 2, 80 c. 38 Nihil debet eſſe in philoſophia commenticiis fabellis loci. Agere feſtiue fabellam Cic. Qu. Frat. 2, 1. Id. de Orat. 2, 244 Si quando quid tanquam aliqua fabella narratur. Fabellas Phaedrus 4, 6 *a* Fabulis *diſtinxiſſe videtur, vt illae ſint fictae illae narrationes Aeſopiae, hae autem Tragoediae. Nam cauſam ſuam contra obtrectatorem ſic agit, vt in cothurnis prodire* Aeſopum nouis *iubeat, et initium velut Tragoediae cuiusdam recitare. Tum fingit etiam hic reprehendi errorem hiſtoricum, tandemque ſubiungit,*

Quid

Quid ergo poſſum facere tibi lector Cato, Si nec fabellae te iuuant, nec fabulae? *Sed hoc ne ipſe quidem perpetuo ſeruauit, vt modo in Voc.* FABVIA *vidimus.* Apuleius *quidem longam ſatis de Pſyches et Cupidinis amoribus narrationem ita finit* Met. 6 p. 183, 25 Aſtans ego non procul dolebam, quod pugillares et ſtilum non habebam, qui tam bellam fabellam praenotarem.

FABELLATIO, ōnis. f. Μυθολογία Gloſſ. Lat. Gr.

FABELLATOR, ōris. m. Apuleio *adſignatur: falſo arbitror.*

FABELLATRIX, īcis. f. Afran. . . .

FABŬLOR, āri. Dep. [μυθολογέω, μυθεύομαι] *Loqui, ſed plerumque cum aliqua nota leuitatis.* Plaut. Capt. 3, 4, 3 Quid fabulabor? quid negabo, aut quid fatebor? Idem Merc. 2, 3, 30 Quid illud quod ſolus ſecum fabulatur filius? *Add.* Id. Epid. 1, 1, 42. Rud. 2, 3, 8. Falſa Plaut. Epid. 2, 2, 53. *Ioco excipere, et habere ludibrio.* Plaut. Truc. 1, 2, 80 Non iſthaec mea benignitas docuit te fabulari. Tum Phauorinus ita fabulatus eſt Gell. 2, 22. Liu. 45, 39 Et tu Centurio, miles, quid de Imperatore Paullo Senatus decrerit, potius, quam quid Sergius Galba fabuletur, audi. *Habet etiam hic leuitatis notam et contemtus.*

FABŬLO, āre. [μυθεύω] Plaut. Mil. 2, 5, 33 Mala es. PH. immo ecaſtor ſtulta multum, quae vobiſcum fabulem. Quae cum hoc inſano fabulem Id. ib. 2, 4, 18. Plaut. Poen. prol. 34 Canora hic voce ſua tinnire temperent, domum ſermones fabulandi conferant. Fabularier, *Paſſiue, apud* Plaut. Amph. Suppoſ. DI voſtram fid. v. 3. Ariſtippus interrogatus, quid ei philoſophia contulerit, dicitur reſpondiſſe, vt cum omnibus intrepide fabularet Sarisber. Ep. 190.

FABVLO, ōnis. m. *Fabularum actor.* Macrob. Saturn. 2, 1 Planipes et fabulo, impudica et praetexta verba iaciens. *Ita reſtit. Salmaſ.* Iſidor. Gloſſ. Fabulo, Congerro, et fabulas componens. *Vid. Voſſ. Inſtit. Poët. 2, 2.*

FABVLĀTOR, ōris. m. [μυθοποιὸς] *Facundus et facetus congerro.* Suet. in Aug. c. 78 Lectoribus aut fabulatoribus accerſitis. *Item, Qui ficta narrat, vt* Gell. 3, 10 Herodotus homo fabulator. *Siue in bonam partem pro Eo, qui Apologos ſcribit, vt apud eund. 2, 29* Aeſopus ille e Phrygia fabulator.

FABVLATIO, ōnis. f. Mart. Capell. 6 p. 189.

FABVLATORIVS, a, um. Adi. Cathol. . . .

FABVLĀRIS, e. Adi. [μυθικὸς] Suet. in Tiber. c. 70 Maxime tamen curauit hiſtoriae fabularis notitiam vſque ad ineptias atque deriſum. Fabulares Poëtarum hiſtoriae Cenſorin. c. 4.

FABVLINVS, *Deus, cuius notitia debetur* Nonio 12, 56 *qui laudat haec* Varronis Cato, ſ. de liberis educandis, Sic cum primo fari incipiebant, ſacrificabant Diuo Fabulino. *Add. Meurſ. Auctar. Philol.* p. 170.

FABVLŌSVS, a, um. Adi. [μυθώδης] *Dicitur, de quo omnes fantur, vel de quo multa finguntur, vel denique, qui multa fingit.* Hor. Carm. 1, 22, 7 Vel quae loca fabuloſus Lambit Hydaſpes. Vet. Schol. De quo finguntur multa miranda. Colitur illic fabuloſa Derceto Plin. 5, 13. Fabuloſa Graecorum carmina Curt. 3, 1, 2. Fabuloſa antiquitas, *vid.* Plin. 12, 19. *Compar.* Idem 33, 1 Midae quidem anulum, quo circumacto habentem nemo cerneret, quis non etiam fabuloſiorem fateatur? Apul. Met. 1 p. 111 Nihil hac fabula fabuloſius. *Superl.* Plin. 5, 1 Fabuloſiſſimus Atlas. *Garrulus, qui fabulis delectatur, quales ſunt Aniculae.* Ἀδολεσχὴς Vet. Gloſſ. *Atque ita interpretantur illud* Horatianum Carm. 3, 4, 9 *de Nutrice linguae, vt ſolent, impotenti,*

Me fabuloſae Vulture in Appulo
Altricis extra limen Apuliae
Ludo fatigatumque ſomno
Fronde noua puerum palumbes Texere.

Vid. Torrent. ad loc. Sed aliis placet fabuloſas palumbes *dici, de quibus et aliae fabulae.*

FABVLŌSE. Adu. [μυθικῶς] *h. e. Mendoſe.* Plin. 7, 48 Fabuloſe multa de hominum aeuo referens. *Add.* Id. 32, 11. Reliquae fabuloſius in Phoenice Plin. 32, 11. *Compar.* Ammian. 23, 25 Vt Homerus fabuloſius canit. *Conf.* Id. 19, 18. *Superl.* Plin. 5, 1 Fabuloſiſſime ab antiquis narrata. *Add.* Auguſtin. Retr. 1, 15.

FABVLOSĬTAS, ātis. f. Denom. [μυθολογία] Plin. 36, 13 Sed quum excedat omnia fabuloſitas. Idem. 7, 52. Poëtica Id. 7, 28.

FABVLVM. *vid.* FABA.

F A C

FACELA, *ſ.* FACELLA, ae. f. *Acetarium, ſ. oluſculum aceto maceratum, interpretatur Scaliger ad* Catal. Virg. p. 244 *vbi hoc* Epigramma *habetur,* Auguſtum penitus torret Phaëthontius ardor, Quem recreant feſſum gillo, facela, melo. *Sed Salmaſ. ad* Lamprid. Heliog. 20 p. 838 *Hack. negat hanc ſignificationem alicunde poſſe erui, et legit ex MS.* Fabilla. *v. v.*

FĂCĒLĀRE, is. n. *Acetarium interpretantur.* Lamprid. Heliog. c. 20. *Sed Salmaſ. l. c.* Faſelaribus *legendum putat, et intelligit, ſiliquas faſeli. Vid. modo dicta in* FACELA.

FACELĪNA, FACELIS, FACELITIS. [Φακελίτις] *Dianae cognomentum. Vid. Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. 14, 260 Mille Thoanteae ſedes Facelina Dianae. *Conf.* Seru. *ad* Bucol. *pr. it. ad* Aen. 2, 116. Hygin. f. 261.

FACESSO, *vid.* FACIO.

FACĒTVS, a, um. Adi. [εὐτράπελος, φιλοσκώπτης, σωμύλος] Is dicitur, qui verbis facit quod vult: *auctore* Donato *ad* Ter. Eun. 3, 1, 37. Vet. Gloſſ. Facetus ἔυχαρις. *Recte ſane. Nam quidquid ſit de etymologia, laudis nomen eſt, quo indicatur, eſſe aliquem iucundum hominem, et ad delectandum aptum, etc.* Cic. pro Quint. 11 Nam neque parum facetus ſcurra Sex. Naeuius. Plaut. Mil. 3, 1, 47 Cauillator facetus, vel commodus conuiua item ero. In altercando cum aculeo, et maledicto facetus Cic. de Clar. Orat. 173 c. 47. Faceti *adiectio mollit quaſi* aculeum *et* maledictum. Genus iocandi non profuſum nec immodeſtum, ſed ingenuum et facetum Cic. Off. 1, 104 c. 29. Homo facetus inducit ſermonem vrbanum ac venuſtum, *Ironice* Idem pro Domo ſua 92. Acuti, elegantes, faceti, breues homines Id. de Clar. Orat. 63. Homo minime ineptus et facetus Cic. de Clar. Orat. . . . Ironia faceta et elegans Idem de Clar. Orat. 291. Conuiua Ioco mordente facetus, Et ſalibus vehemens intra pomoeria natis Iuuenal. 9, 19. Lepore faceto ſolers Plin. 17, 1. Mulier eſt commoda, et faceta haec Meretrix Ter. Heaut. 3, 2, 10. Faceta Meretricis diſciplina Donat. in Ter. Eun. . . . Facetus Horat. Epiſt. 1, 4, 55 *dicitur, qui blande loquitur.* Narratores Cic. de Orat. 2, 219. Poëta facetiſſimus veteris comoediae, Ariſtophanes Idem de Legib. 2, 37 c. 15. Sales facetiſſimi Plin. 35, 10. *Superlatiuus item occurrit ap.* Plin. in praef. Suet. Veſp. c. 22. Aur. Victor. Epit. c. 9. Sermo facetus, et nulla in re rudis Cic. de Orat. 1, 32. Quinctil. 6, 4, 20 Facetum quoque non tantum circa ridicula opinor conſiſtere. Neque enim diceret Horatius Facetum carminis genus natura conceſſum eſſe Virgilio. Decoris hanc magis, et excultae cuiusdam elegantiae appellationem puto. Ideoque in Epiſtolis Cicero haec Bruti refert verba: *Nae illi ſunt pedes faceti, ac deliciis ingredienti molles.* Quod conuenit cum illo Horatiano, *Molle atque facetum Virgilio. Haec* Quinctil. Horatii *locus eſt* Serm. 1, 10, 44

— Pollio regum
Facta canit pede ter percuſſo. forte epos acer
Vt nemo, Varius ducit. molle atque facetum
Virgilio annuerant gaudentes rure camoenae.

Molle atque facetum Porphyr. *interpretatur,* Molle atque elegans: *vel, vt alii,* tenerum atque amoenum. *Agit de Bucolicis et Georgicis.* Habitantes rure camoenae *habent etiam vrbanum leporem et facetias, Gratias, Veneres. Tale eſt illud ad* Heren. 4, 19 c. 11 Qui non poſſunt in illa facetiſſima verborum attenuatione commode verſari, veniunt ad aridum et exſangue genus orationis. *Compar.* Quo facetior videar et ſcire plus quam caeteri Lucil. *ap.* Feſt. in Redarguiſſe.

FACETIAE, arum. f. [εὐτραπελία, σωμυλία] *Deliciae quaedam ſermonis, et dicta vrbana ſine ſcurrilitate: quae etiam in factis intelligi poſſunt.* Facetiae, χάριτες ἐν ἀνθρώπῳ Vet. Gloſſ. *Pulchre. Gratiae enim et Venuſtatis cuiusdam notionem ſemper adiunctam habent, etiam cum ridiculi cauſa adhibentur.* Cic. de Orat. 2, 248 Quod facete dicitur, id alias in re, alias in verbo habere facetias. *Sic* Duo ſunt genera facetiarum, Alterum aequabiliter in omni ſermone fuſum, Alterum peracutum et breue: illa a veteribus ſuperior Cauillatio, haec altera Dicacitas nominata eſt Cic. de Orat. 2, 218 c. 54. Idem in Orat. 87 c. 26 *dicit* facetias genus eſſe ſalium. *Conf.* Quinctil. 6, 3, 42. Leporum ac facetiarum diſertus puer Catull. 12, 9. Facie magis quam facetiis homo Cic. Att. 1, 10. Facetiarum et vrbanitatis oratorius non ſcurrilis lepos Idem de Clar. Orat. 143. Acerbae Tacit. Ann. 5, 2. Aſperae Idem Ann. 15, 68. Accedat eodem oportet lepos quidam, facetiaeque, et eruditio libero digna Cic. de Orat. 1, 17. Capi mirifice facetiis Idem Fam. 9, 15. Conditus ſale et facetiis Caeſar Id. Off. 1, 133. Dulces Latini ſermonis facetiae per Caecilium Terentiumque et Afranium ſub pari aetate nituerunt Vell. 1, 17, 1. Oblitae Latio, *vid.* OBLINO. Pellicere aliquem ſale, lepore, politiſſimis facetiis Cic. de Orat. 1, 243. Praeſtare aequalibus ſuis feſtiuitate et facetiis Idem de Clar. Orat. 177. Superabat ſale facetiisque omnes Scipio Id. de Clar. Orat. 128 c. 34. ¶ 2 *Nec Singularis inauditus eſt numerus* Facetiae ſibi habere, res diuinas deridere Apul. Apol. p. 310, 27. *i. Faceti ſibi videntur, ſi res diuinas derideant.*

FACĒTE. Adu. [λαμυρῶς, σωμύλως] *Vrbane, et feſtiue atque eleganter.* Plaut. Aſin. 3, 2, 35 Vt aſſimulabat Sauriam me eſſe, quam facete! Ter. Eun. 2, 2, 55 Eho numnam tu hic relictus cuſtos, ne quis forte internuntius clam a milite ad iſtam curſitet? P. facete dictum. *Add.* Capt. 1, 2, 73. Cic. Verr. 4, 95 Nunquam tantum mali eſt Siculis, quin aliquid facete et commode dicant. Idem de Fin. 1, 39 Vt e patre audiebam, facete et vrbane Stoicos irridente. Quod facete dicitur, id alias in re habere, alias in verbo facetias Cic. de Orat. 2, 248. Colligere multa non modo acute, ſed etiam ridicule ac facete Idem de Orat. 1, 143. *Compar.* Cic. de Orat. 2, 217 c. 54 Ego vero omni de re facetius puto poſſe ab homine non inurbano quam de ipſis facetiis diſputari. Iulius Graecinus duo volumina ſimilium praeceptorum de vineis compoſita, facetius et eruditius poſteritati narranda curauit Columella 1, 1. *Superl.* Cic. de Orat. 2, 223 c. 55 Noſter hic facetiſſime tres patris Bruti de iure ciuili libellos tribus legendos dedit. Facetiſſime dixit Plin. Ep. 1, 9.

FACETIOR, āri. Dep. *Facetum ſe oſtendere.* Qui quod verbis inuerecundis aurium publicarum reuerentiam inceſtant, granditer ſibi videntur facetiari Sidon. Epiſt. 3, 13 *pr.*

FACETŌSVS, a, um. Adi. [εὐτραπελώδης] *Adfertur.* Cic. de Fin. 2, 103 c. 31 In quantam hominum facetoſam vrbanitatem incurratis non dico. *Sed boni omnes libri* Facetorum.

FĂCIES, ēi. f. [πρόσωπον, εἶδος] *Quaſi tu* facturam *dicas.* Facies, *inquit* Gell. 13, 28 Eſt Forma omnis, et modus, et *factura* quaedam corporis totius, a *faciendo* dicta, vt ab aſpectu ſpecies, et a fingendo figura. (*Vid. mox* FACIO *in princ.*) Itaque Pacuuius in tragoedia, quae Niptra inſcribitur, *Faciem* dixit *hominis* pro Corporis longitudine; Aetate integra, feroci ingenio, facie procera virum. Non ſolum autem in hominum corporibus, ſed etiam in rerum cuiusquemodi aliarum dicitur? Nam montis, et caeli, et maris facies, ſi tempeſtiue dicatur, probe dicitur. Salluſtii verba ſunt ex hiſtoria ſecunda, Sardinia in Africo mari, facie veſtigii humani, in Occidentem, quam in Orientem latior prominet. Ecce autem (*pergit Gellius*) Plautus in Paenulo (5, 2, 151) faciem pro totius corporis colorisque habitu dixit. Verba Plauti haec ſunt,

HA. Sed earum nutrix, qua ſit facie, mihi expedi.
MI. Statura haud magna, corpore aquilo. HA. Ipſa, ea 'ſt.
MI. Specie venuſta, paruo ore, atque oculis pernigris.
HA. Formam quidem hercle verbis depinxti probe.

Praeterea memini, Quadrigarium faciem pro ſtatura totiusque corporis figura dixiſſe. Plaut. Trin. 4, 2, 58 Qua facie eſt homo? S. ſesquipede quidem eſt quam tu longior. Ter. Eun. 2, 3, 5 O faciem pulchram. *Vbi* Donat. Faciem modo non partem corporis dicit, ſed totam ſpeciem, quae apparet et cernitur. Et militum phalerae torquesque ſplendebant: decora facies Tacit. Hiſt. 2, 89, 4. Nec quisquam adeo humanarum rerum immemor, quem non commoueret illa facies Idem Hiſt. 3, 68, 1. Contingit ergo oculis noſtris inſolita facies Plin. Paneg. c. 31. Memoranda facies, delatorum claſſis permiſſa omnibus ventis Id. ibid. c. 35. *Conf. Elmenhorſt. Ind.* Apul. ¶ 2 *Speciatim tamen* Facies *dicitur in homine Os, naſus, oculi, genae: et quod Graeci* πρόσωπον *dicunt.* Plin. 11, 37 Facies homini tantum, caeteris os aut roſtra. frons et aliis, ſed homini tantum triſtitiae, hilaritatis, clementiae, ſeueritatis index. Ter. Eun. 2, 1, 24 Papae honeſta facie. Salluſt. Catill. c. 15 *extr.* Prorſus in facie, vultuque vecordia inerat. Plaut. Mil. 4, 2, 36 Collaudato huius formam et faciem. *Vid.* VVLTVS. Cic. Off. 1, 14 c. 5 Formam quidem ipſam Marce fili, tanquam faciem honeſti vides. *Metaph.*

taph. vt vultu et ore maxime cognoſcuntur homines. quamquam poteſt etiam primà illa ſignificatio hic locum habere. Sed ad os et vultum proprie pertinet Cic. Philipp. 2, 41 Velim mihi dicas, niſi moleſtum eſt, L. Turſelius qua facie fuerit, qua ſtatura, quo municipio, qua tribu. Inſignis facie iuuenis Virg. Aen. 9, 583. *Add.* Ouid. Epiſt. 5, 125. Praeſignis facie puella Ouid. de Arte Am. 3, 773. ¶ 3 *Adiectiua quae recipit, in quantum vultus eſt.* Aduerſa facies Quinctil. 2, 13. Cadaueroſa, *vid.* CADAVER. Cicatricoſa Quinctil. 4, 1. Decora Hor. Serm. 1, 2, 87. Egregiae Lucret. 5, 1169. Flammata, *i. Iracunda* Sen. Med. 6. Formoſa Martial. Epigr. 3, 5. Hiſpida Hor. Carm. 4, 10, 5. Humana Ouid. Met. 2, 661. Idem Faſt. 4, 306 Nec facies impar nobilitate fuit. Inceſta Lucan. 10, 105. Informis Idem 6, 225. Ingenua Plin. Epiſt. 1, 14, Inſcripta, *i. Signata vel ferro, vel alia quauis re* Claud. in Eutrop. 2, 344. Inuiſa Virg. Aen. 2, 601. Irata Lucan. 8, . . . Liberalis Plin. Epiſt. 1, 14. Quinctil. 6, 3 (4) Qui Malam faciem habet, liber non eſt? Mendoſa Ouid. Met. 12, 399. Moeſta Lucan. 8, 665. Moeſtiſſima Valer. Argon. 2, 493. Peregrinae, *vid.* PEREGRINVS. Praeſtante facie puella Ouid. Faſt. 3, 467. Prima facie *Metaph. Cum primum videas vel conſideres. Vultus primum in oculos incurrit.* Caius in l. aliquando D. ad Senatusconſ. Velleian. Prima facie quidem alienam, re vera autem ſuam obligationem ſuſcipit. Paull. in l. Quum ſeruus, ſect. Si Titius D. de leg. 1 Videtur quidem is prima facie rem mihi meam legaſſe: ſed, *etc.* Idem in l. Alieno D. de fideicom. libertat. Quod non prima facie videtur eſſe iniquum. Puerilis Ouid. Met. 8, 223. Pulchra Idem Met. 14, 827. *Et* Met. 14, 337 Rara quidem facie, ſed rarior arte canendi. Quinctil. 1, 11 Obſeruandum erit etiam, vt Recta ſit facies dicentis. Rugoſior paſſa vua Claud. in Eutrop. 1, 111. Sacrae Perſ. 2, 56. Saeua ac deformis Tacit. Hiſt. 3, 83. Torua viriliter Sen. Hippol. 6. Triſtis Ouid. ex Pont. 2, 8, 73. Truces facies, oculique minaces Lucan. 7, 291. Varia ac noua Quinctil. 2, 4. Virginea Ouid. Met. 8, 323. ¶ 4 *Verba:* Agnoſcere aliquem de facie Apul. Apol. . . . Afferre nouam faciem, nomen vetus Cic. pro Flacc. 70. Cic. de Diuin. 2, 143 Num igitur quum aut muros Babylonis, aut Homeri faciem Cogito, imago illorum me aliqua pellit? Facies tua Computat annos Iuuenal. 6, 199. *i. prodit, te anum eſſe.* Dimouere faciem ab litore Hor. Carm. 4, 5, 84. Fingere faciem, vultum, ſonum Cic. de Orat. 1, 127. Habere liberi hominis faciem Quinctil. 6, 3. Plaut. Mil. 4, 2, 36 Collaudato huius formam et faciem, et virtutis commemorato. M. ad eam rem Habeo omnem faciem, vt dudum iam tibi demonſtraui. Induere pulchram faciem turbido animo Sen. Hippol. f. 8. Laudaret faciem liuor quoque Ouid. Met. 10, 515. Mutatus faciem et ora Virg. Aen. 1, 662. Ouid. Amor. 3, 105 Cura dabit faciem, facies Neglecta peribit. Cic. in Piſon. 81 Habet hoc virtus (quam tu ne de facie quidem Noſti) vt viros fortes ſpecies eius et pulchritudo etiam in hoſte poſita delectet. *vid.* NOSCO. Oſtendere faciem propriam Quinctil. 3, 6. Perfricare faciem, *vid.* PERFRICO. Etiam in moerore luculentam Proferre faciem Apul. Met. 2. Proſtituere faciem ſuam lucro Ouid. Amor. 1, 10, 42. Quinctil. 5, 11 Quis iſtam faciem planipedis ſenis Torquens? Vexant faciem frigora Sen. Oedip. f. 6. Tacit. Ann. 1, 41 Non florentis Caeſaris, neque ſenis in caſtris, ſed velut in vrbe victa facies. ¶ 5 *Subſtantiua nomina earum rerum, quarum dicitur eſſe* Facies. Plin. 12, 14 Nec Arboris ipſius quae ſit facies, conſtat. Tacit. Ann. 1, 85 Diuerſa omnium, quae vnquam accidere, ciuilium Armorum facies. *Et* Virg. Aen. 2, 412. Plin. 35, 4 Super omnes diuus Auguſtus in foro ſuo celeberrima in parte poſuit tabulas duas, quae Belli pictam faciem habent et triumphum. Ciuitatis facies expreſſa in perſona alicuius Cic. pro Flacc. 53. Conſilii publici facie Tacit. Hiſt. 2, 54. Cic. Off. 1, 14 c. 5 Formam quidem ipſam Marce fili, et tanquam faciem Honeſti vides. Honoris adumbrati facies Calpurn. Ecl. 1, 69. Literae Graecae obtinere *dicitur* ſtella *in machina, i. Decuſſis* Columel. 3, 13, 13. Tacit. Ann. 14, 10 Antequam Veſuuius mons ardeſcens faciem Loci verteret. Montis in faciem curuata vnda circumſtetit Virg. Georg. 4, 361. Idem Aen. 5, 767 Quibus aſpera quondam Viſa Maris facies. Tacit. Ann. 13, 83 Dum poſitis loricis, et galeis, in Pacis faciem veniretur. Idem Hiſt. 2, 42 Ea enim Pugnae facies erat. Pulueris Gell. 10, 18. Scelerum, *i. Species ſcelerum* Virg. Aen. 6, 560. *et* Georg. 1. 506. Cic. Philipp. 8, 23 Senatus enim faciem ſecum attulerat, auctoritatem Reipub. cui qui non paret, non ab eo, *etc.* Quinctil. 4, 1 Et facie ſimplicis, ſumtique ex proximo Sermonis fidem quoque acquirit. Soloeciſmi faciem habere Quinct. 1, 5. Tacit. Hiſt. 5, 23 *extr.* Superfuſus amnis paluſtrem, humilemque inſulam, in faciem Stagni oppleuit. Facies Terrae terna Varr. R. R. 1, 9, 3. *i. genera tria. Add.* Colum. 10, 188. Veſtigii humani facie Salluſt. *ap.* Gell. 13, 28. *vt n. 1 vidimus.* Tacit. in Vita Agric. c. 38 Proximus dies faciem Victoriae latius aperuit. Salluſt. Catil. c. 31 *pr.* Quibus rebus permota ciuitas atque immutata Vrbis facies erat. ¶ 6 *In Plurali numero:* Virg. Georg. 1, 506 Tot bella per orbem, Tam multae ſcelerum facies. Vertere ſe in omnes facies, *i. Experiri omnia ſua conſilia, aut vires:* Virg. Aen. 12, 891 Verte omnes tete in facies; et contrahe quidquid Siue animis ſiue arte vales. Facies ne deforment iumentum Veget. Mulom. 2, 11, 4. ¶ 7 *Obſeru. ex* Gell. 9, 14 Quod ſupra ſcriptum eſt in Quinti Claudii verbis, *Propter magnitudinem atque immanitatem facies:* id nos aliquot veteribus libris inſpectis explorauimus, atque ita eſſe, vt ſcriptum eſt, comperimus. Sic enim pleraque aetas veterum declinauit, *haec facies, huius facies:* quod nunc propter rationem grammaticam, *faciei* dicitur. Corruptos autem quoſdam libros reperi, in quibus *faciei* ſcriptum eſt, illo quod ante ſcriptum erat, oblitterato. Meminimus etiam in Tiburti bibliotheca inuenire nos in eodem Claudii libro, ſcriptum vtrumque *facies* et *facii.* Sed *facies* in ordine ſcriptum fuit, et contra per ii geminum *facii.* Neque id abeſſe a quadam conſuetudine priſca exiſtimauimus. Nam et ab eo, quod eſt *hic dies*, tam *huius dies*, quam *dii:* et ab eo, quod eſt *haec fames*, tam *huius fames*, quam *famii* dixerunt. *Et poſt*, In caſu autem dandi, qui puriſſime locuti ſunt, non *faciei*, vti dicitur nunc, ſed *facie* dixerunt. Lucilius in Satyris, *Et primum* (inquit) *facie quod honeſte accedit.* Idem lib. 7 *Qui te diligit, aetati facieque tuae ſe Fautorem oſtendat, fore amicum polliceatur.* Sunt autem non pauci, qui vtrobique *facii* legant. Sed Caius Caeſar in lib. de Analogia 2 *huius die* et *huius ſpecie* dicendum putat. *Haec ille.* ¶ 8 *In Codicibus MSS. confundi ſolent* Acies *et* Facies: *vid. Burmann. ad* Grat. Cyneg. 97.

FACILIS, FACILITAS, FACINVS, *vid.* FACIO.

FĂCIO, fēci, factum, ĕre. [ποιέω, ῥέζω, τεύχω] *Verbum latiſſimi vſus, cuius naturam pulchre videtur deſcripſiſſe* Varro de L. L. 5, 8 p. 59, 32 ſq. *de quo pluſcula poſuimus in Verbo* AGO n. 7. *Hic addimus iſta quoque,* Proprio nomine dicitur *Facere* a *Facie;* quod rei quam *facit*, imponit *faciem* (*conuertere malim iſta, vt factum vid.* FACIES) vt *Fictor* cum dicit *Fingo Figuram* imponit, cum dicit *Informo, Formam:* ſic cum dicit *Facio, Faciem* imponit, a qua Facie diſcernitur, vt dici poſſit, aliud eſſe veſtimentum, aliud vas. Sic item quae fiunt apud fabros, fictores, item apud alios alia. *Reliqua vid. in* AGO: *pro quo poni ſaepe* Facio, *et Varro obſeruat, et ſtatim exemplis quibuſdam declarabimus.* Ter. Andr. 1, 1, 28 Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli. Idem Phorm. 2, 2, 11 Vide auaritia quid faciat. Facit hoc argentum Plaut. Trin. 2, 4, 15. *i. In cauſa eſt.* Cic. de Fin. 1, 72 Quae mihi facultas vt id meo arbitratu facerem, ante, *etc.* Idem Philipp. 6, 4 Quid enim ille vnquam arbitrio ſuo fecit? Facere are terram, *pro Arefacere, apud* Lucret. 6, 962 Principio terram ſol excoquit, et facit are. Facere propter viam, *vid.* VIA. *Quam lati vſus ſit hoc Verbum etiam ICti docent. Nobis ſat erit, ipſas modo veterum ſententias, quae in Pandecten relatae ſunt, proponere.* Papinianus l. 218 de V. S. Verbum Facere omnem omnino faciendi cauſam complectitur, dandi, ſoluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi l. 218 D. de verb. ſignif. *Et* Paullus l. 189 eod. Facere oportere et hanc ſignificationem habet, vt abſtineat quis ab eo facto, quod contra conuentionem fieret: et curaret, ne fiat. *Sic* Pompon. l. 175 eod. Faciendi verbo reddendi etiam cauſa continetur. *Ad hanc generalitatem Verbi pertinet etiam iudicialis formula,* Videri *vel* Non videri feciſſe. Cic. Att. 4, 15 Quid quaeris aliud? Iudicia, credo. Druſus, Scaurus non feciſſe videntur. *h. e. Abſoluti ſunt. Contra* Id. pro Caecin. c. 25 *extr.* Iſte veſter teſtis, qui auſus eſt dicere, Feciſſe videri eum, de quo ne cuius rei argueretur quidem, ſcire potuiſſet. *Sic ſumitur* Factum; *in reſponſione:* Ter. Eun. 4, 4, 14 Chaereane tuam veſtem detraxit tibi? DO. factum. PH. et ea eſt indutus? DO. factum. ¶ 2 *Sed vix commodius verbum adeo late fuſum et vagum in qualemcunque ordinem redigetur, quam, ſi primo, quibus Praepoſitionibus iungatur, oſtendamus, deinde farraginem Subſtantiuorum nominum et Aduerbiorum ingentem elementari ordine diſponamus, denique obſeruationes quaſdam ſubiiciamus. Ergo* Ab aliquo facere *eſt eum iuuare.* Cic. de Inuent. 1, 90 Commune eſt, quod nihilo magis Ab aduerſariis, quam a nobis facit, *etc. Vid.* A *vel* AB n. 23. Quorundam contumacia non facit Ad aulam Sen. de Tranq. An. c. 4. *non apta eſt aulae moribus.* Ad difficultatem vrinae facit, *i. Prodeſt* Plin. 22, 18. *Vid.* AD n. 10. *vbi Medicis frequens eſſe notamus. Sed ſimpliciter etiam* Facere *dicitur* Medicamentum, *i. efficax eſſe, vbi ex contexto orationis intelligitur morbus, contra quem adhibendum ſit. Vid.* Scribon. 24. 61. 67 *etc. Pro illo* Ad *etiam Datiuo vtuntur.* Plin. 22, 19 Facit praeclare coeliacis. Horat. Epiſt. 1, 11, 17 Incolumi Rhodos et Mitylene pulchra facit, quod Poenula Solſtitio, campeſtre niualibus auris. Propert. 3, 1, 20 Non faciet capiti dura corona meo. *Sed etiam alia et generaliori notione Datiuis iungitur. Vid.* Inſigne facere *it.* Quid. Liu. 28, 3 Alii furcis ad id ipſum factis detrudebantur *de ſcalis, quas erexerant in oppugnanda vrbe.* Ad pullatum circulum mire facit Quinctil. 2, 12, 10. *i. efficax eſt apud humilem plebeculam.* Ad bonos mores ars noſtra facit Ouid. de Arte Am. 3, 540. Caeſ. B. G. 1, 31 Si qua res non Ad nutum aut ad voluntatem eius facta ſit. Non facit Ad noſtras hoſtia maior Opes Ouid. Triſt. 1, 9, 44. *i. non conuenit tenui fortunae meae.* Ad omne ſcelus manus illius faciunt Idem Epiſt. 6, 128. Ad perpendiculum facere aliquid, *vid.* PERPENDICVLVM. Ad ſtomachum non facit noſtra lagena tuum Mart. 10, 45. Ad vnguem factus homo Hor. Serm. 1, 5, 32. Facere Aduerſus *vt* Ad morbum Scribon. 108. 176. Aduerſus aliquem facere Nep. 18, 8, 2. *i. contra aliquem bellum gerere.* Cum aliquo facere, *vt* Ab aliquo facere, *illi fauere, illius partium eſſe.* Nep. 17, 2, 5 Quum animaduerteret, Deorum numen facere ſecum. Cic. pro Caecin. 80 c. 28 Rem et ſententiam interdicti mecum facere fatebatur. *Et in fine orat.* Auctoritatem ſapientiſſimorum facere nobiſcum. De rebus ſuis quidnam facerent? Delphos conſultum miſerunt Nep. 2, 2, 6. *Sic* Plin. 8, 6 Nec quid De iis factum ſit, explicant auctores. *Et omiſſa Praepoſitione,* Neſcit, quid faciat auro Plaut. Bacch. 2, 3, 10. *Et* Capt. 5, 1, 32 Meo minore quid factum ſit filio. Cato 147 Faciet vino quod volet. *Add.* 148, 2. Columel. 12, 6 Si aliam muriam In id vas facere volueris, hanc in vaſa bene picata diffundes. Equidem omnes, qui aliquid In ſtudiis faciunt, venerari etiam mirarique ſoleo Plin. 6, 17, 5. *Sic* Epiſt. 4, 19 In qua (*arte*) plurimum facit. *Et* Sen. de Breuit. vitae 18 Experire (*virtutem*) quid in otio faciat. *Sed et cum Accuſatiuo,* Ter. Heaut. 1, 2, 24 Vereor, ne quid in illum iratus plus ſatis faxit pater. *Et* 1, 1, 54 Si id non facis, ego quid me in te ſit facere dignum, inuenero. *Sic* Exempla in aliquem Facere. ¶ 3 *Nomina Subſtantiua, quibus et Aduerbia quaedam inſerta ſunt, elementorum ordine diſpoſita.* Abortum, *vid.* ABORTVS. Acorem Colum. 3, 21, 5. Cic. Fam. 10, 18 Magnam etiam perditi hoſtes Acceſſionem ſibi feciſſent. Aditus ad cauſam, *vid.* ADITVS. Aditum ad aures Quinctil. 4, 1, 36. Adiutorium in aliquam rem facere alicui Aſinius Pollio *apud* Suet. de Clar. Gramm. 10. Admirationem auri et argenti Sen. Epiſt. 21, 1. Gell. 14, 2 Deſierisne facere Adulterium? Aegre alicui Ter. Eun. 4, 1, 10. Aequi bonique Idem Heaut. 4, 5, 40. Aes alienum Liu. 2, 23. Caeſ. B. G. 6, 18 Viri quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex ſuis bonis Aeſtimatione facta cum dotibus communicant. Varro de R. R. 1, 4, 2 Nec non ea, quae faciunt (cultura) honeſtiorem Agrum, pleraque non ſolum fructuoſiorem eum faciunt, —— ſed etiam vendibiliorem. Cic. de Amicit. 78 Neque fieri poſſit, vt non ſtatim Alienatio, diſiunctioque facienda ſit. *de amicitiis.* Ambitus circa rem aliquam: *h. e. Ambire.* Liu. 27, 27 *extr.* Multos circa vnam rem Ambitus fecerim, ſi, quae de Marcelli morte variant auctores, omnia exequi velim. Caeſ. B. G. 4, 8 Ad Caeſarem legatos miſerant, Amicitiam fecerant, obſides dederant. Amicum me tibi fecit tua virtus Hor. Serm. 2, 5, 33. *Conſ.* Sen. Ep. 9. Animum alicui, *Incitare, et animum augere.* Liu. 25, 11 Miſſum a Metaponto praeſidium, Romanis fecit Animum, vt nocte ex improuiſo opera hoſtium inuaderent. Animum bonum Plin. Epiſt. 150. Ouid. Triſt. 5, 8, 3 Quae tibi res Animos in me facit improbe? Animos faciunt diuitiae Liu. 1, 34. Annum in fuga fecerat l. 14 D. §. de ſtatu liberis. Annos Inſcr. *apud* Grut. p. 858 n. 12. *et* p. 842 n. 7. *Vid. omnino* Gron. *ad* Sen. Ep. 66 p. 231. *Conf. Burm. ad* Petron. c. 9 p. 39.

p. 39. *Giſan. Obſſ. L. L. p. 92. Pareus Lex. Crit. p. 462.* Reineſ. Inſcr. p. 948. *In talibus* Facere vt Agere, *eſt viuere. Conf.* Dies facere. *it.* Menſes *et* Pueritiam. Apertum aliquid facere alicui, *i. Demonſtrare, et docere illum* Lucret. 2, 182. Hor. Carm. 4, 7, 22 Quum ſemel occideris, et de te ſplendida Minos Fecerit Arbitria. *i. Pronuntiarit. Aliter apud* Liuium 43, 17 (15) Conſulis Praetores in eligendo Arbitrium fecerunt. *i. Conſulis arbitrio electionem permiſerunt.* Ardorem animis, *pro Inflammare* Liu. 8, . . Argentariam Plin. de Viris Illuſt. c. 72. Cic. Verr. 5, 64 Is quem ille Argentariam Lepti feciſſe dicit. *vid.* ARGENTARIA. *Ita in aliis artium nominibus, vt* Carnificinam, Haruſpicinam, Hiſtrioniam, Lenocinium, Meretricium, Nauiculariam, Piraticam, Praeconium, Scriptum, Scrutariam, Vecturam, Vellaturam, Vnguentariam facere. *Add.* EMBAENETICA. Plaut. Aul. 4, 3, 3 Continuo meum cor coepit artem facere ludicram, *i. ſubſilire, palpitare, laſciuia comica.* Aſcenſionem ad locum aliquem Plaut. Rud. 3, 1, 7. Idem Merc. 1, 2, 20 At etiam aſſiſto? at etiam ceſſo foribus his facere Aſſulas? *i. illas aſſulatim comminuere.* Cic. Philipp. 5, 11 Vt feliciter vir Auctionem faciebat. Idem pro L. Manil. 43 De quo homine vos (id quod maxime facit Auctoritatem) tanta et tam praeclara iudicia feciſtis? Aucupium auribus, *Auſcultare* Plaut. Mil. 4, 1, 43. Liu. 29, 34 Aut ipſis obequitabat portis: aut cedendo cum timoris ſimulati ſpecie Audaciam hoſti faceret, ad inſequendum temere eliciebat. Cic. de Senect. 28 Facitque perſaepe ipſa ſibi Audientiam diſerti ſenis compta oratio et mitis, *i. conciliat ſibi auditores: contrarium* Obſtrepere ſibi in dicendo. Augurium Plaut. Stich. 3, 2, 10. Idem Aſin. prol. 4 Face iam nunc praeco omnem Auritum populum. *i. Fac audientiam.* Liu. 1, 34 Eam alitem ea regione caeli et eius dei nuntiam veniſſe: circa ſummum culmen hominis Auſpicium feciſſe: leuaſſe humano ſuperpoſitum capiti decus, vt diuinitus eidem redderet. Hor. Epiſt. 1, 1, 86 Cui ſi vitioſa libido Fecerit Auſpicium. *i. Suaſerit, voluntatem aedificandi iniecerit.* Tacit. Ann. 6, 33 Mittit, qui Auxilia mercede facerent. ¶ 4 Plaut. Epid. 3, 3, 40 Ego illic me autem aſſimulabam quaſi ſtolidum, quum Bardum me faciebam. Belle facit *medicamentum* Scribon. 150. Cic. Off. 1, 35 Ne poſſet aliquando ad Bellum faciendum locus ipſe adhortari. Bellum patriae Tacit. Ann. 3, 18. *Conf.* Nep. 10, 4, 3. Bellum Sen. Epiſt. 114. *reprehendere videtur, ſed vid.* BELLVM. Bene facis Ter. Eun. 1, 2, 116. *formula vbi beneficium grato animo agnoſcitur.* Bene facere, pro prodeſſe, de medicamentis 186. *et paſſim apud* Scribon. *Sic* Bene facit ad — Scrib. 90. 104. 160. *Quin ſic ipſe* Cato 157, 6. *Add.* Colum. 6, 15, 1. 8, 17, 13. Bombum, *vid.* BOMBVS. Ter. Heaut. 4, 5, 15 Faciam Boni tibi aliquid pro iſta re, ac lubens. Boues conuiuas Plaut. Pſeud. 3, 2, 23. *h. e. Bobus conuiuium apparare.* Cic. Philipp. 1, 5 Iidemque Buſtum in foro facerent, qui illam inſepultam ſepulturam effecerant. ¶ 5 Apul. 8 p. 203, 25 Cadauer, quod ipſe fecerat, auide complexus eſt, *mortuum, quem ipſe interfecerat.* Cic. pro Milon. 12 Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Graecis comitibus, vt ſolebat, ſine vxore, quod nunquam fere: quum hic inſidiator, qui iter illud ad Caedem faciendam apparaſſet, cum vxore veheretur in rheda penulatus. Idem pro Sext. 11 Caedem maximam facias. Plin. 11, 16 Tum maxime murmurantes, Caloris (vt putant) faciendi gratia. Plin. 12, 14 Digredi via, Capitale leges fecere. *h. e. Legibus interdictum eſt capitali ſupplicio, ne qui tus Sabotam deferunt, via digrediantur: hoc eſt alia via, praeterquam per vrbis portam, eant.* Plin. 26, 12 Remedio ſunt pycnocomi folia trita cum polenta, ſi nondum caput fecerint. h. e. Si nondum exercuerint in ſemen. Carmina Virg. Ecl. 3, 86. Plaut. Capt. 1, 2, 29 Sed ſi vllo pacto ille huc conciliari poteſt, vel Carnificinam hunc facere poſſum perpeti, *i. carnificem agere.* Cic. Fam. 15, 4 Caſtra in Lycaonia apud Iconium faceret. Idem Att. 8, 17 Neque ipſe ſatis firmus eſſet ad Caſtra facienda. Tacit. Hiſt. 4, 26 Iamque ſero diei ſubducit ex acie legionem faciendis Caſtris. Caulem, *pro Emittere et producere* Columel. 11, 3. Caeſ. B. G. 8, 23 Ne tentando Cautiorem facerent. Plaut. Trin. 4, 3, 1 Staſime fac te propere Celerem, recipe ad te dominum domum. Cenſuram vini in epulas regis, *vid.* CENSVRA. Liu. 6, 19 *extr.* Quid patrum et plebis Certamen facimus, quod ciuitatis eſſe aduerſus vnum peſtiferum ciuem debet? Certiorem, *vid.* CERTVS. Plaut. Epid. 3, 3, 55 Sed hic quis eſt, quem huc aduenientem conſpicor, ſuam qui vndulantem Chlamydem quaſſando facit? Ciuem Nep. 25, 3, 1. Liu. 8, 2 Plus populationibus, quam praeliis Cladium fecit. Cic. de Clar. Orat. 109 Itaque Hortenſius vtroque genere florens Clamores faciebat adoleſcens, *i. plauſus hominum excitabat, vt* Concurſus facere. Plin. 29, 6 Claritatem oculis facit cinis bubonis. Caeſ. B. G. 4, 21 Huc naues vndique ex finitimis regionibus, et quam ſuperiore aeſtate ad Veneticum bellum fecerat Claſſem, iubet conuenire. Plaut. Merc. 4, 2, 3 Quid ſi igitur Coenam faciam? Cic. Att. 9, 13 *ad fin.* Quas enim eos Coenas et facere et obire ſcripſit ad me Seſtius, quam lautas, quam tempeſtiuas? Facit coenas *qui recipit conuiuas,* Obit, *qui recipitur.* Coenulas Cic. Epiſt. 9, 24. Liu. 1, 3 Is ſepultus in eo colle, qui nunc eſt pars Romanae vrbis, Cognomen colli fecit. *h. e. Ab huius nomine collis vocatus eſt.* Caeſ. B. G. 8, 1 Scio Caeſarem ſingulorum annorum ſingulos Commentarios feciſſe. Liu. 5, . . Iam per longinquitatem belli Commercio ſermonum facto. Satis Commode facere Scribon. 141. *de medicamentis.* Caeſ. B. G. 5, 45 Scribit Labieno, ſi Reipub. Commodo facere poſſet, cum legione ad fines Neruiorum veniat. *h. e. ſi illud e re publica ei videretur eſſe.* Caeſ. B. C. 1, 21 Iam paucis diebus magna erat rerum facta Commutatio. Plaut. Rud. 2, 2, 90 Si ad ſaxum quod capeſſit, ea deorſum cadit, errationis fecerit Compendium, *peribit, vt nullis poſt erroribus agitari poſſit.* Cic. pro Roſc. Com. 49 Et ſi quando me vis peierare, vt paullulum tui Compendii facias, paratum fore ſcito: *improba promiſſio, vt illud Graeculorum δάνειόν μοι μαρτύριον.* Plaut. Pſeud. 4, 7, 42 Quiſquis es adoleſcens, operam fac Compendi quaerere. Compotem votorum, *Alicui concedere quod petit* Plin. in Paneg. c. 78 *extr.* Columel. 7, 6 Huic pecudi nocet aeſtus, ſed magis frigus, et praecipue fetae quae gelicidio hiemis Conceptum fecit. *h. e. Quae concepit hieme per gelu.* Liu. 3, 10 Eiicere Antiates colonos, palam Concilia facere, *etc.* Caeſ. B. C. 3, 106 Hoc ſedato tumultu, crebrae continuis diebus ex concurſu multitudinis Concitationes fiebant. Cic. pro Deiot. 28 Quos Concurſus facere ſolebat? quam ſe iactare? quam ſe oſtentare? *etc. vt* Clamores facere. Plaut. Merc. 5, 2, 14 Nam quemuis Confidentem facile tuis dictis facis, eundem ex confidente actutum Diffidentem denuo. Cic. Verr. 2, 183 Vt vos rogarem vt Coniecturam faceretis, qualem in iis rebus in me L. Metellum fuiſſe putaretis. Plaut. Men. 1, 2, 54 Ecquid tu de odore poſſis, ſi quid forte olfeceris, facere Coniecturam? Cic. de Orat. 2, 299 Facit enim de ſe Coniecturam: cuius tanta vis ingenii eſt, vt neminem, niſi conſulto, putet quod contra ſeipſum ſit dicere. Coniecturam facere de moribus alicuius, *etc.* Plin. in Paneg. 20, 6. Cic. Verr. 3, 106 Quo facilius vos Coniecturam de triennio et de tota Sicilia facere poſſitis. Coniecturam ex re aliqua facere Ter. Heaut. 3, 3, 13. Cic. Att. 13, 9 Quam tu Coniecturam faciebas ex literis Meſſalae. Plin. Epiſt. 4, 27, 6 Poſſis ex hoc facere Coniecturam, quam ſit emendatus adoleſcens. Cic. in Verr. . . . Ex quibus Coniecturam facere de omnibus poſſitis. Idem Verr. 1, 125 Verum vt ex vno de caeteris Coniecturam facere poſſitis. Plaut. Rud. 3, 1, 20 Quum Coniecturam egomet mecum facio, haec illa eſt ſimia, *etc.* Idem Curc. 2, 1, 31 Hoc reſponde quod rogo, potin' Coniecturam facere, ſi narrem tibi hac nocte quod ego ſomniaui dormiens? Caeſ. B. G. 4, 30 Itaque rurſus Coniuratione facta, paullatim ex caſtris diſcedere, ac ſuos clam ex agris deducere coeperunt. Liu. 25, 5 Ex hoc Senatusconſulto creati Triumuiri bini, qui Conquiſitionem ingenuorum per agros fecerunt. Idem 35, 42 Exulem illum et Poenum eſſe: cui mille in dies noua Conſilia, vel fortuna ſua, vel ingenium facere poſſit. Conſilio alterius, *pro Sequi conſilium* Plaut. Rud. 4, 3, 22. Cic. Fam. 1, 7 *dicit* De conſilio alicuius facere. Conſpirationem, *Conſpirare* Liu. 26, . . Cic. Fam. 13, 24 Nam et inter noſmetipſos vetus vſus intercedit, et Atticus noſter maiorem etiam mihi cum Coſſinio Conſuetudinem fecit. Idem de Senect. 14 Anno enim vndeuigeſimo poſt eius mortem hi COSS. T. Flaminius et M. Attilius facti ſunt. *Et* in Piſon. 51 Sed quoniam fortunarum Contentionem facere coepimus, de reditu Gabinii omittamus. Liu. 3, 40 Aut qui ita, quum per tot menſes, vacua ciuitate nemo iuſtine magiſtratus ſummae rerum praeeſſent, Controuerſiam fecerit: nunc demum quum hoſtes prope ad portas ſunt, ciuiles diſcordias ſerant. Controuerſiam alicui de re aliqua, *pro Contendere cum aliquo* Sen. Epiſt. 111. Cic. in Orat. 121 Nihil ambigi poteſt, in quo non aut res Controuerſiam faciat, aut verba. Ter. Phorm. 5, 7, 78 Quin tu nouo modo ei faceres Contumelias? Cato *apud* Gell. 10, 14 In hac Contumelia, quae mihi per huiuſce petulantiam factum itur. Cic. Philipp. 3, 22 c. 9 *videtur hoc genus loquendi reprehendere, quum ait,* Quid eſt porro facere Contumeliam? quis ſic loquitur? *Et ſubdit,* Nonne ſatius eſt mutum eſſe, quam quod nemo intelligat, dicere? Quinctil. 9, 3, 13 Et Contumeliam fecit: quod a Cicerone reprehendi, notum. Affici enim contumelia dicebant. *Nempe Fabius putat, ab Antonio dictum, et reprehenſum a Cicerone* Facere contumeliam *pro* pati, *vt* Facere damnum, detrimentum, iacturam, naufragium, ruinam, vitium. Plaut. Merc. prol. 59 Male mihi precatur, et facit Conuicium. *Sic* Plin. Epiſt. 6, 12, 5. Cic. Att. 11, 11 Conuicium Piſoni Conſuli mirificum facit. *Add.* Plaut. Moſt. 4, 2, 20. *Parei Lex. Crit. p. 461.* Catull. 47 Vos Conuiuia lauta ſumtuoſe De die facitis. Copiam argenti facere alicui, *pro Pecunias dare mutuo* Plaut. Aſin. 5, 1, 20. *Sic* Caeſ. B. G. 1, 28 Allobrogibus imperauit, vt his Frumenti facerent Copiam. Ter. Phorm. 1, 2, 63 Obſecrat *adoleſcens anum,* vt ſibi eius *puellae* faciat Copiam. Copiam ſui non facere *dicitur, Qui latitat, vt euitet creditorem, nec ſe exhibet* Vlpianus in l. eum, qui circa columnas D. de priuileg. credit. *Item,* Copiam iudicii ſui reip. facere Plin. Paneg. 76. Cic. de Orat. 3, 131 Quod erat inſigne, eum, qui id faceret, facere ciuibus omnibus conſilii ſui Copiam. Plaut. Caſ. 2, 8, 14 Vt tibi ego inuentus ſum obſequens: quod maxime cupiebas, eius Copiam feci tibi. Copia facta eſt petenti Catull. 66, 39. Liu. 7, 13 *extr.* Te, Imperator, milites tui oramus, vt nobis pugnandi Copiam facias. Plaut. Capt. 2, 3, 14 Gratiam habeo tibi, quum Copiam iſtam mihi, et poteſtatem facis, vt ego ad parentes hunc remittam nuntium. Quo cibo feciſti tantum Corporis Phaedr. 3, 8, 5. Corpus graue facere Scribon. 188. Curiam Plin. 34, 6. *h. e. veluti Senatum quendam erigere.* ¶ 6 Damnum facere *eſt perdere aliquid, vt* detrimentum, iacturam, naufragium, ruinam, vitium facere. *Origo formularum, quod plerumque harum rerum ipſi auctores ſunt, qui eas patiuntur: in* iactura *res in primis manifeſta.* Plaut. Capt. 2, 2, 77 Eſt etiam vbi profecto Damnum praeſtet facere, quam lucrum. Cic. de Clar. Orat. 125 Damnum enim illius immaturo interitu res Romanae, Latinaeque literae fecerunt. Decus ſibi fecerat paupertatem Fabricius Sen. Epiſt. 120. Liu. 31, 18 Pereuntiumque aliis alii exprobrantes, et ſacerdotibus maxime, qui quos ad mortem deuouiſſent, eorum Deditionem viuorum hoſti feciſſent. Caeſ. B. G. 2, 33 Deditione facta. Deditionem ad hoſtem Quinctil. 3, 8. Cic. pro Caecin. 57 Qui illam vim, Deiectionemque tuo rogatu aut tuo nomine fecerit. Delectum ſtudiorum Quinctil. 2, 9. *Sic quoque* Facere Delectum militum *apud* Caeſ. B. C. 1, 11. *legitur pro eo, quod eſt, Milites ad bellum legere.* Delicias Plaut. Poen. 1, 2, 68. *Vid.* DELICIAE. Ouid. Triſt. 2, 349 Sic ego Delicias, et mollia carmina feci. Delirantes Plaut. Amph. 2, 2, 157. Deſcenſionem, *Quum e naui in continentem deſcendimus* Liu. 28, 8. *Sed hic ex vetuſtis codicibus legitur* Exſcenſionem. *Sic etiam variatur* 22, 31 Prius quam in continentem Deſcenſiones faceret. *vid.* EXSCENDO. Deſiderium alicuius, *vel* alicui Liu. 38, . . Idem 7, 24 *extr.* Moram triumpho vulnus Conſulis attulit: eademque cauſa Dictatoris Deſiderium Senatui fecit. Cic. Verr. 4, 20 Reſp. Detrimentum fecit, quod, *etc.* Dicta facere, *i. Praeſtare quae promiſeras* Ouid. Faſt. 3, 515. Dies pauciſſimos quamuis vna fecerimus, *i. vixerimus* Sen. Epiſt. 66. Dies in cuſtodia l. 11 §. 5 D. ad L. Iul. de adult. Apameae quinque Dies morati, Iconii decem fecimus Cic. Att. 5, 20. *Vid. Gronou. ad* Sen. l. c. *et* Annum facere *p. a.* Plin. 16, 6 Differentias faciunt et folia. Idem 33, 3 Cuius ſceleris nos coarguimus illum primum, qui auro Dignitatem per annulos fecit. Ter. Phorm. 2, 2, 83 Quin quod eſt ferendum feras: tuis factis Dignum feceris. Diſceſſionem facere Cic. Fam. 1, 2. *i. iubere Senatores adiungere ſe illis, quorum ſententiam quiſque probet. vid.* DISCEDO. Plin. 11, 51 Sed ante omnia explanatio animi, quae nos diſtinxit a feris, inter ipſos quoque homines Diſcrimen alterum aeque grande, quam a beluis fecit. Cic. Philipp. 2, 101 Medico tria millia iugerum, quaſi te ſanum feciſſet: Rhetori duo, quaſi Diſertum facere potuiſſet. Ter. Adel. 2, 2, 33 Potius quam venias in periculum, ſeruesne an perdas totum, Diuiduum face. *h. e. Diuide.* Plaut. Perſ. 4, 4, 100 Diuitias tu ex iſtac facias. Cic. Att. 12, 51 Sed quid, quod audio, Spintherem feciſſe Diuortium? Cic. Fam. 5, 15 Nulla enim remedia, quae vulneribus adhibentur, tam faciunt Dolorem, quam quae ſunt ſalutaria. Idem Att.

Att. 11, 8. Ad Dolorem faciundum Scribon. 60. Dubium in vtraque parte Quinctil. 7, 2. Dulcedinem Sen. Epiſt. 112. Duritias, *vid. poſt* Taedium facere. ¶ 7 Cic. de Orat. 2 c. 57 Si Eloquentes facere poſſet *ars Oratoria*, quis non eſſet eloquens? Cic. de Fin. 2, 59 Cuius mors tibi Emolumentum factura eſt. *Sed legitur ex vetuſto exemplari*, Emolumentum futura eſt. Errorem, *pro Erroris cauſam dare* Sen. Epiſt. 68. Eruptionem Caeſ. Bell. Gall. 3, 22. Cic. Att. 7, 14 Eruptionem facturi fuiſſe dicebantur. Plaut. Curc. 4, 3, 2 Sed eapſe illa qua Excidionem facere condidici oppidis. Excurſiones in agrum hoſtilem Liu. 4, . . Cic. Att. 1, 19 Heluetii ſine dubio ſunt in armis, Excurſionesque in prouinciam faciunt. Quinctil. 5, 2 Et ipſe pronuntiaturus, Exemplum non libenter, quod in ſe poſtea fortaſſe recidat, facit. Plaut. Moſt. 5, 1, 67 Exempla edepol faciam ego in te, *i. Ita puniam, vt ſis aliis exemplo.* Vict. de Viris Illuſt. c. 67 Mox Cinnana dominatione reuocatus, ruptis ergaſtulis Exercitum fecit. Exercitum argento Sall. *apud* Sen. Ep. 114. *i. pecunia* parare, *vt ipſe interpretatur. Sic* facere Gregem, Manum, Populum. Plaut. Merc. 4, 5 ſuppoſ. 21 Nunc vt fert Achantio, ſibimet faciet Exilium. Sen. Epiſt. 21, 1 Petens vt videret, quem admirator auri Exitum faceret. Cic. Att. 3, 15 Varronis ſermo facit Exſpectationem Caeſaris. Idem. Acad. 4, 10 Vt etiam maiorem Exſpectationem mei faciam, quam modo fecit Hortenſius. Plaut. Epid. 1, 1, 79 Quomodo me Expeditum ex impedito faciam? Exſcenſionem, *vid.* Deſcenſionem facere. *Add.* Liu. 22, 20 Exſcenſione ab nauibus in terram facta. ¶ 8 Facetias Plaut. Stich. 5, 2, 25. Idem Aſin. 2, 2, 84 Extemplo facio Facetum me atque magnificum virum. Cic. de Fin. 2, 95 Vide, ne Facinus facias, quum mori ſuadeas. Liu. 24, . . Facinus memorabile feciſtis. Plin. Epiſt. 8, 6, 5 Facultatem Caeſar fecit Senatui teſtandi beniuolentiam ſuam. Cic. Verr. 2, . . Si Facultatem vere atque honeſte iudicandi fide et diligentia mea fecero. Vlpian. in l. Ariſt. D. de acquir. hered. Ariſto exiſtimat, Praetorem aditum Facultatem facere debere heredi, rationes defuncti ab eo petere, penes quem depoſitae ſunt, deliberanti de adeunda hereditate. Facundum faciebat amor Ouid. Met. 6, 469. Ter. Andr. 1, 3, 7 Me infenſus ſeruat, ne quam faciam in nuptiis Fallaciam. Quinct. 11, 2 Memoria autem facit etiam promti ingenii Famam. Ter. Adel. 5, 8, 3

Ego vero iubeo, et in hac re et aliis omnibus
Quam maxime vnam facere nos hanc Familiam,
Colere, adiuuare, adiungere.

Liu. 3, 1 Fecit ſtatim, vt fit, Faſtidium copia. Idem 42, 14 *extr.* Eumeni conſpiratio aduerſus eum Fauorem apud Romanos fecit. Plaut. Curc. 4, 3, 7 Ne te mihi facias Ferocem, haud ſupplicare me cenſeas. Plaut. Amph. 4, 2, 10 Quem pol ego hodie ob iſthaec dicta faciam feruentem flagris. Fidem, *eſt Facere, vt quis credat.* Cic. in Catil. 3, 4 Vt quoniam auribus veſtris propter incredibilem magnitudinem ſceleris minorem Fidem faceret oratio mea. Auct. ad Heren. 1, 10 c. 6 Si perſuaſus auditor fuerit, id eſt, ſi oratio aduerſariorum auditoribus Fidem fecerit: (neque enim non facile ſcire poterimus, quoniam non ſumus neſcii, quibus rebus fides fieri ſoleat) ergo ſi Fidem factam putabimus, his nos rebus inſinuabimus ad cauſam. Cic. in Piſon. 59 Non facies Fidem ſcilicet, quum haec diſputabis. Idem de Orat. . . Fidei faciendae cauſa. *Et* pro Milon. 66 Quoniam vita talis et ciuis et viri Fidem non faciebat. Cic. in Brut. 187 Credit iis, quae dicuntur, qui audit oratorem, vera putat, aſſentitur, probat: Fidem facit oratio. Plin. Epiſt. 9, 21, 1 In ſumma fecit mihi Fidem poenitentiae. Quinctil. 5, 10, 12 Alioqui nihil erit, quo probemus, niſi fuerit quod aut ſit verum, aut videatur, ex quo dubiis Fides fiat. Finem facere *eſt Deſinere* Plaut. Epid. 1, 1, 37. *et* Aſin. 3, 3, 15. *it.* Nep. 22, 1, 3. Ter. Andr. 5, 1, 2 Satis periculi coepi adire, orandi iam Finem face. Idem Adel. 5, 9, 40 Sino habeat, in iſtac Finem faciat. *Et* Prol. Heaut. 21 Niſi Finem maledictis facit. Cic. pro Cn. Planc. 75. Idem in Rull. 2, 12 Finem feci offerendi mei. Finem ſtudiis Claud. de Laudib. Seren. 207. Finem vitae atque laboris Lucret. 3, 956. Flagitium Plaut. Poen. 5, 2, 5. Ter. Eun. 2, 3, 90 Ah flagitium facimus. Colum. in Hort. 122 Seque laceſſenti Fletum factura ſinapis. *i. Lacrimas elicitura.* Plaut. Men. 2, 3, 21 Ecaſtor ſolus benefactis me Florentem facis. Foedus Idem Amph. 5, 1, 33. Cic. pro Sext. 24 Foedus fecerunt cum Tribuno plebis palam, vt ab eo prouincias acciperent, quas ipſi vellent, *etc.* Liu. 24, 6 Hieronymus legatos Carthaginem miſit ad Foedus ex ſocietate cum Annibale faciendum. Cic. de Fin. 2, 83 c. 26 Poſuiſti autem, dicere alios, Foedus quoddam facere inter ſe ſapientes, vt quemadmodum ſint in ſeipſos animati, eodem modo ſint erga amicos. Formam alicuius, *vid.* FORMA. Tacit. Hiſt. 3, 10 Vanam Formidinem, vt hoſtes fecere. Facere et pati Fortia Romanum eſt Liu. 2, 12. Fortiter facere, *i. pugnare.* Qui ter Fortiter fecit, militia vacet Sen. Declam. 1, 8. Ne tum quidem, quum Fortiter faceres, cum pura muliere pugnaſti Petron. c. 9. Liu. 24, . . Facile eſſe momento quo quis velit, cedere poſſeſſione magnae Fortunae: facere et parare eam, difficile atque arduum eſſe. Fortunam malam facere ſibi, quod facit, qui malum vicinum ſuis nummis parat Columel. 1, 3, 5. Fortunatum Plaut. Capt. 4, 2, 78. Caeſ. B. C. 1, 41 *extr.* Sed a fronte contra hoſtem pedum quindecim Foſſam fieri iuſſit. Fractum Plaut. Mil. 1, 1, 8. *i. Frangere. Sed conſtans Codd. lectio* et fratrem, *quod cum nihili eſſe videatur, ingenioſe certe Gronou.* Offam facere ex hoſtibus. Fraudem legi Idem Mil. 2, 2, 9. Fructum Varr. R. R. 2 Pr. 5. Frugem Plaut. Poen. 4, 2, 70. Frumentum facere *dicitur agricola* Varr. R. R. 1, 7, 2. *Sic* Oleam, Vinum, Violam, Vitem. Fugam Ter. Eun. 4, 7, 17. *eſt fugere. Sic* Fuga confeſtim ex acie, duce amiſſo, fieri coepta eſt Liu. 25, 34. *Sed tranſitiue in fugam alios conticere* Cic. pro Domo ſua 14 Quas iſte tum caedes, quas lapidationes, quas Fugas fecerit. *Sed* Liu. 8, 9 *extr.* Fugam ac vaſtitatem late fecerunt victi, *i. fugerunt. Non ſatis accurate ergo hanc formam reprehendit in Arruntio* Sen. Ep. 114. Cic. pro Cluent. 28 Et ibi de integro funus iam ſepulto filio fecit. Liu. 25, 17 *extr.* Plaut. Aſin. 3, 3, 5 Acerbum Funus filiae faciet *mater, ſi illius imperio* te, *o iuuenis,* carendum eſt. *Puella ad amatorem.* Plaut. Men. 3, 2, 27. *Paraſiti expoſtulatio eſt,*

Quid de te merui, qua me cauſa perderes?
Vt ſurripuiſti te mihi dudum de foro?
Feciſti Funus abſenti me prandio, *i. conſumi omnia paſſus es.*

Furta Plaut. Poen. 5, 4, 75. *et* Rud. 4, 3, 15. Ter. prol. Eun. 28. Cic. pro Cluent. 179 Hoc ipſo fere tempore Strato ille medicus domi Furtum fecit, et caedem eiuſmodi. Plaut. Bacch. 1, 2, 60 Edepol feciſti Furtum aetati malum. ¶ 9 Gelationem facere Scribon. 180. Plaut. Stich. 4, 2, 42 Nam hic quidem meliorem Genium tuum non facies *ad paraſitum, qui a ſpe coenae repellitur.* Gloriam alicui Plin. 14, 1. Gradum, *Ambulare* Plaut. Curc. 1, 2, 25. Cic. de Orat. 2, 249 Quin prodis mi Spuri, vt quotiescunque Gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem? Quinct. 3, 6, 8 Namque et illud frequens eſt, vt ea, quibus minus confidimus, — omittamus — interim ad ea, quae ſunt potentiora, Gradum ex his feciſſe contenti. Cic. Verr. 2, 3 Itaque maioribus in Africam ex hac prouincia Gradus imperii factus eſt. *Add.* Liu. 6, . . Gratiam facere, *vt* Gratificari *alterius cauſa aliquid facere vel intermittere* Plaut. Caſ. 2, 6, 21 De iſthac Caſina huic noſtro villico Gratiam facias, *comodes, veniam des.* Gratiam iurisiurandi Plaut. Rud. 5, 3, 58. *i. remittere. Eodem modo* Suet. Tib. c. 35 Equiti Rom. iurisiurandi Gratiam fecit. *Et* Aug. c. 17 Bononienſibus Gratiam fecit coniurandi cum tota Italia pro partibus ſuis. *Et* Domit. 14 Edicti Gratiam fecit. Plaut. Moſt. 5, 2, 46 Fac iſtam cunctam Gratiam, *i. ignoſce non mihi modo filio, ſed etiam ſeruo mea cauſa peccanti, vt gratia tota ſit, non ex parte. Vulgo dicunt, diſpenſare.* Liu. 3, 41 Factaque per Cornelium Valerio dicendi Gratia quae vellet, quum libertas non vltra vocem exceſſiſſet, Decemuiri propoſitum tenuere. Capitolin. M. Anton. Phil. c. 5 Gratia aetatis facta quaeſtor eſt deſignatus. Gratiam delicti, *pro Ignoſcere.* Salluſt. in Iugurth. c. 104 *extr.* Caeterum Boccho, quoniam poenitet, delicti Gratiam facit. *i. Ignoſcit. Add.* Id. Catil. c. 52. Gratiam criminum Suet. in Calig. c. 15. *Tale eſt illud* Liu. 3, 56 Omnium igitur tibi Appi Claudi, quae impie nefarieque per biennium alia ſuper alia es auſus, Gratiam facio. Votorum veterum Gratiam facere diis Sen. Ep. 10. Gratiam, aliquam partem argenti Plaut. Pſeud. 2, 3, 52. Gratiam facere *pro gratificari* Plaut. Caſ. 2, 6, 20. Sen. Controu. 1, 5 Volo tibi malam Gratiam cum ſponſo tuo facere, habet amicam. Cic. Fam. 11, 18 Sed tamen tam recenti Gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus, renouatio timoris magnam moleſtiam afferebat. Gratum, *Gratificari* Ter. Eun. 4, 4. Cic. Att. 1, 20 Per mihi per inquam Gratum feceris. Grauidam Plaut. Amph. prol. 103. Ter. Andr. 1, 1, 15 Grauida facta eſt e Pamphilo. Grauitatem capitis facere Scribon. 18. Gregem aſinorum Varro R. R. 2, 6, 1. *Vid.* Exercitum facere. ¶ 10 Cic. Verr. Act. 1, 17 Viros bonos et honeſtos complureis fecit Heredes. Idem Verr. 1, 111 Fecere Heredem teſtamento. *Add.* Nep. 25, 5, 2. Haeſitationem tibi fecit Senatusconſultum Trai. ad Plin. 10, 78. Halitum iucundiorem Plin. 20, 17. Cic. Fam. 6, 18 Neque enim erat ferendum, quum qui hodie Haruſpicinam facerent, in Senatu Romae legerentur. Hiſtrioniam, *agere hiſtrionem* Plaut. Amph. prol. 90. *Vid.* Facere Argentariam. Cic. Philipp. 9, 25 Nulla dubitatio relinquetur, quin Honorem mortuo, cui Iniuriam viuo fecimus, faciamus. Idem pro Corn. Balb. 41 Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, ſi tum ſit fundus, quum ſcita ac iuſſa noſtra ſua ſententia comprobat, quam quum Hoſpitium fecit? Hoſtem aliquem alicui Lucan. 1, 203. Hoſtilia Plin. in Paneg. 30. Tacit. Ann. 15, 13 Quod pro Armeniis Hoſtilia faceret. ¶ 11 Iacturam Plin. Epiſt. 1, 12. *Sic* Facere Iacturam rei familiaris Cic. de Fin. 2, 79. *Et* Off. 1, 84 Facere Iacturam gloriae. Iacturam in vnius mulierculae animula Cic. Fam. 4, 5. *Vid.* facere Damnum. Hirt. de B. Hiſpan. 9 Noſtri quum appropinquaſſent, clamore repentino telorumque multitudine Iactus facere coeperunt. Idem haec inter ſe non ſemper faciunt, *i. ſignificant* Quinct. 10, 1, 14. Ignem ex lignis viridibus Cic. Verr. 1, 45. Imagines facere ſpeculum *dicitur* Gell. 16, 18. Cic. Philipp. 6, 14 Nam poſſeſſores animo aequiore diſcedent: nullam Impenſam fecerant, nondum inſtruxerant, *etc.* Liu. 22, . . Cic. Att. 13, 25 Et id quoniam impenſam fecimus in Macrocolla, facile patior teneri. Liu. 4, 60 Meliore conditione alios militare, quam ſi ipſi militaſſent, et eosdem in ſua ſtipendia Impenſas feciſſe, et in aliorum facere. Imperata Plaut. Pſeud. 1, 3, 152. Caeſ. B. G. 5, 37 *pr.* Iuſſus arma abiicere, Imperatum facit. Plin. 36, 15 Nimirum ſic habitarunt illi, qui hoc Imperium fecere, tantas ad vincendas gentes, triumphosque referendos, *etc.* Impetum, *Inſultare, vel Inſilire in aliquem* Plaut. Capt. 4, 4, 4. Idem Men. 5, 2, 116 Me iubes Impetum facere in eum qui ſtat, atque occidere. Vict. de Viris Illuſt. c. 26 *extr.* Impetu in hoſtes facto, victoriam ſuis reliquit. Cic. Fam. 15, 3 Armenium regem in Cappadocia Impetum eſſe facturum. Idem pro Milon. 29 Statim complures cum telis faciunt de loco ſuperiore Impetum. Caeſ. B. G. 8, 5 Vt omni multitudine in fines Sueſſionum, qui Rhemis erant attributi, facerent Impreſſionem. Liu. 3. . . Incendia Caeſ. B. G. 5, 19. *Metaph.* Plaut. Merc. 3, 4, 3 Ita mihi in pectore atque in corde facit amor Incendium. Incertum Liu. 4, . . Plin. 12, 14 Qui mea aetate legati ex Arabia venerunt, omnia Incertiora fecerunt. Inceſtum Cic. de Inuent. 1, 73. Liu. 3, 38 Sabini magna manu Incurſionem in agrum Romanum fecere. Indicium, *Indicare* Plaut. Aul. 4, 6, 5. Inducias, *quod barbari Facere treugas dicunt:* Liu. 29, 12 Cum Romanis quoque, ſicut cum Aetolis, cupiens pacem, ſi poſſet: ſin minus, Inducias facere. Cic. Philipp. 8, 20. Inducias, *metaphorice, pro Spatii aliquid dare, donec quippiam fiat.* Plaut. Amph. 1, 1, 233 Immo Induciae, parumper fiant, ſi quid vis loqui. Ineptiarum aliquid Catul. 6, 14. Infamiam facere *dicitur* iudex, *Dum infamiam irrogat* Vlpian. in l. quid ergo par. Ex compromiſſo D. de his qui not. infam. Plaut. Truc. 4, 2, 17 Stultus es, qui facta Infecta facere verbis poſtules. Ter. Eun. 4, 7, 32 Miſeret tui me, qui hunc tantum hominem facias Inimicum tibi. Inique facias, *vid.* INIQVVS. Cic. Att. 9, 11 Si hic qua ratione Initium fecit, eadem caetera aget ſincere, temperate, prudenter, valde videro. Initium armorum Cic. Att. 7, 3. Initium caedis Idem Philipp. 5, 20. Initium colloquendi Liu. 25, 23. *Sic,* Confligendi Cic. Philipp. 14, 36. Fugae Caeſ. B. C. 3, 69. Ter. Adelph. 1, 2, 68 Etſi Aeſchinus nonnullam in hac re nobis facit Iniuriam. Cic. Diu. Verr. 54 Quid dices? an id quod dictitas, Iniuriam tibi feciſſe Verrem? Hor. Serm. 2, 6, 28 Luctandum in turba, facienda Iniuria tardis. Iniuriam contumelioſe Ter. Phorm. 2, 2, 1. Idem Eun. 2, 2, 23 Scitum hercle hominem, hic homines prorſus ex ſtultis Inſanos fecit. Ter. Phorm. 2, 1, 44 Sed ſi quis forte malitia fretus ſua, Inſidias noſtrae fecit adoleſcentiae, ac vicit: noſtrane ea culpa eſt, an iudicum? Cic. pro Milon. 60 Milo vnus vrgebat: hic dî immortales (vt ſupra dixi) mentem dederunt illi perdito ac furioſo, vt huic faceret Inſidias. *Add.* Nep. 7, 9, 1. Ter. Eun. 5, 5, 31 Nam iam diu aliquam cauſam quaerebat ſenex, quamobrem Inſigne aliquid faceret iis: nunc

reperit. Plin. 18, 12 Fabacia exiſtimatur Inſomnia facere, *h. e. nocturnas illuſiones prouocare.* Intellectum ſui multis fecit, et non aliter, quam in tenebris lumen effulſit Sen. Ep. 121 *de viro bono.* Cic. Fam. 16, 21 Itaque me iam non poenitebat Intercapedinem ſcribendi feciſſe, ſed potius laetabar. Gell. 13, 12 Refert Tribunosplebis creatos faciendis Interceſſionibus. Interuallum faciunt a bruma ad aequinoctium Varr. 3, 7, 9. Liu. 24, 7 Tanquam laxaret elatum pedem abſtricto nodo, moratus turbam Indigimines, tantum Interualli fecit, vt, *etc.* Introitum Sol facit in geminos Colum. 11, 2, 43. in cancro 11, 2, 49. Liu. 38, 43 *pr.* Itaque ad Inuidiam ei faciendam, legatos Ambracienſes in Senatum ſubornatos criminibus introduxit. Ouid. Met. 4, 547 Vtque parum iuſtae, nimiumque in pellice ſaeuae, Inuidiam fecere deae. Inuidiam gratia, odium turpitudo, iram offenſio iudicis facit Quinctil. 6, 1. Cic. de Orat. 1, 20 Quum Iratum aduerſario iudicem facere vellet. Irrita verba alicuius, *apud* Plaut. in Amph. 3, 2, 44. Cic. pro L. Manil. 15 Etiam ſi Irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur, *de bellica inuaſione.* Id. pro Cn. Planc. 97 At ego, quum caſu diebus iis Itineris faciendi cauſa decedens e Prouincia Puteolos forte veniſſem. Idem de Diuin. 1, 26 Quum quo quidam Arcades familiares Iter vna facerent. Iter fecit a portu nauita Ouid. Epiſt. 18, 10. *Al.* Mouit iter. Iter ad praetorium Liu. (55) . . Iter ad ſuperos Sen. Herc. Oet. 16. Iter infeſtum Lucret. 5, 1123. Iter ſibi occultum Ouid. Faſt. 2, 574. Cic. Att. 5, 9 Actio maluimus Iter facere pedibus, qui incommodiſſime nauigaſſemus. Idem Att. 3, 4 Siue per Epirum Iter eſſet faciendum, *etc.* Iter per auras Ouid. ex Pont. 3, 2, 62. Iter quacunque Cic. Verr. 1, 44. Iter ſceleri Ouid. Met. 15, 105. Iter ſecundum mare facere Cic. Att. 16, 13. Cic. pro L. Flacco 48 Quum Iudicatum non faceret, *i. iudicis ſententiae non pareret. Verbum eſt* duodecim Tabularum, Ni Iudicatum faxit, ſecum ducito. Celſ. l. 42 D. ſi cert. petat. At ſi iudicatum fecerit Titius, nihil vltra Seius tenebitur. *Sed* Iudicatum debitorem facit creditor, *quum eum condemnari facit* Martianus in l. 13 Grege §. 4 Etiam D. de pignorib. Plin. Epiſt. 7, 30 Non deſunt enim, qui me aut Iudicem, aut arbitrum faciant. Cic. Fam. 13, 30 Vt primum per aetatem Iudicium facere potueris, quanti quiſque tibi faciendus eſſet. Idem pro L. Manil. 43 De quo homine vos (id quod maxime facit auctoritatem) tanta et tam praeclara Iudicia feciſtis. Cic. Fam. 11, 29 Grauiſſimum vero Iudicium de fide et de conſtantia feciſti. Hirt. B. Hiſpan. 22 Quum bene magnam manum feciſſet, et nocturno tempore per fallaciam in oppidum eſſet receptus, Iugulationem magnam facit. *De formula* Iuramentum facere, *vid. ſub* IVRO. Liu. 32, . . Rerum ſuarum quas poſſent, ferendarum ſecum dominis Ius fiebat, *i. poteſtas.* Iuſſa Ouid. Met. 2, 154. Cic. pro Flacc. 95 Iuſta Catilinae facta ſunt. *Add.* Plaut. Ciſt. 1, 3, 28. ¶ 12 Plaut. Stich. 3, 1, 6 Eos nunc Laetantes faciam aduentu meo. Cic. de Fin. 1, 25 Recta et honeſta quae ſint, ea facere ipſa per ſe Laetitiam. Laetitiam ingentem Liu. 28, . . Quumque centum Lagenis aeſtimata fuiſſet integra adhuc vinea, poſt dies viginti trecentas fecit Hieron. in Vita Hilarionis, *i. dedit.* Cic. pro Domo ſua 14 Quas iſte tum caedes, quas Lapidationes, quas fugas fecerit. Idem Tuſc. 3, 48 Et quidem C. Gracchus quum Largitiones maximas feciſſet, et effudiſſet aerarium: verbis tamen defendebat aerarium. Lenocinium Sueton. Cal. 40. Aliena mihi opera fieri plures Liberos Plaut. Ciſt. 5, 1, 50. Librum Plin. Epiſt. 147. Plaut. Aſin. 4, 1, 22 Tuus arbitratus ſit, comburas ſi velis, ne vlla ſit cera, vbi facere poſſit Literas. Cic. Acad. 4, 6 Sed ne Literam quidem vnam facimus, niſi forenſem. Ter. Eun. 4, 5, 8 Lites ſunt inter eos factae maxumae. Gell. 10, 1 Ego aduerſus eum, qui doctus eſſe dicebatur, Litem meam abſens facere nolui. Lituram Ouid. ex Pont. 4, 1, 14. Lacrimae fecere Lituras Idem Epiſt. 3, 3. Liuidos facere Scribon. 188. Senec. de Benefic. . . . Vt deuotioni fortiſſimae Locum vltima neceſſitas faceret. Locum voto Ouid. Amor. 2, 19, 6. Longum Horat. Serm. 1, 3, 137. Cic. de Fin. 5, 40 Nihil opus eſt hoc exemplis Longius facere: eſt enim perſpicuum, *etc.* Loquentem Rempublicam Idem in Orat. 85. *i. introducere tanquam loquentem.* Plaut. Merc. prol. 94 Facere aliquantum Lucri argenti. Cic. pro Flacc. 91 Minus igitur Lucri facit. Ludos, *Irridere aliquem* Plaut. Poen. 1, 1, 78. Ter. Phorm. 5, 7, 52 Vt Ludos facit. Ludos ſibi, *pro Ineptiendo ſe deludere* Senec. Epiſt. 114. Ludos, *i. ludere* Lucret. 4, 794. Ludos, *idem quod Ludos edere* Cic. Q. Fratr. 3, 8 Quanta tandem pecunia penderetur, ſi omnium nomine quicunque Romae Ludos facerent? Idem Att. . . . Ludos facere abſens malebat. Lumina ſua facere noxia Ouid. Triſt. 2, 103. *i. videndo aliquid culpam contrahere.* ¶ 13 Maciem Ouid. Met. 11, 793. Plin. 12, 25 Summa probatio (*balſami*) eſt, vt in veſte maculas non faciat. Magiſtratus facere, *vel* fieri: *vid. Burmann. ad* Quinctil. 5, 10 p. 425. Horat. Serm. 1, 10, 20 At Magnum fecit, quod verbis Graeca Latinis Miſcuit. DI tibi Male faciant Cic. Fam. 5, 11. *et* 11, 21. Male et iniuſte Nep. 2, 7, 6. Malitioſe Idem 7, 7, 2. Cic. ad Brut. 15 Nec tamen tantum in ſtatuenda Lepidi ſtatua factum eſt Mali, quantum in euertenda boni. Facere Manare ſudores Scribon. 138. Plaut. Aſin. 5, 2, 63 Ibo ad Diabolum, Mandata dicam facta, vt voluerit. Cic. pro Caecin. 33 Quum Manum fecerit, copias pararit, *etc. vt*, facere Gregem, Exercitum. Cic. Verr. 1, 154 Dubitamus, quid iſte in hoſtium praeda molitus ſit, qui Manubias ſibi tantas ex L. Metelli Manubiis fecerit? Ouid. Triſt. 2, 289 — Iouis ſuccurret in aede Quam multas Matres fecerit ille deus. Maturum, *vid.* MATVRVS. Cic. pro Quint. 8 Medicinae faciendae locus non erit, *ſanationi, curationi.* Idem Fam. 14, 7 Ita ſum leuatus, vt deus mihi aliquis Medicinam feciſſe videatur. Mel facere *dicuntur* apes Plin. 11, 18. Melius facit Scribon. 131. 38. 46. 80. *et ſaepius, de medicamentis.* Ouid. de Rem. Amor. 2, 761 Me certe Sappho Meliorem fecit amicae. Multa Meliora facere Nep. 11, 1, 2. Liu. 4, 29 Egregiae Dictaturae triſtem Memoriam faciunt, qui filium ab A. Poſthumio, *etc.* victorem ſecuri percuſſum tradunt. Menſes V cum marito fecit *mulier, i. vixit.* Vet. Inſcr. Grut. p. 447, 3. *vid.* Facere Annos. Plaut. Moſt. 3, 3, 126. Cic. pro Cluent. . . Quo tandem igitur ore Mentionem corrupti iudicii facitis? Plaut. Aul. 2, 2, 27 Fac Mentionem cum auunculo mater mea. Cic. Q. Frat. 2, 11 De te magis ab Sipylo Mentio eſt honorifica facta. Plaut. Aul. 4, 7, 3 Credo hercle, vbi Mentionem ego fecero de filia, mihi vt deſpondeat, ſe a me derideri rebitur. Id. Perſ. 1, 3, 29 Sed ecquid meminiſti here, qua de re ego tecum Mentionem feceram? Plaut. Ciſtell. 1, 2, 15 Eam meae ego amicae dono huic meretrici dedi, quod ſaepe mecum Mentionem fecerit, vt, *etc.* Mercaturam Plaut. Rud. 4, 2, 26. Cic. in Parad. 6 Nam vt iis, qui honeſte rem quaerunt Mercaturis faciendis. Mercaturas Cic. Verr. 3 (5) c. 28. Mercem beneficium, *i. loco mercis habere* Sen. de Benef. 5, 14. Meretricium Sueton. in Calig. c. 40. *i. vitam meretriciam profiteri.* Colum. 2, 11 Tardius Meſſem primam eius facere oportebit. Tacit. Ann. 6, 36 Inanem Metum fecerant Ouid. Met. 5, 322. Mirifice facere Scribon. 158. *de medicamentis.* Ter. Eun. 5, 2, 25 Miſſa haec faciamus, *i. de hac re ne loquamur amplius.* Idem Andr. 4, 1, 56 Vel tu melius aliud reperi, me Miſſum face. Cic. Off. 3, 112 Iurauitque ſe illum ſtatim interfecturum, niſi iusiurandum dediſſet, ſe patrem Miſſum eſſe facturum. Idem Att. 8, 18 Aequum eſt me a te impetrare, vt cohortes, quae ex Piceno et Camerino venerunt, quae fortunas ſuas reliquerunt, ad me Miſſum facias, *dimittas, quo ſe conferre ad me poſſint.* Cic. Fam. 10, 3 Sciebam enim ex iisdem te haec haurire fontibus, ex quibus ipſe hauſeram. Quare Modum faciam, *i. moderationem adhibebo.* Idem de Legib. 1, 53 Vt aliquando controverſiarum aliquem facerent Modum. Liu. 4, 50 Poſtremo quum Modum irae nullum faceret, *etc.* Modum Veneris ſibi fecit in illa, *non amplius cum illa congreſſus eſt* Ouid. Met. 4, 258. *Aliter*, Liu. 3, . . Neque ſuum cuique ius Modum faciebat, ſed virium ſpe, ſed manu obtinendum erat, *i. moderabatur illius cupiditati, modum praeſcribebat.* *Aliter*, Cic. de Orat. 198 Neque id actores prius viderunt, quam ipſi Poëtae, quam denique illi etiam, qui fecerunt Modos, *i. melodiam compoſuerunt.* Liu. 23, 39 Tantum nauis vna capta cum legatis Momenti fecit ad dilationem imminentis Romanis belli. *Sic* 24, . . Facere Momentum annonae, *pro Iuuare annonam, vel Leuare pretium annonae.* Moram Plaut. Moſt. 1, 1, 72. Cic. pro Sext. 74 Ille ſe affirmare poſtero die, Moram nullam eſſe facturum. Moram certamini Liu. 3, . . *Et* 24, . . Nec hoſtes Moram dimicandi fecerunt. Paull. in l. ſi is, qui D. de iure dot. Neque maritus in agendo Moram feciſſet. Ibid. Etiamſi maritus Moram fecerit in exigendo. Marcell. in l. qui decem §. 1 D. de ſolutionibus, Si in ſoluendo Moram feciſſes. *Et* Paull. in l. ſi ſeruum §. ſequitur D. de verb. oblig. Moram facere legatario Vlpian. in l. quum res legata D. de legatis primo. Libertati, *i. libertatem differre* Vlpian. in l. ſtatu liberos §. non ſolum autem D. de ſtatu liberis. Manumiſſioni Vlp. in l. ſi pecuniam, *non procul a fine* D. de condictione cauſa data. Moram facere quo minus Iulianus in l. ſi quis arbitratu D. de verbor. obligat. Liu. 35, 35 Fecerat ſibi Morem Alexamenus nunc cum tyranno inter paucos ordines circumeundi, *etc.* Morem facit vſus Ouid. Met. 2, 345. Colum. 2, 2 Nam ille Mortem facit: hic teterrimam comitem mortis, famem. Liu. 28, 46 Inde ad oram Ligurum Alpinorum, ſi quos ibi Motus facere poſſet, claſſem appulit. Multam Gell. 7, 14. *et* 11, 1. Lamprid. Alex. c. 50 Cum quibus Multum fecit in Perſide, *i. rem geſſit.* Cato de R. R. c. 2 Pratum purgari, virgas vinciri, ſpinas runcari, expinſi far, Munditias fieri. Plaut. Curc. 1, 1, 47 Ego autem cum illa facere nolo Mutuum, *i. modo mutuo amare ex lege grati animi, ſed vltro et ſponte.* ¶ 14 Naturam alicuius rei, *pro Conſuetudinem et vſum facere* Quinctil. 2, 4. Nauem, *pro Aedificare nauem* Plaut. Mil. 3, 3, 43. Cic. Verr. 1, 46 Decem enim Naues iuſſu L. Muraenae Populus Mileſius ex pecunia vectigali Populi Romani fecerat. Idem de Natur. Deor. 3, 89 Illi enim nusquam picti ſunt, qui Naufragium fecerunt, in marique perierunt. *Metaphor.* Cic. Verr. 5, 69 Hic primum opes ipſius ciuitatis victae, comminutae, depreſſaeque ſunt: in hoc portu Athenienſium nobilitatis, imperii, gloriae Naufragium factum exiſtimatur. Id. Verr. 5, 45 Quid exiſtimare eos, qui audiebant, arbitrabare? Inanem te nauem eſſe in Italiam deducturum? Nauicularium te, quum Romam veniſſes, eſſe facturum? *vid.* NAVIS. Nauſeam facit Scribon. 200. Ouid. Met. 8, 483 Vlciſcor, facioque Nefas, fera bella ſequutus. Nefas ſibi quiſque fecit, *i. pro ſe quiſque operam dedit, vt nefarium ſcelus aliquod perpetraret* Lucan. 2, 147. Negligenter Nep. 7, 7, 2. Negotium alicui, *pro Exhibere* Quinctil. 5, 12. Cic. pro L. Agr. 2, 102 Iſtos, quibus otioſi Negotium feciſſemus, otioſiſſimos reddam. Ter. Andr. 2, 3, 23 Sed ſi te aequo animo ferre accipiet, Negligentem feceris. Nidum, *vid.* NIDVS. Nimium mihi facientia tela Ouid. Heroid. 2, 39. *i. negotium faceſſentia, efficacia.* Nobilem, *nobilitare* Plin. 10, 26. Nobilitatem: *vt*, Longinquitate nobilitas facta Idem 10, 47. Nocentem aliquem Lucan. 2, 203. Nomen, *nominare* Plaut. Men. 1, 1, 1. Idem Bacch. 4, 9, 21 Ei profecto Nomen facio ego Ilio. Liu. 8, 15 Scelerato campo (credo ab inceſto id ei loco Nomen factum). Virg. Georg. 1, 137 Nauita tum ſtellis numeros, et Nomina fecit. Nomen alicui, *pro Conciliare famam et celebritatem* Liu. 28, . . *Sed ad proprietatem etiam reſpicit* Ouid. Faſt. 1, 597 Et mortem et nomen Druſo Germania fecit: Germanicus *enim dictus deuicta Germania.* Cic. Off. 3, 59 Emit homo cupidus et locuples tanti, quanti Pythius voluit: et emit inſtructos, Nomina facit, negotium conficit. *i. creditoris et debitoris, venditoris et emtoris nomina in tabulis trapezitae publicis ſcribi curat, etc.* Id. Fam. 7, 24 Accepi Auiani literas, in quibus hoc inerat liberaliſſimum, Nomina ſe facturum, qua ego vellem die, *i. pecuniam crediturum, in eam diem ſoluendam, quam ego poſtulaſſem.* *Sic* Sen. de Vit. Beata c. 24 *pr. Add.* Id. de Ben. 1 *pr.* Nunquam magis Nomina facio, quam quum dono. *Sic* Nomen cum vineis, quaſi fenerator cum debitore, facit ruſticus Col. 3, 3, 9. *i. credit, et exſpectat vſuras.* Liu. 26, 23 *extr.* Otacilius Craſſus Pontifex ab exacto anno mortuus erat, ideo Nominatio in eius locum non eſt facta. Notum Plin. Epiſt. 10, 23. Ouid. Met. 12, 64. Numerationem, *pro Numerare* Senec. Epiſt. 26. Ter. Andr. 3, 2, 42 Tu tamen has Nuptias perge facere ita, vt facis. *Conf.* Iuſtin. 7, 3, 9. ¶ 15 Plaut. Trin. 2, 1, 33 Sunt tamen quos miſeros, maleque habeas, quos tibi Obnoxios feciſti. Plaut. Aſin. 1, 1, 50 Qui mihi auſcultabunt, facient Obſequelam, *h. e. obſequentur.* Obſidium Plaut. Bacch. 4, 9, 24. Gell. 15, 30 A peritia, diſciplinaque faciendi Obſidii. Plaut. Bacch. 1, 1, 63 Tu facito opulentum Opſonium. Ego opſonabo. Odium vitae, *Facere, vt aliquis vitae taedio tangatur* Plin. 20, 18. *Eſſe etiam dicitur* Senec. de Ira 1, . . Offam ex hoſtibus, *vid.* Fractum facere. Ter. Phorm. 4, 5, 12 Non ſat tuum te Officium feciſſe, ſi non id fama approbat? Idem Eun. 4, 5, 3 Poſtquam ſurrexi, neque pes, neque mens ſatis ſuum Officium facit. Gell. 5, 13 Quum quaereret, quibus nos Officia prioribus potioribusque facere oporteret. *Conf.* Iuſtin. 16, 2, 9. Omen Plin. 15, 19. Oleam facere *dicitur* agricola Cat. 65, 1. *vid.* Frumentum facere. Omnia facere, vt — Scrib. 97. *Conf.* Cic. Fam. 16, 17. Optime facit Scribon. 112. *de medicamentis.* it. 174. Liu. 27, . .

Quales ex hac die experiundo cognouerit, perinde Operae eorum pretium faciat. Cic. Diu. Verr. 1, 45 Quoties ille tibi poteſtatem Optionemque facturus ſit, vt eligas vtrum velis. Opus, *Laborare, operari* Plaut. Trin. 2, 4, 180. Ter. Eun. 2, 1, 14 Opus faciam, vt defatiger vsque, ingratus, vt dormiam. Orationem, *vid.* ORATIO. Orbes Salluſt. in Iugurth. c. 97 *extr. eſt genus aciei, vt vndique reſiſti poſſit.* *Sic* Caeſ. Bell. Gall. 4, 37 Quum illi orbe facto ſeſe defenderent, celeriter ad clamorem hominum circiter millia ſex conuenerunt. *Sed* Ouid. Met. 2, 514

Mentiar, obſcurum niſi nox quum fecerit Orbem, *i. tenebris tellurem inuoluerit.*

Nuper honoratas ſummo mea vulnera caelo
Videritis ſtellas.

Cic. Fam. 8, 14 Scis Appium Cenſorem hic Oſtenta facere de ſignis et tabulis. Virgil. Ecl. 1, 6 O Meliboee, Deus nobis haec Otia fecit, *i. procurauit.* Varro de R. R. 3, 9 Neque fere in villis Oua ac pullos faciunt, ſed in ſiluis. ¶ 16 Pactiones, *Paciſci* Cic. Att. 4, 17. Pactionem cum aliquo de re aliqua Idem de Prouinc. Conſ. 10. *Et* pro Roſc. Com. 40 Quum de tota lite Pactionem faceret. Cic. pro Roſc. Com. 26 Dic Pactionem feciſſe, vt abſolueretur: non pepigit. *Vid.* Iuſtin. 15, 2, 2. *et* 4, 21. Pactum inter eos factum eſt Modeſt. in l. Caius D. de pignorat. actione. Par Plaut. Amph. 1, 2, 32. Idem Trin. 2, 2, 4 Feceris Par tuis caeteris factis, patrem tuum ſi percoles. Plin. Paneg. c. 81 *pr.* Quod ſi quando cum influentibus negotiis Paria feciſti, inſtar refectionis exiſtimas mutationem laboris, *i. ſi ſatis feciſti, et officium tuum feciſti.* Cic. de Legib. 3, 19 Omnia infima ſummis Paria fecit, turbauit, miſcuit. *Pro hoc* Senec. Epiſt. 19 *dixit* Facere Parem rationem, *vid.* PAR. Parentem pulchra prole Virg. Aen. 1, 79. Parricidium, *pro Committere* Iuſtin. 1, 9, 5. Partem in luſu Senec. de Benef. 2, 32. Cic. de Orat. 2, 366 Primum quis Antonio permiſit, inquit, vt et Partes faceret, et vtram vellet, prior ipſe ſumeret? Plaut. Pſeud. 1, 1, 9 Quid eſt, quod tu exanimatus iam hos multos dies geſtas tabellas tecum eas lacrimis lauis, neque tui Participem conſilii quenquam facis? Plin. 27, 12 *de phyllo herba*, Haec ſui ſexus facit Partus. Parui Plaut. Aul. 1, 2, 34. *et* Rud. 3, 3, 35. Liu. 3, . . Alibi Pauorem, alibi gaudium ingens facit. *ſubaud.* Clamor. Plaut. Poen. 2, 13 Quando id, quod ſat erat, ſatis habere noluit, ego Pauſam feci. Caeſ. Bell. Gall. 2, 29 Conſenſu eorum omnium Pace facta. Ouid. Faſt. 3, 673 Pace domi facta, ſignum poſuere perenne. Pacem fecere cum Samnitibus Romani Cic. Offic. 3, 109. *Et* Liu. 24, . . *Add.* Iuſt. 3, 9, 13. 8, 4, 2. *et* 30, 1, 7. Pecuariam, *pro Exercere* Sueton. Iul. c. 42. Peculatum Plaut. Ciſt. 1, 1, 74. Cic. pro Rabir. perduel. 7. Plaut. Moſt. 4, 1, 7 Sed hi ſi reprehenſi ſunt, faciunt a malo peculium, *i. puniuntur, malum nanciſcuntur.* Pecuniam, *pro Lucrari, accumulare, colligere.* Cic. Verr. 2, 17 Quaerere ipſe ſecum, et cogitare cum ſuis coepit, quibusnam rebus in ea prouincia maximam vno anno Pecuniam facere poſſet. Idem Verr. 3, 21 Et iſta ratione innumerabilem Pecuniam facere poſſet, *etc.* Magnas pecunias ex metallis Nep. 5, 1, 3. Periculum, *Tentare, experiri* Plaut. Mil. 3, 1, 41. Ter. Andr. 3, 3, 33 Qui ſcis ergo iſtuc niſi Periculum feceris? Idem Heaut. 1, 2, 36 Scitum eſt, Periculum ex aliis facere, tibi quod ex vſu ſiet. Ter. Eun. 3, 2, 23 Fac Periculum in literis, fac in palaeſtra, in muſicis, quae liberum ſcire aequum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo. Periculum diligentiae Cic. Verr. Act. 1, 34. Periculum legionum Caeſ. . . . Periculum ſui Cic. Diu. Verr. 27. Tacit. Hiſt. 4, 71 Crebris interim nuntiis Valentinum monuere, ne ſummae rei Periculum faceret. Periculum alicui, *pro Adducere in diſcrimen et periculum.* Tac. Ann. 13, 33 Eousque ambitus praeualuit, vt quidam accuſatorum eius exilio multarentur, tanquam inſonti Periculum feciſſent. Peritum me fecere dolor et lacrimae Propert. 1, 9, 7. Cic. Att. 5, 13 Ego praeterea rationem Philogeni Permutationis eius, quam tecum fecit, edidi. Tacit. Hiſt. 2, 70 Quae laeta in praeſens mox Perniciem ipſis fecere. Cic. Diu. Verr. 5 Nam vt apertus in corripiendis pecuniis fuit, ſic in ſpe corrumpendi iudicii Perſpicua ſua conſilia, conatusque omnibus fecit. Perturbationem Caeſ. Bell. Gall. 4, 29. Columel. 6, 5 Et id praecipue, quod egerit ſus aegra, Peſtilentiam facere valet. Cic. Poſt red. in Senat. 10 Egeſtate et improbitate coactus Piraticam ipſe feciſſet. Idem in Orat. 228 Sic oratio nec Plagam grauem facit, niſi petitio fuerit apta. Planum, *pro Oſtendere et declarare.* Cic. pro Roſc. Com. 54 Quid ſi tandem Planum facio poſt deciſionem Roſcii, *etc.* Plenum faſtidii, *Implere faſtidio* Plaut. Mil. 4, 2, 43. Pluris Nep. 11, 3, 4. Plurimi Cic. Fam. 15, 14. Lamprid. Alex. 55 Quum ipſe Alexander cornua adiret, — manu Plurimum faceret. Plurimum Quinctil. 6, 5. Cic. in Piſon. 70 Poëma porro facit ita feſtiuum, ita concinnum, *etc.* Horat. in Arte Poët. 303. Pondus: *vt*, Minimum ponderis facit Plin. 12, 19. Cic. Fam. 10, 15 Ponte vno die facto exercitum ad IIII. Id. Maii traduxi. Liu. 28, 4 *extr.* eodem anno claſſis Romana cum M. Valerio Leuino Proconſule ex Sicilia in Africam transmiſſa in Vticenſi, Carthaginienſique agro late Populationes fecit. Ex variis quaſi elementis congregauit corpus vnum, Populumque Romanum ipſe fecit Flor. 1, 1, 9. *vid. h. l. Graeu. idemque in Lect. Heſiod. c. 14.* *Conf.* Facere Exercitum. Poteſtatem; *Concedere, vel Permittere* Cic. in Catil. 3, 11 Si quid de his rebus dicere vellet, feci Poteſtatem. Idem pro Cluent. . . . Reſpondendi Fidiculano Poteſtas facta non eſſet. Cic. Verr. 4, 149 Hic ego poſtulare coepi, vt mihi tabulas obſignare, ac deportare liceret: ille contra. inſtare ego, omnium mihi tabularum et literarum fieri Poteſtatem oportere. Poteſtatem pugnae Iuſtin. 2, 5, 10. *et* 32, 3, 5. Cic. Q. Fratr. 1, 2 Quod quum Gabinium de ambitu vellet poſtulare, neque Praetores diebus aliquot adiri poſſent, vel Poteſtatem ſui facerent. Idem Philipp. 8, 31 Facere omnibus ſui conueniendi Poteſtatem. Poteſtatem ſui facere *dicuntur* magiſtratus Vlpian. in l. pridie D. de Feriis. Cic. Fam. 6, 18 Eos, qui facerent Praeconium, vetari eſſe in decurionibus; qui feciſſent, non vetari. *Sed* Ouid. Epiſt. 16, 139 Magna quidem de te rumor Praeconia fecit. Praedam Cic. Verr. 3, 117. *Et* Caeſ. B. G. 4, 34 Et quanta Praedae faciendae, aut in perpetuum ſui liberandi facultas daretur. Praedas magnas Nep. 12, 2, 3. Plaut. Aulul. 2, 1, 41 Si eam ſenex anum Praegnantem fecerit fortuito, *etc.* Caeſ. Bell. G. 1, 13 Hoc praelio facto, *etc.* Idem B. C. 2, 18 Saepe ex Tribunali praedicauit aduerſa Caeſarem Praelia feciſſe. Caeſ. B. C. 1, 7 Hortatur cuius Imperatoris ductu nouem annis Rempublicam feliciſſime geſſerant, plurimaque Praelia ſecunda fecerant, *etc.* Paullus in l. de vnoquoque D. de re iudicata, Si ſaepe conuenti praeſentiam ſui facere noluerint. Hermogenianus in l. contumacia, eodem titulo Praeſentiam ſui facere contemnit. Liu. 39, 18 *pr.* Qui tantum initiati erant, et ex carmine ſacro, praeeunte verba ſacerdote, Precationes fecerant. Pretium, *Aeſtimare* Plaut. Perſ. 4, 4, 37. Plin. 12, 20 Pretium Daphnoidis faciunt X. CCC. Liu. 24, 24 Qui quum ordine omnia edocuiſſet, et Principium coniurationis factum ab Harmoniae Gelonis filiae nuptiis, *etc.* Caeſ. B. G. 5, 45 Veritus ſi ex hibernis fugae ſimilem Profectionem feciſſet, vt hoſtium impetum ſuſtinere non poſſet. Plin. . . . Nec minorem ſub eo praeceptore Profectum fecit, *i. nec minus profecit.* Cic. Tuſcul. 4, 43 Philoſophiae denique ipſius principes, nunquam in ſuis ſtudiis tantos Progreſſus ſine flagranti cupiditate facere potuiſſent. Cic. Off. 3, 95 Promiſſum potius non faciendum, quam tam tetrum facinus admittendum fuit. Ergo Promiſſa non facienda nonnunquam. Caeſ. B. C. 2, 25 Qua Pronuntiatione facta, temporis puncto, ſublatis ancoris, omnes Vticam relinquunt. *Paullo ſuperius dixerat*, Curio pronuntiari iuſſit. Plin. 12, 5 Rami nouam ſibi Propaginem faciant circa parentem in orbes. Propitium aliquem Plaut. Poen. 1, 2, 165. Ibid. 2, 6 Nec potui tamen Propitiam Venerem facere, vti eſſet mihi. Prouentum maiorem, *h. e. exuberantiores fructus dare.* Colum. 2, 15 Nec ſolum ea res maiorem facit Prouentum, ſed etiam ſaporem et odorem vini pomorumque reddit meliorem. Prurire facit Scribon. 193. Pueritiam omnem in domo patrui Pinarii fecit Capitolin. in Maximo et Balb. c. 5. *vid.* Annos facere. Tacit. Ann. 3, 21 Proſperam aduerſus Numidas Pugnam facit. Pugnam ex auro, *i. ſculpere in auro* Virgil. Georg. 3, 27 In foribus Pugnam ex auro, ſolidoque elephanto Gangaridûm faciam, victorisque arma Quirini. Cic. Acad. 4, 145 Tum quum plane compreſſerat, Pugnumque fecerat, comprehenſionem illam eſſe dicebat. Varro de R. R. 3, 5, 6 Non enim vt aduenae volucres faciunt Pullos, *etc.* *Add.* 3, 9, 17. *et* 3, 10, 2. *vid.* Sobolem facere. ¶ 17 Querimonias, gemitus, eiulatus Gell. 1 c. vlt. Quaeſtum, *Lucrari* Plaut. Capt. 1, 2, 26. Ter. Heaut. 4, 1, 27 Nempe anui illi prodita abs te filia eſt planiſſume per te, vel vti Quaeſtum faceret, vel vti vaeniret palam. Pſeudo-Cic. ad Octau. . . . Cuius auus fuerit argentarius, adſtipulator pater, vterque vero precarium Quaeſtum fecerit. Quaeſtum facit corpore *meretrix* Liu. 26, 33. Quaeſtum carcerarium Plaut. Capt. 1, 2, 26. Quaeſtum furtis Cic. Verr. 5, 140. Ter. Adelph. 5, 4, 15 Nati filii: alia cura: porro autem dum ſtudeo illis, vt Quamplurimum facerem, contriui in quaerundo vitam, atque aetatem meam. Ego Quanti te faciam, ſemperque fecerim, Quanti me a te fieri intellexerim Cic. Fam. 6, 10 *pr.* Quid faceret? Plaut. Rud. 2, 3, 48 *deliberantis et communicantis eſt.* *Sic* Quid facerem? neque ſeruitio me exire licebat, Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi Virgil. Ecl. 1, 41. Quid faciat Philomela? fugam cuſtodia claudit Ouid. Met. 6, 572. Quid faciat? caſusne ſuos ferat ipſa parenti Stat. Achill. 1, 674. *Add.* S. Lucam 16, 3. Miſerunt conſultum, quidnam facerent de rebus ſuis Nep. 2, 2, 6. Quid faciet mihi? *deſpicientis eſt* Plaut. Perſ. 2, 3, 16. *Et* Ter. Eun. 5, 2, 10 Haereo. Quid faciam? Quid mea autem? Quid faciet mihi? *Sed* Andr. 1, 1, 85 Quid mihi hic faciet patri? *honeſte argumentantis eſt.* Quid non faciebat Amyntas Virgil. Ecl. 2, 35. Magnum pauperies opprobrium iubet Quiduis et facere et pati Hor. 3, 24, 24. Liu. 21, 28 *extr.* Donec Quietem ipſe timor, circumſpicientibus aquam, feciſſet. Quietem infeſtam alicui, *i. impedire aliquem, ne ſecurus dormiat* Lucret. 5, 981. ¶ 18 Liu. 28, 39 *extr.* Quae nobis Imperatores veſtri commoda tribuerunt, ea Rata atque perpetua auctoritate veſtra faciatis. Rates Caeſ. B. G. 1, 12. Raucitatem facit Scribon. 185. Caeſ. Bell. G. 4, 30 Optimum factu eſſe duxerant, Rebellione facta, frumento commeatuque noſtros prohibere. Recte, et ſapienter aut commode Plaut. Amph. 1, 1, 133. Redemturam, *vid.* REDIMO. Ter. Heaut. 2, 4, 18 Ergo mea Antiphila tu nunc ſola Reducem me in patriam facis. Reliqui nihil ſibi ad celeritatem Caeſ. B. G. 2, 26 *extr.* *Add.* Nep. 25, 21, 5. Caeſ. B. G. 8, 24 Si quos fortuna feciſſet Reliquos. Ter. Adelph. 2, 2, 12 Nunquam Rem facies, abi, neſcis ineſcare homines Sannio, *nunquam diues fies.* Hor. Epiſt. 1, 1, 64. Rem ſi quis fecit ad alium peruenire Vlpian. in l. Iulian. D. ad exhibendum. Ter. Eun. 3, 3, 7 Vbi veni, cauſam vt ibi manerem, repperit, ait Rem diuinam feciſſe, et Rem ſeriam velle agere mecum. Cic. Verr. 4, 18 Res illum diuinas apud eos deos in ſuo ſacrario prope quotidie facere vidiſti. Liu. Bell. Mac. . . . Res diuinas facere maioribus hoſtiis iuſſerunt *Add.* Non. 4, 217. *Conf.* Nepos 23, 2, 4. Plaut. Pſeud. 2, 1, 12 Si ego hoc expugno, facilem hanc Rem meis ciuibus faciam. Cic. Fam. 14, 14 Labienus Rem meliorem fecit, *diſceſſu ſuo a Caeſare rem publicam iuuit.* Ter. Heaut. 4, 3, 43 Quo velis in tempore, vt te exſoluas, Rem facias palam. Rem vnam ex duabus Cic. de Fin. 2, . . . Plin. 30, 6 Pecudis lien recens magicis praeceptis ſuper dolentem lienem extenditur, dicente eo, qui medeatur, lieni ſe Remedium facere. Vlpian. 49 l. 1 titulo Quando appellandum ſit, An vero a Remiſſione quam Praeſes fecerit, appellatio ſit interponenda. Sall. in Catil. c. 52 Nolite exiſtimare maiores noſtros Rempublicam ex parua armis magnam feciſſe. Plaut. Bacch. 2, 3, 62 Reuerſionem ad terram faciunt veſperi. Reum, *h. e. accuſare, quod etiam eſt Reum agere.* Cic. pro Cluent. 56 Tamen Auitus Oppianicum Reum ſtatim non fecit. *Et* Fam. 4, 7 Alienae igitur, inquies, culpae me Reum facies? *Legitur ex vetuſto exemplari*, Subiicies. Riſum Quinctil. 5, . . Idem 6, 1, 40 Ea ſaepius Riſum fecit, *i. mouit.* *Add.* ſ. 48. Robur, *pro Roborari* Quinct. 10, 3, 10. Ruina facta eſt tibi Ouid. Triſt. 5, 14, 23. Quinctil. Decl. 19 Dum nimium libertati vocis indulges, poteſt populus aliquem de me facere Rumorem. ¶ 19 Sacrificium et ſacra Cic. de Clar. Orat. 56. Liu. 1, 45 *extr.* Quidnam tu hoſpes paras, inquit? inceſtum Sacrificium Dianae facere? Idem 1, 20 Quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quae templa Sacra fierent. Sacra Ioui facturus erat Ouid. Met. 3, 26. Hirt. Bell. Afr. 85 Atque armis dimiſſis Salutationem more militari faciunt. Liu. 35, . . Nondum indicto bello, aut ita commiſſo, vt ſtrictos gladios, aut Sanguinem vsquam factum audiſſent. Plaut. Men. 5, 4, 5 Quin ea cauſa duco te, vt id dicas mihi: atque illum vt Sanum facias. *Conf.* Diſertum facere. Sapienter Plaut. Poen. 5, 2, 132. Cic. de Clar. Orat. 1 Ego vero inquam, ſi potero, faciam vobis Satis. *i. faciam, quod vultis.* Plaut. Rud. 1, 3, 13 Nam me ſi ſciam feciſſe aut parenti Sceleſte, minus mei miſererer. Cic. de Orat. 1, 220 Scelus eos nefarium facere, *etc.* dicunt. Ouid. Met. 7, 340. Tac. Ann. 15, 67 Faciendis Sceleribus promtus. Schema per imprudentiam Quinctil.

ctil. 1, 5. Plaut. Perſ. 2, 2, 42 Quando ita certa res eſt, nihil facio ſcire, valeas. Liu. 9, 46 *pr.* Neque eius accepi nomen, quod Scriptum faceret, tabulam poſuiſſe, et iuraſſe ſe Scriptum non facturum: quem aliquanto antea deſiiſſe Scriptum facere arguit Macer Licinius. Scrutariam Apul. Met. 4 p. 146. Se facere, *eſt ſimulare, fingere.* In eo libro, vbi ſe cum Curione colloquentem facit Cic. in Bruto c. 60. Se duriuſculum Plin. praef. *pr.* Plaut. Mil. 2, 1, 30 Itaque Intimum ibi Se miles apud laenam facit. Verbis ſe Locupletem facere Cic. pro Flacc. c. 20 *pr.* *Sic* Idem pro Planc. 65 c. 27 Feci me vnum ex iis, qui ad aquas venerant. Catul. 10, 17 Vnum vt me facerem beatiorum. Plaut. Curc. 4, 3, 7 Ne te mihi facias ferocem, aut ſupplicare cenſeas. *Et* Mil. 3, 2, 20 Magnum me faciam nunc, quoniam illae me collaudant. Plaut. Mil. 2, 4, 55 Dum te fidelem facere hero voluiſti, paene abſumtus es. *Hic poteſt etiam pro* praeſtare *poſitum eſſe: vt* er Poen. 2, 3, 8 Ego nunc me glorioſum faciam. *Et* Ter. Adelph. 4, 7, 38 Hilarum ac lubentem fac te in gnati nuptiis. *Et* Plaut. Amph. 1, 2, 4 Ita Verſipellem ſe facit, quando lubet. Idem Mil. 4, 6, 28 Nam tu te Vilem feceris, ſi te vltro largibere. *Huc etiam referendum illud* Donati *ad* Ter. Phorm. 4, 3, 30 Haec hinc faceſſat: pro Hinc ſe faciat, id eſt, abeat: vt, Huc ſe faciat, huc accedat, ſignificat. — Plautus, Argentum hinc facite. Huc te fac dicitur, pro huc accede. *Haec ille.* Seceſſionem, *Secedere, et caſtra mouere* Liu. 24, . . Caeſ. Bell. Ciu. 1, 7 Nam cum populo agi coeptum, nulla Seceſſio facta. Liu. 36, 41 *pr.* Dum haec in Italia geruntur, Antiochus Epheſi ſecurus admodum de bello Romano erat, tanquam non tranſituris in Aſiam Romanis: quam Securitatem ei magna pars amicorum, aut per errorem, aut aſſentando faciebat. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 87 Petreius, atque Afranius quum ſtipendium ab legionibus paene Seditione facta flagitarent, *etc.* Ter. Phorm. 5, 8, 12 Factum eſt abs te Sedulo. Liu. 34, . . Quid faciat laetas Segetes Virgil. Georg. *pr.* Sementem Liu. 25, . . Cic. de Orat. 2, 261 Vt Sementem feceris, ita metes. Sementem in ore alicuius facere, *ioco dixit* Plaut. Men. 5, 7, 23. *et pugnos obſerere.* Idem Curc. 1, 1, 36 Dum ne per fundum ſeptum facias Semitam, *Metaph. de mala libidine in perſonas honeſtas graſſante.* Cic. Att. 9, 18 Volet enim credo, Senatuſconſultum facere, volet Augurum decreta. Idem Verr. 1, 66 Mature veniunt, diſcumbitur: fit Sermo inter eos, et inuitatio, vt Graeco more biberetur. *Aliter*, Cic. Fam. 9, 8 Feci igitur Sermonem inter nos habitum in Cumano, quum eſſet vna Pomponius, *i. finxi, quaſi habitum in literas retuli.* Caeſ. B. G. 2, 33 Celeriter (vt ante Caeſar imperauerat) ignibus Significatione facta, ex proximis caſtellis eo concurſum eſt. Silentium Plaut. Amph. prol. 15. Liu. 24, 8 *extr.* Tum Q. Fabius Silentio facto tali oratione eſt vſus. Phaedr. 5, 5. Liu. 3, 47 Silentium factum per praeconem. Plin. 11, 44 Simiarum pedes ſunt, vt manus, praelongi: ſed veſtigium palmae ſimile faciunt. Singultus facit Scribon. 191. Plin. 11, 18 Inſidiantur apibus aquantibus ranae, quae maxima eſt earum operationum, tum quum Sobolem faciunt. *Sic* Colum. 6, 37, 7 Facit aſinus Sobolem. Liu. 24, . . Ad eum Centuriones tres legatos miſerunt, qui cum eo amicitiam, Societatemque facerent. Societatem rerum Cic. pro Quint. 12. Plin. 20, 7 Peculiares earum vires partim iam dictae ſunt Somnum faciendi, Veneremque inhibendi. Sonitum Lucret. 6, 132. Liu. 39, 31 *extr.* Tribuni militum quinque amiſſi, et pauci Equites Romani, cruentae maxime victoriae Speciem fecerunt. Spem, *pro Excitare* Liu. 2, . . Cic. Att. 3, 6 Tuae quidem literae quo ſaepius a me leguntur, hoc Spem faciunt mihi minorem. *Conf.* Iuſtin. 22, 1, 12. Liu. 30, 11 *pr.* Vt ſubiectae oculis regni per multos florentes annos vires etiam minus barbaro atque impotenti animo Spiritus poſſent facere. Martian. de Aleatorib. l. 11 Quibus rebus Sponſionem facere licet. Cic. Verr. 5, 140 Cogere eum coepit, quum ageret nemo, nemo poſtularet, H-S duobus millibus Sponſionem facere cum lictore ſuo. Idem pro Quint. 9 Qui, quum de re agendi nullo recuſante poteſtas fuiſſet, Sponſionem de probro facere maluerit. Sponſionem ſi, *vel* niſi. Cic. pro Quint. 84 Iubet P. Quintium Sponſionem cum Sex. Naeuio facere, Si bona ſua ex edicto, *etc.* Idem Off. 3, 77 Quum is Sponſionem feciſſet, Ni vir bonus eſſet. Sponte ſua Lucret. 2, 193. Stadia quingenta curſu, *i. percurrere* Iuſtin. 11, 8, 2. Statuam Senec. Ep. 9. Statum Quinctil. 3, 6 *de orationis ſtatu.* Stercus, *pro Cacare* Columel. 2, 15, 2. 11, 3, 12. 12, 15, 4. Stipendia ſub aliquo, *idem quod Militare* Aur. Vict. de Viris Illuſtr. c. 72. Liu. 5, . . Factaque dicendi poteſtate, equis ſe ſuis Stipendia facturos promittunt. Iuſtin. 24, 4, 10. Caeſ. B. G. 1, 36 Heduos ſibi, quoniam belli fortunam tentaſſent, et armis congreſſi et ſuperati eſſent, Stipendiarios eſſe factos, *i. tributum pendere coactos.* Cic. Att. 5, 11 Ita mihi videtur non minus Stomachi noſtro Caeſari feciſſe. Idem Philipp. 3, 31 Ille autem ex Myrmillone dux, ex gladiatore imperator, quas fecit Strages vbicunque poſuit veſtigia? Liu. 23, . . Facere Stragem hoſtium. Idem 40, 2 *pr.* Atrox cum vento tempeſtas coorta, multis ſacris profaniſque locis Stragem fecit. Facere Strenue quam dicere ſcite laudabilius Liu. 10, 19. Plaut. Pſeud. 1, 3, 9 Non iucundum eſt, niſi amans facit Stulte. Stuprum cum ſorore Cic. pro Milon. 74. Liu. 22, 57 Qui cum Floronia Stuprum fecerat. Plaut. Aſin. 4, 1, 52 Hoc ne ſic faciat, tu labellum abſtergeas potius, quam cuiquam illa Suauium faciat palam. Cic. Fam. 1, 9 Summam feci cogitationum mearum omnium. Plaut. Capt. 4, 2, 76 Quin ita faciam, vt te cupias facere Sumtum. Ter. Hec. 4, 4, 63 Quam longum ſpatium amandi amicam tibi dedi? Sumtus quos feciſti in eam, quam animo aequo tuli? Idem Heaut. 1, 1, 79 Sumtus domi tantos ego ſolus faciam? Hor. Serm. 1, 2, 19 Pro quaeſtu Sumtum facit. Cic. Att. 5, . . Ita viuam, vt maximos Sumtus facio. Plaut. Bacch. 1, 1, 65 Nam id flagitium meum ſit, mea gratia te operam dare mihi, et ad eam operam facere Sumtum de meo. Cic. pro L. Manil. 39 Non modo vt Sumtum faciat in militem, nemini vis affertur: ſed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. Plaut. Caſin. 3, 4, 27 Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim, et praeter operam reſtim Sumti fecerim. Superbum te faciam: *i. mortuum* Plaut. Amph. 1, 1, 201. Superbos, *inquit* Nonius 2, 784 *citans hunc locum*, veteres Mortuos dixerunt: propter pompam funeris, quia mortui ſublati in altum, ad ſepulcrum ferri ſoliti ſunt. Superſtitioſe aliquid fieri Quinct. 1, 1, 13. Cic. pro Flacc. 83 Nunc facis Suſpicionem: ita enim dixiſti, vt neſcio quid abs te impetratum eſſe videatur. Idem Verr. 1, 95 Praeterea pecunias occuparat apud populos, et Syngraphas fecerat: argenti optimi caelati grande pondus ſecum tulerat. *Eadem ratione dicitur* Syngraphas facere, *vt*

Nomina. ¶ 20 Liu. 4, . . Itaque ſicut priore anno per indigniſſimos ex plebeiis candidatos, omnium etiam dignorum Taedium fecerant, *etc.* Plin. 31, 3 Animalia quae faciunt Taedium *in aquis, vt vermes et inſecta in iis naſcentia.* Plaut. Bacch. 3, 2, 8 Condigne his technam de auro aduerſum meum fecit patrem, vt mihi amanti copia eſſet, *quaſi machinam, qua expugnetur.* Ouid. Met. 6, 31 — tibi fama petatur Inter mortales faciendae maxima Telae. Plin. 15, 19 Radicem eius magni ponderis videmus in palatii Templo, quod fecerat diuo Auguſto coniux Auguſta, aureae paterae impoſitam. Plin. 14, 2 Si quidem Temulentiam ſola non facit. Tenebras nubibus Lucret. 2, 1099. Terrorem Liu. 7, . . *et* 32, . . Cic. de Legib. 2, . . Quod ſi hoc, qui Teſtamentum faciebat, cauere noluiſſet. Teſtem aliquem Ouid. Faſt. 5, 683. Teſtes, *i. aduocare, adbibere* Plaut. Curc. 4, 4, 9. Ter. Adelph. 2, 1, 49 Vbi me dixero dare tanti, Teſtes faciet illico vendidiſſe me. Liu. 34, . . Deos hominesque ſe Teſtes facere inuitos, *etc.* Idem 5, . . Inde clamore facto, ac Teſtudine facta ſubeunt, *vid.* TESTVDO. Cic. Fam. 10, 18 Non vllam rem aliam extimeſcens, quam eandem, quae mihi quoque facit Timorem. Topiarium Cic. Q. Fratr. 3, 1. *vid.* TOPIARIVM. Vlpian. l. 35 §. 3 D. de hered. inſtit. Rerum autem Italicarum, vel prouincialium ſignificatione, quae res accipiendae ſint, videndum eſt. Et facit quidem Totum voluntas defuncti: nam quid ſenſerit, ſpectandum eſt, *i. omnia ſunt in voluntate defuncti, et ex ea aeſtimantur.* Plaut. Merc. 5, 2, 36 Hic facit Tranquillitatem, iſte omnes fluctus conciet. Idem Epid. 4, 1, 35 Habe animum lenem, et Tranquillum face. Liu. 26, 25 *pr.* Inde Dardanorum vrbem, ſitam in Macedonia, Tranſitum Dardanis facturam cepit. Columel. 11, 2 Quintodecimo Calendas Martii ſol in Piſces Tranſitum facit. Hirt. Bell. Hiſp. 26 Qui nuntiauerunt Equites Romanos coniuraſſe omnes, qui in caſtris Pompeii eſſent, vt Tranſitionem facerent. Liu. 3, . . Nec-opinata etiam res plus Trepidationis fecit. Vlpian. in l. ſi ſeruus ſeruum §. rupiſſe D. ad legem Aquiliam, Qui vel virgis, vel loris, vel pugnis ceciderit, vel telo, vel quo alio ſciderit alicui corpus, vel Tumorem fecerit. *Sic* Scribon. 190. 192. Tumulum Iuſtin. 12. 12. 12. Virg. Ecl. 5, 42. Turbas facere, *eſt commouere multitudinem, aut ita rixari, vt multa concurrat turba* Plaut. Perſ. 4, 7, 19. Ter. Eun. 4, 1, 2 Nonnihil timeo miſera, ne quam ille hodie inſanus Turbam faciat, aut vim Thaïdi. Tuſſim Sen. Epiſt. 76. ¶ 21 Vadimonium, *quod et Promittere dicitur* Plaut. Epid. 5, 2, 19. Cic. pro Quint. 57 Ais Vadimonium deſertum, quaeſiuit a te ſtatim, vt Romam rediit Quintius, quo die Vadimonium iſtuc factum eſſe diceres. Quid ſecundam, quid aduerſam Valetudinem faciat Celſ. praef. Quinct. Decl. 12 Nauis noſtra Vecturam facit, et vicinarum ciuitatum copias recondunt. Vela, *i. velificare* Virgil. Aen. 5, 281. Vela facit tamen, et plenis ſubit oſtia velis. Cic. Tuſc. 4, 9 Vtrum igitur mauis, ſtatimne nos Vela facere, an quaſi e portu egredientes, paullulum remigare? Varro de R. R. 1, 2 Item dicuntur qui vecturis viuunt, Vellaturam facere. Alfenus in l. ſi quando D. ſi ſeruitus vindicetur, Si quando inter aedes binas paries eſſet, qui ita Ventrem faceret, vt in vicini domum ſemipedem aut amplius procumberet. Plaut. Curcul. 2, 3, 35 Obſecro hercle facite Ventum vt gaudeam. Ventulum pallio Plaut. Caſin. 3, 5, 14. Ter. Eun. 3, 5, 47 Cape hoc flabellum, et Ventulum huic ſic facito dum lauamur. Verbum, *ſiue* verba, *pro Loqui et dicere.* Cic. Verr. 4, 147 Nam ante quam verbum facerem, de ſella ſurrexit, atque abiit. Ouid. ex Pont. 4, 9, 47. *Conf.* Nep. 2, 10, 1. *et* 7, 6, 4. Varro L. L. 5, 8. Ter. Andr. 1, 2, 7 Nunquam cuiquam noſtrûm Verbum fecit. Verba ad populum Gell. 13, 15 *extr.* Cic. Verr. 3, 138 Scandilius vero negat ſeſe apud Artemidorum Recuperatorem Verbum eſſe facturum. Liu. 35, 49 *pr.* Ad haec Quintius, Coram quibus magis, quam apud quos Verba faceret, dicere Archidamum rationem habuiſſe. Cic. pro L. Manil. 52 Et ex hoc ipſo loco permulta idem contra legem Verba feciſti. Cic. Att. 2, 3 Idem affirmat Verbum de me illum non eſſe facturum. Id. ibid. 8, 3 Quod plura in eam partem Verba fecerim. Caeſ. B. G. 2, 16 Pro his Diuitiacus fecit Verba. *In SCtis vſitata formula, v. g.* Cic. Phil. 10, 25 c. 11 Quod C. Panſa conſul, Verba fecit de literis *etc.* *Et* 3, 37 c. 15 Quod Trib. pleb. Verba fecerunt vt Senatus Cal. Ianuariis haberetur. *Add. formulas SCtorum apud* Cael. ad Cic. 8, 8 *vbi exprimitur hac nota* V. F. Verba cogitare, *vid. ſub* COGITO. Verba commode, *vid. ſub* COMMODVS. Plaut. Perſ. 4, 4, 14 Verba quidem haud indocte fecit. Verba ita fecit Liu. 1, 52. Plaut. Aul. 3, 5, 23 Nimis lepide fecit Verba ad parſimoniam. Plaut. Mil. 2, 6, 13 Metuo, illaec mihi ne malo magno fuat, quantum hunc audiui facere Verborum ſenem. Verbum non facere Catull. 72, 6. Verba diuina, *pro Sacra facere, vel ſupplicationes.* Cato c. 14, 3 Si de caelo villa tacta ſiet, de ea re Verba diuina fiant procuret: *Nempe vt* Rem diuinam. *Sed illud* diuina *cum meliores omittant, forte gloſſa eſt.* Gell. 13, 15 Qui Verba Latina fecerunt, quique iis probe vſi ſunt. Verba multa Plaut. Pſeud. 1, 3, 27. Cic. de Diuin. 2, 46 Multa Verba feciſti. Verba alicuius rata Ouid. Met. 4, 388. Cic. Att. 5, 1 Quae quidem ego vtique vel Verſura facta ſolui volo, *vid.* VERSVRA. Hor. Epiſt. 2, 2, 51 — Paupertas impulit audax Vt facerem Verſus. Cic. de Diuin. 2, 116 Iam Apollo Verſus facere deſierat. Verſus in cupiditatem alicuius Cic. Verr. 5, 80. Verſiculi facti natura Hor. Serm. 1, 10, 58. Verum Plaut. Rud. . . . Veſtes lineas Plin. 12, 6. Veſtigium, *Ambulare et progredi.* Cic. pro Rabir. Poſt. 48 Hic vos aliud nihil orat, niſi vt rectis oculis hanc vrbem ſibi intueri atque in hoc foro Veſtigium facere liceat. Cic. pro Caecin. 39 Vt iſta re aliquid cum aliqua ex parte differre videatur, vtrum pedem quum intulero; atque in poſſeſſionem Veſtigium fecero, tum expellar atque deiiciar? Plaut. Bacch. 4, 4, 41 Vt ad ſenem etiam alteram facias Viam compara, pro Adoriri. Viam Ouid. Her. 16, 21. *i. ire.* Illius ſemita feci Viam Phaedr. 3, 1, 38. Vt latiſſimi amnes totis vallibus, fluat ac ſibi Viam, ſi quando non acceperit, faciat Quinctil. 5, 14 p. 486 B. *i. aperiat.* Viam ruina Lucan. 1, 150. Viam ſceleribus Sen. Herc. Oet. ſ. 7. Viam ſibi ad caſtra Liu. 3, 50. Plin. 25, 1 Haec tamen facere conſtantiſſime videatur ſententiae Victoriam, quorum mentionem fecimus, ſi quis hoc quoque diſcrimen exigat. Victum aliquem ex victore Iuſtin. 14, 4, 3. Violam Columel. Arb. 30, 1. *vid.* Frumentum facere. Liu. 38, 24 *pr.* Quem quum abhorrentem a voluntario videret ſtupro, corpori, quod ſeruum fortuna erat, Vim fecit. *Sed* Vim cum aliquo facere, *nihili eſt. Locus, ad quem prouocatur, ita habet*, Cic. de Fin. 2, 44 c. 14 Et

neſcio

neſcio quomodo is (qui auctoritatem minimam habet, maximam Vim) Populus cum illis Populus facit. Vim reſiſtenti Tacit. Ann. 2, 64. Varro de R. R. 1, 54 Vuas autem legere, et Vindemiam facere inter Aequinoctium Autumnale et Vergiliarum occaſum. Vinum facere *agricola dicitur* Col. 12, 40, 1 *cum exprimit.* Vires, *Colligere vires.* Quinctil. 10, 3 Vires faciamus ante omnia, quae ſufficiant labori certaminum. Viriliter Hor. Epiſt. 1, 17, 38. Plaut. Perſ. 4, 8, 4 Ne ego hodie tibi bonam Vitam feci? D. fateor habere gratiam. Vitem facere *dicitur agricola* Cato 52, 2. Vitioſe in ſcholis facimus Quinct. 4, 1. Cic. in Top. 15 c. 3 Si aedes exceſae corruerunt, Vitiumue fecerunt, *vt* Damnum, Detrimentum, Iacturam facere. Labeo locati et conducti, l. quod ſi, Alfenus huius domus mercedem, quae Vitium feciſſet, deberi putat. *Vid.* Vlpian. D. damno infecto l. ſi finita. *Sed tranſitiue* Vitruu. 1, 6 Si venti frigidi ſunt, laedunt: ſi calidi, vitiant: ſi humidi, nocent: iidem faciunt Vitia pauimentis. *Add.* Id. 8 c. *vlt.* Plin. 19, 1 Poſtea in theatris tantum Vmbram fecere. Vmbras ſol fecerat Ouid. Met. 3, 50. Plaut. Poen. 3, 3, 88 Ibi te replebo vsque vnguentorum. Eccheumatis, quid multa verba faciam? vbi tu laueris, ibi vt balneator faciat Vnguentariam. *i. vnguenta ita copioſe tibi ingeret, quaſi totam tabernam eorum exerceret.* Gell. 2, 23 Has apud Menandrum Voces facit. *h. e. Dicit et recenſet.* Plaut. Aſin. *extr.* Hic ſenex ſi quid clam vxore, ſuo animo fecit Volupe, Neque nouum, neque mirum fecit, nec ſecus quam alii ſolent. Non. 2, 905 Volup *legit et ſic dedit Gron.* Voluptatem facere ſibi *afferebatur ex corrupta lectione* Plauti Truc. 2, 4, 72 Videor facere mihi Voluptatem, eia, vbi quippiam me poſcas. *Sed legitur nunc*, Lucrum hercle videor facere mihi, Voluptas mea, vbi quippiam me poſcis. Cato de R. R. 83 Marti Siluano in ſilua interdiu in capita ſingula boum Votum facio. Cic. pro Milon. 42 Dein ſubito vultu Milonis perterritus, fugeret ad Tiberim: vos et omnes boni Vota faceretis, vt Miloni vti virtute ſua liberet? Cic. Att. 8, 25 Vt quum de illo aegroto Vota faciebant. Vota deis facienda Valer. Argon. 1, 323. Plin. 17, 2 Ergo qui dixit hiemes ſerenas optandas, pro arboribus Vota facit. Columel. 6, 30 Plerumque iumenta morbos concipiunt laſſitudine et aeſtu: nonnunquam et frigore: et quum ſuo tempore Vrinam non fecerint. Vſum ſibi ſcelerum Lucan. 2, 97. Vt: Ter. Eun. 2, 1, 1 Facite Vt iuſſi, deducantur iſti. Ibid. 1, 2, 94 Potius quam te inimicum habeam, faciam Vt iuſſeris. Cic. Att. 2, 1 Facito Vt ſciam. Id. ibid. . . . Et ſi non potuiſti vllo modo facere, Vt mihi illam epiſtolam non mitteres: tamen mallem non eſſe miſſam. *i. Quin mitteres.* Inuitus feci, Vt C. Flaminium eiicerem ex ſenatu Cic. de Sen. c. 12. *Conf. Burm. ad* Quinct. 4 prooem. p. 297. *Eſt Pleonaſmus, quo etiam vtuntur ſine* Vt. *V. g.* Facite aequi ſitis Ter. Heaut. Prol. 28. Certum hominem ad eum mittas face Nep. 4, 2, 4. *In primis notabiles ſunt formulae, in quibus Accuſatiuus adiicitur.* Cato 41, 4 Eos ſurculos facito ſint longi pedes binos. Plaut. Amph. 1, 1, 141 Nunc propterea quod me meus herus fecit Vt vigilarem, hic pugnis faciet hodie vt dormiam. *Et* Aſin. 1, 1, 3 Vt ipſe ſcibo, te faciam Vt ſcias. *Et* Perſ. 5, 1, 8 Vnde ego omnes hilaros, lubentes, laetificantes faciam Vt fiant. Pſeud. 1, 2, 33 Pernam, callum, glandium, ſumen, facito in aqua iaceant. *Haec et alia dedimus olim ad* Caton. 8, 2. *Sic* Varr. R. R. 2, 9, 15 Reliquos canes facit, Vt ſint in tuto. Gell. 14, 2 Vt et illud, in quo haerebam, et caetera faceret me, Vt earum rerum eſſem prudentior. *Add. Cort. ad* Sall. Iug. 14, 11. Vt difficilior eſſet feciſti Plaut. Trin. 3, 2, 20. Vt alias res ſolet facit Plaut. Stich. 2, 4, 16. Ter. Adel. 4, 7, 32 Ita me dî ament, vt video ego tuam ineptiam, facturum credo, Vt habeas quicum cantites. *Etiam in hac ratione* Vt *omittitur*, Plaut. Aul. 3, 1, 2 Fac pateant. Ter. Eun. 2, 3, 18 Fac ſis nunc promiſſa appareant. Plaut. Amph. 1, 1, 234 Vt lubet, quod tibi lubet, fac, quoniam pugnis plus vales. Cic. de Senect. 3 Faciam vero Laeli, praeſertim ſi vtrique veſtrûm gratum, Vt dicis, futurum eſt. L. Volumus ſane, niſi moleſtum eſt Cato. C. Faciam Vt potero Laeli. Vtiliter aliquid conſilio manuque Ouid. Met. 13, 206. Vuas, Labruſcas, *i. ferre* Vulgata Ieſai. 5, 2. Vulnera, *quod et Vulnera inferre dicitur.* Liu. 31, 34 Nam qui haſtis ſagittiſque, et lata laureis Vulnera facta vidiſſent, *etc.* Ouid. Met. 3, 232. ¶ 22 *Superſunt obſeruationes variae, vt, quod* Facere *iungitur etiam cum Ablatiuo.* Plaut. Caſin. 5, 4, 6 Quid feciſti ſcipione, aut quod habuiſti pallium? *Et* v. 9 Quin reſponde, tuo quid factum eſt pallio? Facere *cum Infinitiuo.* Mel Atticum ter inferuere facito Colum. 12, 38. Macreſcere facit volucres incluſas Varro R. R. 3, 5. Qui nati coram me cernere letum Feciſti, et patrios foedaſti funere vultus Virg. Aen. 2, 538. Quem Homerus conueniri apud inferos facit ab Vlyſſe, *i. fingit* Cic. N. D. 3, 41 c. 16. Iſocratem Plato laudari fecit a Socrate Id. in Orat. c. 6. Fecit ſeruo deceſſiſſe populum Ter. Heaut. Prol. v. 31. Sen. Ep. 114 *reprehendit in Arruntio*, Quae audita Panormitanos dedere Romanis facere, *i. vt ſe dederent.* *Sic* Fac eſſe, non eſſe, *etc. i. Finge vel Pone.* Cic. Fam. 9, 16 Verum fac eſſe omnia. Idem Philipp. 2 c. 24 Sed fac te dediſſe mihi. ¶ 23 Facere *pro ſacrificare.* Iunoni Soſpitae facere omnes COSS. neceſſe eſt Cic. pro Mur. *extr.* Et quoniam, vt aiunt, DI facientes adiuuant, prius inuocato eos Varr. R. R. 1, 1. Quum inducerent puerum Ieſum parentes eius, vt facerent pro ipſo Vulgata Luc. 2, 28. Quum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito Virg. Ecl. 3, 27. Catulo facere Colum. 3, 21. Bidentes facere Laber. . . . Mulſi, congialem plenam faciam tibi fideliam Plaut. Aul. 4, 2, 15. *Sic etiam Paſſ.* Fio Liu. 22, 10 *pr.* Cic. Att. 1, 12. *Huc etiam referendus videtur* Varro de R. R. 1, 1, 4 Et quoniam, vt aiunt, Dei facientes adiuuant, prius inuocabo eos. *Pulchre Eraſmus hoc pro generali ſententia accipit in eam ſententiam, qua vulgo dicitur* Ora et labora. *ſ. manus etiam admouendas eſſe precantibus. Et hanc etiam Varronis animo obuerſatam fuiſſe ſententiam dicerem, ſi poſt inuocationem deorum verba illa poſuiſſet. Nunc quando ante inuocationem ponit, videtur hoc velle*, Dii *ſacra ſibi* facientes adiuuant. Apul. Met. 11 p. 269, 4 Mane factum eſt, et perfectis ſollemnibus, proceſſi. *Add.* FIO. ¶ 24 Facere *eſt docere, formare.* Sen. Epiſt. 27 *de* Seruis, Magno emiſſe illum, non eſt quod mireris. Non inuenerat: faciendos locauit. *De eadem re* Nep. Att. 12, 4 Neque horum tamen quemquam, niſi domi natum domique factum habuit. *De ſeruis literatis.* ¶ 25 Facere, *de pictoribus et ſtatuariis.* Fecit et puberem Apollinem Plin. 34, . . Alcamanes Phidiae diſcipulus et marmorea fecit ib. FACIEBAT, *adſcribere operibus ſuis ſolebant ipſi artifices, de quo vid.* Plin. praef. p. 10. Hard. *Conf.* Geſneri Chreſtom. p. 1009. *Add.* Cuper. de Conſecr. Homeri p. 133. ¶ 26 Facere, *in re amatoria.* Quae, quia non liceat, non facit, illa facit Ouid. Amor. 3, 4, 4. *Conf. Burm. ad* Petron. c. 9 p. 89. *et* c. 11 p. 115. *Sed non recte huc referunt quidam illud* FECIT CVM MARITO *in* Vet. Inſcr. *illud enim eſt, vixit. Vid.* Facere Annos n. 3. ¶ 27 *Agmen claudant Grammaticae obſeruationes. v. g. Peculiaris ratio eſt illius* Lucret. 6, 962 Principio terram Sol excoquit et facit are. *i. areſacit.* Fac ſi facis, *Prouerbiale apud* Martial. 1, 46. Sen. de Benef. 2, 5 Fac ſi quid facis. *Similiter*, Age, ſi quid agis Plaut. Trin. 4, 2, 139. Face *pro Fac.* Ouid. ex Pont. 2, 2, 64 Verba face, vt vita quam dedit ipſe, fruar. Plaut. Perſ. 1, 3, 66 Hoc ſi facturus, face. *De* Faciem *pro* Faciam Quinct. 1, 7, 23. Plaut. Aſin. 5, 2, 40 Iube dare vinum, iamdudum factum eſt quum primum bibi, *Pleonaſmus.* *Sic* Plaut. Merc. Prol. 12 Biennium iam factum eſt poſtquam abii domo. Dolo factum Hor. Serm. 1, 6, 90. O factum male Catul. 3, 16. Quinctil. 2, 13, 9 *legebatur* Flexus ille, et, vt ſic dixerim, motus dat actum quendam et factum. *De ſtatuis ac picturis.* *Sic antiqui.* *Sed nunc editur*, dat actum quendam effictis. Velle factum alicui Plaut. Bacch. 3, 3, 91. *et* Ter. Adel. 5, 7, 21. *Ita*, Nolle factum 2, 1, 8. Facile eſt factu Lucret. 4, 887. Inutile factu Hor. Serm. 1, 4, 124. Quod optimum factu videbitur, facies Cic. Att. 7, 22. Locare faciendum, *vid.* LOCO. Quidnam faciendum, quaerere Scribon. Ep. Ter. Eun. 1, 2, 17 Non pol quo quenquam plus amem, aut plus diligam, eo feci: ſed ita res erat: faciundum fuit. Idem Adel. 5, 3, 54 Scilicet, ita tempus fert, faciundum eſt. Idem Hec, 4, 3, 3. *Vbi* Donatus; Dicendo faciundum, oſtendit ſe Cogi neceſſitatibus. Facior *in Paſſiuo veteres dixiſſe patet partim ex Partic.* Factus, *partim ex compoſitis* Afficior, Efficior, *etc. partim ex* Nonio 10, 17 *vbi* Nigid. *ποιᾶται reddit* Facitur, *et* Titinn. *ait*, Conſilium parvi facitur. *Conf. Goclen. Probl. Gramm. 2, 83.* *Caeterum placuit in Praeſenti tempore, et quae inde formantur, vti potius verbo* FIO. *v. v.*

FAXO, is, it. [πράξω] *Indicatiui modi eſt, Futuri exacti temporis pro* Fecero, *et* FAXIM, *Coniunctiui Praeteriti pro* Fecerim: *formata ex* Facio, Facſi *accedente Syncope. Sed tamen etiam Coniunctiui Praeſentis eſt* Faxim. *Vid. Voſſ. de Arte Gramm. 3, 41.* Faxo, expetant Plaut. Amph. 2, 1, 42. Plaut. Aul. 3, 6, 42 Ego faxo, et operam et vinum perdiderit ſimul. Idem Amphit. 2, 1, 85. Virg. Aen. 9, 154 Haud ſibi cum Danais rem faxo et pube Pelaſga Eſſe putent. Ter. Eun. 2, 2, 53 Nae tu iſtas faxo calcibus ſaepe inſultabis fruſtra. Idem Andr. 5, 2, 13 Immo vero indignum, Chreme, facinus iam faxo ex me audias. Faxo, me iuuet vox illa VETO Liu. 6, 25. *Vid. Heinſ. et Drakenborch. ad* Sil. 17, 236 *qui oſtendunt, fere Coniunctione ſuppreſſa hoc Verbum poni.* Faxim: *in Protaſi et Apodoſi* Plaut. Truc. 1, 1, 40 Quos cum celamus ſi faxîmus conſcios — Faxim lenonum et ſcortorum, minus, et minus damnoſorum hominum. *In Protaſi* faxîmus *pen. prod. pro faciamus, vel fecerimus.* Plaut. Aul. 3, 5, 20 Hoc ſi ita fiat — Ego faxim muli pretio qui ſuperant equos, ſint viliores Gallicis canteriis. *Et* in Perſ. 1, 2, 21 Si id fiat, Nae iſti faxim nusquam appareant, qui hic albo reti aliena oppugnant bona. Faxis: Ter. Heaut. 1, 2, 13 Caue faxis, non eſt opus pater. *Hic pro* feceris *eſt.* *Sed pro* facias Hor. Serm. 2, 6, 5 — Nihil amplius oro Maia nate, niſi vt propria haec mihi munera faxis Sil. 15, 362 Libyco faxis de praeſide nunc his His humeris tibi opima feram. Cic. de Senect. 73 *ex* Ennio, Nemo me lacrimis decoret, nec funera fletu Faxit. Liu. 6, 41 Quod faxitis, deos velim fortunare, *i. Quidquid feceritis.* Idem 29, 27 Inimicorum hoſtiumque vlciſcendorum copiam faxitis, *vbi etiam Praeſentis Coniunctiui vim habet.* Faxit: Ter. Heaut. 1, 1, 109 Vtinam ita dî faxint. Plaut. Amph. 2, 1, 85. Faxem *pro Feciſſem* Plaut. Pſeud. 1, 5, 84. Facſit, *pro Faxit ſemper eſt in* Inſcript. Antiq.

FACIENS, entis. Partic. [πράττων] Vinum faciens ingenium Ouid. Met. 7, 433. Venti facientes frigora Idem ibid. 1, 56. Paſſus ſtrepitum faciens Ouid. Triſt. 3, 7, 36. Facientes DI adiuuant *vid. modo in* FACIO n. 23.

FACTVS, a, um. *Aliud* Partic. [πεπραγμένος] *De re abſoluta. Vt* Facta et transacta omnia Ter. Andr. 1, 5, 14. Factus ad ludum et iocum: *h. e. Natus, quaſi a natura factus.* Cic. Off. 1, 103 Neque enim ita generati a natura ſumus, vt ad ludum et iocum facti eſſe videamur, ſed ad ſeueritatem potius. Cic. de L. Agr. 2, 5 c. 3 Cui errato nulla venia, recte facto exigua laus et ab inuitis expreſſa proponitur. *Videntur Ablatiui abſoluti, ſi quid erratum, factum ſit.* Quinctil. 6, 3, 7 Neque enim acute tantum ac venuſte, ſed ſtulte, iracunde, timide dicta aut facta ridentur. *Sed* Liu. 1, 56 *de Bruto*, Ergo ex induſtria factus ad imitationem ſtultitiae, quum ſe ſuaque praedae eſſe regi ſineret, *etc.* Ad vnguem factus homo, *i. Perfectus* Hor. Serm. 1, 5, 33. Agmine facto ruere Virg. Aen. 1, 86. Argentum bene factum Cic. Verr. 2, 83. *Sic* Argentum optime factum Cic. Verr. 4, 37. *Nempe differunt* Argentum factum, *et* ſignatum. *Illud, dicitur Fabrefactum, vt numeretur in ſupellectile: Hoc, Percuſſum forma publica, vel In numos formatum.* Sen. de Benef. 1, 12 Libentius dabo argentum factum quam ſignatum: quia ſcilicet diutius memoria beneficii extabit: quum illud ſeruetur, hoc expendatur. *Vid. in* AVRVM n. 2. Cancer factus Scribon. 63. *de morbo.* Crepuſcula facta terris Ouid. Epiſt. 14, 21. Dolor factus Scribon. 101. Ebiſcum factum Scribon. 80. *i. praeparatum.* *Sic*, Verbenae, Pulmo. Funus egregie factum Hor. Serm. 2, 5, 105. Homo totus ex fraude et mendacio factus Cic. pro Cluent. 72. Honos factus aris Virg. Aen. 5, 763. Oratio facta, *vid.* ORATIO. Pax facta Virg. Aen. 5, 587. Pocula ſummo artificio facta Cic. Verr. 4, 38 c. 18. Prodigium diuinitus factum Quinctil. 1, 10. Pulmo factus Scribon. 76. *i. paratus ad vſum medicum.* Scelus palam factum Quinctil. 5, 10. Succus factus Scribon. 104. Suppuratio facta Id. 40. *In MSS. permutantur* Facta *et* Pacta: Drakenb. *ad* Sil. 17, 79.

FACTVM, i. n. [τὸ πραχθὲν, πρᾶξις] *Subſt. Facinus, actio, quidquid factum eſt.* Succeduntque ſuis ſingula facta locis Ouid. Triſt. 3, 4, 58. Non hominum video, non ego facta boum Ouid. Her. 10, 60. *i. agros cultos opera hominum et boum.* Mens ſibi conſcia facti ſtimulos adhibet Lucret. 3, 1031. Dux femina facti Virg. Aen. 1, 368. Fides certa facti eſt Ouid. Faſt. 6, 609. Idem Met. 6, 574 Os mutum facti caret Indice. Praemia facti Ouid. ex Pont. 2, 3, 13. Audacis facti conſcius Virg. Aen. 11, 812. Bonum factum, *vid.* BONVS. Deteſtabile Iuuen. Sat. 13, 126. Dira Ouid. Met. 6, 533. Honeſtum Quinctil. 6, 1. Immitia Ouid. Met. 14, 714. Impia Catul. 21, 10. Laetabile cunctis Ouid. Met. 9, 255. Mirabile Idem ibid. 4, 746. Modeſtum Quinctil.

Quinctil. 4, 2. Optimum factum Sall. Cat. 32, 2. *et* 55, 1. *vbi vid. Cort.* Perexiguum, *vid.* PEREXIGVVS. Praeclarum atque diuinum Cic. Phil. 2, 114 c. 44. Recens factum Ouid. Met. 1, 164. Sen. Thyeſt. f. 8 Haeret in vultu Trucis imago facti. Turpia Quinctil. 1, 2. ¶ 2 *Verborum formulae:* Canebat facta atque infecta Virg. Aen. 4, 190. *de Fama.* Cedere ad factum, *vid.* CEDO. Celare factum Virg. Aen. 1, 355. Conuincere turpia alicuius facta, *vid.* CONVINCO. Sen. Octau. f. 8 Vt facta ſuperi comprobent ſemper tua. Contundere facta alicuius, *vid.* CONTVNDO. Damnandus in vno facto Ouid. Met. 7, 402. Detegere facta alicuius Ouid. Triſt. 2, 432. *al.* Furta. Excuſare factum Ouid. Faſt. 4, 597. Miſcere dictis facta Sil. 13, . . Mutare factum, Ter. Andr. 1, 1, 13 In memoria habeo. SI. haud Muto factum. *vid.* MVTO. Notare facta alicuius Ouid. ad Liu. 351. Notatus tantis ſceleribus et factis Cic. pro Domo 72. Piget facti Ouid. Epiſt. 12, 209. Poenitet facti Idem ibid. 17, 32. Meum factum Probari a te, triumpho gaudeo Cic. Att. 9, 16. Probare factum Ouid. Met. 3, 629. Probare verba et facta alicuius Hor. Epiſt. 1, 17, 16. Prodere facta alicuius Ouid. Met. 14, 740. Pudet facti Sen. Med. 12. Purgare factum alicuius Ouid. ex Pont. 3, 2, 24. Reportare alicui facta, *i. Renuntiare quae acta fuerunt* Stat. Theb. 10, 443. Reprehendere factum alicuius Ouid. Epiſt. 20, 49. Requirere facta alicuius Idem Met. 13, 211. ¶ 3 Facta *Plur. ſaepe dicuntur, Res geſtae.* Virg. Aen. 1, 645 Fortia facta patrum. Conſpicuus factis Stat. Theb. 3, 161. Inclytus factis Ouid. Met. 12, 173. Illuſtria et glorioſa facta, *vid.* ILLVSTRIS. Non illaudata Stat. Theb. 11, 11. Ingenua, *vid.* INGENVVS. Inſignia Ouid. Epiſt. 3, 121. Martia Sil. 13, . . Memoranda Stat. Theb. 11, 10. Splendida Hor. Epiſt. 2, 1, 237. Veneranda veterum facta Valer. Argon. 1, 12. Antiſtant facta Herculis Lucret. 5, 22. *h. e. Sunt maiora.* Canere regum facta Hor. Serm. 1, 10, 43. Carpere facta alicuius Ouid. ex Pont. 3, 1, 64. Celebrare domeſtica facta Hor. in Arte Poët. 287. Damnare facta alicuius decreto Senatus Ouid. Triſt. 2, 131. Dicere facta alicuius Virg. Ecl. 4, 54. Famam Extendere factis, Hoc virtutis opus Virg. Aen. 10, 468. Extendere virtutem factis Virg. Aen. 6, 806. Illuſtrare humilius genus factis Quinctil. 3, 7. Linere facta ſplendida foedo carmine Hor. Epiſt. 2, 1, 237. *i. Contaminare.* Peribunt mortalia facta Hor. in Arte Poët. 68. Reuoluere facta alicuius Claud. in prim. Conſ. Stil. 1, 35. Sequebatur liuor ingentia facta Claud. ſecund. Conſ. Stil. 38. ¶ 4 Factum, *idem Iuriſconſultis quod Species (Caſum ipſi ſolent appellare, it. Viſionem) ſine cuius recta notitia impoſſibile fuerit certam iuris et actionis rationem colligere. Quippe quod in cauſa et facto ius eſſe poſitum* Iulianus *reſpondit, et exemplo declarat in* l. Si ex plagis §. in cliuo D. ad l. Aquil. *et* Vlpian. *in* l. cum duobus, in princip. D. pro ſocio. Factum vel ſimplex, vel multiplex eſt, veniuntque in eius conſideratione circumſtantiae rerum, perſonarum, temporis: vnde non vnam aut alteram eius partem, ſed totum expendere oportet, l. Bona fides D. depoſit. Factum *item dicitur apud Iuriſconſultos, Quod eſt redditum.* Pomponius, Faciendi verbo reddendi cauſa etiam continetur, et quod non factum comprehendit, l. 2 §. ſi in facto, *et* l. Vbi autem §. Qui id quod in faciendo D. de verb. obligat. ¶ 5 Factum Olei, *vid. mox* FACTVS, ûs. ¶ 6 *In MSS. confunduntur* Factum *et* Fatum, *quod vide: it.* Factum *et* Furtum, *Burm. ad* Quinct. 6, 4 p. 573.

FACTVS, ûs. m. [ποίησις] *Vt* Actus, *ipſe faciendi conatus, et quod ſic efficitur. Ruſticis fere proprium, in expreſſione olei. Sed huius formae nondum habemus auctorem alium praeter* Caton. 67, 1 Factoribus det in ſingulos factus olei ſextarios. *Et* Plin. 15, 6 Premi plus quam centenos modios, non probant. Factus vocatur. — Factus tres gemino foro a quaternis hominibus nocte ac die premi iuſtum eſt. *Aliorum loca Neutro genere poſſunt intelligi.* Varro de R. R. 1, 24, 3 Hoſtum vocant, quod ex vno factu olei reficitur: Factum dicunt, quod, vno tempore conficiunt. Columel. 12, 50, 19 Cato ait, in tabulato corrugari oliuam, minoremque fieri: propter quod quum facti vnius menſuram ruſticus ſub tecto repoſuerit, et poſt multos dies eam molere voluerit, *etc. Ibid. fin.* Semperque quum expreſſerint facta, ſtatim feruentiſſima debent aqua bis aut ter elui. ¶ 2 Factus villae, *pro Structura ex aedificatione et opere.* Varro de R. R. 3, 1 *extr.* Ego quoque quo exornatior villa eſſe poſſet fructu, quam factu, haec ad te miſi.

FACESSO, faceſſi *ſ.* faceſſiui, faceſſitum *ſec.* Priſcian. 10 p. 902 faceſſum *vero ſec. alios, quidam dicunt carere Supino,* faceſſere. [διαπράττω, ἀπεργάζομαι] *Idem quod Facere et adimplere.* Virg. Georg. 4, 548 Haud mora, continuo matris praecepta faceſſit. *Sic* Aen. 9, 356. Dicta faceſſere Enn. *ap.* Non. 4, 196. Iuſſa faceſſunt Virg. Aen. 4, 295. Cic. Fam. 3, 10 *pr.* Quum eſt ad nos allatum de temeritate eorum, qui tibi Negotium faceſſerent. *i. Accuſarent, inſectarentur, et ad poenam vocarent.* Cic. Diu. Verr. 46 c. 14 Ipſe profecto metuere incipies, ne innocenti periculum faceſſeris? *Sed* Priſcianus, *qui laudat h. l.* 10 p. 902 *monet, in quibusdam libris eſſe* faceſſieris, *quod ſane analogiae conuenientius eſt.* Tacit. Ann. 1, 74 Mox clariſſimo cuique periculum faceſſit. *Huius Paſſiuum protulit* Cic. pro Cluent. 158 Sed hoc polliceor omnibus, ſi cui forte hac lege negotium faceſſetur, qui lege non teneatur, ſi is vti me defenſore voluerit, me eius cauſam legis praeſidio defenſurum. ¶ 2 *Eſt etiam* [ἀπαλλάττεσθαι] *Diſcedere.* Ter. Phorm. 4, 3, 30 Haec hinc faceſſat, tu moleſtus ne ſies. *Vbi* Donatus, Faceſſat, pro Hinc ſe faciat, id eſt, abeat. vt, Huc ſe faciat, Huc accedat, ſignificat. Faceſſit cubitum Apul. 6 p. 177, 34. Cic. Hortenſ. *ap.* Non. 4, 196 Faceſſant igitur omnes, qui docere nihil poſſunt pro melius, ſapientiusque viuamus. Aedibus faceſſere Titinnius ibid. Cic. pro Flacc. 97 Quare ſi quis illuc me vocat, venio: Populum Rom. diſceptatorem non modo non recuſo, ſed etiam depoſco: vis abſit, ferrum ac lapides remoueantur: operae faceſſant, ſeruitia ſileant. Liu. 4, . . Ni faceſſerent propere vrbe, finibusque, *etc. Et* 1, 47 Faceſſe hinc Tarquinios. Lucret. 6, 957 Tempeſtates — repente faceſſunt. Cic. de Legib. 1, 39 Atque etiam ab omni ſocietate Reipubl. quo ius partem nec norunt vllam, nec vnquam noſſe voluerunt, paullisper faceſſant rogemus. ¶ 3 *Sed etiam tranſitiue* faceſſere *ſignificat amoliri, auferre.* Plaut. Men. 2, 1, 24 Dictum faceſſas doctum, et diſcaueas malo: Moleſtus ne ſis *etc. i. Apage ſententiam, qua nihil opus eſt. Laudat* Non. 4, 196 *ex* Afranio *locum valde ſimilem,* Multa atque moleſta es, potin' vt dicta faceſſas. *q. d. Loquax es, aufer illa dicta. Haec videtur ratio prior atque antiquior: deinde dictum* Faceſſe te! *Denique Pronomen omiſſum.* Apuleius *ſedulus antiquarum elegantiarum ruſpator* Met. 5 p. 159, 32 Pſyche — propius acceſſit, et paullo fidentior intra limen ſeſe facit, *vt Germani,* macht ſich hinein. *Simile eſt* Proficiſci, ſich fortmachen.

FACESSITVS, a, um. Partic. [διαπραχθεὶς] Cic. Verr. 4, 142 c. 64 Seſe antea quum audiſſent, ei negotium faceſſitum, *etc.*

FACTITO, āre. Frequentat. [ποιάζομαι] *Saepe facere.* Ter. Prol. Eun. 43 Quare aequum eſt vos cognoſcere, atque ignoſcere, quae veteres factitarunt, ſi faciunt noui. Idem Pyrrhus factitauit Ter. Eun. 4, 7, 13. Egomet quod factitaui in adoleſcentia Plaut. Epid. 3, 3, 51. *Add.* Ib. 3, 4, 21. *et* Bacch. 2, 2, 18. Accuſationem factitare Cic. de Clar. Orat. 130. *vid.* ACCVSO. Cic. in Orat. 147 c. 43 Peruagatiſſimus ille verſus, qui vetat *Artem pudere proloqui, quam factites,* diſſimulare non ſinit. Tacit. Ann. 14, 48 Antiſtius Soſianus factitatis in Neronem carminibus probroſis, exilio, vt dixi, multatus. Coactiones, *pro Coactorem publicum eſſe* Suet. Veſpaſ. c. 1. Tacit. Hiſt. 2, 10 Qui temporibus Neronis Delationes factitauerat. Heredem Cic. Philipp. 2, 41. Quinct. 7, 4 Pollio contra, ſeruiſſe eum Piſauri, Medicinam factitaſſe manumiſſum. Hor. Arte Poët. 470 Nec fatis apparet cur Verſus factitet.

FACTITATVS, a, um. Part. Cic. Off. 2 c. 24 Haec apud maiores noſtros factitata. *Conf.* Fam. 12, 21.

FACTITATIO, ōnis. f. Corporum factitatio Tertull. adu. Hermog. c. 32.

FACTITATOR, ōris. m. Tertull. adu. Prax. c. 18. *et* in Apol. c. 21.

FACTITATRIX, icis. f. *Apud* Hieronym. . . .

FACTITAMENTVM, i. n. Tertull. de Anima c. 18.

FACTO, āre. Frequent. *pro Facere.* Lucrum ingens facto Plaut. Merc. 1, 1, 94. *Conf.* Epid. 5, 1, 54. Truc. 3, 2, 22. *et* 5, 1, 23 *in MSS. pro* Facto, *aliqui* Plauto *tribuunt* Facturio, *ſed perperam.*

FACTOR, ōris. m. [ποιητὴς, πρακτὴρ, ῥεκτὴρ] *Qui aliquid facit.* Cuparum doliorumque factores Pallad. de R. R. 1, 6. *Vid. Barth. Aduerſ.* 39. *Pro Creatore apud* Prudent. Hymn. 10, 129 Factoris ab ore creatae. Tertull. adu. Marc. 1, 15 Tres mihi numera Deos Marcionis, Factorem, et Locum, et Materiam. *Ita hac voce vſus* Lactantius 3, 9 Factorem rerum omnium contemplemur. Id. 5, 3 *extr.* Quem parentem omnium, quem factorem altoremque viuentium confeſſus es. *Conf.* Idem 7, 6. *Vt* Factus *peculiariter de oleo dicitur, ſic et* Factores, *qui illud exprimunt. Vid.* Cato 145, 2. *It.* c. 13. *Ponamus modo* c. 64 Leguli volunt vti olea caduca quam plurima ſit, quo plus legatur: factores, vt in tabulato diu ſit, vt fracida ſit, quo facilius oleum efficiant. *Vid. Scalig. Poët.* 1, 1 *extr.* Factores, *pro Criminum auctores.* Macer. l. 7 D. de cuſtod. et exhib. Solent praeſides prouinciarum, in quibus delictum eſt, ſcribere ad collegas ſuos, vbi factores agere dicuntur. Factores *interpretantur in pilae luſu, qui faciebant, i. feriebant; Quique in factiones, i. partes, erant diuiſi. Fundus eſt* Plaut. Curc. 2, 3, 18 Et datores et factores omnes ſubdam ſub ſolum. *Vid. Turneb. Aduerſ.* 7, 4. 14, 22. *Et Scalig. in Manil.* p. 117. *Sed praeclare obſeruat Gron. ludere more ſuo* Plautum, *et* factores *dixiſſe, qui faciunt rem veneream.*

FACTORIVM, i. n. Pallad. de R. R. Oct. 10, 1 *Eſt vas, quod* Factum *oliuarum capit.*

FACTICIVS, a, um. Adi. *quod melius putamus quam* Factitius. [σκευαστὸς, πεποιημένος] *Ad alicuius ſimilitudinem factus, vel artificis cuiusdam opera factus, opponitur natiuo ſ. naturali.* Plin. 12, 17 Ergo in vtraque gente bina genera terrenum, et facticium. *de ladano.* Color Plin. 31, 7. Plaut. Mil. 2, 1, 69 Quem concubinae miles cuſtodem addidit, ei nos facticiis fabricis, et doctis dolis, *etc. i. ſtudioſe fictis. Sed al. et Gron.* Facetis. Gemmae Plin. 37, 7. *Ita* Sal facticium, *et* Vina facticia *ibid.*

FACTITIOSVS, a, um. Adi. Gloſſ. Gr. Lat. πολυμήχανος, daedalus, factitioſus.

FACTIO, ōnis. f. [ποίησις] *Actus faciendi.* Cic. in Topic. 50 c. 11 Quas is inſtituiſſet, cui teſtamenti factio nulla eſſet. ¶ 2 Factio, [αἵρεσις, στάσις] ab initio honeſtum vocabulum, *inquit* Feſtus, vnde adhuc Factiones hiſtrionum et quadrigariorum dicuntur. Modo autem nomine Factionis Seditio et arma vocantur. *Nempe* Factio *ita eſt, vt ait* Non. 4, 191 Malorum conſenſus et conſpiratio: *diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia, quum aliqui ſe principes et primarios in ciuitate efficere conantur, inter quos aemulatio eſt (qui et* Factioſi *dicuntur) pro ſe quisque quam maximam poteſt ciuium multitudinem, qui clientes vocantur, ad ſe trahens, ſibique quouis pacto per fas nefasque concilians.* Salluſt. Iugurth. 41 Caeterum nobilitas factione magis pollebat. Caeſ. B. G. 1, 31 Galliae totius factiones eſſe duas. Salluſt. in Iugurth. 31 Sed haec inter bonos amicitia, inter malos factio eſt. Tertull. Apolog. c. 40 *pr.* Quum boni coëunt, quum pii, quum caſti congregantur, non eſt factio dicenda, ſed curia. At e contrario illis nomen factionum accommodandum eſt, qui in odium bonorum et proborum conſpirant. Factionem comparare Nep. 10, 6, 3. Factionis princeps Idem 16, 1, 4. Vet. Gl. Factio, τάγμα. *It.* Τάγμα Legio, agmen, globus, factio. *Fuerit ergo* Factio *multitudo hominum, qui vna faciunt, idem ſpectant etc. plerumque in malam partem, vt ſunt res hominum; ſed tamen interdum mediae ſignificationis; quod exemplis iam declarabitur amplius.* Liu. 2, 27 Adeo in alteram cauſam non Collega ſolum praeceps ierat, ſed omnis factio nobilium. Plaut. Aul. 2, 1, 45 Iſtas magnas factiones, dotes dapſiles nihil moror. Id. Trin. 2, 4, 51 Cum veſtris noſtra non eſt aequa factio, affinitatem vobis aliam quaerite. *Add.* v. 67 *et* 89. Tertull. Apol. c. 38 *pr.* Proinde nec paullo leuius inter licitas factiones ſectam iſtam deputari oportebat, a qua nihil tale committitur, quale de illicitis factionibus timeri ſolet. Ibid. c. 39 Edam iam nunc ipſe negotia Chriſtianae factionis, vt qui mala refutauerim, bona oſtendam. Suet. Iul. c. 11 Nec obtinuit, aduerſante optimatium factione. Auſon. in Caeſar. de Iulio Percutit armatae factio ſaeua togae. Veſana factio nobiliſſimorum iuuenum Apul. 2 p. 122, 33. Cato *ap.* Soſipatr. Gramm. 2 p. 198 Vtrinde iram, vtrinde factiones tibi pares, *i. fautores, qui tuam ſectam ſequantur.* ¶ 3 *In Circo Romae* Factiones aurigarum *fuerunt quatuor,* Praſina, Veneta, Alba, Ruſſea, *a tunicarum, quibus induti erant, colore ſic appellatae.* Suet. Calig. c. 55 Praſinae factioni ita addictus et deditus, vt coenaret in ſtabulo aſſidue et maneret. Idem Vitell. c. 14 Quosdam et de plebe ob id ipſum quod Venetae factioni clare maledixerant, interemit. *Meminit et* Neron. c. 22 Agitatoris praſini. Suet. Domit. c. 7 Duas Circenſibus gregum factiones

factiones aurati purpureique panni ad quatuor priſtinas addidit. *Etiam illae quatuor non ſtatim in vſu fuere, ſed duae tantum.* Tertull. de Spectac. 9 Aurigas coloribus idololatriae veſtierunt. Nam equi initio duo ſoli fuerunt, albus et ruſſeus. Albus hiemi, ob niues candidas, ruſſeus aeſtati ob Solis ruborem voti erant. Sed poſtea tam voluptate quam ſuperſtitione prouecta, ruſſeum alii Marti, alii album Zephyris conſecrauerunt; praſinum vero Terrae matri, vel verno; venetum caelo et mari, vel autumno. *Sic* Caſſiod. Var. 3, 51 Colores in vicem temporum quadrifaria diuiſione funduntur: praſinus virenti verno, venetus nubilae hiemi, roſeus (*melius* ruſſeus) aeſtati flammeae, albus pruinoſo autumno dicatus eſt. *Vno verſu comprehendit* Sidon. Apoll. Carm. 23, 323 Albus vel venetus, virens, rubensque. *Audiamus etiam* Plin. Epiſt. 9, 6 Circenſes erant, quo genere ſpectaculi ne leuiſſime quidem teneor. Nihil nouum, nihil varium, nihil quod non ſemel ſpectaſſe ſufficiat. Quo magis miror tot millia virorum, tam pueriliter identidem cupere, currentes equos, inſiſtentes curribus homines videre. Si tamen aut velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, eſſet ratio nonnulla. Nunc fauent panno: pannum amant. Et ſi in ipſo curſu, medioque certamine, hic color illuc, ille huc transferatur, ſtudium fauorque tranſibit: et repente agitatores illos, equos illos, quos procul noſcitant, quorum clamitant nomina, relinquent. Tanta gratia, tanta auctoritas in vna viliſſima tunica. Iul. Capitolin. in Vero c. 4 Amauit et aurigas, Praſino fauens. *Paullo poſt* c. 6 Circenſium tantam curam habuit, vt frequenter prouincialibus literas cauſa Circenſium et miſerit et acceperit. Denique etiam praeſens et cum Marco ſedens, multas a Venetianis eſt paſſus iniurias, quod turpiſſime contra eos faueret. *Sunt ibi plura illius furoris documenta.* Factiones ſtabulorum *quoque dicuntur* l. 2 C. Theod. de equis curulibus. *Deſcriptiones harum* Factionum *et ſtudiorum circi dabunt ſequioris quidem aetatis, ſed diſerti tamen Poëtae*, Sidon. Apoll. 23, 310 *ſqq.* *it.* Corippus de laudibus Iuſtini 1, 314 *ſqq.* *Conf. Iac. Gothofr.* ad l. 10 C. Th. de equis curulibus. *Caeterum ad harum factionum ſimilitudinem* Nero *apud* Suet. c. 20 Quinque millia iuuenum elegit, qui diuiſi in factiones, plauſuum genera condiſcerent. *Nec dubium eſt, qui recentiorum illi ludi, et pompae atque commiſſiones, illarum* Factionum *exemplo in* Quadrillas *h. e.* Quaternas factiones *diuidantur.*

FACTIONARIVS, i. m. *Factionis agitatorum* dominus, *quomodo vocantur* Sueton. Neron. c. 22. *et* Lamprid. Commodo 16 *extr.* Factionariorum *autem mentio* l. 1 C. Theod. de equis curulibus, *vbi datur illis* copia ſolita, vendendi equos *debiles* Hiſpani ſanguinis. *Sic in* Vet. Inſcr. Grut. 338, 3 Cl. Aurelio Polyphemo Domino et Agitatori factionis ruſſatae — ſui temporis primo et ſolo factionario. Gloſſ. Gr. Lat. ὁ τάγματος ἡγέμενος, factionarius.

FACTIŌSVS, a, um. Adi. [ϛασιώδης, ϛασιαϛής] *pro Seditioſo et inquieto, et factionis ſibi parandae ſtudioſo.* Nep. 6, 1, 3 Semper factioſus audaxque. Idem 17, 1, 5 Factioſus et potens. Salluſt. in Catil. c. 18 Erat eodem Cn. Piſo adoleſcens nobilis ſummae audaciae, egens, factioſus: quem ad perturbandum Remp. inopia atque mali mores ſtimulabant. *Opulentus et diues.* Plaut. Aulul. 2, 2, 50 Venit hoc mihi in mentem Megadore, te eſſe hominem diuitem, factioſum *etc.* *Conf.* Idem Trin. 2, 4, 5. *et* Ciſt. 2, 1, 17. *Conf. Turneb. Adu.* 2, 30. *Muret. Var. Lect.* 17, 3. ¶ 2 Factioſi *olim dicti Impigri aptique ad res gerendas, qui Graecis* δραϛήριοι, *vt* Plaut. Bacch. 3, 6, 13 Lingua factioſi. (*i. Qui multa ſe facturos promittunt*) inertes opera. *Vid. Taubm. ad loc. p.* 570. *et* Salluſt. Iugurth. c. 8. Factioſior Aur. Vict. in Caracalla. Factioſiſſimus Plin. Epiſt. 4, 9.

FACTIOSE. Adu. Sidon. Epiſt. 4, 24 Sacerdotio fungi, quo recuſantem factioſe ligaſſet ciuicus amor. *Tribuitur item* Liuio.

FACTVRA, ae. f. [ποίησις, σκευασία] *Eſt Ratio et modus aliquid faciendi, parandi.* Plin. 34, 14 Alibi vena bonitatem hanc praeſtat, vt in Noricis: alibi factura, vt Sulmone aqua, vti diximus. *De bonitate ferri.* Gloſſ. ποίησις, Factura. Factura et cultura idolorum Tertull. adu. Gnoſt. c. 2. *Etiam Opus factum, creatura; apud* Prudent. Apoth. *de Anima* v. 792 Factura Dei eſt. Idem 855. *Add.* Sedul. princ. Opuſculorum.

FACTVRIO, īre. Plauto *perperam tribuitur: vid.* FACTO.

FACĬLIS, e. Adi. [εὔχολος, ῥᾴδιος, πρόχειρος, εὔκοπος, εὐμαρής. Vet. Gloſſ. εὐχερής] *Quod facere quis poteſt, quae frequentior ratio eſt: ſed etiam active capitur interdum, vt facilis ſit, qui facere poteſt, vt* Canis, Ceruix, Dies, Manus *et* n. 2 Facilis Victu. *Cuius contrarium eſt* Difficilis. Ter. Heaut. 5, 5, 15 Haec dum incipias, grauia ſunt, dumque ignores: vbi cognoris, facilia. Volens facilisque ſequetur Virg. Aen. 6, 146. Inanibus facilis Tacit. Ann. 2, 27. *i. qui facile aures, animum, fidem adhibeat rebus vanis, homo credulus.* Aditus Tibull. 2, 4, 19. Aditus ad conſulem facilior Sall. Catil. c. 43. Aditus faciles et liberae quaerimoniae Cic. pro L. Manil. 41. Idem Acad. 4 Pugnas omnino, ſed cum Aduerſario facili, *h. e. ſuperatu.* Amicitia Salluſt. Iugurth. 95 *extr.* Animi iuuenum faciles, et mobilis aetas, *de vitulis domandis* Virg. Georg. 3, 165. Animus facilis et prodigus Suet. Vitell. c. 7. Appulſus faciles Tacit. Ann. 2, 6. Martial. de Spect. 26 Et vario faciles ordine pinxit Aquas. Bonum Sen. Octau. ſ. 2. Et varias cupimus facili Cane ſumere praedas Nemeſian. Cyneg. v. 50. *vbi vid. Burm.* Cauſa facilis et explicata Cic. pro Planc. 5 c. 2. Ouid. Met. 15, 169 Vtque nouis facilis ſignatur Cera figuris. *Heinſ.* Fragilis. *Quod retinuit, ſed merito non probauit Burm.* Martial. de Spect. 23 Ille tulit geminos facili Ceruice iuuencos, *i. facile tulit, ceruice non nimis laborante. Nempe* facilis *hic quoque active ponitur, qui facere poteſt.* Cibi faciles, *i. Facile comparabiles, vel Paratu faciles* Sen. Hippol. ſ. 4. Plin. 7, 16 Incipiente autem hoc ſtatu, aut deſinente, conceptus facillimi traduntur. Copia Propert. 1, 9, 15. Curſum da facilem, atque audacibus annue coeptis Virg. Georg. 1, 40. Defenſio facilis et promta Cic. de Orat. 1, 237. Deliciae faciles, vulgataque munera Ouid. Met. 13, 831. Deſcenſus Virg. Aen. 6, 126. Deos faciles habere Ouid. Met. 5, 559. *i. placabiles, fauentes.* Dî in tua vota Idem Epiſt. 16, 280. Plaut. Epid. 3, 2, 6 Pro dî immortales mihi hunc Diem dediſtis luculentum, vt facilem atque impetrabilem, *i. qui me adiuuit in faciendo et impetrando active.* Diſtinctio facilis et expedita Cic. de Fin. 1, 33. Exitus Virg. Aen. 6, 894. Circuit, et quae ſit Fortuna facillima, tentat Virg. Aen. 11, 761. *de congreſſu praelii.* Virg. Aen. 4, 430 Exſpectet facilemque Fugam ventoſque ferentes. Hauſtus facilis aquarum Lucret. 2, . . *Non habent indices.* Virg. Aen. 2, 646 Facilis Iactura ſepulcri eſt. Irae hinc faciles Lucan. 1, 173. ὀξυθυμίαι, *irritabiles erant homines.* Iudicio faciliore et commodiore ad ius ſuum peruenire Cic. pro Caecin. 8. Virg. Georg. 1, 79 Sed tamen alternis facilis Labor. Tibull. 1, 1, 8 Ipſe feram teneras maturo tempore vites Ruſticus, et facili grandia poma Manu. *active.* Maritus blandus facilisque Sil. 17, . . Materia facilis ad exardeſcendum Cic. de Orat. 2, 190. Maza Grat. Cyneg. 307. *i. parabilis.* Mens facilis, et apta capi Ouid. de Arte Am. 1, 958. Ouid. Faſt. 2, 5 Ipſe ego vos habui faciles in amore Miniſtros. *Alloquitur elegos ſuos. Poteſt etiam hic active capi, niſi reſpicit ad ingenii ſui facilitatem potius, quam ad efficaciam ſuorum carminum.* Cic. de Amicit. 30 Quid dicam de moribus facillimis, de pietate in matrem? Oculi, *i. Agiles.* Virg. Aen. 8, 310 Miratur: facilesque Oculos fert omnia circum Aeneas, capiturque locis. *Conf.* Manil. 1, 68 *ſq.* Partus Plin. 7, 6. Parens placidus facilisque, veniaeque paratus Ouid. ex Pont. 2, 2, 117. Pater facilis, *contrarium eſt* Duro *et* inexorabili *ſiue* moroſo. Ter. Heaut. 2, 1, 43 Mihi ſi vnquam filius erit, nae illi facili me vtetur Patre. Pater facilis et liberalis, *cui opponitur* Difficilis, auarus et illepidus Cic. de N. D. 3, 73. Pectus Sen. Hippol. ſ. 4. Populi ad iuga faciles, *i. Ad ſubiugandum* Lucan. 2, 314. Prouincia facilis diuiſui, *pro Ad diuidendum* Liu. 45, . . Ratione facili et celeri geruntur Lucret. 4, 144. Res tuae quotidie faciliores mihi et meliores videntur Cic. Fam. 6, 5. *Conf.* Liu. 23, 11. *ibique Gronou.* Faciles *opponuntur impeditis.* Riſu facili molleſcere Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 313. Saeuitia Hor. Carm. 2, 12, 26. Martial. 1, 9 Nolo virum facili redimit qui Sanguine famam. Somnus Hor. Carm. 2, 11, 8. Suffragatio facilis, pro ſalute Cic. pro Domo 45. Terra facilis frugum Claud. de Laud. Seren. 54. Ouid. Met. 10, 602 Quid facilem Titulum ſuperando quaeris inertes? *i. Gloriam, quae cuiuis facile contingit.* Tramite facili vos ſiſtam Virg. Aen. 6, 676. Venia deprecationis facilior Quinctil. in Prooem. 1. Venus parabilis facilisque Hor. Serm. 1, 2, 119. Virg. Georg. 1, 266 — Pater ipſe, colendi Haud facilem eſſe Viam voluit. Plaut. Trin. 3, 2, 19 Tibi paterque auosque facilem facit et planam viam. Victoria Iuuenal. 15, 47. Victum facilem fundit tellus Virg. Georg. 2, 460. Vitam facilem ducere Sil. 6, . . Vterus, *Qui facile egerit quidquid continet* Plin. 8, 32. ¶ 2 *Formulae aliae:* Facile et pronum Iuuen. Sat. 9, 43. Minimum, facillimumque Catull. 36, 4. Cic. Fam. 13, 7 Hominem Facillimum, liberaliſſimumque cognoſces. Lenis et facilis homo Cic. Fam. 5, 2. Vir facilis mirari noua Claud. Conſ. Hon. 4, 514. Bello facilis Tac. Agric. c. 21. Facilis capeſſendis inimicitiis Id. Ann. 5, 11, 1. Facilis impetrandae veniae Claudius, Fului durior ſententia erat Liu. 26, 15 *pr.* Mollis in obſequium, facilisque rogantibus Ouid. Amor. 2, 3, 5. Ouid. Epiſt. 16, 195 Da modo te facilem, nec dedignare maritum Rure Therapnaeo nata puella Phrygem. Idem Faſt. 1, 17. Habere populum facilem Cic. Fam. 7, 1. Habere aliquos faciles ad concedendum Cic. de Diuin. 2, . . Praebere ſe facilem in hominibus audiendis admittendisque Cic. Q. Fr. 1, 1. Facilis decuſſu, *vid.* DECVTIO. *Sic*, Facile tritu Plin. 12, 13. Cic. Fam. 1, 7. Facilius Dictu nihil eſt Ter. Phorm. 1, 5, 70. Id. Heaut. 4, 3, 26 Bonam, atque iuſtam rem oppido imperas, et Factu facilem. Cic. de Amicit. c. 17 Quid (haec vt omittam) quam graues, quam difficiles plerisque videntur calamitatum ſocietates, ad quas non facile Inuentu qui deſcendat. Virg. Aen. 3, 621 Nec Viſu facilis, nec dictu effabilis vlli. Facilis victu, *qui facile* vincit Virg. Aen. 1, 445 Sic nam fore bello Egregiam et facilem Victu per ſaecula gentem. *Sed* Sen. Ep. 91 Sapiens facilis fuit Victu, *i. facile inuenit, quae ad vitam ſuſtinendam pertinent, non quaeſiuit operoſe voluptates.* Capi facilis Lucan. 2, 656. Tacit. Hiſt. 4, 39 Ne paratis quidem Corrumpi facilis, adeo metuens incerta. Gell. 17, 9 Incorruptam epiſtolam, et facilem Legi praeſtabant. Nunquam eſt ille miſer, cui facile eſt Mori Sen. Herc. Oet. 2. Facilis ſaeuire Stat. *et* Propert. *vid. Barth. ad* Stat. Silu. p. 14. Facilis ad: Cic. Tuſc. 1, 13 Quod non modo facile ad credendum eſt, ſed, *etc.* *Sic* Liu. 32, 12 Verterat periculum in Romanos, temere in loca iniqua, nec faciles ad receptum anguſtias progreſſos. Vir facilis et expeditus ad dicendum Cic. de Clar. Orat. . . Quinctil. 2, 3 Quid ſi plerumque accidit, vt faciliora ſint ad intelligendum, et lucidiora multo, quae a doctiſſimo quoque dicuntur. Facilis in: Quinctil. 1, 1 Nam contra plures reperias et faciles in excogitando et ad diſcendum promtos. Cic. de Clar. Orat. 85 In ſuum cuique tribuendo faciles antiqui. De facili, *pro Facile Adu.* Firmic. 5, 6 Tunc inimicos ſuos timeant, nam de facili quidem ab eis ſuperabuntur. Ex facili, *aduerbialiter poſitum pro Facile vel Faciliter, ſi dici poſſet.* Columel. 6, 1 Quae vitanda non ex facili dixerim. Tacit. Agric. 15, 2 Nihil profici patientia, niſi vt grauiora tanquam ex facili tolerantibus imperentur. *Plura exempla ſuppeditat cl. Waſſe ad* Salluſt. Catil. c. 27. a. In facili Liu. 3, 8 *extr.* *Vid.* IN *Praep. et I. F. Gronou. ad l.*

FACILE. Adu. [ῥᾳδίως εὐχερῶς] *Sine labore.* Agere facile, *i. Viuere ex animi ſui ſententia, impedimentis nullis a paupertate obiectis.* Ter. Adel. 3, 4, 56 Sed Demea hoc tu facito tecum animo cogites, quam vos facillime Agitis, quam eſtis maxime potentes. Agricola naturali prudentia, quamuis inter togatos, facile iuſteque Agebat Tac. Agr. 9, 2. *i. ſine moleſtia.* Capi facillime oratione ſubdola aut amicitia Caeſ. B. G. 7, 31. Carere aliqua re facile, *cui* res deſiderabilis *opponitur* Cic. in Top. 69. Cedere Suet. Aug. c. 21, 8. Ter. Andr. 1, 1, 108 Tum illa, vt conſuetum facile amorem Cerneres, reiecit ſe in eum, *etc.* Conſequi facillime peruerſe dicendo Cic. de Orat. 1, 150. Plaut. Rud. 5, 3, 10 Iſthuc facile non Credo tibi. Ter. Andr. 2, 1, 11 Facile omnes quum valemus, recta conſilia aegrotis Damus. Cic. de Fin. 2, . . Non eſt facile Defendere. Ter. Prol. Hec. 37 Deterruiſſem facile, ne alias ſcriberet. Effingi facillime, nullo negotio flecti ac detorqueri voluntas teſtium poteſt Cic. pro Cael. 22. Ter. Andr. 3, 3, 30 Dehinc facile ex illis ſeſe Emerſurum malis. Euadere facilius Cic. Tuſc. 1, 43. Euenit eis facile et fortunate Plaut. Epid. 2, 2, 59. Facere Plaut. Amph. Prol. 139. Ter. Heaut. 3, 2, 36 Facile equidem Facere poſſum, ſi iubes. Ferre tempeſtatem facilius Caeſ. B. G. 3, 13. Ter. Eun. 3, 1, 57 Iamdudum illi facile Fit quod doleat. Indicabit facile ipſa natura vim ſuam, quum homines quod facere ipſi non poſſent, id recte fieri in altero iudicarent Cic. de Amicit. 19. Intelligere facillime Cic. pro Roſc. Am. c. 12 *extr.* Ter. Eun. 4, 3, 5 Qui nunc ſi detur mihi: vt ego vnguibus facile illi in oculos Inuolem venefico? Plaut. Capt. 2, 3, 33 Iſthuc non praecipias, facile memoria

ria Memini. Plaut. Curc. 5, 2, 57 Tam facile Noui, quam me. Plaut. Aſin. 3, 3, 136 Animo ſis bono, facile exoptata Obtingent. Pati facile dicentem de aliqua re errare Cic. Tuſc. 1, 81. Ter. Andr. 1, 2, 32 Vbi vis facilius Paſſus ſim, quam in hac re me deludier. Cic. pro Roſc. Amer. 56 Quare facile omnes patimur quam plurimos accuſatores, *etc.* Perpeti paupertatem Nep. 15, 3, 4. Perſuadere facilius alicui aliquid Caeſ. B. G. 1, 2. Perſpicio facile, quo intendat animus Cic. Verr. Act. 1, 10. Peruenire facilius et procliuius ad laudem nobilitatis Cic. anteq. iret in exil. 13. Ter. Eun. 2, 2, 29 Ille vbi miſer, famelicus, videt me eſſe in tantum honorem, et tam facile victum Quaerere, ibi homo coepit me obſecrare, *etc.* Reperitur facile Plin. 7, 15. Spectatur facillime mulier Plaut. Stich. 1, 2, 59. Ter. Hec. 5, 1, 9 Ne nomen mihi quaeſtus obſtet apud te: nam mores facile Tutor. Cic. de Amicit. 96 Tamen illius vendibilem orationem religio deorum immortalium nobis defendentibus facile Vincebat. Vincere facile aliquem aliqua re Cic. de Orat. 3, 40. Plaut. Curc. 5, 2, 6 Nugas garris. C. ſoleo. nam propter eas Viuo facilius. *Conf.* Epid. 2, 2, 59. Vſurum ſe facile Antonio ex voluntate Salluſt. Catil. 27. a. ¶ 2 *Obſerua. Interdum* Facile *ad animi quandam tranquillitatem et αὐτάρκειαν refertur, qui nihil amplius deſideret.* Cic. Att. 12, 34 *pr.* Ego hic vel ſine Sicca facillime poſſem eſſe, vt in malis. *Et* 13, 39 Ego, vt tempus eſt noſtrum, locum habeo nullum, vbi facilius eſſe poſſim, quam Aſturae: ſed quia qui mecum ſunt, *etc. h. e. Libentius.* Idem Fam. 2, 15 Quod autem in maritimis facillime ſum, moueo nonnullis ſuſpicionem, velle me nauigare. *Vid.* Graeu. *ad* Cic. Fam. 3, 12. *Et* de Orat. 2, 346 Gratiſſima autem laus eorum factorum habetur, quae ſuſcepta videntur a viris fortibus ſine emolumento ac praemio: quae vero etiam cum labore et periculo ipſorum, haec habent vberrimam copiam ad laudandum, quod et dici ornatiſſime poſſunt, et audiri facillime. Ter. Heaut. 5, 5, 16 Gnate mi, ego pol tibi dabo puellam lepidam, quam tu facile ames. Facile, *vt inquit* Donatus, aliquando Aduerbium confirmantis eſt, i. e. Liquido et manifeſto, *ad* Ter. Andr. 4, 3, 5 Facile hic plus mali eſt, quam illic boni. *Addit* Donatus, Veteres dicebant *Facile* pro certo. *Vt* Cicero Illius ciuitatis facile princeps. *Reſpicit ad* Cic. Fam. 6, 10 Illius ciuitatis facile princeps. *Sic* Eudoxus in aſtrologia facile princeps Cic. de Diuinat. 2 c. 42. Idem pro Rabir. Poſt. 25 c. 9 Virum vnum totius Graeciae facile doctiſſimum Platonem. Quinctil. *de Eurip.* 10, 1, 86 Facile praecipuus. Plaut. Perſ. 5, 2, 2 Qui ſunt, qui erunt — Solus ego omnibus antideo Facile miſerrimus hominum vt viuam. Facile optimus Imperator Cato Cic. de Orat. 3, 40. *Compar.* Facilius Scribon. 178. Facilius aliis medicamentis Id. 217.

FACILITER. Adu. *ex quo eſt* Difficiliter. Vitruu. 1, 1 *extr.* Itaque faciliter contra eas diſciplinas diſputare poſſunt. Idem 2, 1 *et ſaepius.* Quinctil. 1, 6, 17 Inhaerent tamen quidam moleſtiſſima diligentiae peruerſitate — His permittamus et — *Faciliter* dicere. *Vid. Burm. et Borrich. Vindic. p. 69.*

FACVL, *et* FACVLTER. Antiqui dixere pro Facile, vnde videntur dicta Facultas et Difficultas; ſed poſtea, Facilitas morum facta eſt, Facultas rerum. Feſtus. Vtrum ſit magnum an paruum, facul an difficul. Varro. Haud facul (ait Pacuuius) femina inuenietur bona. Accius Meleagro, Erat virile iſthuc ferre aduorſam fortunam facul. Lucil. Peccare impune rati ſunt Poſſe, et nobilitate facul propellere iniquos. *Haec* Non. 2, 331.

FACILĬTAS, ātis. f. [εὐχέρεια, εὐκολία] Illius eſt (*inquit* Donatus) qui cito iram deponit, nempe Placabilitas. *Et modo voce* FACVL *vidimus* Feſtum *dicere,* Facilitatem morum *eſſe. Sed non placabilitas modo eſt, verum omnis benignitas, et obſequium.* Ter. Heaut. 4, 1, 35 Male docet te mea facilitas multa. Idem Eun. 5, 8, 18 An fortunam collaudem, quae gubernatrix fuit, *etc.* quae tot res, tantas, tam opportune in vnum concluſit diem: an mei patris feſtiuitatem et facilitatem? Cic. de Amicit. 68 Sed amicitia remiſſior eſſe debet, et liberior, et dulcior, et ad omnem comitatem, facilitatemque procliuior. Idem Tuſc. 4, 28 Sed haec in bonis rebus, quod alii ad alia bona ſunt aptiores, Facilitas nominetur, in malis procliuitas, vt ſignificet lapſionem. *Eſt igitur* Facilitas, *quem* Habitum virtutis *dicunt Scholaſtici. Sed add.* Facultas n. 2. Facilitas Imperii Tacit. Agric. 3, 1. *Sed al.* Felicitas. Facilitas ſermonis Cic. Att. 12, 39. Suet. Gramm. 23, 2. Abuti immoderate facilitate alicuius Cic. Fam. 1, 1. *vid.* ABVTOR. Adiungenda eſt facilitas in audiendo, lenitas in decernendo Cic. Q. Fratr. 1, 1. Quinctil. 4, 1 Multum gratiae exordio eſt, quod ab actione diuerſae partis materiam trahit, hoc ipſo, quod non compoſitum domi, ſed ibi, atque e re natum, et facilitate famam ingenii auget, *etc.* Contigit id magis facilitate, quam alia vlla culpa mea Cic. de Orat. 2, 15. *Queritur Craſſus, ſe nimis facile locum dediſſe amicorum petitioni.* Facilitas et altitudo animi in exercenda iuris aequabilitate Cic. Off. 1, 88. Exercere facilitatem Cic. Off. 1, 88. Quinctil. 2, 4 Erit ſuum Parandae facilitatis tempus. Parem infimis facilitate dignitate principibus parem eſſe Cic. pro L. Manil. 36. Facilitatem *vocat Virtutem, qua libenter multis gratificamur.* Tacit. Ann. 11, 26 Iam Meſſalina facilitate adulterorum in faſtidium verſa, ad incognitas libidines profluebat, *eo quod nimis facilis illorum copia eſſet, quod plane non metueret Claudium ſuum.* Sen. Epiſt. 11 *corpori tribuit: vt,* Naturali in hoc facilitate corporis pronus. Tacit. Germ. 26, 2 Facilitatem partiendi camporum ſpatia praeſtant. Conueniendi facilitas Vlp. l. 2 ff. Qui Satisd. cog. Inuentionis facilitas Iuſtin. 9, 8, 10.

FACVLTAS, ātis. f. [εὐπορία, περιουσία, ἐξουσία, δύναμις] proprie Facilitas agendarum rerum, *inquit* Feſtus. *Et* Cic. de Inuent. 2, 40 Facultates ſunt, aut quibus facilius fit, aut ſine quibus aliquid confici non poteſt. *Itaque et vires agendi, et habitum ex conſuetudine, et occaſionem, locum, tempus complectitur, eaque vel coniunctim vel ſeparatim ſignificat.* Ter. Andr. 1, 4, 5 Dii date facultatem obſecro huic pariundi, atque illi in aliis potius peccandi locum. Cic. de Amicit. 17 c. 5 Sed quis ego ſum? aut quae in me eſt facultas? Id. Fam. 1, 7 Quoties mihi certorum hominum facultas erit, *quoties erunt, quibus tuto tradam literas.* *Et* pro Roſc. Amer. 92 Age nunc, caeteras facultates quoque conſideremus. Manendi facultas nulla Miloni Cic. pro Milon. 46. Reſtandi nulla facultas Lucret. 1, 111. Vindictae nulla facultas Ouid. Triſt. 4, 9, 15. ¶ 2 *Verborum formulae:* Accidit facultas, *vid.* ACCIDO. Cic. Verr. 5, 126 Nunc vero iam ademta eſt, non modo reſiſtendi, verum etiam ſuppeditandi facultas. Arripere libenter laedendi facultatem Cic. pro Flacc. 19. Capere Pomp. ad Cic. *ſub* Att. 8, 11. Cic. pro Rab. Poſt. 18 Vtinam mihi hanc facultatem cauſa Concederet, vt poſſem hoc praedicare. Cic. de Fin. 1, 72 Quae mihi facultas, vt id meo arbitratu facerem ante hoc tempus nunquam eſt Data. Idem de Diuin. 2, 39 Doleo, tantam te omnibus irridendi tui facultatem Dare. Cic. Fam. 3, 5 Vtriusque noſtrum magni intereſt, prius, vt te conueniam, quam decidas: quam facultatem ſi quis caſus Eripuerit, mea tamen in te omnia officia conſtabunt. Cic. Verr. 2, 179 c. 73 Si facultatem vere atque honeſte iudicandi fide et diligentia mea (*vobis, iudices*) Fecero. Cic. Fam. 1, 7 Si res facultatem Habitura videatur, vt Alexandriam tenere poſſis, *etc. i. ſi fieri poſſit.* Habet alius nemo facultatem decipiendi nos Idem Fam. 11, 2. *Et* in Catil 3, 4 Facultatem mihi Oblatam putaui, vt tota res — deprehenderetur. Praetermittere facultatem alicuius rei Pomp. ad Cic. *ſub* Att. 8, 11. Cic. de Inuent. 1, 6 Quare illa nobis alio tempore, ſi facultas erit, explicabuntur. Cic. A. 1 in Verr. *extr.* Vt illis eadem interrogandi facultas, argumentandi, dicendique ſit. Cic. Fam. 10, 4 Neque ſi facultas optabilis mihi quidem tui praeſentis eſſet, vnquam a tuis conſiliis diſcreparem. Cic. pro Roſc. Com. *pr.* Sed ego copia et facultate cauſae confiſus vide quo progrediar. *i. opportunitate eſt quaſi materia, quam cauſa ſuppeditat.* ¶ 3 *Speciatim* Facultas, *eſt Vis quaedam, quae facit, vt id facilius et recte fieri poſſit, quod de vnaquaque arte praecipitur.* Plin. Epiſt. 6, 29 Quia ſcilicet nimia aſſiduitate facilitas magis quam facultas: nec fiducia, ſed temeritas paratur. Facultas *eſt habitus recte agendi.* Materies digna facultate et copia tua Cic. Fam. 5, 12. Claud. ad Olybr. 3 Sed quae tam prona facultas Carmina ſeu ſcribis, ſeu Cicerona tonas. Cic. de Orat. 1, 214 Craſſus vero mihi noſter viſus eſt oratoris facultatem non illius artis terminis, ſed ingenii ſui finibus immenſis paene deſcribere. Cic. pro Arch. 2 Ac ne quis a nobis hoc ità dici forte miretur, quod alia quaedam in hoc facultas ſit ingenii. *h. e. Quia Archias Poëticam artèm profiteatur, non autem oratoriam, vt ego. Vnde et* dicendi Facultas *pro Arte ipſa oratoria. Caeterae quoque artes interdum* Facultates *appellantur.* Ingenii facultates, conſilii, gratiae Cic. Att. 3, 10. Orationis facultas Cic. Off. 1, 2. Dicendi Quinctil. 2, 15. Dicendi facultas et copia Cic. Verr. Act. 1, . . Dicendi amplior Quinct. 2, 3. Dicendi eximia Idem in Prooem. 1. Dicendi maturior, *vid.* MATVRVS. Orandi Quinctil. 3, 5. Idem 2, 15 Cui Socrates perſuadendi, non docendi concedit facultatem. *Formulae Verborum:* Paullus l. 9 ff. *pr.* Temporale vitium aut valetudo, propter quam Abducatur homo a generandi facultate. Adipiſci facultatem Cic. Off. 2, 19. Comparare facultatem Cic. de Orat. 1, 30. Continget ſic Stilo facultas Quinct. 2, 2, 11. Cic. de Orat. 2, 49 Non Deerit ipſi facultas ex caeteris rebus comparata. Quinct. 2, 11 Eaque diu ſecum ipſi clareque meditati Deſperata connectendi facultate deſerunt. Diſtributa vis et facultas oratoris in quinque partes Cic. de Orat. 1, 142. Excellere in arte aliqua et facultate Cic. de Orat. 2, 30. Exercere dicendi facultatem Quinctil. 2, 4. Exigere in aliquo eximiam dicendi facultatem Quinctil. Prooem. 8. Habere facultatem in dicendo Plin. Epiſt. 2, 9. Cic. pro Quint. 8 Q. Hortenſius, cui ſummam copiam facultatemque dicendi natura largita eſt. Perfectus ſcientia, et omni facultate dicendi Quinctil. in Prooem. 1, 18. Sum: Cic. de Legib. 1, 58 Eſt huius vero diſputationis, Quinte, proprium id quod exſpectas, atque vtinam eſſet etiam facultatis meae. *h. e. Vtinam et dicendi facultate illud aſſequi poſſem.* Suppeditare facultatem Cic. de Orat. 2, 215. Tradere ſcientiam declamandi ac facultatem Quinctil. 2, 1. Verſatur oratorum facultas in his rebus Cic. de Orat. 1, 90. Vt Tulit facultas, *vel* Quoad tulit, *i. Quantum potui.* Cic. de Inuent. 1, 49 Vt facultas Tulit fecimus. *Huc retulerim, quod* Facultas *a* Celſo 5 *pr. accipitur pro eo, quod vulgo* Virtutem *in medicina vocant,* Omnia (*inquit*) medicamenta proprias facultates habent, ac ſaepe ſimplicia opitulantur, ſaepe miſta. Facultas ſecreta certis in rebus ineſt Lucret. 1, 174. ¶ 4 *Apparatus omnis, quo ad agendum vel faciendum opus eſt, Copia.* Cic. pro Sull. 42 At quos viros? non ſolum ſumma virtute et fide, cuius generis in Senatu facultas maxima, ſed etiam quos ſciebam memoria, ſcientia, conſuetudine, et celeritate ſcribendi facillime quae dicerentur, perſequi poſſe. Caeſ. B. G. 1, 38 Namque omnium rerum quae ad bellum vſui erant, ſumma erat in oppido facultas. *Ita* Cic. Fam. 11, 20 Legionibus iis video facultatem fore ex agris Sullanis. Vet. Gloſſ. Facultas, περιουσία. Facultates, οὐσία, εὐπορίαι Ib. Nummorum facultas Cic. pro Quint. 16. Operae facultas Plaut. Truc. . . . *Sic* Cic. Verr. 5, 126 Facultas ſuppeditandi. *Praeſertim* Facultates, *Plur. ſunt Diuitiae, opes.* Cic. Att. 11, 7 Si quas habuimus facultates, eas tum Pompeio, quum id videbamur ſapienter facere, detulimus. Facultates et copiae Cic. Verr. 2, 135. Facultates rerum, copiae, opes Idem Off. 1, 9. Modicus facultatibus, *de Quinctiliano* Plin. Epiſt. 6, 132. Vlp. in l. 1 §. Si inter magiſtratus D. de magiſtratibus conueniendis, Prius enim arbitror conueniendum eum, qui hoc ſuſcepit: deinde Excuſſis facultatibus, tunc veniendum ad collegam. Cic. pro Dom. *extr. de bonis fortunae,* Quorum ego non tam facultatem vnquam et copiam Extendendam putaui. Implere facultates equeſtris ordinis Plin. Epiſt. 1, 19. Vlp. in l. 1 §. Si magiſtratus ab initio D. de Magiſtratibus conueniendis, Quod ſi ſatis exegit, et idoneum exegit, quamuis poſtea facultatibus Lapſi ſunt tutores, vel fideiuſſores: nihil eſt quod ei, qui dedit, imputetur. *vid.* LABOR. Quinctil. Prooem. 6 *extr.* Nos miſeri ſicut facultates patrimonii noſtri, ita hoc opus aliis praeparamus, aliis relinquemus. Superſunt large illi facultates, *vid.* LARGIOR. *Sed etiam* Facultas, *in Sing. num. pro Diuitiis poſita videtur* Paull. in l. Cum pluris §. vlt. D. de admin. tut. Non quas minimas poterit, ſed pro facultate patrimonii. *Niſi malis exponere, pro Copia patrimonii.* *Conf.* Iuſtin. 38, 2, 7.

FACVLTATV̆LA, ae. f. Dimin. Hieronym. ad Euſtoch. Epiſt. 27, 4 Pro facultatula ſua.

FACĬNVS, ŏris. n. [πρᾶξις] *Aliquando Factum ſimpliciter ſignificat.* Salluſt. Catil. c. 2 *extr.* Qui aliquo negotio intenti praeclari facinoris, aut bonae artis famam quaerunt. Cic. Fam. 2, 8 Non edepol quantam egeris rem, neque quantum facinus feceris. Plaut. Bacch. 1, 1, 181 Non ego iſthuc facinus mihi mulier conducibile eſſe arbitror, *i. hoc facere.* Baſilica facinora, *vid.* BASILICVS. Ad omne Clarum facinus audaces manus Sen. Herc. fur. 4. Egregia facinora ingenii Salluſt. Iugurth. c. 2. Forte Ouid. Met. 9, 150. Immortalia, Lepidum, Luculentum, *vid. hh. vv.* Magnum et memorabile Ter. Heaut. 2, 3, 73. Mirum, Nobile, *vid. hh. vv.* Pulcherrimum Ter. Phorm. 5, 6, 30. Aequat facinus quos inquinat Lucan. 5, 290. Aggredi facinus, *vid.* AGGREDIOR. Appetere

tere exempla facinorum Sen. Theb. 2. Credere facinus timido cordi Plaut. Pſeud. 2, 1, 3. *vid.* CREDO. Edita facinora habent Liu. 39, . . Efficere mirabilia facinora Cic. Philipp. 3, 109. Facere facinus, *Latinum eſſe probat Burm. ad* Quinct. Decl. 2, 8 p. 46. Incipere facinus, Inuenire facinus, *vid. hh. vv.* Moliri facinus Sil. 11, . . Obire aliquod Cic. in Catil. 1, 26. ¶ 2 *Pro Scelere et flagitio.* [δυσσέβημα, ἀτόπημα Vet. Gl.] Ex illane familia tam illiberale facinus eſſe ortum? Ter. Adel. 3, 4, 3. Idem Heaut. 2, 1, 8 Is mihi vbi abdibit plus paullo, ſua quae narrat facinora! Liu. 39, 13 Nihil ibi facinoris, nihil ibi flagitii praetermiſſum. Cic. pro Cael. 56 Primum ad ſe reuocarent maximi facinoris crimen. Id. pro P. Sull. 68 Neque enim iſtorum facinorum tantorum, tam atrocium crimen Iudices P. Sullae perſona ſuſcipit. Forma facinorum Sen. Octau. ſ. 4. Non rudis facinorum Tacit. Ann. 12, 51. Series facinorum Sen. Octau. ſ. 4. Animaduertendum Ter. Andr. 4, 4, 28. Atrox Sen. Troad. 289. Audax, Capitale, *vid. hh. ll.* Cruentum Sen. Hippol. ſ. 4. Dignum morte Sen. Hippol. ſ. 12. Foedum ac ferum Liu. 28, 22. Horrendum Sen. Theb. 2. Idem Hippol. 169 Expelle facinus mente caſtifica horridum. Ignotum, efferum, inuſitatum Sen. Theb. 264. Illiberale Ter. Adel. 3, 4, 3. Incognitum facinus, ac dirum nefas Sen. Med. 12. Indignum Ter. Andr. 5, 2, 13. Infandum Ter. Eun. 4, 3, 2. Ingens, *vid. h. v.* Lene Hor. Epiſt. 1, 16, 56. Tacit. Ann. 12, 8 At Agrippina, ne tantum Malis facinoribus noteſceret. Mortale facinus nondum fugarat Iuſtitiam, *i. Aſtraeam* Ouid. Faſt. 1, 249. *Collectiue pro ſaeculo corrupto.* Nefarium, *vid.* NEFARIVS. Nullum non facinus, *vid.* NVLLVS. Obſcenum Claud. in Eutrop. 2, 119. Sceleris facinus Cic. Verr. 5, 169. Tetrum Sen. Thyeſt. ſ. 8. Triſte parat facinus Ouid. Met. 6, 623. ¶ 3 *Verba:* Adducere ad facinus, *vid. h. v.* Admittere facinus aliquod Iuuen. Sat. 10, 255. Animaduertere facinus, *vid. h. v.* Tacit. Hiſt. 1, 18 In eo metu Aponius Saturninus, Moeſiae rector, peſſimum facinus audet. Committere facinus, Conſciſcere facinus, *vid. ſſ. ll.* Cic. de Fin. 2, 95 Si enim ita eſt, vide ne facinus Facias, quum mori ſuadeas. Geminare facinus Ouid. Met. 10, 471. Idem Triſt. 2, 526 Vtque ſedet vultu faſſus Telamonius iram, Inque oculis facinus barbara mater Habet. Inceptare facinus Ter. Heaut. 3, 3, 39. Iurare in facinus Ouid. Met. 1, 242. Luere poenas facinorum Sen. Octau. ſ. 5. Natum eſt facinus nouum, Oritur facinus, *vid. hh. vv.* Parare facinus aliquod Ouid. Met. 9, 150. Patrare facinus, *vid.* PATRO. Prae ſe ferre et confiteri ſcelus et facinus manibus cruentis Cic. pro Milon. 47. Repellere facinus Ouid. Met. 15, 777. Repoſcere facinus Stat. Theb. 5, 489. Suadere malum facinus Tibul. 2, 4, 25. Suaſit amor facinus Ouid. Met. 8, 90. Suſcipere facinus Cic. pro Cluent. 170.

FACĬNORŌSVS, a, um. Adi. [κακοῦργος] *Sceleſtus, flagitioſus.* Cic. Catil. 4, 29 Quintum genus eſt parricidarum, ſicariorum, denique omnium facinoroſorum. Culpa Val. Max. 2, 6, 3. Vita Cic. de Legib. 1, 40 c. 14. Facinoroſior redditus exilio Iuſtin. 16, 4, 6. *Add.* Sidon. Ep. 3, 13. Facinoroſiſſimus ſicarius Cic. pro Sext. c. 38.

FACINOROSE. Adu. *Apud* Auguſtin. . . .

FACITERGIVM, i. n. *Linteum, quo abſtergitur facies* Iſidor. 19, 25.

FACVLA, ae. f. Dimin. *a* Fax. *vbi vid.*

FACVNDVS, a, um. Adi. [εὐφραδής, λόγιος, εὐεπής] *Diſertus, a Fando; qui ea, quae mente conceperit, ad audientes facile atque ornate profert. i. fatur.* Varro de L. L. 5, 7 p. 54, 17 Qui facile fantur, facundi dicti. Ouid. de Arte Am. 2, 123 Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes. Quinct. 12, 10 In omnibus gentibus alius alio facundior habetur, et in eloquendo dulcis magis. Id. 12, 2 *extr.* In exemplum bene dicendi facundiſſimum quemque proponet ſibi ad imitandum. Prudent. adu. Symmach. 2, 19 — Auſoniae vir facundiſſime linguae. Dicta Ouid. Met. 13, 127. Iuuenis Lucan. ad Piſon. 97. Os Ouid. Faſt. 5, 698. Otia, *i. In quibus ſtudetur facundiae* Claud. . . .

FACVNDIA, ae. f. [εὐφραδία, εὐεπία, ἐπητύς] *Facultas diſſerendi cum dignitate, gratia.* Gell. 4, 9 *interea refert*, Facundiam, quae, ſicut ipſae virtutum amplitudines, nullis finibus cohibentur, ſed quanto maiora auctioraque ſunt. Tanto etiam laudatiora ſunt. Plin. 7, 30 Facundiae Latiarumque literarum parens Cicero. *Pluralis eſt ap.* Gell. 3, 7. Arma facundiae Quinctil. 2, 16. Linguae facundia Ouid. Triſt. 3, 5, 29. Comta facundia Tacit. Ann. 6, 15. Digna principe facundia Ouid. ex Pont. 2, 5, 55. Iuuen. Sat. 10, 10 — Multis Et ſua Mortifera eſt facundia. Multiplex et multiformis facundia Virgilii Macrob. Saturn. 5, 1. Praeceps facundia Hor. in Arte Poët. 217. Alere facundiam Quinctil. in Prooem. 1 *extr.* Iuuit mandatam facundia cauſam Ouid. Met. 7, 505.

FACVNDĬTAS, ātis. f. *Idem.* Plaut. Truc. 2, 6, 13 Facile ſibi facunditatem virtus argutam inueuit.

FACVNDE. Adu. [φραδῶς] *Diſerte.* Liu. 28, 18 Sed hoſtem etiam infeſtiſſimum facunde alloquendo ſibi conciliarit. *Conf.* Gell. 13, 8. *et* Val. Max. 3, 3 *extr. qui habet in Superl.*

FACVNDIŌSVS, a, um. Adi. [εὐεπιώδης] Sempronius Aſellio vſurpauit, *teſte* Gell. 4, 9 *quum ſic ait;* XIII rerum geſtarum, facta ſua ſpectare oportere: dicta non, ſi minus facundioſa eſſent. *Antiquum.*

FACVNDO, āre. *Facundum facere.* Sidonio *et* Apuleio *tribuitur. Non habet Index Floridi.*

F A D *et* F A E

FADIVS, *Gentis nomen, e qua Pompeianus miles, cuius meminit* Aſinius Pollio *apud* Cic. Fam. 10, 32. *Eſt etiam* Eidem de Fin. 2, 55. *Quamquam vtroque loco quidam* Fabius habent.

FAESVLAE, arum; *et* FAESVLA, ae. f. *Etruriae vrbs, ad Appennini radices, Romanorum colonia, caſtris Catilinariis nota. Vid.* Salluſt. Catil. 27. *et* Cic. Catil. 2, 6. Sil. 8, 478 Faeſula et antiquus Romanis moenibus horror.

FAEX, faecis, *per* ae *dipht. vt eſt in monumentis antiquis, tam m. quam f. g. eſt, ſed frequentius f.* [τρὺξ ὑποστάθμη] *Sic autem vocantur ſpumeae viſciditatis, et ſordidae plerumque, partes, quarum diſceſſu corpus, vel maſſa, in qua fuerant, liquidior, purior, limpidior fieri ſolet: diſcedunt autem faeces fere poſt eam, quae efferueſcentia, vel fermentatio dicitur: et aliae ſurſum eiiciuntur, aliae autem in fundo ſubſidunt. Hinc ſordes etiam aliae* Faex, *vel plural.* Faeces *dici ſolent.* Hor. Carm. 1, 35, 26 Diffugiunt cadis Cum faece ſiccatis amici, *i. ad ipſum vsque fundum exhauſtis.* Dicitur et plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis, Qui canerent agerentque peruncti faecibus ora Hor. Art. Poët. 277. Columel. 12, 19, 4 Quidquid faecis ſubſederit, exagitet, et in ſummum reducat, *de muſto incoquendo.* Sidon. Carm. 9, 232 Pictum faecibus Aeſchylon ſecutus. Pannoſam faecem morientis ſorbet aceti Perſ. 4, 32. Faecem rubentis aceti *vocat* Mart. 11, 57. Martial. 1, 27 Faex Laletana. *de vino vili et turbido. Sic* 1, 104 *in hominem ſordidum*, Veientani bibitur faex craſſa rubelli. *Et* 4, 4 Ceromata faece de Sabina, *i. de oleo vili et turbido. Sed* 10, 48 De Nomentana vinum ſine faece lagena. *Et* 12, 84 Fumoſae feret ipſe tropin de faece lagenae. *Hinc ad quidquid eſt turbidum et ſordidum refertur. V. g.* Mart. 8, 14 Specularia puros Admittunt ſoles, et ſine faece diem, *de aëre, nebulis et nimbis turbato. Metaphor.* Faex ciuitatis: *Homines viles et abiecti, vitam agentes ſordidam.* Cic. pro Flacc. 18 c. 8 Opifices et tabernarios, atque illam omnem faecem ciuitatum, quid eſt negotii concitare? Idem Q. Fratr. 2, 6 Nam apud perditiſſimam illam infimamque faecem populi, *etc.* Cic. in Brut. c. 69 Tum Atticus, Tu quidem de faece, inquit, hauris, idque iamdudum, ſed tacebam: hoc vero non putabam, te vsque ad Stalenos et Antronios eſſe venturum. *Dictum ab Attico in Ciceronem, qui tempus tereret in commemorandis oratoribus quibusdam obſcuris, ac nullius paene nominis.* Cic. Att. 2, 1 de Catone, Optimo animo vtens et ſumma fide, nocet interdum Reipubl. Dicit enim tanquam in Platonis πολιτείᾳ, non tanquam in Romuli faece, ſententiam: *in ſaeculo valde corrupto et degenere a virtute conditorum.* Tota res etiamnum fluctuat: κατ᾽ ὀπώραν τρύξ, quae ſi deſederit, magis erunt iudicata, quae ſcribam Cic. Att. 2, 12. *Nempe* faex circa autumnum *turbare vinum ſolet, donec eliquatum et limpidum fiat.* Sordes et faex vrbis Idem Att. 1, 13. ¶ 2 Faex, *Condimenti, ſiue Liquaminis genus.* Hor. Serm. 2, 4, 73

Ego faecem primus, et alec,
Primus et inueni piper album cum ſale nigro
Incretum puris circumpoſuiſſe catillis.

Liquamen ex craſſamento vini adhuc in vſu eſſe Flandris, indicat ad h. l. Cruquius. Vid. FAECVLA. *Eſt etiam* Faex expreſſi vnguento crocino, quod crocomagma appellant Plin. 21, 20 ſ. 82. Celſ. 5, 18 quaſi recrementum croci *appellat. Vtrum vini faecem intelligimus, cum commemorat* Ouid. Met. 8, 665 Conditaque in liquida corna autumnalia faece: *an ſic ſuccus illorum expreſſus vocatur? An huc etiam pertinet* Plin. 18, 32 ſ. 74 Hoc et poma colligendi tempus — hoc et faeces exprimendi: hoc et defrutum coquendi. *Dixerat de vindemia.*

FAECŬLA, ae. f. Dimin. Lucret. 2, 430 *vbi agit de iis, quae* Titillare magis ſenſus, quam laedere poſſunt, *addit* Faecula iam quo de genere eſt. *Quo in loco ſumitur pro Condimento ſeu liquamine ſubacido ſubamaroque. Conf.* Hor. Serm. 2, 8, 9 Laſſum peruellunt ſtomachum ſiſer, allec, faecula Coa. *Sed quam in medicamentis, collyriis praeſertim, commemorant* Scribon. 226. 228. 230. *it.* Veget. Mulom. 4, 16, 1, *quamque* φέκλην, *aut* φαίκλην *recentiores Graeci dicunt, ea forte eſt faex combuſta ea ratione, quam docet Dioſcor. 5, 132. Conf. Scribonianum Lex. Rhodii.*

FAECVLENTVS, a, um. Adi. [τρυγώδης] *Quod eſt faecis plenum.* Faeculenta aqua Plin. 31, 3. Vinum Columel. 2, 2. Pall. Oct. 14, 12. Pus Celſ. 5, 26. Tabes Macrob. Saturn. 7, 12 Faeculentum mingit animal Veg. 3, 4 *ex MS.* Faeculentior ſuperficies Solin. 46. *Superl. apud* Auguſtin. de Relig. vera c. 40.

FAECVLENTE. Adu. *Apud* Celſ. *eſſe dicitur.*

FAECVLENTIA, ae. f. *Sordes.* Fulgent. in Contin. Virg. p. 156. *Vid. ibi Munker. not.* Sidon. Epiſt. 3, 13 Faeculentia par cloacali. *Conf.* Claud. Mamert. 1, 7.

FAECĀRIVS, a, um. Adi. Cato de R. R. c. 11 Sportae faecariae *videntur, quibus ad* vinum faecatum *vterentur.*

FAECATVS, a, um. Adi. [τρυγωτὸς] Faecatum vinum Cato de R. R. c. 154 *Quod e faecibus expreſſum eſt. Ponamus ipſa verba,* Vinum faecatum ſic facito. Fiſcinas olearias Campanicas (*hae videntur* ſportae faecariae, *de quibus modo*) duas illac rei habeto. Eas faecis impleto, ſub prelumque ſubdito exprimitoque.

FAECĬNIVS, a, um. Adi. Faeciniae vites *eſſe poſſunt, quarum vuae* [τρυγηραὶ σταφυλαὶ] *plus quam caeterae faecis afferunt.* Columel. 3, 2, 14.

FAECĬNVS, a, um. Adi. *Forte idem.* Faecinum vinum Columel. 12, 45, 6. *al.* Setinum.

FAECŌSVS, a, um. Adi. Martial. 13, 102 Gari *epitheton eſt. An hoc illud liquamen, de quo p. a. in* FAEX *n. 2.*

FAECVTĪNAS, *ex* Gell. 13, 20 *huc non referimus: ſunt enim nemine dubitante* Foetutinae, *v. v. ſub* FOETEO.

F A G

FĀGVS, i. f. [φηγὸς] *Arbor glandifera:* ἀπὸ τοῦ φάγειν, *quod eſt comedere.* Plin. 16, 6 Fagi glans nucleis ſimilis, triangula cute includitur, folium tenue ac leuiſſimum, populo ſimile, celerrime flaveſcens, et media parte plerumque gignens ſuperne paruulam baccam viridem, cacumine aculeatam. Virgil. Ecl. 1, 1 Tityre, tu patulae recubans ſub tegmine fagi. *Vid. Taubm. ad* Virgil. Ecl. p 6. Caeſ. B. G. 5, 12. Plin. 22, 23. Alta Virg. Georg. 1, 173. Ardua Stat. Theb. 6, 98. Denſae Virg. Ecl. 2, 3. Patula Idem Ecl. 1, 1. Rudibus fagis texuntur tigna Claud. in Sext. Conſ. Honor. 324. Veteris iam fracta cacumina fagi Virgil. Ecl. 9, 9. Viridis Idem Ecl. 5, 13.

FAGĬNEVS, a, um. Adi. [φηγίνεος] *Quod ex fago factum eſt.* Ouid. Met. 8, 653 Erat alueus illic Fagineus, *etc.* Columel. 12, 45. Ouid. Faſt. 4, 656 Bis ſua faginea tempora fronde premit.

FAGĬNVS, a, um. Adi. [φήγινος] *Idem.* Virg. Georg. 3, 172 Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis. Plin. 16, 38. Pocula Virg. Ecl. 3, 37. Scyphus Tibull. 1, 10, 8.

FAGEVS, a, um. Adi. [φήγεος] *Idem.* Plin. 16, 5 Alia fageae glandi figura, alia querneae. Idem 16, 27 Fagea glans ſuem hilarem facit, carnem coquibilem ac leuem, et vtilem ſtomacho. Lucus fageus, *vid.* FAGVTALIS.

FAGIFVLANI, *Populi*, in quarta regione Italiae a Plinio *collocati*, 3, 12.

FAGVTAL, [Φαγυτάλ] *fuit Romae* Sacellum Iouis, in quo erat fagus arbor, quae Ioui ſacra habebatur. *Haec* Feſtus. *Add.* Varr. de L. L. 4, 32 p. 36, 36. *vnde hauſit Feſtus.*

FAGVTĀLIS, e. Adi. *Vt*, Fagutalis Iupiter. Plin. 16, 10 Roma ſiluarum diſtinguebatur inſignibus, Fagutali Ioui etiam nunc, vbi lucus fageus fuit, porta Querquetulana, *(quam a* Querceto *dictam indicat)* colle in quem vimina petebantur, *i. viminali, etc.* Luci Fagutalis etiam *mentio apud* Varr. L. L. 4, 8 p. 15, 18.

F A L

FALACER, *Sic dictus fuit vnus Flaminum.* Varro de L. L. 4, 15 p. 23, 7 *cum dixiſſet*, Horum ſinguli cognomina habent ab eo deo, cui ſacra faciunt: ſed partim ſunt aperta, partim obſcura: *inter aperta deinde dicit*, Si flamen Falacer a diuo patre Falacre. *Fuit igitur etiam Dei alicuius nomen* Falacer. *Sed* Idem 6, 3 p. 74. *pr. inter eos referre videtur, quorum* obſcura eſt origo. *Mutauit hic quoque Scaligeranam lectionem Scioppius. Sed non licet nunc immorari argumento difficili et non magno. Hic illud modo addimus*,

FALACRINVM, *vocari in* Itiner. Anton. p. 307 *Weſſel.* vicum *illum* modicum, in Sabinis vltra Reate, *vbi Veſpaſianum patrem natum, ait* Sueton. c. 2 *vbi tamen* Phalacrine *ſcribitur.*

FALAE, *ſ.* PHALAE, arum. f. Turres ligneae, Enn. 15 Malos defindunt, fiunt tabulata, falaeque. Haec ſunt et circo, quae apud veteres propter ſpectatores e lignis erigebantur. *Haec* Non. 2, 351. Seru. *ad* Aen. 9, 705 *in declaratione* Falaricae, Hoc autem telo pugnatur de turribus, quas phalas dici manifeſtum eſt, vnde et in circo phalae dicuntur diuitiones inter Euripum et metas, quod ibi conſtructis ad tempus turribus his telis pugna edi ſolebat. *Laudat deinde locum Iuuenalis, quem ſtatim dabimus.* Feſtus, *(cuius alium locum mox damus in* FALARICA) Falae dictae ab altitudine, a falando, quod apud Etruſcos ſignificat caelum. *Accuratius dixiſſet, ab eadem origine eſſe* Falandum, *quo nomine Etruſci caelum appellent. Vid. Scalig. ad h. l. itemque ad* Varr. R. R. 3, 5, 14 *vbi* Falere *explicat. Conf. Ferrar. Elect. 2, 15. Lipſ. Elect. 1, 2. et in Poliorc. 5, 5. Stewech. ad* Veget. 4, 18. *in primis Salm. ad Solin. p. 640 ſq.* Plaut. Moſt. 2, 1, 10

Vbi ſunt iſti plagipatidae ferritribaces viri?
Vel iſti, qui haſtis trium numorum cauſa ſubeunt ſub falas
Vbi aliqui quindenis haſtis corpus transfigi ſolent.

Sub falas, *i. turres, quibus vrbes vel defenduntur, vel oppugnantur: niſi potius ad circi ſpectacula refertur, vbi etiam ſunt* Falae, *ſ.* Phalae, *de quibus* Iuuenal. Sat. 6, 589 Conſulit ante Phalas, Delphinorumque columnas. *Nempe, ſi audimus viros doctos*, Phalae, *ſ.* Falae *ſunt ipſae columnae, aut quidquid eſt, quibus impoſiti ſunt delphini et oua.*

FALARICA, *ſ.* PHALARICA, ae. f. [βλήματος γένος] *inquit* Feſtus, eſt Genus teli miſſile: quo vtuntur ex falis, id eſt ex locis extructis, dimicantes. Virg. Aen. 9, 706 Sed magnum ſtridens contorta falarica venit: *ad quem locum* Seruius *quoque a* Falis *deriuat, vt modo vidimus, et ita deſcribit*, Telum ingens torno factum, habens ferrum cubitale, et rotunditatem de plumbo in modum ſphaerae. In ipſa ſummitate dicitur etiam ignem habere adfixum, ſtuppa circumdatum, et pice oblitum: incenſumque aut vulnere hoſtem, aut igne conſumit. Ennius *apud* Non. 18, 20 — quae valide veniunt falarica miſſa. *Addit* Nonius, Dictum hoc genus teli, a Falis, *i.* turribus ligneis. Liu. 21, 8 Falarica erat Saguntinis, miſſile telum haſtili oblongo, et caetera tereti, praeterquam ad extremum, vnde ferrum exſtabat. Id ſicut in pilo quadratum ſtuppa circum ligabant, linebantque pice. Ferrum autem tres in longum habebat pedes, vt cum armis transfigere corpus poſſet. Sed id maxime etiam ſi haeſiſſet in ſcuto, nec penetraſſet in corpus, pauorem faciebat, quod cum medium accenſum mitteretur, conceptumque ipſo motu multo maiorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad inſequentes ictus praebebat. *Etiam turribus incendendis adhibita* falarica baliſtae impetu deſtinata, *de qua vid.* Veget. 4, 18. *et ad eum Stewech. Add.* Liu. 34, 14. Lucan. 6, 198. Sil. 1, 351 *ibique* Drakenb. *Caſaub. ad Aen. Tact. 34.* Gell. 10, 25.

FALARIENSES, ium. m. [Φαλαρίοι] *Populi*, quos in quinta regione Italiae *collocat* Plin. 3, 13.

FALCARIVS, FALCATVS, FALCVLA, *vid.* FALX.

FALCIDIA, *gens Romana, vnde v. g.* Falcidius, *de quo* Cic. pro L. Manil. 58. *itemque* ¶ 2 Lex Falcidia, *de qua ICti ad* Inſtit. 2, 22 qua cauetur, ne plus legare liceret, quam dodrantem totorum bonorum, id eſt, vt ſiue vnus heres inſtitutus ſit, ſiue plures, apud eum eosue pars quarta remaneat.

FALCO, ōnis. m. Feſtus, Falcones dicuntur, quorum digiti pollices in pedibus intro ſunt curuati, a ſimilitudine falcis. *Videtur ergo hominum cognomen facere, vt* Naſones, Labeones, *etc. Sed poteſt etiam Auis nomen eſſe. Certe* Iſidor. 12, 7 Capus Itala lingua dicitur a capiendo. Hunc noſtri Falconem vocant, eo quod incuruis digitis ſit. Seruius *ad* Aen. 10, 145 de Capua, Conſtat, eam a Tuſcis conditam, viſo Falconis augurio, qui Tuſca lingua Capys dicitur.

FALCVNCVLVS, i. m. Dimin. Plinio *tribuitur, ſed non occurrit in Ind. Harduin.*

FALERE, is. n. *Quid ſit, intelligi poteſt ex ſolo loco* Varron. de R. R. 3, 5, 14 Subter columnarum ſtylobatem eſt lapis a falere pedem et dodrantem altus, ipſum falere ad duos pedes altum a ſtagno, latum ad quinque, vt in culcitras et columnellas conuiuae pedibus circumire poſſint. Infimo intra falere eſt ſtagnum cum margine pedali, et inſula in medio parua. Circum falere et natatilia ſunt excauata anatum ſtabula. *Eſt igitur moles, lapidea et ipſa forte, ſtagno impoſita, quae ſuſtinet ſtibadium et columnas impoſitas. Videtur eminentiam ſignificare ex notione nominis* Falae. *Vid. quos ibi laudauimus.*

FALERII, orum. [Φαλέριον] *Oppidum fuit Faliſcorum in Tuſciae mediterraneis.* Feſtus, Faleri oppidum a ſale dictum. *Nempe* Halerii *fuerat, ab* ἅλς, *qui Sal eſt. Vid.* FALISCI. Falerina tribus, *vid.* TRIBVS.

FALERNVS, a, um. Adi. Falernus ager, a ponte Campano incipit laeua petentibus vrbanam coloniam Sullanam, antea Capuae contributam. Plin. 14, 6. Id. 3, 5. *Illic* Vitiferi colles incipiunt, et temulentia nobiles ſucco, per omnes terras inclito, atque vt veteres dixere, ſummum Liberi patris cum Cerere certamen. *Rurſus* 14, 6 *obſeruat*, Summis collibus Gauranum gigni vinum, mediis Fauſtianum, imis Falernum. *Paullo ante dixerat*, Secunda nobilitas Falerno agro erat, et ex eo maxima Fauſtiano. *Add.* Tibull. 1, 9, 34. *Conf.* Macrob. Saturn. 3, 16. Cellae Falernae Virgil. Georg. 2, 96. Vinum Scribon. 30, 49. Vina Hor. Serm. 2, 4, 55. Varro R. R. 1, 65 *extr.* Genera ſunt vini, in quo Falerna, quae quanto plures annos condita habuerunt, tanto cum promta, ſunt fructuoſiora. Vites Horat. Carm. 1, 20, 10. Vuae Idem Carm. 2, 6, 19. ¶ 2 *Subſtantiue*, Falernum, *pro Vino, quod in Falerno monte creſcebat.* Martial. 3, 108 Attica nectareum turbatis mella Falernum. Idem 1, 19 Scelus eſt iugulare Falernum. *Maſculino genere* Tibull. *protulit, i.* cados *intellexit*, 2, 1, 27 Nunc mihi fumoſos veteris perferre Falernos Conſulis, et Chio ſoluite vincla cado. Acre Falernum Iuuen. Sat. 13, 216. Ardens Hor. Carm. 2, 11, 19. Forte Id. Serm. 2, 4, 24. Indomitum Perſ. 3, 3. Liquidum Hor. Epiſt. 1, 14, 34. Seuerum Idem Carm. 1, 27, 10. Vetus Hor. Serm. 2, 3, 115. Vetulum Catull. 25, 1. *Originem fabuloſam huius vini atque nominis adfert* Sil. 7, 166 ſq.

FALISCA, Colonia intus *(cum reſpectu ad Tiberim)* Argis orta, vt auctor eſt Cato, quae cognominatur Hetruſcorum. *Vid.* Plin. 3, 5.

FALISCI, *ſ.* PHALISCI, orum. m. [Φαλίσκοι] *quorum vrbs* Falerii, Populi ſunt Hetruriae, quos Virgilius Aequos appellauit, quia Populus Romanus miſſis Decem viris ab ipſis iura Fetialia, et nonnulla ſupplementa duodecim tabularum accepit. Nam ab Athenienſibus decem habuerunt tabulas. Seruius *ad* Virg. Aen. 7, 695 Hi Feſcenninas acies, aequosque Faliſcos: *qui monet etiam illos eſſe ab* Haleſo *(Burm.* Faliſco*) conditos*, ſed poſtea mutato H in F Faliſcos dictos. Iunonicolae Ouid. Faſt. 6, 49. Pomiferi Idem Am. 3, 13, 1. *Habuerunt vrbem* Falerios, *quam Camillus dux obſedit.* Liu. 5, 26 *et* 27. *Vid. Keuchen. ad* Frontin. p. 93. *Et Spanhem. de Vſu Num. diſſ. 2 p. 107.*

FALISCVS, a, um. Adi. [Φαλίσκος] *Vt*, Faliſcus venter, *quod eum farcire* a Faliſcis *didicere, inquit* Varr. de L. L. 4, 22 p. 28, 35. Martial. 4, 46 Et Lucanica ventre cum Faliſco. Papin. Silu. 4, 9, 35 Non Lucanica, non graues Faliſci. Herba Ouid. Faſt. 1, 84. Gramen Idem ex Ponto 4, 8, 41. Faliſcae praeſepes a Catone R. R. 4 *et* 14 *dictae, quae in Faliſco agro, vel a Faliſcis, aut Faliſco ligno optime fiebant, vt ſolet alias quoque res a patriis commendare. Verba ſunt* 4, 1 Bubilia bona, bonas praeſepis, Faliſcas, clatratas. *Et* 14, 1 Praeſepis bubus hibernas et aeſtiuas, Faliſcas.

FALLAM, *pro* Fallacia dixere veteres, *vt annotauit* Non. 2, 316 Naeuii *antiqui Poëtae locum citans ex* Decumis, Me non vocabit ob eam rem, hanc feci fallam.

FALLACIA, FALLAX, *vid.* FALLO.

FALLVS, *vid.* PHALLVS.

FALLO, fefelli, falſum, ĕre. [ψεύδω, παρακρούω, σοφίζομαι] *A* Fando *deducitur, vt* Varroni *placet*, quod fando decipiamus, ac contra quam diximus, faciamus. Nam ſi quis re fallit, in hoc non proprio nomine fallacia, ſed translatione, vt a pede noſtro pes lecti et pes betae. *Haec* Varro de L. L. 5, 7 p. 55, 4. *Sed magis placet Etymologia a* σφάλλω, φάλλω, φηλόω, *etc.* Multi fallere docuerunt, dum timent falli Sen. Ep. 3. Ter. Heaut. 3, 1, 61 Falli te ſinas technis per ſeruulum. Cic. pro Roſc. Amer. 112 Perditiſſimi eſt igitur hominis ſimul et amicitiam diſſoluere, et fallere eum, qui laeſus non eſſet, niſi crediediſſet. Fallitur auro Iupiter Propert. 4, 1, 83. *i. falſo promittitur, nomine illius ad fallendum abutuntur.* Oſſa tibi iuro per matris et oſſa parentis: Si fallo, cinis heu ſit mihi vterque grauis Propert. 2, 20, 16 *vbi vid. Liuinei. Add.* Hor. Od. 2, 8, 10. Sectamur vltro, quos opimus Fallere et effugere eſt triumphus Hor. Carm. 4, 4, 52. Quinctil. prooem. 4 Ne fefelliſſe in his videar principem. Idem 2, 12, 3 Sed ſunt in hac parte, quae imperitos etiam naturaliter fallant, *i. in quibus imperiti fallantur.* Quem prima origo cauſae non fefellerit Celſ. praef. 1. *i. qui eam aſſecutus fuerit. Sic apud* Celſ. 8, 4 A futuris ſe deceptum eſſe, Hippocrates memoriae tradidit. ¶ 2 *Formulae ex Nominibus:* Ouid. Triſt. 2, 462 Multaque dat furtim talis praecepta, docetque Qua nuptae poſſent fallere ab Arte viros. Amaritudinem fallunt edentes abſinthium in fico Plin. 27, 7. Alea haec perraro fallit Horat. Serm. 2, 5, 50. Animi fallunt ſub vulpe latentes Idem de Arte Poët. 437. Lucret. 5, 98 Nec me Animi fallit, quam res noua, *etc. h. e. non me fugit, non ignoro: pro Animo. Vid. infra*, Sermonis fallere, *vbi ſimilis conſtructio.* Ter. Eun. 2, 2, 43 Vt falſus Animi eſt! Credentem fallere Ouid. Epiſt. 2, 63. Curam ſomno Hor. Serm. 2, 7, 114. Curas labor fallebat Ouid. Triſt. 3, 2, 16. *Conf.* Id. ex Pont. 4, 10, 67. *Et* Triſt. 4, 1, 14. Cuſtodes Ouid. Met. 4, 85. Virgil. Aen. 4, 17 Poſtquam primus amor Deceptam morte fefellit, *i. decepit ac deſtituit prior maritus.* Ouid. Met. 5, 480 Aruaque iuſſit Fallere Depoſitum, vitiataque ſemina fecit, *i. non reddere credita ſibi velut depoſitum quoddam ſemina.* Dextram alicuius fallere, *i. promiſſam fidem* Virgil. Aen. 6, 613. Diuinatio fallit fortaſſe nonnunquam, ſed tamen ad veritatem ſaepiſſime dirigit Cic. de Diuin. 1, 25. Ter. Andr. 3, 2, 13 Itane tandem idoneus tibi videor, quem tam aperte fallere incipias Dolis? Virg. Aen. 1, 688 Tu Faciem illius noctem non amplius vnam Falle dolo, et notos pueri puer indue vultus. *Eadem fere ratione* Propert. 4, 1, 83 fallitur Iuppiter, *i. aſſimulatur ipſe praedicere aliquid.* Cic. Off. 1, 39 c. 13 Ad ſupplicium redire maluit, quam Fidem hoſti datam fallere. Fraude omni et perfidia fallere Idem pro Roſc. Amer. 117. Horas ſermonibus Ouid. Met. 8, 651. Liu. 31, 38 *extr.* Quum abire inde et fallere abiens Hoſtem vellet, *etc.* Plin. 7, 37 Niſi fefelliſſet Imperium militaris imprudentia, *h. e. niſi milites per imprudentiam contra feciſſent, quam ſibi erat imperatum a Marcello. Sic mox* Mandata fallere. Hirt. B. Alex. 15 Nobis rem committe, nos praelium ſuſtinebimus, neque tuum Iudicium fallemus, dum reliqui ſubſequantur. Iura tori fallere, *Adulterium committere* Ouid. Epiſt. 16, 284. Idem de Rem. Amor. 303 Sic mihi iurauit, ſic me Iurata fefellit. Longe fallitur opinione Pſeudo-Cic. in Salluſt. 3. Mandata alicuius Ouid. Met. 9, 696. *i. non facere, quod dedit in mandatis. Sic modo* Imperium fallere. Plin. 10, 42 *de picis*, Conſtat emori victas difficultate verbi, ac niſi ſubinde eadem audiant, Memoria falli, *i. obliviſci.* Mendacio fallere, *vid.* MENDACIVM. Mentem fallunt ſimulacra in ſomnis Lucret. 5, 63. Moras arte Ouid. Epiſt. 19, 38. Nec me adeo fallit Virgil. Aen. 4, 96. *h. e. non ignoro.* Nihil me fefellit Ter. Heaut. 4, 3, 4. Idem Andr. 1, 2, 33 Irrides, nihil me fallis. *Vbi* Donatus: Non te ignoro, Non me decipis. *Et rurſum*, Nihil me fallis, figura eſt ἑλληνισμός. Fallis, Lates: vt ſit λήθεις με λέληθας. Non pol me multum fallit, quin quod ſuſpicor, ſit, quod velit: *i. non multum erro, quin, etc.* Ter. Hec. 5, 1, 32. Niſi fallor Virg. Aen. 5, 49. Ter. Heaut. 4, 1, 1 Niſi me animus fallit, hic profecto eſt annulus, quem, *etc.* Idem Phorm. 5, 1, 8. Cic. pro Roſc. Amer. 48. Idem Philipp. 12, 21 Is enim ſum (niſi me fallo) qui, *etc.* Niſi omnia me fallunt Cic. Att. 8, 7. Id. Fam. 5, 20 Te certe in pecunia exacta ita afferre ex meis rationibus relatis non oportuit, Niſi quid me fallit. Ter. Heaut. 3, 2, 3 Num me fefelli

feſellit hoſce id ſtruere ? *nonne ſenſi ?* Nouitate quadam aliquem fallere, *i. noua arte* Ouid. Triſt. 2, 505. Virgil. Aen. 6, 324 — Stygiamque paludem, Dî cuius iurare timent, et fallere Numen. Oculos litera fallit, *i. non poteſt videri, vt legatur* Ouid. de Arte Am. 3, 627. Omnia fallere aliquem, *pro Fallere in omnibus* Senec. Epiſt. 96. Plaut. Pſeud. 1, 2, 9 At faciem quum aſpicias eorum, haud videntur mali, Opera fallunt, *i. ipſorum operibus apparet, eos eſſe deceptores.* Cic. pro Cluent. 142 Confiteare neceſſe eſt te Opinionem multum feſelliſſe, *etc.* Curt. 4, 5, 16. Opinionem tuam feſellit ea res Cic. de Inuent. 2, 46. Caeſ. Bell. C. 3, 86 Ne vſu manuque Opinionem fallerent. Opinio de te multum me feſellit Cic. pro Sull. 41. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 3 Longe vero fallitur Opinione. Pallia non feſellit gutta vna Mart. 1, 110. *de catella non maculante veſtem vrina.* Promiſſum fallere, *pro Non implere* Curt. 7, 10, 9. Quem quaeſo noſtrûm feſellit, ita vos eſſe facturos? Cic. in Orat. 55. *quis non ſenſit.* Retia fallere, *i. captiones alicuius eludere* Ouid. Epiſt. 20, 45. Plaut. Epid. 2, 2, 55 Diſſimulabam, me harum Sermoni operam dare, Nec ſatis exaudiebam, nec Sermonis fallebar tamen, Quae loquerentur, *i. tamen aſſecutus ſum argumentum.* Socium conſortem Hor. Carm. 3, 24, 60. Cic. Fam. 1, 3 Quae ne Spes eum fallat, vehementer te rogo. *Et* Verr. 2, . . Deinde ſi in hominibus eligendis nos Spes amicitiae feſellerit, vt vindicemus. Ouid. Epiſt. 17, 34 Fallitur augurio Spes bona ſaepe ſuo. Cic. de Orat. 1, 2 Quam Spem cogitationum et conſiliorum meorum, cum graues communium temporum, tum varii veſtri caſus feſellerunt. Spem meam feſellit atque ſuperauit improborum vis Idem in Catil. 4, 23 c. 11. *Conf. Gronou. ad* Liu. 2, 39 *pr.* Tantumne te feſellit Cic. pro Domo c. 43 *med. ſc. opinio.* Tempus fallere, et detinere curas Ouid. ex Pont. 4, 10, 67. Curt. 4, 9, 18 Praerupta ſaxa Veſtigium ſubinde fallentia. Plin. 14, 2 Aliquando tamen caeli, aut ſoli opera non fallunt Vetuſtatem, ſicut fecenia, *etc. h. e. ſentiunt vetuſtatem, deteriores fiunt vetuſtate.* Id. 9, 50 Piſces attritu Ventrium coëunt tanta celeritate, vt Viſum fallant, *h. e. vt viſu percipi non poſſint.* Fallit enim Vitium ſpecie virtutis et vmbra Iuuenal. 16, 109. Viſu falli Stat. Silu. 4, 3, 117. Vmbra pietatis fallitur Ouid. Met. 9, 459. Vota nec feſellit euentus Claud. Sext. Conſ. Honor. 87. Volucres viſcata fallite virga Ouid. Met. 15, 474. Vulgus indoctum fallere vana dulcedine Idem Met. 5, 308. *Pro Latere :* Tacit. Hiſt. 3, 73 Et nonnulla fallendi ſpe hoc eſt latendi, ne res videlicet deprehenderetur. *Nam* Fallere, *pro Latere ſaepe reperias apud hunc ſcriptorem, quae eſt elegantiſſima Verbi huius ſignificatio.* Idem Ann. 13, 13 Quae mutatio neque Neronem feſellit. Idem Hiſt. 2, 98. *Conf.* Curt. 4, 2, 21. Paterc. 2, 53, 4. Hor. Epiſt. 1, 17, 10. *et* Ouid. *ſupra in* Curas. Falſus ſum, *i. decipior* Plaut. Men. 5, 2, 3. Ter. Andr. 4, 1, 23 Heu me miſerum, qui tuum animum ex animo ſpectaui meo. P. falſus es. Plaut. Truc. 4, 3, 11 Mihi etiamnum quid ſit negoti, falſus incertusque ſum. Falli igitur poſſumus Cic. de Fin. 1, . . Poſſum falli vt humanus Idem Att. 13, 21. Spes fallendi Horat. Epiſt. 1, 17, 54. Viae mille fallendi Tibull. 4, 6, 12. Cic. de Diuin. 2, 83 c. 39 Partim horum errore ſuſceptum eſſe, partim ſuperſtitione, multa Fallendo, *i. fallaciis aliorum quaeſitis, ſuſcepta.*

FALLENS, entis. Partic. [ψεύδων] Cic. de Fin. 2, 46 His initiis inducti, omnia vera diligimus, id eſt fidelia, ſimplicia, conſtantia : tum vana, falſa, fallentia odimus, vt fraudem, *etc.* Plin. Epiſt. 5, 6, 14 Villa — ita leniter et ſenſim cliuo fallente conſurgit, vt cum aſcendere te non putes, ſentias aſcendiſſe. In vnum exitum ſpectantes et nunquam fallentes res Cic. de Orat. 1 c. 20. Retia Ouid. de Arte Am. 2, 198. Veſtigium Plin. Epiſt. 2, 1, 5. Vitae fallentis ſemita Horat. Epiſt. 1, 19, 103. *h. e. vita latens, ignorata aliis.*

FALLENTER. Adu. Nouatian. de Trin. c. 26.

FALSVS, a, um. Part. [ψευδὴς] *Fictus, quod duplicem vim habet, vt nempe pleraque id genus Participia. Aut enim eum ſignificat, qui feſellit alios, aut qui vel a ſe, vel ab aliis in fraudem inductus et deceptus eſt. Eſt denique Epitheton rerum et verborum, quae praeter verum aſſimulata ſunt. Actiue ponitur v. g. in his,* Falſus amicis Claud. de Conſ. Honor. 4, 277. Omnibus verax, ſibi falſus vni Senec. Med. 8. Falſus ſodalibus, *i. qui fidem ſodalibus non ſeruat* Catul. 28, 1. Plaut. Bacch. 3, 6, 12 Quos eum cenſeas eſſe amicos, reperiuntur falſi falſimoniis. *Sed ponamus Subſtantiua, quae diuerſum illum vſum declarant.* Auditiones falſae Tac. Ann. 4, 11. *i. ficti rumores.* Ter. Andr. 1, 5, 22 Cenſen' vllum me verbum potuiſſe proloqui : aut vllam Cauſam, ineptam ſaltem, falſam, iniquam ? obmutui. Cic. Verr. 1, 157 Quod falſum Codicem protuleris. Crimine falſo accuſare aliquem Ouid. Met. 13, 308. Cupidine falſo decipi Hor. Serm. 1, 1, 61. *qui deceptus ipſe a ſpecioſis voluptatibus, nos decipit.* Ter. Andr. 1, 2, 9 Id voluit, nos ſic nec opinantes duci falſo Gaudio. Gaudia falſa, *non ſincera* Virg. Aen. 6, 513. Ter. Heaut. 2, 3, 61 Perge, obſecro te, et caue, ne falſam Gratiam ſtudeas inire. Honor falſus, *qui indigno exhibetur* Hor. Epiſt. 1, 17, 39. Imagine falſa celare culpam Ouid. Met. 2, 37. Ter. Eun. 1, 1, 22 Haec verba, vna me hercle falſa Lacrimula, quam oculos terendo miſere vix vi expreſſerit, reſtinguet. Lingua Ouid. Met. 2, 83. Literarum falſarum et corruptarum poena grauis Cic. pro Flacc. 39. Plaut. Rud. prol. 13 Noſcamus, vt quemque adiuuet opulentia : qui falſas Lites falſis teſtimoniis petunt, *etc.* Odium falſum aſſimulat Ouid. Met. 7, 298. Opprobriis falſis morderi Hor. Epiſt. 1, 17, 38. Ouid. Met. 10, 291 Si licet, et falſi poſitis ambagibus oris Vera loqui ſinitis. Tacit. Ann. 2, 27 Falſos pauores induerat. Proditio Virg. Aen. 2, 83. Pudor Ouid. de Arte Am. 2, 556. Querelis falſis incuſare aliquem Claud. de Sext. Conſ. Hon. 429. Martial. 3, 20 An quae Neroni falſus aſtruit ſcriptor. Virg. Georg. 1, 463 Solem quis dicere falſum Audeat? Seruius fallacem *interpretatur.* Ter. Heaut. 1, 2, 3 Proin tu ſolicitudinem iſtam falſam, quae te excruciat, omittas. Plaut. Milit. 2, 4, 39 Ecaſtor ergo mihi haud falſum euenit Somnium. Spes falſa et fallax Cic. Philipp. 12, 6 c. 2 *extr.* Spem falſam ponere Ouid. ad Liu. 37. Spe falſa aliquem producere Ter. Andr. 4, 1, 24. Terror Lucret. 3, 68. Teſtamentum falſum, Quod teſtamentum non eſt, *inquit* Paull. Iureconſ. l. 221 D. de verbor. ſignif. *Sic*, Tutor falſus, Qui tutor non eſt Vlpian. in l. 1 D. Quod falſ. tut. auctor geſt. eſſ. dicet. Verbis falſis periuria addit Ouid. Met. 11, 206. Viſis falſis et mendacibus mentes mortalium concitare Cic. de Diuin. 2, 127. Voculae falſae, *de fracta et contra naturam quaſi eliſa voce* Idem de Orat. 3, 25. Falſus animi *dicitur is, Cui longe aliter cecidit, atque opinabatur* Ter. Eun. 2, 2, 43. Falſum habere, *i. Decipere.* Salluſt. Iugurth. c. 10 *pr.* Nec ea res me falſum habuit. Idem Catil. 1, 10 Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit. *Vbi vſurpatur pro Ficto et ſimulato. Conf.* Tacit. Ann. 1, 7, 1. *et* 3, 3, 1. *De Compar. ita* Feſtus. Falſius et Falſior cum rationabiliter dici poſſint, non tamen ſunt in conſuetudine. *Habet tamen* Petron. c. 132 Nihil eſt inepta perſuaſione falſius. *et* Auguſtin. Ciu. Dei 7, 5 Quanto eſt abiectior et falſior iſta. *Superl.* Columel. 1, 6 Idem falſiſſimum eſt. ¶ 2 *Subſtant.* Falſum [ψεῦδος] Ter. Eun. 1, 2, 41 Quae vera audiui, taceo, et contineo optime : ſin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuo palam eſt. Idem Heaut. 3, 1, 12. Niſi falſum et imitatione ſimulatum nihil eſt in eo Cic. de Orat. 2, 189. Intelligens falſi Tacit. Ann. 12, 26. Veri falſique notitia Lucret. 4, 478. Cic. de N. D. 2, 65 Quae ordine et ratione vacant, ea mentita, et falſa, plenaque erroris ſunt. Accliuis falſis animus Hor. Serm. 2, 2, 6. *h. e. Procliuis et inclinatus ad falſas opiniones.* Tacit. Ann. 3, 56 Modica de moribus adoleſcentis, neque in falſum aucta retulit. Addere falſa veris Ouid. Met. 9, 138. Admiſcere veris falſa per artem Sil. 11, 129. Conuincere falſi, *vid.* CONVINCO. Conuincere falſum refutatu ancipiti Lucret. 3, 524. Diſtinguere falſum vero Hor. Epiſt. 1, 10, 29. Tacit. Ann. 4, 50 Teliſque in falſum Iactis. Per ſtyga Iunoni falſum Iurare ſolebat Ouid. A. A. 1, 635. *Conf.* ib. 3, 11. Tacit. Ann. 1, 42 Quum e contrario omnia laeta fingeret, falſis Ingraueſcebat. Punire falſa, *i. Ea, quae commiſſa non fuerant* Sen. Hippol. 12. Remiſcere veris falſa Hor. de Arte Poët. 151. Tacit. Ann. 4, 60 Enimuero Tiberius toruus, aut falſum Renidens vultu, ſeu loqueretur, ſeu taceret. Scripſeram ad te falſum ante de iis Cic. Att. 7, 14. Verum falſumue ſit, vita non decreuerit Plin. 8, 16. Falſum *pro Iniquo et abſurdo* Petron. c. 71 Valde falſum eſt, viuo quidem domos cultas eſſe, non curari eas vbi diutius habitandum ſit. *De* Falſo, *in quantum iuridicae conſiderationis eſt, vid.* Tit. D. (48, 10) ad L. Corn. de Falſis. *v. g.* Paullus l. 23 Quid ſit falſum quaeritur : et videtur id eſſe, ſi quis alienum chirographum imitetur, aut libellum vel rationes intercidat, vel deſcribat, non qui alias in computatione vel in ratione mentiuntur. *Sed haec modo pauca exempla. Multo plura ſtatim* l. 1 *laudati tituli ſuggeret.*

FALSO. Adu. [ψευδῶς] *Quod* Vero *contrarium eſt.* Plaut. Bacch. 3, 3, 70 Non maneo, neque tu me habebis falſo ſuſpectum. Ter. Heaut. 2, 3, 27 Nam mihi nunc nihil rerum omnium eſt quod malim, quam me hoc falſo ſuſpicarier. *Conf.* Cic. Off. 3 c. 18. Ter. Hec. 5, 2, 11. Ter. Andr. 3, 2, 25 Continuo dari tibi verba cenſes. S. falſo. *Vbi* Donatus, Poteſt et εἰρωνικῶς Falſo pronuntiari. Poteſt et Falſo loqueris ; vt Salluſt. Iugurth. pr. Falſo queritur de natura ſua genus humanum. Citaui numina Iouis falſo, *i. Periuraui* Ouid. Faſt. 5, 683. Credita fama falſo Sen. Octau. 6. Laudata falſo femina Ouid. Amor. 3, 12, 43. Proditum memoriae falſo videbatur Cic. pro L. Manil. 41. Promittere falſo Ouid. Epiſt. 20, 195. Falſo Sperans fortunam ſuam occuli poſſe : falſo Nep. 7, 9, 1.

FALSE. Adu. [ψευδῶς] *Idem.* Plaut. Capt. 3, 4, 79 Ego Philocrates falſe faciam, vt verus hodie reperiare Tyndarus. Aſſentiri falſe Cic. Acad. 4 c. 46. *Sed Lambin. et Dauiſ.* Falſo. *Antiquum. Superl. vid.* Auguſtin. Conf. 10, 13 *pr. et* Epiſt. 222.

FALSIDICVS, a, um. Adi. [ψευδολόγος] *Qui falſa loquitur.* Plaut. Capt. 3, 5, 13 Me, meamque rem, quod in te vno fuit, tuis ſceleſtis falſidicis fallaciis dilacerauiſti. *Conf.* Idem Trin. 3, 3, 40. *et* Auſon. Epigr. 118, 17.

FALSIFĬCVS, a, um. *Aliud* Adi. [ψευδοποιὸς] *Qui facit fallacias.* Plaut. Mil. 2, 2, 36 Domi habet animum falſiloquum, falſificum, falſiiurium.

FALSIFĬCO, āre. *ICt.*

FALSIFICĀTVS, a, um. Part. Prudent. Hamart. 549.*

FALSIIVRIVS, a, um. Adi. [ψευδομνύων] *Qui falſa iurat.* Plaut. Mil. 2, 2, 36.

FALSĬLŎQVVS, a, um. Adi. [ψευδολαλῶν] *Qui falſa loquitur.* Plaut. Mil. 2, 2, 36. Idem Capt. 2, 2, 14 Quarum rerum te falſiloquum mihi eſſe nolo. Prudent. Apoth. 107.

FALSILOQVAX, ācis. Adi. *Idem. Apud* Fortunat. . . .

FALSILOQVIVM, i. n. *Figmentum.* Auguſtin. prol. in L. Retract.

FALSIMONIA, ae. f. *vel* FALSIMONIVM, i. n. [ἐξαπάτη] Plaut. Bacch. 3, 6, 12 Quos quum cenſeas tibi amicos, reperiuntur falſi falſimoniis.

FALSIPĂRENS, entis. c. [ψευδοτέκων] *Is dicitur, qui falſum habet parentem, i. Cuius pater is eſſe creditur, qui minime tamen eſt. Sic* Catullus *vocat Herculem, quem ex Ioue et Alcmena natum ; plurimi credebant Amphitryonis eſſe filium, quia is verus erat Alcmenae maritus.* Catull. 66 (69) 112 Falſiparens Amphitryoniades.

FALSITESTIS, is. c. Gloſſ. Gr. Lat. ψευδομάρτυς, Falſiteſtis.

FALSĬTAS, ātis. f. [ψεῦδος] *Cui opponitur* Veritas. Cic. pro Cluent. 5 c. 2 Etenim ſicut aliis in locis parum firmamenti et parum virium falſitas habet : ſic in hoc loco falſa inuidia imbecilla eſſe debet. Pluralis Arnob. 1 p. 33.

FALLAX, ācis. Adi. [ἀπατηλὸς, σφαλερὸς] *Qui fallit, decipit.* Alea fallax Ouid. ex Pont. 4, 2, 41. Amica Idem Amor. 2, 9, 38. Tacit. Ann. 16, 32 Sic ſpecie bonarum artium falſos, et Amicitiae fallaces. Amor Sen. Hippol. f. 5. Aſtrologi vani et fallaces Cic. de Diuin. 1, 37. Aula Sen. Octau. 2. Plin. 22, 23 Quoniam in his naturam eſſe apparet, in illis Coniecturam ſaepius fallacem. Idem 8, 8 Conuallis manu facta, et longo tractu fallax. Fiducia Ouid. Epiſt. 16, 321. Martial. 4, 56 Sic auidis fallax indulget piſcibus Hamus. Hamo fallaci laeſus piſcis Ouid. ex Pont. 2, 7, 9. Herbae fallaces, *Quae parum aut nihil afferunt fructus.* Cic. de Amicit. 70 Nouitates autem ſi ſpem afferunt, vt tanquam in Herbis non fallacibus fructus appareat, non ſunt illae quidem repudiandae. Herba fallax veneni Virg. Ecl. 4, 24. Homines Catul. 28, 4. Imitatio Cic. Acad. 4, 140 c. 46. Inſidiae Valer. Argon. 5, 631. Interpres Cic. ad Brut. 10. Iudicia Idem Off. 3, 6. Loquenti fallax Id. de Fin. 4, . . . Merces fallaces et fucoſae Cic. pro Rabir. Poſt. 40. Norma Lucret. 4, 517. Obſeruatio fallax aut dubia Plin. 18, 26. Puella Tibul. 3, 7, 19. Senſu fallaciſſimo iudicare Cic. de Diuin. 2, 91. Sententia hominum fallax Ouid. Faſt. 5, 191. Seruus Ouid. Amor. 1, 15, 17. Simulacrum Sil. 17, 536. Liu. 6, . . Nec diutius patiar a te multitudinem fallaci Spe concitari. Spes falſa et fallax Cic. Philipp. 12, 6. Spes heu fallaces, *etc.* Sil. 7, 57.

Cic. pro Milon. 95 O Spes fallaces! o cogitationes inanes meae! Silua fallax, *Quae perplexas vias multas habet* Virg. Aen. 9, 392. Tenebrae Valer. Argon. 3, 186. Vates non fallax Tibull. 3, 4, 49. Viae Ouid. Amor. 2, 11, 8. Vita Sen. Hippol. . . . Vultu fallaci blandita fortuna Sen. Octau. 7. Vndis fallacior Ouid. Met. 13, 799. Hirt. B. Alex. c. 24 Animus diſciplinis fallaciſſimis eruditus. Homo fallaciſſimus Cic. pro Domo 23 c. 9.

FALLACIA, ae. f. [πλάνη, στροφή] *Fallendi ratio, Techna, dolus malus.* Ter. Andr. 4, 5, 39 Fallacia alia aliam trudit, *i. iuuat, promouet, vt cuneus cuneum.* Cic. de Diuin. 2, 85 Tota res eſt inventa fallaciis aut ad ſuperſtitionem, aut ad errorem. Fraudes et fallaciae Cic. pro Cluent. 100. Doli, machinae, fallaciae, praeſtigiae Idem de N. D. 3, 75. Sine fuco et fallaciis homo Id. Att. 1, 1. Aſtutior fallacia, *vid.* ASTVTVS. Componere fallacias, *vid.* COMPONO. Conſtat totus ex fraude, fallaciis, mendaciis Cic. pro Roſc. Com. 20 c. 7. Excogitare fraudes et fallacias Idem pro Cluent. 100. Intendere fallaciam in aliquem Ter. Heaut. 3, 2, 2. *Vid.* INTENDO. Inuenire fallaciam, *vid.* INVENIO.

FALLA, *vid. ſupra poſt* FALISCVS.

FALLACIES, ēi. f. Apul. Met. 5 p. 171, 5 Fallacie germanitatis inducta.

FALLĀCĬTER. Adu. [δολερῶς] Cic. de Diuin. 1, 35 c. 18 Fallaciter portenta interpretari. Idem Off. 3, 68 c. 17 Ratio ergo hoc poſtulat, ne quid inſidioſe, ne quid ſimulate, ne quid fallaciter. Imitando fallaciter naturam boni Cic. in Partit. 90. Plin. 12, 16 Fallaciſſime adulteratur Indica myrrha. Venditare ſe alicui fallaciſſime Cic. de Aruſp. Reſp. 48.

FALLACIŌSVS, a, um. Adi. [δόλιος] *Quod eſt plenum fallaciis.* Gell. 14, 1 Veterum teſtimonia quibus huiuſmodi ambages fallacioſae confutantur. Idem 7, 3 *ex* epiſtola Tironis Tullii. *Conf.* Apul. Met. 8 p. 205, 51.

FALLACILOQVENTIA, ae. f. Cic. de Fin. 4, 58 c. 25 Ex ea difficultate illae fallaciloquentiae (vt ait Accius) malitiae natae ſunt. *Sic enim legit poſt* Non. Marcell. 2, 354 *etiam Grut. Al.* Fallaciloquae. *Al.* Fallacis loquelae.

FALLIBILIS, e. Adi. *Qui fallit, non Qui fallitur. Adducit ex* Gloſſ. Vet. *Salmaſ. in* Solin. p. 615.

FALSO, āre. [παραποιῶ] Modeſtin. in l. penult. D. ad legem Cornel. de falſis, Decretoque diui Adriani praeceptum eſt, in inſulam eos relegari, qui pondera aut menſuras falſaſſent. *Conf.* Hieron. Ep. 65, 4. Tertull. adu. Marc. 5, 3.

FALSARIVS, i. m. [πλαστογράφος] Suet. Claud. c. 15 Proclamante quodam, praecidendas falſario manus. Idem Neron. c. 17 Aduerſus falſarios tum primum repertum, ne tabulae, niſi pertuſae, ac ter lino per foramina traiecto obſignarentur. *Significat Falſum ſignatorem. Idem clarius in* Tito c. 3. *Conf.* Tit. D. ad L. Corn. de Falſis, *vbi etiam nomen occurrit* l. 1 §. 4.

FALSATVS, a, um. Partic. Sulp. Seuer. de Virt. Monach. Orient. Dial. 1, 6.

FALX, falcis. f. [δρέπανος, ἅρπη, δρεπάνη] *a* Farre litera commutata, *vt* Varro *ludit* de L. L. 4, 31 p. 33, 30 *eſt Qua ſecantur frumenta, herbae, et ſimilia. Laudatur* Virg. . . . Falce nec agricolae duri reſecanda. *Erythraei Index non habet. At* Ouid. Her. 1, 53 Reſecandaque falce Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus. Plin. 18, 28 Falcium duo genera: Italicum breuius, ac vel inter vepres quoque tractabile. Galliarum latifundia maioris compendii, quippe medias caedunt herbas, breuioresque praetereunt. Cic. Tuſc. 5, 65 Immiſſi cum falcibus multi purgarunt, et aperuerunt locum. Falces arborariae, foenariae, ruſcariae, ſtramentariae, ſiluaticae, vineaticae Cato c. 11. *et* c. 10. Varr. R. R. 1, 22, 5. Falx lumaria, Qua ſecamus lumeta, cum in agris ſerpunt ſpinae: quas quod a terra agricolae ſoluunt, i. luunt, Lunecta dicuntur Varr. L. L. 4, 31. Feſtus, Luma genus eſt herbae, vel potius ſpinae. *Vid. Scalig. in loc. et Turneb. Aduerſ. 30, 23.* Frondatorum falx Catull. 62, 41. Ahenae falcis curuamen Ouid. Met. 7, 227. Acuta Idem Met. 9, 383. *Vid.* ACVO. Adunca Idem Met. 14, 628. Agreſtis Iuuen. Sat. 13, 39. Ahena Virg. Aen. 4, 543. Curuae, *vid.* CVRVVS. Denticulatae Columel. 2, 21, 3. Foenariae Cato 10, 3. Pallad. 1, 43, 1. Lunatae Idem 1, 43, 2. Mala Virg. Ecl. 3, 11. Nigrae rubigine Claud. in prim. Conf. Stil. 2, 194. Procurua Virg. Georg. 2, 365. Rapaces Lucret. 3, 650. Roſtratae Columel. 2, 21, 3. Sirpiculae falces *ſunt, Quibus ſirpabantur et alligabantur dolia veterum, quae fictilia erant, tum quum erant fracta. Meminit* Cato c. 11. *Conf. Turneb. Aduerſ. 7, 23. et* Varr. L. L. 4, 31. *Salmaſ. ad* Solin. c. 35. Supina Iuuen. Sat. 8, 201. Vericulatae, *vid. ſub* VERV. Vindemiatoriae Columel. 12, 18, 2. Vinitoria Idem 4, 25. Vinitoriae falcis partes *deſcribuntur* Columel. 4, 25. ¶ 2 *Verba:* Adhibere frondibus falcem Quinctil. 2, 4. Amputare ramos falce Hor. Epod. 2, 13. Armatus curua falce deus Tibull. 1, 4, 8. *Saturnum intelligit.* Attenuat falx vmbram arboris Catull. 62, 41. Auertere falces laqueis, *vid.* AVERTO. Detondent aeſtiuae gargara falces Claud. Sext. Conf. Hon. 389. Immittere falcem ſuam in alienam meſſem *Prou.* Incidere vites falce Virg. Ecl. 3, 11. Curare vitem falce Plin. 17, 22. Metere frumenta denticulatis falcibus Columel. 2, 21. Metere frumenta roſtratis falcibus Idem 2, 21. Premere vitem falce Hor. Carm. 1, 31, 9. Premere vmbram falce Virg. Georg. 1, 157. Reſecanda humus falce Ouid. Epiſt. 1, 53. Refecta Ceres incurua falce Idem Amor. 1, 15, 12. Supponere falcem ariſtis Virg. Georg. 1, 348. *Add.* Colum. 10, 328. ¶ 3 Falx, *Bellica machina, quae adunco praefigebatur ferro: ſic dicta quod incuruata eſſet, vt ex muris lapides extraherentur.* Caeſ. B. G. 3, 14 Vna erat magno vſui res praeparata a noſtris, falces praeacutae, inſertae affixaeque longuriis, non abſimili forma muralium falcium. *Paullo poſt dicit*, Funes abſciſſos fuiſſe falcibus. *Conf.* Idem B. G. 7, 86. Martial. 14, 34 de falce. Veget. 4, 23 *et* 46.

FALCVLA, ae. f. Dimin. [δρεπάνιον] Columel. 12, 18 Nec minus falculae et vngues ferrei quamplurimi parandi. Cato c. 54 Quod falcula ſecueris, non renaſcetur. *Conf.* Pallad. 1, 43. ¶ 2 Falculae *pantherarum et pardorum dicuntur Extremitates vnguium in falcis formam incuruatae, quibus dum appetunt, etiam integra corpora dilaniant, a quibus etiamnum* falculis, Falcones dictos *putat, vt vidimus,* Feſtus. Falculas *ſic poſuit* Plin. 8, 15. *Conf.* Solin. c. 40.

FALCARIVS, i. m. [δρεπανοποιός Vet. Gloſſ. Lat. Gr.] *Qui falces conficit.* Cic. in Catil. 1, 8 c. 4 Dico te priori nocte veniſſe inter falcarios. *Lambino teſte* Priſcianus *hunc locum exponens, ait,* Inter falcarios. i. In locum vbi habitant falcarii.

FALCICVLA, ae. *Idem quod Falcula.* Pallad. 1, 43.

FALCĬFER, a, um. Adi. [δρεπανηφόρος] *Falcem ferens.* Martial. 5, 16 Nam ſi falciferi defendere templa tonantis. *i. Saturni.* Ouid. in Ibin 216 Te fera nec quidquam placidum ſpondentia Martis Sidera preſſerunt, falciferique ſenis. *Conf.* Idem Faſt. 5, 627. Covinus falcifer Sil. 17, 422. *vid.* COVINVS. Manus falciferae Ouid. Met. 13, 930.

FALCIGER, a, um. Adi. *Idem.* Auſon. Ecl. de Fer. Rom. 36.

FALCIPEDIVS, a, um. Adi. Cui ſunt crura ſimulant quae cornua lunae, *vt iocatur* Martial. 2, 34. *Ita* Trimalcion *vxorem vocat* Falcipediam *in* Petron. c. 75. *Vid. Reineſ. in* Fragm. Petron. p. 115. *Aliis eſt* Fulcipedia.

FALCO, āre. [δρεπανίζω] *Falce proſcindere male probatur ex* Plin. 17, 10 Serendas quam maxime falcatas, et e nouella *eſt epitheton nucum* amygdalarum *a figura ductum. Nempe*

FALCATVS, a, um. Adi. [δρεπανοειδής] *Quod formam falcis habet.* Amygdalas falcatas *modo vidimus in* FALCO. Plin. 10, 21 *de gallo gallinaceo loquens*, In ſublime caudam quoque falcatam erigens. Idem 15, 24 *pr.* Falcata ſiliquis longitudo. Cauda Ouid. Met. 3, 681. Enſis Sil. 3, 278. Sinus falcatus in arcus Ouid. Epiſt. 2, 131. *Falcibus inſtructus. Vnde* Falcati currus *dicti ſunt* Liu. 37, 41. Macrob. Inducebat etiam currus cum falcibus, et elephantos cum turribus Stat. Theb. 10, 544. Quadrigae Curt. 4, 9, 4. Falcatus *item Falce abſciſſus; vt,* Arbores falcatae Plin. 17, 10.

FALCATOR, ōris. m. *Apud* Columellam *eſſe dicitur. Mihi quidem non occurrit.*

FALCASTRVM, i. n. Inſtrumentum ferreum curuum cum manubrio ad reſecandam veprium denſitatem Iſidor. 20, 14.

F A M

FAMA, ae. f. [φήμη, δόξα, ἠχή, φάτις] *Sermo quidam in populo, ſine certo auctore, de re aliqua recenti, ſiue bona, ſiue mala:* Famam atque rumores pars altera conſenſum ciuitatis et velut publicum teſtimonium vocat, altera ſermonem ſine vllo certo auctore diſperſum, cui malignitas initium dederit, incrementum credulitas Quinctil. 5, 3. *Idem autem ſunt* Rumor *et* Fama, *praeterquam quod alterum Latinum eſt, alterum e Graeco, cui non repugnat, quod videtur* a Fando dicta Feſto, *cum ex eodem fonte ſit fari quoque, nempe ex* φάω, φῶ, φάναι *etc.* Ter. Andr. 1, 1, 72 Omnes vno ore omnia bona dicere, et laudare fortunas meas, qui gnatum haberem tali ingenio praeditum. quid verbis opus eſt? hac fama impulſus Chremes, vltro ad me venit. Virg. Aen. 4, 173 *eſt praeclara Famae deſcriptio, cuius praecipua ponemus.*

Magnas it fama per vrbes,
Fama malum, quo non aliud velocius vllum,
Mobilitate viget, vireſque acquirit eundo.
Parua metu primo, mox ſeſe attollit in auras,
Ingrediturque ſolo, et caput inter nubila condit.
Monſtrum horrendum, ingens: cui quot ſunt corpore plumae,
Tot vigiles oculi ſubter, mirabile dictu,
Tot linguae, totidem ora ſonant, tot ſubrigit auris.
Tam ficti prauique tenax, quam nuntia veri.

Nempe ita perſona eſt Fama, *Dea: quod ponit etiam Heſiodus in Operib. extr. Ara Famae erat Athenis, de qua Pauſan. Att. 17.* Ter. Hec. 2, 1, 21 Multo melius hic, quae fiunt, quam illic, vbi ſum aſſidue, ſcio: ideo quia vt vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris, *pro: ut vos vixeritis, ita ego bene aut male audiam.* Vulgata bella per orbem fama Virg. Aen. 1, 209. Inclita gloria fama Idem Aen. 2, 82. Notiſſima inſula fama Id. Aen. 2, 21. Illuſtris virgo fama Virg. Aen. 7, 79. Notus ſuper aethera fama Idem Aen. 1, 383. Hor. Serm. 2, 5, 30 Fama ciuem, cauſaque priorem Sperne, *honeſtiorem, qui melius audit.* Diminutio famae Firmic. 5, 6. Egregio famae teſtimonio ſemper ornatus Idem 6, 11 *ſub fin.* Ouid. Met. 9, 555 Nec nos aut durus pater, aut reuerentia famae, Aut timor impediet. Plin. 25, 10 Similiter eam (*herbam*) quam eucleam vocant traduntque ea perunctos commendatioris eſſe famae. Ingenii fama Quinctil. 4, 1. Iudiciorum fama Idem 4, 1. Cic. de Amicit. 15 Itaque non tam iſta me ſapientiae (quam modo Fannius commemorauit) fama delectat, falſa praeſertim, quam quod amicitiae noſtrae memoriam ſpero ſempiternam fore. *Sic,* Fama eloquentiae Quinctil. 7, 2. Vulgi fama, *quoddam multitudinis teſtimonium* Cic. in Topic. 76. Salluſt. Iugurth. c. 55 De Metello fama praeclara eſſe. ¶ 2 *Adiectiua:* Tacit. Hiſt. 1, 73 Aduerſam de Domitiano famam accepit. Aemula fama Herculei laboris Sil. 4, 4. Catull. 76, 10 Et quis ſis fama loquetur Anus: *indicat diuturnam gloriam.* Atrocior fama Tacit. Ann. 4, 11. Audax fama nouis terroribus Stat. Theb. 8, 152. Bona, *vid.* BONVS. Calamitoſa, *vid.* CALAMITAS. Caſta ſterilisque Stat. Theb. 6, 70. Cic. pro Flacc. 13 Si quid ipſi audiſtis communi fama atque ſermone de vi, de armis, *etc.* Conſpicua Iuuen. Sat. 10, 125. Conſtans Cic. ad Q. Frat. 1, 1, 8. Egregia Tacit. Agric. 20. Firmic. 5, 6 Homines erunt modici nominis, et Exiguae famae. Foeda Iuuen. Sat. 14, 156. Garrula Sen. Herc. fur. 3. Illuſtris, *vid. paullo poſt*, Vetus et illuſtris. Impia Virg. Aen. 4, 298. Tacit. Ann. 2, 76 Qui principatui Inanem ei famam circumdarent. Incertae murmura Ouid. Epiſt. 9, 41. *Conf.* Liu. 21, 32. Cic. Fam. 13, 37 *pr.* Gratulor tibi, quod ex prouincia ſaluum te ad tuos recepiſti Incolumi fama et Republica. Incredibilis rerum Virg. Aen. 3, 294. Infauſta Sil. 13, 96. Infelix, *vid.* INFELIX. Lepida, *vid.* LEPIDVS. Virg. Aen. 7, 232 Nec veſtra feretur Fama Leuis, tantique aboleſcet gratia facti. Loquax Lucan. 8, 782. Mala, *vid.* MALVS. Minor factis Stat. Theb. 12, 499. Mirabilis, *vid.* MIROR. Miratrix ſenioris aeui Sen. Hippol. f. 6. Tacit. Hiſt. 1, 50 Moeſta primum fama, deinde profugi e praelio perditas res patefacient. Obſcurior Plin. 36, 5. Obſcurior aeuo Ouid. Faſt. 6, 104. *i. propter aeuum.* Perennis Virg. Aen. 9, 79. *vid.* PERENNIS. Perobſcura, *vid.* PEROBSCVRVS. Perpetua fama et commendatio Cic. Off. 2, 72. Popularis Cic. Tuſc. 5, 46. Proſpera Tacit. Hiſt. 1, 14. Recens Stat. Theb. 5, 140. Liu. 44, . . Suum imperium minui per vanitatem populi maluit, quam ſecunda fama male rem gerere. Siniſtra Iuuen. Sat. 14, 1. Cic. Philipp. 14, 15 Hoc triduo vel quatriduo Triſtis a Mutina fama manarat. Vaga Ouid. Met. 8, 267. Tacit. Ann. 13, 8 Vt famae inſeruiret, quae in nouis coeptis Validiſſima eſt. Vetus Hor. Serm. 2, 1, 36. Vetus et illuſtris Cic. pro Muraen. 38. Vitrea Hor. Serm.

Serm. 2, 3, 222. *i.* aut Fragilis, aut Splendida. Porphyr. Volucris praeconia famae Ouid. Epiſt. 17, 207. Vulgaris Stat. Silu. 4, 8, 34. ¶ 3 *Verborum formulae:* Cic. Fam. 9, 16 Effugere autem ſi velim nonnullorum acute aut facete dictorum offenſionem, fama ingenii mihi eſt Abiicienda. Quinctil. Decl. 17 Eſt autem hoc iniquiſſimum de loquacitate populi, quod plerumque famam Accendit contentio non credentium. Accidit fama, *vid.* ACCIDO. Accipere famam et auditione factum eſſe aliquid Cic. de N. D. 2, 95. Affectare famam eloquentiae Quinctil. 7, 1, 40. — eruditionis Idem 8, 2, 12. Afferre famam, *vid.* AFFERO. Amittere famam et exiſtimationem Cic. pro Quint. 50. Atterere famam, *vid.* ATTERO. Aucupari famam Plin. praef. *in fine.* Auferre famam docti, *i. Celebrari pro docto* Hor. Epiſt. 2, 1, 56. Bacchatur fama per vrbem Virg. Aen. 4, 666. Canit fama Martial. Spect. 5. Captare famam dicacis Hor. Serm. 1, 4, 83. Cedere famae, *vid.* CEDO. Celebrata fama per orbem Ouid. de Arte Am. 2, 429. Cic. Q. Frat. 1, 1, 8 Conſtanti fama atque omnium ſermone celebratum eſt iſta eſſe. Celebrantur haec fama Cic. pro Sext. 102. Dial. de Orat. 37 Catilina et Milo, et Verres, et Antonius, hanc illi famam circumdederunt. Cic. Off. 3, 25 Hercules quem hominum fama beneficiorum memor in concilio caeleſtium Collocat. Committere famam ſuam alicui Hor. Serm. 2. 7, 67. Comprimere famam, *vid.* COMPRIMO. Cic. de Clar. Orat. 259 Catulo ſuauitas vocis, bene loquendi famam Confecerat. *vid.* CONFICIO. Conſentiens fama de aliquo, *vid.* CONSENTIO. Conſequi famam malignitatis, *vid.* CONSEQVOR. Cic. Verr. Act. 1, 71 Qui, vt ante collectam famam conſeruet, laborat. Conſtans fama, Conſulere famae, *vid. hh. vv.* Conſulere late famae cuiuſpiam, *vid. ſub* LATVS. Curt. 9, 6 *pr.* Quum audiſſet Conualuiſſe apud barbaros famam mortis ſuae. Tacit. Hiſt. 4, 12 Iiſdem diebus Crebreſcentem cladis Germanicae famam nequaquam moeſta ciuitas excipiebat. Delet famam operis vetuſtas Ouid. Met. 1, 445. Denigrare famam, *vid.* DENIGRO. Deperdere bonam famam Hor. Serm. 1, 2, 61. Deponere famam collectam diu Claud. de Conſ. Mall. Theod. 184. Depeculari famam Auct. ad Heren. 4, 51 c. 39. Tacit. Ann. 4, 16 Bellique confecti famam Deportarat. Deferet nunquam curiam fama Cic. Tuſc. 1, 110. Detrahere de fama Idem Fam. 3, 8. Didita fama Tacit. Ann. 6, 35. 11, 1. *et* Hiſt. 4, 34. *i. ſparſa, vulgata.* Curt. 4, 1 Fama, vt ſolet, ſtrenue totas vrbes Diſcurrit. Plin. 35, 10 *de Apelle,* Famamque Diſperſit ſe emere, vt pro ſuis venderet. Cic. Philipp. 14, 15 c. 6 Famam iſtam faſcium Diſſipauerunt. *i. Sparſerunt, diuulgarunt. Sed* Diſſipare ſuam famam, *pro Perdere,* Firmic. 5, 12 Mars homines faciet ſeipſos deſtruentes, patriſque ſubſtantiam perdentes, honorem quoque ac famam ſuam penitus Diſſipantes. Tacit. Ann. 1, 7 Dabat et famae, vt vocatus, electusque potius a Repub. videretur, *i. famae cauſa iſta agebat.* Dare verba famae Ouid. Epiſt. 17, 170. Eleuare famam pugnae aduerſae *pro Minuere, et leuiorem reddere* Tacit. Ann. 4, . . Cic. Verr. 1, 1 Quae fama non idcirco ſolum emanarat, quod iſte certe ſtatuerat ac deliberauerat non adeſſe: verum, *etc.* Cic. Tuſc. 5, 46 Omitto nobilitatem, famamque popularem, ſtultorum improborumque conſenſu excitatam. Exit fama Nepos 17, 2, 1. Expetere vel deſiderare famam Cic. pro Sext. 139. Extendere famam factis, *v. h. v.* Extenuare famam belli Liu. 5, . . Exſtinguere famam Idem 27, . . Virgil. Aen. 6, 527 Et famam exſtingui veterum ſic poſſe malorum. Quinctil. 11, 2 Memoria facit et prompti ingenii famam. Ferit fama moeſta remotas terras Lucan. 5, 775. Liu. 2, 7 Regnum eum affectare fama Ferebat. *Conf.* Idem 21, 32. Ita fama Ferebat Ouid. Met. 12, 197 *et* 200. Frui fama optima et meritiſſima Plin. Epiſt. 5, 15. Quinctil. 11, 2 Quem ſecutus, Cicero hanc famam latius Fudit. Furit fama Sil. 7, 485. Tacit. Hiſt. 2, 83 Gliſcentem in dies famam fors diſcuſſit. Cic. pro Cael. 75 In hoc flexu quaſi aetatis (nihil enim occultabo, fretus humanitate ac ſapientia veſtra) fama adoleſcentis paullum Haeſit ad metas, notitia noua mulieris, et infelici vicinitate et inſolentia voluptatum. Iactatur fama Sil. 4, 4. Tacit. Ann. 13, 54 Caeterum continuo exercitum otio fama inceſſit. Increbreſcit fama, *vid.* INCREBRESCO. Plin. 8, 22 Vnde tamen iſta vulgo infixa ſit fama in tantum, vt in maledictis verſipelles habeat, indicabitur. Liu. 29, 37 Foedum certamen Inquinandi famam alterius, cum ſuae famae damno, factum eſt. Inſeruire famae Tacit. Ann. 13, 8. Inſtandum famae Idem Agric. 18. Inurere famam ſuperbiae alicui, *vid.* INVRO. It fama per vrbes Virg. Aen. 4, 173. Lacerare famam alicuius, *vid.* LACERO. Laedere famam Plin. Epiſt. 3, 7. *vid.* LAEDO. Loquatur fama opus, *vid.* LOQVOR. Paterc. 2, 93 Profectus in Aſiam (vt fama Loquitur) ob tacitas cum Marcello offenſiones. Tacit. Ann. 4, 6 Res ſuas Caeſar ſpectatiſſimo cuique, quibusdam ignotis, ex fama mandabat. Manet fama, *vid.* MANEO. Manſura fama in ſaecula Lucan. 8, 74. Manat fama, *Manat rumor: vid.* MANO. Mentita eſt fama Ouid. Met. 10, 28. Merere famam, *vid.* MEREO. Moritur fama, *vid.* MORIOR. Neque enim ſpecie famaue Mouetur Virg. Aen. 4, 170. *i. infamia.* Paterc. 2, 121 *extr.* Eminentiſſimos hoſtium duces non occiſos fama Narrauit, ſed vinctos triumphus oſtendit. Naſci famam Auct. ad Heren. 2, . . Cic. Fam. 12, 4 Fama Nuntiabat te eſſe in Syria. Obliterare famam, *vid.* OBLITERO. Oblitus melioris famae Virg. Aen. 4, 221. Tacit. Agric. 17 Et quum Cerealis quidem alterius ſucceſſoris curam, famamque Obruiſſet, ſuſtinuit quoque molem Iulius Frontinus vir magnus quantum licebat. Patefacere famae ianuam, *vid.* IANVA. Cic. . . . Quod ſi ſemper vna fuiſſet, tamen ſumma cura tum multo etiam magis ſuae famae Peperciſſet. Tacit. Hiſt. 4, 7 *pr.* Vt vniuscuiusque vitam famamque Penetraret. Cic. pro Milon. 99 c. 35 Fama de interitu Clodii fines imperii Roman. Peragrauit. Idem Fam. 10, 10 Tamen ipſa fama quae de tua voluntate Percrebuit, magnam es laudem conſecutus. Perdere famam, *vid.* PERDO. Curt. 9, 5, 19 Inter haec ad Macedonas regem cecidiſſe fama Perlata eſt. Peruaſerat interim circumuenti exercitus fama Tacit. Ann. 1, 69. Cic. pro Sull. 12 Vix ad meas aures iſtius ſuſpicionis fama Peruenit. *Conf.* Nep. 14, 3, 1. Poſſidere famam et exiſtimationem Cic. pro Quint. c. 15. Stat. Silu. 2, 2, 146 Priſcae titulos Praecedite famae, *Superate famam maiorum.* Tacit. Ann. 15, 49 Lucanum propriae cauſae accendebant, quod famam carminum eius Premebat Nero. Quaerere dicendi famam Quinctil. 2, 12. Relinquere magnam ſui famam Nepos 6, 1, 1. Cic. Philipp. 11, 23 Hanc quaeſo pro tua ſingulari ſapientia Reprime famam. Virg. Aen. 9, 473 Volitans pennata per vrbem Nuntia fama Ruit. Sepulta Ouid. Epiſt. 7, 92. Seruire famae Nep. 2, 1, 3. Spoliare fama Cic. Off. 3, 77. Quinctil. 3, 4 Et fortaſſe tutiſſimum erat modo famae Studentem, nihil ex eo mutare, quod multis annis non ſenſiſſem modo, verum etiam approbaſſem. Cic. ad Brut. 18 Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi acceſſit, vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adoleſcentem, ne famam Subeam temeritatis. Sum: *vt,* Fama Fuit quoſdam ex Fidenatium iuuentute participes eius populationis fuiſſe Liu. 4, 30. *Conf.* 27, 32. Si vera Eſt fama, *i. Si credere fas eſt* Virg. Georg. 4, 42. Idem Aen. 6, 14 Daedalus (vt fama Eſt) fugiens Minoia regna *etc.* Vt hominum fama Eſt Cic. de Aruſp. Reſp. 20. Fama Eſt, inſidentes arietum caprarumque dorſis *etc.* Plin. 7, 2 *de pygmaeis.* Tacit. Hiſt. 2, 73 Etſi vagis adhuc et incertis auctoribus, Erat tamen in ore famaque Veſpaſianus: ac plerumque ad nomen eius Vitellius excitabatur. *Conf.* Idem Hiſt. 3, 13, 4. Intra famam Eſſe Quinctil. 11, 3. *i. Non maximae exiſtimationis aut famae.* Cael. ad Cic. Fam. 8, 8 Magna illico fama Surrexit, et de damnatione feruenter loqui eſt coeptum. Plin. Epiſt. 2, 4 Debes famam patris tui defuncti, pudoremque Suſcipere; *hoc eſt, adire hereditatem paternam, ne ille pro decoctore habeatur.* Tenere famam ſine labe Ouid. Epiſt. 17, 69. Aduerſa fama populi te nihil Terret? Sen. Thyeſt. ſ. 3. Curt. 6, 3 *extr.* Egregium me hercule opus et inter praemia gloriae veſtrae numerandum, poſteritati famaeque Tradetis. Transgreſſa eſt in vniuerſum fama Tacit. Agric. 10. *quod de parte verum eſt, creditum de toto.* Tueri incolumem famam Hor. Serm. 1, 4, 118. Vagatur fama Virg. Aen. 2, 17. Cic. Fam. 9, 16 Fama ad te de mea lautitia Veniet. Venit maior fama poſt cineres Ouid. ex Pont. 4, 16, 3. Vigilare famae Idem de Arte Am. 3, 413. Volat fama Virg. Aen. 3, 121. Vulgata per vrbes fama Lucan. 2, 634. Curt. 8, 11 *pr.* Hanc ab Hercule fruſtra obſeſſam eſſe, terraeque motu coactum abſiſtere, fama Vulgauerat. ¶ 4 *An* Famae *etiam plur.* numeri? Plaut. Trin. 1, 2, 149 Haſcine me propter res maledictas famas ferunt? *Sed non conuenit inter Criticos de hac lectione. Al.* Res maledicta differunt. *Al.* Maledicae famae ferunt. *Al.* Maledicis famis. *Vid. Gronou. in loc. et Obſſ.* 4, 3. ¶ 5 Fama Iulia Hiſpaniae Baeticae oppidum, alio nomine Seria Plin. 3, 1.

FAMO, āre. *Fama vulgare.* Hieronymo *tribuitur.*

FAMATVS, a, um. Partic. Chalcid. Maximus et famatiſſimus.

FAMŌSVS, a, um. Adi. [πολύφημος] *De quo eſt celebris fama. vt* Cauſa famoſa Plin. Epiſt. 6, 23. Idem Epiſt. 9, 13 Nominat quendam, qui tunc ad Orientem ampliſſimum et famoſiſſimum exercitum, non ſine magnis dubiisque rumoribus obtinebat. Manus famoſae gladiatores Apul. Met. 4 p. 148. Vir grauis, et ſobriae religionis obſeruatione famoſus Idem Met. 11 p. 267. Onom. Vet. Famoſus εὔφημος. *Sic* Famoſiſſimi Praefecti, Imper. auth. Iusiur. quod praeſtatur ab his, §. Iura quoque. Mors famoſa Hor. de Arte Poët. 469 *de Empedocle.* Regna Lucan. 7, 277. Tacit. Hiſt. 3, 37 Sed quia famoſae vrbis ſupremum diem tradituri ſumus, congruens videtur primordia eius aperire: *de Hieroſolymis.* ¶ 2 *Saepe eſt* Famoſus [δύσφημος] *Infamis et turpis. vt,* Famoſa mulier, *pro Impudica* Cic. de Orat. 2, 277 c. 68 Cum Q. Opimius conſularis, qui adoleſcentulus male audiſſet, feſtiuo homini Egilio, qui videretur mollior, nec eſſet, dixiſſet, Quid tu, Egilia mea, quando ad me venis cum tua colu et lana? Non Pol, (*vſus formula iurandi mulieribus vſitata*) inquit, audeo. Nam me ad famoſas vetuit mater accedere. *Varia tentant viri docti, vt in numeros redigant reſponſum Egilii: ſed non conſtat, verſum dare voluiſſe Tullium.* Salluſt. Iug. 15 Largitionem famoſam impudentemque. Tacit. Ann. 5, . . Actiones famoſae *v. g.* l. 7 ff. de his, qui notantur infam. *et aliis dicuntur,* Quae iuſtam ignominiam irrogant iuſte condemnatis. Sunt hae, furti, bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo. Item tutelae, mandati, depoſiti, ſcilicet directa, non contraria: item pro ſocio, quae quum vtrinque directa ſit, vltro citroque damnatum infamia notat. Et generaliter omnium publicorum iudiciorum accuſationes, *vid.* §. ex quibusdam. inſtit. de poen. temere litig. l. 1 de his, qui not. infam. Hor. Epiſt. 1, 19, 31 Nec ſponſae laqueum famoſo carmine nectit. Epigrammata famoſa, *quod vulgus dicit Diffamatoria* Suet. Caeſ. c. 73. Vlp. in l. nam poſtea D. de iureiur. Si damnatur quis poſt iusiurandum ex famoſo Iudicio: famoſum eſſe magis eſt. Libelli Suet. Aug. c. 55. *Conf.* Tib. c. 28. De iniuriis, et famoſis libellis, tit. *eſt* Pandect. (47, 10) Pudor famoſus qui notet ora, *i. pudor ex crimine admiſſo ortus* Ouid. Amor. 3, 6, 78. *Sic ICti dicunt* Famoſos fures, latrones, mulieres, *pro Infamibus, improbioribus, impudicis* l. 3 §. 1 D. de offic. Praefect. vigil. *Superl.* Gell. 7, 3 Famoſiſſima ſuperbia Rhodienſium. Scribere famoſiſſimas literas Apul. Apol. p. 324. *Conf.* Spartian. Hadr. c. 15. *Vt titulum honoris* Praefectorum vidimus n. 1.

FAMŌSE. Adu. Tertull. adu. Marc. 1, 22.

FAMOSĬTAS, ātis. f. Tertull. de Spect. c. 23.

FAMĬGER, a, um. Adi. Varr. L. L. 5, 7 p. 55, 8.

FAMIGĔRO, āre. Gloſſ. Gr. Lat. διαφημίζω, Famigero. *Hinc*

FAMIGERĀTVS, a, um. Part. Famigeratum antiquitus fanum, *i. Celebre.* Apul. Florid. 2 p. 350, 31. Mela 2, 7 *de Creta,* Multis famigerata fabulis.

FAMIGERĀTOR, ōris. m. [διαφημιστής] *Qui fert famam, rumigerulus, qui ſermones diſſipat in vulgus.* Plaut. Trin. 1, 2, 178 Ego de verbis eorum famigeratorum inſcius, proſilui, *etc. Rurſus ibid.* 1, 2, 182 Famigerator ne ſit cum damno et malo. *Al.* Famigeratori res ſit.

FAMIGERĀTRIX, īcis. f. *Rumorum ſeminatrix.* Apuleio *tribuitur, falſo, arbitror.*

FAMIGERATIO, ōnis. f. *Aliud* Denom. [διαφήμισις] Plaut. Trin. 3, 2, 66 Haec famigeratio te honeſtet, me autem conlutulet. *Quae duo nomina Plautus ſuo more effinxiſſe viſus eſt.*

FAMIGERABILIS, e. Adi. [διαβόητος] *Celebris, clarus, fama notus.* Apul. Met. 1 p. 105, 16 Dum voluptatem gladiatorii ſpectaculi fatis famigerabilis confector. Praelium famigerabile, *apud* Zenon. *Iterum* Apul. Mileſ. 2 p. 124, 5 Prouincia famigerabilis.

FAMEL, apud Oſcos Seruus dicebatur: vnde et Familia vocata. Feſtus, *voce* Famulus.

FAMELLA. Dimin. *A* Fama *teſte* Feſto.

FAMEN, *vid.* FARI.

FAMES, is. f. [λιμός, πεῖνα] *Edendi cupiditas, vel defectus cibi adeo, quod interdum ſingulorum incommodum eſt, interdum publica calamitas.* Plin. 10, 72 Nullum interit fame aut ſiti venenatum. Cic. Fam. 14, 14 Etiam illud verendum eſt, ne breui tempore fames in vrbe ſit. Ora pallida fame Virg. Aen. 3, 217. In fame frumentum

tum exportare erat auſus Cic. pro Flacc. 17. Patientia famis et frigoris Idem in Catil. 1, 26. Condimentum cibi fames Id. de Fin. 2, 90 c. 28. Auri fames *metaph. i. cupiditas* Sen. Octau. ſ. 7. *et* Virg. Aen. 3, 57. *Vid. mox* Imperioſa *it.* Inexplebilis. Ciborum vetitorum fames Ouid. Met. 15, 138. Arcta fames Sil. 7, 279. Atra Claud. in prim. Conſ. Stil. 1, 279. Dira Ouid. Met. 8, 845. Dura Hor. Serm. 1, 2, 6. Idonea Celſ. 1, 3. Ieiuna Ouid. Met. 8, 791. Quinctil. Decl. 12 p. 249 Poſtquam omnem patientiam vicerat ignea fames. *i. Acerrima et vehementiſſima.* Imperioſa auri Lucan. ad Piſon. 208. Inattenuata manebat Ouid. Met. 8, 844. Inexplebilis Honorum Flor. 3, 21, 6. *i. ambitio.* Inextincta Ouid. in Ibin 428. Inſana, *i. Maxima, vel Quae ad inſaniam redigit homines* Lucan. 7, 413. Maleſuada Virg. Aen. 6, 276. Miſera Hor. Carm. 1, 21, 13. Obſcena Virg. Aen. 3, 367. Peſtifera Ouid. Met. 8, 784. Rabida Virg. Aen. 6, 276. Sacra auri Idem Aen. 3, 57. *Tralate.* Saeua Lucan. 4, 93. Veſana Virg. Aen. 9, 340. Violenta Lactant. in Phoen. ¶ 2 *Verborum formulae:* Abſumi fame, *vid.* ABSVMO. Cic. Att. 1, 13 Triginta fuerunt, quos fames magis quam fama commouerat. Compeſcere famem Sen. Hippol. 515. Comprimere ſeruos fame, *i. Opprimere et vexare* Vlpian. in l. 1 §. quod autem D. de offic. Praefect. vrb. Confici inextincta fame Ouid. in Ibin 428. Confectus fame, *vid.* CONFICIO. Cic. Catil. 1 c. 10. Conſumit famem in tenera agna Stat. Theb. 8, 576. *de leone.* Depellere duram famem Hor. Serm. 1, 2, 6. Depulſa fames et ſitis cibo et potione Cic. de Fin. 1, 37 c. 11. Deponere longam famem Ouid. Faſt. 6, 530. Cic. pro Cluent. 67 Iam hoc ignoratis, Iudices, vt etiam beſtiae, fame dominante plerumque ad eum locum, vbi paſtae aliquando ſint, reuertantur? Dominante, *imperante, cogente.* Enecta fame auis, in offam pultis inuadit Cic. de Diuin. 2, 7. *i. vexata.* Exemta fames epulis Virg. Aen. 1, 220. Cic. pro Domo 61 c. 23 Nec illi caementis ac tegulis tectorum meorum ſe famem ſuam expleturos putauerunt. Exſtimulata fame tigris Ouid. Met. 5, 165. Ferre famem et frigora Catull. 26, 5. Frangere Symmach. Ep. 1, 23. Hians ſemper fames Sen. Thyeſt. ſ. 1. Iacens moeſta fames rabido rictu Sen. Herc. fur. ſ. 9. Implere famem gazis Idem Herc. Oet. ſ. 5. Inceſſit fames, *vid.* INCESSO. Inferre famem ciuibus, *vid.* INFERO. Infixa fames intimis medullis Sen. Thyeſt. ſ. 1. Inuaſit fames Sicyonios, *vid.* INVADO. Laborare fame, *vid.* LABOR. Leuare famem fronde Ouid. Epiſt. 14, 96. Luxuriata fames multo ſanguine Stat. Theb. 2, 677. Necare plebem fame Cic. Q. Frat. 2, 3. Necatus fame, *vid.* NECO. Opſonare ambulando famem Cic. Tuſc. 5, 97. *vid.* OPSONIVM. Pati famem Ouid. in Ibin 617. Pellere glande famem Tibull. 2, 1, 38. Perduci ad exitiabilem famem Paterc. 2, 112. Perferre famem, *vid.* PERFERO. Releuat copia nulla famem Ouid. Met. 11, 129. Solari famem quercu Virg. Georg. 1, 159. Soluere famem Sen. Thyeſt. 1. Stimulante fame furens Tibull. 1, 5, 53. Stimulante fame rapax lupus Ouid. Triſt. 1, 5, 9. Suſtinere famem, *vid.* SVSTINEO. Suſtentare famem, *vid.* SVSTENTO. Ouid. ex Pont. 1, 2, 87 Quodque ſitim didicere diu Tolerare famemque. *De Scythis loquitur, qui (vt ex Eraſiſtrato refert* Gell. 16, 3) inediam diu perferunt. Si enim ſit vſus, vt famem longius Tolerent, faſciis ventrem ſtrictiſſime circumligant: qua ventris compreſſione eſuritionem depellunt. Tolerare famem, *aliter: vid.* TOLERO. Torpent triſti membra fame Claud. de Magnete 20. Vti fame Celſ. 8, 10. ¶ 3 *Obſ. De Declinatione huius Nominis monet* Gell. 9, 14 ab eo quod eſt haec Fames, huius Fami *dixiſſe antiquos, vt* hic dies, huius dii. *Certe quintam Declinationem arguit etiam Ablatiui* Fame *vltima longa. De Nominat.* Famis *mox agimus poſt* FAMESCO.

FAMELĬCVS, a, um. Adi. [πεινάλεος] *Qui edendi cupiditate agitur.* Plaut. Rud. 2, 2, 6 Maritimi, famelica hominum natio. Ter. Eun. 2, 2, 29 Ille vbi miſer, famelicus, videt me eſſe in tantum honorem, *etc.*

FAMELICOSVS, a, um. Adi. [βουλιμιώδης] *Qui frequenter famelicus eſt:* Famelicoſam terram veteres vocabant, *teſte* Feſto, paluſtrem.

FAMESCO, ěre. *Eſurire* Alcimus *ad* Soror. 740 Ora fameſcentum ſatiet qui dira ferarum.

FAMIS, is. f. *Idem quod Fames.* Varro de R. R. 2, 5 Algor eas et famis macreſcere cogit. Prudent. Pſychom. 479 Spoliatque ſuos famis improba natos. *Conſ. Barth. Aduerſ. 41, 3. et 51, 9.*

FAMIGERATOR, FAMIGERATIO, FAMIGERABILIS, *etc. Vid.* FAMA.

FAMILIA, ae. f. *et antiquo Caſu, in primis cum* Pater *et* Filius, Familias, *v. v.* [οἶκος, οἰκετεία, πατριά] *Qui ſunt in vna domo, liberi et ſerui.* Οἰκετεία, γένος Vet. Gloſſ. Antea (*inquit* Feſtus) in Liberis hominibus dicebatur, quorum dux et princeps generis vocabatur Pater, et Mater familiae. Vnde Familiae nobilium Pompiliorum, Valeriorum, Corneliorum; et Familiares, Ex eadem familia. Poſtea hoc nomine etiam Famuli appellari coeperunt, permutata I cum V litera. *Hactenus* Feſtus. Varr. de R. R. 1, 16 Si ab fundo longius abſunt oppida aut vici, fabros parent, quos habeant in villa, ſi caeteros neceſſarios artifices, ne de fundo familia ab opere diſcedat. Nep. Att. 13 Vſus eſt familia, ſi vtilitate iudicandum eſt, optima; ſi forma, vix mediocri — anagnoſtae — librarii — pediſequi. Vlpian. in l. 2 §. familiae D. vi bonorum raptorum, Familiae autem appellatio ſeruos continet: hoc eſt eos, qui in miniſterio ſunt, etſi liberi eſſe proponantur, vel alieni bona fide nobis ſeruientes. *Sed non ad ſolos homines pertinet.* Vlpian. l. 195 de V. S. Familiae appellatio in res et in perſonas deducitur (*ſ.* diducitur) In res, vt puta in legibus XII tabularum his verbis, AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO. Ad perſonas autem refertur *etc. Hoc intellectu dicitur* familiae ereiſcundae iudicium. *Vid.* ERCISCO. *Sic* Aur. Vict. V. Ill. 64, 5 Dein tulit *Gracchus*, vt de familia, quae ex Attali hereditate erat, ageretur. *Sic etiam* Emtor familiae *accipitur apud ICtos et* Sueton. Neron. c. 4. *Sic* Ter. Heaut. 5, 1, 36 Decem dierum vix mihi eſt familia, *vbi* Calphurn. Hoc loco pro re familiari ponitur. Vnde in iudicium venit de lite familiae herciſcundae, id eſt hereditatis *etc.* Auct. *ad* Heren. 1, 23 c. 13 Pater familias vti ſuper familia pecuniaue ſua legauerit, ita ius eſto. Si pater familias inteſtatus moritur, familia pecuniaque eius agnatûm gentiliumque eſto. *Synonymice ponuntur* familia et pecunia, *vt* Gell. 1, 9 *extr. de Pythagoraeis*, Quod quiſque familiae pecuniaeque habebant, in medium dabant. *Et* 16, 10 *med.* Sed quoniam res pecuniaque familiaris obſidis vicem pignoriſque eſſe apud remp. videbatur — neque proletarii neque capite cenſi milites — ſcribebantur, quia familia his aut tenuis aut nulla eſſet. *Peculiari tamen et praecipua quadam ratione ad ſeruos pertinet, ſ.* famulos, *a quibus* familia *ducta eſt. Vid.* FAMEL *et* FAMILIA. *Voſſ. Inſtit. Orat. p. 151. Salmaſ. in Solin. p. 891.* Quinctil. 7, 2, 26 Manumiſſum alienae ſe familiae venali immiſcuiſſe: ac rogantem, vt eis ſeruiret emtum. Familia quae conſtat ex ſeruis pluribus Cic. pro Caecin. 55. Vlp. in l. Aediles D. de Aedil. edict. Familiae appellatione omnes, qui in ſeruitio ſunt, continentur: etiam liberi homines, qui bona fide ei ſeruiunt, vel alieni ſerui. Accipe eos quoque, qui in poteſtate eius ſunt. Familiam in poteſtate habere Liu. 8, 15. Familiam libertate donare Inſt. de L. Fuſ. Can. toll. Quindecim liberi homines, populus; totidem ſerui, familia; totidem vincti, ergaſtulum Apul. Apol. p. 304. *Add.* Ibid. p. p. Gladiatorum familia Cic. pro Sull. 55. Caeſ. B. C. 3, 5. Salluſt. Catil. c. 30. Laniſta familiam ſuam ſumma cum cura exercet atque ornat Sen. de Benef. 6, 12. Laniſtarum familiae Suet. Aug. c. 42. *Conſ. Lipſ. Saturn. 1, 15.* ¶ 2 Familia, *Pars eſt gentis.* Suet. Neron. c. 1 Ex gente Domitia duae familiae claruerunt, Caluinorum, et Aenobarborum. *Sic* Labolen. in l. vacatio D. de muner. et honor. Vacatio itemque immunitas, quae liberis et poſteris alicuius data eſt, ad eos duntaxat pertinet, qui eius familiae ſunt. *Et* in Inſtit. imperial. §. 1. *et* §. ſed neque, *it.* l. 195 §. 11 *extr.* D. de Verb. Signif. *Conſ.* GENS. Specioſa familia Paterc. 2, . . Familia, Cognatio, nomen Cic. pro Cluent. 16. Amplae et honeſtae familiae plebeiae Id. pro Muraen. 1 c. 7. Imperioſiſſima et ſuperbiſſima familia, Luculenta familia, Patricia familia, *vid. ſſ. ll.* Vetus illuſtris Cic. pro Muraen. c. 8. Collocare familiam, Coniicere ſe in familiam alienam, *vid. ſſ. ll.* Familiam ducere. Cic. Fam. 7, 5 De quo tibi homine hoc ſpondeo, probiorem hominem, meliorem virum, pudentiorem eſſe neminem. Accedit etiam (quod familiam ducit) in iure ciuili ſingularis memoria, ſumma ſcientia. Quod familiam ducit, *i. Quod caput eſt, quod in eo ſummum eſt. Quum enim Trebacium a multis rebus laudaſſet, memoriam et ſcientiam in iure ciuili, caeterarum laudum, quibus Trebacius abundaret, quaſi familiam dixit ducere: tralatione ſumta a rectoribus familiarum, quos domeſtici omnes velut duces ſequuntur. Sic* Philipp. 5, 30 Lucius quidem frater eius, vtpote qui peregre depugnauit, familiam ducit. Id. de Fin. 4, 29 *dicit* ſententiam ducere familiam, *quae maiorem vim habet, et maioris eſt ponderis, et quaſi caput aliarum.* Sed primum, *inquit*, illud vide, grauiſſimam illam veſtram ſententiam, quae familiam ducit, Honeſtum quod ſit, id eſſe ſolum bonum: honeſteque viuere, bonorum finem: communem fore vobis cum omnibus, *etc. Viderunt haec Muret. Var. Lect. 4, 17. Manut. ad* Cic. Fam. 7, 5. Natus ex familia, *vid.* NASCOR. Natus familia ampliſſima, *vid.* AMPLVS. Nubere in familiam claram, *vid.* NVBO. Quinctil. 1, 5 Tanquam ſubditicios ſummouere familia permiſerint ſibi. Familia *complectitur etiam eos, qui ex eadem ſunt cognatione.* Plin. 12, 14 Ferunt MMM. non amplius eſſe familiarum. Familia funeſta, dicebatur quamdiu iuſta defuncto non feciſſet heres Varr. de L. L. 4, 4 p. 10, 8. *Add. Guther. de Iur. Man. 1, 7. De* Romanorum familiis, *pars luculenta antiquitatis, tractata tum alias, v. g. a Streinio*, et *Glandorpio, et Anton. Auguſtino, peculiaribus libris; tum praeſertim occaſione numorum veterum, quos ſub ſuis familiis ordine poſitos ita illuſtrarunt Vrſinus, Patinus, Valens, et ex Morellianis potiſſimum ſchedis Hauercampus.* ¶ 3 *De ſectis Philoſophorum etiam, quas αἱρέσεις dicunt Graeci, hoc nomen vſurpatur, quae caput commune et ab eo nomen et quandam inter ſe cognationem habere videantur.* Cic. de Diuin. 2, 3 Magnus locus philoſophiaeque proprius a Platone, Ariſtotele, Theophraſto, totaque Peripateticorum familia tractatus vberrime. *Add.* Att. 2, 16 Reſpicio nunc ad hanc familiam (*ſectam Theophraſti*) quae mihi non modo vt requieſcam permittit *etc.* ¶ 4 *Addamus obſeruationem Grammaticam* Varronis de L. L. 7, 38 p. 98, 24 Da patri familias, dicere non debuerunt, ſi analogias ſequi vellent: — Item plures patres familias dicere non debuerunt, ſed, vt Siſenna ſcribit, patres familiarum. *Add.* FILIVS n. 1. *Hoc apparet, Varronis aetate conſuetudinem inualuiſſe, vt dicerentur* Patres *et* Filii Familias, *non* Familiarum. *Sed* Vlpian. l. 4 D. de his, qui ſui vel alieni iuris ſunt, Ciuium Romanorum quidam ſunt patres familiarum, alii filii familiarum, quaedam matres familiarum, quaedam filiae familiarum. Patres familiarum ſunt, qui ſunt ſuae poteſtatis, ſiue puberes ſiue impuberes, ſimili modo matres familiarum: filii familiarum et filiae, quae ſunt in aliena poteſtate.

FAMILIĀRIS, e. Adi. [οἰκεῖος, συνήθης, ἐφέστιος] *Quod ad familiam pertinet, eamque ob rem notum, carum, fidum, conſuetum etc. eſt.* Auct. ad Heren. 1, 11 Etſi negotiis familiaribus impediti. *Sic*, Res familiaris Cic. de Fin. 2, 15. Liu. 24, . . Tres ex iis, quibus ſolis aditus in domum familiarior erat. Arbor familiaris Italiae, *Quae paſſim in Italia creſcit:* Plin. 13, 5 Vtramque iam familiarem Italiae. Columel. 11, 1 Conſueſcat ruſticos circa larem domini focumque familiarem ſemper epulari. Funus Cic. pro C. Rabir. 75. Pars familiaris *extorum ſpeciatim* iecinoris, Hoſtili *oppoſita. Vid.* CAPVT n. 15. Gell. 3, 17 Memoriae mandatum eſt Platonem Philoſophum tenui admodum Pecunia familiari fuiſſe. *Sic etiam loquitur* 16, 10 *et* 18, 1. Tacit. Ann. 6, 16 Rationes familiares quiſque componerent. Res familiaris et domeſtica Cic. Tuſc. 1, 2 c. 1. *Vid.* RES. ¶ 2 Plin. Epiſt. 4, 24, 7 Mihi familiare (*i. conſuetum, ſolitum*) eſt, omnes meas cogitationes tecum communicare. Id. ibid. 2, 5, 10 In praeſentia et iſta tibi familiariora fient. Demoſthenes familiarior nobis propter ſcriptorum multitudinem Cic. de Orat. 3 c. 19. *Ita*, familiaris oculis meis Petron. c. 12 p. 46. *quem alias vidiſſe mihi videor. Vid. Schult. ad* Quinctil. Decl. 1, 8 p. 21. Sermones familiares conferre Cic. Off. 2, 39 c. 11. Familiariſſimum hoc platanis Plin. 16, 31. Cic. Q. Frat. 1, 2 Aeſopi noſtri tragoedi familiaris Licinius ſeruus tibi notus aufugit. Familiaris, *abſolute, Seruus.* Dominum, patrem familiae appellarunt: ſeruos, familiares Sen. Epiſt. 47. Plaut. Capt. 2, 2, 23 Quamquam non multum fuit moleſta ſeruitus, nec mihi ſecus erat, quam ſi eſſem familiaris filius. Sella familiaris, *Sella pertuſa ad excrementa reddenda.* Varro de R. R. 1, 13, 4 Itaque periti (qui poſſunt) vt eo (*in ſterquilinium*) aqua influat, eo nomine faciunt: ſic enim maxime retinetur ſuccus in eo. Quidam et ſellas familiares ponunt. *Vetus tamen exemplar habet* Familiaricas. Familiaria Sepulcra dicuntur, Quae quis ſibi, familiaeque ſuae conſtituit. Hereditaria autem, Quae quis ſibi heredibuſque ſuis conſtituit. *Verba ſunt* Caii D. de religioſ. l. familiaria. Familiaria Veſtimenta, *Quae ad familiam veſtiendam*

endam parata ſunt Vlpian. l. veſtis par familiaria D. de aur. et arg. leg. Plaut. Perſ. 1, 3, 45 Marſupium habeat, inibi paullulum praeſidii, qui familiarem ſuam Vitam oblectet modo. ¶ 3 Familiaris, *Amicum ſignificat nobiſcum verſantem, et diuturna conſuetudine nobis adſtrictum: quaſi in eadem familia nobis coniunctum.* Cic. de Amicit. 91 c. 24 Sed neſcio, quo modo verum eſt, quod in Andria familiaris meus dixit, Obſequium amicos, veritas odium parit. Id. Philipp. 2, 3 An ego non venirem contra alienum pro familiari et neceſſario meo? *vid.* NECESSE. Familiariſſimus homo, et mihi omnibus rebus coniunctus Id. Fam. 16, 21. Vir optimus mihique familiariſſimus Id. ibid. 13, 30. Reginus Scipionis familiariſſimus Hirt. B. Afr. c. 68. Inimicus familiaris Boëth. 3 Proſa 5 *extr.* M. Aemilius vnus eſt ex meis familiariſſimis Cic. Fam. 3, 1. Id. ibid. 3, 1 Is eſt ex meis domeſticis atque intimis familiaribus. Fieri familiarem alicui Id. Philipp. 2, 78. In familiaribus alicuius eſſe, *vid.* IN.

FAMILIARITAS, ātis. f. [οἰκειότης, συνήθεια] *Ea conſuetudo, quae eſt inter familiares et amicos.* Ter. Heaut. 1, 2, 9 Mihi magna cum eo, iam inde vsque a pueritia, ſemper fuit familiaritas. Cic. de Amicit. 39 Sic quum accepiſſemus a patribus maxime memorabilem C. Laelii et P. Scipionis familiaritatem. Affert familiaritatem conſuetudo Id. pro Deiot. 39 c. 14. Applicare ſe ad alicuius familiaritatem Id. pro Cluent. 46. Id. Fam. 13, 19 Cum Lyſone — eſt mihi — familiaritas — officiis eius multis, etiam conſuetudine quotidiana ſic eſt Aucta, vt nihil ſit familiaritate noſtra coniunctius. Id. Philipp. 2, 23 c. 10 Caeſar fuit felicior, ipſe enim Pompeium a mea familiaritate disiunxit. Complecti arcta familiaritate, *vid.* COMPLECTOR. Conflare familiaritatem, *vid.* CONFLO. Coniunctus ſumma familiaritate Cic. de Orat. 1, 24 c. 7. *Conf.* Id. de Off. 1, 55 c. 17. Salluſt. . . Quorum hic familiaritatem eximiam conſequutus fuerat. Contractae conſuetudines et familiaritates, multaeque cum multis res rationesque Cic. Off. 1, 53 c. 17. Dedere ſe bene penitus in familiaritatem alicuius Id. Verr. 2, 169. Deuincire familiaritate Id. Fam. 13, 19. Habere familiaritates fidas amantium nos amicorum Id. Off. 2, 39 c. 8. *Add.* Suet. Tib. c. 51. Implicari familiaritatibus alicuius, *vid.* IMPLICO. Inductus conſuetudine et familiaritate Quintius fecit Cic. pro Quint. 12. Inſinuare ſe in familiaritatem alicuius Id. pro Caecin. 13 c. 5. *vid.* INSINVO. Intercedit familiaritas, *vid.* INTERCEDO. Ter. Phorm. 4, 1, 17. Cic. Q. Frat. 1, 1 In prouincia vero ipſa, ſi quem es nactus, qui in tuam familiaritatem penitus intrarit, qui nobis ante fuerit ignotus: huic quantum credendum ſit vide. Recipere aliquem in familiaritatem Id. ibid. 1, 2. Venire in familiaritatem alicuius Id. Fam. 7, 15. *Et* Verr. 2, 169 c. 70. Verſari in familiaritate alicuius Cic. pro Corn. Balb. 58.

FAMILIARESCO, ĕre. Sidon. Epiſt. 7, 2 Summatibus innoteſcere, familiareſcere.

FAMILIARĬCVS, a, um. Adi. *Ad familiam pertinens.* Cellae familiaricae, *vel* ſellae *potius*, Vitruu. 6, 10. *et* Varr. de R. R. 1, 13, 4 *ſunt, quo ſaturi ire ſolent*, ἀφεδρῶνες.

FAMILIARĬTER. Adu. [οἰκείως, γνωρίμως] *i. Ad ſimilitudinem familiarium, et (vt ita dicam) Domeſtice.* Plaut. Rud. 2, 4, 6 Ah nimium familiariter me attrectas. Ter. Andr. 1, 1, 84 Reiecit ſe in eum flens, quam familiariter! Familiariter domeſtica adſpicimus, et ſemper iudicio fauor officit Sen. de Tranqu. An. c. 1 *ſub fin.* Quinctil. 2, 7 Quae ipſi compoſuerunt, iam familiarius animo ſuo affigent, *vt facile redeant in memoriam.* Quinctil. 1, 2 Et in primis ea habenda cura eſt, vt is omnino fiat nobis familiariter Amicus. Plaut. Men. 2, 3, 23 Certo haec mulier aut inſana, aut ebria eſt Meſſenio, quae hominem ignotum Compellet me tam familiariter. Complecti aliquem familiariter Plin. Epiſt. 9, 19. Id. ibid. 9, 19 Ipſe ſum teſtis, familiariter ab eo Dilectus probatusque ſemel omnino me audiente prouectum. Ter. Andr. 1, 1, 84 Hic paruae conſuetudinis cauſa mortem huius tam Fert familiariter, *dolet, vt ſi fuiſſet pars familiae.* Plin. in Paneg. 87, 3 Vos quoque, quos parens noſter familiariter Inſpicere dignatur, fouete iudicium eius, quod de vobis habet: hic veſter labor. Plaut. Aul. 2, 1, 15 Vt tuam rem ego tecum hic Loquerer familiariter. *Sic* Cic. Diuin. Verr. 37 c. 12 Familiariter tecum Loquar. Ter. Heaut. 1, 1, 6 Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas (quod ego in propinqua parte amicitiae puto) facit, vt te audacter Moneam, et familiariter. Quinctil. 5, 7 Is veriſſime praecipit, primum eſſe in hac parte officium Oratoris, vt totam cauſam familiariter Norit: quod ſine dubio ad omnia pertinet. Plaut. Trin. 2, 2, 54 Edepol hominem Praedicatum ferme familiariter, Qui quidem nunquam per virtutem rem confregit, atque eget. *q. d. ipſa tua praedicatio facit, vt familiarem illum tuum appareat, quem indignum ita laudes.* Cic. Att. 9, 3 Quae ſoluto animo familiariter ſcribi ſolent, temporibus his excluduntur. Viuere cum quo familiarius Id. pro Cael. c. 23. Viuere familiariſſime atque amiciſſime Id. Diuinat. Verr. 1, 29 c. 9. Id. Att. 6, 6 Nihil enim turpius, quam cum eo bellum gerere, quicum familiariter Vixeris. Idem Verr. 4 c. 20 Praeſertim quum is L. Siſenna defenſore tuo tam familiariter Vteretur. *Sic apud* Plin. Iun. Familiariter complecti, *pro eodem.* ¶ 2 *Peculiaris ratio eſt* Frontin. de Colon. p. 119 Agros in montibus Romani acceperunt familiariter, *i. per familias.*

FAMINARE, pro Dicere antiquis in vſu. Feſt.

FAMIX, icis. m. *Tumor in pede armentorum apud* Veget. Mulom. 4, 19, 2. Gargil. Mart. 23 *apud quas ne emendare feſtinemus facit* Colum. 6, 12, 2. *vbi ita MS. Mediceus*, Hic idem ſanguis, niſi emiſſus fuerit, famicem (*vulg.* ſaniem) creabit, qui ſi ſuppurauerit, tarde percurabitur.

FAMOSVS, *vid.* FAMA.

FAMVL, *ſiue* FAMV̆LVS, i. m. [δοῦλος, οἰκέτης, μισθοφόρος] *ſignificat Seruum.* Feſtus, Famuli origo ab Oſcis dependet: apud quos Seruus, Famel dicebatur. Vnde et Familia vocata eſt. Idem, Familiares, Ex eadem familia. Poſtea hoc nomine etiam Famuli appellari coeperunt, permutata I cum V litera. Cic. de Legib. 2, 19 c. 8 Feriis iurgia amouento, easque in famulis, operibus patratis, habento. Martial. 9, 67 ad Herculem, Argolico famulum non te ſeruire tyranno, (*Euryſtheo*) Vidiſſent gentes, ſaeuaque regna pati. *Itaque non ſemper ſeruum notat.* *Sic* Sen. Herc. Oet. 364 *Heſione ab Hercule* conceſſa famulo eſt *Telamoni.* Lucret. 3, 1048 Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror Oſſa dedit terrae, proinde ac famul infimus eſſet. *Alii legunt* Famul improbus. Famul, *inquit* Nonius 2, 322 Famulus. Enn. 8 Mortalem ſumma fortuna repente, Reddidit ſummo regno, famul vt optimus eſſet. Herifugae famuli Catul. 61, 52. Saeuitiam in famulos adhibere Cic. Off. 2, 24 c. 7. Vinclis arcere famulos Id. Tuſc. 2, 48. ¶ 2 *Sunt et* Deorum famuli, *qui peculiariter ſe illis conſecrarunt.* *V. g.* Ouid. Met. 3, 574 Hunc, dixere, tamen comitem famulumque ſacrorum (*Bacchi*) Cepimus. Cic. de Legib. 2, 22 c. 9 Praeter Idaeae Matris famulos, eosque iuſtis diebus, ne quis ſtipem cogito. *Ex hoc genere* Venerii *de quibus ſ. l.* *Sed* Ouid. Met. 8, 272 Sus erat infeſtae Famulus vindexque Dianae. *Sic alia paſſim animalia aſſignari DIs videas.* Virg. Aen. 5, 95 Incertus geniumne loci, famulumne parentis eſſe putet. Sil. 6, 288 Famulus Naiadum *ſerpens eſt.* Val. Flac. 3, 457 Placidi angues vmbrarum famuli. *Vid.* FAMVLA n. 2.

FAMVLA, ae. f. [θεράπαινα] *Ancilla.* Cic. Tuſc. 5, 2 Sin autem virtus ſubiecta ſub varios incertosque caſus, famula fortunae eſt. Virg. Aen. 8, 411. Fideles Lucan. 8, 63. Immunes operum Ouid. Met. 4, 5. Vrgent famulas laboribus Id. ibid. 4, 35. ¶ 2 *Sunt etiam* Deorum famulae. *V. g.* Val. Fl. 1, 303 Dedonida quercum, Chaoniique vides famulam Iouis. *Et* 4, 520 Harpyiae famulae Iouis. Sil. 13, 124 Numen erat iam cerua loci famulamque Dianae Credebant. *Similia modo de* Famulo *obſeruauimus.* Famula *autem* veridici Dei Sen. Agam. 255. *eſt Caſſandra.* Famulae Ditis Sen. Herc. fur. 100. *Furiae.*

FAMVLVS, a, um. Adi. [οἰκετικὸς] Ouid. ex Pont. 2, 2, 80 Nec dedignata eſt abiectis Illyris armis Caeſareum famulo vertice ferre pedem. Famulus vertex, *iuga montium in poteſtatem redacta.* Id. Faſt. 1, 286 Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas. Tyros famula Sil. 1, 74. *vbi conf. Drakenb.* Dextras famulas ad praelia excitat Lucan. 4, 207. Miniſtra et famula corporis eſt res familiaris Cic. Tuſc. 1, 45 c. 31 *pr.* Ouid. Am. 2, 7, 21 Quis Veneris famulae connubia liber inire, Tergaque complecti verbere ſecta velit? *i. ancillam amare.*

FAMV̆LOR, āri. Dep. [δουλεύω] *Seruire.* Cic. *apud* Non. 2, 313 Eſt enim genus iniuſtae ſeruitutis, quum hi ſunt alterius, qui ſui poſſunt eſſe: quum autem hi famulantur. Plin. 2, 63 Vt alimentis famuletur noſtris. Ibid. c. 7 Externis famulantur ſacris. Labore iucundo famulari Catul. 62, 161. ¶ 2 Famulare *actiue vtitur pro* δουλοῦν, *in ſeruitutem redigere*, Tertull. Apol. c. 21 Cum elementa (Chriſtus) ipſa famularet.

FAMVLANS, is. Partic. *Vt*, Fortuna famulante aliquid agere, *i. Adiuuante fortuna* Claud. de B. Get. 513. Famulantis fiſtula Phoebi Stat. Silu. 3, 3, 58.

FAMVLANTER. Adu. [οἰκετευτικῶς] *Idem eſt quod Suppliciter, et in modum famuli.* Non. 2, 331 Famulanter, ſuppliciter. Accius Tereo, Semele natum affare, et famulanter pete.

FAMVLĀRIS, e. Adi. [οἰκετικὸς] *Quod pertinet ad famulum ſiue famulam.* Cic. Tuſc. 1 c. 48 Qui ſe in medios immiſit hoſtes famulari veſte. Iura famularia dare, *pro Imperare populo regia poteſtate.* Ouid. Met. 15, 597 Si Romam intrarit, famularia iura daturum. Manus famularis Sen. Herc. Oet. 564. Turba Idem Thyeſte 901. *Sic* Turba famularis menſas inſtruit Stat. Achil. 2, 67. ¶ 2 Famulare, *Neutrum*, *pro* Adu. [οἰκετικὸν] *Vt*, Timens famulare, *i. More famuli* Stat. Silu. 3, 1, 40.

FAMVLĀTVS, ûs. m. [θεραπεία] Cic. de Amicit. 72 Qui aliquamdiu propter ignorantiam ſtirpis et generis in famulatu fuerint. Id. Off. 3, 117 c. 33 Quam miſer virtutis famulatus ſeruientis voluptati! *Conf.* Columel. praef. 10 Miſerrimo famulatu. Grauis famulatus Sen. Hippol. f. 10.

FAMVLITAS, ātis. f. *Idem quod Seruitus.* Accius Nam, poſtquam paruos vos oppreſſit famulitas. Pacuu. Quos vexat famulitas, vis, egeſtas, fames, formido, pauor. *Haec* Non. 2, 319.

FAMVLITIVM, i. n. [δουλεία] *Idem.* Varro, Apud ignauum dominum, duro famulitio adſtrictus. Famulitium antiquitus dicebatur, quod nunc Seruitium. Feſt. ¶ 2 *Familia, Seruorum numerus* Macrob. Saturn. 1, 7 *pr.* Vnus e famulitio, cui prouincia erat admittere volentes dominum conuenire. *Sic* Famulitium aulicum, Spartian. in Seu. c. 6 *appellat Famulos omnes Imperatoris, quos* Iuſtin. Miniſteriales domus, et hoſpitii et palatii vocat. Apul. Apol. p. 285, 1 Famulitii paucitatem opprobrare.

FAMVLATIO, ōnis. f. [δούλευσις] *Idem, id eſt Famulorum, famularumque multitudo.* Apul. 2 *pr.* Et ecce mulierem quampiam frequenti ſtipatam famulatione. Gloſſ. Vet. Famulatio, δουλεία. Onomaſt. Vet. Famulatio, θεραπεία.

FAMVLATOR, ōris. m. *apud* Stat.

FAMVLATRIX, īcis. f. Donat. *ad* Ter. Andr. 1, 1, 3 Coquina medicinae famulatrix eſt. Sidon. Carm. 2, 128 Famulatrix penna.

FAMVLATORIVS, a, um. Adi. Tertull. ad Nation. 2, 14.

FAMVLABVNDVS, a, um. Adi. Idem adu. Marc. 3, 7.

F A N

FANATICVS, *vid.* FANVM.

FANDVS, *vid.* FARI.

FANESII, populi in Oceano Septentrionali, qui (*vt ait* Plin. 4, 13 ſ. 27) tam grandes habent aures, vt eorum nuda corpora auribus contegantur. Panotios *ſubſtituit Salm. ex* Iſid. 11, 3, *πανωτίας, qui toti ſint* ὦτα, *i. aures.*

FANESTRIS. [Φάνον Φορτοῦναι] Colonia Pomponio 2, 4 *eſt, quam* Plin. 3, 14 Fanum Fortunae *appellat, et item Ptolem. 3. Porro* ea Colonia ſita eſt non procul a flumine Metauro, *vt ibidem* Plin. *auctor eſt.*

FANNIA *gens, e qua v. g. duo inter Oratores* Ciceroni *numerantur* in Bruto 26 Horum (*inquit*) aetatibus adiuncti duo C. Fannii, C. Marci filii fuerunt; quorum C. Fannius, qui COS. cum Domitio fuit, vnam orationem de ſociis et nomine Latino, contra Gracchum reliquit, ſane et bonam et nobilem. Alter autem C. Fannius M. F. C. Laelii gener, et moribus, et ipſo dicendi genere durior. *De his plura apud* Cic. in Bruto. ¶ 2 Fannia Lex, [Φάννιος νόμος] Quae (*vt ait* Gell. 2, 24) ludis Romanis, item ludis plebeis et Saturnalibus et aliis quibusdam diebus in ſingulos dies centenos aeris inſumi conceſſit: decemque aliis diebus in ſingulis menſibus tricenos: caeteris autem omnibus diebus denos. *Vid.* Macrob. Saturn. 3, 17.

FANNIANVS, a, um. Adi. *Vt* Fanniana epitome Bruti Cic. Att. 12, 5.

FANVM, i. n. [τέμενος, ναὸς] Templum dictum, *vt inquit* Feſtus, a Fando, quod fando conſecratur. *vel* a Fauno, qui primus, *auctore* Probo *Grammatico ad* Georg. 1, 10 fani conditor fuit. *Sed* Cincius et Caſſius *apud* Seru. ad l. c. aiunt ab Euandro Faunum deum appel-

appellatum; ideoque aedes ſacras *Faunas* primo appellatas, poſtea *Fana* dicta, et ex eo, qui futura praecinerent, Fanaticos dici. *Etiam* Fronto p. 2195 *extr.* Fanum Fauno conſecratum, vnde Fauni appellabantur prius et illi, qui vagabantur Fanatici. Varro de L. L. 5, 7 p. 54, 27 Fana nominata, quod Pontifices in ſacrando fati ſint finem. Liu. 10, 37 Inque ea pugna Iouis Statoris aedem votam, vt Romulus ante vouerat: ſed fanum tantum, *i. locus templo effatus iam ſacratus fuerat.* Fanum *itaque ſecundum haec differt a* Templo, *quod ſit Area templi et ſolum,* Templum *vero Aedificium. Verum nec id eſt perpetuum. Nam aedificio etiam* Fani *nomen haeſiſſe, tum alia indicat, tum illae Ciceronis curae de* Fano Tulliae *ſuae, cuius mentio ad* Att. 12, 18 *pr. et deliberatio vberior* Epiſt. 19 Ineunda nobis ratio eſt, quemadmodum in omni mutatione dominorum — illud quaſi conſecratum remanere poſſit. — ita tamen, vt hac aeſtate fanum abſolutum ſit. Tu tamen cum Apella Chio confice de columnis, *quas ſcilicet ad fanum adhibiturus erat. Iam* Fana *quaedam ponemus.* Liu. 43, 6 Aeſculapii fanum tabulis pictis ex praeda exornauit Lucretius. Apollinis fanum auguſtum ad Hieran comen Liu. 38, 12. 13. Carmentae Gell. 18, 7. Dianae Liu. 1, 45. Febris Cic. de N. Deor. 3 c. 25. Feroniae Liu. 1, 30. Herculis Id. 40, 51. *it.* Mart. 3, 47. Palloris et Pauoris Liu. 1, 27. Proſerpinae, *vid. p. p.* Quietis in via Lauicana Liu. 4, 41. Rediculi, *vid. ſ. l.* Termini Liu. 1, 55. *quod* ſacellorum *nomine continetur.* Vacunae *mox habebimus ex* Hor. Epiſt. 1, 10, 49. *A* Fanis *nonnunquam origines vrbium. Sic vrbs forte fuit* Fanum Voltumnae, *de quo* Liu. 4, 23. *it.* 25. *et* 61. *Item* Fanum Fortunae, *quod etiam Simpliciter* Fanum *et* Colonia Faneſtris *dicitur. Vid.* Plin. 3, 14. Mela 2, 4. *Iam formas loquendi videamus.* Liu. 5, 50 *pr.* Fana omnia, quoad ea hoſtes poſſediſſent, Reſtituerentur, Terminarentur, Expiarenturque, expiatioque eorum in libris per Duumuiros quaereretur. Id. 36, 1 *pr.* Patres res diuinas facere maioribus hoſtiis iuſſerunt in omnibus fanis, in quibus lectiſternium maiorem partem anni fieri ſolet. Religio fani Cic. de Inuent. 1, 1. Fanum locupletiſſimum et religioſiſſimum Id. pro L. Manil. c. 9. *de templo Bellonae.* Hor. Epiſt. 1, 10, 49 Haec tibi dictabam fanum poſt putre Vacunae. Sancta Lucret. 5, 76. Compilare fana Cic. N. D. 1, 86 c. 31. Depeculari fana Id. in Verr. A. 1, 11. Id. de N. D. 3, 83 Dionyſius, de quo ante dixi; quum fanum Proſerpinae Locris Expilauiſſet, *etc.* Pro fanis atque delubris propugnare Id. pro C. Rabir. 30. Siſtere fana cum in vrbe condenda dicitur, ſignificat loca in oppido futurorum fanorum conſtituere: quod Antiſtius Labeo ait — fana ſiſtere eſſe lectiſternia certis locis et DIs habere. *Itaque aut perpetuam loco religionem imponere ſignificat; aut, certae modo caerimoniae peragendae cauſa, temporalem.* Fanus *etiam maſc. recte dici contendit Iſ. Voſſ. ad* Melam p. 147, *quia in ipſius antiquiſſimo Cod.* Cic. de N. D. 3, 46 c. 18 *legatur,* Eumenidum Athenis fanus eſt. *Sed nemo eius rationem habuit.*

FANAE, *vel etiam* FANTVAE, *Deae ſunt.* Mart. Capell. 2 p. 41 Fatui, Fatuaeque vel Fantuae, vel etiam Fanae, a quibus Fana dicta ſunt, quod ſoleant diuinare. *Videtur igitur olim fuiſſe Adi.* Fanus, a, um. *vt Gr.* φανός.

FANOR, āri. Varr. L. L. 5, 7 p. 54, 32 Herculi decuma data ab eo eſt, quod ſacrificio quodam fanatur, id eſt, vt fani lege ſit, id dicitur. *Melius puto Sciopp.* p. 91 vt f. l. ſ. dicitur, *omiſſo* id. Maecenatis *verba inſolentia* inuoluta, licentiae plena *referens* Seneca Epiſt. 114 *ex vulgata lectione etiam haec habet,* Incipitque ſuſpirans, vt ceruice laxa feratur. *Lipſius coniicit ex lect. Mſſ.* fanantur, *legendum* fanatur: *et putat,* fanari *eſſe furere, inſanire, a quo dicti ſint* Fanatici.

FANATICVS, a, um. Adi. [θεόληπτος, ἔνθεος, θεοφορούμενος] Fanatici *olim dicti ſunt Homines numine afflati, qui verbo Graeco Enthei dicuntur, et Theophorumeni, quod non ſua ſponte, ſed diuino numine feruntur. Cuiusmodi Cumea Sibylla a* Virg. Aen. 6, 46 *deſcribitur,* Cui talia fanti Ante fores ſubito non vultus, non color vnus, *etc. De etymologia a* Fano *in hac ipſa voce ſatis dictum.* Error fanaticus Hor. A. P. 453. Iuuen. Sat. 2, 113 *de Cybeles ſacris,* Crine ſenex fanaticus albo Sacrorum antiſtes. Furor fanaticus Flor. 3, 19, 4. *ſimulatus ab Euno,* dum Syriae Deae comas iactat. *De hoc genere* Lamprid. Heliog. 7 Iactauit autem caput inter praeciſos fanaticos. *Sic* Prud. Periſt. 1061 Fanaticus *ſimpliciter pro Cybeles ſacerdote ponitur.* Iuuenal. 4, 123 Vt fanaticus, oeſtro Percuſſus, Bellona, tuo, diuinat. *Conf. Brouckh. ad* Tib. 1, 7, 51. Leg. 1 §. 10 D. de Aedilic. Edicto Fanaticus eſt, qui circa fana bacchari ſolet, et quaſi demens reſponſa dat. Liu. 39, 18 *de Bacchanalibus loquens,* Viros velut mente captos cum iactatione fanatica corporis vaticinari. Id. 38, 18. *et* 4, 33 *pr.* Quinctil. 11, 3, 71 Frequens etiam capitis nutus non caret vitio, adeo caput iactare, et comas excutientem rotare, fanaticum eſt. Fanatici Philoſophi Cic. de Diuin. 2, 118. Id. pro Domo 105 c. 60 Quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione homo fanatice, ſacrificium, quod, *etc.* Fanatico carmine vaticinari Liu. 38, 18. *Periphraſis* fanatici *eſt* Firmici 6, 1 p. 31 Homines templorum obſequiis deputatos, qui latenti diuinitatis inſtinctu, mutato mentis ordine, et inſtantis religionis poteſtate poſſeſſi, petentibus hominibus futura praedicant, et ſic illis ex iſta conuerſatione quotidianae vitae alimenta quaerantur. *Conf. Deſ. Herald. ad* Arnob. p. 21. *Gothofred. ad* l. 4 C. Theod. de Malef. *et* Mathem. t. 3 p. 120. Fanatica, dicitur Arbor fulmine icta. *Auct.* Feſt.

FANATICE. Adu. Abſonis vlulatibus conſtrepentes fanatice peruolant Apul. Met. 8 p. 214.

F A R

FAR, farris. n. [ζέα, ζεὰ] Apud veteres de *omnibus frugibus dicebatur, forte quia id* ferret *terra. Certe tanquam generali nomine frugum vti ſolet* Varro *v. g.* de L. L. 4, 22 p. 27, 31 Far a faciendo, quod in piſtrino fit. *Et* 4, 31 p. 33, 30 Falces a Farre, litera commutata. *Et* ibid. p. 34, 3 Pilum quod eo Far pinſunt. *Caeterum cum ſpeciei nomen eſt, videtur praeſtantiſſimam ſui generis notare, nempe* Adoreum far. *v. v.* Aceruus ingens farris Virg. Georg. 1, 185. Bilibra farris Liu. 4, 15. Id. 2, 5 *pr.* Forte ibi tum ſeges farris dicitur fuiſſe matura meſſi. Grana farris Scribon. 135. Adoreum, *vid. ſub* ADOR. Aſperum Stat. Silu. 4, 9, 31. Calidum Ouid. Faſt. 6, 170. Campanum, praeſtantiſſimum Varr. R. R. 1, 2, 6. Canini farris ſordes mordere Iuuen. Sat. 5, 11. Dura Ouid. Faſt. 6, 180. Flaua Virg. Georg. 1, 73. Laetiſſima hyberno puluere Id. ibid. 1, 101. Modicum Perſ. 3, 25. Pium far *dicebatur Mola ſalſa, quae a Virginibus Veſtalibus parabatur. Vid. Heinſ. Epiſt. ad Balſac. p. 185. et Brouckh. ad* Tibul. 3, 4, 10. Robuſta Virg. Georg. 1, 219. Salſa Ouid. Faſt. 3, 284. *i. Mola ſalſa.* Torrida Idem Faſt. 2, 24. Triticeum Columel. 6, 10. Vegrandia Ouid. Faſt. 3, 445. Columel. 11, 2, 9 Eodemque menſe ante Calend. Feb. ſarriendae ſegetes autumnales, ſiue illae ſeminis adorei ſunt (quod quidam far vernaculum vocant) ſeu tritici. *Add.* 2, 6, 3. *Vtroque loco fluctuat lectio. Vid.* VERMICVLVS, a, um. Membra gruis ſparſi ſale multo, non ſine farre Hor. Serm. 2, 8, 87. ¶ 2 *Eſt etiam* Far *quoddam facticium a* Farina *diuerſum, forte minus ſubtile* Ptiſanae *ſimile.* Cato R. R. 143, 3 Farinam bonam, et Far ſubtile ſciat facere, *quo loco vtitur Marſ. Cagnatus, vt oſtendat diuerſum a* Farina, *cum breuis et adſtrictus admodum ſit in praeceptis ſuis Cato. Ita* Varr. R. R. 3, 14, 5 Farre et ſapa incruſtatur olla, *cibo cochlearum.* Far hordeaceum eſt Columel. 8, 11, 14. Hordei Pallad. 1, 28, 5. *et* 29, 2. Triticeum minutum Columel. 8, 5, 23. *Conf.* FARRICVLVM, *et* Farraria FISTVLA. *Huc etiam pertinet* Columel. 8, 4, 1 *vbi cibo gallinarum deſtinantur* Furfures modice a farina excreti: qui ſi nihil habent farris, non ſunt idonei, nec tantum appetuntur. *Eſt ergo* Far *album illud, quod ſeparare a glumis et furfuribus molae opus eſt, quod, cum in puluerem minutum eſt,* Farina *dicitur. Sed et cibum humanum, ſeruorum praeſertim, e farre paratum, pultem illam antiquam,* Far *appellabant. Ita* Lex XII tabularum *apud* Gell. 20, 1 *de obaerato nexo,* Ni ſuo viuit, qui em vinctum habebit, libras farris endo dies dato. Hor. Sat. 1, 5, 69 Rogabat Denique, cur vnquam fugiſſet, cui ſatis vna Farris libra foret, gracili ſic tamque puſillo. Bibaculus *apud* Sueton. de Gram. 11 de Valerio Catone, Quem tres cauliculi et ſelibra farris, Racemi duo, tegula ſub vna Ad ſummam prope nutriant ſenectam. Titinnius Gemina *apud* Non. 2, 98 Libram aiebant ſatis eſſe ambabus farris intritae: plus comeſt ſola vxor. ¶ 3 *Obſ.* Farre contrahebantur nuptiae Seruius *ad* Virg. Georg. 1, 31. *cuius verba plenius damus in* CONFARREATIO. Arnob. 4 p. 140 Vxores enim Dii habent atque in coniugialia foedera veniunt conditionibus ante quaeſitis: Vſu, Farre, Coëmtione genialis lectuli ſacramenta condicunt. Vlpian. Tit. 9 Farre conuenitur in manum, certis verbis, et teſtibus decem praeſentibus, et ſollemni ſacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur. Boëth. in Cic. Top. 2 p. 69 Tribus modis vxor habebatur, vſu, farre, coëmtione.

FARRACEVS, *vel* FARRACIVS, a, um. Adi. [ζεαινὸς] Farraceus pollen Plin. 24, 7. Seges farracea Varr. de R. R. 1, 31, 5. *vbi* farracia *magno conſenſu legitur.*

FARRARIVS, a, um. Adi. Scaeuola in l. Defuncta D. de vſufructu, Sempronio do lego ex reditu fructum holeris et porrinae, quem habeo in agro farrario, partem ſextam. Fiſtula farraria Cato de R. R. c. 10, 3. *Vid.* FISTVLA.

FARRARIVM, i. n. Vitruu. 6, 9 Horrea, foenilia, farraria, piſtrina facienda.

FARREARIVS, a, um. Adi. Pilum farrearium Cato de R. R. c. 10, 5. *in quo* Far *pinſitur.*

FARREVS, a, um. Adi. [ζεαινὸς] Farreus panis Columel. 7, 12, 10. Menſae farreae Aur. Vict. de Orig. gent. Rom. 10, 5 Cruſta de farreis menſis. *Et* c. 12 *pr.* Orbes farrei: *de fabula, quam videre licet etiam* Virg. Aen. 3, 257. *et* 7, 114.

FARREVM, i. n. [ζεαινὸν] Genus libi ex farre factum, *inquit* Feſt. Plin. 18, 3 Quin et in ſacris nihil religioſius confarreationis vinculo erat: nouaeque nuptae farreum praeferebant. Feſtus, Horreum antiqui dicebant Farreum a Farre. *Nec inſolens eſt literarum* F *et* H *permutatio: et* A *in* O *facile tranſire potuit.*

FARRICVLVM, i. n. Dimin. Pallad. Octob. t. 21 Ex nouo tritico purgato farriculum facies.

FARREO, āre. *in* Dig. . .

FARREATVS, a, um. *in* Cod. . .

FARREATIO, ōnis. f. [ζεασμὸς] *Genus ſacrificii, quod fiebat e* farreo *libo, quoties nuptae ducebantur in templum. Haec etiam* Confarreatio *dicebatur. Vid.* CONFARREATIO.

FARREATOR, ōris. m. *in* Cod. . .

FARRAGINARIA, orum. n. *Pl.* Columel. 11, 2, 71 Farraginaria quoque pecori futura per hiemem praeſidio. *Sed locus corruptus videtur, legendumque* Farraginem.

FARRĀGO, ĭnis. f. *A* Farre; *eſt Id, quod ex* pluribus ſatis, pabuli cauſa datur iumentis, *vt ait* Feſtus. Varr. de R. R. 1, 31, 5 Ex ſegete, vbi ſata admixta ordeum et vicia, et legumina pabuli cauſa viridia, quod ferro caeſa, farrago (*MS.* ferrago) dicta, aut quod primum in farracia ſegete ſeri coeptum. Ea equi et iumenta caetera verno tempore purgantur et ſaginantur. *Sic legendum, omiſſo* far, *quod ante vocem* ferro *importune adhaeſit.* Ferragines *ſcribitur etiam* Veget. Mulom. 1, 56, 26 *quaſi probata Varronis etymologia priore.* Id. Varro 2, 7, 13 *de equis,* Poſt trimum — farrago dari ſolet: haec enim purgatio maxime neceſſaria equino pecori. *Hinc* Nemeſian. Cyneg. 283 Paſce igitur ſub vere nouo farragine molli Cornipedes. *Quin* Virg. Georg. 3, 205 Tum demum craſſa magnum farragine corpus Creſcere iam domitis ſinito. *Conf.* Veget. Mulom. 1, 22, 5 *et* 7. Ordeacea farrago *eſt* Colum. 2, 11, 1. *Conf.* ſ. 8. *it.* 11, 2, 99. *et* Pallad. Sept. 8, 1. Farrago quae eſt ex ordeo Colum. 2, 7, 2. *Sed* Plin. 18, 16 ſ. 41 Farrago ex recrementis farris praedenſa ſeritur, admixta aliquando et vicia. Eadem in Africa fit ex hordeo. *Paullo ante* ſ. 39 *dixerat,* Id quod ſecale ac farrago appellatur, occari tantum deſiderat. *Et* 18, 7 ſ. 10, 1 In tritici genere pars aliqua pabuli eſt quadrupedum cauſa ſati, vt farrago. ¶ 2 *Hinc de victu humano,* Perſ. 5, 77 Vappa et lippus, et in tenui farragine mendax. *i. Etiam in minimis rebus mentiri ſolitus.* ¶ 3 Farrago *etiam accipitur pro quacunque commiſtione.* Iuuen. 1, 86 Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas, Gaudia, diſcurſus, noſtri eſt farrago libelli. *i. Materia et argumentum.*

FARRĀTVS, a, um. Adi. *Vt,* Olla farrata, *i. Puls in olla ex farre cocta.* Perſ. 4, 31 Et farratam, pueris plaudentibus, ollam. Iuuen. Sat. 11, 109 Ponebant igitur Tuſco farrata catino Omnia tunc. *Hic Subſtantiuum eſt, cibus ex farre.*

FARĪNA, ae. f. [ἄλευρον, ἄλφιτον, ἀθάρα] *A* Far *dicitur, appellaturque album illud et tenerum, quod a farre exprimitur, vel mola vel pedum conculcatione* Plin. 18, 9 Nam quae ſicca moluntur, plus farinae reddunt: quae ſalſa aqua ſparſa, candidiorem medullam, verum plus retinent in furfure. Martial. 13, 62 Paſcitur et dulci facilis gallina farina. Ouid. de Med. faciei 61 Nam quae pulucreae fuerint confuſa farinae. Auenaria farina, *vid.* AVENA. Decuſſa cribro Perſ. 3, 112. Hordeacea farina Scribon. 44. 59. 160. Varro de R. R. 2, 5. Martial. 9, 3 Conuiuam paſcit nigra farina tuum.

tuum. Ordeacea, *vid.* ORDEACEVS. Siliginea Plin. 18, 9. Martial. 8, 16 Et panem facis, et facis farinam. ¶ 2 Farina *etiam Aliarum rerum puluis non Frumenti tantum, dicitur. Sic,* Marmoris farina Plin. 32, 7. Pumicis farina Id. 14, 22. *et* 23, 9 Folia (myrti) ſiccantur in farinam, quae inſpergitur vlceribus. Seminis lini farina Scribon. 187. *Prouerbiale eſt illud* Perſ. 5, 115 Si tu, cum fueris noſtrae paullo ante farinae. *i. generis, gregis.*

FARINVLA, ae. f. Dimin. Vulg. Interpr. 1 Reg. 17, 13.

FARINACEVS, a, um. Adi. [ἀλευρώδης] *Quod factum eſt ex farina.* Vet. Onomaſt.

FARINARIVS, a, um. Adi. [ἀλευριτικός] *Quod ad farinam pertinet.* Plin. 18, 11 Farinario cribro ſubcernunt. *Habet etiam* Cato de R.R. 76, 3. ¶ 2 *Subſtant.* Farinarium, *Locus vbi aſſeruatur farina.* Vet. Onomaſt.

FARINOSVS, a, um. Adi. Veget. 2, 30, 1 Atheroma eſt tuber in quo Farinoſa congeries reperitur. *i. farinae ſimilis.*

FARINVLENTVS, a, um. Adi. *Idem.* Apul. Met. 9 p. 222, 34 Farinulento cinere ſordide candidati. *de ſeruis in mola verſantibus.*

FARCIO, ſi, tum, *vel vt alii volunt,* ctum, ire. [ἐμπλάττω] *Proprie eſt Saturare, quaſi* Farre implere, *ſaginare, pingue et obeſum facere.* Columel. 8, 7, 4 Nam illi, qui volunt non ſolum opimas, ſed etiam teneras aues efficere, mulſea recente aqua praedicti generis farinam conſpergunt, et ita farciunt. *Sic* Varr. de R. R. 2, 5, 10 Farcire pecudes ad victimas. *Et* Cato c. 89. *it.* 90. *it.* Varro 3, 9, 20. ¶ 2 *Cum quibuſdam animalibus cibus intrudatur, vt anſeribus, hinc ad vim ſimilem refertur. v. g.* Sen. Epiſt. 71 Lignum totum in gulam farſit, et in praecluſis faucibus ſpiritum eliſit. *Sic* Pannum farcire in os, *pro Inſerere* Sen. de Ira 3, 19. Plin. Epiſt. 10, 48, 4 Parietes medii caemento farti. Vitruu. 2, 8 Sed noſtri, celeritati ſtudentes, erecta collocantes frontibus ſeruiunt, et in medio farciunt, fartis ſeparatim cum materia caementis. Itaque tres ſuſcitantur in ea ſtructura cruſtae, duae frontium, et vna media farturae. *Add. ib. p. a. Sed quod laudatur* Plaut. Epid. 3, 4, 19 Quin tu alium quaeras, qui centones farcias, *legendum* ſarcias. *Vid.* CENTO.

FARTVS, *ſiue* FARCTVS, a, um. Partic. [ἐμπεπλασμένος] Cic. Verr. 5, 27 c. 11 Lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus Melitenſi roſa fartus. Martial. 8, 44 Fartus papyro dum tibi torus creſcit. Id. 3, 58 Hic farta premitur angulo Ceres omni. Parietes ſine caemento medii farti Plin. Epiſt. 10, 48. Ventriculus fartus coriandro Id. 29, 4. Farta opimo iecore, et ſatiata affatim Cic. Tuſc. 2, 24. *Ex Poëta, de aquila Promethei iecur depaſcente. Sed etiam* Fartus ſemine cucumis, *i. plenus* Col. 10, 393.

FARSVS, a, um. Partic. *Idem.* Hygin. Fab. 126 Victor capiet ventriculum farſum, *vbi plura huius formae dedit Munckerus. Et* Apic. 8, 8 Lepus farſus.

FARCIMEN, inis. n. [ἀλλᾶς] *Inteſtinum varia ac minutim conciſa carne refertum.* Varr. de L. L. 4, 22 p. 28 ſq. Ab eadem fartura farcimina extis appellata: a quo, quod in eo tenuiſſimum inteſtinum fartum, Hila ab hilo dicta, id eſt minimo, vt ait Ennius: Neque diſpendei facit hilum. Quod in hoc farcimine ſummum quiddam eminet, ab eo, quod vt in capite apex, Apexabo dicta. Arnob. adu. gent. 7 p. 229 *fin.* Quid ſibi haec volunt — quae in ſacrorum reconditis legibus pontificalia reſtituere myſteria, et rebus inſeruere diuinis? — Apexabones, hirciae, ſilicernia, longaui? quae ſunt nomina et farciminum genera, hirquino alia ſanguine, comminutis alia inculcata pulmonibus. *Conf.* Gell. 16, 7 Laberius — botulum pro farcimine appellat.

FARCIMINVM, i. n. *Morbus iumentorum.* Affectus farcimino Veget. 1, 7, 2. *Hinc*

FARCIMINOSVS, a, um. Adi. *Laborans farcimino.* Veget. 1, 7, 1. Idem 1, 14, 1 Farciminoſus morbus a ſimilitudine farciminis appellatus eſt: quia velut per fiſtulas quaſdam inter cutem et carnem corruptus humor emanat, et per totum corpus collectiones plurimas facit *etc.*

FARCINO, are. Mart. Capell. 9 Carm. vlt. p. 336 Fandis tacenda farcinat.

FARCINOMA, atis. n. Veget. 8, 28, 2 Farcinomata praecidere. *Sed ex MS. legendum* Carcinomata, *quod reſtituimus.*

FARTOR, oris. m. [σιτευτής Vet. Gl.] *Qui aues farcit et ſaginat.* Columel. 8, 7, 1 Pinguem quoque facere gallinam, quamuis fartoris, non ruſtici ſit officium. *Et in veteri Inſcriptione, quam Gruterus p. 580 n. 15 adduxit,* FARTOR AVIVM *legimus.* Ter. Eun. 2, 2, 26 Fartores, piſcatores, aucupes, *etc.* Donatus *interpretatur,* qui inſicia et farcimina faciunt. *Sed* Eugraph. qui farciunt, vt in meliorem ſaginam pingueſcant. Fartor *etiam eſt* Hor. Sat. 2, 3, 229. *vbi* Vet. Schol. Qui ſuillas vendit, et ex iis facit ſalſitias. ¶ 2 Fartores (*ait* Feſtus) Nomenclatores, qui clam velut infarcirent nomina ſalutatorum in aurem candidati.

FARSILIS, e. Adi. *Idem quod* Farſus *vel* Fartus. Apicius 8, 7 Porcellus farſilis. *Vid.* 5, 3. *et* 8, 8. *Conf. Borrich. Cogit. p. 103.*

FARTILIA, orum. n. *Pl.* *Turundae, cibus, quo farciuntur aues,* Plin. 10, 22 Noſtri ſapientiores, qui eos (*anſeres*) iecoris bonitate nouere. Fartilibus in magnam amplitudinem creſcit *etc.* *Conf.* Tertull. adu. Valent. c. 27.

FARCTVS *vel* FARTVS, us. m. *Quo quid farctum vel plenum eſt, impenſa.* Columel. 5, 10, 11 Ea res efficit vberiorem fructum, et fartum fici pleniorem, ac meliorem. Fartum fici Palladius *vocat* Pulpam. *Sic enim ait in* Martio 10, 35 Subinde ficus, ſicut eſt diuiſa, vertatur, vt ficorum coria ſiccentur, et pulpae tunc duplicatae in ciſtellis ſeruentur, aut loculis. Fartum facere ex hoſtibus Plaut. Mil. 1, 1, 8. *alii aliter legunt.* Offam *coniecit Gronou.* Fartum veſtis, *pro Ipſo corpore dixit* Plaut. in Moſt. 1, 3, 13 Non veſtem amatores mulieris amant, ſed veſtis fartum.

FARTVRA, *vel* FARCTVRA, ae. f. *Vid.* Farcire, *per metaphoram.* Columel. 8, 7, 4 Sed ſi faſtidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot iam farturae praeceſſerint. *Add.* 8, 9, 1.

FARSVRA, ae. f. *Idem.* Tertull. adu. Valent. c. 27 Macreſcit reliqua farſura. *Sic etiam quidam libri* Varro R.R. 3, 9, 1.

FARTIM. Adu. [σωρηδόν] *Denſe, confertim.* Apul. Mileſ. 3 p. 130, 12 Et tectum omne fartim ſtipauerunt.

FARFARVS, i. m. *Fluuius, qui per Sabinos tranſit: de quo* Ouid. Met. 14, 330 Et amoenae Farfarus vndae. *Dicitur et* Fabaris, *vt obſeruat* Seru. *ad* Virg. Aen. 7, 715 Qui Tibrim Fabarimque bibunt.

FARFERVM, *quid eſſet, quaerendi occaſionem dedit* Plaut. in Poen. 2, 32 *vbi de hominibus volaticis a ſe interemtis nugans* Anthemonides Viſcum, *inquit,* legioni dedi Fundaſque, eo praeſternebant folia farferi — ne ad fundas viſcus adhaereſceret. Virgulti genus eſt, *inquit* Feſtus. *Conf. Turneb. Aduerſ. 15, 7. et* Plin. 24, 15. Folia ſunt farferi et nugae merae Lipſ. Epiſt. Qu. 2, 22. *legi vult* Apul. Met. 1 p. 106, 8 *Sed ineptiarum poſtulatur ab Elmenh. qui retinet,* Folia ſunt artis, *i. res nullius pretii etc.*

FARFVGIVM, i. n. *Arbor, quae et Chamaeleuce dicitur.* Plin. 24, 15 Chamaeleucen apud nos farranum ſiue Farfugium vocant: naſcitur ſecus fluuios folio Populi, ſed ampliore.

FARIS, *vel* fare, fatur, *fari.* [φῄς, φησί] *Loqui. Quanquam* Varro *de* L. L. 5, 7 p. 54, 11 *inter* Fari *et* Loqui *hoc intereſſe ſcribit; quod* Fatur is, Qui primum homo ſignificabilem ore emittit vocem; Ab eo, ante quam ita faciant, pueri dicuntur Infantes. *et* p. 55, 10 Loqui ab loco dictum, quod qui primo dicitur fari, et vocabula et reliqua verba dicit, antequam ſuo quidque loco ea dicere poteſt. *Paſſim tamen* Fari loqui eſt. Virg. Aen. 6 *pr.* Sic fatur lacrimans, claſſique immittit habenas. Cic. Tuſc. 2, 39 c. 17 Non poteſt haec fari tantum dictis, quantum factis ſuppetit laboris. *Ex vetuſto codice legendum* Eefari. *Editur* Effari Cic. de Vniuerſ. 35 Tum ad eos is Deus, qui omnia genuit, fatur, Haec vos, *etc.* Id. Tuſc. 5, 116 Epicurei noſtri Graece fari neſciunt, nec Graeci Latine. Age fare viciſſim Virg. Aen. 6, 531. Fare age Id. ibid. 3, 360. Auſon. Parent. 5, 1. Puer neſcius fari Hor. Carm. 4, 6, 18. ¶ 2 *Obſ.* For (*in prima perſona*) raro inuenitur Diomed. 1 p. 375. *Paſſ.* Sueton. *apud* Priſcian. 8 p. 793 *extr.* Faſti dies ſunt, in quibus ius fatur, id eſt, dicitur, vt nefaſti in quibus non dicitur.

FARIOR, ari, etiam pro Fari veteres vſi ſunt, *teſte* Diomede *ſi fides Paullo Merulae de Legib. Rom. 12, 3 p. 147 vbi* in lege decemvirali *apud* A. Gell. 15, 13 *legit* ni teſtimonium fariatur, *i. fatur. Sed locum Diomedis non inuenio, et eunt in partes ad Gellium Critici.*

FANS, tis. Partic. [φάς] Propert. 3, 7, 62 Subtrahit haec fantem torta vertigine fluctus.

FATVS, a, um. *Aliud* Partic. [εἰπών] Virg. Aen. 2, 392
Sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam, clypeique inſigne decorum
Induitur.
Sic fata enaſcerat Virg. Aen. 4, 685. Breuiter fata eſt Id. ibid. 6, 321. Doctiſſima fandi Id. ibid. 10, 225. Tempora fandi molliſſima Id. ibid. 4, 293.

FATVS, us. m. Virg. Aen. 12, 25 Haud mollia fatu. Paullinus Nolanus *ad* Nicetam Poëm. 17, 246. *et* Sidon. Epiſt. 9, 13.

FANDVS, a, um. Adi. [φατέος] *Quod fari dignum eſt et iuſtum.* Liu. 10, 41 Ita Reſperſae fando, nefandoque ſanguine arae. Virg. Aen. 1, 543 At ſperate deos memores fandi atque nefandi. *i.* Iuſti et iniuſti, *ait* Seruius. Cic. de Diuin. 1, 66 c. 29 Neque me Apollo fatis fandis inuitam ciet, *i. enuntiandis rebus futuris.* Fando *eleganter vſurpatur* Cic. de N. D. 1, 82 c. 29 At vere ne quidem fando auditum eſt, crocodilum, aut ibim, aut felem violatum ab Aegyptio, *i. Alio dicente. Et* Virg. Aen. 2, 81 Fando aliquid ſi forte tuas peruenit, *etc.* *ſed* Ibid. v. 6 Quis talia fando Temperat a lacrimis? *i. Dum ipſe dicit, vel narrat.*

FAMEN, inis. n. *Apud Recentiores, vt* Theodulf. 2, 633. Eugenium Tolet. Carm. 1. Gu. Briton. l. 8. *Vid. Daum. ad* Caton. p. 235.

FARIO, onis. m. *Piſcis, qui alias Trutta dicitur.* Auſon. Moſella v. 130 Amborum medio fario intercepte ſub aeuo.

FARNVS, i. f. *Arbor de genere quercuum.* Vitruu. 7, 1 Namque de cerro, aut fago, ſeu farno, nullus ad vetuſtatem poteſt peruenire. *Add.* Pallad. 1, 9 *Hodieque nomen ſeruat in Italia.*

FARNEVS, a, um. Adi. Fungi farnei Apic. 7, 13.

FARRACEVS, FARRAGO, FARRAGINARIA, FARREATIO, FARREVM, FARRICVLVM, FARINA, FARINARIVS, *vid.* FAR.

FARTILIS, FARTIM, FARTOR, FARTVM, FARTVRA, FARTVS, *vid.* FARCIO.

F A S

FAS. n. [θέμις, θεμιτόν, θέσφατον] *Indecl. hoc tantum Caſu inuenitur; Quod pium eſt, et religioſum, et fari dignum et ad deos refertur, ſicut Iuſtum ad homines.* Virg. Georg. 1, 268 Fas et iura ſinunt, *i. Diuina et humana iura permittunt.* Idem Georg. 1, 505 Quippe vbi fas verſum atque nefas, *etc.* *Vbi* Seruius: Spernunt licita, appetentes illicita. *Per proſopopoeiam* Liuius *quaſi Deam facit* 1, 32 *in formula Fetialis,* Audiat Fas! Fas mihi ſit audita loqui Virg. Aen. 6, 266. Abrumpere omne fas Id. ibid. 3, 55. *vid.* ABRVMPO. Magnum fas nefaſque Hor. Epod. 5, 87. Ius et fas omne delere Cic. Att. 1, 13. Si fas dixiſſe Stat. Achil. 2, 221. Tacit. Hiſt. 3, 5 Ac maiore ex diuerſo mercede, ius faſque exuerent. Contra fas, contra auſpicia, contra omnes diuinas atque humanas religiones aliquid facere Cic. Verr. 5 c. 13. Id. pro Domo 35 Iure Quiritium legitimo tutelarum et hereditatum relicto, factus es filius contra fas, cuius per aetatem pater eſſe voluiſti. *de adoptiuo filio.* Contra ius faſque interfecti oratores Cic. de Aruſp. Reſp. 34 c. 16. Fas eſt, *i. Licitum.* Plaut. Aſin. 3, 1, 11 Neque pol te accuſo, neque id me facere fas exiſtimo. Varro de L.L. 5, 4 p. 50, 16 Interciſi dies ſunt per quos mane et veſperi eſt nefas (*intell. Praetori dicere tria verba, vid.* FASTVS) medio tempore inter hoſtiam caeſam et exta porrecta fas: a quo, quod fas (*i. tempus quo fas eſt*) tum intercedit interciſi dies, aut quod tum interciſum nefas (*interpoſito tempore quo licet interpellatum et interruptum illud quo non licet*) Dies qui vocatur ſic, Quando rex comitiauit, fas: dictus ab eo, quod eo die Rex ſacrificulus dicat ad comitium, Ad quod tempus eſt nefas, ab eo fas. Itaque poſt id tempus lege actum ſaepe. Dies qui vocatur, Quando ſtercus delatum, fas: ab eo appellatus, quod eo die ex aede Veſtae ſtercus euerritur, et per Capitolinum cliuum in locum defertur certum. *Hinc intelligitur, quid ſibi velint v. g. in* Vet. Kal. Maffei. *notae* Q. REX C. F. *Nempe* Quando Rex comitiauit fas, *menſe* Martio, *et menſe* Iunio, Q. ST. DF. Quando ſtercus defertur. Ouid. Met. 15, 867 Quoſque alios (*Deos*) vati fas appellare piumque. Cic. pro Milon. 44 Clodium nihil delectat, quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat. Id. contra Rull. 2, 19 c. 7 Vt id quoad poſſet, quoad fas eſſet, quoad liceret, populi ad partes daret. Plaut. Trinum. 2, 2, 11 Quod manu non queunt tangere, tantum fas habent quo manus abſtineant. Quinctil. 3, 8 In iudiciis enim vulgo fas habetur indulgere aliquid ſtudio ſuo.

FASCELINA, *vel* FASCELIS Diana, *vid.* FACELINA.

FASCIA, ae. f. [ἐπίδεσμος, σπάργανον, στρόφιον] *Linteum eſt, vel quod-*

quodcunque panni genus, aut alterius materiae ad ligandum aptum. Plin. 20, 15 pr. de Cumino Vel penicillis feruens apprimitur faſciis: aduerſus colum imponitur cuminum feruens penicillis, et cum his corpori, loco affecto, apponitur et apprimitur ope faſciarum. Eſt et alias in vſu medico. Nullus tota nitor in cute, qualem Bruttia praeſtabat calidi tibi faſcia viſci Iuuen. 9, 14. Sic Faſcia curare inteſtini deſcenſum in ſcrotum docet Celſus 7, 20 pr. Ipſe Cic. de Clar. Orat. 217 c. 60 Deuinctus erat faſciis, et multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. Faſcias ſex ad oſſa fracta deſcribit Celſ. 8, 10. Faſcia quam longiſſima in vnum commiſſa Scribon. 131. Sed Cic. de Diuin. 2, 134 c. 65 Defert ad coniectorem quidam ſomniaſſe ſe ouum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. Plin. 15, 17 Vuas ſole ſiccatas iunci faſciis inuoluit. Nobilis eſt Faſcia, qua mulieres mammas ligant Martial. 14, 134. Ouid. Remed. Amor. 338. Et Art. Am. 3, 274 et 622. Prop. 4, 9, 49 ex Herculis apud Omphalen perſona, Mollis et hirſutum cepit mihi faſcia pectus. In viris ſanis de tegumento crurum, pedumque poni conſueuerunt Faſciae. Vlpianus l. Argumento ſunt D. De aur. argent. mund. leg. Faſciae crurales, pedalesque, veſtis loco ſunt, quia partem corporis veſtiunt. Faſciae, quibus crura vinciuntur Quinctil. 11, 3. referuntur ad ea, quae ſola valetudo excuſat. Plin. ſcribit 8, 57 mures portendiſſe exitium Carboni imperatori, arroſis faſciis, quibus in calceatu vtebatur. Cic. Att. 7, 3 Etenim mihi caligae eius vt faſciae cretatae non placebant. In gladiatorio habitu Iuuen. 6, 264 Quanta Poplitibus ſedeat, quam denſo faſcia libro, q. d. cortice, faſcia enim praeſtat cruri, quod liber arbori. Vid. Caſaub. ad Suet. Aug. c. 82. et Salmaſ. ad Hiſt. Aug. et Voſſ. Inſt. Orat. 4 p. 159. Sed etiam Diadema capitis eſt Faſcia. Sen. Epiſt. 80 extr. Ementibus ornamenta ipſa ſuſpecta ſunt: ſiue crus alligatum, ſiue brachium adſpiceres, nudari iuberes, et ipſum tibi corpus oſtendi. Vides illum Scythiae Sarmatiaeue regem inſigni capitis decorum? Si vis illum aeſtimare, totumque ſcire qualis ſit, faſciam ſolue: multum mali ſub illa latet. Conf. DIADEMA. ¶ 2 Metaphorice dicuntur Faſciae orbis, pro iis, quas Aſtrologi Zonas vocant. Mart. Capell. 6 Orbis terrae in quinque Zonas, ſiue melius faſcias, diſcernitur. De Nube, in modum faſciae caelum praecurrente Iuuen. Sat. 14, 294 Nil color hic caeli, nil faſcia nigra minatur. Faſciae ſunt membra Epiſtyliorum, regulae in columnarum trabeationibus Vitruu. 3, 3.

FASCIŎLA, ae. f. Dimin. [σπαργάνιον] Cic. de Aruſp. Reſp. 44 c. 21 P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus ſoleis, purpureisque faſciolis, a ſtrophio, a pſaltrio, a flagitio, a ſtupro eſt factus repente popularis. Hor. Serm. 2, 3, 247 Ponas inſignia morbi Faſciolas, cubitale, focalia. Abſque enim morbo faſciis crura pedesque inuoluere, viris indecorum erat, molleque ſenſebatur. Vinctus faſciola Vopiſc. Aurel. c. 4. Faſciola tenuis lintea Scribon. 47.

FASCIO, āre. [σπαργανίζω] Faſcia ligare. Spartianus de Antonino Pio c. 13 pr. Sed quum eſſet longus et ſenex, incuruatusque, tiliaciis tabulis in pectore poſitis faſciabatur, vt rectius incederet.

FASCIĀTVS, a, um. Adi. Martial. 12, 57 Nec faſciato naufragus loquax, trunco. Truncum faſciatum intelligunt de tabula, in qua naufragium depictum faſciae ope a collo ſuſpenſa. Mihi quidem aliud hic iubeſſe videbatur: quid eſſet, nondum extricabam.

FASCIO, īre. Vulgat. Ezech. 30, 21.

FASCIĀTOR, ōris. m. Hieron. . .

FASCIĀTRIX, īcis. f. Idem. . .

FASCICVLVS, vid. FASCIS.

FASCINVM, i. n. et FASCINVS, i. m. Gr. βάσκανος a quo deriuatur, vt a κάτανος catinus, a μηχανή machina, τρυτάνη trutina etc. eſt ratio oculis vel verbis, occulta denique et velut magica ratione nocendi, vel interficiendi adeo. Plin. 26, 10 ſ. 62 Altera ſatyrios orchis (herba, cuius radix teſticulorum geminorum ſimilitudinem habet) — radice faſcinis vtili, id eſt, credo, ad depellendum faſcinum. Lactant. 1, 20, 36 Cunina dea, quae infantes in cunis tuetur, ac faſcinum ſubmouet. Metaph. Symmach. 1, 13 Nullo faſcino felicitas publica mordeatur. ¶ 2 Remedium contra Faſcinum erat forma penis humani ſuſpenſa, credo quae riſu moto iras faſcinantium, quibus nocere putabantur proprie, leniret et quaſi exarmaret. Varro de L. L. 6, 5 p. 80, 36 Pueris turpicula res in collo quaedam ſuſpenditur, ne quid obſit. Plin. 19, 4 ſ. 19, 1 Horto et foco contra inuidentium effaſcinationes dicari videmus in remedio ſatyrica ſigna. De hortorum Priapo res nota: de foco vid. hiſtoria, quam narrat Plin. 36 extr. et Arnob. 5 p. 169 e quamos ille videtur deriuandus. Plin. 28, 4 ſ. 7 Infantes religione tutatur et Faſcinus, Imperatorum quoque, non ſolum infantium cuſtos, qui Deus inter ſacra Romana a Veſtalibus colitur, et currus triumphantium ſub his pendens defendit, medicus inuidiae, i. remedium contra inuidiam. Hinc in obſcenis eſſe coepit Faſcinus vel Faſcinum. Horat. Epod. 8, 18 illiterati num minus nerui rigent, minusue languet faſcinum? Vet. Schol. Faſcinum pro virili parte poſuit, quoniam praefaſcinandis rebus haec membri deformitas apponi ſolet. Ita Priap. 27 Paedicabere faſcino pedali. Et 79 Faſcino grauis tento. Et 83 Priape — qui — ſoles — ruber ſedere cum rubente faſcino. Petron. c. 92 Faſcini laciniam ipſum hominem crederes. Et 138 Faſcinum ſcorteum profert Enothea etc. Arnob. 5 p. 176 ſin. In Liberi honorem patris phallos ſubrigit Graecia, et ſimulacris virilium faſcinorum territoria cuncta floreſcunt. Et p. 184 extr. Phallorum illa faſcinorumque ſubrectio, quos ritibus annuis adorat et concelebrat Graecia. Etiam 7 p. 239 pr. Delectantur Dei — faſcinorum ingenrium rubore, licet typorum errore in Salmaſiana edit. ſit facinorum. Auguſtin. de C. D. 6, 9 Priapus nimis maſculus, ſuper cuius immaniſſimum et turpiſſimum faſcinum ſedere noua nupta iubebatur more honeſtiſſimo et religioſiſſimo matronarum. ¶ 3 Marina res, forte concha, Faſcinum. Apul. Apol. p. 297, 11 Poſſe dicitis ad res Venerias ſumta de mari ſpuria et faſcina, propter nominum ſimilitudinem.

FASCĬNO, āre. [βασκαίνω] Ex origine Graeca (Eſt enim a futuro 2 βασκανῶ, vt a μαχανῶ machinor) ſignificat aſpectu toruo laedere, vel interficere adeo, quod fieri poſſe, vulgo credebant: eſt enim βασκαίνω velut φάεσι καίνω oculis neco. Virg. Ecl. 3, 103 Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. Vid. Cerda ad h. l. et Plin. 7, 2 Eſſe — qui viſu quoque effaſcinent, interimantque quos diutius intueantur, iratis praecipue oculis. Add. viri docti ad Grat. 406. et Markl. ad Stat. Silu. 4, 8, 16. Sed eandem vim eſſe linguae etiam ibidem narrat, ſi credas, Plinius; et Catullus 7, 12 Tam te baſia multa baſiare Veſano ſatis et ſuper Catullo eſt, Quae nec pernumerare curioſi Poſſint, nec mala faſcinare lingua.

FASCINANS, antis. Partic. Plin. 13, 4 ſ. 9 Palmarum fructiferarum — lignum in pomo — quibusdam oſſeum lunatumque, dente contra faſcinantes religione politum. Quidquid ſit de lectione et interpretatione, remedium certe contra faſcinantes proponitur.

FASCINĀTIO, ōnis. f. [βάσκανσις] Plin. 28, 2 Cur et faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus? Idem 28, 4 ſ. 7 Deſpuimus comitiales morbos — Simili modo et faſcinationes repercutimus. Vet. Schol. ad Iuuen. 7, 112 Conſpuiturque ſinus, Propter faſcinum verborum ter ſibi in ſinu ſpuunt, et videntur ſibi faſcinum arcere. Plin. 28, 8 ſ. 27 de Hyaena, Frontis corium faſcinationibus reſiſtere.

FASCINĀTOR, ōris. m. Vet. Gloſſ. Faſcinator, βάσκανος.

FASCINĀTRIX, īcis. f. Apuleii eſſe dicitur, et

FASCINAMENTVM, i. n. Certe non habet index Floridi.

FASCINŌSVS, i. m. Magno praeditus. Priap. Carm. 79 (80) Non es, o Priape, Poëta faſcinoſior noſtro. Sic Scal. Al. farcinoſior, eodem ſenſu.

FASCIS, is. m. [φάκελος, ἐλλεδανός] Lignorum aut alterius cuiuscunque rei ligata congeries, quam ligando facimus. Caeſ. B. G. 8, 15 Faſces ſtramentorum ac virgultorum. Sic, Faſces calamorum Martial. 14, 38. Epiſtolarum faſcis Ammian. 21, 16. ¶ 2 Etiam aliarum rerum onus faſcem vocari monet Seruius ad illud Virg. Ecl. 9, 65 Ego hoc te faſce leuabo. vbi de haedis portandis agitur. Et de armis, cibariis, omnique adeo ſarcina militis Romani Id. Georg. 3, 347 Iniuſto ſub faſce viam dum Carpit. ¶ 3 Faſces, Inſignia dicebantur Magiſtratuum Romanorum. Erant autem colligati ex virgis ſeu bacillis de betula arbore, quae ideo Plinio 16, 18 med. terribilis magiſtratuum virgis dicitur, inter quas obligata ſecuris ita erat, vt ferrum in ſummo faſce emineret, quod paſſim exſtantes in numis illorum figurae indicant. Nempe ſuppliciorum iſta inſtrumenta. Virgis caeſos capite plectebant. Hos faſces Romulus inſtituit Auctore Dionyſio 3. et Liu. 1, 8. Sed Flor. 1, 5, 5 Tarquinius, inquit, duodecim Tuſciae populos frequentibus armis ſubegit. Inde faſces, etc. Habebant deinde Conſules duodenos faſces, Praetorum erant ſeni, tam in vrbe quam in prouincia, ſed hic cum, ibi ſine ſecuribus. Dictatorum erant 24 cum ſecuribus etiam in vrbe. Vid. Lipſ. Elector. 1, 23, et, qui huius diligentiam longe hic ſuperauit, Spanhem. de Vſu et Praeſtant. Num. Diſſ. 10 a p. 88 ad 172. Decemuirorum tantum ille primum faſces habebat, qui tum ius diceret Liu. 3, 33. In luctu verſi faſces a lictoribus gerebantur Tacit. An. 3, 2. Sed Albinouan. ad Liuiam 177 Conſul init fractis moerentem faſcibus vrbem. Claud. in Conſ. Prob. et Olyb. fratrum 233 Atque vno biiuges tolli de limine faſces. Imaginarii Decemuirorum Liu. 3, 4 pr. Laureati, vid. LAVRVS. Cic. Diuin. 1, 59. Lictorii Vict. de Vir. Illuſtr. c. 20. Pulchri Lucret. 5, 1233. Superbi Hor. Carm. 1, 12, 35. Attollere primos faſces Virg. Aen. 7, 173. Praeeunt noui faſces Ouid. Faſt. 1, 81. Praeferre Praetoribus faſces Cic. Verr. 5, 22. Submittere faſces populo a Publicola inſtitutum Quinctil. 3, 7, 18. Rem ita narrat Liu. 2, 7 Vocato ad concilium populo, ſubmiſſis faſcibus in concionem aſcendit. Gratum id multitudini ſpectaculum fuit, ſubmiſſa ſibi eſſe imperii inſignia, confeſſionemque factam, populi quam conſulis maieſtatem vimque maiorem eſſe. Vell. 2, 99, 4 de Tiberio refert, Ita ſeptem annos Rhodi moratum, vt omnes, qui Proconſules legatique in transmarinas profecti prouincias viſendi eius gratia ad eum conuenientes, ſemper priuato (ſi illa maieſtas priuata vnquam fuit) faſces ſuos ſubmiſerint, faſſique ſint, otium eius honoratius imperio ſuo. Sed hoc quidem fuit honori domus Auguſtae datum: audiamus etiam Plin. 7, 30 ſ. 31 Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello intraturus Poſſidonii ſapientiae profeſſione clari domum, fores percuti de more a lictore vetuit, et faſces lictorios ianuae ſubmiſit is, cui ſe Oriens, Occidensque ſubmiſerat. Hinc metaph. Cic. de Clar. Orat. 22 Quum enim in maximis cauſis verſatus eſſes, et quum tibi aetas noſtra iam cederet, faſcesque ſubmitteret, ſubito in ciuitate cum alia ceciderunt tum etiam ipſa de qua diſputare ordimur, eloquentia obmutuit. h. e. Manus daret, herbam porrigeret, et ſe quaſi inferiorem fateretur. Sic Plin. Praef. poſt pr. Nobis ad colendum te familiaris audacia ſola ſupereſt. — Perfricui faciem, nec tamen profeci: quando alia via (non tantum faſtigio auguſto) occurris, et longius etiam ſubmoues (ſcriptorem, ne audeat te adire) ingenii faſcibus, i. praerogatiua, quam dat tibi ingenium. Faſces populi pro Magiſtratibus et honoribus, qui a populo praeſtantur Virg. Georg. 2, 495 Non illum populi faſces, non purpura regum Flexit. Cic. pro Domo 24 c. 10 Nullus locus orbe terrarum vacuus extraordinariis faſcibus atque imperio Clodiano fuiſſet. Ita, Securium virgarumque petitio Tertull. de Poenit. c. 11. Petere faſces Lucret. 3, 1009. i. Honores. ¶ 4 Faſces et Faſti confundi ſolent, vid. FASTI.

FASCEATIM. [φακελληδόν] Quinctil. 1, 4, 20 recenſens appellationes quasdam Grammaticorum, Adiiciebant et affeuerationem, vt heu: et attrectationem, vt faſceatim. Conf. Diomed. p. 166.

FASCICVLVS, i. m. Dimin. [φακελλίδιον] Paruus faſcis: vt, Faſciculus epiſtolarum Cic. Q. Frat. 2, 11. Sic Id. Fam. 16, 26 Quod faſciculus alter ad me iam ſine tuis literis perlatus eſt. Librorum faſciculus Hor. Epiſt. 1, 13, 13. Colligere in faſciculos manuales, vid. COLLIGO. Cic. Tuſc. 3, 43 c. 18 Faſciculum (herbarum odoratarum intelligit) ad nares admouebis, incendes odores, et fertis redimiri iubebis et roſa. Faſciculus, quantum manu comprehendi poteſt Scribon. 83. i. manipulus, vt vulgo audit. Aliorum loca affert Rhod. in Lex. Scribon. Murri faſciculus Scribon. 114.

FASCICVLĀRIS, e. Adi. Veget. 2, 19 extr. Faſcicularia, i. Lignum, foenum, aquam, ſtramen, etiam legitimi milites in caſtra portabant.

FASELVS, ſ. PHASELVS, i. m. [φάσηλος] Genus nauigii. Exſtat lepidum carmen Catulli 4 cuius initium Phaſelus ille quem videtis, hoſpites, Ait fuiſſe nauium celerrimus etc. Vid. Iſ. Voſſius, qui nomen a leguminis faſeli vel faſeoli qualicunque ſimilitudine deducit. Cic. Att. 1, 13 pr. Tertiam, quam, vt ſcribis, ancora ſoluta de phaſelo dediſti. Et Att. 14, 16 pr. Phaſelum epicopum memorat, i. qui remis ageretur. Virg. Georg. 4, 288 Et circum pictis vehitur ſua rura faſelis. Seruius, i. breuibus nauiculis, quibus vtuntur, cum ſtagnauerit Nilus. Salluſt. Hiſt. 3 Et forte in nauigando cohors vna, grandi faſelo vecta, a caeteris deerrauit. Laudat h. l. et alia quaedam Non. 13, 7 qui Campanum nauigium ait. Acta ventis faſelus Ouid. Amor. 2, 10, 9. Fictiles faſeli ſunt Iuuenal. 15, 127. Fragilem phaſelum ſoluere Horat. Od. 3, 2, 29. Ouid. ex Pont. 1, 10, 39 Vos eſtis fragili tellus non dura phaſelo, quae ſcil. naufragum molliter

molliter accipiat. ¶ 2 Faſelus *vel* Phaſelus *(nam hic quoque variant boni libri)* *legumen, quod vulgo vocamus fabam, ſ.* Bonam porcinam *aut* Turcicam *adeo. Vid. Index meus ruſticorum. Vtitur* Colum. 2, 10, 4. Pallad. Sept. 12. *et* Oct. 1, 3. Columel. 10, 377 Et grauis atriplici conſurgit longa faſelus. *MSS.* faſellus. Virg. Georg. 1, 227 Si vero viciamque ſeres, vilemque faſelum.

FASEOLVS, *ſ.* PHASEOLVS, i. m. *Quaſi tu minutum* faſelum *dicas, genus et ipſum leguminis illud, cui* fabae *nomen in loquendi vſu vulgari ſolemus tribuere, cuius cum teneris ſiliquis ſemina immatura coqui ſolet, quod repit clauiculis ad longurios.* Columel. 11, 2, 72 Milium et panicum hoc tempore demetitur, quo faſeolus ad eſcam ſeritur. Plin. 12, 7 Semine a iunipero diſtant paruulis ſiliquis, quales in faſeolis videmus. Apic. 8, 6 *pr.* Coques cum phaſeolis paratariis *ſ. potius ex felici coniectura Liſteri,* parietariis. ¶ 2 Iſopyron aliqui phaſiolon vocant, quoniam folium, quod eſt aniſo ſimile, in pampinos torquetur, *i. clauiculas,* ἕλικας. *Caeterum* phaſiolon, phaſiolion, phaſelion *alii. Verum putamus* phaſeolon.

FASELINVS, a, um. *ſ.* PHASELINVS. Adi. *Vt* Plin. 23, 4 Phaſelinum oleum, *ex Faſelis.*

FASIANA *auis. Vid.* PHASIANA.

FASSVS, *vid.* FATEOR.

FASTIDIO, FASTIDIVM, *vid.* FASTVS *pro Superbia.*

FASTIGIVM, i. n. [μετεώρατον] *Altitudo ac ſummitas alicuius rei vel operis: ac videtur cognationem quandam cum* Faſtu *habuiſſe.* Caeſ. B. G. 7, 69 Reliquis ex omnibus partibus colles — pari altitudinis faſtigio oppidum cingebant. *Adeo cum* Altitudine *conuenit, vt etiam profundum notet.* Virg. Georg. 2, 288 Forſitan et ſcrobibus quae ſint faſtigia, quaeras, *i. quam profundi debeant eſſe.* Seruius, Faſtigium, *inquit,* et ſummae et imae partis poſſumus dicere, ſicut Altum et mare et caelum dicimus *etc. Similia habet ad* Aen. 2, 758. ¶ 2 *Sed peculiariter dicitur de ſumma parte aedificiorum.* Feſtus, Faſtigium, aedificii ſummum. Cic. Off. 3, 33 c. 7 Sed quoniam operi inchoato, prope tamen abſoluto, tanquam faſtigium imponimus. Virg. Aen. 1, 442 Et faſtigia ſuſpicit vrbis. Culminis ſummi faſtigia Id. ibid. 2, 458. Delubrorum faſtigia Ouid. Met. 1, 373. Operum faſtigia ſpectantur, fundamenta latent Quinctil. in prooem. 1, 4. Tecti faſtigia ſummi Virg. Aen. 2, 302. Aurea faſtigia templi Ouid. Met. 15, 672. Virg. Aen. 2, 758 Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento Voluitur. ¶ 3 *Tectorum in aedibus illud genus, quod non planum eſt, ſed in partibus oppoſitis decliue, vt media ſint altiſſima, vtrinque aequabiliter defluere aqua caeleſtis poſſit, ſectionesque omnes illius ſint triangulares* Cic. de Orat. 3 c. 46 Capitolii faſtigium illud, et caeterarum aedium non venuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt. Nam cum eſſet habita ratio, quem ad modum ex vtraque tecti parte aqua delaberetur; vtilitatem templi faſtigii dignitas conſecuta eſt, vt etiam ſi in caelo ſtatueretur, vbi imber eſſe non poſſet, nullam ſine faſtigio dignitatem habiturum fuiſſe videatur. Cic. ad Qu. Fr. 3, 1, 4 Abſolutum offendi in aedibus tuis tectum, quod ſupra conclauia tibi non placuerat eſſe multorum faſtigiorum. *Nempe aedificationi longiori poſſunt pro vno magno faſtigato tecto imponi plura humiliora, vt in armentario illo Veneto.* ¶ 4 *Peculiariter* Faſtigii *nomine venit illa frons triangularis tecti aedium ſacrarum vel alias magnificarum, in qua exornanda in primis architectura elaborat,* Frontiſpicium *ſ.* Frontonem *vocant hodie, Graeci* ἀέτωμα. *De hoc* Vitruu. 3 *extr. Hoc faſtigii genus Romae ad diuinum honorem videtur pertinuiſſe.* Cic. Phil. 2, 110 *et* 111 c. 43 Puluinar, ſimulacrum, Faſtigium, flaminem, *coniungit in honoribus Caeſari habitis: quod declarat* Flor. 4, 2, 91 *cum* Faſtigium in domo *vocat: et pertinet huc ſomnium Calpurniae Caeſaris, apud* Sueton. c. 81 *cum* imaginata eſt, collabi faſtigium domus. *Vid. Caſaubon. Seruarunt hoc alii Caeſares.* Sueton. Claud. c. 17 Inter hoſtilia ſpolia naualem coronam faſtigio Palatinae domus iuxta ciuicam *(Auguſti inſtituto ibi ſuſpenſam)* fixit. *Plura viri docti ad Cic. l. c. In hoc* Faſtigio *eiusque* Acroteriis, *vbi vid. ſtatuae, quadrigae etc. Vid. v. g.* Plin. 35, 12. *it.* 36, 5 *etc. Conf.* TRICHORVM. *Hic idem locus inſcriptionum ſiue titulorum in operibus publicis, quales adhuc plures ſuperſunt, v. g. omnium prima in Gruteriano theſauro. Huc referimus merito* Exceſſuros templorum faſtigium titulos Plin. Paneg. 54, 4. *i. ita longos, vt eos vix capiat illud faſtigium.* Val. Max. 6, 9, 5 *de Quinto Catulo,* Nomen eius in Capitolino titulo fulgeret. ¶ 5 *Ab illa* faſtigiorum *in tectis conformatione eſt, vt* Faſtigium *dicatur inclinatio cuiuscunque plani ad quemcunque angulum, decliuitas.* Varro R. R. 1, 14, 2 Foſſa ita idonea, ſi omnem aquam, quae e caelo venit, recipere poteſt, aut faſtigium habet, vt exeat e fundo, *i. decliuitatem, qua defluat.* Id. 1, 20, 5 Spectandum, quo faſtigio ſit fundus. In confragoſo enim ac difficili haec *(iumenta)* valentiora parandum. *Hanc ſignificationem illuſtrauit Gron. ad illud* Liu. 1, 38 Infima vrbis loca — cloacis faſtigio *(omiſſa Praepoſitione)* in Tiberim ductis ſiccat. Caeſ. B. C. 1, 25 Praeruptus locus erat, ab oppido autem decliui faſtigio vergebat in longitudinem paſſuum circiter DC. Ibid. 2, 24 Eſt iugum — vtraque ex parte praeruptum — ſed paullo tamen leniore faſtigio ab ea parte *etc.* Curt. 6, 6, 23 Praerupta rupes erat — qua vergit ad orientem, leniore ſubmiſſa faſtigio. *Add.* 6, 4, 19. Caeſ. B. C. 2, 10 *in deſcriptione muſculi,* Columellas inter ſe capreolis molli faſtigio *(ad angulum acutum valde)* coniungunt. Vitruu. 7, 1 Pauimentum faſtigium habens in pedes denos digitos binos. *Huc retulerim notabilem locum* Lucretii 4, 825 Vt proferre viaï Proceros paſſus *(poſſimus)* ideo faſtigia poſſe Surarum ac feminum pedibus fundata plicari. Faſtigia *id eſt partes anguſtiſſimae et contractiſſimae* feminum, *et ab altera parte* ſurarum *poſſunt* plicari *ope poplitum.* Faſtigia *hic ad formam potius, quam ad ſitum pertinent. Hic locus facit ad melius intelligendum nomen* Faſtigatus, *de quo mox.* Surae *vtrinque* faſtigatae *ſunt* ſurſum *ad genu, et ad talum infra:* femina *tantum infra:* faſtigia *concurrunt in genu.* ¶ 6 *Diximus altitudinem eſſe* Faſtigium. *Hinc transfertur ad honorem et velut eminentiam inter homines.* Plin. Pan. 52, 2 Tu delubra non niſi adoraturus intras — Sic fit, vt Dei ſummum inter homines faſtigium ſeruent *(tibi)* cum deorum ipſe non adpetas. *Variat locus, vt ex Swartziana editione apparet: ſed hoc manet vbique* faſtigium *dici honorem ſummum Deorum et hominum. Sic idem* Plin. Epiſt. 2, 1 Summum faſtigium priuati hominis implere. Liu. 2, 27 Non tam ad honorem eius, cui curatio altior faſtigio ſuo data eſt, factum, quam ad igominiam Conſulum. *Et* . . Eiusdem faſtigii ciuis. Vellei. 2, 69, 1 In conſulare faſtigium prouectus. Nepos 25, 14, 2 Pari faſtigio (dignitatis) ſtetit in vtraque fortuna: *vbi ad magnitudinem et velut altitudinem animi pertinet. Peculiari ratione dignitatem regiam notat: vid. Barth. ad* Claud. p. 813. *quod forte eſt ex notione ea, quam explicamus* n. 4. ¶ 7 Faſtigium, *idem quod Genus, quod ſolet vt altius quiddam conſiderari, comprehendens ſub ſe ea, quae* inferiora *in ſcholis vocantur.* Varr. de R. R. 1, 6 Igitur quum tria genera ſint a ſpecie ſimplicia agrorum, *etc.* E quibus tribus faſtigiis ſimplicibus, *etc. Paullo poſt,* Propter haec tria faſtigia formae, diſcrimina quaedam fiunt ſationum. *Sic* Virg. Aen. 1, 346 Sed ſumma ſequar faſtigia rerum, *ſumma capita.* ¶ 8 Faſtigia *Grammatici quidam vocant* Accentus, *vid.* locus Diomedis *h. v. et add.* Martian. Capella L. 3 p. 60. Hactenus de iuncturis, nunc de faſtigio videamus, qui locus apud Graecos περὶ προσῳδιῶν appellatur. — omnis modulatio ex faſtigiis *(altitudine)* vocum grauitateque componitur *etc. Et* p. 63 *pr.* Accentus partim Faſtigia vocamus, quod literarum capitibus apponantur, partim cacumina. *Etiam illa ipſa figurarum inclinatio,* faſtigium *eſt, quale* n. 5 *dicimus. Et antiqua circumflexi figura* ∧ faſtigium, *de quo* n. 4 *diximus, refert.*

FASTIGIO, *vel, quod certius fecere Poëtae, et analogia Verbi* Veſtigo, *it.* Litigo *probabilius,* FASTĪGO, āre. [κορυφόω, ἀποξύνω] *Acuminare, et quaſi in faſtigium erigere aut formare.* Plin. 18, 7 Frumenta hieme in herba ſunt, verno tempore faſtigantur in ſtipulam. *Sic recte Hard. Al.* faſtigiantur. Id. 24, 19 f. 118 Folia eius in reliquo orbe in exilitatem faſtigantur. *Sic ex optimis Libris Hard. Al.* faſtigiantur. Faſtigetque ſe molliter Mela 1, 4. *Vid. Iſ. Voſſ.* Mela 2, 1 Poſt ſpatioſa modice paullatim ſe ipſa faſtigat. *Metaph.* Dignitatum inſignibus faſtigari Sidon. Epiſt. 7, 9. Martian. Capella 3 p. 59 Vt faſtigetur longa breuisque fuat, *i. faſtigio h. e. accentu notetur.*

FASTIGANS, is. Partic. Sil. 5, 50 Mediamque per aluum Senſim faſtigans, compreſſa cacumina nectit. *i. Acuens, in anguſtum contrahens. Ad quem locum Drakenburgius* Faſtigo *ſine* i *copioſe tuetur, idque paſſim a viris doctis factum docet.* Fulgent. Mythol. 1 p. 26 Hyalinae cauitatem ſphaerae oſſeo faſtigans tigillo verſabat, *i. ſphaeram vitream manubrio oſſeo inſtructam in altum tenens.*

FASTIGATVS, *ſiue, quod quidam habent,* FASTIGIATVS, a, um. Part. *Vt,* Collis leniter faſtigatus *apud* Caeſ. B. G. 2, 8. *Add.* Id. ibid. 4, 17. *Et* de B. C. 2, 10. Liu. 38, 27 Collis in modum metae in acutum acumen a fundo ſatis lato faſtigatus. Diademate crinem Faſtigatus eas Sidon. Carm. 2, 5. Conſulares faſtigatiſſimi Id. Epiſt. 1, 9. Ad arcem faſtigatiſſimae felicitatis euectus Id. ibid. 2, 3. Pyramides ſunt turres faſtigatae Solin. c. 35 *extr.* Id. c. vlt. In qua pauxilla aedes ignobiliter ad culmen faſtigata. *Plura inferioris aetatis exempla dat. Drakenb. ad* Sil. 5, 50 *et quem is laudat Savaro ad* Sidon. 3, 6.

FASTIGATE. Adu. *Idem. Apud* Boëthium. . .

FASTIGATIO, ōnis. f. Plin. 17, 14 Calami exacutio medullam ne rudet; tenui tamen fiſtula detegat, vt faſtigatio leui deſcendat cuneo, tribus non amplior digitis. Recta faſtigatione clauſulae Apul. Flor. 2 p. 216. *Dedit quidem* Faſtigiatione *Elmenb. ſed fatetur* i *abeſſe ante* a *in MSS. et priſcis editionibus.*

FASTOSVS, *vid.* FASTVS, *pro Arrogantia.*

FASTVS, a, um. Adi. *Attributum dierum apud Romanos, quod declaramus verbis* Varronis de L. L. 5, 4 p. 50 *pr.* Dies Faſti, per quos Praetoribus omnia verba ſine piaculo licet fari. — Nefaſti per quos dies nefas fari praetorem. Do, Dico, Addico. Itaque non poteſt agi. Neceſſe eſt aliquo eorum vti verbo, cum lege quid peragitur. Quod ſi tum imprudens id verbum emiſit — piaculari hoſtia facta piatur: ſi prudens dixit, Q. Mucius abnegabat eum expiari, et vt impium, non poſſe dicebat. Interciſi dies *etc. Quae enim huc pertinent iam dedimus, voce* FAS. *De* Diebus Faſtis et Nefaſtis *eadem repetit* p. p. 5, 7 p. 54, 21. Nefaſti dies *iidem non ſunt* Comitiales. Liu. 1, 19 *in Numae inſtitutis,* Idem nefaſtos dies faſtosque fecit, quia aliquando nihil cum populo agi vtile futurum erat. *Hinc* Varro l. c. p. 50, 2 *inter* Faſtos dies *et* Nefaſtos *medios* Comitiales *explicat: qui nempe ad Faſtos pertinent, licet non omnes Faſti ſint iidem comitiales. intelliguntur haec plenius ex Kalendariis antiquis, v. g. illo Maffeiano quod publicauit et interpretatus eſt P. Manuccius. Adde locum Suetonii, quem damus in* FARIS *n. 2. Quod eſt hodie apud* Feſtum, Faſtis diebus iucunda fari licebat, nefaſtis quaedam non fari licebat: *in vocis* iucunda *latet haud dubie* cuncta, *quod reſpondet Varroniano* omnia: *priores duae literae* Iu *corruptae videntur ex* Pr. *hoc eſt* Praetori: *ita plene conſentiet cum Varrone et re ipſa.* Ouid. Faſt. 1, 47 Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur: Faſtus erit, per quem lege licebit agi. *Porro vt docet* Liu. 9, 46 Cn. Flauius ſcriba *ac deinde aedilis, vti* ciuile ius, repoſitum in penetralibus pontificum, euulgauit, *ita* faſtos *quoque dies, ſimiliter ad eum diem occultatos populo,* circa forum in albo propoſuit, vt, quando lege agi poſſet, ſciretur. Cic. prò Muraen. 25 c. 11 Poſſet agi lege nec ne, pauci quondam ſciebant; faſtos enim vulgo non habebant: erant in magna potentia, qui conſulebantur, a quibus etiam dies, tanquam a Chaldaeis, petebantur. Inuentus eſt ſcriba quidam Cn. Flauius, qui — ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuerit. — Itaque irati *Iurisconſulti,* quod ſunt veriti, ne dierum ratione peruulgata et cognita, ſine ſua opera lege poſſet agi *etc.* Plin. 33, 1 *de eodem Flauio,* Publicatis diebus faſtis, quos populus a paucis principum quotidie petebat. *Add.* Cic. Att. 6, 1 *vbi* dies agendi *vocat. Hinc*

FASTI, orum. *Pl. vel* FASTVS, uum. m. *Liber, in quo continetur dierum faſtorum, nefaſtorum, feſtorumque et profeſtorum etc. obſeruatio. Et cum magiſtratuum, praeſertim Conſulum nominibus anni ſignarentur, ab hoc initio etiam rerum geſtarum quoddam breuiarium* Faſti *habuere, adeo vt* Faſtos conſulares *vel* Faſtos *ſimpliciter de illo recenſu breui magiſtratuum et rerum dixerint.* Cic. Att. 4, 8 In codicillorum faſtis futurorum conſulum paginas *habere Caeſarem, Pompeium, Craſſum accuſat, i. multis iam futuros Conſulatus deſtinaſſe.* Enumeratio faſtorum Id. Fam. 5, 12. Id. pro Sext. 33 Conſules non modo ex memoria, ſed etiam ex faſtis Euellendi. Eximere dies de faſtis Id. Verr. 2, 132 c. 53. Ferre hos conſules vlli faſti poſſunt? Id. in Piſon. 30 c. 13. Faſtos memores *dixit* Hor. Od. 3, 17, 4. *et* 4, 14, 4. Picti faſti Ouid. Faſt. 1, 11. *ornati coloribus.* Signantes tempora Id. ibid. 1, 657. Signata tempora faſtis Id. ibid. 2, 7. Cic. Tuſc. 1, 68 c. 28 Lunam accretione et diminutione luminis quaſi faſtorum notantem et ſignificantem dies. *Honor diuino proximus, ſi nomen in Faſtis adſcriberetur.* Cic. ad Brut. 15 p. 136 Ego enim D. Bruto liberato, cum laetiſſimus ille ciuitati dies illuxiſſet, idemque caſu Bruti natalis eſſet; decreui, vt in Faſtis ad eum diem Bruti nomen adſcri-

adſcriberetur. In coque ſum maiorum exemplum ſecutus, qui hunc honorem mulieri Larentiae tribuerunt, cui vos Pontifices ad aram in Velabro facere ſoletis. Quod ego cum dabam Bruto notam eſſe in faſtis gratiſſimae victoriae ſempiternam volebam. *Haec origo Canoniſationis in Diptychis veterum Chriſtianorum, quibus ſucceſſere Calendaria etc. Sic* Ouidius *dum* Faſtos *ſuos dedicat Caeſari Germanico* 1, 9

Inuenies illic et feſta domeſtica vobis,
Saepe tibi pater eſt, ſaepe legendus auus.
Quaeque ferunt illi pictos ſignantia Faſtos,
Tu quoque cum Druſo praemia fratre feres.

Contra ea ignominioſum fuit tollere de faſtis. Inſpici poſſunt loca, quae modo attulimus Cic. pro Sext. 33. *it.* in Piſon. 30. *Sic* Cic. Verr. 4, 151 Quum diem feſtum ludorum de faſtis ſuis ſuſtuliſſent. Tacit. Ann. 3, 17 Nomen Piſonis radendum e faſtis cenſuit. *Caeterum hinc dicti* Faſtorum libri, *In quibus totius anni feſtiuitatum cauſae explicantur* Ouidiani, *de quibus ipſe* Faſt. 1, 7 Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis, *etc.* Feſtus, Faſtorum libri appellantur, in quibus totius anni fit deſcriptio. Faſti enim dies feſti ſunt. *Haec poſteriora corrupta videntur eruditis hominibus. Sed quid ſi hoc voluit auctor quiſcunque fuerit, hoc ſenſu* faſtos dies *eſſe* feſtos, *cum de* faſtis *proprie dictis vix obiter egerit Ouidius; totus ſit in diebus* feſtis. *Sic modo habuimus locum Ciceronis*, Quum diem *feſtum* ludorum de *faſtis* ſuis ſuſtuliſſent. ¶ 2 *Quod* Faſtus *etiam quartae Declinationis eſſe diximus, illud iam paullo vberius declarandum eſt: cum id iam negauerit* Seruius *ad* Aen. 3, 326 Liber, qui dierum habet computationem, ſecundae declinationis eſt: vnde errauit Lucanus (10, 187) dicendo, Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus. *Sed contra Seruium, cuius locum citat*, Priſcianus *diſputat* 6 p. 711 *et addit*, Apud Horatium duplicem inuenio ſcripturam *Faſtos* et *Faſtus*. (*Eſt locus* Carm. 3, 17, 4. *vbi Cuninga.* Faſtus *vt et* 4, 14, 4 *dedit*) *Per memores genus omne Faſtos*, et *Faſtus* in aliis Codicibus. Varro in Ephemeride, Poſtea honoris virtutum cauſa Iulii Caeſaris, qui Faſtus porrexit (*leg.* correxit) menſis Iulius appellatus eſt. *Haec Priſcianus. Add.* Colum. 9, 19, 12. *itemque viri docti ad* Lucan. l. c. *Drakenborch. ad* Sil. 2, 10. *Heinſ. ad* Ouid. Faſt. 1, 11. *et ad* Claudian. 4 Conſ. Honor. 155. ¶ 3 *In MSS. miſceri* Faſces *et* Faſtos, *notat* Drakenborch. ad Sil. 2, 10. *it.* Faſti *et* Fata *in obliquis caſibus, vid.* FATA.

FASTVS, ûs. m. [φρόνημα, τὸ γαυρὸν] *Superbia, et elatio quaedam cum iactantia verborum, rerum quibus ad victum et cultum omnem vtuntur homines, ſplendore et pretio. Videtur ab eadem origine eſſe, vnde* Faſtigium, *et altitudinem ſignificare.* Plin. 11, 37 Haec (*ſupercilia*) maxime indicant faſtum. Alto faſtu turgidus Claud. in prim. Conſ. Stil. 2, 159. Plin. 9, 35 *de Cleopatra*, Superbo ſimul ac procaci faſtu, vt regina meretrix, lautitiam *Antonii* obtrectans. Tumidi Ouid. de Arte Am. 1, 715. *Al.* Flatus. Vani Claud. de B. G. 551. Contemnere aliquod ſuo faſtu Propert. 1, 7, 25. Exuere faſtus Ouid. de Arte Am. 2, 241. Faſtus ineſt pulchris, ſequiturque ſuperbia formam Ouid. Faſt. 1, 457. Ponere faſtus Id. de Rem. Amor. 411. Tacit. Ann. 2, 2, 5 Accendebat dedignantes et ipſe, diuerſus a maiorum inſtitutis, raro venatu, ſegni equorum cura, quoties per vrbes incederet, lecticae geſtamine, faſtuque erga patrias epulas. *Hic cum* faſtidio *conuenit, quorſum etiam referri poteſt ille de Cleopatra locus modo laudatus Plinii. Vid. ibi Pichenam. Conf.* 4, 74. *et Lipſ. Var. Lect.* 2, 22.

FASTŌSVS, a, um. Adi. [γαυρώδης, φρονηματώδης] *Qui magno faſtu contemnit.* Martial. 10, 13 Ad nocturna iaces faſtoſae limina moechae. Domus faſtoſa Lucan. ad Piſon. 107.

FASTOSE. Adu. Plaut.

FASTIDIO, īui, ītum, īre. [ἀποςρέφομαι, παροράω] *Cum faſtu quodam et ſuperbia contemnere.* Vt faſtidit glorioſus Plaut. Curc. 5, 2, 35. *i. dedignatur reſpondere.* Plaut. Stich. 2, 2, 10 Quid hic faſtidis? quid faciundum vides eſſe tibi, quin bibis? Cic. pro Milon. 43 Qui non modo improbitati iraſcuntur candidatorum, ſed etiam recte factis ſaepe faſtidiunt. Faſtidire et odiſſe aliquid Hor. Epiſt. 2, 1, 22. Quinctil. 5, 11, 39 *de Philoſophis*, Qui quamquam inferiora omnia praeceptis ſuis ac literis credunt, Repetere tamen auctoritatem a plurimis verſibus non faſtidierunt. Virg. Ecl. 2, 73 Inuenies alium, ſi te hic faſtidit Alexis. *Sic*, Faſtidire preces alicuius Liu. 34, . . Nemo fideliter diligit, quem faſtidit Curt. 5, 5, 12. Aeſtus faſtidit amictum Claud. in Epithal. 6. Aurum faſtidire Plaut. Bacch. 2, 3, 99. *i. contemtui habere.* Minores non faſtidire Claud. de Conſ. Hon. 4, 302. Mei faſtidit, *h. e. Sum illi taedio.* Plaut. Aul. 2, 2, 67 Abit, neque me certiorem fecit, faſtidit mei. *Add.* Stich. 2, 2, 10. *Laudatur et, neſcio vnde*, Lucil. Difficiles ſumus, faſtidimus bonorum. *De Cibis vſus* Horatius *eſt* Epiſt. 1, 17, 15 Si ſciret regibus vti, Faſtidiret olus. Omnia faſtidis praeter pauonem Hor. Serm. 1, 2, 115.

FASTIDIENS, is. Partic. [βδελυττόμενος] Sen. Epiſt. 2 Faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare.

FASTIDĪTVS, a, um. Partic. [βδελυχθεὶς] *A* Faſtidior *paſſiuo.* Lucan. 7, 844 Pars magna Senatus Faſtidita iacet. Plin. in praef. 6 Faſtiditis gratiam dare. Dominationibus faſtiditus Tacit. Ann. 13, 1. Domus faſtidita Ouid. de Rem. Amor. 542. Verba faſtidita repellere Id. ex Pont. 4, 1, 19. Viri non faſtiditi, *i. Aliquo in pretio habiti* Id. Triſt. 2, 120.

FASTIDIENDVS, a, um. *Aliud* Partic. Columel. 2, 9 *in fine*, Milium cum lacte pultem non faſtidiendam praebet.

FASTIDIENTER. Adu. Apul. Met. 5 p. 166 Parentibus faſtidienter appellatis.

FASTIDIVM, i. n. [βδέλυγμα] *Contemtus atque* taedium *ciborum praeſertim. Nam in menſa et epulis ſedem in primis habere ac domicilium videtur.* Fauorinus *apud* Gell. 15, 8 Praefecti popinae atque luxuriae negant coenam lautam eſſe, niſi, cum libentiſſime edis, tum auferatur, et alia eſca melior atque amplior ſuccenturietur. Is nunc flos coenae habetur inter iſtos, quibus ſumtus et faſtidium pro facetiis procedit *etc. Sed patet etiam latius, et ad aliam quoque ſuperbiam contemtumque viliorum refertur. Itaque exempla ponemus promiſcue.* Cic. pro L. Agr. 2, 20 Superbia nata inibi eſſe ex Campanorum faſtidio videtur. Id. de Opt. gen. Orat. 18 c. 6 Quod igitur eſt eorum in orationibus e Graeco conuerſis faſtidium, nullum cum ſit in verſibus? Omnibus in rebus voluptatibus maximis faſtidium, finitimum eſt Cic. de Orat. 3 c. 25. Faſtidium in cibis, redundatio ſtomachi, indices ſunt hominis inchoati Plin. 7, 6. *de ſignis grauidae.* Citra faſtidium, *vid.* CITRA. Cibi ſatietas et faſtidium Cic. de Inuent. 1, 25. Rerum domeſticarum faſtidium Id. de Fin. 1, 10 c. 17. Omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui Sen. Epiſt. 9. Cic. Fam. 2, 15 (16) Noſti enim non modo ſtomachi mei, cuius tu ſimilem quondam habebas, ſed etiam oculorum in omnium inſolentium indignitate faſtidium. Id. Off. 1, 90 Atque etiam in rebus proſperis, et ad voluntatem noſtram fluentibus, ſuperbiam, faſtidium, arrogantiamque magnopere fugiamus. Id. de Fin. 1, 5 c. 2 Rudem enim eſſe omnino in noſtris Poëtis, aut inertiſſimae ſegnitiae eſt, aut faſtidii delicatiſſimi. Inſolens faſtidium, *vid.* INSOLENS. Cic. de Opt. Gen. Orat. 12 c. 4 Qui intelligentiam ponunt in audiendi faſtidio. Abigere faſtidium, *vid.* ABIGO. Abſtergere faſtidium, *vid.* ABSTERGO. Plin. in praefat. 6 Alia vero ita multis prodita, vt in faſtidium ſint adducta. Adhaereſcunt faſtidiis, quae praua ſunt: quae recta ſunt, probantur Cic. de Orat. 1, 258. Afferre faſtidium, *vid.* AFFERO. Aliter ſtomachus pluribus cibis minore faſtidio Quinctil. 2, 12. Auferre, Creare faſtidium, Faſtidio aliquid damnare, *vid. hh. vv.* Deducere faſtidium Plin. 15, 8. Detrahere faſtidium Id. 22 c. vlt. Excutere faſtidium Sen. Epiſt. 120 *fin.* Extundit faſtidia labor Hor. Serm. 2, 2, 14. Cic. Philipp. 10, 8 Quorum, ſi eſſent arrogantes, non poſſem ferre faſtidium. Fert eloquentia ex amplitudine faſtidium Quinctil. 5, 14. Id. 9, 3 Quotidiani, et ſemper eodem modo formati ſermonis faſtidium leuat. Mouere faſtidium Id. 2, 4. Mouere faſtidia ſtomacho Hor. Serm. 2, 4, 78. Pati ſuperba faſtidia Virg. Ecl. 2, 15. Plin. 8, 27 Palumbes, graculi, merulae, perdices, lauri folio anuum faſtidium purgant. Subeunt mihi faſtidia Ouid. Epiſt. 16, 97. Sum: Plin. 7, 1 Potiusque ad auctores relegabo, qui dubiis reddentur omnibus: modo ne ſit faſtidio Graecos ſequi. Id. 12, 19 Ipſum vero lignum in faſtidio eſt propter organi acrimoniam. Vincere faſtidia varia coena Hor. Serm. 2, 6, 86. Faſtidium meum, *Quo ego alios faſtidio:* Faſtidium mei, *Quo ego ab aliis faſtidior.* Quinctil. Declam. 14 Vanitatem faſtidio mei, deſpectuque captauit. Plin. Pan. 24, 5 Faſtidio noſtri, et quodam aequalitatis metu.

FASTIDIŌSVS, a, um. Adi. *Qui faſtidit.* Cic. de Clar. Orat. 207 c. 57 Propterea quod Antonius, qui maxime expetebatur, facilis in cauſis recipiendis erat: faſtidioſior Craſſus, ſed tamen recipiebat. Plaut. Mil. 4, 6, 18 Iſtius metus me macerat, quod ille faſtidioſus eſt iam. Hor. Carm. 3, 1, 37 Dominusque terrae Faſtidioſus. Cic. de Clar. Orat. 247 c. 70 C. Memmius L. filius perfectus literis, ſed Graecis, faſtidioſus ſane Latinarum, argutus orator, *etc.* Aurium ſenſus faſtidioſiſſimus Auctor ad Heren. 4, 32 c. 23. *vbi idem fere eſt ac Delicatus.* In aequos et pares faſtidioſus Id. ibid. 4, 53.

FASTIDIŌSE. Adu. Cic. pro Planc. 65 Huic ego iam ſtomachans faſtidioſe, immo ex Sicilia inquam. Accedere faſtidioſius Id. de Orat. 2, 364 c. 89. Faſtidioſius facere aliquid Id. ibid. 2, 364 c. 89. Id. ibid. 1, 118 Quam diligenter, quam prope faſtidioſe iudicamus? *Sic*, Faſtidioſe ſpectare aliquid in aliquo Id. ibid. 1, 258 c. 61. Probare lente et faſtidioſe aliquid Cic. Att. 2, 1. Spectare faſtidioſe Id. de Orat. 1, 258 c. 61.

FASTIDIBILIS, e. Adi. Tertull. de Anima c. 33 Iudicia faſtidibilia.

FASTIDILĬTER. Adu. *Idem quod Faſtidioſe: Antiquum.* Varro, Cras credo hodie nihil, Quibus inſtabilis animus ardens habere et non habere faſtidiliter inconſtanti pectore. Non. 2, 336.

F A T

FATALIS, *vid.* FATVM.

FATEOR, ris, faſſus ſum, ēri. Dep. [ὁμολογέω, ὁμολογοῦμαι, σύμφημι] eſt (*inquit* Seruius) Coactorum et culpabilium. Virg. Aen. 4, 20. Anna (fatebor enim) miſeri poſt fata Sichaei, *etc.* Donatus *item*, Fateri non teſtis eſt, ſed rei. Ter. Eun. 4, 4, 46 Non poteſt ſine malo fateri, video. Cic. Verr. 5, 160 Quum tute faſſus eſſes te id crimen tanto ante metuiſſe, ſi eum diceres mortuum, quis te audiret? Idem Verr. 4, . . Haec ſum rogaturus, nauem debeantne. fatebuntur. praebuerintne Praetore C. Verre. negabunt. Ter. Andr. 5, 3, 25 Ego me amare hanc fateor: ſi id peccare eſt, fateor id quoque. Pſeudo-Cic. anteq. iret *etc.* 7 Qui quum de ſcelere fateretur, non tamen ſententiis prius iudicum conuinceretur, quam ſupplicio addiceretur. Liu. 24, 5 De ſe ipſe haud cunctanter faſſus, conſcios celabat. *Hinc crepuit oratio cum dicitur*, Non ſolum fateri, ſed etiam profiteri aliquid Cic. pro Caecin. 24. *Et* pro Rabir. 17 Quamobrem fateor atque etiam profiteor, et prae me fero, perduellionis iudicium a me fuiſſe ſublatum. Animum pallore fateri Ouid. Faſt. 6, 19. Cic. Fam. 1, 23 Laterenſis noſtri et fidem et animum in Rempub. ſingularem ſemper fatebor. Culpa fatenda eſt Ouid. Triſt. 2, 315. Delicta fateri Idem Met. 4, 684. Errores ſuos fateri Claud. in Eutrop. 2, 7. Cic. in Partit. 50 Mori maluit falſum fatendo, quam vere infitiando dolere. Peccatum fateor Hor. Serm. 2, 4, 4. Subigere aliquem fateri, *i. Cogere, vt fateatur* Virg. Aen. 6, 567. Nulline faterier audes? Hor. Epiſt. 2, 2, 148. Fatendum eſt, ſummum bonum eſſe iucunde viuere Cic. de Fin. 1 c. 12 *extr.* Fatendi modus Quinctil. 1, 6. *i. Indicatiuus.* ¶ 2 Fateri *eſt non nunquam tacendo indicare. vt*, Quinct. 11, 3, 52 Fatetur nimia tarditas difficultatem inueniendi. *Sic* Ouid. Faſt. 6, 19 Animum pallore fateri. *De rebus inanimatis etiam.* Fatentur maturitatem amygdala Pallad. Ian. 15, 12. Fatetur vetuſtatem ſinapi Id. Octob. 11, 2. Martial. 12, 32 Fuiſſe gerres aut inutiles maenas Odor impudicus vrcei fatebatur. Plin. 36, 26 f. 65 Belus amnis — non niſi refuſo mari arenas fatetur, *habere illum apparet. Huc poſſit etiam referri illud* Cic. de L. Agr. 2, 57 c. 21 Quae eſt iſta aequitas, hunc agrum excipere nominatim, qui publicus eſſe fateatur? *id eſt, ſe eſſe publicum fateatur. Sed malunt paſſive ſumere viri docti.*

FASSVS, a, um. Partic. [ὡμολογηκὼς] Ignoſcere faſſo Ouid. Met. 13, 89 Cauſam faſſus amoris Idem Met. 2, 836. Da veniam faſſo Ouid. ex Pont. 4, 2, 23. Da veniam faſſae Id. Heroid. 19, 4. Parcere faſſo Ouid. Epiſt. 16, 11. Manus faſſae Idem Amor. 3, 8, 22. Pudor faſſus Id. de Arte Am. 2, 556. Voces faſſae Ouid. de Arte Am. 2, 689. Varro de L. L. 5, 7 p. 55, 2 Faſſi et confeſſi, qui fati id, quod ab his quaeſitum.

FASSVRVS, a, um. Partic. [ὁμολογησόμενος] Ouid. Met. 14, 353 Quid cuperet faſſura fuit.

FATIDICVS, FATIFER, *vid.* FATVM.

FATĪGO, āre. [ἐνοχλέω, καταπονέω] *Ad laſſitudinem deducere, quae maxime vulgaris notio eſt. Sed latius patere videtur vis Verbi, a*

notione

notione Aduerbii Fatim *forte repetenda, quod non minus quam* Affatim, *copioſe, crebro, vehementer ſignificat; vt* fatigare *ſit crebro, vehementerque tractare aliquid. Hoc obſeruato, non difficile erit ad vnum velut caput et fontem diuerſas formulas, quas iam tradituri ſumus, referre.* Virg. Aen. 5, 253 Veloces iaculo ceruos, curſuque fatigat. Liu. 8, 10 *pr.* Qui aliquamdiu pugna atroci quum et ſemetipſi fatigaſſent, et haſtas aut praefregiſſent, aut hebetaſſent. Salluſt. Iug. 3 Neque aliud ſeſe fatigando niſi odium quaerere. Fatigari aeſtu Caeſ. B. C. 3, 95. Fatigare, *Cogere. Sic de lupo inſidiatore* Virg. Aen. 9, 63 Collecta fatigat edendi Ex longo rabies, et ſiccae ſanguine fauces. *Sic* Fatigare ſocios, *Excitare, hortari.* Virg. Aen. 4, 572 Sociosque fatigat, Praecipites vigilate viri. Quos ego audio, maxima ope niti, ambire, fatigare vos ſingulos, ne quid de abſente incognita cauſa ſtatuatur Salluſt. Iug. c. 14. Virg. Aen. 9, 610 *de aratoribus*, Verſaque iuuencum Terga fatigamus haſta. *Perturbare, commouere:* Idem Aen. 1, 284 Quae mare nunc, terrasque metu, caelumque fatigat. *Sic* Hor. Carm. 2, 11, 12 Quid aeternis minorem Conſiliis Animum fatigas? Sil. 7, 125 *de Fabio*, Infractasque minas dilato Marte fatigat. Corda fatigat ſpe laudum Idem 1, 63. Cura fatigat me Claud. in Conſ. Prob. 64. Dentem in dente Ouid. Met. 8, 825. Sacris intentus, fatigabat alieni iam imperii Deos Tac. Hiſt. 1, 29 *pr.* Dextram oſculis Idem Ann. 15, 71. Diſcentem per ambages Quinct. 3, 11. Fame fatigari Nepos 18, 12, 4. Fortuna quae te fatigat Virg. Aen. 6, 533. Verberibus torti, Igne fatigati Cic. Top. c. 20. Fatigabat Inopia aquae Tac. Hiſt. 5, 3, 3. Martial. 7, 59 Quum votis ſibi quisque te *(Iouem)* fatiget. *h. e. Vehementer oret.* Virg. Aen. 7, 582 Vndique collecti coëunt, Martemque fatigant, *praelium depoſcunt.* Membra iactando fatigat Lucret. 3, 490. Mora longa fatigat Ouid. Amor. 2, 2, 23. Stat. Silu. 5, 1, 72 Dum nocte dieque fatigas Numina, dum cunctis ſupplex aduolueris aris. Queſtu ſuperos fatigat Valer. Argon. 7, 311. Siluas fatigant Virg. Aen. 9, 605. i. e. Ipſi fatigantur in ſiluis: aut pro Feris, Siluas poſuit. Seru. *Vid. etiam Drakenb. ad* Sil. 2, 74. Cic. Off. 3, 73 c. 18 Qui non verbis ſunt et diſputatione philoſophorum, ſed Vinculis et carcere fatigandi. Fatigare, *pro Fatigari.* Virg. Aen. 8, 94 Olli remigio, noctemque diemque fatigant. *Sic* Non. 2, 338 *interpretatur. Sed quidni dicamus,* fatigare hic etiam *eſſe frequenter tractare, et cum vehementia verſari in re aliqua. Caeterum plane ſimiliter* Propert. 4, 11, 77 Sat tibi ſint noctes, quas de me, Paulle, fatiges, *i. in luctu et lacrimis conſumas. Bene Paſſeratius huc retulit* Lacerare diem *ex* Plauto Aſin. 2, 2, 25. *Et* Noctes exercet amaras *ex ipſo* Propert. 1, 1, 33. ¶ 2 Fatigare *pro titillare poſitum aiunt in* Gloſſ. Lat. Gr. *Sed nihil eius inueniebam: neque tamen id abhorret a reliquo vſu Verbi apud ſequioris aetatis homines. V. g.* Sulpic. Seu. Dial. 1, 4, 5 Adhaec ſubridens ego — Tum ille — dum fatigationem meam accepit, Facis, inquit, Sulpici, tuo more, qui nullam occaſionem — omittis, quin nos edacitatis fatiges. *Et mox* c. 5, 2 Sed ſuperſedendum eſt, ne Gallus ſe aeſtimet fatigari. *Nempe vt paſſim* exercere, *et* vexare *etc. de iocoſa inſectatione dicuntur. Vid. mox* FATIGATIO.

FATIGĀTVS, a, um. Partic. [κατaπονηθεὶς] Ludo et ſomno fatigatus Hor. Carm. 3, 4, 11. *i. Vinctus et oppreſſus.* Feſſum vero animo, Fatigatum corpore dicimus. Seruius. Fortuna fatigata deſtituit Vellei. 2, 69, 6. Lacerti Ouid. Epiſt. 18, 83. Pectus Idem Amor. 3, 11, 2. Aeſtu magno fatigatus Caeſ. B. C. 3, 95. *Conf.* Hirt. B. Afric. c. 19. In curſu fatigatus Petron. c. 6.

FATIGATIO, ōnis. f. [καταπόνησις] Fatigatio equorum atque hominum Liu. 22. Bilem cibo temperant, quam maxime mouet fatigatio Sen. de Ira 3, 9. Columel. 4, 18 Quin etiam ipſa hortorum deſcriptio quanto eſt minoribus modulis conſita, fatigationem veluti minuit, *etc.* Quinctil. 1, 12 Minus afficit ſenſus fatigatio, quam cogitatio. Fatigatione continuati laboris affici Colum. 7, 11, 17. ¶ 2 *Quemadmodum de Verbo* Fatigare *modo obſeruabamus, ita praeſertim Nomen* Fatigatio *recentior aetas ſaepe pro iocoſa inſectatione et facetiis poſuit.* Sidon. Apoll. 1, 8 *pr.* Morari me Romae congratularis, illud tamen quaſi facete, et fatigationum ſalibus admixtis. Ais enim, gaudere te, quod aliquando videam ſolem *etc. Vid. Wower. et Sauaro ad h. l.* Aur. Vict. Epit. 38, 7 *Carinus* condiſcipulis quoque, qui eum in auditorio verbi fatigatione taxauerant, pernicioſus fuit. Eutropius 9, 12 *de eadem re*, qui eum vel leui fatigatione taxauerant. Io. Antiochen. σκώψαντας. Io. Caſſianus *Wowerio laudatus*, Illuſione contenti fatigare eos potius ſtudeant, quam nocere. *Originem formulae aperire videtur* Vet. Schol. *ad illud* Iuuenalis 9, 11 Et ſalibus vehemens intra pomoeria natis, id eſt, qui ſolebas in conuiuiis iocis omnes fatigare. *Dictum initio cum adiectione deinde ſimpliciter vſurparunt.*

FATIGĀTOR, ōris. m. *Apud* Auguſt. . . .

FATIGATORIVS, a, um. Adi. *Facetoſus.* Sidon. Epiſt. 5, 17 Verba erant dulcia, iocoſa, fatigatoria. *Vid.* FATIGO *et* FATIGATIO *n. 2.*

FATIGABILIS, e. Adi. Tertull. de Anim. c. 32.

FATILOQVVS, *vid.* FATVM.

FATIM. Adu. *antiquum, idem ſignificans quod Abunde, copioſe,* [ἀφθόνως] *Laudatur* Fulgent. Mythol. 2. *Sed non habet Gloſſarium Munckeri. Adhuc ergo auctorem non habemus certum, niſi* Seruium ad Aen. 1, 123 *cuius locum ſtatim damus in* FATISCO. *Quod enim laudatur* Fulgent. Mythol. 2 *ſuſpectum eſt, cum non habeat in Gloſſario Munckerus. Caeterum* Affatim *illud ipſum, et* Fatigo *et* Fatiſco *ſatis indicant, ineſſe in hac radice vehementiae, copiae, frequentationis ſignificationem.*

FATISCO, ĕre. [καταχαίνω] *Vicinum verbum verbo* Fatigari, *vniuerſim eſt vi et vehementiae, cui par non ſis, cedere; quod deinde diverſa ratione determinatur et finitur. Sic de nauibus, quas* vicit hiems, Virg. Aen. 1, 127 Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiſcunt. *Vbi argutatur* Seruius, Fatiſcunt, Abundanter aperiuntur. Fatim enim Abundanter dicimus, vnde et Affatim. Hiſcere autem, Aperire. *Eadem repetit ad* Georg. 1, 180. *Proinde non deſunt qui* Fathiſco *putent ſcribendum: non ſatis illi quidem conſiderate:* SCO *eſt caſus Verborum inchoatiuorum.* Area puluere victa fatiſcit Virg. Georg. 1, 180. Gell. 12, 1 Ne aequor illud ventris irrugetur, et de grauitate oneris a labore partus fatiſcat. Prudent. Cathem. 9, 51 Nec fatiſcit vnda ſanctis preſſa ſub veſtigiis. *Loquitur de Chriſto incedente per aquas.* Columel. 2, 14, 5 Sed omni ſolo quod praedictorum leguminum ſegetibus fatiſcit, vna praeſens medicina eſt, *i. fatigatur, exhauritur, vti dixit* 4, 27, 6 Fatigata vitis dapſili prouentu *etc. Sic* Plin. *de rege apum* 11, 16 Hunc eſſe ſolum marem exiſtimant, praecipua magnitudine, ne fatiſcat, *i. exhauriatur. Add.* Idem 17, 2 Tempeſtiua frigora plurimum arborum fertilitati conferunt, et ſic optime germinant, alioquin, ſi blandiantur auſtri, defatiſcentes. Animae natura fatiſcit feſſa aeuo Lucret. 3, 459. Fatiſcit laxaturque chelys Stat. Silu. 4, 4, 32. Cameli et equi ſine calciatu in longiore itinere fatiſcunt Plin. 11, 45 *ad finem.* Clamore fatiſcere Stat. Silu. 5, 5, 21 *fatigari.* Corda longo ſudore fatiſcunt Idem Theb. 11, 92. Mens expugnata fatiſcit Id. Theb. 4, 187. Seditio donec fatiſceret Tacit. Hiſt. 3, 10. *frangeretur, vires amitteret.* Studium puerile fatiſcit, Laeta niſi auſteris varientur feſta profeſtis Auſon. Eidyll. 4, 10. ¶ 2 Fatiſcor *etiam dictum, obſeruat* Non. 7, 91 *et his exemplis probat:* Accii, Tamen haud fatiſcar, quin tuam implorem fidem. Varronis, Altera ita et altera vulneribus fatiſcuntur. Accii, Vereor, ſi nunquam fatiſcar facere quod quibo boni. ¶ 3 Gellius 17, 2 Vt fatiſcor a fateor, ita fruniſcor factum eſt a fruor. *Aut* Fatiſci *dictum pro fateri indicat; aut fuiſſe verbum hodie obſoletum* Fateor, *quod idem ſignificaret, quod* Fatiſco *vel* Fatigor.

FATVA, ae. f. *ſiue* FAVNA, *quae et* Bona dea *vocabatur* [Ἀγαθὴ θεὸς] *auctore* Macrob. Sat. 1, 12 dicta eſt terra: quod infantes partu editi, non prius vocem edunt, quam terram attigerint. — *Fabulis pluſculis interiectis pergit,* Haec apud Graecos θεὸς γυναικεία dicitur, quam Varro Fauni filiam eſſe tradit adeo pudicam, vt extra γυναικωνῖτιν nunquam ſit egreſſa, nec nomen eius in publico fuerit auditum, nec virum vnquam viderit, nec a viro viſa ſit: propter quod nec vir templum eius ingreditur. *Add.* Mart. Capell. 2 p. 41. Arnob. 1 p. 15. *et* 5 p. 168. Lactant. 1, 22. Iuſtin. 43, 1, 8 Fauno fuit vxor nomine Fatua. Macrob. l. c. Boeoti Semelam credunt, nec non eandem Fauni filiam dicunt, obſtitiſſeque voluntati patris in amorem ſuum lapſi, vt et virga myrtea ab eo verberaretur *etc. Nam dedimus totum locum in* Bona Dea, *vid.* BONVS. *Conf.* Seru. *ad* Aen. 7, 47. Auct. de Orig. gent. Rom. p. 9. Lactant. 1, 22. Iſidor. Origg. l. 10 lit. F.

FATVELLVS, *ſiue* FAVNVS. [Φαῦνος] *Pici filius, et pater Latini, qui regnauit in Latio, cuius vxor* Fatua *et* Fauna, *it.* Marica *dicta eſt. Docet* Seruius *in* illud Virg. Aen. 7, 47 Hunc Fauno, et Nympha genitum Laurente Marica Accipimus: Fauno Picus pater, *etc.* Seru. *ad* Aen. 6, 776 Faunus, Fatuus, Fatuellus, Incubo ſiue ἐφιάλτης, idem qui Pan. Fatidicus Faunus Virg. Aen. 7, 82. *Vid.* FAVNI.

FATVM, i. n. [πεπρωμένον, εἱμαρμένη, μόρσιμον] *a* Fatus, *paſſiua ſignificatione, id eſt dictum. Vnde* Fatum, *Iuſſum, et dictum Dei.* Quid aliud eſt fatum, quam quod de vnoquoque noſtrûm Deus fatus eſt Minuc. Felix c. 36. Fata ſunt, quae dii fantur Stat. *ap.* Seru. *in* Aen. 2. *Eſt igitur* Fatum *tum ipſum dictum illud, ſiue decretum diuinum, tum ea res, quae decreta atque dicta eſt.* Cic. de Diuin. 1, 125 c. 55 Fieri igitur omnia a fato, ratio cogit fateri. Fatum autem id appello, quod Graeci εἱμαρμένην, id eſt ordinem, ſeriemque cauſarum, quum cauſae cauſa nexa, rem ex ſe gignat. ea eſt ex omni aeternitate fluens veritas ſempiterna. quod quum ita ſit, nihil eſt factum, quod non futurum fuerit: eodemque modo nihil eſt futurum, cuius non cauſas id ipſum efficientes natura contineat. Ex quo intelligitur vt fatum ſit non id, quod ſuperſtitioſe, ſed id, quod Phyſice dicitur cauſa aeterna rerum, cur et ea, quae praeterierunt, facta ſint: et quae inſtant, fiant: et quae ſequuntur, futura ſint. *Conf.* Apul. de Mundo p. 263. Gell. 6, 2 *ex Chryſippo*, Sempiterna quaedam eſt, et indeclinabilis rerum ſeries. *Add.* Id. 13, 1. Priſcianus 6 Idem eſſe dicit Plato Fatum, Voluntatem, et Iuſſionem. *Conf. Voſſ. Inſt. Orat. 4 p. 253. In illo* Virg. Aen. 5, 703 Oblitus fatorum, Italasne capeſſeret oras, Seruius fatum *interpretatur* oraculum, *nempe oraculum aperit hominibus, quid Deus fatus ſit. Dicitur et de felicitate,* Vxorem fato credat obeſſe ſuo Ouid. R. A. 566. *et de calamitate,* Cic. Q. Frat. 1, 4 Amabo te, mi frater, niſi ſi vno meo fato et tu et omnes mei corruiſtis. *Sed ex vetuſto codice legitur* Facto. Non tanta caelo ſocietas nobiſcum eſt, vt noſtro fato mortalis ſit ille quoque ſiderum ſulgor Plin. 2, 8. *Sic comprehendit, quae modo dixerat,* Sidera — non illa — ſingulis attributa nobis, et clara diuitibus, minora pauperibus, obſcura defectis, ac pro ſorte cuiusque lucentia, adnumerata mortalibus, nec cum ſuo quaeque homine orta moriuntur, nec aliquem exſtingui, decidua ſignificant. *Nempe* ſiderum fata *hominibus alligabant ea ratione, vt* arborum nymphis, *qua de re* Ouid. Faſt. 4, 232 Naida vulneribus ſuccidit in arbore factis. Illa perit: fatum Naidis arbor erat. *Vid. Heinſ. ad h. l. et* DRYAS *atque* HAMADRYAS. ¶ 2 *Videamus, quomodo iungatur Nominibus variis.* Alae fati volucris, *de morte* Hor. Carm. 2, 17, 25. Arcana fatorum Virg. Aen. 1, 266. Valer. Max. 7, 2 *vbi de Solone,* Ad vltimum vſque fati Diem ancipiti fortunae ſubiecti ſumus. Dominae fati ſorores Ouid. Triſt. 5, 3, 17. *i. Parcae.* Homines nequam, qui in culpa et maleficio reiecti perfugiunt ad fati Neceſſitatem Gell. 6, 2. Nefas fati Sen. Herc. Oet. 1125 *res horribilis. Vid. Gronou.* Stabile fatorum numen Virg. Ecl. 4, 47. Inuiſus fatis Idem Georg. 4, 324. Cic. Philipp. 1, 10 Si quid mihi humanitus accidiſſet: multa enim impendere videbantur praeter naturam, praeterque fatum. *Hic* fatum *eſt ſeries cauſarum naturalium excluſis liberorum animorum actionibus.* Arcana fata Virg. Aen. 6, 72. Benignum Iuuen. Sat. 16, 4. Caeca Hor. Carm. 2, 13, 16. *i. Quae praeuideri cauerique non poſſunt.* Crudelia Virg. Georg. 4, 495. *de Eurydice ad vmbras reuocata.* Celerrima Idem Aen. 12, 507. Dira Sen. Octau. f. 5. Horrida belli Virg. Aen. 11, 96. Inuida piis Stat. Theb. 10, 378. Maiora *iis tribuuntur, qui alios vincunt, vid. Burm. ad* Ouid. Her. 1, 28 Illi victa ſuis Troia fata canunt. *Hic* fata *Graecorum* maiora *fuere ſcilicet.* Miſerabile Ouid. Met. 6, 90. Mutabile Stat. Theb. 9, 661. Noua fata, *Quum inſolitae et inſperatae felicitates cui contigiſſent.* Iuuenal. Sat. 7, 189 Exempla nouorum Fatorum tranſi. *Adde* Pacat. Paneg. c. 27. Rapacia Valer. Argon. 5, 2. Cic. in Catil. 3, 9 Lentulus autem confirmauit ex fatis Sibyllinis, Aruſpicumque reſponſis, ſe eſſe tertium illum Cornelium, *etc.* Siniſtro fato genitus Iuuen. Sat. 10, 129. Tria Fata *ſunt Parcae apud* Apul. de Mundo *extr. Hinc* Fata cum tabulis feruntur Deo aſſiſtere *apud* Pacat. Paneg. 18, 4. *Sic* Martian. Capella 1 p. 12 Clotho, Lacheſis, Atroposque ſententias Iouis orthographae ſtudio veritatis excipiunt, vtpote librariae ſuperûm, archiuique cuſtodes. *Vid. Spanh. de Numiſ. Diſſ.* 13 p. 639 *ſq. Sed* Tria fata Troiae *ſunt tres calamitates, quae interitum eius accelerarent. Audiamus* Plautum Bacch. 4, 9, 29 Ilio tria audiui fuiſſe fata, quae illi forent exitio: Signum ex arce ſi periſſet: alterum etiam eſt Troili mors: Tertium, cum portae Scaeae limen ſuperum ſcinderetur, *quod ille deinde ridicule in rem nugacem transfert.* Troia fata *vel* Troica Ouid. Her. 1, 28. Victricia fata *ex numis illuſtrat Spanh. Diſſ. 13 p. 639 in quibus eſt* FATIS VICTRICIBVS. *Vid. Burm. ad* Ouid. Her. 1, 28. Viuacia ſenectae

Lucan. 2, 65. Volucre Hor. Carm. 2, 17, 24. ¶ 3 *Formulae ex Verbis et Participiis.* Abdita, *vid. ſub* ABDO. Abrumpere fata Sen. Herc. Oet. 895. *i. vitam fato aſſignatam.* Agunt Romanos acerba fata Hor. Epod. 7, 17. Suet. Tib. c. 69 Circa deos ac religiones negligentior: quippe addictus mathematicae, perſuaſionisque plenus, cuncta fato Agi. Fatis Agimur, cedite fatis Sen. Oed. 977. Appetebant fata, *vid.* APPETO. Cic. de Diuin. 2, 98 Lucius Taruſius vrbis noſtrae fata Canere non dubitabat. Hor. Sat. 1, 9, 29 Inſtat fatum mihi triſte Sabella quod puero Cecinit mota diuina anus vrna. Circumſtare fatum aliquem Cic. Philipp. 10, 20. Non haec a me tum tanquam fata Concinebantur Cic. pro Sext. c. 21. Conſument ignaua fortes fata viros Sen. Agam. 6. Continentur omnia fato, quae fiunt, et futura ſunt Cic. de Diuin. 2, 19. Ereptus fatis Ouid. Met. 1, 358. Euertere leges fatorum Stat. Achill. 2, 11. Tacit. Agric. 45 Conſtans, et libens fatum excepiſti. Exequi, *pro Subire* Cic. Att. 9, 4. Exterrita fatis Dido Virg. Aen. 4, 450. Vlp. in l. 2 D. de cond. et demonſt. *in fin.* Nam ſi fato fecerit, non videtur obtemperaſſe voluntati. Feſtinantia Stat. Silu. 3, 4, 25. Cic. Diuin. 1, 66 Neque me Apollo fatis Fandis dementem in vitam ciet. Fieri Conſulem fato: *h. e. Veluti diuino quodam nutu et fauore.* Cic. Verr. Act. 1, 29 Nam hoc Verrem dicere aiebant, te non fato, vt caeteros ex veſtra familia, ſed opera tua Conſulem factum. Fieri quonam meo fato dicam, vt, *etc.* Cic. Philipp. 2, 1. Flectere fatum Idem in Catil. 3, 19. Iactatus fatis Virg. Aen. 4, 14. Cic. in Catil. 2, 11 c. 5 Quibus ego confido Impendere fatum aliquod et poenam iamdiu improbitati debitam. Impendent fato odia amicitiis Idem de Amicit. 2. Inclinant iam fata ducum Lucan. 3, 752. Ingruente fato, *vid.* INGRVO. Inſtat fatum Hor. Serm. 1, 9, 29. Inſcribere fato, *ſiue* Fata ſcribenda aduocare, *dicebantur veteres eo die, quo pueris nomina imponebant, cum bona omina captarent, et ex nomine, et ex iis omnibus, quae ab eius horoſcopo ad luſtricum diem vſque contigerant. Vid.* Tertull. de Anima c. 37 *et* 39. *Scalig. Lect.* Auſon. 2, 22 p. 148. Liuentia, *i. Inuida* Stat. Silu. 5, 1, 145. Manent immota fata Valer. Argon. 5, 87. Quae fato Manent, quamuis ſignificata non vitantur Tacit. Hiſt. 1, 18, 1. Minitantia Sil. 13, 170. Mutari fata non poſſunt Cic. de Diuin. 2, 20. Praedicere quid cuique euenturum, et quo quisque fato natus ſit Idem de Diuin. 1, 1. Natus hoc fato Milo, vt ne ſe quidem ſeruare potuerit, quin vna Remp. ſeruaret Id. pro Milon. 30. Pendentia, *vid.* PENDEO. Potens fatum Claud. de Conſ. Hon. 4, 220. Fata Regunt homines Iuuenal. 9, 32. Fata Regunt orbem, certa ſtant omnia lege, Longaque per certos ſignantur tempora curſus Manil. 4, 13. Sequutus extrema fata Virg. Aen. 9, 204. Succumbere fatis Lucan. 8, . . Sum: Ouid. Met. 1, 256 Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, affore tempus Quo mare, quo tellus, correptaque regia caeli Ardeat. Si fatum tibi eſt, ex hoc morbo conualeſcere Cic. de Fat. 28. Daphitae fatum fuit de equo cadere, atque ita perire Idem de Fat. 5. *Et ſic ſaepiſſime in hoc libro.* Cic. Fam. 6, 7 Qua quidem in re ſingulari ſum fato. Superaui fata impia Sen. Oed. 1046. *plura impie feci, quam fatale erat.* Tardare alas volucris fati Hor. Carm. 2, 17, 25. Trahebant me mea fata Ouid. Epiſt. 6, 51. Virg. Aen. 5, 709 Quo fata Trahunt, retrahuntque, ſequamur. Venit extremum fatum Reip. Cic. Phil. 3, 35. Vici fata Sen. Herc. fur. 612. *ex perſona Herculis ab inferis reverſi. Add.* Virg. Aen. 11, 160 Contra ego viuendo Vici mea fata, ſuperſtes Reſtarem vt genitor, *i. terminum conſuetum naturae viuendo ſupergreſſus ſum.* Vocamur alia ex aliis in fata Virg. Aen. 3, 494. Vtere melioribus fatis Idem Aen. 6, 546. ¶ 4 *Peculiariter* Fatum *eſt Mors, quod nihil tam neceſſarium impendeat homini, quam mors. Sed, vt* Gell. *obſeruat 13, 1* Veteres non quamlibet mortem, ſed quae violentae et inopinatae oppoſita eſt appellauerunt: *quod is ex* Cic. Philipp. 1 c. 4. *et* Virg. Aen. 4, 696 *probare ſategit. Conf. Gonſal. ad* Petron. c. 111 p. 180. Letum praecocis fati Sen. Theb. 1. Quinctil. in prooem. 6 Quamuis acerbiſſimis rapta fatis, felix deceſſit. Nouiſſima Sen. Herc. Oet. f. 9. Tarda Valer. Argon. 6, 288. Vltimum Quinctil. 6, 2. Arceſſere ſibi fatum ferro Lucan. 7, 252. Cedere fato, *vid.* CEDO. Componere fatum alicui, *i. Exitium parare* Propert. 3, 13, 63. Concedere fato, *Mori* Plin. in Paneg. c. 11 *vid.* CONCEDO. Quinctil. 3, 7 In his autem, qui fato ſunt functi, etiam quod eſt inſequutum. *h. e. Qui ſunt mortui.* Tacit. Ann. 2, 42 Finem vitae ſponte, an fato impleuit. Interiturus graui fato Ouid. Met. 2, 305. Intercipiunt aliquem fata Quinctil. in prooem. 6. Fata manent omnes Ouid. f. Albinouan. ad Liuiam v. 357. Praecipere fata veneno Florus 4 c. vlt. *h. e. Mortem anteuertere.* Praecipitare fata publica Lucan. 7, 51. Ruere in fata alicuius Sen. Octau. 6. Venire ad fatum ſuum Idem Oedip. 13. Venire fatum Cic. Philipp. 3, 35. Fata *pro Reliquiis et reſiduo cadaueris poni, obſeruat Paſſeratius ad* Propert. 1, 17, 11 An poteris ſiccis mea fata reponere ocellis. *Et probat Brouckhuſius. Sed cum de naufrago ſermo ſit, cuius* nulla oſſa, *vt proximo verſu dicitur, ſuperſint: non temere imitari cuiquam ſuaſerim.* ¶ 5 *Sed latius patet, et aliarum quoque rerum interitum notat.* Manil. 1, 124 *de mundo*, Principio pariter fatoque carentem. *Sic* Cic. Catil. 3, 17 c. 7 Non ille — tanto exitium ac fati diem reip. denuntiaſſet. *Et* pro Dom. c. 57 Si in illo paene fato reip. *etc. Quin vt* Mortem, Peſtemque, Terrorem *etc. perſonarum appellationes facit Cicero; ſic* pro Sextio 93 c. 43 Duo illa reip. paene fata Gabinium et Piſonem *nominat, qui paene reip. interitum* attulerint. ¶ 6 Fatum *et* Factum *infinitis locis miſcuere librarii. Vid. Bentlei. ad* Horat. Epiſt. 2, 1, 6. *Burman. ad* Quinctil. Decl. 338 p. 702. *Drakenb. ad* Sil. 1, 277. *et* 11, 9. Fata *et* Faſti *in obliquis confunduntur. Vid. Drakenb. ad* Sil. 16, 131.

FATĀLIS, e. Adi. [μόρσιμος] *Quidquid debetur vel euenit ex fato, ſiue bonum, ſiue malum.* Cic. de Diuin. 2, 24 Non igitur fatales exitus habuerunt. Idem de Diuin. 2, 25 Haec poſſunt prouideri, quia Certa ſunt et fatalia. *Et* in Catil. 4, 2 c. 1 Meus Conſulatus ad ſalutem Reip. prope Fatalis fuit. Cic. Philipp. 2, 11 Quod fuit illorum vtrique fatale. Idem in Catil. 3, 9 c. 4 Eundemque dixiſſe fatalem hunc eſſe annum ad interitum huius vrbis atque imperii. Annos fatales expleuimus Tibull. 1, 353. Arua Virg. Aen. 4, 355. Cic. pro Mar. 32 Respub. perfuncta eſt hoc miſero, fatalique Bello. *Contraria:* Cic. Philipp. 6, 19 Fuit aliquis fatalis caſus, vt ita dicam, *etc.* nunc ſi quis erit, erit voluntarius. Continuatio fatalis et immutabilis ordinis ſempiterni Cic. Acad. 1, 29. Damnum fatale Vlp. in l. 3 §. 1 D. Naut. caupon. *etc. appellat, Quod hominis prudentia praecaueri ac prouideri non poterat*, quale eſt, naufragii, latrocinii, aut piratarum. Deae fatales, *i. Parcae* Ouid. ex Pont. 1, 8, 46. Cic. de Aruſp. Reſp. 6 c. 4 Scipio quaſi fatali euentu ſolus Carthaginem euertit. Iuuenem fatalem *vocat* Scipionem Liuius 22, 53. Lege fatali tenemur Ouid. Met. 10, 316. Locus victoriae fatalis Vellei. 2, 52, 1. Malum fatale terrarum Lucan. 10, 34. Commune noſtrum et quaſi fatale Malum Cic. de Clar. Orat. c. 71. Mortem obire Vell. 2, 4, 7. Monſtrum Hor. Carm. 1, 37, 21. Reſponſa Virg. Aen. 9, 133. Stamina Ouid. Triſt. 5, 3, 26. Gell. 14, 1 Stellas iſtas, quas erraticas dicerent, quae eſſe omnium rerum fatales dicerentur. *h. e. Omnium rerum fata praeſcriberent.* Studium Ouid. Triſt. 5, 13, 51. Victoria Vell. 2, 52, 1. Cic. de N. D. 1, 55 Ait enim vim diuinam in ratione eſſe poſitam, *etc.* tum fatalem vmbram et neceſſitatem rerum futurarum. Fatalis *et* Letalis *ſubinde permutantur a librariis: vid. Burm. ad* Rutil. 1, 357.

FATALĬTER. Adu. [πεπρωμένως] Cic. de Diuin. 2, 19 c. 7 Et omnia quae fiunt, quaeque futura ſunt, ex omni aeternitate definita dicis eſſe fataliter. Mori Eutrop. 1, 10 *vbi conf. Cellar.*

FATALĬTAS, ātis. f. *Caſus vi humana maior.* Zeno Imp. l. 1 Cod. de Iure emphyteut. Quod fatalitate ingruebat.

FATVS, i. m. *Idem quod Fatum.* Inſcript. Vet. Grut. p. 661 FRVCTVM. ALIVM. MERITORIVM. SVOR. REPORTARE. FATVS. MALVS. NEGAVIT. *et* p. 663 VIRGINEM. ERIPVIT. FATVS. MALVS. *Conf. Scheff. et Burm. ad* Petron. c. 42 p. 191.

FATOR, āri. *Eſſe volunt quaſi Frequentatiuum a* Fari. Certe Feſtus Fatantur *expoſuit*, Multa fantur. *Hinc*

FATATVM, *apud* Salluſt. Catil. 47, 2 Se tertium, cui fatatum foret vrbis potiri. *Sic quidam MSS. Sed* Fatum *praeferunt meliores. Vid. Cort. et Waſſe in loc.*

FATVĬTO. Adu. *Idem ac* Fataliter; *apud* Priſcian. p. 1016.

FATICANVS, *ſ.* FATICĬNVS, a, um. Adi. [χρησμῳδὸς] *Qui fata canit.* Ouid. Met. 9, 417 Haec vbi faticano venturi praeſcia dixit Ore Themis, *etc. Sic etiam Burm. qui* Ouid. Met. 15, 436 *dedit* Sic dicere vates, Faticinasque ferunt ſortes. *Sed fluctuat vtrobique lectio. Etiam quidam habent* Fatidicas, *et* Vaticinas.

FATIDĬCVS, a, um. Adi. [χρησμολόγος] *Qui nobis fata, i. Decreta Dei exponit. Vid.* Varr. L. L. 5, 7. Plin. Epiſt. 8, 8, 5 Praeſens numen atque etiam fatidicum indicant ſortes. Virg. Aen. 8, 340 Quam memorant nymphae priſcum Carmentis honorem Vatis fatidicae. Plin. 15, 29 Fatidico quidem et memorabili augurio. Fatidicorum et vatum effata incognita interpretari Cic. de Legg. 2, 20. Anus fatidica Stoicorum Procne. Idem de N. D. 1, 18 c. 8. Carmen Claud. de B. Get. 232. Deus Ouid. Faſt. 2, 262. Genitor Virg. Aen. 7, 81. Lauri Claud. in 2 Conſ. Stil. 59.

FATĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [θανατοφόρος] *Quod mortem affert.* Virg. Aen. 8, 621

Interque manus et brachia verſat
Terribilem criſtis galeam, flammasque vomentem,
Fatiferumque Enſem.

Add. Ouid. Amor. 3, 27. Arcus Sil. 2, 116.

FATĬLĔGVS, a, um. Adi. Lucan. 9, 821 Toxica fatilegi carpunt matura Sabaei, *qui fatum et mortem legunt de arboribus, i. venena.*

FATILŎQVVS, a, um. Adi. [χρησμολόγος] *Idem quod Fatidicus.* Liu. 1, 7 Venerabilior diuinitate credita carmentae matris, quam fatiloquam ante Sibyllae in Italiam aduentum miratae hae gentes fuerant. ¶ 2 *Subſtant.* Apul. Florid. p. 352, 6 Epimenidem, inclitum fatiloquum et Poëtam ſectatus.

FATILOQVIVM, i. n. Apul. de Deo Socrat. p. 46, 5 Vel Sibyllae fatiloquia verſificet.

FATVA, *vid.* FATVELLVS.

FATVARII, *vid. mox* FATVOR.

FATVVS, a, um. Adi. [ἀνόητος, εὐήθης, μωρὸς] *Inſulſus, inſipiens. Tractum volunt a ſapore ciborum, qui, quum non ſapiunt,* Fatui *dicuntur.* Martial. 13, 13 Fatuae betae, *i. Inſipidae et inconditae. Sed malim a conſuetudine perpetuo fandi, i. loquendi fatuorum deducere.* Ter. Eun. 5, 8, 49 Fatuus eſt, inſulſus, tardus. *Vbi* Donatus: Fatuus, Inepta loquens: a Fando, Fatuus dicitur. Inde, Fauni fatui, et Nymphae fatuae dictae ſunt. Et iterum, Fatui ſunt, qui verbis et dictis fatui ſunt: Inſulſi vero corde et animo. Fatuus, a Fando Varro *deriuat* 5, 7 p. 54, 15. Et quod verboſis dicitur et fatuis Catull. 99, 2. *Sic nugatores,* fatui *dicti: vid. Caſaub. ad Theophraſt.* περὶ ἀδολεσχίας. Id. 84, 2. Cic. de Fin. 2, 70 Ipſe negat, vt ante dixi, luxurioſorum vitam reprehendendam: niſi plane fatui ſint, id eſt, niſi aut cupiant, aut metuant. Plaut. Bacch. 5, 1, 2 Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, *etc.* Fatuus et amens Cic. pro Deiot. 21. Si quando fatuo delectari volo, non eſt mihi longe quaerendus: me rideo Sen. Ep. 50 *pr.* Ne cum periculo fatuus ſis Cic. Fam. 10, 26. Idem de Orat. 2, 99 Hoc praeceptum eſt, magisque monitoris non fatui, quam eruditi magiſtri. Sen. in Claud. 13 Craſſum tam fatuum, vt etiam regnare poſſit. Plaut. Trin. 2, 2, 18 Quae ego tibi praecipio, haec facito: nihil ego iſtos moror fatuos mores et turbidos, quibus boni dedecorant ſe. Puer fatuus, et non grauis Cic. Att. 6, 6. Harpaſte, vxoris meae fatua Sen. Epiſt. 50 *pr.* ¶ 2 Plin. 27, 12 f. 83 Natrix vocatur herba, cuius radix euulſa virus hirci redolet. Hac in Piceno a feminis abigunt, quos mira perſuaſione Fatuos vocant; ego ſpecies lymphantium hoc modo animorum eſſe crediderim, qui tali medicamento iuuentur. *Quidam* Faunos *legunt. Sed* Fatuos *Elzeu. et MSS. omnes apud Harduinum. Nempe docente* Seruio *ad* Aen. 8, 314 Fatui iidem qui Fauni, quod per ſtuporem diuina pronuntient. *Conf.* FATVELLVS. *Etiam Ioſ. Scalig. Coniectan. in* Varronem p. 83 *notat, Vates primum* Fatuos *dictos, a* Fando *ſcilicet, vel a* φάω, φάτης, *vnde Latinorum* Vates, *qui, quia furore correptus Vaticinabatur,* Fatuus *appellatus.*

FATVĪNVS, a, um. Adi. Roſa fatuina, *i. Paeonia*, Apul. de Herb. c. 64.

FATVĬTAS, ātis. f. [εὐήθεια, σκαιότης] *Ineptia, ſtoliditas.* Cic. Att. 11, 11 Ego huius miſerrima fatuitate conflictor. Cic. de Inuent. 2, 99 c. 32 Et definitionibus oſtendere non hanc imprudentiam, aut caſum, aut neceſſitudinem; ſed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominari oportere. Doctrina ſtultorum, fatuitas Vulgata Prouerb. 16, 22. Stolido fatuitatis ſtupore confectus Firmic. 8, 19. Fatuitas, *pro Simplicitate ac Animi puritate vſurpatur a* Canonum *conditoribus,* cap. pen. ext. quod met. cauſ. *A* Iuriſconſultis *vero, pro Imprudentia.*

FATVE. Adu. Quinctil. 6, 4, 8 Alioqui et tacendum eſt ſaepe, et aliis ſubiicientibus, plerumque ſtudio loquendi, fatue modo accedendum. *Conf.* Tertull. de Patient. c. 6. *et* adu. Hermog. c. 10.

FATVOR, āri. [εὐηθίζομαι] *Fatue loqui, vel agere.* Senec. de Morte Claud. Audi me et deſine fatuari. *Quod de ipſo Claudio Nero apud* Suet. in Claud. c. 33 *expreſſit verbo* Morari, *prima longa.* Iuſtin. 43, 1, 8 Fauno fuit vxor nomine Fatua, quae aſſidue diuino ſpiritu fuit impleta, velut per furorem futura praemonebat, vnde adhuc qui inſpirari ſolent, fatuari dicuntur. *Quidam MS.* Fatuarii. *Sed* Fatuari *etiam de eadem re agens* Seru. *ad* Aen. 3, 443.

F A V

FAVCES, ium. f. *Pl.* [λάρυγξ, ἀσφάραγος] *Superior pars gulae, mento proxima: ſed interior, vbi os anguſtatur: quam partem Graeci* λάρυγγα *vocant: vnde Latine etiam loquentes quoque Laryngem, vel Pharyngem dicunt. De etymo vid.* Iſidor. 11, 1. Plin. 11, 37 Summum gulae, fauces vocantur: extremum, ſtomachus. Cic. Tuſc. 1, 37 Has tamen imagines loqui volunt: quod fieri nec ſine lingua, nec ſine palato, nec ſine faucium laterumue et pulmonum vi et figura poteſt. *Reperitur interdum et numerus ſingularis.* Ouid. in Ibin 551 Vtue Syracuſio praeſtricta fauce Poëtae, Sic animae laqueo ſit via clauſa tuae. Fauces diutina fame ſauciae et araneantes Apul. Met. 4 p. 152, 34. Raucae fauces Lucret. 6, 1187. Siccae ſanguine Virgil. Aen. 9, 64. Fauces conuulſae, integrae, leues, molles, obtuſae, tumentes, *ſunt* Quinctil. 11, 3, 20. Raſae Ibid. 3 *et* 20. Arent fauces, vixque eſt via vocis in illis Ouid. Met. 6, 355. Sil. 3, 194 Immani fauces Diducit hiatu. Elidere fauces Ouid. Met. 14, 738. Ter. Heaut. 4, 2, 6 Crucior bolum tantum mihi Ereptum tam ſubito e faucibus. Exuberat aegris faucibus grauis halitus Perſ. 3, 89. Frangere fauces laqueo Lucan. 2, 154. Infirmatae Sueton. Aug. c. 84. Infundere faucibus, *vid.* INFVNDO. Innectere fauces laqueo Ouid. Met. 10, 278. Intortae fauces, *vid.* INTORQVEO. Tac. Ann. 5, 9 Exin Obliſis faucibus, id aetatis corpora in Gemonias abiecta. Obſeſſae fauces, i. e. Clauſae Virg. Georg. 3, 508: Seruius. Praeſtricta fauce laqueo Ouid. in Ibin 551. Premi faucibus Cic. pro Cluent. 84. Ouid. Met. 2, 282 Vix equidem fauces haec ipſa in verba Reſoluo. Strangulare fauces Celſ. 2, 10. Plaut. Caſ. 5, 3, 4 Quam palam ſint probra, omnibus modis occidi miſer: ita manifeſto faucibus Teneor. *Quae ſic capta ſunt, ac tenentur animalia, vix effugiunt. Hanc conuenientiorem puto metaphoram prae ea, quae manum militarem in faucibus montanis deprehenſam ponit.* Tumor faucium Scrib. 64. Tuſſientes Celſ. 5, 26. Vrit ſitis fauces Hor. Serm. 1, 2, 114. ¶ 2 Fauces, *per translationem dicuntur anguſti per montes ac ſaltus tranſitus.* Curt. 3, 4 Alexander fauces iugi, quae pylae appellantur, intrauit. Cic. contra Rull. 2, 86 c. 32 Corinthus erat ſita in anguſtiis et faucibus Graeciae. *De portu* Caeſ. B. C. 1, 25. In macelli faucibus ſedens Cic. Verr. 3, 145. Fauces, *Ora ſiue oſtia fluuiorum, quibus in mare ſe exonerant:* Plin. *de Nilo verba faciens*, 5, 9 Multis quamuis faucibus in mare ſe euomat. *Alia metaphora* Cic. pro Arch. 21 c. 9 Vrbem ex omni impetu hoſtium, ac totius belli ore ac faucibus ereptam eſſe atque ſeruatam. Idem in Catil. 3, 28 Laboribus, conſiliis, periculis meis ex flamma atque ferro, ac paene ex faucibus fati ereptam, et vobis conſeruatam ac reſtitutam videtis. Ex mediis orci faucibus ad hunc euaſi modum Apul. Met. 7 p. 191.

FAVCIA, ae. f. *Curiae Romanae nomen, de quo* Liu. 9, 38 *extr. de Papirio Dictatore*, Ei legem curiatam de imperio ferenti triſte omen diem diffidit, quod Faucia curia fuit principium, duabus inſignis cladibus, captae vrbis, et Caudinae pacis: quod vtroque anno eiusdem curiae fuerat principium. Macer Licinius tertia etiam clade, quae apud Cremeram acceptum eſt, abominandam eam curiam facit. Principium *eſt eius curiae, quae ſorte ducta prima ad ſuffragium vocatur.*

FOCALE, *et* FOCANEVS, *quae huc pertinent, vid. ſ. l.*

FAVENTIA, ae. f. [Φαβεντία] Hiſpaniae oppidum, *vt auctor eſt* Plin. 3, 1. ¶ 2 *Italiae etiam ciuitas*, Sil. 8, 597 Tum Verona Atheſi circumflua, et vndique ſolers Arua coronantem nutrire Fauentia pinum.

FAVENTĪNI, orum. m. Italiae populi in octaua regione, Fidentinis vicini, Plin. 14, 15. *Et* Martial. 2, 74.

FAVEO, faui, fautum, ēre. [συμπράττω, προστίθεμαι, σπουδάζω] *Non multum ab* Auere *diſtat, Cupere enim eſt, et ea velle, quae fiunt. Itaque plerumque ad beniuolentiam pertinet; ſed tamen etiam in contrariam partem valet, vt exempla docebunt.* Ter. Eun. 5, 3, 7 Bene edepol narras: nam illi faueo virgini. Fauere *et* Odiſſe, *Contraria*, Cic. de Clar. Orat. 331. Dolori ſuo fauere Ouid. Amor. 2, 5, 11. *i. illum ſua culpa protrahere vel augere.* Honori alicuius Cic. Att. 8, 3, Induſtriae gloriaeque alicuius Idem pro Ligar. 8 c. 3. Innocentiae Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 24. Cic. Fam. 1, 7 Qui mihi quum ſemper tuae Laudi fauere viſus eſt, tum vero, *etc.* Male fauere alicui Ouid. Epiſt. 2, 104. *i. non fauere, triſtitiae cauſam praebere.* Partibus Cinnanis fauere Nepos 25, 2, 2. Plin. in prooemio 19 *in exſecratione lini*, Praeterea, vt ſciamus fauiſſe Poenas, nihil gignitur facilius, *Furiis aſſignat inuentum tam noxium, quae illud voluerint facile eſſe.* Sententiae iſti faueo Cic. Tuſc. 1, 64 c. 23 *extr.* Sibi fauere Idem Fam. 3, 6. Ouid. Her. 6, 99 Adde, quod adſcribi factis procerumque tuisque Se fauet, *i. cupit et gaudet. vid.* FAVENS. Vapulanti fauebam Petron. c. 96. *i. gaudebam illum vapulare.* ¶ 2 *Proprium ſacrorum verbum erat, quae cum peragerentur, praeco iubebat* Fauere linguis. Cic. de Diuin. 1 c. 45 Rebus diuinis, quae publice fierent, vt fauerent linguis imperabatur; inque feriis imperandis, vt litibus et iurgiis ſe abſtinerent. *Mala omina ſic volebant caueri.* Senec. de Vit. Beat. c. 26 Quoties mentio ſacra literarum interuenerit, Fauete linguis. Hoc verbum non, vt plerique exiſtimant, a Fauore trahitur: ſed imperatur ſilentium, vt rite peragi poſſit ſacrum, nulla voce mala obſtrepente. *Hoc eſt* Mente fauere *apud* Sil. 16, 295. *Et* Ore fauere Virgil. Aen. 5, 71 *pro Silere. Vid. vterque Heinſ. ad Sil. et ad* Virgilium Seruius. *Sed* Donatus *ad* Virg. In ſacris, *inquit*, ore fauere, eſt ſilentium commodare. Significat hic *(vbi de ludis funebribus ſermo eſt)* ore fauete, exclamationibus laetis fauorem commodate. *Sic* Feſtus, *cuius verba damus in* FAVENTIA. *Nempe* Fauere *etiam eſt* ἐπιβοᾶν, acclamare, *vt obſeruat etiam Caſaubon. ad* Lamprid. Com. 15 Quum illi ſaepe pugnanti, vt Deo, populus fauiſſet, irriſum ſe credens, *etc. Add. Lipſ. Elect.* 2, 10. Brouckh. ad Tib. 2, 5, 110. Ouid. Faſt. 1, 71 Proſpera lux oritur, linguis animisque fauete Nunc dicenda bono, ſunt bona verba die. *Adde* Tibull. 2, 2 *pr. et* Propert. 4, 6 *pr. Et tamen recte* Fauere ſimpliciter pro Silere poni *dicit* Donatus in Terent. prolog. Andr. 24 Fauete; adeſte aequo animo: et rem cognoſcite. *Nempe hic* fauet, *qui tacet: alias, qui plaudit, etc.* Cic. de Diuin. 2, 57 c. 26 Galli ſilentio noctis, *vt ait* Ennius, fauent faucibus; rurſus cantu plauſuque premunt alas. *Sed fluctuat lectio.* ¶ 3 Fauere, *pro Prodeſſe poſuit* Solinus c. 5 *extr.* Dat India (curaliachatem) quem vidiſſe oculis fauet. *Nempe quibus fauemus, illis prodeſſe cupimus.* ¶ 4 Fauetur, [συμπράττεται] *Imperſ. cui contrarium eſt Inuidetur.* Cic. de Orat. 2, 207 Inuidetur enim commodis hominum ipſorum; ſtudiis autem eorum caeteris commodandi fauetur. Idem Off. 2, 45 Non modo non inuidetur illi aetati, verum etiam fauetur.

FAVENS, entis. Partic. [συμπράττων] Ouid. Epiſt. 2, 19 Venti caelo pelagoque fauentes. Auſpicium fauens Ouid. ex Ponto 3, 1, 160. Fauentibus cunctis, vt vera eſſent, quae faciliima erant Plin. 36, 3 ſ. 7. Fauentes rebus Carthaginienſium Liu. 25, 40. Ennius *apud* Seru. *ad* Georg. 1, 18 Matronae moeros complent ſpectare fauentes, *i. cupientes.* Cic. Fam. 12, 3 *extr.* Me fauente magis quam ſperante. Manu fauente plaudere alicui Ouid. de Arte Am. 1, 148. Ventis fauentibus nauigare Idem Met. 15, 49. *Conf.* Id. Heroid. 2, 19.

FAVENTIA, ae. f. *Vt inquit* Feſtus, Bonam ominationem ſignificat. Nam praecones clamantes populum ſacrificiis fauere iubebant. Fauere enim eſt Bona fari. At veteres Poëtae pro ſilere vſi ſunt fauere. Adhibere fauentiam Accius *ap.* Nonium 3, 93.

FAVTV̄RVS, a, um. Partic. [συμπράξων, σπουδάσων] Cic. pro Cn. Planc. 1 Quum autem audirem meos partim inimicos, partim inuidos, huic accuſationi eſſe fauturos, *etc. Sed editur nunc ex Vrſini libro* fautores. *Sed ſine controuerſia* Cic. Att. 12, 49 Me tamen ei fauturum.

FĂVOR, ōris. m. [σπουδή] *Beneuolentia quibuscunque ſignis declarata.* Ouid. in Ibin 121 Sit quoque (quod rarum eſt) ſolito defecta fauore Fortunae facies inuidioſa tuae. Quinctil. 8, 3, 34 Fauorem et Vrbanum Cicero noua credit. Nam in epiſtola ad Brutum, Eum, *inquit*, amorem, et eum (vt hoc verbo vtar) fauorem in conſilium aduocabo, *etc. Formula*, vt hoc verbo vtar, *induxit Fabium, vt crederet, nouum vocabulum Ciceroni viſum eſſe* Fauor. Cic. pro Roſc. Com. 29 c. 10 Quam exſpectationem, quod ſtudium, quem fauorem ſecum in ſcenam attulit Panurgus? Tutus fauore alicuius Ouid. Met. 9, 246. Diuiſus Claud. in Sext. Conſ. Stil. 45. Fragilis Sen. Hippol. f. 4. Manifeſti ſigna Ouid. Triſt. 3, 5, 19. Mirus apud populum Tacit. Ann. 1, 7. Naturalis Quinctil. 4, 1. Pleniſſimus fauor Scribon. Ep. *fin.* Propenſus Ouid. Met. 14, 706. Publicus Idem ex Pont. 4, 14, 56. Secundus numinum Senec. Hippol. ſ. 2. Speratus fauor non reſpondet meritis Hor. Epiſt. 2, 1, 9. Nunquam ſtabilis Sen. Thyeſt. 4 v. 351. ¶ 2 *Verborum formulae:* Quinctil. 6, 1, 25 Ergo et ille *(Milo)* Captauit ex illa praeſtantia animi fauorem. Conſpirauere in ducis eximium fauorem Claudian. in Ruff. 2, 119. Contigit mihi fauore pleniſſimo tuo Scribon. Ep. Tacit. Ann. 15, 53 Comitante Antonia Claudii Caeſaris filia ad Eliciendum vulgi fauorem. Emereri fauorem Quinctil. 4, 1. Faciunt fauorem et illa paene communia Idem 4, 1. Tac. Ann. 2, 44 Arminium pro libertate pugnantem fauor Habebat. Id. Hiſt. 2, 85 Octaua *(Legio)* erat, ac ſeptima Claudiana Imbutae fauore Othonis. Quo ſe fortuna, eodem etiam fauor hominum Inclinat Iuſtin. 5, 1, 11. Merere fauorem candore Ouid. Triſt. 3, 5, 53. Paſcere ac nutrire fauorem Sil. 7, 497. Permutare fauorem odiis Claud. Epiſt. ad Hadrian. 2. Poſcere fauorem populi Ouid. Faſt. 4, 868. ¶ 3 *Obſeruatt.* Fauores Caſſiod. Var. 6 form. 4 *ſunt acclamationes plaudentium. Conf. Drakenborch. ad* Sil. 16, 315. Mart. Capell. 1 p. 16 *in prima caeli regione collocat poſt Iouem Deosque conſentes etiam* Fauores. *et p. p* Vos quoque Iouis Filii Pales et Fauor cum celeritate ex ſexta *(regione)* poſcimini. *In MSS. confunduntur* Fauor *et* Furor: *Drakenborch. ad* Sil. 7, 497.

FAVORABĬLIS, e. Adi. [σπουδαζόμενος] *Cui multi et facile faueant.* Sueton. Calig. c. 4 Sic vulgo fauorabilis, vt plurimi tradant, quoties aliquo adueniret, vel ſecunde diſcederet, prae turba occurrentium proſequentiumue nonnunquam eum diſcrimen vitae adiiſſe. Valer. Maxim. 9, 15, 4 In centumuirale iudicium adeo fauorabilis deſcendit, vt vix iuſtis et aequis ſententiis conſternatio *(attonitus fauor)* populi vllum relinqueret locum. Octauius Caeſar aetate et iniuria fauorabilis Flor. 4, 4, 4. Eloquio fauorabilis habitus Senec. de Ira 3, 2. *al.* fauorabilior. Plin. 20, 8 Adiiciunt magi, ſucco totius cum oleo perunctos fauorabiliores fieri, et quae velint facilius impetrare. Inuidioſus *et* Fauorabilis, *contraria* Quinctil. 11, 1, 42. Cauſa Idem 12, 6, 6. Eloquentia Id. 12, 10, 74. Modus frequens, et fauorabilis Quinctil. 4, 1, 21. Oratio Tacit. Ann. 12, 37. Perſona Quinctil. 7, 1, 43. Quaeſtio Idem 4, 3, 9. Fauorabile, *Subſt.* Quinct. 4, 1, 23 *et* 26. Fauorabilia materiarum Idem 10, 5, 21. Fauorabilis, *qui fauet* Liu. 22, 26 Haud parum callide auram fauorabilis populi ex Dictatoria inuidia petiit. *Sed fluctuat lectio.*

FAVORABILĬTER. Adu. [σπουδαζομένως] Quinctil. 4, 3, 1 Quam maxime poſſint fauorabiliter excurrere, i. e. ad captandam beneuolentiam et plauſum. *Sic* Troiam fauorabiliter luſit Sueton. Ner. c. 7. Recitando fauorabiliter exceptus eſt Macrob. Saturn. 7, 1. De his nugis fauorabiliter ſentias Pallad. praef. l. 14. *Compar.* Fauorabilius Dig. 40 t. 4 l. 10 *et* 18 t. 7 l. 9.

FAVTOR, ōris. m. [σπουδαστής] *Qui fauet alicui, vel alicuius ſententiae.* Liu. 1, 48 Clamor ab vtriusque fautoribus oritur, *de factione competitorum regni.* Varr. de R. R. 3, 5 *extr. de comitiis et campo.* Fautor vtroque tuum laudabit pollice ludum Hor. Epiſt. 1, 18, 66. *Ad ludi* fautores *etiam referendum eſt illud* Plauti Curc. 2, 3, 18 Et datores et fautores omnes ſubdam ſub ſolum. *Sed al.* factores, *v. v.* Fautor et adiutor alicuius ab adoleſcentia Cic. Fam. 1, 9. Honori fautor alicuius Idem pro Planc. 1. Immortalitatis fautor virtute partae Liu. 1, 7 *extr.* Laudis fautores alicuius Cic. pro Planc. 55 c. 23. Idem in Orat. 240 Non inuidos ſolum, ſed fautores etiam Laudum mearum. Optimatum fautores Nepos 7, 5, 3. Victoriae ſtudioſi ac fautores Cic. Att. 1, 16.

FAVĬTOR, ōris. m. *Idem quod Fautor.* Lucil. *ap.* Non. 2, 326 Fauitorem me tibi, amicum, amatorem putes. *Et* Plaut. prol. Amph. v. 79 Sat habet fauitorum, ſemper qui recte facit. *Ergo minus recte improbat hoc verbum* Chariſius p. 66.

FAVISSOR, ōris. m. *Idem.* Apul. Apol. 2 p. 219 Ego quietis et concordiae, et pietatis auctor, conciliator, fauiſſor. *Lipſius mauult* Fauitor, *quod recepit* Elmenh. p. 333, 4. *Sed* Fauiſſor *Pricaeus retinet* p. 103.

p. 103. *et tuetur ex MSS. et Gl. MSS. duplicibus, in quibus* Fauiſor *eſt, i.* fautor *aut* fauens.

FAVTRIX, ĭcis. f. [σπεδαςὶς] Ter. Eun. 5, 9, 22 Nihil eſt Thaide tua dignius, quod ametur, ita noſtrae et omni fautrix familiae. Fautrix ſuorum regio Cic. pro Planc. 22. Idem de Fin. 1, 67 c. 20 Amicitiae non modo fautrices fideliſſimae, ſed etiam effectrices ſunt voluptatum, tam amicis, quam ſibi. Naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus Nep. 17, 8, 1. Viri fautrix Ouid. Met. 1, 101.

FAVIANI Luperci *ſunt* Fabiani, *v. v. ſub* FABIA gens.

FAVII *falſo apud* Feſtum *leguntur pro* Fouii, *quod* Fabiorum *antiquum nomen fuiſſe, ille ait. Vid.* FABIA gens.

FAVILLA, ae. f. [αἴθαλος, θρυαλὶς] *dicitur Cinis exſtinctus, quod ignem rectum foueat, quaſi* Fouilla. *eſt enim Deſerta igne ſcintilla.* Ter. Adelph. 5, 3, 60 *ſenex minatur amicae filii ſui*, Fauillae plena, fumi, ac pollinis Coquendo ſit ſaxo et molendo. Plin. 36, 25 Dein ſpiſſe calcatis carbonibus inducitur ſabulo, calce ac fauilla miſtis. Id. 18, 35 Quum contectus ignis a ſe fauillam diſcutit. Ardentes Stat. Silu. 5, 5, 17. Facilius eſt Ardentes fauillas ore comprimere, quam luculenti operis ſeruare ſecretum Symmach. Ep. 1, 25. Atra Ouid. Met. 13, 604. Virg. Aen. 5, 666. Bibula Idem Aen. 6, 227. *vid.* BIBO. Calens Horat. Carm. 2, 6, 23. Cana Ouid. Met. 8, . . Candens Virgil. Aen. 3, 573. Eiectata Ouid. Met. 2, 231. Fumans Virgil. Aen. 3, 573. Mollis Ouid. Faſt. 3, 561. Nigra Idem Met. 6. 325. Nigra *etiam* fauilla, *pro Fuligine:* Columel. 10, 355 Innataue laris Nigra ſatiare fauilla. *Quam hic* fauillam *vocat, hunc ipſum locum repetens oratione ſoluta* 11, 3, 60 Fuliginem *appellat. Sic* Ouid. Art. 3, 203 Nec pudor eſt oculos tenui ſignare fauilla, *i. fuligine pingere ſupercilia.* Prima fauilla mali Propert. 1, 9, 18. Rapidis ambuſta fauillis Claud. de B. Get. 24. Tepida Ouid. Met. 14, 575. Viuens Stat. Silu. 2, 1, 2. Ouid. Met. 13, 604 Atra fauilla Volat, glomerataque corpus in vnum denſatur. Volitant fauillae ſuper ora Idem Met. 2, 284. *Metaphor.* Fulgent. Cont. Virg. p. 153 Haec omnia — in fauillam obliuionis ſopita commigrant. *Sic* Id. Mythol. 1 p. 6 Sopitis in fauilla ſilentii raucisonis iurgiorum claſſicis.

FAVILLACEVS, a, um. Adi. Solin. c. 38 Nam fuliginem intrinſecus fauillaceam ambitio tantum extimae cutis cohibet, quae vel leui tactu preſſa, fumum exhalat, *de pomis Sodomi.*

FAVILLATĬCVS, a, um. Adi. *Vt*, Humus fauillatica Solinus cap. 27.

FAVILLESCO, ĕre. Fulgent. de Cont. Virg. p. 152 Auctoritas ſepulta in obliuionis cinere fauilleſcit.

FAVISSAE, arum. f. [θησαυροὶ, Vet. Gloſſ.] Gellius *ait ex* Varronis *verbis* 2, 10 fuiſſe Cellas quasdam et ciſternas, quae in area ſub terra eſſent, vbi reponi ſolerent ſigna vetera, quae ex eo tempore collapſa eſſent, et alia quaedam religioſa e donariis conſecratis. *Vltima verba ſic emendauit Voſſ. in Etymol. h. v. pro* religioſe donariis conſecrata. *Gronou.* e donis conſecratis. Feſtus, Fauiſſae locum ſic appellabant, in quo erat aqua incluſa circa templa. Sunt autem, qui putant, fauiſſas eſſe in Capitolio cellis ciſternisque ſimiles, vbi reponi erant ſolita ea, quae in templo vetuſtate erant facta inutilia. *De etymo diſputatur apud* Gell. l. c. *Nihil melius, quam cum Voſſio deriuare ab antiquo* Fouio, *vel* Fauio, *vt* Fouea *et* Fabii, *vt vidimus, deriuantur, pro quo poſtea* Fodio *placuit. Conf. tamen* FLAVISSA.

FAVLA, ae. f. *Herculis ſcortum fuit, quae poſtea pro dea coli coepit.* Lactantius 1, 20, 5 *quum de Laurentia Fauſtuli loquutus fuiſſet, ſubdit,* Nec hanc ſolam Romani meretricem coluerunt, ſed Faulam quoque, quam Herculis ſcortum fuiſſe Verrius ſcribit. *Vid. Bunemannus ad h. l. qui velut hiſtoriam quandam criticam huius* Faulae *dedit.*

FAVNA Dea, *vid.* FATVA.

FAVNVS, i. m. [Φαῦνος] *idem, qui* FATVELVS, *vbi vid.* ¶ 2 Fauni, *Agrorum et ſiluarum dii, qui poſt longum tempus moriuntur, (v.* Seru. *ad* Aen. 1, 372*) quod e terra geniti ſint. Nempe* Fauni *apud Latinos, ii fere ſunt, qui apud Graecos σάτυροι, filii Saturni.* Plin. 12, 1 Quin et Siluanos, Faunosque, et deorum genera ſiluis, ac ſua numina tanquam e caelo attributa credimus. Varro de L. L. 6, 3 p. 72, 10 *cum laudaſſet verſum* Ennii, Verſus quos olim Fauni vatesque canebant, Fauni, *inquit*, Dei Latinorum, ita, vt Faunus et Fauna ſint in his verſibus, quos vocant Saturnios. In ſilueſtribus locis traditum eſt ſolitos fari; quo fando Faunos dictos. Aurel. Vict. de Or. G. Rom. 4 Poſt Picum regnauit in Italia Faunus, quem a fando dictum volunt, quod is ſolet futura praecinere verſibus, quos Saturnios dicimus — — Eius rei Ennius teſtis eſt, cum ait, Verſibu' quos olim Fauni vatesque canebant. Hunc Faunum plerique eundem Siluanum a Siluis, Inuum deum, quin etiam Pana vel Pan eſſe dixerunt. Hieron. in Ieſ. 13, 21 Piloſos Vulgati *interpretatur* vel incubones, vel Satyros, ſilueſtres quosdam homines, quos non nulli Faunos ficarios vocant. *Vid.* FICARIVS, n. 2 *ſub* FICVS. Seruius *in illud* Aen. 7, 47

Rex arua Latinus, et vrbes
Iam ſenior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno et Nympha genitum Laurente Marica
Accipimus: Fauno Picus pater, isque parentem
Te Saturne refert.

Quidam, *inquit*, deus eſt Fatuellus: huius vxor eſt Fatua. Idem Faunus, et eadem Fauna. Dicti autem ſunt a vaticinando, id eſt fando. Vnde et Fatuos dicimus, Inconſiderate loquentes. Ergo Faunae et Fatuae nomen quaſi aſperum fugit Poëta, et Maricam dixit vxorem fuiſſe Fauni, quae eſt dea litoris Minturnenſium, iuxta Lirim fluuium. Idem *in illud* 6, 775 Pometios, Caſtrumque Inui. Inui, *i.* Panos, qui illic colitur. Inuus autem Latine appellatur, Graece Πᾶν. item Ἐφιάλτης Graece, Latine Incubus. Idem Faunus, item Fatuus, Fatuellus. Dicitur autem ab ineundo paſſim cum omnibus animalibus; vnde et Incubus dicitur. *Rurſus* Idem *in illud* Aen. 7, 81 At Rex ſollicitus monſtrorum, oracula Fauni Fatidici genitoris adit. Faunus, *ait*, ἀπὸ τῆς φωνῆς dictus eſt, quod voce, non ſignis oſtendit futura. *Non male, qui ζεὺς δειμάτιος vocatur Dionyſio Halic.* l. 6 p. 411 Iupiter Faunus *ab interprete Latino redditur.* Lactant. 1, 22, 9 Sed vt Pompilius apud Romanos inſtitutor ineptarum religionum fuit, ſic ante Pompilium Faunus in Latio; qui et Saturno nefaria ſacra conſtituit, et Picum patrem inter deos honorauit; et ſororem ſuam Fatuam, Faunam, eandemque coniugem conſecrauit. Quam C. Baſſus Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere conſueuiſſet, vt Faunus viris, *vid.* EPHIALTES. Cic. de Nat. Deor. 3, 15 c. 6 *ex perſona Cottae Academici*, Fauni vocem equidem nunquam audiui: tibi, ſi audiſſe te dicis, credam; etſi Faunus omnino quid ſit neſcio. *Reſpicit ad* 2, 6 c. 2 Saepe Faunorum voces exauditae, ſaepe viſae formae deorum. Idem de Diuin. 1, 101 c. 45 *pr.* Saepe etiam et in praeliis Fauni auditi, et in rebus turbidis veridicae voces ex occulto miſſae eſſe dicuntur. *Et* 114 c. 50 Multa a vaticinantibus ſaepe praedicta ſunt, neque ſolum verbis, ſed etiam Verſibu', quos olim Fauni vatesque canebant: *quem verſum* Ennii Cicero *etiam cum aliis poſuit* in Bruto 71 c. 18. Prop. 4, 2, 34 *ex perſona Vertumni*, Arundine ſumta Faunus plumoſo ſum deus aucupio. Agreſtum numina Fauni Virgil. Georg. 1, 10. Amator Nympharum fugientium Horat. Carm. 3, 18, 1. Bicornis Ouid. Faſt. 5, 99. Cuſtos virorum doctorum Horat. Carm. 2, 17, 28. Laſciui Claud. in Epithal. Pallad. 20. Ruſtica numina Fauni Ouid. Met. 1, 193. Ruricolae ſiluarum numina Fauni Id. Met. 6, 392. Siluicolae Stat. Theb. 5, 582. Velox Hor. Carm. 1, 17, 2.

FAVNALIA, Feſta erant, in quibus Nonis Decembr. Fauni ſacrum peruigili anniuerſario Romae celebrabant. Scholiaſt. Horat. in Od. 3, 18, 1.

FAVNIGENAE, arum. m. *Pl. Itali aut Latini a Fauno Aborigenum rege.* Sil. 8, 357 Faunigenae ſocio bella inuaſere Sicano.

FAVONIVS, i. m. [Ζέφυρος] *Venti nomen aduerſus Eurum flantis. Dictus forte a* Fouendo, *ab his, qui genitalem eſſe dicunt ſpiritum mundi; a Graecis Zephyrum nuncupatum. Sic* Plin. 16, 25 Primus eſt conceptus flare incipiente vento Fauonio — hoc enim maritantur viueſcentia (*f.* vireſcentia) e terra — hic eſt genitalis ſpiritus mundi a fouendo dictus, vt quidam exiſtimauere. Flat ab occaſu aequinoctiali ver inchoans. Plin. 15, 3 Niſi ante Fauonium collectae nouas vires reſumunt, *vid.* ZEPHYRVS. Aura genitabilis Fauonii Lucret. 1, 11. Candidi Hor. Carm. 3, 7, 2. *i.* Sereni, proſperi, Acron. Liquidi clementior aura Fauoni Claudian. in Conſ. Prob. 272. Naſcente Fauonio, purpureum videtur mare Cic. Acad. 4, 105 c. 33. Tenuis Stat. Silu. 3, 1, 72. Tepidi Fauonii ſecunda aura Catul. 62, 282. Cic. Verr. 5, 27 c. 10 Veris initium a Fauonio notabat: ſed quum roſam viderat, tum incipere ver arbitrabatur. Soluitur acris hiems grata vice veris et Fauoni Horat. Od. 1, 4 *pr.* In principio veris Fauonii hibernum molliunt caelum Plin. 2, 46. Spirans lene Fauonius Ouid. Met. 9, 660. ¶ 2 Fauonius *eſt etiam Viri nomen, Stoicam ſectam profeſſi, et inſtituta Catonis ridicule aemulantis, vnde et* Simia Catonis *appellabatur* Val. Max. 2, 10. Suet. Aug. c. 13. *Add. Plutarch. in Bruto.*

FAVONIALIS, e. Adi. Gloſſ. Vet. Fauonialis, Ζεφύριος.

FAVONIANVS, a, um. Adi. *Vt*, Pira Fauoniana, *a Fauonio quodam inſitore dicta* Plin. 15, 15.

FAVONIENSES, ium. m. Populi in ſexta regione Italiae, Nucerinorum cognomen, *vt refert* Plin. 3, 14.

FAVOR, FAVORABILIS, *vid.* FAVEO.

FAVORINVS, i. m. *Philoſophus Arelate oriundus, Dionis auditor, eunuchus, Adriano principi infenſus. Ideo tria de ſe mira narrare ſolebat, ſe Gallum graeciſſare, eunuchum moechum putari, et inimicum imperatori viuere. Ob quam cauſam ſtatua eius disiecta Athenis, vbi viuebat. Hunc Herodes Atticus patrem ſolebat appellare, heresque librorum ab eo factus eſt. Haec ex Philoſtrato.* Gellius *huius ſaepe meminit. Vid. etiam* Spartian. in Hadr. c. 15 *extr. Aelianus de Varia hiſtoria, dicit hunc in diſputatione quadam Adriano ceſſiſſe: admirantibusque proximis, Nonne cedam, dixiſſe, ei, qui XX habeat legiones?*

FAVSTIANVS, a, um. Adi. *Vt*, Fauſtianum vinum, Quod in mediis collibus Falerni agri gignebatur. Nam quod in ſummis iugis naſcebatur, Gauranum vocabant: quod in mediis collibus, Fauſtianum: quodque in ima radice gignebatur, Falernum appellabant. Plin. 14, 6.

FAVSTŬLVS, i. m. Paſtor, Accae Laurentiae maritus, quae Romulum et Remum, inuentos a Fauſtulo, aluit, *vt ſcribit* Seruius *in* Aen. 1, 277. *Vid.* Liu. 1, 4.

FAVSTVLVM Porcellum, feturam porcorum *vocat* Feſtus. *Conf.* FAVSTITAS.

FAVSTVS, a, um. Adi. [εὐτυχὴς] *A* Faueo *dicitur: nempe Is, cui Dii omnes fauent, proſper ac propitius.* Annus fauſtus Ouid. Faſt. 1, 63. Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque eſſet, praefabantur Cic. de Diu. 1 c. 45. Dies horribilis *et* Fauſtus, *contraria* Idem Tuſc. 1, 118. O nox illa fauſta huic vrbi Cic. pro Flacco 102. Molle lyrae fauſtumque canant Claudian. in Nupt. Hon. et Mar. 196. Omen Liu. 7, 25. Non. 5, 18 Fauſtum *et* Feſtum his intellectibus diſcernuntur: etenim Fauſtum quaſi a Fauendo dictum, ac per hoc proſperum et propitium. Vnde contra Infauſtum, minax et improſperum, Feſtum vero ſollemniter laetum, et feriatum. Ter. Andr. 5, 4, 54 O fauſtum et felicem hunc diem. *Haec ille.* Fauſtae acclamationes Sueton. Oton. c. 6. Fauſta *ſubſtantiue, Fauſtae apprecationes ſunt, quae acclamari a Senatu Principibus ſolitae, apud* Capitolin. in Maximo et Balbino c. 13.

FAVSTE. Adu. [εὐτυχῶς] Cic. pro Muraen. 1 Ea res fauſte, feliciter, proſpereque eueniret.

FAVSTĬTAS, ātis. f. [εὐτυχία] *pro Felicitate capitur apud* Hor. Carm. 4, 5, 18 Nutrit rura (*Bentl.* farra) Ceres, almaque fauſtitas. *Videtur autem, quod viſum etiam Scaligero, ad Feſtum, voce* FAVSTVLVM, *in primis pertinere ad prouentum eorum, quae naſcuntur.*

FAVSTITVDO, ĭnis. f. *Idem.* Io. de Ianua in Cathol.

FAVVS, i. m. [κηρίον] *Apum domus et Cellulae; a* Fouendo, *quod in his ſobolem foueant. Vid.* Plin. 11, 5. Virg. Georg. 4, 161 Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces ſuſpendunt ceras. *Et* 1, 344 Cui (*Cereri*) tu lacte fauos et miti dilue Baccho. Vulg. Luc. 24, 43 *vocat* fauum mellis, *fruſtum operis apiarii melle plenum.* Cic. Off. 1, 157 Apum examina non fingendorum fauorum cauſa congregantur; ſed quum congregabilia natura ſint, fingunt fauos. Candidus Ouid. Met. 8, 677. Melle complet fauos apis Tibull. 2, 1, 50. Conſtruere fauos, *vid.* CONSTRVO.

FAVX, *vid.* FAVCES.

F A X

FAX, facis. f. [λαμπὰς, δὰς] Fuſtis inciſus (*vid. mox* FACVLA) *et cera vel oleo inunctus, ac compoſitus ad lumen faciendum. Fitque praecipue ex arundinibus aridis, et piceis arboribus, et teda. Apud Poëtas de omni igne accipitur: vid. Barth. ad* Stat. Silu. p. 61. Varro *apud* Non. 2, 340 Confluit mulierum tota Roma, quae noctu fieri initia ſolita, etiam nunc picea fax indicat. Id. Sexageſi, Adeſt fax inuoluta

inuoluta incendio. Idem de Vit. Popul. Roman. l. 2 Quum a noua nupta ignis in face afferretur, foco eius ſumtus, quum fax ex pinu alba eſſet, vt eam puer ingenuus aſſerret. *Haec* Nonius. *Mercer.* ex pina alba, *i.* ex ſpina. *Vid. infra* Spinea teda, *ſub* SPINA. Feſtus *autem* iſta, Facem in nuptiis in honorem Cereris antiqui praeferebant, aquaque ſpargebatur noua nupta, ſiue vt caſta puraque ad virum veniret, ſiue, vt ignem atque aquam cum viro communicaret. Faces quibus incenſa L. Bellieni domus deflagrauit Cic. Philipp. 2, 91. Plin. 16, 18 Spina, nuptiarum facibus auſpicatiſſima. Faces etiam in funeribus ferebant Antiqui Seruius *ad* Aen. 6, 224. Per noctem autem vrebantur; vnde permanſit, vt mortuos faces antecedant. *Vid.* Tac. Ann. 3, 4, 1. Sepulcralis fax Ouid. Epiſt. 2, 120. ¶ 2 *Per translationem in varias ſignificationes traducitur.* Apul. Apol. p. 321, 32 Hic Aemiliani huius fax et flagellum inſtigator. Plin. Epiſt. 4, 9 Fax accuſationis et origo. Cruentae faces Bellonae Stat. Theb. 10, 523. Cic. Tuſc. 1, 44 Quumque Corporis facibus inflammari ſoleamus ad omnes fere cupiditates, *etc.* Idem de Orat. 2, 205 Neque paruis in rebus adhibendae ſunt hae Dicendi faces. Quinctil. 1, 2 Id acriores ad ſtudia Dicendi faces ſubdidiſſe, quam exhortationes docentium, *etc.* contenderim. Cic. de Off. 2, 37 c. 10 Dolorum quum admouentur faces praeter modum, plerique exterrentur. Incendiorum Antonii fax Clodius Id. Philipp. 2, 48 c. 19. Cic. pro Milon. 99 c. 35 Omnes a ſuis inimicis faces Inuidiae meae ſubiiciantur. Mentis fax honeſtae, gloria Sil. 6, 332. *h. e. ſtimulus et incitamentum animi generoſi.* Mortis fax Ouid. Epiſt. 21, 172. Cic. pro Domo 1 Nonne Senatui prouidendum fuit, ne in hanc tantam materiam Seditionis iſta funeſta fax adhaereſceret? Tumultus Plin. Pan. 8. ¶ 3 *Epitheta :* Acriores faces ad ſtudia dicendi ſubdere Quinctil. 1, 2, 25. Atra Virgil. Aen. 9, 74. Auidae Ouid. Met. 14, 530. Exigua Stat. Theb. 10, 422. Flammifera Ouid. Epiſt. 16, 46. Flebilis Senec. Octau. 4. Fulgens Tibull. 1, 2, 38. Funerea Martial. 8, 43. Iugales Valer. Argon. 2, 344. *i. nuptiales.* Legitimae Senec. Med. f. 2. Luciferas faces crinita nox Valer. Argon. 5, 370. Lucifera Sen. Med. f. 11. Maritae, *i. nuptiales* Ouid. Epiſt. 11, 101. Noctiuagae caeli Lucret. 5, 1190. Nuptiales Cic. pro Cluent. 15 c. 6. *vid. poſt* NVBO. Phoebea Senec. Hippol. f. 4. Prima face, *i. prima parte noctis.* Cenſorin. de die nat. 24 Poſt id *(crepuſculum)* ſequitur tempus, quod dicimus luminibus accenſis, antiqui prima face dicebant. Apul. Met. 2 p. 119, 20 Prima face cubiculum tuum adero. Macrob. Sat. 1, 3 Et poſt primam facem, ante mediam noctem reuertuntur. *Cum Graecis comparat Brodaeus Miſc. 4, 33.* Profanae Eumenidum Claudian. de Raptu Proſerp. 2, 215. Roſea ſolis Lucret. 5, 974. Tranquillae oculis nitent Stat. Achill. 1, 164. ¶ 4 *Verborum formulae :* Tacit. Hiſt. 1, 24 Flagrantibus iam militum animis velut faces Addiderat Meuius pudens e proximis Tigillini. Afflarunt tepidae pectora veſtra faces Ouid. Rem. Amor. 434. Ambulare cum facibus Hor. Serm. 1, 4, 51. Ardeſcit triſulca face mundus, *i. fulmine* Senec. Hippol. f. 5. Armatus ſagittis ac face Quinct. 2, 4. Armata facibus Virgil. Aen. 4, 472. Collucent faces Idem Aen. 4, 567. Fax ſtellis Comitata nouis incendia ducit Petron. c. 122. *i. cometes.* Cremare faces Ouid. Met. 8. Stella facem Ducens multa cum luce Virg. Aen. 2, 694. *Meteoron.* Exarſit facibus igneis ſitis Senec. Thyeſt. 171 *de Tantalo.* Cic. Philipp. 7, 3 Sed quae prouincia eſt, ex qua illa fax Excitare non poſſet incendium? Exſtinguere faces Sen. Herc. Oet. f. 4. Cic. de Amicit. 37 Cauſam afferebat, quod tanti Tiberium Gracchum feciſſet, vt quidquid ille vellet, ſibi faciendum putaret. Tum ego, Etiamne (inquam) ſi in Capitolium faces Ferre vellet? Ferre faces in tecta, *i. accendere tecta* Ouid. Met. 14, 531. Flagrare face Sen. Octau. 51. Iaculantis faces et ſaxa vulgi ſeditio Quinctil. 12, 1, 27. Iaculari incenſas faces Sen. Herc. Oet. f. 1915. Iaculata facem Valer. Argon. 4, 671. Immiſſi in tecta noſtra ſerui cum facibus Cic. Att. 14, 10. Incide faces Virgil. Ecl. 8, 29. *vid.* Seruium. Inferre faces tectis, *vid.* INFERO. Inſpicare faces acuto ferro Virg. Georg. 1, 292. Leuatis de puppe facibus Stat. Ach. 1, 33. Lucere facem nouae nuptae, *vid. in* LVX. Pandit infeſtam facem cometa Sen. Octau. 232. Praeferre facem adoleſcentulo ad libidinem Cic. in Catil. 1, 13 c. 6. *h. e. ducem eſſe.* Bello facem praeferre Tacit. Hiſt. 2, 86, 7. Sonuere faces Valer. Argon. 5, 33. *rogo incenſo.* Heu mihi Subdo Ipſe faces Stat. Silu. 2, 6, 14. Vrbi Subdere faces Curt. 5, 7, 4. Accedunt carmina Poëtarum, quae affectibus noſtris facem Subdunt Sen. Ep. 115. Succenſus face, tedaque iugali Sil. 17, 78. Pudoris facibus ſuccenſa mens Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 221. Ventilare faces Ouid. Amor. 1, 1, 8. Viſae ſunt nocturno tempore faces Cic. in Catil. 3, 18. Viſae Caeleſtes faces Idem de Nat. Deor. 2, 14. ¶ 5 Faces antiqui dicebant, *Numero Singulari*, vt fides Feſtus.

FACVLA, ae. f. Dimin. [λαμπάδιον] Propert. 2, 29, 5 Quorum alii faculas, alii retinere ſagittas, *etc.* Plaut. Perſ. 4, 3, 46 Nequidquam tibi fortuna faculam lucrificam allucere volt, *i. lucri faciendi occaſionem oſtendere.* Inciſos *etiam* fuſtes faculas *eſſe*, *docet* Varro L. L. 4, 31 p. 34, 1.

FACVLARIVS, i. m. *Apud* Hieron. *eſſe dicitur.*

FAXO, *vid.* FACIO.

F E B

FEBRIS, is. f. [πυρετὸς, πυρεξία] *Morbus, aut ſymptoma aliorum morborum, quem in calore vltra modum aucto plerique conſtituunt. Non male igitur* Iſidor. Orig. 4, 6 *pr.* Febris a feruore dicta eſt: eſt enim abundantia caloris. *Quorſum alludens* Hor. Carm. 1, 3, 30 Poſt ignem aetheria domo ſubductum, Macies et noua Febrium terris incubuit cohors: *quaſi ille Febrium ardor ſit ab eo, quod homines igni in cibo et alia diaeta vtuntur. Abſtruſius, nec tamen non verum videtur, quod ait* Seru. ad Aen. 1, 372 *olim* hebrim *dictam. Quod Symptoma diximus, oſtendunt medici cum* ſine febre *dicunt morbum eſſe, vel* cum febre, *v. g.* Scribon. 97. *Rhetorica* febris *deſcriptio* Plin. 7, 50 Reliquis omnibus (hominibus) per ſingulas membrorum partes, qualiter nullis aliis animalibus certis peſtifer calor remeat horis aut rigor: neque horis modo, ſed et diebus noctibusque trinis quadriniſue, etiam toto anno. *Quod negat febri tentari alia animalia, modum more ſuo excedit.* Varro R. R. 2, 3, 5 Capras ſanas ſanus nemo promittit. Nunquam enim ſine febri ſunt. *Et* 2, 4, 3 Perfunctae ſues a febri. Febricitans pecus vt curetur *eſt apud* Columel. 6, 9. *item* 7, 5, 10. Febricoſi equi Veget. Mulom. 1, 38, 4. *Scriptores Eccleſiaſtici hoc vocabulum Plurali fere numero vſurpant; ſimilia tamen exempla etiam in antiquioribus Romanis occurrunt: vid.* Ouid. ex Pont. 1, 10, 5. Hor. Epiſt. 1, 2, 48. Nep. 25, 21, 4 *in MSS.* Efficaciſſimum in febribus Plin. 28, 7. Acceſſio febris Celſ. 3, 3 *et alibi frequenter.* Acceſſus febris, *vid.* ACCEDO. Plin. 28, 4 Ardor febrium Plin. 23, 1. Circuitus febrium Celſ. 3, 12. *et alibi frequenter.* Cohors noua febrium Hor. Carm. 1, 3, 30. Curatio febrium Celſ. 3, 3. Deceſſio febris, *vid.* Inſtat febris Id. 3, 12. Deceſſus febris Celſ. 3, 12. Diſceſſiones febrium Id. 2, 4. Plin. 24, 10 Decoquuntur et contra Horrores febrium. Impetus febris Celſ. 2, 10. Incredibilis ardor febrium Plin. Epiſt. 1, 22. Genera febrium innumerabilia Senec. Epiſt. 96. Intentio febris Celſ. 3, 18. Motus febrium conſtans Cic. de Natur. Deor. 3, 24. Reliquiae febrium Celſ. 3, 4. Remiſſio febris Idem 2, 10. Reuerſio febrium Cic. de Natur. Deor. 3, 24. Plin. 23, 1 Quod ad febrium Valetudines attinet, certum eſt non dandum in febre, niſi veteribus aegris vinum; nec niſi declinante morbo. Acuta febris Celſ. 2, 6. Idem 3, 22. *et* 2, 5 Inter febres non Acutas. Amphimerina febris, *i. quotidiana* Plin. 28, 16. Arida febris, *vid.* ARIDVS. Aſſidua febris, quae et cibi tempora eripit, et ſiti affligit Celſ. 2, 8. Conſtrictae Plin. 23, 7. Contagioſa, *vid.* CONTAGIVM. Continenti febre ſi caput dolet Celſ. 2, 8. Continua vehemensque Idem 2, 7. Domeſtica, *vid.* Torret febris. Flagrantium febrium languores Firmic. 6 c. vlt. Sueton. in Tiber. c. 73 Alii in remiſſione Fortuitae febris cibum deſideranti negatum. *Birrius malit* fortuita, *vt cum remiſſione iungatur.* Frigidae Plin. 23, 8. Idem 26, 11 Febres Frigidas leuiores facit agaricum potum in calida aqua. Grauior Celſ. 3, 4 *et* 12. Inordinata Idem 3, 3. Interuallata febris biduo medio Gell. 17, 12. *Quartanam intelligit.* Lentae Celſ. 2, 17. Leuior fit febris Idem 3, 5. *Et* 2, 7 Febris, quae interdiu Leuior eſt. Leuiſſima Celſ. 3, 20. Longa Plin. 28, 7. Celſ. 2, 7. Plin. 29, 4 Prodeſt et contra Longinquas febres. Magnae Celſ. 2, 7. Nocturnae Plin. 29, 4. Periodicae Idem 20, 3. *vid.* PERIODICVS. Celſ. 5, 26 Illa febris Pernicioſa eſt, quae vel leui vulneri ſuperuenit, vel vltra tempus inflammationis durat, vel delirium mouet. Perpetua quibusdam febris eſt, vt C. Maecenati Plin. 7, 51. *vid.* PERPETVVS. Prima Celſ. 2, 4. Quartana Idem 3, 3. Quotidiana Celſ. 3, 3. Rabida, *ſiue* Rapida et quercera Gell. 20, 1. Recens Celſ. 2, 15. Recidiua, Recidua Id. 3, 4. Statae Plin. 28, 8. Stegnae febres, quae et conſtrictae vocantur Idem 23, 7. Tertiana Celſ. 3, 3. Tertianarum febrium et quartanarum reuerſione et motu quid poteſt eſſe conſtantius? Cic. de Natur. Deor. 3, 24. Tutiſſimae Celſ. 3, 12. Vagae Idem 3, 5. Vehemens Celſ. 2, 7 *et* 10. ¶ 2 *Verba :* Abeſt febris Scribon. 169. Abigere febres Plin. 25, 9. Poſtquam in dies dolores accreſcere febremque Acceſſiſſe ſenſit Nep. 25, 21, 4. *Schott. ex MSS.* febresque. Celſ. 2, 17 Quisquis febre liberatus eſt, ſimul atque ea vno die non Acceſſit, eo, qui proximus eſt poſt tempus accenſionis, tuto lauari poteſt, *etc.* *vid.* ACCEDO. Acceſſit febris, *et* Deſiit, *contraria* Celſ. 2, 7. *it.* 3, 16. Accendere febres Idem 3, 9. *vid.* ACCENDO. In artus Accipere febrim feruore coortam Lucret. 6, 655. Adducit febres opella forenſis Hor. Epiſt. 1, 7, 8. Adiicit aeſtas febres Celſ. 2, 1. Idem 2, 6 Quae quibus temporibus danda ſint, ex ratione vel Adiectae, vel leuatae febris apparebit. Admittunt febres curationes Celſ. 3, 12. Aduri nimio febris ardore Firmic. 3, 5. Afferre febrem Celſ. 7, 18. Antecedit febres horror Idem 3, 12. Antecedunt febrem ſigna aliqua Celſ. 2, 2. Arcere febres Plin. 28, 8. *Sic* c. 16 Febres Arcet ceruorum caro. Arcere ſtatas febres Plin. 28, 8. Ardens Celſ. 2, 15. *vid.* ARDEO. Augetur febris, *vid.* Inſtat febris. Bibitur contra febres frigida, *etc.* Plin. 27, 12. Iuuen. Sat. 10, 218 Praeterea minimus gelido iam corpore ſanguis Febre Calet ſola. Cic. Fam. 16, 15 Is etſi mihi nuntiauit, te plane febri Carere, et belle habere, *etc.* Carere febri negatur capra Plin. 28, 10. Celſ. 2, 15. Coepit febris Idem 3, 4. Comitatur et febris tales iniurias Plin. 22, 7. Celſ. 3, 6 Igitur intueri quidem iſta oportet — neque protinus etiam ſub calore motuque febrem ſeſe Concipere. *Pro* ſeſe *f. leg.* eſſe. Celſ. 2, 4 Peſſimum eſt, ſiue leuatur quidem febris, ſed aeque Concitata continuet. Conquiecuit febris protinus Celſ. 2, 8. Conſiſtit febris, *vid.* Inſtat febris. Continentes febres ſine remiſſione ſunt Celſ. 3, 5. Continuant febres Idem 2, 4. Continuatur febris Celſ. 3, 5. Continuata Idem 3, 18. Coorta ſuperante bili Lucret. 4, 668. Feruore Coorta Idem 6, 655. Plin. 7, 51 Antipater Sidonius Poëta, omnibus annis vno die tantum natali, Corripiebatur febre, et eo conſumtus eſt, ſatis longa ſenecta. Creſcere deſiit febris Celſ. 2, 10. Damnantur in febri recentes vuae Plin. 23, 1. Decedit febris, *vid.* Inſtat febris. Deceſſit ſubito febris, quum biduum cibo ſe abſtinuiſſet Cic. Att. 5, 8. Decedens Celſ. 3, 4. Decoqui paullatim tardo febrium ardore Firmic. 1, 3. Decreſcit febris Celſ. 2, 10. Idem 3, 6 Febris fuit atque Decreuit. Deducere corpore febres Horat. Epiſt. 1, 2, 48. Depaſcitur arida febris artus Virgil. Georg. 3, 458. Plin. 25, 4 Etiam antiqui in vino febrem Depelli arbitrabantur. Deſinit febris Celſ. 3, 4. Detineri diu lentis febriculis Idem 2, 17. Febris non Dimittit Celſ. 2, 7. Diſceſſit quartana a te Cic. Attic. 7, 2. Diſcutere febrem Celſ. 2, 15. Diſcutere febrem genere victus Idem 2, 24. Iuuen. Sat. 10, 283 Prouida Pompeio Dederat Campania febres Optandas. Datur in febri, *etc.* Plin. 22 c. vlt. Durat febris Celſ. 5, 26. Febris Euanuit Idem 2, 3. *Et* 3, 18 Leues deinde febriculas Excitat. Exſpectatur febris illo die Celſ. 3, 14. Experiri magnas febres Id. 2, 7. Extorret aliquem febris ardens Celſ. 3, 7. Extorret ardens febris Id. 3, 7. Martial. 2, 16 Zoilus aegrotat: Faciunt hanc ſtragula febrem. Facere febres leuiores Plin. 33, 4. Finiunt ſudores febrem Celſ. 2, 14. Finita Id. 3, 3. Finita eſt febris eodem die Celſ. 2, 3. Habere febrem Idem 3, 4. Cic. de Fato 15 c. 8 Si cui venae ſic mouentur, is Habet febrem. — Non ei venae ſic mouentur, et is febrem non Habet. Habent certum circuitum aliquae febres Celſ. 3, 12. Habere circuitum ſolita febris Idem 2, 17. Haerens Celſ. 3, 4. *et* 2, 7. Iactari febri Cic. in Catil. 1, 31. Impedit intentio febris ſomnum Celſ. 3, 18. Imponitur cum polenta ardentibus febribus Plin. 20, 20. Imponitur contra ardorem febrium *etc.* Idem 20, 9. Imponuntur in febris ardoribus pectori, *etc.* Idem 23, 6. Incidere in febres Celſ. 3, 6. Incipit febris, *vid.* Inſtat febris, *et in verbo* INCIPIO. Plin. 7, 50 Quadrini circuitus febrem, nunquam bruma, nunquam hibernis menſibus incipere. Incipiens Celſ. 3, 4. Idem 3, 8 Tum dari cibus, qui deque Incitet febrem, et tamen longum eius ſpatium ſuſtineat. Inclinat ſe febris Celſ. 3, 4. Inclinata febris Id. ibid. Increſcunt febres Celſ. 2, 4 *et* 7. Idem 3, 15 Quo die febrem exſpectabit, ante ſurgere et exerceri: dareque operam non oportet, vt in ipſum

exer-

exercitationem tempus febris Incurrat : ſic enim ſaepe illa diſcutitur. Ingeſſit tuſſim incidens febris Plin. Epiſt. 7, 19. *Sed hodie editur, vt mox damus in* Inſident. Iniit vnquam te febris ? *vid.* INEO. Inhaeret aſſidue febris Celſ. 3, 4. Inſident febres, tuſſis increſcit, Plin. Epiſt. 7, 19. Celſ. 3, 5 Quum vero febris Inſtet, incipiat, augeatur, conſiſtat, decedat, deinde in deceſſione conſiſtat, aut finiatur; ſcire licet, optimum cibo tempus eſſe febre finita; deinde quum deceſſio eius conſiſtit, *etc.* Intenditur ſaepe ex eo febris Celſ. 3, 9. *et* 11 Minui febris videtur, et rurſus intenditur. Intermittit ex toto febris Idem 3, 14. Iunguntur febres Celſ. 3, 5. Laborare ſine febri Cic. Att. 5, 8. Lenita eſt acceſſio febris Celſ. 2, 17. Idem 3, 6 Et dum febres quidem increſcunt, hic ſolus idoneus cibus eſt. Vbi vero aut deſinunt, aut Leuantur, ſaepe quidem incipiendum eſt, *etc.* Idem 2, 4 Febres, quae tertio quoque die non Leuantur. Leuata eſt febris Celſ. 3, 4. Liberare aliquem febre Idem 3, 9. Liberari a febre Plin. 26, 11. Liberatus febre Celſ. 2, 15 *et* 17. Minuere febrem Idem 3, 5. Minui febris videtur, et rurſus intenditur Celſ. 3, 11. Minuit frigora febrium cor ranae adalligatum Plin. 32, 10. Mitigare febrem quiete, et abſtinentia Quinctil. 2, 17. Celſ. 2, 4 Febresque, quae per diſceſſiones tantum Molliuntur, nec vnquam integrum corpus dimittunt. Celſ. 5, 28 Quae vel praecipue fatigare medicos ſolent ; quoniam et febres Mouent, nec vnquam facile matureſcunt. Sueton. in Tit. c. 10 Deinde ad primam ſtatim manſionem febrim Nactus, quum in lectica transferretur, *etc.* Celſ. 2, 3 Vbi vero febris aliquem Occupat, ſcire licet, *etc.* Oritur febris Idem 2, 4. Pati febrim, *vid.* PATIOR. Perfunctae ſues a febri Varr. de R. R. 2, 4, 3. Permanet febris, *vid.* Torret febris. Peruſtus ardentiſſima febri Plin. Epiſt. 7, 1. Praeſtat tertiana febris vnum diem integrum, tertio redit Celſ. 3, 3. Prodeſt et febri ranarum fellis cinis Plin. 32, 10. Proſunt in febribus fluuiatiles cancri Idem 32, 10. Quieuit febris Celſ. 2, 8. Idem 3, 16. Quieuit febris ex toto Celſ. 2, 3. Quaerere remedium febri Plin. 28, 7. Receſſit acceſſio febris ex toto Celſ. 2, 17. Recurrens febris quartis diebus Gell. 17, 12. Recidunt febres Plin. 28, 16. Redeunt quaedam febres longiore circuitu Celſ. 3, 3. Idem 3, 3 Neque de re, ſed de verbo controuerſiam mouent, qui quum aliter, aliterque in eodem morbo febres accedant, non eaſdem inordinate Redire. Reducere febrim alicui Horat. Serm. 2, 3, 294. Refrigerat ardores febrium ſuccus cucurbitae Plin. 20, 3. Relinqui a febri Cic. Attic. 8, . . Remanent febres Celſ. 2, 7. Remittit febris Idem 2, 14. *Et* 3, 18 Et continuata quoque febris habet tempora, quibus et ſi non Remittit, non tamen creſcit. Celſ. 3, 10 Quum ſe febris Remiſerit, factione vtendum eſt. Remittitur febris ex toto Id. 3, 9. *et* c. 12 Febres ex toto Remittuntur. Renuntiat febrium medicina placitis eorum Plin. 30, 11. Repetit febris Celſ. 2, 8. Reſiſtere nocturnis febribus prodiderunt Plin. 29, 4. Reuertitur febris, *vid.* Accedit febris Celſ. 3, 3. Plin. 24, 9 Semen potum, vini quendam ſaporem habet, et dicitur febres ſoluere. Celſ. 3, 21 Sed ſi febris quoque eſt, haec in primis ſubmouenda eſt. Id. 2, 12 Si febrem non ſuſtulit prima inedia. Sum: Si febres Erunt Scribon. 113. Si febris Sit Plin. 22, 20. *Et* 32, 10. Superuenit febris leui vulneri Celſ. 5, 26. Suſtinere ſpatium febris, *vid.* Incitare febrem. Celſ. 3, 9 Nonnunquam etiam lentae febres ſine vlla remiſſione corpus Tenent. Celſ. 3, 7 Vbi febris aut Tenuata, aut leuata eſt, vomitu pectus purgare. Celſ. 5, 26 Ac ne febris quidem Terrere debet, ſi in magno vulnere dum inflammatio eſt, permanet. Tollit circuitus febrium, iecur delphini guſtatum ante acceſſiones Plin. 32, 10. Tollere febrem Celſ. 2, 12. Iuuen. Sat. 9, 17 Quid macies aegri veteris, quem tempore longo Torret quarta dies, olimque domeſtica febris ? Vacare febre Celſ. 2, 14 *et* 15. Venit febris ſubito Celſ. 3, 21. Venientes cum horrore febres perunctis leuiores facit Plin. 23, 4. Ventura Celſ. 3, 12. Veteraſcunt febres Idem 3, 12. Vrget vehemens Celſ. 2, 10. Vrgent magnae Idem 7, 26. Vror anhelis febribus Ouid. ex Pont. 1, 10, 5.

¶ 3 Febris Dea. Val. Max. 2, 5, 6 Febrem ad minus nocendum templis colebant, quorum vnum adhuc in Palatio, alterum in area Marianorum monumentorum, tertium in ſumma parte Vici longi exſtat : in eaque remedia, quae corporibus aegrorum adnexa fuerant, deferebantur. *Mentio illius etiam* Cic. de N. D. 3, 63 c. 25. *et* de Legib. 2, 28 c. 9. *Add.* Plin. 2, 7. Prudent. Hamartig. 157. Lactant. 1, 20, 17. Min. Fel. 25, 8. Auguſtin. C. D. 2, 14. *Quid ſi occaſionem primam conſecrationis aperit* Cic. de Nat. Deor. 3, 24 c. 10 Vide, quaeſo, ſi omnis motus, omniaque quae certis temporibus ordinem ſuum conſeruant, diuina dicimus, ne tertianas quoque (*ſic leg. pro* quidem) febres, et quartanas diuinas eſſe dicendum ſit, quarum reuerſione et motu quid poteſt eſſe conſtantius ? Sed omnium talium rerum ratio reddenda eſt. Quod vos cum facere non poteſtis, tanquam in aram confugiſtis ad Deum *etc.*

FEBRICVLA, ae. f. Diminut. [πυρέτιον Gloſſ. Cyrill.] Planc. Cic. Fam. 10, 21 Qui ex labore in febriculam incidi aſſiduam, et ſatis moleſtam. Lentae Celſ. 2, 17. Leuis Idem 3, 22. Longae, difficileſque Celſ. 3, 22. Conſumit hominem febricula Idem 3, 25. Finitur febricula eo die Celſ. 2, 3. Cic. Att. 6, 9 Id videbatur approbare, quod erat in extremo, febriculam tum te Habentem ſcripſiſſe. Celſ. 3, 21 Ne febricula Incidat. Incidit frater meus ex labore in febriculam aſſiduam et ſatis moleſtam Planc. *ad* Cic. Fam. 10, 21. Incurſat febricula Celſ. 3, 22. Inſtat Idem 2, 7. Intercurrentes febriculae Scribon. 66. Manet ſi ſemper febricula Celſ. 3, 5. Medendum febriculae, *vid.* Febricula incurſat. Oritur febricula Celſ. 3, 25. Idem 4, 15. Praeceſſit febricula Celſ. 2, 7. Quieuit febricula, *vid.* Leuis febricula. Repetit febricula, *vid.* Leuis febricula. Febricula aut ſoluta erit, aut leuior Celſ. 8, 4.

FEBRICVLARIVS, a, um. *et* FEBRICVLARIS, e. Adi. *Apud* Boëthium *eſſe dicitur.*

FEBRICVLENTVS, a, um. Adi. Marc. Emp. c. 22 Febriculento potionem dare.

FEBRICVLŌSVS, a, um. Adi. [πυρετώδης] *Qui habet multam febrem.* Gell. 20, 1 Nam morbus in lege iſta non febriculoſus, neque nimium grauis, ſed vitium aliquod imbecillitatis atque inualentiae demonſtratur. *Et*, Scortum febriculoſum Catull. 6, 4.

FEBRICVLOSITAS, atis. f. Apuleii *eſſe dicunt*, *negat Index Floridi.*

FEBRICVLOSE. Adu. *Apud* Boëthium *eſſe dicitur.*

FEBRICOSVS, a, um. Adi. Veget. 1, 38, 4. *de equis.*

FEBRĪLIS, e. Adi. [πυρετικὸς] *quaſi Ad febrem pertinens.* Apul. : . . Ardore aeſtuans febrili. Febrile, πυρέτιον Vet. Onomaſt.

FEBRIBĬLIS, e. Adi. *Idem.* Cael. Aur. Tard. 4, 8 Viui lumbrici, febribiles.

FEBRESCO, ĕre. Solin. c. 31 Patuit nunquam eos hinnulos febreſcere.

FEBRIO, īre. [πυρέττω] *Laborare febre.* Si non febrit, venter ſoluendus eſt Celſ. 4, 7, 2. Idem 6, 11 Potiones ſi febriat puer, aquae : ſi ſine febre eſt, vini diluti.

FEBRIENS, entis. Partic. [πυρέττων] Columel. 6 c. vlt. Febrienti mulae cruda braſſica datur. *Et* Macrob. 7, 4 Febrienti ſimplicem cibum darent. *Add.* Spartian. Hadr. c. 25. Auſon. Epigr. 117.

FEBRICĬTO, āre. [πυρέττω] *Febrem pati, vel Febre corripi et tentari.* Si febricitabunt Scribon. 114. 127. *Add.* Id. 131. Febricitat aeger Celſ. 3, 6. Febricitauit aliquis, aut inhorruit Id. 2, 7.

FEBRICĬTANS, antis. Partic. Celſ. 2, 6. *Et* Curt. 10, 4, 11 Illis diebus Hephaeſtion febricitans moritur. Febricitantes Scribon. Ep. *et* Comp. 111. 115. 121. 169. Baſiare febricitantem Martial. 11, 99. Boni febricitanti conuenit abſtinere cibo Columel. 6, 9.

FEBRICO, āre. *Vnde*

FEBRICANS, antis. Partic. *Prouocatur ad* Dolores et inſaniam febricantium Celſ. 2, 1. *Sed al.* febricitantium.

FEBRICITATIO, ōnis. f. Celſi *eſſe dicitur.*

FEBRIFŬGVS, a, um. Adi. *Febrem fugans, vt*, Medicamentum febrifugum, *quod et Antifebrile Medici vocant.*

FEBRIFVGIA, ae. f. *Herba, Centauria minor* Apul. de Herb. c. 35.

FEBRVO, āre. [καθαίρω] *Luſtrare, purgare a* Ferueo *non minus deriuandum videtur quam* Febris : *purgatio enim ſulfure adolendo et flammis feruentibus fieri ſolebat. Add. locus Cenſorini, quem mox dabimus in* FEBRVVS, a, um. Varro *apud* Non. 2, 355 In eorum enim ſacris, liba cum ſunt facta iniicere ſolent farris ſemina ac dicere, ſe ea februare, id eſt pura facere. Idem Varro de L. L. 5, 4 p. 51, 4 *in etymologia* Februarii, quod tum februatur Populus, id eſt lupercis nudis luſtratur. *Add. reliqua, quae voce* FEBRVA *et* FEBRVARIVS *dabimus.* Cenſorin. 22 Februare, purgare et purum facere. — Nam aliter in aliis ſacris februatur, hoc eſt, purgatur.

FEBRVATVS, a, um. Partic. *Purgatus.* Varro de L. L. 5, 3 p. 46, 19 Rex cum ferias menſtruas nonis Februariis edicit, hunc diem februatum appellat. Feſt. *voce* FEBRVARIVS, de Iunone februata, et die februato. Cenſorin. 22 Dies Lupercalium proprie Februatus.

FEBRVATIO, ōnis. f. *Luſtratio.* Varro l. c. p. 46, 29 Nam et Lupercalia februatio, vt in antiquitatum libris demonſtraui.

FEBRVVS, a, um. Adi. *Idem ac Purgans, pians.* Cenſorin. c. 22 Eſt februum, quidquid piat purgatque — Februum (*Lindebr.* Februm *male puto*) autem non idem vsque quaque dicitur. Nam aliter in aliis ſacris februatur, hoc eſt, purgatur. In hoc autem menſe Lupercalibus, cum Roma luſtratur, ſalem *calidum* ferunt, quod *februum* appellant. Vnde dies Lupercalium proprie februatus, et ab eo porro menſis Februarius vocitatur. *Vid. mox* FEBRVA *Pl.*

FEBRVVS, i. m. Deus, qui luſtrationum potens creditur Macrob. Saturn. 1, 13. *Hunc Plutonem, vel Plutonis patrem, arbitrantur.* Seruius Georg. 1, 43. Februus eſt Ditis pater. Iſidor. 5, 33 Februum *ipſum* Plutonem *dicit.*

FEBRVA, ae. f. *Iuno, quae et Februalis. Vid.* Mart. Capell. *cuius locum mox damus voce* FEBRVLIS.

FEBRVA, ōrum. n. *Pl.* [καθάρματα] appellantur, Quaecunque purgamenti cauſa in quibuscunque ſacrificiis adhibeantur, *inquit* Feſtus. Ouid. Faſt. 2, 19 *latius huius vocis ſignificationem proſequitur*,

Februa Romani dixere piamina patres,
Nunc quoque dant verbo plurima ſigna fidem.
Pontifices ab Rege petunt et flamine lanas,
Quîs veteri lingua Februa nomen erat.
Quaeque capit lictor domibus purgamina certis,
Torrida cum mica farra, vocantur idem.
Nomen idem ramo, qui caeſus ab arbore pura
Caſta ſacerdotum tempora fronde tegit.
Ipſe ego Flaminicam poſcentem februa vidi:
Februa poſcenti pinea virga data eſt.
Denique, quodcunque eſt, quo pectora noſtra piamus,
Hoc apud intonſos nomen habebat auos.

Id. Faſt. 5, 423 Annus erat breuior, nec adhuc pia februa norat. *i. nondum menſe Februario auctus erat.* Ouid. Faſt. 4, 726

Certe ego de vitulo cinerem ſtipulasque fabales
Saepe tuli plena februa caſta manu.

Etiam Singularis Varro de L. L. 4, 3 p. 46, 20 Februum Sabini purgamentum *appellant* : et id in ſacris noſtris verbum. Seruius *ad* Aen. 8, 343 Pellem ipſum capri veteres Februum vocabant.

FEBRVAMENTVM, i. n. *Purgamentum.* Cenſorin. de Die Nat. c. 22 Eſt februum, quidquid piat purgatque, et februamenta, purgamenta.

FEBRVARIVS, i. m. [θαργηλιών] *Menſis ſecundus hodie, olim vltimus, quod mutaſſe putantur Decemuiri.* Ouid. Faſt. 2, 49

Qui ſequitur Ianum, veteris fuit vltimus anni —
Qui ſacer eſt imis Manibus, imus erat.
Poſtmodo creduntur ſpatio diſtantia longo
Tempora bis quini continuaſſe viri.

Totus ille locus, quin totus liber Faſtorum Naſonis ſecundus pertinet ad Februarium menſem, et dies in illo feſtos aut alios memorabiles, declarandos. Speciatim a Februis *dictum hunc menſem oſtendit, quae modo declarauimus. Laudatur* Cic. de Legib. 2, 54 c. 21 Venio nunc ad Manium iura — Februario autem menſe, qui tunc extremus anni menſis erat, mortuis parentari voluerunt *etc.* *Sed haec non eſſe Ciceronis, verum lacunae explendae cauſa, nec tamen ſine bonis auctoribus, a Lambino inſerta, obſeruandum eſt. Vid. Dauſ.* Cenſorini *verba iam dedimus in* FEBRVO *et* FEBRVVS, a, um. Feſtus, Februarius menſis dictus, quod tum, id eſt, extremo menſe anni populus februaretur, id eſt luſtraretur ac purgaretur: vel a Iunone februata, quam alii februalem, Romani februalim vocant: quod ipſi eo menſe ſacra fiebant, eiusque feriae erant Lupercalia, quo die mulieres februabantur a lupercis amiculo Iunonis, id eſt pelle caprina : (*Vid.* Cic. de Nat. Deor. 1, 82 c. 27) quam ob cauſam is quoque dies februatus appellabatur. Cic. Verr. 1, 90 c. 35 Sunt Romae legati Mileſii — qui menſem Februarium — exſpectant. *Hic* Aſcon. Pedianus, Hic eſt menſis, *inquit*, quo frequens Senatus poſtulatis prouinciarum, et legationibus audiendis datur. *Huc reſpicit* Cic. Verr. 2, 76 c. 31 Quan-

Quando autem homo tanta luxuria atque deſidia, niſi Februario menſe adſpirabit in curiam?

FEBRVLIS, *item* FEBRVALIS, is. *et* FEBRVATA, ae. f. Iuno, *a Romanis dicta*, quod ipſi menſe Februario ſacra fiebant: eiusque feriae erant Lupercalia, quo die mulieres februabantur a Lupercis amiculo Iunonis, i. e. pelle caprina. Feſtus. *Conf.* Varro de L. L. 5, 3 p. 46, 17. Februtis *eſt apud* Arnob. 3, p. 118. Mart. Capell. 2 p. 37 *in nomenclatura Iunonis*, Nam Fluuoniam, Februalemque ac Februam mihi poſcere non neceſſe eſt, cum nihil contagionis corporeae ſexu intemerata pertulerim. *Videtur ergo ad purgationes menſtruas pertinuiſſe.*

F E C

FECENIA, ae. f. Vitis, quae et Rubella, faece nimia Plin. 14, 2.
FECIALIS, *vid.* FETIALIS.
FECVLA, *vid.* FAECVLA.
FECVNDVS *etc. vid.* FOECVNDVS.

F E L

FEL, fellis. n. [χολή] *Humor in iecore, ſua tamen veſicula contentus flauus eſt, qui etiam a medicis Bilis flaua appellatur.* Ponamus quaedam Plin. 11, 37 ſ. 74 In eodem (*de iecore egerat*) eſt fel, non omnibus datum animalibus — Equi, muli, aſini, cerui, capreae, apri, cameli, delphini, non habent; murium aliqui habent. Hominum paucis non eſt, quorum valetudo firmior, et vita longior. *Sit fides penes auctorem, quam in eo, quod ſequitur multo difficilius inueniet,* Eſt nihil aliud, quam purgamentum peſſimumque ſanguinis, et ideo amarum eſt. — Sed in felle nigro inſaniae cauſa homini, morsque toto (*felle nigro*) reddito. Hinc et in mores crimen bilis nomine. Adeo magnum eſt in hac parte virus, cum ſe fundit in animum. Quin et toto corpore vagum colorem quoque oculis aufert. — Taurorum felle aureus ducitur color. Aruſpices id Neptuno et humoris potentiae dicauere: geminumque fuit Diuo Auguſto (*immolanti*) quo die apud Actium vicit. *Haec ex Plinio. Metaphorice* Plaut. Truc. 1, 2, 77 In melle ſunt linguae ſitae veſtrae, atque orationes, corda in felle ſunt ſita, atque acerbo aceto. Gallinaceum fel Cic. de Diuin. 2, 29. Hyaenae fel Scribon. 38. Taurinum fel Idem 68. 70. 230. Vipereo felle tela lurida Ouid. Triſt. 5, 7, 16. Ardet iecur ſiccato felle Sen. Herc. Oet. f. 9. Armata veneni felle ſagitta Virg. Aen. 12, 857. *Conf.* Prudent. Cathem. 9, 176. Sammonic. c. 47. Suffuſi felle ſales, *i. ioci mordaces* Ouid. Triſt. 2, 565. Qui melle carmen atque felle temperans, Torpere muſas non ſinis Auſon. Epigr. 15. Tincta mordaci felle ſpicula Ouid. ex Pont. 3, 3, 106. *Ponitur etiam pro quacunque fortunae acerbitate.* Tibul. 3, 4, 12 Omnia iam triſti tempora felle madent. ¶ 2 Fel terrae, *Genus herbae.* Plin. 25, 6 Centaurion noſtri fel terrae vocant, propter amaritudinem ſummam. *Add.* Celſ. 5, 5. Scribon. 227. Apul. de Herb. c. 34.

FELLEVS, a, um. Adi. [χολώδης] Plin. 26, 12 Sudores enim felleos mouent.

FELLĪTVS, a, um. Adi. *Felle imbutus.* Feſtus Auienus Epiſt. ad Flauian. Myrmecium, — Penitus fellitus amarans Ore ſapor nil dulce meo ſinet eſſe palato. Gloſſ. Vet. Fellitus, χολικός. *Vſus et* Macer. 1, 7.

FELLŌSVS, a, um. Adi. *Idem.* Cael. Aurel. Tard. 4, 6 Felloſus et ſanioſus.

FELLIDVCVS, a, um. Adi. [χολαγωγός] Cael. Aurel. Tard. 3, 4 Medicamenta felliduca.

FELLIFLVVS, a, um. Adi. Idem Acut. 3, 19 *de cholera:* Paſſio fellíflua.

FELICIO, ōnis. m. *Pueri nomen, bene ominatum, puto, apud* Petron. c. 60. *Add.* Sen. Ep. 12. ¶ 2 *Apud* Petron. c. 67 Scintilla de ceruice ſua detraxit capſellam aureolam, quam Felicionem appellabat: inde duo crotalia protulit. Filicionem *ſuſpicabatur Heinſ. v. v. ſub* FILIX. *Poteſt etiam fieri, vt plebeia ſuperſtitio capſellas id genus, rebus pretioſis, et magnarum diuitiarum argumentis ſeruandis deſtinatas,* Feliciones *dixerit, quaſi felicitatis pignora quaedam aut cuſtodias: vt* Elenchos *margaritas inſignes.*

FELES, FELLES, FAELES, FELIS, is. f. [αἴλουρος] *Animal notum, quod nobiſcum in domibus retinemus ad murium venationem.* Chariſ. 1 p. 25 *extr. tractans nomina in ES finita,* Feles, αἴλουρος, felis. *Et ſane terminatio ES, et genus Femininum certius. In Aegypto coluntur religioſe* feles. *Vid.* Cic. Tuſc. 5, 78 c. 27. Idem de Nat. Deor. 3, 82 c. 29 Ne fando quidem auditum eſt, crocodilum, aut ibim, aut felem violatum ab Aegyptio. *Huc pertinet* de Legib. 1, 32 c. 11. *Pater Herodotus etiam huius hiſtoriae* 2, 66. *Rationem indagat* Cic. de N. D. 1, 101 c. 36 Poſſum de ichneumonum vtilitate, de crocodilorum, de felium dicere. ſed nolo eſſe longus. Plin. 10, 73 Feles quidem, quo ſilentio, quam leuibus veſtigiis obrepunt auibus? Varro R. R. 3, 11, 3 *de anatum ſtabulo,* Omnes parietes tectorio leuigantur, ne faeles aliaue beſtia introire ad nocendum poſſit. *Mox* 3, 12, 3 *ſimiliter cavet in glirariis. Sic et* Colum. 8, 14, 9 Ne coluber, vipera, feleſque, aut etiam muſtela poſſit adſpirare. *Et* 15, 2 Ne feles aut viuerra perrepat. *Add.* 8, 3, 6. *In his ruſticorum locis, ſunt, qui non domeſticum illud animal intelligi velint, ſed ferum magis genus,* Fouinum, Martem *etc. De hac* Nemeſian. Cyneg. v. 55 Felemque minacem Arboris in trunco longis praefigere telis. *Haec* Phaedr. 2, 4, 2 Feles cauernam nacta in media quercu *inter aquilam et aprum.* ¶ 2 *Metaph.* Auſonius Epigr. 70, 5 Quis Marcus? feles nuper pullaria dictus. *Vt* Feles virginalis *a* Plauto Rud. 3, 4, 42. *et* Virginaria Perſ. 4, 9, 14 *dicitur Virginum raptor, a felis rapacitate: ſic* Feles pullaria, *Raptor eſt puerorum et corruptor. Nam veteres Pueros etiam Pullos vocabant: hinc* Pulliprem*o, quo vſus eſt* Lucilius.

FELINEVS, a, um. Adi. *Quod felium eſt, vel de felibus, vt,* Felinei oculi, *apud* Seru. *in* Georg. 3, 83.

FELINVS, a, um. Adi. *Idem.* Stercus felinum Celſ. 5, 18.

FELIO, īre. *Vox quorundam animalium.* Auctor Philomelae v. 50 Pardus hiando felit.

FELIX, īcis. Adi. [εὐτυχής, εὐδαίμων, ὄλβιος] *Primo videtur* fecundum *notaſſe, vt* arbor, ager, hortus, hoſtia: *deinde latius extentum paullatim, ad omnem proſperitatem et bonum ſucceſſum relatum eſſe.* Virg. Aen. 3, 493 Viuite felices, quibus eſt fortuna peracta Iam ſua. Felices ter et amplius Hor. Carm. 1, 13, 17. O felix vna ante alias Priameïa virgo Virg. Aen. 3, 321. Cic. de Clar. Orat. 63 Eſt nonnulla in iis etiam inter ipſos ſimilitudo: acuti ſunt, elegantes, faceti, breues. Sed ille Graecus ab omni laude felicior: habet enim, *etc. de Lyſia et Timaeo.* Ad caſum fortunamque felix vir Cic. pro Font. 31. *Cum Gen.* Curarum felix Stat. Silu. 4, 4. Famae Sil. 4, 731. Leti Idem 4, 398. Necis Sil. 2, 570. Vteri Sil. 4, 359. *Vid. Drakenb. ad* Sil. *l. c.* *Cum Abl.* Felix et nato, felix et coniuge Ouid. Met. 11, 266. *Cum Dat.* Felix *eſt* *Commodum, vtile.* Martial. 1, 102 Illa manus quondam ſtudiorum fida meorum, Et felix domino, notaque Caeſaribus. - Quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque eſſet, praefabantur rebus omnibus agendis antiqui Cic. de Diuin. 1, 102. Aetas felicior Ouid. Met. 14, 142. Audacia felix Idem Epiſt. 18, 195. Auſpiciis felicibus ibat Virg. Aen. 11, 31. Exitus Lucret. 1, 101. Illa Dies Lucan. ad Piſon. 147. Nemo malus felix Iuuenal. 4, 8. Mortalium nemo eſt felix Plin. 7, 11. Oliua, *vid.* OLIVA. Omen Ouid. Met. 10, 5. Populus Idem Triſt. 4, 2, 65. Felix, quicunque dolore Alterius diſces poſſe carere tuo Tibull. 3, 7, 11. Via felici ire Ouid. Faſt. 1, 432. ¶ 2 *Saepe* Felix, *vt oſtendimus, eſt Pingue, fecundum, fructuoſum, ferax.* Virg. Georg. 2, 81 Exiit ad caelum ramis felicibus arbos. Varro de Vit. P. R. 2. *Conf.* Non. 4, 184. *Interpp. ad* Grat. Cyneg. 442. Arabia Felix Plin. 12, 13. Idem in prooem. 14 Tanto priſcorum cura fertilior, aut Induſtria felicior fuit. Martial. 13, 20 Hos Amiternus ager felicibus educat Hortis. Hoſtia felix, *Fecunda et pinguis.* Virg. Georg. 1, 345 Terque nonas circum felix eat Hoſtia fruges. Siluae felices, *i. e.* Fertiles Virg. Georg. 4, 329: Seruius. Felices arbores Cato dixit, Quae fructum ferunt: Infelices, Quae non ferunt: Feſtus. Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum eſt Liu. 5, 24. ¶ 3 *Quid facit felices, Propitius.* Virg. Aen. 1, 334 Sis felix: noſtrumque leues quaecunque laborem. *Vbi* Seruius: Felix, Propitia. Felix enim dicitur et Qui habet felicitatem, et Qui facit eſſe felicem. Idem Ecl. 5, 65 Sis bonus o felixque tuis: en quatuor aras. Deos enim felices vel infelices, ex rebus quas praeſtant, vocamus. Prop. 3, 11, 15 Felix Eois lex funeris vna maritis: *quae facit felices.* Idem 4, 4, 69 Veſta Iliacae felix tutela fauillae. ¶ 4 Felix *aliquando dicitur Mortuus, more Graecorum, qui defunctos vocant* μακαρίτας. Hor. Serm. 1, 9, 27 Omnes compoſui felices; nunc ego reſto. *Conf.* Idem Carm. 2, 4, 14. Virg. Aen. 3, 321 O felix vna ante alias, *etc.* ¶ 5 *Compar.* Virg. Aen. 9, 722 — Quo non felicior alter. Iuvenal. 14, 312 Quanto felicior hic, qui Nil cuperet (*Diogenes*) quam qui totum ſibi poſceret orbem, *Alexander.* *Superl.* Illi, feliciſſimo omnium ante ciuilem victoriam, nunquam ſuper induſtriam fortuna fuit multique dubitauere fortior an felicior eſſet Salluſt. Iugurth. c. 95. ¶ 6 Felix Iulia colonia, *quae* Berytus *alias* Plin. 5, 20. *Sic* Iulia Felix Claſſica Sueſſa *apud Grut.* p. 1093, 8. *Vid. Spanh. Diſſ.* 12 p. 442 *ſq.* ¶ 7 Felix *poſt Sullam* (*qui et* Fauſtus *et* ἐπαφρόδιτος. *i.* Venuſtus *dictus eſt,*) *cognomen Imperatorum. Vid. Spanh. Diſſert* 12 p. 441 *ſq.*

FELICITAS, ātis. f. [εὐτυχία, εὐδαιμονία] Cic. pro Font. 32 Videor hoc leuiter pro mea auctoritate vobis praecipere poſſe, vt ex eo genere homines, quorum cognita virtus, induſtria, felicitas in re militari ſit, diligenter vobis retinendos exiſtimetis. Felicitas cui praecipua fuerit homini, non eſt humani iudicii Plin. 7, 11. Adverſa, *vid.* ADVERTO. Bonae felicitates Ter. Eun. 2, 3, 33. Nulla profecto ſolida eſt felicitas Plin. 7, 44. Cic. de Clar. Orat. 4 Dedit illi fortuna felicitatem, huic induſtria virtutem. Auct. ad Heren. 4, 28. Felicitas terrae, *Fecunditas* Plin. Epiſt. 3, 19. Praeſtare felicitatem de ſe ipſo nemo poteſt, meminiſſe et commemorare de altero poſſumus Cic. pro L. Manil. 47. Val. Max. 6, 4, 4 Qua propter Felicitatis cognomen iuſtius quis moribus grauiſſimi viri, (*Rutilii*) quam impotentis armis (*Sullae*) tribuerit. *Sic leg. non* Felicis, *recte tuetur Perizon. ad h. l. et Animadu. c.* 2 p. 66 *ſq.* *Qui* Felix *cognominatur, illi* Felicitatis *cognomen tribuitur. Quod non ſatis, aliis nempe intentus, aſſecutus eſt Vir ſummus Ez. Spanh. Diſſ.* 10 p. 73. *Plur.* Felicitates Ter. Eun. 2, 3, 33. ¶ 2 *Dea, quam Romani venerabantur.* Auguſt. de Ciu. Dei 4, . . Quid Felicitas? dea eſt, aedem accepit, aram meruit, ſacra ei congrua perſoluta ſunt. ¶ 3 *In titulis Principum.* Symm. 10, 31 Felicitas quidem veſtra aeternae vrbi ſollemnis alimoniae copiam pollicetur. *Scribit ad Theodoſium Imp.* ¶ 4 Felicitas Iulia *dicta* Oliſippo colonia Plin. 4, 22.

FELICĪTER. Adu. [εὐτυχῶς, εὐδαιμόνως] Cic. de Fin. 3, 26 Neceſſario ſequitur, omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolute, fortunate viuere, nulla re impediri, nulla prohiberi, nulla egere. Audere feliciter aliquid Hor. Epiſt. 2, 1, 166. Euenit res fauſte, feliciter, proſpere Cic. pro Muraen. 1. Geſta Reſpubl. bene et feliciter Cic. Philipp. 5, 40. Implere ſuos annos feliciter Ouid. Epiſt. 7, 161. Nauigare fatis feliciter anni iam aduerſo tempore Cic. Verr. 2, 95. Sapit is feliciter, qui alieno periculo ſapit Plaut. Merc. 4, 5 ſuppoſ. 2, 40. Feliciter, *vſitata eſt et Bene precandi et gratulandi formula: vid. Briſſon.* Form. ſollemn. 8 p. 719. *et Lipſ. Elect.* 2, 10. Conteſtatus deos, vt ea res legioni feliciter eueniret Caeſ. B. G. 4, 25. Suet. Claud. c. 7 *extr.* Praeſeditque nonnunquam ſpectaculis in Caii vicem, acclamante populo Feliciter. *Conf.* Phaedr. Fab. 5, 2, 13. Flor. 3, 3 *extr.* *et Muret. Var. Lect.* 9, 8. *Compar.* Virg. Georg. 1, 54 Hic ſegetes, illic veniunt felicius vuae. *Superl.* Decertare cum aliquibus feliciſſime Cic. de Prouinc. Conſ. 33. Feliciſſime res gerere Liu. 30, . . *Conf.* Caeſ. B. C. 1, 7.

FELICĪTO, āre. [ὀλβίζω] *Felicem reddere, cuius contrarium eſt,* Infelicito, *quod eſt Deſtruo.* Plaut. Poen. 2, 1, 1 Dii illum infelicitent omnes. Donat. in Vit. Virg. Rogat quam ad felicitandos homines facultatem haberet?

FELICIO, *vid. poſt deriuata ex* FEL.

FELLATOR, FELLEBRIS, FELLICO, *vid.* FELLO.

FELLO, *ſiue* (*vt Salmaſ.* p. 662 *ad extr. c.* 45 Solini *contendit*) FELO, āre. *eſt Lac ſugere, a* θηλάζειν. Varro *ap.* Non. 4, 25 Vbi quod lupam alumni fellarunt olim de Romulo et Remo. *Idem* Varro *ap.* Nonium 2, 344 Lac humanum fellaſſe. *Hoc verbum etiam ad foedum libidinis genus translatum eſt, quod ore patrabatur, vt et Verbum Irrumare.* Martial. 7, 9 Paedicatur Oros, fellat Linus, Ole, quid a d te. *Et* 2, 50 Quod fellas et aquam potas: nil Lesbia peccas.

FELLATOR, ōris. m. Martial. 14, 74 Corue ſalutator quare fellator haberis? *Nempe, vt ait* Plin. 10, 12 Ore coruos parere aut coire, vulgus arbitratur — Ariſtoteles negat — ſed illam exoſculationem, quae ſaepe cernitur, qualem in columbis eſſe.

FELLĒBRIS, e. Adi. Solin. c. 8 Calabria Boam gignit, quem anguem

guem in immenſam molem ferunt coaleſcere. Captat primo greges bubulos: et ſi quae plurimo lacte rigua bos eſt, eius ſe vberibus innectit: ſuctuque continuo ſaginata, longo ſaeculo ita fellebri ſatietate vltimo extuberatur, vt obſiſtere eius magnitudini nulla vis queat. Fellebrem ſatietatem *vocat*, *Copioſum lactis ſuctum*. Gloſſ. Iſid. Fellebrem, adhuc laetum viuentem, *quod recte emendauit Vulcanius*, lacte.

FELLITO, *et* FELĪTO, āre. Solin. c. 57 Nequaquam mater pullo vbera praebet fellitanda. Gloſſ. Iſidori: Fellitat, ſugit. *Adde Salmaſ. ad* Solin. *l. c.*

FELLITANS, antis. Partic. Mammas fellitantes exſugerent Arnob. 2 p. 70.

FELSĬNA, ae. f. [Βονωνία] *Italiae vrbs.* Plin. 3, 15 *in deſcriptione octauae regionis Italiae:* Intus colonia Bononia, Felſina vocitata, quum princeps Hetruriae eſſet.

F E M

FĒMEN, *pen. corr.* ĭnis. n. (*Nominatiuum Singul. exſtare negat* Seru. *ad* Aen. 10, 788) [μηρός] *Pars ſumma pedum, a lumbis. Deriuatur a* Feo *v. v.* Femora (*inquit Valla*) *partem illam exteriorem ſignificant:* Femina, *partem interiorem, mollioremque, quae ſe contingunt.* *Et fauet* Plin. 28, 15 *extr.* Femina atteri adurique equitatu, notum eſt. *Sed quod* Plin. 28, 2 f. 4 *ait*, Dixit Homerus profluuium ſanguinis vulnerato femine Vlyſſem inhibuiſſe carmine, *ex eo nihil poteſt effici. Apud Homerum enim Odyſſ.* T, 457 *Autolici filii Vlyſſis humerum curant, vt videatur memoriae error. Neſcio an huc faciat* Plin. 11, 10 *de apibus*, Prioribus pedibus femina onerant, propter id natura ſcabra. *Sed omnino fauet* Columel. 6, 2, 6 Ventri quoque et ſub femina manum ſubiicere, ne ad huiusmodi tactum poſtmodum paueſcant, et vt vicini, qui plerumque feminibus inhaerent, eximantur. *Sed totum femur notat, cum* Varro R. R. 3, 9, 5 Femina gallorum piloſa laudat. *Et* Columel. 6, 29, 3 Toroſa et numeroſa. Lucret. 4, 826 Ideo faſtigia poſſe Surarum ac feminum pedibus fundata plicari. Faſtigia, *i. extrema ſuperiora Surarum et ima feminum plicantur in regione poplitum. Sic* Virg. Aen. 10, 788 Enſem Aeneas — Eripit a femine. Sil. 1, 540 Lancea — femine aduerſo librata cuſpide ſedit. *Vid. Heinſ. ad h. l. Sic* Caeſ. B. G. 7, 73 Stipites feminis craſſitudine. *Proprie* Cic. Verr. 4, 93 c. 43 Signum Appollinis, cuius in femine, literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inſcriptum. Plaut. Aſin. 2, 2, 73 *Hyperbole comica*, Sed tamen tu nempe eos aſinos praedicas, vetulos, claudos, quibus obtritae ad femina erant vngulae. *Conf.* FLEMEN. Redundat *pedibus, feminibus, cruribus, etc.* *Deus Epicuri* Cic. de N. D. 1, 100 c. 35 *extr.* Femina *et* Femora *permiſceri a librariis, annotat Drakenborch. ad* Sil. 1, 540. *Add. Heinſ. ad* Virg. Aen. 10, 788.

FEMINALIA, ōrum. n. *Pl.* [περιμήρια, περισκελίδες Vet. Gloſſ. Lat. Graec. περιζώματα] *Tegumenta feminum, et ſubligacula. His et mulieres vtuntur, vt etiam viri, vt videre eſt* Exod. c. 28. Leuit. 6 *et* 16. *et* Ezech. c. 44. *Auguſtus* Hieme Feminalibus muniebatur Suet. c. 82 *intell.* faſciis. *Recte enim Caſaubonus oſtendit, ea, quae hodie* Feminalia *vel* Femoralia *vocantur, plane abfuiſſe a conſuetudine veterum Ebraeorum, Graecorum, Romanorum. Vid. etiam Salmaſ. ad* Lamprid. Alex. Seu. 40 p. 976 *ſq. Hack. Conf.* BRACA.

FEMINA, *mulier vid.* FOEMINA.

FEMVR, ŏris. n. [μηρός] *Quatenus conueniat cum femine, et quid differat, modo indicatum eſt.* Plaut. Mil. 2, 2, 49 Dextera digitis rationem computat feriens femur dexterum. Cic. de Clar. Orat. 277 c. 80 Frons non percuſſa, non femur, pedis (quod minimum eſt) nulla ſupploſio. Martial. 6, 75 Quum mittis turdumque mihi, quadramue placentae, Siue femur leporis, ſiue quid his ſimile. Quinctil. 2, 12 Femur, pectus, frontem caedere, mire ad pullatum circulum facit. Hauſit femur roſtro adunco Ouid. Met. 8, 371. Idem ibid. 11, 81 Et contra femur moerenti plangere dextra. ¶ 2 Femur bubulum, Herba, neruis vtilis Plin. 27, 9.

FEMORALIA, ium. n. *Pl.* [περιζώματα] *Faſciae, quibus femora teguntur.* Suet. in Aug. c. 82 Hieme quaternis cum pingui toga tunicis ſubuculae thorace laneo et femoralibus, et tibialibus muniebatur. *Legitur et* Feminalibus, *v. v.*

F E N

FENDĬCAE, ārum. f. Hirae ſiue ilia, a Findo, quod a fiſſis carnibus fierent. Arnob. 7 p. 230.

FENDO, ĕre. *Verbum antiquatum, cuius ſola ſuperſunt compoſita.* Priſcian. 11 p. 923 Offendo, quaſi a Fendo verbo componitur, quod non eſt lectum. Fendo *ſignificat idem fere, quod* pello. *Nam* defendo *eſſe depello*, offendo *impello etc. ſuis locis docetur.*

FENSVS, a, um. Partic. *In* Gloſſ. Iſidor. *Iratus redditur: eſt enim idem qui* Infenſus.

FENESTRA, ae. f. [θυρίς] ἀπὸ τοῦ φαίνειν, *quod eſt lucere, deriuatur a* Non. 1, 159. *Sunt certe foramina parietum* feneſtrae *ad lucem accipiendam factae.* Feneſtrae *quaſi quaedam* φανέστραι, *vt* palaeſtra *etc.* Cic. Tuſc. 1, 46 Non eas partes, quae quaſi feneſtrae ſunt animi. Varro R. R. 1, 13, 5 Feneſtras habere oportet nubiliarium ex ea parte, vnde commodiſſime perflari poſſit. *Sic* Punicanae feneſtrae reticulatae, ne quod animal maleficum introire queat, *in columbario* ibid. 3, 7, 3. *Geminus huic locus eſt* Colum. 8, 3, 4. Hor. Od. 1, 25, 1 Parcius iunctas quatiunt feneſtras Ictibus crebris iuuenes proterui. *Nempe qui per feneſtras admitti velint. Vid.* Ouid. Art. 3, 604. *Iunctae ſunt clauſae* Iuuen. 9, 105 Claude feneſtras, Vela tegant rimas, iunge oſtia, tollito lumen. Ouid. Faſt. 3, 3, 10 Et genuit paruo mota feneſtra ſono. *i. valua.* *Et* v. 5 Nox erat, et bifores intrabat luna feneſtras. *Sic* Ouid. Amor. 1, 5, 3 Pars adaperta fuit pars altera clauſa feneſtrae: Quale fere ſiluae lumen habere ſolent. *Et* Art. 3, 807 Nec lucem in thalamos totis admitte feneſtris. *Et* Rem. 411 Tunc etiam iubeo totas aperire feneſtras, Turpiaque admiſſo membra notare die. Plin. Epiſt. 2, 17, 22 Cubiculum ne diem quidem ſentit, niſi apertis feneſtris. *Nimirum adhuc apud antiquos ſcriptores feneſtras non inuenio, niſi aperta ad lucem accipiendam foramina, reticulis interdum, interdum valuis munita, vt aperiri et claudi poſſent. E Vitro factas reperies apud* Anaſtaſ. Bibl. in Vita Leonis III. *laudante Salmaſ. Exerc. Plin.* p. 770, b E. Hieronymus ad Ezech. 41, 16 Feneſtrae quoque erant factae in modum retis, inſtar cancellorum, vt non ſpeculari lapide, nec vitro, ſed lignis interraſilibus et vermiculatis clauderentur. *Quam adhuc antiquiſſimam eius rei mentionem obſeruaui. Conf. Salmaſ. l. c. et* SPECVLAR. Martial. 1, 87 Vicinus meus eſt, manuque tangi De noſtris Nouius poteſt feneſtris. Plaut. Caſin. 1, 45 Concludere in feneſtram firmiter, Vnde auſcultare poſſis, quom ego illanc oſculer. *Omnino, quod negabat Lipſius, de cubiculi feneſtra accipiendum, cui illigari vult Chalinum Olympio, vt audiat ibi quod nolit. Add.* v. 51 Tum tu, furcifer, quaſi mus, in medio pariete vorſabere. Anguſtiae feneſtrarum Cic. Att. 2, 3. Altae, caligantesque feneſtrae Iuuen. Sat. 6, 31. Armataeque vomunt ſtridentia tela Stat. Theb. 10, 536. Cavae Virg. Aen. 9, 534. Ingens feneſtra lato ore Virg. Aen. 2, 482. *i. apertura.* Patulis tectum ſublime feneſtris Ouid. Met. 14, 752. Fundit plena per inſertas ſe luna feneſtras Virg. Aen. 3, 152. Indere feneſtras tecto dicitur ventus, *vid.* VNDO. Patent vigiles te praetereunte feneſtrae Iuuen. Sat. 3, 275. ¶ 2 *Metaph.* Feneſtram ad nequitiam aperire alicui, *pro Dare occaſionem.* Ter. Heaut. 3, 1, 72 Hui, quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris. *Conf. Caſaub. ad* Suet. Tib. c. 28 Si hanc feneſtram aperueritis (*cognoſcendi de libellis famoſis etc.*) nihil aliud agi ſinetis: omnium inimicitiae hoc praetextu ad nos deferentur.

FENESTELLA, *ſ.* FENESTRELLA, ae. f. Dimin. [θυρίδιον] Columel. 1, 6, 10 Granaria modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur. *Add.* Id. 8, 3, 3. Pallad. 1, 24, 1 *de columbario*, A quatuor partibus, ſicut mos eſt, feneſtellae breuiſſimae fient. *Ante Victorium edebatur* feneſtrellae. ¶ 2 *Eſt etiam Porta Romana, cui nomen* Feneſtellae, Feneſtrellae, Feneſtralis, Feneſtratae: *Sic enim et magis etiam variatur* Ouid. Faſt. 6, 578 *vbi ratio appellationis aperitur.* ¶ 3 *Eſt antiquum cognomen Romanum ſcriptoris, quo vtitur interdum Plinius etc.*

FENESTRO, āre. [θυριδόω] *Aperire.* Plin. 11, 37 Media oculorum cornea feneſtrauit pupilla.

FENESTRATVS, a, um. [θυριδωτός] *i. Apertus, perforatus.* Nulla eſt feneſtratior domus *Plauti eſſe dicitur.* Pectora feneſtrata et aperta Vitruu. 3 prooem.

FENESTRĀLIS, e. Adi. [θυρίδιος] Ouid. Faſt. 6, 578 Nocte domum parua ſolita eſt intrare feneſtra, Vnde feneſtralis nomina porta tenet. *De Fortuna, alii legunt* Feneſtrellae, *vel* Feneſtratae.

FENESTRVLA, ae. f. Dimin. Per quandam feneſtrulam proſpicere geſtio Apul. 9 *fin.*

F E O

FEO, re. *Antiquitus dictum puto a Graeco* φύω, *idemque quod* φύω *ſignificaſſe, nempe gignô, genero etc. Suadent hoc verba plura, quae vix commodius deriues*, Femina, Fetare, Fetus *Subſtantiuum pariter et Adiectiuum*, Fecundus, Femen *et* Femur *ſedes genitalium membrorum*, Fenus, τόκος. *In quibus omnibus, praeter* Femen *et* Femur, *inualuit antiquitus, vt per* oe *ſcriberentur, quod ſatis indicat* Gellii *obſeruatio* 16, 12 *quam damus in* FOENVS. *Vidit hoc olim Daumius in libello de cauſis amiſſarum radicum L. L. qui etiam recte obſeruat p. 57 ex hac radice* Fere *eſſe productum* Ferere, *quod contraxerunt in* Ferre. *Certe vſus Latinorum, Graecorum et Septentrionalium quorundam cum* ferendi *notione illam gignendi et pariendi ſignificationem varie coniungit.*

F E R

FERA, ae. f. [θήρ, θηρίον, φήρ] *Videtur Adiectiuum fuiſſe, de quo iam ſtatim dicemus, intell.* beſtia, *vel* belua, *quo vtitur* Cic. Acad. 4, 108 Quod vt feram et immanem beluam, ſic, *etc.* Agmen ferarum Ouid. Met. 11, 21. Concilium ferarum Idem ibid. 10, 144. Domitor ferarum Hercules Sen. Herc. Oet f. 17. Genus omne ferarum Virg. Georg. 3, 242. Genus horriferum ferarum Lucret. 5, 219. Genus montiuagum ferarum Idem 2, 1080. Latebrae ferarum Ouid. Met. 1, 216. Praeda rapidarum ferarum Ouid. Epiſt. 11, 111. Rabies horrenda ferarum Sil. 16, 104. Saecla ferarum Lucret. 3, 753. *vid.* SAECVLVM. Serpentia ſaecla ferarum Lucret. 6, 766. Spelaea ferarum Virg. Ecl. 10, 52. Stabula alta ferarum Virg. Aen. 6, 179. Tecta denſa ferarum Idem ibid. 6, 7. ¶ 2 *Adiectiua:* Acres ferae, *vid.* ACER. Expertes rationis et orationis Cic. Off. 1, 50 c. 16. Horribilis Virg. Georg. 4, 462. Immanis Ouid. Met. 8, 422. Matutinae Martial. 13, 95. Montanae Ouid. Faſt. 2, 216. Montiuagae Lucret. 1, 405. Pernix Sen. Herc. fur. 4. Rabidarum more ferarum Stat. Theb. 8, 71. Ouid. Met. 2, 194 Vaſtarumque videt trepidus ſimulacra ferarum. ¶ 3 *Verba:* Agitare et excitare feras Cic. Off. 3, 68 c. 17. Agitare errantes feras Claud. in Gigant 122. Agitare feras ſiluis Virg. Aen. 11, 686. *vid.* AGITO. Conſequi curſu excitatas feras Sen. Hippol. v. 110. Degere vitam more ferae Virg. Aen. 4, 551. Quinct. 1, 10 Non feras modo, ſed ſaxa etiam, ſiluasque duxiſſe, memoriae proditum eſt. Interficere feras Lucret. 5, 1248. Mulcere feras Ouid. Met. 14, 339. Sequi acres curſu feras Sen. Octau. f. 7. Veſtigare feras Sen. Thyeſt. 497.

FERĪNVS, a, um. Adi. [θήριος] *Quod ferarum ritu vel ſit, vel ſe habet.* Apul. Ferino, ac beluino ritu. Salluſt. Iugurth. c. 18 Getulis cibus erat caro ferina. Liu. 35, 49 Condimentis varietatem illam et ſpeciem ferinae carnis ex manſueto ſue factam: *quod deinde lepide ad milites hoc nomen non merentes transfertur.* Caedes Ouid. Met. 7, 675 Domus ferinae Idem ibid. 15, 457. *i. Corpora ferarum.* Lacte ferino nutritus Ouid. Triſt. 3, 11, 3. Sapor Plin. 13, 4. Cic. de Inuent. 1 c. 2 Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines paſſim beſtiarum more vagabantur; et ſibi victu ferino vitam propagabant. Vox Ouid. Triſt 5, 13, 55. Vultus Idem Met. 7, 270. ¶ 2 Ferina *abſolute aliquando vſurpatum: et ſubintelligitur* Caro, *iungiturque Adiectiuum aliud:* Virg. Aen. 1, 215 Implentur veteris bacchi, pinguisque ferinae.

FERVS, a, um. Adi. [θηριώδης] *Inhumanus, minime manſuetus, crudelis, agreſtis.* Fera gens Cic. Tuſc. 1, 30, *Apud* Non 5, 15 Ferus et Ferox hanc habent diſtantiam. Ferus eſt Saeuus: Ferox eſt Fortis. Salluſt. Iugurth. c. 106 Ille animo feroci negat ſe toties fuſum Numidam pertimeſcere. Virg. Aen. 2, 326 Ferus omnia Iuppiter Argos Tranſtulit. Cic. de Inuent. 1, 2 Deinde propter rationem atque orationem ſtudioſius audientes, ex feris et immanibus mites reddidit et manſuetos. Nemo adeo ferus eſt, qui non miteſcere poſſit Hor. Epiſt. 1, 1, 39 Palumbus maſculus ferus, id eſt, nuper captus Scribon. 16. Indomita ceruice ferus Hor. Epiſt. 1, 3, 34. *Metaph. De hominibus, cum ſit boum proprium.* Idem Epiſt. 1, 13, 8 Ne clitellas ferus impingas, *vt de aſino.* Vultu toruo ferus Hor. Epiſt. 1, 20, 12. ¶ 2 *Subſtantiua:* Acies ferae, *vid.* ACIES. Ager ferus, Incultus Feſt. Animi feri Ouid. Epiſt 4, 165. Ardor ferus animi Ouid. Met. 8, 469. Arma Idem ibid. 5, 4. Belua

lua Ouid. Met. 13, 917. Belua immanis et fera Cic. de N. D. 2, 161 c. 64. Beſtiae Cic. de Amic. 83. Liu. 26, 13. Caedes Sen. Octau. ſ. 8. Caprae, *i. Capreae* Virg. Aen. 4, 152. Coniugium Tibull. 3, 4, 74. Corda Virg. Aen. 6, 49. Enſis Ouid. Epiſt. 8, 60. Equus Hor. Serm. 1, 5, 57. Fructus feri Virg. Georg. 2, 51. Gaudia Ouid. Triſt. 5, 8, 21. Gens immanſueta atque fera Cic. de Legib. 1, 24 c. 8. Homo ferus et agreſtis Cic. pro Roſc. Amer. 74 c. 27. Hoſtis Ouid. Met. 1, 185. Hiems Idem Triſt. 1, 1, 42. Stat. Theb. 5, 13. Incola ferus luci Idem ibid. 5, 567. Iuuenis Catul. 59, 56. Montes Virg. Ecl. 5, 28. Mores Sen. Octau. 7. Mores feros immanemque naturam alicuius oſtendere Cic. pro Roſc. Amer. 38 c. 13. Oculus *herbae nomen* Plin. 25, 13 *pr. vbi de Anagallide.* Scabies: Celſ. 5, 28, 16 Quo aſperior eſt, quoque prurit magis, eo difficilius tollitur. Itaque eam, quae talis eſt, ἀγρίαν, id eſt feram, Graeci vocant. Tela Lucret. 2, 48. Tempeſtas Ouid. Faſt. 1, 495. O Fera tempora, quum dubitet Curtius Conſulatum petere Cic. Att. 12, 49. Tyrannus Ouid. Met. 6, 549. Vaſtator Idem ibid. 11, 395. Venus Sen. Hippol. 8. ¶ 3 Ferus *aliquoties* Phaedro *quaſi ſubſtantiue poſitum eſt, ſed reuera Subſtantiuum Maſculini generis ſubauditur. Sic* Fab. 1, 12, 9 Excepit ferum ſilva, *h. e. Ceruum.* Laedi ferum impune Id. ib. 1, 21, 8. *i. Leonem. Add.* Id. 4, 3 *de apro: de leone* Catull. 62, 85. *De equo* Virg. Aen. 2, 51. *et de ceruo* 7, 489. *Add.* Petron. c. 89. Auſon. Epiſt. 24.

FERĬTAS, ātis. f. [θηριωδία] *Naturae quaedam aſperitas.* Martial. 1, 18 Poſtquam inter nos eſt, plus feritatis ineſt. *de Tigride.* Feritas atque agreſtis immanitas Cic. de Diuin. 1, 60. Immanitas et feritas Cic. Tuſc. 3, 12. Feritas et immanitas beluae in figura hominis Cic. Off. 3 c. 6. Fructus regni feritas Sil. 1, 148. Inamabilis Ouid. ex Pont. 1, 7, 5. Inamoena Stat. Silu. 2, 2, 33. Inſita, *vid.* INSERO. Deponere feritatem Ouid. Faſt. 4, 103. Cultu et feritate non multum a Germanis differebat Caeſ. B. G. 8, 25. Expellere feritatem Cic. Tuſc. 2, 20. Mollita Ouid. Faſt. 4, 217. Traducere ex feritate ad manſuetudinem Cic. pro Sext. 91 c. 42.

FERABĪTES, is. f. *dicitur, vt volunt quidam,* Agreſtis. Siſenna *apud* Nonium 2, 347 Partim ferabite, partim lauro ac pinu. *ſed diviſe leg.* fera bite, *pro* vite: *quod etiam ita expreſſum in Merceriana.*

FERACV̆LVM, i. n. *Laudatur* Vlpian. in l. quemadmodum §. ſi nauis D. ad legem Aquil. Parui refert, nauem immittendo, an feraculum ad nauem ducendo, an tua manu damnum dederis. *Sunt qui non* Feraculum, *ſed* Serraculum, Verriculum, Seruaculumue *legant, it.* lenunculum *etc.* Serraculum *probat Cuiac. Obſ.* 14, 13. *v. v.*

FĒRĀLIS, e. Adi. [νεκρικός, ὀλέθριος] *Hoc nomine Latini, Poëtae praeſertim, appellant, quidquid mortem, interitumque vel adfert, vel minatur, vel ſignat: quod plenius intelligetur propoſitis Nominibus, quibus iunctum deprehenditur.* Aceruus feralis *igitur* Val. Fl. 5, 31 *rogus eſt.* Arbor feralis picea, et funebri indicio ad fores poſita Plin. 16, 10. Arcanum Lucan. 6, 440. *i. magicum. Multum verſatur magia circa ſepulcra, oſſa etc. mortuorum, mortem machinatur. Vid. mox* Murmur, *it.* Officina. Arma Lucan. 2, 261. Auſpicium Claud. in Eutrop. 2, 233. Auſtri Lucan. 8, 874. *peſtilentes.* Barathrum, *i. inferi* Claud. de Raptu Proſ. 1, 37. Beſtia *vid. n. 3.* Caedes Claud. B. Gild. 124. Virg. Aen. 4, 462 Solaque culminibus ferali Carmine bubo Viſa queri. Coenam feralem a tumulo ad menſam referrent Apul. Florid. 19 p. 362, 32. *Sic* Epulae. Pacat. Paneg. c. 46, 3 Cui Allienſi die Emathia (*Pompeio deuicto*) funeſtior, cannis Collina (*bello Mariano*) feralior. Crinis cometae Claudian. Epigr. Magnes 4. Cupreſſi Virg. Aen. 6, 216. *et* Ouid. Triſt. 3, 13, 21. Idem Faſt. 2, 34 Tunc cum ferales praeteriere dies. *i.* Feralia, *de quibus mox.* Diris feralibus arae ſtructae *apud* Lucan. 3, 404 *placent Burmanno pro* altaribus, *quod habent MSS. et integrum nobis relinquit, ſeu* diras ferales *intelligere placeat, ſeu* feralia dira. *Vulgata lectio* Sacris feralibus, *de quo mox.* Domus, *i. carcer, vid. mox n. 3.* Dona Ouid. Met. 9, 213. Egeſtas Claudian. Epiſt. 1, 23. Epulae Plin. 20, 11. *vt* coena. Erinnys Latii *de Cleopatra* Lucan. 10, 59. Habenas ferales torui praedonis *vocat Proſerpina currum Plutonis, quo rapiebatur,* Claudian. 2, 272. Habitus Flor. 1, 12, 7. *Nempe* Fidenae ad terrorem mouendum facibus armatae, et diſcoloribus ſerpentum in morem vittis, furiali more proceſſerant. *Idem ergo* feralis habitus, *et* mos furialis. Idus Martiae Caeſari ferales Plin. 18, 26. Lupini Calpurn. Sic. 3, 82. *quia cibus inferorum.* Monſtrum Prudent. Pſychom. 565. *de auaritia.* Munera Ouid. Triſt. 3, 3, 81. Murmur Apul. Met. 2 *pr. i. magicum, vt* Arcanum ferale. *Sed* Claudian. in Rufin. 1, 131 Senſit ferale Britannia murmur, *i. furiale, a Megaera excitatum.* Nefas feraliſſimum Saluian. de Gubern. Dei 1 p. 23 *qui Superlatiuo etiam vtitur* 6 p. 198. *et* de Auar. 1 p. 29. Nomina feralia, Cannae, Allia Lucan. 7, 408. Nutus fortunae Apul. Met. 10 p. 250, 14. Officina, *i. magica* Apul. Met. 3 p. 137, 5 *quo loco illuſtratur, quod modo in* Arcanum ferale *diximus:* Sepultorum etiam cadauerum expoſitis multis admodum membris. Hic nares et digiti, illic carnoſi claui pendentium, alibi trucidatorum ſeruatus cruor, et extorta dentibus ferarum trunca caluaria. Officiis feralibus perſolutis Apul. Met. 1 p. 104, 35. Onus ferale libellos *Philoſophorum vocat* Sulpicia Sat. v. 44. *qui nempe quibusdom illorum fuerint funeſti.* Papilio Ouid. Met. 15, 374. *an ideo, quod in ſepulcralibus monumentis inſculpi ſolet, Symbolum* Animae *humanae diuerſas formas et corpora ſubeuntis, vnde etiam* ψυχὴ *vocatur papilio.* Pediculi ferales Cael. Aurel. Tard. 4, 2, 14 latiores, duri magis, ac facuientes morſibus. *de phthiriaſi agit.* Pompa, *funeris* Lucan. 8, 733. Calpurn. Sic. 1, 60. Apul. Met. 8 p. 203 *extr.* Pugna Claud. B. Gild. 124. Quaeſtus, *i. ſtipes ad ſepulturam* Claud. in Rufin. 2, 445. Sacra Lucan. 1, 616. 6, 432. *Vid. paullo ante* Diris feralibus. Tabula Flor. 3, 22, 2 *quae proſcriptorum nomina continet.* Tedae omine diro ferales *nuptiae inauſpicatae* Lucan. 1, 112. Tempore ferali operta templa Ouid. Faſt. 5, 486. *i. Feralibus. Nam ſic* Faſt. 2, 563 *vbi agit de* Feralibus, DI quoque templorum foribus celentur opertis. Thalamus *Pſyches* Apul. Met. 4 *extr. cuius* ſollemnibus cum ſummo moerore perfectis — viuum producitur funus, et lacrimoſa Pſyche comitatur non nuptias, ſed exſequias ſuas. Vittae *quibus mactandae pecudes ornentur* Ouid in Ibin 103. Val. Fl. 7, 57. Vrna Tac. An. 3, 1. ¶ 2 *Aduerbialiter dixit* Claudian. de R. Proſ. 3, 130 Si buxos inflare velim, ferale gemiſcunt. ¶ 3 *De quantitate Syllabae primae hic aliquid monendum eſt. Quae adhuc attulimus loca, in iis omnibus haud dubie longa eſt: vt breuis etiam putaretur, effecit locus* Prudentii, *quem ita ediderunt a G. Fabricio inde,* Pſychom. 565 *de Auaritia,* Talibus illudens male credula corda virorum Fallit imaginibus, monſtrumque ferale ſequuntur, Dum credunt virtutis opus. *Sed pulchre obſeruatum a Weitzio, hanc lectionem eſſe in ſolo Bongarſii libro, reliquos (laudat vero ſeptem alios) habere* monſtrum ferale: *quae quidem lectio, ſi attendas, per ſe melior eſt, et adiuuatur vſu ipſius* Prudentii, *cuius eſt* Periſteph. 5, 312 *quoternorius,* Seruare feralem domum. *Et* Apoth. 361 Haec regis Pharii regnum ferale reſoluit. *Et* Pſychom. 719 Carpitur innumeris feralis beſtia dextris. *Haec obſeruatio prodeſſe debet etiam ad* Feralia, *de quibus mox.* ¶ 4 Feralis *et* Furialis *ſaepe confundi, quod monet Burm. ad* Lucan. 3, 11. *eo minus mirum eſt, cum tanta ſit ſignificationis cognatio, quantam obſeruare licuit.*

FERALIA, um, *intellige,* tempora, feſta, *vel quod malim,* Sacra. *Sunt enim re vera* Sacra *poſteriori parte* Februarii *celebrari ſolita, quod* Kalendaria *vetuſta indicant. Mutationem circa ipſum diem interceſſiſſe putat Boſius ad illud* Cic. Att. 8, 14 Caeſarem profectum eſſe a Corfinio Feralibus: *Cum hic fuerit VIII Kal. Martias; Ouidius autem referat* Feralia *ad XII Kal. Mart. Nempe* Ouidius *cum deſcripſiſſet copioſe Parentalia, ita pergit* Faſt. 2, 565

Nunc animae tenues, et corpora functa ſepulcris
  Errant: nunc poſito paſcitur vmbra cibo.
Nec tamen: haec vltra, quam tot de menſe ſuperſint
  Luciferi, quot habent carmina noſtrâ pedes. (*i. XI*)
Hanc quia iuſta *ferunt* dixere *Feralia* lucem:
  Vltima placandis manibus illa dies.

Primo etymologiam hic obſeruamus, quam a Varrone ſumſiſſe videtur Poëta. Is enim de L. L. 5, 3 p. 46, 25 Feralia *ducit* ab inferis et ferendo, quod ferunt tum epulas ad ſepulcrum, quibus ius ibi parentare. *Deriuatur igitur ex eodem fonte, vnde* Arferia, Inferiaeque. Feſtus, DIs Manibus ſacrata feſta, *ait,* a ferendis epulis, vel a feriendis pecudibus appellata. *Mihi non eſt dubium, quin eiusdem plane ſit originis et ſignificationis et idem adeo nomen, quod modo explicauimus,* Ferales *nempe* Dies, Tempus Ferale, *quo vtroque ipſum quoque Naſonem vſum videmus, vndecunque demum hoc nomen deſcendat: quod forte cognatum eſt Graeco* φθείρω, *vnde et* φάρμακον *q. d.* φθάρμακον· *vt* φθέγγειν *et* φέγγειν *finitima, ſi non initio eadem, ſunt, atque oſtendere ſignificant. Certe ludit more ſuo Varro, et qui eum ſequuntur, cum* Feralia *a* ferendo *dicta volunt. Repugnat enim modulus primae Syllabae, quae longa eſt procul dubio. De Prudentio modo vidimus in* FERALIS n. 3. *At etiam* Feralium *primam corripit Ouidius? At idem* feralem diem *et* tempus ferale, *vt modo oſtendimus, producit: at olim monuit Scaliger, legendum eſſe,* Hanc quia iuſta ferunt, *dicunt* Feralia lucem; *cuius rationem haberi par erat. Si dicas, ſic Ouidium ſecum ipſum pugnare in eodem carmine? primo hunc ipſam aio metum fuiſſe, qui ad mutandam lectionem veterem criticos impulerit: deinde aio, hunc metum vanum eſſe, cum ſint alia quoque exempla talis diſcordiae, vt in* ariſta, lucerna *etc. Et nonne ipſe p. p. v.* 617 *cum ſcribit* Proxima cognati dixere Cariſtia cari, Cariſtia *a* caris *deriuat, et tamen primam corripit? Quam bene, alia quaeſtio eſt. Duo adhuc loca memorabilia ſunt de* Feralibus: *alter* Liu. 35, 7 Diem finiri placuit Feralia: *vbi corrupte plerique* Foeneralia. *Sed veram lectionem reſtituere* Gelenius, Gronou. Drakenb. *Alter* Macrobii Sat. 1, 4 Varro *Feralium* diem ait a *ferendis* in ſepulcra epulis dici: non dixit Feraliorum. *Corrupte adhuc editur, etiam in Gronou.* Ferialium, Ferialiorum.

FERALITER. Adu. Fulgent. Mythol. 3, 1 Dum amor nouiter venit, vt leo feraliter inuadit.

FERAX, FERCV̆LVM, *vid.* FERO.

FERCTVM, *vid.* FERTVM.

FERE. Adu. [μικρῦ, ὀλίγυ δεῖν, σχεδὸν] *Particula diminuens aliquid de plena verborum quibus additur ſignificatione, vt Paene, Tantum non, Paullum abſuit quin etc.* Ter. Heaut. 1, 1, 70 Domum reuertor moeſtus atque animo fere perturbato. Cic. Acad. 4, 17 Scripſit igitur his fere verbis, *indicat ſe non adnumerare verba ſingula.* Cic. pro Cluent. 46 In quibus quantus ſplendor ſit, quam prope aequabilis, quam fere omnium conſtans et moderata ratio vitae, *etc.* Cic. Off. 1, 60 Quemadmodum ducatur honeſtum, ex quo aptum eſt officium, ſatis fere diximus. Semper fere cum aliquo ruſticari Cic. de Orat. 2, 22. Ter. Phorm. 2, 3, 16 Quippe homo iam grandior pauper, cui opera vita erat, ruri fere ſe continebat. Cic. Att. 7, 6 Nec adhuc fere inueni, qui non concedendum putaret Caeſari, quod poſtularet. Aetates veſtrae vt illorum nihil, aut non fere multum differunt Cic. de Clar. Orat. 150. Non fere quisquam, *vid.* NON. Ex victoria bellica non fere quemquam eſt inuidia ciuium conſecuta Cic. pro Sext. 51. Ter. Andr. 1, 1, 77 Fere in diebus paucis quibus haec acta ſunt, *etc. Dubitat* paucosne *an* multos *dicere debeat: propendet ad* paucos. Ter. Heaut. 1, 1, 3 Nec rei fere ſane amplius quidquam fuit, *etc.* Quinctil. 2, 4, 41 His fere veteres facultatem dicendi exercuerunt, *i. Fere omnes.* Cic. Acad. 1, . . Haec fere de moribus, *etc.* Haec fere ſunt in illa epiſtola Cic. Att. 7, 1. Idem de Amicit. 2 *edebatur,* In eum ſermonem illum incidere, qui tum fere multis erat in ore. *Valla corruptum hunc locum eſſe cenſebat et legendum,* Qui tum fere erat in ore. *Nunc editur* fere omnibus. Columel. 2, 1 Veterem opinionem fere omnium. *Et* 3, 5 Tametſi fere omnes auctores. Cic. Tuſc. 3, 34 Non ſunt vitioſiores quam fere plerique qui, *etc.* Ter. Phorm. 1, 2, 39 Hic ſolebamus fere plerumque eam opperiri, dum inde iret domum. Fere non difficile eſt inuenire quid ſit cauſae adiumento Auct. ad Heren. 2, 27. *i. plerumque. Sic etiam* Scribon. 40. 53. Vt fere fit Cic. de Inuent. c. 4. Quod fere fieri ſolet, probabile eſt Cic. de Inuent. 2 c. 46. *Alias hac particula illud modo indicatur, non velle qui dicit, verba ſua rigide et vniuerſim accipi.* Cic. Att. 14, 22 A Lucullo poſtridie eadem fere hora qua veni, VII Idus Lanuuio datas. Cic. Att. 7, 16 Calibus tuas literas hora fere nona accepiſſem. Cic. Off. 1, 61 Declaratur autem ſtudium bellicae gloriae, quod ſtatuas quoque videmus ornatu fere militari. *De quantitate vltimae Syllabae ambigi poſſit: Virgilius et veteres producunt, corripit contra* Auſonius.

FERENTARII, *vid.* FERO.

FERENTINA, ae. f. *Dea fuit, ſic dicta ab oppido Latii* Ferento, *cuius* luci T. Liuius *meminit* 1, 50 *et* 52.

FERENTINVM, *Hernicorum oppidum, vnde*

FERENTINI, orum. m. *Pl.* Sil. 8, 394 Sulla Ferentinos, Priuernatumque maniplos Ducebat. *Hi* FERENTINATES Liu. 9, 42 *et* 43.

FERENTVM, i. n. *Oppidum Sabinorum ſeu Samnitum: a quo* FERENTANI Horat. Carm. 3, 4, 15. Liu. 9, 16. *Vid. Gron.*

FERETRIVS, FERETRVM, *vid.* FERO.

FEREOLA *Vitis.* Columel. 3, 2, 28 Irtiolam, fereolamque non facile aſſeuerem quo gradu habendae ſint. *Quidam libri* ferreolam, *quod forte ad colorem referas.*

FERIAE, arum. f. *Pl.* [ἑορτὴ, τελετὴ] *a* Feriendis victimis *appellatae, vt* Feſto *placet, ſunt dies ceſſationum ab opere, vel ab epulis* ferendis. *In his enim epulae fiebant, ex pecorum, frugumque prouentibus.* Feſtus, Ferias antiqui Feſias (*ſic leg. pro* Feſtas) vocabant, et aliae erant ſine die feſto, vt Nundinae: aliae cum feſto, vt Saturnalia: quibus adiungebantur epulationes ex prouentu fetus pecorum, fruguinque. *Conf. Voſſ. Inſt. Orat. 4 p. 253.* Feriarum feſtorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium et iurgiorum, in ſeruis operum et laborum Cic. de Legib. 2, 29. Macrob. Sat. 1, 16 Feriarum publicarum genera ſunt quatuor. Aut enim ſtatiuae ſunt, aut conceptiuae, aut imperatiuae, aut nundinae. Et ſunt *ſtatiuae* vniverſi populi communes, certis et conſtitutis diebus ac menſibus, et in faſtis ſtatis obſeruationibus annotatae, in quibus praecipue ſeruantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. *Conceptiuae* ſunt, quae quotannis a magiſtratibus vel a ſacerdotibus concipiuntur in dies certos vel etiam incertos, vt ſunt Latinae, Sementinae, Paganalia, Compitalia. *Imperatiuae* ſunt, quas conſules vel praetores pro arbitrio poteſtatis indicunt. Nundinae ſunt paganorum itemque ruſticorum, quibus conueniunt negotiis propriis vel mercibus prouiſuri. Sunt praeterea feriae propriae *familiarum* — ſunt *ſingulorum*, vt natalium, fulgurumque ſuſceptiones, item funerum atque expiationum *etc. Totum enim caput huc pertinet. Ipſe etiam* Varro de L. L. 5, 3 *pr. vbi de feriis agit*, Dicam, *inquit*, prius, qui deorum cauſa, tum qui hominum, ſint (*dies*) inſtituti. *Et ſub fin.* p. 49, 10 De ſtatutis diebus dixi, nunc de annalibus dicam. Gell. 1, 25 Induciae ſunt belli feriae: *Ex* M. Varr. in lib. Humanarum, qui eſt de bello et pace. Caeſ. B. C. 3, 2 His rebus et feriis Latinis, comitiisque omnibus perficiundis, XL dies tribuit. Feriae non populi, ſed montanorum modo, Septimontium dies, vt Paganalia, qui ſunt vnius pagi Varro L. L. 5, 3 p. 49, 8. Denicales feriae, *vid. h. v.* Plaut. Capt. 3, 1, 8 Itaque venter gutturque reſident Eſuriales ferias. Imperatiuas *modo vidimus ex Macrobio.* Latinae feriae, *vid. h. v. ſub* LATIVM. Nundinas *modo habuimus ex Macrob.* Piſcatorum feriae Cic. Off. 3, 59. Repentinae feriae, quas re feliciter geſta Principes indicunt l. 1 C. de feriis. *Eſt nempe vtriusque* Codicis *non minus quam* Digeſtorum titulus de Feriis. *Ad* C. Theodoſ. 2, 8 *multa more ſuo Iac. Gothofredus.* Sollemnes feriae *ſunt Anniuerſariae* Gell. 2, 24. *it.* l. 26 §. 5 ff. ex quib. cauſ. mai. Sementinae, *vid. h. v.* Addere alicui dies feriarum Cic. Att. 13, 43. Amouento feriis iurgia Idem de Legib. 2, 19. Habere ferias triduum Cic. de Legib. 2, 57 c. 22. Imperare ferias Idem de Diuin. 1, 102. Indicere ferias Liu. 3, 5. Reſidere ferias eſuriales Plaut. Capt. 3, 1, 8. Feriae, *pro Vita otioſa* Plaut. Capt. 4, 1, 3. Longas, dux bone, ferias Praeſtes Heſperiae Hor. Od. 4, 5, 37. Plaut. Epid. 3, 4, 33 Tuas poſſidebit mulier ſaxo ferias, *i. libertatem et otium a ſeruili opere, quod tu illi dabis: Liberta tua erit, ſolutis mihi ſexaginta minis. Leno loquitur. Salmaſius in alia abit, non, puto, meliora.* Veteres nunquam Singulari numero (*vti* Feſtus *habet*) appellaſſe Ferias, *obſeruat* Gell. 19, 8. ¶ 2 *Sequiori aetate* Feriae *etiam appellantur, ſinguli dies hebdomadis: Cuius rei cauſam narrat Scalig. de Emend. Tempor. 1 p. 6 Veteres, inquit, annum eccleſiaſticum a Paſcha incipiebant, quod ea de re Annus nouus appellabatur. Erant autem paſchalis ſeptimanae dies feriati. Inde obtinuit, vt boni ominis cauſa omnium conſequentium ſeptimanarum dies, primi* Domini, *reliqui* Feriae *appellarentur. Hinc*, Feria prima, *Dies Dominicus*, Feria ſecunda, *Dies lunae.*

FERIALIA, *vid.* FERALIA.

FERIOR, āri. Dep. [σχολάζω, σχολὴν ἄγω] *Ferias agere, vacare ab aliquo opere vel ſtudio.* Fornacalibus feriari Varr. de L. L. 5, 3. Non Ludo, ſed ſerio feriari Macrob. Saturn. 1, 2. Idem Somn. Scip. 1, 7 Achilles ab armis feriabatur. Tertium iam diem feriati ſumus Cic. *ap.* Macrob. Somn. Scip. 4, 4. Trebon. Cic. Fam. 12, 16 Illud quoque erit nobis curae, vt Cratippus vna cum eo ſit, ne putes in Aſia feriatum illum ab iis ſtudiis, in quae tua cohortatione incitatur, futurum. *Conf. Borrich. Vind. p. 74.*

FERIATVS, a, um. Partic. *et* Nomen Adi. [ἀργὸς] *Qui otioſus eſt, et nihil agit.* Plaut. Mil. 2, 2, 62 An feriatus ne ſis, *ne ceſſes.* Martial. 3, 47 Nec feriatus ibat ante carrucam curſor, *non ſine onere.* Feriatus voluntate ſua a negotiis publicis Cic. de Orat. 3, 55 c. 15. Deum feriatum volunt ceſſatione torpere Epicurei Cic. de N. D. 1, 103. Feriati dies, *In quibus feriae aguntur* Plin. 18, 6. Idem Epiſt. 3, 14, 6 Quid praeterea noui? Quid? nihil, alioqui ſubiungerem. Nam et charta adhuc ſupereſt, et dies feriatus patitur plura contexi. *i. Feſtus. Sic* 10, 24, 3 Feriatos dies plures menſis habet. Liu. 26, 17 Eum diem Carthaginienſibus religioſum, ad quidquam agendum feriatum eſſe. Varr. de R. R. c. 1, 16 Ne de fundo familia ab opere diſcedat, ac profeſtis diebus ambulet feriata potius, quam opere faciundo agrum fructuoſiorem reddat. Machaera feriata, *Qua quis non vtitur* Plaut. Mil. 1, 1, 7. Muſae Stat. Silu. 1, 6, 2. Toga Plin. Epiſt. 7, 3, 2. *Conf.* Idem 5, 6, 45. Male feriatos Troas *vocat* Horat. Od. 4, 6, 14 *cum infortunio ſuo et ſumma calamitate agentes ferias ſibi fatales.* Gell. 10, 22 *cum recitaſſet locum e Platone bene longum contra Philoſophiam, oſtendit illum agere* de iſta futili atque puerili meditatione argutiarum, nihil ad vitam neque tuendam neque ordinandam promouente; in qua id genus homines conſeneſcunt male feriati, quos Philoſophos eſſe vulgus putat *etc. Hinc apparet, qui homines* male feriati *antiqua ratione dici debeant, nempe qui vel feriando et feſtos dies agendo ſibi malum conciliant; vel ita ſe abdunt in nugis, vt nihil ad vitam communem praeſidii adferant. Thom. Reineſius Var. Lect. 1, 4 extr. plura aduerſus abutentes iſta appellatione diſputat, et ſerio aliter, quam modo dictum eſt, vſurpantes eam reprehendit.*

FERIATICVS, a, um. Adi. Feriatici dies, *pro Feriati, vel feſti.* Vlpian. l. 2 D. de feriis, Diuus Marcus effecit de aliis ſpeciebus Praetorem adiri, etiam diebus feriaticis. *Appellantur autem ſub eodem titulo* Feriae, dies omnes, quibus magiſtratus propter vacationem publicam ius non dicit, veluti propter meſſem aut vindemias, aut depoſitum magiſtratum, *vt quum in* l. 5 Vlpianus *ſcribit*, Pridie calendas Ianuarias magiſtratus neque ius dicere, nec ſui poteſtatem facere conſueuerunt.

FERIATIO, ōnis. f. *Apud* Boëthium *eſſe dicitur.*

FERINVS, *vid.* FERA.

FERIO, īre. [παίω, χραύω, κόπτω, συγκόπτω] *Sine Praeterito eſſe dicunt Grammatici.* Acron *tamen* Ferii *Praeteritum vſurpauit exponens illud* Hor. Carm. 1, 7, 11 Nec tam Lariſſae percuſſit, *etc. Caeterum ſignificat percutere, inferre plagam. Neſcio quid ſibi velit* Feſtus, Ferire dictum, quod ferientes feruntur: *certe etymologiam bonam non eſſe puto.* Plaut. Amph. 2, 2, 72 Ex inſana inſaniorem facies, feriet ſaepius? Ferire et repellere aduerſarium Cic. de Orat. 2, 72. Nec ſemper feriet quodcunque minabitur arcus Hor. A. P. 350. Idem Od. 3, 3, 8 Si fractus illabatur orbis, Impauidum ferient ruinae. Aethera ferit clamor Virg. Aen. 5, 140. Agnam humilem feriemus, *i. mactabimus* Hor. Carm. 2, 17, 32. Quinct. Decl. 1, 10 Sic ergo librauit manum caecus, vt ipſam protinus feriret Animam? *i. vulnus letiferum infligeret, partem vitalem feriret.* Cic. de Orat. 2, 344 c. 84 *extr.* Feriunt enim aures hominum cum illa quae iucunda et grata, tum etiam illa, quae mirabilia ſunt in virtute laudari, *i. tangunt vehementius, mouentque.* Crebris feriunt vlulatibus aures Lucan. 2, 33. Calce feritur aſelli Ouid. Faſt. 3, 754. Virg. Ecl. 9, 25 — Et Inter agendum Occurſare capro, cornu ferit ille, caveto. Taurus ferit vncis Cornibus hoſtem Propert. 2, 5, 19. Ferire foedus, *quod et* Percutere *itemque* icere *dicitur.* Virg. Aen. 10, 153 Haud mora Tarchon Iungit opes, foedusque ferit. Cic. pro Domo 129 Sed vno tempore cautiones fiebant pecuniarum, foedera feriebantur prouinciarum. Idem de Inu. 2 c. 30. *et* pro Rabir. Poſt. 6 c. 3. *Formula orta ex ritu antiquo, quem deſcribit* Liu. 1, 24 *vbi* pater patratus *inter alia ait*, Illis legibus Populus Rom. prior non deficiet. Si prior defexit publico conſilio, dolo malo; tu illo die, Iupiter Populum Rom. ſic ferito, vt ego hunc porcum hic hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque. Id vbi dixit, porcum ſaxo ſilice percuſſit. Feſtus, *voce* Feretrius Iupiter, — ex cuius templo ſumerent lapidem ſilicem, quo foedus ferirent. Plaut. Men. 1, 2, 63 Expedite fabulatus, iam fores ferio. M. feri. Hor. Serm. 2, 1, 61

ô puer, vt ſis
Vitalis metuo, et maiorum ne quis amicus
Frigore te feriat.

i. frigidum et pigrum ad ſcribendum in poſterum te faciat: vel plane mortis tibi cauſa ſit. Frigus ferit nos Lucret. 4, 261. Cic. Att. 1, 1 Puto te in hoc aut riſiſſe, aut ingemuiſſe; vt frontem ferias. Hoſtem ferire Cic. pro Corn. Balb. 52 c. 22. *Sic* Hor. Carm. 3, 11, 43 Ego illis mollior nec te feriam *etc. id eſt, interficiam.* Latus enſe ferit Virg. Aen. 12, 304. Cic. de Fato c. 17 Ac mihi quidem videtur, cum duae ſententiae fuiſſent veterum Philoſophorum — Chryſippus, tanquam arbiter honorarius Medium ferire voluiſſe. *Sic reſtituit Victor.* V. L. 1, 18. *i. mediam quandam ſequi ſententiam.* Montes ſummos fulmina feriunt Hor. Carm. 2, 10, 11. Ter. Phorm. 1, 1, 13 Porro autem Geta ferietur alio munere, vbi hera pepererit. Ferietur, *i. Emungetur. Significanter dictum; nam damnum plaga cenſetur. Cogetur Geta vnum et alterum munus dare. Forte ad hunc ipſum locum* reſpicit Prop. 4, 5, 44 Cum ferit aſtutos Comica moecha Getas. *Certe* ferire *eſt damnum inferre. Conf.* Plaut. Trin. 2, 1, 19 Ibi illa pendentem ferit. *Et ipſe* Prop. 3, 2, 50 Auſteros arte ferire virtus. *Sic* plagam *poſuit* Cic. Fam. 9, 16 Etiam haec leuior eſt plaga ab amico, quam a debitore. Oculi ſpectris feriuntur Cic. Fam. 15, 16. Oculos ferire, viſumque laceſſere *dicuntur quaecunque conſpici poſſunt* Lucret. 4, 329. *Vid. Burman. ad* Quinctil. Declam. 301 p. 584. Pectus Venus igne ferit Sen. Hippol. ſ. 3. Pectora ferire manu Ouid. Triſt. 3, 3, 48. Pectora plangore Idem Met. 4, 589. Plin. 33, 3 Conſtitutumque, vt aſſes ſextantario pondere ferirentur, *quod alias eſt percutere. Hinc ſunt Triumuiri* A. A. A. F. F. Auro, Argento, Aeri, Flando, Feriundo *apud* Val. Prob. Porcum Liu. 1, 24. Pugno *vel* calce Quinctil. 2, 8. Roſtro Liu. 30, . . Securi Caeſ. B. G. 8, 38. *Et* Cic. Verr. 1, 75 c. 30. Sidera ſublimi vertice feriam Hor. Od. 1, 1, 36. *ſummum hominem me putabo.* Terras remotas fama ferit Lucan. 5, 775. Ferire *et* Petere *ſaepe a librariis confuſa: vid. Burm. ad* Quinctil. Declam. 301 p. 584.

FERIENS, entis. Partic. [παίων] Numen humanam feriens animam Lucan. 5, 94. Tinnulae plectro feriente chordae Sen. Troad. 83. Sagittae cuncta ferientes Ouid. ex Pont. 3, 3, 59.

FERIENDVS, a, um. Partic. [παιδησόμενος] Ille mihi feriendus aper Ouid. Met. 3, 715. Colla rudes operum praebent ferienda iuuenci Ouid. Faſt. 1, 83.

FERIO, ōnis. m. *Foenerator. Legit hanc vocem ap.* Cic. Att. 14, 14. *Turneb. Adu. 4, 5. Sed nimis fluctuat lectio.*

FERIOR, *vid.* FERIAE.

FERITAS, *vid.* FERA.

FERME. Aduerb. [οἱονεὶ, μικροῦ δεῖ] *Eiusdem ſignificationis cuius eſt Fere.* Ter. Heaut. 1, 2, 30. Idem Andr. 1, 5, 49 Iam ferme moriens me vocat; acceſſi. *Vbi* Donatus, Ferme eſt Aduerbium feſtinantis. Salluſt. in Iugurth. c. 74 *extr.* Nam ferme Numidas in omnibus praeliis magis pedes, quam arma tutata ſunt. Cic. ad Brut. 2 De me poſſum idem quod Plautinus pater in Trinummo, Mihi quidem aetas acta ferme eſt; tua iſtuc refert maxime. Ter. Andr. 3, 1, 2 Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum. *Vbi* Donat. Ferme pro Facile poſuit, et Ferme, Facilitatem ſignificat; quia ſunt Aduerbia extenuationis. Cogitatio ſapientis non ferme ad inueſtigandum adhibet aduocatos Cic. Tuſc. 5, 111. Mobilis et varia eſt ferme natura malorum Iuuenal. 13, 236.

FERMENTVM, i. n. [ζύμη, φύραμα] *Portio farinae ſubactae acidae, vel rei ſimilis, quae alteri motum illum inteſtinum et mutationem inferre poſſit, dictum, quod* Feruendo *aceſcat.* Plin. 18, 7 Spuma ita concreta pro fermento vtuntur. Virg. Georg. 3, 380 Et pocula laeti Fermento, atque acidis imitantur vitea ſorbis. Plin. 18, 7 ſ. 12, 2 Galliae et Hiſpaniae frumento in potum reſoluto, ſpuma ita concreta pro fermento vtuntur, qua de cauſa leuior illis, quam caeteris, panis eſt. Iacere in fermento *vel* Eſſe; *per translationem dixit* Plaut. in Merc. 5, 3, 3 Nam mea vxor propter illam tota in fermento iacet. *i. Inflata eſt et irata. Et ad alia quoque transfertur.* Solin. praef. *libro ſuo* Fermentum cognitionis *ineſſe dixit. Sed vid. quae de illo loco dicimus in* BRACTEA. *Apud agricolas etiam terrae tribuitur, cum illa reſoluitur et tenerior, mollior, ſubtilior, ſeminibusque adeo aptior redditur.* Colum. 4, 1, 7 Velut fermento quodam humus intumeſcit. *Sic* In fermentum congerere terram atque componere Columel. 3, 11, 3. *h. e. Vt fermenteſcat et putreſcat. Add.* 2, 2, 19. Pallad. Febr. 18, 1.

FERMENTO, āre. [φυράω, ζυμόω] *Facere vt panis aceſcat.* Plin. 18, 11 Quum fieret autem panis hordeaceus, eruiliae, aut cicerculae admiſtione fermentabatur. Palam eſt naturam acore fermentari

tari Ibid. Columel. 12, 17, 1 Fermentantur in amphora ficus. *Quod de nomine* Fermentum *diximus, etiam ad Verbum hoc pertinet: ſignificat enim* fermentare *terram ſolutiorem, molliorem, ſeminibus accipiendis et fouendis accommodatiorem facere.* Varro R. R. 1, 38, 1 Praeſtare columbinum *ſtercus*, quod ſit calidiſſimum, ac fermentare poſſit terram. *Repetit* Columella 2, 15, 1 Maxime tamen columbinum probamus, quod modice ſparſum terram fermentare comperimus. *Nempe quemadmodum* Fermentare farinam ſubactam *aut* maſſam, *eſt eam admiſto fermento reſoluere et inflare; ſic* Fermentare terram, *eſt eam non ſinere addenſari ſpiſſarique et dureſcere, ſed in puluerem redigere ac reſoluere. Quod quum ſit, tum velut inflatior et tumidior efficitur terra. Gleba enim terrae denſae et compactae, ſi reſolueris, loci multo plus capiet.* Columel. 2, 2, 4 Sed ex his nihil non melius reſoluta humo, quam denſa prouenit. Quod noſter quoque Virgilius quum et alias fecundi arui laudes retuliſſet, adiecit: Et cui putre ſolum; namque hoc imitamur arando. Neque enim aliud eſt colere, quam reſoluere et fermentare terram. — Atque eiusmodi terram pinguibus arenis putrem veluti cinerem ſolutam, quamuis leuiſſimo dente moueri ſatis eſt. *Add.* Columel. 5, 9, 1 Fermentari ſinito, *i. cuſtodi ſolum reſolutum, ne conculcetur.*

FERMENTATVS, a, um. Panis fermentatus Celſ. 2, 25 Is magis alere dicitur Plin. 18, 11. Prud. Apoth. 354 Stultum eſt — ſimilaginis azymon eſſe (*edere*) Quum fermentati turgeſcant crimine mores. *Metaphora nota e ſacris. Sed poſſit etiam reſpici* Fermentata colluuies Columel. 1, 5, 6 *de loco putri uligine coenoſo.* Fermentatum ſolum Idem 4, 1, 3. *et* 11, 3, 13 *eſt reſolutum, molle, leue.* Varro R. R. 2, 9, 4 *vult* canes *eſſe* fermentato ac molli ſolo pedum: *hodiernus aliquis phyſicus* elaſticum *diceret, cedens ſed reſiliens.*

FERMENTATIO, ōnis. f. *Apud Chymicos et* Hieron. . . .

FERMENTATOR, ōris. m. *Apud* Auguſt. . . .

FERMENTALIS Panis Feſt. in Pollucere merces.

FERMENTARIVS, a, um. Adi. Panis fermentarius, *Fermentis confectus* Iſidor. 20, 2.

FERMENTESCO, ĕre. [ζυμόομαι] *Idem quod* Fermentari. Plin. 28, 8 Optimaque eſt, quae candidiſſima et friabilis, minimeque ponderoſa; quum teratur inter digitos, fermenteſcens. Plin. 17, 2 Tellus quoque illo modo fermenteſcit; et ſucci plena, ac lacteſcentibus ſatis non effoeta, quum tempus aperit; tepidis arridet horis.

FERO, fers, tuli, latum, ferre. [φέρω, ἐνέγκω, ἀγινέω] *Verbum ampliſſimae ſignificationis, et latiſſimi vſus, eaque de cauſa, vt fere ſit, Anomalum. Productum ex antiquo* FEO, *v. v. Pro* feris, ferit, ferere, fererem, *celeritas pronunciandi effecit* fers, fert, ferre, ferrem. *Praeteritum ſumit a* Tolo *vel* Tollo, tuli, tetuli. *Ipſum illud* Tolo *vel* Tollo *eſt e Graeco* τλῶ, *vnde ſupereſt* Latus, a, um *pro* Tlatus, *vt* Lis *pro* Stlis *etc. Significatio adeo late patet, vt non niſi longa exemplorum inductione cognoſci poſſe videatur. Vulgo tamen portandi et tolerandi notiones ſolent quaſi fundamenti loco ſubiici reliquis, et oſtendi, Verbum ſimplex compoſitorum ſuorum ſignificationem habere. Sed videamus exempla.* Plaut. Aſin. 2, 2, 80 Pater nos ferre hoc iuſſit argentum ad te. Idem Aſin. 2, 2, 88 Tune hoc feras argentum aliter a me? *i. accipias, auferas.* Ferre quod poſcimus Id. Merc. 2, 3, 106. Intro ferre, *vid.* INTRO. In aliquem locum lectica ferri Cic. Q. Frat. 2, 5. Lectica per oppidum ferri Idem Philipp. 2, 106. Plaut. Moſt. 3, 3, 9 Hercle nunc ferat ſex talenta magna argenti pro iſtis praeſentaria, nunquam acciperem, *i. offerat, dare ſe oſtendat.* Plin. 12, 8 Saccharum et Arabia fert, ſed laudatius India, *i. gignit: ex antiquo illo* Feo. Cato c. 6 Sin in loco craſſo aut caldo ſeueris, hoſtus nequam erit, et ferundo arbor peribit. Non feret, quin vapulet, *pro Non abibit, quin vapulet* Plaut. Amph. 1, 1, 152. *Hic alias* auferre *vſurpatur.* Tacit. Ann. 13, 28 Quippe erant, qui Cn. quoque Pompeium incuſatum a ſenioribus, ferrent, *i. afferrent relationem, dicerent, narrarent. Sic* Idem 15, 72 Ex C. Caeſare ſe genitum ferebat. *Add.* Id. Hiſt. 2, 26. Ait hic, ſibi Iuliam ferre Cic. Att. 15, 29. *ſc. conditionem. Saepe eſt* Pati. Cic. pro Roſc. Amer. 16 Quod tametſi graue eſt, tamen aliquo modo poſſe ferri videtur. Ter. Heaut. 1, 2, 27 Fortaſſe aliquanto iniquior erat praeter eius libidinem; pateretur: nam quem ferret, ſi parentem non ferret ſuum? Quin, quod eſt ferendum, feras Idem Phorm. 2, 3, 82. Ludificatio iſta iam ferri non poteſt Liu. 38. ¶ 2 *Sed nihil melius, quam elementorum ordine diſpoſita exhibere quae huic verbo iunguntur.* Acceptum ferre, *vid. in* ACCIPIO. Cic. pro Planc. 2 Dolebam Iudices, et Acerbe ferebam, ſi huius ſalus, *etc. i. patiebar.* Aciem, *vid.* ACIES. *Datames* equo concitato ad hoſtem vehitur, quem procul Aſpis conſpiciens Ad ſe ferentem, extimeſcit Nep. 14, 4, 5. Aditum, *vid.* ADITVS. Ter. Adel. 1, 1, 28 Quae fert Adoleſcentia, ea ne me celet conſueſeci filium: *i. Quae ſolita eſt iuuentus facere.* Cic. de Amicit. 22 Aduerſas vero res ferre difficile eſſet ſine eo, qui illas grauius etiam quam tu ferret. Ter. Heaut. 4, 8, 19 Quid nunc renuntiem abs te reſponſum Chreme, ne ſentiat me ſenſiſſe, atque Aegre ferat? Aetas fert: *h. e. Per aetatem licet.* Ter. Andr. 2, 6, 12 Dum licitum eſt ei, dumque Aetas tulit, amauit. *Sed inſtinctum notat in illo* Cic. pro Cluent. 168 Quum ad illud prandium crudior, veniſſet, et vt Aetas illa fert, ſibi tum non peperciſſet, *etc.* Ferre Aetatem, *vid. h. v.* Aetas parentum peior auis tulit nos nequiores Hor. Od. 3, 6, 46. *i. progenuit.* Omnia fert Aetas, animum quoque Virg. Ecl. 9, 51. *i. aufert.* Aliquem. Quem nemo ferre poteſt Nep. 25, 5, 1. *Add.* Quinct. 8, 5, 8. Ouid. Met. 1, 1 In noua fert Animus mutatas dicere formas Corpora, *i. impellit me.* Lucan. 1, 67 Fert Animus cauſas tantarum exponere rerum. Ter. Phorm. 1, 3, 18 Beatus: ni vnum hoc deſit, animus qui modeſte iſthaec ferat. Animum in conſilium ferre Quinctil. 6, 1, 10. *dicitur iudex.* Ter. Phorm. 1, 2, 88 Quod fors feret, feremus aequo Animo. *Sic*, Ferre animo forti mortem alicuius Cic. Fam. 15, 10. Animo quieto et aequo Caeſ. B. C. 1, 75. Animo iniquo Cic. Att. 15, 25. Annos ferre et vetuſtatem, *ſiue* Perferre, *dicuntur* Vina *proprie: tamen ad alia transferuntur; eſt Vetuſtate non exoleſcere.* Quinctil. 2, 4, 9 Quare mihi ne maturitas quidem feſtinet, nec muſta in lacu ſtatim auſtera ſint; ſic et annos ferent, et vetuſtate proficient. Idem 10, 1. *Vid.* Aetatem ferre, *vid.* AETAS n. 6. Aperte ferre, *vt* Prae ſe ferre *eſt non diſſimulare, oſtendere.* Cic. pro Planc. 34 c. 14 Eum ipſum dolorem hic tulit paullo Apertius, communis ille ſenſus in aliis fortaſſe latuit: hic quod cum caeteris animo ſentiebat, id magis quam caeteri et vultu promtum habuit et lingua. *Sic mox* Clam ferre *habebimus et* Obſcure. Apte et quiete quemcunque caſum fortuna inuexerit Cic. Tuſc. 4, 38. Idem de Amicit. 36 Num ſi Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam Arma illi cum Coriolano debuere? Cic. Fam. 5, 10 Simius non ſemiſſis homo contra me Arma tulit, et eum bello cepi. *Add.* Id. pro Rab. c. 1. Vell. 2, 56, 1. Virg. Ecl. 5, 51 Daphninque tuum tollemus ad aſtra, Daphnin ad Aſtra feremus. *Vid. mox* ad Caelum *vel* in Caelum. *it.* TOLLERE. Cic. pro Milon. 21 Multa etiam alia vidit, ſed illud maxime quamuis Atrociter ipſe tuliſſet, vos tamen fortiter iudicaturos. *intell.* legem ad populum. *Sed* Plin. Epiſt. 10, 71 Nihil quod ad Bithynos ferretur, *i. pertineret, applicari poſſet.* Virg. Georg. 2, 422 Quum ſemel haeſerunt aruis, Aurasque tulerunt. Seruius, Auras ferre eſt aſſueſcere aëris varietati, quae obeſt rebus teneris nimium. Auriga fertur equis Virg. Georg. 1, 514. *i. rapitur ab equis.* Ter. Adel. 2, 1, 1 Obſecro populares ferte miſero, atque innocenti Auxilium, ſubuenite inopi. Hor. Epiſt. 1, 19, 55

Denique faeuam
Militiam puer, et Cantabrica Bella tuliſti
Sub duce, qui templis Parthorum ſigna refixit.

Belle ferre aliquid, *i. Aequo animo* Cic. Att. 4, 3. Bene ferre magnam diſce fortunam Hor. Od. 3, 27, 74. Quia noluiſtis veſtrum ferre Bonum, malum perferte Phaed. 1, 2. Cic. Verr. 5, 125 Iuuat me, haec praeclara nomina artificum, quae iſti ad Caelum ferunt. Idem Tuſc. 1, 32. *et* Fam. 10, 26. Calor ac Spiritus fert ſermonem Quinctil. 10, 7, 13. *metaphora a vento, qui fert nauem.* Cic. Fam. 8, 8 Scito C. Sempronium Rufum, mel ac delicias tuas, Calumniam maximo plauſu tuliſſe, *i. calumniae damnatum eſſe.* Camum et furcam Plaut. Caſin. 2, 6, 37. *i. Suſpendi. Sed vid.* CAMVS. Caeſ. B. G. 6, 8 Atque eundem omnes ferant Caſum. Centuriam, *Habere Centuriam ſibi ſuffragantem in alicuius magiſtratus petitione* Cic. pro Planc. 49. Liu. 31, 47 Haud Clam tulit iram aduerſus Praetorem, quod abſente ſe rem geſſiſſet, *vt* Aperte ferre *et* Obſcure. Claſſis fertur cita gurgite Virg. Aen. 5, 33. Clementer Cic. Att. 6, 1. Tacit. Ann. 6, 47 Tormentis ſeruorum Macronem praeſediſſe, Commentarii ad Senatum miſſi ferebant, *i. in illis perſcriptum erat.* Commodum ſi ita veſtrum fert Cic. pro L. Agrar. 2, 76. Conditionem, *quod et* Offerre *dicitur, et* Ponere, *apud* Ter. *et eſt victoris et ſuperioris:* Plaut. Rud. 5, 3, 51. Ter. Phorm. 4, 1, 13. Cic. pro Roſc. Amer. 70 Hanc Conditionem miſero ferunt, vt optet vtrum malit, ceruices Roſcio dare, an inſutus in culeum, ſupplicium parricidarum, per ſummum dedecus vitam amittere. *Sic* Fam. 16, 11. *Et* pro Quintio, . . . Quo in loco Conditionem tuli, ſi vellet, *etc.* Idem Att. 7, 21. Liu. 8, . . *Etiam omittitur nomen* Conditionis. Cic. Att. 15, 29 Ait ſibi Iuliam ferre *intell.* Conditionem ſui *ducendae in matrimonium. Sic Gron. et Graeu.* Conſtanter et ſedate, *vid.* CONSTO. Caeſ. B. G. 6, 6 Maiore ſtrepitu et tumultu quam Pop. Rom. fert Conſuetudo, caſtra moueri iubet. Cic. Brut. 9 Grauioribus verbis per literas accuſaſti me, quam tua Conſuetudo ferebat. Plaut. Merc. 4, 3, 5 Hem cui decem talenta dotis detuli, haec vt viderem, vt ferrem has contumelias. Conuiuam Dionyſium mihique et tibi fero, *i. Vinum tibi et mihi in conuiuium* Plaut. Stich. 5, 2, 13. Crimina in aliquem ferre Tacit. Ann. 12, 4. *al.* ſerere. *Hoc* Liuius . . . *dicit*, Ferre aliquem ſermonibus. Damna tulere ſuo peccato Ouid. Faſt. 2, 522. Cic. de Amicit. 84 Quarum rerum recordatio et memoria, ſi vna cum illo occidiſſet, Deſiderium coniunctiſſimi viri atque amantiſſimi ferre nullo modo poſſem. Deſiderium diutius ciuitas ferre non poteſt Cic. Philipp. 10, 14. Idem Fam. 11, 2 Quod De commodis eorum menſe Iunio laturus eſſes, *int. ad populum legem.* Deorſum ferri ſuo pondere Id. de N. D. 1, 69. Diſſidium aliquod acerbiſſime tuliſſe Cic. Att. 4, . . Dolenter aliquid, *vid.* Dolenter, *in* DOLOR. Virg. Aen. 6, 464 Hunc tantum tibi me diſceſſu ferre Dolorem. Dolorem id tulit populo Tac. Ann. 2, 84, 3. Ergaſtula ſeruorum et libertorum tulit Spart. in Hadriano c. 18. *vbi conf. Caſaub.* Exequias Ouid. Faſt. 2, 847. *al. aliter.* Caeſ. B. G. 3, 8 Inter ſe coniurant, nihil niſi communi conſilio acturos, eundemque omnis fortunae Exitum eſſe laturos. Expenſum Cic. Philipp. 6, 15. Expenſum ſumtui Nep. 25, 13, 6. Extra cauſam fert iracundia *oratorem* Quinctil. 6, 4, 10. Vt Ferunt fabulae Cic. Off. 3, 38. Prout Facultates ferebant, ſatis Cic. Verr. 2, 83. *vid.* Vires. Plaut. Poen. 1, 1, 67 Abeamus intro, vt Collybiſcum villicum hanc perdoceamus vt ferat Fallaciam. Plaut. Perſ. 3, 1, 23 Nam inimici Famam, non ita vt nata eſt, ferunt, *non loquuntur de nobis vera.* Ita Fama ferebat Liu. 23, . . Ter. Phorm. 2, 2, 83 Quin quod eſt Ferundum feras, tuis factis dignum feceris. Virg. Aen. 10, 792 Si qua Fidem tanto eſt operi latura vetuſtas. Fiduciam igitur orator prae ſe ferat Quinctil. 5, 13. Virg. Aen. 7, 117 Ea vox audita laborum Prima tulit Finem. Ter. Adel. 4, 7, 3 Te iamdudum quaero Micio. M. quidnam? D. fero ad te alia flagitia ingentia boni illius adoleſcentis, *i. denuncio tibi.* Flumina ferunt claſſem Virg. Aen. 5, 832. Cic. de Senect. 67 Quem ego meum caſum Fortiter ferre viſus ſum: non quod aequo animo ferrem, ſed, *etc.* Fortuna ita tulit Idem Fam. 4, 13. Liu. 24, 38 *extr.* Vt ita nobis volentes propitii adſitis, ſi vitandae, non ferendae Fraudis cauſa hoc conſilii capimus, *i. inferendae.* Cic. Att. 7, 25 Non quin rectum eſſet, ſed quia, quod rectius fuit, id mihi fraudem tulit. Frigoraque et famem tuliſtis Catull. 26, 5. Plin. 13, 4 Palmae ferunt in maritimis Hiſpaniae Fructum. Fructum ſingularis fidei, induſtriae, *i. percipere* Plin. Epiſt. 8, 6, 6. Cic. Fam. 1, 9 Quumque ea contentio mihi magnum etiam foris Fructum tuliſſet, *h. e. attuliſſet.* Idem Fam. 10, 32 Si me ſatis nouiſſet, et maior pars Senatus maiores ex me Fructus tuliſſet: *i. Reportaſſet. Vid.* Odium ferre. *Et* Verr. 5, . . Quos tandem Fructus huiuſce neceſſitudinis in iſtius imperio tulit? Furcam ferens ſeruus cum virgis caederetur per circum ductus eſt Cic. de Diuin. 1, 55 c. 26. Liu. 38, 53 *extr.* Punici tamen belli perpetrati, quo nullum neque maius, neque periculoſius Romani geſſere, vnus praecipuam Gloriam tulit, *i. abſtulit.* Plaut. Merc. 5, 2, 41 Relligionem ille obiecit: recipiam me illuc. E. ſapis o Charine, contra pariter fer Gradum, et confer pedem, *e re gladiatoria.* Liu. 5, 44 *pr.* Vobis fortuna oblata eſt, Ardeates, pro tantis Pop. Rom. beneficiis, quanta meminiſtis, ferendae Gratiae. *Sed* Referendae *Drakenb. ſine alterius lectionis mentione.* Gratiam et gloriam haud immeritam annonae leuatae tulit, *i. abſtulit* Liu. 4, 12. Ter. Andr. 1, 2, 20 Omnes qui amant, Grauiter ſibi dari vxorem ferunt. Cic. Verr. 1, 153 Hoc ab iſto praedone ereptum eſſe, Grauiter et acerbe homines ferebant. Grauiter moleſteque aliquid Cic. Fam. 4, 5. Greſſus aliquo Ouid. Faſt. 3, 174. Humaniter aliquid Cic. Att. 1, 2. *et* 4, 16. Ignominiam animo Caeſ. B. C. 1, 84. Ignominiam et infamiam ſine dolore

lore Cic. Tuſc. 4, 44. Plaut. Capt. prol. 30 Huius illic, hic illius hodie fert Imaginem, *i. perſonam gerit.* Immoderate res aduerſas et ſecundas ferre, leuitatis eſt Cic. Off. 1, 90. Immodice ferre aliquem caſum, *v. h. v.* Caeſ. B. G. 3, 19 Vt ne vnum quidem Impetum noſtrorum ferrent, *i. ſuſtinerent, ſed fugerent.* Idem B. G. 1, 14 Quodque ſe tam diu Impune tuliſſe iniurias admirarentur. In aliquo quidpiam Quinctil. 1, 6. In vtero ferre *dicuntur grauidae* Idem 8, 3, 54. Cic. Q. Frat. 1, 2 Atque ita mihi dicebat Flauius ſcriptum in ea epiſtola, quam tuam eſſe dicebat, te aut quaſi amicis tuis gratias acturum, aut quaſi inimicis Incommoda laturum. Indifferenter, *vid.* INDIFFERENS. Plin. 18, 3 Vt non inuita ea, et Indigne ferente, credatur id fieri. Ter. Adel. 2, 1, 24 Tetigin' tui quidquam? AE. ſi attigiſſes, ferres Infortunium. Tacit. Hiſt. 1, 52 Oppreſſa Capitonis conſilia Ingrate tuliſſet. Inique Nep. 18, 1, 3. Cic. Fam. 13, 1 Sapientia tua, qua fers Iniuriam, laetitia me affeciſſet. Ter. Heaut. 5, 1, 45 At nae illud haud Inultum, ſi viuo, ferent. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 19 Iſti modo videant, qua ratione hanc Inultam meam fugam ferre poſſint. Plin. 11, 37 Diuus Auguſtus ſuos oculos diligentius ſpectari, Iracunde ferebat. Cic. pro Roſc. Com. 45 Quem ergo ſi ferrem Iudicem, refugere non deberet: quum teſtem producam reprehendere audebit? Liu. 8, 33 Prouoco ad Populum: eumque tibi fugienti Senatus iudicium, Iudicem fero. *Hoc ſolent homines facere in magna cauſae fiducia aduerſarium prouocantes, quum aut* Iudicem ei ferunt, *id eſt offerunt, aut ab eo petunt. Saepe enim Romani ſic Iudices ſumebant, quos Praetor non dabat.* Liu. 3, 24 Ni ita eſſet, multo priuatim ferebant Volſcio Iudicem. *Add.* 3, 57. *it.* 9, 1. *Tales* Iudices *ſunt potius* arbitri. *Aliter* Cic. in Toga Cand. Fr. 15 Praeclara dicentur Iudicia tuliſſe, ſi, qui infitiantem Luſcium condemnarunt, Catilinam abſoluerint confitentem, *i. ſententias.* Hor. Carm. 1, 35, 27

— diffugiunt cadis
Cum faece ſiccatis amici,
Ferre iugum pariter doloſi.

Caeſ. B. G. 6, 30 Aetate iam confectus, quum Laborem aut belli, aut fugae ferre non poſſet, *etc.* Laborem pro cunctis Cic. anteq. iret in exil. 13. Laborem ferre aut fugere Virg. Aen. 6, 892. Laete atque inſolenter Cic. Philipp. 10, 7. Idem Att. 14, 13 Quemcunque haec pars perditorum laetatum Caeſaris morte putabit (Laetitiam autem apertiſſime tulimus omnes) hunc in hoſtium numero habebit. Laudem, *Reportare honorem.* Caeſ. B. G. 6, 5 Qui diutiſſime impuberes permanſerint, maximam inter ſuos ferunt Laudem. Laudem mihi mea facta ferent Virg. Aen. 11, 793. Laudibus, *Laudare.* Plin. Epiſt. 8, 18, 3 Alii contra, hoc ipſum Laudibus ferunt, quod ſit fruſtratus improbas ſpes hominum. *Add.* Id. 8, 6, 9. Legem, *idem quod Ferre ad populum legem.* Cic. Fam. 1, 9 Poſtea dixit etiam in Senatu palam, ſeſe, ſi licitum eſſet, Legem Curiatam ferret. Legem aliquam pernicioſe Cic. Off. 2, 73. *Dicitur etiam ſimpliciter* Ferre ad populum Cic. pro Corn. Balbo c. 11 *extr.* Liu. 42, 30. *Vid.* Atrociter ferre. Leniſſime aliquid Cic. Fam. 5, 18. Lente, *vid.* LENTVS. Leuiter, *vid.* LEVIS. Leuiter ferre et negligenter defendere aliquid Cic. pro Roſc. Com. 16. Libertatem Quinctil. 4, 1. Ter. Heaut. 3, 3, 12 Multa fert Libido: ea prohibet facere tua praeſentia, *i. ſuadet, ad ea impellit. Vid.* Natura fert *it.* Aetas. Libido quantum tulit, tantum relictum eſt Cic. Verr. 3, 56. *i. permiſit, non abſtulit.* Quinctil. in prooem. 1 Atque eo magis, quod duo iam ſub nomine meo Libri ferebantur. Lucem ferre condiſco, *poſt morbum oculorum* Plin. Epiſt. 7, 21. Mandata alicuius Virg. Aen. 10, 840. *i. perferre.* Plaut. Truc. 2, 7, 60 Adi nos, ſi iturus, fer contra Manum, et pariter gradere, *i. da manum.* Manum ferre, pro Contendere: Virg. Aen. 5, 403 Ferre manum, duroque intendere brachia ferro. Seruius. Ter. Heaut. 4, 3, 14 Quid faciam Syre mi? gaudeo: fer Me. Me ferres, ſi ego idem dicerem? Cic. Acad. 4, 72. Mediocriter quippiam Cic. Verr. 3, . . *vid.* MEDIOCRIS. Ter. Adel. 4. 2, 6 Niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis Miſeriis. Mitius iſta feres Ouid. Met. 15, 495. Moderate, *vid.* MODERO. Moderate et modice aliquid Cic. Tuſc. 4, 40. Idem de Amicit. 22 Sed ego id reſpondeo, quod animaduerti te dolorem, quem acceperis tum ſummi viri, tum amiciſſimi morte, ferre Moderate. *Sic* Calamitatem Nep. 20, 4, 1. Cic. Philipp. 11, 7 Eſt enim ſapientis, quidquid accidere homini poſſit, id praemeditari: ferendum Modice, ſi aduenerit, eſſe. Modice iniurias fortunae Cic. de Fin. 1, 46. Idem de Senect. 7 Quorum ego multorum cognoui ſenectutem ſine querela, qui ſe a libidinum vinculis laxatos eſſe, non Moleſte ferrent, nec a ſuis deſpicerentur. *Vid.* MOLESTVS. Ter. Eun. 1, 1, 39 Neque praeterquam quas ipſe amor Moleſtias habet, addas: et illas, quas habet, recte feras. Cic. de Senect. 5 Sed tamen neceſſe fuit aliquod eſſe extremum, *etc.* quod ferendum eſt Molliter ſapienti. *Vid.* MOLLIS. Monſtrum Tacit. Ann. 14, . . Munus ferre, *i. Auferre* Hor. Carm. 4, 8, 4. Tibull. 1, 1, 24. Caeſ. B. C. 3, 61 Sed hic cognitis omnibus rebus, ſeu quid in munitionibus perfectum non erat, ſeu quid a peritioribus, prout cuiusque eorum, qui negotiis praeerant, aut Natura, aut Studium ferebat, haec ad Pompeium omnia detulerunt. *Vid.* Aetas, Libido fert. Natura fert vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acute ſonent, *i. Natura comparatum* Cic. in Somn. Scip. 11. Quis hoc timeret, quod neque acciderat antea, nec videbatur Natura ferre, vt accidere poſſet? Cic. Att. 13, 27. Vereor, ne grauioribus vtar verbis, quam Natura mea fert Idem pro Quint. 57. Te Nihil ex facto niſi non peccaſſe ferentem, Sponte ſua probitas officiumque iuuant Ouid. ex Pont. 2, 3, 33. Cic. Off. 3, 93 c. 18 Sed quum Baſilius Marcum Satrium ſororis filium Nomen ſuum ferre voluiſſet, eumque feciſſet heredem, *etc.* Nomen inſani, *i. Vocari inſanum* Hor. Epiſt. 1, 6, 15. In Notitiam alicuius Plin. Epiſt. 10, 38. *i. Declarare.* Cic. in Parad. 6 Iſtam paupertatem, vel potius egeſtatem ac mendicitatem tuam nunquam Obſcure tuliſti, *i. diſſimulaſti. Sic* Aperte *et* Clam *et* Palam ferre. *Sic* Ter. Adel. 3, 2, 20 Neque id Occulte fert: a lenone ipſus eripuit palam. Virg. Aen. 3, 490 Sic Oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat, *de geſtu.* In Oculis aliquem, *pro Vehementer et praecipue amare* Cic. Q. Frat. 3, 1. Idem de Aruſp. Reſp. . . . *de Clodio loquens homine ſibi inuiſo,* Ferebant in Oculis hominem quidam boni viri, et de me optime meriti. Terentius *Verbum* Fero *omiſit in* Eun. 3, 1, 11 Rex te ergo in Oculis? Ter. Adel. 5, 4, 16 Nunc exacta aetate, hoc fructi pro labore ab his fero, Odium. Onus impoſitum Ouid. Triſt. 3, 4, 62. Plaut. Amph. 1, 1, 20 Habendum et ferendum eſt hoc Onus cum labore. Opem, dicitur, *inquit* Donatus, in malis rebus, et iis qui de ſalute dubii ſunt, *ad illam parturientis vocem* Ter. Adel. 3, 4, 41 Iuno Lucina fer Opem. Cic. Tuſc. 4, 45 Reliquas quoque partes aegritudinis vtiles eſſe dicunt. Miſericordiam ad Opem ferendam, et calamitates hominum indignorum ſubleuandas. Opem alicui Hor. de Arte Poët. 461. Opem atque auxilium Cic. Verr. 2, 9. Opem et ſalutem indigentibus Idem de Fin. 2, 118. Cic. Fam. 13, 67 Quod ſi Romae fuiſſet, etiam ſalutem A. Caecinae eſſemus (vt Opinio mea fert) per te conſecuti. Opinio quam mea tulerit aut voluntas mea, plura dixi Cic. pro Domo 32. Opiniones hominum et religiones ferunt Idem Verr. 5, . . Per ora hominum, *pro Celebrare, apud* Plin. Epiſt. 2, 10, 2. Ora ad ora, *Oſculari* Ouid. *ad* Liu. 138. Plaut. Epid. 2, 2, 4 Quis iſtaec quam Oſculum mihi ferre iubes? *i. afferre, oſculari.* Oſcula ſaeuae tulit diuae Valer. Argon. 7, 216. Pacate et moderate aliquid Cic. Fam. 6, 1. Plaut. Mil. 4, 8, 40 Metuoque et timeo, ne hoc tandem palam fiat nimis. PY. quid illud eſt? PA. nos Palam, ferre nunc per vrbem haec omnia, ne quis tibi hoc vitio vertat, *vt* Aperte, Clam, *etc.* Cic. Att. 4, 14 (15) Ne diutius pendeas, Palmam tulit, *i. retulit.* Ter. Adel. 1, 2, 36 Ego illi maximam Partem feram. i. e. Suſtinebo, tolerabo, *inquit* Donatus. Plin. 8, 32 Octonis menſibus Ferunt Partus, et interdum geminos. Idem 7, 5 Gerere Partum *dixit, de praegnantibus.* Paſſibus rapidis ferri Virg. Aen. 7, 157. Patienter, *vid.* Patiens *in* PATIOR. Patienter et aequo animo difficultates Caeſ. B. C. 3, 15. Patienter potentiam alicuius Cic. Fam. 1, 8. Tacit. Ann. 11, 6 Sic fori tabes Pecuniam aduocatis ferat, *vt fructum.* Pedem, *poëtice, pro Aliquo progredi et ire* Plaut. Men. 3, 3, 30. Virg. Aen. 2, 756 Inde domum, ſi forte Pedem, ſi forte tuliſſet, Me refero. Permoleſte, *v. h. v.* Liu. 3, 36 *pr.* Ille finis Appio alienae Perſonae ferendae fuit, ſuo iam inde viuere ingenio coepit. Idem 25, 16 Caeterum ab ipſo Graccho eadem haec audire malle eos, praeſentisque contingere dextram: id Pignus fidei ſecum ferre. Cic. Tuſc. 2, 46 Tune cum pueros Lacedaemone, adoleſcentes Olympiae, barbaros in arena videris excipientes grauiſſimas Plagas, et ferentes ſilentio, *etc.* Cic. de Fin. 2, 54 Anno proximo P. Scaeuola Tribunus plebis ferret ad Plebem, vellent necne de ea re quaeri. Poenam ambitus Cic. pro Sull. 63. Cic. Att. 3, . . Exiſtimato me ſtultitiae meae Poenam ferre grauius, quam euenti. Plaut. Stich. 5, 4, 1 Agite ite foras, ferte Pompam cado te praeficio Stiche. Prae ſe ferre *dicitur aliquis, quae velut oſtentat, et videri vult. Praeter ea, quae in* PRAE *afferentur, notari poſſunt iſta:* Prae ſe ferat orator fiduciam Quinct. 5, 13, 51. Animum magnum Id. 11, 1, 34. Caritatem alicuius Id. 6, 2, 14. Liu. 42, 10 Prae ſe ferens, ſi quid decernerent, interceſſurum. Ouid. Met. 13, 626 Mediique per aequora ponti Fert Praedam. Prae ſe ferre: *vid.* PRAE. Ter. Eun. 5, 9 (8) 26 Hoc ſi effeceris, quoduis donum et Praemium a me optato, id optatum feres. Praemia digna Virg. Aen. 1, 609. Praeſidium ferre labenti et inclinatae Reip. Cic. ad Brut. 18. Virg. Aen. 8, 60 Iunoni fer rite Preces: iraſque, minaſque Supplicibus ſupera votis, *i. offer vt ſacrificium.* Ter. Andr. 3, 5, 4 Ergo Pretium ob ſtultitiam fero: ſed inultum id nunquam auferet. Tacit. Ann. 11, 6 Vt quomodo vis morborum Pretia medentibus, ſic fori tabes pecuniam aduocatis ferat, *lucro ſit.* Cic. de Clar. Orat. 183 Ex his Cotta et Sulpicius cum meo iudicio, tum omnium facile Primas tulerunt, *i. partes, primum locum.* Idem in Parad. 4 Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exſul? Familiariſſimus tuus de te Priuilegium tulit, vt ſi in opertum Bonae deae acceſſiſſes, exulares. Hor. de Arte Poët. 345 Omne tulit Punctum, qui miſcuit vtile dulci, *i. ſuffragium conſequitur.* Cic. pro Milon. 21 Non fuit ea cauſa, Iudices non fuit, cur ſibi cenſeret Pompeius Quaeſtionem ferendam. *Quod explicat* 15 De hoc igitur latum eſt vt quaereretur: *i. Vt iudicium exerceretur. Sermo eſt de Legibus ad populum ferendis.* Quaeſtionem de morte alicuius Cic. pro Milon. 17. *Aliter* Idem pro Cluent. 181 Mulieri crudeliſſimae ſeruum fideliſſimum, non in Quaeſtionem tulit, ſed plane ad ſupplicium dedit, *i. obtulit ad tormentorum quaeſtionem de illo habendam.* Cic. Verr. 5, 103 Dicit ei, ſe ſtatuiſſe animaduertere in omnes nauarchos: ita ſui periculi Rationes ferre ac poſtulare. *Vt dicitur* Aetas, Res, Tempus, Facultates ferunt. Rationes meae ita tulerunt Cic. Fam. 5, 2 *med.* Repulſam ferre *eſt Repelli, et repulſam pati:* Liu. 35, 24 Qui priore anno Repulſam tulerat. Cic. Att. 5, 19 Quod ſcribis libenter Repulſam tuliſſe cum qui cum ſororis tuae filii patruo certaret, magni amoris ſignum. A vano populo Repulſam fert Cic. Tuſc. 5 c. 19. Res acerbas Idem de Orat. 2, . . Si Res in contrarium tuliſſet Quinctil. 11, 1, 8. Ter. Andr. 5, 1, 13 Incepi, dum Res tetulit: nunc non fert, feras. *Add.* Cic. Fam. 1, 1. Res ſi ita tuliſſet Cic. Philipp. 4, 14. *Sed* Liu. 28, . . Et quum caeteri, laetitia gloriaque ingenti eam Rem vulgo ferrent, *etc. i. efferrent.* Reſponſum, *i. accipere, referre* Liu. 3, . . Cic. in Catil. 1, 19 Quum a me quoque id Reſponſum tuliſſes, me nullo modo poſſe, *etc.* Idem Att. 1, 13 In hac cauſa Piſo amicitia P. Clodii ductus, operam dat, vt ea Rogatio quam ipſe fert, et fert ex SC. et de religione, antiquetur. Saccharon et Arabia fert, ſed laudatius India Plin. 12, 8. Salutem alicui Virg. Aen. 1, 467. Sapienter caſus aduerſos ferre, non frangi fortuna, retinere in rebus aduerſis dignitatem Cic. de Orat. 2, 346. Se ferre aliquo, *pro Ire* Virg. Aen. 2, 456. Ibat et ingenti Seſe clamore ferebat Virg. Aen. 9, 579. Ferte vos huc Sen. Med. v. 946. Se conſulem Tac. Ann. 1, 2, 2. Seſe obuiam alicui Cic. pro Planc. 69. Graſſatorum plurimi palam Se ferebant ſuccincti ferro Suet. Aug. c. 2. Se tractandum: *i. Pati* Plin. 9, 8. *de delphinis. Ex vetuſto codice legitur* Praebensque. Cic. de Amicit. 56 Conſtituendi autem ſunt, qui ſint in amicitia fines, et quaſi termini diligendi: de quibus tres video Sententias ferri, quarum nullam probo, *i. circumferri, notas eſſe. Sed* Sententiam de hominum fortunis ferre *iudicis opus eſt* Cic. pro Cluent. 72 c. 53 *extr.* Seruitutem Plaut. Capt. 2, 2, 26. Seruitium Ouid. Amor 1, 2, 18. Caeſ. B. G. 1, 39 Nonnulli etiam Caeſari renuntiabant, quum caſtra moueri, et Signa ferri iuſſiſſet, non fore dicto audientes milites, *i. praeferri, quae ſequerentur milites.* Similitudinem Plin. 12, 7. Martial. 2, 6 Haec ſunt ſingula, quae Sinu ferebas. Sitim et inediam Plin. in Paneg. 13 *pr.* Solicitudinem Idem Epiſt. 1, 5. Sors (*al.* Fors) quemcunque tulerit caſum ſubire Cic. Att. 8, 1. Virg. Aen. 9, 291 Hanc ſine me Spem ferre tui? audentior ibo In caſus omnes, *i. hoc de te ſperare.* Sponte ſua ferri in aliquid Sen. de Benef. 3, 14. Plaut. Men. 5, 7, 13 Herum meum indigniſſime neſcio quid Sublimem ferunt, *i. comprehenſum abripiunt. Sed* Plin. 20, 22 Pythagoras principatum habere ex his, quorum Sublime vis feratur, iudicauit. *De ſinapi,*

ſinapi, *i. in ſublime.* Subſidium, *pro Auxiliari* Caeſ. B. G. 5, 43. Cic. pro Domo 46 Quid indignius, quam qui neque adeſſe ſit iuſſus, neque citatus, neque accuſatus, de eius capite, liberis, fortunis omnibus conductos ſicarios egenteis et perditos Suffragium ferre, et eam legem putare? Suffragium de re alicuius Cic. Att. 1, 14. Suffragia gratuita Idem pro Planc. 16. Caeſ. B. C. 1, 84 Sed fatis iam ſeciſſe officio, ſatisque Supplicii tuliſſe, perpeſſos omnium rerum inopiam, *i. punitos eſſe.* Plaut. Epid. 5, 1, 52 Sed memento, ſi quid ſaeuiunt ſenes, Suppetias mihi cum ſorore ferre, *vt* Auxilium. Suſque deque fero Gell. 16, 9. *vid.* SVSQVE, *etc.* Plaut. Bacch. 4, 9, 60 Nunc haſce Tabellas ferre me iuſſit tibi. Ter. Andr. 1, 2, 17 Dum Tempus ad eam rem tulit, ſiui animum vt expleret ſuum. Si tempus ferret Cic. pro Caecin. c. 27. Vt Tempora noſtra, non vt amor tuus fert, vere perſcribe Idem Q. Frat. 1, 4. *Vt* Aetas, Facultas, Rationes, Res, Voluntas. Omnis feret omnia Tellus Virg. Ecl. 4, 39. Terra fert illos viros Virg. Aen. 11, 286. Nec vero Terrae ferre omnes omnia poſſunt Idem Georg. 2, 109. Tormenta Quinctil. 2, 20. Tribum, *Habere tribum ſibi ſuffragantem in alicuius magiſtratus petitione* Cic. Philipp. 2, 4. Liu. 8, 37 *extr.* Curt. 3, 1 *extr.* Datisque obſidibus, Tributum, quod vt Perſis ferrent, ne pendere cogerentur, impetrarunt. Vallum et arma fert miles Hor. Epod. 9, 13. Liu. 3, 3 Ab his proximi audita incerta, eoque Vaniora ferre ad alios: curſus, *etc.* Liu. 8, 9 *m.* Veniam peto feroque, *i. Auferre, impetrare cupio. Sic explicatum inuenio. Sed merito adhuc interrogat Dukerus, Quid ſit* Veniam fero? *Videtur autem illud* Fero *non iungendum cum* Veniam: *ſed incidendum poſt* Veniam peto, *deinde* Feroque *eſſe velut comitiale verbum, quo rogantur dii, velint, iubeant fauere deuotioni Decii.* Varr. de R. R. 2, 1 Equa enim Ventrem fert XII menſes, vacca X. Martial. 1, 10 Et qui non tulerat Verbera, tela tulit. Verbera ferre alicuius Ouid. de Arte Am. 533. *Sed* Verbera ferre in aliquem Idem Amor. 1, 2, 13. *i. pulſare.* Veſtigia ſua ad aliquem Id. Met. 2, 21. Veſtigia eo ferunt, *h. e. Illuc eunt* Liu. 1, 7. Vetuſtatem ferre *dicitur* Vinum, *quum diu aſſeruari poteſt integrum et purum.* Cic. de Amicit. 67 c. 19 Non enim amicitiarum eſſe debent, ſicut aliarum rerum, ſatietates: veterrima quaeque (vt ea Vina, quae Vetuſtatem ferunt) eſſe debent ſuauiſſima. *Vid.* Ferre AETATEM. Viam ferre per aequora Claud. . . Via fert Virg. Aen. 6, 295. Liu. 39, 51 *extr.* Nec magnam, nec memorabilem ex inermi, proditoque Flamininus Victoriam feret. *Add.* Id. 8, 8 *extr.* Ter. Andr. 1, 5, 42 Haud vereor, ſi in te ſolo ſit ſitum: ſed Vim vt queas ferre, *ſuſtinere.* Vt Vires noſtrae tulerunt Quinctil. 3, 1, 1. Virtus ad maiora te tulit Ouid. Met. 5, 269. Voluntas ſi veſtra feret Cic. pro L. Manil. 70. Voluntas ita fert Virg. Aen. 6, 675. Voluntas quamdiu tulit Cic. Verr. 3, 57. Ter. Hec. 4, 2, 17 Nihil iam mihi iſthaec res Voluptatis ferunt. Vox fertur ad aures Virg. Aen. 3, 40. Voces alicuius ad aliquem ferre Ouid. Faſt. 5, 478. Cic. de Orat. . . . Vt eorum fert Vſus. Tacit. Hiſt. 4, 85 Quos ſpiritus geſſiſſet, vultu ferebat, *h. e. Oſtendebat.* ¶ 3 *Paſſiuum etiam varie ponitur. Ac primo* Fertur, *imperſ. Dicitur, fama eſt:* Cic. de Amicit. 53 Quod Tarquinium dixiſſe fertur, tum quum exul eſſet, ſe, *etc. Vetera exemplaria habent,* Dixiſſe ferunt. Fertur Iuno coluiſſe Carthaginem Virg. Aen. 1, 20. Caeſ. B. G. 6, 16 Hunc omnium artium inuentorem ferunt. Liu. 1, 4 Fauſtulo fuiſſe nomen ferunt. Nobilis inter aequales ferebatur Nep. 25, 1, 3. *Inter* Ferri, Portari, *et* Agi: Ferri, *inquit* Caius, proprie dicimus, Quae quis ſuo corpore baiulat: Portari, Ea, quae quis iumento ſecum ducit: Agi ea, Quae animalia ſunt, l. 235 D. de verb. ſignific. Ferri agique ſuas res vt viderunt Liu. 38, 15. Idem 23, 3 Poſteaquam res ſociorum ante oculos prope ſuos ferri agique vidit. *Vid.* AGO n. 2. *Magnam vim doloris notat.* Plaut. Ciſt. 2, 1, 5 Exanimor, feror, differor, diſtrahor, deripior. *Sed multo latius patet:* At quae mater! quam caecam crudelitate et ſcelere ferri videtis Cic. pro Cluent. c. 70. ferri *a ſuis libidinibus et ſceleribus. Paullo mitius* Lucan. ad Piſon. 1 Vnde prius coepti ſurgat mihi carminis ordo, Quoſue canam titulos, dubius feror. Infinite fertur vt flumen oratio Cic. in Orat. 128. Laxiſſime ferri, *vid.* LAXVS. Oblique ferri, *vid.* OBLIQVVS. Praeceps fertur per mala Hor. Serm. 1, 4, 31. Rapide ferri Cic. in Orat. 128 c. 37. Ad gloriam fertur optimus quisque Cic. Tuſc. 3, 3. Ad terram natura ſua fertur vitis, niſi fulta eſt Cic. de Senect. 52. In arma feror Virg. Aen. 2, 337. In hoſtes moriturus fertur Idem Aen. 2, 511. In praeceps feror Ouid. Met. 2, 69. In pugnas Idem Triſt. 4, 9, 27. Quinctil. 6, 2, 6 Aeſtu fertur iudex, et veluti rapido flumini obſequitur, *de affectibus.* Cic. pro Quint. 38 Naeuius non faceret? qui vſque eo feruet ferturque auaritia, vt de ſuis commodis nolit aliquam partem omittere. Curſu magno ſonituque Cic. in Orat. 97 c. 28 *pr.* Ouid. Epiſt. 18, 30 Et quo non poſſum corpore, mente feror. Rabie ferri Plin. 10, 33. Saltu ſupra venabula Virg. Aen. 9, 553. Ego ſtudio ad remp. latus ſum Sall. Catil. 3, 3. Sublime fertur vis ſinapis Plin. 20, 22 *pr.* Volatu Catul. 53, 25. ¶ 4 *In MSS. confunduntur* Ferre *et* Serere, Drakenb. *ad* Sil. 5, 235. *et* 15, 283. *it.* Ferens *et* Furens Id. ib. ad 12, 267. *It. in compoſitis* Praeterita *cum* Praeteritis *ex* Pello Id. ib. ad 9, 395.

FERENDO, *et* FERENDVS, a, um. Superanda omnis fortuna ferendo Virg. Aen. 5, 710. Mala ferendo minuit Sil. 15, 822. Liu. 4, 35 *extr.* Experiendam rem denique in vno aut in altero eſſe, ſitne aliquis plebeius ferendo magno honori. *h. e. Idoneus ad honorem ferendum.* Idem 2, 9 Portoriis quoque et tributo plebe liberata, vt diuites conferrent, qui oneri ferendo eſſent: pauperes ſatis ſtipendii pendere ſi liberos educent. Ouid. Met. 15, 403 *de Phoenice iuuene,* Cum dedit huic vires aetas, onerique ferendo eſt *intell.* par. Leniter ex merito quidquid patiare ferendum eſt Idem Epiſt. 5, 7. Nimium ſibi ſumit, nec eſt ferendus Cic. in Catil. 3, 22. Fortuna viriliter ferenda Ouid. Faſt. 1, 480. Verba dedit ferenda tabellis Idem Met. 14, 707.

FERENS, entis. Partic. [φέρων] Oculos paſſim per cuncta ferens Virg. Aen. 2, 570. Iratus atque aegre ferens Ter. Andr. 1, 1, 10. Dona ferentes Virg. Aen. 2, 49. Dura ferens animus Hor. Epiſt. 2, 1, 141. Ouid. Amor. 1, 8, 77 Surda ſit oranti tua Ianua, laxa ferenti, *i. afferenti dona.* Capita alta ferentes Virg. Aen. 1, 19. Letum ferentes Idem Aen. 11, 872. *i. inferentes.* Tacit. Hiſt. 5, 6 Corpora hominum ſalubria, et ferentia laborum. Venti ferentes Ouid. Her. 16, 125. *i. ſecundi.*

LATVS, a, um. Part. [τεθαμένος] Cic. Philipp. 2 c. 41 Operta lectica latus eſt vt mortuus. Lex per vim lata Idem pro Sext. 37 c. 16. Poena lata Id. pro Corn. Balb. 33.

LATVRVS. Partic. Fut. [οἴσων] Grandia laturus meritorum praemia Hor. Epiſt. 2, 2, 38.

LATIO, ōnis. f. [θέσις] Cic. Att. 3, 26 Mihi in animo eſt legum lationem exſpectare. Latio ſuffragii Liu. 38, 36.

LATOR, ōris. m. [θέτης] *Qui fert.* Sen. Tranq. Anim. c. 5 Debet plus virium eſſe in latore, quam in onere. Lator legis Semproniae Cic. Catil. 4 c. 5. Idem de N. D. 3, 90 Ferretne ciuitas vlla latorem iſtiuſmodi legis, vt condemnaretur filius aut nepos, ſi pater aut auus deliquiſſet? Legum lator Quinctil. 2, 4. Liu. 3, 31 *extr.* Suet. Calig. c. 44 Quaſi vniuerſa tradita inſula, magnificas Romam literas miſit: monitis ſaepe latoribus, vt vehiculo ad forum vſque et curiam pertenderent.

LATORIA lex *vid.* LAETORIA.

LATVRARIVS, i. m. *Baiulus. Apud* Auguſt. Tom. 10 p. 688.

FERAX, ācis. Adi. [ἐριβῶλαξ] *Quod abundantem ex ſe producit fructum.* Plaut. Epid. 2, 3, 2 Nullum eſſe ego agrum opinor in agro Attico aeque feracem, *etc. Sic* Ferax locus Cato c. 44. Ferax bonis artibus ſaeculum Plin. Epiſt. 4, 15, 8. Idem Epiſt. 8, 20 *pr.* Quae ſi tuliſſet Achaia, Aegyptus, Aſia, aliaque quaelibet miraculorum ferax, commendatrixque terra, *etc.* Plin. in Paneg. c. 43 Tenes Caeſar hunc curſum, et probatur experimento, ſitne feracius et vberius non ad laudem modo, ſed ad pecuniam principi, ſi herede illo mori homines velint, quam ſi cogantur. Agri Cic. Verr. 3, 104. Animus Lucan. ad Piſon. 205. Ingenium Cic. in Orat. 48. Ingeniis nihil feracius Idem in Orat. 48. Locus feracior et vberior in philoſophia nullus eſt, quam de officiis Id. Off. 3, 5 c. 2. *tranſlate.* Rus Ouid. Met. 1, 693. Saltus ingentium beluarum feraces Tacit. Ann. 4, 72. Segetes Hor. Carm. 1, 31, 4. Solum Ouid. Met. 7, 416. Idem Amor. 2, 16, 7 Terra ferax Cereris, multoque feracior vuis. Terrae feraciſſimae Plin. Paneg. c. 30. Poteſt ferax Vitis feraciores in ſe habere materias Pallad. 3, 9. Vuae feraciſſimae Id. ibid. Venenorum ferax Iberia Hor. Epod. 5, 22.

FERACĬTAS, ātis. f. [εὐφορία] Columel. 3, 2 *extr.* Feracitatem potius ſequemur, *etc.*

FERACITER. Adu. *Compar. apud* Liu. 6, 1 Ab ſecunda origine velut ab ſtirpibus laetius feraciusque renata vrbs.

FERALIA, FERALIS. *Vid. ſupra ſ. l.*

FERTĬLIS, e. Adi. [εὔφορος, γόνιμος] *Idem quod Ferax.* Columel. 3, 6 *pr.* Vt ex his partibus trunci ſumantur, quae et genitales ſunt, et maxime fertiles. Ager fertilis Ouid. Triſt. 5, 12, 23. Fertiliſſimus Liu. 29, 25. Agros vberrimos maximeque fertiles incolere Cic. de Diuin. 1, 94 c. 42 *extr.* Agros fertiles, qui multo plus efferunt, quam acceperunt, imitari debemus Idem Off. 1, 48 c. 15. Annus Propert. 4, 8, 14. Arbos Virg. Georg. 4, 142. Aruum Ouid. ex Pont. 4, 15, 7. Bacchus Hor. Carm. 2, 6, 19. Campus frequens herbis, et fertilis vbere Virg. Georg. 2, 185. Plin. in prooem. 14 Tanto priſcorum cura fertilior, aut induſtria felicior fuit. Gramen Ouid. Rem. Amor. 178. Herba Idem Amor. 2, 16, 6. Horae Tibull. 4, 1, 51. Hortus Idem 2, 1, 44. Loca fertiliora Ouid. de Arte Am. 1, 90. Idem ex Pont. 4, 2, 11 Fertile Pectus habes, interque Helicona colentes Vberius nulli prouenit iſta ſeges. Quaeſtus Plin. in prooem. 14. Seges fertilior eſt alienis ſemper in agris Ouid. de Arte Am. 1, 349. Syria opima et fertilis Cic. pro Domo 25. Vua Virg. Georg. 2, 191. *Cum Gen.* Cic. de N. D. 2, 131 Multaque alia in aliis locis commemorabilia proferre poſſum, multos fertiles agros alios aliorum fructuum. Vinea fertilis generoſae vuae Ouid. Rem. Amor. 567. Fertilis hominum frugumque Gallia Liu. 5, 34. *Et* Plin. 6, 10 Fertiliſſimi ſunt auri Dardae, Setae vero argenti. Plin. 15, 30 Hanc quae vulgatiſſima eſt baccarumque fertiliſſima. Locus doctrinae fertiliſſimus Val. Max. 8, 7 ext. 3. *i. Athenae.*

FERTILĬTER. Adu. [εὐφόρως] Plin. 10, 7 Rutam furtiuam tantum prouenire fertilius putant. *h. e. Vberius.*

FERTILĬTAS, ātis. f. [εὐφορία, πολυφορία] Columel. 3, 10 1 Id enim accidit non palmitis ingenita fertilitate. Caeſ. B. G. 2, 4 Fertilitas loci. Cic. de Diuin. 1, 131 c. penult. Sterilitas agrorum vel fertilitas quae ſit futura. Pallad. Febr. 9, 6 Erit et hoc ſignum fertilitatis. Cic. Tuſc. 2, 36 c. 15 *ex Poëta,*

Illi autem voluerunt
Nihil horum ſimile apud Lacaenas virgines,
Quibus magis palaeſtra, Eurotas, ſol, puluis, labor,
Militia in ſtudio eſt, quam fertilitas barbara.

Fertilitatem *putat* Turneb. 4, 18 *Delicias ornatus luxumque ſignificare, quibus Troianorum et Medorum nurus et virgines ornatae magnifice comtaeque erant, vt quemadmodum* fertilitas *in ſolo feraci et ſecundo dicitur frugum copias gerente: ita* Fertilitas *dicatur in illis, quae cultum veſtitumque eximium geſtant, gemmisque et margaritis, torquibus et catenis aureis ornatae ſint. Ad vteri felicitatem et liberos retulit Camerarius. Dauiſius ſententiam Turnebi ornat teſtimonio* Sedulii 4, 10

Namque foramen acus ſicut penetrare camelus
Membrorum prae mole nequit, ſic diues opima
Fertilitate tumens, tenuem non poſſit adire
Caeleſtis regni ducentem ad limina callem.

Sed magis tamen mihi placet Bentleiana coniectura, Futilitas barbara.

FERTOR, ōris. m. *Vid.* Varr. de L. L. 7, 32 p. 95, 24 *negat dici, vt* Meſſor *ita* Fertor. *Et tamen* Gloſſ. Vet. Fertores, Ferto libantes.

FERTORIVS, a, um. Adi. Lectus fertorius Cael. Aurel. Tard. 5, 1. Sella fertoria Idem 1, 4. *Et abſolute* Fertorium Id. 1, 2.

FĔRĬTO, āre. Frequent. Solin. c. 56 Palmeta Caryotas feritantia.

FERENTARIVS, i. m. Ferentarii, Milites leuis armaturae. *de his* Varro de L. L. 6, 3 p. 75, 21 *primo laudat* Plauti *locum* in Trinummo (2, 4, 55) Nam illum tibi ferentarium: *tum addit,* a ferendo, id eſt inanem ac ſine fructu. *Sed oportet illum vel memoria lapſum eſſe, vel paſſum aliquid a librariis. Nam in loco* Plauti Ferentarius amicus *eſt ſine dubio, qui fert aliquid amico commodi. Pergit* Varro, aut quod Ferentarii equites hi dicti, qui ea modo habebant arma, quae ferrentur, vt iaculum *(quibus eminus vterentur)* Huiuſcemodi equites pictos vidi in Aeſculapii aede vetere, et Ferentarios adſcriptos. *Haec ille.* Feſtus, Ferentarii auxiliares in bello, a ferendo auxilio dicti: vel, quia fundis et lapidibus pugnabant, quae tela feruntur, non tenentur, ita appellati. Ferentarii leuis armaturae pugnatores. Nonius 18, 15 Ferentarii leuis armatura, quidquid opus eſſent auxilio (*ſ.* qui, ſi quid opus eſſet auxilio) ferrent excurſu leui, armis grauibus non impediti. Cato de re militari, Inde partem equitatus atque ferentarios praedatos miſit. Salluſtius in Catilinae bello (c. 60, 2)

Poſtquam

Poſtquam eo ventum, vnde a ferentariis praelium committi poſſet. *Add.* Veget. 1, 20 Erant apud veteres inter pedites, qui dicebantur leuis armaturae funditores et ferentarii, qui praecipue in cornibus locabantur, et a quibus pugnandi ſumebatur exordium: ſed hi et velociſſimi et exercitatiſſimi legebantur. *Vt ait* Feſtus: auxiliatores, a ferendo auxilio, vt quidquid opus eſſet, auxilio ferrent, excurſu leues, armis grauibus non impediti, ſed enſe et telis tantum inſtructi. *Vel* dicti ſunt Ferentarii, *teſte* Varrone L. L. 6, 3 quod fundis lapidibusque pugnabant: quae tela feruntur, non tenentur. Salluſt. in Catil. c. 60 Poſtquam eo ventum eſt, vnde a ferentariis praelium committi poſſet. Cato eos Ferentarios dixit, Qui tela ac potiones militibus pugnantibus miniſtrabant. Hi et Velati vocabantur, vt inquit Feſtus: quod veſtiti inermes ſequerentur exercitum. *Haec fere ex* Feſto *et* Nonio. *Conf. Salmaſ. de Re Milit. c. 14 et 16.* Veget. 1, 20. *Cort. ad* Sall. *c. l.* Ferentarius amicus, *Qui fert auxilium:* Plaut. Trin. 2, 4, 55 Nam illum tibi ferentarium eſſe amicum inuentum intelligo. *i. Auxiliarium, ſubſidiarium, qui tibi egenti ſubinde opituletur, velut diues pauperi.*

FERCVLVM, i. n. [φορεῖον] *Eſt inſtrumentum ferendi, ac deinde, vt ſolet in talibus pro ipſis rebus ponitur, quae ſic feruntur. Ac primo in conuiuali re locum habet, vt ſit repoſitorium, quo plures ſimul lances, et cibi adeo inferuntur: hoc apertum eſt, ſi quis conſideret Trimalchionis illam coenam apud* Petron. 31 ſqq. *maxime* c. 35 Laudationem ferculum eſt inſecutum — Repoſitorium rotundum duodecim habebat ſigna in orbe diſpoſita, ſuper quae proprium conuenientemque materiae ſtructor impoſuerat cibum: ſuper Arietem cicer arietinum, ſuper Taurum bubale fruſtum — ſuper Aquarium anſerem, ſuper Piſces duos mullos. In medio ceſpes cum herbis exciſus fauum ſuſtinebat — *Tum* IIII tripudiantes procurrerunt ſuperioremque partem repoſitorii abſtulerunt, quo facto videmus infra, ſcilicet in altero ferculo, altilia, et ſumina, *etc. Pulchre igitur* Fulgent. Exp. ferm. ant. 42 Ferculum, *inquit*, miſſus carnium. *Hinc intelligimus* Sueton. Aug. c. 74 Coenam ternis ferculis, aut, quum abundantiſſime, ſenis praebebat. *Contra ſummus luxus* Iuuenal. 1, 94 Quis fercula ſeptem Secreto coenauit auus? *Proprie etiam* Auſon. Epigr. 8 Fercula gemmatis cum poneret aurea vaſis. Hor. Serm. 2, 6, 104 Multaque de magna ſupereſſent fercula coena, *ad quem locum* Vet. Schol. Fercula vaſa, quae plena pulmentariorum ſunt, et ponuntur in caniſtris cum his quae ſuperfuerunt. Iuuenal. 11, 64 Fercula nullis ornata macellis *ſunt* dapes inemtae, *quae ruri naſcuntur.* Prop. 4, 4, 74 Quum pagana madent fercula deliciis, *quum ruſtici lautius ſe excipiunt, in deſcriptione Parilium.* Sen. Epiſt. 95 Multos morbos multa fercula fecerunt. ¶ 2 *Sed ſunt etiam alia Fercula.* Vet. Schol. ad Horatii l. c. Fercula ſunt et pulpita, in quibus deorum ſimulacra tolluntur. Sueton. Caeſ. c. 76 *inter honores diuinos ponit* Thenſam et Ferculum in circenſi pompa. *Antiquiſſima in hoc genere videntur* ſpoliorum fercula, *quo nomine vtitur* Prudent. adu. Symm. 2, 580. *Vulgo etiam legitur* Liu. 1, 10 *vbi tamen probabilius eſt* Feretrum *de quo mox.* Sen. Herc. Oet. 110 *inter felicitatis argumenta, Si quis* Nec pompae veniet nobile ferculum. Cic. Off. 1, 131 c. 36 Cauendum eſt, ne tarditatibus vtamur in ingreſſu mollioribus, vt pomparum ferculis ſimiles eſſe videamur. *Pro feretro* Sueton. Calig. c. 15 Matris fratriſque cineres — medio ac frequenti die duobus ferculis Mauſoleo intulit. Stat. Theb. 6, 126 Portant inferias arſuraque fercula primi Graiorum. *Hic tamen non tam ipſum cadauer intelligitur, quam munera ſimul cremanda, vt* Plin. 10, 10 *de miluis,* famelicam ſemper alitem nihil eſculenti rapere vnquam ex funerum ferculis. *Haec* fercula *potius ad* n. 1. *referenda.*

FERICVLVM, i. n. *Pro Ferculo apud* Petron. *legit Reineſ.* c. 60 *vbi editur,* Sacrum eſſe periculum tam religioſo apparatu perfuſum. *Receperat etiam in contextum Hadrian. Ita etiam Heinſius c. 39 reſtituit pro* Fericuluſta, *quae vox in Nodot. Ed. plane omiſſa eſt, reddita in Burm. ſed non explicata.*

FERĔTRVM *ſ.* PHERETRVM, i. n. [φέρετρον] *Lectus, vel quid ſimile, quo mortuus ferri ſolet.* Varro de L. L. 4, 35 p. 40 *pr.* σέγαστρον vbi lectus mortui fertur, dicebant: feretrum noſtri, Graeci *φέρτρον καὶ φέρετρον.* Plin. 7, 52 Varro quoque auctor eſt XX viris agros diuidentibus Capuae, quendam qui efferretur feretro, domum remeaſſe pedibus. Stat. Silu. 2, 1, 20 Puerile feretrum produxi, *funus comitatus ſum.* Ouid. Met. 14, 747 Luridaque arſuro portabat membra feretro. Cruentum feretrum Sil. 5, 168. Ingenti ſubiere feretro Virg. Aen. 6, 222. Id. ibid. 11, 149 Feretro Pallanta repoſto Procubuit ſuper. Val. Fl. 5, 11 Poſitumque feretro Congemuere. Stat. Theb. 6, 55 Damnatus flammae torus, et Puerile feretrum Texitur. ¶ 2 *Latius aliquanto patuiſſe hoc nomen putant illi, qui cum Perotto apud* Liu. 1, 10 *ita legunt,* Inde victor *Romulus* — ſpolia ducis hoſtium caeſi ſuſpenſa fabricato ad id apte feretro (*al.* ferculo) gerens in Capitolium aſcendit *etc. Et ſane ab hoc* Feretro *facillime deriuatur* Feretrius Iupiter, *de quo ſtatim. Et eſſe* feretro *etiam in libris Perotto antiquioribus, docet Drakenborch. Rem confectam putarem in ſententiam Perotti, ſi indubia eſſet lectio antiqua* Val. Fl. 3, 143 Has, precor, exuuias et prima cadauera noſtro Linquite, ait, feretro: *quod, praeter antiquas editiones, probatur Paſſeratio ad Propert. l. c. Voſſio ad Val. Flacc. it. ad Vell. 2, 82 ipſique Scaligero, qui etiam* Feretrium Iouem *ab hoc* feretro *dictum putat ad Propertium, quod etymon probat etiam Perizon. Animadu. hiſt. 7 p. 248. Sed de loco Flacci intercedit iure ſuo Gronouius Obſ. 4, 12 et legendum oſtendit,* Has, precor, exuuias, et prima cadauera, Neſtor, Linquite ait. ferro potius mihi dextera, ferro Gnauet opus. *Quam lectionem pulchre explicat. Itaque* feretrum *pro ferculo triumphali alio auctore, quam de cuius lectione modo quaeritur, adhuc quidem careret, niſi opportune, vt ſaepe alias ſuccurreret* Tertullianus, *qui* de Patientia c. 14 Quale in illo viro (*Hiobo*) feretrum deus diabolo exſtruxit? Quale vexillum de inimico gloriae ſuae extulit? *Bene Rhenanus triumphale inſtrumentum intellexit, non bene funebrem ſandapilam Rigaltius.*

FĔRĔTRIVS [τροπαιοῦχος, σκυλοφόρος] *eſt Iouis Epitheton, quatenus templum primum omnium Romae illi ſacratum eſt a Romulo his verbis apud* Liu. 1, 10 Iupiter Feretri, haec tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque iis regionibus, quas modo animo metatus ſum, dedico, ſedem opimis ſpoliis, quae, regibus ducibusque hoſtium caeſis, me auctorem ſequentes poſteri ferent. Propert. 4, 10 *ita orditur,* Nunc Iouis incipiam cauſas aperire Feretri, Armaque de ducibus trina recepta tribus. *Deinde exſequitur trina illa ſpolia opima, et tandem ita concludit* v. 45 ſqq.

Nunc ſpolia in templo tria condita. cauſa Feretri,
Omine quod certo dux *ferit* enſe ducem,
Seu quia victa ſuis humeris huc arma *ferebant,*
Hinc Feretri dicta eſt ara ſuperba Iouis.

Facillima eſt etymologia, quam damus ſtatim in FERETRVM n. 2. *Dionyſius Halic. Antiqu. 2 p. 102. putat,* Feretrium, *φερέτριον non modo poſſe Graece vocari τροπαιοῦχον, aut σκυλοφόρον, tropaea habentem, ferentem ſpolia; ſed etiam ὑπερφερέτην, qui emineat ſuper omnes, et omnem rerum naturam et motum complexus* ferat: *qua in re magis ad notionem Graecam verbi φέρω, vnde ὑπερφέρειν, item φερίων, φέριστος, φέρτατος, etc. quam ad Latinum* fero *attendiſſe animum videtur.* Feretrii Iouis *mentio apud* Feſtum *haec,* dictus a ferendo, quod pacem ferre videretur. ex cuius templo ſumebant ſceptrum, per quod iurarent, et lapidem ſilicem, quo foedus ferirent. Minuc. Felix 21, 15 Iupiter — quum Feretrius, pompa aditur. *Sic emendat vulgatam lectionem* non auditur, *Perizon. Anim. 7 p. 249. Add.* Liu. 1, 33. 4, 20 *et quoties* Opimorum ſpoliorum *mentio eſt. Vid.* SPOLIVM. ¶ 2 *Lepide et appoſite admodum, quisquis fuit, Poëta* Amorem *ſiue Cupidinem* Feretrium *finxit, cuius duos verſiculos laudat* Terentianus Maurus p. 2442 *pr.* Opima appoſui ſenex Amori arma feretrio.

FĒRŌNIA, ae. f. Nympham Campaniae *vocat* Seruius *ad* Aen. 8, 564 *vbi* Herili Regis *Praeneſtini* mater *dicitur. At idem ad illud* Aen. 7, 800 Quis Iuppiter Anxurus aruis Praeſidet, et viridi gaudens Feronia luco; Circa hunc tractum, *inquit,* colebatur puer Iupiter, — et Iuno virgo, quae Feronia dicebatur. *Aperit deinde Mythum,* Eſt autem fons in Campania iuxta Terracinam, quae aliquando Anxur eſt dicta. *Subiicit,* Non vacat, quod addidit, *viridi:* nam cum aliquando huius fontis lucus fortuito arſiſſet incendio, et vellent incolae exinde transferre ſimulacra, ſubito reuiruit. *Eſt itaque* Feronia Nympha, *eſt* Iunonis *epitheton, eſt* fons, *eſt* lacus, *et quidem duplex, vel triplex adeo. Reliqua apud Geographos quaerantur, Cluuerium praeſertim et Cellarium. Nos indicamus antiquitatem.* Iunonis *ergo epitheton eſt in Inſcr. ap. Fabrett. p. 411* IVNONI FERON. *et alia, quae eſt etiam Reineſ. 1, 31* IVNONI REG. ET FERONIAE. *Huc facit etiam* Liu. 22, 1. *Poſtquam enim narrauit, quid* Iunoni Reginae, *et* Soſpitae *placandae,* decretum eſſet, *addit,* quin et libertinae vt ipſae, vnde Feroniae donum daretur, pecuniam pro facultatibus ſuis conferrent. *Hinc* diues Feronia Sil. 13, 84, *vbi ſpoliatum ab Annibale illius templum memorat, qua de re* Liu. 26, 11. *Quod autem* libertinae *donum dant, eo referimus, quod* Seruius *ad* Aen. 8, 564 Haec etiam, *inquit,* libertorum Dea eſt, in cuius templo raſo capite pileum accipiebant. — Quam Varro libertorum deam dicit Feroniam, quaſi Fidoniam. *Haec Seruius. Alioquin* Varro de L. L. 4, 10 *nomen* Feroniae *a* Sabinis *ortum indicat. Ad religionem forte pertinet illud* Horat. S. 1, 5, 24 Ora manusque tua lauimur, Feronia, lympha. Feroniae lucus *triplex in Italia memoratur a Drakenb. ad* Sil. 13, 84 *ex Cluuerio.*

FEROX, ōcis. Adi. [ἄγριος, αὐθάδης] *Idem fere quod* Ferus: *videtur enim ferarum illam vim et impetum primum notaſſe; deinde ad homines translatum, nunc ad laudem generoſi motus pertinere, nunc exprobrationem bruti cuiusdam impetus.* Non. 4, 192 Ferox eſt ſaeuus et indomabilis, translatum a feritate. Ferox genus, nullam vitam rati ſine armis eſſe Liu. 34, 17. *de Hiſpanis.* Volſci, ferocior ad rebellandum quam ad bellandum gens Id. 7, 27. Hor. Carm. 1, 35, 10 Vrbes, gentesque et Latium ferox. Salluſt. Iug. 106 Ille animo feroci negat ſe fuſam toties Numidiam pertimeſcere. Ferocior, *i. Bellicoſior* Nep. 2, 2, 1. *Conf.* Tacit. Hiſt. 2, 24, 3. Virg. Aen. 4, 135 Stat ſonipes, ac fraena ferox ſpumantia mandit. Ter. Eun. 3, 1, 25 Eone es ferox, quia habes imperium in belluas? Ferocem fortaſſe ac arrogantem et infeſtum facit indulgentia, non mendacem, aut auarum, aut non amantem ſuorum Cic. Att. 10, 13. Reddit hominem ferociorem impotentioremque victoria Id. Fam. 4, 9. Nimium vehemens feroxque natura homo Id. in Vatin. 4 c. 2. Animi ferox Tacit. Ann. 1, 32. Mentis ferox Ouid. Met. 8, 613. Scelerum ferox Tacit. Ann. 4, 12. Vnda ferocior Ouid. Epiſt. 3, 133. Globus ferociſſimorum iuuenum Liu. 1, 12. *Plura Lambin. de hac voce ad* Hor. Carm. 1, 15. *Poëtae frequenter hoc Epitheton Deabus et Heroinis pro Virginitate nihil non auſuris tribuunt:* Titinnius *apud* Non. 4, 193 Videram ego te virginem formoſam eſſe, ſponſo eſſe ſuperbam, forma ferocem. *Sic* Virgo ferox *Minerua* Mart. 14, 179. *Vid. Barth. ad* Stat. Theb. p. 639. ¶ 2 *Subſtantiua:* Aetas ferox Hor. Carm. 2, 5, 13. *puellae, nondum amare volentis.* Animus Sen. Med. 12. Corda ferocia ponunt Virg. Aen. 1, 306. Diſcordia Sil. 16, 101. Gentes ferociſſimae Plin. 33, 11. Impetus feroces animo geris Sen. Agam. ſ. 3. Lacertus ferox Ouid. Epiſt. 4, 82. Lucina Martial. Spect. 12 *Cum* Exſiliit partus miſerae de vulnere matris. Manus Sen. Herc. Oet. ſ. 4. Populi Virg. Aen. 1, 267. Turmae Id. Georg. 3, 179. Vagitum ferocem reddit lituis *infans Honorius* Claud. Conſ. Hon. 4, 151. ¶ 3 *Ablatiui:* Plaut. Mil. 4, 8, 13 Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior. Bello erat ille ferox Ouid. Met. 11, 294. Corde ferox Sen. Med. 7. Plaut. Milit. 4, 9, 13 Namque in ſtatione ſtat ſenex, vt adoriatur moechum, qui Forma eſt ferox. Accius *apud* Non. 4, 192 Neque vi tanta quisquam eſt, neque tam abundans fortunis ferox. Ferox ardensque Oculis Virg. Aen. 5, 277. *Add.* Ibid. 10, 711. Praeſidio Veneris ferox Hor. Od. 1, 15, 13. Robore corporis ſtolide ferox Tacit. Ann. 1, 3. *de Agripp. Poſth.* Victoria et viribus ferox Liu. 1, . . Virtute feroci exuperans, *i. Fortitudine* Virg. Aen. 12, 19. ¶ 4 Ferox *cognomen Rom. a Moribus tractum. De* Magurio Feroce, *vid.* Inſcript. Patauin. *a Reineſ. illuſtrat.* Iulium Ferocem *cum laude memorat* Plin. Epiſt. 2, 11. *Nomen item Canis apud* Columel. 8, 12.

FEROCŬLVS, a, um. Dimin. [ὑπάγριος] Hirt. de B. Afr. 16 Quid tu inquit, miles tiro, tam feroculus es?

FEROCIA, ae. f. [ἀγριότης] *Natura* Ferocis. Cic. de Rep. 6 *ap.* Non. 8, 15 Qui comperit eius vim et effraenatam illam ferociam. Id. pro L. Agr. 2, 90 Itaque illam Campanam arrogantiam atque intolerandam ferociam ratione et conſilio maiores noſtri ad inertiſſimum et deſidioſiſſimum otium perduxerunt. Impetum gladiatoris ferociamque comprimere Id. de Aruſp. Reſp. 1. Tacit. Ann. 2, 72 Per communes liberos orauit *Agrippinam Germanicus,* exueret ferociam. Effraenata Cic. *apud* Non. 8, 15. Cato *apud* Gell. 7, 3 Ferociam *et* Superbiam *coniungit, ſicut* Virtutem *et* Ferociam Tacit. Agric. 31, 6. *Et* Liu. 9, 6 *extr.*

FEROCĬTAS, ātis. f. [ἀγριότης] *Idem.* Cic. Off. 1, 90 c. 26 Vt equos propter crebras contentiones praeliorum ferocitate exſultantes domitoribus tradere ſoleant, *etc.* Cic. in Vatin. 2 Ferocitatem

tuam

tuam iſtam comprimerem, et audaciam frangerem. Infirmitas puerorum, ferocitas iuuenum, et grauitas iam conſtantis aetatis Cic. de Senect. 33. Victoriae ferocitatem extimeſcere Id. pro Marcell. 16 c. 6. Tantae ferocitatis victorem extimeſcere Id. pro Deiot. 15. Reprimere ferocitatem alicuius Id. Off. 2, 40. *Cum contumacia coniungit* Suet. Vitell. c. 12. *Meliorem in partem adhibuit* Val. Max. 3, 2, 7 Numantino Theogeni ad virtutem capeſſendam quaſi magiſtra gentis ſuae ferocitas extitit.

FEROCITER, cius, ciſſime. Adu. [ἀγρίως] Plaut. Amph. 1, 1, 58 Nimis ferociter. *Vid.* NIMIS. Liu. 23, 8 Cum quo ferociſſime pro Romana ſocietate aduerſus Punicum foedus ſteterat. Aſpere, ferociter, et libere maledicta in aliquem dicere Cic. pro Planc. 33 c. 13 *extr.* Ferocius obequitare Liu. 9, 22. Loqui ferocius Nep. 18, 11, 4. Multo ferocius inquit Cic. Q. Frat. 2, 12.

FEROCIO, ire. [ἀγριαίνω] *Ferocem eſſe, ſaeuitiam exercere.* Gell. 1, 11 Non immodice ferocirent. Ouidio *tribuitur* Mox intractati more ferocit equi: *falſo, arbitror.* Fluctibus ferocire Eumen. Paneg. Conſtant. c. 7. Ferocit, apud Catonem, Ferociter agit Feſtus. *Add.* Apul. Met. 9 *poſt pr.* Tertull. Apol. c. 5.

FEROCIENS, entis. Partic. Gell. 1, 11 Orationem ferocientem ſaeuientemque cohibere.

FERRVM, i. n. [σίδηρος, αὐλὸς] *Communiſſimum illud metallum.* Optimum peſſimumque vitae inſtrumentum Plin. 34, 14. Siquidem hoc tellurem ſcindimus, ſerimus arbuſta, ponimus pomaria, vites ſqualore deterſo annis omnibus cogimus iuueneſcere: hoc exſtruimus tecta, caedimus ſaxa, omneſque ad alios vſus ferro vtimur. Sed eodem ad bella, caedes, latrocinia non cominus ſolum, ſed etiam miſſili volucrique, nunc tormentis excuſſo, nunc lacertis, nunc vero pennato — ſiquidem vt ocius mors perueniret ad hominem, alitem illam fecimus, pennaſque ferro dedimus, *etc.* *Satis longa enim de ferro tractatio ibi eſt.* *Vid.* n. 3 Laxare ferrum. *A* Ferendo *dicitur, vt nonnulli volunt: quod in agros colendi gratia feratur. Vel a* Feriendo: *quod caetera eo feriantur, id eſt domentur. Conf.* Iſidor. 16, 20. Gell. 16, 10 *refert verſus* Ennii, *in quibus ad etymon alluſiſſe videri poteſt,* Proletarius publicitus ſcutiſque *feroque* Ornatur *ferro.* *Sic* Lucret. 2, 102 Fera ferri corpora. Plin. 12, 25 Ferro laedi vitalia odit *de balſamo.* Ferrum viuum, *Quod in magnete tritum ferrum attrahit.* Stercus ferri Scribon. 188. *i. ſcoria.* India mittit ebur, molles ſua tura Sabaei, At Chalybes nudi ferrum Virg. Georg. 1, 57. *Conf.* Rutil. Itin. 1, 351 ſqq. Ferrum Indicum, Sericum, *ex India in proximas Aſiae regiones delatum vult Ioh. Bapt. Tabernar. Perſic. 5, 12. et ex eo Bynckersh. Obſ. 4, 5 p. 353.* Ferrum tuum in igni eſt: *formula prouerbiali dixit* Seneca Lud. de Morte Claudii, *pro Negotium tuum agitur.* *Per metonym. materiae, pro Gladio et variis inſtrumentis, quae ex contexto orationis intelliguntur, accipitur.* Cic. Tuſc. 1, 86 In ſeruorum ferrum et manus incidiſſet. *Sic pro* Roſc. Amer. 90 Vulneratus ferro Phrygio. Nep. 15, 9, 3 Si ferrum, quod ex haſtili in corpore remanſerat, extraxiſſet, *etc.* At prius ignotum ferro quam ſcindimus aequor Virg. Georg. 1, 50. *i. vomere.* In ferrum atque in vincula coniecti Cic. Verr. 5, 17. Aes atque ferrum, duelli inſtrumenta ſunt, non fani Id. de Legib. 2, 45. Pectus ferro durius Ouid. Epiſt. 21, 229. Velox ferro Stat. Theb. 3, 599. Acies ferri Virg. Aen. 2, 333. *Vid.* ACIES. Gens ferri patiens Sil. 3, 575. Nucleus ferri Plin. 34, 14 ſ. 41. Rigor ferri Virg. Georg. 1, 143. Stridor ferri Id. Aen. 6, 558. ¶ 2 *Epitheta:* Acuto ferro praefixum robur, *i. haſta* Virg. Aen. 10, 479. Aduncum Ouid. Met. 9, 128. *de ſagitta.* Candens Lucret. 6, 147. Candens ferrum in aqua demiſſum Scribon. 132. 146. Debile Stat. Theb. 10, 280. Duri robora ferri Lucret. 2, 449. Ferum Enn. *ap.* Gell. 16, 10. *et* Lucret. 2, 102. Graue Sen. Octau. f. 7. Hebes Iuuenal. Sat. 11, 140. Infandum Lucan. 2, . . Infeſtum Ouid. Epiſt. 11, 19. Iniuſtum Id. Met. 13, 44. Letale Iuuenal. Sat. 15, 165. Nefandum Ouid. Met. 8, 440. Rigidum Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 94. Solido tabularia ferro Ouid. Met. 15, 810. ¶ 3 *Verborum formulae, in quibus plerisque enſem et alia tela ſignificat.* Abſumere ferro aliquem Virg. Aen. 4, 60. Accipere ferrum pectoribus Sil. 10, 7. Acuere ferrum Hor. Carm. 1, 2, 21. Adegit ferrum in viſcera Sil. 7, 626. Adactum ferrum per pectus Ouid. Met. 6, 271. Aperire pectus ferro Sen. Agam. 4. Applicatum ferrum, *vid.* APPLICO. Ardens ferrum, *i. Splendidum.* Valer. Argon. 1, 488 Ardenti Aeſonides retinacula ferro Abſcidit. Armata gracili ferro Sen. Hippol. f. 4. Armare ferrum veneno, *vid.* ARMO. Caedere aliquid ancipiti ferro Lucret. 6, 167. Caeſus ferro Sen. Octau. 17. Capeſſere ferrum imbelle Valer. Argon. 1, 759. Cernere ferro, *vid.* CERNO. Collapſus ferro Virg. Aen. 4, 664. Collocati certis locis cum ferro homines Cic. pro Caecin. 41. Committere ſe ferro Scribon. Epiſt. *in.* *i. ſectioni.* Compeſcere culpam ferro Virg. Georg. 3, 468. Condit ferrum ſub aduerſo pectore Id. Aen. 12, 950. Conictum in guttura ferrum preſſit Ouid. Met. 3, 90. Conſumere ferrum pectore, *h. e. Accipere* Stat. Theb. 12, 745. Conuellere aliquid ferro Virg. Aen. 6, 148. Conuertere ferrum ab vno in alium Ouid. Met. 8, 768. Criſpans haſtilia ferro Virg. Aen. 1, 317. Decernere ferro Id. ibid. 12, 695. *Vid.* DECERNO. Defringere ferrum Id. ibid. 11, 748. Demetere aliquid ferro Hor. Serm. 1, 2, 46. Demittere ferrum in artus Ouid. ex Pont. 4, 16, 51. Detegere ferrum, *Euaginare* Lucan. 3, 128. Diſtringere in mortem alicuius ferrum Tacit. Ann. 14, 8. Do: *vt,* Funera dare ferro Virg. Aen. 8, 570. Dedit obuia ferro pectora Id. ibid. 12, 540. Ducere ferrum vagina Ouid. Faſt. 4, 929. Elicere ferrum e terrae cauernis, rem ad colendos agros neceſſariam Cic. de N. D. 2, 151. Eripere ferrum vagina Virg. Aen. 6, 260. Excipere ferrum aduerſo pectore Sen. Agam. 4. Exſcindere portam ferro Virg. Aen. 6, 553. Excutere ferrum alicui Lucan. 1, 118. Exigere ſpiritum ferro, *Vitam ſibi eripere, Se occidere* Sen. Oedip. f. 14. Exegit ferrum per viſcera domini Lucan. 2, 149. Ouid. Epiſt. 9, 157. Tacit. Ann. 15, 63 Eodem ictu brachia ferro exſoluunt *Seneca et vxor, i. venas reſcindunt.* Foedare aliquem ferro Virg. Aen. 3, 241. Tacit. Ann. 14, 8 Hic eſt, hic eſt Fodiendus ferro: *Verba Agrippinae vterum oſtendentis.* Sen. Octau. f. 6. Gliſcere dulci ferro Stat. Theb. 12, 639. *interprete* Lactantio, *cum furore cupere ferrum et arma.* Hauſit pectora ferro Ouid. Met. 8, 440. Iacet ferro meus coniux Sen. Oedip. 14. Icta mordaci ferro pinus Hor. Carm. 4, 6, 9. Immori ferro Sen. Herc. Oet. f. 7. Impulit ferrum in meos penates Ouid. Met. 12, 551. Incumbere ferro Id. ibid. 14, 81. Inducere ſemet oppoſito ferro, *i. Irruere in ferrum* Sen. Oedip. f. 4. Inſpicat acuto ferro faces Virg. Georg. 1, 292. Inſtructi ferro Id. Aen. 12, 124. Quinctil. 3, 8 Qui in legatione ferro ſunt interemti. Inuadere cum ferro aliquem aduenientem Cic. pro Caecin. 25. Irruimus ferro Virg. Aen. 3, 222. Lacerare ferro aliquem Hor. Carm. 3, 27, 46. Laceſſere aliquem ferro Virg. Aen. 12, 185. Laedere ferrum ſcabie et rubigine Id. Georg. 2, 220. Stat. Achill. 1, 429

Ferrum Laxatur ad vſus
Innumeros, quod roſtra liget, quod muniat arma,
Belligeros quod fraenet equos, quod mille catenis
Squalentes nectat tunicas, quod ſanguine fumet,
Vulneraque alta bibat, quod conſpirante veneno
Impellat mortes, tenuantque humentia ſaxa
Attritu, et nigris addunt mucronibus iras, *etc.*

Liuentia ferro crura Claud. in Eutrop. 2, 343. Mactare hoſtiam ferro Virg. Georg. 3, 489. Maculatum ſanguine ferrum Ouid. Met. 15, 107. Mergere ferrum iugulo Sen. Agam. 13. Minitari patriae igni ferroque Cic. Philipp. 14, 34. Mitigat agrum ferro et flammis Hor. Epiſt. 2, 2, 186. Moliri ferrum in aliquem Ouid. Faſt. 3, 35. Mollit ignis ferrum Hor. Serm. 1, 4, 20. Mori ferro Sen. Octau. 6. Nocens Ouid. Met. 1, 141. Obſiſtere ferro ne quis accedat Cic. pro Caecin. 25. Occiſus ferro Quinctil. 6, 1. Occumbere ferro Ouid. Met. 12, 207. Parcere temerando ferro Lucan. 1, 147. Tacit. Ann. 1, 32 Et animi ferox, inter obſtantes et armatos, ferro viam patefecit. Perfuſum ferrum gemina caede Sen. Thyeſt. 8. Petere aliquem ferro Ouid. Met. 13, 444. Petita ferro bellua Hor. Epod. 5, 10. Recludere pectus ferro Sen. Troad. 10. Quinctil. 2, 4 Quod etiam ruſticis notum eſt, qui frondibus teneris non putant adhibendam eſſe falcem, quia Reformidare ferrum videntur, et nondum cicatricem pati poſſe. Reponere ferrum Stat. Theb. 9, 81. Reſcindere aliquid ferro Virg. Georg. 3, 453. Referare pectus ferro Sen. Octau. 6. Reſoluit iugulum ferro Ouid. Met. 6, 643. Retundere ferrum iugulis, *Hebetare* Lucan. 6, 161. Retuſum Virg. Georg. 2, 301. Rubens igne Ouid. Met. 12, 276. Satiare ferrum ſanguine Id. Faſt. 5, 575. Secare collum ferro Virg. Aen. 9, 331. Sequi aliquem nudo ferro Ouid. Met. 6, 666. Sequi extrema ferro Virg. Aen. 6, 457. Splendenti lancea ferro Ouid. Met. 3, 53. Sternere ferro aliquem Sen. Troad. 6. Hor. Serm. 2, 3, 202. Stringere ferrum Stat. Theb. 8, 140. Superare ferrum duritia Ouid. Epiſt. 2, 137. Tentare aliquem inerti ferro Claud. de B. Get. 389. Tollere ferro Scribon. 230. *i. abſcindere.* Traiecta ferro pectora Virg. Aen. 1, 359. Ferrum Tuetur principem Sen. Octau. 456. Quum me Viderent in ferro, tamen audaciter reſiſtunt Apul. Met. 3 p. 131. *Elmenh.* Violabere ferro nullo Ouid. Met. 5, 226. Vritur ardenti ferro Iuuenal. Sat. 14, 22.

FERREVS, a, um. Adi. [σιδηροῦς] *Quod eſt ex ferro.* Plin. 10, 42 Pſitacus verberatur radio ferreo. Fabricam ferream inuenere Cyclopes Id. 7, 56. Ferrei coloris atque duritiae marmor Id. 36, 7. Ager ferreus horret haſtis Virg. Aen. 11, 601. *de exercitu, vid. mox* Imber. Annulus Ouid. de Arte Am. 1, 473. Bella Id. Epiſt. 13, 64. Clauſtris ferreis cohibere portas Sen. Thyeſt. 7. Enſis Lucret. 5, 1292. Virg. Aen. 12, 284 — It toto turbida caelo Tempeſtas telorum, ac ferreus ingruit imber. *Conf.* Ager. Mucro Id. ibid. 11, 817. Seges ferrea telorum Id. ibid. 3, 45. Id. ibid. 12, 664. Turris Id. ibid. 6, 554. *Per translationem, pro Duro et inexorabili.* Cic. Fam. 15, 21 Ferreus eſſem, ſi te non amarem. Ferreus qui fratris cariſſimi atque amantiſſimi praeſentis moerore non mouetur Cic. in Catil. 4, 3. Ferus ac ferreus Id. Q. Frat. 1, 3. Quis fuit, horrendos primus qui protulit enſes? Quam ferus et vere ferreus ille fuit Tibull. 1, 10, 1. *Vid.* FERRVM ferum. Durus ac ferreus, *Inhumanus* Cic. Verr. 5, 120. Patiens et ferreus Iuuen. Sat. 1, 31. Decreta ferrea veterum ſororum Ouid. Met. 15, 781. Iura Virg. Georg. 2, 501. Negotium Plaut. Perſ. 1, 1, 21. Os Cic. in Piſon. 63 c. 26. Praecordia Ouid. Epiſt. 12, 183. Cic. de Fin. 1, 5 De quo Licinius, Ferreum ſcriptorem, verum opinor ſcriptorem tamen, vt legendus ſit. Saecula Tibul. 2, 3, 39. Somnus ferreus, *Mors* Virg. Aen. 12, 309. Sors ferrea vitae Ouid. Triſt. 5, 3, 28. Vox Virg. Georg. 2, 44.

FERREA, ae. f. *Inſtrumentum ruſticum.* Cato R. R. c. 10. *et* Varr. 1, 22. *Al.* Furca, *quod verbum ſubintelligendum eſſe videtur.*

FERREOLVS, *vid.* FEREOLA.

FERRARIVS, a, um. Adi. [σιδηρικὸς] *Quod ad ferrum attinet.* Aqua ferraria, *Qua vtuntur fabri ferrarii ad extinguendum candens ferrum.* Plin. 28, 16 Quidam vrinam equi aquae ferrariae ex officinis miſcent. Faber Id. 14, 4. Metallum Id. 34, 14. Officina Id. 13, 23. Id. 8, 57. ¶ 2 *Subſtant.* Ferraria [σιδηρεργία] *Fodina ex qua ferrum extrahitur.* Caeſ. B. G. 7, 22 Apud eos magnae ſunt ferrariae. Liu. 34, 21 Pacata prouincia, vectigalia magna inſtituit ex ferrariis, argentariiſque. ¶ 3 Ferraria *item Herba, quae et Periſtereos: vid.* Apul. de Herb. c. 65 *et* 72.

FERRARIVS, i. m. Firmic. 4, 7 Coquos, ferrarios, atque ex igne vel ferro artes ſuas officiaque complentes. Inſcriptio *vetus apud Spon. Miſc. E. A. p. 66* COLL. FERRARIOR. *i. Collegium ferrariorum.*

FERRATILIS, e. Adi. Genus ferratile *in* Plaut. Moſt. 1, 1, 17 *legimus de ſeruis dici, qui compediti habentur, i. qui annulatis cruribus atterunt aſſidue ferrum. Verba* Plaut. *ſunt haec,* Cis hercle paucas tempeſtates Tranio augebis ruri numerum, genus ferratile. *Vid. Lipſ. Elect. 2, 15. et Muret. Var. Lect. 5, 9.*

FERRATVS, a, um. Adi. [σιδηρωτὸς] *Cui ferrum inditum et applicatum eſt.* Ferrata haſta Liu. 1, 32. *Et apud* Plin. 36, 23 Ferratis vectibus. *Et apud* Columel. 10, 45 — ferrato robore palae. Virg. Georg. 3, 361 Vndique eam tergo ferratos ſuſtinet orbes. Agmina Hor. Carm. 4, 14, 30. Calce ferrata cruentat cornipedem Sil. 17, 541. Portae Stat. Theb. 10, 504. Ferratus in piſtrino, *i. Catenis ferreis vinctus* Plaut. Bacch. 4, 6, 11. Ferrati *abſolute ſunt Cataphracti, aut validius armati:* Tacit. Ann. 3, 45 In fronte ſtatuerat ferratos, in cornibus cohortes, a tergo ſemermos. *Dicuntur* Ferrati viri *apud* Claud. de Conſ. Honor. 6, 571. Aquae ferratae *ſunt Acidulae* Scrib. Larg. Compoſ. 146 Hoc traxi ab aquis caldis, quae ſunt in Tuſcia ferratae. *Conf. L. Holſten. in Cluuer. Ital. Ant. p. 34.*

FERRAMENTVM, i. n. [σιδήριον] *Inſtrumentum ferreum.* Varr. R. R. 1, 22 Ferramentorum varietas. Nec radio, nec ſubula, nec

nec lima, nec torno, nec id genus ferramentis vti Apul. Flor. 2 *pr.* Tacit. Germ. 30, 4 Peditem ſuper arma ferramentis quoque coonerant. Martial. 14, 36 Ferramenta tonſoria. Caeſ. B. G. 5, 41 *vtitur pro Iis, quibus terra foditur.* Cic. Catil. 3, 10 c. 5 *pro Gladiis et telis:* Cethegus dixit, ſe bonorum ferramentorum ſtudioſum eſſe. Petron. c. 94 Eodem ferramento ad mortem viam quaero. Cic. de N. D. 1, 19 c. 8 Quae molitio, quae ferramenta, qui vectes, quae machinae, qui miniſtri tanti muneris fuerunt? Agreſtia Liu. 1, 40 *Secures.* Vetera Columel. 2, 4. Ferramenta fabrorum Hor. Epiſt. 1, 1, 85. Ferramentum plumbeum Cael. Aur. Tard. 2, 4, 48. *Vid.* DENTIDVCVS.

FERRAMENTARIVS, i. m. Firmic. 3, 13 *ſub finem*, In Solis vero aut Lunae domo, facient aerarios, ferramentarios, ſtatuarios, *etc.*

FERRŪGO, ĭnis. f. [*ἰὸς σιδήρου*] *Rubigo ferri.* Plin. 23, 8 Sudor virgae, corni arboris, lamina ferrea candente exceptus, non contigente ligno, illitaque inde ferrugo incipientes lichenas ſanat. *Compreſſae purpurae color rufus, nigrioris ruboris, quaſi violacei, ſimilitudine coloris* ferri, *dum eſt rubiginoſum vocatur* Ferrugo. *πορφύρα μέλαινα* Gloſſ. Lat. Gr. Virg. Aen. 9, 582 Pictus acu chlamydem, et ferrugine clarus Ibera. *Vbi* Seruius, Ferrugo, *inquit*, Coloris genus eſt, qui vicinus eſt purpurae ſubnigrae. Donatus *vero*, Alio loco, Tyrioque ardebat murice lena. ſed illic purpura ſignificata eſt confecta ex murice, hic autem ferrugineum dixit aërii coloris. *Haec* Donatus. Plin. 15, 10 Veſtitos alia ferruginis tunica. *Conf. Brouckhuſ. ad* Tibull. 1, 4, 37. Atra Ouid. Met. 15, 788. Dulci violas ferrugine pingit Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 93. Lugubris Prudent. Cathem. 9, 78. Mala ferrugine purus animus Lucan. ad Piſon. 95. Obſcura Virg. Georg. 1, 467. Peregrina ferrugine clarus et oſtro Id. Aen. 11, 772.

FERRVGINEVS, a, um. Adi. [*σιδηροειδής*] *Quod eſt coloris ferruginis.* Plin. 29, 6 Et ferrugineas maculas habentes. *De lacertis.* Ferrugineum colorem, *inquit* Nonius 16, 7 Ferri ſimilem eſſe volunt. Vere autem Ferrugineus color Caeruleus eſt. Virg. Georg. 4, 183 Et ferrugineos hyacinthos. Plaut. Mil. (4, 4, 43) Palliolum habeas ferrugineum, nam is colos thalaſſicus eſt. *Haec* Nonius. Amictus Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 275. Cymba ferruginea Charontis Virg. Aen. 6, 303. *i.* Nigra, triſtis: Seruius. Nemus Stat. Theb. 2, 13. *i.* Horridum: Lactantius. Ferrugineos hyacinthos Virg. Georg. 4, 183. *et* Aen. 6, 303. Auſon. Epiſt. 10, 62 Liuor vbi iſte tuus, ferrugineumque venenum Opportuna tuis inimicat pectora fucis. *Vid. Iſ. Voſſ. ad* Catull. p. 217. ¶ 2 *Quod ſaporem ferri habet.* Plin. 31, 10 Tungri ciuitas Galliae fontem habet inſignem, plurimis bullis ſtillantem, ferruginei ſaporis: quod ipſum non niſi in fine potus intelligitur.

FERRVGINANS, tis. Adi. *Ferrum ſapore referens.* Tertull. adu. Val. c. 15 Guttae bituminoſae, ferruginantes et ſulphurantes.

FERRVGINOSVS, a, um. Adi. *Vt*, Ferruginoſum ferrum, *apud* Sidon. . .

FERRVMEN, ĭnis. n. *Quaſi Gluten, iunctura ſeu ligatura, quae ex ferri excrementis vel ramentis, vel quauis alia materia fieri ſolet.* Plin. 36, 23 Ruinarum vrbis ea maxima cauſa, quod furto calcis ſine ferrumine ſuo caementa componuntur. *Difficilis eſt locus* Petron. c. 102 *vbi aduerſus conſilium atramento transformandi ſe in Aethiopes, ita etiam diſputatur*, Finge, nec veſtem atramento adhaeſuram, quod frequenter etiam non arceſſito ferrumine infigitur. *Probabilis mihi videtur Munkeriana emendatio*, nec veſtem atramentum adhaeſurum, quae frequenter e. n. a. f. inficitur. Ferrumen *itaque fuerit illa vis penetrabilis, (Graeci δευσοποιὸν vocant) quae atramento hodie quoque a ferro iniecto conciliatur, vt deinde elui e linteis nullo ſapone poſſit. Quin conſtabit etiam Senſus, ſi de Munkeriana emendatione primam modo partem aſſumas*, nec veſtem atramentum adhaeſurum; *reliqua lectionis vulgatae ſerues:* Atramentum adhaeret veſtem *(frequente ſatis in ſimilibus conſtructione)* quod atramentum infigitur frequenter *veſtibus*, non arceſſito illo ferrumine, *quod eſt in atramento ſcriptorio, vel a chalcantho ſ. vitriolo, vel a ferrugine proprie.*

FERRVMĬNO, āre. [*συνάπτω*] *Arcte coniungere et velut conglutinare, vel ſimpliciter applicando ſibi corpora, vt in* ferro *candente fit, vel interpoſita aliqua materia, quae* ferrumen *eſt. Quamquam proprie* ferruminare *de priore tantum genere dicitur. Vid. mox* FERRVMINATIO. Pompon. in l. Quidquid D. de Acquirendo rerum dominio, Si tuum ſcyphum alieno plumbo plumbaueris, alienoue argento ferruminaueris: non dubitatur, ſcyphum tuum eſſe, et a te recte vendicari. Plin. 27, 4 Fabuloſa arbitror quae adiiciuntur: recente ea ſi vratur, ferrum aut aes ferruminari. Id. 33, 5 ſ. 29 *de chryſocolla*, Ita ferruminatur aurum. — difficulter ferruminatur. Id. 31, 6 *de aquis marinis*, Quae calefiunt ad neruorum dolores, ferruminant et fracturas, oſſaque contuſa. Id. 36, 28 Vitrum ſulphuri concoctum ferruminatur in lapidem. Id. 35, 15 Calcis quoque vſum bitumen praebuit, ita ferruminatis Babylonis muris. ¶ 2 *Metaph.* Plaut. Mil. 4, 8, 25 Ferruminant labra labellis, *de oſculantibus.*

FERRVMINATVS, a, um. Partic. Ferruminatio alui glutino Plin. 10, 33. *Vid. Vall. 6, 58.* Ponticuli ferruminati Petron. c. 31. *ſunt pars* repoſitorii *in conuiuium allati.* Id. c. 32 Annulus aureus ferreis veluti ſtellis ferruminatus.

FERRVMINATIO, ōnis. f. [*συναφή*] Paullus in l. In rem actio §. Item quaecunque D. de rei vindicatione, Ferruminatio per eandem materiam facit confuſionem, plumbatura vero non idem efficit.

FERRVMINATOR, ōris. m. *Qui ferruminat, apud* Vitruuium *eſſe dicitur.*

FERRICRĔPĪNVS, a, um. Adi. *Finxit* Plaut. Aſin. 1, 1, 21 Apud ferricrepinas inſulas: *i. Vbi ferreae compedes crepant, vt in ergaſtulis.*

FERRĬFŎDĪNA, ae. f. *Idem quod Ferraria, vbi foditur ferrum.* Varr. de L. L. 7, 33 *Cum recte dicatur* Argentifodina, *negat aeque recte* Ferrifodinam *dici.*

FERRĬTĔRVS, i. m. *Seruus, qui ferrum terit, quo vinctus eſt.* Plaut. Trin. 4, 3, 14 Ferriteri maſtigiae.

FERRITERIVM, i. n. *Carcer, vbi ferreae compedes teruntur.* Plaut. Moſt. 3, 2, 55 Inde in ferriterium, poſtea in crucem recta.

FERRITRIBAX, ācis. Adi. *Idem qui Ferriterus.* Plaut. Moſt. 2, 1, 9.

FERTILIS, FERTILITAS, FERTILITER, *vid.* FERO.

FERTVM, *quod* FERCTVM *etiam ſcribitur* i. n. Genus libi, a Ferendo dictum: quod ſaepe ad ſacra ferebatur, nec ſine ſtrue, altero genere libi: quae qui adferebant, ſtrufertarii dicebantur, Feſtus. *Itaque probabilis eſt coniectura, legentium* Ouid. Faſt. 1, 276 Haec adolet flammis cum ſtrue ferta ſuis *pro vulg.* farra. *Neapolis laudat* Vet. Lap. PORCAM ET AGNAM STRVIBVS ET FERTIS. *Etiam in monumento* Fratrum Arualium *(niſi tamen hic ipſe eſt Vetus lapis Neopolis) pro* STRVIBVS EFFERTIS *legi vult Vrſinus* ſtruibus ET FERTIS. *Vid. append. Catonis in mea editione Scriptor. R. R. p. 130. Caeterum hic ponendus eſt locus* Catonis c. 134 Fertum *(hoc iam malim quam* Ferctum, *quod ibi datum eſt Victorio)* Ioui moveto et mactato ſic: Iupiter te hoc ferto obmouendo bonas preces precor, vti ſies volens propitius mihi liberisque meis, domo familiaeque meae, mactus hoc ferto *etc. ſunt enim verboſae formulae plures: et* ſtrues obmouenda *vel* commouenda, *cum* ferto obmouendo et libando *coniungitur. Add.* 141, 4. Ouid. Faſt. 1, 670 Et date paganis annua liba focis. MS. feſta. *Forte fuit* ferta, *vt ſuſpicantur Viri docti. Conf.* Iſidor. 6, 19. Perſ. 2, 48 Attamen hic extis et opimo vincere ferto Intendit. *i. Pingui libo, quod pro omni ſacrificio ponit. Sic Caſaubon. Add.* STRVES *in* STRVO *et* STRVFERTARII.

FERTVS, a, um. Adi. *Idem quod Fertilis: vt*, Ferta arua et frugifera Cic. in Orat. 163 c. 49. *Ex antiquo Poëta.*

FERTORES ferta libantes Gloſſ. Iſid..

FERVEO, *et* FERVO, vi *et* bui, ēre *et* ĕre. [*ζέω, βράζω*] *Ab igne externo, vel ab aeſtu quodam inteſtino vehementer miſceri, turbari, bullire, intumeſcere, laxari, etc. quod proinde etiam ad ſanguinis ab affectu vehementi motum ipſasque animi perturbationes refertur.* Aequor feruet Virg. Georg. 1, 327. Cor mero feruet Ouid. Faſt. 2, 732. Lingua mero feruet Id. ibid. 2, 732. Feruet vinum, quum ex muſto in vinum tranſit Plin. 14, 9. Mare feruet aquis Ouid. Epiſt. 18, 26. Pelagus aeſtu feruet Cic. de Orat. 155. Pontus vertigine feruet Ouid. Met. 11, 549. Martial. 2, 64 Fora litibus omnia feruent. Feruet opus Virg. Aen. 1, 440. Opere omnis ſemita feruet Id. ibid. 4, 407. *Sic loca dicuntur* feruere, *quae hominum celebritate frequentantur. Vid. Burm. ad* Val. Flac. 1, 121. Cic. pro Quint. 38 Vsque eo feruet ferturque auaritia, vt de ſuis commodis velit aliquam partem amittere. Leti feruebat amore Sil. 17, 567. Pectus auaritia, miſeraque cupidine feruet Hor. Epiſt. 1, 1, 33. Ouid. Met. 2, 602 Vtque animus tumida feruebat ab ira, Anima aſſueta capit. Ira totus feruet Sen. Herc. fur. 11. Vbi ferbuerit Apic. 3, 2. ¶ 2 *Tertiae etiam coniugationis eſſe, iſta oſtendunt:* Ter. Adel. 4, 1, 18 Quum feruit maxime, tam placidum quam ouem reddo. Virg. Georg. 1, 455 Omnia tunc pariter vento nimbisque videbis Feruere. Id. Aen. 9, 693 Feruere caede noua. Propert. 2, 28, 4 Incipit et ſicco feruere terra cane. *Add.* Id. 2, 8, 32. Valer. Argon. 7, 150 Atque iterum infeſtae ſe feruere caede Lacaenae Credit. *Et* 1, 121 Feruere cuncta virum coetu. *Sic* Feruere Leucaten, auroque effulgere fluctus Virg. Aen. 8, 677. Id. ibid. 4, 409 Cum litora feruere late Proſpiceres. *Multa id genus collegit* Non. 9, 1. *it.* 3 *et* 5. *v. g. ex* Titinnio, Sapientia gubernator torquet nauem non valentia: Cocus magnum aënum quando feruit, paula confutat trua. *Ex* Accio, Heu cor ira feruit caecum, amentia rapior ferorque. *Ex* Afranio, Hoc potius, hoc nunc fervit animus, hoc volo. *Ex* Pomponio, Domus haec feruit flagitii. *Ex* Varrone, Feruere piratis, vaſtarique omnia circum. Pomponius, Facite vt ignis feruat. Afranius, Quanta vociferatione fervitur? hei miſerae mihi. *Haec Nonius et plura.* Lucilius *apud* Quinct. 1, 6, 8 Feruit aqua et feruet: feruit nunc feruet ad annum. *Multa ad h. l. contulit in Reliqu. Lucil. 9, 14 p. 46: quibus conficitur,* Feruit *eſſe Praeſentis temporis,* feruet *Futuri, verbumque adeo eſſe tertiae Coniugationis, in quo ipſe* Fabius *l. c. videtur aliquid humani paſſus eſſe, tum multo magis Barth. Adu. 56, 9 p. 2645: quorum ille* feruire *verum putabat (niſi locus corruptus eſt) vt* Seruire; *hic ſignificationes diſtinguebat, vt* Feruit *transeuntem momento calorem notet,* Feruet *perpetuum.*

FERVENS, entis. Part. [*ζέων*] Plaut. Curc. 4, 2, 25 Quaſi aquam feruentem frigidam eſſe, ita vos putatis leges. *Et* Columel. 12, 50 Feruentiſſima aqua. *Conf.* Prudent. Periſt. 10, 439. Lucri cupidine feruens Claud. Ruff. 1, 100. Plaut. Amph. 4, 2, 10 Quem pol ego hodie ob iſthaec dicta faciam feruentem flagris. Plin. 12, 12 Radix coſti guſtu feruens odore eximio. Feruentia ſuperfundentur Scribon. 201. Aeſtus feruentiſſimus Plin. 31, 3. Cic. Off. 1, 46 c. 15 Nam fortis animus et magnus in homine non perfecto nec ſapiente feruentior plerumque eſt. Aqua feruens Id. Verr. 1, 67 c. 26. Aquis feruentibus mollit artus Ouid. Met. 1, 228. *i. coquit.* Plaut. Capt. 4, 2, 57 Laridum atque epulas foueri foculis feruentibus. Horae diei feruentes, *pro Meridianis* Plin. 17, 22. Hor. Carm. 1, 13, 4 Feruens difficili bile tumet iecur. Ingenium rapido feruentius amni Id. Serm. 1, 10, 62. Natura feruentiſſima Columel. 12, 15. Oleum feruentiſſimum Scribon. 56. Plin. Epiſt. 3, 14 Lauabatur in villa Formiana: repente eum ferui circumſiſtunt: alius fauces inuadit, alius pectus et ventrem, alius os verborat: et quum exanimem putarent, abiiciunt in feruens pauimentum, vt experirentur an viueret. Rota feruens Ouid. ex Ponto 1, 8, 68. *a celeritate motus.* Sanguis Sil. 17, 489. Sterquilinium columbinum feruentiſſimum Pallad. 1, 33. Vndae feruentes aeſtibus Ouid. Met. 14, 48. Vulnus Id. ibid. 4, 120.

FERVENTER. Adu. [*ζεόντως*] Cael. ad Cic. Fam. 8, 8 Et de damnatione feruenter loqui eſt coeptum. *Compar.* Auguſtin. de Geneſ. ad lit. 2, 5 Quae celerius vtique feruentius aguntur. *Superl.* Auguſtin. de Ciu. Dei 18, 52 Paullus Chriſtum feruentiſſime praedicabat. Cael. ad Cic. Fam. 8, 6 Curio feruentiſſime concerpitur, *de maledictis.*

FERVESCO, ĕre. [*ζέομαι*] *Feruere incipere, concipere feruorem.* Terrae ferueſcunt ſole Lucret. 6, 851. Medicamentum ferueſcit Scribon. 267. Ventus mobilitate ſua ferueſcit Lucret. 6, 176. *Conf.* Sen. Nat. Quaeſt. 4, 2. Celſ. 6, 10. Vitruu. 2, 7.

FERVEFĂCIO, ēci, actum, ĕre. [*ζεοποιέω*] *Facere feruere, ſeu bullire.* Cato de R. R. c. 157 Et portionem polentae eodem addito, et oleum poſtea feruefacito. *Et apud* Plin. 20, 3 Feruefactum vinum. *Calidum facere.* Feruefacere patella Scribon. 56. *i. in patella. Sed* Plaut. Pſeud. 3, 2, 44 Eae ipſae ſe patinae feruefaciunt illico. *Add.* Apic. 4, 2.

FERVEFACTVS, a, um. Part. Plin. 20, 3 Vinum feruefactum. Feruefacta iacula Caeſ. B. G. 5, 42. Radiis feruefacta ſunt omnia Solin. c. 29.

FERVĬDVS, a, um. Adi. [*ζεστός*] *Idem quod Feruens et maxime calidus.* Cic. de N. D. 2, 27 Iam vero reliqua quarta pars mundi,

mundi, et ea ipſa tota natura feruida eſt. *h. e. Ardens maxime.* Aeſtus Hor. Serm. 1, 1, 38. Aqua Curt. 4, 7, 22. Cinis Sen. Troad. 2. Flamma Hor. Epod. 17, 32. Spuma Ouid. Met. 8, 287. Vina Hor. Serm. 2, 8, 38. *Vid. mox* Oratio. *Diligens ac vehemens:* Liu. 27, 33 Cum toto eo bello damnoſa praepropera ac feruida Ingenia imperatorum fuiſſe. Virg. Aen. 9, 350 — hic furto feruidus inſtat. Ingenio feruidus Ouid. Met. 14, 485. Adoleſcentia Sen. Octau. 8. Animi feruidi vir Liu. 2, 52. Bella Sil. 3, 365. *Vid. Drakenb.* Cura Tibul. 4, 12, 1. Dicta Virg. Aen. 12, 894. Genus dicendi feruidum quoddam et petulans et furioſum Cic. de Clar. Orat. 141 c. 68. Id. ibid. 141 c. 68 Appii Claudii volubilis, ſed paullo feruidior erat oratio. *Et* 288 c. 83 Nouam iſtam quaſi de muſto et lacu feruidam orationem. Virtus Catul. 62, 218. *Cum Gen.* Sil. 17, 414 Feruidus ingenii Maſaniſſa, et fervidus aeui. *Compar.* Oratio feruidior Cic. de Clar. Orat. 108 c. 27. *Superl.* Tempus diei feruidiſſimum Curt. 3, 5, 1.

FERVIDE. Adu. [ζεστῶς] Plaut. Trucul. 2, 4, 2 Feruide vt tota floret, vt oleum nitide nitet. *Vulg.* Ver vide.

FERVOR, ōris. m. [ζέσις] *Calor vehemens, feruentium ſtatus aut conditio.* Plin. 11, 21 Indi furantur aeſtiuo feruore aurum erutum a formicis tempore hiberno. Aetatis feruor Cic. de Senect. 45 c. 13. Febrium feruores Plin. 31, 9. Maris Cic. de Prou. Conſ. 31 c. 12. Mentis Id. de Orat. 1, 220 c. 51. Pectoris Hor. Carm. 1, 16, 24. Vini feruore rupta dolia Varro R. R. 1, 13, 6. Aeſtiui feruores Columel. 4, 24, 3. Igneus feruor, *vid.* IGNIS. Pronus nimium Claud. de B. Get. 476. Siccis aër feruoribus vſtus Ouid. Met. 1, 119. Terrae immodicus Curt. 7, 5, 4. Acceſſit feruor capiti Hor. Serm. 2, 1, 25. Loca Inhabitabilia feruore Plin. 5, 1. Inſidet in venis et medullis feruor, *vid.* INSIDEO. Torret nimiis feruoribus aetherius ſol Lucret. 5, 216. Feruores, *Aſtra dixit* Vitruuius 9, 4 Faciat in his feruoribus retentiones.

FERVVNCŬLVS *et* FERBVNCVLVS, i. m. Arnob. 2 p. 49 Feruunculum, ſcabiem ſanare. *Elmenh. mauult* Furunculum. Ferbunculus *eſt* Priſciano 1, 10. *Etiam* Caper de verbis dub. *Putſch.* p. 2248 Feruunculum a feruore, non Furunculum *dicere iubet.*

FERŬLA, ae. f. [νάρθηξ] *Frutex, de quo* Plin. 13, 22 Ferula calidis naſcitur locis, atque trans maria, genicularis nodata ſcapis. Duo eius genera, Nartheca Graeci vocant aſſurgentem in altitudinem: Nartheciam vero ſemper humilem, a genibus exeuntia folia maxima, vt quaeque terrae proxima. Caetero natura eadem quae anetho, et fructui ſimilis. Nulli fruticum leuitas maior, ob id geſtata facilius baculorum vſum ſenectuti praebet. *Vid.* Columel. de Arborib. c. 22 *ad finem.* Caedere ferula Hor. Serm. 1, 3, 120. Virg. Ecl. 10, 25 Florentes ferulas et grandia lilia quaſſans. Iuuen. Sat. 6, 478 Hic frangit ferulas, rubet ille flagellis, *i. vapulat ferulis.* Martial. 14, 80 *de ferulis*, Inuiſae nimium pueris. Idem 10, 62 Ferulaeque triſtes, ſceptra paedagogorum Ceſſent. *Notauit id eleganter* Colum. 10, 21 Nec manibus mites ferulas. *Et* 119 Inulae triſtes, ferulaeque minaces Plantantur. Iuuen. Sat. 1, 15 Et nos ergo manum ferulae ſubduximus. *Conf.* Auſon. Protrept. ad Nepot. ſ. Eidyll. 4, 29. Iſidor. 17, 9 A feriendo ferulam dicunt. Hac enim pueri vapulare ſolent. *Conf. Turneb.* 11, 5. *Metaph.* Plin. 8, 32 ſ. 50 *de Ceruorum cornibus*, Teneris increſcunt ferulis molli plumata lanugine. Ferulae etiam aptae continendis oſſium fracturis Celſ. 8, 10. *Vid.* Colum. 7, 5, 18. Veget. Mulom. 2, 47, 4. Ferula fiſſa comprimuntur teſticuli vitulorum et paullatim confracti reſoluuntur Pall. Mai. 7, 1. E ferulis alui apum Var. R. R. 3, 16, 15.

FERVLACEVS, a, um. Adi. [ναρθηκοειδής] *In modum ferulae, vel Ferulae ſimilis.* Plin. 15, 7 Et in Hiſpania prouenit repente altitudine oleae, caule ferulaceo. Id. 18, 7. *et* 22, 22. *et* 25, 5.

FERVLĀGO, inis. f. *Frutex, quam ferula humiliorem Theophraſtus caeterum omnino ſimilem tradit.* Cael. Aurel. Acut. 2, 12 Thapſia, quam nos ferulaginem dicimus.

FERVLEVS, a, um. Adi. *Ex ferula factus.* Cael. Aurel. Tard. 2, 1 Alearis tabella, aut ferulea.

FERVS, a, um. *Vid. poſt* FERA.

FERVS OCVLVS, Herba eſt, Aſyla aliter dicta, quam in remedio pecora quaerunt, ſi quando anagallida feminam guſtauerint. *Vid.* Plin. 25, 13.

F E S

FESCENNIVM, i. n. *Siue* FESCENNIA, orum. *Pl.* Oppidum Campaniae, *inquit* Seruius *ad* Aen. 7, 695 Vbi nuptialia inuenta ſunt carmina. Plin. 3, 5 Feſcennia Hetruriae ciuitas dicitur: cuius populi ducunt originem ab Athenienſibus.

FESCENNINVS, a, um. Adi. Virg. Aen. 7, 695 Hi Feſcenninas acies, aequosque Faliſcos. Feſcennini verſus, dicebantur Qui in nuptiis canebantur. Dicti quod ex vrbe Feſcennina allati eſſent: ſiue quod faſcinum putantur arcere. *Haec* Feſtus. Liu. 7, 2 Qui non ſicut ante Feſcennino verſu ſimilem incompoſitum temere, ac rudem alternis iaciebant. *Erant hi verſus omni obſcenitate et opprobriis pleni.* Macrob. Saturn. 2, 4 Temporibus triumuiralibus Pollio, quum Feſcenninos in eum Auguſtus ſcripſiſſet, ait, At ego taceo: non eſt enim facile in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere. *Add.* Auſon. Parecbaſi Eidyll. 18. *Elmenhorſt. in* Arnob. 4 p. 136. Inter nuptiales feſcenninos Sen. Contr. 21. Licentia Hor. Epiſt. 2, 1, 145. Locutio Catull. 62, 126. *Apud* Prudent. in Symmach. 1, 261 Feſcennina *abſolute ſunt Cantica nuptialia, vt non adeo ſemper verſus obſcenitate pleni denotentur.* Plin. 15, 22 Iuglandes nuptialium Feſcenninorum comites. ¶ 2 *Eſt etiam* Feſcenninus *pedis nomen, idem qui* Amphimacrus Diom. 3 p. 475.

FESCENNICOLA, ae. c. Sidon. 12, 2 Carmen Feſcennicolae Diones.

FESCINOE, *pro quo legitur* FESNOE, vocabantur, Qui depellere faſcinum credebantur, Feſtus. *Scaliger*, Faſcinoe, *i. Faſcini.*

FESSAE, arum. f. *Pl.* *Reineſ. Var. Lect. 3, 4 p. 394* Feſſas ouium *vocat Pediculos, oues infeſtantes, quas* Plin. Valer. cum creta necari *dicit.*

FESSONIA Dea apud veteres colebatur, vt feſſos iuuaret: ſicut Pellona placabatur, vt hoſtes depelleret. Auguſt. de Ciuit. Dei 4, 21.

FESSVS, a, um. Adi. [ἀπειρηκὼς, κεκμηκὼς] *Idem fere quod Fatigatus, a quo tamen differt.* Diomed. 1 p. 372 *extr.* Fatigor fatigatus ſum facit, non feſſus. Et longe falluntur, qui opinantur ex eo quod fatigat feſſus deriuari: nam feſſus appellatio eſt (*Nomen, non Participium*) Differt autem fatigatus a feſſo, vt Verrius ait, quod fatigatus dicitur, cum quis per alium laborare compellitur, vt laſſatus: feſſus vero, cum quis laborare (*leg.* labore) deficit, vt laſſus. *Participium verbi* Fatiſcor, Priſcianus *facit* l. 8 p. 825 *pr.* ex quo defetiſcor defeſſus. *Dicitur autem tam de Animo, quam de Corpore,* Virg. Ecl. 2, 10 Theſtylis et rapido feſſis meſſoribus aeſtu. *Sic* Plin. 7, 52 Puerum aeſtu et itinere feſſum. Feſſus de via Cic. Acad. 1, 1. *it.* Somn. Sc. 1 *vbi tamen rectius τὸ* Feſſum *omittitur.* ¶ 2 *Ablatiui cauſae:* Aetate feſſus Virg. Aen. 2, 596. Bello feſſus Cic. de Diuin. 1, . . Virg. Aen. 2, 109. Curis feſſus Sen. Hippol. 247. Corpus feſſum Curſu Liu. 1, 25. Errore viarum feſſus Sil. 15, 720. Hieme et Inopia feſſus Tacit. Hiſt. 3, 56, 5. Inedia fluctibusque feſſum recreare Cic. pro Planc. 26. Luctu feſſa Ouid. Met. 14, 426. Opere, Frigore, Calore Varro R. R. 1, 13, 1. *et* 2, 1, 1. Plorando feſſus Cic. Att. 15, 9. Senecta feſſus Lucan. 3, 724. Studiorum pondere feſſus Id. ad Piſon. 178. Videndi ſatietate feſſus Lucret. 2, 1037. Tacit. Hiſt. 3, 2 Circo quoque ac theatris, et amoenitate vrbis emollitos, aut valetudinibus feſſos. Via feſſus Ouid. Met. 14, 426. Vita feſſus Plin. 5, 17. Corpus Vulnere feſſum, Feſſum curſu Liu. 1, 25. *Sed cum Genit.* Virg. Aen. 1, 182 Tum Cererem corruptam vndis, Cerealiaque arma Expediunt feſſi rerum. *Vbi* Seruius, Feſſi rerum, *h. e.* Penuria fatigati. Et Feſſus generale eſt: dicimus enim Feſſus animo: vt Virg. Aen. 8, 232 Ter feſſus valle reſedit. nimirum, Egens conſilii. Et Feſſus corpore: quod magis eſt proprium. Et Feſſus rerum, a fortuna venientium. *Hactenus* Seruius. Feſſi rerum, *inquit Turnebus, ſunt Fatigati naufragii calamitate et tempeſtatis iactatione: ſic dixit,* ſunt lacrimae rerum, *id eſt calamitatum et rerum aduerſarum.* ¶ 3 *Subſtantiua:* Aetas Tac. Hiſt. 1, 12. *et* 2, 12. *et* 3, 59. *i. ſenectus.* Artus feſſi Virg. Georg. 4, 190. Caput feſſum viridi ſummiſit in herba Ouid. Met. 3, 502. Cardinibus feſſis turbatisque, *i. a pondere vitiatis* Plin. 36, 15 ſ. 24. *Vid. mox* Naues. Corpora Virg. Aen. 4, 522. Dies feſſa Stat. Silu. 2, 2, 48. Genis feſſis obrepſit ſomnus Sen. Troad. 6. Latus feſſum depone ſub lauru mea Hor. Carm. 2, 7, 18. Membra Ouid. Epiſt. 4, 90. Virg. Aen. 5, 29 Quoque magis feſſas optem dimittere Naues. *Vbi* Seruius, Feſſas naues, pro Nos feſſos. *Sed compara* Cardines feſſos. Oculos feſſos furari labori Virg. Aen. 5, 845. Exſanguem diu feſſumque terrarum Orbem breui refecit Aur. Victor de Veſpaſ. Pectus feſſum curis Sen. Hippol. ſ. 2. Veſpaſianus Auguſtus feſſis Rebus ſubueniens Plin. 2, 7 ſ. 5. Senectus Lucan. 2, 128. Viator Hor. Serm. 1, 5, 17. Virtus Sen. Hippol. 7. Vox mihi feſſa loquendo Ouid. Triſt. 3, 3, 85.

FESSŬLVS, a, um. Adi. Dimin. Pſeud-Epigr. Petron. p. 228 Animula feſſula.

FESTATVS, a, um. Adi. *Qui feſtum diem celebrat, vt* feriatus. Gell. 10, 15 Dialis cotidie feſtatus eſt. *Ita editum etiam a Gronouio; nec de varietate lectionis quidquam videtur commodius. Quam enim feriatus, et feſtos perpetuo dies agens fuerit,* Feſtus *etiam docet, cuius verba damus in* PRAECIA.

FESTĪNO, āre. [σπεύδω, ἐπείγω, σπέρχω] *Properare, et accelerare greſſum.* Plaut. Epid. 1, 1, 73 I ſane, ſi quid feſtinas magis. Id. Aſin. 1, 3, 5 Remigio veloque quantum poteris feſtina et fuge. Cic. Att. 14, 21 *pr.* Eros autem feſtinauit, vt ad me literas Dolabellae perferrentur. Ter. Heaut. 1, 1, 73 Video alios feſtinare, *etc.* Virg. Aen. 2, 373 Feſtinate viri. Properare et feſtinare Cic. Phil. 9, 6. Feſtinat ad vrbem Vict. de Viris Illuſtr. 39. Plin. 7, 20 Feſtinat ad fratrem. Feſtinans aduerſum Marium Vict. de Viris Illuſtr. 76. Ad euentum Hor. de Arte Poët. 148. Quinctil. 6, 3, 39 At M. Caelius de illa C. Laelii, Collegaeque eius in prouinciam feſtinantium contentione. Nihil feſtinare, *vid.* NIHIL. Animus feſtinat ad aliqua Cic. Philipp. 2, 47. Ad ſingulare factum feſtinat oratio Id. ibid. 1, 3. Eſſeda feſtinant, pilenta, petorita, naues Hor. Epiſt. 2, 1, 192. Omnes feſtinant intus totis aedibus Plaut. Caſ. 4, 1, 5. Cuncta feſtinat domus, huc et illuc Curſitant miſtae pueris puellae Hor. Od. 4, 11, 9. ¶ 2 *Obſſ.* Feſtinare *ſignificat Feſtinanter conficere, vt properare* Ouid. Met. 11, 575 Et iam, quas induat illa Feſtinat veſtes. Fugam feſtinare Virg. Aen. 4, 575. Mortem in ſe feſtinauit Tacit. Ann. 4, 28. Ter. Adelph. 3, 2, 25 Quid feſtinas mi Geta? animum recipe. *Hic idem eſt, quod* trepidare *prae metu, vt interdum* Trepidare *ad ſolam feſtinationem pertinet.* *Iterum* Terent. Eun. 4, 3, 8 Quid iſtuc? quid feſtinas? aut quem quaeris? Donatus ad h. l. Properas, turbaris, et trepidas. Salluſtius, Feſtinantibus in ſumma inopia patribus. *Cum Infin.* Iuuen. Sat. 9, 126 — feſtinat enim decurrere velox Floſculus anguſtae miſeraeque breuiſſima vitae Portio. Feſtinabimus emundare Columel. 4, 27 *pr.* Feſtino effugere Plin. 9, 8. Quinctil. 9, 4 Finem imponere egreſſo deſtinatum modum volumini feſtino. Feſtinare et Properare veteres voluerunt habere diſtantiam. Cato in oratione, quam de ſuis virtutibus ſcripſit, Aliud eſt properare, aliud feſtinare. Qui vnum quid mature tranſit (*al.* tranſigit) is properat: qui multa ſimul incipit, neque perficit, is feſtinat. Verum vtrorumque verborum ratio ſub hac ſignificantia proxima eſt veritati, vt ſit ſaepe animi properare ſtudioſe ad res aliquas contendentis: Feſtinare corpore neceſſitatibus obſequendi. Virg. Aen. 4, 310 Et mediis properas Aquilonibus ire per altum. Ibid. 2, 373 Feſtinate viri: nam quae tam ſera moratur Segnities? *Haec* Nonius 5, 81. *Add.* Gell. 16, 14. *vbi et Catonis locum eundem habes, et diſputationem de etymo.*

FESTĪNOR, āri. Paſſ. [σπεύδομαι] Tacit. de Mor. Germ. c. 20 Nec virgines feſtinantur. *i. Cito ad coniugium abripiuntur.*

FESTINANS, is. Partic. [σπεύδων] Legatus feſtinans pergit Sall. Iug. 52, 7. Plin. in Paneg. c. 4 Ad hoc aetatis indeflexa maturitas, nec ſine quodam munere deûm feſtinantis ſenectutis inſignibus ad augendam maieſtatem ornata caeſaries. *Sed editur hodie* feſtinatis, *quod tuetur Schwartzius.*

FESTINĀTVS, a, um. Partic. [ἐσπευσμένος] Plin. in Paneg. 69, 5 Quinimmo feſtinatis honoribus amplificat atque auget, *etc.* Calor Claud. Conſ. Hon. 6, 224. Honores Lucan. 8, 24. Iter feſtinatum facere Ouid. ex Pont. 4, 5, 8. Labores Stat. Achil. 1, 160. Quinctil. 6 prooem. 10 Feſtinatam maturitatem celerius occidere. Tacit. in Vita Agric. 44 Ita feſtinatae mortis grande ſolatium tulit. Praelium Tacit. Hiſt. 3, 15, 3.

FESTINATVS, ûs. m. Zeno Veron. . . Quantus feſtinatus populi.

FESTINATIO, ōnis. f. [ἔπειξις, σπουδὴ] Cic. pro Milon. 49 Quae cauſa cur Romam properaret? Cur in noctem ſe coniiceret? Quid afferebat feſtinationem? Cic. de Orat. 3, 209 Quales ipſi quoque oratores, qua ſint aetate, honore, auctoritate debet videri: tempus pacis an belli, feſtinationis an otii. Celeritas et feſtinatio Ci. pro Roſc. Amer. 97. Liu. 5 *extr.* Feſtinatio curam exemit vicos dirigendi. Feſtinationis plena epiſtola et pulueris Cic. Att. 5, 14. Ambitioſa Quinctil. 1, 4, 22. Columel. 11, 2 Quo cautior villicus vel abſtinere poſſit operibus, vel feſtinationem adhibere. Ignoſcere feſtinationi alicuius Cic. Fam. 5, 12. Perdit diuiſionem feſtinatio Quinctil. 7, 2. Praeripere feſtinatione deorum immortalium beneficium Cic. Philipp. 14, 5. Properare ventis remiſque in patriam omni feſtinatione Idem Fam. 12, 25. In feſtinationibus non ſuſcipiendae nimiae celeritates Cic. Off. 1, 21. Tollere vnius feſtinationem alteri Idem Att. 13, 1. Feſtinatione mora lectioni adiicitur Quinct. 1, 1, 32. *Laudatur* Liu. . . Improuida eſt et caeca feſtinatio.

FESTĪNIS, e. Adi. *antiquum pro* Feſtinante. Titinn. 5 Nunc hoc vror, nunc haec res me facit feſtinem. Nonius 8, 3.

FESTINĀTOR, ōris. m. [σπευστὴς] *Laudatur* Quinctil. Decl. 2 Ecce cubiculi veſtri fores, trepide feſtinatoris effringuntur impulſu. *Vbi rectius legitur* Trepidae feſtinationis.

FESTINANTER. Adu. [σπευδόντως] *Celeriter, et cito.* Cic. de Fin. 5, 77 c. 26 Illud mihi a te nimium feſtinanter dictum videtur, ſapientes omnes eſſe beatos. Idem Att. 3, 7. *Compar.* Tacit. Ann. 15, 3 Occulto praecepto compoſitius cuncta quam feſtinantius agerent. Suet. Aug. c. 29 Feſtinantius publicatum. Plin. Epiſt. 5, 17 *pr.* Feſtinantius nuncio tibi. Plin. 17, 11 Quia feſtinantius germinant. *Superl.* Auguſtinus Paullino Epiſt. 250 *ſub fin.* Feſtinantiſſime reſpondiſſe.

FESTINANTIA, ae. f. l. 22 C. Theod. de Haeret. *Et* Bernhard. in Vita Malachiae.

FESTINABVNDVS, a, um. Adi. Val. Max. 2, 8, 5 Feſtinabunda manu.

FESTINĀTE. Adu. Tacit. Ann. 15, 3 Occulto praecepto, compoſitius cuncta, quam feſtinatius agerent. *Al.* feſtinantius.

FESTINATIM, *pro Feſtinanter.* Pompon. Aſin. Exſilui de nocte ad molam fullone feſtinatim. Siſenn. Hiſtor. 4 Praetor feſtinatim de caſtellis ad caſtra maxima pedites conduxit. *Haec* Nonius 11, 37.

FESTINĀTO. Adu. [ἐσπευσμένως] Plin. 18, 10. Quinctil. 4, 2 Quam nihil praeparato, nihil feſtinato feciſſe videtur Milo! Materia feſtinato ſiccetur Colum. 1, 6, 19. *Add.* Quinct. 4, 2, 58. *Compar.* Gell. 10, 11 Cum ſignificandum eſt, coactius quid factum et feſtinatius.

FESTĪNVS, a, um. Adi. [ἐπισπερχὴς] *Celer.* Canities feſtina venit Claud. de Nupt. Hon. 325. Curſu feſtinus anhelo Ouid. Met. 11, 348. Dies feſtina Prudent. Cathem. 11, 6. Senectus feſtina Valer. Argon. 4, 470. Virtus cruda feſtinaque Stat. Theb. 9, 716.

FESTĪNE. Adu. Cic. Att. 4, 14 Si quid forte de comitiis, de Republica (ſoles enim tu haec feſtine odorari) ſcribas ad me.

FESTIVITAS, FESTIVVS, *vid.* FESTVS.

FESTRAM antiqui dicebant, quam nos Feneſtram. *Sic* Feſti *epitomator. Sed* Feſtus, *Scaligero iudice* Feſtra, Oſtium minuſculum in ſacrario, ab Feneſtra, per detractionem mediae ſyllabae. Macrob. Saturn. 3, 12 Antonius Gnipho in eo volumine, quo diſputat, quid ſit Feſtra, quod eſt oſtium minuſculum in ſacrario, quo verbo etiam Ennius vſus eſt. *Sic interpretes legendum cenſent in* Plaut. Caſ. 1, 1, 44 Concludere in feſtram firmiter. *Adde ad h. l. Lipſ. Elect. 2, 15 p. 53.*

FESTVCA, ae. f. [κάρφος] *Dicitur Arboris nouellae, et cuiusque ſati pullulus, ſtipula item (vid.* FESTVCARIVS) *et ſimiles minutiae.* A Fenore *deducit* Feſtus, *Voc.* Fenus. *Vid.* FEO *et locum* Feſti, *quem damus in* FOENVS. Columel. 8, 15, 7 Per quos feſtucae, ſurculique in auiariis paſſim ſpargendi ſunt, vt colligere poſſint aues, quibus nidos conſtruant. Plin. 9, 10 Feminam coitum fugere, donec mas feſtucam aliquam imponat auerſae. Idem 18, 27 Cum herba creuerit in feſtucam. *Hinc adagium ſacrum,* Per trabem oculi ſui feſtucam alterius niti eruere Hieron. . . . Feſtuca item Auena inanis Plin. 18, 17. ¶ 2 Feſtuca *quoque dicebatur Virga, quam ſolebant Romani iniicere in corpus eius, quem manumittebant, ſerui: quae etiam* Vindicta *dicebatur, eo quod hominem libertati vindicet. Vid. Voſſ. Lex. Etymol. vel Politian. Miſcellan.* c. 98. Plaut. Mil. 4, 1, 15 Quid ea? ingenua: an feſtuca facta, ſerua an libera eſt? *Quod* Perſ. 5, 88 *dixerat,* Vindicta poſtquam meus a praetore receſſi: illud ibid. v. 175 *ita indicat, vt libertatem ineſſe dicat,* Non in feſtuca, lictor quam iactet ineptus.

FESTVCVLA, ae. f. Dimin. Pallad. 5, 8.

FESTV̄CO, āre. *rectius* FISTVCO. *v. v.*

FESTVCARIVS, a, um. Adi. Gell. 20, 9 *extr.* Idcirco Ennius ſignificare volens bellum, non, vt ad Praetorem ſolitum eſt, legitimis actionibus, neque *ex iure manu conſertum,* ſed bello, ferroque et vera vi atque ſolida, quod videtur dixiſſe conferens vim illam ciuilem et feſtucariam, quae verbo diceretur, non quae manu fieret, cum vi bellica et cruenta. *Reſpicit ad* feſtucam *ſ.* ſtipulam, *quam promittentes ſollemniter frangebant, a qua dicta* ſtipulatio *eſt.*

FESTVS, a, um. Adi. [ἑορταῖος, ἑορτάσιμος] Sollemniter laetum et feriatum ſignificat, *inquit* Nonius 5, 18. *atque ad diem pertinet.* Feſti *itaque* dies DIs dicati, *vt ait* Macrob. 1, 16, 1 *in quibus vel ſacrificia diis offerebantur, vel epulae celebrabantur, vel ludi in honorem deorum fiebant, vel certe feriae obſeruabantur.* Plaut. Aulul. 2, 8, 10 Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi peperceris. Liu. 2, . . His COSS. aedes Saturno dicata: Saturnalia inſtitutus feſtus dies. Feſti dies vt agendi ſint villico *docet* Colum. 11, 1, 19. Exerce e quae licitum ſit diebus feſtis *diſputat* Idem 2, 22, 1. *Add.* Macrob. Sat. 3, 3. *Fundus vtrique* Virg. Georg. 1, 268 Quippe etiam feſtis quaedam exercere diebus Fas et iura ſinunt, *etc.* *Sunt enim plura.* *Metaph.* Plaut. Caſin. 1, 49 Sine amabo te amari, meus feſtus dies. Ter. Eun. 3, 5, 12 O feſtus dies hominis: amice ſalve. Donatus, O feſtus dies, Vtrum quia cauſa eſt feſti ac laeti diei? an quia ipſe tantus ſit, quantus eſt feſtus dies? *Hoc puto, voluit Grammaticus, ipſius praeſentiam hoc efficere, quod ſolet feſtus dies, hilaritatem puta, epulas, ludos etc. Sic contra* ἀποφρὰς, *quod nomen diem atrum, inauſpicatumque ſignificat, conuicium eſt in hominem, cuius ipſe occurſus ſit mali ominis inſtar defugiendus, quo praeſente nihil bonae rei ſit ſuſcipiendum etc. Add.* FESTIVITAS. Iuſtin. 38, 7, 6 Magnam temporis partem non vt militiam, ſed vt feſtum Diem acturos. Agere aduentus alicuius dies feſtos Cic. pro Sext. 131. Acti et inſtituti dies feſti Idem pro Milon. 9. Agitantur dies feſti Cic. Verr. 2, 154 c. 63. Virg. Georg. 2, 527. Agere anniuerſarios dies feſtos Cic. Verr. 4, 107. Celebrare dies feſtos ludorum Idem pro Arch. 13 c. 6. Lucret. 5, 1166 Horror, Qui delubra Deûm noua toto ſuſcitat orbe Terrarum, et feſtis cogit celebrare diebus. Feſti atque ſollemnes dies ſunt aduentu redituque alicuius celebrati Cic. in Piſon. 51. Feſto quid potius die Neptuni faciam Hor. Od. 3, 28, 1. Templa Inſtituam feſtoſque dies de nomine Phoebi Virg. Aen. 6, 69. Sub dies feſtos aliquid eſſe Cic. Q. Fratr. 2, 1. ¶ 2 *Sed aliis quoque Nominibus iungitur.* Arces feſtae Palladis Ouid. Met. 2, 712. *in quibus celebrabantur feſta Palladis.* Aures feſtae *vocantur* Claudiano, *Quae iocis, et laetis ſermonibus audiendis commodantur: Sic ille* de B. Get. 206 Mandemuſque Noti flabris quoſcunque timores Pertulimus, feſtae doleant ne triſtibus Aures? Plin. 3, 5 *de Italia loquens,* Vrbs Roma, vel ſola in ea, et digna tam feſta ceruice facies, quo tandem narrari debet opere? Choreae Ouid. Met. 8, 746. Clamor Plin. Epiſt. 2, 17. Lucan. 2, 369 *de Catonis et Martiae nuptiis,* Non ſoliti luſere ſales, nec more Sabino Excepit triſtis conuicia feſta maritus. *h. e. Ridicula dicteria, et verſus feſcenninos atque procaces in nuptiis cantari ſolitos.* Corona feſta tegi Ouid. Met. 10, 598. Cultus Sen. Troad. 10. Dapes Horat. Epod. 9, 1. *Vid.* DAPS. Fronde feſta velare delubra deorum Virg. Aen. 2, 249. Quinctil. 6, 3 Quin illae ipſae, quae dicta ſunt, ac vocantur, quas certis diebus feſtae Licentiae dicere ſolebamus, *etc.* Lux Tibull. 2, 1, 29. Hor. Carm. 4, 6, 42. Pagus feſtus, *Feſta celebrans* Hor. Carm. 3, 18, 11. Plin. 2, 46 Nunc vero pace tam feſta, tam gaudente prouentu rerum artiumque principe, omnino nihil addiſci noua inquiſitione, immo ne veterum quidem inuenta perdiſci. Ouid. Met. 2, 795. *Conf. Burm. ad* Grat. 487. Ritus feſti laetique Tacit. Hiſt. 5, 5 *extr.* Tempus Hor. Epiſt. 2, 1, 140. *Compar.* Claud. Conſ. Hon. 3, 3 Feſtior annus eat. *Superl.* Feſtiſſimi dies, *apud* Vopiſc. in Tacit. c. 11. ¶ 3 *Eſt etiam cognomen Romanum, vt illius, qui Paullum Apoſtolum audiit, vt* Pompeii Feſti, *quo ſaepe vtimur etc.*

FESTVM, i. n. [ἑορτὴ, πανήγυρις, τελετὴ] Sollemne feſtum Ouid. Faſt 2, 247. Annua feſta celebrare Idem Met. 10, 431. Caſta Ouid. Amor. 2, 13, 3. Coniugialia Idem Met. 5, 3. Florale Ouid. Faſt. 4, 947. *Al.* Florale ſacrum. Stat. Silu. 2 vlt. 90 O nunquam data feſta longa ſummis, *i. gaudia, res ſecundas.* Matralia Ouid. Faſt. 6, 533. *vid.* Matralia, *in* MATER. Palilia Ouid. Met. 14, 774. *vid.* PARILIA. Quinquatria Hor. Epiſt. 2, 2, 197. *vid.* QVINQVATRIA. Terminalia Hor. Epod. 2, 59. *vid.* TERMINALIA. *De* Feſtis ancillarum, Cybeles, Fortunae, Iani, Veſtae, Vindemiarum, Virtutis *atque* Honoris, *vid. Lex. Pitiſc.* Agere feſtum genialiter Ouid. Met. 11, 95. Celebrare feſtum Idem ibid. 4, 113. Parare feſta alicui Ouid. Faſt. 2, 247. Studium puerile fatiſcit, Laeta niſi auſteris mutentur feſta profeſtis Auſon. Eidyll. 4, 9.

FESTIVO, āre. Onom. Feſtiuo, ἑορτάζω. *Quidam* Lucretio *tribuunt, ſed non occurrit.*

FESTĪVVS, a, um. Adi. [εὐτράπελος, εὐτερπὴς, τερπνὸς] *Iucundum et lepidum ſignificat.* Ter. Adelph. 5, 9, 26 O mi pater feſtiviſſime. Cic. Verr. 3, 29 Quid iſto feſtiuius fore arbitramur, qui, *etc. Add.* Id. Fam. 6, 4. Acroama Cic. Verr. 4, 49. Plin. Epiſt. 2, 17 Quibus paruula, ſed feſtiua area includitur. Ter. Adelph. 2, 3, 8 Quid fit? illius opera Syre nunc viuo, feſtiuum Caput. Libris me delecto, quorum habeo Antii feſtiuam Copiam Cic. Att. 2, 6. Dies feſtiuus *mox dabitur ex* Donato *vid.* FESTIVITAS. Filius Cic. pro Flacco 91. Homo Idem de Orat. 2, 277. Plaut. Pſeud. 5, 1, 9 Ita magnis munditiis digni habiti, atque Loco feſtiuo feſtiue accepti ſumus. *Et* Mil. 2, 1, 5 Nunc qua aſſediſtis cauſa in feſtiuo Loco Comoediai. Ludi Plaut. Caſin. 4, 1, 2. Puer Cic. Att. 1, 12. Idem Off. 1, 108 De Graecis autem dulcem et facetum, feſtiuique ſermonis. *Compar.* Titulum feſtiuiorem excogitaſſe Plin. praef. Op. *Superl.* Plaut. Epid. 5, 1, 17 Vſque ab vnguiculo ad capillum ſummum eſt feſtiuiſſima. Ariſtophanes, homo feſtiuiſſimus Gell. praef. Op. Id eſt feſtiuiſſimum, quod adiicit orator Quinctil. 6, 3.

FESTIVĬTAS, ātis. f. [εὐτραπελία] *Iucunditas et laetitia quaedam in dictis.* Plaut. Capt. 4, 1, 3 Ludum, iocum, feſtiuitatem, ferias, pompam, *coniungit.* Idem Caſin. 3, 3, 14 Quid agis mea feſtiuitas? Ter. Eun. 5, 9, 18 An fortunam collaudem, *etc.* an mei patris feſtiuitatem et facilitatem? Feſtiuitas (*ait* Donatus) in dictis, Facilitas vero in animo et factis. Feſtiuitatem, laetitiam: vt Feſtivus dies eſt. Cic. de Clar. Orat. 177 Feſtiuitate igitur et facetiis, *etc.* Feſtiuitas, ſplendor, concinnitudo in oratore Cic. de Inuent. 1, 25. Perpetua Idem de Orat. 2, 210. Abuti inſolentius feſtiuitatibus Cic. in Orat. 176. Imaginem antiquae et vernaculae feſtiuitatis in aliquo agnoſcere Idem Fam. 9, 15. Feſtiuitate, et venuſtate coniuncta vis dicendi Cic. de Orat. 1, 243. Sermonis feſtiuitatem debet habere narratio Auct. ad Heren. 1, 13 c. 8.

FESTĪVE. Adu. [τερπνῶς] Cic. Q. Fratr. 2, 15 Quamquam a te actam fabellam video eſſe feſtiue, nullo modo probaui. Contexitur feſtiue crimen Cic. pro Deiot. 19. Dicere belle et feſtiue Idem de Orat. 3, 100 c. 26. Diſſoluere feſtiue aliquid Cic. de Diuin. 2, 35. Tradit feſtiue elementa loquendi Dialectica Cic. Acad. 4, 92 *Superl.* Gell. 9, 15 *extr.* Atque ibi Iulianus, feſtiuiſſime, Nolite quaerere, inquit. Idem 13, 4 Olympiadem feſtiuiſſime reſcripſiſſe legimus Alexandro.

FESTĪVĬTER. Adu. *antiquum pro Feſtiue.* Naeuius Geminis, O domus parata pulchrae familiae feſtiuiter. *Ex* Nonio 11, 10. *Hoc imprimis delectatus eſt* Gellius: *vid.* 1, 2 *et* 22. 18, 8 *etc.*

F E T

FETIALIS, *ita enim, non* FECIALIS *eſſe ſcribendum, vel Graeci libri ſuadent, in quibus* Fetiales [εἰρηνοδῖκαι, εἰρηνοποιοὶ, *aut* σπονδόφοροι] *etiam,* Φετιάλεις, Φητιάλεις, *vel* Φητιάλιοι *dicuntur: vel etymologia a* fando, *cum ſint oratores quidam,* fari *ſollemnia verba inter gentes iuſſi. Interim* Fecialis *eſt in libris pleriſque: et retentum quoque in Liuio Drakenborch. Neque audiendus hic eſt* Feſtus, Fetiales a feriendo dicti, apud hos enim belli paciſque faciendae ius eſt. *Neque etymon probabile, et male res ipſa finita, niſi* facere bellum *aut* pacem *ad ſolam formulam et ſigna externa referamus. Audiamus potius* Non. 12, 43 Fe-

tiales

tiales apud veteres Romanos erant, qui ſancto legatorum officio ab his, qui aduerſum Populum Rom. vi, aut rapinis, aut iniuriis hoſtili mente commouerant, pignora ſacto ſedere iure repetebant: nec bella indicebantur, quae tamen pia vocabant, priusquam quid fuiſſet fetialibus denuntiatum. Varro de Vit. Pop. Rom. 2 Itaque bella et tarde, et magna licentia (*h. e. Mercerio interprete, valde licite: al.* nulla licentia) ſuſcipiebant, quod bellum nullum, niſi pium, putabant geri oportere. Prius indicerent bellum iis, a quibus iniurias factas ſciebant, *fetiales* legatos res repetitum mittebant quatuor, quos *oratores* vocabant. Idem 3 Si cuius legati violati eſſent, qui id feciſſent, quamuis nobiles eſſent, vti dederentur ciuitati, ſtatuerunt, fetialesque viginti, qui de his rebus cognoſcerent, iudicarunt, et ſtatuerent, conſtituerunt. *Reliqua docet* Liuius, *vt de origine 1, 32 de Anco Martio*, Vt — a ſe bellicae caerimoniae proderentur; nec gererentur ſolum, ſed etiam indicerentur bella aliquo ritu, ius ab antiqua gente Aequicolis, quod nunc Fetiales habent, deſcripſit, quo res repetuntur. *Deinde ordinem totum rei gerendae explicat. Sic* 4, 30 Fetiales prius mittendos ad res repetendas cenſuere — Miſſi fetiales: nec eorum cum more patrum iurati repeterent res, verba ſunt audita. *Sic* 7, 6. 9, 16 *etc. Multa etiam illorum mentio in Caudina pace.* Liu. 9, 5 Conſules — negarunt — fedus fieri poſſe ſine fetialibus, caerimoniaque alia ſollemni — vbi precatione res transigitur, per quem populum fiat, quo minus legibus dictis ſtetur, vt eum ita Iupiter feriat, quemadmodum a fetialibus porcus feriatur. *Tum* c. 10 *vbi dedendis ſponſionis Caudinae auctoribus ſermo eſt,* Praegreſſi *exercitum* Fetiales, vbi ad portam *Samnitium* venere, veſtem detrahi pacis ſponſoribus iubent — A. Cornelius Aruina fetialis ita verba fecit — quo Populus Rom. ſcelere impio ſit ſolutus, hoſce homines vobis dedo. Haec dicenti Fetiali Poſtumius (COS. *modo deditus*) genu femur quanta maxime poterat vi, perculit, et clara voce ait, ſe Samnitem ciuem eſſe, illum legatum fetialem a ſe contra ius gentium violatum; eo iuſtius bellum geſturos. *Ita* Fetiales iubentur ire ad fedus feriendum 30, 43. Liu. 31, 8 Conſulti Fetiales a Conſule Sulpicio, bellum quod indiceretur regi Philippo vtrum ipſi vtique nuntiari iuberent, an ſatis eſſet, in finibus regni, quod proximum praeſidium eſſet, eo nunciari? Fetiales decreuerunt, vtrum eorum feciſſet, recte facturum. Liu. 36, 3 Conſul ex Senatusconſulto ad Collegium Fetialium retulit, Ipſine vtique regi Antiocho indiceretur bellum, an ad praeſidium nunciaretur? et num Aetolis quoque ſeparatim indici iuberent bellum? et num prius ſocietas eis et amicitia renuncianda eſſet, quam bellum indicendum? Fetiales reſponderunt *etc. De* Fetialibus Pop. Rom. *eſt libellus Io. Ienſii, pars illius ferculi literarii, tum diſſertationes Io. Dan. Ritteri Lipſ. 1732. et F. C. Conradi Helmſt. 1734.*

FETIALIS, *vel* FECIALIS, e. Adi. Liu. 9, 11 Hoc fide, hoc federibus, hoc fetialibus caerimoniis dignum erat. Cic. Offic. 1 c. 11 Belli quidem aequitas ſanctiſſime fetiali Pop. Rom. iure perſcripta eſt. *Et* 3 c. 29 Aduerſus quem totum ius fetiale et multa ſunt iura communia. Iura fetialia *vocat* Seru. *ad* Aen. 7, 695. *et* 10, 14. Val. Max. de nom. rat. n. 10 Ab Aequicolis *recitant* Sertorem Reſium, qui primus ius fetiale inſtituit.

F E V

FEVDVM, *forte hic quaeret aliquis: cum Latinum, a* Fide *deductum quibusdam putetur verbum, quam hi, qui vaſſalli appellantur, hoc eſt, quaſi coloni, ei, a quo praedium accipiunt, dant, ſe pro illius ſalute vitam, ſi res poſtulet, et ſanguinem profuſuros. Quam conſuetudinem Franciſcus Connanus ab antiquis Gallis deductam exiſtimat, de quibus* Caeſar B. G. 3, 22 *ſcribens, dicit* eos, qui opibus valerent, multos habuiſſe deuotos, quos ſecum in bellum ducerent, *ſoldurios* ſua lingua nuncupatos: quorum haec erat conditio, vt omnibus in vita commodis vna cum his fruerentur, quorum ſe amicitiae dediđiſſent. Quod ſi quid his per vim accidiſſet, aut eundem caſum ferrent ipſi, aut mortem ſibi conſciſcerent. *Voſſius de Vit. L. L. 1, 7 hanc Gothicam vocem nominat, eamque tolerari poſſe ſcribit: quatenus nempe res ipſa, antiquis incognita, ſuo nomine ſignanda eſt. Sed hoc non agimus. Habeant ſibi ſua* Feuda *ICti.*

FEVDALIS, e. *Et*

FEVDATARIVS, a, um. Adi. *Apud Iuriſconſ.*

FEX, *vid.* FAEX.

F I *et* F I B

FI, *Imperatiuus ex* Fio: *ſed rarus.* Plaut. Curc. 1, 1, 87 Fi mihi obſequens. *Et paullo poſt*, Fite mihi volentes propitiae. Horat. Serm. 2, 5, 38 — Fi cognitor ipſe.

FI, FI: *Vocula, qua foetidos abigimus, quam Pareus dat etiam* Plauto Caſin. 3, 3, 7 Fi, fi, foetet tuus mihi ſermo; *pro eo quod eſt in Gron.* ei, ei. Fi *vel* φῦ *eſſe abominantis foetorem, apparet ex obſceno* Auſonii Epigrammate 128, 9. *Vid.* FVE.

FĬBER, fibri. m. [κάστωρ] *Animal in Ponto: ſic dictum ab extremis oris amnium quas colit, et vbi maxime ſolet videri.* Plin. 8, 30 ſ. 47 *poſtquam egit de hyaena mares ſibi natos caſtrante*, Easdem partes ſibi ipſi Pontici amputant fibri, periculo vrgente, ob hoc ſe peti gnari: caſtoreum id vocant medici, alias animal horrendi morſus, arbores iuxta flumina vt ferro caedit. Hominis parte comprehenſa, non ante quam fracta concrepuerint oſſa, morſus reſoluit. Cauda piſcium iis, caetera ſpecies lutrae. Vtrumque aquaticum, vtrique mollior pluma pilus. *Vid.* CASTOR. Sil. 15, 490 Enatat intento praedae fiber auius hoſte. Feſtus, Fiber, Genus beſtiae quadrupes. Plautus Sic me ſubes quotidie, quaſi fiber ſalicem: quo nomine extremae fluminis orae appellantur. Vnde et fibras iecinorum, et fimbrias veſtimentorum dicimus. *Haec conueniunt cum loco Varronis, quem mox dabimus in* FIBRA.

FIBRĪNVS, a, um. Adi. [καστόρειος] Plin. 17, 28 Fibrina pelle detergunt. *Sic 32, 9.*

FIBRA, ae. f. [ἰνίον, λοβὸς] *Extrema fluminum ora, quaſi* Finibra: *item Iecoris et cordis et cuiuscunque viſceris extremae partes*, Fibrae *dicuntur. Eliciunt hoc viri docti e* Feſti *l. c. in* FIBER: *quibus conſonant iſta* Varron. de L. L. 4, 13 p. 22 *pr.* Fiber, ab extrema ora fluminis dextra et ſiniſtra maxime quod ſolet videri: et antiqui Fibrum dicebant extremum; vnde et in toga extrema, Fimbriae, et in iecore extremum, Fibra: hinc Fiber dictus. *Scaliger, Coniect. ad h. l. Vt, inquit, a* cerno cribrum, *a* facio faber, *a* tumeo tuber, — *Sic a* finio fiber *extremus etc.* Fibra *igitur fuerit pars, extrema reſpectu totius, ſed vaſculoſa tamen, et adhuc compoſita, carnium, ſtirpiumque. Sed ſi licet poſt Varrones et Scaligeros Voſſiosque conari aliquid, videbatur mihi* Fibrum, Fibramque *et* Fimbriam *nomina accepiſſe non a* finiendo, *ſed a* findendo, *ac notare animal illud caedendis et ſindendis lignis nobile; tum* Fiſſum *illud* iecoris, *quam propriam appellationem eſſe, deinde apparebit, ſub* FINDO; *quemadmodum in omni* fibra *alia fiſſum quiddam intelligi, docet inductio: de* Fimbria *res manifeſta, et ſupereſt veſtigium conſonantis extritae. Nec illud omittendum,* I *in* Finio *vix poſſe corripi, in* Findo *tantum poſitione longum, quod Praeteritum* Fidi *indicat. Iam in* Fibro *primam eſſe breuem, vidimus ex* Sil. 15, 490. *In* Fibra *poſſe corripi, idoneus auctor* Manil. 1, 92 Conſultare fibras, et rumpere vocibus angues. *Mihi quidem certum eſt* Fibram *et* Fimbriam *eſſe* fiſſum *quiddam; quidquid etiam de* Fibro *aliquis ſentiat.* ¶ 2 *Eſt ergo* Fibra *pars altera aut pulmonis, quos* lobos *vocant medici.* Virg. Aen. 6, 600 *de Tityo, cuius* iecur tondet vultur, Nec fibris requies datur vlla renatis. Celſ. 4, 1 Pulmo ſpongioſus, ideoque ſpiritus capax, et a tergo ſpinae ipſi iunctus, in duas fibras vngulae bubulae modo diuiditur. *Praeſertim in extiſpicio haec vox vſurpatur: vid. Brouckhuſ. ad* Tib. 2, 1, 26 Viden vt felicibus extis Significet placidos nuntia fibra Deos. *et Drakenborch. ad* Sil. 3, 344 Fibrarum et pennae diuinarumque ſagacem Flammarum. *Oudend. ad* Lucan. 1, 623 Pulmonis anheli Fibra latet. In extis fibra quid valeat Cic. de Diuin. 1, 16. Venae calentes fibrarum Lucan. 1, 588. Fibrae litantes Id. 6, 524. Pecudum fibrae Virg. Aen. 10, 176. Conſcia deorum Tibul. 1, 8, 3. *Vid. Brouckh.* Minaces Virg. Georg. 1, 484. ¶ 3 *Longius deinde progreſſi* Fibras *dixere Cor etiam, et muſculoſas partes alias, quatenus et illae ſunt fiſſiles.* Quod latet arcana non enarrabile fibra Perſ. Sat. 5, 29. *i. corde, vt explicat Caſaub. qui tamen ad 1, 25 p. 76 de iecore accepit, quod et ipſum ſedes affectuum. Sed ad* 1, 47 Nec enim mihi cornea fibra *de ſenſu gloriae, cor potiſſimum afficiente interpretatur, et* Sidonii corda cornea fibrasque glaciales *hinc eſſe, ait.* Pellucentes numerare in pectore Ouid. Met. 6, 391. Plin. 11, 37 Murium iecuſculis fibrae ad numerum lunae in menſe congruere dicuntur, totidemque inueniri, quotum lumen eius ſit. *Quin* Cael. Aurel. 3, 18, 184 *de* muliebri verendo, Externas vero partes per latitudinem lanis contegimus, vel cataplaſmamus, et vtrique fibrae cucurbitas infigimus. *Intelligit ea, quae vulgo vocantur labia.* ¶ 4 *Denique quidquid* finditur *a natura* Fibra *eſt.* Cato. R. R. 70. *et* Colum. 6, 10, 2 Porri fibra *non eſt folium, ſed capitulum vnum, bulbus vnus cum ſua herba, de illo velut caeſpite plurium ex ſe inuicem enatorum ablatum: quas* Cato *in* vlpico et allio ſpicas vocat. *Sed ideo non minus* fibrae *ſunt minuta quoque germina foliorum. Nam* Colum. 11, 3, 21 Cum ternas fibras emiſerunt ſpicae vlpici. *Et* 11, 2, 9 Cum fibrarum quatuor eſſe coeperunt frumenta. *Et* 2, 12, 4 Triticum et adoreum, cum quatuor fibras habere coeperint — recte ſarrientur. *Hinc* Fibrae *etiam dicuntur minutae radices arborum, herbarumque extrema velut fila.* Plin. 17, 10 *de arborum ſationibus ait* ſolum eligi oportere quam minime rimoſum, ne penetrans ſol exurat fibras. Virg. Georg. 1, 120 — Et amaris intuba fibris. Cic. de Senect. 51 c. 15 Herbeſcens viriditas nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit. Idem Tuſc. 3, 13 c. 6 Radicum fibras euellere. *Sed* Col. 12, 54, 1 Mediam fibram rapi guſtato, ſi receperit ſalem: *haec eſt* fibra *manu facta: nam iuſſerat rapa* ferramento lunato decuſſatim incidi, *quo facto formatum eſt corpus vnum et continens quatuor fibrarum. Denique* Mela 2, 3, 39 Peloponneſos ob ſinus et promuntoria, queis, vt fibris litora eius inciſa ſunt, — platani folio ſimillima. *Nihil enim opus eſt Pintiani emendatione* fimbriis: *cum res cognatae valde ſint* Fibra *et* Fimbria. *v. v.*

FIBRĀTVS, a, um. Adi. [ἰνιωτὸς] Fibrata radix ceparum modo Plin. 25, 5. Idem 27, 12 Radix digitali craſſitudine, multis capillamentis fibrata.

FIBRENVS, i. m. *Fluuii nomen apud* Cic. de Legib. 2, 6 Qui in Lirem praecipitat. Idem ibid. 1 In Fibreno flumine inſula. *al.* Fibrinus.

FIBŬLA, ae. f. [πόρπη, περόνη] *Quidquid ſtringit ac connectit. Eſt enim velut* Figibula *quaedam, qua confixae partes veſtimentorum, vel aliarum rerum, continentur vel perpetuo, vel ad vſum temporarium. Ac prima quidem nobiliſſimaque videtur* Fibula *veſtiaria, quae primo* acu *modo vel ſpina conſtabat; deinde aliud aliudque corpus adiunctum, quod illam ſuſtineret, circulare, ſemicirculare, vel cuiuscunque figurae. Hic enim, vt in Lucernis, incredibilem artis fabrilis ſecunditatem, et velut luxuriem, deprehendimus: quum magna vis earum fibularum ſuperſit, quam oculis qui ſubiicere volunt, adire poſſunt Smetiorum antiquitates Noviomagenſes p. 81 ſqq. et Io. Rhodii de Acia diſſertationem, qua ſimul vniuerſa* Fibulae *ratio explicatur, p. 62 ſqq. edit. poſterioris, quibus facile fuit addere plures Monteſalconio. Multa paſſim Salmaſius ad Hiſt. Auguſtam etc. Nos iam loca antiquorum adferemus.* In Gloſſ. antiq. περόνη, *et* φίβλιον, *et* φίβλα *exponitur.* Virg. Aen. 4, 139 Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem. Plin. 33, 1 Fabricam etiam deûm fibulas, et alia muliebris cultus, ſicut inaures, in primordio ſactitaſſe, *tradit Homerus.* Iſid. 19, 31 Fibulae ſunt, quibus pectus feminarum ornatur, vel pallium tenetur, viris in humeris, ceu cingulum in lumbis. Plin. 33, 3 *pr.* M. Bruti in Philippicis campis (*ſcriptae*) epiſtolae reperiuntur frementes, fibulas Tribunicias ex auro geri: *nempe quibus ſaga et chlamydas connecterent. Sed* Aurelianus *permiſit gregariis. Vid.* Vopiſc. c. 46. Tertull. de Pallio c. 1 Pallium extrinſecus habitus, — ab vtroque laterum regeſtus, et ceruicibus circumſtrictus, in fibulae morſu humeris acquieſcebat. *Vid. Salmaſ. ad h. l.* p. 116. Quinctil. 6, 3, 58 Sarmentus Iunium, hominem nigrum, et macrum et pandum, fibulam ferream dixit. Raſilis huic ſummam mordebat fibula veſtem Ouid. Met. 8, 318. Tereti gemma fibula Virg. Aen. 5, 313. Fibulis aureis *donabantur antiquitus milites.* Liu. 39, 31 Quintius alter Praetor ſuos equites catellis ac fibulis donauit. *Vid.* Idem 27, 19. *Conf. Hugo de Mil. Equeſtr. 5, 1.* Columel. 6, 5, 5 Aenea fibula pars auriculae latiſſima circumſcribitur, ita vt manente ſanguine, tanquam O literae, ductus appareat orbiculus. *Sic libri quidam, et ſane habet omnis* fibula veſtiaria *acum, qua hoc fieri poſſit. Sed recte tamen al.* Aenea ſubula. ¶ 2 *Notabiles etiam* Fibulae, *quibus vulnera contrahuntur: quo in genere cum etiam ſit* Acia: *hinc factum, vt* Acia Celſi fibulae *etiam explicandae occaſionem praeberet Rhodio, vt vidimus.* Celſ. 5, 26 *de glutinatione vulnerum*, Si vero in carne vulnus eſt, hiatque, neque in vnum orae facile attrahuntur: ſutura quidem aliena eſt: imponendae vero fibulae ſunt (ἀγκτῆρας Graeci nominant) quae oras contrahunt, quo minus lata poſtea cicatrix ſit. Idem 7, 4, 1 Dein fibula oris cutis iniicienda eſt, eique glutinantia medicamenta ſuperdanda ſunt. *Sic* Fibulis arctata pars Scribon. 206. *Sic* Veget. 2, 15, 1 Impoſitis fibulis conſues palpebram

bram foris verſus. *Et 2, 31* Si iumento lingua fuerit inciſa, ſtatim cum fibulis conſuito. *Add.* 1, 22, 6. *et* 2, 22, 6. *vbi reponendum videtur* fibulam dabis, *pro* fiſtulam. ¶ 3 *Architectonica* fibula *etiam frequens eſt, quo nomine comprehendi videntur primo* claui, *tum aliae* copulae, ſubſcudes, ancorae, ſecuriculae, *quacunque figura denique ligna, quibus colligantur et firmantur,* figunturque *adeo ligna maiora. Tales ſunt* Fibulae *in apparatu* Trapeti *et* Torcularis Caton. R. R. 3, 5. *et c.* 12. Fibulae iligneae, vlmeae, nuceae, ficulneae ibid. c. 31, 1. *Hae* fibulae Catonis *nihil aliud videntur quam claui, vt* fibula *prima veſtiaria nihil aliud quam acus: quod etiam vidit Popma de inſtrum. fundi c. 9.* Vitruu. 1, 5 Tum in craſſitudine eius, perpetuae taleae oleagineae vſtulatae quam creberrime inſtruantur, vti vtraeque muri frontes inter ſe (quemadmodum fibulis) his taleis colligatae, aeternam habeant firmitatem. Vitruu. 10, 2 Tigna tria ad onerum magnitudinem ratione expediuntur, et a capite fibula coniuncta, et in imo diuaricata eriguntur funibus in capitibus collocatis, et iis item circa diſpoſitis erecta retinentur. Fibulis tigna coniuncta Caeſ. B. Gall. 4, 17. *Vid. Lipſ. Poliorc.* 2, 5. *et Turneb. Aduerſ.* 8, 6. *et* 25, 20. *Hinc Metaph.* Tertull. adu. Hermog. c. 27 Nam et AVTEM ipſum, velut fibula coniunctiuae particulae ad connexum narrationi oppoſitum eſt. Idem de Reſurr. Carn. 40 Ita vocabulum Homo confertarum duarum ſubſtantiarum quodammodo fibula eſt, ſub quo vocabulo non poſſunt eſſe niſi cohaerentes. ¶ 4 *Peculiaris* Fibula *vſui fuit ad reprimendum coitum.* Celſ. 7, 25, 3 Infibulare adoleſcentulos, interdum valetudinis cauſa quidam conſuerunt, eiusque haec ratio eſt. Cutis, quae ſuper glandem eſt, extenditur, notaturque vtrinque a lateribus atramento, qua perforetur, deinde remittitur. Si ſuper glandem notae reuertuntur, nimis apprehenſum eſt, et vltra notari debet: ſi glans ab his libera eſt, is locus idoneus fibulae eſt. Tum qua notae ſunt, cutis acu filum ducente tranſuitur, eiusque fili capita inter ſe deligantur, quotidieque id mouetur, donec circa foramina cicatriculae fiant. Vbi hae confirmatae exemto filo fibula additur, quae quo leuior, eo melior eſt. *Haec Celſus conf. Vlit. ad* Nemeſ. 93. *Ferrar. de Re Veſtiar. part.* 2, 1, 16 *ſeq. vel Smet. in Antiq. Neomag. p.* 81. *Erat autem haec* fibula, *Annulus tenuiſſimus vel aureus, vel argenteus, vel aeneus, qui praeputio ſicut docuit Celſus perforato inſerebatur.* Iuuenal. Sat. 6, 73 *de mulierum hiſtriones amantium impudicitia,* Soluitur his magno comoedi fibula. *Rurſus* ibid. 378 Si gaudet cantu, nullius fibula durat Vocem vendentis Praetoribus. *Conf. Vet. Scholiaſt.* Mart. 14, 215 Dic mihi ſimpliciter comoedis et citharoedis Fibula quid praeſtat? carius vt futuant. *Nec ſolum Annulus erat haec* fibula, *ſed Subligaculum quoque, quo hiſtriones vtebantur tum ad inguina tegenda, tum vt a coitu cohiberentur, ne vox eorum ob coitum raueſceret.* Martial. 7, 81

> Menophili penem tam grandis fibula veſtit,
> Vt ſit comoedis omnibus vna ſatis.
> Hunc ego crediderام (nam ſaepe lauamur in vno)
> Sollicitum voci parcere Flacce ſuae.
> Dum ludit media populo ſpectante palaeſtra,
> Delapſa eſt miſero fibula: verpus erat.

Verpus, *i. Iudaeus recutitus, proinde nolebat inſpici.* *Hinc Metaph.* Fibulam carni imponere Tertull. de Monogam. . . . Fibulam laxare deliciis Id. de Cor. Mil. 11. Tert. de Pudic. 16 Bonum eſt homini mulierem non contingere — Huius boni fibulam quis neſciat illum *(Paullum)* inuitum relaxaſſe? Quid eſt, quare apud Poëtas ſalaciſſimus Iupiter deſierit liberos tollere? Vtrum ſexagenarius factus eſt, et illi lex Papia fibulam impoſuit Sen. *ap.* Lactant. 1, 16.

FIBLA, *pro* Fibula. Cocto fiblas tolles Apic. 8, 7. *Vid.* INFIBVLO.

FIBV̆LO, āre. [περονάω] *Coniungere.* Columel. 1, 6, 13 Omnesque parietum et ſoli iuncturae teſtaceis puluinis fibulantur. *Cogitemus cylindrum formari ex mortario illo teſtaceo: eum cylindrum in longitudinem aequabiliter decuſſari: oriuntur velut priſmata, quorum duo latera ad angulum rectum iuncta, tertium latus inflexum ſit in arcum illius anguli. Hi baculi, hi puluini, ipſis parietum ad perpendiculum iunctorum commiſſuris applicati, et rimas omnes ibi excludunt, et vtrumque parietem velut fibulant et continent.*

FIBLO, as. *ſcribitur* Apic. 8, 7 Porcellum imples, fiblabis. *Vid.* INFIBVLO.

FIBVLATIO, ōnis. f. Vitruu. 10, 3.

FIBVLATVS, a, um. Pallia fibulata Vopiſc. in Prob. c. 4.

FIBVLATORIVS, *vel* FIBLATORIVS, a, um. Adi. *Quod fibula ſtringitur.* Saga fibulatoria Treb. Poll. in Regillan. Tyrann. p. 276 *Hack. al.* Fiblatoria. Gloſſ. Gr. Lat. *abſolute* πόρπη, Fibulatorium, *pro ipſa fibula.*

F I C

FICANA, [Φίκανα] Oppidum in Latio, Romae propinquum, *de quo* Plin. 3, 5.

FICARIA, FICARIVS, FICATVM, *vid.* FICVS.

FICEDV̆LA, ae. f. [συκαλὶς, μελαγκόρυφος] *Auis a ficu ſic dicta:* quod ea, *vt inquit* Varro de L. L. 4, 11 ficu pinguis fiat. Gell. 19, 8 Hi negant vllam auem praeter ficedulam totam comeſſe oportere. *Conf.* Gell. 15, 8. Martial. 13, 49 Quum me ficus alat, quum paſcar dulcibus vuis: Cur potius nomen non dedit vua mihi? Plin. 10, 29 Alia ratio ficedulis. Nam formam ſimul coloremque mutant. Hoc nomen nonniſi Autumno habent, poſtea Melancoryphi vocantur. Martial. 13, 5 Cerea quae patulo lucet ficedula lumbo, *i. flaua pinguedine. Quo loco ſecunda ſyllaba producitur, quam tamen* Iuuen. Sat. 14, 9 *corripit,* Mergere ficedulas didicit nebulone parente. *Vid. Pitiſc. in* Suet. c. 42 n. 6. *Add.* Plin. 10, 29. Petron. 33 *in coena Trimalchionis factitia* pauonis oua *inferuntur* ex farina pingui figurata, *de quibus* Encolpius, Ego quidem paene proieci partem meam: nam videbatur mihi iam in pullum coiſſe. Deinde, vt audiui veterem conuiuam: hic neſcio quid boni debet eſſe! perſecutus putamen manu, pinguiſſimam ficedulam inueni piperato vitello circumdatam.

FICEDVLENSES *ficticii milites* Plautini Captiu. 1, 2, 60 *quos ille* Turdetanis *ſimiles finxit et* Placentinis, *vt non* Turdi *modo et* Placentae *ſaliuam mouerent auditoribus, ſed* Ficedulae *etiam, forte cum quadam ad* Ficolenſes, *vel* Ficelias *alluſione. Habemus magnam vim talium nominum, quae vt* γεωγραφούμενα Paraſitica *tabulas totas implent.*

FICELIAE, arum. f. *Pl. Locus in monte Quirinali, vbi habitabat Nepos vicinus* Martialis: *qui* 6, 27 *ſic ſcribit,* Bis vicine Nepos, nam tu quoque proxima Florae Incolis, et veteres tu quoque Ficelias. *Conf. Donat. de Vrb. Rom.* 3, 15. *Nardin. Rom. vet.* 4, 9.

FICOLEA, Palus ficulneus. Feſtus.

FICOLENSES, Quartae regionis Italiae Populi Plin. 3, 4.

FICTE, FICTILIS, FICTOR, *vid.* FINGO.

FĪCVS, *ſecundae vel quartae Decl.* f. [συκῆ, σῦκον] *Arbor ficus ferens.* Cato R. R. 40 Vlmos, Ficos, poma, oleas ſeri oportet — Ficos, oleas, mala, pira, vites inſeri oportet. c. 41 Ficorum et malorum inſitio — Oleae et ficorum inſitio. c. 42 Quod genus ficos aut oleam eſſe voles, inde librum ſcalpro eximito, alterum librum cum gemma de eo fico, quod genus eſſe voles, eximito *etc. Sic omnes ſine varietate. Secundum haec aut* hic ficus *dixit Cato, aut* hoc ficum, *vt* hoc malum: *quod nusquam, puto, obſeruatum eſt. Falſa autem plane eſt* Capri *obſeruatio* p. 2248 *Putſch.* Ficus non ficos, nec ficibus ſed ficis. Plin. 16, 26 Fructum perdunt facillime ante maturitatem, palma, ficus, amygdala, malus, pyrus. Idem 16, 31 Quidam breuitate radicum celerius ſeneſcere arbores putant: quod coarguunt fici, quarum radices longiſſimae, et ſenectus ociſſima. Iuuenal. Sat. 10, 145 — Ad quae Diſcutienda valent ſterilis mala robora fici. Cic. de Orat. 2, 278 Cui quum quidam familiaris quereretur, quod dixerat vxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu. De ficubus ſuſpendit Varro *ap.* Chariſ. 1 p. 74 *extr.* Denſiſſima pomis Ouid. Faſt. 2, 253. Ruminalis, *vid. h. v.* ¶ 2 Ficus, *fructus, ſecundae etiam Decl. et quartae, Fem. ſimiliter gen.* Lucil. *ap.* Chariſ. *l. c.* Fici comeduntur et vuae. Plin. 15, 18 E reliquo genere pomorum ficus ampliſſima eſt. *Nota,* pomorum genere *comprehendi* ficos. *Sed teſte* Macrobio Sat. 2, 16 Ficum tanquam non pomum ſecerni a pomis apud idoneos reperimus, *laudaturque ibi Afranius, itemque Cicero.* Martial. 7, 70 Ficus non habet vnus ager. Hor. Epod. 16, 46 Suamque pulla ficus ornat arborem. Varr. de R. R. 1, 41 Fici ſemen naturale intus in ea fico quam edimus. *Et paullo poſt,* Tum enim reſticulas per ficos, quas edimus, maturas perferunt, et eas, quum inaruerint, complicant. Ficum, *pro fructu, Maſc. gen. probant nonnulli ex* Macrob. 2, 16 Groſſi appellantur fici, qui non maturefcunt, hos Graeci dicunt ὀλύνθας. Mattius, In millibus tot ficorum non videbis groſſum. *Sic etiam Gron. Sed al.* quae. Lucil. *apud* Non. 4, 124 Sicuti cum primus *(ſic Merc. al.* primas*)* ficus propola recentis Protulit, et pretio ingenti dat primitu' paucos. *Sic omnes. Laudatur etiam* Plinius 16, 25 In ficis mirabiles ſunt et abortiui, qui nunquam matureſcunt. *Sed a duobus amplius ſaeculis legitur* abortus, *ne mentione quidem alterius lectionis facta.* Cic. pro Flacc. 41 Homini enim Phrygi qui arborem fici nunquam vidiſſet, fiſcinam ficorum obieciſti. Varro R. R. 1, 41, 4 Fici ſemen naturale in ea fico, quam edimus: quae ſunt minuta grana *etc.* — Reſticulas per ficos quas edimus maturas perferunt. Ex fici tantulo grano terra tantos truncos ramosque procreat Cic. de Senect. 52. Aridae ficus Plaut. Rud. 3; 4, 59. Arida pinguis ficus Scribon. 66. Aridae ficus decoctae aqua 190. Aſſiduas ficos Lucilii *laudat* Chariſ. 1 p. 74. Ficus anus, *vid.* ANVS. Dulciferae fici lactantes vbere toto Ennius *ap.* Chariſ. 1 p. 103. Pingues Hor. Serm. 2, 8, 88. Ficos biferas, *noue dixit* Suet. in Auguſt. c. 76 *pro Fructu arboris biferae, de qua vid. Tarrent. ad l. d. et Turneb. Aduerſ.* 18, 4. *Ficorum genera, nomina, epitheta ex Plinio, ruſticis, Macrobio ordine referre longum eſt. Solus* Plinius 15, 18 Nouem et viginti genera *refert. Videri poteſt Lexicon noſtrum ruſticum h. v.* ¶ 3 Ficus *morbus inteſtini recti extremi, ab attritu nimio orti v. g. in equitatione, de quo* Martial. 14, 86 *cuius lemma* Ephippium, Stragula ſuccincti venator ſume veredi, Nam ſolet a nudo ſurgere ficus equo. *Inprimis vero morbus cinaedorum et pathicorum: quare non modo laboranti hoc morbo conuicium facere ſolet Martialis, ſed etiam familiam talem aut pueros tales habenti. Vid.* FICVS n. 4 *et* 5. FICOSVS *item, et* FICETVM. *Add. Zarottus de Medica Martialis tractat. p. 379 ſq.* Marcellus Empir. c. 31 p. 389 A Ad ficos, qui in locis verecundioribus naſcuntur. *Ad hunc morbum non pertinet proprie, ſed illi tamen declarando inſeruit* Celſ. 6, 3 Eſt etiam vlcus, quod a fici ſimilitudine, Graecis σύκωσις nominatur. Caro excreſcit, et id quidem generale eſt. Sub eo vero duae ſpecies ſunt, Altera vlcus durum et rotundum eſt, altera humidum et inaequale. Ex duro, exiguum quiddam et glutinoſum exit: ex humido, plus et mali odoris. Fit vero vtrumque in his partibus, quae pilis conteguntur. Sed id quidem quod calloſum et rotundum eſt maxime, in barba: Id vero quod humidum, praecipue in capillo. ¶ 4 Ficus *etiam dicitur, qui illo morbo laborat, ficoſus.* Horat. Sat. 1, 8, 47 *in ridicula narratione ex perſona Priapi,* Nam diſploſa ſonat quantum veſica, pepedi Diffiſſa nate ficus: *tanta vehementia diſploſam a ſe dicit eum, quem ſphinctera vocant medici, vt inde ſinderetur podex, et ex ea laeſione ficus ſ. mariſca oreretur:* diffiſſa nate ficus *factus eſt Priapus.* Ficus *eſt non modo arbor, quae ficus habet, ſed etiam homo, qui ficos habet.* Martial. 4, 52 Geſtari iunctis niſi deſinis, Aedyle (Hedyle) capris, Qui modo ficus eras, mox caprificus eris. *Vetus lemma,* In Aedylum ficolaborantem. *Hinc* Id. 12, 33 Vt pueros emeret Labienus, vendidit hortos, Nil niſi ficetum nunc Labienus habet. *Multae arbores fici ficetum ſunt.* ¶ 5 *Valde exercuit* Ficus *Grammaticos veteres et nouos, cum de Genere et Declinatione diſputarint a* Martialis *inde temporibus, cuius eſt hoc epigramma* 1, 66

> Cum dixi, *ficus*, rides quaſi barbara verba,
> Et dici *ficos*, Caeciliane, iubes.
> Dicemus *ficus*, quas ſcimus in arbore naſci,
> Dicemus *ficos*, Caeciliane, tuos.

Infinitum fuerit omnia huc referre, quae de hoc ipſo loco diſputata ſunt ab antiquis et recentioribus, e. g. Chariſio 1 p. 103. Priſciano 6 p. 713. Valla Eleg. 4, 1. *In quibus multus eſt Raderus. Itaque haec modo monemus: primo lectionem, quam dedimus, eſſe omnium ſuffragiis certam, praeter Ramireſii, qui* Ficus *etiam v. 4 vult legi, et in hoc reprehendi Caecilianum, qui* ficos *tantum dici ſecunda Declinatione putarit. Deinde Pronomen* tuos *quibusdam non videri adiectiue adiunctum ad* ficos, *ut inde poſſit probari, quod facit Priſcianus,* ficos *pro morbo eſſe generis Maſculini: verum hoc velle Martialem, Si omnino* Fici *tibi ita probantur, dicemus* Ficos *eos, qui tuae libidinis fructum tulere morbum illum ficoſum, tuos homines, tuos pullos etc. Placuit hoc iam* Chariſio 1 p. 103 *cum dicit, in eo verſu eſſe* ἀσύνθετον. *Reliqua diſputatio cum tota ad exempla et auctoritates redeat, in quibus ſatis fuimus copioſi; hic ſuperſedere ea longiore poſſumus.* Ficum *arborem et fructum tutius Feminino genere, fructum inſuper Declinatione ſecunda,* Ficum *morbum Maſculino, et ſecunda Declinatione adhibere malim: ſed ſecus facientes facile tulero.*

FICV̆LA, ae. f. Dimin. [συκίδιον] *Parua ficus. Laudatur* Plaut. Stich. 5, 4, 8 Hoc conuiuium eſt pro opibus noſtris, ſatis commodule nucibus,

nucibus, ſabulis, ficulis, etc. Etiam Poen. 5, 2, 45 legit Acidalius, Ficulas, fauulas (fabulas) ait ſe aduexiſſe et nuces. Sed Gronou. retinuit Ligulas canalis ait etc. Ficulus autem plane, puto, auctorem non habet.

FICĒTVM, i. n. [συκὼν] Locus ficis conſitus. Varro 1, 41 Ficusque denſa materia non eſt, ideo ſequitur calidiorem: quod ſit, vt in locis frigidis ficeta fieri non poſſint. Martial. 12, 33 Nil niſi ficetum nunc Labienus habet. Vid. FICVS n. 4.

FICĀRIVS, a, um. Adi. [συκοφάγος] Plin. 11, 35 Ficarios culices caprificus generat. Cato c. 48 Eo ſarmenta aut ficarias crates imponito, quae frigus arceant et ſolem. ¶ 2 Ficarii fauni ponuntur a Vulg. Interprete Ierem. 50, 39 vbi Graeci ἰνδάλματα habent aut φαντάσματα. Hieron. in Ieſ. 13, 21 Piloſos Vulgati interpretatur vel incubones vel ſatyros, ſilueſtres quoſdam homines, quos non nulli Faunos ficarios vocant. Iſid. Gloſſ. Ficarius, Faunus. Et Orig. 8 extr. Quem vulgo incubonem vocant, hunc Romani Faunum ficarium dicunt, ad quem Horatius dicit, Faune Nympharum fugientium amator etc. Hunc alii Satyrum vocant. Vid. quae more ſuo de his Bochart. Hieroz. 2, 6, 6 qui c. 7 de Piloſis et Satyris agit.

FICARIA, ae. f. [συκὼν] Ficetum. Pallad. 4, 10 Aliqui inter ficarias caprifici arborem ſerunt. ¶ 2 Inſula Sardiniae propinqua Plin. 3, 7.

FICĀTVM, i. n. [συκωτὸν] Iecur aprugnum, aut ſuillum arida ficu ſaginatum. Gloſſ. Iſid. Ficatum quod Graeci συκωτὸν vocant. Papias, Ficatum, iecur. Nempe paullatim ipſum iecinoris nomen factum eſt, quod Hiſpanorum Higado, Italorumque Fegato et Foie Gallorum hodie indicat. Plin. 8, 51 de ſuibus, Adhibetur et ars iecori feminarum, ſicut anſerum, inuentum M. Apicii, fico Carica ſaginatis ac ſatie, necatis repente mulſi potu dato. Sic Harduinus. Alii ſaginatis, ac ſatie necatis. Marcell. Empir. c. 22 Ficatum lupi integrum lauri foliis inuolues. Apic. 7, 3 inter Sumen et Offellas, medio loco ponit Ficatum, eique oenogarum parare docet, itemque inuolues ait in omento et in craticula aſſas. Reliqua dabit Reineſ. Var. Lect. 3, 4 p. 394. Salm. ad Solin. p. 343 aF.

FICITAS, ātis. f. dictum vt Oliuitas; i. Fructus fici. Naevius, Ficitores omnes cupiunt ficitatem, merx eſt ſine moleſtia. Ex Nonio 2, 317.

FICITOR, ōris. m. [συκόφιλος] Ficorum mercator, aut cultor certe. Naeuius l. c. Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

FICOSVS, a, um. Adi. Vlceribus, quae fici vocantur, plenus. Martial. 7, 70 Ficoſa eſt vxor, ficoſus et ipſe maritus. Superl. in Priapeis Carm. 50 Ficoſiſſima me puella ludit.

FICVLNVS, a, um. Adi. [συκινὸς] Quod eſt arboris fici, aut ex fico arbore. Hor. Serm. 1, 8 princ. ex Perſona Priapi, Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Machaera ficulna, Praeſidium ficulnum, prouerbio Graecorum dicuntur pro Infirmis atque inutilibus. Ficus enim mollis eſt planta, et ligna eius nullius vſus. Vid. Mich. Apoſt. Prou. Cent. 17, 79.

FICVLNEVS, a, um. Adi. [σύκινος] Idem quod Ficulnus. Plin. 15, 28 Sunt et ficulnei caules. Legitur et Ficulni. Cato R. R. c. 31 Fibulae vnde fiant aridae iligneae, vlmeae, nuceae, ficulneae: Sic Varro de R. R. 3, 16 Ficulnea ligna. Arbor Columel. 5, 11. Cacumina Pallad. Mart. c. 10.

FICVLNEA, ae. f. Vetus Latinorum oppidum, a Tarquinio Priſco captum. Liu. 1, 38. Hinc

FICVLNENSIS, e. Adi. Incola eiuſdem. Via Ficulnenſis olim dicta, poſt Numentana ad ſacrum montem ducens. Liu. 10, 3. et 3, 52 pr. Cic. Att. 12, 34. al. Ficulenſis.

F I D

FIDEICOMMISSVM, FIDEIVBEO, FIDEIVSSOR, vid. FIDES, Fidei.

FIDELIA, ae. f. Vas fictile, ſeruandis liquidis et ſalgamis aptum. Samium vas ad vſus plurimos vocat Non. 15, 5. Perſ. 3, 73 Diſce, nec inuideas, quod multa fidelia putet, In locuplete penu: de ſalgamis dono datis. Colum. 12, 10, 4 Pira — in fictili picata fidelia componito. Et 12, 7, 3 de ſimili re, Vt ius vſque in ſummum labrum fideliae perueniat. Plaut. Aul. 4, 2, 15 Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam. Columel. 12, 38, 1 In fictili fidelia ſicco loco reponuntur baccae myrti ſiccatae. Perſ. 3, 22 Sonat vitium percuſſa, maligne Reſpondet viridi non cocta fidelia limo. Tumet alba fidelia vino Perſ. 5, 183. Columel. 12, 56 Medullam eius conciſam in fideliam vitream, vel nouam fictilem coniicito, et adiicito ius: de olere atro. Curio ad Cic. Fam. 7, 29 Sed, amice magne, noli hanc epiſtolam Attico oſtendere: ſine eum errare, et putare me virum bonum eſſe, nec ſolere duo parietes de eadem fidelia dealbare: i. duobus imputare, quod vni debetur ſolidum, vt ſi faber de fidelia calcis quam praebuit Titius dealbare velit etiam parietem Maeuii.

FIDELIS, etc. vid. FIDES, ei.

FIDĒNA, ae. f. et FIDENAE, arum. Plur. Vrbs Latinorum mediterranea in Sabinis, olim colonia Romana. Liu. 4, 17 princ. Prima Syllaba anceps eſt. Virg. Aen. 6, 773 Hi tibi Nomentum, et Gabios, vrbemque Fidenam. Iuuen. Sat. 6, 57 Viuat Fidenis, et agello cedo paterno. Propert. 4, 1, 36 Hac vbi Fidenas longe erat ire, via. Hor. Epiſt. 1, 11, 8 Gabiis deſertior atque Fidenis vicus. Et monent Grammatici a Virgilio corripi Syllabam natura longam.

FIDĒNAS, ātis. Adi. Fidenas bellum, id ſcil. Quod inter Romanos et Fidenates fuit. Liu. 1, 15. Fidenas etiam Cognomen L. Sergii Liu. 4, 17. Fidenates, Populi Plin. 3, 12. Liu. 4, 31.

FIDENTIA, vid. FIDES, ei.

FĬDES, ĕi. f. pen. antiquis etiam producta. [πίστις] Nomen latiſſimae ſignificationis, quam ita licebit, puto, comprehendere Fides eſt perſuaſio, et quidquid illam efficit. Itaque interdum eſt ipſa illa conuenientia et non repugnantia dictorum, cogitationum, factorum, actiones et virtus eorum, quos fideles dicimus; interdum aſſenſus, quem adhibemus rei tanquam probabili, qui ſi temerarius eſt, vocatur credulitas; interdum ſpeciatim perſuaſio de homine, cui credendum putamus; interdum argumentum, quo planum facere vel perſuadere aliquid conamur; non nunquam fauorem et auxilium adeo eius, ad quem confugimus, cui nos dedimus, credimusque: apud Chriſtianos ſic vocatur vel totus ille ſenſus rerum diuinarum, a quo dicuntur fideles; vel ſpeciatim illa fiducia ex diuinis promiſſionibus concepta etc. Deriuatur merito a πείθω Graecorum, quod cum πιθῶ habeat Futurum ſecundum, inde reddi poteſt ratio, cur fido, fidus, infidus etc. habeant longam penultimam, fides autem et perfidus etc. breuem. Non igitur veram etymologian attulit, ſed Stoice luſit Cic. Off. 1, 23 c. 7 Dictorum conuentorumque conſtantia et veritas. Ex quo (quanquam hoc videbitur fortaſſe cuipiam durius, tamen vt audeamus imitari Stoicos, qui ſtudioſe exquirunt, vnde verba ſint ducta) credamus, quia fiat quod dictum eſt, appellatam fidem. Ter. Andr. 5, 2, 16 Triſtis ſeueritas ineſt in vultu, atque in verbis fides. i. ἀξιοπιστία, πιθανότης, auctoritas, cui credatur. Sic Fidei cauſa Salluſt. Iugurth. 85, 29. i. ad auctoritatem conciliandam. Lucret. 5, 103 Via qua munita fidei, penult. producta. Fide pro Fidei, apud Hor. Carm. 3, 7, 4 Thyna merce beatum, Conſtantis iuuenem fide Gygen. Vid. Heinſ. et Burm. ad Ouid. Met. 3, 341. Ad fidem, vid. AD. Apud te nulla mihi fides eſt Plaut. Amph. 2, 1, 5. At mihi fides apud hunc eſt, nihil me iſtius facturum. Add. Phorm. 5, 3, 25. Cum fide, i. fideliter Colum. 1, 7, 7. Cum certa fide Id. 3, 2, 29. Ex fide idem Plin. Ep. 9, 14 pr. Supra fidem et opinionem Scribon. Ep. . . Quid eſt tam Extra fidem? Sen. Ep. 92. In fide manere, vid. mox Manere in fide n. 3. In fide altérius eſſe Cic. Fam. 13, 66. i. in clientela, patrocinio. Add. pro Roſc. Am. 160. Et pro Planc. 97 Dyrrhachium, quod erat in fide mea, petere contendi. Et ad Q. Fr. 2, 14 Eſt ex municipio Atellano, quod ſcis eſſe in noſtra fide. In fidem alicuius venire Liu. 10, . . Abſonum fidei, vid. ABSONVS. Tacit. Hiſt. 3, 57 Neque fidei Conſtans, neque ſtrenuus in perfidia. Lapſus fidei, vid. LABOR Verbum. Stat. Silu. 1, 2, 164 Quis morum fideique Modus? quam diu lugendo fidem probabis erga maritum defunctum? Obſtinatio fidei, in bonam partem, pro Obfirmatione. Tacit. Hiſt. 3, 39 Blaeſo ſuper claritatem natalium, et elegantiam morum, fidei obſtinatio fuit. Lucret. 5, 103

Vt fit, vbi inſolitam rem apportes auribus ante,
Nec tamen hanc poſſis oculorum ſubdere viſu,
Nec iacere indu manus, Via qua munita fidei
Proxima fert humanum in pectus, templaque mentis.

Cic. de Senect. 1 Licet enim verſibus iiſdem mihi affari te Attice, quibus affatur Flamininum Ille vir haud magna cum re, ſed plenu' fidei: Hexameter Ennii, quo deſcribit S. Aelium Paetum. Praeclarus fidei Tacit. Ann. 4, 34. Siniſter fidei, Perfidus Sil. 11, . . Breuitatis promiſſae fides admonet, quanto omnia tranſcurſu dicenda ſint Vell. 2, 55, 1. i. ſtudium ſeruandi promiſſum. Cauſarum fides Quinctil. 1, 8, 10. argumentum probabile. Proh Deûm atque hominum fidem! vox admirantium et teſtes Deos atque homines facientium, v. g. Ter. Andr. 1, 5, 2 et 11. et ibi Bentl. Quinct. 1, 6, 18 monet, Fidem Deum dici, non Deorum. Iudicis fides et religio Cic. pro Roſc. Com. 45. Probationum fides Quinctil. 4 Pr. 6. argumenta probantia. Segetis certa fides Hor. Od. 3, 16, 30. fertilitas agri reddentis cum fenore ſemina. Plin. Paneg. 32, 4. Burm. ad Petron. c. 117. Hor. Od. 3, 16, 30. Solutionis fides Plin. Epiſt. 8, 2 debitum cum fide ſolutum. Tabularum fides, i. Auctoritas, quo modo accipitur in titulo De fide inſtrumentorum. Cic. pro Arch. 9 Quum Appii tabulae negligentius aſſeruatae dicerentur, Gabinii, quamdiu incolumis fuit leuitas, poſt damnationem calamitas, omnem tabularum fidem reſignaſſet, i. ἀξιοπιστίαν. Teſtimoniorum fides et religio Cic. pro Flacc. 9. Idem pro Arch. 8 Adeſt Vir ſumma auctoritate, et religione, et fide, L. Lucullus, qui, etc. Fides eſt iuſtitia in rebus creditis Cic. in Partit. 78. Conſtantia promiſſi et fides Idem Att. 4, 16. Ter. Andr. 1, 1, 7 Nihil iſthac opus eſt arte ad hanc rem quam paro, ſed his quas ſemper in te intellexi ſitas, fide et taciturnitate, i. fideli cura mandati. Fides et fiducia Plaut. Trin. 1, 2, 80. Fides, ſinceritas, nihil ficti habens. Plin. Pan. 23, 6 Iteraturus gaudii fidem, vbi nulla neceſſitas gaudendi eſt. Fides pro Fidei formula ſcripto comprehenſa. Hilar. ad Conſtant. Imp. Periculoſum nobis admodum atque miſerabile eſt, tot nunc fides exiſtere, quot voluntates, etc. ¶ 2 Epitheta: Ennius apud Cic. Off. 3, 104 O fides Alma, apta pinnis, et iusiurandum Iouis: de Dea Fide, ſed pertinet tamen etiam ad virtutem. Ambigua, vid. AMBIGVVS. Ambulans male. Petron. c. 12. Caeſ. B. C. 3, 1 Quum fides tota Italia eſſet Anguſtior, neque creditae pecuniae ſoluerentur, etc. Vid. Ciacon. h. l. Bona fides, et Dolus malus, contraria Cic. in Topic. 66. Sed de Bona Fide plura dedimus in BONVS. Cana Virg. Aen. 1, 296. per Proſopopoeiam i. antiqua, qualis apud maiores. Certa ſegetis vid. n. 1. Clauda Sil. 13, 33. Contumax etiam aduerſus tormenta, ſeruorum fides Tacit. Hiſt. 1, 3. Difficillima eſt grauiſſimi cuiusque ſceleris fides Quinctil. 4, 3, 6. i. difficillime probatur et creditur. Dubia Ouid. Epiſt. 19, 200. Tacit. Hiſt. 4, 23 Et Fluxa ſeruitiorum fides, ac fortuita belli ſperabantur! Graeca fide mercari Plaut. Aſin. 1, 3, 47. i. praeſenti pecunia. Vid. Scal. Lect. Auſon. 2, 7. Voſſ. Inſtit. Oratt. 1 p. 186. Turn. 4, 13. et 12, 18. Illibata Firmic. in praef. 7. Incolumis Liu. 6, . . Impolluta Sil. 13, 679. Incorrupta fides, nudaque veritas Hor. Carm. 1, 24, 7. Integra Quinctil. 5, 7, 2. Liquida, vid. Liquidus in LIQVOR. Longa tenaxque Ouid. Amor. 2, 6, 14. Manifeſta Virg. Aen. 2, 309. omnibus iam pateſcit. Sic Liu. 6, 13 extr. Magna auium Ouid. Faſt. 4, 814. Magna cum fide Plaut. Trin. 4, 4, 3. Maxima rerum, verborumque fides tibi Virg. Aen. 9, 280. i. nihil tibi non arcani committam, nihil non agendum mandem. Mea fide, Vox intercedentis et pro alio ſpondentis. Plaut. Pſeud. 1, 3, 81 Fac hoc, quod te rogamus Ballio mea fide, ſi iſti formidas credere. Cic. in Piſon. 59 Quum accepta pecunia a Dyrrhachinis ob necem hoſpitis tui Platonis, eius ipſius domum euertiſti, cuius ſanguinem addixeras, eumque ſeruis ſymphoniacis et aliis muneribus acceptis, timentem et multum dubitantem confirmaſti, et Theſſalonicam fide Tua venire iuſſiſti. Idem Fam. 13, 29 Cures vt ſatisdetur fide mea. Mira fides! Stat. paſſim in admiratione. Vid. Sil. 4, 4, 81. et ibi Barth. Senſus eſt, res mira, ſed vera tamen. Add. n. 3 Miranda fides. Muliebris, vid. MVLIER. Nota fide celeberrimus Stat. Achil. 2, 61. Nuda, i. Non fucata Valer. Argon. 5, 498. Tacit. Hiſt. 5, 5 Et quia apud ipſos fides obſtinata, miſericordia in promtu, etc. Optima et ſpectatiſſima alicuius Cic. pro Flacc. 62. Parua, Perennis, Perpetua, vid. hh. vv. Prodiga arcani, perlucidior vitro Hor. Carm. 1, 18, 16. Prodigioſa Iuuen. Sat. 13, 62. Publica fides, quam promittit populus, qualis intelligitur Liu. 38, 33 pr. Quos nominatim Philopoemen depopoſcerat, ipſi ſe ituros profeſſi ſunt, fide accepta ab legatis, vim abfuturam, donec cauſam dixiſſent. Salluſt. in Catil. 48 Is quum ſe diceret indicaturum de coniuratione, ſi fides Publica data eſſet, iuſſus a Conſule, quae ſciret, edicere: eadem fere quae Vulturtius de itinere hoſtium, etc. Idem ib. 47, 1 Primo fingere, alia diſſimulare de coniuratione. Poſt, vbi fide Publica dicere iuſſus eſt, omnia, vti geſta erant, aperit. Idem Iug. 35 Comes eius qui Romam fide Publica venerat. Vid. Sall. Iug. 32 ſq.

32 *ſeq.* Cic. Catil. 3 c. 3. Pura Ouid. Amor. 1, 3, 6. *i. Simplex et incorrupta.* Rara, albo velata panno Hor. Carm. 1, 35, 21. *Proſopopoeia.* Sancta Sen. Octau. 7. Sincera Claud. in Epithal. Pallad. 92. Ouid. Amor. 2, 6, 14 Plena fuit vobis omni concordia vita: Et ſtetit ad finem longa Tenaxque fides. Stat fides, *quum integra et incorrupta manet: contra, violata* iacere *dicitur.* Timida Ouid. Met. 9, 791. Tuta nusquam Virg. Aen. 4, 373. Vana Virg. Aen. 4, 12. ¶ 3 *Verborum formulae:* Cic. pro Flac. 83 Ita ſcitote iudices, eſſe caetera, vel quod ait Luceius, L. Flaccum ſibi dare cupiſſe, vt a fide ſe Abduceret, ſeſtertiûm vicies. *vid* ABDVCO. Abiit fides, Abhorret a fide, Abrogare fidem, *vid hh. vv.* Tacit. Hiſt. 4, 60 Querente ſane ciuile, et increpante Germanos, tanquam fidem per ſe Abrumperent. Tacit. Hiſt. 2, 60 Et Vitellius credidit de perfidia, et fidem Abſoluit: *Credidit perfidiam fuiſſe, quod caſui tribuendum erat, et* fidem *Othoni praeſtitam, quae alioquin crimen erat apud Vitellium, imprudens* abſoluit. Liu. 38, 31 *extr.* Orarentque eum, vt veniret in Peloponneſum, ad vrbem Lacedaemonem in fidem ditionemque Populi Romani Accipiendam. Accepta fide, *vid.* Fide publica. Accipere aliquem in fidem ſuam, *i. tutelam* Cic. pro Arch. 31. Accipe daque fidem Virg. Aen. 8, 150. Acquirere fidem Cic. in Catil. 2, 18. Addictam pretio habere fidem, *vid.* ADDICO. Tacit. de German. 3 Ex ingenio ſuo quisque demat vel addat fidem. Addere fidem dictis Ouid. Epiſt. 21, 136. Adhibenda fides ſomniantium viſis non eſt Cic. de Diuin. 2, 122 c. 59. *Sed editur hodie* habenda. *Vid.* ADHIBEO. *Ita Recentiores v. c.* Sulp. Seuer. de Vita Mart. c. 1 *et* 11 *et* 23. *Sed* Plauto Rud. 4, 2 *idem eſt, quod* Vti fide, fidelem eſſe. *Vid. Vorſt.* de Lat. mer. ſuſp. p. 146. Adimere fidem, *vid.* ADIMO. Adiungere fidem et auctoritatem rebus commenticiis nullam debemus Cic. de Diuin. 2, 113. *vid.* ADIVNGO. Admittere fidem, *i. credere* Claud. in Eutrop. 2, 70. *Vid.* ADMITTO. Afferre fidem alicui rei, *pro Fidem facere, et facere, vt aliquis credat et exiſtimet.* Plin. 9, 18 Omnibus his fidem, Nili inundatio affert, omnia excedente miraculo. Afferre fidem dubiis Quinctil. 5, 10. Afferre fidem et auctoritatem oratori Cic. in Orat. 120. Affecta Tacit. Hiſt. 3, 65. *pro laeſa, non integra, quemadmodum* Liuius *dixit* res affectas 6, . . *Vid.* AFFECTVS. Afflicta Tacit. Hiſt. 1, 88 *eadem quae* Affecta. Vlpian. in l. quoties tutor §. ſicut autem D. de adminiſtratione et periculo tutorum, *etc.* Nec enim prohibentur tutores bonam fidem Agnoſcere. Alligare fidem iure iurando Sen. Troad. 611. Alternant ſpesque timorque fidem, *h. e. Variant credulitatem et incertam faciunt* Ouid. Epiſt. 6, 38. Appellet fides tantum auctores, *h. e. Fides ſit penes auctores* Plin. 28, 1. Aſtringere fidem ſuam, Promittere fidem, *inquit* Donatus: Ter. Eun. 1, 2, 22 Verum heus tu, lege hac tibi meam Aſtringo fidem. Quinctil. 6, 6 Matri, cuius filium premebat auctoritas, fidem Abſtulit. Capere in fidem deuictas bello nationes Cic. Off. 1, 35 c. 13. *Sed legitur* bis recipere. Capiunt vix fidem maiora monſtra veris, *i. Vix creduntur* Sen. Troad. 168. Carere fide, *vid.* CAREO. Carent fide verba Ouid. Epiſt. 2, 26. Ille Deûm fidem clamitans Apul. Met. 8 p. 209, 26. *i. teſtes illos aduocans.* Cogere fidem Sen. de Benef. 2, 15. Culta Valer. Argon. 1, 838. *Vid.* COLO. Commendare aliquem fidei alterius. *Vid.* COMMENDO. Cic. pro Flacc. 62 Optimae et ſpectatiſſimae fidei alicuius ſalutem vrbis et ciuium Commendare. Committere fidei alicuius, et eius poteſtati permittere Cic. pro Font. 30. Commiſſa ſunt iura fidei magiſtratuum Id. Off. 1, 124. Committere ſe in fidem, *vel* fidei alicuius, *vid.* COMMITTO. Commutare fidem pecunia, *vid.* COMMVTO. Concedere fide optima aliquid Cic. pro Roſc. Amer. 144. Id. pro L. Man. 19 c. 7 Tum quum in Aſia res magnas permulti amiſerunt, ſcimus Romae ſolutione impedita fidem Concidiſſe: *de his, qui iam verſuram facere non poſſunt.* Conferre ſe in fidem alicuius, *vid.* CONFERO. Cic. pro Roſc. Amer. 93 Nam quum multos veteres a maioribûs Roſcii patronos hoſpitesque haberent, omnes eos colere atque obſeruare deſtiterunt, ac ſe in Chryſogoni fidem ac clientelam Contulerunt, *i. in patrocinium.* Confirmat omnem ſibi fidem ſenſibus oratio noſtra, *i. incorruptis atque integris teſtibus* Cic. de Fin. 1, 71. *Oppoſita:* Quinct. 5, 7 Aliter enim oraculorum, aliter aruſpicum, augurum, coniectorum, mathematicorum fides Confirmari aut refelli poteſt. Confugere ad alicuius fidem, *vid.* CONFVGIO. Conſeruare fidem, *vid.* CONSERVO. Conſtitit fides, *Certum eſt et probatum* Colum. 3, 6 Sed vbi plurium velut emeritis annorum ſtipendiis fides ſurculo Conſtitit, nihil dubitandum eſt de fecunditate. Conſtringi fidem religione potius, quam veritate Graeci noluerunt Cic. pro Corn. Balb. 12. Idem pro Cael. 21 Ideo vobis quoque vos cauſam putare eſſe iuſtam, alieno dolori potius, quam veſtrae fidei Conſulendi, *i. iusiurandum iudiciale, et religionem ſeruandi:* conſcientiam *vulgo hic vocamus.* Conſumere fidem, *vid.* CONSVMO. Cic. pro Flacc. 46 c. 20 Pecuniam ſumſit mutuam a Sextio Sola, qui tamen Credidit P. Fuluii Veratii lectiſſimi hominis fide. *Gruter.* Fidei, *eadem ſententia.* Curare fidem ſuam, *vid.* CVRO. Debet fidem Quinct. 5, 10. *i. fidelis eſſe debet.* Liu. 34, 11 Potuiſſe ſe extra id periculum eſſe, ſi decedere fide, ſi coniurare cum caeteris voluiſſent. *vid.* DECEDO. Decipi fide alicuius ac potius perfidia Cic. pro Roſc. Amer. 110. Deficere eos fides nuper coepit, res iampridem Idem in Catil. 2, 10. *i. nemo iam credit illis pecuniam.* Demere fidem Tacit. de German. 3. Deme fidem in falſo crimine Ouid. Amor. 2, 2, 38. Derogare fidem Cic. pro Font. 13. Id. Philipp. 13, 42 c. 19 Omitto alia: fidem Dolabellae ſanctiſſimi viri Deſerere homo pius non poteſt, *i. a promiſſis illi datis diſcedere.* Quinctil. 5, 7 Per quae non a ſe tantum dictis Detrahat fidem, ſed caeteris quoque, qui profuerant, auferat auctoritatem. Diffidet a veri fide illa fama Ouid. Faſt. 3, 662. Ter. Eun. 5, 9, 30 Do fidem ita futurum, *i.* Iuro, confirmo, ſpondeo, *inquit* Donatus. *vid.* DO. Dare fidem alicui Cic. de Fin. 2, 65. Nulla fides, quae infideli Data ſit Idem Off. 3, 102. *Add.* Nep. 2, 8, 4. *et* 14, 10, 1. Dasque negasque fide ambigua Ouid. Amor. 2, 9, 50. Dare fidem et violare, et in ea non ſtare Cic. pro Rabir. perduel. reo 28. Idem Fam. 1, 9 Pompeii fides, quam de me Caeſari Dederat, *tanquam ſponſor, et fideiuſſor.* Cic. in Catil. 3, 8 Introduxi Vulturtium ſine Gallis: fidem ei publicam iuſſu Senatus Dedi: hortatus ſum, vt ea, quae ſciret, ſine timore indicaret: *promiſi impunitatem.* *Sed* Plin. Pan. 74, 3 Dabat vocibus noſtris fidem apud optimum principem, quod apud malos detrahebat. Dabat, *i. faciebat fidem: vt* Lucr. 5, 105 Dictis Dabit ipſa fidem res. Nunc quoque Dant verba plurima ſigna fidem Ouid. Faſt. 2, 20. Ducere fidem ex aliquo, *quod dicunt vulgo, probabilitatem accipere.* Lucr. 2, 478 Eligere fidem, *eſt Deponere apud hominem, quem fidelem cenſeas:* Calliſtratus in l. non intelligitur §. ſi quis palam D. de iure fiſci, Tacita autem fideicommiſſa frequenter ſic deteguntur, ſi proferatur chirographum, quo ſe cauiſſet is, cuius fides Eligitur, quod ad eum bonis defuncti peruenerit, reſtituturum. Emta Claudian. de Conſ. Hon. 4, 500. Eripere fidem alicui Ouid. Met. 15, 283. Exceſſitque fidem meritorum ſumma tuorum Idem Met. 7, 283. Paterc. 2, 56 *pr.* Caeſar omnium victor, regreſſus in vrbem (quod humanam excedat fidem) omnibus, qui contra ſe arma tulerant, ignouit. Exſoluere fidem Plin. Epiſt. 2, 12. Experiri fidem et beneuolentiam alicuius erga ſe Cic. Fam. 1, 5. Explorata fides et nota per tot vſus Stat. Silu. 3, 5, 44. Dictis captiuorum fides Exſtitit Liu. 10, 34 *extr.* Tacit. Ann. 12, 14 At ille moriturum potius, quam fidem Exueret, clamitans. Facere alicui fidem Nep. 17, 8, 3. *i. perſuadere.* Facere fidem cauſis ex ſua bonitate Quinctil. 6, 2. Facit aſpectus fidem iudicii ſui Cic. Acad. 4, 19. Non facit fidem nutus tuus Idem Att. 7, 8. Fac fidem te nihil niſi populi vtilitatem quaerere Cic. de L. Agr. 2, 22. Idem Philipp. 13, 42 *ex epiſtola Antonii,* Mihi quidem conſtat, nec meam contumeliam, nec meorum ferre: nec deſerere partes, quas Pompeius odiuit, nec veteranos ſedibus ſuis moueri pati, nec ſingulos ad cruciatum trahi, nec Fallere fidem, quam dedi Dolabellae. Fallere fidem hoſti datam Cic. Off. 1, 39. Tacit. de German. 39 Fides antiquitatis religione Firmatur. Frangere fidem, perfidioſum et nefarium eſt Cic. pro Roſc. Com. 16 c. 6. Ter. Eun. 1, 2, 59 Ait, ſi fidem Habeat, ſe iri praepoſitum tibi apud me. *Vbi* Donatus: Si fidem habeat, Si credere cogatur, *i.* Si credat. Vnde Fideiuſſor dicitur, *h. e.* Auctor credendi. Fides, *hic eſt argumentum et cauſa credendi.* *Add.* Nep. 2, 7, 2. Tacit. Ann. 13, 15 Vt proximus quisque Britannico, neque fas, neque fidem penſi Haberet, proviſum erat. Ter. Andr. 3, 4, 7 Propemodum Habeo iam tibi fidem. Cic. Verr. 5, 152. Habemus his fidem, quos plus intelligere quam nos arbitramur Cic. Off. 2, 33. Habenda etiam paruis fides Quinct. 2, 4. Plaut. Perſ. 5, 2, 8 Ita miſerum Toxilus me hîc conſtituit, qui ei fidem non Habui argenti, eo mihi eas machinas molitus eſt. Habere auctoritatem et fidem res dicitur Cic. pro Flacc. 21. Habuit res fidem, *i. credita eſt* Ouid. Met. 9, 705. Habet fidem Scribon. 122. *i. meretur, de medicamento.* Cic. Acad. 4, 53 Quaſi vero non ſpecie viſa iudicentur, quae fidem nullam Habebunt, ſublata veri et falſi nota. Quinctil. 4, 2 Ab aduerſario quoque, quia non eſt in negando Habiturus fidem. Haeſuraque mihi tempus in omne fide Ouid. Triſt. 3, 4, 36. *i. cuius non obliuiſcar.* Imminuere auctoritatem et fidem alicuius Cic. de Orat. 2, 156. Impulit me fides eius in eam mentem Idem Fam. 1, 9. Plin. 10, 49 Nec Sirenes Impetraverint fidem, licet affirmet Dino, Clitarchi celebrati auctoris pater, in India eſſe, mulcerique, *etc. i. non credetur, eſſe Sirenes.* Implere fidem peractae mortis Plin. Epiſt. 3, 14. Impleſſe fidem ominis videbantur Tacit. Hiſt. 2, 78. Implorare fidem alicuius, *i. auxilium:* Ter. Adelph. 3, 4, 43 Illaec fidem nunc veſtram Implorat, Demea. Hirt. Bell. Afr. 26. Liu. 31, 7 *pr.* Si Saguntinis obſeſſis, fidemque noſtram Implorantibus impigre tuliſſemus opem. Idem 2, 23. *Add.* Stat. *apud* Cic. de Natur. Deor. 1 c. 6 *pr.* Implorare fidem alicuius in aliquo negotio, *vid.* IMPLORO. Implorare fidem Quiritium Liu. 2, 23. Cic. Att. 15, 26 Ille tamen dolet, dubitans vtrum morem gerat Leptae, an fidem Infirmet Silio. Infirmare fidem teſtis apud iudicem, *vid. h. v. ſub* INFIRMVS. Inſpicienda fides duro tempore Ouid. Triſt. 1, 4, 25. Idem Epiſt. 17, 130 Tarda ſolet magnis rebus Ineſſe fides. Cic. de Clar. Orat. 89 Quae quidem vis tum maxime cognita eſt, cum Luſitanis a Ser. Galba Praet. contra Interpoſitam, vt exiſtimabatur, fidem, interfectis. *vid.* INTERPONO. *Conf.* Cic. pro Roſc. Amer. c. 39. Salluſt. in Iugurth. c. 32 *pr.* Haec atque alia huiuſcemodi ſaepe dicendo, C. Memmius Popul. Roman. perſuadet, vti L. Caſſius, qui tum Praetor erat, ad Iugurtham mitteretur, eumque Interpoſita fide publica Romam duceret. Inuocans nequidquam paſtorum fidem, *i. auxilium* Liu. 1, 7. Vlpianus in l. vbi autem, D. de verborum obligation. Paullus, Si filiusfamilias ita ſtipulatus fuerit, Quantam pecuniam Titio credidero, fide tua eſſe Iubes? Idem in l. Graece 8 §. ſi quis Stichum 8 D. de fideiuſſoribus, Si quis Stichum ſtipulatus, fideiuſſorem ita acceperit: Stichum aut decem fide tua iubes? *intell.* eſſe, *aut* me. Labefactare fidem Suet. in Veſpaſ. c. 4. *Add.* Liu. 6, 11 *extr.* Qui fidem Laedit, oppugnat omnium commune praeſidium Cic. pro S. Roſc. c. 38. Leuant multa fidem promiſſa, *i. eleuant et imminuunt, Multa promittentibus non habetur fides* Horat. Epiſt. 2, 2, 10. Cic. pro Flacc. 46 c. 20 Ipſe tamen Fuſiis ſatisfacit abſentibus, et fidem ſuam Liberat. *Vid.* Vlpian. in l. ſi vero D. mandati. Locare in fide alicuius ciuitatem Cic. Att. 6, 1. Mandare quippiam fidei alicuius, *vid. in* MANDO. Cic. Verr. 5, 82 Si ciuis Rom. dignus iſto negotio nemo fuit, quid ciuitates, quae in amicitia fideque Pop. Rom. perpetuo Manſerant? *vid.* MANEO. Manere in fide, *et* Frangere foedus, *contraria* Cic. pro Domo 66. Mercari Graeca fide, *vid.* n. 2. Quinctil. 9, 2 Nec Meretur fidem, qui ſententiolae gratia iurat. Meruit fidem vetuſtas Lucan. 3, 406. Minuere fidem alicuius Quinctil. 5, 7. Miranda fides Stat. Silu. 1, 3, 20. *vt* Mira fides, n. 2. Mouere fidem acceptam parce Ouid. Faſt. 4, 204. Mutare fidem, *Pactum reſcindere, et violare promiſſum* Salluſt. in Iugurtha . . . *vid.* MVTO. Mutare fidem cum altero Ter. Phorm. 3, 2, 27. *i. non ſtare contractu.* Negata magnis ſceleribus ſemper fides Senec. Hippol. ſ. 2 *non facile credita.* Nouauit fidem mutata fortuna Virg. Aen. 5, 604. Liu. 22, 22 Vult ſibi quisque credi, et habita fides ipſam plerumque Obligat fidem, *i. cui ſemel credidimus, illi credere pergimus.* *vid.* OBLIGO. Obſtringere fidem ſuam Plin. 7, 13. Liu. . . . Haec ſimul iurgans, querensque, deûm, hominumque fidem Obteſtans. Pacta Ouid. Epiſt. 6, 41. Quae ſcelere Pacta eſt, ſcelere rumpetur fides Sen. Med. v. 55. Quinctil. 9, 4 Perdidiſſet gratiam ſimplicis atque inaffectati coloris, Perdidiſſet fidem quoque. Plaut. Pſeud. 1, 3, 142 Si tu argentum attuleris, cum illo Perdiderim fidem, *i. diſcedam a contractu.* Perit fides, *vid.* PEREO. Perſpicere fidem, *vid.* PERSPICIO. Petere, et dare fidem pacis Ouid. Met. 3, 128. Porrigere fidem, et ſpem ſalutis ſupplici oſtendere Cic. Verr. 5, 252. Praebere fidem alieni Nep. 25, 4, 4. Praeſtare fidem Cic. de Diuin. 2, 78. Vlpian. in l. ita autem §. Iulianus D. de adminiſtratione et periculo tutorum, Et ait Iulianus, tutores niſi bonam fidem in adminiſtratione Praeſtiterint, damnari debere. Praeſtare fidem alicui Ouid. Faſt. 3, 497. Praeſtruere ſibi fidem Liu. 28, 42. *vid.* PRAESTRVO. Priuare fide aliquem Stat. Theb. 2, 425. Prodere fidem Propert. 4, 4, 87. Prodere com-

commiſſa fidei Horat. Serm. 1, 3, 95. Promiſſa fides venturi Stat. Theb. 6, 933 *certum prodigiis denuntiatum. Vid. Barth. ad h. l.* Pugnat hinc fides, illinc fraudatio, *contraria* Cic. in Catil. 2, 25. Recipere fidem de aliquo, et eam ſeruare Idem Att. 2, 22. Recipere aliquem in fidem ſuam, et commendatum habere Cic. Attic. 15, 15. Redde nunc pactam fidem, *i. ſta promiſſis* Senec. Hippol. ſ. 8. Renouata Lucan. 4, 204. Reſignare fidem tabularum, *irritam reddere* Cic. pro Arch. 9. Rupiſſent elementa fidem *foedus illud aeternum, quo velut deuincta ſunt diuinitus* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 43. Sacrata coniugii Senec. Agam. ſ. 2. Sequi bona fide aliquid Cic. Att. 6, 1. Sequitur verba fides Ouid. Faſt. 1, 357. Vlpianus in l. 1 De reb. cred. Omnes enim contractus, quos alienam fidem Sequuti inſtituimus, complectitur. *Eſt etiam exemplum in* l. 2 C. de bonis auctoritate iud. poſſid. Plaut. Trin. 4, 3, 41 Male fidem Seruando, illis quoque abrogant etiam fidem, qui nihil meriti. Virgil. Aen. 2, 161. Seruare veritatis fidem Quinctil. 3, 8. Seruare in aliqua re fidem Cic. in Vatin. 15. Seruanda cum hoſte ſaepe iusiurandi fides Idem Off. 3, 100. Solicitare donis pudicam fidem Ouid. Met. 7, 720. Soluta fides morte Idem Epiſt. 10, 78. Spondeo fide mea futurum, vt omnia longe ampliora, quam a me praedicantur, inuenias Plin. Epiſt. 1, 14. Spondere fidem Ouid. Met. 10, 395. Stare in fide Cic. pro Rabir. 28. Stat fides, *vid. paullo ante* Tenax fides. Sum : Ter. Phorm. 5, 7, 11 Adhuc curaui vnum hoc quidem, vt mihi eſſet fides. Fides illi nuntianti fuit Liu. 1, 16 *extr.* (Si qua fides eſt) Scribon. Peror. Haec eſt fides ? Sueton. Ner. c. 49 *exprobratio in deſerentes.* Fide nulla es : *h. e. fidem ſaepe mutas, neque praeſtas, quod polliceris* Plaut. Mil. 20. *vid.* NVLLVS. Sumere fide alicuius : *ſubaud.* Argentum, *i. non ſua, ſed aliena cautione* Cic. pro Flacc. 85. *Conf.* Salluſt. Catil. 24, 1. Tacit. Ann. 3, 16 Sed fide, ac virtute legatos, ſe conſiliis Superfuiſſe, *h. e. viciſſe.* Cic. pro Rabir. Poſt. 4 Nec interea locupletare amicos vnquam ſuos deſtitit, mittere in negotium, dare partes, augere, fide Suſtentare, *i. ſponſione.* Tenere fidem Cic. Philipp. 13, 27. Tentare fidem polliciti Ouid. Met. 11, 107. Tollere fidem, *vid.* TOLLO. Tribuere fidem teſtimonio alicuius Cic. pro Sulla 10. Tribuere fidem rebus, *i. auctoritatem* Idem de Diuin. 1, 5. Tueri fidem ſuam, *eſt Seruare illaeſam famam locupletis debitoris* Cic. Att. 11, 2. Idem 11, 1 Ego in ciſtophoro in Aſia habeo ad ſeſtertiûm bis et vicies, huius pecuniae permutatione fidem noſtram facile Tuebere : *nimirum praeſtando, quod promiſi.* Fides *enim verbum eſt proprium debitorum, et ſaepe cum verbis translatis apte coniungitur, vt apud* Caeſ. B. C. 3 *pr.* Quum fides tota Italia eſſet anguſtior, neque creditae pecuniae ſoluerentur. Turbata Claudian. in Conſ. Honor. 3, 63. Vacillat fides teſtium, *vid.* VACILLO. Vendere fidem gemmis Tibull. 1, 9, 32. Venit prona cupidis in ſua vota fides Ouid. de Arte Am. 3, 674. Venire fide publica Salluſt. Iugurth. c. 32. Violare fidem Lucret. 2, 465. Cic. pro Roſc. Amer. 111. Vti fide alicuius, *vid.* VTOR. ¶ 4 Fides, *Dea: a Romanis culta.* Ennius *apud* Cic. Off. 3, 104 c. 29 O Fides alma apta pennis, et iusiurandum Iouis. — Quam in Capitolio vicinam Iouis O. M. maiores noſtri eſſe voluerunt. Liu. 1, 21 Fidei ſollemne inſtituit : ad id ſacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi iuſſit, manuque ad digitos vsque inuoluta rem diuinam facere : ſignificantes fidem tutandam, ſedemque eius etiam in dextris ſacratam eſſe. Cic. de Natur. Deor. c. 23 *ait* proxime a M. Aemilio Scauro ; ante autem ab Atilio Calatino erat Fides conſecrata. Seruius *in* Aeneid. 1, 296. *et* 8, 636 Fidei albo panno inuoluta, vel velata manu ſacrificabatur : per quod oſtendebatur, Fidem debere eſſe tectam, et ſecretam : *unde* Horat. (Carm. 1, 35, 21 ſq.) — Et albo, rara Fides colitur Velata panno. Acron *vero*, Albo panno, *ait*, caput velaſſe eos, qui Fidei ſacrificarent. Iuſtitiae ſoror incorrupta Horat. Od. 1, 24, 6. *Add.* Carm. Saec. 56 ſq. *Plura vid. apud* Varron. de L. L. 4, 10 p. 20, 30. Sancta *vocatur epitheto ſollemni : vid. Drakenborch. ad* Sil. 2, 479.

FIDEICOMMITTO, ĕre. *Interdum vno verbo coniunctim legitur. Alterius fidei praeſtandum aliquid demandare.* Tertull. de Praeſcr. adu. Haer. c. 37 Sicut Apoſtoli cauerunt, ſicut fideicommiſerunt, ſicut adiurauerunt, ita teneo.

FIDEICOMMISSVS, a, um. Adi. [πεπιστευμένος] Libertas fideicommiſſa, *i. fideicommiſſo relicta.* Vlpianus in l. Titius D. de actionibus emti, Titius quum decederet, Seiae Stichum, Pamphilum, Areſcuſam per fideicommiſſum reliquit : eiusque fidei commiſit, vt omnes ad libertatem poſt annum perduceret, *etc.* Heres eadem mancipia Sempronio vendidit, nulla commemoratione fideicommiſſae libertatis facta, *etc.*

FIDEICOMMISSVM, i. n. [πεπιστευμένον] Species eſt diſpoſitionis vltimae alicuius voluntatis : qua precatur heredem aut alium dare, aut facere aliquid, quod nunc per omnia legato exaequatum eſt Vlpian. in l. 1 D. de Legat. 1. Petere fideicommiſſum Quinct. 3, 6. *Conf.* Sueton. Claudian. 23, 2. Fideicommiſſorum, *alia* ſingularia *ſunt, alia* vniuerſalia : Singularia *ſunt, quae ſingularum rerum fiunt, veluti, Rogo te heres, vt fundum illum Sempronio reddas, reſtituas.* Vniuerſalia *vero, totius hereditatis, veluti, Peto a te, vt hereditatem illi meam reſtituas. Vid. ICti, et in his Briſſon. de Form.* 7 *p. 669.* *Disiuncte* Hor. Serm. 1, 3, 94 — ſi furtum fecerit, aut ſi Prodiderit commiſſa fide. *Vbi* Fide, *pro* Fidei *dixit antique.*

FIDEICOMMISSARIVS, i. m. *Cui fideicommiſſum relictum eſt.* Vlpian. de Legat. 3 l. fideicommiſſa, Paullatim igitur admittemus, et ſi ex parte pecuniae rem comparauit, quam non hoc anno exegit, vt fideicommiſſarium priuaret fideicommiſſo, poſſe adhuc fideicommiſſi petitionem ſupereſſe.

FIDEICOMMISSARIVS, a, um. Adi. Hereditas l. 77 §. 24 D. de Legat. 2. Verba l. 29 D. ad SCt. Trebell.

FIDEDICTOR, ōris. m. *Idem, qui Fideiuſſor.* Auguſtin. Epiſt. 23 ad Boniſac. Quando ad Baptiſmum offeruntur, pro eis parentes, tanquam fidedictores reſpondent. *al.* Spondent.

FIDEIVBEO, ēre. [ἐγγυῶμαι] *Pro alio ſpondere, et fidem ſuam interponere.* Vlpianus in l. ſi dubitet §. filiusfamiliâs D. de fideiuſſoribus, Filiusfamiliâs pro patre poterit fideiubere, nec erit ſine effectu haec fideiuſſio. Idem in l. 1 D. de ſolutionibus. Paullus in l. de die, in princ. D. qui ſatisdare cogantur, Sed nec miles, nec minor vigintiquinque annis probandi ſunt : niſi hae perſonae in rem ſuam fideiubeant, vt pro ſuo procuratore. *Vid. Briſſon. p. 574. Salmaſ. de modo vſur. c. 16.*

FIDEIVSSIO, ōnis. f. [ἐγγύη] Iabolenus in l. ſed etſi D. de fideiuſſoribus, Quum ſeruus fideiuſſionis nomine obligari non poſſit,

FIDEIVSSOR, ōris. m. [ἐγγυητὴς, ἀνάδοχος] Auctor credendi, *inquit*, Donatus *ad* Ter. Eun. 1, 2, 59. *i. alium aliquid daturum, facturumue ſua fide, ſuoque periculo promittens. Eſt totus* Titulus Digeſtorum de Fideiuſſoribus, *vbi v. g.* Vlpian. l. Graece, Si quis Stichum ſtipulatus, fideiuſſorem ita acceperit, Stichum aut decem fide tua iubes ? *Add.* Tit. de fideiuſſoribus et nominatoribus et heredibus tutorum et curatorum. *Eius compoſitum* Confideiuſſor, *vid. ſuo loco.* Fideiuſſores aſſidui, *vid.* ASSIDVVS. Fideiuſſor, *Iuriſconſultis dicitur, Qui fide ac periculo ſuo ſuadet, vt id, de quo agitur, fiat, quoniam eius euentum praeſtat, vt* l. Lucius D. de fideiuſſ. Peto, des ei numos, ſide ac periculo meo. *Itaque quum has paſſim formulas legimus*, Stichum aut decem fide tua iubes ? Quantam pecuniam credidero, fide tua eſſe iubes, *et ſimiles, ſubauditur perpetuo*, Iſti credita. *Nam* Iubere, *pro Velle, ſuadere, cupere, hic vſurpatur, vt veteres in his locutionibus annotarunt*, Iubeo te ſaluere : Iubeo te bono animo eſſe, *etc. Ex Hotomano. Vid.* Macrob. Sat. 5, 19 *quem damus in* PALICI.

FIDEIVSSORIVS, a, um. Adi. Papinian. in l. tribus D. de vſufruct. earum rerum, quae vſu conſu. Si coheredes ex cauſa fideiuſſoria conuenirentur. Obligatio fideiuſſoria l. 50 ff. de Fideiuſſ.

FIDEIPROMISSOR, ōris. m. Gloſſ. Lat. Gr. Fideipromiſſor, πιστικελεύστης.

FĪDO, fiſus ſum, ĕre. [θαῤῥέω, πέποιθα] *Fidem habere; credere, ſpem ponere.* Plin. Epiſt. 8, 21, 4 Ita ſolemus, qui ingenio parum fidimus, ſatietatis periculum fugere. Virgil. Aen. 9, 378 Et fidere nocti. *Vid.* Seru. *ad* Aen. 7, 290. *et* 1, 456. *et* 5, 800 *qui Datiuum modo regere, affirmat. Sed tamen* Aen. 7, 290 Moliri iam tecta videt, iam fidere terra : *placet* Priſciano 18 p. 1185 *extr. qui nempe vtrumque caſum probat, quod verius eſt. Ipſe* Seru. *ad* Aen. 11, 351 Dum Troïa tentat Caſtra, ſugae fidens, Fugae, *inquit*, figurate dixit, pro Fuga fidens. Curſu Ouid. Met. 7, 545. Pecunia Nep. 6, 3, 5. Victoria Idem 12, 1, 2. *Conf.* Cic. Acad. 4 c. 20. *Et* de Natur. Deor. 2 c. 41. Fidebo, ſuturum antiquum, *teſte* Nonio 10, 36 Naeuii teſtimonium citante, *vbi oit*, Tibi quum fidebo, fidelis ero. *Sed Merc.* Viuebo.

FIDENS, entis. Partic. [θαῤῥῶν, θαῤῥαλέος] Cic. de Nat. D. 1, 93 c. 33 Iſtisne fidentes ſomniis, non modo Epicurus et Metrodorus, et Hermachus, contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt, *etc.* Idem Att. 10, 7 Iſtum enim victorem magis relinquendum puto, quam victum ; et dubitantem magis, quam fidentem ſuis rebus. Cic. Tuſcul. 3, 14 Qui fortis eſt, idem eſt fidens, quoniam confidens mala conſuetudine loquendi in vitio ponitur ; ductum verbum a confidendo, quod laudis eſt. Qui autem eſt fidens, is profecto non extimeſcit. Animus prudentia conſilioque fidens Cic. Off. 1, 81 c. 23. Animo fidenti gradi ad mortem Idem Tuſc. 1, 110 c. 46. Brachiis iuuentus fidens Horat. Carm. 3, 4, 50. Fuga fidens Parthus Virgil. Georg. 3, 31. Puer bene ſibi fidens Cic. Att. 6, 6. Praeſidio fidens Horat. Epiſt. 1, 19; 81. Voce fidenti loqui Cic. de Diuin. 2, 64. *ex Poëta.* Animi fidens Virg. Aen. 2, 61. *Compar.* Apul. Met. 5 *pr.* Pſyche paullo fidentior intra limen ſeſe facit. Ammian. 16, 31 Romanus fidentior. *Superl.* Id. 27, 24 Fidentiſſimo impetu.

FIDENTER. Adu. [θαῤῥαλέως] *h. e. Tuto et cum fiducia.* Cic. de Orat. 2, 80 Tum ille fidenter homo peritiſſimus confirmare, *etc.* *Contraria* : Cic. de Diuin. 2, 67 c. 31 Timide fortaſſe ſignifer euellebat, quod fidenter infixerat. Fidenter Accedere Apul. Met. 2. Agere Cic. Acad. 4, 24. *Et* de Fin. 2, 21 c. 7 At ille non pertimuit ſaneque fidenter, iſtis quidem ipſis verbis, inquit. *Compar.* Fidentius ſcribere alicui Cic. Attic. 6, 1. *Superl.* Ammian. 17, 2 Auſi omnes accedere fidentiſſime. Id. 19, 8 Dimicantes fidentiſſime. Auguſtin. de Vera Rel. c. 3 *pr.* Fidentiſſime dixerim.

FIDENTIA, ae. f. [θάῤῥος, πεποιθία] Cic. Tuſcul. 4, 80 c. 37 Et ſi fidentia, id eſt firma animi confiſio, ſcientia quaedam eſt et opinio grauis, non temere aſſentiens ; metus quoque eſt diffidentia expectati et impendentis mali. Idem de Inuent. 2, 162 c. 54 Fidentia eſt per quam magnis et honeſtis in rebus multum ipſe animus in ſe fiduciae certa cum ſpe collocauit.

FIDĒLIS, e. Adi. [πιστὸς, εὔορκος] *Cui fides tuto adhiberi poteſt; vel Qui fidem ſeruat.* Plaut. Capt. 2, 3, 79 Fac fidelis ſis fideli, caue fidem fluxam geras. Cic. Fam. 4, 1 Aut ſi quem tuorum fidelium voles, ad me mittas. Ad vetuſtatem fidelis, *vid.* AD *Praep.* In amicitiis fidelis Cic. de Fin. 2, 81. In amicis Salluſt. Cat. 9. Imperio fidelis Cic. de Aruſp. Reſp. 29. Officiis fidelis Idem Verr. 3, . . Pice fidelior explendis rimis Plin. 16, 36. ¶ 2 *Subſtantiua :* Ager, *vid. mox* Doctrina. Amicitia fidelis Cic. de Amic. 54. Animo fideli et clementi in aliquem eſſe Ter. Hec. 3, 5, 22. Animo fideli in dominum ſeruus Cic. pro Milon. 29 c. 10. Ars, *vid. mox* Doctrina. Auxilia fideliſſima Idem ad Brut. 16. Beneuolentia Cic. Fam. 9, 16. Comprehenſio fidelis et vera Idem Acad. 4, 401. Coniux Ouid. in Ibin 356. Coniux fideliſſima Cic. Q. Fratr. 1, 3. Conſilium fidele dare Idem pro Cluent. 85. Cura fidelior Ouid. de Arte Am. 1, 555. Deſideriis icta fidelibus Horat. Carm. 4, 5, 15. Doctrina, Domus, et Ars, et Ager etiam fidelis dici poteſt Cic. Fam. 16, 17. Familiaritates Graecorum parum fideles Idem Q. Fratr. 1, 1. Gratia fideliſſima mihi coniunctus homo Cic. pro Milon. 76 c. 27. Intentio fidelis, *pro Seria:* Senec. Epiſt. 72 Si quidquam ex ſtudio, et fideli Intentione laxauerint, retro eundum eſt. Lacrimae Ouid. Epiſt. 13, 127. Medicus Horat. Serm. 2, 3, 147. Mente fideli caſta ſis Tibull. 1, 6, 75. Monitus fidelis Ouid. Met. 13, 722. Oculis ſubiecta fidelibus Hor. in Arte Poët. 181. Plaut. Perſ. 1, 1, 49 Obſecro te, reſecroque, Operam da hanc mihi fidelem. Pax Ouid. ex Pont. 4, 9, 77. Seruus egregie Cic. Q. Fratr. 1, 1. Silentium Horat. Carm. 3, 2, 25. Socii fideliores Cic. Att. 5, 18. Socius fideliſſimus Idem pro Font. 3. Tellus fidelis ſiluis Corn. Seu. Aetna 263. ¶ 3 *Obſſ.* Fideles, *Subſtantiue, ſerui miniſtrique appellantur.* Cic. Fam. 4, 1 Si quem tuorum fidelium velis ad me mittas. Vet. Gloſſ. Fidelis, πιστὸς δοῦλος. *Conf. Taubm. ad* Plaut. p. 263 v. 79. Plaut. Mil. 2, 4, 55 Nae te edepol ſtultitia tua paene perdidit : dum te fidelem facere hero voluiſti, paene abſumtus es. Nemo credit ei, niſi quem fidelem putat Cic. pro Roſc. Amer. 112. De Seruis quem habuiſſet fideliſſimum Nep. 2, 4, 3. Fidelis, *Eccleſiaſtice dicitur, Qui Chriſtianus eſt factus. Vid.* Prudent. Periſt. 2, 443. *et* 5, 334. Fidele, *pro* Fideliter Idem Romano 426 Nunquam pro — principis cohortibus Aliter precabor, quam fidele vt militent. Non. 11, 25 Fidele pro fideliter : et laudat Plaut. Capt. Fac fidele, caue fidem fluxam feras. *Locus eſt forte idem, quem ex* 2, 3, 79 *dedimus* n. 1 *pr.*

FIDELĬTAS, ātis. f. [τὸ πιστόν] *Fides, virtus fidelium.* Cic.

Q. Fratr. 1, 2 Quibus in rebus etiam ſi fidelitas ſumma eſt, quod prorſus credo, *etc.* *Sic* Verr. 3, . . Tanta auctoritas eſt in eorum hominum fidelitate. Erga patriam fidelitas Cic. Fam. 10, 17. Operam et fidelitatem alicuius deſiderare Idem Fam. 16, 11. Fidelitate et beneuolentia alicui ſatisfacere Cic. Fam. 13, 21. Amicorum fidelitate ſeruata alicuius vita Idem pro Planc. 71 c. 29 *extr.* Plin. Pan. 67, 2 Nec verendum eſt, ne incautos putet, ſi fidelitate temporum conſtanter vtamur, *i. credamus, fideliter, bona fide nobiſcum agere principem.*

FIDELĪTER. Adu. [πιστῶς] *Aeque et iuſte.* Cic. Offic. 1, 92 Haec praeſcripta ſeruantem licet grauiter, magnifice, animoſeque viuere, atque etiam ſimpliciter, fideliter, et vitae hominum amice. Continere fidelius Quinctil. 10, 3 *pr.* Curare fideliter merces alicui Cic. Att. 15, 20. Diſcere fideliter artes Ouid. ex Pont. 2, 9, 47. Inaurato ibi fideliſſime ſimulacro Plin. 33, 3. Cic. Fam. 16, 17 Sed heus tu, qui κανὼν eſſe meorum ſcriptorum ſoles, vnde illud tam ἄκυρον, Valetudini fideliter inſeruiendo? vnde in iſtum locum *fideliter* venit? Cui verbo domicilium proprium eſt in officio: migrationes in alienum multae. Nam et Doctrina et Domus, et Ars, et Ager etiam fidelis dici poteſt, vt ſit, quomodo Theophraſto placet, verecunda translatio. Monere aliquem fideliter Ouid. Epiſt. 15, 67. Quo fidelius ad te literae Perferantur Cic. Fam. 2, 12. Permanere conſtanter et fideliter in amicitia Populi Romani Liu. 33, 35. Horat. Epiſt. 1, 19, 70 Nec Retinent patulae commiſſa fideliter aures. Seruire alicui fidelius Ouid. Met. 7, 563. Valere fidelius conſtantiusque Gell. 17, 12. Fideliſſime narrare Plin. Paneg. c. 56.

FIDVS, a, um. Adi. [πιστὸς] *Idem, qui fidelis, fide dignus.* Plin. in Paneg. 79. Virgil. Aen. 2, 281 — Spes ô fidiſſima Teucrûm. Cic. de Amic. 53 Quos fidos amicos habuiſſet, quosque infidos. Amicitiam non fidam futuram putabat Nep. 14, 8, 6. Amicus Catul. 99, 1. Liu. 25, 15 Quo vbi ventum eſt, coorti cum clamore equites, propere inconditam Thurinorum turbam, nec ſatis fido Animo vnde pugnabat ſtantem, extemplo in fugam auerterunt. Aures Ouid. Met. 10, 382. Coniux fidiſſima Idem ex Ponto 1, 4, 45. Cultor fidiſſimus imperii Romani Liu. 26, 32. Cuſtos fidiſſima Ouid. Faſt. 5, 45. Cic. de Fin. 2, . . Ineſt ad humanam ſocietatem iuſtitiae fida cuſtodia. *Sic* de Natur. Deor. 2, 158. Domus Ouid. Triſt. 1, 3, 64. Enſis Virgil. Aen. 6, 524. Familiaritas Cic. Off. 2, 30. Interpres Horat. de Arte Poët. 133. Medicus Id. Epiſt. 1, 8, 9. Miniſter Ouid. Met. 2, 837. Pax fida Romanis fuit cum Porſena Liu. 2, 15 *extr.* Pectora Ouid. Met. 9, 249. Seruus fidiſſimus domino Liu. 33, 28 *extr.* Silentia Virg. Aen. 3, 112. Sodalis Ouid. de Arte Am. 1, 752. Tacit. Ann. 5, 8 Quaſi fidiſſimum ad Subſidium perſugiſſet. Terra Ouid. Met. 5, 491. Vxor fidiſſima Cic. Fam. 14, 4. *Compar.* Iuſtin. 16, 5, 2 Vt eos ſibi fidiores redderet. *Superlat.* Fidiſſimi noſtris rebus Hirt. B. Afr. c. 79.

FIDVSTVS, a, um. Adi. *A* Fidus; *vt a* Vetus, Vetuſtus. Feſt.

FIDE, iſſime. Adu. [πιστῶς] Cic. Fam. 2, 16 Nec me iſta terrent, quae mihi a te ad timorem fidiſſime atque amantiſſime proponuntur.

FIDĀMEN, ĭnis. n. *pro Fiducia, apud* Tertull. Carm. ad Senat. 83 Corrige delictum fidamine.

FIDVCIA, ae. f. [πεποίθησις, πεποιθία] *Conſtantia fidem habentis: In bonum fere ſemper accipitur, quamuis aliquando in malum.* Cum fiducia Scribon. 118. Plin. Epiſt. vlt. ſ. 10, 122 Merito habuiſti Secunde cariſſime, fiduciam animi mei. Plaut. Bacch. 3, 3, 9 Nunc propter te, tuamque prauos factu'ſt fiduciam, *quia tuis aſſentationibus credit. Et* de Natur. Deor. 3, 74. Forma fiducia decipit Ouid. Met. 8, 435. Iuris fiducia Quinctil. 4, 2. Minimae fiduciae exercitus, *Cui parum fiditur* Liu. 8, 8. Fiducia mea, *h. e. meo periculo:* Plaut. Poen. 5, 4, 39 Mea fiducia hercle haruſpex patruelis promiſit ſcio libertatem: quia me ſcit hanc amare. Fiducia mei, *Idem* Plin. Epiſt. 4 penult. Virgil. Aen. 8, 395 — Fiducia ceſſit Quo tibi diua mei? Liu. 25, 37 Mirabundique vnde tot hoſtes tam ſubito exorti prope deleto exercitu forent, vnde tanta audacia, tanta fiducia ſui victis ac fugatis, *etc.* Qua fiducia id facere audeam, nec quid me nunc faciam ſcio Ter. Andr. 3, 5, 7. Virgil. Aen. 1, 136 Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri. Idem Aen. 9, 188 Cernis, quae Rutulos habeat fiducia rerum. Fiducia, pro crimine et audacia apud veteres Seru. *ad* Aen. 2, 61. Non. 4, 205 *laudat* Salluſt. 2 Ita fiducia quam argumentis purgatiores dimittuntur. ¶ 2 *Epitheta et Verba:* Audax Stat. Theb. 6, 393. Falſa formae Propert. 3, 24, 1. Magna fiducia Scribon. 118. Mendax Ouid. ex Pont. 2, 4, 31. Mutua inter ſe, *vid.* MVTVVM. Nimia fiducia quantae calamitati ſoleat eſſe Nep. 16, 3, 1. Tenuis in volucri fiducia curſu Stat. Theb. 5, 167. Vana pedum Ouid. Met. 10, 120. Addere fiduciam alicui, *vid.* ADDO. Afferre fiduciam, *vid.* AFFERO. Fraudare quempiam per rationem fiduciae Cic. pro Caecin. 7. Habere orationis fiduciam Quinctil. 2, 15. Idem 4, 1 Aduerſarius enim fiduciam partis ſuae iactat. Pallens Stat. Theb. 6, 393. Prae ſe ferre fiduciam Quinctil. 5, 13. Stabilis beneuolentiae fiducia in vita tyrannorum eſſe non poteſt Cic. de Amic. 2. Tangit fallax animum fiducia Ouid. Met. 11, 430. Fiducia in virtute alterius, *Exiſtimatio, quam de fide et virtute alterius habemus.* Liu. 24, 5 *extr.* Conſciorum nemo, quum diu ſocius conſilii torqueretur, aut latuit, aut fugit: tantum illis in virtute ac fide Theodori fiduciae fuit, tantumque ipſi Theodoro virium ad arcana occultanda. Facere fiducia alicuius, quod facimus Cic. Verr. 5, 175. Alicuius fiducia ſpoliare prouinciam Idem Verr. Act. 1, 40. Fiduciam eam diligentiae tibi habeo, vt credam te omni ratione id acturum, ne ſint obnoxii iniuriis Plin. Epiſt. 10, 82, 2. Fiducia *a* Spe *differt, vt maior et certior.* Senec. Epiſt. 16 Iam de te ſpem habeo nondum fiduciam. ¶ 3 Fiducia *eſt contractus, quo creditur alteri ſine teſtibus, ſine certa formula, ſine ſtipulatione, quod ille ſola honeſtate ductus, reddat, praeſtet, quae in fictis praeſertim mancipationibus interponebatur.* Cic. pro Roſc. Com. 16 c. 6 Si qua ſunt priuata iudicia ſummae exiſtimationis, et paene dicam capitis, tria haec ſunt, Fiduciae, Tutelae, Societatis. Aeque enim perfidioſum et nefarium eſt, fidem frangere, quae continet vitam, *etc.* Idem Offic. 3, 70 c. 17 Fidei bonae nomen Scaeuola exiſtimabat manare latiſſime, idque verſari in tutelis, ſocietatibus, fiduciis, mandatis, *etc. Similia* pro Caecin. 7 c. 3. *et* de Natur. Deor. 3, 74 c. 30. Cic. in Topic. 42 c. 10 Si tutor fidem praeſtare debet, ſi ſocius, ſi cui mandaris, ſi qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. Boëthius in quarto commentario Topicorum p. 813 Fiduciam accepiſſe dicitur cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, vt mancipanti aliquando remancipet. Veluti ſi quis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, reddituro quum tempus illud dubium praeterierit. Cic. pro Flacc. 51 c. 21 Pecuniam adoleſcentulo grandi ſenore, fiducia tamen accepta, occupaſti. Hanc fiduciam commiſſam tibi tenes hodie ac poſſides. Eum tu teſtem ſpe recuperandi fundi paterni venire ad teſtimonium dicendum coëgiſti. *Pecuniam (inquit) ſeneraticiam a te ſumſit adoleſcens, ob eamque fundum fiduciam dedit, i. Fiduciaria mancipatione tradidit, ea conditione, vt reciperet fundum, ſoluto die dicta aere alieno; plane perderet, ſi non ſolueretur. Hunc fundum, hanc fiduciam commiſſam dicebat, vero an falſo, poſſeſſor: recuperare ſtudebat debitor. Exemplum eius rei praebet* Liu. 32, 38 Philippus cum acie decernendum videret — de Argis ſolicitus, optimum ratus Nabidi eam — velut fiduciariam dare, vt victori ſibi reſtitueret; ſi quid aduerſi accidiſſet, ipſe haberet. *Deinde* c. 39 *pr.* Poſteaquam in poteſtate *(Nabidis)* Argiuorum ciuitas erat, nihil eius memor tyrannus, a quo eam ciuitatem, et quam in conditionem accepiſſet, *etc.* ¶ 4 *Ex l. c.* Cic. pro Flacco *iam apparet,* Fiduciam *quoque vocari pignus, vel hypothecam. Illud ſollemne eſt ICtis, v. g.* Iul. Paul. Sent. 2, 13 §. 1 Debitor, diſtractis fiduciis a creditore, aduerſus eum habeat actionem. §. 3 Debitor creditori fiduciam vendere non poteſt, *etc.* §. 6 Si creditor rem fiduciae datam, vni ex heredibus, vel extraneo legauerit, aduerſus omnes heredes actio fiduciae competit. Iſid. Etym. 5, 21 Pignus manente apud debitorem dominio nudam poſſeſſionem transferebat: per Fiduciam vero res aliqua mutuae pecuniae gratia vel mancipabatur, vel in iure cedebatur. *Quod pulchre cum dictis conuenit ad loc.* Cic. pro Flacco, *et cum eo, quod modo docentem Paullum vidimus,* Debitorem creditori fiduciam vendere non poſſe, *quippe quae iam in dominio huius ſit. Sed vid. ICti, nominatim Fr. Car. Conradi diſſertt. de contractu Fiduciae.*

FIDVCIALIS, e. Adi. *Vnde*

FIDVCIALITER. Adu. *Cum fiducia.* Gloſſ. Vet. παῤῥησιάζομαι, fiducialiter ago. *Conf.* Vulgat. Act. 9, 27. 28. Ambroſ. Virg. lapſ. 3 Fiducialiter intueri. *Conf.* Auguſtin. Confeſſ. 9, 13.

FIDVCIARIVS, a, um. Adi. *In quo* Fiduciae *contractus verſatur. Huc referendus locus* Liu. 32, 38 *quem modo dedimus in* FIDVCIA n. 3. *Sic* Caeſ. B. Ciu. 2, 17 Neque ſe ignorare, quid ſit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret, *i. ſibi creditam ab imperatore ea lege, vt ea cedat pro arbitrio imperatoris. Sic* Hirt. B. Alex. 23 Fiduciarium regnum *eſt Arſinoae ad tempus permiſſum, dum controuerſiae inter heredes eſſent compoſitae.* Curt. 5, 9, 8 Beſſum regem temporis gratia ſtatuamus. Compoſitis rebus iuſto regi tibi fiduciarium reſtituet imperium. *Saepe vtuntur eo ICti, v. g.* Fiduciarius heres eſt l. 46 *et* l. 67 *fin.* D. ad SC. Trebell. *cuius fidei commiſſum eſt, vt hereditatem, vel rem legatam ſibi, alteri reſtituat; qua ratione fraudem legi Voconiae ſolebant facere, et aliis, quibus teſtandi libertas reſtricta erat. Sic* Fiduciarius ſeruus, *pro Oppignerato.* Paull. Sent. 2, 12 Quidquid creditor per fiduciarium ſeruum quaeſiuit, ſortem debiti minuit. Fiduciarius tutor, *vid.* TVTOR, ōris. *in* TVEOR.

FIDVCIO, āre. *Pignori, vel Fiduciae dare. Vid. Rigalt. in loc.* Vet. Gloſſ. Fiduciat, ὑποτίθεται. Fiduciatus, ὑποτιθέμενος. Vetus Inſcriptio *in vinea Card. Carpenſis:* DIS MANIBVS. M. VLPIVS AVG. LIB. SYMPHOR. FLATVRARIVS AVRI ET ARGENTI MONETAR. SIBI ET VLPIAE HELPIDI, *etc.* FECIT, ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE VTRIVSQVE SEXVS, *etc.* EA CONDITIONE NE FIDVCIENT, NE VENDANT, NEVE ALIO QVO GENERE ID SEPVLCHRVM, SIVE MONVMENTVM EST, ALIENARE VLLI POTESTAS SIT. *Vid.* Gruter. Inſcript. p. 638 n. 4.

FIDVCIATVS, a, um. Partic. Tertull. de Idol. 23 Pecuniam de ethnicis mutuantes ſub pignoribus fiduciati, fiducia iurati cauent. Fiduciati *contractu fiduciae conſtricti.*

FIDES, is. f. [χορδὴ, κιθάρα, λύρα] *Chorda, vnde fere Plurali Numero vſurpatur de inſtrumento muſico chordis intento. Sed tamen etiam ſingulariter poſitum inuenias.* Non. 4, 216. *Eſt genus Citharae, quae et Lyra dicitur.* Cic. in Hortenſio, Ponendae ſunt fides et tibiae. *Sic* de Orat. 3, 214 Feſtus, Fides, genus citharae, dicta, quod tantum inter ſe chordae eius, quantum inter homines fides concordent. Perſ. 6, 4 Atque marem ſtrepitum fidis intendiſſe Latinae. Horat. Carm. 1, 17, 18 — Fide Teia Dices. *Add.* Auſon. Eidyll. 10, 443. Conſpicuus fide Ouid. Epiſt. 5, 139. Canorae fides Virgil. Aen. 6, 120. *vid.* CANORVS. Adhibere fides epulis Quinctil. 1, 10. Aſſumta fide pulſus luctus, *i. Cithara* Valer. Flacc. 4, 88. Canere fidibus Quinct. 1, 10. *vid.* CANO. Ceciniſſe fidibus praeclare dicitur Epaminondas Cic. Tuſcul. 1, 4. Idem de Fin. 4, 75 Vt in fidibus pluribus, ſi nulla earum ita Contenta numeris ſit, vt concentum ſeruare poſſit, omnes aeque incontentae ſint: ſic peccata quia diſcrepant, aeque diſcrepant: paria ſunt igitur. Diſcebant fidibus antiqui Cic. de Senect. 26 c. 8 *extr.* Docere aliquem fidibus, *vid. paullo poſt* FIDICEN. Iungere vocem fidibus Quinct. 5, 10. Mouere fides Lucan. ad Piſon. . . . Scire fidibus Ter. Eun. 1, 2, 53. ¶ 2 Fidis, *vt et* Fidicula, *Sidus eſt Lyrae.* Varro R. R. 2, 5, 12 Fidem noſtri vocant, quam λύραν Graeci. Colum. 11, 2, 14 Cal. Febr. Fidis incipit occidere. *Sic ſaepius h. c.*

FIDICŬLA, ae. f. [κιθαρίδιον, λυρίον] *Parua lyra.* Gell. 1, 11 Sed enim Achaeos Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularum, tibiarumque concentu conſpiratam. Cic. de Nat. Deor. 2, 22 Quid ſi platani fidiculas ferrent numeroſe ſonantes? *Sideris nomen:* Plin. 18, 26 Pridie Nonas Ianuarii Caeſari Delphinus matutino exoritur, et poſtero die Fidicula, quo Aegypto Sagitta veſperi occidit. Ibid. c. 25 Fidiculae occaſus Autumnum inchoat. *Hoc ſidus Arato dicitur et Chelys et Lyra. Conf.* Columel. 11, 2, 37. ¶ 2 Fidiculae, Plur. *Chordae quaedam ſ. funiculi, quibus verum et confeſſionem extorquere ſtuderent.* Val. Maxim. 3, 3, 5 ext. Fidiculas laxauit, ſoluit equuleum. Senec. de Ira 3, 3 Equuleus, et fidiculae, et ergaſtula, et cruces. Sueton. in Tiber. c. 62 Excogitauerat inter genera cruciatus, vt repente veretris deligatis, fidicularum ſimul, vrinaeque tormento diſtenderet. *Vid.* Idem Calig. c. 33. Ignis et fidiclae ſaeuiant Prudent. Romano 481. *Hae* Fidiculae *videntur Turnebo laſciuia quadam ioci nomen inueniſſe, quod vt in fidibus nerui, item quoque hinc et inde multis funibus homines diſtendebantur. Sed et illa machina funes multos vt neruos habebat. Vid. Ferrar. Elect. 1, 6. Durant. Var. Lect. 1, 15. Sigon. de Iudic. 1, 17.* ¶ 3 *Vrbis Italicae nomen apud* Val. Max. 7, 6, 1. *Vnde*

FIDICVLANVS, i. m. *Incola vel ciuis: qualis ille* Falcula Cic. pro Caecin. 28.

FIDĬCEN, ĭnis. m. [κιθαρωδός, κιθαριστής] *Qui canit fidibus.* Cic. Fam. 9, 22 Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen. Fidicen et tibicen mundus Cic. de Nat. Deor. 3, 22. Romanae fidicen lyrae Hor. Carm. 4, 3, 23.

FIDĬCĬNA, ae. f. *Mulier fidibus canens.* Ter. Eun. 3, 2, 4 Ecquid nos amas de fidicina iſtac? Ibid. 5, 6, 15 Quandam fidicinam amat hic Chaerea.

FIDICINVS, *vel* FIDICINIVS, a, um. Adi. [κιθαρωδικός] Quod pertinet ad fidicinem. Plaut. Rud. prol. 43 Eam vidit ire e ludo fidicinio domum.

FIDICINARIVS, i. m. *Idem, qui Fidicen.* Gloſſ. Gr. Lat. λυριστής, Fidicinarius.

FIDICINO, āre. Mart. Capell. 9, . . *et* Gloſſ. Gr. Lat. λυρίζω, fidicino.

FIDIVS Deus, [Ὅρκιος θεός] *quis fuerit, doceat nos* Varro de L. L. 4, 10 p. 19 *pr. de* DIs, *Iouis nomine diſputans*, Vnde ſub Dio (Horat. Od. 1, 1, 25 ſub Ioue frigido) et Dius Fidius. Itaque eius perforatum tectum, vt videatur diuum, id eſt caelum. Quidam negant ſub tecto per hunc deierare oportere. (*Obſerues tale quid in plebecula, quae potentius deierari ſub dio putet*) Aelius Gallus Dius Fidius dicebat Dionis filius, vt Graeci Διόσκορον, Caſtorem (*Itaque* Medius Fidius *idem eſſet, ac* Me Dios Filius, *vt* Me caſtor) et putabant hunc eſſe Sanctum (Sangum, Sancum) ab Sabina lingua, et Herculem ab Graeca. *Fuerit itaque* Medius Fidius, Mehercle. *Conf.* Ouid. Faſt. 6, 213 Quaerebam Nonas Sanco Fidione referrem, *etc. et ibi viri docti. Huc etiam referendus locus* Seruii *ad* Aen. 1, 301 Diuus Fidius Hercules, quod ſolus fidem fecerit, ſe Iouis filium. *Sic eſt in Maſviciano Indice, et ſeruatum in Burmann. Verba ipſius Seruii non inueniebam, ſed ad 296 iſta Pomponii Sabini*, Quirinus: Sabini Euryalum colunt, quem Romani Quirinum dicunt, incertum an Mars, an alius Deus bello praeſidens. Huius templi puella cuſtos peperit puerum, qui Medius Fidius appellatus eſt, is cum adoleuit, condidit Cures Sabinorum vrbem. *Haec Varro, vt ait Sabinus: vnde ipſe porro acceperit, iam non vacat quaerere. Pergamus dicere de* Fidio Deo. Plaut. Aſin. 1, 1 *pr.* Libanus ſeruus *herum ſuum inter alia ſic obteſtatus fuerat*,

Si quid med erga tu hodie falſum dixeris,
Vt tibi ſuperſtes vxor aetatem fiet:
Atque illa viua viuus vt peſtem appetas.

Reſpondet Demaenetus,

Per Deum Fidium quaeris: iurato mihi video
Neceſſe eſſe eloqui, quidquid roges,
Ita me obſtinate aggreſſus, *etc.*

Plin. Epiſt. 4, 3 *extr.* Non Medius Fidius ipſas Athenas tam Atticas dixerim. *Et* Traian. ad Plin. 10, 47 Sed Medius Fidius ad eandem diligentiam tuam pertinet. *Conf.* MEDIVSFIDIVS.

FIDO, FIDVCIA, FIDVCIARIVS, FIDVS, *etc. Vid.* FIDES, ei.

FIDVLVS, i. m. *Viri proprium, de quo* Cic. in Vatin. c. 31 C. Fidulus atratus. *al. aliter.*

FIDVSTA, *vt vult* Feſtus, a Fide denominata, Ea, quae maxime fidei erant.

FIDVSTIVS, M. Senator, a Sulla nulla alia de cauſa proſcriptus, quam quia proſcriptus fuiſſet. Plin. 7, 43.

F I G

FIGMEN, FIGMENTVM, *vid.* FINGO.

FIGO, xi, xum, ĕre. Diomedes 1 p. 373 *med.* Fictum *probat ex* Scauri *verbis*, Sagitta confictus. [πήσσω, πήγνυμι] Eſt autem Figere, *immittendo firmare, vt pangere, verum etiam ad vulnera, et tela in corpus deſcendentia refertur.* Columel. . . . Palum humi fixit. Virgil. Georg. 4, 115 Ipſe feraces Figat humo plantas. Aduerſarios figere et amicitiis parcere Cic. in Orat. 89 c. 26 *de ridiculo, tanquam telo. Sic* Cic. de Natur. Deor. 1, 94 Zeno quidem — caeteros figebat maledictis: ſed Socratem, *etc.* Apros cuſpide fixit Ouid. de Arte Am. 2, 190. Viſcera figere verubus Virgil. Aen. 1, 212. Ceruos Idem Ecl. 2, 29. Gradus Valer. Arg. 7, 559. Gravidam fixiſſet quum leuis haſta ſuem Martial. Spectac. 12. Imbrices figere clauulis Cato c. 21. Plin. 10, 40. Cic. Philipp. 14, 6 c. 2 Quousque igitur (*Antonius*) nomine hoſtis carebit? niſi Mucrones etiam noſtrorum militum tremere vultis, et dubitare vtrum in ciue, an in hoſte figantur. Mucronem laeuo tempore Ouid. Met. 5, 116. Notas in collo dente Tibull. 1, 8, 38. Palum in parietem Plaut. Mil. 4, 4, 4. Virgil. Aen. 6, 159 It comes, et paribus curis veſtigia figit. *Vbi* Seruius, Aut ſimili ſolicitudine detentus incedit. Aut figit veſtigia, id eſt, ſtat ſubito: quod cogitantes facere conſueverunt. Tela Propert. 2, 9, 38. Telis diuerſis noſtri figebantur Hirt. B. Alex. 30 *extr.* ¶ 2 *Peculiariter refertur ad ea, quae memoriae cauſa in locis publicis firmantur clauis, aut ſimili ratione.* Plin. Epiſt. 8, 6, 13 *ex SCto*, Senatusque conſulta de iis rebus facta in aere inciderentur, idque Aes figeretur ad ſtatuam loricatam D. Iulii — vt vellent in oculis omnium figi Pallas inſolentiam ſuam, patientiam Caeſar, humilitatem Senatus. Liu. 4, 20 Spolia in aedibus Iouis Feretrii prope Romuli ſpolia, quae opima prima appellata, ſola ea tempeſtate erant, cum ſollemni dedicatione fixit. Virgil. Aen. 1, 248 *de Antenore*, Armaque fixit (*in templo, Deo alicui dedicauit*) Troia: nunc placida compoſtus pace quieſcit. Cic. Att. 3, 15 Quoddam caput legis Clodium in Curiae poſte fixiſſe, ne referri neue dici liceret. Idem Att. 14, 12 Verumtamen ecce autem Antonius, accepta grandi pecunia fixit legem a Dictatore comitiis latam, qua, *etc.* Virgil. Aen. 6, 622 Fixit leges pretio, atque refixit. *Vbi* Seruius, Fixit ideo, quia inciſae in aereis tabulis affigebantur parietibus. *Vid. Briſſon. Form.* 2 *p.* 137. Tacit. Ann. 12, 53 Et fixum eſt aere publico Senatuſconſultum, quo libertinus Seſtertii ter millies poſſeſſor, antiquae parſimoniae laudibus cumulabatur. Cic. Fam. 12, 1 Tabulae figuntur, immunitates dantur. Idem Philipp. 1, 3 c. 1. ¶ 3 *Formulae aliae:* Arcana murmura figit auribus Stat. Achill. 1, 380. Beneficium trabali clauo figere Cic. Verr. 5, 52 *prouerb. vt nempe nunquam poſſit excidere.* Dicta haec mea figite animis Virgil. Aen. 10, 104. Horat. Carm. 3, 15, 2 Tandem nequitiae fige Modum tuae. Oculos figis in virgine Ouid. Met. 4, 196. In terram Senec. Epiſt. 11. Oſcula Virgil. Aen. 2, 490. Ouid. ad Liu. 95. Querelas noſtras tacitus intra te fige Iuuen. Sat. 9, 94. Cic. Fam. 2, 6 Ego omnia mea Studia, omnem Operam, Curam, Induſtriam, Cogitationem, Mentem denique omnem in Milonis Conſulatu fixi et locaui. Tela deorum in impiorum mentibus figuntur Idem de Aruſp. Reſp. 9. Vultus fixit in imagine diuae Ouid. Faſt. 4, 318.

FIXVS, a, um. Partic. [πεπηγμένος, πηκτός] Plaut. Trin. 4, 3, 33 Ad parietem ſunt fixa clauis ferreis. Cic. Att. 1, 16 *med.* Bonorum omnium coniunctione, et auctoritate Conſulatus mei fixus et fundatus videbatur. (*Status Reipublicae*) Arma parietibus fixa Cic. de Diuin. 1, 74. Dolor fixus medullis Sen. Herc. Oet. ſ. 4. Saxis aſperis fixus Cic. in Piſon. 43 *ex Poëta.* Sententia fixa menti Valer. Argon. 1, 548. Studium ſalutis alicuius, et teſtimonium dignitatis in monimentis publicis fixum Cic. pro Sext. 128. Fixum, *per tranſlationem, pro certo, conſtanti, firmato:* Idem Att. 8, 22 (14) Et ſimul ſcito labare meum conſilium illud, quod iam ſatis fixum videbatur. Cic. Fam. 4, 4 Si haec mala fixa ſunt, ego vero te quamprimum, mea vita, cupio videre. Ratum, firmum, fixum Cic. Acad. 4, 27. Fixum et ſtatutum eſt Idem pro Muraen. 162. Sicut quid ille promiſit, id erit fixum Cic. Philipp. 1, 17. Maneat, ac fixum ſit, quod neque moueri, neque mutari poteſt Idem pro Rabir. Poſt. 25. *Et* Fam. 10, 34 Quae perpetuo animo meo fixa manebunt. Stabile et fixum bonum Cic. Tuſcul. 5, 40. Stabile, fixum, et ratum decretum Idem Acad. 4, 27. Fixum immotumque animo ſedet Virgil. Aen. 4, 15. Animis fixum tenere aliquid Cic. pro Corn. Balb. 68 *ſ. extr.* Conuellere aliquid fixum Idem pro Cluent. 26. *Compar. apud* Arator. in Act. Apoſt. c. 4 Arua tremunt concuſſa locis, tu fixior heres.

FIXE. Adu. *Compar.* Auguſtin. Epiſt. 6 *extr.* Vbi tenacius habitabit et fixius, niſi vnde ſe Deum viſurum eſſe praeſumit?

FIXIO, ōnis. f. Vet. Gloſſ. Fixio, καθήλωσις, πῆξις.

FIXVRA, ae. f. *Idem.* Vulg. Interpr. Ioh. 20, 25 Fixura clavorum. *Conf.* Vet. Interpr. Irenaei 5, 10. *Et* Tertullian. aduerſ. Gnoſt. cap. 1.

FIGLINA, FIGVLARIS, FIGVLVS, FIGVRA, *vid.* FINGO.

F I L

FILATIM, *vid.* FILVM.

FILIASTER, *vid.* FILIVS.

FILICTVM, FILICVLA, *vid.* FILIX.

FILIPPI, *Numi genus, vid.* PHILIPPVS, i.

FILIVS, i. m. [υἱός, παῖς] *Qui patrem habet.* Filium *ἀπὸ τῆς φίλας dictum volunt, hoc eſt ab amore. Alii a* φῦλον, *i.* γένος, *genus, natio, ex* φύω, *naſcor*, T *tranſeunte in* I, *ſicut ex* φύω *etiam eſt Fio. Non abſurde deriuari a Graeco* υἱός, *adſpiratione in* F *tranſeunte, vel inde cognoſcas, quod Latinum* Filius, *quaſi reuolutione quadam rediit in Hiſpanorum* Hijo. Iſidor. 9, 5 quatuor modis Filii appellantur, natura, imitatione, adoptione et doctrina. *Iurandi formula*, Ita mihi contingat herede filio mori Quinctil. 9, 2. *vid.* Bynkershoeck. Obſſ. Iur. Rom. 1, 19. Effigies probitatis paternae, filius Cic. de Fin. 2, 58 c. 18. Imago animi et corporis, filius Idem Fam. 6, 6. Familiarum filii Salluſt. Catil. 43, 2. *it.* Tacit. Ann. 1, 26. *Sed* Suetonius Veſp. c. 11 Neue filiorum familias feneratoribus exigendi crediti ius vnquam eſſet. *Rurſum* Tacit. Ann. 11, 13 Saeuitiam creditorum coërcuit *Claudius*, ne in mortem parentum pecunias filiis familiarum fenori darent. *Quin apud* Suetonium *quoque l. c.* familiarum *habent Codd. quidam. Et* Suet. Auguſt. c. 59 Nonnulli patrum familiarum teſtamento cauerunt. *Et* Calig. c. 26 Patres familiarum notos. *Sic* Tac. Ann. 3, 8 Sueta erga filios familiarum nobiles liberalitate. *vid.* FAMILIA, n. 4. Cic. pro Cael. 39 c. 15 Illum filium familias patre parco ac tenaci habere tuis copiis deuinctum non potes. Ter. Phorm. 1, 5, 23 Phaedriam mei Fratris video filium mihi ire obuiam. Blandus filius, *vid.* BLANDVS. Herilis Plaut. Ciſt. 4, 2, 83. *et* Bacch. 2, 2, 55. Infans Iuuen. Sat. 14, 49. Iuſtus, *pro Vero, vid.* IVSTVS. Adoptare filium, *ſiue* Pro filio: *vid.* ADOPTO. Amittere, *vel* perdere filios, *vel* liberos Cic. Fam. 5, 16. Cohibere filium, *vid.* COHIBEO. Idem de Nat. Deor. 1, 90 Lex, vt Condemnaretur filius aut nepos, ſi pater aut auus deliquiſſet. Educare filium Quinctil. 4, 2. Eniti filios Idem in prooem. 6. Loco filii eſſe Cic. pro Domo c. 14. Pietate filius, conſiliis parens, amore frater in me Inuentus eſt Cic. poſt redit. in Senat. 36. Acerbum eſt parentum ſcelera, filiorum poenis lui Idem Brut. 12. Probum filium ex patre improbo naſci Cic. pro Roſc. Com. 30. Orbatus filio, *vid.* ORBATVS. Eſſe loco filii per aetatem Idem pro Domo 35 c. 14. ¶ 2 *Obſeruatt.* Filii *etiam in beſtiis et rebus inanimatis dicuntur.* Columel. 6, 37, 4 Eiusmodi admiſſarius nepotibus, quam filiis vtilior. *de equis.* Vet. Interpr. Iuuen. Sat. 10, 230 Hirundo pleno ore volat, dum incibat filios ſuos. Caeli filius Lactant. 1, 11, 55. Minucius Felix in eo libro, qui Octauius inſcribitur, ſic argumentatus eſt: Saturnum, quum fugatus eſſet a filio, in Italiamque veniſſet, Caeli filium dictum, quod ſoleamus eos, quorum virtutem miremur, aut qui repentine aduenerint, de caelo cecidiſſe dicere. *Reſpicit* Minuc. 22, 11 Terrae et caeli filius, quod apud Italos eſſet ignotis parentibus proditus, vt in hodiernum inopinato viſos, caelo miſſos, ignobiles et ignotos Terrae filios nominamus. Tertull. Apol. 10 *de Saturno et ipſe*, Cuius parentes ignoti erant, facile fuit eorum filium dici, quorum et omnes poſſumus videri. Quis enim non caelum et terram matrem ac patrem venerationis et honoris gratia appellet? Vel ex conſuetudine humana, qua ignoti, vel ex inopinato apparentes de caelo ſuperueniſſe dicuntur, proinde Saturno, repentino vbique, caelitem contigit dici. Nam et Terrae filios vulgus vocat, quorum genus in incerto eſt. Fortunae filius *dicitur is, Cui omnia proſpero fortunae euentu ſuccedunt* Horat. Serm. 2, 6, 49. Albae Gallinae filius, *vid.* GALLINA. Inconſtantiae filius Metamelos Varroni *apud* Non. 2, 83 *Nempe* Metamelon *vocat poenitentiam, quae ab inconſtantia quadam ſemper oritur. Simile eſt eiusdem* Varronis *apud* Non. 1, 66 Cui celer διὰ ἑνὸς λήμματος λόγος Antipatri Stoici filius rutro caput diſplanat. *Vid. Petr. Victor. Var. Lect.* 23, 5 *Verbo*, Logos, *Modus quicunque colligendi (nam variat lectio; nos dedimus optimam Mercerianam) eſt* filius Antipatri, *ab eo inuentus, defenſus, etc.* Medicorum filii, *i. Medici: ad quam rationem et illud* Plaut. Bacch. 2, 3, 74. Megabyzi filius, *i. Megabyzus, interpretatur Taubmannus.* Terrae filii, *obſcuri homines, vid.* TERRA *n.* 2 *et quae modo diximus in* Caeli filius. Filios Atrei *dixit cum reſpectu ad morum ſimilitudinem* Cic. Tuſc. 4, 77 c. 36 Noſti quae ſequuntur: alternis enim verſibus intor-

intorquentur inter fratres (*Eteoclen et Polynicen*) grauiſſimae contumeliae; vt facile appareat, Atrei filios eſſe eius, qui meditatur poenam in fratrem nouam. *Audaci translatione, et orientalium hominum referente conſuetudinem*, Varro Phreneticos Septentrionum filios *ventos dixit, apud* Non. 1, 22. *Sic* Sapientiam vſus et Memoriae filiam *dixit ex* Afranii *ſententia* Gell. 13, 8. ¶ 3 Filii, *etiam Filias comprehendunt:* Quinctil. 9, 3, 63. *Vid. Burmann. p. 517. Conf.* Paull. l. 84 de verb. ſignif. Fili *in Vocatiuo vſitatum eſt. Sed antique* Liuius Andronicus *apud* Priſcian. 7 p. 741 *dixit*, Pater noſter, Saturni filie.

FILIOLVS, i. m. Dimin. [τεκνίον] Plaut. Truc. 4, 3, 31. Cic. Att. 1, 2 Filiolo me auctum ſcito, ſalua Terentia. Filiolus tibi naſcitur Iuuen. Sat. 9, 84.

FILIA, ae. f. [θυγάτηρ, παῖς] *dicitur femina reſpectu parentum.* Adultera filia Iuuen. Sat. 14, 26. Integra, *vid.* INTEGER. Virg. Aen. 7, 52 Sola domum, et tantas ſeruabat filia ſedes, Iam Matura viro, iam plenis nubilis annis. Nubilis Ouid. de Rem. Amor. 571. Solis Virg. Aen. 7, 11. *i. Circe.* Auctus eſt ibi filia in ſubſidium et ſolatium ſimul Tacit. in Vit. Agric. 6. Collocare alicui filiam, *vid.* COLLOCO. Collocare filiam nuptui, *vel* in matrimonium, *vid.* COLLOCO. *it.* Columel. 4, 3 f. — nuptum Caeſ. Bell. G. 1, 18. Deſpondere filiam ſuam alicui Cic. pro Cluent. 179 c. 94. Tacit. Ann. 5, 19 Poſt quos Sext. Marius Hiſpaniarum ditiſſimus, defertur inceſtaſſe filiam, et ſaxo Tarpeio deiicitur. Locare filiam, *vid. h. v.* ¶ 2 *Metaphorice ponitur, vt Filius, v. v. n. 2. Sic,* Sed propter inde poſita Gallorum ſolo Maſſilia, Graium filia Paullin. ad Cyther. 305. *i. colonia.* ¶ 3 Filiabus, in teſtamentis ob diſcrimen ſexus, ait Plin. dici conſueuiſſe: quum his tantum nominibus adiici ſoleat, quae Numero Plurali ES, literis terminantur, vt Cupiditates, Dignitates, vel quae VS, vt Manus, Senatus, Fluctus. *Haec* Chariſius 1 p. 104 *pr. Add.* p. 39 *extr.* Filiabus Liu. 24, 26 *pr.* Iuſtin. 7, 3 *vbi tamen a plurimis omittitur.* Filiis, *in Datiu. et Ablat. Plural. pro Filiabus habet* Plaut. Poen. 5, 3, 9. *et* Stich. 4, 1, 61. Hirt. de B. Alex. c. 33.

FILIAFAMILIAS, *interdum iunctim ſcribitur; vid.* Senec. ad Helu. c. 14. *et* l. 21 §. 3 ff. de Pactis, *et* l. 195 §. 2 ff. de verb. ſignif. *Add.* FAMILIA n. 4.

FILIŎLA, ae. f. Dimin. [θυγάτριον] Plaut. Rud. prol. 39. Cic. de Diuin. 1, 103 c. 46 Filiolam ſuam Tertiam, quae tum erat admodum parua exoſculans, animaduertit triſticulam. Idem Att. 1, 15. Mihi videris iſtam ſcientiam iuris tanquam filiolam oſculari tuam Cic. pro Mur. c. 10.

FILIALIS, e. Adi. Auguſtin. Serm. 2. Feſt. Pentecoſt. Cui non filiali obediebant amore.

FILIASTER, *quo quidam vtuntur pro Priuigno, non Paruus filius eſt, ſed Imitans filium, auctore Valla.* Gloſſ. Gr. Lat. θυγατριδῆς, neptis, filiaſter. Inſcript. vet. D. M. EPITYNCHANO FILIASTRO M. ANTONIVS HERMEROS B. M. F.

FILIATIO, ōnis. f. *Agnitio filii.* ICt.

FILIX, ĭcis. f. [πτέρις] *Herba paſſim in ſiluis, atque adeo agris ipſis creſcens. a* Findendo *ducit Martinius, quia ſiſſa habet folia. Conf.* Iſidor. 17, 9. *et* Cic. Att. 6, 1 p. 581. *Graeu. vbi diſcimus, aliquando ſcribi* Felix, Felicatus. Columel. 2, 2, 13 Iunci et graminis pernicies repaſtinatio eſt: filicis frequens exſtirpatio. Idem 11, 2, 62 Filix (*al.* Filex, *al.* Felix) quoque aut carex, vbicunque naſcitur, Auguſto menſe recte exſtirpatur. *Add.* Pall. Mai. 3, 3. *it.* 1, 9, 3. Plin. 27, 9 ſ. 55 Filicis duo genera nec florem habent, nec ſemen, *etc.* Scribon. 136 Biles purgat et filicis radix lota et raſa, *etc. Dioſc.* 4, 178. Virg. Georg. 2, 189 Et filicem curuis inuiſam paſcit aratris. Maniplis filicum dura humus Idem Georg. 3, 297. Neglectis vrenda filix innaſcitur agris Horat. Serm. 1, 3, 37. Filix Macedonica Scrib. 140. Filicis radix biles purgat Id. 136.

Qui ferere ingenuum volet agrum,
Liberat arua prius fruticibus,
Falce rubos filicemque reſecat,
Vt noua fruge grauis Ceres eat Boëth. 3 Metro 1.

¶ 2 *De pilis locorum obſcenorum* Perſ. 4, 40 *in mollitiem virorum vellentium loca, quae pudor velat,*

Quinque palaeſtritae (*vnctores in palaeſtris*) licet haec plantaria vellant,
Elixaſque nates labefactent forcipe adunca,
Non tamen iſta filix vllo manſueſcit aratro.

FILICŬLA, ae. f. [πτερίδιον] *Herba ſimilis filici, quae ſuper muros antiquos, aut etiam iuxta quercus creſcere ſolet.* Plin. 26, 8 Detrahit bilem polypodion, quam noſtri filiculam vocant: ſimilis enim eſt filici. Radix in vſu, piloſa, coloris intus herbacei, craſſitudine digiti minimi, *etc.* Columel. 6, 27, 11 Filicula trita *remedium equarum.* Felicula *quidam libri hic, et omnes, puto, apud* Catonem R. R. c. 158.

FILICĀTVS, a, um. Adi. Cic. in Parad. 1, 3 Quid autem Numa Pompilius? minuſne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuiſſe, quam filicatas aliorum pateras arbitramur? *Alii legunt* Deliacas. Filicata patera dicta, quod ad filicis herbae ſpeciem ſit caelata. Feſt. Filicatae lances Cic. Att. 6, 1. *Vid. Graeu. p. 581.* Videndum an *filicata* etiam ſint vitrea, quod genus vaſa pretioſa ex *ſilice* olim et nunc parata, docet Salmaſ. *ad* Solin. p. 771, a, G.

FILICEVS, a, um. Adi. *Plinio tribuitur: non habet Index Hard.*

FILICĪNA, ae. f. *Herba ſimilis filici, alias Radiolus.* Apulei. de Herb. c. 83.

FILICIO, ōnis. *Apud* Petron. c. 67 *ex coniectura Heinſii eſt* capſula aurea *filicata. Hodie ita legitur,* Scintilla de ceruice ſua detraxit capſellam aureolam, quam Felicionem appellabat: inde duo crotalia protulit.

FILĪCO, ōnis. m. Filicones, Mali et nullius vſus, a Filice dicti, Feſtus.

FILICTVM, *vel* FILICETVM, *vel* FILECTVM, *variat enim ſcriptura*, i. n. [πτεριδῶν] *Locus filicibus obſitus.* Columel. 2, 2, 8 Iuncone ſit, an gramine veſtitus, an filictis, aliiſue frutetis impeditus. *Conf.* Pallad. 9 tit. 3.

FILTRVM, i. n. Vet. Diction. Filtrum dicitur a Filum, quia ex filis, i. e. pilis animalium ſit. *Nempe ſic vocantur, tum opus illud coactile, quod ad pileos fere vtitur Europa cultior, quae nomen etiam vſurpat,* Filtz, Feltro, Feutre: *tum Colum chymicum, pannus villoſus, vel charta emporetica. Hinc*

FILTRATVS, *Et*

FILTRATIO, ōnis. f. *quae eſt Diſtillatio per filtrum.*

FILVM, i. n. *it.* FILVS, i. m. *teſte* Arnob. 1 p. 36. [νῆμα, μίτος] *Tenue illud ac minutum, quod ex lino lanaue trahendo ducitur, Linamentum.* Varr. L. L. 4, 23 p. 29, 18 Filum, quod minimum eſt hilum, id enim minimum eſt in veſtimento. Iſidor. 19, 29 Fila dicta, vel quia ex pilis animalium ſunt, vel quia lanificium filis tenuibus conſtat, in modum pilorum, id eſt quaſi filorum. Lucilius *apud* Non. 4, 214 Surge mulier, duce filum non malum. Liu. 1, 32 Legatus vbi ad fines eorum venit, vnde res repetuntur, capite velato (filum lanae velamen eſt) Audi Iuppiter, inquit, *etc.* Atra fila trium ſororum Horat. Carm. 2, 3, 16. *i. Parcarum. vid. mox* Legere fila. Martial. 13, 57 *de* Colocaſia, Niliacum ridebis olus, lanaſque ſequaces, Improba cum morſu fila manuque trahes. *Nempe vitium oleris, et fructuum, cum filorum aut lanae inſtar habent.* Pendula *Piſcatoris* Claudian. de Torpedine 20. Tenuia aranei Lucret. 3, 384. Tenui filo ſuſpenſa ſalus Valer. Maxim. 6, 4, 1. Cinctum filo caput habebant Flamines Varro de L. L. 4, 15 p. 23, 1. Conijcere filum in acum Celſ. 7, 16. Deducit aranea filum pede Ouid. Amor. 1, 14, 7. Deducere filum pollice Idem Met. 4, 25. Intexuit albis purpureas notas filis Ouid. Met. 6, 577. Intexere filis canis frondes Idem Met. 15, 372. *de Bombycibus.* Virgil. Aen. 10, 815 Extremaque Lauſo Parcae fila Legunt. Mouere ſonantia fila, *Citharae chordas ferire* Ouid. Met. 10, 89. Relinquit incepta fila Id. Met. 6, 34. Reſoluent fila tua triplices deae Ouid. Met. 2, 654. *i. Parcae.* Traiicere filum in acu Celſ. 7, 16. Veniunt fila ſupremae horae Martial. 10, 5 *cum reſpectu ad Parcas. De ellychnio* Iuvenal. 3, 286 Vel breue lumen Candelae, cuius diſpono et tempero filum. ¶ 2 *Varias parit Metaphoras. Pro linea dici* Filum *putatur, laudaturque, neſcio vnde* Varronis *dictum,* Sumtoque atramento ſutorio filum duxit. *Et nihil eſt inſolens, ſi de ratione nominis* LINEA *cogitaris, v. v. Sic* Filum *notat ea, quae vocantur alias Lineamenta* Gell. 14, 4 Forma ac filo virginali dixit imaginem iuſtitiae fieri ſolitam. Idem 1, 9 *tradit* Pythagoram explorare ſolitum diſcipulos ex totius corporis filo atque habitu. Stat. Silu. 1, 4, 7 Damnoſaque fila ſenectae Exuit, atque alios melior reuireſcit in annos. Plaut. Merc. 4, 4, 15 Satis ſcitum filum mulieris. Apul. Met. 4 p. 153, 8. Virginem filo liberali Id. de Deo Socr. p. 48 *pr. de Daemonibus,* Fila corporum poſſident rara et ſplendida et tenuia, vſque adeo, vt radios omnis noſtri tuoris et raritate tranſmittant, et ſplendore reverberent, et ſubtilitate fruſtrentur. *Sed cum omnis figura lineis quibusdam concluſa cogitetur, hinc* Filum *pro quacunque figura dicitur.* Lucret. 2, 341 *de ſuis elementis,* Debent nimirum non omnibus corporibus omnia prorſum Eſſe pari filo ſimilique affecta figura. Idem 4, 84

Sunt igitur iam formarum veſtigia certa,
Quae vulgo volitant, ſubtili praedita filo,
Nec ſingillatim poſſunt ſecreta videri.

Vtitur his Salmaſ. ad Capitolin. Maxim. iun. 1 p. 63. *Hack. ad* Anaſtaſii Filopares, *i.* filo pares. ¶ 3 *Notabile in primis eſt* Filum orationis, *pro Stilo, et dicendi forma genereque, ac compoſitione ipſius orationis.* Gell. 20, 4 Amaui in vtriusque epiſtola breuitatis elegantiſſimae filum tenuiſſimum. Cic. de Amicit. 25 c. 7 Sed aliud quoddam expetimus filum orationis tuae: *h. e. aliud dicendi genus.* Idem de Orat. 3, 101 Primum ſilua rerum ac ſententiarum comparanda eſt. Haec formanda filo ipſo et genere orationis. Silua *hic generatim eſt materia, lana veluti, aut linum, vnde fila ducuntur.* Cic. Fam. 9, 12 *de ſua oratione pro Deiotaro,* Ego hoſpiti — munuſculum mittere volui leuidenſe, craſſo filo, cuius modi ſolent ipſius eſſe munera. *Ludit in ſaga fili craſſioris, quae muneri miſerat Deiotarus.* Tenue argumentandi filum Cic. in Orat. 124. Tenui deducta poëmata filo Horat. Epiſt. 2, 1, 225. *i. ſtilo ſubtiliori. vid.* DEDVCO. Cic. de Orat. 2, 93 Omnes etiam tum retinebant illum Periclis ſuccum, ſed erant paullo vberiore filo, *i. abundantiore genere dicendi.*

FILĀTIM. Adu. [κατὰ νήματα] Lucret. 2, 830 Purpura, poeniceusque color clariſſimu' multo, Filatim quum diſtractus, diſperditur omnis.

FILO, āre. [νήθω, μηρύω] *Filum ducere: cuius Paſſiuum eſt* Filor. *A quo fit compoſitum* Effilo. *Conf.* Fortunat. de Mart. 3, 112.

FILAMENTVM, i. n. *Apud Medicos.*

FILATVS, a, um. Sidon. . . .

F I M

FIMBRIA, *Cognomen* Flauiorum, *e quibus eſt ille* C. Fimbria, *crudelitate inſignis,* qui quum Scaeuolae, quem grauiter vulnerauerat, diem inſuper dixiſſet, quaerentibus quid in Scaeuola eſſet accuſaturus, Quod (inquit) non totum corpore ferrum receperit Cic. pro Roſc. Amer. 33. *Conf.* Cic. Off. 3, 19 *et* 22. *et* Verr. 3, 70 *etc.*

FIMBRIA, ae. f. [πέζα, θύσανος, κράσπεδον, κροσσὸς] *Veſtimentorum ſiſſa et in fila diuiſa extremitas.* Non. 2, 318 Fimbriae ſunt omnis extremitas. Nomen eſt a Fibro, quod antiquis Extremum erat. *Similia* Varr. de L. L. 4, 13 *quae damus, voce* FIBRA *pr. vbi etiam de* Fimbria *ſententiam eandem diximus.* Plin. 7, 51 Iam ſigna letalia: in furoris morbo riſum: ſapientiae vero aegritudine, fimbriarum curam et ſtragulae veſtis plicaturas. Cic. in Piſon. 52 c. 11 Erant illi compti capilli, et madentes cincinnorum fimbriae, et fluentes, ceruſſataeque buccae. Laticlauiae mappae, fimbriis hinc atque illinc pendentibus Petron. c. 32. *Conf. Salmaſ. ad* Spartian. Pertin. c. 8.

FIMBRIĀTVS, a, um. Adi. [θυσανωτός] Plin. 17, 10 ſ. 13 *de ſtolonibus,* Cum perna ſua auelluntur, partemque aliquam e matris quoque corpore auferunt ſecum fimbriato corpore. Idem 21, 15 *de vrtica,* Caule quoque mordaci, fimbriatis foliis, *i. ſerratis, denticulatis.* Geſtamen prolixe fimbriatum Apul. Met. 8 p. 214 *de flagro ſacerdotum Cybeles.* Sueton. in Caeſ. c. 45 Vſum ferunt lato clauo ad manus fimbriato. *Vid. ibi Caſaubon. et Oct. Ferrar. de Re veſtiaria* 2, 1, 19.

FIMBRIATVRIO, īre. Quinctil. 8, 3, 32 *tribuitur, vt* Fimbriaturit *fictum ſit ad exemplum Ciceroniani* Sullaturit. Fimbriaturit *ergo ſignificabit* Fimbriae *furorem aemulatur. Sed inclinat animus in ſuſpicionem Burmanni, ita legendum eſſe totum locum,* Nec a verbis modo, ſed a nominibus quoque deriuata ſunt quaedam, vt a Cicerone *ſubuculatum*, et ab Aſinio *Fimbriatum* et *Fibulatum*.

FIMVS, i. m. [κόπρος] *quod animalia egerunt. Deriuant quidam a* φύω, *gigno, quia agros feraces facit.* Iſidor. 17, 2 Fimus eſt, qui per agros iacitur, et dictus fimus, quod fiat inmus, id eſt ſtercus,

quod

quod vulgo laetamen vocatur, *etc.* Apuleius Met. 4 p. 144, 3 Fimo fiſtulatim excuſſo. Plin. 17, 9 M. Varro principatum dat turdorum fimo ex auiariis. Bubulo fimo incenſo factus fumus aptus apibus Columel. 9, 14, 1. Columbinus, *vid.* COLVMBVS. Fimo corrupto aliquem perfundere l. 1 §. 1 D. de extraordin. crimin. Gallinarum fimus bobus noxius Veget. 3, 2. Murinus Sammonic. 354. Ouillus, *vid. ſub* OVIS. Reddere fimum, *Excrementa ventris egerere* Plin. 8, 15. Pingui fimo ſaturare ſola Virgil. Georgic. 1, 80. ¶ 2 Fimus, *feminin. dixit* Apulei. Met. 7 *extr.* Liquida fimo ſtrictim egeſta. *Sic certe Elmenh. Sed al.* Liquido ſtercore, *etc.*

FIMVM, i. n. Plin. 28, 12 Dolorem inflexibilem (Opiſthotonon vocant) leuat vrina caprae auribus infuſa, aut fimum cum bulbis illitum. Id. 29, 5 Prodeſt et fimum gallinaceum. Ibid. 5 Remedium eſt fimum caballinum. *Add.* Sammonic. 721.

FIMĒTVM, i. n. [κοπρὸν] *Sterquilinium.* Plin. 24, 19. *et* 17, 9 Fimeta ſub dio concauo loco, et qui humorem colligat ſtramento intecta, ne in ſole areſcant, palo e robore depacto fieri iubet Virgilius.

FIMĀRIVS, i. m. *Apud* Firmicum *eſſe dicitur.*

FIMŌSVS, a, um. Adi. *In* Digeſtis.

F I N

FINDO, fidi, fiſſum, ĕre. [σχίζω] *Scindere et interiectu cunei, vel cuiuscunque rei rem diuidere in duas partes: ac proprie ad ea pertinet, quae partibus conſtat iis, quas a* findendo fibras *vocari, ſuo loco diximus. Vid.* FISSILIS. *Laudatur, neſcio quam bene,* Columel. 5, . . . Curabis, vt praeacutiſſima falce, ab ea parte, qua bifurca eſt, findas eam. Findere et diuidere Cic. de Legib. 2, 6. Aëra findit Ouid. Met. 4, 666. *de volante Perſeo.* Plin. 10, 23 *de anſeribus et oloribus,* Liburnicarum more roſtrato impetu feruntur, facilius ita findentes Aëra, quam ſi recta fronte impellerent: a tergo ſenſim dilatante ſe cuneo porrigitur agmen. Agros Sirius findit Tibul. 1, 7, 21. Hiulca ſiti findit canis aeſtifer Arua Virgil. Georg. 2, 353. Caelum findere aratro Ouid. Triſt. 1, 8, 3 *de Re impoſſibili.* Plaut. Bacch. 2, 3, 17 Heu cor meum et cerebrum Nicobole finditur, iſtius hominis, vbi fit quaque mentio. Euphrates illic finditur Plin. 6, 26. Freta findere claſſe Propert. 3, 4, 2. Humum ſolidam findere carmine Ouid. Amor. 1, 8, 18. Mare findo carina Propert. 3, 9, 35. Rura finduntur vomere Claudian. in Eutrop. 1, 112. Terras findunt radices arborum Cic. in Arat. Via finditur in ſolidum cuneis Virg. Georg. 2, 79. Via ſe findit in ambas partes Idem Aen. 6, 540. Findi, *prae indignatione rumpi, et diſſilire:* Perſ. Sat. 3, 9 Turgeſcit vitrea bilis. Findor: vt Arcadiae pecuaria rudere credas. *Sic Caſaubonus: i. rumpor indignatione. Al.* Finditur.

FISSVS, a, um. Partic. [σχιςὸς] Lignum fiſſum Virgil. Aen. 9, 413. Lingua fiſſa in duas partes Ouid. Met. 4, 586. Paries fiſſus tenui rima Idem Met. 4, 65. ¶ 2 *Subſtant.* Fiſſum, *pro Fiſſura et diuiſura.* Cic. de Natur. Deor. 3, 14 c. 6 Vnde porro iſta diuinatio? quis inuenit fiſſum iecoris? Idem de Diuin. 2, 32 c. 13 Fiſſum familiare, et vitale tractant. *Et* ibid. c. 14 Conuenire poteſt fiſſum iecoris cum lucello meo. *Et* 1, 16 c. 10 Quid fiſſum in extis, quid fibra (*vid.* FIBRA) valeat, accipio: quae cauſa ſit, neſcio. *Et* 2, 28 c. 12 Quomodo eſt collata inter ipſos *(obſeruatio)* quae pars inimici, quae pars familiaris eſſet; quod fiſſum periculum, quod commodum aliquod oſtenderet? *Vid. Briſſon. de Formul. 1, 31.* ¶ 3 *Sed* Fiſſum ani, *i. rima in ano.* Celſ. 5, 21 Proprie autem ad ani fiſſa, vel ora venarum fundentia ſanguinem, vel cancrum, *etc.* Id. 7, 30 ſi qua fiſſa in eo induruerant.

FISSIO, ōnis. f. [σχίσις] *Idem.* Cic. de Nat. D. 2, 159 c. 63 Quibus quum terrae ſubigerentur fiſſione glebarum, *etc.*

FISSVRA, ae. f. [σχίζα] Columel. 4, 29 Quod tum et totius obtruncatione vitis, et cum eiusdem refectionis fiſſura praecipit fieri. *Vid.* Plin. 10, 63. Idem 5, 2 Fiſſura Nili, *i. diuiſio.* Fiſſurae ani diutinae Scrib. 223.

FISSICVLO, āre. *Fiſſis ſ. fiſſuris exta diſtinguere, actio proinde deorum exta vaticiniis parantium.* Apul. de Deo Socr. p. 45, 28 *de iis, quos* daemonas *vocat,* Eorum de numero praediti curant ſingula, proinde vt eſt eorum cuique tributa Prouincia, vel ſomniis conformandis, vel extis fiſſiculandis, vel praepetibus gubernandis, vel oſcinibus erudiendis, vel vatibus inſpirandis, *etc. Omnes hae ſunt actiones non hominum ſcrutantium, ſed efficientium ſigna daemonum.* Mart. Capell. 1 p. 5 In fanis, quibus aut vaticinia — fundebantur, — aut denuntiata pecudum caede fiſſiculatis *(male legitur* phyſiculatis) extorum proficiis viſcera loquebantur. *Alter* Capellae *locus* 2 p. 38 *plane Apuleiano conuenit,* At intra ſolis meatum vsque lunarem globum, fecundae beatitudinis numina, ſupparisque potentiae, per quae tamen vaticinia ſomniaque ac prodigia componuntur. Haec aruſpicio exta fiſſiculant *(etiam hic* phyſiculant *editum)* admonentia quaedam, *etc. Quomodo* Phyſiculare *explicare conetur Scaliger, vid. ſ. l. ſub* PHYSIS.

FISSICVLATOR, ōris. m. *Elmenhorſtius in Ind. Apuleii, quem ſequitur Floridus, laudant ex* Gloſſis Iſidori Fiſſiculator, *et interpretantur, augur, naturas in extis animantium quaerens. Sed ne vocem quidem, nedum interpretationem ibi inuenias.*

FISSILIS, e. Adi. [σχιςὸς] *Quod fiſſum eſt, aut findi poteſt.* Plin. 16, 38 *de arboribus,* Venae latiores candidioresque pulpae fiſſilibus inſunt: ideo fit, vt aure ad caput trabis, quam libet praelongae admota, ictus ab altero capite vel graphii ſentiatur, penetrante tectis meatibus ſono: *vnde declaratur, quod de ſignificatione propria verbi* Findo *diximus.* Plaut. Aul. 3, 2, 25 Ad focum ſi adeſſes, non fiſſile haberes caput, *non pulſatus eſſes, laſciuia comica.* Columel. 9, 1, 3 Fiſſilis ſtipes, tereti trunco *opponitur.* Robur fiſſile cuneis ſcinditur Virg. Aen. 6, 181.

FISSIPES, edis. f. Calamus *ſcriptorius* Auſon. Epiſt. 7, 49. Iuvencae Idem Ep. 5, 1.

FINGO, finxi, fictum, ĕre. [πλάττω] *Componere, formare, proprie de his dicitur, qui formant aliquid ex luto, cera aliaue molli materia: inde etiam Statuariis tribuitur. Mox generale fit vocabulum ad caetera, quae ingenio, manuque hominis artificioſe formantur, aut ſimulantur.* Quinctil. 5, 12 Statuarum artifices, pictoresque clariſſimi, quum corpora, quae ſpecioſiſſima fingendo, pingendoque effingere cuperent. Idem 3, 11 Nec pingere quisquam, aut fingere coepit a pedibus. Cic. Fam. 5, 12 Neque enim Alexander ille gratiae cauſa ab Apelle potiſſimum pingi, et a Lyſippo fingi volebat. *Paullo poſt,* Nec minus eſt Spartiates Ageſilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem ſuam paſſus eſt eſſe. Fingere et formare Cic. Acad. 1, 6. Fingi gignique multa in agris propter fecunditatem Cic. de Diu. 1, 94 Quae natura prona atque ventri obedientia finxit Sall. in Cat. 1. Fingere, *de opere piſtorio aut dulciario* Sueton. Auguſt. c. 4 *extr.* Cic. Verr. 4, 30 Cybiratae ſunt fratres quidam Tlepolemus et Hero; quorum alterum fingere opinor e cera ſolitum eſſe, alterum eſſe pictorem. In ceris fingere Idem de Natur. Deor. 1, 71. ¶ 2 *Metaph.* Natura te finxit ad honeſtatem Cic. pro Mur. c. 29. Idem pro Milon. 5 Quid enim nobis duobus Iudices, laborioſius, quid magis ſolicitum, magis exercitum Dici aut fingi poteſt, *etc.* Cic. pro Dom. 79 Quid te aut fieri aut fingi dementius poteſt? Idem de Seneċt. 41 Quod quo magis intelligi poſſet, fingere Animo aliquem iubebat tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi poſſet maxima. Animo et cogitatione aliquid fingere Cic. Tuſc. 5, 68 c. 24. Cogitatione igitur fingite imaginem huius conditionis meae Idem pro Milon. 79. Fingere ex ſua natura caeteros: *h. e. caeteros ex ſuo ingenio iudicare* Cic. pro Roſc. Amer. 26 c. 9. Suſcipe paullisper meas partes, et eum te eſſe finge, qui ſum ego Idem Fam. 3, 12. Finge aliquem nunc fieri ſapientem, nondum eſſe Cic. Acad. 4, 86. Vlp. l. cum quidam D. de acquirenda heredit. Finge obſtetrices dicere. Fingite me dignum tali nece Ouid. 1, 2, 57. Finge aliquid ſaltem commode Cic. pro Roſc. Am. c. 19. Plin. Epiſt. 6, 26, 2 Tibi ſpondeo, habiturum te generum, quo melior fingi, ne voto quidem potuit. ¶ 3 *Sed omnem vim verbi non melius declarabimus, quam propoſitis Nominibus eorum, quae* Fingi *dicuntur.* Cic. de Amicit. 51 Atque etiam mihi quidem videntur, qui vtilitatis cauſa fingunt Amicitias, amabiliſſimum nodum amicitiae tollere. Animos audientium Quinct. 3, 4. Animi inopis et puſilli dî me finxerunt Horat. Serm. 1, 4, 18. *h. e. fecerunt.* Carmina Idem Carm. 4, 2, 32. *i. componere.* Ter. Eun. 1, 2, 58 Poſtquam ſentit me tecum quoque rem habere, fingit Cauſas, ne det, ſedulo. *i. cauillatur.* Ter. Hec. 4, 4, 71 Facis iniuriam, quum fingis falſas Cauſas ad diſcordiam. Collyria fingere Scribon. 21. 22. 27. Comas auro finxerat Stat. Theb. 5, 228 *niſi leg.* Fixerat. Corpora fingere lingua: *h. e. lingendo efformare, quemadmodum leones et vrſi ſolent ſuos catulos* Virg. Aen. 8, 42. Credibilius fingere Quinct. 4, 2. Crimen Cic. Verr. 3, 141. Horat. Epiſt. 1, 2, 64 Fingit Equum tenera docilem ceruice magiſter Ire viam, *format, docet.* Ter. Heaut. 3, 2, 34 Nonne ad ſenem aliquam Fabricam fingit? Faciem, vultum, ſonum nobis non poſſumus fingere Cic. de Orat. 1, 127. Fallaciam Plaut. Aſin. 2, 1, 2. Ter. Heaut. 3, 2, 22 Aliquid reperiret: fingeret Fallacias, vnde eſſet adoleſcenti, amicae quod daret. *Add.* Idem Andr. 1, 3, 15. Ter. Eun. 1, 2, 120 Ego pol quae mihi ſum conſcia, hoc certo ſcio, neque me finxiſſe Falſi quidquam, *etc.* Cic. Off. 1, 157 c. 40 Apium examina non fingendorum Fauorum cauſa congregantur: ſed quum congregabilia natura ſint, fingunt fauos. Filium tuum ille Syrus mire finxit Ter. Heaut. 5, 1, 25. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 1, 445. Formas apte fingetur in omnes Ouid. Met. 14, 685. Fortuna ſuis cuique fingitur moribus Cic. in Parad. 5, 1. *Conf.* Plaut. Trin. 2, 2, 84. Plaut. Capt. 2, 1, 14 At Fugam fingitis: ſentio quam rem agitis. Futura ex euentis Cic. Fam. 6, 6. Id. Acad. 4, 86 Etiamne hoc affirmare potes, Luculle, eſſe aliquam vim cum prudentia et conſilio, ſcilicet, quae finxerit, vel (vt tuo verbo vtar) quae fabricata ſit Hominem. Homines imitatores et narratores facetos natura fingit et creat Cic. de Orat. 2, 219. Iocum triſti mente Tibull. 3, 7, 2. Libere et impune aliquid Quinctil. 6, 1. Maleficium Cic. pro Roſc. Amer. 116. Pallade iam pingui fingere Membra putes Ouid. Her. 19, 44 *ſec. lectionem Heinſ. quem it. conſ. ad* 20, 134. Moderatur et fingit non modo Mentem et voluntates, ſed paene vultus eorum, apud quos agit actor Cic. de Legib. 3, 40. Miſerum finxit me fortuna Virgil. Aen. 2, 80. Cic. Acad. 4, 114 Tantum tibi arroges, vt exponas diſciplinam ſapientiae, naturam rerum omnium euoluas, Mores fingas, fines bonorum malorumque conſtituas. Nidos Plin. 11, 21. Nidos fingere et conſtruere volucres videmus Cic. de Orat. 2, 23 c. 6. Cic. Att. 1, 18 *pr.* Quicum ego colloquar (*ſ.* cum loquar) Nihil fingam, nihil diſſimulem, nihil obtegam. Opprobria quaelibet in quemuis Hor. Epiſt. 1, 16, 30. Opus luteum fingit ſub trabe celſa *hirundo* Ouid. Faſt. 1, 157. Orationem inſtitutis aliquorum commode fingere Cic. de Clar. Orat. 119. Oratorem ſummum Idem in Orat. 7. Parricidia Sen. Conſol. *ad* Marc. 26. Paſtillos fingere Scribon. 85. 90. 113. Pilulas fingere Idem 87. 138. Pocula de humo Ouid. Triſt. 2, 489. Hor. in Arte Poët. 367 Quamuis et voce paterna Fingeris ad Rectum, et per te ſapis. Religiones nouas ſibi ex loco Caeſ. Bell. Gall. 6, 36. Rhetora ſe Martial. 2, 64. Ridicula ex tempore Cic. in Orat. 87. Proderit et ſubito, quum Se non finxerit vlli, Ad dominam celeres mane tuliſſe gradus Ouid. Rem. Am. 341. *i. comſerit, ornauerit.* Se totum ad arbitrium et nutum eorum, qui audiunt fingere et accommodare Cic. in Orat. 24. Idem de Amic. 98 Hos delectat aſſentatio, his fictus ad ipſorum voluptatem Sermo quum adhibetur, orationem illam vanam teſtimonium eſſe laudum ſuarum putant. Somnia ſibi Virgil. Ecl. 8, 108. Stultitiam Vict. de Vir. Illuſtr. c. 10 *de Bruto.* Timores Ouid. Amor. 2, 8, 23. Venuſtiſſime aliquid Quinctil. 6, 3. Verba, ſicut molliſſimam ceram, ad arbitrium noſtrum fingere et formare Cic. de Orat. 3, 175. Verba inania fingis Propert. 3, 20, 5. Verſus Horat. in Arte Poët. 382. Tacit. Ann. 6, 51 Occultum ac ſubdolum fingendis Virtutibus. Caeſ. B. G. 1, 39 Hi neque Vultum fingere, neque interdum lacrimas tenere poterant. Cic. de Fin. 2, 77 Quod ſi Vultum tibi, ſi inceſſum fingeres, quo grauior viderere, non eſſes tui ſimilis: verba tu fingas, et ea dicas, quae non ſentias. Ter. Heaut. 5, 1, 14 Vultus quoque hominum fingit ſcelus.

FICTVS, a, um. Partic. [πεπλασμένος, πλαςὸς] *ſiue Nomen ex Partic. pro Simulato.* Ter. Eun. 1, 2, 24. Cic. de Amicit. 79 In amicitia autem nihil eſt fictum, nihil ſimulatum. Fictus et aſtutus Horat. Serm. 1, 3, 62. *i. ſimulator.* Alii fictum, ingratum immemorem loquuntur Plin. Ep. 8, 18. Dederunt et vitio, quod fictus fuiſſet, nec tam ſimplex, quam videretur Capitolin. in M. Ant. Philoſ. *extr.* Cic. de Orat. 1, 115 Sunt autem quidam ita naturae muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, vt non nati, ſed ab aliquo deo ficti eſſe videantur. Amore ficto ſuſpirare Lucret. 4, 1185. Cauſa abs te per ſummam fraudem et malitiam ficta eſt Cic. pro Quint. 56. Plaut. Truc. 2, 2, 32 Abire hinc ni propere grandigras, iam ego

ego iſtos fictos, compoſitos, criſpos, Cinnos tuos, vnguentatos, vsque ex cerebro expellam. Crimina Tac. Ann. 3, 37. Cunctatio Idem Ann. 1, 46. Deus fictus et commenticius Cic. de Nat. Deor. 2, 70 c. 28. Ebrietas Ouid. de Arte Am. 1, 597. Fabula ficta et commenticia Cic. Off. 3, 39 c. 9. Fabula ficta in vanum iocum Tibull. 3, 4, 68. Gemitus dat fictos Ouid. Met. 6, 565. Gratia ficta linguae Idem Epiſt. 12, 12. Homulus ex argilla et luto fictus Cic. in Piſon. 59 c. 25. Imago picta et ficta Id. Fam. 5, 12. Materia non inerudite ad declamandum ficta Quinctil. 1, 10. Plaut. Stich. 5, 5, 4 Nam ita eſt ingenium Muliebre, bene quum lauta eſt, terſa, ornata, ficta eſt, infecta eſt tamen. *Vid.* Fingere Se, n. 3. Officio ficto, ſimulataque ſedulitate coniunctus Cic. pro Caecin. 14. Orationes Quinctil. 6, 1. Pectore ficto fatur Virgil. Aen. 2, 107. Religio Cic. Fam. 1, 4. Res fictae et adumbratae Idem de Amic. 79. Res fictae et commenticiae Cic. pro Muraen. 23. Teſtis fictus ſubornari ſolet et imponi falſae tabulae Idem pro Caecin. 71. Voce ficta gloriam ſibi quaerere Ouid. Met. 9, 54. Tenax ficti prauique Virg. Aen. 4, 188 *de Fama.* *Subſtantiue,* Ficta cito ad naturam reciderint ſuam P. Syrus.

FICTOR, ōris. m. [πλάστης, πλαστικὸς] *Qui fingit.* Cic. de Natur. Deor. 2, 72 c. 29 Reliquos deos ea facie nouimus, qua pictores, fictoreſque voluerunt. Fictor legum Plaut. Epid. 3, 4, 86. ¶ 2 Fictor *appellatur,* Iſidor. 10 a Fingendo et componendo aliquid: ſicut, Qui capillos mulierum linit, et pertractat, et vngit, et nitidat. Sed et Dei habebant ſuos Fictores, hoc eſt, qui ſimulacra eorum exornabant. Senec. *apud* Auguſtin. de Ciu. Dei 6, 10 Alius nomina Deo ſubiicit, alius horas Ioui nunciat, alius fictor eſt *(ita enim cum Lipſio legendum)* alius auctor. FICTORES PONTIFICVM et VESTALIVM *in antiquis lapidibus leguntur; et hi erant, vel Qui vel de pane aut cera fictas hoſtias faciebant pro te-nuioribus, vel Qui inter miniſteria ſacrorum liba fingebant: poſterius diſerte* Varro *ait* de L. L. 6, 3 p. 73, 23 Fictores dicti a fingendis libis. *Conf. inpr. Graeu. ad* Cic. pro Domo c. 54. Fictores *etiam dicebantur Dulciarii operis factores alii. Vid. Caſaub. ad* Sueton. Aug. cap. 4 *extr.*

FICTRIX, īcis. f. [πλαστὶς] Cic. de Natur. Deor. 3, 91 c. 39 Eius autem vniuerſae fictricem et moderatricem, diuinam eſſe prouidentiam. Fictrices *et* Veratrices *olim dictae mulieres veneficae et ſagae, de quibus Scalig. in* Ciri p. 75 *laudatque* Calicem infectum ſpiritu fictricis Tertull. de Ref. Carn. c. 16. *vid. Iun. in not.*

FICTIO, ōnis. f. Lactant. de Opific. Dei c. 12 In auium fetibus primum oculos fingi, dubium non eſt: quod in ouis ſaepe deprehendimus. Vnde fieri non poſſe arbitror, quin fictio a capite ſumat exordium. Corporis fictio Lactant. 2, 12. Hominis fictio Idem 4, 4. Lact. Inſt. 1, 2 Fictionibus credere. Arnob. 4, . . Inducere Deorum, neſcio quas fictiones. Falſitatis Arnob. 5 p. 166. *Vſus eſt et* Quinct. 5, 10. *et* 8, 6. *it.* 9, 3 *vbi Proſopopoeiam appellauit* Perſonae fictionem.

FICTVRA, ae. f. Gell. 10, 5 *de nomine* Auarus: Cur enim non videri poſſit ab vno ſolum verbo inclinatum, quod eſt *aueo;* eademque fictura, qua eſt *amarus. Eſt igitur* fictura *eadem, quae* figura *et velut conformatio vocis.*

FICTVS, ūs. m. Sariſb. 2, 27 Diſciplinae fictum effugere.

FICTE. Adu. [πλαστῶς] Cic. Fam. 3, 12 (13) Nam vt vetus noſtra ſimultas antea ſtimulabat me, vt cauerem, ne cui ſuſpicionem ficte reconciliatae gratiae darem. *Contraria:* Idem pro Domo 77 Ius a maioribus noſtris, qui non ficte et fallaciter populares, ſed vere et ſapienter fuerunt, ita comparatum eſt, *etc.* Ficte et ſimulate loqui Cic. Q. Fratr. 1, 1, 4.

FIGMEN, ĭnis. n. Prudent. Apoth. 798 Factor vtroque hominem meditans de figmine iunctim Aedificare ſui ſimilem. *Et* 1035 Os capere, et fabro deitatis figmine naſci.

FIGMENTVM, i. n. [πλάσμα] *Quod fictum eſt.* Cic. de Orat. 2, 188 Tantum eſt flumen grauiſſimorum, optimorumque verborum, tam integrae ſententiae, tam verae, tam nouae, tam ſine figmentis, fucoque puerili, vt mihi, *etc.* Gell. 5, 12 Caprae figmentum, *i. effigies, imago. Conf.* Lactant. 7, 22. *et* Apul. Met. 4 p. 155. *aliique apud Cellar. Cur. Poſt. p. 141. Sic* Ammian. Marc. 22, 13 Aſclepiades Philoſophus —— Deae caeleſtis argenteum breue figmentum quocunque ibat ſecum ſolitus efferre, *etc. i. imagunculam.*

FIGVLVS, i. m. [κεραμεὺς, χυτρεὺς] *Idem, qui Fictor. Sic* Figuli faciunt dolia Varr. R. R. 3, 15, 2. Plin. 35, 12 Fingere ex argilla ſimilitudines, Dibutades Sicyonius figulus primus inuenit Corinthi, filiae opera. Columel. 11, 1, 9 Tam docendus eſt futurus villicus, quam futurus figulus aut faber. ¶ 2 Figulus, *cognomen, v. g. Nigidiorum. Vid.* Cic. Brut. 20. *et* de Legg. 2, 25.

FIGVLĪNA, ae. f. [κεραμεῖον] *ſeu, quod magis doctis placet, per ſyncopen* FIGLINA; *Officina eſt, in qua figulus opera facit.* Plin. 7, 56 Figlinas Coroebus Athenienſis inuenit. Varr. de R. R. 1, 2, 23 Figlinam exercere, *vbi etiam artem poſſis intelligere. Add.* Plin. 28, 2. *et* 35, 12. Idem 35, 12 Figlinarum opera imbricibus tubulis, tegulisque ad balineas hamatis, vel ad tecta coctilibus laterculis frontatiſque, aut quae rota fiunt. *Vid.* l. 6 ff. de ſeruit. ruſt.

FIGVLINVS, *et* FIGLĪNVS, a, um. Adi. [κεράμεος] Figlina creta, *qua figuli vtuntur* Plin. 10, 21. *et ipſe* Varro R. R. 3, 9, 3. Fornacibus incocta figulinis Arnob. 6 p. 200. Figlinum opus, *quale figuli ipſi facere ſolent:* Plin. 31, 3 Olliſque e figlino crudis. *Conf.* Idem 15, 17. Vitruu. 5, 10.

FIGLINVM, i. n. [κεράμιον] *Opus ipſum figuli.* Plin. 34, 18 Alii limatam ſcobem, in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum.

FIGLINARIVS, i. m. *Idem, qui Figulus in* Digeſt. . .

FIGVLĀRIS, e. Adi. [κεραμικὸς] *Quod pertinet ad figulum.* Plaut. Epid. 3, 2, 35 Verſutior es, quam rota figularis. Figularis creta, *qua figuli vtuntur* Columel. 6, 17, 6. *Vid.* ARGILLA. *Add.* Idem 8, 2. Figularibus tritis, et picis liquidae et fricti ſalis ſingulos ſextarios infundunt Columel. 7, 5, 9 Figularia *vocat, Fragmenta teſtacea, vel lateritia.*

FIGVLO, āre. *pro Fingere.* Tertull. adu. Valent. c. 24 Figulat hominem Demiurgus.

FIGVLATVS, a, um. Partic. Idem de Carne Chriſt. c. 9 Corpus hoc noſtrum de limo figulatum.

FIGVLATIO, ōnis. f. Tertull. de Reſurrect. Carn. c. 5. *Et* de Anima c. 25.

FIGVLATOR, ōris. m. Gloſſ. Vet. κεραμεὺς, Faber figulator.

FIGVLARIVS, i. m. Gloſſ. Lat. Gr. Figularius, κεραμεύς.

FICTĬLIS, e. Adi. [πλαστὸς] *Quod eſt factum ſ. fictum a figulo.* Plin. 35, 12 Quae rota fiunt, etiam fictilibus doliis ad vina excogitatis, et ad aquas. Ibid. 7 Fictiles in faſtigio templi eius quadrigas, de quibus, *etc.* Dî fictiles *ſimplicitatis antiquae argumentum* Propert. 4, 1, 5. Figurae Cic. de Natur. Deor. 1, 71 c. 26. Imago Propert. 3, 3, 30. Mortarium Scribon. 111. Olearium Idem 161. Pocula Tibull. 1, 1, 38. Simulacra deorum fictilia in delubris dicata Plin. 34, 7. Vas Scribon. 65. 269. Vaſa Cic. Attic. 6, 1. Valer. Maxim. 4, 4. Vrna Cic. in Parad. 1. ¶ 2 *Subſtant.* Fictile, *Quidquid ex terra fingitur.* Plin. 35, 12 Quoniam eo peruenit luxuria, vt etiam fictilia pluris conſtent, quam murrhina. Guloſum Iuuenal. Sat. 11, 20. Pura Tibull. 1, 1, 38. Fictilibus coenare pudet Iuuenal. Sat. 3, 168. Nulla aconita bibuntur fictilibus Idem Sat. 10, 25. *Vid. Brouckh. ad* Tibull. 1, 1, 30. *Conf.* Senec. Epiſt. 5. *et* Auſon. Epigr. 8. *Ad ſimulacra etiam refertur:* Liu. 34, 4 Fictilia deorum.

FICTILIĀRIVS, i. m. Gloſſ. Gr. Lat. ὀστρακοποιὸς, Fictiliarius.

FICTĪCIVS, a, um. Adi. Plin. 23, 1 Ficticium non poteſt appellari, quod bion appellauimus, *ſc.* vinum. Firmic. de Error. prof. Rel. . . Videtis, vt veſtros ementitos et ficticios deos turbulentus error excogitauerit.

FINGĪBĬLIS, e. Adi. *Fingi aptus, aut fictus adeo.* Cael. Aurel. Tard. 1, 4, 104 Prae oculis ſcintillarum fingibilis viſus.

FIGVRA, ae. f. [ἰδέα, σχῆμα, τύπος, χαρακτὴρ] *Forma, quae Fingendo efficitur.* Gell. 12, 28 Eſt, *vt ait* Aſconius (in Verr. 3, 57) circa geſtum, ſitumque membrorum. Ter. Eun. 2, 3, 24 Quid tua iſthaec? CH. noua figura oris: *de inuſitata pulchritudine.* Cic. Off. 1, 116 Principio corporis noſtri magna natura ipſa videtur habuiſſe rationem, quae formam noſtram, reliquamque figuram in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in promtu. In figura hominis feritas belluae Cic. Off. 3, 12 c. 6. Figura et ſpecies humana Idem de Natur. Deor. 1, 47. *Et* pro Roſc. Amer. 20. *Hic videntur Synonyma. Sic alio ſenſu* Figurae Scribon. 199. *i. ſpecies ſ. formae, de medicamento ex pluribus compoſito. Sed* Emplaſtri figuram habet medicamentum Idem 157. Figura, forma, et ſtatura corporis noſtri ad naturam apta Cic. de Finib. 5, 35. Formae figura Idem de Nat. Deor. 1, 91. Conformatio quaedam et figura totius Oris et corporis Cic. de Orat. 1, 114. Idem de Inuent. 1, 41 Maius et minus, et aeque magnum, ex vi et numero, et ex figura Negotii, ſicut ex ſtatura corporis conſideratur. Vocis figura Auctor ad Herenn. 3, 25. Concors, *vid.* CONCORS. Claudian. de Rapt. Proſerp. 2, 131 Te quoque flebilibus moerens Hyacinthe figuris, *i. literis* Al. Moeſta Ouid. Epiſt. 10, 134. Muliebris Cic. de Vniuerſ. 39. Muliebrem in figuram habitumque formata ſtatua Idem Verr. 2, 87. Noua figura oris Ter. Eun. 2, 3, 24 *in laudem puellae dictum, vt vidimus. Ipſas quoque puellas* Figuras *nonnunquam dictas docet Burm. ad* Quinct. Decl. 12, 2 p. 307. *Nempe vt* Formae, *v. v.* n. 2. Simillimae Cic. de Vniuerſ. 39. ¶ 2 *Verba:* Ouid. Met. 2, 474 Adimam tibi namque figuram, Qua tibi quaque places noſtra importuna marito. *Sic mox* Immutata. Animare aurum impreſſis figuris Stat. Silu. 5, 1, 2. Confidere fallaci figurae *formae, pulchritudini* Ouid. de Arte Am. 2, 143. Dedit natura habilem et aptam ingenio humano figuram corporis Cic. de Legib. 1, 26. Ducere veri figuram, *Ad naturam ipſam propius accedere de textili pictura* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 43. Effingere varias figuras Lucret. 2, 588. Exprimere quandam formam figuramque dicendi Cic. de Orat. 2, 90. Immutata figura Ouid. Met. 7, 722. Signatur cera figuris Idem Met. 15, 169. Sumere figuras varias Ouid. Met. 12, 556. Idem Met. 3, 399 Oſſa ferunt lapidis traxiſſe figuram. Variata figuris multigenis Lucret. 2, 335. Verſa Ouid. Met. 10, 234. Vincit hominis figura omnium animantium formam Cic. de N. D. 1, 48 c. 18. ¶ 3 Figura, *apud Grammaticos et Rhetoras* eſt Conformatio quaedam orationis, remota a communi et primum ſe offerente ratione, *vt ait* Quinctil. 9, 1, 4. *vel, vt* ſ. 14 Arte aliqua nouata forma dicendi. *Nempe alias omnis conformatio vocis eſt figura.* Quaedam tertiae demum perſonae figura dicuntur, vt licet, piget Quinct. 1, 4 *extr.* Sequi Graecam figuram malit Idem 1, 5. Variare, ac verſare aliquid mille figuris Quinct. 5, 14 *etc.* ¶ 4 *Peculiariter Rhetores* Figuram *vocant illud genus orationis,* in quo, *vt ait* Quinct. 9, 2, 65 per quandam ſuſpicionem, quod non dicimus accipi volumus; non vtique contrarium, vt in Ironia, ſed aliud latens, et auditori quaſi inueniendum: quod iam fere ſolum ſchema a noſtris vocatur, et vnde controuerſiae *figuratae* dicuntur. Eius triplex vſus eſt, vnus, ſi dicere palam parum tutum eſt; alter, ſi non decet; tertius, qui venuſtatis modo gratia adhibetur, *etc.* *Dedita enim opera ibi hoc genus tractatur, et quam ſaepe vanum ſit oſtenditur. Exemplum modo vnum alterumque addemus,* In ſuſpecta nuru, *(dicit filius)* Duxi vxorem, quae patri placuit: *illud* placuit *poteſt honeſtum eſſe, poteſt ad inceſtam turpitudinem pertinere. Sic* Infamis amore filiae virginis pater raptam eam interrogat, a quo vitiata ſit? Quis te, inquit, rapuit? *(illa reſpondet)* tu, pater, neſcis? *Add.* Idem 9, 1, 14 Zoilus — id ſolum putauit ſchema *(figuram)* quo aliud ſimulatur dici, quam dicitur, quod ſane vulgo quoque ſic accipi ſcio: vnde et figuratae controuerſiae quaedam — vocantur. Idem 7, 4, 28 A quo diſſenſuros puto, qui libenter patres figura laedunt. Sueton. in Veſpaſ. c. 13 Amicorum libertatem, Cauſidicorum figuras, philoſophorum contumaciam leniſſime tulit. Idem Domit. c. 10 Occidit et Hermogenem Tarſenſem propter quaſdam in hiſtoria figuras, *etc. Vid. Caſaubon. ad l. et Voſſ. Inſt. Orat.* 5, 6, 7. ¶ 5 *Mathematicis* Figura *eſt, quae ſub aliquo, vel aliquibus terminis comprehenditur. Eucl. primo Element.* ¶ 6 *ICtis etiam* Figura *eſt, quam alias* Speciem *dicunt, vt* l. 21 D. de mortis cauſa donat. Exceptis his capiendi figuris. *It.* l. 1 D. de obligat. et act. Ex variis cauſarum figuris. *Et* pr. Inſtit. de Legatis, De iis iuris figuris, quibus per vniuerſitatem res nobis acquiruntur.

FIGVRATE. Adu. *ſignificat Per figuram. Cum reſpectu ad Rhetoricam ſignificationem* Figurae, *de qua* n. 4. Aſcon. Ped. prooem. Act. Verr. 30 c. 10 Vide figurate ſingulis additam laudem ex ore aduerſarii, velut oſtendentis, cur ſibi iſti omnes diſpliceant. *Igitur* figurate *etiam licet laudare. Comparat.* Sidon. Epiſt. 5, 8 Figuratius quem pungere. *Superl.* Figuratiſſime, *apud* Mart. Capell.

FIGVRATO. *Idem. Apud* Tertullian. adu. Iud. c. 9. *et* adu. Marc. 3, 14.

FIGVRO, āre. [σχηματίζω] *Fingere et formare.* Cic. de Vniverſ.

verſ. 15 A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua vna omnis forma reliqua concluditur. *Sic* Plin. 9, 51. Idem c. 63 Poſtea lambendo calefaciunt fetus et figurant. *Add.* Idem 8, 36. Formare, figurare, colorare, animare non poſſunt atomi Cic. de Natur. Deor. 1, III. Aes figurare in habitum ſtatuae Senec. Epiſt. 66. Caſeum figurare Plin. 16, 38. Figurare os pueri, *per translationem* Horat. Epiſt. 2, 1, 126. *h. e. optimo ſermoni aſſuefacere. Conſ.* Lucret. 4, 550. *et* 2, 412. ¶ 2 *Fingere cogitatione, Imaginari:* Quinctil. in Gladiatore f. 9, 6 *extr.* Figurare tamen poteſtis, qui tunc animus mihi, quae cogitatio fuerit. Curt. 7, 1, 36 Vtinam prudentius eſſet ſolicita pro filio, et non inanes quoque ſpecies anxio animo figuraret. ¶ 3 Figurare orationem, *Figuris diſtinguere et aſpergere* Quinctil. 4, 1, 67. *it.* 9, 1, 10.

FIGVRĀTVS, a, um. Partic. [ἐσχηματισμένος] Cic. de Nat. Deor. 2, 159 c. 63 Quid de bubus loquar? quorum ipſa terga declarant, non eſſe ſe ad onus accipiendum figurata. Corpus figuratum ita eſt, vt excellat aliis Idem de Fin. 5, 34 *de corpore hominis.* Figurata ad amplitudinem Scribon. 46 *de particula ſpongiae.* Signum in modum Liburnae figuratum Tacit. Germ. 9, 2. Stercora Celſ. 2, 3. *Sed apud Rhetoras* Figurata oratio Quinct. 9, 1, 13. Controverſiae 9, 1, 14. 5, 10, 70 *etc. nempe in quibus aliud agitur, quam primo adſpectu videtur. Vid.* FIGVRA n. 4. Verba Quinct. 8, 1, 1. Morſus figurati Macrob. Sat. 7, 3.

FIGVRATIO, ōnis. f. [σχηματισμός] *Figura.* Plin. 11, 37 Vt in vnoquoque poſcit figuratio. Vitruu. 9, 4 Depicta figuratio. Sphaerae figuratio Hygin. Aſtron. prooem. *Pro Imaginatione, apud* Quinct. Decl. 6 Si quiſquam figuratione quadam in hac malorum conditione iudicem ponat, *etc. i. imaginetur.*

FIGVRĀTOR, ōris. m. Arnob. 6 p. 196 Vobis ducibus et figuratoribus Luna femina eſt.

FIGVRĀLIS, e. Adi. Celſ. 1, 3 Creta figuralis corpori illita. *Sed melius legitur* Figularis.

FIGVRALITER. Adu. *Idem, quod Figurate.* [Gloſſ. Gr. Lat. ἐσχηματισμένως, Figuraliter.] Sidon. Epiſt. 8, 14 Quidquid Legis diebus figuraliter immolabatur, *i. typice. Conf.* Auguſt. de Geneſ. 1 *pr. et* Tert. de Teſt. Anim. c. 2.

FIGVRANTER. Adu. *i. Figurate. Apud* Diomed. Gramm.

FIGVRANTIA, ae. f. *Apud* Auguſtin. . . .

FINIS, is. m. *vel* f. [τέλος, πέρας, τελευτή, ὅρος, μεθόριον] *Extremum cuiusque rei, in quo deſinit, idque vel ita, vt ipſam illam velut deſinentiam, et negationem perpetuitatis ſignificet, hic* exitus *etiam vocatur, vt mors eſt finis vitae: vel illud, quod in agendo ſequimur, quo obtento actio deſinit, quae cauſa finalis vulgo dicitur: vel denique, quod rem circumſcribit et continet, ne vltra progredi poſſit, vel continuari, qui* terminus *eſt, et tam ad locum, quam ad tempus refertur. Ad haec tria velut capita referri varietas omnis poſſe videtur: nomen ipſum autem prima ſignificatione, e qua paullatim dilatatum et abſtractum eſt, conuenire cum nomine* funis, *quod ex* σχοῖνος *deriuari deinde dicemus.* Iſidor. 15, 14 Fines dicti eo, quod agri funiculis ſunt diuiſi. Menſurarum enim lineae in terrarum partitione tenduntur. *Lineam etiam eſſe funiculum, ſuo loco oſtendimus; eandem pro fine dici, monet notum illud,* Mors vltima linea rerum. *Sed perſequamur illam diuiſionem, recordati tamen, hic etiam fieri, quod alias ſaepe, vt miſceantur ſignificationes et implicentur ſibi, vt idem exemplum ad plures claſſes referri queat.* Finis *igitur* exitum *et* pauſam *ſignificat:* Virg. Aen. 1, 245 Quem das finem, rex magne, laborum? Idem Aen. 2, 554 Haec finis Priami fatorum. Cic. de Legib. 2, 55 Neque neceſſe eſt ediſſeri a nobis, quae finis funeſtae familiae, *etc.* Imperium ſine fine Virgil. Aen. 1, 283. Dominatio ſine fine Tacit. Hiſt. 4, 8, 6. *In his poſſis etiam* terminum *intelligere.* Idem Ann. 3, 30 Fine Anni conceſſere vita inſignes viri. Plaut. Merc. 3, 4, 67 Quis modus tibi exilio tandem eueniet? quis finis Fugae? Operum longorum finis Horat. in Arte Poët. 406. Poenarum finis *et* terminus malorum *iunguntur* Lucret. 3, 1035. Certa finis Idem 1, 562. *Et* 3, 1091 Certa finis vitae mortalibus adſtat. *it.* 2, 512 *in quibus terminum ſignificare etiam poteſt, vltra quem non progreditur natura. Sed* Certa finis, *quae affertur ex* Rutilio Lupo de fig. ſent. 2 p. 12 *nihili eſt. Recte enim Pithoeus edidit,* de aetiologia, Ita, vt quod dubium eſt viſum, ad certam fidem adduci videatur. *Rurſus* Lucan. 6, 592 Te precor, vt certum liceat mihi noſcere finem, Quem belli fortuna paret. Honeſtiſſimum finem *dicendi* putabamus deſinere, dum deſideraremur. *Sic* Cic. pro Muraena 12 c. 5 Finem ſtipendiorum patris victoriam ac triumphum fuiſſe, felicitatis fuit. Quinctil. 2, 12 *extr.* Lucret. 2, 1048

Principio nobis in cunctas vndique partes,
Et latere ex vtroque, infraque ſupraque, per omne
Nulla eſt finis.

Paullus in l. Singulis D. de except. rei iudicatae, Singulis controverſiis ſingulas actiones, et vnum iudicati finem ſufficere, probabili ratione placuit. ¶ 2 *Verba:* Accipere finem Quinctil. 2, 18. Addere finem alicui rei, *vid.* ADDO. Idem 5, 10 Si finem Praetoris edicto afferunt Calendae Ianuarii, cur, *etc. vid.* AFFERO. Tributorum finem vnius Imperatoris praeda attulit Cic. Off. 2, 76. Virgil. Aen. 10, 106 — Nec veſtra Capit diſcordia finem. Conſtituere controuerſiae iudiciariae finem aliquando Cic. Verr. 1, 5 c. 2. Dare finem laborum Virg. Aen. 1, 145. Dedit finem ore loquendi Idem Aen. 6, 76. Demto fine carendus Ouid. Epiſt. 1, 50. Expeditus Celſ. 6, 6 *de Xerophthalmia.* Expletus pudoris Stat. Achill. 1, 291. Ter. prol. Heaut. 34 De illius peccatis plura dicet, quum dabit alias nouas: niſi finem maledictis Facit. Facere finem libidini et impudentiae Cic. Verr. 3, 207. *et* 4, 118. Difficile eſt Facere finem pretio, niſi libidini feceris Idem Verr. 4 c. 17. Plaut. Aſin. 3, 3, 15 Sermoni iam finem Face tuo: huius ſermonem accipiam. Facere ſolicitudinis finem quamprimum Cic. Fam. 16, 342. Facere finem vitae atque laboris Lucret. 3, 956. Fecit finem vitae et victoribus et victis idem dies Cic. Verr. 5, 76. Facto fine quieuit Virg. Aen. 3, 718. Ter. Andr. 5, 1, 2 Satis iam ſatis Simo ſpectata erga te amicitia eſt mea, ſatis pericli cepi adire: orandi iam finem face. *Paſſ.* Lucret. 3, 257 Sed plerumque Fit in ſummo quaſi corpore finis Molibus. Ferre finem rebus feſſis Virg. Aen. 3, 145. Habeat neceſſe eſt viuendi finem, qui finem habet motus Cic. in Somn. Scip. 20. Habet finem luſus Ouid. de Arte Am. 3, 809. Implere finem vitae Tacit. Ann. 2, 42. Imponere finem bello, *vid.* IMPONO. Imponere finem curis Virg. Aen. 4, 639. Inuenire finem dicitur res, *vid.* INVENIO. Labori . . . Orare finem malorum Ouid. Met. 1, 733. Ponere ſibi finem vitae, *Se occidere* Tacit. Ann. 5, 2. Ponere finem vitae Sen. Agam. f. 7. Reperire finem ſolicitudinis Cic. Fam. 10, 15. Reperire finem et exitum alicuius rei Idem pro Cluent. 7. Statuere finem cladi Sen. Herc. fur. f. 4. Statuere finem timoris Lucret. 6, 26. Sum: *vt,* Nec finis in illa eſt, *i. non deſinit* Ouid. Met. 10, 471. Diſcordiarum finis fit aliquando Cic. de Aruſp. Reſp. 54. ¶ 3 *Interdum ſimpliciter ponitur* Finis *pro Morte; vt,* Adſimulare finem Tacit. Ann. 15, 63. Idem Ann. 6, 25 Niſi ſi negatis alimentis, adſimulatus eſt finis, qui videretur ſponte ſumtus. *Conſ.* Id. Hiſt. 1, 37, 6. ¶ 4 Finis *terminus eſt vel loci et ſpatii adeo, vel durationis et temporis; quin latiſſime patet, et omnem reſtrictionem, et determinationem, quam philoſophi appellant, complectitur.* Cic. de Orat. 1, 154 c. 34 Lecta oratio ad eum finem, quem memoria poſſem comprehendere. Ouid. ex Ponto 1, 4, 28 Qui vix Theſſaliae fine timendus erat. Idem Halieut. 102 Cercurusque ferox ſcopulorum fine moratus. Lucret. 4, 628 Deinde voluptas eſt e ſucco fine palati. Ouid. Met. 2, 131 Zonarumque trium contentus fine, polumque Effugito auſtralem, iunctamque aquilonibus arcton. Sen. de Benef. 6, 23 Vide quantum corporibus vagari liceat, quae non coërcuit (*natura*) fine terrarum *etc.* Ouid. Her. 4, 76 Fine coli modico forma virilis amat. *Et* de Art. 1, 282 Legitimum finem flamma virilis habet. Cic. in Verr. 5, 75 c. 29 Piratam viuum tenuiſti. Quem ad finem? dum cum imperio fuiſti. Quam ob rem? quam ob cauſam? quo exemplo? cur tam diu? *Igitur* quem ad finem? *hic eſt, quam diu?* Idem pro Cael. 11 c. 5 Tot ergo annos verſatus in foro ſine ſuſpicione — Quem ergo ad finem putas cuſtodiendam illam aetatem fuiſſe? Nobis quidem olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga conſtitutus. Cic. Catil. 1 *pr.* Quousque — Quamdiu — Quem ad finem ſeſe effrenata iactabit audacia? Cic. Act. 1 in Verr. c. 6 Ea manſit in conditione atque pacto ad eum finem, dum iudices reiecti ſunt. *Et* de N. D. 2, 119 c. 51 Quid dicam, quantus amor beſtiarum ſit in educandis cuſtodiendisque iis, quae procreauerunt, vſque ad eum finem, dum poſſint ſe ipſa defendere? Nepos Epam. 2, 5 Itaque exercebatur plurimum currendo et luctando, ad eum finem, quoad ſtans complecti poſſet. Gell. 7, 3 At hoc enim, inquit, plane ſtultitiae plenum eſt eo conſilio, atque ea fini facere velle aliquid, vti nunquam id facias quod velis. *Sic* Hac fini, *hactenus eſt* Gell. 1, 3 Hac fini ames, tanquam fortaſſe poſt oſurus; hac itidem tenus oderis, tanquam fortaſſe poſt amaturus. *Et ibid.* Quatenus quaque fini dari amicitiae venia debeat. *Et* 13, 20 His tum verbis Probus, atque hac fini hominem dimiſit, *i. non vltra ad docendum illum progreſſus.* Ad illum finem referenda eſt vulgaris liberalitas, vt facultas ſit qua in noſtros ſimus liberales Cic. Off. 2, 52. Finem *itaque pulchre etiam Iuriſconſulti pro Modo accipiunt, vt eſt a* Franc. Duar. lib. 1 *Anniuerſ. diſput. notatum. Vid.* l. 19 D. de compenſ. l. 1 §. pacto D. de vſur. l. 5 D. de Coll. dot. cum ſimilibus. *Sic* Fini peculii, Fini legitimae vſurae l. 1 §. 3 D. de pign. et hypoth. ¶ 5 *Caeterum in hac ſignificatione et Singulari et plurium Numero adhibetur.* Liu. 33, 37 *pr.* Redeuntes inde Ligurum extremo fine, cum agreſti praeda in agmen incidunt Romanum. *Sed* 35, 4 *pr.* Conſul alter L. Cornelius Merula per extremos Ligurum fines exercitum in agrum Boiorum induxerunt. Finis imperii Plin. 12, 4. Creſcunt vites nullo fine Idem 14, 1. Liu. 39, 27 *extr.* De iure etiam finium pauca adiecerunt. Q. Fabium Labeonem, quum in ea regione fuiſſet, Direxiſſe finem Philippo veterem viam regiam, *etc.* Ingredi intra finem alicuius loci Cic. pro Caecin. 22. Tacit. Agric. 18 Finem Britanniae non fama, nec rumore, ſed caſtris et armis tenemus. Tranſeunt appetitus finem et modum Cic. Off. 1, 102 c. 29. *Frequentior tamen pluralis.* Ter. Heaut. 3, 1, 93 Simus et Crito vicini noſtri hic ambigunt de finibus: me cepere arbitrum. Cic. Top. 43 c. 10 Quemadmodum ſi in vrbe de finibus controuerſia eſt, quia fines magis agrorum videntur eſſe quam vrbis, finibus regundis adigere arbitrum non poſſis: ſic ſi aqua pluuia in vrbe nocet *etc.* Prorogatio finium imperii Cic. de Prouinc. Conſ. 29. Tutor finium Siluanus Hor. Epod. 2, 22. *Diuerſas Finium ſpecies et appellationes dabunt ſcriptores rei agrariae, quas collegit in Gloſſis agrimenſoriis b. v.* ¶ 6 *Formulae Verborum:* Arcere aliquem ſuis finibus Virg. Aen. 1, 304. Arceri otii finibus videbam non poſſe Cic. de Aruſp. Reſp. 4. Conſtituere fines in amicitia, *vid.* CONSTITVO. Conſtituere ſibi certos fines terminosque, extra quos egredi non poſſit Cic. pro Quint. 35. Continere ſe finibus rerum ſuarum, *vid.* CONTINEO. Continetur ſuis finibus exiguis Latina lingua Cic. pro Arch. 23. Contingere fines, *vid.* CONTINGO. Defendere regiones ſuas finesque Cic. in Orat. 141. Deſcribere aliquid ingenii ſui finibus immenſis Idem de Orat. 1, 214. *Et* de Amicit. 56 Conſtituendi autem ſunt, qui ſint in amicitia fines et quaſi termini Diligendi. Exire fines ſenectae Stat. Silu. 4, 2, 59. Expulſus patriis finibus Virg. Aen. 1, 624. Habere tantos prouinciae fines, quantos optauerimus Cic. in Piſon. 49. Incolere fines ciuitatum aliquarum Idem Q. Frat. 1, 3. *Et* in Piſon. 37 Obtinuiſti prouinciam Conſularem finibus iis, quos lex cupiditatis tuae, non quos lex generi tui Pepigerat. Praeſcribere fines Cic. Q. Frat. 1, 1. Idem pro Muraen. 22 Etenim iſti ipſi mihi videntur veſtri praeceptores, et virtutis magiſtri, fines officiorum paullo longius, quam natura vellet, Protuliſſe. Propagare et regere fines Cic. pro Muraen. 22 c. 9. Terminare fines agri Idem Off. 1, 33. *Et* in Catil. 3, 26. Lucret. 2, 1169 Et crepat *ſenex laudator temporis acti ſe puero* antiquum genus vt pietate repletum Perfacile anguſtis Tolerarit finibus aeuum, *quod ipſe ſtatim explicat,* Cum minor eſſet agri multo modus ante viritim. Tranſcendere iuris fines Lucret. 3, 60. Tranſcendere praeſcriptos fines Claud. in Conſ. Hon. 4, 303. Tueri fines ſuos ab excurſionibus Cic. pro Deiot. 22 c. 8. Vitae fines dum Vertitur intra, *i. dum adhuc viuit* Lucret. 3, 591. Viuens intra fines naturae Hor. Serm. 1, 1, 50. Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines, Quos Vltra citraque nequit conſiſtere rectum Hor. Sat. 1, 1, 106. ¶ 7 Finis *eſt id, quod petimus agendo, in quo, cum illud obtinuimus, ſolemus deſinere.* Cic. de Inuent. 1, 6 c. 5 Inter officium et finem hoc intereſt, quod in officio, quid fieri, in fine, quid officio conueniat, conſideratur: vt medici officium dicimus eſſe, curare ad ſanandum appoſite; finem, ſanare curatione. Item oratoris — id quod facere debet, officium eſſe dicemus; illud, cuius cauſa facere debet, finem appellabimus. Ibid. 156 c. 5 finem *vocat,* quo referri omnem rationem oportet. *Et paullo ante,* Nam placet, in iudiciali genere finem eſſe aequitatem — in deliberatiuo — vtilitatem: in demonſtratiuo autem honeſtatem. Quinctil. 2, 15, 38 His approbatis, (*quae de definitione diſputata ſunt, quae ipſa quoque*

Finis *vocatur)* ſimul manifeſtum eſt, illud quoque, quem finem, vel quid ſummum et vltimum habuit rhetorice, quod τέλος dicitur, ad quod omnis ars tendit. Nam ſi ipſa bene dicendi ſcientia, finis eius et ſummum eſt bene dicere. *Vid.* n. 8. Cic. de Fin. 1, 11 c. 4 Tum id, quod in his libris quaeritur, quid ſit, finis, quid extremum, quid vltimum, quo ſint omnia bene viuendi recteque faciendi conſilia referenda? quid ſequatur natura, vt ſummum ex rebus expetendis, quid fugiat vt extremum malorum. — Nos autem hanc omnem quaeſtionem de finibus bonorum et malorum fere a nobis explicatam eſſe iis literis arbitramur *etc.* *Sic* pro Plancio 60 c. 25 Finis honorum populi eſt conſulatus. Tuſc. 2, 3 Qui quem ſperandi ſibi eundem et bene dicendi finem proponerent. Cic. Offic. 1, 138 c. 39 Dicendum eſt etiam, qualem honorati et principis domum placeat eſſe, cuius finis eſt vſus, ad quem accommodanda eſt aedificandi deſcriptio, *etc.* Horat. Epiſt. 1, 2, 56 Certum voto pete finem. Quinct. 2, 17, 25 Medicinae fine non excidit. ¶ 8 Finis *eſt, quae vulgariter* definitio *vocatur. Ita ſaepe* Quinctil. 2, 15 *praeſertim* ſ. 35 Idem valet Chryſippi finis ille ductus a Cleanthe, Scientia recte dicendi. *Et* 37 *poſt enumeratas definitiones plures*, Hi ſunt fere fines maxime illuſtres — cum prauum quoddam ſtudium circa ſcriptores Artium exſtiterit, nihil eisdem verbis, quae prior aliquis occupaſſet finiendi. *Caeterum vel Graecos imitatus eſt in hac appellatione, qui* ὅρον *ſimiliter dicunt, vel hoc etiam ſpectauit, quod in definiendo* τὸ τέλος, finis *propter quem aliquid ſit, vtramque facit paginam.* Quinctil. 4, 4, 3 De fine quaeritur — an id, quod obiicitur, ſacrilegium ſit. Idem 5, 10, 54 Ducuntur argumenta ex finitione ſeu fine, nam vtroque modo traditur. Eius duplex ratio eſt — ſitne hoc virtus? — Quid ſit virtus? *Sic* 7, 3, 25 Maximus vſus in approbando refellendoque fine, propriorum ac differentium, non nunquam etiam etymologiae. *Vid.* FINIO *et* FINITIO. ¶ 9 Fine *et* Fini *in Ablatiuo facit: ſaepius tamen per* E. Gellium *amare* Fini *vel illa exempla docent, quae* n. 4 *dedimus.*

FINIO, īui, ītum, īre. [τελέω, περαίνω, τελευτάω, ὁρίζομαι] *Finem imponere, i. perficere, abſoluere vel terminos addere, circumſcribere, definire.* Quinctil. 8, 6 Quo ex genere ceperis translationis, hoc deſinas. Multi enim, quum initium a tempeſtate ſumſerint, incendio aut ruina finiunt. Animam finiuit, *h. e. Vitam* Ouid. Met. 7, 591. Curſus annuos ſacerdotes finiunto Cic. de Legib. 2, 20 c. 8. *i. anni deſcriptionem et faſtos conſtituent.* Dolores finire Virg. Aen. 12, 880. Dolorem gladio Ouid. ex Ponto 1, 6, 41. Dolores morte Cic. de Fin. 1, 27. Liu. 1, 1 *extr.* Ea res vtique Troianis ſpem affirmat tandem ſtabili certaque ſede finiendi Erroris. Famem finire caede boum Ouid. Met. 11, 370. *al.* Satiare. Honos is non niſi vita finitur Plin. 18, 2. Iurgia finieram Ouid. Amor. 1, 13, 47. Morbo finiri, *Interire, mori* Plin. Epiſt. 1, 12. Prandia finire moris Hor. Serm. 2, 4, 22. Aur. Vict. de Vir. Illuſt. c. 4 *pr.* Quum inter Romanos et Albanos bellum fuiſſet exortum, ducibus Hoſtilio et Suffecio, placuit Rem paucorum certamine finire. Sitim finit copia lymphae Hor. Epiſt. 2, 2, 146. Spiritum finiebat Tacit. Ann. 14, 51. Vitam enſe Ouid. Triſt. 3, 7, 49. Vitam inedia Plin. 8, 42. Vitam laqueo Sen. Hippol. 2. Vitam ſuſpendio, *pro Suſpendere ſe* Suet. in Auguſt. c. 63. *Sed* ¶ 2 Finiuit, *abſolute, pro Finitus eſt, vel Obiit:* Tacit. Ann. 6, 50, 9 Sic Tiberius finiuit octauo et ſeptuageſimo aetatis anno. Sic te ſerior et beata quondam Saluo Caeſare finiat ſenectus Martial. 5, 6. Euthynous potitur fatorum munere lecto, Sic fuit vtilitas finiri ipſique tibique Cic. Tuſc. 1 c. 48. Sed atrocius aliquando Euripides finitus eſt Valer. Max. 9, 12 ext. 4. Sen. Controu. 5 praef. Non finiuit tantum ſe ipſe, ſed etiam ſepeliuit. *de eo, qui in monumento mortem ſibi conſciuerat. Sic* Definitus eſt *pro* defunctus eſt *ex MSS.* Apuleii *et* Sidonii Apollinaris *ſuo loco dedimus. Et apud* Gell. 20, 2 *eſt MS. qui legat*, Siticines appellatos, qui apud ſitos canere ſoliti eſſent, hoc eſt, finitos et ſepultos *pro vulg.* vita functos et ſepultos. Apul. Met. 6 p. 184, 24 Quam *(anum)* licet claudi pedis tui calce vnica finire poteris. *Laudat Pricaeus ad h. l.* p. Iuſtin. 27, . . *de Sobemo*, Equo praecipitatus finitur. *Sed non inuenio.* Tertull. Scorp. p. 436 Beſtiis ſi finiendus, vrſas ſeptentrio emittet. ¶ 3 Finire, *vt diximus, eſt ſuis terminis et finibus includere.* Cic. de Orat. 3, 191 c. 49 Sententiae verbis finiantur, *i. includantur, vt fiant periodi. Non multo diuerſam vim habet illud* Orat. 164 c. 49 Nec ſolum componentur verba ratione, ſed etiam finientur — Sed finiuntur aut compoſitione ipſa, et quaſi ſua ſponte, aut quodam genere verborum, in quibus ipſis concinnitas ineſt: quae — ſuapte natura numeroſa ſunt. *Reſpicitur quidem omnino ad clauſulas, ſed non ſolas.* Finire prouinciam alicui certo tempore, *i. Certum tempus praeſtituere, intra quod prouincia decedat.* Cic. Att. 8, 3 Marcoque Marcello CONS. finienti prouincias Gallias Calend. Martii, reſtitit. Liu. 1, 18 Signum contra quod longiſſime conſpectum oculi ferebant, animo finiunt. Idem 35, 7 Cuius coërcendi quum ratio quaereretur, diem finiri placuit, Feralia quae proxime fuiſſent: vt qui poſt eam diem, *etc.* Modum ſepulcris nouis finiuit Demetrius Cic. de Legib. 2, 66. *i. Statuit, praefixit.* Idem Fam. 15, 7 Ne quid accedat temporis ad id, quod tu mihi et Senatusconſulto et lege finiſti. *Conf.* Gell. 16, 8. Quinctil. 3, 8 Deliberatiuas quoque miror a quibusdam ſola vtilitate finitas. Cupiditates ſatietate ſua, non diuiſione Epicuri finiebat L. Thorius Balbus Cic. de Fin. 2, 64. ¶ 4 *Definire.* Quinctil. 2, 15 *pr.* Rhetorice finitur varie. *Add.* Gell. 16, 8. *Nempe ponitur, vt de* Finis n. 8 *oſtendimus. Multa dabit* Quinctil. 7, 3 *paſſim.*

FINIENS, *quem vulgo Horizontem vocamus.* Cic. de Diu. 2 c. 44 Illi orbes, qui caelum quaſi medium diuidunt, et adſpectum noſtrum definiunt, qui a Graecis ὁρίζοντες nominantur, a nobis finientes rectiſſime nominari poſſunt, *etc.*

FINĪTVS, a, um. Part. [πεπαρασμένος] *Pro eo quod Ceſſauit, et finem fecit: vt*, Finitum frigus Plin. 18, 27. *Sed* Aetas qua petantur honores, eſt finita certis legibus Ouid. Faſt. 5, 65. Carthaginem finitam, *dixit* Florus 2, 15, 1. *i. Sublatam et euerſam.* Lingua dentibus finita Cic. de N. D. 2, 149 c. 59. Poteſtas finita cuique, *Limitata et praeſcripta* Lucret. 1, 77. Via finita eſt, et opus requieuit eundi Ouid. Triſt. 3, 2, 17.

FINITVS, ûs. m. Apuleio *tribuitur: negat index Floridi.*

FINĪTE. Adu. [ὡρισμένως] Cic. de Fin. 2, 27 c. 9 Ergo et auarus erit, ſed finite. *i. Non immodice.*

FINĀLIS, e. Adi. Finalis quaeſtio, *Quae de finibus eſt et terminis.* Papinianus l. 11 D. finium regundorum, In finalibus quaeſtionibus vetera monumenta, cenſus, auctoritas ſequenda eſt. *It. quod ad finem vſque durat* Finale *dicitur, v. g.* Beatitudo Auguſtin. C. D. 9, 4 *et* 10. Malum Alcim. 2, 369. Pax Auguſtin. l. c. c. 11. *Sed*

FINALITER. Adu. *Improbatur Voſſ. de Vit. L. L.* 4, 32.

FINITIO, ōnis. f. [ὁρισμὸς, ὅρος, λόγος] *Idem quod Definitio.* Quinctil. 2, 16 Huic ſubſtantiae maxime conuenit finitio, Rhetoricen eſſe bene dicendi ſcientiam. Gell. 13, 19 Non finitiones illas praerancidas, atque foecutinas grammaticas ſpectaueris, *etc.* *Vbi de vocabulorum terminationibus agitur.* Finitionem Gell. 15, 9 *accipit pro ea, quam Regulam vulgo dicunt Grammatici.* Finitio *apud rhetores quid ſit, latiſſime explicat* Quinctil. 7, 3 *intell. nempe ea, quae vulgo Definitio dicitur. Huius vitia commemorantur* ſ. 20 ſqq. ambigua, contraria, communis, inanis, parum plena *etc.* *De hac formula a* ſ. 18 Applicare finitionem in rem, comprehendere finitionem breui complexu verborum, confirmare, deſtruere *etc.* Idem Quinct. 3, 6, 49 Poſuerat et Cicero in libris rhetoricis (de Inu. 1, 10 c. 8) facti, nominis, generis, actionis (quaeſtionem) vt in facto coniectura, in nomine finitio, in actione ius intelligeretur. *Conf. omnino* 6, 4, 4. *Sic* Idem Quinctil. 5, 10, 58 Propriis confirmatur finitio, differentibus ſoluitur. *Conf.* FINITIVVS. *Terminatio, ac diuiſio adeo eſt* Vitruu. 9, 9 Sol menſtruis finitionibus imagines efficit horarum et dierum Hygin. Aſtron. 1, 6 *extr.* Si non in partes hemiſphaerium diuidatur, ſed in alias quotlibet finitiones.

FINĪTOR, ōris. m. [ὁριστὴς] *Agrorum menſor dicitur.* Plaut. Poen. prol. 49 Eius nunc regiones, limites, confinia Determinabo: ei rei ego ſum factus finitor. *Sic dedit etiam Gronouius, qui probaſſe videtur Camerarii et Lambini ſententiam, de corripienda penultima, vt in* Vinitor: *eſſe enim non a* finio *ſed a* finibus. *Sed ordinem verborum potius mutandum cenſet Muretus Var. Lect.* 17, 14. Non. 1, 37 Finitores dicebantur, quos nunc Agrimenſores dicimus, dicti quod fines diuiderent. Cic. pro L. Agrar. 2, 34 c. 13 *extr.* Interea diſſoluant iudicia publica, de conſiliis abducant quos velint, ſinguli de maximis rebus iudicent: Quaeſtori permittant: finitorem mittant: ratum ſit, quod finitor vni vlli, a quo miſſus erit, renuntiauerit. ¶ 2 *Qui finem imponit, v. g.* O cunctis Finitor maxime rerum Stat. Theb. 8, 91. *de Plutone.* ¶ 3 Finitorem *vocant Latini, quem Graeci* ὁρίζοντα, *hoc eſt circulum, partem caeli conſpicuam nobis a non conſpicua dirimentem.* Sen. Nat. Quaeſt. 5, 17 Hanc lineam, quae inter aperta et occulta eſt, Graeci ὁρίζοντα vocant; noſtri finitorem dixere, alii Finientem. *Add.* Cenſorin. c. 17.

FINITĬMVS, a, um. Adi. [ὅμορος] *Vicinus et propinquus.* Liu. 1, 32 Iam res Romana adeo erat valida, vt cuilibet finitimarum ciuitatum bello par eſſet. Finitima oppida Cic. Verr. 5, . . Bellum Suet. Aug. c. 1. Vicini et finitimi Cic. pro Sull. 58. *Conf.* Virg. Aen. 6, 378. Finitimis bellum inferre Caeſ. B. G. 1, 2. Aër mari finitimus eſt Cic. de N. D. 2, 101. Falſa veris finitima ſunt Idem Acad. 4, 68 c. 21. Metus aegritudini finitimus eſt Id. Tuſc. 4. 64 c. 30. Oratori finitimus Poëta eſt Cic. de Orat. 1, 70. Inferre bellum finitimis Idem pro L. Manil. 9. Caeſ. B. G. 1, 2. Finitimi et propinqui perturbationibus animi motus Cic. de Orat. 2, 185. Armis finitimis circumſonor Ouid. Triſt. 4, 10, 111. Ouid. de Remed. Amor. 626 Proximus a tectis ignis defenditur aegre, Vtile finitimis abſtinuiſſe Locis. Regnum vectigalibus noſtris finitimum Cic. pro L. Manil. 5. Pertinacia perſeuerantiae finitima eſt Idem de Inuent. 2, 165.

FINITĪVVS, a, um. Adi. Quinct. 12, 2 Cum ſint multa propriis breuibusque comprehenſionibus finienda, vnde etiam ſtatus cauſarum dicitur Finitiuus. *Add.* 3, 6, 5 *et* 30. Finitiua cauſa Quinct. 7, 3, 36. Mart. Capell. 5 p. 150 Finitiua quaeſtio. Idem 3 p. 54 *de litera* F, Nullum claudit finitiua ſermonem, *i. nulla vox exit in F.*

F I O

FĪO, fĭĕri. [γίνομαι, ποιῦμαι, φύομαι] *i. Efficior: paſſiuam enim verbi Facio ſignificationem habet. Irregulariter autem* Fierem *pra* Firem *facit, et* Fieri *pro* Firi: *Praeteritum eſt* Factus ſum *vel* ſui *etc. Infra ipſis exemplis docebimus reliqua. In* Fio *Vocalis ante Vocalem producitur: (licet contra* Prudent. Periſt. 10, 815.) *Sed vbi* R *inſeritur, vt in* Fierem, Fieri, *etc. corripitur prima, vt* Ouid. Triſt. 1, 7, 7 Omnia iam fient, fieri quae poſſe negabam. Ter. Eun. 1, 2, 103 Si quidem biduum: verum ne fiant iſti viginti dies. Cic. in Orat. 191 Quod alter ex longis conſtaret, alter e breuibus fieret. Idem pro Domo 76 Quid te aut fieri aut fingi dementius poteſt? *Et* de Diuin. 2, 19 Si enim nihil fieri poteſt, nihil accidere, nihil euenire, niſi quod ab omni aeternitate certum fuerit eſſe futurum rato tempore: quae poteſt eſſe fortuna? ¶ 2 *Ratio tota verbi intelligetur ex Nominibus et Particulis, quae elementorum ordine diſpoſita ponemus.* Abſinthium fit in Arabia: *i. gignitur, et producitur.* Plaut. Trin. 4, 2, 88 Quin diſcupio dicere. omnium primum in Pontum aducti Arabiam terram ſumus. C. eho, an etiam Arabia'ſt in Ponto? S. eſt, non illa, tus vbi gignitur, ſed vbi Abſinthium fit. *Vid.* Aſini, Haedi, Lepores. Plin. Epiſt. 6, 34, 3 Sed licet ceſſauerint illae tempeſtate detentae, tu tamen meruiſti, vt Acceptum tibi fieret: quod quo minus non exhiberes, non per te ſtetit. Quinctil. 5, 11, 9 Si propter matrimonia violata vrbes euerſae ſunt, quid fieri Adultero par eſt? Agilis fio Hor. Epiſt. 1, 1, 16. Aliquid, *vid. mox* Cibi. Anus fis Hor. Carm. 4, 13, 2. *Aſini* optimi et maximi fiunt *Reate* Varr. R. R. 2, 6, 1. Auarum fieri Hor. Serm. 1, 1, 104. Barbariſmus, *i. committitur* Quinctil. 1, 5, 9. Fit Caedes ciuium Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. Caedes indigniſſimae maximaeque factae ſunt Cic. pro Roſc. Am. c. 5. Catapotia fiunt Scribon. 154. *i. finguntur.* Plaut. Merc. 4, 6, 5 Vxor viro ſi clam eſt egreſſa domo foras, viro fit Cauſa, exigitur matrimonio, *i. obtentus naſcitur.* Ceratum fit Scribon. 242. Cibi aliquid fiet Plaut. Truc. 2, 4, 15. *Sed Gron.* Aliquid fiet, ne abi. Ter. Hec. 3, 5, 20 Ego ſcio, me cauiſſe, ne vlla merito Contumelia fieri a vobis poſſet. Cic. Fam. 10, 16 Quum ei magnum Conuicium fieret cuncto a Senatu. Deterius fit Varro R. R. 2, 4, 13. *i. damnoſum eſt.* Cic. Fam. 10, 11 Ne quid Detrimenti fiat, dabitur a me opera. Plaut. Trin. 2, 4, 26 Quas dependit, inquit, qua ſponſione pronuper tu exactus es pro illo adoleſcente, quem tu aiebas eſſe Diuitem factum. Ter. Heaut. 1, 1, 57 Nulla adeo Ex re iſtuc fit, niſi ex nimio otio. Idem Adel. 5, 9, 29 Dicam tibi: vt id oſtenderem, quod te iſti facilem et feſtiuum putant, id non fieri Ex vera vita, neque adeo ex aequo et bono, ſed ex aſſentando, indulgendo, et largiendo Mitio. Ter. Andr. 2, 3, 11 Ex ea re quid fiat, vide. Excuſate fieri videtur Quinctil. 2, 1. Ter. Eun. 5, 5, 6 Quid iſthuc Pythias? quid ais? in quem Exempla fient? Gemitus fit Virg. Aen. 6, 220. Gemmae fieri *dicuntur* Plin. 9 ſ. 51. Globuli fiunt Scribon.

bon. 129. 139. Quod ibi maximi et pulcherrimi exiſtimentur fieri Haedi Varro 2, 3. *i. naſci.* Honorificentius fieri non potuit de aliquo quam fecerim Cic. Att. 12, 19. Ter. Eun. 3, 3, 26 Dico ego mihi Inſidias fieri. *Sic* Hor. Serm. 1, 2, 104. Ira ſi factum eſſet, magno vſui cauſae noſtrae fuiſſet Cic. Att. 7, 12. In Gallia Tranſalpina et Macedonia fiunt permagni (*Lepores*) in Italia et Hiſpania mediocres Varro R. R. 3, 12. Plaut. Aul. 2, 4, 31 Cenſen' talentum magnum exorari poteſſe ab iſthoc ſene, vt det qui fiamus Liberi? Moderate fieri, *vid.* MODERO. Ter. Heaut. 4, 5, 7 Magno deſiderio fuit ei filius. Verum vbi videbit tantos ſibi ſumtus domi quotidianos fieri, nec fieri Modum, optabit rurſum, vt abeat ab ſe filius. Paullus in l. ſed ſi ex ſtipulatu D. de verb. oblig. Non videbitur per eum Mora fieri. Mora fit per ianitorem Hor. Carm. 3, 14, 24. Plaut. Curc. 1, 2, 70 Sentio ſonitum: Tandemque edepol mihi Morigeri peſſuli fiunt. Niger fit Scribon. 230. Nihil fit, *formula, vbi negotium non procedit ex ſententia: vid. Gronou. ad* Gell. 2, 29. Cic. Att. 16, 13 Obuiam mihi fit tabellarius. Paſtilli fiunt Scribon. 91. 126. Pecunia fieri proprie dicebatur, *auctore* Donato *ad* Ter. Phorm. 1, 1. Salluſt. *apud Eund. ibid.* Quae Pecunia ad Hiſpanienſe bellum facta eſt. Porcam oportet fieri Cat. 134, 1. *i. ſacrificari.* Poſſum: Ter. Hec. 3, 3, 37 Sed ſi fieri id non poteſt, quin ſentiant, dicam abortum eſſe. Cic. de Amicit. 54 Neque quidquam inſipiente fortunato intolerabilius fieri poteſt. Ibid. 78 Niſi quaedam admodum iniuria exarſerit, vt neque rectum, neque honeſtum ſit, neque fieri poſſit, vt non ſtatim alienatio diſiunctioque facienda ſit. Cic. Fam. 2, 16 De rationibus referendis non erat incommodum te nullam referre, quam tibi ſcribis a Bibulo fieri Poteſtatem. Fit cito per multas Praeda petita manus Ouid. Am. 1, 8, 92. Cic. de Amicit. 14 Senſu enim amiſſo fit idem Quaſi natus non eſſet omnino. Nec poteſt fieri me Quidquam ſuperbius Cic. Fam. 3, 7 *med.* Plaut. Aſin. 3, 3, 133 Exopta id, Quod vis maxime euenire, fiet. Reus factus Aurel. Vict. de Vir. illuſt. c. 24. Rabioſi fiunt Scribon. 171. Sanae fiunt 228. Ter. Eun. 5, 6, 3 Vbi Satias cepit fieri, commuto locum. Idem Phorm. 5, 8, 30 Ea mortem obiit: e medio abiit, quî fit in hac re Scrupulus? Sonitus fit in aethere Virg. Georg. 4, 78. Strepitus fit tectis Idem Aen. 1, 729. Ter. Heaut. 4, 5, 7 Verum vbi videbit tantos ſibi Sumtus domi quotidianos fieri, *etc.* Fit Sumtus in claſſem Nep. 1, 7, 6. Valetudinis commodioris factus videri cum vellet Vatinius Quinctil. 6, 3, 77. Ter. Andr. 1, 3, 20 Mihi quidem hercle non fit Veriſimile: atque ipſis commentum placet. Cic. de Amicit. 67 Ita fit Verum illud quod initio dixi, Amicitiam niſi inter bonos eſſe non poſſe. Via fit vi Virg. Aen. 2, 209. Liu. 24, 10 Alia vulgata miracula erant, ex muliere Spoleti virum factum. Ter. Eun. 5, 5, 16 Ne quam in illum Thais Vim fieri ſinat. Vlcera fiunt Scribon. 61. *vulgo generantur.* Cic. in Orat. 177 c. 53 Praeſertim quum, vt fit, fortuito ſaepe aliquid concluſe, apteque dicerent. Fit, Vt de eadem re ſaepe alius aliud decreuerit, aut iudicauerit Auct. ad Heren. 2, 19. Hoc niſi fit, puerum Vt tu videas: nihil mouentur nuptiae Ter. Andr. 3, 3, 36. ¶ 3 *Obſeruatt. Grammaticae: Cum Abl.* Plaut. Truc. 4, 3, 37 Voſtra hercle factum iniuria, quae properaueritis olim rapere. Quid illo fiet, quem reliquero? quid me autem Cic. Att. 6, 1. *Sic* Ter. Heaut. 4, 3, 37 Tu fors quid Me fiat, parui pendis. *Cum Dat.* Factum eſt tibi nomen Menaechmo Plaut. Men. 2, 2, 23. Ouid. de Arte Am. 1, 536 Perfidus ille abiit, quid mihi fiet? ait. Fimus, *Pl.* Ter. Heaut. 3, 1, 74 *auctore Mureto*, Deteriores omnes fimus licentia. *al.* Sumus. Fi, *Imperat. apud* Plaut. Curc. 1, 1, 87 Fi mihi obſequens. Fito, *Imperat.* Cato de praeda militum diuidenda *apud* Non. 7, 62 Tu diues fito. *Sic enim leg. non* Fite. Fite *tamen etiam apud eund.* Non. l. c. Craſſus Iliad. 16 O ſocii nunc fite viri. Plaut. Curc. 1, 1, 89 Fite mihi volentes propitiae. *Pro Sacrificari:* Cic. Att. 1, 10 Credo enim te audiſſe, quum apud Caeſarem pro populo fieret, veniſſe eo muliebri veſtitu virum: idque ſacrificium quum virgines inſtauraſſent, *etc.* *Hinc* Exfio, Suffio. *Conf.* Priſcian. 8, 10. *et Voſſ. Etym. p. 215.* *Pro Aeſtimari.* Cic. de Amicit. 59 Vt quanti quiſque ſeipſum faciat, tanti fiat ab amicis. Fieri iſtud ſolet Plaut. Trin. 2, 2, 72. i. Euenire et contingere, *inquit* Donatus. Fit illud ſaepe Plaut. Moſtel. 1, 2, 27. Fiat, *eſt permittentis ac concedentis, aut annuentis aliquid.* Plaut. Moſt. 4, 3, 43 I mecum hercle obſecro te, vna ſimul. S. fiat. Fitum eſt Liuius *apud* Non. 7, 62. ¶ 4 *In MSS. permiſcentur* Fit *et* Sit; *it.* defit *ac* deſit: *vid. Drakenborch. ad* Sil. 9, 335.

F I R

FIRMAMEN, FIRMAMENTVM, *etc. Vid. infra in* FIRMVS.

FIRMANI, *Populi.* Cic. Philipp. 7, 23 Firmani ad oppugnandum Antonium pecuniam polliciti.

FIRMIDIVS, *nomen gentis, vt ille factionis Clodianae, de quo* Cic. pro Sext. 112.

FIRMIVM, *ſiue* FIRMVM, i. n. Piceni in Italia caſtellum Plin. 3, 12. *Lactantii patria.*

FIRMVS. Adi. [στάσιμος, ἑδραῖος, ἔμπεδος, ἐπίπεδος] *Stabilis, conſtans: a* Ferendo *dictus, vt quidam volunt, quod conſtanter omnia ferat. Sed* Feſtus, Firmum ἀπὸ τοῦ ἔρματος dictum videtur. *Nempe* ἔρμα *fulcrum, firmamentum eſt. Voſſius malit ab* εἷρμα, *nexus. Quidquid eius ſit, latiſſimi vſus nomen eſt, quo conſtantia quaedam et durabilitas, immutabilitasque ſignificatur, cum in his, quae ad mores pertinent, tum in ratione corporum.* Plaut. Trin. 2, 2, 106 Hic meo hero amico ſolus firmus reſtitit: neque demutauit animum. *de fide. Sic ſaepe vſurpatur in re militari: vid. Gron. ad* Liu. 23, 25. *Sic* Ex infideliſſimis firmiſſimos reddere Cic. Fam. 15, 4. Accuſator firmus, *qui ſibi non pugnat, et conſtanter arguit.* Cic. Verr. Diuinat. 29 Deinde accuſatorem firmum, verumque eſſe oportet. Acies oculorum firma, *vid.* ACIES. Acta alicuius firma Cic. Philipp. 1, 16. Ter. Hec. 4, 1, 18 Adeon' peruicaci eſſe animo, vt puerum praeoptares perire, ex quo firmiorem inter nos fore Amicitiam poſthac ſcires, *etc.* *Conf.* Q. Cic. de Petit. Conſ. c. 7. Amore firmo vinctus Ouid. Epiſt. 20, 86. Amores firmos rumpere Idem de Arte Am. 2, 386. Animo firmiore in praelium prodire Caeſ. B. C. 3, 86. Argumenta firma ad probandum Cic. de Clar. Orat. 171. Aſſenſio firma et conſtans Idem Acad. 1, 41. Carina firma Ouid. Epiſt. 2, 46. Catuli firmiores Phaedr. 1, 19. Cibus firmus, *Multi nutrimenti, cui opponitur* Imbecillis Celſ. 2, 18. Varro Alibilem *vocat* de R. R. 2, 11. Cic. de Amicit. 23 Quae autem domus tam ſtabilis, quae tam firma Ciuitas eſt, quae non odiis atque diſſidiis funditus poſſit euerti? Ciuitas valens et firma Cic. de Aruſp. Reſp. 60. *Conf.* Caeſ. B. G. 5, 20 *et* 52. Copiae Nep. 18, 3, 3. Corpore ſatis firmo nondum eſſe Cic. Fam. 11, 27. Duces exercitus omnino firmos habere Idem ad Brut. 10. Exercitus Paterc. 2, 29, 1. Plaut. Capt. 5, 1, 6 Quumque haec reperta eſt fides firma nobis. Fundus nec vendibilis, nec paſcere firmus Hor. Epiſt. 1, 17, 47. Ter. Andr. 3, 3, 39 Tibi Generum firmum, et filiae inuenies virum. Ianua Ouid. Amor. 2, 12, 3. Iuuenis, *i. robuſtus ad Venerem* Hor. Epod. 12, 3. Lege nihil firmius in controuerſiis Cic. Top. c. 25. Mens firma permanet in ſuo voto Ouid. Epiſt. 16, 168. Nuptiae Ter. Hec. 1, 2, 26. *i. durabile matrimonium.* Opinio firma et ſtabilis de aliqua re Cic. de Clar. Orat. 114. Plaut. Aſin. prol. 3 Nec quiſquam eſt tam ingenio duro, nec tam firmo Pectore, quin vbi quidquam occaſionis ſit, ſibi faciat bene. Pectore firmo nunc opus eſt Virg. Aen. 6, 261. Poplite nondum firmo conſtitit Ouid. Met. 15, 223. Populi potentiſſimi ac firmiſſimi Caeſ. B. G. 1, 3. Poteſtas firma rerum Valer. Argon. 4, 12. Potio firma, *h. e. Multi nutrimenti.* Celſ. 2, 18 Firmior ex frumento potio eſt, quo firmius fuit ipſum frumentum. Firmior ex eo vino quod bono ſolo, quam quod tenui natum eſt. Praeſidia firmiſſima vitae ſine metu degendae Cic. de Fin. 1, 35. Regnum futurum firmius Iuſtin. 21, 1, 2. *Conf.* Salluſt. Iugurth. 10 d. Robora Virg. Aen. 2, 482. Cic. Att. 12, 49 Illum diſceſſiſſe Alexandria Rumor eſt non firmus, ortus ex Sulpicii literis. Spe in firmiore eſſe Cic. Att. 8, 13. Plin. 11, 37 Hominum paucis non eſt, quorum Valetudo firmior et vita longior. Vina firmiſſima Virg. Georg. 2, 97. *durabilia.* Vincula Ouid. Faſt. 1, 370. Vires Idem Faſt. 3, 39. Vox firmior aere Id. Triſt. 1, 4, 53. ¶ 2 *Formulae:* Firmum ad defenſionem Cic. Verr. 5, 74. Idem de Fin. 4, 52 Diſcedet tamen nihilo firmior ad dolorem ferendum, quam venerat. Quae omnia illis firmiora; *i. Firmius probata* Salluſt. Iugurth. 68 e. Firmum ſtabileque Cic. Off. 1, 6. Idem de Amicit. 63 Sunt igitur firmi, et ſtabiles, et conſtantes eligendi, *etc.* Quinctil. 6, 4 Nam quod fideliter firmum eſt, *etc.* Ratum firmum, fixum aliquid eſſe Cic. Acad. 4, 27. Ter. Heaut. 2, 3, 96 Fabulae: nihil ſat' firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum. Tenere aliquid firmum Cic. in Orat. 237. *i. Certum.* Cic. Fam. 16, 12 Te penitus rogo, ne tam longae nauigationi et viae per hiemem niſi bene firmum committas, *de aegro conualeſcente.* Firmus a graui valetudine Suet. Aug. 8, 3. Planc. Cic. Fam. 10, 15 Me vt venirem, copiaſque coniungerem rogauit, eoque magis, quod et Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur, et Lepidus non mediocrem quidem equitatum babebat. Ad aliquid faciendum non ſatis firmus Cic. Att. 8, 17. Firmior ad dolorem ferendum Idem de Fin. 4, 51. Ad viuendum firmus, *vid.* AD *Praep.* Firmiſſimus contra pericula et inſidias Salluſt. Iugurth. 30. *Vid. ibi Cl. Waſſe.* Firmus aduerſus largitionem Tacit. Hiſt. 11, 82. Firmiores in ſententia Cic. pro Corn. Balb. 61 c. 27. Firmiſſimus pro veritate Plin. Epiſt. 2, 11. Ira firmiſſimus Ouid. Met. 7, 457. Nec opibus ſatis firmi nec voluntate Cic. Fam. 15, 1. Fuit viribus ad laborem ferendum firmis Nep. 18, 11, 5. Parum firmus et imbellis Hor. Epod. 1, 16. Propoſito firmus Paterc. 2, 63, 3. ¶ 3 *Eſt cognomen Romanum gentis Aeliae, quod habuit etiam vnus ex* Triginta tyrannis.

FIRME. Adu. [ἑσταμένως] *Stabiliter, inconcuſſe.* Plaut. Mil. 4, 2, 23 Infido celas (*vid. leg.* cela) ego ſum firme tibi fidelis. Idem Perſ. 4, 1, 3 Atque edepol firme vt quiſque rem accurat ſuam, ſic ei procedit. Firmius Flor. 3, 5, 8. Plin. 35, 12. Aſſeuerare aliquid firmiſſime Cic. Att. 10, 14. Firme grauiterque vocem naturae comprehendere Idem de Fin. 1 *extr.* Satis firme animo concipere et comprehendere aliquid Id. de Fin. 2, 6. Non firme tantum continere, verum etiam cito percipere oportet multa acturos Quinctil. 11, 1. Firme reſpondere, *h. e. Abſque vllo timore aut pauore* Plin. Epiſt. 6, 13, 3. Suſtinere firme aliquid Cic. de Fin. 3, 31.

FIRMĬTER. *aliud* Adu. [παγίως] *Idem.* Plaut. Caſ. 1, 4, 4 Concludere in feneſtram firmiter. Varr. de R. R. 3, 9 Circum omnia poſita ſint cubilia gallinarum, aut exculpta, aut afficta firmiter. Firmiter inſiſtere Caeſ. B. G. 4, 26.

FIRMĬTAS, ātis. f. [πῆξις, τόνος, τὸ στάσιμον] *Stabilitas, conſtantia.* Cic. de Amicit. 46 Itaque vt quiſque minimum firmitatis habeat, minimumque virium, ita amicitias appetere maxime. Idem Fam. 9, 11 Firmitatem tamen et conſtantiam, ſi modo fuit aliquando in nobis, eandem cognoſces quam reliquiſti. Animi firmitas Quinctil. in prooem. 6. Cic. Att. 12, 38. Sapientis firmitas Id. Acad. 4, 67. Vinorum firmitas, *pro eo quod vulgus Potentiam et durabilitatem vocat.* Plin. 14, 2 Principatus datur Amineis propter firmitatem, ſenioque proficientem vini eius vbique vitam. Gladiatoria totius corporis firmitas Cic. Philipp. 2, 63 c. 25. *Et* Nep. 15, 3, 1. Obnixa firmitas, *vid.* OBNITOR. Non ſatis firmitatis habent Cic. de Amicit. 19. Intendere ſe ad firmitatem, *vid.* INTENDO. Nanciſci aliquid firmitatis Cic. Fam. 11, 12. Conſtantia et firmitas nec animi nec orationis Requiretur Cic. Att. 12, 37 (38.) Firmitas materiae Suſtinet ictum Caeſ. B. C. 2, 11.

FIRMITV̄DO, ĭnis. f. [στήριξις] *Idem.* Plaut. Aſin. 2, 2, 54 Si iſtam animi firmitudinem obtines, ſalui ſumus. Firmitudo animi Cic. Att. 10, 10. Idem Fam. 5, 13 Tu nihil plus quam quod firmitudinem grauitatemque animi tui perſpexi. Vocis firmitudo Auct. ad Heren. 3, 20. Minus firmitudinis habere Cic. de Inuent. 2, 58. Obtinere animi firmitudinem Plaut. Aſin. 2, 2, 54. *Vid.* OBTINEO.

FIRMO, āre. [στηρίζω, ἐρείδω, ἐμπεδόω, στερεόω] *Firmum facere, eadem latitudine, quam in nomine obſeruauimus.* Liu. 21, 22 Firmatque eum Africis maxime praeſidiis. Firmare aciem ſubſidiis Idem 2, 31 *pr. vbi vid. Gron.* Cic. de Aruſp. Reſp. 30 Tabulis hoc Cenſorum, memoria multorum firmabo ac docebo. Tacit. Ann. 14, 10 Atque eum auctore Burro prima Centurionum Tribunorumque ad ſpem firmauit. Aciem firmare, *vid.* ACIES. Aditus firmare, *vid.* ADITVS. Aeſtuaria proxima aggeribus et pontibus traducendo grauiori agmini firmat Tacit. Ann. 4, 73. Agrum firmare ſepibus, *Claudere* Plin. 18, 6. Aluum, *pro Aſtringere* Idem 14, 18. Animum alicui Ouid. Met. 9, 744. Animum aduerſum ſuprema firmat Tacit. Ann. 15, 59. Firmandus eſt animus ad dolorem ferendum Cic. Tuſc. 2 c. 15. Baſilicam Tac. An. 3, 60. *vt intelligamus, vitium feciſſe.* Caſtra firmarunt robore Sil. 8, 448. Tacit. Ann. 11, 31 Iret in caſtra, firmaret Praetorias Cohortes. Corpus aduerſus venena Vict. de Vir. illuſt. 76. Corpora cibo Liu. 27, 13 *extr.* Corpora iuuenum labore Cic. Tuſc. 2, 36 c. 15. Ter. Heaut. 5, 5, 4 Ehem Menedeme, cur non accerſi iubes filiam, et quod dixi Dotis, firmas?

firmas? Ter. Hec. 5, 1, 23 Aliud ſi ſcirem, qui firmare meam, apud vos poſſem Fidem ſanctius, quam iusiurandum, id pollicerer tibi Laches. *Conf.* Andr. 3, 1, 4. Suet. de Clar. Rhet. c. 1 Saepe fabulis Fidem firmare aut demere, quod genus, *θέσεις, etc.* Ter. Hec. 4, 3, 5 Teque ante, quam me amare rebar, ei rei firmaſti Fidem, *Vbi* Donatus, Ordo et ſenſus hic eſt, Et quod ante rebar, ei rei firmaſti Fidem meam: neque me fefellit, quod ante rebar, te me amare: nam Ei rei firmaſti fidem, i. Probationem attuliſti. Fides antiquitatis religione firmatur Tacit. de Germ. 39. Foedera dictis Virg. Aen. 12, 212. Imperium Cic. pro Sull. 32 c. 11. Militem firmabant caeteris belli meditamentis Tacit. Hiſt. 4, 26. Moenia vrbis firmauit Tibul. 2, 5, 24. Firmare omen et augurium, *i. Confirmare. Omen enim et augurium non videbatur Romanis hominibus ſatis habere ad perſuadendum fidei: proinde ad confirmationem prioris augurii, ſecundum poſcere ſolebant: hinc* Virg. Aen. 2, 690 Et ſi pietate meremur, da deinde auxilium, Pater, atque haec omina firma. Sil. 4. 127 Adſis, ô firmesque tuae Pater alitis omen. *In* Silio *tamen videtur eſſe, Non alio omine confirmare: nullum enim praeterea ſuccedit: ſed Euentu factisque id, quod augurium portendit promiſitque, praeſtare, Turneb. Adu. 13, 16.* Opes latronum firmat et auget etiam iuſtitia Cic. Off. 2, 40. Orationem grauitate quadam et contentione Idem de Orat. 2, 212. Caeſ. B. G. 4, 28 His rebus Pace firmata. Praeſidia alicuius Cic. ad Brut. 10. Promiſſa numine firmat Ouid. Met. 10, 430. Prouinciam pace praeſidiisque Cic. Fam. 1, 7. Soporem alicui Ouid. Met. 1, 715. Tacit. Ann. 3, 31 Eius anni principio Tiberius quaſi firmandae valetudini in Campaniam conceſſit. Veſtigia firmat pinus Virg. Aen. 3, 611. Vires induſtria firmat Idem Georg. 3, 209. Vim et naturam fati et diuinationis ratione Cic. de Fato 11. Idem de Inuent. 1, 67. Vocem Id. de Orat. 3, 225. ¶ 2 *Simpliciter etiam dicitur*, Firmare, *pro Aſſeuerare.* Tacit. Ann. 1, 80 Vix quidquam firmare auſim. *Et* Ann. 6, 28 Nihilque vſurpaviſſe ex his, quae vetus memoria firmauit. *Sic* Firmare aliquid iureiurando Cic. de Legib. 2, 16.

FIRMATVS, a, um. Partic. [*ἐστηριγμένος*] Cic. pro Domo 71 Collegia mediusfidius Tribunorum plebis tota reperientur hoc Iure firmato, *etc.* Acies firmata, *vid.* ACIES. Aetas Cic. pro Cael. 43. Virg. Ecl. 4, 37. Animus adoleſcentis conſilio et ratione nondum firmatus Cic. pro Cluent. 13. Leges pacis firmatas diſſoluere Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 63. Mens Ouid. Faſt. 1, 497. Opinio vetus et omnium gentium firmata conſenſu Cic. de Diuin. 1 *pr.* Stirps virtutis firmata Cic. pro Cael. 79. Vires firmatae cibo: *h. e. Roboratae* Liu. 9, . . Cic. Att. 2, 19 Sed eſt iam vna vox omnium magis odio firmata quam praeſidio.

FIRMĀTOR, ōris. m. [*στηρικτὴς*] Tacit. Ann. 2, 46, 7 Miſſus tamen Druſus, vt retulimus, pacis firmator. Diſciplinae firmator Plin. Epiſt. 10, 38.

FIRMĀMEN, ĭnis. n. [*στήριξις*] Ouid. Met. 10, 491 Ruptosque obliqua per vngues Porrigitur radix, longi firmamina trunci.

FIRMAMENTVM, i. n. [*στήριγμα*] *Soliditas et ſtabilimentum.* Cic. pro Cluent. 5 Etenim ſicut aliis in locis parum firmamenti et parum virium falſitas habet, ſic in hoc loco falſa inuidia imbecilla eſſe debet. Firmamentum ac robur Cic. pro L. Manil. 10. Diſciplinae firmamentum Idem Tuſc. 4, 7. Imperii firmamentum Id. Att. 3, 13. *Pro Praeſidio.* Cic. Att. 1, 18 Sic ille annus duo firmamenta Reip. per me vnum conſtituta euertit. Stabilitatis conſtantiaeque eius quam in amicitia quaerimus, firmamentum, eſt fides Idem de Amicit. 65 c. 18. Flos equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum Reipublicae, Publicanorum ordine continetur Id. pro Planc. 23. Ordo caeterorum ordinum firmamentum Cic. pro L. Manil. 17. Ponere firmamentum in aliquo Idem pro Flacc. 92. Sed primum auſpicium Deus artibus altaque circum Firmamenta dedit Grat. Cyneg. 10. *Pro Neruis.* Gell. 13, 21 Vincula et firmamenta membrorum. Firmamentum et continens cauſae *dicitur Latine, quod, Punctum litis deciſorium, vocant.* Quinctil. 3, 13 *Συνέχον*, autem quod continens alii, firmamentum alii putant. *Quae apud Theologos de* Firmamento *illo Moſaico diſputentur, notum eſt. Vtitur voce* Tertull. de Bapt. 3 Nam vt firmamentum caeleſte ſuſpenderet in medietate, diſtinctis aquis fecit.

FIRMVM Caſtellum, Pomp. Melae 2, 4 Firmium *Ptolemaeo:* Plinio 3, 13 Firmanorum Caſtellum, *Vrbs eſt Italiae in Piceno. Hinc*

FIRMANVS ſaltus Catull. 111, 1.

F I S

FISCVS, i. m. [*κύρτος ἁλιευτικὸς* Vet. Gl.] *Saccus plexilis, ſ. qualus, quo vtebantur ad oleam exprimendam, et ſimilia.* Columel. 12, 47, 9 Fiſco incluſa olea prelo ſupponitur. *Et* 12, 50, 22 Fiſcis non iisdem probum et cibarium oleum premi oportebit *etc.* *Et* 12, 38, 7 Per fiſcum lineum exprimere. *Add.* 12, 52, 2. *it.* Fiſcina, Fiſcella. ¶ 2 *Inprimis pecuniae ſeruandae, ferendae etc. adhibebantur fiſci.* Sen. de Ira 3, 33 Libet intueri fiſcos in angulo iacentes. Hi ſunt propter quos oculi clamore exprimuntur *etc.* Poſitis ante ſe cum pecunia fiſcis Suet. Claud. c. 18. Tollere fiſcum Cic. Verr. 3, 183. Ex fiſco in ciſtam pecuniam transferre Idem Verr. 3, 197. *Et* Verr. Act. 1, 22 c. 8 Reperiebam fiſcos complures cum pecunia Sicilienſi a quodam Senatore ad Equitem Romanum eſſe translatos, *etc.* Aſconius *ad h. l.* Fiſci, fiſcinae, fiſcellae, ſpartea ſunt vtenſilia ad maioris ſummae pecunias capiendas. Vnde quia maior ſumma eſt pecuniae publicae quam priuatae, vt pro cenſu priuato *loculos* et *arcam* et *ſaccellos* dicimus, ſic pro publico theſauro aerarii dicitur *Fiſcus. Haec Aſconius.* Iſidor. 20, 9 Fiſcus ſaccus eſt publicus — hunc habent exactores, et in eo mittunt debitum publicum, quod redditur regibus. *Auguſtus Dione teſte* l. 53 p. 506, E *inſtituit, vt populi* aerarium, *a* fiſco *principis appellatione diſtingueretur. Hinc* Caeſar omnia habet, fiſcus eius priuata tantum et ſua: et vniuerſa in imperio eius ſunt, in fiſco propria Sen. de Benef. 7, 6. Plin. in Paneg. c. 36 At fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum, qua aerarium cohibes: immo tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis. Praeter caeteros Iudaicus fiſcus acerbiſſime actus Suet. Domit. c. 12. *Conf.* CALVMNIA, *it.* FISCALIS. Spartian. in Adrian. c. 7 Damnatorum bona in fiſcum priuatum redigi vetuit, omni ſumma in aerario publico recepta.

FISCĀLIS, e. Adi. [*δημοσιακὸς*] *Quod ad fiſcum pertinet: vt,* Loca fiſcalia Calliſtrat. in l. non intelligitur §. vlt. D. de iure fiſci. Calumniae fiſcales Suet. Domit. 9, 9. *i. Delationes falſae aduerſus ciues pro fiſco intentae. Ita* Marcus *apud* Oroſ. 7, 15 Omnia ſimul fiſcalium negotiorum calumnioſa monumenta congeſta in foro iuſſit incendi. *Talis eſt* Calumnia fiſci Iudaici ſublata *in Neruae numo: Vid. Spanh. de Num. diſſ. 9 p.* 811. Debitores Paull. in l. in fraude D. de iure fiſci. Fundus Paull. *ibid.* Horreum Paullin. Nol. Ep. 49. (36) Ius l. 42 D. de Pact. Fiſcalia *abſolute dicuntur tributa* l. 3 C. de Epiſc. et Cler.

FISCARIVS, i. m. Firmic. 3, 13 Mercurius faciet imperatorum exactores, et qui annuas fiſcariorum praeſtationes repetant. Fiſcarios *appellat eos, qui fiſco principis aliquid debent. Vid. Cael. Rhod. 20, 29.*

FISCĬNA, ae. f. [*τάλαρος*] *Idem quod Fiſcus.* Iſidor. 20, 9 Fiſcus primae poſitionis (*Primitiuum*) eſt: deriuatiuum Fiſcina eſt: diminutiuum Fiſcella. Cato R. R. 135, 3 *commendat* Fiſcinas Campanicas et Romanicas. Fiſcinae ſportaeque ex palma et ſparto *laudantur* Colum. 11, 2, 90. Oleariae Campanicae Cato 153. In fiſcina noua vuas premito Colum. 12, 39, 3. *Add.* 12, 50, 10. Virg. Georg. 1, 266 Et facilis rubea texatur fiſcina virga. Plin. 18, 31 Frondarias fiſcinas quatuor implere frondatorem, iuſtum eſſe autumat. Varro de R. R. 1, 22 Iſta fere ſunt, quae ex viminibus et materia ruſtica fiunt, vt corbes, fiſcinae, tribula, mallei, et raſtelli. Cic. pro Flacc. 41 c. 17 Homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam vidiſſet, fiſcinam ficorum obiecisti.

FISCELLA, ae. f. [*ταλαρὶς*] Dimin. *a* Fiſcina. Virg. Ecl. 10, 71 Et gracili fiſcellam texit hibiſco. Milii fiſcella Ouid. Faſt. 4, 743. Fiſcellae iunco factae rariore contextu Pallad. Oct. 19, 1. Columel. 12, 18, 2 Si ager amplus, aut vineta, aut arbuſta grandia ſunt, perenne fabricandae decimodiae, et trimodiae, et fiſcellae texendae et picandae. In iunceis fiſcellis vel ſparteis ſaccis percolant Colum. 12, 17. *Conf. Barth. ad* Script. Venat. 180. *et Aduerſ. 36, 23.* ¶ 2 Fiſcella *etiam viminibus funiculisue contexta, dicitur Qua boum ora fauceſque capiſtrantur.* Cato de R. R. c. 54 Et fiſcellas habere oportet, ne herbas ſectentur quum arabunt. Plin. 18, 19 Fiſcellis capiſtrari boues oportet, ne germinum tenera praecerpant. *Vid.* Scheff. *de re vehic. p. 166 ſq.* ¶ 3 Iſid. Gloſſ. Fiſcella, forma vbi caſei exprimuntur. *Nempe textilis forma ſerum vbique emittit.*

FISCELLVM, *an* FISCELLVS? i. [*ταλαρίσκος*] *Pro eodem.* Columel. 12, 38, 6 Mox fiſcello ligneo incluſas (*baccas*) exprimito.

FISCELLVS, i. m. Caſei mollis appetitor; vt Catillones, Catillorum liguritores. Feſtus, *et* Iſid. in Gloſſ. *Vid.* FISCELLA n. 3.

FISSILIS, FISSIO, FISSIPES, FISSVM, FISSVRA, FISSVS. *Vid.* FINDO.

FISTV̄CA, ae. f. *Sic melius ſcribitur quam* Feſtuca, *machina, qua vtuntur vel ad ſolidandum ſolum, vel ad palos adigendos; vel ſimplicior, e* fuſti, *vnde dicta eſt, ab altera parte complanato; vel grauior, anſata, ferro praefixa, eaque vel manibus ſolis adminiſtrata, vel funibus trochleisque in altum tracta, vt laxata ſuo pondere irruat in ſubiecta,* etc. Vitruu. 7, 1 Si plano pede erit ruderandum, quaeratur ſolum ſi ſit perpetuo ſolidum, et ita exaequetur, et inducatur cum ſtatumine rudus. Sin autem omnis, aut ex parte congeſticius locus fuerit, fiſtucationibus cum magna cura ſolidetur. Pauimenta fiſtucis pauita Plin. 36, 25. Caeſ. B. G. 4, 17 Haec quum machinationibus immiſſa in flumen defixerat, fiſtucisque adegerat, non ſublicae modo direxerat.

FISTV̄CO, āre. *Fiſtucis exaequare, vel pauire, vel palos in terram adigere.* Cato 18, 7 Fundamenta prius fiſtucato. *Al.* feſtucato. *Sed illud verius eſſe, modo oſtendimus.* Plin. 36, 25 Deinde rudus, in quo duae quintae calcis miſceantur, pedali craſſitudine fiſtucari.

FISTVCĀTVS, a, um. Adi. *Fiſtuca exaequatum.* Plin. 17, 11 *extr.* Sicuti terram circa radices fiſtucato ſpiſſandam, *i. Fiſtucatione. Vid.* Plin. 36, 25. Solum fiſtucatum Plin. ibid. Vitruu. 7, 4.

FISTVCATIO, ōnis. f. *Actus ipſe fiſtucandi.* Vitruu. 7, 1. Idem 10, 3.

FISTV̄LA, ae. f. [*σύριγξ, αὐλὸς, σωλὴν, ὀχετὸς, δόναξ*] *Prima ſignificatione notabat cauatum aliquid teres, quod ore humano inflatum redderet ſonum, quem primae quatuor literae* fiſt *vtcunque exprimunt, vt ſit ὀνοματοποιηθὲν, nomen ex ſono rei ipſius ductum. Tale quid voluit forte* Iſid. Orat. 2, 20 Fiſtula dicta quod vocem emittat: *quae varie corrupta, vt ex antiquis editionibus apparet. Certe verum eſt,* fiſtulam *dictam videri, ab eo, qui inflatae* arundinis, calami, cannae *ſonum ſignare voluit. Deinde, vt ſit, traducta eſt appellatio ad omnia caua oblonga, teretia, per quae vel aër, vel quicunque humor meat. Nobilior caeteris eſt illa, quae ad aquarum deriuationem, diſtributionem, erogationem et moderationem adhibetur.* Quinctil. 5, 14, 31 *de Oratione*, Feratur non ſemitis, ſed campis; non vti fontes anguſtis fiſtulis colliguntur, ſed vt latiſſimi amnes totis vallibus fluat. Cic. pro Rabir. perd. reo 31 Etſi C. Marius, quod fiſtulas, quibus aqua ſuppeditabatur Iouis Opt. Max. templis ac ſedibus, praecidi imperat, *etc.* Varr. de R.R. 3, 5, 2 In hoc tectum aquam venire oportet per fiſtulam. *Graphice, vt ſolet* Ouid. Met. 4, 119 *de Pyramo*,

> Vt iacuit reſupinus humi; cruor emicat alte,
> Non aliter quam cum vitiato fiſtula plumbo
> Scinditur, et tenues ſtridente foramine longe
> Eiaculatur aquas, atque ictibus aëra rumpit.

Recte plumbum *appellat. Nam in hoc differunt* fiſtulae *a* tubulis, *quod hi* e teſta *ſ.* fictiles, *illae autem* plumbeae. *Locus claſſicus de vtroque genere aquae ducendae* Vitruu. 8, 7 *quem in breuitatem contraxit* Pallad. Aug. 11 *et* 12. *Frequens illarum mentio apud* Frontinum de Aquaeductibus, *vbi multa docuit Polenus. Necnon* ICti *veteres frequenter illas vſurpant, v. g.* Fiſtulis adplumbata epitonia l. 17 §. 8 D. de act. emt. Fiſtulas, quibus aquam duco, in via publica habeo l. 13 D. ſi Seruit. vindic. Fiſtula iuncta parieti communi, quae aut ex caſtello, aut ex caelo aquam capit. *Sic* l. 15 D. de ſeruit. praed. ruſticor. Q. Mucius ſcribit, — licere fiſtulam vel fictilem vel cuiuslibet generis in riuo ponere *etc.* ¶ 2 Fiſtula *eſt Inſtrumentum muſicum. Vid. Barthol. de Tib. Vet. 3, 6. Turneb. Aduerſ. 12, 7. et* 28, 15. *it. Brouckh. ad* Tib. 2, 5, 31. Catoni R. R. 21, 1 Fiſtula ferrea *cauum aliquid eſt, intrinſecus in columellam, extrinſecus autem in cupam conueniens.* Plin. 17, 14 ſ. 23 Hinc nata inoculatio, ſutoriae ſimili fiſtula aperiendi in arbore oculum cortice exciſo, ſemenque (*i. oculum ſine gemmam cum orbiculo corticis illam circumdantis*) includendi (*in illum orbiculum exciſum*) eadem fiſtula ſublatum ex alia. *Affinis eſt haec* fiſtula terebrae Gallicae. Virg. Ecl. 2, 36 Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula. Plin. 7, 56 Fiſtulam Pan inuenit. Macrob. Sat. 1, 21 Solem ſub nomine Attinis ornant fiſtula et virga. Fiſtula ordinem ſpiritus inaequalis oſtendit: quia venti,

venti, in quibus nulla aequalitas eſt, propriam ſumunt de ſole ſubſtantiam. *Caeterum vid.* Nemeſ. Ecl. 3, 5 *et* 9. Calpur. Ecl. 4, 60 *etc.* Cic. de Orat. 3, 223. *De* fiſtula Gracchi *ſ. tonario* Quinct. 1, 10, 27. Cic. de Orat. 3, 223 c. 60. Arguta Virg. Ecl. 7, 24. Caua Valer. Argon. 4, 384. Diſpar ſeptenis fiſtula cannis Ouid. Met. 2, 682. Eburneola Cic. de Orat. 3, 223 c. 60. Garrula Tibull. 2, 5, 31. *Vid. ibi Brouckh.* Iuncta cera Virg. Ecl. 3, 25. Paſtoricia fiſtula *videtur vehementiſſimum illum ſibilum notare ore ac labiis expreſſum, quo reuocare pecus illi ſolent, vnde ad* ſibilum *irriſionis ſ. exſibilationem refertur* Cic. Att. 1, 16 Itaque et ludis et gladiatoribus mirandas ἐπιτημασίας (ſignificationes *vbi vid.*) ſine vlla paſtoricia fiſtula auferebamus. Ruſtica Ouid. Met. 8, 191. Dulci fiſtula perſonuere ſaxa Hor. Carm. 1, 17, 10. ¶ 3 *Sed multo latius patet, vt diximus, et ad multas res a natura vel ab arte teretes et cauas refertur. V. g. Pro epiſtomio* Cato R. R. 154 Fiſtulam ſubdito labro, vti obturari poſſit. *Talis eſt* Fiſtula frigidaria in balneo Pallad. 1, 40, 3. *de* Centimali fiſtula *vid. ſ. l.* Perforata fiſtula Veg. Veter. 3, 4, 42. *Nam ſunt quaedam non peruiae vt* Colum. 9, 11, 4 Fiſtulae laxioris, quam ſunt reliqua foramina, eſt regia apum. *Talis eſt* fiſtula *morbus, de qua* n. 4. Fiſtula farraria *apud* Caton. R. R. 10 *eadem* Serrata Plin. 18, 10 ſ. 23. *vid. Geſneri Lex. Ruſt. vbi probabile feci, eſſe genus molae, vbi intra matricem ſtriatam conus denticulatus circumagitur, qua machinatione grana illapſa frenduntur.* Sutoria Plin. 17, 14 ſ. 23. Fiſtula, *Vorticis genus.* Plin. 2, 49 *extr.* Ex eodem genere et in longam veluti fiſtulam nubes aquam trahit. *Dicitur autem vortex* fiſtula, *quia rotatus et vibratus ſuo turbine impetuque in mare interdum impingitur et illiditur, et reuerberatus repercuſſusque retro reiicitur cum aquae rapina, vnde a nauticis Sipho appellatur, quem* Plin. Fiſtulam *interpretatus eſt. Vid. Turneb. Adu.* 4, 20. Iuſtin. 4, 1 *pr. de Sicilia,* Terra cauernis quibusdam fiſtulisque ita penetrabilis, vt ventorum tota ferme flatibus pateat. Fiſtula, *Per quam ſpiratur.* Plin. 9, 7 Branchiae non ſunt balaenis, nec delphinis: haec duo genera fiſtulis ſpirant, quae ad pulmonem pertinent. Vrinalis Veg. Veter. 3, 15, 7. Fiſtula, *Arbor aromatica, quae et* Caſia fiſtula *a medicis appellatur.* Plin. 17, 14 ſ. 24 *de ſurculis inſerendis,* Calami *(i. ſurculi)* exacutio medullam ne nudet: tenui tamen fiſtula detegat, *i. in tantum detegat, vt cauitas tenuis in conſpectum veniat.* ¶ 4 *Notabilis* Fiſtula, *Vlcus altum, anguſtum, et calloſum in corpore: ſiue ex vulnere ſit, ſiue ex vitio intus orto, quod ad ſuppurationem peruenerit.* Cato R. R. 157, 14 Et ſi fiſtula erit, turundam intro trudito, *etc.* Plin. 20, 6 Extrahit fiſtulis vitia cum ſulphure et reſina, etiam harundines cum pice. Ibid. c. 9 Sic etiam fiſtulas eluxatas et tumores euocari, quaeque diſcuti opus ſit. Nepos 25, 21, 3 Subito tanta vis morbi in vnum inteſtinum prorupit, vt extremo tempore per lumbos fiſtula putris eruperit. *Al.* Puris. *Vid.* Celſ. 5, 18. *et* 7, 4. Scribon. 266. Veget. Veter. 2, 13, 4. *it.* 2, 26 *et* 27 *int.*

FISTVLATIO, ōnis. f. *Apud* Sidon. . . .

FISTVLATIM. Adu. Apul. Met. 4 p. 144, 3 Dolore plagarum aluus artata, crudisque oleribus abundans — fimo fiſtulatim excuſſo, quosdam extremi liquoris aſpergine — abegit.

FISTVLATOR, ōris. m. *Qui fiſtula canit.* Cic. de Orat. 3, 228 c. 61 Sed fiſtulatorem domi relinquetis.

FISTVLATORIVS, a, um. Adi. Fiſtulatoriae artes Arnob. 2 p. 73.

FISTVLO, āre. *Fiſtulam agere, et in modum ſpongiae fiſtuloſum eſſe, etc.* Plin. 18, 11 Terra eius puluerea ſumma, inferior bibula, et pumicis vice fiſtulans: montium quoque culpa in bonum cedit. Vet. Onomaſt. Fiſtulo συρίζω.

FISTVLESCO, ĕre. *Idem.* Fulgent. Myth. 2 Ligna furfuraceis tinearum terebraminibus fiſtuleſcunt.

FISTVLŌSVS, a, um. Adi. [τρηματώδης] *Quod eſt ſpongiae modo, hoc eſt, foraminibus plenum.* Columel. 7, 8 *de caſeo,* Sic neque fiſtuloſus, neque falſus, neque aridus prouenit. Cancer fiſtuloſus, *Morbus* Cato c. 157, 3. Lapis Pallad. 1, 10. Saxum Vitruu. 1, 5. Plin. 27, 8 Spongia aquarum dulcium verius quam muſcus, aut herba, villoſae denſitatis atque fiſtuloſae. Terra Idem 17, 5.

FISTVLATVS, a, um. Partic. *Cauatus in morem fiſtulae, vel fiſtulis apertus.* Suet. Neron. c. 31, 8 Coenationes laqueatae tabulis eburneis, verſatilibus, vt flores; fiſtulatis, vt vnguenta deſuper ſpargerentur. *Sic etiam Burm.* Aera fiſtulata Sidon. Epiſt. 9, 13. Venae Arnob. 2, 84.

FISTVLARIS, e. Adi. Fiſtulare medicamentum Veget. Mulom. 2, 13 *ad fiſtulas.* Fiſtulares verſus Diomedi 3 p. 498 *med.* qui paullatim accreſcente partis orationis numero, ab vnica ſyllaba plures adusque ducuntur, vt Homericus ille declarat, ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, μοιρηγενὲς, ὀλβιόδαιμον. *Prima vox vnam habet ſyllabam, altera duas etc. Dicuntur iidem* Rhopalici, *v. v.* Fiſtulare *dicas etiam carmen, quale eſt Syrinx Simmiae Theocrito ſubiungi ſolita, decreſcente numero ſyllabarum in verſibus, donec in triſyllabo finiatur.*

FISTVLARIVS, i. m. *Idem ac Fiſtulator, vel Organi pneumatici ſtructor.* Gloſſ. Gr. Lat. ὀργανάριος, Fiſtularius. Vet. Inſcript. *apud* Fabrett. p. 625 Q. GRISIDIO. Q. F. SABINIANO. FISTVLARIO. CANTORI. IMAGINARIO.

F I T

FITILLA, ae. f. *Quid eſſet, non ignorare nos patitur* Arnobius, l. 7 p. 230 Quid fitilla, quid frumen, quid africia — ex quibus duo, quae prima, ſunt pultium nomina, ſed genere et qualitate diuerſa. Idem l. 2 p. 58 *de infante alendo,* Ipſe autem qui infertur cibus ſit vnus atque idem ſemper — aut fitilla de milio, aut ſit panis ex farre *etc. Nihil hic eſt varietatis in libris, niſi quod eo quem prius poſuimus loco* fit illa *primi editores dederant,* et *Meurſ. in Crit. Arnob.* p. 211 *legit* fritilla; *ſed ex ingenio, vt omnia in hoc ſcriptore. Etiam* Plin. 18, 8 ſ. 19 Et hodie ſacra priſca atque natalium pulte fitilla conficiuntur. *Sic editi ante Hard. vulgo. Hic vero ex* MSS. fritilla, *et dictum putat pro* frictilla *ſ.* frictili *a* frigendo: *quoniam eſſet puls e farina* fricta. *Quod putat praeſidium huic coniecturae forte eſſe in* Varronis *loco apud* Non. 4, 291 *vereor ne fugerit illum ratio. Ibi enim libri vulgares* fatuam pultem: *ſed Merceri optima editio* fauatam *habet, quam ille vir doctiſſimus a* fabis *deriuat, non a* fauis *apiariis. Scaliger in Coniect. ad* Varr. de L. L. p. 77 *in loco* Fabii Pictoris *apud* Non. 3, 197 ollam rudem fritilem *legit ex* Feſto in Muries, *et interpretatur, in qua* fritilla *coqueretur;* Fritilla *autem ipſum deriuat* a Frit, *quod ſit* ἀθὴρ, *vnde Graeca* ἀθάρα *nomen habeat. Sed apud* Nonium *praeſtantiſſima Merceri editio* p. 223, 17 ollam rudem fictilem *habet:* ollam fictilem *etiam* Paullus Feſti epitomator Voc. Muries. *Ac de illo* Frit Varroniano *dubites, an inde puls conficiatur. Haec praeponere viſum eſt, vt tanto cautius tractetur* Sen. de Benef. 1, 6. *Hic vulgo legebatur, teſte etiam Mureto V. L.* 12, 1 Boni etiam farre ac fictili religioſi ſunt; mali rurſus non effugiunt impietatem, quamuis aras ſanguine multo cruentauerint. *De* fictili *non dubitabant homines, qui recordarentur,* fictilia *in vſu ſacrorum fuiſſe, quod docent* fictiles vrnulae Numae Pompilii *apud* Cic. Parad. 1, 3. *Sed protulit Muretus l. c. ex* MSS. fritilla, *pro quo legendum ipſe ex Arnobio cenſuit* fitilla: *quam lectionem etiam firmat ea, quam Moretus ex duobus libris protulit,* ſuilla, *cuius totidem ſint lineae,* etc. *itemque Gruterianae e Palatinis* ficiola, ficilla, ſuilla, ſi vlla, ſi tilla. *Modius Epiſt.* 29 *cum* fricolis *in libro ſuo inueniſſet, ſuſpicatus eſt* friuolis. *Sed conceſſit deinde Ep.* 133 *in Mureti ſententiam, quam probat etiam Lipſius: niſi, inquit, quis eligit* fritilla, *vt in* Arnobio. *Cum autem in* Arnobio fitilla *ſit ſine dubio; neſcio quam bene Gronouius* fritillam Senecae *dederit.*

F I V *et* F I X

FIVERE, pro Fugere, Antiquum. Feſt.

FIXVLA, *pro Fibula antiqui vſurparunt; a Fingendo nomine deducto. Sipontin.*

FIXVS, *vid.* FIGO.

F L A

FLABELLIFER, FLABELLVM, FLABILIS, FLABRVM, *etc. Vid.* FLO.

FLACCEO, ēre. *ſiue* FLACCESCO, ui, ĕre. [χαλάω] *Quod etiam vno C ſcribitur, Langueſcere et marceſcere, proprie de viribus, cum rigorem illum vigoris indicem amittunt, nec ſe ſuſtinent, ſed veluti concidunt.* Columel. 12, 7, 4 Foeniculum quum legeris, ſub tecto exponito dum flacceſcat. *Sic* Varro de R. R. 1, 13, 4 Quod enim infertur recens minus bonum: id quum flacuit, melius, *de ſterquilinio, cum fermentatione quadam comminutum, et acrius factum eſt, quo facto culmi ſtraminis omnem rigorem amiſere.* Flacceſcit oratio, *per translationem, Quae nullas habet dicendi vires.* Cic. de Clar. Orat. 93 c. 24 Dein, quum otioſus ſtilum prehenderat, motusque omnis animi, tanquam ventus hominem defecerat, flacceſcebat oratio. *h. e. Langueſcebat, et quaſi decidebat, ac vires amittebat. Add.* Plin. 15, 29 ſ. 36 *vbi tamen Hard. legit* flaueſcente. Meſſala flaccet Cic. ad Q. Frat. 2, 15 *extr.* An ſceptra iam flaccent Accius *apud* Non. 2, 323 *qui laudat etiam* Afranii, Diſperii, perturbata ſum, iam flaccet fortitudo. *Et* Ennii, Sin flaccebunt conditiones, repudiato, et reddito. *In his omnibus indicatur remiſſio quaedam vigoris et veluti rigoris* etc. *Sic* Flaccente ſententia Claud. Mamert. 1, 3.

FLACCĬDVS, a, um. Adi. [χαλαρὸς] *Languidus.* Plin. 15, 30 Hanc eſſe folio maximo, flaccidoque et albicante. Flaccidae aures Plin. 8, 51. Varro de R. R. 2, 9 Capitibus et auriculis magnis et flaccidis. *de canibus.* Vela flaccida, pendula Apul. Flor. 23 p. 365, 7. *Metaphorice* Argumentatio flaccida Arnob. 7. *de Veſtimento.* Apul. 7 p. 191, 6 Summa veſte muliebri florida, in ſinus flaccidos abundante. *Sic MS. Sed al.* Floccidos.

FLACCIDE. Adu. *Apud* Symmach. . . . Flaccidior, *Compar. Languidior, tardior, remiſſior.* Lucret. 5, 631 Flaccidiore etiam quanto iam turbine fertur Inferior, quam ſol, tanto magis omnia ſigna, *etc.*

FLACCVS, a, um. Adi. *Languidus ac pendulus.* Aures flaccae Cato R. R. 2, 9. Hinc Flacci dicti, Quibus aures flaccae erant ſiue pendulae, *vt docet* Plin. 11, 37. Cic. de N. D. 1, 80 c. 29 Redeo ad deos: ecquos inſigni nota ſtrabones, aut paetulos eſſe arbitramur, ecquos naeuum habere, ecquos ſilos, flaccos, frontones, capitones, quae ſunt in nobis? ¶ 2 *Laudatur* Plaut. Fragm. 3, 30 Perii: flacco habebit iam illic homo lumbos meos, *quod interpretantur ad terendum habere. Credo eſſe illum verſum, quem alii referunt ad* Aſin. 3, 3, 111 Perii, illic habebit flocco iam homo lumbos meos. *i. tractabit contemtim et cum iniuria, vt* flocci habere. *v. v.* ¶ 3 Flaccus, *cognomen fuit vſitatiſſimum apud Romanos, et commune* Auianis, Auiliis, Calpurniis, Flauiis, Fuluiis, Horatiis, Hordeoniis, Valeriis *et* Verriis. *Vid. Sigon. de Nom. Rom.* c. 5. *Hinc*

FLACCIĀNVS, a, um. Adi. *Ad Flaccum pertinens.* Valer. Max. 6, 3, 1 Flacciana area, quum diu penatibus vacua manſiſſet, a Q. Catulo Cimbricis ſpoliis adornata eſt. Flacciana, *i. M. Flacci.*

FLACES, ium. *Pl.* [στέμφυλα] *Faeces ex oleis expreſſae.* Plin. 15, 6 Item in amurca et flacibus. Eae ſunt carnes, et inde faeces. *Sed rectius legitur* Fracibus. *v. v.*

FLAGELLVM, *etc. Vid. ſub* FLAGRVM *cuius Diminutiuum eſt.*

FLAGITIVM, i. n. [ἀτόπημα, ὕβρις Vet. Gloſſ.] *Eſt (inquit Valla 4) proprie in libidine, quaſi* Flagris *dignum crimen: ſed pro caeteris quoque peccatis accipitur, non tantum turpibus, verum his etiam, quae per negligentiam, imprudentiam, obliuionemque committuntur. A* flagitando *deriuat* Iſid. 2, 26. Donat. *ad* Ter. Eun. 2, 3, 90 Flagitium, *inquit,* more militari dicitur Res flagitatione, hoc eſt increpatione digna. *Vid. mox* n. 4. *Locus* Terentii *ita habet. Agitur de ducendo Chaerea habitu Eunuchi in domum meretriciam. Vacillat* Parmeno *auctor conſilii, ac dicit,* Ah Flagitium facimus. Chaerea *reſpondet,* An id flagitium eſt, ſi in domum meretriciam deducar, et illis crucibus — nunc referam gratiam? *Eſt nempe hoc ex illa diſciplina, vnde eſt illud* Micionis *apud eund.* Ter. Ad. 1, 2, 21 Non eſt flagitium, adoleſcentulum ſcortari, neque potare, *etc. cui reſpondet* Demea, Proh Iupiter, tu me homo adigis ad inſaniam, Non eſt flagitium facere haec adoleſcentulum? *Nempe Demea* flagitium *intelligit rem pudendam apud bonos viros: Micio de infamia ciuili loquitur, quae honoribus et ciuili exiſtimatione priuet.* Cic. de Senect. 40 Stupra vero et adulteria et omne tale flagitium, nullis aliis illecebris excitari niſi voluptatis. Flagitium, *inquit* Non. 4, 215 veteres Vitium quod virgini infertur, dici voluerunt. *Hinc* Vet. Gl. βία. Flagitii principium eſt nudare inter ciues corpora Enn. *ap.* Cic. Tuſc. 4 c. 33. Amor, flagitii et leuitatis auctor Idem ibid. c. 32. Quod agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum et corpus ſuum, flagitium vocatur: quod autem agit, vt alteri noceat, facinus dicitur Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 3, 10. *Add.* l. 1 ff. de extraord. Crim. §. 2. Phaedr. 3, 10, 14 Mentitus de flagitiis caſtae mulieris. Plaut. Aſin. 5, 2, 3 Meoque ſciente filio id facere flagitium patrem? Ter. Heaut. 5, 4, 14 Ea cauſa magis patiar Clitipho flagitiis tuis me infamem fieri. Vitia

atque flagitia domeſtica Cic. Tuſc. 1, . . Idem Verr. 5, 26 Ita diei breuitas conuiuiis, noctis longitudo ſtupris et flagitiis conterebatur. Extrema flagitia illicitae libidinis *de Gallis Cybelae* Apul. Met. 8 p. 215, 16. *Habet igitur maxime domicilium haec vox in turpitudine inſigni venerea; ſed tamen etiam latius patet, et* ¶ 2 *Omne probrum, ac dedecus, omnem rem, cuius pudere aliquem debet, ſignificat.* Liu. 42, 60 Conſul moueri flagitio timoris fatendi; victus tamen ratione, ſilentio noctis transductis copiis caſtra in vlteriore ripa communiuit. In XII Tabb. Si quis carmen occentaſſit, quod alteri flagitium faxit, capital eſto. Plaut. Epid. 3, 4, 79 Flagitio eum maiore poſt reddes tamen. *Sic et* Nepos 22, 1, 6 Periturum ſe potius dixit, quam cum tanto flagitio domum rediret. *Sic* Plin. Epiſt. 3, 11, 4 Effugere flagitium. *Et* Propert. 2, 34, 12 Poſſes in tanto viuere flagitio? *Etiam de pudendo errore*, Cic. de N. D. 1, 66 c. 24 Iſta enim flagitia Democriti, ſiue etiam ante Leucippi, eſſe corpuſcula quaedam leuia, alia aſpera, rotunda alia, *etc.* *Formulae cum Nominibus.* Promtus flagitio, *i. Ad faciendum flagitium* Tacit. Ann. 15, 45. Idem Ann. 1, 3 Nam ſenem Auguſtum deuinxerat adeo, vti nepotem vnicum Agrippam Poſthumum in inſulam Planaſiam proiiceret, rudem ſane bonarum artium, et robore corporis ſtolide ferocem, nullius tamen flagitii compertum. Tacit. Ann. 3, 20 Et illam obſidionem flagitii ratus, *i. flagitioſam, pudendam.* Grauiſſima Quinctil. 2, 16. Ingens Hor. Serm. 2, 4, 82. Inſignitius Tacit. Ann. 4, 51. Manifeſta Quinctil. 2, 2. Flagitium hominis, *i. flagitioſus turpis* Plaut. Caſin. 2, 1, 8. ¶ 3 *Verba:* Cic. Catil. 1, 13 Quae libido ab oculis, quod facinus a manibus vnquam tuis, quod flagitium a toto corpore Abfuit? Accommodatus ad flagitium, *vid.* ACCOMMODO. Addere damnum flagitio Hor. Carm. 3, 5, 26. Cic. Att. 9, 12 Spes quaedam me obtentabat, fore vt aliquid conueniret potius, quam aut hic tantum ſceleris, aut ille tantum flagitii Admitteret, *de Pompeio Italiam relinquente.* Admittere rei militaris flagitium Cic. pro Cluent. 128 c. 46. Plaut. Caſ. 5, 3, 1 Maximo ego Ardeo flagitio, nec quid agam meis rebus ſcio, Nec meam vt vxorem adſpiciam *etc.* Cic. de Clar. Orat. 219 c. 61 Vt ne legens quidem vnquam ſenſerit quantum flagitium commiſiſſet. Idem pro Sull. 16 Quod flagitium Lentulus non cum Autronio Concepit? Conficere flagitium, *vid.* CONFICIO. Deprehendere flagitia Quinctil. 2, 16. Facere flagitium, *pro Peccare, et crimen ac facinus committere ex* Ter. Eun. 2, 3, 90 *ſupra habuimus.* Facere ſcelera et flagitia Cic. pro Roſc. Amer. 25. *Alio ſenſu vid.* n. 4. Plaut. Poen. 3, 2, 32 Hae fores fecerunt magnum flagitium modo: *Add.* Quid id eſt flagitii? CO. Crepuerunt clare. *Laſciuia comica; crepitus ventris flagitium eſt, i. res pudenda, vt* Cic. Fam. 9, 22 *extr.* Suppedit; flagitium eſt. Gliſcere flagitio, et infamia Tacit. Ann. 14, 15. Cic. Philipp. 2, 58 Horum flagitiorum iſte veſtigiis omnia municipia, praefecturas, colonias, totam denique Italiam Impreſſit. Ingurgitare ſe in flagitia, *vid.* INGVRGITO. Inquinare flagitiis Cic. pro Roſc. Amer. 50. Tacit. Hiſt. 4, 59 Caeteros, vt quisque flagitium Nauauerat, praemiis attollit. Ter. Eun. 5, 7, 21 Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum Nobilitas flagitiis, et eundem indicas. Occultare flagitia ſua Auct. ad Heren. 2, 5. Polluere inceſto flagitio, *vid.* INCESTVS. Sum: Ter. Adel. 3, 3, 68 Nam id nobis tam flagitium eſt, quam illa Demea non facere vobis quae modo dixti. Cic. Off. 3, 86 Dedecus et flagitium magnum eſt. Plaut. Poen. 5, 2, 5 Flagitium tuum eſt, tuas populares te pati ſeruire. Suſcipere flagitium Cic. pro Muraen. 9. Teneri flagitiis Tacit. Ann. 3, 13. Cic. Fam. 9, 3 Ne quum omnes in omni genere et ſcelerum, et flagitiorum volutentur, *etc.* ¶ 4 Flagitium *videtur eſſe idem fere, quod conuicium aut exprobratio, quae forte prima ſignificatio fuit, quam oſtendit etiam verbum* Flagito. *Huc forte referas illud* Lucilii 29 *apud* Non. 4, 215 Qui et poſcent minus, et praebebunt rectius multo, Et ſine flagitio, *quod comparat Mercerus ad h. l.* p. 169 *cum illo* Iuuenalis 6, 34 Nonne putas melius, quod tecum puſio dormit, Puſio, qui noctu non litigat. *Ita Douza explicat Illud* Plauti Epid. 3, 4, 79 *vbi fidicina ſeni fides reddere recuſanti*, Abiero, *inquit*, Flagitio cum maiore poſt reddes tamen. Idem Merc. 2, 3, 85 Litigare nolo ego vos — facere damnum mauolo Quam opprobramentum aut flagitium muliebre efferri domo.. Leges XII Tabb. *apud* Auguſtin. de C. D. 2, 9 Si quis occentauiſſet, ſiue carmen condidiſſet, quod infamiam faceret flagitiumue alteri. *Eſt igitur* Flagitium facere *alicui ea ratione dictum, vt* conuicium facere. Apul. Met. 6 p. 179, 34 Nam ſic eam *(Pſychen Venus)* maiora atque peiora flagitia comminans, appellat. Pericula *interpretatur Floridus, vtiturque* Nonii l. c. *Et ſane ante verſum Lucilii, quem dedimus, leguntur hodie verba*, Flagitium, periculum. *Sic conuenirent verba Lucilii cum* Horat. Sat. 1, 2 *extr.* *Verum nimis abhorret hic intellectus a reliquo vſu verbi. Itaque malim etiam apud Apuleium* maiora flagitia *interpretari obiurgationem, et turpia conuicia.* Rutil. Itin. 1, 362 Auri flagitiis ambitus ipſe furit, *i. Barthio interprete, flagitationibus.*

FLAGITIŌSVS, a, um. Adi. [ὑϐριςὴς Vet. Onomaſt.] *Sceleratus, Vitiis omnibus et rebus pudendis abundans.* Cic. de Amicit. 47 Itaque videas rebus iniuſtis iuſtos maxime dolere, imbecillibus fortes flagitioſis modeſtos. Salluſt. Catil. c. 14 *pr.* Omnium flagitioſorum atque facinoroſorum circum ſe tanquam ſtipatorum cateruas habebat. Flagitioſi, qui venereas voluptates inflammato animo concupiſcunt Cic. Tuſc. 4 c. 32. Id. de Fin. 2, 93 c. 28 *de Octauio aegroto*, Nec tamen miſere eſſe, — tantummodo laborioſus videbatur: at miſer, ſi in vitioſa et flagitioſa vita afflueret voluptatibus. *Non prorſus male ergo* Iſid. Orig. 10 Flagitioſus, eo quod frequentius flagitet atque appetat libidinem. Libidines Cic. Verr. 2, 134 c. 54. Poſſeſſio Idem pro Roſc. Amer. 24. Res Arnob. 7 p. 238 *extr.* Vita Cic. de Fin. 2, 93 *modo adſuit.* Verbis flagitioſa dicere, quae turpia non ſunt, reprehendunt et irrident Stoici Idem Off. 1, 128. *Compar.* Salluſt. Iugurth. 85 Quanto illorum vita praeclarior, tanto horum ſocordia flagitioſior. *Superl.* Homo flagitioſiſſimus Cic. Verr. 2 *extr.*

FLAGITIŌSE. Adu. [μοχθηρῶς] *Pudendum in modum.* Cic. Verr. Act. 1, 44 Patres conſcriptos iudicia male et flagitioſe tueri. Deſciuit flagitioſe a Stoicis propter oculorum dolorem Idem de Fin. 5, 14. Dicta flagitioſe et turpiter Id. de Orat. 1, 217. Factum flagitioſe Auct. ad Heren. 1, 8. Sumus flagitioſe imparati tum a militibus, tum a pecunia Cic. Att. 7, 15 *extr.* Obire legationes flagitioſe Idem pro Font. 24. Seruire aliorum amori flagitioſiſſime Id. in Catil. 2, 8 c. 4. Flagitioſius Arnob. 4 p. 141. Sum: Flagitioſe et turpiter fuit gladiatoribus Cic. Att. 6, 5 (3) Viuere impure ac flagitioſe Idem de Fin. 3, 38 c. 11.

FLAGĬTO, āre. [προσλιπαρῶ Vet. Gloſſ. Flagitauerit, μετὰ βοῆς ἀπαιτήσῃ Vet. Gl.] *Cum ſtrepitu quodam et conuicio petere: quam notionem ſtrepitus et vehementiae ipſae literae* FL, *vt Graecae* ΦΛ *indicare videntur.* *Donatus ad* Ter. Eun. 2, 3, 90 Flagitatio a ſtrepitu dicitur, vnde *Flamma*, et *Flagella*, et *Flagitare*, id eſt perſonare, intelligimus dici. Nam haec omnia ſine ſonitu crepituque non ſunt. *Poterat addi ipſum* Flare *et* Flagrare; *itemque illud, quod obſeruauimus in* Flagitium n. 3 *ad* Plauti Poen. 3, 2, 32. *Add.* Fligo, Fluctus, *etc.* Plaut. Pſeud. 1, 5, 143 Clamore magno et multum flagitabere. Flagitare *plus eſt quam* Poſtulare: Cic. pro Quint. 13 Tametſi cauſa poſtulat, tamen quia poſtulat, non flagitat, praeteribo. Idem Fam. 9, 8 Ex ea igitur media excitatos miſi, qui metuo ne te forte flagitent, ego autem mandaui, vt rogarent. Neque nos quemquam flagitamus, neque nos quisquam flagitat Plaut. Poen. 3, 1, 36. *de honeſta paupertate.* Quae ſint ea numina Diuûm, Flagitat Virg. Aen. 2, 124. *i. tumultuoſe et imperioſe exquirit.* Caeſ. B. C. 1, 87 Petreius atque Afranius quum ſtipendium ab legionibus paene ſeditione facta flagitarentur, cuius illi diem nondum veniſſe dicerent, Caeſar vt cognoſceret poſtulatum eſt. Cic. Verr. 5, 70 In tanto conuentu nemo erat, qui rationem numerumque haberet, et reliquos non deſideraret ſolum, ſed etiam poſceret et flagitaret. Stomachus flagitat in morſus refici Hor. Sat. 2, 4, 61 *importunus ſane monitor.* Quid acta vita, quid ſtudia tua a te flagitant, videbis Cic. Fam. 4, 13. Quae tempus et neceſſitas flagitat apparare Idem Philipp. 5, 54. *Et* Verr. 5, 127 Flagitat abs te filium. Flagitare aliquem, *Precibus ab aliquo quidpiam petere* Cic. Fam. 9, 16. Implorare et flagitare auxilium Conſulis Idem pro Rabir. perduel. reo 9. Flagitare clamore aliquem Plaut. Men. prol. 46. Flagitaris ſaepe clamore in foro Plaut. Poen. 4, 7, 46. Etiam atque etiam inſtare, vrgere, inſectari, poſcere atque adeo flagitare crimen Cic. pro Planc. 48 c. 19 *extr.* Flagitas me, vt eloquar Plaut. Merc. 1, 66. Non admodum quid flagitare Cic. de Fin. 1, 13. Pretium flagitare caua manu Tibull. 2, 4, 14. Flagitare promiſſum ab aliquo per literas Cic. Fam. 3, 11. Inſtare et flagitare teſtes Idem pro Font. 1. Ad victum quae flagitat vſus Lucret. 6, 9. Cic. Philipp. 5, 30 Vt primum libere Senatus haberi potuit, ſemper flagitauit vt conuocaremur. *Recte igitur ponitur pro Accuſare:* Tacit. Hiſt. 1, 53 Mox compertum, pecuniam publicam auertiſſe: vt peculatorem flagitari iuſſit. Admonitum te, non flagitatum venimus Cic. de Orat. 3, 17. *Cum duobus Accuſ.* Caeſ. B. G. 1, 16 *pr.* Interim quotidie Caeſar Aeduos frumentum, quod eſſent publice polliciti, flagitare. Cic. pro Domo 14 c. 6 Num a te ipſo inſtituta, me frumentum flagitabant? Largiora aliquem flagitare Hor. Carm. 2, 18, 13. Cic. pro Cn. Planc. 6 c. 2 Sin hunc illi antepono, contumelioſa habenda eſt oratio, et dicendum eſt, id quod me ille flagitat. ¶ 2 *Speciatim eſt ad ſtuprum ſolicitare, adeoque ſtuprare.* Si quis alienam ancillam ſurripuerit et flagitauerit l. 2 ff. de priu. del. §. 5. Paſſimque circumfuſi nudatum ſupinatumque iuuenem exſecrandis vredinibus flagitabant Apul. 8 p. 215 *Elm.* Lactant. 6, 32, 2 *de Satana*, His obſcenitatibus animas ad ſanctitatem genitas velut in coeni gurgite demerſit, pudorem exſtinxit, pudicitiam flagitauit: *quam lectionem merito tuetur Bunemannus.* *Vid.* FLAGITIVM, FLAGITATVS *et* FLAGITATOR. Flagitare *in talibus proprie eſt pulſare, impellere, trudere, vt* Fulgent. Contin. Virg. p. 153 Tempeſtiuis iactationum curſibus flagitatur. *Sic MS. quod maxime decet illum antiquitatis affectatorem.*

FLAGĬTANS, antis. Partic. [ἐξαιτῶν] Cic. de Aruſp. Reſp. 46 c. 22 Qui cupientem Italiam, flagitantes vos, Populum Romanum deſiderantem, non auctoritate ſua ſolum, ſed etiam precibus ad meam ſalutem excitauit.

FLAGITATVS, a, um. Part. Feſt. Inter cutem flagitatos dicebant antiqui mares, qui ſtuprum paſſi aliquando eſſent. *Huc pertinet locus* Catonis *apud* Feſtum, *voce* Obſtinato, *quem ita conſtituit Scaliger:* Rumorem, famam flocci facit, intercutibus ſtupris obſtinatus, inſignibus probris flagitatus: *pro vulg.* F. f. f. captus ſtupris, obſtinatus inſignibus flagitiis. *Repetit illam lectionem tanquam Catonis, voce* Inter cutem. *Si ex libro, bene.*

FLAGITATIO, ōnis. f. Cic. Topic. 5 c. 1 Nolui deeſſe ne tacitae quidem flagitationi tuae. *Conf.* Iuſtin. 2, 3, 16.

FLAGITATOR, ōris. m. [ἐξαιτητὴς] *Qui aſſidue petit.* Plaut. Moſt. 3, 2, 81 Ducite ex animo curam, atque alienum aes, ne quis formidet flagitatorem ſuum. *Pro Creditore accepit repoſcente identidem debitum.* *Add.* ib. 3, 1, 74. *et* Caſ. prol. 24. Cic. de Clar. Orat. 18 c. 5 Nam hunc qui negat, video flagitatorem non illum quidem tibi moleſtum, ſed aſſiduum tamen et acrem fore. Pugnae Liu. 2, 45. Triumphi ante victoriam Idem 8, 12. Acer flagitator, *vid.* ACER. Calp. Flacc. Declam. 20 *extr.* Improbi flagitatores, qui detrimenta pueritiae ſuae mutuo dedecore compenſant, *qui quod paſſi erant, cum pueri eſſent, nunc viri facti faciunt.*

FLAGITATRIX, īcis. f. *Apud* Arnob. . . .

FLAGITAMENTVM, i. n. Fulgent. Myth. 1 *pr.* Egredimur nautarum in morem, quos tempeſtatum flagitamento confractos exoptata reduces excepit ripa. *Sic meliores, et probat Barth. ad* Rutil. Itin. 1, 362.

FLAGRANTIA, FLAGRATORES, FLAGRIONES, *vid.* FLAGRO.

FLĂGRO, āre. [φλέγω, φλέγομαι] *Ardere.* A Flamma, vel a Flatu, quo alitur incendium, quando flatu excitatur, *vt ait* Seruius. *Certe cognata iſta eſſe, non eſt dubium, vid.* FLAGITO. *Accipitur autem, vt reliqua huius generis fere omnia, vel proprie, vel tranſlate de affectibus, illorumque ſignis, rubore, calore, motu celeri, etc.* Virg. Aen. 1, 714 Flagranteſque dei vultus. *Priorem Syllabam etiam corripi docet* Virg. Georg. 1, 331 *qui verſus exit*, Ille flagranti *etc.* *Vid. mox* Flagrantem Crinem, *et* flagrans Telum. *Ouidius et Horatius ſemper producunt.* Plin. 14, 20 Faex vini ſiccata recipit ignes, ac ſine alimento per ſe flagrat. Ouid. Faſt. 6, 439 Flagrabant ſancti ſceleratis ignibus Ignes *de Veſtae templo incenſo.* Idem Met. 4, 347 Viſaeque cupidine formae Salmacis exarſit: flagrant quoque Lumina nymphes. Flagrare libidinibus Suet. de Clar. Gram. c. 23. Flagrabat diligentiae aemulatione mulier pulcherrima Columel. in prooem. Amentia flagrare, *Amentiſſimum eſſe* Cic. pro Cluent. 12. Amore flagrare Cic. Tuſc. 4, 72. *Et* pro Marcell. c. 9 Immortalitatis Amore flagrauit Animus Hor. Epod. 5, 81. Amore pilae flagrare Martial. 10, 86. Ardore alicuius rei flagrare Columel. 6, 27. Bello flagrat tota Italia Cic. Att. 5, 17. Cupidine rei alicuius flagrare Ouid. Met. 2, 104. Cupiditate flagrare Cic. de Orat. 1, 134. Idem Verr. 4, 76. Deſiderio tui, aut vrbis flagrat Id. Att. 7, 4 (5, 11.) Gratia flagrare Tacit. Ann. 11, 29. Cic. Att. 4, 7 (18) COSS. flagrant infamia, quod Memmius candidatus pactionem in Senatu recitauit,

quam,

quam, *etc.* Cic. Verr. Act. 1, 5. Inopia et cupiditatibus Salluſt. in Orat. Philippi. Cic. pro Cluent. 136 Quum Inuidia flagraret ordo Senatorius, potuit nihil decerni? Plin. 15, 18 Cato perniciali Odio Carthaginis flagrans. Cic. de Orat. 2, 190. Odio flagrant tua pectora noſtro Ouid. Triſt. 4, 9, 7. Odio flagrant mutuo mugil et lupus Plin. 9, 62. Rumore malo Hor. Serm. 1, 4, 125. Cic. de Senect. 50 Atqui eos omnes, quos commemoraui, his Studiis flagrantes ſenes vidimus. Recentibus praeceptorum Studiis flagrantem vſus flectet, dies leniet, aetas mitigabit Cic. pro Muraen. c. 31. Salluſt. in Catil. c. 14 Nam vt cuiusque Studium ex aetate flagrabat, aliis ſcorta praebere, aliis canes atque equos mercari. Studio incredibili dicendi Cic. de Orat. 1, 14 c. 4. Stupris et flagitiis flagrant conuiuia Idem Verr. 4, 71. *Et* pro Cael. 22 Flagrabant Vitia libidinis apud illum, vigebant etiam ſtudia rei militaris. ¶ 2 Flagrare et Fragrare ita diſcernuntur; quod Flagrare eſt Incendi, et ardere; Fragrare vero Olere: et in plurimis inuenitur iſta diſcretio Nonius 5, 66. *Confunduntur in MSS. vid. Burman. ad* Quinctil. Decl. 298 p. 574. *et Drakenb. ad* Sil. 15, 117.

FLAGRANS, antis. Partic. [φλεγόμενος, φλεγυρὸς] Flagrans pinus Virg. Aen. 9, 72. Eximio literarum amore flagrans Quinctil. in prooem. 1. Sidereo flagrans clipeo Virg. Aen. 12, 167. Amor Propert. 1, 13, 23. Hor. Od. 1, 25, 13. Arma, *i. Fulgentia* Sil. 3, 117. Ouid. Met. 7, 25 Medea — Flagrantes circuit Aras. Canicula Hor. Carm. 3, 13, 9. Crimen flagrans *dicitur dum adhuc aeſtuant homines ab ipſo actu.* Iuſtin. l. 1 pr. C. de Raptu Virg. Vbi inuenti fuerint in ipſa rapina, et adhuc flagranti crimine deprehenſi. Crinemque flagrantem Virg. Aen. 2, 685. Cupiditas Cic. Tuſc. 4, 43. Genae, *Rubentes prae pudore et fletu* Valer. Argon. 7, 411. Ira flagrantior Apul. de Dogm. Plat. 1 p. 11. Noctu flagrantes onerarias, quas incenderant milites, videbatis Cic. de Diu. 1 c. 32. Oſcula Hor. Carm. 2, 12, 25. Serta Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 470. Telum flagrans *fulmen* Virg. Georg. 1, 331 Ille flagranti aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo Deiicit. Medio flagrante tumultu Virg. Aen. 11, 225. *Compar.* Fax flagrantior Paterc. 2, 48, 3. Iuuenal. 13, 11 Flagrantior aequo Non debet Dolor eſſe viri nec vulnere maior. *Conf.* Solin. c. 46. *Superl.* Cic. de Fato 3 c. 2 Nec enim quod recte exiſtimas, oratoria illa ſtudia deſerui, quibus etiam te incendi, quanquam flagrantiſſimum acceperam. Aeſtus flagrantiſſimus Liu. 44, 36. Libidines flagrantiſſimae Tacit. Hiſt. 2, 31. Sol flagrantiſſimus Plin. 34, 12. Soles Solin. c. 46.

FLAGRANTER. Adu. [φλεγομένως] Tacit. Ann. 1, 3 Deſtinare Conſules ſpecie recuſantis flagrantiſſime cupiuerat. Exarſere flagrantius Ammian. 31, 26. *Add.* Auguſt. de Trinit. 8, 9.

FLAGRANTIA, ae. f. [φλογμὸς] Gell. 17, 10 Quod de natura atque flagrantia montis eius compoſitum eſt. *Add.* Macrob. Sat. 5, 17. Cic. pro Cael. 49 c. 20 Si denique ita ſeſe geret non inceſſu ſolum, ſed ornatu atque comitatu: non flagrantia oculorum, non libertate ſermonis, ſed etiam, *etc. de impudico illorum motu et coniectu.* Flagitii flagrantia Plaut. Rud. 3, 4, 28. Flagrantia luis Arnob. 7, . .

FLAGRATORES, dicebantur Illi, Qui mercede flagris caedi ſe permittebant, Feſtus. *Forte ſe inuicem caedebant vt* Bellonarii, *et recentiori aetate illi* Flagellantes.

FLAGRVM, i. n. [μάστιξ] *Cuius notius fere eſt Diminutiuum* Flagellum, *inſtrumentum, quo caedi conſueuerunt ſerui.* Iuuenal. Sat. 5, 173 Nec dura timebis Flagra pati. Idem 10, 109 Et illum Ad ſua qui domitos deduxit flagra Quirites. Suet. in Othon. 2 Vt ſaepe flagris obiurgaretur a patre. Liu. 28, 11 Ob quam cauſam caeſa flagro eſt Veſtalis.

FLAGRIONES, [μαστιγίαι] *Auctore* Nonio 1, 117 dicti ſunt Serui, quod flagris ſubiecti ſint, vt Verberones a verberibus. *Laudatur ibi* Afranius Vopiſco. Vet. Onomaſt. Flagriones, μαστιγίαι.

FLAGRĬFER, a, um. Adi. *Qui flagellum geſtat, auriga.* Auſon. Ep. 14, 10 Flagrifer Automedon.

FLAGRITRĪBA, ae. m. *Qui aſſidue flagris teritur.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 5 Eo ingenio ſunt flagritribae.

FLAGELLVM, i. n. Dimin. [μαστίγιον] *a* Flagris, *vt ab* Agro Agellus *etc.* Flagella, Summae arborum partes, *inquit* Seruius *ad* Georg. 2, 299 ab eo, quod ventorum crebros ſuſtineant flatus. *Non recte. A* flando flabra *et* flabella. *In* Flagro *et* Flagello *eſt vrendi notio, quam etiam verbum* Flagro *habet. Caeterum ſummae arborum partes* flagella *dicuntur, quia apta ſunt, quae pro* flagris *ſ.* flagellis *adhibeantur. Ludit more ſuo* Varro R. R. 1, 31, 3 Eiuncidum enim ſarmentum propter infirmitatem ſterile, neque ex ſe poteſt eiicere vitem, quam vocant minorem flagellum, maiorem etiam vnde vuae naſcuntur, palmam: prior, litera vna mutata, declinata a venti flatu, ſimiliter flabellum ac flagellum. Poſterior, *etc.* Virg. Georg. 2, 399 Neue inter vites corylum ſere: neue flagella Summa pete, aut ſummas defringe ex arbore plantas. *Add.* Colum. 3, 6, 3. *et* 21, 7. Catull. 61, 52 Vidua vitis — tenerum prono deflectens pondere corpus, Iamiam contingit ſummum radice flagellum. Ter. Maurus p. 76 Quando flagella iugas, ita iuga Vitis et vlmus vti ſimul eant. *Hic pro tota viti poni videtur. Add.* Hieron. Epiſt. 2, 13, 8. ¶ 2 *Proprie, vti diximus,* Flagellum *eſt inſtrumentum pulſandi, quod ob lentitiam et flexilitatem corpori magis ſe applicat, et cutem vrit.* Virg. Aen. 5, 579 Luſtrauere in equis, ſignum clamore paratis Epytides longe dedit, inſonuitque flagello. *Add.* Martial. 14, 55. *it.* 6, 46 *vbi de equis Circenſibus adhibetur.* Horribile flagellum, *ſcutica atrocius* Hor. Serm. 1, 3, 119. Catull. 25, 11 Ne laneum latuſculum, natesque mollicellas Inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent. Illuſa *voluit Scaliger.* Inuſta *recte tuetur Gronou. Reſpicit ad etymon, vt* Torrere flagello, *vt* Peruſte funibus Ibericis latus Horat. Epod. 4, 3. Flagella Polypi, *quae brachia alias, crines,* πλοκαμοὶ πλεκτάναι. Ouid. Met. 4, 367 Vtque ſub aequoribus deprenſum Polypus hoſtem Continet ex omni dimiſſis parte flagellis. Sanguineum Bellonae Virg. Aen. 8, 703. Accinctus flagello, *vid.* ACCINGO. Admonere flagello, *vid.* ADMONEO. Caeſus flagellis ad mortem Hor. Serm. 1, 2, 41. Caedi flagellis, *plus eſt quam* fuſtibus. Marcell. in l. in ſeruorum D. de poenis, Ex quibus cauſis liber fuſtibus caeditur, ex his ſeruus flagellis caedi, et domino reddi iubetur. Cic. pro Rabir. perd. reo 16 Porcia lex virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit, hic miſericors flagella retulit. *Conf.* Iuſtin. 1, 5, 2. Sen. de Ira 3, 28. *Vid.* FLAGRIO. Erecta flagello torto furiarum Valer. Argon. 8, 20. Excitandum flagello iumentum lethargicum Veget. Mulom. 3, 48, 8. Quatit ira flagelli ipſum horriſoni Valer. Argon. 7, 149. Rubet ille flagello Iuuen. Sat. 6, 478. Sectus flagellis Hor. Epod. 4, 11. Tangere aliquem ſublimi flagello Idem Carm. 3, 26, 11. Torrere flagellis aliquem Lucret. 3, 1032 *de conſcientia dixit. De* Flagellis Eumenidum, *vid. Diſp. Iſ. Voſſ. ad* Catul. p. 222. ¶ 3 Flagellum *etiam ſunt aliquot equi iuncti, qui vno flagello, ab vno auriga regi poſſunt.* Conſtantius l. 5 C. Th. de Curioſis, Singulos ſolidos per ſingulas rhedas, id eſt, quas quadrigas vel flagella appellant, percipiatis. *Vid. Iac. Gothofr.*

FLAGELLO, āre. [μαστιγόω] *Flagello caedere.* Martial. 4, 42 Lumina ſideribus certent, mollesque flagellent Colla comae. Plin. 25, 8 ſ. 55 Vt incluſae circulo ſerpentes ſeſe interimant flagellando. Id. 18, 30 Meſſis ipſa alibi tribulis in area, alibi equorum greſſibus exteritur, alibi perticis flagellatur. Stat. Theb. 5, 373 Puppemque inſana flagellat Arbor, *i. commouet malus in tempeſtate et conuellit nauem.* Id. Theb. 3, 37 Ima flagellatis, ſignum lugubre malorum, Ponderibus trepidauit humus, *i. concuſſis et commotis molibus, quibus inniti et velut radicibus ſuis contineri videtur.* ¶ 2 *Metaphor. vt* Excandefacere et Incendere, *ita etiam dicitur* Annonam flagellare, *de praemercatoribus, qui coëmunt, quae carius mox vendant.* Plin. 33, 13 Pretia rerum non ignoramus alia in aliis locis eſſe, et omnibus paene annis mutari, prout nauigationes conſtiterint, aut vt quisque mercatus ſit, aut vt aliquis praeualens manceps annonam flagellet. *Idem eſt quod* excandefacere *vel* incendere annonam. Flagellare opes *dicitur* arca *a* Martial. 5, 13 Quippe rogabatur fidusque vetusque ſodalis, Et cuius laxas arca flagellat opes. *i. Arctat, continet.* Puteal flagellare multa vibice Perſ. 4, 48. *i. frequentando tribunal premere et arctare.*

FLAGELLATVS, a, um. Part. Flagellatus aër multiformi radiorum iactu Plin. 2, 45.

FLAGELLATIO, ōnis. f. Tertul. ad Martyr. c. 4. *Conf.* Salvian. 5 p. 179. *et* l. 2 ff. de Poenis.

FLAGELLATIVVS, *vel* FLAGELLATICIVS, a, um. Adi. Flagris dignus. Gloſſ. Gr. Lat. μαστιγίας, Verberoſus, flagellaticius.

FLAMEN, ĭnis. *A* Flo, flas. *Vid.* FLO.

FLĀMEN, ĭnis. m. [ἱεροφάντης, φλαμὴν] *Sacerdos dicebatur.* Plin. 18, 12 Varro flaminem faba non veſci tradit. Varro L. L. 4, 15 p. 22 ſq. Flamines, quod in ſacro (*Scal.* Latio) capite velato erant ſemper, ac caput cinctum filo habebant, flamines dicti. Horum ſinguli cognomina habent ab eo deo, cui ſacra faciunt. Sed partim ſunt aperta, partim obſcura. Aperta, vt Martialis, Vulcanalis: Obſcura, vt Dialis, Furinalis: cum Dialis a Ioue ſit, qui Dionis eſt; Furinalis, a Furina, cuius etiam in faſtis Furinales feriae ſunt. Sic Flamen Falacer, a Diuo patre Falacre. Id. 6, 3 p. 73 *extr. ſimilia dixerat, itemque iſta,* Sunt in quibus flaminum cognominibus latent origines, vt qui ſunt in verſibus plerique, Volturnalis, Palatualis, Furinalis, Floralis, Falacer, Pomonalis: obſcura eſt eorum origo. Volturnus, Palatua, Furina, Flora, Falacer, Pomona, pomorum Patrona. *Sic Scal. Sciopp. p. 122 extr. ita:* Sunt in quibus latent, vt in his, *Volturnalem, Palatualem, Furinalem, Floralem, qui Falacrem et Pomonalem fecit hic idem.* Quae obſcura ſunt: eorum origo Vulturnus, *etc. Quae typis diſtinximus, pro antiquo carmine haberi poſſunt.* Seruius *in* Aen. 8, 664 Lanigerosque apices, Flamines in capite habebant pileum, in quo erat breuis virga, deſuper habens lanae aliquid. Quod quum per aeſtus ferre non poſſent, filo tantum capita religare coeperunt: nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat: vnde a *filo* quo vtebantur, *flamines* dicti ſunt, quaſi *filamines.* Verum feſtis diebus filo depoſito, pilea neceſſe erat accipere; quae ſecundum alios ad oſtendendam ſacerdotii eminentiam ſunt reperta; ſicut columnae mortuis nobilibus ſuperponuntur ad oſtendendum eorum columen. (*al.* culmen) Alii dicunt, non propter eminentiam dignitatis hoc factum, ſed quia, quum ſacrificarent apud Laurolauinium, et eis exta frequenter aues de vicinis venientes lucis abriperent, eminentia virgarum eas terrere voluerunt. Exinde etiam conſuetudo permanſit, vt apud Laurolauinium ingentes haberent virgas, non breues, vt in Vrbe. (Sunt etiam qui Flamines a geſtamine pilei dictos aiunt, quaſi Pilamines.) *Incluſa omittunt quidam codd. Nempe* Flamen, *eſt vnius dei ſacerdos:* Cic. de Legib. 2, 29 c. 8 Diuisque aliis alii ſacerdotes, omnibus pontifices, ſingulis flamines ſunto. *Nobilis praeſertim* Flamen Dialis, *de quo multa* Gell. 10, 15. *qui claſſicus locus eſt, ſed paullo longior. Conf.* Liu. 5, 52 *extr.* Cic. Phil. 2, 48 Eſt ergo flamen, vt Ioui, vt Marti, vt Quirino, ſic diuo Iulio M. Antonius. Quid igitur ceſſas? cur non inaugurare? *Quibus quidem verbis apparet, morem fuiſſe, vt flamines etiam inaugurarentur. Caeterum ab hoc initio inſtitutum, vt conſecratis Imperatoribus, i. in numerum Deorum relatis ſui Flamines attribuerentur.* Liu. 1, 20 Numa flaminem Ioui aſſiduum ſacerdotem creauit; inſignique eum veſte, et curuli regia ſella adornauit; hinc duos flamines adiecit; Marti vnum, alterum Quirino. *Notabilis locus* Liu. 27, 8 Ob adoleſcentiam negligentem luxurioſamque C. Flaccus flamen captus a P. Licinio Pontifice maximo erat: L. Flacco fratri germano cognatisque aliis ob eadem vitia inuiſus. Is vt animum eius cura ſacrorum et caerimoniarum cepit, ita repente exuit antiquos mores, vt nemo in tota iuuentute haberetur prior, nec probatior primoribus patrum, ſuis pariter alienisque eſſet. Huius famae conſenſu elatus ad iuſtam fiduciam ſui rem intermiſſam permultos annos ob indignitatem priorum flaminum repetiuit, vt in Senatum introiret. Ingreſſum eum curiam, quum L. Licinius praetor inde eduxiſſet, tribunos plebis appellauit flamen. Vetuſtum ius ſacerdotii repetebat: datum id cum toga praetexta, et ſella curuli, et flaminio eſſe *etc.* omnibus ita exiſtimantibus, magis ſanctitate vitae, quam ſacerdotii iure rem eam flaminem obtinuiſſe. *Iam ponamus* Flamines *cognomines DIs ſuis.* Auguſti flamen *legitur in* Inſcript. *Vid. Panuin. de Ciu. Rom. c. 27.* Caeſaris flamen Antonius Cic. Philipp. 2, 48. Suet. Iul. c. 74, 2. Carmentalis Cic. de Clar. Orat. 56 c. 14. Claudii Vet. Inſcr. *ap. Panuin. de Ciuit. Rom.* c. 27. Curiales, *vid.* CVRIA. Deorum omnium flamen, *occurrit in* Inſcriptionibus: *vid. Turneb. Aduerſ. 11, 10. et Panuin. de Ciuit. Rom. c. 27. Conf. Spanh. de Vſu num.* T. 2 p. 419 ſq. Dialis, *vid.* Gell. *l. c. et Turneb. Aduerſ. 27, 7.* Falacer, *vid.* Varro 4, 15. Floralis Id. 6, 3. Furinalis Id. 4, 15. Hadrianalis in Inſcriptt. *Panuin. Ciu. Rom. c. 27. ex* Spartian. c. 27. Maiores flamines appellabantur Patricii generis; Minores, Plebeii. *Haec* Sext. Pomp. 11. Martiales Cic. de Diuin. 1, . . *et* de Aruſp. Reſp. 12. *et* Phil. 11 c. 8 *pr. Vid. Laur. Var. Sacr. Gent. c. 1. Vid. Spanh. de Vſu num.* T. 2 p. 85. *it.* 203. Palatualis Varr. L. L. 6, 3. Pomonalis Id. ibid. Quirinalis Cic. de Aruſp. Reſp. 12. *Vid. Spanh.* l. c. p. 85. Virbialis *ex* Inſcr. *apud Panuin. l. c.* Volcanalis Id. ibid. Volturnalis Varro

Varro l. c. *Add. Turneb. Aduerſ. 6, 5.* ¶ 2 Flaminem *etiam dici coniugem Flaminis, Flaminicam, putabat Neapolis ad* Ouid. Faſt. 2, 27. *Sed* inſcriptio *ad quam prouocat (Grut. 1022, 6) legenda non* FLAMINI SALVTIS AVG. *Sed* FLAMINICae.

FLAMINA, ae. f. *Eiusdem dignitatis mulier.* *Reineſ.* Inſcript. 49 FLAVIA FLAMINA FLAVIAL. *Adde Spanhem. de Numiſm.* T. 2 p. 276. *Eadem* Flaminia *v. v.* n. 2. *it.* FLAMINICA.

FLAMINALES, *dicebantur Viri flaminis honore functi; vt Conſulares, Qui conſulatum pridem ſunt conſecuti. Vid. ex* Inſcript. *Guther. de Vet. Iur. Pont. 1, 32.*

FLAMINIA, ae. f. [φλαμίνειον] *Flaminis domus.* Gell. 10, 15 Ignem e flaminia, id eſt flaminis Dialis domo, niſi ſacrum, efferri ius non eſt. Ouid. Faſt. 2, 27 Ipſe ego Flaminia poſcentem februa vidi. *Sic certe vult legi Scaliger, et intelligi*, e domo Flaminis. *Sed multi codd.* Flamineam; *plerique* Flaminicam, *quae recepta eſt hodie lectio.* ¶ 2 *Item Vxor flaminis, aut Femina ſacerdos.* Inſcript. *Reineſ. 48* C. A. FLAMEN MARTIALIS ET FLAMINIA AEMILIA VX. ¶ 3 Sacerdotula quae flaminicae Diali praeminiſtrabat; eaque patrimes et matrimes erat. *i.* Patrem matremque adhuc viuos habebat. Feſtus. *Forte intelligenda eſt* Flaminia *Camilla, vt* Flaminius Camillus.

FLAMINICA, ae. f. Flammeo veſtimento Flaminica vtebatur, id eſt Dialis vxor, et Iouis ſacerdos, cui *(Ioui)* telum fulminis erat eodem colore. *(flammeo)* Gell. 10, 15 *ex* Fabio Pictore, Eaedem ferme caerimoniae ſunt, quas flaminicas (ſacerdotiſſas) dialeis ſeorſum aiunt obſeruitare, veluti eſt, quod venenato operitur, et quod in rica ſurculum de arbore felici habet, *etc.* *Illud* Sacerdotiſſas *omiſit Gron.* Tacit. Ann. 4, 16 Sed lata lex, qua flaminica Dialis ſacrorum cauſa in poteſtate viri, caetera promiſcuo feminarum iure ageret. Macrob. 1, 16 Flaminica omnibus nundinis in Regia Ioui arietem ſolet immolare.

FLAMINIVM, i. n. *Pro Sacerdotium Flaminis.* Gell. 10, 15 Vxorem ſi amiſit, flaminio decedit. Abire et decedere flaminio, *eo modo dictum, quo* Abire magiſtratu, officio, *etc.* *Add.* Liu. 26, 23. *vbi* C. Claudius Flamen dialis, quod exta perperam dederat, Flaminio abiit. *Plural.* Cic. Philipp. 13, 41 c. 19 Homo ingratiſſime flaminia cur reliquiſti? *Vetus exemplar habet* flaminium. Claudiale Tacit. Ann. 13, 2. Diale flaminium Suet. Aug. 31, 4. *Nempe*

FLAMINIVS, a, um. Adi. *Quod pertinet ad flaminem, ſiue ad flaminium.* Flaminius lictor, Qui flamini Diali ſacrorum cauſa praeſto erat; *vt auctor eſt* Feſtus. Flaminius Camillus, puer patrimus et matrimus, qui flamini Diali in ſacrificiis praeminiſtrabat. Antiqui enim miniſtros Camillos dicebant. Feſtus. Flaminia prata, quem nunc Circum Flaminium appellant. Liu. 3, 54 *extr. et* 63. ¶ 2 *Eſt etiam gentis Romanae nomen, de qua fuit* C. Flaminius, *qui cum Cn. Seruilio Conſul ad Traſimenum lacum ab Hannibale victus eſt, de quo* Liu. 22 *a pr.* Florus 2, 7. Cic. de Diuin. 1, 77 c. 35. *et* 2, 21 c. 8. *Huius gentis et viri adeo monumentum* Flaminia via, qui in cenſura *eam ſtrauit lapidibus e Roma Ariminium vsque.* *Vid.* Liu. Epit. 20. Feſtus: Flaminius circus, et via Flaminia a Flaminio conſule dicta ſunt, qui ab Annibale interfectus eſt ad lacum Traſimenum. *Vid.* Cic. Philipp. 12, 22. Ouid. ex Pont. 1, 8, 44 Flaminiae Claudia iuncta viae. Flaminia *abſolute apud* Iuuenal. Sat. 1, 61. *et* 170. *A* Flaminio *quoque* Arcus Flaminius *et* Forum Flaminium *nomen habet.*

FLAMINIANVS, a, um. Adi. *Vt* Flaminiana oſtenta Cic. de Diuin. 2, 67 c. 31 *quibus Flaminius Conſul monitus fruſtra eſt.*

FLAMININVS *Cognomen Quinctiae gentis, quod frequenter in libris confunditur cum nomine* Flaminius: *quod vel primus vel inter primos obſeruauit P. Merula ad fragm. Enn. p. 504. et oſtendit, apud* Cic. de Sen. *pr. ſic legendum,* Licet enim iisdem verſibus adfari te, Attice, quibus adfatur Flamininum. Ille vir haud magna cum re, ſed plenu' fidei, *vt* adfatur Flamininum *ſit ipſum quoque hemiſtichium Ennii. Eſt autem ſic Ennianus* T. Quinctius Flamininus *Conſul cum* S. Aelio Paeto *A. V. C.* DLV. *De illa confuſione* Flaminiorum *et* Flamininorum *monuerunt etiam nuper Creuerius et Drakenb. ad* Liu. 39, 51 *pr. vbi eſt* Ad Pruſiam regem legatus T. Quinctius Flamininus. *Alios* Qinctios Flamininos *dabunt Glandorp. Onom. et Indices Liuiani, etc.*

FLAMONIVM, i. n. *Idem quod Flaminium, flaminis Sacerdotium.* Sidon. Epiſt. 5, 7 Inuident flamonia municipibus. *Vid. ibi Sirmond. qui ex* Gloſſis *et* Inſcript. Dacica *idem confirmat, p. 56.*

FLAMMA, ae. f. [φλὸξ] *Luminoſa et liquida ignis congeries, vox cum* Flo, Flagro, *et Gr.* φλέγω *cognata.* Plaut. Curc. 1, 2, 53 Semper, tu ſcito, flamma fumo eſt proxima. Alimenta flammae, *pix et cera* Ouid. Met. 14, 532. Apices flammarum Stat. Achil. 1, 521. Acris flamma, *vid.* ACER. Fabrilis Claud. in prim. Conſ. Stil. 2, 176. Hoſtiles Id. in Eutrop. 2, 571. Mitis Sil. 16, 121. Rapida Ouid. Met. 2, 123. Virg. Ecl. 8, 105 Adſpice, corripuit tremulis altaria flammis Sponte ſua. Ouid. Met. 2, 325 Naiades Heſperiae triſida fumantia flamma Corpora dant tumulo. Flammam *intelligit fulminis triſulci quo Phaëthon ab Ioue interfectus eſt.* ¶ 2 *Verba:* Flamma ferroque Abſumti Liu. 30, 6. Accenſa eſt flamma, apicemque per aëra duxit Ouid. Met. 10, 279. Adolere penates flammis Virg. Aen. 1, 708. Affixit flammam lateri turris Id. ibid. 9, 536. Afflata flammis ora Sil. 17, 114. Aggeſtis vigilant altaria flammis Stat. Theb. 10, 55. Alere flammam re aliqua Quinctil. 5, 13. Applicare ad flammam, *vid.* APPLICO. Cingere moenia flammis Virg. Aen. 9, 160. Circumdare flammis vrbem Id. ibid. 10, 74. Collucent flammis moenia Id. ibid. 5, 4. Compeſcere flammam mero Ouid. Epiſt. 16, 229. Concidit flamma Quinctil. 5, 13. Concipere flammam, *vid.* CONCIPIO. Conflagrare flammis, *vid.* CONFLAGRO. Conualeſcit flamma magna congerie Quinctil. 5, 13. *Vid.* CONVALEO. Corripitur flammis tellus Ouid. Met. 2, 210. Crepitante flamma cremari Virg. Aen. 7, 74. Celeri flamma deguſtant tigna ignes Lucret. 2, 193. Dare ſonitum flammae Virg. Georg. 4, 409. Excoquitur flammis ſcopulus Sil. 3, 642. Exſpirant lumina flammis Stat. Theb. 10, 111. Extinguere flammas Ouid. Met. 15, 778. Exuperant flammae, furit aeſtus ad auras Virg. Aen. 2, 759. Fundit terra egeſtas flammas Sil. 7, 373. Hauſit flamma multos Liu. 30, 5. Hebetare flammas Ouid. Met. 7, 210. Iactant flammas ad culmina Virg. Aen. 2, 478. Iaculatur flammas Polus Sen. Herc. fur. 13. Induitur tota Africa flammis Sil. 17, 196. Iniicere aliquid flammis Quinctil. in prooem. 6. Inuoluit flammis nemus Virg. Georg. 2, 309. Luſtras opera omnia flammis Id. Aen. 4, 607. *de Sole.* Mollire cibum vapore flammae Lucret. 5, 1101. Cic. de Orat. 2, 227 c. 54 *extr.* Dicere enim aiunt Ennium, flammam a ſapienti facilius ore inardente opprimi, quam bona dicta teneat. Opprimit vnda flammas Sen. Med. 12. Percurrit trabes agilis flamma Id. Hippol. ſ. 5. Petere e flamma te cibum poſſe arbitror *prouerbiale* Ter. Eun. 3, 2, 38. Populantur flamma capillos Ouid. Met. 2, 319. Poſuere vires flammae Virg. Aen. 5, 680. Quieuit flamma Id. ibid. 6, 226. Rapuit in fomite flammam Id. ibid. 1, 180. Rapiente flamma ocior curſum Sen. Hippol. 6. Reſtinguere flammam Lucret. 4, 1081. Rotant cauis flammam fornacibus Id. 6, 201. Signare viam flammis Virg. Aen. 5, 526. Spargit rutilas per nubila flammas Ouid. Faſt. 3, 285. Stupea flamma ſpargitur Virg. Aen. 8, 694. Subducitur flamma Scribon. 267. Suffuſus rubra lumina flamma Ouid. Met. 11, 368. Torrere flammis aliquem Sen. Hippol. 2. Trepidant flammae ſordidum rotantes vertice fumum Hor. Carm. 4, 11, 11. Voluere globos flammarum Virg. Georg. 1, 473. Voluuntur furentes flammae per culmina Id. Aen. 4, 670. ¶ 3 *Metaphor.* Cic. in Bruto 90 c. 23 *de Galba,* Isque tum ſe eripuit flamma, *i. periculo, cum accuſatus eſſet a Catone.* Cic. Fam. 16, 10 *al.* 11 Incidi in ipſam flammam ciuilis Diſcordiae, vel potius belli, cui cum cuperem mederi, *etc.* Id. Verr. 5, 136 Vna atque eadem nox erat, qua Praetor Amoris turpiſſimi flamma, ac claſſis Pop. Rom. praedonum incendio, conflagrabat. *De hoc genere ſunt* Feruida flamma Ouid. Amor. 1, 2, 46. Inſanae flammae Sen. Hippol. ſ. 4. Pronuba Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 131. Ouid. Met. 1, 496

Vt facibus ſepes ardent, quas forte viator
Vel nimis admouit, vel iam ſub luce reliquit;
Sic deus in Flammas abiit, ſic pectore toto
Vritur, et ſterilem ſperando nutrit amorem.

Abrumpere flammam, *vid. h. v.* Aſſumere nouas flammas Ouid. de Rem. Amor. 485. Concepit toto pectore flammam Catul. 62, 92. Concitat Venus feroces iuuenum flammas Sen. Hippol. ſ. 3. Corripi flamma, *vid.* CORRIPIO. Demanat tenues ſub artus flamma Catul. 49, 10. Diſcedite obſcenae flammae Ouid. Met. 9, 508. Excute conceptas pectore flammas Id. ibid. 7, 17. Exſtinguere ſaeuas flammas Id. de Rem. Amor. 53. Subdita flamma medullis Virg. Georg. 3, 271. Vrit medullas ſerpens flamma Sen. Med. 10. Cic. de Orat. 3, 11 Sulpicius autem, qui in eadem Inuidiae flamma fuiſſet, quibuscum priuatus coniunctiſſime vixerat, hos in Tribunatu ſpoliare inſtituit omni dignitate. Id. Catil. 1 c. 11. Cic. de Clar. Orat. 93 Ardor animi non ſemper adeſt, isque quum conſedit, omnis illa Vis et quaſi flamma Oratoris exſtinguitur. Flammae apparentes, *Laetos ſucceſſus et claritudinem praeſignificant: Vid. Freinshem. ad* Curt. 3, 3, 3. *et ad* Flor. 1, 6, 1. *Dalechamp. ad* Plin. 2, 36. *Gruter. ad* Liu. 25, 39.

FLAMMVLA, ae. f. Dimin. [φλόγιον] Columel. 12, 53 Poſtero die mactantur, et vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur. *de Porcis loquitur.* *Add.* 9, 14. Cic. Acad. 4, 80 c. 25 Timagoras Epicureus negat, ſibi vnquam, cum oculum torſiſſet, duas ex lucerna flammulas eſſe viſas. ¶ 2 Flammulae *etiam dicuntur, Vexilla equitum ex contis ſuſpenſa: Vid.* Veget. 3, 5. *et* 2, 1. *Vid. Lipſ. de Militia Rom. 4, 5.*

FLAMMEVS, a, um. Adi. [φλόγεος, φλόγινος] *Quod flammae naturam habet, aut colorem refert.* Color flammeus Plin. 35, 6 ſ. 22. Id. 37, 7 ſ. 25 Carchedonios — vmbrante tecto purpureos videri, ſub caelo flammeos. *Et* 21, 26 ſ. 98 Lychnis flammea illa, *flos.* Id. 18, 35 ſ. 79 *de Luna,* Si — vehementius flammea apparuerit. Cic. de Diuin. 1, 44 Dextrorſum orbem flammeum Radiatum ſolis liquier curſu nouo. *Ex* Accio *Poëta.* Columel. 5, 5 Velut halitu flammeo fructus vratur. Flammeus Imber in hoſtem Decidit: hunc dorſo trepidum fumante ferebat Ambuſtus ſonipes Claudian. in Conſ. Honor. 6, 342. Viola Plin. 21, 26 *extr.* Lumina Virg. Aen. 7, 448. Stellae natura ſunt flammeae Cic. de N. D. 2 c. 46. *Tralate* Flammeum *dicitur, Quidquid concitata celeritate peragitur.* Sidon. 1, 7 Acres et flammei viri. Catul. de Nupt. Pel. v. 337 Flammea praeuortet celeris veſtigia ceruae. *Ita* Varro, Flammeos verſus *dixit, Ardore extemporali prolatos.*

FLAMMEVM, i. n. *ſ.* FLAMMEVS, i. m. *Genus veſtimenti lutei ſ. flammei coloris, a quo* flammeum *velum ſ.* flammeus *peplus dicitur.* Non. 14, 31 Flammeus, veſtis, vel tegmen, quo capita matronae tegunt. Feſtus, Flammeo amicitur nubens, ominis boni cauſa, quod eo aſſidue vtebatur Flaminica, id eſt Flaminis vxor, cui non licebat facere diuortium. Lucan. 2, 361 Lutea demiſſos velarunt flammea vultus. Plin. 21, 8 Lutei video honorem antiquiſſimum in nuptialibus flammeis totum feminis conceſſum. Martial. 12, 42 *de ritu nuptiali,* Praeluxere faces, velarunt flammea vultus. Iuuenal. Sat. 6, 224 Flammea conterit, *i. Saepe nubit.* *Pulchre* Vet. Schol. Genus amiculi, quo ſe cooperiunt mulieres die nuptiarum. Eſt enim ſanguineum propter ruborem cuſtodiendum. *Conterit* autem, exterit ſaepe nubendo. Cantusque laetus Hymenaei lugubri finitur vlulatu, et puella nuptura deterget lacrimas ipſo ſuo flammeo Apul. Met. 4 *ſub fin.* Virginale flammeum Hieron. Epiſt. 8 *pr.*

FLAMMEŎLVM, i. n. Dimin. Iuuen. Sat. 10, 333 Sedet illa parato Flammeolo.

FLAMMEARIVS, i. m. *Infector flammeorum: h. e. Qui flammea colore luteo tingit atque inficit; aut Qui flammea facit vel vendit.* Plaut. Aul. 3, 5, 36 Ciniſſones, patagiarii, induſiarii, flammearii, violarii, *etc.*

FLAMMEŎLVS, a, um. Adi. [ὑποφλόγεος] *Quod flammae colorem aliquantulum habet.* Columel. 10, 307 Preſſaque flammeola rumpatur fiſcina caltha.

FLAMMO, āre. [φλογίζω] *Flammam producere vel proprie dictam, vel metaphoricam, i. impetum ab affectu.* Virg. Georg. 3, 433 Exſilit in ſiccum; et flammantia lumina torquens. Cuſpide flammat equum, *i. calcaribus incitat* Sil. 4, 195. Iuuenem facta ad mauortia flammat Id. 1, 55. Aether ignesque illi immortalis Dei viuacitate flammantur Apul. de Mundo p. 59. Fletaque ſorore Flammati Phaëthontis Catull. Argon. v. 290. *i. combuſti.* Tacit. Hiſt. 2, 74. Id. ibid. 4, 24 His inter ſe vocibus inſiſtentes, flammauere inſuper allatae a Veſpaſiano literae. Facem flammantem nubila direxit Valer. Argon. 1, 568.

FLAMMATVS, a, um. Part. Flammatus Iupiter, *h. e. Flammam dextra manu tenens pro ſceptro.* Cic. de Diuin. 1, 17 c. 11 *de extremo aethere,* Principio aetherio flammatus Iuppiter igni Vertitur, *etc.* Virg. Aen. 1, 50 Talia flammato ſecum Dea corde volutans. Iuuentus flammata pudore, *i. Inflammata, incenſa* Valer. Argon. 2, 470.

Martial.

Martial. 5, 20 Togam flammatam *interpretantur Rubram, a colore flammae.*

FLAMMANDVS, a, um. Part. Tacit. Ann. 15, 44, 7 Crucibus affixi aut flammandi.

FLAMMATIO, ōnis. f. *Apud* Apuleium *eſſe dicitur: negat Index Floridi.*

FLAMMATOR, ōris. m. *Apud* Statium *eſſe aiunt.*

FLAMMĀTRIX, īcis. f. Mart. Capel. 5 p. 137 In elatione flammatrix.

FLAMMABVNDVS, a, um. Adi. Mart. Capel. 1 p. 22 Subſellia flammabunda.

FLAMMESCO, ĕre. [φλογόομαι] *Eſt Accendi et flamma corripi.* Lucret. 6, 669 Flammeſcere caelum. Flammeſcat igne caritas Hymn. Eccleſ. inter Ambroſianos, ad horam tertiam.

FLAMMĬCŎMANS, antis. Adi. *Epitheton taedarum apud* Iuuenc. 4, 281.

FLAMMĬCŎMVS, a, um. Adi. Prudent. Pſych. 776.

FLAMMICREMVS, a, um. Adi. Fortunat. Carm. 1, 15, 47.

FLAMMĬDVS, a, um. Adi. *Idem quod Flammeus.* Apul. de Mundo p. 66 Glacialibus flammida confundit. Id. Mileſ. 2 *pr.* Roſeo rubore flammida.

FLAMMĬFER, ĕra, ĕrum. [φλογοφόρος] *Ferens flammam, et commouens, ſiue excitans.* Cic. Acad. 4, 89 Fer mihi auxilium, peſtem abige a me, Flammiferam hanc vim, quae me excruciat. Sil. 1, 257 Flammiferis tellus radiis cum exuſta dehiſcit. Id. 461 Crine vt flammifero terret fera regna cometes. Val. Flac. Argon. 1, 4 Flammifero tandem conſedit Olympo.

FLAMMIGENA, ae. c. [φλογογενὴς] *Flamma vel fulmine genitus, et poteſt Bacchi cognomen eſſe: ſed non habet auctorem.*

FLAMMĬGER, a, um. Adi. Sol flammiger Valer. Argon. 5, 581. Flammigeri ſolis proles Stat. Theb. 8, 676. Flammiger ales, *i. Aquila flammantia Iouis arma geſtans, dici poteſt.*

FLAMMIGERO, āre. [ἀςράπτω] *Flammas producere et emittere.* Gell. 17, 10 Interdiu fumare Aetnam, noctu flammigerare. *Sed Gron.* Flammigare *non facta alterius lectionis mentione. Vid.* Macrob. Saturn. 5, 17.

FLAMMĬPES, ĕdis. Iuuenc. 2, 552.

FLAMMĬPŎTENS, entis. *Vulcani cognomen.* Arnob. 3 p. 112.

FLAMMIVOLVS, a, um. Adi. Arator in Act. Apoſt. c. 18.

FLAMMIVOMVS, a, um. Adi. [πυρέκβολος] *Quod flammas vomit.* Iuuenc. prooem. 23 nubis *epitheton.*

FLAMMOSVS, a, um. Adi. *Ardens.* Cael. Aurel. Acut. 2, 32 Febris celerrima et flammoſa. Ibid. 3, 17 Carbones non flammoſi.

FLASCA, ae. f. *Vas vinarium* Iſidor. 20, 6 *pr.* Flaſcae a Graeco vocabulo [φλάσκων] dictae. Hae pro vehendis ac recondendis phialis primum factae ſunt: inde et nuncupatae ſunt. Poſtea in vſum vini tranſierunt, manente Graeco vocabulo, vnde ſumſerunt initium. *Idem, puto, nomen eſt, quod in* Gloſſ. Iſidori *ſcribitur* Pilaſca, vas vinarium ex corio: *idem, quod Germanis* Flaſche, *etc.*

FLATOR, FLATVS, *etc. Vid.* FLO, flas.

FLAVCORVM corymbion *edidit Burmannus quoque* Petron. 110. *Sed corruptum putatur; plerique inclinant ad* Flauicomum,

FLAVEO, *etc. Vid.* FLAVVS.

FLAVISSAE *ſunt eaedem, de quibus ſupra in* FLAVISSAE *aliquid dictum eſt, vbi laudauimus* Varronis *quaedam ex* Gellio 2, 10 *quibus iam addimus,* At deinde eadem epiſtola — Q. Valerium Soranum dicere ſolitum ait, Quos theſauros Graeco nomine appellaremus priſcos Latinos *flauiſſas* dixiſſe, quod in eos non rude aes argentumque, ſed flata ſignataque pecunia conderetur. Conjectare igitur ſe, detractam eſſe ex eo verbo ſecundam literam, et *Fauiſſas* eſſe dictas cellas quasdam et ſpecus, quibus aeditui Capitolini vterentur ad cuſtodiendum res veteres religioſas. *Refert plane eadem ex* epiſtola Varronis ad Seruium Sulpicium, *quam citat Gellius l. c.* Nonius 2, 341.

FLAVIVS, a, um. Adi. [Φλάβιος] *Romanae familiae nomen, quam illuſtrarunt Imperatores* Veſpaſianus *et filii eius* Titus, *et* Domitianus. Flauiae *gentis hiſtoriam require apud* Suet. Veſp. c. 1. Flauiae gentis templum Sueton. Dom. c. 1. Flauiorum ſuburbanum, *vid.* Suet. Veſp. c. 5, 1. ¶ 2 Flauii, *ſunt dicti Imperatores Conſtantinopolitani, a* Flauio Conſtantino; *vt a C. Caeſare, Caeſares, Imperatores Romani. Vid. Raeuard. Conject. 3, 17. De pluribus* Flauiis, *vid. Burm. ad* Quinctil. 9, 3 p. 816. ¶ 3 Flauia *Colonia Palaeſtinae, antea* Caeſarea Plin. 5, 13. Flauia Iulia in Callaica Id. 3, 3.

FLAVIANVS, a, um. Adi. Flauianae partes Tacit. Hiſt. 2, 67. *et* 3, 1. ¶ 2 *Cognomen Romanum, v. g. illius Africae Proconſulis, qui Delphinum in Hipponis Diarrhyti litore puerorum colluſorem vnguento perunctum, odoris nouitate conſopiuit, ita vt fluctuans ſimilis exanimi, poſt ad ſe reuerſus, per aliquot menſes hominum conuerſatione caruerit, vt iniuria fugatus. Refert* Plin. 9, 8. *et* Iunior Epiſt. 9, 33.

FLAVIALIS, is. m. *Diuis Flauiis ſacra operantes Flamines, ſiue Sacerdotes.* Vet. Inſcript. Gruteri p. 359, 4. *Spon. Miſc. p. 177 pr.* Flauialium Collegium Suet. Domit. c. 4, 11. Milites item Flauiales a Diuo Veſpaſiano legionibus additi Veget. 2, 7.

FLAVINA, ae. f. *Etruriae oppidum ſub Soracte monte.* Sil. 8, 491. *Hinc*

FLAVINIVS, a, um. Adi. Virg. Aen. 7, 696 Hi Soractis habent arces, Flauiniaque arua, *etc.*

FLAVVS, a, um. Adi. [ξανθὸς, πυῤῥὸς, μελίχροος] *Color eſt, viridi, rubro et albo concretus, hoc eſt fuluo clarior, qualis eſt color auri. Hunc colorem capillorum laudabant amatores. Vid. Brouckh. ad* Tib. 1, 6, 8. *Burm. ad* Ouid. Her. 20, 57. Achilles flauus, *vid.* ACHILLES. Virg. Georg. 1, 95 Saepe ego quum flauis meſſorem induceret aruis Agricola. *i.* Maturis Seruius. Caeſaries Valer. Argon. 6, 225. Ouid. Faſt. 2, 763 Forma placet, niueusque color, flauique capilli. Ceres flaua, a Virgilio dicitur, propter Ariſtarum maturitatem, *vt inquit* Seruius Georg. 1, 96 Neque illum Flaua Ceres alto nequidquam ſpectat Olympo. Virg. Aen. 4, 698 Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem Abſtulerat. Cic. Acad. 4, 105 c. 23 Mare illud, quod nunc — purpureum videtur, — modo caeruleum videbatur, mane flauum. *Sed* Non. 2, 729 *hunc locum citans* rauum *legit, et interpretatur* fuluum. Mella Martial. 1, 56. Oliua Virg. Aen. 5, 309. Puluis Martial. 14, 71. Rura Claud. in Eutrop. 1, 112. Tiberis flauus *dicitur propter arenam* Virg. Aen. 7, 31. *Conf.* Hor. Carm. 1, 2, 13. *et* 8, 8.

FLAVĬDVS, a, um. Adi. *A* Flauo *deriuatum: ſicut et a Flacco, Flaccidus; et a Rauo, Rauidus dicitur.* Plin. 18, 13 ſ. 34 *de rapaciis,* Et flauidorum quoque, et in horreis enecatorum. *Hodie fere ſemper* Flaccidorum *editur, ſed* Flauidorum *Turnebus et Harduin. ex MSS.* Fel flauidum Cael. Aurelian. Acut. 3, 20.

FLAVEO, ēre. [ξανθίζομαι] *Fulgere, et auri colorem referre.* Columel. 2, 21. Id. 10, 311. Virg. Georg. 3, 350 Turbidus et torquens flauentes Hiſter arenas. Flauens malas Id. Aen. 10, 324. Comae flauentes Id. ibid. 4, 590.

FLAVESCO, ĕre. [ξανθίζομαι] *Idem quod Flauere incipere.* Cato c. 151 Maturum eſt vbi ordeum flaueſcit. *Subaud.* Semen cupreſſi. Virg. Ecl. 4, 28 Molli paullatim flaueſcet campus ariſta. *De plantis cum vigorem cum virore amittunt ſ. marceſcunt, vtitur* Plinius *v. g.* 15, 29 ſ. 36 Myrtus retorrida et ſqualida *eadem eſt* flaueſcens. *Sic* 16 ſ. 7 *de fagi foliis et aliarum glandiferarum,* celerrime flaueſcentibus. *Et* 19 ſ. 47 *de menta* Aeſtate viret, hieme flaueſcit. Ibid. Omnia acceſſu mulieris menſtrualis flaueſcunt. *Add.* Plin. 9, 35.

FLAVĒDO, ĭnis. f. *Flauus color.* Apul. . .

FLAVICOMANS, antis. Prudent. Apoth. 495.

FLAVĬCŎMVS, a, um. Adi. Flauicomum Corymbion Petron. 110. *placet plerisque pro eo quod eſt in libris* Flaucorum.

FLAXTABVLAE, *vid.* FLEXIBVLVM *ſub* FLECTO.

F L E

FLEBILIS, *vid.* FLEO, fles.

FLECTO, xi, xum, ĕre. [κάμπτω, γνάμπτω] *Torquere, in aliam partem dirigere.* Flectitur in gyrum miluus Ouid. Met. 2, 718. Flectere in diuerſum et in auerſum Plin. 11, 45 *de Elephanto.* Aciem oculorum, *vid.* ACIES. Currum de foro in Capitolium Cic. Verr. 5, 77. Curſum ad aliquem Liu. 1, 4. Gyro breuiore flecti Sen. Hippol. ſ. 3. Liu. 8, 19 *extr.* Ad Priuernum, COS. flexit Iter. Virg. Georg. 2, 357 Et ipſa Flectere luctantes inter vineta iuuencos. *Vbi* Seruius: Flectere, Cum quadam moderatione ducere, ne tenera adhuc virgulta concutiantur. Cic. Att. 5, 9 Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodiſſime nauigaſſemus: et Leucaten flectere moleſtum videbatur, *i. circumnauigare illud promuntorium. Vid. ſtatim.* Membra contorquet et flectit quo vult omne animal Cic. de Diuin. 1, 120. Id. ibid. 2, 94 c. 45 Qui nauigant, maxime animaduertunt: quum in flectendis promontoriis, ventorum mutationes maximas saepe ſentiant: *ſic modo* Leucaten flectere. Flectitur obſequio curuatus ab arbore Ramus Ouid. A. A. 2, 179. Ratem Idem Epiſt. 10, 36. Viam Cic. Att. 11, 18. Martial. 1, 71 Flecte vias hac qua madidi ſunt tecta Lyaei. Viam velis Virg. Aen. 5, 28. ¶ 2 *Flectere per translationem:* Ter. Hec. 4, 3, 2 Iſthuc eſt ſapere, qui vbicunque opus eſt poſſis animum flectere, *i. mutare voluntatem et conſilium.* A vero flectere animum poteſt cura Liu. prooem. Id. 28, 44 Et id eſt viri et ducis non deeſſe fortunae praebenti ſe, et oblata caſu flectere ad conſilium Tacit. Ann. 1, 34 Tunc a veneratione Auguſti orſus, flexit ad victorias triumphosque Tiberii, *int. orationem.* In ambitionem flexiſſe *(animum)* arguebatur Tacit. Ann. 4, 37. Animos omni ratione flectere et commutare Cic. de Orat. 2, 211. Animos teneros et rudes flectere et inficere Id. de Legib. 1, 47 c. 17. Animo flecti atque frangi Id. pro Sull. 18. Fata flectere Id. in Catil. 3, 19 c. 8. Imbecillitatem animorum varietas opinionum torquet et flectit quocunque coepit Id. de Legib. 1, 29. Brut. ad Cic. 16 *extr.* Cicero ſi flexerit aduerſus alios iudicium ſuum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio: non modo reliqui temporis gloriam eripuerit ſibi, ſed etiam praeterita euaneſcere coget. Mentes ab omni ſtudio ſenſuque Poenorum, ad noſtrum imperium nomenque noſtrum flexerunt Id. pro Corn. Balb. 39. *de Hiſpanis.* Minas alicuius Valer. Argon. 1, 216. Naturam ſuam verſare et regere ad tempus, atque huc et illuc torquere et flectere Cic. pro Cael. 13. Id. Acad. 4, 1 Si te, inquit, Luculli oratio flexit, quae eſt habita memoriter, *etc.* Id. de Legib. 1, 47 Qui teneros et rudes quum acceperunt, inficiunt, et flectunt vt volunt. *Et* Philipp. 1, 35. Puella flectitur aſſiduis minis Propert. 1, 19, 24. Precibus flecti Virg. Aen. 2, 289. Senſus alicuius flectere Valer. Argon. 7, 172. Superos Virg. Aen. 7, 312. Gell. 4, 3 Hoc vocabulum de Graeco flexum eſt, *i. deriuatum. Abſolute:* Tacit. Ann. 1, 13 Flexit paullatim.

FLEXO, āre. Frequent. Cato de R. R. c. 49 Flexatoque vti fuerit, crebroque fodito, *de vinea et vitibus.*

FLEXVS, a, um. Partic. [καμφθεὶς] Flexus in obliquum, *vid.* OBLIQVVS. Aditus flexus, *vid.* ADEO. Animus Catul. 62, 330. Arcus flexos incuruant Virg. Aen. 5, 500. Coma flexa nitidus vagaris Martial. 10, 65. Dies in veſperam flexus Tacit. Ann. 1, 16. Genu flexum ſummiſit Ouid. Met. 4, 340. Motus flexi fractique Cic. de Fin. 5, 35. Tacit. Ann. 3, 16 Caeſar flexo in moeſtitiam ore, ſuam inuidiam tali morte quaeſitam, *etc.* Ouid. Epiſt. 4, 80 Siue ferocis equi luctantia colla recuruas Exiguo flexos miror in orbe pedes. *Ars equitis in breuiſſimo gyro celeriter equum circumagere.* Cic. de Orat. 3, 214 Atque etiam illa ſunt ab his delapſa plura genera, lene, aſperum, contractum, diffuſum continenti ſpiritu, intermiſſo, fractum, ſciſſum, flexo ſono, attenuatum, inflatum. Supercilia flexa iuxta naſum Plin. 11, 52. *Compar.* Zodiacus flexior Mart. Capell. 8 p. 297. ¶ 2 *Subſtant.* Min. Fel. 17, 12 Collium flexa. *Conf. Turneb. Aduerſ. 29, 20.*

FLEXVS, ūs. m. [καμπὴ] *Curuatio, conuerſio.* Plaut. Men. 5, 2, 114 Facitote in flexu ſit pernicitas pedum. Quinctil. 9, 2 Qui curſu parum valent, flexu eludunt. Flexus et artes in actione Id. 5, 13. Id. 7, 10 Fit ambiguitas per flexum, Quinquaginta vbi erant centum inde occidit Achilles, *etc. Vbi* Flexus, *pro Vocis commutatione, accipitur: nam vbi diſtinguendum eſt, vox in pronuntiando flecti ſolet. Nam poteſt hic incidi, et* flecti *adeo vox, vel ſic,* Quinquaginta, vbi erant centum, *vel* Quinquaginta vbi *erant,* centum, *etc.* Aetatis flexus, *Quum aetas vergere incipit, et inclinari in aliam velut periodum, vt in Senectutem* Cic. in prooem. de Orat. Id. pro Cael. 75 c. 31 In hoc flexu quaſi aetatis (nihil enim occultabo fretus humanitate ac ſapientia veſtra) fama adoleſcentis paullum haeſit ad metas, *i. Quum iam curriculum iuuenilium ſtudiorum permenſus eſſet, ibi in voluptatis licentiam delapſus eſt: aliquantiſperque immoratus eſt, vt illi, qui in meta inſiſtunt, non flectentes curſum, nec finem, praemiumque aſſequuntur laboris.* Tacit. Hiſt. 5, 23 Flexus autumni *eſt, quum autumnus vergere incipit, et inclinari ad hiemem.* Quinctil. 8, 2, 7

de ſignificatione translata nominis vertex *agens*, Propter flexum capillorum, pars eſt ſumma capitis. Membrorum Id. 1, 1, 22. Suffraginum Plin. 8, 15. Vocis Quinctil. 1, 10, 22. 11, 3, 170 *etc.* Lunati Sil. 4, 319. Mollis Perſ. 3, 36. Sinuoſo flexu anguis Virg. Georg. 1, 244. Flexus ille, et vt ſic dixerim, motus, dat actum quendam, et factum Quinctil. 2, 13, 9. *de ſtatuis et picturis.* Exire in diuerſos flexus Idem 1, 6, 15. *de Declinatione et Coniugatione.* Cum multis flexibus introitus habent aures duros et quaſi corneolos Cic. de N. D. 2, 144. Mutare flexum Quinctil. 4, 1, 68. *de Apoſtrophe, figura rhetorica, cum aliquem alloquimur.* Cic. Att. 16, 13 In quo flexus eſt ad iter Arpinas, obuiam mihi fit tabellarius.

FLEXIO, ōnis. f. [κάμψις] *Actus ipſe flectendi.* Cic. in Piſon. 53 c. 22 Quos tu maeandros, dum omnes ſolitudines perſequeris, quae diuerticula, flexionesque quaeſiſti? Virilis laterum Cic. in Orat. 59. *Geſtus eſt oratoris.* Id. de Legib. 2, 39 Illa quidem, quae ſolebant quondam compleri ſeueritate iucunda Liuianis et Naeuianis modis, nunc vt eadem exſultent, ceruices, oculosque pariter cum modorum flexionibus torqueant. Vocis flexiones Cic. in Orat. 57 c. 18.

FLEXIBILIS, e. Adi. [γναμπτὸς] *Quod torqueri, et facile in quamvis partem curuari poteſt.* Cic. pro Milon. 43 Nihil enim eſt tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quam voluntas erga nos, ſenſusque ciuium. Id. de Amicit. 94 Quid enim poteſt eſſe tam flexibile, tam deuium, quam animus eius, qui ad alterius non modo ſenſum ac voluntatem, ſed etiam vultum atque nutum conuertitur? *Contraria:* Cic. de N. D. 2, 146 Vocis genera permulta, canorum ſuſcum, lene aſperum, graue acutum, flexibile durum. *Add.* Quinctil. 11, 3, 15 *et* 40. Nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem Cic. Att. 10, 13. Id. ad Brut. 18 Videtur enim eſſe bona indoles, ſed flexibilis aetas, multique ad deprauandum parati. Arcus flexibiles Ouid. Amor. . . Plin. Epiſt. 1, 16 Laudabam eius Ingenium, etiam antequam ſcirem, quam varium, quam flexibile, quam multipex eſſet. Materia omnium rerum flexibilis et commutabilis Cic. de N. D. 3, 92. Nihil eſt tam tenerum, tam flexibile, neque quod tam facile ſequatur, quocunque ducas, quam Oratio Id. de Orat. 3, 174. Oratio mollis, tenera, et ita flexibilis, vt ſequatur quocunque torqueas Id. in Orat. 52 c. 16. Lucan. ad Piſon. 53 Modo torquet in auras Flexibiles Rictus. Voluntates hominum flexibiles Cic. Fam. 2, 7.

FLEXIBILITER, *apud* Auguſtin. . .

FLEXIBILITAS, ātis. f. Solin. c. 65 (*al.* 52) Circumferunt cornua flexibilitate.

FLEXĬBV̆LVM, i. n. *Inſtrumentum ad flectendum. Turneb. Adverſ. 18, 24 ait* Varronis *fuiſſe* Satiram Flexibulorum *nomine, in qua de flectendis regendisque prouincialibus diſſeruerit. Fundus ſunt verba* Plin. praef. Varro in Satiris ſuis Seſculixem et Flexibulas *int. dedit vel ſcripſit. Sed apud* Non. *paſſim laudatur* Varro Flaxtabulis.

FLEXĬLIS, e. Adi. [καμπτὸς] *Quod facile flecti poteſt.* Plin. 11, 37 Item omnium auriculae ac nares, quae modicum eminent flexili mollitia. Cornu flexile Ouid. Met. 5, 383. *de arcu.*

FLEXAMĬNO, āre. *Antiquum, Idem quod Flectere.* Pacuuius, Flexaminat aquam lymphatam. *Meminit* Varro de L. L. 6, 5. *Al.* flexanima.

FLEXANIMVS, a, um. Adi. [ψυχαγωγὸς] Flexanima oratio, *Quae animum flectere poſſit.* Cic. de Orat. 2, 187 c. 44 Sed tantam vim habet illa, quae recte a bono Poëta dicta eſt flexanime, atque omnium regina rerum oratio. *Vid.* Non. 2, 349. *et* Catull. de Nupt. Pel. et Thet. 330.

FLEXILŎQVVS, a, um. Adi. [καμπιολόγος] *Qui ambigua et obſcura loquitur.* Cic. de Diuin. 2, 115 c. 56 Tuis enim oraculis Chryſippus totum volumen impleuit, partim falſis, vt ego opinor: partim caſu veris, vt fit in omni oratione ſaepiſſime: partim flexiloquis et obſcuris, vt interpres egeat interprete.

FLEXIPES, ĕdis. o. *Quod pedibus flexis et curuis errat.* Ouid. Met. 10, 99 Vos quoque flexipedes hederae, *etc. Sic etiam Burm. al.* Flexibiles. *Nempe hedera flexuoſis et errabundis flagellis per humum ſerpit, velutque pedibus curuis et flexis errat, vnde* flexipes *accommodatiſſime dicta eſt, vt et βλαισὸς a Graecis appellatur. Turneb. Aduerſ. 1, 23.*

FLEXIVICE. Adu. *i. Flexifice, Per multos flexus.* Pacuu. *apud* Non. 4, 68 Quorſum flexiuice contenderet. *Videtur etiam rectius* flexifice *ſcribi, quamquam illud ſeruauit Mercer.*

FLEXVMĬNES, Equites Romani appellati ſunt, qui prius Celeres dicebantur. Plin. 33, 2 *Quidam legunt* Flexamines.

FLEXVŌSVS, a, um. Adi. [κάμπεος] *Quod varios vel multos habet flexus.* Flexuoſa vitis Cato c. 33. Compendia flexuoſa metae Sidon. Carm. 23, 394. Impulſus corporum flexuoſus Plin. 9, 20. Iter flexuoſum habet auditus, ne quid intrare poſſit, ſi ſimplex et directum pateret Cic. de N. D. 2, 144 c. 57. Mons Plin. 5, 27. Volatus flexuoſus hirundini Id. 10, 24. *Superl.* Plin. 11, 37 Hominique flexuoſiſſimis orbibus.

FLEXVŌSE. Adu. [καμπείως] Plin. 18, 35 Si flexuoſe volitet flamma.

FLEXV̄RA, ae. f. [καμπὴ, καμπηλότης] *Flexus, curuatio.* Columel. 5, 5 Vt flexura materias profundat. Flexurae vicorum Suet. Neron. c. 38, 2. Lucret. 4, 312 Quin etiam quaecunque latuſcula ſunt ſpeculorum A ſimili lateris flexura praedita noſtri, *etc. Conf.* Varr. L. L. 9, 1. *et* Sidon. Epiſt. 71.

FLEGMA, *vid.* PHLEGMA.

FLEGMEN, *ſ.* FLEMEN, ĭnis. n. [φλέγμα] *Pedum vitium eſt*, cum ex labore viae ſanguis defluit circa talos, *Feſtus.* Plaut. Epid. 5, 2, 5 Dum te ſequor, prae laſſitudine inuaſerunt miſerum in genua flemina. Id. Poen. 3, 1, 67 Quin etiam deciderint vobis flemina in talos velim. *Sic Douza. Sed recte al.* femina, *i. femora. Nam reſpondetur*, At nos tibi in lumbos linguam, atque oculos in ſolum. *Douza etiam* Aſin. 2, 2, 73 Flemina *ponit pro* FEMINA *v. v. Conf. Harduin. ad* Plin. *not. mai.* 8, 23 ſ. 17.

FLEO, flēui, flētum, flēre. [κλαίω, θρηνέω] *Lacrimas emittere.* Ouid. de Rem. Amor. 690 Vt flerent oculos erudiere ſuos. De morte alicuius Cic. Verr. 1, 76 c. 30. Caſus alicuius Sen. Herc. Oet. v. 583. Daphnin Virg. Ecl. 5, 20. *i. deflere.* Fleuit drachmis argenteis Plaut. Pſeud. 1, 1, 98. Funera alicuius Ouid. in Ibin 16. Lapides omnes coëgiſſet flere ac lamentari Cic. de Orat. 1, 243 c. 57. Noctem Virg. Georg. 4, 514. Si vis me flere, dolendum eſt Primum ipſi tibi Hor. A. P. 102. Delicuit flendo Ouid. Met. 7, 380. Diffundere dolorem flendo Id. Ibid. 9, 142. Diffundimus iram flendo Id. Epiſt. 8, 61. Rubent ocelli flendo Catull. 3, 18.

FLETVR. Imperſ. [κλαίεται] Ter. Andr. 1, 1, 103 In ignem poſita eſt; fletur. Longo aeuo flebitur Sil. 5, 187.

FLENS, entis. Part. Ouid. Triſt. 1, 3, 17 Vxor amans flentem flens acrius ipſa tenebat. *Conf.* Nep. 25, 22, 1. Curt. 3, 5, 5. Tibull. 4, 72. Virg. Aen. 6, 427.

FLENDVS, a, um. Part. Ouid. Triſt. 3, 11, 37. Id. Rem. Amor. 494. Calamitas huius vitae Auguſtin. de C. D. 22, 22.

FLETVS, a, um. Partic. [κεκλαυμένος] Virg. Aen. 6, 481 Hic multum fleti ad ſuperos, belloque caduci. Funere fleti Auſon. Parental. 9 *pr.* Lacrimis fleti Ibid. praef. *Conf.* Prudent. Cath. 10, 84. Mater pueri mortem deplorans acerbam filii, fleta et lacrimoſa, fuſcaque veſte contecta Apul. Met. 7 p. 199 *ſ. Elmenh. i. flendo feſſa. Sic Gr. δεδακρυμένος: vid. Pric. Sed* Lucret. 2, 631 Sanguine fleti *ſunt guttis ſanguineis velut lacrimis conſperſi.*

FLETV̄RVS, a, um. Partic. [κλαύσων] Ouid. Triſt. 4, 10, 79 Non aliter fleui, quam me fleturus ademtum Ipſe fuit. Multa fleturum caput Hor. Epod. 5, 74.

FLETVS, ûs. m. [κλαυθμὸς, οἰμωγὴ, θρῆνος] Cic. Fam. 14, 2 Id quod ego maximo cum fletu legi. Feſſa fletu lumina Sen. Octau. ſ. 4. Humida fletu litera Ouid. Triſt. 4, 1, 96. Lacrimae et fletus cum ſingultu Cic. pro Planc. 76 c. 31. Mulierum fletus et lamentationes Id. Verr. 4, 47. Aſſiduus fletus, quotidianae querimoniae Id. pro Cluent. 26. Dulcior riſu Ouid. in Ibin 210. Inanes Virg. Georg. 4, 375. Modeſtus Stat. Theb. 5, 28. Supplex Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 266. *Al.* Subitus. Abſtergere fletum, *vid.* ABSTERGO. Acuere fletum, *vid.* ACVO. Adducere ad, *vel* in fletum, *vid.* ADDVCO. Adhibere fletum, *vid.* ADHIBEO. Ciebat longos fletus Virg. Aen. 3, 345. Comprimere fletus Ouid. ad Liu. 467. Ducere fletum inuitis luminibus Propert. 1, 15, 40. Effuſi Valer. Argon. 4. Erumpit fletus Quinctil. 6, 2. Excitat fletum orator Catull. 37, 3. Cic. pro Roſc. Amer. 24 Quod Amerinis vsque eo viſum eſt indignum, vt vrbe fletus tota gemitusque fieret. Fundere fletus Ouid. Met. 11, 672. Impediri fletu, *vid.* IMPEDIO. Lugubris lamentatio fletusque moerens Cic. Tuſc. 1, 50. Mouere fletum, *vid.* MOVEO. Mouetur nullis fletibus Virg. Aen. 4, 439. Ortus ab omni turba fletus, *vid.* ORTVS. Petitur fletus perorationibus Quinctil. 6, 2. Quinctil. 5, 11 *ſub fin.* An vero me de incommodis vitae differentem non adiuuabit earum perſuaſio nationum, quae fletibus natos, laetitia defunctos proſequuntur? Rigare genas fletu Sen. Oedip. ſ. 12. Rigabat ora largo fletu Virg. Aen. 6, 699. Rigat ora moeſtis fletibus Sen. Octau. ſ. 6. Rumpe iam fletus Sen. Troad. ſ. 8. Scinduntur verba fletu Ouid. ex Pont. 3, 1, 157. Siſte tuos fletus Idem Met. 14, 835. Suſpendere fletum Id. Faſt. 4, 849.

FLEBILIS, e. Adi. [θρηνώδης] *Plenum lacrimis, vel Dignum quod fleatur.* Hor. Carm. 1, 34, 9 Multis ille quidem flebilis occidit, Nulli flebilior quam tibi Virgili. Cantus Plin. 10, 23. Carmen Ouid. Epiſt. 15, 7. Clamor Sen. Troad. 6. Elegia Ouid. Amor. 3, 9, 3. Gemitus Cic. Tuſc. 2, 57 c. 24. Modi Hor. Carm. 2, 9, 9. Murmur truncum ac flebile Stat. Theb. 8, 619. Queſtus Claud. in Ruff. 1, 127. Cic. Philipp. 11, 7 Ponite ante oculos P. C. miſeram quidem illam et flebilem ſpeciem, ſed ad incitandos animos veſtros neceſſariam. Vigiliae Id. pro Planc. 1. Vlulatus Stat. Theb. 5, 554. Cic. Tuſc. 2, 33 Reſonando multum flebiles voces refert. *Ex quodam Poëta.* ¶ 2 *Aduerbii vicem ſubit* flebile. Cantare flebile Ouid. de Rem. Amor. 36. Vlularunt flebile ripae Sil. 6, 285. Fitque tripes prorſus quadrupesque, vt paruulus infans, Et per ſordentem flebile ſerpit humum Corn. Gall. 1, 240. *Conf.* Lucan. 1, 548. Claud. de Raptu Pr. 2, 8. Hygin. Fab. 154.

FLEBĬLĬTER. Adu. [θρηνωδῶς] Cic. Tuſc. 2, 49 c. 21 Vide quam non flebiliter reſpondeat. Canere aliquid flebiliter Id. ibid. 1, 85 c. 35. Gemens flebiliter Hor. Carm. 4, 12, 5. *Compar.* Paullin. Nat. Fel. 7, 62 Flebiliusque vlulant.

FLETĬFER, a, um. Adi. Auſon. Eidyll. 6, 74 Gemma fletiferi iaculatur ſuccina trunci.

FLEVO, *Rheni fluminis oſtium*, Mela 3, 2 *extr.* Plin. 4, 15 Alterum oſtiorum Rheni, Fleuum, alterum Helinum appellatum *ſcribit.* Tacit. Ann. 4, 72 Fleuum caſtellum eſſe *ait* prope Rheni in Oceanum exitum, a quo aut ſumtum nomen, quod alueo daretur, aut certe mox ab alueo natum, retentum eſt.

FLEXABVLA, Satirae nomen eſt *apud* Varronem, *teſte* Plin. in praef. Nat. Hiſt. *Vid. ſupra in* FLEXIBVLVM.

FLEXANIMVS, FLEXIBILIS, *vid.* FLECTO.

FLEXILE, FLEXIO, FLEXVMINES, FLEXVRA, FLEXVS. *Vid.* FLECTO.

F L I

FLĪGO, xi, ctum, ĕre. [ἀράσσω] *Verbum antiquum, a quo confligo* Affligo, *etc.* Non. 2, 328 Fligi, affligi. Liu. Aegiſtho, Ipſe ſe in terram ſaucius fligit cadens. Accius, Nec perdoleſcit fligi ſocios, morte campos contegi. *Et* Heu cuiatis ſtirpem funditus fligi ſtudet. Lucret. 2, 85 — nam cita ſuperne Obuia cum flixere, *etc.*

FLICTVS, ûs. m. [ἀραγμὸς] Virg. Aen. 9, 667 Dant ſonitum galeae flictu: pugna aſpera ſurgit. *Vbi* Seruius; Flictu, pro Afflictu, id eſt ictu, nam detraxit more ſuo Praepoſitionem. Sil. 9, 322 Galea horrida flictu Aduerſae ardeſcit galeae.

F L O

FLO, flāre. [πνέω] *Spirare.* Plin. 17, 24 Hic enim ſi flauerit circa brumam, frigore exurit arefaciens. Cic. Fam. 9, 24 Tum quum Fauonius flaret. Belle nobis flauit ab Epiro leniſſimus Auſter mitis Id. Att. 7, 2. Flare ſimul et ſorbere haud facile eſt Plaut. Moſt. 3, 2, 104. *Adagium eſt, de iis, qui duo negotia eodem tempore conficere nequeunt.* Omiſſo magna flandi ſemper tumore, *id eſt iactantius agendi* Quinctil. 12, 6, 5. *Hinc pro Spernere.* Prudent. Eulal. Virg. 21 Spernere ſuccina, flare roſas, Fulua monilia reſpuere. Flare numos, *eſt Signare, quod aes flando, i. per flatum calefaciendo ſignatur. Ita noti* Triumuiri A. A. A. F. F. *h. e.* Auro, argento, aeri, flando, feriundo. *Vid.* Vlp. l. 9 de l. Cornel. de falſis.

FLANS, antis. Part. Vento leniter flante Hirt. B. Alex. c. 11. Aquilones contra fluuium flantes Lucret. 6, 717. ¶ 2 *Paſſ.* Plin. 36, 19 *ad finem*, Vritur ante vino perfuſus, flaturque follibus, donec rufeſcat. Tibia flatur Ouid. Faſt. 4, 341.

FLATVS, a, um. Part. Hirt. de B. Afr. c. 52 Puluis vento flatus

tus omnium proſpectui offecit. *Conf.* Paullin. ad Cyther. 731. Maſſae l. 83 ff. pro ſocio. *Item*, *Fuſus:* Aes flatum pecore Varr. R. R. 2, 1.

FLATVS, ûs. m. [πνεῦμα, ἀήτης] Cic. Off. 2, 19 c. 6 Nam et quum proſpero flatu eius vtimur, ad exitus prouehimur optatos. Plin. 11, 10 Iuxta vero terram volant in aduerſo flatu vepribus hebetato. *De apibus.* Aprici flatus, *vid.* APRICVS. Fulminei Valer. Argon. 7, 583. Leniſſimus Plin. 19 in prooem. 3. Letiferis calidi ſpirarunt flatibus auſtri Ouid. Met. 7, 532. Lienoſi flatus Scribon. 132. Medos flatus referentia vnguenta, *vid.* MEDVS n. 2. Molliſſimus Plin. 19 in prooem. 4. Multiuagi Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 75. Segnis Valer. Argon. 8, 99. Complet tibia ſedilia flatû Hor. de Arte Poët. 205. Emittere flatum ventris Suet. Claud. c. 32. Cic. in Arat. 111 Aeſtiferos validis erumpit flatibus ignes. *De Cane ſidere.* *Metaph.* Vnde aliquis flatus oſtenditur, vela do Cic. de Orat. 2, 187 c. 44. Parcebant hibernis flatibus Euri Virg. Georg. 2, 339. Cic. in Arat. 184 Aram quam flatu permulcet ſpiritus Auſtri. Reſedit flatus repente Virg. Aen. 7, 28. Contorto flatu rotare aliquid Sil. 3, 527. *Pro ferocia eſt ap.* Sil. 2, 288. *vid. Drakenb.*

FLAMEN, ĭnis. n. [πνεῦσις] *Flatus dicitur.* Hor. Carm. 3, 19, 19 Inſanire iuuat: cur Berecynthiae Ceſſant flamina tibiae? Virg. Aen. 10, 97. Abactum flamen, *vid.* ABACTVS. Contraria claſſi Ouid. Met. 13, 183. Rauca Lucan. 5, 217. Figitur ingenti flamine puppis Ouid. Faſt. 3, 599. Fugant inductas flamina nubes Ouid. Met. 1, 263. Portant terram rapido cum flamine Virg. Aen. 4, 241. Pulſant aliquem ab regione Aquilonis flamina Cic. de N.D. 2, 112. Rapturus ſiluas ſonoro flamine Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 73. Spirant flamina Ouid. Faſt. 4, 17. Vibrabant flamina veſtes Idem Met. 1, 528. ¶ 2 Flamen, *i. ſacerdos*, *vid. ſupra ſ. l.*

FLABĬLIS, e. Adi. [πνευματώδης] Cic. Tuſc. 1, 66 c. 27 Nihilne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum? Flabile *dixit pro Aëreo.* Flabiles puluiſculi Arnob. 2. *Conf.* Prudent. in Ag. Romani 346. *et* Apoth. 867.

FLABRVM, i. n. [πνεῦμα] *vel, vt vult* Seruius, Flabra tantum Plur. *Venti.* Virg. Georg. 2, 293 Ergo non hiemes illam, non flabra, neque imbres Conuellunt. Propert. 2, 27, 12 Boreae flabra. Lucret. 1, 276 — Monteſque ſupremos Siluifragis vexat flabris. *i. Flatibus.* Eteſia Lucret. 6, 716. Lenibus flabris horreſcunt venti Virg. Georg. 3, 199. Flabra aquilonis Auien. Perieg. 33. — fauonî ib. 52. — noti 1270. — Zephyri 150.

FLABELLVM, i. n. [πνευματίδιον] Dimin. *a* Flabro, *accipitur pro Inſtrumento, quo fit ventilatio ad refrigerandum corpus.* Ter. Eun. 3, 5, 47 Heus tu, inquit, Dore, cape hoc flabellum, et ventulum huic ſic facito dum lauamur. *Multa de ea re Caſaub. in* Suet. Aug. c. 82. Propert. 2, 25, 11 Pauonis caudae flabella ſuperbae. Martial. 3, 81 Et aeſtuanti tenue ventilat frigus Supina praſino concubina flabello. Tenui ventos mouiſſe flabello Ouid. de Arte Am. 1, 161. *Sed cum in* flabello *prima longa ſit, merito praefertur altera lectio.* Tenui ventum mouiſſe tabella. *Sic pro* Mota flabella manu Ouid. Amor. 3, 2, 38. *recte al.* Tabella. *Per translationem:* Cic. pro Flacc. 54 c. 23 Cuius lingua, quaſi flabello ſeditionis, illa tum eſt egentium concio ventilata.

FLABELLVLVM, i. n. Dimin. Ter. Eun. 3, 5, 50.

FLABELLĬFER, a, um. Adi. [πνευματιδιοφόρος] Plaut. Trin. 2, 1, 22 Vnctor, auri cuſtos, flabelliferae, ſandaligerulae, *etc.*

FLABELLO, āre. Tertull. de Pall. c. 4.

FLABRĀLIS, e. Adi. Prudent. Apoth. 841 Cum libet, in gelidum flabrali frigore ventum Spiritum exiſtit tenuis et ſibilat aër.

FLABRO, āre. Prudent. *loco modo laudato alii legunt*, *male quidem*, Cum libet in gelidum flabrare frigore ventum.

FLATOR, ōris. m. [αὐλητής] Ab antiquis dicebatur, quem nos Tibicinem vocamus, ab inflatu tibiarum deducta appellatione. Feſtus. Vet. Gloſſ. Flat, Flator, φυσᾷ, αὐλητής. *Et* αὐλητής flator, tibicinator. ¶ 2 Flatores aeris, argenti, auri, *fuerunt Magiſtratus, qui curam cudendae monetae habebant* Pompon. l. 2 de Orig. iur. §. 31. *Sed viri docti aut pro Triboniani errore habent*, *aut librariorum*, *legendumque*, aeri, argento, auro flando.

FLATO, āre. Frequent. *a* Flo. Arnob. 2 Cantores tuba, tibia, calamoque flatantes.

FLATĬLIS, e. Adi. Ammian. 30, 4 Flatili ſonitu. *Conf.* Arnob. 6. *et* Prudent. Harmatig. 531. Varro *ap.* Non. 4, 353 Labore flatili.

FLATVLENTVS, *et* FLATVOSVS, a, um. *Adiectiua Medicis frequentia.*

FLATVOSE. Adu. *apud* Celſum *eſſe dicitur.*

FLATVRA, ae. f. Vitruu. 2, 7 In aeris flatura.

FLATVRALIS, e. Adi. Tertull. de Anima c. 10.

FLATVRARIVS, i. m. *Qui flando aliquid conficit.* Gruter. Inſcript. p. 638. Inſcript. Rein. 11, 89. *Praecipue monetam* l. 5 Cod. Theod. de falſa moneta.

F L O

FLOCCVS, i. m. [κροκὶς] *Particula lanarum diuiſa a velleribus inutiliter euolans*, *vel minutiae ſimiles.* Varro de R. R. 2, 11 Diligentiores regeticulis ſubiectis oues tondere ſolent, ne qui flocci intereant. Plin. 10, 33 Hirundines nidum mollibus plumis flocciſque conſternunt. Legere floccos in veſte, *ſignum mortis inſtantis apud* Celſ. 2, 6. Flocci cucurbitae ſilueſtris Scribon. 154. Fulgent. expoſ. Serm. ant. 38. Flocci, quaſi Nihili. Plaut. . . . Flocci eſt, quid rerum geras. Plaut. Moſt. 1, 1, 73 Neque flocci aeſtimat. Idem Trin. 4, 2, 152 Floccum non interduim. Flocco habere, *vid.* FLACCVS n. 2. *Add. mox* FLOCCIFACIO, FLOCCIPENDO.

FLOCCVLVS, i. m. Dimin. [κροκίδιον] Plin. 16, 7 Naſcuntur in robore pilulae nucibus non abſimiles, intus habentes flocculos molles, *etc.* *Sic Froben. at Harduin.* Floccos molles.

FLOCCĬDVS, a, um. Adi. Apul. Met. 7 Veſtis in ſinus floccidos abundans. *al.* Flaccidos. *v. v.*

FLOCCIFĂCIO, ēci, ĕre. [παρ' οὐδὲν ἡγοῦμαι] *Etiam coniuncte ſcribitur*, ſignificatque *Nihili facere.* *Idem autem ſignificant* Floccifacere aliquem, *et* Non floccifacere, *i. e.* ne quidem flocci. Ter. Eun. 2, 3, 10 Vt illum dî, deaeque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt: meque adeo, qui reſtiterim: tum autem qui illum floccifecerim. *i. vel vnius* flocci *pretio dignum habuerim*, *et non cum contemtu deſeruerim.* Plaut. Truc. 4, 2, 56 De nihilo eſt iraſci ei, qui te non flocci facit. Idem Rud. Prol. 47 Is leno, vt ſe aequum eſt, flocci non fecit fidem. Mulierem caue vllam floccifaxis Plaut. Moſt. 3, 2, 121. Cic. Att. 4, 15 Totam denique Rempubl. flocci non facere. *h. e. Ne flocci quidem.* Tergum ſuum Plaut. Epid. 3, 2, 12. Idem Trin. 4, 2, 150 DI te perdant: etſi flocci facio, an periſſes prius. *i. vix flocci pretio intereſſe puto.*

FLOCCIFACTEON. Cic. Att. 1, 16 Quare, vt opinor, φιλοσοφητέον, id quod tu facis, et iſtos Conſulatus non floccifacteon: *quae lectio et librorum fide nititur, et digna eſt lepore Ciceronis et familiaritate cum Attico, vt faciat vocem hybridam ex Latino, et terminatione Graeca.*

FLOCCIPENDO, di, ĕre. [ἐν οὐδενὶ λόγῳ τίθεμαι] *Idem quod Floccifacere.* Ter. Eun. 3, 1, 21 Inuidere omnes mihi, mordere clanculum: ego non floccipendere.

FLOCCŌSVS, a, um. Adi. Apul. de Herb. c. 62 Floccoſis vel lanugineis adnationibus.

FLOCES, um. f. *Pl.* Vuarum purgamenta, et faex vini e vinaceis expreſſa, *inquit* Nonius 2, 354. Caecilii *hoc adſert*, Edepol ego neque florem, neque floces volo mihi, vinum volo. Gell. 11, 7 Apludam edit, et floces bibit.

FLORA, ae. f. [Ἀνθίστηρα] *Dea.* *Haec enim*, Quum magnas opes ex arte meretricia quaeſiuiſſet, Pop. Rom. ſcripſit heredem, certamque pecuniam reliquit, cuius ex annuo fenore ſuus natalis dies celebraretur, editione ludorum, quos appellant Floralia. Quod quia Senatui flagitioſum viſum eſt, ab ipſo nomine argumentum ſumi placuit, vt pudendae rei quaedam dignitas adderetur. Deam finxerunt eſſe, quae floribus praeſit: eamque oportere placari, vt fruges cum arboribus aut vitibus bene proſpereque floreſcerent. Eum colorem ſecutus in Faſtis Poëta non ignobilem nympham fuiſſe narrauit, quae ſit Chloris vocitata, eamque Zephyro nuptam, quaſi dotis loco id accepiſſe muneris loco a marito, vt haberet omnium florum poteſtatem. *Haec* Lactant. 1, 20, 6 *ſq.* *Locus* Ouidii *eſt* Faſt. 5, 195 Chloris eram, quae Flora vocor, *etc.* Martial. 6, 79 Tantus veris honos et odorae gratia Florae. Martial. 1, 3

Noſſes iocoſae dulce quum ſacrum Florae,
Feſtoſque luſus, et licentiam vulgi:
Cur in theatrum Cato ſeuere veniſti?
An ideo tantum veneras, vt exires?

FLORALIS, e. Adi. *ad Floram pertinens:* *vt*, Floralis flamen Varro de L. L. 6, 3. Feſtum Florale Ouid. *d. l.* Fulgent. Myth. 1 Florali laſciuiens virguncula petulantia.

FLORALIA, orum. n. *Pl.* [Ἀνθεστήρια] *Dies Feſti*, *ludique in honorem* Florae *inſtituti.* Quinctil. 1, 9 Quaedam tamen et faciem ſoloeciſmi habent, et dici vitioſa non poſſunt, vt Tragoedia Thyeſtes, et Ludi Floralia, ac Megaleſia. Lactant. 1, 20, 10 Celebrantur illi ludi cum omni laſciuia conuenienter memoriae meretricis. Nam praeter verborum licentiam, quibus obſcenitas omnis effunditur, exuuntur etiam veſtibus Populo flagitante meretrices, quae tunc mimarum funguntur officio et in conſpectu Populi vſque ad ſatietatem impudicorum hominum cum pudendis motibus detinentur. Varro de R. R. 1, 1, 6 *inuocat loco* Quarto Robigum et Floram, quibus propitiis neque rubigo frumenta atque arbores corrumpit, neque non tempeſtiue florent. Itaque publicae Robigo feriae Robigalia, Florae ludi Floralia inſtituti. Plin. 18, 29 Floralia IV Kalendas eiusdem (*Maii*) inſtituerunt vrbis anno quingenteſimo ſexto decimo ex oraculis Sibyllae, vt omnia bene defloreſcerent. Cic. in Verr. 5, 36 c. 14 Nunc ſum deſignatus aedilis. Habeo rationem, quid a Populo Rom. acceperim: mihi — Floram matrem Populo Plebique Rom. ludorum celebritate placandam. Sen. Epiſt. 97 p. 479 Catone ſedente (*i. aſſidente in ludis*) negatur Populus permiſiſſe ſibi poſtulare Florales iocos nudandarum meretricum. *Conf.* Val. Max. 2, 10, 8. *Add.* Vell. 1, 14, 8. *Spanh. de Numiſm. diſſ. 10 p. 145 ſeq.* ¶ 2 Floralia *etiam dicuntur Loca*, *in quibus ſunt flores.* Varro de R. R. 1, 23, 4 Nec minus ea diſcriminanda in conferendo, quae ſunt fructuoſa, ab his, quae fiunt propter voluptatem, vt quae pomaria, aut floralia appellantur.

FLORALĬCIVS, a, um. Adi. Martial. 8, 67 Et floralicias laſſet arena feras.

FLORENTIA, ae. f. *Vitis genus*, *Tuſcis peculiare* Plin. 14, 2.

FLORIANVS, i. m. [Φλωριανὸς] Imperator, qui Tacito ſucceſſit, dolens Probum militiae peritum a magna exercitus parte eſſe electum, ſibi ipſi venas incidit, effuſoque ſanguine conſumtus eſt. *Auctor* Aurelius Victor Epit. c. 36.

FLORIFERTVM, i. n. Dies erat feſtus apud Romanos, ita dictus, quod eo die ſpicae ad ſacrificium ferebantur. Feſtus. Vet. Gloſſ. Florifertum Ἀνθοφορία.

FLOS, flōris. m. [ἄνθος] *Tenerum illud in plantis*, *quod ſemina et ſtamina prima nouorum germinum continet.* Plin. 12, 10 Flos arboribus ſuauitate inenarrabili. Varietas florum Cic. de Senect. 54. Blandi Virg. Ecl. 4, 23. Breues roſae Hor. Od. 2, 3, 14. Improbus Stat. Silu. 2, 1, 107. *ferociens velut*, *et luxurians*, *de laetis nimium incrementis.* Lectiſſimi Cic. Verr. 4, 107. Obnoxius, *vid. h. v.* Odorus Ouid. Met. 9, 87. Purpureus Plin. 26, 10. Purpureus roſae Hor. Carm. 3, 15, 15. ¶ 2 *Verborum formulae:* Adhibere flores, Afferre florem, *vid. hh. vv.* Afflantur e floribus ſuauitates odorum Cic. de Senect. 59. Aperit florem ſuum arbor, *vid.* APERIO. Caneſcit flos, *vid.* CANESCO. Carpere recentes flores Hor. Carm. 3, 7, 44. Comprimere florem, *vid.* COMPRIMO. Decerpere nouos flores Lucret. 1, 927. Defloret flos Catul. 60, 43. Exuſtus flos ſiti veteris vbertatis exaruit Cic. de Clar. Orat. 16. Virg. Ecl. 9, 41 Varios hîc flumina circum Fundit humus flores. Induit ſe in florem nux, *vid.* INDVO. Legere flores Virg. Ecl. 3, 92. Metunt purpureos flores, *vid.* METO. Morituri Stat. Theb. 6, 58. Necte flores apricos Hor. Carm. 1, 26, 7. Ornatus crines floribus Virg. Ecl. 6, 68. Reddit flores arbor Plin. 16, 26. Spirabunt odoratis floribus arae Stat. Silu. 3, 3, 211. Non ſemper idem floribus eſt honos Hor. Carm. 2, 11, 9. ¶ 3 Flos, *pro Optima et praeſtantiſſima cuiusque rei parte per metaph. crebro vſurpatur; quod accepiſſe, vt reliqua a Graecis videntur Romani.* *Certe* Cic. Att. 16, 11 Noſtrum opus tibi probari laetor, ex quo ἄνθη ipſa poſuiſti, quae mihi florentiora ſunt viſa tuo iudicio, *i. propter iudicium tuum.* Aetatis et fortunae flos Curt. 10, 5, 10. *Vid.* Paterc. 2, 29, 2 Forma excellens, non ea, qua flos commendatur aetatis, ſed ex dignitate. Flos aetatis, *vt* Aetatula *ad turpem libidinem refertur interdum*, *vt* Gr. ὥρα.

ὥρα. Liu. 8, 28 L. Papirius — florem Aetatis eius (Publilii pueri) fructum aduenticium crediti ratus, primo perlicere adoleſcentem ſermone inceſto eſt conatus. Lucret. 4, 1099 Denique cum membris collatis flore fruuntur Aetatis, *de coitu.* *Nec aliter* Cic. Phil. 2, 3 Gratiam *appellat* non virtutis ſpe, ſed flore Aetatis collectam. Aeris flos Scribon. 7. *Chalcanthum. v. v.* Aeui perpetuus Ouid. Met. 9, 435. Bacchi flos Lucr. 3, 222. *Odor vini, vt mox* Vini flos. Calcis Pallad. 1, 41, 1. Veget. Mulom. 2, 62, 1. Ciuium flos et robur Cic. in Orat. 34 c. 10. Dignitatis Plin. 7, 44. Eloquentiae Cic. in Bruto . . . Gari Veg. Mulom. 4, 28, 10. Graeciae in ipſo flore, *i. Quum floreret Graecia.* Cic. de N. D. 3, 80 c. 33 Quam multas ante hunc in ipſo Graeciae flore, Piſiſtratus ac Phalaris, ac Apollodorus, poenas ſuſtulit, *etc.* Hominum Plin. 7, 37. Ignis flos Tertull. Apol. *vbi vid. Herald.* Ingenii Apul. Apol. p. 317. Italiae flos, firmamentum imperii, ornamentum dignitatis Cic. Phil. 3, 13. Marmoris vel Gypſi Colum. 12, 20, 8. Nitri Veg. Mulom. 4, 21. Nobilitatis et iuuentutis Cic. Philipp. 2, 37. Olei Plin. 15, 6. *et* Veg. Mulom. 4, 11, 2. Orationis Cic. in Parad. 1. Pigmentorum flos et color Cic. Brut. 298. Idem ibid. 58 c. 15 *cum laudaſſet iſta* Ennii *de Cethego*, Flos delibatus (*al.* delibutus, *al.* illibatus) Populi, *addit :* Probe vero, vt enim hominis decus ingenium, ſic ingenii ipſius lumen eſt eloquentia, qua virum excellentem praeclare tum illi homines florem populi eſſe dixerunt. Plaut. Caſin. Prol. 18 Haec quom prima facta'ſt, vicit omnes fabulas, ea tempeſtate flos Poëtarum fuit. *i. Excellentior fuit.* Salis flos, *i. praeſtantiſſimus Sal et candidiſſimus* Cato R. R. 88, 2. *Totum locum damus in* MVRIES. Sanguinis Italici Flor. 4, 2. Siliginis. Plin. 18, 10 Pollicem appellant in tritico, quod florem in Siligine, *nempe tenuiſſimam farinam candidiſſimamque.* Vini flos *Odor eſt* Plauto Curc. 1, 2, 1. *Conf. Taubm. hic et ad* Caſin. 3, 5, 16. *Sed alia notione* Vini flos *eſt tenuis Spuma vino innatans, de qua* Cato R. R. *vbi parari iubet* Cola, qui florem demant. Plin. 14, 21 ſ. 27 *vbi de collecto in cella vino ſermo eſt*, Flos vini candidus probatur, rubens triſte ſignum eſt, ſi non is vini colos ſit — quod *vinum* celeriter florere coeperit, non fore diutinum. Colum. 12, 30, 1 Si vinum florere incipiet, ſaepius curare oportebit, ne flos eius peſſum eat, et saporem vitiet. *Vid. Barth. ad* Grat. 198. Iuuenilis Claud. in Conſ. Prob. 69. Primaeuo flore iuuentus Virg. Aen. 7, 162. Viridiſſimo flore puella Catull. 18, 14. Amittere florem *dicitur* puella, *Quando deuirginatur.* Catul. 60, 46 Quum caſtum amiſit polluto corpore florem, Nec pueris iucunda manet, nec cara puellis. ¶ 4 *Obſeruatt.* Flores, *pro Stellis etiam ponuntur ;* *et* Stellae *pro* Floribus, *quia, quod in caelo ſunt* ſtellae, *id in terra ſunt* flores. Manil. 5, 726

Tunc conſerta licet caeli fulgentia templa
Cernere, ſeminibus denſis totisque micare
Floribus.

Flores *illis* ſpargebantur, *qui honore aliquo inſigni mactari meruerant.* Flor. 2, 7, 14 Quid florum in Conſulem profuderunt? Ouid. Triſt. 4, 2, 49 Quaque ibis manibus circumplaudêre tuorum, Vndique iactato flore tegente vias. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 16, 310.

FLOSCŬLVS, i. m. Dimin. [ἄνθιον] Cic. Off. 2, 43 c. 12 Ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt. *In pomis ſunt reliquiae floris aridi ap.* Colum. 12, 45, 5. *Metaphor.* Quinctil. 2, 6 Ne recentis huius laſciuiae floſculis capti, voluptate quadam praua deliniantur. Velox vitae Iuuen. Sat. 9, 126. Cic. pro Sext. 119 Non ſum tam ignarus, Iudices, cauſarum, non ſum tam inſolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper, et omnes vndique floſculos carpam atque delibem. *Sic* Quinct. 12, 10, 7 *ad* vitioſum et corruptum genus dicendi *refert et illud, quod* caſuris, ſi leniter excutiantur, floſculis nitet. *Sic* Oſtendere floſculos Quinctil. in Prooem. 6.

FLOSCVLE. Adu. *Inſtar floris.* Cael. Aurel. Acut. 1, 6, 50 Corpus floſcule viuidum.

FLOSCELLVS, i. m. Dimin. Apul. de Herb. c. 49 Ad ſolis curſum floſcelli ſe vertunt. *Et mox*, Sol cum oritur, floſcelli ſe aperiunt.

FLOREVS, a, um. Adi. [ἀνθινὸς] *Plenus floribus, factus ex floribus.* Annus Paullin. Natal. Felic. 5, 111. Plaut. Men. 4, 2, 68 Non ego te modo hic ante aedes cum corona florea vidi aſtare? Opes floreae prati Sidon. Ep. 1, 6. Serta Apul. Apol. p. 279. Martial. 8, 77 — Et cingant florea ſerta caput. Rura Virg. Aen. 1, 434. i. e. Florida. Seruius.

FLŌRĬDVS, a, um. Adi. [ἀνθεμόεις] *Quod floret, vel floribus abundat.* Tibul. 1, 2, 14 — Quum poſti florida ſerta darem. Aetas Catul. 66, 16. Plin. 35, 6 Sunt autem colores auſteri, aut floridi. Vtrumque natura, aut miſtura euenit. Floridi ſunt quos dominus pingenti praeſtat, minium, armenium, cinnabaris, chryſocolla, Indicum, purpuriſſum. Caeteri auſteri. Forma florida et vegeta Suet. Galb. 20, 7. Genus floridius *orationis* Quinctil. 2, 5. Hybla florida Ouid. Triſt. 5, 6, 38. Cic. de Clar. Orat. 284 c. 82 At eſt floridior, vt ita dicam, quam Hyperides, quam Lyſias, *i. pulchritudinis iucundae ſ. venuſtatis ſtudioſior.* Puella Catul. 59, 57. Ramuli Idem 59, 21. Serta Tibull. 1, 2, 14. Prato floridior Ouid. Met. 13, 791. *De veſtibus vid. Spanhem. ad Iulian Caeſ. p. 464 ſq.* Cic. Tuſc. 3, 43 Si quem tuorum afflictum moerore videris, huic acipenſerem potius, quam aliquem Socraticum libellum dabis? hydrauli hortabere vt audiat voces potius, quam Platonis? Expones quae ſpectet florida et varia? *Differunt* Floridus *et* Floreus, *quod hoc de iis proprie dicitur, quae ex floribus conſtant : illud translationem fere habet ad iucunditatem ſignificandam.* *Vid. Brouckh. ad* Tibull. 1, 1, 16.

FLORĬDE. Adu. Apul. Met. 11 *extr.* Veſtis floride depicta. *Compar.* Lactant. de Mort. Perſ. c. 3 Eccleſia clarius ac floridius enituit.

FLORIDŬLVS, a, um. Adi. Dimin. Ore floridulo nitens Catul. 59, 193.

FLORICŌLOR, ōris. Adi. Epigr. *ſub* Petron. p. 217 Hoc tibi luſit de flamine floricolore.

FLORĬCŎMVS, a, um. Adi. Floricoma Aetna Auſon. Epiſt. 4, 47.

FLORĬFER, a, um. *item* Adi. [ἀνθοφόρος] Saltus floriferi Lucret. 3, 11 Laboris floriferi ſtudium repetunt apes Lucan. 9, 290. *al.* florigeri.

FLORIFERTVM, *vid. ſupra.*

FLORIGER, a, um. Adi. *Idem quod Florifer. v. v.* Sedul. 2 *pr.* Expulerat primogenitum ſaeuiſſimus anguis Florigera de ſede virum. Hortus Tertull. *ſ.* Cyprian. de Iud. Dom. c. 8.

FLORILĔGVS, a, um. Adi. [ἀνθόλογος] Florilegae naſcuntur apes Ouid. Met. 15, 366. Florilegas *vocat a legendis floribus.*

FLORĬPĂRVS, a, um. Adi. Ver floriparum Auſon. Technopaegn.

FLORVLENTVS, *Floribus plenus.* Solin. c. 7. *et* Pervig. Ven. v. 19. Ambroſ. Orat. in obit. Valentiniani II. *ſub fin.*

FLORVS, a, um. Adi. *antique pro* Floreus *vel* Florens. *Laudatur* Virg. Aen. 12, 605 *ex antiqua lectione apud* Seruium, Floros Lauinia crines Et roſeas lacerata genas. *Sed recepta lectio Virgilii* flauos *habet ;* *et* Seruius *videtur laudaſſe, ſi editiones Fabric. Maſuic. et Burm. ſequamur* Floreos. *Nec eſt quod lex carminis obiiciatur, cum per Synizeſin diſſyllabum fieri poſſit* floreos. *Interim pro Adiectiuo* Florus *facit non modo cognomen Romanum* Florus, *et* Vet. Gloſſ. Florus ἀνθηρὸς, *ſed etiam* Naeuii *illud apud* Non. 2, 318 *voc.* FIMBRIA, Vt videam Vulcani opera haec flammis fieri flora. *Scal. ad* Feſtum *voce* Genas, Pacuuii *verſum, qui ibi laudatur, ſic legit* Nunc primum opacat flora lanugo genas: *et addit ex* Attii Bacchis, Genas lanugo flora nunc demum irrigat. *Nempe ita concinnat ex ingenio verſum, qui adſertur in* Seruianis *ad l. c. hoc modo*, Et lanugo florea nunc demum irrigat. *Eſt ibidem alius verſus* Accii in Bacchis, Nam florei crines vide vt propexi iacent, *vbi itidem* flori *legit Scal. et tertius* Pacuuii ceruicum Floreos diſpargite crines : floros *Scal.* Gabius Baſſus *apud* Gell. 3, 9 *de equo Seiano*, Flora et comanti iuba. *Sic certe ex MSS. pro* flaua, *Gronouius.* Laberius *apud* Macrob. Saturn. 2, 7 Si tibi erat libitum literarum laudibus Florum cacumen noſtrae famae frangere. *Sed al.* Floris.

FLOREO, ui, ēre. [ἀνθέω] *Floridum eſſe, et flores habere.* Cic. Tuſc. 1, 69 Segetes largiri fruges, florere omnia, Fontes ſcatere. Particulatim florere, *vid.* PARS. Arbor floret Cic. de Diuin. 1, 16 c. 9. Segetes florent Ouid. Faſt. 5, 322. Vinea floruit Idem ibid. 5, 264. Si Vinum florere incipiet, ſaepius curare oportebit, ne flos eius peſſum eat, et ſaporem vitiet Colum. 12, 30, 1. *vid.* FLOS n. 3. ¶ 2 *Metaph. Proſpere ſe habere, excellere.* Cic. de Amicit. 4 Catonem induxi diſputantem : quia nulla videbatur aptior perſona, quae de illa aetate loqueretur, quam eius, qui et diutiſſime ſenex fuiſſet, et in ipſa ſenectute prae caeteris floruiſſet. Ouid. Triſt. 5, 8, 19 Nos quoque floruimus : ſed flos fuit ille caducus. Cic. Philipp. 11, 39 Nihil enim ſemper floret ; aetas ſuccedit aetati. Diu Caeſaris legiones viguerunt, nunc vigent Panſae, vigent Hirtii, *etc.* Admodum florere Cic. Acad. 4, 16. Idem Fam. 1, 9 In ſententiis Senatoriis, et in omni actione atque adminiſtratione Reipublicae, floruiſſemus. In foro Cic. Acad. 4, 1. Floruerunt in Graecia muſici Idem Tuſc. 1, 4. In generis ſui gloria Cic. pro Flacc. 25. Peraeque, *vid.* PERAEQVE. Florere inter aliquos Cic. pro Quint. 80. Acceſſus meus ad vrbem incredibili hominum gratulatione florebat Cic. pro Sext. 131. Cum Acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi Cic. Acad. 4, 16. Aetate et forma Liu. 26. . . *et* 29, . . Aetate integerrima, optimo habitu in Republica Cic. pro Cael. 59. Auctoritate et gloria in vrbe Idem Fam. 4, 13. Exiſtimatione Cic. pro Font. 31. Familiaritatibus doctiſſimorum hominum Idem de N. D. 1, 6. Omni Genere virtutis floruit Pericles Cic. de Clar. Orat. 28. Gratia, auctoritate, gloria Cic. Fam. 4, 13. *Conf.* Nep. 1, 1, 1. Gratia atque hoſpitiis nobiliſſimorum hominum Cic. pro Roſc. Amer. 115. Honoribus et rerum geſtarum gloria Cic. de Orat. 1, 1. Idem Fam. 9, 14 Mihi vero glorioſum, te iuuenem COS. florere laudibus, quaſi alumnum diſciplinae meae. Laude bellica Cic. pro Flacc. 25. Laude ingenii et priuatis beneficiis Cic. de Orat. 3, 7. Leges ſub Caeſare florent Ouid. Faſt. 2, 141. Memoria florere Cic. de Legib. 2. Nobilitate diſcipulorum floruit Iſocrates Idem de Orat. 3 c. 35. Obſoletis floret Epicurus Cic. Off. 3, 116. Quaeſtura floret Idem pro Planc. 64. Studiis et artibus a pueritia Cic. Fam. 4, 13. Verba florent modo nata, vigentque Hor. de Arte Poët. 62. Virtutibus multis ac beneficiis Cic. Verr. 5, 127. Vrbes pueris floruere Lucret. 1, 256.

FLORENS, entis. Partic. [ἀνθῶν] Plaut. Perſa 1, 3, 18 *amator puellae corollam dat his verbis*, Do tibi hanc florentem florenti : tu hic eris dictatrix nobis. Cic. pro Domo 49 Itaque quum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares, *etc.* Cic. in Parad. 2 Quidquid eſt laudabile, idem et Beatum, et florens, et expetendum videri decet. Cic. pro Planc. 86 Quos ego florentes atque Integros ſine ferro viceram? Aetate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis florens homo Cic. Fam. 2, 12 (13). Aetatibus florentes ambo Virg. Ecl. 7, 4. Studiis otii florens Virg. Georg. 4, 564. Florentiſſima fortuna Cic. Att. 10, 4. *Contraria:* Cic. pro Quint. 93 Ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare. Acre florentes cateruae, *i. ſplendentes armis aereis* Virg. Aen. 7, 804. Aeuo florente puellae Lucret. 3, 1022. Gell. 6, 13 Quaerebantur non grauia, nec reuerenda ; ſed ἐνθυμήματα quaedam lepida et minuta, et florentem vino Animum laceſſentia, *i. hilarem, iucundum.* Anni Stat. Silu. 3, 5, 23. Anni primo florentes vigore Petron. 132. Arua Ouid. Met. 2, 791. Ciuitas armis florentiſſima Cic. de Orat. 1, 32. Corona florente cinctus Ouid. Met. 2, 27. Cic. de Legib. 1, 58 Qua nihil a diis immortalibus vberius, nihil florentius, nihil praeſtabilius, hominum vitae, datum eſt. Quae mihi florentiora ſunt viſa Cic. Att. 16, 11. Praeſtanti florentique Fortunae inuidetur Cic. de Orat. 2, 210. Sanctitatis Gloriam Graecia laudibus ſuis celebrando quotidie florentiorem effecit Val. Max. 6, 1 ext. 1. Herbae Virg. Ecl. 9, 19. Iuuenis Cic. Verr. 4, . . Iuuenta florente feruidus Hor. de Arte Poët. 115. Lumina florentia flammis Lucret. 4, 451. *Conf. Herald. ad* Tertull. Apolog. . . Poma florentia Ouid. Met. 14, 764. *vbi ſic ad Pomonam Proteus*, Sic tibi nec vernum naſcentia frigus adurat Poma, nec excutiant rapidi florentia venti. *Sunt ergo* florentia poma *deliteſcentia adhuc in florum* caliculis. Rebus florentiſſimis Caeſ. B. G. 1, 30. Reſpublica florens Cic. pro Cluent. 109. Maiores noſtri ex minima tenuiſſimaque Rep. maximam et florentiſſimam nobis reliquerunt Cic. pro S. Roſc. c. 18. Temporibus florentiſſimis Iuſtin. 41, 1, 7. Florentes amicorum turbae circumſedent Sen. Ep. 9. Vir ingenio florentiſſimus Vell. 2, 2, 2. Vrbs florentiſſima Cic. Catil. 2 *extr.* Id. ad Brut. 11 Etenim quum te incluſo ſpem maximam omnes habuiſſent in tua virtute, florente Antonio, quis erat, *etc.*

FLORENTER. Adu. Hieron. Chron. Ann. Conſt. 18 Rhetores florentiſſime docent.

FLORESCO, ĕre. [ἀνθέω] *Floridum fieri.* Columel. 5, . . Ventique nebulam et rorem peſtiferum celeriter adſiccant, multumque

ad

ad floreſcendum et ad bonitatem vini conferunt. Cic. de Diuin. 2, 33 Puleium aridum floreſcere brumali ipſo die. Lucret. 5, 669 — Floreſcunt tempore certo Arbuſta. ¶ 2 *Metaphor.* At vero haec tua iuſtitia et lenitas animi floreſcet quotidie magis Cic. pro Marc. 19 c. 4. Hoc floreſcente Craſſus eſt mortuus Idem Brut. 303. Ad ſummam gloriam eloquentiae floreſcere Cic. de Orat. 3, 11 c. 3. *Contraria:* Lucret. 2, 73 Illa ſeneſcere, at haec contra floreſcere cogunt.

FLORESCENS, entis. Partic. Cic. pro Cael. 79 c. 31 Nolite Iudices, *etc.* hunc nunc primum floreſcentem firmata iam ſtirpe virtutis tanquam turbine aliquo, aut ſubita tempeſtate peruertere.

FLORĒTVM, i. n. *Locus, vbi flores abundant. Cathol.*

FLORIARIVM, i. n. *Idem.* Zeno Veron. Serm. de Laz.

F L V

FLVCTIFRAGVS, FLVCTIVAGVS, FLVCTVO, FLVCTVOSVS, FLVCTVS, FLVENTVM, FLVENTISONVS, FLVIDVS, FLVITO, FLVMEN, *vid.* FLVO.

FLVENTINI, orum. m. [Φλυεντῖνοι] Italiae Populi, praeterfluenti Arno appoſiti Plin. 3, 5.

FLVMEN, *cum deriuatis; it.* FLVMENTANA Porta, *vid. mox inter deriuata a* FLVO.

FLVO, xi, xum, (*olim* fluctum *et* flutum) ĕre. [ῥέω] *De naturali motu aquarum dicitur, vt Flare de motu aëris: Sed latius patet, ac fluere dicuntur liquida omnia non modo, ſed quaecunque motu ita facili et velut lubrico mouentur, vnde porro Metaphorice tum ad copiam ſignificandam, tum ad ſucceſſus rerum faciles, et velut ſpontaneos ac naturales, adhibetur; itemque ad iudicandam ruinam rerum, et interitum. Exemplis omnia etiam hic conſtant.* Virg. Georg. 2, 166 *de laudibus Italiae,* Haec eadem argenti riuos, aerisque metalla Oſtendit venis, atque auro plurima fluxit. Lutulentum fluere, *Lucilium dicit* Hor. Serm. 1, 4, 11. *Metaphora fluminis turbidi, ſordes multas vehentis.* Fluere *etiam de vitibus et vuis adeo dicitur, cum vinum dant.* Virg. Georg. 2, 99 Cui non certauerit vlla (*vitis*) Aut Tantum fluere, aut totidem durare per annos. Fluunt in contrarias partes flumina Cic. de Diuin. 1, 78. Idem Verr. 4, 96 Chryſas eſt amnis, qui per Aſſorinorum agros fluit. Fluuius Eurotas fluit propter Lacedaemonem Cic. de Inuent. 2, 96. Fluuius ſanguine fluxit atratus Idem de Diuin. 1, 98. Quid ſi Legitimum flueres, ſi nobile flumen? Ouid. Amor. 3, 6, 89. Lacrimae fluunt Ouid. Met. 2, 364. Sudor fluit vndique riuis Virg. Aen. 5, 200. Pleno alueo fluere Quinctil. 2, 1. ¶ 2 Cic. Philipp. 12, 8 c. 3 Ipſa illa Martia caeleſtis et diuina legio, hoc nuntio langueſcet et mollietur, atque illud pulcherrimum nomen Martium amittet, excident gladii, fluent arma de manibus. Capilli Celſ. 6, 1 *pr. i. defluunt.* Crines intonſi longa ceruice fluebant Tibull. 3, 4, 27. *fuſi iacebant.* Fluunt ſudore et laſſitudine membra, labant arma, mollia corpora *etc.* Liu. 38, 17. Omnia quae delapſu iam fluxerunt Cic. pro Marc. c. 8. Idem ad Brut. 10 De me tantum dico. Caeſarem hunc adoleſcentem, per quem adhuc ſumus, ſi verum fateri volumus, fluxiſſe ex fonte conſiliorum meorum. Haec omnia ex eodem fonte fluxerunt Cic. de N. D. 3 c. 19. Totis vallibus fluere, *magnorum amnium eſt* Quinctil. 5, 14. Carmen vena pauperiore fluit Ouid. ex Pont. 4, 2, 20. Ignis fluere *dicitur: vid. Cerd. ad* Virg. Aen. 3, 572. *et Iac. Gronou. ad* Gell. 17, 10. *Oratio* ita libere fluebat, vt nusquam adhaereſceret Cic. in Bruto 274 c. 79. Oratio fluit ex lingua alicuius melle dulcior Cic. de Senect. 31 c. 10. Oratio ab aliquo fluxit Cic. de Clar. Orat. 201. Sponte fluent matura ſua (Poma) Ouid. Amor. 2, 14. *i. decident. vid. Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. 2, 131. *Burm. ad* Sammon. 105. *Sic* Capilli fluunt *vt vidimus.* Ne quid intra oculum fluat Scribon. 30. Virg. Georg. 2, 370 — Tum denique dura Exerce imperia, et ramos compeſce fluentes. *fundentes ſe latius.* Martial. 4, 66 Nec merſa eſt pelago, nec fluit vlla Ratis, *i. iactatur tempeſtate et fluctuat.* Cic. de Fin. 2, 24 Atque ab ipſo capite fluere neceſſe eſt omnem rationem bonorum et malorum. Rationes quorſum fluant Cneii, et quid agat, videamus Cic. Att. 9, 12, (10). Cic. Off. 1, 90 c. 26 Atque etiam in rebus proſperis, et ad voluntatem noſtram fluentibus, ſuperbiam, faſtidium, arrogantiamque magnopere fugiamus. Sen. de Ira 3, . . Fluunt ex deſtinato propoſita noſtra. Rebus ſupra modum fluentibus Sall. *ap.* Seru. *ad* Aen. 2, 169. Res fluit ad interregnum, *h. e. Tendit* Cic. Att. 4, 16. Idem Q. Fratr. 3, 8 Res prolatae, ad interregnum comitia adducta. Vt res ſuae qua coepiſſent fluerent Liu. 27, 17 *Gron.* Cic. de N. D. 1, 6 Multum autem fluxiſſe video de libris noſtris, quos complures breui tempore edidimus, variumque ſermonem, partim admirantium, vnde hoc philoſophandi nobis ſubito ſtudium exſtitiſſet, partim quid quaque de re certi haberemus, ſcire cupientium. *i. Manaſſe.* Virg. Aen. 2, 169 Ex illo fluere, ac retro ſublapſa referri Spes Danaûm. Fluere, *inquit* Seruius, τῶν μέσων eſt; ideo addidit Retro. Et per columbam Spiritus S. fluit Paullin. Nol. Ep. 32 ad Seuer. *i. deſcendit in Chriſtum.* Tarda mihi fluunt, ingrataque Tempora Hor. Epiſt. 1, 1, 23. Vinum fluit Scribon. 271. *i. effluit.* Voluptas corporis fluit et prima quoque auolat Cic. de Fin. 2, 106 c. 32. ¶ 3 Occidere, fluere, labi, nec diutius in eodem ſtatu eſſe Cic. in Orat. 10 c. 3. *Sic* Citra lectionis exemplum labor ille ſcribendi carens rectore, fluit Quinct. 10, 1, 2. Cic. Tuſc. 4, 12 Pythagorae autem doctrina quum longe lateque flueret, permanauiſſe mihi videtur in hanc ciuitatem. Fluere faceriis Plaut. Mil. 4, 8, 12. *abundare.* Cic. Tuſc. 2, 52 c. 22 Opinio eſt enim quaedam effeminata ac leuis, nec in dolore magis, quam eadem in voluptate; qua quum liqueſcimus, fluimusque Mollitia, apis aculeum ſine clamore ferre non poſſumus. Liu. 7. Curt. 10, 3, 9. Tibull. 2, 6, 33. Paterc. 2, 88, 2. *et* 1, 6, 2. ¶ 4 *Obſeru.* Fluere *et* Effluere, *actiue interdum poni obſeruat Burm. ad* Petron. c. 71 p. 355 *ſq. vbi* Dolia effluunt vinum, *i. Non continent. Conf. Heinſ. ad* Claud. p. 273. *Sic* Iſid. 17, 8 *de Storace,* Lacrimam fluunt virgulae. *Permutantur a librariis* Fluo *et* Pluo, quod vide: *it.* Fluxi *et* Fulſi, *vid. Drakenb. ad* Sil. 2, 131.

FLVENS, entis. Partic. [ῥέων] Aqua fluens Ouid. de Arte Am. 3, 62. Cic. de Orat. 2, 266 Demonſtraui digito pictum Gallum in Mariano ſcuto Cimbrico ſub nodis diſtortum, eiecta lingua, buccis fluentibus. Brachia ſudore fluentia Ouid. Met. 9, 57. Capilli Celſ. 6, 1. Exitus fluentior Ambroſ. Serm. 81. Membra, *i. Languida* Curt. 8, 14, 3. Nauſeam fluentem coërcere Hor. Epod. 9, 35. Oratio libere fluebat Cic. de Clar. Orat. 275 c. 79. Pueri ſoluti ac fluentes Quinctil. 1, 2. Rami, *vid. ſupra.* Res proſperae et ad voluntatem noſtram fluentes Cic. Off. 1, 90. Riuus Virg. Ecl. 8, 101. Soluti ac fluentes Quinct. 1, 2, 8. Martial. 11, 42 Cedentes oneri ramos, ſiluamque fluentem Vicit concuſſas ipſe ſecutus opes. Tunicis fluentibus auras excipit Ouid. de Arte Am. 3, 301. Propert. 3, 17, 32 Et feries nudos veſte fluente pedes.

FLVENTER. Adu. Lucret. 4, 226 Vſque adeo omnibus ab rebus res quaeque fluenter Fertur; et in cunctas dimittitur vndique partes. Apul. Mileſ. 2 p. 122 Capillo fluenter vndante. *Et forſan* Cic. Att. 7, 14 Fluenter lippire, *vbi vulgo Leuiter.*

FLVENTIA, ae. f. Ammian. 30, 12 Eloquentiam inanis quaedam imitatur fluentia loquendi. Cael. Aurel. Tard. 2, 3 Fluentiam retinere.

FLVENTĬSŎNVS, a, um. Adi. [ναματοηχής] Litus fluentiſonum Catul. 62, 52.

FLVENTO, āre. Venant. Fortun. de Vit. Mart. 4, 641 Pergis ad Auguſtam qua Virdo et Licca fluentant.

FLVENTVM, i. n. [νᾶμα, ῥεῖθρον, ῥεῦμα] *Flumen, ſiue Aquae decurſus.* Xanthi fluenta Virg. Aen. 4, 144. Lubrica Lucret. 5, 947. Rauca Virg. Aen. 6, 327. Regio murmurans fluento Prudent. Periſt. 12, 32. Spatiumque noui metare fluenti Auſon. Eidyll. 10 ſ. Moſella v. 419.

FLVCTVS, ûs. m. [σάλος, κῦμα, κλυδών] *Aquae diſcurrentis moles atque impetus, quae et Vnda dicitur.* Cic. Verr. 4, 118 c. 53 Qui fluctu totus operiretur, niſi munitione ac mole lapidum, a mari disiunctus eſſet, *de Arethuſa fonte.* Tacit. in Vit. Agric. 25 Montium profunda, tempeſtatum ac fluctuum Aduerſa. Motus et agitatio fluctuum Cic. pro Muraen. 35. Atri Aquilone Virg. Aen. 5, 2. Caerulei Sil. 17, 51. Decumani, *vid.* DECVMANVS. Diſcordes Sen. Med. 12. Fluminis ingentes Lucret. 4, 1030. Salſi Virg. Aen. 5, 182. Sonori Stat. Silu. 2, 2, 50. ¶ 2 *Verba:* Variis fluctibus Agi Sen. Agam. ſ. 3. Litoris pulſi fluctus Audire Scribon. 186. Canent aequora immodicis fluctibus Ouid. Epiſt. 18, 137. Confidunt tumidi Sil. 17, 291. Declamabat ad fluctum, Demoſthenes, vt fremitum aſſueſceret voce vincere Cic. de Fin. 5, 5 c. 2. Dedere ratem fluctibus Sen. Agam. ſ. 3. Egerit hic fluctus, aequorque refundit in aequor Ouid. Met. 11, 487. Ire per longos fluctus Hor. Carm. 3, 27, 42. Feriant inſani fluctus litora Virg. Ecl. 9, 43. Ferre fluctum Cic. Att. 5, 12. Frangit euolutos fluctus oppoſita Leucas Sen. Herc. Oet. . . . Frangi fortunam tanquam fluctum a ſaxo oportere Cic. Fam. 9, 16. Fracti Hor. Carm. 2, 14, 14. Iactari fluctibus Cic. in Orat. 107 c. 30. *vid.* IACIO. Illiditur fluctus, *vid.* ILLIDO. Impacti, *vid.* IMPINGO. Languentes Sil. 7, 259. Percuſſa fluctu litora Virg. Ecl. 5, 83. Secare fluctus naue Ouid. Faſt. 1, 498. Sedatis fluctibus et tempeſtate commutata Cic. de Inuent. 2, 154. Spumabant caerula cano fluctu Virg. Aen. 8, 672. Submerſus medio in fluctu Idem ibid. 1, 588. Tumidis fluctibus tunditur ſaxum Virg. Aen. 5, 125. ¶ 3 *Metaphoricae formulae:* Maſſilia Barbariae fluctibus alluitur Cic. pro Flacco c. 26. *Pro Impetu vel Multitudine.* Cic. Att. 7, 1 Fluctum enim totius Barbariae, ferre vrbs vna non poterat. Ciuiles Nepos 25, 6, 1. *Vid.* Quinctil. 7, 6. Cic. pro Milon. 5 c. 2 Et quidem caeteras tempeſtates et procellas in illis duntaxat fluctibus Concionum, ſemper putaui Miloni eſſe ſubeundas. Inſanos curarum comprime fluctus Sil. 8, 32. Voluere curarum triſtes in pectore fluctus Lucret. 6, 33. *h. e. Agitationes et turbationes curarum multiplicium.* Plin. 5, 17 Large frequentantibus, quos vita feſſos ad mores eorum fortunae fluctus agitat. Irarum fluctus Lucret. 5, 299. ¶ 4 Fluctus, *i.* Antiquum. Accius Clytaemneſtra, Flucti immiſericordes iacere, et atra ad ſaxa illidere. *Vid.* Non. 8, 37.

FLVCTĬCVLVS, i. m. Dimin. Apul. Apol. p. 296 Quamlibet leuiter motis flucticulis.

FLVCTICOLA, ae. c. *In fluctibus habitans.* Sidon. Carm. 10, 1 Flucticolae cum feſta nurus Pegaſaea per antra.

FLVCTICOLOR, ōris. Mart. Capel. 1 p. 18 Flucticolor hyacinthi profunditas.

FLVCTĬFRĂGVS, a, um. Adi. [σαλαγός] Litus fluctifragum, *i. Fluctus ipſos frangens* Lucret. 1, 386. *Epitheton eſt Poëticum. Add.* Tertull. de Iona naue 38.

FLVCTĬGĔNA, ae. c. *In fluctibus natus.* Mart. Capell. 1 p. 9 Fluctigena ſpectans quali ſub gurgite Nereus. *Add.* Id. 9 p. 310.

FLVCTIGENVS, a, um. Adi. *Idem.* Auien. in Arat. 1159 Fluctigeni ſpeciem monſtri ſuperinuehit Auſter.

FLVCTIGER, a, um. Adi. *Ferens aut patiens fluctum.* Tunc ſe fluctigero tradit mandatque paroni Cic. Fragm. *Vid.* Iſidor. 19, 1.

FLVCTISŎNVS, a, um. Adi. Sil. 12, 355 Inſula fluctiſono circumuallata profundo.

FLVCTIVĂGVS, a, um. Adi. [κυματόπλαγκτος] Nautae fluctiuagi Stat. Silu. 3, 1, 84. Vnda Stat. Theb. 1, 279. Idem ibid. 9, 360.

FLVCTVO, āre. [κυμαίνω, σαλεύω, κλυδωνίζομαι] *Fluctus agitare. i. Vndas facere.* Plaut. Rud. 2, 1, 14 Atque vt nunc valide fluctuat mare, nulla nobis ſpes eſt. *Interdum commodius paſſiue capitur, pro Fluctibus agitari et iactari.* Cic. pro Roſc. Amer. 72 Quid tam eſt commune, quam ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? Idem Verr. 5, 90 Quadriremenque in ſalo fluctuantem reliquerat. Quaedam inſulae ſemper fluctuant Plin. 2, 95. *Metaphor.* Virg. Georg. 2, 281 At late fluctuat omnis Aere renidenti tellus. *comparat campos ab exercitu inſeſſos cum mari fluctuante.* Acies fluctuans, *vid.* ACIES. Cauſa admodum dubia fluctuare, *vid.* CAVSA. Curarum fluctuat aeſtu Virg. Aen. 8, 19. Animus fluctuat Plaut. Merc. 5, 2, 49. Animi incerti fluctuantur Liu. 33, . . . Idem 34, 49 *extr.* Epheſi regem eſt conſecutus, fluctuantem adhuc Animo, incertumque de Romano bello. Fluctuat incertis erroribus ardor amantum Lucret. 4, 1070. Tota res etiam nunc fluctuat Cic. Att. 2, 8. Magnis curarum fluctuat vndis Catull. 62, 62. Cic. Acad. 4, 20 Non debere eos in ſuo decreto, ſicut in caeteris rebus fluctuare. *h. e. Marinorum fluctuum ritu, huc atque illuc ventorum impetu commoueri.* Haud aliter meum Cor fluctuatur Sen. Med. 941. Fluctuo, *et* Fluctuor *dicimus, vt iam potuit intelligi.* Quinctil. 9, 3, 7 Plerumque vtroque modo efferuntur, luxuriatur, luxuriat; fluctuatur, fluctuat; aſſentior, aſſentio. Curt. 4, 12, 21 Fluctuari animo rex, et modo ſuum, modo Parmenionis conſilium expendere. *Vid. Gronou. Obſeru.* 2, 8. Fluctuanſque animo, vt tereret tempus, expli-

cat ordines Liu. 1, 27. Idem 23, 33. *et* 32, 13 Rex fluctuatus animo eſt. ¶ 2 Fluctuare, *pro Fluitare.* Plin. 36, 17 Lapidem e Scyro inſula integrum, fluctuare tradunt: eundem comminutum, mergi. *Quaedam exemplaria habent* Fluctuari. Idem 16, 38 Lignum in longitudinem fluctuatur.

FLVCTVANS, antis. Partic. [σαλεύων] Cic. Att. 1, 7 (20) Quum hominis ampliſſima fortuna, auctoritate, gratia, fluctuantem ſententiam confirmaſſem. *h. e. Dubiam.* Genus orationis fluctuans et diſſolutum, eo quod ſine neruis et articulis fluctuat huc et illuc Auct. ad Herenn. 4, c. 11.

FLVCTVĀTVS, a, um. Adi. [σαλευθεὶς] *Iactatus et agitatus.* Plin. 4, 12 Delos diu fluctuata, vt proditur, ſola motum terrae non ſenſit. Idem 9, 8.

FLVCTVĀTIM. Adu. [κλυδωνηδὸν] Iactanter et ſolute, *vt ait* Non. 2, 333. Afranius Pompa, Tene tu, in medio nemo eſt; magnifice volo fluctuatim ire ad eum, accipe hoc, tene tu, et ſuſtine. Occulta Plin. 31, 11.

FLVCTVATIO, ōnis. f. [ζάλη, κύμανσις, κλυδὼν] Fluctuatio ſtomachi *dicitur, Quando ſtomachus ſiue ventriculus cibum non amplexatur: et quidam veluti fluctus audiuntur huc atque illuc ferri dum incedimus* Plin. 20, 8. Liu. 9, 25 In ea fluctuatione animorum opprimi incautos poſſe. Totius corporis fluctuatio Sen. de Ira 2, 35.

FLVCTVABVNDVS, a, um. Sidon. . .

FLVCTVOSVS, a, um. Adi. [κλυδωνώδης] Mare fluctuoſum Plaut. Rud. 4, 2, 5. Pontus fluctuoſus atque feruens Mela 1, 19. Si ſunt fluctuoſi, et rerum imagines complexi, vt verbi gratia, papauerum aut auium, *etc.* Plin. 37, 5. *de ſmaragdis.*

FLVOR, ōris. m. *Fluxus, Deſtillatio.* Fluorem ſolitae velocitatis promouere Solin. c. 32 (45) *de Nilo.* Idem Dolor cum fluore Scribon. 90. *fluorem tribuit mari* c. 18 (28) *fonti* c. 29 (42) Vitium cum fluore 173. Oculorum fluor Symmach. Ep. 6, 64. Scribon. Larg. 52 Faciunt ad ſtomachi, et deiectiunculas, et ad omnem fluorem. *Add.* 74. *Et*, Stomachi fluor 108. Fluore infeſtari 61. Fluore ſanguinolento infeſtari 121. *de mulieribus.* Quibus ſupprimendus eſt fluor ib. *Sic* Celſ. 4, 16. *Sed* Amnium fluores Apul. Florid. 2. Arnob. 6 p. 196 Intelligimus omnes ventos, aëris eſſe fluorem pulſi.

FLVXVS, a, um. Adi. [ῥοώδης, ῥυτὸς] *dicitur Quod fluit.* Plin. 9, 38 Quoniam quum foetificauere, fluxos habent ſuccos. Fluxum pertuſumque vas Lucret. 6, 19. *h. e. Transmittens, nec continens humorem.* Fluxa veſtimenta, *Ampliſſima, et minime adſtricta, quaſique libere fluentia.* Lucan. 8, 367 Illic et laxas veſtes, et fluxa virorum Velamenta vides. *Eadem ratione* Virg. *dixit* Veſtium ſinus fluentes Aen. 1, 324. Suet. Caeſ. c. 45 Fluxiore cinctura cingeretur. ¶ 2 *Metaphor.* Fluxa *dicuntur, quae facile nimis mutantur et praetereunt.* Tacit. Ann. 15, 23, 3 Quae fluxa fuere, quartum intra menſem defuncta infante. *Vnde*, Fluxam fidem gerere Plaut. Capt. 2, 3, 79. Salluſt. in Catil. 1 Nam diuitiarum et formae, gloria fluxa et fragilis eſt. Virg. Aen. 10, 88. Fide fluxa vti Sall. Iug. c. 111. *Add. Drakenb. ad* Sil. 8, 322. Auctoritas Tacit. Hiſt. 1, 21. Fides fervitiorum fluxa Tacit. Hiſt. 4, 23. Cic. ad Brut. 10 Huius belli fortuna, vt in ſecundis, fluxa: vt in aduerſis, bona. Mens ſenio fluxa Tacit. Ann. 6, 38. Studia Idem ibid. 3, 50. ¶ 3 Fluxi, *Libidinoſi, molles, effeminati.* Suet. in Tiber. c. 52 Druſus animi fluxioris, remiſſiorisque vitae erat. Corpora Tacit. Hiſt. 2, 32, 4. Animi molles et aetate fluxi Salluſt. Catil. 14, 3. *Vid. ibi Cl. Waſſe.* Martial. 5, 42 Spadone cum ſis euiratior fluxo. *Conf.* Tacit. Hiſt. 2, 76, 3. Vita fluxior Ammian. 22, 5. *Salmaſ. ad* Tertull. de Pall. p. 341.

FLVXE. Adu. [ῥοωδῶς] Varro de R. R. 2, 11 *pr.* Et eo magis fluxe ex herba, quae eadem ipſa ſumta, perpurgare corpora noſtra ſolet: *de excrementis liquidis.* More vitae remiſſioris fluxius agens Ammian. 18, . .

FLVXIO, ōnis. f. [ῥοὴ, ῥύσις] Fluxio aquarum Cic. de Diuin. 1, 111 c. 49. Alui fluxiones, quos Rheumatiſmos vocant Plin. 22, 23. Oculorum Plin. 27, 9. Pituitae Plin. 22, 25. Sanguinis fluxionis Plin. 20, 14. Vuluae ac ventris fluxionem ſiſtit decoctum eius Plin. 23, 5.

FLVXŪRA, ae. f. *Quod fuit ex prelo.* Columel. 3, 2, 17 *de Apianis vitibus loquens,* Nam duae lanatae quamuis frondibus et palmitum pari facie, fluxurae qualitate ſunt diſpariles, quum tardius altera recipiat cariem vetuſtatis. Ibid. ſ. 32 Propoſitum eſt enim docere, qua ratione vineae pariter feraces et pretioſae fluxurae poſſint conſtitui. *It. ap.* Cyprian.

FLVXVS, ūs. m. Onomaſt. Vet. ῥοὴ, Fluxus, fluxio. Pall. Oct. 10, 1 Fluxus olei *ſub prelo.* Quinctil. 11, 3 Fluxus aquarum Sen. Epiſt. 52. *Tralate*, Fluxus oculorum: Celſ. 4, 72 Ventris fluxus. *Add.* Paullin. Petrocor. 2, 591. Veſtium fluxus Tertull. de Pall. c. 4. *Conf.* Vitruu. 9, 6.

FLVXĬBĬLIS, e. Adi. Vet. Interp. Iren. 2, 29 Eliquatio cum fluxibili materia.

FLVXĬLIS, e. Adi. Tertull. aduerſ. Valent. c. 24.

FLVXIPEDVS, a, um. Adi. *Vt*, Fluxipeda veſtis Auien. Arat. Phaenom. v. 288.

FLVXVŌSVS, a, um. Adi. Columel. 8, 17, 5 Fluxuoſi ſpecus. *Sed mel.* Flexuoſi.

FLVĬTO, āre. Frequent. [ἐπιπολάζω] *Saepe et continue fluere.* Liu. 1, 4 Tenet fama, quum fluitantem alueum, in quo expoſiti erant pueri, tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet. Cic. de N. D. 2, 100 Quot genera quamque diſparia, partim ſubmerſarum, partim fluitantium, et innatantium beluarum, partim ad ſaxa natiuis teſtis inhaerentium? Liu. 1, 37 Fluitantia arma in Tiberi. Plin. 7, 17. Fluitant locuſtae reptantium modo Plin. 9, 30. Fluitant tauri et cameli Idem 5, 16. *Metaph.* Fides fluitat, *i. Labaſcit* Tacit. Hiſt. 2, 93. Vnde primum creditur Caecinae fides fluitaſſe. Luxu fluitare Paullin. Nol. Eleg. de obitu Celſi 518. Spe fluitare Hor. Epiſt. 1, 18, 109. Fluitare, *pro Nauigare.* Plin. Epiſt. 8, 8 Adeo validus, vt illa qua properat, ipſe tanquam per ſolum planum remis non adiuuetur: idem aegerrime remis contiſque ſuperetur aduerſus. Iucundum vtrumque per iocum ludumque fluitantibus, vt flexerint curſum, laborem ocio, ocium labore variare. *Vbi etiam obſeruabis,* Iocum *vſurpari de Facto.*

FLVĬTANS, antis. Partic. [ἐπιπολάζων] Cic. pro Sext. 46 c. 20 Quum vero in hanc Reipubl. nauem, ereptis Senatui gubernaculis, fluitantem in alto tempeſtatibus ſeditionum ac diſcordiarum armatae tot claſſes, *etc.* *Contraria:* Cic. de Vniuerſ. 7 Quidquid erat, quod in cernendi ſenſum caderet, id ſibi aſſumſit non tranquillum et quietum, ſed immoderate agitatum et fluitans. Amictus Catul. 62, 68. *vt* fluctuans. Beluae Cic. de N. D. 2, 100 c. 39. Carmina fluitantia ludenti verſu nectere Lucan. ad Piſon. 152. Caeca fluitantia ſorte Hor. Serm. 2, 3, 269. Lora Ouid. de Arte Am. 2, 433. Pedites Curt. 4, 9, 19.

FLVITANTER. Adu. *Apud* Mart. Capell.

FLVTO, āre. *Idem quod Fluito. Antiquum.* Lucret. 3, 190 Namque mouetur aqua, et tantillo momine flutat. *Ita Lambin. Al.* Fluctat. *Conf.* 4, 75.

FLVTA, ae. f. Flutae, Muraenae in freto Siculo, in ſummo ſupernatantes, et nunquam ſeſe mergentes Macrob. Saturn. 3, 15. *Graece* πλωταὶ *dictae, quaſi Nauigabiles: ſunt piſces anguillis non diſſimiles. Conf.* Columel. 8, 17, 8. *it.* Varro R. R. 2, 6, 2. *et Voſſ. Etym. p. 218.*

FLVIBVNDVS, a, um. Mart. Capel. 1 *extr.* Fluibunda luxu puella.

FLVĬDVS, a, um. Adi. [ῥυτὸς] *Modo Fluentem ſignificat, modo Humectum, modo Molle.* Fluidus cruor Ouid. Met. 4, 481. *i. humidus. Sed* Lucret. 2, 596 Vnde etiam fluidas frondes et paluda laeta Montiuago generi poſſunt praebere ferarum, *i. molles.* Plin. 9, 30 *de locuſtis,* Vnum hoc animal, niſi viuum feruenti aqua incoquatur, fluida carne non habet callum. Liquor Virg. Georg. 3, 484. *Pro Languido, ſeu marcido: vt,* Calore fluido tabeſcunt corpora Ouid. Met. 15, 362. Calorem fluidum *vocat ab effectu, quod mollia et fluida reddat corpora.* Lacerti fluidi pendent Ouid. Met. 15, 231. *Sic* Liu. 34, 47 *vocat,* Corpora Gallorum, Mollia et fluida. Fluidus *pro Voluptario ap.* Laurent. Nouarienſ. Homil. de Poenitentia. *Conf.* FLVVIDVS.

FLVIDO, āre. *Fluidum reddere.* Cael. Aurel. Tard. 5, 12.

FLVISCO, ĕre. Dracont. Hexaëm. v. 577. Auguſt. de Ciu. Dei 21, 5 *et* 7.

FLVVĬDVS, a, um. Adi. *Idem quod Fluidus.* Lucret. 2, 463 Sed quod amara vides, eadem quae fluuida conſtant, Sudor vti maris: eſt minime mirabile cuiquam. *i. Liquida. Habet autem primam longam, vt etiam mox 465* Nam quod fluuidum eſt, e laeuibus atque rotundis Eſt *etc.* Fluuidum *eſt dactylus. Videntur librarii interdum aut ignoratione aut negligentia huius rei peccaſſe, vt* Ouid. Met. 4, 481 Fluuidoque cruore rubentem *etc. Et* 15, 362 Nonne vides quaecunque mora fluuidoque calore *etc. Recte* fluido *vtroque loco editur. Tale etiam eſt illud* Sedulii 4, 186 *vbi MS.* Fluuidus mox viſcera morbus: *verſu poſtulante* fluidus.

FLVMEN, ĭnis. n. [ποταμὸς] *Aqua fluens.* Varro de L. L. 4, 5 p. 12, 23 Fluuius, quod fluit, item Flumen: a quo lege praediorum vrbanorum ſcribitur, Stillicidia fluminaque, vt ita fluant cadantque. *Nempe* Flumen *eſt omnis Fluxus aquae, vid.* Pompon. l. 33 de contrah. emt. *Et totus* Titulus Digeſtorum (43, 12) de Fluminibus, *itemque* Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atque vti priore aeſtate fluxit. *Vnde pluſcula petes etiam ad Latinitatem.* Nep. 5, 2, 2 Apud flumen Strymona. *Et* 18, 5, 1 Apud flumen Nilum. *Et* 20, 2, 4 Apud Crimiſſum flumen. Flumen riui, *i. Fluxus ſeu curſus riui.* Plin. . . . Ne flumini eius riui eſſet impedimento. *Non habet Ind. Hard. Rationem loquendi firmat illud* Virg. Aen. 2, 305 Rapidus montano flumine torrens. Fluxu *interpretatur* Seruius. *Sic* Flammae flumen Grat. Cyn. 445. Spirabile flumen Nemeſian. Cyn. 255 *de anhelitu equorum.* Martial. de Spectac. 3 Et qui prima bibit deprenſi flumina Nili. *h. e. Aquam e prima Nili ſcaturigine, certe vbi primum vocatur Nilus.* Acceſſus fluminum, *vid. ſub* ACCEDO. Alueus fluminis Virg. Aen. 7, 33. Aduerſo flumine lembum remigiis ſubigit Virg. Georg. 1, 201. Altum Idem ibid. 4, 333. Caua Virg. Georg. 4, 427. Decliuia Ouid. Met. 1, 39. Dulce ouibus Hor. Carm. 2, 6, 10. Frigida Virg. Ecl. 5, 25. Herboſum Virg. Georg. 2, 199. Lata Virg. Georg. 3, 213. Latebroſa, *vid.* LATEO. Limoſa Ouid. Met. 1, 634. Magnum Hor. Serm. 1, 1, 55. Catul. 65, 33 Flauus quam Molli percurrit flumine Mela Brixia. *i. Fluxu non rapido, ſed lento.* Nobile Ouid. Amor. 3, 6, 89. Vlpian. l. 2 ff. de Fluminib. §. 2 Fluminum quaedam ſunt perennia, quaedam torrentia. Perenne eſt, quod ſemper fluat, ἀέναος, torrens, χειμάῤῥους. Si tamen aliqua aeſtate exaruerit, quod alioqui perenne fluebat, non ideo minus perenne eſt. §. 3 Fluminum quaedam publica ſunt, quaedam non. Publicum flumen eſſe Caſſius definit, quod perenne ſit. Haec ſententia, — videtur eſſe probabilis. Pingui flumine Nilus Virg. Aen. 9, 31. i. e. Fluore. Seruius. Publicum Cic. de Aruſp. Reſp. 59. Rapidum Quinctil. 6, 2. Hor. Serm. 2, 3, 242. Sacrum Virg. Georg. 2, 147. Sanctum Idem Aen. 8, 72. Secundum Tacit. Hiſt. 5, 23. Septemflua Nili Ouid. Met. 15, 753. Sonora Virg. Aen. 12, 139. Vaga Hor. Carm. 1, 34, 9. Validum Lucret. 1, 292. Viuum Virg. Aen. 2, 319. *i. Semper fluens et naturale. Conf.* Liu. 1, 45. ¶ 2 *Verba:* Auertere flumen, *vid.* AVERTO. Concita Ouid. Met. 7, 154. Conſtiterunt gelu flumina Hor. Carm. 1, 9, 4. Decreſcentia flumina praetereunt ripas Hor. Carm. 4, 7, 4. Diducere in riuos maxima flumina Quinctil. 5, 13. Deuehitur flumine Tacit. Hiſt. 2, 59. Effuſo flumine ſtagnans Nilus Virg. Georg. 4, 288. Errans languido flumine Cocytus Hor. Carm. 2, 14, 17. Fugientia Stat. Silu. 5, 5, 63. Humectat largo flumine vultum Virg. Aen. 1, 469. *i. Lacrimis.* Increuerunt flumina Ouid. Met. 11, 48. Innatare flumini, *vid.* INNATO. Interueniente flumine, *vid.* INTERVENIO. Inuehi flumine, *vid.* INVEHO. Iungit ripas gelu *flumen* Plin. Pan. 12. Labentia Ouid. Met. 1, 189. Altiſſima quaeque flumina minimo ſono Labi Curt. 7, 4, 13. Suo flumine aqua in mare Manat Liu. 5, 16 *extr.* Mergere ſe in flumen, *vid.* MERGO. Perfundi flumine Liu. 1, 45. Ruunt per apertos flumina campos Ouid. Met. 1, 285. Reſoluitur Suet. Domit. c. 6. Subſidunt flumina Ouid. Met. 1, 344. Superare flumina Idem ibid. 9, 115. *Tranare intelligit.* Torrentia Virg. Ecl. 7, 52. Trudunt glaciem flumina Virg. Georg. 1, 310. Obſequio tranantur aquae, nec Vincere poſſis Flumina, ſi contra, quam rapit vnda, nates Ouid. de A. A. 2, 181. Vomens calidum de pectore flumen Virg. Aen. 9, 414. *i. Ingentem vim cruoris.* ¶ 3 *Tralate:* Cic. pro Marcel. 4 c. 2 Nullius tantum eſt flumen ingenii, nulla dicendi aut ſcribendi tanta vis, tantaque copia, quae non dicam exornare, ſed enarrare C. Caeſar res tuas geſtas poſſit. Flumen *perpetuo redundat curſu, nunquam areſcit, aut exſiccatur: ſic ingenii fecunditas ſemper redundat.* Orationis flumen et varietas Cic. de Orat. 2, 62 c. 15. *i. Copia dicendi.* Flumen orationis aureum fundens Ariſtoteles Cic. Acad.

Acad. 4 c. 38 *pr.* Verborum flumen. Cic. in Orat. 53 Flumen aliis verborum, volubilitasque cordi eſt, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam. Idem de Orat. 2, 188 c. 45 Magna dicendi copia, per translationem flumen vocatur. *Vnde* Iuuen. *etiam* Sat. 10, 9 *dixit*, Et torrens dicendi copia. *Homerus quoque Vlyſſis eloquentiam niuibus hibernis comparat, oſtendens eam fuiſſe crebram, aſſiduam, et largam.* ¶ 4 *In MSS. confundi* Flumen *et* Fulmen, *docet Drakenb. ad* Sil. 8, 646.

FLVMICELLVS, i. m. Dimin. Innocent. de Caſis p. 227 Habet ſub via flumicellum, et trans flumicellum aquam viuam.

FLVMINIA, ae. f. Innocent. de Caſis p. 227 In ipſum iugum fluminia excurrit, *et alibi.*

FLVMINEVS, a, um. Adi. [ποτάμιος] Aqua fluminea Ouid. Faſt. 2, 596. Auis Idem Amor. 1, 3, 22. Portus fluminei Claud. Feſcen. Nupt. Honor. 2, 29. *Al.* Ortus. Vnda Ouid. ex Ponto 4, 7, 27. Volucres Idem Met. 2, 253.

FLVMINALIS, e. Adi. *Idem.* Cael. Aurel. Tard. 1, 1 Fluminales nauigationes. Idem 1, 4 Fluminales cancri.

FLVMENTANVS, a, um. Adi. *Idem.* Porta flumentana; ſic appellata, quod Tiberis partem ea fluxiſſe affirmant Feſtus. *Huius meminerunt* Varro de R. R. 3, 2. Cic. Att. 7, 3. Liu. 6, 20. *et* 35, 9.

FLVVIVS, i. m. [ποταμὸς] *Dicitur Amnis perpetuo fluens. Hoc quoque nomen, vt Flumen, cum propriis coniungitur.* Cic. Tuſc. 1 c. 39 Apud Hypanim fluuium. *Conf.* Idem de Inuent. 2 c. 31. Fluuii *paſſim ſimulacris culti : vid. Spanh. ad Callim. p. 10. et Perizon. ad Aelian. 2, 31.* *Fabulas de amoribus fluuiorum recenſet* Ouid. Am. 3, 6, 25 *etc.* Plaut. Curc. 1, 1, 86 Quisnam hic fluuius eſt, quem non recipiat mare ? Amoenus Virg. Aen. 8, 31. Truces Stat. Silu. 5, 4, 5. In freta dum fluuii current Virg. Aen. 1, 607. Decurrens, *vid.* DECVRRO. Deficiente fluuio ſedet alueus in limo Ouid. Faſt. 2, 410. Dare membra ardentia in fluuios gelidos Lucret. 6, 1170. Fluxit atratus fluuius ſanguine Cic. de Diuin. 2, 98. Impactus inſulis fluuius, Influit fluuius in Pontum, Innatare in fluuium, Innatat terrae fluuius, *vid. hh. vv.* Innare fluuios rapaces Virg. Georg. 3, 142. Irrumpens, *vid.* IRRVMPO. Liquens Virg. Georg. 4, 442. Merſari gregem ſalubri fluuio Idem ibid. 1, 272. Solari grauem fluuiis aeſtum Hor. Carm/ 2, 5, 6. Strepunt fluuii turgidi niue Idem ibid. 4, 12, 3. Tentare minaces fluuios Virg. Georg. 3, 77. Viuens Stat. Theb. 9, 574. ¶ 2 *An etiam pro fluxu ſ. actu fluendi ponitur ? Vid.* INFLVVIVM.

FLVVIA, ae. f. *Antiquis. Laudat* Non. 3, 100 Siſen. Hiſtor. 4 Quod oppidum tumulo in excelſo loco, propter mare, paruis moenibus, inter duas fluuias, intra Veſuuium collocatum. *Item*, Transgreſſus fluuiam, quae ſecundum Herculaneum ad mare *pertinebat.*

FLVVIĀLIS, e. Adi. [ποτάμιος] *Quod ex fluuio eſt.* Aqua fluuialis Columel. 6, 22. *Et* 8, 16 Fluuialis Lupus piſcis, *pro Fluuiatili.* Anas Ouid. Met. 11, 773. Arenae Pallad. 11, 17. Arundo Virg. Georg. 2, 414. Lympha Idem Aen. 4, 635. Ripa Ouid. Epiſt. 5, 25.

FLVVIATĬLIS, e. Adi. [ποταμηγὸς] *Quod in fluuio viuit.* Piſcis fluuiatilis Plin. 19, 4. *Et* Liu. 10, 2 Fluuiatiles naues. Fluuiatilis arena, *Quae in fluuiis eſt.* Plin. 36, 23 Arenae tria ſunt genera; foſſitia, cui quarta pars calcis addi debet ; fluuiatili, aut marinae, tertia. Teſtudines Cic. de N. D. 2, 124.

FLVVIATĬCVS, a, um. Adi. [ποταμικὸς] *Idem quod Fluuiatilis.* Columel. 8, 15 Vbi deliteſcentibus fluuiaticis animalibus inſidientur. Arena Vitruu. 1, 4 *extr.*

FLVVIĀTVS, a, um. [ποταμωτὸς] *In fluuio curatus.* Plin. 16, 39 Haec qua diximus ratione fluuiata decorticatur. *i. Macerata in aqua fluuiatili. Sic dicere poſſumus* Cannabem fluuiatam *et* Linum.

FLVVITO, āre. *pro Fluitare, ex MSS.* Solin. c. 35 *produxit Salmaſ. Exerc. p. 407. et ex* Plin. 16, 40. *Exerc. p. 726.*

FLVONIA, Iuno dicta eſt, quam mulieres colebant, quod ſanguinis fluiorem in conceptu retinere putabatur Feſt.

FLVVIONIA *eſt apud* Arnob. 3 p. 118. *et*

FLVVONIA *apud* Mart. Capel. 2 p. 37.

FLVSTRA, dicuntur, quum in mari fluctus non mouentur; quam Graeci μαλακίαν vocant Feſt. *Sed* Tertull. de Pall. c. 2 Mare de tranquillo *(propter tranquillitatem)* probum, de fluſtris temperatum : *i. interprete Salmaſio p. 140* Fluctibus mediocriter agitatum. *Qui addit, apud* Adelmum, *antiquarum vocum aucupatorem, ſaepe* pluſtra *pro* fluſtris *ſiue* fluctibus *poni.*

FLVVIALIS, FLVVIATICVS, FLVVIATILIS, FLVVIATVS, FLVVIVS, FLVXIO, FLVXVS, *etc. vid.* FLVO.

F O B *et* F O C

FOBII, qui nunc dicuntur Fabii. *Vid.* FABII *et* FOVII *ſuis locis.*

FŎCĀLE, is. n. [ἀσφαραγεῖον] *Genus ligaminis ad fauces velut faſcia quaedam collum ambiens, quod fauces ac collum perfrigêre non ſineret, et pronuntiationi conduceret.* Quinctil. 11, 3 Palliolum, ſicut faſcias, quibus crura veſtiuntur, et focalia, et ligamina aurium ſola excuſare poteſt valetudo. Focale *a* faucibus, AV *Dipht. in* O *longum mutata.* Martial. 14, 142 Hoc focale tuas afferat auriculas. *Adde* 4, 41. Sen. Nat. Quaeſt. 4, 13 *extr.* Videbis quosdam graciles, et palliolo, focalique circumdatos, pallentes et aegros. *Parum accurate hoc* focale *a* foco *deriuatur, quaſi ſit veſtimentum, quo poſt vel ad focum vtantur. Nec rectius volunt* Fŏcale, *eſſe Ferrum ignitum, quo criſpantur crines, apud* Hor. Serm. 2, 3, 254 — Ponas inſignia morbi, Faſciolas, cubitale, focalia. *Non enim* Cubitale *eſt, ſed* Cubital : focale *autem hic quoque faſcia circa fauces. Conf.* Celſ. 4, 2. Martial. 6, 41. Gell. 11, 9.

FOCANEVS, a, um. Adi. [ἀσφαράγιος] Columel. 4, 24, 10 Vocatur etiam focaneus palmes, qui ſolet in bifurco medius prorepere, et idcirco eum praedicto vocabulo ruſtici appellant, quod inter duo brachia, qua ſe diuidit vitis, enatus, velut fauces obſidet, atque vtriusque duramenti alimenta praeripit. *Add.* Idem 5, 6, 35. Pall. Febr. 12, 2.

FOCARIVS, *vid. infra voce* FOCVS.

FOCILO, *vel* FOCILLO, *vel* FOCVLO, āre. *Blande tractare, mulcere, volunt eſſe. Certe* Vet. Gloſſ. Focilat, θωπέφει. Lucan. Paneg. in Piſon. v. 114 Sed miſerum parua ſtipe focilat, vt pudibundos, *etc. Caſaub. a* Faucibus *deriuat, vt,* Focilare *proprie ſit Aegras fauces appoſita lana fouere. Scalig. legit,* Munerat. *Fouere haud dubie ſignificat apud* Sen. Epiſt. 13 Pudet me ſic tecum loqui, et tam leuibus remediis te focillare. Non. 7, 108 Focillatur, *(Merc.* Focilatur) pro Fouet. Varro de Vit. Pop. Rom. 2 Propter ſecundas ſublato metu, non in communi ſpectant, ſed ſuum quisque, diuerſi, commodum focillatur. *Merc.* focilantur. *Mihi credibile ſit, a* foco, foculo, focillo *eſſe hoc verbum, et ſignificare* ἀναζωπυρεῖν, ignem *ſlatu leni iterum excitare.* Non. 1, 31 Focula dicta ſunt nutrimenta, vnde et foculare dicitur, vt fouere.

FOCILLATVS, a, um. Part. *Recreatus.* Plin. Epiſt. 3, 16 Focillata, Dixeram, inquit, vobis inuenturam me quamlibet duram, ad mortem viam, ſi vos facilem negaſſetis. Suet. in Aug. c. 17 M. Antonii ſocietatem ſemper dubiam et incertam, variisque reconciliationibus male focillatam abrupit.

FOCILLATIO, ōnis. f. Focillationes, *inquit* Feſtus, *a* Fouendo, i. e. calefaciendo dictae ſunt.

FOCILLATOR, ōris. m. Digeſt. . . .

FOCILLATRIX, īcis. f. *Apud* Plin. . . .

FOCVLA, FOCVLVS, *vid.* FOCVS.

FOCVS, i. m. [ἑστία, ἐσχάρα] *a* Fouendo : *In quo ignis ſeruatur.* Seru. *in* Aen. 12, 118 Quidquid ignem fouet, focus vocatur, ſiue ara ſit, ſiue quid aliud, in quo ignis fouetur. Ouid. Faſt. 6, 301 At focus a flammis, et quod fouet omnia, dictus. Cato de R. R. 75 Folia ſubdito, in foco calido ſub teſtu coquito leuiter. *De libo.* Cic. de N. D. 2, 67 Vis autem eius ad aras et focos pertinet. *Portabiles focos habemus apud* Sen. Ep. 78 Non circa coenationem eius tumultus coquorum eſt, ipſos cum opſoniis focos transferentium. *Sunt autem etiam ſacris deſtinati* foci. *V. g.* Plaut. Aul. 2, 7, 15 Nunc tuſculum emi et haſce coronas floreas. Haec imponentur in foco noſtro Lari, vt fortunatas faciat gnatae nuptias. Seru. *ad* Aen. 3, 178 Focos *priuatis,* aras *et* altaria *publicis potiſſimum ſacris inſeruiiſſe monet. Inprimis vero notabilis eſt locus eiusd.* Seruii *ad* Aen. 3, 134 Laetam cognomine gentem Hortor, amare focos : Amare focos, ſacrificio celebrare. Quidam *focos lares*, et per hoc *domicilia* tradunt. Ergo *focos* pro *Penates* poſuit. At e contrario *Penates* pro *focis*, vt, Flammis adolere Penates. Sane Varro rerum diuinarum libro refert, inter ſacratas aras focos quoque ſacrari ſolere; — et id tam publice quam priuatim ſolere fieri ; *focum* autem dictum a *foui*, vt *colinam*, ab eo, quod ibi ignis colatur, nec licere vel priuata vel publica ſacra ſine foco fieri : quod hic oſtendit Poëta : focorum enim commemoratione inſtantium ſacrificiorum mentio inducitur. Quidam *aras* ſuperorum deorum volunt eſſe ; Medioximorum, id eſt marinorum, *focos ;* inferorum vero *mundos.* ¶ 2 *Epitheta :* Accenſi, *vid.* ACCENDO. Breues Iuuen. Sat. 11, 79. Caſti Ouid. Faſt. 3, 698. Familiaris Columel. 8, 1. *vid.* OPVLENTVS. Fumoſi Ouid. Ep. 21, 94. Graminei luxere foci Lucan. 4, 199. Humilem grato calfacit igne focum Ouid. Faſt. 4, 698. Lucens Stat. Silu. 1, 2, 255. Cic. de Legib. 2, 20 Virginesque Veſtales in vrbe cuſtodiundo ignem foci Publici ſempiternum. Pudici Stat. Silu. 3, 1, 60. Sancti Ouid. Faſt. 4, 296. *Verborum etiam formulam vnam alteramque damus :* Exſtruere lignis focum Hor. Epod. 2, 43. Me mea paupertas vitae traducat inerti, Dum meus aſſiduo Luceat igne focus Tibull. 1, 1, 4. Reponere large ligna ſuper foco Hor. Od. 1, 9, 5. Splendet focus Hor. Epiſt. 1, 5, 7. ¶ 3 Focus, *Priuata cuiusque domus ; quemadmodum* Ara *aliquando Templum ſignificat.* Plaut. Amph. 1, 1, 71 Vrbem, agrum, aras, focos, ſeque vti dederent. Agellus habitatus quinque focis Horat. Epiſt. 1, 14, 2. Foci patrii Cic. pro Roſc. Amer. 23. Pro aris et focis pugnare Idem de N. D. 3, 95 c. 40. Repetere deos, penates patrios, aras, focos, larem familiarem Cic. Philipp. 2, 75. *Add.* ib. 72. Focus, Fomenta, Focillationes, Foculi a Fouendo, i. e. calefaciendo dicta ſunt. Feſtus. *Vid. Barth. Aduerſ. 41, 21.*

FOCV̆LVS, i. m. Dimin. [ἑστιάδιον] *In quo ignis accenditur, vt cibus coquatur, eos enim habebant ferreos, vt ignitabula :* ἐσχάραν *Graeci appellant.* Plaut. Capt. 4, 2, 67 Laridum atque epulas foueri foculis feruentibus ? Plin. 35, 10 Arrepto carbone exſtincto e foculo. Cic. pro Domo 123 c. 47 C. Atinius bona Q. Metelli — conſecrauit foculo poſito in roſtris, adhibitoque tibicine. *Et mox* Tu — foculo poſito bona Gabinii tui conſecraſti. *Et* 125 c. 48 Quid — obteſtatio tibicinis. Quid foculus ? quid preces ? quid priſca verba voluerunt ? Accenſo ad ſacrificium foculo Liu. 2, 12. Foculum excitare bucca Iuuen. Sat. 3, 262.

FOCVLA, ōrum. n. Focula ventris, pro Nutrimentis, *auctore* Nonio 1, 31 dixit Plaut. Perſ. 1, 3, 24. *Conf. Lambin. ad* Plaut. Capt. 4, 2, 67.

FOCVLO, *vid.* FOCILO.

FOCARIVS, a, um. Adi. [ἐσχάριος Vet. Gl.] *Variarum rerum attributum, quae a* Foco *denominantur.* Panis focarius *in foco aut cinere coctus* Iſid. 20, 2. l. 1 §. 5 D. de naut. caupon. ſtabular. Caeterum ſi qui opera mediaſtini fungitur, non continetur, vt puta atriarii, et focarii, et his ſimiles. ¶ 2 *Inprimis autem mentio* Focariarum *mulierum. Ita* Focariae *ſunt apud* Hieron. in 1 Sam. 8, 13 *quae in Graeco ſunt* μαγείρισσαι, *coquae. Sic de ea, quae focum curat, ponitur* l. 12 §. 5. *it.* l. 15 D. de Inſtruct. vel Inſtrum. leg. *Priore loco ſeparatim memorantur* mulieres, quae panem coquant, *deinde* focaria et villica : *poſteriore loco iungit* Pomponius in cauponio inſtitores et focariam. Paullus Rec. ſent. 3, 8 de vſufr §. 21 (37) Conſeruandorum fructuum cauſa comparata — piſtores, aſini, focariae. Item ancillae, quae veſtimenta ruſticis faciunt. ¶ 3 Focaria *eſt Concubina etiam libera. In* l. 3 C. de donationibus inter virum et vxorem, Si ancillam numis tuis comparatam eſſe Praeſidi prouinciae probaueris : donationisque cauſa focariae tuae nomine inſtrumentum emtionis eſſe conſcriptum; eam tibi reſtitui iubebit. Nam licet ceſſante iure matrimonii donatio perfici potuerit : milites tamen meos a focariis ſuis hac ratione fictisque adulationibus ſpoliari nolo. *Et in* l. ſi ea C. de conditionibus inſertis.

F O D

FODIO, fodi, foſſum, ĕre. [ὀρύττω, σκάπτω] *Cauare immiſſa re acuta, interiora alterius rei mouere et vertere etc.* Virg. Aen. 6, 881 Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos. Cic. de Diuin. 2, 134 Reſpondit, coniector theſaurum defoſſum eſſe ſub lecto : fodit ; inuenit auri aliquantum. Cic. de Orat. 2, 174 c. 41 *pr.* Si Aurum cui, quod eſſet multifariam defoſſum, commonſtrare vellem, ſatis

eſſe deberet, ſi ſigna et notas oſtenderem locorum, quibus cognitis ille ipſe ſibi foderet. Liu. 28, 3 *pr.* Sita in Meleſſum finibus eſt, Hiſpanae gentis: ager frugifer, Argentum etiam incolae fodiunt. Arua fodiebant coloni Ouid. Met. 11, 33. Guttura cultro fodit Idem Met. 7, 314. Hortum Plaut. Poen. 5, 2, 59. Humum Virg. Georg. 2, 408. Iugulum enſe Martial. 1 Spectac. 7. Latus fodiunt *admonentes*, *vid.* Horat. Epiſt. 2, 6, 50. *Hoc* Ter. Hec. 3, 5, 17 *ſimpliciter dicitur*, Noli fodere. Metallum Plin. 2, 63. Liu. 8, 10 Haſtisque Ora fodientes, primo robore virorum caeſo, per alios manipulos velut inermes prope intacti euaſere. Puteos Caeſ. Bell. Ciu. 3, 49. Plaut. Bacch. 5, 2, 39 Tactus ſum vehementer viſco: Cor ſtimulo foditur. Cic. Philipp. 2, 86 Num exſpectas, dum te Stimulis fodiam? Terram fodere, *arare* Plaut. Poen. 5, 2, 59. Ter. Heaut. 1, 1, 17. Cic. de Fin. 1, 3 Nam, vt Terentianus Chremes non inhumanus, qui nouum vicinum non vult fodere, aut arare, aut aliquid ferre: denique. Idem Tuſc. 2, 33 Pungit dolor. Vel fodiat ſane: ſi nudus es, da iugulum; ſin tectus Vulcaniis armis, id eſt fortitudine, reſiſte. ¶ 2 Fodīri, *quarta Coniugat.* Cato R. R. 2, 4 Per ferias potuiſſe hortum fodiri. Columel. 11, 2, 35 Runcari, et adhuc fodiri poſſunt. Idem de Arborib. 30, 2 Sed omnibus annis fodiri ante Calend. Martias, et interputari oportet. *vid.* CIRCVMFODIO. *Sed et* FODARE, fodere, *eſt apud* Feſtum.

FODIENS, entis. Partic. Ouid. Met. 11, 535 Aliis murum fodientibus extra.

FOSSVS, a, um. Partic. Terra foſſa et ſubacta Pallad. Nou. t. 6. *Conf.* Plin. 17, 21 *Hard.*

FODĬCO, āre. [νύττω] *pro Peruellere, pungere, dolore afficere.* Cic. Tuſc. 3, 35 c. 16 Non enim eſt in noſtra poteſtate fodicantibus his rebus, quas malas eſſe opinamur, diſſimulatio vel obliuio. Hor. Epiſt. 1, 6, 51 Emamus qui fodicet latus. Plaut. Bacch. 1, 1, 30 Quia iſthaec lepida ſunt memoratui: eadem in vſu atque vbi periculum facias, aculeata ſunt, animum fodicant, bona diſtimulant facta, et famam fauciant. *Etiam* Ammiano 29, 7 *ſignificat lacerare vngulis in eculeo morti damnatos.*

FODICATIO, ōnis. f. *Apud* Celſum *eſſe dicitur.*

FODICATOR, ōris. m. *Apud* Hieronymum.

FODĪNA, ae. f. *Locus, vbi quid foditur.* Plin. 33, 6 Odor ex argenti fodinis, inimicus omnibus animalibus, ſed maxime canibus. *Legitur et coniunctim,* Argentifodinae. Cretae fodina l. ſed et ii, de Publ. Caius Iuriſconſ.

FOSSA, ae. f. [τάφρος, διῶρυξ] *Terra foſſa et excauata.* Col. de Arborib. c. 18 Prius quam pomarium conſtituas, quam magnum habere voles, circummunito maceria, aut foſſa, *etc.* Capita foſſarum Pallad. Mai. 3, 2. Vlpianus in l. vnica D. Vt in flumine publico nauigare liceat: ſcribit, foſſam eſſe receptaculum aquae manufactum: aut ad caſtra, ſeu vrbes, oppidaue, aut alia huiusmodi munienda. Cic. Att. 9, 14 Foſſa et vallo ſeptum aliquem tenere. De foſſis et cloacis interdicit Praetor Cic. pro Caecin. 36. Foſſae inciles Cato R. R. 155, 1. Perpetua foſſa, *vid.* PERPETVVS. Redundans gurgitibus foſſa Rheni Cic. in Piſon. 81. Circumdare latam foſſam alicui rei Idem Tuſcul. 5, 59. Complere foſſas, *vid.* COMPLEO. Coniungere tranſitum foſſae ponticulo ligneo Cic. Tuſc. 5, 59. Cratibus integere, et aggere explere Caeſ. B. G. 6, 79 *extr.* Obcaecare foſſas in agro, *vid. mox ex* Columel. 2, 2, 9. Oblimatam detergere Sueton. Auguſt. c. 18. Percutere foſſam, *vid.* PERCVTIO. Perducere foſſas in altitudinem, *vid.* PERDVCO. Caeſ. Bell. Gall. 2, 5 Caſtra in altitudinem pedum duodecim vallo, foſſaque duodeuiginti pedum munire iubet. Cic. Fam. 15, 4 Vallo et foſſa circumdedi. Foſſam premere, deprimere, percutere, *argenteae aetatis ſunt: vid. Burmann. ad* Quinctil. Decl. 3, 16 p. 72. Tergere et Purgare foſſas veteres *feriis licet* Colum. 2, 22, 3. *Vnde iocus* Verri Flacci *apud* Macrob. 1, 15 *extr.* Quia feriis tergere veteres foſſas liceret, nouas facere ius non eſſet: ideo magis viduis quam virginibus idoneas eſſe ferias ad nubendum. Deprimere Hirt. B. G. 8, 9, 3. *et* c. 40, 3. Caeca foſſa, *cui* Patens *et* aperta *opponitur.* Columel. 2, 2, 9 Si humidus ſit, abundantia vliginis ante ſiccetur foſſis. Earum duo genera cognouimus, caecarum et patentium. Spiſſis atque cretoſis regionibus apertae relinquuntur; at vbi ſolutior humus eſt, aliquae fiunt patentes, quaedam etiam obcaecantur, ita, vt in patentes ora hiantia caecarum competant. Sed et patentes latius, et apertas ſumma parte decliuesque, et ad ſolum coarctatas, imbricibus ſupinis ſimiles, facere conueniet; nam quarum recta ſunt latera, celeriter aquis vitiantur, et ſuperioribus ſoli lapſibus replentur. ¶ 2 *Geographi* Foſſas *nobiles habent. V. g. Fretum illud Sardiniam et Corſicam ſeparans* Foſſa, *ſ.* Taphros *nominatur. Vid.* Plin. 3, 6. *Tum* Foſſa Druſiana, Mariana, *etc. Recentiores dixere* Foſſatum.

FOSSVLA, ae. f. Dimin. [ταφρίδιον] Cato c. 161 Deinde foſſulas facito, qua radices aſparagi demittas. Columel. 11, 3 Singulis foſſulis diſponas. Foſſula circumdari Idem 11 c. vlt. *vbi de Cappare verba facit.*

FOSSO, āre. *pro* Fodere Ennius *dixit apud* Varr. de L. L. 6, 5 p. 81, 15 Decretum eſt foſſare corpora telis.

FOSSĀTVM, i. n. [ὄρυγμα] *pro Foſſa.* Plin. 17, 21 Foſſatum purgari, et extendi, ne crudum relinquatur. *Sed h. l. Harduin. leg.* Foſſum. Foſſatum, *recentiores ſcriptores vocauerunt Caſtra, quia foſſa cingi ſolebant.* Capitol. in Gordian. c. 28 Caſtra omnia foſſato circuibat. *Vid. ibi Salmaſ. Etiam Graecia ſequior* φοσσάτον, *ſ.* φωσσάτον, *pro Caſtris ſaepe adhibet. De vrbis Foſſa moenibus circumdata, ipſe quoque* Veget. 4, 16. *Vid. ibi Stewech. De Foſſula parua in horto* Pallad. Sept. 13, 2 Capparis late ſerpit — ne procedat vlterius, circumueniente foſſato. *Conf. Goeſii Ind. ad* Rei agrar. ſcriptores; *vbi etiam*

FOSSATVS, i. m. *Terminus in foſſato poſitus:* p. 254 Conſtituimus foſſatos, quos Auguſteos appellamus. *Et* p. 267 Foſſati alii finales maiores.

FOSSOR, ōris. m. [σκαπτήρ, σκαπανεύτης] *Qui fodit.* Virgil. Georg. 2, 264 Et labefacta mouens robuſtus iugera foſſor. Columel. 3, 13. 4, 14 *etc.* Martial. 7, 70 Rigidus. Horat. Carm. 3, 18, 15. Iuuen. Sat. 11, 79. Catull. 22 Foſſor et caprimulgus coniunguntur, *vt Rudes et agreſtes.*

FOSSIO, ōnis. f. [διωρυχή, σκάμμα] Col. 5, . . Deinde malleolo inter ordines poſito, crebris foſſionibus paſtinatum reſoluere. Id. 4, 28, 2 Foſſionibus concitare vineas. Foſſio danda vineis Id. 11, 2, 41. Foſſionibus terra fit fecundior Cic. de Senect. 54 c. 15. Agri foſſiones et repaſtinationes Idem ibid. Recenti foſſione terram fumare calentem videmus Cic. de Natur. Deor. 2, 25. *Conf.* Vitruu. 8, 7.

FOSSVRA, ae. f. [σκάλευμα] *Idem, quod Foſſio.* Columel. 4, 14, 2 Hanc planam foſſuram maxime nos probauimus. Suet. Calig. c. 37 Complanata foſſuris montium iuga. *Conf.* Vitr. 8, 1.

FOSSĬLIS, e. Adi. [ὀρυκτός] *Quod foditur.* Ebur foſſile Plin. 36, 18. Idem 33, 6 Tunc ſalem foſſilem adiiciunt. Varro de R. R. 2, 11. Foſſile atramentum ſutorium Plin. 34, 12, *quod* vitriolum *vocant officinae.*

FOSSICIVS, a, um. Adi. [ὀρυκτός] *Quod foditur.* Arena foſſicia Plin. 36, 13. Sal foſſicius Scribon. Larg. 59 *et* 60.

F O E C

FOECVNDVS, a, um. *quod rectius ſine Diphthongo ſcribitur,* FECVNDVS, *ab obſoleto* FEO, *v. v.* Adi. [εὔτοκος, πολυτόκος] *Quod fructum facit, et ferax eſt: tum quidquid frequens, copioſum, numeroſum, intelligi volunt.* Fecundus *ſemper ſine Diphthongo in Virgilio dedit Burmann.* Columel. 8, 14 Id neque fecundum eſt, nec tam pretioſum. Ouid. Faſt. 4, 631 Forda ferens bos eſt, fecundaque, dicta ferendo: *Haec ita poſſunt intelligi, Fordam a ferendo dictam, quod verum eſt. Sed quod addit Poëta,* Hinc etiam fetus nomen habere putant, *hoc etiam ad* fecundum *pertineret, ſi verum eſſet. At Feo eſſe verum fontem horum nominum modo diximus.* Hor. Epiſt. 1, 5, 19 Fecundi calices, quem non fecere diſertum? Cic. de Aruſp. Reſp. 42 Quaeſtum illum maxime fecundum, vberemque campeſtrem, totum ad ſe ita redegit, *etc.* Plaut. Ciſt. 1, 1, 72 Namque ecaſtor amor et melle et felle eſt fecundiſſimus, guſtu dat dulce, amarum ad ſatietatem vsque aggerit. Fecunda rumoribus colonia Tacit. Hiſt. 1, 51, 6. Pecorum fecundus Idem de Germ. 5. Frugum fecundus Tacit. in Vit. Agric. 12. Gens fecundiſſima Plin. Paneg. c. 31. Annonae fecunda prouincia Tacit. Hiſt. 1, 11. *Philoſophi* Fuderunt claras fecundi Pectoris artes Cic. de Diuin. 1, 22 c. 13. Pectus fecundum, *i.* Plenum malitiae Seru. *in* Virgil. Aen. 7, 338. Ab Anaxagora vber et fecundus Pericles Cic. in Orat. 15. Sue nihil genuit natura fecundius Idem de Nat. Deor. 2, 160 c. 63 *extr.* Foſſionibus repaſtinationibusque fit multo terra fecundior Cic. de Sen. c. 15. Plin. 33, 4 Italiae parcitum eſt vetere interdicto Patrum, vt diximus: alioquin nulla fecundior metallorum quoque erat tellus. Ouid. Met. 2, 472 Vt fecunda fores, *i. grauida,* fieretque iniuria partu Nota. Imbres fecundi, *qui fecundant terram* Virgil. Georg. 2, 325.

FOECVNDĬTAS, *melius* FECVNDITAS, ātis. f. [εὐτοκία, πολυτοκία] Plin. 20, 6 Fecunditatem etiam feminarum hoc cibo augeri, *etc.* Importare fecunditatem feminis Plin. 14, 18. Aquarum inductionibus terris fecunditatem damus Cic. de Natur. Deor. 2, 152 c. 60. Experta fecunditatis femina Tacit. Ann. 12, 2. Mulieris miſerae fecunditas calamitoſa Cic. Philipp. 2, 58. Terrarum fecunditas, Caeli temperatio Idem de Natur. Deor. 2, 13. Propter fecunditatem multa in agris fingi, gignique poſſunt Cic. de Diuin. 1, 94. *Metaphor. de vbertate ingenii et orationis,* Efferat ſe in adoleſcente fecunditas Quinct. 2, 4. *ex* Cic. de Orat. 2, 88 c. 21. Fecunditas animi Plin. in praefat. 3. Quaſi numini, Fecunditati templum in gratiam Auguſtae Poppeae erectum Tacit. Ann. 15, 23. *Adde Spanh. de Num. 3 p. 148.*

FOECVNDO, *ſeu* FECVNDO *potius,* āre. [πολυτόκον ποιῶ] *Abundantem ſeu fructiferum facere.* Virgil. Georg. 4, 290 Et viridem Aegyptum nigra fecundat arena. Pallad. 12, 1 Satione fecundatur terra. *Conf.* Mamertin. Paneg. Iulian. c. 22. Auguſtin. de Trin. 13, 18.

FOECVNDĬTO, āre. *Vox aureae aetatis, ex fragmento orationis funebris depromta, apud* Fabret. Inſcript. p. 169.

FOECVNDE, *ſ.* FECVNDE. Adu. [πολυτόκως] *Laudatur* Apul. de Mund. p. 67, 22 Pulchre et fecunde horae procreantur. *Sed editur* pulchrae, fecundae *recte.* *Comparat.* Fecundius poëmata ferrent fructum Varro L. L. p. 65. Atque etiam reciſa fecundius reſurgit Plin. 16, 36. *Superl.* Naſcuntur fecundiſſime in fraxino Id. 29, 4.

F O E D

FOEDVM, Antiqui dicebant *pro* Hoedo; Folus, *pro* Olere; Foſtem, *pro* Hoſte; Foſtiam, *pro* Hoſtia, Feſt.

FOEDVS, ĕris. n. [ὅρκιον, συνθεσία, συνθήκη] *Eſt conuentio et pactum, quo voluntates et vires ad aliquam rem coniunguntur. Nugatur* Seruius *ad* Aen. 1, 62. *et* 8, 641 *cum a* Fetialibus, *vel a ſue* foede, *i. crudeliter iugulata,* Foedus *deriuat. Potius cognatum eſt* Foedus *nomini* Fidus. oe *et* i *frequentiſſime permutantur. Et* Fidus *pro ipſo* Foedus *dixiſſe Ennium, ait Scalig. ad iſta* Feſti, Foedus appellatum ab eo, quod in paciſcendo foedere hoſtia necaretur: vel quia in foedere interponatur fides. Virgil. Aen. 8, 641 Et caeſa iungebant foedera porca. *Differunt* Foedus, Pactio, *et* Sponſio; *quod* Foedus pactione, pactio ſponſione *firmior ſit atque ſtabilior. Vid.* Liu. 9, 5. Foederis faciendi morem, *vide apud* Liu. 1, 4. *et* 9, 5 *et* 24. Virg. Aen. 12, 169 *ſqq.* Liu. 34, 57 Eſſe autem tria genera foederum, quibus inter ſe paciſcerentur amicitias, ciuitates, regesque. Vnum, quum bello victis dicerentur leges. Vbi enim omnia ei, qui armis plus poſſet, dedita eſſent, quae ex iis habere victos, quibus multari eos velit, ipſius ius atque arbitrium eſſe. Alterum, quum pares bello aequo foedere, in pacem atque amicitiam venirent; tunc enim repeti, reddique per conuentionem res: et ſi quarum turbata bello poſſeſſio ſit, eas aut ex aequo ſimul, aut ex formula iuris antiqui, aut ex partis vtriusque commodo componi. Tertium eſſe genus, quum qui hoſtes nunquam fuerint, ad amicitiam ſociali foedere inter ſe iungendam coëant. eos neque dicere, neque accipere leges, id enim victoris et victi eſſe. *Sed latius multo patet* Foederis *appellatio. V. g. de priuata cum Craſſo amicitia ſic ad illum* Cic. Fam. 5, 8 Has literas velim exiſtimes foederis habituras eſſe vim, non epiſtolae, meque ea, quae tibi promitto ac recipio, ſanctiſſime obſeruaturum, diligentiſſimeque eſſe facturum. Liu. 1, 1 Latinum apud Penates deos domeſtico publicum adiunxiſſe foedus. *Sic* 29, 23 Vt publicum quoque foedus priuato adiiceretur. *Vinculo neceſſitudinis, quod patrocinio quis contraxit* Plin. Epiſt. 3, 4 Legati rurſus inducti, iterum me iam praeſentem aduocatum poſtulauerunt, implorantes fidem meam, quam eſſent contra Maſſam Boebium experti, allegantes patrocinii foedus. Amorum turpiſſimorum quotidie foedera ferire Cic. pro Cael.

Cael. c. 14. ¶ 2 *Iam quibus Nominibus adiici ſoleat* Foedus, *videamus.* Sanctio foederis Cic. pro Corn. Balb. 36. Publicae religiones foederum Idem Verr. 5, 48. Amicitiae foedus Ouid. Triſt. 3, 6, 1. Hoſpitii Liu. 1, 9. *Conf. Barth. ad* Stat. Theb. 2 p. 387. Religionum foedera Cic. de Legib. 2, 16. Certum foedus Hor. Carm. 3, 24, 23. Clandeſtinum Sil. 7, 267. *vid.* CLAM. Coniugiale Ouid. Met. 11, 743. Feralia, *i. exitialia* Lucan. 1, 86. Genialia, *i. connubialia* Stat. Achill. 2, 354. Illibata foedera tori, *h. e. coniugium caſtum et pudicum* Lucan. 2, 342. Immunes ac liberae foedere ciuitates Cic. Verr. 3, 13. Infidum, *vid.* INFIDVS. Ratum et religioſum Idem Philipp. 13, 4 c. 2. Sacroſanctum Cic. pro Corn. Balb. 35. Socialia Ouid. Epiſt. 4, 17. Temeratum Sil. 11, 161. ¶ 3 *Verborum Formulae :* Accipere foedera, *vid.* ACCIPIO. Agere foedus Liu. de Bell. Pun. . . Idem 29, 12 In eas conditiones, quum pax conueniſſet, ab rege foederi Adſcripti Pruſia Bithyniae rex, Achaei, Boeotii, *etc.* Amantes aequo foedere Virgil. Aen. 4, 520. Cic. pro Corn. Balb. 20 O praeclarum interpretem iuris, auctorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem noſtrae ciuitatis, qui hanc poenam foederibus Adſcribat, vt omnium praemiorum, beneficiorumque noſtrorum expertes faciat foederatos. Calcare foedus Sil. 3, 85. Cauere foedere de aliqua re Cic. de L. Agrar. 1, 10. Coire in foedus, *vid.* COEO. Componite placitum laeti foedus Virgil. Aen. 10, 15. Concipere foedus, *vid.* CONCIPIO, *et mox* EXCVTIO. Conceptum foedus excutere Virgil. Aen. 12, 158. Confirmare foedere ſocietatem Cic. Philipp. 2, 89 c. 35. Confundere foedus Virgil. Aen. 12, 290. Dare foedus Liu. de Bell. Pun. . . . Deuincitur foederibus etiam cum hoſte fides Cic. Off. 3, 112. Excute foedus conceptum, *i. irritum fac* Virgil. Aen. 12, 158. Cic. de Senect. 16 Quum ſententia Senatus inclinaret ad pacem, et foedus faciendum cum Pyrrho. Faciunt foedus Tacit. Ann. 11, 9. Fecere inter ſe foedus Cic. de Fin. 2, 83. Facere contra foedus, *i. contra Populi Romani religionem et fidem* Idem pro Corn. Balb. 10. Ferire foedera, *facere vel inire* Cic. pro Cael. 34 Ideone ego pacem Pyrrhi diremi, vt tu amorum turpiſſimorum quotidie foedera ferires? Virgil. Aen. 10, 154. Firmabant foedera dictis Idem Aen. 12, 212. Frangere foedus Sil. 1, 268. *al.* Rumpere. Frangere foedus, *et* In fide manere, *contraria* Cic. pro Domo ſua 66. Frangere foedus ſanguine alicuius ictum Idem in Piſon. 28. Aut odium Foedusue gerunt, conuerſaque quaedam In ſemet proprio ducuntur plena furore Manil. 2, 469 *de ſtellis.* Icere foedus cum aliquo Cic. pro Corn. Balb. 34. *vid.* ICO. Claudian. de B. Get. 497. Liu. 21, 18. Ouid. Met. 3, 294 Qualem Saturnia, dixit, Te ſolet amplecti, Veneris cum foedus Initis, Da mihi te talem. Infirmare foedus Cic. pro Corn. Balb. 14. Iungere foedera Virgil. Aen. 8, 641. *vid.* IVNGO. Iungi foedere alicui, *vid.* IVNGO. Liu. 26, 24. Iuratum Ioui Sil. 1, 9. Laeſum Virg. Aen. 12, 496. Negligere, violare, rumpere foedera Cic. pro Corn. Balb. 13. Pepigit foedera mihi tecum Virg. Aen. 10, 902. Oblato gaudens componi foedere bellum Idem Aen. 12, 109. Obſtringi tacito foedere inter ſe Tac. Hiſt. 1, 54. Pactum Cic. pro Sext. 33. Percutere foedus, *vid.* PERCVTIO. Petere foedus Quinctil. 7, 3. Polluere foedus naturae Ouid. Met. 10, 353. Polluta dolis Sil. 11, 323. Renouare foedus Cic. pro Corn. Balb. . . Repoſcere foedus Virg. Aen. 12, 573. Reſcindere foedus Paterc. 2, 90 *extr.* Rumpere foedera Virgil. Aen. 8, 540. Qui foedera Rumpit, Ditatur; qui ſeruat, eget Claud. in Eutrop. 2, 213. Rumpere fraternum foedus Horat. Epiſt. 1, 3, 35. Sacrare foedus, *vid.* Sacro *in* SACER. Sancire foedera Virgil. Aen. 12, 200. Sancire foedus ſanguine alicuius ictum Cic. pro Sext. 24. Sancire pactiones, foedera, reconciliationes ſanguine alicuius Idem Poſt redit. ad Quir. 13. Seruare promiſſa foedera Ouid. Faſt. 2, 159. Sociata coniux perpetuo lecti foedere Idem in Ibin 15. Soluere foedera Virg. Aen. 10, 91. Stare foedere Liu. de Bell. Pun. . . Stare aduerſus foedus Idem ibid. Si vos non Tenent veſtra foedera Liu. 21, 18. Tranſire in foedus Idem ibid. Veniunt ad foedus amantes Ouid. de Arte Am. 2, 579. Violare foedus Cic. Philipp. 13, 4 c. 2. Violare communia foedera pacis Lucret. 5, 1154. ¶ 4 *Obſ.* Foedus, *pro Lege.* Virgil. Aen. 1, 66 Regemque dedit *Ventis Aeolum Iupiter,* qui foedere certo Et premere et laxas ſciret dare iuſſus habenas. Vt tot pugnantes regeret concordia cauſas, Staretque alterno Religatus foedere mundus Manil. 3, 54. Aequiſſimo iure et foedere ciuitas Cic. pro Arch. 6. Aeterna foedera certis impoſuit natura locis Virgil. Georg. 1, 60. *Conf.* Columel. praef. *et in* Horto 16. ¶ 5 *Pro foeditate, ſ. re foeda poni videtur a* Paullo l. 47 de ritu nuptiar. Senatoris filia, quae corpore quaeſtum, vel artem ludicram fecerit, impune libertino nubit. Neque enim honos ei ſeruatur, quae ſe in tantum foedus deduxit. *Haloand.* Scelus.

FOEDIFRĂGVS, a, um. Adi. [ἔκσπονδος] *Ruptor foederis.* Cic. Off. 1, 38 c. 12 Poeni foedifragi, crudelis Annibal. *Conf.* Gell. 19, 7.

FOEDERO, āre. *Foedere facto conciliare et coniungere.* Hieron. Epit. . . Paull. Epiſt. 27 c. 10 Iurgantes inter ſe lentiſſimo ſermone foederabat. Ammian. 31, 12 Cum foederaretur concordia. Id. 25, 24 Foederata pace.

FOEDERATVS, a, um. Part. [ὁμόσπονδος] Foederati *dicuntur* Populi, *qui foedere icto cum aliis populis ſocietatem coierunt.* Suet. in Calig. c. 3 Domi, foriſque ciuilis, libera ac foederata oppida ſine lictoribus adibat. *Vid.* Idem Auguſt. c. 47. Cic. Verr. 5, . . In oppido foederatorum. Idem pro Arch. 7 c. 4 Si qui foederatis ciuitatibus adſcripti eſſent. *et* Nep. 23, 3, 2. Populus Cic. de Orat. 1, 182 c. 40. Socii et foederati populi Idem pro Corn. Balb. 20 c. 8. Cic. Verr. 4, 26 In Mamertinorum ſolo foederato atque pacato, monimentum iſtius crudelitatis conſtitutum eſt.

FOEDERATIO, ōnis. f. *ICt. in* Dig. . .

FOEDERATOR, ōris. m. *ICt. in* Cod. . .

FOEDERATICVM, i. n. *Stipendium foederatorum. In* Novel. Iuſtin.

FOEDVS, a, um. Adi. [δυσειδὴς, μιαρὸς] *Deformis.* Ter. Eun. 4, 4, 17 Nunc eo tibi videtur foedus, quia illam *(veſtem)* non habet. Qui quum ipſe foediſſimus eſſet, eum — ne faciem quidem liberi hominis habere dixit Quinct. 6, 4. Adulationes foedae Tac. Ann. 15, 59. Adulterium Ouid. Met. 8, 156. Amor Idem Met. 10, 319. Animalia foeda capitis Plin. 22, 24. Auaritia, et libidine foedus, ac maculoſus Tacit. Hiſt. 1, 7. Aura Stat. Theb. 2, 4. Caput foedum impexa porrigine Horat. Serm. 2, 3, 126. Carmine foedo ſplendida facta linunt Horat. Epiſt. 2, 1, 236. Cicatrix Idem Serm. 1, 5, 6. Liu. 26, 38 *pr.* Id foedum Conſilium cum incepto, tum etiam exitu fuit. Conuiuia Ouid. Met. 1, 165. Corpora foeda podagra Tibull. 1, 9, 73. Culpa foedior Sil. 7, 556. Liu. 27, 6 *pr.* Qui neque magiſtratum continuari ſatis ciuile eſſe aiebant: et multo foedioris Exempli, eum ipſum creari, qui comitia haberet. Genus mortis foedum Cic. Att. 15, 20. Hiems Tacit. Hiſt. 3, 59, 3. Imber foedus rigat ora Sen. Oedip. 12. Luxuria foediſſima ſenectuti Cic. Off. 1, 121 c. 34. Latrones foediſſimi Idem Fam. 10, 6. Modum in foedum laceratus verberibus Liu. 9, 31 *pr.* Monſtrum immaniſſimum et foediſſimum Cic. in Piſon. 31 c. 14. Oculi Salluſt. Catil. 15. Plin. 11, 18 Apes Odere foedos odores, proculque fugiunt, ſed et infectos. Paedor Sen. Herc. fur. 9. Cic. Att. 15, . . Parumne foeda Perſona eſt ipſius ſenectutis? Sapor Lucret. 2, 402. Tempeſtate foediſſima lacerata nauis Liu. 29, . . Victus Horat. de Arte Poët. 392. ¶ 2 *Obſeruatt.* Foedum, *execrandum eſt* Virgil. Aen. 7, 619. *Obſeruarunt docti* Virg. *et* Liu. Foedum *et* Foedare *de vulneribus fere et ſtrata acie dixiſſe.* Liu. 3, 69 Vulnerati foediora iis, quae oculis ſubiiciebantur, nuntiantes. Idem 7, 33 Strages ipſa caede foedior. *Conf.* Virgil. Aen. 2, 502. *Sic* Calido tellurem ſanguine foedat Ouid. Met. 6, 238. Cic. Fam. 4, 4 Perculſa et proſtrata foediſſimo bello iacent omnia. *Conf. plura in verbo* FOEDO. *De peſtilentia* Liu. 3, 32 *pr.* Foeda homini, foeda pecori. Foedum, *Crudele.* Ter. Eun. 5, 4, 21 Proh fidem deûm facinus foedum. Virg. Aen. 4, 195 Haec paſſim dea foeda virûm diffundit in ora. *de Fama.* Sall. Cat. c. 15 Foedi oculi. Bellum foediſſimum Cic. Att. 7, 25 (26) Exitum iudicii foedum et pernicioſum leuiſſime tuli Idem Q. Fratr. 3, 9. Nihil miſerius, nihil perditius, nihil foedius fieri poteſt Cic. Attic. 8, 11. Idem de Aruſp. Reſp. 51 c. 24 Foedior atque inquinatior in Cn. Pompeio accuſando, quam in vniuerſo Senatu vituperando fuit. Foedum relatu Ouid. Met. 9, 167. Foedum ac ferum facinus Liu. 28, 22. *Add.* Ter. Eun. 5, 4, 21. Foedus, *pro re foeda, vid.* FOEDVS, ĕris, n. 5.

FOEDO, āre. [μιαίνω, ῥυπαίνω, φορύνω] *Polluere, inquinare.* Plaut. Amph. 1, 1, 91 Foedant et proterunt hoſtium copias. Virgil. Aen. 2, 286 — quae cauſa indigna ſerenos Foedauit vultus. *i.* cruentauit, *inquit* Seruius. Idem 502 Sanguine foedantem, quos ipſe ſacrauerat ignes. Romam vero ipſam foedauit aduentus tuus Cic. in Piſon. 53 c. 22. Contactu Virgil. Aen. 3, 227. Ora vnguibus foedans Idem Aen. 4, 55. Ferro Virg. Aen. 2, 55. *Add.* ib. 11, 86. Sanguine Ouid. Met. 6, 238. Dies imbre foedatus eſt Mamertin. Pan. Maxim. c. 12. Cato *apud* Plin. 29, 1 Nos quoque dictitant barbaros, et ſpurcius nos quam alios opicos appellatione foedant. Nefario ſcelere foedare aliquem Cic. de Aruſp. Reſp. 46. Verberibus foedare Tacit. Hiſt. 3, 77. Veſtis ſerica viros foedat Idem Ann. 2, 33.

FOEDANS, antis. Partic. Virg. Aen. 11, 86. *et* 12, 871. Ouid. Met. 7, 850.

FOEDATVS, a, um. Partic. Liu. 3, 32 *pr.* Multiplici clade foedatus annus. Sacella ſumma turpitudine foedata Cic. de Aruſp. Reſp. c. 15. Virgil. Aen. 7, 575 — foedati ora Galeſi. Ouid. Met. 14, 190 — foedataque brachia tabo. *Conf.* Met. 5, 59.

FOEDATIO, ōnis. f. *Apud* Symmach. . . .

FOEDATOR, ōris. m. *Apud* Gell. . . .

FOEDE. Adu. [μιαρῶς] *Turpiter, vel Crudeliter.* Liu. 3, 51 Non minore motu animorum Siccii caedis memoria renouata, quam quod noua fama de Virginia adeo foede ad libidinem petita, accenderat. Foede pugnatum eſt Liu. 6, 1. *Conf.* Val. Maxim. 5, 3, 1. Tempeſtas perquam foede turbida Lucret. 4, 170. Admiſſum foede, dictumque ſuperbe Idem 5, 1123. Foede diuexari Cic. Tuſc. 1, . . Foede interemtus Liu. 25, 8 *de poena atroci in obſides fugam molitos.* Foedius inde pulſus, quam pepulerat Idem 2, 51. Cic. Att. 9, 6 (7) Cauſa igitur non bona eſt? immo optima: ſed agetur (memento) foediſſime.

FOEDĬTAS, ātis. f. [αἰσχρότης, μιαρία] *Turpitudo.* Liu. 31, 34 Diuiſa a corpore capita, patentiaque viſcera, et foeditatem aliam vulnerum viderunt. Cic. de Fin. 3, 38 c. 11 Niſi eos per ſe foeditate ſua turpitudo ipſa deterreat. Animi turpificati deprauatio et foeditas Idem Offic. 3, 105. Morientium foeditas Iuſtin. 2, 13, 13. Odoris foeditas Cic. de Natur. Deor. 2, 127 c. 50. *Sic* Pediculorum foeditas Plin. 11, 33. Liu. 1, 28 *extr.* Auertere omnes a tanta foeditate Spectaculi oculos. Cic. Philipp. 12, 12 c. 6 Quando eius obliuiſcetur vlla poſteritas, cuius ſcelere in hac Veſtitus foeditate fuerimus? Vultus notabilis foeditas, *vid.* NOTA. *Pl.* Foeditatibus exquiſitis, expoſito ſcelere Pet. Chryſol. Serm. 155.

F O E M

FOEMEN, *vid.* FEMEN.

FOEMĬNA, *melius* FEMINA, ae. f. [θῆλυς, θύλεια] *A* Feminis *mollitie, vt quidam putant : ſiue a* Fetu, *vt nos remur, vnde* Femen, Femur, *et* Femina *deſcendere putamus. Ac* Femina *ſine Diphthongo eſt in optimis quibusque monimentis. Conf.* Iſidor. 2, 2. Plaut. Perſ. 4, 3, 6 Qui Atticam hodie ciuitatem maiorem feci, atque auxi ciui femina. In mare et in femina commiſcendorum corporum mirae libidines Cic. de Natur. Deor. 2, 128. In natura feminarum ſentiant mulieres omnem caſtitatem peti Idem de Legib. 2, 26. Beſtiae aliae mares, aliae feminae Cic. de Natur. Deor. 2, 128. Eximia pulchritudine femina Idem de Diuin. 1, 52 c. 25. Praeſtantiſſima omnium feminarum vxor tua Cic. Fam. 5, 8. Varium et mutabile ſemper femina Virgil. Aen. 4, 469. Bona Cic. Philipp. 3, 16. Cultiſſima Ouid. de Arte Am. 1, 97. Decennis, *vid. h. v.* Dux malorum femina, et ſcelerum artifex Sen. Hippol. ſ. 4. Honeſta femina Scribon. 102. Lectiſſima, *vid.* LEGO. Luculenta et feſtiua, *vid.* LVCVLENTVS. Nitida, *vid.* NITEO. Primaria Cic. Fam. 5, 11. Princeps Plin. Epiſt. 144. Probatiſſima Cic. pro Caecin. 10 c. 4. Prudentiſſima et diligentiſſima Idem ad Brut. 18 *ſub in.* Sanctiſſima et optima Cic. Philipp. 3, 16. Coniungere feminam matrimonio, *vid.* CONIVNGO. Horat. Carm. 4, 11, 33 Non enim poſthac alia Calebo Femina. Implere feminas, *vid.* IMPLEO. Inſolitae foeminae prodire in conuentum, *vid.* INSOLITVS. Anguis femina Cic. de Diu. 2, 62. Cardo femina Vitruu. 9, 9. *i. cauus, qui maſculum intra ſe recipit.* Pauones Columel. 8, 11, 10. Piſcis femina coitus tempore marem ſequi-

ſequitur Plin. 9, 50. Cic. de Legib. 2, 57 c. 22 C. Cotta cenſet habendas triduum ferias, et Porco femina piaculum dare.

FOEMELLA, ae. f. Diminut. Catul. 56, 7 Femellas omnes amice prendi.

FOEMINAL, ſ. FEMINAL, ālis. n. *pro Genitalibus muliebribus.* Apul. Apol. p. 296, 10 Tannonius ille, cum vtriusque ſexus genitalia intelligi vellet, ſed eloqui propter infantiam ſummus cauſidicus nequiret — Sed enim feminal nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea ſcripta confugit, et e quodam meo libro legit, Interfemininum tegat, et femoris obiectu, et palmae velamento. Idem Met. 2 p. 122, 11 Glabellum feminal. *al.* Glabella femina. *Et a* Femine *deriuari videtur, vt* Interfeminium. *Sed etiam eſt* Virginal *a* Virgine *dictum.*

FOEMINAMAS, aris. Tertull. aduerſ. Valent. c. 10 In imagine ſua feminamare. *Id, quod* Irenaeus 1, 1 *his verbis exprimit,* In imagine ſua ſiue coniuge maſculofemina.

FOEMINOR, āri. [γυναικίζομαι] *Feminam agere, vt vitulari et ſimilia.* Nemo corpus pruriens feminando correxit Cael. Aurel. Tard. 4, 9. *i. viris ſe ſubiiciendo, inſtar feminae.* Vet. Poëta, *vel ipſe adeo* Cic. Tuſc. 1, 20 c. 8 Sic feminata virtus afflicta occidit *ex Sophocle* Trachin. 1092 Νῦν δ' ἐκ τοιάτα θῆλυς εὕρημαι τάλας.

FOEMINATIO, ōnis. f. Conſt. Afer 6, 1 Cauſa in feminis feminationis.

FOEMINEVS, ſ. *potius* FEMINEVS, a, um. Adi. [θῆλυς] *Quod pertinet ad feminam.* Virgil. Aen. 11, 782 Femineo praedae et ſpoliorum ardebat Amore. *Vbi* Seruius, Femineo, Impatienti, irrationabili. Ibid. 878 Femineum clamorem caeli ad ſidera tollunt. *Vbi idem* Seruius Impatientem *interpretatur.* Ars Ouid. Epiſt. 19, 38. Femineae, Calendae *Martiae appellantur, quia feminis ſollemnes erant. In iis enim munera illis miſſitari ſolebant.* Iuuen. Satyra 9, 53

En cui tu viridem vmbellam, cui ſuccina mittas
Grandia, natalis quoties redit, aut madidum ver
Incipit, et ſtrata poſitus longaque cathedra
Munera femineis tractas ſecreta Calendis.

Corpus molle ac femineum Plin. 25, 5. Dolor Ouid. Met. 9, 151. Doli Stat. Achill. 1, 527. Generis feminei animalia Scribon. 16. Mens Ouid. Met. 10, 244. Nomina Quinctil. 1, 5, 54. *al.* Feminina. Pectus Ouid. Met. 13, 693. Plangor Auctor ad Herenn. 3 c. 15. Sidus Lunae molle ac femineum Plin. 2, 101. Ouid. Met. 13, 651 Quatuor ille quidem iuuenes, totidemque crearat Femineae ſortis. *i. quatuor feminas.* Stirps Idem Met. 13, . . Vlulatus Virgil. Aen. 2, 488. Voce feminea modulatur carmina Ouid. Met. 14, 341. Vulgus Lucan. 7, 39.

FOEMINĪNVS, a, um. Adi. [θηλυκὸς] Quinctil. 1, 4, 24 Nec ſtatim diligentem putabo, qui promiſcua (quae et epicoena dicuntur) oſtenderit, in quibus ſexus vterque per alterum apparet; aut quae feminina poſitione mares, aut neutrali feminas ſignificant; qualia ſunt Muraena et Glycerium. Nomina Quinctil. 1, 5, 54. *et* 1, 6, 5. Femininum nomen Varro R. R. 3, 5, 6. Femininus ſexus Plin. 27, 2. *Conf.* Arnob. 1 p. 36.

FOEMINĪNE. Adu. Chariſ. 1 p. 55 *etc.* Mendum neutro Varro in Admirandis dixit, Magnum mendum: ſed Ouid. de Arte Am. 1, 249 feminine, Nocte latent mendae. Sic alibi frequenter. *Conf.* Arnob. l. c.

F O E N

FOENARIVS, *vid.* FOENVM.

FOENERATICIVS, FOENERO, FOENEBRIS, *vid.* FOENVS.

FOENICVLVM, i. n. [μάραθρον] *Herbae nomen.* Plin. 20, 23 Foeniculum nobilitauere ſerpentes guſtatu ſenectam exuendo, oculorumque aciem ſucco eius reficiendo. Vnde intellectum eſt hominum quoque caliginem praecipue eo leuari. Foeniculi ſemen Scribon. 167. 176. 177. — Succus 38. *A* Foenum *aliqui* Foeniculum *deducunt, quia vbi exaruit foeno ſimile ſit.* *Sed* Iſidor. 17, 11 Foeniculum, *ait*, vocari, quod thyrſi eius, ſeu radicis, ſuccus viſum acuat, quaſi ſit a φαίνεσθαι. *Luſit, quisquis auctor eſt, vt ſolent.*

FOENICVLARIVM, i. n. Cic. Att. 12, 8 Scribe quaeſo, quid referat Celer egiſſe Caeſarem cum candidatis; vtrum ipſe in foenicularium, an in campum Martium cogitet. In foenicularium, *i. ad foenus exercendum, vt Turnebo* 12, 2 *placuit. Lipſ. Elect.* 2, 20 *melius e Strabone oſtendit, eſſe* Marathonium *campum, qui Latine* Foenicularis *dicitur in Hiſpania.*

FOENVM, *melius* FENVM, i. n. [χόρτος] *dictum*, quod herbae eaedem manentes, quotannis nouas pariant, *vt* Feſtus, *cuius locum damus in* FOENVS. *Nempe a* Feo *etiam hoc nomen eſt, indicat rem, quae ſua ſponte naſcatur, etc.* Meta foeni, *vid.* META. Cordum foenum, *vid.* CORDVS. Foenum habet in cornu Hor. Serm. 1, 4, 34. Foenum, *nempe* alligare cornibus boum cornupetarum ſolebant, vt obuiam prodeuntes cauendum ſibi admonerentur. Vet. Scholiaſt. Coarctare foenum in ſtriam Columel. de R. R. 2, 19 *pr.* Colligere foenum Idem ibid. Foenum, vbi Concaluit ignem creat et incendium Columel. 2, 19, 1. Congerere foenum ſub tectum Idem ibid. Columel. 2, 22 *pr.* Feriis ritus maiorum etiam permittit prata ſicilire, et foenum in tabulata Componere. Conſtruere foenum Plin. 18, 28. Demetere foenum Columel. de R. R. 2, 19. Quum Catulus Craſſum audiſſet, aiebat foenum alios Eſſe oportere Cic. de Orat. 2, 233 c. 57 *extr. i. multo inferiores eſſe. Contrarium eſt* Ambroſia alendus. Exſtruere foenum in metas Id. ibid. Facere foeni metas Idem ibid. Secare foenum Plin. 18, 28. Columel. 2, 22. Verſare foenum furcillis Varro de R. R. 1, 49 *pr. Plur.* In aſini faciem *(i. more aſini)* foena rodebam Apul. Met. 3 *extr.*

FOENARIVS, a, um. Adi. Falces foenariae Vlp. in l. inſtrum. D. de inſtructo vel inſtrum. leg. Varr. de L. L. 4, 31.

FOENEVS, a, um. Adi. [χόρτινος] *Ex foeno factus.* Cic. pro Cornelio Mai. reo *pr.* Poſtulatur apud me Praetorem primum de pecuniis repetundis. Proſpectat videlicet Cominius, quid agatur. Videlicet homines foeneos in medium ad tentandum periculum proiectos. *Ad haec* Aſconius, Simulacra effigiesque hominum ex foeno fieri ſolebant, quibus obiectis ad ſpectaculum praebendum tauri irritarentur.

FOENICIVM, *vid.* PHOENICEVS, n. 2.

FOENĪLE, is. n. [χορτοβολὼν] *Locus, in quo ſeruatur foenum.* Columel. 1, 6 Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam, foenilia, paleariaque. Virg. Georg. 3, 321 Nec tota claudes foenilia bruma. Ouid. Met. 6, 457 Quam ſi quis canis ignem ſupponat ariſtis, Aut frondem, poſitasque cremet foenilibus herbas. *Add.* Plin. 8, 28.

FOENISĔCA, ae. c. [χορτοτόμος] *Qui ſecat foenum.* Columel. 2, 19 (18) Vt necubi ferramentum foeniſecae poſſit offendere. Ibid. Tum foeniſecam meſſorem oportet inducere, et deſectam herbam religare et exportare. Varro de R. R. 1, 47. Ibid. c. 49 *ad finem*, Sicilienda prata, id eſt falcibus conſectanda, quae foeniſecae praeterierunt. Perſ. 6, 40 Foeniſecae craſſo vitiarunt vnguine pultes.

FOENISECIVM, i. n. *vel, vt alii ſcribunt* FOENISICIVM. [χορτοκοπία] *Ipſa foeni ſectio, et veluti meſſis foeni.* Plin. 18, 28 Nec primo anno rigari, nec paſci ante ſecunda foeniſecia, ne herbae vellantur, trituque hebetentur. Id. 2, 11, 7. Colum. 2, 18 *et* 19. *it.* 11, 2.

FOENĬSEX, ĕcis. c. [χορτοκόπος] *Idem, quod Foeniſeca.* Plin. 18, 28 Igitur cornu propter oleum ad crus ligato foeniſex incedebat. Quae foeniſeces praeterierunt Varro R. R. 1, 49.

FOENISICIA, ae. f. Foeniſiciae inſtituendae Colum. 11, 2, 40. Varro de R. R. 1, 49 Tum de pratis ſtipulam raſtellis eradi, atque addere foeniſiciae cumulum. Id. 47 *et* 56. Cato de R. R. c. 53.

FOENVMGRAECVM, *vel* FOENOGRAECVM, i. n. [τῆλις] *Herbae genus, quod vocant alii* Carphos, *aliqui* Buceras, *alii* Aegoceras, *quoniam corniculis ſemen eſt ſimile.* Plin. 24, 19. Columel. 11, 2, 71 Itemque ſiliquam, quod ruſtici Foenumgraecum vocant. *Conf.* 2, 11, 10. *it.* Foeni Graeci ſemen Scribon. 260. Pallad. 2, 7.

FOENVS, ŏris. n. *melius, puto,* FENVS, *ſed illud libros occupauit:* [δάνειον, τόκος] *pecunia fecunda quaſi, h. e. locata alii, intercedente vſura, quae ipſa quoque* Fenus *eſt.* *Sunt enim eiusdem originis a Graeco* φύω, *quod* Feo *dixiſſe videntur* Fenum, Fenus, Fetus, Femina, Fecundus. *Nec probat nobis ſententiam ſuam Gronou. Pec. Vet. Mantiſſ.* 1 *a* ποῖνος *deriuans, vel* ποῖνος, *quod idem ait, quod* ποινή. Feſtus, Fenus appellatur naturalis terrae fetus; *(vid. n. 2)* ob quam cauſam et numorum Fetus Fenus eſt vocatum, et de ea re leges fenebres — quod crediti numi alios pariant, vt apud Graecos eadem res τόκος dicitur. Fenum quoque pratorum ab hac cauſa eſt appellatum, quando id ipſum manens quotannis nouum parit: vnde etiam feſtuca vocata eſt. Non. 1, 266 Fenus ab eo dictum eſt, quod pecuniam pariat inſequenti tempore, quaſi fetus aut fetura. Nam et Graece τόκος dicitur ἀπὸ τῦ τίκτειν, quod eſt parere. Varro lib. 3 de Latino ſermone, Fenus autem dictum a fetu, et quaſi fetura quadam pecuniae. Nam et Catonem et caeteros antiquiores ſine A litera Fenus pronuntiaſſe contendit, vt Fetus et Fecunditas. *Eadem* Gellius 16, 12. *Conf.* Non. 5, 70. *Quod* ſine A litera pronuntiatum Fenus *ait* Varro, *idem monet etiam* de L. L. 6, 5 p. 80, 30 *cum inter ea ponit, in quibus* A ante E alii ponunt, alii non. *Huc pertinet, quod in* Pandecte *Florentino ſemper* Faenus *ſcribi accepimus, et in Bentleiano Terentio, vidimus. MSStorum caeterum in Diphthongis vel ponendis, vel omittendis non magnam eſſe auctoritatem, ſatis conſtat. Harduinus in Plinio ſemper* Fenus *dedit. Lapides variant. Hodie fere editur vbique* Foenus. ¶ 2 *Vtrumque ſignificat, vt diximus,* Foenus, *ipſum* Caput *ſ.* Sortem, *pecuniam nempe ea conditione creditam, vt vſura eius nomine ſoluatur, et* vſuram *ſ.* impendium, *quod pro vſu aeris alieni datur. Falſus enim eſt Salmaſius, qui priorem intellectum ſolum, pro vero et proprio habuit de vſur. c. 2 et 5. Meliora docuit Gron. Mantiſſa. Pec. vet. c. 1 p. 412 ſq. Exempla ipſa, quod diximus, ſatis declarabunt. Percurramus* Plauti Moſtell. 3, 1. *Statim principio* Daniſta, ſceleſtiorem, *inquit*, ego annum argento foenori Nunquam vllum vidi, *i. argento foenori dato ſ. ita locato, vt foenus inde redeat.* v. 6 Daniſta adeſt, qui dedit argentum foenori. *Et* 34 Qui mihi neque foenus, neque ſortem argenti danunt. *Et* 53 Reddeturne igitur foenus? *Et* 57 Quin vos mihi foenus date. *Vſuram poſcit profecto. Nam* Tranioni *dicenti* v. 64 Sortem accipe: *reſpondet*, Immo foenus: id primum volo. *Et* v. 74 Cedo foenus, redde foenus, foenus, reddite, *etc.* v. 84 Is tibi et foenus et ſortem dabit. *Sed* 101 Argenti foenus creditum audio, *h. e. argentum foenori datum.* v. 121 Quatuor quadraginta illi debentur minae, Et ſors et foenus. *Dixerat* v. 95 *deberi* quaſi quadraginta minas. *Quatuor minae hic accedere videntur foenoris.* Foenus *idem eſſe, quod* vſuram *oſtendit illud* Sueton. Octau. c. 39 Pecuniam leuioribus vſuris mutuati, grauiore foenore collocaſſent. Cic. Att. 6, 1 Ex inſtituto Appii tributa imperat. Ea vix in foenus Pompeii quod ſatis ſit efficiunt: *quod p. a. dixerat,* Triceſimo quoque die talenta Attica XXXIII, et hoc ex tributis. nec ſatis id efficitur in foenus menſtruum. *Add.* Parad. 6. ¶ 3 *Epitheta et Formulae:* Lactant. 1, 20 Pecuniam *reliquit Flora*, cuius ex Annuo foenore ſuus natalis dies celebraretur. Hereditarium Quinctil. 7, 1, 19 *quod petit* heres foeneratoris. Iniquiſſimo foenore verſuram facere Aurelius coactus eſt Cic. Att. 16, 15 *fin.* Nauticum foenus *explicant ICti ad* Tit. Pand. et Cod. *quod pro periculo traiectionis ſoluitur, eſtque vel* Heteroplun, *pro itu, vel* Amphoteroplun, *pro itu et reditu.* Perpetuum, *vid.* Centeſima, *in* CENTVM. Tolerabile Cic. Att. 6, 1. Accipere foenus ab aliquo Idem Verr. 3, 169 c. 72. Auctitare pecunias foenore Tac. Ann. 6, 16, 1. Coërcere foenus Liu. 35, 6. Collocare foenore *modo vidimus e Sueton.* Dare foenori pecuniam Cic. Verr. 2, 170 c. 70. In foenus Varro R. R. 3, 5. Plaut. Curc. 4, 1, 19 Qui dant, quique accipiunt foenore. Datare argentum foenore Plaut. Moſt. 3, 1, 73. Ducere quaternis centeſimis foenus, *vid.* Centeſima, *in* CENTVM. Tacit. 6, 16, 3 Duodecim tabulis ſanctum, ne quis vnciario foenore amplius Exerceret. Facere: *vt*, Foenus ex triente Idibus Quinctilibus factum erat beſſibus Cic. Att. 4, 15. *Senſus eſt:* Idibus Quinctilibus *foeneratores pecuniam dederunt* beſſibus; *id eſt, vt pro centenis menſtrui beſſes, qui ſunt in annum aſſes octoni, vſurae nomine redderentur: quum antea ſupra trientem, quod eſt dimidium beſſis, vſura non fuiſſet.* Idibus *autem vt vſurae ſoluerentur, in conſuetudine fuiſſe, et* Horat. Epod. 2, 69 *teſtatur, et* Cic. *ipſe* in Catil. *et* Philipp. *Haec P. Manut.* Magno et iniquiſſimo foenore verſuram facere Cic. Att. 16, 14. Laborat foenore ciuitas Liu. 35, 6. Leuari foenore, *vid.* LEVIS. Obligatus foenore, *vid.* OBLIGO. Obſtrictus gratuito aut leui foenore Sueton. Iul. c. 27. Obruere debitores foenore Liu. 35, 6. Occupare alicui pecuniam grandi foenore Cic. pro Flacc. 51 c. 21. Poſitis in foenore numis diues Horat. de Arte Poët. 421. *Et* Serm. 1, 2, 13. Plaut. Aſin. 2, 4, 23 Tanquam ſi claudus ſim, cum fuſte eſt ambulandum, quia triduum hoc vnum modo, foro operam aſſiduam dederim, dum reperiam, qui Quaeritent argentum in foenus. Plaut. Moſt. 1, 3, 53 Reddeturne igitur foenus? TR. reddetur. Renouato in ſingulos annos foenore Cic. Att. 6, 3 *quod* 5, 21 *dixerat*, cum anatociſmi

ciſſini anniuerſario, *i. vt vſura annua ſemper ſorti accederet, ſi ſoluta non eſſet.* Sumere foenore Plaut. Aſin. 1, 3 *extr.* Ter. Phorm. 2, 2, 71. Trucidari foenore Cic. pro Cael. 42 c. 18 *quod iunxit cum* Effundere patrimonium. *Metaphor.* Propert. 1, 7, 26 Saepe venit magno foenore tardus amor: *tanto vehementius, tarditatem grauitate penſat.* ¶ 4 Foenus *ipſam quoque pecuniam creditam eſſe, iam oſtendendum eſt.* Tacit. Ann. 6, 17, 2 Senatus praeſcripſerat, duas quisque foenoris partes in agris per Italiam collocaret, *i. eius pecuniae, quam adhuc in foenore collocauerat. Nempe etiam in illis formulis,* Foenore, *vel* In Foenus, *vel* Foenori dare, Foenus exercere, Ponere nummos in foenore, *ſi audimus Gronouium Mantiſſ. P. V. p. 415* Foenus *eſt ipſa Sors, de qua vſurae ſoluuntur. Huc pertinet* Plaut. Moſt. 3, 1, 34 Ab eo etiam argenti foenus creditum audio. Senec. de Benef. 4, 7 Foenus optime ponere et quaeſtuoſiſſime habere. *Et* Epiſt. 17 Exſpectabisne foenoris quaeſtum, aut ex merce compendium? *Sed hic locus ambiguus eſt.* Perſ. 6, 67 Foenoris accedat merces. Cic. Att. 6, 1 Foenus et impendium recuſare, *ſortem et vſuras.* Vlpian. l. 9 ff. Mandati, Sed et ſi reum vſuris non releuauit — vel ſi minoribus releuauit, ipſe autem maioribus foenus accepit. *Obſeruat Gronou. l. c.* p. 418 Foenus *hoc ſenſu dici* Vnciarium, Semiunciarium, Trientarium; vſuras autem, *per epexegeſin* Vncias, Semiuncias, trientes, *vt* beſſes, *etc.* ¶ 5 *Fructus et Fetus terrae etiam* Foenus *vocatur, vt ſupra ex* Feſto *vidimus, quod iam porro probandum eſt.* Plin. 18, 17 ſ. 45 Babylone bis ſecant *(ſegetem)* tertio depaſcunt; alioquin folia tantum fierent. Sic quoque cum quinquageſimo foenore meſſes reddit exilitas ſoli: verum diligentioribus cum centeſimo quinquageſimo. Idem 5, 4 ſ. 3 *de Byzacio,* Cum centeſima fruge agricolis foenus reddente terra. Ouid. Faſt. 1, 694 Hordeaque ingenti foenore reddat ager. *Nempe ipſe iam* Cic. de Sen. 51 c. 15 *de terra,* Nec vnquam ſine vſura reddit, quod accepit, ſed alias minore, plerumque maiore cum foenore. Manil. 5, 273 Seminaque in foenus ſulcatis credere terris. ¶ 6 *Quoties creſcit hoc nomen* o *habet in libris, puto, omnibus. Sed* e *quoque habuiſſe antiquitus, ſatis oſtendunt deriuata* Foenero, Foenerator, Foenebris, *etc. Vid.* Priſcian. 6 p. 721 *med.* Vel. Longus p. 2233 *pr.*

FOENVSCVLVM, i. n. Dimin. [δανείδιον] Plaut. Pſeud. 1, 3, 53 Inuenires mutuum: ad daniſtam deuenires, adderes foenuſculum.

FOENĔRO, āre; *et* FOENEROR, āri. [δανείζω] *idem ſignificant, nempe foenori dare, vel foenore accipiendo exhaurire, vel denique foenus addere, ſ. lucrum afferre. Nullam enim eſſe illam recentium Grammaticorum inter* Foenero *et* Foeneror *differentiam, obſeruauit Salmaſ. de Vſur. c. 1. it. Drakenb. ad* Liu. 7, 42, 1. *et ad* Epit. 74. Foeneror, *pro* Foenero *dici, monet* Gell. 18, 12. Cic. de Amicit. 30 c. 9 Vt enim benefici, liberaleſque ſumus, non vt exigamus gratiam, neque enim beneficium foeneramur, *etc. Editum quoque* foeneramus. Idem de Offic. 2, 89 c. 25 *ad quaeſtionem,* Quid foenerari? Cato *reſpondet,* Quid hominem occidere? *vid.* Caton. de R. R. *pr.* Eſt interdum praeſtare — foenerari, ſi tam honeſtum fiet. Sen. Epiſt. 2 *extr.* Quid enim refert, quantum illi in arca, — quantum paſcat aut foeneret, ſi alieno imminet, *etc. Et* Ep. 41 Multum ſerit, multum foenerat. Liu. 7, 42 *pr.* Praeter haec inuenio apud quosdam, L. Genucium Tribunum plebis tuliſſe ad populum, ne foenerare liceret. *Al.* Foenerari. Paull. in l. ſi vnus §. 1 D. pro ſocio, Si vnus ex ſociis, qui non totorum bonorum ſocii erunt, communem pecuniam foenerauerit, vſuraſque perceperit, ita demum vſuras partiri debet, ſi ſocietatis nomine foenerauerit. Paullus in l. Caius D. de Vſuris, Caius Seius, qui Rempublicam gerebat, foenerauit pecuniam publicam ſub vſuris ſolitis, *etc. Paſſiue,* Iuſtin. inſtit. §. 33 de actionib. Sed et pecuniae numeratae non in omnibus regionibus ſub iisdem vſuris foenerantur, *i. in foenus dantur. Tralate:* Ter. Phorm. 3, 2, 8 Foeneratum iſtuc beneficium tibi pulchre dices. *Paullo poſt exponit, quid velit, dicens,* Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. Idem Adelph. 2, 2, 12 Metuiſti, ſi nunc de tuo iure conceſſiſſes paullulum, atque adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum homo ſtultiſſime, *etc.* ne non tibi iſtuc foeneraret. *Vbi* Donatus, Foeneratum, eſt Cum lucro redditum, et multiplicatum. Foeneraret ergo, non Aeſchinus, ſed res ipſa, in qua foeneratio eſt. Haec ſapit, haec omnes foenerat vna deos Martial. 1, 77. *i. foenus ſibi dare cogit, de Minerua: niſi malis praeſtat vtendos, conciliat.* Foenerat ſol lumen ſuum caeteris ſideribus Plin. 2, 6. *i. mutuo dat, impertit: de planetis.* Cic. Verr. 2 c. 70 Idem praeterea pecunias iſtius extraordinarias grandes ſuo nomine foenerabatur. Idem Verr. 3, 169 c. 72 Si te pecuniam tuam, non Populi Romani in Prouincia foeneratum docerem, tamen effugere non poſſes. Et Verr. 3, 165 c. 70 Primum quum poſita eſſet pecunia apud eas ſocietates, vnde erat attributa, binis centeſimis foeneratus eſt: *quod ipſe deinde hac interrogatione declarat,* Quaero, pecunia publica ex aerario erogata, ex vectigalibus Populi Romani ad emendum frumentum attributa, fueritne tibi quaeſtui? penſitaritne tibi binas centeſimas? Foeneratur *ergo pecuniam, qui illam ea lege penes alium eſſe patitur, vt foenus: h. e. vſuras eo nomine ipſe accipiat: vt hic Verres pecuniam, ſibi attributam ad frumentum, penes publicanos eſſe paſſus eſt,* ſed a publicanis foenore accepto, *vt eſt n.* 169. Cic. Parad. 6 Dimiſſiones libertorum, ad foenerandas et diripiendas Prouincias.

FOENERĀTVS, a, um. *Depon.* Ter. Phorm. 3, 2, 8 Foeneratum iſtuc beneficium pulchre dices, *quod modo declarauimus ex Donato. Sed paſſiu.* Scaeuola l. 47 §. 4 ff. de adminiſtrat. et peric. tutor. Si apparuerit pecunia *(pupilli)* foenerata a tutoribus, iudicio tutelae vncias vſuras, an vero eas, quas ſtipulati *(ſibi a debitoribus)* ſunt, praeſtare debeant.

FOENERĀTOR, ōris. m. [δανειστής, τοκιστής, χρήστης] *Qui dat ad vſuram, Graece Daniſta dicitur.* Cic. Off. 1, 150 Primum improbantur ii quaeſtus, qui in odia hominum incurrunt, vt portitorum, vt foeneratorum. *Vid.* Gell. 16, 12. Cato *ap.* Cic. Off. 2 c. 25. Idem Cato de R. R. praef. Acerbiſſimi foeneratores Cic. Att. 6, 1. Foenerator Alphius Horat. Epod. 2, 67. Nec putant ei nummos deeſſe poſſe, qui foeneratores ex obſidione exemerit Cic. Fam. 5, 6. *Conf.* Idem Att. 7, 7.

FOENERĀTRIX, īcis. f. Valer. Maxim. 8, 2, 2 *de C. Viſellio,* Ex amica obſequenti ſubito diſtrictam foeneratricem agere coepit, *i. duram exactricem.*

FOENERARIVS, i. m. *Idem, quod Foenerator.* Firmic. 3, 8 *extr.* Faciet delatores, abſconſos, ſubdolos, malitioſos, maleficos, foenerarios.

FOENERATIO, ōnis. f. [δανεισμός] Cic. pro Flacc. 56 c. 23 Haec pecunia ab honoribus tranſlata in quaeſtum et foenerationem, recuperata eſt multis poſt annis. *Sic* Publicae pecuniae foeneratio, impudentiſſimum furtum, et certiſſimus peculatus eſt Cic. Verr. 3, 168 c. 72. *Add.* Idem de Fin. 2, 117 c. 35.

FOENERATO. Adu. [δανειστικῶς] Plaut. Aſin. 5, 2, 52. Idem Men. 4, 2, 40 Nae illam mecaſtor foenerato abſtuliſti: *h. e. hoc furtum magno tibi conſtabit.*

FOENERATICIVS, a, um. Adi. [δανειστικός] *Vt,* Res foeneraticia, *quae data eſt foenori, ſiue accepta, aut ad foenus pertinet. Laudatur* Pecunia foeneraticia Val. Max. 1, 11. *Sed non inuenio.* Foeneraticiae cautiones *ſunt* l. vlt. C. de pactis conu. Inſtrumentum l. 14 §. 2 C. de non num. pec.

FOENERATORIVS, a, um. Adi. [δανειστικός] Val. Max. 2, 6, 10 Auara et foeneratoria Gallorum philoſophia. Foeneratorios, *Subſtantiue, pro Foeneratoribus poſuit* Iul. Firmic. 3, 8.

FOENERĀLIA, ōrum. n. [τοκιστεῖα] *Volebant viri quidam docti, Tempus, quo foenus ceſſabat, et finiebatur, reddebaturque pecunia.* Liu. 35, 7 Inſtabat enim cura alia, quod ciuitas foenore laborabat; et quum multis foenebribus legibus conſtricta auaritia eſſet, via fraudis inita erat, vt in ſocios, qui non tenerentur iis legibus, nomina tranſcriberent. Ita libero foenore obruebant debitores; cuius coercendi quum ratio quaereretur, diem finiri placuit, Foeneralia, quae proxime fuiſſent; vt qui poſt eam diem ſocii ciuibus Romanis crediſſent pecunias, profiterentur; et ex ea die pecuniae creditae, quibus debitor vellet legibus, ius creditori diceretur. *Sed recte hodie* Feralia *legitur. Vid. Gronou. et Drakenb.*

FOENĔBRIS, e. Adi. [τοκιστικός] *Ad foenus pertinens. Vt,* Foenebres leges, *vid. modo* FOENERALIA. Feſtus. Tacit. Ann. 6, 16 Sane vetus vrbi foenebre Malum. Paullus in l. praeſidis 34 D. de ſi cert. petat. Praeſidis Prouinciae officiales, qui perpetui ſunt, mutuam pecuniam dare, et foenebrem exercere poſſunt. Praeſes Prouinciae mutuam pecuniam foenebrem ſumere non prohibetur. *Conf.* Sueton. Claud. c. 41, 3. *et* Calig. c. 41. Liu. 7, 21 Inclinatis ſemel in concordiam animis, noui COSS. foenebrem quoque rem, quae diſtinere vnanimes videbatur, leuare aggreſſi, ſolutionem alieni aeris in publicam curam verterunt.

F O E T

FOETEO, ēre. [κιναβράω, βρωμάομαι] *Male olere.* Plaut. Aſin. 5, 2, 44 Dic amabo, an foetet anima vxori tuae? Idem Caſ. 3, 6, 7 Foetet tuus mihi ſermo. Martial. 5, 4 Foetere multo Myrtale ſolet vino. Idem 1, 29 Heſterno foetere mero.

FOETENS, entis. Partic. Ammian. 22, 7 Foetentes Iudaei. *Vid. locum* Saluiani, *quem ſtatim damus in* FOETIDVS.

FOETESCO, ĕre. Iſidor. Orig. 20, 3 Aqua foeteſcit vetuſta.

FOETĬDVS, a, um. Adi. [δυσώδης, βαρύοσμος] *Male olens.* Plaut. Merc. 3, 3, 13 Quum ſis iam aetatis plenus, anima foetida, ſenex hircoſus. Idem Capt. 4, 2, 33 Tum piſcatores, qui praebent populo piſces foetidos. *Apud* Cic. in Piſon. 13 c. 6 Foetidum os. *Comparat.* Celſ. 3, 2 Foetidiores deiectiones. *Superlat.* Salvian. de Gub. Dei 1 p. 36 Foetidiſſimo ceparum atque alliorum amore aegreſcentes.

FOETIDĬTAS, ātis. f. [κινάβρα, βδελυγμία] *pro Foetore.* Sen. Epiſt. 110 At mehercule iſta ſolicite ſcrutata, varieque condita, quum ventrem ſubierint, vna atque eadem foetiditas occupauit. *Al.* Foeditas.

FOETĬDO, āre. *Foetidum reddere. Pareus hoc verbum aſſeruit* Plauto Merc. 3, 3, 13 Ieiunitatis plenus animam foetidas. *Gronou.* Anima foetida, *vid.* FOETIDVS. *Conf. Reineſ. Var. Lect. 2, 8. et 3, 18.*

FOETOR, ōris. m. [δυσωδία, βδελυγμός] Colum. 12, 18 Cella quoque vinaria omni ſtercore liberanda, et bonis odoribus ſuffienda, ne quem redoleat foetorem, acoremue. *Plur.* Plin. 28, 8 Foetores oris emendare.

FOETERŌSVS, a, um. Adi. Zeno Veron. Panni foeteroſi. Idem, Prandia foeteroſa.

FOETVLENTVS, a, um. Adi. Arnob. 7 p. 225 Huic ouilla foetulenta ſunt viſcera. Apul. Apol. p. 410, 3 *Floridi,* Nihil in ſe ſordidum ſinere, nihil vſpiam corporis immundum pati ac foetulentum. *Al.* faeculentum, *de quo ſub* FAEX.

FOETVLENTER. Adu. Veget. 3, 4 Foetulenter mingere.

FOETVTĪNAE, ārum. f. *Pl. Loca foetida.* Gell. 13, 20 *ex perſona* Probi Valerii, Si aut verſum pangis, aut orationem ſolutam ſtruis, — non finitiones illas praerancidas, neque foetutinas Grammaticas ſpectaueris; ſed aurem tuam interroga. Non. 1, 320 Moletrina — vt foetutina. Apul. Apol. p. 278 Semper in foetutinis et olenticetis ſuis iacet.

FOETIFER, FOETIFICO, *etc. vid. infra in* FOETVS.

FOETVS, (*melius* FETVS, *vid.* FEO) ūs. m. [γονή, γέννημα, κύημα, ἔκγονον, ἔμβρυον, βλάστη] *Partus animalium, et aliarum rerum, vnde aliquid naſcitur.* Plin. 7, 3 Legimus mulierem Aegyptiam binos foetus quater enixam. Idem 8, 18 Totus tigridis foetus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiatore rapitur equo. *Et* 10, 31 Oſcines praeter exceptas, non temere foetus faciunt. *Sed ſunt etiam* Arborei foetus Virgil. Georg. 1, 55. Idem Georg. 2, 429 Nec minus interea foetu nemus omne graueſcit. Virg. Georg. 1, 195 Grandior vt foetus ſiliquis fallacibus eſſet. Adulti Quinctil. 2, 6 Adultos educunt foetus Virgil. Georg. 4, 163 *de apibus.* Dubii Plin. 10, 31. Dulces foetus et pabula laeta Lucret. 2, 1159. Emortui foetus Scribon. 169. Frugiferi Lucret. 6, 1. Grauidi Ouid. Met. 8, 294. Laetifici foetus telluris Lucret. 1, 194. Maturos edere foetus Ouid. de Nuce 93. Teneri, infirmique Quinctil. 2, 6. Vitales Plin. 10, 31. ¶ 2 *Formulae Verborum:* Abigere foetum, *vid.* ABIGO. Auferre foetum vberibus, *vid.* AVFERO. Decerpere foetus arborum Plin. 4, 12. *vid.* DECERPO. Depellere foetus ouium teneros Virgil. Ecl. 1, 22. *i. a lacte remouere.* Seruius. Dare foetum Idem Georg. 2, 442. Edunt foetus nixibus Virgil. Georg. 4, 199. Edit foetus meliores et grandiores ager non ſemel aratus, ſed nouatus et iteratus Cic. de Orat. 2, 131 c. 30. Apul. Met. 10 p. 249, 38 Vt ſi ſexus ſequioris Edidiſſet foetum. Facere foetus Plin. 10, 31. Cic. de N. D. 2, 128 c. 51 Quae multiplices foetus Procreant, vt ſues, vt canes, his mammarum data eſt multitudo. Profunduntur nobis terrae foetus Cic. de Legib. 1, 25. Pubeſcit vinea foetu Virgil. Georg. 2, 390. Trahit foetus emortuos Scribon. 169. ¶ 3 *Formae*

mae aliae: Cic. Tuſcul. 5, 68 c. 24 Ex quo triplex ille Animi foetus exſiſtet: vnus in cognitione rerum poſitus, *etc.* Id. de Clar. Orat. 182 Sic omnis foetus repreſſus, exuſtusque flos ſiti veteris vbertatis exaruit, *de oratoribus.* Columel. 8, 4 *de cibariis gallinarum*, Vinacea quamuis tolerabiliter paſcant, dari non debent, niſi quibus temporibus anni auis foetus non edit: nam et partus raros, et oua faciunt exigua. Sed quum plane poſt Autumnum ceſſant a foetu, poſſunt hoc cibo ſuſtineri. *Quod hic ait* Foetus edere, c. 3, *et rurſus* c. 5 *frequenter dicit* Oua edere, *et* Partum edere. *Pro Foetura:* Cic. de Fin. 3, 62 Atque etiam in beſtiis vis naturae inſpici poteſt, quarum in foetu et in educatione laborem quum cernimus, naturae ipſius vocem videmur audire. Plaut. Amph. 1, 2, 25. *et* 3, 1, 18 Vno foetu, *i. vno partu.* ¶ 4 Foetus *etiam Generis Neutrius eſſe vult Bernard. Martinus V. L. 1, 5 vtiturque loco* Varronis *ap.* Gell. 3, 10 *vbi Gronou. dedit*, Quod eius virile ſecus futurum eſt: *et altero* Apul. Met. 10 p. 249, 38 vt ſi ſexus ſequioris edidiſſet foetus, *Sic quidem Beroald. Sed al.* foetum.

FOETVS, *ſiue* FETVS, a, um. Adi. [ἔγκυος, ἐγκύμων, τοκὰς] Seruius: Foeta dicitur et Grauida, et Partu liberata. Cenſorin. c. 11 Poſt Partum quadraginta diebus pleraeque foetae grauiores ſunt, nec ſanguinem interdum continent. *Sic* Varroni R. R. 2, 10, 8 Foetae *ſunt mulieres, etiam ſtolatae, quae pepererunt.* Ager foetus Ouid. Faſt. 1, 662. *i. Grauidus.* Canis foeta Plaut. Moſt. . . . Colla ſerpentis foeta veneno Sil. 17, 448. Loca foeta furentibus Auſtris, *i. plena* Virg. Aen. 1, 55. Luridae foetae, *vid.* LVRIDVS. Idem Ecl. 1, 50 *de ouibus*, Non inſueta graues tentabunt pabula foetas. *Vbi* Seruius, Foetas Accuſatiuus pluralis eſt, quaſi graues: id eſt grauidas, ſcilicet non enixas. *Sed vidimus* grauiores *dictas eſſe etiam* foetas, *quae pepererunt, apud* Cenſorin. c. 11. *Sed* Colum. 7, 6, 5 Foetae caprae nocet frigus, quia conceptum vitiat. *Add.* Idem 8, 11, 5 *vbi ſic* foeta Pauo *accipitur. Rurſus* Virgil. Aen. 8, 630 Fecerat et viridi foetam Mauortis in antro Procubuiſſe lupam. *Contra*, Aen. 2, 238 Scandit fatalis machina muros Foeta armis, *h. e. armatis viris praegnans et grauida. De equo ligneo loquitur, in quo Graeci erant incluſi.* Sil. 11, 203 Multa foeta gerens ira praecordia Poenus. Foeta, *i. plena: de Annibale verba facit, qui vehementer iraſcebatur Decio.* Pecus foetum Virgil. Ecl. 3, 83. Praecordia foeta belli, *velut grauida bello* Sil. 17, 380. Terra foeta frugibus Cic. de Natur. Deor. 2 c. 62. *Sed* Columel. 6 c. penult. *ſub fin.* Equa quum ex aſino conceptum edidit, partum ſequenti anno vacua nutrit: id enim vtilius eſt, quam quod quidam faciunt, vt et foetam nihilominus admiſſo equo impleant. Idem 7, 3 *ad fin.* Opilio neque tardiores, et grauidas, dum cunctantur: neque agiles, et foetas, dum procurrunt, ſeparari a caeteris ſinat. *Hic manifeſte* Foetas, Grauidis *opponit.* Vaccae foetae Virgil. Georg. 3, 176. ¶ 2 *In MSS. confunditur cum* Laetus: *vid. Burm. ad* Nemeſian. Ecl. 3, 37.

FOETOSVS, a, um. Adi. *Idem, quod Foetus. Vt,* Oues foetoſae Sariſb. 8, 17. *et* Vulg. Pſal. 143, 13.

FOETVOSVS, a, um. Adi. [ἔγκυος] *Quod ſaepe fuit foetum, effoetum.* Hieronym. contra Iouinian. . . . Lippientem iam deformem, atque foetuoſum Synagogae typum praetuliſſe. *Retinet hoc nomen* u, *quoniam* Foetus *eſt quartae Declinationis. Sic,* *Sumtuoſus, fructuoſus, luctuoſus, actuoſus, quaeſtuoſus.*

FOETVRA, ae. f. [κύησις] *Genitura et pariendi tempus.* Varro de R. R. 2, 1, 18 Nunc appello foeturam a conceptu ad partum; hi enim praegnationis primi et extremi fines. Aetas foeturae habilis Virg. Georg. 3, 62. Ad ſuſtinendum foeturae onus Pall. Febr. 26, 1. Foetura domino ſuo decoxit, *vid.* DECOQVO. Volucrum nutritor equorum, Cui foetura gregem pecoroſo vere nouauit Stat. Theb. 10, 229. *Hic* Foetura, *Animalium prouentus, ſiue Foetus ipſe eſt. Ita* Virg. Ecl. 7, 36 Si foetura gregem ſuppleuerit, aureus eſto. *Vbi* Seruius, Si tot agnos habuero, quot oues; hoc enim eſt gregem ſuppleri per foeturam. Foetura enim eſt prouentus, id eſt ipſe foetus Plin. 10, 53 *extr.* Optima foetura eſt poſt vernum aequinoctium. *Add.* Columel. 7, 6. Foeturam *ad Opus ſuum tranſtulit* Plin. *quum dicit in ipſo ſtatim initio* praef. Opus natum apud me proxima foetura, licentiore epiſtola narrare conſtitui. Varro 2, 10, 6 Quod ad foeturam humanam pertinet paſtorum, qui in fundo perpetuo manent, facile eſt, quod habet aut conſeruam in villa.

FOETVRATVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Valent. c. 25 Semen foeturatum in corpore.

FOETIFĬCO, āre. [κυέω, λοχεύω] *Foetum facere, parere.* Plin. 10, 8 Accipitres totius Maſſiliae humi foetificant. Id. 9, 38. Solin. c. 22 *extr. de Thynno*, In ponto, nec alibi paene foetificant.

FOETO, āre. [λοχεύομαι] *Idem, de auibus.* Columel. 8, 15 *ſub fin.* Circa paludes, in quibus plerumque foetant. *i. Oua ponunt.* Ibid. 8 *et* 12.

FOETIFĬCVS, a, um. Adi. [κυητικὸς] *Vt,* Foetificus humor Plin. 9, 51.

FOETĬFER, a, um. Adi. *Idem.* Plin. 7, 31 Vbi foetifer potu Nilus, *qui foecundas facit inde bibentes.*

F O L

FOLIVM, i. n. [φύλλον, πέταλον] Eſt tam Arborum, quam Herbarum et Florum; a Graeco venit, *inquit* Feſtus, quod illi φύλλον dicunt. Simplici autem L, ideo ſcribitur, quod antiqui conſonantes non geminabant. In arboribus truncus, rami, folia Cic. de Orat. 3, 177. Id. Att. 8, 15 Qui ipſi pluma aut folio facilius mouentur. *Haec vox κατ' ἐξοχὴν de Malabathro dicitur.* Scribon. 106. *it.* Pallad. Ian. 18. *Quod et interdum* Folium barbaricum *nuncupatur, vt* l. 16 §. 7 de Publ. Vectig. *Conf. Bynckerſh. Obſeru. 4, 5 p. 352. et vid.* FOLIATVM. Folia nunc cadunt, praeut ſi triduum hoc hic erimus: tum arbores in te cadent Plaut. Men. 2, 3, 24. *i. hoc paruum quiddam et leuiculum eſt, prae his, quae fient poſtea* Folia ſunt artis et nugae merae Apul. Met. 1 p. 106, 8. *in ſimili comparatione, et exaggeratione.* Acanthi folia, *vid.* ACANTHVS. Aculeata folia aquifolio, et ilicum generi Plin. 16, 24. *qui eſt quaſi claſſicus locus de foliis, ſaepius ob eam cauſam hic excitandus.* Aculeata per extremitates Id. 24, 12. Acuta Id. 20, 21. Aduerſa in ſe, *vid. ſub* ADVERTO. Aeterna, *i. Non decidentia* Plin. 21, 17. Amara Id. 27 c. vlt. Amplum Id. 24, 15. *vbi de Chamaeleuce.* Amygdalaceum Id. 26, 11. Anguloſa Id. 19, 5. Anguſta Id. 25, 8. *et* 20, 22. Argenteum, *vid.* ARGENTVM. Cic. in Piſon. 97 c. 40 Ex illo fonte et Seminario triumphorum cum arida folia laureae retuliſſes. *Hic figura eſt de triumpho inani. Proprie pro fomite erant* Folia arida. Val. Fl. 2, 449 Strictis alius de cautibus ignem oſtendit foliis, et ſulfure paſcit amico. Aſperum Plin. 19, 5 *vbi de Epimenidio. et* 22, 18. Breuia Id. 16, 6. Canaliculata, *vid.* Canaliculatus, *in* CANALIS. Capillaceum Plin. 13, 25. Capillata pino Id. 16, 24. Carnoſa Id. 16, 6. *et* 27, 13. Circinata pyro Id. 16, 24. Concaua, *vid.* CONCAVVS. Concaua cepae Plin. 19, 6. Concauum folium vt coxendices Id. 25, 13. *vbi de Cotyledone.* Conſtrictius anguſtiusque Id. 21, 10. *vbi de Conyza.* Conuexa in terram Id. 25, 10. Craſſa alno Id. 16, 24. Craſſa Id. 25, 10 *et* 27 c. vlt. Criſpa Id. 19, 5 *et* 8. Decidua Id. 16, 24. *et* 18, 25 *extr.* Denſa Id. 27 c. vlt. Denſiſſima Id. 20, 9. Diſpoſita myrto Id. 16, 24. Echinata, pinguia, tactuque gummoſa Id. 22, 9. Exilia Id. 20, 17. Extenta, *quibus opponuntur* Criſpa Id. 19. *et* 8. Fimbriata Id. 21, 15. *vbi de Vrtica.* Flaueſcentia dum cadunt Idem 16, 6. Fruticoſa Plin. 19, 5. Fuſca Idem 22, 21. *vbi de Adianto.* Gracile Id. 19, 8. *vbi de Sinapi.* Grandia Plin. 20, 9 *et* 21. Grauia Id. 16, 6. Gummoſa tactu Id. 22, 9. Harundinaceum Plin. 18, 7. Hirſuta Idem 20, 9. *et* 22, 22. Horrida Id. 19, 5. Horrida angulis Ibid. Imbricatum Plin. 21, 10. *vbi de Conyza.* Implicatum, *vid.* IMPLICO. Inciſurae foliorum plures Plin. 25 c. vlt. *extr.* Inordinata ſunt folia pomis, *vid.* INORDINATVS. Labentia ventis Virg. Georg. 2, 133. Lacinioſa, *vid.* LACINIA. Laeuia Plin. 19, 5. *et* 20, 9. Languidiora Idem 22, 20. Languida Sen. Thyeſt. 2. Lata folia e caule exeuntia Plin. 20, 9. Laurina, *vid.* LAVRVS. Longa Plin. 16, 6. Luxuria foliorum exuberat vmbra Virg. Georg. 1, 191. Minuta Plin. 12, 24 *in fine.* Mobilia Hor. Carm. 1, 23, 6. Mollia Virg. Ecl. 5, 31. Plin. 19, 8. *vbi de Lepidio.* Mordacia vrticae Idem 16, 24. Mordacia vrticis, *vid.* MORDEO. Mucronata, *vid.* MVCRO. Nigra Plin. 25, 8. *et* 20, 9 *in fine.* Oblonga Idem 27, 5. *et* 12, 2. Odorata Id. 22, 22. Oleacea, *vid.* OLEACEVS. Pampinoſa, *vid.* Pampineus *in* PAMPINVS. Perforata crebro Plin. 27, 12. Piloſa Id. 25, 10. *et* 27, 9. Pinguia et ſimplicia, atque non rigentia Id. 16, 10. Plin. 27 c. vlt. Smyrnion caulem habet apii, folia latiora, et maxime circa ſtolones multos, quorum a ſinu exſiliunt Pinguia, ad terram infracta. Id. 25 c. vlt. Folia carnoſa, pinguia, largo ſucco, latitudine pollicari, alia in terram conuexa, alia ſtantia. Pinnata Id. 27, 9. *vbi de Filice.* Pinnato folio denſa abies Id. 16, 10. Plumoſa Plin. 25, 6. *vbi de Eupatoria.* Porracea Idem 20, 9 *ad fin.* Praegnantia, *i. Succi plena* Id. 25 c. vlt. Praetenue capillamenti modo folium, longumque et mucrone aculeatum habent pinus atque pinaſter Plin. 16, 10. Procera Idem 16, 6. Puſilla Id. 25 c. vlt. Pungentia pino Plin. 16, 24. Quinque vel ſex folia Scribon. 133. Ramoſius Plin. 21, 10. *vbi de Conyza.* Ramuloſa Idem 16, 24. Rariora ſicc[i]oraque piceae folia, et tenuiora, ac magis algentia Id. 16, 10. Rotunda, in terra iacentia Plin. 25 c. vlt. Rubra Idem 20, 21. Sanguinea irioni Id. 18, 7. Scabra ſunt hordeo folia, caeteris leuia Plin. 18, 7. Scabra Id. 19, 5. Credite, me vobis folium recitare Sibyllae Iuuenal. 8, 126. Simplicia Plin. 20, 9. Sinuoſa lateribus Idem 16, 6. Sinuoſa toto ambitu folia robori Id. 16, 24. Sordida Plin. 25, 13. *vbi de Cotyledone.* Spinoſa cardui Idem 20, 23 *ſub fin. et* 22, 7. Spinoſa cute folia rubo Id. 16, 24. Spinoſa Plin. 27, 8. *vbi de Cirſio. et* c. 11. *vbi de Hypogloſſa.* Suauia Idem 19, 6. Subalbida Id. 21, 25. *Vid.* Subalbidus, *in* SVBALBICO. Succoſa Plin. 25 c. vlt. Tenuia Idem 19, 5. *et* 22, 20. Triangula Id. 26, 8. Trientalia Plin. 27, 5. *vbi de Aſpleno.* Triſtiora Idem 19, 5. Varia Id. 12, 24 *in fine.* Venoſa Plin. 25, 10. *Vid.* Venoſus, *in* VENA. ¶ 2 *Verborum formulae:* Amiſiſſe *dicitur* arbor folia, Caduntfolia arborum, Decerpere folia, *vid. hh. vv.* Decidunt arbori folia Plin. 16, 21. Demittere folia Id. ibid. Deperdere folia Id. 16, 22. Dimittere folia Plin. 16, 13. Exire in folia, *Emittere folia* Idem 23, 7. Mittere folia, *vid.* MITTO. Vt ſiluae foliis pronos Mutantur in annos, Prima cadunt Hor. A. P. v. 60. Ornata arbuſta tegmine foliorum Cic. in Arat. Oſcitant folia ad ſolem Plin. 16, 24. Septi pulli tegmine foliorum Cic. de Diuin. 2, 23. Veſci foliis amaris Hor. Serm. 2, 3, 114. Viduantur orni foliis Id. Carm. 2, 9, 8.

FOLIACEVS, a, um. Adi. [πεταλοειδὴς] *Quod ex foliis factum eſt, vel Foliis ſimile.* Plin. 19, 7 Paucis foliacea et lata, vt atriplici ſunt ſemina.

FOLIATVS, a, um. Adi. Apul. Met. 4 *init.* Arbores prolixe foliatae. Pallad. 4, 10. Rami foliati. *de Citreo.*

FOLIATVM, i. n. *Vnguentum, quo matronae Romanae vtebantur ad gratiam et delicias, dictum a* foliis *malobathri, quae plurima recipit. itaque etiam Malobathrinum dicebatur.* Martial. 11, 28 At mea me libram foliati poſcat amica. *Conf.* Plin. 13, 1. *et Barth. ad* Claud. in Eutrop. 1, 226.

FOLIATIO, ōnis. f. *Germinatio.* Columellae *tribuitur.*

FOLIATVRA, ae. f. *Ratio et modus foliorum.* Vitruu. 2, 9 *de Cedro*, Arboris eius ſunt ſimiles cupreſſae foliaturae.

FOLIATĬLIS, e. Adi. Fortunat. de Vita Martini 4, 535 Vento motus iners ſimulans foliatilis vmbrae.

FOLIŌSVS, a, um. Adi. [φυλλώδης] *Foliis plenus.* Plin. 24, 15 Chamaeciſſos ſpicata eſt tritici modo, ramulis quinis fere, folioſa. Idem 21, 15. *et* 12, 11 Folioſior tamen roſeique floris. *et* 25, 13.

FOLLIS, is. m. [φῦσα, θύλαξ] *Quidquid ex corio factum eſt, vt impleatur: cuiusmodi Saccus, crumena, et alia.* Iuuen. Sat. 14, 281 Vt tenſo folle reuerti Inde domum poſſis. Idem 13, 61 Si reddat veterem cum tota aerugine follem. *Conf.* Plaut. Aul. 2, 4, 23 Cum it dormitum, follem obſtringit ad gulam, — ne quid animae forte amittat dormiens. ¶ 2 *Inſtrumentum, quo concipitur ventus atque emittitur ad ignem excitandum.* Virg. Aen. 8, 449 Alii ventoſis follibus auras Accipiunt, redduntque. *Vid.* Id. Georg. 4, 171. *et* Cic. de N. D. 1, 54. Fabrilis Liu. 38, 7. Hircini Hor. Serm. 1, 4, 19. Caui ſpirant mendacia folles Iuuen. Sat. 7, 111. Folles *per metaphoram appellat Ora cauſidicorum, qui lucri cupiditate falſas agunt cauſas, in quibus effundunt magnas offas mendaciorum.* ¶ 3 *Pilae genus ex pelle vento inflata compoſitum, qua pugiles antiqui vtebantur. Vid. Mercurial. Art. Gymnaſt. 2, 5. et 5, 4. Buleng. de Lud. Vet. c. 9.* Martial. 14, 47 Ite procul iuuenes, mitis mihi conuenit aetas: Folle decet pueros ludere, folle ſenes. Plaut. Rud. 3, 4, 16 Follis pugillatorius. Follis ventris, *pro Stomacho: vid.* VENTER. ¶ 4 *Pro ipſa tandem Pecunia coepit accipi et ad Aes, Argentum, at-*

que

quo Aurum ſignificandum adhiberi. De cuius valore vid. Gronou. de Pecun. Vet. 4, 13 et 16. ¶ 5 Follis etiam Puluillus dicebatur, qui ſedentibus ſubiectus, non tomento aut pluma infercitebatur, ſed vento impletus. Lamprid. Heliog. c. 25. Vid. ibi Caſaub. conſ. Rhodig. Ant. Lect. 28, 8. vel Lex. Pitiſc.

FOLLĬCVLVS, i. m. Dimin. [θυλάκιον] Sacculus, de iisdem rebus, de quibus Follis, dicitur. Auct. ad Heren. 1, 23 Malleolus iudicatus eſt matrem necaſſe: eo damnato, ſtatim folliculo lupino os obuolutum eſt. Cic. de Inuent. 2, 149 c. 50. Liu. 9, 13 Caeterum adeo exigue (commeatus ſuppeditabantur,) vt eques folliculis in caſtra ab Arpis frumentum veheret. In arboribus: Plin. 13, 6 Fert et folliculos emittentes quaedam animalia. de terebintho. ¶ 2 Pila vento intumeſcens. Suet. in Aug. c. 83 Poſt bella ciuilia, ad pilam primo, folliculumque tranſiit. ¶ 3 Theca frumenti, vel lini, vel cuiuslibet alterius rei, quae granum continet inuolutum. Columel. 2, 8 Quoniam folliculum quo continetur, firmum et durabilem aduerſus longioris temporis humorem habet. Ex Sen. Epiſt. 124 apparet eſſe Pelliculam, vt ita loquar, e qua ſpica enaſcitur: Eſt aliquod bonum tritici, inquit, hoc nondum eſt in herba latente, nec quum folliculo ſe exſerit ſpica mollis, ſed quum frumentum aeſtas et debita maturitas coxit. Idem Quaeſt. Nat. 5, 18 Niſi eſſet quod latentem frugem ruptis velamentis ſuis, quae folliculos agricolae vocant, adaperiret. ¶ 4 Theca ſeu pellicula acinorum vuae. Columel. 12, 43 Tum vinaceorum pes bene praelo expreſſus proruitur, et modice ſeparatis ſcopionibus, reſolutaque intrita folliculorum in dolio ſubſternitur. ¶ 5 Folliculum pro corporis humani Cute accepit Lucil. 26 Et quo folliculo nunc ſum indutus non queo apud Non. 2, 327. Arnob. 2 p. 98 In carunculae huius folliculo conſtituti.

FOLLICVLARE, Pars remi, quae folliculo tecta eſt, a quo Vita follicularis dicta eſt. Feſt.

FOLLĪTIM. Adu. [θυλακηδὸν] Seruus aſtutus Plaut. Epid. 5, 2, 4 Nihil moror vetera et vulgata verba Peratim ductare (auferre per fallaciam quidquid eſt in pera, quae tenuium eſt ad vſus quotidianos) at ego follitim ductitabo, folles et fiſcos argenti auferam.

FOLLEO, ēre. Hieron. ad Euſtoch. Epiſt. 22 c. 12 Si pes laxa pelle non folleat. Salmaſius mauult Follare. Nam

FOLLATVS, a, um. Inflatus, tumens. Vt, Calcei follati Iſidor. 19, 34. et Vela follata Salmaſ. de Pallio p. 199.

FOLLĬCO, āre. Follium more reciproco ſpiritu nares agito. Chamaeleon follicans, ruminat, de vento cibus eſt Tertull. de Pall. c. 3. ad Euſtoch. Epiſt. 22 c. 14. Apul. Met. 9 p. 222 Nares follicantes languidas. Eſt item Follium laxitatem et cauitatem imitari: Vnde Hieron. Caligas monachorum follicantes dixit, quales hypocritas geſtare ait, vt humani cultus contemtores videantur.

FOLLICŌSVS, a, um. Adi. Folliculis refertus. Vt, Papauer folliculoſum Apul. de Herb. c. 53.

F O M et F O N

FOMENTATIO, FOMENTVM, FOMES, FOMITO, vid. FOVEO.

FONES, Dii ſiluatici in Gloſſ. Iſidor. Conf. Mart. Capell. 2 p. 41. Iidem forte, qui Fauni: niſi plane ex hoc corrupta vox. Alii apud Capellam legunt Fines, quod non diſplicet Grotio.

FONS, fontis. m. [πηγὴ, κρήνη, πῖδαξ] A Fundendo dicitur, inquit Feſtus. Plin. 12, 1 Nunc eſt arbor clara in Lycia gelidi fontis ſocia amoenitate. Auſonius Vrb. 14, 29

Salue Fons ignote ortu, ſacer, alme, perennis,
Vitree, glauce, profunde, ſonore, illimis, opace.
Salue, vrbis genius, medico potabilis hauſtu, etc.

Aquae dulcis fons Syracuſis eſt, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium Cic. Verr. 4, 138 Aquae iucunde olentis fons Plin. 31, 3. Origines fontium Hor. Carm. 4, 14, 45. ¶ 2 Epitheta: Abſconditus, vid. mox Aperire. Acidalius, vid. ACIDALIA. Amoenus Lucret. 4, 1018. Auguſtus, vid. h. v. Argenteus fons nitidis vndis Ouid. Met. 3, 407. Caballinus, vid. CABALLVS. Conſpicuus in planitie, vid. h. v. Ouid. Met. 2, 273 Contractoſque vndique fontes. Egregius Iuuen. Sat. 12, 41. Frigidi Celſ. 4, 4. Gelidi Virg. Ecl. 10, 42. Illimis Ouid. Met. 3, 407. Inſtabilis, vid. INSTABILIS. Integri, i. Illibati Lucret. 1, 926. Irriguus Virg. Georg. 4, 32. Largi Lucan. 9, 610. Medicati Celſ. 4, 4. Montani Lucan. 2, 485. Muſcoſi Virg. Ecl. 7, 45. Nobiles Hor. Carm. 3, 13, 13. Pellucidus Ouid. Met. 3, 161. Perennis, vid. PERENNIS. Perſpicuus Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 253. Putealis Columel. 11, 3. Rapidus Sen. Herc. Oet. 5. Ouid. Met. 2, 464 I procul hinc dixit, nec ſacros pollue fontes. Spumiger Id. ibid. 11, 140. Viui Id. ibid. 3, 27. ¶ 3 Verbis iungitur iſtis. Auct. ad Her. 4, 9 c. 6 Si, qui ſe fontes maximos penitus abſconditos Aperuiſſe dicat, et hoc ſitiens quam maxime loquatur. Aſpergere ex fonte, vid. ASPERGO. Martial. 9, 102 Multum, crede mihi, refert a fonte bibatur, Qui fluit, an pigro quae ſtupet vnda lacu. Corrumpere fontes, vid. CORRVMPO. Exſiliunt fontes Plin. 2, 103 ad fin. Manare fontibus, vid. MANO. Naſcuntur fontes deciſis plerumque ſiluis, quos arborum alimenta conſumebant Plin. 31, 4. Obſtrepunt fontes manantibus lymphis Hor. Epod. 2, 27. Oritur fons in monte, vid. ORIOR. Caeſ. B. G. 8, 41 Sub ipſius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat. Suppreſſis fontibus aret fluvius Ouid. Met. 15, 280. Quinctil. 8, 3 An ego fundum cultiorem putem, in quo mihi quis oſtenderit lilia et violas, et amoenos fontes Surgentes, quam vbi plena meſſis, aut graues fructu vites erunt? i. ſcaturientes. ¶ 4 Ponitur per translationem pro origine, cauſa, principio quouis. Cic. Tuſc. 3, 26 Non rem ipſam cauſam atque fontem eſſe moeroris. Fons et caput philoſophorum Socrates Id. de Orat. 1, 42 c. 10. Caput et fons rerum Hor. Epiſt. 1, 17, 45. Scribendi recte ſapere eſt et Principium et fons Id. de Arte Poët. 309. Incertus fons, vid. INCERTVS. Argumentorum fontes Cic. de Orat. 2. Id. ad Brut. 10 Nec in Senatu, ſceleratiſſimorum Conſiliorum fontes aperire dubitaui. Curarum fons Lucret. 3, 82. Eloquentiae fontes aperire Quinctil. 6, 1. Ingeniorum fons Homerus Plin. 17, 5. Ingenii exundans fons Iuuenal. Sat. 10, 119. Ingenii infoecundus fons Ouid. Triſt. 3, 14, 34. Luminis fons largus ſol Lucret. 5, 282. Philoſophiae fontes aperire Cic. Tuſc. 1, 6. Vid. APERIO. Rerum fontes non videre, et riuulos conſectari, tardi ingenii eſt Cic. de Orat. 2, 117. Rerum omnium omnes fontes animo et memoria continere Id. ibid. 1, 94. Vid. CONTINEO. Veritatis certus fons Phaedr. 3, 10. Vitii et periurii fons Plaut. Truc. 2, 7, 51. A fonte deductio riuorum Cic. in Topic. 33. Ex eodem fonte haec omnia fluxerunt Id. de N. D. 3, 48 c. 19. Hauriant potius a fontibus, quam riuulos conſectentur Id. Acad. 1, 7 c. 2. Patent vel inimicis fontes alicuius de ICtis operam promiſcuam nauantibus Id. pro Muraen. 9. Id. Q. Frat. 3, 1 Tibi quod rogas, quoniam ipſi fontes iam ſitiunt, ſi quid habebo ſpatii, ſcribam. i. quoniam nihil ſpei eſt in illis, vnde peti ſolebat. ¶ 5 Obſeruatt. Fontem pro Aqua poſuit Virg. Aen. 12, 119 a parte totum. Alii fontemque ignemque ferebant. Gen. fem. apud Plaut. Stich. 5, 4, 26 Tibi propino decuma fonte, tu tibi inde. Sic editt. et MSS. Lipſius ita corrigit, Tibi propino decem: affunde tu tibi inde. Sed vetus Grammaticus, Ter. Scaurus apud Douzam ad h. l. obſeruauit, fontem pro cratera, ſ. vrna, eſſe femininum. Decuma fons itaque, et Inde, eſt Imperatiuus ab Indo, ěre. Sed varia conantur alii Fons ſolis, [Κρήνη τȣ͂ Ἡλίȣ] in Cyrenaica ſic dictus, quod Solis per cardines motu, calore et algore variatur. Meminere Diodorus, Arrianus, et Herodotus. Ouid. Met. 15, 309 Medio tua corniger Ammon Vnda die gelida eſt, ortuque, obituque caleſcit. Hermolaus duos fontes huiuſce ingenii illic eſſe credidit, Plinii auctoritate motus. Iouis, inquit, Ammonis fons interdiu frigidus, noctibus feruet. In Troglodytis fons Solis appellatur dulcis, et circa meridiem maxime frigidus: mox paullatim tepeſcens, ad noctis media feruore et amaritudine infeſtatur. Haec Plin. 2, 103. Add. Sil. 3, 669. Fons baptiſmi: Ambroſ. de Sacram. Veniſti ad fontem, ingreſſus es. In vas nempe baptizandi deſcendebant. Vid. omnino Iſid. 15, 4 Fons in delubris locus regeneratorum eſt, in quo ſeptem gradus in ſpiritus ſancti myſterio formantur, tres in deſcenſu, et tres in aſcenſu, etc. A librariis permutantur Fontes et Montes: Drakenborch. ad Sil. 5, 624.

FONTĬCVLVS, i. m. Dimin. [πηγίδιον] Plin. 31, 10 Lacus eſt nitroſus exſiliente e medio dulci fonticulo. Hor. Serm. 1, 1, 55 Magno de flumine mallem Quam ex hoc fonticulo tantundem ſumere. Fonticulus, Vlcus cauterio excitatum ad deriuandos humores, apud Medicos.

FONTĀNVS, a, um. Adi. [πηγαῖος] Quod ex fonte eſt. Plin. . . Fontanae aquae cyathos duos. Sic Columel. 12, 8 et 11. Ouid. Faſt. 1, 269.

FONTĀLIS, e. Adi. [κρηναῖος] Idem. Plaut. Stich. 5, 4, 17 Vtrum Fontali, an Libero, imperium te inhibere mauis? Al. Fontinali.

FONTANA, ae. f. Subſtant. Fons. Innocent. de Caſ. p. 233. 237. 245.

FONTANALIS, e. Adi. Idem. Vitruu. 8, 3 pr. Aquam ſiue fontem luci cuiusdam prope Romam Fontanalem dixit.

FONTANEVS, a, um. Adi. Idem. Solin. c. 50 extr. Enydros exſudat, vt clauſam in eo putes fontaneam ſcaturiginem. Innocent. de Caſ. p. 239 Fontanea pars.

FONTINALIS, e. Deus antiquis dicebatur, qui fontibus praeerat. Plaut. Stich. 5, 4, 17 Quid iſtud eſt prouinciae. ST. vtrum Fontinali an Libero imperium te inhibere mauis? Fontali hactenus lectum eſt, ſed et trochaici verſus dimenſio, et Fontinalium ſacrorum nomen, de quibus poſt, ſic emendandum monent. Turnebus ¶ 2 Eſt et Fontinalis porta, de qua Liu. 35, 10 extr. eadem vt putant, quae Capena, quam madidam ideo vocat Iuuen. 3, 11.

FONTINALIA Feſto; Fontinalia Varroni de L. L. 5, 3. Feriae erant fontibus dicatae, quibus et coronae in fontes conijci, et putei coronari ſolebant.

FONTĬCŎLA, ae. c. Qui fontes adorat. Cyprian. in Vit. S. Caeſ. Arel. Conf. Cluuer. Germ. Ant. 1, 34.

FONTIGENAE, arum. f. Pl. Muſae, Nymphae. Mart. Capell. Carm. 6, 1 O ſacra doctarum prudentia fontigenarum. Conf. 9 p. 308.

FONTIGER, a, um. Adi. Fontes habens. Vt, Numen fontigerum, pro Neptuno, in ara, vndis et aquis dicata Romae apud Ferret. Muſ. Lapid. p. 32.

FONTEIA Gens, vnde Veſtalis virgo, Fonteii ſoror, cuius cauſam egit Cicero in Orat. pro Font. 37 Proſpicite, ne ignis ille aeternus nocturnis Fonteiae laboribus, vigiliiſque ſeruatus, ſacerdotis Veſtae lacrimis extinctus eſſe dicatur. Eiusdem gentis ſunt quorum mentio Cic. pro Dom. 35 et 77. Hor. Serm. 1, 5, 32. etc.

FONTEIANVS, a, um. Adi. Cic. de Aruſp. Reſp. 57 Fonteianum nomen Clodio adoptato inditum.

F O R

FORA, orum. n. Pl. Vid. FORVM.

FORĀGO, ĭnis. f. Filum eſt, auctore Feſto, quo textrices opus diurnum diſtinguunt: a Forando dictum. Nempe forando legendum ex MS. Vrſini, pro vulg. furando. Iſid. Gloſſ. Forago frames diverſi coloris. Foragines puellarum Symmach. Epiſt. 6, 97.

FORĀMEN, ĭnis. n. [τρῆμα, τρύπημα, ὀπὴ] Effectus ſ. opus forantis. Columel. de Arborib. c. 8 Cauatum foramen. Cic. Tuſc. 1, 47 c. 20 Foramina illa, quae patent ad animum a corpore, (oculi, aures, etc.) calidiſſimo artificio natura fabricata eſt. Varro de R. R. 3, 12, 4 de fecunditate leporum, Fit ſaepe, cum habent catulos recentes, alios vt in ventre habere reperiantur. Itaque de his Archelaus ſcribit, annorum quot ſint, ſi quis velit ſcire, inſpicere oportere foramina naturae, quae ſine dubio alius alio habet plura. De eadem re Plin. 8, 55 Archelaus auctor eſt, quot ſint corporis cauernae ad excrementa lepori, totidem annos eſſe aetatis. Varro intellexit foramina quibus pariant. Plin. 10, 70 Piſces quidem auditus nec membra habent, nec foramina. Auris foramen Scribon. 39. 42. Narium foramen Id. 47. Foramen ad excrementa corporis Plin. 11, 26. Inuiſibilia foramina Celſ. 1 praef. ſc. corporis humani. Parua Lucret. 4, 938. Praecluſa Quinctil. 1, 11. Prima foramina Scribon. 21. in oculis. Summum foramen Scribon. 41. i. extremum, de aure. Tenue Ouid. Met. 4, 123.

FORAMINO, āre. Vnde

FORAMINATVS, a, um. Quod foramina habet. Sidon. Epiſt. 2, 2 Foraminatus paries. Conf. Epiſt. 3, 5.

FORAMINOSVS, a, um. Adi. [τρηματώδης] Quod foraminibus abundat. Foraminoſa caro Tertull. de Patient. c. 14.

FORARIA, ae. f. Appellatur Mulier, quae fructus villae venales, poma, nuces, etc. defert in forum. Blond. Triumph. Rom. 9 p. 182 A.

FORAS. Adu. [ἔξω, ἐκτὸς, θύραζε] *Ad locum.* *Vt* Foris *in loco. Cognatum et eiusdem originis eſt* Foris *ianua.* Foras ire *eſt per fores exire*, foris eſſe *eſt extra fores eſſe*, Foris *petere extra domum petere, etc.* Plaut. Epid. 1, 2, 62 Adoleſcenti dic noſtro herili filio, ne hinc foras ambulet. Dari foras ſcripta mea nolo, *i. Promulgari* Cic. Att. 13, 22. Editus aër per os foras Lucret. 3, 123. Eiecta foras anima Id. 4, 915. Eminere foras Cic. in Somn. Scip. 21. Ire foras Hor. Epiſt. 1, 7, 31. Ouid. de A. A. 2, 280. Plaut. Caſin. 5, 2, 52 Foras tacitus exeo cum ornatu quo vides. Exi foras, ſceleſte Ter. Eun. 4, 4, 1. Exire foras ex aedibus Lucret. 3, 773. Ter. Adel. 5, 8, 26 Agelli hic ſub vrbe eſt paullulum quod locitas foras. *Vbi* Donatus, Foras dixit, locum pro perſona ponens: quaſi diceret, Neſcio cui alieno. Plaut. Amph. 4, 2 ſuppoſ. 2, 24 Fores enim clauſit, ne Praeuorteretur foras. Proferre foras aliquid Cic. pro Cael. 57 c. 23. Proiicere peſtem Id. in Catil. 2, 2. Protrudi Phaedr. 5, 7. Spectare foras Sen. Epiſt. 12 *poſt pr. de mancipio decrepito, mox morituro et efferendo.* Vadere Phaedr. 4, 17. Vendere Plaut. Stich. 1, 3, 66. Vocari Id. Capt. 1, 2, 69.

FORIS. Adu. [θύρηφι, ἔκτοθι] *In loco, vel de loco. Vid. quae modo diximus in* FORAS. Cic. Off. 1, 76 Parui enim ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi. *Et* pro Roſc. Amer. c. 47 Et domi dignitas et foris auctoritas retineretur. Extrinſecus et foris Cic. de Orat. 2, 163. Varro R. R. 3, 16 Foris paſcuntur, intus fauos melle farciunt. Cic. pro Sulla 17 Ille relictus intus, expectatus foris. Nep. Dat. 6 Cum intra vallum et foris caederentur. Cic. de Fin. 3, 24 c. 7 Vt in ipſa arte inſit, non foris petatur extremum, id eſt artis effectio. *Vid. mox* Delata ad ſe foris. Foris occludere fores Plaut. Moſt. 2, 1, 58. Foris, *pro Extra patriam* Iuſtin. 2, 4, 20. Id. 31, 5, 8. Foris eſt Plaut. Merc. 1, 1, 18. Ter. Eun. 5, 4, 12 Quae dum foris ſunt, nihil videtur mundius. Abſtrudere foris, *vid.* ABSTRVDO. Cic. de Inuent. 2, 71 Aſſumtiua igitur tunc dicitur, quum ipſum ex ſe factum probari non poteſt, aliquo autem foris adiuncto argumento defenditur. Aſſumi foris argumenta, *et* Ex ſua vi atque natura, *contraria* Id. de Orat. 2, 163. Coenare foris Plaut. Stich. 1, 3, 36. *Sic* Cic. Fam. 7, 16. *et* 9, 24. Idem in Partit. 48 Illa vero indigent; nec eo dicuntur ſine arte, quod ita ſunt, ſed quod ea non parit oratoris ars, ſed foris ad ſe Delata, tamen arte tractat, et maxime in teſtibus. Effuſus foris *margo concharum quarundam* Plin. 9, 33. Ter. Phorm. 5, 1, 19 Verum iſtoc de nomine eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris effutiretis. Eſt animus foris Plaut. Merc. 3, 4, 2. Quaerere foris Id. Bacch. 4, 4, 6. Cic. Verr. 3, 10. Sapere foris Ter. Heant. 5, 1, 50. A foris: Plin. 17, 24 ſ. 37, 6 Quoniam in vlcus penetrat omnis a foris iniuria. *Vid.* AFORIS. *Conſ.* Script. Rei Agrar. *Goeſ.* p. 69. *et* 322. De foris *in* Vet. Lapide *legitur.* E foris *eſſe dicitur apud* Plin. 17, 23. *Sed non inueniebam.* Foris *pro Paſſim vſurpatur, vt Senatui et paucis opponatur, et ad publicam famam pertineat.* Cic. ad Q. Frat. Foris valde plauditur: *i. Non ſolum in ſenatu, ſed apud caeteros etiam.* *Et* Fam. 1, 9 Quum ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tuliſſet. ¶ 2 FORIS, *ianua*, *vid. poſt* FORI.

FORINSĔCVS. Adu. [ἔξωθεν] Plin. 13, 22 Quoniam quarundam naturae lignum omne corticis loco habent, hoc eſt forinſecus. Columel. 8, 3 Sed ab cohorte forinſecus praedictis feneſtellis ſcandulae ſimiliter iniungantur. Forinſecus attrahentes Apul. Met. 9 p. 233. Oculos forinſecus curare Pallad. 1, 27. Per feneſtram forinſecus rapienda diſpergere Apul. Met. 4 p. 147.

FORBEA, ae. f. Feſtus, Forbeam antiqui omne genus cibi appellab nt, quam Graeci φορβὴν vocant. *Meurſ. Exerc. Crit.* 2, 4 Forbam.

FORCEPS, ĭpis. [πυράγρα, καρκῖνος] *tam* m. *quam* f. *ſecundum* Priſcianum; *(ſaepius tamen ſ. et rectius, vti cenſet Voſſ. de Anal.* 1, 17*)* *Inſtrumentum fabrile*, quod his forma, id eſt calida capiuntur, Feſtus. *Niſi magis placet eſſe quaſi* Ferriceps. *Sed illud de* Formo, calido *probat etiam Velius Longus.* Seru. *ad illud* Virg. Georg. 4, 175 Verſantque tenaci forcipe ferrum, *Forſices* ſunt, quibus incidimus; *forcipes*, quibus aliquid *foruum* tenemus, quaſi *forui capes*: nam *forvum* eſt calidum: vnde et *formoſos* dicimus, quibus calor ſanguinis ex rubore pulchritudinem creat. *De* formoſis *nugae.* *Pro* foruum *quod dedit Burm.* forbum *et* formum *alii.* *Additur apud* Seruium, Has tamen forcipes in medicinalibus Graeci ἀρδιοθῆρες appellant, quibus ſolent in bello vulneratis ſpicula extrahi. Columel. 6, 26 Deinde prius quam ferrum admoueas, duabus anguſtis ligneis regulis veluti forcipibus, apprehendere teſtium neruos. Plin. 7, 56 auctorem et inuentorem forcipis *commemorat.* Ouid. Met. 12, 277 Ferrum — Igne rubens — quod forcipe curua *(al.* adunca*)* Cum faber eduxit, lacubus demittit. Forcipes eſſe remedium Scribon. 53. Plin. 9, 31 ſ. 51 Cancris bina brachia denticulatis forcipibus.

FORCILLO, āre. Plaut. Pſeud. 2, 2, 36 Tu inuentus vero meam qui forcilles fidem. *Vid.* FVRCILLO *ſub* FVRCA.

FORCTIS, e. Adi. *i.* Fortis, frugi, bonus, validus Feſt.

FORCTVS, a, um. Adi. *Idem, apud* Feſt. *in* Horctus. A Gr. ἑρκτὸς, munitus. In XII Tab. Forcti ſanatique idem ius eſto.

FORCVLVS, *vid.* FORICVLVS.

FORDA, ae. f. [κυοφοροῦσα] *Bos praegnans, a* Ferendo *dicta.* Ouid. Faſt. 4, 631 Forda ferens bos eſt, fecundaque, dicta ferendo. Columel. 6, 24, 3 Poſt vnum coitum forda non admittit taurum. *Add.* ſ. 4. Seruius *in* Aen. 2, 140 Fordam *eſſe docet* hoſtiam grauidam. *Hinc*

FORDICIDIA Sacra, *inquit* Varro de L. L. 5, 3 a Fordis bobus dicta ſunt. Bos forda, quae fert in ventre, quod ea die publice immolabantur boues praegnantes in curiis. Complures a Fordis caedendis, Fordicidia dicta autumant. Haec et FORDICALIA dicta fuere, et 17. Cal. Maias celebrabantur, *vt eſt in* Vet. Kalend. Varro R. R. 2, 5, 6 Quae ſterilis eſt vacca, taura appellata, quae praegnans Horda: ab eo in faſtis Hordicalia nominantur, quod tunc hordae boues immolantur. *Nempe eadem vox eſt* Horda *et* Forda, *ob alternationem adſpirationis et literae* F *de qua ſ. l. diximus.* Ouid. Faſt. 4, 631

Tertia poſt Veneris *(Aprilis)* cum lux ſurrexerit Idus;
Pontifices forda ſacra litate boue.
Forda ferens bos eſt fecundaque, dicta ferendo:
Hinc etiam fetus nomen habere putant. *etc.*

FOREM, es, et. [γενοίμην] *Quaſi* fuerem, *h. e. eſſem, es, et, et Infinitiuo*, Fore, *i. Futurum eſſe.* Plaut. Merc. 3, 4, 37 Quin percunctatus hominis quae facies foret. Ter. Heaut. 2, 4, 2 Laudo te — Id cum ſtuduiſti, iſti formae mores vt conſimiles forent. Salluſt. in Iugurth. c. 24 Nam ego quidem vellem, et haec, quae ſcribo, et ea, quae antea in Senatu queſtus ſum, vana forent. Quam vere de eo foret iudicatum, oratio indicio fuit Nep. 6, 3, 5. *i. eſſet.* Cic. Att. 7, 20 Mihi dubium non erat, quin ille iam iamque foret in Apulia. Damno dedecorique foret ſibi Hor. Serm. 1, 2, 53. Liu. 10, 19 *pr.* Si qua clades incidiſſet, deſertori magis quam deſerto fore noxae. Fore, [ἔσεσθαι] *Futurum eſſe.* Plaut. Capt. 3, 4, 43 Ego me confido fore *(liberum)* Si huius huc reconciliaſſo in libertatem filium. Cic. Fam. 7, 8 Scripſit ad me Caeſar perhumaniter, nondum te ſibi ſatis eſſe familiarem propter occupationes ſuas, ſed certe fore. Id. de Orat. 3, 227 Fore dicis, inquit, ego vero eſſe iam iudico. Caeſ. B. G. 1, 39 Nonnulli etiam Caeſari nuntiabant, quum caſtra moueri, aut ſigna ferri iuſſiſſet, non fore dicto audientes milites. Non dubito fore plerosque, qui iudicent Nep. praef. *pr.* *i. iudicaturos eſſe.* Affirmans fore, vt aliquid accidat Suet. in Domit. c. 15. Cic. Att. 7, 26 Dionyſio dum exiſtimabam vagos nos fore, nolui moleſtus eſſe. Id. Fam. 3, 13 Quaſi diuinarem, tali in officio fore mihi aliquando expetendum ſtudium tuum. Id. Att. 16, 18 Numquam putaui fore, vt ſupplex ad te venirem. Numquam ego ratus ſum fore, vt Sall. Iug. 110. Scio fore Plaut. Aſin. 5, 2, 19. Cic. Fam. 1, 5 Spero fore, vt contingat id nobis. Scripſeras fore, vti aliquid ageretur Id. Att. 3, 13. Credula vitam Spes fouet et, melius cras fore, ſemper ait Tibull. 2, 7 *pr.* Spem habeo nihil fore aliter, quam deceat Cic. Att. 6, 3. Ne ſpes quidem vlla oſtendatur fore melius Id. ibid. 11, 11. Id. ibid. 7, 26 Sin erit bellum, vt video fore, meae partes non deſiderabuntur. *Praeteriti ſignificationem habet* Cic. pro Milon. 78 c. 28 Spero multa vos, liberosque veſtros in Republ. bona eſſe viſuros. In his ſingulis ita ſemper exiſtimabitis, viuo P. Clodio, nihil horum vos viſuros fore. *Vbi hodie legitur* Viſuros fuiſſe. *Pro eſſe* Id. Att. 5, 21 Te ad me fore venturum. Fore *cum* Poſſum. Gell. 15, 1 Si quid autem poſſet remedii fore, vt ne tam aſſidue domus Romae arderent. *Sed varia tentant viri docti.*

FORENSIS, *vid.* FORVM.

FORES, *vid.* FORIS.

FORETANI, Plinio Iſtriae populi, *de quibus idem meminit* 3, 19.

FORETII, [Φορητίοι] Latii populi, *de quibus* Plin. 3, 5.

FORFEX, ĭcis. f. [τομὸς, ψαλὶς] *Inſtrumentum ſecandi e duobus velut cultris compoſitum.* Seruius *ad* Aen. 8, 453 Forfices ſunt quibus incidimus. *Reliqua damus in* FORCEPS. Columel. 12, 43 Alii quum legerunt vuam, ſi qua ſunt in ea vitioſa grana, forficibus amputant. *Etiam ſic vocatur Inſtrumentum chirurgicum, quo euelluntur dentes.* Celſ. 7, 12 Dens haerens cum ſummo periculo euellitur, ac nonnunquam maxilla loco mouetur. *Paullo poſt*, Tum ſi fieri poteſt, manu; ſin minus, dens forfice excipiendus eſt. Ac ſi exeſus eſt, ante id foramen vel linamento, vel bene accommodato plumbo replendum eſt, ne ſub forfice confringatur. Recta vero forfex ducenda eſt, *etc.* Facta forfex ad id Id. ibid. Forfices *etiam Vox militaris erat: vid.* Gell. 10, 9 Dicitur cum contraria cuneo acies inſtruitur, latioribus primis et apertis, ac paullatim in anguſtum deſinentibus. Vſus erat cuneum ſoluere et atterere. *Vid.* Veget. 2, 19. *et* Feſt. in Serra.

FORFICVLA, ae. f. Dimin. [ψαλίδιον] Plin. 32, 11 ſ. 53 Elephanti locuſtarum generis nigri, pedibus quaternis, biſulcis. Praeterea brachia duo, binis articulis, ſingulisque forficulis denticulatis. *Vid.* Id. 25, 5 ſ. 23.

FORI, orum. m. *Pl.* [καταστρώματα] *Videtur hoc nomen cum* forando *aliquam cognationem habere, et cauum aliquid notare, quod transiri poteſt, vbi multi transeunt et verſantur.* *Nempe* Fori *ſunt Tabulata nauium, vel locus in naui, qui iter nauem perambulantibus praebet;* ab eo, quod inceſſus ferant, *inquit* Seruius *ad* Aen. 4, 605. *et* 6, 412. Cic. de Senect. 17 c. 6 Vt ſi qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alii malos ſcandant, alii per foros curſitent, alii ſentinam exhauriant. *Et* Tacit. Hiſt. 2, 35, 3 Retentare puppes, ſcandere fores *hoſtium opus.* Virg. Aen. 6, 412 Laxatque foros, ſimul accipit alueo Ingentem Aeneam. Chariſ. 1 p. 19 *extr.* Fori ſunt in nauibus, quibus nautae ſedentes remigant, ἑδώλια. *Sic et* Diomed. 1 p. 314 *extr.* ¶ 2 *Sed etiam Singulari dixit* Ennius, *apud* Iſid. 19, 2 Multa foro ponet, et agia longa repletur. *Nempe etiam* Forus *de mercantium loco dicitur, vt ſ. l. videbimus.* *De loco autem Ennii, vid.* AGEA. Gell. 17 (16) 19 *de Arione*, Stansque in ſummae puppis foro, carmen quod orthium dicitur, voce ſublatiſſima cantauit. ¶ 3 Fori, Loca ſpectaculorum, *et, vt* Feſtus *dicit*, Circenſia ſpectacula; *h. e. Loca erecta, et tabulis compoſita, e quibus populus ludos ſpectabat.* *Vid.* Liu. 1, 56. *et* Chariſ. l. c. *Honeſta translatione* Virg. Georg. 4, 250 *de apibus*, Complebuntque foros, et floribus horrea texent, *i. fauos, vbi illa caui notio in primis locum habet, ſed etiam illa conſtructio alueorum, per quam vndique circumire et accedere licet.* Non. 5, 104 Fori — locus apertus et patens, vnde et gladiatores foros facere dicuntur, quum longo circuitu ſectantur. *Nempe* fori *interdum ipſum iter et viam, quam ſibi quis facit, ſignificare videntur.* *Sic de Sarritore agri, accurate opus ſuum perſequente* Columel. 10, 92 Anguſtosque foros aduerſo limite ducens, Rurſus in obliquum diſtinguat tramite paruo. *Add.* FORVM, *ſunt enim ex eodem fonte, et* FORVS.

FORVLI, orum. m. *Pl.* Dimin. [θυλάκια] *Armariola, ſiue Capſulae, in quibus reponuntur libri: quod ipſum quoque ad illam caui notionem, quam* foris *eſſe diximus, referri poteſt.* Suet. in Aug. c. 31 Quidquid fatidicorum librorum Graeci Latinique generis, nullis vel parum idoneis auctoribus, vulgo ferebatur, ſupra duo millia contracta vndique cremauit, ac ſolos retinuit Sibyllinos, hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis ſub Palatini Apollinis baſi. Iuuen. Sat. 3, 219 Hic libros dabit et forulos, mediamque Mineruam.

FORIA, orum. n. *Pl.* [ἀφοδεύματα ὑγρότερα] Stercora liquidiora, *vt ait* Nonius 2, 352. *Vnde* Conforire *verbum, quod vide ſuo loco.*

FORIA, ae. f. *Morbus ſuum, ſi ſequimur receptam hodie lectionem* Varron. R. R. 2, 4, 5 Emi ſolent ſic, *(hac formula)* Illaſce ſues ſanas eſſe — ſpondesne? Quidam adiiciunt, perfunctas eſſe a febri, et a foria. *Fuerit forte alui tetrum profluuium.* *Sed Reineſ. ad Inſcript.* *20, 148 p. 932* Soria *legi vult, id eſt* Suria: *et eſſe* Suriam *feminarum affectionem, marem appetentium.* *Sed neque huius* Suriae *alia exſtat auctoritas.*

.FORIO, īre. *Verbum quod* Scholiaſtes Iuuenalis Sat. 3, 38 *interpretatur* Ventrem deonerare.

FORIOLVS, i. m. Qui foria facile emittit, ſoluti ſcilicet ventris; *auctore* Nonio 2, 352 Laberius in Panilicis, Foriolus eſſe videris, in coleos cacas.

FORĪCA, ae. f. [ἀφοδευτήριον] *Locus, in quem alui ſtercora deiicimus.* Iuuen. Sat. 3, 38 Inde reuerſi Conducunt foricas. Proprie de publicis dicitur, Latrina de priuatis. Vet. Scholiaſt.

FORICARIVS, i. m. Scaeuol. l. 17 quum quidam §. 5 D. de vſuris, Fiſcus ex ſuis contractibus vſuras non dat, ſed ipſe accipit: vt ſolet a foricariis, qui tardius pecuniam inferunt: item ex vectigalibus. *Budaeus legit, a* Fornicariis. *Sed foricas conductas eſſe, a quibusdam, modo vidimus.*

FORICVLA, *vid.* FORIS, is. f.

FORICVLVS, i. m. *Deus putabatur, qui* foribus *praeerat: ſicut Cardinea, Dea quae cardinibus: Limentinus, Deus qui limini. Al.* Forculus. *Vid.* Tertull. de Idolol. c. 15. *et* de Cor. Mil. c. 13. Auguſtin. C. D. 4, 8.

FORINA Dea, *in Romanorum notis legitur* FORIN. ROM. AR. D. D. Forinae Romae aras dedicauit. *Vid. Sertor. Vrſat. Sed quod laudatur Varro, nihil eſſe videtur. Apud hunc enim* de L. L. 4, 15 p. 23. 6 *itemque* 5, 3 p. 48, 3 Furina *eſt, v. v. niſi* Forina *eadem, Graece certe* φὼρ fur *eſt.*

FORINAE, arum. f. *Pl.* Gruter. p. 9, 5 GENIO FORINARVM. *Tubos aiunt et canales fuiſſe, per quos ſordes et* foria, *hoc eſt, liquidiora ſtercora ex vrbe emittebantur.*

FORINSECVS, *vid.* FORAS. Adu.

FORIS. Adu. *Vid.* FORAS. Adu.

FŎRIS, is. f. [θύρα] *Proprie Foramen eſt, a* FORO, āre. *Res confecta eſſet, ſi inueniretur in bono libro, quod laudatur ex* Colum. 8, 17, 6 Foribus exiguis cancelli. *Sed quos ego conſulere potui libros, omnes habent* foraminibus. *Interim et etymologia ſuadet forem eſſe foramen, et Adiectiua* Multiforis, Septemforis, *etc. Caeterum ordinarie* Foris *eſt ianua.* Ter. Adel. 2, 3, 11 Sed quidnam foris crepuit? Ouid. Epiſt. 12, 150 Conſtitit ad geminae limina prima foris. Hor. Serm. 1, 2, 67 Excluſus fore. *Pluralis frequentior eſt.* Fores limenque carceris Cic. Tuſc. 5, 80. Fores in liminibus profanarum aedium, ianuae nominantur Id. de N. D. 2, 67. *De differentia forium et ianuae* Macrob. 6, 8. Caecae fores, *Occultae, paucis notae* Virg. Aen. 2, 453. Durae Ouid. Amor. 2, 1, 22. Poëticas fores fruſtra pepulit compos fui, *Plato ap.* Sen. de Tranq. An. *extr.* Foris raſilis Catul. 59, 168. *i. polita, ornata.* Plaut. Caſ. 5, 2, 17 Forem obdo, ne ſenex me opprimeret. Cic. pro Cornel. Aperuit forem ſcalarum. Liu. 6, 24 Cum Lictor forem virga percuteret. Excluſus fore Hor. Serm. 1, 2, 67. Obſerata fore Apul. Met. 10 p. 538. Accedere ad fores, *vid.* ACCEDO. Adire ad fores, *vid.* ADEO. Aperire fores Cic. Off. 3, 38. Aperire fores, *prouerbio dicebatur, Qui rei cuiuſpiam ingreſſum, initiumque patefaceret.* Plin. 2, 8 *de ſignifero ſeu Zodiaco loquens,* Obliquitatem eius intellexiſſe, hoc eſt rerum fores aperuiſſe, Anaximander Mileſius traditur. *Simili translatione* Cic. Fam. 13, 10 In omnibus nouis coniunctionibus intereſt qualis primus aditus ſit, et qua commendatione quaſi amicitiae fores aperiantur. Aſſiſtere ad fores, *vid.* ASSISTO. Auſcultare ad fores, *vid.* AVSCVLTO. Claudere fores cubiculi Cic. Tuſc. 5, 59. Clauſit amica fores Ouid. Amor. 2, 1, 17. Concuſſae Id. ibid. 1, 6, 50. Conſertae Id. ibid. 1, 6, 74. Effringere fores Cic. pro Cael. 38 c. 16. Excedere foribus Ouid. Met. 4, 85. Expaſſae repente delubri fores Tacit. Hiſt. 5, 13. Idem Ann. 1, 39 Concurſuque ad ianuam facto, moliuntur fores, *effringunt per vim.* Obdere foribus peſſulum Ter. Heaut. 2, 3, 37. Obditae fores ferratis trabibus, *vid.* OBDO. Obſerare fores Iuſtin. 19, 3, 12. Operiri fores iuſſit Tacit. Ann. 3, 15. Pulſare fores Ouid. Met. 5, 448. Percutere fores, *vid.* PERCVTIO. Auro ſolent etiam adamantinae Perfringi fores, Apul. Met. 9. Reſerare fores Ouid. Met. 10, 384.

FORĬCŬLA, ae. f. Dimin. [θυρίον] *A* Foribus, *foramen, cum valuula* Varro de R. R. 1, 59 Et ideo oporothecas qui faciunt, ad Aquilonem vt feneſtras habeant, atque vt aëre perflentur, curant, neque tamen ſine foriculis: ne quum humorem amiſerint, pertinaci vento victa fiant.

FORICVLATA veſtis *laudatur ex* Plin. 8, 48 ſ. 74 Vndulata veſtis prima e laudatiſſimis fuit: inde foriculata defluxit. *Sed fluctuat lectio et ſententiae virorum doctorum: placet aliis* Soriculata, Surculata, Sororiculata, *quod cum ex MSS. receperit Harduinus, ibi, vt poteſt, declaramus.*

FORMA, ae. f. [εἶδος, ἰδέα, μορφή, τύπος] *Facies cuiusque rei, quae illam finit vndique, et ab aliis rebus omnibus diſtinguit, complectiturque adeo dimenſiones omnes, proportiones, resque ipſa adeo eſt, in quantum notas ſui praebet, et ſenſu vel animo comprehendi poteſt. Haec* forma immobilis eſt et naturalis, *inquit* Donatus *ad* Ter. Andr. 1, 1, 92 Vultus mouetur et fingitur. Plaut. Poen. 5, 2, 154 P. Formam quidem hercle verbis depinxiſti mihi. Ter. Hec. 4, 1, 57 Forma in tenebris noſci non quita eſt. Cic. de N. D. 1, 47 Suam quodque animal formam et ſpeciem diligit. Forma et quaſi naturalis nota cuiusque Id. de Orat. 3, 113 c. 29. Argumenta magis ſunt Mentoris addita formae Propert. 3, 7, 13. *Non ſatis intelligo; intelligerem, ſi legeretur* famae. Animalis Lucret. 5, 142. Animantium forma, et hominis figura Cic. de N. D. 1, 48. Cognitio formarum ex pictura Id. Verr. 4, 123. Figura formae Id. de N. D. 1, 90 c. 32. *Sed meretur locus adſcribi.* Nec vero intelligo, cur maluerit Epicurus deos hominum ſimiles dicere, quam homines deorum. —— Hoc dico, non ab hominibus formae figuram veniſſe ad deos. Dii enim ſemper fuerunt —— at homines nati Ante igitur humana forma quam homines, ea, qua erant forma dii immortales. Non ergo illorum humana forma, ſed noſtra diuina dicenda eſt. *Sic* Speciem formae *mox videbimus.* Cic. pro Flacc. 12 c. 5 Etiam ſi formam hominis, ſi nomen, ſi tribum noſtis, mores tamen exquirendos putatis. Imagines formae notae, ſimulacra Auct. ad Heren. 3, 29. Quinctil. 1, 1 Neque enim mihi illud ſaltem placet, quod fieri in plurimis video, vt literarum nomina et contextum prius quam formas pueri diſcant. Species formae Cic. Tuſc. 5, 114 c. 39. *vt* figura formae. Appoſita ad dignitatem forma, ſpecies et ſtatura Auct. ad Heren. 4, 60. Tacit. Ann. 2, 39 Nam aetate et forma haud diſſimili in dominum erat. Eburneae formae literarum Quinctil. 1, 1. *i. Ebur, cui forma literarum inſculpta.* Quinctil. 7, 4 Epicurus humanam deo formam, locumque inter mundos dedit. Homini quum de deo cogitat, forma occurrit humana Cic. N. D. 1 c. 27. Hor. Carm. 1, 33, 11 Veneri placet impares Formas atque animos ſub iuga aënea Saeuo mittere cum ioco. Mala, *vid.* MALVS. Mendax forma Ouid. Met. 3, 439. *de vmbra Narciſſi.* Mortalis Prudent. Hymn. 9, 92. *i. hominis.* Nuda Ouid. Met. 4, 346. Rotunda forma vllam negat eſſe pulchriorem Plato Cic. de N. D. 1, 24. Terribiles formae nocturno tempore viſae Id. de Diuin. 1, 18. Virilis Ouid. Epiſt. 4, 76. Capere alicuius formam, *vid.* CAPIO. Caelator ahenae formae Propert. 4, 2, 61. *De ſtatuario.* Quinctil. 1, 10 Quidquid formae quadrati detraxeris, amplitudine quoque peribit. Exprimere formam quam mente acceperis Id. 2, 7. Cic. in Orat. 9 Nec vero ille artifex quum faceret Iouis formam, aut Mineruae, contemplabatur aliquem, e quo ſimilitudinem duceret: ſed ipſius in mente inſidebat ſpecies pulchritudinis eximia quaedam, quam intuens, in eaque defixus, ad illius ſimilitudinem, artem et manum dirigebat. Fingitur in omnes formas Ouid. Met. 14, 685. Fit minor annis forma Id. de Arte Am. 2, 113. Fucata formam Lucan. 10, 137. Immutata, *vid.* IMMVTO. Indutae forma hominum beluae, *vid.* INDVO. In formis aliis dignitas ineſt, aliis venuſtas Cic. Off. 1, 107. Noui formam, *vid.* NOSCO. Remoueatur a forma omnis viro non dignus ornatus Cic. Off. 1, 130.

¶ 2 *Pulchritudo* Ter. Eun. 2, 3, 83 Praeterea forma, aetas ipſa eſt, facile vt te pro Eunucho probes. Virg. Aen. 11, 70 Cui neque fulgor adhuc, necdum ſua forma receſſit. Forma bonum fragile eſt Ouid. de A. A. 2, 113. *Et* Art. Am. 3, 103 Forma dei munus: forma quota quaeque ſuperbit? Pars veſtrum tali munere magna caret. Clariſſima Ouid. Met. 4, 793. Conſpicuus forma, *vid.* CONSPICVVS. Decora Ouid. Met. 2, 773. Magno diues Philomela paratu, Diuitior forma Ouid. Met. 6, 452. Egregius forma iuuenis Virg. Aen. 6, 861. Inſignis Id. ibid. 5, 295. Laudatiſſima Ouid. Epiſt. 19, 131. Praeſtantiſſima Id. Met. 15, 130. Perfectiſſima Quinctil. 1, 10. Virg. Aen. 1, 76 Quarum, quae forma pulcherrima, Deiopeiam Connubio iungam ſtabili, propriamque dicabo. Candor formae Ouid. Met. 1, 743. Damna formae Id. Her. 15, 32. Decus eximium formae Stat. Achil. 1, 290. Dignitas formae coloris bonitate tuenda eſt Cic. Off. 1, 130. Dotes formae Ouid. Epiſt. 16, 305. Gratia formae Id. Met. 7, 44. Pulchritudo formae Quinctil. 2, 15. Veneratio formae Iuſtin. 5, 2, 5. Forma et ſpecies liberalis Cic. pro Cael. 6. Ter. Andr. 1, 1, 92 Interea inter mulieres, quae ibi aderant, forte vnam adſpicio adoleſcentulam, forma. SO. bona fortaſſe. *Vid.* BONVS. Ter. Andr. 1, 1, 45 Interea mulier quaedam abhinc triennium ex Andro commigrauit huc viciniae, inopia et cognatorum negligentia coacta, egregia forma, atque aetate integra. Eximia forma puer Cic. Tuſc. 5, 61 c. 21. Eximiae correptus imagine formae Ouid. Met. 4, 675. *Al.* Viſae formae. Fugax Sen. Hippol. 6 v. 771. Ter. Andr. 1, 1, 95 Et quia erat forma praeter caeteras honeſta et liberali. Imperatoria Nep. 11, 3, 1. Indigna eſt pigro forma perire ſitu Ouid. Amor. 2, 3, 14. Luculenta, *vid.* LVCVLENTVS. Ter. Heaut. 3, 2, 12. Neglecta Ouid. de Arte Am. 1, 509. Nitida forma picturae, *vid.* NITEO. Gell. 5, 11 Inter enim pulcherrimam feminam et deformiſſimam media quaedam forma eſt, quae a nimiae pulchritudinis periculo, et a ſummo deformitatis odio vacat: qualis a Quinto Ennio in Menalippa, perquam eleganti vocabulo ſtata dicitur, quae neque κοινή, id eſt communis, futura ſit, neque ποινή, id eſt poena, quam formam modicam et modeſtam Fauorinus non mehercule inſcite appellat vxoriam. Ennius autem in iſta, quam dixi, tragoedia, eas fere feminas ait incolumi pudicitia eſſe, quae ſtata forma forent. Superba Ouid. Epiſt. 21, 33. Virginea forma puer Id. Met. 3, 607. Adiuuare formam cura, *vid.* ADIVVO. Auferre formam, *vid.* AVFERO. Largiri formam pluribus Quinctil. 5, 11, 26. *meretricum eſt.* Laudare formam alicuius Cic. Fam. 1, 9. *Ex Terentio.* Laudata Ouid. Epiſt. 15, 131. Si mihi difficilis formam natura Negauit, Ingenio formae damna rependo meae Id. Her. 15, 31. Perdere formam, *vid.* PERDO. Polluere formam Tibul. 1, 9, 17. Populabitur aetas formam Ouid. de Medicam. faciei 45. Proſtituis formam, vt vendas Petron. 126. *Vid. mox* VENDERE. Veteres, *inquit* Donatus (*neſcio quis, neſcio vbi*) ignem et calorem quendam, quaſi feruorem, dixerunt formam: et ideo fornaces, forcipes, formam, et formoſos: ex quibus ignis amoris exoritur. *Vid.* FORMVS, a, um. Ouid. Met. 10, 614 Nec forma Tangor, poteram tamen hac quoque tangi. Vendere formam, *vt* Largiri, *meretricium* Tib. 1, 13, 51.

¶ 3 *Metonymice* forma *ponitur pro puella formoſa.* Ter. Eun. 2, 3, 6 Taedet harum quotidianarum formarum. Prop. 2, 21, 53 Vobiſcum (*o inferi*) eſt Iole, *etc.* Et quot Iona tulit, vetus et quot Achaia formas. *Et* 2, 2, 42 Poſt Helenam haec terris forma ſecunda redit. *Et* 2, 4, 28 Cynthia forma potens, Cynthia forma leuis. *Hinc declarat Burmannus illud* Quinctil. Decl. 15, 2 p. 307 Formam vacantem vocare meretricem.

¶ 4 *Omnis omnium rerum deſcriptio et imago quaedam vel mente concepta, vel quocunque modo figuris, lineis, ſignis expreſſa,* Forma *eſt. Tales ſunt Architectorum* Formae. Plin. Epiſt. 9, 39 Vt formam (*templi*) ſecundum rationem loci ſcribas. *Add.* Gell. 19, 10. Sueton. Caeſ. c. 31 Vitruuio exemplaria picta et deformatio. Cic. Fam. 2, 8 *Metaphorice,* Vt ex tuis literis, quum formam Reipublicae viderim, quale aedificium futurum ſit, ſcire poſſim. Mutatur iterum forma ciuitatis Decemuiris conſtitutis Liu. 3, 33 *pr.* Auſon. Moſell. 298 Pandere tectonicas per ſingula praedia formas. Cic. Off. 1, 14 Formam quidem ipſam Marce fili, et tanquam faciem honeſti vides. Id. de Fin. 2, 48 c. 15 Habes vndique expletam et perfectam, Torquate, formam honeſtatis. In breuem formam contrahi Ouid. Met. 5, 457. Ad formam Plin. 9, 23. Innumerabiles paene ſunt formae figuraeque dicendi ſpecie diſpares, genere laudabiles Cic. de Orat. 3, 31. Exprimere quandam formam, figuramque dicendi Id. ibid. 2, 98. Id. in Brut. 69 Ornari orationem Graeci putant, ſi verborum immutationibus vtantur, quos appellant τρόπους: et ſententiarum orationisque formis, quae vocant σχήματα. *Ipſe* Cicero *alibi* Sententiarum ornamenta, et lumina, *et in* Bruto 140 Conformationes *vocauit.* Forma honeſtatis et ſimilitudo Cic. de Fin. 5, 69. Ingenii forma admodum impolita et plane rudis Idem de Clar. Orat. 294. Ingenii forma lucebat et exercitatione perfecta erat Id. ibid. 227. Liu. 2, 48 Res proxime Latrocinii formam venerat. *Sed* Vell. 2, 61, 2 In formam iuſti exercitus coire. Laudationum, ſcriptionum, hiſtoriarum, et ſuaſionum formae Cic. in

in Orat. 37. Officii forma Cic. Off. 1, 103. Propoſiti operis forma Paterc. 1, 16, 1. et 2, 66, 3. *Conf.* Idem 2, 49, 1. et 2, 96, 3. Rerum publicarum forma Cic. Att. 6, 3. Liu. 3, 4 *extr.* Tantum terrorem incuſſere Patribus, vt (quae forma Senatusconſulti vltimae ſemper neceſſitatis habita eſt,) Poſtumio alteri Conſulum negotium daretur, videret, ne quid detrimenti Reſp. caperet. *Haec frequentius vocatur* Formula. Temporum et Reipubl. forma Cic. Fam. 3, 11. Tyrannorum habere formam et ſpeciem ipſam Idem pro L. Agr. 2, 32. ¶ 5 *Species apud rhetores.* Cic. Top. 30 c. 7 In diuiſione formae ſunt, quas Graeci ἰδέας vocant, noſtri, ſi qui haec forte tractant, ſpecies appellant. *Vid.* SPECIES. Quinctil. 7, 5 Abdicationum formae ſunt duae: altera criminis perfecti, altera imperfecti, *etc.* *Add.* 5, 10, 62. 6, 2, 6. Scelerum omnes comprehendere formas Virg. Aen. 6, 626. ¶ 6 *Regula.* Virg. Aen. 6, 615 Ne quaere doceri, Quam poenam, aut quae forma viros, fortunaeue merſit. *Vbi* Seruius: Forma, Regula; ſingulis enim ſceleribus ſtatuta ſunt ſupplicia ex more Romano, quem ſequitur. Quinctil. 9, 4, 13 Celſus vnam quandam huic parti (*exordio*) formam dedit. *Et* 1, 6, 16 Non enim Analogia demiſſa caelo formam loquendi dedit. *De* Forma *agrimenſoria ſatis erit poſuiſſe locum* Siculi Flacci p. 16 *Goeſ.* Agrorum diuiſorum — formae varias appellationes accipiunt. Quidam arbores (*Goeſius coniicit* arbore res) finales (*i. fines terminosque poſſeſſionum*) alii in venis (ahenis *coniiciebat aliquis apud Rigaltium;* ceris *ſuſpicatur Schwartzius: Goeſius* venas *lapidum, marmorumue intelligit*) alii in membris (membranis) ſcripſerunt. Et quamuis vna res ſit forma, alii dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, alii limitationem, alii cancellationem, alii typon, quod, vt ſupra diximus, vna res eſt, forma. Quidam formas, quarum mentio habita eſt, in aere ſcalpſerunt, id eſt, in aereis tabulis ſcripſerunt. Hic tamen quidquid inſtituerunt, curandum erit, vt fide publica aeſtimetur, neu quis voluntarie finem proferat — Quod ſi quis contradicat, ſanctuarium Caeſaris reſpici ſolet. Omnium enim agrorum et diuiſorum et aſſignatorum formas, ſed et diuiſionum commentarios (*quibus latius explicantur omnia*) principatus (*princeps*) in ſanctuario (*tabulario*) habet. Cenſualis forma, *Qua cavebatur, vt agri in cenſum referrentur* Vlp. in l. Forma D. de Cenſibus. Calliſtratus in l. Diuus Pius D. ad legem Corneliam de falſis, Si plus eos meruiſſe videatur, quam ex forma iuriſdictionis pati poſſint, *etc.* Formae *dicuntur Conſtitutiones et reſcripta principum, vnde dictae* Formales *et* Formatae epiſtolae. *Vid.* EPISTOLA. Quinctil. 2, 4, 15 Cum iam formam rectae atque emendatae Orationis accipient. Prouinciae forma, *ſignificat Fines et contributa loca.* Vlpian. in l. Relegatorum D. de interdictis et relegatis, In inſulam relegare Praeſides prouinciarum poſſunt: ſic tamen, vt ſi quidem inſulam ſub ſe habeant, id eſt, ad eius prouinciae formam pertinentem, quam adminiſtrant, etiam ſpecialiter inſulam adſignare poſſunt, inque eam relegare. ¶ 7 *Nempe* Forma *eſt archetypon quoddam, in quo, vel ex quo aliud quid exprimitur. V.* g. Colum. 7, 8 *de conficiendo caſeo,* Liquor in fiſcellas, aut in calathos vel formas transferendus eſt. Ibid. Vel manu figuratur, vel buxeis formis exprimitur. Plin. 36, 22 Ex iis formae fiunt, in quibus aera funduntur. Forma *dicitur tum Signaculum archetypum, tum ipſe Numus: quemadmodum* Formas quinarias, denarias, Lamprid. *pro Numis quinariis, denariis, hoc eſt quinos denosque aureos valentibus, dixit. Vid. Salmaſ. ad* Alexandr. Lampr. *et* Trebell. Poll. in XXX Tyrann. Sen. Epiſt. 34 *extr.* Omnia facta dictaque tua inter ſe congruant et reſpondeant ſibi, et vna forma percuſſa ſint. *Sic ſutores ſuas habent formas, de quibus* Hor. Serm. 2, 3, 106

Si quis emat citharas, emtas comportet in vnum,
Nec ſtudio citharae, nec Muſae deditus vlli;
Si ſcalpra, et formas non ſutor, *etc.*

Forma calcei ceruicem percuſſit D. ad l. Aquiliam l. 5 §. Sed etſi, *etc.* *Conf.* l. 13. *Vid.* FORMVLA. ¶ 8 *Obſeruatt. aliae.* Capaciſſima forma *circuli, i. figura,* Quinctil. 1, 10, 39. Virg. Georg. 1, 170 Continuo in ſiluis magna vi flexa domatur In burim, et curui formam accipit vlmus aratri. *i. Formatur in aratrum, ab ipſo ſcilicet artifice.* Habere formam ſuadendi Quinctil. 3, 4. In formam cadere, *vid.* CADO. Columel. 7, 9 Siue per literas, ſiue per formas vnumquemque foetum cum matre diſtinguat. Forma *eſt, qua nota quaecunque imprimitur.* Formae, *pro Ordinibus et decuriis quibusdam intelliguntur, vt dicantur in Palatinis officiis alii* primae, *alii* ſecundae formae, *etc.* l. Scriniis C. de palatin. lib. 12. *it.* l. 7 C. Th. de Palatinis S. L. Formae luteae Arnob. 4 p. 130. *ſunt* Lateres. *Totum locum damus in* LATERANVS. *Vid.* FORMACEVS. Formae *etiam vocantur Structiles riuorum canales, quibus aqua ducitur; quo ſenſu* Aquas formarum *dixit* Caſſiod. Var. Epiſt. 3, 31 *et* 53 Roma formarum inundatione ditiſſima. *Vid. Fabret. de Aquaeduct. p.* 20. *et Pallad.* 9, 11. Sidon. Apoll. 1, 5. *it.* l. 1. 8. 9 C. Th. de aquaeductib. *Denique vox* Forma *aliquando meris periphraſibus poëticis inſeruit.* Virg. Aen. 7, 18 Ac formae magnorum vlulare luporum. *Quamquam hic agitur de Circes praeſtigiis. Sed Conf. Drakenb. ad* Sil. 15, 86.

FORMVLA, ae. f. Dimin. *Parua forma: et aeque late patet ac Primitiuum ſuum.* Ammian. Marcell. 31, 2 Eorum calcei formulis nullis aptati, vetant incedere greſſibus liberis. Plaut. Perſ. 2, 2, 47 Tempori hanc vigilare oportet formulam atque aetatulam, *etc.* In formulas digerere Scribon. 72. 110. *i. orbiculos, paſtillos.* Formula dicendi, *pro Stilo, et ratione loquendi* Cic. de Opt. gen. Orat. 20 c. 5. Id. Off. 3, 29 Formula quaedam conſtituenda eſt: quam ſi ſequemur in comparatione rerum, ab officio nunquam recedemus. Nota cuiusque generis et formula Id. in Orat. 75. Id. ibid. 1 c. 55 *de ICto.* Componere formulam diſciplinae Cic. Acad. 1, 17. Conſtituere formulam, quam ſequamur Id. Off. 3, 19 c. 14. Praeſcriptum aliquod aut formulam exprimere Id. in Orat. 36. Varro de R. R. 1, 18 de familia, Cato dirigit ad duas metas, ad certum modum agri, et genus ſationis, ſcribens de oliuetis, et vineis, vt duas formulas. Vnam, in qua praecipit quomodo oliuetum agri iugerum CCXL, inſtruere oporteat, *etc.* ¶ 2 *Peculiari et ſollemni ſignificatione* Formulae, *ſunt Legum et inſtitutorum certae conceptiones, ſiue comprehenſiones, quibus ſic actiones hominum, vt opera artificum, formulis quibusdam diriguntur. Harum incredibilis vis erat, quum nihil fere priuatae vel publicae rei agi poſſet, in quo non praeſcriptis vel a lege vel ab inſtituto hominum verbis, et conceptis vtendum eſſet. Hoc intelligi non poteſt commodius, quam ſi quis Briſſonianum opus de formulis, et ſollemnibus Populi Rom. verbis inſpiciat. De iudicialibus* Cic. pro Roſc. Com. 24 c. 8 Sunt iura, ſunt formulae de omnibus rebus conſtitutae, ne quis aut in genere iniuriae, aut ratione actionis errare poſſit. Expreſſae ſunt enim ex vniuscuiusque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria, publicae a praetore formulae, ad quas priuata lis accommodatur. Formula *igitur eſt regula quaedam et praeſcriptio.* Paterc. 2, 38 *pr.* Haud abſurdum videtur, paucis percurrere, quae cuiusque ductu gens ac natio redacta in formulam prouinciae, ſtipendia pacta ſit. *Conf.* Id. 2, 97 *extr.* Suet. Iul. c. 25. Cenſendi formula Liu. 4, 8. Idem 40, 12 Vis hanc formulam cognitionis eſſe, vt vter timuerit, ne alter videretur dignior regno, is conſilium opprimendi fratris iudicetur cepiſſe? Id. 1, 38 *pr.* Deditos Collatinos ita accipio, eamque deditionis formulam eſſe, Rex interrogauit, Eſtisne, *etc.* Cic. Fam. 7, 12 Vbi porro illa erit formula fiduciae, vt Inter bonos bene agier oportet. Idem de Orat. 2, 178 Plura enim multo homines iudicant odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut laetitia, aut ſpe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis; quam veritate, aut praeſcripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicii formula, aut legibus. Id. pro Caecin. 51 Quae lex, quod Senatusconſultum, quod magiſtratus edictum, quod foedus aut pactio, quod teſtamentum, quae iudicia, aut ſtipulationes, aut pacti et conuenti formula, non infirmari aut conuelli poteſt, ſi ad verba rem deflectere velimus; conſilium autem eorum, qui ſcripſerunt, et rationem relinquamus? Poſtulationum formulae vſitatae Cic. Verr. 2, 147. Sponſionis formula Idem pro Roſc. Com. 12. Teſtamentorum formulae Id. de Orat. 1, 180. *De Foederibus et pactis gentium, ſaepe hac voce vtitur* Liu. *vt* 26, 24. 32, 33. 38, 9. 44, 16. *etc. De iudiciali,* Cadere formula Quinctil. 3, 6, 68. Sen. Epiſt. 48 *i. cauſa cadere vel damnari ob formulam actionis non recte petitam.* Componere ſtipulationum et iudiciorum formulas Cic. de Legib. 1, 14. Conſtitutae iura et formulae de omnibus rebus Id. pro Roſc. Com. 24 c. 8. Edita formula damni dati Plin. 9, 59. Ex formula praeceptoris ſui viuere Sen. Epiſt. 6. Excidere formula *apud* Suet. in Claud. c. 14. Sen. de Clem. 2, 3. Intendere formulam, *Dicam impingere* Suet. in Vitell. c. 7. Protulit de dolo malo formulas Aquilius Cic. Off. 3, 60. Scribere alicui formulam, *vt dicam ſcribere, eſt accuſare.* Quinctil. 6, 3, 83 Colaphum tibi ducam, et formulam ſcribam, quod caput durum habeas. *Similis fere importunitas illi, quum* Fimbria diem dicere Scaeuolae *auſus eſt,* Quod totum ferrum corpore non recepiſſet Cic. pro Roſc. Am. c. 12. Hor. Serm. 2, 3, 45 Haec magnos formula reges Excepto ſapiente tenet. Sub formula iudicare Sen. . .

FORMVLARIVS, i. m. *Qui formulas tractat et cauſas agit.* Quinctil. 12, 3 *extr.* Quorum alii ſe ad album ac rubricas tranſtulerunt; et formularii, vel, vt ait Cicero, Leguleii quidam eſſe maluerunt.

FORMACEVS, a, um. Adi. *Latericius.* Formas *enim eſſe lateres, vid. n.* 8. Plin. 35, 14 §. 48 In Africa Hiſpaniaque ex terra parietes appellant formaceos, quoniam in forma circumdatis vtrinque tabulis inferciuntur verius quam inſtruuntur, aeuis durant. *Male quidam hic legunt* Fornaceos. *Vid.* Iſidor. 15, 9. *Geſner. ad* Columel. 9, 4, 7.

FORMŌSVS, a, um. Adi. [εὔμορφος, ἐνειδής, εὐσχήμων] *Pulcher.* Cic. de N. D. 1, 80 Quotus enim quisque formoſus eſt? Virg. Ecl. 2, 1 Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim. Cic. Verr. 3, . . Mulierum nobilium et formoſarum gratia. Quo tibi formoſam, ſi non niſi caſta placebat? Non poſſunt vllis iſta coire modis Ouid. Amor. 3, 4, 41. Formoſus *et* Deformis, *contraria* Cic. de Inuent. 1, 35. Formoſus et pulcher Id. de N. D. 1, 24. Acies, Adonis, *vid. hh. vv.* Riguo formoſior Anno Ouid. Met. 13, 798. Annus formoſiſſimus Virg. Ecl. 3, 57. Boues formoſae Ouid. de Arte Am. 1, 296. Comae Id. Amor. 1, 14, 31. Dies Id. Epiſt. 15, 124. Mulier Hor. de Arte Poët. 4. Os Ouid. Met. 3, 461. Puella Tibul. 1, 1, 55. O formoſe puer Virg. Ecl. 2, 17. Virgo formoſa etſi oppido pauper, tamen abunde dotata eſt Apul. Apol. p. 332, 17. Virgines Cic. de Inuent. 2, 2. Vultus formoſus puellae, *al.* Formoſae vultus puellae Ouid. Amor. 2, 1, 37. *Compar.* Hedera formoſior alba Virg. Ecl. 7, 38. *Superl.* Formoſiſſimus aetatis ſuae Alcibiades Nep. 7, 1, 2.

FORMOSVLVS, a, um. Adi. Dimin. Varro *apud* Nonium 1, 109 Multi, qui limina intrarunt integris oculis, ſtrabones ſunt facti. Habet enim quiddam ἑλκυστικὸν prouincialis formoſula vxor. Hieron. Epiſt. 47, 4 *pro Amaſio poſuit,* Iſte formoſulus tuus, quia cito feneſcunt mulieres, vel ditiorem reperiet vel iuniorem.

FORMOSE. Adu. Apul. Met. 5 p. 158, 12 Videt Cupidinem, formoſum deum, formoſe cubantem. *Et* 6 p. 183 Venus ſuaui muſicae ſuppari greſſu formoſe ſaltauit. *Compar.* Surgere formoſius Propert. 1, 2, 11. *Superl.* Formoſiſſime qui formas omnia Auguſt. Confeſſ. 1, 7.

FORMOSĬTAS, ātis. f. [εὐμορφία] Cic. Off. 1, 126 c. 35 Idque poſitum eſt in tribus rebus, formoſitate, ordine, ornatu ad actionem apto. *De decoro loquitur.*

FORMĀLIS, e. Adi. Suet. in Domit. c. 13 Pari arrogantia, quum procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam, ſic coepit, Dominus et deus noſter ſic fieri iubet. Formalem, *i. ſollemnem, quae vim legis haberet.* Plin. 34, 9 Appellatur etiamnum et formalis temperatura aeris tenerrimi, quoniam nigri plumbi decima portio additur, *etc. ad formas faciendas, vt videtur.* Vlp. in l. 62 *fin.* In lege falcidia D. Ad legem falcidiam, Corpora, ſi qua ſunt in bonis defuncti, ſecundum rei veritatem aeſtimanda erunt, hoc eſt ſecundum praeſens pretium; nec quidquam eorum formali pretio aeſtimandum eſſe, ſciendum eſt: *i. ex pretio affectionis, quod plerumque homines ponunt in* forma *magis quam in materia.*

FORMABILIS, e. Adi. *Idem ac Formalis.* Prudent. Apoth. 1034 Solus homo meruit Domini formabile dextra Os capere. Formabiliora, vt ita dixerim Auguſtin. de Trin. 11, 2.

FORMASTER, i. m. *Qui formoſum aut calentem hominem imitatur. Nam Formus eſt Calidus lingua Latina; . vnde et Formoſus. Verſiculus eſt antiquus apud* Feſtum (*voce* Obſtrudant) Aut hic formaſter aut laetaſter paruulus. *Turneb.* 12, 4. *Conf.* Iſidor. 20, 13. *Scal. exponit* ὡραϊζόμενος, *qui pulcher videri vult: recte. Vid.* LAITASTER.

FORMITER. Adu. Iurare ICti. *i. conceptis verbis.*

FORMELLA, ae. f. Dimin. Apic. 9, 11 In formella piſcem formabis. *In culinario inſtrumento vas ad formam piſcis effigiatum.*

FORMO, āre. [μορφόω, σχηματίζω] *Formam dare vel inducere.* Plin. 10, 63 Quo maius eſt animal, tanto diutius formatur in vtero. Cic. Acad. 4, 118 Parmenides ignem qui moueat terram quae ab eo formetur. Aluta formata, et in tantum ſpatium circumſecta Scribon. 229. Pilulas formare 88. Columel. 6, 25 Poteſt etiam cum

cum arida ſico et eruo conteri herba ſantonica, et formata in offam, ſicut ſaliuatum demitti. Virg. Aen. 9, 80 Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida Aeneas claſſem. Imaginem formare Cic. pro Sext. 18 c. 8. Quae inter ſe diſcrepant, iisdem praeceptis atque in vna inſtitutione formari non poſſunt Idem de Orat. 3, 31. Ad ſtudium formare aliquem Virg. Georg. 3, 163. In muliebrem figuram, habitumque formari Cic. Verr. 2, 27. Animos iudicum in eum, quem volumus habitum formare, et velut transfigurare Quinct. 6, 2. Capillos lapſos formare Propert. 1, 3, 23. Suet. in Domit. c. 20 Epiſtolas, orationesque et edicta alieno formabat ingenio. Id. Aug. c. 89 *de ſtudiis illius Graecis*, Non tamen, vt aut loqueretur expedite, aut componere aliquid auderet. Nam et ſi quid res exigeret, Latine formabat, vertendumque alii dabat. Cic. Acad. 1, 20 Morum autem putabant ſtudia eſſe, et quaſi conſuetudinem, quam partim exercitationis aſſiduitate, partim ratione formabant. Corpora ad quosdam membrorum flexus formari niſi tenera non poſſunt Quinctil. 1, 1. Idem 4 prooem. Vt tui, meique filii diſciplinam formare ſatis putaremus. Gaudia formare tacita mente, *h. e. Imaginari, cogitare, ſibi fingere* Ouid. Amor. 3, 7, 63. Hominem in ſuos mores Liu. 3, 36 *pr.* Ouid. Met. 3, 288 Talibus ignarum Iuno Cadmeida dictis Formarat, *i. docuerat, inſtruxerat.* Iuuentutem Plin. in Paneg. Mentes formandae ſtudiis Hor. Carm. 3, 24 (25) 54. Liu. 1, 21 Et quum ipſe ſe homines in regis velut vnici exempli, mores formarent. Orationem formare, eamque variare et diſtinguere, oratoris eſt Cic. de Orat. 2, 36. Oratio exercitatione et ſtilo formanda nobis eſt Id. ibid. 3, 88 c. 49. Quum ſe bina formauit lampade Phoebe Nemeſian. Cyneg. 130. *de proximo die poſt nouam lunam.* Cic. de Diuin. 2, 86 Perinde vtcunque temperatus ſit aër, ita pueros orientes animari atque formari, ex eoque ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitae, caſus cuiusque euentusque fingi. Studia alicuius formare Quinctil. in prooem. 1. Verba recte formare, *i. Proferre et eloqui* Idem 1, 12. Verba, vt molliſſimam ceram, fingere et formare Cic. de Orat. 3, 177 c. 45 *pr.* Verba varie formari, prima perſona o litera terminata, ipſa analogia confitetur Quinctil. 1, 6. Verba formari nulla ſimilitudine poſſunt Cic. de Orat. 2, 359. *de Memoriae arte. Vtimur hoc verbo de iis, qui fingunt aliquid et ſimulant. vt* Hor. de Arte Poët. 125 Si quid inexpertum ſcenae committis et audes Perſonam formare nouam. Stat. Silu. 3, 1, 117 Nec mora, conſcripta formatur imagine tela, *i.* forma *architectonica in tela delineatur. Vſurpatur etiam hoc verbum de Numis: vid. Salmaſ. ad* Hiſt. Aug. p. 218 *et* 321.

FORMĀTVS, a, um. Partic. [μεμορφωμένος] Ad morem Dialecticorum formata concluſio Quinctil. 7, 4. Formatus *pro Inſtitutus, edoctus* Iuſtin. 18, 3, 10. In admirationem formatus, *h. e. Admirationem ſimulans, admirari ſe fingens* Suet. in Claud. c. 37. Libellus Plin. Epiſt. 7, 12. *i. in ſuam formam redactus.* Notiones deorum in animis noſtris formatae Cic. de N. D. 3, 16. Signum formatum e marmore Ouid. Met. 3, 419. Sermo hac de re formatus, inuentus eſt in Neronis ſcrinio Suet. in Neron. c. 47. Et modo formatis operitur Vitibus arbor Ouid. Faſt. 152. In animo ea formata habemus, quae nunquam vidimus Cic. de Diuin. 2, 138.

FORMATIO, ōnis. f. Vitruu. praef. 2 Formationem puto probandam. *Conf. eund.* 3, 1 *et* 5, 1. Sen. Epiſt. 117. Minut. Fel. p. 124. *et* Mart. Capel. 2 p. 58. *et* 9 p. 312.

FORMĀTOR, ōris. m. [κατηχιστής] *Qui inſtruit et format.* Formator animi, Formator morum Columel. in praef. 1. Plin. Epiſt. 8, 23. Sen. ad Helu. c. 8 Formator vniuerſi.

FORMATRIX, īcis. f. Tertul. de Monog. c. 17 Regina tantae ciuitatis formatrix. Claud. Mamert. de Statu animae 1, 26 Accede formatrici formae, quo poſſis eſſe formoſior.

FORMĀTVRA, ae. f. [μόρφωσις] *Forma.* Lucret. 4, 557 Seruat enim formaturam, ſeruatque figuram. Ibid. 552. *et* Arnob. 2 p. 59.

FORMAMENTVM, i. n. Lucret. 2, 17 Omnia principiorum Formamenta queunt in quouis eſſe nitore. *i. Simulacra et formationes, in quas formantur et transmutantur prima principia. Add.* Arnob. 3 p. 109.

FORMIPOTENS, entis. *Perperam ex* Propert. 2, 4, 28 *adducitur: vid. Brouckhuſ.*

FORMIAE, *et* FORMAE, arum. *Pl.* [Φόρμαι] *Campaniae vrbs, ſedes olim Laeſtrigonum, quorum memoria a nonnullis horridae dictae ſunt. Nam* hi ab humanis viſceribus non abſtinuerunt, *vt eleganter ſcribit* Ouid. Met. 14. Formiae, *inquit* Seruius ad Aen. 7, 695, quae ante Hormiae, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, id eſt ab impetu dictae. Formiae, *inquit* Feſtus, Oppidum appellatur ex Graeco, velut Hormiae, quod circa id crebrae ſtationes, tutaeque erant, vnde proficiſcebantur nauigaturi. *ὅρμος nempe portus eſt.* Moenia Formiarum Hor. Carm. 3, 17, 6.

FORMIANVS, a, um. Colles Formiani Hor. Carm. 1, 20, 11. *Hinc* Formianum, *ſc. Praedium, villa Ciceronis in agro Formiano ſita.* Cic. Att. 2, 4 Nos circiter Cal. aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano.

FORMĪCA, ae. f. [μύρμηξ] *A* Ferendis micis *dicta.* Apul. Met. 6 p. 177, 20 *vbi narrauerat, iuſſam ab irata Venere Pſychen ſeminum confuſorum congeriem diſcernere, addit,* Tunc formicula illa paruula atque ruricola — diſcurrens gnauiter conuocat corrogatque cunctam formicarum accolarum claſſem — Ruunt — ſepedum populorum vndae, ſummoque ſtudio granatim ſingulae totum digerunt aceruum; ſeparatimque diſtributis diſſitisque generibus, e conſpectu perniciter abeunt. Apul. Met. 8 p. 211, 31 Nudum ac totum melle perlitum firmiter alligauit arbori ficulneae, cuius in ipſo carioſo ſtipite inhabitantium formicarum nidificia burriebant, et vltro citroque commeabant multiiuga ſcaturigine. Quae — paruis quidem, ſed numeroſis et continuis morſiunculis penitus inhaerentes — ita carnibus atque ipſis viſceribus adeſis homine conſumto membra nudarunt, vt oſſa tamen viduata pulpis, nitore nimio candentia, funeſtae cohaererent arbori. Plaut. Trin. 2, 4, 8 Confit cito, quam tu ſi obiicias formicis papauerem. Silices itinere earum (*formicarum*) attritos videmus, et in opere ſemitam factam: ne quis dubitet, qualibet in re quid poſſit quantulacunque ſedulitas Plin. 11, 29. Hor. Serm. 1, 1, 33 Paruula (nam exemplo eſt) magni formica laboris. *Vid.* Plin. 11, 30. *et* Virg. Georg. 1, 186. Frugilegae formicae Ouid. Met. 7, 624. Formica anteponenda pulcherrimae vrbi, quod in vrbe ſenſus ſit nullus, in formica non modo ſenſus, ſed etiam mens, ratio, memoria Cic. de N. D. 3, 21. Inopi metuens formica ſenectae Virg. Georg. 1, 186. Inda cauis aurum mittit formica metallis Propert. 3, 13, 5. Formicae ſemitas quaerere, *idem eſt ac Rem intricatam et imperueſtigabilem exquirere: vid. Taubm. in* Plaut. p. 741. Formicae *olim augurium fecere, vt patet ex* Cic. de Diuin. 1, 36. Suet. Neron. c. 46, 2. *et* Tiber. c. 72, 3. *Conf. Potter. Archaeol. Graec. 2, 15.*

FORMICVLA, ae. f. Dimin. Arnob. 7 p. 240 Quod ſi cernerent nec inter formiculam plurimum ſeſeque eſſe diſcriminis. Auguſt. Ciu. Dei 22, 24 Plus formicularum et apicularum opera ſtupemus, quam immenſa corpora balaenarum.

FORMICĪNVS, a, um. Adi. [μυρμήκιος] *Quod ad formicam pertinet.* Plaut. Men. 5, 3, 19 Atque eccum incedit, mouet formicinum gradum.

FORMĪCO, āre. *Adhibetur de motu celeri ſed exiguo, qualis eſt inceſſus formicarum.* Plin. 12, 30 §. 41 Donec formicet cutis.

FORMĪCANS, antis. Partic. [μυρμηκίζων] *Quod formicarum currentium modo ſentitur.* Pulſus formicans; *qui omnium maxime letalis eſt.* Plin. 7, 51 Venarum inaequabili aut formicante percuſſu. *i. Arteriarum ſeſe attollentium et demittentium, ita vt veluti formicae currentes ſentiantur in pulſu.*

FORMICATIO, ōnis. f. [μυρμηκία] *Vitium corporis, quum parua tubercula rotunda et pinguia corpus infeſtant.* Plin. 28, 7 Capilli mulierum ſi crementur, *etc.* cinere eo panos, *etc.* ſanguinemque ſiſtit illico, et formicationes corporum. Formicatio *dicta: quod velut exeſſe carnem* formicae *videantur.* Idem 30, 8.

FORMICALIS, e. Adi. *Idem quod Formicans.* Cael. Aurel. Tard. 2, 14 Formicalis pulſus.

FORMICABILIS, e. Adi. *Idem.* Cael. Aurel. Acut. 2, 27 Pulſus latens aut formicabilis, quem Graeci μυρμηκίζοντα vocant.

FORMICĒTVM, i. n. *Cauerna formicarum.* Apuleii *eſſe dicitur, non habet Ind. Floridi.*

FORMICŌSVS, a, um. Adi. [μυρμηκώδης] *Plenum formicis.* Plin. 10, 74 Formicoſam arborem forices cauent.

FORMĪDO, inis. f. [ὑπόπτηξις, κακότης] *A* Formis, *ſiue ſpectris: niſi veteres* Formus *dixere pro Calidus, atque inde* Formido, *quia nonnullis prae metu ſudor prorumpit, Haec Voſſ. Inſt. Orat. P. 2 p. 28. Prius malim.* Cic. Tuſc. 4, 19 c. 8 Formidinem, metum permanentem definiunt. Hor. Epiſt. 1, 16, 53 Tu nihil admittes in te formidine poenae. Plenus formidinis homo Cic. Att. 9, 12 *pr.* (10) Id. ibid. 8, 21 Omnino intelligo, nullum fuiſſe tempus poſt has fugas et formidines, quod magis debuerit mutum eſſe literis. Acerrima formido Auct. ad Heren. 2, . . Lucret. 4, 174 *quaſi* προσωποιεῖ, *perſonam facit*, Formidinem, Vsque adeo tetra nimborum nocte coorta Impendent atrae formidinis ora ſuperne. Cauta Sil. 16, 600. Subita et improuiſa Cic. de Prouinc. Conſ. 43. Turpis Virg. Aen. 2, 400. Agitare animis formidines Liu. 30, 28. Caligans lucus nigra formidine Virg. Georg. 4, 468. Contrahitur animus formidine diuûm, *i. Comprimitur* Lucret. 5, 1217. *Nempe* Formido *religio eſt. Vid. Drakenb. ad* Sil. 1, 82. Diriguit ſanguis ſubita formidine Virg. Aen. 3, 259. Exiſtunt horribiles formidines ex ignoratione rerum Cic. de Fin. 1, 63 c. 19. Impendent formidines a noſtris, *vid.* IMPENDEO. Non mediocris omnium animos formido Inceſſerat Curt. 3, 8, 25. Solicitis religio et ex ea formido incuſſa eſt Id. 4, 10, 2. Iniicere formidinem alicui, *vid.* INIICIO. Intendebat formidinem Tacit. Hiſt. 2, 54, 3. Opponere formidines, iactare minas Cic. pro Quint. 47 c. 14. *Vid.* OPPONO. Perterritus animus formidine Quinctil. 7, 4 (3) Cic. in Catil. 4, 8 Itaque vt aliqua in vita formido improbis eſſet poſita, apud inferos eiusmodi quaedam illi antiqui ſupplicia impiis conſtituta eſſe voluerunt, *etc.* Preſſus ancipiti mentem formidine Virg. Aen. 3, 47. Cic. Verr. 5, 24 Reperietis idcirco haec in vno homine pecunioſo tot conſtituta, vt caeteris formidines ſimilium incommodorum atque exempla periculorum proponerentur. Rumpit immiſſa formidine ſomnos Sil. 3, 167. Soluent perpetua formidine terras Virg. Ecl. 4, 14. Terrere aliquem formidine Ouid. Met. 4, 801. Torpens caſſa formidine Lucret. 3, 994. ¶ 2 Formido, *venationis proprium etiam vocabulum, idem quod Linea ſignificans, de qua vide ſuo loco, vbi et huius interpretationem reperies. De hac* Virg. Georg. 3, 372 Puniceaeue agitant timidos formidine pennae. *Add.* Idem 12, 750. Hor. Sat. 1, 8, 3. *Conf.* Lucan. 4, 437. Quum maximos ferarum greges linea pennis diſtincta contineat, et in inſidias agat, ab ipſo effectu dicta formido Sen. de Ira 1, 12. *Conf.* Sen. Hippol. v. 46. Verum ego iſta commemoraui, non quod pinnarum formidines timerem Apul. Apol. *vbi vid. Colu. it. Caſaub. Parei Lex. Crit. p. 496. Turneb. Aduerſ. 5, 5. Barth. ad* Grat. Cyneg. 74. *Huc pertinet illud lemma* Gellianum *libri deperditi* 8, 10 Remotarum quaeſtionum nebulas et formidines ad capiendos imperitorum animos oſtentare. *Non dubito elegantem hanc translationem eſſe ab ipſo Gellio. Ita* Irretire laqueis, *etc.*

FORMĪDO, āre. [ὑποπτήσσω, πτώσσω, καταπτώσσω] *Pauere, timere.* Plaut. Ciſt. 4, 2, 20 Nam et intus paueo, et formido foris. Cic. Philipp. 2, 64 c. 26 Quod omnium formidaſſet audacia. *Al.* reformidaſſet. Formido mihi, *ne ſcilicet aliquod mali mihi accidat* Plaut. Amph. 1, 1, 48. Idem Aul. arg. 6 Auro formidat Euclio, abſtrudit foris. *Nempe vt* Metuo tibi, *i. propter te, ne tibi noceatur.* Animus formidat, tamdiu, *etc.* Plaut. Bacch. 2, 3, 3. Pauor etiam Auxilia formidat Curt. 3, 11, 12. Iracundiam alicuius formidare Cic. Att. 8, 25. Plaut. Amph. prol. 27 Non minus quam veſtrum quiuis formidat malum. Id. ibid. 1, 1, 148 Formido male ne ego nomen commutem meum, et Quintus fiam e Soſia *pro* male. *Al. rectius* mihi. Nimis male illum formido Plaut. Capt. 4, 4, 5. Omnia formidare Cic. Fin. 2 c. 16. Verbera formidauere Stat. Silu. 5, 3, 184. *Interdum idem eſt atque Renuo, nolo:* Plaut. Pſeud. 1, 3, 81 Fac hoc mea fide, ſi iſti formidas credere. *Conf.* Aſin. 2, 4, 55.

FORMĪDANS, is. Partic. [ὑποπτήσσων] Cerui formidantes Ouid. Met. 15, 475. *Al.* Formidatis.

FORMĪDĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. [ὑπόπτηκτος] Claſſe formidatus Hor. Carm. 3, 6, 15. Id. Epiſt. 2, 1, 256 Formidata Parthis Roma. *Conf.* Ouid. ex Pont. 1, 3, 24. *et* Virg. Aen. 3, 275. *Item* Salluſt. Catil. 1, 10 a. Manus formidatae Ouid. Amor. 1, 7, 62.

FORMIDOLŌSVS, a, um. Adi. [κατάφοβος, φοβοδεής] *Actiue et paſſiue ſumitur. Actiue, Qui formidat.* Ter. Eun. 4, 6, 19 Apageſis, Ego formidoloſus? nemo eſt hominum, qui viuat, minus. Columel. 6, 2 Nec ad ingredienda flumina, aut pontes formidoloſi. Formidoloſior hoſtium exercitus Tacit. Ann. 1, 62. *Paſſiue, Qui formidatur.* Salluſt. Catil. 7, 1 Regibus boni quam mali ſuſpectiores ſunt: ſemperque iis aliena virtus formidoloſa eſt. Cic. Tuſc. 4, 52

Conſeruatio ſtabilis iudicii in iis rebus, quae formidoloſae videntur. Bellum formidoloſiſſimum Cic. in Piſon. 58 c. 24. Facinus formidoloſum, *et* formidoloſiſſimum bellum, *maxime timendum.* Plaut. Amph. 5, 1, 65. Cic. pro L. Manil. c. 21 Ad bellum maximum, formidoloſiſſimumque pro Conſule mitteretur? Herbae formidoloſae dictu, non eſu modo Plaut. Pſeud. 3, 2, 35. Locus horribilis et formidoloſus et confeſſus alicuius Cic. pro Cluent. 7 c. 3. Id. Verr. 5, 1 Ita enim cauſa conſtituitur, prouinciam Siciliam virtute eius et vigilantia ſingulari dubiis formidoloſisque temporibus a fugitiuis atque a belli periculis tutam eſſe ſeruatam. Tempus formidoloſiſſimum Cic. Philipp. 7 c. 2 *extr.* Formidoloſiſſima videre Suet. Aug. 91, 3.

FORMIDOLŌSE. Adu. [κατα φόβως] Cic. pro Sext. 42 c. 19 Eos, qui plurimum poſſent, opponi omnibus concionibus falſo, ſed formidoloſe tamen, auctores ad perniciem meam. *Compar.* Formidoloſius Catonis *eſt apud* Chariſ. 2 p. 196.

FORMIDABĬLIS, e. Adi. [φρικτὸς] Ouid. Met. 2, 857 Nullae in fronte minae, nec formidabile lumen. Orcus Id. ibid. 14, 116. Serpens Id. ibid. 2, 174. Ridens formidabile Stat. Theb. 8, 581. *Compar.* Formidabilior *apud* Petron. p. 114.

FORMIDĀMEN, ĭnis. n. Apul. Apol. p. 315 *Elmenh.* Noctium occurſacula, buſtorum formidamina, ſepulcrorum terriculamenta.

FORMIDATIO, ōnis. f. [φόβος] *Aſſertur* Cic. in Partit. 11 c. 4 In ſuaſione autem, aut ſpem, aut formidationem deliberantis. *Hodie fere legunt* Reformidationem; Gloſſ. Formidatio, δειλία.

FORMIDVS, *vid. mox* FORMVS.

FORMIO, ōnis. m. *Storea φορμὸς a φέρω, quia in eo aliquid fertur.* l. 33 §. 18 ff. de inſtrum. leg. *Vid.* PHORMIO.

FORMVS, a, um *et* FORMIDVS, *it.* FORNVS *calidus.* Feſtus, Forma ſignificat modo calida, vt cum exta, quae dantur, de forma *(tepida)* appellantur. Et Cato ait de quodam aedificio aeſtate frigido hieme formido. Item forma appellatur puls miliacea ex melle *(an haec etiam a calore?).* Arnobius *antiquarius, ſi quis alius* 2 p. 72 *fin.* Nec formis erubeſcerent maſculorum calamiſtris vibrare caeſariem, *ſic certe quidam MSS. omiſſo* in *ante* formis. *Fuerint itaque* formi calamiſtri *calidi, quibus criſpari ſolent crines. Ita* Feſto Forcipes dicuntur, quod his forma, id eſt calida capiuntur. *Et* FORMVCALES forcipes dictae, quod forma capiant, id eſt feruentia. *De* forcipe ſimilia Seruius *ad* Aen. 12, 404. *Sed* 8, 453 Forvum *legitur in editione Burm. obſeruaturque etiam* forbum *eſſe in MSS. Sed* formum *voluiſſe* Seruium, *vt edidit Commelinus, videtur inde effici, quod ita connectit orationem Grammaticus,* Nam *for . . um* eſt calidum: vnde et formoſos dicimus, quibus calor ſanguinis ex rubore pulchritudinem creat. *Eſſe in elementis primis notionem aliquam ignis a flatu augeſcentis, Graecorum* πῦρ, *tum* Feuer *Germanorum, et* fornax, *et* furnus, *et* ferueo, *videntur ſuadere. Add. locus* Donati *in* FORMA *n. 2 extr. De* Forno Non. 12, 52. *Verba damus in* FORNAX.

FORNAX, ācis. f. [κάμινος, χονευτήριον, χόανος] *Caminus, nomen habet a* Formum *vel* Fornum, *quod eſt calidum.* Plin. 9, 38 Longinquae fornacis cuniculo. Idem 11, 36 In Cypri aerariis fornacibus, *etc.* Cic. de N. D. 1, 104 Sunt quaedam etiam, quae igne naſci putentur, apparentque in ardentibus fornacibus ſaepe volitantes. Calidae Lucret. 6, 277. Cauae Idem 6, 201. Longinqua, *vid.* in LONGVS. Profunda Ouid. Met. 2, 229. Vaporiferae Stat. Silu. 1, 3, 45. Sulfureis ardet fornacibus Aetna Ouid. Met. 15, 340. Percoquere fornace balneariorum Scribon. 60. Vri fornace 121. Fornum et Fornaces, *inquit* Nonius 12, 52 dicuntur a Forno, quod eſt calido: inde Forcipes, quod candens teneant ferrum. Varr. de Vita Pop. Rom. 1 Cocula, qui coquebat panem, primum ſub cinere, poſtea in forno: vtriusque vocabulum a Forno ductum, id eſt a caldore. ¶ 2 Fornax, Dea etiam exiſtimata, quoniam ante triticum et eius vſum, farra fornacibus torrebantur; vnde eſt dea Fornax conſtituta, *vt* Feſtus *et* Lactantius *volunt. Plura in* Ouid. Faſt. 2, 525

Facta Dea eſt Fornax, laeti Fornace coloni
Orant, vt vires temperet illa ſuas.
Curio legitimis tum fornacalia verbis
Maximus indicit; nec ſtata ſacra facit.

FORNĀCVLA, ae. f. Dimin. [καμίνιον] Magna eſt fornacula Iuuen. Sat. 10, 82. *Conf.* Vitruu. 7, 10 *pr.* Calumniae fornacula *i. auctor, cuius in corde conflata eſt,* Apul. Apol. p. 321, 32.

FORNACEVS, a, um. Adi. [καμινοειδὴς] *Factum in modum fornacis: legunt quidam* Plin. 35, 14. *Sed vid.* FORMACEVS.

FORNACARIVS, i. m. [μυλωθρὸς] *Qui fornaci praeeſt; idem ſeruus, qui et Piſtrinarius dicitur et Piſtor.* Vlp. D. ad leg. Aquil. l. Si ſeruus ſeruum, Si fornacarius ſeruus coloni ad fornacem obdormiſſet, et villa fuiſſet exuſta; Neratius ſcribit, *etc. Conf. Turneb. Aduerſ. 8, 9. et omnino Lex. Pitiſc.*

FORNACĀTOR, ōris. m. *Seruus, qui in balneo curam habet ſuccendendi ignis.* Paullus in l. Tabernae D. de fund. inſtruct. *etc.* Inſtrumento balneario legato, etiam balneatorem contineri, Neratius reſpondit. Continetur autem et fornacator.

FORNACALIS, e. Adi. *Fornacem inter numina habitam,* Fornacalem deam *vocat* Ouid. Faſt. 6, 314.

FORNACALIA, orum. n. *Pl.* [καμιναῖα] Feriae ſunt *(inquit* Feſtus) inſtitutae farris torrendi gratia, quod ad fornacem, quae in piſtrinis erat, ſacrificium fieri ſolebat. Idem *alibi* . . Fornacalia ſacra erant, quum far in fornaculis torrebant. Plin. 18, 2 Is et fornacalia inſtituit. Ouid. Faſt. 2, 527. Id. ibid. 6, 314. *Conf. Lex. Pitiſc.* Lactant. 1, 20.

FORNIX, ĭcis. m. [καμάρα, ςόα] *Arcus in aedificiis, et quodcunque opus concameratum.* Sen. Epiſt. 90 Democritus inueniſſe dicitur fornicem, vt lapidum curuatura paullatim inclinatorum medio ſaxo alligaretur. Hoc dicam falſum eſſe. Neceſſe eſt enim ante Democritum et pontes et portas fuiſſe, quarum fere ſumma curuantur. Cic. Verr. Act. 1, 9. Idem in Topic. 21 Non debebit praeſtare, quod fornix vitii fecerit. Plin. 33, 4 Relinquuntur itaque fornices crebri montibus ſuſtinendis. Caeli ingentes fornices, Poëta *ap.* Cic. de Orat. 3 c. 40 *ſed non probatur: Conf. Voſſ. Inſt. Or. 4, 6, 7 p. 99 ſq.* Virg. Aen. 6, 631 Moenia conſpicio, atque aduerſo fornice portas. ¶ 2 Fornices, [περίςοα] *erant Arcus in memoriam rerum a triumphalibus viris geſtarum exſtructi, quaſi monumenta victoriarum.* Cic. de Orat. 2, 267 Ita ſibi ipſum magnum videri Memmium, vt in forum deſcendens caput ad fornicem Fabii demitteret. ¶ 3 Fornix *aliquando pro Lupanari ponitur, quod ſub* fornicibus *habitare conſueuiſſent meretrices.* Vet. Gloſſ. πορνεῖον, fornix. *Vid. Voſſ. Lex. Etymol.* Bithynicus fornix *dictus Caeſar ap.* Suet. in Eiusd. Vita c. 49. Cui poſſe ſoli cunctiparens dedit Caſtum vel ipſum reddere fornicem Prudent. in Agone Agnetis *ſub fin.* Iuuen. Sat. 3, 156 Lenonum pueri quocunque in fornice nati. Idem Sat. 11, 171. Olenti in fornice ſtantem Hor. Serm. 1, 2, 30.

FORNĬCO, āre. [καμαρόω] *Fornices facere.* Plin. 11, 19 Ruentes ceras fulciunt pilarum intergerinis a ſolo fornicatis, ne deſit aditus ad farciendum. Idem 16, 42 Populus contra omnia inferiora pandatur, palma e contrario fornicatur. *h. e. Surſum verſus curuatur in modum fornicis.* Crypticis arcubus fornicare Sidon. Ep. 1, 5.

FORNĬCOR, āri. Dep. *Scortari, meretricari.* Vet. Gl. πορνεύω, Fornicor, ſcortor. *Sed hoc ſenſu tantum* Vulg. Interp. *et Eccleſiaſtici vtuntur, vt* Tertull. de Pudic. c. 22. *et* adu. Gnoſt. c. 13.

FORNICĀTVS, a, um. Partic. [καμαρωτὸς] Paries fornicatus, *cui opponitur* Solidus Cic. in Topic. 22 c. 4. Liu. 22, 36 *extr.* Via fornicata ad campum. Plin. *de apibus* 11, 10 Ruentes ceras fulciunt pilarum intergerinis a ſolo fornicatis. Ammian. 26, 24 Aedificium fornicatum. Plin. 12, 5 Ambitu fornicato.

FORNICARIVS, i. m. *Dicitur Opifex et Propola ſiue inſtitor, qui tabernas a fiſco conducit ſub fornicibus, vt ibi merces ſuas venales habeat: cuiusmodi eſſe ſolent in porticibus fori venalium, id eſt macelli, quas fallas appellant.* Scaeuola l. Quum quidam §. Fiſcus D. de vſuris, Fiſcus in ſuis contractibus vſuras non dat, ſed ipſe accipit, vt ſolet a fornicariis, qui tardius pecuniam inferunt. *Sic Budaeus. Sed al.* Foricariis. *v. v.* ¶ 2 Fornicarius, *Scortator.* Saluian. Gub. Dei p. 279 Quis in illo numero caſtus fuit? Caſtum dico? Quis non fornicarius, non adulter? *Conf.* Vulg. Interp. 1 Tim. 1, 10. *et* Tertull. de Anima c. 35.

FORNICARIA, ae. f. *Proſtibulum.* Vet. Gloſſ. πόρνη, ἀπὸ καμάρας. Iſidor. 10. *Vid. Voſſ. Lex. Etymol. et* Tertull. de Pudicit. c. 16.

FORNICATIO, ōnis. f. [πορνεία] *Fornicis ſtructura.* Sen. Epiſt. 95 Societas noſtra lapidum fornicationi ſimilis eſt, quae caſura, niſi inuicem obſtarent, hoc ipſo ſuſtinetur. *Adde* Vitruu. 6, 11. ¶ 2 *Scortatio.* Vet. Gloſſ. πορνεία, Fornicatio. Tertull. de Pudicit. 1 *extr. et* contra Marc. 5, 7.

FORNICATOR, ōris. m. Tertull. de Pudicit. c. 1 Limitem moechis et fornicatoribus figimus. Saluian. de Gub. Dei 7 p. 283 Vna meretrix multos fornicatores facit.

FORNICATRIX, īcis. f. Iſidor. 10 Fornicatrix eſt cuius corpus eſt publicum. Hae ſub arcuatis proſternebantur, quae loca fornices dicuntur.

FORO, āre. [τρέω, τρήπτω, τιτραίνω] *Fodere, traiicere, vt fiat foramen.* Plaut. Moſtel. 1, 1, 53 Ita te forabunt patibulatum per vias. Columel. 5, 10 *ſub fin.* Amygdala ſi parum ferax erit, forata arbore lapidem adiicito, et ita librum arboris inoleſcere ſinito. Idem 8, 3 Forare aurem. Macrob. Saturn. 7, 3. Iaculo iam forante cruor exit Sidon. Epiſt. 9, 13.

FORATVS, a, um. Part. Regulae foratae Vitruu. 10, 13. *Metaph.* Per quaſſos foratosque Animos tranſmittitur Sen. de Breu. Vit. c. 10. Foratus fuerit Scribon. 84 *de vtre. Conf. Rhod. Lex. Scribon.* Arbor terebris forata Simplic. R. Agrar. p. 88 *Goeſ.*

FORABĬLIS, e. Adi. [τρηπτὸς] Nullo ictu forabilis Ouid. Met. 12, 170.

FORATVS, ûs. m. [τρῆμα] *Idem fere quod Foramen, vel potius ipſa Perforatio.* Lactant. de Opific. Dei c. 9 Oculorum orbes concauis foraminibus concluſit: a quo foratu frontem nominatam Varro exiſtimauit. Aurem foratu effeminatus Tertull. de Pall. c. 4.

FOROAPPII, *et ſimilia vrbium et populorum nomina damus voce* FORVM n. 7.

FORPEX, ĭcis. f. *Inſtrumentum, quo pili inciduntur.* Iſidor. 20, 13 *et* Caſſiodor. Orthogr. c. 4 *diſcrimen faciunt inter* Forficem *et* Forpicem, vt illa Sartoris ſit, haec Tonſoris. Sidon. Carm. 15, 184 Rupit odoratam redolenti forpice barbam. *Ita in caſtigatiſſimis libris ſcriptum eſt, quod addo, quia Voſſius aliique de Latinitate huius vocis dubitarunt. Adde* Caton. de R. R. c. 10, 3 *vbi* Forpices *eſt a Victorio, et videtur pertinere ad ignem tractandum.* Vetus Onomaſticon, τομίδες, Forpices.

FORS, *a* fortis. f. [τύχη] eſt, *vt inquit* Nonius 5, 15 Caſus temporalis. Fortuna, ipſa dea. Accius Andromeda, Multi iniquo, mulier, animo ſibi mala auſere in malis, Quibus natura praua magis, quam fors aut fortuna obfuit. Lucil. Sat. 13 Cui parilem fortuna locum, fatumque tulit fors. *Haec Nonius, quem falli neceſſe eſt, ſi* Fortem *poni etiam pro* Fortuna *illa gubernatrice neget: quod exempla ſatis oſtendent.* Virg. Aen. 1, 381 Forte ſua Libycis tempeſtas appulit oris. Forte quadam an diuinitus Liu. 1, 4. Vel forte vel prouidentia vel vtcunque conſtitutum Vell. 2, 66, 5. *Conf.* Ouid. Faſt. 6, 773. Domina campi fors Cic. in Piſon. 3 c. 2. Fors in aliquibus rebus plus quam ratio poteſt Cic. Att. 14, 12. Fors fuat pol Ter. Hec. 4, 3, 4. *Vbi* Donatus: Fors fuat, Fortuna faueat, quaſi τῷ εὐφημισμῷ aduerſus triſte dictum vſa eſt: nam Fors, Fortuna bona eſt: et Fuat, Sit ſignificat. dixerat enim, Quod faciendum ſit fortaſſe. Et iterum, Fors fuat pol. i. e. Bona eueniat: quaſi τῷ εὐφημισμῷ dicat. Bona dicito potius. An bona fortuna ſit per Pollucem? Quae fors fert aequo feremus animo Ter. Phorm. 1, 2, 48. Fors incommode illis obtulerat aduentum meum Idem Hec. 3, 3, 10. *Et* Adelph. 4, 7, 23 Illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas. *Vbi* Donatus: Forte, pro Fortuna intelligendum. *Genit.* Fortis Varro L. L. 5, 3. Columel. 10, 316. *Accuſ.* Fortem Varro L. L. 4, 10. Ouid. Faſt. 6, 773. *Conf. Bernegger. ad* Suet. Aug. c. 6, 3. Cic. Att. 14, 13 Sed haec fors viderit ea, quae talibus in rebus plus quam ratio poteſt. *Eidem* 7, 14 Sed haec vt fors tulerit. Liu. 1, 45 Vni ſe ex Sabinis fors dare viſa eſt, priuato conſilio imperii recuperandi. Fors et virtus miſcentur in vnum Virg. Aen. 12, 714. *Add.* ibid. 2, 94. 7, 554. 8, 476. 10, 458. 12, 41. Fors omnia regere Sall. Iug. 52, 1. Fors praelii Iuſtin. 5, 118. *Add.* Nep. 16, 2, 1. Tacit. Ann. 14, 5, 5. Caeſ. B. G. 8, 12 Cuius mala fors incidit Rhemis, quibus illa dies fungendi muneris obuenerat. *Sic* Liu. 1, 45. Fors fortuna, *tanquam dea laudari videtur* Ter. Phorm. 5, 6, 1 O fortuna, ô fors-fortuna quantis commoditatibus, quam ſubito hero meo Antiphoni ope veſtra hunc oneraſtis diem. *Vbi* Donatus: Fortuna, dicta eſt Incerta res: Fors-fortuna, Euentus fortunae bonus. Idem: Aliud Fortuna eſt, aliud Fors-fortuna: nam Fors-fortuna, eſt cuius diem feſtum colunt, qui ſine arte aliqua viuunt: huius aedes trans Tiberim eſt. Varro de L. L. 5, 3 p. 47, 27 Dies Fortis Fortunae appellatus ab Seruio Tullio rege, quod is Fanum

num Fortis Fortunae ſecundum Tiberim extra vrbem Romam dedicauit Iunio menſe. Cic. de Diuin. 2, 18 Quid eſt tandem, quod caſu fieri, aut forte-fortuna putamus? Ter. Hec. 3, 3, 26 Quaeque fors fortuna eſt, inquit, nobis quae te hodie obtulit. *Vbi* Donatus: Fors-fortuna, ὑφὶν, id eſt ſubita fortuna. Et Fortuna, in incerto; Fors fortuna, in bono ponitur. Forte-fortuna Ter. Eun. 3, 5, 20. Ibid. 1, 2, 54 Forte-fortuna adſuit hic meus amicus. *Vbi* Donatus, Forte-fortuna, *i.* Bona fortuna. ¶ 2 Fors pro adu. idem ac Forte; *vt* Chariſius 2 p. 165 *notat, et* Priſcian. 15 p. 1815. *et quidem ex* Virg. Aen. 5, 232. *et* 11, 50. *Adde* ibid. 2, 139. 6, 537. *et* 12, 183. ¶ 3 *In MSS.* Fors *confunditur cum* Sors: *quod vide.*

FORTE. Adu. [ἴσως, ἄρα, σύμβαν, τυχὸν] *h. e. Caſu et veluti Per ſortem. Eſt enim proprie Ablatiuus nominis* Fors. Plaut. Amph. 2, 1, 74. Ter. Andr. 1, 1, 52 Qui tum illam amabant, forte (ita vt fit) filium perduxêre illuc ſecum, vt vna eſſet, meum. Ibid. 1, 1, 91 Interea inter mulieres, quae ibi aderant, forte vnam aſpicio adoleſcentulam. *Et* Phorm. 5, 1, 19 Ne vos forte imprudentes foris effutiretis. *Sic* Liu. 1, 22. Forte euenit, *etc.* Cic. de Orat. 2, 224. Virg. Aen. 7, 112. ¶ 2 *Interdum dubitationem ſignificat, et incertum factum aut euentum.* Ne forte hoc magnum ac mirabile videatur Cic. de Orat. 2, 91 c. 46. Ne forte me in Graecos tam ambitioſum factum eſſe mirère Idem Q. Frat. 1, 2, 2. Niſi forte Id. pro Flacc. 20. Niſi forte volumus Cic. de Fato c. 16. Nepos 10, 9, 2 Si forte conſiliis obſtitiſſet fortuna. Si quis veſtrûm Iudic. aut eorum, qui adſunt, forte miratur Cic. Diuinat. Verr. 1. Idem de Orat. 3, 44 Vereor, ne nihil ſim tui niſi ſupploſionem pedis imitatus, et pauca quaedam verba, et aliquem ſi forte motum. *Vid. Cruqu. in* Horat. Epod. 16, 15.

FORSAN. Adu. *idem quod* Forte *dubitantis: ſed rarius* [τάχα] Ter. Andr. 5, 5, 1 Aliquis forſan putet. Virg. Aen. 1, 203 Forſan et haec olim meminiſſe iuuabit. *Caeterum in* Forſan, Forſitan, Fortaſſean *ſunt qui malint* an *ſeparatim adiungere.*

FORSIT. *Idem.* Hor. Serm. 1, 6, 49 Quia non vt forſit honorem Iure mihi inuideat quiuis. Lucret. 6, 735 Forſit et Aethiopum penitus de montibus altis Creſcat. Virg. Aen. 11, 50 Forſit vota facit. *Ita quidam Codd. alii* Fors et vota. *Vid. Brouckh. ad* Propert. 2, 7, 33.

FORSĬTAN. *Aliud* Adu. *Eiuſdem ſignificationis.* Ter. Eun. 1, 2, 117 Me miſeram, forſitan hic mihi paruam habeat fidem. Cic. de Orat. 3 c. 9 Ex qua mea diſputatione forſitan occurrat illud. Idem Off. 3 c. 6 Forſitan quiſpiam dixerit, numne igitur, *etc.* Quinctil. 3, 9 Frugalitas apud Sybaritas forſitan odio foret. *Conf.* Ouid. Triſt. 3, 3, 25 *et* 87. *et Burm. ad* Petron. c. 130.

FORTASSIS. *Aliud* Adu. [ἴσως πȣ̃] Cic. Fam. 2, 16 Sed ego fortaſſis vaticinor, vt haec omnia meliores habeant exitus. *Conf.* Plaut. Aſin. 2, 4, 86. Fortaſſis abſurdum auribus viſum, praelatumque adeo Fortaſſe Chariſ. p. 203.

FORTASSE. Adu. *Idem.* [ἴσως πȣ̃] Plaut. Aſin. 2, 4, 92. Ter. Eun. 5, 9, 31 Tu fortaſſe quae facta hic ſint neſcis. Idem Heaut. 4, 3, 37. Cic. Fam. 2, 5 Raras tuas quidem, fortaſſe non perferuntur, ſed ſuaues accipio literas. Idem Fam. 7, 3 Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe quam velles. *Et* Diu. Verr. 40 Fortaſſe dices, Quid? ergo haec in te ſunt omnia. Graeculus otioſus et loquax, fortaſſe doctus Cic. de Orat. 1, 102. Puerum inquies, fortaſſe fatuum, et non grauem, et non continentem Cic. Att. 6, 6. Paullatim mercaris agrum, fortaſſe trecentis Hor. Epiſt. 2, 2, 164. *Cum Infinitiuo iungit* Plaut. *vt,* Fortaſſe te illum mirari coquum Merc. 4, 4, 43. *Vid. Gronou. Obſ. 3, 9 p. 506.*

FORTASSEAN. *Idem.* Apul. de Deo Socrat. p. 44, 40. Apol. . . Fortaſſean adhuc vidua antequam nupta domi ſediſſet. Gell. 7, 3 *extr.* Ea omnia diſtinctius numeroſiusque ac comtius fortaſſean dici potuerunt. Idem 11, 9 *pr.* Fortaſſean auxilii petendi gratia. *In his dubitandi particula* AN, *eleganter adſumitur. Add.* Varr. R. R. 3, 6, 1. *et ibi Vrſin.*

FORTAX, *vid. poſt* FORTITVDO.

FORTEX, ĭcis. m. *Vnguis ſ. infima et albida roſae pars. Nebriſſ.*

FORTIS, e. Adi. [ἰσχυρὸς, γενναῖος Gloſſ. Lat. Gr.] *Proprie Is dicitur, qui eſt validis viribus praeditus.* Fortis, Frugi et bonus ſiue validus, Feſtus. Fortes fortuna adiuuat Cic. Tuſc. 2 c. 4. Fortibus eſt fortuna viris data Enn. *apud* Macrob. Sat. 1, 1. Multi dubitauere, fortior an felicior eſſet Sall. Iug. c. 95. Fortiſſimus quisque generoſiſſimus Idem ib. c. 85. Fortuna fortes metuit, ignauos premit Sen. in Med. v. 159. Fortes creantur fortibus Hor. Od. 4, 4, 29. Ad opera fortis Columel. 6, 2. Idem 1, 8. *et* Plin. Epiſt. 10, 89. *et* 7, 23. Contra audaciam fortiſſimus Cic. pro Roſc. Amer. 85. Contra pruinas fortiſſimus Plin. 14, 2. In armis fortis Tibull. 1, 10, 31. Manu fortis Ouid. Met. 13, 360. *Contraria:* Cic. de N. D. 2, 145 Iratum, propitium; laetantem, dolentem; fortem, ignauum; audacem, timidum cognoſcunt. ¶ 2 *Hic ponemus Subſtantiua Nomina, in quibus robur quoddam et vires agendi atque ſuſtinendi, a natura ipſius corporis ortas notare videtur. Nam* Fortis *ad valetudinem corporis etiam refertur.* Epit. Liu. 59 Scipio Africanus cum fortis ac validus de die domum ſe recepiſſet, mortuus in cubiculo inventus eſt. Aetas fortior Ouid. Epiſt. 1, 107. Aries ſuſpenſo fortior ictu Lucan. 3, 490. *de machina militari.* Arma fortia Virg. Aen. 10, 735. Aura fortior Ouid. Amor. 2, 11, 38. Auſa fortia Virg. Aen. 9, 281. Coloni fortes Idem Georg. 3, 288. Corpora fortia Id. Aen. 1, 105. Ductor fortiſſimus Virg. Aen. 8, 513. Idem Aen. 11, 706 Quid tam egregium, ſi femina forti Fidis equo? *Sic* Lucret. 3, 8 Fortis equi vis. *Citat vtrumque locum* Nonius 4, 195 *et celerem ſignificari ait. Nempe haec eſt vis et virtus et laus equi.* Facta Liu. 26, 39. Virg. Aen. 1, 645 Fortia facta patrum. Plaut. Trin. 5, 2, 9 Sed ego hoc nequeo mirari ſatis, eum ſororem deſpondiſſe ſuam in tam fortem familiam, *i. diuitem, potentem.* Genus dicendi forte et vehemens Cic. de Orat. 3, 29. *Germina terrae. Nempe ita* Virg. Georg. 2, 48 Sponte ſua quae ſe tollunt in luminis auras, Infecunda quidem, ſed laeta et fortia ſurgunt. Impetus animi fortiſſimus Cic. de Orat. 3, 28. Plin. 11, 37 Hirto corde gigni quosdam homines produnt, neque alios fortioris eſſe induſtriae. Inflexio laterum fortis et virilis Cic. de Orat. 3, 218. Ingenium fortius Ouid. Epiſt. 19, 6. Lapathum Plin. 19, 12. Latus forte Hor. Epiſt. 1, 7, 26. Mycenae Virg. Georg. 3, 121. Nomina fortiſſima Sil. 17, 493. Oculis fortibus ſpirans Martem Cic. Att. 15, 11. Oratio fortis et virilis Idem de Orat. 1, 231. Orationi forti *opponitur* Placida, ſummiſſa, lenis. Cic. de Orat. 2, 183 Non enim ſemper fortis oratio quaeritur, ſed ſaepe placida, ſummiſſa, lenis, quae maxime commendat reos. Rami Virg. Georg. 2, 296. Tauri Idem Georg. 1, 65. Turmae Propert. 2, 10, 3. *Vinum* Falernum Hor. Sat. 2, 4, 24. Vir fortis ad arma Ouid. Faſt. 2, 688. Vites fortiſſimae contra pruinas Plin. 14, 2. Vrbs fortiſſima Cic. Philipp. 12, 7. *Sed hodie editur,* Illi Vrbi fortiſſime conanti e manibus eſt ereptus Antonius. ¶ 3 *Eſt epitheton animi Conſtantis et magnanimi:* Virg. Aen. 1, 226 Fortemque Gyan, fortemque Cloanthum. Heroum fortiſſime Idem Aen. 5, 389. Cic. de Senect. 72 Ex quo fit, vt Animoſior etiam ſenectus ſit quam adoleſcentia et fortior. Adiutor Cic. pro Domo 30. Adoleſcens bonus et fortis Idem Verr. 2, 138. Animus Hor. Serm. 2, 5, 20. Animi fortis et acris magnique vir Cic. pro Sext. 4. Animi fortis et conſtantis eſt non perturbari in rebus aſperis Idem Off. 1, 80 c. 23. Animus fortis et magnus Id. Off. 1, 8. Corda Tibull. 3, 2, 6. Corda fortiſſima Virg. Aen. 5, 729. Cupiditas acerrima et fortiſſima Populi Romani recuperandae libertatis Cic. Philipp. 12, 7. Pectus Virg. Aen. 4, 589. Viuite fortes Fortiaque aduerſis opponite pectora rebus Hor. Sat. 2, 2 *extr.* Sententiae acerrimae et fortiſſimae Cic. in Catil. 3, 13. Verba Propert. 1, 5, 14. *i. magnifica: v. h. l. Liuinei.* Cic. de Fin. 1, 36 Qui ſtudioſe antiqua perſequeris, claris et fortibus viris commemorandis. Ter. Andr. 2, 6, 14 Cauit, ne vnquam infamiae ea res ſibi eſſet, vt virum fortem decet. Vir fortis ad pericula Cic. pro Font. 31. Contra audaciam fortiſſimus Idem pro Roſc. Am. 85. Vir conſtans et fortis Id. de Clar. Orat. 117. Magnanimi et fortes viri Cic. Off. 1, 63. Magnitudinem fortiſſimi viri deſiderare Idem pro Milon. 70. Viris fortibus, quorum opera eximia in rebus gerendis exſtitit, honos habitus Cic. pro Roſc. Amer. 137. ¶ 4 Fortis, *Formoſus. Certe* Plaut. Mil. 4, 3, 13 Ecquid fortis viſa eſt? Nonius 4, 195 *ita exponit. Nempe, vt recte Scal. de Cauſis L. L. 1, 22.* Fortis *et* Pulcher *antiquis idem.* Pulcher *quaſi* πολύχειρ, *i. Fortis, vnde* Virg. Aen. 7, 656 Satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus. *Romani enim, qui omnia in fortitudine ponebant, eum demum bonum et formoſum putarunt, qui eſſet fortis. Sequitur apud* Plautum l. c. *quod magis iſta firmet. Nominarat* Palaeſtrio nauclerum. *Hic* Pyrgopolinices, Quid is? ecquid fortis? *Reſpondet* Palaeſtrio, Abi ſis hinc: nam tu quidem ad equas ſcitus fuiſti admiſſarius, qui conſectare qua mares qua feminas. *Sic* Baconid. 2, 2, 38 Sed Bacchis etiam tibi fortis viſa eſt? PI. Rogas? Ni nactus Venerem eſſem, hanc Iunonem dicerem. *Hunc locum etiam recte de pulchritudine explicat* Seru. *ad* Aen. 4, 149.

FORTĬTER. Adu. [ἀνδρείως, ἐῤῥωμένως, ἶφι] *i. Animoſe, et infracto animo.* Plaut. Men. 1, 2, 20. Cic. de Senect. 85 Quem ego meum caſum fortiter ferre viſus ſum. Animoſe et fortiter non ſolum, ſed conſiderate etiam, ſapienterque facere aliquid Cic. Philipp. 4, 6 c. 2. *Ironia eſt in illo* Maenius vt rebus maternis atque paternis Fortiter Abſumtis Hor. Epiſt. 1, 15, 26. Accipere aliquid Cic. Att. 15, 20. Defendere aliquid Ouid. Amor. 2, 5, 9. Defendere libere et fortiter ſalutem alicuius Cic. Fam. 12, 18. Fortius e multis mater Deſiderat vnum Ouid. Rem. Amor. 463. Diſputare conſtanter et fortiter Cic. de Prouinc. Conſ. 41. Facere aliquid animo magno, fortiter, excellenterque Idem Off. 1, 61. Perſeuerare fortiſſime facere aliquid Id. pro Quint. 5. Facere aliquid fortiter in re militari Cic. Verr. 5, 4. Hem iſta eſt virtus, quando vſus eſt, qui malum Fers fortiter. Fortiter malum qui patitur, idem poſt potitur bono Plaut. Aſin. 2, 2, 57. Ferre quidquid acciderit, fortiter et ſapienter Cic. Att. 14, 13. Gerere bellum cum hoſtibus Idem pro Flacc. 98. Iudicare Quinctil. 6, 1. Perire Hor. Serm. 2, 3, 42. Pugnare fortius Caeſ. B. G. 2, 26. — fortiſſime Id. ib. 4, 37. — Fortiſſime Id. ib. 4, 12. Reſiſtere Quinctil. 6, 4. Vti enſe Ouid. Epiſt. 11, 97. *Compar.* Non abſtulit modo, ſed in amorem coniecit fortius Plaut. Merc. 5, 3, 5. Tormento fortius mittere aliquid Ouid. Met. 9, 218. *Superl.* Fortiſſime vlmus ſeruat rigorem Plin. 16, 40. *De vſu huius Adu. vid. Burm. ad* Quinct. 2, 12 *pr. et* 6, 12 p. 420.

FORTICVLVS, a, um. Adi. Dimin. Cic. Tuſc. 2, 45 c. 19 Quamuis idem forticulum ſe in torminibus et in ſtranguria ſua praebeat. *Conf.* Apul. Met. 8 p. 213 *Elmenh. et* Auſon. Epiſt. Eidyll. 5 praefixa.

FORTIVSCVLVS, a, um. Adi. *Aliud Dimin. affert Pareus in* Plaut. Mil. 4, 3, 13. *Vid. eius Lex. p. 499. Sed improbat Taubm. ad loc. p. 865. Gronou. legit* Fortis.

FORTESCO, ĕre. [κρατύνομαι] *Fortem fieri.* Naeuius, Creſcit annis, et forteſcunt vires. Gell. 19, 7 *de Naeuio,* Item quod forteſcere poſuit pro fortem fieri. *Antiquum.*

FORTIFĬCO, āre. [κρατύνω, διισχυρίζω] *Affertur.* Plauti Fortifica animum. Cael. Aurel. Acut. 2, 30 Vina ſufficientia fortificare. Idem Tard. 2, 4, 78 Dentes conſtringere atque fortificare. Idem ib. 3, 2, 38. *et* 3, 7, 91.

FORTIFICATIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Tard. 4, 3 Fortificationem corpori adhibere.

FORTĬTAS, ātis. f. Gloſſ. Gr. Lat. ἀνδρειότης, fortitas, virilitas. *Placet haec vox Salmaſio ad* Solin. p. 26.

FORTITŪDO, ĭnis. f. [ἀνδρεία, ἰσχὺς, ἀλκὴ] eſt, *vt ait* Cic. de Inuent. 2, 163 Conſiderata periculorum ſuſceptio, et laborum perpeſſio. Idem de Inuent. 1, 62. *ac* Off. 3, 117. Gell. 12, 5 Ea vera et proba fortitudo eſt, quam maiores noſtri ſcientiam eſſe dixerunt rerum tolerandarum: per quod apparet eſſe quaedam intolerabilia, quibus fortes viri aut obeundis abhorreant, aut ſuſtinendis. Fortitudini fortuna adiumento ſolet eſſe Auct. ad Heren. 3 c. 5. In periculis fortitudo, in negotiis labor Cic. pro L. Manil. 26. Comites fortitudinis ſunt, magnitudo animi, grauitas, patientia, rerum humanarum deſpicientia Cic. Tuſc. 2, 32 c. 13. Viri propria maxime eſt fortitudo, cuius munera duo maxima ſunt, mortis dolorisque contemtio Idem Tuſc. 2, 43. Domeſticae fortitudines non inferiores militaribus Id. Off. 1, 78. Magnitudinis animi et fortitudinis proprium eſt, nihil extimeſcere, omnia humana deſpicere, nihil quod homini accidere poſſit, intolerandum putare Cic. Off. 3, 100 c. 27 *pr.* Erumpit fortitudo in neruum, *vid.* NERVVS. Imitatur audacia fortitudinem Cic. in Partit. 81. Venientibus malis obſtat fortitudo Idem in Parad. 77. Spectari fortitudinem omnem aut in dolore, aut in labore, aut in periculo Id. de N. D. 3, 38. Non militum praeſenti fortitudine, ſed ſua eximia animi virtute hoſtilem ciuium mentem vindicauit Cic. anteq. iret in exil. 3.

FORTAX, ācis. f. Cato de R. R. c. 38 Facito fortax totam fornacem infimam complectatur. *Vt a* Fornice, Fornax; *ita a* Fortitudine,

dine, Fortax *dici videtur: quo verbo cenſetur totus imus camini gyrus, et ſoli tegumentum pauimentatum et ſaxeum.* θαῤῥὸς *a Graecis vocari videtur. Heſychius,* θαῤῥὸς, λίθος ὁ κάτω τιθέμενος ἐν τῷ ἰπνῷ ἐν τοῖς μεταλλεῦσι. *Haec Turneb. Aduerſ. 11, 13. Nec poſt fuit, qui doceret melius. Conatus aliquid eſt Ponted. Epiſt. 5 p. 51, quod* φόρταξ *baiulum ſignificet.*

FORTVITO, FORTVITVS, *vid.* FORTVNA.

FORTŪNA, ae. f. [τύχη, αὐτοματία, πότμος, ἑαμνεσία, φιλησίον] *Accidentium rerum euentus, in quantum ex cauſis ſuis praeuideri non poteſt. Vid.* FORS, *a quo videtur deriuatum. Saepe non peculiarem aliquem aut ſingularem euentum notat, ſed totum ſtatum et conditionem, quae ex multiplici diuerſorum euentuum ſerie et connexione exſiſtit.* Aur. Vict. Vir. illuſt. c. 4 Vt fortunam belli experiretur, ac ſequeretur, a Tullio in auxilium arceſſitus, aciem in collem ſubduxit. Caeſ. B. G. 7, 1 Miſeratur communem Galliae fortunam. Fortunam *definit* Cic. de Diuin. 2, 15 c. 6 Quid eſt enim aliud fors, quid fortuna, quid caſus, quid euentus, niſi quum ſic aliquid cecidit, ſic euenit, vt vel non cadere atque euenire, vel aliter cadere atque euenire potuerit? Fortunae *vocabulum medium eſt:* Simul fortuna Ciuitatis vera virtute eguit Liu. 4, 31. *i. ſtatus.* Belli fortuna Cic. ad Brut. 10. Caſus et fortuna Idem de N. D. 1, 92. Omnia ſumma conſecutus es virtute duce, Comite fortuna Cic. Fam. 10, 3. Fortunae magnae Comes eſt adulatio Vell. 2, 102, 3. Quinctil. in prooem. 6 Nam fruſtra mala omnia ad Crimen fortunae relegamus. Fluctus fortunae Catull. 66, 13. Inops fortunae Tacit. Ann. 4, 39. Motus fortunae Cic. Att. 8, 4 *pr.* Ille propter virtutem fortunae vtriusque Moderatricem, hic propter obſequium fortunae ſemper fauentis Curt. 6, 5, 35. Procella impotens fortunae Sen. Agam. ſ. 7. Riuus liquidus fortunae Hor. Epiſt. 1, 12, 9. Varietas propria fortunae Cic. de Diuin. 2, 109. ¶ 2 Aduerſa Cic. de N. D. 3, 61. *et* de Aruſp. Reſp. 54. Aequa Hor. Epiſt. 2, 1, 94. Aequabilis perpetuaque Cic. poſt redit. in Senat. 2. Anceps pugnae Virg. Aen. 4, 603. Ardua Claud. de Conſ. Hon. 3, 13. Non ſolum ipſa fortuna Caeca eſt, ſed eos etiam plerumque efficit caecos, quos complexa eſt Cic. de Amicit. 54 c. 15. Idem Philipp. 13, 10. Communis propinquis plerumque fortuna Id. Off. 1, 58. Valer. Max. 7, 1 Volubilis fortunae complura exempla retulimus, Conſtantis et propitiae admodum pauca narrari poſſunt. Crudelis Sil. 13, 382. Dubia Cic. Verr. 1, 81. Dulci fortuna ebrius Hor. Carm. 1, 37, 11. Facillima Virg. Aen. 11, 716. Fatalis Cic. pro Sext. 17. Idem de Diuin. 2, 87 Carneadem Clitomachus ſcribit dicere ſolitum, nusquam ſe Fortunatiorem quam Praeneſte vidiſſe fortunam. Grauis Ouid. ex Pont. 4, 4, 4. Indigniſſima Cic. poſt redit. ad Quir. 7. Infeſta, *vid.* INFESTVS. Infima conditio et fortuna ſeruorum Cic. Off. 1, 41. Iniqua fortuna laedi Ouid. ex Pont. 4, 6, 39. Manca Hor. Serm. 2, 7, 88. Minax Iuuen. Sat. 10, 52. Miſerrima Ouid. Triſt. 3, 11, 71. Omnipotens, *vid.* OMNIPOTENS. Par Nep. 5, 2, 3. *et* 18, 1, 1. Pronior Paterc. 2, 69 *extr.* Propitia, *vid. paullo ante* Conſtans. Proſpera Hor. Carm. 4, 14, 37. Rapax Idem Carm. 1, 34, 14. Secunda Cic. de Aruſp. Reſp. 54. Triſtis Ouid. Epiſt. 3, 43. Cic. pro Milon. 93 Quam Vaga volubilisque fortuna, quam varia vitae commutabilisque ratio. Vtraque Curt. 6, 5, 35. ¶ 3 *Verba.* Abuti fortuna, *vid.* ABVTOR. Adire fortunam, *vid.* ADEO. Cic. pro L. Manil. 47 c. 16 Fuit quibusdam ſummis viris quaedam ad amplitudinem — diuinitus Adiuncta fortuna. Firmic. 5, 7 Tunc exactis malis omnibus, ſecunda quandoque incipiet aliquantulum afflare fortuna. Aſpirat fortuna labori Virg. Aen. 2, 385. Fortuna opes Auferre, non animum poteſt Sen. Med. v. 176. Auſa eſt fortuna aliquid aduerſus abſentem ducem Flor. 4, 2, 30. Committere ſe fortunae, *vid.* COMMITTO. Committere ſe timidius fortunae Cic. Att. 10, 4. Paterc. 2, 79 Sed virum humana ope inuictum, grauiter eo tempore fortuna Concuſſit. Coniuncta virtuti fortuna, *vid.* CONIVNGO. Conſtituit aliquem mearum ineptiarum teſtem fortuna Cic. de Orat. 1, 12. Contingere aliquid caſu et fortuna Idem Off. 2, 44. Conuerſa ſubito fortuna eſt Nep. 7, 9, 4. *i. rerum ſtatus, conditio.* Creſcens Stat. Silu. 5, 1, 119. Dare fortunam Quint. Cic. de Petit. Conſ. 9. Si virtuti par Data eſſet fortuna Nep. 18, 1, 1. Deuenire in fortunam Cic. Fam. 4, 5. Firmic. 5, 6 Homines erunt variae fortunae: quandoque enim ex vilibus alti, quandoque ex dominis atque principibus ad humilem fortunam triſtemque Deiecti. Deſtrui per haec fortunam ſuam Caeſar, imparemque tanto merito rebatur Tacit. Ann. 4, 18. Dilabi fortunam Auct. ad Heren. 4, 25. Domare virtutibus fortunam Claud. in Conſ. Prob. et Olyb. 38. Fortuna in omni re Dominatur Salluſt. Catil. c. 8 *pr.* Eſſe fortuna, *idem eſt quod Fortunam ſubire.* Cic. in Brut. 1 Fortuna optima Eſſe debent. Eſſe fortuna inferiorem aliquo Cic. Fam. 13, 5. Idem de Prouinc. Conſ. 41 Excipere fortunam, ſubire vim atque iniuriam malui, *etc.* Elargitur res fortuna Cic. Fam. 1, 5. Facere periculum fortunae Idem de Prouinc. Conſ. 35. Quidquid in altum Fortuna tulit, ruitura Leuat: Modicis rebus longius aeuum eſt Sen. Agam. 100. Ferre bene magnam fortunam Hor. Carm. 3, 27, 75. Sui cuique mores Fingunt fortunam Nep. 25, 11, 16. Fortuna nimium quem Fouet, ſtultum facit Publ. Syr. Functus omni fortuna proſpere Cic. pro Muraen. 1. Gubernans Lucret. 5, 108. Cuius fortunae nos motum, ratione quadam Gubernabimus Cic. Att. 8, 4 *pr.* Habere fortunam Ouid. Met. 3, 149. Habere fortunam reuerenter Auſon. in Exhortatione ad modeſtiam, epigr. 8. Habere ſimilem cauſae fortunam Liu. 4, 31. Fortunam in poteſtate Habuit Cato Vell. 2, 35, 2. Habet vim fortuna maximam Cic. in Parad. 5. Fortuna ſimul cum moribus Immutatur Sall. Catil. c. 2. Quo ſe fortuna, eodem etiam fauor hominum Inclinat Iuſtin. 5, 1, 11. Inſectari miſerorum fortunam Cic. ad Brut. 4. Inſequitur eadem fortuna viros Virg. Aen. 1, 224. Quinctil. in prooem. 6 Illud vero Inſidiantis, quo me validius cruciaret, fortunae fuit. Inuicta fortuna Caeſarum Flor. 4, 7, 10. Inuidet fortuna Populo Romano Idem 4, 2, 1. Labentem fortunam continere, *vid.* LABOR. Legare fortunae, *vid.* LEGO. Cic. . . . Nullo loco deero, neque ad conſolandum, neque ad Leuandum fortunam tuam. Moderandum fortunae Tacit. Ann. 15, 5. Mutatur fortuna, *vid.* MVTO. Nutat fortuna, *vid.* NVTO. Cic. Att. 14, 17 Si non fortunae Obſequutus fueris, male tecum agetur. Pendere ex fortuna, *vid.* PENDEO. Pendebat belli fortuna Ouid. Met. 8, 12. Homines, qui ſe Permiſere fortunae, etiam naturam dediſcunt Curt. 3, 2, 18. Fortuna in omni re multum Poteſt Vell. 2, 116, 3. Poſitum in fortuna omne conſilium Cic. Att. 14, 11. Tacit. Hiſt. 1, 62 Torpebat Vitellius, et fortunam principatus inerti luxu, ac prodigis epulis Praeſumebat. Prorogata poteſtas fortunae in aliquos Cic. Q. Frat. 1, 1, 4. Prouocare fortunam, *i. Periculis ſe exponere* Lucan. 9, 885. Receſſit fortuna Virg. Aen. 3, 53. Regit fortuna vitam, non ſapientia Cic. Tuſc. 5, 25 c. 9. Renaſcens Hor. Carm. 3, 3, 62. Reſponſare ſuperbae fortunae Idem Epiſt. 1, 1, 67. Reſpuit conſtantiam amica varietate fortuna Cic. de N. D. 2, 43. Seiungi non poteſt fortuna ab inconſtantia et temeritate Idem de N. D. 3, 61. Omnia ſumma ratione conſilioque acta fortuna etiam, vt fit, Secuta eſt Liu. 5, 19. Sequens fortunam ſuam Caeſar, peruectus in Africam, ibi primo variam fortunam expugnauit, inclinataeque hoſtium copiae . . . Cic. in Salluſt. 14 Bis ad iudicii ſubſellia attractus, extrema fortuna Stetit, et ita deceſſit, vt non hic innocens eſſe, ſed iudices peieraſſe exiſtimaretur. Sum: *vt,* Eſſe infelicem, fortunae eſt: eſſe deteriorem, improbitatis Cic. de Prouinc. Conſ. 8. Pelle moras, breuis eſt magni fortuna fauoris Sil. 4, 734. Nihil eſt tam contrarium rationi et conſtantiae, quam fortuna Cic. de Diuin. 2, 18. In caſu ſunt atque fortuna bona corporis et quae extra corpus ſunt Idem Tuſc. 5, 25. Inferiorem fortuna alio eſſe Id. Fam. 13, 5. Magnam eſſe vim in fortuna in vtramque partem, vel ad ſecundas res, vel ad aduerſas, quis ignorat? Cic. Off. 2, 19. Subire fortunam Idem Fam. 13, 5. Tentare fortunam Lucan. 3, 510. Trahere fortunam, *pro In fortuna eſſe.* Cic. anteq. iret in exil. 14 Vt tutam, tranquillamque fortunam traheretis, mea perſeci vigilantia. Fortuna nulli plus quam conſilium Valet P. Syr. Mim. Vexilla fortunae modeſte Summittere Stat. Silu. 4, 2, 43. Viderit hoc fortuna, quoniam conſilio non multum Vti licet Cic. Att. 6, 4. Vti fortuna Virg. Aen. 9, 240. Eodem die pari fortuna in terra Vſus eſt Nep. 5, 2, 3. Vſus eſt fortuna nemo dexterius Hor. Serm. 1, 9, 45. ¶ 4 Fortuna, *Dea credita eſt antiquis.* Iuuen. Sat. 10 *extr.* Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia: ſed te Nos facimus Fortuna deam, caeloque locamus. Fortunae *huius deae Cognomina et Templa enarrare hic longum eſt. Diligenter ſatis collecta ſunt poſt alios in Lexico Pitiſci. Omiſſa tamen* Fortuna Antias *numis et inſcriptionibus celebrata, de qua Phil. a Turre Monum. Vet. Antii p. 4 ſqq. et Interpretes ad illud* Hor. Od. 1, 35, 1 O Diua, gratum quae regis Antium. *De* Fortuna Equeſtri *an* Sequeſtri *diſputatur ad* Tacit. Ann. 3, 71. *Vid.* SEQVESTER. Equeſtris templum *eſt* Vitruu. 3, 2. Liu. 42, 3. Diem et Fanum Fortis Fortunae memorat Varro de L. L. 5, 3. Donatus *ad* Ter. Phorm. 5, 6 1 Fors Fortuna eſt, cuius diem feſtum colunt, qui ſine arte aliqua viuunt. Huius aedes trans Tiberim eſt. *Add.* Tac. Ann. 2, 41. Cic. de Legg. 2, 28 c. 11 Fortunaque ſit vel Huiusce diei (Plut. τῆς ἡμέρας ἐκείνης. *conf.* Plin. 34, 8) nam valet in omnes dies, vel Reſpiciens ad opem ferendam; vel Fors, in quo incerti caſus ſignificantur magis; vel Primigenia *etc. De* Primigenia Fortuna *add.* Liu. 29, 36. *it.* 34, 53. *De* Publica Ouid. Faſt. 4, 375 *et* 729. *Videtur haec eadem* Populi Romani, *de qua eſt Plutarchi libellus, et Diſp. Lipſienſis Phil. Olearii. Hanc numis (praeſertim Neruae) celebratam videre licet. Hanc ſaepe memorat* Liuius, *v. g.* 1, 46. 2, 40. 7, 34. 35, 6. *Add.* Tacit. Hiſt. 3, 46. *De illa* fortuna Imperii *vel* Populi Romani *etiam auſpicium quoddam maieſtatis notante, Gruter. Diſc. ad Tac. 1 et Boecler. de Auſpicio regio. Sed in* edicto Neruae *apud* Plin. Epiſt. 10, 66, 9 Quem Fortuna Imperii meliore vultu reſpexit, *ſignificat, cui Imperator pro ſua poteſtate beneficium tribuit. Alio ſignificatu* Fortuna Populi Rom. *ponitur* Liu. 6, 30 *quem locum damus in fine huius articuli. De* Reducis Fortunae *templo* Martial. 8, 65. *et* Claudian. VI Conſ. Hon. 1. Fortunae Seiae Plin. 36, 22 *quam* a Seruio rege ſacratam aede ex phengite *honorauit* Nero *etc.* Plaut. Pſeud. 2, 3, 12 Centum hominum doctum conſilia ſola haec deuincit Dea Fortuna. Plaut. Aul. 1, 2, 22 Si bona Fortuna veniat, ne intromiſeris. Cic. Philipp. 13, 10 Deinde obſecro vos Patres Conſcripti, quis hoc veſtrûm non videt, quod fortuna ipſa quae dicitur caeca, vidit? Domina rerum fortuna Cic. pro Marcell. 7 c. 2. Facies inuidioſa fortunae Ouid. in Ibin 122. Filius fortunae Hor. Serm. 2, 6, 49. *vid.* FILIVS. Iniuria fortunae Ouid. ad Liu. 51. Ludus fortunae Hor. Carm. 2, 1, 3. Multari a fortuna, *vid.* MVLTA. Vultum ſeruat fortuna benignum Hor. Epiſt. 1, 11, 20. Fortuna rerum humanarum diuinarumque poteſtas Petron. c. 120. Fortunam inſanam eſſe et caecam et brutam perhibent philoſophi, ſaxoque inſtare globoſo praedicant volubili Auct. ad Heren. 2, 36 c. 23. *Ex* Pacuuio. *Conf.* Plin. 2, 7. Muneribus fortunae ampliſſimis ornari Cic. de Prouinc. Conſ. 35. ¶ 5 Fortuna *et Plur.* Fortunae *ſaepe diuitias, opes, et totum illum ſtatum, quo cenſentur felices, aut infelices, notare ſolet.* Cic. de Amicit. 59 c. 16 Saepe enim in quibusdam aut animus abiectior eſt, aut ſpes amplificandae fortunae fractior. Hor. Epiſt. 1, 5, 12 Quo mihi fortuna, ſi non conceditur vti? Abundare fortuna Quinctil. 6, 1. Ter. Andr. 1, 1, 70 Omnes — laudare fortunas meas, Qui gnatum haberem tali ingenio praeditum. *Conf.* Donat. Idem Phorm. 1, 4, 24 Quod ſi eo meae fortunae redeunt, *etc.* Cic. Tuſc. 1, . . Plenus fortunarum, *i. Bonorum et pignorum.* Liu. 3, 68 Pleni fortunarum gloriaeque triumphantes domum redibatis. Cic. pro Roſc. Com. 33 Tum enim propter Reipubl. calamitates, omnium poſſeſſiones erant incertae: nunc deûm immortalium benignitate, omnium fortunae ſunt certae: Acceſſiones fortunae et dignitatis Cic. Fam. 2, 1. Conditio et fortuna hominum infimi generis Idem pro Milon. 93. Omnis fortunae mulieres ac loci Id. in Piſon. 52. Defenſor fortunarum alicuius Cic. Diu. Verr. 54. Hor. de Arte Poët. 109 Format enim natura prius nos intus ad omnem Fortunarum habitum. Periculum fortunarum Quinctil. 2, . . *Add.* Id. 4, 2, 122. ¶ 6 *Epitheta et Verba.* Tacit. Ann. 13, 21 Nec ſi Iturius et Caluiſius Adeſis omnibus fortunis, *etc. vid.* ADEDO. Ampliſſimae Cic. Verr. 5, 18 c. 8. Ampliuſcula Apul. Apol. . . . Ancipiti Suet. Iul. c. 36, 2. Florentiſſima Cic. Tuſc. 5, 25. Immundae, *vid.* IMMVNDVS. Infima fortuna homines Cic. de Fin. 5, 52. Idem pro Sull. 89 Hic vos orat Iudices paruus, vt ſe aliquando, ſi non Integra fortuna, at afflicta patri ſuo gratulari ſinatis. Secunda aut aduerſa cadat fortuna Virg. Aen. 9, 283. Sordida Sen. Herc. fur. 3. Afflicta alicuius Cic. pro Sull. 37. Afflicta et mala Idem Fam. 1, 9. Amittere ſecundas fortunas, et in aduerſis ſine vllo remedio permanere Id. pro Sull. 66. Amplificare fortunam Cic. de Amicit. 59 c. 16. Auctus fortunis, *vid.* AVGEO. Concredere alicui fortunas, *vid.* CONCREDO. Conferre ſpoliatam fortunam alicuius cum florente alterius Cic. in Piſon. 38. Conqueri fortunas ſuas Plaut. Mil. 2, 1, 47. Conſulere fortunis, Conturbare fortunas, *v. hh. vv.* Decernere

cernere pro fama et fortunis Cic. de Orat. 2, 201. Defendere fortunas noſtras per aliquem, cuius fides eſt nobis cognita Idem Diuinat. Verr. 20 c. 6. Ampliuſcula fortuna Deuolutus Apul. Apol. . . Dimiſit morte fortunas ſuas Craſſus Cic. Tuſc. 1, 12. Egens fortuna, vita turpis Aſclepiades Idem pro Flacc. 35. *Et* Diu. Verr. 21 c. 6 Cur de quibus in prouincia non optime es meritus, eos nunc plane fortunis omnibus conaris Euertere? Ferre pulcherrime ſecundam fortunam et aeque aduerſam Cic. Fam. 4, 5 *extr.* Fieri praedonum impetum in fortunas alicuius Idem Fam. 4, 7. Frui dignitate tua et fortunis licebit Id. Fam. 6, 2. Iactari: *vt*, Miſera, multumque iactata alicuius fortuna Cic. pro Cluent. 7. Impertire fortunas aliis, Inclinat ſe fortuna vt, Inuadere in fortunas alicuius, Locupletare fortunis, *vid. hh. vv.* Lugere fortunas meas bonos viros malui, quam ſuis deſperare Cic. poſt redit. in Senat. 33. Obtinere fortunas Idem Fam. 4, 7. Offendere ad fortunam Phaedr. 4, 14. Ornatus Imperator honoribus ampliſſimis fortuniſque maximis Cic. in Brut. 18. Parare magnas fortunas, *vid.* PARO. Prodere fortunas Auct. ad Heren. 4, . . Relinquere domum et fortunas Cic. Fam. 12, 6. Succurrere ſaluti fortuniſque omnibus Idem pro Rabir. 3. Liu. 6, 30 Quidquid ſuperfuit fortunae Populi Rom., id militum etiam ſine rectore ſtabilis virtus tutata eſt.

FORTV̄NO, āre. [ἐρέω] *Proſperare, et bonis augere.* Cic. Fam. 2 Tuum patrimonium dii fortunent. Idem Fam. 15, 7 Maxima ſum laetitia affectus, quum audiui Conſulem te factum eſſe, eumque honorem tibi deos fortunare volo. Hor. Epiſt. 1, 11, 22 Tu quamcunque deus tibi fortunauerit horam Grata ſume manu. *Conf.* Non. 2, 315.

FORTVNĀTVS, a, um. [εὐδαίμων, εὐτυχής] *Felix.* Ter. Adelph. 5, 3, 66 Derides? fortunatus qui iſthoc animo ſies. Idem Eun. 2, 2, 53. Ibid. 5, 9, 1 Ecquis me viuit hodie fortunatior? Idem Heaut. 4, 8, 1 Factum me nunc omnium fortunatiſſimum eſſe intelligo. Virtus fortunatiſſimos poteſt facere Apul. de Dogm. Plat. 2 p. 25. Virg. Ecl. 5, 59 Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo. Integrorum et fortunatorum promiſſa Cic. pro Muraen. 50. Gell. 16, 19 In gratia, pecuniaque magna fortunatum eſſe. Fortunatus et potens Cic. Off. 2, 62. Fortuna fortunatior Idem de Diuin. 2, 87. Comitatu nobilium iuuenum fortunati quidam Cic. de Senect. 29. Plaut. Perſ. 4, 4, 1 Satin' Athenae tibi viſae fortunatae atque opiparae? Ciuitas fortunatiſſima Eumen. Paneg. Conſt. 10, 22. Coniugium fortunatum Ouid. Met. 2, 803. Domus Propert. 3, 20, 9. Exitus alicuius Cic. de Clar. Orat. 329. Gens Virg. Georg. 4, 287. Homo Cic. pro Quint. 180. Homo fortunatus et nobilis Idem de Orat. 2, 352 c. 86. Ingenium fortunatius Hor. de Arte Poët. 595. Fortunatorum Inſulae Plaut. Trin. 2, 4, 148. Plin. 4, 22 Ex aduerſo Celtiberiae complures ſunt inſulae, Caſſiterides dictae a Graecis, a fertilitate plumbi, et e regione Arrotrebarum promontorii, deorum ſex, quas aliqui fortunatas appellauere. *Vulgus autem noſtrum hodie vocat* Inſulas Cannarias, *a fertilitate cannarum, in quibus creſcit ſaccharum. Vid.* Hor. Epod. 16, 41. *et Muretum Var. Lect. 5, 1. et* Flor. 3, 22, 2. Nemora Virg. Aen. 6, 639. *de campis Elyſiis.* Nihil eſt nobis fortunatius Cic. ad Q. Frat. 2, 14. Praelio fortunatiſſimo decertare Paterc. 2, 12, 5. Reſpublica Cic. in Catil. 2, 7. Senex Virg. Ecl. 1, 47 *et* 52. Vita Hor. Epiſt. 1, 11, 14.

FORTVNATA, ae. f. *Aeon haereticorum.* Tertull. adu. Valent. c. 8.

FORTVNĀTE. Adu. [εὐδαιμόνως, τυχηρῶς] *Feliciter.* Cic. de Finib. 3, 26 c. 7 Neceſſario ſequitur omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolute, fortunate viuere. Liu. 10, 18 Quod ductu Conſulis quidquam ibi fatis ſcite aut fortunate geſtum. *Compar.* Colum. prooem. p. 5 An putem fortunatius a catenato repulſum ianitore. *Sed hic eſt Adiectiuum.*

FORTVNATIM. Adu. [εὐτυχῶς] *Proſpere.* Ennius in Annalibus, Mi reliquae fidei regno, vobiſqué Quirites, Se fortunatim, feliciter ac bene vortat. Non. 2, 334.

FORTVNATIO, ōnis. f. *Apud* Auguſtin. . . .

FORTVNĀTOR, ōris. m. *Apud eundem.* . .

FORTVITVS, a, um. Adi. [τυχηρὸς] *Quod caſu accidit.* Fortuitus concurſus Cic. de N. D. 1, 66. Quinctil. 6, 5, 10 Inſidiarum inuidiam in Clodium vertit, quamquam reuera fuerat pugna fortuita. Fortuitus, *inquit* Seruius *in illud* Aen. 6, 179 Itur in antiquam ſiluam, *etc.* ab Eundo eſt, et a Fortuna compoſitum. *Quod vanum: itus eſt terminatio, vt in* Gratuitus. *Sed illud recte, quod ibidem ait,* Producit autem I, et corripit: *laudatque* Iuuenal. Sat. 13 *extr.* Non quaſi fortuitu, nec ventorum rabie, ſed Iratus cadat in terras, et vindicet ignis. *Et contra* Hor. Carm. 2, 15, 27 Nec fortuitum ſpernere ceſpitem Leges ſinebant. Hic enim niſi 1 litera longa ſit, non ſtat verſus. *Hactenus ille. Verſus* Horatii *eſt alcaicus dactylicus:* TVI, *ſecundus pes eſt iambus. Sic corripitur* Manil. 1, 182 Nam neque fortuitos ortus ſurgentibus aſtris: *producitur in illo Trochaico* Auſon. VII Sap. Solon. Non erunt honores vnquam fortuiti muneris. Fortuita ad culpam trahuntur Tac. Ann. 4, 64, 2. Firmior aduerſus fortuita Idem Hiſt. 4, 5, 3. Diuinum et Fortuitum, *contraria.* Cic. Fam. 7, 5 Vt illud neſcio quod non fortuitum, ſed diuinum videretur, *a diuinatione quadam profectum, cui locum eſſe negant philoſophi quidam in fortuitis.* Bella fortuita ſperabantur Tacit. Hiſt. 4, 5. Boni fortuiti quippiam nacti ſumus Cic. de N. D. 3, 87 c. 36. Calamitas Vlpianus in l. 2 non procul a fine, D. Si quis caution. Concurſus quidam fortuitus Cic. de N. D. 1, 66. Plin. 14, 6 Genera autem vini alia aliis gratiora eſſe quis dubitet? aut non ex eodem lacu aliud praeſtantius altero germanitatem praecedere, ſiue teſta, ſiue fortuito Euentu? Mors Tacit. Ann. 2, 4. Mortes Iuſtin. 19, 3, 6. Oratio fortuita, *pro Extemporali.* Cic. de Orat. 1, 150 Nam ſi ſubitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit, hanc ipſam profecto aſſidua ac diligens ſcriptura ſuperabit. Budaeus. Pugna fortuita Quinctil. 6, 5, 10. Rerum fortuitarum concurſio Cic. in Topic. 73. Quinctil. 10, 7, 12 Nec tumultuarii, nec fortuiti ſermonis contextum mirabor vnquam, quem iurgantibus etiam mulierculis ſuperfluere video. *Sic* rudia, fortuita, impropria *coniungit* 10, 3, 20.

FORTVITO. Adu. [τυχὸν] *i. Caſu.* Cic. de Finib. 5, 33 Siue hoc ita ſit fortuito. *Sic* de Diuin. 2, 62. Cic. in Orat. 186 Itaque Herodotus et eadem ſuperiorque aetas numero caruit, niſi quando temere et fortuito. Accidit fortuito Cic. Tuſc. 1, 99. Fortuito multa in melius cadunt Tacit. Ann. 2, 77, 2. Cic. in Orat. 117 Quae ſic aperta eſt, vt mirer, veteres non eſſe commotos, praeſertim quum, vt fit, fortuito ſaepe aliquid concluſe apteque dicerent. Incidere fortuito in aliquem ſermonem Idem de Orat. 1, 111. Non repentina aliqua voluntate, neque fortuito incidere ad aliquid agendum Id. Fam. 5, 8. Caſu aut fortuito futurum quid ſit ſcire Cic. de Diuin. 2, 108. Idem de Diuin. 2, 61 c. 28 Chryſippus — nunquam illa facta dicet fortuito.

FORTVITV. [τυχικῶς] *Aliud* Adu. *idem ſignificans.* Cic. Philipp. 10, 6 c. 2 Quod verbum tibi non excidit, vt ſaepe fit, fortuitu: ſcriptum, meditatum, cogitatum attuliſti. *Sic Grut. al.* fortuito. Fortuitu et ſine conſilio Caeſ. B. G. 7, 20. Caſu et fortuitu nauis in portum delata eſt Auct. ad Herenn. 1, 19 c. 11. Cic. de Diuin. 2, 18 c. 7 Vt mihi ne in Deum quidem cadere videatur, quid caſu et fortuitu futurum ſit. *Sed hodie* fortuito *editur.* Temere, fortuitu, inconſiderate, negligenterque facere aliquid Cic. Off. 1, 103 c. 29 *vbi Graeuius hanc formam ex MSS. aſſerit.* Fortuitu oblatam occaſionem aucupari Hirt. B. Afr. c. 3.

FORVLI. *vid.* FORI.

FORVLI. *Vrbs Italiae.* Virg. Aen. 7, 74 Caſperiamque colunt, Foruloſque et flumen Hymellae. Foruli et Caſperia, ciuitates ſunt. Seruius.

FORVM, i. n. [ἀγορὰ] *Nomen latae ſatis ſignificationis et vſus. Audiamus primo* Feſtum: Forum ſex modis intelligitur. *Primo* Negotiationis locus, vt Forum Flaminium, Forum Iulium, ab eorum nominibus, qui ea fora conſtituenda curarunt, quod etiam locis priuatis, et in agris, et in viis fieri ſolet. *Alio,* In quo iudicia fieri, cum populo agi, conciones haberi ſolent. *Tertio,* Quum is, qui Prouinciae praeeſt, forum agere dicitur, quum ciuitates vocat, et de controuerſiis eorum cognoſcit. *Quarto,* Quum id forum antiqui appellabant, quod nunc Veſtibulum ſepulcri dici ſolet. *Quinto,* Locus in naui, ſed tum maſc. generis eſt, et plurale. (*Vid.* FORI.) *Sexto,* Fori ſignificant Circenſia ſpectacula, ex quibus etiam minores Forulos dicimus. Inde et Forare, et Foras dare, et Fores, et Foras, et Forecula, id eſt, oſtiola dicuntur. Chariſius 1 p. 55 *pr.* Forum neutro genere dicimus Locum rebus agendis deſtinatum, aut quum Commercium ſignificamus, et Lucilius, Quum illa fora ibant. Maſculine autem Tabulata nauium, et ſemper pluraliter, quamuis Gellius Fora nauium neutraliter dixerit: et Lucilius negotiorum Forum maſculine extulerit, libro 3 Forus olim ornatus lucernis. *Vid. infra* FORVS. *Et* Iſidor. 15, 6. *Videtur ergo* Forum *generatim eſſe locus cauus, et quaſi foratus, ad continendam multitudinem hominum, ſed etiam aliarum rerum aptum, ac primo quidem, ſequamur enim, quia ita commodum eſt,* Feſti *diuiſionem,* Forum eſt negotiationis locus, *etc. Quidam huc referunt* Aleatorium Suet. Auguſt. c. 71. *Sed vid.* FORVS. Boarium, *In quo boues venduntur* Liu. 29, 37. Cupedinis forum Apul. Met. 1 p. 32. Varro L. L. 4, 32. Olitorium Liu. 21, 62. Piſcarium Varr. L. L. 4, 32. Piſtorium Aurel. Vict. Caeſ. c. 13, 5. Solicitum forum Ouid. de Arte Am. 1, 164. *inquietum a mercantibus, a litibus, a ludis gladiatoriis.* Suarium forum, *inquit* Varro de L. L. 4, 32 In quo ſues venduntur; et Boarium, in quo boues; et Piſcarium Olitorlumque, in quo piſces oleraque: ſicut Forum Cupedinis, in quo cupedinarii negotiantur. Quae omnia in vnum locum contracta, poſtquam aedificatus eſt locus, appellatur Macellum. Per medium forum, *vid.* MEDIVS. Cedere foro, *vid.* CEDO. Merſus foro Plaut. Epid. 1, 2, 16. *eſt aere alieno obrutus.* Sublata fides de foro Cic. de L. Agr. 2, 8. Foro vti, *Praeſentem rerum ſtatum recte adhibere, et vtcunque ſeſe obtulerit fortuna, ita animum applicare.* Ter. Phorm. 1, 2, 26 Cepi his omnia facere: obſequi quae vellent. D. ſciſti vti foro. Donatus, Vulgare prouerbium *admonet eſſe:* ductamque metaphoram a mercatoribus, qui non ante locum commercii praeſcribunt quanti vendant quae aduehunt, ſed ſecundum annonam fori, quam deprehenderint, conſilium de non vendendis aut vendendis mercibus ſumunt. Senec. . . . Vtamur foro: et quod fors feret, aequo feramus animo. ¶ 2 Forum, [κριτήριον, δικαστήριον, δικαιωτήριον] *In quo iudicia exercebantur, habebanturque quaedam Comitia. Vid. v. g.* Cic. pro Sext. 78. Idem Att. 12, 21 Quod me in forum vocas, eo vocas, vnde etiam bonis meis rebus fugiebam. *A curia diſtinguit* Forum Cic. Fam. 4, 3. *Fuerunt* Senecae *aetate* Fora tria: Romanum, Iulium, Auguſtum, *de quibus* de Ira 2, 9 Adde nunc — circumſcriptiones, furta, fraudes, infitiationes, quibus trina non ſufficiunt fora. Suet. in Aug. c. 29 *et* 31 Fori exſtruendi cauſa fuit hominum et iudiciorum multitudo, quae videbatur, non ſufficientibus duobus, etiam tertio egere. Itaque feſtinantius, necdum perfecta Martis aede, publicatum eſt, cautumque, vt ſeparatim in eo publica iudicia, et ſortitiones iudicum fierent. *De his, quae poſtea acceſſere, videndi ſunt antiquitatum ſcriptores, in his Lipſ. Admir. 3, 7 vbi deſcribuntur* Fora Romanum, Iulium, Auguſtum, Tranſitorium, Vlpium. *Add. Voſſ. Inſtit. Orat. 1, 6, 3.* Tacit. Ann. 11, 6 Vt quomodo vis morborum pretia medentibus, ſic Fori tabes pecuniam aduocatis ferat. Fori tabes *ſunt vitia et damna litigantium.* Quinctil. 6, 1 Non admittit hoc idem veritas fori. *Vmbrae declamatoriae opponitur.* Argutum Ouid. de Arte Am. 1, 80. Litigioſa Idem Faſt. 4, 188. Orbum litibus Hor. Carm. 4, 2, 44. Verboſi garrula verba fori Ouid. Triſt. 3, 12, 18. Adducam herum a foro, *ſubaud.* Huc Plaut. Mil. 3, 2, 44. Cic. Fam. 15, 16 Puto te ſuppudere: Quîcum loquor? cum vno fortiſſimo viro, qui poſteaquam attigiſti forum, nihil feciſti, niſi pleniſſimum ampliſſimae dignitatis. *i. Ex quo in foro verſari coepiſti. Conf.* Id. ib. 5, 6. Dare operam Foro Plaut. Aſin. 2, 4, 22. Decedere de foro Nep. 25, 10, 2. *i. publicis conuentibus abſtinere, aliud eſt* Cedere foro *de quo. Vid.* CEDO. Deſtinari foro Quinctil. 2, 8. Indicere forum Virg. Aen. 5, 758. Litigare in alieno foro Martial. praef. 12. *i. in nouo inſuetoque ſibi verſari negotio.* Parare ſe foro et honoribus Sen. Controu. 2 prooem. Eſſe in foro Nep. 24, 11. Plaut. Moſt. 5, 1, 10 Vbi ego video rem vorti in meo foro, quantum poteſt, Facio idem quod plurimi alii, quibus res timida aut turbida eſt: Pergunt turbare vſque, vt ne quid poſſit conquieſcere. Forum cum Subſelliis *et* Iudiciis *coniungit* Cic. de Orat. 1, 32 Age vero ne ſemper forum, ſubſellia, roſtra, curiamque mediteris, *etc. Et paullo poſt,* Quod remoto foro, concione, iudiciis, Senatu, ſtatuiſti oratorem in omni genere ſermonis et humanitatis eſſe perfectum. ¶ 3 Forum *eſt, vbi Praetor in prouincia ius dicit, quod eſt* Forum agere. Cic. Verr. 2, 169 c. 70 Is cum praetorem circum omnia fora ſectaretur. Idem Att. 5, 16 Appius, vt audiuit nos venire, in vltimam prouinciam ſe coniecit Tarſum vſque, ibi Forum agit. *Et* Fam. 3, 6. *de eadem re cum ipſo Appio expoſtulat.* ¶ 4 *Quod de* foro ſepulcri *habet* Feſtus, *illud debet* Ciceroni de Legib. 2, 61 c. 24

Quod autem forum, id eſt veſtibulum ſepulcri, buſtumue vſu capi vetat (*lex, ſumta e Legib. XII Tabb.*) tuetur ius ſepulcrorum. ¶ 5 Fori nauium *ſeparatim explicantur ſupra h. v. vt et* Fori *in* CIRCO. ¶ 6 *Oppida tota* Forum *vocantur, quatenus certis diebus vel perpetuo praeſtant rerum venalium copiam, quod ſunt Emporia, vt* Cic. pro Cluent. 40 c. 14 Cui fora (*obeunda*) multa reſtarent, *de pharmacopola circumforaneo.* Salluſt. Iug. 47, 2 Oppidum Numidarum nomine Vaga, forum rerum venalium totius regni maxime celebratum, vbi et incolere et mercari conſueuerant Italici generis multi mortales. *Sed etiam ob conuentus iuridicos de quibus n. 3. oppida quaedam* Fora *dicta ſunt. Catalogum eorum relinquimus Geographis: hic exempla aliquot ponimus.* Forum Appii Cic. Att. 2, 10. *Hinc* Foroappii *incolae* Plin. 3, 5. *A* Foro Auguſti *dicta* Foro Auguſtana ciuitas *Hiſpaniae citerioris* Idem 3, 14. Forum Aurelium Cic. Cat. 1, 24. Forobrentani Liu. 3, 14. Forum Clodii, *vnde* Foroclodii Plin. 3, 15. Forocornelienſis ager Idem 3, 16. Foroflaminienſes Id. 3, 14. Forofului oppidum Plin. 3, 5. Forum Iulii Mela 2, 5. Cic. Fam. 10, 15. *Hinc* Foroiulienſes Plin. 3, 14. Forum Laccini Idem 3, 15. Foroneronienſes *a* Foro Neronis *in prouincia Narbonenſi* Id. 3, 4. Foropopulienſes Plin. 3, 5. Foroſempronienſes Idem 3, 14. Forum Truentinorum Id. 3, 15. Forouibienſes Plin. 3, 10. Forum Voconii Idem 3, 4. ¶ 7 Vinarium Forum Varro 1, 54, 2 *videtur alueus eſſe, in quo calcatis et compreſſis vuis muſtum defluit; itaque addit Varro,* vnde in dolium inane veniat vinum. *Vid. ad* Caton. c. 18. Columel. 11, 2, 71. *it.* 12, 18, 3 Fora et torcularia diligenter emundari *iubet. Etiam* Plinio *reſtituta vox ex MS.* 15, 6 *extr. de oleo,* Factus tres gemino foro a quaternis hominibus nocte ac die premi, iuſtum eſt. *Conf.* FORVS.

FORENSIS, e. Adi. [ἀγοραῖος] *Quod ad forum pertinet.* Ruſticus, forenſis, negotiator, miles, nauigator, medicus aliud atque aliud efficiunt Quinctil. 5, 10. Cic. Fam. 5, 8 Sic vtantur in omnibus publicis, priuatis, forenſibus, domeſticis, tuis, amicorum, hoſpitum, clientum tuorum negotiis. Actiones forenſes, *quae alibi Ciuiles, ſiue Rei familiaris, Priuatae aut Pecuniariae dicuntur.* Vlpian. l. 1 D. de incend. naufr. Et quamquam ſint de his facinoribus etiam criminum exequutiones, attamen recte Praetor fecit, qui forenſes quoque actiones criminibus iſtis praepoſuit. Aſperitas Quinctil. 1, 8. Cauſae Cic. de N. D. 3, 9 c. 4. Genus dicendi Quinctil. 2, 10. Genus forenſe, concertatorium, et iudiciale non tractauit Thucydides Cic. de Clar. Orat. 286. Homo forenſis, *Cauſidicus, vel qui ſe in foro exercet* Quinctil. 5, 10. Latrocinium Cic. in Piſon. . . . Literae Idem Off. 2, 3. Marte forenſi valere, *i. Eloquentia* Ouid. ex Pont. 4, 6, 29. Opella Hor. Epiſt. 1, 7, 8. Opera Nep. 7, 3, 4. Oratio iudicialis et forenſis Cic. in Orat. 170. Quid ergo miramini, viliſſima capita, immo forenſia Pecora, immo vero togati vulturii, ſi toti nunc iudices ſententias ſuas pretio nundinantur Apul. Met. 10. Populus forenſis, *apud* Liu. 9 *in fine, differt ab* Integro populo bonorumque fautore. Quaeſtus Cic. pro Cluent. 72. Ratio Quinctil. 3, 4. Rhetorica Cic. de Fin. 2, 17. Turba Ouid. Faſt. 3, 94. *al.* Curenſis. *Add.* Liu. *paſſim.* Veſtimenta forenſia, *Veſtes, quibus in foro vtuntur, vel foris, id eſt extra domum.* Columel. 12, 45 Arculae fagineae, vel etiam tiliaceae, quales ſunt, in quibus Veſtimenta forenſia conduntur. Forenſia *abſolute* Suet. in Aug. c. 73. *Vid. ibi Caſaub. it.* VESTIS, VESTIMENTVM, VESTITVS. Cic. in Parad. 1 Animaduerti Brute, ſaepe Catonem auunculum tuum, quum in Senatu ſententiam diceret, locos graues ex philoſophia tractare, abhorrentes ab hoc vſu forenſi et publico.

FORVS, i. m. *Idem quod* Forum. Chariſ. 1 p. 55 *pr.* Lucilius negotiorum forum maſculine extulit libro tertio, Forus olim ornatu' lacernis. *Vid. leg.* lucernis. Non. 3, 96 *plenius ponit,* Romanis ludis forus olim ornatus lucernis; *et ſimilia* Salluſtii *ac* Pomponii *loca affert.* ¶ 2 Iſidor. 15, 6 Forus, vbi vua calcatur. *Reſpexit ad* Caton. R. R. 18, 3 Facito — totum forum longum P. V. latum P. II. *Interpretatur etiam Popma,* locum in torculari quo continentur vuae vel oleae. Varro de R. R. 2, 54, 2 Itaque lectus (*leg.* lecta) defertur in forum vinarium, vnde in dolium inane veniat. Fora *vocat* Columel. 11, 2, 71. *et* 12, 18, 3. Forus *poteſt etiam in mentem fuiſſe* Plinio 15, 6 *extr. de olea,* Factus tres, gemino foro, a quaternis hominibus nocte ac die premi iuſtum eſt. ¶ 3 *Hinc dictus eſt* Forus aleatorius, *i. alueus, tabula in qua luditur, in* epiſtola Auguſti *apud* Sueton. c. 71 Forumque aleatorium calfecimus: *certe ſi audimus Salmaſium, Gronouiumque ad* Sen. Conſol. ad Polybium c. 36 *vbi ita legit,* Sed in Albano ſuo teſſeris ac foro et prouocatis huiusmodi aliis occupationibus, acerbiſſimi funeris eleuabat mala. *Huc refert etiam illud* Manil. 5, 322 Ponit forum, *i. in menſa collocat alueum aleatorium. Si quis tamen ad viuum rem reſecet, certa et maior exceptione auctoritas nominis* forus *ex his locis peti non poteſt, cum poſſint obliqui caſus a* forum *eſſe;* Columella *autem* fora *dixerit. Et in l. c.* Iſidori *aperte pro vno nomine habentur* Forus, Fori, Forum: *quae vt ab vno fonte manant omnia, ita hoc commune habent, vt cauum quiddam ſignificent. Locum* Marii Victorini Art. Gram. 1 p. 2470 *extr. non ſatis intelligo, ponam tamen,* Forus ſtatus tam in foro, quam in naui et torculari, id eſt ληνῷ. *An* ſtatus *eſt* ſtatio, *i. locus vbi ſtare et conſiſtere aliquid poteſt.*

F O S — F O V

FOSSA, FOSSILIS, FOSSIO, FOSSITIVS, FOSSOR, FOSSVRA. *Vid.* FODIO.

FOTIO, FOTVS, FOTVRA. *Vid.* FOVEO.

FOVEA, ae. f. [βόθρος, βόθυνος] *Locus excauatus et tectus, praeſertim, quo inſidiantur feris.* Belua in foueam incidit Cic. Philipp. 4 c. 5. Plaut. Poen. 1, 1, 59 Ita decipiemus fouea lenonem Lycum. Plin. 10, 38 Itaque anates in foueas, quibus feras venamur, delapſae ſolae euadunt. Lucret. 5, 1249 Nam fouea, atque igni prius eſt venarier ortum, Quam ſepire plagis ſaltum, canibusque ciere. Hor. Epiſt. 1, 16, 50 Cautus enim metuit foueam lupus. Idem de Arte Poët. 459

Hic, dum ſublimes verſus ructatur, et errat,
Si veluti merulis intentus decidit auceps
In puteum foueamue.

¶ 2 *Metaphor.* Genitales feminae foueae Tertull. de Anima c. 19. *i. vterus.*

FŎVEO, fōui, fōtum, ēre. [θάλπω, περιέπω] *Proprie eſt Calidum tenere, ſiue calefacere.* Plaut. Capt. 4, 2, 67 Iuben' an non iubes aſtitui aulas, patinas elui, laridum atque epulas foueri foculis feruentibus? Humum fouet coluber Virg. Georg. 3, 418. *incubando nempe. Sic* Georg. 4, 43 Saepe etiam effoſſis, ſi vera eſt fama, latebris, Sub terra fouere larem. *Vid. Burm.* Nidos fouent Virg. Georg. 4, 56. *Sic* Caſtra fouere Aen. 9, 57. *in iis deſidere.* Plin. 8, 36 Foetus rigentes apprimendo pectori fouent, non alio incubitu, quam oua volucres. Idem 9, 10 *de teſtudinibus,* Quidam oculis ſpectando queque oua foueri ab iis putant. Oua plumis Ouid. Faſt. 1, 443. Pennis pullos ſuos fouent aues, ne frigore laedantur Cic. de N. D. 2, 129 c. 52. Gremio aliquem Virg. Aen. 1, 722. ¶ 2 *Aliae formulae ordine elementorum. Metaphor.* Cic. Q. Frat. 3, 1, 3 Scribis de Caeſaris in nos Amore: hunc et tu fouebis, et nos quibuscunque poterimus rebus augebimus. Arma Ouid. Triſt. 1, 5, 41. Artus fouendos accipit Idem Met. 8, 654. Bella Virg. Aen. 10, 838. Cic. Att. 12, 18 Nam dum illud tractabam, de quo antea ſcripſi ad te, quaſi fouebam Dolores meos, *i. mitigabam, vt vlcus, cui fomenta adhibentur. Vid.* Vulnus fouere. Famam fouemus inanem Virg. Aen. 4, 218. Gaudia mente Conſol. ad Liuiam 29. Hiemem (*quae alias friget*) inter ſe luxu fouere Virg. Aen. 4, 193. Iudicium fouere, quod de nobis habet alter Plin. in Paneg. 87, 3. Nares exulceratas intus fouere oportet vapore aquae calidae Celſ. 6, 8. Os Idem 1, 2. *Add.* Scribon. 160. — Partes Tacit. Hiſt. 1, 8. Periculum alterius, *vid.* PERICVLVM. Rem Romanam Liu. 26, . . Plaut. Stich. 4, 1, 62 Poſtea ibo lauatum in Pilum (Pyelum) ibi fouebo Senectutem meam. Senſus hominum fouere, delinire animos Cic. pro Muraen. 74. Spes improbas Sen. de Benef. 1, 4. Virg. Aen. 4, 218 Spemque fouemus inanem. Spes vitam fouet Tibull. 2, 6, 20. *Add.* Martial. 9, 49. Liu. 38, . . Et prope certa fouebantur ſpe. *Alia exemplaria habent,* Fouebant ſpe. Voluntatem Patrum noui tribuni plebis fouerunt Liu. 3, 65 *pr.* Vota animo Ouid. Met. 7, 633. Vulnus lympha Virg. Aen. 12, 420. *vt* Dolorem, Nares. *Sine nomine, ſed intellecta* cogitatione, *vel ſimili.* Plaut. Bacch. 4, 10, 1 Quam magis in pectore meo foueo, quas meus filius turbas turbet. *i. Quanto magis cogito.* ¶ 3 *Peculiariter annotari meretur,* Fouere aliquem, *pro Illi fauere.* Virg. Aen. 1, 285 Mecumque fouebit Romanos rerum dominos. Aliquem non modo fouere, ſed et illi pecuniam dare Cic. Att. 11, 9. Peculiariter fouere aliquem in ſuam gloriam Quinctil. 1, 1. Virg. Ecl. 3, 4 Infelix o ſemper ouis pecus, ipſe Neaeram Dum fouet, ac ne me ſibi praeferat illa, veretur. *Fouet, aſſidet illi, vt mater pullis.* Fouere et oſculari aliquem Cic. Fam. 1, 9. *Hinc* Fouere *et* fauere *confundi in MSS. monet Drakenb. ad* Liu. 5, 3 *extr.*

FOTVS, a, um. Partic. [ἀνατεθαλμένος] Cic. de N. D. 2, 124 c. 48 Quin etiam anatum oua gallinis ſaepe ſupponimus, ex quibus pulli orti primum aluntur ab iis, vt a matribus, a quibus excluſi fotique ſunt. Honoribus fotus Arnob. 1.

FOTVS, ūs. m. [θάλψις] *Fouendi actus, accipiturque et proprie, et metaphorice.* Plin. 23, 1 Decoctum eorum veteres dyſentericos et coeliacos iuuat et potione et fotu. *Add.* Id. 23, 9. Prudent. contra Symmach. 2, 584 Queis gloria fotibus aucta Sic eluat, impoſitis vt mundum frenet habenis? Blandis fotibus Idem Hamartig. 303. Benignis fotibus Idem Periſt. 5, 330.

FOTVRA, ae. f. Gloſſ. *Idem quod Fotus.*

FOTIO, ōnis. f. *Idem.*

FOVĒLA, ae. f. Tertull. de Anima c. 7 Immunis a poena et a fouela.

FOMES, ĭtis. m. [ζώπυρον, ἔναυσμα] A Fouendo, hoc eſt nutriendo ignem dicitur: eſt enim Aſſula ex arbore excuſſa dum caeditur, *vt ait* Feſtus *et* Seru. *ad* Aen. 1, 176. *Conf. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 127. Ponitur et pro omni Materia ſicca, quae facile igni inflammatur.* Virg. Aen. 1, 176 Rapuitque in fomite flammam, *Achates flammam, quae erat in fomite, celeriter propagauit.* Plin. 16, 40 Excipiente materia aridi fomitis. ¶ 2 Fomes, *per translationem, Quidquid excitat nos et accendit ad aliquid agendum.* Gell. 15, 2 Fomitem eſſe quendam dicens et incitabulum ingenii virtutisque, ſi mens et corpus hominis vino flagraret. Apul. Florid. 2 *extr.* Fomites diſciplinarum. Sidon. 3, 13 De *Spinae dorſi* internodiorum fomitibus erumpens curuatura coſtarum. *Et* 2, 2 *ſimillima ratione,* Mons — inferiores ſibi colles tanquam gemino fomite effundit. Fomitem *pro initio, origine, fonte poſuit.*

FOMITO, āre. *Idem eſſe videtur, quod* Defomitare *Iſ. Voſſio ad* Catull. p. 246 *vbi eſt Priapi periphraſis,* Quercus arida ruſtica fomitata ſecuri, *i. defecta, et fomitibus reſecandis atque abradendis polita.*

FOMENTO, āre. *Quaſi Frequentatiuum ex* Foueo, *fomentis curare aliquid.* Gloſſ. Lat. Gr. Fomento, καταντλῶ, Veget. 2, 8 Caput fomentando vaporare. Cael. Aurel. Acut. 1, 9 Caput oleo fomentare. *Conf.* Apul. de Herb. c. 80, 1.

FOMENTATIO, ōnis. f. Vlp. in l. Si cui §. Lanae appel. D. de leg. 3 Nec ea quidem, quae fomentationis gratia parata ſunt, vel medicinae, lanarum appellatione continentur.

FOMENTVM, i. n. [θαλπτήριον] Fomenta *autem dicuntur Applicationes rerum calidarum ſiue humidarum ad partes corporis laeſas, et medendi gratia: quae et* Fotus *appellantur.* Columel. 6, 30 Frigori fomenta adhibentur, caputque et ſpina, tepenti adipe vel vino illinuntur. Celſ. 2, 17 Fomenta quoque calida ſunt, milium, ſal, harena: quodlibet eorum calefactum, et in linteum coniectum. Idem 4, 14 Vbi is dolor coepit, admouere ſicca et calida fomenta oportet: ſed primo lenta, deinde validiora. *Et* 4, 11 Si vero tormina ſunt, oportet frigidis et humidis fomentis ſtomachum fouere: vel ſi venter dolet, iisdem egelidis. Humidum, ſiccum Celſ. 4, 4. ¶ 2 *Per translationem* Cic. Tuſc. 2, 59 c. 24 Haec ſunt ſolatia, haec fomenta ſummorum dolorum. Idem de Fin. 2 c. 29. Nutricis fomentum, *pro ipſa Nutricatione poni putat* Sen. de Benef. 3, 29 *extr. ſed al. aliter ibi leg. vid. Grut. Merito contemſit Gronou.* Frigida curarum Hor. Epiſt. 1, 3, 26. Ingrata, vulnus nil malum leuantia Idem Epod. 11, 25. Parare fomenta Id. Serm. 1, 1, 82. Praemollire aſperum fomentis Quinctil. 4, 3.

FOCILLATIONES. [ἀνάληψις] *Inquit* Feſtus, a Fouendo dicuntur, id eſt a calefaciendo. *Vid. ſupra in* FOCVS.

FOVII, qui nunc Fabii dicuntur, dicti, quod princeps gentis eius ex ea natus ſit, cum qua Hercules in fouea concubuit. Alii putant eum primum oſtendiſſe, quemadmodum vrſi et lupi foueis caperentur. Feſtus.

F R A

FRACEO, ēre; *ſiue* FRACESCO, fracui, ēre. [σεμφυλῶμαι, ἐξίσταμαι] Caldore et vetuſtate putreſieri, *vt ait* Nonius 1, 308. *Videtur*

detur cognationem habere cum frangendi *verbo et* fraceſcere, *quae inteſtino motu franguntur et molleſcunt. C et G eſſe cognatas, notum eſt. Conf.* FRAGESCO *ſub* FRANGO. Columel. 1, 6 Oleum quod minus prouenit, ſi congelatur, fraceſcet. Varr. de R. R. 1, 55 Haec de qua ſit oleum, congeri ſolet aceruatim per dies ſingulos in tabulata, vt ibi mediocriter fraceſcat. Cato c. 128 Sinito quatriduum fraceſcat: vbi bene fracuerit, rutro concidito: *de terra ſubacta ad deluandam habitationem.* Fracebunt, Diſplicebunt, antiquum Feſtus.

FRACĬDVS, a, um. Adi. [ὑπέρωρος] *Plus quam maturum et iam putreſcens.* Cato c. 64 *et* 55 Fractores volunt vt oliua in tabulato diu ſit, vt fracida ſit, quo facilius efficiant.

FRACES, ium. f. [στέμφυλα] *Quae ſint, doceat nos* Plin. 15, 6 Oleum in tabulato minui, deteriusque fieri. item in amurca, et fracibus: eae ſunt carnes, et inde facces: quare ſaepius die decapulandum. *Et mox*, Et e cortinis in labro fundendum, vt fraces et amurca liquentur. *Sunt ergo* fraces *carnoſae illae, ſed corruptae iam partes, et reliquae oliuarum, a quibus oleum purgandum eſt. Memorat etiam* Columel. 6, 13, 3. Gell. 11, 7 Item floces audierat priſca voce ſignificare vini faecem e vinaceis expreſſum, ſicuti fraces ex oleis. Subſiduaeque fraces Grat. Cyneg. v. 474. *Add.* Vitr. 7, 1.

FRACTVS, *vid.* FRANGO.

FRAENVM, *vel* FRENVM, i. n. [στόμιον, χαλινὸς] *a* Frangendo; *Inſtrumentum, quo equus retinetur et domatur. Manutius mavult ſine diphthongo ſcribi vetuſtis monumentis fretus, et ſic v. g. in Virgilio dederunt Heinſ. et Burm.* Iſidor. 20, 16 Frenum dictum, quod equos fremere cogat, vel quod hoc equi frendant, id eſt imprimant dentibus et obmordeant. *In Plur.* Freni, *vel* Frena *declinatur.* Ouid. de Arte Am. 1, 472 Tempore lenta pati frena docentur equi. Cic. pro Milon. 65. Sonantes freni Virg. Georg. 3, 184. Sonantia frena Ouid. Met. 2, 121. Accipere frenum, *metaphorice, pro Dedere ſe alicui.* Virg. Aen. 12, 568 Ni frenum accipere, et victi parere cogantur. Addere frena equis, *vid.* ADDO. Cic. de Clar. Orat. 204 Alteri ſe calcaria adhibere, alteri frenos, *i. retrahere.* Coërcuit ora frenis Ouid. Met. 5, 643. Compeſcere animum frenis Hor. Ep. 1, 2, 63. Currere concordi freno Sil. 16, 381. Depulit ore frenum Hor. Epiſt. 1, 10, 36. Detractis frenis in hoſtem concitare equos Liu. 4, 33. *it.* 8, 30. *Add.* Aur. Vict. Vir. illuſt. 16. Auſa ſibi Libyae rerum Depoſcere frenos Sil. 3, 226. Freno Libyci Domantur vrſi Martial. 1, 104. Dare frena, *i. Laxare habenas* Sen. Agam. 3. Dare cauta frena iuuentae Claud. in Conſ. Stil. 6, 120. Plin. 8, 42 At illum indignatione accenſum Domitis frenis, ne regi poſſet, praecipitem in abrupta iſſe. Ducere frena, *i. Reducere, retrahere.* Ouid. Met. 15, 519

Praecipitant currum ſcopulis, ego ducere vana
Frena manu, ſpumis albentibus oblita, luctor:
Et retro lentas tendo reſupinus habenas.

Eget frenis alter, alter calcaribus Cic. Att. 6, 1. Virg. Aen. 3, 542 Et frena iugo concordia Ferre. Flectere ora mobilibus frenis Lucan. ad Piſon. 50. Impediuntur equi frenis Ouid. Faſt. 2, 736. Induit amor frenos obſtinatis Sen. Hippol. 4. Inhibere frenos, *vid.* INHIBEO. Iniicere frenos alicui, *pro Cohibere alicuius conatum.* Valer. Max. 2, 9, 5 Freni ſunt iniecti nobis. Iniicere alicui frenos furoris Cic. Philipp. 13, 20. *Vid.* INIICIO. Iniecit frena vaganti licentiae Hor. Carm. 4, 15, 10. Laxat frenos populis furentibus Lucan. 7, 124. Mandit ſonipes ſpumantia frena Virg. Aen. 4, 130. Moderati imperii frena Ouid. ex Pont. 2, 9, 33. Moderandis frenis docta manus Sen. Hippol. 12. Mordere frenum Brutus Cic. Fam. 11, 23 *poſuiſſe videtur pro eo, quod eſt vel Leuiter repugnare ſeruituti, dicens,* Si frenum momorderis, peream, ſi te omnes quotquot ſunt, conantem loqui ferre poterunt. *h. e. Si vtcunque ſignificaueris te ſeruitutem iniquo animo ferre. Ad hanc ſententiam faciunt quae reſpondet* Cicero *ſequente* epiſtola, Si timidus eſſem, tamen iſta epiſtola omnem mihi metum abſterſiſſes. Sed vt mones, frenum momordi. Etenim qui te incluſo omnem ſpem habuerim in te, quid nunc putas? *Sed* Mordere frenum Statius in Epithal. Stellae et Violantillae Silu. 1, 2, 28 *in diuerſum ſenſum vſurpauit, nempe pro eo, quod eſt Seruitutem accipere, frenumque recipere,* Fama tace, ſubiit leges, et frena momordit. *i. Admiſit vincula matrimonii. Conf.* Martial. 1, 105 *Nempe non poſſunt* mordere frena, *niſi qui recepere.* Momordit equus ore frenos Tibul. 1, 3, 42. Oblita frena ſpumis albentibus Ouid. Met. 15, 519. Patitur equus frena Ouid. Epiſt. 4, 24. Pone irae frena modumque, Pone et auaritiae Iuuenal. 8, 88. Recipit frena equus Cic. in Topic. 15. Regere frenis aliquem Sen. Troad. 4. Temperat ora frenis lupatis Hor. Carm. 1, 8, 7. Teneri frenis dotis Iuſtin. 3, 3, 8. Vti freno in vno, in alio calcaribus Cic. de Orat. 3, 33. ¶ 2 Frenum *apud* Celſum 7, 25 *eſt* Morbi genus, quod Graeci φίμωσιν appellant. Eſt autem, quum glans penis ita contecta eſt, vt nudari non poſſit.

FRAENO, *melius* FRENO, āre. [χαλινόω] *Frenis equos cohibere.* Caeſ. B. G. 8, 15 Equites frenatis equis in ſtationibus diſponit. Liu. 21, 27 *extr.* Inſtructus, frenatusque equus. *Per translationem pro Cohibere, et continere.* Cic. Verr. 3, 130 c. 57 Quum eius animum ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris, auaritiaeque ſuae frenaret. Virg. Georg. 4, 136 Et glacie curſus frenaret aquarum. Liu. 37, 15 *pr.* Vbi demerſis nauibus frenaſſent clauſtra maris. Virg. Aen. 1, 527 O regina nouam cui condere Iuppiter vrbem, Iuſtitiaque dedit Gentes frenare ſuperbas. Iras Sen. Med. 11. Populos Virg. Aen. 1, 523. Spes auidas Sil. 10, 341. Virg. Aen. 1, 38 Luctantes ventos, tempeſtatesque ſonoras, Imperio premit, ac Vinclis et carcere frenat. Liu. 30, 14 Qui eas Voluptates ſua temperantia frenauit ac domuit, multo maius decus maioremque victoriam ſibi peperit, quam nos Scyphace victo habemus.

FRAENĀTVS, *ſ.* FRENĀTVS, a, um. Partic. [χαλινωτὸς] Acies frenata, *vid.* ACIES. Sil. 11, 264. Equi Virg. Aen. 5, 554. Os frenatum equi Hor. Epiſt. 1, 15, 13. *Vid. ſupra.*

FRAENĀTOR, *ſ.* FRENĀTOR, ōris. m. Plin. Paneg. c. 55 Infinitae poteſtatis domitor ac frenator animus. Stat. Theb. 1, 27 Ignipedum frenator equorum.

FRAENĀTRIX, īcis. f. *Apud* Sidon. . . .

FRAENĬGER, *melius* FRENĬGER, ĕra, ĕrum. Adi. [χαλινοφόρος] Ala frenigera Stat. Silu. 5, 1, 98. *h. e. Equites.*

FRAGA, ōrum. n. *Pl.* Mora, quae in herbis naſcuntur, *inquit* Seruius, odoris et ſaporis optimi. Virg. Ecl. 3, 92 Qui legitis flores, et humi naſcentia fraga. Plin. 21, 15. Idem 15, 24 Aliud corpus eſt terreſtribus fragis, aliud congeneri eorum vnedoni, quod ſolum pomum ſimile fructui terrae gignitur. *Sunt itaque* fraga terreſtria, *ſiue* campeſtria, *quae ſimilia ſunt vnedoni, alia* montana, *de quibus mentio ſit apud* Ouid. Met. 1, 104. Mollia fraga leges Idem Met. 13, 816. Comaron Graeci, Romani fragum nuncupant Apul. de Herb. c. 37.

FRAGESCO, FRAGILIS, FRAGILITER, FRAGMEN, FRAGOR, *vid.* FRANGO.

FRAGRO, āre. [ὄζω] *Odorem reddere:* quia ſpecie *(corpore odorato)* fracta odor redditur maior. *Sic* Seru. *ad illud* Virg. Aen. 1, 440 Redolentque thymo fragrantia mella. Martial. 1, 87 Ne grauis heſterno fragres Feſcennia vino. *Conf.* Idem 3, 65. Odor fragrat acerbus Valer. Argon. 4, 493. Fragraſti et duxi ſpiritum Auguſtin. Conf. 10, 27. *Confunditur in MSS. cum* Flagro: *quod vide.*

FRAGRANS, antis. Partic. [ὄζων] Domus fragrans odore Aſſyrio Catul. 66, 144. Mella Virg. Aen. 1, 436. Caſtitatis fragrantiſſimum incenſum in turibulis cordis adolere Sidon. Epiſt. 8, 14. Vnguentum fragrantiſſimum Apul. Met. 10 p. 544. *Adde* Catul. 69, 144. *et* Sil. 15, 117.

FRAGRANTER. Adu. *Apud* Apul. *eſſe dicitur: negat Index Floridi. Compar.* Solin. c. 52. *Salmaſ. 38* Crocum ſpirat fragrantius.

FRAGRANTIA, ae. f. *Odor ſuauis. Sic enim* εὐωδίαν *vertit Eraſmus. Eph. 5* Bonam fragrantiam. Vet. Gloſſ. Fragrantia, ὀσμὴ καλή. Val. Max. 9, 1 ext. 1 Vnguentorum fragrantia. Flagitii fragrantia Plaut. Rud. 3, 4, 28. *conuicium in hominem, qui flagitium ſpiret.*

FRAMEA, ae. f. [ῥομφαῖα, gladius Gloſſ. Lat. Gr. *et* Gr. Lat. *Add.* Iſid. 15, 6.] *Factum videtur, tranſpoſitione literarum, ex* ῥομφαία, *vt* φ *praecedat, quod in* f *verſum eſt; Lancea, ſiue telum oblongum. Niſi Germanorum eſt, et cognatum hodierno* Pfrieme, *quod eſt inſtrumentum foraminibus faciendis aptum, quo vtuntur ſutores.* Tacit. German. 6, 2 Haſtas, vel ipſorum vocabulo frameas gerunt anguſto et breui ferro, ſed ita acri, et ad vſum habili, vt eodem telo, prout ratio poſcit, vel cominus vel eminus pugnent: et eques quidem ſcuto frameaque contentus eſt. Iuuen. Sat. 13, 78 Et Martis frameam, et Cyrrhaei ſpicula vatis. *Conf.* Gell. 10, 25.

FRANCONES, *Germanos quidam ſomniarunt, cum* Franconum *meminit* Cic. Att. 14, 10. *Sed ibi merae tenebrae.*

FRANCIA, ae. f. *Regio Francorum, de cuius poſitione dicere noſtrum non eſt.* Claud. de Laud. Stil. 1, 236 Prouincia miſſos Expellet citius faſces quam Francia reges, Quos dederis.

FRANGO, frēgi, fractum, ĕre. [ἄγνυμι, θρύπτω, κλάω] *Eſt vehementius quiddam quam flectere, quae nimis flectuntur, ea franguntur, ſoluta continuitate. Vid. Brouckh. ad* Tib. 1, 9, 71. *Quidam putant facticium eſſe verbum a ſono, quem res fracta reddere conſueuit: Et fauent illis ſimilia, vt* fremere, frendere *praeſertim et* friare, *vt Germanorum* brechen *etc. et non ſemper ipſum plenum effectum notat, ſed interdum conatum, vt ſtatim in illo* Plaut. Aſin. 2, 3, 4 Quis noſtras ſic fregit fores? *Vid. mox* Siluas. Aulas frangere in caput alterius Plaut. Capt. 1, 1, 21. Cic. de Orat. 2, 253 Excuſauit Veſpa Terentius quod eum Brachium fregiſſe diceret. Idem Verr. 5, 146 c. 57 Ceruices in carcere frangebantur indigniſſime ciuium Romanorum. *Add.* in Vatin. c. 11. Comam in gradus frangere Quinct. 1, 6. Coxam fregit Plin. Epiſt. 2, 1. Gleba frangenda verſis bidentibus Virg. Georg. 2, 400. Plin. 12, 14 Item ne tus dentem recipiat potius quam in Micas frangatur. Plin. 18, 7 Deinde Molis frangunt. Nauem fregit, *pro Naufragium paſſus eſt* Ter. Andr. 1, 3, 17. Oua frangit alter alterius miluus et coruus Cic. de N. D. 2, 125. Parinam frangere Hor. Serm. 2, 8, 72. Ad ſaxum aliquid frangere Virg. Aen. 3, 625. Siluas Euri frangunt Idem Georg. 2, 441. *de conatu, vt modo monuimus.* Iuuen. Sat. 7, 86 Sed cum fregit Subſellia verſu, Eſurit. *Vid.* RVMPO arbuſta. *Quamquam hic poteſt etiam ad proprietatem reduci, ſi dicamus, adeo multos illo recitante conuenire, vt frangantur multitudine et tumultu illo ſubſellia, vt* Rumpere horrea *dicuntur, quae magna copia ſuppetunt.* Sidon. Apoll. Epiſt. 5, 10 Hunc olim perorantem, et rhetorica ſedilia plauſibili oratione frangentem. *Add.* Ep. 9, 16 Dignus — quo recitante crepitantis Athenaei ſubſellia cuneata quaterentur. Martian. Cap. 5 p. 139 Nam absque his, qui perturbantes pectora ſenſusque cunctorum cognoſcentum quoque perfregere ſubſellia. ¶ 2 Frangere *ad Incorporea transfertur, cum illa vi ſua priuari, indicamus.* Cic. pro Corn. Balb. 56 Sed id factum eſt, non vt vobis rem tam perſpicuam dicendo probaremus: verum vt omnium maleuolorum, iniquorum, inuidorum Animos frangeremus. Frangere et Abiicere aliquem Cic. Fam. 10, 12. Frangere et Comminuere aliquem Idem Off. 2, 40. Frangere, atque concidere quidquid eſt in oratione generoſius Quinctil. in prooem. 1. Frangas enim potius, quam Corrigas, quae in prauum indurnerunt Quinctil. 1, 3. *De Animi pathematis dici notat Burm. ad* Petron. c. 75 p. 372. *Sic* Animum pietas, maternaque nomina frangunt Ouid. Met. 8, 508. Audaciam hoſtis Liu. 25, 38. Audaciam latronis contundere et frangere Cic. Philipp. 13, 24 c. 13. Auctoritatem veteris diſciplinae Cic. Acad. 1, . . . Bella Ouid. ad Liu. 452. Bellum aliquorum praeliis frangere et domare Cic. de Prouinc. Conſ. 32. Idem Fam. 1, 9 Nec mihi aliter potuiſſe videor hominum perditorum de me conſilia frangere. Conſilium meum hoc fregit Cic. Fam. 4, 4. Contentiones Idem de Orat. 3, 7. Corda fortia frangit dolor Tibul. 3, 2, 6. Cupiditates Cic. de Orat. 1, 86. Diem morantem mero Hor. Carm. 2, 7, 7. Cic. Fam. 9, 16 Vt neque offendam animum cuiusquam, nec frangam Dignitatem meam. Doli demum frangentur inanes Virg. Georg. 4, 400. Foedus Cic. in Piſon. 28 c. 12. *Vide quae de hoc verbo notat Caſaub. ad* Perſ. *et Barth. ad* Stat. Silu. p. 96. Frangere Ferulas, *dicitur qui illis percutitur* Iuuenal. 6, 479. *Vid.* Fractor ferularum. Fidem Cic. pro Roſc. Com. 16 c. 6. Fluctus Plin. Paneg. 81, 4. *de remigantibus.* Fluctum ſaxo Cic. Fam. 9, 16. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 3, 55. Furorem et petulantiam alicuius Cic. in Piſon. 39 c. 14. Gemitu ſupplice aliquem Stat. Theb. 11, 375. Gulam laqueo Salluſt. Catil. 64 *et* 55. Hominem frangere, *pro Vincere.* Cic. Fam. 11, 12 Itaque homines alii fracti ſunt: nonnulli etiam queruntur. Imperium Hor. Carm. 1, 35, 16. Cic. Tuſc. 3, 26 Quare accipio equidem a Cyrenaicis haec arma contra caſus et euentus, quibus eorum aduenientes impetus diuturna praemeditatione frangantur. Ingenium mala fregere meum Ouid. Triſt. 3, 14, 32. Cic. Fam. 10, 3 Eaque adeptus es adoleſcens, multis inuidentibus, quos Ingenio, induſtriaque fregiſti. Iudicio aliquem frangere, non vi ſuperare Cic. poſt redit. in Senat. 15. Leges alicuius Idem

Fam. 12, 14. Libidines alicuius Cic. de Legib. 3, 31 c. 13. Litera vna alteram frangit, *quando in eandem ſyllabam coit: vid. Geſner. ad* Quinctil. 1, 4, 11. Mandata Hor. Epiſt. 1, 13, 19. Morbum abſtinentia frangere et vincere Plin. Epiſt. 1, 12, 5. Nationes frangere et domare Cic. de Prouinc. Conſ. 32. Liu. 2, 21 Mortuus eſt Cumis, quo ſe poſt fractas Opes Latinorum ad Ariſtodemum tyrannum contulerat. Opes frangere et infirmare Cic. pro Rabir. Poſt. 28. Patientia aliquem Idem de Clar. Orat. 95. Pectora fregit ſublimia vinum Ouid. Faſt. 1, 301. Poenas leuiter Lucret. 4, 1078. Saecula turpi luxu fregerunt Diuitiae molles Iuuenal. 6, 299. Se ipſum Cic. Fam. 4, 6. Se laboribus Idem pro Arch. 29 c. 11. Se calor frangit Cic. de Orat. 1, 265 ſ. *extr.* Fregerunt ſe frigora vel calores Varro R. R. 2, 2, 18. Cic. Fam. 1, 4 Quod iam illam Sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus. Idem ibid. 6, 7 Sic tot malis tum victum, tum fractum Studium ſcribendi. Tauros frangunt canes Albani *apud* Solin. c. 25. *i. ſuperant, vincunt.* Ventum Plin. Epiſt. 2, 17, (41.) Vim aliquam debilitare et frangere Cic. pro Marcel. 8 c. 3. Vim alicuius furioſam ſuperare et frangere Cic. pro Domo 55. Idem Tuſc. 3, 36 Quae vt peruellere te forſitan potuerit, et pungere, non potuit certe Vires frangere. Frangit et attollit Vires in milite cauſa Propert. 4, 6, 51. Vires et robur frangit minutatim Lucret. 2, 1131. Vultum riſus frangit, *i. Mollem reddit* Petron. c. 128 p. 614. *Vid. Burm.* Paſſiuum *etiam hoc ſenſu frequens eſt.* Vrbes ſi quae contumaces eſſent frangerentur Iuſtin. 34, 1, 5. Cic. de Fin. 2, 95 Potius ergo illa dicantur, Turpe eſſe viro debilitari, dolere, frangi, ſuccumbere. Tib. 1, 9, 71 Deſiſtas lacrimare, puer, non frangitur illa. Aeſtu mare frangitur Lucret. 6, 695. Dolore frangi Cic. Tuſc. 2, 35. Metu frangi Idem Off. 1, 68 c. 20. Minis nullis frangitur Stat. Theb. 9, 471. Moleſtia animos frangi et debilitari non oportet Cic. Q. Fratr. 1, 1. Pudore frangi Idem Tuſc. 2, 48.

FRACTVS, a, um. Partic. [κεκλασμένος] Plaut. Milit. 1, 1, 7 *de Machaera ſua miles*, Quae miſera geſtit fractum facere ex hoſtibus. *Sed varia eſt lectio.* Cic. Att. 12, 38 Deformatus corpore, fractus animo, quo ſe conferat neſcit. Fractiorem eſſe Animo Cic. Att. 11, 12. Bello fracti, *vid. infra*, Ductores. Calamitate fractus et afflictus Cic. pro Sull. 15. Detrimento aliquo fractus Hirt. B. Alex. 12. Labore multo membra iam fractus Hor. Serm. 1, 1, 5. Malis fracta ciuitas, muta, debilitata, abiecta metu Cic. pro Domo 25. Praelio fractus Caeſ. B. G. 1, 31. Animus fractus et humilis, *pro eodem.* Cic. in Piſon. 62 Ita neſcio quid iſtuc fractum, humile, demiſſum, ſordidum, inferius etiam eſt, quam vt Mediolanenſi praecone auo tuo dignum eſſe videatur. Animus afflictus et fractus Cic. Att. 12, 22. Animo fracto atque afflicto loqui Idem pro Domo 97 c. 36. Animo fracto et demiſſo eſſe Cic. Fam. 1, 9. Animo fracto et debilitata virtute eſſe Idem poſt redit. in Senat. 19. Annulus aureus fractus et comminutus Cic. Verr. 4, 56. Crus Hor. Epiſt. 1, 18 (17) 59. Dolor Sen. Herc. Oet. 7. Domus coniectu lapidum fracta Cic. Att. 4, 3. Ductores fracti bello Virg. Aen. 2, 13. Fluctus fracti Hor. Carm. 2, 14, 14. Foedera Sil. 17, 350. Fluminis fracti vndae Lucan. 1, 222. Furor Sil. 7, 253. Poſtquam Gens hominum fractior, et infirmior coepit noſtra eſſe natura Arnob. 2 *ſub fin.* Homo fractus et prope diſſipatus Cic. poſt red. in Senat. 23. Nauis Hor. de Arte Poët. 20. Nomen Graeciae fractum et debilitatum Cic. pro Flacc. 62. Vt Opes fractae Teucrûm et fortuna receſſit Virg. Aen. 3, 53. Partibus Brutianis fractis Paterc. 2, 74, 1. Pronuntiatio, *i. Eneruata, mollis, ſcenica* Plin. Epiſt. 2, 14, 12. Ratio fracta, *apud* Quinctil. Decl. 261 p. 489. *i. Turbata. Vid. Burm.* Plaut. Perſ. 4, 4, 103 Nam etſi Res ſunt fractae, amici ſunt tamen. Poſtquam omnis Res mea Ianum Ad medium fracta eſt, aliena negotia curo Horat. Sat. 2, 3, 18. Sapientia fracta cadet Ouid. Triſt. 5, 12, 14. Sonitus fractos imitata vox tubarum Virg. Georg. 4, 72. Cic. de Amicit. 59 c. 16 Saepe enim in quibusdam aut animus abiectior eſt, aut Spes amplificandae fortunae fractior. Vires Virg. Aen. 2, 170. Virtus Hor. Carm. 2, 7, 11. Voces ad litora fractae Virg. Aen. 3, 556. Cic. de Clar. Orat. 286 At quid eſt tam fractum, tam minutum, tam in ipſa (quam tamen conſequitur) concinnitate puerile? ¶ 2 *In Codd. MSS. confundi ſolere* Fractus *et* Tractus, *obſeruat Drakenb. ad* Sil. 3, 55.

FRACTIO, ōnis. f. *Apud* Plaut. . . .

FRACTOR, ōris. m. Gloſſ. Gr. Lat. κλάστης, fractor. Sidon. 3, 13 Fractor ferularum, *de Paraſito, qui et* veſicarum ruptor, *qui a petulantibus conuiuis hoc patitur. Vid.* FRANGERE ferulas.

FRACTILLVM, i. n. Inſtrumentum ad frangendum piper, *in* Gloſſ. Iſidor.

FRACTVRA, ae. f. [κλάσις, θραῦσις] Plin. 29, 6 Item minutae et latae fracturis aurium illinuntur cum melle. Idem 22, 8, *Idem quod Fragmentum.* Plin. 33, 4 §. 21 Fracturis CL. libras agentibus.

FRAGMEN, ĭnis. n. [κλάσμα, ἄγμα, θρύμμα, σκίνδαλμος] *Eſt Fragmentum, ſeu pars fractae rei.* Virg. Aen. 12, 41 — Fulua reſplendent fragmina arena. Columel. 9, 15 Mox deinde fragmina fauorum, quae in ſacco remanſerunt, retractata exprimuntur. Gracchus fragmine ſubſellii ictus Vell. 2, 3, 2. Lucret. 1, 285 Fragmina coniiciens ſiluarum, arbuſtaque tota. Fragmina lapidum quaſi arenam detrahere Scribon. 152. Remorum Virg. Aen. 10, 306. Nauigii Ouid. Met. 11, 560. Ratis Neritiae Ouid. Met. 14, 563. *Metaphor.* Prud. Hymn. 10, 128 Generoſa fragmina *de corpore martyris.*

FRAGMENTVM, i. n. *Idem ſignificat: ſed* Fragmen *magis poëticum eſt.* Carinae collecta lacerae fragmenta Lucan. 8, 755. Galeae fragmenta Idem 6, 193. Lapidis fragmentum Cic. de N. D. 2, 81 c. 32. Martial. 8, 57. Panis fragmentum Plin. 9, 8. Ramea fragmenta Virg. Georg. 4, 304. Septorum fragmentum Cic. pro Sext. 79. *Hinc paſſim* Fragmenta, *i. reliquiae ex veterum auctorum libris, ap. Criticos.*

FRAGOR, ōris. m. [κτύπος] *Sonitus, qui ex arbore aut re alia fracta redditur: eſtque fictitium a ſono.* Virg. Georg. 1, 356 Et horridus altis Montibus audiri fragor. *Vbi* Seruius: Horridus fragor, Sonitus, qualis fieri ſolet ex aridis, quum franguntur, arboribus. Liu. 1, 29 Fragor tectorum, quae diruebantur. Graui fragore ſtrepitus Ouid. Met. 11, 365. Vocis horrendae fragor Sen. Herc. fur. 9 v. 795. Aridus Virg. Georg. 1, 358. *Vid.* ARIDVS. Caeleſtis Ammian. 31, 43. *i. tonitru.* *Sed ipſe* Quinct. 12, 10, 24 *de Pericle*, Quem fulminibus et caeleſti fragori comparant comici. Fulmineus Valer. Argon. 2, 501. Praeceps Oceani Idem ibid. 3, 404. Raucus Claud. in Eutrop. 2, 162. Subitus Virg. Aen. 2, 692. Vaſtus illic fragor, canumque circa mare Plin. Epiſt. 8, 31 *extr.* ¶ 2 *Verba:* Cecidit fragor pelagi Virg. Aen. 1, 158. Dat fragorem propulſa ſilua Ouid. Met. 8, 340. Exoritur miſerrimus fragor Stat. Theb. 3, 123. Fit fragor Ouid. Met. 1, 269. *Conf.* Ammian. 31, 43. Intonat ingens fragor Virg. Aen. 8, 527. Sentire fragorem belli Lucan. 5, 228. Succidere horriſono fragore Lucret. 5, 110. Tonat caelum omne fragore Virg. Aen. 9, 541. ¶ 3 *Pro Plauſu.* Quinctil. 8, 3, 3 Nec fortibus modo, ſed etiam fulgentibus armis praeliatus in cauſa eſt Cicero Cornelii: qui non aſſequutus eſſet docendo iudicem tantum, et vtiliter demum ac Latine perſpicueque dicendo, vt Populus Romanus admirationem ſuam non acclamatione tantum, ſed etiam plauſu confiteretur. Sublimitas profecto, et magnificentia, et nitor, et auctoritas expreſſit illum fragorem. Sen. Controu. 2 p. 185 In hac controuerſia Triarius dixerat, — Deinde cum ſcholaſticorum ſummo fragore, Et tu, quisquis es, carnifex, — Belle deridebat hoc Aſinius Pollio *etc.* *Quia ridere dicitur Aſinius dictum Triarii, Caſaubonus ad* Sueton. Claud. c. 41 *putabat, praeferendam lectionem codicis ſui* frigore. *Sed* fragor *haud dubie plauſus eſt, ineptus hic quidem, ſed* Scholaſticorum, *i. iudicii corrupti hominum, vt bene animaduertit Schultingius, et illuſtrat h. l. ex alio*, Controu. 19 *extr. de Porcio Latrone*, Cum ſcholaſtici magno clamore laudarent, inuectus eſt in eos, vt debuit, et hoc effecit, vt in reliquum etiam quae bene dicta erant tardius laudarent, dum inſidias vererentur. *Quod hic Latro fecit, ibi egit Aſinius.*

FRAGŌSVS, a, um. Adi. [τραχώδης] *Aſper ac praeruptus, et vel ad ſonum ſ.* fragorem *refertur, vel ad loci inaequalitatem, vt,* Lux fragoſa Val. Flacc. 2, 198 *eſt fulgur cum tonitru, quod* fragorem caeleſtem *vocari, modo vidimus.* Mons fragoſus Grat. 527 *eſt confragoſus.* Oratio fragoſa, *cui contraria eſt* Lenis Quinct. 9, 4, 7 *et* 116. Rabies ventorum fragoſa Iuuenc. 3, 22. Torrens Virg. Aen. 7, 566. *cum fragore ruens.* Vada Valer. Argon. 2, 622. *i. aſpera.* Mollia, lenta, fragoſa, putricaua *etc.* Lucret. 2, 859.

FRAGŌSE. Adu. [τραχωδῶς] Plin. 16, 10 Secures in quocunque genere picearum deprehendunt marem: quippe reſpuuntur, et fragoſius ſidunt, aegrius reuelluntur.

FRAGŌRŌSVS, a, um. Adi. *Plenus fragoris. Vid.* Auguſtin. adu. Petilian. 3, 16.

FRAGESCO, ĕre. [χαλάω] ab antiquo verbo Frageo, es: Frangor, langueſco. Accius Aegiſtho, *vt citat* Nonius 2, 329 Neque fera hominum pectora frageſcunt, donec vim perſenſerint imperii. Idem Euryſace, Nunquam erit tam immanis, quum mea opera exſtinctum ſciet, qui frageſcat. *Conf.* FRACEO.

FRAGISCO, ĕre. *Idem. Laudatur* Pacuu. Fragiſcit animus miſeriis.

FRAGĬLIS, e. Adi. [θραυστὸς] *Caducum, debile, quod facile frangi poteſt.* Cic. de Amicit. 102 Sed quoniam res humanae fragiles caducaeque ſunt. Plin. Paneg. 37 *pr.* Omne aeuum et breue et fragile eſt. Aluus fragiliſſimus Acc. *ap.* Non. 3, 21. *ad nauem videtur pertinere.* Anni fragiles, et interior aetas Ouid. Triſt. 4, 83. Bonum Idem de Arte Am. 2, 113. Cicuta Virg. Ecl. 5, 85. Corpus fragile et caducum Cic. de Legib. 1, 24. Corpore in fragili odioſa omnis offenſio eſt Cic. de Senect. 63. Glacies Ouid. de Arte Am. 1, 374. Vrbs fragiliſſimo Lateri comparatur Hieron. in Ezech. c. 4. Virg. Ecl. 8, 82 Sparge molam et fragiles incende bitumine Lauros. *i. crepitantes in flamma, et ſonum quaſi ligni fracti edentes. Vid. mox* Sonitus fragiles. Mortalitas fragilis et laborioſa Plin. 2, 4. Muri Claud. de B. Get. 214. Rami Virg. Ecl. 8, 40. Res humanae fragiles caducaeque ſunt Cic. de Amicit. 102 c. 27. Sonitus fragiles chartarum Lucret. 6, 111. *vid. modo* Lauros fragiles. Vitri modo fragilis Plin. 12, 28. Vita fragilior Plin. praef. l. 7. Cic. de Fin. 2, 86 Quis enim confidit ſemper ſibi illud ſtabile et firmum permanſurum, quod fragile et caducum ſit? Fragile dentibus Plin. 12, 8. Gell. 6, 1 Ictibus, offenſionibusque paruis fragile. Plin. 12, 7 Eſt etiam in India piperis grani ſimile, quod vocatur gariophyllon, grandius fragiliusque. *Superl.* Actius *apud* Priſcian. 6 p. 718 *extr.* Vt quam fragiliſſimus aluus. *Sed iam dedimus hoc ipſum fragmentum ex* Non. 3, 21. ¶ 2 Fragilis, *pro Molli, pathica, qui muliebria patitur.* Hor. Serm. 1, 8, 39 Iulius, et fragilis Pediatia, *i. Pediatius mollis, pathicus, vt interpretatur poſt Vet. Schol. Lambinus.* ¶ 3 Fragile, *aduerbialiter.* Pallad. Mart. t. 1 Ne motus aliquis fragile procedentis ſarmenti quaſſet aetatem.

FRAGILĬTAS, ātis. f. [τὸ εὔθραυστον] *Debilitas et imbecillitas.* Plin. Epiſt. 3, 7 Illud etiam notabile, vltimus ex Neronianis Conſularibus obiit, quo Conſule Nero periit: quod me recordantem, fragilitatis humanae miſeratio ſubit. Imbecillitas et fragilitas generis humani Cic. Tuſc. 5, 3 c. 1. Fragilitatis humanae memor Plin. 7, 7 *ad fin.* Naturae communis fragilitas Cic. pro Marcell. 23 c. 9. Plin. 34, 14 Tenuiora ferramenta oleo reſtingui mos eſt, ne aqua in fragilitatem durentur.

FRAGIVM, i. n. Apul. Met. 9 p. 368 Crurum eius fragium abominata. *Conſuetius eſt* Crurifragium. *Sic*

FRANGIBVLVM *frangendi inſtrumentum fuiſſe ſuſpicamur ex* Dentifrangibulo *et* Nucifrangibulo.

FRĀTER, tris. m. [ἀδελφὸς, κάσις, κασίγνητος, αὐτοκασίγνητος] *Ex iisdem parentibus, alterutro certe natus.* Gell. 13, 10 Fratris autem vocabulum, P. Nigidius homo impenſe doctus, non minus arguto, ſubtilique ἐτύμῳ interpretatur. Frater, inquit, dictus eſt quaſi Fere alter. *Eadem* Non. 1, 156. *Et poteſt videri eo alluſiſſe ipſe* Cic. Fam. 2, 15 *extr. de Q. fratre ſuo loquitur*, Quem tamen ſi reliquiſſem *(in prouincia, ipſe decedens)* dicerent iniqui, non me plane poſt annum — de prouincia deceſſiſſe, quoniam alterum me reliquiſſem. *Caeterum probabilior eſt altera* Feſti *etymologia a Graeco* φρήτωρ *ſ.* φράτωρ. *Vid.* PHETRIVM. Fratrum quoque gratia rara eſt Ouid. Met. 1, 145. Plaut. Poen. 5, 1, 19 Quid eſt, fratris mei gnate? quid vis? expedi. Fratris filia Plin. Epiſt. 8, 11. Cic. Fam. 7, 10 Vna mehercule noſtra vel ſeuera vel iocoſa congreſſio pluris erit, quam non modo hoſtes, ſed etiam fratres noſtri Hedui, *Fratres appellati a Populo Romano.* Fratres patrueles, *ſunt mutuo duorum fratrum filii, ſ. patruorum.* Cic. pro Cn. Planc. 27 Hic eſt enim, qui adoleſcentulus cum Aulo Torquato profectus in Africam, ſic ab illo grauiſſimo et ſanctiſſimo,

ſanctiſſimo, atque omni laude et honore digniſſimo viro dilectus eſt, vt et contubernii neceſſitudo, et adoleſcentuli modeſtiſſimi pudor poſtulabat, quod ſi adeſſet, non minus ille declararet, quam hic illius frater patruelis. *Vid.* Inſtit. §. 4 de gradib. cognatt. *Abſolute* Fratrem *appellat* Cic. Fam. 4, 4. Suet. Caeſ. c. 29 Qui fratri patrueli ſuo Marco in Conſulatu ſucceſſerat. Gemini fratres. Quinctil. 9, 4, 24 Quaedam ordine permutato fiunt ſuperuacua, vt *Fratres gemini.* Nam, ſi praeceſſerit *gemini, fratres* addere non eſt neceſſe. *Sed ſubtilius iſta, quam verius dici, obſeruat Burm. p. 855. Certe* Tergemini fratres *ſunt* Liu. 1, 24. *et* Flor. 1, 4. Plaut. Perſ. 5, 2, 49 Hic eius geminus eſt frater. *Sed* Cic. pro Cluent. 45 Itaque his rebus incenſus, qua ratione Auitum veneno tollere conatus ſit, cognoſcite. C. et L. Fabricii fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate, homines inter ſe cum forma tum moribus ſimiles, municipum autem ſuorum diſſimillimi. Hor. Epiſt. 1, 18, 41 Gratia ſic fratrum geminorum Amphionis atque Zethi Diſſiluit. Ouid. Epiſt. 8, 77 Flebat auus, Phoebeque ſoror, fratresque gemelli. Cic. Verr. 1, 128 Sunt alii, qui dicant: notae res ac manifeſte prolatae ſunt, et proferuntur. Dicit C. Fannius Eques Romanus, frater Germanus Q. Titinii iudicis tui, ſibi ſe pecuniam dediſſe. Idem pro Domo 108 c. 45. *Et* pro Cael. 38. Pii fratres *per Antonomaſian dicuntur* Silio 14, 197 Tum Catane, nimium ardenti vicina Typhaeo Et generaſſe Pios quondam celeberrima Fratres. *Nempe parentes extuliſſe per Aetnaea incendia dicuntur fratres, qui* Amphinomus *et* Anapus *vocantur* Val. Max. 5, 4 ext. 4. Anapis *placet Salmaſio ad* Solin. p. 78, bE. *Nempe* Solinus c. 5 *ex Salmaſii editione ſic habet:* Inter Catinam et Syracuſas certamen eſt de illuſtrium fratrum memoria, quorum nomina ſibi diverſae partes adoptant. Si Catinenſes audiamus, Anapis fuit et Amphinomus: ſi quod malunt Syracuſae, Emantiam putabimus et Critonem. Catinenſis tamen regio cauſam dedit facto, in quam ſe cum Aetnae incendia protuliſſent, iuuenes duo ſublatos parentes euexerunt in *(al. melius* inter) flammas illaeſi ignibus. Horum memoriam ita poſteritas munerata eſt, vt ſepulcri locus nominaretur campus Piorum. *Varietatem circa nomina componere huius loci non eſt.* Claudianus *peculiari* de Piis fratribus Eidyllio v. 41 Cur non Amphinomo, cur non tibi, fortis Anapi, Aeternum Siculus templa dicauit honos. Siculos iuuenes *ſimpliciter vocat* Sen. de Benef. 3, 37. *et* 6, 36. Siculos fratres Martial. 7, 23. *Vid. Cluuer. Sic. Ant. c. 9 p. 120. Olear. ad Philoſtr. Vitam Apollon. 5, 17 vbi etiam numis rem illuſtrat.* Vterini Iſid. 9, 6. Inſt. de bonor. poſſ. *et* l. vlt. C. de legit. hered. ¶ 2 *Obſeruatt.* Fratrum *appellatione etiam Sorores continentur.* Paull. l. 38 D. Fam. erciſc. Lucius et Titia fratres emancipati a patre. *Alibi,* Tres fratres Titius et Maeuius et Seia. Tacit. Ann. 12, 4 Fratrumque non inceſtum ſed incuſtoditum amorem ad infamiam traxit. *Vid. Bentlei. ad* Hor. Serm. 1, 1, 100. *Adde Burm. ad* Quinctil. 9, 3 p. 817. Dilexerunt ſe mutuo fratres Calp. Flacc. Decl. 43 *de inceſtu. Sic* Non. 19, 7 Amitinos *deſcribit* Fratrum maris et feminae filios. Quatuor modis Fratres dici, natura, gente, cognatione, affectu, *oſtendit* Iſidor. 9, 6. Certe quoties blandiri volumus his, qui et amici eſſe videntur, nulla adulatio procedere vltra hoc nomen poteſt, quam vt fratres vocemus Quinctil. Decl. 321. *Add. Brouckhuſ. ad* Tibull. 3, 1, 23. Quos natura parentes, fide fratres, honore dominos habemus Saluian. Ep. ad Hypatium et Quietam. *De illa promiſcui honoris appellatione add.* Horat. Epiſt. 1, 6, 54. Iuuen. 5, 134. Martial. 10, 65. *Per Metaph. Omnia paria,* Fratres *et* ſorores *non inuenuſte dicuntur. Vid.* Solin. c. 25 Montes ſeptem, a ſimilitudine fratres appellati. Ouid. Tr. 1, 1, 107 *de libris,* Adſpicies illic poſitos ex ordine fratres Quos ſtudium cunctos euigilauit idem. Ventos fratres *vocat idem* Met. 1, 77. *et* 14, 544. *Conf.* SOROR. Fratres aruales, Sacerdotes ſacra publica facientes, vt fruges arua ferant. *Vid.* ARVALIS. Frater *inter Laſciua et* ἐρωτικά. *Lipſ. Lect. Var. 2, 1. et Antiqu. Lectt. 3, vlt.* Petron. 127 Concilio tibi, o iuuenis, ſororem: *de ſe loquitur Circe.* Habes tu quidem et fratrem: ſed quid prohibet et ſororem adoptare? *deinde Polyaenos,* dono tibi fratrem meum, *h. e. tua cauſa nuncium illi remitto. Sed caſti amoris in mulierem ſperatam nomen eſt* Tib. 3, 1, 23 Haec tibi vir quondam, nunc frater, caſta Neaera Mittit. *Neque enim* caſtam *dicturus erat, quicum ſtupri conſuetudinem haberet. Sed hoc indicat, ſe poſt certam ſpem nuptiarum nunc de animo illius dubitare cogi, ſed quidquid eius ſit eam amaturum, ſi non vt virum, certe vt ſororem. Haec probat etiam Brouckh. Sed inceſtum arguit* Martial. 2, 4

O quam blandus es Amiane matri!
Quam blanda eſt tibi mater, Amiane!
Fratrem te vocat, et ſoror vocatur.
Cur vos nomina nequiora tangunt?
Quare non iuuat hoc quod eſtis eſſe?
Luſum creditis hoc iocumque? non eſt
Mater, quae cupit eſſe ſe ſororem;
Nec matrem iuuat eſſe, nec ſororem.

Hinc Phaedra priuignum ſolicitans ap. Sen. Hippol. 611

Matris ſuperbum eſt nomen, et nimium potens
Noſtros humilius nomen affectus decet
Me vel ſororem, Hippolyte, vel famulam voca.

Martial. 12, 20 Quare non habeat, Fabulle, quaeris, Vxorem Themiſon? habet ſororem. *Conf. 10, 65 cuius finis,* Quare deſine me vocare fratrem, Ne te, Carmenion, vocem ſororem. *Hinc orta inuidia veteribus Chriſtianis.* Tertull. Apolog. 39 Quod fratrum appellatione cenſemur — infamant *etc. Multa hic Lacerda, et quos laudat Hauercampus.*

FRATERCVLVS, i. m. [ἀδελφίδιον] *i. Paruus frater.* Iuuen. Sat. 4, 98 Vnde fit, vt malim fraterculus eſſe gigantum. *Vbi* Fraterculus gigantum, *dicitur Homo obſcurus, cuius maiores ſunt incogniti, tanquam e terra ſubito fuerit enatus, quemadmodum de gigantibus Poëtae fabulantur.* Cic. Verr. 3, 155 c. 66 Volo mihi fraterculo tuo credas.

FRATRIA, ae. f. [ἐνάτηρ] Vxor fratris, *inquit* Feſtus. Fratriae, *inquit* Nonius 19, 6 vocantur, Fratrum inter ſe vxores.

FRATRISSAM, Eandem fratris vxorem vocari *ait* Iſidor. 9, 6.

FRATERCVLO, āre. *vid.* FRATRO, *infra.*

FRATERNVS, a, um. Poſſeſſ. [ἀδελφικός] Fraternus amor Cic. Q. Fratr. 1, 1, 3. *Sic,* Fraterna inuitatio Idem Att. 9, 14. Acies fraternae, *apud* Stat. Theb. 1, 184. *Conf. Barth. h. l. p. 4 et 58.* Animi Hor. Epiſt. 1, 10, 4. Bellum Iuſtin. 10, 2, 1. Contentio Idem 2, 10, . Foedus fraternum rumpere Hor. Epiſt. 1, 3, 35. Hereditas Cic. pro Cluent. . . . Mors Virg. Aen. 9, 736. Neceſſitudo Cic. pro Quint. 16 c. 4. Parricidium Idem pro Cluent. 31. Pacis fraternae fides Ouid. Met. 3, 128. Sodalitium Catul. 97 (101) 4.

FRATERNE. Adu. [ἀδελφικῶς] *Ad ſimilitudinem fratris.* Cic. Q. Fratr. 2, 14 Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris. Ibid. 1, 2 Huic tu epiſtolae non fraternae ſcriptae, fraterne debes ignoſcere. Amari Cic. Att. 1, 5 *extr.*

FRATERNĬTAS, ātis. f. [ἀδελφότης] Quinctil. Decl. 16 A primis ſtatim aetatibus in eandem coire vitam, habet aliquem fraternitatis affectum. Nomen cum aliquo vſurpare Tac. Ann. 11, 25, 1.

FRATRICĬDA, ae. m. [ἀδελφοκτόνος] *Qui fratrem occidit.* Cic. pro Domo 26 c. 10 Extra ordinem ferri nihil placet Clodio, quid de me, quod tuliſſe te dicis parricida, fratricida, ſororicida, nonne extra ordinem tuliſti? *Conf.* C. Nep. 20, 1, 5.

FRATRICIDIVM, i. n. Tertull. de Monog. c. 4. Saluian. de Gub. Dei 1 p. 21.

FRATRIMONIVM, i. n. *i.* Bona fraterna, *in* Gloſſ. *et Cuiac. ad* l. 2 Inſt.

FRATRVELIS, is. m. *Fratris filius.* Hieron. in Epiſt. Vet. Gloſſ. ἀδελφιδοῦς, fratruelis, fratris filius. *Sed* Iſidor. 9, 6 Fratrueles, Materterae filii ſunt.

FRATRO, āre. Feſtus, Fratrare puerorum mammae dicuntur, cum primum tumeſcunt, quod velut fratres pares oriuntur. Quod etiam in frumento ſpica facere dicitur.

FRATERCVLARE. *Idem.* Feſtus: Sororiare mammae dicuntur puellarum, quum primum tumeſcunt, vt Fraterculare puerorum. Plaut. in Fribolaria, Tunc mammulae primum ſororiabant, illud volui dicere, fraterculabant. *Videtur totum hoc de ſignificatione verbi non ſatis feliciter effictum a Grammatico, qui non intelligeret nequitiam. Plautus hoc volebat cum ſororiant mammae, tum eas* fratrare *vel* fraterculare, *fratrem appetere et velut inuitare.* Fratris *appellationem eſſe in amatoriis et nequam verbis, paullo ante obſeruatum eſt.*

FRATILLI, Villi ſordidi in tapetis, quod per terram ferantur, *Auctor* Feſtus.

FRAVS, fraudis. f. [ἀπάτη, σόφισμα, περιγραφή] *Deceptio, qua aliquis circumuenitur. Sed patet latius. Eſt enim* Fraus *proprie Damnum: et vtriusque vocabuli, vt ſimilis eſt ſignificatio, ita eſt origo eadem. Illud enim a ferendo, auferendo, Damnum autem eſt a Demendo.* Vlpian. D. ſi quid in fraud. patron. l. 1 Fraus in damno accipitur pecuniario. *Et verba illa Fetialium Roman. in paciſcendis foederibus.* Quod ſine fraude mea Populique Quiritium fiat, *i. Sine damno. Quoties ergo* Fraudem *nominant Latini, videntur laeſionem aliquam aut damnum intelligere, vel intentatum vel illatum etiam. Plerumque etiam accedit* doli *et fallaciae notio: quae tamen non nunquam abeſt, vt in exemplis notabimus.* Liu. 28, 42 Fraus fidem in paruis ſibi praeſtruit, vt, cum operae pretium ſit, cum mercede magna fallat. Q. Cic. de petit. Conſul. 30 c. 10 Fraudis atque inſidiarum et perfidiae plena ſunt omnia. Cic. de Orat. 2, 35 *in laude artis oratoriae,* Per hanc Fraus hominum ad perniciem, et integritas ad ſalutem vocatur. Fraus eſt conceſſa repellere fraudem Ouid. de Arte Am. 3, 491. Ad fraudem Acutus Nep. 10, 8, 1. Caecus fraude, *vid.* CAECVS. Inapertus fraudi, *Qui falli non poteſt* Sil. 7, 26. Praecipuus fraude rex fraude capitur Flor. 3, 1, 2. Crimina fraudis Ouid. de Arte Am. 3, 32. Impia fraude obligatur, *qui religiones negligit ap.* Cic. de Diuin. 1 c. 4 *extr.* Inexpiabiles fraudes, *vid.* CONCIPERE n. 3. Muliebris Tacit. Ann. 2, 71. Nefanda Iuuen. Sat. 13, 174. Pia fraus *mendacium ſalutare filiae, vt mox* Fallere pudica fraude Ouid. Met. 9, 710 *in Iphidis fabula.* ¶ 2 *Verba:* Admittere capitalem fraudem, *vid.* n. 3. Agere aliquid mala fraude Hor. Carm. 1, 3, 28. Virg. Aen. 10, 72 Quis deus in fraudem, quae dura potentia noſtra Egit? *Vbi* Seruius: In fraudem, i. e. In periculum. Ita enim in iure lectum eſt: Fraudi eſt illa res, i. e. Periculo. Alii negant vsquam in iure Fraudem accipi pro Periculo, ſed ſemper pro Damno: et ita hunc Virgilii locum exponunt. *Vid.* Vlpian. l. 130 D. de verb. Sign. *infra.* Aſtruere fraudem Sen. Herc. Oet. 6. Captus fraude, *vid.* CAPTVS. Cogitare fraudem alicui Hor. Epiſt. 2, 1, 122. Componere fraudes Propert. 2, 9, 3. Concipere fraudem, *vid.* n. 3. Coniicere in fraudem Cic. Att. 2, . . Creare fraudem ſuis cruribus, *vid.* CREO. Deducere aliquem in fraudem Cic. Fam. 10, 23. *de Damno.* Id. de Orat. 3, 224 Doleo illos viros, in eam fraudem eſſe delatos. Delabi in fraudem quandam in Republica Cicero de Orat. 3, 224. Exagitare fraudes et fallacias alicuius Cic. pro Cluent. 100. Facere fraudem legi Plaut. Mil. 2, 2, 9. Facere fraudem Senatusconſulto Cic. Att. 4, 12. Fallere procos pudica fraude Ouid. ex Pont. 3, 1, 107. Cic. Att. 7, 25 Ego me ducem in ciuili bello quoad de pace ageretur, negaui eſſe: non quin rectum eſſet, ſed quia quod multo rectius fuit, id mihi fraudem Tulit. *i. Damnum attulit.* Fert illi fraudem haec res Virg. Aen. 11, 522. *h. e.* Damnum affert. *Vid.* Seru. *ad loc.* Fingere aliquid per ſummam fraudem et malitiam Cic. pro Quint. 16. Fit iniuria vi aut fraude: fraus quaſi vulpeculae, vis leonis videtur: vtrumque ab homine alieniſſimum, ſed fraus odio digna maiore Cic. Off. 1, 42 c. 13. Liu. 1, 24 Fetialis regem interrogauit, Rex facisne me tu regium nuntium, Populique Romani Quiritium vaſa comitesque meos? Rex reſpondit, Quod ſine fraude mea, Populique Quiritium fiat, facio. *i. Sine damno, etc.* Plaut. Aſin. 2, 2, 20 Metuo in commune, ne quam fraudem Frauſus ſit. Haec te opinio falſa in iſtam fraudem Impulit Cic. pro Roſc. Am. c. 21. Idem de Amicit. 89 Maxima autem culpa in eo eſt, qui et veritatem aſpernatur, et in fraudem obſequio impellitur. Ter. Heaut. 3, 1, 33 In eandem fraudem ex hac re atque ex illa Incides. Incidere in fraudem ſpe aliqua Cic. Att. 11, 16. Inferre fraudem, *vid.* INFERO. Iniicere in fraudem, *vid.* INIICIO. Innexa fraus clienti Virg. Aen. 6, 609. Inſtruendae fraudi intentus, *vid.* INSTRVO. Nectere fraudem Sil. 6, 326. Nudare fraudem alicuius Claud. de B. Gild. 272. Obiicere nubem fraudibus Hor. Epiſt. 1, 17, 62. Oppreſſus fraude loci Virg. Aen. 9, 397. Petere aliquem fraude Idem ibid. 4, 675. Struere fraudes alicui Sen. Hippol. f. 4. Suſcipere fraudem, *vid.* n. 3. Cic. pro L. Muraen. 73 c. 35 Id erit eius vitrico fraude ac crimini. Idem Philipp. 5, 21 Duos Cn. Pompeii ſummi ac ſingularis viri filios, incolumes haberemus, quibus certe pietas fraudi eſſe non debet. Lex ea mihi fraudi fuit Cic. Fam. 7, 25. *i. morbo meo occaſionem dedit. Sic* Liu. 1, 47 Metu, ne non veniſſe fraudi eſſet. Vortere fraudi, *crimini dare, de reprehenſione Poëtae* Macrob. Saturn. 6, 1. *Vetus formula,* Sine fraude, *i. Vere et ex animo.* Caeſ. B. C. 1, 22 Maſſilienſes ſeſe dedere SINE

FRAVDE conſtituunt. *Sed* Hor. Od. 2, 19, 19 Nodo coërces viperino Biſtonidum ſine fraude crines. *i. ſine noxa, quod ait etiam* Vet. Schol. Liu. 24, 47 Ne quid ab tergo fraudis eſſet, *i. inſidiarum.* ¶ 3 *Vehemens quid, et idem fere, quod piaculum eſt: certe crimen lege vindicandum.* Cic. de Diuin. 1, 7 Eſt enim periculum, ne aut neglectis his impia fraude; aut ſuſceptis, anili ſuperſtitione obligemur. Fraus aliud eſt, aliud Poena, *inquit* Vlpianus: Fraus enim ſine poena eſſe poteſt: Poena (*intell.* iuſta) ſine fraude eſſe non poteſt. Poena, eſt noxae vindicta: Fraus et ipſa noxa dicitur, et quaſi poenae quaedam praeparatio, l. 131 D. de verb. ſignif. *Metuiſſe videtur ICtus, cum fraus etiam damnum ſignificet, ne cum poena, quae plerumque damno aut multa conſtat, miſceatur.* Idem Vlpian. l. 24 §. 2 de Aedilicio edicto. Capitalem fraudem admittere, eſt tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus ſit. Veteres enim fraudem pro poena ponere ſolebant. *Credo reſpici ad formulas,* Hoc mihi fraudi fuit *et ſimiles, quas modo dedimus.* Cic. pro Rab. perd. 26 c. 9 Nam ſi C. Rabirius fraudem capitalem admiſit, quod arma contra L. Saturninum tulit *etc.* Pleraque fortuita fraudi ſuae Aſſignantes Tac. H. 2, 60, 3. *de proditione ſermo eſt.* Auſi fraudem capitalem Liu. 23, 14. *Sic etiam Drakenb. non frauſi, vt volebat Scal.* Carere peculatus fraude Cic. Philipp. 12, 12. *i. Crimine.* Committere nociturum fraudem Hor. Carm. 1, 28, 31. Concipere inexpiabiles fraudes in Republica violanda Cic. Tuſc. 1, 72 c. 30. Conſtringere ſcelus ac fraudem nocentis ſupplicio Cic. de Orat. 1, 202. Obligari impia fraude Cic. de Diuin. 1 c. 4 *extr.* Seruant nonnunquam dii poenas fraudis praeſentis in diem Cic. pro Cael. 59. ¶ 4 *Obſeruationes.* Fraudem *in bonam partem acceptam notat* Barth. *Aduerſ. 12, 12. Ita* Ouid. de Arte Am. 3, 491 Iudice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem. *Sic* Habuimus Piam fraudem n. 1. *et* Fallere pudica fraude n. 2. Fraus, *Dea dicta apud* Mart. Capell. 1, . . Fraus *pro homine fraudulento, certe noxio ſuis neceſſariis* Ter. Heaut. 5, 4, 10 Gerro, iners, fraus, heluo, ganeo damnoſus.

FRAVDVLENTVS, a, um. Adi. [κερδαλέος] *Plenus fraudis.* Cic. Off. 2, 36 Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, *etc.* Columel. 9, 5. Fraudulenti et mendaces Carthaginenſes Cic. pro L. Agr. 94. Homo Auctor ad Heren. 2, 41 c. 26. Populus et dux Hor. Carm. 3, 3, 24. Venditiones Cic. Off. 3, 83 c. 21. *Compar.* Fraudulentior Auguſtin. Confeſſ. 3, 3. Tertull. adu. Marc. 2, 21 Tanto fraudulentior Deus veſter. *Superl.* Peſſumi et fraudulentiſſimi ſunt Plaut. Capt. 2, 1, 38. Fraudulentiſſimus regum Flor. 3, 1, 17.

FRAVDVLENTER. Adu. [κερδαλέως] *Cum fraude.* Colum. 1, 8 Saepe enim quaerendi poteſtatem faciat de iis, qui aut crudeliter eos, aut fraudulenter infeſtent. Plin. 30, 10 ſ. 27 Quoniam nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt. *de ſtellione.*

FRAVDVLENTIA, ae. f. Plaut. Pſeud. 2, 1, 7 Fretus malitia, fraudulentia. Idem Mil. 2, 2, 34 Os habet, linguam, perfidiam, malitiam, confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.

FRAVDVLŌSVS, a, um. Adi. Paull. ICt. l. 1 §. 3 D. de Furtis, Furtum eſt contrectatio rei fraudulosa.

FRAVDO, āre. [πλεονεκτέω, παρακόπτω] Paſſ. Fraudor. *Significat iniuria detrahere aliquid alteri.* Plin. 11, 16 Aequitas quidem etiam in eis obſtringitur: feruntque ſocietate fraudata alucos mori. *de apibus.* Cic. pro Roſc. Com. 16 Aeque enim perfidioſum et nefarium eſt fidem frangere, quae continet vitam: et pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit: et ſocium fallere, qui ſe in negotio coniunxit. Cic. pro Quint. 75 In huiuſmodi ſponſionem teſtes dare oportebat ex eo numero, qui haec dicerent, vadimonium mihi deſeruit: me fraudauit: a me nominis eius quod infitiatus eſſet, diem petiuit: ego experiri non potui: latitauit, procuratorem nullum reliquit. Cic. in Orat. 178 Perfecta ac moderata ſemper exſpectat: mutila ſentit quaedam, et quaſi decurtata: quibus tanquam debito fraudetur, offenditur. Creditores fraudare, domo profugere, propter aes alienum venire ad arma Cic. Philipp. 6, 11. Decumanum fraudare, ne grano quidem vno ſine maxima poena poteſt arator Cic. Verr. 3, 20. Genium fraudare, *Naturae appetitui et voluptati non ſatisfacere* Plaut. Aul. 4, 9, 15. Nec duces quidem ſua Laude fraudandi ſunt Curt. 4, 16, 31. *Add.* Vell. 2, 12, 15. *et* 2, 76, 1 *etc.* Maritum fraudare liberis Martian. in l. 4 De extraord. crimin. *De ea loquitur, quae data opera partum abegerat.* Cic. pro Flacc. 47 c. 20 Itaque quum Roma clam eſſet profectus, multosque minutis Mutuationibus fraudauiſſet, in Aſiam venit. Cic. de Fin. 5, 61 Audebo igitur caetera, quae ſecundum naturam ſint, bona appellare, nec fraudare ſuo veteri Nomine: quam aliquid potius nouum exquirere. Cic. Att. 1, 1 Caecilius auunculus tuus a P. Vario quum magna Pecunia fraudaretur, agere coepit cum eius fratre. Populum improbiſſime fraudare Cic. de Aruſp. Reſp. 42 c. 20. Virg. Aen. 4, 355 Quam Regno Heſperiae fraudo, et fatalibus aruis. Societate hereditaria aliquem Cic. pro Quint. 76. Somno aliquem Ouid. Amor. 1, 13, 17. Stipendium equitum fraudabant et praedam omnem domum auertebant Caeſ. B. C. 3, 59. Teſtimonio ſuo aliquem Columel. 3, 7. Per tutelam fraudare aliquem, aut ſocietatem, aut *etc.* Cic. pro Caecin. 7. Viros bonos palam Idem pro Quint. 51. Voluptate aliquem Plin. Epiſt. 96, . . Liu. 2, 10 *extr.* In magna inopia pro domeſticis copiis vnuſquiſque ei aliquid, fraudans ſe ipſe Victu ſuo, contulit. *Gerund.* Spe fraudandi ſublata, ſoluendi neceſſitas conſequitur Cic. Off. 1, 84. Data corripere fraudando Catul. 108, 6.

FRAVDANS, antis. Partic. [νοσφίζων] Fraudans ſe ipſe victu ſuo Liu. 2, 10 *extr.* Ouid. Faſt. 3, 829 Turba feri cenſu fraudante magiſtri: *al.* Fraudata: *et vehementer fluctuant critici.*

FRAVDATVS, a, um. Partic. [νοσφισθεὶς] Cic. Off. 3, 70 c. 17 Vti ne propter te, fidemue tuam captus fraudatuſue ſim. Coniugio fraudata Ouid. Epiſt. 6, 163. Iuuenta prima fraudatus, *i. Spoliatus* Ouid. Met. 10, 196. Lucernis fraudatis Hor. Serm. 1, 6, 24. Nuptiis fraudatis, *i. Fraude interceptis* Iuſtin. 43, 1, 19.

FRAVDĀTOR, ōris. m. [πλεονέκτης] Cic. pro Flacc. 48 c. 20 Nolite exiſtimare, Iudices, non vnam et eandem omnibus in locis eſſe fraudatorum et infitiatorum impudentiam. Beneficiorum ingratus fraudator eſt Sen. Benef. 4, 26. Creditorum fraudator Cic. Philipp. 13, 26 c. 12. Praedae fraudator et interceptor Liu. 4, 50 *pr.*

FRAVDATIO, ōnis. f. [νοσφισμὸς] Quam illa aurea, vt Inter bonos bene agier oportet, et ſine fraudatione. Cic. Off. 3 c. 17. Fides *et* Fraudatio, *contraria* Cic. in Catil. 2, 25 c. 11.

FRAVDĀTRIX, īcis. f. Tertull. de Reſur. Carn. c. 12 Mira ratio; de fraudatrice ſeruatrix.

FRAVDATORIVS, a, um. Adi. Fraudatorium interdictum, Quo Praetor ea, quae in fraudem cuiuſpiam geſta ſunt, reſcindit, l. 96 ff. de Solut. *Et* l. 69 ff. ad SC. Tr.

FRAVDŌSVS, a, um. Adi. Anonymus *apud Neueletum* in Fab. Aeſop. 45 Fraudoſam viſcus ineſcat auem. *Sed quisquis eſt auctor, recentior, et ſemibarbarus eſt.*

FRAVDĬGER, ĕra, ĕrum. Adi. Tertull. Geneſ. c. 3 Femina fraudigeris miſere decepta loquelis.

FRAVSVS, a, um. Qui ad fraudis fructum venit, *ſecundum* Non. 2, 339. *Nam veteres et* Fraudor *Deponentis forma dixerunt, vnde Praeteritum* Frauſus *pro* Fraudatus. Et Frauſus erit, Qui fraudem commiſerit, *auctore* Feſto. Plaut. Aſin. 2, 2, 20 Metuo in commune, ne quam fraudem frauſus ſiet. Qui capitalem fraudem frauſi Liu. 23, 14 *legi volebat Scaliger. Sed Gronou. et Drakenb. ex MSS.* Auſi.

FRAXĬNVS, i. f. [μελία] *Arbor.* Plin. 16, 13 Materiae enim cauſa reliquas arbores natura genuit; copioſiſſimamque fraxinum: procera haec ac teres, pinnato et ipſa folio, multumque Homeri praeconio et Achillis haſta nobilitata. Amicior vndis fraxinus Stat. Theb. 9, 494. Campeſtris; *vid.* CAMPVS. Proceras manibus vertere fraxinos Hor. Carm. 3, 25, 16. Pulcherrima in ſiluis Virg. Ecl. 7, 65. Stridula Claud. in Ruffin. 1, 218. Vmbroſa Stat. Theb. 4, 281.

FRAXINEVS, a, um. Adi. [μέλινος] *Ex fraxino: vt,* Frons fraxinea Columel. 6, 3. *Et* 11, 2. Haſta Ouid. Met. 12, 369. Sudes Virg. Georg. 2, 359. Trabes Idem Aen. 6, 181.

FRAXĬNVS, a, um. Adi. [μέλινος] *Vt,* Virga fraxina Ouid. Epiſt. 11, 76.

FRAXINĒTVM, i. n. *Locus vbi fraxini abundant. Cathol.*

FRAXO, āre. Vigiliam circumire. Feſtus.

F R E

FREGELLAE, *Vetus Italiae vrbs, olim florentiſſima, quum a Romanis defeciſſet diruta, et ad vicum iam vsque a Strabonis tempore redacta.* Sil. 8, 477 Obſeſſae campo ſqualente Fregellae. ¶ 2 Fregellae *auctore* Feſto, Locus in vrbe, in quo ciuitatis illius hoſpites habitauere.

FREGELLANI, *Populi* Plin. 3, 5.

FREGELLANVS, a, um. Adi. *Vt,* Fregellana vitis Columel. 3, 2. Cic. de Fin. 5, 62 Quis Fregellanum proditorem, quamquam Reipubl. noſtrae profuit, non odit?

FRĔMO, ui, ĭtum, ĕre. [φρυάττω, βρυχάω] *Factitium verbum, ſignificat naribus excuſſis, et gutture mugiente immaniter ſonare.* Varro de L. L. 6, 5 p. 81 *extr. cum monuiſſet,* Multa ab animalium vocibus translata in homines, *ad illud* Ennii Pauſam fecere fremendi: a leone traductum *ait.* Non fremit in infantes leo, niſi magna fame Plin. 8, 16. Leo fremit ore cruento Virg. Aen. 9, 339. Lynces Auct. de Philom. v. 51. Tigres Val. Flacc. 2, 260. *Per Metaph.* Fremere *dicuntur homines, cum indignantur, aut alia vehementi cupiditate mouentur.* Plaut. Merc. 4, 5 ſuppoſ. 1, 10 Fremunt, perſtrepuntque. Virg. Aen. 1, 563 Cuncti ſimul ore fremebant. Fremebant aeternas opes eſſe Romanas Liu. 2, 44. Fremit ereptum ſibi Conſulatum Cic. Att. 2, 7. Fremunt gaudio erecti de pace Reip. Liu. 6, . . Magno circum clamore fremebant Virg. Aen. 6, 175. Plebs haec fremit Liu. 3, 62. Prouincia tota fremebat Cic. Verr. 3, 132. Superi vario ſermone fremebant Ouid. Met. 9, 418. Torrentes immane fremunt Claud. de Conſ. Mal. Theod. 237. Turba miſto murmure fremit Lucan. 7, 45. Venti fremunt immani murmure Ouid. Triſt. 1, 2, 25. Vndae monteſque fremunt Stat. Theb. 12, 478. Fremant omnes licet, dicam quod ſentio Cic. de Orat. 1, 195 c. 44. *Librarii confundere ſolent* Fremere *et* Gemere, *Drakenborch. ad* Sil. 1, 425. *it.* Tremere ib. 10, 244.

FREMENS, entis. Part. [φριμάσσων] Saeuit acerba fremens Valer. Argon. 3, 229. Stabat Acerba fremens Virg. Aen. 12, 398. *Add.* Ibid. 7, 389 *et* 787. Bello fremens Italia Virg. Aen. 4, 229. Equus Virg. Georg. 1, 12. Idem Aen. 7, 638. Lupi circum ſtabula alta frementes Ouid. Met. 5, 627. Prohibere frementum ora nequit Val. Flacc. 1, 594. *de Euris.* Perducere ad frementes Suet. de Clar. Gram. . .

FREMENDVS, a, um. Partic. [φριμακτέος] Clamor fremendus Stat. Theb. 12, 752.

FREMĬTVS, ūs. m. [φριαγμὸς, φρύαγμα] *Ingens ſonitus, vt aeſtuantis maris, aut murmurantis Populi, aut hominis excandeſcentis in iram.* Cic. Att. 2, . . Qui fremitus hominum? quam irati animi? Idem de Fin. 5, 5 c. 2 Quo in loco ad fluctum aiunt declamare ſolitum Demoſthenem, vt fremitum aſſueſceret voce vincere. Auditus cum fremitu ſtrepitus Cic. de Aruſp. Reſp. 20. Aequoris nigri fremitus Hor. Carm. 3, 27, 23. Egentium fremitus Cic. pro Flacc. 23. Caeſ. B. C. 3, 38 Ex fremitu Equorum illata ſuſpicione, ad ſuos ſe recipere coeperunt. Virg. Aen. 11, 607 Equorum ardeſcit fremitus. Maris murmurantis fremitus Cic. Tuſc. 5, 116 c. 40. Marino fremitu aſſurgens Benacus Virg. Georg. 2, 160. Plauſu fremituque ſecundo Virg. Aen. 5, 148. Acri cum fremitu perfurit ventus Lucret. 1, 277. *vid.* ACER. Denſo circumſtant fremitu Virg. Georg. 4, 216. Flebilis Sen. Hippol. 7. Horribilis armorum Cic. de Aruſp. Reſp. 20 c. 10. Horriſono fremitu ſequuntur Virg. Aen. 9, 55. Inconditus, *vid.* INCONDITVS. Mugienti fremitu loca cuncta retonant Catul. 61, 82. Rapidi Lucret. 5, 1192. Raucus Valer. Argon. 2, 307. Semiferi virorum Valer. Argon. 6, 233. Truces tubae Sen. Octau. 6. Fremitum *dici vult* Feſtus, *quaſi* Ferimentum.

FREMEBVNDVS, a, um. [φρυαγμώδης] *Qui fremit.* Cic. de N. D. 2 c. 35 — Tanta moles labitur Fremebunda ex alto ingenti ſonitu et ſtrepitu. *Ex Accio* Sil. 3, 463 *de Elephantis,* At gregis allapſu fremebundo. Arnob. 6 p. 196 Fremebundis hiatibus, toruis rictibus. *Per Metaph. Indignabundus.* Ouid. Met. 12, 128 Tum vero praeceps curru fremebundus ab alto Deſilit.

FREMĬDVS, a, um. Adi. *Nempe* Fremida turba Ouid. Met. 5, 2 *legit Heinſius. Sed recte Burm. ſeruat,* Fremitu regalia turbae Atria complentur.

FREMOR, ōris. m. Variuſque per ora cucurrit Auſonidum turbata fremor Virg. Aen. 11, 297. Verborum fremor Arnob. 1 p. 32.

FRENDEO, *ſ.* FRENDO, freſum *ſ.* freſſum, ĕre. [θραύω] Frangere, *auctore* Feſto, vnde et Faba freſa. Columel. 2, 12, 7 Cicera bubus erui loco, freſa datur in Hiſpania Baetica. Varro de R. R. 2, 4, 17 Amiſſo nomine lactentis, dicuntur nefrendes, ab eo quod nondum fabam frendere poſſint. *i. Frangere.* Non. 5, 103 Frendere, et Fremere hoc diſparantur, quod Fremere eſt magnum ſonare: Frendere vero, cum gemitu, vel iracundia, miſerum aut minax ſonare. *Laudat* Pacuuium, frendere noctes miſera, quas perpeſſa ſum. *Et iterum*, Fruge (*leg.* fruges) frendo ſolas. *Et* Accium, Saxo fruges frendas. *Ex* Plauto *vero*, Nec machaeram audes dentes frendere. *Videtur proprium eſſe verbum inſtrumentis illis vel naturalibus, vt ſunt dentes, vel arte factis, quae denticulata et ferrata cum ſint, cum ſtridore quodam frangunt et comminuunt ea, quibus adhibentur: talia ſunt molarum quaedam genera etc. Vid. quae de* Fiſtula farraria *dicimus. it.* DEFRENS. Plaut. Capt. 4, 4, 5 Nimiſque hercle ego illum male formidabam, ita frendebat dentibus. Id. Truc. 2, 7, 41 Hoc vide dentibus frendit, icit femur.

FRENDENS, entis. Partic. [βρύχων] Frendens leo, *h. e. Saeviens.* Cic. Tuſc. 2, 22. *Ex antiquo Poëta.* Copia farris vti frendentibus edita ſaxis Sammon. 36. *Vid. Keuch.* Aper Ouid. de Arte Am. 1, 46. Leo Sil. 10, 23. Dolor Senec. Herc. fur. f. 9. Grauiter frendens Vates Virg. Georg. 4, 452. Nec frendens nec caput quaſſans Sen. de Ira 1 c. vlt. *de furioſo irato.*

FRESSVS, *vel* FRESVS, a, um. *Vid.* Feſt. *in* FRENDEO. Cicera freſa Columel. 2, 11. *Adde 6, 24 extr.* Faba freſa Celſ. 5, 18. *Conf.* Martial. 4, 46, 6.

FRENDOR, ōris. m. Veget. 3, 31, 1 Tremorem frendoremque pati. *de boue hydrophobico. Adde* Tertull. de Reſur. Carn. c. 35. *et* adu. Marc. 4, 30.

FRENETICVS, *pro Phreneticus. Vid. in* PHRENES.

FRENTANI, *Italici Populi, Daunis et Picentibus vicini.* Flor. 1, 18, 7. Plin. 3, 5.

FRENTO, Flumen portuoſum in Apulia Plin. 3, 11.

FRENVM, *vid.* FRAENVM.

FREQVENS, entis. Adi. [θαμινὸς, πυκνὸς] *Multus, aſſiduus, creber, celebris, et hominum attributum eſt, et locorum, et actionum. Contraria.* Cic. de Orat. 3, 209 Refert etiam qui audiant, Senatus, an populus, an iudices: frequentes, an pauci, an ſinguli. *Videamus nomina, quibus additur:* Aedes frequentiſſima, *referta hominibus* Plin. Epiſt. 9, 39. Auditor Platonis frequens Demoſthenes Cic. in Orat. 15 c. 4. Auditorium, *Quo multi conueniunt* Plin. Epiſt. 2, 18. Collegium Cic. de Aruſp. Reſp. 13. Compita Hor. Serm. 2, 3, 25. Ouid. Amor. 2, 5, 21 Iamque frequens ierat menſa Conuiua relicta. Familiaritas frequentior Nep. 25, 19, 4. Frequentes delati Honores Nep. 19, 1, 2. Imitatio Quinctil. 1, 11. Latrocinia Cic. Fam. 10, 31. Loca frequentia aedificiis Liu. 31, 23. Modus frequens et fauorabilis Quinctil. 4, 1. Cic. Philipp. 2, 106 c. 41 Quum inde Romam proficiſcens ad Aquinum accederet, obuiam ei proceſſit (vt eſt frequens Municipium) magna ſane multitudo. Cic. Fam. 11, 10 Eſt Numerus veteranorum et armatorum ſatis frequens cum Ventidio. Plaut. Ciſt. 1, 1, 7 Omnibus relictis mihi frequentem Operam dediſtis. *Explicat* Varro aſſiduam, de L. L. 6, 5 p. 81, 9. Cic. de Senect. 44 Caret epulis, exſtructiſque menſis, et frequentibus poculis. Praefectura tota Italia nulla frequentior dici poſſit Cic. pro Planc. c. 8. Idem Fam. 1, 4 Cauſam enim frequenti Senatu, *etc.* obtinebamus. Silua frequens trabibus Ouid. Met. 8, 329. Theatro frequentiſſimo incredibili plauſu comprobatum eſt Cic. de Diuin. 1, 59 c. 28. Via frequens et tuta Ouid. de Arte Am. 1, 585. Vrbs Populis frequens Lucan. 1, 506. — ¶ 2 *Formulae aliae.* Frequens Romae, et qui in ore omnium quotidie verſatur Cic. pro Roſc. Amer. 16. Tacit. Ann. 4, 3 Sumitur in conſcientiam Eudemus amicus, ac medicus Liuiae, ſpecie artis frequens ſecretis. *ſaepe adhibitus ſecretis.* Frequens eſt, *i. Conſuetum, receptum.* Paullus in l. Singulis D. de exception. rei iud. Parere ergo exceptionem rei iudicatae, frequens eſt. Ter. Andr. 1, 1, 20 Cum illis, qui amabant Chryſidem, vna aderat frequens. *i. ſaepe.* Cic. Verr. 2, 38 Et in conſilium frequentes conueniſſent. *Add.* Id. Fam. 10, 12. Frequentiſſimi conueniunt Caeſ. B. G. 4, 11. Plaut. Milit. 3, 1, 67 Tu me vt fateare faciam eſſe adoleſcentem moribus: ita apud omnes comparebo tibi res benefactis frequens. Cic. Off. 2, 46 c. 13 Quibuſcum ſi frequentes ſunt, opinionem afferunt Populo, eorum ſe fore ſimiles, quos ſibi delegerunt ad imitandum. Fuimus frequentes ad ducentos Cic. Q. Frat. 2, 1. Obuiam prodeunt frequentes gratiaſque agunt Cic. Verr. 2, 65. Idem de Senect. 38 Adſum amicis, venio in Senatum frequens, vltroque affero res multum et diu cogitatas, eaſque tueor, animi non corporis viribus. Venerunt frequentiſſimi ad hoc iudicium mercatores Cic. Verr. 5, . . *de multitudine loquitur. Sic* Caeſ. B. G. 4, 11.

FREQVENTIA, ae. f. [πλῆθος, σύλλογος] *Qualiſcunque hominum multitudo.* Cic. de Amicit. 89 Atque hoc maxime iudicaretur, ſi quid tale poſſet contingere, vt aliquis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret, et in ſolitudine vſpiam collocaret. Forum celeberrimum, tanta frequentia Cic. Verr. 3, 133. Amicorum quotidiana aſſiduitas et frequentia Idem de Petit. Conſ. 3 c. 1. Epiſtolarum frequentia Cic. Att. 4, 16. Scholarum frequentia Quinct. 1, 2. Agere aliquid in foro ſumma hominum frequentia Cic. Verr. 2, 189. Circumfuſus frequentia hominum, *vid.* CIRCVMFVNDO. Effertur magna frequentia confeſſuque Cic. pro Flacc. 41 c. 17. Ornare ac celebrare frequentia egreſſum alicuius Cic. in Piſon. 31 c. 13. Praebere ſolidam, et robuſtam, et aſſiduam frequentiam Idem pro Planc. 21. Stipari. frequentia Cic. pro Milon. 1. Frequentia veſtrûm Idem Phil. 4 *pr.*

FREQVENTER. Adu. [θαμινά] *Idem fere quod ſaepe.* Frequenter ex perfugis cognoſcebant Caeſ. B. C. 3, 48. Auct. ad Herenn. 4, 70 Vt frequenter et aſſidue conſequamur artis rationem ſtudio, et exercitatione. Cic. in Orat. 81 Tranſlatione fortaſſe crebrior, qua frequentiſſime ſermo omnis vtitur non modo vrbanorum, ſed etiam ruſticorum. Vince frequenter Ouid. Triſt. 4, 7, 25. Frequentius aliena venia, quam ſua prouidentia tuta Val. Max. 6, 2 *pr.* Frequenter *etiam ſignificat id, quod fit a multis licet ſemel et ſimul: Vid. Graeu. ad* Cic. Att. 1, 19 p. 152 Huic frequenter interceditur. Frequentius euocari Suet. Aug. c. 40, 3. Frequentiſſime edere Idem ibid. 43, 5.

FREQVENTO, āre. [φοιτάω] *Saepe et frequenter adire, aut inviſere.* Salluſt. in Iugurth. c. 73 Denique plebs ſic eſt accenſa, vti opifices, agreſteſque omnes, *etc.* frequentarent Marium. Suet. Octau. c. 53. Salluſt. Catil. c. 14 Iuuentutem quae domum Catilinae frequentabat. Tacit. Hiſt. 2, 16 Digreſſis, qui Pacarium frequentabant, nudus et auxilii inops in balneis interficitur. Dies ſollemnes Domum alicuius Cic. Fam. 5, 21. Domum conuentu Catull. Argon. 62, 32. Ludos Cic. de Inuent. 1, 40. Sacra Ouid. Met. 3, 691. Pueri fere aut iuuenes ſcholas frequentant Sen. Exc. Contr. l. 3 prooem. Solitudinem alicuius loci Cic. Att. 1, 14. Templa frequentari decet Ouid. Faſt. 4, 117. Vrbes ſine coetu hominum nec aedificari, nec frequentari potuiſſent Cic. Off. 2, 15 c. 4. ¶ 2 *Sed multo latius patet, atque idem fere eſt, quod frequentem aut crebrum facere.* Cic. pro Domo 89 Quem tu tamen Populum niſi tabernis clauſis frequentare non poteras. *i. Qui non multus fuiſſet in comitiis, niſi tabernas occludi iuſſiſſes. Eſt haec antiquiſſima ſignificatio.* Varr. de L. L. 6, 5 p. 81, 11 Illud, quod eaedem mulierculae (*apud Actium Poëtam*) dicunt, *Pol iſtoc quidem nos pretio tanti eſt frequentare; ita in prandio nos lepide ac nitide accepiſti*, apparet dicere, Facile eſt curare vt adſimus, cum tam bene nos accipias. *Locus Plauti eſt* Ciſtell. 1, 1, 10. *Sic* Sen. Conſol. ad Marc. 3 Memoriam alterius retinere ac frequentare. Hirt. B. Afr. 20, 1 Caeſar ſagittariis —— frequentabat ſuas copias. Studia Capitolin. in Marc. Philoſ. c. 6. Diſtinguenda et frequentanda eſt omnis oratio luminibus verborum Cic. de Orat. 3, 199 c. 52. In animo primas quaſque partes rhetoricae frequentare Auct. ad Herenn. 3, 40. Colum. 4, 15, 1 Sublato fructu protinus frequentanda eſt, et praeſidiarii malleoli propagandi ſunt: frequentanda, *nouis ſtirpibus augenda.* Sueton. in Aug. c. 46 Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum a ſe, frequentauit. *Sic* Colum. 10, 213 Frequentare mundum prole noua. *Et* 8, 16, 2 Frequentare piſcinas *eſt ſeminibus (paruis piſciculis) implere. Sic* Frequentat fetus columba Pallad. 1, 24, 3. Frequentatur inductio Pallad. 1, 15. *i. coria ex calce plura inducuntur.* Tacit. Ann. 3, 25 Nec ideo coniugia, et educationes liberorum frequentabantur. Cic. Catil. 4 c. 7 Quos cum caſu hic dies ad aerarium frequentaſſet. *i. Congregaſſet.* Gell. 13, 23 Quae a Poëtis vel Oratoribus celebrandae et ornandae rei gratia, duobus eadem pluribuſue nominibus frequentantur. Sen. Epiſt. 80 Ad nos quidem nihil pertinebit poſterorum ſermo: tamen etiam non ſentientes colet ac frequentabit. Liu. 36, 39 Nunc ad triumphum frequentandum deductos eſſe milites, qui egregiam nauare operam Reipubl. potuiſſent. *i. frequentem et celebrem faciendum.* Frequentare commercium epiſtolarum Sen. Epiſt. 38. *Itaque* Frequentare *eſt* Celebrare; *ſicut* Celebrare *idem quod* Frequentare. Sulpic. in Sat. 1 Muſa, quibus numeris Heroas, et arma frequentas. Dies ſollemnes frequentare Suet. Aug. c. 53. *Et ſicut* Celebrare *etiam pro Notum facere et fama ac laude tollere: ita et verbo* Frequentare *vſi ſunt nonnulli, quaſi Frequenter referre, commemorare.* Priapeiorum Poëta Carm. 75 Aetnaeae Cererem nurus frequentent. *Ita ſaepe hoc verbo vſum eſſe* Iuuencum, *obſeruauit Barth. Aduerſ. 11, 23. et oſtendit Index.*

FREQVENTATVS, a, um. Partic. Cic. in Brut. 325 c. 95 Aliud genus non tam ſententiis frequentatum, *i. Repletum.* Idem de Orat. 3, 155 c. 38 Tranſlatio inſtituta, inopiae cauſa, frequentata delectationis. *i. Crebro vſurpata.* Frequentatae ſupplementis iuuentutis apes Columel. 9, 13, 13.

FREQVENTOR, āri. Dep. Plin. Epiſt. 2, 9 Diligeris, coleris, frequentaris. Frequentari domus *dicitur, quae a multis aditur, vel cum multis.* Cic. Off. 1, 139 Ea *loca* conſita arbuſtis frequentabantur pecore atque cultoribus Salluſt. Iugurth. 48, 4. Idem Iug. 17, 1 Quae loca et nationes ob calorem —— minus frequentata ſunt.

FREQVENTANS, antis. Partic. [θαμίζων] Cic. in Orat. 85 Non faciet Rempublicam loquentem, nec ab inferis mortuos excitabit, nec aceruatim multa frequentans, vna complexione deuinciet.

FREQVENTATIO, ōnis. f. [συναθροισμὸς] Cic. in Partit. 122 c. 35 *extr.* Atque haec quidem vtrique maxime in peroratione facienda, alteri frequentatione argumentorum, et coaceruatione vniverſa, *etc.* Frequentatio, eſt Figura oratori propria, *vt definit* Auct. ad Herenn. 4, 53 Quum res in tota cauſa diſperſae, coguntur vnum in locum, quo grauior, aut acrior, aut criminoſior oratio fit. *Conf.* c. 40. Denſa et continens frequentatio verborum Auct. ad Heren. 28 c. 19.

FREQVENTARIVS, a, um. Adi. [θάμειος] Veteres dixerunt pro Frequente. Feſtus.

FREQVENTAMEN, ĭnis. n. *i. Frequentatio: apud* Sidon. . .

FREQVENTAMENTVM, i. n. [πύκνωμα] Gell. 1, 11 Numeros et modos et frequentamenta quaedam varia, tibicen incineret. Id. 5, 1 Si quibuſdam quaſi frequentamentis orationis mouentur. *Apparet intelligi ornatum quendam et venuſtatem in cantu, minutis vocis vibrationibus et tremulis quaſi iterationibus conſtantem.*

FREQVENTATIVVS, a, um. Adi. *Aſſiduitatem ſignificans. Vt,* Verba frequentatiua *apud Grammaticos:* Priſcian. 8 de Specieb. Verb. Eſt alia ſpecies deriuatorum in TO, quae frequentiam actus ſignificant. Ea quoque, id eſt frequentatiua, plerumque a Supinis deriuantur, mutatione extremae V in O. vt Scriptu, ſcripto; Dictu, dicto, *etc.*

FREQVENTATIVE. Adu. Verberitare Cato frequentatiue ab eo, quod eſt verbero, dixit. Feſt.

FREQVENTATO. Adu. Apul. Met. 9 p. 375 Imprecatus et iterato rurſus, et frequentato ſaepius.

FREQVENTATOR, ōris. m. Apul. in Triſmegiſt. p. 94 Sol frequentator et diſpenſator viuacitatis vitalium. Paullin. Nolan. Epiſt. 38, 10 *al.* 29 Rarius vrbium frequentator. Tertull. de Monog. c. 8 Prandiorum et coenarum frequentator.

FREQVENTATRIX, īcis. f. Tertull. . . .

FRESSVS, *ſ.* FRESVS, *vid. ſub* FRENDEO.

FRETVM, i. n. *et* FRETVS, ūs. m. [πορθμὸς] *Locus anguſtus in mari:* dictum a ſimilitudine (*vt Varro exiſtimat* L. L. 6, 2 p. 69, 29) feruentis aquae, quod in fretum ſaepe concurrat aeſtus, atque efferueſcat. *Similia* Iſidor. 13, 18. Cic. Verr. 5, 28 Hi ne in freto ante ſua tecta et domos nauigarent. Adoleſcentiae fretum Florus 1, 26, 9. *Per Metaph. Quo verbo adoleſcentes concito mari comparat. Eadem metaphora* Lucret. 2, 1025 Quibus aetatis freta primitus inſinuantur, *eſt deſcriptio feruidae adoleſcentiae: quo loco pulchre ad defendendam a Floro emendationis iniuriam Dukerus vtitur.* Oceani freta Cic. Tuſc. 1, 45. *Ex quodam Poëta.* Freta et maritimi aeſtus Cic. de Diuin. 2, 34. ¶ 2 *Epitheta:* Aeſtuoſa Hor.

Hor. Carm. 2, 7, 16. Alta Sen. Hippol. ſ. 10. Caerula Virg. Aen. 10, 210. *vid.* CAERVLVS. Curua Val. Argon. 1, 615. Imbelle fretum torpentibus vndis Stat. Silu. 3, 5, 84. Inſana Ouid. Epiſt. 18, 28. Lene Idem ibid. 17, 237. Mollia Ouid. Met. 14, 558. Naufraga Idem ibid. 14, 6. Sicilienſe Cic. N. D. 3 c. 10. Triſte Ouid. Epiſt. 18, 212. Tumida Sen. Herc. fur. ſ. 11. Vaſtum Sen. Hippol. ſ. 2. ¶ 3 *Verba :* Concita terris crebris Virg. Aen. 3, 127. Seruius. *Al.* Conſita. Concutiunt freta venti Ouid. Met. 6, 691. Currentia Hor. Epiſt. 1, 3, 4. Disiungi freto ab Italia Cic. Verr. 1 c. 59. Diſtraxere venti fretum Sil. 7, 572. Feruet fretis ſpirantibus aequor Virg. Georg. 1, 327. Findere fretum carina Ouid. Epiſt. 16, 31. Inclinatum fretum aeſtu, *vid.* INCLINO. Indignantia miſcent venti Ouid. Met. 11, 491. Inire fretum Idem ibid. 14, 437. Secare freta Virg. Aen. 10, 147. Solicitant remis caeca freta Idem Georg. 2, 503. Sorbet fretum Charybdis Ouid. Met. 7, 64. Spumant adductis freta verſa lacertis Virg. Aen. 5, 141. Saeuior freto ſurgente Ouid. Met. 14, 711. Segne torpeſcit fretum Sen. Herc. fur. 9. Tranſire freto ad aliquem locum Cic. Verr. 5, 5. Tumeſcere incipiunt agitata freta Virg. Georg. 1, 356. ¶ 4 *Mare item ipſum dictum eſt* Fretum, *ab vndis et fluctibus efferueſcentibus, praeſertim apud Poëtas. v. g.* Virg. Ecl. 1, 61 Et freta deſtituent nudos in litore piſces. Idem Aen. 1, 607 In freta dum fluuii current. ¶ 5 Fretus, ûs. m. *dixerunt veteres.* Lucret. 6, 363 Nam fretus ipſe anni permiſcet frigus ad aeſtum. *Laudat hunc verſum* Nonius 3, 92 *et addit ex* Naeuio, Dubii fauentem per fretum introcurrimus : *itemque ex* Ennio, Craſſa puluis oritur, omnem peruolat caeli fretum, *i. aëra, qui maris cuiusdam immenſi inſtar habet : ex* Varrone, Inter Italiam et Siciliam qui eſt fretus. Cic. Verr. 5, 169 Vt ille in dolore, cruciatuque moriens, perangusto fretu diuiſa, ſeruitutis, ac libertatis iura cognoſceret. *Ita legit* Gell. 13, 12. Lucret. 1, 72 Anguſtoque fretu rapidum mare diuidit. *Add.* Arnob. 1 p. 36.

FRETENSIS, e. Adi. Cic. Att. 10, 7 Adriatico mari Dolabella, fretenſi Curio. *Sic reponit Turnebus Aduerſ. 18, 10 quum emendatorum opera duae voces in vnius ſedem irrepſerint ; et in editis ſit,* Freto Sicilienſi. *Sed is ait, quemadmodum* mare Adriaticum *dicitur, ſic et* mare Fretenſe *dicit, quod Siculum fretum eſt. Nam et milites, qui ex illa ora eligebantur,* Fretenſes *appellabantur, et in veteribus monumentis* Fretenſem legionem *legimus. Haec ille. Conf. Graeu. ad* Cic. Att. 2, 1 p. 172. *et Gruter. p. 194, 2.*

FRETALIS, e. Adi. *Ad fretum pertinens.* Ammian. 28, 14 A Rhaetiarum exordio aduſque fretalem Oceanum. *i. Fretum Belgicum.*

FRETALE, is. Subſt. *Sartaginis genus apud* Apic. 7, 5, Infunditur in fretali piper. *Hoc a* Feruendo *dictum videtur, et firmare* Varronis *etymologiam ſupra propoſitam.*

FRETVS, *i. confiſus, nixus cum Participium ex* Fruor *eſſe videatur, eo relatum eſt. Vid. igitur poſt* FRVOR.

F R I

FRIABILIS, *vid.* FRIO, āre.

FRIBOLVM, *vel, vt habent antiquae editt.* FRIVOLVM, i. n. *Apud* Iſidor. 10, 8 Eſt Genus diuortii, cum coniuges eo animo ſeparantur, vt rurſus ad ſe inuicem reuertantur. Nam *vt addit ipſe,* Fribolum eſt velut quaſſae mentis, et effluxae, nec ſtabilis, *etc. Fuerit igitur ſecundum Iſidori ſententiam hoc genus diuortii* Friuolum. *v. v. Huc tamen referendum fuit propter* Fribuſculum, *de quo ſtatim.*

FRIBVSCVLVM, i. n. *Diſceſſiuncula coniugum non diuturna.* Vlpian. l. 32 §. 12 ff. De donat. inter vir. et vxor. Quod ſi diuortium non interceſſerit, ſed fribuſculum, profecto valebit donatio, ſi fribuſculum quieuit. *Ita eſt in libro Florentino : quam lectionem qui probant, deducunt nomen a* Fribolo, *de quo modo dictum. Sed Haloander* Friguſculum *dedit, quod certatim arripuerunt viri docti. Vid. Dukerum ad opuſcula de Latinit. ICtorum p. 403. Nituntur in primis loco* Sueton. Aug. c. 66 Deſiderauit etiam non nunquam M. Agrippae patientiam — quum ille ex leui rigoris *(Muretus et Lipſius legi volunt* frigoris) ſuſpicione — Mitylenas ſe contuliſſet. *Amor calida res, frigent homines, qui non valde cupidi ſunt.* Friguſculum, *quam puto veram lectionem ; quaſi ſit Paruum frigus. Alii* Fribuſculum *a* Friuolo *deducunt. al.* Friuiculum.

FRICO, fricui *et aliquando* fricaui, āre. [τρίβω, ξέω, ἀναψάω] *Idem fere quod terere, ſed paullo mollius, ductim tangere ad calorem, odoremue eliciendum etc.* Fricuerit *eſt* Scribon. 58 *qui et alias vtitur, vt* Fricare diutius et preſſius 253. Digito 61. Fauces 70. *Comica laſciuia in ſupplicantem* Plaut. Aſin. 3, 3, 88 Nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares. *Conf.* ib. v. 81. Plin. Epiſt. 8, 18 Quin etiam (foedum, miſerandumque dictu) dentes lauandos, fricandosque praebebat. Fricare corpus oleo Martial. 4, 90. Vncti hi ſunt Senes : fricari ſeſe ex antiquo volunt Plaut. Pſeud. 4, 7, 93. Coſtas arbore Virg. Georg. 3, 259. Fricentur pedes manibus ſiccis Scribon. 180. Tonſillae fricantur 71. Plin. 36, 22 *Carthago,* Exercetur halitu maris, fricatur vento et verberatur imbri.

FRICATVS, *et* FRICTVS, a, um. Part. Fricati diutius preſſe Scribon. 104. Si prurit frictus ocelli angulus, inſpecta geneſi collyria poſcit Iuuenal. 6, 577. *Sed* Reſina fricta *pertinet ad* Frigo. *v. v. Rurſus* Caton. R. R. 156, 3 Cumini fricti tantum, quod oleat *videtur tritum et fractum intelligi, vt et* Triticum frictum, *quod* crudo *opponitur* Varr. R. R. 2, 4, 21. *Sed haec duo poſſunt etiam ad* Frigo *referri.*

FRICTIO, ōnis. f. [τρίψις] Celſus 1, 3 In ipſo quoque itinere, frequens frictio. Plin. 33, 6 Frictiones inhibet oculorum. *Hard.* fluxiones. *De* Frictionis *vſu apud Veteres, Vid. Stuck. Ant. Conuiu. 2, 24. Fab. Agon. 3, 15.*

FRICTVS, ûs. m. Frictum criſſantis adorat Iuuenal. 6, 322. *Sed variat lectio.*

FRICĀTIO, ōnis. f. [ἔντριψις] *Idem.* Quibus inductis et diligenti tectoriorum fricatione laeuigatis Vitruu. 7, 6. Columel. 6, 12 Sed ſi ſanguis adhuc ſupra vngulas in cruribus eſt, fricatione aſſidua diſcutitur. *Sic* Plin. 28, 4 ſ. 14 Vehemens fricatio ſpiſſat, Lenis mollit : Multa adimit corpus, auget Modica. *Conf.* Suet. Veſp. c. 21.

FRICĀTVS, ûs. m. [ἔντριψις] *Idem.* Plin. 23, 7 Luſcioſos ex oleo illitus emendat, dentiumque vitia crebro fricatu.

FRICATV̄RA, ae. f. *Idem.* Vitruu. 7, 1 Super fricaturam incernatur marmor.

FRICAMENTVM, i. n. Cael. Aurel. Acut. 2, 6 Blando auriculorum fricamento vti.

FRICATOR, ōris. m. *Apud* Celſ. . . .

FRICTRIX, īcis. f. Tertullian. de Reſurr. Carn. c. 16. *et* de Pallio c. 4.

FRICIVM, i. n. Plin. Valer. 1, 36 Albi bulbi cinis dentibus fricium eſt. *Vid.* DENTIFRICIVM, *ſub* DENS.

FRIGEO, FRIGIDVS, *vid.* FRIGVS.

FRIGO, frixi, frixum, *vel* frigui, frictum, ĕre. [τηγανίζω] *Torrere.* Feſtus *deriuat a* Graeco φρικᾶν, (*leg.* φρύγειν) Cato de R. R. c. 106 Seſquilibram ſalis frigito. Apic. 4, 2 Coques: refrigerabis, et friges: p. p. impones in thermoſpodio. *Vid.* FRICTILIS. Idem 7, 4 Ofellae recte friguntur, vt paene aſſae reddantur — frigis et inferes. Plaut. Bacch. 4, 5, 7 Vorſabo ego illum hodie probe *(vt verſantur in ſartagine ea, quae friguntur)* tam frictum ego illum reddam, quam frictum eſt cicer. Celſ. 2, 18 Tum res eadem magis alit, iurulenta quam aſſa, magis aſſa quam frixa. Plin. 18, 7 Poſtero die frigunt, deinde molis frangunt. In ſartagine frigetur Vulgata Leuit. 6, 14. ¶ 2 *Ex eo, quod quae* friguntur, *viridia praeſertim, exſilire et emicare ſolent in ſartagine, explicandum videtur illud* Non. 4, 200 Frigit, correpta prima Syllaba, ſignificat erigit. Accius Meleagro, Frigit fricantem corpus acuum *(ſ. actutum)* occulte abſtruſo in flumine. Idem in eadem, Frigit aeſtas *(ſ. aeſtus)* rubore ex oculis fulgens flammeo. *Hic* frigit aeſtus *poteſt ſignificare, emicat aeſtus, ſiue rubor. Nam ſtatim addit* Nonius, Frigere eſt et FRIGVTTIRE, cum ſono ſuſſilire *(ſubſilire)* Plautus Caſina, Nam quid friguttis? quid iſtuc tam cupide petis? Afranius priuigno — occurrit nepos pauſillus, neptis porro de lecto frigit. *In hoc quidem loco* frigit *manifeſto eſt, emicat, exſilit. Locus* Plauti *eſt* Caſin. 2, 3, 49, *vbi recte notant interpretes,* friguttire *eſſe cum motu quodam animi exſilire. Sed eſt etiam alius locus* Nonii 1, 21 *huc transferendus :* Frigere eſt et friguttire, et fritinnire, ſuſſilire *(ſubſilire)* cum ſono, vel erigi et exſilire : quod quaecunque friguntur, (vel frigent) nimio calore (vel frigore) cum ſono ſuſum ſuſſiliunt. Varro — Saepe totius theatri tibiis crebro flectendo commutare (*leg. vid.* commutari) mentes, frigi animos eorum. *Add. locus* Varronis, *quem damus voce* FRINGILLA. Ennius *ap.* Fulgent. exp. ſerm. ant. 19 Haec anus admodum friguttit; nimirum fauciauit ſe flore liberi. *Add.* Sidon. 7, 8 *extr. et* 9, 2.

FRICTVS, *vel* FRIXVS, a, um. Partic. Columel. 7, 5 Frictum ſal. *Et* Varro de R. R. 2, 4, 21 Frictum triticum. Plin. 29, 3 *de luteis ouorum :* Item ex oleo fricta terna, totis ouis pridie maceratis in aceto. Hor. de Arte Poët. 249 Nec ſi quid fricti ciceris probat aut nucis emtor. Cuminum Cato R. R. 156, 3. Frictae nuces Plaut. Poen. 1, 2, 113. Fricta reſina Scrib. 203. 204. 207 *Dioſc.* φρυκτὴ ῥητίνη. Iſid. 20, 2 Frixuma ſono dictum, quando in oleo ardet. Vet. Gl. τηγανίζω, frigo. τηγανιστὸν, frictum. τήγανον, ſartago.

FRICTILIS, e. Adi. Patina Apic. 4, 2 p. 108 *Liſt. Sed* frictilis *eſt ex emendatione Humelbergii; exemplaria habent* friſilis *et* fuſilis; *a* frigendo *dictum vix dubitare licet per ſeriem orationis,* coques, refrigerabis, et friges.

FRICTORIVM, i. n. *Patella, in qua friguntur carnes.* Vet. Gl. φρυγίον, frictorium.

FRIXORIVM, i. n. *Idem.* Gloſſae *aliae* vet. τήγανον, Frixorium: *et* Onomaſt. Frixorium, φρύγανον. *Conf.* Plin. Val. 2, 7.

FRĬGV̆LO, āre. Auctor Philomelae *apud* Ouid. v. 28 Graculus at frigulat.

FRIGVS, ŏris. n. [ψύχος, ῥίγος, κρύος] *Contrarium eſt* Calori. Virgil. Georg. 2, 344 Friguſque caloremque Inter. Idem Georg. 1, 93 Aut Boreae penetrabile frigus adurat. Frigus impendebat Cic. Q. Fratr. 2, 11. Infames frigoribus Alpes, *vid.* INFAMIS. Rugoſus frigore pagus Hor. Epiſt. 1, 18, 105. Acerbum Idem Epiſt. 1, 17, 53. Acre Lucret. 4, 261. Amabile Horat. Carm. 3, 13, 10. Brumale Virgil. Aen. 6, 205. Conclamati frigoris herbas pipere temperare Macrob. Saturn. 7, 5. Durum Lucret. 5, 816. Ignauum Ouid. Met. 2, 763. Immodicum Id. ex Pont. 3, 1, 14. Iners Ouid. Met. 8, 790. Intolerabile Cic. pro S. Roſc. c. 45. Matutinum Hor. Serm. 2, 6, 45. Mediis frigoribus, *i. media hieme* Virgil. Ecl. 10, 65. Intolerabile Cic. pro Roſc. Amer. 131. Opacum Virgil. Ecl. 1, 53. Pallidum Stat. Silu. 5, 1, 129. Penetrabile, *vid.* PENETRO. Virgil. Georg. 1, 93. Penetrale Lucret. 1, 495. Sceleratum Virgil. Georg. 2, 256 *ſterilitas noxia.* ¶ 2 *Verba :* Admittere frigus, *vid.* ADMITTO. Adurit penetrabile frigus, Virgil. Georg. 1, 93. Affligi frigore, *vid.* AFFLIGO. Anhelare gelidum valido de corpore frigus Cic. in Arato 58. Arcere mala frigora hirſutis pellibus Ouid. Triſt. 3, 10, 19. Aſtringi frigore, *vid.* ASTRINGO. Captare frigus opacum Virgil. Ecl. 1, 53. Captare vmbras et frigora Idem Ecl. 2, 8. Cauere frigora Ouid. de Arte Am. 2, 302. Colligere frigus Horat. Epiſt. 1, 11, 13. Concreuit frigore ſanguis Virgil. Aen. 12, 905. Contracto frigore pigrae Idem Georg. 4, 259. Contriſtat pluuio frigore caelum Virgil. Georg. 3, 279. Frigora Dant rami Ouid. Met. 5, 390. *i. vmbras.* Defendo teneras a frigore myrtos Virgil. Ecl. 7, 6. Depellere frigus Horat. Serm. 1, 2, 6. Diſſoluere frigus Idem Carm. 1, 9, 5. Elabitur frigus per vngues Ouid. Met. 2, 823. Excruciabat frigus Lucret. 5, 1425. Excipi frigore Celſ. 2, 1. Ferit acre frigus Lucret. 4, 261. Gelant frigora Plin. 15, 6. Horrere intolerabiliter frigoribus Columel. 1, 4. Ingruit frigus, *vid.* INGRVO. Impendet maximum frigus Cic. Q. Fratr. 2, 11. Laborare a frigore, *vid.* LABOR. Laedit me frigus, *vid.* LAEDO. Minuunt Zephyri frigora Ouid. Triſt. 3, 12, 1. Mollire frigora Sen. Hippol. 1. Munire a frigore, *vid.* MVNIO. Obſeſſum glaciali frigore corpus Ouid. Met. 9, 581. Perferre frigus, *vid.* PERFERO. Pellitur vis frigorum tectis, et calorum moleſtiae ſedantur Cic. Off. 2, 13. *vid.* PELLO. Quatietur tremulo frigore corpus Idem in Arato 68. Remedium aliquod ſibi comparare ad magnitudinem frigoris Cic. Verr. 5, 26 c. 10. Suſtinere vim frigorum hiememque vrbis tectis Cic. pro Rabir. Poſt. 42 c. 15. Vri frigoribus Iuſtin. 2, 2, 9. Vitare frigus Cic. Fam. 16, 8. ¶ 3 *Figurate* Frigus *varie ponitur pro febri.* Horat. Sat. 1, 1, 8 At ſi condoluit tentatum frigore corpus. *Pro Timore :* Virgil. Aen. 1, 96 Extemplo Aeneae ſoluuntur frigore membra. *Vbi* Seruius : Frigore, *i.* timore. *Conf.* Non. 4, 207. Gelido frigore aſtrictum pectus Ouid. Epiſt. 15, 112. Concurrit frigus per oſſa Idem ad Liu. 153. *Pro Morte, vt* Seruius *interpretatur* Virgil. Aen. 12, 951 — aſt illi ſoluuntur frigore membra. *Huc pertinet* Horat. Serm. 2, 1, 62 O puer, vt ſis vitalis, metuo; et maiorum ne quis amicus Frigore te feriat, *i. ne quis amicus,*

ex

ex maiorum et potentiorum genere, a te laeſus, non frigore *modo amicitiae, de quo ſtatim n. 4 ſed ipſa morte te afficiat.* Extremum frigus, *i. mors* Stat. Theb. 8, 734. Supremum frigus animae Idem Silu. 3, 3, 20. Veneni frigus Sidon. Ep. 5, 8. ¶ 4 Frigus *in amicitia remiſſio quaedam amoris eſt.* Senec. Epiſt. 123 Montanus Iulius et amicitia Tiberii notus et frigore. *Conf.* FRIBVSCVLVM, FRIGESCO, FRIGIDVS, REFRIGERO. Sueton. Auguſt. c. 66 *de Agrippa*, Cum leui frigoris (*ſic legi volunt Muretus et Lipſius, pro vulgato* rigoris) ſuſpicione, et quod Marcellus ſibi anteferretur, Mitylenas ſe, relictis omnibus, contuliſſet. *Vid. ibi Caſaubon. et Torrent. item in* c. 41 Claudii. *Adde Lipſ. ad* Vell. Paterc. 2, 83. *et Rupert. ad* Salluſt. Catil. 13. ¶ 5 Frigus, *cum de vi orationis ſermo eſt, opponitur* calori *affectuum.* Iocus frigidus *eſt, qui non mouet ad riſum, etc.* Plin. Ep. 6, 15 *extr.* Paullo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit, *i. fecit, vt minus ſtudioſe audiretur, vt dum dilirationem Iauoleni retractant animis et rident, non poſſent capere illum calorem, quo illos incendere Paullus oratione, quam recitabat, ſtudebat. Huc referri vult Caſaubon. ad* Suet. Claud. c. 41 *illud* Senecae Controu. 2 p. 185 Deinde cum ſcholaſticorum ſummo fragore : *legi vult* frigore. *Sed retinendum* fragore, *vt ſuo loco oſtendimus* n. 3 *ſub* FRANGO. Curarum frigus lentum *ſolicitudo, quae calorem ſcribentis refrigerat* Ouid. ex Ponto 3, 9, 25. Cic. Q. Fratr. 2, 12 Pridie Idus, quum Appius Senatum infrequentem coëgiſſet, tantum fuit frigus, vt populi conuicio nos coactus ſit dimittere. Quinct. 6, 1, 37 Nam et imperitia, et ruſticitas, et rigor, et deformitas afferunt interim frigus, *i. faciunt, vt non moueatur iudex; et actor cum pudore ſuo conſilio et intentione excidat.* Idem 2, 12, 6 Itaque illud Quaeſtionum et argumentorum apud corrupta iudicia frigus euitant. Quinctil. 5, 7, 31 Quod interrogantis non leue frigus eſt. *Vid.* FRIGIDVS.

FRIGEO, xi, ēre. [κρυμέω, καταψύχομαι] *h. e. Frigore affici, horrere.* Priſcian. 9 p. 870 Syllaba vero naturaliter longa ante GEO, mutat GEO in XI, vt Lugeo, luxi, Frigeo, frixi. A Graeco venit φριχᾶν, *auctore* Feſto. *Malim a ῥιγέω. Propria ſignificatione rarius eſt; fere metaphorice ponitur de his, quae parum calide, ſine affectu et cupiditate tractantur.* Cic. de Clar. Orat. 187 Quare tibicen Antigenidas dixerat diſcipulo ſane frigenti ad populum, Mihi cane, et Muſis. *i.* Parum feliciter populo ſe approbanti, *vt ait* Valer. Maxim. 3, 7. Plane nunc frigeo Cic. Fam. 11, 14. Frigent hic homines Ter. Eun. 2, 2, 37. Ibid. 3, 3, 11 Vbi friget, huc euaſit, quam pridem pater mihi et mater mortui eſſent, *i. vbi nihil erat, quod amplius diceret.* Cic. Verr. 2, 60 c. 25 *pr.* Quum omnia iudicia frigerent admonitu iſtius, *etc.* Sine Cerere et Baccho friget Venus Ter. Eun. 4, 5, 6. Cic. de Natur. Deor. 2, 60 Ex quo illud Terentii, Sine Cerere et Libero friget Venus. Vires effoetae frigent Virgil. Aen. 5, 396. In re frigidiſſima cales, in feruentiſſima friges Auctor ad Herenn. 4, 22. Apul. Apol. p. 480, 11 *Floridi*, Cum hoc quoque mendacium frigere, ac prope iam — exploſum videret. *Rarior, vt diximus, ſignificatio propria, cuius nec vnum exemplum habeant Indices Pliniani. Sed* Columel. 9, 6, 1 Qui nec hieme rigent, nec candent aeſtate. *MSS. optimi*, frigent. Ter. Phorm. 5, 9, 5 Abi, tange, ſi non totus friget, me enica, *de confuſione ex dedecore et metu agit, vt tamen ad ſenſum tactus aperte referatur.*

FRIGENS, entis. Partic. [ῥιγῶν] Frigens animis turba, *i. timida* Sil. 16, 598. Lumina frigentia torpent Stat. Silu. 2, 1, 146. *Mortuum notat* Virg. Aen. 6, 219 Corpusque lauant frigentis et vngunt.

FRIGERO, āre. [καταψυχῶ] *Frigefacio.* Catull. 60, 30 Frigerans Aganippe. *Compoſita eius magis ſunt in vſu, vt* Refrigero, Perfrigero.

FRIGERATIO, ōnis. f. *Apud* Apulei. *eſſe dicitur, negat Ind. Florid.*

FRIGERĀTOR, ōris. m. *Apud* Apicium. *Non puto.*

FRIGERATORIVM, i. n. Apicio *forte non meliore fide tribuitur.*

FRIGESCO, ĕre. [καταψύχομαι] *Frigidum fieri.* Cato c. 156 Infundito in catinum vti frigeſcat. Idem c. 95. *Metaphor.* Cic. Fam. 8, 6 Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos hic frigore frigeſcimus. Opus frigeſcit Quinctil. 6, 1, 29. Affectus Idem 11, 3, 133. Perſ. 1, 109 Vide ſis, ne maiorum tibi forte Limina frigeſcant, *i. ne excludaris, frigideque tracteris, cum domus potentiorum ſalutandi cauſa adieris. Vid.* FRIGVS, *it.* REFRIGERO, *et* FRIBVSCVLVM.

FRIGEFACTO, āre. Frequent. [καταψύχω] *A* Frigefacio. Plaut. Poen. 3, 5, 15 Calidum prandiſti prandium hodie? dic mihi. A. quid iam? L. quia os nunc frigefactas, quum rogas. *Conf.* Rud. 5, 2, 39. *Aliqui legunt* Frigidefactas. *Vid. in* CALEO, n. 2.

FRIGEFACIO, FRIGEFACTIO, FRIGEFACTOR, FRIGEFACTVS, *apud* Celſum.

FRIGĬDO, *vel* FRIGDO, āre. Lucilio *adſcribitur. Certiora ſunt* Cael. Aurel. Acut. 3, 17, 155 Ob frigidandum corpus. *Et* 3, 17, 162 Plumbum tactu neceſſario frigidat. *Et* 1, 17, 168 Frigidans membranam.

FRIGĬDVS, a, um. Adi. [ψυχρὸς] *Caloris expers.* Ouid. Epiſt. 1, 22 Frigidius glacie pectus amantis erat. Aër frigidus Cic. de Nat. D. 2, 27. Amnis Tibull. 4, 8, 4. Anguis Virgil. Ecl. 3, 93. *et* 8, 71. *i. letifer. Vid.* Mors frigida, Corpus, Lingua, Aqua, *vid.* n. 3. Aura Propert. 1, 16, 24. Auſter Idem 2, 26, 36. Corpus, *Exſangue* Quinctil. in prooem. 6. Cura frigida Lucret. 4, 1054 *poſſit forte* languida *eſſe. Sed legitur recte* Feruida. Fons frigidior Horat. Epiſt. 1, 16, 13. Grauedo Catull. 42, 13. Horror Virgil. Aen. 3, 29. Imber Idem Georg. 1, 259. Lingua *morientis* Virgil. Georg. 4, 525. Loca frigidiſſima Caeſ. B. G. 4, 1. Lumina labuntur frigida letho Virgil. Aen. 11, 818. Mors Idem Aen. 4, 385, *quam* Pauſam frigidam vitae *dixit* Lucret. 3, 943. Pellis frigida 6, 1192 *mortis proximae ſignum. Et* Frigidus *eſt moriens* Virgil. Aen. 9, 415. Oſcula Ouid. Epiſt. 11, 117. Frigidior Geticis Pruinis Iuvenal. 5, 50. Quartana Hor. Serm. 2, 3, 290. Rura Virg. Georg. 3, 324. Sanguis Idem Georg. 2, 483. Sudor Virg. Georg. 3, 501. Veſper Idem Georg. 3, 336. Vmbra frigida noctis Virg. Ecl. 8, 14. ¶ 2 Frigidum *eſt, quidquid languidum, viribus deſtitutum, effectu carens eſt. Vt enim calor maxime efficax eſt, ita* Frigus ignauiam creat, *quod de apibus ait* Columel. 9, 7, 5. *Habet haec appellatio quaſi domicilium in iocis fatuis, riſum non mouentibus.* Cic. in Bruto 236 *de P. Lentulo*, Habuit a natura genus quoddam acuminis, quod etiam arte limauerat, quod erat in reprehendendis verbis verſutum et ſolers : ſed ſaepe ſtomachoſum, nonnunquam frigidum, interdum et facetum. Frigidum eſt dicere Sueton. Claud. c. 26, 1. Quinctil. 5, 10, 31 Illud apud Euripidem frigidum. *Add.* 6, 3, 53 Et haec tam frigida, quam eſt nominum fictio, *etc. Sic idem* Quinctil. 12, 10, 12 Frigidus in ſalibus. *Et* 9, 3, 69 Frigidus in iocis. *Sic poſt dicta Siculorum in Verrem relata.* Cic. Verr. 1, 121 c. 46 Alii etiam frigidiores erant : ſed quia ſtomachabantur, ridiculi videbantur eſſe, *etc. Sed, vt diximus,* Frigidum *eſt, quidquid languidum eſt, et inefficax, ſ. irritum.* Accuſatores frigidiſſimi Cic. Q. Fratr. 3, 3. Affectatio frigida et pucrilis Quinctil. 4, 1, 77. Calumnia frigida et ieiuna Cic. pro Caecin. 61 c. 21. Dextera bello frigida Virg. Aen. 11, 338. Fomenta frigida curarum Horat. Epiſt. 1, 3, 26 *inutilia, fomenta enim calida eſſe debent.* Cic. Fam. 10, 16 Quum is frigidas ſane, et inconſtantes recitaſſet Literas Lepidi. Mens frigida ceruorum Lucret. 3, 300, vi violentae Leonum *opponitur.* Negotia Plin. Epiſt. 9, 2 *i. nullius momenti. Sic* Res frigidas *dixit* 9, 2. Solatia Ouid. ex Ponto 4, 2, 45. Verba frigidiora vitanda ſunt Cic. de Orat. 2, 256. Frigidus in Venerem Virgil. Georg. 3, 97. Lentus in dicendo, et paene frigidus Cic. de Clar. Orat. 178. Virgo non frigida *ad res amoris* Ouid. Amor. 2, 1, 5. ¶ 3 Frigida, *Subſtantiue poſitum, cui ſubauditur* Aqua. Plaut. Moſt. 1, 3, 1 Iampridem mecaſtor frigida non laui magis libenter. Plin. Epiſt. 3, 5. Frigidam ſuffundere *alicui, eſt hominum calidum amorem erga illum minuere. Sic certe intelligendus* Plaut. Ciſt. 1, 1, 37 Noſtro (*meretricum*) ordini palam blandiuntur (*matronae*) clam, ſi occaſio vsquam eſt, Aquam frigidam ſubdole ſuffundunt. Ad frigidam eximus Petron. c. 28.

FRIGĬDE. Adu. [ψυχρῶς] Quinctil. 6, 1, 39 Tum ille alioqui vir facundus, inopinatae rei caſu obmutuit, et infantem ſuum frigidiſſime reportauit: *i. vt minime moueret iudices. Vid.* FRIGVS, n. 2. *Sic* Gell. 19, 3 Exigue atque frigide laudari. *Comparat.* Quinctil. 6, 3, 4. *Et* Sen. Controu. 1, 4. *Superlat.* Quinctil. 6, 1, 39 *iam dedimus.*

FRIGIDŬLVS, a, um. Adi. Dimin. [ὑπόψυχρος] Catul. Arg. ſ. 63, 131 Frigidulos vdo ſingultus ore cientem.

FRIGĒDO, ĭnis. f. [ψυχρότης] *Idem, quod Frigus.* Varro, Atque vt igni feruido medullitus Aquiloniam intus ſeruat frigedinem. Non. 2, 544.

FRIGIDARIVS, a, um. Adi. *Vt,* Frigidaria cella Plin. Epiſt. 2, 17. Vitruu. 5, 10 Ahena ſupra hypocauſtum tria ſunt componenda, vnum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium : et ita collocanda, vti ex tepidario in caldarium, quantum aquae caldae exierit, influat. De frigidario in tepidarium ad eundem modum. Balneae Pallad. de R. R. 1, 41. Ciſterna Petron. c. 72. *Hinc Subſtant.* Frigidarium, ὑδροψύχιον, ψυχροφόρον, Vet. Gloſſ.

FRIGIDIVSCVLVS, a, um. Adi. Gell. 3, 10 Sed alia ibidem congerit frigidiuſcula. *Vid.* FRIGIDVS, n. 2.

FRIGVSCVLVM, i. n. Tertull. de Anima c. 25 *extr. Ita Froben. Rigalt. et alii.* Si animae de friguſculis euenirent : *i. ab afflatu frigidi aëris. De metaphorica notione vid.* FRIBVSCVLVM.

FRIGOR, *vel* FRIGDOR, ōris. m. Moleſtiſſimum frigorem Th. Priſcian. 2, 29. Frigdor cordis Idem de Diaeta. Frigdore quoque et ſingultu Oct. Horat. 2, 16.

FRIGORĬFĬCVS, a, um. Adi. [ψυχροποιὸς] Gell. 17, 8 Acetum omnium maxime frigorificum eſt, atque id nunquam tamen concreſcit. *Vid.* ACETVM. *Sic* CALORIFICVS, Ibid.

FRIGORO, āre. Corpus frigorare C. Aur. Tard. 4, 4. Frigorandos ait cholericos Idem Acut. 3, 21.

FRIGŪTIO, īre. *Cum motu quodam animi exſilire, ſ. emicare. Declaramus hoc verbum in* FRIGO, n. 2.

FRINGILLA, FRIGILLA, FRINGVILLA, ae. f. [σπίζα] Auis eſt, dicta, *vt inquit* Feſtus, quod frigore cantet et vigeat. Martial. 9, 55 Nunc ſturnos inopes, frigillarumque querelas Audit, et arguto paſſere vernat ager. Varro de L. L. 6, 5 p. 82 *pr. vbi agit de deriuatis a vocibus animalium*, M. Accius (Plautus Caſin. 2, 3, 49) a fringuilla, quid fringultis? quid iſtic tam cupide cupis?

FRINGVLTIO, īre. *Eſt Praepedite ac obſcurius verba enuntiare.* Apul. Apol. p. 296, 21 Quod, qui eloquentiae patrocinium vulgo profiteatur, etiam honeſta dictu ſordide blatteret, ac ſaepe in rebus nequaquam difficilibus fringultiat, vel omnino obmuteſcat. *Et iterum* Apol. p. 336, 18 Audiſti priuignum meum vix ſingulas ſyllabas fringultientem. *A* fringilla *verbum deflecti videtur, niſi potius a* frangendis *ſonis* Fringilla *dicta, et a* verbis frangendis fringultire. *Auium vocem eſſe oſtendit ipſe* Apul. Flor. 3, 17 Merulae in remotis teſquis fringultiunt.

FRINGVTIO, *vel* FRIGVTTIO, *vid.* FRIGO. n. 2.

FRIO, āre. [τρίβω] *Conterere, comminuere.* Plin. 13, 4 In ipſa quidem Aethiopia friatur haec (tanta eſt ſiccitas) et farinae modo ſpiſſatur in panem. Varro de R. R. 1, 9, 7 Si ſit terra alba, ſi nigra, ſi leuis, quae quum fodiatur, facile frietur.

FRIABĬLIS, e. Adi. [εὔθρανστος] *Quod facile friatur, et quaſi manibus minutim conteritur.* Plin. 20, 8 Optimaque eſt, quae candidiſſima, et friabilis, minimeque ponderoſa : quum teratur inter digitos, fermenteſcens. Idem 34, 18. *Et* 17, 4.

FRIATVS, a, um. Partic. Lucret. 1, 886 Scilicet et glebis terrarum ſaepe friatis.

FRIATIO, ōnis. f. Apicio *tribuitur.*

FRIRITVS, ûs. m. *i. Strepitus, laudabatur ex* Cic. de Natur. Deor. 2, 89 c. 35 *ex* Accio. *Sed legitur ibi in deſcriptione nauis,* Tanta moles labitur Fremebunda ex alto, ingenti ſonitu et ſpiritu. *Sic etiam* Priſcian. p. 1325.

FRIT, *quid ſignificet, declarat* Varro de R. R. 1, 48 *extr.* Illud autem ſumma in ſpica iam matura, quod eſt minus quam granum, vocatur frit. *Forte, quia facile eſt friatu.*

FRITILIS olla *eſt apud* Feſtum, *voce* Muries. *Locum totum damus in* EXFIR. Paullus *in corripiendis Feſti verbis* fictilem *ſubſtituerat, quem refellit Scaliger, et reponi vult etiam* Nonio 3, 197 *in verbis* Fabii Pictoris, *quae laudamus ipſa quoque in* EXFIR. *Caeterum cognatam putat Scaliger Coniectan. in Varron. p.* 77 Fritillae *pulti ex* Frit. *Sed conf.* FITILLA.

FRĬTILLA, ae. f. *vid.* FITILLA.

FRITILLVS, i. m. *In luſu aleae eſt vaſculum poculo ſimile, quo coniecti tali agitatique mittuntur in alueolum. Praeſtitit igitur eum vſum, quem* Pyrgus, *ſ.* Turricula; *obſtitit fraudi eorum, qui argutis nimis digitis poſſent teſſeras, prout e re eſſet, non tam iactare, quam ponere. Graphice hoc deſcribit* Seneca in ludo in Claud. *extr.* Placuit, nouam poenam excogitari debere, inſtituendumque illi laborem irritum,

tum, et alicuius cupiditatis ſpecies (*leg.* ſpeciem) ſine fine et effectu. Tum Aeacus iubet illum alea ludere, pertuſo fritillo. - Et iam coeperat fugientes ſemper teſſeras quaerere, et nihil proficere; Nam quoties miſſurus erat reſonante fritillo, Vtraque ſubducto fugiebat teſſera fundo, *etc.* Pyrgus, Turricula *eſt intus cochleatim ſtructa, vt temere deuoluti tali, vel teſſerae ſuo motu infra proſiliant in* alueolum *ſ.* forum. Fritillus, *poculi inſtar, vt diximus. Minus accurate ergo* Porphyrio *in illud* Horat. Serm. 2, 7, 17 Mitteret in Pyrgum. Pyrgum, *inquit,* quod nos fritillum dicimus, quo coniectae teſſerae, agitataeque mittuntur. *Rectius dixiſſet*, Pyrgus idem praeſtat, *quod* Fritillus. Iuven. Sat. 14, 5 — paruoque eadem mouet arma fritillo. Scholiaſt. Fritillus pyxis cornea, qui fimus [φιμὸς] dicitur Graece. *Fritinnire* aues dicuntur ſtrepere, aut ſonare. Apud antiquos in cornu mittebant teſſeras, mouentesque fundebant. *Haec bene. Nollem ſubiunxiſſet:* aut fritillum pyrgum dixit. *De quo eadem obſeruanda, quae in Porphyrionem modo dicta ſunt.* Turricula, *ſ.* Pyrgus *ſtat. De* Fritillo *iterum* Sen. in Apol. *ſub fin.* Vosque in primis, qui concuſſo magna paraſtis lucra fritillo. Sidon. Apollin. Epiſt. 2, 9 Hic inter aleatoriarum vocum competitiones frequens crepitantium fritillorum teſſerarumque ſtrepitus audiebatur. Martial. 4, 14 Dum blanda vagus alea December Incertis ſonat hinc et hinc fritillis. *Et* 5, 85 Blando male proditus fritillo — Aleator.

FRITINNIO, īre. *Proprie de auium pullis dicitur, cum canere incipiunt minuta et interrupta voce.* Non. 1, 21 *ex* Varrone, Et pullos peperit fritinnientes. Auctor Philomelae *habet primam productam,* v. 35 Fritinnit rauca cicada. *Ad homines dein ſeu pueros transfertur.* Epigr. Senec. *apud Pithoe.* p. 41 *de Marco filiolo*, Sic dulci Marcus, qui nunc ſermone fritinnit. *Vid.* Non. 1, 21 *cuius locum damus in* FRIGO, n. 2.

FRIVŎLVS, a, um. Adi. [ἀτιδανὸς] *Vilis, minutus, nullius pretii. Etymon damus* n. 2. Plin. 7, 7 *de generatione hominis loquens,* Miſeret, atque etiam pudet, aeſtimantem quam ſit friuola animalium ſuperbiſſimi origo, quum plerumque abortus cauſa fiat odor a lucernarum exſtinctu. Friuolum, *pro Fragili et infirma dixit, et veluti Friabili. Nam et* Friuolum, *a verbo* Frio *dictum non immerito exiſtimatur, id eſt contero, comminuo.* Plin. 7, 53 Friuolum dictu, *etc.* Quinctil. 10, 7, 21 Friuolum et ſcenicum eſt. Gell. 15, 30 Oppido quam fiunt in literarum oſtentatione inepti et friuoli. Idem 16, 12 Quaedam futilia et friuola. Apul. Apol. p. 275 Futiliter blatterata *mox* Friuola *vocantur.* Quinctil. 7, 234 Eoque ſatius eſt, omni ſe anteactae vitae abſtinere conuicio, quam leuibus aut friuolis, aut manifeſto falſis reum inceſſere. Sueton. Claud. c. 14 Nonnunquam friuolus amentique ſimilis. Vet. Gloſſ. κενὸς, ἀδαμινός. Aura friuola Phaedr. 5, 7 *fauor plebeculae.* Auſpicium, *i. vanum et mendax* Sueton. Neron. c. 12. Iactantiae in paruis friuolae Quinct. 1, 6, 20. Inſolentia Phaedr. 3, 6. Labor Senec. Epiſt. 31. Sermo friuolus et illiberalis Auct. ad Her. 4, 17. ¶ 2 Friuola, orum. n. *Plur.* [γρυτάρια] Feſtus: Friuola, Vaſa ſunt proprie fictilia, quaſſa. Vnde, Verba friuola dicta, Quae minus ſunt fide ſubnixa. Vlpianus in l. Solutum §. Solutam D. de Pignor. action. Non enim credibile eſt, hoc conueniſſe, vt ad vniuerſam penſionem inſulae friuola mea teneantur. *Hic* Friuola, *pro Supellectili tenui et vili accipiuntur: qualis eorum eſſe ſolet, qui in coenaculis habitant: quo modo et vſus eſt* Iuuenal. Sat. 5, 58 Et ne te teneam, Romanorum omnia regum Friuola. *Quibus verbis paupertatem regum Romanorum ſignificauit, quos etiam Samiolis vaſis vſos eſſe conſtat.* Idem 3, 198 Iam friuola transfert Vcalegon, tabulata tibi iam tertia fumant. *A Graecis γρυτάρια dicuntur, id eſt τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν σκευάρια λεπτά. Vnde et Grytopolae ab eis dicuntur, qui huiusmodi ſupellectilia venditant: quos Latine* FRIVŎLARIOS *appellare poſſumus. Hinc forte nomen deperditae* Plauti *fabulae* Friuolaria, *ſ.* Fribolaria. *Conf. Lipſ. ad* Sen. de Tranquill. c. 1 Nec inter illa friuola mea tam altus incedo.

FRIXORIVM, FRIXVS, *vid.* FRIGO.

F. R O

FRONDARIVS, FRONDATOR, FRONDEO, FRONDESCO, FRONDOSVS, *vid.* FRONS, frondis.

FRONDICIVS, *Miles Romanus, ſic dictus,* quod praeclara facinora, Vulturnum transnatans, fronde capiti impoſita, aduerſus Annibalem edidit. Plin. 17, 1. *Al.* Fronditus. *Vid. Sigon. de Nom. Roman. p. 1433.*

FRONS, frontis. f. (*Antiquis etiam Maſculini Generis. vid.* Gell. 15, 9. Non. 3, 89. *et* Feſtus) [μέτωπον, ὤψ] *A* Ferendo *dicitur, vt nonnulli volunt, quod indicia animi prae ſe ferat: eſt enim* triſtitiae, hilaritatis, clementiae, ſeueritatis index, *vt ait* Plin. 11, 37. Varro *tamen* a foraminibus potius oculorum dictam *exiſtimat. Conf.* Iſidor. 11, 1. Martial. 13, 2 Nec matutina ſi mihi fronte venis. Matutinam frontem *appellat, Parum hilarem. Nam matutina frons triſtior eſt: contra poſt coenam exhilarata.* Frons genio *ſacra* Seru. *in* Virgil. Ecl. 6. Ianua animi, frons eſt Q. Cic. de Petit. Conſul. 52 c. 11. In fronte oſtentatio ſit, intus veritas occultetur Idem de Fin. 2, 77. Cic. ad Anton. *ſub* Att. 14, 13 *pr.* Quod mecum per literas agis, inquit: vnam ob cauſam mallem coram egiſſes: non enim ſolum ex oratione, ſed etiam ex vultu, et oculis, et fronte, *vt aiunt,* meum erga te amorem perſpicere potuiſſes. *Caeterum pudoris in primis, et impudentiae ſedem velut eſſe frontem, et manifeſta ibi eius indicia eſſe, tum Epitheta, tum verba ſatis oſtendent. Sint ergo* ¶ 2 *Epitheta:* Aſpera cornu frons Ouid. Met. 10, 222. Aſperior Quinctil. 11, 1, 61. Iuuen. Sat. 13, 242 Quando recepit Eiectum ſemel attrita de fronte ruborem? Breuis, *vid.* BREVIS. Caſtigatae collecta modeſtia frontis Stat. Silu. 2, 1, 43. Dura . . . Exſanguis, *i. impudens* Plin. Paneg. c. 35. Ferrea . . . Ferox Sen. Herc. fur. 6. Quorundam parum idonea eſt verecundia rebus ciuilibus, quae Firmam frontem deſiderant Senec. de Tranq. An. c. 4. Generoſa Lucan. 8, 680. Hirta Sen. Hippol. 6. Sil. 6, 21. Sen. de Benefic. 2, 12 Iucunda ſunt, quae Humana fronte, leni, placidaque tribuuntur. Imbecilla Quinctil. 12, 5, 4. Integrae frontis homo l. 13 D. de teſtib. *i. ſine ſtigmate inuſto.* Inuerecunda, *vid.* INVERECVNDVS. Laeta Virgil. Aen. 6, 862. Laeuis Idem Ecl. 6, 51. Literati (*ſecundum*) frontes Apul. Met. 9 p. 222 *ſtigmate notati.* Matutina, *vid. ſupra* Frons. Minax Sen. Oed. 12. Minima Petron. c. 126. Moeſta fronte queri Claud. Conſ. Hon. 6, 158. Mollis ſupra modum Quinctil. 6, 4. Ninea pendebant fronte capilli Ouid. Met. 10, 138. Nubila Martial. 2, 11. Obducta Iuuenal. Sat. 9, 2. *Vid.* Porrectiore, *etc. infra.* Placida, *vid. paullo ante*, Humana frons. Proterua Horat. Carm. 2, 5, 16. Rigida Lucan. 2, 375. Rugoſa, *vid.* Rugoſus, *in* RVGA. Serena Sil. 3, 298. Setigera apri Stat. Theb. 8, 532. Setoſa laeui oris Horat. Serm. 1, 5, 61. Solicitam explicuere frontem Id. Carm. 3, 29, 16. Spatioſa Ouid. Met. 3, 20. Iuuenibus eſt Tenera frons Sen. Ep. 11. *Add.* Non. 2, 350. Tenuis Horat. Carm. 1, 33, 5 *laui puellae.* Torua Virgil. Aen. 3, 636. Triſtis Tibull. 2, 3, 37. Trunca tauri Ouid. Met. 9, 1. Turbida Sen. Hippol. f. 4. Turgida cornibus Horat. Carm. 3, 13, 4. Veriſſima fronte verum dicere Cic. pro Rabir. Poſt. 35. Vrbana, *eſt Fiducia, et petendi audacia* Horat. Epiſt. 1, 9, 11. ¶ 3 *Formulae quaedam:* Frons occipitio prior eſt Cato R. R. c. 4. Frontem domini plus prodeſſe, quam occipitium, non mentiuntur Plin. 18, 5. A fronte Ouid. Met. 1, 173 Plebs habitat diuerſa locis, a fronte potentes Caelicolae. A fronte, a tergo, a lateribus teneri Cic. Philipp. 3, 32. A frontibus, *pro A fronte* Iuſtin. 1, 6, 11. Frontis nulla fides Iuuen. 2, 8. Ouid. de Arte Am. 1, 463 Sed lateant vires, nec ſis in fronte diſertus. Frons noſtra populo conueniat Sen. . . . Fronte an mente, *h. e. vultu an animo.* Cic. Att. 4, 14 Pompeius fremit, queritur, Scauro ſtudet: ſed vtrum fronte an mente, dubitatur. ¶ 4 *Verba et Participia:* Adducta frons, *ſeuera* Lucan. ad Piſon. 128. Aequata fronte, et concordi currere freno Sil. 16, 381. Aſtricta, *vid.* ASTRINGO. Attollere frontem Stat. Theb. 4, 307. Quinct. 11, 3, 78. Caedere frontem Idem 2, 12. Caperare, *vid. h. v.* Concurrunt nubes frontibus aduerſis Lucret. 6, 116. Petron. 132 Quid me ſpectatis Conſtricta fronte, Catones? Contegere fronte et ſupercilio, non pudore et temperantia Cic. de Prouinc. Conſ. 8. Contractae ſeria frontis Horat. Serm. 2, 2, 125. Contrahere frontem, *i. Rugare* Cic. pro Cluent. 72 c. 26. Conuerſis frontibus incurrunt tauri Virgil. Aen. 12, 717. Ouid. Her. 21, 165 Proiicit ipſe ſuas Deducta fronte coronas. Demittere Quinctil. 11, 3, 78. Idem 5, 13, 11 Toto corpore enitendum: et vt ſic dixerim, Directa fronte pugnandum eſt, *vt tota acies noſtra toti aciei hoſtili oppoſita ſit. Sic* Quinctil. 2, 13, 3 *de acie*, Quid enim ſi praecipias imperatori, quoties aciem inſtruet, vt dirigat frontem, cornua vtrinque promoueat, equites pro cornibus locet? Exarat frontem rugis ſenectus Hor. Epod. 8, 4. Explicare, *vel* exporrigere frontem dicimur, quum hilareſcimus: Contrahere quum ringimur, hoc eſt, vbi quid moleſtum eſt. Ter. Adelph. 5, 3, 53. Horat. Carm. 3, 29, 16 Solicitam explicuere frontem. Exporrige frontem Ter. Adel. 5, 3, 53. Exterere, *vel* Extundere frontem calcibus Phaedr. 1, 21. Cic. Att. 1, 1 Puto te in hoc, aut riſiſſe, aut ingemuiſſe, vt frontem ferias. *Videlicet prae dolore, et rei indignitate. Gemitus enim dolorem indicat, percuſſio frontis etiam indignationem.* Oratores, qui frontem ferirent Cicero *laudat* in Bruto 278; Quinctilianus *improbat* 11, 3, 123 *quod* ſcenicum *id magis* ſit, *quam oratorium.* Ferre aliquid fronte et vultu bellis, ſed intimis ſenſibus angi Cic. Att. 5, 10. Idem Cat. 1, 32 c. 13 Sit Inſcriptum in fronte vniuscuiusque ciuis, quid de Republica ſentiat. Inuerecunda Quinct. 2, 4. Frons, oculi, vultus perſaepe Mentiuntur Cic. ad Q. Fratr. 1, 1, 5. Obducere frontem, *pro Contrahere* Quinctil. 10, 3. *vid.* OBDVCO. Obducta fronte triſtis Iuuen. Sat. 9, 2. Obducta fronte ſenectus Horat. Epod. 13, 7. Aperte vel odiſſe magis ingenuum eſt, quam fronte Occultari ſententiam Cic. de Amicit. c. 18. Oſtentans frontem albam Virg. Aen. 5, 567 *de equo.* Peccat frons pluribus generibus Quinctil. 1, 11, 10. *de geſtu.* Perfricare frontem, *pro Deponere pudorem* Plin. 1, 1. *Sic* Quinctil. 11, 3, 160. Adulatio perfricuit frontem, nam cecidit alienam Sen. Q. Nat. 4 praef. Perfricui frontem, et nihil profeci Caluus *apud* Quinctil. 9, 2. Periit illi frons Perſ. 5, 104. *i. Pudor.* Vet. Scholiaſt. Porrectiore fronte mecum loquaris oportet: *Apud* Plautum in Caſin. 2, 4, 3. *Item*, Obducta fronte, Corrugata fronte, Contracta fronte, Caperata fronte aliquid facere. Plaut. Epid. 5, 1, 3 Caperata frons ſeueritudine. *Quod quidam a* Caprinis *cornibus translatum volunt.* Nubila frons Martial. 2, 11. *cui contraria ſunt*, Serena frons, Explicata frons. Praecinctus arundine frontem Ouid. de Arte Am. 1, 223. Premere frontem corona Lucan. 2, 358. Promittere aliquid fronte Quinct. 1, 4, 2. prima *additur in al. MS. Sic* Hominem liberum et magnificum debere, ſi queat, in primore fronte animum geſtare Apul. Apol. p. 471, 8 *Flor.* Plin. Epiſt. 2, 5 Ego tamen, qui a te hanc ſeueritatem exigo, cogor id, quod diuerſum eſt, poſtulare, vt in plerisque frontem Remittas, *i. Rugas ſeueritatis indices.* Vallatus frontem radiis Ouid. Epiſt. 4, 159. *de Sole.* ¶ 5 Frons, *pro Seueritate, grauitate, pudore. Praeter plura, quae obiter* n. 2 *et* 4 *attulimus*, Cic. Fam. 9, 10 Tu adeo mihi excuſſam ſeueritatem veterem putas, vt ne in foro quidem reliquiae priſtinae frontis appareant? Frons *ſimpliciter pro pudore et reuerentia ponitur.* Multi ſunt, quos liberales facit frontis infirmitas Senec. de Benefic. 2, 1. *i. pudor negandi. Huc referri videtur etiam* Lucan. 9, 207 Nec color (*i. excuſatio obtentus*) imperii, nec frons erit vlla Senatus. *Sed* Vet. Schol. *ita:* Frons Senatus eſt, ſi cum ipſe imperet, Senatus nomen apponat, cui ſe dicat omnem potentiam reddidiſſe. *Ita* Frons *fuerit, v. g. praeſcriptio non qualis Edictorum, ſed velut SCtorum, quod a Caeſare factum, docet, v. g.* Cic. Fam. 9, 15 *ad fin.* ¶ 6 *Prima ſpecies frons eſt, et quidquid primum aggredientibus, intuentibusque occurrit.* Quinctil. 4, 4 Inſinuatio ſurrepat animis, maxime vbi frons cauſae non ſatis honeſta eſt. *Sic* Quinct. 7, 1, 56 Dura prima fronte quaeſtio. *Add.* l. 12 ff. de probat. Quotidianis et in frontem incurrentibus Quinctil. Decl. 247. Pulchrum ac decorum in frontem Tacit. Agr. 33, 8. Quin inania et ſpecioſo ac decepturo fuco circumlita inueni (*bona externa*) intra nihil habentia fronti ſimile Sen. Conſ. ad Helu. c. 5. *Hinc* Frons, eſt Aciei illa pars, quae aduerſus hoſtem ſpectat Veget. de Re Mil. 3, 14. Gell. 10, 9. *Hinc* Aequa fronte ad pugnam accedere Liu. 36, 44. Aequare frontes Idem 5, 38. Aequatis frontibus Tibull. 4, 1, 102. Caſtrorum frons Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 37. Conſtituit octo cohortes in fronte Salluſt. Catil. 59. In frontem ſtatuerat ferratos Tacit. Ann. 3, 46. Vna depugnatio eſt fronte longa quadrato exercitu Veget. 3, 20. Aduerſis frontibus, *vid.* ADVERTO. Tacit. in Agric. c. 35 Veritus, ne ſimul in frontem, ſimul et latera ſuorum pugnaretur. *Conf.* Idem 33, 8. Virg. Aen. 1, 170 Fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrum, *etc.* Plin. 12, 7 In fronte Caucaſi ſolibus oppoſita, gigni, *etc.* *Vid.* Idem 4, 21. Frons foſſae *vel* ſcrobis *eſt latus interius et breuius.* Columel. 3, 15, 2. *et* 4, 4, 1. *Quae eſſet* Frons *in volumine, diſputandi occaſionem praebet* Ouid. Triſt. 1, 1, 11 Nec fragili geminae poliantur pumice frontes,

Hirſu-

Hirſutus paſſis vt videare comis. *Voſſ. ad* Catull. 1 Frontes *intelligit baſes cylindrorum, ſ. voluminum: et hae ſane ſunt geminae. Hae antequam cornua et vmbilici accedant non minus, quam tres codicum noſtrorum frontes ſecando, poliendo, pingendo ornari poſſunt. Burmanno placet intelligere primam membranam, quae titulum habet, tum in exteriore parte ſcriptum, qui legi poſſit volumine conuoluto, tum in interiore, qui voluenti primum in oculos incurrat. Sed non apparet, qui in hirſuta membrana ſcribi titulus potuerit. In aedibus* Frons *dicitur* Pallad. 1, 8 *extr. quod deinde appellatum eſt frontiſpicium.* Ianuae frontes Ouid. Faſt. 1, 135. Lecti Iuuen. 11, 96. Spectaculorum frons *primi et imi gradus* Sueton. Claud. c. 4. *De Scena* Virgil. Georg. 3, 24 diſcedit verſis frontibus, *cum alia ſubito facies, alia frons ſpectatoribus offertur. Apud Agrimenſores,* In frontem *ſignificat In latitudinem. Paſſim in ſepulcralibus* inſcriptionibus, IN. FR. IN. AGR. *i.* In fronte, In agro; *vt interpretatur* Valer. Prob. *Conf.* Interpr. ad Horat. Serm. 1, 8, 10.

FRONTĀLE, is. n. [κεφαλόδεσμος, προμετωπίδιον] *Ornamentum, quod fronti equorum, ſiue elephantorum imponi ſolebat.* Plin. 37, 12 *de* cochlidibus *gemmis,* Quondamque tantae magnitudinis fecere, vt equis regum in oriente frontalia, atque pro phaleris penſilia facerent. Liu. 37, 40.

FRONTĀTVS, a, um. Adi. [μετωπητὸς] Vitruu. 2, 8 Lapides vtraque parte frontati, *ſunt, qui vtraque parte parietis, frontem ſ. faciem oſtendunt, ex quibus ſiunt, quae vulgo* catenae et crura *dicuntur, quibus totius operis firmitas conſtat: quae eam rationem in aedificio habent, quam oſſa in homine. Graece vel* Diatori *dicuntur; quaſi perpetua ſoliditate vtrinque exſtantes: vel, vt in quibusdam exemplaribus legitur,* Diatoni; *(διάτονοι Elzeu.) id eſt, ab vna parietis parte ad aliam pertinentes pertendentesque. Artifices ob hoc Perpennas appellant, quaſi perpetuo lapide conſtantes, id eſt ſolido. Haec Budaeus.* Plin. 35, 12 ſ. 46 Vel ad tecta coctilibus laterculis frontatisque.

FRONTINVS, i. m. *Cognomen Roman. vt eius, qui Strategematum libros collegit. An eiusdem ſit libellus* Aquaeductuum *dubitari poteſt.*

FRONTO, ōnis. m. [μετωπίας] *Qui magnam habet frontem.* Cic. de Nat. Deor. 1, 80 c. 29 Ecquos naeuum habere, ecquos ſilos, flaccos, frontones, capitones, quae ſunt in nobis? ¶ 2 *Cognomen Roman. v. g. eius, quem M. Antonius Philoſophiae praeceptorem habuit, etc.*

FRONTŌSVS, a, um. Adi. *Multum frontis habens.* Onomaſt. Frontoſus, εὐρυμέτωπος. Auguſtin. Serm. 58 Quae prius frontoſa erat ad perditionem, poſtea frontoſior facta eſt ad ſalutem. Idem de Ciuit. Dei 7, 4 *de Iano bifronte, vel quadrifronte adeo,* An forte voluerunt, vt quoniam plurimi DI ſelecti erubeſcenda perpetrando amiſerant frontem; quanto iſte innocentior eſſet, tanto frontoſior appareret.

FRONS, frondis. f. *Ramus cum foliis.* Frondes, *inquit Valla* 4, 73 *Arborum ſunt tantum:* Folia *autem et arborum, et herbarum, et foliorum quoque.* Virgil. Georg. 2, 372 Frons tenera, imprudensque laborum. Cic. pro Cael. 42 c. 18 Ergo haec deſerta via et inculta, atque interclusa iam frondibus et virgultis relinquatur. Fecundae frondibus vlmi Virgil. Georg. 2, 446. *Nempe* Frons *in pecorum cibo. Vid.* Columel. 6, 3, 6 ſq. Arboreae Ouid. Met. 4, 636. *Conf.* Non. 2, 350. *et* 8, 20. Aridae Horat. Carm. 1, 25, 19. Cupreſſinae, *vid.* CVPRESSVS. Virgil. Ecl. 9, 60 Hic vbi denſas Agricolae ſtringunt frondes, hic Moeri canamus. Feſta Idem Aen. 2, 249. *Conf. Lexic. Pitiſc.* Glauca Virgil. Georg. 2, 13. Ilignea, Quernea Cato R. R. 37, 2. Perenni fronde corona, *i. ſemper viridis* Lucret. 1, 119. Tenerae Virgil. Aen. 3, 449. *Add.* Georg. 2, 372. Quinctil. 2, 4, 11. ¶ 2 *Verba et Participia:* Ouid. Met. 2, 557 Abdita fronde leui, denſa ſpeculabar ab vlmo. Agere frondem, *vid.* AGO. Idem Met. 2, 350 Tertia quum crinem manibus laniare pararet, Auellit frondes. Canentia glauca fronde ſalicta Virgil. Georg. 2, 13. Carpendae manibus Id. Georg. 2, 366. Conſternunt frondes terram Virg. Aen. 4, 444. Detonſae frigore Ouid. Faſt. 3, 537. Explere bouem ſtrictis frondibus Hor. Epiſt. 1, 14, 28. Horrent opaca fronde comae Senec. Herc. fur. f. 9. Hirſutis frondibus paſtus Virgil. Georg. 3, 231. Iucundiſſimam frondem vlmus miniſtrat ouibus, ac bubus Varro de R. R. 1, 15. Leuandum fronde nemus Virg. Georg. 2, 401. Requieſcere viridi ſuper fronde Idem Ecl. 1, 81. Spargit agreſtes tibi ſilua frondes Horat. Carm. 3, 18, 14. Vincti fronde comas Idem Epiſt. 2, 1, 110. Virere noua fronde Virg. Aen. 6, 306. Volitant caducae frondes Id. Georg. 1, 363. ¶ 3 *Metaphor.* Plin. 9, 45 ſ. 68 *de piſcibus,* Vrticae noctu vagantur, noctuque mutant. Carnoſae frondis his natura, et carne veſcuntur. — Contrahit ergo ſe quam maxime rigens, ac praenatante piſciculo frondem ſuam ſpargit, complectensque deuorat, *etc.* ¶ 4 *De antiqua Orthographia huius nominis memorabilis eſt locus* Chariſii p. 105 *Putſch.* Fros ſine n litera, ne faciat, inquit Plinius *frontis,* quaſi non dicatur niſi *frons* τὸ μέτωπον· quodque ſe probare dicit, quoniam quum *n* non recipiebat *ns*, nec etiam vertet in *o*. Varro rerum ruſticarum libro 1 *vlmos et populos, vnde eſt fros.* Idem antiquit. Roman. libr. 15. *Fros, foenum, meſſis. Haec Chariſius, neſcio quam emendata.* Frundes *pro* Frondes *antiquum eſſe ait* Priſcian. 1 p. 554. Auſon. Technop. *extr. de* Ennio, Aut de fronde loquens, cur dicit populea frus? *Caeterum* Frondis Delphica *Nominatiuo caſu dixit* Sammonic. 189. *item* Perſica 572.

FRONDEVS, a, um. Adi. [φύλλινος] *Quod ex frondibus eſt.* Frondea corona Plin. 16, 4. Nemora Virg. Aen. 1, 191 *pro Frondoſa.* Tecta Idem Georg. 4, 61.

FRONDŌSVS, a, um. Adi. [φυλλώδης] *Quod frondibus abundat.* Frondoſus ramus Liu. 10, 41. Montes Varro de R. R. 2, 5. *et* Apul. Met. 9. Aeſtas Virgil. Georg. 3, 296. Lucus Id. Georg. 4, 543. Taxus frondoſior Sil. 13, 596.

FRONDARIVS, a, um. Adi. [φυλλίνειος] *Quod ad frondes pertinet.* Plin. 18, 31 Vnus frondator quatuor frondarias fiſcinas complere in die iuſtum habet.

FRONDEO, ui, ēre. [φυλλέω] *dicuntur arbores, cum frondes habent, i. ramos virides.* Virg. Ecl. 3, 57 Nunc frondent ſiluae, nunc formoſiſſimus annus. Idem Georg. 2, 15 Nemorumque Ioui, quae maxima frondet Aeſculus. Laetius frondere, *vide* LAETVS. Pallad. 4, 9.

FRONDENS, entis. Partic. [φυλλῶν] Arbuta frondentia Virg. Georg. 3, 300. Campus Lucan. 6, 83. Ramo frondenti tempora implicat Virg. Aen. 7, 135. Vitis Colum. 3, 1.

FRONDESCO, ēre. [φυλλάζομαι] *Arbores dicuntur, quum frondes emittunt.* Columel. 5, . . Nihilominus enim paucis frondeſcet pampinis. Cic. Tuſc. 1, 69 c. 28 Non intermittit ſuo tempore caelum miteſcere, arbores frondeſcere. Lucret. 1, 1092 Nec prorſum arboribus ſummos frondeſcere ramos Poſſe. Virga frondeſcit Virg. Aen. 6, 144.

FRONDO, āre. [φυλλοκοπέω] *Frondes amputare. Vnde*

FRONDĀTOR, ōris. m. [φυλλοτόμος] Tria genera ſunt frondatorum. Frondator, qui arbores amputat, et qui e frondibus manipulos facit hiemis tempore animalibus ad paſtum offerendos: et qui manibus vitium folia auellit, quo ardor ſolis vuam maturiorem reddat, aut Auis, quae in frondibus habitat, et his veſcitur, vel etiam Palumbes, quae in frondibus nidificant. *Hactenus* Seruius *ad* Virgil. Ecl. 1, 57 Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras. Falx frondatorum Catul. Argon. 62, 41. *Conf.* Ouid. Met. 14, 649. *et Turneb. Aduerſ.* 1, 26.

FRONDATIO, ōnis. f. Colum. 5, 6, 16 Atque in frondatione cauendum, ne aut prolixiores pollices fiant, qui ex amputatis virgis relinquuntur.

FRONDICO, āre. *Idem, ac Frondeſcere: Apud* Eutychen Grammatic. p. 2161.

FRONDICŌMVS, a, um. Adi. *Vt,* Frondicomis habitare locis Prudent. Cath. 3, 102.

FRONDĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [φυλλοφόρος] *Frondes ferens.* Lucret. 1, 19 Frondiferasque domos auium. Nemus frondiferum Lucret. 2, 259.

FRONDIFLVVS, a, um. Adi. Boëthius 1 Metro 5 Tu frondifluae frigore brumae Stringis lucem breuiore mora. *Tunc enim frondes ab arboribus fluunt caduntque.*

FRONDICIVS, i. m. *Cognomen militis Romani. Vid. ſuo loco.*

FROS, *vid.* FRONS.

F R V

FRVCTVS, *etc. Vid. poſt* FRVOR.

FRVGALIS, FRVGALITAS, *vid. poſt* FRVGIPERDA.

FRVGAMENTA, a Frugibus appellata Feſtus *ait: ſed quid rei fuerint, tacet.*

FRVGES, is. f. Chariſio 1 p. 26. *vel* FRVX, frugis. f. Priſciano *(certe Nominatiuus* Frux *exſtat apud* Varron. L. L. 8, 31) *generale nomen eſt: non modo ad frumenta, leguminaque, ſed etiam ad omnes fructus terrae, quos in alimoniam vertimus; vnde* Frugiferae arbores *dictae ſunt, quaecunque fructum ferunt.* Fruges *a* Fruendo Varr. L. L. 4, 4 p. 11, 19. *Quod facilius aſſentiaris, quam cum* Seru. *ad* Aen. 1, 178 *a frumine deriuat. Vid.* FRVMEN. Fruges *a* Frumento *nihil differre, ſatis docet* Cic. Verr. 3, 18 *his verbis,* L. Octauio et C. Cotta Conſulibus Senatus permiſit, vt vini et olei decumas, et frugum minutarum, quas ante te Quaeſtores in Sicilia vendere conſueſſent, Romae venderent: *deinde ſtatim* frumenta *vocat. De leguminibus etiam h. l. intelligit* Seruius *in* Aen. 1, 182. *Et ſic* Plin. 18, 7 *quem locum damus, voce* FRVMENTVM *pr. Conf.* Paull. ICtum l. 77 D. de verb. Sign. Liu. 5, 33 *pr. de Gallis,* Eam gentem traditur fama, dulcedine frugum, maximeque vini noua tum voluptate captam, Alpes tranſiſſe. *Vid. Theod. Marc. in* l. XII Tab. c. 60. Cic. de Senect. 51 E quibus quum emerſerit, fundit frugem, ſpicae ordine ſtructam. Virgil. Ecl. 10, 76 — Nocent et frugibus vmbrae. Si quercus et ilex Multa fruge pecus multa dominum iuuat vmbra Horat. Ep. 1, 16, 9. Feta frugibus terra Cic. de Nat. D. 2, 256. Infelix frugibus tellus Virgil. Georg. 2, 239. Locuples frugibus annus Hor. Epiſt. 2, 1, 137. Copia frugum et Inopia, *contraria* Cic. pro Domo 17. Diua potens frugum, *i. Ceres* Ouid. Amor. 3, 10, 35. Parens frugum tellus Virgil. Georg. 2, 173. Perceptio et conſeruatio frugum, fructuumque reliquorum Cic. Off. 2, 12. *Hic pro frumento videtur poſuiſſe* fruges. *Sic* Vbertas frugum et fructuum Cic. de Nat. D. 3, 86. Grauidae Virgil. Georg. 2, 143. Laetae Idem Georg. 1, 69. Maturae Virgil. Ecl. 3, 80. Medicatis frugibus offa Idem Aen. 6, 420. Minutae Cic. Verr. 3, 18 *legumina ſecundum Seruium, vt modo vidimus.* Vberes Horat. Carm. 4, 15, 5. ¶ 2 *Verborum Formae:* Diffundit copia fruges pleno cornu Horat. Epiſt. 1, 12, 29. Efferre fruges vberiores, *vid.* Efferre *dicitur* ager, *etc. in* EFFERO. Ferebat tellus fruges Ouid. Met. 1, 109. Fundere fruges Cic. de Diu. 1, 15. Gemit tunſis area frugibus Virg. Georg. 3, 133. Percipere fruges Cic. Off. 1, 50. Placare lares horna fruge Horat. Carm. 3, 23, 4. Ponere fruges Scribon. 163. Serere fruges Cic. de Nat. D. 2, 152. Surgunt nitidae fruges Lucret. 1, 253. ¶ 3 *Obſeruatt.* Cererem fruges appellamus, Vinum autem Liberum Cic. de Nat. D. 2, 60. Quinctil. 6, 2, 3 Generare atque ad frugem perducere, *i. ad maturitatem, vt frui liceat. Itaque* Frux *vel* Frugis *eſt ſtatus et conditio eius, qui vtilis eſſe publice vel priuatim poteſt.* Plaut. Trin. 1, 2, 79 Quin eum reſtituis; quin ad frugem corrigis? Frugem tuam periclitabor Apul. Met. 6 p. 177. Peruenire ad frugem Quinctil. 1, 3, 3. Euadere ad frugem bonam; *de Eo dicitur, qui ante nequam fuerat* Lactant. 6, 3. Cic. pro Cael. 28 c. 12 Sed qui totam adoleſcentiam voluptatibus dediſſent, emerſiſſe aliquando, et ſe ad frugem bonam (vt dicitur) recepiſſe, grauesque homines atque illuſtres fuiſſe. Redire ad frugem bonam Lamprid. in Heliog. c. 15 *pr. Hinc* ¶ 4 Frugi, *dicitur, aliquis eſſe, vel* frugis bonae, *quem indicare volumus vtilem priuatim aut publice, ſibi et aliis.* Gell. 7, 11 Nequam hominem, nulli rei, neque frugis bonae. *Quod nulli dixit, videtur etiam* frugi *voluiſſe. Laudatur etiam ex* Plauto Mil. 4, 8, 50 Fac ſis frugis bonae. *Sed Gron.* frugi. Plaut. Capt. 5, 2, 3 Fui ego lepidus, vel bonus vir nunquam, neque frugi bonae. Idem Trin. 2, 2, 39. Vlpianus ad legem Aquil. l. Neratius, Sed ſi bonae frugi ſeruus intra annum mutatis moribus occiſus ſit. Permodeſtus ac bonae frugi homo Cic. Attic. 4, 8. Ter. Adel. 5, 9, 2 Frugi homo es. *Et* Eun. 3, 5, 66 Frugi es, *i.* vtilis et neceſſarius, *inquit* Donatus. Idem *alio loco,* Frugi eſt ergo, in quo eſt aliquid, quo fruamur, id eſt vtamur. Plaut. Poen. 3, 4, 11 Quid mihi nunc auctores eſtis? vt frugi ſis. *Hinc ſolet* Frugi *tanquam nomen indeclinabile poni, vt* nequam: *adeo, vt etiam cognomen Calpurniorum Piſonum fieri potuerit, de quo mox ex* Cic. pro Font. 29. *Sic* Id. Phil. 2, 69 c. 28 Frugi factus eſt — cum mima fecit diuortium. *Late autem patet* Cic. Tuſcul. 3, 17 c. 8 Sed quia nec qui propter metum praeſidium reliquit, quod eſt ignauiae: nec qui propter auaritiam clam depoſitum non reddidit, quod eſt iniuſtitiae: nec qui propter teneri-

temeritatem male rem geſſit, quod eſt ſtultitiae, frugi appellari ſolet, *etc. Conf.* FRVGALITAS. Idem Heaut. 3, 3, 19 Clitipho, haec ego praecipio tibi, hominis frugi es, et temperantis functus officium. Cic. Tuſcul. 3, 18 c. 8 Qui ſit frugi igitur, vel ſi mauis, moderatus et temperans, eum neceſſe eſt eſſe conſtantem. Id. Fam. 5, 6 Illum hominem frugi, et tibi amicum exiſtimabam. Quinctil. 1, 6, 29 Cum M. Caelius ſe eſſe hominem frugi vult probare, non quia abſtinens ſit (nam id ne mentiri quidem poterat) ſed quia vtilis multis, id eſt fructuoſus, vnde ſit dicta frugalitas. *Nempe etiam* Gell. 7, 11 hominem nulli rei, neque frugi bonae *interpretatur* ἀχρεῖον, ἄχρηστον. Homo frugi omnia recte facit Cic. Tuſc. 4, 36. Alfenus in l. ſi vendita D. de peric. et commod. rei vendit. Si diligentiam venditor eam adhibuiſſet in inſula cuſtodienda, quam debent homines frugi et diligentes praeſtare. Mancipes frugi Plin. Epiſt. 3, 19, 7. Seruus frugi, *Cui curae eſt commodum domini.* Plaut. Amph. 3, 3, 4. Plin. Epiſt. 1, 21 Omiſſis iocis credo decentes eſſe ſeruos, qui ſunt emti mihi ex conſilio: ſupereſt, vt frugi ſint. Frugi atque integer ſeruus Cic. pro Cluent. 47. *Add.* l. 23 §. 5 D. de L. Aquil. Vir frugi Auſon. Ep. 9, 12. Vita alicuius frugi ſeueraque tum etiam iucundiſſima conuictio Cic. Fam. 16, 21. *De* Piſone Frugi *cognominato* Idem pro M. Font. 29 c. 13 Qui tanta virtute atque integritate fuit, vt etiam illis optimis temporibus, quum hominem inuenire, nequam neminem poſſes, ſolus tamen frugi nominaretur: quem quum in concionem Gracchus vocari iuberet, et viator quaereret quem Piſonem? (quod erant plures) Cogis me, inquit, dicere inimicum meum frugi. Idem de Fin. 2, 90 Vt frugi ille Piſo. *Add.* Plin. Paneg. c. 88. Cic. de Orat. 2, 248 In iiſdem verbis et laudare frugi ſeruum poſſumus: et ſi eſt nequam iocari. Homo frugi et modeſtus idem Fam. 13, 71. Sum bonus et frugi Horat. Epiſt. 1, 17, 49. Populus frugi, caſtusque Idem de Arte Poët. 207. Plaut. Aſin. 5, 2, 6 Ego, praeter alios, meum virum fui rata ſiccum, frugi, continentem, amantem vxoris maxime. Tam frugi Iuno vellet habere Iouem Martial. 6, 21. Frugi ac ſobrii homines Cic. Verr. 3, 67. Atrium frugi, nec tamen ſordidum Plin. Ep. 2, 17, 4. Coena non minus nitida quam frugi Id. Ep. 3, 1, 9. Coenula frugi Iuuen. Sat. 3, 167. *Oppoſita:* Quinct. 5, 10 Victus luxurioſus, an frugi, an ſordidus.

FRVGĬFER, a, um. Adi. [διατρύγιος, πυροφόρος, φερέσβιος] *Fructum ferens.* Plin. 15 *titulus eſt, ſ. lemma,* Naturae frugiferarum arborum. Ibidem c. 2 Vicina bonitas prouinciis excepto Africae frugifero ſolo. Ager frugifer Lucan. 1, 136. Cic. Tuſcul. 2, 136. *Et* de Nat. D. 2, 161 Cineres iam ſpatia frugifera atque immenſa camporum. Arua Lucan. 3, 65. Frugifera et ferta arua Cic. in Orat. 163 *ex antiquo Poëta.* Inſula frugifera alimentis Liu. 26, 40. Meſſes Ouid. Met. 5, 656. Cic. Off. 3, 5 c. 2 Sed quum tota Philoſophia, mi Cicero, frugifera et fructuoſa, nec vlla pars inculta ac deſerta ſit, *etc.* Liu. in praefat. 1 Hoc illud eſt praecipue in cognitione rerum ſalubre ac frugiferum, exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri. *Inter* Saturni *appellationes eſt* Frugifer Apul. de Mundo p. 752, 10 *Floridi. Laudatur etiam* Arnob. 6.

FRVGIFĔRENS, entis. [πυροφορῶν] *Poëticum epitheton, pro Frugifero.* Lucret. 1, 3 Quae mare nauigerum, quae terras frugiferentes Concelebras.

FRVGILĔGVS, a, um. Adi. [ὡραιόλογος] Ouid. Met. 7, 622 Hîc nos frugilegas aſpeximus agmine longo Grande onus exiguo formicas ore gerentes.

FRVGĬPĂRENS, entis. o. Fortunat. Carm. 3, 11 — frugiparensque manet.

FRVGĬPĂRVS, a, um. Adi. *Idem.* Auien. Phaenom. Arat. 1054 Singula frugiparos attollunt tempora fructus.

FRVGIPERDVS, a, um. Adi. [ὠλεσίκαρπος] Plin. 16, 26 Ociſſime autem ſalix amittit ſemen, ante quam omnino maturitatem ſentiat: ob id dicta ab Homero frugiperda. *Vid. Harduin. in loc.*

FRVGĀLIS, e. Adi. [εὐτελής, ἀφελής, λιτός, εὐσταλής, ἄκομψος] *Homo frugi, in primis temperans.* Cic. Verr. 1, 13 Frugaliſſimus homo. Ter. Heaut. 4, 3, 3 Dedo me patri nunc iam, vt frugalior ſim, quam vult. Cic. Att. 1, 16. Plin. in Paneg. 51. Cic. Verr. 2, 45 Nihil aliud in eo, quod reprehendi poſſit, inuenio, niſi quod homo frugaliſſimus atque integerrimus, te hominem plenum ſtupri, flagitii, ſceleris, domum ſuam inuitauit. Filius frugaliſſimus Inſcr. Grut. p. 712 n. 7. *Contraria:* Cic. Attic. 1, 16 Quum accuſator tanquam Cenſor bonos homines nequiſſimos reiiceret, reus tanquam clemens laniſta frugaliſſimum quemque ſecerneret, *etc.* Optimus colonus, parciſſimus, frugaliſſimus Idem de Orat. 2, 287 c. 71. Aratores laborioſiſſimi frugaliſſimique homines Cic. Verr. 3, 120. Homo frugaliſſimus ſui ordinis Idem Verr. 1, 13. *i. probus et honeſtus.* Frugaliſſimi et ſanctiſſimi homines Cic. pro Flacc. 71. Columel. 1, 9 Magiſtros pecoribus oportet praeponere ſedulos ac frugaliſſimos. Seruus frugalior Sen. Exc. Contr. 6, 2. Varro de R. R. 3, 2 Sed non haec, inquit, Villa quanquam aedificauerunt maiores noſtri, frugalior ac melior eſt, quam tua illa perpolita in Reatino. Ventre nil noui frugalius Iuuen. Sat. 5, 6. Gloſſ. Cyrill. Frugalis, χρήσιμος, χρηστός. Quinctil. 1, 6, 17 *in eos dicit, qui analogiam nimis ſectarentur,* Frugalis ſit apud illos non *Frugi:* nam quo alio modo fiat *Frugalitas? Vſus eſt* Apuleius *alia notione, quaſi Ad fruges pertinens,* de Mundo p. 71 *Elmenh.* Maturitas frugalis, *i. frugum.*

FRVGALĬTAS, ātis. f. [λιτότης, εὐτέλεια] *Temperantia, ſiue moderatio in rebus agendis. Sed etiam vniuerſim omnis virtus. Philoſophi dicant, aut generis totius nomen eſſe, aut eius ſpeciei, quae vocatur Temperantia.* Cic. Tuſcul. 3, 16 c. 8 Veriſimile etiam illud eſt, qui ſit temperans, quem Graeci σώφρονα appellant: eamque virtutem σωφροσύνην vocant, quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare: nonnunquam etiam modeſtiam, ſed haud ſcio an recte ea virtus frugalitas appellari poſſit, quod anguſtius apud Graecos valet, qui frugi homines tantum χρησίμους appellant, id eſt tantummodo vtiles. At illud eſt latius. Omnis enim abſtinentia, omnis innocentia — reliquas etiam virtutes frugalitas continet — Tres virtutes, fortitudinem, iuſtitiam, prudentiam frugalitas eſt complexa — reliqua et quarta virtus, vt ipſa ſit frugalitas. Eius enim videtur eſſe proprium, motus animi appetentis regere, ſemperque adverſantem libidini, moderatam in omni re ſeruare conſtantiam, cui contrarium vitium nequitia dicitur. Frugalitas, vt opinor, a fruge, qua nihil melius e terra: nequitia ab eo, (etſi hoc erit fortaſſe durius, ſed tentemus, et luſiſſe putemur, ſi nil ſit) ab eo, quod nequidquam eſt in tali homine, ex quo idem nihili dicitur. *Conf.* Idem ib. 4 c. 16. Frugalitas virtutum genetrix Iuſtin. 20, 4, 10. Singularis et admiranda frugalitas in rege Cicer. pro Deiot. 26 Ingenerata alicui frugalitas, *vid.* INGENERO. Ex frugalitate ſua peculium ſeruus acquirit Caius in l. ſi quid §. 1 D. de aedil. edict. *Conf.* Iuſtin. 20, 4, 10. *et* Senec. Epiſt. 58.

FRVGALĬTER. Adu. [λιτῶς] *Sobrie et modeſte.* Plaut. Epid. 4, 1, 38 Ille eam rem adeo ſobrie et frugaliter accurauit, vt alias res: eſt impenſe improbus. Coenare Sen. Ep. 20. Plin. Epiſt. 10, 40, 3 Frugaliter, modeſteque viuentes. Cic. pro Domo 111. *Sic* de Fin. 2, 25 Cur igitur non bene? Quia quod bene, id recte, frugaliter, honeſte. *Add.* Quinct. Decl. 260. Qui ſub diſciplina patris, aut domini ſunt, ſtrictius et frugalius viuunt Lactant. de Ira Dei c. 20 *pr.* Parce et frugaliter viuere Hor. Serm. 1, 4, 107.

FRVGESCO, ĕre. Floreſcere atque frugeſcere Tertull. de Reſurrect. Carn. c. 22. Steriles frugeſcere rarius agros Prudent. adu. Symmach. 2, 913.

FRVGAMENTA, orum. n. A frugibus appellata, ſec. Feſt. *Forte leg.* Frugmenta.

FRVGMENTVM, i. n. *Olim ita dicebant, nunc* Frumentum *profertur: vt eſt in* Valer. Maxim. lib. 10 ſ. Epit. de nominum ratione p. 881.

FRVISCOR, *vid.* FRVOR.

FRVMEN, ĭnis. n. [λαιμὸς ἄνω, λάρυγξ, βρόγχος] eſt, *vt inquit* Donatus *in* Ter. Adelph. 5, 8, 27 Summa pars gulae, vel ſumma gula, tractusue gulae, quâ cibum lingua demittit in ventrem. *Sic* Eun. 4, 7 *extr. et* Phorm. 2, 2, 18. Seru. *in* Aen. 1, 182 Frumen eminens ſub mento, gutturis pars. *Hactenus forte bene. Sed quod ab hoc nomine* frugis *nomen ducunt, equidem concoquere non poſſum. Interim ſic et* Iſidor. 20, 2. *Sed* Arnob. 7 p. 230 Frumen *eſt* pultis nomen *ſacrificalis.*

FRVMENTVM, i. n. [σῖτος, χιλόν, χιλός] Seruius *ad* Georg. 1, 74 Frumenta dici *putat,* Quaecunque emittunt ariſtas, a Fruendo dictum, vel a Frumine. *Sed ſine dubio melius* Frumentum, *quaſi* Frugmentum. Plin. 18, 7 Et quoniam praeparatus eſt ager, natura nunc indicatur frugum. Sunt autem duo prima earum genera, frumenta, vt triticum, hordeum: et legumina, vt faba et cicer. Frumenti ipſius totidem genera per tempora ſatu diuiſa. Hiberna, quae circa Vergiliarum occaſum ſata terra per hiemem nutriuntur, vt triticum, far, hordeum. Aeſtiua, quae aeſtate ante Vergiliarum exortum ſeruntur, vt milium, panicum, ſeſama, horminum, irio. *In eod.* c. 7 ſ. 10, 5 *ſeparat* Frumentum *ab* hordeo, *dicens,* Frumentum et hordeum vtrumque. Frumentum κατ' ἐξοχὴν *videtur triticum dicere.* Aceruus frumenti ingens Horat. Serm. 2, 3, 111. Copia frumenti Id. Epiſt. 1, 15, 14. Locus copioſus a frumento Cic. Att. 5, 18. Luxurioſa Idem in Orat. 81. *vid.* LVXVS. Potio ex frumento Flor. 2, 18, 12. Triticeum Martial. 13, 12. Maturitas frumentorum Caeſ. B. Ciu. 3, 49. Abripere frumentum, *vid.* ABRIPIO. Abundare copia frumenti, *vid.* ABVNDO. Aeſtimare frumentum Cic. in Piſon. 86. Aeſtimatum frumentum ternis denariis Id. Verr. 3, 188. *vid.* AESTIMO. Carpes ſata frumenta manu Virgil. Georg. 3, 176. Comportare frumentum ex agris in loca tuta Cic. Att. 5, 18. Comprimere frumentum, *pro Supprimere:* Cic. Att. 5, 21 Perfeci, vt et Graeci et ciues Romani, qui frumentum compreſſerant, magnum numerum populis pollicerentur. Euetere multum frumenti agris Horat. Epiſt. 1, 6, 21. Cic. Verr. 3, 98 Nonne plus lucri nomine eripitur, quam quantum frumenti omnino Exararent? Frumenta calore Fundi videmus Lucret. 1, 174. Imperare ſibi in cellam frumentum, Inſerere frumentum arboribus, Metiri frumentum, *vid. hh. vv.* Tradunt grandia frumenta Virg. Aen. 4, 406. Turgent lactentia frumenta Idem Georg. 1, 315. Frumenta, in ficis, *i. Grana.* Plin. 15, 19 Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus. Idem 17, 27. De frumento *inſcribitur* Cic. in Verrem liber tertius: *vnde multa ad rerum et verborum diſciplinam peti poſſunt.*

FRVMENTĀCEVS, a, um. Adi. [σιτινός] *Quod ex frumento eſt.* Veg. 2, 57 Frumentacea farina. *Conf.* Hier. Epiſt. 133 ad Marcellam.

FVMENTĀRIVS, a, um. *Aliud* Adi. [σιτικός] *Quod ad frumentum pertinet.* Cic. Verr. 3, 11 c. 5 Neminem veſtrûm praeterit Iudices, omnem vtilitatem, opportunitatemque Prouinciae Siciliae, quae ad commoda Pop. Roman. adiuncta ſit, conſiſtere in re frumentaria maxime: in caeteris rebus adiuuamur ex illa Prouincia, hac vero alimur ac ſuſtinemur. Ager Columel. 2, 11. Cauſa, res Cic. Verr. 3, 11 c. 5. Largitio magna frumentaria Idem Off. 2, 52. *Et* Tuſcul. 3, 17 Piſo, ille frugi ſemper contra Legem frumentariam dixerat. Lex frumentaria de ſemiſſibus Auctor ad Herenn. 1, 21. Cic. de Clar. Orat. c. 62. Flor. 3, 13, 1. *Vid. Lex. Pitiſc.* Locus frumentarius, *h. e. Ferax frumenti.* Caeſ. Bell. G. 1, 10 Vt bellicoſos Popul. Roman. inimicos, locis patentibus maximeque frumentariis, finitimos haberet. Lucrum Cic. Verr. 3, 85. Naues, *vid.* NAVIS. Negotiator Caeſ. Bell. Gall. 8, 35. Cic. Off. 3 c. 13. Pecunia, *vid.* PECVNIA. Praedo Cic. Verr. 3 c. 22. Porta frumentaria, *quam adferunt ex* Varron. R. R. 3, 2, 6 *eſt* Flumentana. Cic. Att. 9, 11 Omnis haec claſſis Alexandria, *etc.* ad intercludendos commeatus Italiae, et ad occupandas frumentarias Prouincias comparatur. *Add.* Caeſ. B. C. 3, 73. Re frumentaria anguſte vti Caeſ. B. C. 3, 16. Laborare Idem ibid. 3, 9. Solum frumentarium, *In quo ſeritur frumentum* Plin. 18, 6. *Et* Columel. 1, 2. Teſſera frumentaria, *erat Signum, ſiue Symbolum quoddam, in quo nomina accipientium, et grani accipiendi modus continebantur* Sueton. Neron. 11, 7. Frumentarii Negotiatores Plin. 8, 44 *ſimpliciter* Frumentarii *dicuntur.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 54 Quae amica es frumentariis, quibus cunctis montes maximi aceruí frumenti ſunt domi. Cic. Offic. 3, 57 c. 13 Non igitur videtur nec frumentarius ille Rhodius, nec hic aedium venditor celare emtores debuiſſe. Frumentarii *etiam dicebantur, qui appoſiti horreis, quae Romae in quauis vrbis Regione plura erant ad capiendum frumentum publicum, admetiebantur populo.* Lucil. *ap.* Non. 1, 66 Frumentarius eſt, modium hic ſecum atque rutellum Vnum habet. *De his plura vide apud Lipſ. Elect. 1, 8. Laurent. de Conuiu. c. 7. Conf. item Caſaub. et Salmaſ. in* Adrian. Spart. c. 11. Aur. Vict. de Caeſ. c. 39. *Reineſ.* Inſcr. 1, 15.

FRVMENTOR, āri. [σιτολογέω, ἐπισιτίζομαι] *Frumentum colligere.* Pompei. *ſub* Cic. Attic. 8, 11 p. 805 *Graeu.* Neque ſolus cum iſta copia tantam multitudinem ſuſtinere poteris, vt frumentatum eas. Caeſ. Bell. Gall. 4, 9 Praedandi, frumentandique cauſa. Liu. 31, 36 Quum in propinquo agro frumentarentur Romani. Frumentatum dimittere Liu. 22, 24. Frumentatum miſſus Sall. Iug. 60.

FRVMENTĀTIO, ōnis. f. [σιτολογία, ἐπισιτισμός] *Frumentorum*

torum demeſſio, vel collectio. Caeſ. Bell. Gall. 7, 16 Omnes noſtras pabulationes, frumentationesque obſeruabat. Ibid. 6, 38 Interim confecta frumentatione, milites noſtri clamorem exaudiunt. Liu. 31, 36 Frumentatio *etiam vocabatur Diſtributio, ſeu largitio frumenti, quae Romae per teſſeras ſingulis menſibus populo dabatur, ac ſiebant poſtquam principes receperant curam publicae annonae.* Suet. in Aug. c. 42 Impetum ſe cepiſſe ſcribit frumentationes publicas in perpetuum abolendi. *Vid. Lipſ. Admir. 2, 10.*

FRVMENTĀTOR, ōris. m. *Milites frumentatum miſſi, ſic vocantur.* Liu. 31, 36 Improuiſo impetu Gallorum cum frumentatoribus eſt circumuentus. *Sic* 22, 24 Intentum eſſe ad frumentatores tutandos. Frumentatores, *etiam ſunt, qui frumenta aliunde coemunt et apportant. Vid.* Liu. 2, 34.

FRVISCOR, *et* FRVNISCOR, *vide poſt deriuata ex* FRVOR.

FRVOR, ĕris, fructus *et* fruitus ſum, *et vt aliqui volunt*, fretus, frui. [ἀπολαύω, καρπόομαι, ἐπαυρομαι] *Vti aliqua re cum voluptate.* Donatus in Eun. 4, 7 *extr.* Frui, *inquit*, eſt veſci, a frumine (*malim dixiſſet*, inde dictum frumen) quae eſt ſumma pars gulae: a qua re etiam his, quae nec cibo nec poculo ſunt, frui dicimur καταχρηστικῶς, vtpote rebus venereis, et delectatione odoris, viſus, auditus, et caeteris. Ter. Adelph. 5, 8, 20 Agelli hîc ſub vrbe eſt paullulum, quod locitas foras, huic demus, qui fruatur, *i.* vnde fructum capiat et alatur, non proprietate potiatur, *inquit* Donatus. *Maneat igitur*, Frui proprie, *eſſe voluptatem capere ex vſu, et delectari.* Frui, *inquit* Auguſtin. de Doctrina Chriſti 1, 4 eſt Amore alicui rei inhaerere propter ſeipſum. Vti autem, quod in vſum venerit, ad id, quod amas obtinendum referre. *Hinc* Idem ibid. Vtendum eſt hoc mundo, non fruendum. Flor. 2, 6, 21 *de Hannibale, cum poſt victoriam relicta Roma, vbi caput rerum, Campaniam peteret deliciis affluentem:* cum Victoria, *inquit*, poſſet vti, frui maluit. *Hinc* frui, *pro Delectari,* Plin. Paneg. c. 34 *de Delatoribus*, Agnoſcebamus et fruebamur, cum velut piaculares publicae ſollicitudinis victimae ſupra ſanguinem noxiorum, ad lenta ſupplicia grauioresque poenas ducerentur. Tac. Hiſt. 3, 83 *extr.* Velut feſtis diebus id quoque gaudium accederet, exſultabant, fruebantur, nulla partium cura, malis publicis laeti. Claudian. Conſ. Mall. Theod. 224 Qui fruitur poena ferus eſt, *i. qui delectatur. Vid. Barth. hic et ad* Stat. Theb. 7, 704. *et Gronou. ad* Sen. Herc. fur. 34. Incendii ſpectaculo frui Iuſtin. 13, 6, 3. Ter. Phorm. 1, 3, 13 Ita me DI bene ament, vt mihi tamdiu liceat, quod amo frui. Fruor, dum licet opto, vt ſemper liceat Cic. Fam. 9, 17. Fruere dum licet Ter. Heaut. 2, 3, 104. Palam et libere frui, *vid.* PALAM. ¶ 2 *Nomina rerum, quibus frui aliquis dicitur.* Aeternitate fruuntur animi Cic. de Nat. D. 2, 62. Aeuo ſempiterno beati fruuntur Idem in Somn. Scip. 4. *Et* Att. 2, 1 Neque nos te fruimur, et tu nobis cares. *Conf.* Nep. 25, 20, 2. Beneficiis atque honoribus Cic. Brut. 16. Bonis cum filio frui Idem pro Caecin. 11. Certis fundis patre viuo fruitur filius Cic. pro Roſc. Amer. 44. Virgil. Aen. 7, 90 Et varias audit voces, fruiturque deorum Colloquio. *Vbi* Seruius: Fruitur, Paſcitur: quod de rebus tantum bonis dicimus. Contemplatione Quinctil. 2, 18. Fructu Plin. Pan. 86, 6 Et ille quidem, vt maximo fructu ſuſcepti, ita maiore depoſiti officii gloria fruitur. Inc. Auctor Paneg. *inter Cellarianos* 8, 7, 5 quam duplici fructu fruebantur. Gaudio Plin. in Paneg. 89, 1. Gratia et opibus alicuius Cic. Fam. 1, 9. Ter. Heaut. 2, 4, 21 Hoccine me miſerum non licere meo modo Ingenio frui? *i. ſecundum naturam ſuam viuere arbitrio ſuo.* Licentia liberiore quadam Cic. in Orat. 37. Lucem qua fruimur, commoda quibus vtimur, ſpiritum quem ducimus, a Deo nobis dari videmus Idem pro Roſc. Amer. 131. Marito meliore Ouid. Epiſt. 2, 79. Otio Plin. Epiſt. 127. Pace Cic. Philipp. 7, 19. Nepos 15, 5, 4. Paratis Horat. Carm. 1, 31, 17. Parto Virgil. Georg. 1, 300. Praeſentibus fruitur ſapiens Cic. de Fin. 1, 72 c. 19. Idem de Amicit. 15 Sed tamen Recordatione noſtrae amicitiae ſic fruor, vt beate vixiſſe videar; quia cum Scipione vixerim. Cic. de Seneet. 13 Cuius Sermone ita tum cupide fruebar, quaſi iam diuinarem id, quod euenit, illo exſtincto, fore vnde diſcerem neminem. Ouid. Met. 2, 779 Nec fruitur Somno vigilantibus excita curis. Suis vtatur oportet et fruatur, qui beatus eſt Cic. de Nat. D. 1, 104. Vectigalibus Id. de Aruſp. Reſp. 60. Virginitate perpetua Ouid. Met. 1, 486. Viro aliquo Plin. Epiſt. 1, 10. Cic. de Fin. 2, . . Dum Vita fruebatur. Vita, qua fruimur Salluſt. Catil. *in.* Vita et communi ſpiritu Cic. in Catil. 4, 7. Voluptatibus Ter. Heaut. 1, 1, 97. Cic. de Senect. 47 Quod ſi iſtis ipſis Voluptatibus bona aetas fruitur, libentius primum paruulis fruitur rebus, vt diximus: deinde iis, quibus ſenectus, etiam ſi non abunde potitur, non omnino caret. Voluptatibus praeſentibus Cic. Tuſcul. 3, 38. Idem de Amicit. 15 Vt Vſu eius, quem diligere coeperunt, fruantur et moribus, ſintque pares in amore et aequales. ¶ 3 *Obſ. Laudatur pro Accuſandi caſu* Fruitur hanc alternas noctes Plaut. Aſin. 5, 2, 68. *Sed Gronou.* Vt ſinat ſeſe alternas cum illo noctes hac frui. Apuleius 8 p. 206, 31 Charitem non tenebis, nuptiasque non frueris. *Sic ex MSS. Elmenh. Al.* nuptiis. *Itaque nondum ſatis probatus eſt ille Accuſatiuus: niſi quod fulcit illum quodammodo* Fruendus, *de quo ſtatim. Sed vide etiam Participium mox* FRVCTVS, *et* FRVISCOR.

FRVENDVS, a, um. Partic. [ἀπολαυστέος] Cic. de Senect. 38 Agro bene culto nihil poteſt eſſe, nec vſu vberius, nec ſpecie ornatius: ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam inuitat atque allectat ſenectus. Iuſtitiae fruendae cauſa videntur olim bene morati reges conſtituti Cic. Off. 2, 41. Fruenda ſapientia eſt Idem de Fin. 1, 3 c. 1. Id. Q. Fratr. 2, 14 Suauitatis equidem noſtrae fruendae cauſa, cuperem te ad id tempus venire, quod dixeras.

FRVITV̄RVS, a, um. Partic. [ἀπολαύσων] Cic. Tuſc. 3, 38 c. 17 Zeno Stoicorum acutiſſimus contendere magna voce ſolebat, eum eſſe beatum, qui praeſentibus voluptatibus frueretur, confideretque ſe fruiturum.

FRVCTVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἀπολελαυκώς] Cic. in Hortenſ. *ap.* Priſc. 10 p. 883 *med.* Amoenitate ſumma fructus eſt. *Sed Putſchius dedit* Perfructus. Paterc. 2, 104, 4 Neque illi ſpectaculo, quo fructus ſum, ſimile conditio mortalis recipit. *Sic vet. ex. Sed Burmann.* fruitus. Lucret. 3, 953 Sin ea, quae fructus cunque es, periere profuſa, *Laudat Giſan. in Collectaneis* vet. inſcript. C. NAEVIVS ƆL. DROMO, ET NAEVIA DL. PHILVMENA, DVM LICVIT SVAVITER FRVCTI SVNT ANNOS LV.

FRVĬTVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἀπολελαυκώς] Vlpianus in l. Pompon. D. de vſufructu earum rerum, quae vſu conſumuntur, Licet proprietarius mihi penſionem ſoluerit, tamen vſumfructum amittit, quia non meo nomine, ſed ſuo fruitus eſt emtor. *Conf.* Senec. Epiſt. 93.

FRETVS, a, um. Adi. [πεποιθώς] *i. Confiſus. Participium eſſe volunt nonnulli, Valla praeſertim* 5, 5 *C. a* Fruor: *aliis nomen eſſe contendentibus.* Plaut. Men. 5, 2, 17 Quae viros ſubſeruire ſibi poſtulant, fretae dote, feroces. Cic. de Petit. Conſul. 21 Et quanquam partis et fundatis amicitiis fretum ac munitum eſſe oporteret, tamen in ipſa petitione amicitiae, *etc.* Conſcientia officii mei beneuolentiaeque fretus, haec ad te ſcripſi liberius Cic. Fam. 3, 7. Diis fretus, et deos ſperare Plaut. Caſ. 2, 5, 38. Salluſt. in Iugurth. c. 90 *pr.* Igitur conſul, omnibus exploratis, credo diis fretus, *etc.* Idem Aulul. 3, 6, 50 Ibo ad te, fretus tua, Fides, Fiducia. Fuga, auxilioue fretus Cic. Tuſcul. 3, 44 *ex Poëta.* Idem pro Quint. 8 Si fretus Gratia poſtulabat aliquid iniquius Alphenus. Humanitate tua freti tibi conſilium dabimus Opp. et Balb. Cic. Att. 9, 19 (8) Ingenio fretus Plaut. Capt. 2, 2, 100. Ter. in prol. Heaut. 14. Cic. de Inuent. 1, 84 Tum Ingenio freta malitia peruertere vrbes, et vitas hominum labefactare aſſueuit. Innocentia freti, nobilitate nixi, potentia fulti Cic. anteq. iret in exil. 11. Intelligentia veſtra fretus, diſſero breuius, quam cauſa deſiderat Idem de Nat. Deor. 1, 49 c. 18. Iuuenta fretus Virgil. Aen. 5, 430. Ter. Phorm. 2, 5, 43 Sed ſi quis forte Malitia fretus ſua. Pietatem fretus Naeuius *ap.* Priſcian. 770. Promiſſis tuis freti et innixi Plin. Pan. 66, 5. Queis ego fretus amo, Cynthia rara mea eſt Prop. 1, 8, 42. Viribus fretus Columel. 6, 23. Virtute fretus Plaut. Amph. 1, 1, 57. *Sic* Ter. Eun. 5, 9, 33 Cur ergo in his te conſpicor regionibus? T. vobis fretus. PH. ſuis quam fretus? miles edico tibi, *etc.* Voce fretus Cic. Off. 1, 133.

FRETVS, ûs. m. *pro Fiducia.* Fretu animi tui Symmach. Epiſt. 2, 83.

FRVISCOR, *vel* FRVNISCOR *potius*, ĕris, iſci. [ἀπολαύω] *Idem, quod Fruor.* Gell. 17, 2 *ponit verba* Q. Claudii, Domus ſuas quemque ire iubet, et ſua omnia fruniſci: *tum addit*, Fruniſci rarius quidem fuit in aetate M. Tullii, ac deinceps, infra rariſſimum: dubitatumque eſt ab imperitis antiquitatis, an Latinum foret; non modo autem Latinum, ſed iucundius amoeniusque etiam verbum eſt *fruniſcor*, quam *fruor*: et vt *fatiſcor* a *fateor*, ita *fruniſcor* factum eſt a *fruor.* Q. Metellus Numidicus, qui caſte pureque lingua vſus Latina videtur, in epiſtola quam exſul ad Domitios miſit, ita ſcripſit, Illi vero omni iure atque honeſtate interdicti, Ego neque aqua, neque igni careo, et ſumma gloria fruniſcor. Nouius in Atellana, quae Parcus inſcripta eſt, hoc verbo ita vtitur, Quod magnopere quaeſierunt, id fruniſci non queunt: Qui non parcit apud ſe, frunitus eſt. *Haec* Gellius, *vt dedit Gronou. Accuſatiuo iunctum* Plaut. Rud. 4, 3, 73 Hinc, tu, niſi malum, fruniſci nihil potes. *Sic Gronou.* Non. 2, 343 *ex* Lucilio 18 Aeque fruniſcor ego, ac tu. Feſtus, Fruniſcor et frunitum dixit Cato; noſque quum adhuc diximus infrunitum, certum eſt antiquos dixiſſe frunitum. Petronianus Trimalchio c. 75 *pr.* Rogo, inquit, ſic peculium tuum fruniſcaris, *etc.* Eum vita fruniſci putas Commodian. Inſtr. c. 57. Fabrett. Inſcript. p. 237 FILIIS SVIS INFELICISSIMIS, QVI AETATE SVA NON SVNT FRVNITI FECIT MATER SCELERATA. *Vid.* INFRVNITVS.

FRVCTVS, fructûs, *vel* fructuis *et* fructi, *Dat.* fructui. m. [καρπός] *A Fruendo dicitur.* Fructus *enim eſt illud in quaque re, quo fruimur.* Varro de L. L. 4, 5 p. 11, 19 Fruges a fruendo fructusque; ab ſpe ſpicae. *Sic enim interpungendus eſt locus. Haud paullo melius ſic deriuatur, quam cum alii a* Ferendo, *Fructus deduci volunt, vt ſic dicantur illae res, quas fundus fert, et quae in fundo feruntur. A fruendo eſſe ille vſus frequens admodum indicat, vbi non ſubſtantiam aliquam et ſtabilem naturam deſignat, ſed actum animi iucunde re aliqua fruentis: quod exempla ſatis declarabunt.* Fructus apum Phaedr. 3, 13. Fructi: Ter. Adelph. 5, 4, 16 Nunc exacta aetate, hoc fructi pro labore ab his fero, odium. Cato c. 4 Fructi plus capies. Varr. de R. R. 1, 2, 19 *de capra*, Eius enim ſaliuam eſſe fructuis venenum. Nonius 8, 61 *hunc ipſum locum citat, et duos* Turpilii, *vbi* Satis fructi *ille dixit.* Acidus, Apyrinus, *vid. hh. vv.* Breuis Lucret. 3, 927. Certi, atque deformati Quinctil. in prooem. 6. Craſtinus, *vid.* CRAS. Incertus Varro de R. R. 1, 4. *vid.* ORCVS. Maturior-fructus Scribon. Ep. *fin.* Noui Cic. de Clar. Orat. 16. Obnoxius feris, *vid.* OBNOXIVS. ¶ 2 *Ex illa verbali ſignificatione* Fructus *ſunto exempla:* Quinctil. 1, 12, 18 Qui — eloquentiae — fructum non ex ſtipe aduocationum, ſed ex animo ſuo et contemplatione ac ſcientia petet, perpetuum illum nec fortunae ſubiectum, *etc.* Cic. pro Caecin. 12 c. 4 Frueretur enim bonis cum eo, quem ſuis bonis heredem eſſe cupiebat, et ex quo maximum fructum ipſa capiebat. Sed hunc fructum mature fortuna ademit. Ter. Phorm. 2, 1, 16 Non rete accipitri tenditur, neque miluio, qui male faciunt nobis: illis, qui nihil faciunt, tenditur; quia enim in illis fructus eſt, in illis opera luditur. Cic. pro Sext. 143 Praeſentes fructus negligamus: poſteritati et gloriae ſeruiamus. Artis ſuae Sen. Ep. 9. Auctoritatis fructus Cic. de Senect. 62. Diuitiarum fructus in copia eſt Idem in Parad. 6. *Et* Off. 2, 56. Iucunditatis fructus Cic. pro Muraen. 40. Laboris fructus Quinctil. in prooem. 6. Ouid. Epiſt. 12, 174. Libidinis fructum pollicebatur Cic. Catil. 2 c. 4. Pecuniae fructus maximus Idem Offic. 2, 64. Pietatis cuiusdam fructus Cic. pro Sext. 68. *Conf.* Nep. 25, 5, 1. Praediorum fructus Cic. Att. 11, 2. Rei familiaris Nep. 25, 6, 4. Studii fructus Scribon. Ep. *fin.* Virtutis fructus gloria Idem in Piſon. . . . Fructus et commoda Cic. de Nat. D. 1, 113. ¶ 3 *Iam ponemus Verborum formulas, quarum pleraeque ad illam, quam modo tractauimus, ſignificationem pertinent, vt* Fructus *ſit fruitio, animus fruens, etc.* Acquirere aliquid ad vitae fructum Cic. in Catil. 3, 28. Afferre ad communem fructum, *vid.* AFFERO. Alere ſuis fructibus exercitum Cic. in Parad. 6. *i. reditibus.* Aufert voluptatum fructum ſolitudo Idem de Amicit. 89. *vid.* AVFERO. Cic. de Amicit. 79 Et amicos tanquam pecudes, eos potiſſimum diligunt, ex quibus ſperant ſe maximum fructum eſſe capturos, *vid.* CAPIO. Capere fructum oculis ex caſu alicuius, *i. delectationem* Nepos 18, 11, 2. Capere diligentiae fructum Cic. de Clar. Orat. 212. Capere fructum dulcedinis Lucret. 2, 970. Capere laborum et vigiliarum ſuarum fructum maximum Cic. Brut. 3. Capere tempeſtiuos fructus Id. Off. 2, 14. Capere vberes et diuturnos fructus Cic. pro Caelio 80. Cepi immortalem fructum veſtri in me amoris Idem in Piſon. 31. Claudicat fructus, Coctus fructus ſolibus, *vid. hh. vv.* Condere

dere ſructus Cic. de Seneꝺ. c. 7. Conferre fructum, Conſequi ampliſſimum fructum, *vid. hh. ll.* Quinctil. 5, 11 Terra neglecta, ſentes atque dumos: exculta, fructus Creat. - Decerpere fructum ex re aliqua Horat. Serm. 1, 2, 79. Demetere et percipere fructus Cic. de Seneꝺ. 70. Duci ſpe poſteritatis et fructu Idem pro Rabir. perduel. 29 c. 10. Edunt nullum fructum ex ſe ſine hominum cultu oues Cic. de Nat. Deor. 2, 158. Eſſe in fructu, *vid.* Haſtula, *in* HASTA. Eſſe fructui Sueton. de Clar. Gram. 24. Explemur vitae fructibus Lucret. 3, 1020. Ferre fructum ex aliquo Cic. Fam. 10, 32. Ferre laetos et vberes fructus ex Republica, ſed magna acerbitate permiſtos Idem pro Planc. 92. Frui Sen. Ep. 9. Inducere fructum, *vid.* INDVCO. Indui fructu, *vid.* INDVO. Inuiſere res ruſticas cauſa fructus aut delectationis Cic. de Orat. 1, 249. Manſueſcunt feri fructus terra Lucret. 5, 1367. Metere fructum Cic. anteq. iret in exil. 2. Minuere fructus, Mittere fructum, *vid. hh. vv.* Mollire feros fructus colendo Virg. Georg. 2, 36. Percipere gloriae magnum fructum ex rebus geſtis Cic. pro Arch. 23. Fructum maturiorem ſtudii Percipere Scribon. Ep. *fin.* Percipere modeſtiae fructum aliquem Cic. pro Sulla 1. Percipitur ex literis fructus Idem Fam. 15, 14. Perdere vitae ſuperioris fructum Cic. de Diuin. 2, 14. Perferre fructum, *vid.* PERFERO. Petere fructum non ex ſtipe aduocationum, ſed ex animo ſuo, et contemplatione, ac ſcientia Quinctil. 1, 12. Repetere praemium et fructum officii Cic. anteq. iret in exil. 4. Idem pro Arch. 2 Earum rerum omnium, vel in primis hic A. Licinius fructum a me Repetere prope ſuo iure debet. Reſpondens labori fructus Ouid. Faſt. 4, 641. Serere, percipere, et condere fructus Cic. de Sen. 24 c. 7. Suſtulit magnos fructus Quinctil. 5, 10. Procreatae ſunt pecudes ad fructum partim, partim ad vſum hominum, partim ad veſcendum Cic. de Legib. 1, 25 c. 8. *Hic* fructus *ſunt* lac, lana, parui, *etc.* Permagnum hoc eſt ad animi fructum et laetitiam Cic. de L. Agrar. 2, 5. ❡ 4 Fructus, *apud Iuriſconſultos* in quocunque poſſeſſore intelliguntur, Qui deductis neceſſariis impenſis circa eos factis, ſuperſunt l. 36 §. vlt. D. de hered. petit. l. 7 D. ſolut. matrim. Vlpian. l. 14 §. 1 D. de vſu et habit. Vſus fructus, an fructus legetur, nihil intereſt. Nam fructui et vſus ineſt, vſui fructus deeſt: et fructus quidem ſine vſu eſſe non poteſt, vſus ſine fructu poteſt. Denique ſi tibi fructus deducto vſu legatus ſit, invtile — legatum. Et ſi vſufructu legato fructus adimatur, totum ademtum, *etc.* Fructuum alii Pendentes, alii Percepti dicuntur. Pendentes ſunt, Qui terra adhuc continentur, qui terrae et fundo cohaerent l. 44 D. de rei vendic. l. 12 §. Iulianus D. de vſuf. *Appellantur et* ſtantes fructus in l. 7 §. interdum D. ſolut. matrim. *His opponuntur* Percepti, *Qui ſcilicet iam a ſolo ſeparati ſunt* §. is vero, inſtit. de rer. diuiſ.

FRVCTESCO, ĕre. Marius Victor. . . . Vario fructeſcere fetu.

FRVCTĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [καρποφόρος] *Ferens fructum.* Plin. 12, 3 Quae ex his incolarum numero eſſe coepere, dicentur inter fructiferas. *Conf.* Colum. 11, 2. *et* Pallad. Febr. t. 29.

FRVCTIFĬCO, āre; *et* FRVCTIFĬCANS, antis. *Frequenter in* Vulg. Interpr. Lat. *et apud* Tertull. *e. g.* de Reſurr. Carn. c. 52. *et* de Praeſcript. c. 36: *improbat vero Voſſius de L. L. 4, 8 et mauult Fructum ferre vel edere.*

FRVCTIFICĀTIO, ōnis. f. Tertull. adu. Marc. 4, 39 Fructificationes ſigna ſunt aeſtatis.

FRVCTVĀRIVS, a, um. Adi. [κάρπιμος, ἐπικάρπιος] *Cuius eſt fructus, vel Ad fructum pertinens, aut Ferens fructum.* Columel. 1, 6 Et diuidatur *villa* in tres partes, vrbanam, ruſticam, et fructuariam. *Alias* Fructuarius palmes Colum. 5, 6, 29. *de quo illo anno ſperatur fructus.* *Sic* Oculi fructuarii Idem 3, 18, 4. *et* Rami 5, 9, 15. Deciſis male natis et veteribus *(ramis ſ. ſurculis)* nouellos et fructuarios ſerua Pallad. 3, 12. Varro de R. R. 2, 4, 17 Scrofam parere tot oportet porcos, quot mammas habeat: ſi minus pariat, fructuariam idoneam non eſſe. *Galliae* commodae prouentibus fructuariis Solin. c. . . Agri fructuarii Cael. Cic. Fam. 8, 9. Seruus, Stipulatio *etc.* l. 2 D. de pecul. l. 4 §. vlt. de verb. oblig. Fructuarius ſerui, *Qui vſumfructum habet in ſeruo:* Paull. l. 63 D. de ſolut. Si debitor ſit ſerui fructuarius, poteſt is ſeruus per acceptilationem liberare eum. Fructuarius fundus, *Paſſiue: nimirum Cuius quiſpiam eſt fructuarius.* Vlpian. in l. 5 vti frui §. 1 D. ſi vſusfruct. petat. Nam etſi fundo fructuario ſeruitus debeatur, fructuarius non ſeruitutem, ſed vſumfructum vindicare debet aduerſus alterius vicini fundi dominum. *Add.* l. 19 ff. de Vſur. l. 28 eod.

FRVCTVŌSVS, a, um. Adi. [ἔγκαρπος, πολύκαρπος] *Qui fructum, hoc eſt vtilitatem praeſtat.* Cic. Tuſc. 2, 13 c. 5 Ager quamuis fertilis ſine cultura, fructuoſus eſſe non poteſt. Fructuoſior eſt Adoleſcentia liberorum Sen. Ep. 9. Aratio fructuoſa, Mercatura quaeſtuoſa dicitur Cic. Tuſc. 5, 86 c. 31. Arationes grandiferae et fructuoſae Idem Philipp. 2, 101. *Et* de Fin. 1, 72 Eas ergo artes perſequeretur, viuendi artem tantam, tamque operoſam et perinde fructuoſam relinqueret. Ars medicinae fructuoſiſſima Plin. 29, 1. Beneficia Cic. anteq. iret in exil. 4. Fundum fructuoſiorem facere l. 13 D. de ſolut. matrim. Fundus fructuoſiſſimus Cic. pro Roſc. Com. c. 12. Caeſ. B. G. 1, 30 Locumque domicilio ex magna copia delegerat, quem ex omni Gallia opportuniſſimum ac fructuoſiſſimum iudicaſſent. *Sic apud* Cic. Verr. 3, . . Sicilia fructuoſiſſima et opportuniſſima. Praedia Cic. de Fin. 2, 18. Res ruſtica bene culta et fructuoſa Idem pro Quint. 12. Saturnalia fructuoſiora Martial. 4, 46. Segetes Varro de R. R. 1, 9. Cic. de Orat. 2, 344 c. 84 Clementia, Iuſtitia, benignitas, fides, fortitudo in periculis communibus — non tam ipſis qui eas in ſe habent, quam generi hominum fructuoſae putantur. Cic. pro L. Manil. 16 Putatiſne vos illis rebus frui poſſe, niſi eos, qui vobis fructuoſi ſunt, conſeruaueritis? Quinctil. 1, 6 Vt quum M. Caelius ſe eſſe hominum frugi vult probare, non quia abſtinens ſit (nam id ne mentiri quidem poterat) ſed quia vtilis multis, i. Fructuoſus: vnde ſit dicta Frugalitas. Non modo liberale, ſed interdum etiam fructuoſum eſt, paullum nonnunquam de iure ſuo decedere Cic. Off. 2, 63 c. 18.

FRVCTVŌSE. Adu. Auguſtin. Epiſt. 77 *pr.* Hoc nec dici breuius, nec audiri laetius, nec intelligi gratius, nec agi fructuoſius poteſt.

FRVS, frundis. f. *pro Frons, dis. Vid.* FRONS n. 4.

FRVNDESCO, ĕre. *Pro Frondeſcere* Lucret. 1, 1092.

FRVNDĬFER, a, um. Adi. *pro Frondifer* Idem 1, 18 *et* 256 *etc.*

FRVNDŬSVS, a, um. Adi. *pro Frondoſus* Ennius *apud* Macrob. 6, 2. *Sed ed. Gronou.* Siluai frondoſai.

FRVSĬNO, [Φρουσίνων] Ciuitas Campaniae, a qua Fruſinates populi ad Falernum, *quorum meminit* Plin. 3, 5. Iuuen. Sat. 3, 124 Optima Sorae Aut Fabrateriae domus, aut Fruſinone paratur. *Sed* Sil. 12, 532 Bellator Fruſino, *Populum ſignificat.* Idem 8, 400.

FRVSTRA. Adu. [ἄλλως, αὔτως, εἰκῆ, μάτην] *Incaſſum, nequidquam. Cognatum eſt nomini* fraus *et verbo* frauſit: *q. d.* frauſtra. Cic. de Seneꝺ. 19 Nec me vixiſſe poenitet, quoniam ita vixi, vt non fruſtra me natum exiſtimem. Ter. Adelph. 2, 1, 54 Sed nemo dabit: fruſtra egomet mecum has rationes deputo. Idem Heaut. 4, 3, 15 Fruſtra operam hanc opinor ſumo. Cic. Att. 5, 11 Vt aut quoad dem poſthac literas ſciam, aut ne dem fruſtra. Fortiſſimus fruſtra Virg. Aen. 5, 389. Fruſtra, *pro eo, quod eſt Re infecta, id eſt, ſine vllo rei effectu.* Salluſt. in Iugurth. c. 25 *extr.* Multa tamen oratione conſumta, legati fruſtra diſceſſere. *Niſi forte malis legere,* Conſumta fruſtra, legati diſceſſere. *Sunt libri, qui* fruſtra *plane omittunt.* Conterere tempus fruſtra Cic. pro Roſc. Com. c. 14. Deſcribere aliquid fruſtra Idem Att. 13, 13. Nec fruſtra ac ſine cauſa quid facere, dignum deo eſt, quod abhorret ab hominis conſtantia Id. de Diuin. 2, 125. Implorare fruſtra auxilium alicuius Cic. de Orat. 2, 144. Obambulare Plaut. Capt. 3, 1, 31. Suſcipere fruſtra laborem Cic. de Vniuerſ. 33. Fruſtra habere aliquem, *pro Decipere et circumuenire.* Plaut. Amph. arg. 2, 5 Is aduenientes ſeruum et dominum fruſtra habet. Tacit. Ann. 13, 37 Igitur Corbulo, quaeſito diu praelio, fruſtra habitus. *Et paullo poſt* c. 51 Quae breui ſeruata, dein fruſtra habita ſunt. Ammian. 18, 6. *et* 24, 4. Fruſtra eſſe, *pro Decipi, falli.* Plaut. Perſ. 1, 3, 60 Nunquam hercle hodie hic prius edis, nec fruſtra ſies. Salluſt. in Iugurth. c. 85 Quo mihi acrius adnitendum eſt, vt neque vos capiamini, et illi fruſtra ſint. Fruſtra eſſe, *Non prodeſſe.* Celſ. 3, 2 Quia curatio minus iis prodeſt, in quibus aſſidue fruſtra fuit. Fruſtra eſſe *dicitur, Quod exitum ſperatum non habet, quodque non ex ſententia euenit.* Salluſt. in Iugurth. c. 7 *extr.* Cuius neque conſilium, neque inceptum vllum fruſtra erat. Apul. Apol. p. 435, 12 *Floridi,* Erras, Aemiliane, et longe huius animi fruſtra es.

FRVSTRO, āre. [ψεύδω] *Decipere.* Caeſ. in Fragm. Non fruſtrabo vos milites, *apud* Diomed. 1 p. 395. Plaut. Mil. 3, 3, 9 Quin ego me fruſtro, poſtquam adbibere meas aures tuam moram orationis. *Conf.* Non. 7, 44 ex Pomponio, Miſeret me eorum, qui ſine fruſtis ventrem fruſtrarunt ſuum. Gell. 18, 2 *refert huc verſus ex* Satiris Q. Ennii,

> Nam qui lepide poſtulat alterum fruſtrari, (*ſ.* fruſtrare)
> Quem fruſtratur, (*ſ.* quem non fruſtrat) fruſtra eum dicit
> fruſtra eſſe
> Nam qui ſeſe fruſtrari (*ſ.* fruſtrare) quem fruſtra ſentit,
> Qui fruſtratur (*ſ.* fruſtrat) is fruſtra eſt, ſi non ille eſt fruſtra.

Quas coniecturas in parentheſi poſuimus, eae certe metro conueniunt, et ſententiam efficiunt Ennio non indignam. ❡ 2 Fruſtror *Paſſ.* Feneſtella *apud* Priſcian. 8 p. 793 *extr.* Fruſtratus igitur a ſpe, deuictus in caſtra ſe recepit. ματαιωθείς. Laberius *ibidem,* Fruſtramur, irridemur. Aur. Vict. de Vir. Ill. 42 Hannibal — a Fabio Maximo fruſtratus — repulſus — fugatus *etc.* *Quod fruſtra in* fractus *mutare Schottus voluit.* Vell. 2, 43, 2 Intellexit fruſtratum eſſe viſum ſuum. Fruſtrantur tenuiſſima ſpe ignauius quiſque Salluſt. Hiſt. 3 Orat. Macri 19. *Vid. Cort.* p. 974. ❡ 3 *Depon.* Plaut. Amph. 2, 2, 200 Neſcio quis praeſtigiator hanc fruſtratur mulierem Ter. in prol. Eun. 14 Dehinc ne fruſtretur ipſe ſe, *etc.* Cic. Att. 12, 18 Cocceius vide, ne fruſtretur. *Conf.* Epiſt. 13. Imagine verbi fruſtratur pars vocum, *i. illudit Echo* Lucret. 4, 574. Sall. Iug. 58, 3 Pauci *(tela mittentes)* in pluribus *(quos peterent)* minus fruſtrari. *Et* 101, 3 Ita Iugurtham ſpes fruſtrata. Paull. in l. ſed ad eos D. ex quibus cauſis maiores, Sed ad eos pertinet, qui conuenti fruſtrantur: et qualibet tergiuerſatione et ſolertia efficiunt, ne cum ipſis agi poſſit. Exſpectationem alicuius fruſtrari: *h. e. Non praeſtare quod quis exſpectat.* Plin. Epiſt. 2, 10. Idem Epiſt. 8, 18, 3. Colum. 1, 1, 2 In agricultura, in qua voluntas, facultasque citra ſcientiam ſaepe magnam dominis adferunt iacturam, quum imprudenter facta opera fruſtrantur impenſas. *Et* 12, 1, 5 Ne *ſerui* diuturna ceſſatione fruſtrentur opera, *i. nimis differant, fruſtra velut exſpectantibus illos penſis ſuis.* Fruſtrari et eludere Poenorum impetus Val. Max. 3, 8, 2. Lacrimulis fruſtrantur falſis gaudia Catul. de Coma Beren. 64, 16. Laborem fruſtrari Columel. in Praefat. Hor. Serm. 2, 3, 32 O bone, ne te Fruſtrêre, inſanis et tu. Cic. Acad. 4, 65 c. 20 De omni ſtatu, conſilioque eius totius vitae aut certare cum aliis pertinaciter, aut fruſtrari cum alios, tum etiam me ipſum velim. Vlpian. in l. ſed etſi D. ex quib. cauſis maior. Proinde ſi dum vult apud ſequentem Praetorem agere, tempus fruſtratus eſt: non ei ſubuenietur. Nunquam fruſtrata ſagitta Stat. Silu. 1, 2, 62. Fruſtrato ictu tenetur Scaeuola Flor. 1, 10, 5. Ter. Adelph. 4, 4, 11 Abi, abi iam Aeſchine, ſatis diu verba dediſti nobis: ſatis adhuc tua fruſtrata eſt fides. Idem Andr. 2, 2, 38 Bene mones: ibo, etſi hercle ſaepe iam me ſpes haec fruſtrata eſt. Cic. Fam. 12, 14 *pr.* Si Syriae ſpes eum fruſtrata eſſet. Liu. 2, 13 Fruſtrata cuſtodes virgo. Solin. c. 1 Fruſtratus vincula. ❡ 4 *Temere agi, et huc illuc iactari ſignificat* Flor. 2, 2, 32 Quum Punicae praedae omnibus promontoriis inſulisque fruſtrarentur et fluitarent. *Sed malunt fere viri docti,* fruſtarentur.

FRVSTRĀTOR, ōris. m. [ψευδόμενος] *a* Fruſtro; *Morator, cunctator.* Papin. in l. liberto vel amico D. negot. geſtor. Litem, in iudicium deductam, et a reo deſertam fruſtratoris amicus vltro egit, cauſas abſentiae eius allegans. Idem l. 19 D. de vi et vi armata, Fruſtrator debitor conſtitutus eſt. Symmach. Ep. 10, 51 Fruſtrator iudicum.

FRVSTRATŌRIVS, a, um. Adi. Tertull. de Anima c. 47 Fruſtratoria ſomnia. Arnob. 7 p. 219 Aures fruſtratoriae.

FRVSTRĀTVS, ûs. m. Habere fruſtratui aliquem Plaut. Menaech. 4, 3, 21.

FRVSTRĀTIO, ōnis. f. [ματαίωσις] *Deceptio.* Planc. Cic. Fam. 10, 23 Tanto maiorem his fruſtratio dolorem attulit. Colum. 11, 1, 14 Nec ſupplicium grandius, quam fruſtrationem cupiditatis exiſtimat. Plaut. Amph. 3, 1, 14 Atque in horum familiam fruſtrationem hodie iniiciam maximam. Idem Moſt. 5, 2, 30 Dicito his quo pacto tuus te ſeruus ludificauerit: optimas fruſtrationes dederis in comoediis. Liu. 25, . . Quum longo ſermone habito dilatus

tus per fruſtrationem eſſet. Varro de R. R. 1, 1, 6 Quoniam ſine aqua, omnis arida ac miſera agricultura: ſine ſucceſſu, ac bono euentu, fruſtrătio eſt, nōn cultura. *Pro Mora, dilatione, cunctatione.* Afric. in l. hominem D. mandat. Niſi forte aut per promiſſorem ſteterit, quo minus ſua die ſolueret: aut per creditorem, quo minus acciperet. Etenim neutri eorum fruſtratio ſua prodeſſe debet.

FRVSTRABĬLIS, e. Adi. *Fallax, fruſtrandi vim habens.* Arnobius 6 p. 206 Res agere vacua imaginatione fruſtrabiles. Idem 2 p. 58 Res fruſtrabili exſpectatione praeſumta.

FRVSTVM, i. n. [ψωμὸς, τρύφος, ψῆγμα] *Rei cuiuſcunque particula, ſiue fragmentum, cognatum verbis* Frio, Frango, Frendo *etc.* Cic. Philipp. 2, 63 c. 25 In coetu vero populi, negotium publicum gerens, Magiſter equitum, cui ructare turpe eſſet, is vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus, gremium ſuum et totum tribunal impleuit. Virg. Aen. 1, 212 Pars in fruſta ſecant. Cato, Fruſto panis conduci poteſt vel vti taceat, vel vti loquatur: *apud* Gell. 1, 15. Cic. de Diuin. 1, 27 Neceſſe enim eſt offa obiecta, cadere fruſtum ex pulli ore quum paſcitur. Ampla fruſta caſei ouilli proximi anni facito Columel. 12, 42. Librarium, *vid.* LIBRA. Mucida caerulei panis Iuuen. Sat. 14, 128. Mucida ſolidae farinae Idem Sat. 5, 68. Semeſa lardi Hor. Serm. 2, 6, 86. Fruſta meri bibunt, *i. Vinum congelatum* Ouid. Triſt. 3, 10, 24 *de Getis.* Fruſtum pueri, *per iocum dixit* Plaut. Perſ. 5, 2, 67 Loquere tu etiam fruſtum pueri. Iuuen. Sat. 3, 210 Aerumnae cumulus quod nudum, et fruſta rogantem, Nemo cibo, nemo hoſpitio, tectoque iuuabit.

FRVSTVLVM, i. n. Dimin. [κερμάτιον] Vet. Gloſſ. Fruſtulum, τεμάχιον. Apul. Mileſ. 1 p. 110 Fruſtulum panis.

FRVSTILLVM, i. n. *Aliud* Dimin. Arnob. 2 p. 84 Fruſtilla ignea. *et* 7 p. 231 Fruſtilla paruula.

FRVSTĀTIM. Adu. [εἰς κέρματα] *i. Minutatim et per fruſta.* Plin. 20, 9 Coquitur plurimis modis in olla, quae coniiciatur in clibanum aut furnum, vel adipe aut luto illita, aut fruſtatim in patinis. Concidere Apic. 42. Rapere Prudent. Pſychom. v. 720. Apul. Met. 9 p. 206, 17 *Pric.* Seſe conciſurum illum machaera ſua fruſtatim. *Et* ibid. p. 203, 13 Miſerum illum adoleſcentem fruſtatim diſcerpunt.

FRVSTILLĀTIM. Dimin. Adu. [κρεκργηδὸν] Plaut. Curcul. 4, 4, 20 Iam ego te faciam vt hic formicae fruſtillatim differant. *Conf.* Non. 2, 335.

FRVSTVLENTVS, a, um. Adi. [κερματώδης] *Plenum fruſtis.* Plaut. Curc. 2, 3, 34 Vin' aquam? C. ſi fruſtulenta eſt, da obſecro, hercle abſorbeam.

FRVSTO, āre. *In fruſta conſcindere.* Flor. 2, 2, 52 Cum Punicae praedae omnibus promontoriis, inſuliſque fruſtarentur. *Ita Salmaſ. Graeu. et Freinsh. pro Fruſtrarentur. Vid. Not. Duker. Conf.* FRVSTRO n. 4.

FRVTEX, ĭcis. m. [θάμνος, φρυγανὸς] *Dicitur, inquit Valla 4, 27 qui ad iuſtam magnitudinem arboris non aſſurgit, et ſtatura ſimilis eſt multis herbis, ſed non demoritur, neque areſcit vt herba, verum perennis eſt.* Plin. 14, 16 Et fruticum vero e genere, cedri vtriusque, cupreſſi, laurus, iuniperi, terebinthi, calami, lentiſci. Varro de R. R. 2, 1 Equos vt capras in montoſis potius locis et fruticibus, quam in herbidis campis. Frutex craſſa radice, *vid.* CRASSVS. Genus omne fruticum Virg. Georg. 2, 21. Aquaticus Plin. 16, 36. Buxeus, *vid. ſub* BVXVM. Luteus, *vid. ſub* LVTVM. Nefaſti, *vid. ſub* NEFAS. Olerum Colum. 11, 3, 62. Oleraceus, *vid. ſub* OLVS. Oxytriphylli frutex Scribon. 163. Rutae frutices quinque vel ſex 192. Plin. 13, 53 Cedro ſimilis in Arcadia eſt arbor: in Phrygia frutex vocatur. *De Lupino* Columel. 2, 12 Vt latius ſe frutex humi diffundat. Idem 2, 15 Frutex lupini ſucciſus, optimi ſtercoris vim praebet. *Add.* Idem 11, 3. *Translate:* Tertull. adu. Gnoſt. c. 11 Hereditarii diſcipuli et Apoſtolici ſeminis frutices. *Per contumeliam* Frutex *dicitur Homo ſtupidus et inſulſae mentis.* Plaut. Moſt. 1, 1, 12 Nec veri ſimile loquere, nec verum, frutex. Apul. Apol. p. 317, 10 Ne huic frutici credam non modo odium peccatorum, ſed ſaltem intellectum ineſſe.

FRVTĒTVM, *ſiue* FRVTECTVM, i. n. [θαμνὼν] *Locus fruticibus conſitus.* Plin. 18, 6 Fruteta igni optime tolluntur. Colum. 6, 22 Nam melius nemoribus herbidis et frutetis et carectis, quam lapidoſis locis durantur vngulae. Frutectis obſeſſus ager Col. 3, 11, 3. Plin. 23, 1 In frutectis et arundinetis. Prudent. Pſych. 442 Non piget attritis pedibus per acuta fruteta Ire.

FRVTICĒTVM, i. n. [φρυγανὼν] *Idem.* Arctum fruticetum Hor. Carm. 3, 12, 12. Suet. Neron. c. 48 Dimiſſis equis inter fruticeta ac vepres euaſit.

FRVTETŌSVS, *ſiue* FRVTECTOSVS, a, um. Adi. [θαμνώδης] *Fruticibus abundans.* Plin. 18, 14 Frutectoſo ſolo. Idem 19, 1 Siccis haec fere et ſabuloſis locis, frutetoſisque naſcuntur. Columel. 2, 2, 11 Nemoroſi, frutetoſique tractus duplex cura eſt.

FRVTĬCO, āre. [βλαςέω] *Pullulare: et quaſi Frutices emittere.* Plin. 17, . . Quod ſupra terram eſt, e matre radi iubetur, ne fruticet. Cum fruticauerit lupinum Colum. 11, 2, 60. Laetius fruticare Plin. 16, 31. Spatioſe Idem 19, 5. Fruticat ſeges ante hiemem Columel. 2, 12, 2. Salix e trunco Idem 4, 31, 3. *Et* 2, 9, 6 Vbi ex vno ſemine pluribus culmis fruticauit. *h. e. Plurimos culmos ex eodem ſemine emiſit.* Sidon. Carm. 15, 29 Cernas ramoſis palmas fruticare lacertis. Tertull. *primam male producit de* Iudic. Dom. 135 Tempore nuda ſuo foliis quoque fruticat arbor.

FRVTĬCANS, antis. Part. Fruticans pilus Iuuen. Sat. 9, 15. *et* Sil. 9, 205 Seu ſunt Byzacia cordi Rura magis, centum Cereri fruticantia culmis.

FRVTICĀTIO, ōnis. f. [βλάςησις] *In arboribus dicitur, quum multos ramos fruticantes producunt.* Plin. 17, 1 Ita enim appellatur in ipſis arboribus, fruticatio inutilis.

FRVTĬCOR, āri. Dep. [βρύω] *Frutices emittere.* Cic. Att. 15, 4 Animis enim vſi ſumus virilibus, conſiliis (mihi crede) puerilibus. Exciſa enim eſt arbor, non euulſa: itaque quam fruticetur vides.

FRVTICESCO, ĕre. [βρύομαι] *Idem.* Plin. 17, 27 Vitis tantum tonſuram annuam quaerit: alternam myrtus, punicae, oleae quia celeriter fruticeſcunt.

FRVTICŌSVS, a, um. Adi. [φρυγανώδης] *Dicitur Quod longe, lateque fruticat, et multos habet fruticantes ramos.* Plin. 12, 4 Duo genera eius. Rarum id quod melius, arboreum: alterum fruticoſum. Plin. 6, 22 Mare id colore peruiridi, praeterea fruticoſum arboribus, iubas earum gubernaculis deterentibus. Smilax ſpinoſis fruticoſa ramis Plin. 16, 35. Vimina Ouid. Met. 6, 344. Plin. 20, 13 Latiora ſatiuae folia, rami fruticoſiores. Fruticoſiſſimus calamus qui vocatur Donax Plin. 16, 36.

FRVTIS, is. *Veneris epitheton.* Solin. c. 2 Aeneam — in agro Laurenti poſuiſſe caſtra: vbi dum ſimulacrum, quod ſecum ex Sicilia aduexerat, dedicat Veneri matri, quae Frutis dicitur. *Salmaſius ad h. l.* p. 49 ſq. *emendat* Erucis, *i.* Erycis: *nota enim* Venus Erycina *Siculorum. Sed eſt etiam apud* Auguſtin. de C. D. 4, 21 Diis agreſtibus, vt fructus vberrimos caperent: et maxime ipſi Diuae Fruti Seiae. *Verum* MSS. Fructiſeae. *Caeterum* Veneri Fruti *patrocinatur etiam* Frutinal *et* Frutilla, *de quibus ſtatim.*

FRVTINAL, alis. n. dictum eſt Templum Veneris fruti, Feſtus. *Salmaſius hic etiam* Erucinal *ſubſtitui cupit, quod ſi ſequimur, antiquiſſimam oportet eſſe corruptelam, eo certe antiquiorem qui ſub elemento F collocauit.*

FRVTILLA, ae. f. *Illicium Veneris.* Gl. Vet. Ἴυγξ Frutilla. *Vid.* FRVTIS, FRVTINAL. *Communis fons horum vocabulorum videtur* Fruor. *Notum, quoties* Fructus *et* Frui *de re Venerea dicatur. Niſi tamen malis cum Scaligero ad* Feſtum ab ἀφροδίτῃ *corruptum putare.*

FRVX, frugis. f. Dixerunt antiqui, *auctore* Feſto. Varro de L. L. 8, 31 Quid ſimilius videtur, quam in his eſt extrema litera, crux, frux — fit vnum cruci, alterum frugi. Auſonius in monoſyllabis, Eidyll. 12 p. 481 *Toll.* Ante equidem campis quam ſpicea ſuppeteret frux. *Vid.* FRVGES.

F V A

FVAT, [εἴη] pro Sit, dixerunt veteres, *auctore* Donato. Virg. Aen. 10, 103 Tros, Rutulusue fuat, nullo diſcrimine habebo. *Vbi* Seruius, Fuat, i. e. Fuerit, futuri temporis verbum defectiuum. Ter. Hec. 4, 3, 4 Fors fuat pol. Plaut. Amph. 3, 4, 2. *et* Bacch. 1, 2, 48. *et* Capt. 2, 3, 71. Nec quisquam tam audax fuat homo, qui obuiam obſiſtat mihi. Tibull. 1, 1, 67 Ferreus ille fuat. *Vid. ibi Scalig. et* Non. 2, 230. Fueret *pro eſſet* Lucret. 3, 849. *et* 5, 342. *al. tamen aliter leg.*

F V C

FVCAE, arum. f. *Pl. Maculae in facie.* Columel. 10, 125 *de Herba, Lepidio,* Deiectura quidem fronti data ſigna fucarum. *Non tamen certa eſt lectio:* Fugarum *quidem mihi probabatur maxime.*

FVCILIS, *inquit* Feſtus; Falſa: dicta autem quaſi Fucata.

FVCĬNVS, i. m. [Φυκῖνας] *Lacus in quarta regione Italiae, prope Albenſes Marſorum populos. Quo etiam nomine dictus eſt lacus Volſcorum.* Martial. Spectac. 28. Sen. Quaeſt. Nat. 3, 3. Virg. Aen. 7, 759. Suet. Caeſ. c. 44. *et* Claud. c. 10. *et* Spartian. in Hadrian. c. 22.

FVCVS, i. m. [κηφὴν] *Genus apis ſine aculeo.* Virg. Georg. 4, 168 Ignauum fucos pecus a praeſepibus arcent. Plin. 11, 11 Sunt autem fuci ſine aculeo velut imperfectae apes, nouiſſimaeque a feſſis, et iam emeritis inchoatae, ſerotinus fetus, et quaſi ſeruitia veterum apum. Quamobrem imperant iis, primosque in opera expellunt: tardantes ſine clementia puniunt. Neque in opere tantum, ſed in fetu quoque adiuuant eas, multum ad calorem conferente turba. *Contra,* Varro de R. R. 3, 16 Itaque inſectantes a ſe eiiciunt fucos, quod hi neque adiuuant, et mel conſumunt. Columel. 9, 5 Fucus genus amplioris incrementi, ſimillimum apis, et immune, ſine doctrina, fauis aſſidens. Immunisque ſedens aliena ad pabula fucus Virg. Georg. 4, 244. ¶ 2 *Pro Cera:* Idem Georg. 4, 39 Fucoque et floribus oras Explent. Fucus genus eſt herbae, vnde tinguntur veſtes. Fucum autem et flores pro Cera poſuit, quam ex his colligunt rebus. Seruius. Propolin *intelligit Philargyrius.* ¶ 3 Fucus marinus, [φυκὸς θαλάττιον] *Herba, quae et Alga marina dicitur.* Plin. 26, 10 ſ. 66 Praecipue vero liberat eo malo phycos thalaſſion: i. e. Fucus marinus, lactucae ſimilis, qui conchyliis ſubſternitur: non podagrae modo, ſed omnibus articulorum morbis impoſitus, prius quam exareſiat. Tria autem genera eius, latum, et alterum longius quadantenus rubens. Tertium criſpis foliis, quo in Creta veſtes tinguntur, omnia eiusdem vſus. *Quod dicit,* qui conchyliis ſubſternitur, *intelligimus, lanas eo prius imbui, et ſic parari, vt pretioſum alterum colorem melius bibat. Vid.* Plin. 32, 6 ſ. 22 *et quae monemus ad* Quinctil. 12, 10, 75. *Sed* Plin. 9, 38 Buccinum per ſe damnatur, quoniam fucum remittit, *videtur pro ipſo pretioſo colore conchylii poni. Idem tamen* 13, 25 Non habet, lingua alia nomen, quod Graeci vocant phycos: quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur: hic autem eſt frutex, *etc. Conf.* Iſidor. 17, 9. ¶ 4 [φυκίον] *Vnguentum aut pigmentum, quo mulieres tinguntur et colorantur, vt vitia corporis emendent.* Plaut. Moſt. 1, 3, 118 Vetulae, edentulae, quae vitia corporis fuco occultant, *etc. Conf.* Hor. Epiſt. 1, 10, 27 *ibique Torrent. Hinc* [φύκη] Fraudem aliquando ſignificat et inſidias, *interprete* Donato: ſub quibus occultatur veritas. Plaut. Capt. 3, 3, 6. Ter. Eun. 3, 5, 41 Deum ſeſe in hominem conuertiſſe, atque per alienas tegulas veniſſe clanculum, per impluuium fucum factum mulieri. Cic. de Petit. Conſul. 28 Si eum, qui tibi promiſerit, fucum, vt dicitur, facere velle ſenſeris. Sine fuco, *i. Simpliciter et aperte.* Cic. Att. 1, 1 Prenſat vnus P. Galba ſine fuco ac fallaciis, more maiorum. Idem de Clar. Orat. 162 In his omnibus ineſt quidam, ſine vllo fuco veritatis color. *Pro pigmentis pictorum eſt apud* Prudent. paſſ. Hippolyti v. 123. *it.* Auſon. Cupid. crucif. ſ. Eidyll 6, 92. Sententiae verae, ſine pigmentis fucoque puerili Cic. de Orat. 2, 188. Fucus et cincinni Poëtae Id. de Orat. 3, 98. Catul. Argon. 62, 49 Tincta tegit roſeo conchilis purpura fuco. Geſtat mercem ſine fucis Hor. Serm. 1, 2, 83. Illitus fuco color Cic. de Orat. 3, 197 c. 52. Medicata lana fuco Hor. Carm. 3, 3, 28. Mentiri colorem fuco Quinctil. 2, 15. *Conf.* Idem 12, 10. *et Erhard. ad* Petron. 24. Perfuſa gloria fuco Ouid. Faſt. 1, 303. Splendente fuco ornare comas Tibull. 1, 8, 11.

FVCO, āre. [φυκιόω, ἀγχουσίζω] *Colorare.* Virg. Georg. 2, 465 Alba neque Aſſyrio fucatur lana veneno. Cic. de N. D. 1, 111 Formare, fucare, colorare, animare non poſſent. *Alia exemplaria legunt* Figurare. Stercore fucatus crocodili Hor. Epod. 12, 11. Inmodice formam fucata Lucan. 10, 137. Sermo non fucatur pompa facundiae et gratiae Min. Fel. p. 124 c. 16 *extr.* Cum fucatur atque praelinitur, fit praeſtigioſum Gell. 7, 14. Vellera fucare Solin. c. 36.

FVCĀTVS, a, um. Adi. [φυκιωτὸς] Fucatae mulieres *dicuntur, Quae vel vnguentis quibusdam colorantur, vel vitia corporis inductis coloribus tegunt.* Candoris et ruboris fucati medicamenta omnia repellentur, elegantia modo et munditia remanebit Cic. in Orat. 79 c. 23. *Oppoſita:* Idem de Clar. Orat. 36 Haec enim aetas effudit hanc copiam:

piam: et vt opinio mea fert, ſuccus ille et ſanguis incorruptus, vſque ad hanc aetatem oratorum fuit, in qua naturalis ineſſet, non fucatus Nitor. Signa probitatis non fucata ſpecie forenſi Cic. pro Planc. 29. Vellera hiali ſaturo fucata colore Virg. Georg. 4, 335. Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio ſimulationis Cic. pro Planc. 22 c. 9. *Contraria:* Cic. de Amicit. 95 Secerni autem blandus amicus a vero et internoſci tam poteſt adhibita diligentia, quam omnia fucata et ſimulata a ſinceris atque veris. Fucata ineptiis omnia Cic. pro Muraen. 26. *Conf. Gallaeus ad* Lactant. p. 28. ¶ 2 *Sed etiam, apud recentiores praeſertim ad ea pigmenta refertur, quae non diſſimulantur, vt* Fucatus *ſit in laude. Vt* Fucata Ephippia Apul. de Deo Socr. p. 700, 8. *et* Met. 10 p. 336, 1 *Floridi.* Deus indulſit, vt Praetextam meam purpurae tuae luce fucatam praeſtares Auſon. Grat. Act. *extr.* Verſus quodam quaſi ferrumine immiſſo fucatior Gell. 13, 26.

FVCATE. Adu. Auſon. proſa poſt Eidyll. 3 Fucatius concinnata.

FVCATIO, ōnis. f. Apulei *eſſe dicitur. Negat Ind. Floridi.*

FVCILIS, *vid. ſupra poſt* FVCAE.

FVCŌSVS, a, um. Adi. [φυκιώδης] *Vitiatus, quaſi fuco tectus, non ſincerus.* Cic. pro Rabir. Poſt. 40 c. 14 Auditae, viſaeque merces: fallaces quidem et fucoſae, chartis et linteis et vitro delatae. Fucoſae amicitiae, *pro Ambitioſis, et ſpecie ſplendidis.* Cic. Att. 1, 18 Nam illae ambitioſae noſtrae, fucoſaeque amicitiae ſunt in quodam ſplendore forenſi, fructum domeſticum non habent.

F V E *et* F V F

FVE, *Interiectio ructum exprimentis.* Plaut. Moſt. 1, 1, 37.

FVFIA Gens, *vnde plures memorat Cicero, apud quem* Fuſii *in horum locum ſaepe libros occuparunt. Notus in primis* Q. Fuſius Calenus, *a quo Lex* Fufia de religione pro Clodio. *Vid.* Cic. *ad* Att. 1, 14.

FVFIDIVS, i. m. *Oratoris nomen, cuius meminit* Cic. in Bruto 113 Fufidius in aliquo patronorum numero fuit. *Forte idem Iuriſconſultus, cuius auctoritate* Paullus *vſus eſt in* l. Fufidius D. de bon. auct. iudic. poſſ.

F V G

FVGA, FVGAX, *vid.* FVGIO.

FVGALIA, ium. n. *Feſta fuerunt Romae in memoriam exactorum Regum, liberataeque Reipub. inſtituta,* (Cenſorin. de Die Nat. c. 20 *et* Feſtus Regifugium *vocant;*) *quod eo die Tarquinius ab exercitu ad Porſenam Hetruſcorum regem fugiſſet. Celebrabantur autem* Fugalia *menſe Februario, poſt exacta terminalia.* Auguſt. de Ciuit. Dei 2, 6 Sed demonſtrentur talibus aliquando conuenticulis conſecrata, non vbi ludi agerentur obſceni, vocibus et moribus hiſtrionum, nec vbi Fugalia celebrarentur, effuſa omnium licentia turpitudinum, et vere fugalia, ſed pudoris et honeſtatis. *Vid.* REGIFVGIVM.

FVGIA, ae. f. *Dea laetitiae, a fugatis hoſtibus videtur excogitata ex male intellecto loco* Varron. de L. L. 5, 3 p. 47, 30 Dies Populi fugia *(Scaliger in Ind.* Populiſugia *continuato vocabulo)* videtur nominatus, quod eo die repente tumultu fugerit populus non multo enim poſt hic dies, quam deceſſus Gallorum ex vrbe. — Aliquot huius diei veſtigia fugae in ſacris apparent. *Hinc* Fugiam deam *exſculpſit Viues ad* Auguſtin. de Ciu. Dei 2, 6. *Vid.* POPVLIFVGIA.

FVGIO, fugi, ĭtum, ĕre. [φεύγω] *Cum curſu et celeritate abire et recedere, eſtque Graecum* φυγᾶν. Virg. Ecl. 1, 4 Nos patriam fugimus. Idem Ecl. 8, 52 Nunc et oues vltro fugiat lupus. Sapientis fugere negant Stoici Cic. ad Brut. 15. *Ponitur cum Praepoſitionibus.* A ſuis conditionibus fugere, *non ſtare conditionibus a ſe latis* Cic. Fam. 16, 12. *Sic* Aeneas fugit a Troia Cic. Verr. 4 c. 33. Vt a crudeliſſimo hoſte Idem pro Cluent. c. 66. *Et* Offic. 1 c. 35 Ab omni, quod abhorret ab oculorum auriumque approbatione fugiamus. Martial. 9, 90 De cauea fugiat ne male paſtus aper. Fugere de ciuitate Quinctil. 6, 1. Ter. Hec. 1, 2, 107 Si quando ad eam acceſſerat confabulatum, fugere e conſpectu illico, videre nolle. Cic. pro Cael. 65 Mimi ergo eſt iam exitus, non fabulae: in quo quum clauſula non inuenitur, fugit aliquis e manibus. Tenues fugit, ceu fumus, in auras Virg. Aen. 5, 740. In bellum fugitur Lucan. 1, 499. Longe, *vid.* LONGVS. Demiſſis manibus fugere Plaut. Epid. 3, 4, 16. Plaut. Amph. 1, 1, 44 Nam quum pugnabant illi maxime, ego fugiebam maxime. Pauide, *vid.* PAVIDVS. Caeſ. B. C. 3, 29 Octacilius ſibi timens, oppido fugit, et ad Pompeium peruenit. *Vitare, et reſpuere.* Plaut. Aſin. 1, 3, 60 Quod nolebam ac vetueram, de induſtria fugiebatis: neque conari id facere audebatis prius. ¶ 2 *Subſtantiua Nomina:* Aciem, *vid.* ACIES. Cic. Tuſc. 1, 50 Caſurusne in conſpectum videatur animus, an tanta ſit huius tenuitas, vt fugiat aciem. *h. e. Vt videri non poſſit, de acie enim oculi loquitur.* Aliquem odiſſe et fugere Hor. Serm. 1, 3, 86. Aliquid omni contentione, *vid.* OMNIS. Cic. de Amicit. 87 Quin etiam ſi quis aſperitate ea eſt, et immanitate naturae, congreſſus vt hominum fugiat, atque oderit. Idem pro L. Agrar. 2, 6 Nec quorum oculos offendebat, eorum ipſorum conſpectum fugere auſus eſt. Ouid. Met. 2, 594 Conſpectum lucemque fugit. Cic. de Amicit. . . . Quod ſi Curam fugimus, virtus fugienda eſt. Diſciplinas omnes fugit Quinctil. 2, 17. Facta aliqua Plaut. Mil. 3, 1, 28. Cic. in Piſon. 45 Nemo bonus, nemo denique ciuis eſt, qui modo ſe ciuem eſſe meminerit, qui vos non oculis fugiat, auribus reſpuat, animo aſpernetur. Infamiam Cic. Fam. 1, 1. Iter fugere, *h. e. Fugiendo conficere.* Idem Fam. 11, 13 Biduo me Antonius anteceſſit, itinera multo maiora fugiens, quam ego ſequens. Ter. Heaut. 1, 1, 114 Non conuenit, qui illum ad laborem impulerim, nunc me ipſum fugere. Virg. Aen. 3, 459. Cic. de Fin. 5, 57 Nec voluptatem relinquentes, nec fugientes laborem. *Et* Att. 11, 1 Munus omne fugere. Nomen inuidioſum voluptatis Cic. Acad. 4, 138 c. 45. Ter. Andr. 4, 5, 27 Recte ego ſemper fugi has nuptias. Procurationem reip. Nep. 25, 15, 3. Recordationes, quae morſu quodam dolorem efficiunt Cic. Att. 12, 19. Suſpicionem Idem Att. 15, 22. Taedium Plin. 36, 15. ¶ 3 *Formulae aliae:* Et fugiunt freno non remorante dies Ouid. Faſt. 6, 772. *De iis, qui nauigant:* Virg. Aen. 3, 268 Tendunt vela Noti, fugimus ſpumantibus vndis. Cic. in Orat. 197 Eaque dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos et praeteruolat Numerus: qui ſi abeſſet, illa ipſa delectarent. Ventis ocior fugit Sil. 13, 343. *Inprimis ad ignorantiam et obliuionem refertur, vt latere, et praeterire.* Cic. pro Caecin. 33 Alia ſi qua forte eſt actio, quae nos fugiat, dic quae ſit? diſcere cupio. Hoc amentem hominem fugit Cic. Verr. c. 12. Nulla res eſt in vſu militari poſita, quae huius viri ſcientiam fugiat Cic. pro L. Manil. 28. Fugiunt haec me, *i. Non recordor, non memini, aut ignoro* Cic. Tuſc. 1, 22. Idem pro Caecin. . . Non enim ſum id dicturus, quod ego inuenerim, ſed quod illos non fugerit. Ouid. Faſt. 5, 445 Dicta ſit vnde dies, quae nominis exſtet origo, Me fugit: ex aliquo eſt inuenienda deo. De Caeſare fugerat me ad te reſcribere, *h. e. Non memineram ad te reſcribere de Caeſare* Cic. Q. Frat. 2, 12. Neminem fugit illud Iulian. in l. 1 D. de diuerſ. et temporal. praeſcript. Ter. Heaut. 2, 3, 75 Vbi ſi paullulum modo quid te fugerit, ego perierim. *i. Si vel tantillum peccaueris obliuione, aut aliquo alio modo.* Fugit te ratio Plaut. Amph. 1, 1, 230. Cic. Fam. 11, 10 Quantamque cupiditatem hominibus iniiciat vacuitas, non te fugit. *Conf.* Cic. Att. 12, 42. *Quid ſit* Candicantiam fugere *in gemmis, vid.* CANDICANTIA. Fugere, *vt ait* Non. 2, 337 eſt deterius fieri, *et adfert* Vinum fugiens, *de quo mox. Sic* Sen. Epiſt. 12 Gratiſſima ſunt poma cum fugiunt. *Vid. infra in* FVGIENS. *Aliquando eſt Cauere vel Nolle.* Hor. Carm. 1, 9, 13 Quid ſit futurum cras fuge quaerere. *Conf.* 2, 4, 22. Non fugis — calathis impoſuiſſe manum Ouid. Her. 9, 75. ¶ 4 *Paſſiue vſurpauit* Auguſtin. de Ciu. Dei 22, 22 Vitia quibus labor fugitur. Fugiendo: Propert. 1, 1, 9 Mimallion nullos fugiendo Tulle labores, Saeuitiam durae contudit Iaſidos. Genus dicendi vitioſum longa animi prouiſione fugiendum Cic. in Orat. 189. Iniuria fugienda Cic. Off. 1, 25. Satietas audientium oratori fugienda Idem Verr. 3, 102. Turpitudo fugienda, adipiſcenda honeſtas Id. Tuſc. 2, 58. *In MSS. miſcentur* Fugere *et* Fulgere: *vid. Drakenborch ad* Sil. 4, 88.

FVGIENS, entis. Partic. [φεύγων] Ter. Andr. 5, 4, 33 Is hinc bellum fugiens, meque in Aſiam perſequens proficiſcitur. Tacit. Ann. 3, 46 Tanto magis imbelles Aeduos euincite, et fugientibus conſilite. Obſiſtere fugienti Ouid. Faſt. 2, 595. Secutus eſt fugientem voce Virg. Aen. 1, 410. Fugiens opprobria culpae Hor. Epiſt. 1, 9, 10. Vinum fugiens: *i. Dubium, et in vitium inclinans, cum non amplius fert aetatem.* Cic. Off. 3, 91 c. 23 Qui vinum fugiens vendat ſciens, debeatne dicere? *Vid. Turneb. Aduerſ. 10, 13. Hinc forte* Fugientes *etiam* literae *dici poſſint, quas* Caducas *et* exoleſcentes *vocari, ſuo loco monemus.* Spicula Virg. Aen. 11, 654. [φυγόπονος] Caeſ. B. C. 1, 69 Nemo erat adeo tardus, aut fugiens laboris, quin, *etc.* Aetas Catul. 69, 43. *Inconſtans.* Fontes arguto gramine fugientes Colum. 10, 284. *riuuli cum murmure labentes.* Flumina Horat. Serm. 1, 1, 68. Hora Idem Carm. 3, 29, 48. Somnus Catull. 64, 43. *i. Cedens.* Fugientia captare Horat. Serm. 1, 2, 108. Fugiens, *pro Reus, figura dicendi Graeca vſurpatur a* Iuſtiniano in l. 2 C. de iuram. propter calum. Non aliter neque actorem, neque fugientem in primo exordio litis exercere certamina, id eſt φεύγοντα.

FVGITVRVS, a, um. Part. [φεύξων] Ouid. Epiſt. 2, 47 Remigiumue dedi quo me fugiturus abires.

FVGĬTO, āre. Frequent. [φεύγομαι] *A* Fugio. *Conatum fugiendi repetitum notat.* Phaedr. 1, 2, 26 *de ranis* Fruſtra necem fugitant inertes. *Laudatur, fallente puto memoria,* Apuleius . . Huc atque illuc fugitando, ad ſtabulum tandem perueni. Ter. Phorm. 5, 5, 7 Viciſſim partes tuas acturus eſt. A. quas? P. vt fugitet patrem. *i. E conſpectu patris.* Ter. Heaut. 3, 1, 25 Non vult te ſcire ſe rediſſe: etiam et tuum conſpectum fugitat propter peccatum. Plaut. Capt. 3, 4, 10 Quid iſtuc eſt, quod meos te dicam ſic fugitare oculos, Tyndare? Prouinciam omnes fugitant Id. ibid. 1, 2, 53. Cic. pro Roſc. Amer. 78 c. 28 Dubitate etiam nunc Iudices, ſi poteſtis, a quo ſit Sext. Roſcius occiſus: ab eone, qui propter illius mortem in egeſtate et inſidiis verſatur, cui ne quaerendi quidem de morte patris permittitur: an ab iis, qui quaeſtionem fugitant, bona poſſident, in caede atque ex caede viuunt. Apul. de habit. doctr. Plat. p. 606, 12 *Floridi,* Mala quaedam ſui cauſa fugitanda ſunt, alia caeterorum. ¶ 2 Fugito, āre. Frequentat. *A* Fugo, āre. *Idem ac Propellere.* Plaut. Pſeud. prol. 7 Semper odiſtis malos, et lege et legionibus hos fugitaſtis.

FVGĬTANS, antis. Partic. Ter. Phorm. 4, 3, 18 Herus liberalis eſt, et fugitans litium. *Conf.* Priſcian. p. 1202.

FVGITATIO, ōnis. f. *ICt. in* Digeſt. . .

FVGITATOR, ōris. m. *Apud* Firmic. . .

FVGĬTOR, ōris. m. [φευκτὴς] *Timidus, et qui protinus fugit.* Plaut. Trin. 3, 2, 97 In ſaginam herus ſe coniecit meus, credo ad ſummos bellatores acrem fugitorem fore, et capturum ſpolia ibi illum, qui meo hero aduerſus venerit.

FVGA, ae. f. [φυγὴ] Profectio, abſceſſus cum celeritate: Virg. Aen. 3, 160 Longumque fugae ne linque laborem. Idem 4, 400 Fugae ſtudium. Seruius. Fugam, Nonius 4, 199 *diſtincte exponit etiam* de Cito curſu, de volatu, de nauigatione, et de vehementi afflatu. *De curſu celeri* Virg. Aen. 1, 320 Vel qualis equos Threïſſa fatigat Harpalice, volucremque fuga praeuertitur Hebrum. Nobilis hic *(equus)* cuius Clara fuga ante alios et primus in aequore puluis Iuuenal. 8, 60. Virg. Aen. 11, 706 — dimitte fugam: et te cominus aequo Mecum crede ſolo. Id. Georg. 3, 201 Ille volat, ſimul arua fuga, ſimul aequora verrens. *Pro Exilio more Graecorum* Cic. de Orat. 3, 9 Tenemus enim memoria Q. Catulum virum omni laude praeſtantem, quum ſibi non incolumem fortunam, ſed exilium et fugam deprecaretur, eſſe coactum, vt vita ſe ipſe priuaret. *Sic* de Diuin. 1, 59 c. 28 Calamitoſa fuga patriae, nobis etiam glorioſa. *Huc pertinet* Martian. l. exil. D. de interdict. et releg. Exilium triplex eſt: aut certorum locorum interdictio: aut lata fuga, vt omnium locorum, praeter certum locum: aut inſulae vinculum, id eſt relegatio in inſulam. *Sed* Liu. 3, 67 *pr.* Hanc ignominiam, ſi non alia honoris fuga fuiſſet, vel exilio, vel morte vitaſſem. *i. Effugiendi honoris ratio.* Liu. 38, 40 *extr.* Iam nox appetebat, quum praelio excedunt Thraces: non fuga vulnerum aut mortis, ſed quia ſatis onerati praeda erant. Laboris fuga deſidiam coarguit Cic. pro Muraen. 9 c. 4. Laborum ac dolorum fuga Id. de Fin. 2, 33. Lucis fuga Quinctil. 1, 3. Operarum fuga Cic. Q. Frat. 2, 3. ¶ 2 *Adiectiua:* Celeri fuga ſub ſidera lapſae Virg. Aen. 3, 243. Ignominioſa, *vid.* IGNOMINIA. Immitis Sen. in Med. 6. Paterc. 2, 61 *extr.* Antonius turpi ac nuda fuga coactus deſerere Italiam. Nulla fuga malefactis meis Plaut. Capt. 3, 3, 7. *i. Non poſſum vitare poenam.* Occulta Sil. 7, 331. Praeceps Liu. 30, 5 *extr.* Trepidae duxque comeſque fugae Ouid. Triſt. 1, 9, 10. Turpis Tacit. Hiſt. 3, 9. Turpiſſima ab vrbe Cic. Att. 7, 20. Volucris Sil. 17, 589. ¶ 3 *Verba:* Ardet Abire fuga Virg. Aen. 4, 281. *Vid.* ABEO. Abſcondere furto fugam, *vid.* ABSCONDO. Accelerare

lerare fugam Stat. Theb. 5, 278. Agere in fugam, *vid.* AGO. Agitare fugam Virg. Aen. 2, 640. Amittere fugam, *vid.* AMITTO. Aperuit lux fugam hoſtium Liu. 27, 2 *extr.* Aperire fugam incluſis Claud. de B. Get. 97. Apparare fugam, Auertere in fugam, *vid. hh. vv.* Auferre fugam Flor. 3, 10, 3. Capere fugam Caeſ. B. G. 7, 26. *Vid.* Capere fugam *in* CAPIO. Ouid. Faſt. 3, 867. Capeſſere fugam, *vid.* CAPESSO. Celerare fugam Virg. Aen. 1, 361. Claudere alicui fugam, *vid.* CLAVDO. Claudit fugam cuſtodia Ouid. Met. 6, 572. Cohibere fugam, Commendare ſe fugae, *vid. hh. vv.* Commiſit ſe fugae fortunaeque Paterc. 2, 72. Compeſcere fugam alicuius Claud. de B. Get. 315. Conferre ſe in fugam Cic. pro Caecin. 22 c. 8. Coniicere ſe in fugam Id. pro Cael. 63 c. 26. *Vid.* CONIICIO. Coniicere hoſtes in fugam Caeſ. B. G. 7, 70. Conſciſcere fugam Tacit. Hiſt. 3, 9. Liu. 5, 53 Exiliumque, ac fugam nobis ex eo loco conſciſceremus. Id. 10, 43 Incerti quam in partem intenderent iter, in fugam conſternantur. Conuertere ſe in fugam, *vid.* CONVERTO. Conuertere fugam clamore, *vid.* CONVERTO. Conuertunt clamore fugam Virg. Aen. 12, 252. Dare ſe incertae et periculoſae fugae Cic. Att. 7, 22. Dare ſeſe in fugam Id. Verr. 4, 95 c. 43. Dare fugam Virg. Aen. 7, 24. Deſperata fuga latronis Cic. Philipp. 5, 30. Dictare fugam Quinctil. 1, 3. Tacit. in Vita Agric. 37 Quantoque ferocius accurrerant, tanto acrius pulſos in fugam diſiiciſſet. Donare fugam Sil. 15, 724. Extinguere fuga ac ferro Salluſt. Iugurth. 46. Facere fugam Cic. pro Domo 67. *Vid.* FACIO. Inclinare in fugam, *vid.* INCLINO. Iniicere fugam inimicis, *vid.* INIICIO. Intendere fugam, *vid.* INTENDO. Intendere fugam ad moenia Lucan. 4, 262. Intercludere fugam, *vid.* INTERCLVDO. Mandare ſe fugae, *vid.* MANDO. Maturate fugam Virg. Aen. 1, 140. Salluſt. Iugurth. 1, 21. Meditari fugam, *vid.* MEDITOR. Moliri fugam Virg. Aen. 2, 108. *Vid.* MOLIOR. Nudant terga fugae Id. ibid. 5, 586. Nutare in fugam Flor. 3, 10, 4. Occultare fugam, *vid.* OCCVLTO. Ornare fugam, *vid.* ORNO. Parare fugam, *vid.* PARO. Caeſ. B. G. 7, 61. Penetrare ſe in fugam, *vid.* PENETRO. Perdere fugam implicitam viſco, *vid.* IMPLICO. Petere fugam, *Fugere* Claud. in Ruffin. 2, 132. Praebere terga fugae Ouid. Met. 10, 706. Quaerere fugam Cic. Philipp. 5, 30. Repreſſa eſt fuga quae parabatur Id. Att. 7, 25. Simulata Quinctil. 2, 13. Siſtere fugam alicuius Stat. Theb. 9, 874. Flor. 1, 1, 13. Sum: *vt*, In fuga eſſe Cic. Att. 7, 22. Texuntque fugas et praelia ludo Virg. Aen. 5, 593. Liu. 30, 33 *extr.* Poſtea quam videre ex alto claſſem, in fugam verterunt.

FVGELA, ae. f. *Idem.* Apul. Apol. p. 336, 8 Ab iis nunc magna fugela in ganeum fugit. *Sic in Catonis fragmentis, edente Popma,* Maxima fugela *dicitur, pro Maxima fuga.*

FVGAX, ācis. Adi. [φυξανικός] *Qui propter timiditatem facile fugit. Sed* Fugax, Fugiens, Nomen pro Partic. Virg. Aen. 11, 713 Haud mora, conuerſisque fugax aufertur habenis. Seruius. Fugacia poma, Perſica *appellat* Plin. *quod cito defloreſcant, et diutius ſeruari non poſſunt,* 15, 12. Virg. Aen. 10, 697 — prolem Dolicaonis Hebrum Sternit humi: cum quo Latagum Palmumque fugacem. Velocem. Seruius. Anni fugaces Hor. Carm. 2, 14, 1. Plin. 10, 52 Tribuit hoc auium generi natura, vt fecundiores eſſent fugaces earum quam fortes. Aura fugacior Ouid. Met. 13, 808. Bona fugaciſſima Sen. Epiſt. 74. Capreae Ouid. Met. 1, 442. Cerui Virg. Georg. 3, 539. Crocodilus contra inſequentes fugax Plin. 8, 25. Dux fugaciſſimus Liu. 30, 28. *Equorum laus eſt: Conf. Burm. ad* Ouid. Her. 4, 46. *et* Met. 10, 664. *it.* Val. Flacc. 3, 584. Hoſtis fugaciſſimus Liu. 5, 28. Miles Paterc. 2, 85. Mors et fugacem perſequitur Virum Horat. Od. 3, 2, 14. Res fugax ac lubrica tempus Sen. Epiſt. 1. Gloriae fugaciſſimus Id. de Benef. 4, 32. Sequi fugacem Hor. Serm. 2, 7, 115. Breuia, fugacia, et caduca exiſtima, *i. Caduca et temporaria* Cic. Fam. 10, 12.

FVGACĬTER. Adu. *More fugientium.* *Apud* ICt. *in* Cod. . . *Compar.* Liu. 28, 8 Vtrum ab ſe audacius, an fugacius ab hoſtibus geratur bellum.

FVGACĬTAS, ātis. f. Gloſſ. Cyrill. Fugacitas, ἡ φυγή.

FVGITĪVVS, a, um. Adi. [φυγικός] *Qui aufugit: vt,* Fugitiuus ſeruus, *Qui a domino ea mente recedit, ne ad eum redeat, etiamſi mutato conſilio ad eum reuertatur.* Plaut. Men. 1, 1, 4 Et qui fugitiuis ſeruis indunt compedes. Id. . . Quamobrem? C. quamobrem, me rogas? homini fugitiuo dabo. Amor fugitiuus *ex* Ouid. de Rem. Am. 2 *et* 358 *laudatur. Sed nihil eius ibi eſt. Alias notum Moſchi Graeci Poëtae Idyllion* Ἔρως δραπέτης, *i. amor fugitiuus.* Apes fiunt fugitiuae Varr. R. R. 3, 16, 21. Ter. Heaut. 4, 2, 11 Retraham hercle opinor ad me illud idem fugitiuum argentum tamen. Erro fugitiuus Hor. Serm. 2, 7, 13. Gaudia fugitiua, *Quae cito euaneſcunt et abeunt, ac parum durant* Martial. 7, 46. Idem 1, 16 Gaudia non remeant, ſed fugitiua volant. Plin. 36, 15 Eodem in oppido eſt lapis fugitiuus appellatus: Argonautae eo pro anchora vſi, ibi reliquerant. Quies Martial. 7, 63. Seruus fugitiuus Vatin. Cic. Fam. 5, 9. A iure et legibus fugitiuus Id. Verr. 4, 112. Finium ſuorum Flor. 3, 1, 12. Fugitiuus rei familiaris Plin. Epiſt. 9, 28, 4. Idem 18, 16 In tantum columbis grata, vt paſtas ea negent illius loci fugitiuas fieri. Princeps fugitiuorum Cic. Verr. 3, 66. Saturn. in l. aut facta D. de poen. Tempus diſcernit emanſorem a fugitiuo, et effractorem vel furem diurnum a nocturno.

FVGITIVĀRIVS, i. m. [φυγικαῖος, φυγαδοθήρας] Fugitiuarii *fugitiuorum ſeruorum Reprehenſores erant: qui eam operam profitebantur, vt fugitiuos inueſtigatos reducerent.* Vlpian. in l. ſi apud te D. de praeſcript. verbis, Non enim ambo pecuniam ego et fugitiuarius depoſuimus, vt quaſi apud ſequeſtrem eſſet depoſitum. Varro *hoc verbo metaphorice quodammodo vſus eſt* de R. R. 3, 14, 1 *de cochleis,* Aqua finiendae *(i. foſſa aquae circumdandae)* ne fugitiuarius ſit parandus. *Vid. Cuiac. Obſſ. 5, 9 et 21, 11. Barth. Adu. 5, 8 p. 229. et Freinſh. ad illud* Flori 3, 19, 7 *de ſeruis Euno duce tumultuantibus,* Itaque qui per fugitiuarios retrahi debuiſſent, praetorios duces, profugos praelio ipſi ſequebantur.

FVGO, āre. [φυγαδεύω] *Expellere, et in fugam conuertere.* Plaut. Amph. prol. 136 Ibi nunc meus pater memorat, legiones hoſtium vt fugauerit. Id. Poen. 1, 2, 110 Ita ſunt turpes, credo ecaſtor Venerem ipſam e fano fugent. Caedere et fugare aliquem Cic. ad Brut. 6. Id. pro Caecin. 33 Homines inermes qui ad conſtitutum experiundi iuris gratia veniſſent, armis, viris, terrore, periculoque mortis repulerit, fugarit, auerterit. Fugat aſtra Phoebus Hor. Carm. 3, 21, 24. Claſſem Nep. 13, 2, 1. Lapidibus aliquem fugare et ferro Cic. de Aruſp. Reſp. 6 c. 4. Somnos claſſica pulſa fugant Tibul. 1, 1, 4. *Paſſ.* Plin. 11, 53 Vultures vnguento qui fugantur, alios appetunt odores. Armis pelli et fugari Cic. pro Caecin. 33.

FVGANS, antis. Partic. Propert. 3, 2, 11 Annibalemque lares Romana ſede fugantes.

FVGATVS, a, um. Partic. Concio Cic. Philipp. 6, 3. Equitatu Caeſ. B. G. 7, 68. Hoſtis Cic. ad Octau. . . Latini ad Veſerim fuſi fugatique Id. Off. 3 c. 31. Virtus Lucan. 2, 242. Longe fugati ex conſpectu hominum Lucret. 3, 48. *Add.* Propert. 3, 16, 22.

FVGATVRVS, a, um. Partic. [φυγαδεύσων] Ouid. Epiſt. 18, 11 Iamque fugatura Tithoni coniuge noctem, *etc.*

FVGATIO, ōnis. f. *Apud* Mart. Capell. . .

FVGATOR, ōris. m. - Quam vnum diem nuncupare ſolitus es fugatorem aerumnarum noſtrarum Porc. Latro Decl. in Catil. Tertull. *ſeu potius* Cyprian. Carm. adu. Marc. 5, 10 Mortis fugator.

FVGATRIX, īcis. f. Tertull. adu. Gnoſt. c. 12 Dilectio fugatrix timoris.

F V L

FVLCIO, ſi, (*Praeter.* Fulxi: *vid.* Priſcian. 10 p. 904) tum, īre. [στηρίζω, ἐρείδω] *Firmare, Suſtentare, impedire, ne cadere poſſit.* Iuuenal. Sat. 3, 193 Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam. Martial. 2, 43 Fulcitur teſta fagina menſa mihi. *Metaphor.* Cibis fulcire ac omnia ſuſtentare Lucret. 1, 1137. Beneuolentia fulcire imperium Cic. Off. 3, 88 c. 22. Id. Att. 5 *extr.* Hermum vt rogas, creberrimis literis fulcio. Re, fortuna, fide, labentem fulcire et ſuſtinere Id. pro Rabir. Poſt. 43 c. 16. Potentia amicorum fulciri, nobilitate niti A. Decl. antequam iret in exil. c. 4. Vndique fulcire aliquid Cic. de Aruſp. Reſp. 60. Id. Acad. 4, 75 Sed quid eos colligam, quum habeam Chryſippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum? Id. Philipp. 2, 51 Nam quum L. Lentulo, C. Marcello Conſulibus, Calendis Ian. labentem et prope cadentem Rempublicam fulcire cuperetis. Id. Poſt red. in Senat. 17 c. 8. Rempublicam ſubſidiis magnis fulcire Cic. Fam. 12, 5. Ruinas horum conſulum vos conſules veſtra virtute fulſiſtis Id. Poſt Red. in Sen. c. 8 *pr.* Salutem fulcire Lucret. 3, 126. Fulcire cibis Idem 2, 1146. Columel. 6, 24, 4 Fulta cibis bos.

FVLTVS, a, um. Part. Amicitiis fultus Plin. Epiſt. 9, 13. Ope fultus Quinctil. 6, 3. Pede molli fulta Hor. Serm. 1, 2, 88. Potentia amicorum fulti, nobilitate nixi Cic. anteq. iret in exil. 11 c. 4. Apud veteres vnusquisque eo, ſuper quod iacebat, fultus dicebatur Seru. *ad* Virg. Ecl. 6, 53 Ille latus niueum molli fultus hyacintho. Puluino fultus Lucil. *ap.* Seru. *l. c.* Talis male fultum prauis Hor. Serm. 1, 3, 48. Caput fultum Virg. Aen. 11, 39. Cauſa pluribus et grauiſſimis rebus aliquorum fulta eſt Cic. pro Corn. Balb. 35. Domus fulta columnis Propert. 3, 2, 11. Imperium gloria fultum Cic. Off. 3, 88. Idem de N. D. 2, 25 c. 9 Fultae calore omnes partes mundi ſuſtinentur. *Subſellium* ſatis fultum eſt mihi Plaut. Sticho 1, 2, 37. *de puluino.* Cic. de Senect. 52 Vitis, quae natura caduca eſt, et niſi fulta ſit, ad terram fertur.

FVLCĪMEN, ĭnis. n. *Quo quid fulcitur.* Ouid. Faſt. 6, 269 Terra pilae ſimilis nullo fulcimine nixa.

FVLCIMENTVM, i. n. [στήριγμα] *Idem.* Macrob. Saturn. 7, 9 Deſertum fulcimentis ſuis labitur in ruinam. Apul. Met. 1 p. 109, 27 Dum pede altero fulcimentum, quo ſuſtinebar repello. Solin. c. 33 *de Alce,* Dum fera aſſuetis fulcimentis innititur. Celſ. 2, 15 *cum de geſtationis generibus dixiſſet,* Si nihil horum eſt, ſuſpendi lectus debet et moueri. Si ne id quidem eſt, at certe vni pedi lecti fulcimentum ſubiiciendum eſt, atque ita lectus huc et illuc manu impellendus. *Al.* fulmentum. *Vid. Scal. ad* Manil. 2, 877: *cuius tamen* fulmina *pro* fulmentis *vel* fulcimentis *poſita, ridet Bentleius ad verſum ipſius 892, et legit* Imaque ſubmerſi contingens culmina *(pro vulg.* fulmina*)* mundi.

FVLMEN, ĭnis. n. *Pro Fulmentum.* Manil. 2, 877 *placere Scaligero, Bentleio rideri, modo dixi voce* FVLCIMENTVM.

FVLMENTVM, i. n. *Fulcimentum.* Nonius 3, 98 Fulmentum neutro vt eſt in prouerbio veteri, quo Varro vtitur ſaepius, Fulmenta lectum ſcandunt: *ſignificare videtur peruerſitatem quandam et perturbationem officiorum. Quidquid enim eſt quod fulcit, debet infra eſſe.* Fulmenta lecti *deinde* Fulcra *dicere maluerunt.* Fulmenta *ſunt etiam* Caton. R. R. 14, 1. Vitruu. 5, 1 *extr.* Fulmenta *videntur baſes quaedam pilarum. Sed* Sidon. Carm. ad Epiſt. 2, 10, 17 Porticus fulmentis Aquitanicis ſuperba, *i. columnis. Vid. Not. Sauaronis et Sirmondi.*

FVLMENTA, ae. f. Lucil. 28 *apud* Non. 3, 98 p. 206 *Merc.* Fulmentas aeneis atque aeneis ſubducere. *Caſaubon. ad Theophr. p. 151 ita emendat,* Fulmentas clauis aeneis ſubcudere. *Addit alium locum Lucilii Nonius, qui ita habet in edit. Mercer.* Sucit hic fuldum, fulmentas quatuor addit: *pro quo Caſaubonus,* Sufficit huic, clauis. *Certior locus a Nonio laudatus ex* Plauti Trin. 3, 2, 94 Quid ego nunc agam, Niſi vbi ſarcinam conſtringam, et clypeum ad dorſum accommodem; Fulmentas iubeam ſuppingi ſoccis. *Varietas quae hic deprehenditur, non obſtat, quo minus intelligamus hoc certe, quod tractat illo loco Caſaubonus,* Fulmentas *eſſe* καττύματα, ſolum caligarium, *quod etiam* ſuppacta, *vel* ſolum ſuppactum *dicitur. Vid.* SVPPINGO.

FVLTVRA, ae. f. [στηριγμός] *Idem.* Plin. 36, 15 Vt eximantur trabes ſine fulturis. Idem Epiſt. 10, 39 *de theatro Niceenſium* Nam fulturae ac ſubſtructiones, quibus ſubinde ſuſcipitur, non tam firmae mihi, quam ſumtuoſae videntur. Columel. 1, 5 Sed et pro fultura et ſubſtructione fungentur aduerſus ea, *etc.* Ingens accedat ſtomacho fultura ruenti Hor. Serm. 1, 3, 154. Corpori vacuo, cuius fulturis animus ſuſtinetur Plin. Epiſt. 1, 9.

FVLCRVM, i. n. [ἔρμιν, ἐρμίνια] *Vix aliter, quam de lectorum ſuggeſto obſeruauimus: quae* fulmenta *dici monuimus.* Virg. Aen. 6, 604 Lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. Gell. 20, 15 Neque apud eius lecti fulcrum, capſam eſſe cum ſtrue aut ferro oportet. Plin. 34, 2 ſ. 4 Antiquiſſima aeris gloria Deliaco fuit — et ideo cura officinis, tricliniorum pedibus fulcriſque. Fulcro ſternatur lectus eburno Propert. 2, 13, 21. Fulcrum lecti Suet. Claud. c. 32. *Hinc Synecdochice, Pro ipſo lecto.* Iuuen. Sat. 6, 22 — ſacri Genium contemnere fulcri. *Et* 11, 93 Teſtudo, Clarum Troiugenis, *Romanis* factura ac nobile fulcrum: *lectum teſtudineum. Scribitur etiam* Fulctrum *et* Fultrum.

FVLTOR, ōris. m. *Qui fulcit.* Venant. Fortunat. Carm. 2, 2 Eccleſiae fultor, laus regni, fultor egentum.

FVLCIBĬLIS, e. Adi. *Apud* Veget. . .

FVLCIPEDIA, ae. f. *Eſt Conuicium in mulierem loripedem apud* Petron. c. 75 Ita tibi videtur fulcipedia. *Al.* Falſipedia.

FVLGEO, ſi, ēre. [στίλβω, σελαγίζω, τηλαυγέω] *et aliquando* FVLGO, ĕre. *Scribitur etiam* FVLCEO. *Vid.* Diomed. p. 369. *Lucere et ſplendorem emittere ſignificat*, Lucan. 10, 122 Fulget gemma toris, et iaſpide fulua ſupellex. Aether purior fulſit Ouid. de Arte Am. 3, 55. Aurora Virg. Aen. 7, 26. Claritas fulſura Auguſtin. de Fide et Symb. c. 7 *extr.* Dies fulget Ouid. Amor. 1, 8, 10. Eos craſtina quum fulſerit Idem Epiſt. 3, 57. Liu. 1, 25 Vt primo ſtatim concurſu increpuere arma, micanteſque fulſere gladii, horror ingens ſpectantes perſtringit. Ignes fulſere et conſcius aether connubii Virg. Aen. 4, 167. Fulgebat in adoleſcentulo Indoles virtutis Nep. 18, 1, 4. Roſae fulgent inter ſua lilia Ouid. Amor. 2, 5, 37. Virtus intaminatis fulget honoribus Hor. Carm. 3, 2, 18. Cic. in Catil. 2, 5 c. 3 Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura, *etc.* Liu. 34, 3 *extr.* Fulgere, pro Ferire priſci dicebant, *auctore* Feſto. *Vnde* Fulgur *dictum eſt.* *Pro Fulgurare* Cic. Orat. 29 c. 9 *de Pericle*, Qui ſi tenui genere vteretur, nunquam ab Ariſtophane Poëta fulgere, tonare, permiſcere Graeciam, dictus eſſet. Idem de N. D. 2, 65 Hunc etiam augures noſtri quum dicunt, Ioue fulgente, tonante: dicunt enim caelo fulgente, tonante. Id. in Vatin. 20. *et* de Diuin. 2, 149. Mela 1, 19 *De Lampſaco*, Reſponſum erat vbi primum fulſiſſet. *De confuſione cum* Fugere *et* Fluere *in MSS.* *Vid.* FVGIO *et* FLVO. ¶ 2 Fulgo, ĕre. Lucret. 5, 1094 Multa videmus enim caeleſtibus incita flammis Fulgere, quum caeli donauit plaga vapores. Lucil. Sat. 7 *ap.* Non. 10, 12 Primum fulgit vti caldum, et fornaceum ferrum. *Conf.* Priſcian. p. 838. Sen. Q. Nat. 2, 56. Tremulo tempeſtas impete fulgit Lucret. 6, 173. *Add.* Ib. v. 159. *it.* 5, 767. *Ipſe* Virg. Aen. 6, 827 Illae autem, paribus quas fulgere cernis in armis. *Plura* Non. 10, 12.

FVLGENS, entis. Partic. [σελαγίζων, τηλαυγῶν] Arma fulgentia Virg. Aen. 2, 749. Fulgentior aſtris Claudian. Conſul. Prob. et Olybr. v. 240. Imperio fulgens Hor. Carm. 3, 16, 31. Caeli fulgentis imago Ouid. Met. 2, 17. Circus lacteus candore nimio fulgens Cic. in Arat. 249. Fax Tibul. 1, 2, 38. Gladios hoſtium fulgentes videbant Decii, quum in aciem eorum irruebant Cic. Tuſc. 5, 62 c. 21. Iupiter Idem in Vatin. 20. Iuuenis fulgentiſſimus Vell. 2, 71, 1. Nomina Romanas inter fulgentia gentes Lucan. ad Piſon. 4. Oculi lucidum fulgentes Hor. Carm. 2, 12, 15. Os Ciceronis fulgentiſſimum Vell. 2, 64, 3. Sidera fulgentiſſima Colum. l. 6 prooem. Tecta fulgentia ebore et auro Cic. in Parad. 1 c. 4. Veſtis Tibul. 4, 1, 121.

FVLGENTER. Adu. *vnde Compar.* Plin. 10, 20 Colores fulgentius radiant.

FVLGESCO, ĕre. *Idem quod Fulgere.* Firmic. 1, 4 Solis radiatione fulgeſcere. *Et in* fragmento Halieut. *quod dedit Heſſelius ad nouam* Ennii *editionem* p. 154 — crebris nubes fulgeſcere flammis.

FVLGĒTRVM, i. n. [ἀστραπὴ] *Dicitur Lux illa, et quaſi Vibratio luminis, quae ante cernitur, quam tonitru audiatur, quum ſimul fieri certum ſit.* Plin. 2, 43 Hinc naſci procellas. Et ſi in nube luctetur flatus, aut vapor, tonitrua edi: ſi erumpat ardens, fulmina: ſi longiore tractu nitatur, fulgetra. His findi nubem, illis perrumpi. Ibid. c. 54. Idem 35, 10 Pinxit et quae pingi non poſſunt, tonitrua, fulgetra, fulguraque, *etc.*

FVLGĒTRA, ae. f. [ἀστραπὴ] *fem. gen. etiam dicitur.* Plin. 28, 2 Fulgetras popyſmis adorare, conſenſus gentium eſt.

FVLGĬDVS, a, um. Adi. Lucret. 3, 364 Fulgida praeſertim cum cernere ſaepe nequimus. Solin. c. 37 Ad ſpeciem fulgidi ſideris. Prudent. Cath. 5, 129 Fax fulgida. Fortunat. Carm. 8, 5 *extr.* Fulgidior radio, dulcior ore fauo.

FVLCĬDVS, a, um. Adi. *Idem.* Mart. Capell. 6 p. 189 Ago tibi habeoque, diua, — grates, quae optatis fulcida dignaris annuere. *Sed hoc ex vulgari literarum* G *et* C *confuſione ortum, iam agnouit Grotius.*

FVLGILATVS, a, um. Adi. *i. Sideratus, apud* Vitruuium *eſſe dicitur. Falſo arbitror. Originem mendae non diuino.*

FVLGITRV, *pro* FVLGETRVM. Fulgitrua Hygin. Fab. 183. *Conf. Scheffer. de re Vehic. 1 vlt.*

FVLGOR, ōris. m. [σέλας] *Splendor dicitur.* Plin. 7, 15 Speculorum fulgor aſpectu ipſo hebetatur. Virg. Aen. 5, 88 *de ſerpente*, Maculoſus, et auro Squamam incendebat fulgor. Armorum fulgor Hor. Carm. 2, 1, 19. Iouis fulgor Cic. in Somn. Scip. 9. Id. de Diuin. 2, 82 Proſpera Iuppiter his dextris fulgoribus edit: *Ex quodam Poëta.* Eximio fulgore corona Id. de N. D. 2, 107. *Ex quodam Poëta.* Mortalis fulgor ſiderum, *vid.* MORIOR. Nubilans fulgor carbunculi, *vid. poſt* NVBES. Plin. 9, 31 Quia nocte ſidus tepido fulgore mitificat. Tremulo fulgore micantes oculi Ouid. de Arte Am. 2, 721. Cic. de Diuin. 2, 44 c. 19 Quum autem (anhelitus terrae) ſe in nubem induerint, eiusque tenuiſſimam quamque partem coeperint diuidere ac diſrumpere, idque crebrius facere et vehementius, tum et fulgores et tonitrua exiſtere: ſi autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen. Idem Verr. 4, 71 Cuius fulgore collucere atque illuſtrari Iouis Opt. Max. templum oportebat. Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo Dare lucem Horat. Art. P. v. 143. Elucent aliae et fulgore coruſcant Virg. Georg. 4, 98. Stupet inſanis acies fulgoribus Hor. Serm. 2, 2, 5. Subnixus fulgore gloriae Val. Max. 8, 1. *De L. Cotta.* *Add.* Lucret. 5, 611. *Pro Splendore et gloria:* Plin. 7, 26 Aequato non modo Alexandri Magni rerum fulgore, ſed etiam Herculis prope, ac Liberi patris.

FVLGORA, ae. f. *Dea, quae colebatur, ne fulmina fierent.* Auguſtin. de Ciu. Dei 6, 10 *ex* Seneca de Superſtitionibus, Quaedam ſunt viduae, vt Fulgora. *Vid. Moreſtell. de Fer. Rom. Dial. 21.*

FVLGVR, ŭris. n. [στεροπὴ, φλογμὸς, ἀστεροπὴ] *Fulgor ille ſubitus ex obſcuris plerumque nubibus emicans, cum tonitru fere coniunctus, licet illud vel ſerius ad aures perueniat, quam fulgur ad oculos, vel plane ferire aures non poſſit. Differre inter ſe* Fulgur *et* Fulmen *videtur colligi poſſe ex* Plin. 35, 15 Fulmina et fulgura quoque ſulphuris odorem habent, ac lux ipſa eorum ſulphurea eſt. *Sed non obſeruatam eam, quaecunque demum ſit, differentiam, a bonis ſcriptoribus, vſus, quem ſtatim proferemus, declarat. Etymon a* fulgendo, *et formam nominis vtriusque nihil oſtendere eius diſcriminis, apertum eſt. Ipſe Seneca, qui* fulgurationem *ſolicite a* fulmine *diſtinguit (vid.* FVLGVRATIO) *non audet* fulgur *diſtinguere, et* fulgurita *vocat, quae* fulmine tacta *ſunt.* Suet. Auguſt. c. 29 Quum lecticam eius fulgur perſtrinxiſſet. Vis fulgurum Cic. de Diuin. 1, 16 c. 10. Caeli fulgura Idem de Legib. 2, 21. Flammae nictantia fulgura, *i. Seſe aperientia et ſubinde claudentia, more oculi nictantis* Lucret. 6, 181. Rapidum Ouid. Faſt. 1, 574. Triſte fulgur galeae, *h. e. Splendor* Claud. Conſ. Hon. 3, 32. Clauſit oculos ingeſto fulgure Lucan. 7, 157. Ab omni parte caeli Emicare fulgura coeperunt Curt. 8, 4, 3. Interpretari fulgura Cic. de Diuin. 1, 12. Virg. Georg. 1, 488 Non alias caelo ceciderunt plura ſereno Fulgura. *Conf.* Suet. Domit. c. 15. *et* Aug. c. 29. *et ibi Caſaub.* Transcurſu fulguris conſternari Suet. Aug. c. 90, 1. *De* Fulgure Caeleſti, Condito, Dio, Peremtali, Peſtifero, Poſtulari, Prouorſo, Renouatiuo *atque* Summano, Feſti *verba damus his ſub nominibus, Locum autem* Senecae *inſignem in* FVLMEN n. 2. ¶ 2 *Sed* Peruolgant ſolis fulgura caelum, *i. Solis lumen* Lucret. 2, 163.

FVLGVRĀLIS, e. Adi. [στεροπικὸς] Cic. de Diuin. 1, 72 c. 33 Quod Hetruſcorum declarant, et Aruſpicini, et fulgurales et rituales libri, noſtri etiam Augurales. *h. e. Libri, qui de fulgurum inſpectionibus tractant.*

FVLGVRĬTAS, ātis. f. [σελέας] *Splendor.* Lucil. *apud* Non. 2, 324 Luporum aciem claram et fulguritatem arborum.

FVLGŬRO, āre. [ἀστράπτω] *Fulgur emittere.* Plin. 18, 35 Quum ex omnibus quatuor partibus caeli fulgurabit. Oculis fulgurat ignis Sil. 12, 724. Auro fulgurat domus Stat. Theb. 4, 191. Quinctil. 2, 6 Vt non loqui, et orare, ſed (quod Pericli contigit) fulgurare, ac tonare videaris. Ioue tonante et fulgurante comitia populi habere nefas Cic. de Diuin. 2, 43 c. 18. Lumen fulgurans Mart. Capella 1 p. 18. Fulgurat, *imperſ.* Plin. 9, 35 Si fulguret, comprimi conchas.

FVLGVRĀTIO, ōnis. f. [ἀστραπὴ] *Caeleſtis ille et ſubitus fulgor, in quantum oculos modo ferit.* Sen. Nat. Qu. 2, 12 Tria ſunt quae accidunt, fulgurationes, fulmina et tonitrua, quae vna facta, ſerius audiuntur. Fulguratio oſtendit ignem, fulminatio emittit. Illa, vt ita dicam comminatio eſt, et conatio ſine ictu: iſta iaculatio cum ictu — c. 21 Quid conſeſſi eſt? Fulmen ignem eſſe, aeque fulgurationem, quae nihil aliud eſt quam flamma, futura fulmen, ſi plus virium habuiſſet. — Fulguratio eſt fulmen non in terras vsque perlatum. Et rurſus licet dicas, fulmen eſſe fulgurationem vsque in terras perductam. — Fulmen eſt quiddam plus quam fulguratio. Vertamus iſtud, fulguratio eſt paene fulmen.

FVLGVRĀTOR, ōris. m. [ἀστράπτης] *Fulgurum inſpector, vt docet* Nonius 1, 319 Cato de moribus Claudii Neronis, Aruſpicem fulguratorem ſi quis adducat. Cic. de Diuin. 2, 109 c. 53 Nonne intelligis eadem vti poſſe et Aruſpices, et fulguratores, et interpretes oſtentorum, *etc.* *Conf.* Plin. 2, 8 *et* 54. *Turneb. 29, 35.*

FVLGERATOR, ōris. m. E *pro* V *in* Vet. Inſcript. *Iouis cognomen:* Gruter. p. 21, 3 ARAM IOVI FVLGERATORI DEDICAVERVNT. *et* n. 4. DEO FVLGERATORI ARAM — POS. *Hic* Iupiter Fulgerator, *Ζεὺς καταιβάτης peculiari diſſert. illuſtratus a Burmanno.*

FVLGVRATVS, a, um. Adi. Locus fulguratus Varro L. L. 4, 32.

FVLGVREVS, a, um. Adi. Mart. Capella l. 5 Nubes.

FVLGVRIO, īre. [ἀστράπτω] *Fulgur iacere.* Naeuius, Sane a ſuo ſonitu claro fulguriuit Iupiter Non. 2, 324.

FVLGVRĪTVS, a, um. Adi. Plaut. Trin. 2, 4, 138 Nam fulguritae ſunt hic alternae arbores. Sen. de Ira 3, 23 *de Timagene*, Inimicitias geſſit cum Caeſare. Nemo amicitiam eius extimuit, nemo quaſi fulguritum refugit. *Vid.* BIDENTAL. Sen. Qu. Nat. 2, 21 Omnibus fulguritis odor ſulphureus eſt. Non. 5, 33 Fulguritum, fulgure tactum vel exuſtum.

FVLGVRITASSO, ĕre. *Fulgure percuti. Quidam exſculpebant ex* Plaut. Trin. 2, 4, 138 *vbi Gronou.* fulguritae ſunt.

FVLMEN, ĭnis. n. [κεραυνὸς, σκηπτὸς] *Ignis excitatus e nubibus.* Plin. 2, 49 Quod ſi ſimul rupit nubem, exarſitque, et ignem habuit, non poſtea concepit, fulmen eſt. Fulgur *et* fulmen *non habere certam aliquam differentiam, modo obſeruatum, et ſtatim apparebit comparanti inter ſe* Plinii 2 capita 49 *ad* 55. *vnde etiam magnam vim formularum ſtudioſi petent, quas huc transferre, quia vno loco velut condenſatae ſunt, parcebamus. Plurima etiam et ad naturae cognitionem et ad verborum diſciplinam ſumi poſſunt ex* Senecae Nat. Q. 2, 12 ſqq. *Multa ex* Seruio *in* Virgilium *paſſim.* Fulmen eſt, ſi nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit Cic. de Diuin. 2, 44. Deflagrare ictu fulminis Id. Off. 3, 94. Extimeſcere iactus fulminum et tonitrua Id. de Diuin. 2, 42 c. 18. Percuſſa fulminis ictu Ouid. ad Liu. 11. Saeuior ira fulmine Idem Met. 13, 858. Ira fulminis Id. Met. 15, 811. Vis coruſca fulminis Cic. Tuſc. 2, 21. Bruta, *vid.* BRVTVS. Caduco fulmine ſuſtulit immanem turmam Hor. Carm. 3, 4, 44. Caeleſtis fulminis ignis Lucret. 2, 384. Criſpiſulcans, *vid.* CRISPVS. Horrificum Valer. Argon. 2, 97. Ouid. Met. 3, 301 Addidit et tonitrus et ineuitable fulmen. Inimica Hor. Carm. 1, 12, 60. Iracunda Id. ibid. 1, 3, 40. Obliqui via fulminis Sen. Thyeſte 4. *Fulmina quippe in obliquum feruntur.* Penetrabile Ouid. Met. 13, 857. Praeſaga Valer. Argon. 3, 354. Quadriſulcum Lutat. *ad* Stat. Theb. 3, 321. Rutili fulminis aeſtus Valer. Argon. 7, 647. Siniſtrum fulmen, optimum auſpicium eſt Cic. de Diuin. 2, 74. Terribili fulmine perculſus aliquis Id. de Diuin. 1, 18. Triſulca Sen. Herc. Oet. 17. *Conf. Barth. ad* Stat. Silu. p. 39. Vaga fulmina, *h. e. Non in rectum, ſed in obliquum euntia* Ouid. Met. 1, 569. Afflare fulmine Suet. Tiber. c. 69, 2. Attactus fulmine, *vid. ſub* ATTINGO. Concidit ictu fulminis Lucret. 3, 487. Disiecit fulmine montes Virg. Georg. 1, 283. Emittere Cic. Diu. 2 c. 19. Expreſſum ventis per nubila fulmen Lucan. 1, 151. Fabricati ſunt Ioui fulmen Cyclopes Cic. de Diuin. 2, 44. Feriunt fulmina montes Hor Carm. 2, 10, 11. Fregerunt fulmina nubes Lucan. 7, 154. Ouid. Met. 2, 308 Vnde mouet tonitrus, vibrataque fulmina iactat. Liu. 1, 3 Auentino fulmine ipſe ictus, regnum per manus tradidit. *Conf.* Cic. Diuinat. 1 c. 21. Si, quoties homines peccant, ſua fulmina Mittat Iupiter, exiguo tempore inermis erit Ouid. Tr. 2, 33. Molitur fulmina Iuppiter Virg. Georg. 1, 329. Percuti fulmine, *vid.* PERCVTIO. Percutit fulmine Iuppiter Cic. de N. D. 3, 84 c. 35. Quaſſare fulmen Phaedr. 4, 17. Spargere fulmina in terras Ouid. Met. 1, 253. Tenens fulmen Suet. Iul. c. 52, 2. Terret fulmine Iuppiter Virg. Aen. 1, 234. Torquet fulmina Iuppiter Id. Aen.

Aen. 4, 208. Vibrata fulmina iactat Iuppiter Ouid. Met. 2, 308. Volant fulmina Lucret. 2, 213. ¶ 2 *Diſciplinae auguralis magna pars doctrina fulminum, de qua multa* Seneca Nat. Qu. 2. *Speciminis cauſa referemus ex* c. 49 nomina, quae a Caecina (*Ciceronis illo amico*) ponuntur: *Poſtulatoria*, quibus ſacrificia intermiſſa, aut non rite facta, repetuntur. *Monitoria*, quibus docetur, quid cauendum ſit. *Peſtifera*, *quae mortem exiliumque portendunt.* *Fallacia*, quae per ſpeciem alicuius boni nocent. Dant Conſulatum pernicioſum futurum gerentibus, et hereditatem, cuius compendium magno ſit luendum incommodo. *Deprecanea*, quae ſpeciem periculi ſine periculo afferunt. *Peremptalia*, quibus tolluntur priorum fulminum minae. *Atteſtata*, quae prioribus conſentiunt. *Atterranea*, quae in incluſo fiunt. *Obruta*, quibus prius percuſſa, neque procurata feriuntur. *Regalia*, quorum vi tangitur vel comitium, vel principalia vrbis liberae loca, quorum ſignificatio regnum ciuitati minatur. *Inferna*, quum e terra exſiliunt ignes. *Hoſpitalia*, quae ſacrificiis ad nos Iouem arceſſunt, et, vt verbo eorum molliori vtar, inuitant. Sed ſi iraſcente domino inuitent, tunc venire cum magno inuitantium periculo affirmat. *Auxiliaria*, quae aduocata dicuntur, ſed inuocantium bono veniunt. Ibid. c. 47 *ſunt, qui fulmina ita diſtinguunt, vt aut* Perpetua *ſint, aut* Finita, *aut* Prorogatiua. *Perpetua*, quorum ſignificatio in totam pertinet vitam. *Finita*, quae vtique ad diem reſpondent. *Prorogatiua*, quorum minae differri poſſunt, auerti, tollique non poſſunt. *Haec et plura apud Senecam.* Cic. de Diuin. 2 c. 18 Comitiorum ſolum vitium eſt fulmen; quod idem omnibus rebus optimum auſpicium habemus, ſi ſiniſtrum fuit. ¶ 3 *Tralate.* Virg. Aen. 6, 842 Geminos, duo fulmina belli, Scipiadas, *etc.* *Quidquid vehementem impetum habet, ab oratoribus et Poëtis Fulmini comparari ſolet. Periclis orationem Fulminibus comparabat Ariſtophanes Poëta.* *Vid.* FVLGEO. FVLGVRO. *Vt enim fulmen omnia facillime penetrat, ita ſublimis oratio facile mentem ſubit et permouet.* Cic. Fam. 9, 21 Inſanire tibi videris, quod imitere verborum meorum, vt ſcribis, fulmina. Columel. in praefat. 1 Nec Brutum aut Caelium, Pollionemue cum Meſſala et Catullo, deterruere fulmina illa Ciceronis ab eloquentiae ſtudio. *Pro Clade et infortunio:* Cic. Tuſc. 2, 66 c. vlt. Nam ſi omnia fugiendae turpitudinis, adipiſcendaeque honeſtatis cauſa faciemus, non modo ſtimulos doloris, ſed etiam fulmina fortunae contemnamus licebit. Liu. 45, 41 Quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint. Flor. 2, 6 Vbi ſemel ſe in Hiſpania mouit illa grauis et luctuoſa Punici belli vis atque tempeſtas, deſtinatumque Romanis fulmen Saguntino igne conflauit. Et paullo poſt, Traſimenus lacus, tertium fulmen Annibalis. *Pro Damnatione ac poena:* Iuuenal. Sat. 10, 92 — quo fulmine iuſto Et Capito et Numitor ruerint damnante Senatu. *Vid.* AMBVSTVS n. 2. *De permutatione vocum* Fulmen *et* Flumen *in MSS. vid.* FLVMEN.

FVLMĬNO, āre. [κεραυνόω, σκήπτω, κεραυνοβολέω] *Fulmen emittere: vel Fulmine percutere, aut afflare.* Plin. 2, 7 Fulminantem peierant Iouem. Fulminat per totum orbem Fortuna Ouid. ad Liu. 374. Boreae de parte trucis quum fulminat Virg. Georg. 1, 370. *Imperſonaliter, vt Pluit, Ningit, etc.* Oculis fulminare Propert. 4, 9, 32. Fregimus quidquid fuit fulminandum Sen. Herc. Oet. 6.

FVLMINANS, antis. Part. Procella fulminans Iuſtin. 29, 3, 1. Fulminantis magna manus Iouis Hor. Carm. 3, 3, 6. Fulminans Mars, *per tranſlationem.* Plin. 30, 1 Troianis itaque temporibus et Chironis medicinis contenta et ſolo Marte fulminante, miror equidem Achillis populis famam eius in tantum adhaeſiſſe, *etc.* Virg. Georg. 4, 560 — Caeſar dum magnus ad altum Fulminat Euphraten bello. Idem Aen. 12, 654 Fulminat Aeneas armis.

FVLMINANDVS, a, um. *Paſſiue. Dignus qui fulmine percutiatur.* Sen. Herc. Oet. 6 Fregimus quidquid fuit tibi fulminandum.

FVLMINĀTVS, a, um. Partic. [κεραυνίας] *Fulmine ictus.* Hieronym. Epiſt. 17 Rupes Tarpeia de caelo ſaepius fulminata. Plin. 2, 54 Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo corpore ſunt. *Conſternatus, territus:* Petron. c. 80 Fulminatus hac pronunciatione.

FVLMINATIO, ōnis. f. Sen. Nat. Quaeſt. 2, 12 Conuenit et fulgurationes et fulminationes aut igneas eſſe, aut ignea ſpecie. *Et p. a.* Fulguratio oſtendit ignem, fulminatio emittit.

FVLMINATOR, ōris. m. Arnob. 6 p. 207 Cum Capitolium toties edax ignis abſumeret, Iouemque ipſum Capitolinum cum vxore corripuiſſet ac filia, vbinam Fulminator illo tempore fuit, vt ſceleratum illud arceret incendium. *Conf.* Apul. de Mundo p. 262.

FVLMINATRIX, īcis. f. *Vt*, Legio fulminatrix. Gruter. Inſcript. p. 547, 6. *et* p. 567, 10 LEG. XII. FVLMINAT. *Vid. Prográmm. Cellar.* 44.

FVLMĬNEVS, a, um. Adi. [κεραύνιος] *Inſtar fulminis ruens ac terribilis.* Dentes fulminei apri Phaedr. 1, 21. Dextra Sil. 3, 319. Ductor Idem 17, 549. Hor. Carm. 3, 10, 11 Aurum per medios ire ſatellites, Et perrumpere amat ſaxa potentius Ictu fulmineo. Ignis Ouid. ex Pont. 2, 2, 118. Mneſtheus Virg. Aen. 9 *ad fin.* *i. In morem fulminis impetum faciens in hoſtes.* Ouid. Faſt. 2, 232 Fulmineo celeres diſſipat ore canes. Sues Stat. Theb. 6, 865.

FVLMINŌSVS, a, um. Adi. Sariſb. 11, 13 Fulminoſus aër.

FVLGINIA, ae. f. [Φυλγίνια] *Vrbs eſt Vmbriae.* Sil. 4, 547.

FVLGINATES, um. m. Populi, *vt ſcribit* Plin. 14, 3 Foro Flaminienſes.

FVLĬCA, ae. f. [φήνη, κέπφος] *Auis, quae et* FVLIX *dicitur, marina vel ſtagnenſis, paullo ſupra magnitudinem columbae. Dicta a* furuo, *id eſt nigro.* Virg. Georg. 2, 363 In ſicco ludunt fulicae. Plin. 18, 35 Et fulicae matutino clangore tempeſtatem nuntiant. Cic. de Diuin. 1, 14 c. 8 Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti, Nuntiat horribiles clamans inſtare procellas. *Ex Poëta.* Paluſtres Ouid. Met. 8, 627. *Conf.* Auſon. Epiſt. 13.

FVLĪGO, ĭnis. f. [ἀσβόλη, αἰθάλη, καπνία] *Nigrum illud niuis fere inſtar cohaerens, quod ex fumo caminis aut furnis adhaeret.* Plin. 35, 6 Adulteratur fornacium balnearumque fuligine. Plaut. Poen. 5, 4, 23 An vero pulchra videre obſecro, ſi tibi illic non os oblitum eſt fuligine? Columel. 1, 6 Quoniam fumo et fuligine ſapor olei corrumpitur. Ardentis maſſae fuligo Iuuen. Sat. 10, 130. Aſſidua poſtes fuligine nigri Virg. Ecl. 7, 49. Madida Iuuen. Sat. 2, 92. Cic. Philipp. 2, 91 c. 36 Idem tamen quaſi fuligine abſterſa, reliquis diebus, in Capitolio praeclara Senatusconſulta feciſti. Lucubrationum fuligo bibenda Quinctil. 11, 3. Verborum et argutiarum fuliginem ob oculos audientium iacere Gell. 1, 2.

FVLIGĬNEVS, a, um. Adi. Petron. c. 108 Omnia lineamenta fuliginea nube confundere.

FVLIGINŌSVS, a, um. Adi. *Fuligine obſitus.* Prudent. Rom. 261 Fuliginoſi ture placantur Lares.

FVLIGINŌSE. Adu. *Apud* Apul. . .

FVLIGĬNO, āre. *Denigrare.* *Cathol.*

FVLIGINATVS, a, um. *Apud* Hieronym. . .

FVLIX, *vid.* FVLICA.

FVLLO, ōnis. m. [γναφεύς, κναφεύς] *A* Fouendis *aqua calida veſtibus;* Qui (*vt ait* Vlpianus) curanda, poliendaue veſtimenta accipit. Plaut. Aul. 3, 5, 34 Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Plin. 28, 6 Vrina virilis podagris medetur, argumento fullonum, quos ideo tentari eo morbo negant. *Add.* Martial. 12, 59. Plin. 34, 3. *Prouerbii ſpeciem habet illud* Tertull. de Pall. 4 Cleomachus pugil poſt Olympiae cum incredibili mutatu de maſculo fluxiſſet, intra cutem caeſus et vltra, inter fullones iam Nouianos coronandus, *etc.* *Nempe, quod apparet ex* Nonio *diuerſis locis*, Nouius Poëta *fabulam ſcripſit* Fullones: *quod argumentum placuit etiam* Pomponio, *itemque* Titinnio, *vt ex Merceriano in* Nonium *indice apparet.* Nouiani fullones *mollis laſciuiae homines.* *Obſcenum nempe eſt* fullo, *ſubagitatorem et draucum notat.* *Certe Turn.* 16, 6 *ſic interpretatur illud* Naeuii *apud* Priſcian. 10 p. 879 Quando ego plus ſapiui (*pro* ſapui) qui fullonem compreſſi quinquatribus. Comprimere *verbum notum in hac re.* *De* Fullonio *fructu ſtatim.* ¶ 2 Fullo Scarabaei *ſpecies, vid. h. v. ex* Plin. 30, 11 ſ. 30. ¶ 3 Fullo *fuit* Apuſtiorum *cognomen.* Liu. 31, 4 Plebeii ludi ter toti inſtaurati ab aedilibus plebis L. Apuſtio Fullone et Q. Minucio Rufo. *Conf.* Macrob. Saturn. 2, 2. *et Sigon. de Nom. Rom. c. 5.*

FVLLONIVS, a, um. Adi. [γναφευτικός] *Vt*, Fullonia ars Plin. 7, 56. Plaut. Pſeud. 3, 1, 16 Cras mihi potandus fructus eſt fullonius *obſcenum.* *Vid. modo dicta in* FVLLO. *Loquitur puer meritorius.* Plin. 16, 44 Quod vero in ſpina fullonia, hyphaeſſon vocant, *etc.* Saltus ille ſaliaris, aut, vt contumelioſius dicam, fullonius Sen. Epiſt. 15 m. *Nempe fullones ſaliendo, ſubſiliendo, aſſiliendo opus ſuum peragunt.* Non. 4, 34 Argutari ſubſilire. Titinnius Fullonia, Terra haec eſt, non aqua, vbi tu ſolitus argutari pedibus, cretam dum compeſcis, veſtimentaque lauas. Fullonia Vrina, *qua vtuntur fullones* Plin. 28, 11 ſ. 48. *Quae ſint* fulloniae aeneae Plin. 27, 10 *forte nemo dixerit.* *Salmaſ. ad Solin. p. 278 emendari vult* ineas. *v. v. ſub* INA. ¶ 2 Fullonium *ſubſtant. ergaſtulum fullonis.* Ammian. 14 *extr.* Fortuna Adramyttenum Andriſcum, in fullonio natum ad Pſeudophilippi nomen euexit.

FVLLONĬCVS, a, um. Adi. [γναφικός] *Idem.* Plaut. Aſin. 5, 2, 58 Si non didiciſti fullonicam: *ſubaudi* Artem. Cato c. 14. Fullonica pila, *apud eundem* Catonem c. 10, 5. *et* 14, 2 *eſt, qua tunduntur veſtes et panni, vt poliantur, quod hodieque opera rotarum aquariarum ſublatis filis fieri videmus.* *Turneb. Aduerſ.* 7, 22. *Conf.* Vitruu. prooem. 6. *Hinc* ¶ 2 Fullonica. [γναφεῖον] *Taberna fullonum.* Vlpian. in l. Apud Trebat. D. de Aqua pluuia arcenda, Apud Trebatium relatum eſt: eum, in cuius fundo aqua oritur, fullonicas circa fontem inſtituiſſe, et ex his aquam in fundum vicini immittere coepiſſe, *etc.* *Conf.* Cato R. R. c. 14. *et Cuiac. Obſeru.* 23, 2. ¶ 3 Fullonicum *vel* Fullonica, orum. n. [γναφεῖον] *reperitur apud* Vlpian. in l. Si cuius §. Item ſi domus D. de Vſufructu, et quemadmodum quis vtatur et fruatur, Quod autem dicitur meritoria non factorum, accipe quae vulgo diuerſoria vel fullonica appellantur. Frontin. de Aquaeduct. 2 . . Haec (aqua) non alium vſum, quam in balnearum aut fullonicorum dabatur.

FVLMEN, FVLMINARE, *etc.* *vid.* FVLGEO.

FVLTVRA, *vid.* FVLCIO.

FVLVIA *Gens, vnde v. g.* Fuluius Flaccus Cenſor, tectum marmoreum Iunonis Laciniae ſpoliauit, vt aedem, quam dedicauerat equeſtri fortunae, tegeret Liu. 42, 3. *Add.* Ibid. c. 28. *it.* Fuluia *primo Clodii Ciceronis inimici, tum Curionis, denique M. Antonii Triumuiri vxor, pars ciuilium bellorum.* *Vid.* Flor. 4, 5. Paterc. 2, 74, 3.

FVLVIASTER, *Imitans Fuluium.* Cic. Att. 12, 44 Solet omnino eſſe Fuluiaſter. *Al.* Fuluiniaſter: *et fluctuant viri docti.*

FVLVIĀNVS, a, um. Adi. Plin. 26, 8 Et herba fuluiana trita ex vino: et haec nomen inuentoris habet, nota tractantibus, vrinas ciet. Fuluiana ſtola Val. Max. 3, 5, 2.

FVLVVS, a, um. Adi. [δαφοινὸς, πυῤῥὸς] *Color eſt rufo ac viridi miſtus.* Fronto *apud* Gell. 2, 26 Fuluus videtur de rufo atque viridi miſtus, in aliis plus viridis, in aliis plus rufi habere. Sic Poëta verborum diligentiſſimus fuluam Aquilam dicit, et Iaſpidem, fuluos Galeros, et fuluum Aurum, et Arenam fuluam, et fuluum Leonem. Sicque Ennius in Annalibus, Fuluo aere dixit. *Hactenus* Fronto. Plin. 13, 9 ſ. 18 Cuci fuluus color. Idem 8, 21 Sed atrociſſimos habet tauros ſilueſtres maiores agreſtibus, velocitate ante omnes, colore fuluos, oculis caeruleis. Aquila Virg. Aen. 11, 752. Aper Ouid. de Arte Am. 2, 373. Arena Virg. Aen. 5, 110. Aurum Id. ibid. 7, 279. Lumen Id. ibid. 7, 76. Lupus Ouid. Met. 11, 771. Nuntia fulua Iouis miranda viſa figura Cic. de Legib. 1, 2. *i. Aquila.* Pellis fulua leonis Virg. Aen. 8, 553. Setae pecudum fuluae Id. Georg. 3, 383. Sidera Tibul. 2, 1, 88. *Viridis.* Virg. Aen. 4, 261 Atque illi ſtellatus iaſpide fulua Enſis erat. *Vbi* Seruius, Iaſpide fulua, pro Viridi: *vt*, Aen. 5, 309 Fuluaque caput nectentur Oliua. Id. ibid. 12, 792 Fulua pugnas de Nube tuentem. *In MSS. Codd. confunduntur* Fuluus *et* Furuus: *Drakenborch. ad* Sil. 7, 683. *Heinſ. ad* Ouid. Met. 3, 273.

FVLVASTER, tra, trum. Adi. Radix fuluaſtra Apul. de Herb. c. 109.

FVLVEDO, ĭnis. f. *Color fuluus.* *Cathol.*

F V M

FVMVS, i. m. [καπνός] *Vapor ille mordax, quem ignis e corporibus quibuſdam expellit.* Plin. 12, 17 Tradunt fumum Brutae arboris contra ligna alia eſſe remedio. Cic. in Piſon. 3 Paulliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. Amarus Virg. Aen. 12, 588. Ouid. Met. 1, 232 — calidoque inuoluitur vndique fumo. Vndans fumus miſto puluere Virg. Aen. 2, 609. Volucres Idem Georg. 2, 217. Fumus ingens velut quadam nube Abſconderat caelum Curt. 6, 6, 30. Caelum ſubtexere fumo Virg. Aen. 3, 582. Hor. de Arte Poët. 143 Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem Cogitat, *etc.* Euolutus ex tuguriis Curt. 8, 4, 9. Fumos etiam

etiam plurali numero dici, notat Gell. 19, 8. *Sane* Martial. 4, 5 Vendere nec vanos circum palatia ſumos, Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro. Quod Aemiliano, homini ruſtico fumum vendidit Apul. Apol. p. 313, 31. *Ab* Alexandro Seuero Fumo punitur, qui vendidit fumum Lamprid. 36. *vbi etiam* Fumi venditor *vocatur* Turinus. *Totus ille locus lectu dignus eſt, vt crimen et poena* fumi venditi *recte intelligatur.* Lamprid. Heliog. 15 Qui omnia eius (*Heliogabali*) vendebant vel veritate (*ſic recte Salmaſ. pro* vanitate) vel fumis, *i. vanis promiſſionibus et iactationibus.* Capitol. in Antonin. Pio 11 *Amici illius* nunquam de eo cum libertis ſuis per fumum aliquid vendiderunt. *Add.* Auguſtin. Serm. 22. Cic. Q. Frat. 1, 2, 2 Sed quid opus fuit eiusmodi literis, quas ad ipſum miſiſti? illum crucem ſibi ipſi conſtituere, ex qua tu eum ante detraxiſſes, te curaturum fumo vt combureretur, plaudente tota prouincia. *Sic* Fumi cruciatu quosdam necauit Auidius Caſſius *ap.* Vulc. Gall. 4 p. 451 *Hack.*

FVMARIVM, i. n. [καπνοδόκη] *Locus, vbi vina fumo medicabantur.* Martial. 10, 36 Improba Maſſiliae quidquid fumaria cogunt, Accipit aetatem quisquis ab igne cadus. *Nam* vina fumo praecocem trahunt maturitatem, et celerius vetuſteſcunt, *vt docet* Columel. 1, 6.

FVMARIOLVM, i. n. Dimin. Tertull. de Poenit. c. vlt. Theſaurum ignis aeterni aeſtimamus, cum fumariola quaedam eius tales flammarum ictus ſuſcitent, vt proximae vrbes, aut iam nullae exſtent, aut idem ſibi de die ſperent.

FVMŌSVS, a, um. Adi. [καπνώδης, ψολόεις] *Quod fumum vel creat vel paſſum eſt.* Cato de R. R. c. 130 Codicillos oleaginos, et caetera ligna amurca cruda perſpergito, et in ſole ponito, perbibant bene. Ita neque fumoſa erunt, et bene ardebunt. Cado vina fumoſo condita Ouid. Faſt. 5, 518. December fumoſus Martial. 5, 31. *quo luculento camino propter frigus vtendum eſt.* Cato c. 38 Item infimi lapides cocti cadent, et minus flamma fumoſa. Foci Ouid. Epiſt. 21, 92. Perna Hor. Serm. 2, 2, 117. Tecta Virg. Georg. 2, 449. Cic. in Piſon. 1 Sed ne notum quidem factum aut militiae aut domi: obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum: quarum ſimile habes nihil, praeter colorem. Fumoſas imagines *appellauit, quae ob antiquitatem in atriis fumum multum biberunt.* *Sic dixit* Iuuen. Sat. 8, 8 Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros. *Conf.* Sen. Epiſt. 44.

FVMEVS, a, um. Adi. [κάπνιος] Acheron fumeus Valer. Argon. 4, 595. *Vid.* ACHERON. Flatus Macrob. Saturn. 7, 10. Fomite fumeo intepuit Prudent. praef. in Symmach. 25. Lumina taedis fumea Virg. Aen. 6, 593.

FVMICVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 1, 11 Fumicae culinae.

FVMĬFER, a, um. *Aliud* Adi. [καπνοφόρος] Virg. Aen. 9, 522 Pinum et fumiferos infert Mezentius ignes. Id. ibid. 8, 255 Fumiferam noctem.

FVMĬDVS, a, um. *Aliud* Adi. [καπνίας] Plin. 37, 7 Sunt qui praeferant Arabicas Indicis: fumidaeque chryſolitho illas ſimiles dicunt. Idem 14, 20 Vitia praeter ſupradicta, acor, aut fumidum virus. Altaria Ouid. Met. 12, 259. Cautes Plin. 5, 9. Taeda Virg. Aen. 9, 75. Plin. 2, 43 Fumidum vorticem volui, hinc naſci procellas.

FVMO, āre. [τύφομαι] *Fumum emittere.* Virg. Ecl. 1, 83 Et iam ſumma procul villarum culmina fumant. Cic. Verr. 5, 43 Quum fumantes etiam noſtras naues reliquiſſent. Ouid. Met. 1, 242 Et mediis Tanais fumauit in vndis. Bis ſenos cui noſtra dies Altaria fumant Virg. Ecl. 1, 44. *Add.* Aen. 2, 698. Aper fumare *dicitur* Martial. 14, 221. Arae fumantes Catull. 62, 393. Atria fumant ignibus Ouid. Met. 12, 215. Bitumen fumans Id. ibid. 14, 792. Colla fumantia equûm Virg. Georg. 2, 542. Excidia Troiae fumantia Id. Aen. 10, 45. Naſum fumantem vrſi ne tentaueris Martial. 6, 64. Taurus fumans ſub vomere Virg. Georg. 3, 315. Terraeque calenti ſulſure fumantes Ouid. Met. 14, 86. Mandere fumantia Suet. Vitell. 13, 6. ¶ 2 Fumare *et* Spumare *miſcent librarii. Vid. Drakenb. ad* Sil. 2, 163. *Burm. ad* Lucan. 4, 754. *Hinc olim coniecimus, apud* Lucan. 9, 711 *legendum* Tractique via fumante chelydri, *cum* Iſid. 12, 4 *dicat, et res ipſa doceat,* Serpentium (*illorum*) vda eſſe corpora, adeo vt quocunque eant, viam humore (*ſpumae genere*) deſignent. *Itaque etiam permutanda putabam haec verba in verſibus* Macri *apud* Iſid. l. c. *et ita legendum,* Seu terga exſpirant fumantia virus, Seu terra ſpumat, teter qua labitur anguis.

FVMĀTIO, ōnis. f. Auguſtin. . .

FVMĀTOR, ōris. m. Sidon. . .

FVMIGO, āre. [καπνίζομαι] *Suffire.* Varro de R. R. 3, 16, 17 Verno tempore et aeſtiuo fere ter in menſe, mellarius inſpicere debet, fumigans leniter. *Adde* Columel. 8, 5, 16 *et* 20. *it.* 9, 14, 3. l. 44 ff. de Iniur. *Penultimam corripi ſuadet analogia verbi* mitigat; *produci poſſit, vt* caſtigat.

FVMIGĀTVS, a, um. Part. Apul. Apol. p. 312 Parietes fumigati.

FVMIGABVNDVS, a, um. Adi. Interpr. Vulg. Sapient. c. 10, 7.

FVMIGIVM, i. n. Th. Priſcian. 3, 5 Fumigia vaporatis partibus ſupponere.

FVMĬFĬCO, āre. [καπνίζομαι] Plaut. Mil. 2, 5 *pr.* Inde ignem in aram, vt Epheſiae Dianae lauta laudes, grateſque agam, eique vt Arabico fumificem odore.

FVMIFĬCVS, a, um. Adi. [καπνοποιὸς] Ouid. Met. 7, 114 Fumificisque locum mugitibus impleuere. *De tauris Colchicis.* Varro de L. L. 6, 3 p. 72, 25 *laudat verba* Plauti Epeum fumificum cocum. *quae ita declarat:* Ab Epeo illo, *inquit,* qui dicitur ad Troiam feciſſe equum Troianum Argiuis, et apte cibum curaſſe. Ideo ait Epeum fumificum, qui legioni noſtrae habet coctum cibum. Lymphaque fumifico ſulfure tincta calet Rutil. Itin. 1, 252. Membra facibus data fumificis Prudent. Periſt. 3, 118. *Add.* Sidon. Epiſt. 8, 11 v. 43.

F V N

FVNALIA, FVNAMBVLVS, *vid.* FVNIS.

FVNCTIO, FVNCTVS, *vid.* FVNGOR.

FVNDA, ae. f. [σφενδόνη, ἑκηβόλος] *Inſtrumentum e loro vel funiculo factum, quo funduntur, hoc eſt iactantur lapides.* Virg. Georg. 1, 309 Stupea torquentem Balearis verbera fundae. Ter. Eun. 4, 7, 16 Fundam tibi nunc nimis vellem dari. Vt tu illos procul hinc ex occulto caederes. Liu. 1, 43 Fundas, lapideſque miſſiles hi ſecum gerebant. Fundis velut nimbum glandes Ingerebant Idem 36, 18. Ouid. Met. 2, 728 Non ſecus exarſit, quam quum Balearica plumbum Funda iacit. *Adiicit autem* Balearica, *eo quod Baleares inſulae peritiſſimos mitterent funditores.* Balearis verbera fundae Virg. Georg. 1, 309. Cita Tibull. 4, 1, 97. Lata Ouid. Met. 14, 825. Teretes Stat. Theb. 4, 66. Torta Propert. 4, 3, 65. More fundae rotare aliquem Ouid. Met. 14, 517. *Ridiculum bellum* fundis *et* viſco *geſtum contra* homines volaticos, *vid.* Plaut. Poen. 2, 31. ¶ 2 Funda, Retis genus, quod in orbem ſpargitur, et Reticulum dici ſolet: Seruius *ad* Virg. Georg. 1, 141 Funda iam verberat amnem. ¶ 3 *Sacculus, ſeu marſupium in modum retis factum, in quo pecuniae et alia geruntur.* Macrob. Saturn. 2, 4 *in fine,* Quumque acceſſiſſet ad ſellam, demiſſa in fundam pauperem manu, paucos denarios protulit, quos principi daret. *Vid. Cuiac. Obſeru.* 10, 26. ¶ 4 Funda, *Circulus ex auro ſiue alio metallo, quo gemmae ita nectuntur, vt aurum non niſi margines amplectatur.* Plin. 37, 8 *ad finem,* Quamobrem praeſtantiores funda clauduntur, id eſt, patentes, nec praeter margines auro amplectente.

FVNDVLA, ae. f. *Quaſi tu paruum ſaccum, aut reticulum dicas: plateae nomen, quae exitum non habet.* Varro de L. L. 4, 32 p. 35, 2 Fundulae a fundo, quod exitum non habet, ac peruium non eſt iter. A Funda *deriuari fere malim, eiusque ſignificatione* n. 3 *propoſita. Sed etiam ibi* fundi *aliqua notio inuoluta ſcilicet; non minus quam in* fundulo *inteſtino* fundae, *ſacculi.*

FVNDĀLIS, e. Adi. *Ad fundam pertinens.* Prudent. Pſych. 294 Dextera fundali torſit ſtridore lapillum.

FVNDĬTO, āre. Ammian. 24, 14 Funditare ſpicula.

FVNDĬTOR, āri. *Funda petere.* Plaut. Poen. 2, 36 In fundas viſci indebant grandiculos globos, Eo volantes iuſſi funditarier.

FVNDĬTOR, ōris. m. [σφενδονίτης] *Qui funda dimicat.* Salluſt. in Iugurth. c. 46 Ipſe cum expeditis cohortibus adhuc funditorum et ſagittariorum delecta manu. *Add.* Ibid. c. 95. Caeſ. B. G. 2, 7. Liu. 36, 18 *et* 38, 29.

FVNDIBVLARIVS, i. m. [σφενδονιστής] *Idem.*

FVNDIBALĀTOR, ōris. m. Veget. 3, 14. *Vid. Not. Stewech.*

FVNDIBĂLVS, i. m. *et* FVNDIBALVM, i. n. *Baliſta.* Iſidor. Orig. 18, 10 Baliſta et Fundibalus, quaſi fundens et emittens. *Rectius a* Funda. *Vid.* Vulg. Interpr. 1 Maccab. 6 *extr.* *Et Lipſii Poliorc.* 3, 3.

FVNDAMENTVM, *vid.* FVNDO, as.

FVNDANIA Gens Liu. 25, 2.

FVNDI, [Φοῦνδοι] *Oppidum Italiae prope Caietam* Hor. Serm. 1, 5, 34. Sil. 8, 530.

FVNDANVS, a, um. Adi. *Vt,* Lacus Plin. 3, 5. Montes Fundani Tacit. Ann. 4, 59, 2. *Eſt etiam* Fundanus *amicus* Horatii Serm. 2, 8, 19.

FVNDITVS, *et* FVNDO, as. *Vid.* FVNDVS.

FVNDO, fudi, fuſum, ĕre. [χέω, χύω, χύμι, λάζω] *Proprie eſt Liquefacere vel liquida e loco, quo continentur, emittere.* Quinct. 7, 1 Neque enim, quamquam fuſis omnibus membris, ſtatua ſit, niſi collocetur. Plin. 34, 8 Theodorus, qui Labyrinthum fecit Sami, ipſe ſe ex aere fudit, praeter ſimilitudinem mirabilem, fama magnae ſubtilitatis celebratus. Lacrimas Plin. 8, 42. Sanguinem Cic. Diuin. 1, 46. *Vid.* SANGVIS. Vina funduntur Propert. 4, 6, 73. Seruius *ad illud* Virg. Aen. 4, 245 Media inter cornua fundit, Fundere eſt manu ſupina libare, quod fit in ſacris ſupernis. Virg. Aen. 5, 238 Vina liquentia fundam. *Sed* Martial. 9, 98 Fundere ſex cyathos *ad epulas domeſticas pertinet.* Vrinam Plin. 24, 19. Iordanis in lacum ſe fundit Id. 5, 15. Armenia vtrumque (Fluuium) fundit Plin. 6, 9. Funditur extra Scribon. 45. *exundat.* ¶ 2 *A motu illo naturali liquidorum* fundi *dicuntur, quaecunque dilabuntur, diſſipantur, late ſparguntur, etc.* Cic. de Fin. 3, 49 Sed quamquam negent, nec virtutes, nec vitia creſcere, et tamen vtrumque eorum fundi quodammodo, et quaſi dilatari putant. Id. in Orat. 125 Quum vero ea cauſa inciderit, in qua vis eloquentiae poſſit expromi, tum ſe latius fundet Orator, tum reget et flectet animos, *etc.* *Sic* Quinct. 10, 5, 11 Fundere quae natura contracta ſunt, *opus oratoris.* Fuſus in corpore humor et calor Cic. de N. D. 2, 101. Funditur fulgor lucis in digitos Plin. 37, 6. Fundet ſe iuſtitia in caeteras virtutes Cic. de Fin. 5, 65. Seren. Sammon. 525 Falleris, fruſtraque immenſa numiſmata fundes, *i. erogabis, profundes.* Fuſa per gentes ſuperſtitio Cic. de Diuin. 2, 148. Virg. Ecl. 4, 20 Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores. *i. Abundanter praebebunt.* *Sic* Cic. Tuſc. 5, 37. Cic. de Senect. 51 c. 15 E quibus quum emerſerit, fundit frugem ſpicae ordine ſtructam. *i. Emittit.* *Etiam de Partu animalium adhiberi notat Elmenh. ad* Arnob. p. 12. Multitudinem aſinorum ſilueſtrium fundit Africa Plin. 8, 30. Paſtus fundit varios ex ſeſe terra Cic. de Fin. 2, 110. Sagittam fundere Sil. 7, 646. Virg. Aen. 1, 196 Nec prius abſiſtit, quam ſeptem ingentia victor Corpora fundat humi. *i. proſternat.* Fuſus humi toto corpore Martial. 8, 75. Exercitum fundere, *proprie eſt in fugam dare et diſpergere, vt diffluant hoſtes,* etc. *Sic* Liu. 1, 10. Aur. Vict. de Viris illuſtribus c. 51 Regem Philippum praelio fudit. *Sic,* Fundere copias Caeſ. B. G. 1, 44. Cic. pro Rabir. 29. Id. pro Muraen. c. 9. Hoſtium Exercitum caeſum fuſumque cognovi Id. Philipp. 14 c. 1. Si quos obſcura nocte per vrbem Fudimus inſidiis, totaque agitauimus vrbe Virg. Aen. 2, 420. In fugam fuſa primo concurſu acies Liu. 5, 32. Funduntur turpi fuga Idem 4, . . Fuſi fugatique inimici Id. 2, . . Crebris eruptionibus fuſi Caeſ. B. C. 2, 22. ¶ 3 Fundere, *Abundanter loqui.* Virg. Aen. 3, 344 Talia fundebat lacrimans. Id. ibid. 8, 584. Cantus fundere ex gutture *dicitur* rana Cic. de Diuin. 1, 14. Carmen Idem Tuſc. 1, 64. Clangorem vaſtum Id. ibid. 2, 24. Iocularia inconditis verſibus Liu. 7, 2. Iras inanes Valer. Argon. 3, 696. Loquelas has fudit ore Virg. Aen. 5, 842. Mendacia Plaut. Pſeud. 4, 1, 33. Oracula Cic. de Diuin. 1, 34. *Et* de N. D. 1, 65. Orationem numeroſe et volubiliter Id. in Orat. 210. Preces Virg. Aen. 5, 234. Cic. Tuſc. 3, 106 Non intelligo quid metuat, quum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam. Ter. Adelph. 5, 1, 7 Ohe ſcelus. S. eho, iam tu verba fundis hic ſapientia? *Vbi* Donatus, Fundis, vtrum ſine vlla ceſſatione profers? an perdis? ſecundum illud, nam quid tu hic agas, vbi ſi quid boni praecipias, nemo obtemperat? Verba fundere Poëtarum more Cic. de Fin. 4, 30. Verſus fundere extempore Id. de Orat. 3, 194 c. 50. Id. Tuſc. 2, 56 Quid? qui volunt exclamare maius, num ſatis habent latera, fauces, linguam intendere: e quibus elici Vocem et fundi videmus? Virg. Aen. 4, 621 Extremam fundo cum ſanguine vocem. Cic. de Orat. 3, 173 Neque ex multis res vna quae magis oratorem ab imperito dicendi,

cendi, ab ignaroque diſtinguat, quam quod ille rudis incondite fundit, quantum poteſt, *etc.* Fuſa latius oratione Id. de Legib. 1, . . ¶ 4 *Formulae aliae.* Fundere in Tiberim, *Immergere.* Liu. 2, 5 pr. Defectam cum ſtramento ſegetem magna vis hominum ſimul immiſſa corbibus fundere in Tiberim. Funditur in ſeptem lacus Strymon Plin. 4, 10. Funditur in Rhenum fluuius Idem 4, 10. Cic. de Fin. 5, 1 Semper enim ex eo, quod maximas partes continet, latiſſimeque funditur, tota res appellatur. Fundi in latitudinem Plin. 18, 13. Funditur in omnes partes vitis Cic. de Senect. 52.

FVSVS, a, um. Adi. Fuſa ad latitudinem ac longitudinem lagenae modo Plin. 11, 37. Diſpoſitio pars Rhetorices, et per omnes materias, totumque earum corpus aequaliter fuſa Quinctil. 3, 9. Per herbam fuſi Virg. Aen. 1, 218. Homines fuſi per agros ac diſperſi vagantur Cic. pro Sext. c. 42. Id. de N. D. 2, 101 Exin mari finitimus aër die ac nocte diſtinguitur. Isque tum fuſus et extenuatus ſublime fertur, tum autem concretus in nubes cogitur, humoremque colligens, terram auget imbribus, tum effluens huc et illuc, ventos efficit. Aluus Celſ. 1, 3. *i. nimis ſoluta.* Omnibus hoſtium Copiis fuſis Caeſ. B. G. 3, 6. Liu. 38, 21 Detegebat vulnera eorum, et quod nudi pugnant: et ſunt fuſa et candida corpora, vt quae nunquam niſi in pugna nudentur. Fuſa corpora *dicere videtur mollia, quaſi liquefacta, vt funditur aes,* etc. Crines Virg. Aen. 10, 137. *i. Sparſi.* Cupreſſus Plin. 12, 17. Decorum late fuſum Cic. Off. 1, 98. Membra fuſa toro Ouid. ex Pont. 3, 3, 8. Opus late Quinctil. 2, 13. Sicuti Sanguis in corporibus, ſic illae Res in orationibus fuſae eſſe debebunt Cic. de Orat. 2 c. 77. Ob remp. fuſo Sanguine Sall. Fragm. 3, 18. *Add.* Liu. 7, 30. Vulnere multo fuſus Sil. 4, 233. Humi fuſus Virg. Aen. 6, 440. *Idem ac Copioſus.* Gell. 2, 26 Graeca lingua prolixior fuſiorque quam noſtra. Cic. de Orat. 2 c. 15 Genus orationis fuſum atque tractum.

FVSORES, [χωνευταὶ] l. 1 C. de excuſat. artif. *videntur eſſe, qui ex metallo ſtatuas, alia vel opera fundunt.*

FVSORIVS, a, um. Adi. Formauit opere fuſorio Vulg. Exod. 32, 4.

FVSORIVM, i. n. *Emiſſarium, quo fuſa aqua effluat.* Pallad. 1, 17 Relicto fuſoriis loco. *Et* 1, 37 Coquinae fuſoria. Idem 1, 42 Balnearum fuſoria.

FVSE. Adu. [χύδην] *h. e. Abundanter et copioſe.* Cic. de Fin. 3, 26 Poteſt id quidem fuſe et copioſe, et omnibus electiſſimis verbis grauiſſimisque ſententiis rhetorice et augeri et ornari. Populus fuſe in tribus conuocatus Id. de Legib. 3, 44 c. 19. Id. Tuſc. 4, . . De cuius excellentia multa quidem dici quamuis fuſe lateque poſſint, ſed breuiſſime illo modo. Fuſe lateque dicere Id. in Orat. 113 c. 32. Haec quum vberius diſputantur et fuſius Cic. de Nat. D. 2 c. 7.

FVSĬLIS, e. Adi. *Quod fuſum eſt. Vt,* Aurum fuſile Ouid. Met. 11, 126. Sal fuſilis Columel. 6, 33. *ſed ibi praeſtat legere* foſſilis. Vaſa fuſilia Mart. Capellae 8 p. 290 *ſunt pertuſa, vt aqua inde ſtillet, clepſydrae: modo non* futilia *legendum ſit.*

FVSIO, ōnis. f. [χύσις] Cic. de N. D. 1, 39 c. 15 Ipſumque mundum deum dicit eſſe *Chryſippus,* et eius animi fuſionem vniuerſam, *i. fuſam eſſe naturam diuinam per omnem mundum, vt per corpus noſtrum anima.* Fuſio tenuis ſtellarum Vitruu. 9, 7. *i. plures ſtellae* fuſionem *aquae vtcunque repraeſentantes.* L. 3 C. Th. de falſ. mon. Si quis numum falſa fuſione formauerit. ¶ 2 Fuſio *praeſtationem et illationem publicam ſignificat.* Vet. Gl. Fuſio εἰσφορὰ δημοσίων. Fuſiones συντέλειαι, εἰσφοραί. Vlpian. l. 27 §. 3 D. de vſufr. Nam ſolent poſſeſſores certam partem fructuum municipio viliori pretio addicere: ſolent et fiſco fuſiones praeſtare. Haec onera ad fructuarium pertinebunt. *Vulgati ante Gothofr. codices* Functiones *habent. Sic* l. 6 C. Theod. de indulg. deb. Vsque in initium fuſionis quintae vniverſa reliqua, quae tam ad arcam ſublimium poteſtatum, quam ad largitiones pertinent, relaxari praecipimus. *Hic Indictionem intelligit poſt Cuiacium Iac. Gothofredus, antecedens ex conſequente. Nempe* fundere, effundere, refundere *etiam ad erogationem pecuniae pertinent. Vid.* FVNDERE numiſmata n. 2.

FVSVRA, ae. f. [χύμα] Plin. 33, 6 Molybditis plumbi ipſius fuſura quae fit Puteolis, et inde habet nomen. *Conf.* Vulg. Interpr. 3 Reg. 7, 37.

FVNDĬTO, āre. [καταντλῶ] *Multum et fruſtra verba proferre.* Plaut. Aſin. 5, 2, 52 Nae ille ecaſtor fenerato funditat, *i. verba, quae in me dicit, magno luet.* Plaut. Poen. 1, 2, 61 En monſtrum mulieris, tantula tanta verba funditat. *Add.* Idem Amph. 4, 2, 31. Funditare rem, *pro Conſumere, et prodigere ac profundere* Plaut. Merc. prolog. *Vid. Turnebi Aduerſ. 15, 7.*

FVNDVS, i. m. [πυθμὴν, βένθος, βυθὸς] *Proprie eſt ima pars vniuscuiusque rei, quae aliquid in ſe liquoris contineat, vel ad continendum facta ſit, vt dolii, nauis, aluei, fluminis, lacus, maris. Male diſtinguunt aliqui Lexicographi inter Fundum et Fundus, vt prius de imo cuiusque rei, poſterius de Agro dicatur: cum prius Latina Lingua non agnoſcat:* Fundus *vſurpatur a Seruio ad* Aen. 2, 758 *pro Infima parte:* Cum de imo, *inquit,* fundus, de ſummo faſtigium dicatur. *In* Vet. Gloſſ. *item* Fundus *de Imo pariter atque Agro exponitur.* Fundus, χωρίον, ἀγρὸς, καὶ πυθμήν. *Etymologia fundi abſtruſior.* Πύνδος, *pro quo* πύνδαξ *placuit, commode ex ſe producat* fundum. *Vid. Pollux 10, 79 et ibi Hemſterh.* Cacabi fundus Scribon. 271. Sen. Epiſt. 1 Sera in fundo parſimonia. Arenoſus fundus fluuii Sil. 3, 465. Imo Nereus ciet aequora fundo Virg. Aen. 2, 419. Euertere fundo Lucret. 3, 84. Armarii fundum execuit, et ſeſtertiorum et auri quinque pondo abſtulit Cic. pro Cluent. 107. Reſidere in fundo Cic. pro Corn. Balb. 20 c. 8. Vertere fundo Virg. Aen. 10, 88. Largitio fundum non habet Cic. Off. 2, 55 c. 15. ¶ 2 Fundus, [χωρίον, ἀγρὸς] *id quod in poſſeſſionibus maxime ſolidum eſt, et moueri totumque adeo perdi non poteſt, quin ſemper ſubſtantia veluti quaedam maneat, ex qua, in qua certe renaſci reſtituiue caetera poſſint.* Varro de L. L. 4, 3 p. 11, 13 Ager, quod videbatur pecudum ac pecuniae eſſe fundamentum, fundus dictus, aut quod fundat quotquot annis multa. Feſtus *dici ait* fundum, quod plenus ſit, ad ſimilitudinem fundi vaſorum. *Et ſane* fundus *interdum, et forte proprie, aedificia excludere videtur. Vid.* Auct. de limit. p. 216 Goeſ. *vbi* fundus *eſt genus plethri, iugeri et aliarum menſurarum planarum. In vſu tamen, ICtorum praeſertim, multo patet latius. Videri poſſunt viri docti ad* l. 211 de V. S. Fundi appellatione omne aedificium et omnis ager continetur. Sed in vſu vrbana aedificia, aedes; ruſtica, villae dicuntur. Locus vero ſine aedificio, in vrbe area; rure autem ager appellatur. Idemque ager cum aedificio fundus dicitur. Fundum *et* Praedium *idem eſſe declarat* Scaeuola in l. vlt. D. Quib. mod. pig. vel hypoth. ſolu. Primi creditoris, qui pignori praedia acceperat: et poſterioris, cui quidam ex eisdem fundis dati erant: ad eandem perſonam hereditas deuenerat. *Palam eſt, quae prius* Praedia *vocarat, poſtea* Fundos *appellari.* Cultus fundus Hor. Serm. 2, 5, 13. Lati Virg. Georg. 2, 468. Mendax Hor. Carm. 3, 1, 30. Optimus maximusque, Ornatiſſimus, *vid. ſſ. ll.* Suburbanus fundus Cato R. R. 7. Conducere fundum, Ingredi in fundum, *vid. hh. vv.* Obire fundos noſtros cui non licet, aut res ruſticas vel fructus cauſa vel delectationis inuiſere? Cic. de Orat. 1, 249 c. 58. Occiderunt fundi, *vid.* OCCĪDO. Plaut. Capt. 1, 2, 78 Quaſi fundum vendam, meis me addicam legibus. ¶ 3 *Metaphor.* Fundus *non modo pro fundamento dicitur, vt* Gell. 17, 8 Eius coenae fundus et fundamentum omne erat aula vna Aegyptiacae lentis: *Sed etiam pro auctore, qui dum probat aliquid, illud velut in ſe recipit.* Plaut. Trin. 5, 1, 7 Vt quae cum eius filio egi, ei rei fundus pater ſit potior eo. Feſtus: Fundus quoque dicitur Populus eſſe rei quam alienat, hoc eſt auctor. Gell. 16, 13 Municipes ſunt ciues Rom. ex municipiis, legibus ſuis et ſuo iure vtentes, muneris tantum cum Populo Rom. honorarii participes — neque vlla Populi Romani lege adſtricti, niſi, inquam, populus eorum fundus factus eſt. *i. auctor, declarauitque, ſe ita velle, et legibus Romanis ſe ſubiicere. Sic etiam intelligendus eſt* Cicero, *qui* oratione pro Balbo *hac formula aliquoties vtitur.* V. G. 19 c. 8 Accuſator negat ex foederato populo quemquam potuiſſe, niſi is populus fundus factus eſſet, in hanc ciuitatem venire. *Hunc deinde deridet:* Quid enim potuit dici imperitius, quam foederatos populos fieri fundos oportere? nam id non magis proprium eſt foederatorum, quam omnium liberorum: ſed totum hoc Iudices, in ea fuit poſitum ſemper ratione atque ſententia, vt quum iuſſiſſet Praetor aliquid, ſi id adſciuiſſent ſocii populi ac Latini, et, ſi ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo reſediſſet: vt tum lege eadem is populus teneretur, non vt de noſtro iure aliquid minueretur, ſed vt illi populi aut iure eo, quod a nobis eſſet conſtitutum, aut aliquo commodo, aut beneficio vterentur. *Plana ſunt omnia, ſi* fundum fieri *ſignificat auctorem fieri, et recipere. Sic n. 21* Ipſa denique Iulia *lex,* qua lege ciuitas eſt ſociis et Latinis data, qui fundi populi facti non eſſent, ciuitatem non haberent. In quo magna contentio Heracleinſium et Neapolitanorum fuit, cum magna pars in iis ciuitatibus foederis ſui libertatem ciuitati anteferret. Poſtremo haec vis eſt illius iuris et verbi, vt fundi populi beneficio noſtro non ſuo iure fiant. Cum aliquid Populus Rom. iuſſit, id ſi eſt eiusmodi, vt quibusdam populis ſiue foederatis ſiue liberis permittendum eſſe videatur, vt ſtatuant ipſi, non de noſtris, ſed de ſuis rebus, quo iure vti velint: tum, vtrum fundi facti ſint an non? quaerendum eſſe videatur. De noſtra vero republica, de noſtro imperio, de noſtris bellis, de victoria, de ſalute populos fundos fieri noluerunt. *Tandem* 42 c. 18 Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, ſi tum fit fundus, quum ſcita ac iuſſa noſtra ſua ſententia comprobat, quam cum hoſpitium fecit, *etc. Qui haec attente legerit, non valde ad formulam quidem ipſam qua de agitur, intelligendum doctis diſputationibus Rigaltii, Bullialdi et Henr. Valeſii de populis fundis, quas dedit Graeuius Theſ. Ant. Rom. Tom. 2 indigebit: quas tamen legiſſe ob reliquam elegantiam neminem poenituerit. Dictae diſſertationes etiam recuſae ſunt cum Henr. Valeſii libris Emendationum.*

FVNDVLVS, i. m. Dimin. *Cuius tria genera reperias,* Fundulus *paruum fundum orbicularem, qui in cylindro cauo moueri poſſit, ſignificat* Vitruu. 10, 13 Aerei moduli cum fundulis ambulatilibus. ¶ 2 Fundulum *Inteſtinum,* a fundo, quod non vt reliquae partes, ſed ex vna parte ſola apertum. Ab hoc Graecos puto τυφλὸν ἔντερον *(caecum inteſtinum)* appellaſſe. Varr. L. L. 4, 22 p. 28, 35. ¶ 3 Fundula *platea, vid. ſupra ſub* FVNDA.

FVNDĬTVS. Adu. [πάγχυ] Cic. Verr. 4, 79 Qui non obtruſit aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, ſed funditus ſuſtulit ac deleuit. *i. Prorſus, omnino, penitus, et velut ab ipſo fundo.* Funditus Amiſſae nobiles familiae Tac. Ann. 3, 6, 4. Cic. Fam. 6, 2 Neceſſe eſt enim, aut armis vrgeri Rempubl. ſempiternis, aut his poſitis recreari aliquando, aut funditus interire. Euertere funditus amicitiam Idem de Fin. 2, 80 c. 25. Id. de Amicit. 23 c. . . Quae autem domus tam ſtabilis, quae tam firma ciuitas eſt, quae non odiis atque diſſidiis funditus poſſit euerti? *Add.* Id. pro Domo c. 14. Salluſt. ad Caeſ. de Republ. ordin. 6, 51 Sed non inſcius, neque imprudens ſum, et quae mea res agetur, quae ſaeuitia, quaeue tempeſtates hominum nobilium futurae ſint, quum indignabuntur omnia funditus miſceri, antiquis ciuibus hanc ſeruitutem imponi. Perdere aliquem funditus Plaut. Merc. 5, 4, 63. Ter. Andr. 1, 5, 9 Quod ſi fit, pereo funditus. Cic. Fam. 1, 9 Quem ego funditus perdidi. Perdere funditus ciuitatem Idem Att. 6, 1. Pereunt vrbes funditus Hor. Carm. 1, 16, 20. Peſſum dare Prudent. Rom. 49. Cic. de Amicit. 92 Quae cauſa eſt, cur amicitiam funditus tollamus e vita, ne aliquas propter eam ſuſcipiamus moleſtias? Tacit. Ann. 3, 54 Hanc P. C. curam ſuſtinet princeps; haec omiſſa, funditus Rempubl. trahet. Verſae leges funditus Idem Ann. 3, 6. Victus funditus Iuſtin. 25, 3, 8. *Pro Prorſus.* Cic. de Orat. 3, 193 Neque earum rerum quenquam funditus natura voluit eſſe expertem. Funditus tollere fidem Idem in Orat. 209 c. 62. Ne ſpondaeus quidem funditus eſt repudiandus Id. in Orat. 216 c. 64.

FVNDO, āre. [θεμελιόω, καταβάλλω] *Firmare, et quaſi fundum et fundamentum facere, ſtabilireque.* Virg. Aen. 8, 478 Haud procul hinc ſaxo colitur fundata vetuſto, Vrbis Agyllinae ſedes. Arces fundantem, ac tecta nouantem Idem ibid. 4, 260. *Oppoſita:* Plin. in Paneg. c. 34 Excidiſti inteſtinum malum, et prouida ſeueritate cauiſti, ne fundata legibus ciuitas, euerſa legibus videretur. Diſciplina accurate fundata et exſtructa Cic. de Fin. 4, 1. Domum fundare ſubole Sen. Octau. 532. Domum fundatam paternis, auitisque opibus exhaurit Quinctil. in Decl. 9 ſ. Gladiatore. Familiam decimo partus ſtipendio fundauerat femina Apul. Met. 7 p. 136. Fides leuiter fundata, *vid.* LEVIS. Imperium magnis laboribus fundatum Cic. Catil. 4, 19. Imperium illud maxime veſtrum fundauit Id. pro Corn. Balb. 31 c. 13. Pomponius in l. 2 §. Poſt hos fuerunt D. de Origine iuris, Poſt hos fuerunt Publius Mutius, et Brutus, Manilius, qui fundauerunt ius ciuile. Nauem fundare, *Facere, conſtituere* Plaut. Mil. 3, 3, 43. *Significat et Firmare in mari.* Virg. Aen. 6, 4 — tum dente tenaci Anchora fundabat naues. Opes bene fundatae Ouid. Met. 14, 583. Penates prole Stat. Silu. 4, 7, 29. Reditus Plin. Paneg. c. 70. Cic. in Parad. 1, 3

Qui

Qui hanc Rempubl. iam praeclare fundatam nobis reliquerunt. Sceptra fundare Sil. 1, 44. Thalamos nympha, *i. vxorem ducere: vid. Drakenb. l. c. Conf. Borrich. Cogit. p. 298.* Vrbem fundabit legibus Virg. Aen. 6, 812.

FVNDATVS, a, um. Partic. Quinctil. Decl. 9 Fundata paternis auitisque opibus domus. Hor. Epiſt. 1, 15, 45 Conſpicitur nitidis fundata pecunia villis. Fixus et fundatus Reip. ſtatus Cic. Att. 1, 13 (16). Idem pro Flacc. 26 Nihil religione teſtatum, nihil veritate fundatum, nihil dolore expreſſum, *etc. Compar.* Quo fundatior erit ex arenato directura, eo firmior erit ad vetuſtatem ſoliditas tectorii Vitruu. 7, 3. *Superl.* Imperia fundatiſſima Arnob. 3 p. 115. Eccleſia fundatiſſima Auguſtin. Epiſt. 56. Fides fundatiſſima Id. ibid. 28. Cic. pro Domo 96 c. 36 Quod quum indicaſſem, defleui coniugis miſerae diſſidium, liberorum cariſſimorum ſolitudinem, fratris abſentis amantiſſimi atque optimi caſum, ſubitas Fundatiſſimae familiae ruinas, *quae firmiter, vt aedificium in fundamento idoneo, ſtare videbatur.*

FVNDATIO, onis. f. In theatrorum et muri fundationibus Vitruu. 5, 12. Craſſiores fundationes Id. 6, 11. *i. fundamenta. Add.* Id. 3, 3. *et* 5, 3.

FVNDATOR, oris. m. Praeneſtinae vrbis Virg. Aen. 7, 678. Hilario fundator et eruditor conuerſationis monachorum Hieron. in vita Eiusd. Imperii Rom. Inſcr. Grut. p. 56 n. 5 *et* 6. Pacis, Quietis publicae Inſcr. Grut. p. 282 n. 6 *et* 283 n. 4. Rerum fundator ipſe et artifex Prudent. Cath. 11, 27. *de Deo.*

FVNDĀMEN, inis. n. [θεμέλιον] *Idem quod Fundamentum.* Ouid. Met. 5, 361 Ambibat Siculae cautus fundamina terrae. Idem ibid. 4, 835 Augurio laeti iaciunt fundamina ciues. *Conf.* Prudent. Pſychom. v. 826. Ponunt fauis apes fundamina Virg. Georg. 4, 161. *Conf.* Manil. 1, 726.

FVNDAMENTVM, i. n. [θεμέλιος] *Quo aliquid innititur, inaedificatum eſt, etc.* Cic. pro Sext. 5 Non aggrediar ad illa maxima et ampliſſima prius, quam docuero, quibus initiis ac fundamentis hae tantae ſummis in rebus laudes excitatae ſunt. Adoleſcentiae fundamentis conſtituta ſenectus Idem de Senect. 62. Defenſionis firmiſſima fundamenta meae ſunt, ſi nitantur iudicio ſuorum Id. pro Cael. 30. Dialecticae fundamentum Cic. Acad. 4, 7. Iuſtitiae fundamentum, fides Id. Off. 1, 23 c. 7. Libertatis firmiſſima fundamenta Id. pro Corn. Balb. 31. Operum faſtigia ſpectantur, latent fundamenta Quinctil. 1 prooem. Orationis fundamentum praeclare iactum Cic. de N. D 1, 43. Virtutum omnium fundamentum, pietas Idem pro Planc. 29 c. 12. Sedes et fundamentum conſtituendae ſidei, narratio Id. in Partit. 31. Solum quoddam atque fundamentum eſt, verborum vſus et copia bonorum Cic. de Orat. 3, 149. Caementitia fundamenta, *vid.* CAEMENTVM. Stabili fundamento manet fortuna Lucret. 5, 1120. A fundamento, *vid.* A *Praep.* Plaut. Rud. 2, 2, 55. Agere fundamenta Cic. pro Milon. 76 c. 27. *vid.* AGO. Conuellere fundamenta, *vid.* CONVELLO. Disiecit a fundamentis arcem Nep. 20, 3, 3. Idem 23, 7, 7. Emota fundamenta quatit Virg. Aen. 2, 610. Habere mali fundamentum et radices altiores Cic. ad Brut. 17. Iacere fundamenta Quinctil. 1, 4 Cic. pro Flacc. 4 Nihil eſt praeterea quo fugere poſſumus, niſi forte quae res hoc iudicio tentetur, quid agatur, cui cauſae fundamenta iaciantur, iudices videtis. Idem Fam. 12, 25 Ego mi Cornifici, quo die primum in ſpem libertatis ingreſſus ſum, et cunctantibus caeteris ad XIII Calend. Ian. fundamenta Reipubl. ieci, eo ipſo die prouidi multum, atque habui rationem dignitatis tuae. Id. Fam. 10, 29 Illi mihi neceſſe eſt concedant, vt tibi plus quam ipſi hoc tempore prodeſſe poſſim; quod quidem nec deſtiti facere, nec deſiſtam, et iam in maxima refeci, et fundamenta Ieci ſalutis tuae. Iacta defenſionis fundamenta Cic. pro Muraen. 14. Idem Philipp. 1, 1 Quantum in me fuit, Ieci fundamenta pacis. *Contraria:* Cic. pro Marcell. 26 Tantum abes a perfectione maximorum operum, vt fundamenta, quae cogitas, nondum Ieceris. Latent fundamenta Quinctil. in prooem. 1. Locant alii fundamenta, pars ducere muros Virg. Aen. 1, 432. Locare fundamenta in lubrico atque inſtabili loco Plin. 36, 14. Ordiri fundamenta ex depreſſiore loco, *vid.* ORDIOR. Poſitum eſt philoſophiae fundamentum in finibus bonorum et malorum Cic. de Diuin. 2, 2. Ponere fundamenta Conſulatus Idem in Piſon. 9 c. 4. Ponere virtutum omnium fundamenta in voluptate tanquam in aqua Id. de Fin. 2, 72 c. 22. Subſtruere fundamentum Plaut. Moſt. 1, 2, 40.

FVNDAMENTALIS, e. Adi. *Solido fundamento innixus. Vnde*

FVNDAMENTALITER. Adu. Sidon. Epiſt. 3, 8 *extr.* Fundamentaliter eruere.

FVNEBRIS, FVNESTVS, FVNERO, *vid.* FVNVS.

FVNETVM, *vid.* FVNVS.

FVNGOR, functus ſum, fungi. [τελέω, ἐπιτελέω] *Officium, munusque agere. De conſtructione cum Acc. et Abl. Lambin. ad* Nep. 14, 1, 4. *Voſſ. de Conſtr. c. 22. Poteſt res ita facilius teneri, ſi dicamus,* Fungi *eſſe occupari, verſari vel* circa *rem, vel in re: Praepoſitiones autem ſupprimi.* Plaut. Moſt. 1, 1, 45 Tu ibi iſtos habeas turtures, piſces, aues: ſine me alliato fungi fortunas meas. Aduocatione iniuncta fungi Plin. Epiſt. 2, 11, 19. Aedilitate magnificentiſſima Cic. Off. 2, 57. Aedilitate Cic. Off. 2 c. 17. Tertull. in l. Proponebatur D. de Caſtrenſi peculio, Proponebatur filiusfamilias miles teſtamento facto extraneum heredem ſcripſiſſe, deinde ſuperſtite deceſſiſſe: pater deliberante herede inſtituto ipſe diem functus eſt, deinde heres, *etc. qui* diem, *i. tempus ſibi aſſignatum, peregit, ille mortuus eſſe intelligitur. Add.* Iuſtin. 19, 1, 1. Sulp. Seuer. Hiſt. Eccl. 1, 7 *extr. Nempe* vita, die, luce, fato, *etc.* fungor *eſt idem quod viuo. Sed vt* Vixi *ſignificat deſii viuere, mortuus ſum:* ita functus ſum vita *eſt curſum vitae peregi. Non debebant igitur, qui verba interpretantur, dicere,* fungi *vel* defungi *ſignificare mori: quae non magis mori ſignificent, quam ipſum verbum* viuo. *Neque accurate locutus eſt* Pompon. l. 14 ff. *pr.* Filius familias miles ſi captus apud hoſtes vita fungatur, lex Cornelia ſubueniet ſcriptis heredibus. *Ne dubites, an* vita fungatur *forte ſignificet* viuat, *et argumentum probibet et* l. 39 de Teſtam. milit. Epulis functi Ouid. Met. 4, 764. Fato functus, *pro Mortuus* Quinctil. 3, 7, 10. Fortuna proſpere fungi Cic. de Clar. Orat. 24. Tacit. Hiſt. 2, 51 Additae erga Germanicos exercitus laudes, gratesque, et miſſa legatio, quae gaudio fungeretur, *i. officium faceret in teſtando gaudio.* Liu. 4, 57 *extr.* Quatuor creati ſunt, omnes iam functi eo honore. *Conf.* Nep. 2, 7, 3. Laboribus functus Hor. Carm. 2, 18, 38. Pro ſomno Lacrimis oculi funguntur obortis Ouid. Her. 8, 109. Legationibus fungi Quinctil. 3, 2. Loco primo fungi Idem 3, 6. Tacit. Ann. 13, 21 Burrus iis Mandatis Seneca coram fungebatur. Militia fungi Suet. de Clar. Gramm. 9. Plin. 8, 5 Non potuiſſe effici, vt crudelitatis alienae Miniſterio fungerentur. Morte functus, *Mortuus* Ouid. Met. 11, 583. *Conf.* Paterc. 2, 49, 1. Plaut. Men. 1, 4, 5 Nam paraſitus, hominum octo Munus facile fungitur. Datames militare Munus fungens Nep. 14, 1, 4. Cic. Verr. 3, 199 Hoc vobis eſt ſtatuendum, quid aratorem ipſum arationis nomine Muneris in Rempubl. fungi, ac ſuſtinere velitis. Caeſ. B. G. 7, 25 Hunc ex proximis vnus iacentem transgreſſus, eodem illo Munere fungebatur. Munere interpretis fungi Cic. de Fin. 1, . . Munere fungi amici Hor. Epiſt. 1, 9, 5. Munere ſeruorum Nep. 4, 3, 6. Cic. de Amicit. 22 Denique caeterae res quae expetuntur, opportunae ſunt ſingulae rebus fere ſingulis: diuitiae, vt vtare, *etc.* valetudo, vt dolore careas, et muneribus fungare corporis. Munere aedilicio maximo functus eſt Craſſus Cic. Off. 2, 57 c. 16. Idem ibid. 2, 70 c. 20 Neque vero verbis auget ſuum Munus *homo tenuis,* ſi quo forte fungitur, ſed etiam extenuat. Tacit. Ann. 3, 17 Suprema erga memoriam filii ſui Munera fungerentur. Munera Senatoria Sueton. Aug. c. 35. Officio ſuo fungi, *facere quod debeas* Ter. Adelph. 4, 3, 12. Cic. Brut. 9. *Et* pro Cael. 21 c. 9. Officiis iuſtitiae fungatur, qui adipiſci veram iuſtitiae gloriam volet Cic. Off. 2, 43 c. 13. Officio miniſterioque ſeruorum fungi Plin. Epiſt. 1, 24. Officiis aetatis ſuae maiorem partem ciuilibus fungi Liu. 1. Supremo in aliquem Officio Curt. 3, 12, 11. Officiis vernaliter fungi Hor. Serm. 2, 6, 109. Officium fungi Ter. Heaut. 3, 3, 19. Idem Adelph. 3, 4, 18 Neque boni, neque liberalis functus Officium eſt viri. Opera mediaſtini fungi Vlpian. l. 1 D. Naut. caupon. *etc.* Partibus iudicis fungi Plin. Epiſt. 3, 5. Pignoribus fungi in vicem ſatisdationis, *i. Loco fideiuſſorum pignora praeſtare* l. 7 D. de Praetor. ſtipulat. Caeſ. B. G. 8, 8 Quae octauo iam ſtipendio functa, tamen collatione reliquorum, nondum eandem vetuſtatis et virtutis ceperat opinionem. Vice cotis fungar Hor. de Arte Poët. 304. Quum ſuam Vicem functus officio ſit Liu. 1, 9 *extr.* Virtute functos duces canere Hor. Carm. 4, 15, 29. Vita fungi, *pro mori poſuit* Papinianus in l. Filiusfamilias D. de Caſtrenſi peculio, *vid. ſupra* Diem fungi. Paull. l. 63 D. ad l. Falcid. Pretia rerum non ex affectu, nec vtilitate ſingulorum, ſed communiter funguntur: *velut officium hoc haberent. Nam etiam inanimata* funguntur. Columel. 1, 5, 9 Quisquis aedificia volet in decliuibus areis exſtruere, ſemper ab inferiore parte auſpicetur: quia quum ex depreſſiore loco fuerint orſa fundamenta, non ſolum ſuperficiem ſuam facile ſuſtinebunt, ſed et pro fultura et ſubſtructione fungentur aduerſus ea, quae mox, ſi forte villam prolatare libuerit, ad ſuperiorem partem applicabuntur. *Conf.* FVNCTIO.

FVNGĬBĬLIS, e. Adi. *Iuriſconſultis familiare.* Fungibiles *enim* res *vocant, Quae conſiſtunt in numero, pondere, et menſura: vt Pecunia, frumentum, vinum, oleum: quarum adeo altera* fungi *alterius vice poteſt. Caetera corpora in vniuerſum omnia, omnesque aliae ſpecies, dicuntur* Res non fungibiles.

FVNCTIO, ōnis. f. [ἐπιτελέωσις] Cic. Tuſc. 2, 35 c. 15 Labor eſt functio quaedam vel animi, vel corporis grauioris operis et muneris. Cic. Verr. 3, 15 c. 6 Ita decumas lege Hieronica ſemper vendendas cenſuerunt, vt iis iucundior eſſet muneris illius functio, ſi eius regis, qui Siculis cariſſimus fuit, non ſolum inſtituta commutato imperio, verum etiam nomen maneret. ¶ 2 Functionem *pro morte atque interitu poſuiſſe videtur* Arnob. 2 p. 62 *med.* Omnis enim paſſio leti atque interitus ianua eſt, ad mortem ducens via et ineuitabilem rebus afferens functionem. *Et* 2 p. 82 *extr.* Hic enim eas *(animas)* retur eſſe perpetuas, et ſupereſſe mortalium functioni: ſupereſſe ille non credit, ſed cum ipſis corporibus interire. *Et* p. 86 *extr.* Deo eſſe ſe gnatos, nec fati obnoxios legibus: ſi vitam reſtrictius egerint, aulam ſibi eius patere, ac poſt hominis functionem prohibente ſe nullo tanquam in ſedem referri patritam. *Sed eſt nempe* εὐφημία *in hoc nomine, quo indicatur neceſſitas illa moriendi, et* fungendi *illo vltimo officio.* ¶ 3 *Inanimatis etiam* Functio *conuenit, vt* Fungo. Paull. in l. 2 §. Mutui datio D. Si certum petatur, Mutui datio conſiſtit in iis rebus, quae pondere, numero, menſura conſtant: quoniam earum rerum datione poſſumus in creditum ire: quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem, quam ſpecie, *i. Vicem mutuam, per ſolutionem magis, quam per ſpeciem. Nam* in caeteris rebus *(vt ſubdit* Paullus) ideo in creditum ire non poſſumus, quia aliud pro alio inuito creditori ſolui non poteſt.

FVNCTVS, a, um. Part. *Vid. ſupra in* FVNGOR. Stat. Silu. 2, 1, 209 — Omnia functa Aut moritura vides. *i. Defuncta.* Functus, *abſolute pro mortuo* Albinou. ad Liu. v. 393. *vbi vid. Burm.* Functi, dicti ab eo, quod fungantur honore et officio aliquo Iſidor. 9, 4. *Paſſ.* Tot ſacerdotia, tot miniſteria perperam functa Tertull. adu. Haeret. 29.

FVNGVS, i. m. [μύκης] *Boletus, habet conuenientiam cum Graeco* σπόγγος. Plin. 22, 23 Fungorum lentior natura, et numeroſa genera. ſed origo non niſi ex pituita arborum. Tutiſſimi, qui rubent callo, minus diluto rubore quam boleti. Mox candidi, velut apice flaminis inſignibus pediculis. Tertium genus ſuilli, venenis accommodatiſſimum. *Conf.* Apic. 7, 13. *Metaph.* Fungus etiam in lucernis dicitur: Virg. Georg. 1, 392 — Teſta quum ardente viderent Scintillare oleum, et putres concreſcere fungos. Seruius. *Nam vt dicit* Plin. quum aër humidus eſſe coeperit, fauilla quae cum fumo ſolet egredi, prohibita aëris craſſitate, in lucernis reſidet, et quasdam velut fungorum imitatur imagines. *Vid.* Plin. 18, 35. Albos fungos colligit Ouid. Faſt. 4, 697. Ancipites Iuuen. Sat. 5, 146. Pluuiales Ouid. Met. 7, 393. Pratenſes Hor. Serm. 2, 4, 20. Venenatis fungis laborare Scribon. 198. *i. comeſis.* ¶ 2 Fungus, *Arborum morbus.* Plin. 17, 24 ſ. 37, 4 Olea praeter vermiculationem, quam aeque ac ficus ſentit, clauum etiam patitur, ſiue fungum placet dici, vel patellam. haec eſt ſolis exuſtio. Fungus, *item in auribus pugilum, Tuber prominens ex ictibus ceſtuum, ſic a ſimilitudine dictus.* Tertull. de Spect. c. 23 *extr.* Tales enim cicatrices ceſtuum, ad callos pugnorum et aurium fungos a deo cum ſuo plaſmate accepit. Vegetius Mulom. 4, 28, 7 *commendat* ſtypticum, quod facit ad omnia vulnera humecta, et fungos exſiccandos. ¶ 3 Fungum hominem, *pro Stupido, et inſulſo poſuit* Plaut. Bacch. 4, 7, 23. *et* 5, 1, 2.

FVNGVLVS, i. m. Dimin. De Spongiolis ſiue fungulis Apic. 3, 20. *et* 5, 2.

FVNGĬDVS, a, um. Adi. Gloſſ. Gr. Lat. σομφὸς, fungidus, fungoſus.

FVNGĬNVS, a, um. Adi. [μυκηνὸς] *Pertinens ad fungos.* Plaut. Trin. 4, 2, 9 Pol hic quidem fungino genere eſt, capite ſe totum tegit, Illyrica facies videtur hominis, eo ornatu aduenit, *etc.* *Penult. correpť. vt vult Borrich. Cogit. p. 313.*

FVNGŌSVS, a, um. Adi. [μυκητώδης] *Quod eſt rarum et leue, ad ſimilitudinem fungi.* Plin. 6, 36 Hunc totum fungoſa replet medulla. Columel. 4, 29. *Sic*, Fungoſa terra Idem 11, 13. *Compar.* Fungoſior natura Plin. 16, 36.

FVNGOSĬTAS, ātis. f. [μυκητότης] *a Fungoſo dicitur. Plinii eſſe dicitur* Tota fungoſitas deraſa. *Harduini quidem Index non habet.*

FVNIS, is. [σχοῖνος, κάλως, μήρινθος, σπάρτον] *tam m. quam f. gen. teſte* Gell. 13, 20 *citante verſus* Lucretii 2, 1153 Haud, vt opinor, enim mortalia ſaecla ſuperne Aurea de caelo demiſit funis in arua. *Citat etiam* Non. 3, 91. *Vid.* Macrob. Somn. Scip. 1, 14. *et Turneb. Aduerſ. 5, 25.* Plin. 16, 1 Vlua et paluſtri iunco funes nectunt. Col. 10 pr. 4 *laudat prouerbium Graecum*, Ex incomprehenſibili paruitate arenae funis effici non poteſt. Antarius, *vid. h. v.* Canabinus, *vid.* CANABIS. Ductarius Vitruu. 10, 3 *extr.* Laxi Virg. Aen. 8, 708. Lorei Cato R. R. 3, 5. Mediponti, Spartei, Subductarii, Torculi, *vid. ſſ. ll.* Tortos incidere funes Virg. Aen. 4, 575. Ducere funem contentionis Tertull. adu. Marc. 4, 4. Funem contentioſum alterno ductu in diuerſa diſtendere Idem de Pudic. c. 2. Conuellere funem a terra, *vid.* CONVELLO. Perſ. 5, 118 Quae dederam ſupra repeto, funemque reduco. *h. e. Muto ſententiam, repetens ea, quae tibi dederam ſupra, ſapientiam et libertatem, vinculisque ſeruitutis iterum te adſtringens. Tractum a iumentis, quae laxato fune aut habenis, liberius vagantur. Vel ſumtum a ludo, vnde et eſt illud* Ducere funem contentionis, *et verbum* Obtrectare. ¶ 2 Funis *pro equo funali, vid. ſtatim.* Religare funem Lucan. 7, 860. Traiectus funis Virg. Aen. 5, 488. *intell. per foramen mali.*

FVNĀLIS, e. Adi. [σχοινοφόρος] Valer. Maxim. 3, 6, 4 Cereus funalis *dicitur, quod alias* Funale *eſt.* Funales equi, *qui eſſent in curribus triumphantium, diſputatur ad* Sueton. Tib. c. 6 Actiaco triumpho currum Auguſti comitatus eſt, ſiniſteriore funali equo, quum Marcellus Octauiae filius dexteriore veheretur. *Nihil videtur melius, quam ſtatuere cum Torrentio,* funales *equos eſſe exteriores, interiores autem ad iugum et temonem iugales. Vid. Barth. ad* Stat. Theb. 6, 461 *vbi* Funalem Thoën *Poeta memorat.* Auſon. Epitaph. 35, 10 Pegaſus hinc dexter currat tibi, laeuus Arion Funis eat: quartum det tibi Caſtor equum: Funis, *i. Funalis. Add. Rutgerſ. Var. Lect. 1, 10.*

FVNĀLE, is. n. [κηρὸς, δάλος] Iſid. 20, 10 Funalia erant candelabra, exſtantes ſtimulos habentia, quibus funiculi cera vel huiusmodi alimento luminis obliti figebantur. *Operoſum id genus funale eſt, quod deſcribit* Ouid. Met. 12, 245

Primus Ophionides Amycus penetralia donis
Haud timuit ſpoliare ſuis; et primus ab aede
Lampadibus denſum rapuit funale coruſcis:
Elatumque alte. ——
Illiſit fronti Lapithae Celadontis, et oſſa
Non agnoſcendo confuſa reliquit in ore *etc.*

Tale interpretatur Gronou. Obſ. 3, 6 illud Duillii, de quo Cic. de Sen. 44 c. 13 Delectabatur crebro funali ac tibicine. Crebrum *intelligit quod multos ſtimulos exſtantes, multos funiculos illis fixos, habuerit. Non diffiteor tamen, mihi videri verius,* crebrum funale, crebrum tibicinem, *eſſe multos ſeruos funalia ſimplicia geſtantes, multos tibicines. Caeterum Ciceronis ipſa verba ſpectaſſe videtur* Aur. Vict. de Viris illuſt. c. 38 Duillio conceſſum eſt, vt praelucente funali, et praecinente tibicine, a coena publice rediret. Hic ponite lucida Hor. Carm. 3, 26, 6 Denſum funale coruſcis lampadibus Ouid. Met. 12, 247. Noctem flammis funalia vincunt Virg. Aen. 1, 727. Seruius ad h. l. Funalia ſunt, quae intra ceram ſunt, dicta a funibus, quibus ante vſum papyri cera circumdatos habuere maiores —— Varro de Vita Pop. Rom. Facibus aut candela ſimplici, aut ex funiculo facta, cera veſtita, quibus ea figebant, appellarunt funalia. Funale, *pro ipſo Fune, apud* Liu. 42, 65 *extr.* Funda media duo funalia imparia habebat.

FVNARIVS, i. m. *Qui funem tractat. vnde cognomen* Gratiano maiori *apud* Aurel. Vict. in Epit. c. 69. *et* Ammian. 30, 24. Funarii *etiam dicti* Currus, a genere vinculi quo alligabantur: *Vid.* Iſidor. de Orig. 17, 35.

FVNĒTVM, i. n. Plin. 17, 22 Quum breuiores palmites farmento iunguntur inter ſe funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur.

FVNAMBŬLVS, i. m. [σχοινοβάτης, νευροβάτης] *Qui per funem extentum ſpectaculi cauſa ambulat.* Ter. in prol. Hec. 4 Ita populus ſtudio ſtupidus, in funambulo animum occuparat. *Conſ.* Idem ibid. 34 Meſſala Coruinus primus Funambuli nomen intulit, et poſt eum Terentius: *Auctor* Acron *in* Hor. Serm. 1, 10. *Funambuli deſcriptio eſt* Manil. 5, 651

In praerupta dabit ſtudium, vendetque periclo
Ingenium, ac tenues auſus ſine limite greſſus
Certa per extentos ponet veſtigia funes;
Ac caeli meditatus iter veſtigia perdet
Paene ſua, et pendens populum ſuſpendet ab ipſo.

Sic Bentleius dedit vltimum verſum, in quo variatur. Firmicus 8, 17 Erunt funambuli, oribatae, neurobatae. *Vid.* NEVROBATES. *De* elephantis funambulis, *vid.* CATADROMVS. *Metaph.* Tertull. de pudicit. 10 Age tu, funambule pudicitiae —— qui tenuiſſimum filum diſciplina eiusmodi veri auia pendente veſtigio ingrederis —— dum tam ſecurus et quaſi in ſolido es.

FVNĬRĔPVS, i. m. *Idem ſignificat quod Funambulus.* Apul. Flor. 4 *pr.* Comoedus ſermocinatur, Tragoedus vociferatur, Funirepus periclitatur.

FVNICVLVS, i. m. Dimin. [σχοινίον] Plin. 12, 17 Atque attractis funiculis herbam eam conuolui, atque ita offas fieri. Cic. de Inuent. 2, 154 c. 51 Funiculus, qui a puppi religatus ſcapham annexam trahit.

FVNVS, ĕris. n. [Πένθος, κηδεία Vet. Gloſſ. Lat. Gr.] Donatus: Funus a Funalibus dictum eſt: et eſt Pompa exſequiarum. Apparatus mortuorum Seru. *ad* Virg. Aen. 3. Ter. Andr. 1, 1, 100 Funus interim procedit, ſequimur, ad ſepulcrum venimus; in ignem poſita eſt, fletur. Cic. de Amicit. 11 Quam autem ciuitati carus fuerit, moerore funeris indicatum eſt. Sen. de Benef. 6, 38 Demades Athenis eum, qui neceſſaria funeribus venditabat, damnauit, cum probaſſet, magnum lucrum optaſſe. *Mortem aliquando ſignificat.* Virg. Aen. 4, 308 Nec moritura tenet crudeli funere Dido. *Add.* Id. Ecl. 5, 20. *et* Aen. 6, 429. Plaut. Amph. 1, 1, 35 Quod multa Thebano Populo acerba obiecit funera. *i. Multos occiderat.* Reipublicae funus, *Caſum ſuum et diſceſſum vocat* Cic. de Prouinc. Conſ. 45. *Sed et* Gabinius ac Piſo, duo Reip. portenta ac paene funera Idem ib. c. 1. Tacit. Ann. 15, 64 Exin balneo illatus, et vapore eius exanimatus, ſine vllo funeris ſollemni crematur. *de Seneca.* Sollemnia funerum Tacit. Ann. 3, 2. *Pro Cadauere, ſeu mortuo.* Inhumatum funus Lucan. 7, 820. Virg. Aen. 2, 539 Et patrios foedaſti funere vultus. *Vbi* Seruius: Funere, Cadauere, ab eo quod procedit, id quod ſequitur: Funus enim iam ardens cadauer. *Sic vſum* Manilium *iſto vocabulo,* Scaliger; *et* Claudianum, *Barth. in Comm. notante.* Funus nullius ex ſuis vidit Nep. 21. *Pro Sepulcro:* Virg. Aen. 3, 62 Ergo inſtauramus Polydoro funus. *Vid.* Seru. *Pro Exſtinctione, ſeu deletione.* Lucan. 4, 231 Pro dira pudoris Funera. *Et* Prudent. Agnet. 69 Qui me pudoris funere perderet. ¶ 2 *Hinc intelliguntur Epitheta.* Acerbum Virg. Aen. 6, 429. *eorum, qui immatura ſ. puerili aetate moriuntur.* Amplum, *vid.* AMPLVS. Ardentia Stat. Silu. 2, 1, 158. Atrum Lucret. 2, 580. Crudeli funere exſtinctus Virg. Ecl. 5, 20. Familiare funus et domeſticus luctus Cic. in Vatin. 30. Funeſtum Cic. pro Domo 42. Immaturum Quinctil. in Prooem. 6. Inhumatum Lucan. 7, 820. Lacrimoſa Hor. Carm. 1, 8, 15. Lamentabilia, *vid.* LAMENTOR. Maturo propior funeri Hor. Carm. 3, 15, 4. Miſerandum Lucan. 1, 104. Modicum eius Tacit. Ann. 5, 1. *i. Tenue.* Perluctuoſum Cic. Q. Fratr. 3, 8. Lucan. 8, 736 Da vilem Magno Plebeii funeris arcam. *i. Da Pompeio ſaltem Plebeium funus.* Praeclarum Perſ. 2, 10. Profanatum acerbo vulnere Stat. Theb. 9, 8. Ouid. Met. 3, 136 —— Dicique beatus Ante obitum nemo, Supremaque funera debet. Triſtia Hor. Epiſt. 2, 2, 74. ¶ 3 *Verborum formulae:* Celebrare funus alicui Plin. 10, 43. Liu. 8, 10. Concelebrare funus, Conficere funera, Congerere funera, *vid. hh. vv.* Conueniunt ad funus amici ad exequias cohoneſtandas Cic. pro Quint. 50 c. 15. Dare ſaeua funera Virg. Aen. 8, 570. Dare operam funeri Cic. Att. 15, 1. Deducere funus, *vid.* DEDVCO. Denſantur funera mixta ſenum ac iuuenum Hor. Carm. 1, 28, 19. Dotari funeribus Ouid. Met. 13, 523. Ducere funus acerbiſſimum viuo videntique Cic. pro Quint. 50 c. 15. Ducere funus Plin. 10, 43. Efferre funere regio Suet. Neron. c. 30. Cic. pro Domo 42 Video quosdam clariſſimos viros, principes ciuitatis, aliquot locis iudicaſſe, te cum plebe iure agere potuiſſe, qui etiam de me ipſo quum tua rogatione, funere elatam Rempubl. eſſe dicerent: tamen id funus, etſi miſerum, atque acerbum fuiſſet, iure indictum eſſe dicebant. Expers funeris anima, *i. Immortalis* Lucret. 3, 712. Exſtinctus crudeli funere Virg. Ecl. 5, 20. Facere amplum funus S. Sulpic. Cic. Fam. 4, 12. Facere funus prandio alicuius, *pro Conſumere epulas prandii.* Plaut. Men. 3, 2, 27 Feciſti funus abſenti me prandio: cur auſus facere, cum ego ea, qua tu eras, eram? Factum funus egregie Hor. Serm. 2, 5, 105. Fecit de integro funus iam ſepulto filio mater Cic. pro Cluent. 28. Indicere funus Reipublicae, *vid.* INDICO. Indicere *hic eſſe verbum ſollemne, docet* Varro de L. L. 5, 7 p. 56, 22. Inducere funus Cic. de Legib. 2, 61. Inſtare funeri, *vid.* INSTO. Inſtaurare funus alicui Virg. Aen. 3, 62. *vid.* INSTAVRO. Locare funus, *vid.* LOCVS. Cic. Verr. 5, 119. Maturare funus, *vid.* MATVRVS. Merſit acerbo funere atra dies *infantes* Virg. Aen. 6, 429. Pati funera Virg. Aen. 1, 236. Plangere funera alicuius Stat. Theb. 12, 383. Procedit funus Ter. Andr. 1, 1, 100. Prodire in funus ibid. v. 88. Reuiuiſcere in funeribus Celſ. 2, 6. Soluere iuſta paterno funeri Cic. pro Roſc. Amer. 23. Soluere arbitraria funeris Cic. poſt red. in Senat. 17. Sum tibi auctor funeris Ouid. Met. 10, 199. Cauſa funeris tibi fui Virg. Aen. 6, 458. Tradere animam funeri Sen. Troad. 5. Venire in funus Cic. Att. 15, 1.

FVNERAE, arum. f. Apud maiores dicebantur, Illae ad quas funus pertinet, vt Sororem, Matrem. Nam praeficae ſunt planctus principes, non doloris. Funeras autem dicebant, quaſi Funereas ad quas pertinet funus. Seruius *in* Virg. Aen. 9, 487 —— Nec te tua funera mater Produxi, preſſiue oculos, aut vulnera laui. *Epitaphium Ennii apud* Cic. de Sen. 73 c. 20. *et* Tuſc. 1, 34 c. 15 *it. extr. ſic legendum cenſet Scal. Catalect.* p. 283 Nemo me lacrimis decoret, neque Funera fletum Faxit: cur? volito viuus per ora virûm. *Sed libri pleríque,* neque funera fletu faxit. *Etiam apud Virgilium ſunt magna ſententiarum diuortia.*

FVNEREVS, a, um. Adi. [κτερικὸς] Funereae mulieres, *de quibus modo e* Seruio. Bubo Ouid. Met. 10, 453. *funerum praeſagus.* Epulae Sen. Epiſt. 12. Martial. 8, 43 Funereamque toris quaſſat vterque Facem. Frons funerea Virg. Aen. 4, 507. *i. e.* Cupreſſus: Seruius. Homo funereus *opponitur* Vitali *apud Barth. p. 5127 qui obſeruat etiam* Funereum *eſſe nonnunquam* Dirum, *qui oculos videntium contaminet.*

FVNEBRIS, e. Adi. [ἐπιτάφιος, ἐπικήδειος] *Idem ac Funereus.* Bellum Hor. Epiſt. 1, 19 *extr. i. Cruentum, plenum caedibus.* Cic. de Orat. 2, 341 c. 84 Laudationes noſtrae ſcribuntur ad funebrem concionem. *h. e. ita, velut in ipſa funebris ſollemnitate habitae eſſent.* Cupreſſi Hor. Epod. 5, 18. Cic. in Vatin. 30 c. 12 *extr.* Cedo quis vnquam coenauit atratus? ita enim illud epulum eſt funebre, vt munus ſit funeris, epulae quidem ipſae dignitatis. Liu. 1, 20 *extr.* Nec caeleſtes modo caerimonias, ſed iuſta quoque funebria, placandosque manes, vt idem Pontifex edoceret. Iuſta, *ſunt Exſequiae, et Sacrificia, quae mortuis impenduntur, et funerandi ſollemnitas.* Laudationes Quinctil. 3, 7. Sen. Epiſt. 102. *Vid. Berneg. ad* Suet. Caeſ. c. 6. *et Voſſ. Inſt. Orat.* 3 p. 412. Ludi Liu. 28, 21. Paratus Tacit. Ann. 13, 17. Funebrium longus ordo Pomparum Quinctil. in Aegro Red. p. 120. Sacra Ouid. Triſt. 4, 4, 85. Tibiae funebres, *auctore* Feſto, dicuntur, Cum quibus in funere canitur, quas flamini audire putabant illicitum. Veſtimentum Cic. de Legib. 2, 59 c. 23.

FVNERARIVS, a, um. Adi. *Vt,* Funeraria actio, *Quae de impenſis funeris cauſa factis datur,* l. 14 §. haec actio D. de relig. et ſumt. fun. *Appellatur* funeraticia actio *in* l. 30 D. de relig. *Inde* Funerarium priuilegium, *in* l. vlt. D. *eodem tit.* ¶ 2 *Subſtant.* Firmic. 3, 6 Si per noctem fuerint inuenti Sol, Mercurius, et Saturnus: lapidarios facient, pollinctores, aut funerarios, vel qui-

bus ſepulcrorum cura mandetur. Gloſſ. Gr. Lat. ἐπιμελητὴς κηδείας, Funerarius.

FVNĔRO, āre. [κηδεύω] *Sepelire.* Plin. 33, 10 Qui funerari ſe iuſſit ſeſtertiis vndecim milibus. Suet. Domit. c. 17. Sen. ad Helu. c. 2 In oſculis tuis mortuum funeraueras. *Conf.* ibid. c. 12. Suet. Oth. c. 11. *Deponentiali forma vſus eſt* Capitolinus in Pertinace c. 14 Succeſſor corpus eius quanto potuit honore funeratus eſt.

FVNERĀTVS, a, um. Partic. *Morti vel ſepulcro datus.* Petron. c. 129 Funerata eſt pars illa corporis, quae quondam Achilles eram. Prope funeratus arboris ictu Hor. Carm. 3, 8, 7.

FVNERĀTĬCIVS, a, um. Adi. *Idem ac Funerarius.* Actio funeraticia Tit. l. 30 *ex* Pomponio.

FVNERĀTĬCVM, i. n. *Pecunia funeribus impenſa.* Spon. *Miſc. Erud. ſ. 2 art. 11 p. 54 ex marmore,* INFERAT ARKAEN. PARTEM DIMIDIAM FVNERATICI.

FVNERATIO, ōnis. f. Mart. Capel. 6 p. 224 Funerationes negligunt.

FVNERĀTOR, ōris. m. Gloſſ. Gr. Lat. κηδευτὴς νεκρȣ̃, Funerator.

FVNESTVS, a, um. Adi. [θανατηφόρος] *Quod eſt funere inquinatum: ſed etiam quidquid triſtitiam et luctum aliis adfert, vt mali principes. v. g.* Plin. in Paneg. 88 Nullum locum, nullum eſſe tempus, quo funeſtorum principum manes a poſterorum execrationibus conquieſcant. Caligula ſceleratiſſimus ac funeſtiſſimus Eutrop. 7, 7. *Sic* Seneca, Vox illa funeſta Reip. Funeſta familia. *Quae luctum et exſequias celebrat.* Varr. de L. L. 4, 4 p. 10, 8 Quoad inhumatus ſit *mortuus* familia funeſta manet. *Add.* Liu. 2, 47. Caius in l. Si ex re §. Illud quaeſitum D. de ſtipulatione ſeruorum, Quae ratio illo argumento commendatur: quod heredis familia ex tempore mortis funeſta facta intelligitur, *etc.* Cic. in Catil. 1, 24 Aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus pernicioſam eſſe confido, et funeſtam futuram. Funeſtum eſt a forti atque honeſto viro iugulari: funeſtius ab eo cuius vox in praeconio quaeſtum praeſtitit Cic. pro Quint. 95. Acies funeſta, *vid.* ACIES. Arma funeſta induere Ouid. Faſt. 1, 521. Auctio Cic. pro L. Agr. 1, 7. Bellum Liu. 35, 32. Bella funeſtiſſima Eutrop. 5, 6. Campus funeſtior aequore Sil. 8, 259. Conſilia Valer. Argon. 6, 431. Curae, *Metus mortis* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 277. Dies funeſtior Allienſis pugnae Cic. Att. 9, 4 (5). Dies aliquibus funeſtus Cic. Verr. 5, 122. Domus Ouid. Met. 7, 575. Enſis Cic. in fragm. Arat. *Vid. Grot. et Gruter.* Epiſtolae Paterc. 2, 117, 1. Facem funeſtam a templis repellere Cic. Anteq. iret in exil. 24. Familia, *vid. ſupra.* Hora Lucan. 6, 6. Ignes funeſtos templis deorum inferre Cic. in Catil. 3, 22. Malum Ouid. Triſt. 3, 6, 28. Munus Ouid. Met. 2, 88. Nox alicui funeſta Cic. pro Flacc. 103. Liu. 4, 9 Nec vlla ſpecies, cladesque belli abeſt, velut contacta ciuitate rabie duorum iuuenum, funeſtas nuptias ex occaſu patriae petentium. Omen Propert. 2, 28, 38. Matius *apud* Varron. de L. L. 6, 5 p. 80, 26 Obſceni interpres funeſtique Ominis auctor. Cic. pro Cluent. 14 Nubit genero ſocrus nullis auſpiciis, nullis auctoribus, funeſtis Ominibus omnium. Peſtis Reipublicae funeſta Cic. pro Domo 5. Principes, *vid. ſupra.* Taedae Virg. Aen. 7, 322. Tribunatus peſtifer et funeſtus Cic. pro Domo . . . Tuba funeſta triſtior Propert. 2, 7, 12. Veſtis Catul. 62, 234. Victoria Planc. Cic. Fam. 10, 8.

FVNESTE. Adu. *Apud* Firmic. *vnde Compar.* Funeſtius, *apud* Gellium . . .

FVNESTO, āre. [μιαιφονέω] *Funere inquinare.* Cic. pro Font. 21 c. 10. Idem pro Milon. 91 c. 33 Sedem ab vniuerſo Populo conceſſam vni ordini inflammari, excindi, funeſtari. Idem pro Rabir. perd. reo 11. Catul. 62 (65) 201 Tali mente deae funeſtet ſeque ſuosque. Sen. ad Helu. c. 35 Fortuna implacabilis ipſa funeſtauit puluinaria.

FVNESTĀTVS, a, um. Adi. Saluian. adu. Auarit. 3, . . . Mirum eſt quod hoc ipſum finis vt funeſtato te tua habeat.

FVNESTATIO, ōnis. f. *Apud* Firmic. . . .

FVNESTATOR, ōris. m. *Idem qui Funerator, apud* Auguſtinum . . .

FVO, is. *vid.* FVAT.

F V R

FVR, fūris. c. [κλέπτης, φώρ] *Qui clanculum rem alienam aufert retinendi animo.* Nonius 1, 250 Fures ſignificantiam habent a Furuo, quod Romani veteres Atrum appellauerunt: et quod per obſcuras atque atras noctes oportuna ſit eius mali effectio, eos dictos Fures teſtatur Varro Rerum Diuin. 14. *Quibusdam tamen magis placet* Furem *a* Fero *deriuari, quod ferat, id eſt auferat res alienas. Alii a Graeco* φώρ, *deductum volunt, quibus modus Syllabae longus fauet.* Paullus l. 1 D. de furtis, Furtum *a* Furuo, id eſt nigra dictum Labeo ait, quod clam et in obſcuro fiat, et plerumque nocte. Vel a Fraude, vt Sabinus ait. Vel a Ferendo, et auferendo. Vel a Graeco ſermone, qui φῶρας appellant fures. Immo et Graeci ἀπὸ τȣ̃ φέρειν, φῶρας dixerunt. Inde ſola cogitatio furti faciendi non facit furem. *De Furum generibus, et varia punitione, vid.* Gell. 11 c. vlt. Fur mihi es Plaut. Aulul. 4, 10, 38. *i. Furaris mea.* Idem Rud. 2, 3, 54. *Furem vocat* Plaut. Aulul. 2, 4 *extr.* Hominem trium literarum. Fures ambae Plaut. Poen. 5, 4, 65. *de duabus Meretriculis loquens.* Fur *a* Varrone *dicitur, qui Fucus in apibus nominatur,* de R. R. 3, 16. *Conf.* Plin. 11, 17. Balnearius fur, *vid.* BALNEVM. *et Lex. Pitiſc.* Mali Hor. Serm. 1, 1, 77. Manifeſtarius, *vid.* MANIFESTVS. Nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, ſi ſe telo defenderit, interfici impune duodecim tabulae voluerunt Cic. pro Milon. 9 c. 3. Quinctil. 5, 10. Commutant fures ſigna earum rerum, quas ceperunt Cic. de Fin. 5, 74. Fur priſcorum verborum Suet. de Clar. Gramm. c. 15. Fures *pro Militibus* Plaut. Aſin. 2, 4, 15. *vid.* MANIPVLVS. Fures etiam Serui dicti ſunt: Virg. Ecl. 3, 16 Quid domini facient; audent quum talia fures? Seruius. *Conf.* Ter. Eun. 4, 7, 6.

FVRCVLVS, i. m. Dimin. [κλεπτίδιον] *Apud* Priſcianum *eſſe dicitur.*

FVRVNCVLVS, i. m. *item* Dimin. [κλωπάριον] Cic. in Piſon. 76 c. 27 Nam quod vobis iſte tantummodo improbus, crudelis olim furunculus, nunc vero etiam rapax. ¶ 2 Furunculus, [δοθιὴν] eſt tuberculum acutum cum inflammatione et dolore, maximeque vbi iam in pus vergit. Qui vbi adapertus eſt et exiit pus, ſubter apparet pars carnis in pus verſa, pars corrupta ſubalbida, ſubrubra, quem ventriculum, quidam furunculi nominant. *Haec et plura* Celſ. 5, 28, 8 *qui locus* velut claſſicus eſt. Scribon. 210. 214. Plin. 20, 13 Furunculos concoquit cum fermento. *Vid.* Idem 26, 12. *Conf.* FERVVNCVLVS *ſub* FERVEO. ¶ 3 Furunculus *etiam in vitibus dicitur Extuberantia quaedam in modum verrucae, quae fit, dum germen ex cicatrice procedit.* Col. 4, 22 Plerumque autem germen de cicatrice procedit, quod ſiue longius proſiluerit, in flagellum ſubmittitur, ſiue breuius in pollicem, ſiue admodum exiguum in furunculum, is ex quolibet vel minimo capillamento fieri poteſt. *Vid.* Idem c. 14.

FVRĪNVS, a, um. Adi. [κλεπτικὸς] *Quod ad furem pertinet.* Plaut. Pſeud. 3, 2, 2 Nam non coquinum eſt, verum furinum eſt forum.

FVRĪNA, ae. f. Dea, cuius honos apud antiquos, nam ei ſacra inſtituta annua, et flamen attributus, nunc vix nomen notum paucis. Varr. de L. L. 5, 3 p. 48, 3. *it.* 4, 5 p. 23, 6. *Conf.* Cic. de N. D. 3 c. 18. *Et* ad Q. Fratr. 3, 1, 2. *Adde Turneb. Aduerſ. 6, 5. Vid. locum* Capellae *in* MANIA.

FVRINĀLIS, e. Adi. *Vt,* Flamen furinalis Varro *l. c.*

FVRINALIA, um. n. *Feſtum Furinae eiusque ſacra.* Varr. *ibid. al.* Furnalia. FVRR. N. P. LVDI, *i. Furinalia neſaſtus primo, ludi. Nardin. Rom. Vet. 7, 2. Conf. Lex. Pitiſc.*

FVRA, ae. f. *Eadem Dea.* Mart. Capel. 2 p. 40. *Locum damus in* MANIA.

FVRIPPVS, i. m. *a* Furando, *primam producens; corripiens, a* Furendo, ἵππος *autem eſt equus, quae vox in compoſitione interdum* ἐπίτασιν *ſeu Intentionem tantum, et Valde magnum ſignificat, vti docet Budaeus in Comm. Lingu. Graec. Adeo vt* Furippus, *vel Inſignem furem, vel Hominem valde furioſum denotet. Hinc pendet ſenſus Epigrammatis* Auſon. 115

Pars te Furippum vocitat, pars vero Furippum,
Altera producens, altera corripiens.
Elige vtrum malis: aut tende, aut corripe nomen;
Conueniet quoduis, fur furioſe, tibi.

FVRTVM, i. n. [κλεπτοσύνη, φῶρον, κλέμμα, κλοπία, κλοπή] eſt *(inquit* Paullus Iureconſ. D. de furt. l. 1) Contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius poſſeſſionisue, quod lege naturali prohibitum eſt admittere. Caeſ. B. G. 6, 15 Qui in furto aut latrocinio, *etc.* Apertum Cic. pro Quint. 26. Id. pro Roſc. Com. c. 9 *extr.* Balnearium, *vid.* BALNEVM. Impudentiſſimum Cic. Verr. 1, . . Iocoſum Hor. Carm. 1, 10, 8. Manifeſtum, *vid.* MANIFESTVS. Abactus furto, *vid.* ABACTVS. Abeſt mihi res aliqua furto, *pro Deeſt, ſubrepta eſt.* Vlpian. D. de furtis l. In actione furti, Signati argenti numerum debebit complecti: veluti aureos tot, pluresue, furto ei abeſſe. Paullus D. de verborum ſignif. l. Labeo et Sabinus, Item ſi dominus rem, quae ſibi furto aberat, ignorans emerit: recte dicitur res abeſſe, etiam ſi poſtea id ita eſſe ſcierit: quia videtur res ei abeſſe, cui pretium abeſt. Sabinus D. de furtis l. Si is, cui commodata res erat, furtum Admiſit: agi cum eo et furti et commodati poteſt, et ſi furti actum eſt, commodati actio extinguitur, ſi commodati, actioni furti exceptio obiicitur. Vlpian. D. Si familia furtum feciſſe dicetur l. 1 Vtiliſſimum id edictum Praetor propoſuit, quo dominis proſpiceret aduerſus maleficia ſeruorum: videlicet, ne quum plures furtum Admittant, euertant domini patrimonium, ſi *etc.* Sabinus D. de furtis l. Si is, cui commodata res erat, Furti Agere poteſt is, cuius intereſt rem non ſubripi. *Idem lege proxime ſequenti,* Furtiuam ancillam bona fide duobus aureis emtam quum poſſiderem, ſubripuit mihi Attius, cum quo et ego et dominus furti agimus. Pomponius *lege proxime ſequenti,* Furti cum eo Agere non poſſum. Alligare ſe furti, Adſtringere ſe furti, *vid. hh. vv.* Iuſtinian. Inſtitut. 4, 1 Conceptum furtum dicitur, quum apud aliquem teſtibus praeſentibus furtiua res quaeſita et inuenta ſit, nam in eum propria actio conſtituta eſt, quamuis fur non ſit, quae appellatur Concepti. *Oblatum* furtum dicitur, quum res furtiua ab aliquo tibi oblata ſit, eaque apud te concepta ſit: vtique ſi ea mente tibi data fuerit, vt apud te potius quam apud eum qui dedit, conciperetur. Nam tibi apud quem concepta ſit, propria aduerſus eum qui obtulit, quamuis fur non ſit, conſtituta eſt actio, quae appellatur oblati. Eſt etiam *prohibiti* furti, actio aduerſus eum, qui furtum quaerere teſtibus praeſentibus volentem prohibuerit. Praeterea poena conſtituitur edicto Praetoris per actionem furti *non exhibiti,* aduerſus eum, qui furtiuam rem apud ſe quaeſitam et inuentam non exhibuit. Sed hae actiones, ſcilicet Concepti, et oblati, et furti prohibiti, necnon furti non exhibiti, in deſuetudinem abierunt. Gell. 11, vlt. *e quo multas de furtis formulas petent ſtudioſi,* Ea quoque furta, quae per lancem liciumque concepta eſſent, perinde ac ſi manifeſta forent vindicauerunt. *Paullo poſt,* Furti concepti, item oblati, tripli poena eſt. Lex duodecim tabularum *ex Gell. l. c. ita reſtituit Gothofr.* SI FVRTVM LANCE LICIOQVE CONCEPTVM ESCIT, ATQVE VTI MANIFESTVM, VINDICATOR. *Multa hic diſputant ICti, quid* licium, *quid* lanx, *quid* concipere? *Vid. Abr. Wielingii diatriba de* furto per lancem et licium concepto. Marp. 1719. *Nos ſignificationem ſingulorum verborum breuiter perſequemur.* Tiro Ciceronis libertus *apud* Gell. 12, 3 Licio tranſuerſo, quod limum appellatur, qui magiſtratibus praeminiſtrabant, cincti erant. Feſtus, Lance et liceo dicebatur apud antiquos; quia qui furtum ibat quaerere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lanceмque ante oculos tenebat propter matrum familiae aut virginum praeſentiam? *Fuerit itaque* licium *cinctus tenuis, quo et pudenda velaret quaeſitor talis, et publicum miniſtrum ſe eſſe oſtenderet: nudum caetera fuiſſe, Atticorum ratio ſuadet, quam declarat ad Feſtum Scaliger.* Lancem *perforatam, et ita formatam, vt laruae vicem praeſtare poſſet, credibile faciunt verba Feſti laudata, nempe pudori ſuo et fronti conſulit larua, qui nudus prodire in conſpectum cogitur.* *Apud* Petron. 97 *actus ſimilis refertur, vbi* praeco cum ſeruo publico *quaerit* Gitonem. Nec longe a praecone ſtabat Aſcyltos, amictus diſcoloria veſte *(hanc putant eſſe pro licio)* atque in lance argentea indicium et fidem *(i. ipſam pecuniam promiſſam indici, quae proinde fidem pollicitationi faceret)* praeferebat. *Haec igitur* lanx *ad alium plane vſum: et quaeritur hic ſeruus amiſſus, propoſito praemio: et olim abrogata erat lege Aebutia illa furti concipiendi, i. deprehendendi ratio.* Gell. 16, 10 Furtorum quaeſtio cum lance et licio euanuit, *etc.* Concipere *autem eſſe hic totum capere, deprehendere,* φωρᾶν, *ipſa definitio Iuſtinianea ſatis indicat, vt et illae, quae habentur in* Caii Inſt. 2, 10, 3. *et* Paulli Rec. ſent. 2, 31, 3. Modeſti-

deſtinus D. de furtis l. Sempronia, Modeſtinus reſpondit, ſi clam ſubtraxit, furtum Commiſſum. Iuſtinian. Inſtitut. 4, 1 Si is, qui rem vtendam accepit, in alium vſum eam transferat, quam cuius gratia ei data eſt: furtum Committit. *Paullo poſt*, Placuit eos, qui rebus commodatis aliter vterentur, quam vtendas acceperint, ita furtum Committere, ſi ſe intelligant id inuito domino facere. *Sic ibidem frequenter.* Gell. 11 c. vlt. *in fine*, Quocirca ne id quidem Sabinus dubitare ſe ait, quin dominus furti ſit Condemnandus, qui ſeruo ſuo, vti furtum faceret, imperauit. Cic. pro L. Flacc. 43 c. 18 Pari felicitate vna legatus venit Nicomedes, qui neque in Senatum vlla conditione peruenire potuit, et furti et pro ſocio Damnatus eſt. Deprendere furta alicuius Ouid. Met. 3, 7. Africanus in l. Ancilla D. de furtis, Ancilla fugitiua quemadmodum ſui furtum Facere intelligitur, ita partum quoque contrectando furtum facit. Vlpian. D. de furtis l. Si quis vxori, Si Titius alienam rem vendidit, et ab emtore numos accepit, non videtur numorum furtum Feciſſe. Celſus *eodem tit.* l. Inficiando, Infans apud furem adoleuit, tam adoleſcentis furtum Fecit ille, quam infantis. Papinianus *eodem titulo*, l. Si vendidero, Falſus procurator ita demum furtum pecuniae Fecit, ſi nomine quoque veri procuratoris, quem creditor habuit, aſſumto, debitorem alienum circumuenerit. Vlpian. D. de furtis l. Si quis in ſeruitute furtum Fecerit: Caeterum ſi quum tibi furtum facerem, de domo tua abſcondiſti te, ne te occidam, etiam ſi vidiſti, *etc.* *Idem eodem tit.* l. Si quis vxori: Sed ſi filius meus, qui habet caſtrenſe peculium, furtum mihi fecerit: an poſſim actione vtili adverſus eum agere videndum eſt. *Paullo poſt*, Non tantum igitur faciet furtum filio, ſed etiam furti tenebitur. *Sed ipſe quoque* Cic. pro Cluent. 179 Hoc ipſo fere tempore Strato ille medicus domi furtum Fecit. Idem de N. D. 3, 74 Ope conſilioque tuo furtum aio Factum eſſe. Vlpian. D. de furtis l. Si quis vxori, Seruus qui ſe liberum affirmauit, vt ſibi pecunia crederetur, furtum non Facit, namque hic nihil amplius, quam idoneum ſe debitorem affirmat. *Lege eadem*, *ſub finem*, Si quis iurauerit ſe furtum non Feciſſe, deinde rem furtiuam contrectet; *etc.* Caius *eodem tit.* l. Si pignore, Ex quo ſatis apparet, furtum Fieri, et ſi quis vſum alienae rei in ſuum lucrum conuertat. Paullus *quoque frequenter eodem tit.* l. Si is, qui rem pignori dedit. Ligurire furta Hor. Serm. 2, 4, 79 Caius D. de furtis l. Si pignore, Eum qui quod vtendum accepit, ipſe alii commodauerit, furti Obligari reſponſum eſt. Sabinus *eodem tit.* l. Si is, qui pignori rem accepit, de vendendo pignore nihil conueniſſet, vendidit: furti ſe Obligat. *Sic* Vlpian. D. de verb. ſignific. l. 174. *et* Paullus l. 3 D. Rerum amotarum. Maſurius Sabinus *apud* Gellium 11 c. vlt. Qui alienum quid iacens lucri faciundi cauſa ſuſtulit, furti Obſtringitur, ſiue ſcit cuius ſit, ſiue neſcit. Participare furtum, *pro Participem eſſe furti* Vlpian. Si familia furtum feciſſe dicetur l. 1. Iulianus, D. de furtis l. Interdum, Si res peculiaris ſubrepta in poteſtatem ſerui redierit: Soluitur furti vitium, et incipit hoc caſu in peculio eſſe, et ita a domino poſſideri. Solutum eſſe furtis noxaque Vlpian. D. Si familia furtum feciſſe dicetur l. Quoties, Idem D. de verb. ſignificat. l. 174 Aliud eſt promittere furem non eſſe, aliud furto noxaque Solutum. Qui enim dicit furem non eſſe, de hominis propoſito loquitur; qui furto noxaque ſolutum, nemini eſſe furti obligatum promittit. Subducere aliquid pauido furto Lucan. 2, 168. Caius D. de verborum ſignific. l. Mulieris, Deſinere autem abeſſe res tunc videtur, quum ſic rediit in poteſtatem, ne amittere eius poſſeſſionem poſſimus ob hoc, quod furto pridem Subtracta eſt. Vlpian. D. de furtis l. Si quis vxori res mariti ſubtrahenti opem conſiliumue accommodauerit, furti tenebitur, ſed et ſi furtum cum ea fecit, Tenebitur furti, quum ipſa non teneatur. Ipſa quoque ſi opem furi tulit, furti non tenebitur, ſed rerum amotarum. Vlpian. D. de furtis l. Si quis vxori, Idem dicendum eſt et in filiofamilias milite, nam ipſe patri non Tenebitur furti. *Rurſus lege eadem* §. Si maiora quis tibi pondera commodauit, quum emeres ad pondus: furti eum teneri venditori, Mela ſcripſit. Paullus *eodem titulo* l. Creditoris, Dominus qui rem ſubripuit, in qua vſusfructus alienus eſt, furti vſufructuario tenetur. ❡ 2 Furtum *vt Graec.* *κλέμμα veteres dicebant Quidquid clam factum eſſet.* Plaut. Bacch. 1, 2, 60 Feciſti furtum in aetatem malum, Quum iſtaec flagitia me celauiſti et patrem. Furto fugam abſcondere Virg. Aen. 4, 337. Is qui nocte miſerorum furtum deprehenderat Petron. c. 104. Cic. Fam. 16, 26 Tu etiam, ſi quod ſcribas non habebis, ſcribito tamen, ne furtum ceſſationis quaeſiuiſſe videaris. Creatus Pontifex in eius locum furto Paterc. 2, 63, 1. Quindecim millia hoc furto Subducta ſaeuitiae ſunt Curt. 4, 4, 15. Fugae furta Lucan. 4, 416. Latitantia Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 106. Modeſtum Ouid. de Arte Am. 2, 389. Vell. 2, 63, 1 *de Lepido*, Pontifex Max. in C. Caeſaris locum furto creatus. *Pro Adulterio:* Tibull. 1, 2, 34 — Celari vult ſua furta Venus. Virg. Aen. 6, 24 — Suppoſtaque furto Paſiphaë. *Sic et* Georg. 4, 346 Vulcani Martisque dolos et dulcia furta: *adulterium Martis et catenae Vulcani*, furtum *vtrumque.* Tacito non Cognita furto Deidamia mihi Stat. Achill. 2, 229. Ouid. Met. 2, 423 Hoc certe furtum coniux mea neſciet, inquit. Puer furto conceptus Ouid. Faſt. 2, 183. E furto genitus Sil. 7, 485. *Conf. h. l. Heinſ. et Drakenb. it. Lotich. ad Petron. p. 64.* Iucundum Ouid. Amor. 2, 8, 3. *In bello* Furta *vocantur* Inſidiae: Virg. Aen. 11, 515 Furta paro belli conuexo in tramite ſiluae. Idem 10, 150 — Haud furto melior, ſed fortibus armis. Salluſt. Hiſt. 1 Metu gentis ad furta peridoneae. Seruius. *Conf.* Non. 4, 203. Ita vt in prima parte leues Hiſpanos, aptiſſimos ad furta Bellorum poneret Frontin. 2, 5, 31. *vbi conf. Keuch.* Furto non praelio opus eſſe cenſebat Curt. 4, 13, 4. Qui clam, qui ſemper inermis Rem gerit, et furtis incautum Decipit hoſtem Ouid. Met. 13, 82. Nec adhuc ad fraudis opertum Venerat, aut Foueae calcarat furta malignae Prudent. Pſychom. v. 268. Noctis furtum Curt. 4, 13, 9. Liu. 26 *extr.* Deinde vt clarior res erat, quam vt tegi ac diſſimulari poſſet, eleuabant verbis: nec opinato aduentu, ac prope furto vnius diei vrbem vnam Hiſpaniae interceptam. ❡ 3 *Sed etiam* Furtum, *Omne malum factum quatenus fraude* perpetratum *intelligitur*, *ſignificat.* Virg. Aen. 6, 568 Quae quis apud ſuperos furto laetatus inani Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem. *Vid.* Donat. in Ter. Eun. 4, 7, 39. *Vbi* Alligare ſe furti, eſt Reum ſe facere maleficii. Omnes furta faciunt, qui illicita committunt Saluian. de Gub. D. 4. *In MSS. permutari* Furtum *et* Factum, *vid. in* FACTVM.

FVRTVLVM, i. n. Dimin. *Cathol.*

FVRTO. Adu. *pro Furtim.* Gloſſ. Gr. Lat. λάθρα, clam, clanculo, clandeſtino, furto.

FVRTIM. Adu. [κλαδών] *i. Clam: cuius contrarium eſt* Palam. Cic. de N. D. 2, 124 Itaque beſtiae furtim, vt dixi, fruuntur: domini palam et libere. Idem pro L. Agr. 2, 41 Quid Alexandria, cunctaque Aegyptus? vt occulte latet? vt recondita eſt? vt furtim tota Decemuiris traditur? Facere aliquid furtim Cic. pro Domo 131. Latent furtim Ouid. Met. 14, 275. Succedere ad montes furtim Liu. 22, 16. *Conf.* Virg. Aen. 2, 18 *etc.*

FVRAX, ācis. Adi. [ἐπίκλοπος, κλεπτικὸς] *Qui facile furatur, et furtis faciendis animum applicuit.* Homo auarus et furax Cic. de Orat. 2, 268 c. 66. *Conf.* Gell. 4, 8. Lepus Martial. 1, 49. *al.* Fugax. Manus furaces Martial. 8, 40. *Et* Cic. in Piſon. 74 Nam quum tu timidus ac tremens tuis ipſe furaciſſimis manibus detractam cruentis faſcibus lauream, *etc.* Seruus Cic. de Orat. 2, 248. *Compar.* Martial. 8, 59 — Nihil eſt furacius illo. *Superl.* Aurel. Vict. de Or. Gent. Rom. c. 7 Cacus furaciſſimus.

FVRACĬTAS, ātis. f. [τὸ κλεπτικὸν] Plin. 10, 29 Cui ſoli aui furacitas auri argentique praecipue mira eſt.

FVRACĬTER. Adu. [κλεπτικῶς] Cic. in Vatin. 15 c. 5 Quumque omnium domos, apothecas, naues furaciſſime ſcrutarere, *etc.* *Vid.* Chariſ. Gram. p. 179. *et* Front. p. 2194.

FVRTĬFĬCVS, a, um. Adi. [φωροποιὸς] *Qui furtum facere ſolet.* Plaut. Perſ. 2, 2, 44 Vbi illa altera eſt furtifica leaena? Idem Pſeud. 3, 2, 97 Vt praerodatis veſtras furtificas manus. *Antiquum.* Idem Epid. 1, 1, 10.

FVRTĪVVS, a, um. *Aliud* Adi. [κλοπαῖος, κλωπικὸς, κλοπιμαῖος] *Quod furto eſt raptum.* Plaut. Perſ. 4, 3, 53. Idem Poen. 4, 2, 77 Et qui eas vendebat, dixit ſe furtiuas vendere. Plin. 19, 7 *extr.* ſ. 37 Rutam furtiuam tantum prouenire fertilius putant, ſicut apes furtiuas peſſime. Res furtiua Quinctil. 5, 13 *ſub fin.* *Clandeſtinus.* Gell. 17, 9 Res quaſdam occultas nuntiare regi furtiuo ſcripto volebat. *Sic* Furtiuae excurſiones Liu. 24, . . Amor Virg. Aen. 4, 171. Catull. 7, 8. Artes furtiuae Cupidinis Ouid. ex Pont. 1, 4, 41. Ioci Ouid. de Arte Am. 3, 640. Iter furtiuum in Italiam Cic. in Piſon. 97 c. 40. Mentis furtiuae conſcia litera, *i. epiſtola mulieris ad furtiuum amorem inclinatae* Ouid. Epiſt. 17, 265. Munus Catul. 63, 19. Venus Ouid. de Arte Am. 1, 275. Viae Ouid. de Arte Am. 2, 246. Voluptas Idem Met. 4, 327.

FVRTĪVE. Adu. [ληϛρικῶς] *pro Furtim.* Plaut. Poen. 5, 2, 62 Certiorem eſſe te volui, ne quid furtiue clam accepiſſe cenſeas. Furtiue tunc Valeriae familiaris Lactant. de Mort. Perſecut. c. 40.

FVROR, āri. [κλέπτω] *Clam alienum auferre.* Plin. 12, 14 Nemo furatur alteri. Cic. Verr. 4, 50 Tum primum intellexi ad eam rem iſtos fratres Cybiratas fuiſſe, vt iſte in furando manibus ſuis, oculis illorum vteretur. Plaut. Rud. 1, 2, 23 Quid tu id quaeritas? An quo furatum mox venias, veſtigas loca? Furari et clam alicui eripere Cic. Off. 2, 40. Rapere et furari Cic. Verr. 1, 60 c. 22. Quinctil. 3, 6 Qui pecuniam publicam ex templo furatus eſt. Oculos feſſos furare labori Virg. Aen. 5, 845. *i. ſubduc, interquieſce.* *Furtim aſſequi, et furtim obrepere ad aliquid.* Cic. pro Corn. Balb. c. 2 Non enim furatus eſſe ciuitatem, non genus ſuum ementitus. Nocturna pie furantem buſta ſororem Nemeſian. Cyneg. v. 45. *de Antigone iniuſſu regis fratrem ſepeliente.* Apul. Flor. 4 *pr.* Praeſtigiator furatur. *i. ſubducit hominum oculis, quae videre ſe putant.*

FVRATVS, a, um. Partic. Auſon. Moſell. 175 — Mediis furatae collibus vuas Panope. Vulg. Interp. Exod. 21, 16 Furatus hominem.

FVRATIO, ōnis. f. *ICt. in* Dig. *eſſe dicitur.*

FVRĀTOR, ōris. m. Tertull. Apol. c. 46 *extr.* Furator veritatis Philoſophus.

FVRATRĪNA, ae. f. *Idem quod Furacitas, furtum.* Apul. Met. 6 p. 178 Furatrina facili. Coniugalis Id. l. 8 p. 202, 10. *adulterium.* *Et* 10 p. 245 Diu quidem pulcherrime mihi furatrinae procedebat artificium.

FVRATRINVS, i. m. *Mercurius ſic dictus, ſi fides Beroaldo ad* Varr. de L. L. 4, 15.

FVRCA, ae. f. [δίκρανος] *a* Ferendo; *dictum Inſtrumentum, quo ſtramenta feruntur.* In furcas deſtitutas colla boum includere Varr. R. R. 1, 20, 2. Hor. Epiſt. 1, 10, 24 Naturam expellas furca licet, vsque recurret. Bicornes Virg. Georg. 1, 264. *et* 2, 359. Ferreae, *apud* Catonem c. 10. *Omne id, quo quid ſuſtentatur, in modum furcae factum.* Plin. 14, 2 Furcas ſubdere his neceſſarium. Idem 9, 8 Tunc piſcatores circumdant retia, furcisque ſubleuant. ❡ 2 Inſtrumentum *ſeruilis cruciatus, cruci affine, apud veteres quidem non capitale, ſed quo tantum conſtringerentur, praerogatiua vltimi ſupplicii.* Prudent. Periſteph. 10, 851 Et iam retortis brachiis furca eminus Romanus actus ingerebatur rogo. *Vid. Turneb. Adu. 4, 3.* Liu. 1, 26 Hunccine aiebat, quem modo decoratum, ouantemque victoria incedentem vidiſtis, Quirites eum ſub furca vinctum, inter verbera, et cruciatus videre poteſtis? *Add.* 2, 36 *vbi* Seruus ſub furca caeſus, *quem* Macrob. Sat. 1, 11 patibulo conſtrictum *appellat.* Sueton. Neron. c. 50 Legitque, ſe hoſtem a Senatu iudicatum, et quaeri, vt puniatur more maiorum; interrogauitque, quale eſſet id genus poenae? Et quum comperiſſet, nudi hominis ceruicem inſeri furcae, corpus virgis ad necem caedi *etc.* *Diuerſa eſt ab hac* Furca illa, *a qua dicti* Furciferi *ſi Donatum et Plutarchum audimus.* *Vid. mox* FVRCIFER. *Sed eſt etiam vltimi ſupplicii inſtrumentum* Furca. Calliſtratus in l. Capitalium §. Famoſos D. de poenis, Famoſos latrones in his locis, vbi graſſati ſunt, furca figendos quam pluribus placuit: vt et conſpectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus, et ſolatio ſit cognatis et adfinibus interemtorum, eodem loco poena reddita, in quo latrones homicidia feciſſent. *Etiam canes ſic puniti Romae.* Plin. 29, 4 *pr.* Eadem de cauſa (*in memoriam paene capti a Gallis Capitolii*) ſupplicia annua canes pendunt — viui in furca ſambucea arbore fixi. ❡ 3 *Inſtrumentum bellicum in ſcalas vſurpatum.* Liu. 28, 3 Iam qui erexerant ad murum ſcalas, alii furcis ad id ipſum factis detrudebantur. *Vid. Lipſ. Poliorc. 5, 1.* *Item Inſtrumentum baiulatorium tergo applicatum, in quo ſarcinas geſtabant ſerui.* Plaut. Caſin. 2, 8, 2 Ego remittam ad te virum cum furca in vrbem tanquam carbonarium. *Hae ſunt* aerumnulae. *Vid. mox* FVRCILLA. *it. Turneb. Aduerſ 16, 3. et Lipſ. de Cruce 3, 4.* Cancrorum furcas *appellat* Apul. Apol. p. 297, 4 *quae* chelae *alias aut* Forcipes.

FVRCVLA, ae. f. Dimin. [διχράνιον] *Apud* Varr. R. R. 1, 8. *et* Columel. 2, 10. Liu. 38, 7 Momento enim ad inane, ſuſpen-

ſo furculis ab hoſtibus muro, peruenerunt. *Al.* Fulturis. Furculae Caudinae, *vid.* Liu. 9, 2.

FVRCILLA, ae. f. [*διкραvίδιov*] Dimin. *a* Furcula. Varro R. R. 1, 8, 6 Sub eam *(vitem)* vbi naſcitur vua, ſubiiciuntur circiter bipedales e ſurculis furcillae, ne vindemia pereat. Vitruu. 10, 12 Fiſtulae paullum diſtantes et concurrentes furcillae ſunt figura. Varr. de R. R. 1, 49, 1 Herba quum creſcere deſiit, et aeſtu areſcit, ſubſecari falcibus debet: et quoad perareſcat, furcillis verſari. Columel. 2, 10, 13 Baculis, furcillisue contundant. *Hinc* furcillis eiicere, expellere *et Latinis et Graecis prouerbialiter dictum.* Catull. 106, 1 Muſae furcillis praecipitem eiiciunt. Cic. Att. 16, 2 Sed quoniam furcilla extrudimur. *Ex Emend. Lambin. et Turneb.* Furcilles, ſiue furcilla, quibus homines ſuſpendebant. Feſtus.

FVRCILLO, āre. *Furcillis mouere.* Plaut. Pſeud. 2, 2, 36 Vae tibi, tu inuentus vero meam qui furcilles *(al.* forcilles) fidem. *Palmerio*, Furcillare fidem, *eſt*, *In dubium vocare. Salmaſ. in Ed. Gron. dubitat, vtrum legendum* Suggilles, *an* Forioles, *id eſt collutules, infamia adſpergas. Paſſerat. interpretatur* Furcillare Fidem, *Infirmam iudicare, ideoque quaſi admota furcilla ſtabilire.*

FVRCILLATVS, a, um. Bacilla furcillata habent figuram literae V. Varro L. L. 4, 30, 5.

FVRCVLŌSVS, a, um. Adi. Apul. de Herb. . . . Herba ramis furculoſa. *f.* ſurculoſa.

FVRCŌSVS, a, um. Adi. *Idem.* Apul. c. 7 Herba thyrſis bipalmis, furcoſis.

FVRCĬFER, ĕri. m. [*ὑποσάτης*] Dicebatur *(inquit* Donatus *ad* Ter. Andr. 3, 5 *extr.)* Seruus, qui ob leue delictum cogebatur a domino, ignominiae magis, quam ſupplicii cauſa, circa vicinos, furcam in collo ferre, ſubligatis ad eam manibus, et praedicare peccatum ſuum, ſimulque monere caeteros, ne quid ſimile admitterent. *Hactenus* Donat. *Vnde Plutarch. in vita Coriolani*, Furcifer *huic nomen eſt, quod maxima poena apud antiquos ſeruo peccanti erat, vt is plauſtri lignum, quo temo fulcitur,* ᾧ τὸν ῥυμὸν ὑπερείδουσι, *ſpectante vicinia, ferens circumageret. Quod vbi factum erat, infidus a domeſticis et vicinis exiſtimatus*, furcifer *appellabatur: nam Latini, lignum illud*, furcam *appellant. Sed non audiendos hic putat Salmaſ. de cruce p. 415 Plutarchum et Donatum:* furciferos *dictos potius dignos* furcam *illam capitalem* ferre *et pati meritos. Vtitur illo conuicio etiam* Cic. in Vatin. 15 c. 6. Idem pro Deiot. 26 Quid inde furcifer? quo progreditur? Ter. Andr. 3, 5, 12 Oh, tibi ego vt credam furcifer? *Conſ.* Eun. 4, 3, 28 *etc.* Plaut. Amph. 1, 1, 129. *et* Aſin. 3, 3, 87 *etc. Reſpicit huc* Plaut. Caſin. 2, 6, 37 Vt quidem tu hodie canem *(vinculi genus)* et furcam feras. *Et* 2, 8, 2 Ego ad te remittam virum cum furca in vrbem, *vbi certe huc alludit.*

FVRENS, FVRENTER, *vid.* FVROR, ōris.

FVRFVR, ŭris. m. [*πίτυρα*] *Purgamentum et vitium farinae minutiae folliculorum, qui grana tegunt.* Plaut. Capt. 4, 2, 27 Tum piſtores ſcrophipaſci, qui alunt furfure ſues. Siliginei furfures Scribon. 66. Furfur item parca fuerit quum feruidus vnda Sammon. 468. Furfuribus conſperſus panis Phaedr. 4, 16, 4. *Conſ.* Varr. R. R. 2, 6. ¶ 2 Furfures *in capite et tota facie dicuntur, Fuliginoſa illa excrementa ſicca et alba ac tenuia, quae ſuper poris colliguntur.* Plin. 20, 9 Furfures capitis et vlcera manantia illita ex oleo cocta.

FVRFVRŌSVS, a, um. Adi. [*πιτυρώδης*] Plin. 12, 25 *de ſtyrace*, Colos in quacunque natione praefertur rufus, et pinguiter lentus, deterior furfuroſus. *h. e. Qui veluti furfuribus permiſtus apparet.*

FVRFVRICŬLA, ae. f. Dimin. Marc. Empir. c. 5.

FVRFVRACŬLVM, i. n. Arnob. 6 p. 200 *vbi editum* Serris, perforaculis, *(Salmaſ. l. c.* furfuribus *legit)* aſciis, ſecta, dolata, effoſſa, *reſtituit Salmaſ. in* Solin. p. 774, a G furfuraculis. *et ſic dictum putat. Quod furfures in ligno perforando faciat, i. Scobem furfuribus ſimilem. Sed laudat etiam* Vet. Gloſſ. Furfuraculum, *τρύπανον*.

FVRFVRACEVS, a, um. Adi. *Furfuribus ſimilis.* Fulgent. Myth. 2 Furfuracea tinearum terebramina.

FVRFVREVS, a, um. Adi. *Ex furfure: vt*, Panis furfureus Gell. 11, 7.

FVRIAE, FVRIALIS, FVRIOSVS, FVRIBVNDVS, FVRIO, FVRO, *vid.* FVROR, ōris.

FVRNALIA, Sacra Furinae quam deam dicebant. Feſtus. *Vid.* FVRINALIA.

FVRNIA *gens, vnde Amicus Horatii: vid.* Serm. 1, 10, 86. *Conſ.* Sen. de Benef. 2, 25. *Alius poſtulatus adulterii, et veneficiorum in Tiberium: Vid.* Tacit. Ann. 4, 52.

FVRNIANVS, a, um. Adi. *Vt*, Furniana vaſa, *a Furnio inventore fortaſſis dicta.* Plin. 33, 11. *Harduin.* Firmiana.

FVRNVS, i. m. [*κλίβανος, ἰπνὸς*] *Locus, in quo panis decoquitur, a* Forno, *id eſt calido. Vid.* Non. 12, 52 *cuius verba damus in* FORNAX. Furno coquere Scribon. 59. Furno cocta 76. Plin. 19, 1 ſ. 3 Cortices quoque decuſſi ligni, clibanis et furnis praebent vſum. Plaut. Caſ. 2, 5, 1 Vna edepol opera in furnum calidum condito. Furnos et balnea laudat Hor. Epiſt. 1, 11, 13. *Conſ.* Iuven. Sat. 7, 3. Merſus furno, *vid.* MERGO. Retoſtus furnis Plin. 13, 4. Vritur in furno, donec panis percoquatur Idem 23 prooem. *extr.*

FVRNĀCEVS, a, um. Adi. [*ἰπνικὸς*] Furnaceus panis, *Qui in furno coquitur.* Plin. 18, 9 Nam furnaceis panibus binas adiiciunt libras.

FVRNARIA *abſolute dicitur, ſicut Coenacularia et Sagaria, int. officina, ars etc.* Furnariam exercere, *dicitur Qui ex furno, panisque coctura quaeſtum facit, vel Qui furnos locat conductoribus:* Suet. Vitell. c. 2.

FVRNARIVS, i. m. *Qui furnariam exercet.* Paullus in l. Fluminum §. Praeterea D. de damn. infect. Praeterea ſi furni nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarii culpa damnum datum fuerit, *etc.* Gloſſ. Vet. Furnarius, *καμινοκαύστης, ἰπνοποιός*.

FVRO, is. *vid.* FVROR, ōris.

FVROR, āri. *vid.* FVR.

FVROR, ōris. m. [*μανία, μελαγχολία*) *Inſania; a* Feror, *quod qui furore agitantur, huc atque illuc temere ferantur: et de illa affectione mentis dicitur, cum illa impetu fertur contra rationem.* Cic. Tuſc. 3, 11 c. 5 Hanc inſaniam, quae iuncta ſtultitiae patet latius, a furore disiungimus. Graeci volunt illi quidem, ſed parum valent verbo: quem nos furorem, *μελαγχολίαν* illi vocant. Quaſi vero atra bili ſolum mens, ac non ſaepe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur, quo genere Athamantem, Alcmaeonem, Aiacem, Oreſtem furere dicimus. Qui ita affectus ſit, eum dominum eſſe rerum ſuarum vetant duodecim tabulae. Itaque non eſt ſcriptum, ſi inſanus, ſed ſi furioſus eſſe incipit. Inſaniam enim cenſuerunt (id eſt inconſtantiam ſanitate vacantem) poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum, et vitae communem cultum, atque vſitatum: furorem autem eſſe rati ſunt, mentis ad omnia caecitatem. Idem de Aruſp. Reſp. 39 c. 18 A diis quidem immortalibus, quae poteſt homini maior eſſe poena, furore atque dementia? *De immoderatis animi affectibus, vt ira* Virg. Aen. 5, 781 *et alibi.* Caecus furore Virg. Aen. 2, 244. Toruus furore vultus Sen. Oedip. ſ. 12. Bellorum furor Lucan. 5, 36. Caeli furor aequinoctialis Catul. 44, 2. Mentis furor Scribon. 194. Violenti ſigna furoris Lucret. 2, 621. Hor. Epiſt. 1, 2, 62 Ira furor Breuis eſt. Caecus Hor. Epod. 7, 13. Effrenatus, et praeceps alicuius Cic. de Aruſp. Reſp. 1, 2. Impius Virg. Aen. 1, 298. Impotens Sen. Agam. 8. Incauti Sil. 3, 146. Incitatus, *vid.* INCITO. Indomitus Lucan. 3, 303. Indomiti Catull. 65, 54. Inflammatus atque ignitus Cic. pro Domo 141. Inſignis Virg. Georg. 3, 266. Moeſtus Idem Aen. 12, 601. Periurus Claud. in ſext. Conſ. Hon. 206. Vecors Catul. 16, 14 ¶ 2 *Verba:* Abſiſtere furore, *vid.* ABSISTO. Accenſus furor, *vid.* ACCENDO. Additus animis Virg. Aen. 2, 355. Agitat furor contactos ſacrilegio milites Liu. 29, 18, 12. Augere furores Lucan. 10, 62. Captus furore, *vid.* CAPIO. Cede furori currenti Ouid. de Rem. Amor. 119. *Vid. Voſſ. Inſt. Orat. 2 p. 200.* Concitare furorem mentis Scribon. 194. Conſedit eius furor Cic. Acad. 4, 87. Exſtimulat corda bellandi furore Sil. 1, 33. Exundans Stat. Theb. 10, 603. Fractus Sil. 7, 253. Gerens indomitos in corde furores Catul. Argon. 62 (65) 54. Inflammari furoribus, *vid.* INFLAMMO. Inuadere aliquem furore Cic. Fam. 16, 12. Gliſcit furor Lucret. 4, 1062. Minuere furorem Horat. Carm. 1, 37, 12. Ponere furorem Lucan. 1, 327. Praecipitant furor iraque mentem Virg. Aen. 2, 316. Quatiebat corda furore praetumido Claud. in Ruff. 1, 225. Redire ad furorem Planc. Cic. Fam. 10, 11. Siſtere furorem Stat. Theb. 5, 663. Sopitus vbique furor armorum Paterc. 2, 89. Verſatur mihi ante oculos aſpectus et furor Cethegi in veſtra caede bacchantis Cic. in Catil. 4, 11. ¶ 3 *Vocatur etiam* furor, *Mens vi quadam diuina concitata, qualis eſt* Furor Poëtarum Cic. de Diuin. 1, 80. *Ibidem paullo ante*, Ineſt igitur animis praeſagitio extrinſecus iniecta, atque incluſa diuinitus. Ea ſi exarſit acrius, furor appellatur, quum a corpore animus abſtractus, diuino inſtinctu concitatur. *Et iam ante* c. 2 Furoris diuinationem Sibyllinis maxime verſibus contineri. Cic. Diu. 1 c. 37 *pr.* Negat ſine furore Democritus quemquam Poëtam magnum eſſe poſſe; quod idem dicit Plato: quem, ſi placet, appellet furorem, dummodo is furor ita laudetur, vt in Phaedro Platonis laudatus eſt. *Huc reſpicit* Hor. A. P. 295 Ingenium miſera quia fortunatius arte credit, et excludit ſanos Helicone Poëtas Democritus *etc.* Cic. de Orat. 2, 194 c. 46 Saepe audiui, Poëtam bonum neminem (id quod a Democrito et Platone in ſcriptis relictum eſſe dicunt) ſine inflammatione animorum exiſtere poſſe, et ſine quodam afflatu quaſi furoris. Vaticinos concepit mente furores Ouid. Met. 2, 640. Decoris furorem *dixit* Sil. 2, 324 *pro Cupiditate gloriae: quod ex Graecis fontibus derivat Dan. Heinſius.* Impendiorum furor Suet. Ner. 31 *extr.* ¶ 4 *Proſopopoeia quadam* Furor bellicus *fingitur a Poëtis catenis vinctus. Vnde* Virg. Aen. 1, 298

Furor impius intus .
Saeua ſedens ſuper arma, er centum vinctus ahenis
Poſt tergum nodis, fremit horridus ore cruento.

Interdum deſcribitur ſolutis vinculis, vt a Petronio c. 124 Quos inter Furor abruptis ceu liber habenis Sanguineum late tollit caput, oraque mille, *etc.* ¶ 5 *In MSS. confunduntur* Furor *et* Pudor: *vid. Burmann. ad* Quinctil. Decl. 11, 1 p. 232. *it.* Fauor: *quod vid.*

FVRIA, ae. f. [*Ἐριννὺς*] *vel* FVRIAE, arum. Furiae *(inquit* Seruius *ad* Aen. 4, 609) Dirae in caelo, Furiae in terris, Eumenides apud inferos; vnde et tres eſſe dicuntur. *Acherontis et Noctis filiae; Megaera, Tiſiphone, Alecto. Singul. exſtat ap.* Cic. ad Q. Fratr. 3, 1, 4. *Conſ. Elmenhorſt. Ind.* Apul. Canes *etiam vocantur, vt eſt apud* Virg. Aen. 6, 258 — Viſaeque Canes vlulare per vmbram Aduentante dea, *auctore* Seruio. Lucan. 6, 733 Stygiasque Canes in luce ſuperna Deſtituunt. Cic. de N. D. 3, 46 c. 18 Sin haec dea eſt, cur non Eumenides? quae ſi deae ſunt, quarum et Athenis fanum eſt, et apud nos, vt ego interpretor, lucus Furinae, Furiae deae ſunt, ſpeculatrices, credo, et vindices facinorum et ſceleris. Lactantius 6, 19 Furias *accommodat tribus animi perturbationibus, irae, cupiditati, libidini.* Furiae, *Veteribus, Sceleſtae mentis tormenta erant.* Cic. pro Roſc. Amer. 67 c. 24 Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis ſaepenumero videtis, eos, qui aliquid impie ſcelerateque commiſerint, agitari et perterreri Furiarum taedis ardentibus, ſua quemque fraus et ſuus terror maxime vexat: ſuum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit: ſuae malae cogitationes conſcientiaeque animi terrent, hae ſunt impiis aſſiduae domeſticaeque furiae: quae dies noctesque parentum poenas a conſceleratiſſimis filiis repetant. *Conſ.* in Piſon. 46 c. 20. Furia ac peſtis patriae, *vocatur Clodius* Cic. pro Sext. 33. *Sic etiam* Cic. Q. Frat. 3, 8 Primum eſt, de Clodii ad Caeſarem literis: in quo Caeſaris conſilium probo, quod tibi amantiſſime petenti veniam non dedit, vti vllum ad illam furiam verbum reſcriberet. ¶ 2 *Sunt etiam* Furiae honeſtae, *quale quid de* Furore n. 3 *obſeruatum eſt.* Stat. Silu. 4, 6, 83 Immeritasque domos ac templa Sagunti Polluit, et Populis furias immiſit honeſtas. *Sic vocat, Saguntinorum impetum, quo maluerunt perire cum ciuitate ſua, quam a Romanis deſciſcere. Ita* Iuſtae Virg. Aen. 8, 494. Triſtes Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 219. Accenſus furiis, *vid.* ACCENDO. Actus malis furiis Hor. Serm. 2, 3, 135. Agitatus amor furiis Virg. Aen. 10, 872. Agitata doloris furiis Ouid. Met. 6, 595. Agitant et inſectantur impios furiae non ardentibus taedis, ſicut in fabulis, ſed angore conſcientiae, et fraudis cruciatu Cic. de Legib. 1, 40 c. 14. Agitatus ſcelerum furiis Virg. Aen. 3, 331. Concepit furias Virg. Aen. 4, 474. Conſiſtere vsquam impios non patiuntur furiae Cic. pro Roſc. Amer. 66 c. 24. Exagitari verberibus furiarum ac taedis ardentibus Suet. in Neron. c. 34. Incenſa furiis Virg. Aen. 4, 376. Num alio genere furiarum declamatores Inquietantur Petron. *pr.* Ruunt in furias ignemque Virg. Georg. 3, 35. *Videtur figura eſſe ἓν διὰ δύο, quaſi dicat*

dicat Furioſum ignem. Intelligit enim Amorem. Terreri taedis ardentibus furiarum Cic. in Piſon. 46 c. 20. Tollitur horrendas in furias Stat. Theb. 5, 90. Claud. de tert. Conſ. Honor. 46 Tranare ſonoras Torrentum furias, *i. torrentes furioſe incitatos, et cum magno ſono ſe praecipitantes. Multa de* Furiis Seruius, *quae ſuppeditabunt facile Indices Maſuic. et Burman. Picturas Poëtarum poëticas dabit Brouckh. ad* Tibul. 1, 3, 96. *De* Lampadibus Furiarum *geſtamine, vid. Drakenb. ad* Sil. 2, 610.

FVRIĀLIS, e. Adi. [Ἐριννυκὸς] *Quod furentibus et inſanis proprium eſſe ſolet.* Liu. 7, 17 Inde terror maximus fuit, quod ſacerdotes eorum faſcibus ardentibus, anguibusque praelatis, inceſſu furiali militem Romanum inſueta turbauerunt ſpecie. Arma Ouid. Met. 6, 591. Auſa Idem ibid. 11, 12. Caedes Ouid. Met. 6, 657. Caput Hor. Carm. 3, 11, 17. Liu. 10, 41 Et dira execratio ac furiale carmen deteſtandae familiae ſtirpique compoſitum. Ignes, *i. Amores nefarii* Ouid. Faſt. 2, 761. *Al.* Furiati. Inceſſus Liu. 7, 17. Malum furiale ſerpentis Virg. Aen. 7, 375. Veſtis Cic. Tuſc. 2, 20. *Ex Sophocle.* Veſtem *intelligit, qua indutus Hercules verſus eſt in furorem.* Virus Claud. in Eutrop. 2, 188. Vox Cic. pro Planc. 86 c. 35. Furiale minatur Stat. Theb. 6, 429. Tacitusque per altas Incedit furiale niues Claud. de B. Get. 326.

FVRIALĬTER. Adu. [ἐριννυκῶς] Ouid. Faſt. 3, 637 Non habet exactum quid agat, furialiter odit.

FVRIŌSVS, a, um. Adi. [μανιώδης, μανικὸς] A quo furor nunquam recedit, *inquit* Seruius *ad* Virg. Aen. 2, 407. Cic. Tuſc. 3, 11 Itaque non eſt ſcriptum, Si inſanus, ſed Si furioſus eſſe incipit. Idem pro Cluent. 182. Mulier iam non morbo, ſed ſcelere furioſa. Vecors, furioſus, mente captus Cic. in Piſon. 47. Veſanus et furioſus homo Cic. pro Domo 3. Idem Q. Fratr. 2, 2 Spero eum in officio fore: ſed omnia ſunt tardiora, propter furioſae aedilitatis expectationem. Amor furioſior Ouid. Met. 9, 736. Conciones furioſiſſimae Cic. Att. 4, 3. Cupido opum furioſa Ouid. Faſt. 1, 211. Cupiditas alicuius effrenata et furioſa Cic. in Catil. 1, 25 c. 10. Impetus Sen. Hippol. ſ. 2. Libido Ouid. de Arte Am. 1, 281. Peccatum Hor. Serm. 1, 3, 83. Vis furioſa Tribuni facile ſuperari frangique poteſt Cic. pro Dom. 55. Vultus furioſus et acer Lucret. 6, 1182. Aliquem furioſiſſimum iudicare Cic. pro Deiot. c. 5. Furioſum *Iuriſconſulti appellant, Qui mentis ad omnia lumine, id eſt ſenſu communi caret: quales non modo Athamantem, Alcmaeonem, Aiacem, Oreſtem fabulae memorant,* verum *etiam Margitem, Melitidem, Coroebum, Morychum.* Dementem *vero, Qui non vsquequaque, ſed ex parte tantum mentis errore ducitur, veluti is, de quo* D. Pius *loquitur* in l. Is qui D. de tut. et curat. dat.

FVRIŌSE. Adu. [μανικῶς] Cic. Philipp. 7, 5 Partes furioſe dicuntur in foro, in curia. Idem Att. 8, 5 Solet eum, cum aliquid furioſe fecit, poenitere. *Compar.* Spartian. Hadr. c. 12 Seruo in ſe cum gladio furioſius irruente.

FVRO, ĕre. [μαίνομαι] *Ira vel alia perturbatione contra rationem agitari.* Caret *Praeterito, et forte etiam prima perſona* Furo *dicitur. Vid.* Diomed. 1. Sedulius *tamen* 1, 196 *de Daniele cum leonibus*, — furuerunt iuſſa Tyranni. Plin. 33, 11 ſ. 53 Nec copia tantum argenti furuit vita, ſed validius paene manipretiis. *Sic Harduin. ex MSS. pro vulgato,* fuerit vitae, ſed val. p. manupretium. *Et ſane agit de furioſis paene emtionibus.* Apul. . . . Furit, enſem corripit, fertur in eum praeceps, nihil tale timentem aggreditur. *Vid.* Cic. Tuſc. 3, 11 *quem damus in* FVROR *pr.* Cic. Off. 1, 108 Verſutum et calidum factum Solonis, qui, quo tutior vita eius eſſet, et plus aliquanto Reipubl. prodeſſet, furere ſe ſimulauit. Idem in Piſon. 47 Quid eſt aliud furere, niſi non cognoſcere homines, non cognoſcere leges, non Senatum, non ciuitatem? *Saepe de breui tantum commotione accipitur.* Bacchari et furere Cic. de Aruſp. Reſp. 39. *Conf.* Hor. Carm. 2, 7 *extr.* Non ego ſanius Bacchabor Edonis; recepto Dulce mihi furere eſt amico. Inſanire et furere Cic. Verr. 4, 39 c. 18. A Racilio ſe contumaciter, vrbaneque vexatum furebat Clodius Cic. Q. Fratr. 2, 1. *De militum ardore dici obſeruat Drakenb. ad* Sil. 10, 67. Hunc ſine me furere ante Furorem Virg. Aen. 12, 680. Cic. Att. 4, 16 Res furit ad interregnum, et eſt nonnullus odor Dictaturae. *Ex vetuſto codice legendum*, Fluit. Apud ſanos furere, et quaſi apud ſobrios bacchari videtur vinolentus Cic. in Orat. 99. De aliquo furere Cic. Att. 14, 21 (19). Non priuatim ſolum, ſed publice furimus Sen. Ep. 95 *m.* Arenis furit aeſtus Virg. Aen. 1, 111. Dolore furit Ouid. Met. 12, 478. Lymphata mente furebat Catul. 62, 254. Furere aliquid, *pro Ob aliquid:* Liu. 8, 31 Et nunc id furere, id aegre pati: quod ſine L. Papirio non inermes, non manci milites fuerint.

FVRENS, entis. Partic. Animi furens Virg. Aen. 5, 202. Audacia furens Catilina Cic. in Catil. 2, 1. Contumelia furens Plin. 7, 12. Enſe furens Valer. Argon. 1, 144. Libidinibus inflammatus et furens Cic. Tuſc. 5, 16. Furentium certa Indicia ſunt Sen. de Ira 1, 1. Cedere furenti Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 27. Continere furentem et exultantem Cic. de Aruſp. Reſp. 1. Mollire furentem ira Ouid. Met. 13, 322. Deus ecce furentibus Obſtat Stat. Theb. 5, 64. Loca feta furentibus Auſtris Virg. Aen. 1, 55. Bella furentia Sil. 7, 571. Intra ſe furens Exercitus Vell. 2, 111, 4. Flammae Virg. Aen. 4, 670. Impetus furentes et violenti Cic. de Aruſp. Reſp. 46. Pentheſilea furens Virg. Aen. 1, 495. *de ardore bellico.* Populus Lucan. 2, 249. Rabie furenti ſtimulatus animus Catul. 61, 4. Venti Virg. Aen. 10, 37. Vndae Lucan. 3, 195. *Compar.* Claud. Feſcenn. 26 Quis beluarum corde furentior. *De permutatione cum* Ferens *v. ſub hac v.*

FVRENTER. Adu. [μαινομένως] Cic. Att. 6, 1 Dionyſius mihi quidem in amoribus eſt: pueri autem aiunt eum furenter iraſci.

FVRIO, āre. [ἐκμαίνω] *In furorem concitare.* Hor. Carm. 1, 25, 13 Flagrans amor, et libido Quae ſolet matres furiare equorum. *h. e.* In libidinis furorem vrgere. Acron. Sil. 14, 281 Vaniloquo pubem furiabant inſuper ore.

FVRIĀTVS, a, um. Adi. [μαινόμενος] *Furore concitatus.* Virg. Aen. 2, 407 Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Coroebus. *Vbi* Seruius, Furiatus, Qui ex cauſa furit. Ouid. Faſt. 2, 761 — Iuuenis furiatos regius ignes Concipit. Iuuentus Sil. 11, 132. Mente furiata ferebar Virg. Aen. 2, 588.

FVRIATĬLIS, e. Adi. Fortunat. Mart. 3 Furiatile cornu.

FVRIBVNDVS, a, um. *Aliud Adi.* [ἐξεστηκὼς, παρακεκινηκὼς] *Qui vehementer furit.* Cic. pro Sext. c. 7 At quum ille furibundus incitata illa ſua vecordi mente veniſſet, *etc.* Idem Philipp. 13, 29 Caeſaris enim incredibilis ac diuina virtus, latronis impetus crudeles ac furibundos retardauit. *Conf.* Virg. Aen. 4, 646. *et* Manil. 1, 411. Canis Hor. Epiſt. 1, 10, 17. Magiſtratui furibundo cedere Cic. anteq. iret in exil. 27. Mens Cic. Diu. 1 c. 50 Quorum furibunda Mens videt ante multo, quae ſunt futura. Praedictiones vatum furibundae Cic. de Diuin. 1, 4 c. 2. Taurus Ouid. Met. 13, 871. Furibunda ruit Ouid. ad Liu. 373.

FVRINA, ae. f. *vid. ſupra ante* FVRTVM.

FVRIPPVS, i. m. *Ibid.*

FVRTIM, FVRTIVVS, FVRTVM, FVRVNCVLVS. *vid.* FVR.

FVRVS, i. m. Varro de L. L. 9, 4 p. 141, 6 *inter* vetera *refert* Caſcus furus, caſci furi. *An pro* fure *etiam* furum *dixere? Scal. legi vult* furum *vnde ſit deminutum* furculus.

FVRVVS, a, um. Adi. [μέλας] Nigrum vel atrum dicitur, *auctore* Feſto. Antra furua Ouid. Met. 5, 541. Color Solin. c. 33 *pr.* (*al.* 46). Culpa Prudent. Cathem. 1, 74. Hoſtiae Valer. Max. 2, 4, 5. Hoſtiae nigrae, antiquitus Furuae dicebantur ibid. *De permutatione huius vocis et* Fuluus, *itemque* Curuus, *vid. modo indicatas voces.*

FVRVESCO, ĕre. Mart. Capell. 1 p. 20 Tartareae noctis obſcuritate feruefcens.

F V S.

FVSCĬNA, ae. f. [δίκρανος, τρίαινα] *Telum tridens ſiue triſulcum piſcatorium, quod fundo natantia capiunt feriendo.* Cic. de N. D. 1, 102 c. 36 Dant etiam deo arcum, ſagittas, haſtam, clipeum, fuſcinam, fulmen. *Neptuni tridens.* Accius in Argon. *apud* Cic. de N. D. 2, 89 c. 35 Aut forte Triton fuſcina verrens ſpecus. *Sic* Martial. Spect. 26 Fuſcina dente minax, *etc.* Fuſcina *vtebantur retiarii in gladiatoriis ludis.* Iuuen. Sat. 2, 143 Vicit et hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi.

FVSCINVLA, ae. f. Dimin. *Parua fuſcina.* Vulg. Interpr. Exod. 27, 3.

FVSCVS, a, um. Adi. [φαιὸς] *Quod eſt ſubnigrum: cuiusmodi eſt color Indorum Meridionalium et Aethiopum.* Columel. 6, 1 Colore rubro vel fuſco. Nigrum *et* Fuſcum *ita differunt, vt hoc ſit multo dilutius et oculis tolerabilius.* Ouid. Art. Am. 2, 657 Nominibus mollire licet mala: fuſca vocetur, Nigrior Illyrica cui pice ſanguis erit. *Sed contra ea* de Rem. Am. 327 Quam potes, in peius dotes deflecte puellae — Turgida, ſi plena eſt; ſi fuſca eſt nigra vocetur. Amictus Tibul. 3, 4, 55. Animae fuſciores Apul. Dogm. Plat. 2 p. 19. Fuſcis Auibus Lariſſam acceſſi Apul. Met. 2 p. 124, 6. *i. infelici omine.* Caligo Martial. 8, 51. Cella Idem 3, 30. Color Ouid. Amor. 2, 4, 40. Cornix Cic. de Diuin. 1, 14. *Ex Poëta.* Cura fuſcior Apul. de Mundo p. 69. Equus Ouid. Faſt. 2, 314. Falernum Martial. 2, 40. Idem 14, 62 Cornea ſi non ſum, numquid ſum fuſcior? Nubila Ouid. Met. 5, 286. Pars inferior Delphini fuſca videtur Cic. in Arat. 99. Pilus Plin. 8, 21. Veſtis fuſcior Hieron. Ep. 23 ad Marcellam. Violae Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 128. Fuſcae Vndae fontis atri Apul. Met. 6 p. 178, 30. Cic. de Nat. Deor. 2, 146 Et Vocis genera permulta, canorum, fuſcum: lene, aſperum: graue, acutum: flexibile, durum.

FVSCITAS, ātis. f. Ab omni fuſcitate ac perturbatione liberum caelum Apul. Dogm. Plat. 2 *ſub fin.*

FVSCO, āre. [ἀμαυρόω] *Fuſcum facere.* Fuſcentur corpora campo Ouid. de Arte Am. 1, 513. Diem fuſcare Ouid. Triſt. 1, 9, 15. Fuſcat nube diem Valer. Argon. 1, 396. Lanugine fuſcante malas Lucan. 10, 135. Fuſcati lumina Solis Alc. Auit. 4, 430. Fuſcandi cura coloris Ouid. Triſt. 2, 487. *Al.* Fucandi. Quem nulla actuum culpa fuſcauit, ſed fortunae licentia interdum optimos decolorans, ſpes eius paulliſper infregit Symmach. Epiſt. 1, 39. Fuſcauit, *i. infamia quadam adſperſit.*

FVSCATIO, ōnis. f. Arnob. . . .

FVSCATOR, ōris. m. [ἀμαυρωτής] Caeli fuſcator Eoi Corus Lucan. 4, 66.

FVSE, *vid.* FVNDO.

FVSICIA, *Nomen gentis Rom. de qua* Cic. in Verr. 2, 31 C. Fuſicius a C. Verre duci iuſſus. *Sed quid.* Fuficius.

FVSILIS, FVSIM, FVSIO, FVSOR, FVSORIVS, *vid.* FVNDO.

FVSIVS, pro Furius antiqui dixerunt, vt Valeſius, pro Valerius. *Auctor* Feſtus. *Hinc forte* Fuſius Saluius, qui ita viribus praeſtitit, vt dum centenaria pondera pedibus, totidem manibus, et ducenaria duo humeris contra ſcalas ferret. *Refert* Plin. 7, 20. *Sed* Ciceronis Fufii, Fufii *potius ſunt v. v.*

FVSTERNA, ae. f. Plin. 16, 39 ſ. 76 n. 1 Abietis quae pars a terra fuit, enodis eſt, hacque quam diximus ratione fluuiata decorticatur, atque ita ſapinus vocatur: Superior pars nodoſa duriorque, fuſterna. *Quia nodoſa, inquit Hard. vt ſolent fuſtes. Tamen non deſunt, qui malint legere* Suſterna. *Vid.* Vitruu. 2, 9. *Salmaſ. Exerc. p.* 727.

FVSTIBĂLVS, i. m. Inſtrumentum eſt bellicum, longum pedes quatuor, cui per medium ligatur funda de corio, et vtraque manu impulſum, prope ad inſtar onagri dirigit ſaxa Veget. de Re Mil. 3, 14. *Hinc*

FVSTIBALATORES, Milites, qui fuſtibalis lapides iaciunt. *Auctor* Modeſtus de Vocab. rei milit. *Vid. Stewech. ad* Veget. *l. c.*

FVSTIS, is. m. [ῥόπαλον] *Lignum teres.* Plin. 7, 56 Praelium Afri contra Aegyptios primi fecere fuſtibus, quos vocant phalangas. Cic. pro Caecin. 60 Quid igitur ſi glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem de fundo praecipitem egeris? Longus Hor. Serm. 2, 3, 112. Non opus eſt verbis, ſed fuſtibus Cic. in Piſon. 73 c. 30. Agere aliquid formidine fuſtis Hor. Epiſt. 2, 1, 154. Agitare fuſtibus equos *prohibet imperator, in* l. prima C. de curſu publico 12 Equos qui publico curſui deputati ſunt, non lignis vel fuſtibus, ſed flagellis tantummodo agitari decernimus. Aperire caput fuſte Iuuen. Sat. 9, 98. *i. Findere.* Coërcere aliquem fuſte Hor. Serm. 1, 3, 134. Cael. Cic. Fam. 8, 8 Quid ſi filius meus fuſtem mihi Impingere volet? Percuſſus fuſte Vell. 2, 78, 3. Pugnare fuſtibus Hor. Serm. 1, 3, 101. Repellere male mulctatos clauis et fuſtibus Cic. Verr. 4, 94 c. 43. Fuſtibus caedi, *pro Faſcibus bacillorum, cuiusmodi olim ciuitate libera Magiſtratibus praeferebantur, Iuriſconſulti dixerunt. Itaque liberorum haec hominum poena, poſteriorum Imperatorum tempore fuit, quum ſerui* flagellis

flagellis caederentur. Macer l. 10 D. de poen. Ex quibus cauſis liber fuſtibus caeditur, ex iis ſeruus flagellis caedi, et domino reddi iubetur. *Quo ex loco apparet, minus turpe fuiſſe* Fuſtibus, *quam* Flagellis caedi.

FVSTICVLVS, i. m. Dimin. Apul. Met. 6 p. 704. Allii fuſticuli Pallad. 1, 35, 6. *Sunt ii, qui in cepis* Thalli *vocantur.*

FVSTIARIVS, i. m. [ξυλοκόπος, ὁ τύπτων ξύλῳ Vet. Gloſſ.] *Qui fuſtibus pulſat alios, lictor, puto. Nominis inſtar Adiectiui occurrit in* Fabretti Inſcriptionibus p. 529 FVSTIARIO SVPPLICIO SE NOVERIT ESSE SVBDENDVM.

FVSTIM. Adu. Val. Max. 6, 3 Vxorem fuſtim interemit. *Add.* 8, 1, 1.

FVSTITVDĬNVS, a, um. Adi. Plaut. Aſin. 1, 1, 21 Apud fuſtitudinas ferricrepidinas inſulas. Fuſtitudinas *vocat, quod illic Fuſtibus adigerentur ſeruuli.*

FVSTVARIVM, i. n. [μαςίγωμα] *Supplicii genus ob ſalſum teſtimonium, furtum, et multa alia crimina. Valla 1, 6 interpretatur Fuſtigationem.* Cic. Philipp. 3, 14 c. 6 Nam ſi ille Conſul, fuſtuarium meruerunt legiones, quae Conſulem reliquerunt, *etc.* Liu. 5, 6 Fuſtuarium meretur, qui ſigna relinquit, aut praeſidio diſcedit. *Vid. Viri docti ad* Vell. 2, 78 *extr., vbi capitale ſupplicium eſſe, e Polybii ſexto, et aliunde docent, cum militum lapidibus et fuſtibus coniectis interficerentur damnati. Hinc* Vell. *l. c.* Centurionem — ob turpem ex acie fugam fuſte percuſſit.

FVSVRA, *vid.* FVNDO.

FVSVS, i. m. [ἄτρακτος] *Quo inter digitos circumacto et proiecto fila ducunt mulieres, et in quem ea primum glomerant.* Plin. 11, 28 Lanificia mox in fila tenuantur iunceo fuſo. Fuſis mollia penſa deuoluunt Virg. Georg. 4, 348. Rotare fuſos Prudent. Rom. 239. Verſato ducentem ſtamina fuſo Ouid. Met. 4, 220. Plin. 28, 2 Pagana lege in plerisque Italiae praediis cauetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fuſos, aut omnino detectos ferant. *Nempe* Fuſus *eſt idem, qui* Rhombus, *de cuius in magicis ſacris vſu agimus ſ. l.* Teretem verſabat pollice fuſum Ouid. Met. 6, 22. *Add.* Tibull. 2, 1, 64. Fuſus aquae Varro L. L. 4 p. 31.

F V T

FVTĬLE, [χυδαῖον] Vas erat, quod non deponebant miniſtri ſacrorum, quod erat acuto fundo, et patulo ore, eoque inſtabile erat. Vtebantur eo in ſacrificiis deae Veſtae, quia aqua ad ſacra hauſta in terra non ponebatur: quod ſi fiebat, piaculum erat. Vnde excogitatum vas fuit, quod ſtare non poſſet, ſed poſitum ſtatim effunderetur. *Ex* Donato *in* Ter. Andr. 3, 5, 3. *et* Seruio *in* Virg. Aen. 11, 339. *Vid. et* Vet. Schol. *in* Stat. Theb. 8, 297. *Ab hoc*

FVTĬLIS, e. Adi. [χυδαῖος, εἰκαῖος] *i. Vanus vel Inutilis:* Feſtus, Futiles dicuntur, Qui ſilere tacenda nequeunt, ſed ea effundunt. Sic et Vaſa futilia a Fundendo vocata. Nec futile moeſtis Id viſum Danais Stat. Theb. 8, 297. *vbi conf.* Scholiaſt. Aetas futilis, imbellesque anni Sil. 16, 656. Cic. Tuſc. 4, 37 c. 17 Nec ſitienter quid expetens, ardeat deſiderio, nec alacritate futili geſtiens deliqueſcat. Cic. de Diuin. 1, 36 Irrideamus Aruſpices: vanos, futiles eſſe dicamus. Virg. Aen. 11, 339 Conſiliis habitus non futilis Auctor. *Vbi* Seruius: Non futilis, Bonus in conſiliis, non inanis. Cauſa futilis, *Vana et leuis* Plin. 33, 2. Canes futiles Phaedr. 4, 17, 33 *Qui aluum continere non poſſunt.* Glacies ceu futilis ictu Virg. Aen. 12, 740. Herbulae paruae et futiles Apul. Met. 3 p. 94, 2 *Floridi.* Homo futilis, *qui tacenda continere non poſſit, ſed continuo effutiat:* Ter. Adel. 3, 3, 41 Ille futilis, ſomnium. Cic. de Fin. 3, 38 Quis non odit ſordidos, varios, leues, futiles? Apuleius . . . Leuis homo et futilis, et rimarum plenus. Laetitiae Cic. Tuſc. 5, 16 c. 6. Murmur Valer. Argon. 8, 354. Apul. Met. 6 p. 181 Nec putes futile iſtud polentarium damnum leue. Sententiae futiles commenticiaeque Cic. de N. D. 1, 18 Seruus Ter. Andr. 3, 5, 3. *Add.* Donat. Tempus, *vid.* TEMPVS. Vaſa futilia, *forte reſtituenda* Mart. Capellae *pro* fuſilibus. *Vid. ſub* FVNDO, is. Votum Sil. 10, 340.

FVTILĬTAS, ātis. f. [εἰκαιοσύνη] *Vanitas, leuitas.* Cic. de N. D. 2, 70 c. 28 Haec et dicuntur, et creduntur ſtultiſſime, et plena ſunt futilitatis, ſummaeque leuitatis.

FVTILĬTER. Adu. Apul. . . . Futiliter blaterata. *Vid.* Non. 11, 39 Futiliter *interpretatur Ennianum* futile.

FVTĬLE. Adu. [ψυχρῶς] *pro* Futiliter. Ennius in Phoenice, *vt citat* Nonius 11, 39 Vt quod factum eſt futile, amici nos feramus fortiter. *Conf.* Plaut. Stich. 2, 2, 73.

FVTIO, īre. *Effundo; a quo componitur* Effutio *quod vide.*

FVTO, āre. [ἐλέγχω Vet. Gloſſ.] Arguere *interpretatur* Feſtus. *Antiquum eſt; vnde* Confutare, *et* Refutare.

FVTĀTIM. Adu. [χύδην] *i. Profuſim.* Plaut. Truc. 4, 4, 29 Futatim nomen commemorabitur.

FVTVM, i. n. Vas aquarium, in triclinio allatam aquam infundebant Varr. de L. L. 4, 25 p. 30, 21.

FVTVO, ui, ūtum, ĕre. *Verbum obſcenum.* Martial. 6, 91 Sancta ducis ſummi prohibet cenſura, vetatque Moechari: gaude Zoïle, non futuis. Idem 9, 42 Nempe ſemel futuit, generaret Horatius vt tres. *Et* 10, 95 Infantem tibi vir, tibi Galla remiſit adulter; Hi puto non dubie ſe futuiſſe negant. *Lib. eod.* 81 Quum duo veniſſent ad Phyllida mane fututum. *Add.* Catull. 98, 9. Hor. Sat. 1, 2, 127. Martial. 11, 21.

FVTVOR. *Paſſ.* Martial. 9, 5 Aureolis futui quum poſſit Galla duobus, Et plus quam futui, ſi totidem addideris.

FVTVTVS, a, um. Partic. Martial. 3, 87 Narrat te rumor Chione nunquam eſſe fututam. *Sic* 11, 41.

FVTVTOR, ōris. m. Martial. 1, 91 *in Baſſam tribadem,* At tu, proh facinus! Baſſa fututor eras. *Sic* 11, 88. *Add.* 7, 29. *et* 12, 43.

FVTVTIO, ōnis. f. Catull. 30, 8 Sed domi maneas, paresque nobis Nouem continuas fututiones. *Add.* Martial. 1, 107.

FVTVTRIX, īcis. f. Martial. 11, 62 Arrigere linguam non poteſt fututricem. *Lib. eod.* Epigr. 23 *in Paediconem maſturbantem,* Inguina ſaltem Parce fututrici ſollicitare manu.

FVTVRVS, *vid.* SVM.

F V V

FVVI, *pro* Fui *apud Comicos antiquos ſaepe reperias addito V productionis gratia.* Plaut. Poen. Prol. 110 Quo genere gnata, qui parentes fuuerint. Enn. *apud* Cic. de Orat. 3 c. 42. *Adde* Lucret. 1, 387 Nempe aër omne neceſſe eſt Inter corpora quod fuuat, poſſidat inane.

G.

Litera G.

G LITERA *veteribus Latinis ignota; eius inuentionem Carbilio adſcribit Plutarchus Problematum Rom. 54 his verbis: Quid eſt, quod locum vbi carnes vendunt, macellum vocant? An ἀπὸ τῶν μαγείρων corrupto vocabulo, vt alia permulta, ſic et hoc vſus obtinuit? Reſpondit ergo, ſi Plutarchum audimus,* Γ *Graeco* C *Latinum.* Diomedes 2 p. 417 *extr.* G noua eſt Conſonans, in cuius locum C ſolebat apponi, hodieque cum Gaium notamus Caeſarem, ſcribimus C. Caeſarem. Ideoque poſt B literam tertio loco digeſta eſt, vt apud Graecos Γ poſita reperitur in eo loco. *Nempe apud antiquos pro G vbique C ponebatur, vt patet ex* Columna Duiliana. *Vid. ſupra in C. et Forner. Rer. quotid. 1, 15. Quaeri poteſt, vnde fit, vt G locum haberet inter F et H, cum γ Graecorum ſecundae literae in Alphabeto locum obtinet. Videtur quidem inter has literas magnam intercedere neceſſitudinem. Quid enim naturae magis conſentaneum eſſe potuit, quam vt Digamma F, ſimplex Gamma G, et ſpiritus H, ſe mutuo conſequerentur. Et ſane, γ pro F interdum ſcribitur, ſic Fέςις, Fέντερ (pro ἐσθής, ἔντερον; Veſtis, Venter) apud Heſychium ſcriptum inuenimus γέςις, γέντερ. Et ſimiliter, H pro G; ſic a γίννος* Hinnus, *a δράσσω δραγῶ* Traho, *vnde et rurſus G redeunte poſtliminio* Tragula. *Et notum eſt apud Anglos* gh *pronuntiari ſaepe vt* f: *itemque Belgis* Kracht *eſſe quod aliis Germanis* Kraſt *etc. G et C mutuas operas tradunt; nam vt a γόγγρος,* Congrus; *a* Iungo, Iuncus; *a* Pertingo, Pertica; *a* Viginti, Viceſimus: *ſic vice verſa, a κύκνος,* Cygnus; *a κυβερνῶ,* Guberno; *a* Centum, Quingenti; *et a* Nec *et* Otium, Negotium. Varro L. L. 23 p. 29, 30 Gladius, C in G commutato a clade. *Vid. Drakenb. ad* Liu. 6, 25, 6. ¶ 2 *G et N inuicem permutantur. Nam in iis vocibus, vbi γ praecedit κ, γ, χ vel ξ, iſtud prius γ Graece ſonat ν, Latine vero vertitur in N vt ἄγγελος,* Angelus; *ἄγκυρα,* Ancora; Ἀγχίσης, Anchiſes; Σφίγξ, Sphinx. Priſcian. 1 p. 556 *cum de Graecis hoc retuliſſet, addit,* Et quidam tamen vetuſtiſſimi auctores Romanorum euphoniae cauſa bene hoc facientes, vt *Agchiſes, agceps, aggulus, aggens,* quod oſtendit Varro 1 de Origine linguae Latinae his verbis: *Aggulus, aggens, agguilla, iggerunt.* In eiusmodi Graeci et Actius noſter binam g ſcribunt, alii n et g, quod in hoc veritatem videre facile non eſt. *Add.* p. 569 *fin. Eſt et aliud argumentum huiusce inter literas G et N cognationis, nempe quod G Gaudet ſubſequi ipſam N; vt a* Centum, Quadringenti, Quingenti; *vbi C poſt N mutatur in G, quod alias non fit; vt* Ducenti, Sexcenti. *Gaudet item praecedere, vt* Gnoſco, Gnotus, Gnauus; *quam nonnulli quidem Proſtheſin dicere amant: at ſi vocum originem inſpiciamus, potius dicenda eſt Aphaereſis, cum ſcribas ſine G, quam Proſtheſis cum per G; nempe a γινώσκω, γνωτός, γενναῖος ortum ducunt.* ¶ 3 *G ſingulariter ſcripta ſaepe inuenitur.* G. Gaudium, Gens, Gaius, Genus, Geſta, Gratia, Gratis. GA. Galeria *tribu.* GAL. Gallus, Gallicus. G. AVG. Genio Auguſti. G. B. Genio Bono, Gens Bona. G. B. D. M. P. Genio Bono Dicauit Monumentum Publice. G. C. Gaius Caeſar, Genio Ciuitatis, *vel* Caeſaris. G. D. Gens Deſolata, Germanicus Dacicus, Gratis Dedit. GD. Gaudium. GEMina *legio* Gemellus. G. F. Gemina Fidelis *vel* Felix, Gula Filiorum, Germanus Frater. GG. Gemina, Geſſerunt. G. L. Genio Loci, Gaii Libertus. GL. Gloria. GLoria Exercitus Romani. GLoria Parentum. (Populi, Patriae). G. L. F. Genio Loci Factum. G. M. Genio Malo. GM. Germanicus, Germanus. G. M. V. Gemina Mineruia Victrix. GN. Gens, Genius, Genere, Gnaeus. GNT. Gentes. GN. N. T. M. D. D. Genio Numini Tutelari Monumentum (Merito) DeDicatum. G. P. Galliae Procurator, Genio Poſuit. G. P. F. Gemina Pia Fidelis. G. P. R. Genio *vel* Gloria Populi Romani. GR. Gratis, Grex, Gerit. G. S. Genio Sacrum, Genio Senatus. G. T. Genio Tutelari, Grauitas Tua. G. T. A. Genio Tutelari Auguſti. G. V. Genio Vrbis, Grauis Valerius. G. V. S. Genio Vrbis Sacrum, Gratis Votum Soluit. GX. Grex.

G A B

GABALIVM, i. n. *Planta.* Plin. 12, 21.

GABALVS, i. m. [ςαυρός] *Apud veteres Crux, ſiue Patibulum dicebatur.* Varro *apud* Non. 2, 373 Nos barbari, quod innocentes in gabalum ſuffigimus homines: vos non barbari, quod noxios abſoluitis. (obuectis *Merc.*) *Vid. Lipſ. de Cruce 1, 2. Voſſii Etym. qui comparat cum German.* Galge, *patibulum. Omnibus literis conuenit cum German.* Gabel, *quod furcam ſignificat.*

GABATAE, ārum. f. *Vaſa concaua, eduliis, pulmentariisque aptiſſima.* Martial. 7, 47 Transcurrunt gabatae, volantque lances. Idem 11, 32 Sic implet gabatas paropſidasque.

GABBARAE, ārum. f. *Pl. Corpora mortuorum aduerſus putredinem arte munita, al. Mumiae, apud Aegyptios, ſec.* Auguſtin. *apud* Freſnium. *Huc ref.* Iſid. Gloſſ. Gaberes mortuorum, Gaberina arca. *Origo videtur* קבר *ſepulcrum.*

GABIENVS, Caeſaris claſſiarius fortiſſimus Plin. 7, 52.

GABII, ōrum. m. [Γάϐιοι] *Vrbs Volſcorum fuit.* Virg. Aen. 6, 768 Hi tibi Nomentum et Gabios, *etc.*

GABINENSIS, e. Adi. Plin. 2, 94 Quaedam vero terrae ad ingreſſus tremunt, ſicut in Gabinenſi agro, non procul vrbe Roma, *etc. Alii legunt* Gabienſi.

GABĪNVS, a, um. Adi. [Γαϐῖνος] *vt,* Gabina Iuno. Virg. Aen. 7, 612 Gabinus cinctus. Lucan. 1, 595 Turba minor Ritu ſequitur ſuccincta Gabino, *de Pontificibus et ſacerdotibus vrbem luſtrantibus.* Cato *apud* Seru. *ad* Aen. 5, 755 Conditores ciuitatis taurum in dextra, vaccam intrinſecus iungebant, et incincti ritu Gabino, *(ſic leg. non* Sabino, *vidit iam Ferrar. de re veſt. 1, 14)* id eſt togae parte ſuccincti, tenebant ſtiuam incuruam. *Pulchre illum cinctum exhibent, et nominatim caput velatum numi, in quibus ille coloniae deducendae ritus exprimitur.* Cenotaph. Piſan. Dum ii, qui immolauerint cincti Gabino ritu ſtruem lignorum accendant. *Vid. Noriſ. ad h. l. 3, 7.* Liu. 5, 46 *Fabius* Gabino cinctu *vtitur in ſacris peragendis.* Idem 8, 9 Pontifex *Decium* togam praetextam ſumere iuſſit, et velato capite, manu ſuper togam ad mentum exſerta — Ipſe, *Decius,* incinctus cinctu Gabino. *Ne putes, mutaſſe veſtem poſt deuotionem, conf. 10, 7. Conf. Drakenb. ad* Liu. 5, 46. *et* 8, 9. *vid. ſub* CINGO. Vrbs Gabina Ouid. Faſt. 2, 706. Robore freta Gabino Claud. in Conſ. Stil. 6, 83.

GABINIA, ae. f. *Gens, cuius fuit v. g. ille,* qui Ptolemaeum in regnum reduxit, *vt eſt apud* Cic. pro Sext. 81 : *idemque Conſul, ſub quo Cicero in exilium miſſus eſt : vid.* Cic. de Prou. Conſ. 2. *Add.* Id. Attic. 5, 21.

GABINIANVS, a, um. Adi. *Vt,* Milites Gabiniani Valer. Maxim. 4, 1.

GABRIEL, ēlis. m. *Nomen Angeli.* Iſidor. 7, 5. *Add.* Fortunat. de Part. Virgin. v. 188.

G A D

GADES, ium. f. [Γάδειρα] Inſula eſt Oceani, *(nunc vulgo dicta* Cadiz) vltra Baeticam Hiſpaniam, circa columnas Herculis longa XII millia paſſuum, lata tria millia Plin. 5, 22. Gadium municipium Columel. 8, 16, 9. Iocoſae Gades Martial. 1, 62. Occiduae Claud. de B. Gildon. 43. Remotae Horat. Carm. 2, 2, 11. Hominum finis Gades Sil. 1, 141. *Et* 17, 642 Terrarum finis Gades. Tyriae Lucan. 7, 187.

GADITĀNVS, a, um. Adi. [Γαδειρεὺς, Γαδειρανὸς, Γαδειρικὸς] Foedus Gaditanum Cic. pro Corn. Balb. 34 Ita Gaditana ciuitas, quod beneficiis ſuis erga Rempubl. noſtram conſequi potuit, quod imperatorum teſtimoniis, *etc.* id abeſt. Gaditanorum moenia, delubra, agros, Hercules ipſe itinerum, et laborum ſuorum terminos eſſe voluit Cic. pro Corn. Balb. 39. Municipium Columel. 7, 2, 4.

G A E *et* G A G

GAEODES, ae. m. *Lapis ex aëtitarum genere.* Plin. 36, 19.

GAETVLIA, *vid.* GETVLIA.

GAESVM, i. n. *Telum, ſiue inſtrumentum bellicum : alii Gallicum, alii Hiſpanicum eſſe volunt : Sic* Galli *dicuntur* Gaeſa in vallum coniicere Caeſ. Bell. G. 3, 4. *Ab haſta diſtingui videtur* Liu. 8, 8. *et* 9, 36. Alpina Virgil. Aen. 8, 661. Sil. 1, 629. Gaeſos *appellabant Galli viros ſtrenuos : vid.* Seru. *ad* Virgil. Aen. 8, 662. *Sic maiores noſtri* Degen, *i. Gladium dicebant. Vid. Barth. ad* Stat. Theb. 4, 64. *Afris tribuit* Sil. 2, 444, *vbi vid. Drakenborch. Memorauit* Liu. 26, 6 *inter Poenorum tela. Vid. Voſſium de V. Serm. 1, 11.*

GAGĀTES, ae. m. [Γαγάτες] *Fluuius in Lycia, et Lapidis nomen pretioſi in eo primum reperti, quamuis etiam in Britannia abundet.* Plin. 36, 19 Gagates lapis nomen habet loci et amnis Gagis Lyciae. Gagates lapis Scribon. 225. *Vid. hic ex Graecis Rhod. Dicitur etiam* Gagas, *Genitiu.* gagatis *et* gagatae. *Sed neſcio quibus auctoribus.* Gagates lapis maſculus et femina *eſt* Veget. Mulom. 1, 20, 2. *et* 4, 12, 3. *Vid. Salmaſ. ad* Solin. p. 177 ſq.

G A I *et* G A L

GAIA, GAIVS, *vid.* CAIVS.

GALACTĪTES, ae. m. *Lapis, de quo* Plin. 37, 10 ſ. 59 Galaxiam aliqui Galactiten vocant — Galactitis ex Nilo colore lactis eſt. Eandem dicunt Leucogaeam, et Leucographiam appellant, et Synophiten, tritam lactis ſucco ac ſapore notabilem, *etc. Sic Harduinus, cuius annotatio alios recentioris aeui ſcriptores confert.*

GALACTOPŎTA, ae. m. [γαλακτοπότης] *Qui lac potat.* Columel. 7, 2 Quibusdam nationibus frumenti expertibus victum commodat : ex quo Nomadum Getarumque plurimi γαλακτοπόται dicuntur.

GALAICOS, i. m. *Gemmae ſpecies.* Plin. 37, 10 ſ. 59. *Alii* Gallaica.

GALANTHIS, [Γαλανθὶς] *vt eſt in fabulis, Alcmenae ancilla fuit, in* Galen, *id eſt in muſtelam a Iunone mutata. Vid.* Ouid. Met. 9, 306.

GALATA, ae. f. Inſulae nomen non procul a Melita, *vt ſcribit* Mela 2, 7.

GALATĒA, ae. f. [Γαλάτεια] *Fuit Nympha, filia Nerei et Doridis, vt eſt apud* Ouid. Met. 13, 742 At mihi, cui pater eſt Nereus, quam caerula Doris Enixa eſt, *etc. Amata Cyclopi* Seru. *ad* Virgil. Ecl. 9, 39. *it. ad* 7, 37 *vnde forte vnum ex* Cyclopiis ſaxis Galate *dictum. Vid.* Seru. *ad* Aen. 1, 205. *Sed etiam* Corydonis amica Virg. Ecl. 7, 37.

GALATIA, ae. f. [Γαλατία] *Regio minoris Aſiae, quam olim Galli (Gr.* Γαλάται*) ex Europa venientes habitarunt, a* Liuio *plerumque* Gallograecia dicta. *Vid.* Plin. 5, 32.

GALĂTAE, ārum. m. *Incolae Galatiae.* Galatarum auxilia Cic. Attic. 6, 5.

GALATĬCVS, a, um. Adi. Spinae Galaticae Plin. 24, 12. Hordeum Colum. 2, 9, 8 *et* 16.

GALATICOR, āri. *fictum* Tertulliani de Ieiun. adu. Pſych. c. 14 *verbum, vt apud Latinos veteres Graecari.*

GALAXIA, ae. f. *Gemma.* Plin. 37, 10. *Sic appellatur etiam circulus ille lacteus in caelo, de quo* Ouid. Met. 1, 169.

GALBA, ae. m. *Cognomen Sulpiciorum eius praeſertim, qui, poſt Neronem deguſtauit imperium, dedit occaſionem diſputandi* Sueton. c. 3 Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbae tulit, cur, aut vnde traxerit, ambigitur. Quidam putant, quod oppidum Hiſpaniae, fruſtra diu oppugnatum, illitis demum *galbano* facibus ſuccenderit : alii, quod in diuturna valetudine *galbeo,* id eſt remediis lanae inuolutis, aſſidue vteretur : nonnulli, quod praepinguis fuerit viſus, quem *galbam* Galli vocent; vel contra, quod tam exilis, quam ſunt animalia, quae in aeſculis naſcuntur, appellanturque *galbae. Quod de* galbeo *dicit, vid. mox* GALBEVM. *De reliquis qui coniecturas legere velit, adeat Caſaubonum et Torrentium. it. Rigalt. ad Onoſandr. p. 41.* Galbae nuces Praeneſtinae *ap.* Plin. 15, 22 *videntur* Caluae.

GALBĂNVS, i. f. *vel* GALBANVM, *vel* CHALBANVM, i. n. [χαλϐάνη] *Succus eſt, ſiue Lacrima cuiusdam herbae, ſimilis ferulae, quae in ipſo frutice aeſtate prorumpit.* Plin. 12, 25 Dat et galbanum Syria, in eodem Amano monte e ferula, quam eiusdem nominis reſinae modo ſtagonitim appellant. quod maxime laudant, cartilaginoſum, purum, ad ſimilitudinem ammoniaci, minimeque lignoſum. Plin. 11, 7 *de* Propoli, Odore graui, vt qua plerique pro galbano vtantur. *Conf.* Galbaneus, *et locum Suetonii, quem modo dabamus voce* GALBA. Colum. 10, 17 Sed negat helleboros, et noxia galbana ſucco. *Add.* 8, 5, 15. ¶ 2 *Genus veſtimenti delicatorum, coloris flaui ſ. aurei. Vid. mox* GALBINEVS. Iuuen. Sat. 2, 97 Caerulea indutus ſcutulata, aut galbana raſa. *Sed hic malunt viri docti* Galbina. *Vid. tamen ſtatim* GALBANATVS. *Et* Mart. 1, 97 Galbanos mores *vocat molles, quales eorum, qui* Galbana *veſte vtuntur.*

GALBĂNĀTVS, a, um. Adi. [χαλϐανωτὸς] *Galbano indutus.* Martial. 3, 82 Iacet occupato galbanatus in lecto.

GALBANEVS, a, um. Adi. [χαλϐάνιος] Virg. Georg. 3, 415 Galbaneoque agitare graues nidore chelydros. Idem Georg. 4, 264 Hic iam galbaneos ſuadebo incendere odores.

GALBINEVS, ſ. GALBĬNVS, a, um. Adi. *Coloris nomen eſt, quem ſatis oſtendit* Veg. Mulom. 3, 2, 22 Eryngion herba dicitur, quae in litore naſcitur prope vndam maris, florem habet quaſi aureum, vel galbineum. *Plus fidei hic habendum ipſi Vegetio, quam herbario peritiſſimo, qui perſuaſit Turnebo Aduerſ. 17, 8 caeruleum palleſcentem intelligi. Melius Bauhinus in Pinace* eryngion Vegetii *ad* Scolymon Chryſanthemon, *i. aurei floris retulit. Satis* alioquin *conſtat colorem croceum, luteum, vt hunc* galbineum *mulieribus relictum et mollibus, vt mox videbimus. Alioquin literae* Galb *conueniunt cum Germanorum* Gelb, *quo idem color notatur. Ita* Fortunata Trimalchionis *apud* Petron. c. 67 Galbino ſuccincta cingillo. Galbina raſa Iuuenalis 2, 97 *modo vidimus. Dignus eſt locus* Martialis 1, 97 *qui totus hic legatur :*

Amator ille triſtium lacernarum,
Et Baeticatus atque leucophaeatus,
Qui coccinatos non putat viros eſſe,
Amethyſtinasque mulierum vocat veſtes,
Natiua laudat : habeat, et licet, ſemper
Fuſcos colores ; Galbanos (*mel.* Galbinos) habet mores.
Rogabit, vnde ſuſpicer virum mollem, *etc.*

Galbini mores, *qui alias coniiciuntur ex* Galbinis, *quae ſunt, vt* crocota, *muliercularum : licet poſterior aetas a barbaris regibus aliquid contrarium aſſumſerit : vt ille* Tetricus *ab Aureliano triumphatus* tunica galbina *apud* Vopiſc. c. 34. *Salmaſius pluſcula ad h. l. qui ad* Lamprid. Alex. Seuer. 41 p. 986, *quoties de re veſtiaria ſermo eſt, non* galbanum, galbaneum, galbanatum, *ſed* galbinum, *etc. per* i *legendum contendit. Caeterum, quod de colore diximus, firmat* Galgali *auis appellatio, de qua deinde ex Plinio.*

GALBEVM Feſti, *quod interpretatur* ornamenti genus, *an huc pertineat, non dixerim, vid.* CALBEI. *Sed idem* Feſtus *voce* Ruſcum *ſeruauit fragmentum* Catonis ex Originum 7 Mulieres opertae auro — galbeas lineas, pelles, redimicula. *Sic editum adhuc, vt* lineae *veſtes* galbei *coloris intelligi commode poſſint.*

GALBVLVS, i. m. [σφαίριον τῆς κυπαρίσσου] *Pila cupreſſi.* Varr. de R. R. 1, 40, 1 Quaedam enim ad genendum propterea vsque adeo parua, vt ſint obſcura, vt cupreſſi. non enim galbuli, qui naſcuntur, id eſt tanquam pilae paruae corticiae, id ſemen, ſed in his intus primigenia ſemina dedit natura. Globulos *vocat Turnebus Adu. 20, 16 Theophraſti auctoritate motus, qui* σφαιρία *appellat, et ſic emendandum* Varronem *putat. Sed repugnat Scaliger, tum quod* globuli *interpretatione non videbantur egere, tum ex* Vet. Gloſſ. Galgulus, baca, πυρὶν. *Similem varietatem obſeruamus mox in* Galbula *aue, quae eſt Plinio* Galgalus.

GALBŬLA, ae. f. [ἰκτερὸς] *Auis.* Martial. 13, 68 Galbula decipitur calamis et retibus ales : Turget adhuc viridi quum rudis vua mero. *Haec videtur eadem, quae* Galgalus *Plinii, de qua h. v.*

GALE, es. f. [γάλη] Latine Muſtela dicitur, *teſte* Donato *ad* Eun. 4, 4, 22.

GALEA, ae. f. [κόρυς, κράνος, κυνέη] *Munimentum capitis eſt, e corio, ferro, etc.* Plin. 7, 56 Galeam, gladium, haſtam Lacedaemonii inuenere. Nitor galeae claro radiantis ab auro Ouid. Met. 13, 105. Aerea galea Virgil. Aen. 5, 491. Tertius Argolica galea contentus abito Idem Aen. 5, 314. Aurea Virg. Aen. 9, 50. Comans, *vid.* COMA. Criſtata, *vid.* CRISTA. Inſignis Virgil. Aen. 3, 468. Teretes Stat. Theb. 3, 223. Terribilem criſtis galeam Virg. Aen. 8, 629. Venatoria Nep. 14, 3. Imponere galeam alicui Ouid. Epiſt. 13, 140. Induere galeam Caeſ. Bell. Gall. 2, 21. Induitur galeam comantem Virgil. Aen. 2, 392. Reſoluere galeam Ouid. Epiſt. 13, 147. *In Codd. MSS. confundi* Galea *et* Palea *obſeruatum ad* Columel. 8, 2, 2.

GALEARIVS, i. m. Veget. 3, 6. *Sed variae ſunt lectiones. Vid. Stewech. ad* Veget. 1, 10 *fin.* Reticula galearia Non. 3, 188 *ex* Claudio. Galearia a galeae ſimilitudine dicta, Feſt. *Sed* Galerita *legendum obſeruat Scal. v. v.*

GALEDRAGON, i. n. *Herba.* Plin. 27, 10. *Conf. Harduin.*

GALEO, āre. [κρανόω] *Galeam induere.* Hirt. B. Afr. 12 Milites in campo iubet galeari, et ad pugnam parari.

GALEĀTVS, a, um. Partic. [ἱπποχορυςὴς] *Galea indutus. Vt,* Galeata Minerua Cic. de Natur. Deor. 1, 101 c. 36. Iuuen. Sat. 1, 169. Galeatum exordium, *per translationem. Quid ſit autem explicatur a* Sulpicio Victore Inſtitutt. Oratt. p. 248 *Pith.* Vulgare *(de* exordiis *loquitur)* ſi tale ſit, quale eſſe poſſit in omnibus cauſis, nec proprium perſo-

perſonarum aut rerum, de quibus agitur. (Quod idem et galeatum a quibuſdam vocatur, quoniam ita commune eſſe poſſit omnibus cauſis, quemadmodum galea omnibus vulgo poſſit eſſe communis) D. Hieronym. Ep. 106 *ita ſcribit,* Hic prologus ſcripturarum quaſi galeatum principium, omnibus libris, quos de Hebraeo vertimus in Latinum, convenire poteſt. *Intelligit enim hoc principium tanquam omnium librorum communem eſſe galeam, communeque prooemium. Sic Turneb. 3, 18. Sed bene monet* Voſſius Inſt. Orat. 3, 2, 11 p. 113 *verba Sulpicii, quae incluſimus, quaeque abſunt a quibuſdam MSS., eſſe gloſſam ex Hieronymi verbis non ſatis intellectis, qui* galeatum *potius hoc* principium *dixerit, quod eo muniantur canonici libri, ne miſceantur cum apocryphis.*

GALĒNA, ae. f. [μολύβδαινα] Plin. 34, 16 Plumbi nigri origo duplex eſt. Aut enim ſua prouenit vena, nec quidquam aliud ex ſe parit, aut cum argento naſcitur, miſtiſque venis conflatur. Eius, qui primus fluit in fornacibus liquor, ſtannum appellatur: qui ſecundus, argentum: quod remanſit in fornacibus, galena, quae portio eſt tertia addita venae. Haec rurſus conflata, dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus.

GALEOBDOLON, i. n. *et* GALEOPSIS, idis. f. *Lamii ſpecies.* Plin. 27, 9.

GALEŎLA, ae. f. Vas ſinuoſum a galeae ſimilitudine dictum, *auctore* Nonio. Varro de Vita Pop. Rom. 1 Vbi erat vinum in menſa poſitum, aut galeola, aut ſinu? Non. 15, 34.

GALEOS, otis. m. [γαλεὸς] *Piſcis, qui a Latinis Muſtela dicitur.* Plin. 32, 2 Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Graeci antipathiam vocant, nihil eſt vsquam venenatius, quam in mari paſtinaca, vtpote quum radio eius arbores necari diximus. Hanc tamen perſequitur galeos.

GALEŌTAE, arum. m. [γαλεῶται, *apud Aelian.* V. H. 12, 46] *in Sicilia dicebantur* Portentorum interpretes, *teſte* Cic. de Diu. 1, 39 c. 20. *Caeterum* Galeŏtae *verior ſcriptura. Quidam* L *geminant.*

GALERIA Tribus, *vid.* TRIBVS.

GALERITVS, i. m. *et* GALERĪTA, ae. f. [λόφον ἔχουσα] *Auis, quae nunc Alauda dicitur, a criſta quadam, quae galeri ſimilitudine capite prominere videtur: eadem forte, quae* Caſſita *a* caſſide. Varro de L. L. 4, 11 p. 21, 12 Galeritum *appellat,* quod plumam elatam in capite habet. Plin. 10, 49 Quaeque de vna aue galerita priuatim commemorat. *Add.* Id. 11, 37. Sammonic. v. 577. *Proprie homo galero tectum caput habens.* Propert. 4, 1, 29 Prima galeritus poſuit praetoria Lucmo. *Nempe*

GALĒRVS, i. m. *vel* GALĒRVM, i. n. [πῖλεον, κυνῆ] *Pileus rotundus, quod in modum galeae eſſet factus.* Varro de L. L. 4, 23 p. 29 *extr.* Galea ab galero (*quidni* galerus a galea?) quo multi vſi antiqui. Stat. Theb. 1, 305 Et temperat aſtra galero, *de Mercurio.* Horrentes effingens crine galeros Sil. 1, 404 *crines formare in ſpeciem galeae, vel galeri. Sed* Iuuen. Sat. 6, 120 Flauo crinem abſcondente galero, *ficti crines, i. alieni intelliguntur.* Vet. Schol. Crine ſuppoſito, rotundo muliebri capitis tegumento, in modum galeae facto, quo vtebantur meretrices. *Rurſus* Stat. Theb. 4, 303 Arcadii morem tenet ille galeri, *tegit caput galea, vt Mercurius.* Deducere ſibi galerum, *vid.* DEDVCO. Galerum a Pileo *diſtinguit* Suet. in Ner. c. 26 Poſt crepuſculum ſtatim arrepto pileo vel galero popinas inibat. Galerus *etiam* Pontificum. Apuleius Apol. p. 288, 21 Quod Imperatoribus paludamentum, quod pontificibus galerus, quod lituus auguribus, *etc.* Seru. *ad* Aen. 2, 683 Galerum *pontificibus tribuit* pileum ex pelle hoſtiae caeſae. *Sic ipſe* Virgil. Aen. 7, 688 Fuluosque lupi de pelle galeros Tegmen habent capiti: *vbi* Seruius, Genus eſt pilei, quod Fronto genere neutro dicit. *Ergo* hoc galerum. *Add.* Hieron. Ep. 128 ad Fabiolam.

GALERICVLVM, i. n. Dimin. [πιλίδιον] *Capillamentum adſciticium, adhibitum ad caluitiem tegendam.* Martial. 14, 50 *Lemma eſt* Galericulum, *quod ita deſcribitur,* Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos, Hac poteris madidas condere pelle comas. *Sed fuerunt etiam* Galericula *ad ſpeciem crinium naturalium formata.* Sueton. in Othon. c. 12 Galericulo capiti, propter raritatem capillorum adaptato et annexo, vt nemo dignoſceret. *Etiam fuit in tegumentis militaribus: vid.* Frontin. Strat. 4, 7, 29.

GALĒSVS, i. m. [Γαλησός] Fluuius eſt Calabriae, qui iuxta ciuitatem labitur Tarentinam. *Haec* Seruius *enarrans illud* Virgil. Georg. 4, 126

Namque ſub Oebaliae memini me turribus altis,
Qua niger humectat flauentia culta Galeſus,
Corycium vidiſſe ſenem, *etc.*

Conf. Sil. 1, 439. Dulce pellitis ouibus Galeſi flumen Hor. Carm. 2, 6, 10. Et lotam tepido togam Galeſo Martial. 4, 28. ¶ 2 *Viri etiam nomen apud* Virg. Aen. 7, 535.

GALGVLVS, i. m. [ἴκτερος] *Auis genus. Plin.* 10, 33 f. 50. *item* 30, 11 f. 28 Auis icterus vocatur a colore: quae ſi ſpectetur, ſanari illud malum tradunt, et auem mori. hanc puto Latine vocari Galgulum. *Sic et Harduin. Nonnulli legunt* Galbulam. *vid. ſupra* GALBVLA.

GALILAEA, ae. f. *Syriae regio.* Iuuenc. 2, 330 Iamque Galilaeam remeauerat in regionem.

GALLA, ae. f. [κηκὶς] Fructus *quidam ſecundarius arborum glandiferarum, de quo locus velut claſſicus eſt.* Plin. 16, 6 *extr. et* 7 *pr.* Quae glandem ferunt, omnes et gallam, *etc.* Plin. 20, 20 Ceruicis dolores cum galla et lini ſemine pari menſura ſedat. *Sic* Colum. 6, 7, 2. *it.* Scribon. *paſſim.* Galla Syriaca 81. 208. *Add.* Veget. Mulom. 2, 62, 1. *Item Vinum aſperum et atrum ſignificare per metaphoram videtur* Lucilio *apud* Non. *in* Aceroſus 5, 97 Quae gallam bibere ac rugas conducere ventri Farre aceroſo coëgit. Feſtus, *voce* Gallam bibere, Lucilius praemonet parſimonia eſſe vtendum, neque gulae indulgendum, ventremque coarctandum. Virg. Georg. 4, 267 Proderit et tunſum Gallae admiſcere ſaporem. ¶ 2 *Inſtrumentum ſutorium: Gallam ſe ſubigere, dicit ſutor apud* Macrob. Sat. 2, 2.

GALLAICI, *ſ.* GALLAECI, orum. m. [Καλλαϊκοὶ] *Populi Hiſpaniae ſunt Gallis finitimi.* Martial. 4, 39 Nec quae Gallaico linuntur auro. *Al. legunt* Callaico. Gallaica gemma, *vid.* GALAICOS.

GALLECIA, ae. f. *Citerioris Hiſpaniae regio eſt.* Plin. 4, 20. Diues Gallecia Sil. 3.

GALLIA, ae. f. [Κελτικὴ, Κελτογαλατία, Γαλλία] *Europae pars, a lacteo candore populi dicta, vt Graeci putabant, quibus* γάλα *lac eſt.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 1 Gallia eſt omnis diuiſa in partes tres: quarum vnam incolunt Belgae: aliam Aquitani: tertiam, qui ipſorum lingua Celtae, noſtra Galli appellantur. Hi omnes lingua, inſtitutis, legibus inter ſe differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana diuidit. *Et paullo poſt,* Eorum vna pars, quam Gallos obtinere dictum eſt, initium capit a flumine Rhodano, continetur que Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum. attingit etiam a Sequanis, et Heluetiis flumen Rhenum: vergit ad Septentriones. Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni: ſpectant ad Septentriones et Orientem ſolem. Aquitania a Garumna flumine, ad Pyrenaeos montes: et eam partem Oceani, quae ad Hiſpaniam pertinet, ſpectat inter Occaſum Solis et Septentriones. Animoſa Claud. Conf. Honor. 4, 392. Comata Cic. Philipp. 8, 27. Facunda Iuuen. Sat. 15, 111. Impotens irae Liu. 5, 48. Nata in vanos tumultus Idem 5, 37. Nobilis Lucan. 3, 78. Togata, *vid.* TOGA. Gallia Togata, *in qua ſunt* Togati, *h. e.* coloniae ciuium Romanorum Caeſ. Bell. Gall. 8, 24. *Vid. Spanh. Orb. Roman. 1, 12. Cellar. 2, 2 pr.* Tranſalpina Cic. pro Muraen. 89. Vlterior et citerior Id. de Prouinc. Conf. 9.

GALLĬCVS, a, um. Adi. [Γαλλικὸς, Γαλατικὸς] *Qui ex Gallia eſt.* Arua Gallica Ouid. ex Pont. 4, 16, 18. Ager Cic. pro Sext. 9. Copiae Idem de Diuin. 1, 81. Terebra Columel. de Arbor. c. 8. ¶ 2 Gallicae, *Genus calceamenti.* Cic. Philipp. 2, 76 c. 30 Nam quod quaerebas, quomodo rediſſem: primum luce, non tenebris. deinde cum calceis et toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. Gell. 13, 21 Gallicas verbum eſſe puto nouum, non diu ante aetatem M. Ciceronis vſurpari coeptum. Itaque ab eo ipſo poſitum eſt in ſecunda Antonianarum. Cum Gallicis, inquit, et lacerna cucurriſti. Neque in ea ſignificatione id apud quemquam alium ſcriptum lego grauioris duntaxat auctoritatis ſcriptorem: ſed, vt dixi, crepidas et crepidulas prima Syllaba correpta id genus calceamentum appellauerunt, *etc. vid.* CREPIDA.

GALLICĀNVS, a, um. Adi. [Γαλατικὸς] Gallicanae res Cic. pro Quint. 15. Varro de R. R. 1, 32, 2 Caeteraque, quae alii legumina, alii (vt Gallicani quidam) legaria appellant. *Add.* Columel. 5, 1, 6. Catulus Gallicanus Catull. 43, 9.

GALLVS, i. m. [Γαλάτης] *Qui ex Gallia eſt.* Rebellis Gallus Virgil. Aen. 6, 859. Robore valent Galli, numero Hiſpani, Poeni calliditate, Graeci artibus Cic. de Aruſp. Reſp. 19. Gallum, pro Gallorum. antiquum. Varro Eumenidib. Puditatem, an pudorem Gallum coepit mihi videri. Nonius 8, 32. ¶ 2 Gallus, [Γάλλος] *Fluuius Phrygiae, cuius aqua potantes facit furere.* Ouid. Faſt. 4, 361 Amnis it inſana nomine Gallus aqua. *Hinc dicebantur* Galli *ſacerdotes Cybeles deae Phrygiae, qui ſe caſtrabant, et inter ſacrificandum furioſe ſe gerebant.* Lucan. 1, 566 Crinemque rotantes Sanguineum populis vlularunt triſtia Galli. Cybele Galla Catull. 62, 12. *Sed alii Gallas vocari putant ſacerdotes Cybeles. Conf. Voſſ. p. 162.* ¶ 3 Gallus, i. m. [ἀλεκτρυὼν, ἀλέκτωρ] *Nota auis.* Cic. de Diu. 1, 74 Gallos gallinaceos in eo loco ſic aſſidue canere coepiſſe. *Add.* Idem pro Mur. c. 29. Nondum Criſtati rupere ſilentia galli Martial. 9, 68. Spado Petron. c. 55. *i. caſtratus, capo.* Canorum animal gallus gallinaceus Cic. de Diuin. 2, 56 c. 34. Gallus gallinaceus laceroſus, *vid.* LACERTVS. Cantant ante lucem galli Cic. de Diuin. 2, 57. Gallus in ſterquilinio ſuo plurimum poteſt Prou. *ap.* Senec. de Morte Claud. Victi galli ſilere ſolent, canere victores Cic. de Diuin. 2, 56. Sub galli cantum Horat. Serm. 1, 1, 10. Cic. in Piſon. 67 c. 27 *de Piſone epulante,* Vbi galli cantum audiuit, auum ſuum reuixiſſe putat, menſam tolli iubet. *Nimirum, quod ex tertio fragmento huius orationis conſtat, Piſonis auus paternus fuit Gallus.* Fauent faucibus ſilentio noctis galli, rurſus cantu plauſuque premunt alas Cic. de Diuin. 2, 57.

GALLĪNA, ae. f. [ἀλεκτορὶς, ὄρνις] *Femina in genere gallinaceo.* Ter. Phorm. 4, 4, 27 Anguis per impluuium decidit de tegulis, gallina cecinit. Africanae, cohortales, ruſticae Colum. 8, 2. Varro R. R. 3, 9. Cic. Acad. 4, 57 Gallinas alere. *Et* Martial. 13, 62 Gallina altilis. Adeps gallinae Scribon. 39. Abundat porco, haedo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle villa locuples Cic. de Senect. 56. Gallinae filius albae Iuuen. Sat. 13, 141. *vid.* ALBVS. *Conf. Eraſm. Chil.* Canens gallina denotat Vxorem eſſe marito ſuperiorem, *vt obſeruat* Donatus *ad* Ter. Phorm. 4, 4, 27 Gallina cecinit. Dura, *i. non tenera* Horat. Serm. 2, 4, 18. Numidica, *vid.* NVMIDIA. Peperit ouum gallina Cic. Acad. 4, 57. Has literas ſcripſerat gallina Plaut. Pſeud. 1, 1, 28. Supponere oua gallinis Cic. de N. Deor. 2, 124. Ad gallinas, *vid.* AD. Suet. Galba c. 1. Gallinae *etiam vocantur Meretrices, quia omnia ſpargunt et abſumunt. Vid. Taubmann. ad* Plaut. Pſeud. 1, 1, 28. *Inter blandimenta amantium eſt apud* Plaut. Aſin. 3, 76.

GALLINVLA, ae. f. Dimin. Arnob. 7 p. 215. Auien. in Prognoſt. Arat. v. 387.

GALLINACEVS, a, um. Adi. [ἀλεκτορικὸς] *Quod ex gallinis eſt. Vt,* Pullus gallinaceus, *et* Oua gallinacea Varro de R. R. 3, 9. Cic. de Diuin. 2, 29 c. 12 Gallinaceum fel. Vt vel lactis gallinacei ſperare poſſis hauſtum Prou. *ap.* Plin. prooem. Op. Mas gallinaceus Columel. 8, 2. Gallinaceus pyctes Idem 8, 2, 5. Gallinaceus, *ſine adiuncto, idem, quod Gallus.* Plin. 37, 105 Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inuentas cryſtallina ſpecie. *Sic* 8, 16 Gallinaceorum criſtae. *Add.* Suet. Vit. c. 9, 4.

GALLINARIVS, a, um. Adi. *Hinc* Gallinaria Inſula Liguſtici maris, a copia gallinarum dicta Varro de R. R. 3, 9. *Item* Silua *in Campania prope Cumas* Cic. Fam. 9, 23. *Haec* Gallinaria Pinus Iuvenal. 3, 307. Celſ. 8, 15 Sic brachium deligatum ſuper ſcalae gallinariae gradum traiicitur, ita alte, vt homo ipſe conſiſtere non poſſit. ¶ 2 Gallinarius, *qui curat gallinas.* Plin. 10, 55 Traditur quaedam ars gallinarii cuiusdam dicentis, quod ex quoque (*gallina ouum*) eſſet. *Vid.* Cic. Acad. 4, 85 c. 26. Varro de R. R. 3, 9. ¶ 3 Gallinarium, [ὀρνιθὼν] *Locus, in quo gallinae nutriuntur.* Colum. 8, 3 Gallinaria conſtitui debent parte villae, quae hibernum ſpectat Orientem.

GALLICINIVM, i. n. [ἀλεκτρυοφωνία] *Pars noctis appellata eſt, in qua galli cantant.* Apul. Met. 8 *pr.* Noctis gallicinio venit quidam iuuenis proxima ciuitate. Vnde ſecundis galliciniis videtur primi ſolis exortus Ammian. 22, 33.

GALLVLO, āre. *et* GALLVLASCO, ĕre. Pubeſcere. *Obſoletum.* Naeuius *apud* Nonium 2, 368 Puerum mulieri praeſtare nemo ſcit, quanto melior ſit, cuius vox gallulaſcit, cuius iam ramus roboraſcit.

GALLIAMBVS, i. m. *Carmen ex Iambico metro peculiari, quod dedit* Catul. Carm. 62 Super alta vectus Atys celeri rate maria, *etc.*

Deſcri-

Deſcribit Terentianus Maurus *verſus finem opuſculi, et dictum vult inde,* Tremulos quod eſſe Gallis (*illis Cybeleiis, de quibus* n. 3) habiles putant modos. Martial. 2, 86 Mollem debilitate Galliambum.

GALLICRVS, uris. n. *Herba.* Apul. de Herb. c. 44. *Separatim ſcribendum videtur* Galli crus.

GALLO, āre. Bacchari, more ſacerdotum Cybeles. Varro *apud* Non. 2, 382. *vid.* GALLVS, *Fluuius*, n. 2.

GALLOGRAECI, orum. m. [Γαλλογραῖκοι] *Iidem ſunt, qui* Galatae, *ad quos Paulli epiſtola exſtat. eorum regio* Galatia, *quam Gallorum aliquot populos inſediſſe.* Plin. 5, 32 *teſtatur. Locus claſſicus de illis eſt* Liu. 38, 16 ſq.

GALLOGRAECIA, ae. f. *Galatia.* Liu. 37, 8 *etc.*

GALLONIVS, i. m. [Γαλλόνιος] *Vir ſumtuoſus, de quo* Cic. pro Quint. 94. Idem de Fin. 2, 90 Sed qui ad voluptatem omnia referens, viuit, vt Gallonius, loquitur, vt frugi ille Piſo.

GALVMMA, atis. n. *Velamen.* Mart. Capella l. 1 p. 18 *eſt* Calymma, κάλυμμα.

G A M

GAMBA, ae. f. *Vngula iumenti.* Veget. Mulom. 3, 19. *it.* 1, 27. *Conf. Salmaſ. ad* Hiſt. Aug. p. 292.

GAMBŌSVS, a, um. Adiect. Idem 3, 20, 1. *i. gamba vel pede laborans.*

GAMELION, ōnis. m. [Γαμηλιών] *Menſis Ianuarius, Iunoni ſacer propter nuptias.* Cic. de Fin. 2, 101 c. 31 Menſe Gamelione.

GAMMA, n. *indecl. Litera tertia in Graeco Alphabeto. Eſt et figura huius literae* Γ *apud agrimenſores. Vid. Goeſ. Ind. in* Auct. rei Agrar.

GAMMĀTVS, a, um. Adi. *Hanc figuram habens : vt,* Limes gammatus Idem ibid.

GAMMĂRVS, i. m. [καρκῖνος] *Aquaticum animal ſimile cancro: vel (vt quidam putant) ipſe cancer: cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur, coctus fit rubens.* Martial. 2, 43 Concolor in noſtra, gammare, lance rubes. *Vbi nonnulli ſcribunt,* Cammare. *Veneti adhuc hodie nomen retinent.* Plin. *autem* 9, 31 *genus cancrorum* Leonem *appellat : quod nomen Maſſilienſes etiam habent.* Dimidio conſtrictus gammarus ouo Iuuenal. Saturn. 5, 84. *Vid.* CAMMARVS.

GAMPHASANTES, ium. m. [Γαμφάσαντες] *Aethiopiae populi.* Plin. 5, 8 Gamphaſantes nudi, praeliorumque expertes, nulli externo congregantur.

G A N

GANEA, ae. f. *vel* GANEVM, i. n. *Locus, voluptatibus cibi et potus deſtinatus. Sed nec alia libido excluditur.* Non. 2, 387 *vocat* loca vinulentiae et libidini apta. Feſtus, Ganeum locum abditum ac velut ſub terra dixerunt. Donatus: Veteres Ganeum meritoriam tabernam dixerunt: ἀπὸ τᾶς γᾶς, τȣτ᾽ ἔϛι τῆς γῆς, quod ipſa ſit in terra, non vt coenacula, ſuperius. *Haec* Donatus *ad* Ter. Adelph. 3, 3, 5 Vbi ego illum quaeram ? credo abductum in ganeum. Vnum ad potentiam iter, prodigis epulis et ſumtu ganeaque ſatiare inexplebiles Vitellii libidines Tacit. Hiſt. 2, 45. Ventris et ganeae paratum Idem Hiſt. 3, 52. Inter ganeas et ſtupra Idem . . . Columel. in prol. Mox deinde, vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus. Plin. in Paneg. c. 49 Rurſus te ad clandeſtinam ganeam occultumque luxum refers. Liu. 26, 2 Et eum in ganea, luſtriſque vbi iuuentam egerit, ſenectutem acturum. Varro *apud* Non. 3, 107 Qui ſe in ganeum accenſum coniecit amicae. *Si Hexameter eſt, vt videtur, docet, priores duas Syllabas longas eſſe. An* ganeum accenſum *ipſum ſpecus libidinis muliebre dixerit, non ſatis liquet. Eſt quidem vero ſimile.* Popinas ganeaſque inhibere Sueton. Tib. c. 34. *Add.* Id. Ner. c. 27. Cic. in Piſon. 13 Paulliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atque ſumo.

GANEARIVS, a, um. Adi. Varro de R. R. 3, 9, 18 Triclinium ganearium. Vet. Gloſſ. ἀκόλαϛος, ἐξώλης, Ganearius, laſciuus, libidinoſus. Ἀσελγὴς, Ganearius, *etc.*

GĀNEO, ōnis. m. *Qui Ganeas frequentat.* Πηλοδύτης, ganeo, tabernarius, Vet. Gl. Λίχνος, καταφαγὰς, λωποδύτης, λίμβος, λαίμαργος Idem. Non. 2, 387 Ganeones a Ganeis dicti, vt Popinones. *Laudat* Varronem, Et hoc intereſt inter Epicurum et Ganeones noſtros, quibus modulus eſt vitae culina. Cic. Cat. 2, 71 Quis ganeo, quis nepos, quis adulter, *etc.* Ter. Heaut. 5, 4, 11 Si ſcire vis, ego dicam : gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, damnoſus. Cincinnatus Cic. poſt redit. in Senat. 11. *Primam produxit* Iuuenal. 11, 58 Sed laudem ſiliquas occultus ganeo, pultes Coram aliis dictem puero; ſed in aure placentas. *Sed* Gulam ganeonis ineſcent Prudent. Hamart. v. 322 *prima breui.* Egentiſſimus ganeo Cic. pro Sext. 111 c. 52.

GANGABAE, arum. m. Curt. 3, 13, 7 Gangabas Perſae vocant, humeris onera portantes.

GANGARIDAE, ārum. m. [Γαγγαρίδαι] (*inquit* Curtius 9, 2) Populi ſunt inter Aſſyrios et Indos iuxta Gangem. Virg. Georg. 3, 27 In foribus pugnam ex auro, ſolidoque elephanto Gangaridum faciam, victoriſque arma Quirini. *Caeterum illi populi Indiae a Ptolemaeo* Gangaridae, *ab aliis* Gandaridae *vocantur. Eorum etiam regio a Strabone* Gandaritis *appellatur.* Valerius *autem* Flaccus Gangaridas *populos Scythiae commemorat hoc verſu* 6, 67 Miſit in arma Darabs, acies quem Martia curru Gangaridum, *etc.*

GANGES, is. m. [Γάγγης] *Indiae fluuius maximus.* Ouid. Met. 4, 21 Decolor extremo qua tinguitur India Gange. Lato ſpatiantem flumine Gangem Ouid. Triſt. 5, 3, 23. Pulcher Virg. Georg. 2, 137. Rapidus Lucan. 8, 227. Tepidus Ouid. in Ibin. 138.

GANGETĬCVS, a, um. Adi. [Γαγγητικὸς] Columel. 8, 8 Iam nunc Gangeticas et Aegyptias aues eructant. Nemus Sen. Med. f. 11. Tellus Lucan. 4, 64.

GANGILION, *ſ.* GANGLION, i. n. [γαγγλίον] *inter* tubercula *refert* Celſus 7, 6, *et ſignat eo, quod* renitantur. Veget. Mulom. 2, 30, 1 Ganglion eſt tuber, quod fit ex duplicatione nerui, cum tumore immobili.

GANGRAENA, ae. f. [γάγγραινα] *Cancri ſpecies ſecundum* Celſum 5, 26, 31 in prominentibus membris, id eſt inter vngues, et alas, vel inguina; fereque in ſenibus, vel in his, quorum corpus mali habitus eſt. Caro illi vlceri vel nigra, vel liuida eſt, ſed ſicca et arida, *etc. Recte ergo* Non. 2, 375 Gangraena eſt cancer. *Laudat deinde* Lucil. Serpere vti gangraena malo atque herpeſtica poſſet. Varronem, Non vituperamus, cum ſciamus digitum praecidi oportere, ſi ob eam rem gangraena non ſit ad brachium ventura. *Et,* Quo facilius animaduertatur per omnes articulos populi hanc gangraenam ſanguinulentam permeaſſe.

GANIAEA, ae. f. *Gemma.* Plin. 37, 10. *al.* Ganianes.

GANNIO, īui *et* ii, ītum, īre. [σκύζειν, Vet. Gloſſ.] Proprie vulpes aut canes gannire dicuntur, *auctore* Donato. Varro de L. L. 6, 56 p. 81, 30 *ponit inter ea, quae* ab animalium vocibus translata. *Vid.* Non. 6, 10. *Douſ. ad* Plaut. p. 28. *Voſſ. Inſtit. Orat.* 4 *p.* 241. Ter. Adelph. 4, 2, 17 Quid ille gannit? quid vult? Perſ. 5, 96 Stat contra ratio, et ſecretam gannit in aurem. *Al.* garrit.

GANNĪTVS, ûs. m. [κνύζημα] *Vox vulpis aut canis proprie dicitur.* Gannitus triſtis Nereidum Plin. 9, 5. Gannitus, eſt proprie veluti Ploratus vapulantium Donatus *ad* Ter. *l. ſupra c.*

At catulos blande quum lingua lambere tentant,
Aut vbi eos lactant pedibus morſuque petentes,
Suſpenſis teneros imitantur dentibus hauſtus,
Longe alio pacto gannitu vocis adulant Lucret. 5, 966.

Mart. 5, 61 *ad detractorem,* Allatres licet vſque nos et vſque, Et gannitibus improbis laceſſas; Certum eſt hanc tibi pernegare famam, *etc.*

GANNITIO, ōnis. f. Feſtus, Canum querula murmuratio.

GANNO, āre. [χλευάζω] Gloſſ. Gr. Lat. *Fuerit itaque deridere, ludibrio habere.*

GANNĀTOR, ōris. m. [χλευαϛὴς] Gloſſ. Gr. Lat.

GANNATŪRA, ae. f. Adhelm. de Virginit. c. 28. *Voſſ. de L. L.* 3, 13.

GANYMĒDES, is. m. [Γανυμήδης] *Trois filius formoſiſſimus, quem quum Iupiter deperiret, iuſſit in caelum ab aquila portari, et ſibi a poculis eſſe, Hebe nympha deiecta.* Cic. Tuſc. 1, 65 c. 26 Nec Homerum audio, qui Ganymedem a DIs raptum ait propter formam, vt Ioui bibere miniſtraret. Rapti Ganymedis honores Virg. Aen. 1, 28. Flauus Hor. Carm. 4, 4, 4. Phrygius Ouid. Met. 10, 195. *Latini corruperunt in* Catamitus, *v. v. Inter XII ſigna* Aquarius *quibusdam videtur. Vid.* Hygin. Poët. Aſtron. 2, 19.

GANYMEDĒVS, a, um. Adi. Lactant. 1, 11 Ganymedea fabula. Martial. 9, 17 Nec Ganymedeas mallet habere comas.

GANZA, ae. f. *Anſer.* Plin. 10, 23. *Harduin.* Ganta.

G A R

GARAMAS, antis. *et Plural.*

GARAMANTES, um. m. [Γαράμαντει] *Populi Libyae, a* Garamante *Apollinis filio cognominati, qui ibi* Garama caput Garamantum *ex ſuo nomine condidit. Vid.* Plin. 5, 5. Inops Garamas Sen. Hippol. f. 2. Extremi Garamantes Virg. Ecl. 8, 44. Nudi Lucan. 4, 334.

GARAMANTIS, ĭdos. f. Patronym. [Γαραμαντὶς] Virgil. Aen. 4, 198 Rapta Garamantide nympha.

GARAMANTĬCVS, a, um. Adi. [Γαραμαντικὸς] Garamantica ſigna Sil. 1, 142.

GARAMANTĪTES, ae. m. *Gemma.* Plin. 37, 7.

GARGĀNVS, i. m. [Γάργανον] *Celebris mons Apuliae, ſubtus quem habitantes, proprie Apuli dicuntur.* Lucan. 5, 380 Appulus Hadriacas exit Garganus in vndas. Sil. . . In nemore aut agitet Gargano terga ferarum. Horat. Epiſt. 2, 1, 202 Garganum mugire putes nemus. Idem Carm. 2, 9, 6 Aquilonibus Querceta Gargani laborant. Claud. de Conſ. Hon. 4, 106

Cingite vos fluuiis, vaſtas opponite ſiluas
Garganum Alpinis, Appenninumque niualem
Permiſtis ſociate iugis.

Add. Virgil. Aen. 11, 247.

GARGARIDIO, āre. *Idem, quod Gargarizo.* Nonius 2, 371. Varr. Epiſt. ad Fuſium, Quintiporis clodicant foriae ac poëmata eius, gargaridians dices, ô fortuna, ô ſors fortuna. *Videtur idem, quod* λαρυγγίζειν *Graecorum, et ad affectatum ſonum e dilatato gutture protruſum referri. Non differt puto ab vſitatiore* Gargarizo, *pro quo ſignificatione illa Medicorum propria poſuit* Priſc. 1, 17. *Vt* Zeta, *pro* diaeta, *etc. Vid.* Lactidio, Catomidio, Glycyrridia.

GARGARĬCVS, a, um. Adiect. Lucus Gargaricus Auſon. Epiſt. 25, 16.

GARGĂRVS, i. m. *in Pl.* GARGARA, ōrum. n. [Γάργαρα] Cacumen montis Idae : dictum (*inquit* Seruius) quaſi κάρα κρατὸς: id eſt caput capitis, altitudinis altitudo. κάρα enim eſt ἡ κεφαλή. Ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes Virgil. Georg. 1, 103. Gargarus, *Oppidum poſitum in imis radicibus montis Idae : tanta frumenti copia abundans, vt qui magnum cuiusque rei numerum vellet exprimere, pro multitudine immenſa nominaret. Vnde et* Ouid. de Arte Am. 1, 56 Gargara quot ſegetes, quod habet Methymna racemos. *Vid. diligenter* Macrob. Saturn. 5, 90. Gargarus, *Lacus eſt Phrygiae, iuxta Idam montem, ex quo lacu Scamander et Simois fluuii decurrunt.*

GARGARIZO, āre. [γαργαρίζω] *Saepe ad gurgulionem, id eſt guttur, reuocare. Vid.* Scribon. 66. 230. Plin. 20, 17 Voci ſuccus ſub certamine vtilis : et qui gargarizatur vua tumente, adiecta menta. Prodeſt contra anguinas calidum gargarizatum Plin. 23, 2. Solani ſuccus tepens benefacit gargarizatus Scrib. Comp. 53. Celſ. 4, 2 In vetuſto capitis dolore communia ſunt, ſternutamenta excitare, inferiora vehementer perfricare, gargarizare his, quae ſaliuam mouent. *Add.* Plin. 20, 6. Celſ. 4, 4.

GARGARIZATIO, ōnis. f. [γαργαριϛμὸς] Plurima gargarizatio lactis Scribon. 57. Plin. 30, 4 Tonſillas et fauces lactis ouilli gargarizatio adiuuat. *Sic* 22, 25. Gargarizationes Plin. 23, 1. *De actu ipſo gargarizandi* Plin. 23, 2. Celſ. 4, 7.

GARGARIZĀTVS, ûs. m. [γαργάρισμα] *Idem, quod Gargarizatio.* Scrib. 53. Plin. 21, 19. *Add.* 28, 12.

GARGARISMA, atis. n. Oct. Horatian. 1, 10 *medicamentum.*

GARGARISMATIVM, i. n. Theod. Priſcian. 1, 12. Marc. Empir. c. 13.

GARIOPHYLLVM, i. n. Plin. 17, 7. *vid.* CARYOPHYLLVM.

GARGITIVS, i. m. *Venator nobilis, de quo* Hor. Epiſt. 1, 6, 58.

GARGILIĀNVS, i. m. *Cinaedus quidam apud* Martial. 3, 30.

GARRIO, īui, ītum, īre. [κωτίλλω, φλυαρέω, ϛωμύλλω] *Proprie auium eſſe videtur. Vid.* GARRVLVS. *Deinde ſermo otioſorum, amantium infantium.* Luſciniae in ſolitudine Africana canticum adoleſcentiae garriunt Apul. Flor. 3 p. 358, 23. Cic. Att. 12, 1 Cum coram ſumus, et garrimus, quidquid in buccam venit. *Et* 6, 2 Cupiebam etiam nunc plura garrire : ſed lucet, vrget turba, *etc.* Ibid. *de ſermone infantis,* Vt — ſciam, quid garriat. Ter. Heaut. 3, 2, 25 Garris, *i. nihil, quod ad rem faciat, dicis.* Cic. de Orat. 2, 21 c. 5 Nam et ſaeculis multis ante gymnaſia inuenta ſunt, quam in his Philo-

Philoſophi garrire coeperunt. Multa illi Philoſophi garriemnt contra corporis ſenſum Auguſtin. de Trinit. 15, 12. Garrire nugas Plaut. Curc. 5, 2, 6. Martial. 1, 90 Garris in aurem ſemper omnibus Cinna. Beda de Orthogr. p. 2636 Garrit, ſubtiliter murmurat. Martial. 3, 93 Meliusque ranae garriant Rauennates. Impunitas garriendi Cic. de Nat. Deor. 1, 109. *Partic.* Apul. Met. 3 p. 138, 9 Sic nobis garrientibus libido mutua animos — ſuſcitat. *Sed Elmenh.* gannientibus. *Sed* 8 p. 205, 23 Sed illa — inſtanter garrienti ſubmiſſeque deprecanti, *etc.* *Et* 9 p. 227, 12 Hactenus adhuc anicula garriente, *i. narrante hiſtoriam peccare docentem.*

GARRĪTVS, ûs. m. Sidon. Epiſt. 8, 6.

GARRĪTOR, ōris. m. Ammian. Marcell. 22, 9.

GARRV̆LO, āre. Fulgent. Myth. 1.

GARRVLĪTAS, ātis. f. [ἀδολεσχία] Martial. 5, 53 Crede mihi quamuis ingentia Poſthume dones, Auctoris pereant garrulitate ſui. Pueri garrulitate amabiles Sueton. Auguſt. c. 83. Quem non in ſe conuertet, et abducet infixum cogitationibus illa neminem ſatiatura garrulitas Sen. ad Helu. c. 16. Extemporalis Quinct. 2, 4. Rauca picarum Ouid. Met. 5, 678.

GARRV̆LVS, a, um. Adi. [ἀδόλεσχος, κωτίλος] *Qui abundat vanis et inanibus verbis.* Percontatorem fugito, nam garrulus idem eſt Horat. Ep. 1, 18, 69. Ter. Adelph. 4, 4, 15 Sed me reprehendi tamen, ne quid de fratre garrulae illi dicerem, ac fieret palam. Aues garrulae, dicuntur, *interprete* Nonio 4, 220, Canorae et hilares. Virg. Georg. 4, 307 Garrula quam tignis nidum ſuſpendit hirundo. Plin. 10, 29 Luſciniis diebus ac noctibus continuis quindecim, garrulus ſine intermiſſu Cantus. Diſciplinam infantiae garrulam contemnere Auct. ad Herenn. 2, 16. Fama Sen. Herc. fur. ſ. 4. Fiſtula Tibull. 2, 5, 30. Hirundo Virgil. Georg. 4, 307. Lingua Ouid. Amor. 2, 2, 44. Lyra Tibull. 3, 4, 38. Noctua Plin. 18, 35. Riuus Ouid. Faſt. 2, 316. Martial. 14, 54 Haec quatiat tenera garrula Siſtra manu. ¶ 2 Garrulus, *inquit* Nonius 4, 220 dicitur Cordatus. Varro Periplus 1 In hac ciuitate tum regnabat Dionyſius homo garrulus et acer.

GARRVLIVM, i. n. *Idem, quod Garrulitas.* Gu. Brito 62 *et* 501.

GARIMATIVM, i. n. *Ius gelatum, Gelée.* Porcellina Theod. Priſcian. de Diaeta c. 6.

GARRITĪDO, *Sic ſunt, qui ſcribant pro* Gargaridio, *v. v.*

GARVM, i. n. [γάρον] *Liquamen, de quo locus claſſicus* Plin. 31, 7 *et* 8 ſ. 43 Aliud liquoris exquiſiti genus, quod garon vocauere, inteſtinis piſcium, caeteriſque, quae abiicienda erant, ſale maceratis, vt ſit illa putreſcentium ſanies. Hoc olim conficiebatur ex piſce, quem Graeci garon vocabant — Nunc e ſcombro piſce laudatiſſimum in Carthaginis Spartariae *(nouae in Hiſpania)* cetariis: Sociorum id appellatur (Socios *intellige Publicanos, negotiationis illius conductores)* ſingulis millibus nummum permutantibus congios fere binos. Nec liquor vllus praeter vnguenta maiore in pretio eſſe coepit nobilitatis etiam gentibus. (*intell.* Scombrorum) — Et garo ambuſta ſanantur, *etc.* *Formulam parandi Gari habemus in Geopon. 20 extr. breviter, Inteſtina piſcium ſaliuntur, in ſole inueterantur, circumagendo te nuantur, liquamen colatum garum eſt: retrimentum et vt loquitur* Plin. *l. c.* ſ. 44 *pr.* Vitium eius eſt alex, imperfecta nec colata faex. Martial. 13, 102 *cui lemma*, Garum ſcombrorum, *al.* ſociorum, Exſpirantis adhuc ſcombri de ſanguine primo Accipe faecoſum, munere cara, garum. *Add.* 13, 82. *et* 7, 26. Horat. Sat. 2, 8, 46 *laudatur* Garum de ſucco piſcis Iberi. Plin. 9, 17 *de mullis*, M. Apicius ad omne luxus ingenium mirus, in ſociorum garo (nam ea quoque res cognomen inuenit) necari eos praecellens putauit, atque e iecore eorum alecem excogitare prouocauit. Senec. Epiſt. 96 Quid illud ſociorum garum, pretioſam malorum piſcium ſaniem, non credis vrere ſalſa tabe praecordia? Apicius *fere* Liquamen *appellat: vid. Liſter ad* 7, 7, 5. *et Humelberg. ad* 7, 13, 4. *Add. Nonn. de re cib.* 3, 44. *Wower. ad Petron.* 36. *Scalig. Auſon. Lect.* 2, 28. *In vſu medicorum* Garum *eſt omnis piſcium et carnium muria, quae depaſcentia vlcera ſiſtere creditur, Dioſcor.* 2, 34. *Add.* Col. 6, 34, 2. *et* 38, 2.

GARVMNA, ae. m. [Γαρύνας] *Galliae fluuius ex Pirenaeo monte delapſus, qui Celtas ab Aquitania ſeparat.* Tibull. 1, 7, 11 Magnusque Garumna. *Vid.* Melam 3, 2.

GARVS, i. m. *Piſcis marinus, ex quo Garum factum eſt.* Plin. 31, 7. *et* 32, 4, *et* 5, *et* 7, *et* 11. *Vid.* GARVM *ſupra.*

G A S

GASIDĀNIS, is. f. *Gemma.* Plin. 37, 10.

GASTER, tri. n. *ſiue* GASTERIVM, i. n. *Vas fictile, ſi audimus* Vet. Gloſſ. Petron. c. 79 Per gaſtrorum fragmenta traximus cruentos pedes. *Sed alii* Glarearum *hic legunt: alii aliter: nihil certi.*

GASTRA, ae. f. *vel* GASTRVM, i. n. Ventroſum vas: *vid. Boſch. ad* Petron. c. 71. *Caſaub. ad* Suet. Veſp. c. 23.

GASTRIMARGIA, ae. f. *Ingluuies. Graecum eſt* γαστριμαργία, *vſurpatum tamen* Hilar. in hymn.

G A V

GAV, *pro Gaudium.* Auſon. Eidyll. 12 Ennius vt memorat, replet te laetificum Gau.

GAVDIVM, i. n. [χάρα, χάρμα, χαρμονή, χαιροσύνη] *Eſt Affectio animi alicuius praeſentis boni opinione concepta.* Cic. Tuſcul. 4, 13 c. 6 Nam quum ratione animus mouetur placide atque conſtanter: tum illud gaudium dicitur. *Conf.* Sen. Ep. 59. Communia gaudia Lucret. 4, 1190 *de libidine Venerea.* *Sic etiam* Idem 5, 852. Horat. Od. 3, 6, 27. Propert. 2, 11, 9. Crudelia Ouid. Met. 6, 653. Damnoſa Claud. de Conſ. Honor. 4, 333. Grande Tac. Hiſt. 1, 20. Inane Quinctil. 2, 4. Inaeſtimabile, *vid.* INAESTIMABILIS. Ingens, *vid.* INGENS. Lacrimoſa Claudian. de Bell. Get. 407. Mala mentis Virgil. Aen. 6, 278. Mutua Lucret. 5, 852. Sordida nunquam Stat. Silu. 3, 5, 18. Vana Horat. Epiſt. 2, 1, 188. Vdum gaudium, *quod lacrimas exprimit* Mart. 10, 78. ¶ 2 Accipere gaudium, *vid.* ACCIPIO. Adire gaudia Tib. 1, 6, 3 *de fructu Veneris. Vid. mox* Rapturo. Admiſit gaudia duro vultu Lucan. 2, 373. Aduocari gaudiis, *h. e. ad gaudia* Horat. Carm. 4, 11, 14. Afferre inopina gaudia alicui Stat. Silu. 1, 2, 46. Afficere aliquem gaudio Cic. de Fin. 5, 69 c. 24. Affici gaudio Idem Fam. 9, 14. Agitare gaudia, *vid.* AGITO. Aſſerere gaudia, *vid.* ASSERO. Capere gaudia Ouid. Met. 7, 513. Colligere gaudia, *vid.* COLLIGO. Compleri gaudio Cic. de Fin. 5, 69. Conuertere gaudia in diuerſum, *vid.* CONVERTO. Contaminare gaudium Ter. Eun. 3, 5, 4. Cumulare gaudium, *vid.* CVMVLO. Cumulari gaudio Cic. Fam. 9, 14. Dare gaudia pacta Ouid. de Arte Am. 3, 462. Declarant gaudia vultu Catul. 62, 34. Deſipere gaudio Cic. Fam. 2, 9. Duplicare gaudium Idem Fam. 16, 21. Efferri gaudio Cic. Fam. 10, 12. Emta gaudia Stat. Theb. 9, 55. Eſſe gaudium: Cic. anteq. iret in exil. 103 Quod putaui Fore gaudium, id exſtitit exitium. Exilire gaudio Idem Fam. 16, 16. *Et* in Catil. 1, 26 c. 10 Hic tu qua laetitia perfruêre, quibus gaudiis Exultabis, quanta in voluptate bacchabare, cum, *etc.* Fungi gaudio Tacit. Hiſt. 2, 55. *vid.* FVNGOR. Indulgere gaudio, *vid.* INDVLGEO. Mori inter gaudium, *vid.* INTER. Mutare gaudium moerore, *vid.* MVTO. Oblectare gaudio, *vid.* OBLECTO. Percipere gaudium Plin. Epiſt. 2, 10. Pertentant gaudia pectus Virgil. Aen. 1, 502. Pertentant gaudia mentem Id. Aen. 5, 828. Gaudia Rapturo ſi quis tibi claudere vellet Aërios aditus: quo paterere modo? *Leander ad Borean de Orithyia*, Ouid. Her. 18, 44. Gaudia non Remeant, ſed fugitiua Volant Mart. 1, 16.

GAVDIOLVM, i. n. Plauti *eſſe dicitur.*

GAVDEO, gauiſus ſum, ēre. [χαίρω, γηθῶ] *A boni ſenſu vel cogitatione iucunde affici. Apud Philoſophos interdum differunt* Gaudere *et* Laetari. Cic. Tuſcul. 4, 66 c. 31 Atque vt confidere decet, timere non decet; ſic quidem gaudere decet, laetari non decet; quoniam docendi cauſa a gaudio laetitiam diſtinguimus. De aliqua re Cic. Fam. 7, 2. Ter. Heaut. 5, 1, 12 Gaudere adeo coepit, quaſi qui cupiunt nuptias. Gaudere, et bene rem gerere, *Salutationis loco poſuit* Horat. Epiſt. 1, 8, 1 *more Graecorum,* ἀντὶ τοῦ χαίρειν, καὶ εὐπράττειν. Cic. Att. 9, 9 Meum factum probari abs te, Triumpho et gaudeo. Tuo iſto tam excellenti bono gaude, et fruere, cum fortuna et gloria, tum etiam natura et moribus tuis Cic. pro Marcell. 10 c. 6. Id tu nos obtinuiſſe non modo facile patiare, ſed etiam gaudeas Idem Attic. 16, 17. *Conf.* Id. pro Sulla c. 85. Animo gaudere Plaut. Stich. 1, 3, 53. Martial. 4, 90 — animo gaudens, ac foenore liber. Carmine tu gaudes, hic delectatur iambis Horat. Epiſt. 2, 2, 59. Dubie gaudet, fallique veretur, *al. timide* Ouid. Met. 10, 287. Equo gaudet acri Virgil. Aen. 4, 157. Ter. Phorm. 3, 2, 9 Crede mihi, gaudebis Facto: verum hercle hoc eſt. *Sic*, Gaudere ruinis inimicorum Liu. 39, . . Ter. Heaut. 4, 8, 16 Vah, Fruſtra igitur gauiſus miſer. Gaudia gaudere Idem Andr. 5, 5, 8. Cic. Fam. 8, 2 In theatrum Curionis Hortenſius introiit, puto, vt ſuum Gaudium gauderemus, *i. vt ſibi gratularemur.* Plaut. Perſ. 5, 1, 24 Bene ei, qui inuidet mihi, et ei, qui hoc gaudio gaudet. Ter. Andr. 2, 2, 25 Quum illo aduenio, ſolitudo ante oſtium: iam id gaudeo. Cic. Q. Fratr. 3, 1, 3 Quod ſcribis te a Caeſare quotidie plus diligi, Immortaliter gaudeo. In aliquo genere ſcientiae gaudere Idem Off. 3, 121. In moleſtia gaudere Cic. Fam. 1, 9. In ſe gaudere Catull. 20, 17. In ſinu gaudere, *Tacitam apud ſe voluptatem ſentire, neque vulgo proferre gaudii notas.* Cic. Tuſcul. 3, 51 Vt in ſinu gaudeant, glorioſe loqui deſinant. Propert. 2, 25, 30 In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu. Qui ſapit, in tacito gaudeat ille ſinu Tibull. 4, 12, 8. Laudibus gaudere Virgil. Georg. 3, 186. Malis gaudere alienis Ter. Andr. 4, 1, 3. Mecum tacitus gaudeo, *vid.* MECVM. Tibi gratulor, Mihi gaudeo Cic. Fam. 6, 16. Myrrha gaudet raſtris, *melius prouenit circumfoſſa* Plin. 12, 15. Cic. de Amicit. 14 Quem tamen eſſe Natum, et nos gaudemus, et haec ciuitas, dum erit, laetabitur. Numero Deus impare gaudet Virg. Ecl. 8, 75. Rebus nouis gaudere Lucret. 5, 171. Sanguine gaudere Ouid. Met. 1, 235. Sibi gaudere Lucret. 3, 146. Ventum gaudeo, *pro Veniſſe* Plaut. Ciſt. 1, 1, 16. Quae fecimus, valde probari gaudeo, ſi eſt nunc vllus gaudendi locus Cic. Att. 9, 6. Gaudere, vehementerque laetari Id. pro Roſc. Amer. 136 c. 47. *Et* de Senect. 40 Quam gaudebat bello ſuo Punico Naeuius! quam Truculento Plautus, quam Pſeudolo! Gaudetur, *Imperſonal.* Symmach. 1, 11.

GAVDENS, entis. Partic. [χαίρων] Virgil. Aen. 6, 816 — nimium gaudens popularibus auris. De pectore gaudens Stat. Silu. 4, 6, 55. Animus aequus, immo vero etiam gaudens et libens Cic. Att. 2, 4. Animo gaudente vident Tibull. 1, 6, 81. Simplicitate gaudens l. 25 §. 1 ff. de probat. *i. ſimplex.* Vindicta gaudens Petr. c. 136. *i. cupidus vindictae.*

GAVDENTER. Adu. Sariſber. Ep. 187.

GAVDENDVS, a, um. Paullin. Petrocor. 4, 291.

GAVĪSVS, a, um. Partic. [γεγηθηκώς] Cael. ad Cic. Fam. 8, 14 Nunc furit tam gauiſos homines ſuum dolorem. Rex tot hominum ſalute magnopere gauiſus Nep. 4, 2, 5. Bello gauiſa Stat. Theb. 3, 140.

GAVDEBVNDVS, a, um. Adi. Apulei. Met. 8. *Legitur et* Gaudibundus.

GAVDIĀLIS, e. Adi. *Idem.* Apul. Met. 11 *extr.* p. 272, 24 Animo gaudiali rurſum ſacris initiare.

GAVDIMONIVM, i. n. *Idem quod Gaudium, ſed plebeium.* Petron. c. 61. *Vid. Du Freſne Gloſſ.* Vulgat. Baruch. 4, 34.

GAVDIFĬCO, āre. χαροποιῶ. Gloſſ. Gr. Lat.

GAVDIOSVS, a, um. Adi. In dolore gaudioſo S. Bernhard. in Rhythmo de Paſſione.

GAVIA, ae. f. *Auis, Graece* λάρος. *Vid.* LARVS. Apul. Met. 5 p. 171, 10 Tunc auis peralba illa gauia, quae ſuper fluctus marinos pinnis natat, demergit ſeſe propere ad Oceani profundum gremium. *Fabula eſt, ſed ex natura tamen auis ficta. Sic* Plin. 10, 32 *extr. eas cum mergis coniungit, et* in petris, *ait*, nidificant. Vet. Gl. λάρος, Larus, fulica, gauia.

GAVLVS, i. m. Genus nauigii paene rotundum, Feſtus. Gauli *meminit* Gell. 10, 25. *Apud Herodotum videtur poni, pro Naue oneraria, quum ſic ait in Thalia, Confeſtim quidem duas triremes, ſimulque cum ipſis ingentem* Gaulum *impleuerunt varia multiplicique praeda.* ¶ 2 *Poculi genus, in forma naui ſimile.* Plaut. Rud. 5, 2, 32.

GAVNACVM, i. n. maius ſagum *interpretatur ipſe* Varro de L. L. 4, 35 p. 40, 10 Vt ſagum, rheno, Gallica: gaunacum maius ſagum, et amphimallon, Graeca. *Sic Scalig. in Collectan. ad h. l. Sed Turneb. Adu.* 22, 21. *Quod additum eſt*, maius ſagum, *interpretatio eſt hominis ineruditi. Heſychius*, καυνάκαι στρώματα ἢ ἐπιβόλαια ἑτερόμαλλα: *Id eſt gaunacae ſunt ſtragula aut operimenta altera parte villoſa. Eſt et* Gaunace, *Genus pallii ad induendum. Re ipſa non multum diſtant, quod apparebit, ſi Graeca apud Scaligerum conferas.*

GAVRVS, i. m. [Γαυρος] *Mons eſt Campaniae in Italia, in quo*

quo praeſtantiſſimum vinum naſcitur. — Si conuulſo vertice Gaurus Decidat in ſundum penitus ſtagnantis Auerni Lucan. 2, 667. Bacchei vineta madentia Gauri Stat. Silu. 3, 5, 99. Inanis *poſt vindemiam* Iuuen. Sat. 9, 57. Icario nemoroſus palmite Stat. Silu. 3, 1, 147.

GAVRANVS, a, um. Adi. Mons Gauranus Stat. Theb. 8, 545. Sinus Gaurani Idem Silu. 4, 3, 25.

GAVSAPA, ae. f. *Sic enim* Varro de L. L. *apud* Chariſ. 1 p. 80. *et* Priſcian. l. 7 p. 759 *fin.* ὁ κοχλίας, haec cochlea, ὁ χάρτης, haec charta, ὁ γαυσάπης, haec gauſapa. *Addit* Priſcianus, Antiquiſſimi tamen, et *hic gauſapas*, et *haec gauſapa*, et *hoc gauſape*, et plurale neutri *haec gauſapa*, quaſi a Nominatiuo *hoc gauſapum* protuliſſe inueniuntur. *Eſt autem* Gauſapa *textile villoſum varii vſus. Ad lectos adhibitum docet* Plin. 8, 48 ſ. 73 Antiquis torus e ſtramento erat, qualiter nunc etiam in caſtris. Gauſapa patris mei memoria coepere. Martial. 14, 152 *lemma eſt*, Gauſape quadratum; *ipſum Epigramma*, Lodices mittet docti tibi terra Catulli *(Verona)* Nos Helicaonia de regione *(Patauina)* ſumus. *Ipſe* Auguſtus in teſtamento ſuo *apud* Chariſium l. c. Gauſapes lodices purpureas et coloreas meas. ¶ 2 *Ad menſas, vel tegendas, vel tergendas.* Martial. 14, 138 Lemma *eſt* Gauſapa villoſa; *Verſus* Nobilius villoſa tegant tibi lintea citrum, Orbibus in noſtris *(menſis vilibus)* circulus *(veſtigium lancis aut poculi)* eſſe poteſt. *Caeterum hinc apparet etiam* lintea *eſſe* gauſapa. Hor. Serm. 2, 8, 11 Gauſape purpureo menſam perterſit. ¶ 3 *Veſtis etiam genus fuit*, Vet. Gloſſar. Gauſapa, βαρβαρικὸν παλλίον. Caſſius Seuerus ad Maecenatem *apud* Chariſ. *et* Priſcian. l. c. Gauſape purpureo ſalutatus: *forte obiicit illi mollitiem et inſolentiam. Sic certe* Trimalchio *apud* Petron. c. 28 *ex balneo exiens* inuolutus coccina gauſapa, lecticae impoſitus eſt. Ouid. Art. Am. 2, 300 Gauſapa ſi ſumſit, gauſapa ſumta proba. Perſ. Sat. 6, 46 Iam chlamydas regum, iam lutea gauſapa captis. ¶ 4 Gauſape, *pro Barba hirſuta et prolixa dixit* Perſius Sat. 4, 37 Tu quum maxillis balanatum gauſape pectas, *etc.*

GAVSAPĪNA, ae. f. *Adiectiuum, intellecto,* penula. Martial. 6, 59 Et dolet, et queritur ſibi non contingere frigus, Propter ſexcentas Baccara gauſapinas, *quas nimirum libenter oſtentare vellet.* — Quanto ſimplicius, quanto eſt humanius iſtud, Menſe vel Auguſto ſumere gauſapina. *Conuenit Lemma,* 14, 145 Gauſapina penula, Is mihi candor ineſt, villorum gratia tanta eſt, Vt me vel media ſumere meſſe velis. *Et* 147 Cubicularia gauſapina, Stragula purpureis lucent villoſa tapetis, Quid prodeſt, ſi te congelat vxor anus. Gauſapina penula Mart. 14, 145 *et* 147 Gauſapina cubicularia.

GAVSAPĀTVS, a, um. Adi. *Gauſapina indutus.* Sen. Epiſt. 53 Mitto me in mare, quomodo pſychrolutam decet gauſapatus. Petron. 38 Apri gauſapati.

GAVSAPILA, ae. f. Myrtea ſubornatus gauſapila Petron. c. 21. *Sed legendum videtur* Gauſapina, *intell. penula, myrtei coloris.* Lutea *captiuis* gauſapa *aſſignabat modo* Perſius.

G A Z

GAZA, ae. f. [Γάζα] Vrbs Palaeſtinae, in qua Cambyſes rex Perſarum diuitias condidit, *vt ait rationem nominis redditurus* Schol. *in* Lucan. 3, 216. Mela 1, 11 In Palaeſtina eſt ingens et munita admodum Gaza: ſic Perſae aerarium vocant, et inde nomen eſt, quod quum Cambyſes armis Aegyptum peteret, huc belli et opes et pecuniam contulerat. *Hactenus* Mela. *Sacer tamen Hebraiſmus non a* Gaza, *ſeu theſauro dicit hanc vrbem nuncupatam, ſed a Fortitudine. vnde vocat eam* Azza, *quod ſignificat fortem. Et Zachariae nono Propheta dicit,* Azzam *per antitheſim debilitandam. Conf.* Curt. 4, 5, 10 *et Commentar.*

GAZA, ae. f. [γάζα] Dictio Perſica, ſignificat Opes, ſupellectilem, et generaliter quidquid poſſidemus, *vt ait* Seruius *in* Aen. 1, 123. Mela 1, 11 Gazam, Perſae aerarium vocant. Curt. 3, 12, 27 Pecuniam regiam (gazam Perſae vocant) cum pretioſiſſimis rerum efferri iubet, ſimulans fugam. *Vid. Freinshem. Ind.* Curt. *Druſ. in Obſſ.* Virgil. Aen. 1, 123 Tabulaeque et Troia gaza per vndas. Cic. pro L. Manil. 66 Qui ab auro gazaque regia, manus, oculos, animum cohibere poſſit. Id. Off. 2, 76 c. 22 Omni Macedonum gaza, quae fuit maxima, potitus eſt Paullus. Liu. 25, 25 *extr.* Agreſtis Virg. Aen. 5, 40. Beatae Arabum Hor. Carm. 1, 29, 1. Nobiles Claud. de Nupt. Honor. 226. Nulla caelum reparabile gaza Valer. Flacc. 6, 562. *de moribundo.* Incubare gazae Martial. 12, 53. Non gazae ſummouent tumultus mentis Horat. 2, 16, 9.

GAZOPHYLACIVM, i. n. [γαζοφυλάκιον] *Arca, ſiue Quiuis alius locus, in quo pretioſior ſupellex conſeruatur.* Vulgat. Luc. 21, 1.

G E B et G E H

GEBENNA, ae. m. [Γεβέννας] *Mons Galliae, qui Auernos ab Helvetiis ſeparat. Vid.* Caeſ. B. G. 7, 8. Suet. Caeſ. 25. Lucan. 1, 435.

GEBENNĬCVS, a, um. Adi. Montes Gebennici Pomp. Mela 2, 5.

GEHENNA, ae. f. *Vallis, Hinnon, Ebraeis dicta, vbi Manaſſe rex immolauit liberos. Hinc transfertur ad locum ſuppliciis impiorum poſt mortem deſtinatum.*

Inſignis ille et praeminens
Meritis rependet congrua:
His lucis vſum perpetis,
Illis gehennam et tartarum

Prudent. de Nat. Dom. v. 109. In chaos infernae lapſus penetrale gehennae Sedul. in Luc. c. 8. Tertull. Apol. c. 47 Gehennam ſi comminemur, qui eſt ignis ſubterranei ad poenam theſaurus.

G E L

GELA, ae. f. [Γέλα] *Vrbs et fluuius Siciliae.* Sil. 14, 219. Ouid. Faſt. 4, 470 Et te, vorticibus non adeunde, Gela. Immanis Gela Virg. Aen. 3, 702. Seruius, Ciuitas a fluuio nominata.

GELABILE, GELASCERE, GELATIO, *vid.* GELV.

GELASĪNVS, i. m. *ſimpliciter Graecum eſt, apud quos teſte Polluce* 2, 91 *quatuor medii hominum dentes ſunt* γελασῖνοι, *quod ridendo eos oſtendimus.* Martial. 7, 24 Nec cibus ipſe iuuat morſu fraudatus aceti, Nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt: *hoc dicit, non poſſe placere epigramma, in quo* nulla mica ſalis, nec amari fellis gutta. *Comparat iam illud ori edentulo, quod tanto deformius eſt, cum ridet. Epigramma mordax in riſu etiam dentes oſtendit, etc. Neque tamen non verum eſt, Graecis* γελασίνας *eſſe lineas, rugulas, foſſulas a riſu ortas in facie, hisque ſimiles aliis in locis quoque lacunulas.*

GELASIANVS, i. m. *Mimus, Ridicularius, ex verbo* γελᾶν *dictus.* Sidon. Carm. 23, 301 Mimos, Schaenobatas, Gelaſianos. *Hos deſcribit* Claudian. Manl. Theod. Conſul. 312 Qui lactis riſum ſalibus mouiſſe facetus Qui nutu, manibusque loquax.

GELATIO, GELATVS, GELICIDIVM, GELIDVS, GELO, *vid.* GELV.

GELLIA, *Familiae Romanae nomen, e qua* A. Gellius, *non, vt nonnunquam ſcribitur* Agellius, *Grammaticus praeclarus, qui floruit regnante Adriano, et cuius iam exſtant* Noctes Atticae, *et multi alii.*

GELOI, orum. m. [Γελῷοι] *Campi in Sicilia apud Gelam fluuium.* Virg. Aen. 3, 701 — Campique Geloi, *vid.* GELA.

GELON, [Γελῶν] *Fons Phrygiae, de quo vid.* CLAEON.

GELŌNI, *vel* GELŌNES, [Γελωνοὶ] *Populi Scythiae, interius habitantes, et Agathyrſis proximi, a* Gelono *Herculis filio.* Virg. Georg. 3, 461 Biſaltae quo more ſolent, acerque Gelonus, *etc.* Pharetrati Horat. Carm. 3, 4, 36. Picti, i. e. ſtigmata habentes Virgil. Georg. 2, 115. Seruius. Volucres Lucan. 3, 283.

GELOTOPHYE, es. f. *Herba.* Apul. de Herb. c. 8 *quaſi tu riſui natum dicas.*

GELOTOPHYLLIS, idis. f. *Herba.* Plin. 24, 17 *q. d. riſus folium.*

GELV, *indecl.* n. [κρυμὸς, κρύος, ψύχος] *propie eſt Glacies, i. aqua conferta, a ſerenitate caeli concreta. Deinde ſimpliciter frigus hibernum denotat.* Virgil. Georg. 3, 355 Sed iacet aggeribus niueis informis, et alto Terra gelu. Plin. 8, 28 Obſeruatum, eam aure ad glaciem appoſita coniectare craſſitudinem gelu. *de vulpe.* Praeſtrictus gelu non potuit eo peruenire humor Plin. 17, 24. Acutum Horat. Carm. 1, 9, 3. Amaro gelu ſtrata meſſis Stat. Theb. 5, 392. Aſtricto gelu coit vnda Ouid. Triſt. 2, 196. Canenti gelu obuſta gleba Idem Triſt. 5, 3, 66. Cano gelu horrida bruma Virg. Georg. 3, 442. Frigidum Sen. Troad. 6. Marmoreum Ouid. Triſt. 3, 10, 10. Niuale Senec. Med. 9. Saeuum Valer. Argon. 1, 513. Hiems rura claudit gelu Virgil. Georg. 2, 317. Quum Danubii ripas gelu Iungit Plin. Paneg. c. 11. Tarda gelu, ſaeclisque effoeta ſenectus Virg. Aen. 8, 508. ¶ 2 Gelus, m. genere dixiſſe veteres, *multis probat* Nonius 3, 104. *Sic* Cato de R. R. 40, 4 Ne gelus noceat. Geli, *Genit. antiquus.* Lucret. 5, 206 Aſſiduusque geli caſus. Idem 6, 155. *Add.* Idem ibid. v. 529. Gelo, *pro* Gelu. Varro Seſquiulyſſe *apud* Non. 8, 70 Pieridum comes, quae tenes cata (*al.* ſtrata) gelo putri montium laxa. *Sed etiam neutro genere* Gelum *dixit* Varro de R. R. 1, 40, 2 Venenum enim gelum radicibus tenellis. *Sic a Victorio editum, et probatum Vrſino. Rurſus maſcul.* Cato *apud* Non. 3, 104 Qui aquatum et (*leg.* vt) lignatum iubentur ire, ſecurim atque lorum ferunt, gelum craſſum excidunt, eum loro colligatum auferunt.

GELICIDIVM, i. n. [πυκτὸν] *Ipſum gelu, et ipſa concretio aquae.* Colum. 2, 8 Vt prius conualeſcant radices frumentorum, quam hibernis imbribus, aut gelicidiis, pruinisue infeſtentur. Varro de R. R. 1, 55. Vitruu. 2, 7.

GELO, āre. [πήγνυμι] *Actiuum, et aliquando Neutrum. Metaph.* Iuuen. Sat. 6, 95 *de pauore magno,* Pauidoque gelantur Pectore. Gelatur Scribon. 196 *de ſanguine.* Gelantur artus Idem 198. (268) Gelantur hiemis frigoribus Colum. 9, 6. *Sic,* Gelatum lac Colum. 10, 38. Cum gelauerit Idem 9, 13, 6. *i. refrixerit, et conſtiterit, de decocto. Ita* Colum. 7, 8 Caſeus *dicitur* gelari, congelari, glaciari. Lucan. 9, 681 Vultusque gelaſſent Perſeos aduerſi, ſi non Tritonia denſos, *etc.* Stat. Theb. 4, 727 Venae gelant et ſiccis cruor aeger adhaeret Viſceribus. *Sed proprie* Amnes gelati Plin. 8, 28. *Rurſus* Cor gelatum Lucan. 7, 339. Orbes Idem 6, 541. *i. oculi. Neutral.* Plin. 14, 3 Non ante demetuntur, quam gelauerit. Adeps ſe gelauit Scribon. 271. Plin. 15, 6 Si gelant frigora, quarto die premendam. *de oliuis.* Manus Aquilone gelatae Martial. 5, 9. Gelo *cum compoſitis ſaepe a librariis confunditur cum* Ligo. *Heinſ. ad* Ouid. Met. 1, 548.

GELASCO, ĕre. [πήγνυμαι] *eſt Gelu adſtringi.* Plin. 14, 21 Vini natura non gelaſcit.

GELATIO, ōnis. f. [πῆξις] Artuum gelatio Scribon. 179. 180 *eſt effectus cicutae et opii.* Plin. 17, 24 Si protinus editis fructibus gelatio magna conſecuta eſt, etiam paucis diebus necat. *Add.* ib. c. 8.

GELABILIS, e. Adi. [πηκτὸς] *Quod gelu durari poteſt, a quo compoſitum* Ingelabile. Gell. 17, 8 Mare omne ingelabile ſit. *Alia exemplaria habent* Incongelabile.

GELĬDVS, a, um. Adi. [κρυόεις, κρυμώδης] *Frigidus.* Ouid. Amor. 2, 11, 10 Sed gelidum Boream, egelidumque Notum. Gelidus aether, amnis, gelida rupes Virg. Aen. 8, 28. Gelidae naturae ſidus Plin. 2, 8. Gelidiſſima natura Idem 14, 16. *Sic* Cic. de Legib. 2, 6. Gelida, *ſubaudi* Aqua, *ſicut in Calida et Tepida.* Hor. Serm. 2, 7, 91 Poſcit te mulier: vexat, foribusque repulſum Perfundit gelida: rurſus vocat. Aqua Ouid. Epiſt. 21, 220. Aquae gelidiſſimae Plin. 31, 2. Aquam gelidam bibere Cic. in Catil. 1, 31 c. 13. Antrum Ouid. Faſt. 3, 305. Artus Idem Met. 4, 247. December Ouid. Triſt. 1, 10, 3. Omnes Fontes aeſtate quam hieme gelidiores Plin. 2, 103. Formido Ouid. Met. 2, 200. Frigore gelido aſtrictum pectus Idem Epiſt. 15, 112. Horror Sen. Troad. 6. Metus Ouid. Epiſt. 11, 82. Mors Horat. Carm. 2, 8, 11. *et* Ouid. Amor. 2, 9, 41. Nox Virgil. Georg. 1, 287. Pallor Stat. Achil. 1, 158. Pectus Ouid. Faſt. 1, 98. Pruina Virg. Georg. 2, 263. Riui Hor. Carm. 3, 13, 104. Ros Virgil. Georg. 2, 202. Sanguis Idem Aen. 3, 259. Saxum Lucret. 3, 905. Sudor Virg. Aen. 3, 175. Terror Ouid. Met. 3, 100. Timor Idem Triſt. 1, 3, 113. *al.* Pallor. Tractus gelidiſſimus Plin. 15, 18. Tremor Virg. Aen. 2, 54. Valles Idem Georg. 2, 488. Vmbrae Ouid. Met. 8, 496.

GELIDE. Adu. [ψυχρῶς] *Metaphor. Sine magno ardore et ſtudio.* Hor. de Arte Poët. 171 Res omnes timide, gelideque miniſtrat.

GELIFACTVS, a, um. Adi. Fortunat.

GELOTIANA, *Domus quaedam erat, vt ex* Inſcriptione *vetere liquido conſtat, in qua ſcriptum eſt,* SYMPHORO TESSERARIO SERV. CAESARIS DE DOMO GELOTIANA. *Proinde in* Tranquillo *in* Calig. c. 18 *legit Turnebus,* Commiſit et ſubito, quum e Gelotiana apparatum Circi proſpicientem, *etc. quod ſeruat poſt Torrentium et Caſaubonum Burmannus.*

G E M

GEMEA, ae. *Nomen alae militum Macedonum putabatur.* Liu. 37, 40 Addita his ala mille ferme equitum, gemeam vocabant. *Sed a Gelenio inde legitur,* Agema eam vocabant, *v. v.*

GEMEBVNDVS, *vid.* GEMO.

GEMELLAR, āris. n. *Vaſis genus, oleo excipiendo e torculari aptum, cui ex eo inditum nomen ſuſpicari licet, quod geminum eſſet, duo caua continua haberet, etc.* Columel. 12, 50, 10 Quod deinde primum defluxerit, in rotundum labrum (nam id melius eſt, quam plumbeum quadratum, vel ſtructile gemellar) protinus capulator depleat. ¶ 2 Gemellar, Auguſt. in Pſal. 136 *vocat* Gemellariam, Vt amurcam per plateas fluentem cernens, oleum in gemellaria non videas.

GEMELLVS, GEMINO, *vid. poſt* GEMINVS.

GEMIAE, Guloſi veteribus dicebantur, *teſte* Nonio 2, 377. Lucil. 30 Illo quid fiat. Lamia, et Pittho, ὀξυόδοντες, Quod veniunt gemiae illepidae, vetulae, improbae, ineptae. *Sed variae ſunt in hoc loco lectiones; Gumiae, Genuae, Gemiae a diuerſis agnoſcuntur. Gemiae Mercer. Scalig. apud Douſam,* illae Gumiae illepidae. *Vid.* GVMIA.

GEMĬNVS, a, um. Adi. [δίδυμος, δισσός] *Duo a natura vel ab arte ſibi ſimilia notat, vt duos homines eodem partu editos, ambas, manus, etc. deinde, eadem ratione, vt duo vel bini vſurpatur.* Virgil. Aen. 6, 893 Sunt geminae Somni portae. Idem Aen. 7, 789 Huc geminas nunc flecte acies: hanc aſpice gentem, *i. oculos.* Arbor Iulian. in l. ſi gemina arbor ſit D. arbor. furt. caeſ. Chiron, *vid.* CHIRON. Plin. 10, 38 Percuſſoque ſemel aliquae et gemino ictu aëre feruntur. *de auium natura.* Quinctil. 9, 4, 24 Quaedam ordine permutato fiunt ſuperuacua, vt *fratres gemini:* nam ſi praeceſſerit *gemini, fratres* addere non eſt neceſſe. *Vid.* FRATER. Liu. 1, 6 *de Romulo et Remo,* Quoniam gemini eſſent, nec aetatis verecundia diſcrimen facere poſſet. Lumine gemino declarari diſſenſionem Cic. de Diuin. 2, 120. Idem pro Sext. 82 Quum quaererent alii Numerium, alii Quintium: gemini Nominis errore ſeruatus eſt. Ter. Andr. 4, 1, 50 Nam ſatis credo, ſi aduigilaueris, ex vnis geminas mihi conficies Nuptias, *quod alias dicitur* binas. Pennis geminis aëra ſecare Cic. in Arat. - - - *i. vtraque ala.* Voragines geminae, ſcopulique Reipublicae Idem in Piſon. 41. Imponit alterum geminum in nauem pater Plaut. Men. prol. 26. Virg. Aen. 8, 631 Geminos huic vbera circum Ludere pendentes pueros. Gemellos *etiam vocat* Virgil. Ecl. 1, 14. Plaut. Amph. 2, 1, 68 Quid opus verbis? geminus Soſia hic factus eſt tibi. Geminos duos filios pariet Idem Amph. 5, 1, 18. Fetus geminus Ouid. Met. 6, 111. Germanus geminus Plaut. Men. 2, 1, 7. Hoſtis Ouid. A. A. 3, 358. Martial. 14, 17 *in Latrunculorum ludo, v. v.* Nati gemini ſub vbere Virgil. Aen. 5, 285. Liu. 1, 4 *pr.* Vi compreſſa Veſtalis quum geminum Partum ediſiſſet. *Vid.* Columel. 3, 2, 1. Prolem geminam partu dedit Virgil. Aen. 1, 278. Plaut. Mil. 2, 2, 83 Sororem hic eius geminam eſſe, et matrem dicito. Sorores Hor. Carm. 4, 7, 5. Vites, *vt* Gemellae, *v. v.* Colum. 3, 2, 10. Ex eodem capite diductae Idem 4, 1, 1. Geminus, Par, ſimilis: Qui enim gemini naſcuntur, fere ſimiles ſunt, Seru. *ad illud* Virgil. Aen. 1, 166 Hinc atque hinc vaſtae rupes, geminique minantur In caelum ſcopuli. Conſortem eſſe in lucris atque furtis, geminum et ſimillimum nequitia, improbitate, audacia Cic. Verr. 3, 135. Idem pro Roſc. Amer. 118 c. 40 Par eſt auaritia, ſimilis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. Par fortitudo, gemina confidentia Pacuu. *apud* Non. 4, 221. Simillima et maxime gemina ſocietas hereditatis eſt Cic. pro Roſc. Com. 55 c. 18. Geminiſſimus Plauti *eſt* Perſ. 5, 2, 49. *et* Auguſtin. de Ciu. D. 3, 13. ¶ 2 Gemini, *Caeleſte ſignum, quod Caſtor et Pollux conſtituunt, qui vno partu ſunt editi.* Plin. 18, 29 Ipſe circulus fertur per Sagittarium atque Geminos. *Conf.* Ampel. Lib. Memor. *It.* Hygin. Poët. Aſtron. c. 22 *vbi etiam alias ſententias commemorat. Nempe* Alii dixerunt, Herculem eſſe et Apollinem (*v. g.* Varro R. R. 2, 1, 7). Nonnulli etiam Triptolemum, et Iaſiona a Cerere dilectos, et ad ſidera perlatos. Columel. 10, 312 Geminum aſtrum vocat. ¶ 3 Geminus, *Cognomen* Seruiliorum. *Hoc primum tulerunt* P. *et* Q. Seruilii *fratres.* Cic. Acad. Quaeſt. 4, 56 Fac antiquos illos Seruilios, qui gemini fuerunt tunc ſimiles quam dicuntur. *Sigon. de Nom. Rom. c. 5.*

GEMELLVS, a, um. Adi. Dimin. [διδυμάων] Virgil. Ecl. 1, 14 Modo namque gemellos Spem gregis, ah! ſilice in nuda connixa reliquit. Ad caetera paene gemelli Horat. Epiſt. 1, 10, 3 *ad mores refertur.* Fetus gemellus Ouid. Epiſt. 6, 143. Legio Caeſ. Bell. C. 3, 4 *vbi vid. Ciaccon.* Fratres Ouid. Epiſt. 8, 77. Par nobile fratrum Nequitia et nugis prauorum, et amore gemellum Horat. Sat. 2, 3, 243. Partus enixa gemellos Ouid. Met. 6, 712. Prolem eſt enixa gemellam Idem Met. 9, 452. *Add.* Idem Ep. Her. 6, 121. Gemellae vites, *geminas vuas ferentes* Columel. 3, 1. Plin. 14, 2 Gemellarum, quibus hoc nomen vuae ſemper geminae dedere. *Add.* Idem 15, 14. Prudent. Cathem. 9, 59. Gemellos *quoque vocat* Paullus *Equos forte biiuges, id eſt binos et geminos coniungi ſolitos: vt in* l. proinde D. ad legem Aquil. Veluti ſi quis ex comoedis, aut ſymphoniacis, aut gemellis, aut quadriga, aut pari mularum vnum vel vnam occiderit.

GEMELLITĬCVS, a, um. Adi. Plaut. Suppoſ. prol. Bacchid. 47 Vno prognatae tempore iisdem parentibus fetu gemellitico.

GEMELLIPĂRA, ae. f. [διδυματόκος] Dea, *i. Latona, quae vno partu gemellos peperit, Dianam et Apollinem.* Ouid. Faſt. 5, 542. *Conf.* Met. 6, 316.

GEMINITVDO, ĭnis. f. *Antiquum.* Pacuuius *ap.* Non. 2, 366 Habeo ego iſtam, qui diſtinguam inter vos, geminitudinem.

GEMĬNO, āre. [διπλόω, διπλασιάζω] *Duplicare, iterare.* Ter. Adelph. 2, 1, 19 O facinus indignum. AE. geminabit niſi caues, *int. plagam, alapam.* Varro de R. R. 3, 16. Labor geminauerat aeſtum Ouid. Met. 5, 586. *Add.* Virg. Georg. 2, 509. Geminari legionum Caſtra prohibuit Sueton. Domit. c. 6. Facinus geminare Ouid. Met. 10, 471. Honorem Idem ex Pont. 3, 4, 49. Impenſas Claud. in Sext. Conſ. Stil. 223. Cic. in Arat. 402 Perſaepe in paruum tranans geminauerit Orbem. Pericula Tibull. 2, 3, 43. Et geminas animi nobilitate Genus Ouid. ex Pont. 1, 2, 2. *Copulare.* Hor. in Art. Poët. 13 — non vt Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.

GEMINĀTVS, a, um. Partic. [διπλασιασμένος] Ars geminata Plin. 29, 1. Captatio Quinctil. 5, 13. Ebrietas geminata libidine Ouid. Met. 12, 221. Honor Liu. 39, 39. Merces Ouid. Met. 2, 702. Onus Quinctil. 2, 3. Sol geminatus, *i. Duo ſoles* Cic. de N. D. 2, 14 c. 5. Victoria Liu. 1, 25.

GEMINATIO, ōnis. f. [διπλασιασμός] *Duplicatio, iteratio.* Cic. de Orat. 3, 204 c. 54 Nam et geminatio verborum habet interdum vim. Vti geminatione Quinctil. 1, 48.

GEMISCO, *vid.* GEMO.

GEMITE, ēs. f. *Gemma, de qua* Plin. 37, 11 Nec gemite velut in petra, candidis manibus inter ſe complexis.

GEMITVS, *vid.* GEMO.

GEMMA, ae. f. [ὀφθαλμὸς] *Oculus vitis, quem primo emittit.* Virg. Ecl. 7, 48 Turgent in palmite gemmae. Agere gemmas Colum. de Arb. c. 8. Cic. de Senect. 53 c. 15 Itaque ineunte vere in his, quae relicta ſunt, exiſtit tanquam ad articulos ſarmentorum ea, quae gemma dicitur, a qua oriens vua ſe oſtendit. Mouere gemmas et corticem Colum. 4, 29, 4. Vuida gemma in palmite Ouid. Faſt. 3, 238. Pampinus trudit gemmas, *i. Protrudit* Virg. Georg. 2, 335. ¶ 2 *Gemma* [ὁ λίθος] *Omnis lapillus pretioſus, ſiue perlucidus, ſiue minus. Locus velut claſſicus, vnde ſimul etiam recte loquendi de Gemmis rationem petas, eſt* Plin. 37 *totus.* Plaut. Curc. 5, 2, 8 Quid? ego ſub gemma abſtruſos habeo tuam matrem et patrem. *Sermo eſt de annulo generis indicium praebente.* Sub annuli gemma venenum habuit Hannibal Aur. Vict. de V. I. 42. *Hinc* gemmam *pro toto annulo aliquoties poſuit* Plin. 37, 1. Amicorum gemma, Heſperius Sidon. Ep. 4, 22. Gemmas et lapides aurum et inutile, Summi materiam mali, Mittamus Hor. Od. 3, 24, 48. Multas in digitis, plures in carmine gemmas Inuenies Martial. 5, 11. Corona inſignis gemmis Virg. Aen. 7, 76. Patera grauis gemmis Idem Aen. 1, 732. Ignea Sil. 8, . . Lucida Ouid. Epiſt. 15, 74. Magnetica Claud. de Magnet. 26. Monſtrificae, *vid.* MONSTRO. Pura Ouid. Met. 2, 856. Stellantes Idem Met. 1, 724. Teres Virg. Aen. 5, 313. Accinctus enſis gemmis, *vid.* ACCINGO. Bibere gemma, *i. Gemmeo poculo* Virg. Georg. 2, 506. Committere mero gemmas, *pro merum gemmis* Stat. Theb. 1, 149. Dat digitis gemmas Ouid. Met. 10, 264. *i. Induit annulos.* Diſtincta gemmis clariſſimis pocula ex auro Cic. Verr. 4, 62 c. 27. Fulgentes Valer. Argon. 5, 514. Limare gemmas, *vid.* LIMA.

GEMMŬLA, ae. f. Dimin. [λιθάριον] *Metaphor.* Apul. 10 p. 243 Plane tenui ſpecula, ſolabar clades vltimas, quod ver in ipſo ortu iam gemmulis floridis cuncta depingeret.

GEMMEVS, a, um. Adi. [λίθινος] *Quod ex gemma eſt, ſiue Gemmis ornatum.* Cic. Verr. 4, 62 c. 27 Mittit etiam trullam gemmeam rogatum, *etc.* Radix gemmeae rotunditatis: *i. Rotunda in modum gemmae* Plin. 18, 7. Gemmea ſupellex Sen. Ep. 110. *Vid. Lipſ. ad* Sen. de prouid. 3. *Barth.* ad Stat. Theb. 1, 149.

GEMMO, āre. [ὀφθαλμίζω] Gemmare *dicuntur vites et arbores, quum gemmas emittunt, quum turgeſcere incipiunt verno tempore, vt frondes emittant.* Columel. . . . Quum primum vites incipiunt gemmare. Cic. in Orat. 81 c. 24 Nam gemmare vites, luxuriem eſſe in herbis, laetas ſegetes etiam ruſtici dicunt. Idem de Orat. 3, 155 c. 38. *Item, Splendere vt gemma. Vid. exempla in* GEMMANS, *et* GEMMATVS.

GEMMANS, tis. Partic. [λιθίζων] Ante omnia gemmantes (*ſurculos*) nitere conueniet Plin. 17, 14. Balnea Stat. Silu. 1, 5, 12. Gemmantes alae pauonis: *i. Lucentes in modum gemmarum.* Martial. 13, 70 Miraris quoties gemmantes explicat alas. Florida quum tellus gemmantes picta per herbas Vere notat dulci diſtincta coloribus arua Virg. Cul. 69. *vbi vid. Taubmann.* Herbae gemmantes rore Lucret. 2, 319.

GEMMATVS, a, um. Adi. [διάλιθος] *Gemmis inſtructus et ornatus.* Plin. 37, 2 Corripere potoria gemmata. Gemmati magna ſpecie annuli Liu. 1, 11. Corona Plin. 22, 3. Cultus gemmati Claud. de Conſ. Hon. 3, 204. Monilia Ouid. Met. 10, 113. Vehicula Heliogabali *apud* Lamprid. 29.

GEMMATIO, ōnis. f. *Idem ac Germinatio.* Plin. 17, 14.

GEMMOSVS, a, um. Adi. Apul. Met. 5 p. 162 Gemmoſis monilibus onuſtae.

GEMMASCO, ĕre. [ὀφθαλμίζεσθαι] *Gemmas agere.* Plin. 17, 15 Atque vt gemmaſcere incipiens, legatur calamus. Idem 37, 10 Draconites, ſiue dracontias e cerebro fit draconum, ſed niſi viuentibus abſciſſo nunquam gemmaſcit. *Vbi legitur etiam ex vetuſto codice* GEMMESCIT. *Vid.* Columel. 5, 10, 12. *et* Arb. 22, 1.

GEMMIFER, a, um. Adi. [λιθοφόρος] Gemmiferi amnes Plin. 37, 13. Arenae Auien. Perieg. 1206. Corona Valer. Argon. 5, 447. Mare Propert. 3, 4, 2.

GEMO, ui, ĭtum, ĕre. [στένω, ἐπιστένω, τρύζω] *Proprie pectoris eſt, quum prae anguſtia in ſonum prorumpit.* Plaut. Amph. 5, 1, 47 Dum haec aguntur, interea vxorem tuam neque gementem, neque plorantem, noſtrûm quiſquam audiuimus, *de Alcmena pariente.* Lugere et gemere pro aliquo Cic. pro Planc. 101. Idem in Piſon. 25 c. 11 Quorum Capuae te praetextatum nemo aſpexit, qui non gemeret deſiderio mei. *Et* Att. 2, 19 Eandem iſtam virtutem veniet tempus quum grauiter gemes. Occulte ſuum malum gemere Cic. poſt red. in Senat. 11 c. 5. Martial. 9, 94 Quae mala ſunt domini, quae ſerui commoda neſcis Condile, qui ſeruum te gemis eſſe diu. Plin. Epiſt. 9, 26 At quum ſtridunt funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus et diis maris proximus. Antennae et malus gemunt Hor. Carm. 1, 14, 5. Aetna gemit impoſitis incudibus Virg. Georg. 4, 173. Aetna flebile terrificis gemuit mugitibus Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 8. Amnes repleti gemunt Virg. Aen. 5, 86. Area gemit tunſis frugibus Idem Georg. 3, 133. *Et* Aen. 6, 413 Gemuit ſub pondere cymba. Virg. Ecl. 1, 59 Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab vlmo. Gemitur, *Paſſ.* Cic. Att. 2, 18 Atque hic ſtatus, qui vna voce omnium gemitur, neque verbo cuiusquam ſubleuatur. Vita gemenda Ouid. Met. 13, 464. A librariis permutantur inter ſe Gemere, Fremere, *et* Tremere: *Drakenb. ad* Sil. 7, 49.

GEMENS, tis. Partic. [στένων] Flebiliter gemens Hor. Carm. 4, 12, 5. Acerba gemens Ouid. Epiſt. 8, 107. Multa gemens ignominiam Virg. Georg. 3, 226. Turpe gemens Stat. Theb. 3, 335. Rota tractu gemens Virg. Georg. 3, 183. Plauſtris vectare gementibus Virg. Aen. 11, 38.

GEMENDVS, a, um. Partic. Vita gemenda, non mors Ouid. Met. 13, 464. Non eſt gemendus nec graui vrgendus nece Sen. Herc. Oet. v. 1833.

GEMISCO, ĕre. [στενάζω] Idem quod Gemere, vt, Ferale gemiſcunt. Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 130.

GEMĬTVS, ûs. m. [στεναγμός] Cic. Verr. 4, . . Quum totius Siciliae quotidie gemitus, querimoniasque audires. Gemitus delphini ſimilis eſt humano Plin. 9, 83. Gemitus toto foro Cic. Philipp. 2, 85. Acerbus Valer. Argon. 2, 458. Altus Virg. Aen. 11, 633. Inanis Valer. Argon. 2, 33. Lamentabilis, *vid.* LAMENTOR.

tu. Cic. Tuſc. 2, 57 Sin erit ille gemitus lamentabilis, ſi imbecillus, ſi Abiectus, ſi flebilis: ei qui ſe dederit, vix eum virum dixerim. Abſcondere gemitus Lucan. 9, 1106. Ciere gemitus, *vid.* CIEO. Ciere extremos gemitus Virg. Georg. 3, 517. Commiſta gemitu querela Lucret. 6, 1157. Compeſcere gemitus alicuius Stat. Theb. 12, 361. Conticeſcit lamentatio et gemitus vrbis Cic. poſt red. in Senat. 16. Dare gemitum Ouid. Met. 2, 606. Dat crebros gemitus Idem Met. 10, 599. Dat pectore ab imo ingentem gemitum Virg. Aen. 1, 489. Ducere gemitus imo de pectore Virg. Aen. 2, 288. Edere gemitus Ouid. Met. 2, 623. Erupit medullis gemitus Claud. de Nupt. Honor. 8. Exprimere gemitus laeto pectore Lucan. 9, 1040. Fit gemitus Virg. Aen. 6, 220. Cic. pro Roſc. Amer. 24 c. 9 Vt vrbe tota fletus gemituſque fieret. Fremunt tecta gemitu et vlulatu Virg. Aen. 4, 667. Lugere lamentabili gemitu Sen. Agam. 7. Mulcere inſanos gemitus feris Stat. Silu. 2, 1, 2. Ponamus nimios gemitus, *i. Deponamus* Iuuen. Sat. 13, 11. Reſumere gemitus Stat. Theb. 6, 11. Stridentes gemitus mirari Idem Theb. 1, 432. Teſtari dolores gemitu Ouid. Met. 2, 486. Gemiti, *Genitiuus:* Plaut. Aulul. 4, 9, 11 Tantum gemiti et malae moeſtitiae hic dies mihi obtulit.

GEMITORIAE ſcalae: *vid.* Gemoniae.

GEMEBVNDVS, a, um. Adi. [στενάζων] *Idem quod Gemens, vel Abunde gemens.* Ouid. Met. 14, 193 Gemebundus obambulat Aetnam.

GEMVLVS, a, um. Adi. *Idem.* Apul. Flor. 2 p. 349.

GEMONIVS, a, um. Adi. *A gemendo deriuatum.* Gemoniae, *ſuppreſſo nomine* Scalae, *de quibus praecipitata corpora, quae ad exemplum iacere expoſita oculis debebant.* Tacit. Hiſt. 3, 74 Tunc confoſſum collaceratumque et abſciſſo capite truncum corpus, Sabini in gemonias trahunt. Abiicere in gemonias Suet. Tib. c. 53 *et* 61. Vncum, gemonias, laqueum carnificis per horas horreſcere Sidon. Epiſt. 1, 7. Plin. 8, 40 ſ. 61 Canem a corpore ſerui non receſſiſſe abiecto in gradibus Gemoniis: Gemitoriis *ex MSS. Harduinus.*

GEMONIDES, Gemmae, quas quidam Paeantidas vocant, praegnantes fieri et parere dicuntur, mederique parturientibus. nam tales in Macedonia iuxta monumentum Tireſiae inueniuntur, ſpecieſque eſt eis aquae glaciatae Plin. 37, 10.

GEMVRSA, ae. f. Feſtus, Gemurſa, ſub minimo digito pedis tuberculum, quod gemere faciat eum, qui id gerat. Plin. 26, 1 Et hic quidem morbus in Italia celeriter reſtinctus eſt, ſicut et ille, quem gemurſam appellauere priſci, inter digitos pedum naſcentem, etiam nomine obliterato.

G E N

GENA, ae. f. [Γένυς, γνάθος, παρειά] *Pars vultus oculis ſubiecta inter naſum et aures. Sed audiamus* Feſtum, *qui latius patere nomen oſtendit.* Genas, Ennius Palpebras putat, quum dicit hoc verſu, Pandite ſultis genas, et corde relinquite ſomnum. Alii Eas partes putant Genas dici, Quae ſunt ſub oculis. Pacuuius Genas putat eſſe, Qua barba primum oritur, hoc verſu, Nunc primum opacat flore lanugo genas. *Et ipſe* Plin. 11, 37 ſ. 61 Struthiocamelus alitum ſola vt homo vtrinque palpebras habent. Nec genae quidem omnibus, ideo neque nictationes iis, quae animal generant. Grauiores alitum inferiore gena conniuent. Eadem nictantur ab angulis membrana obeunte — Extremum ambitum genae ſuperioris antiqui cilium vocauere, vnde et ſupercilia. — Infra oculos malae homini tantum, quas priſci genas vocabant. *Secundum haec Genae proprie oculorum illae valvae ſunt. Et ſic* Piſces non habent genas Plin. 10, 75 ſ. 97. *Add.* 23, 1 ſ. 24. *Vſus ſcriptorum, quem iam declarabimus, docebit, promiſcue Genas poni, vbi de* barba, *vel de* lacrimis *ſermo eſt, ipſumque adeo vulgo poſſe nonnunquam intelligi. Pro mala* Genam *Numero ſingulari poſuit* Ennius *apud* Seru. *in* Aen. 6, 686 Imprimitque genae genam. *Item* Suet. Claud. c. 15 Vt genam non leuiter perſtringeret. Lucan. 6, 563 Illa genae florem primaeuo corpore vulſit. *Sed plerumque legitur in Plurali.* Virg. Aen. 8, 160 Tum mihi prima genas veſtibat flore iuuentus. Martial. 1, 79 Siccis ipſe genis flentes hortatus amicos. Muliebres genarum lacerationes Cic. Tuſc. 3, 6. Conſpicuae cum flore Claud. de Conf. Hon. 6, 560. Grauidae lacrimis Ouid. Epiſt. 15, 174. Ingenuae, pictae rubore Idem Amor. 1, 14, 54. Madidae Id. Epiſt. 5, 72. Moeſtae Ouid. Met. 6, 305. Piloſae, dentes putridi Cic. in Piſon. 1. Pubentes Virg. Aen. 12, 221. Pulchrae Hor. Carm. 4, 13, 8. Purpureae Ouid. Amor. 1, 4, 32.

¶ 2 *Verba:* Cic. de Legib. 2, 39 Mulier genas ne carpito. Nec lacrimis caruere genae Virg. Aen. 5, 173. Declinare genas, *i. Oculos claudere* Stat. Theb. 8, 653. Effuſae genis lacrimae Virg. Aen. 6, 686. Exhaurire genas Stat. Silu. 5, 1, 34. Facere vdas genas Ouid. Amor. 1, 8, 84. Flagrant rubentes genae Sen. Med. 11. Humectare genas, *Flere* Idem Hippol. 6. Hument incultae fonte perenne genae Ouid. Epiſt. 8, 64. Immaduere lacrimis genae Idem Triſt. 1, 9, 34. Inflantur genae Scribon. 186. Inſequitur fletus genas Sen. Herc. Oet. ſ. 4. Irrigat fletus genas Idem Troad. 10. Labitur in genas humor Hor. Carm. 1, 13, 6. Laniata roſeas genas Virg. Aen. 12, 606. Lapſae Sen. Hippol. v. 364. *i. emaciatae.* Liuentes Lucan. 5, 215. Lucent concauae genae Sen. Herc. fur. ſ. 9. Manat lacrima per genas Hor. Carm. 4, 1, 34. Nitentes Stat. Silu. 3, 4, 65. Pendentes Iuuen. Sat. 10, 193. Peredere lacrimae humore genus exſangues Cic. Tuſc. 3, 76. Perfuſa lacrimis flagrantes genas Virg. Aen. 12, 65. Perſulcata rugis genas ſeueras Claud. in Ruff. 1, 136. Rigat fletu genas Sen. Oedip. 12. Rorantis lacrimis ora genaſque Lucret. 3, 479. Ruptae Iuuen. Sat. 15, 58. Siccare genas Ouid. Met. 10, 362. Suffuſae igne Sen. Herc. Oet. 10. Trementes Virg. Aen. 4, 643. Tutantur genae ab inferiore parte oculos ſubiectae, leniterque eminentes Cic. de N. D. 2, 143. Vmbratus genas, *de Barba* Stat. Silu. 3, 4, 79.

GENABOS, i. f. *Quae alias* Genabum, *Galliae vrbs, (vid. mox* GENEVA) *apud* Lucan. 1, 440 Inclyta Caeſareis Genabos diſſoluitur alis. *Sed habetur verſus ſuppoſitus.*

GENAVNI, *Populi Vindeliciae.* Hor. Carm. 4, 14, 10 Genaunos, implacidum genus *vocat.*

GENAVIVS, a, um. Adi. [λαίμαργος] *Volunt eſſe a* Gena, *idemque quod Guloſus et laudant* Varron. de R. R. 3, 9, 19 Hae nouiſſime in triclinium genaium introierunt e culina propter faſtidium. *Sed legitur recte* ganearium.

GENEALOGIA, ae. f. [γενεαλογία] *Sermo de origine generationis.* Cic. de N. D. 3, 44 c. 17 Quod ſi ita eſt, Caeli quoque parentes, dii habendi ſunt, Aether, et Dies, eorumque fratres et ſorores, qui a Genealogiis antiquis ſic nominantur, Amor, Dolor, Metus, etc. *Sic Stephanus, ſed alii legunt per vnum i* Genealogis, *vt ſit a maſculino Genealogus, quae omnino eſt lectio recipienda. Conf.* Meſſal. Coru. p. 13.

GENEALOGVS, i. m. Cic. de N. D. 3, 44 c. 17 A Genealogis antiquis ſic nominantur. *Conf.* Prudent. Apoth. v. 383.

GENER, GENERABILIS, GENERALIS, GENERATIM, GENERO, GENEROSVS, *vid.* GENVS.

GENESIS, eos. f. [γένεσις] *Generatio, natiuitas. Significat etiam Sidus natalitium, id quod conuerſione caeli oritur eo momento, quo quis naſcitur.* Iuuen. Sat. 6, 576 Si prurit frictus ocelli Angulus, inſpecta geneſi collyria poſcit. Cic. de Diuin. 2, 91 Sidus natalitium appellat. Suet. in Veſpaſ. c. 14 Monentibus amicis cauendum eſſe Metium, quod vulgo crederetur geneſin habere imperatoriam, inſuper Conſulem fecit. Iuuen. Sat. 14, 248 Nota mathematicis geneſis tua. *Add.* Macrob. 2, 19 *extr.* ¶ 2 *In Bibliis ſacris* Geneſis *appellatur primus liber Moſis.* Tertull. de Orat. c. 7.

GENESVS, *vid.* GENVSVS.

GENETA MANA, *vid. ſub* MANIA.

GENETHLIACI, [γενεθλιακοί] *Dicti Mathematici, qui a natiuitatis die et hora, quos illi horoſcopos vocant, futura praedicant, quorum meminit* Gell. 14, 1.

GENETHLIACE, es. f. *Ars illa.* Mart. Capell. 3 p. 50.

GENETHLIOLOGIA, ae. f. Vitruu. 9, 7 Chaldaeorum propria eſt Genethliologiae ratio, vt poſſint antefacta et futura ex ratiocinationibus aſtrorum explicare.

GENEVA, ae. f. *Allobrogum oppidum.* Caeſ. B. G. 1, 8 Extremum oppidum Allobrogum eſt, proximumque Heluetiorum finibus Geneua. ex eo oppido, pons ad Heluetios pertinet. *In quem locum ſic ait Glareanus, Quatuor haec nomina* Genua, Geneua, Genabum, *et* Gebenna, *multum obſcuritatis lectori ingerunt, ac non attentum ſaepe feſellerunt: quae ipſa longe diuerſa ſunt.* Genua *enim Ligurum caput in Italia ad mare eſt noſtrum:* Geneua *vero Allobrogum ad oſtia Lemanni lacus, vbi Rhodanus exit:* Genabum *Carnutum oppidum ad Ligerim amnem, hodie (vt quidam putant) Aurelia. Denique* Gebenna *mons, qui Heluetios ab Aruernis ſeparat, vt libro ſeptimo poſtea dicet* Caeſar. *Hactenus Glareanus. Meminit eius etiam* Plin. 3, 4. *Plura Glareanus in Annotationibus in* Caeſarem.

GENIANES, is. f. *Gemma.* Plin. 37, 10.

GENIALIS, *vid.* Genius, *in* GIGNO.

GENICVLATIM, GENICVLVM, *vid.* GENV.

GENISTA, ae. f. [σπάρτιον] *Arbuſcula quaedam.* Plin. 21, 9 Florem eſſe dixerim geniſtas: namque et iis decerpitur luteus. *Add.* ibid. c. 12. *it.* 16, 18 *et* 37. 19, 1. 24, 9. Virg. Georg. 2, 12 Molle ſiler, lentaeque geniſtae. *Add.* Martial. 1, 43. Humiles Virg. Georg. 2, 494.

GENITA MANA, *vid. ſub* MANIA.

GENITABILIS, GENITALIS, GENITOR, GENITVRA, GENITIVVS, GENITVS, GENIVS, *vid.* GIGNO.

GENO, ui, itum, ĕre. [γένω] *Idem quod Gignere, generare.* Pingues facit facillime et genit lac Varro de R. R. 2, 2. Si quis mihi filius aut filia genitur heres eſto l. 17 ff. de Legat. 1 *et* l. 13 §. vlt. de reb. dub. *Conf.* Arnob. 4 p. 141. Priſcian. 10 Gigno genui: pro quo Geno vetuſtiſſimi protuliſſe inueniuntur. Varr. in Andabata, Sed quod haec loca aliquid genunt. Idem de R. R. 1, 40 Quaedam enim ad genendum, *etc. Ex vetuſto codice.* Similes parentum genuntur Id. R. R. 2 c. 6. Genii a genendo dicti Cenſorin. c. 3. *Infinitiuum Paſſiuum* Lucretius *protulit* 3, 799 Tanto magis infitiandum Totum poſſe extra corpus durare, genique. *Apud* Cic. de Inuent. 2 c. 42. *et* de Orat. 2 c. 32 genitur *leg. Lambin. vbi al.* genitus. *Add.* Gell. 3, 16.

GENS, gentis, *vid.* GENVS.

GENTIANA, ae. f. [γεντιανή] *Herba amariſſima.* Plin. 25, 7 Gentianam inuenit Gentius rex Illyricorum vbique naſcentem, in Illyrico tamen praeſtantiſſimam, folio fraxini, ſed magnitudine lactucae, caule tenero, pollicis craſſitudine, cauo et inani, ex interuallis foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, ſubnigra, ſine odore, aquoſis montibus ſubalpinis plurima. Vſus in radice et ſucco. Radicis natura eſt excalfactoria, ſed praegnantibus non bibenda. *Haec ille.*

GENTICVS, GENTILIS, GENTILITAS, GENTILICIVS, *vid.* GENVS.

GĔNV, n. [γόνυς, γόνυ] Genua *Femorum ac crurum commiſſurae: Sedes miſericordiae, quam prenſant ſupplices.* Virg. Aen. 5, 432 Genua labant, vaſtos quatit aeger anhelitus artus. Horae momentum intereſt inter ſolium et aliena genua Sen. de Tranqu. An. c. 11. Per genua te obſecro Plaut. Curc. 5, 2, 32. Ouid. Met. 3, 240 Et genibus pronis ſupplex, ſimiliſque roganti. Dura Idem Met. 12, 140. Sen. de Prouid. 2 Etiam ſi ceciderit, de genu pugnat, *nixus genu.* Aduoluor genibus veſtris ſupplex Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 298. Tacit. Ann. 1, 13 Ambulantiſque Tiberis genua aduolueretur. Aduolutus genibus, *vid.* ADVOLVO. Amplecti genua Virg. Aen. 3, 607. Aſtare in genua, *vid.* IN. Cadit inflexo genu Propert. 3, 9, 6. Genua Deſerunt curſorem Plaut. Merc. 1, 1, 13. Intremuere genua timore Ouid. Met. 2, 180. Ius imperiumque Phraates Caeſaris accepit genibus minor Horat. Epiſt. 1, 12, 27. Labant pigris membra genibus Sen. Thyeſt. 5. Niti impreſſo genu Virg. Aen. 12, 303. Nixus genu Ouid. Met. 8, 182. Nixus in genibus Vitruu. 9, 6 p. 193 *nomen ſideris, quod Graeci* ἐν γόνασιν *dicunt, noſter mox* Ingeniculatum, *et* Geniculatum; Hygin. Poët. Aſtron. 2, 6 Engonaſin, *et* Herculem *interpretatur.* Nixae genibus matronae, *vid.* NITOR. Curt. 8, 7 *extr.* Tu Macedonas voluiſti genua tibi ponere, venerarique te vt Deum. Prehenſare Tacit. Hiſt. 2, 46, 3. Prenſare circumſtantium genua Tacit. Ann. 1, 21. Procumbere in genua Curt. 8, 14, 39. Prouolutus genibus Tacit. Ann. 12, 28. *et* 14, 61. Tu affinem tuam filiam meam ſuperbiſſimis verbis a genibus tuis repuliſti Cic. poſt red. in Senat. 16. Riget genuum iunctura Ouid. Met. 2, 823. Submittere genua, *pro Flectere.* Plin. 8, 1 Regem adorant, genua ſubmittunt, coronas porrigunt. Summiſit genu flexum Ouid. Met. 4, 340. Cic. Tuſc. 2, 57 c. 24 Genu M. Antonium vidi, quum contente ipſe pro ſe diceret, terram Tangere. Trahens genua aegra Virg. Aen. 5, 468. Tremit corde et genibus Hor. Carm. 1, 23, 8. ¶ 2 Genus, i. *maſculino genere dictum antiquis probat* Nonius 3, 103. Lucil. Sat. 4 Haeret verticulis adfixum in poſteriore Parte atque articulis, vt nouis talus genuſque eſt. ¶ 3 Ge-

¶ 3 Genus, n. *pro Genu.* Priſcian. 6 Cic. in Arato, hoc genus, pro Genu protulit. Ciceronis *teſtimonia ſunt in* Arato 45 Quod genus ad laeuum nixi delapſa reſedit, Atque inter flexum genus et caput alitis haeſit. Ibid. 403 Hic genus et ſuram cum Chelis erigit alte.

GENVALIA, ium. n. *Pl. Indumenta genuum.* Ouid. Met. 10, 593 Quaeque Poplitibus ſuberant picto genualia limbo.

GENICŬLVM, i. n. Dimin. [γόνυ] Firmic. 2, 12 Capricornus ſignificat omnes geniculorum aegritudines. De geniculis adorare Tertull. de Cor. Mil. c. 6. *Conf. Scalig. de Emend. Temp. p. 655.* ¶ 2 Genicula *dicuntur Stipulae, vel Caulis herbacei internodia, et veluti Articuli ac nodi quidam.* Plin. 16, 30 Arundini in geniculo. Idem 18, 7 *de roſis* Pallad. Nou. 11.

GENICVLVS, i. m. *Apud* Vitruu. 8, 7 p. 170 *eſt inflexio vel curuatura fiſtulae in aquae ductu*, Quod ſi non venter in vallibus factus fuerit, nec ſubſtructum ad libram factum, ſed geniculus erit, erumpet, et diſſoluet fiſtularum commiſſuras.

GENICŬLO, āre. Genu niti. [γονατίζειν Vet. Gloſſ.] *Item* Plin. 18, 16 Antequam ſeges genicularet, *i. geniculis diſtingueretur.*

GENICVLĀTVS, a, um. Adi. [γονατώδης] *Genu nixus, qua ratione ſideris nomen eſſe apud* Vitruu. 9, 6 *modo obſeruauimus in* Nixus genu. *Deinde in plantis quod multis geniculis committitur: vt,* Geniculatus culmus Cic. de Senect. 51 c. 15. Radices Apul. de Herb. c. 77.

GENICVLĀTIM. Adu. [γονηδὸν] *Per genicula.* Plin. 21, 11 Foliis geniculatim circumdata.

GENICVLŌSVS, a, um. Adi. *Flexuoſus, nodoſus.* Vitruu. 8, 7. Apul. de Herb. 77.

GENICVLATIO, ōnis. f. Tertull. ad Scap. 4.

GENVA, ae. f. [Γενόα, Γίνυα] *Liguſticum nobile hodie etiam emporium.* Mela 2, 4.

GENVARII, *Numi* Genuae *cuſi laudantur ex* Cic. Att. 6, 1 *non valde procul a fine*, Genuarios a Caeſare per Herodem, talenta Attica L extorſiſtis? *Sed* Graeu. p. 594 ſq. Iamne vos a Caeſare *etc. Caeterum* Genuarius, γονυπετὴς Vet. Gloſſ.

GENVINVS, *vid. ſub* GIGNO.

GENVS, ĕris. n. [γένος] *Stirps, origo familiae, vel ab Eo qui genuit, vel a Loco quo quiſpiam genitus eſt.* Genere et factis clarus, *vid.* CLARVS. Genere et nobilitate, ſuae ciuitatis facile primus Cic. pro Roſc. Amer. 15. Claritudo generis Tacit. Ann. 12, 6. *et* 16, 7. Opprobrium generis Ouid. Met. 8, 155. Princeps generis, *i. Auctor* Idem Faſt. 1, 40. Turpitudo generis, opprobrio multis fuit Quinctil. 3, 7. Virtus eſt propria generis atque ſeminis Romani Cic. Verr. 2, 13. Demiſſum genus ab alto Aenea Hor. Serm. 2, 5, 63. Dinumerare gradus generis Ouid. Faſt. 2, 622. Ducere genus ab aliquo Virg. Aen. 6, 834. Ducere primordia generis ex aliquo Ouid. Amor. 1, 14, 11. Efferre genus ſuum Cic. pro Muraen. 5. *laudare maiores.* Ter. Adelph. 3, 3, 55 Coepit clamare, Aeſchine, haeccine flagitia facere te? haec te admittere indigna genere noſtro? *etc.* Generatum ex ipſius ſapientiae ſtirpe genus Scipionis Cic. de Clar. Orat. 212 c. 58. Iactare genus et proauos Ouid. Epiſt. 17, 51. Hor. Carm. 1, 14, 13. Natus bono genere, *vid.* BONVS. *Contra* Cic. de Orat. 2, 286 c. 71 C. Laelius, cum ei quidam malo genere natus diceret, indignum eſſe ſuis maioribus, At hercle, inquit, tu tuis dignus. Nati nobili genere Cic. Verr. 5, 179 c. 70. Oriundus ab Hercule genere paterno Vict. de Viris Illuſt. 35. Plaut. Capt. 1, 2, 67 Prognatum genere ſummo, et ſummis diuitiis, *vid.* NASCOR. Propagare genus Lucret. 1, 196. *Nempe* Genus *etiam deorſum ſpectatur, ſi fas eſt ita dicere, ſeu, vt Grammaticus dicat, Paſſiue, vt non genitores, ſed genitos ſignificet, adeo vt etiam de vno aut paucis dicatur.* Catull. 62, 2 Hymen Vraniae genus. Virg. Aen. 12, 198 Latonaeque genus duplex, *Apollo et Diana.* Sen. Herc. fur. 552 Non illic geminum, Tyndaridae, genus. *Et qui* genus humanum *etc. dicit, ille et genitores et ab his progenitos complectitur.* Ter. Phorm. 1, 2, 75 Lex eſt, vt orbae qui ſint genere proximi, eis nubant: et illos ducere eadem haec lex iubet. ¶ 2 *Multitudinem rerum natura ſimilium notat: vt* Animale genus, *Multitudo rerum animam habentium* Lucret. 1, 228. Cic. de Amicit. 20 Quanta autem vis amicitiae ſit, ex hoc intelligi maxime poteſt, quod ex infinita ſocietate generis humani, quam conciliauit ipſa natura, ita contracta res eſt, *etc.* Virg. Aen. 1, 546 Si genus Humanum, et mortalia temnitis arma. *Et* 747 Genus hominum. Cic. pro Roſc. Amer. 91 Nam dum hominum genus erit, qui accuſet eos non deerit. *Sic* Plin. 8, 25. Genus Thebanum, *i. Natio* Plaut. Amph. . . . Hominum genus in ſexu conſideratur, virile an muliebre Cic. de Inuent. 1, 35. Genera in ſpecies multas ſeſe ſpargentia, *h. e. Diuiſa* Plin. 21, 8. Leonum genus acre Lucret. 5, 860. Ouium ſumma genera duo: tectum, et colonicum Plin. 8, 47 *ad fin. i. Species.* Piſcium Horat. Od. 1, 2, 9. ¶ 3 *Epitheta non tam ad nomen* Genus *pertinent, quam ad multitudinem eorum, quae complectitur.* Acre genus virûm Virg. Georg. 2, 167. *i. viri acres.* Antiquum Idem Aen. 6, 580. Audax Hor. Carm. 1, 3, 27. Clarum Idem Serm. 1, 5, 54. Durum Virg. Georg. 1, 63. Exitiale Stat. Theb. 1, 243. Egregium Virg. Aen. 7, 213. Armis Ferox et ſeruitii inſolitum genus Salluſt. Hiſt. l. 1. Femineum Virg. Aen. 9, 142. Humilius Quinctil. 3, 7. Immite virorum Ouid. Met. 13, 740. Immortale Virg. Georg. 4, 208. Impauidum Sen. Herc. Oet. ſ. 1. Impium Sen. Octau. ſ. 7. Implacidum Genauni Hor. Carm. 4, 14, 10. Inclitum altis titulis Sen. Herc. fur. 139. Infame Hor. Carm. 2, 14, 18. Ingens Virg. Aen. 12, 225. Inſuperabile bello Idem Aen. 4, 40. Intractabile bello Id. Aen. 1, 343. Irritabile vatum Horat. Epiſt. 2, 2, 102. Ligures, durum ac velox genus Flor. 2, 3, 4. Mortale Ouid. Met. 1, 188. Parcum patiensque laboris Idem Met. 7, 656. Regium Hor. Carm. 2, 4, 15. Sabinorum Liu. 1, 18. Sublime Stat. Silu. 3, 3, 111. ¶ 4 Genus, *ſimilitudinem plurium a natura, a moribus etc. notat, etiam ſi in paucis ſit, quorum ita velut quaedam claſſes conſtituuntur: ita* Genus hominum *ſunt homines hac parte ſimiles, aliis diuerſi.* Ter. Eun. 2, 2, 11 Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt, nec ſunt: hos conſector. Virg. Aen. 1, 747 Quod genus hoc hominum? quaeue hunc tam barbara morem Induxit patria? Genus hominum aduerſariorum, ſeditioſum et inertiſſimum Cic. Fam. 11, 19. Excutiendum omne ſcriptorum genus Quinct. 1, 4. *i. Poëtae, oratores, etc.* Generis grati eſt Plaut. Merc. 3, 1, 27. Conſtantes eligendi amici: cuius generis magna penuria eſt Cic. de Amicit. 63 c. 17. Varia genera beſtiarum vel cicurum vel ferarum Idem de N. D. 2, 99. *Hic obſeruari meretur formula* omne genus *pro* omnis generis. Cato R. R. 8, 2 Hortum, coronamenta omne genus. Varro R. R. 1, 29, 1 Seminaria omne genus. *Et* 3, 6, 3 Omne genus frumento paſcuntur. *Et* 2, 10, 1 Quod genus paſtores habendi. *Et* 2, 1, 23 Hoc genus rebus. *Sed* Plin. Epiſt. 9, 39, 3 Velim ergo emas columnas, cuius tibi videbitur generis. *Rurſus* Cic. Att. 13, 13 Orationes aut aliquid id genus ſcribere. *Sed* Scribon. 22 Eius generis aqua. *Et* 206 Sui generis. *Et* 122 Eodem genere potiones. Cic. Offic. 1, 7 Vt paſtum, vt latibula, vt alia eiusdem generis. Animantum omne genus Lucret. 1, 4. Animantium tot genera atque naturae Cic. de Legib. 1, 22. Alituum genus, atque ferarum Lucret. 6, 1214. Aequoreum Virg. Georg. 3, 243. Aligerum, *i. Aues* Sen. Hippol. 3. Arbuſtiuum, *vid.* ARBVSTVM. Canorum vocis, *vid.* CANORVS. Concharum genus Lucret. 2, 374. Florum ac ſuccorum varium genus Quinctil. 1, 10. Herbarum genera Lucret. 1, 888. Ingeniorum praecox genus Quinctil. 1, 3. Ferarum montiuagum genus Lucret. 2, 597. Natantum genus Virg. Georg. 3, 541. Pecudum omne genus Idem Aen. 5, 736. Saporis ſuo proprio genere, non comparatione cum aliis, dulce eſſe ſentitur mel Cic. de Fin. 3, 34. Siluarum munifica genera, *vid.* MVNVS. Tineae durum genus Virg. Georg. 4, 246. Vitis laetum genus Idem Georg. 2, 262. ¶ 5 *Haec fere concreta, vt loquuntur philoſophi: ſed etiam in abſtracto ponitur.* Nihil eſt quod de ſuo genere in aliud genus transferri poſſit Cic. Acad. 4, 50. In ſuo genere perfectum eſſe voluit quidquid genuit natura Idem Tuſc. 5, 7. Genus eſt, Quod plures partes amplectitur: vt animal, pars eſt, quae ſubeſt generi, vt equus. ſed ſaepe eadem res alii genus, alii pars eſt: vt homo, animalis pars eſt: Thebani aut Troiani, genus Cic. de Invent. 1, 32 c. 28. Varro R. R. 3, 3, 3 Harum ſingula genera in binas ſpecies diuiduntur. In prima parte. *Et* Colum. 1, 2, 11 Senae ſpecies ſingulis contribuuntur generibus. Genus eſt id, Quod ſui ſimiles communione quadam, ſpecie autem differentes duas aut plures complectitur partes Cic. de Orat. 1, 189. Idem de Inuent. 1, 35 c. 24 Naturae partes partim diuino partim mortali in genere verſantur. Mortalium pars in hominum, pars in beſtiarum genere numeratur. Atque hominum genus *etc.* Genus, eſt Notio ad plures differentias pertinens Cic. in Topic. 31. Idem Off. 1, 3 Omnis de officio duplex eſt quaeſtio, vnum genus eſt, quod pertinet ad finem bonorum: alterum quod poſitum eſt in praeceptis. Summum genus, *dicitur Vltima ſpecies* Quinctil. 7, 5. 3, 6, 38. *Conf.* 7, 1, 23. Vltimum genus, *i. Quod generaliſſimum vocant.* Cic. in Topic. 39 Aqua pluuia vltimo genere ea eſt, quae de caelo veniens, creſcit imbri: ſed propiore loco, in quo ius arcendi continetur, genus eſt, aqua pluuia nocens, *etc.* Vniuerſi generis quaeſtio Cic. de Orat. 2, 65. In certa genera cogere quod diffuſum et diſſipatum eſt, et ad artem facile redigere Idem de Orat. 2, 142. Definita genera non ſolum numero, ſed etiam paucitate Id. de Orat. 2, 145. Cic. Q. Frat. 2, 2 Innumerabiles enim res ſunt, in quibus te quotidie in omni genere deſiderem. Diducere genera a Quinctil. 1, 5. In genera digerere omne ius ciuile, et eorum generum quaedam membra diſpertire Cic. de Orat. 1, 190. A genere ducere argumentum Idem in Topic. 8. De toto aliquo genere diſputare Id. Off. 2, 45. Diſtinguere genere aliquid Cic. de Orat. 3, 31. Illuſtrare aliquid generibus, et partibus diſtribuere Idem de Orat. 1, 109. Mutare genus dicendi Quinctil. 2, 5. Subiectae generibus partes Cic. de Orat. 2, 166. Ex genere quae ſumitur argumentatio, commode tractatur Idem in Topic. 40. Quinctil. 7, 5 (4) 27 Abdicationum formae ſunt duae: altera criminis perfecti, alia imperfecti. *Et paullo poſt pro eodem*, at pro filiis in vtroque genere ſummiſſam. In omni genere et varietate artium excellere Cic. pro Corn. Balb. 15 c. 6. In omni genere aliquem delectare Idem Att. 16, 5. Adhibere genus, Attenuatum genus dicendi, Concertatorium, *vid. hh. vv.* Declamatorium Quinctil. 2, 10. Oratorium Idem 3, 7. Abruptum ſermonis Id. 4, 2. Accuratum, *vid.* ACCVRO. Acutum, *vid.* ACVTVS. Captioſiſſimum, *vid.* CAPTIOSVS. Concionale, *vid.* CONCIONOR. Floridius Quinctil. 2, 5. Forenſe dicendi Idem 2, 10. Trinum dicendi genus eſt, ſublime, modeſtum, Et tenui filo Auſon. Eidyll. 11, 66. Preſſum, limatumque dicendi Quinctil. 2, 8. Armorum genus Sil. 8, . . Cic. Verr. 2, 9 Hunc denique ipſum pertuliſſent, ſi humano modo, ſi vſitato more, ſi denique vno aliquo in genere peccaſſet. Quid in eo genere efficere poſſis, tui conſilii eſt Cic. Fam. 3, 2. Genere novo literarum vti Idem Fam. 13, 15 *extr.* *Et* Verr. 5 *pr.* Verſatusque ſit ſine vlla non modo religione, verum etiam diſſimulatione in omni genere furandi atque praedandi. ¶ 6 Genus *eſt, quod alias* Modum *vel* Rationem *vocant.* Scribon. Epiſt. . . Genere quodam committere parricidium. *Sic* c. 84 *et* 171. *Ipſe* Cic. Verr. 2, 30 c. 11 Cum hos ſibi quaeſtus conſtituiſſet — tum infinitum genus inuenerat, ad innumerabilem pecuniam corripiendam, *i. modos furandi innumerabiles. Ita* Genera ac modos diſceptationum *dixit* Offic. 1, 34. Vno genere capere piſces Plin. 9, 59. Quinctil. 7, 7 Contra ſcriptum tribus generibus occurritur. Plin. 10, 46 ſ. 63 *de* Porphyrione, *aue.* Idem eſt *(edit)* proprio genere, omnem cibum aqua ſubinde tingens *etc.* *Affinia certe ſunt iſta.* Cic. Fam. 2, 12 Genus inſtitutorum et rationum mearum diſſimilitudinem nonnullam habet cum illius adminiſtratione prouinciae. Aetatis degendae genus ſibi id conſtituere quod maxime adamauerimus Cic. Off. 1, 117. Implicari certo genere curſuque viuendi, Commutare genus vitae, Incorruptum genus diſciplinae, *v. hh. vv.* ¶ 7 Genus, *eo ſenſu quo dicunt Grammatici*, Maſculinum, Femininum, Neutrum genus, *etc.* Quinctil. 1, 7 Non erit contentus tradere in nominibus tria genera, et ea quae ſunt duobus omnibusue communia. Nec ſtatim diligentem putabo, qui promiſcua (quae et epicoena dicuntur) oſtenderit, in quibus ſexus vterque per alterum apparet. *Et* c. 10 Comparatio in nominibus, aut genus deprehendit, aut declinationem: genus, vt ſi quaeratur, funis maſculinum ſit, an femininum, ſimile illi ſit panis. *Conf.* Varr. de L. L. 9, 2. *Caeterum* genus *de ſexu ipſe* Cic. de Inuent. 1, 35 c 24 Hominum genus in ſexu conſideratur, virile an muliebre ſit: *niſi* ſexum *aut* ſecus *genere neutro intellexit.*

GENER, ĕri. m. *Filiae maritus.* Ouid. Met. 1, 144 — Tutus Non ſocer a Genero. Eligere generum Plin. Ep. 1, 10. Optare generum Perſ. 2, 37. ¶ 2 *Obſ. Pro Marito ſororis accipitur* Gener *apud* Nep. 4, 1 *vt obſeruant Cuiacius Obſſ. 6, 17 aliique. Sic* Iuſtin. 18, 4, 8 *Sichaeus ſ. Acerbas Pygmalionis, cuius ſororem in matrimonio habebat*, gener *vocatur.* Eliſſa quoque Acerbae auunculo ſuo, ſacerdoti Herculis — nubit. Huic magnae, ſed diſſimulatae opes erant — Pygmalion oblitus iuris humani auunculum ſuum, eundemque generum, ſine reſpectu pietatis occidit. Generibus pro Generis, *teſte* Nonio 8, 33 Accius Alcmaeon. Qui ducat, quum te viderit ſocerum, generibus tantam eſſe impietatem.

GENE-

GENERŌSVS, a, um. Adi. [γενναῖος, εὐγενής, εὐπατρίδας] *Praeſtantiam generis et naturae ſignificat, ſiue eam, quae maiorum nobilitate cenſetur, ſiue propriam, adeo vt interdum* generoſus *ſit claris maioribus ortus, interdum dignus virtute maiorum, interdum ſimpliciter ingenio et virtute praeſtans, dignus qui generoſae ſtirpis auctor fiat.* Pater Themiſtoclis generoſus fuit Nep. 2, 1, 2. Fortiſſimus quisque generoſiſſimus eſt Salluſt. Iug. c. 85. Ouid. Faſt. 2, 199 Egreditur caſtris miles generoſus ab iisdem. Columel. 3, 2 *extr.* Atque vbi multa inuitabunt regionis commoda, vt nobilem vitem conſeramus, generoſam requiremus. *Add.* Id. 4, 29. Generoſioris arboris ſtatim planta cum fructu eſt Quinctil. 8, 3. Bacchus Tibul. 3, 6, 5. Conatus Quinctil. 2, 4. Domus Ouid. Faſt. 2, 225. Flos Id. Faſt. 5, 211. Suet. in Tiber. c. 49 Condemnatam et generoſiſſimam Feminam Lepidam, in gratiam Quirini Conſularis praediuitis et orbi. Honores Propert. 4, 12, 61. Indoles Sen. Phoen. 334. Iuuentus Ouid. ad Liu. 207. Iuuenis generoſi ſanguinis Lucan. 3, 723. Ouid. Triſt. 3, 5, 32 Quo quisque eſt maior, magis eſt placabilis irae, Et faciles motus Mens generoſa capit. Miles Idem Faſt. 2, 199. *Compar.* Nemo generoſior eſt te Hor. Serm. 1, 6, 2. Nobilitas, generoſaque nomina Ouid. Epiſt. 6, 113. Nominibus auorum generoſus Idem Triſt. 4, 4, 1. Cic. de Amicit. 29 Humilem ſane relinquunt et minime generoſum (vt ita dicam) Ortum amicitiae, quam ab inopia atque indigentia naſci volunt. Ortu materno generoſus Ouid. Met. 13, 148. Pars hominis generoſior Prudent. adu. Symmach. 1, 19. *i. anima.* Pectora Ouid. Met. 12, 234. Virg. Georg. 3, 75 Continuo Pecoris generoſi pullus in aruis Audet et ignoto ſeſe committere ponto. Pomum generoſiſſimum Quinctil. 5, 11. Pruna Ouid. Met. 13, 818. Pubes Stat. Silu. 5, 3, 146. Rex generoſus ac potens, *i. Magnanimus.* Cic. Off. 3, 86 Quumque de imperio certamen eſſet cum rege generoſo atque potente. Spiritus generoſi imperator Plin. 8, 41. Stirps Cic. de Clar. Orat. 213. Generoſa Stirpe profectus Idem de Diuin. 1 c. 12. Titulis generoſus auitis Stat. Silu. 5, 2, 22. Virgo generoſa et nobilis Cic. in Parad. 3. Vinum Hor. Epiſt. 1, 15, 18. Columel. 3, 2 *vocat* Generoſum vini ſaporem. Quod natura ipſa, et quaedam generoſa virtus ſtatim reſpuit Cic. Tuſc. 2, 16. Vua Ouid. de Rem. Amor. 2, 567.

GENERŌSE. Adu. [γενναίως] Perire generoſius Hor. Carm. 1, 37, 21.

GENEROSĬTAS, ātis. f. [εὐανδρία] *Nobilitas.* Columel. 3, 4 Nam quae pretio parata diſponitur, certam generoſitatis fidem non habet. *de vinea. Add.* ib. c. 2. Idem 6, 36, 3 Nonnunquam aliqui generoſitatem ſuam natis exhibent, *transfundunt quaſi in ſubolem ſuam.* Surculorum Pallad. 11, 3. Generoſitas celeberrima caecubo Plin. 14, 6. Generoſitas tauris eſt in aſpectu Idem 8, 45.

GENERĀLIS, e. Adi. [γενικός] *Quod ad cunctos pertinet.* Quinctil. 9, 1 Quaedam ex iis ſpecies plane diſtant, manente tamen generali illa ſocietate. Cic. Off. 1, 96 c. 27 Generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honeſtate verſatur. Genus generale Sen. Epiſt. 58. *i. generaliſſimum.* Tractatus generalis Quinctil. 2, 4. Cic. de Inuent. 1, 10 c. 8 Quum de genere negotii controuerſia eſt, conſtitutio generalis vocatur.

GENERALĬTER. Adu. [γενικῶς] *Omnia ſimul ſub vno genere complectendo.* Plin. Epiſt. 1, 8 Notare generaliter. Cic. de Inuent. 1, 39 c. 26 Nam ipſum quidem generaliter definire, difficile eſt. Quinctil. 1, 5 Accipere generaliter. Sen. Epiſt. 58 Quod generaliter eſt, tanquam homo generalis, ſub oculos non venit: ſed ſpecialis venit, vt Cicero et Cato. Generaliter, *cui opponitur* Specialiter. Vlp. in l. Si quis mihi §. 1 de acquirenda hereditate, Sed vtrum generaliter quaecunque tibi hereditas fuerit delata, an ſpecialiter? Pomponius in l. Quintus D. de auro et argento legato, Multum enim intereſt, generaliter an ſpecialiter haec legentur. Vlpian. in l. 1 §. penultimo D. de dote relegata, Mela ſcribit, ſi fundus in dotem fuerit, et ſpecialiter ſit legatus, mox generaliter dos relegata: non bis, ſed ſemel deberi fundum. Idem in l. 1 in princ. D. de iniuriis, Iniuria ex eo dicta eſt, quod non iure fit. Omne enim quod non iure fit, iniuria fieri dicitur. Hoc generaliter. Specialiter autem iniuria dicitur contumelia. *Rurſus id.* in l. 1 §. Qui quaeſtionem D. de quaeſtionibus, Qui quaeſtionem habiturus eſt, non debet ſpecialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit: ſed generaliter, quis id fecerit.

GENERALĬTAS, ātis. f. *Vniuerſitas.* Mart. Capell. 4 p. 100 Hominem a generalitate animantium diſcernere. *Vid.* Symmach. Ep. 2, 90. *Voſſ. de L. L.* 3, 13.

GENERĀTIM. Adu. [κατὰ γένη] *Per ſingula genera, quod idem valet, ac recentiorum ſpecialiter, vel per ſingulas ſpecies.* Virg. Georg. 2, 35 Quare agite o proprios generatim diſcite cultus Agricolae. Varr. de Analog. 2 Non in volucribus generatim ſeruatur analogia, *etc.* Suet. in Calig. c. 22 Hoſtiae generatim immolantur per ſingulos dies. Cic. Acad. 4, 47 Exponam igitur generatim argumenta eorum. Generatim *et* Confuſe, *videntur contraria* Idem Acad. 4, 47. Nominatim *et* Generatim, *contraria* Id. Att. 11, 6 *pr.* *Contraria.* Cic. Verr. 2, 137 Nam vt publice ciuitates iſtos honores habent: aut generatim homines, vt aratores, vt mercatores, vt nauicularii. Generatim diſtributi in ciuitates Caeſ. B. G. 7, 19. Quaerere aliquid generatim Cic. de Orat. 2, 42. Idem de Orat. 2, 142 Sed haec Craſſus aliquando nobis expediet, et exponet deſcripta generatim. Lucret. 1, 21 *ad Venerem,* Efficis, vt cupide generatim ſaecla propagent. Lactant. de Opif. Dei 6 Prouiſum eſt in ſingulis quibusque fingendis —— quatenus adiugatis corporibus elata ſoboles vniuerſas generatim *(ſecundum genera ſua)* conſeruaret animantes. *Saepe ita* Columella *v. g.* 2, 15, 7. 5, 10, 2 *etc.* ¶ 2 Generatim, *pro* Generaliter. Cic. de Orat. 2, 42 Infinitum mihi videtur id dicere, in quo aliquid generatim quaereretur, hoc modo, Expetendane eſſet eloquentia, expetendine honores. Idem Att. 11, 6 Vt non nominatim, *(v. g. in Ciceronem)* ſed generatim *(v. g. in Pompeianos)* proſcriptio eſſet informata. *Et* de Orat. 1, 186 Aliquid generatim componere. Caeſ. B. C. 3, 32 Multa praeterea generatim ad auaritiam excogitabantur. Idem B. C. 2, 21 Omnibus generatim gratias agere. Cic. Verr. 5, 142 Nam quid ego de caeteris ciuium Romanorum ſuppliciis ſigillatim potius, quam generatim atque vniuerſe loquar? Dicere generatim quae maxime nota ſunt Cic. in Piſon. 85 c. 35. Generatim omnia amplecti Idem de Inuent. 2, 18 c. 5. Ab vniuerſa prouincia generatimque a ſingulis eius partibus diligitur Id. Verr. 2, 168. Generatim et ſpecialiter *opponit* Colum. 3, 9, 9. *it.* 12, 2, 3.

GENĔRO, āre. [γεννάω] *Gignere, procreare.* Cic. in Partit. 82 Quemadmodum quisque generatus, quemadmodum educatus. *Pro Inuenire.* Quinctil. 10, 2 An illi rudes ſola mentis natura ducti ſunt in hoc, vt tam multa generarent? Generare *etiam dicuntur* Feminae, aſini, et equae. Plin. 8, 44 Et quae non primo initu generare coeperit. *De Herba:* Gell. 5, 6 Obſeruari ſolitum, vt fieret e gramine, quod in oleo generatum eſſet. Bilem generantes Scribon. 104. Hominem generauit et ornauit deus Cic. de Legib. 1, 27 c. 9. Generandi gloria mellis Virg. Georg. 4, 205. Aliam ex alia generando ſuffice prolem Idem Georg. 3, 65. Semina limus habet, virides generantia ranas Ouid. Met. 15, 375. Populus Romanus a Marte generatus Cic. Philipp. 4, 5. Eadem terra Rhinocerotas alit, non generat Curt. 8, 9, 17. Neque enim ita generati a natura ſumus, vt ad ludum et iocum facti eſſe videamur Cic. Off. 1, 22. In iis aetatibus, quae nihil dum ipſae ex Se generare queant Quinctil. 1, 1, 36. Verſus *vid. mox* GENERANS. Generare poëma Idem 9, 4, 114. E ſanguine generata Beli Sil. 8, 221. Homines hominum cauſa generari Cic. Off. 1, 22 c. 7.

GENERANS, antis. Part. Ouid. Met. 15, 375 Semina limus habet virides generantia ranas. Sueton. Neron. c. 52 Venere in manus meas pugillares libellique, cum quibusdam notiſſimis verſibus ipſius chirographo ſcriptis: vt facile appareat, non tranſlatos, aut dictante aliquo exceptos, ſed plane quaſi a cogitante atque generante exaratos: ita multa et deleta, et inducta, et ſuperſcripta inerant.

GENERATVS, a, um. Part. Troia generatus Aceſtes Virg. Aen. 5, 61 Mundus ſemperne fuerit, nullo generatus ortu Cic. de Vniu. c. 2. Species arboris ex ſua radice generatae Curt. 9, 1, 10.

GENERATVS, ūs. m. Nepoti *tribuitur* Attici pr. *a Iacobo Gronouio, qui ita legit,* Pomponius Atticus, ab origine vltima ſtirpis Romanae, generatu perpetuo a maioribus acceptam equeſtrem obtinuit dignitatem, *i. generis iure non interrupto. Sed ipſe fatetur* generatus *eſſe in omnibus MSS. Et videtur Nepos non tam ſeriem generis indicare voluiſſe, quam modeſtiam Attici.*

GENERASCO, ĕre. [γεννῶμαι] Lucret. 3, 746 Cur omnia membris Ex ineunte aeuo generaſcunt, ingenioque? *i. Generantur.*

GENERATIO, ōnis. f. [γέννησις] Plin. 10, 52 Generatio auium ſimplex videtur eſſe. Hominum Id. 11, 64.

GENERATOR, ōris. m. [γεννητής] *Aliud Verbale.* Cic. de Vniuerſ. 34 c. 11 Noſſe autem generatores ſuos optime poterant. Equorum generator Agragas, *i. patria Agrigentum* Virg. Aen. 3, 704. *It. admiſſarius aſinus:* Plin. 8, 44 ſ. 69 *extr.*

GENERATORIVS, a, um. Adi. More Tertull. adu. Valent. c. 27.

GENERATORIVM, i. n. *Facultas procreandi.* Ambroſ.

GENERABĬLIS, e. Adi. [γεννητός] *Quod facile generatur.* Plin. 2, 45 Hic eſt ille generabilis rerum naturae ſpiritus. Manil. 1, 143 Opus generabile fingit.

GENERĀTRIX, īcis. f. Pomp. Mela 1, 9 *pr.*

GENETA MANA, *vid.* MANA *ſub* MANIA.

GĔNĔTYLLIS, ĭdis. f. *Dianae appellatio apud* Hor. Carm. Saec. 16 *vt ibi legit Bentleius pro vulgato* Genitalis: *vbi ex Suida et Heſychio probat non Veneris ſolum, ſed Dianae etiam* Ilithyiae *hoc nomen fuiſſe, quo etiam vſum putat* Porphyrionem *ad* Hor. l. c. *et* Seru. *ad* Virg. Ecl. 4.

GENS, gentis. f. [ἔθνος, φῦλον] *a* Genus *deducitur,* V *litera detracta: Natio, Plures eiusdem originis et naturae homines. v. g. de Troianis Iuno apud* Virg. Aen. 1, 71 Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat aequor. *Ponamus hic ante omnia doctrinam, a Sigonio praeſertim propoſitam ad Liu. 4 pr. et in lib. de Nominibus Rom. Nempe inter* Gentem, *et* Familiam *illud intereſt; quod* gens *ad nomen,* familia *ad cognomen refertur. itaque illa tanquam totum continere videtur, haec quodam modo partem. Exempli gratia,* Valerii *omnes vnius eſſe* gentis *dicuntur, quia vno nomine continentur omnes. at vero partes gentis huius ſunt plures, quae ex cognominum varietate diſtinctae ſunt, eaeque* familiae *nominantur, vt in gente* Valeria Maximi, Meſſallae, Flacci, Laeuini, Faltones: *in* Cornelia Scipiones, Lentuli, Dolabellae, Sullae, Cinnae: *in* Aemilia Mamercini, Lepidi, Paulli, Scauri, Barbulae: *Itemque in caeteris. at vero* Valerii *omnes vnius ſunt* gentis. *itemque* Cornelii *atque* Aemilii *itaque recte* Feſtus *h. v.* gentem *definit eam,* quae ex multis familiis conficeretur. *Quod autem intereſt inter* gentem, *et* familiam, *idem intereſt inter* genus, *et* ſtirpem. *Quae quidem ita eſſe, ex his veterum verbis intelligitur.* Ex gente Domitia duae familiae claruerunt, Caluinorum et Aenobarborum Sueton. Ner. c. 1. Idem in Galb. c. 3 Imagines vniuerſi generis exequi longum eſt, familiae breuiter attingam. Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbae tulit, cur, aut vnde traxerit, ambigitur. Liu. 38, 58 *pr.* Scipio Naſica orationem habuit plenam veris decoribus non communiter Corneliae gentis, ſed proprie familiae ſuae. Idem Suet. Caeſ. c. 6 *ex oratione ipſius Caeſaris,* Ab Anco Marcio ſunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater; a Venere Iulii, cuius gentis familia eſt noſtra. *Et in* Auguſt. c. 2 Gens Octauia a Tarquinio Priſco rege inter Romanas gentes allecta, mox a Ser. Tullio inter patricias traducta. primus ex hac magiſtratum cepit C. Rufus. Is quaeſtorius Cneum, et Caium procreauit, a quibus duplex Octauiorum familia deduxit, conditione diuerſa. Cic. in Brut. 62 Funebres orationes ipſae familiae quaſi ornamenta ſeruabant ad vſum, ſi quis eiusdem generis occidiſſet. Liu. 9, 29 Duodecim Potitiorum familias fuiſſe, quum gens Potitia tota interiit. *Et* 1, 3 *pr.* Iulia gens Iulum auctorem ſui nominis nuncupat. *Et* 7, 32 *extr. ſic loquitur Valerius Coruus,* Non, ſi mihi nouum hoc Corui cognomen diis auctoribus homines dediſtis, Poplicolarum vetuſtum noſtrae familiae cognomen memoria exceſſit. *Et* 40, 44 *pr.* Inde cognomen familiae inditum, vt Annales appellarentur. Catull. Epithal. Iul. et Manl. ſ. 60, 213 Non decet tam vetus ſine liberis nomen eſſe, *i. tam veterem gentem, qualis erat Manlia. Quid ſit* gentem *vel* ius gentis *habere, optime intelligitur ex* gentilis *definitione, quam deinde damus h. v. e* Cic. Topic. 29 c. 6. Idem de Legib. 1, 23 c. 7 *extr.* Vt homines Deorum agnatione, et gente teneantur. *Similia habet* de Vniuerſ. c. 11 *vbi* homines Deorum quaſi gentiles. ¶ 2 *Nationes ſub* Gente *comprehendi apparet, vid.* Tacit. Germ. 2, 6. *Nonnunquam tamen idem ſignificat vtrumque, vt* Tac. Agric. 12, 1 *et* 2. *Conf. Herald. et Elmenhorſt. ad* Arnob. *pr.* Gens *etiam latius patet quam* populus, *vid.* Liu. 4, 49 *pr. et* 6, 12 *pr. Conf. Gronou. ad* Liu. 5, 34. Gens *pro Populis aliquam regionem incolentibus.* Plin. 12, 7 Vtrumque ſilueſtre gentibus ſuis eſt, et tamen pondere emitur vt aurum vel argentum. *de vtroque pipere.* Cic. Fam. 15, 1 Vt opprimerentur ii, qui ex Cilicum gente in armis fuiſſent. Plin. 8, 25 Quin

et gens hominum eſt huic beluae aduerſa in ipſo Nilo Tentyritae. Cunabula gentis, *i. Nutrimenta* Virg. Aen. 3, 105. Seruius. Primordia gentis Ouid. Met. 5, 190. Societas propior eſt eiusdem gentis, nationis, linguae, qua maxime homines coniunguntur Cic. Off. 1, 53. Gens *pro regione.* Qui Cataoniam tenebat, quae gens iacet ſupra Ciliciam, confinis Cappadociae Nep. 14, 4, 1. Gentes viduatas eſſe ſuis cultoribus et deſolatas Arnob. l. 1 p. 4. *Nempe Syneſis in illis eſt, ſeu Synecdochen malis: vtrumque menti ſimul obuerſatur, locus et incolae. Gentes appellabant Romani populos reliquos praeter ſuam vrbem.* Hor. Od. 1, 2, 5. *Fr. Luiſin. Parerg. 3, 32.* In Vulgata et Patribus Gentes appellantur, qui aliter gentiles. *Vid. Cellar. Cur. Poſt.* p. 265.
¶ 3 *Iam videamus epitheta, vnde apparebit, ſaepe etiam pro genere ſumi, i. pro multitudine, ſimile aliquid inter ſe habentium.* Ariana gens Indis contermina, *vid.* CONTERMINVS. Aurea Virg. Ecl. 4, 9. Barbarae Sen. Agam. ſ. 8. Belligerae Idem Med. ſ. 2. Chriſtiana gens poſtquam eſſe in mundo coepit Arnob. adu. Gentes 1 *pr.* Crudelis Virg. Aen. 6, 359. Doloſa Ouid. Met. 14, 92. Durae Valer. Argon. 5, 308. Effrena virûm Virg. Georg. 3, 382. Egregia bello Idem Aen. 1, 71. Externa Ouid. Amor. 3, 4, 34. Ferox Idem Met. 14, 450. Fecunda Hor. Serm. 2, 3, 287. Fortis Idem Carm. 4, 4, 53. Furua, *i. Mauri vel Aethiopes* Iuuen. Sat. 12, 104. Hircoſa Centurionum Perſ. 3, 77. Humana Hor. Carm. 1, 3, 26. Immanis et barbara, *vid.* IMMANIS. Indomita Sen. Med. 7. Inſociabilis, *vid.* INSOCIABILIS. Inuictae Virg. Aen. 12, 191. Nefanda Idem Aen. 3, 653. Odoriſera, *i. Arabes* Ouid. Met. 4, 209. Periura Sil. 16, . . Quinctil. 3, 7 Et eſt conditoribus vrbium infamiae contraxiſſe aliquam Perniciosam caeteris gentem. Sanctae Iuuen. Sat. 15, 10. Superbae Virg. Aen. 1, 527. Togata Idem Aen. 1, 286. Triumphata Ouid. Amor. 1, 14, 46. Turbida Valer. Argon. 8, 323. Vagae, et ſine vrbibus, ac ſine legibus Quinctil. 3, 2. Valida Claud. de B. Get. 134. Vetuſta Virg. Aen. 9, 284.
¶ 4 *Verba et Participia:* Aſſueta bello Ouid. Met. 15, 484. Colligere laceras gentes, *vid.* LACER. Componere gentem Sil. 17, . . Contrahere gentem Quinctil. 3, 7. Frenare ſuperbas gentes Virg. Aen. 1, 527. Illigare gentem aliquam bello, *vid.* ILLIGO. Imperitare magnis gentibus Lucret. 3, 1041. Miſcere armis gentes Lucan. 9, . . Nata gens inſtaurandis reparandisque bellis, *vid.* NASCOR. Subactae Lucan. 1, . . ¶ 5 *Saepe nobilitatis, et patriciatus adeo notionem habet, vt* Habere gentem Liu. 10, 8. Sine gente, *i. Ignobilis.* Hor. Serm. 2, 5, 15 Qui quamuis periurus erit, ſine gente, cruentus Sanguine fraterno, *etc.* Gente ad eum rediit hereditas. *Vid. paullo poſt,* GENTILITAS in iure, *etc.* Patricii *alii* Maiorum gentium *dicebantur, alii* Minorum. *Romulus primum legit centum patres, conſilii publici cauſa; deinde alii centum ex illuſtrioribus additi fuerunt. Hi* Maiorum Gentium *vocabantur. Poſtea Tarquinius centum rurſus legit ex multitudine plebeia, qui* Minorum Gentium *ſunt appellati. Vid.* Liu. 1, 35 *et* 47. Victor in Tarquin. *Conf. tamen* Tacit. Ann. 11, 25, 2 *ibique Lipſ. praeſertim vero Panuin. Comm. in Faſt. 1 p. 42 ſq.* Minorum gentium Patricios *memorauit* Cic. Fam. 11, 21. *Feſtiue hanc diſtinctionem ad Deos transtulit* Cic. Tuſc. 1, 29 c. 13 *cum dixiſſet de Romulo, Hercule, Tyndaridis fratribus et caeteris, pergit,* Si vero ſcrutari vetera — coner: ipſi illi maiorum gentium Dii qui habentur, hinc a nobis profecti in caelum reperientur. Idem Acad. 4, 126 c. 41 Cleanthes, qui quaſi maiorum eſt gentium Stoicus. Patriciae gentis formoſiſſimus Iuuen. Sat. 10, 332. Pulcherrima gens Sil. 13, 466. ¶ 6 *Etiam Animalium eſt Gens. De Apibus* Colum. 9, 9 Inteſtino bello totae gentes conſumuntur. Tu modo quos in ſpem ſtatuis ſubmittere gentis Virg. Georg. 3, 73 *de equis. De Piſcibus* Idem Georg. 4, 430

Quum Proteus conſueta petens e fluctibus antra
Ibat: eum naſci circum gens humida ponti
Exſultans, *etc.*

Vbicunque terrarum et gentium Cic. Verr. 5, 142 c. 55. O dii immortales, vbinam gentium ſumus! Idem in Catil. 1, 9. Nusquam gentium, *vid.* NVSQVAM. Ter. Adelph. 4, 2 *pr.* Vbinam gentium ſumus Cic. Catil. 1 c. 4. Vbiuis gentium Ter. Hec. 3, 1, 4.
¶ 7 Gens *de homine ſingulari, vt* Genus. Vigilasne, Deûm gens, Aenea? Virg. Aen. 10, 228. *Conf.* Sil. 7, 35 *et* 637. *ibique Cellar. it. Drakenb. ad* 2, 185. ¶ 8 *A librariis permiſcentur* Gens *et* Mens: *Drakenb. ad* Sil. 6, 611.

GENTĬCVS, a, um. Adi. [ἐθνικὸς] *Gentilis.* Mos genticus Tacit. Ann. 6, 33 Adduntur e ſeruitiis gladiaturae deſtinati, quibus more gentico continuum ferri tegimen (crupellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles. *Vtitur et* Ammianus 24. . . Tertull. de Anima c. 39.

GENTĪLIS, e. Adi. [ἐθνικὸς, ὁμοεθνής] Cic. in Topic. 29 c. 6 Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem ſunt nomine: non eſt ſatis. Qui ab ingenuis oriundi ſunt: ne id quidem ſatis eſt. Quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit: abeſt etiam nunc. Qui capite non ſunt diminuti: hoc fortaſſe ſatis eſt. Feſt. Gentilis dicitur et ex eodem genere ortus, et is, qui ſimili nomine appellatur, vt ait Cincius: Gentiles mihi ſunt, qui meo nomine appellantur. Cic. Tuſc. 1, 38 Pherecydes Syrus primum dixit animos hominum eſſe ſempiternos. antiquus ſane. fuit enim meo regnante gentili. *h. e. Seruio Tullio, quia eiusdem nominis erat.* Cic. Verr. 2, 190 Reſponde mihi nunc tu, Verres, quem eſſe hunc tuum paene gentilem Verrutium putes, *cuius nomen cum tuo cognomine ita conuenit, vt poſſitis gentiles videri.* Ad Heren. 1, 23 c. 3 Si furioſus exiſtat, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque eius ius eſto. Agnati *ſunt eiusdem familiae, qui ſi deficiant, itur ad eos, qui remotius coniuncti ſunt, id eſt, eiusdem gentis. Sic p. p.* Si pater familias inteſtatus moritur, familia pecuniaque eius agnatûm gentiliumque eſto. *Nempe, vt eſt apud* Cic. de Legib. 1, 23 c. 7 Agnationibus familiarum diſtinguuntur ſtatus: id in rerum natura tanto eſt magnificentius, — vt homines deorum agnatione et gente teneantur. *Cui conuenit illud,* Deorum immortalium *homines* quaſi gentiles, diuini generis, teneant omnium animantium principatum Cic. de Vniu. c. 11. Plin. 33, 1 Seruos dominorum gentiles *vocat, quod nomine dominorum, accuratius praenomine,* Marcipores Luciporesue *appellarentur. Miſcet communionem* nominis, *quae agnatis eſt, et praenominis.* Caterua gentilis Sil. 16, . . ¶ 2 Gentiles *etiam nationes vocantur, Quae vicinae ſunt natali ſolo cuiuspiam.* Tacit. Ann. 11, 1 Quando Viennae genitus, multisque et validis propinquitatibus ſubnixus, turbare gentiles nationes promtum haberet. Lingua et oratione ipſius non minus ſcite, quam ſi gentilis eius eſſet, locutus eſt Gell. 17, 17. *i. popularis.* Gentile *dicitur Quod eſt gentis proprium et familiare: vnde* Iuuenalis 3, 64 Gentilia tympana *dixit.* Suet. Tiber. c. 61 Gentile in illo hoc videtur. Leuitas gentilis Tacit. Ann. 12, 14, 2. Et non gentilia Poma Calpurn. Ecl. 2, 41. *i. inſitiua.* ¶ 3 Gentilis, ἐθνικὸς Vet. Gloſſ. *Scriptores rerum ſacrarum,* Gentiles, *ſiue* gentilitatem *vocant omnes idolorum cultores, hoc eſt, quicunque deorum multitudinem poſuerunt: diuerſae enim gentes innumerabilia numina habuere: nec ſolum ſuperiora illa, quae fulgore ſuo mundum illuſtrant, Solem, Lunam, etc. ſed inferiorum quoque animalium virtutes, Pudicitiam, Concordiam, etc. Ideo autem hos* Gentiles *vocant, quia in* gentilium, *hoc eſt, maiorum ſuorum fide perſtitere, nec religionis cultum mutauerunt, ſiue potius ex latina interpretatione vocum Sacrae Scripturae* ἔθνη *et* ἐθνικός. Gentilium literarum libros legere Hieron. Epiſt. 22, 13. Hoc et gentilis facit, et Iudaeus, et publicanus, et ethnicus Id. Tom. VI in Epheſ. 5, 20.

GENTILĬTER. Adu. *Iuxta gentis conſuetudinem.* Succinum Germani gentiliter vocant Solin. c. 33. *Conf.* Id. c. 16. Fulgent. Diſcuſſ. Arian. Obiect. c. 4.

GENTILĬTVS. *Aliud* Adu. Tertull. de Pall. c. 3.

GENTILICIVS, a, um. Adi. [γενέθλιχος] *Quod ex gente ſiue familia eſt.* Gentilicia nomina, Quae originem gentis vel familiae declarant; vt Porcius, Cornelius. Gell. 14, 1. *Sic* Gentilicia nota *a* Liuio 6, 20 *extr. dicitur, et* Gentilicia funera *a* Plinio 35, 2 *nuncupantur, et* Gentiliciae hereditates *apud* Suetonium Iul. c. 1. Gentilicium hoc illi: *i. Hoc illi a gente ſua proprium eſt* Plin. Epiſt. 6, 15. In Serranorum familia gentilicium eſſe, feminas linea veſte non vti Plin. 19, 1. Gentilicium, *Quod a gente, id eſt natione, vſurpatur.* Inde Gentilicia ſacra dicuntur a Liuio 5, 52 Quae ſtatuta ſunt eidem genti. Cic. de Aruſp. Reſp. 32 c. 15 Multi ſunt etiam in hoc ordine, qui ſacrificia gentilicia, illo ipſo in ſacello, ſtatuto loco anniuerſaria factitarint. Sacerdotium gentilicium: *vid.* Schulting. ad Calpurn. Flacc. Decl. 24 p. 822.

GENTILITAS, ātis. f. [γένεθλον] *Multitudo ipſa familiae alicuius, vel gentis* Vict. de Viris Illuſt. c. 24 *extr.* Gentilitas eius Manlii cognomen eiurauit, ne quis poſtea Capitolinus vocaretur. Bruta gentilitas, *vid.* BRVTVS. Gentilitas *ius Gentilium.* Cic. de Orat. 1, 176 c. 38 Quum Marcelli ab liberti filio ſtirpe, Claudii patricii eiusdem hominis hereditatem, gente ad ſe rediiſſe dicerent, nonne in ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicendum? *Et* ibid. 173 c. 38 Iactare ſe in cauſis centumuiralibus, in quibus vſucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum — iura verſentur. *Add.* Boëthius in Topicis . . . *Ex hoc hodie noſtrates vulgo vſurpare nomen* gentilis hominis *(gentilhomme) videntur. Bud.* Gentilitas, *Ipſa neceſſitudo inter gentiles et cognatos.* Plinius in Paneg. c. 39 Ex quo intelligi poteſt, quantae benignitatis, quanti ſpiritus fuerit, ſparſas, atque (vt ita dicam) laceras gentilitates colligere atque connectere. Gentilitas in herbis, *i. Natale ſolum* Plin. 12, 13 *extr. Add.* 23, 7 ſ. 65. *Apud* Patres *de paganorum natione, vt* Prudent. Rom. 1086. *et* Periſt. 1, 94. Tertull. de Virg. Vel. c. 2 *pr.*

GENTIANA, ae. f. *Herba* Scribon. 167. 170. 176.

GENVSVS, i. m. (*al.* Geneſus, *ſed male*) *Fluuius Palaeſtinae.* Lucan. 5, 463 Tellus, quam volucer Genuſus, quam mollior Apſus Circumeunt ripis.

G E O

GEOGRAPHIA, ae. f. [γεωγραφία] *Terrae deſcriptio.* Cic. Att. 2, 4 De Geographia dabo operam vt tibi ſatisfaciam, ſed nihil certi polliceor. magnum opus eſt: ſed tamen, vt iubes, curabo, vt huius peregrinationis aliquod tibi opus extet.

GEOGRĂPHVS, i. m. Ammian. 22 p. 414.

GEOGRAPHĬCVS, a, um. Adi. Ammian. 23, 18 Stilus Geographicus. *Add.* Id. 31, 5. *Conf.* Cic. Att. 2, 6.

GEOMANTIA, ae. f. *Diuinatio ex terra et puluere.* Iſidor. 8, 9. *Peucer. de Diuinat. p. 405.*

GEOMĔTRES, *ſiue* GEOMĔTRA, ae. m. [γεωμέτρης, ου] *Terrae menſor ſiue diuiſor. ad omnis tamen magnitudinis ſcientiam refertur.* Cic. Acad. 4, 22 c. 7 Quomodo aut geometres cernere poteſt, quae aut nulla ſunt, aut internoſci a falſis non poſſunt? Geometrae ſolent non omnia docere, ſed poſtulare, vt quaedam ſibi concedantur, quo facilius quae volunt explicent Cic. Off. 3, 33 c. 7. *Add.* Id. Acad. 4, 116 c. 36.

GEOMETER, tri. m. *Idem.* Illud tibi geometer poteſt dicere quantum abeſſe debeat corpus ab imagine, et qualis forma ſpeculi quales imagines reddat. Sen. Ep. 88. *Add.* Iuuenal. 3, 76. Auctor de bello Troiano ex Darete 2, 126. Burm. *ad* Quinct. 1, 10.

GEOMETRIA, ae. f. [γεωμετρία] *Terrae menſuratio; vel Ars ipſa primo terram, ac deinde omnia alia ſub menſuram cadentia, dimetiendi.* Cic. de Fin. 3, 5 Quanquam ea verba, quibus ex inſtituto veterum vtimur pro Latinis, vt ipſa Philoſophia, vt rhetorica, dialectica, grammatica, geometria, muſica: quanquam ea Latine dici poterant, tamen quoniam vſu percepta ſunt, noſtra ducamus. *Nempe in genere ea diſciplina, Quae circa quantitatem aut magnitudinem verſatur,* Geometriae *nomen obtinuit. Vid.* Gellium 16, 10. *De vtilitate huius artis ad oratoriam vid.* Quinct. 1, 10, 34 *ſqq. vbi ita generaliter accipit* Geometriam, *vt eam diuidat in* numeros atque formas, *Arithmeticamque adeo eo nomine comprehendat.* Geometria apud Graecos in ſummo honore fuit Cic. Tuſc. 1, 5 c. 2. Diſcere geometriam ab aliquo Idem de Fin. 1, 20. Quae in geometria deſcribuntur, Mathematicorum ſunt, non Ariolorum Id. de Diuin. 2, 10. Tractauerunt geometriam Euclides et Archimedes Cic. de Orat. 3, 132 c. 33.

GEOMETRĬCVS, a, um. Adi. [γεωμετρικὸς] Cic. Tuſc. 1, 57 c. 24 Socrates interrogat quaedam geometrica de dimenſione quadrati. Geometrica ſcientia Plin. 7, 37. Ratio Cic. Acad. 4, 117 c. 36. Gell. 18, 15. Geometricum quiddam Cic. de Diuin. 2, 122. Idem Tuſc. 1, 57 c. 24 Ita faciles interrogationes ſunt, vt gradatim reſpondens eo perueniat, quaſi geometrica didiciſſet.

GEOMETRĬCE. Adu. [γεωμετρικῶς] Geometrice eruditus, *Qui geometriam callet* Plin. 35, 10. Refellere γεωμετρικῶς aliquem Cic. Att. 12, 5.

GEORGI, *Aſiae populi ab Agricultura nomen ſortiti, quibus vicinos* Corſitas, Phoriſtas, et Riphaces Mela *facit: vid.* 1, 2. *et* 2, 1. *Conſtat etiam Tauricam Cherſoneſum Georgiam cognominatam propter memorabilem in ea frumenti copiam, vt notat Vadianus. vid. Strabo* 7.

GEORGIA, ae. f. [γεωργία] *Agricultura Latine dicitur.*

GEORGĬCVS, a, um. Adi. [γεωργικὸς] *Ruſticus: vt,* Georgicum carmen Columel. 7, 5. Georgica *int.* Carmina, *inſcriptio operis Virgiliani.*

GERAERA, ae. f. [γεραίρα] *Sic vocabantur miniſtrae quaedam ſacrorum apud Athenienſes, de quibus Harpocratio* etc. *Hanc ſuſpicatur Gronouius etiam* Plauto *reſtituendam* Mil. 3, 1, 102 *legendumque*, Iampridem quia nihil abſtulerit ſuccenſet geraera, tum Obſtetrix *etc. Al.* Ceraria, Geraria *alii.* Geraerae *videtur metrum verſuum vicinorum repugnare.*

GERANIVM, i. n. *Herba.* Plin. 26, 11. *Dioſcor.* 3, 131.

GERANĪTES, ae. f. *Gemma.* Plin. 37, 11.

GERANVS, *vid.* GRVS.

GERDIVS, i. m. Firmic. 8, 25 Vigeſima ſexta pars Librae ſi in horoſcopo fuerit inuenta, textores faciet gerdiosque. Lucilius *apud* Nonium 2, 379 Curare domi ſint Gerdius, ancillae, pueri, zonarius, textor. *Dicti* Gerdii *videntur viro docto* παρὰ τὸ ἐν γῇ ἕρδειν, *vel* ἐν γῇ ἕδος ἔχειν, *quod humi artem exerceant, vel quod in terra ſolium habeant: ſed nondum inde conſtat, quodnam proprie illorum opificium fuerit.*

GERMALVM, *an* GERMALVS, i. *Locus in vrbe Roma veteri.* Varro de L. L. 4, 8 p. 16, 21 Germalum a Germanis Romulo et Remo, quod ad vicum ruminalem et hi inuenti. *Et paullo ante*, Huic (Palatio) Germalum et Velias coniunxerunt. *Hinc* Cic. Att. 4, 3 Milonis domum in Germalo *collocant eruditi pro* Ceramio, *quod fere eſt in MSS. Apud* Feſtum *eſt* Cermalus, *quod ordo oſtendit.*

GERMALENSES Varroni *l. c. ſunt, qui Germalum habitant.*

GERMANVS, *nomen gentis, a qua dicta eſt* Germania, *ſub quo nomine ſtatim plura de Germanis dicemus. Sumitur etiam Adiectiue, vt* Ouid. A. A. 3, 163 Femina canitiem germanis inficit herbis. Germanus *pro fratre mox declarabitur ſub voce* GERMEN.

GERMANIA, ae. f. [Γερμανία] *Germanorum patria. Hi antea* Teutones *appellabantur, a* Teutono *deo eorum, quem terra ortum exiſtimabant. poſtea* Alemanni *ſunt dicti ab huius dei filio* Manno. Germaniae *vocabulum nuper a Romanis additum: quoniam quum primum Rhenum deuictis Gallis transgreſſi fuiſſent, videntes eos, et feritate animorum, et proceritate corporum, et colore flauo, forma praeterea et moribus, et viuendi ritu Gallis ſimillimos,* Germanos *eos, hoc eſt fratres Gallorum eſſe, exiſtimauerunt. Haec ex Strabone 7. Aliter* Tacitus de Germania 2 Caeterum Germaniae vocabulum recens et nuper additum, quoniam qui primi Rhenum transgreſſi Gallos expulerint, tunc Tungri, nunc Germani vocantur. *Vnde conſtat,* Germaniae *nomen non generale fuiſſe in initio, ſed eius tantum gentis, quae prima e Germania in Galliam fuerit transgreſſa.* Et mortem et nomen Druſo Germania fecit Ouid. Faſt. 1, 597. Ferox Claud. de B. Get. 423. Fera Hor. Epod. 16, 7. Penetralis, *h. e. Penitior.* Tacit. Ann. 2, 10 Ille fas patriae, libertatem auitam, penetralis Germaniae deos, *etc. Niſi* penetrales DI *ſunt penates: quod malim ego quoque.*

GERMANĬCVS, a, um. Adi. [Γερμανικὸς] *a* Germania *deducitur: vt a* Macedonia Macedonicus. *Nempe a debellatis* Germanis *quidam Imperatores* Germanici *cognomen ſumſerunt, vt* Germanicus, *C. Caeſaris Caligulae pater, a Tiberio patruo adoptatus, de quo* Suet. in Calig. c. 1, 7. *Multi etiam Imperatores hoc cognomen aſſumſere, a Germanis victis. Sic* M. Aurelius Antoninus: *vid. Dion. 71. Et* Domitianus, *in* Quinctil. 10, 1. *Vid.* Sil. 3, 607.

GERMANICIĀNVS, a, um. Adi. Milites Germaniciani, *qui ſunt pars exercitus Germanici.* Suet. in Tiber. c. 25 Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem: ante omnia, vt aequarentur ſtipendio Praetorianis. Germaniciani quidem *etc.* Idem in Othon. c. 8 Germaniciani exercitus in verba Vitellii iurarunt.

GERMEN, ĭnis. n. [Σπόρος Gloſſ. Lat. Gr.] Feſtus, Germen eſt, Quod ex arborum ſurculis naſcitur: vnde et Germani, quaſi Ex eadem ſtirpe nati. Plin. 10, 29 Denſante ſe frondium germine. Aliena ex arbore germen Virg. Georg. 2, 76. Germina ortorum exuruntur Plin. 7, 15. Germine graues rami Lucan. 9, 361. *De fructibus arborum dici, obſeruant* Barth. et Heinſ. ad Claud. de Laud. Stil. 2, 465. Germina *de paruis animalium* Nemeſian. Cyneg. v. 153.

GERMĬNO, āre. [βλαστάνω, θάλλω, θηλαίνω] *Pullulare, germen emittere.* Plin. 13, 4 Femina citra florem germinat tantum ſpinae modo. *Fetus in vtero ſ.* Partus *dicitur* Capillum germinare, *Quum ei capillus naſcitur.* Plin. 7, 6.

GERMINATIO, ōnis. f. [βλάστησις] Plin. 16, 25 Alia protinus, vt animalia: tardius aliqua et diutius grauida partus gerunt: quod germinatio ideo vocatur. *Add.* Id. 17, 14. Colum. 4, 24.

GERMINATVS, ûs. m. [θήλανσις] *Idem.* Plin. 15, 8 Oleam ſi lambendo capra contigerit, depaueritque, primo germinatu ſterileſcere, auctor eſt M. Varro. *Add.* Id. 16, 25.

GERMINASCO, ĕre. [βλαστάνω] Cuius compoſitum eſt Congerminaſcere. *de quo ſ. l.*

GERMĀNVS, a, um. Adi. Quaſi Ex eadem ſtirpe genitus, *inquit* Feſt. Germanus, γνήσιος, ἀδελφὸς, Germani, ἀδελφοὶ ὁμογνήσιοι Vet. Gloſſ. Ter. Adelph. 2, 4, 5 O mi Aeſchine, ô mi germane. Ibid. 5, 8, 34 Nunc tu mihi es germanus pariter corpore et animo. Ter. Andr. 1, 5, 57 Si te in germani fratris dilexi loco, *etc.* Cic. pro Font. 63 Praeſertim quum virgo Veſtalis ex altera parte germanum fratrem complexa teneat, veſtramque Iudices, ac Pop. Rom. fidem imploret. Soror germana Cic. pro Milon. 74. *Add.* Nep. 5, 1, 2 *ibique Interpp. Rutgerſ. Var. Lect. 1, 9 p. 40 ſeq.* Cic. in Partit. 88 Coniuges, germani, parentes, *etc. Deinde ponitur ſaepe* ¶ 2 Germanus, *pro Vero et ſincero, hoc eſt non fucato, non adulterato. Sic iocoſe* Aſinus germanus Cic. Att. 4, 5. *i. verus, de ſe ipſo.* Idem de Orat. 90 Hanc ego iudico formam ſubmiſſi oratoris, ſed magni tamen, et germani Attici. Sic, Germani Campani. Cic. de L. Agr. 2, 69. *i. Veri et legitimi.* Plaut. Rud. 3, 4, 32 Atque heras tuas quidem hercle, atque ex germana Graecia. Germanae Gerrae Plaut. Poen. 1, 1, 9. Luperci germani Cic. pro Cael. 26. Idem de Fin. 5, 1 Et L. Cicero frater noſter cognatione patruelis, amore germanus. Fratres, quaſi et germani caſibus, exules ambo Iuſtin. 27, 3, 1?. Cic. de Clar. Orat. 296 Haec germana Ironia eſt: cur ita ſentiam non dicam, ne me tibi aſſentiri putes. Idem Off. 3, 69 Sed nos veri iuris germanaeque iuſtitiae ſolidam et expreſſam effigiem nullam tenemus. Magiſtri germani alicuius artis Cic. de Orat. 2, 160. Plaut. Capt. 2, 2, 38 Nam illi Theodoromedes fuit germano nomine. Negotiator Cic. Att. 1, 18 *extr.* Idem de Legib. 2, 3 c. 1 Quia ſi verum dicimus, haec eſt mea et huius fratris mei germana patria; hic enim orti ſtirpe antiquiſſima ſumus. Idem in Orat. 32 Quum mutila quaedam et hiantia locuti ſunt, vel quae ſine magiſtro facere potuerunt, germanos ſe putant eſſe Thucydidis. Germaniſſimus Stoicis, *i. Simillimus.* Cic. Acad. 4, 132 c. 43 Erat quidem, ſi perpauca mutauiſſet, germaniſſimus Stoicis. Baiulum literarum habeas commendatum, et mihi ſcias germaniſſimum Hieron. Ep. 98 ad Auguſtin. Memoria literaturae germana Cic. in Partit. 26. ¶ 3 Vitis *nomen eſt* Plin. 14, 2 Ex iis Germana minor acino melius deflorеſcit.

GERMANITAS, ātis. f. [γνησιότης, ἀδελφότης Gloſſ. Lat. Gr.] Cic. de Aruſp. Reſp. 42 c. 20 In domeſticis eſt germanitatis ſtupris volutatus. *Et* pro Ligar. 33 c. 11 Moueat te pietas, moueat germanitas. Apul. Met. 5 p. 171, 5 Fallacie germanitatis inducta, *quae a ſorore fraudem non metueret, ſe non minus quam ſororem dignam nuptiis Cupidinis putaret.* Idem 2 p. 115, 29 Ex familia Plutarchi ambae prognatae ſumus — et in nexu germanitatis vna coaluimus. Plin. 6, 1 Vnde nomen ambobus, et tanquam in diſſociatione germanitas concors. Neceſſitudo germanitatis Lactant. 6, 10. Mala germanitate cohaerentia et gemella Plin. 15, 14. *i. poma, quae coaluerunt inter ſe.*

GERMANE. Adu. Cic. Q. Frat. 2, 14 De quo petis, vt ad te nihil occultans, nihil diſſimulans, nihil tibi indulgens, germane fraterneque reſcribam, *etc.*

GERMANĬTVS. Adu. Fideliter, dictum a Germanitate. Pomponius *apud* Non. 2, 381 Vt ſi quis eſt amicus amici, gaudeat, ſi quid boni euenit cuius amicus eſt germanitus. *Conf.* Auguſtin. Confeſſ. 3, 2 *et* 4, 4.

GERMINĀLIS, e. Adi. [βλαστητὸς] Vlpian. l. 17 Fructus §. Si fundum D. Soluto matrimonio, Si arbores caeduae fuerint, vel germinales. *Videtur* Arbores *ſignificare, Quae ex iacto ſemine, vel ſponte, e terrae* germine *naſcantur.* Cremiales *eſt in aliis codicibus. v. v.* Germinali oleo laeuigatus Zeno Veron. . . . *i. naturali quod e germine ortum.*

GERO, geſſi, geſtum, ĕre. [κομίζω, φέρω, μεταχειρίζομαι] *Portare primum, deinde habere, tractare, adminiſtrare, gubernare, quod enim manu gerit aliquis, illud pro arbitrio habet, mouet, dirigit* etc. *Quod enim ait* Varro de L. L. 5, 8 p. 60, 1 Imperator, qui dicitur res gerere, in eo neque agit, neque facit, ſed gerit, id eſt ſuſtinet, *metuo ne ſubtilius ſit quam verius. Interim verum hoc eſt* Gerere *proprie eſſe ſuſtinere, portare, et inde reliqua eſſe deriuanda.* Virg. Aen. 7, 455 Bella manu, letumque gero. Quid differant Gero, Ago, Facio, *vid. apud* Varr. de L. L. 5, 8. *et* l. 19 D. de Verb. Sign. *vid.* CONTRACTVS. Virg. Aen. 9, 203 Nec tecum talia geſſi, Magnanimum Aeneam, et fata extrema ſecutus. Gerere, regere, gubernare aliquam rem Cic. Att. 16, 9. Idem de Orat. 2, 240 Ita facta demonſtres, vt mores eius, de quo narres, vt ſermo, vt vultus omnes exprimantur: vt iis, qui audiunt, tum geri illa, fierique videantur. Dum haec geruntur Nep. 14, 5, 1. Quemadmodum nos aduerſus homines geramus, natura nos docuit non negligere Cic. Off. 1, 98 c. 28. Amicitiam Idem Fam. 3, 8. Animum laude dignum Id. in Parad. 5. Animum muliebrem Cic. Off. 1, 61. Animum mixtum gaudio ac metu, Cupiditatem, Deſideria, rixas: *vid. Burm. ad* Calp. Flacc. Decl. 13 p. 808. Bellum gerere, *idem quod Facere bellum.* Cic. de Senect. 32 Niſi forte ego vobis, qui et miles et tribunus et legatus et Conſul verſatus ſum in vario genere bellorum, ceſſare nunc videor, quum bella non gero. Bellum continenter gerere, *vid.* CONTINEO. Cic. de Fin. 2, . . Stoicis quibuscum Bellum gerebat, opponeretur. Bellum cum aliquo aduerſus aliquem Nep. 12, 3, 1. Bene et feliciter aliquid Cic. Philipp. 5, 20. Captiuum Sen. Troad. 713. *i. pro capto.* Cenſuram Plin. 17, 1. Ciuem patremque Claud. Conſul. Honor. 4, 294. *i. pro ciue etc.* Coniecturam perſpicuam ſolet prae ſe gerere affectionis ratio Cic. de Inuent. 2, 30. Salluſt in Iugurth. c. 85 Nam gerere, quam fieri Conſulem tempore poſterius, re atque vſu prius eſt. *Sic,* Gerere Conſulatum Cic. pro Sext. 79. Nep. 24, 2, 1. Factum pulcherrimum ex auctoritate Senatus Cic. pro Domo 94. Fidem fluxam, *Fide integra non eſſe,* Plaut. Capt. 2, 3, 79 Fac fidelis ſis fideli, caue fidem fluxam geras. Formam gerit imago Lucret. 4, 49. Plaut. Amph. prol. 132 Mercurius Formam Soſiae ſerui gerit abſentis. Honores Plin. Epiſt. 7, 2?2. Liu. 29, 11 *extr.* Abſens creatus, abſens eum Honorem geſſit. Nep. 25, 6, 2. Immanitatem beluae gerit figura hominis Cic. Off. 3, 82. Imperium Nep. 15, 5 *extr.* In oculis, *vid.* OCVLVS. In capite galeam Nep. 14, 3, 2. Ingenium callidum Plaut. Aſin. 2, 1, 9. Liu. 40, 46 *pr.* Inimicitias per annos multos vobis ipſis graues et atroces geritis. Inimicitias graues cum aliquo Cic. Diuin. Verr. 66. Cic. pro Cael. 67 Neque enim muliebres vnquam inimicitias mihi gerendas putaui, praeſertim cum ea, quam omnes ſemper amicam omnium potius quam cuiusquam inimicam putauerunt. Inimicitias veteres cum Caeſare gerebant Caeſ. B. C. 1, 3. *Sic* Cic. Diu. Verr. 66 c. 21 *extr.* Iras Plaut. Poen. 3, 6, 18. Ter. Hec. 3, 1, 30 Pueri inter ſeſe quam pro leuibus noxis iras gerunt? Meque vosque in omnibus rebus Iuxta geram Sall. Iug. 85, 47. *i. tractabo.* Cic. de Senect. 10 Quadriennio poſt factus Praetor: quem magiſtratum geſſi COSS. Tuditano et Cethego. Male geritur, quidquid geritur fortunae fide P. Syr. Mim. Manus gerere, *vid.* NVGIGER. Plin. 11, 40 Vrſae Mammas quaternas gerunt. Morem, *Obedire, obtemperare.* Ter. Adel. 4, 5, 74 Si frater aut ſodalis eſſet, qui magis Morem gereret? Cic. Tuſc. 1, 17 Geram tibi Morem, et ea quae vis vt potero explicabo. *Add.* Nep. 2, 7, 3 *et* 14, 4, 3. Morem amori Ouid. Amor. 2, 2, 13. Ter. Andr. 4, 1, 17 Moleſtus certe ei fuero, atque animo Morem geſſero. Idem Heaut. 5, 1, 74 Quid agis? C. mitte: ac ſine me in hac re gerere mihi Morem. Plaut. Ciſt. 1, 1, 86 Obſequuta eſt, de ea re geſſit Morem morigerae mihi. Cic. de Amicit. 88 Et hi, qui rerum cognitione, doctrinaque delectantur, et hi, qui ſuum Negotium gerunt otioſi, poſtremo hi, qui ſe totos tradiderunt voluptatibus, ſine amicitia vitam eſſe nullam ſentiunt. Iulian. in l. quoties D. de ſolutionib. Quoties vnus ex fideiuſſoribus ſuam partem ſoluiſſet, tanquam negotium reo geſſiſſet: perinde habendum eſt, *etc.* Negotium ſuum cum conſilio alterius Cic. Att. 13, 3. Negotium male Id. in Catil. 2, 21 c. 10. Negotium otioſe, *vid.* OTIOSVS. Pro tua fide et diligentia ex voluntate alicuius ſuſceptum negotium gerere Cic. Fam. 13, 5. Fuluia Nihil muliebre praeter corpus gerens Vell. 2, 74, 3. Virg. Aen. 2, 89 — et nos aliquod Nomenque, decusque Geſſimus. Liu. 28, 22 *pr.* Neque id tam dignum ira erat, quam quod extra neceſſitates belli praecipuum in Romanos gerebant Odium. Plin. 11, 30 Formicae gerunt Onera morſu. Partum, *idem quod Vterum gerere, et grauidam eſſe.* Plin. 7, 5 Caeteris animantibus ſtatum et pariendi, et Partus gerendi tempus eſt: homo toto anno et incerto gignitur ſpatio. Patrem Claud. Conſ. Hon. 4, 294. *ita mox* Procum. Cic. Off. 1, 115 Ipſi autem quam perſonam gerere velimus, a noſtra voluntate profici-

proficiſcitur. Id. ibid. 1, 124 Eſt igitur proprium munus magiſtratus, intelligere ſe gerere Perſonam ciuitatis. Poteſtatem Id. Verr. 2, 138. Id. de Inuent. 2, 157 Prae ſe gerit quandam vtilitatem, quo magis expetatur. Praelia Ouid. Epiſt. 18, 38. Plaut. Epid. 1, 1, 23 Iam tu autem nobis Praeturam geris. Priuatim aliquid Cic. de Fin. 5, 57. Procum, *i. perſonam proci, ambire puellam* Claudian. de Nupt. Hon. 32. *ita modo* Patrem. Plaut. Poen. 1, 1, 91 Meretricem Pudorem gerere magis decet, quam purpuram. Pugnas Claud. in Conſ. Hon. 6, 141. Rem aliquam gerere: *h. e. Agere* Plaut. Bacch. 4, 6, 25. Ter. Eun. 5, 4, 1 Reuiſo quidnam Chaerea hic rerum gerat. Rem aut negotium aliquod gerere et adminiſtrare Cic. de Inuent. 1, 37. A Rebus gerendis ſenectus abſtrahit? quibus? Id. de Senect. 80. Plaut. Capt. 3, 2, 1 Quid eſt ſuauius, quam bene rem gerere bono publico? Meo Remigio rem gero Idem Mil. 2, 1, 149. Id. Perſ. 2, 2, 17 Face hanc Rem cum cura geras, curriculo vola. Rem bene gerere, *Salutationis loco poſitum: vid.* GAVDIO. Plaut. Capt. 3, 1, 24 Sciui extemplo Rem de compacto geri. Rem aliquam ex ſententia Cic. Fam. 1, 6. Rem feliciter et ex ſententia Id. ibid. 2, 6 (7). Rem leuiter Plin. 15, 29. Rem male Hor. Serm. 2, 3, 74. Nep. 1, 3, 3. Cic. pro Roſc. Amer. 111 In priuatis rebus ſi qui Rem mandatam non modo malitioſius geſſiſſet ſui quaeſtus aut commodi cauſa, verum etiam negligentius, eum maiores ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant. Rem aliquam palam Id. Att. 16, 9. Plin. 12, 25 Alexandro Magno res ibi gerente. *Locum Varronis de formula* rem gerere, *in quantum ea de imperatoribus adhibetur, poſuimus in principio huius articuli.* Cic. Acad. 4, 55 Sic innumerabiles paribus in locis eſſe eiſdem nominibus, honoribus, rebus geſtis, ingeniis, etc. *Vid.* RES. Nep. 22, 3, 3. Res alias gerere, *pro Non attendere ad ea, quae dicuntur, vt, aliud agere.* Plaut. Ciſt. 4, 2, 53 Mi homo obſecro alias res geris, ego tibi meas mando. Res aliquas libidine, non ratione Cic. pro Quint. 14. Res omnes humanae ſapientia geruntur Idem de Orat. 2, 344 c. 84. A rebus gerendis ſenectus abſtrahit Id. de Sen. c. 6. Rebus minus apta gerendis Ouid. de Arte Am. 1, 415. Rempubl. gerere, *pro Adminiſtrare et praeeſſe Reipubl. gubernandae* Plaut. Amph. 1, 1, 41. Cic. de Fin. 3, 68 Vt ſapiens velit gerere, et adminiſtrare Rempubl. Tum hercle eo die, quo ego COS. ſum creatus, male geſta Reſpubl. eſt, multo peius quam quum Valerius periit Liu. 3, 19 *extr.* Rempublicam ſolus gerit, orbemque terrarum gubernat Cic. pro Roſc. Amer. 131. Rempublicam bene Idem Poſt. red. ad Quir. 21. Id. Verr. Act. 1, 46 Nunc autem homines in ſpeculis ſunt: obſeruant quemadmodum Se vnusquisque veſtrûm gerat in retinenda religione conſeruandisque legibus. Quinctil. 2, 17, 42 Sed nec illa omittenda ſunt, qua in re alius Se inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea eſſe artem. Se geſſit contra diſciplinam meam Plin. Epiſt. 10, 82. Se excellentius in Republica Cic. pro Sext. 96. Parum feliciter Se gerere Scribon. Epiſt. . . Se honeſte Cic. Att. 6, 1. Se inartificialiter, *vid. modo* ARTIFICIALITER. Se perdite, *vid.* PERDITVS. Vbera admouit infantibus Matremque Se geſſit Flor. 1, 1, 3. Se parum Splendide Nep. 25, 14, 2. Se non perdite Cic. Att. 9, 2. Se pro ciue Idem pro Arch. 11 c. 5. Pro herede ſe gerere *ICtorum eſt. Vid.* Tit. Vlpian. 22, 35. *Add.* Vlpian. l. 4 de religioſ. Cic. Off. 1, 90 c. 26 Vt recte praecipere videantur, qui monent, vt quanto ſuperiores ſimus, tanto Nos geramus ſummiſſius. Idem Tuſc. 2, 48 c. 21 Si turpiſſime Se illa pars animi geret, quam dixi eſſe mollem, *etc.* Se turpiter geſſit in legatione Plin. Epiſt. 2, 12. Se ita gerit, vt ſibi iam decemuir eſſe videatur Cic. pro L. Agr. 2, 16. Se ita geſſit: *h. e. Ita ſe habuit.* Cic. de Amicit. 19 Qui ita Se gerunt, ita viuunt, vt eorum probetur fides, integritas, aequalitas, liberalitas. Hic autem ſic Se geſſit, vt communis infimis, par principibus videretur Nep. 25, 3, 1. Senſus abditos, *vid.* ABDO. Cic. Off. 3, 16 Nec ii, qui ſapientes habiti ſunt et nominati. M. Cato, et C. Laelius, ſapientes fuerunt. ne illi quidem ſeptem: ſed ex mediorum officiorum frequentia Similitudinem quandam gerebant ſpeciemque ſapientum. Cic. Att. 14, 13 Patere obſecro te pro Republ. videri geſſiſſe Simultatem cum patre eius. Id. pro Quint. 12 Quaſi ii, qui magna fide Societatem gererent. Speciem teli Columel. 3, 17. Idem 8, 2 Nam et paternam Speciem gerunt, et ſalacitatem ſecunditatemque vernaculam retinent. *de gallis gallinaceis.* Tela Virg. Aen. 1, 192. Tempus pubertatis et primae adoleſcentiae Suet. Domit. c. 1. *i. agere.* Plaut. Truc. 2, 1, 43 Ecquis huic Tutelam ianuae gerit? Veſtem indutui Tacit. Ann. 16, 4. Vincla Ouid. Met. 4, 680. Vtilitatem quandam, quo magis expetatur, prae ſe gerit amicitia et bona exiſtimatio Cic. de Inuent. 2, 157. Vultum fortunae ſecundae gerere in aduerſis, mos Romanus Liu. 42, 62. ¶ 2 *Obſeru.* Cic. de Fin. 5, 52 Maximeque eos videre poſſumus res geſtas audire et legere velle, qui a ſpe gerendi abſunt, confecti ſenectute. Hoc geritur, *i. Fit, peragitur* Virg. Georg. 4, 305. Cic. de Fin. 5, 68 Itaque vt quisque optime natus inſtitutusque eſt, eſſe omnino nolit in vita, ſi gerendis negotiis orbatus, poſſit paratiſſimis veſci voluptatibus. *In MSS. confunduntur* Gerere *et* Regere: *Drakenb. ad* Sil. 5, 242.

GERENS, entis. Partic. [φέρων] Bella gerens Hor. Carm. 4, 4, 17. Animum gerens curamque virilem Virg. Aen. 9, 311. Furores in corde gerens Catul. Argon. 62, 54. Virginis os, habitumque gerens Virg. Aen. 1, 319. Vulnera gerens Idem ibid. 2, 278. Sui negotii bene gerens Cic. pro Quint. 62 c. 19.

GESTVS, a, um. Partic. [πεπραγμένος] Plaut. Trin. 5, 2, 58 Re bene geſta ſaluus redeo. Idem Rud. 4, 4, 28 Hoc modo res geſta eſt, vt ego dico. Res geſtae a plurimis omnium anteponuntur virtutibus Nep. 15, 1, 4. Rerum geſtarum gloria Idem 21, 1, 2. Maximis rebus geſtis venerunt Id. 7, 5, 7. Comitia armis ſeruilibus geſta Cic. de Legib. 3, 45. Plin. 14, 22 Ad Proconſulatum vsque e Praetura honoribus geſtis. Cic. pro Muraen. c. 23 Geſtus eſt mos et voluntati et dignitati tuae. Bene geſtae res Virg. Aen. 9, 157. ¶ 2 *Subſtant.* Nep. 14, 1, 2 Obſcuriora ſunt geſta eius. Tacit. Agr. 22 Nec vnquam in ſuam famam geſtis exſultauit.

GESTVRVS, a, um. Part. Praelia geſturus Conſul Lucan. 2, 278.

GERITIO, ōnis. f. *Idem quod Geſtio. Legitur* l. 14 §. 8 D. de religioſis et ſumt. Plerique filii cum parentes ſuos funerant, vel alii, qui heredes fieri poſſunt, licet ex hoc ipſo neque pro herede geritio, neque aditio praeſumitur; tamen ſolent —. teſtari pietatis gratia ſe facere ſepulturam. *Sed merito ſuſpicantur viri docti errorem interceſſiſſe, ſcribendumque geſtio.*

GERO, ōnis. m. Muli aeris, damnigeruli, foras — gerones Plaut. Truc. 2, 7, 1.

GERVLVS, i. m. [βαστάζων, κομιστὴρ] *Qui fert aliquid, ſiue baiulus.* Suet. in Calig. c. 40 Ex gerulorum diurnis quaeſtibus pars octaua exigebatur. Hor. Epiſt. 2, 2, 72 Feſtinat calidus mulis, gerulisque redemtor. *Conf.* Sen. de Beneſ. 3, 28. Colum. 10, 310. Apul. Met. 3 *ſub fin.* Verborum gerulus Apul. Apol. p. 323. Plaut. Bacch. 4, 9, 79 Tua infamia feciſti geruli figulos flagitii.

GERARIA, ae. f. *Quae aliquid gerit.* Plaut. Mil. 3, 1, 103 Iampridem quia nihil abſtulerit ſuccenſet geraria. *Quidam ſcribunt* Ceraria, *ſed* Gerariam *legit Turnebus Adu. 7, 6 vt ſit puerorum gerula: atque vt onerariam nauim* gerariam *vocauit, ita quoque infantium gerulam appellauit* gerariam. Geraeram *probat Gronou. v. v.*

GERVLVS, a, um. Adi. Nauis gerula ſacrorum Solin. c. 1. Cornua potuum gerula Id. c. 20. Apul. Met. 6, 181, 32 Diuinae formoſitatis gerula. *Pſyche pyxidem Proſerpinae ferente.* Tertull. adu. Iudaeos c. 9. *et* Hieron. ad Laetam . . *Mulier quae infantes vlnis gerebat.*

GERVLO, ōnis. m. Geſtaminum modus numerum gerulonum exceedit Apul. Met. 3 *ſub fin. ſec. lectionem Elmenhorſt. al.* gerulorum.

GERVNDIVM, i. n. *Appellatio Grammaticorum, qua ſignant veteres quidem voces illas* Amandi, Amando, Amandum *itemque* Amatum *et* Amatu, *quae duae poſteriores* Supina *vocantur a recentioribus. Vide plena manu differentem de iſtis Voſſium de Anal. 3, 9. Nos pauca Grammaticorum loca propoſuiſſe ſatis habebimus. Ergo* Diomed. 1 p. 347 *extr. in* declinatione (*hodie* coniugationem *vocant*) verbi paſſiui, Modo Participiali, amandi, amando, amandum, amatum, amatu. Apud quosdam haec verba gerundi ſunt, quae Probus ſupina appellat. *Conf.* p. 333 *poſt pr.* Priſcian. 8 p. 808 *poſt med.* Gerundia quoque vel participialia cum participiorum vel nominum videantur habere obliquos caſus, nec tempora ſignificent, quod eſt alienum a verbo; Infinitiui tamen vice funguntur, quod ſolet apud Graecos articulis coniungi, *etc.*

GERVNDIVVS modus *vocatur* Seruio in Donat. p. 1788 *med. quod aliis* Gerundium: *ſed recentiores* Gerundiua *vocant Participia illa in* DVS, *quae formam et flexionem Gerundiorum habent. Vid. Perizon. ad Sanctii Mineru. 1, 15.*

GESTVS, ûs. m. *Curatio et adminiſtratio. Vt,* Geſtus tutelae. Vlpian. in l. ita autem D. de adminiſt. tut. vel curat. Quod ſi poſtea quam geſſit, tunc ſe geſtu abſtinuit, etiam ſuſpecti poſtulatio ſuccedit. ¶ 2 Geſtus, [ὑπόκρισις] *eſt Actio quaedam et quaſi Pronuntiatio corporis.* Quae Graeci quaſi aliquos geſtus Orationis, σχήματα appellant Cic. in Orat. c. 25. *Nempe geſtus eſt in corporis vel totius vel partium eius quodam motu et conformatione temporaria, affectionibus animi vel veris, vel quas fingere volunt, accommodata, easque exprimens.* Cic. de N. D. 2, 52 In corporum etiam motione atque geſtu multa cernunt ſubtilius. Idem Acad. 4, 145 Et hoc quidem Zeno geſtu conficiebat. Moderatior omni geſtu, omni verſu aptior vita eſſe debet Id. Parad. 3. Summorum actorum geſtus Cic. de Orat. 1, 252. Diſtortus Quinctil. 6, 3. Iactantior, *vid.* IACIO. Incertus Quinctil. 1, 10. Non inurbanus Idem 6, 3. Numeroſi Ouid. ex Pont. 4, 2, 33. Ridiculus Quinctil. 6, 3. ¶ 2 *Verba:* Accommodare geſtum ad vocem Quinctil. 1, 11. Agere geſtum Cic. pro Quint. 77 c. 24. Agere geſtum humeris Id. pro Rabir. Poſt. 36. Agere geſtum in ſcena, *vid.* AGO. Capere geſtum, *vid.* CAPIO. Terent. Phorm. 5, 6, 51. Caueatur vitium in geſtu motuque Cic. Off. 1, 130 c. 36. Componere geſtum ad ſimilitudinem ſaltationis Quinctil. 1, 11. Conficere geſtu aliquid Cic. Acad. 4, 145. Contendere alternis geſtibus Quinctil. 6, 3. Idem 2, 12 Emugiunt, multo diſcurſu, anhelitu, iactatione, geſtu, motu capitis furentes. Imitari geſtum alicuius Lucret. 4, 320. Intelligo de geſtu, *vid.* INTELLIGO. Tacit. Ann. 16, 4 Et plebs quidem vrbis, hiſtrionum quoque geſtus iuuare ſolita, perſonabat certis modis. Peccauit in geſtu qui ſemel, non continuo exiſtimatur neſcire geſtum Cic. de Orat. 1, 125. Placet illa geſtu Ouid. Amor. 2, 4, 29. Sedatus et conſtans geſtus Auct. ad Heren. 3, 26. Signare aliquid exiguo geſtu Ouid. de Arte Am. 3, 275. Ineptiis hiſtrionum nonnulli geſtus non vacant Cic. Off. 1, 130. In geſtu nec vetuſtatem conſpicuam, nec turpitudinem eſſe, ne aut hiſtriones, aut operarii eſſe videamur Auct. ad Heren. 3, 26.

GESTVŌSVS, a, um. Adi. [ὑποκριτικὸς] *Qui multos geſtus veluti mimus facit.* Gellius 1, 5 Geſtuoſas Hortenſii manus et argutas. Apul. Met. 10 p. 253, 17 Puelli — Inceſſu geſtuoſi. *Add.* Met. 11 p. 262, 18 *vbi eſt* Greſſus geſtuoſus.

GESTVŌSE. Adu. Apul. . .

GESTVRIO; Geſturientes *ap.* Ammian. 16, 2 *ſed rectius leg.* geſtu terrentes.

GESTIO, ōnis. f. [μεταχείρησις] *Curatio, et adminiſtratio.* Cic. de Inuent. 1, 37 c. 26 Negotiis autem quae ſunt attributa, partim ſunt continentia cum ipſo negotio, partim in negotii geſtione conſiderantur: partim adiuncta negotio ſunt, partim geſtum negotium conſequuntur. *Add.* Id. 2 c. 12.

GESTIO, īui *et* ii, ītum, īre. [γαυριάω] *Proprie eſt Laetitiam animi cum quodam corporis motu exprimere. Vid.* Donat. *ad* Eun. 3, 5, 7. Feſt. *it.* Non. 1, 138. Ter. Phorm. 1, 5, 30 Ipſum geſtio dari mihi in conſpectum. Cic. de Fin. 2, 14 Quorum alter laetitia geſtiat, alter dolore crucietur. Perſ. 1, 127 Non hic qui in crepidis Graiorum ludere geſtit. Cic. Att. 4, 10 Geſtio ſcire. *Eidem* 2, 7 Geſtit animus. Et ſtudio incaſſum videas geſtire lauandi Virg. Georg. 1, 387. Pupulis geſtire Apul. Met. 10 *fin.* Libertate dialogorum geſtiendum Quinctil. 10, 5, 15. *de exercitationibus rhetoricis.* Nimia voluptate geſtire Cic. Off. 1, 102. Geſtit paribus colludere Hor. de Arte Poët. 159. Animi forenſibus negotiis defeſſi geſtiunt, ac volitare cupiunt Cic. de Orat. 2, 23. Animus geſtit antiqua exequi ſupplicia Sen. Phoen. 37. Cic. de N. D. 1, 78 c. 27 Cur non geſtiret — taurus equae contrectatione, equus vaccae? Geſtiunt parietes Caeſari gratias agere, *per translationem dixit* Cic. pro Marcell. 10. *i. Quaſi geſtu videntur parietes gratias agere.* Antonius ſenatum delere geſtit Id. Phil. 4 c. 6.

GESTIENS, entis. Partic. [γαυριῶν] Laetitia geſtiens Cic. Tuſc. 4, 15 c. 6. Idem de N. D. 2, 48 Deinde hac cohortamur, hac perſuademus, hac conſolamur afflictos, hac deducimus perterritos a timore, hac geſtientes comprimimus. Elatus inani laetitia, exſultans, et temere geſtiens Id. Tuſc. 5, 16. Hor. Carm. 3, 3, 54 Viſere geſtiens.

GESTICVLVS, i. m. Dimin. *h. e. Paruus geſtus, vel Geſticulatio.* Tertull. in Apologet. c. 19 Multis inſtrumentis cum digitorum ſupputatoriis geſticulis aſſidendum eſt. *Illi ſupputatorii geſticuli totis olim libris depicti et declarati, quorum vnus Nic. Smyrnaei Graece et Latine editus et cum Bedae de loquela per digitos libello comparatus eſt a Pet. Poſſino in Spicilegio Euangelico a p. 160 edit. Fabric.*

GESTICVLOR, āri. [χειρονομέω] *More hiſtrionum ſe gerere.* Suet. Domit. c. 8 Geſticulandi ſaltandique ſtudium. Hiſtrio geſticulatur Apul. Flor. 4 *pr.* Carmina geſticulari, *i. Saltare ad numeros carminis.* Suet. in Neron. c. 42 Super abundantiſſimam coenam iocularia in defectionis duces carmina, laſciueque modulata, quae vulgo innotuerunt, etiam geſticulatus eſt.

GESTICVLATVS, a, um. Part. Mores Solin. c. 27.

GESTICVLATIO, ōnis. f. Apul. Met. 10 Quieta et affectata geſticulatione nutibus honeſtis paſtori pollicetur. Suet. Tiber. c. 68 Geſticulatio digitorum.

GESTICVLĀTOR, ōris. m. [χειρονόμος] *Qui geſtus huiusmodi facit.* Columel. in praef. 1 Nec minus corporis geſticulatorem ſcrupuloſiſſime requirant ſaltationis ac muſicae artis ſtudioſi.

GESTICVLARIVS, i. m. *Idem.* Ammian. 24, 16 Mutum puerum oblatum ſibi ſuſcepit geſticularium.

GESTICVLARIA, ae. f. Gell. 1, 5 Non iam hiſtrionem eum eſſe diceret, ſed geſticulariam: Dionyſiamque eum notiſſimae ſaltatriculae nomine appellaret.

GESTOR, ōris. m. [μηνυτὴς] *Qui gerit, ſiue portat.* Plaut. Pſeud. 1, 5, 14 Homines qui geſtant, quique auſcultant crimina, ſi meo arbitratu liceat, omnes pendeant; geſtores linguis, auditores auribus. *Sic* Geſtor negotiorum l. vlt. D. de re iudic. *it.* l. 24 D. de appellat.

GESTO, āre. Frequentat. *Crebro vel conſuetudine gerere.* Plaut. Curc. 5, 2, 4 Pater iſtum meus geſtauit. *ſubaud.* Annulum. Ex vrbe atque Italia irritamenta gulae geſtabantur ſtrepentibus itineribus Tac. H. 2, 62, 2. Geſtare in aluo Plaut. Stich. 2, 3, 5. Plin. 8, 10 Decem annis geſtare in vtero vulgus exiſtimat. *de elephantis.* Caput fixum geſtare in pilo Cic. Philipp. 11, 3. Ter. Adel. 4, 2, 24 Quem ego modo puerum tantillum in manibus geſtaui meis. Geſtare collo Plin. in prooem. 1. Annulos geſtabat Tacit. Hiſt. 4, 3. Geſtare arma humeris Liu. 27, . . *Legitur et* Gerere. Geſtare aliquem in ſinu, *Vehementer amare.* Ter. Adel. 4, 5, 75 Si frater aut ſodalis eſſet, quî magis morem gereret; hic non amandus? hiccine non geſtandus in ſinu eſt? Crimina Plaut. Pſeud. 1, 5, 12. Geſtas animum meum Idem Merc. 3, 3, 11. Ferrum et ſcopulos geſtare in corde Ouid. Met. 7, 33. Verba, Vitia Sen. Epiſt. 123.

GESTANS, antis. *Paſſiue hoc Participio vtitur* Suet. Domit. c. 11. *i. geſtatione vtens, vt* Vectores *ſunt qui vehuntur.*

GESTĪTO, āre. [φορέχομαι] Frequent. *velut ſecundi gradus, a* Geſto, geſtas. Plaut. Ciſt. 4, 2, 80 Eloquere, vnde ſunt tibi haec cito crepundia? L. mea haec herilis geſtitauit, non tua. Clipeum Mart. Capell. 3 poſt Metr. 3. Ficus poma geſtitans Solin. c. 33. Plaut. Amph. 1, 1, 170 Nae ego homo infelix fui, qui non alas interuelli, volucrem vocem geſtito. *Add.* Id. Curc. 5, 2, 4. Mil. 1, 1, 7. Poen. 1, 2, 186.

GESTITATIO, ōnis. f. Firmic. . .

GESTITATOR, ōris. m. Sidon. . .

GESTĀTVS, a, um. Partic. [φορηθεὶς] *A* Geſto. Martial. 1, 13 Geſtatus biiugis Regulus eſſet equis. *Add.* Ibid. Epigr. 83.

GESTĀTVS, ūs. m. [κομιδὴ] Plin. 15, 25 Iulianis gratus ſapor, ſed paene tantum ſub arbore ſua, adeo teneris, vt geſtatum non tolerent. *i. Geſtari non poſſint.*

GESTATIO, ōnis. f. [φόρησις] *Vectio, portatio.* Celſ. 2, 15 Geſtatio quoque longis et iam inclinatis morbis aptiſſima eſt. *Eſt ille locus claſſicus, vnde iſta huc transferimus,* Genera geſtationis plura ſunt. — Geſtationum leniſſima eſt naui, vel in portu, vel in flumine; vel lectica, aut ſcamno: acrior vehiculo: vehementior in alto mari naui. Atque hae ipſae intendi et leniri poſſunt. Si nihil horum eſt, ſuſpendi lectus debet et moueri. Seneca Epiſt. 56 A geſtatione quum maxime venio, non minus fatigatus ſum, quam ſi tantum ambulaſſem, quantum ſedi. *Add.* Id. Epiſt. 15. Martial. 5, 21. Plin. 26, 3. ¶ 2 *Eſt locus geſtationi aptus, vt* Coenatio, Ambulatio. Plin. Epiſt. 2, 17 Ab his geſtatio in modum circi, quae buxum multiformem, humileſque et retentas manu arbuſculas circumit. Idem ibid. 1, 3, 1 Quid illa mollis, et tamen ſolida geſtatio? *Vid.* Sidon. Epiſt. 2, 9 *c. not. Sirm.* Suet. Claud. c. 33. *et* Veſp. c. 21. l. 13 §. 4 D. de vſufr. et quemadm. Sen. Epiſt. 33 *et* 55. *Buckner. ad* Plin. Epiſt. 9, 7 n. 515. *Lipſ. Cent. Miſcell. Epiſt. 11.*

GESTĀTOR, ōris. m. [φορητὴς] *Qui gerit.* Plin. Epiſt. 9, 33 Delphinus geſtator puerorum. Macrob. 4 p. 141 Mercurius geſtator affabilium colubrarum. Innocui geſtator corporis Prudent. Apoth. 1001 (937).

GESTĀTRIX, īcis. f. Diua geſtatrix Gorgonei monſtri, *i. Pallas* Valer. Argon. 4, 605.

GESTĀMEN, inis. n. [φόρημα, γνώρισμα] *Quidquid geſtatur vel geritur, vt Veſtes, arma, ſceptrum.* Virg. Aen. 3, 286 Aere cauo clipeum magni geſtamen Abantis, Poſtibus aduerſis figo. *i. Quod geri ſolebat a magno Abante.* Plin. 37, 8 Hoc vectigal, hocque geſtamen diuites in ceruice gratiſſimum norunt. Idem 32, 2 Religioſum geſtamen. Mulieres candido ſplendentes amicimine, vario laetantes geſtamine, verno florentes coronamine Apul. Met. 11 p. 261, 9. *Add.* p. 258, 32. Tacit. Ann. 2, 2 Quoties per vrbes incederet lecticae geſtamine.

GESTATORIVS, a, um. Adi. [φορηματικὸς] Sella geſtatoria, *In qua aliquis geritur: vel Quae ab aliquibus defertur* Suet. in Neron. c. 26. *et* Vitell. c. 16.

GESTATORIVM, i. n. [φορεῖον] *Lectica.* Suet. in Claud. c. 17 Solitus etiam in geſtatorio ludere.

GESTABILIS, e. Adi. Caelum Caſſiod. 1 p. 45. *i. machina caelum oſtendens.*

GERONTEA, ae. f. *Herba, al. Senecio.* Apul. de Herb. c. 75.

GERONTOCOMIVM, i. n. *Domus alendis ſenibus deſtinata.* l. 16 *et* 22 C. de Sacroſ. Eccleſ.

GERRAE, arum. f. [γέῤῥαι] *Audiamus de hoc nomine* Feſtum, Gerrae, crates vimineae. Athenienſes cum Syracuſas obſiderent, et crebro gerras poſcerent; irridentes Siculi Gerras clamitabant. Vnde factum eſt, vt gerrae pro nugis et contemtu dicantur. *Haec* Feſtus. Miſi ad te friuola, gerris Siculis vaniora Auſon. Epiſt. ad Symmach. Plaut. Poen. 1, 1, 9 Nam tuae blanditiae mihi ſunt, quod dici ſolet gerrae germanae, atque edepol λῆροι λήρων (liroe, liroe *Gron.*) Idem Epid. 2, 2, 49 Quid iſtae, quae quotannis nomina inueniunt noua, *etc.* gerrae maxumae. *Add.* Id. Trin. 3, 3, 31. *Vid.* Non. 2, 385 *qui* Congerrones *hinc deriuat.* Gerrae *pro* Gerronibus Plaut. Aſin. 3, 3, 10. Gerra, κἀκμινὸς Vet. Gloſſ. 'Ουδαμινὸς, Nihilo, nugatorius, gerra Ibid. *Conf.* CERRO.

GERRES, *Genus piſcis vilis.* Plin. 32, 11. Martial. 12, 32 Fuiſſe gerres, aut inutiles maenas Odor impudicus vrcei fatebatur. *Sic* 3, 35.

GERRO, ōnis. m. [φλύαρος] *Nugator ſiue Nugarum inuentor.* Ter. Heaut. 5, 4, 10 At ego (ſi me metuis) mores caue in te eſſe iſtos ſentiam. CL. quos? C. ſi ſcire vis, ego dicam, gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, damnoſus. *Vid.* Plaut. Moſtel. 3, 2, 33.

GERVS, *ſ.* GERYS. [Γέῤῥος] *Fluuius Scythiae.* Flacc. Argon. 6, 67 Potaque Gerys quos efferat vnda. *Vbi vide Burmann.*

GERVLVS, GERVNDIVM, *vid.* GERO.

GERVSIA, ae. f. Curia, ab aetatis vocabulo dicta Feſto. *Quod enim Senatus Romae, hoc ferme fuit* γερουσία *Spartae: ipſa quoque e ſenibus dicta, qui Graece* γέροντες *dicuntur. Item* Geruſia *eſt aliarum ciuitatum, nec ſenatum modo ſed ipſam etiam Curiam ſignificat. Vid.* Vitruu. 4, 8. Plin. 35, 14. *et* Plin. Epiſt. 10, 42.

GERYON, *vel* GERYŌNES. [Γηρύων] Rex fuit Hiſpaniae: qui ideo trimembris fingitur, quia tribus inſulis praefuit, quae adiacent Hiſpaniae, Balearicae minori et maiori, et Ebuſae. Fingitur etiam bicipitem canem habuiſſe, quia et nauali et terreſtri certamine plurimum potuit. Hunc Hercules vicit: qui ideo fingitur ad eum olla aerea transuectus, quod habuit nauem fortem et aere munitam. *Haec* Seruius *ad* Virg. Aen. 7, 661 Poſtquam Laurentia victor, Geryone extincto, *etc.* *Hoc nomen et* Geryones, Geryonae, *et* Geryones, Geryonis, *et* Geryoneus, *ſecundum* Priſcianum *declinari poteſt.* Hor. Od. 2, 14, 7 Ter amplum Geryonen *dixit.* Sil. 3, 422 Geryonae peteret cum longa tricorporis arua. *Et* 13, 201 Monſtrum Geryones immane tricorporis irae. Triplex Geryon Claud. in Ruff. 1, 294. Lucret. 5, 28 Quidue tripectora tergemini vis Geryonai.

GERYONEVS, a, um. Adi. Apul. 2 Geryonea caedes.

GERYONACEVS, a, um. Adi. Plaut. Aul. 3, 6, 18 Geryonaceum genus. *i. Monſtri ſimile.*

G E S

GESCLITHRVM, *Specus, inquit Turnebus, vnde* ſpirare Aquilonem Plinius 7, 1 *dicit, et* Geſclithrum *vocat, duobus diremtum diſtinctumque vocabulis,* γῆς κλεῖθρον, *id eſt terrae clauſtrum cenſeo vocandum. Nam etſi barbara in regione erat, tamen Graeci ei de ſua lingua nomen indiderant, vt et plurimis, linguae ſuae ambitioſe fauentes. Haec ille.*

GESEORETA, ae. f. *Nauis genus.* Gell. 10, 25. *Turneb. Adu.* 19, 32 *legit* geſtoria. *Eſt larga ibi coniecturarum materies.*

GESOMPHALON, i. n. *Herba.* Apul. de Herb. c. 43. Γῆς ὀμφαλὸς *eſt vmbilicus terrae.*

GESTA, GESTAMEN, GESTATORIVM. *Vid.* GERO.

GESTICVLOR, GESTIO, GESTO, GESTVOSVS, GESTVS. *Vid.* GERO.

GESVM, *vid.* GAESVM.

G E T *et* G E V

GETAE, [Γέται] *Populi Thraciae, natura et moribus feroces:* Ouid. ex Pont. 2, 7, 31 Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe. Deſerta Getarum Virg. Georg. 3, 462. Flaui Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 65. Pharetrati Ouid. Triſt. 4, 10, 110. Vagus campis Sen. Hippol. 2. *Legitur et* Getes *apud* Ouid. ex Pont. 4, 2, 22 Eſſet, crede mihi, factus et ipſe Getes.

GETĬCVS, a, um. Adi. [Γετικὸς] Humus Getica Ouid. ex Pont. 3, 2, 45. Virg. Aen. 3, 35 Gradiuumque patrem, Geticis qui praeſidet aruis. Litus Ouid. Triſt. 3, 12, 14. Plectrum Geticum, *pro Orphei plectro ponit* Statius, *qua ratione videtur etiam Thraces inter* Getas *numerare,* Silu. 2, 2, 61. Idem ibid. 3, 1, 17 Tyrione hac moenia plectro, An Getica venere lyra?

GETHYON, i. n. *Ceparum genus.* Plin. 19, 6 *et* 7.

GETVLI, *ſ.* GAETVLI, *quod melius,* [Γαιτοῦλοι] *Africae populi.* Hi et Libyes, primi omnium ex Punicorum annalium fide Africam tenuerunt, aſperi, incultique: quibus cibus erat caro ferina, atque humi pabulum vti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, aut imperio cuiusquam regebantur: vagi, palantes: quo nox coëgerat, ſedes habebant. Salluſt. in Iug. 18 *pr.* *Add.* Plin. 5, 4 *extr.*

GETVLVS, *ſ.* GAETVLVS, a, um. Adi. Leo Gaetulus Virg. Aen. 5, 351.

GETVLĬCVS, a, um. Adi. Iuuen. Sat. 8, 26 Agnoſco procerem; ſalue Gaetulice; ſeu tu, *etc.*

GEVM, i. n. *Herba.* Plin. 26, 7.

GEVSIAE, arum. f. *Pl. Genae.* Geuſiarum orificia Marc. Empir. c. 11.

G I B

GIBBVS, i. m. [κύρτωσις] *Tumor in quacunque corporis parte.* Iuuen. Sat. 6, 109 Attritus galea, mediiſque in naribus ingens Gibbus, et acre malum ſemper ſtillantis ocelli. *Et* 10, 294 Cuperet Rutilae *(puellae tum notae)* Virginia gibbum Accipere, atque ſuam *(faciem)* Rutilae *(deformi inſuper)* dare, *vt tuta eſſet ab iniuria Appii Decemuiri, etc. Et mox* 309 Strumoſum, atque vtero pariter gibboque tumentem. *In duobus poſterioribus locis illam ſcapularum deformitatem notat.*

GIBBA, ae. f. Gibba pone ceruicem enata Suet. Domit. c. 23. Prominere in gibbas Ammian. 23, . .

GIBBVS, a, um. Adi. [κυρτὸς, ὑβὸς, ὕβος] *Pro Conuexo.* Celſ. 8, 1 Igitur caluaria incipit ex interiore parte concaua, extrinſecus gibba, vtrinque laeuis.

GIBBER, ĕris. m. [κύρτωσις] *Idem quod Gibbus.* Interſcapilium erat aucto gibbere Apul. Flor. 2. Iuuenalis *falſo dicitur,* Attritus gibbere naſus. Plin. 8, 45. *et* 34, 3. Varr. de R. R. 2, 5, 7 Gibberi ſpina leuiter remiſſa, *eſſe vult vaccas.* *Vid. quae ibi notata ſunt.*

GIBBERŌSVS, a, um. Adi. [κυρτὸς Gloſſ. Gr. Lat.] Paul. in l. 3 D. de Aedilit. edict. Vel proterui, vel gibberoſi. *Sic enim habent* Pandectae Florentinae, *quamuis Haloander legat* Gibboſi. Sueton. de Illuſtr. Gramm. c. 9 Interrogatus Orbilius a Varrone diuer-

ſae partis aduocato, quidnam ageret, et quo artificio vteretur, GIBBEROSOS SE DE SOLE IN VMBRAM TRANSFERRE reſpondit, quod Muraena GIBBER erat.

GIBBŌSVS, a, um. Adi. [ἀμφίκυρτος] *Qui gibbum habet.* Celſus . . .

GIBBER, ĕra, ĕrum, *et* GIBBER, is, *et* e. Adi. [κυρτώδης] *Idem.* Plin. 10, 26 Africae hoc eſt gallinarum genus, gibberum, variis ſparſum plumis. Varr. de R. R. 3, 9, 18 Gallinae Africae ſunt grandes, variae, gibberae. Tuber gibberum Maecenas *ap.* Sen. Epiſt. 101. Gibberum, Extantem et eminentem Nonius *interpretatur* 6, 24. Varro Eumenidibus, Item tragici prodeunt, capite gibbero, cum antiqua lege, ad frontem ſuperficias (*ſ.* ſuperficies) accedebat.

GIGARTON, i. n. Vuae excrementa, quae Graeci gigarta vocant Pallad. Nou. c. 20.

G I G

GĪGAS, antis. m. [γίγας] *E terra natum ſignificat, quaſi* γηγενὴς *eſſet. Fingunt Poëtae Gigantes homines fuiſſe, ſeu potius hominum monſtra, corporibus maximis, quos irata Tellus procrearit, vt contra ſuperos arma capeſſerent, et Iouem e ſuo regno deturbarent. Horum nomina varia, vt* Enceladus, Porphyrion, Typhoëus, Damaſtor, *et alia, quorum meminerunt Poëtae Graeci et Latini, inter quos* Claudianus de Gigantomachia *opus reliquit, Graece ſcriptum, cuius fragmentum ad nos peruenit. Plura nomina memorat* Hyginus fabularum principio, *quae illuſtrat Munkerus. Vid.* Macrob. Saturn. 1, 20. *et Heſiod. Theog.* 185. Ouid. Met. 1, 152 Affectaſſe ferunt regnum caeleſte gigantes, Altaque congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes, *etc. Et* Faſt. 5, 35 Terra feros partus, immania monſtra, gigantas Edidit, auſuros in Iouis ire domum. Centimanus Gigas Hor. Carm. 2, 17, 14 *eſt* Gyas *v. v.* Cohors impia gigantum Idem ibid. 2, 19, 22. Magni Lucret. 4, . . Saeuus Valer. Argon. 4, 200. Saeui Lucan. 1, 36. Terrigenae Idem 3, 316. More Gigantum bellare cum diis, quid aliud eſt, niſi naturae repugnare? Cic. de Senect. 5 c. 2. Cum Titanis et Gigantibus ſua propria bella geſſerunt dii Id. de N. D. 2, 70.

GIGANTĒVS, a, um. Adi. [γιγάντειος] Furiae Giganteae Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 152. Ouid. Triſt. 2, 71 Quumque Gigantei memorantur praelia belli. Iupiter clarus giganteo triumpho Hor. Od. 3, 1, 6.

GIGANTINVS, a, um. Adi. Bernhard. Epiſt. 236.

GIGANTOMACHIA, ae. f. *Liber* Claudiani *fuit.*

GIGERIA, ōrum. n. Nonius 2, 390 *interpretatur* Inteſtina gallinarum, et quae cum his coquebantur. Lucil. 8 Gigeria ſunt ſine allio, his veſcamur alacriter. Gigeria pullorum coquere Apic. 4, 2. *Sed* Feſti *epitomator* Gigeria ex multis opſoniis eſſe compoſita *exiſtimat.*

GIGNADIVS, i. m. Sariſb. 1, 8. *Luſorem interpretantur.*

GIGNO, genui *vel* ginui, *ſecundum* Diomedem, genitum, ĕre. [γεννάω] *Deriuatur ab antiquo* Geno *ea fere ratione, vt a* τέκω τίκτω, *etc. Vtrique ſexui commune eſt: cum non mares tantum, ſed feminae etiam, gignere dicantur.* Tacit. Ann. 13, 45 Eam in matrimonio Rufi Criſpini, Equitis Romani, ex quo filium genuerat, Otho pellexit. Cic. Off. 1, 22 c. 7 Placet Stoicis, quae in terris gignuntur, ad vſum hominum omnia creari. Id. de Diuin. 2, 59 Quod non intelligunt ſeminum vim, quae ad gignendum procreandumque plurimum valeat, funditus tolli, mediocris erroris eſt. Gigni et propagari initium ſui generis ab ſe volebat Verres Id. Verr. 5, 179. Parere et gignere, et proferre Auct. ad Heren. 4, 7. Quae terra gignit, maturata pubeſcunt Cic. de N. D. 1, 4. Gignimur, et vitae limen inimus Lucret. 3, 682. Cic. de Fin. 1, 23 Ad maiora enim quaedam nos natura genuit et conformauit, vt mihi quidem videtur. Ad aliquid gigni Quinctil. 1, 2. Animum ex ſua mente et diuinitate genuit Deus Cic. de Vniuerſ. 23 c. 8. Blandimenta multa nobis natura genuit Idem pro Cael. 41. Capite gigni, *vid.* A *Praepoſ.* Gell. 12, 1 In illo capillum gignit teneriorem. Dolorem oculis gigni Lucret. 4, 332. Faſtidium gignere Plin. 14, 16. Filius mihi gignitur Cic. de Orat. 2, 141. Ludus genuit certamen Hor. Epiſt. 1, 20, 48. Morbus et aegrotatio ex totius valetudinis corporis conquaſſatione, et perturbatione gignuntur Cic. Tuſc. 4, 25. Plin. 10, 52 Et quadrupedes Oua gignunt. Oua gignunt piſces Cic. de N. D. 2, 129. Pedibus gigni. Plin. 7, 8 *ad finem*, Neronem quoque paullo ante principem, et toto principatu ſuo hoſtem generis humani, pedibus genitum parens eius ſcribit Agrippina. Pax et concordia extraneis gignitur, quum iam domeſticis non inſideat Cic. anteq. iret in exil. 9. Praeceptiones nouas gignere Auctor ad Heren. 4, 5. Qui non illuſtrauit modo, ſed etiam genuit in hac vrbe dicendi copiam Cic. de Clar. Orat. 253. Plin. 10, 49 Auium confuſo ſanguine ſerpens gignitur. Thus aut piper gignitur Plaut. Trin. 4, 2, 89. Plin. 12, 7 Paſſim vero quae piper gignunt, iuniperis noſtris ſimiles. Virgulta pomis frugibusque gignendis felicia Gell. 19, 12. Vrbi vos genuiſſe deus videtur Cic. Philipp. 14, 32.

GIGNENS, entis. Partic. *Subſtantiue* Gignentia *plantae, quae fructum ferre ſolent, et ſimiles ſui generare.* Loca nuda gignentium Sall. Iug. c. 79. Ilex aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert Id. ibid. c. 93. Apul. de habit. doctr. Plat. p. 6, 13 Animam animantium omnium non corpoream eſſe — omniumque gignentium eſſe ſeniorem.

GENITVS, a, um. Partic. *Natus.* Conſtat aeterna poſitumque lege eſt, conſtet vt genitum nihil Boëth. l. 2 metr. 2. Plin. 11, 37 Septimo menſe genitis ſaepenumero foramina aurium et narium defuere. Sanguine noſtro genitus Ouid. Met. 2, 90. Martial. 10, 65 Cur frater tibi dicor ex Iberis, Et Celtis genitus, Tagique ciuis? Genitus ad perdenda vina Plin. 14, 22. *Sic* Genitus ad ſuperbiam Idem 7 in prooem. *Cum Datiuo.* Paterc. 2, 102 Cenſorinum obiiſſe grauiter tulit ciuitas, virum demerendis hominibus genitum. Genitus in: Paterc. 2, 116 Coſſus victoriae teſtimonium etiam in cognomen filii contulit, adoleſcentis in omnium virtutum exempla geniti. E furto genitus Sil. 7, . . *i. ex adulterio.* Martial. 4, 55 Nos Celtis genitos et ex Iberis. Genitus in ſeruitio, pro Genitus ſeruus Plin. 7, 39. Liberaliter genitus, *vid.* LIBER. Geniti dentes in palato Plin. 11, 37. De Genita Mana Dea, *vid.* MANES.

GENITVS, ūs. m. Qui plurimos libros de genitu animalium reliquerunt Apul. Apol. . . Et ne per omnes animalium genitus pergam Ibid.

GENITV̄RVS, a, um. *Aliud* Partic. [γεννήσων] Semina genitura populos Ouid. Epiſt. 12, 45. Virg. Aen. 9, 642 Dîs genite et geniture deos.

GENĬTOR, ōris. m. [γεννήτης] *Qui gignit. Vid. Vall.* 3, 70. Cic. de Vniuerſ. 24 Quo nihil ab optimo et praeſtantiſſimo genitore melius procreatum. *de anima.* Diuûm genitor, *Iupiter* Sil. 5, . . Deûm genitor rectorque Ouid. Triſt. 2, 37. Primus mundi genitor Columel. in praefat. 1. *ſtatim ab initio.* Genitor Saturnius Cic. de Diuin. 2, 64. Dubio genitore creatus Ouid. Met. 5, 145. Genitores omnium vitiorum Graeci Plin. 15, 4. *A librariis permutantur* Genitor *et* Senior: *Burm. ad* Val. Flacc. 1, 16.

GENĬTRIX, īcis. f. [γεννήτειρα] Genitrix ſemper, quae genuerit, vocatur Non. 5, 9. Frugum genitrix Ouid. Met. 5, 490. Magna Deûm genitrix Virg. Aen. 2, 788. Et Samia genitrix, quae delectatur arena Iuuenal. 16, 6. Genetrix *in* Inſcript. *vt*, Genetrix orbis *de Liuia;* Veneri genetrici: *vid. Harduin. ad* Plin. 2, 25 ſ. 23 not. 11. Lucret. 1 *pr.* Genitricum ſenectam inuicem educant Plin. 10, 23 ſ. 32. *de vtroque parente, ciconiis.*

GENITV̄RA, ae. f. [γέννησις] *Generatio.* Plin. 18, 24 Inter diligentiſſimos conuenit, vt in alitum, quadrupedumque genitura, eſſe quosdam ad conceptum impetus terrae. Plin. 9, 35 Origo atque genitura conchae, eſt haud multum oſtrearum conchis differens. ¶ 2 Genituram, *Horoſcopum vocauit* Suet. in Auguſt. c. 94 Verum genitura ſua vix et cunctanter edita, exiluit Diogenes, adorauitque eum. *Add.* Id. Calig. c. 57. *et* Tit. c. 9. Ergo age vt falſa variet genitura figura Manil. 3, 166. Firmic. 3, . . Secundum hanc genituram et ſecundum has conditiones ſtellarum, et ſecundum teſtimonia, quae huic geniturae perhibentur, etiam hominum volunt fata diſponi. Fatorum per genituram interpres Ammian. . . ¶ 3 Genitura, [γέννημα] *Semen genitale.* Plin. 20, 8 Item quibus genitura, valetudinis morbo, effluat. Ibid. c. 23 Geniturae abundantiam quoquo modo hauſtum facit. Ibid. . . Exſtinguere genituram virorum. Idem 22, 22 Profluuia geniturae.

GENITĀLIS, e. Adi. [γενέθλιος, κυητικὸς] *Idem quod Natalis.* Plin. 9, 58 ſ. 84 Muſculi in Nilo reperiuntur inchoato opere genitalis Aquae terraeque, *i. e qua naſcuntur.* Arua genitalia Ouid. Amor. 2, 13, 7. *i. Generandi vim habentia.* Aruum genitale, *per metaphoram Matrix feminae* Virg. Georg. 3, 136. Corpora quatuor genitalia, *i. Quatuor elementa.* Ouid. Met. 15, 239. Corpora genitalia vnius rei Lucret. 2, 547. Dies Tacit. Ann. 16, 14, 3. Dii, *vid.* MANES. Foedera Stat. Theb. 3, 300. Plin. 9, 35 Has vbi genitalis anni ſtimulauerit Hora, pendentes ſeſe quadam oſcitatione impleri roſcido conceptu tradunt. Menſes Gell. 3, 16 Septimus, decimus, nonus. Mundus Sil. 13, . . Origo genitalis rerum Lucret. 5, 176. Partes genitales corporis Idem 4, 1038. Profluuium, *vid.* Profluuium *in* PROFLVO. Partes genitales trunci, *Fertiles, vim gignendi habentes* Columel. 3, 6. Sedes Prudent. Cath. 10, 176. *i. patria.* Semina genitalia, *Quibus aliquid procreatur et gignitur.* Virg. Georg. 2, 324 Vere tument terrae, et genitalia ſemina poſcunt. Tempus genitale, *i. Dies natalis* Ouid. Triſt. 3, 13, 17. Paſſa marem genitalia Viſcera turgent Nemeſ. Cyn. 131.

GENITALE, is. n. [αἰδοῖον] *tam de Membro virili, quam animalium.* Plin. 10, 63 Cuniculis auerſa genitalia. Oſſea genitalia ſunt lupis Idem 11, 49. Genitale maris Plin. 28, 9. Ibid. c. 11 Vulpis maſculae genitale circumligatum. *Conf.* Iſidor. 11, 1. *Pro humore genitali ſ. ſemine animalium* Plin. 20, 14 ſ. 53 *de menta.* Eadem vi reſiſtere generationi creditur: cohibendo genitalia denſeri. Id. 20, 21 ſ. 83 Semen *maluae* adalligant brachio genitale non continentium.

GENITALĬTER. Adu. [γεννητικῶς] Lucret. 4, 1251 Vt ſemina poſſint Seminibus commiſceri genitaliter apta.

GENITABĬLIS, e. Adi. *Idem quod Genitalis, quemadmodum Penetrale et Penetrabile, vtrumque pro eadem re eſt in vſu.* Lucret. 1, 11 Et reſerata viget genitabilis aura Fauoni. *Exiſtimant tamen quidam docti apud Lambinum, hoc loco legendum* Genitalis, *non ob id ſolum, quod ita habeant aliquot libri manuſcripti, verum etiam quod vox* Genitabilis, *non videatur Latinis vſitata: Sed vox* Genitabilis *tamen reperitur apud* Varr. de L. L. 4, 3. *et* Auien. Prognoſt. Arat. 509 Solers natura, et rerum genitabilis ordo. Partes Arnob. 4 p. 146. *i. pudenda.*

GENITĪVVS, a, um. Adi. [γεννητικὸς] *Grammaticis dicitur* Caſus genitiuus, *quo* genitores *et* geniti *indicantur, ſiue quo reſpondetur ad quaeſtionem* Cuius? Gell. 4, 16, 3 *et alias, qui* Patrium *etiam* caſum *appellat* 4, 16, 1, *etc.* Genitiuus, *quaſi Genitalis, A natura ingenitus, et genuinus, et originalis, et cum naſcente congenitus. vt,* Ouid. Met. 3, 331 Forma prior rediit, genitiuaque rurſus imago, *i. ſexus prior, in quo natus erat Tireſias.* Genitiuae notae Suet. in Auguſt. c. 80. *congenitae. Pro Gentilitio.* Ouid. ex Pont. 3, 2, 107 Adiectique probent genitiua agnomina Cottae.

GENĬMEN, inis. n. [γέννημα] *Progenies.* Genimen vitis Vulgata Matth. 26, 29. *Conf.* Luc. 3, 7. Iob. 31, 12. Pſalm. 65, 11. Prouerb. 8, 19. Tertull. adu. Hermog. c. 12. *et* Hieron *in* 30 Eſ. Genimina viperarum.

GENIVS, i. m. [δαίμων] Deus eſt, cuius in tutela, vt quisque natus eſt, viuit. Hic ſiue quod, vt genamur, curat, ſiue quod vna genitur nobiſcum, ſiue etiam, quod nos genitos ſuſcipit ac tuetur, certe a genendo Genius appellatur. Eundem eſſe Genium et Larem, multi veteres memoriae prodiderunt. — Euclides Socraticus duplicem omnibus omnino nobis Genium dicit appoſitum — Genius ita nobis aſſiduus obſeruator appoſitus eſt, vt ne puncto quidem temporis longius abſcedat — *Haec et multa alia* Cenſorin. de die nat. 3, *qui etiam* c. 2 *pluſcula memoria digna habet, ad quae multa notauit Lindebrog. Alter locus claſſicus eſt* Apuleii de Deo Socr. p. 49 ſq. *vnde quaedam huc transferre non piget, legiſſe neminem poenitebit.* Quodam ſignificatu et animus humanus, etiam nunc in corpore ſitus δαίμων nuncupatur — vnde non nulli arbitrantur — εὐδαίμονας dici beatos, quorum daemon bonus, id eſt animus virtute perfectus eſt. eum noſtra lingua — poteris *Genium* vocare, quod is Deus, qui eſt animus ſuus cuique, quamquam ſit immortalis, tamen quodammodo cum homine gignitur, vt eae preces teſtantur, quibus Genium precamur ad coniunctionem noſtram. — Ex ſublimiori daemonum copia Plato autumat ſingulis hominibus in vita agenda teſtes et cuſtodes additos, qui nemini conſpicui ſemper adſint; arbitri non omnium modo actorum, verum etiam cogitatorum. At vbi vita edita remeandum eſt, eundem illum, qui nobis praeditus fuit, raptare illico et trahere veluti cuſtodiam ſuam (*cuſtodiendum ſibi datum*) ad iudicium, atque illic in cauſa dicenda aſſiſtere: ſi qua commentiatur redarguere, *etc. ſequuntur enim plura, diuina quidem, et lectu, ſi quid vsquam digniſſima. Add.* Ammian.

niian. Marc. 21, 14 *ibique Valeſ. et Lindebr. Sed nos hic loqui docemus maxime.* Genii *ſunt vel* Hominum, *vel* Vrbium, *vel* Locorum, *vel* Statuarum, *vel* Domuum priuatarum, *etc. de quibus vid. Reineſ.* Inſcript. *aliosque Scriptores de Antiq. Roman. Add. Spankem. Numiſm. Diſſ. 4 p. 221 ſeqq.* Heinſ. et Drakenb. *ad* Sil. 2, 585. Quod ego per hanc te dexteram oro et genium tuum, *etc.* Ter. Andr. 1, 5, 55. Plaut. Stich. 4, 2, 42. *Peculiariter appellatus fuit genius* Magnus: *Brouckhuſ. ad* Tib. 4, 5, 9. Natalis *quoque videtur dici* Ibid. v. 19. Dis iratis, genioque ſiniſtro Perſ. 4, 27. Loci genius Virg. Aen. 5, 95. Scit Genius natale comes qui temperat aſtrum Hor. Epiſt. 2, 2, 187. Belligerare cum geniis ſuis, *idem quod Defraudare genium* Plaut. Truc. 1, 2, 81. Concelebrare genium choreis Tibul. 1, 7, 49. Iuuen. Sat. 6, 22 Antiquum et vetus eſt, alienum Poſthume lectum Concutere, atque ſacri genium contemnere fulcri, *i. matrimonii religionem.* Curare genium mero Hor. Carm. 3, 17, 14. *Sic* Perſ. 2, 3 Funde merum genio: *in cuius rei cauſam inquirit* Cenſorinus de die nat. c. 3. *Huc pertinet particula nobiliſſimae legis* Theodoſii M. *quae eſt* l. 10 C. Th. de Paganis, *et ita adhuc editur* Nullus omnino — ſecretiore piaculo, Larem igneni ero Genium, Penates nidore veneratus, accendat lumina, imponat tura, ſerta ſuſpendat. *Neſcio quem Erogenium hic commenti fuerant antiquiores, ſed olim obſeruatum a felibus criticis (vid. Taubm. praef. Plauti edit. 1612, b, b) legendum* Larem igne, mero Genium, Penades nidore. Defraudare genium, *Negare naturae quod appetit.* Ter. Phorm. 1, 1, 10 Quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo ſuum defrudans genium, comparſit miſer, id illa vniverſum abripiet. Martial. 7, 77 Habes nec cor, nec genium, *nec prudens es, qui vtaris viliſſimis cibis, mittas aliis pretioſos, nec tibi indulges.* Indulgere genio, *eſt Animo obſequi.* Perſ. 5, 151 Indulge genio, carpamus dulcia. Iurare per genium ſuum Sen. Epiſt. 12. Iuro potentis per genium Famae Caſtalidumque gregem Martial. 7, 12. *i. per famam viuacem et fecundam. Turneb. Aduerſ. 16, 19 obſeruat viri adiurationem per* Genium, *mulieris per* Iunonem *fuiſſe. Imprecandi etiam formula eſt* per genium iratum; *Vt patet ex Inſcr. apud Fabret. p. 76* QVIS HANC ARAM LAESERIT, HABEAT GENIVM IRATVM POPVLI ROMANI, ET NVMINA DIVORVM. Natus male volente genio, *vid.* NASCOR. Obſecro per genium dextramque, deosque penates Hor. Epiſt. 1, 7, 94. Placare genium vino Id. de Arte Poët. 210. ¶ 2 Genius, *ab aliquibus dicitur Vis ac naturae proprietas, Gratia et lepos natiuus, qui ſit velut anima et vita libri.* Martial. 6, 60 Victurus genium debet habere liber. Iuuen. Sat. 6, 561 Nemo mathematicus genium indemnatus habebit, Sed qui paene perit: *non putatur peritus artis, niſi auſus principum fatis ſe immiſcere, quod periculoſum eſt.*

GENIO, āre. *Genium dare.* Solin. in Pontico, *vt legit Barthius Aduerſ. 44, 3* Candidus aether Aſtrigeram faciem nitido geniauit Olympo, *quod* Scal. Catal. p. 246 geminauit *ediderat. Geniauit ergo fuerit, ornauit, venuſtam reddidit. Sed Barthius interpretatur, vitalem fecit, viuificauit.*

GENIĀTVS, a, um. Partic. *Genio praeditus, hinc Amabilis, venuſtus.* Vultu geniatus Capitolin. in Ver. c. 10. *Vid. Gruter. ibi et Salmaſ. p. 108.* Gloſſ. Iſid. Genialis, Gratus. *Add.* Caſſiodor. 6. Epiſt. 3 *et 6 et 12.*

GENIĀLIS, e. Adi. [τρυφερὸς, γαμικὸς] *Quod pertinet ad genium curandum, laetum, iucundum, etc.* Bella genialia, *i. Inter conuiuia exorta* Stat. Achil. 1, 113. Copia pecudum genialis, *i. Fecunda* Plin. 17, 9. Iuuen. Sat. 4, 66 Genialis agatur Iſte dies *vt natalis, hilariter.* Epulae Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 327. Feſtum Ouid. Faſt. 3, 523. Virg. Georg. 1, 302 Inuitat genialis hiems, *epulis apta.* Iura, *i. Coniugalia* Stat. Silu. 3, 3, 108. Lectus Hor. Epiſt. 1, 1, 87. *vbi vid. Torrent.* Ouid. Amor. 3, 15, 19 Nunc elegi molles, genialis muſa, valete. Praeda, *Mulier rapta voluptatis cauſa* Id. de Arte Am. 1, 125. Puluinar Catul. 63, 47. *in quo nuptias celebratura erat Thetis.* Rus, *Amoenum et voluptatis plenum* Ouid. Epiſt. 19, 9. Plin. 18, 24 *inter praecepta ſerendi,* Fit quoque quorundam occulta ratione, quod Sors genialis atque fecunda eſt. *Puto hoc dicere, eſſe artem occultam quorundam agricolarum in ſerendo, quibus deinde fauere in primis videatur fortuna quaedam gignens (ad genii enim etymon geno vel gigno reſpici puto) et* fecunda. *Noſtri dicunt, manum vnius prae altero felicem eſſe.* Thalamai Claud. in Ruff. 2, 96. Torus genialis ſiue lectus, *Qui in nuptiis ſternitur in honorem genii:* Virg. Aen. 6, 603 — lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. Cic. pro Cluent. 14 c. 5 Lectum illum genialem quem biennio filiae ſuae nubenti ſtrauerat, in eadem domo, *etc. Add.* Plin. Pan. c. 8.

GENIALĬTER. Adu. [τρυφερῶς] *Opipare et laute.* Ouid. Met. 11, 96 Hoſpitis aduentu feſtum genialiter egit. *Add.* Inſcript. Grut. p. 823 n. 2.

GENIALĬTAS, ātis. f. Ammian. 30, 5 Genialitas menſae.

GENIANVS, a, um. Adi. *Luxurioſus, vel Pertinens ad genium.* Varr. de R. R. 3, 9, 18 Gallinae Africanae nouiſſimae in Triclinium genianum introierunt. *Sic Scaliger; alii vero legunt* Ganearium.

GENVĪNVS, a, um. Adi. [γνήσιος]. *Natiuus, naturalis.* Apul. Met. 3 *extr.* Genuino ſermone nomen Auguſti Caeſaris inuocare tentaui. Licentia genuina procax Cupido Apul. Met. 4 p. 156, 23. *i. congenita ſibi.* Simplicitas genuina Ibid. 5 p. 164, 7. *ingenua. Et* 8 p. 203, 4 Vigoris genuini non oblita beſtia, *i. naturalis. Pro eo quod quis a puero inde adſueuit, ita vt iam naturale et congenitum eſſe videatur* Ammian. Marcell. 17, 12 *extr. de Pompeio,* Genuino quodam more caput digito vno ſcalpebat. Gell. 2, 3 Naturales et genuini honores exoriuntur. Genuina Plauti Comoedia, non ſuppoſititia Idem 3, 3. *cuius pater eſt Plautus.* ¶ 2 Genuini, [κραντῆρες] *dicuntur* Dentes *poſteriores, qui in extrema gena, ſ. gingiua in homine gignuntur nouiſſimi.* Plin. 11, 37. Cic. de N. D. 2, 134 c. 54 Dentibus in ore conſtructis manditur, atque ab his extenuatur atque mollitur cibus. eorum aduerſi acuti morſu diuidunt eſcas: intimi autem conficiunt, qui genuini dicuntur. Feſtus, Genuini dentes, quod a genis dependent. Genuinum frangere in aliquo, *Clanculum obtrectare, lacerareque quempiam* Perſ. 1, 129. *Idem etiam dicitur et* Genuino rodere. Genuinum agitare Iuuen. Sat. 5, 69. Poſſim et ego, ſi velim, genuinum laeſus infringere Hieron. adu. Rufin. 1, 7.

GENVINE. Adu. Genuine fraterneque reſcribam Cic. ad Q. Frat. 2, 15.

G I L

GILLO, ōnis. m. *Vaſis fictilis genus. Vid. Scriuer. in* Mart. 2, 85. *Nempe* Gillo Vet. Gl. βαυκάλιον. *it.* ποδόκοιλον, aquale, gello. Io. Caſſian. Inſtit. 4, 16 Si quis gillonem fictilem, quem Baucalem nuncupant, caſu aliquo fregerit. *Addit Scriuerius, Italos vocare* Boccalem, *Hiſpanos* Cangilonem. Gellonem ſ. gellunculum Ruffin. Presb. Aquilei. 2, 14. *Haec pulchre conueniunt cum* Vet. Epigr. in Catal. p. 244 Auguſtum penitus torret Phaethontius ardor, Quem recreat feſſum Gillo, facella (*vid.* FABILLA *ſub* FABA) melo. *Item, nomen viri apud* Iuuen. Sat. 1, 40. *al.* Gello.

GILVVS, a, um. Adi. [κιῤῥὸς] *Color medius inter album et rufum, cuiusmodi mellis color eſſe videtur.* Virg. Georg. 3, 83 *de equis,*

Luxuriatque totis animoſum pectus: honeſti
Spadices, glaucique color deterrimus albis,
Et giluo.

Seruius, Aliud eſt candidum eſſe, id eſt quadam nitenti luce perfuſum: aliud album, quod pallori conſtat eſſe vicinum. Giluus autem melinus eſt color. Multi autem ita legunt Albis et giluo: vt non album et giluum, ſed albogiluum vituperet. Quod ſi ſinguli colores vituperandi ſunt, quanto magis mixtus vterque, id eſt albogiluus?

G I N

GINDES, *Fluuius Perſiae.* Tibull. 4, 1, 141 Rapidus Cyri dementia Gindes. *quem ſparſit in riuos.*

GINGIBER, *vid.* ZINZIBER.

GINGIDIVM, i. n. *Herba.* Plin. 20, 5.

GINGILISMVS, i. m. *Titillatio manuum, quae vehementem riſum excitat. ap.* Petron. c. 73 *leg. Scheffer. et Nodot. Al.* Gingilipho.

GINGĪVA, ae. f. [οὖλον, ἐνοῦλον] *Pars oris, cui dentes inhaerent, quae cum Gena et Genuinis dentibus communionem habet.* Plin. 23, 6 Ex his dulcia, quae apyrina alio nomine appellauimus, ſtomacho inutilia habentur, inflationes pariunt, dentes gingiuaſque laedunt. Iuuen. Sat. 10, 200 Frangendus miſero gingiua panis inermi. Ruſſam defricare gingiuam Catul. 37, 19. *Conf.* Lactant. de Opif. D. c. 10. Gingiua increuit ſuper extremum molarem Scribon. 61. Gingiuarum fluor Idem 61. Praegnantes gingiuae 61. Proximis gingiuis ſuperponitur 56.

GINGIVŬLA, ae. f. Dimin. [οὐλίδιον] Apul. Apol. p. 277 Complanatorem tumidulae gingiuulae *puluiſculum.*

GINGRIO, ii, ītum, īre. *Anſerum vocis proprium eſt, auctore* Feſto. *Vnde* Gingriunt, χῆνες εἰ βοῶσιν Vet. Gloſſ.

GINGRA, ae. f. *Saltatio funebris, quam edebant ad tibiam cognominem* Pollux 4, 14. *Scal. Poët. 1, 18.*

GINGRINVS, a, um. *Pro Adiectiuo accipitur quibuſdam ap.* Solin. c. 5.

GINGRĪNA, ae. f. Tibiae exiguae genus. Feſtus. *Add.* Solin. c. 5. *Vnde etiam*

GINGRITOR, *vel vt nonnulli,* GINGERIĀTOR, ōris. m. *Apud eundem* Feſtum.

GINGRĪTVS, ūs. m. Arnob. 6 p. 205 *de anſeribus capitolinis,* In anſerum pónere et collocare gingritibus.

GINNVS, i. m. [ἰννὸς, γιννὸς] *Hinnus, ex equo et aſina natus.* Varro de R. R. 2, 8. Columel. 6, 37. Martial. 6, 77 Haud aliter ridetur Atlas cum compare ginno. *Sic legit Scriuer. Sed nonnulla exemplaria exhibent* Gibbo. *Conf. Harduin. ad* Plin. 8, 44 ſ. 69. *Politian. Miſcell. c. 23.*

GIPSVM, GIRVS, *etc. Vid.* GYPSVM, GYRVS.

GIRGILLVS, i. m. Inſtrumentum quo fila reuoluuntur Iſidor. 20, 15.

GITH, *vel* GIT, n. *indecl.* [μελάνθιον] *Genus ſeminis.* Colum. 6, 34 *pr.* Plin. 20, 16 Gith, ex Graecis alii melanthion, alii melanſpermon vocant. Optimum quam excitatiſſimi odoris, et quam nigerrimum. Medetur ſerpentium plagis et ſcorpionum. Plaut. Rud. 5, 2, 39 Os calet tibi, num gith frigefactas? *Hoc autem in loco melioris notae libri exhibent,* Nunc id frigidefactas. *Vid. Salmaſ. in loc.* Git frictum Scribon. 69.

G L A

GLABER, bra, brum. Adi. [ψιλὸς, ἄθριξ, λειοκάρηνος] *Quod eſt laeue et ſine pilis.* Varr. de R. R. 2, 2 Si quem glabrum facere velis. Martial. 12, 28 Glaber crure. *Sic,* Glabrae ſues Columel. 1 praefat. *Compar.* [ψιλότερος] Cucurbita glabriorem Apul. Met. 5 p. 163. Plaut. Aſin. 2, 1, 9 Tu iſtum gallum, ſi ſapis, glabriorem reddes mihi quam Volſus ludius.

GLABELLVS, a, um. Adi. Dimin. [ὑπόψιλος] Apul. Florid. 1 *pr.* Quod Apollo eſſet et coma intonſus, et corpore glabellus. Corpus Id. l. 2. Feminal Id. l. 5. Martian. Capella 1 (2) p. 34 Quarum vna deoſculata philologiae frontem illic, vbi pubem ciliorum diſcriminat glabella medietas. *Sic enim legendum ex MS. iam vidit Grotius, ne ſit opus Subſtantiuum nomen fingere,* Glabellae medietas.

GLABRĒTVM, i. n. [ψιλὼν] Glabreta *dicuntur Loca, in quibus propter aliquem humorem noxium ſegetes non proueniunt.* Columel. 2, 9 Ea glabreta ſignis adhibitis notari conuenit: vt ſuo tempore vitiis eiuſmodi medeamur.

GLABRĀTOR, ōris. m. *Qui pice et pſilothro corpus laeuigabant. Erat inter officia domus Auguſtae.* Vetus inſcriptio: DIOPHANTVS, TI. CAESARIS. ORNATOR. GLABR. *i. Ornator glabrarius. Vid. Scalig. ad* Manil. 4, 151.

GLABRARIVS, i. m. *Idem. Vnde*

GLABRARIA, ae. f. *Quae ſpoliat et expilet.* Martial. 4, 28 *De Meretrice auara.*

GLABRIO, *Cognomen eſt* Aciliorum *ab habitu corporis vni alicui impoſitum, quod depilis eſſet, et ab eo ad ſuos poſteros propagatum.* Glabri *enim depiles ſunt.* Cic. Att. 6, 1.

GLABRO, āre. [ψιλόω] *Pilos auferre.* Columel. 12, 53 Quum ab aqua pridie ſues prohibiti ſunt, poſtero die mactantur: et vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur.

GLABREO, ēre. [ψιλοῦμαι] *Pro eo quod eſt Glabrum fieri vtitur* Columel. 2, 9 Loca glabrentia.

GLABRESCO, ĕre. [μαδάω] *Glabrum fieri, i. Sine pilis aut capillis aut plumis fieri, quod euenit nonnunquam aliquo morbo.* Glabreſcit etiam area, quum herbis attritis complanatur Columel. 2, 20.

GLABRITAS, ātis. f. Caluitiis et glabritatibus raſi Arnob. l. 3 p. 108.

GLACIES, ēi. f. [πηγὰς, κρυμὸς, παγετὸς, κρύσταλλος] *Aqua congelata.* Plin. 8, 28 Aure ad glaciem appoſita. Glacies aeris, *tranſlatio eſt pro Duritie.* Lucret. 1, 493 Tum glacies aeris flamma deuicta liqueſcit. *Hic Glaciem aeris dixit audacia in loquendo paene temeraria,*

temeraria, *pro Soliditate*, *rigore*, *et duritie*, *quod talis* glacies *ſit. Vel potius Graecos imitatus eſt*, *quibus πάγος*, *id eſt* glacies, *etiam ſaxum ſignificat ſolidum et durum*, *ſed et frigus Turneb.* . . Virg. Ecl. 10, 49 Ah, tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas. Aſtricta ventis Ouid. Met. 1, 120. Caerulea glacie concretus Virg. Georg. 1, 236. Durata et alte concreta Liu. 21, 36. Fragilis Ouid. de Arte Am. 1, 374. Frigida laedit molle pecus Virg. Georg. 3, 298. Frigidius glacie pectus Ouid. Epiſt. 1, 22. Futilis ictu diſſiluit Virg. Aen. 12, 740. Indurata, *vid.* INDVRO. Iners ſtat Hor. Carm. 2, 9, 5. Lucidior glacie Ouid. Met. 13, 795. Niualis Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 70. Saucia ſole incerto Ouid. Met. 2, 808. Ignis exſoluit glaciem Lucret. 6, 878. Flumina trudunt glaciem Virg. Georg. 1, 310.

GLACIO, āre. [πηγνύω] *In glaciem conuertere.* Plin. 14, 21 Glaciatae moles prodigii modo. Amnes glaciantur Plin. 37, 2. *Sed neutraliter*, Plin. 29, 3 *extr.* Fit autem hieme, quoniam aeſtate non glaciat niſi accepta cera, *de vnguento quod* glaciat, *cum coit conſiſtit*, *vt* Gelare. *Sic ſtatim habebimus* Glaciatum caſeum. Iupiter glaciat niues Hor. Carm. 3, 10, 7. Glaciari, *In glaciem conuerti.* Plin. 24, 13 Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit. Idem 8, 38 Lyncum humor ita redditus vbi gignuntur, glaciatur areſcitue in gemmas carbunculis ſimiles.

GLACIANS, is. Partic. [πηγνύων] Glaciantes aurae Boreae Valer. Argon. 4, 722. *Al.* Glaciales.

GLACIĀTVS, a, um. *Aliud* Partic. [πηχθεὶς] Columel. 7, 8, 2 Nec dubium, quin fici ramulis glaciatus caſeus iucundiſſime ſapiat. *i. Coagulatus*, *vt* vnguentum glaciare *modo vidimus.* Humor glaciatus in grandines Plin. 2, 39.

GLACIĀLIS, e. Adi. [κρυμώδης] *Quod in glaciem aſtringi ſolet.* Iuuen. Sat. 2, 1 Vltra Sauromatas fugere hinc libet, et glacialem Oceanum. Columel. 3, 1 Declinatio mundi glacialis. Fretum Claud. in prim. Conſ. Stil. 1, 176. Frigus Ouid. Met. 9, 581. Hiems Virg. Aen. 3, 285. Polus Sen. Herc. fur. 1.

GLACĬTO, āre. *Proprium eſt vocis anſerum.* Auctor Philomelae 19 Cacabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anſer. *Quidam legunt* Gloſſitat, *alii* Gratitat.

GLADIVS, i. m. [μάχαιρα, κνῆστις] Varr. de L. L. 4, 24 Gladius, c in g commutato, a Clade, quod fit ad hoſtium cladem. Plaut. Trin. 1, 2, 92 Dediſti nae hoc pacto ei Gladium, qui ſe occideret. *i. Miniſtraſti materiam et adiumentum ad perniciem.* Sica et gladius Cic. in Catil. 3, 8. Gladii ius, *Poteſtas animaduertendi in facinoroſos meri imperii eſt*, *vt iuriſconſulti ſcribunt*, *idque* gladii ius *eſt. Quod quidem ex ea tractum eſt conſuetudine*, *quod principes Romani praeſidibus et praefectis praetorio*, *iisque*, *quibus hoc imperium eſſe volebant*, *gladium dabant. Id facile eſt coniicere ex verbis* Papinii *ſic ſcribentis*, Silu. 5, 2, 177 Felix qui magno iam nunc ſub praeſide iuras Cuique ſacer primum tradit Germanicus enſem. *Sed et Imperatoris gladius vnius erat curae commiſſus*, *praefecti ſcilicet praetorio*, *quum Imperator etiam multo magis merum imperium teneret*, *quam quibus eam poteſtatem in prouinciam euntibus mandabat. Nota eſt Traiani vox gladium Praefecto Praetorii tradentis*, *vt contra ſe quoque illo*, *ſi male imperet*, *vteretur*, *ad quam reſpicit* Plin. Paneg. 67. Acutus gladius, *vid.* ACVO. Cruentus Quinctil. 4, 2. Enormes Tacit. Agric. 36. Hiſpanus gladius, ad propiorem habilis pugnam Liu. 7, 10 *pr.* Ingentes Tacit. Agric. 36. Firmic. 6, 31 Tunc enim grauia vulnera minax contendentium gladius infligit. Cic. pro M. Marcel. 17 c. 6 Vidimus tuam victoriam praeliorum exitu terminatam, gladium vagina vacuum in vrbe non vidimus. ¶ 2 *Verba et Participia:* Arripere Apul. Met. 2 *fin.* Cingere ſe gladio, *vid.* CINGO. Comprehendi cruento cum gladio Cic. de Orat. 2, 170. Conficere gladio aliquem Id. pro Caecin. 82 c. 29. Idem ibid. 82 c. 29 Aut tuo (quemadmodum dicitur) gladio, aut noſtro, defenſio tua Conficiatur neceſſe eſt. Diſtringere gladium Cic. Off. 3, 112. Educere gladium e vagina Id. de Inuent. 2, 24 c. 4. Eunt gladii per latus meum Ouid. Epiſt. 10, 88. Extrahere gladium e vulnere Quinctil. 4, 2. Fabricare gladium Idem 3, 2. *et* 2, 16. Finire dolorem gladio Ouid. ex Pont. 1, 6, 41. Fulgens Cic. Tuſc. 5, 62. Imbuere ſcelere gladium, *vid.* IMBVO. Incumbere gladio, *vid.* INCVMBO. Infigere gladium hoſti in pectus, *vid.* INFIGO. Inſequi aliquem ſtricto gladio Cic. Philipp. 2, 21 c. 9. Ire per ignes et gladios Ouid. Met. 8, 76. Iugulo hunc ſuo ſibi gladio, Ter. Adel. 5, 8, 34 *argumentis*, *quibus contra me vſus erat*, *in ipſum retortis*, *hominem ad ſilentium redigo.* Cic. Att. 1, 16 Quum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret. *Clodium damnatum iri etiam a malis iudicibus.* Idem de Fin. 4, 48 *Frigidum argumentum*, Plumbeum *appellat* pugionem. Micant gladii, *vid.* MICO. Minantes triſte Lucret. 1. Nudare gladios, *vid. poſt* NVDVS. Obtundere gladios Claud. in Conſ. Mall. Theod. 167. Occupauerunt portas diſtrictis gladiis Caeſ. B. G. 7, 12. Percutere gladio, *vid.* PERCVTIO. Perfodi gladiis, *vid.* PERFODIO. Pectora gladio Petit Ouid. Met. 5, 185. Ponere gladium, *i. praefecturam praetorii deponere: vid. P. Fabr. Semeſtr. 1, 3.* Recondere gladium in vaginam Cic. de Inuent. 2, 14. Recondere gladium lateri Ouid. Met. 12, 483. Reiecimus mucrones gladiorum a iugulis noſtris Cic. in Catil. 3, 2. Retundere gladios diſtrictos Id. ibid. 3, 2. Stringere gladios Virg. Aen. 12, 278. Stricti Ouid. Met. 15, 801. Traiectus gladio Id. Epiſt. 2, 140. Tranſegit ſe ipſum gladio Tacit. Ann. 14, 43. ¶ 3 Gladium, neutro genere dictum eſſe apud antiquos *auctor eſt* Nonius 3, 106. Lucil. . . Haerebat mucro gladium in pectore totum. ¶ 4 Gladius, *Piſcis apud* Plin. 32, 11.

GLADIŎLVS, i. m. Dimin. [μαχαίριον] Apul. Mileſ. 2 Gladiolo ſolito cinctus. *Item* ¶ 2 *Herba quaedam*, *quod ſit foliis gladii ſimilis. Vid.* Scribon. 82. Plin. 21, 11.

GLADIŎLA, ae. f. *Idem.* Meſſalae *vox apud* Quinctil. 1, 6 quam illo aeuo vix tolerabilem *pronunciat.*

GLADIARIVS, i. m. [ξιφοποιὸς Gloſſ. Gr. Lat.] *Faber gladiorum.*

GLADIĀTOR, ōris. m. [μονόμαχος] Gladiatores, *Serui homines dicuntur*, *quos laniſtae artem armorum docebant: quique in foro*, *ſeu quo alio in loco depugnabant*, *populi delectandi gratia. Cum vero inter laniſtas eſſent deſperatae malitiae homines*, *qui ad caedes faciendas conduci ſe i. ſuas familias paterentur*, Gladiator *etiam eſt conuicium in eum*, *quem armis vti contra leges ita obiicitur.* Cic. Philipp. 3, 35 c. 14 Quodſi iam fatum extremum reipubl. venit, quod gladiatores nobiles faciunt, vt honeſte decumbant, faciamus nos, principes orbis terrarum gentiumque omnium, vt cum dignitate potius cadamus, quam cum ignominia ſeruiamus. Cic. Philipp. 7, 17 c. 6 Gracchorum potentiam maiorem fuiſſe arbitramini, quam huius gladiatoris futura ſit? quem gladiatorem non ita appellaui, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet, ſed vt appellant ii, qui plane et Latine loquuntur. Mirmillo *(habitu Mirmillonis ſumto)* in Aſia depugnauit, cum ornaſſet Threcidicis comitem et familiarem ſuum, illum miſerum fugientem iugulauit: luculentam tamen ipſe plagam accepit, vt declarat cicatrix. Qui familiarem iugularit, quid hic occaſione data faciet inimico? Et qui illud animi cauſa fecerit, hunc praedae cauſa quid facturum putatis? *De L. Antonio ſermo eſt. De* Gladiatorum *origine ac cauſa* Iulius Capitolinus in Max. et Balb. c. 8 *habet haec:* Vnde autem mos Tractus ſit, vt proficiſcentes ad bellum imperatores, munus gladiatorium et venatus darent, breuiter dicendum eſt. Multi dicunt apud veteres hanc deuotionem contra hoſtes factam, vt ciuium ſanguine litato, ſpecie pugnarum ſe Nemeſis, id eſt vis quaedam Fortunae ſatiaret. Alii hoc literis tradunt, (quod veriſimilius credo) ituros ad bellum Romanos debuiſſe pugnas videre, et vulnera, et ferrum, et nudos inter ſe coëuntes, ne in bello armatos hoſtes timerent, aut vulnera et ſanguinem perhorreſcerent. *Fortitudinis commendandae argumentum gladiatores etiam* Ciceroni Tuſc. 2, 41 c. 17 Gladiatores aut perditi homines aut barbari, quas plagas perferunt? quomodo illi, qui bene inſtituti ſunt, accipere plagam malunt, quam turpiter vitare? Quam ſaepe apparet, nihil eos malle, quam vel domino ſatisfacere vel populo? Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos, qui quaerant, quid velint. Si his ſatisfactum ſit, ſe velle decumbere. Quis mediocris gladiator ingemuit? quis vultum mutauit vnquam? quis non modo ſtetit, verum etiam decubuit turpiter? quis, cum decubuiſſet, ferrum recipere iuſſus, collum contraxit, *etc.* Id. pro Sextio 79 c. 37 Num defuit gladiis? num repugnauit? num, vt gladiatoribus imperari ſolet, ferrum non recepit? Gladiatorum munus primum Romae datum eſt in Foro boario, Appio Claudio, Qu. Fuluio Conſulibus. Dederunt M. et Decius filii Bruti, funebri memoria patris cineres honorando. *Haec* Valer. Max. 2, 4, 17. *Plura genera* Gladiatorum *erant*, Samnites, Prouocatores, Retiarii, Mirmillones. *ex his oppoſiti in pugnis* Samnites, *et* Prouocatores: *quod illa* Ciceronis *verba* pro Sextio 134 *videntur oſtendere:* Quum ne de venalibus quidem homines electos, ſed ex ergaſtulis emtos, nominibus gladiatoriis ornarit, et ſortito alios Samnites, alios Prouocatores fecerit. Retiarii *autem*, *et* Mirmillones *componebantur: id quod* Valer. Max. 1, 7, 8. *et* Quinctil. 6, 3, 61 *declarat: Huius verba ſunt*, Pedo de Mirmillone, qui Retiarium conſequebatur, nec feriebat, Viuum, inquit, capere vult. Samnites *ad pugnandum primo lenti:* Prouocatores *ex eo nomen ſumſerunt*, *quia certaminis initio* prouocare *aduerſarios ſolerent. vnde* Hor. Epiſt. 2, 2, 98 Lento Samnites ad lumina prima duello. Mirmillones *et* Secutores *dicebantur: quod*, *ſi quis* Feſtum, *et* Quinctil. *l. c. it.* Suet. in Calig. c. 30 *legerit*, *facile poterit coniicere. de* Secutoribus *meminit et* Cic. Att. 7, 14. *et* Iuuen. Sat. 8, 210. *De ſingulis agitur ſ. l. De tota re videndus Lipſius Saturnalium ſermonum libris duobus*, *qui de Gladiatoribus.* Iſid. 18, 53 Genera gladiatorum plura, quorum primum luſus equeſtrium, duo enim equites, praecedentibus prius ſignis militaribus, vnus a porta Orientis, alter ab Occidentis, procedebant in equis albis, cum aureis galeis, minoribus et habilioribus armis. *Deinde de* Retiariis, *et* Secutoribus, Laqueatoribus *ea*, *quae ſuis locis damus.* Sacramentum *gladiatores habuiſſe videntur*, *quo laniſtae aut domino ſe obligarent.* Petron. 117 In verba Eumolpi ſacramentum iurauimus, vri, vinciri, verberari, ferroque necari, et quidquid aliud Eumolpus iuſſiſſet, tanquam legitimi gladiatores domino corpora animasque religioſiſſime addicimus. *Vid. quae ad h. l. Erhardus et Burmannus. Sicarii appellantur* gladiatores Cic. Fam. 12, 2 *et* 22. *it.* Catil. 2 c. 4. *it.* pro S. Roſc. 8 c. 3. Familiae gladiatorum Cic. pro Sulla 55. Centum paria gladiatorum Hor. Serm. 2, 3, 85. Athletae et gladiatores Cic. in Orat. 228 c. 68. Legitimi: *vid. Wower. ad* Petron. c. 117. Importuniſſimus, *vid.* IMPORTVNVS. Inſcius armorum Quinctil. 1, 12. Iugulatus gladiator Scribon. 13. 17. Vetus ac nobilis Cic. pro Roſc. Amer. 17 c. 6. Bonus gladiator rudem tam cito accepit Idem Philipp. 2, 24. A gladiatore ceſſiſſe laniſta videtur Id. pro Roſc. Amer. 118. Cum buſtuario gladiatore decertare Cic. in Piſon. 19. *Quia ad* buſta *dimicabant.* Exercentur gladiatores armis decretoriis Quinctil. 10, 5, 20. Gladiatori et militi armorum ars ludicra prodeſt Cic. de Orat. 2, 84. Victus repetit gladiator arenam Ouid. Triſt. 2, 17. Gladiatores nobiles Cic. Philipp. 3, 35. ¶ 2 *Obſeru.* Gladiatoribus *abſolute poſitum ſignificat*, *ludis gladiatoriis.* Cic. Att. 2, 1 Quaerit ex me *Clodius*, num conſueſſem Siculis locum gladiatoribus dare? *etc. Sic* Att. 6, 3 *fin. it.* Fam. 10, 32. Phil. 9 c. 7 *etc.* ¶ 3 Gladiator, *Gladiorum artifex.* Arcadius l. vlt. D. De iure immunitatis, Carpentarii, ſcandularii, gladiatores, tubarii, cornuarii, *etc. Quem in locum ſic ait Budaeus*, Gladiatores *hîc*, *ſi verbum mendoſum non eſt*, *non μονομάχοι ſunt*, *qui ab laniſta inſtituebantur: ſed μαχαιροποιοὶ*, *hoc eſt gladiarii*, *et telorum artifices.*

GLADIATORIVS, a, um. Adi. [μονομαχικὸς] Cic. in Catil. 2, 9 c. 5 Nemo eſt in ludo gladiatorio paullo ad facinus audacior, qui ſe non intimum Catilinae eſſe fateatur. Ter. Phorm. 5, 7, 71 Hi gladiatorio animo ad me affectant viam, *i. infenſo*, *et in meam perniciem coniurati.* Certamen Cic. de Orat. 2, 317 c. 78. Congreſſus Plin. 8, 2. Firmitas corporis Quinctil. 8, 4, 16. Cic. pro Muraen. 73 Nec ſi virgo Veſtalis huius propinqua et neceſſaria locum ſuum gladiatorium conceſſit huic, non et illa pie fecit, et hic a culpa eſt remotus. Munus Liu. 28, 21 *pr.* Plin. 15, 18 Ara inde ſublata gladiatorio munere Diui Iulii, quod nouiſſime pugnauit in foro. *Conf.* Id. 33, 3 *m.* Suet. Caeſ. c. 10 *ibique Bernegg.* Capitolin. Max. et Balbo c. 8. Pugna Cic. pro Milon. 93. Qui munus gladiatorium, ſeu gladiatores dabat populo, vocabatur Dominus Id. Att. 2, 1. Spectaculum Liu. 28, 21. Apul. Met. 1. ¶ 2 Gladiatorium *quoque ponitur ſine adiecto ſubaudito Subſtantiuo auctoramentum vel praemium* Liu. 44, 31 Vix gladiatorio accepto, decem talentis, ab rege rex, vt in eam fortunam recideret. *Vid. Dukerus ad h. l. qui defendit eum ab inepta interpretatione aliorum. Abſolute etiam*, *ſed alia ratione*, *vt intelligatur opus aut negotium*, Cic. Tuſc. 4, 48 An vero vir fortis niſi ſtomachari coeperit, non poteſt fortis eſſe? Gladiatorium id quidem: quamquam in eis ipſis videmus ſaepe conſtantiam.

GLADIATORIE. Adu. Lampr. in Commod. 15 Quae gladiatorie faceret.

GLADIATORITIVS, a, um. Adi. Herba Marc. Empir. c. 16.

GLADIATVRA, ae. f. [μονομαχία] *Pugna gladiatoria, ſiue Congreſſus gladiatorum.* Tacit. Ann. 3, 43 Adduntur e ſeruitiis gladiaturae deſtinati. *Add.* Sidon. Paneg. Anthem. v. 238.

GLANS, glandis. f. [βάλανος, ἀκρόδρυον] *Fructus arboris quercus, et aliarum, quae inde* glandiferae *dicuntur.* Plin. 7, 56 Ceres frumenta inuenit, quum antea glande veſcerentur. *Locus claſſicus de glandibus eſt* Plin. 16, 5 *ſq. vnde quaedam decerpemus,* Glandes opes eſſe nunc quoque multarum gentium — conſtat: nec non et inopia frugum arefactis molitur farina, ſpiſſaturque in panis vſum: quin et hodie per Hiſpanias ſecundis menſis glans infertur: dulcior eadem in cinere toſta. Cautum eſt praeterea lege XII tabularum, vt glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere. Genera earum multa: diſtant fructu, ſitu, ſexu, ſapore. Namque alia fageae glandi figura, alia quernae, et alia ilignae — Praeterea ſunt aliquae ſilueſtres, aliae placidiores, quae culta obtinent — dulciſſima omnium fagi. *Haec vt eſt* c. 6 triangula cute includitur. — Glandem quae proprie intelligitur, ferunt robur, quercus, eſculus, cerrus, ilex, ſuber. Continentur hiſpido calice, per genera plus minus cutem complectente. — Quae glandem ferunt omnes et gallam *etc.* Virg. Georg. 4, 81 Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis. Glandis appellatione, (*inquit* Caius in l. Qui venenum D. de verb. et rer. ſignif.) Omnis fructus vt Iabolenus ait, continetur exemplo Graeci ſermonis, apud quos omnes arborum ſpecies ἀκρόδρυα appellantur. Caduca glans eſt, Quae ex arbore cecidit, *inquit* Paull. in l. Silua caedua D. de verb. ſignif. Lucret. 5, 1362. Cerrea, *vid.* CERRVS. Facili quae ſera ſolebat Ieiunia ſoluere glande Boëth. Met. 2, 5. Virg. Ecl. 10, 20 Vuidus hiberna venit de glande Menalcas. Iligna glande nutritus aper Hor. Serm. 2, 4, 40. Columel. 9, 1 Querneae glandis, iligneae, nec minus cerreae. Cic. de Aruſp. Reſp. 5 Quid enim hunc perſequar, pecudem ac beluam, pabulo inimicorum meorum et glande corruptum? ¶ 2 Glans *etiam dicitur Plumbum in modum glandis formatum, quod antiqui milites in bello fundis iaculabantur.* Salluſt. in Iugurth. 57 Pars eminus glande aut lapidibus pugnare. Hirt. B. Afr. 20 Sagittasque et tela vti fierent complura, curare, glandes fundere, ſudes comparare. *Add.* Ib. c. 5 *et* 43. Mittere B. Hiſp. c. 13. Glandes *in ipſa eiaculatione accenſas et liquefactas commemorant Poëtae: vid. Drakenb. ad* Sil. 1, 316. Plumbea glans *vt extrahenda ſit, docet* Celſ. 7, 5, 4. Plumbea glans Lucr. 6, 178. ¶ 3 Glans *eſt Summa pars penis, quae praeputio tegitur.* Celſ. 7, 25 *ſaepius.* ¶ 4 Glandis in Nominatiuo Sing. poni apud Poëtas *notat* Probus *in Cathol. Vid. Erythr. Ind. ad* Virg.

GLANDO, inis. f. *Idem.* Glandine, βαλάνῳ Vet. Gloſſ. Cibus aſpera glando Auien. Deſcript. orbis terr. v. 285. Pingui dependens ſubere glando Ib. v. 1283.

GLANDVLA, ae. f. Dimin. [ἀδὴν] *Quae medicis hodie vocetur, obſcurum non eſt, caro illa ſpongioſa, albicans etc. Sed generalis illa ſignificatio nondum obſeruata. Tantum* Celſus 4, 1 *pr.* Atque in ipſis, *inquit*, ceruicibus glandulae poſitae ſunt, quae interdum cum dolore intumeſcunt. *At idem* 8, 4 In ceruicibus glandulae oriuntur, *tumores credo glandularum, quas modo diximus. Sic* Pallad. Febr. 26, 1 *laudatur* Glandulis ſpiſſa ceruix verris. *Vid.* GLANDVLOSVS. *Sed* Veget. Mulom. 2, 24, 1 Glandulae animalibus moleſtae *memorantur. Inter delicias cibi ſunt* Glandulae. Martial. 3, 82 Partitur apri glandulas palaeſtritis. *Hanc* Glandulam *a* Glandio *deriuat* Chariſ. 1 p. 24. *it.* Probus *apud* Priſcian. 3 *extr.* Glandulae porcellinae *pars minutalis Apiciani apud* Apic. 4, 2 *quas a* Glandio *illo Plautino non differre, Humelbergii et Liſteri ſententia eſt.* Haedinas glandulas *idem laudat* Apic. 4, 1 *eodemque modo interpretatur Humelb.* Plin. 11, 37 Tonſillae in homine, in ſue glandulae. *Sed in homine etiam* glandulas *vocari ſatis Celſus nos docuit.*

GLANDVLOSVS, a, um. Adi. [ἀδενώδης] *Plenum glandulis.* Columel. 7, 9, 1 *qui porcum laudat, qui eſt* amplae et glanduloſae ceruicis.

GLANDIVM, i. n. [ἀδὴν] *Pars apri iuxta ceruicem, vel ipſa ceruix. In hac enim* glandulae *poſitae ſunt.* Plaut. Capt. 4, 4, 7 Arripuit gladium, praetruncauit tribus tergoribus glandia. *Add.* Stich. 2, 2, 36. Curc. 2, 3, 44. Plin. 8, 51. Idem 16, 38 Quibusdam ſunt tubera ſicut in carne glandia. Idem 17, 6. *et* 36, 1. *Vid. Harduin.*

GLANDIONIDA, ae. f. Glandionidam *dixit paraſitus apud* Plaut. Men. 1, 3, 27 *pro Glandiis, vt Pernoniden pro Pernis. Ita enim ſcribenda eſſe docet Gronouius.* Glandionidam, ſuillam, laridum pernonidem, aut Sinciput, aut polimenta porcina, aut aliquid ad eum modum.

GLANDĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [βαλανοφόρος] *Quod glandes producit.* Cic. de Legib. 1, 2 c. 1 Quare glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit Nuntia fulua Iouis, *etc. Ex quodam Poëta.* Ouid. Met. 12, 328. Cic. Philipp. 2, 101 Quandoquidem hae quondam arationes Campani et Leontini, in Pop. Rom. patrimonio glandiferae et fructuoſae ferebantur. *Conf.* Plin. 6, 3.

GLANDARIVS, a, um. Adi. [βαλανικός] *Denominatiuum a Glande: vt* Glandaria ſilua, *Quae ſeruatur glandis ferendae cauſa* Cato c. 1.

GLANVS, i. m. *vel* GLANIS, idis. f. [γλανίς] *Piſcis genus.* Plin. 9, 43 Cautius qui et glanis vocatur, auerſos mordet hamos, nec deuorat, ſed eſca ſpoliat.

GLAPHY̆RVS, a, um. Adi. *Citharoedi nomen ominis, credo, cauſa ſumtum vel datum.* Γλαφυρὸς *enim Feſtiuus, iucundus, ornatus, politus.* Martial. 4, 5 Vendere nec vanos circa palatia fumos: Plaudere nec cano, plaudere nec glaphyro. *Vid.* Iuuen. 6, 77.

GLAREA, ae. f. [ψηφὶς] *Minutiſſimi lapilli, qui in fluuiorum ripis, vel maris litoribus reperiuntur: vel terra potius ſabuloſa, huiusmodi minutis lapidibus plena.* Sternere viam glarea Liu. 41, 27. Columel. 2, 2 Qui cum parte dimidia lapides minutos vel nudam glaream receperint. Idem 6, 23 Stabula ſunt optima ſaxo aut glarea ſtrata. Cic. Q. Fratr. 3, 1 Eo loco Puluis non glarea iniecta eſt. Columel. 11, 3 Niſi aut nudae glareae, aut ſine vllo robore ſolutiſſimae arenae. Aut impulſa leui turbatur glarea vena Lucan. 4, 302. Dura Tibul. 1, 7, 59. Ieiuna, i. e. Sicca et ſterilis terra Virg. Georg. 2, 212. Seru. *Auſonii tempore* Glarea *dicebatur agger ſ. via militaris: vid.* Scalig. *Lectt. Auſ.* 2, 27 *et* 31 *p.* 163 *et* 173.

GLAREŎLA, ae. Dimin. Plaut. . . . Glareolam manu effundens.

GLAREŌSVS, a, um. Adi. *Plenum glarea.* Plin. 26, 8 Silaus naſcitur glareoſis et perennibus riuis, cubitalis, apii ſimilitudine. Glareoſa et ſaxoſa amat ficus Columel. de Arborib. c. 21. Glareoſa et ſabuloſa arua Columel. 2, 10. Loca Pallad. 12, 6, 3. Glareoſa ſaxa Liu. 21, 31 *extr. Sigonius ex vetuſtis codicibus legit* Glomeroſa. Terra quum eſt admixta ex his generibus aliqua re, tum dicitur aut cretoſa aut glareoſa Varro R. R. 1, 9.

GLASTVM, i. n. [γλάστον] *Herba, qua fullones pannos inficiunt.* Plin. 22, 1 Simile plantagini glaſtum in Gallia vocatur: quo Britannorum coniuges nurusque toto corpore oblitae, quibusdam in ſacris nudae incedunt, Aethiopum colorem imitantes. *Caeſar etiam auctor eſt,* Britannos ſe hac inficere, quo horridiori ſint aſpectu in pugna, B. G. 5, 14.

GLAVCĬTO, āre. *Verbum proprium catulis.* Auct. Philom. v. 60 Glaucitat et catulus: at lepores vagiunt.

GLAVCIVM, i. n. [γλαύκιον] Herbae genus ſilueſtris et erraticae, Rhoea vocatur: alii Paralion dicunt, naſcitur in afflatu maris, aut nitroſo loco. *Haec* Plin. 20, 19 ſ. 78. *et* 27, 10 ſ. 59. Glaucei ſucci Scribon. 22. *Conf. Scriuer. ad* Martial. 9, 26 p. 195. Glaucea ſucco ſalubri Colum. 10, 104.

GLAVCOMA, GLAVCOPIS, *vid.* GLAVCVS.

GLAVCVS, a, um. Adi. [γλαυκὸς] *Quod admiſtum habet viridi colori alborem quendam.* Gell. 2, 26 Sed ne viridis quidem color pluribus quam a nobis vocabulis dicitur. Neque non potuit Virgilius colorem equi ſignificare viridem volens, caeruleum magis dicere equum, quam glaucum: ſed maluit verbo vti notiore Graeco, quam inuſitato Latino. Noſtris autem Latinis veteribus Caeſia dicta eſt, quae a Graecis γλαυκῶπις, vt Nigidius ait, de colore caeli, quaſi Caelia. Plin. 9, 36 *de conchyliis loquens,* Vnde conchyliis pretia? quis virus graue in fuco, color auſterus in glauco, et iraſcenti ſimilis mari? Virg. Aen. 12, 885 Tantum effata, caput glauco contexit Amictu, Multa gemens: et ſe fluuio dea condidit alto. *Vbi Seruius,* Glauco amictu, quaſi propter vndarum ſimilitudinem. Arundo Virg. Aen. 10, 205. Equus Virg. Georg. 3, 82. Fronde glauca canentia ſalicta Idem ibid. 2, 13. Fructus glauci oliuae Claud. in Eutrop. 2, 271. Oculi glauci, iidem qui et Caeſii, quales ſunt felis et leonis, et noctuae oculi Plin. 8, 21. *Ab Homero* γλαυκῶπις Ἀθήνη *eſt appellata, hoc eſt Pallas caeſios et glaucos oculos habens: vel quod antiqui ſummam puellarum pulchritudinem in glaucis oculis conſtituebant; vel qua oſtenderet, Mineruam in tenebris etiam videre: certe* noctuinos oculos *irridet* Plaut. Curc. 1, 3, 35. Oliua Stat. Silu. 2, . . Salices Virg. Georg. 4, 182. Idem ibid. 3, 82 — Honeſti Spadices, glaucique. *Vbi* Seruius, Glauci, Felineis oculis, i. e. Splendore perfuſis. Vlua Virg. Aen. 6, 416. ¶ 2 Glaucus, *Piſcis.* Plin. 9, 16 Quidam rurſus aeſtus impatientia, mediis feruoribus ſexagenis diebus latent, vt glaucus, aſelli, auratae. Idem 59, 11 Tradunt glaucum aeſtate non apparere. Ouid. Hal. v. 117. *Nonn. de re Cib.* 3, 28. *Bulenger. de Conuiu.* 2, 30.

GLAVCVS, i. m. [Γλαῦκος] *Hippolochi filius, Bellerophontis nepos, auxilio Troianis venit: cum quo Diomedes memor veteris hoſpitii iunctis dextris amicitiam iniuit, armaque commutauit aenea pretio nouem boum, cum illius aureis armis, quae centum erant boum. Auct.* Homer. Il. 6, 236. ¶ 2 Glaucus piſcator, *vt habetur in fabulis, piſces captos ſupra ripam explicuit, donec retia ſiccarentur. At illi contacta herba, colligentes ſeſe in mare proſilierunt.* Glaucus *eam herbam deguſtans, immortalitatem adeptus eſt, vt eſt apud* Ouid. Met. 13 *extr. vbi formam ſuam ita deſcribit* Glaucus,

Hanc ego tum primum viridem ferrugine barbam,
Caeſariemque meam, quam longa per aequora verro,
Ingenteſque humeros et caerula brachia vidi,
Cruraque pinnigero curuata nouiſſima piſce.

Hinc biformis *vocatur* Claudian. de Raptu Prof. 3, 12. ¶ 3 Glaucus, Siſyphi filius, qui apud Potniam regnauit, equas alebat humana corpora paſcentes, a quibus et ipſe poſtremo deuoratus. *Auctor* Probus . . . *Grammatic.* Seruius . . . *vero dicit* Glaucum Potniaden, ſacra Veneris ſpernentem, ab equabus ſuis, quibus ad currum vtebatur, dilaceratum. Virg. Georg. 3, 267 — Quo tempore Glauci Potniades malis membra abſumſere quadrigae. Biformis Glaucus Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 12.

GLAVCĬNVS, a, um. Adi. [γλαυκοειδής] *Glauci coloris habens.* Mart. 9, 27 Pallia donauit glaucina Coſme tibi. *Vilia intelligi, contextum orationis poſtulat. Scriuer. leg.* Pallida glaucia. *Conf.* GLEVCINVM.

GLAVCICOMANS, antis. Iuuencus in Matth. c. 21 ſ. 5, 624 Oliuae *Epitheton eſt, ob colorem foliorum.*

GLAVCIDIVM *et* GLAVCISCVS, i. *Piſcis.* Plin. 32, 6 *et* 7.

GLAVCŌMA, ătis. n. *et* GLAVCŌMA, ae. f. [γλαύκωμα] *Vitium eius humoris in oculis, qui Cryſtallinus appellatur, nempe dum in colorem* glaucum *mutatur. Sic veteres, quos laudat Gorraeus Definitt. medic. h. v. Latini, qui de eo locuti ſunt, non ita profunde inſidens malum videntur intellexiſſe: qui paſſim commendent remedia externa, facilia. V. g.* Seren. Sammon. 222 Si vero horrendum ducunt (*i. obducunt oculo*) peplum (*velum*) Spiritus alterius prodeſt, qui grana cumini Pallentis mandens, viſus exhalet in ipſos. *Sic* glaucomata inungi, ſanari, emendari *paſſim* Plinius *ait. Vid.* 28, 8. 29, 6. 32. 4. *Sic* Marcell. c. 8 p. 277, e. Prudent. Harmatig. 85

Nemo duos ſoles niſi ſub glaucomate vidit, *Et mox*
Sunt animis etiam ſua nubila, craſſus et aër,
Eſt glaucoma, aciem quod tegmine velet aquoſo,
Libera ne tenerum penetret meditatio caelum.

Vitium temporarium eſſe, indicat etiam illud Plaut. Mil. 2, 1, 70 Glaucomam ob oculos obiiciemus: eumque ita faciemus, vt quid viderit, non viderit. *Cum* Celſus *et* Caelius Aurel. *non habeant,* ſuffuſionis *nomine comprehendiſſe putantur a quibusdam. Viderint medici.*

GLAVCOMATICVS, a, um. Adi. *In* Notis Tironis *ap.* Gruter. p. 149 *qui glaucomate laborat.*

GLAVCŌPIS, idis. f. [γλαυκῶπις] *Vid.* Glauci oculi, *in* GLAVCVS.

GLAVX, aucis. f. *Herba.* Plin. 27, 9.

G L E

GLEBA, ſ. GLAEBA; (*quae ratio probatur Victorio ad* Varron. R. R. 1, 27, 2 *et Manutio*) ae. f. [βῶλαξ, βῶλος] *Caeſpes terrae, aut tenacius cohaerens illius maſſa.* Cic. pro Caecin. 60 Quid igitur, ſi glebis,

glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem de fundo praecipitem egeris? Cic. pro Caecina 60 Vinces profecto non fuiſſe armatos eos, qui ſaxa iacerent, quae de terra tollerent: non eſſe arma caeſpites, neque glebas. Colum. 2, 2, 18 Perexigua conſpergitur aqua gleba, manuque ſubigitur, ac ſi glutinoſa eſt, et quouis leuiſſimo tactu preſſa inhaereſcit, Et picis in morem ad digitos lenteſcit habendo, vt ait Virgilius (Georg. 1, 250) eademque illiſa humo non diſſipatur *etc.* Varro R. R. 1, 27, 2 Glebis ab ſole percalefactis aptiores facere ad accipiendum, et ad opus faciliores, relaxatas. Cunctantes Virg. Georg. 2, 236. *i. Magnae et graues.* Putris Virg. Georg. 1, 44. Vberi gleba ager Colum. 1, 2, 3. Vuiferae Sil. 7, . . Adimere glebam de aliquorum agris Cic. de L. Agrar. 3, 3. Frangere inertes glebas raſtris Virg. Georg. 1, 94. Humare glebis Cic. de Legib. 2, 57. Id. de Legib. 2, 57 c. 22 *ex iure pontificali iſta profert*, Priusquam in os (*ſepulti*) iniecta gleba eſt, locus ille, vbi crematum eſt corpus, nihil habet religionis. Iniecta gleba tum et illic humatus eſt, et gleba vocatur, ac tum denique multa religioſa iura complectitur. Oſtendere aquiloni ſupinatas glebas Virg. Georg. 2, 261. Poſſidere agri glebam Cic. Verr. 3, 28. Sitiens Claud. de B. Gild. 151. Verſare ligonibus glebas Hor. Carm. 3, 6, 39. Virens, *i. Caeſpes* Iuven. Sat. 12, 85. Vruntur ſiccis ſemina glebis Hor. Epod. 16, 55. ¶ 2 Glebae *ſunt etiam aliarum rerum cohaerentes maſſae.* Plin. 24, 14 Indici differentia, glebis extrinſecus nigris, intus rufis. *Hinc facile colligas, rem omnem in globi modum conſtrictam, poſſe* glebam *appellari. Sic* Lucret. 3, 328 Glebae turis. Plin. 36, 6 Inter hos primum, vt arbitror, marmoreos parietes habuit ſcena M. Scauri, non facile dixerim ſectos an ſolidis glebis poſitos. *Et* c. 19 *ad finem*, Phrygius lapis gentis nomen habet. Eſt autem gleba pumicoſa. Siccare liquorem Lactis et in niueas adſtrictum cogere glebas Nemeſian. Ecl. 3 *extr. de caſeo.*

GLEBARIVS, a, um. Adi. Varro de L. L. 6, 4 p. 77, 24 *de bubus ſ. trionibus*, E queis vt dicti valentes glebarii, qui facile proſcindunt glebas, *etc.*

GLEBŌSVS, a, um. Adi. [βωλακώδης] *In formam Glebae.* Plin. 35, 15 *de ſulphure*, Genera quatuor: viuum quod Graeci apyron vocant, naſcitur ſolidum, hoc gleboſum. *Compar.* Plin. 35, 16 Altera gleboſior candida.

GLEBŬLA, ae. f. Dimin. [βωλάκιον] Columel. 1, 6, 23 Lapilliſque carent, et glebulis, quas per trituram fere terrena emittit area. Valer. Max. 5, 3 Glebula oſſibus iniicitur. *Conf.* Iuuen. 14, 166 *de agello*, Saturabat glebula talis Patrem ipſum turbamque caſae. *Deinde de aliis rebus: vt*, Glebulae niuis Scribon. 199. *Add. Rhod. Lex.* Scribon.

GLEBĀLIS, e. Adi. Ammian. 23, 5 Agger glebalis.

GLEBĀTIM. Adu. Lactant. Mort. Perſ. c. 23 *pr.* Agros glebatim metiri. *i. Per ſingulas glebas.*

GLEBVLENTVS, a, um. Adi. Apul. de Deo Socrat. p. 46.

GLECHON, ōnis. m. [γλήχων] *Pulegium.* Apul. de Herb. 92. Glechon agrion Idem c. 90. *Dioſc. 3, 36.*

GLECHONĪTES, ae. m. [γληχωνίτης] *Vinum ex pulegio.* Columel. 12, 35. *Dioſc. 5, 54.*

GLESSVM, i. n. *Electri ſpecies.* Plin. 37, 3 Certum eſt gigni in inſulis Septentrionalis Oceani, et a Germanis appellari gleſſum. Itaque et a noſtris vnam inſularum ob id Gleſſariam appellatam, Germanico Caeſare ibi claſſibus rem gerente, Auſtrauiam a Barbaris dictam. Naſcitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, vt gummi in ceraſis, reſina pineis. Erumpit humoris abundantia: denſatur rigore vel tepore autumnali. Tacit. de Germ. 45, 6 Soli omnium ſuccinum, quod ipſi Gleſſum vocant inter vada, atque in ipſo litore legunt. *Vid. et Buleng. de Conuiu. 4, 13.*

GLEVCĪNVM, i. n. [γλεύκινον] *Oleum muſto et odoramentis conditum.* γλεῦκος, *muſtum.* Gleucini olei *compoſitionem vide apud* Columel. 12, 51. Plin. 15, 7 ſ. 7. 23, 4 ſ. 46 Gleucino muſtum incoquitur vapore lento. Ab aliis ſine igne, circumdatis vinaceis, diebus XXII bis ſingulis permiſtum. Conſumiturque muſtum oleo. *Poſtea recenſet, quae admiſceantur odoramenta.* Gleucini *quoque meminit abunde Dioſcorides 1, 56. Etiam* Glaucinum oleum Veg. 3, 28, 4. 4, 22, 2. *itemque* l. 21 §. 1 ff. de auro, arg. mundo, *in* Gleucinum *mutandum eſt.*

G L I

GLICIVM, i. n. *Apud* Veget. Mulom. 4, 28, 5 *quid ſit, neſcio: niſi forte admitti poſſit* Lycium.

GLIS, gliris. m. [ἐλειός] *Animal muri ſimile, quod nutritur in arboribus, et bonam partem anni ſomno conſumere dicitur. Admittebatur conuiuiis veterum. Et forte iam ſunt apud* Naeuium, *cuius iſta laudat* Non. 2, 633 Praeciſum, omaſum, pernam, callus (*ſ.* callum) gliris (*Merc.* gliſis *archaice* s *pro* r) glandia. *Vid. mox* GLISCERVS. Glirium greges Varro R. R. 3, 2, 14. In ſilua mea glis nullus Varro *ap.* Chariſ. p. 69. *it.* p. 106. Plin. 8, 57. Martial. 3, 58 Somniculoſus ille porrigit glires. *Vid.* Idem 13, 59. Varro R. R. 3, 15. Ammian. 28, 4. Apic. 8, 9. Interpp. Petron. c. 32. Gliris pinguis adeps Scribon. 39. ¶ 2 Glis, gliſſis *eſt argilla:* glis, glitis *lappa, apud* Grammaticos; *vnde verſus,* Glis animal, glis terra tenax, glis lappa vocatur. Siluatic. *Vid.* GLITTVS.

GLIRARIVM, i. n. [ἐλειοτροφεῖον] *Locus, in quo nutriuntur glires.* Varro de R. R. 3, 15 Glirarium diſſimili ratione habetur, quod non aqua, ſed marceria locus ſepitur.

GLIRIVS, a, um. Adi. Torpens, ſtupidus Gloſſ. Iſidor.

GLISCHROMARGOS, i. m. *Cretae genus.* Plin. 17, 8.

GLISCO, ĕre. [ἐπιδίδωμι] Creſcere eſt, *inquit* Feſtus. *Ac proprie* Latenter creſcere *ſignificat, ſi credimus Seruio ad* Virg. Aen. 12, 9. *vbi poſt ſimilitudinem Leonis, qui* ſaucius graui vulnere fremit ore cruento, Haud ſecus accenſo gliſcit violentia Turno. *Sed creſcens ſubito incendium hic ſignatur, et hoc ipſum facile docebunt exempla alia. Itaque mihi videbatur hoc verbo potius facilia et celeria incrementa ignis et earum rerum, quae hac parte cum igne comparari poſſunt, deſignari; quin pauca loca eſſe, vbi non verbum accendi vel incendi in eius locum poſſit ſubſtitui, vnde* Non. 1, 83 Gliſcit *etiam interpretatur*, igneſcit. Cic. in Hortenſ. *apud* Non. *l. c.* Ad iuuenilem libidinem copia voluptatum gliſcit illa, vt ignis oleo. *Sed* Gell. 20, 8 Eadem autem ipſa, quae creſcente luna gliſcunt, deficiente contra luna deficiunt. Tacit. Ann. 4, 5 Quum ex vſu temporis huc illuc mearent, gliſcerent numero, et aliquando minuerentur. Anhelo flatu gliſcit Baccha Valer. 2, 278. Tacit. Ann. 4, 36 Punitis ingeniis, gliſcit Auctoritas. Stat. Theb. 9, 781 Menti tumor atque Audacia gliſcit. Certamen gliſcit Tacit. Hiſt. 4, 43. Cutis ſuffuſa veneno Tenditur, ac ſanie gliſcit Stat. Theb. 1, 107. Dignatio ſacerdotum gliſcit Tacit. Ann. 4, 16. Diſcordia gliſcit Tacit. Ann. 4, 17. Flagitia gliſcunt Tacit. Ann. 14, 15. Gaudium gliſcit Pacuu. *apud* Non. *l. c.* Lucret. 1, 475

Nunquam Tyndaridis formae conflatus amore
Ignis Alexandri Phrygio ſub pectore gliſcens
Clara accendiſſet ſaeui certamina belli.

Infamia gliſcit Tacit. Ann. 14, 15. Inuidia crudelitatis gliſcit Idem Ann. 15, 64. Libido pugnandi gliſcebat Sil. 7, . . Luxuria interim gliſcebat Tacit. Ann. 16, 3. Multitudo periclitantium gliſcebat Idem ibid. 3, 25. Periculum gliſcit Claud. in Eutrop. 2, 393. Poteſtas gliſcebat Tacit. Ann. 3, 69. Praecordia gliſcunt vana lingua Valer. Argon. 3, 632. Praelium Plaut. Aſin. 5, 2, 6. Rabies gliſcit Plaut. Capt. 3, 4, 27. Saeuitia gliſcit Tacit. Ann. 6, 19. Tumor atque audacia menti gliſcit Stat. Theb. 9, 789. Violentia accenſo gliſcit Turno Virg. Aen. 12, 9. ¶ 2 Gliſcere *ſimpliciter eſt cupiditate incendi.* Stat. Theb. 3, 73 Conſanguineo gliſcis regnare ſuperbus Exule. Lutatius; Cupiditatis tuae gliſcit incendium. *Sic* 12, 639 Dulci gliſcere ferro, Lutat. cum furore cupere. *Et* 8, 756 *de Tydeo Menalippi caput tenente*, Spectat atrox hoſtile caput gliſcitque tepentis Lumina torua videns *etc.* Lutat. iraſcendo in maius accenditur. *Ita* Gliſco gaudio Turpil. *apud* Non. *l. c. Sed etiam* Gliſcere *dicitur* terra, *h. e. Pingueſcere* Columel. 2, 5. Idem 7, 1 Quod etiam in faba caeteriſque leguminibus quibus terra gliſcere videtur, veriſimile eſt accidere. Gliſcitur *pro gliſcit* Aſellio *ap.* Non. 7, 107.

GLISCENS, entis. Partic. [ἐπιδιδούς] Tacit. Ann. 1, 1 Donec adulatione gliſcente deterrerentur. Diſcordia Tacit. Ann. 4, 15. Famam in dies gliſcentem ſors diſcuſſit. Tacit. Hiſt. 2, 9. Inuidiae gliſcentis felle flagrare Apul. Met. 5 p. 162, 27. Malum Sil. 7, . . Tacit. Ann. 11, 22 Dein gliſcentibus Negotiis. Idem ibid. 15, 10 Quo gliſcentibus Periculis etiam ſub, *etc.* Tacit. Ann. 12, 54 Mox gliſcente Pernicie, *etc.* Seditio Liu. 6, 14. Ventus Salluſt. *apud* Non. 1, 83. *Conf. Barth. Adu. 35, 20.*

GLISCĔRVS, a, um. Adi. *Copioſus, opimus.* Feſtus, Gliſcere creſcere eſt, et gliſcerae menſae gliſcentes id eſt creſcentes per inſtructionem epularum ſcilicet. *Hinc* Turnebus *in Aduerſ. 15, 4* Gliſceras menſas, *inquit, opimas, opiparas, copioſas, et creſcentibus epularum ferculis refertas, a* Gliſcendo *dici de grammaticis didicimus. Inde etiam* gliſceis *partem quandam ſuis vocatam fuiſſe crediderim, quae in eduliis non contemnendis erat,* Praeciſum, *inquit* Naeuius, (*ap.* Non. 2, 633) omaſum, pernam, callum, gliſceis, glandia. *Haec Turnebus. Vid. quae de hoc loco diximus voce* GLIS *pr.*

GLITTVS, a, um. *Dixere veteres, ſi recte* Feſtus, Glittis ſubactis, leuibus, teneris. *Sed Scal. vult,* Glutis *de quo ſ. l. Addit Scaliger*, In Gloſſis Latinis, Glis glitis humus tenax. *Intelligit* Iſidori Gloſſarium. Papias, Glis Gliſſis, incrementum: Glis, Glitis, carduus: Glis, Glitis, terra tenax: Glis, Gliris, herba. *Qui plura eius furfuris, ſed in quo farinae adhuc aliquid ineſſe poteſt, deſiderat, Martinium adire poterit.*

G L O

GLOBVS, i. m. [σφαῖρα, στρόμβος] *Corpus ſolidum vndique rotundum.* Virg. Aen. 6, 725 Lucentemque globum Lunae. Cic. de N. D. 2, 47 c. 18 Quumque duae formae praeſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphaeram interpretari placet) ex planis, *etc. Quidquid eſt rotundum, non concauum.* Plaut. Poen. 2, 35 In fundas viſci indebant grandiculos globos, Eo illos volantes iuſſi funditarier. In caelo animaduerſi globi Cic. de Diuin. 1, 97 c. 43 *de meteoris.* Stat. Silu. 1, 6, 59 Hic audax ſubit ordo pumilionum, Quos natura breui ſtatu peracto, Nodoſum ſemel in globum ligauit. Cordis globus Lucret. 4, 118. Flammarum globos attollit Aetna Virg. Aen. 3, 574. Lanae globus Hor. Epiſt. 1, 13, 14. *Sed opt. exempl. habent* Glomus. Picei globi Valer. Argon. 3, 135. Sanguinis globos vomit Ouid. Met. 12, 238. Stellarum globi terrae magnitudinem facile vincebant Cic. in Somn. Scip. 6. Globus terrae eminens e mari Idem Tuſc. 1, 68. Terra, globus. Cic. in Somn. Scip. 6 c. 3 Homines enim ſunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medio vides, quae terra dicitur. *Add.* Non. 5, 58. ¶ 2 *Multitudo hominum, ſiue aliorum animalium, aut alterius cuiuscunque rei ſimilis, collecta et quaſi conglobata.* Liu. 8, 32 Extrema concio, et circa Fabium globus, increpabant inclementem Dictatorem. Sic ille Conſenſionis globus huius vnius diſſenſione disiectus eſt Nep. in Att. c. 10. Globus coniurationis Vell. 2, 58. Globus, *Manus militum* Veget. 3, 19. Globus armatorum Liu. 4 *extr.* *Et* 1, 9 Globus iuuenum. *Add.* 4, 29 *pr.* *Et* 3, 47 *extr.* Globus mulierum. Hoſtiles globi, *i. Hoſtium cateruae* Claud. in prim. Conſ. Stil. 1, 103.

GLOBŬLVS, i. m. Dimin. [σφαιρίον] Plin. 33, 5 Cum tinxere pictores, orobitin vocant: eiusque duo genera faciunt, Luteam, quae ſeruatur in lomenta, et liquidam, globulis ſudore reſolutis. *Frequenter vtitur* Scribonius *de maſſulis ſ. pilulis*, Globulus viciae magnitudinis 13. — Fabae m. 139. — Globulus ſub lingua 74. — Ciceris amplitudinis 77. In Globulos diuidere ſex 142. Fiunt globuli 77. 129. 139. *Genus eduli eſt, de quo* Cato 79 Globulos, *inquit*, ſic facito, *etc.*

GLOBŌSVS, a, um. Adi. [σφαιροειδής] *i. Rotundus.* Cic. de Vniuerſ. 15 Et globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὲς Graeci vocant, cuius omnis extremitas paribus a mediis radiis attingitur. Corpus Columel. 10, 383. Lucret. 2, 468. Forma Cic. de N. D. 2, 49. Mundus Idem de N. D. 2, 116 c. 45. Rotunditas Firmic. 1, 3. Saxa Liu. 38, 29. Globoſae ſtellae et rotundae Cic. in Somn. Scip. 16. Terra ſolida et globoſa Idem de N. D. 2, 98. Turbo Cic. de N. D. 2, 89. *Ex Poëta.*

GLOBOSE. Aduerb. *in* Fragment. Poët.

GLOBOSĬTAS, ātis. f. Macrob. in Somn. Scip. 1, 15 (16) Globoſitas terrae habitationes omnium aequales ſibi eſſe non patitur.

GLOBO, āre. [σφαιρόω] *Aliquid ſolidum in rotunditatem componere.* Plin. 2, 2 Formam eius in ſpeciem orbis abſoluti globatam eſſe, nomen inprimis, et conſenſus in eo mortalium orbem appellantium. Plin. 2, 65 Namque et dependentes vbique guttae paruis globantur orbibus.

bibus. Globatae vehementius properant Solin. c. 11. Globari in rotunditatem Plin. 18, 13. Nubes globantur Idem 18 vlt.

GLOBĀTIM. Adu. Ammian. 27, 9.

GLOBATIO, ōnis. f. Firmicus . . . .

GLOBĀTOR, ōris. m. Sidonius . . .

GLOCĬDO, *vel al.* GLOCITO, āre. Proprium eſt gallinarum, quum ouis incubiturae ſunt Feſtus : *quod ſit crebris ſingultibus, interiecta voce acuta.*

GLOCIO, īui, ītum, īre. *Idem quod Glocidare.* Columel. 8, 5, 4 Obſeruare debet cuſtos, dum edent oua, vt ea, quae nata ſunt, recolligantur : notenturque quo quaeque die ſint edita : et quam recentiſſima ſupponantur glocientibus.

GLOCTORO, āre. Gloctorat immenſo de turre ciconia roſtro Auctor Philomelae v. 29.

GLOMER, ĕris. GLOMVS, i. m. *et* GLOMVS, ĕris. n. [ἀγαθὶς, ςρόμβος] *Eſt Globus ex filo factus.* Glomer, Glomus ἀγαθὶς Vet. Gloſſ. *Conf.* Priſcian. l. 1. Plin. 36, 13 Quo ſi quis improperet ſine glomere lini, exitum inuenire nequeat. *de labyrinthis.* Glomus ſtaminis albi Scribon. Largus Comp. 142. Hor. Epiſt. 1, 13, 13 Vt vinoſa glomos furtiuae Pyrrhia Lanae. Lucret. 1, 361 *primam produxit :* Nam ſi tantundem eſt in Lanae glomere, quantum Corporis in plumbo eſt. *Plur. Neutr.* Glomera. Non. 5, 38 Globus *eſt* ſoliditas vndiqueuerſum rotunda, vt eſt Sphaera et ſtaminum glomera.

GLOMVLVS, i. m. Dimin. Apul. Met. 6. *Non recte, ſi non fallit Ind. Floridi.*

GLOMĔRO, āre. [ςρομβόω] *Implicare, et in Glomum ſ. glomerem, filum inducere.* Lanam glomerabat in orbes Ouid. Met. 6, 19. *Per translationem, Congregare et accumulare ea, quae iuncta ſuam ſibi naturam et formam retinent ſingula.* Varro de R. R. 3, 5 Cibarui offas poſitas, eae maxime glomerantur ex ficis et farre miſto. Celſ. 7, 22 *pr.* Maxime vbi inter ſe venae implicatae glomerantur.

GLOMERANS annus Cic. de Conſul. *laudatus* de Diuin. 1, 19 c. 12 *i. voluens, reuolutus, neutraliter, intellecto* ſe. *Totum locum damus in* DETERMINO. Virg. Aen. 6, 311 Quam multae glomerantur aues. Agmina cerui glomerant fuga Virg. Aen. 4, 155. Fasque nefasque ſimul glomerans Prudent. Cath. 3, 134. Cic. Tuſc. 2, 25 c. 10 Atque haec vetuſta ſaeclis glomerata horridis, Luctifica Clades noſtro infixa eſt corpori. *ex Aeſchylo.* Stat. Achil. 1, 59 Illi ſpumiferos glomerant a pectore Fluctus, *Tritones, dum natant et ante ſe agunt ac moliuntur vndas.* Greſſus glomerare ſuperbos Virg. Georg. 3, 117. *de equo.* Hinc atque hinc glomerantur Virg. Aen. 1, 504. Idem Georg. 4, 79 — Magnum miſte glomerantur in orbem. Iam Legiones in teſtudinem glomerabantur Tac. H. 3, 31, 1. Manum glomerare bello Virg. Aen. 2, 313. Bello, Ad bellum. Seruius. Niues glomeratas agit Corus Sil. 3. Nubes glomerantur Virg. Aen. 9, 689. Nubes tempeſtatem glomerant Idem Georg. 1, 323. Plin. 12, 17 Ladanum glomerari Puluere, coqui ſole tradunt. Saxa ſub auras glomerat Virg. Aen. 3, 577. Semina vocis Eiiciuntur et ore foras glomerata feruntur Lucret. 3, 495. *de Epilepticis.* Ventus incendia glomerat Virg. Georg. 2, 311. Tellus glomerata cogitur Vnda Ouid. Met. 15, 251.

GLOMERATVS, a, um. Part. *Conglobatus.* Colum. 10, 237 *de Cinara,* Haec modo purpureo ſurgit glomerata corymbo.

GLOMERATIO, ōnis. f. [ςρόμβωσις] Plin. 8, 42 *de equis,* Quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio, *i. iactatio numeroſa ; pedes comparantur cum digitis celeriter glomerantium fila.*

GLOMERABĬLIS, e. Adi. Manil. 1, 220 Te teſtem dat Luna ſui glomerabilis orbis.

GLOMERŌSVS, a, um. Adi. Columel. 9, 3, 1 Apes vaſtae ſed glomeroſae.

GLOMERĀTOR, ōris. m. *Qui glomerat.* Ennius.

GLOMERĀMEN, ĭnis. n. [ςρόμβωμα] *Globus, Glomus.* Lucret. 2, 685 Diſſimiles igitur formae glomeramen in vnum Conueniunt. *Add. ib. v.* 453. *et* 5, 725. Seren. Sammon. c. 56.

GLOMERARIVS, i. m. Sen. in Controu. 1, 8.

GLOMERĀTIM. Adu. Macrob. Saturn. 6, 4. *Vid.* Vomitaria *in* VOMO. Caute et non glomeratim faciendum Cyprian. Ep. 5, . . Quis oratorum —. denſata glomeratius aut dixit aut cogitauit Auſon. Paneg. Theodoſ. c. 29.

GLORIA, ae. f. [κλέος, κῦδος, δόξα, εὔκλεια] Cic. de Inuent. 2, 166 Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude. Gloria, eſt Illuſtris ac peruagata multorum et magnorum vel in ſuos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. Cic. pro Marcel. 27 c. 8. Gloria, eſt Solida quaedam res et expreſſa non adumbrata : ea eſt Conſentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellente virtute Cic. Tuſc. 3, 3 c. 2. Ex omnibus praemiis virtutis ampliſſimum eſt gloria Cic. pro Milon. 98 c. 35. Cito ignominia fit ſuperbi gloria P. Syr. Mim. Vis curſu pedibusque gloriari ? Tigrim vince leuemque Paſſarinum: Nulla eſt gloria praeterire aſellos Martial. 12, 36. *i. gloriatio.* Aeſtus gloriae Cic. in Brut. 281. Macrob. in Somn. Scip. 2, 10 Non aeternam, ſed ne diuturnam quidem gloriam aſſequi poſſumus. Auidior gloriae, *vid.* AVIDVS. Clarus gloria, et auctoritate grauis Cic. de Orat. 2, 155. Cumulatior, *vid.* CVMVLATVS. Cupidus gloriae et altiſſimus animus Cic. Off. 1, 65. Cupidus ſplendoris et gloriae Idem ibid. 1, 65. Quinctil. 7, 3 Quod ipſum feciſſe ſeductum iuuenili Cupiditate gloriae fateor. Curſus gloriae ſempiternus Cic. pro Sext. 47. Curſus ad gloriam Idem Fam. 10, 3 *extr.* Cic. . . . Expers eſſe debet gloriae, *etc.* Gradus gloriae diſpares, honorum pares ſunt Cic. pro Planc. 60. Palmae gloria, *Victoria.* Virg. Georg. 3, 102 Et quis cuique dolor victo, quae gloria Palmae. Virtutis verae fructus, gloria Cic. in Piſon. 57 c. 24. Idem Philipp. 1, 29 Ea autem eſt Gloria et laus recte factorum, et magnorum in Rempubl. meritorum. Laudum gloria Cic. Fam. 2, 4. Hortatrix animoſi gloria leti Stat. Theb. 9, 717. Inſignia gloriae Cic. Fam. 10, 13. Idem . . . Illud magis vereor, ne ignorans verum iter gloriae, *etc.* Plin. Pan. 8, 4 Qua gloria Laetus, *de Nerua poſt adoptatum Traianum.* Lata gloria, *h. e. Late diffuſa et ſparſa.* Plin. Epiſt. 4, 12 Neſcio quo pacto vel magis homines iuvat gloria lata, quam magna. *Huc facit quod* Macrob. in Somn. Scipion. 2, 10 *ſic ait,* In appetenda gloria duo ſunt maxima, quae praeoptari poſſint, vt et quam latiſſime vagetur, et quam diutiſſime perſeueret. Magna apud omnes erat gloria nomen Annibalis Cic. de Orat. 2, 75. Magna gloria noſtri aeui Ouid. Epiſt. 17, 59. Matura, *vid.* MATVRVS. Militaris Tacit. Agric. 5. Naualis, *vid.* NAVIS. Operoſa, *Magna et difficilis* Ouid. Epiſt. 2, 63. Opima Valer. Max. 4, 4. *De Cn. Scip.* Romana Quinctil. 1, 10. Seges gloriae Cic. pro Milon. 36. Solida veraque Cic. Brut. 3. Stimulus gloriae Cic. pro Arch. 29. Ventoſa Virg. Aen. 11, 708. Vera, grauis, et ſolida Cic. Philipp. 5, 50. Gloria viua patris Rutil. Itin. 1, 168. Vmbra gloriae Cic. in Piſon. 57. Vſtus gloria Idem Fam. 13, 15. ¶ 2 *Verborum formulae :* Cic. de Orat. 2, 210 Gloria parta non delectari, ſed totam Abiicere, atque deponere. Cic. Fam. 3, 7 Vt mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam Acquirendum putarem. Adamare Cic. Fam. 2, 4. Immortalem gloriam non Adimunt, ſi vitam eripiunt Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 22. Adipiſci gloriam Cic. pro Marcel. 27. Afficere gloria, Amplificare gloriam, *vid. hh. vv.* Aſcendere gradibus gloriae videntur homines in caelum Cic. pro Milon. 98 c. 35. Auferre gloriam, *vid. h. v.* Augere gloriam Cic. Fam. 12. Alere gloriam Idem in Brut. 32. Cadere gloriam Cic. pro Milon. 98. Capere maximam gloriam ob amicitiam ſumma fide ſeruatam Idem de Amicit. 25. Circumfluens gloria, *vid. ſ. l.* Commendare ſempiternae gloriae aliquem Cic. Fam. 5, 12. Comparare gloriam Idem Off. 2, 45. Tacit. Hiſt. 3, 64 Ne Antonio, Varoque de gloria Concederet. Conſequi gloriam Cic. Fam. 1, 5 *extr.* Conſequi aeternam gloriam Idem ibid. 10, 14. Conſequi propriam ingenii gloriam Cic. Fam. 5, 12. Cumulare gloriam bellicam eloquentia, *vid.* CVMVLO. Conſtat ſumma et perfecta gloria ex tribus his, ſi diligit multitudo, ſi fidem habet, ſi cum admiratione quadam honore dignos putat Cic. Off. 2, 31. Liu. 37, 58 *extr.* Gloriamque eius victoriae Defloratam ad Thermopilas eſſe. Deſiderat virtus mercedem laudis gloriaeque Cic. Philipp. 5, 35. Diuulgata Lucret. 6, 8. . Dare gloriam immortalem, et ſempiternam turpitudinem infligere Cic. in Piſon. 63. Ducitur maxime gloria optimus quisque Idem pro Arch. 26 c. 11. Ducere in gloria Plin. 31, 6. Duplicare gloriam Cic. pro Domo ſua 95. Efferre ſe gloria et praedicatione Idem in Parad. 1. Eſſe gloria, *pro Gloria circumfluere* Cic. Att. 2, 21. Eſſe gloriae Idem Fam. 5, 12. Excellit maxime gloria is, qui virtute plurimum praeſtat Cic. pro Planc. 16. Exornare Philoſophiam falſa gloria Idem Tuſc. 2, 12. Expetenda gloria magis eſt, ſi pecunia tantopere expetitur Cic. de Orat. 2, 172. Ferre gloriam Scribon. Ep. in . . . *i. referre, conſequi.* Floruit Graecia fama, gloria, doctrina, plurimis artibus, imperio et laude bellica Cic. pro Flacc. 28. Tacit. Ann. 15, 8 Si aut gloriam cum modo, aut praedam cum cura Habuiſſet. Habere maiorem gloriam dicendi Cic. de Clar. Orat. 239. Habet formam honeſtatis et ſimilitudinem gloria Idem de Fin. 5, 69. Habitabit omnibus in terris nominis mei gloria Idem pro Milon. 98 c. 35. Incenduntur omnes gloria ad ſtudia, *vid.* INCENDO. Infringere gloriam Cic. pro Milon. 5. Inſiſtere in gloria, *vid.* INSISTO. Tacit. Ann. 4, 26 Et huic negatus honor gloriam Intendit. *i. auxit.* Praeclara ingenia, quae gloria Inuitantur Cic. Ep. ad Brut. 15. Iuncta inuidiae, *vid.* IVNGO. Tacit. Ann. 2, 44 Reddendamque gratiam in acie faterentur, ſimul perfidos et ruptores pacis vltioni et gloriae Mactandos. Minuere, *vel* Imminuere gloriam Cic. Fam. 10, . . Multiplicare gloriam, *vid. poſt* MVLTVS. Naſcitur gloria Cic. Fam. 15, . . Naſci gloriae Idem pro Sext. 89. Niti ad gloriam immortalem, *vid.* NITOR. Quinctil. 3, 7 Quo minores opes fuerunt, eo maiorem benefactis gloriam Parit. Parta Ouid. Epiſt. 21, 115. Ponere in gloria, *vid.* PONO. Praeſtare gloria Cic. Off. 1, . . Praeterire aſellos gloria eſt nulla Martial. 12, 36. Quaerere gloriam Cic. Q. Frat. 2, 2. Referre in gloriam, *vid.* IN. Refrenare, *vel* Reuocare a gloria Cic. pro Cael. 76. Reperire armis Ter. Heaut. 1, 1, 60. Repudiare veram gloriam, leuis eſt animi ſplendorem lucemque fugientis Cic. in Piſon. 57. Reſeruare Apul. Met. 4 p. 123, 19 *Floridi.* Retinere gloriam Cic. Fam. 7, 13. Reuocare omnia ad gloriam et ſplendorem in imperio et dignitate Id. pro Flacc. 28. Sepoſita et diſcors Ouid. Amor. 2, 12, 11. Sequitur gloria virtutem tanquam vmbra Cic. Tuſc. 1, 109 c. 45. Seruire gloriae Cic. in Catil. . . . Sit in aeterna gloria Marius Idem in Catil. 4, 11. *Et* Off. 3, 85 In maxima et gratia futurus ſit et gloria. Gloriam qui Spreuerit, veram habebit Liu. 22, 39. Subnixus fulgore gloriae Valer. Max. 8, 1. *De L. Cotta.* Cic. . . . Hodie hanc gloriam, atque hoc orbis terrae imperium Teneremus. Titillat gloria Hor. Serm. 2, 3, 179. Transmouere in ſe gloriam Ter. Eun. 3, 1, 10. Venire in gloriam Cic. Att. 2, . . Verſatur omnibus in terris nominis mei gloria Idem pro Milon. 98 c. 35. Et tua materia gloria Victa ſua eſt Ouid. Her. 16, 146. Tacit. Ann. 13, 32 Idque illi imperitante Claudio impune mox ad gloriam vertit. ¶ 3 *Plur.* Gloriarum plenus, *i. Iactabundus* Plaut. Mil. 1, 1, 2. Flare inanes glorias Gell. 1, 2. Memorare veteres Gallorum glorias Tacit. Ann. 3, 45. *Add.* Vulg. 1 Petr. 1, 11. ¶ 4 *A librariis confundi ſolent* Gloria *et* Gratia : *Burm. ad* Quinct. Declam. 15, 7 p. 313.

GLORIŎLA, ae. f. Dimin. [δοξίδιον] Cic. Fam. 5, 12 Et nosmet ipſi viui gloriola noſtra perfruamur. Idem Fam. 7, 5 Hiſce eum ornes gloriolae inſignibus.

GLORIŌSVS, a, um. Adi. [κλυτὸς, ἔνδοξος] *Praeclarus, excellens, et qui in magna gratia eſt.* Plaut. Epid. 2, 2, 116 Magnus miles Rhodius, raptor hoſtium glorioſus. Quod ſi eum Dii immortales victoriis ſuis perfrui paſſi eſſent, ſoſpes glorioſior patriae moenia non intraſſet Val. Max. 3, 2 ext. 5. *de Epaminondae morte.* Dies glorioſiſſimus Tac. H. 5, 17, 4. Cic. Att. 8, 16 Vt non ſolum glorioſis conſiliis vtamur, ſed etiam paullo ſalubribus. Cic. Verr. 5, 97 c. 37 Quo neque Karthaginienſium glorioſiſſimae claſſes, cum mari plurimum poterant —, vnquam adſpirare potuerunt. Facta illuſtria et glorioſa Cic. de Fin. 1, 36 c. 11. Fuga Ciceronis ſibi glorioſa, patriae calamitoſa Cic. de Diuin. 1, 59. Idem de Fin. 2, 97 c. . . Quum eſſet propoſita aut fuga turpis, aut glorioſa mors. *Add.* Id. de Diuin. 1 c. 24. Glorioſiſſimum fructum ſalutis capere Cic. Phil. 2 c. 11. Oſtentatio ciuitatis magnifica et glorioſa Idem pro Flacc. 52 c. 22. Philoſophia praepotens et glorioſa Cic. de Orat. 1, 193. Magnificum illud etiam, Romanisque, hominibus glorioſum, vt, *etc.* Cic. de Diuin. 2, 5. Idem Philipp. 2, 27 Longum eſt perſequi caeteros : idque Reipubl. praeclarum, fuiſſe tam multos, tum multo ipſis glorioſius eſt. Cic. de Legib. 3, 21 Quod nobis quidem egregium, et ad immortalitatem memoriae glorioſum, neminem, *etc.*

In priuatis glorioſa, multo magis in regibus commemorabuntur Cic. pro Deiot. 40. Idem Acad. 4, 140 Niſi forte quod glorioſum ſit in vulgus, id honeſtum velimus dicere. Cic. Fam. 9, 14 Mihi vero glorioſum, te Iuuenem Conſulem florere laudibus, quaſi alumnum diſciplinae meae. Populari fama glorioſum, vt conſuetudo loquitur, id ſolum dicitur honeſtum Cic. de Fin. 2, . . Idem Philipp. 1, 34 Carum eſſe ciuibus, bene de Rep. mereri, laudari, coli, diligi, glorioſum eſt: metui vero et in odio eſſe, inuidioſum, deteſtabile, imbecillum, caducum. ¶ 2 Glorioſus *etiam in malam partem vſurpatur pro Superbo: vt proprie ſit inanis gloriae cupidus et oſtentator:* Plaut. Truc. 1, 2, 55 Vos nequam et glorioſae, malaeque, *etc.* Vt faſtidit glorioſus Plaut. Curc. 5, 2, 34. Fuiſſe creditur non minus glorioſi quam ciuilis Animi Suet. Claud. c. 1. Plin. Epiſt. 3, 9 Miſerat etiam epiſtolas Romam ad aniculam quandam iactantes et glorioſas. Glorioſus miles, *apud* Ter. Eun. Prol. 31. *et* Cic. Off. 1, 137 c. 38. Plaut. Mil. 2, 1, 8. Nihil vnquam neque inſolens neque glorioſum ex ore eius exiit Nep. 20, 4, 2.

GLORIŌSE. Adu. [εὐκλεῶς] *Cum gloria et laude, vel cum iactatione inani.* Aur. Vict. de Viris Illuſt. c. 47 Ipſe quadragies quater accuſatus glorioſe abſolutus. Cic. Fam. 2, 11 Satis glorioſe triumpharem. Glorioſe Oſtentare amicitiam alicuius Salluſt. in Epiſt. Mithrid. Hiſt. l. 4. *In malam partem.* Cic. Tuſc. 3, 51 Quoniam haec plauſibilia non ſunt, vt in ſinu gaudeant, glorioſe loqui deſinant. Plaut. Perſ. 2, 5, 6 Subnixis alis me inferam, atque amicibor glorioſe. Exordiri non glorioſe Cic. de Orat. 2, 31. Glorioſe mentiri Idem pro Milon. 73. Glorioſius de ſe praedicare Cic. pro Domo c. 35. Vitam glorioſiſſime degere Vell. 2, 3, 2. Praeclare glorioſiſſimeque vixerunt Auguſtin. Ep. 107.

GLORIOR, āri. Dep. [καυχάομαι, μεγαλαυχέω] *Mediae ſignificationis eſt, vt ſuperiora: ſignificat Gloriam ſuam veram aut falſam praedicare.* Cic. Verr. 3, . . Vt tu in multis epiſtolis ad amicos tuos gloriaris. *Sic* Caeſ. B. C. 1, 4 Inter ſuos gloriari. Cic. Off. 1, 78 Licet enim mihi, M. fili, apud te gloriari, ad quem et hereditas huius gloriae, et factorum imitatio pertinet. Contra aliquem Cic. Tuſc. 5, . . Idem de Fin. 3 c. 8 Quis aut de miſera vita poſſit gloriari, aut non de beata? De ſuis rebus geſtis Cic. pro Domo ſua 93. Idem de Senect. 82 Vt de me aliquid more ſenum glorier. De miſera vita nemo gloriari poteſt Cic. de Fin. 3, 8. Idem Tuſc. 1, 48 c. 21 Non pudet Philoſophum in eo gloriari? Quibus rebus quis in ſe ipſo gloriatur, eaſdem in aliis reprehendat non concedit Cic. pro Ligar. 20. In virtute Idem de N. D. 3 c. 36. Caeſ. B. G. 8, 50 Propterea quod inſolenter aduerſarii ſui gloriarentur. More ſenum Cic. de Senect. 82 c. 23. Nimis Cic. de Aruſp. Reſp. 16. Factis equitum gloriantur ciues, laetantur ſocii, gemunt hoſtes Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 29. Nominibus veterum gloriari Cic. in Orat. 169 c. 50. Idem de Senect. 32 c. 10 Equidem poſſe vellem idem gloriari quod Cyrus. Se peragraſſe omnes prouincias gloriari Cic. de Orat. 2, 258. Idem in Piſon. 2 Is mihi etiam gloriabitur, ſe omnes magiſtratus ſine repulſa aſſecutum.

GLORIANDVS, a, um. Partic. [κυδιωτέος] Cic. Tuſc. 5, 49 c. 17 Nec in miſera vita quidquam eſt praedicabile aut gloriandum — Beata vita glorianda et praedicanda, et prae ſe ferenda eſt.

GLORIANS, antis. Partic. [κυδιῶν] Cic. de N. D. 1, 72 Quod et non praedicanti tamen facile quidem crederem, ſicut mali aedificii domino glorianti ſe architectum non habuiſſe. *Add.* Vulgat. 1 Sam. 2, 3. Cic. Tuſc. 5, 40 c. 14 Glorianti cuidam mercatori, quod multas naues — dimiſiſſet.

GLORIATIO, ōnis. f. [καύχησις] Cic. de Fin. 4, 50 Illud vero minime conſectarium, ſed in primis hebes, illorum ſcilicet nominum gloriatione dignam eſſe beatam vitam. *Sic* 3, 28 c. 8 Ex qua efficitur, gloriatione, vt ita dicam, dignam eſſe beatam vitam.

GLORIĀTOR, ōris. m. Apul. Flor. 3 p. 357 Gloriator non habet cauſam gloriandi, et tamen gloriatur Fronto Grammat.

GLORIABĬLIS, e. Adi. καυχηματίας Gloſſ. Gr. Lat.

GLORIFĬCO, āre. Tertull. de Idol. 22 Deus glorificetur. Idem de Reſurr. Carn. c. 16. Prudent. Hamart. v. 965. Coripp. 4, 289.

GLORIFICATVS, a, um. Adi. Vulg. 1 Petr. 1, 8.

GLORIFICATIO, ōnis. f. Glorificationem praecedit paſſio Auguſtin. T. 9 p. 374. *Conf.* Idem T. 9 p. 505. *et* T. 10 p. 975.

GLORIFĬCVS, a, um. Adi. Cod. 2 t. 8 l. 7 §. 2.

GLORIABVNDVS, a, um. Adi. [μεγαλήγορος] *Qui gloriatur.* Gell. 5, 5 Contemplatione tanti et tam ornati exercitus gloriabundus Annibalem adſpicit.

GLOS, gloris. f. [γάλως] Viri ſoror, *inquit* Feſtus. Nonius 19, 4 Glos appellatur mariti ſoror, atque eadem fratris vxor. Modeſt. in l. 4 D. de grad. et affin.

GLOSSA, ae. f. [γλῶσσα] *Latine Lingua dicitur. Sed audiamus* Quinctil. 1, 1, 34 Protinus enim poteſt interpretationem linguae ſecretioris (quas Graeci gloſſas vocant) dum aliud agitur, ediſcere. *Vid. Viri docti apud Burm. p. 23.* Varro de L. L. 6, 2 p. 67, 19 Quod ait templa vt ſint dextra (*leg.* teſca) aiunt ſancta eſſe, qui gloſſas ſcripſerunt. Id eſt falſum. Alcuin. *apud Putſch.* p. 2086 *fin.* Gloſſa eſt vnius verbi vel nominis interpretatio. *Ergo apud Fabium etiam* Gloſſa *eſt* interpretatio linguae ſecretioris. *Huc pertinet impurum* Epigramma Auſonii 127 in Eunum *turpem Grammaticum*, Eune quod vxoris grauidae putria inguina lambis, Feſtinas gloſſas non natis tradere natis.

GLOSSVLA, ae. f. Diminut. Diomed. 2 p. 421 *extr.* Enarratio eſt obſcurorum ſenſuum quaeſtionumue explanatio vel exquiſitio, per quam vniuſcuiuſque rei qualitatem poëticis gloſſulis exſoluimus.

GLOSSĒMA, ătis. n. [γλώσσημα, σχόλιον] *Idem.* Quinctil. 1, 8, 15 Circa gloſſemata etiam, id eſt voces minus vſitatas, non vltima eius profeſſionis diligentia eſt. Varro de L. L. 6, 3 p. 71 *extr. exponens verſum* Ennii, Caelitum Camilla expectata aduenis, ſalue hoſpita Camilla. Camilla, *inquit*, qui gloſſemata interpretati, dixerunt adminiſtram. Addi oportet, In his quae occultiora. Afranius Gallus *apud* Suet. de Clar. Gramm. 22 Pugilem olim fuiſſe Aſinius Gallus hoc in eum Epigrammate oſtendit, Qui caput ad laeuam didicit (deicit *certatim viri docti emendant*) gloſſemata nobis Praecipit, os nullum, vel potius pugilis. Chariſ. 1 p. 106 *pr.* Gloſſemata, horum gloſſematum, his gloſſematibus.

GLOSSEMATĬCVS, a, um. Adi. *Vt*, Gloſſematicum genus locutionum *apud* Diomed. Gramm. 2 p. 434.

GLOSSARIVM, i. n. Cato *ap.* Gell. 18, 7 Vos Philoſophi, mera eſtis mortuaria Gloſſaria. *Obiicit illis ſtudium verborum inanium.*

GLOSSOPETRA, ae. f. *Gemma.* Iſidor. 16, 14. Solin. c. 50.

GLOTTIS, ĭdis. f. [γλωττίς] *Latine Lingua dicitur. Hinc* Plin. 10, 23 *auem (quae rex coturnicum appellatur)* glottida *vocauit:* Glottis, *inquit*, praelongam exerit linguam, vnde ei nomen.

G L V

GLVBO, i, ĭtum, ĕre. [ἀποδέρω] *Corticem detrahere.* Cato de R. R. c. 33, 5 Salictum, ſuo tempore caedito, glubito, arcteque alligato, librum conſeruato. Catull. 58 Nunc in quadriuiis, et angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes, *obſcene.* Glubi pecus dicitur, *vt* Feſtus *ait*, *voce* Gluma, Cuius pellis trahitur. Glubere ramos, Diſtringere, valde ſtringere, *inquit* Nonius 2, 388. Varro de R. R. 1, 55, 2 Durities enim eorum digitalium non ſolum ſtringit baccam, ſed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium retectos.

GLVBEO, ēre *bis apud* Catonem de R. R. *legitur*, Quae materies ſemen non habet, cum glubebit (*al.* glubet) tum tempeſtiua eſt: *quae repetuntur 31, 2. Videtur ſignificare corticem dimittere, vt ſit cognatum verbo* Glubo, *ſed intranſitiuae ſignificationis: ſic cognata ſunt* iacĕre *et* iacēre.

GLVCIDATVS, a, um. Adi. Feſtus, Glucidatum, ſuaue et iucundum. Graeci enim γλυκὺν dulcem dicunt.

GLVDIS, is. f. *Herba, al. Paeonia.* Apul. de Herb. c. 64.

GLVMA, ae. f. [ἔλυτρον] Hordei tunicula eſt, *inquit* Feſtus, dictum quod glubatur id granum, vnde et pecus glubi dicitur, cuius pellis detrahitur. Varro de R. R. 1, 48 *de frumento loquens*, Granum dictum quod eſt intimum ſolidum. Gluma, qui eſt folliculus eius. Ariſta, quae vt acus tenuis longa eminet e gluma. Proinde vt grani theca ſit gluma, et apex ariſta. *Paullo poſt*, Videtur vocabulum etymon habere a Glubendo, quod eo folliculo deglubitur granum.

GLVS *antiquum nomen eadem ſignificatione, qua* Gluten. Chariſ. 1, 27 *med.* Feminini generis — Glus, glutinis. Alii hoc Gluten dixerunt. *Sed* Caper de verbis dub. p. 2248 *extr.* Glutinum, non Glus. Auſon. Technop. p. 489 Tergora dic clipeis accommoda quae faciat? Glus. *Al.* Glut *it.* Glux. Glutis taurinae *mentio apud* Veget. Mulom. 3, 66, 4. *et* 4, 14, 4. Paullin. de Vita Mart. 4, 104 *in deſcribendo febricitante*, Et plectrum vocis ſiccati glute palati Impendens (*vid. leg.* Impediens) fractis eniſus ſaepe loquelis *etc.* Idem ad Nepot. 52 Non tam pernici ſuſpendunt ſuccina ſaltu Feſtucam foeni vicini glute vaporis. *Vtitur* Idem de Vita Martin. 5, 421. *Denique* Glux *etiam apud* Iſidorum *quidam legunt. Sed quod ad Catonem prouocant quidam, inde eſſe videtur, quod Meurſius et Popma ad* Glutum *illius 45, 1 etiam* Iſidori gloſſas *laudant. Vid. Barth. ad* Paullin. 4, 104.

GLVTEN, ĭnis. *ſiue* GLVTINVM, i. n. [κόλλα] *Viſcida dum mollis eſt materia, quae vbi induruit firmiter continet ea, quae illo intercedente iuncta ſunt.* Chariſ. 1 p. 67 *med.* Hoc gluten, Virgilius dixit (Georg. 4, 40) Collectumque haec ipſa ad munia gluten — Varro — Glutine et cinere — Sed et *glutinum* in Scauro, Glutinum Daedalum inueniſſe: quam declinationem Salluſtius ſequitur, dum dicit, Quaſi glutino adoleſcebant. *Repetit eadem* p. 106. Virg. Georg. 4, 160 *de apibus*, Narciſſi lacrimam, et lentum de cortice gluten Prima fauis ponunt fundamina. Plin. 11, 39 Boum coriis glutinum excoquitur, taurorumque praecipuum. Idem 26, 8 Taurinum gluten. *Conf.* Celſ. 5, 2 *et* 5. Plin. 13, 12 Glutinum vulgare e pollinis flore temperatur feruente aqua, minimo aceti aſperſu. Fideliſſimum glutinum Plin. 28, 17 *non procul a fine.* Glutine materies taurino iungitur vna Lucret. 6, 1066. Oſſa, neruos et medullas glutino cutis tegi Prudent. Cath. 9, 102.

GLVTINIVM, i. n. Apul. Aſclep. p. 100, 20 Haec εἱμαρμένη et neceſſitas — indiuiduo connexae ſunt glutinio. *Sic certe Elmenh. Sed in Ind. ipſe* Glutino *dedit. Studio autem poſitum* glutinio, *indicatur in emendatt.*

GLVTINEVS, a, um. Adi. Quae pede glutineo, quod tetigere, trahunt Rutil. Itin. 1, 610.

GLVTINOSVS, a, um. Adi. *Tenax.* Plin. 35, 16 *de terra Samia*, Prioris laus vt recens ſit, et leuis, linguaeque glutinoſa. Terra glutinoſiſſima Columel. 3, 11. Glutinoſior pituita Scribon. 23. *vulgo, Lema.* Glutinoſa exſcreare Id. 94. 96. Cibus glutinoſus Celſ. 7, 25. Ex vlcere exiguum quiddam et glutinoſum exit Idem 6, 3. Pus glutinoſius et ſanguine et ſanie Idem 5, 25, 20. Glutinoſiſſimus Idem 6, 7.

GLVTĬNO, āre. [κολλάομαι] *Coniungere, ferruminare.* Plin. 35, 15 Vis bituminis, quae ſulphuris, ſiſtit, diſcutit, contrahit, glutinat. Idem 28, 18 Quo genere ſiſtitur et ſanguis et vulnus glutinatur. Celſ. 5, 2 Vulnus glutinare. Creator Sermone carnem glutinans Prudent. Cath. 11, 53. *Paſſ.* Lucil. *ap.* Non. 8, 68 Praeterito tepido glutinor glutino.

GLVTINAMENTVM, i. n. [κόλλησις] *Compactio, coniunctio.* Plin. 13, 12 Deprehenditur et lentigo oculis, ſed inſerta mediis glutinamentis taenia. *Salm.* Ina. *De chartis loquitur.*

GLVTINATIO, ōnis. f. Celſ. 7, 27 Solida glutinatio vulneris.

GLVTINATIVVS, a, um. Adi. Virtus Apul. de Herb. c. 72. *Add.* Ibid. c. 77.

GLVTINĀTOR, ōris. m. [κολλήτης Gloſſ. Gr. Lat.] Cic. Att. 4, 4 Etiam vellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus, ad caetera adminiſtris: iiſque imperes vt ſumant membranulam, ex qua indices fiant. Glutinatores *igitur ſunt, qui curant libros, vt commodius diutiusque ſeruari poſſint, quos nunc* Compactores *et* Bibliopegos *dicere mos eſt.*

GLVTINATORIVS, a, um. Adi. Virtus Priſcian. de Diaeta c. 10.

GLVTINATORIVM, i. n. Κολλητήριον Gloſſ. Gr. Lat. *intell. medicamentum.*

GLVTTVS, i. m. *Pars colli, qua cibi tranſmittuntur. Ficta vox per onomatopoeiam: nam* Glut *eſt Imitatio ſoni, quem edit liquor per anguſtum tramitem means.* *Caſaubon. in* Perſ. 5, 112 Inque luto fixum poſſis tranſcendere nummum, Nec glutto ſorbere ſaliuam mercurialem. *Qui laudat etiam* Vetus Epigr. *in ruſticum ebrium*, Percutit et frangit vas, vinum defluit, anſa Stricta fuit, glut glut murmurat vnda ſonans. *Hinc*

GLVTTIO, īre. Gluttit, ἐγκάπτει Vet. Gloſſ. *Vel vt frequentius ſcribitur.*

GLVTIO, īre. [καταπίνω] *Deuorare.* Iuuen. Sat. 4, 28 Quales

tunc

tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorem? Plin. 10, 12 Peſſima eorum ſignificatio, quum glutiunt vocem velut ſtrangulati. de coruis. *Hamum* glutire Plin. 9, 43. *Saliuis* partim glutiendis partim exſpuendis Auguſtin. C. D. 7, 8. Mors glutita Tertull. Carm. adu. Marc. 2 c. 5 *extr.*

GLVTO, ōnis. f. *a* Glutiendo, *dicitur Guloſus et vorax homo, ſeu auidus deuorator.* Qui erat comeſſator, id eſt, glutto, aut ebrioſus B. Eligius Nouiom. Homil. 16. *Huc nonnulli referunt locum* Perſii 5, 112. *Sed perperam: vid. ſupra* GLVTTVS. *Conf. Lauremberg. Antiquar. v.* GLVTTO.

GLVTVRINVS, i. m. *Ridiculum lurconis nomen ap.* Ammian. 28, 4.

GLVTVS, a, um. Adi. *ab Antiquis vſurpatum pro Vnito et bene ſubacto.* Cato c. 45 Locus bipalio ſubactus ſiet, beneque glutus ſiet. *Repetit* Plin. 17, 18. Feſto Glitus locus *dicitur* Tener et ſubactus: *vt vel ita in* Catone *legendum ſit, et habent libri quidam* glittus *vel* glictus; *vel vtroque modo dicatur, vt* Maxumus *et* Maximus.

GLVVIA, *vid.* GVMIAE.

G L Y

GLYCĔRA, *ſ.* GLYCERE, ae. f. *a γλυκερὸς, Nomen puellis datum, a dulcedine. V. g.* Hor. Carm. 1, 19, 5 Vrit me Glycerae nitor Splendentis Pario marmore purius. *Et* Carm. 3, 19, 28 Me lentus Glycerae torret amor meae. *Conf.* Carm. 1, 30, 2. *et* 33, 1. *Item*, Corollarum inuentrix *apud* Plin. 35, 11. Martial. 14, 187 *cuius lemma*, Thais Menandri. Nec Glycere, vere Thais amica fuit. *Senſus eſt*, Glycere *erat Menandri Poëtae* amica, *quod ex Glyceres Graecis ad eum Epiſtolis, quae hodieque exſtant, cognoſcimus:* Thais *tamen ab eo ſic in comoediis introducta frequenter et celebris reddita eſt, vt ipſa videatur non Glycere Menandri amica fuiſſe. Haec Turneb.* 9, 24.

GLYCERIVM, i. f. *Meretricis nomen in* Terentii Andria.

GLYCON, ōnis. m. [Γλύκων] *Vir robuſtiſſimus, et gladiatoria quadam totius corporis firmitate:* Hor. Epiſt. 1, 1, 30 Nec quia deſperes inuicti membra Glyconis, *etc.* ¶ 2 *Fuit et* Glycon, *Medicus Panſae apud Romanos.* Cic. ad Brut. 6 Tibi Glycona medicum Panſae, qui ſororem noſtri Achilleos in matrimonium habet, diligentiſſime commendo. Audimus enim veniſſe in ſuſpicionem Torquato de morte Panſae, cuſtodirique vt parricidam. *Vid.* Suet. in Auguſt. c. 11.

GLYCYRRHIZA, ae. f. [γλυκύῤῥιζα] *Dulcis radix. Dioſc.* 3, 7. Plin. 22, 9. Pallad. 10, 14. Glycyrrhizes vis Macer 1, 29 vlt. Glycyrrhizae radix Scribon. 75. Glycyrrhiza eſt radix dulcis 86. Glycyrrhidia *ſcribitur in antiquis MSS. et Ienſoniana editione* Palladii Oct. 14, 5 *et* 8.

GLYCYRRHIZON, i. n. *pro Glycyrrhiza.* Plin. 11, 54. *et* 21, 15.

GLYCYRRHIZITES, ae. m. *Vinum glycyrrhiza conditum.* Colum. 12, 35.

GLYCYMĒLVM, i. n. [γλυκύμηλον] *Dioſc. 1, 136.*

GLYCYSIDE, es. f. *Herba, Dioſc. 3, 148.* Plin. 24, 4. *et* 27, 10. Glycyſida nigra, quam Poeoniam Graecorum quidam appellant Scribon. 166. *Conf.* quae Rhod. in Lex. Scrib. notauit.

GLYCYSIS, *pro Glycyſide*, Apul. de Herb. c. 64.

GLYPHĬCE, es. f. [γλυφικὴ] *Sculptura, vnde* Hieroglyphica.

G N A

GNAEVS, i. m. *Praenomen apud Romanos, quo nominati fuerunt, Qui naeuum aliquem naſcentes habuiſſent. Ita in* Pandectis Florentinis *ſcribitur aliquando* Naeus (*quaſi* Naeuus) *cui voci antiqui G, vel C praeponebant. Sic enim ſcriptum legimus a* Valerio, *vel quisquis fuit, qui* Epitomen de nominibus *reliquit.* Gnaeuus, *inquit* p. 880 *Torre.* ob inſigne naeui appellatus eſt. Quod vnum praenomen varie ſcriptum notatur. Alii enim Naeum, alii Gnaeum, alii Cnaeum, ſcribunt. Qui G litera in hoc praenomine vtuntur, antiquitatem ſequi videntur, quae multum ea litera vſa eſt. — Igitur etiam qui in corporibus naeuus gigni ſolet, Gnaeuus appellabatur. Qui C ponunt, corruptione Syllabae delectari videntur, qui Naeus lenitatem velle indicare. Gnaeum *a γίγνεσθαι ducit* Feſtus, *et* corporis inſigne *definit.*

GNAPHALIVM, i. n. [γναφάλιον] *Herba.* Plin. 27, 10 Gnaphalion, alii chamaezelon vocant, cuius foliis albis mollibusque pro tomento vtuntur.

GNARVS, a, um. Adi. [εἰδήμων, ἐπιςήμων] *Sciens et peritus alicuius rei.* Plin. 9, 35 Concha ipſa quum manum videt, comprimit ſeſe, operitque opes ſuas, gnara propter illas ſe peti. Cic. in Orat. 15 Gnarumque quibus orationis modis quoque animorum partes pellerentur. *de Pericle.* Plaut. Rud. 1, 3, 28 Quae mihi eſt ſpes qua viuere velim? nec loci ſum gnara, nec diu hic fui. Columel. in praef. Armorum ac militiae gnaros. Plin. 9, 8 Gnara temporis multitudo. Rerum gnarus Sil. 7, . . Reipublicae gnarus Siſenna Cic. de Clar. Orat. 228 c. 64. Plaut. Aſin. 3, 2, 6 Tortoresque acerrimos, gnarosque noſtri tergi, qui ſaepe ante in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt. Gnarus, *pro Cognito.* Tac. Ann. 1, 63 Trudebanturque in paludem gnaram vincentibus, iniquam neſciis. *Item* Ann. 15, 61 Idque nulli magis gnarum, quam Neroni. *Add.* Ann. 12, 45, 4. Hiſt. 3, 79, 4. Apul. Apol. p. 281, 7. *Huc referas illud* Feſti, Gnarus cum ſignificet id quod ſcius, peritus; tamen inuenimus prognare ſignificare aperte. *Huic dictioni* Gnarus *praepoſita eſt litera G, quo dulcius ſonaret: quemadmodum factum eſt dictionibus* Gnauus *et* Gnotus. Cic. in Orat. 159 Noti erant, et Naui, et Nari, quibus quum IN praeponi oporteret, dulcius viſum eſt, Ignoti, Ignaui, et Ignari dicere, quam vt veritas poſtulabat, Gnarior, ōris. *Compar.* Arnobius 3, . . Gnariſſimus Solin. c. 51.

GNARĬTAS, ātis. f. [ἐπιςημοσύνη] Salluſtius in Fragm. Hiſt. 3 *ap.* Non. 2, 367 Namque alii fiducia gnaritatis occultam fugam, pars globis eruptionem tentauere. Ammian. 16, 3 Iuuante gnaritate. *Conf.* NARITAS.

GNARV̆RIS, e. Adi. *pro Gnarus, vox antiqua et obſoleta.* Plaut. Moſt. 1, 2, 17 Simul gnarures vos volo eſſe hanc rem mecum. *i. Gnaros: Hac etiam vſus eſt in* Prol. Poen. 47 Ad argumentum nunc viciſſatim volo remigrare, vt aeque mecum ſitis gnarures. *i. Gnari. In* Lexico *etiam* Latinograeco *reperi* Gnarurem γνώριμον, *et* Gnarurat γνωρίζει. *Haec Turneb.* Auſon. Epiſt. 22, 19 Non cultor inſtans, non arator gnaruris. *Et* Arnob. 3 p. 113 Cur eſſe dicatis in aliis praeceptionibus gnarures.

GNARĬGO, āre. *Narrare.* Feſtus, Gnarigauit ſignificat apud Liuium narrauit. *Sed al.* Gnarurauit. *Mox* Feſtus Gnaruiſſe narraſſe.

GNARV̊RO, āre. [γνωρίζω] Gloſſ. Gr. Lat.

GNATHOS, [γνάθος] *Latine Gena, Maxillaue dicitur, aut Bucca. Inde*

GNATHO, ōnis. m. *Paraſitorum nomen in fabulis.* Cic. Philipp. 2, 15 Hodie non deſcendit Antonius. cur? dat natalitia in hortis. cui? neminem nominabo. Putatote eum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum Ballioni. O foeditatem hominis flagitioſam!

GNATHONĬCVS, a, um. Adi. Ter. Eun. 2, 2, 33 Paraſiti itidem vt Gnathonici vocentur.

GNATIA, *Oppidum Apuliae. Vid.* EGNATIVS.

GNATVRA *pro* Natura *quidam apud* Auct. Epit. de Nomin. p. 881.

GNATVS, i. m. [τέκος] *Filius. Eadem ratione praeponitur illi G, qua dictioni Gnarus. Vid.* Natus *in* NASCOR. Dulces gnati Lucret. 3, 908. Manſit huic vnicus gnatus domi, *vid.* MANEO. Aetas gnati non eſt ad praecepta Cic. pro Planc. 59.

GNAVVS, a, um. Adi. [δραςήριος, φίλεργος] *Celer, ſtrenuus, a* nauium *celeritate, et nauanda opera. Additur G per Proſtheſin, vt in Gnatus.* Iuuenta gnaua Ouid. ex Pont. 1, 10, 12. Gnauus mane forum, et veſpertinus pete tectum Hor. Epiſt. 1, 6, 20. *Reliqua damus in* NAVVS.

GNAVĬTER. Adu. [δραςικῶς] *Diligenter.* Liu. 10, . . Ibi aliquamdiu nec ceſſatum ab armis, nec gnauiter pugnatum. Gnauiter agere aliquid Hor. Epiſt. 1, 1, 24. Plaut. Ciſt. 1, 1, 87 Vt me quem ego amare gnauiter, ſineret cum eo viuere. *al.* Grauiter.

G N E *et* G N I

GNEPHOSVS, a, um. Adi. Feſtus. Gnephoſum obſcurum: videlicet ex Graeco, quod eſt κνέφας.

GNETVM, i. n. Semina gneti Colum. 7, 8. *forte leg.* Cneci *vel* Gneci, *vid.* CNICOS.

GNEVS, *vid.* GNAEVS *ſupra.*

GNIDE, *Piſcis genus*, quam nos Vrticam vocamus Plin. 31, 11. *Alii ſcribunt* Cnide.

GNIDVS, *vid.* CNIDVS.

G N O

GNOMA, ae. f. *legunt quidam apud* Feſtum *pro* Groma, *voce* GRVMA. ¶ 2 Gnoma *ſ.* Gnome [γνώμη] *quae Latine dicitur Sententia. Vid.* Quinctil. 8, 5 *qui locus claſſicus eſt, vid.* SENTENTIA.

GNOMON, ŏnis. m. [γνώμων] *Regula. Stilus horologii, cuius vmbra internoſcuntur horae.* Plin. 2, 72 Gnomonem ſolis vmbilicum vocari *dicit. Conf.* Vitruu. 1, 6. *et* 9, 4. *Goeſ. Ind. in* Script. rei Agr.

GNOMONĬCE, es. f. *Scientia horologia faciendi.* Plin. 2, 76 Vmbrarum hanc rationem, et quam vocant Gnomonicen, inuenit Anaximenes Mileſius, Anaximandri diſcipulus: primusque horologium quod appellant ſciotericon, Lacedaemone oſtendit. *Add.* Vitr. 1, 3. *et* 9, 4. *it.* 8. *et Lex. Bald. p. 53.*

GNOMONĬCVS, i. m. *Huiusce artis peritus.* Solin. c. 40. *Nempe*

GNOMONICVS, a, um. Adi. *Pertinens ad Gnomonicen.* Gnomonicae rationes Vitruu. 9, 4. *Add.* Idem 1, 1. Mart. Capell. 6 p. 194.

GNOSOS, i. f. [Κνωσσὸς] *Vrbs Cretae in plano ſita, quae alio nomine Cerathus, vt ſcribit Strabo, appellata fuit a fluuio. Ea fuit* Minois regia, *vid.* Pomp. Mela 2, 7. *Hinc*

GNOSIVS, a, um. Adi. [Κνώσσιος] *Ex ea vrbe ciuis.* Gnoſia regna Virg. Aen. 3, 115. Virg. Georg. 1, 222 Gnoſiaque ardentis decedat ſtella coronae. Humus Ouid. Epiſt. 4, 68. Litora Catul. 62, 172. Pharetra Propert. 2, 12, 10.

GNOSIĂCVS, a, um. Adi. [Κνωσσιακὸς] Corona Gnoſiaca Stat. Silu. 1, 6, 88. Regnum Ouid. Met. 9, 668.

GNOSVS, a, um. *Aliud* Adi. *Laudatur ex* Lucan. 3, 185. *Sed melius ita legitur hodie*, Centenis venit in arma Creta vetus Populis, Gnoſosque agitare pharetras. Docta. *Vt* Gnoſos *ſit Nominatiuus: pro eo quod legebatur* Gnoſas.

GNOSIS, ïdos. f. [Κνωσσὶς] Ouid. Epiſt. 15, 22 Et Phoebus Daphnen, et Gnoſida Bacchus amauit. *Intelligit Ariadnen.*

GNOSTICI, ōrum. m. [γνωςικοὶ] *Haeretici primi ſaeculi, qui perfectam ſcientiam ſibi arrogarunt. Vid. Epiphan. Haer. 26. Irenaeum adu. Haer. 1, 24.*

GNOTV, *pro* Cognitu. Feſtus.

G O B — G O R

GOBIO, ōnis. m. *vel* GOBIVS, i. m. [κωβιὸς] *Piſcis vilis.* Plin. 9, 57 Eadem in Ponti regione apprehendi glacie piſcium, maxime gobiones, non niſi patinarum calore vitalem motum fatentes. Martial. 13, 88 Principium coenae gobius eſſe ſolet. Columel. 8, 17 Et cammarus, exiguusque gobio. *Conf.* Iuuen. Sat. 11, 37 Nec mullum cupias, cum ſit tibi gobio tantum In loculis, *quod prouerbii vim habere poteſt.*

GOLGOS, i. n. *Cypri oppidum.* Catullus 61, 96 Quaeque regis Golgos, quaeque Idalium frondoſum. *de Venere loquens.*

GOMOR. Indecl. *Menſura Hebraeorum.* Vulgat. Exod. 16, 36. *Conf.* Iſidor. 14, 25.

GOMPHVS, i. m. [γόμφος] *Clauus, cuneus. Nonnulli de Fibula ferrea interpretantur.* Stat. Silu. 4, 3, 48 Et crebris iter alligare gomphis. *i. cuneis et colligationibus lapidum aliis, quibus viae muniuntur. Conf.* Tertull. Apol. c. 12.

GONARCHE, es. f. *Horologii ſolaris genus apud* Vitruu. 9, 9 *de quo nihil praeterea traditur.*

GONGER, gri. m. *Piſcis.* Plin. 32, 11 *inter marinos refertur. G in prima Syllaba poſcit ordo elementaris, quem ibi ſequitur. Al.* Conger *vel* Congrus, *v. v.*

GONGY̆LIS, ïdis. f. [γογγυλὶς] *Rapae genus, a rotunditate, vt videtur, dictum.* Col. 10, 421 Gongylis, illuſtri quam mittit Nurſia campo, Quaeque Amiterninis defertur Bunias aruis.

GONORRHOEA, ae. f. [γονοῤῥοία] *Vitium eſt membri genitalis, videlicet*

videlicet quum praeter voluntatem emittit ſemen. Firmic. 3, 7 Mors illi per gonorrhoeam, id eſt ſeminis defluxum, fertur.

GORDIANVS, i. m. *Trium Imperatorum Romanorum nomen. Vid. Spanhem. de Vſu et Praeſt. Num. Diſſ. 10.*

GORDIVS, i. m. [Γόρδιος] *Rex Phrygiae ex ruſtico, cuius breuem hiſtoriam ponemus ex* Iuſtin. 11, 7 Conſulentibus *(Phrygibus)* de fine diſcordiarum oracula reſponderunt, regem diſcordiis opus eſſe — iubentur eum regem obſeruare, quem reuerſi primum in templum Iouis euntem plauſtro reperiſſent. Obuius illis Gordius fuit, ſtatimque eum regem conſalutant. Ille plauſtrum, quo vehenti regnum delatum fuerat, in templo Iouis poſitum maieſtati regiae conſecrauit. — Alexander — iugum plauſtri Gordii requiſiuit: quo exhibito cum capita loramentorum intra nodos abſcondita reperire non poſſet, violentius oraculo vſus gladio loramenta caedit, atque ita reſolutis nexibus, latentia in nodis capita inuenit. *Haec ille.* Oraculum, *quod non tradit,* Curtius 3, 1, 16 *ita enuntiat,* Aſiae potiturum, qui inexplicabile vinculum ſoluiſſet. *Caetera hic dabit Freinsh. Conf.* IVGVM.

GORGE, *Meleagri ſoror.* Ouid. Met. 8, 542.

GORGIAS, ae. m. [Γοργίας] *Leontinus, Siculus rhetor, Empedoclis diſcipulus, Iſocratis autem et aliorum philoſophorum et rhetorum praeceptor. Eius exſtant Orationes in Aldina editione Graecorum Oratorum. Vid.* Quinctil. 3, 1, 8 *et ſaepiſſime.* Concinnitatis princeps Gorgias Cic. in Orat. 103. Magiſter Iſocratis Gorgias Id. de Senect. 13. Iſocrates adoleſcens ſenem Gorgiam in Theſſalia audiuit Id. in Orat. 167. Gorgiae tantus honos eſt habitus a Graecia, ſoli vt ex omnibus, Delphis non inaurata ſtatua, ſed aurea ſtatueretur Id. de Orat. 3, 127. *Vid. Victorii Varias Lectiones 5, 9.* Centum et ſeptem compleuit annos Gorgias Cic. de Senect. 13. Numeroſa oratione maxime delectabatur Gorgias Id. in Orat. 167. Leontinus Gorgias ſe ad omnia, de quibus quisque audire vellet, eſſe paratum denuntiabat Id. ibid. 1, 103.

GORGO. Adu. *Vid.* CORGO.

GORGŎNES, um. f. [Γοργόνες] *fabuloſae mulieres: quamquam fundus fabularum ſit hiſtoria, quam perſequitur* Diod. Sic. 3, 53 ſqq. *Fabulas exponit bonam partem* Ouid. Met. 4 *extr.* *Apud* Virg. Aen. 6, 289 In foribus *inferorum* ſtabulant *cum Scyllis, Briareo, Chimaera, Harpyiis etiam* Gorgones. *Ibi* Seruius, Hae Gorgones Forci *(leg.* Phorci) filiae tres fuiſſe dicuntur in extrema Africa circa Atlantem montem, quae omnes vnum oculum habebant, quo inuicem vtebantur, Stheno, Euryale, Meduſa. Sed Meduſa erecta fauore Neptuni auſa eſt crines ſuos Mineruae capillis praeferre: qua re indignata dea crines, quibus amatori maxime placuerat, in ſerpentes vertit, eamque excidi a Perſeo fecit luminibus orbatam, fecitque vt quisquis caput eius vidiſſet, verteretur in ſaxum. Sed Perſeus, *etc.* — Serenus tamen Poëta dicit Gorgonas puellas fuiſſe vnius pulchritudinis, quas cum vidiſſent adoleſcentes ſtupore torpebant, vnde fingitur, quod, ſi quis eas vidiſſet, vertebatur in lapidem, *etc. ſunt enim plura. Add. Lacerda.* Gorgo *cum ſimpliciter dicitur, Meduſa ſignificatur.* Os Gorgonis pulcherrimum, cinctum anguibus Cic. Verr. 4, 124. Rigida cum Gorgone Perſeus Claudian. in Ruff. 1, 280. Saeua Gorgone effulgens Pallas Virgil. Aen. 2, 616. *Nempe* Pallas

Gorgoneum turpes crinem mutauit in hydros.
Nunc quoque vt attonitos formidine terreat hoſtes,
Pectore in aduerſo quos fecit ſuſtinet angues.

Sic narrationem de Gorgonibus, et librum 4 Met. *claudit* Ouidius. Triſtis Gorgo Valer. Arg. 3, 54.

GORGONEVS, a, um. Adi. *poſſeſſ.* [Γοργόνιος] Ouid. Met. 4, 778 Gorgoneas tetigiſſe domos. Anguis Id. de Arte Am. 3, 504. *al.* Ignis. Hydrae Claud. de Rapt. Proſ. 2, 225. Geſtatrix Gorgonei monſtri Val. Argon. 4, 605.

GORGOPHŎRVS, a, um. Adi. [Γοργοφόρος] Pallas Gorgophora: *quaſi Gorgonem ferens.* Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 24 c. 10 Teque Tritonia, armipotens, Gorgophora Pallas, Minerua caeterique dii, deaeque immortales, *etc.*

GORGONIA, ae. f. [γοργονία] *inquit* Plin. 37, 10 nihil aliud eſt, quam Corallium: nominis cauſa, quod in duritiem lapidis mutatur.

GORGONIVS, i. m. *Viri proprium male olentis, Prouerbii vim habere poteſt illud* Horat. Serm. 1, 2, 27 Paſtillos Ruſilus olet, Gorgonius hircum.

GORTȲNA, ae. f. [Γόρτυνα] *Vrbs Cretae. Hinc*

GORTYNIS, idis. f. *et* GORTYNIVS, a, um. Adi. Arundo Gortynis Lucan. 7, 214. *i. ſagitta.* Spicula Gortynia Stat. Theb. 3, 361. Tecta Catull. 62, 75.

G O S *et* G O T

GOSSAMPĬNVS, *vel, vt legit Harduinus,*

GOSSYMPĬNVS, i. m. *Arbor lini ferax.* Plin. 12, 11.

GOSSYPION, i. n. [ξύλον] *Frutex laniger, de quo* Plin. 19, 1 Superior pars Aegypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem aliqui goſſypion vocant, plures xylon, et ideo lina inde facta xylina. Paruus eſt, ſimilemque barbatae nucis defert fructum. cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec vlla ſunt eis in candore mollitiave praeferenda. *Vid.* XYLON.

GOTHĬCVS, a, um. Adi. *Aureliani Imperatoris cognomen, ob grauia et cruenta bella cum* Gothis *geſta.* Grut. Inſcr. 4 p. 276. *Vrſatus de Not. Rom. Antiq. Theſaur. Graeu. Tom. 11 p. 735* B.

G R A

GRABĀTVS, i. m. *Graece κράββατος, duplici ββ, Lectus vilis et exiguus.* Cic. de Diuin. 2, 129 c. 63 Venit enim iam in contentionem, vtrum ſit probabilius, deosne immortales, rerum omnium praeſtantia excellentes, concurſare omnium mortalium, qui vbique ſunt, non modo lectos, verum etiam grabatos. Catullus 10, 20 *cum narraſſet mendacium ſuum de octo lecticariis,*

At mî nullus erat, neque hic, neque illic *(in prouincia)*
Fractum, qui veteris pedem grabati
In collo ſibi collocare poſſet.

Martial. 12, 32 Ibat tripes grabatus, bipes menſa. Idem 1, 93 Sed ſi nec focus eſt, nudi nec ſponda grabati. Membra locat ſenſim vili demiſſa grabato Auctor Moreti v. 5 *de ruſtico.* Grabatus ille verus ſit, et ſagum et durus panis ac ſordidus Senec. Ep. 18. Proprium ſcapulis attolle grabatum Sedul. in Matth. 9.

GRABATV̆LVS, i. m. Dimin. Apul. Mileſ. 1 p. 108.

GRABATARIVS, i. m. [κλινοποιὸς] *Grabatorum faber.* Gl. Gr. Lat.

GRACCHVS, *ſiue* GRACCVS, *Cognomen eſt* Semproniorum. Varro *apud* Chariſ. 1, 62 *med.* Graccum ſine aſpiratione dici debere, *et dictum ait* a gerendo, quod mater eius duodecim menſibus vtero eum geſtauerit: aut a gracilitate corporis, vt quidam volunt. Sed conſuetudo Gracchos cum adſpiratione vſurpauit. Varronis *illam ſententiam etiam recitat* Scaurus de Orthogr. p. 2256 *pr.* Quinctil. 1, 5, 20 Parciſſime, *inquit,* aſpiratione veteres vſi, etiam in vocalibus, quum oedos ircosque dicebant. Diu deinde ſeruatum ne conſonantes aſpirarentur, vt in Graccis et Triumpis. *Adde Drakenb. ad* Sil. 4, 497. Gracchos *nobiles non enumeramus. Taceri autem vix poſſunt fratres* Gracchi, Tiberius *et* Caius, *ambo eloquentes et plebis ſtudioſiſſimi, qui Rempublicam pernicioſis legibus in plebis gratiam ſcriptis labefactarunt. Qua de cauſa vterque eſt occiſus.* Tiberius *a P. Naſica, et decem annis poſt* Caius *ab Opimio COS. et vtriusque corpus in Tiberim proiectum eſt. Vid.* Epitome Liu. 58. Vellei. 2. *et* Epit. Liu. 60 *et ſq.* Valer. 1, 7. *et* 6, 8. *et* 8, 10.

GRACCHĀNVS, a, um. Adi. *Quod eſt Gracchi.* Quinctil. 11, 3, 115 Aut Gracchanum illud, Quo me miſer conferam? *i. vocem Gracchi.* Gracchani iudices Cic. de Clar. Orat. 128. *h. e. Gracchi mortem vlti.*

GRACCHVRIS, is. f. [Γραxχουρὶς] Vrbs Hiberae regionis: dicta a Graccho Sempronio, quae antea Ilurcis nominabatur. Feſt.

GRACCITO, āre. *De voce anſeris,* Auct. Philomelae v. 19 *ſec. Schott. Obſſ. Hum. 2, 52. al.* Gratitat.

GRACĬLIS, e. Adi. [ἰσχνὸς, σφηκώδης, λεπτὸς] *Tenue, ac corpore macilentum.* Ter. Eun. 2, 3, 21 Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum, quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles ſient. *Quo in loco* Probus *nobilis grammaticus legit,* Vt gracilae ſient, *a Nominatiuo Singulari haec* Gracila, *quomodo dicimus Imbecillus et Imbecillis.* Artus graciles Ouid. Amor. 2, 10, 23. Arundo Sen. Hippol. 6. Capellae Ouid. Met. 1, 299. Corpus Ouid. ex Pont. 1, 10, 21. Corpora graciliora ſiccioraque Plin. 34, 8. Crura gracillima Sueton. Neron. c. 51. Ilicis Glans breuior et gracilior Plin. 16, 6. Lanugo Calpurn. Ecl. 2, 87 *vbi vid. Burmann.* Lapis gracilis et putris Plin. Epiſt. 236. Martial. 8, 24 Si quid forte petam timido gracilique Libello. Marmor Plin. Epiſt. 101. Nucleo glans gracili Idem 12, 21. Orator Quinct. 12, 10, 36. Talea gracilior Pallad. 4, 10. Vindemiae Plin. Epiſt. 8, 15. Vmbra Ouid. Triſt. 4, 10, 86.

GRACILA, antiquum pro Gracilis. Lucil. Sat. 8. *apud* Non. 8, 48 Quod gracila eſt, pernix, quod pectore puro, Quod puero ſimilis. *De loco* Ter. Eun. 2, 3, 2 *dictum modo eſt.*

GRACILĬTER. Adu. Apul. Met. 3 p. 325.

GRACILĬTAS, ātis. f. [ἰσχνότης, λεπτότης] *Corporis habitus tenuior.* Cic. de Clar. Orat. 313 c. 91 Erat eo tempore in nobis ſumma gracilitas et infirmitas corporis, procerum et tenue corpus, *etc.* Succulenta gracilitas, vt inenormis proceritas Apul. Met. 2 p. 115, 22. Gracilitas crurum Sueton. Calig. c. 3. Quinct. 1, 9 Igitur Aeſopi fabellas, quae fabulis nutricularum proxime ſuccedunt, narrare ſermone puro, et nihil ſe ſupra modum extollente, deinde eandem gracilitatem ſtilo Exigere condiſcant, *i. tenui oratione et ſimpliciſſima perſcribere.* Gracilitas Lyſiaca Quinct. 12, 10, 24. *Pl.* Gracilitates Cic. de Clar. Orat. 64 c. 16.

GRACILITV̄DO, ĭnis. f. [ἰσχνότης] Accius Amphitryone, Tamen et ſtatuae gracilitudo, et propemodum luctus facit, ne dubitem. Non. 2, 364.

GRACILENTVS, a, um. Adi. [ἰσχνὸς] *Idem, quod Gracilis.* Enn. 7 Deducunt habiles gladios filo gracilento. Non. 2, 364. *Vſus eſt* Gellius 4, 12 Equum gracilentum habere. *Conf.* 19, 7.

GRACĬLENS, entis. Adi. [λεπτὸς] Naeuius Proteſilao, Demam gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens fit. Non. 2, 364.

GRACILESCO, ĕre. [ἰσχναίνομαι] *Gracile et tenue fieri.* Plin. 17, 22 Quum alias feſtinatione pariendi gracileſcat. *al.* Gracilis.

GRACILĬPES, ĕdis. m. Petron. c. 55 Ciconia gracilipes.

GRACILLO, āre. Auctor Philom. 25 Cucurrire ſolet gallus, gallina gracillat.

GRACV̆LVS, i. m. Dimin. *forma, licet* GRACVS *non exſtet, quaſi* coraculus, *ex Gr.* κόραξ, *quia cum* coruis *cognationem habet. Sic Menag. Amoenit. iur.* [κορακίας] Plin. 11, 29 *de locuſtis,* In Lemno inſula certa menſura praefinita eſt, quam ſinguli enecatarum ad magiſtratus referant. Graculos quoque ob id colunt, aduerſo volatu occurrentes earum exitio. Feſt. 7 Graculi, *inquit,* a ſono oris vocati: ſiue a gerendo dicti, quod iacta ſegetum ſemina plurimum gerant: vel quod ex oliuetis cubitum ſe recipientes, duas pedibus baccas, tertiam ore ferant. Quinctil. 1, 6, 37 Sed cui non poſt Varronem (de L. L. 4, 11) ſit venia? qui agrum, quod in eo agatur aliquid: et graculos, quia gregatim volent, dictos Ciceroni perſuadere voluit? quum alterum ex Graeco ſit manifeſtum duci, alterum ex vocibus auium. *Add.* Plin. 18, 35. Varro de R. R. 3, 16. Vetus eſt adagium: Nihil cum fidibus graculo, *i. Nihil imperitis cum bonis literis.* Gell. in Praef. *al.* Epilog. *Addit aliud eiusdem poteſtatis,* Nihil cum amaracino ſui. *Sic* Graculus inter muſas, *dicitur de Hominibus inter eruditos ſtolide et impudenter obſtrepentibus. Eſt et aliud adagium,* Graculus graculo ſemper aſſidet.

GRACV̆LA, ae. f. *Laudatur* Plin. 8, 27 Graculae lauri folio annuum faſtidium purgant. *Sed eſt* Graculi. *Cf.* Saluian. Epiſt. 4 p. 200.

GRADARIVS, GRADATIM, GRADATIO, GRADIOR, GRADIVVS, *vid.* GRADVS.

GRADVS, ûs. m. [βαθμὸς, βῆμα] *vel eſt actus promouendi pedem, vel pars viae, inprimis in aſcenſu et deſcenſu, atque adeo ſingulae partes ſcalarum, in quas pedes promouentur,* gradus *ſunt. Inde per metaphoram,* gradus *eſt membrum in quacunque ſerie, in qua progreſſum, aſcenſum, deſcenſum cogitare licet.* Cic. Attic. 4, 1 Gradus templorum ab infima plebe completi erant. Vitruu. 3, 3 Gradus in fronte ita conſtituendi ſunt, vti ſint ſemper impares: namque cum dextro pede primus gradus aſcendatur, item in ſummo templo primus erit ponendus, *etc. Eſt enim ibi tota de ea re praeceptio. Hinc tum aliae metaphorae intelliguntur, tum illud, quod* Veget. Mulom. 4, 2, 1. *it.* 1, 2, 11. *et* 1, 32 Gradus *vocantur rugae in palato equi.* Scribon. Epiſt. . . Quaſi per gradus, *i. ordine quodam.* Duplicata ſcanſio gradus dicitur, quod graditur ab inferiori in ſuperiorem Varro de L. L. 4, 35. Gradus cognationis *ICti numerant, v. g.* Tit. de Gradibus et affin. *Sed etiam* Ouid. Met. 13, 142 Noſtri quoque ſanguinis auctor Iupiter eſt, totidemque gradus diſtamus ab illo. Neroni Galba ſucceſſit, nullo gradu contingens Caeſarum domum Sueton. Galba c. 2. Virg. Georg.

Georg. 3, 191 — gradibusque ſonare Compoſitis. Citatus Sen. Med. ſ. 12. Inſauſto Ouid. Met. 3, 36. Liu. 4, 32 Peditum inſtructam aciem Pleno gradu in aciem inducit. Praeceps Sen. Herc. Oet. ſ. 4. Sublimis Ouid. Faſt. 1, 638. Tremulus Idem Met. 14, 143. Veſanus Sen. Med. ſ. 9. *Ad hoc genus pertinet illud, quod* Columel. 3, 13, 9! *it.* 11, 3, 10 Gradus *eſt altitudo, ſ. profunditas, quantum vno niſu foſſor palam imprimit :* et 4, 1, 3 Gradus ſoli crudi *tantum humi, quantum alias vno gradu effodi poſſit.* ¶ 2 *Formulae Verborum :* Abducere gradum, *vid.* ABDVCO. Accelerare gradum, *vid.* ACCELERO. Accurrit incitato gradu Sen. Phoen. 999. Stat. Theb. 6, 588 — tunc rite citatos Explorant Acuuntque gradus. Liu. 26, 9 Alacresque milites alius alium, vt Adderet gradum, memor ad defendendam ire patriam, hortabantur. Tarpeia rupes centum gradibus Additur Tacit. Hiſt. 3, 71. Adiuuare gradum baculo Sen. Herc. fur. ſ. 9. Aequare gradus alicuius Sil. 16, . . Aedificare gradus Cic. pro Cluent. 93. Aſcendere gradibus in caelum Idem pro Domo ſua 75. Aſcendere multis gradibus Cic. de Fin. 5, 40. Aſcenditur gradus Vitruu. 3, 3. Approperare gradum, *vid.* APPROPERO. Celerare gradum Virg. Aen. 4, 641. Colligere gradum Sil. 7, . . Conferre gradum Virgil. Georg. 3, 166. Conſtituere Vitruu. 3, 3. Continere gradum Virgil. Aen. 3, 598. Corripere gradum, *Celeriter arripere viam* Horat. Carm. 1, 3, 33. Dinumerare gradus generis Ouid. Faſt. 2, 622. Dirigere inuitum gradum Sen. Theb. 1. Diſcedere gradu verſo Ouid Met. 4, 338. Efferre gradum foribus Sil. 11, . . Errare tardis gradibus Ouid. Met. 11, 357. Euadere gradus, *i. aſcendere* Virgil. Aen. 4, 685. Cic. de Orat. 2, 249 c. 61 Sp. Caruilio grauiter claudicanti ex vulnere ob Rempublicam accepto, et ob eam cauſam verecundanti in publicum prodire, mater dixit, Quin prodis, mi Spuri, vt quotieſcunque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem ? *vid.* FACIO. Ferre corpora femineo gradu Ouid. de Arte Am. 3, 298. Ferre gradus ingentes Idem de Arte Am. 3, 304. Ferre virgineos gradus Ouid. Met. 8, 39. Firmare gradum, apprehenſis inuicem manibus Quinctil. 9, 4, 129. Flectere gradum retro Sen. Herc. fur. ſ. 9. Incedere marcidum ebrio gradu Idem Med. ſ. 2. Liu. 35, 1 *extr.* Tandem gradum Romani acrius Intulerunt, ceſſitque Luſitanus, *vid.* INFERO. Minuere gradum ſuum Quinctil. 2, 3. Moliri ſeniles gradus Sen. Hippol. ſ. 4. Niti gradu, *vid.* NITOR. Ouans gradus Valer. Argon. 2, 546. Proferre gradum Stat. Theb. 12, 9. Promouere gradum Idem Theb. 12, 541. Proſiluit rapido gradu Sen. Oed. ſ. 14. Retrahere gradum Stat. Theb. 11, 548. Reuocare gradum Virg. Aen. 6, 128. A curſu ad gradum Reuocari Sen. de Ira 2, 35 *pr.* Siſtere gradum Virg. Aen. 6, 465. Surgere gradibus Idem Aen. 1, 452. Suſpenſis gradus digitis Ouid. Faſt. 1, 426. Suſtinere gradum Idem Faſt. 6, 398. Tangere locum gradu, *i. peruenire ad locum* Ouid. Met. 3, 36. Venit aegra ſenectus tremulo gradu Idem Met. 14, 143. Vertere gradum Stat. Theb. 8, 138. ¶ 3 *Hîc formulas quasdam metaphoricas recenſebimus. Ex re gladiatoria et militari ſunt iſta :* Liu. 6, 32 Demoti hoſtes gradu. Cic. Off. 1, 80 Fortis vero animi et conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur, ſed praeſenti animo vti et conſilio. *Add.* Sen. de Conſt. Sap. c. vlt. Non deiectus, ne motus quidem gradu. Liu. . . . Primum gradu mouerunt hoſtem. Depelli gradu Nep. 2, 5, 1. Gradus *eſt, quidquid ob aliud negotium felicius tractandum ſuſcipitur.* Cic. de L. Agr. 2, 58 Hunc quaſi gradum quendam atque aditum ad caetera iactum intelligetis. Idem Attic. 7, 12 Mihi venit in mentem, multum fore ſermonem, me iudicium iam de cauſa publica feciſſe, qua deſperata, quaſi hunc gradum mei reditus eſſe, quod mulieres reuertiſſent. Ad Rempublicam gradus Cic. de Aruſp. Reſp. 43. Gradus tuos et quaſi proceſſus dicendi ſtudeo cognoſcere Idem de Clar. Orat. 232. Notitiam primosque gradus vicinia fecit Ouid. Met. 4, 59. Imperii gradus ex Sicilia in Africam Romanis factus Cic. Verr. 2, 3. Facilem gradum adipiſcendi Conſulatus relinquere Idem pro Muraen. 15. *Et* de N. Deor. 1, 90 Nam a beatis ad virtutem, a virtute ad rationem video te Veniſſe gradibus. ¶ 4 *Genitiui Nominum, quorum* Gradus *memorantur.* Aetatis gradus Cic. Fam. 3, 11. Lucret. 2, 1122 Paullatimque gradus aetatis ſcandere adultae. Cic. pro Corn. Balb. 18 Sin autem multorum virtus, ingenium, humanitas ex infimo genere, et Fortunae gradu, non modo amicitias et rei familiaris copias conſecuta eſt, ſed ſummam laudem, honores, gloriam, dignitatem. Neceſſitudinum gradus non iidem erunt, qui et temporum Cic. Off. 1, 59. Idem Off. 1, 160 In ipſa autem communitate ſunt gradus Officiorum, ex quibus quid cuique praeſtet, intelligi poſſit. Officii primum gradum ſeruare Cic. pro Quint. 61. Oratorum et doctorum gradus Idem de Clar. Orat. 186. Petitionis gradus inter aequales Cic. Philipp. 5, 47. Idem Fam. 11, 28 Fateor me ad iſtum gradum Sapientiae non veniſſe. Societatis hominum plures ſunt gradus Cic. Off. 1, 53 c. 17. Sonorum gradibus deſcendere Idem de Orat. 3, 79. Sonorum gradus intendere et remittere Cic. de Clar. Orat. 284. Temporum gradus ſeruantur Idem in Partit. 12. In cauſis tres ſunt gradus Cic. in Partit. 103. ¶ 5 Gradus, *Exiſtimatio, et honoris locus.* Cic. Philipp. 7, 8 An in illa querela miſera quidem et luctuoſa, ſed mihi pro gradu, in quo me S. P. Q. R. collocauit, neceſſaria ? Idem Tuſcul. 2, 38 Non ſentiunt viri fortes in acie vulnera : vel ſentiunt, ſed mori malunt, quam tantummodo de dignitatis gradu dimoueri. Omni gradu ampliſſimo digniſſimus, et ſui ordinis facile princeps Cic. Fam. 6, 10. Modeſt. in l. 3 D. de Re militari, Poenae militum huiuſcemodi ſunt : caſtigatio, pecuniaria multa, munerum indictio, militiae mutatio, gradus Deiectio, ignominioſa miſſio. Altior Cic. pro Cluent. c. 55. Altiſſimus dignitatis gradus Idem Poſt red. in Senat. 2. Ampliſſimus dignitatis Cic. pro Muraen. 30 c. 14 *pr.* Inferior gradus, aut interitus, aut ſeruitutis Idem de Aruſp. Reſp. 61. Secundus imperii Nep. 19, 3, 2. Senatorius Cic. pro L. Manil. 61. Stabilis et non expers dignitatis Idem in Orat. 216. Summus honoris Cic. Philipp. 10, 4. Adſcendere altiorem gradum Idem Off. 2, 61. Adſcendere ad altiorem gradum, *vid.* ADSCENDO. Adſcendere vnum gradum dignitatis Cic. pro Muraen. 55. Adſcendere magiſtratum gradibus Idem de Clar. Orat. 280. *Add.* Nep. 19, 2, 3. Aſſequi dignitatis aliquem gradum Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 13. Conſequi Cic. pro Cluent. 150 c. 55. Collocare in gradu, *vid.* COLLOCO. Modeſt. in l. 3 D. de Re militari, Qui ſtationis munus relinquit, plus quam emanſor eſt. itaque pro modo delicti, aut caſtigatur, aut gradu militiae Deiicitur. Efferri per honorum gradus ad ſummum imperium Cic. in Catil. 1, 28. Firmare gradum, prehenſis inuicem manibus Quinctil. 3, 4 *ad fin.* Locare in gradu Cic. pro Muraen. 30 c. 14 *pr.* Obtinere gradum Idem Fam. 1, 7. Promoueri in ampliorem gradum Sueton. Oth. c. 1. Poni in altiſſimo gradu praeter ſpem alienis opibus Cic. pro Sext. 20. Reddere ſuum cuique honorem et gradum Idem pro Roſc. Amer. 36. Spectare honoris gradum Cic. pro Milon. 24. Tenere gradum Conſularis dignitatis Idem Off. 3, 99 c. 26 *extr.* *Conf.* Nep. 19, 2, 3.

GRADIOR, greſſus ſum, gradi. Dep. [βαίνω, πορεύομαι] *Incedere, ire, ambulare, progredi : et videtur proprium eorum eſſe, quae pedes alternis promouent.* Virgil. Aen. 1, 316 Ipſe vno graditur comitatus Achate. Cic. de Natur. Deor. 2, 122 Iam vero alia animalia gradiendo, alia ſerpendo ad paſtum accedunt. Virgil. Aen. 8, 546 Poſthinc ad naues graditur, ſociosque reuiſit. Cic. Tuſcul. 1, 110 c. 46 Fidenti animo (ſi ita res fert) gradietur ad mortem. Pedatim gradi, *vid.* PES. Gradi viam Colum. 6, 37.

GRADIENS, entis. Partic. Illi longe gradientem, vt videre Virgil. Aen. 10, 573. Gradiens degrauat litora ingenti paſſu Ouid. Met. 13, 776. *de Polyphemo.* Lente gradiens aſellus Idem Met. 11, 179.

GRESSVS, a, um. Partic. [πεπορευμένος] Virg. Aen. 6, 633 Et pariter greſſi per opaca viarum.

GRESSVS, ûs. m. [βάδισμα] *Inceſſus.* Cic. Off. 1, 131 Cauendum eſt autem, ne aut tarditatibus vtamur in greſſu mollioribus, *etc.* Virgil. Georg. 3, 117 Inſultare ſolo, et greſſus glomerare ſuperbos. Preſſo greſſu, *cui opponitur* Pleno gradu. Ouid. Met. 3, 17 Subſequitur, preſſoque legit veſtigia greſſu. Superbus Sil. 16, . . Volucri Stat. Theb. 10, 131. Admouere greſſus Idem Theb. 11, 560. *vid.* ADMOVEO. Ardentes Valer. Argon. 7, 110. Greſſumque canes Comitantur herilem Virgil. Aen. 8, 462. Comprimere greſſus Idem Aen. 6, 389. Coniungere properos greſſus Val. Argon. 4, 176. Deflectere greſſum Sen. Thyeſt. 5. Exſultans Sil. 10, . . Ferre anxios greſſus Sen. Troad. ſ. 6. Ferri attonito greſſu Idem Octau. ſ. 7. Firmare lapſantem greſſum Sil. 3, . . Greſſu gaudens Incedit Iuli Virgil. Aen. 1, 694. Inferre greſſus Idem Georg. 4, 360. Iungere greſſus Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 10. Properatus Sil. 3, . . Rapere greſſus, *celeriter gradi* Lucan. 3, 116. Recipit ad limina greſſum Virgil. Aen. 11, 29. Referte domum celeres greſſus Sen. Med. 10. Reprimere greſſum Stat. Theb. 10, 392. Tendit greſſum ad moenia Virgil. Aen. 1, 414. Titubant ſuccidui greſſus Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 153. Turbatus Stat. Theb. 11, 519. Vertit auidos greſſus ad litora Val. Argon. 1, 183.

GRESSIO, ōnis. f. Pacuuius in Paullo *ap.* Macr. Sat. 6, 5 Quamvis caprigeno pecori grandior greſſio eſt.

GRADĀTVS, a, um. Adi. [κλιμακόεις] *In modum graduum factus, formatusque.* Plin. 13, 4 Denſis, gradatisque corticum pollicibus. Id. Epiſt. 5, 6 Omnia maceria muniuntur : hanc gradata buxus operit, et ſubtrahit.

GRADATIO, ōnis. f. [κλίμαξ] *Apud Rhetores.* Auctor ad Herenn. 4, 35 c. 25 Gradatio eſt, in qua non ante ad conſequens verbum deſcenditur, quam ad ſuperius conſenſum eſt : hoc modo, Nam quae reliqua ſpes libertatis manet, ſi illis, et quod libet, licet, et quod licet, poſſunt, et quod poſſunt, audent, et quod audent, faciunt, et quod faciunt, vobis moleſtum non eſt? Cic. de Orat. 3, 205 Eſt etiam gradatio quaedam et conuerſio, et verborum concinna transgreſſio. *Conf.* Diomed. p. 443. ¶ 2 *Item Graduum in theatris diſpoſitio.* Vitruu. 5, 3.

GRADARIVS, a, um. Adi. [ἱπποφορεὺς] Gradarii equi, *Qui ſine ſuccuſſatione molliter incedunt.* Lucil. 14 *apud* Non. 1, 60 Ipſe equus non formoſus, gradarius optimus. Sen. Epiſt. 40 *per metaphoram,* Ciceronem gradarium *vocauit, cuius oratio lente incedebat.*

GRADATIM. Adu. [κλιμακηδὸν] *i. gradibus, ſiue Per gradus.* Plin. 33, 4 Foſſae, in quas profluat, cauantur, agogas vocant ; eae ſternuntur gradatim. Varro de R. R. 2, 1 Neceſſe eſt humanae vitae a ſumma memoria gradatim deſcendiſſe ad hanc aetatem. Redire gradatim ſurſum verſus Cic. in Orat. 135. Idem Fam. 9, 14 Ita Pedetentim et gradatim tum acceſſus a te ad cauſam facti, tum receſſus. Addere aut demere minutatim et gradatim Cic. Acad. 4, 49. Adſcendere gradatim ab humilioribus verbis ad ſuperiora Idem in Partit. 54. *Et* Poſt red. ad Quir. 5 c. 2 Veſtros denique honores, quos eramus gradatim ſingulos Aſſecuti. Deducere gradatim ad pauciores, poſtremo ad ſingulos vniuerſitatem generis humani Cic. de Natur. Deor. 2, 164. Interrogare minutatim et gradatim, *quod quidam dicunt, Per puncta et partes* Idem Acad. 4, 92. Peruenire gradatim aliquo Cic. de Natur. Deor. 1, 90. Idem Tuſcul. 1, 57 Tamen ita faciles interrogationes ſunt, vt gradatim Reſpondens eo perueniat, quaſi geometrica didiciſſet. Habere amicos gradatim Plin. Epiſt. 2, 6. *i. per gradus velut diſpoſitos.*

GRADĬLIS, e. Adi. *Vt,* Gradilis panis l. 3 C. Theod. de annon. ciu. et pane grad. *Qui quibusdam in gradibus plebi Romanae diuidi viritim ſolebat.* Templum Ammian. 23, 2. Prudentius contra Symmachum 1, 583 Et quem panis alit gradibus diſpenſus ab altis. *Et* 2, 948 Quae regio gradibus vacuis ieiunia dira Suſtinet? aut quae ianiculo mola mota quieſcit? *De* pane *enim hic* gradili *loquitur, et molis piſtrinorum, vbi pinſebatur. Vid. Spanhem. Numiſm. Diſſ. 13 p. 531.*

GRADĀLIS, e. Adi. *Quod fit gradatim.* Diomed. p. 473.

GRADĪVVS, [Ἄρης] Mars, appellatus eſt, *inquit* Feſtus) a Gradiendo in bella vltro citroque, ſiue a Vibratione haſtae, quod Graeci dicunt κραδαίνειν. vel, vt alii dicunt, quia Gramine ſit ortus, quod interpretatur, quia Corona graminea in re militari maximae eſt honorationis. *Hactenus* Feſtus. Gradiuus Mars, *inquit* Seruius, dicitur, quum ſaeuit : quum tranquillus, Quirinus. Denique in Vrbe duo eius templa ſunt : vnum Quirini intra vrbem, quaſi cuſtodis et tranquilli. Alterum in Appia via, extra vrbem prope portam, quaſi bellatoris, vel Gradiui. *Vid.* Seru. *ad* Aen. 3, 35. *Burmann. ad* Petron. c. 82 p. 406. *Prima anceps eſt, ſaepius tamen producta : vid. Cellar. ad* Sil. 15, 15. Belliger Gradiuus Sen. Hippol. ſ. 2. Magnus Gradiuus Ouid. Met. 6, 427.

GRADIVICŎLA, ae. c. [ἀρειοσεβὴς] Sil. 4, 222 Et Gradiuicolam celſo de colle Tudertem.

GRAECIA, ae. f. [Ἑλλὰς] *Regio dicta, vt quidam volunt a Graeco, primo eius Prouinciae rege.* Cic. pro Flacc. 64 Haec cuncta Graecia, quae fama, quae gloria, quae doctrina, quae plurimis artibus, quae etiam imperio et bellica laude floruit, paruum quendam locum Europae tenet, ſemperque tenuit, Aſiae maritimam oram bello ſupe-

ſuperatam cinxit vrbibus, *etc.* *Idem plura de* Graeciae *laudibus.* In anguſtiis et faucibus Graeciae poſita erat Corinthus Cic. de L. Agr. 2, 86. Magna Graecia olim in Italia fuit, *i. ora illa extrema Graecis coloniis culta et obſita* Cic. de Orat. 2, 154 c. 37 Nam et referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum quum erat in hac gente magna illa Graecia, *etc.* *Et* 3, 139 c. 34 Pythagoras *inſtituit* totam illam veterem Italiae Graeciam, quae quondam magna vocitata eſt. *Huius ſunt* Tarentum, Croton, Neapolis, *etc.* Ouid. Faſt. 4, 64 Itala nam tellus Graecia maior erat. Mendax Iuuen. Sat. 10, 174. Princeps eloquentiae Cic. de Orat. 1, 13. Permiſcere Graeciam, *vid.* PERMISCEO.

GRAECVS, i. m. [Ἕλλην, Γραῖκος] *Qui eſt ex Graecia.* Cic. pro Flacc. 64 Quis ignorat, *etc.* quin tria Graecorum genera ſint vere? quorum vni ſunt Athenienſes, quae gens Ionum habebatur: Aeolis alteri, Doris tertii nominabantur. Doctiſſimus Graecorum Heliodorus Horat. Serm. 1, 5, 3. Doctrina perridicula Graecorum Cic. de Orat. 2, 75. Familiaritates Graecorum neque tam fideles ſunt; inuident non noſtris ſolum, verum etiam ſuis Idem Q. Fratr. 1, 1. Luxuria et leuitas Graecorum *reprehenditur* Cic. pro Flacc. 26. Leuitate Graecus, crudelitate barbarus Idem pro Flacc. 24. Contentionis quam veritatis cupidiores Graeci Cic. de Orat. 1, 107. Vetere Graecia digni perpauci ſunt Graeci Idem Q. Fratr. 1, 1. Fallaces ſunt permulti et leues, et diuturna ſeruitute ad nimiam aſſentationem eruditi Graeci Cic. Q. Fatr. 1, 1. Omnes vias pecuniae norunt, et omnia pecuniae cauſa faciunt Graeci Idem Q. Fratr. 1, 1. Artibus Graeci, Galli robore, Hiſpani numero, Poeni calliditate valent Cic. de Aruſp. Reſp. 19. Graecus et Graeca, Gallus et Galla in foro boario ſub terra viui demiſſi ſunt in locum ſaxo conſeptum, iam ante hoſtiis humanis, minime Romano ſacro imbutum Liu. 22, 57.

GRAECVS, a, um. Adi. [Ἑλληνικὸς, Γραικὸς] Chartae Graecae Hor. Epiſt. 2, 1, 161. Id. de Arte Poët. 268 Vos Exemplaria Graeca Nocturna verſate manu, verſate diurna. Cic. de Clar. Or. 78 Gallus qui maxime omnium nobilium Graecis Literis ſtuduit. Literulis Graecis imbutus Hor. Epiſt 2, 2, 7. Locutio Cic. de Clar. Orat. 159. Idem Verr. 1, 66 Fit ſermo inter eos, et inuitatio, vt Graeco More biberetur. *Quem locum his verbis exponit* Aſconius: Grandibus inquiunt, poculis, et meracis potionibus, qui non intelligunt dicta Ciceronis: et hoc putant Graeco more potare. Eſt autem Graecus mos, vt Graeci dicunt, συμπιεῖν κυαθιζομένες, quum merum cyathis libant, ſalutantes primo deos, deinde amicos ſuos nominatim. Nam toties merum bibunt, quoties et deos, et caros ſuos nominatim vocant. *Haec* Aſconius. Cic. Tuſcul. 1, 96 Propino hoc pulchro Critiae. Graeci enim in conuiuiis ſolent nominare, cui poculum tradituri ſunt. Auſonius ad Symmachum, in praefatione Griphi: Super menſam meam facta eſt inuitatio, non illa de ludibrii conuiuio, vt Graeco more biberetur: ſed illa de Flacci ecloga, in qua propter mediam noctem, et nouam lunam, et Muraenae auguratum, ternos ter cyathos attonitus petit vates. *Locum ſignificat* Hor. Carm. 3, 19, 14. *Vide* Horatii *interpretes, ſed et Eraſmum in adagio* Bonae fortunae, *ſiue* Boni genii. *Rurſus in Adag.* Aut quinque bibe, aut tres, aut ne quatuor. Graeca mercari Fide, *apud* Plaut. Aſin. 1, 3, 47. *vide* MERCOR. Ad Calendas Graecas, *i. nunquam.* *vide* CALENDAE. Foſſa Graeca in Campania Liu. 28, 46. Fides Graeca, *vide* MERCOR. *Et adde* Auſon. *ſub* Epiſt. 22, 24. *it.* Epiſt. 10 *extr.* Graeca Nux, quae et Thaſia dicitur, et Amygdala Macrob. Saturn. 3, 18. Oratio Graeca plura ornamenta ſuppeditans, conſuetudinem ſimiliter Latine dicendi affert Cic. de Clar. Orat. 10. Graeca ſacra, *vt* Feſtus *ait*, feſta Cereris ex Graecia translata, quae ob inuentionem Proſerpinae matronae colebant, quae ſacra, dum non eſſent matronae, quae facerent propter cladem Cannenſem, et frequentiam lugentium, inſtitutum eſt, ne amplius centum diebus lugeretur. *Videant viri docti, quomodo conciliari haec poſſint cum* Liu. 22, 56, *vbi* Sacrum anniuerſarium Cereris intermiſſum *dicitur* — *et* ne ob eandem cauſam alia quoque ſacra publica aut priuata deſererentur, Senatusconſulto diebus triginta luctus finitus. *Neque plane cum Liuio facit* Valer. Maxim. 1, 1, 15. *Sed* Graeca ſacra *eſſe* Cereris myſteria, vix poteſt dubitari. Conuertere e Graeco in Latinum, *vide* CONVERTO. Graeca Vanitate conficta Plin. 37, 12. Verſiculi Hor. Serm. 1, 10, 31. Cic. Fam. 7, 1 Graecos ita non amcs, vt ne ad villam quidem tuam Via Graeca ire ſoleas. Viam Graecam *eam eſſe retur Turneb. quam Hercules octo ſtadiorum aggere in Lucrino muniit.* *Nempe vt* Saltus Graius. Voce Graeca loqui Ouid. Triſt. 3, 12, 39.

GRAECE. Adu. [Ἑλληνιστὶ, Γραικιστὶ] Cic. Verr. 4, 147 Quod quidem apud Graecos Graece loquutus eſſem, id ferri nullo modo poſſe. Graece confectus liber Nepos 25, 18. Legere Graece Cic. de Orat. 1, 155. Qui Graece neſciunt Idem pro Flacc. 10. *Et* de Orat. 1, 155 Quum ea, quae legerem Graece, Latine redderem. Scribere Graece hiſtoriam Cic. Off. 3, 115.

GRAECALIS, e. Adi. Lapides graecales Frontin. de Colon. p. 116 *Goeſ.* *i. graecis literis notati.*

GRAECANĬCVS, a, um. Adi. [Ἑλλανικὸς] Plin. 34, 9 Maximeque ita colorem bibit, quem Graecanicum vocant. Varro de L. L. 9, 3 p. 140, 21 Graecum *et* Graecanicum *diſtinguere videtur.* *Sed clarius res elucebit, ſi ponamus verba ex editione Scioppii* p. 233 *extr.* Quod aduenticia *(verba)* pleraque habemus Graeca, ſaeculum, vt de notis *(non Latinis)* Graecanicos quoque nominatus plurimum haberemus. Itaque vt hic alia Graeca, alia Graecanica, ſic analogiae. *Videntur* Graecanica *dici, quae non tam* Graeca *ſunt, quam Graecis ſimile quiddam habent, Graeco more facta, formata ſunt, etc.* Trochleae graecanicae Cato R. R. 3, 5. Sueton. Domit. c. 4 Amictus toga Graecanica.

GRAECANĬCE. Adu. Varro de L. L. 8, 50 p. 119, 31 Itaque dicimus hic Argus, eum hominem dicimus: cum oppidum, Graecanice hoc Argos.

GRAECIENSIS, e. Adi. [Ἑλλαδικὸς] *Idem fere, quod Graecanicus.* Gell. 19, 10 Offendimus eum cubantem in ſcimpodio Graecienſi. *Sic apud* Plinium 35, 6 Graecienſe melinum. *Sed* Graecienſe mare Idem 4, 11.

GRAECOSTĂSIS, is. f. [Γραικόστασις] *quaſi Graecorum ſtatio.* Varro de L. L. 4, 32 p. 37, 26 Ante curiam Hoſtiliam roſtra: cuius id vocabulum ex hoſtibus capta, fixa ſunt roſtra. Dextra e comitio locus ſubſtructus, vbi nationum ſubſiſterent legati, qui ad Senatum eſſent miſſi: is Graecoſtaſis appellatur. Cic. Q. Fratr. 2, 1 Deinde eius operae repente a Graecoſtaſi et gradibus clamorem ſatis magnum ſuſtulerunt. *Adde* Plin. 33, 1 *vbi* Flauius — Concordiae — aediculam aeream fecit in Graecoſtaſi, quae tum ſupra comitium erat.

GRAECVLVS, i. m. Dimin. [Ἑλληνίσκος] *ad contemtum fere pertinet.* Cic. Verr. 4, 127 Tum epigramma Graecum pernobile inciſum habuit in baſi: quod iſte eruditus homo et Graeculus, qui haec ſubtiliter indicat, *etc.* Aſſentator Graeculus Cic. in Piſon. 70. Cautio Graecula: Cic. Fam. 7, 18 Itaque quando veſtrae Cautiones infirmae ſunt, Graeculam tibi miſi cautionem chirographi mei. *Alludit ad epiſtolam 13, 15 qua Trebacium Caeſari commendarat, in qua cum Graeca pluſcula poſuiſſet, claudit,* Genere nouo ſum literarum ad te vſus, vt intelligeres, non vulgarem eſſe commendationem. *Aliter Burmann. ad* Petron. c. 46 *vbi plura de hac voce.* Eſuriens Graeculus Iuuen. Sat. 3, 78. Homines Graeculos controuerſia verbi tamdiu torquet Cic. de Orat. 1, 47. Auſon. *ſub* Epiſt. 22, 1 Philon, meis, qui villicatus praediis, Vt ipſe vult, Epitropos; (Nam glorioſum Graeculus nomen putat) quod ſermo fucat Doricus. Negotium ineptum et Graeculum Cic. Tuſcul. 1, 86. Otioſus atque Graeculus Idem pro Milon. 56. *Et* de Orat. 1, 221 Neque vult ita ſapiens inter ſtultos videri, vti qui audiant, aut illum ineptum, aut Graeculum eſſe putent. Cic. pro Flacc. 13 Graeculae concionis motus temerarius. Roſa Graecula, *Roſa omnium minima, in ſentibus creſcens, quae folia ita proiecta habet, vt niſi cogantur manibus, apertam roſam non oſtendant.* Plin. 21, 4 Eſt et quae Graeca appellatur a noſtris, a Graecis lychnis, non niſi in humidis locis prouenicns, *etc.* Eſt et alia Graecula appellata, conuolutis foliorum paniculis. Columel. 3, 2, 24 Nam quae Graeculae vites ſunt, vt Mareoticae, Thaſiae, *etc.*

GRAECOR, āri. Dep. [κωμάζω] *Graecos imitari.* Hor. Serm. 2, 2, 11 Vel ſi Romana fatiget Militia aſſuetum graecari, h. e. luxuriari, aut Graeco more ludere. Porphyr. *it.* Graecorum more bibere, *apud* Cic. Verr. 1 c. 26. *Conf. Barth. Adu.* 11, 19 *p.* 546. Tertull. de pallio c. 4 Tyrium calciari niſi auro, non Graecatur, *i. Graeci moris et inſtituti eſt.* *Caeterum ſic Salmaſ.* *Al.* niſi aurum minime Graecatos decet. *Nempe*

GRAECATVS, a, um. *Graeco more factus.* *Compar.* Graecatior epiſtola Apul. Apol. p. 329. *Sic Salmaſius apud* Tertullianum de Pall. c. 4 *extr.* p. 360 *legi vult* Crepidae Graecatum τὸ ἑλληνίζον τῆς κρηπῖδος.

GRAECATIM. Adu. *Graeco more.* Tertull. de Pall. c. 4 Re vera enim quale eſt Graecatim depalari magis, quam amiciri? *Salm. emendat* depilari.

GRAECATIO, ōnis. f. [ἑλληνισμὸς] Gloſſ. Gr. Lat.

GRAECĬTAS, ātis. f. *Res, et literatura Graecorum, apud ICtos, vt* l. 3 C. Theod. de ſtud. lib. vrb. Rom. et Conſt.

GRAECISSO, āre. *Graecum ſermonem imitari.* Apul. Apol. p. 336 Loquitur nunquam niſi Punice, et ſi quid adhuc a matre graeciſſat. *Et* Plaut. Men. prol. 11 Hoc argumentum Graeciſſat, tamen non Atticiſſat, verum Siciliſſitat.

GRAIVS, a, um. Adi. [Ἀχαιὸς] *Graecus, Poëtis ob antiquitatem vſitatum.* Virgil. Aen. 4, 228 — Graiumque ideo bis vindicat armis. *Poëta apud* Cic. de Natur. Deor. 2, 91 Hoc, quod memoro, noſtri caelum, Graii perhibent aethera. *Ex* Pacuuio. Idem de Natur. Deor. 3, 53 Διόσκουροι etiam apud Graios multis modis nominantur. Camoena Hor. Carm. 2, 16, 36. Gentes Ouid. Met. 4, 16. Homo Lucret. 1, 67. Saltus Nepos 23, 3. Vrbes Virg. Aen. 3, 295.

GRAIVGĔNA, ae. c. [Ἑλληνογενὴς] *Qui a Graicis genus et originem traxit.* Cic. de Natur. Deor. 2, 91 Graiugena de iſto aperit ipſa oratio. *Ex* Pacuuio. Virg. Aen. 3, 550 Graiugenumque domos, ſuſpectaque linquimus arua. Domus Graiugenae Catull. Argon. 62, 36. *al.* Cranonis domus. Reges Graiugenae Stat. Theb. 6, 215.

GRALLAE, ārum. f. Fuſtes ſunt furculas habentes, quibus nituntur, qui ſuper iis ambulant. *Ex* Nonio 2, 361.

GRALLĀTOR, ōris. m. *Qui grallis graditur, et paſſus ingentes facit.* Plaut. Poen. 3, 1, 27 At, ſi ad prandium in aedem vos dixiſſem ducere, vinceretis ceruum curſu, et grallatorem gradu. Arnob. 2 p. 70, 1 *cum* deſultoribus, funiambulis, praeſtigiatoribus *coniungit.* Grallatores, *inquit* Feſtus, appellabantur Pantomini, qui, vt in ſaltatione imitarentur Aegipanas adiectis perticis furculas habentibus, atque in his ſuperſtantes, ob ſimilitudinem crurum eius generis, gradiebantur, vtique propter difficultatem conſiſtendi. Non. 2, 361 Grallatores ſunt calobathrarii. Grallae enim ſunt fuſtes, quibus innituntur. *Ponit deinde locum* Varronis, *qui vehementer exercuit viros doctos, quorum conatus exhibet Gothofredus. Nobis ſatis fuerit ponere illum, vt eſt a Mureto conſtitutus V. L. 13, 19 quem proxime ad librorum ſuorum ſcripturam, et veritatem adeo, acceſſiſſe, etiam Mercero videtur. Sic autem ille:* Grallatores, qui gradiuntur, perticae ſunt ligneae ſine animo, ſed ab homine eo, qui in iis ſtat, agitantur: ſic illi animi noſtri ſunt; grallae crura ac pedes noſtri, ex ſe ἀκίνητοι, ſed ab animo mouentur.

GRALLATORIVS, a, um. Adi. Grallatorius gradus, *i. magnus, cuiusmodi ſolet eſſe grallatorum* Plaut. Amph. 4, 3, 52.

GRAMEN, inis. n. [ἄγρωστις, χόρτος] *Herba vulgatiſſima, cibus bonae partis animalium, nec* Plin. 24, 19 Gramen ipſum eſt inter herbas vulgatiſſimum; geniculatis ſerpit internodiis, crebroque ab his, et ex cacumine nouas radices ſpargit: folia eius in reliquo orbe in exilitatem faſtigiantur, in Parnaſſo tantum ederacea ſpecie denſius, quam vſquam fruticant, flore odorato candidoque. Iumentis herba non alia gratior, ſiue viridis, ſiue in foeno ſiccata, *etc.* *Late admodum patet interdum* Graminis *appellatio, qua de Re diſputaumus ad* Quinctil. 5, 8, 1 *vbi eſt mentio,* Cuiusdam apud Lotophagos graminis, *i. Loti herbae.* Virgil. 12, 415 *de Dictamno,* Non illa feris incognita capris Gramina. Seru. *ad* Aen. 12, 119 *vbi* Ara Graminea, Gramen, *inquit*, herbae ſpecies eſt, licet omnis herba gramen vocetur, ſicut *robur* omne lignum, cum ſit et ſpecies. *Et ita plerumque ſcriptores.* Cic. de Fin. 2, 84 Tua ſint Puteolis gramina, *i. herbae, ex quibus fenum cogitur. Fructum pratorum intelligit, qui eſt maximus.* Liu. 1, 24 Fetialis ex arce graminis herbam puram attulit. Virgil. Ecl. 5, 26 — nulla neque amnem Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam. Velut laeto gramine ſata ſtrangulant Quinctil. prooem. 8, 23. Criſpum Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 216. Martial. 9, 92 Sic in gramine Floreo reclinis. Ignobile gramen Cerinthae Virgil. Georg. 4, 63. Ouid. Met. 5, 486 Lolium tribulique fatigant Triticeas meſſes, et inexpugnabile gramen. Laetum Virg. Georg. 2, 525. Mala gramina paſtus Idem Aen. 2, 71. Molli gramine

mine proſtrati Lucret. 2, 29. Montanum Ouid. Met. 2, 841. Roſcida Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 104. Tenerum Hor. Carm. 4, 12, 9. Viridi ſe gramine veſtit tellus Virgil. Georg. 2, 219. Canunt gramina Idem Georg. 3, 325. *ſubaudiendum*, Rore. Carpunt gramen equi Virgil. Aen. 9, 353. Credunt ſe gramina in nouos ſoles, *vid.* CREDO. Defectum Ouid. Met. 14, 646. Redeunt iam gramina campis Hor. Carm. 4, 7, 1. Tondentes gramina campo lanigerae Lucret. 2, 659. *In MSS. confunduntur* Gramen *et* Stramen: *Drakenborch. ad* Sil. 10, 561.

GRAMINEVS, a, um. Adi. [ἀγρωστινὸς] *Quod ex gramine eſt factum.* Arae gramineae Virg. Aen. 12, 119. *et* Sil. 4, 703. Caeſpes Ouid. Amor. 2, 16, 10. Campus Idem Faſt. 3, 519. Corona Gell. 5, 6. *it.* Plin. 22, 2 *ſq.* Obſidionalis *eadem v. v.* Cic. Verr. 4, 125 c. 56 *extr.* *Gramineas haſtas memorat e templo ſublatas a Verre, quas dicit fuiſſe* eiusmodi, vt ſemel vidiſſe ſatis eſſet; in quibus neque manu factum quidquam, neque pulchritudo erat vlla, ſed tantum magnitudo incredibilis, de qua vel audire ſatis eſſet, nimium, videre plus quam ſemel. *Non potuit diſertius deſcribere ſtirpes graminis inuſitatae et monſtroſae magnitudinis: et tamen impedire non potuit, quo minus de emendando cogitarent homines eruditi.*

GRAMINŌSVS, a, um. Adi. [χορτώδης] *Plenum herbis.* Colum. praef. 1 Quid ſilueſter ager, quid humidus et graminoſus, quid ſiccus et ſpurcus recuſaret.

GRAMIA, ae. f. [λήμη] Feſtus; Gramiae, Vitia ſunt oculorum, quas alii Glamas vocant. Non. 2, 389 Gramiae, ſunt Oculorum pituitae: vnde Gramioſi oculi: a quo Qui triſtes ſunt, in hodiernum quoque diem Gramioſi vulgo nominantur. *Conf.* Plin. 25, 13.

GRAMIŌSVS, a, um. Adi. Oculi gramioſi Nonius *loco modo citato.*

GRAMMA, ătis. n. [γράμμα] *Latine Litera dicitur. Vid.* SCRVPVS.

GRAMME, es. f. Scripturae, quas Graeci grammas vocant Apul. de Herb. c. 106. *Proprie linea eſt: hinc*

GRAMMICVS, a, um. Adi. *Quod lineis peragitur.* Deformationes Vitruu. l. 3 praef. Rationes Idem 9, 1.

GRAMMATIAS, ae. m. *Gemma, al. Iaſpis.* Plin. 37, 9 *lineis ſignatus.*

GRAMMATĬCA, ae; *vel* GRAMMATĬCE, es. f. [γραμματική] *Nomen, quod in Latinis numerari vult* Cic. de Fin. 3, 5 c. 2. *Latine Literatura dicitur.* Quinctil. 2, 1, 4 Et Grammatice (quam in Latinum transferentes, literaturam vocauerunt) fines ſuos norit. *Et* 2, 14, 3 Grammatice literatura eſt, non literatrix. Diomedes l. 2 p. 421 Grammatica eſt ſpecialiter ſcientia exercitata lectionis et expoſitionis eorum, quae apud Poëtas et ſcriptores dicuntur — Grammaticae partes ſunt duae, altera, quae vocatur exegetice, altera horiſtice. Exegetice eſt narratiua, quae pertinet ad officia lectionis. Horiſtice eſt finitiua, quae praecepta demonſtrat — Tota autem Grammatica conſiſtit praecipue in intellectu Poëtarum, et ſcriptorum, et hiſtoriarum prompta expoſitione, et in recte loquendi ſcribendique ratione. Grammatica olim, *vt aliae artes Graecae*, Romae ne in vſu quidem, nedum in honore vllo erat Suet. de Illuſtr. Gramm. pr. Quinctilianus 1, 4, 5 Minus ſunt ferendi, qui hanc artem, vt tenuem ac ieiunam cauillantur; quae niſi Oratori futuro fundamenta iecerit, quidquid ſuperſtruxeris, corruet. Neceſſaria pueris, iucunda ſenibus, dulcis ſecretorum comes, et quae vel ſola omni ſtudiorum genere plus habeat operis, quam oſtentationis. Idem 1, 8, 12 Grammatices amor, et vſus lectionis non ſcholarum temporibus, ſed vitae ſpatio terminantur. Elementa grammatices Quinctil. 1, 4. Pertinax grammaticen profeſſus eſt Capitolin. Pertin. c. 1. Profeſſio grammatices Quinct. 1, 4.

GRAMMATICA, ōrum. n. [γραμματικά] *Studium literarum, quod profitentur ii, qui grammatici vocantur.* Cic. de Orat. 1, 187 c. 42 In grammaticis Poëtarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam ſonus.

GRAMMATICVS, i. m. [γραμματικὸς] *Qui grammaticam docet, vel grammaticae peritus.* Sueton. de Clar. Gramm. c. 4 Appellatio grammaticorum Graeca conſuetudine inualuit: ſed initio literati vocabantur. Cic. de Diuin. 1, 34 Sunt enim exploratores, vt Grammatici Poëtarum. Grammaticus de ratione loquendi, ſi diſſerat, quaeſtiones explicet, hiſtorias exponat, poëmata enarret Quinctil. 1, 2. Diomed. l. 2 p. 421 Grammatici officia, vt adſerit Varro, conſtant in partibus quatuor, lectione, enarratione, emendatione, iudicio. *Has partes deinde finit.* Iudicium *ita*: quo omnem orationem recte vel minus recte pronunciatam, ſpecialiter iudicamus: vel exiſtimatio, qua poëma, caeteraque ſcripta perpendimus. Quinctil. 1, 8 *extr.* Inter Grammatici virtutes eſt, aliqua neſcire. Grammatici certant, et adhuc ſub iudice lis eſt Hor. de Arte Poët. 78.

GRAMMATĬCVS, a, um. Adi. [γραμματικὸς] *Quod ad Grammaticam pertinet. Vt,* Ars grammatica Auct. ad Herenn. 4, 18. Auſon. Epigr. 50. Canones Idem Epigr. 136. Horat. 1, 19, 40

Non ego nobilium ſcriptorum auditor et vltor
Grammaticas ambire tribus et pulpita dignor.
Hinc illae lacrimae.

GRAMMATICALIS, e. Adi. Figurae Sidon. Epiſt. 7, 9. Palaeſtra Idem Carm. 23, 212.

GRAMMATICALITER. Aduerb. Grammaticaliter declinare Treb. Pollio in Regill.

GRAMMATICOMASTIX, igis. m. Auſon. Eidyll. 12 in tit.

GRAMMATĬCE. Adu. [γραμματικῶς] Quinctil. 1, 6 Quare mihi non inuenuſte dici videtur, aliud eſſe Latine, aliud grammatice loqui.

GRAMMATISTA, ae. m. [γραμματιστής] *Mediocriter eruditus.* Suet. de Clar. Gramm. c. 4 Sunt qui literatum a literatore diſtinguunt, vt Graeci grammaticum a grammatiſta: et illum quidem abſolute, hunc mediocriter doctum exiſtimant.

GRAMMATISTICE, ae. f. *Legendi et ſcribendi facultas illa vulgaris, prima inter quatuor artes populares, de quibus eſt opus Voſſii.*

GRAMMĂTEVS, i. m. [γραμματεὺς] *trium Syllabarum cum Diphthongo in vltima: Qui rationes publicas in tabulis ſcribit, vel Notarius.* Apul. 11 p. 265 Tum ex his vnus, quem cuncti grammatea dicebant. *Suidas ait grammatea eſſe notarium ἀποῤῥήτων, id eſt arcanorum principem.*

GRAMMATODIDASCALVS, i. m. Mart. Capell. 3 p. 51.

GRAMMATOPHORVS, i. m. *Tabellarius.* Hieron.

GRAMMATOPHYLACIVM, i. n. [γραμματοφυλάκιον] *Vbi tabulae et inſtrumenta publica, monumentaque rerum geſtarum, actarumque aſſeruantur: quod* Tablinum *Latine appellatur.* Vlpian. in l. moris eſt D. de poenis, ἀρχαίῳ fortaſſe vel grammatophylacio.

GRANARIVM, *vid.* GRANVM.

GRANDIS, e. Adi. [μέγας, προβεβηκὼς] *Magnus.* Acervus grandis Ouid. Amor. 1, 8, 90. Adoleſcens plane grandis Cic. de Senect. 10. Plin. 7, 38 Grandi Gnidiorum Aere alieno permutare eam conati. Cic. Philipp. 5, 47 Legibus enim annalibus, quum grandiorem Aetatem ad Conſulatum conſtituebant, adoleſcentiae temeritatem verebantur. Aetas grandior Ouid. Met. 6, 28. Aeuum grande Lucret. 2, 1141. Aeuo grandior Ouid. Triſt. 4, 10, 43. Alumnus Hor. Epod. 13, 16. Caput Ouid. Faſt. 6, 133. Cauſidicus amplus, grandis, ſubtilis, et elegans Cic. in Orat. 30. Certamen Hor. Carm. 3, 20, 7. Cubiculum grande et altum Cic. Q. Fratr. 3, 1. Decus Hor. Carm. 2, 17, 4. Dedecus Id. Serm. 2, 2, 96. Ter. Phorm. 2, 2, 92 Si tu illam attigeris, ſecus quam dignum eſt liberam, Dicam impingam tibi grandem. Diuitiae grandes homini ſunt Lucret. 5, 1117. Dona Ouid. Epiſt. 3, 30. Dos Horat. Serm. 1, 4, 50. Epiſtola Cic. Attic. 13, 21. Exemplis decuit grandioribus vti Idem de Diuin. 1, 39. Exemplis in paruis grandibus vti Ouid. Triſt. 1, 3, 25. Fenore grandi alicui pecuniam occupare Cic. pro Flacc. 51. Fetus grandior ſiliquis Virgil. Georg. 1, 195. Fetus grandiores et meliores edit ager Cic. de Orat. 2, 131. Frumenta Virgil. Aen. 4, 406. Plaut. Stich. 2, 1, 23 Tantum a portu apporto bonum, tam Gaudium affero grande: vix ipſa domina hoc niſi ſciat, exoptare a dîs auſit ipſis. Genus dicendi grandius Cic. de Orat. 2, 337. Guttis humectat grandibus ora Virg. Aen. 11, 90. Homo grandior, Virgo grandior Ter. Phorm. 2, 2, 15. Idem Adelph. 4, 5, 39. Cic. pro Cluent. 11 Reliquit hunc annos XV natum: grandem autem et nubilem filiam. Ictus grandior affligit animantem Lucret. 2, 943. Ingenium grande doloris Ouid. Met. 6, 574. Litera grandis Plaut. Bacch. 4, 9, 69. *Sic* Cic. Verr. 4, 74 c. 24 Grandibus literis P. Africani nomen erat inciſum. Macie grandi torridus homo Cic. de L. Agr. 2, 93. Malum Hor. Serm. 2, 1, 49. Membra Ouid. Met. 10, 238. Nauis Plin. 9, 44. Orator Sulpitius maxime omnium grandis tragicus Cic. de Clar. Orat. 203. Orator quo grandior ſit, et quodammodo excelſior Idem in Orat. 119. Oſſa Virg. Georg. 1, 497. Plaut. Capt. 2, 2, 8 An vero non iuſta cauſa eſt, vt vos ſeruem ſedulo, quos tam grandi ſim mercatus praeſenti Pecunia? *Sic*, Grandi Pecunia facta redemtio eſt. Cic. Verr. Act. 1, 16. Pecuniam grandem credere Idem pro Rabir. Poſt. 4 c. 2. Poena Ouid. Triſt. 1, 4, 68. Pondere grandi et praeclaro opere hydria Cic. Verr. 4, 32. Pondus grande argenti Idem pro Caecin. 12 c. 4. Pretium Ouid. Epiſt. 7, 74. Vectigal grande imponere Cic. pro L. Agr. 2, 55. Verba Cic. de Fin. 3, 19. Vitium grande et perſpicuum Cic. de Invent. 1, 88. Vocem grandiorem et pleniorem ſubſellia deſiderant Idem de Clar. Orat. 288. Verbis grandes erant, crebri ſententiis Cic. de Clar. Orat. 29. Victimae grandiores Plin. Paneg. c. 52. Natu grandis Hor. Epiſt. 1, 7, 49. Ter. Adelph. 5, 8, 7 Natu grandior. Cic. pro Roſc. Com. 44 Quid exſpectas, quam mox ego Luſcium et Manilium dicam ordine eſſe Senatorts: aetate, grandes natu: natura ſanctos, et religioſos. Audere grandia Ouid. Amor. 2, 18, 4. Grande ſonant Tragici Ouid. de Rem. Amor. 375. *Superl.* Fuſtis grandiſſimus Apul. Met. 7, . . Aures grandiſſimae Idem Met. 9. Calix grandiſſimus Apul. Met. 10 p. 246. Caput grandiſſimum Plin. 29, 4. Glans grandiſſima Idem 16, 4. Oliuae grandiſſimae Plin. 15, 3. Seges grandiſſima Varro de R. R. 1, 52.

GRANDĬTER. Adu. Sid. Epiſt. 7, 2. *it.* 7, 4. 3, 8. 3, 13 *pr.* Grandius dici Cic. Tuſc. 5 c. 16. Grandius ſonare Ouid. Her 15, 30.

GRANDICVLVS, a, um. Adi. Dimin. Plaut. Poen. 2, 35 In fundas infundebam grandiculos globos.

GRANDIVSCVLVS, a, um. Adi. Dimin. Ter. Andr. 4, 6, 19 Nam fere grandiuſcula iam profecta eſt illinc.

GRANDĬTAS, ātis. f. [μέγεθος] Plin. Epiſt. 6, 21 Nunc primum ſe in vetere comoedia, ſed non tanquam inciperet oſtendit: non illi vis, non granditas, non ſubtilitas, non amaritudo, non dulcedo, non lepos defuit. Granditas, *i. elata et ſublimis oratio.* Granditas aetatis, *i. maior aetas* Siſenna Hiſt. 4. Cic. de Clar. Orat. 121 c. 31 Idque apparet ex genere et granditate verborum. *Conf.* Non. 2, 359.

GRANDEDO, inis. f. Fulgent. de Cont. Virg.

GRANDAEVVS, a, um. Adi. [πολυετὴς] *i. grandis aeui, vel Prouectioris aetatis.* Virgil. Aen. 1, 125 Et qua vectus Abas, et qua grandaeuus Alethes. Conſilia Val. Argon. 7, 348. Patres Ouid. Met. 7, 160. Senes Lucan. 3, 518.

GRANDAEVĬTAS, ātis. f. [πολυετία] Accius Alcimacho, Ne quia nec vos, nec ille impune irrideret meam grandaeuitatem. Pacuvius Hermione, Quod tamen ipſa orbitas, grandaeuitasque Pelei per penuriam ſtirpis ſubaxet. Antiquum. Non. 2, 365.

GRANDEBALAE, arum. f. *Pili ſub alis, de qua voce multa Martinius: auctor plane nullus.*

GRANDIFER, a, um. Adi. Facta Nazar. Paneg. Conſtant. c. 3.

GRANDIFICVS, a, um. Adi. Mens Amm. 18, 15 (Valeſ. 6 *extr.*)

GRANDILŎQVVS, a, um. Adi. [μεγαλοῤῥήμων] Cic. in Orat. 20 c. 5 Nam et grandiloqui, vt ita dicam, fuerunt cum ampla et ſententiarum grauitate et maieſtate verborum, vehementes, *etc.* Idem Tuſc. 5, 89 c. 31.

GRANDISCAPIVS, a, um. Adi. Arbores, vt ita dicam, grandiſcapiae Sen. Ep. 86 *extr.*

GRANDISONVS, a, um. Adi. Figmenta grandiſonis pompare modis Sedul. 1, 2. *de Poëtis.*

GRANDIO, īui, ītum, īre. [μηκύνω] *Grandem facere.* Mars pater, te precor, vti tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandiri ſinas Cato R. R. c. 161. Plaut. Aulul. 1, 1, 10 Si hodie hercle fuſtem cepero, aut ſtimulum in manum, teſtudineum iſtum tibi ego grandibo gradum. *Conf.* Non. 2, 358.

GRANDESCO, ĕre. [μηκύνομαι] *Grandem fieri, creſcere.* Plin. 18, 30 *extr.* Creſcente luna frumenta grandeſcunt. Ad auctum hilarem grandeſcere Lucret. 2, 1159. Famula vtero grandeſcebat Auguſtin. Confeſſ. 7, 6. Grandeſcere et ali Lucret. 1, 191. Lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fetu Ter fruges fundens tria tempora monſtrat arandi Cic. de Diuin. 1, 15 *pro Ter quotannis fructu augeri, ea dicendi ratione, qua aliquem augeri liberis dicere ſolemus, vt recte Turnebus.* Pabula grandeſcunt Lucret. 2, 1159. Seges ſponte grandeſcit Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 24.

GRANDO, ĭnis. f. [χάλαζα] *Gutta aquae in aëre congelata.* Plin.

Plin. 2, 60 Grandinem conglaciato imbre gigni: et niuem eodem humore mollius coacto, pruinam autem ex rore gelido. Plaut. Moſt. 1, 2, 58 Ea mihi aduentu ſuo, quamprimum grandinem imbremque attulit. Cic. de Nat. D. 2, 14 Fulminibus, tempeſtatibus, nimbis, niuibus, grandinibus, *etc.* Grando apud antiquos *etiam maſcul.* Varro Triodite, Nec coruſcus imber alto nubilo cadens Multus, grandine implicatus albo. *Ex* Nonio 3, 105. Brumalis Ouid. ex Pont. 4, 7, 34. Contudit vites Hor. Epiſt. 1, 8, 4. Crepitans ſalit horrida Virgil. Georg. 1, 449. Gelida Claud. de Raptu Proſerp. 1, 71. Hiberna Ouid. Met. 5, 158. Imbres grandinis Lucret. 6, 106. Miſta imbri largiſſimo ſubita praecipitans cadit grando Cic. de Orat. 3, 155 c. 39. Niuoſa, *vid.* NIX. Pugnat hiems grandine Ouid. ex Pont. 1, 7, 12. Ruina grandinis Lucret. 6, 156. Spiſſa Ouid. Met. 9, 222. Saliente graues ceciderunt grandine nimbi Idem Met. 14, 543. Verberatae grandine vineae Hor. Carm. 3, 1, 29. Vredo aut grando ſi quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit Cic. de Nat. D. 3, 86. Grandines ſuum, *La ſourſemure ou ladrerie de pourceaux. Vid.* Grandinoſi ſues, *in* SVS.

GRANDINŌSVS, a, um. Adi. [χαλαζώδης] *Quod obnoxium eſt grandini.* Columel. 3, 1 Poſthaec non ignorabit dominus loci, plus eſſe, poſſe qualitatem caeli frigidam vel calidam, ſiccam vel roſcidam, grandinoſam, ventoſamque vel placidam, ſerenam vel nebuloſam, *i. quae ſaepe grandinem infert.* Grandinoſi ſues, *vid.* SVS.

GRANDĬNO, āre. Grandinare *dicitur* Deus. Χαλαζοκοπᾷ, grandinat, Vet. Gloſſ. Quaeritur, quare hieme ningat, non grandinet Sen. Nat. Quaeſt. 4, 4.

GRANDINEVS, a, um. Adi. Alcimus 5, 190 Grandineum frigus. Nimbi Idem 3, 329.

GRANE, es. f. *Nympha, apud* Ouid. Faſt. 6, 107.

GRANEA, ae. f. *Cibi genus.* Cato de R. R. c. 86. Graneam triticeam ſic facito. Selibram tritici puri in mortarium purum indat, lauet bene, corticemque deterat bene, eluatque bene. Poſtea in aulam indat, et aquam puram, coquatque. Vbi coctum erit, lacte addat paullatim vſque adeo, donec cremor craſſus erit factus. *Eſt itaque pultis genus. Add.* Hieron. in Paralip. T. 3 p. 170. *Vid.* GRANATVM, n. 2.

GRANI, orum. m. ſunt Capilli ſparſi, et diſcriminati in granorum forma. Iſid. 19, 23. *Salmaſ. Exerc. Plin. p. 536.*

GRANVLATIM. Adu. Leuatis cumulas granulatim Commod. Inſtruct. c. 60. *i. vt ſint in granos diſcriminatae.*

GRANĪCVS, i. m. [Γρανῖκος] *Bithyniae fluuius, pugna, quae inter Perſas et Alexandrum fuit, nobilis. Vid. Diodor. Plutarch.* Curt. 3, 1 *etc.*

GRANVM, i. n. [κόκκος, χόνδρος] *fere Frugum dicitur: vt* Granum tritici, hordei, *etc.* Plaut. Stich. 4, 1, 5 Dare denegauit ſe granum tritici. *Sed aliarum quoque plantarum fructus.* Plin. 11, 53 Sed ſibi proceres medentur grano Aſſyrii mali. Iuniperi grana Scribon. 109. Malorum punicorum grana 186. Piperis grana 36. Seminis grana 177. Vuae 56. *al. acini.* Varro de R. R. 1, 48 Granum dictum, quod eſt intimum ſolidum. *Et paullo poſt,* Granum a Gerendo. id enim ſeritur, vti ſpica gerat frumentum. Tritici grana congeſſerunt in os Midae dormienti formicae Cic. de Diu. 1, 78. Punica Ouid. ex Pont. 4, 15, 8. Comminuuntur grana Scribon. 111. Cum primum granum incipit perlucere 64 *de vua.* Marmoreum granum Pallad. 1, 15. Inſerere grana in acum Quinct. 2, 20. Turis granum Ouid. Faſt. 4, 408. Id. Triſt. 5, 2, 24 Quotue ſoporiferum grana papauer habet. *Add.* Plaut. Poen. 2, 3.

GRANARIVM, i. n. [ἀποθήκη, σιτοφυλακεῖον] *Locus in quo grana frugum reponuntur.* Varro de R. R. 1, 57 At triticum condi oportet in granaria ſublimia, quae perflentur ventis ab Exortu et Septentrionum regione, ad quae nulla aura humida e propinquis locis adſpiret Hor. Serm. 1, 1, 53 Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris? Adſtringere et laxare granaria Perſ. 5, 110.

GRANĀTVS, a, um. Adi. [κοκκωτός] *Quod abundat granis: vt* Mala granata, quae Punica vocantur Colum. 12, 41, 2.

GRANĀTVM, i. n. [κοκκωτόν, ῥοιά] *Pro Malo granato.* Plin. 20, 14 Singultus et vomitus ſiſtit cum ſucco granati. ¶ 2 Granatum *item Pulmentum e grano tritici cocto vocari poteſt, vel Frumentacea ptiſana,* Granea *puto Catonis.* Plin. 18, 11 *ſub fin.* Ex zea pulchrius quam ex tritico fit granatum. *Sic enim legi debet, non* Granum, *vt hodie. Eſt autem* Plinio *quiddam alicae ſimile: immo alicae vitium, vt ipſe declarat Turnebus. Adu. 1, 20 extr. Hard. aliter.*

GRANĀTVS, ûs. m. Cato de R. R. c. 60 Praeterea granatui videto vti ſatis viciae feras. *Turnebus* Granatui ſeri *interpretatur, quod non ſeritur, vt viride pabulo iumentorum ſubſecetur, ſed vt ad granum perueniat et frugem, Aduerſ. 6, 23.*

GRANATIM. Adu. Aceruum granatim digerere Apul. Met. 6.

GRANEA, *vid. in ſuo loco.*

GRANŌSVS, a, um. Adi. [κοκκώδης] *Quod plenum eſt granis.* Plin. 21, 31 Quorum alterum cui acini coccinei, granoſi folliculi, halicacabum vocant, et alii callion. Ibid. c. 4.

GRANĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [κοκκοφόρος] *Ferens grana.* Agmen graniferum *dicuntur* formicae Ouid. Met. 7, 638.

GRANIPARVS, a, um. Adi. Ariſtae Gu. Brito 6, 333.

GRANOMASTIX, īgis. f. Maſtix in modum granorum Iſidor. Orig. 17, 8.

GRAPHĬCE, es. f. [γραφική] *Ars delineandi.* Plin. 35, 10 Et huius auctoritate effectum eſt Sicyone primum, deinde et in tota Graecia, vt pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc eſt picturam in buxo docerentur, reciperetur que ea ars in primum gradum liberalium. *Sic etiam MSS. apud Hard.* Diagraphicen *Elzeuir.* ¶ 2 *De adverbio* Graphice, *vid. mox poſt* GRAPHICVS.

GRAPHIS, īdis. f. [γραφίς] *Inſtrumentum pictoris, quod diſerte ait* Pollux 7, 128: *deinde vt ſtilus ſcribendi facultatem notat, ita* graphis *pingendi.* Plin. 35, 10 Alia multa graphidis veſtigia exſtant in tabulis ac membranis eius, *etc.* Peritus graphidis Vitruu. 1, 1.

GRAPHIVM, i. n. [γραφεῖον ſ. γραφίον *potius*] *Stilus, quo in pugillaribus ſcribitur.* Ouid. Amor. 1, 11, 23 Quid digitis opus eſt graphium laſſare tenendo? *Inter* Sympoſii aenigmata *primi titulus eſt* Graphium ſiue ſtilus: *aenigma ipſum hoc:*

De ſummo planus, ſed non ego planus in imo,
Verſor vtrinque manu, diuerſa et munera fungor:
Altera pars reuocat, quidquid pars altera fecit.

quae pulchra ſtili deſcriptio eſt. Elegantior etiam Prudent. Periſt. 9, 51 *vbi Caſſiani mors narratur*

Inde alii ſtimulos et acumina ferrea vibrant,
Qua parte aratis cera ſulcis ſcribitur:
Et qua ſecti apices abolentur, et aequoris hirti
Rurſus niteſcens innouatur area.

Nempe ſaepe homines vulneratos adeoque interfectos graphiis legimus: vid. Sen. de Clem. 1, 14. Suet. in Caeſ. c. 82. *et* Claud. c. 28.

GRAPHĬCVS, a, um. Adi. [γραφικός] *Ad vnguem factus, abſolutusque, et quaſi pictoris manu expolitus.* Plaut. Stich. 4, 1, 64 Graphicum mortalem Antiphonem! vt apologum fecit, quam fabre! Idem Epid. 3, 3, 29 Nae tu graphicum habes ſeruum, et quantiuis pretii. Fur graphicus Plaut. Trin. 4, 3, 17. Mortalis Id. Pſeud. 1, 4, 104. Nimium graphicus nugator, *vid. poſt* NIMIS. *Compar.* Graphicoteram adſpectu efficient delectationem Vitr. 4, 4. *extr.*

GRAPHICE. Adu. [γραφικῶς] *Eleganter, polite.* Plaut. Perſ. 2, 5, 5 Nunc huic ego graphice facetus fiam, *etc.* Idem Trin. 3, 3, 38 Exornetur graphice. *Conf.* Apul. Met. 8 p. 214 *et* 10. p. 254.

GRAPHIARIVM, i. n. [γραφειοθήκη Gloſſ. Graeco-Lat.] *Theca, in qua ſtili reponuntur.* Martial. 14, 21 Haec tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro, *etc.*

GRAPHIARIVS, a, um. Adi. *Vt,* Graphiaria theca Suet. Aug. c. 32. *et* Claud. c. 35.

GRAPHISCVS Dioclis, [Διοκλέος γραφίσκος] *Ferramentum telis educendis excogitatum a Diocle medico. Deſcribitur a* Celſo 7, 5, 3 Lamina ferrea vel aenea etiam, ab altero capite duos vtrinque deorſum conuerſos vncos habens, ab altero duplicata lateribus, leuiterque extrema eam in partem inclinata, qua ſinuata eſt; inſuper etiam parte inclinata perforata eſt. *Ex qua quidem definitione vſus eius, vix autem appellationis ratio intelligitur.*

GRASSOR, āri. *Eſt Frequentatiuum a* Gradior, *celeriter et vehementer gradi,* Vet. Gloſſ. ὀξυποδᾶν. *Deinde et vehementes impetus bonorum pariter et malorum refertur. Hinc* Non. 4, 219 Graſſari dicitur ſupra modum ſaeuire. *Sed nec originis et antiquiſſimi vſus obliuiſcitur,* Graſſari etiam dicimus ambulare. Titinn. Vende thenſam atque mulos, ſine eam pedibus graſſari — Nouius — Saepe hac eadem ſum graſſatus via, *etc.* Feſtus, Graſſari dicuntur latrones vias obſidentes. Gradi ſiquidem Ambulare eſt: vnde tractum graſſari, videlicet, ab impetu gradiendi. *Hinc* Vet. Gloſſ. Graſſatur, λωποδυτεῖ. *Hinc* GRASSATOR. Sueton. Aug. c. 67 Praedagogum miniſtroſque Caii filii, per occaſionem valetudinis mortiſque eius ſuperbe auareque in prouincia graſſantes *etc. Sic* Graſſati omni rapinarum genere Sueton. Veſpaſ. c. 6. *Sed late patet, vti diximus, hoc verbum, et omnem conandi, agendiue, bonum malum, vehementiam ſignificat.* Liu. 2, 12 *extr.* Trecenti coniurauimus principes iuuentutis Romanae, vt in te hac via graſſaremur. Cupidine iraque graſſari coepit Salluſt. Iug. c. 64. Graſſari ad gloriam virtutis via, *pro Ingredi et procedere.* Salluſt. initio Iugurth. Sed dux atque imperator vitae mortalium, animus eſt, qui vbi ad gloriam, virtutis via graſſatur, abunde pollens potensque et clarus eſt, *etc.* Placuit veneno graſſari Tac. Hiſt. 3, 39, 1. Graſſandum ad clara periclis Sil. 1, 570. *conf. ibid. Drakenborch.* Suet. in Calig. c. 34 Nec minore liuore ac malignitate, quam ſuperbia ſaeuitiaque paene aduerſus omne genus hominum graſſatus eſt. *i. Improbum ac maleficum ſe exhibuit, in diesque nocentiorem.* Iuſtin. 1, 9 *de Cambyſe,* Non dubitauit poſt ſacrilegia, etiam parricidium facere. Erat enim difficile vt parceret ſuis, qui contemtu religionis graſſatus etiam contra deos fuerat. *Et* 2, 12 Quoniam ferro in homines non poterat, in aedificia igne graſſatur. Graſſari in poſſeſſionem agri publici Liu. 6, 5. Graſſari obſequio: *metaphorice dixit* Horatius, *de captatore loquens* Serm. 2, 5, 93

— Dauus ſis comicus, atque
Stes capite obſtipo, multum ſimilis metuenti,
Obſequio graſſare.

In bonam partem. Liu. 3, 44 Iure graſſari, non vi: *h. e. Procedere.* Idem 10, 14 Conſilio graſſandum, ſi nihil vires iuuarent, ratus, *etc.* Curt. 5, 6, 6 Nec auaritia ſolum, ſed crudelitas in capta vrbe graſſata eſt.

GRASSANS, antis. Part. Quicquid Lycurgi villa graſſantibus praebuiſſet Petron. c. 117.

GRASSĀTOR, ōris. m. [λωποδύτης Gloſſ. Lat. Gr.] *eſt Viarum in vrbe, vicorumque obſeſſor, qui obuios iniuriae opportunos ſpoliat, pulſat, intentata morte territat.* Plin. in Paneg. 34 *pr.* Vidimus delatorum iudicium quaſi graſſatorum, quaſi latronum. Iuuen. Sat. 3, 305 Interdum et ferro ſubitus graſſator agit rem. Cic. de Fato 34 c. 15 Hoc enim modo viator quoque bene veſtitus, cauſa graſſatori fuiſſe dicitur, cur ab eo ſpoliaretur. Gell. 20, 1 Nocturnus graſſator. *Cum ſicariis coniungit* Suet. Caeſ. c. 72. *Vid. Torrent. ad* Suet. Aug. c. 32. *Interpp.* Petron. c. 15. Graſſatores, *inquit* Calliſtratus in l. Capitolium §. graſſatores D. de poenis, Qui praedae cauſa id faciunt, proximi latronibus habentur: et ſi cum ferro aggredi et ſpoliare inſtiterunt, capite puniuntur; vtique ſi ſaepius atque in itineribus hoc admiſerunt: caeteri in metallum dantur, et in inſulas relegantur. Claudius Iuriſconſultus, Furta, inquit, manifeſta a non manifeſtis diſcerni ſolent, vt rixae a graſſaturis, expilationes a furtis, violentia a petulantia. ¶ 2 Graſſator *eſt apud veteres, qui ventri deditus, auide conuiuia ſequitur* Cato *apud* Gell. 11, 2 Poëticae artis honos non erat; ſi quis ea in re ſtudebat, aut ſeſe ad conuiuia applicabat, graſſator vocabatur. *Conf. Cael. Rhod. 7, 1. et Reineſ. V. L. 2, 7 p. 172.*

GRASSARIVS, i. m. *Idem.* Feſtus.

GRASSATIO, ōnis. f. [λωποδυσία Gl. Gr. Lat.] Plin. 13, 22 *extr. de ſapſia loquens,* Nero Caeſar claritatem ei dedit, initio imperii nocturnis graſſationibus conuerberatam faciem illinens ſibi cum ture ceraque, et ſequente die contra famam, cutem ſinceram circumferens.

GRASSATVRA, ae. f. [λωποδυσία Gl. Gr. Lat. λωπόδυσμα] Sueton. in Tiber. c. 37 In primis tuendae pacis, a graſſaturis, ac latrociniis, ſeditionumque licentia curam habuit. *Add. locus* Calliſtrati, ICti, *quem modo dedimus, voce* GRASSATOR.

GRATES, *vid. mox poſt* GRATIFICATOR.

GRATIA, ae. f. [χάρις] *Eſt res iucunda, vel quatenus tribuitur, et ſic plerumque vocatur beneficium; vel qua percipitur, ita gratus animus eſt, eiuſque ſignificatio; vel qua redditur, i. officium hominis grati; vel vt conciliat homines inter ſe, et eſt amicitia; vel in quantum aliquis placet pluribus, qui eſt fauor multitudinis. Huc referri poſſit omnem huius nominis vſum, qui experiri volet reperiet. Gratum animum notat, cum ſic definitur,* Gratia eſt in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria, et alterius remunerandi voluntas continetur Cic. de Inuent. 2, 161. Ter. Andr. 2, 1, 33 Ego Charine neutiquam officium

cium liberi eſſe hominis puto, quum is nihil promereat, poſtulare id gratiae apponi ſibi, *imputari vt beneficium.* Concludam orationem meam ſermonis magis fini, quam gratiae Auſon. Paneg. Gratiani c. 23. *i. grati animi. Conf.* Plaut. 3, 6, 16. Ad gratiam, *vid.* AD. Animus aduerſus gratiae, *vel* obnoxius Quinctil. 3, 9. Debilitas gratiae Cic. Fam. 6, . . Ouid. Faſt. 1, 701 Gratia Dîs, domuique tuae, religata catenis Iam pridem veſtro ſub pede bella iacent. Quinctil. in prooem. 1 Nullam Ingenii ſperantes gratiam, *i. iucunditatem et inde laudem et commendationem.* Recte factorum gratia, *iucunditas, quae inuitat homines ad laudandum* etc. Tacit. Ann. 3, 53. Sermonis gratia Hor. de Arte Poët. 69 *ſuauitas.* Gratia villae, *pro iucunditate, venuſtate* Plin. Epiſt. 2, 17 Miraris cur me Laurentinum meum tantopere delectet? Deſines mirari, quum cognoueris gratiam villae, opportunitatem loci, litoris ſpatium. Gratia iam in adoleſcentulo magna erat Nepos 25, 2, 4. Non erit ignotae gratia magna Lyrae Ouid. de Arte Am. 3, 400. Ampli calices, variae quidem gratiae, ſed pretioſitatis vnius Apul. Met. 2. *Pro Fauore.* Salluſt. in Iugurth. 25 Ita bonum publicum (vt in plerisque negotiis ſolet) priuata gratia deuictum. Gratia Copia eſt amicorum *ait* Aſconius in Act. Verr. 1, 25 *vbi ſermo eſt de Verris* filio blando et gratioſo. *Sic* Cic. pro Quint. 2 P. Quintius, cui exiguae amicorum copiae ſunt, cum aduerſario gratioſiſſimo contendat. Bona gratia, *vid.* BONVS, *et mox* n. 2 Componere. Illuſtris Cic. pro Domo 46. Immerita, *vid. h. v.* Immenſa Tacit. Ann. 14, 53. Improba fallacis Praetoris Iuuen. Sat. 13, 4. Incluta Neſtorei cedet tibi gratia mellis, *i. iucunditas illius eloquentiae* Lucan. ad Piſon. 64. Infida, *Incerta, inſtabilis.* Plin. Epiſt. 1, 5 *non procul a fine*, Gratia malorum tam infida eſt, quam ipſi. Iuuenilis Stat. Silu. 2, 2, 10. Leuior pluma eſt Plaut. Poen. 3, 6, 17. Magna Ioui gratia Tibull. 1, 4, 23 *debetur ti magnum beneficium.* Rara fratrum gratia Ouid. Met. 1, 145. Vana gratia meriti tui Idem ex Pont. 2, 11, 8. Vilis gratia alicuius Id. de Arte Am. 2, 29. Viuax, *Perpetua* Hor. in Arte Poët. 69.

¶ 2 *Verborum formulae:* Aboleſcet gratia facti Virg. Aen. 7, 232. Abeſt gratia officio Ouid. ex Pont. 3, 4, 52. Plin. Epiſt. 2, 5 Nec ea quae ſtomachus noſter recuſat, Adimunt gratiam illis, a quibus capitur. Quinctil. 2, 13 Quam quidem gratiam et delectationem Afferunt figurae, quaeque in ſenſibus, quaeque in verbis ſunt. Aucupari gratiam alicuius Cic. Fam. 5, 12. *i. fauorem.* Quinctil. 6, 1 Nam et cautiores ad cuſtodiam ſuae religionis iudices facit, et gratiam reſponſuris Aufert. Augere gratiam, Cedere gratia, *vid. hh. vv.* Capere gratiam *dicitur* animus Cic. Fam. 2, 5. *i. intelligere quantum accipiat, et recte aeſtimare.* At tu immenſam gratiam, innumeram pecuniam Circumdediſti Tac. Ann. 14, 53 *Seneca de beneficiis in ſe Neronis.* Coaequare gratiam, *vid.* COAEQVO. Hor. Epiſt. 1, 3, 32 An male ſarta Gratia nequidquam Coit, et reſcinditur? Colligere gratiam ex priuatorum negotiis Cic. de Orat. 3, 135. *i. fauorem multitudinis ſibi parare.* Idem Q. Frat. 2, 16 Ex hoc labore magnam gratiam, magnamque dignitatem ſim collecturus. Commemorare gratiam Cic. poſt red. in Senat. 24. Ter. Phorm. 4, 3, 17 Cur non inquam Phormio, vides, inter nos ſic haec potius cum bona vt Componantur gratia, quam cum mala? *i. amice conſeruata humanitate. vid. mox* DIMITTERE. Ter. Hec. 3, 5, 29 Neque alio pacto Componi poteſt inter eas gratia, *amicitia, vt altera alteri iucunda ſit.* Concedere aliquid beneficii gratiaeque cauſa Cic. Verr. 3, 115. Conciliare gratiam Idem de Clar. Orat. c. 43. Conciliare alicuius gratiam ſibi Id. pro L. Manil. 70. Conſequi gratiam Cic. de Orat. 1, 317. Conuellere gratiam, *vid. h. v.* Cupio gratiam tuam Plaut. Perſ. 4, 4, 18. Idem Trin. 1, 1, 12 Nimioque hic pluris paucorum gratiam faciunt pars hominum, quam id, quod proſit pluribus. Cic. de Fin. 3, 73 c. 21 Pietas erga deos, et quanta his gratia Debeatur. Gratias Debere Scribon. Epiſt. . . . Derogare gratiam alicui, *vid.* DEROGO. Dimittere aliquem cum bona gratia Cic. de Fato 7. Diſſiluit gratia fratrum, *i. Rupta eſt et ſeparata amicitia* Hor. Epiſt. 1, 18, 41. Dare gratiam vel veniam Cic. de Diuin. 2, 6. Efficere aliquid gratiâ Idem Fam. 10, 12. Effundere gratiam collectam Id. Fam. 2, 15. Eſt ante omnia Clazomenio vino gratia Plin. 14, 7. Excipere gratia Cic. Fam. 1, 9. Exigere gratiam Idem de Amicit. 50. Quinctil. 4, 2 Narrationem, vt ſi vllam partem orationis, omni, qua poteſt, gratia, et venere Exornandam puto. Exſtinguit gratiam noſtram hominum ſuſpicio, quod Pompeio ſe gratificari putant Cic. Fam. 1, 1: *Qui propter beneuolentiam erga me tibi fauerent, illi hoc intermittunt, quia putant, aduerſando tibi ſe Pompeio gratificari, magno ipſi quoque amico meo, cui fauendo me offendere non poſſint.* Exulcerare gratiam, *vid.* EXVLCERO. Plin. Epiſt. 1, 2 Libelli, quos emiſimus, dicuntur iam in manibus eſſe, quamuis iam gratiam nouitatis exuerint, *i. non amplius nouitate placeant.* Facere gratiam hominum pluris Plaut. Trin. 1, 1, 12. *Sed alias* Facere alicui gratiam rei cuiusdam *eſt illam remittere; quae formula orta eſſe videtur a more gratias agendi pro iis, quae deprecamur. Itaque* Plaut. Moſt. 5, 2, 9 De coena Facio gratiam *ſignificat, de coena, ad quam me inuitas, beneficium tibi in animo meo facio, fingo me tibi debere. Deinde, vt fit, latius progreſſi dixere etiam* Facere gratiam iuriſiurandi Plaut. Rud. 5, 3, 59. Facere gratiam delicti Liu. 3, 56 *pr.* Cort. ad Sall. Iug. 52, 8. Ferre alicui legem per gratiam Cic. pro Domo 81. Gratia, quae tarda eſt, ingrata eſt: gratia namque, Dum Fieri properat, gratia grata magis Auſon. Epigr. 81. Gratificari gratiam Sall. de Ord. Rep. 1. Habere gratiam *eſt* beneficium *in animo memori habere.* Cic. pro Balbo 2 Me omnibus, qui amici fuerint ſaluti et dignitati meae, ſi minus referenda gratia ſatisfacere potuerim, at praedicanda et Habenda certe ſatis eſſe facturum. *Ponamus hic pro* Gratia, *rem nobis optabilem, beneficium, et ſua ſingulis formulis conſtabit ſententia.* Ter. Eun. 4, 6, 12 Et Habetur et refertur, Thais, a me, ita vti merita es, gratia. *Vid.* Donatus. Habenda diis immortalibus gratia Cic. in Catil. 1, 11. Habenda iis quoque gratia eſt, per quos labor nobis detractus eſt Quinctil. 5, 10. Plaut. Merc. 5, 3, 4 Haec quum fugiant ſenes, tu tamen ſenectuti gratiam non Habeas. Ter. Eun. 4, 6, 12 Et Habetur, et refertur a me Thais tibi, ita vt merita es gratia. *Vbi* Donatus, Qui habet apud ſe gratiam, nondum retulit. Retulit, qui deſtitit Habere. Multum ergo hic dicit, et habetur gratia et refertur. Quem ſenſum tranſtulit Salluſtius in bellum Iugurthinum c. 110 Arma, pecuniam ſume, vtere: et quoad vixeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris, ſemper apud me integra erit. *Vid.* HABEO *et mox* Referre gratiam. Sen. de Benef. 2, 30 ſeq. Habere aliquem in gratia Suet. Domit. c. 11. Inceſſere gratiam Quinctil. 5, 7, 2 *exprobrare alicui fauorem aliorum.* Ter. Eun. 3, 5, 9 Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, Inibo. *Vbi* Donatus, Gratiam Inire, eſt Dare beneficium, ac per hoc Inire gratiam, i. e. amicitiam. Sed haec elocutio, Gratiam ab eo inibo, pro Eius gratiam merebor. Cic. Fam. 4, 2 Gratiam quoque nos Inire ab eo defendenda pace arbitramur. *Add.* Id. Att. 7, 9. Nep. 7, 9, 5. Inire gratiam ad aliquem Liu. 33, 46. Inire gratiam apud aliquem Idem 33, 27. Inire gratiam cum aliquo, *vid.* INEO. Inire gratiam victoris Curt. 5, 9, 2. Inuenire gratiam, *vid.* INVENIO. Languet mihi gratia Sil. 17, 365. *h. e. Non eadem eſt mihi gratia apud te, quae quondam eſſe ſolebat.* Languet, *Fit minor.* Negligere gratiam alicuius Plaut. Trin. 2, 4, 97. Parare gratiam Quinctil. 1, 6. Gratia gratiam Parit Sen. de Benef. 2, 1 *et* 2. Parere apud aliquem Liu. 34, 44. Patere reditum gratiae alicui Cic. de Aruſp. Reſp. 52. Perdere gratiam orationis Quinctil. 6, 1. Perit gratia ſi repoſcatur Plin. Epiſt. 1, 13. *i. beneficium, et ſi quid pro eo debetur.* Perſoluere mente gratiam alicui meritam Cic. pro Planc. 68. Petere aliquid loco beneficii gratiaeque Idem Verr. 3, 115. Petere gratiam a patre, *pro Petere veniam* Plaut. Stich. 1, 2, 23. Petere gratiam alicuius, *idem quod Cupere gratiam* Idem Aulul. 2, 2, 69. Cic. Fam. 8, 6 Amabo te ſi quid quod opus fuerit, Appio facies: Ponito me in gratiam. *ſubaudi, Ipſius Appii.* Ponere aliquem in gratiam apud alterum Cic. Att. 6, 6. *Add.* ib. 5, 3. *Vid. Victor. ad h. l. it. Gronou. ad* Liu. 44, 14. *Breuiter*, ponit Ciceronem in gratiam apud Appium, *qui quae Appii cauſa facit, quae beneficia tribuit Appio, ea ſe commendatione Ciceronis facere, tribuere, Appio indicat. Declarat* Cic. Att. 2, 25 Cum aliquem apud te laudaro tuorum familiarium, volam illum ſcire ex te, me id feciſſe. Poſui apud Patronem et reliquos Barones te in maxima gratia Cic. Att. 5, 11. *Add.* ib. 6, 1. Praecipere gratiam Liu. 6, 26 *pr. i. Ante capere.* Cic. pro Planc. 68 Nam haec priuatim fortaſſe officiorum memoriam et gratiam Quaerunt. *i. Animum gratum poſtulant.* Cic. pro Rabir. Poſt. 19 c. 7 Quem enim ex tantis inimicitiis Receptum in gratiam ſummo ſtudio defenderim, hunc afflictum violare non debeo. Reconciliata Cic. Fam. 3, 12. Reddere gratias alicui voluntate ipſa Idem pro Planc. 68. Redire in gratiam cum aliquo, *pro Reconciliari.* Cic. Att. 1, 14 Cum Luceio in gratiam Redi. *Conf.* Nep. 25, 17, 1. Cum inimico nemo in gratiam tuto Redit P. Syr. Mim. Cic. Att. 2, 3 Coniunctio mihi ſumma cum Pompeio, ſi placet etiam cum Caeſare Reditus in gratiam, cum inimicis pax. Ter. Phorm. 5, 7, 73 Ego Redigam vos in gratiam. Reducere, reconciliare, et reſtituere vnum cum alio in gratiam Cic. de Prouinc. Conſul. 23. Ter. Andr. 5, 4, 45. Reducere aliquem in gratiam cum altero Quinctil. 5, 11. Referre gratiam, *Reddere beneficium* Ter. Eun. 2, 3, 93. Idem Philipp. 3, 4 Quanquam gratia Referri tanta non poteſt, quanta debetur, habenda tamen eſt, quantam maximam animi noſtri capere poſſunt. *Et* pro Planc. 68 Debitio pecuniae et gratiae diſſimilis. nam qui pecuniam diſſoluit, ſtatim non habet id quod reddidit: qui autem debet, is retinet alienum. gratiam autem et qui Refert, habet: et qui habet, in eo ipſo quod habet, refert. *Eadem habet* Offic. 2, 69 c. 20 Referre gratiam inops ſi non poteſt, habere certe poteſt. Commode autem, quicunque dixit, Pecuniam qui habeat, non reddidiſſe; qui reddiderit, non habere, *etc.* Referre plenius gratiam Quinctil. 2, 16. Referre alicui bonam gratiam Cic. Att. 2, 9. Referre iuſtam debitamque gratiam Idem pro Corn. Balbo 59. Referre meritam gratiam debitamque Id. de Orat. 3, 14. Referre mutuam gratiam Cic. in Salluſt. 9. Idem pro Roſc. Com. 20 c. 7 Neque tamen pro beneficio ei par gratia Refertur. Referre praeclaram Pop. Rom. gratiam Id. in Catil. 1, 28. *Add.* Nep. 2, 8, 7. *et* 18, 6, 5. Nullum officium Referenda gratia magis eſt neceſſarium Cic. Off. 1 c. 15. Referre gratiam, *in malam partem.* Idem Q. Frat. 2, 3 Surrexit Clodius: ei tantus clamor a noſtris (placuerat enim Referre gratiam) vt neque mente, neque lingua, neque oratione conſiſteret. *Conf.* Ter. Eun. 2, 3, 93. *et* 5, 3 *pr.* Rependere gratiam facto Ouid. Met. 2, 694. Cic. Att. 1, 1 Salluſtium praeſentem Reſtituere in eius veterem gratiam non potui. — cum aliquo Ter. Hec. 3, 1, 11. Reſtituere gratiam alicui Cic. de Petit. Conſ. 16. Retinere alicuius gratiam, *i. Fouere amicitiam.* Cic. Q. Frat. 2, 3 Quae tibi eo ſcribo, quod me de Retinenda Seſtii gratia literis ſaepe monuiſti. Puto per Pomponium fouendum tibi eſſe Hortenſium. *i. Retinendam gratiam* Cic. Q. Frat. 1, 3. Rupit gratiam ira Sen. Thyeſt. ſ. 7. Scribere gratias Gell. 3, 8. *vt* agere. Caeſ. B. C. 1 *pr.* Sin Caeſarem reſpiciant, atque eius gratiam Sequantur, *i. amicitiam beneuolentiam.* Hor. de Arte Poët. 69 Nedum ſermonum Stet honos et gratia viuax, *i. placeant iidem ſermones diu.* Cic. Att. 2, 9 Erit nebulo iſte cum his dynaſtis in gratia. In laude et gratia eſſe Idem Verr. 1, 21 c. 8. In gratia pecuniaque magna fortunatum eſſe Gell. 16, 19. Cic. Fam. 1, 9 Ego quum mihi cum illo magna iam gratia Eſſet, quod eius omnes grauiſſimas iniurias communis concordiae cauſa voluntaria quadam obliuione contriueram, eius repentinam, *etc.* Propert. 2, 33, 20 Cum Tiberi et Nilo gratia nulla Fuit. *i. Nunquam Aegyptii et Romani ſe inuicem amauerunt.* Gratia ante omnia Eſt Clazomenio vino Plin. 14, 71. Solida Eſt mihi gratia tecum Ouid. Met. 12, 576. Eſt gratia, *pro Ago gratias* Plaut. Men. 2, 3, 36. In memoria et remuneratione officiorum et honorum et amicitiarum obſeruantiam Tenet gratia Cic. de Inuent. 2, 66. Tenere gratiam alicuius Suet. in Auguſt. c. 13. Tenere Caeſaris, et Pompei gratiam, *etc. i. Eſſe in gratia* Cic. Q. Frat. 2, 14. Tollere beneficium et gratiam Idem de Fin. 2, 117. Tacit. Ann. 3, 53 Et quum recte factorum ſibi quisque gratiam trahant, vnius (*principis*) inuidia ab omnibus peccatur. Tribuere gratiam alicuius rei inuentori Cic. de Fin. 4, 13. Tueri dignitatem gratia Idem Att. 1, 17. Valere gratia Plin. Epiſt. 1, 17. Multum Valere apud aliquem gratia Nep. 9, 2, 1. Velle alicuius gratiam Plaut. Curc. 2, 3, 52. Venit gratia magna minimo labore Ouid. Amor. 3, 4, 46.

¶ 3 *Qui* gratia *alterius, hoc propter amicitiam et amore illius facit aliquid, is etiam* cauſa *illius facere, velle, etc. dicitur. Hinc ortum eſt, vt* Gratia, *Ablatiuo caſu, idem ſignificet, quod cauſa, ratione, occaſione.* Ter. Andr. 2, 6, 2 Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam portare, et ea me hic reſtitiſſe gratia. *Vbi* Donatus, Gratia veteres pro Cauſa ponebant. Hominum gratia generatas beſtias videmus Cic. de N. D. 2, 158 c. 63. Huius accuſandi gratia miſſus Nep. 9, 3, 2. Dolorum effugiendorum gratia Cic. de Fin. 1, 39. Idem de N. D. 3, 67 Id ea gratia, vt dum nati diſſipatos artus captaret parens, ipſa interea effugeret, *ex Ennio.* Probri gratia Sall. Catil. 23, 1. Gratia mea, *h. e. Mea cauſa, propter me.* Plaut. Bacch. 1, 1, 64 Nam id flagitium meum ſit, mea gratia

tia te operam dare mihi, et ad eam operam facere ſumtum de tuo. ¶ 4 Gratiae, *Plur. adhibetur inprimis cum verbo* Agere *et deriuatis, ad augendam magnitudinem beneficii.* Actio gratiarum et congratulatio Cic. in Brut. 3. *Conf.* Curt. 4, 11, 16. Tacit. Ann. 14, 56, 6. Actionem gratiarum ab aliquo deſiderare Cic. Fam. 10, 19. Immemor gratiarum nemo gratus inuentus eſt Idem poſt red. in Senat. 22. *Sed* Tacit. Ann. 12, 15 Gratiae externae *ſunt amicitiae ſ. amici. Sic* Acquirere et retinere gratias, *i. amicos* Cic. Att. 1, 1. Agere gratias *eſt* loqui beneficium *et commemorare, quam illud ſit nobis iucundum, vel apud ipſum qui tribuit, vel apud alios.* Iam non Ago tibi gratias: cui enim re vix referre poſſum, huic verbis non patitur res ſatisfieri Brut. ad Cic. Fam. 11, 13. Gratias verbis ampliſſimis Idem Philipp. 1, 3 c. 1. Immortales Id. Fam. 10, 11. Incredibiles ſuo et alterius nomine per literas Cic. Fam. 13, 28. Ingentes, *vid.* INGENS. Iuſtiſſimas Cic. de Legib. 2, 6. Miras Idem Att. 16, 7. Apud aliquem mirificas Id. Fam. 13, 43. Singulares Cic. Fam. 13, 42. Habeo pol Diis gratias, cum in pariendo aliquot adfuerunt liberae Ter. Andr. 4, 5, 31. *Sed frequentius inuenimus* Gratiam habere *quam* Gratias. Tacit. Ann. 12, 37 Agrippinam quoque haud procul alio ſuggeſtu conſpicuam, iisdem, quibus principem, laudibus, gratiisque venerati ſunt. *De* Gratiis *quod contractum eſt in* Gratis *vid. p. p. h. v.* ¶ 5 Gratiae, *quae etiam Graeco nomine* Charites *appellantur, Deae quaedam et* venuſtatis *et* amicitiae. Seru. *ad* Aen. 1, 720 Acidalia Venus — a fonte Acidalio — in quo ſe Gratiae lauant, quos Veneri conſtat eſſe ſacratas. Ipſius enim et Liberi filiae ſunt, nec immerito. Gratiae enim per horum munera fere conciliantur. Ideo autem nudae ſunt, quod gratiae ſine fuco eſſe debent; ideo connexae, quia inſolubiles eſſe gratias decet. Horatius (Od. 3, 21) *Segnesque nodum ſoluere Gratiae.* Quod vero vna auerſa pingitur, duae ad nos reſpicientes, haec ratio eſt, quia profecta a nobis gratia duplex ſolet reuerti, vnde eſt (v. 548) *Nec te certaſſe priorem poeniteat. Haec Servius.* Hygin. pr. Fabb. Ex Ioue et Eurynome *natas ait* Gratias, *vbi plura Munckerus.* Luctat. *ad* Statii Theb. 1, 286 Nomina Gratiarum ſunt tria, Paſithea, Aglaie, Euphroſyne, Iouis et Harmonies filiae. *Allegoriam explicat etiam et mythologiam demonſtrat* Sen. de Benef. 1, 3 *int.* Decentes Hor. Carm. 1, 4, 6. Gratia iuncta nudis ſororibus Idem Carm. 3, 19, 16. Solutis Gratiae zonis Id. Carm. 1, 30, 6. Gell. 13, 11 Dicit Varro — conuiuarum numerum incipere oportere a Gratiarum numero, et progredi ad Muſarum: id eſt, proficiſci a tribus, conſiſtere in nouem *etc.* *Et* Macrob. Sat. 1, 7 *de eodem Varrone,* Conuiuarum numerum hac lege definit, vt neque minor quam Gratiarum ſit, neque quam Muſarum numeroſior. *Subiicit deinde ex perſona Vettii,* Hoc nobis praeſentia veſtra praeſtabit, vt et Muſas impleamus et Gratias. Cic. de N. D. 3, 44 c. 17 Gratia (*an* Gratiae) *inter Deos* Erebo et Nocte natos referuntur. *Conf.* CHARITES *in* CHARIS. *Item* Barth. *ad* Stat. Theb. 2 p. 439. Apul. Met. 6 p. 183.

GRATIOLA, ae. f. Dimin. Diomed. 1 c. *extr.* *Eſt etiam Herba.*

GRATIVS, *gentis Romanae nomen, cuius eſt Poëta nobilis venaticus.*

GRATIANVS *cognomen, v. g. Imperatoris, Valentiniani fil. it. Praetoris, de quo* Tacit. Ann. 6, 38. *A domino officinae argentariae dicta apud* Plin. 33, 11 Vaſa Gratiana.

GRATIDIVS, *et* GRATIDIANVS, *Romanorum nomina, quae memorauit* Cicero de Legib. 3, 30. *et* de Off. 3, 80.

GRATILLA, ae. f. *Libi genus.* Arnob. 7 p. 230.

GRATIŌSVS, a, um. Adi. [χαρίεις] *Gratia abundans, id eſt fauore multitudinis vel potentium. Vix enim reperietur de eo poſitum, qui beniuolentia vel indulgentia ſua alios complectatur.* Cic. Verr. 3, 69 Hic Venerius, quemadmodum aratores eluſerit ex vna pactione hominis honeſti, gratioſique cognoſcite. Homo gratioſior Cic. Verr. 4 c. 30. Cum aduerſario gratioſiſſimo contendere Cic. pro Quint. 2 c. 1. *Conf.* Tacit. Germ. 20, 7. Petron. c. 140. Potens et gratioſus homo Cic. pro Cluent. . . Potens, gratioſus, diſertus homo Idem pro Cael. 21. Splendidi homines et gratioſi Id. Verr. 3, 37. Cic. pro Muraen. 73 Et ad hoc officium neceſſitudinis, et ad reliquum tempus gratioſus. Vir ad ambitionem gratioſus Idem de Petit. Conſ. 17. Cic. Off. 3, 58 Tum Pythius qui eſſet, vt argentarius, apud omnes ordines gratioſus. Idem Fam. 1, 3 Vehementer confidit his meis literis ſe apud te gratioſum fore. *Et* Att. 15, 4 Eramus gratioſi apud Caeſarem. In ſuis ciuitatibus et municipiis gratioſi homines Cic. pro Muraen. 47. Habere in re aliqua ſui cupidos et gratioſos Idem pro Planc. 46. Gratioſi eramus apud illum, quem, *etc.* Id. Att. 15, 4. *Cum Datiuo.* Cic. pro Planc. 47 Iam vt ego doceo gratioſum eſſe tribulibus Plancium, *etc.* Plin. 16, 33 Odore violenta, ac ne vmbra quidem gratioſa. *i. grata, iucunda, quam multi ament.* *Sed* ¶ 2 Gratioſa miſſio, *Quae per illicitum fauorem facta eſt.* Liu. 43, 16 *extr.* Miſſorum cauſas ſeſe cognituros eſſe: et quarum ante emerita ſtipendia gratioſa miſſio ſibi viſa eſſet, eos milites fieri iuſſuros. *Sic* Gell. 4, 18, 3 *Scipio accuſatur,* Accepiſſe a rege Antiocho pecuniam, vt conditionibus gratioſis ac mollibus pax cum eo Populi Rom. nomine fieret. Conditiones gratioſae *in quibus* gratum *et* gratia fit *ei, cui illae feruntur. Nempe, vt ait,* Gell. 9, 12 *pr.* Gratioſus eſt et qui adhibet gratias, et qui admittit. *Sic* Sententia gratioſa, *i. Fauorabilis, ſiue Per gratiam et fauorem a iudice lata.* Vlpian. in l. in heredem D. de calumniat. Ob falſum teſtimonium, vel iudici ob gratioſam ſententiam datum, et heredi extorquebitur. *Hinc non male* Iſid. 10 lit. G. Gratioſum *vocat*, qui plus vnicuique quam mereatur tribuit.

GRATIOSE. Adu. [χαριέντως] Vlpian. in l. tutor qui repertorium §. Competet. D. de adminiſtratione tutorum, Si praedia non idonea comparauerunt per ſordes aut gratiam. quid ergo, ſi neque ſordide, neque gratioſe: ſed non bonam conditionem elegerint? *Ita accipitur vt* Gratioſus n. 2 *ad captandam gratiam, per fauorem. Laudatur* Gratioſus Aſcon. in Cic. Verr. 1 c. 9.

GRATIOSĬTAS, ātis. f. *Gratia, commendatio.* Tertull. adu. Marc. 1, 9 Naturalem nouitatis gratioſitatem volui repercutere.

GRATIS. Adu. [προῖκα, δωρεὰν] *Gratuito, non ſoluto Pretio.* Ter. Phorm. 3, 2, 15 Vt phaleratis dictis ducas me, et meam ductes gratis? *Sed leg.* Gratiis *vid. ſtatim* n. 2. Cic. Verr. 1 Gratis Praetor factus eſt. Martial. 3, 30 Gratis conuiua recumbis. Cic. Q. Frat. 3, 1 Id me ſcis antea gratis tibi eſſe pollicitum. Seruire alicui gratis Cic. pro Cluent. 71 c. 26. Habitare gratis in alieno Idem Off. 2, 83 c. 23. *Et* de Fin. 2, 83 Vt aequitatem, modeſtiam, virtutes omnes per ſeipſas gratis diligant. Cic. pro Roſc. Com. 7 Hic primum queſtus eſt non leuiter Saturius, communem factum eſſe gratis cum Roſcio, qui pretio proprius fuiſſet Fannii. Cic. Verr. 4, 29 c. 12 Ita ab ſe inuito ablatas phaleras gratis. Gratis facere ſum paratus Nep. 15, 4, 2. Gratis et ſine mercede Suet. de Clar. Gramm. c. 13. ¶ 2 *Videtur Aduerbium hoc* Gratis *contractum ex Ablatiuo plur.* Gratiis: *q. d. pro ſolis* gratiis *nullo intercedente alio pretio.* Plaut. in prol. Aſin. 5 Age nunc reſide, caue modo ne gratiis. Neque triobulum amicae das, et ductas gratiis Plaut. Poen. 4, 2, 46. Ter. Phorm. 3, 2, 15 Vt phaleratis dictis ducas me, et meam ductes gratiis? Idem Adel. 4, 7, 26 Aliquo abiicienda eſt, ſi non pretio, gratiis. *Bentleius ad h. l. Certum eſt, inquit, nec Terentium nec Plautum vnquam dixiſſe* Gratis, *ſemper* τρισυλλάβως Gratiis. ¶ 3 Gratis *pro fruſtra* Petr. Chryſologus Serm. 8 *extr.*

GRATITV̄DO, ĭnis. f. *Vox veteribus prorſus inaudita, niſi forte antiquum putamus lemma* Val. Max. 5, 2 de Gratitudine. *Veteres* Gratum animum *dicunt.* ¶ 2 *Pro iucunditate ſaporis dixiſſe volunt* Apicium 3, 4. *Sed ibi nihil eſt.* *Et* 3, 6 *quo videntur reſpicere,* Grauitudo *eſt, v. v.*

GRATVITVS, a, um. Adi. [ἄμισθος] *Quod datur gratis, et ſine praemio: vt interpretatur his verbis.* Cic. de Legib. 1, 48 c. 18 Quid liberalitas? gratuitane eſt, an mercenaria? ſine praemio benigna eſt et gratuita: ſi cum mercede, conducta. *Et pro* Font. 22 Poteſtis igitur ignotos notis — mercenarios gratuitis anteferre? Cic. de N. D. 1, 121 Prata et arua et pecudum greges diliguntur iſto modo, quod fructus ex his capiuntur: hominum caritas et amicitia gratuita eſt. Hoſpitia ei gratuita decreuere Plin. 35, 9. Cic. de Fin. 2, 99 Innatam eſſe homini probitatem gratuitam, non mutuatam voluptatibus, nec praemiorum mercedibus euocatam. Suffragia gratuita ferre Cic. pro Planc. 16. *Quantitas tertiae ſyllabae, prorſus eſt anceps, eodem modo vt in Fortuitus, cuius tertiam* Horatius *produxit* Carm. 2, 15, 17. Stat. Silu. 1, 6, 16 Et quas praecoquit Eboſita cannas, Largis gratuitum cadit rapinis. *Sunt Phaleuci.*

GRATVITO. Adu. [ἀμισθὶ] *Idem quod Gratis.* Cic. Off. 2, 66 c. 29 Diſerti igitur hominis, et facile laborantis, quodque in patriis eſt moribus, multorum cauſas et non grauate, et gratuito defendentis, beneficia et patrocinia late patent. Vbi malos praemia ſequuntur, haud facile quisquam gratuito bonus eſt Sall. Hiſt. 1 c. 8. Gratuito proponere pecuniam Suet. Tiber. c. 48. Gratuito *et* Mercede, *contraria* Plin. 35, 9. Gratuito malus atque crudelis Salluſt. Catil. 16, 3.

GRATVS, a, um. Adi. [εὐγνώμων, ἐπίχαρις, χαρίεις, ἀσπάσιος] *Qui gratiam habet, agit, et ſi poteſt refert.* Ter. Adel. 2, 2, 43 Memorem me dices eſſe et gratum. *Vbi* Donatus, Figurate eſt inducta promiſſio praemiorum. Et bene vtrumque narrat: nam non continuo qui memor eſt, etiam gratus eſt. Memor enim eſt, qui apud ſe meminit. Gratus, qui meruit hoc nomine vocari, dum vicem reddit. nam multi ſunt memores, ingrati tamen. Plin. in Paneg. c. 43 Nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit. Cic. Verr. 2, . . Sed quod ſua intereſſe putabant, ſe memores gratosque exiſtimari, gratias iſti egerunt. Gratus ac memor beneficii Idem pro L. Agr. 2, 21. *Et* Fam. 11, 10 Gratiorem me eſſe in te poſſe, quam iſti peruerſi ſint in me, exploratum habes. Vt quam gratiſſimus erga te eſſe cognoſcerer Cic. Fam. 1, 5. Plin. 2, 9 Non ſumus profecto grati erga eos, qui labore curaque lucem nobis aperuere. *Add.* Cic. Fam. 5, 5. Idem pro Planc. 91 c. 38 Si bene de me meritis gratum me praebeo, non deſino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiumque grati. Virtutem alicuius grata memoria proſequi Cic. Phil. 14, 30 c. 11. Gratiſſimo animo proſequi nomen alicuius, *i. Eſſe gratiſſimum erga aliquem* Idem Philipp. 4, 3 c. 1. Sen. de Benef. 1, 4 Tu me aliquid eorum doce, per quae beneficentior, gratiorque aduerſus bene merentes fiam. Re ipſa atque animo gratiſſimus Cic. Fam. 10, 19. ¶ 2 Gratum *proprie dicitur illud, pro quo nos debere ſentimus, in quo differt a iucundo.* Gratum *eſt v. g. officium amici in luctu et dolore meo, non idem iucundum:* Iucunda *eſt aberratio inimici me petentis, ſe ipſum ferientis, ſed* grata *non eſt, h. e. nihil illi eo nomine debeo. Exempla rem demonſtrabunt: in quibus tamen ſunt etiam, in quibus magis ad iucunditatem et ſuauitatem, quam ad animum, quo illa excipiatur, reſpicitur.* Gratum eſt, *vox flebile gaudentis, certe animum gratum ſignificantis, ſi in malis aliquid tamen commode, et non nimis triſte, accidat.* Sil. 6, 584 Quidquid id eſt, dum non vinctum Karthago catenis Abripiat — Gratum eſt ò ſuperi! *i. gratus accipio.* Stat. Silu. 2, 1, 154 Gratum eſt, Fata, tamen, quod non mors lenta iacentis Exedit puerile decus. Sen. Med. 553 Suprema certe liceat abeuntem loqui Mandata: liceat vltimum amplexum dare. Gratum eſt et illud. *Ironice* Tibull. 4, 10, 1 Gratum eſt, ſecurus multum quod iam tibi de me Promittis. *Illuſtrauit hanc formulam Gronou. Diatr. Stat. c. 16. Vid.* Gratulari dolori *ex* Quinct. 6 *pr.* 8. Facis tu quidem abundantia quadam amoris, vt etiam grata ſint ea, quae ſine maximo ſcelere intermitti non poſſunt Cic. Fam. 1, 9. *Conf.* ib. 5, 11. Eſt iſtuc datum mihi, vt ſint grata, quae facio, omnia Ter. Eun. 3, 1, 5. Bis eſt gratum, quod opus eſt, vltro ſi offeras P. Syr. Mim. Beneficium Plaut. Rud. 4, 6, 17. Ter. Andr. 1, 1, 15 Et id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam. Quam ſit pulchrum, beneficio gratum, fama glorioſum, tyrannum occidere Cic. Philipp. 2 c. 46. Conuiua Hor. Serm. 2, 2, 119. Diua animo gratiſſima noſtro Ouid. Met. 5, 26. Dona Idem Epiſt. 1, 27. Error gratiſſimus Hor. Epiſt. 2, 2, 140. Plaut. Poen. 1, 1, 6 Quibus pro benefactis fateor debere tibi et libertatem et multas gratas Gratias. Hor. Epiſt. 1, 4, 14 Grata ſuperueniet quae non ſperabitur Hora. Liu. 2, 8 Gratae in vulgus Leges fuere. Gratior poteſtate Libertas Plin. Paneg. c. 87. Manu grata ſumere Hor. Epiſt. 1, 11, 23. Manus eorum gratum acceptumque eſſe Nep. 23, 7, 3. Quies Hor. Epiſt. 1, 17, 6. Tempore grato frui Idem Epiſt. 2, 2, 198. Virtus gratior veniens in pulchro corpore Virg. Aen. 5, 344. Cic. Att. 3, 24 Iſta veritas etiam ſi iucunda non eſt, mihi tamen grata eſt. Idem Fam. 4, 6 Cuius officia iucundiora ſcilicet ſaepe mihi fuerunt, nunquam gratiora. *Add.* ib. 13, 18. Gratum odore iucundo ladanum Plin. 12, 17. Gratum in cibo Plin. 11, 29. *Et* 10, 48 Cibis gratiſſima. Cic. Diu. Verr. 7 Quid eſt quod aut Pop. Romano gratius eſſe debeat, aut ſociis exterisque nationibus optatius eſſe poſſit, aut ſaluti fortunisque omnium magis accommodatum ſit? Cic. de Legib. 2, 41 Velim hoc, quod loquor, tibi gratum videri potius quam graue. Gratum eſt mihi *non modo ſignificat*, gratus *et cum ſtudio retribuendi accipio, aut iucundum eſt mihi; ſed etiam, gratia mihi pro illo habetur.* *Sic* Ter. Eun. 3, 1, 6 *optimi quique Faërno et Bentleio teſtibus habent* Eſt iſtuc datum profecto, vt grata mihi ſint quae facio omnia. *Sic* Heaut. 2, 3, 21 Quod tamen nunc faciam; tum cum gratum mî eſſe potuit, nolui. Minime gratum,

tum, *vid. poſt* MINOR. Accidit mihi illud gratum, *vid.* ACCIDO. Facere alicui gratum, *i. Rem gratam* Cic. Att. 13, 45. *Conſ.* Idem Fam. 13, 36 *et* 37 *et* 40 *et* 44. *Etiam homines* grati *dicuntur, quibus alii ſe debere ſentiunt.* Tacit. Ann. 1, 28 Accitur centurio Clemens, et ſi alii bonis artibus grati in vulgus. *Sic* Comitum gratiſſimus Ouid. Met. 14, 221. Cic. de Fato c. 2 Gratiſſimum, et tuorum omnium ſimile! *Vox humaniſſime reſpondentis oblatae ab altero optioni.*

GRATE. Adu. [εὐγνωμόνως] *Ex grato animo: Cuius contrarium eſt* Ingrate. *A librariis miſcentur* Gratus *et* Graius: Drakenb. *ad* Sil. 6, 326. Grate exſolui Valer. Max. 8, 15 *pr.* Aeſtimari Sen. de Benef. 2, 4. Secunda grate excipit modeſteque Sen. Epiſt. 97. Cic. pro Planc. 98 c. 41 Grate et pie facere. Idem de Fin. 1 c. 19 Praeterita grate memini. Hor. Epiſt. 2, 2, 210 Natales grate numeras. Grate olentes coenas *laudant ex* Apul. *et vna voce* GRATEOLENTES *ſcribunt: ſed Elmenh.* p. 74, 25 graueolentibus coenis. *Et ſic etiam Florid. Ab Aldo eſt* grate olentibus. Gratius ſibi illum facturum Cic. de Orat. 2 c. 74. *Superl.* Plin. 7, 6 Munus gratiſſime acceptum eſt.

GRATIFĬCOR, āri. Dep. [χαρίζομαι] *Rem gratam facere, et Beneficium dare aliquando ſignificat.* Cic. Fam. 1, 1 Quod Pompeio gratificari ſe putant. Honeſte alicui Idem de Legib. 3, 29. Aliquid gratificari pro aliquo Liu. 21, 9 *extr.* Gratificatur mihi geſtu accuſator Cic. pro Corn. Balbo 14 c. 6 *pr.* Cur tibi hoc non gratificer neſcio Idem Fam. 1, 10. Deus gratificatur hominibus, *non* gratum facit. Cic. de N. D. 1, 124 Nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, omnino nihil curantem, nihil agentem? Idem de Fin. 5, 42 c. 15 Deque eo quod ipſis ſuperat, aliis gratificari volunt. *Et* Off. 1, 23 In quibus autem maior eſt animus, in his pecuniae cupiditas ſpectat ad opes, et ad gratificandi facultatem. *i. Vt gratos, obnoxios, et deuinctos ſibi reddere poſſent.* Salluſt. in Iugurth. c. 3 Fruſtra autem niti, neque aliud ſe fatigando, niſi odium quaerere, extremae dementiae eſt; niſi forte quem inhoneſta et perniciosa libido tenet, potentiae paucorum decus atque libertatem gratificari. Lubido patriae gratificandi Idem de Ord. Rep. Orat. 2 *extr.* Salluſt. de Repub. Ordin. ad Caeſarem 1, 7 Neque aliter quisquam extollere ſeſe, et diuina mortalis attingere poteſt, niſi omiſſis pecuniae, et corporis gaudiis, animo indulgens, non aſſentando, neque concupita praebendo, peruerſam gratiam gratificans: ſed in labore, patientia, bonisque praeceptis, et factis fortibus exercitando. *Pro Fauere, et ornare.* Cic. de Legib. 3, 29 Populo poteſtas honeſte bonis gratificandi datur. Idem Off. 1, 42 Qui gratificantur cuipiam, quod obſit illi, cui velle videantur prodeſſe, non benefici, neque liberales, ſed pernicioſi aſſentatores iudicandi ſunt. Liberalis gratificandi voluntas Cic. Offic. 2, 51. *Partic.* Salluſt. de Rep. Ord. 1, 7 Peruerſam gratiam gratificans, *etc. vid. ſupra.* ¶ 2 *Act.* Vulg. Interpr. Epheſ. 1, 6 Gratificauit nos in dilecto filio ſuo.

GRATIFICATVS, a, um. Si tibi gratificatus tutor ſoluit l. 6 §. 2 D. de reb. auct. Iud. poſſ. Si videas tibi blandius quippiam gratificatusque Sidon. Epiſt. 5, 10.

GRATIFICATIO, ōnis. f. [εὐχαριστία Gloſſ. Lat. Gr.] Cic. de N. D. 1, 123 Vos autem quid mali datis, quum imbecillitatem, gratificationem et beneuolentiam ponitis? Impudens Cic. de L. Agr. 3, 6 c. 3. Scaeuola l. vlt. D. de religioſis, et ſumtib. funer. Si plura praedia quis habuerit, et omnium vſumfructum ſeparatim legauerit: poterit in vnum inferri, et electio erit heredis, et gratificationi locus.

GRATIFICĀTOR, ōris. m. Auguſtin. . . .

GRATIFĬCVS, a, um. Adi. Iſidor. Gratificus ab eo, quod gratis faciat bonum. Porphyr. Paneg. 1, 5 Gratificus dominus. *Add.* Paullin. Petroc. l. 2 *extr.*

GRATES, f. [χάριτες] *Numero tantum Plurali, et in hac tantum terminatione, pro Gratiis quae referri debent pro accepto beneficio: et videtur a Poëtis ortum, cum* Gratia *rebellet Hexametro et Pentametro paene omnibus caſibus.* Virg. Aen. 1, 604 Grates perſoluere dignas non opis eſt noſtrae Dido. Idem Aen. 2, 537

At tibi pro ſcelere exclamant pro talibus auſis
Dii (ſi qua eſt caelo pietas quae talia curet)
Perſoluant grates dignas, et praemia reddant
Debita.

Vbi Seruius *ait:* Grates, prout res fuerit, vel in bonis vel in malis dicuntur, vt Praemia; ſic apud Terentium Gratiam referre eſt Malum pro malo rependere. *Vid. ſupra* GRATIA. Et grates, inquit, tibi ago ſumme Sol Cic. in Somn. Scip. 1. Curt. 3, 6, 17 Grates habebant velut praeſenti deo. Tacit. Hiſt. 4, 64 Sed praecipuo deorum Marti grates agimus. Meritas agere alicui Ouid. in Ibin 25. Decernuntur grates deis Tacit. Ann. 15, 74. Exſoluere ſaeuas Stat. Silu. 5, 5, 45. Habere alicui Curt. 9, 6, 17. *et* 3, 6, 17. Pendere dignas Stat. Theb. 11, 223. Referre Idem Theb. 7, 380. Curt. 5, 13, 29. Rependere Stat. Silu. 3, 3, 155. Laudibus gratibusque Venerari Tacit. Ann. 12, 37, 4.

GRATOR, āri. Dep. [εὐχαριστέω] *Gratulari, i. Gratias agere Diis et quaſi Supplicare. Laudatur* Ouid. Faſt. 3, 417 Quisquis ades, caſtaeque colis penetralia Veſtae, Gratare, Iliacis turaque pone focis. *Sed editur hodie* Cratera. *Eſt autem* Gratari *gaudere de bono proprio, vel alterius.* Virg. Aen. 4, 478 Inueni germana viam, gratare ſorori. Liu. 7, 13 *extr.* Tum vincere cupimus, tum duce te vincere, tibi lauream inſignem deferre, tecum triumphantes vrbem inire tuum ſequentes currum, Iouis Opt. Max. templum gratantes, ouantesque adire. Tacit. Ann. 6, 21 Tum complexus eum Tiberius, praeſcium periculorum et incolumem fore gratatur. Gratatur reduces Virg. Aen. 5, 40. Ouid. Met. 6, 434 Gratata eſt ſcilicet illis Thracia. Idem Epiſt. 11, 65 Quid tibi grataris? Ad gratandum ſe expedire Tacit. Ann. 14, 8. *Add.* Ouid. Met. 7, 142. Prudent. Cath. 11, 15.

GRATANS, antis. Partic. [χαίρων] Tacit. Ann. 2, 75 Inter venerantes, gratantesque adſpici ſolita. Ouid. Met. 7, 162 Abeſt gratantibus Aeſon.

GRATANTER. Adu. *Vſus eſt* Capitolinus *ſaepius et alii ſcriptores* Hiſt. Aug. *vt oſtendit Borrich. Cogitt. p. 114.* Ammian. 17, 26 Gratanter amplexi ſunt. Aur. Vict. Epit. in Neru. Cum in curia a Senatu gratanter acceptus eſſet. *Conf.* Symmach. Epiſt. 7, 76.

GRATATORIVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 5, 16 Gratatoriis apicibus inſcribere.

GRATABVNDVS, a, um. Adi. [συγχαίρων] Tacit. Hiſt. 1, 18 Et proximi militum gratabundi reſpondent.

GRATVLOR, āri. Dep. [συγχαίρω, συνήδομαι] *Primo ſignificabat gratias agere (de qua ratione* n. 2) *deinde obtinuit, vt eſſet verbis teſtari, ſe gaudere fortuna et felicitate alterius, apud eum ipſum qui affectus eſt felicitate; et aliquando etiam apud nos ipſos, ob felicitatem aliquam quae nobis forte contigit.* Cic. Fam. 2, 9 *pr.* Primum tibi, vt debeo, gratulor, laetorque tum praeſenti, tum etiam ſperata tua dignitate. De reditu alicuius gratulari Idem Att. 4, 1. *Et* de filia alicui Fam. 1, 7. Aduentu alicuius gratulari Cic. in Salluſt. 10. Nomine alicuius gratulari Idem Philipp. 1, 30 c. 12. Omnes publice ad me venerunt gratulatum Id. in Piſon. c. 22. Ouid. Triſt. 1, 8, 54 Et quoniam vera eſt, tota tibi mente, mihique Gratulor, ingenium non latuiſſe tuum. Gratulor tibi hanc rem Plaut. Capt. 3, 2, 3. Cic. Verr. Act. 1, 19 c. 7. Appellat hominem, et ei voce maxima victoriam gratulatur. Ouid. de Arte Am. 3, 122 Priſca iuuent alios, ego me nunc denique natum Gratulor. Ter. Eun. 2, 2, 28 Salutant, ad coenam vocant, aduentum gratulantur. Quum oppreſſum Seianum apud eosdem gratularetur Suet. Claud. c. 6. Gratulor tibi affinitate viri optimi Cic. Fam. 8, 13. Idem Fam. 1, 7 Quod mihi de filia et de Craſſipede gratularis, agnoſco humanitatem tuam. *Et* Fam. 6, 11 Qua in re tibi gratulor ita vehementer. Gratulor huic terrae, quod abeſt regionibus illis Ouid. Met. 10, 306. Quinctil. in Paſtu cadauerum, *ſiue* Declamat. 13 Gratulemur quod iam nulla ciuitas fame laborat. *ſubauditur* Nobis. Cic. Fam. 15, 14 Sed tamen et feci ante, et facio nunc, tibique cum pro rerum magnitudine quas geſſiſti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quod te de prouincia decedentem ſumma laus et ſumma gratia prouinciae proſequuta eſt. Temporibus noſtris gratulare pro ingenio tali Plin. Ep. 4, 27. Quinctil. 6 *pr.* 8 Qua propter illi dolori, quem ex matre — paucos ante menſes ceperam, gratulor: *i. gaudeo, vt in malis, matrem mortuam eſſe ante, quam funus filii ſui videret, vt* Gratum eſt. *Vid.* GRATVS n. 2. ¶ 2 Gratulari, Gratias agere, *inquit* Nonius 2, 369. Ennius Hecuba, Iuppiter tibi ſumme tandem male re geſta gratulor. Naeuius belli Punici 3 Isque ſurſum ad caelum ſuas res Ammulus gratulabatur diuis. Ter. Heaut. 5, 1, 6 Ohe, iam deſine deos vxor gratulando obtundere tuam eſſe inuentam gnatam, *etc.* Scipio Afr. *apud* Gell. 4, 18 Eamus Ioui O. M. gratulatum. *Hinc* Gratulatio *eſt idem ac Supplicatio vel Gratiarum actio, vt mox oſtendetur. Haec primaria et propria vocis ſignificatio. Vid. Gronou. Obſ. 2, 19. et Perizon. ad Sanct. Mineru. 1, 1 qui alteram ab hac eſſe deriuatam oſtendunt. Nempe qui gaudium de alterius vel ſua felicitate ſignificat, ille Gratias Deo agit etc.*

GRATVLATIO, ōnis. f. [ἐπίχαρμα] *Significatio gaudii de alterius felicitate: proprie gratiarum actio, vt de Verbo* Gratulor *modo obſeruatum eſt. Igitur frequens eſt de ea, quae* Supplicatio *alias dici ſolet, cum ſollemni ritu templa adeuntur ob rem bene geſtam, quod qui faciunt, ſimul gaudium ſuum teſtantur ob res ſecundas imperatoris, cuius auſpiciis res ſecundae contigerunt.* Cic. Fam. 11, 18 Sed tamen tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. *Sic* Decernere gratulationem Catil. 4, 20. Mihi Populus Rom. non vnius diei gratulationem, ſed aeternitatem immortalitatemque donauit Cic. in Piſon. c. 3. Gratae noſtrae diis immortalibus gratulationes erunt, gratae victimae Idem Phil. 14 c. 3. In gratulationibus mentum Herculis oſculari ſolebant Id. Verr. 4 c. 43. Abolitio publice fit ob diem inſignem aut publicam gratulationem l. 8 D. ad SCt. Turpil. *Iterum* Cic. de Prouinc. Conſ. 26 Diis immortalibus non erat exigua eadem gratulatio, quae ex maximis bellis. *Et* Hunc diem tuis maximis gratulationibus iure antepones Cic. pro Marc. c. 4. Idem Att. 4, 10 Itaque hoc tibi vere affirmo, in maxima laetitia et exoptatiſſima gratulatione, vnum ad cumulandum gaudium conſpectum, aut potius complexum mihi tuum defuiſſe. Sera gratulatio reprehendi non ſolet, praeſertim ſi nulla negligentia praetermiſſa eſt Cic. Fam. 2, 6. Hic parenti ſuo magno adiumento in periculis, ſolatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit Idem pro Muraen. 12. Aegris gratulatio fit, quum ſe ipſi aegros eſſe ſenſerunt Sen. Epiſt. 6. Mutua gratulatione fungi Curt. 7, 2, 24. Efferueſcit gratulatio Cic. Fam. 9, 2. Florere gratulatione Idem pro Sext. 131. Habere gratulationem Id. pro Milon. 99 c. 35. Significare gratulationem Id. Att. 4, 1.

GRATVLABVNDVS, a, um. Adi. [συγχαίρων] *Idem quod Gratulans.* Gell. 3, 15 Quumque populus gratulabundus, flores vndique in eum iaceret. Liu. 7, 33 *extr.* Quo ſe omnis multitudo gratulabunda effudit. Iuſtin. 6, 8 Velut gratulabundus patriae exſpirauit.

GRATVLĀTOR, ōris. m. Cic. de Fin. 2 c. 33 Ita fit, vt gratulator laetior ſit, quam is, cui gratulatur.

GRATVLĀTRIX, īcis. f. Sidon. . . .

GRATVLATORIVS, a, um. Adi. Capitol. in Max. et Balbin. c. 17 Gratulatoriam epiſtolam ſubdidi.

GRATVLATORIE. Adu. Auguſt. . . .

GRATITO, āre. *Vid.* GRACCITO.

GRAVESCO, GRAVIDVS, *etc. Vid. poſt* GRAVIS.

GRAVIS, e. Adi. [βαρὺς, ἐπαχθὴς, δεινὸς] *Primo ad pondus refertur magnum, et portatu difficile: hinc aliam etiam difficultatem et* moleſtiam *(quae et ipſa a* mole *et* moliendo *dicta eſt) ſignificat: tum quae grauia ſunt, loco non facile mouentur; hinc* grauis *eſt virtutis nomen, quatenus ſe huc illuc impelli, ac demoueri non patitur: tales ſunt etiam venerabiles, et maiori in pretio, vt aurum et alia metalla pro grauitate pretium habent. Vbique autem* Leuis *contrarium ſignificat. V. g.* Cic. pro Roſc. Com. 6 Quod etiam apud omnes leue et infirmum eſt, id apud iudicem graue et ſanctum eſſe ducetur? *Sed videamus primo Ablatiuos, quibus iungitur, qui varietatem illam pulchre indicant.* Liu. 10, 34 Ingreſſi milites refractis foribus, paucos graues Aetate, aut inualidos inueniunt, *i. inhabiles ad pugnam et fugam.* Aetate ac corpore grauis Vell. Paterc. 2, 76. Aetate et viribus grauior Liu. 2, 18. Cibo graues, ſopiti iacebant Idem 31, 41. Alios eſſe cibo pleniore. alios exiguo: grauioresque factos, qui ſe implerent Celſ. praef. Plaut. Bacch. 3, 4, 23 Sed ante quam illa vnquam meis opulentiis ramenta fuit grauior aut propenſior, mori me malim miſera excruciatum inopia. Fide grauiora Ouid. Triſt. 4, 1, 66. Humore auide hauſto grauis Curt. 7, 5. Virg. Aen. 1, 277 Donec regina ſacerdos Marte grauis. *i. Semine Martis impleta.* Idem Ecl. 1, 50 Non inſueta graues tentabunt pabula foetas. Virg. Georg. 3, 96 Vbi aut morbo grauis, aut iam ſegnior annis Deficit, abde domo. *i. Languidus.* Natu grauior Claud. de B. Get. 485. Ter. Heaut. 4, 1, 31 Mi Chreme, peccaui, fateor, vincor: nunc te obſecro, quanto tuus eſt animus Natu grauior, ignoſcentior, vt meae ſtultitiae iuſtitia tua ſit aliquid praeſidi. *i. Quanto plura noſti quam ego.* Pietate ac meritis grauis, *Plenus.* Virg. Aen. 1, 155 Tum Pietate grauem, ac meritis,

ritis, ſi forte virum quem Conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus adſtant. Mille grauem Telis Ouid. Met. 1, 43. *vbi conſ. Burm.* Turbata mente reſpondit tanquam ipſe Somno grauis eoque ignarus Tacit. Ann. 4, 22, 1. Vinculis grauis, *Oneratus et oppreſſus* Plin. Epiſt. 147. Vino et ſomno grauis Liu. 29, 34. Vino ſomnoque graues Ouid. Epiſt. 14, 33. Vulnere grauis Vell. 2, 55, 4. Liu. 21, 48 *pr.* Vulneribus grauis Alexander Idem 36, 20. Vtero grauis, *pro Praegnante.* Plin. 9, 6 Tunc quidem et vtero graues, pariendiue poenis inualidae, ſolum auxilium nouere in altum profugere, et ſe toto defendere Oceano. *Sed etiam ſimpliciter* Grauis *pro* grauida *dicitur.* Ouid. Faſt. 3, 23 Iacet ipſa grauis: iam ſcilicet intra Viſcera Romanae conditor vrbis erat. *Et* 2, 615 Fitque grauis, geminoſque parit, qui compita ſeruant. Virg. Aen. 1, 274 Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem. ¶ 2 *Subſtantiua elementorum ordine diſpoſita.* Abſinthium graue, *i. Amarum, graueolens* Varro in Quinquatribus, Abſinthium vt bibam graue et caſtoreum *ex* Non. 4, 218. *Sic* βαρύοσμον *Graeci.* Aduerſarius grauis, *Perniciosus, acerbus, et nocens.* Cic. Off. 3, 86 Magnum illud bellum, perfuga vnus, et grauem Aduerſarium imperii ſuſtinuiſſet. Suet. Neron. 54. Aduerſaria, Expectatio Cic. Fam. 2, 4. Liu. 4, 45 Decem millibus Aeris grauis damnatur. Liu. 4, 60 Patres bene coeptam rem perſeueranter tueri, conferre ipſi primi, et quia nondum argentum ſignatum erat, Aes graue plauſtris quidam ad aerarium conuehentes, ſpecioſam collationem faciebant. *Vid.* AES n. 8. Virg. Georg. 2, 377 Aut grauis incumbens ſcopulis arentibus Aeſtas, *i. noxia; illud* incumbens *auget grauitatem.* Ambitio miſera grauiſque *moleſta* Hor. Serm. 1, 6, 129. Amicitiae principum graues Idem Carm. 2, 1, 3. Amentia Ouid. Met. 5, 511. Amore perculſus graui Hor. Epod. 11, 3. Annis grauis miles Idem Serm. 1, 1, 4. Annona, *Cara* Plaut. Stich. 4, 2, 52. Apparatus belli Flor. 3, 5, 18. Arbor Prudent. Cath. 3, 78. *i. onuſta fructibus.* Armatura, *cui opponitur* Leuis. Liu. 26, 5 *pr.* Igitur magna parte impedimentorum relicta in Brutiis, et omni grauiore Armatura, cum delectis, *etc. Conf.* Hirt. B. Afr. 71. Aurae Ouid. Met. 7, 557 *aër noxius.* Auctor grauis, *Probatus et magnae auctoritatis, cuius fidem nemo eleuet.* Plin. 17, 25 A quo tempore pudicitiam ſubuerſam Piſo grauis auctor prodidit. *Et* 24, 9 Grauis Auctor in medicina. Tacit. Hiſt. 3, 43 Eo grauior Auctor, quod Paullino patriae Forum Iulii. *Sic* Hiſtorici, Teſtis. Autumnus *peſtilens* Caeſ. B. C. 3, 2. *et* Hor. Serm. 2, 6, 19. Anni tempus grauiſſimum Cic. Q. Frat. 2, 16. Bellum graue, pro Moleſto, *auctore* Donato *ad* Ter. Hec. 5, 1. Salluſt. . . . Grauiore bello qui prohibituri venerant ſocii frigere. Caelum Suet. Tiber. 36. Tac. Hiſt. 5, 7, 3. *i. aër peſtilens.* Caput graue habere Scribon. 181. Corpus graue facit Idem 188. *i. languidum ad motum.* Carmen graue et plenum Cic. Tuſc. 1, 64. Caſu grauiore decidunt turres Hor. Carm. 2, 10, 10. Cauſa grauis, Neceſſaria. Lucil. 29 *apud* Non. 4, 218 Habeaſque animo, mihi admodum Cauſam grauem fore, quae me ab vllo commodo abducat tuo. Cauſae Cic. Fam. 5, 12. Conciones, *i. Acerbae et criminationibus plenae* Caeſ. B. C. 2, 18. Chelydri Virg. Georg. 3, 415. *i. noxii.* Cibus Cic. N. D. 2 c. 9. Certamina grauiora Sil. 16, . . Contumeliae grauiſſimae Tacit. Ann. 14, 49. Cura graui faucia Virg. Aen. 4, 1. Damnum grauius Ouid. Met. 7, 553. Fatum Idem Met. 2, 306. Non inſueta graues tentabunt pabula Fetas Virg. Ecl. 1, 50. *i. languentes.* Fronte graui, *Triſti.* Plin. in Paneg. c. 41 Nunquam principibus defuerunt, qui Fronte graui, et triſti ſupercilio vtilitatibus fiſci contumaciter adeſſent, *etc.* Varro, Vbi graues paſcantur atque alantur pauonum Greges. Nonius c. l. *i. magni.* Columel. 1, 5 Nam praeſtat à mari longo potius interuallo quam breui refugiſſe: quia media ſunt ſpatia grauioris Halitus, *i. noxii.* Hiſtorici tres grauiſſimi Nep. 7, 11, 1. *quos nihil a fide dimouet.* Graui Homini et ea, quae fiunt, iudicio certo ponderanti Cic. Off. 2 c. 16. Homo grauis, Grandaeuus et Qui omnia deliberate agit. Virg. Aen. 5, 387 Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. Nonius c. l. Honeſtas omni pondere grauior eſt habenda, quam caetera omnia Cic. Off. 3, 35. Ictus graues excipere Hor. Carm. 4, 9, 23. Ter. Adel. 1, 1, 41 Errat longe mea quidem ſententia, qui Imperium credat grauius eſſe aut ſtabilius vi quod fit, quam illud, quod amicitia adiungitur. Impetus grauis haſtae Stat. Theb. 10, 539. Incepta Hor. de Arte Poët. 14. Iniuria grauiſſima Plin. Paneg. c. 37. Ira grauis, et inexpugnabile pectus Virg. Aen. 5, 781. Labore graui feſſos Sen. Hippol. 4. Lacerto graui vibrata fraxinus Ouid. Met. 5, 142. Ex ſalubri Loco in grauem *ſ.* ex graui in ſalubrem tranſitus Celſ. 1, 3. Manus, *Pecuniis, vel re aliqua onuſta* Plaut. Pſeud. 3, 1, 19. Virg. Ecl. 1, 36 Non vnquam grauis aere domum mihi dextra redibat. Moeror Hor. de Arte Poët. 110. Morbus Ouid. Met. 8, 876. *Et* Nep. 23, 4, 3. Mors Ouid. Met. 3, 471. Virg. Georg. 3, 415 Galbaneoque agitare graui Nidore chelydros. *al.* Graues, *ſcil.* Chelydros. Liu. 28, 15 Niſi ex vehementi ſole, qualis inter graues imbre Niues effulget, tanta vis aquae deiecta eſſet, vt, *etc.* Nuntius, *Triſtis.* Virg. Aen. 8, 582 Grauior ne Nuntius aures Vulneret. Opſonium graue Non. 4, 218 multum *explicat.* Cic. poſt red. in Senat. 12 Compoſito capillo, grauibus Oculis, fluentibus buccis, preſſa voce, *etc.* Plin. 11, 7 Omnes frigoris aut iniuriae aditus obſtruuntur, Odore et ipſa etiamnum graui. Odor grauis oris Ouid. de Arte Am. 3, 277. Odor grauis narium Scribon. 50. *i. moleſtus ac nocens.* Grauioris Odoris 270. *Vid. paullo ante* Abſinthium graue. Plin. Epiſt. 5, 6 Eſt ſane grauis et peſtilens Ora Tuſcorum. Paupertas, *Dura et difficilis.* Ter. Adel. 3, 4, 50 Paupertatem vna pertulimus grauem. Poena grauiore dignus Ouid. ex Pont. 1, 2, 13. Pondus Hor. Epod. 4, 17. Pondus graue, *et* Leue, *contraria* Plin. 12, 9. Praelium Hor. Carm. 4, 14, 14. *ap.* Non. *c. l.* Pretium, *i. Multum.* Salluſt. Coepit per omnem prouinciam graue Pretium fructibus eſſe. Radice graui et craſſa frutex Plin. 12, 12. Lucret. 1, 64 Humana ante oculos foede cum vita iaceret In terris oppreſſa, graui ſub Relligione. Remi, *Fortes et robuſti.* Virg. Aen. 5, 114 Prima pares ineunt grauibus certamina Remis. Grauis eſt mihi ea Res Curt. 8, 5, 20. Robur Virg. Georg. 1, 162. Senatusconſultum vehemens et graue in aliquem Cic. in Catil. 1, 3 c. 1. Idem de Senect. 4 Quod Senectutem nunquam tibi grauem eſſe ſenſerim. Sermones Id. Q. Frat. 1, 2, 2. Sententiae Caeſ. B. C. 1, 2. Sidus Saturni graue in omne caput Propert. 4, 1, 84. Solum Tacit. Hiſt. 5, 7, 3. Seruitium Propert. 1, 5, 19. Sol Hor. Serm. 2, 4, 23. Sonus grauis et acutus Idem de Arte Poët. 349. Sonus grauiſſimus Cic. de Orat. 1, 251. Sopor grauiſſimus Lucret. 4, 953. Stomachus grauis Pelidae, *iracundia vehemens* Hor. Carm. 1, 6, 5. Supellex, *Diues* Plin. Epiſt. 8, 17, 4. Suem grauiſſimam facit glans querna Idem 16, 6. Tela grauiora Curt. 8, 13, 6. Tempus graue Hor. Carm. 3, 23, 8. *et* Liu. 7, 6. Virg. Georg. 3, 526 Quid labor, aut benefacta iuuant, quid vomere terras Inuertiſſe graues? *i. gleba pingui, ſolida etc.* Cic. Fam. 2, 2 Graui Teſte priuatus ſum amoris ſummi erga te mei, *fide dignus vt* Auctor, Hiſtorici. Idem Verr. 3, 108 Et hoc in te grauiores, certioreſque Teſtes ſunt. Torpor Sen. Herc. fur. 12. Triumphus Plin. Paneg. c. 17. Venter maturo pondere Ouid. Met. 9, 684. Ventus, *Moleſtus* Plin. 2, 25. Et vereor, ne tibi ſim grauis, *i. Moleſtus* Cic. in Top. 1. Ita grauis eſt mihi ea res, *i. difficilis* Curt. 8, 5. *Sed* Mihi non eſt graue Nep. 9, 3. Plaut. Trin. 2, 2, 107 Grauius erit tuum vnum Verbum ad eam rem, quam centum mea, *plus momenti habebit.* Cic. Verr. 3, 134 c. 58 Eum in tanto tuo dedecore profecto ne Verbo quidem grauiore appellaſſes, *vehementiore.* Virus Hor. Epiſt. 2, 1, 158. *i. noxium.* Virg. Ecl. 10, 75 Iuniperi grauis eſſe ſolet cantantibus vmbra, *noxia.* Voluntas Cic. pro Font. 30. Vox Cic. N. D. 2, 156 c. 58 *contraria* acutae. Papinianus in l. qui graui D. de iure cod. Qui graui Vtero vxorem eſſe ignorabat, *etc.* Vulnus Ouid. Met. 4, 721. ¶ 3 *Formulae aliae.* Ter. Heaut. 5, 5, 14 Haec dum incipias, grauia ſunt, dumque ignores: vbi cognoris, facilia. Vereor, ne tibi ſim grauis Cic. Topic. c. 1. Iam grauis es nobis et ſaepe emungeris, exi Iuuenal. 6, 146. Olidae graue quod minxere capellae Sammon. 180 graue, *i. foetidum illud.* Graue eſt homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo ſe bene meritum putet Cic. Fam. 2, 5. *Conf.* Nep. 9, 3, 4. Graue in populum, *Quod aegre et grauiter admodum populus ferre poteſt.* Cic. pro Corn. Balb. 24 Etenim in Pop. Rom. graue eſt, non poſſe vti ſociis excellenti virtute praeditis, qui velint, *etc.* Graue eſt quale ſit exiſtimare Cic. Att. 11, . . *Superl.* Idem Fam. 5, 16 Non me hercule quenquam audiui, hoc grauiſſimo et peſtilentiſſimo anno adoleſcentulum, aut puerum mortuum, qui mihi non a diis immortalibus exceptus ex his miſeriis, atque ex iniquiſſima conditione vitae videretur. Cic. Q. Frat. 2, 16 Atque id anni tempore grauiſſimo, et caloribus maximis. Grauiſſimum: Ter. Adel. 3, 4, 22 Mane: nondum audiſti Demea quod eſt grauiſſimum.

GRAVIVSCŬLVS, a, um. Adi. Dimin. [ὑπόβαρυς] Gell. 1, 11 Qui fiſtula breui ſenſum grauiuſculum ſonum inſpiraret ad deprimendum, ſedandumque impetum vocis eius.

GRAVĬTAS, ātis. f. [βαρύτης, βάρος] *Eadem varietate ponitur, qua* Grauis. Cic. de N. D. 2, 116 Tanta contentio grauitatis et ponderum. Impedire oneris grauitate Ouid. Met. 10, 678. Quanta illi fuit grauitas, quanta in oratione maieſtas? Cic. de Amicit. 96 c. 25. *Pro Moleſtia, vel Magnitudine: vt,* Grauitas odoris, doloris, ſomni. Audiendi vel Auditus grauitas, *pro Duro, et deprauato auditu.* Plin. 28, 11 Si grauitas ſit audiendi, fel bubulum cum vrina caprae, vel hirci. Idem 23, 4. Aurium Idem 20, 13. Capitis Idem 27, 12. Scribon. 38. Caeli, *h. e. Aëris nobis iniucundi moleſtia.* Cic. Att. 11, 22, (22) Iam enim corpore vix ſuſtineo grauitatem caeli huius, qui mihi laborem affert in dolore. Morbi Cic. N. D. 3 c. 31. Membrorum grauitas, et cruciatus dolorum Id. de Fin. 4, . . Odoris grauitas Scribon. 40. Tacit. H. 5, 6, 5. Grauitas Oris, *pro Graueolentia* Plin. 28, 12. *Sic* foeda grauitas. Sil. 6, 158. *Add.* Liu. 25, 26. *Vid. Drakenborch. ad* Sil. l. c. *qui laudat Barth. Adu.* 1, 13. Ouid. Met. 2, 821 — ignaua nequeunt grauitate mouere. Tarda grauitate iacentes Idem ibid. 11, 618. Rerum grauitas, nitorque Id. ex Pont. 2, 5, 29. Serena grauitate plenus vultus Lucan. ad Piſon. 88. ¶ 2 Grauitas, *Firmitas ac conſtantia animi, et in vultu, moribus, verbis, rebus agendis quaedam ſeueritas.* De grauitate Lacedaemoniorum Nep. 4, 4, 3. Cic. de Senect. 33 Vt enim infirmitas puerorum, et ferocitas iuuenum, et grauitas iam conſtantis aetatis, *etc.* Idem de Amicit. 4 Genus autem hoc ſermonum poſitum in hominum veterum auctoritate, et eorum illuſtrium, plus neſcio quo pacto videtur habere grauitatis. Grauitas ſapientis Id. Acad. 4, 57. Comitas non ſine ſeueritate erat, neque grauitas ſine facilitate Nep. 25, 15, 1. Grauitas et virtus iudicis Cic. pro Quint. 16. Grauitati deditus homo Idem pro Cael. 63. Comitate Condita grauitas Id. de Sen. c. 4. Adhibere grauitatem, *vid.* ADHIBEO. Celſ. 1, 3 Qui vomere bis in mense vult, melius conſulet, ſi biduo continuarit, quam ſi poſt quintum decimum diem vomuerit: niſi haec mora grauitatem pectori facient. Cic. de Clar. Orat. 326 Haec autem (vt dixi) genera dicendi aptiora ſunt adoleſcentibus, in ſenibus grauitatem non habent. Grauitas humanitate Temperata Vell. 2, 116, 3. Seruare grauitatem Cic. Att. 10, 1. Seruare eandem grauitatem Idem ibid. 10, 1. Tendebat grauitas vterum mihi quodque ferebam Ouid. Met. 10, 287. Cic. Att. 9, 22 Ego tuis conſiliis ſum vſus, maximeque quod grauitatem in congreſſu noſtro tenui quam debui. Tuenda eſt tibi grauitas Id. Fam. 5, 16. Sententiarum grauitate, verborum ponderibus eſt vtendum Id. de Orat. 2, 37 c. 17. Verborum Quinctil. 1, 8. *In* Verſibus Ennii *interdum* grauitatem *deſiderabat Lucilius. Ita ſane* Hor. Serm. 1, 10, 54 Non ridet Lucilius verſus Enni grauitate minores? *i. minus graues, quam oportet, vt interpretatur* Vet. Schol. *quae ſunt planiora, quam illud, quod vult Heinſius, eſſe* περιαυτολογίαν *ſ. loquacitatem de ſe ipſo, quam grauem eſſe nemo dubitat: ſed hic notari, graue creditu eſt.* Vultus et morum Cic. Att. 9, 9. Iucunda grauitas remoto faſtu Claud. Conf. Mall. Theod. 247. Cic. Att. 9, 9 Illud me praeclare admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, et vt cum grauitate potius loquar. *Pro* Grauiditate Ouid. Met. 9, 287 Tendebat grauitas vterum mihi. *Sic* Grauedo *v. v.*

GRAVĬTER. Adu. [βαρέως, δυσχερῶς] *Itidem vt* Grauis *varie ponitur, v. v.* Accipere aliquid grauiter, *i. Iniquo animo* Cic. de Orat. 2, 211 c. 52. Id. Fam. 5, 15 Me, leniſſimis et amantiſſimis verbis vtens, re grauiter accuſas. Grauius aegrotant adoleſcentes Id. de Sen. c. 19. Grauiſſime aegrotare, *pro Vehementer* Cic. de Fin. 2, 43. Accuſare grauius Ter. Hec. 4, 4, 95. Affligi grauiſſime Caeſ. B. G. 4, 31. Ter. Heaut. 1, 1, 62 Adoleſcentulus ſaepe eadem et grauiter audiendo victus eſt. Concidit ad terram grauiter Virg. Aen. 5, 447. Ter. Heaut. 3, 3, 53 Mane, mane, quid eſt quod tam a nobis grauiter crepuere fores? Idem Adel. 5, 3, 2 Quiſnam a me pepulit tam grauiter fores? Cruciare grauiter, *Multum et maxime ac vehementer.* Ter. Heaut. 5, 5, 1 Enimuero Chremes nimis grauiter cruciat adoleſcentulum, nimiſque inhumane. Idem Adel. 1, 2, 60 Iſte tuus ipſe ſentiet poſterius: nolo in illum grauiter dicere. Nihil eſt, quod grauius magnificentiusque dicatur Cic. Tuſc. 5 c. 1. Diſſen-

Diſſentiunt grauiter inter ſe Idem Philipp. 12, 27. Conſueſſe deos immortales, quo grauius homines ex commutatione rerum Doleant, quos pro ſcelere eorum vlciſci velint, his ſecundiores interdum res et diuturniorem impunitatem concedere Caeſ. B. G. 1, 14. Cicero . . Si quid prudenter, ſi quid grauiter factum eſt. Ter. Andr. 1, 2, 20 Omnes qui amant, grauiter ſibi dari vxorem Ferunt. *Huius contrarium eſt* Leuiter ferre: Cic. de Aruſp. Reſp. 40 Quae quamdiu haerebant in vno me, id grauiter equidem, ſed aliquanto leuius ferebam. *Vid.* FERO. Imperare Plaut. Capt. 2, 2, 58. Increpare Plin. 17, 1. Infenſus alicui Cic. in Catil. 1, 17. Iraſci, *Multum.* Ter. Hec. 4, 4, 2 Tibi quoque edepol ſum iratus Philumena grauiter quidem. Miſerans Virg. Aen. 10, 823. Cic. in Orat. 30 Thucydides autem res geſtas et bella narrat et praelia grauiter ſane et probe. Opinari de aliquo grauiſſime Tranquill. in Auguſt. 67 *pr.* Placere, *i. valde ex* Caecilio Non. 4, 218. Cic. Att. 13, 1 Dionyſius noſter grauiter queritur, et tamen iure, a diſcipulis abeſſe tamdiu. Saeuit Virg. Georg. 4, 456. Cic. in Somn. Scip. 11 Natura fert vt extrema, ex altera parte grauiter, ex altera autem acute ſonent. Spirare, *Multum et vehementem odorem afferre naribus.* Virg. Georg. 4, 31 — grauiter ſpirantis copia thymbrae. Eſſe alicui inimicum Cic. Fam. 1, 9. Suſpectus alicui Id. in Catil. 1, 17.

GRAVĔDO, ĭnis. f. [κόρυζα] *Morbus, ſeu* humor, qui ex capite deſtillat, nares claudit, vocem obtundit, tuſſim ſiccam mouet, *etc. vt docet* Celſ. 4, 2. *Vid.* Scribon. 90. 95. Grauedine vexantur nares 52. Plaut. Aſin. 4, 1, 51 Quod illa autem ſimulet, quaſi grauedo profluat. Cic. Att. 16, 14 Grauedini quaeſo omni ratione ſubveni. Nares grauedine oppletae Apul. Flor. 3. Plin. 21, 19 *de violis purpureis*, Crapulam et grauedines capitis impoſitis coronis olfactuue diſcutiunt. Frigida Catul. 42, 13. Remouere Cic. Att. 10, 16 *extr.* *In vrſis* grauedo *et humor oculis ipſorum moleſtus:* Plin. 8, 36 ſ. 54. *Pro* Grauiditate Nemeſian. Cyneg. 132 Fecundos aperit partus matura grauedo. *Sic* Grauitas. *Etiam ad ſomnum pertinet, qui grauat et ipſe corpus praeſertim oculos.* Apul. Met. 10 p. 243 *extr.* Dedi non venenum, ſed ſomniferum mandragorae illud grauedinis compertae famoſum, et morti ſimillimi ſoporis efficax.

GRAVEDINŌSVS, a, um. Adi. [κορυζώδης] Cic. Tuſc. 4, 37 c. 12 Itaque dicimus grauedinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos, non quia iam ſint, ſed quia ſaepe ſint. Grauedinoſum, *Quod grauedinem facit.* Plin. 18, 15 *de eruo*, Martio menſe ſatum noxium eſſe bubus aiunt: Item autumno grauedinoſum.

GRAVEDINOSE. Adu. Auguſtin. . .

GRAVEŎLENS, entis. Adi. [βαρύοσμος] *Quod male olet.* Virg. Aen. 6, 201 Ad fauces graueolentis auerni. Plin. 27, 8 Graveolentibus foliis. Graueolentia centaurea Virg. Georg. 4, 270. *Ad vehementiam potius quam moleſtiam odoris pertinet* Apul. de Mundo p. 74, 25 Videas ciuitatem ſpirantem — graueolentibus coenis. *Caeterum diuiſim ſcribere ſuadet illud, quod e medium in Virgiliano carmine vtroque eliditur. Sed rurſus vnam vocem prodit* Graueolentia.

GRAVEOLENTIA, ae. f. [δυσοσμία] Plin. . . Et oris graveolentiam ſiſtit. *Et* 22, 22 Graueolentiam alarum emendat. Id. 28, 11 Mulcet graueolentiam oris. Graueolentia halitus Plin. 28, 12.

GRAVITVDO, dinis. f. *Grauitas, moleſtia.* Haec grauitudo, arthritis, tuſſis, pleuritis Vitruu. 1, 6. Sine ructu et grauitudine Apic. 3, 6.

GRAVO, āre. [βαρύνω] *Premere, onerare, moleſtare.* Virg. Aen. 2, 708 Nec me labor iſte grauabit. Quum Alpinum caſeum ediſſet auidius, nocte reiectauit, atque altera die febre commotus eſt: tertia quum ſe grauari videret Capitolin. Ant. Pio c. 12. Fortunam alicuius Ouid. Triſt. 5, 11, 30. Obſidio multitudine ipſa grauatur Iuſtin. 14, 2, 2. Cymba grauanda Propert. 3, 3, 22. Poma grauantia ramos Ouid. Met. 13, 812. *Paſſiua vel media ſignificatione* Grauari [βαρύνεσθαι] *eſt Offendi, et grauiter ferre.* Plaut. Trin. 5, 2, 48 Non grauabor, faciam ita vt vis. Cic. de Amicit. 17 c. 5 Ego vero non grauarer, ſi mihi ipſe confiderem. Neque grauabor breuiter meo more quid quaqua de re ſentiam dicere Id. de Orat. 1, 107 c. 23. Grauatus eſt pauca verba inferere Curt. 6, 8, 12. Grauatur conceptu Feſtus *de muliere.* Grauari, *cum Accuſatiuo; Subaudita ſcil. Praepoſitione* Ob, *vel* Propter. Quinctil. 1, 1, 11 Quae ſi quis grauabitur: non rationi defuerit, ſed oneri. Suet. Aug. c. 72 Ampla et operoſa praetoria grauabatur. Virg. Aen. 10, 628 — quid ſi, quae voce grauaris, Mente dares? *Vid.* Servius. Grauari Dominum Plin. Pan. 45, 3. Dominos Lucan. 7, 284. *i. aegre pati.* Sen. de Clem. 1, 12 At illum acerbum et ſanguinarium neceſſe eſt grauentur ſtiparores ſui. *Sic* Hor. Carm. 4, 11, 27

— et exemplum graue praebet ales
Pegaſus, terrenum equitem grauatus
Bellerophontem.

Tacit. Ann. 3, 59 Sane grauaretur adſpectum ciuium ſenex imperator. Lucan. 5, 258 Seque putat ſolum regnorum iniuſta grauari. *Et* 7, 284 Romanos odere omnes, dominoſque grauantur. *Add.* Plin. Paneg. 45, 3. Ampla et operoſa praetoria grauabatur Suet. Aug. c. 72. Matrem Liviam grauatur Id. Tib. c. 1. *Conf.* Id. Ner. c. 34. Quam Materiam grauari vel puncto temporis ſolebamus Plin. Epiſt. 3, 18, 6. Longinquam Militiam grauati Iuſtin. 20, 2, 12. *Sic vult* Gron. ad Sen. Thyeſt. 106. *Et* Socium Regni Id. 38, 4, 1. *Burm. vtroque loco Ablatiuum retinet. Eandem cum quarto caſu conſtructionem tribus Apuleii locis reſtitui vult ex MSS. l. c. Gronouius, qui*, Grauamur, *inquit,* aliqua re, quam cum maxime ſuſtinemus, et vtcunque aegre ferimus: Grauamur aliquam rem, quam vel, ſi iam ferimus, tentamus excutere, vel nondum ſuſceptam recuſamus, ac procul habemus. Lucemque grauantur Sil. 2, 598.

GRAVĀTVS, a, um. Partic. [βαρυνθεὶς] *Moleſtia aut grauedine affectus.* Columel. 6, 9 Signa febricitantis manantes lacrimae, grauatum caput, oculi compreſſi. Cic. de Diuin. 1, 15 *Ex antiquo Poëta*, Iam vero ſemper viridis, ſemperque grauata Lentiſcus, triplici ſolita, grandeſcere fetu. Grauatus ſomno Plin. 26, 1. *Item* Liu. 25, 24 Grauatis omnibus vino ſomnoque. Grauatus vulneribus Liu. 30, 18. Caput grauatum demittere Ouid. Met. 10, 192. Oculos in morte grauatos Idem ibid. 4, 154. Vino grauatus Curt. 6, 11. Grauata ebrietate mens Idem 5, 7. Grauatum anxietate corpus Id. 4, 13. Tot malis grauatus Petron. 22. Haud grauata patrona Plaut. Rud. 1, 5, 3. Cic. pro Muraen. 69 c. 33 Non eſſe grauatos homines hora tertia prodire in campum Martium. Valer. Max. 5, 7 *in princip.* Fabius Rutilianus legatus ire Fabio Gurgiti filio ad bellum difficile et periculoſum conficiendum grauatus non eſt. Spem ac metum iuxta grauatus Tacit. Ann. 5, 8.

GRAVĀTE. Adu. [βεβαρυμένως] *Moleſte et aegre.* Cic. pro Corn. Balb. 36 Qui erranti comiter monſtrant viam, benigne, non grauate. Idem Off. 3, 59 c. 14 Grauate ille primo: quid multa? impetrat. Non grauate reſpondere Id. de Orat. 1 c. 48.

GRAVĀTIM. *Aliud* Adu. [βαρέως] Liu. 1, 2 Haud grauatim ſocia arma Rutulis iunxit. Grauatim cadere, *i. Tarde et vix.* Lucret. 3, 388 Plumas auium, papposque volantes, Qui nimia leuitate cadunt plerumque grauatim.

GRAVĀTOR, ōris. m. Auguſtin. . .

GRAVĀMEN, ĭnis. n. *Moleſtia.* Caſſiod. Epiſt. 9, 2 Si viſceribus ſanis grauamen nullius ſentiat laeſionis.

GRAVAMENTVM, i. n. [βάρη] Gloſſ. Gr. Lat.

GRAVABĬLIS, e. Adi. Cael. Aur. Tard. 4, 3 Vomitus grauabilis capiti. Cibi Id. ibid. 3, 17. Odor Id. Acut. 1, 15.

GRAVANTIA, ae. f. *e* Macrobio Somn. Sc. 1, 3 *Barth. Adu.* 39, 12 *protulit, vbi ita legitur*, Vel ex abundantia praefocari ſe exiſtimet, vel grauantibus exonerari. Grauantia *forte librario placuit, vt reſpondeet* Abundantiae.

GRAVESCO, ĕre. [βρίθομαι] *Grauem et oneratum fieri.* Virg. Georg. 2, 429 Nec minus interea fetu nemus omne graueſcit. Plin. 11, 41 Cameli lac habent donec iterum graueſcant. *h. e. Grauidae fiant et praegnantes.* Valetudo graueſcit, *h. e. Ingraueſcit, grauior fit.* Tacit. Ann. 1, 1 Haec, atque talia agitantibus graueſcere valetudo Auguſti. Malis publicis in dies graueſcentibus Id. ibid. 14, 51.

GRAVĬDVS, a, um. Adi. [ἔγκυος, ἐγκύμων] *Significat Plenum et grauem, ita tamen, vti proprium velut domicilium habeat in animalium et plantarum fetu et fructu intus concepto.* Plaut. Truc. 1, 2 *pr.* Neu qui manus attulerit ſteriles intro ad nos, grauidas foras exportet. Aluus Ouid. Amor. 2, 14, 17. Amathus grauida metallis Id. Met. 10, 531. Fetus grauidi Virg. Georg. 4, 231. Fruges Id. ibid. 2, 143. Italia grauida imperiis Id. Aen. 4, 229. Propert. 3, 8, 11 Quae mulier grauida iactat conuicia lingua. Meſſes Ouid. Met. 8, 787. Nubes Idem Triſt. 1, 2, 107. Palmes Id. Faſt. 1, 152. Pecus Virg. Georg. 3, 155. Tellus Ouid. Met. 7, 128. Venter Idem ibid. 10, 505. Feſtus, Grauida eſt, quae iam grauatur conceptu: praegnans velut occupata in generando, quod conceperit: inciens propinqua partui, quod incitatus ſit fetus eius. Grauida puero mulier, *i. Quae fetu grauatur.* Plaut. Amph. 2, 2, 87 Amphitruo ſperaui ego iſtam tibi parituram filium: verum non eſt puero grauida. Grauidam facere mulierem filio Idem ibid. 5, 2, 6. Ter. Andr. 3, 2, 33 Iam primum haec ſe e Pamphilo grauidam dixit eſſe: inuentum eſt falſum. Plaut. Amph. prol. 111 Vtrinque eſt grauida, et ex viro, et ex ſummo Ioue. Vxores grauidas reddere Lucret. 4, 1231. Ter. Adel. 3, 4, 29 Virgo ex eo compreſſu grauida facta eſt, hic menſis decimus eſt. Plaut. Capt. 2, 2, 108 Quod bonis bene fit beneficium, gratia ea grauida eſt bonis. Grauida carnaria Idem Pſeud. 1, 2, 164. Vbera grauida vitali ore Cic. de Diuin. 1, 20.

GRAVIDĬTAS, ātis. f. [ἐγκυμοσύνη] Cic. de N. D. 2, 119 c. 46 Ipſe ſol mundum omnem ſua luce compleat, ab eoque luna illuminata grauiditates et partus afferat, maturitateſque gignendi.

GRAVĬDO, āre. [ἔγκυον ποιῶ] *Implere et grauidum facere.* Cic. de N. D. 2, 83 c. 32 De terra quae grauidata ſeminibus omnia pariat et fundat ex ſeſe. Grauidari ex aliquo Epitome Victoris in Adriano c. 14. Caecil. Tyche, Per myſteria hic inhoneſte grauidauit probro. *Vid. Graeu. ad* Flor. 1, 1.

GRAVIDATIO, ōnis. f. *ICti in* Dig. . .

GRAVILŎQVVS, a, um. Adi. *Vox* Plautina, *vt aiunt nonnulli, ſed nobis non occurrit.*

GRAVISOMNIS, e. Adi. *Barth. Adu.* 21, 18.

GRAVASTELLVS, *vel* GRAVISTELLVS, i. m. *inquit* Feſtus, dicitur Senior. Plaut. Epid. (5, 1, 14) Sed quis haec eſt muliercula, et illic grauaſtellus qui venit? Vt puto Grauaſtellus a Grauitate dictus. *Hactenus* Feſtus. *Quidam legunt* Rauaſtellus, *a* Rauo *colore, ſed male. Nempe, vt obſeruat Salmaſius, Grauus eſt idem qui* Rauus, *vt* Gnauus *idem qui* Nauus. *Hinc* Grauaſter, Grauaſtellus. *Significat ergo Senem pituitoſum et* κορυζῶντα.

GRAVISCAE, arum. f. *Tuſcorum caſtellum.* Virg. Aen. 10, 184 Et Pyrgi veteres, intempeſtaeque Grauiſcae. Veteres Grauiſcae Sil. 8, 475. *Vid. Drakenb. in loc.*

GRAXO, is, it. *Quidam* Graxis *ap.* Plaut. Aſin. prol. 5 *legunt, pro ſtrepas; vbi al.* gratiis.

G R E

GREGALIS, GREGARIVS, GREGATIM. *Vid.* GREX.

GREMIVM, i. n. [κόλπος] *Eſt inter complexum femorum, feminumue.* Ter. Adelph. 3, 2, 35 Qui ſe in ſui gremio poſiturum puerum dicebat. Virg. Aen. 1, 722 Haeret, et interdum gremio fovet inſcia Dido. Cic. de Clar. Orat. 211 Apparet filios non tam in gremio matris educatos, quam ſermone matris. Idem pro Cluent. 13 In huius amantiſſimi ſui fratris manibus et gremio, moerore, et lacrimis conſeneſcebat. Accipere aliquem gremio Virg. Aen. 1, 689. *Vid.* ACCIPIO. Liberi partim e gremiis parentum diripiuntur, partim in ſinu iugulantur Auct. ad Heren. 4, 52. Implere gremium Iuuen. Sat. 14, 327. Quinctil. 1, 1 Fingamus igitur Alexandrum dari nobis impoſitum gremio, dignum tanta cura infantem. Inceſtare gremium matris Stat. Theb. 1, 234. Reuocare ad gremium Quinctil. 2, 5. Puer lactens, in gremio matris ſedens Cic. de Diuinat. 2 c. 41. ¶ 2 *Metaph.* Arenoſum gremium, *de fluuiis dicitur* Sil. 8, . . Conſulatus tui in gremio haec ſunt ſepulta Cic. in Piſon. 10. Idem ibid. 91 Aetolia quae procul a Barbaris disiuncta gentibus, in ſinu pacis poſita, medio fere Graeciae gremio continetur, *etc.* Id. de Prouinc. Conſ. 4 Vt Theſſalonicenſes poſiti in gremio imperii noſtri relinquere oppidum, et arcem munire cogantur. Libyae gremio captiua iacebo Sil. 2, 574. Cic. pro Cael. 59 c. 24 Quum Q. Metellus abſtraheretur e ſinu, gremioque patriae. *Sic* Sil. 4, 787. Telluris gremium Virg. Aen. 3, 509. In gremio Thebarum Sil. 3, 678. *i. Thebis. Vid. Drakenb.* Cic. de Senect. 51 c. 15 Quae quum gremio mollito, et ſubacto ſemen ſparſum excipit. *De terra.* Flor. 2, 8 Excuſſo in media curia togae gremio. *De* Gremiis Sarmentis, *it.* Gremialibus arboribus, *vid.* CREMO.

GREMIĀLIS, e. Adi. Gremiale oleum Octau. Horat. c. 9. *et* Theod.

Theod. Priſc. 1, 3. *Vid.* CREMIALIS *ſub* CREMO. *Conatur quaedam Martinius, nihil extricat.*

GREMIO, āre. *In gremium accipere.* Cathol.

GRESSVS, *vid.* GRADVS.

GREX, gregis. m. *vel* com. gen. [ἀγέλη, ποίμνη] *vt obſeruauit* Nonius 3, 109 *in* Lucret. 2, 661 Buceriaeque greges. *Legitur et* Grex Ruſſata Inſcript. Grut. *et* Grex Veturiana *in* marmore Patau. a Reineſio illuſtrato. *Sic etiam interdum in MSS. vid. Burm. ad* Ouid. Met. 3, 585. *Sed ſcire oportet, imitari non conſultum eſt. Eſt autem* Grex *omnium animalium congregatio.* Ouid. Met. 4, 635 Mille greges illi, totidemque armenta per herbas Paſcebant. Cic. Att. 7, 7 Idem quod pecudes, quae diſpulſae, ſui generis ſequuntur greges, vt bos armenta: ſic ego, *etc.* Anatium greges Varro de R. R. 3, 11, 1. *Al.* Anatum. Anſerum greges Idem ibid. 3, 10. Cic. Philipp. 3, 31 Caedit greges Armentorum reliquique pecoris quodcunque nactus eſt. Auium grex Hor. Epiſt. 1, 3, 19. Cic. Verr. 1, 28 c. 10 Praeterea greges equarum eius iſtum abigendos curaſſe. Haedorum grex Virg. Ecl. 2, 30. Ouium Columel. 7, 3, 14. Pauonum greges Varro de R. R. 3, 6. Pecorum grex Ouid. Met. 11, 276. Grex Totus in agris Vnius ſcabie cadit et porrigine porci Iuuenal. 2, 79. Agitare lanigeros greges Virg. Georg. 3, 287. Caedere greges, *vid.* CAEDO. Compellere greges in vnum Virg. Ecl. 7, 2. Armenticius, *vid.* ARMENTVM. Magnus, *i. Armentum* Virg. Ecl. 6, 55. Milliarius, *vid.* MILLE. Cuſtos gregis, *Opilio* Virg. Ecl. 10, 36. *De maioribus animalibus dici, tum ſuperiora quaedam docent, tum iſta:* Varron. de R. R. 2, 5 Tauros in gregem redigo. *Et* Virg. Ecl. 6, 55 Aut aliquam in magno ſequitur grege. *dicitur de iuuenco. Vbi* Seruius: Notandum Gregem de Bobus dixiſſe, cum proprie Armenta dicimus. licet Grex ſit Quorumlibet animalium congregatio. *Et* Aen. 6, 38 Nunc grege de intacto ſeptem mactare iuuencos Praeſtiterit. Dixit quoque Lucretius de Genere bouino 2, 661 Buceriaeque greges ſub eodem tegmine caeli. Dux gregis *pro Tauro.* Ouid. de Arte Am. 1, 326 Hanc tamen impleuit vacca deceptus acerna Dux gregis: et partu proditus auctor erat. ¶ 2 *Hominum etiam gregem vocant. Paraſitus* Ter. Eun. 5, 9, 54 Vnum etiam hoc vos oro, vt me in veſtrum gregem recipiatis. Cic. in Catil. 1, 23 In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique verſantur. Ter. Heaut. 2, 3, 4 Ancillarum gregem ducunt ſecum. Idem in prol. Heaut. 45 Si qua laborioſa eſt, ad me curritur: ſin leuis eſt, ad alium defertur gregem. *de actoribus ſcenicis. Add.* Petron. c. 80. Plaut. Caſ. Prol. v. 22. Ter. Phorm. Prol. v. 33. Suet. Calig. c. 57. *De genethliacis vſurpatur* Iuuenal. 10, 94. *De agitatoribus* Suet. Ner. c. 22. Epicuri de grege porcus Hor. Epiſt. 1, 4 *extr. proprie huc non pertinet.* Cic. de Fin. 1, 65 c. . Quantaque amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges? *Et* Att. 1, 18. Indocilis Hor. Epod. 16, 37. Cic. Diuin. Verr. 49 Quartum quem ſit habiturus non video: niſi quem forte ex illo grege oratorum, qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt. Philoſophorum Id. de Orat. 1 c. 10. Seruorum venalium Plaut. Ciſt. 4, 2, 67. Venalium *ſimpliciter* Plaut. Aul. 3, 3, 4. Virorum grex Sil. 7. Virgarum greges Plaut. Pſeud. 1, 3, 99. *Conf. Voſſ. Inſt. Orat. 4 p. 103.* Scribere aliquem ſui gregis, *i. Referre in numerum amicorum.* Hor. Epiſt. 1, 9, 13 Scribe tui gregis hunc, et fortem crede, bonumque.

GREGARIVS, a, um. Adi. [ἀγελαῖος, ἀγελήτης] *Ex grege vulgari: unde* Gregarius miles *dicitur, qui ducitur tantum, non ducit.* Salluſt. Catil. c. 37 Deinde multi memores Sullanae victoriae, quod ex gregariis militibus alios Senatores videbant. Cic. pro Planc. 72 c. 30 At id etiam gregarii milites faciunt inuiti. Militia Iuſtin. 22, 1. Poëta Sidon. Epiſt. 9, 15. Gregarius *in* Vet. Gloſſ. [ἀγελάρχης, ποιμὴν] *eſt*, Qui gregi praeeſt. *Et eodem modo* Columel. 6 *pr.* Paſtores *dixit* Gregarios. *Necnon et* Apul. 7 p. 194 *pro armentario.*

GREGĀLIS, e. Adi. [ἀγελαῖος] *Qui ex eodem eſt grege.* Varro de R. R. 2, 7 Equi boni futuri ſigna ſunt, ſi cum gregalibus in pabulo contendit in currendo. *Metaph.* Cic. de Aruſp. Reſp. 53 c. 25 Neque P. Clodius, nec quiſquam de gregalibus eius aut conſiliariis deſignatur. Idem de Orat. 2, 25. Id. Fam. 7, 33 *pr.* Catilinae gregales Id. pro Domo c. 28. *Pro Vulgari ſeu Publico.* Sen. Epiſt. 87 Dii boni quam iuuabat intrare balnea illa obſcura, et gregali tectorio inducta. Idem de Benef. 1, 12 Gregalia poma. *Vid. Barth. Aduerſ. 9, 4.*

GREGĀTIM. Adu. [ἀγεληδὸν] *Simul, coniunctim.* Varro de L. L. 4, 11 Merula, quod mera, id eſt ſola volitet. Contra ab eo graculi, quod gregatim. Plin. 8, 5 Elephanti gregatim ſemper ingrediuntur. Gregatim Laborant pecora Colum. 6, 5, 5. Volare gregatim Quinctil. 1, 6. Gregatim, *ad homines translatum:* Cic. Verr. 5, 147 c. 57 Videtis ciues Romanos gregatim coniectos in latomias. Admiſſi gregatim adulteri Sen. de Benef. 6, 32. Gregatim ferre manus Stat. Theb. 8, 667. Plin. 26, 1 Acciditque ſaepius vt noua contra genera morborum gregatim ſentirentur.

GREGO, āre. [ἀγελίζω, ἀθροίζω Gloſſ. Gr. Lat.] Et ſua Beſſi niue duriores, Nunc oues facti duce te gregantur Pacis in aulam Paullin. ad Nicetam v. 206.

GREGĀTVS, a, um. Partic. Statius Achil. 1, 372 Qualiter Idaliae volucres, vbi mollia frangunt Nubila, iam longum caeloque domoque gregatae.

G R I

GRIAS, adis. f. *Herba.* Apul. c. 50.

GRICĒNA, *vel* GRICENEA, ae. f. Funis craſſus, Feſtus. *Nec*

GRILLO, GRILLVS, *vid.* GRYLLVS.

GRIPHVS, i. m. [γρῖφος] *Latine dicitur Rete (a quo Piſcator Plautinus* Gripo in Rudente *nomen inuenit) unde et vocatur Aenigma vel Sermo implicitus, atque intricatus.* Gell. 1, 2 Alioſque id genus griphos neminem poſſe dicens, niſi ſe, diſſoluere. Apul. Flor. 2 p. 347, 2 *ſe* griphos *ſcribere poſſe profitetur. Inter* Auſonii Eidyllia 11 eſt Griphus ternarii numeri *ad quem multa viri docti. Add. Buleng. de Conuiu. 3, 35. et Voſſ. Inſtit. Orat. 4. In conuiuiis proponi ſolebant. Vid. Athen. 10.*

G R O

GROCCIO, ire. Coruus groccire adortus Apul. Flor. 2 *extr. Sic Elmenh. Sed variat lectio.*

GROMA, *vid.* GRVMA.

GROMPHĒNA, ae. f. *Auis grui ſimilis.* Plin. 30, 5. *Item Herba.* Idem 26, 7.

GROSPHVS, i. m. *Haſtae cuſpis.* Groſphis raſus Arnob. l. 6. *Sed aliter Elmenb. et reliqui. Vid. Laemar. p. 200* med. *ſc.* Tornis raſa.

GROSSVS, i. m. *et* f. [ὄλυνθος] *Dicitur Ficus, quae nondum maturuit.* Celſ. 5, 12 Groſſi in aqua cocti. Plin. 15, 18 Deprehenſasque in his hieme groſſos. Idem alibi 23, 7 Crudae groſſi verrucas tollunt.

GROSSVLVS, i. m. Dimin. [ὀλύνθιον] Columel. de Arborib. c. 21 Si voles ficum quamuis non natura feram facere, quum groſſuli minuti erunt, fructum decutito.

GROSSVS, a, um. Adi. *Craſſus. Vox eccleſiaſticorum.* Veſtis groſſior Sulpic. Seu. de Virtut. Monach. Orient. 1 c. 21. *Add.* Vulgat. Ezech. 41, 25. *it.* Auguſtin. *Hinc etiam* Numus groſſus *ſolidus.*

GROSSARIVS, a, um. Adi. Groſſariae artis negotiator Inſcript. *ap. Dilherr. Diſp. T. I p. 67. Al.* proſariae.

GROSSITVDO, inis. f. Vulgat. Ierem. 52, 21. Solin. c. 43.

G R V

GRVMA, *ſiue* GROMA, ae. f. *Nam vtroque modo ſcribitur.* Non. 1, 316 *eſt* Menſura quaedam, qua fixa viae ad lineam diriguntur, vt eſt agrimenſorum, et ſimilium. Ennius 17 Gruma dirigere dixit. *Conf.* DEGRVMO. *Sic* Feſtus, Genus machinulae cuiusdam, quo Regiones agri cuiusque cognoſci poſſunt, quod Graeci γνώμονα dicunt. *De hoc Inſtrumento multa Salmaſ. ad Solin. p. 472 ſqq. cuius quaedam emendat Schelius in* Hyginum Gromaticum p. 56, *itemque Goeſius Ind. agrimenſ. h. v. Nihil autem certius eſt, quam eum vſum praeſtitiſſe ſuam gromam menſoribus, qui inde* Gromatici *dicti ſunt, quem hodie praeſtant ea, quae* Goniometrica *dicuntur, itemque menſulae, quas Praetorianas vocant. Nempe ſunt regulae centro quodam fixae, verſatiles, Dioptris inſtructae, quarum ope lineas et angulos vel explorare et metiri licet, vel deſcribere. Hoc cum ipſa res et vſus docet, tum Graecae appellationes in* Vet. Gloſſis, διόπτρα ἢ τῶν γεωμετρῶν, γνώμων. Hygin. p. 153 *Goeſ.* Poſita auſpicaliter Groma, ipſo forte conditore praeſente, proximum vero orientem comprehenderunt, *etc. Et* p. 164 Sic et in caſtris Groma ponitur in tetrantem. *Conf.* p. 285. Hygin. Gromat. p. 5, 7 Introitu praetorii parte media ante viam principalem *Groma* locus appellatur, quod (turba ibi congruat ſiue) in dictatione metarum poſito in eodem loco ferramento Groma ſuperponatur, vt porrae caſtrorum in conſpectu rigoris ſtellam efficiant: et profeſſores eius artis, cauſa ſupra ſcripta, Gromatici ſunt appellati. *Hinc illud apparet* Gromam *in caſtris eſſe velut centrum quoddam, in quo viae omnes concurrant; vnde initium metiendi et diſtribuendi fiat; vnde proſpectus ad omnes portas pateat.* Rigor *hic eſt linea recta.* Stella *eſt decuſſis rectangularis* ✠ *cuius extremis reſpondent quatuor portae caſtrorum, ipſa autem conſtat via Decumana, et quae illam ad angulos rectos ſecat Principali: quae omnia inſpecta forma caſtrorum diſtinctius cognoſcuntur. Recte igitur* Non. 1, 316 Grumae ſunt loca media, in quae directae quatuor congregantur et conueniunt viae. Eſt autem gruma *etc. quae ſupra dedimus.*

GRVMATICA, *vel (vt frequentius)* GROMATICA, ae. f. *Ars agrimenſorum: apud* Caſſiodor. Var. Epiſt. 3, 52.

GRVMATICI, *vel* GROMATICI, orum. m. *Qui eam artem profitentur.* Profeſſores eius artis, ſuperſcripta cauſa, Gromatici vocantur Hygin. de Caſtramet. *vt modo vidimus.*

GRVMO, āre. [μετρέω] Gloſſ. Gr. Lat.

GRVMVS, i. m. [θρόμβος] Terrae collectio, *vt ait* Feſtus, minor tumulo. Columel. 2, 18, 4 Grumoſque quos ad verſuram plerumque tractae faciunt crates, diſſipabimus, *etc. Sed* Vitruu. 8, 3 p. 158 *pr.* Fontes — per anguſtas venas vehementia Spiritus extruduntur ad ſummos grumorum tumulos, *i. montium. Tumulum ſignificat* Vitruu. 2, 1 p. 19 Phryges — ſtipites inter ſe religantes metas efficiunt, quas arundinibus et ſtramentis tegentes, exaggerant ſupra habitationes maximos grumos e terra. *Verum* Plin. 33, 4 Torretur et cum ſalis grumo, pondere triplici, *Harduinus legit*, Gemino, *ad fidem MSS.* Grumus eſt excellens natura, qui vocatur caſtra Poſtumiana Hirtius de B. Hiſp. c. 8 *extr. Add.* Ibid. c. 24 Ex grumo excelſum tumulum capiebat. *Species terminorum in* Rigaltii Agrimenſor. p. 320. Vet. Gl. οἱ τῶν ὅρων λίθοι.

GRVMVLVS, i. m. Dimin. [θρομβίδιον] Plin. 19, 6 Quidam vlpicum et allium in plano ſeri vetant, caſtellatimque grumulis imponi, diſtantibus inter ſe pedes ternos.

GRVNDA, ae. f. *Tecti prominentia arcendis ſtillicidiis inuenta, quae etiam* ſuggrundae *et* ſuggrundia *appellantur, v. v.* Vet. Gloſſ. Grunda ϛέγη καὶ τὸ ὑπὲρ τὸν πυλεῶνα ἐξέχον. *it.* ὑπόϛεγον.

GRVNDĬLIS, *vel* GRVNDVLIS, e. Adi. Lares grundiles *apud* Arnob. 1 p. 15. *De his* Non. 2, 357 Dicuntur Romae conſtituti ob honorem porcae (grundientis ſ. grunnientis) quae triginta pepererat. *Haec eadem* Caſſius Hemina *apud* Diomed. 1 p. 379 *pr. Et* Porcum immolatum laribus *ſatis docet* Hor. Serm. 2, 3, 164. *Add.* Prop. 4, 1, 23. *Et tamen non improbabilis eſt, certe honeſtior, coniectura Voſſii in etymol. voce* Suggrundae, *quam damus in* SVGGRVNDARIVM.

GRVNDIO, īre. [γρυλλίζω] *Dicebant veteres, quod nos Grunnire dicimus.* Veteres grundire dicebant Diomed. p. 379. Claud. 16 Agni grundibant, dixit: et grundibat grauiter pecus ſuillum. Etiam hominum eſſe grunditum Caecilius Ebriis deſignauit. *Ex Nonio 6, 96. Sed plerumque ſcribitur,*

GRVNNIO, īui, ītum, īre. [γρυλλίζω] *Proprium eſt porcorum.* Plin. 32, 2 Grunnire eum quum capiatur. Porcelli grunniunt Spartian. in Geta c. 5. Iuuen. Sat. 15, 22 Et cum remigibus grunniſſe Elpenora porcis. *Conf.* Varro *et* Laber. *ap.* Non. 2, 356.

GRVNNĪTVS, ûs. m. [γρυλλισμὸς] Cic. Tuſc. 5, 116 c. 40 Aut grunnitum, quum iugulatur, ſuis. Grunditum *ſcribitur* Non. 2, 356.

GRVS, gruis. m. *vel* f. [γέρανος] *Auis nota.* Virg. Georg. 1, 120 Strymoniae dant ſigna grues. *Add.* Id. Aen. 10, 265. Hor. Serm. 2, 8, 87 Diſcerpta ferentes Membra gruis ſparſi ſale multo. Plin. 10, 23 Inducias habet gens Pygmea, abſceſſu gruum, cum iis dimicantium. *Mira de gruibus toto hoc capite. Pulli gruum dicuntur* Vipiones Id. 10, 49. Grues, *vt inquit* Cic. de N. D. 2, 125 c. 49 quum loca calidiora petentes maria transmittunt, trianguli efficiunt formam: eius autem ſummo angulo aër ab iis aduerſus pellitur: deinde ſenſim ab vtroque latere tanquam remis, ita pennis curſus auium leuatur. Baſis autem trianguli, quam efficiunt grues, ea tanquam a puppi ventis adiuuatur, eaeque in tergo praeuolantium colla et capita reponunt. quod quia ipſe dux facere non poteſt, quia non habet vbi nitatur,

nitatur, reuoluat, vt ipſe quoque quieſcat: in eius locum ſuccedit ex iis quae adquierunt, eaque viciſſitudo in omni curſu conſeruatur. *Hinc* Palamedis aues *dictae. Vid.* PALAMEDES. Clamor gruum Lucret. 4, 182. Hiberna Rhodopes grus Stat. Silu. 4, 6, 9. Threicia Ouid. de Arte Am. 3, 182. Aduenam laqueo captare gruem Hor. Epod. 2, 35. ¶ 2 Grus, *Machina ab ſubleuanda onera accommoda: ſic dicta, quod in longum prominens, collum gruis referat: Graece γέρανος dicitur: cuius ſaepe fit mentio apud* Vitruuium. Labeo in l. Si ſeruus tuus D. De action. emt. et vendit. Qui per καταδρόμου γεράνῳ deſcendere, aut in cloacam demitti ſolitus eſſet. *Ita Haloander. Sed alii ſimpliciter* per catadromum deſcendere. *Vid.* CATADROMVS. *De* Grues *autem* ſ. *γεράνῳ vſu in theatris ad deſcenſus et raptus, v. g. Aurorae corpus Memnonis rapientis, repraeſentandos Pollux* 4, 130. *De* Grue ſ. Coruo demolitore Vitruu. 4, 19.

GRVO, ĕre. [*κλαγγάζω*] Feſtus, Gruere dicuntur grues, vt ſues grunnire. Gloſſ. Vet. Gruunt, *γερανίζουσι*.

GRVPES, [*γρῦπες* Vet. Gloſſ.] *pro gryphibus.*

G R Y.

GRY, [*γρῦ*] *Res viliſſima aut nullius prorſus momenti. Hinc adagium tum Graecis tum Latinis commune:* οὐδὲ γρῦ, Ne gry quidem. *Vid. Scal. in Coniect. et Lipſ. Epiſt. Qu.* 1, 2.

GRYLLVS, i. m. [*γρύλλος*] Animal eſt magnitudine cicadae, corpore longiore, pernicies agrorum. *Vid.* Plin. 29, 6. *De* gryllo Ariſtotelis, *vid.* Quinctil. 2, 17. *De vſu grylli medico* Sammonic. 292. ¶ 2 *Item Picturae ridiculae genus.* Plin. 35, 10 Idem iocoſo nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit. Vnde hoc picturae genus Grylli vocantur. *An hinc eſt, quod commenta abſurda et inutilia vitae* Gryllos *vocant Germani?*

GRYLLO, *vel* GRILLO, āre. *Vox* ſ. *ſtrepitus grylli.* Et gryllus gryllat A. Philomelae v. 62.

GRYNAEVS, a, um. Adi. [*Γρύνειος*] Grynaeus Apollo Virg. Aen. 4, 345. *Vbi* Seruius, Clazomene ciuitas eſt Aſiae. Iuxta hanc nemus eſt Grynaeum, vbi Apollo colitur. Inde ergo nunc epitheton dedit: licet et in Delo acceperit oraculum. Idem Ecl. 6, 72 His tibi Grynaei nemoris dicatur origo.

GRYPS, phis. *vel etiam* GRYPHVS, i. m. [*γρὺψ*] *Animal fabuloſum pennatum et quadrupes, magna ex parte leo, alis et facie aquilis ſimile, equis vehementer infeſtum. Iidem* Pici *veteribus appellati* Non. 2, 641. Plaut. Aul. 4, 8, 1. Virg. Ecl. 8, 27 Iungentur iam gryphes equis. Plin. 10, 49 Pegaſos equino capite volucres et gryphas auritos aduncitate roſtri, fabuloſos reor: illos in Scythia hos in Aethiopia. Idem 34, 4 ſ. 21 Aurum inuenitur in noſtro orbe, vt omittamus Indicum a formicis, aut Gryphibus apud Scythas erutum. *Aelian. de Anim.* 4, 27 Gryps *vel* gryphus *eſt animal Indicum quadrupes, vt Leo, robuſtiſſimis vnguibus leonum ſimilibus. Dorſum pennis induitur nigris; anterior pars corporis rubeis, alae candidis. Ore eſt aquilino, oculis igneis, nidosque in montibus facit. Bactri populi Indis finitimi eos illic auri cuſtodes eſſe, aurumque effodere, ſimulque eo ipſo nidos conſtruere dicunt. Indi vero auri cuſtodes eſſe negant, ſiquidem auri minime egent; ſed cum ad illud colligendum homines acceſſerunt, hos de pullis ſuis valde timentes pro eis pugnare. Certant etiam cum aliis animalibus, quae facillime vincunt, at contra elephantos et leones ſtare non audent. Vid.* Claudian. Conſ. Honor. 6, 30. Sidon. Carm. 2, 307, *qui currui Apollinis Gryphas iungit etiam* Carm. 22, 67

Gryphas et ipſa tenet, vultus his laurea curuos
Fronde lupata ligant — ſenſim fera ſubuolat ales
Aërias terraeque iras, ne forte citato
Alarum ſtrepitu lignoſas frangat habenas.

Quidquid ſciebam de Gryphis, *congerere me memini in carmen hoc titulo ſcriptum, et cum annotationibus relatum in Chreſtom. Plin. n. 108. Vid.* Mela 2, 1 *pr.* Solin. c. 20 *ſub fin.*

G V B

GVBERNO, āre. [*διοικέω, κυβερνάω*] *Adminiſtrare, procurare, regere, gerere, moderari.* Cic. Fam. 2, 7 Teque hortor, vt omnia gubernes et moderere prudentia tua. Id. de N. D. 1, 52 Si vero in ipſo mundo deus ineſt aliquis, qui regat, qui gubernet, qui curſus, *etc.* conſeruet. Velim totum hoc ita gubernes, vt ne minima quidem re vlla Bruti commodum impediamus Id. Att. 13, 25. Sed haec deus aliquis gubernabit Id. ibid. 6, 3. Virga gubernet Equum Martial. 9, 23. Gubernare aliquem conſiliis Cic. Brut. 10. Fortunae nos, quantum humano conſilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus Id. Att. 8, 4. Pompon. in pr. l. 2 D. de orig. iuris, Initio ciuitatis noſtrae, populus ſine certa lege, ſine iure certo primum agere inſtituit, omniaque manu regis gubernabantur. Patrimonium ſuum Cic. Att. 10, 8. Idem pro Roſc. Amer. 131 Quum ſolus Rempublicam gereret, orbemque terrarum gubernaret. Id. pro Milon. 25 Clodius contulit ſe ad eius competitores, ſed ita, totam vt petitionem ipſe ſolus etiam inuitis illis gubernaret. Cic. pro Sull. 78 Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque. Vitam gubernare ratione Lucret. 5, 1116.

GVBERNANS, antis. Partic. [*διοικῶν*] Fortuna gubernans Lucret. 5, 108.

GVBERNATVS, a, um. Part. Cic. Epiſt. ad Brut. 10.

GVBERNĀTOR, ōris. m. [*κυβερνήτης, διοικητὴς, πηγαλιοῦχος, οἰακιστὴς*] *Rector, et moderator nauis proprie dicitur.* Cic. de Senect. 17 c. 6 Vt ſi qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, *etc.* Idem de Inuent. 1, 58 Nauis quae ſcientiſſimo gubernatore vtitur. Id. Acad. 4, 100. Sen. Epiſt. 85. Plin. Epiſt. 9, 26. *Scheffer. de Mil. Nau.* 4, 6. Quod eſt in triremi gubernator in curru rector, praecentor in choreis, lex in vrbe, dux in exercitu: hoc eſt in mundo Deus Apul. de Mundo. Cuſtos, gubernatorque Reip. Cic. pro Rabir. Poſt. 26 c. 9. Bonus, *vid.* BONVS. Cic. Philipp. 7, 28 ſ. *extr.* Quamquam non eges conſilio, quo vales plurimum, tamen et ſummi gubernatores in magnis tempeſtatibus a vectoribus admoneri ſolent. ¶ 2 Quinctil. 8, 6, 9 *ex Poëta*, Gubernator magna contorſit equum vi. De agitatore *dictum ipſe monet Fabius.*

GVBERNĀTRIX, īcis. f. [*κυβερνήτρια*] Cic. de Orat. 1, 38 c. 9 *extr.* Quum ciuitatem vel paterno conſilio, vel auitis armis florentiſſimam accepiſſent, iſta praeclara gubernatrice, vt ais, ciuitatum eloquentia, Rempubl. diſſipauerunt. Ter. Eun. 5, 9, 16 An fortunam collaudem, quae gubernatrix fuit.

GVBERNATIO, ōnis. f. [*διοίκησις, ἀνακτορία*] Cic. de Fin. 4, 76 Et ſi in ipſa gubernatione negligentia eſt nauis euerſa. Vix videtur humani conſilii tantarum rerum gubernatio eſſe potuiſſe Idem in Catil. 3, 8. Magnam gubernationem tui conſilii, tuaeque auctoritatis res deſiderabit Id. Brut. 14. *Add.* Id. de Inuent. 2 c. 54.

GVBERNACVLVM, i. n. [*οἴαξ, πηδάλιον*] *Dicitur Clauus nauis.* Cic. de Inuent. 2, 154 Hic ille naufragus ad gubernaculum acceſſit. Gubernāclum *per ſyncopen: vt* Gubernaclum contorquet nauim quo libet Lucret. 4, 902. Reuulſum Virg. Aen. 6, 349. Aſſidere gubernaculis, *vid.* ASSIDEO. *Sollemnis eſt metaphora, quae ad reipubl. adminiſtrationem refertur.* Cic. pro Sext. 20 c. 9 Clauum tanti imperii tenere, et gubernacula Reipublicae tractare. Accedere ad gubernacula Reipubl. Idem de Inuent. 2, 154. *Add.* Ibid. 1 c. 3. Id. pro Domo ſua 24 Quum Senatum a gubernaculis deieciſſes, populum e naui exturbaſſes, ipſe archipirata cum rege praedonum impuriſſimo pleniſſimis velis nauigares. Cic. Fam. 16, 27 Qui niſi a gubernaculis receſſerint, maximum ab vniuerſo naufragio periculum eſt. Repellere vna paene voce oratorem a gubernaculis ciuitatum Idem de Orat. 1, 46 c. . . Sedere omni tempore ad gubernacula Reipubl. Id. pro Roſc. Amer. 51 c. 18. Cic. de Diuin. 2, 2 Quos tunc ſcripſimus, quum gubernacula Reipubl. tenebamus. Tradere oratori ciuitatum regendarum gubernacula Idem de Orat. 1, 214 c. 49. Gubernacula vitae Plin. 11, 37.

GVBERNVM, i. n. *Pro Gubernaculo.* Lucret. 2, 553 Diſiectare ſolet magnum mare tranſtra, guberna. *Et* 4, 441 Et recta ſuperne guberna. Lucil. Sat. 20 Proras deſpoliate, et detundite guberna. Nonius 8, 59.

GVBERNĀMEN, ĭnis. n. Ambroſ. Inſcr. Epiſt. 7, 44.

GVBERNIVM, i. n. *Pro Gubernatione. Vid.* Gell. 16, 7.

GVBER, ris. m. [*κυβερνήτης*] *Pro Gubernatore.* Gloſſ. Gr. Lat.

GVBERNIO, ōnis. m. *Idem.* Iſid. 19, 1.

G V L *et* G V M

GVLA, ae. f. [*φάρυγξ, λαιμὸς*] *Pars ſuperior oeſophagi, qua cibus atque potus deuoratur. Interdum etiam pro Faucibus ponitur.* Salluſt. Catil. c. 55 Laqueo gulam fregere. Plaut. Merc. 3, 4, 28 Demiſiſti gladium in gulam, iam cadam. Cic. Att. 13, 31 O gulam inſulſam, pudet me patris. Apponunt oculis plurima pauca gulae Martial. 4, 78. Plaut. Aulul. 2, 4, 23 Quin quum it dormitum, follem obſtringit ob gulam, ne quid animae forte amittat dormiens. Follem, *i. vtrem, quo excipiatur ſpiritus commeans, et inde redeat in pulmones. Ridicula imago auari. Add. reliqua huius loci, quae damus in* GVTTVR n. 2. *Pro Luxuria in cibis.* Poſſe prouincialibus copiis profundam eius expleri gulam Suet. Vitell. c. 7. Cocus domini debet habere gulam Martial. 14, 220. *i. iudicium de cibis.* Creſcens Iuuen. Sat. 11, 39. Immenſa, *vid.* IMMENSVS. Implacata Ouid. Met. 8, 845. Ingenioſa, Ingenua, Inſulſa, *vid. hh. vv.* Parens gulae Hor. Serm. 2, 7, 111. Profundae, intempeſtiuae, et ſordidae gulae homo Sueton. in Vitellio c. 13. *Vid.* VISCVS, viſceris. Subtilior Columel. 8, 16, 4. *vt modo ex* Martiali *habuimus, iudicium de cibis.*

GVLO, ōnis. m. *Homo gulae deditus.* Apul. Apol. p. 295 Gulones omnes, qui impenſo pretio a piſcatoribus mercantur. Macrob. Saturn. 7, 12 Vnde eſt et illud prouerbium, quo vtuntur gulones. *Conf.* Feſt. *in* Ingluuies.

GVLĀTOR, ōris. m. *Idem.* Vet. Gloſſ.

GVLŌSVS, a, um. Adi. [*γαστρίμαργος, λαίμαργος*] *Vorax, vel Gulae delicatae.* Iuuen. Sat. 11, 19 Et quadringentis nummis condire guloſum Fictile. Martial. 8, 23 Eſſe tibi videor ſaeuus, nimiumque guloſus. Martial. 10, 59 Non opus eſt nobis nimium lectore guloſo. *h. e. Multae lectionis curioſo.* Nihil eſt miſerius nec guloſius Sanctra Martial. 7, 20. Abſtinentia guloſa Hieron. Epiſt. 7 ad Laetam. *quae a quibusdam abſtinet, vt deſiderio velut condiat.*

GVLŌSE. Adu. [*λαιμαργικῶς*] Columel. 1 praefat. Contemtiſſimorum vitiorum officinas guloſius condiendi cibos, et luxurioſius fercula ſtruendi. Martial. 3, 22 Nil eſt, Apici, tibi guloſius factum. Guloſiſſime nutrit Tertull. de Reſ. Carn. c. 1.

GVMIAE, arum. m. *Comedones, lurcones.* Lucil. *apud* Cic. de Fin. 2, 24 c. 8 Edere compellans gumias ex ordine noſtros. *Alii legunt ex* Lucilio *apud* Non. 2, 377 Gemiae. *Vid. ſupra* GEMIAE; *al.* Gluuias: *vid.* Feſt. *in* Ingluuies. Gumias *probat etiam Dauiſius in locum.* Teſtimonium ex libello legi audiſti gumiae cuiusdam et deſperati lurconis Apul. Apol. p. 311, 15 *ſine varietate. Vid. Ioſ. Scal. Coni. in* Varr. de L. L. 6 p. 151. *Douſ. Rel. Lucil. p. 82. Lauremb. Antiqu. p. 198.*

GVMMI. n. *indecl. et* GVMMIS, f. [*κόμμι*] *Lacrima arborum quarundam, quae veluti gutta quaedam viſcoſa per ipſum corticem diffunditur.* Gummis Scribon. 21. Plin. 13, 11 Gummi optimum eſſe ex Aegyptia ſpina conuenit, vermiculatum, colore glauco, purum, ſine cortice, dentibus adhaerens. Columel. 12, 50 Noua dolia liquida gummi perluere. Ibid. ſ. 17 Multi quum ſemel noua dolia vel ſerias craſſa gummi liuerunt, vna in perpetuum gummitione contenti ſunt. *Sic quoque* Plin. Gummis *fere ſemper in feminino vſurpat, vid. Gronou. ad* 22, 23. CVMMIS *ſcribitur apud* Caton. R. R. c. 69.

GVMMA definit effluere Pallad. Oct. 12, 6. *Sed al.* Gummen, *al.* Gummi.

GVMEN, *ſ.* GVMMEN, inis. n. Pallad. Oct. t. 12 in MS. *it.* Ibid. t. 14. *et* Nou. t. 7.

GVMMATVS, a, um. Adi. In cerasis et in omnibus gummatis Pallad. Oct. t. 12 *ſubint.* arboribus. *Quid.* Gumminatis *legunt.*

GVMMITIO, ōnis. f. [*κόμμωσις*] *Illinitio quaedam ex glutinoſo illo arborum ſucco, quae doliis fieri ſolebat, quemadmodum Picatio ex pice, vt in praecedenti* Columellae *exemplo: et mox* Gummitionem alteram non recipit.

GVMMŌSVS, a, um. Adi. [*κομμώδης*] *Quod multum gummi habet.* Plin. 12, 9 *de bdellio arbore;* Indicum, humidius et facilius hoc, et cruſtoſius, amariusque: at gummoſum. *Codd. MSS. exhibent* Gumminoſum, *teſte Harduino.*

GVMMEVS, a, um. *Aliud* Adi. Auſon. Eidyll. 6, 74 Gummea fletiferi iaculatur ſuccina trunci. *Alii hic legunt* Gemmea.

GVMMĬNO, āre. *Gummi producere. Vid. Barth. Aduerſ.* 38, 4. Pallad. Ian. 15, 20 Gumminat prunus.

G V R

GVRDI, orum. m. [*εὐήθεις*] *Stolidi a vulgo dicuntur.* Quinctil. 1, 5, 57 Et Gurdos, quos pro ſtolidis accipit vulgus, ex Hiſpania duxiſſe

originem audiui. *Vid. Almelou.* Laber. *apud* Gell. 16, 7 Hic eſt ille gurdus, *etc.* Gloſſ. Iſid. Brutus, Gurdus.

GVRGES, ĭtis. m. [ἄμπωτις, δίνη] *Locus in flumine profundus, in quo aqua congeritur et circum vertitur.* Quo minime credas gurgite piſcis erit Ouid. de A. A. 3, 426. Plin. 9, 31 Aeſtate in opaca gurgitum recedunt. *de cancris.* Altus Virg. Ecl. 6, 76. Altitudo gurgitis Plin. 8, 5. Apicius nepotum omnium altiſſimus gurges Idem 10, 48. Anheli Sil. 3, . . Cita fertur gurgite claſſis Virg. Aen. 5, 33. Curuatus Idem Aen. 3, 563. Flumineo raptus venit de gurgite piſcis Martial. 4, 66. Lernaei gurgitis hydra Auien. Arateis v. 381. Plin. 9, 15 Reliquo tempore hiberno latent in gurgitibus imis. Limoſus Ouid. Met. 6, 381. Rapidus Sen. Thyeſt. 2. Refluo circumſona gurgite Thule Stat. Silu. 5, 1, 91. Sinuatus Sil. 13, . . Sinuatus in curuos arcus Ouid. Met. 14, 51. Tuſcis gurgitibus puer innataſti Stat. Silu. 4, 5, 40. Tantos, quae Charybdis exhaurire gurgites poſſet, quantas iſte Byzantiorum, Brogitarorumque praedas exorbuit? Cic. de Aruſp. Reſp. 59 c. 27. *Pro Ipſo maris periculo et veluti ſyrte quadam aut Scylla.* Virg. Aen. 1, 118 Apparent rari nantes in gurgite vaſto. *Add.* Auien. Arat. v. 41 *et* 344. Caeruleus, *pro Oceano* Ouid. Met. 2, 528. *Per translationem.* Cic. in Verr. 3, 23 Immenſa aliqua vorago eſt, aut gurges vitiorum, turpitudinumque omnium. Idem in Piſon. 41 c. 17 Ille gurges atque helluo, natus abdomini ſuo, non laudi atque gloriae. Gurges et vorago patrimonii Id. pro Sext. 111 c. 52. *Non improbabilis eſt ſententia Io. Meurſii mantiſſa ad lib. de luxu Rom. c. 12 deriuantis hoc totum nomen a Gr.* γοργών. *Sunt enim* γοργόνες *apud Suidam* φοβεροὶ εἰς γαστριμαργίαν. *Fuerit itaque* γοργὼν Gurges *primo vorax, ac deinde per metaphoram locus in mari vel flumine abſorbens omnia. Neque tamen diſplicet ex ipſo ſono aquarum dictum eſſe primo* gurgitem. ¶ 2 Gurges, *Cognomen* Q. Fabii Rulliani filii, a deuorato patrimonio illi impoſitum Macrob. Saturn. 2, 9. *Sigon. de Nom. Rom. c. 5.*

GVRGVLIO, ōnis. m. [τρὼξ] *Fiſtula colli ſpirituum meatus.* Varro de R. R. 2, 3, 2 Hircus ceruice et collo breue, gurgulione longiore. Pulmones cum ſuis gurgulionibus Plin. Valer. 2, 17. *Add.* Arnob. 3 p. 107. Lactant. de Opif. c. 11 Spiritus contra, qui eſt incorporalis ac tenuis, qui ſpatium ſibi facere non poterat, accepit viam fatalem, quae vocatur Gurgulio. Is conſtat ex oſſibus flexuoſis ac mollibus, quaſi ex annulis in catenae modum compactis ac cohaerentibus, patetque ſemper hinc tranſitus. *Conf.* Prudent. adu. Symmach. 2, 1053. ¶ 2 *Pudendum virile* Perſ. 4, 37. ¶ 3 *Eſt et Vermiculus quidam frumentis inimicus,* apud Plin. *niſi forte* Curculio *rectius ſcribendus eſt. Vid.* CVRCVLIO. Plin. 18, 30 Gurgulionem enim non deſcendere infra quatuor digitos, nec amplius periclitari. ¶ 4 Gurgulio, αὐχημάτιον βραχὺ Vet. Gloſſ. *Modo non ſit* Gurguſtium.

GVRGVSTIVM, i. n. [οἰκίδιον] Feſtus, Genus habitationis anguſtum, a Gurgulione (Curculione) verme ſic dictum. Seruius . . *docet,* Gurguſtium eſſe Obſcuram et latentem tabernam. Cic. in Piſon. 15 c. 6 Meminiſtine coenum, quum ad te quinta fere hora cum C. Piſone veniſſem, neſcio quo e gurguſtio te prodire: inuoluto capite, ſoleatum? Idem de N. D. 1, 22 c. 9 Quid autem erat, quod concupiſceret Deus mundum ſignis et luminibus tanquam aedilis ornare? ſi, vt Deus ipſe melius habitaret: antea videlicet tempore infinito in tenebris, tanquam in gurguſtio habitauerat.

GVRGVSTIŎLVM, i. n. Dimin. [οἰκίσκος] Apul. Met. 1 p. 112, 35 Ergo breuitatem gurguſtioli noſtri ne ſpernas peto. *Id quod paullo poſt* larem paruulum *vocat* Idem.

GVRGVSTIDONIVS, a, um. Adi. *Vox per iocum a* Plauto *ficta, a* Gurguſtiis, *forma gentili,* Mil. 1, 1, 13 Quemne ego ſeruaui in campis gurguſtidoniis.

GVRRIO, īre. *De Luſciniis dicitur. Vox ficta apud* Apul. Flor. 3, 17 In ſolitudine canticum adoleſcentiae gurriunt. *Vid. Colu. ibid. p. 193. Sed al.* Garriunt: *vt Elmenb. p. 358, 28.*

G V S

GVSTO, āre. [γεύομαι] *In os ſumere ſaporis explorandi cauſa, ſimile verbo* Libare. Caeſ. B. G. 5, 12 Leporem et gallinam et anſerem guſtare fas non putant. Acetum guſtare Scribon. 83. Cic. Fam. 7, 26 Fugi in Tuſculanum, quum quidem biduum ita ieiunus fuiſſem, vt ne aquam quidem guſtarem. Idem de N. D. 2, 126 Capras autem in Creta feras quum eſſent confixae venenatis ſagittis, herbam quaerere, quae dictamnus vocaretur: quam quum guſtauiſſent, ſagittas excidere dicunt e corpore. Fabula guſtare Virg. Aen. 1, 477. ¶ 2 *Per translationem de aliis rebus, quae leuiter modo velut explorantur, vt Attingere.* Cic. in Piſon. 58 c. 24 Non guſtarat illam tuam Philoſophiam. Guſtare aliquam partem liquidae voluptatis Idem de Fin. 1, 58. Nunquam vitae amorem guſtauit Lucret. 5, 180. *Conf.* Barth. Adu. 10, 15. Iſtorum omnium ſummatim cauſas, et genera ipſa guſtaui Cic. de Orat. 2, 153. Idem pro Arch. 17 Quod ſi ipſi haec neque attingere, neque ſenſu noſtro guſtare poſſemus, tamen ea mirari deberemus, etiam quum in aliis videremus. Id. Fam. 12, 23 Nullam partem per aetatem ſanae et ſaluae Reipublicae guſtare potuiſti. Primis, vt dicitur, labris guſtaſſe phyſiologiam, id eſt naturae rationem Cic. de N. D. 1, 20 c. 8. Idem pro M. Cael. 28 Equidem multos et vidi in hac ciuitate, et audiui, non modo qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc vitae, et extremis (vt dicitur) digitis attigiſſent. Plaut. Moſt. 4, 1, 13 Herus meus hic quidem eſt: guſtare eius ſermonem volo. Hor. Serm. 2, 5, 82

Sic tibi Penelope frugi eſt, quae ſi ſemel vno
De ſene guſtarit tecum partita lucellum,
Vt canis a corio non deterrebitur vncto.

Guſtare ciuilem ſanguinem, vel potius exſorbere Cic. Philipp. 2, 71. ¶ 3 Guſtare *arcta quadam ſignificatione id dicimur, quo ante coenam veſcimur.* Suet. Aug. c. 76 Veſcebatur et ante coenam, quocunque tempore et loco ſtomachus deſiderabat. *Verba ſunt ex ipſius Epiſtolis:* NOS IN ESSEDO PANEM ET PALMVLAS GVSTAVIMVS. *Vid. Salmaſ. ad* Vopiſc. *in* Tacit. c. 11. *Hinc autem,*

GVSTATIO, ōnis. f. Petronio *Prima pars coenae dicitur, quae nonnullis eſt Guſtus. Sic* Martial. 11, 53 Haec ſatis in guſtu, caetera noſſe cupis. Petron. c. 22 Iuſſi ergo diſcubuimus, et guſtatione mirifica initiati vino etiam ſalerno inundabamur. *Turneb. Adu. 19, 7. Add.* Petron. c. 31. *Pro ientaculo poni putat Salmaſ. ad* Vopiſc. Tac. c. 11.

GVSTANS, antis. Partic. Guſtantibus adhuc nobis Petron. c. 33. Guſtanti baſia plena dare C. Gallus 1, 98.

GVSTATVS, a, um. Plin.

GVSTĀTVS, ûs. m. [γεῦμα] *Pro Guſtu.* Cic. de N. D. 2, 141 c. 56 Iam guſtatus, qui ſentire eorum, quibus veſcimur, genera deberet, habitat in ea parte oris, qua eſculentis et potulentis iter natura pateſecit. Vua peracerba guſtatu Cic. de Sen. 53 c. 15. *Ipſa guſtatio.* Idem de Natur. Deor. 2, 158 c. 63 Niſi forte tanta vbertas et varietas pomorum, eorumque iucundus non guſtatus ſolum, ſed odoratus etiam, et adſpectus, dubitationem affert, quin hominibus ſolis ea natura donauerit. Guſtatus eſt ſenſus ex omnibus maxime voluptarius Cic. de Or. 3 c. 25.

GVSTVS, ûs. m. [γεῦσις] *Senſus ipſe, qui ex guſtatione percipitur.* Plin. 10, 71 Quoque exiſtimauerim omnibus ſenſum guſtus eſſe. *In vetuſtioribus codicibus legitur et* Guſtatus. Guſtus, idem, quod ſapor Scribon. 185. 186. 188. *et ſaepius. Add. Rhod. in Lexic. Scrib.* Acer, *vid.* ACER. Acutus et odoratus guſtus Plin. 27, 12. Amarus cum adſtrictione, *vid.* ADSTRINGO. Adſtrictus Plin. 27, 12. Auſterior, *vid.* AVSTER. Calidus Plin. 27, 8. Panis potioniſque bonitatem guſtu explorare Col. 2, 2. *et* 11, 2. ¶ 2 Cic. Philipp. 2, 115 c. 45 Vt quidam morbo aliquo et ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt: ſic libidinoſi, auari, facinoroſi, verae laudis guſtum non habent. Guſtus non traditur arte Quinctil. 6, 5, 1. *Add.* 9, 4, 120. *et* 6, 3, 17. ¶ 3 Guſtus, *pro Primo prandii miſſu, ſiue ferculo.* Martial. 11, 32

Guſtu protinus has edes in ipſo,
Has prima feret, alterave coena,
Has coena tibi tertia reponet. *de cucurbitis loquitur.*

Conf. Lipſ. Ant. Lect. l. 3. ¶ 4 Guſtus *rebus venalibus tribuitur, et eſt illud, quo bonitas illarum exploratur, vulgo Praeguſtus. Vid. Caſaub. ad Athen. 1, 22. Hinc metaph.* Dedit nobis guſtum, ad quem reſpondebit Sen. Ep. 11. Principatus tuus ad guſtum exigitur Idem de Clem. 1, 1. *Conf.* Plin. Ep. 4, 27, 5. Minimum veluti guſtum haurire ſomni Petron. c. 22.

GVSTATORIVM, i. n. [γευστίδιον, Gl. L. Gr.] *ſupellectilis pars, in qua* Guſtatio, *ſ. Promulſis apponitur. Vid.* PROMVLSIS *et* PROMVLSIDARE. *Nam idem eſſe* Guſtatorium *et* Promulſidare *apparet ex* Petron. c. 31 Adlata eſt Guſtatio valde lauta — *quae deinde deſcribitur,* Caeterum in promulſidari aſellus erat Corinthius, *etc. Deinde* c. . . Repoſitorium allatum eſt cum corbe: *et mox* c. 34 Guſtatoria pariter a choro cantante rapiuntur. Gloſſ. ad h. l. In quibus cibus ſ. antecoena apponebatur. Plin. Epiſt. 5, 6, 37 *de ſtibadio ſuo,* Guſtatorium, grauiorque coenatio, margini imponitur. Martial. 14, 88 *lemma eſt,* Guſtatorium *(malim* Guſtatoria) *epigramma hoc:* Femineam nobis cherſon *(teſtudinem terreſtrem)* ſi credis ineſſe, Deciperis, pelagi maſcula praeda ſumus. Plin. 9, 11 Teſtudinum putamina ſecare in laminas, lectoſque et repoſitoria *(ex hoc nempe genere ſunt* guſtatoria, *quin Subſtantiui inſtar eſt* Repoſitorium, *cui* Promulſidarium, *vel* Guſtatorium *additur)* his veſtire Corbilius Pollio inſtituit.

GVSTVM, i. n. *Ferculum, quod guſtatur.* Petron. c. 76 Non mihi haec iactura guſti fuit. *Add.* Apic. 4, 5.

GVSTV̆LVS, i. m. *Idem.* Apul. Met. 9 *Oua* guſtulum *vocat; et* ibid. 2 p. 119 *ſuauium appellat* dulcem amarum guſtulum. *Conf. Lipſ. loc. c. p. 93.*

G V T

GVTTA, ae. f. [σταγὼν, ῥανὶς, ψεκὰς] *Minima pars aquae, vel alterius materiae liquidae.* Plaut. Caſin. 2, 3, 30 Dî me et te infelicitent, ſi ego in os meum vini guttam indidi. Plin. 31, 2 Diſtillantes quoque guttae in lapides dureſcunt in antris Coryciis. Cic. Tuſc. 2, 25 Ex quo liquatae ſolis ardore excidunt Guttae. *Ex Poëta.* Cruentae Ouid. Met. 15, 788. *vid.* CRVENTVS. Frigida per artus fluit Idem Amor. 3, 14, 38. Grandes Virgil. Georg. 2, 245. Liquentes humorum Lucret. 2, 222. Lucida Ouid. Faſt. 4, 522. Plaut. Moſt. 2, 2, 75. Sanguineae Ouid. Met. 2, 360. Gutta cauat lapidem Ouid. ex Pont. 4, 10. Inſtillant guttae ſaxa, *vid.* INSTILLO. Manant guttae ſanguineae tanquam de vulnere Ouid. Met. 2, 360. Plaut. Pſeud. 1, 4, 2 Quid nunc acturus, poſtquam herili filio largitus dictis dapſilis? vbi ſunt ea? cui neque Parata gutta certi conſilii, neque adeo argenti. Stillant ſaxa guttis Lucret. 6, 943. Stillauit in cor dulcedinis gutta Idem 4, 1052. *Macula.* Virgil. Georg. 4, 99 Ardentes auro; et paribus lita corpora guttis, *i. ſimilibus et aureis maculis, quaſi guttatim ſparſis habentes corpora diſtincta. de Apibus loquitur.* Variantur corpora guttis caeruleis Ouid. Met. 4, 578. Guttae ſunt et in aedificiis Ornamenta, quae iuxta ordinem Doricum ſub triglyphiis pendent inſtar guttarum Vitruu. 4, 3.

GVTTVLA, ae. f. Dimin. [σταγόνιον] Plaut. Epid. 4, 1, 27 Guttula pectus ardens mihi adſperſiſti, *i. aliquantum me recreaſti.*

GVTTĀTIM. Adu. [κατὰ σταγόνας] Plaut. Merc. 1, 2, 92 Cor edepol miſerum meum, quod guttatim contabeſcit, quaſi in aquam tu indideris ſalem. Arnob. 2 Pluuia guttatim labitur. Guttatim lacrimis ſtillat Prudent. Cath. 5, 22.

GVTTO, āre. [στάζω] Vet. Gloſſ. *Vnde*

GVTTĀTVS, a, um. Partic. [σταγονωτὸς] *Quod veluti guttas habet.* Martial. 3, 58 Et picta perdix, numidicaeque guttatae. Color guttatus Pallad. 4 t. 13.

GVTTANS, antis. Partic. [σταλάζων] *Formam Participii habet, quaſi a* Gutto, guttas, *pro Guttatim ſtillare.* Plin. 20, 8 Huius folia ambuſtis vtilia, guttantia, adſtringunt. *Sed Harduinus ex MSS. hic legit* Guſtantium os adſtringunt.

GVTTĀMEN, inis. n. Cathol.

GVTTONARIVS, a, um. Adi. *Equorum epitheton, quod pro* Tottonariis, *qui parum diſtant a* cottonariis, Vegetio Mulom. 1, 56, 37. *et* 4, 6, 7 *reſtituuntur a Salmaſio ad* Capitolin. Maxim. 3 p. 13 *Hack. Sunt autem iidem, qui* Trepidarii *vel* Tripediarii, *minuto et celeri greſſu, quaſi* guttatim *procedentes. Confert* σακκάζειν *et* ὑποσακκίζειν *Graecorum, in quibus ſimilis eſt a ſacco colatorio, ac deſtillante inde humore, metaphora. Laudat Gloſſas, vbi* Gutturnium *eſt* βαθμὸς, προκοπή. *Etiam* Colatorii *a* colandis *liquidis dicti illi videntur, qui tardiores ac molliores adhuc, et Aſturconum modo ambulant. Denique* κάλπα, *qua Graeci gradum tripedariorum appellant, nomen habet a* κάλπῃ, *vaſe,* gutturnio.

GVTTVR, ŭris. n. [λαιμὸς, λάρυγξ, φάρυγξ, βρόγχος] *Ea pars, quae eſt a faucibus ad iugulum, ſiue exterior, ſiue interior ſit. Nomen putant quidam habere ex* Gutta, *quoniam potus per guttur guttatim labitur.* Plin. 11, 37 Guttur homini tantum et ſuibus intumeſcit: aquarum quae potantur plerumque vitio. *De ſtrumis loquitur.* Virg. Georg.

Georg. 1, 423 Et laetae pecudes, et ouantes gutture coruì. Cic. pro Cael. 44 Vitium ventris et gutturis. Mobile Perſ. 1, 17. Tumidum Iuuen. Sat. 13, 162. Tenui gutture cantat auis Ouid. Amor. 1, 13. Colluere guttur liquido plaſmate Perſ. 1, 17. Fregit eliſa guttura laqueo Lucan. 2, 154. Radere guttur Iuuen. Sat. 6, 105. Rupit mihi guttura pugno Ouid. Met. 3, 625. Tumuerunt guttura venis Id. Met. 5, 73. Vincire guttura alicuius Ouid. Met. 10, 22. ¶ 2 Gutturem, *maſculino genere dixit* Plaut. Trin. 4, 3, 7 Poſtquam thermopotaſti gutturem, *i. calida potione proluiſti.* Id. Aul. 2, 4, 25 Etiamne obturat inferiorem gutturem, Ne quid animae forte amitat dormiens ?

GVTTVRŌSVS, a, um. Adi. [φαρυγγώδης, λαίμαργος, Gl. Lat. Gr.] *Cuius guttur tanquam ſpongia quaedam intumeſcit : ita, vt hoc malum, non morbus, ſed vitium ſit.* Vlpian. de aedilicio edicto l. 12 §. 2 Si quis natura gutturoſus ſit, aut oculos eminentes habeat. *Conf.* Schol. Iuuenal. 13, 162.

GVTTVRNIVM, i. n. Vaſis genus, ex quo aqua in manus datur : ab eo, quod propter oris anguſtiam guttatim fluat Feſtus. *Turneb. Aduerſ.* 22, 30.

GVTTVS, i. m. [πρόχοον] *Poculi genus, quo in ſacrificiis vtebantur, quoque guttatim aqua infundebatur.* Plin. 16, 38 Curius iurauit, ſe ex praeda nihil attigiſſe praeter guttum faginum, quo ſacrificaret. Pleno componit lintea gutto Iuuen. Sat. 3, 263. *Nam referuntur* lintea *ad* guttum : *ſed duae res memorantur : q. d.* gutto impleto, *quo opus eſt in balneo,* componit *eadem cauſa etiam* lintea. Gell. 17, 8 Guttum Samium ore tenus imprudens inanem, tanquam ineſſet, oleum affert, *etc.* Guttus corneus *ſic loquitur apud* Martial. 14, 52 Geſtauit modo fronte me iuuencus, Verum Rhinocerota me putabis. *Dicit Poëta hunc guttum eſſe ex cornu iuuenci, ſed tanta arte laboratum, vt Rhinocerotis videatur. Hinc et* Rhinoceros *vocatur a* Iuuen. Sat. 7, 130.

GVTTVLVS, i. m. Dimin. [προχίδιον] Plaut. Fragm. Vt guttulam hauriret ex guttulo.

G Y A

GYĂRVS, i. f. *vel* GYĂRA, ae; *vel* GYĂRAE, arum. *Pl.* [Γύαρος] *Vna e Cycladibus inſulis, in quam Romani noxios in exilium mittere ſolebant.* Iuuen. Sat. 1, 73 Aude aliquid breuibus Gyaris et carcere dignum, Si vis eſſe aliquid. Idem Sat. 10, 170 Vt Gyarae clauſus ſcopulis, paruaque Seripho. De Gyaro dedi literas Cic. Att. 5, 12. Gyaro celſa Myconoque reuinxit Virgil. Aen. 3, 76. Plin. 8, 29 M. Varro auctor eſt, — ex Gyaro Cycladum inſula incolas a muribus fugatos.

GYAS, *Nomen proprium viri Troiani : de quo* Virgil. Aen. 5, 160 Cum Princeps medioque Gyas in gurgite victor Rectorem nauis compellat voce Menoeten. Idem Aen. 5, 118 Ingentemque Gyas ingenti mole chimaeram. ¶ 2 Gyas *vel* Gyes, *gigantis nomen, quod forte fuit apud* Horatium *illis locis, vbi* Gyges *nunc legitur. Vid. Bentl. ad* Horat. Carm. 2, 17, 14.

G Y G

GYGES, is. f. [Γύγης] *Viri proprium, qui Caeli et Terrae filius fingitur, et frater Briarei, gigas maximus et centimanus.* Centimanus Gyges Hor. Carm. 3, 4, 69. *et* 2, 17, 14 *vbi copioſe Bentleius.* ¶ 2 *De Gyge, qui annulum habuit, cuius ope, qui illum geſtaret, videri quoties vellet, poſſet a nemine, videto* Cic. Off. 3, 78. *Hinc* Gygis annulo ſimilis Aſpis Carneadis, *vid.* ASPIS.

GYGAEVS, a, um. Adi. Stagnum Gygaeum Plin. 5, 29. *et* Propert. 3, 10, 18 Lydia Gygaeo tincta puella lacu.

GYLIPPVS, i. m. *Vir Lacedaemonius bello praeclarus ; de quo* Tibull. *ad* Meſſal. 4, 200 Non magni potior ſit fama Gylippi. *Adde* Iuſtin. 4, 4. *et de alio* Virgil. Aen. 1, 272.

G Y M

GYMNAS, ădis. f. [γυμνὰς] *Exercitium.* Stat. Silu. 4, 2, 47 Sic lubrica ponit Membra Therapnaea reſolutus gymnade Pollux. Feſta Gymnas Idem Silu. 3, 1, 43. Stat. Theb. 4, 106 Chalcis, et Herculea turpatus gymnade vultus Amnis. Intelligit Acheloum. Id. Achil. 1, 357 Exercere proteruas Gymnadas. Oleoque et gymnadis arte Vnctis pugilibus Prudent. adu. Symmach. 2, 516.

GYMNASIVM, i. n. [γυμνάσιον] *Locus exercendorum corporum iuuenilium, quod faciebant nudi, γυμνοὶ, vnde nomen eſt.* Plaut. Amph. 4, 1, 3 Nam omnes plateas perreptaui, gymnaſia, myropolia, apud emporium atque in macello, in palaeſtra, atque in foro. Plin. Epiſt. 2, 17, 7 Hoc hibernaculum, hoc etiam gymnaſium, meorum eſt. *Philoſophi et Rhetores illa loca docendi cauſa ſectabantur. Hinc* Cic. de Orat. 1, 56 Clamabunt credo omnia gymnaſia, atque omnes Philoſophorum ſcholae ſua haec eſſe omnia propria. Varro R. R. 2, 2 *pr.* Ac ne Graecorum vrbana deſiderarent Gymnaſia, quae nunc vix ſatis ſingula ſunt. Gymnaſium plenum pueris Quinctil. 2, 8. Atys *apud* Catull. 62, 64 Ego adoleſcens, ego ephebus, ego puer, Ego Gymnaſii fui flos, ego eram decus olei, *i. pulcherrimus eorum, qui oleo ibi vngebantur. Vnde et* Varro R. R. 1, 55, 4 In gymnaſium dominum ſequitur oleum. Nobiliſſimum orbis terrarum gymnaſium Seru. Sulp. ad Cic. Fam. 4, 12 *de Academia.* Virgineum Propert. 3, 14, 2. Indulgere gymnaſiis Traianus ad Plin. Ep. 10, 49. Gymnaſia ſectari aut porticus Plin. Ep. 1, 22. Quae vix in gymnaſiis et in otio Stoici probant Cic. in Parad. 1.

GYMNASTES, ae. m. Gymnaſtae Plin. 7, 2 *Indi, qui vltra C. annos vita proceſſerunt. Hard. leg.* Gymnetas.

GYMNASTĬCVS, a, um. Adi. [γυμναστικὸς] Plaut. Rud. 2, 1, 7 Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio Gymnaſtico et palaeſtrico.

GYMNĬCVS, a, um. *Aliud* Adi. [γυμνικὸς] *Idem.* Plin. 7, 56 Ludos gymnicos in Arcadia Lycaon inuenit. *Sic* Cic. Tuſcul. 2, 61 c. 26 *pr.*

GYMNASIARCHVS, i; *et* GYMNASIARCHA, ae. m. [γυμνασιάρχης] *Gymnaſii praeſes.* Cic. Verr. 4, 92 c. 42 Demoliendum curauit Democritus gymnaſiarchus, quod is ei loco praeerat. Valer. Max. 9, 10 *extr.* Taxillus quidam Gymnaſiarcha eſt. Virga gymnaſiarchorum Sidon. Ep. 2, 2 *vbi conf. Sirmond. p.* 26.

GYMNASIARCHA, ae. f. L. 6 §. 8 ff. de excuſat.

GYMNOSOPHISTAE, arum. m. *Pl.* [γυμνοσοφισταὶ] *Philoſophi Indorum : ſic dicti, quod nudi incederent : nam γυμνὸς, nudus dicitur.* Plin. 7, 2 Philoſophos eorum, quos gymnoſophiſtas vocant, ab Exortu ad Occaſum perſtare, contuentes ſolem immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus inſiſtere. Oſtentatque ſuos vicatim gymnoſophiſtas Prudent. Hamart. 404. *Vid. Porphyr. de Abſtinentia ab eſu animalium* 4. Apul. Florid. n. 6 *vbi valde illos laudat. Elmenh. p.* 343, 17. *Add. Strab.* 15. *Philoſtr.* 3. Curt. 8, 9, 32 *ibique Commentatt.* Cic. Diuin. 1 c. 23. *Sunt iidem* Brachmanes, *v. h.*

G Y N

GYNAECEVM, i. n. [γυναικεῖον] *Locus ſecretior in aedibus Graecorum, in qua mulieres habitabant.* Plaut. Moſt. 3, 2, 68 Sed ſenex gynaeceum aedificare volt hic in ſuis, et balneas, et ambulacrum, et porticum. Ter. Phorm. 5, 6, 23. Cic. Philipp. 2, 95 Syngrapha HS. centies per legatos viros bonos, ſed timidos et imperitos, ſine reliquorum hoſpitum regis ſententia, facta in gynaeceo. ¶ 2 *Sequiori aetate* Gynaecea *erant textrina Principum, in quibus veſtes conficiebantur, ab his dicti*

GYNAECIARII, orum. m. *De his* Gynaeciis *et* Gynaeciariis *videndus eſt inſtar omnium Iac. Gothofredus Paratit. et Comment. ad* Tit. C. Theod. 10, 20, *qui non minus quam* C. Iuſtin. 11, 7 *agit poſt* Murilegulos de Gynaeciariis, *ad quos in* C. Theod. *ſpeciatim pertinent* l. 2 - - 9. *item* 16.

GYNAECONITIS, ĭdis. f. *Eadem. Vid.* Nep. Praef. n. 7. Vitruu. 6, 10. *de part. aed.* 2, 5.

GYNDES, *vid.* GINDES.

G Y P

GYPSVM, i. n. [γύψος] *Materia calci affinis, e lapide cocto parata.* Plin. 36, 24 Cognata calci res gypſum eſt. Plura eius genera, nam e lapide coquitur, vt in Syria, et Thuriis : et e terra foditur, vt in Cypro, ac Perrhaebis : e ſumma tellure, et Tymphaicum eſt, *etc. Add.* Idem 35, 12 ſ. 44. Aqua conſperſum gypſum Scribon. 132. Gypſi flos Columel. 12, 10, 8, *et al.* Gypſo craſſo linire opercula Idem 12, 43, 6. Gypſo medicata vina Pallad. Oct. 14, 11. Iuuen. Sat. 2, 4 Quamquam plena omnia gypſo Chryſippi inuenias, *i. imaginibus illius e gypſo fuſis.* Plin. 35, 12 ſ. 44 Hominis imaginem gypſo e facie ipſa primus omnium expreſſit, ceraque in eam formam gypſi infuſa emendare inſtituit Lyſiſtratus.

GYPSO, āre. [γυψόω] *Gypſo inducere ſeu incruſtare.* Apic. de Re Cul. 1, 17 Vas picari pariter et gypſari facies. Amphorae diligenter gypſatae Petron. c. 34. Pedes gypſati ſeruorum, *vid.* Ouid. Am. 1, 8, 64. Tibul. 2, 6, 21 Nota loquor, regnum ipſe tenet, quem ſaepe coëgit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Columel. 12, 16 Quum deinde modice aruerunt, in vaſa noua ſine pice operculata et gypſata, ſicco loco reponitur. Lagoena gypſata Idem 12, 12, 2. Vinum gypſare Columel. 12, 36 *quod* 12, 26, 2 *ita docet,* Si in ſextarios VII muſti heminam gypſi miſcueris. Cic. Fam. 7, 6 Hoc tibi tam ignoſcemus nos amici, quam ignouerunt Medeae (quae apud Corinthum arcem altam habebat) matronae opulentae optimates, quibus illa manibus gypſatiſſimis perſuaſit, ne ſibi illae vitio verterent, quod abeſſet a patria, *i. geſtu manuum pro more gypſatarum, gubernans vocem. Sed haud paullo magis placet emendatio Sam. Petiti ad Leg. Att. p.* 67 *pro* manibus *legentis* III anibus, *i. tribus anibus, ſ. matronis, vt in ſcenam tragicam prodire ſolebant faciem et manus gypſatas habentibus.*

GYPSEVS, a, um. Adi. Quum tres Victoriae eſſent locatae gypſeae cum palmis Spartian. in Seu. c. 22. Illae Chriſtianos oculos ſcandalizant, quae purpuriſſo et quibusdam fucis ora oculosque depingunt, quarum facies gypſeae et nimio candore deformes idola mentiuntur Hieron. ad Marcell. Ep. 23.

GYPSATIO, ōnis. f. Sidon.

GYPSATOR, ōris. m. Auguſtin.

GYPSOPLASTES, ae. m. Caſſiod. 7, 5.

G Y R

GYRVS, i. m. [γυρὸς] *Latine Circulus vel Ambitus dici poteſt, et ſaepe pro definito ſpatio ponitur, intra quod contineri aliquid debet.* Virgil. Aen. 5, 85 Dixerat haec, adytis quum lubricus anguis ab imis Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit. Ablaqueationis gyrus Columel. 4, 4, 2. *Conf. Geſn. ad h. l.* Periculum erit, ne tu quoque in illis Dialecticae gyris conſeneſcas Gell. 16, 8. Cic. de Orat. 3, 67 c. 19 Ex ingenti quodam Oratorem immenſoque campo in exiguum ſane gyrum compellitis. Idem Off. 1, 90 c. 26 Homines ſecundis rebus effrenatos, ſibique praefidentes, tanquam in gyrum rationis et doctrinae duci oportere. Anguſtiſſimum habet dies gyrum Sen. Ep. 12. Aërius Catul. de Coma Beren. 64, 6. Simili gyro venient aliorum vices Phaedr. 4, 25, 25. *i. ambitu, vt circumactu rotae.* Terribilis Claud. de Rapt. Proſerp. 24. Abrumpit equus gyros medios tremulo poplite Lucan. 6, 87. Agere gyros Senec. Agamemn. 6. Contendere curuo gyro Tibul. 4, 1, 94. Gyro Curre, Poëta, tuo Ouid. Rem. Am. v. 398. Dare gyros Virgil. Georg. 3, 115. *Add.* Idem Aen. 7, 379. Ducit per aëra gyros miluius Ouid. Amor. 2, 6, 33. Flectitur in gyrum *miluus* Idem Met. 2, 718. Format exiguos per prima volumina gyros Sil. 13, . . Ire in gyros coactus equus Ouid. de Arte Am. 3, 384. Spargere patulo vaga vincula gyro Valer. Argon. 6, 132. Trahit bruma niualem interiore diem gyro Hor. Serm. 2, 6, 26. Volat ingenti gyro Virg. Aen. 10, 884. Variare gyros docentur equi Tac. Germ. c. 6. Volui ancipiti gyro Stat. Theb. 10, 596. *de ſerpente.*

GYRO, āre. Veget. Mulom. 2, 5, 2 Gyrabit ſe difficile equus, *i. circumaget.*

GYRĀTVS, a, um. Partic. Plin. 5, 10 Ad effigiem Macedonicae chlamydis, orbe gyrato lacinioſam. *De Alexandria vrbe Aegypti.*

GYRATIO, ōnis. f. Celſi *eſſe dicitur.*

GYRATOR, ōris. m. Fragm. vet. Poët. *laudatur.*

GYRATIVVS, a, um. Adi. Gloſſ.

GYRINVS, i. m. *Partus ranae.* Plin. 9, 51.

GYRGILLVS, i. m. *Trochlea in puteo ad hauriendam aquam.* Iſidor. 20, 15.

GYROVAGVS, i. m. *Circuitor, circumforaneus.* Sariſber. 7, 23.

GYROVAGOR, āri. Pet. Damian. *et* Io. de Ianua.

G Y T

GYTHEVM, i. n. [Κύθειον] *Oppidum nauale Lacedaemoniorum, iuxta Eurotam fluuium : quod Hercules et Apollo depoſitis eo loci ſimultatibus communi opere condiderunt.* Cic. Off. 3, 49 Claſſem Lacedaemoniorum, quae ſubducta eſſet ad Gytheum. Liu. 34, 29 *pr.* Gytheum omnium maritimarum rerum Lacedaemoniis receptaculum. *Ex Hermolao in* Plin.

GYTHEĀTES, um. m. [Κυθεᾶται] *Populi in eo habitantes.* Plin. 4, 5.

H.

Litera H.

H *quae* contractis paullum faucibus ventus exhalat, *vt ait* Mart. Capell. 3 p. 58 *non eſt certe par caeteris vi et dignitate litera, qua de re antiquitus vehementer diſputatum eſt. Mediam velut ſententiam ingreſſus eſt* Diomedes 2 p. 417 *fin.* H interdum Conſonans, interdum aſpirationis creditur nota. *Vid. Voſſ. de Arte Gramm. 1, 16, qui negat eſſe literam, poſt* Priſcian. 1 p. 543 ſq. *quod defendere ſtudet Becmann. Manud. ad L. L. c. 4. Formam habet ex vtraque ſpiritus nota apud Graecos, vti in vetuſtis Exemplaribus tam impreſſis, quam MSS. eae notae exorantur, vt nonnullis placet; ſed verum eſt, quum eo munere fungatur apud Latinos, quo* H *antiquitus apud Graecos, ſc. ante inductum Ionicum Alphabetum, eam figuram, vt poteſtate ita forma referre. Dixerunt enim Graeci antiqui* ΚΤΕΣΙΠΗΟΝ, *pro* Κτησιφων. *(Vid. Spon. Miſcell. Erud. Antiq. c. extr. ap. init.)* HEKATON, *vnde vt nunc quoque in marmoribus* H *numerum centenarium denotat. V. Spanh. de Vſu et Pr. Num.* T. 1 p. 91. 95 *etc. In Orthographia Latina cum Vocalibus tantum iungitur, vt* Homo, Habeo, Horreo. *Conſonis ſubiici nolit. Nec tamen ſine exceptione.* Cic. Orat. 160 c. 48 Ego ipſe cum ſcirem, ita maiores locutos eſſe, vt nusquam, niſi in Vocali, adſpiratione vterentur, loquebar ſic, vt *Pulcros, Cetegos, Triumpos, Kartaginem* dicerem, aliquando, idque ſero, convicio aurium cum extorta mihi veritas *(i. ſeueritas erepta)* eſſet, vſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi referuaui. *(vt loquerer et ſcriberem cum adſpiratione, licet ſcirem, illud antiquum et verum non eſſe)* *Orciuos* tamen et *Matones, Otones, Caepiones, ſepulcra, coronas, lacrimas* dicimus, quia per aurium iudicium ſemper licet *(etſi vulgo homines adſpirent)* *Burrum* ſemper Ennius, nunquam *Pyrrhum. Vi patefacerunt Bruges,* non *Phryges*, ipſius antiqui declarant libri. Nec enim Graecam literam adhibebant; nunc autem etiam duas *(in Nominat.* Phryx) *etc. Sine neceſſitate certe vulgus aetate* Gellii *aliquibus vocibus inferciebat. Ita enim 2, 3:* H literam ſiue illam ſpiritum magis quam literam dici oportet, inſerebant, eam veteres noſtri plerisque vocibus verborum firmandis roborandisque, vt ſonus earum eſſet viridior vegetiorque. Atque id videntur feciſſe ſtudio et exemplo linguae Atticae. Satis enim notum eſt Atticos ἰχθὺν, ἵρον multa itidem alia citra morem gentium Graecae caeterarum inſpirantes primae literae dixiſſe. Sic *Lachrimas*, ſic *Sepulchrum*, ſic *Ahenum*, ſic *Vehemens*, ſic *Inchoare*, ſic *Hallucinari*, ſic *Helluari*, ſic *Honera*, ſic *Honuſtum* dixerunt. in his enim verbis omnibus, ſi literae ſeu ſpiritus iſtius nulla ratio viſa eſt, niſi vt firmitas et vigor vocis quaſi quibusdam neruis additis intenderetur, *etc. Ponamus etiam locum* Quinctil. 1, 5, 19 *cum* dixiſſet, adſpirationem vitioſe adiici et detrahi, *addit*, apud nos poteſt quaeri, an in ſcripto ſit vitium, ſi H litera non eſt notata *(ſi adſpiratio ſuo ſigno ordinario, litera H, non eſt ſignata, vt ad h. l. oſtendi)* Cuius quidem ratio mutata cum temporibus eſt ſaepius. Parciſſime ea veteres vſi, etiam in Vocalibus, cum *oedos, ircosque* dicebant. Diu deinde ſeruatum, ne Conſonantibus adſpiraretur, vt in *Graccis* et *Triumpis*. Erupit breui tempore nimius vſus, vt *choronae, chenturiones, praechones*, adhuc quibusdam inſcriptionibus maneant: qua de re Catulli nobile epigramma eſt. Inde durat ad nos vsque *vehementer*, et *comprehendere*, et *mihi*: nam *mehe* quoque pro *me* apud antiquos tragoediarum praecipue ſcriptores, in veteribus libris inuenimus. Catulli epigramma eſt 83

Chommoda dicebat, ſi quando commoda vellet
Dicere, et *hinſidias* Arrius inſidias:
Et tum mirifice ſperabat ſe eſſe locutum,
Quum quantum poterat, dixerat *hinſidias, etc.*

¶ 2 *Cum litera* F *adſpirationis quodammodo vices ſuſtineat (vt a* ῥήσσω ῥαγῶ *fit Frango) non mirum eſt, ſi permutentur* H *et* F. *Sic* Hebris, *pro* Febris, *et viciſſim antique* Fordeum, *pro* Hordeum. *Sic* Hormiae, *pro* Formiae, Hanula, *pro* Fanula, *parua delubra. Vid.* Feſt. *in voc.* Seru. *ad* Virgil. Aen. 7, 695. *et Spanh. de Vſu et Praeſt. Numiſm. p. 60. Add. ſupra in* F. *In vetuſtis inſcriptionibus reperias interdum* H *dimidiatum* Ⱶ, *quoe eſt forma ſpiritus lenis Graecorum, v. g. ap. Fabrett. Inſcr. p. 195* PANNYCⱵIS, *item* LYCⱵNIS, *pro* Pannychis, Lychnis, *etc. Librarios frequenter* H *addere vel omittere perperam ſolere, notat Drakenb. ad* Sil. 2, 125. *Conf.* Index Inſcriptt. Grut. *Excidit interdum* H, *vt*, Deprendo, *pro* Deprehendo. *et in* Chriſtianorum tumulis Abet ſedem, *pro* Habet. *Non mirum eſt, ſi cum* V *habeat cognationem: ſic*, Heſper, Veſper. *Iſtud enim Digamma nihil aliud eſt, quam adſpiratio Graecorum nonnullorum, ita, vt cum Ion diceret* ʽΕΚΑΤΟΝ, *id Atticus efferret* HEKATON, *Aeolicus vero* Fεκατὸν, *quod ad* ου *communis Graeciae, vel ad* V *Latinorum prope accedit. Ita* Verbena *eſt, quaſi* Herbena: Heneti *iidem, qui* Veneti. *Sic in medio* ʼΩὸν *eſt* Ouum, αἰὼν, Aeuum, ὄϊς, Ouis. ¶ 3 *Sed Grammaticas relinquamus hoc genus obſeruationum, et videamus, quid in notis valeat* H. *Primo igitur* H. Habet, Hac, Haec, Hadrianus, Haſtati, *(vid. Spanh. de Vſu et Praeſt. Numiſm. diſſ. 6 p. 558)* Heredes, Hereditas, Heres, Hic, Hoc, Hodie, Homo, Honeſtas, Honeſtus, Honor, Honorem, *etc.* Hora, Horis, Hoſtilius, Hoſtis, Huius, Ducenta, Ducenta millia. H' Habet, Hoc, Heres, Huius. HA. Hadrianus. H. A. Hoc Age. H. A. C. Heres Amico Curauit. H. A. E. C. Hanc Aram Erigi Curauit, Hanc Aram Ei Conſtituit. HAES. PRC. Heredes Principum. H. A. G. F. Heres Animo Grato Fecit. H. A. I. R. Honore Accepto Impendium (*vel* Impenſam) Remiſit. H. A. L. R. Hac Autem Lege Rogauit, Hoc Animo Libens Reſtituit, Hoc Amico Locauit Requietorium, Honore Accepto Locum Remiſit. H. AQ. Hic Acquieſcit. H. B. Heres Bonus, *ſ.* Bonorum, Homo Bonus, Hora Bona. H. B. E. Hora Bona Eſt. H. B. F. Heres Bene merenti Fecit, Homo Bonae Fidei, Homo Bonus Fecit. H. B. M. E. Heres Bene Merenti Erexit. H. B. M. F. Heres Bene Merenti Fecit. H. B. M. F. C. Heres Bene Merenti Faciundum Curauit. H. B. M. P. Heres Bene Merenti Poſuit. H. B. V. P. Hereditatis Bonorumue Poſſeſſor, Heres Bonorumue Poſſeſſor. H. C. Heredem Cognitorem, Heredem Cognouit, Heredes Curauerunt, Hic Conditur, Hiſpania Citerior, Hoc Curauit. H. C. CV. Hic Condi Curauit. H. C. D. D. Huic Collegio Dedicauerunt. H. C. E. Hic Condita Eſt, Hic Conditus Eſt. H. C. I. R. Honore Contentus Impenſam Remiſit. HC. L. S. P. S. Hunc Locum Sepulturae Poſuit Sibi. H. COG. Heredem Cognitorem, Heredem Cognouit. H. D. Haec Dos, Heredibus Dicauit, Hereditas Diuiſa, Hic Dedit, Hic Dedicamini, Dedicauit, Dicauit, Donauit, Dies; His Diebus, Hoc Dedit, Dicauit, Donauit, Die; Homo Deuotus. H. D. A. V. I. C. D. E. Hoc Die Ara Victoriae In Curia Dedicata Eſt. H. D. D. Heredes Dono Dedere, Hoc Dono Datum, Honori Domus Diuinae. H. D. D. Hic Dedicant, Dedicauerunt, *etc.* Hic Dedicauit, Dedicatum; Hoc Dono Datum. H. DD. E. M. N. Hoc Dedicatum Eſt Mortuis Noſtris. H. D. M. Haec Domus Martis, Mortis; Heres Dedit Monumentum, Hoc Dari Mandauit. H. D. S. Heredibus Dicauit Sepulcrum, Hoc Dicauit Sepulcrum, Heres De Suo. H. E. D. Hic Eſt Depoſitus. H. E. M. TBNR. Haec Eſt Memoria Tribunorum. H. E. P. Heredes Eius Poſuerunt, Hic Eſt Poſitus. HERculi Sacrum. H. E. S. Hic Eſt Sepultus, Hic Eſt Situs. H. E. S. S. T. T. L. Hic Eſt Sepultus: Sit Tibi Terra Leuis. H. E. T. F. C. Heres Ex Teſtamento Fieri Curauit. H. E. T. F. I. Heredem Ex Teſtamento Fieri Iuſſit, Hoc Ex Teſtamento Fieri Inſtituit, Hic Ex Teſtamento Fieri Iuſſit. H. ET. L. Heredes Et Liberti. H. E. V. Heredem Eſſe Voluit. H. EX. T. Heres Ex Teſtamento. H. F. Heres Fecit, Heredes Fecerunt, Hic Faciundum, Fecit, Fundauit; Hodie Fecit, Honeſta Filia, Femina, Fortuna, Frons; Honeſte Fecit, Honeſtus Filius, Frater. H. F. C. Heredes Fieri Curauerunt, Heres Faciundum Curauit, Hoc Fraude Creditoris. H. FF. Hic Fabricauerunt, Fundauerunt. H. F. H. F. S. M. Honeſta Femina Hic Fundauit Sacellum Marito; Honeſta Femina Hoc Fecit Sibi Monumentum. H. F. H. N. M. Heredes Fecerunt Hoc Nomini Mortuo, *vel* Noſtrum Monumentum. H. F. S. C. A. Hanc Fieri Sibi Curauit Aram; Heredes Fecerunt Sumtu Communi Aram. H. G. Haec Gens. H. H. Haec Hora, Heredes Honeſti, Homo Honeſtus. H. H. B. M. F. Heredes Bene Merenti Fecerunt. H. H. F. M. F. D. Heredes Facultatum Mearum Filios Dico. H. H. M. S. Heredes Hoc Monumentum Sequitur. H. H. P. Heres Hic Poſuit. H. H. P. P. Hiſpaniae Prouinciae. H. H. S. S. Heredes Hoc Sepulcrum Sequetur. H. I. Hercle Iurauit, Hereditario Iure, Heres Iurauit, Hic Iacet, Homo Iuſtus. H. I. I. Heredes Iuſſu Illorum. HILaritas TEMPorum. H. K. N. Haue Kariſſime Nobis. *Vid. Briſſon. de Formulis lib. 7 p. 673.* H. L. Hac Lege, Hic Locus, Hoc Legauit, Honeſtus Locus. H. L. D. Heres Libens Dedit, Hic Locum Dedit, Hunc Locum Dedit, Donauit, Dabit, *etc.* Hoc Libens Dedit, Dedicauit. H. L. ET. M. H. N. S. Hic Locus Et Monumentum Heredes Non Sequetur. H. L. F. S. F. S. Hunc Locum Fieri Sibi Fecit Sepulturae. H. L. H. N. T. Hunc Locum Heredes Non Teneant. H. L. M. Hoc Libens Mandauit, Hic Locus Monumenti. H. L. N. Honeſto Loco Natus. H. L. R. Hac Lege Rogatum. H. M. Hoc Mandavit, Hoc Monumentum, Honeſta Mulier, Honeſta Miſſio, Hora Mala, Mortis. H. M. AD. H. N. T. Hoc Monumentum Ad Heredes Non Tranſit. H. M. D. A. Hoc Mandauit Dari Auguſtus, Huic Monumento Dolus Abeſto. H. M. D. M. A. Huic Monumento Dolus Malus Abeſto. H. M. E. Hic Monumentum Elegit, Hoc Monumentum Erexit. H. M. E. N. R. Hoc Monumentum Exterum Non Recipit. H. M. F. Heres Monumentum Fecit. H. M. G. N. S. Hoc Monumentum Gentiles Non Sequitur. H. M. H. E. N S. Hoc Monumentum Heredes Eius (Exteros) Non Sequitur. H. M. IN. F. P. X. IN. A. P. X. Habet Monumentum In Fronte Pedes X In Agro Pedes Decem. H. M. M. H. M. N. S. F. Humanitatis Mala Metuens Hoc Monumentum Nomine Suo Fecit. H. M. P. Hanc Memoriam Poſuit, Hoc Monumentum Poſuit. H. M P. CO. ET. F. Hoc Monumentum Poſuit Coniugi Et Filiis. H. M. P. P. Hanc Memoriam Poſuere, Hoc Monumentum Poſuere. H. M. S. M Hoc Monumentum Sibi Mandauit. H. M. S. S. E. H. N. S. Hoc Monumentum Sententia Senatus (*ſiue* Sepulcrum) Exteros Heredes Non Sequitur. H. M. V. Hic Monumentum Voluit. H. M. V. S. P. Hoc Monumentum Viuens Sibi Poſuit. H. N. D. M. A. Heredi Non Datur Monumenti Actio. H. N. S. Heredes Non Sequitur. H. N. S. L. S. Heredem Non Sequitur Locus Sepulturae. H. O. Hoſte Occiſo, Hoſtem Occidit. HO. Homo, Honeſtus, Honor, Hora. H. O. I. Honeſto Optimo Ioui. H. O S. Hic Ordinauit Sepulcrum, Hic Oſſa Sita. H. O. S. E. H. N. S. Haec Ollarum Schola (Series) Exterum Heredem Non Sequitur. H. P. Haſta Poſita, Haſtatorum *et* Principum *(ſc. ſigna: in vexillis hae voces viſuntur in numis)* Haſta Pura, Hereditatis Poſſeſſio, Hic Ponit, Poſuit, Poſitus, *etc.* Honeſta Puella, Hora Prima. H. P. C. Heres Ponendum Curauit, Honor Publice Curandus. H. R. Hic Requieſcit, Honeſta Ratio. H. R. E. I. Q. M. E. A. Hanc Rem Ex Iure Quiritum Meam Eſſe Aio. H. R. I. P. Hic Requieſcit In Pace. H. R. I. R. Honore Recepto Impenſam Remiſit. HS. Seſtertius, *v. v.* H. S. Herculi Sacrum, Heredem Solui, Heredes Socii, Sui, Sunt; Heres Scriptus, Hic Sepultus, Hic Sit, Hic Situs, Hoc Sibi, Hoc Sepulcrum, Hora Secunda, Hoſtia Sacrilega. H. S. B. Hic Situs Bonus. H. S. C. P. S. Hic Sibi Curauit Poni Sepulcrum, Hoc Sepulcrum Condidit Proprio Sumtu, Pecunia Sua. H. S. DD. Hoc Sacrum Dederunt. H. S. E. Hic Sepultus Eſt, Situs Eſt, *etc.* H. S. EI. F. L. Hoc Sumtu Eius Fieri Legauit. H. S. E. T. F. C. Hic Situs Eſt; Teſtamento Fieri Curauit. H. S. F. Hoc Sepulcrum (Sacellum) Fecit. H. S. F. L. S. P. D. D. Hunc Sibi Fecit Locum Sepulturae Permiſſus Decreto

creto Decurionum. H. S. H. H. N. S. Hoc Sepulcrum Heredes Non Sequitur. H. S. L. Hoc Sibi Legauit. H. S. P. D. V. Hoc Sua Pecunia Dedit Viuens. H. S. S. Hic Sepulti Sunt, Siti; Hoc Sibi Sepulcrum. H. S. T. N. E. Huic Sepulcro Titulus Non Eſt. H. S. V. F. M. Hic Sibi Viuens Fieri Mandauit, Hoc Sibi Viuens Fecit Monumentum. H. S. V. M. N. Hoc Sibi Viuens Monumentum Nuncupauit. H. S. V. S. P. Hoc Sepulcrum Viuens Sibi Poſuit. H. T. F. Heredes Titulum Fecerunt. H. T. H. N. S. Hic Titulus Heredes Non Sequitur. H. T. V. P. Hunc Titulum Viuus Poſuit. H. V. Haec Vita, Vrbs, Vxor; Hic Vale, Veſter, Viuit; Hiſpania Vlterior, Vtraque; His Verbis, Hoc Viuens, Honeſtus Vir, Honore Vſus, Horis Quinque. H. V. D. Hoc Viuens Dedit, Volens Dedicauit. H. V. D. P. S. Hoc Vouit Diis Patriis Sacellum, Hoc Viuens Dedit Proprio Sumtu. H. V. F. Hoc Viuens Fecit, Hoc Voluit Fieri. H. V. M. Hic Voluit Monumentum, Hiſpaniae Vtriusque Monumentum. H. V. S. P. Hanc Voto Soluto Poſuit, Hoc Viuens Sibi Poſuit. H. V. S. R. Honore Vſus Sumtum Remiſit.

H A

HA. [ἆ] *Interiectio corripientis, ſiue admonentis, ne quid fiat, neue quis in re coepta progrediatur.* Plaut. Trin. 4, 3, 52 Heus tu aſta illico, audi: heus tu. S. non ſto. C. at ego te ſtare volo. S. quid ſi egomet te velle nolo? C. ha, nimium Staſime ſaeuiter. *It. vox exſultantium, vt* Plaut. Capt. 1, 2, 45. *Vid. I. Gebhardi Crepund.* 2, 2. Ha ha he, interiectio riſus, *inquit* Donatus Ter. Eun. 3, 1, 36. Idem Phorm. 2, 2, 63 Abduce hanc minas quinque accipe. P. ha ha he, homo ſuauis. *In irridendo vſurpatur* Plaut. Pſeud. 4, 1, 36.

H A B

HABĒNA, ae. f. [ἡνίον] *Retinaculum et frenum, quo equus cohibetur; i. lorum fundae, ab* habendo *vtrumque dictum. De funda* Virgil. Aen. 9, 588 Ipſe ter adducta circum caput egit habena. *Sic* Grauidae habenae balearis fundae Stat. Theb. 10, 851. *De freno,* Liber habenis equus Virgil. Georg. 3, 194. Preſſae habenae Idem Aen. 11, 600 *adſtrictae. Contra* Dare laxas habenas Virg. Aen. 1, 63. Vndantes *a iactatione et concuſſione* Idem 12, 471. Flectere habenas aliqua Ouid. Met. 2, 169. *Metaph.* Immittit habenas claſſi *incitat remiges* Virgil. Aen. 6, 1. Moliri habenas, *vid.* MOLIOR. Supprimere habenas Ouid. Met. 6, 709. Horat. Epiſt. 2, 2, 15 In ſcalis latuit metuens pendentis habenae. *Nempe habenae, vel frenorum, vel fundarum ad pulſandum aptae.* Habena vel ferula caedi Vlpian. in l. Cum aliter §. Impubes D. de S. C. Silano. ¶ 2 *Transfertur ad res morum.* Amicitiae habenae laxiſſimae Cic. de Amic. c. 13. Rerum habenae traduntur Haſdrubali Sil. 1, 144. Virgil. Aen. 12, 498 Terribilis ſaeuam nullo diſcrimine caedem Suſcitat, irarumque omnes effundit habenas. *Vbi* Seruius; Habenas, Poteſtatem, facultatem: (Aen. 1, 63 *de Aeolo*) Et premere, et laxas ſciret dare iuſſus habenas. Cic. de Orat. 1, 226 c. 52 Senatum ſeruire populo, cui populus ipſe moderandi et regendi ſui poteſtatem, quaſi quasdam habenas, tradidiſſet? Ibid. 3 c. 41 Legum habenae. *Ex Poëta.* Adducere vel remittere habenas Cic. de Amicit. c. 13. Amauit effuſis caritatis habenis Hypſicratea regina Mithridatem coniugem ſuum Val. Maxim. 4, 6. Furit immiſſis habenis Vulcanus Virgil. Aen. 5, 662. Ouid. Faſt. 1, 25 Vates Rege vatis habenas. *Confunditur in MSS. cum* Auena: *quod vid.*

HABENŬLA, ae. f. Dimin. *Paruulum lorum.* Celſ. 7, 20 Ab ora quoque eius vulneris, quod in inguine eſt, demenda habenula paullo latior eſt, quo maior plaga ſit. Idem 7, 7 Tenuis habenula ab vlteriore ora excidenda. *De palpebris procidentibus.*

HABENTIA, ae. f. [ἐχειά] *Antiquis dicebatur, ſicut a* Sapio, Sapientia. *ſignificat autem ipſum habere, et diuitem eſſe.* Claudian. 7 *apud* Non. 2, 393 Animos eorum habentia inflarat. *Adde* Plaut. Truc. prol. 20 Aetas huic ſi ſuperet mulieri, is cum anima ad eam habentiam euerrerit. *Si vixerit haec meretrix, is miles et vitam ſuam, et quidquid habet, euerret quaſi domo ſua, et in illam congeret. Dixerat modo de illa,* Quo citius rem ab eo auferat cum puluiſculo, *quod proprie eſt verrentium.*

HABEO, ui, ĭtum, ēre. [ἔχω] *Verbum vſus adeo lati, quem in ordinem et terminos redigere nondum licuerit. Tentauit illud apud Graecos Ariſtoteles, qui modos* habendi *ita enumerat in Categor. c. 15. 1) vt habitum et diſpoſitionem, ſ. habilitatem, vel qualitatem aliam, vt ſcientiam, vel virtutem habere aliquis dicitur. 2) vt quantum, tot vel tot vlnas, annos. 3) vt veſtem. 4) vt membrum, manus, v. g. aut oculos. 5) vt in membro, vt annulum in digito. 6) vas habere dicitur illud, quod in eo ineſt. 7) vt poſſeſſionem, domum, numos. 8) vir mulierem habere dicitur et contra. Haec adſcribere viſum eſt, cum hodie negligi in libellis dialecticis ſoleant, vt, qui velit, poſſit periculum facere, vtrum ſub has claſſes reuocari poſſint omnia. Mihi quidem aliter videbatur. Satis ergo pro praeſenti facultate viſum eſt, ſi relicto veteri et Stephaniano, ſiue ordo ſiue confuſio eſt, obſeruationes aliquot generales ponemus. Reliqua deinde omnia ordine elementari earum vocum, ſiue Nomina ſint, ſiue Aduerbia, diſponemus, quibus adiungitur. Igitur* habere *ſignificat dominum eſſe rei, certe poſſidere, adeo quidem, vt etiam habere ſimpliciter ſit idem, quod diuitem eſſe.* Nos quod ſumus, quod habeamus, quod homines exiſtimemur Cic. Fam. 7, 29 *vbi vid. Graeu. it. Burm. ad* Phaedr. Prol. l. 3. Iuuenal. 14, 207 Vnde habeas, quaerit nemo, ſed oportet habere. Poëta *apud* Sen. Ep. 115 Non quare, et vnde; quid habeas tantum rogant. Plaut. Rud. 5, 2, 34 Miſerum iſtuc verbum ac peſſimum eſt habuiſſe, et nihil habere. *Huc pertinet illa Auaritiae deſcriptio* Ouid. Met. 1, 131 Amor ſceleratus habendi. *Sed habemus etiam, quae non valde iuuat habere, vt* Plaut. Aulul. 2, 2, 14 Virginem habeo grandem, dote caſſam, et illocabilem. Id. Amph. 1, 1, 20 Habendum et ferendum hoc onus eſt cum labore. *Sic infra* Moleſtiam habere. *In gladiatoribus et depugnantibus* Virgil. Aen. 12, 295 Hoc habet, haec melior magnis data victima diuis. Ter. Andr. 1, 1, 55 Captus eſt, habet! Donatus, Habet, i. e. vulneratus eſt. Habet enim, qui percuſſus eſt: et proprie de gladiatoribus dicitur, quia prius alii vident, quam ipſi ſentiant, ſe percuſſos. *Sic* Senec. Agamemn. 801 Habet! peractum eſt. *Vid. Turneb. 17, 10. Burmann. ad* Quinct. decl. 8, 16. *Add.* Prudent. Pſychom. v. 53. *Vid.* Febrim, Moleſtiam, habere. ¶ 2 Habere *eſt quocunque modo tractare et afficere:* Habere miſerrimum, *i. miſerrime tractare* Plaut. Caſ. 3, 3, 27. Ter. Hec. 2, 3, 5 Nunquam ſecus habui illam, ac ſi ex me eſſet nata. Id. Adelph. 1, 1, 20 Ruri agere vitam: ſemper parce ac duriter ſe habere. Plaut. Men. 1, 2, 10 Nimium te habui delicatam. *Sic* Durius aliquem Vlpian. in l. 2 D. de iis, qui ſui vel alien. iuris ſunt. Liu. 7, 5 Ita Aegre habuit filium id pro parente auſum, eoque id, *etc.* Plaut. Aſin. 1, 1, 63 Quamquam illum mater Arcte contenteque habet, patres vt conſueuerunt. Salluſt. in Iugurth. 81 (*al.* 79) Neque flumen, neque mons erat, qui fines eorum diſcerneret, quae res, eos in magno diuturnoque bello inter ſe habuit, *i. tenuit, detinuit. Sic fere* Celſus 3, 18 *de phreneticis,* Fere vero antiqui tales aegros in tenebris habebant, eo, quod eis contrarium eſſet exterreri: et ad quietem animi tenebras ipſas conferre aliquid, indicabant. ¶ 3 *Habitare.* Plaut. Bacch. 1, 2, 6 Quis iſtic habet? Salluſt. in Iugurth. 20 Sed qui mortales in initio Africam habuerint. *Adde* Ibid. 21 Africam initio habuere Libyes. Plaut. prol. Men. 69 Nunc ille geminus, qui Syracuſis habet. Id. Truc. 2, 4, 52 Tonſtricem Suram nouiſti noſtram, quae modo erga aedes habet. Cic. pro Roſc. Amer. 133 Qui in Salentinis aut in Brutiis habent. Vbi aedituus habere ſolet Varro L. L. 4, 8. Is, qui ſub terris habet Cic. de Natur. Deor. 3 c. 22. *Add.* Idem Attic. 1, 16. ¶ 4 Habeo, quid agam, *i. ſcio.* Ter. Andr. 3, 2, 18 Teneo, quid erret, quid ego agam, habeo. Nec quid ſperaret habebat Virgil. Ecl. 2, 2. Cic. Att. 7, 19 Nihil habeo, quod ad te ſcribam. *Et ibidem,* de pueris quid agam, non habeo. Id. de Amic. c. 27 Nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis poſſim comparaere. ¶ 5 Habere *ponitur, pro exiſtimare, ita tamen, vt a prima illa poſſidendi notione non multum diſcedatur.* Cic. de opt. gen. Orat. 9 c. 4 Quod qui ita faciet, vt, ſi cupiat vberior eſſe, non poſſit, habeatur ſane orator, ſed de minoribus: *retineatur, poſſideatur, adhibeatur.* Caeſ. Bell. G. 1, 21 P. Conſidius, qui rei militaris peritiſſimus habebatur, — praemittitur, *i. quem Caeſar habebat, qui tum aderat.* Salluſt. Catil. 1 Nam diuitiarum et formae gloria fragilis: virtus clara aeternaque habetur, *poſſidetur cum claritate et aeternitate. Et* Catil. 53, 1 Alii alios increpantes timidos vocant: Cato magnus atque clarus habetur, *tractatur, vt magnus et clarus:* Senati decretum fit, vt ille cenſuerat. *Sic* Idem Iugurth. 92 Magnus et clarus antea, maior et clarior haberi coepit. *Et* de Rep. ord. 2, 8 Vbi diuitiae clarae habentur, ibi omnia bona vilia ſunt. Senec. Natur. Quaeſt. 7, 22 Quaecunque aër creat, breuia habet. *Sic MS. apud Gronou. qui interpretatur, ex* Salluſtii Cat. *pr. et ipſo* Senec. Nat. Quaeſt. 7, 23 Illis dico diuinis (*ignibus*) quos mundus habet aeternos, quia partes eius ſunt et opera. *Vid. mox* Habere Diem. Quinctil. 7, 3, 9 An habendum ſit adulterium in lupanari (*commiſſum*) *i. an ita tractandum.* Idem prooem. 1 Sapientes atque eloquentes haberentur. Horat. Serm. 1, 6, 30 Formoſus haberi dum cupit. *Atque ita intelligendum eſt de hac formula,* Sic habe de me: Cic. de Amicit. 10 De me autem ſic habetote. Ego, ſi Scipionis deſiderio me moueri, negem, quam id recte faciam, viderint ſapientes, ſed certe mentiar. *Vid. plura infra in* HABITVS. Cic. de Amicit. 93 Sic habendum eſt, nullam in amicitiis peſtem eſſe maiorem, quam adulationem. Habere bene, *etc.* Habere ſe; *de Sanitate dictum.* Nepos 10, 2, 4 Quaeſiuit a medicis, quemadmodum ſe baberet. Ter. Andr. 5, 4, 36. *et* Hec. 4, 2, 30. *Deinde ad res et rerum conditiones refertur.* Plaut. Pſeud. 4, 1, 25 Praeclare ſe res habet. Cic. Fam. 4, 12 Quoquo modo ſe res habeat. Ter. Phorm. 2, 2, 82 Bene habent tibi principia. Quemadmodum ſe Prouincia habeat Cic. Fam. 4, 5. *Et Paſſ.* Salluſt. Cat. 6, 3 Sicuti pleraque mortalium habentur, inuidia ex opulentia orta eſt, *i. ſicut ſe habent.* ¶ 6 Habes *eſt formula finiendi narrationem, vel partem quamcunque orationis.* Cic. pro Deiot. 21 c. 7 Habes crimina inſidiarum; nihil enim dixit amplius. *Ita in* concluſione librorum de officiis, Habes a patre munus, Marce fili. *Et* pro Ligario 2 Habes igitur, Tubero, confitentem reum. Ter. Hec. 1, 2, 116 Habes omnem rem. *Affine eſt illud* Cic. de Amic. 104 Haec habui, de amicitia, quae dicerem. Habuit *Cicero, nunc* habent *lectores.* ¶ 7 *Meretur peculiariter obſeruari vſus verbi in re medica.* Vas fictile *dicitur* Scribonio, Acetum habere 208. *vulgo continere.* Aſpritudinem in ſe habet 21. Habet haec 32. 34. 209 *de compoſito medicamento.* Aqua habet laurum incoctam 10. Aqua hyſſopum incoctam habens 100. Aqua decocta roſam et lentem habens 114. Aqua thymum aut origanum decoctum habens 182. Ex aqua hyſſopum aut rutam decoctam habente 121. Vinum eadem incocta habens 114. ¶ 8 *Etiam illud peculiare* Cic. Att. 6, 2 Phliaſios autem dici ſciebam, et ita fac, vt habeas (*intell. ſcriptum in exemplis tuis libri mei*): nos quidem ſic habemus (*in noſtris libris emendatis*). ¶ 9 *Saepe cum Verbis infinitis conſtructum reperitur. Quod primum ex Valla 5, 101 repetunt* Cic. de Orat. . . . Audire habeo, quid hic ſentiat, *non reperiebam: ſed puto legendum,* Audire haueo, *vel* aueo: *vt,* de Diuin. 1, 11 c. 6 Multo magis aueo audire, de diuinatione quid ſentias, *vbi etiam libri quidam* habeo. *Sic mox* Conuenire. Plin. 18, 31 Vnus frondator quatuor frondarias fiſcinas Complere in die iuſtum habet. Cic. de Senect. 83 Neque vero eos ſolum, Conuenire habeo, quos cognoui, ſed etiam illos, de quibus audiui et legi. *Sed recte editur,* Conuenire aueo. Cic. pro Roſc. Am. 100 c. 35 Habeo etiam Dicere, quem — de ponte in Tiberim deiecerit. *Et* de Natur. Deor. 3, 93 c. 39 Haec fere dicere habui de natura deorum, *Al.* Obiicere. Gell. 14, 1 An ſerio exiſtimarit non habeo Dicere. Idem de Natur. Deor. 3, 93. *Adde* Gell. 15, 20. Lucret. 6, 711. Liu. 42, . . Illud Infirmare, pro certo habeo. *Vbi videtur accepiſſe vſum τοῦ Poſſum.* Cic. de Natur. Deor. 3, 93 c. 39 Haec fere Obiicere habui. *Al.* dicere. Id. Fam. 5, 1 Tantum habeo tibi Polliceri. Sueton. Auguſt. c. 58 Quid habeo apud deos immortales Precari, quam vt hunc conſenſum veſtrum, ad vltimum vitae finem mihi perferre liceat? Cic. Attic. 2, 22 De Republica nihil habeo ad te Scribere, niſi ſummum odium omnium hominum in eos, qui tenent omnia, *i. nihil habeo, quod ſcribam.* Hor. Epod. 16, 23 Sic placet? an melius quis habet Suadere? *Sic ponitur* Habeo *cum Gerundio,* Certandum habent ficis et boletis caryotae Plin. Ep. 1, 7 *extr.* Plin. 10, 55 Iulia Auguſta, prima ſua iuuenta Tiberio Caeſare ex Nerone grauida, quum parere virilem ſexum admodum cuperet, hoc vſa eſt puellari augurio: ouum in ſinu fouendo, atque quum Deponendum haberet, nutrici per ſinum tradendo. Enitendum Idem Ep. 1, 8. Columel. 5, 5 Eatenus habemus Praecipiendum, vt intelligant agricolae, ſiue, *etc.* Tac. de Orat. 36 Quum in aliquam Inuidiam, aut crimen vocati ſua voce Reſpondendum haberent. Rixandum Petron. c. 90. Statuendum Tac.

Ann. 14, 44. Tac. Ann. 4, 40, 3 Poſſe ipſam Liuiam ſtatuere, Nubendum poſt Druſum (*alii*) an in penatibus iisdem Tolerandum haberet. *Cum Participiis eodem modo ponitur.* Plin. Pan. 15, 5 Nec habent adnumeranda tibi pro Rep. vulnera, quibus ſtatim laudatur et teſtis contigiſti. Lucret. 1, 1068 Amplexi quod habent peruerſe prima viai, *i. amplexi ſunt.* Idem 6, 899 Semina habent ignis taedae ſtuppaeque tenentes. Cato R. R. c. 143 Villica villam conuerſam mundamque habeat. Commendatos tibi habe matrem meosque Cic. Fam. 12, 16. Alligatam oportet habere pyxidem Scribon. 80. Habere cognitum, *Nouiſſe* Cic. in Brut. 147. Tacitum, *i. reticere* Idem Fam. 13, 17. Plaut. Poen. 4, 2, 68. Neque ea res me falſum habuit, *i. feſellit* Salluſt. Iugurth. 10. *Add.* n. 10 Compertum. Comprehenſum. Conſtitutum. Curatos. Deſpicatum, *etc.* ¶ 10 *Nomina, itemque Aduerbia:* Acceſſum habere ad aliquem Columel. 7, 124. Cic. Fam. 1, 4 Eo die Acerbum habuimus Curionem, *i. reſiſtentem nobis, ſiue aduerſantem.* Actionem habere cum aliquo, *i. aduerſus aliquem* African. in l. Rem mihi D. commodat. Aditum habere *dicitur* locus Caeſ. Bell. G. 3, 12. Idem B. C. 2 *init.* Maſſilia enim fere ex tribus oppidi partibus mari alluitur: reliqua quarta eſt, quae Aditum habet a terra. Cic. Fam. 13, 60 Sed vt quam facillimos ad te Aditus haberet. Idem Att. 4, 8. Adiutorem Hor. Serm. 1, 9, 46. Plin. 10, 32 Nidi halcionum Admirationem habent, *ſunt admiratione digni.* Aequitatem Vlp. in l. Illud D. de tribut. action. Salluſt. in Catil. 4 Igitur vbi animus ex multis miſeriis atque periculis requieuit: et mihi reliquam Aetatem a Republica procul habendam decreuit, non fuit conſilium ſocordia atque deſidia bonum otium conterere, *h. e. agere.* *Aliter* Cic. pro Roſc. Amer. 149 Fori iudiciique rationem Meſſala, vt videtis Iudices, ſuſcepit: qui ſi iam ſatis Aetatis atque roboris haberet, ipſe pro Sext. Roſcio diceret. Aetatem ſuam bene habere Plaut. Merc. 3, 2, 6. *i. laute viuere, dum in ea eſt aetate.* Agrum colendum de patre meo Ter. Phorm. 2, 2, 17. Alienationem alicuius rei, *i. facultatem alienandae rei* Paullus in l. Si ſocius D. Si cert. petat. Amicam tu habes? Plaut. Bacch. 1, 2, 37. *Sic* Ter. Andr. 1, 1, 58 Quis heri habuit Chryſidem? Virgil. Ecl. 3, 107 Et Phyllida ſolus habeto. *Sic Ariſtippus* Laida ſe habere dicebat, non haberi a Laide Cic. Fam. 9, 26. Lactant. 3, 15. *Vid. Menag. ad Laërt. 2, 75.* Amicum Cic. de Amicit. 36. Idem Attic. 1, 15 Qui miſeros publicanos, quos habuit Amantiſſimos ſui, tertium iam menſem vexat. Amorem omnium Nepos 20, 3, 4. Plaut. Bacch. 1, 1, 11 Ne hanc ille habeat pro Ancilla ſibi. Animus agit atque habet cuncta, neque ipſe habetur Salluſt. Iugurth. 2, 3. Cic. de Amic. 28 Ab altero propter probitatem eius, non nimis alienos animos habemus. Animum bonum Plaut. Aulul. 2, 2, 15. Liu. 6, 34 Conſolans inde filiam Ambuſtus, bonum Animum habere iuſſit. Animum magnum et ſpem bonam Cic. Q. Fratr. 1, 1. Animum quietum Plaut. Caſin. 2, 6, 29. Cic. pro Roſc. Amer. 52 Nam iſtum exheredare in Animo habebat. Cato de R. R. c. 1 *pr.* Praedium quum comparare cogitabis, ſic in Animo habeto, vti ne cupide emas, *i. memento ne, etc.* Cic. de Senect. 37 Intentum enim Animum tanquam arcum habebat: nec langueſcens ſuccumbebat ſenectuti. Quinctil. 6, 3, 73 Dicenti triginta ſe Annos habere, Verum eſt, inquit, nam hoc iam viginti annis audio. *Adde* Nep. 25, 7, 1. Flor. 2, 6, 1 *etc.* Annulum in digito Ter. Hec. 5, 3, 32. Anxium haec res habet Plin. Epiſt. 2, 9. Arma, quibus laetatus, habe tua Virgil. Aen. 10, 827. Liu. 10, 2 Semper eos accolae Galli in Armis habebant. Artes in complexu Plin. in Paneg. 47. Cic. de Fin. 1, 26 Diſſerendi Artem nullam habuit. Attonitum habere, *pro reddere* Senec. Epiſt. 111. Plaut. Men. 5, 2, 50 Quando te Auratam (*auro ornatam*) et veſtitam Bene habet: ancillas, penum, recte praebet: melius ſanam eſt, mulier, mentem ſumere. Ter. prol. Andr. 19 Naeuium, Plautum, Ennium accuſant, quos hic noſter Auctores habet. Auctoritatem Cic. de Senect. 62. *et* Offic. 2, 34. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 10 Eundemque apud Cn. Pompeium Auctoritatem habere intelligebat. Cic. de Finib. 2, 44 Neſcio, quomodo is, qui Auctoritatem minimam habet, maximam vim cum illis populus facit. Auunculum Plin. Epiſt. 2, 9. *h. e. eſt illi auunculus, etc.* Cic. Fam. 16, 15 Is etſi mihi nuntiauit te plane febri carere, et Belle habere. Liu. 39, 50 Bene habet, inquit, et poculo impauide exhauſto, haud ita multo poſt exſpirauit. Brutus Ciceroni 16 An hoc pro Beneficio habendum eſt, quod ſe quam Antonium eſſe maluerit, a quo iſta petenda eſſent. Cic. de Finib. 3, 11 Si vllam aliam probauiſſent, praeter eam, quae nihil aliud in Bonis habet, niſi honeſtum, nihil turpe in malis? Id. Parad. 2 (1 *extr.*) Voluptas (quae plurimorum patrociniis defenditur) in rebus Bonis habenda non eſt. Caelum bonum ager habere *dicitur* Catoni de R. R. 1, 2 *Qui ſitus eſt in aëre ſalubri.* Cic. Attic. 5, 18 Quum dies quinque ad Cybiſtra Cappadociae Caſtra habuiſſem, certior ſum factus, *etc.* Caſtra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quatriduum Cic. Fam. 15, 4. Idem de Inuent. 2, . . Auxilia quaedam in oppidum recepit, ſi foris eſſent, quod prope muros Caſtra hoſtes haberent. Cic. Fam. 10, 18 Ea nunc magnam affert ſolicitudinem, magnumque habet Caſum. *incertum eſt, quomodo eueniat.* Plaut. Aſin. 4, 1, 44 Nolo habere illam Cauſam, et votitam (*voto conſtrictam ſe et iureiurando*) dicere. Caeſ. Bell. G. 1, 43 Quum neque aditum, neque Cauſam poſtulandi iuſtam haberet. Cic. Attic. 9, . . Habere Cauſam veram. Idem Verr. 2, 137 In Cenſu habendo poteſtas omnis exiſtimationis habendae, ſummaeque faciundae Cenſori permittitur. Liu. 39, . . Magno Certamine cum Praetore habito, tenuerunt cauſam. *Sic etiam quidam legunt* Plin. Epiſt. 1, 7 *extr. vbi alii*, Certandum habent. Cic. de N. Deor. 1, 14 Profecto eos ipſos, qui ſe aliquid Certi habere arbitrantur, addubitare coget doctiſſimorum hominum de maxima re tanta diſſenſio. Certam rem habere Idem Acad. 4, . . *Et* ad Brut. 5 Neque nuntiabatur quidquam pro Certo haberemus. Carum aliquem habere Ter. Andr. 1, 5, 39. Cic. de Senect. 37 c. 11 Metuebant eum ſerui, verebantur liberi, Carum omnes habebant: vigebat in illa domo patrius mos et diſciplina. Cibum coctum habet legioni noſtrae, *i. coquus legionis eſt*, Plautus *apud* Varronem. *Locum damus in* EPEVS. Ciuem bonum Cic. Fam. 1, 9. Senec. de Benefic. . . . Nullam mei Cogitationem habuit, *i. rationem, reſpectum.* Cic. de Amicit. 6 Cato, quia multarum rerum vſum habebat, multa eius et in Senatu et in foro vel prouiſa prudenter, vel acta conſtanter, vel reſponſa acute, ferebantur. propterea quaſi Cognomen iam habebat in ſenectute ſapientis. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 19 Crebraque inter ſe Colloquia milites habebant. Salluſt. Catil. 25 Igitur Comitiis habitis, Conſules declarantur M. Tullius, et C. Antonius. Habere Comitia *dicebatur Is, qui Comitiis praeerat deſignandis magiſtratibus.* Cic. de Diuin. 1, . . Comitia Conſulibus rogandis habuit. Idem Tuſcul. 5, 66 Quis eſt omnium, qui modo cum Muſis, id eſt cum humanitate et cum doctrina habeat aliquod Commercium, qui ſe non hunc mathematicum malit, quam illum tyrannum? *Add.* Idem de Senect. c. 12. Liu. 6, . . Compertum habebat facilem pedibus ad murum tranſitum dari. Pro Comperto, *idem, quod Habere compertum* Liu. 27, . . Compoſitum habere Scribon. 70. 98. 204. 214. Compoſita habere 38. Cic. Acad. 4, 21 Quamcunque vero ſententiam probauerit, eam ſic animo Comprehenſam habebit, vt ea, quae ſenſibus. Idem Acad. 4, 23 Cur has igitur ſibi tam graues leges impoſuerit, quum quamobrem ita oporteret, nihil haberet Comprehenſi, percepti, cogniti, conſtituti? Concilium Plaut. Milit. 3, 1, 3. Liu. 29, 5 *pr.* Exemplo Gallorum et Ligurum Concilium habuit. Concionem, eſt, *vt ait* Gellius 13, 14 Verba facere ad populum ſine vlla rogatione. Cic. Att. 4, 1 Quo S. C. recitato, continuo populus more hoc inſulſo, et nouo plauſu, eo nomine in recitando dediſſet, habui Concionem. Plin. 34, 14 De magnete lapide ſuo loco dicemus, Concordiaque quam cum ferro habet. Congiaria, *vid. h. v. ex* Liu. 37, 57. Conſcientiam conditionis ſuae Traianus ad Plinium Epiſt. 247. Liu. 38, 24 Ne quem Conſcium ſuorum haberet, *etc. i. ne quis ſuorum ſciret et cognoſceret.* Conſilium, *i. conſultare* Caeſ. Bell. G. 4, 14. Cic. Attic. 12, . . Ipſe Romam venirem, vt vna eſſemus, ſi ſatis Conſilium quadam de re haberem. In Conſilio aliquem, *pro Conſilium ab eo petere* Plin. Epiſt. 1, 20. Columel. 1, 6 Villico iuxta ianuam fiat habitatio, vt intrantium, exeuntiumque Conſpectum habeat, *i. vt intrantes et exeuntes videat.* Cic. Fam. 8, 5 Tametſi hac de re puto te Conſtitutum, quid facturus eſſes, habere. Contentionem cum aliquo Nep. 17, 1, 2. Caeſ. Bell. G. 6, 12 Huc omnes vndique qui Controuerſias habent, conueniunt, eorumque iudiciis decretisque parent. Idem Bell. G. 5, 43 Ii perpetuas Controuerſias inter ſe habebant, vter alteri anteferretur: omnibusque annis de loco ſummis ſimultatibus contendebant. Cic. ad Brut. 6 Flauius noſter de Controuerſia, quam habet cum Dyrrhachinis hereditariam, ſumſit te iudicem. Idem Fam. 13, 69 Peto igitur a te, vt in ea Controuerſia quam habet de fundo cum quodam Colophonio, et in caeteris rebus, *etc.* Conuiuium, *pro Facere* Plin. 7, 53. Plautus Caſin. 4, 2, 8 Cras habuero vxor ego tamen Conuiuium. Cornua Propertius 2, 24, 9. *de Io, quam Iuno in vaccam mutauit.* Plaut. Sticho 3, 1, 32 Meam Culpam habeto, niſi excruciauero, *h. e. mihi imputato, dicas mea culpa eſſe factum, niſi, etc.* Liu. 45, 28 *extr.* Filiam cum minore filio, a Samothrace accitos Amphipolim, omni liberali Cultu habuit, *i. tractauit.* Tecum habeto Cic. Fam. 7, 15. *i. ne enunties.* Curae rem aliquam Plaut. Men. 5, 7, 2. Cato c. 5 Boues maxima diligentia Curatos habeto. Gell. 20, 6 Percunctabar Appollinarem Sulpicium, quum eum Romae adoleſcentulus ſectarer, qua ratione diceretur, Habeo Curam veſtri, aut Miſereor veſtri et iſte caſus VESTRI eo in loco, quem videretur habere caſum rectum. Auſoniae Curam gentis habere deos Ouid. Triſt. 5, 2, 48. Curam plebis in agros reducendae Liu. 28, 11. Plin. 2[illegible], 14 Nam et Aſiae reges ferendi Curam habuerunt. Idem 18, 6 Dehinc peritia villicorum in Cura habenda eſt. Inter Curas Quinctil. 9, 4 Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 47 Neque vllus flare ventus poterat, quin aliqua ex parte ſecundum Curſum haberet. Curſum habent quaedam, et impetum Quinctil. 2, 13. In Cuſtodia aliquem Liu. 34, 32. Cic. pro Lege Manil. 16 Publicanorum familiae, quas in portubus et cuſtodiis habent. Tacit. Ann. 3, 22 Idemque ſeruos Lepidae, quum militari Cuſtodia haberetur, tranſtulit ad conſules Cic. Attic. 2, 1 *fin.* Neque enim iſta tua negotia prouincialia eſſe putabam, neque te in Decurionibus habebam, *i. non exiſtimabam te decurionem eſſe. Codd. antiqui et in his Tornaeſianus* Tocullionibus. *Vid. Lambin. qui erudite huic lectioni patrocinatur.* Cic. de Finib. 3, 12 Quum enim virtutis hoc proprium ſit, earum rerum, quae ſecundum naturam ſint, habere Delectum. Delectum habere, *Cogere milites, et ex illis aptiores deligere.* Caeſ. B. C. 1, 6 Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, *etc.* Cic. Off. 1, 149. Philipp. 5, 31. *et* Idem ibid. 2. Delicatum aliquem Plaut. Men. 1, 2, 9. *i. delicate.* Cic. de Diuin. 1, 76 Simia quam rex Moloſſorum in Deliciis habebat, et ſortes ipſas, et caetera, quae erant ad ſortem parata, diſturbauit. Habere *quoque* in deliciis, *ponitur pro Delicate fouere.* Seneca de Prouid. 1 *extr.* Bonum virum deus in Deliciis non habet: experitur, indurat. Derelictui vineam Gell. 4, 12. *i. Relinquere.* Cic. Att. 8, 1 *pr.* Id ego in eam partem accepi: haec oppida atque oram maximam illum pro Derelicto habere: nec ſum miratus, eum, qui caput ipſum reliquiſſet, reliquis membris non parcere. Deſpicatum; *pro Spernere, vel Aſpernabilem et contemtum facere* Plaut. Caſin. 2, 2, 15. Ter. Eun. 2, 3, 91 Quae nos noſtramque adoleſcentiam habent Deſpicatam, *etc.* Deſpicatui, *pro Deſpectui, antique* Plaut. Men. 4, 3, 19. Triphonius in fine l. Tres tutores D. de adm. tutor. Quum Deſtinatum haberet mutare teſtamentum. Terent. Phorm. 2, 1, 31 Ea qui praebet, non tu hunc habeas plane praeſentem Deum? Cic. Philipp. 5, 52 De Caeſare ſatis hoc tempore dictum habeo. Idem de N. D. 3, 93 Haec fere dicere habui de natura Deorum. Liu. 23, 22 Id omnium maxime tegendum, occulendum, obliuiſcendum, pro non dicto habendum eſſe. Virgil. Aen. 5, 49 Iamque Dies, ni fallor, adeſt, quem ſemper acerbum, Semper honoratum, ſic DI voluiſtis, habebo. Suet. Auguſt. c. 23 Diemque cladis quotannis moeſtum habuerit ac lugubrem. Plaut. Aſin. 1, 1, 65 Praeſertim quum is me Dignum cui concrederet, habuit. Plin. in Paneg. 47. 1 Quam Dignationem ſapientiae doctoribus habes? Cic. de Finib. 2. 75 Verum eſto verbum ipſum voluptatis non habet Dignitatem. Dignitatem ſemper in M. Caelio habitam eſſe ſummam, ſemperque haberi Cic. pro Cael. c. 2. Idem de Amicit. 91 Omni igitur hac in re habenda ratio et Diligentia eſt: primum, vt monitio acerbitate, deinde, vt obiurgatio contumelia careat. Caeſ. Bell. G. 5, 30 Hac in vtramque partem habita Diſputatione, quum a Cotta, primisque ordinibus acriter reſiſteretur, *etc.* Cic. de L. Agr. 1, 27 Deinde habeat me ipſum ſibi Documento, quem equeſtri ortum loco Conſulem videt, quae vitae via facillime viros bonos ad honorem dignitatemque perducat. Cic. Att. 1, 41 Terentia magnos articulorum Dolores habet. Dolorem capitis habet Quinctil. 2, 17. Vlp. in l. Si quis quum aliter D. de verb. obligat. Sed ipſa res in ſe Dolum habet. Plaut. Capt. 4, 2, 112 An tu Dubium habebis, etiam ſancte quum ego iurem tibi? Hirtius de Bell. Hiſp. 29 Et Caeſar quum aciem

aciem directam vidiſſet, non habuit Dubium, quin media planitie in equum ad dimicandum aduerſarii procederent. Cic. Acad. 4, 29 Haec autem habere Dubia, neque his ita confidere, etc. Quinctil. 1, 7 Sed totam, vt mea fert opinio, ſubtilitatem in Dubiis habet. Liu. 8, 36 Vt ſi ducis conſilia fauor ſubſecutus militum foret, debellari eo die cum Samnitibus potuiſſe, pro haud Dubio habitum ſit. Plaut. Pſeud. 1, 2, 10 et 39 Heus vobis mulieres hanc Edictionem habeo. Plin. prooem. 23 Eadem cum oleo ſaepius pilis illitis, pſilothri Effectum habet. Nomen eſt hoc loco Effectum: h. e. vim et facultatem. Effectum habere; Partic. pro Aliquid effeciſſe. Caeſ. Bell. G. 7, 29 Idque ſe iam prope Effectum habere. Plin. 12, 5 Foliorum latitudo peltae Effigiem Amazonicae habet. Cic. de Senect. 65 At moroſitas tamen, et ea vitia, quae dixi, habent aliquid Excuſationis. Ter. prol. Heaut. 20 Habet bonorum Exemplum: quo exemplo ſibi licere id facere, quod illi fecerunt, putat. Caeſ. Bell. G. 7, 77 Cuius rei Exemplum ſi non haberemus, tamen libertatis cauſa inſtitui, et poſteris prodi, pulcherrimum iudicarem. Idem Bell. Ciuil. 3, 22 Itaque magnarum initia rerum, quae occupatione magiſtratuum et temporum ſolicitam Italiam habebant, celerem et facilem Exitum habuerunt. Experimentum habeatur Quinctil. 3, 45. Liu. 40, 5 Itaque Expertem eum pater omnium de rebus Romanis conſiliorum habebat, i. celabat eum, non aperiebat ei conſilia. Cic. Acad. 4, 85 Quando igitur poteſt tibi P. Geminus Quintus videri, quid habes Explorati? vid. EXPLORO. Caeſ. Bell. G. 2, 4 De numero eorum omnia ſe habere Explorata Rhemi dicebant. Cic. Acad. 4, 129 Quid habemus in rebus bonis et malis Explorati? Adde Eund. de N. Deor. 1, 51. Philipp. 7, 16. Att. 9, 9. et de Diuin. 2, 60. Expoſitionem ſuam vtraque pars habet Quinct. 7, 3. Expurgationem Plaut. Amph. 3, 3, 10. i. excuſare ſe. Ego Expurgationem habebo Idem Merc. 5, 3, 4. i. te purgabo. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 29 Vt aliquam Caeſar ad inſequendum Facultatem haberet. Cic. Fam. 7, 22 Eas, quas inſtituiſſet is, qui Factionem teſtamenti non habuerit, i. ius faciendi teſtamentum. Factionem habent latrones Martianus in l. Reſpiciendum D. de poenis. Facinora necdum edita habent omnia Liu. 39, 16. i. peregerunt. Plaut. Amph. 1, 1, 110 Et enim vero quoniam formam cepi huius in me et ſtatum, Decet et Facta, moresque huius habere me ſimiles item. Fas habetur Quinct. 3, 8. Cic. Fam. 7, 27 (26) Quum decimum iam diem grauiter ex inteſtinis laborarem, neque iis, qui mea opera vti volebant me probarem non valere: quia Febrim non haberem. Sic Attic. 8, 6. Plin. 12, 14 Tanto minus Fidei apud hos poena, quam apud illos ſiluae habent, i. non creditur ab eis. Fidem alicui, pro Fidere illi, credere, quod dicit verum eſſe. Cic. Fam. 15, 1. Ter. Eun. 1, 2, 117 Me miſeram, forſitan hic mihi paruam habeat Fidem. Pſeudo-Salluſt. contra Cic. . . . Neque in hac, neque in illa parte Fidem habens, h. e. infidelis. Fidem ſi habeat: Si credere cogatur, ſi credat, inquit Donat. Ter. Eun. 1, 2, 59 Ait, ſi Fidem habeat, ſe iri praepoſitum tibi apud me. Nempe Fides, πίστις, hic argumentum indubium eſt. Fiduciam tibi Plin. Epiſt. 10, 82, 2. Caeſ. Bell. Ciu. 3, 25 Quantoque eius amplius proceſſerat temporis, tanto erant alacriores ad cuſtodias, qui claſſibus praeerant, maioremque Fiduciam prohibendi habebant. Fiduciam orationis Quinctil. 2, 15. Liu. 24, 34 pr. Et habuiſſet tanto impetu coepta res Fortunam. Fortunam dies fatis habuit Ouid. Met. 3, 149. Satis felix venatio nobis contigit. Fratrem Ter. Adelph. 2, 4, 4. h. e. fratris loco. In Fuga ſeruum habere, dicitur is, cuius ſeruus in fuga eſt. Vlp. in l. Si ſeruus ſeruum §. Serui D. Ad l. Aquiliam. Gloriam cum modo Tacit. Ann. 15, 8. Plin. 20, 11 Apio gratia vulgo eſt: namque rami largis portionibus per iura innatant, et in condimentis peculiarem Gratiam habent, i. iucundi ſunt. Plin. 19, 1 Candor aeque vt Fauentinis, ſed lanugo nulla. Quod apud alios Gratiam, apud alios offenſionem habet: aliis iucundum eſt. Gratiam alicui Quinctil. 5, 10. Grates Neptuno Plaut. Stich. 3, 1, 2. Cic. Fam. 11, 27 Quare habeo Gratiam Trebacio familiari noſtro, qui mihi dedit cauſam harum literarum. vid. GRATIA, n. 2. Ter. Andr. 4, 5, 32 Dis pol habeo Gratias, quum in pariundo aliquot affuerunt liberae. Plaut. Merc. 3, 1, 29 Honoris cauſa quidquid eſt, quod dabitur, Gratum habebo, i. gratus accipiam. Gratiſſimum habere debitorem Plin. Epiſt. 3, 2 extr. Cic. de Amicit. 68 Triſtitia autem, et in omni re ſeueritas habet illa quidem Grauitatem. Grauem rem aliquam, pro magni facere Cic. Offic. 3, 35. Ter. Eun. 5, 1, 19 Hera mea tace obſecro, ſaluae ſumus, habemus Hominem ipſum. Habesne Hominem Idem Eun. 4, 4, 7. In hac formula habemus idem ſignificat, quod deprehendimus. Sic Plaut. Caſin. 2, 8, 56 Habeo viros. Senec. Epiſt. 11 Habere nos putamus: habemur. Honorem alicui, Honore afficere Plaut. Aſin. 1, 1, 66. Plin. Epiſt. 6, 2 (Epiſt. 88) Cur ergo quaero? habebat ſtudiis Honorem, timebat, pallebat, ſcribebat. Cic. in Vatin. 2 Quare ne tibi hunc Honorem a me haberi forte mirere. Idem Fam. 16, 9 Curio miſi, vt medico Honos haberetur. Et Philipp. 14, 22 Ex literis enim C. Panſae, A. Hirtii COSS. C. Caeſaris Propraetoris de Honore diis immortalibus habendo ſententias diximus. Add. Nep. 9, 3, 4. Honorem, pro Honores adeptum eſſe. Cic. Diu. Verr. 12 Habet Honorem quem petimus, habet ſpem quam propoſitam nobis habemus, etc. Dicitur et cum adiecto: vt, Habere Honorem ſtatuae Plin. Epiſt. 7, 2. Caeſ. B. G. 5, 52 Quos praecipuo ſemper Honore Caeſar habuit. Cic. Fam. 16, 9 Curio miſi, vt medico Honos haberetur, et tibi daret quod opus eſſet. De medico loquitur, qui Tironem aegrotum curauerat, cui praemium ſ. honorarium dari iubet. Cic. Fam. 13, 4 Equidem etiam illud mihi animum aduertiſſe videor, te non tam res geſtas, quam mores, inſtituta, atque vitam imperatorum ſpectare ſolere in habendis aut non habendis Honoribus. Idem Att. 7, 2 Chryſippum vero, quem ego propter literularum neſcio quid libenter vidi, in Honore habui. Salluſt. in Iugurth. c. 103 Eos ille non pro vanis Hoſtibus, vt meriti erant, ſed accurate et liberaliter habuit. Add. Curt. 6, 2, 1. Ter. Andr. 4, 2, 21 Huic, non tibi habeo, ne erres. Caeſ. B. G. 6, 13 Druides a bello abeſſe conſueuerunt, neque tributa vna cum reliquis pendunt: militiae vacationem, omniumque rerum habent Immunitatem. h. e. Immunes ſunt ab omnibus rebus. Imperium in beluas Ter. Eun. 3, 1, 25. Plin. Epiſt. 10, 95, 2. Quinctil. in Mathematico a pr. Adeo ludibriis miſerae ſum diuerſitatis vel neceſſitatis implicitus, vt Impetrandum a vobis habeam odii mei fauorem. Impune aliquid Ter. Eun. 5, 7, 18. Cic. de Senect. 68 Quid enim ſtultius, quam Incerta pro certis habere, et falſa pro veris? Habeo te Incolumem ex impiorum manibus ereptum Curt. 6, 7, 24. Incompertum, vid. INCOMPERTVS. Liu. 1, 40 pr. Etſi antea ſemper pro Indigniſſimo habuerant, ſe patrio regno tutoris fraude pulſos, etc. Indoctior habitus eſt Cic. Tuſc. 1 c. 2. Caeſ. B. G. 6, 22 Latrocinia nullam habent Infamiam, quae extra fines cuiusque ciuitatis fiunt. Infeſtum aliquid Liu. 39, . . . i. Infeſtare. Ter. Heaut. 2, 4, 4 Nam mihi quale Ingenium haberes, fuit indicio oratio tua. Plaut. Amph. 1, 1, 29 Quoniam bona, quae in me fecerunt, Ingrata ea habui atque irrita. Inimicitias cum aliquo Caeſ. B. C. 3, 16. Plaut. Aulul. 3, 6, 44 Edepol nae tu aula multos inimicos habes. Ter. Eun. 1, 2, 94 Potius quam te Inimicum habeam, faciam vt iuſſeris. Liu. 26, . . Habet Intentum haec cura me. Inſtar actionum habent quaedam ſtipulationes Vlpian. in l. Si ambo, D. de Compenſationibus. Ter. Eun. 1, 2, 48 Te interea loci cognoui: tute ſcis, poſt illa quam Intimum habeam te, et mea conſilia vt credam omnia. Ter. Eun. 5, 9, 55 Nihil quod dicas mihi alium quaerebam, Iter hac habui: periiſti. Caeſ. B. C. 1, 16 Cn. Pompeius pridie eius diei ex vrbe profectus, Iter ad legiones habebat. Cic. Q. Fratr. 2, . . Videre autem volebam, quod eram poſtridie Roma exiturus, et quod ille in Sardiniam Iter habebat. Idem Att. 8, 14 Aliique complures, Caeſarem Iter habere Capuam. Iter habeo expeditum, i. Iter, per quod eundum mihi eſt, expeditum habeo, et ſine vllis impedimentis Caeſ. B. C. 3, 79. Idem B. G. 1, 7 Propterea quod Iter haberent nullum aliud. Cic. pro Planc. 95 Hercule me confitear non Iudicium aliquod habuiſſe de Reipubl. vtilitate, ſed hominibus amicum, aut inimicum fuiſſe. Ius actionis Quinctil. 3, 6. Ius abdicandi Idem 3, 6. Ius in omnes Lucan. 7, 55. Lacrimas ex miſeratione Quinctil. 6, 1. Cic. pro Flacc. 34 Tu vero tibi habeto iſtam Laudationem: nec enim Aemonenſium teſtimonio Flacci vita et dignitas nititur. Laudem de aliquo Ouid. Epiſt. 17, 18. Laudem alicui, pro Laudare. Tacit. Ann. 1, 69 Laudes et grates reverſis legionibus habentem. Plin. 22, 22 Bupreſtim magna inconſtantia Graeci in Laudibus ciborum etiam habuere. Liberaliter, vid. LIBER, liberi. Licentiam Plaut. Trin. 4, 3, 27. Cic. Acad. 4, 7 Mecum vero quid habent Litium, qui ipſorum diſciplinam ſequor? Idem ad Brut. 10 Nullas adhuc a te Literas habebamus, ne famam quidem quae declararet, etc. Cic. Att. 2, 13 Tu ſi Literas ad Sycionios habes, aduola in Formianum. Sall. Catil. 52, 13 Credo falſa exiſtimans ea, quae de inferis memorantur, diuerſo itinere malos a bonis Loca tetra, inculta, foeda, atque formidoloſa habere, i. habitare, vt interpretatur Non. 4, 226. Vid. ſupra n. 3. Cic. de Orat. 2, 274 Genus hoc leuius, et vt dixi, mimicum: ſed habet nonnunquam aliquid etiam apud nos Loci, vt vel non ſtultus quaſi ſtulte cum ſale dicat aliquid. Cic. Fam. 10, 24 Vel quod ex tam inſigni amicitia mea atque Caeſaris, hunc filii Loco et illius et veſtro iudicio ſubſtitutum non perinde habere, turpe mihi videtur. Plin. 33, 3 Antea enim hic numus ex Illyrico aduectus mercis Loco habebatur. Loco nullo rem aliquam, pro Nihili facere. Cic. de Legib. 2, 12 Lege autem carens ciuitas, eſtne ob ipſum habenda nullo Loco? Cic. Philipp. 2, 78 Cur eos habes in Loco patrui? i. Tanti, quanti patruum, facis? Cic. ad Brut. 17 Quid enim tam alienum ab humanis ſenſibus eſt, quam eum patris habere Loco, qui ne liberi quidem hominis numero ſit? Plaut. Epid. 1, 2, 55 Eamus intro ad te, vt hunc hodie diem Luculente habeamus. Plaut. Men. 2, 3, 45 Qui lubet Ludibrio habere me, atque ire infitias mihi, facta quae ſunt? Liu. 28, 40 pr. Senatum Ludibrio habet. Ludibrio ſibi aliquem Lucret. 5, 1234. Luxurioſe nimiſque liberaliter exercitum Sall. Cat. c. 11. Male aliquem Caeſ. B. C. 1, 63. A quo tot annos eſſent male habiti, vt ſaepe ad deſperationem eſſent adducti Nep. 18, 12, 1. Redeo Male me habens Ter. Eun. 4, 2, 6. Plaut. Amph. 2, 2, 89 Verum tu magnum Malum habebis, ſi hic ſuum officium facit. Caeſ. B. C. 1, 8 Habere ſe a Pompeio ad eum priuati officii Mandata demonſtrat. Ad manum aliquid Tacit. Ann. 3, . . vid. MANVS. Cic. Att. 4, 12 Eſt enim mihi vtendum quibusdam rebus ex iis libris ad eos, quos in Manibus habeo. i. Quos tracto, vel compono. Cic. Att. 7, 8 Habebamus autem in Manibus Antonii concionem habitam decimo Cal. i. Legebamus. In Manibus librum aliquem ſemper, pro Legere et tractare ſemper eum librum. Cic. Tuſc. 5, 18. Et Q. Fratr. 3, 1 Quod multos dies epiſtolam in Manibus habui propter commorationem tabellariorum. In Manu et tutela, non in ſeruitio vxores Liu. 34, 7 extr. Matrem, vxorem habens Ter. Hec. 4, 2, 26. Cic. pro Quint. 16 Nam P. Quintii conſobrinam habet in Matrimonio Naeuius, et ex ea liberos. Cuius ſororem in Matrimonio habebat Val. Max. 6, 2, 3. Cic. de Legib. 3, 36 Cuius in Matrimonio ſororem auiam noſtram habebat. Hoc Me lactum, anxium habet. Suet. de Clar. Gramm. c. 14 Ciceronis ad Att. verba adducens, De Nicia quod ſcribis, ſi ita Me haberem, vt eius humanitate frui poſſem, in primis vellem illum Mecum habere: i. Si res meae ita ſe haberent. Me habet hoc male, i. Aegre fero hanc rem Ter Andr. 2, 6, 5. Idem ib. 5, 4, 36. et Hec. 4, 2, 30. Sic Plaut. Merc. . . . Dic mihi quae Te nunc habet ſollicitudo? Plaut. Aulul. 3, 1, 5 Totus doleo atque oppido perii, ita Me iſte habuit ſenex Gymnaſium. i. percuſſit. Me habeto ſibi, h. e. Sim illi pro ſeruo Plaut. Mil. 1, 1, 23. Idem Poen. 5, 5, 2 Tum profecto Me ſibi habeant ſcurrae ludificis caueis. i. Patiar vt me irrideant in publicis caueis. An Melius quis habet ſuadere? Horat. Epod. 16, 23. In Memoria Ter. Eun. 1, 2, 90. Idem Andr. 1, 1, 12 Quod habui, ſummum pretium perſolui tibi. SO. in Memoria habeo. Cic. Acad. 4, 55 Hunc mundum eſſe ſapientem, habere Mentem. Mentionem, pro Facere. Liu. 4, . . Quinctil. 8 in prooem. M. Antonius, cuius ſupra habuimus Mentionem. In Metu, vid. METVS. Vulneribus didicit miles habere Metum Propert. 3, 10, 6. Militem antiqua diſciplina, pro Tractare ſecundum ſeueritatem antiquae diſciplinae Liu. 45, 37 pr. Miſerum aliquem Plaut. Epid. 5, 2, 2. i. miſere. Cic. Fam. 14, 7 pr. Moleſtias omnes et ſolicitudines, quibus te Miſerrimam habui, etc. depoſui et eieci: loquitur de ſua aegritudine, quae Terentiam vehementer afflixerat. Mittendos legatos, pro Opus habeo mittere Sen. de Benef. 7, . . Modum, Rationem imponere et ordinem Plaut. Curc. 2, 3, 21. Ter. Andr. 1, 1, 68 Scias poſſe habere iam ipſum ſuae vitae Modum. Vbi Donatus, Modum, Moderationem, regimen. Idem Eun. 1, 1, 12 Here, quae res in ſe neque conſilium, neque Modum habet vllum, eam conſilio regere non potes. Add. Cic. pro Cluent. 96. Idem Fam. 16, 11 Habeo etiam illam Moleſtiam, quod Dolabella noſter apud Caeſarem eſt. Cic. de Fin. 4, 47 Et quum ad beatam vitam nullum Momentum res haberet, ad appetitionem autem rerum eſſe in his

momenta diceret. Cic. Fam. 12, 12 Habeo paullulum Morae, dum promiſſa militibus perſoluo. Morae imperium herile habet ſibi Plaut. Aulul. 4, 1, 2. *i. Cunctatur quod iuſſit herus facere.* Cic. Fam. 15, 17 Nos hic (tamen ad te ſcribam aliquid) D. Sullam patrem tuum Mortuum habebamus. *i. Ferebatur apud nos, patrem tuum eſſe mortuum.* Morem Plaut. Capt. 2, 1, 36. Plin. Epiſt. 1, 12. *i. Ita conſueui.* Plaut. Truc. 3, 2, 9 Nouos omnes Mores habeo, veteres perdidi. Mos habebatur, principum liberos, *etc.* Tacit. Ann. 13, 16. Mulierem animo vxoris, *i. Pro vxore* Vlpian. in l. Si vxor §. Sed ſi ea D. Ad leg. Iuliam de adulter. Multa, *pro Diuitem eſſe* Gell. 9, 8. Narrationem Quinctil. 4, 2. Plin. 11, 26 Chamaeleonum ſtelliones quodammodo Naturam habent. Cic. de Orat. 2, 244 Hoc opinor primum, ne quotieſcunque potuerit dictum dici, Neceſſe habeamus dicere. *Vid.* NECESSE. Neceſſe habet dicere Quinctil. 7, 3. Nefas, *Nefandum exiſtimare.* Cic. de N. D. 3, 56 Quartus Nilo patre, quem Aegyptii Nefas habent nominare. Non habeo, *pro Neſcio.* Cic. Att. 7, 18 De pueris quid agam Non habeo. Notam impudentiae, *vid.* IMPVDENTIA. Negotium Plaut. Poen. 1, 2, 4. Negotii plus habent Gell. 11, 14. Negotio in magno, *pro Habere curae* Suet. in Iul. c. 23. Noctem plenam timoribus, *Tota nocte timere.* Cic. Fam. 16, 14 Itaque habui Noctem plenam timoribus ac miſeriis. Nomen Quinctil. 7, 4. Notum Plin. Epiſt. 239. Cic. de Legib. 1, 24 Itaque ex tot generibus nullum animal praeter hominem, quod habeat Notitiam aliquam dei. Caeſ. B. G. 6, 20 Intra annum vero viceſimum feminae Notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus. Liu. . . . Neque ea res capitali Noxae haberetur. In Numerato ingenium Quinctil. 9, 3 *extr.* Plaut. Pſeud. 4, 2, 5 Habui Numerum ſedulo: hoc eſt ſextum a porta proximum angiportum. *i. Memini et recordor quotum fuerit.* Numero hoſtium aliquem Cic. Att. 11, 6 *ſub fin.* Varro de R. R. 1, 17 Minus ſe putant deſpici, atque aliquo Numero haberi a domino. Caeſ. B. G. 1, 28 Reductos in hoſtium Numero habuit. In Numero bonorum virorum haberi Cic. pro Roſc. Amer. . . . Idem de Amicit. 7 Nam qui ſeptem appellantur, eos, qui iſta ſubtilius quaerunt, in Numero ſapientum non habent. Cic. Acad. 4, 127 Indagatio ipſa rerum tum maximarum, tum etiam occultiſſimarum habet Oblectationem. Caeſ. B. G. 1, 9 Et cupiditate regni adductus, nouis rebus ſtudebat, et quamplurimas ciuitates ſuo ſibi beneficio habere Obſtrictas volebat. *i. Sibi beneficio deuincire.* Tacit. Ann. 12, 7 Cupido auri immenſa Obtentum habebat. Gell. 17, 4 Eum quum forte habuiſſet Obuiam. Plaut. Epid. 5, 1, 38 Non habeo vllam Occaſionem, vt apud te falſa ſabuler. Oculos ſuos in oculis alterius Plaut. Pſeud. 3, 2, 68. Ante Oculos aliquem, *i. Semper de illo cogitare* Ouid. Met. 1, 629. Odium in aliquem Cic. pro Cluent. 151. Odio ſibi aliquid Plaut. Men. 1, 2, 2. Offenſionem habere *dicitur* res aliqua Plin. 19, 1. *i. Non placet.* Plin. Ep. 7, 19 Habuerunt Officia mea in ſecundis, habuerunt in aduerſis. Omnes vno Ordine Virg. Aen. 2, 102. *vt loco, numero idem ſentire de omnibus.* Plaut. Amph. 2, 2, 21 Virtus Omnia in ſe habet: Omnia adſunt bona, quem penes eſt virtus: *i. Complectitur.* Ter. Eun. 2, 2, 12 Omnia habeo, neque quidquam habeo: nil cum eſt, nil deſit tamen. Onus, *vid.* ONVS. Plaut. Amph. 1, 1, 21. Cic. de Amicit. 30 Quid enim Africanus indigens mei? minime hercle: at ne ego quidem illius: ſed ego admiratione quadam virtutis eius, ille viciſſim Opinione fortaſſe nonnulla quam de meis moribus habebat, me dilexit. Opinionem de ſe falſam Quinctil. 2, 17. Optime habet Plaut. Pſeud. 4, 1, 25. Orationem apud aliquem Quinctil. 1, 1. Cic. Att. 2, 16 Octaua quam habui ad Populum poſtridie quam Catilina profugit. Ter. Hec. 3, 3, 21 Hanc habere Orationem mecum a principio inſtitit. Cic. Fam. 8, 1 Et quam Orationem Pompeius habuerit tecum, *etc.* fac mihi perſcribas. Semper in Ore atque animo habere debes Cic. Fam. 5, 16. Ornata cuncta in ordine, *vid.* ORNO. Brut. *ſub* Cic. Fam. 17 An quia non omnibus horis iactamus Idus Martias, ſimiliter atque ille Non. Decemb. ſuas in Ore habet, eo meliore conditione, *etc.* *Quid ſit Habere in ore, declarauit, quum* Iactamus *dixit.* Otium ad aliquid faciendum habui ab aliquo, *vid.* AB. Liu. 25, 28 Expoſitis quae Pacta iam cum Marcello haberent, *etc.* Plaut. Trin. 2, 4, 98 Nunc vt ſcias hic factiones atque opes non eſſe, neque nos tuam negligere gratiam, ſine dote poſco tuam ſororem filio: quae res bene vortat. habeon' Pactam? quid taces? Plin. 14, 6 Hetruriae palmam Luna habet, Liguriae Genua. Plaut. Amph. prol. 62 Quoniam hic ſeruos quoque Partes habet, ſit proinde, vt dixi, tragico comoedia. Tacit. Ann. 13, 2 Habebat in partibus Pallantem. *h. e. Addictum, fauentemque Pallantem habebat.* Salluſt. in Iugurth. 31 Tamen hae talia facinora impune ſuſcepiſſe, Parum habuere, *non fuere contenti.* Liu. 42, . . Cic. Verr. 5, 17 Ille clamare quum raperetur, nihil ſe miſerum feciſſe, nihil commiſiſſe: Pecuniam ſibi eſſe in nominibus, numeratam in praeſentia non habere. Penſi habere Tacit. Ann. 13, 15. Idem in Orat. 29 Nec quiſquam in tota domo Penſi habet, quid coram infante domino aut dicat, aut faciat. Cic. Fam. 13, 57 Is ita ſibi perſuadet, quod in tua prouincia negotii habet, niſi te prouinciam obtinente meis commendationibus confecerit, id ſe in Perditis et deſperatis habiturum. Columel. 12, 21 Sed Periculum habet, ne vitietur vinum, ſi male cocta ſit aqua. Idem 5, 9. Cic. ad Brut. 1 Clodii animum Perſpectum habeo, Cognitum, Iudicatum. Plin. 23, 1 At nos e diuerſo fumi amaritudine vetuſtatem indui perſuaſum habemus. Plura habebam tibi mandare Ouid. Triſt. 1, 1, 123. Ad Poenas aliquid Quinctil. in prooem. 6. Cic. ad Brut. 14 Quae autem epiſtola non Pondus habuit? Idem in Topic. 73 Perſona autem non qualiſcunque teſtimonii Pondus habet. Cic. Diuinat. Verr. 5 Ego etiam quae tu ſine Verre commiſiſti, Verri criminis daturus ſum, quod te non prohibuerit. quum ſummam ipſe haberet Poteſtatem. Caeſ. B. C. 1, 25 Quo facilius omne Adriaticum mare ex extremis Italiae partibus, regionibusque Graeciae in Poteſtatem haberet. Cic. ad Brut. 4 Habuique in mea poteſtate, quoad bellum fuit. In Poteſtate ſua aliquem Caeſ. B. C. 1, 85 *pr.* Idem B. C. 1, 8 Semper ſe Reipubl. commoda priuatis neceſſitudinibus habuiſſe potiora. *i. Praetuliſſe.* *Sic* Liu. 28, . . Praeclare ſe res habet Cic. de Orat. 1 c. 25. Tacit. Ann. 15, 8 Si aut gloriam cum modo, aut Praedam cum cura habuiſſet. Salluſt. in Iugurth. 31, 10 Pars triumphos ſuos oſtentantes, perinde quaſi ea honori, non Praedae habeant. Ter. Hec. 4, 2, 7 Nam mihi intus tuus pater narrauit modo, quo pacto me habueris Praepoſitam amori tuo: nunc tibi, *etc.* Liu. 35, 31 Ibi enim non praeſidia modo Macedonum fuiſſe: ſed regiam exaedificatam, vt Praeſens ſemper in oculis habendus eſſet dominus. Caeſ. B. G. 1, 42 Vt Praeſidium quam amiciſſimum ſi quid opus facto eſſet, haberet. Pretia habent ſiluae in odoribus: *h. e. Odores ſiluarum ſunt in pretio* Plin. in Prooem. 13. Pretium, *pro Pretia vendi.* Plin. 12, 14 Itaque optimi turis libra XVI Pretium habet. Ter. Heaut. 5, 2, 10 Vbi te vidi animo eſſe omiſſo, et ſuauia in praeſentia quae eſſent, Prima habere, neque conſulere in longitudinem, coepi rationem, vt neque egeres, neque vt haec poſſes perdere. Plin. 20, 22 Pythagoras Principatum habere ex his, quorum ſublime vis feratur, iudicauit. Ter. Eun. 1, 2, 7 Sine illum Prioreis parteis hoſce aliquot dies apud me habere. *Meretricis petitio.* Vlpian. in l. non erit D. de iureiurand. Videamus an Pro eo habeatur, atque ſi iuratum non eſſet. Probationes in aliquem Quinctil. 7, 3. Cic. Fam. 15, 13 Mearum reliquarum rerum, maximeque exiſtimationis meae Procurationem ſuſceptam velim habeas. Procurationem rerum humanarum nullam habere deos Cic. de N. D. 1, 2. Proceſſum aliquem in literis Suet. de Clar. Gramm. 10. Plin. 7, 3 Olim Androgynos vocatos, et in Prodigiis habitos, nunc vero in deliciis. Plaut. Aſin. 1, 3, 14 Semper tibi Promiſſum habeto hac lege, dum ſuperes datis. Cic. Acad. 4, 84 Oportet igitur et ea, quae pro perſpicuitate reſponderi poſſunt, in promtu habere. Ouid. Met. 3, 188 Vt vellet Promtas habuiſſe ſagittas. Plin. in Paneg. 66, 3 Vt facilius eſſet iratos quam Propitios habere. Propoſitionem Quinctil. 4, 2. Propoſitum reprehendendi, aut ad, *etc.* Plin. Epiſt. 9, 19, 7. Caeſ. B. C. 3, 45 Cic. Verr. 3, 117 Qui non intelligat iſtum ſibi Quaeſtui praedaeque habuiſſe bona, poſſeſſiones, fortunas aratorum? Cic. Philipp. 11, 5 Quum verborum contumeliis optimum virum inceſto ore laceraſſet, tum verberibus ac tormentis Quaeſtionem habuit pecuniae publicae. *Vid.* Quaeſtio, *in* QVAERO. Cic. Verr. 5, 71 Et ita dicam, vt ſi me in ea Querimonia quam ſum habiturus de iſtius crudelitate, et de ciuium Romanorum indigniſſima morte, *etc.* Cic. Q. Fratr. 1, . . Interuenit nonnullorum Querelis, quae apud me de illo ipſo habentur. Cic. Acad. 4, 140 Hanc praeſcriptionem eſſe naturae: a qua qui aberrauiſſet, eum nunquam, Quid in vita ſequeretur, habiturum. Rationem candidati habere *eſt nomen illius recipere, et populum de illo rogare in comitiis.* Liu. 24, . . Et principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur Ratio ſui, quam quibus vt indigni praeterirentur. Plin. Epiſt. 2, 12 In ſortitione prouinciae rationem eius non habendam. *Add.* Cic. Fam. 6, 6. Suet. Caeſ. c. 18 *et* 28. Vell. 2, 30, 3. *et* 35, 3. Flor. 4, 2, 15. Rationem non licebat habere abſentis, *vt* Caeſaris Cic. ad Att. 7, 3. Caeſ. B. C. 1, 9. Rei, *vt* Catilinae *apud* Aſconium: Iunioris quam lex annalis requirebat, *vt* Scipionis *apud* Liu. 25, 2. Magiſtratus, *vt* Glauciae *apud* Ciceronem in Brut. 224 *cuius ratio, quum Praetor eſſet, haberi non poterat, quod duo anni minimum inter Praeturam et Conſulatum intercedere ſolerent. Horum, inquam, ratio haberi non poterat, niſi legibus ſoluti fuiſſent, aut iudicatum fuiſſet, rationem haberi poſſe.* C. Seruilius Glaucia, *inquit ibi* Cicero, ex ſummis et fortunae et vitae ſordibus in Praetura Conſul factus eſſet, ſi Rationem eius haberi licere iudicatum eſſet. Aſconius *in* Cic. Orat. aduerſus Catilinam et Antonium competitores: Catilina, *inquit*, ex Praetura Africam prouinciam obtinuit, quam quum grauiter vexaſſet, legati Afri in Senatu iam tum abſente illo queſti ſunt, multaeque graues ſententiae in Senatu de eo dictae ſunt. *Aliquanto poſt*, Profeſſus deinde eſt Catilina petere ſe Conſulatum. L. Volcatius Tullus Conſul conſilium publicum habuit, an Rationem Catilinae habere deberet, ſi peteret Conſulatum. nam quaerebatur repetundarum. Catilina ob eam cauſam deſtitit a petitione. *Haec* Aſconius. Rationem cum orco, *vid.* ORCVS. Rationem officii in ſocios Cic. Verr. 2 c. 63. — temporis *ibid.* Sen. de Benef. 3, 11 Quomodo horum extra ordinem habita Ratio eſt, *etc.* Rationem habetis, quomodo vnum amiſerit Plaut. Capt. prolog. 23. Cic. de Fin. 3, 18 Quod primum intelligi debet figura, membriſque corporum, quae ipſa declarant procreandi a natura habitam eſſe Rationem. Rationem dignitatis Cic. Fam. 1, 4. Idem Att. 10, 13 Iam miſſo officio periculi Ratio habenda eſt. Cic de Senect. 36 c. 11 Pugnandum tanquam contra morbum eſt, ſic contra ſenectutem: habenda Ratio valetudinis, vtendum exercitationibus modicis. Cic. de Amicit. 91 (89) Omni igitur hac in re habenda Ratio et diligentia eſt: primum vt monitio acerbitate, deinde vt iurgatio contumelia careat. Rationem aliquam Cic. Verr. 5, 70. Idem de Senect. 51 Venio nunc ad voluptates agricolarum: *etc.* habent enim Rationem cum terra, quae nunquam recuſat imperium, nec vnquam ſine vſura reddit quod accepit. Rationem, *velut crediti et accepti.* Rationem habet haec ſententia: *h. e. Rationabilis eſt, nititur ratione* Vlpian. in l. ſi ſeruus ſeruum §. Proculus D. ad leg. Aquiliam. Rationem cum Muſis, *pro Dare operam literis.* Cic. Att. 2, 5 Cum omnibus Muſis Rationem habere cogito. Liu. 31, . . Et ipſe quum maiorem in anguſtiis trepidantium edidiſſet caedem, in temerario incepto, tutum tamen Receptum habuit: quia qui, *etc.* Caeſ. B. G. 4, 33 Atque ita ſe collocant, vt ſi illi a multitudine hoſtium premantur, expeditum ad ſuos Receptum habeant. Caeſ. B. C. 1, 1 Habere ſe quoque ad Caeſaris gratiam atque amicitiam Receptum. Tacit. Ann. 5, . . Ne aut Tyrannus quum vellet Receptum ad vrbem haberet. Plaut. Milit. 4, 2, 91 Si hic pridie foret, quam ille eſt: hic Regnum haberet in caelo. Columel. 2, 1 Quum ſemel inuaſit ſenectus, Regreſſum non habet, nec reuireſcere aut repubeſcere poteſt. Cic. Off. 2, 51 Nec tamen vt hoc fugiendum eſt, ita habendum eſt Religioni, nocentem aliquando et nefarium, impiumque defendere. In Remediis: *h. e. Praeſidii et remedii vice* Plin. 28, 1. Cic. Acad. 4, 147 Sed tamen nec ille, qui dixit iurare poſſet, ita ſe Rem habere: neque ego. Ter. Heaut. 4, 3, 24 Aperte ita vt ſeſe habet, narrato. Rem cum aliquo, *Negotiari* Plaut. Aulul. 3, 4, 2. Facinus audax incipit, qui cum opulento pauper homine coepit Rem habere aut negotium. *Honeſte etiam Bacchis, licet de commercio Veneris.* Ter. Eun. 1, 2, 39 Ego cum illo, quo cum vno Rem habebam tum hoſpite, abii huc. Mart. 2, 26 Iam te Rem factam, Bithynice, credis habere? *Putas iam transacta eſſe omnia? te iam heredem?* Rem habe pactam ſic futurum Plaut. Poenul. 4, 2, 32. Ter. Hec. 1, 2, 119 Habes omnem Rem, pergam quo coepi hoc iter. *i. Audis, quomodo res ſe habeat.* Cic. Q. Fratr. 2, 1 Orationem meam collaudauit ſatis multis verbis, non me hercle indiſerte, Seuerus Antiſtius, iſque iudiciorum cauſam ſuſcepit, antiquiſſimamque ſe habiturum dixit. Res tuas habeas, valeas, *formula diuortii* Plaut. Amph. 3, 2, 47. Apul. Met. 5 p. 170 Tu quidem ob tam dirum facinus confeſtim toro meo diuorte, tibique Res tuas habeto. Martial.

tial. 10, 41 Maritum Deferis, atque iubes Res ſibi habere ſuas. Repetitionem habebit a coheredibus, *i. Ius repetendi id quod ſoluit* Paull. in l. 2 §. ex his D. de verb. oblig. Cic. Philipp. 5, 49 Itaque quum Reſpectum ad Senatum et ad bonos non haberet, *etc.* Plin. 28, 1 Quando ita decretum eſt, minorem gratiae, quam vtilitatum vitae Reſpectum habere. Reuerentiam alicui Plin. Epiſt. 4, 17. Reuerenter fortunam Auſon. Epigr. 8, 7. Caeſ. B. C. 3, 46 *extr.* Noſtri vero qui Satis habebant, ſine detrimento diſcedere. *Conf.* Nep. 15, 4, 5. Satin' habes, ſi feminarum nulla eſt, quam aeque diligam? Plaut. Amph. 1, 3, 11. Satis habeo promere vnum exemplum Gell. 13, 15. Quinctil. 9, 4 Illud notaſſe Satis habeo. Scabiem habere Scribon. 135. Cic. Acad 4, 117 Neque nos contra ſenſus aliter dicimus ac Stoici, qui multa falſa eſſe dicunt: longeque aliter Se habere ac ſenſibus videantur. Reges et dominos habere debet, Qui Se non habet Martial. 2, 68. Se belle Cic. Att. 4, 11. Idem ibid. 7, 2 Quamquam videbatur, Se non grauiter habere, tamen ſum ſolicitus. Se male Caeſ. B. C. 1, 63. Se munditer Plaut. Poen. 1, 2, 26. Ter. Adel. 1, 1, 20 Ruri agere vitam, ſemper parce ac duriter Se habere. Quaeſiuit a Medicis, quemadmodum Se haberet Nep. 10, 2, 4. Secretum ab altero, *pro Eum celare* Liu. 39, . . . Nunquam Secus habui illam, ac ſi eſſet ex me nata Ter. Hec. 2, 3, 6. Plin. 11, 37 Superbia alibi conceptaculum, ſed in ſuperciliis Sedem habet. Caeſ. B. G. 1, 44 Sedes habere in Gallia ab ipſis conceſſas: obſides ipſorum voluntate datos. Segregatum habere Ter. Hec. 5, 1, 26. Senatum, *pro Cogere.* Cic. Q. Fratr. 2, . . Idem de N. D. 2, 11 Quod quum pomoerium poſtea intraſſet, habendi Senatus cauſa, *etc.* Cic. Tuſc. 1, 57 Quem locum multo etiam accuratius explicat in eo Sermone, quem habuit eo ipſo die, quo exceſſit e vita. Sermonem apud populum Plin. Epiſt. 1, 8 *pr.* Cic. Q. Fratr. 2, 5 Ad III Id. April. veni ad Quintum, cumque vidi plane integrum, multumque is mecum Sermonem habuit et perhumanum de diſcordiis mulierum noſtrarum. Varro de R. R. 1, 1 Referam Sermones eos, quos de agricultura habuimus nuper. In Sermonibus, *pro Commemorare ſermonibus* Liu. 44, 47 *pr.* In Seruitiis Plin. 18, 11. *h. e. Inter ſeruitia ſeu ſeruos.* Cic. Verr. 2, 53 Iſte Epicratis bona Bidinos omnia poſſidere et Sibi habere iuſſit. Cic. de Amicit. 36 Quare Sibi habeant ſapientiae nomen et inuidioſum et obſcurum. Hodieque omnes Sic habent Cic. Verr. 3 c. 25. Hi Sic habeant Idem pro Cael. c. 2. Sic habeto, *i. Ita tibi perſuadeto* Cic. Fam. 16, 6. Idem in Somn. Scip. 19 Tu vero enitere, et Sic habeto, non eſſe te mortalem, ſed corpus hoc. Idem de Amicit. 10 De me autem (vt iam de vtroque loquar) Sic habetote, *etc.* Sic habere ſine, *confirmantis animum eſt, Fac habeat, quid tum?* Plaut. Caſ. 3, 6, 22. Idem Pſeud. 4, 6, 2 Viſo quid rerum meus Vlyſſes egerit, iamne habeat Signum ex arce Ballionia. Cic. Att. 9, 1 Nam quum ad hunc locum veniſſem, euolui volumen epiſtolarum tuarum, quod ego ſub Signo habeo, ſeruoque diligentiſſime. Plin. 10, 47 Olorum Similitudinem onocrotali habent. Cic. pro Cluent. 80 Qui enim poterat tum in gratiam redire cum Oppianico Cluentius, qui cum matre habebat Simultates, haerebat in tabulis publicis reus et accuſator, *etc.* Plin. 29, 3 Lanae habent et cum ouis Societatem, ſimul fronti impoſitae contra epiphoras. Plin. 27, 7 Huius ramum Iſiaci praeferre Sollemne habent. Ter. Heaut. 3, 1, 52 Releui dolia omnia, omnes ſerias, omnes Solicitos habui, *exercui.* Cic. de Senect. 66 Quarta reſtat cauſa, quae maxime angere, atque Solicitam habere noſtram aetatem videtur, appropinquatio mortis. Soluta habere ſtomachum, aluum, inteſtina Scribon. 256. Cic. Off. 1, 9 Spatium etiam deliberandi habuerunt, quem potiſſimum vitae curſum ſequi vellent. Ter. Andr. 3, 5, 17 Cur non habeo Spatium, vt de te ſumam ſupplicium, vt volo? Columel. 12, 5 Quidam ferri maſſas exurunt, ita vt ignis Species habeant. Cic. Off. 3, 7 Si id quod Speciem haberet honeſti, pugnaret cum eo, quod vtile videretur, quomodo ea diſcerni oporteret? *Legitur et* Specimen, *ex vetuſto codice.* Quinctil. 2, 3 Habet in pictura Speciem tota facies. Quidquam Spei Cic. pro Cael. c. 1. Cic. Verr. Act. 1, 36 Quam Spem nunc habeat in manibus, et quid moliatur, breuiter iam Iudices exponam. Spem bonam de aliquo Cic. Att. 15, 2. *Sic* de Amicit. 11 Qui ſummam Spem ciuium, quam de eo iam puero habuerant, *etc.* Spem ſummam alicui Cic. Q. Fratr. 1, 2. Idem Fam. 14, 2 In nouis Trib. Plebis intelligo Spem te habere. Spem in virtute Liu. 34, 14 *pr.* Cic. Att. 8, 2 In vnius hominis, quotannis periculoſe aegrotantis, anima poſitas omneis Spes noſtras habemus. Spem repoſitam in aliquo Liu. 26, . . Idem 25, 38 Nec huius occaſionis Spem, milites, forte temere, ſed ex re ipſa conceptam habeo. Liu. 32, 13 *pr.* Ibi Statiuis rex per aliquot dies habitis, fluctuatus animo eſt. Cic. Fam. 4, 2 Tu, ſi videbitur, ita cenſeo facias, vt ſi habes iam Statutum quid tibi agendum putes, in quo non ſit coniunctum conſilium tuum cum meo, ſuperſedeas hoc labore itineris. Pro Stercore, *i. Nihili pendere* Plaut. Truc. 2, 7, 5. Studium alicuius rei Quinctil. 2, 18. Ter. Adel. 3, 3, 28 Vtrum Studione id ſibi habet, an laudi putat fore, ſi perdiderit gnatum? Colum. de Arborib. c. 5 Alteram Subſidio habeat, ſi forte illa extraordinaria interierit. Cic. Fam. 9, 20 In Epicuri nos aduerſarii noſtri caſtra coniecimus: nec tamen ad hanc inſolentiam, ſed ad illam tuam lautitiam veterem dico, quum in Sumtus habebas. Plin. 27, 12 Phyteuma qualis ſit, deſcribere Superuacuum habeo, quum ſit vſus eius tantum ad amatoria. *i. Exiſtimo ſuperfluum.* Liu. 28, 11 Prodigia COSS. hoſtiis maioribus procurare iuſſi, et ſupplicationem vnum diem habere. Liu. 32, 19 Regem ipſum Suſpectum habebant, pro eius crudelitate, *etc.* Suſpicionem adulterii Nep. Epam. 5, 5. *i. ſuſpectum eſſe adulterii.* Cic. de Orat. 2 c. 69 Salſa ſunt etiam, quae habent Suſpicionem ridiculi abſconditam. *Sed* Att. 8, 15 Suſpicionem habere *eſt ſuſpicari.* Gell. 16, 9 Susque deque fero, Susque deque habeo. Significat autem Susque deque ferre, Aequo animo eſſe, et quod accidit, non magni pendere; atque interdum Negligere et contemnere, et propemodum id valet, quod dicitur ἀδιαφορεῖν. Plaut. Amph. 3, 2, 4 Quae neque ſunt facta, neque ego in me admiſi, arguit: atque id me Susque deque eſſe habituram putat? Plaut. Poen. 4, 2, 68 Male credam, et credam tamen: ſed hoc tu tecum Tacitum habeto. Liu. 42, 16 *extr.* Et quamquam diſſimulare, et Tacite habere id, patique ſtatuerat. Temperanter vulgus Tacit. Ann. 4, 33. Iaachis tribus menſibus Tempus imperii habuit Sulp. Seu. H. S. 1, 53. Tempus, *Dum vacat, dum licet per opportunitatem.* Plaut. Truc. 4, 2, 3. Cic. Att. 1, 11 Sed tamen diſtinebar, vt vix huic tantulae epiſtolae Tempus habuerim. Habeo vos Teſtes Nep. 25, 21, 5. Plaut. Poen. 5, 2, 11 Si ad eam rem Teſtes habeam, faciam quod iubes. Habe Tibi, *i. Accipe* Plaut. Men. 4, 3, 16. Idem Amph. 3, 2, 26 Tibi habeas, niſi ſis ſtultior ſtultiſſimo. Tibi habe centum minis: *h. e. Tibi eam addico pro minis centum* Plaut. Perſ. 4, 4, 110. Timorem in aliquo Nep. 7, 3, 5. *i. timere.* Ancipites variique caſus habent admirationem, exſpectationem, laetitiam, moleſtiam, ſpem, Timorem Cic. Fam. 5, 12. *i. afferunt.* Cic. Acad. 4, 121 Sed quum ſacerdotes deorum vacationem habeant: quanto eſt aequius habere ipſos deos? Vacationem militiae, *aut* alicuius muneris Plin. 7, 2. Cic. Fam. 9, 6 Quae igitur ſtudia magnorum hominum ſententia Vacationem habent, eadem publici muneris. iis concedente Republ. cur non abutamur? Veniam, *vid.* VENIA. Verba querentis habe Ouid. A. A. 2, 306. *i. querere.* Cic. in Somn. Scip. 1 Multisque Verbis vltro citroque habitis, ille nobis conſumtus eſt dies. Verecundiam, *pro Reuereri* Liu. 8, . . *Sic* 27, . . Imperii Verecundiam habere. Cic. Att. 14, 9 Quae mihi videntur habitura etiam Vetuſtatem. *i. Quae longe etiam ad poſteros memoriam habitura ſunt.* Plaut. Pſeud. 4, 4, 37 Hic quidem ad me recta habet rectam Viam. Victoriam Plaut. Truc. 2, 2, 20. Liu. 30, 30 *pr.* Quique toties prope in manibus Victoriam habui. *Add.* Ib. c. 16. Cic. de Fin. 1, 44 Dolores autem ſi qui incurrunt, nunquam Vim tantum habent, vt non plus, *etc.* Vim habent antidoti Plin. 20, 3. Cic. Off. 1, 120 Ad hanc autem rationem, quoniam maximam Vim natura habet fortuna proximam, *etc.* Cic. Fam. 5, 8 Has literas velim exiſtimes foederis habituras eſſe Vim. Plin. 16, 32 Non habet Vires frutex cinnami in Syriae vicina perueniendi. Cic. de Amicit. 102 Virtutem enim ſemper amaui illius viri, quae exſtincta non eſt: nec mihi ſoli verſatur ante oculos, qui illam ſemper in manibus habui: ſed etiam poſteris erit clara et inſignis. Idem de Amicit. 58 Difficile eſt amicitiam manere, ſi a virtute defeceris, quod ſi rectum ſtatuerimus, vel concedere amicis quidquid velint, vel impetrare ab amicis quidquid velimus: perfecta quidem ſapientia ſumus, ſi nihil habeat res Vitii. Cic. pro Font. 26 Quod ſi aut quantam Voluntatem habent ad hunc opprimendum, aut quantam ad maledicendum licentiam, tantum haberent ad ementiendum animi, aut ad fingendum ingenii, *etc.* Salluſt. in Iugurth. c. 100 *extr.* Et ſane Marius, illoque, aliisque temporibus Iugurthini belli, pudore magis quam malo exercitum coërcebat. quod multi per ambitionem fieri aiebant, quod a pueritia conſuetam duritiem, et alia quae caeteri miſerias vocant, Voluptati habuiſſet. In Votis habere *dicimur Quod cupimus, pro quo* Sen. de Ira 3, . . *dixit,* Habere Votum. Vrbem Romam a principio reges habuere Tac. An. 1 *pr.* Plin. 12, 22 Myrobalano in vnguentis ſimilem proximumque Vſum habet palma in Aegypto, quae vocatur adipſos. *i. Vtimur palma Aegyptia in vnguentis eodem modo quo myrobalano.* Cic. Off. 2, 14 Nam et qui principes inueniendi fuerunt quem ex quaque belua Vſum habere poſſemus, homines certe fuerunt. Cic. de Amicit. 6 Cato quia multarum rerum Vſum habebat, multa eius et in Senatu et in foro vel prouiſa prudenter, vel acta conſtanter, *etc.* Caeſ. B. G. 1, 39 Quod non magnum in re militari Vſum habebant. *Et* 4, 20 Vſum belli. In Vſu quod docemus Plin. Epiſt. 1, 10 *extr.* Idem in Paneg. c. 88 Ac primum neminem in Vſu habes, niſi aut tibi, aut patri tuo, aut optimo cuiquam principum dilectum. Vtilem aliquem, *Aliquid emolumenti ex eius opera percipere* Plaut. Ciſt. 1, 1, 10. Cic. de Amicit. 27 Quapropter a natura mihi videtur potius quam ab imbecillitate orta amicitia, et applicatione animi magis, cum quodam ſenſu amandi, quam cogitatione quantum illa res Vtilitatis eſſet habitura. ¶ 11 *Supin.* Plaut. Poen. 1, 2, 29 Modus omnibus in rebus optimum eſt habitu: Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus. *Add.* v. 75. Habeſſit, *pro Habeat* [ἐχέτω] *antique dictum.* Cic. de Legib. 2, 19 c. 8 *ex verbis* XII Tab. Separatim nemo habeſſit deos, neue nouos, ſed ne aduenas, niſi publice aſcitos, priuatim colunto.

HABENS, entis. Partic. Nihil habenti nihil defuit Curt. 4, 1, 25. Virg. Georg. 2, 499 Aut doluit miſerans inopem, aut inuidit habenti.

HABĬTVS, a, um. Partic. [ἐσχημένος] Plaut. Truc. 4, 1, 5 Vt ego laetus ſum, et laetitia differor, ita ad me magna nuntiauit Cyamus hodie gaudia, mea dona deamata, acceptaque habita eſſe apud Phroneſium. Plaut. Aſin. 2, 4, 51 Da modo meo periculo. rem ſaluam ego exhibebo. Nam ſi ſciat noſter ſenex, fidem non eſſe huic habitam, ſuccenſeat. Ter. Andr. 4, 6, 14 Semper enim eius dicta eſt haec, atque habita eſt ſoror. Cic. Fam. 5, 11 Dalmatae ſemper habiti ſunt bellicoſi. Idem de Clar. Orat. 65 Eodemque in genere eſt habitus M. Octauius. *Et* pro Arch. 31 Isque eſt eo numero, qui ſemper apud omnes ſancti ſunt habiti atque dicti. Vt patrem tuum vidi eſſe habitum: *h. e. Quantum ego coniicere potui ex habitu et ira patris* Ter. Heaut. 2, 4, 22. Idem Eun. 5, 7, 22 Hic pro illo munere tibi Honos eſt habitus. Plaut. Epid. 3, 4, 83 Perdam potius, quam ſinam me impune irriſum eſſe habitum. Caeſ. B. G. 7, 77 Hic ſummo in Aruernis natus loco, et magnae habitus auctoritatis. Habitus ludibrio Ter. Hec. 4, 1, 1[?]. Tacit. Hiſt. 1, 87 Et ſaeuitia Galbae in cuſtodiam habitos in numero legionis compoſuerat. Tacit. Ann. 15, 10 Ac diſperſo milite, qui in vnum habitus, *etc.* *i. collectus.* Tacit. Ann. 12, 47 Moxque vulgus duro imperio habitum, probra, ac verbera intendebat. Idem ibid. 13, 37 Igitur Corbulo quaeſito diu praelio, fruſtra habitus. Tacit. Ann. 4, 44 Habitus tamen honor ſupremis, oſſaque tumulo Octauiorum illata. Idem Hiſt. 1, 8 Proximae tamen Germanis exercitibus Galliarum ciuitates, non eodem honore habitae. Habitus eſt imperator, re quidem vera exercitui praefuit Conon Nep. 9, 2, 2. Tacit. Hiſt. 2, 21 Quocunque caſu accidit, dum atrociora metuebantur, in Leui habitum. Populus Molliter habitus Tac. Ann. 1, 54, 4. In procinctu et caſtris habiti Tacit. Hiſt. 3, 2. Idem Ann. 13, 30 Damnatus iisdem Conſulibus Vipſanius Laenas ob Sardiniam prouinciam auare habitam. Tacit. Ann. 3, 31 Quod haud perinde publice vſui habitum quam exitioſum multis. ¶ 2 *Compar.* Habitior, i. e Pinguior. Feſt. Ter. Eun. 2, 3, 23 Si qua eſt habitior paullo deducunt cibum. *Et* Plaut. Epid. 1, 1, 8 Corpulentior hercle atque habitior. *Superl.* Gell. 4, 20 Equum nimis ſtrigoſum et male habitum, ſed equitem eius vberrimum et habitiſſimum viderunt. *Verba ſunt* Sabini Maſſurii in ſeptimo memoriali.

HABITVRVS, a, um. Partic. [ἕξων] Plaut. Trucul. 4, 4, 14 Scio quidem ſponſam tibi eſſe, et filium ex ſponſa tua, et tibi vxorem ducendam iam eſſe: alibi iam animum tuum, me quaſi pro derelicta ſis habiturus. Cic. Orat. 11 Haec ingreſſio mea aut reprehenſionis

henſionis aliquid, aut certe admirationis habitura eſt. Idem Philipp. 3, 27 Is dixit, ſe vsque ad Calendas Maias ad vrbem exercitum habiturum.

HABENDVS, a, um. Partic. [ἑκτέων] Plin. 10, 37 Cum columbis habenda eſt auis, quae tinnunculus vocatur. Plaut. Poen. 5, 4, 45 Si quidem amicitia eſt habenda, cum hoc habendum eſt. Ter. Heaut. 2, 3, 84 Aut haec cum illis ſunt habenda, aut illa cum his amittenda ſunt. Ter. Phorm. 1, 2, 6 Praeſertim vt nunc ſunt mores, adeo res rediit, ſi quis quid reddit, magna habenda eſt gratia. Gratia habenda eſt tibi Ouid. Triſt. 5, 9, 12. Ratio habenda eſt tibi tuae laudis Idem ibid. 1, 1, 52.

HABITVS, ûs. m. [ἕξις, σχέσις, σκευὴ, κατασολὴ] *Qualitas et forma corporis et cuiuscunque rei. Aeque late fere patet, quam verbum habere.* Liu. 2, 23 Obſita erat ſqualore veſtis: foedior corporis habitus, pallore et macie peremti. Columel. 7, 12, 11 Tiruncula *(canis primipara)* non recte nutrit, et educatio totius habitus auſert incrementum. Columel. 1, 9, 4 Vineae latos et lacertoſos viros exigunt: nam is habitus foſſuris — magis aptus. Liu. 30, 44 Si quemadmodum Oris habitus cernitur oculis *etc.* Virg. Georg. 1, 52 Cultusque habitusque locorum. Cic. Verr. 4, 5 Inerat in illa magnitudine aetas atque habitus virginalis. Virg. Aen. 1, 319 Virginis os habitumque gerens. Habitus foedi mulier Columel. 12, 1, 1. *i. formae.* Cic. de Fin. 3, 56 c. 17. Liu. 2, 61 Idem habitus oris, eadem contumacia in vultu. Idem de Inuent. 1, 36 Habitus eſt animi aut corporis conſtans et abſoluta aliqua in re perfectio. Idem Acad. 1, 27 Habitus virtutis et vſus virtutis. Labeo *apud* Gell. 4, 2 Morbus eſt habitus corporis cuiusque contra naturam. Celſ. 2, 7 Metus eſt, ne in malum habitum corpus eius recidat. Idem 2, 2 Subſiſtere in eodem habitu. Plin. Epiſt. 5, 5 Viſus eſt ſibi per nocturnam quietem iacêre in lectulo ſuo compoſitus in habitu ſtudentis. Liu. 37, 9 Cum ſollemni habitu ante portam occurrunt. Plin. . . . Qui ad nos lugubri habitu venerat, et capillatior ſolito? *Neutrius Plinii Indices agnoſcunt. Solere frequenter et diverſa, quam alios modo* habitus *appellatione vti* Valerium Maximum, *iam obſeruauit Barth. ad* Stat. 1, 1, 46 At ſonipes *(aeneus equus)* habitus animosque imitatus equeſtres, *i. formam et geſtum. Videamus quaedam: v. g.* 2, 6, 12 Thraciae natio — ſine vllis doctorum praeceptis verum conditionis noſtrae habitum peruidit. *Et* 4, 4, 10 Dotis modus XL millia aeris fuit. In quo — etiam habitus veterum patrimoniorum cognoſci poteſt, *i. quanta eſſe conſueuerint. Et* 9, 2 *pr.* Crudelitatis horridus habitus, truculenta ſpecies. *Et* 9, 3 ext. 3 Tunc inter eas fore finem belli, cum alterutra vrbs in habitum pulueris eſſet redacta. *Et* 9, 5 ext. 1 Spreto mortali habitu diuinum aemulatus eſt *de Alexandro. Vide etiam plura de hac voce apud. Bernart. ad eund.* Stat. Theb. 7, 222 His ille auditis mentemque habitumque recepit. *De differentia inter* Habitum *et* Habitudinem *egit Pricaeus ad* Apul. Met. 1 p. 15, 12 Tu autem vir, vt habitus et habitudo demonſtrant, ornatus. *Nempe* habitus *in talibus extra corpus eſt, cultus corporis;* habitudo *figura illa ipſius corporis, quem* habitum *antiquiores dixere. Vid.* HABITVDO. Liu. 1, 8 *pr.* Quae ita ſancta generi hominum agreſti fore ratus, ſi ſe ipſe venerabilem inſignibus imperii feciſſet, cum caetero habitu ſe auguſtiorem tum maxime lictoribus duodecim ſumtis fecit. Animorum habitus perſpicitur ex ingreſſu vultuque Quinctil. 11, 3, 66. Corporis habitus Quinctil. 4, 2, 5 *etc.* Fortunarum Hor. de Arte Poët. 109. Literarum et habitus et nomina pariter edocebuntur pueri Quinct. 1, 1, 25. Virg. Aen. 8, 723 — Incedunt victae longo ordine gentes, Quam variae linguis, habitu tam Veſtis, et armis. Quinctil. in prooem. 8 Res illo Verborum habitu veſtiuntur. Opimus corporis, *vid.* OPIMVS. Paſtoralis, *vid.* Paſtoralis, *in* PASCO. Triumphalis Quinctil. 10, 1 *pr.* Idem 11, 3, 62 Vox quem habitum a noſtris *(animis)* acceperit, hunc iudicum animis dabit. Tacit. Hiſt. 1, 28 Isque habitus animorum. Concipere mente habitum declamantis Quinctil. 1, 2. Conſtitutus animi habitus Idem 4, 2. Fingere ſe in habitum adulationis, admirationis, metus Quinct. 11, 3, 83. Ouid. Triſt. 1, 1, 4 *ad librum ſuum*, Vade, ſed incultus, qualem decet exulis eſſe, infelix habitum temporis huius habe. Tacit. Ann. 4, 12 Habitum, ac voces dolentium ſimulatione magis, quam libens induebat. Mutauerat habitum oris Lucan. 9, 1034. Quinctil. 4, 2 Difficile eſt nobis mutare habitum animi ſemel conſtitutum. Mutare ſe babitu et loco, *vid.* MVTO. Quinctil. 3, 7 Vt ſi in laude Herculis permutatum cum regina Lydiae habitum, et imperata (vt traditur) penſa Orator excuſet. Praetendere habitum a caeteris diſſentientem Quinctil. in prooem. 1. Probus habitu, *i. ſpecie externa* Plaut. Stich. 1, 2, 2.

HABITVDO, ĭnis. f. [σχέσις Gloſſ. Gr. Lat. ἕξις, σχῆμα] *Ipſe corporis habitus proprius, a cultu exteriore habitu diuerſus.* Ter. Eun. 2, 2, 11 Qui color, nitor, veſtitus, quae habitudo eſt corporis? Auct. ad Heren. 4, 16 Corporis bona habitudo. Continuatio literarum habitudinem tenuat Apul. Apol. p. 276, 10. Auſon. Grat. Act. 27, 2 Cuius vnquam — aut habitudo cohibitior, aut familiaris habitus condecentior. Apul. Met. 9 p. 235, 35 Quidam procerus, et vt indicabat habitus et habitudo, miles e legione. *Alium locum iam dedimus voce* HABITVS, *qui eſt* Elmenh. p. 111, 20. *Id. de* habitu *(Elmenh.* de habitudine) Doctrin. Platon. *pr.* Platoni habitudo corporis *(latitudo ſcapularum)* cognomentum dedit. Vet. Gloſſ. Habitudo ἕξις, Habitus σχῆμα.

HABITIO, ōnis. f. Gell. 1, 4 Debitio gratiae, non habitio.

HABITVO, āre. *Habitum inferre et inducere.* Cael. Aurel. Tard. 4, 8 Aegrotantium vires fortitudine habituantur. *Add.* Idem 1, 4.

HABITVRIO, *Habere deſidero.* Plaut. Truc. 1, 2, 47 Si arationes habituris.

HABĬLIS, e. Adi. [εὐάρμοστος, δεξιὸς] *Commodus ad habendum, tractandum etc.* Aptum *interpretatur* Donatus: quod optime quadrat. Virg. Aen. 1, 322 Namque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum. Martial. 13, 22 Non habilis cyathis, et inutilis vua Lyaeo. Cic. de Orat. 1, 231 c. 54 Si mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non vterer, quamuis eſſent habiles et apti ad pedem, quia non eſſent viriles. Cic. de Fin 4, 56 Et primum rebus his, quas non bonas dicimus, conceſſit, vt haberentur aptae, habiles, et ad naturam accommodae. Virg. Aen. 9, 306

— Humero ſimul exuit enſem
Auratum: mira quem fecerat arte Lycaon
Gnoſius, atque habilem vagina aptarat eburna.

Liu. 7, 10 Armant inde iuuenem aequales, pedeſtre ſcutum capit, Hiſpano cingitur Gladio, ad propiorem habili pugnam. Locus habilis pandendis retibus Plin. 9, 8. Nemeſian. Cyneget. 148 — Signetque habilem vapor igneus Orbem. Terra habilis frumentis Columel. 2, 2. Plin. 34, 15 Rubens (ferrum) non eſt habile Tundendo, neque ante quam albeſcere incipiat. *h. e. Ad tundendum, ſiue vt tundatur.* Haec habilis breuitate ſua eſt Ouid. Amor. 2, 4, 37. Vigor habilis membris Virg. Georg. 4, 418. *Compar.* Quinctil. 6, 3 Porro natura non tantum in hoc valet, vt acutior quis, atque habilior ſit ad inueniendum. Valer. Max. 5, 7, 1 Lectuli otio quam labori praeliorum habilior. *Superl.* Celſ. 2, 1 Corpus habiliſſimum quadratum eſt neque gracile neque obeſum. Liu. 7, 10 Arma habilia magis quam decora.

HABĬLĬTER. Adu. Paull. in l. ſi vt D. de auro et arg. leg. Si vt habiliter gemmae geri poſſint, incluſae auro fuerint. Pompon. Mel. 3, 7 Elephantis facile atque habiliter vti. Habiliſſime Hieron.

HABĬLĬTAS, ātis. f. [δεξιότης] Cic. de Legib. 1, 27 c. 9 Omitto opportunitates, habilitatemque reliqui corporis, moderationem vocis orationis vim, *etc.*

HABILITVDO, inis. f. Dig.

HABĬTO, āre. [οἰκέω, κατοικέω] *Domicilium habere, vid.* HABEO n. 3. Cic. de Senect. 84 c. vlt. Commorandi enim naturam diverſorium nobis, non habitandi dedit. Argos habitatum conceſſit Nep. 2, 8, 1. Matris habitauimus aluo Ouid. Met. 15, 215. Silvis habitare Idem ibid. 12, 406. Pan montanis habitans in antris Ouid. Met. 11, 147. Terras habitare Idem Triſt. 5, 2, 51. Caſas humiles habitare Virg. Ecl. 2, 29. *vbi vid.* Seru. Habitare ad Occaſum Plin. 2, 70. Cic. Acad. 4, 115 Qui mecum viuit tot annos, qui habitat apud me. Idem de Clar. Orat. 309. *et* pro Cael. 51. Cic. Verr. 2, 83 Quum apud eum non modo Thermis ſaepe numero fuiſſet, ſed etiam habitaſſet. Idem ibid. 1, 64 Eius eſſe filiam, quae cum patre habitaret, propterea quod virum non haberet. Viuere et habitare cum aliquo Cic. Att. 14, 20. Habitare et pernoctare cum aliquo Idem Tuſc. 5, 69. Habitat Mileti Ter. Adel. 4, 5, 20. Cic. Fam. 13, 2 C. Aniano Euandro qui habitat in tuo ſacrario. Ter. Andr. 4, 5 (6) *pr.* In hac habitaſſe platea dictum eſt Chryſidem. In carcere Cic. Agr. 2 c. 37. Duabus vrbibus habitabat Populus idem Liu. 8, 22 *pr.* Varro de R. R. 3, 17 Etenim hac incuria laborare aiebat M. Lucullum, et piſcinas eius deſpiciebat, quod aeſtiuaria idonea non haberet, ac in reſidem aquam, et locis peſtilentibus habitarent piſces eius. Cic. de N. D. 2, 95 Si eſſent, inquit, qui ſub terra ſemper habitaſſent bonis et illuſtribus domiciliis. Plaut. Bacch. 2, 2, 27 Proximae viciniae habitat. Habitare tanti, *pro In aedibus maximi ſumtus: et* Habitare triginta millibus, *eſt Millia triginta pro habitatione dare.* Plin. 17, 1. *Vid.* Cic. pro Cael. 17. *et* in Salluſt. 14. Neque tamen non in primis bene habitauit Nep. in Attic. c. 13. Laxe et magnifice Cic. pro Domo 115. Habitare *etiam dicitur de Eo, qui multus in aliqua re eſt, de qua re vid. Caſaub. ad Thophr. Charact. p. 187.* Video iam, quo inuidia tranſeat, et vbi ſit habitatura Cic. Att. 2, 9. Idem Philipp. 12, 112 Hic etiam fautores Antonii, quorum in vultu habitant oculi mei, triſtiores videbam. *h. e. Quos ſemper intueor.* Cic. de Clar. Orat. 305 Diſerti quidem C. Varius, C. Carbo, Cn. Pompeius, et ii quidem habitabant in roſtris. Cic. pro Muraen. 21 Cum iis, qui in foro habitarunt, de dignitate contendas. *i. Qui in forenſi commentatione aſſidui fuerunt.* In oculis Cic. Att. 4, 18 *extr. ſed ab aliis non legitur.* Moenia habitantur Graiis Virg. Aen. 3, 398. Nobis habitabitur orbis vltimus Ouid. Triſt. 1, 1, 127. Agellus habitatus quinque focis Hor. Ep. 1, 14, 2. Mapalia habitata raris tectis Virg. Georg. 3, 340. Perſ. 4, 52 Tecum habita: noris, quam ſit tibi curta ſuppellex. *i. diligenter te, tuasque vires conſule: vt alias queritur,* In ſe deſcendere neminem.

HABITANS, antis. Partic. Pithecuſas habitantium nomine dictas Ouid. Met. 14, 90. *Conf.* Virg. Georg. 3, 430. *et* Aen. 11, 265.

HABITATIO, ōnis. f. [οἰκισμὸς, κατοικισμὸς] *Actus habitandi.* Caeſ. B. C. 3, 21 Habitationis merces. *Item pro Domo et loco quem habitamus.* Columel. 1, 6 Villico iuxta ianuam fiat habitatio. *Pro Habitationis mercede.* Suet. in Caeſ. c. 38 Annuam etiam habitationem Romae vsque ad bina millia numûm, in Italia non vltra quingentos ſeſtertios remiſit: *non de ſuo largitus puto, ſed de arca dominorum, vt in nouis tabulis.*

HABITATIVNCVLA, ae. f. Dimin. Hieron. in Obad. Comm. 5. *et* Saluian. Gub. 5 p. 179.

HABITACŬLVM, i. n. *Idem atque Habitatio.* Gell. 5, 14 Habitaculum leonis. Habitacula priſtina geſtet Prudent. Hymn. Exſequ.

HABITĀTOR, ōris. m. [οἰκητὴς, οἰκήτωρ] *Incola.* Cic. de N. D. 2, 140 c. 56 Non vt incolae atque habitatores: ſed, *etc.* Cariae Mela 1, 16 *pr.* Quantus illos caeleſtis ſpiritus intrarit habitator Eumen. Paneg. c. 17.

HABITATRIX, īcis. f. Auſon. Moſell. 82 Tu mihi flumineis habitatrix Nais in oris.

HABITABĬLIS, e. Adi. [οἰκήσιμος] Cic. Tuſcul. 1, 45 c. 20 Tum et habitabiles regiones et rurſum omni cultu, *etc.* Plin. 9, 10 Habitales caſae.

H A C

HAC, *vid.* HIC.

HACTĔNVS. Adu. [μέχρι τοῦδε] *Compoſitum ex* Hac *Aduerbio et* Tenus, *quod* finem ſignificare *docemus ſ. l.* Cic. de Amicit. . . . Hactenus mihi videor de amicitia quod ſentirem potuiſſe dicere. *Et* 55 c. 15 *extr. ita claudit argumentum,* Sed haec hactenus. Sueton. Domit. c. 16 Ac dum exulceratam in fronte verrucam vehementius ſcalpit, profluente ſanguine, vtinam, inquit, hactenus. *i. vtinam intra hunc finem conſiſtat ſanguinis mei effuſio, non progrediatur vltra.* Gell. 13, 29 *lemma poſuit,* Non hactenus eſſe faciem, qua vulgo dicitur. *i. latius patere ſignificationem huius Nominis, et plura comprehendere.* Sed haec hactenus: ne videar, *etc.* Cic. Att. 13, 21. *Add.* Idem Diuin. 2 c. 24. Sed hactenus Cic. Att. 5, 13. Patremfam. hactenus ago, quod aliquam partem praediorum percurro Plin. Epiſt. 9, 15. Cic. de Diuin. 1, 13 Qui hactenus aliquid egit, vt earum rationem rerum explicaret, *etc.* Idem pro Flacc. 36 c. 15 *extr. et* de Orat. 2 c. 27. Suet. Ner. c. 31. *Disiunctum:* Virg. Aen. 5, 603 Hac celebrata tenus. *Add.* Ibid. 6, 62. Celſus de Vſufructu l. Hactenus tamen vt ſarta tecta habeat, ſi qua tamen vetuſtate corruiſſent, neutiquam

cogi

cogi reficere. Hactenus indulgere matri, ciuile ratus, vt ſe adſuturum Vrgulaniae diceret Tac. Ann. 2, 34, 4. Suet. in Neron. c. 40 Coenae quoque tempore interpellatus tumultuoſioribus literis, hactenus excanduit, vt malum iis, qui deſciſſent, minaretur. *h. e. Non vltra, ſiue non grauius excanduit, quam vt minaretur, etc.* Hactenus ſi: Africanus in l. quod vulgo D. pro emtore, Hactenus verum eſſe ait, ſi nullam iuſtam cauſam eius erroris emtor habeat. Hactenus vtilia, ſi praeparant ingenium Sen. Ep. 88. Hactenus quatenus: Vlpian. de In rem verſo l. ſi pro patre, Si domini debitor ſit ſeruus, et ab alio mutuatus ei ſoluerit, hactenus non vertit, quatenus domino debet. Hactenus quoad: Cic. Fam. 4, 3 Hactenus exiſtimo noſtram conſolationem recte adhibitam eſſe, quoad certior ab homine amiciſſimo fieres iis de rebus, quibus leuari poſſent moleſtiae tuae. Hactenus; vt media caetera nocte ſilent Ouid. Her. 15, 156. Hactenus *abrumpit orationem. Vid. Her. 6, 63: certe finit. Ita* Met. 2, 610 Hactenus, et vitam pariter cum ſanguine fudit. *Et* 7, 794 Hactenus, et tacuit. *Et* 10, 423 Hactenus, et gemuit. *Add.* 17, 265. *Vid. Viri docti ad* Val Fl. 2, 439. ¶ 2 *An ad tempus etiam referri poſſit* Hactenus *et idem ſignificet, quod* Adhuc, *diſputatur. Et negari non poteſt, pleraque, quae pro affirmanda quaeſtione adſeruntur, etiam ita intelligi poſſe, vt reſpiciatur ad locum libri vel epiſtolae. Pauca tamen ſunt, in quibus Aduerbia temporis ſtatim adiunguntur, vt* Virg. Georg. 2, 1 Hactenus aruorum cultus et ſidera caeli: Nunc te Bacche, canam. *Sed primus verſus abeſt plane in MS. Maxime huc facit* Liu. 7, 26 Hactenus quietae vtrimque ſtationes fuere. Poſtquam ſpoliare corpus caeſi hoſtis tribunus coepit, nec Galli ſe ſtatione tenuerunt *etc. Sed et* Ouid. Art. 1, 263 Hactenus, vnde legas, quod ames — Nunc tibi quae placuit quas ſit capienda per artes. Sil. Ital. 4, 266 Vulgum Martemque minorem Hactenus — Mox, Gargane, vocant ſuperi ad maiora. Plin. 14 *pr.* Externae arbores hactenus fere ſunt. Licet iam de communibus loqui. *Et* 28, 8 Hactenus de externis. Nunc *etc. Et* 31, 6 Hactenus de aquis. Nunc de aquatilibus. *Illud quidem perpetuum, vt* tenus *finem ac terminum quendam notet.*

H A D

HADRIA, *vid.* ADRIA.

HADRIANVS, *vid.* ADRIANVS.

HADRIĀNVS, a, um. Adi. *His, quae in* Adrianus *dedimus, add.* Amphorae Hadrianae Plin. 35, 12. Hadriani maris Cic. in Piſon. 92. Ager Liu. 22, 9.

HADRIANĀLIS, e. Adi. Inſcr. *apud* Fabrett. p. 454.

HADRIATĬCVS, Hadriaticum mare Flor. 1, 15. *vid.* ADR.

HADROBŌLVM, i. n. [ἁδρόβωλος] *Gummi genus.* Plin. 12, 9 *de bdellio loquens,* Nigrum vero, et in offas conuolutum, hadrobolum vocant, *denſis bolis ſ. maſſis conſtans.*

HADROSPHAERVM, i. n. *Nardi genus, a denſitate ſphaerularum ſ. globulorum.* Plin. 12, 12 Ab amplitudine hadroſphaerum vocatur maioribus foliis. *Vid.* Auct. Peripli maris Erythr. *qui eadem de malobathro quae* Plin. *in h. l. de Nardo.*

H A E D

HAEDILE, *vid.* HAEDVS.

HAEDVI, [Αἴδουοι] *vid.* HEDVI.

HAEDVS, i. m. [ἔριφος] *Animal ex capra genitum.* Virg. Ecl. 1, 23 Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus haedos. Varro de L. L. 4, 19 p. 25, 32 Hircus, quod Sabini Fircus, et quod illic Fedus, in Latio rure Hedus; quod in vrbe vt in multis A addito Haedus. *Ac Manutio teſte item Schurtzſl. et Cellar. Codd. antiquiſſimi ſemper per* ae *non* oe. *Conf. Brouckhuſ. ad* Prop. 2, 15, 14. Cic. de Senect. 56 Villaque tota locuples eſt, abundat porco, haedo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle. Idem de N. D. 2, 110. Grex haedorum Virg. Ecl. 2, 30. Caper tibi ſaluus et haedi Idem ibid. 7, 9. Maſculi haedi ſanguis aridus Scribon. 177. Petulci Virg. Georg. 4, 10. Tenero laſciuior haedo Ouid. Met. 13, 191. ¶ 2 *Sidus eſt.* Haedi prid. Non. Oct. oriuntur veſpere, Aries medius occidit Columel. 11, 2.

HAEDV̆LVS, i. m. Dimin. [ἐρίφιον] Iuuen. Sat. 11, 65 Et Tiburtino veniet pinguiſſimus agro. Haedulus.

HAEDVLEVS, *et* HAEDVLEA *vt* Hinnulus, Hinnuleus, *it.* Equulus, Equuleus. *Reſtituit Bentleius* Hor. Carm. 1, 17, 9 Nec virides metuunt colubras, Nec Martiales haeduleae lupos. *Vulgo* haedilia, *quod ipſum quoque alias vix legitur, et ſyllabam ſucundam producere debet, vt ouile et ſimilia.*

HAEDILLVS, i. m. [ἐριφίδιον] *Idem.* Plaut. Aſin. 3, 3, 77 Dic igitur me tuum paſſerculum, gallinam, coturnicem, agnellum, haedillum.

HAEDĪLE, is. n. [ἐριφιῶνες, haedilia Vet. Gloſſ.] *Stabulum haedorum.* Hor. Carm. 1, 17, 8 Nec virides metuunt colubras, Nec Martiales haedilia lupos. *Sed* Haeduleae *Bentl. reſtituit v. v.*

HAEDĪNVS, a, um. Adi. [ἐρίφειος] *Quod eſt ex haedo.* Cic. pro Muraen. 75 c. 36 Atque ille homo eruditiſſimus ac Stoicus ſtrauit pelliculis haedinis lectulos Punicanos. Haedinum coagulum Varro de R. R. 2, 11.

H A E M

HAEMACHĀTES, ae. m. Lapis ſanguinei coloris Plin. 37, 10.

HAEMANTHINVM, i. n. [αἱμάνθινον] *Vitrum floridi ſanguinis colore.* Plin. 36, 26 Fit et tincturae genere Obſidianum, ad eſcaria vaſa et totum rubens vitrum, atque non translucens, haemanthinon appellatum.

HAEMA, ătis. n. [αἷμα] *Sanguinem Graecis ſignificat, et non modo compoſita plura ingreditur; ſed nomina dat, adiuncto epitheto, pluribus herbis apud* Apul. de Herb. *paſſim.*

HAEMATĪTES, ae. m. [αἱματίτης] Lapidis genus, ruboris ſanguinei. Haematites lapis Scribon. 26. Plin. 37, 10. *et* Solin. 43. Macer 5, 33.

HAEMATICON *appellatur graminis quoddam genus ab* Apul. de Herb. c. 77 *quaſi tu Sanguineum aut Sanguinarium dicas.*

HAEMATŎPVS, ŏdis. m. *Auis cum cruribus ſanguineis ſeu ad inſtar ſanguinis rubris.* Plin. 10, 47.

HAEMON, ŏnis. m. *Thebanus iuuenis, Creontis Regis filius, qui cum Antigonen, a patre illam iuſſus interficere, ſeruaſſet; tandem tamen, cum diutius ſeruare non poſſet, ſe cum illa interfecit.* Hygin. f. 72. Prop. 2, 7, 83 Quid? non Antigonae tumulo Boeotius Haemon Corruit, ipſe ſuo ſaucius enſe latus? *Vid. Barth. ad* Stat. Theb. 4, 88. Ouid. in Ibin 561 Nec tibi ſi quid ames felicius Haemone cedat. *Vid.* AEMON.

HAEMONIA, ae. f. [Αἱμονία] *Theſſalia. Vid.* AEMONIA.

HAEMONIVS, a, um. Adi. *Vid.* AEMONIVS.

HAEMOPTOICVS, i. m. *Qui ſpuit ſanguinem* Th. Priſcian. de Diaeta c. 12. Macer 2, 3.

HAEMORRHAGIA, ae. f. *Sanguinis proruptio.* Plin. 23, 7 ſ. 67 Folia eius trita illita haemorrhagiam ſiſtunt.

HAEMORRHŎIS, ĭdis. f. *vel* HAEMORRHOVS, i. m. [αἱμοῤῥοῒς] *Genus ſerpentis peſtiferum, a fluxu ſanguinis ita appellatum. Huius morſu ſanguis omnis a corpore fluit, nec ſiſti poteſt.* Lucan. 9, 709 Ingens haemorrhois explicat orbes. *Non piget, adſcriptis aliquot* Lucani *verſibus et nos et lectores oblectare, a v.* 806

Impreſſit dentes Haemorrhois aſpera Tullo —
Vtque ſolet pariter totis ſe effundere ſignis
(ſtatuis excauatis, et fiſtulas multas habentibus)
Corycii preſſura croci: ſic omnia membra
Emiſere ſimul rutilum pro ſanguine virus.
Sanguis erant lacrimae: quaecunque foramina nouit
Humor, ab his largus manat cruor: ora redundant,
Et patulae nares: ſudor rubet: omnia plenis
Membra fluunt venis: totum eſt pro vulnere corpus.

Plin. 20, 20 Sagittarum venena, et ſerpentium haemorrhoidum et preſterum reſtringi. Plin. 23, 1 ſ. 17 Muſtum ſerpentibus aduerſatur, maxime haemorrhoidi et ſalamandrae. *Add.* Solin. c. 40. Celſ. 5, 27, 7. ¶ 2 Haemorrhoidas *etiam vocamus Genus morbi, quum* ora venarum *iuxta anum*, tanquam quibusdam capitulis turgent, et ſanguinem fundunt. Idque et in ore vuluae feminarum incidere conſueuit. *Interdum haec* purgatio *eſt*, non morbus. Ideoque curati quidam, quum ſanguinis exitum non haberent, inclinata in praecordia, ac viſcera materia, ſubitis ac grauiſſimis morbis correpti ſunt. *Haec et plura* Celſ. 6, 18, 9. *Add.* Plin. 22, 7.

HAEMORRHOĬCVS, a, um. Adi. *Qui morbo haemorrhoidum laborat.* Firmicus 3, 3 Saturnus latentes corporum dolores indicit. facit enim haemorrhoicos, aut neruorum dolore contractos. Si vero in hoc loco veſpertinus fuerit, fiſtulas circa podicem facit, et ſimili modo haemorrhoicos. *Adde* 3, 15.

HAEMOSTASIS, is. f. *Herba, alias Conſolida.* Apul. de Herb. c. 59.

HAEMVS, [Αἷμος] *Vid.* AEMVS.

HAEMORRHOVSA, ae. f. *Profluuio ſanguinis laborans, Interpr.* Vulg. Matth. 9, 20.

H A E R

HAEREDITAS, *etc. vid. mox* HAERES.

HAEREO, haeſi, haeſum, ēre. [ἔχομαι, ἐνίσχομαι] *Proprie eſt Alicui rei arcte inſidere et coniunctum eſſe, idque tum ad corpora refertur, tum ad animos et mores, cum conſtantia aut perſeuerantia aliqua, vel dubitatio et cunctatio notatur.* Virg. Aen. 2, 442 Haerent parietibus ſcalae. Ter. Eun. 5, 6, 7 Perii: lingua haeret metu. *Paullum* Adſpectu conterritus haeſit, *Continuitque gradum* Virg. Aen. 3, 597. Attonitis haeſere animis Idem ibid. 5, 529. Criminibus repetundarum haerebant, *tanquam in reti* Tacit. Ann. 4, 19. Genibus volutans haerebat Virg. Aen. 3, 607. *geſtus ſupplicis.* Obtutu haeret defixus in vno Virg. Aen. 1, 499. Amor haeret Ouid. Met. 3, 395. Emplaſtrum Scribon. p. 14. Ferrum haeſit in corpore Virg. Aen. 11, 864. Fides illa haeſit animis Ouid. Faſt. 2, 498. Secundae haerentes Scribon. 169. Veneri ſemper haerens puer Hor. Od. 1, 32, 10. *i. Cupido.* Vox faucibus haeſit Virg. Aen. 2, 774. *it.* 3, 47 *de terrore.* Vitia alicui *vel* in aliquo haerentia Hor. Sat. 1, 3, 77. Cic. de Aruſp. Reſp. c. 26. *De comitantibus ſolet vſurpari. vid. Gronou. ad* Sen. Ep. 10 *pr.* Obtinenti Africam comes haeſerat Plin. Ep. 7, 27. Haeremus cuncti ſuperis, temploque tacente Nil agimus niſi ſponte dei Lucan. 9, 573. *Ad ſeriem illam nexumque cauſarum reſpicitur.* ¶ 2 *Cum Praepoſitionibus variis iungitur.* Quinctil. 1, 7 Non obſtant hae diſciplinae per eas euntibus, ſed circa illas haerentibus. Circa libidines haeſit Suet. Aug. c. 71. Haeſit circa formas literarum Quinctil. 1, 1. In amplexu haeſit Ouid. ex Pont. 1, 9, 19. In armo haeſit Idem Met. 3, 223. In complexu alicuius haerere Quinctil. 6, 1. Cic. pro Deiot. 28 Itaque Deiotarum quum plures in equum ſuſtuliſſent, quod haerere in eo ſenex poſſet, admirari ſolebamus. Cic. Verr. 5, 23 Cogitate in his iniquitatibus vnum haeſiſſe Apronium, caeteros profecto multos ex his incommodis pecunia ſe liberaſſe. Ter. Adel. 2, 1, 16 Caue nunc iam oculos a meis oculis quoquam demoueas tuos, ne mora ſit, ſi innuerim, quin pugnus continuo in mala haereat. Cic. Philipp. 1, 36 O beatos illos, quum adeſſe ipſis propter vim armorum non licebat, aderant tamen, et in medullis Pop. Rom. ac viſceribus haerebant. Cic. Acad. 4, 2 Credo quod haerebant in memoria quaecunque audierat aut viderat. Idem in Catil. 4, 22 c. 10 Quod ego veſtro bonorumque omnium auxilio, memoriaque tantorum periculorum, quae non modo in hoc Populo qui ſeruatus eſt: ſed in omnium gentium ſermonibus ac mentibus ſemper haerebit. Cic. Philipp. 13 c. 3 Hi in oculis haerebunt, et quum licebit, in faucibus. Pectore haerent infixi vultus verbaque Virg. Aen. 4, 4. In ſcuto haerent tela, *i. Infixa ſunt* Liu. 2, 10. Ter. Hec. 2, 1, 32 Sola hîc fuiſti, in te omnis haeret culpa ſola. In terga haerere Liu. 1, 14. In viſceribus haerent mihi Cic. Att. 6, 1. Idem de Finib. 5, 184 Procliuius currit oratio *(vt de cliuo currus)* venit ad extremum, haeret in ſalebra, *in loco conflagroſo.* Cic. de N. D. 2, 135 Linguam autem Ad radices eius haerens excipit ſtomachus. Haerere apud meretricem, *pro Eam perditiſſime amare, Non poſſe ab ea diſiungi.* Plaut. Epid. 2, 2, 7. Ter. Adel. 3, 3, 49 Optime eſt: metui ne haereret hîc. Aur. Vict. Caeſ. 33, 6 Inter haec ipſe popinas ganeasque obiens, lenonum ac vinariorum amicitiis haerebat. In explicandis oneribus Suet. Dom. c. 12. *i. inopia laborare ſumtuum publicorum.* In iure haerere, ac Praetorum tribunalibus Cic. de Orat. 1, 173. *h. e. Aſſiduum eſſe, neque illinc dimoueri.* In parte aliqua herere apud aliquam Ter. Eun. 5, 9, 25. Cic. Att. 13, 39 Romam, vt cenſes, veniam, ſed inuitus:, valde enim in ſcribendo haereo. *i. Totus in ſcribendo ſum. Scribebat autem Quaeſtiones Tuſculanas.* In vrbe diu haereo, *i. Maneo, nec inde diſcedo* Plin. Epiſt. 1, 22. ¶ 3 *Vt proprie quae haerent, moueri difficulter poſſunt: ita metaphor.* Haerere *aliquando ponitur pro Dubitare, et ancipitem eſſe, quoniam qui in aliqua*

aliqua re dubitant, non mouentur, et ideo haerere ac ſuſpenſi eſſe videntur. Haerebat nebulo, quo ſe verteret, non habebat Cic. Phil. 2 c. 29. Idem Acad. 4, 14 Et tamen iſti phyſici raro admodum, quum haerent, aliquo loco exclamant, quaſi mente incitati. Ter. Phorm. 5, 7, 70 Atat niſi mihi proſpicio, haereo. *Add.* Plaut. Capt. 3, 3, 17. Haeſit, et in vultu conſtitit vsque tuo Ouid. Am. 1, 8, 24. *de amatore deprehenſo.* Cic. de N. D. 3, 62 In multis enim nominibus haerebitis. Idem Att. 13, 38 Valde enim in ſcribendo haereo. Haeret haec res, *h. e. Dubia eſt* Plaut. Amph. 2, 2, 182. *Prouerbialiter dictum, quum quid occurrit dubium et non liquidum: Tractum a locis difficilis tranſitus: quibus quum applicuimus, neſcimus quid faciamus, et haerentes illis dubitamus, qua transeundum ſit. Add.* Idem Trin. 4, 2, 59. *Et* Pſeud. 1, 5, 8 Occiſa eſt haec res, haeret hoc negotium. *Conf.* Tac. Ann. 6, 21, 4. Cic. Off. 3, 117 c. 33 Dicit ille quidem multa multis locis, ſed aqua haeret, vt aiunt. *Videtur deſumta formula ab incilibus, et aquarum deriuationibus, cum obſtructa via non pergunt qua debebant.* Cic. Q. Fratr. 1, 2 Quod Idibus et poſtridie fuerat dictum de agro Campano actum iri, non eſt actum. In hac cauſa mihi aqua haeret. Cic. pro Cael. 14 Nec Catilinae familiaritatis crimen haereat. Idem Verr. 3, 106 Vtrum enim horum dixeris, in eo culpae crimen haerebit. Cic. Fam. 6, 5 Neque poteſt haerere in tam bonis ciuibus tam acerba iniuria. Idem pro Roſc. Com. 17 Poteſt hoc homini huic haerere peccatum? Idem de Diuin. 1, 30 Vt peccatum haereat non in eo, qui monuerit, ſed in eo, qui non obtemperarit. Turpitudo haeret illa in Republ. Cic. pro Sext. . . Haeret Cn. Pompeio Suet. de Clar. Gramm. 14. Haereat nobis illud: *h. e. Illud ſemper in mente habeamus* Plin. Epiſt. 10, 31 *extr.* Ouid. Faſt. 1, 61 Haec mihi dicta ſemel, totis haerentia faſtis, Ne ſeriem rerum ſcindere cogar, erunt. *i. per omnes menſes obſeruanda.* Haerere pertinaciter Quinctil. 1, 1. Si hic terminus haeret, *i. Si hoc eſt immutabile* Virg. Aen. 4, 614.

HAERENS, entis. Partic. [ἐχόμενος] Alte terminus haerens Lucret. 1, 78. Haerentes litore naues Hor. Serm. 2, 3, 205. Haerens corona crinibus Idem Carm. 1, 32, 10.

HAESVRVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἁψόμενος] *Vt*, Fides haeſura in omne tempus Ouid. Triſt. 3, 4, 36.

HAERESCO, ĕre. *Idem quod Haerere.* Lucret. 2, 476 Liquit enim ſupera tetri primordia viri Aſpera: quo magis in terris haereſcere poſſunt. Paullin. Nolan. Carm. 10 ad Auſon. 267 Fixumque haereſcere cordi.

HAEROR, oris. m. Val. Max. 9, 12 ext. 8 Anacreontem vnius grani pertinacior haeror abſumſit. *Ita Barthius. al.* Humor.

HAESĬTO, āre. Frequentat. [ἐνίσχομαι, διαπορέομαι] *Dubitare, titubare.* Cic. de Fin. 2, 18 Aperiendum eſt igitur quid ſit voluptas: quam ſi explicauiſſet, non tam haeſitaret. Idem in Catil. 2, 13 Quum haeſitaret, quum cunctaretur, quaeſiui quid dubitaret proficiſci eo, quo iam pridem parabat. In eodem haeſitas luto Ter. Phorm. 5, 2, 15. *In eos competit, qui ſic implicantur negotio cuipiam, vt ſe nequeant extricare.* Cic. Acad. 4, 52 c. 17 Dubitant, haeſitant, reuocant ſe interdum. Idem de Orat. 1, 220 c. 25 Sed ſunt quidam aut ita lingua haeſitantes, aut ita voce abſoni, *etc.* Cic. de Orat. 1, 40 Carbo haeſitans in maiorum inſtitutis, rudis in iure ciuili. *Add.* Id. Acad. 4 c. 5. Liu. 2, 5 Ita in vadis haeſitantis frumenti aceruos ſediſſe illitos limo.

HAESITABVNDVS, a, um. Adi. Plin. Epiſt. 1, 5 Heſitabundus, inquit, interrogaui, non vt tibi nocerem, ſed Modeſto. *i. Cunctabundus et dubius quid reſponderet.*

HAESITANS, antis. Partic. Plin. Epiſt. 10, 30 Rogo, Domine, conſilio me regas haeſitantem. Cic. Acad. 1 c. 2 Non multum haeſitans reſpondebo. Idem de Orat. 1 c. 25.

HAESITATIO, onis. f. [διαπόρησις] *Dubitatio.* Cic. de Orat. 2, 202 c. 50 Qui timor? quae dubitatio? quanta haeſitatio, tractusque verborum? Idem Fam. 3, 12 Noli ignoſcere haeſitationi meae.

HAESITĀTOR, ōris. m. [διαπορητής] Plin. Epiſt. 1, 11 Sum et ipſe in edendo haeſitator. Sidon. Epiſt. 9, 13 Vt me eius edendi diutius non poſſit habere haeſitatorem.

HAESITANTIA, ae. f. [διαπόρημα] *Idem quod Haeſitatio.* Cic. in Philipp. 3, 16 c. 6 Qui propter haeſitantiam linguae, ſtuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.

HAERES, *vel* HERES, *quod certiores auctores habet*, ēdis. c. [κληρονόμος] Heres *dicitur aliquis illius, cuius bona illo mortuo ad ipſum perueniunt. Videtur ab* Haerendo *dici: quod qui heres eſt*, haeret: *h. e. proximus eſt ei cuius eſt heres. Quidam* Heredem *dictum putant ab* Hero, *quod dominus fiat bonorum, quae ad eum perueniunt, ſed repugnat, ſi non Diphthongus, certe modus Syllabae, quae haud dubie longa eſt. Caeterum* apud antiquos heres dominus dicebatur, *auctore* Feſto: *et ſignificatione certe conueniunt* Heres *et* Herus, *quidquid ſit de deriuatione. Neque vero deſunt exempla, vbi originis ſuae quantitatem mutant voces, vt* Fidus *et* Fides *etc.* Plaut. Men. 3, 2, 12 Abſtuli hanc cuius heres nunquam erit poſt hunc diem. Heres ex aſſe, *Qui totam hereditatem capit;* Heres ex parte, *Qui portionem tantum. Vid.* Tac. Ann. 2, 48. Vlpian. l. 65 de V. S. Heredis appellatio non ſolum ad proximum heredem, ſed et ad vlteriores refertur. Nam et heredis heres, et deinceps, heredis appellatione continetur. Auidus Hor. Serm. 2, 3, 151. Auiti nominis Ouid. Met. 6, 239. Criminis alicuius Idem de Arte Am. 3, 459. Indignus Hor. Carm. 3, 24, 62. Cic. Fam. 12, 25 Q. Turius, *etc.* heredes fecit ſimiles ſui, Cn. Saturninum, Sex. Aufidium, *etc.* Cic. Verr. 1, 27 In his nuper Annia ea de multorum propinquorum ſententia pecunioſa mulier, quod cenſa non erat, teſtamento fecit heredem filiam. Idem pro Caecin. 17 c. 6 Teſtamento facto mulier moritur, facit heredem ex deunce, et ſemuncia Caecinam, ex duabus ſextulis M. Fulcinium libertum ſuperioris viri. *Et* Philipp. 2, 41 Quem palam heredem ſemper factitarat, ne nomen quidem praeſcripſit. Cic. de Orat. 1, 180 Qui eſſet ſecundum poſthumum et natum et mortuum heres inſtitutus. Idem in Brut. 194 Quum his hoc probare vellet, M. Curium, quum ita heres inſtitutus eſſet, ſi pupillus ante mortuus eſſet, quam in ſuam tutelam veniſſet, pupillo non nato heredem eſſe non poſſe. *Sub tali conditione, et ſecundo gradu inſtitutum ICti proprie* Subſtitutum heredem *dicunt, vt mox apparebit.* Plin. 7, 36 P. Catienus Philotimus adeo patronum dilexit, vt heres omnibus bonis inſtitutus, in rogum eius ſe iaceret. Inſtituere aliquem ſecundum heredem Cic. Fam. 13, 61. Mouere heredes, *vid.* MOVEO. Nuncupare heredem Suet. Claud. c. 4. Cic. pro Quint. 14 Heredem teſtamento Reliquit hunc P. Quintium. Verus heres magis Naſcitur quam Scribitur P. Syr. Cic. de Orat. 1, 175 Poſſetne paternorum bonorum exheres eſſe filius, quem pater teſtamento neque heredem, neque exheredem ſcripſiſſet nominatim. *Conf.* Id. Off. 3 c. 24. Cic. Philipp. 2, 62 Nondum in Cn. Pompeii locum, multorumque aliorum qui aberant, repentinus heres ſucceſſerat. Sum: *vt*, Cic. pro Cluent. 40 Auiam tuam Dineam cui tu es heres. Subſtituere heredem: Modeſtin. l. 1 D. de vulgari et pupillari ſubſtitutione, Heredes aut inſtituti dicuntur, aut ſubſtituti. Inſtituti, primo gradu: ſubſtituti, ſecundo vel tertio. Idem l. quarta, Si pater duos filios impuberes heredes inſtituat, eosque inuicem ſubſtituat: in vtrumque caſum reciprocam ſubſtitutionem factam videri, diuus Pius conſtituit. Vlpian. l. Qui liberis, *eod. tit.* Niſi mihi proponas militem eſſe, qui ſubſtituit heredem hac mente, vt ea ſola velit ad ſubſtitutum pertinere, quae a ſe ad inſtitutum peruenerunt. Pomponius ibid. l. Quo gradu heres liberis ſubſtituatur, nihil intereſt. *Et* Iulianus l. Quidam teſtamento Proculum ex parte quarta, et Quinctum ex parte dimidia et quarta heredem inſtituit. Deinde Quincto Florum, Proculo Soſiam heredem ſubſtituit. deinde ſi neque Florus, neque Soſia heredes eſſent: tertio gradu ex parte dimidia et quarta coloniam Leptitanorum, ex quarta complures heredes ſubſtituit in plures quam tres vncias. *Vide paullo poſt*, Secundi heredes. *Conf.* Papin. l. 39 §. 3 ff. de adminiſtr. et peric. tut. Vlpian. D. 47 t. 4 l. 1 §. 9. Secundi heredes, *Secundo loco inſtituti, et ſubſtituti.* Cic. pro Cluent. 32 Memoria teneo, Mileſiam quandam mulierem, quum eſſem in Aſia, quod ab heredibus ſecundis accepta pecunia partum ſibipſa medicamentis abegiſſet, rei capitalis eſſe damnatam. Boëthius in Topica Cic. 2 Secundus heres dicitur, qui heredi inſtituto ſubſtituitur: veluti ſi quis filium inſtituat heredem, ſcribatque, Si filius intra pubertatem deceſſerit, nepotem vel quemlibet alium heredem eſſe oportere. Hor. Epiſt. 2, 2, 175 Sed quia perpetuus nulli datur vſus, et heres Heredem alterius velut vnda Superuenit vndam. ¶ 2 *Metaph.* Heredes arboris, *pro Surculis vel ramis.* Plin. 16, 37 Caeſaeque denſius innumero herede proſint. *De ſalice.* ¶ 3 Herem, pro Heredem: Naeuius Gymnaſtico, Atque meis bonis omnibus ego te herem faciam. Nonius 8, 25. ¶ 4 Herem Marteam antiqui accepta hereditate colebant, quae a nomine appellabatur heredum, et eſſe vna ex Martis comitibus putabatur. *Vid. Scal. et Dacerius.*

HAEREDĬTAS, *melius* HEREDITAS, ātis. f. [κληρονομία] Nihil aliud eſt, quam Succeſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habebat. Et ideo hoc nomine etiam Damnoſa hereditas continetur, diuiditurque in duodecim vncias, quae aſſis appellatione continetur. *Haec ex Caio Iuriſconſ.* l. Nihil aliud. *Et* Pomponio l. haereditatis, De verb. ſignific. *Et* Vlpian. De heredibus inſtituendis l. Seruum. Hereditate venire bona *dicuntur, Quae iure hereditario alicui obueniunt* Cic. de Inuent. 2, 84 c. 46. Hereditas eſt pecunia, quae morte alicuius ad quempiam peruenit iure *etc.* Idem in Topic. 29. Caduca hereditas Cic. Philipp. 10, 11. Luculenta atque magna, *vid.* LVCVLENTVS. Offertiſſima *pleniſſima, ditiſſima* Plaut. Capt. 4, 1, 8. Vſu capta, *vid.* CAPIO. Accipere hereditatem Quinctil. 6, 3. Adire hereditatem Cic. Agr. 2 c. 16. Attingere hereditatem, *vid.* ATTINGO. Cic. Fam. 12, 25 Ne patiare Erotem Turium Q. Turii libertum, vt adhuc fecit, hereditatem Turianam auertere, *i. ſibi habere praeter ius.* Capere hereditatem Cic. pro Caecin. 102. Cernere hereditatem Idem Fam. 9, 14. *et* Agr. 2 c. 15. Conſequi hereditates Nepos 25, 21, 1. Cic. pro Cluent. 31 Mulierem, ne partu eius hereditate paterna excluderetur, necauit. Obire hereditatem Idem de L. Agr. 1 8 c. 3. Obtinere hereditatem Id. Fam. 13, . . Obuenit hereditas, *vid.* OBVENIO. Procurare hereditates Caeſ. B. C. 2, 18. Reddere hereditatem Cic. de Fin. 2, 58. Tenere hereditatem Idem Att. 13, 46. Tradere hereditatem Id. Off. 1, 121 c. 33. Cic. Verr. 1, 27 Mihi hereditas a propinquo venit. Vocare in partem hereditatis Idem pro Caecin. 12 c. 4. Plaut. Capt. 4, 1, 8 Sine ſacris hereditatem ſum aptus offertiſſimam. *Hoc ita interpretatur* Feſtus, Sine ſacris hereditas in prouerbio dici ſolet cum aliquid obuenerit ſine vlla incommoda appendice; quod olim ſacra non ſolum publica curioſiſſime adminiſtrabant, ſed etiam priuata: relictusque heres ſic pecuniae etiam ſacrorum erat, vt ea diligentiſſime adminiſtrare eſſet neceſſarium. *In Genit. plur.* Hereditatium *pro Hereditatum occurrit in* Inſcript. *apud* Fabret. p. 99 LIBRARIO EX NVMERO RATIONIS HEREDITATIVM VIXIT. *Conf. Lipſ. Antiq. Lect.* 5, 1. Cic. Off. 1, 78 c. 33 Optima autem hereditas a patribus traditur liberis, omnique patrimonio praeſtantior, gloria virtutis, rerumque geſtarum.

HAEREDIVM, *melius* HEREDIVM, i. n. [χωρίον] Paruum praedium, Feſtus. Varro de R. R. 1, 10, 2 Bina iugera, quot a Romulo primum diuiſa dicebantur viritim, quae heredem ſequerentur, heredium appellarunt. Haec poſtea Centum, (i. centum heredia *eiusmodi*) centuria dicta. Heredium *tale etiam* Sortem *vocari, ſuo loco annotamus. Conf.* Plin. 19, 4. Non. 1, 303. *et* Nep. 24, 1, 1.

HAEREDIŎLVM, i. n. [χωρίδιον] *Paruum heredium.* Colum. 1 Pr. 13 Quintius Cincinnatus obſeſſi Conſulis et exercitus liberator, ab aratro vocatus ad Dictaturam venit: ac rurſus faſcibus depoſitis, quos feſtinantius victor reddiderat quam ſumſerat imperator, ad eosdem iuuencos et quatuor iugerum auitum herediolum rediit. Apul. Flor. 2 Herediolum ſterile. Auſon. Eidyll. 3 *pr.* Salue herediolum, maiorum regna meorum.

HAEREDĬPĔTA, ae. m. *Captator hereditatis.* Petron. c. 124 Incidimus in turbam heredipetarum. *Conf.* c. 125. *Adde* Cic. Parad. 5.

HAEREDITO, āre. *Pro Haeredem eſſe, apud Eccleſiaſticos, praecipue* Vulg. Interpr. *cum reddit* κληρονομεῖν.

HAEREDITARIVS, a, um. Adi. [κληρονομικός] *Ad hereditatem pertinens.* Cic. Verr. 4, 71 In iſtius leonis turpiſſimi domo ſimul cum caeteris Chelidonis hereditariis ornamentis, capitalia ornamenta ponentur? Auctio hereditaria conſtituta Cic. pro Caecina 13. Controuerſia Idem ad Brut. 6. Lites Quinctil. 3, 10. Cic. in Somn. Scip. c. 2 Eritque cognomen id tibi per te partum, quod habes adhuc a nobis hereditarium. Idem Verr. 3, 11 Iterum geſſit hereditariam Quaeſturam cum Dolabella: magnam pecuniam auertit. Regnum Plin. 6, 22. Res aduenticia atque hereditaria Cic. Verr. 1, 126. Seruus Paullus in l. 1 §. Item acquirimus D. de acquir. poſſeſſ. Moleſtiis hereditariis implicari Vlpian. in l. Apud Celſ. §. Si quis ex vncia D. de doli mal. except.

HAERĔSIS, is. f. [αἵρεσις] *Ad verbum Electio eſt, nempe inſtituti, factionis, dogmatum, idem fere quod ſecta.* Cic. in praef. Parad.

Parad. Cato autem perfectus (mea ſententia) Stoicus, et ea ſentit, quae non ſane probantur in vulgus: et in ea eſt haereſi, quae nullum ſequitur florem orationis. Haereſes *dicere licet* Habitus animorum, et inſtituta Philoſophiae circa diſciplinam, *vt de* Secta Seruius *in* Aen. 10, 107. Cic. Att. 14, 15 De haereſi Veſtoriana, et de Pherionum more Puteolano riſiſſe me ſatis, nihil eſt neceſſe reſcribere. Idem Fam. 15, 16 Poſtulabimusque ex qua haereſi vi hominibus armatis deiectus ſis, in eam reſtituare. Qui Pythagorae haereſin fuerunt ſecuti Vitruu. praef. l. 5.

HAERETICVS, i, m. Facundus Hermian. 12. Tertull. de Bapt. c. 15. Sidon. Epiſt. 6, 12. *et* 7, 6. Vinc. Lirin. Monitorio 1, 34 *et* 35. Salu. de Gub. l. 5.

HAERETICVS, a, um. Arator in Act. c. 19.

HAERETICE. Adu. Hieron. . . .

HAERESIARCHA, ae. m. Auguſtin. Ep. 253. Proſp. Aquit. de Ingratis c. 9 *pr.* Sidon. Epiſt. 7, 6.

HAESITO, āre. *Vid.* HAEREO.

H A G

HAGIOGRAPHVS, *Scriptor ſacer.* Hieron. Epiſt. 1, 12.

HAGIOGRAPHA, orum. n. *Scripta ſacra, poſt Legem et Prophetas. Vid.* Hieron. Epiſt. 106 *et* 110.

HAHA. [ἃ ἃ] *Interiectio.* Sen. Nat. Quaeſt. 4, 13 Ha ha iubes me cum Luxuria litigare. *Sed non habet illud* Ha ha *Gronou. Ab Eraſmo vulgatum, a ſe contemni negat Gruterus.*

H A L

HALA, *vid.* AHALA.

HALAGORAS, *quaſi* ἅλς ἀγορᾶς, *vt edidit Gron. quod ſignificat* Sal fori. *Conuicii nomen apud* Plaut. Poen. 5, 5, 34. *Sed neque de lectione conſtat, nec de ſignificatione.*

HALCYON, *et* ALCYON, ŏnis. c. [Ἁλκυών] Ceyx, *inquit* Seruius, filius Luciferi, habuit vxorem Halcyonem: a qua quum prohibitus, iſſet ad conſulendum Apollinem de ſtatu regni, naufragio periit. Cuius corpus, quum ad vxorem delatum fuiſſet, illa ſe praecipitauit in Pelagus. Poſtea miſeratione Thetidis et Luciferi conuerſi ſunt ambo in aues marinas, quae Halcyones vocantur. Sane ſciendum eſt, quod quum de muliere dicimus, haec HALCYŎNE facit, quum de auibus, hic et haec Halcyon, hi et hae Halcyŏnes. Iſtae autem aues nidos faciunt in mari, media hieme: quibus diebus tanta eſt tranquillitas, vt nihil penitus in mari poſſit moueri. Inde etiam dies ipſi, Halcyonia nominantur. *Haec Seruius enarrans illud* Virg. Georg. 1, 399 Non tepidum ad ſolem pennas in litore pandunt Dilectae Thetidi halcyones. *Burm.* Alcyones. *Caeterum copioſiſſime fabulam enarrat* Ouid. Met. 11, 410 *ſqq. Conf.* Virg. Georg. 3, 338. *Eſt igitur* Halcyon, *Auis, quae et Alcedo dicitur. Vid.* ALCEDO. *Conf.* Plaut. Poen. 1, 1, 143. *De hac ſic* Plin. 10, 32 ſ. 47 Eo (*partus tempore*) maxime inſignes ſunt Halcyones. Dies earum partus, maria quique nauigant, nouere. Ipſa auis paullo amplior paſſere, colore cyaneo ex parte maiore, tantum purpureis et candidis admiſtis pennis, collo gracili ac procero. Alterum genus earum magnitudine diſtinguitur et cantu. Minores in arundinetis canunt. Halcyonem videre rariſſimum eſt, nec niſi Vergiliarum occaſu, et circa Solſtitia, Brumamue, naue aliquando circumuolata, ſtatim in latebras abeuntem. Fetificant bruma: qui dies, HALCYONIDES vocantur, placido mari per eos, et nauigabili, Siculo maxime. (In reliquis partibus eſt quidem mitius pelagus, Siculum vtique tractabile: *Haec incluſa omittit vt gloſſam ex ingenio Harduin.*) Faciunt autem ſeptem ante brumam diebus nidos, et totidem ſequentibus pariunt. Nidi earum admirationem habent, pilae figura paullum eminenti, ore perquam anguſto, grandium ſpongiarum ſimilitudine, ferro intercidi non queunt, frangunturque ictu valido, vt ſpuma arida maris. Nec vnde confingantur inuenitur: putant ex ſpinis aculeatis: piſcibus enim viuunt. Subeunt et in amnes. Pariunt oua quina. *Haec ille. conf. Ariſtot. Hiſt. Anim. 5, 8. et Aelian. 1, 6.* Plin. 2, 46.

HALCYONEVS, a, um. Adi. [ἀλκυόνειος] *Laudatur* Columel. 11, 2, 21 VIII Calend. Martii Sagitta crepuſculo incipit oriri, variae tempeſtates, Halcyonei dies vocantur. In Atlantico quidem mari ſumma tranquillitas notata eſt. *Sed ne contradicatur Plinio, notauimus ad h. l. verba,* Halcyonei dies vocantur, *gloſſam videri* tranquillitatis.

HALCYONEVS, i. m. *Nomen viri.* Ouid. Met. 5, 135.

HALCYONIVM, i. n. [ἀλκυόνιον] *Genus medicamenti*, Spuma maris *dictum Pharmacopolis.* Plin. 32, 8 Fit et in mari halcyoneum appellatum, ex nidis, vt aliqui exiſtimant, halcyonum et ceycum: vt alii, e ſordibus ſpumarum craſſeſcentibus: alii e limo vel quadam maris lanugine. *Deinde quatuor eius genera enarrat. Conf.* Celſ. 5, 6 *et* 18.

HALEC, ēcis. *tam* f. *quam* n. [μαινὶς] *Piſcis, qui ſola aqua nutritur, vilis ob fecunditatem et multitudinem.* Martial. 11, 27 Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Halecem, ſed quam protinus illa voret. Cato de R. R. c. 58 *de pulmentariis familiae loquens,* Vbi oleae comeſae erunt, halecem et acetum dato. *De hoc genere vid.* ALEX.

HALECVLA, ae. f. Dimin. [μαινίδιον] *Apud* Columel. 6, 8, 2. *et* Haleculae tabentes 8, 17, 12. Hallecula riualis Id. 8, 15, 6.

HALĒSVS, i. m. *Faliſcorum conditor fuit.* Ouid. Amor. 3, 13, 31 *etc.*

Argiua eſt pompae facies Agamemnone caeſo
Et ſcelus, et patrias fugit Haleſus opes.
Iamque pererratis profugus terraque marique
Moenia felici condidit alta manu.
Ille ſuos docuit Iunonia ſacra Faliſcos;
Sint mihi, ſint populo ſemper amica ſuo.

Meminit eius et Virg. Aen. 10, 422.

HALĒSVS, i. m. [Ἄλησος] *Fluuius et mons non longe ab Aetna, vbi Proſerpina flores legit cum aliis virginibus.* Columel. 10, 268 Et quae Sicanii flores legiſtis Haleſi. Plin. 5, 29. *Hinc*

HALESĪNA, ae. f. *Siciliae ciuitas, quae ſic a* Cicerone in Verr. 3, 19 *appellatur:* Siciliae ciuitates, *inquit,* multae ſunt Iudices, ornatae atque honeſtae, ex quibus in primis numeranda eſt ciuitas Haleſina: nullam enim reperietis aut officiis fideliorem, aut copiis locupletiorem, *etc.*

HALIACMON, ŏnis. m. [Ἁλιάκμων] *Fluuius, qui* Macedoniam a Theſſalia diuidit Caeſ. B. C. 3, 36. *Ad quem* ducebant, quae volebant candida naſci, *vt refert* Plin. 31, 2. *Scribitur et* Aliacmon Claud. de B. Get. 179 Et fruſtra rapidum damnant Aliacmona Beſſi.

HALIAEĔTVS, i. m. [ἁλιαίετος] *Genus aquilae, ad verbum Aquila marina. Fabuloſam originem tangit* Ouid. Met. 8, 146 *vbi de* Niſo, *Scyllae patre,* Nam iam pendebat in auras Et modo factus erat fuluis Haliaeetos alis. *Sic Burm. Al.* Halyaetus in alis. *Graecae literae hic locus eſſe non debebat, cum ipſi Graeci non agnoſcant. Caeterum* Plin. 10, 3 Haliaeetus tantum implumes etiamnum pullos ſuos percutiens, ſubinde cogit aduerſos intueri ſolis radios: et ſi conniuentem, humectantemque animaduertit, praecipitat e nido, velut adulterinum et degenerem: illum cuius acies firma contra ſteterit, educat. Haliaeeti ſuum genus non habent, ſed ex diuerſo aquilarum coitu naſcuntur. *Conf.* NISVS.

HALIARTVS. *Nomen vrbis. Strab. 9. et* Stat. Theb. 7, 274.

HALICA, *vid.* ALICA.

HALICACABVS, i. m. *et* HALICACĂBVM, i. n. [ἁλικάκαβος] Herbam vocant, quam alii Solanum, alii Strychnon, alii Veſicariam, quod veſicae et calculis medeatur Plin. 21, 31.

HALICARNASSVS, i. f. [Ἁλικαρνασσὸς] *Cariae ciuitas, clara Herodoto ciue,* etc. *Vid. Spanh. de Vſu Num. diſſ. 9 p. 626 ſq.*

HALICARNASSENSIS, e. *Et*

HALICARNASSEVS, a, um. Adi. Sylax Halicarnaſſeus Cic. de Diuin. 2, 42.

HALICARNASSIVS, a, um. Adi. *Idem.* Nep. 2, 1, 2 Ciuis Halicarnaſſia.

HALICASTRVM, *vid.* ALICASTRVM.

HALIEVTICON, i. n. *et* HALIEVTĬCA, orum. n. [ἁλιευτικὰ] *Dicuntur Volumina, in quibus tractatur de piſcibus.* Plin. 32, 2 Mihi videntur mira et quae Ouidius prodidit piſcium ingenia, in eo volumine, quod Halieuticon inſcribitur. *Cuius hodie pauca fragmenta exſtant. Conf.* Vopiſc. Numerian. *pr.*

HALIEVTICVS, a, um. Boletare halieuticum Treb. Poll. Claud. c. 17.

HĂLĪMVS, i. m. *Vid.* ALIMVS.

HALIPHLEOS, i. f. *Arbor glandifera.* Plin. 16, 6.

HALIPLEVMON, ŏnis. m. *Marinus pulmo, genus piſcis apud* Plin. 32, 11.

HALITVS, ûs. m. *Vid.* HALO, as.

HALLVCINOR, *vid.* ALLVCINOR.

HALLEX, *vid.* ALLEX.

HALLVS, i. m. Eſt, *vt ait* Feſtus, Pollex pedis, ſcandens ſuper proximum, dictus a Saliendo. Nam ἅλλομαι Graece, Latine ſignificat Salio. *Quod etiam* Hallux *laudant, videtur eſſe a Becmanno. Vid.* ALLVS.

HALMIRHĀGA, ae. f. *Nitri genus.* Plin. 31, 10.

HALMYRIDIA, orum. n. *Pl. Plantae maritimae.* Plin. 19, 8.

HALMYRŎDES, is. m. [ἁλμυρώδης] *Salſus. Apud* Martial. 10, 83. *Sed Scriuerius legit,* Hermerotes.

HALO, āre. [ἀτμίζω, ἐκπνέω] *Spirare, vel Odorem emittere.* Virg. Georg. 4, 109 Inuitent croceis halantes floribus horti. Halare naribus Lucret. 2, 847. Ouid. Met. 7, 815.

HALĀTVS, ûs. m. Mart. Capell. 1 p. 4 Halatu paſci fouerique. Idem 2 p. 46 Arabicis laetari halatibus.

HALĬTO, āre. [ἐκπνέομαι] *Saepe ſpiritum emittere.* Ennius, Sublime iter quadrupedantes flammam halitantes.

HALĬTVS, ûs. m. [ἐκπνοὴ] *Spiritus.* Plin. 9, 7 In aquas quidem penetrare vitalem hunc halitum quis miretur? Flammeus halitus Euri, *vid.* Flammeus *in* FLAMMA. Efflare extremum halitum Cic. Tuſc. 2, 22 c. 9 *Ex quodam Poëta.* Columel. 2, 5 Diſiectum deinde protinus fimum inarari et obrui conuenit, ne ſolis halitu vires amittat. *h. e. Vapore ſolis et calore.* Halitus terrae, *pro Vapore, qui per terrae rimulas ſurſum aſcendit:* Plin. 11, 12 Obuio terrae halitu infectus. Niger Ouid. Met. 3, 75. Faucibus exudat grauis Perſ. 3, 89. Noxius terrae Quinctil. 7, 3.

HALO, ōnis. f. [ἅλως] *Ab Ariſtotele in Meteoris dicitur, quem noſtri modo Circulum, modo Coronam circa lunam dicunt.* Sen. Nat. Quaeſt. 1, 12 Hunc Graeci halo vocant, quam nos dicere coronam aptiſſime poſſumus.

HALO, ōnis. m. Male ſobrius Feſtus. Elucus ſignificat Languidum et ſemiſomnum: vel, vt alii volunt, Allucinatorem et nugarum amatorem: ſiue Halonem, id eſt heſterno vino languentem.

HALONĒSOS, i. f. Inſula eſt Aegei maris prope Thraciam, quam aliquando omnibus qui mares erant, caeſis, tantum feminae tenuiſſe dicuntur, *inquit* Mela 2, 7.

HALONE Inſula. *Vid.* ALONE.

HALOPHANTA, ae. f. [ἁλοφάντης] Quid *hominis ſit* Halophanta, *diſputandi occaſionem ſuppeditauit* Plaut. Curc. 4, 1, 2 Halophantam an Sycophantam hunc magis eſſe dicam, neſcio. Non. 2, 396 Halophantam aut ſycophantam, hominum genus nequam, quod ob fuenda mendacia miſerrima mercede conducitur. *Deinde ponit locum Plauti; deinde,* Et alius nobilitatis obſcurae — Halophantam mendacem velit. *Quae in* Feſto *hodierno leguntur corruptiſſima ſunt:* Halapanta ſignificat omnia mentientem, ab eo, quod halet omnia. ἅλην enim Graeci τὴν πλάνην, id eſt fallentem appellant. *Coniecturas eruditorum hominum alias omittimus: probabilis praeter caeteras nobis videbatur, vt* Halophantae *ſint, qui ſe habent ad* ἅλα ſalem, *vt ſe habent* Sycophantae *ad* σῦκα ſ. ficus: *i. qui deferunt alios falſo de importato vel exportato contra leges, et portitoribus defraudatis ſale. Vid. Dacer. ad Feſtum ex Ariſtophane.*

HALOSACHNE, es. f. [ἁλὸς ἄχνη] *Lanugo maris.* Plin. 5, 31 ſ. 36.

HALŌSIS, is. f. [ἅλωσις, ιος] *Latine Captio vel expugnatio dicitur.* Suet. in Neron. c. 38 Hoc incendium e turre maecenatica proſpectans, laetusque flammae pulchritudine, haloſin Ilii decantauit, *i. carmina quibus Ilii excidium deſcriberetur.*

HALTER, ēris. m. [ἁλτὴρ] *Quaſi tu* Saltatorem (*ab* ἅλλομαι) *i. Saltus adiutorem dicas, cuius meminit* Martial. 14, 49 *lemmate praeſcripto* Halteres, Quid pereunt ſtulto fortes haltere lacerti? Exercet melius vinea foſſa viros. *Attendere ſtatim iuuat ad hoc, quod in ſeſſione vinearum* Colum. 4, 17, 8 iactare liberius et aptius bidentes *quo poſſint foſſores, curari praecipit. Reliqua ſunt ex Graecis repetenda breuiter, cum tota res ſit Graecula. Ergo Pollux* 10, 64 ἁλτῆρας, τροχοὺς, *et* δίσκους *in Gymnaſiorum inſtrumento coniungit. Ariſtoteles de animal. inceſſu c. 3 vbi docet, reniſu quodam opus eſſe ad motum animalium, addit,* διὸ καὶ οἱ πένταθλοι ἅλλονται πλεῖον ἔχοντες τοὺς ἁλτῆρας, ἢ μὴ ἔχοντες, *quinquertiones plus ſaliunt, cum habent halteres, quam ſi non habent, et qui currunt, celerius currunt iactatis manibus. Repetit eadem Probl. 5, 8 vbi tractat quaeſtionem, cur laborioſius ſit brachia iactare vacua, quam* cum

cum lapide? Secundum haec Halteres *fuerunt pondera manibus prehenſa, vibrata in altum, ſed non ita, vt emitterentur, verum vt ſaltatoris corpus ab illis velut traheretur, in quo a* diſco *et* trocho *differunt. Illud docet Pauſanias Elioc. prior.* ſ. 5, 26 *vbi ait, circuli oblongioris non accuratiſſime rotundi dimidiam partem repraeſentaſſe, et factos fuiſſe, vt manuum digiti immitti velut in lorum vel anſam clipei poſſent. Caeterum tum h. l. tum in fine ipſo libri, tum 6, 3 hoc inſigne in ſtatuis* additum *Pentathlis ſ. quinquertionibus refert. Vbique autem* ἁλτῆρας ἀρχαίας *vocat, quo indicat, ſua aetate aliquid in figura fuiſſe immutatum. Ad hos* halteras *referri poteſt* Iuuen. 6, 421 Magno gaudet ſudare tumultu, Quum laſſata graui ceciderunt bracchia maſſa. *Certe* Vet. Schol. Halteras dicit, quibus vtuntur athletae, cum exercentur: quaſi plumbeis ponderibus exerceatur. Sen. Epiſt. 15 *poſt pr.* Curſus et cum aliquo pondere manus motae, et ſaltus, vel ille, qui corpus in altum leuat, *etc. Et* Epiſt. 56 *pr. de balneo*, Cum fortiores exercentur, et manus plumbo graues iactant. *Reliqua a viris doctis diſputata ex Galeno Salubr. lib. 2. et ad* Martial. 7, 66 *huc non pertinent. Inſtar omnium eſt Mercur. de arte Gymnaſt. 3, 12.*

HALVS, i. f. *Herba, de qua* Plin. 27, 7 Halus autem, quam Galli ſic vocant, Veneti Cotoneam, medetur lateri, item renibus, conuulſisque et ruptis. Similis eſt cunilae bubulae, cacuminibus thymo, dulcis, et ſitim ſedans, rarae radicis, alibi albae, alibi nigrae.

HALYAETVS, *vid.* HALIAEETVS.

HALYNTIVM, i. n. *Mulſi genus in Sicilia.* Plin. 14, 9.

HALYS, yos, ym. m. [Ἅλυς] *Paphlagoniae fluuius maximus: Croeſi fato, quod attuliſſe viſus eſt, nobilis.* Nam cum ſors illa edita eſt, Croeſus Halym penetrans magnam peruertet opum vim, hoſtium vim ſeſe peruerſurum putauit, peruertit autem ſuam, *vt ait* Cic. de Diuin. 2, 115. Croeſo fatalis Lucan. 3, 272. Crebro vortice tortus Ouid. ex Pont. 4, 10, 48. ¶ 2 Halys, *Viri nomen.* Virg. Aen. 9, 765. Stat. Theb. 2, 574.

HALYSIS. Apul. de Mundo p. 64. *idem quod Halo.*

H A M

HAMA, ae. f. *Vas aquarium rotundioris formae, et ventris globoſioris, quo ad exſtinguenda incendia ſolebant vti.* Paullus in l. Nam ſalutem §. Sciendum D. de offic. praefect. vigil. *it.* Vlpian. l. 12 de inſtructo vel inſtr. leg. §. 18. *vbi* Ama *ſcribitur.* Sciendum eſt autem, praefectum vigilum per totam noctem vigilare debere, et coërrare calceatum cum hamis et dolabris. *Forma intelligi poteſt e verſu* Columellae *de cucurbita* 10, 387

— ſiue globoſi
Corporis, atque vtero nimium quae vaſta tumeſcit
Ventre leges medio: ſobolem dabit illa capacem
Naryciae picis, aut Actaei mellis hymetti,
Aut habilem lymphis hamulam.

Hamulam *tamen in libris* Regum interpres *pro* φιάλα *reddidit.* Plin. *quoque* Epiſt. 10, 42 aduerſus incendia Hamae *meminit.* Iuuen. Sat. 14, 305 Diſpoſitis praediues hamis: *de metu incendii. Conf.* Brod. Miſc. 10, 15. *Salmaſ. ad* Treb. Poll. Claud. c. 14. *P. Leopard. Miſc. 9, 22. it. Grangaeus ad Iuuenal. l. c.*

HAMADRYADES, um. f. [Ἁμαδρυάδες] *Ad verbum quae* ſimul (ἅμα) *cum* quercubus (δρυσὶ) *viuunt, et pereunt. Talis fuit igitur nympha in quercu deliteſcens, quam Eriſichthon cecidit, quae ipſum ita allocuta eſt* Ouid. Met. 8, 771

Nympha ſub hoc ego ſum Cereri gratiſſima ligno:
Quae tibi factorum poenas inſtare tuorum
Vaticinor moriens, noſtri ſolatia leti.

Dixerat de eadem quercu v. 746 Saepe ſub hac Dryades feſtas duxere choreas. *Nempe eaedem* Dryades *v. v.* Stat. Silu. 1, 3, 63 *in* Tiburtinae villae *deſcriptione:*

Quid te, quae mediis ſeruata penatibus, arbor,
Tecta per et poſtes liquidas emergis in auras,
Quo non ſub domino ſaeuas paſſura bipennes?
Et nunc ignaro forſan vel lubrica Nais,
Vel non abruptos tibi debet Hamadryas annos.

Debet *legendum vidit pro* demet *Heinſ. ad* Ouid. Faſt. 4, 232 Illa perit: fatum Naidis arbor erat. Virg. Ecl. 10, 62 Iam neque Hamadryades rurſus, nec carmina nobis Ipſa placent. Deae Hamadryades Catul. in Epithal. Iul. 59, 23. Latinae Hamadryades Ouid. Met. 14, 624.

HAMĀLVPVS, i. m. Ferreus harpax, qui, ſi quid in puteum decidit, rapit et extrahit Iſidor. 20, 15.

HAMATILIS, HAMATVS, *vid.* HAMVS.

HAMAXA, ae. f. [ἅμαξα] Sidus quod nos Septentriones vocamus *teſte* Gell. 2, 21. a figura, poſituraque ipſa, quia ſimile plauſtri videtur.

HAMAXAGŌGA, ae. m. *Proprie euectio, quae fit plauſtris: deinde comica laſciuia, qui velut totis plauſtris rem domo exportat.* Hamaxagoga bonorum Plaut. Truc. 2, 7, 1.

HAMAXOBII, *ſ.* HAMAXOBĪTAE, arum. m. [Ἁμαξοβῖται] *Populi Scythiae in Europa* Agathyrſi et Sauromatae, quia pro ſedibus plauſtra habent, ſic dicti, *auctore* Mela 2, 1. *Graecis enim* ἅμαξα *plauſtrum dicitur.* Plin. 4, 12 ſ. 25 Hamaxobii *vocantur.*

HAMAXŎPVS, ŏdis. f. *Plur.* Hamaxopodes [ἁμαξόποδες] Arbuſculae, in quibus verſantur rotarum axes. Vitruu. 10, 20.

HAMAXOR, āri. *Agere iumentum plauſtro iunctum.* Plaut. Truc. 2, 2, 22

Ita me ambit ſarculum
Vt ego me ruri hamaxari mauelim patalem bouem
Cumque eo ita noctem in ſtramentis pernoctare perpetem
Quam tuas centum coenatas noctes mihi dono dari.

HAMILCAR, *vid.* AMILCAR.

HAMIOTAE, *vid.* HAMVS.

HAMMITES, ae. m. Gemma ouis piſcium ſimilis, *teſte* Plin. 37, 10.

HAMMOCHRȲSVS, i. m. [ἀμμόχρυσος] Gemma velut auro arenis mixto Plin. 37, 5. *et* Solin. c. 50.

HAMMON, *vid.* AMMON.

HAMMONIACVM, HAMMONITRVM, *vid.* AMMONIACVM.

HAMMONIVM, i. n. *Coloris genus tendentis in ſubruffum tribuitur* Varroni de R. R. 3, 2, 4 Nuncubi hic vides citrum aut aurum? num minium aut hammonium? num aliquod emblema, aut lithoſtroton? *Sed recte hodie editur* Armenium.

HAMOTRAHONES, um. m. alii Piſcatores, alii Qui vnco cadauera trahunt. Feſtus.

HAMVS, i. m. [ἄγκιστρον] *Si audimus* Seruium, *Catenam ſignificat.* Virg. Aen. 3, 467 Loricam conſertam hamis, auroque trilicem. *Vbi ille* Hamis aureis, per Endiadyn Hamis autem, Catenis ſignificat. *Sed videntur potius ſinguli annuli ſ. circuli inter ſe implexi ſignari a Virgilio. Nam proprie* Hamus *eſt incuruum illud Inſtrumentum, quo capiuntur piſces, cui etiam ſimiles vncinulos ſquamae habent, quibus iungantur. Certe* Sil. 5, 140 Loricam induitur, tortos huic nexilis hamos Ferro ſquama rudi permixtoque aſperat auro. Squama nexilis *eſt propter* Hamos *incuruos, id enim eſt* tortos. *Sed redimus ad* hamum *piſcatorium.* Plaut. Stich. 2, 1, 17 Arundinem fert, ſportulamque, et hamum piſcarium. Anguloſus Macrob. Saturn. 7, 3. Catenatus, Plin. 9, 15. *cui catena annexa.* Hamum vorat, meus eſt Plaut. Curcul. 3, 61. Diuine Plato eſcam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, vt hamo piſces Cic. de Sen. 44 c. 13. Munera Mittere in hamo Martial. 6, 63. *Add.* HAMATVS. Ducere piſcem hamo Ouid. Epiſt. 19, 13. Excipere hamo Celſ. 7, 5. Semper tibi Pendeat hamus Ouid. A. A. 3, 425. Adunci Idem Met. 13, 934. Curuos dedit vnguibus Id. Met. 11, 342. Hauſtus hamus Plin. Paneg. 43, 5. Fallax Ouid. ex Pont. 2, 7, 9. Occultum decurrit piſcis ad hamum Hor. Epiſt. 1, 7, 74. Opertus Idem Epiſt. 1, 16, 51. Vnci Ouid. Met. 15, 476. ¶ 2 *Aliud inſtrumentum ferreum, quo pectitur linum.* Plin. 19, 1 Et ipſa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. *de ſtupa.* ¶ 3 Caeſ. B. G. 7, 73 Ante haec *(inquit)* taleae pedem longae ferreis hamis infixis totae in terram infodiebantur: mediocribusque intermiſſis ſpatiis, omnibus locis diſſerebantur, quos ſtimulos nominabant. *Hic* hami *ſunt vnci quidam acuti cum ſpiculis retro flexis, ad reuellendum difficilibus.*

HAMV̆LVS, i. m. Dimin. [ἀγκίστριον] Hamulum Celſus *vocat Vncinum, quo medici chirurgi pterygion ex oculo eximunt.* Celſ. 5, 7, 9 Specillo auriculario protrahendum eſt, aut hamulo retuſo. *Conf.* Celſ. 7, 7, 4. Idem 7, 31 Vitaturque, ne plagae ipſius orae adurantur, quas reducere hamulis facile eſt. Plaut. Stich. 2, 1, 17 Fert hamulum piſcarium.

HAMO, āre. Petron. c. 5 *tralate, pro captare,* Artis ſeuere quisquis hamat effectus. *Sic Burm. Alii* adamat. Hamis *connectere ſignificat* Claud. in Ruff. 2, 358 Flexilis inductis hamatur lamina membris, *cui lectioni fauet, quod de* hamis loricarum *modo obſeruauimus. Sed Heinſ.* Animatur, *pro quo valide propugnat.*

HAMĀTVS, a, um. Partic. [ἀγκιστρωτὸς] *Hamo inſtructus et munitus.* Cic. Acad. 4, 522 Hamatis vncinatisque corpuſculis. Hamata corpora Lucret. 2, 467. Arundo Ouid. Met. 5, 384. Munera, *quae ita dantur, vt alia ſubinde ad ſe dona alliciant.* Plin. Epiſt. 9, 30, 2 Hos ego viſcatis hamatisque muneribus non ſua promere puto, ſed aliena corripere. *Conf.* Paneg. 43, 5. Sen. Ep. 8. Martial. 4, 56. Sagittae Ouid. Triſt. 3, 10, 63. Sentibus hamatis implet praecordia, *i. Curis* Ouid. Met. 2, 799. Tegulae Vitruu. 7, 4. Vngues Ouid. Met. 12, 563.

HAMATĬLIS, e. Adi. [ἄγκις] *Quod pertinet ad hamum, vel hamo peragitur.* Plaut. Rud. 2, 1, 10 Poſt id hamatilem piſcatum et ſaxatilem aggredimur, captamus cibum in mari. *i. Hamo piſcamur.* Spiculum Tertull. adu. Gnoſt. *pr.*

HAMATOR, ōris. m. Iſidor. Gloſſ.

HAMIŌTA, ae. m. [ἁλιεὺς] A veteribus Piſcator dicebatur. Plaut. Rud. 2, 2, 5 Saluete fures maritumi, conchitae atque hamiotae, *etc.* Varro, Cohortes coquorum atque hamiotarum, aucupumque. *Vid.* Non. 1, 97.

H A N

HANNIBAL, *vid.* ANNIBAL.

HANNO, ōnis. m. [Ἄννων] *Carthaginienſis, Philippi Macedonis temporibus,* qui opes ſuas, quibus vires reipubl. ſuperabat, ad occupandam dominationem intendit, regnumque inuadere interfecto Senatu conatus eſt. Cui ſceleri ſollemnem nuptiarum diem filiae ſuae legit, *etc. His enim modo allicere voluimus lectores, vti caetera petant ex* Iuſtin. 21, 4. *Tribuitur illi* Periplus, *ſiue nauigatio vltra columnas Herculis* etc. *Familiare hoc Carthagine nomen. Nam* ¶ 2 Hanno *item Carthaginienſis alius Agathocli cum XXX millibus Poenorum obuius factus, conſerta pugna interfectus eſt* Iuſtin. 22, 6. ¶ 3 Hanno *factionis Barchinae, qui quum optima conſuleret Carthaginienſibus de pace, nequaquam exauditus eſt.* Liu. 21 *et* 30.

HĀNV̆LA, orum. n. *Pl.* Parua delubra, quaſi Fanula Feſt.

H A P

HAPALA, orum. n. [ἁπαλὰ] *Mollia* oua, *mediae conſiſtentiae inter* dura *et* ſorbilia. *Vid.* APALA. *Sic enim fere ſcribitur. Hinc* HAPALARE, *vid. ibid.*

HAPHE, es. f. [ἁφὴ] *Inſperſio pulueris, qua inſpergebantur luctantes vbi ceromate illiti fuiſſent.* Martial. 7, 66 *In Philaenim, quae lucta palaeſtraque more virorum exercebatur,*

Harpaſto quoque ſubligata ludit:
Et flaueſcit haphe, grauesque draucos
Alterno facili rotat lacerto:
Et putri lutulenta de palaeſtra,
Vncti verbere vapulat magiſtri.

Philaenis, inquit, flaueſcit haphe, *i. Tactu arenae. Palaeſtritae enim luctaturi flaueſcebant aſpergine arenae, prius inuncti ceromate.* Ouid. *luctam Acheloi et Herculis deſcribens* Met. 9, 35 Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis, Inque vicem fuluae tactu flaueſcit arenae. Lutulenta, *propter ceroma. Vid.* CEROMA. Magiſtri vncti, *h. e. Aliptae. Hinc* Plin. 14, 22 *luctatorum haec meditatio dicitur* volutatio in coeno. *Cui ſubſcribit* Sen. Ep. 88 *his verbis,* Non adducor, vt in numerum liberalium artium pictores recipiam, non magis quam ſtatuarios, aut marmorarios, aut caeteros luxuriae miniſtros. Aeque luctatores, et totam oleo ac luto conſtantem ſcientiam, expello ex his ſtudiis liberalibus. A ceromate nos haphe excepit Sen. Epiſt. 57 *pr. Conf. Lucian. in dialogo, cui titulus eſt Anacharſis, ſeu de Gymnaſiis* c. 28 *et* 29. *Faber Agoniſt. 3, 22 etc.*

HAPPALOPSIS, ĭdis. f. *Genus aromatis iocülariter fictum* Plaut. Pſeud. 3, 2, 47.

HAPSVS, i. m. Celſ. 7, 26 *Quae curatio calculo euulſo habenda ſit,* Tum multo is oleo perungendus, inducendusque hapſus lanae mollis, tepido oleo repletus, *etc.* Celſ. 4, 6 *de pleuriticis,* Circumdare primum oportet latus hapſo lanae ſulphuratae, deinde cum paullum inflammatio ſe remiſit, ſiccis et calidis fomentis vti. Hapſum lanae

lanae *intelligunt docti, Quantum manu capi poteſt. Alii interpretantur Globulum lanae conuolutum. Graecis* πίλημα *dicitur,* ἀπὸ τοῦ πιλεῖν, *h. e. a conſtringendo, et conuoluendo.*

H A R

HARA, ae. f. [συφεός] *Porcorum ſtabulum.* Donatus, Hara in qua pecora includuntur. Plaut. Aſin. 2, 4, 24 Vos dormitis interea domi, at herus in hara, haud aedibus habitat. Cic. in Piſon. c. 16 Ex hara producte, non ex ſchola. *Ad Epicuri de grege porcum, Piſonem.* Ouid. Epiſt. 1, 104 Tertius, immundae cura fidelis harae. Columel. 7, 9 Diligens autem porculator frequenter ſuile conuerrat: et ſaepius haras. *Quibus verbis docet, diſcrimen eſſe inter* Haram *et* Suile. *Vid.* Varro R. R. 2, 4. *Stabulum anſerum.* Varro de R. R. 3, 10 Singulis vbi pariant faciendum haras quadratas circum binos pedes et ſemipedem. *Sic apud* Columel. 8, 14. Hara ſuis, *de Foetido et impuro homine* Plaut. Moſt. 1, 1, 39. *Conf.* Non. 2, 398.

HARENA, *et inde ducta, vid.* ARENA.

HARIŎLVS, i. m. [χρησμολόγος, χρησμῳδός] Qui diuina mente vaticinatur. Dictus Hariolus quaſi Fariolus, a Fatis vel a Fando. H enim pro F, et item F pro H, in multis locutionibus mutabantur. An ab Halando? nam halitu ſolent excludere velut mortalem animam, vt diuinam recipiant. Vnde et vocem eiusmodi dabant, quae eſt OE, quod OE ſonus, exhalandi vim praeſtet. *Hactenus* Donatus *ad illud* Ter. Phorm. 4, 4, 27 Interdixit hariolus. Plaut. Truc. 2, 7, 42 Me intuetur gemens: traxit ex imo ventre ſuſpirium. Hoc vide, dentibus frendit, icit femur. Num obſecronam ariolus, qui ipſus ſe verberat? *Ab Aris ducit* Iſidor. Orig. 8, 9. *quod Deſ. Heraldus probat ad* Tertull. Apol. c. 23. Phaedr. 3, 4 Vſu peritus, hariolo velocior. Plaut. Ciſt. 4, 2, 80 Hic ergo habitas. P. hariolare. Idem Mil. 3, 1, 98. *et* Rud. 4, 4, 95.

HARIOLA, ae. f. Plaut. Mil. 3, 1, 98. *et* Rud. 4, 4, 95. Cic. de Diuin. 1, 4 c. 2 Sibyllinorum verſuum decem interpretes delectos ex Ciuitate eſſe voluerunt. Ex quo genere ſaepe hariolorum etiam et vatum furibundae praedictiones.

HARIŎLOR, āri. Dep. [χρησμολογῶ, χρησμῳδέω] *Diuinare.* Sed ego hoc hariolor Ter. Adel. 2, 1, 48. Plaut. Aſin. 2, 2, 50. Ter. Phorm. 3, 2, 7 Non mihi credis? D. hariolare. *Hunc locum ſic exponunt nonnulli:* Hariolare, *i. Diuina. Alii ſic:* Hariolare, *i. Hariolaris et deliras. Vid.* VATICINOR. Cic. de Diuin. 1, 133 Neque eos, qui quaeſtus cauſa hariolantur, nec pſychomantia, *etc.* agnoſcere. *Vid.* Turneb. *Aduerſ.* 24, 12.

HARIOLANS, antis. Partic. [χρησμολογῶν] Cic. Att. 8, 11 προθεσπίζω igitur noſter Attice, non hariolans vt illa, cui nemo credidit, (Caſſandra, *v. v.*) ſed coniectura proſpiciens, Iamque mari magno.

HARIOLATIO, ōnis. f. [χρησμῴδησις] Superſtitioſae hariolationes Cic. de Diuin. 1, 66 c. 31. *Ex quodam Poëta.*

HARMĂLA, ae. f. *ſiue* ARMVLA, *Ruta hortenſis.* Apul. de Herb. c. 89.

HARMAMAXA, ae. f. *Perſicae lecticae genus.* Curt. 3, 3, 23. *Conf. Burton. Lipſ. Ling. Perſ. Scribitur etiam* Armamaxa.

HARMŎGE, es. f. (*vulgo* Armoge) [ἁρμογή] *Iunctura, commiſſura.* Plin. 35, 5.

HARMONIA, ae. f. *vel* HERMIONE, *Cadmi vxor, cui Vulcanus pulcbrum, ſed exitiale monile dedit, quod ex Veneris cum Marte adulterio fuiſſet prognata. Vna cum viro demum in anguem mutata fingitur* Ouid. Met. 4, 563 *etc. Conf.* Hygin. Fab. 6.

HARMONIA, ae. f. [ἁρμονία] *Latine Compoſitio, concordia, concentus.* Muſici, *inquit* Lactant. de Opificio Dei c. 1' Intentionem, concentumque neruorum in integros modos, ſine vlla offenſione conſonantium, harmoniam vocant. Cic. Tuſc. 1, 41 c. 18 Harmoniam autem ex ſonorum interuallis noſſe poſſumus, quorum varia compoſitio harmonias etiam efficit plures. Quinctil. 1, 10 Nec illa modo contenti diſſimilium concordia, quam vocant harmoniam, ſonum quoque his motibus dederunt. In choris cum dux carminis hymno praecinit, concinentium vulgus virorum et feminarum, mixtis grauibus et acutis clamoribus, vnam harmoniam reſonant. Apul. de Mundo p. 71, 19. Idem ibid. p. 66, 25 Ipſa etiam Muſica, quae de longis et breuibus acutis et grauibus ſonis conſtat, tamque diuerſis et diſſonis vocibus harmoniam conſonam reddit. *Et* de Habitud. doctrin. Platon. 2 p. 26, 39 Haec ipſorum connubiorum tempeſtiua quaeritur coniunctio, cuius futuram ſtabilem fidem credit, ſi cum harmonia muſicae dierum conſonent numeri, *etc. Hanc* Harmoniam *muſicam pulchre* προσωποποιεῖ Martian. Capella 9 p. 308. *Sed locus eſt longior.* Harmoniam, muſicam literaturam *vocat et explicat* Vitruu. 5, 4. *Vnde etiam illud peti poteſt* Harmonian *ſtrictius dictam eſſe vnum de tribus generibus modulationum, alterum* Chroma, *tertium* Diatonon, *etc.* Cic. de N. D. 3, 27 Niſi vero loqui ſolem cum luna putamus, quum propius acceſſerit: aut ad harmoniam canere mundum, vt Pythagoras exiſtimat. Lucret. 3, 119 Nunc animam quoque vt in membris cognoſcere poſſis Eſſe, neque harmoniam corpus retinere ſolere.

HARMONICE, es. f. *Ars Harmoniae.* Vitruu. 5, 3 *extr.* Theatrorum per harmonicen ad augendam vocem ratiocinationes ab antiquis ſunt conſtitutae.

HARMONĬCVS, a, um. Adi. [ἁρμονικός] Plin. 2, 109 Harmonica ratio, quae cogit rerum naturam ſibi ipſam congruere, addit huic menſurae ſtadia ſeptem M. *Ex vetuſta codice legitur* Harmoniaca. *Conf.* Feſt. *et* Varr. L. L. 9, 3 p. 139, 12.

HARPA, *vid.* HARPE.

HARPACTICON, *quod alii legebant*

HARPACTION, i. n. *Sulphuris epitheton apud* Plin. 35, 15 ſ. 50 Aufert et lichenas a facie cum terebinthi reſina, et lepras. Harpacticon vocatur a celeritate auellendi: auelli enim ſubinde debet. *Metuo, ne haec vltima ſint male intellecta. Aliquid legerat forte Plinius de vi illa electrica ſulphuris, qua affrictu modico calefactum rapit, ſuccini inſtar, paleas. Hoc Graece aliquis extulerat, vt* ἁρπακτικὸν *eſſe ſulphur diceret, h. e. vi rapiendi leuia corpuſcula praeditum.* Plin. 37, 2 In Syria feminas verticillos inde (*ex electro*) facere, et vocare harpaga, quia folia et paleas, veſtiumque fimbrias rapiat.

HARPĀGO, ōnis. m. [ἅρπαξ] *Telum in ſummitate aduncum, quo capi et velut rapi, dirui, prout opus eſt, naues, muriue poſſunt.* Hunc harpagonem inuenit Anacharſis philoſophus, *teſte* Plin. 7, 56 *extr. Vid.* Caeſ. B. C. 1, 57. *Inſtrumentum ad diſiicienda munimenta eſt* Caeſ. B. G. 7, 81. Liu. 30, 10 Aſſeres ferreo vnco praefixi (harpagonas vocant milites) ex Punicis nauibus iniici in Romanas coepti. *Conf. Appian. de Bell. Ciu.* 5 p. 739. *Conf.* Plin. l. c. Curt. 4, 2 *et* 3 *extr. Sed* l. 12 §. 21 ff. de Inſtr. Canales, Harpagones et amae *in inſtrumento fundi ſunt.*

HARPĂGA, ae. f. *Idem.* Non. 18, 29 Falces et harpagae armorum genera murorum oppugnationi apta. Siſenna Plutcos propius collocatis harpagis deiiciunt.

HARPAGINĔTVLVS, i. m. Dimin. Vitruu. 7, 5 Harpaginetuli ſtriati. *Conf. Bald. Lex.* Vitruu. p. 55. *et Voſſ. ad* Catull. p. 198.

HARPAGO, āre. [ἁρπάζω] *Rapere.* Plaut. Bacch. 4, 4, 11 Improbus cum improbis ſit, harpaget, furibus furetur quod queat. Idem Aulul. 2, 2, 24 Aurum mihi intus harpagatum eſt. *Antiquum.*

HARPALĬCE, es. f. [Ἁρπαλύκη] Amazonum regina. Haec eſt quae patrem ſuum captum a Getis multitudine collecta liberauit celerius, quam de femina poteſt credi; vnde et fluminadicitur celeritate tranſire. *Haec* Seruius *enarrans illud* Virg. Aen. 1, 317 Vel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice, volucremque fuga praeuertitur Hebrum.

HARPALOS, i. m. *inter Canes Actaeonis apud* Ouid. Met. 3, 222.

HARPĀSA. [Ἅρπασα] Oppidum Aſiae, appoſitum fluuio Harpaſo, *vt ſcribit* Plin. 2, 96. *et* 5, 29 Vbi cautes ſtat horrenda, vno digito mobilis: eadem ſi toto corpore impellatur, reſiſtens.

HARPASTVM, i. n. [ἁρπαστόν] *Pilae genus, a rapiendo dictum, quod duae velut factiones de illo rapiendo certant.* Martial. 7, 31 Non harpaſta vagus puluerulenta rapis. *Apparet humi proiecta, certatum quis prior raperet.* Harpaſto ludere Martial. 7, 66.

HARPAX, agis. m. *Raptor.* Plin. 37, 2 *de Electro docet:* In Syria feminas verticillos inde facere et vocare harpaga, quia folia et paleas, veſtiumque fimbrias rapiat.

HARPE, es. f. [ἅρπη] *Enſis falcatus, quo vtitur Mercurius.* Lucan. 9, 664 Et ſubitus praepes Cyllenida ſuſtulit harpen. *h. e. Incuruum Mercurii gladium, quem propterea paullo poſt vocat,* Lunatum ferrum. *Hoc amputauit Mercurius caput Argo centum oculis praedito. Hoc etiam vſum fuiſſe Perſea Poëtae tradiderunt in amputando capite Meduſae.* Lucan. 9, 666 Harpen, alterius monſtri iam caede rubentem. Ouid. Met. 5, 69 Vertit in hunc harpen madefactam caede Meduſae. Horatio *etiam* Od. 3, 26, 8 *reſtitui vult Cuningamus,* Hic, hic ponite lucida Funalia, et vectis, et harpas (*vulgo* arcus, *Bentleius conicit* ſecureſque) oppoſitis foribus minacis. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 3, 278.

HARPOCRĂTES, is. m. [Ἁρποκράτης] *Simulacrum in ſacris Iſidis et Serapidis erat: quod digito labiis impreſſo admouere videbatur, vt ſilentium imponeretur. Hic dicebatur ſilentii deus. Eſt de illo elegans Cuperi opuſculum.* Catull. 73, 4 *prouerbiali ſpecie dixit,* Patruum reddidit Harpocratem, *i. ſilentium illi impoſuit. Vetus* Poëta *apud* Varr. de L. L. 4, 10 Sancta Serapis Iſis et Harpocrates digito qui ſignificat ST. *Vide* Auguſt. de Ciu. Dei . . . *et Spon. Miſc.* 1, 5 *p.* 16. *I. Gronou. ad Steph. Byzant. Berkel. in Not. et Var. Lect. p.* 10.

HARPYIAE, arum. f. *Pl.* [Ἅρπυιαι] *Monſtra, quae deſcribit* Virg. Aen. 3, 216 *etc.* Triſtius haud illis monſtrum, *etc.* Seruius, Pelagi volucres, quia dicuntur Ponti et Terrae filiae. Vnde in inſulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes. Alii dicunt eas Neptuni filias: qui fere prodigiorum omnium pater eſt: nec immerito. Nam ſecundum Mileſium Thaleten omnia ex humore procreantur: vnde eſt, Oceanumque patrem rerum. *Et paullo poſt,* Alii autem dicunt Harpyias Thaumantis et Electrae filias. *Vid.* AELLO. Rapacibus Harpyiis digna gula Hor. Serm. 2, 2, 40. Truces Claud. de B. Get. 22. *De Harpyiis in nummis, vid. Spanh. diſſ.* 5 *p.* 259. *Tralate* Sidon. Epiſt. 5, 7 In foro Scythae, in cubiculo viperae, in conuiuio ſcurrae, in exactionibus harpyiae. Harpyia, *Nomen etiam eſt Canis rapaciſſimae, apud* Ouid. Met. 3, 215.

HARVGA, *vid.* ARVIGA.

HARVNDO, *vid.* ARVNDO.

HARVSPEX, *ſ.* ARVSPEX, ĭcis. m. [ἱεροσκόπος] Ab Haruga nominatur, *vt ait* Donatus, *cuius locum damus, voce* ARVGA. *Ab* Ara *deriuauit, qui* βωμοσκόπον *Graece dixit in* Vet. Gloſſ. Ter. Phorm. 4, 4, 28 Haruſpex vetuit ante brumam aliquid noui negotii incipere. Cic. de N. D. 1, 55 c. 20 Haruſpices, augures, harioli, vates et coniectores *vno velut faſce comprehenſi ab Epicureo deridentur.* Idem de Diu. 2, 51 c. 24 Vetus illud Catonis admodum ſcitum eſt, qui mirari ſe dicebat, quod non rideret haruſpex, haruſpicem cum vidiſſet. *Et* de N. D. 1, 71 c. 26 *ex perſona Cottae,* Mirabile videtur, quod non rideat haruſpex, cum haruſpicem viderit, *etc.* Secundus haruſpex ſacra nuntiat Virg. Aen. 11, 736. Secundus haruſpex, pro Secunda ſacra, i. Proſpera. Seruius. Vanus Sil. 5, . . Propert. 3, 8, 17 His ego tormentis animi ſim verus haruſpex. *Vid.* Plaut. Amph. 5, 2, 2. *et* Poen. 2, 1. 10 *et* 17. Cic. Phil. 3 c. 8.

HARVSPĬCA, ae. f. [ἱεροσκόπος] *Diuinatrix.* Plaut. Milit. 3, 1, 98 Da qui faciat, qui condiat: da quod dem quinquatribus, Praecantatrici, coniectrici, hariolae, atque haruſpicae.

HARVSPICĪNVS, a, um. Adi. [ἱεροσκοπικός] Cic. de Diuin. 1 c. 33 Quod Etruſcorum, declarant et haruſpicini, et fulgurales, et rituales libri, noſtri etiam augurales.

HARVSPICĪNA, ae. f. [ἱεροσκοπική, ἡπατοσκοπία] *Diuinatio.* Cic. de Diuin. 2, 49. Lactant. 2, 16 *pr.* Cic. Fam. 6, 18 (19) Quare bono animo ſint et tui et mei familiares: neque enim erat ferendum, quum qui hodie haruſpicinam facerent, in Senatu Romae legerentur.

HARVSPICIVM, i. n. Subſt. [ἱεροσκοπία] Perſicum haruſpicium Catul. 87, 2. *Conf.* Cenſorin. de Die natal. c. 17.

H A S

HASDRVBAL. [Ἀσδρούβας] *Vid.* ASDRVBAL.

HASTA, ae. f. [ἔγχος, δόρυ] Ab Aſtando dicta, *inquit* Varro de L. L. 4, 24 p. 29, 27 quod aſtans ferri ſolet: *quod non magis probari poteſt, quam* Iſid. 18, 6 ab Aſtu. Plaut. Bacch. 3, 3, 24 Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugillatu, pila, ſaliendo ſe exercebant. Cic. Fin. 2, 97 Euelli iuſſit eam, qua erat transfixus, haſtam. Acies haſtae, *vid.* ACIES. Cic. pro L. Mur. 45 c. 21 Videſne tu illum triſtem, demiſſum? iacet, diffidit, abiecit haſtas, ſerpit hic timor. Haſtam abiicere, *eſt Cauſae diffidere, et contentionem relinquere.* Aeclinis, Acuta, Amentata, Centumuiralis, *vid. hh. vv.* Denſis virûm ſeges horruit haſtis Virg. Georg. 2, 142. Fraxinea Ouid. Met. 12, 369. Graminea, *vid. ſub* GRAMEN. Graues Hor. Carm. 1, 15, 17. Horrentes Virg. Aen. 10, 178. Infeſta ſubit obuius

vius haſta Virg. Aen. 10, 877. Minax Sen. Agam. ſ. 6. Tacit. Ann. 14, 37 Et eques Protentis haſtis perfringit quod obuium et validum erat. Pura haſta, *ſecundum* Donatum, *dicitur* Quae ſine ferro eſt: Virg. Aen. 6, 760. *Vid.* PVRVS. Ouid. Faſt. 2, 560 Comat virgineas haſta Recurua comas, *vid. Opuſcula philol. Italice edita Tom.* IX p. 473 *vbi ex veteri exemplo repraeſentatur.* Tremens Virg. Aen. 2, 175. Trabalis Stat. Theb. 4, 6. Adiuta viros, Adnixi haſtis, *vid. hh. vv.* Colligere haſtam, *apud* Tacit. Ann. 2, 21 *eſt Haſtam reducere, quam ante protenderas, vt hoſtem ferires: atque haec contraria ſunt,* Protendere *et* Colligere haſtam. *Eius verba ſunt,* Quum ingens multitudo arctis locis haſtas non protenderet, non colligeret. Plaut. Moſt. 2, 1, 10 *irridentur,* Iſti, qui trium numorum cauſa ſubeunt ſub falas *(caſtella lignea et munitiones hoſtium)* Vbi aliqui quindenis haſtis corpus transfigi ſolent. Contorquere haſtam, *vid.* CONTORQVEO. Dirigere haſtam in aliquem Ouid. Met. 8, 66. Iactare haſtam Cic. de Orat. 2, 316. Iecit haſtam ſtridentem Virg. Aen. 10, 645. Innixus haſta, Inſectari aliquem haſta *vel* lapidibus, Inſiſtere haſtae, *vid. hh. vv.* Mittere haſtam in aduerſum aliquem Ouid. Met. 12, 115. Premere aliquem haſta Virg. Aen. 2, 530. *ex proximo inſequi, vt paene contingas.* Protendere Tacit. Ann. 2, 21. Quatiens ingentem haſtam Virg. Aen. 10, 762. Suſtinet haſtam a iugulo nitentem Stat. Theb. 2, 648. Torquere haſtam Cic. de Orat. 1, 242 c. 57. Vti eminus haſta, cominus gladio Idem de Sen. c. 6. *Metaph. de argumentis iudicialibus.* Haſtas actoribus a iurisperitis miniſtrari Cic. Topic. c. 17. *Conſ.* AMENTATVS *ſ.* Cic. de Orat. 1 c. 57. *et* in Orat. c. 78. ¶ 2 Haſta *Belli indicium praebuit, nam mittebatur in eius fines, quem bello petebant.* Liu. 1, 32 *commemoratis ſollemnibus verbis Fetialis,* Id vbi dixiſſet, haſtam in fines eorum emittebat. *Vide* Feſti *locum, quem damus, voce* BELLONA, *et* Ouid. Faſt. 6, 206. *it.* Seru. *ad* Aen. 9, 53. *Sed etiam eſt* Haſta *ſummae poteſtatis et auctoritatis publicae indicium. Notabilis eſt* Iuſtin. 43, 3 Per ea tempora *(prima Romae)* reges haſtas pro diademate habebant, quas Graeci *ſceptra* dixere. Nam et ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres haſtas coluere; ob cuius religionis memoriam adhuc *deorum ſimulacris haſtae adduntur. Hanc Trogi ſui digreſſionem, in quam ille ex appellatione Quirini et Quiritum videtur incidiſſe, bene eſt quod ſeruauit Iuſtinus, licet apud ipſum male cohaereat.* Haſtam *ſuam inuocat Turnus* Virg. Aen. 12, 95 Nunc o nunquam fruſtrata vocatus, Haſta, meos — Da ſternere corpus, *etc. Imagines Deorum in numis haſtatae maiorum quidem et bellipotentium fere omnes. Quoties etiam Romae pars aliqua imperii aut iurisdictionis adeo et poteſtatis ſummae exerceretur,* Haſta *adhibita ſigni loco eſt. Sic* Haſta *ponebatur in auctionibus.* Cic. Philipp. 2, 64 Haſta poſita pro aede Iouis Statoris, bona, *etc.* bona inquam Cn. Pompeii Magni voci acerbiſſimae ſubiecta praeconis. Idem Philipp. 2, 103 Iam intelliges aliam cauſam eſſe haſtae Caeſaris, aliam confidentiae et temeritatis tuae, *i. Sectio bonorum et auctio.* Feſtus, Haſtae ea, quae publice venundabant, ſubiiciebant veteres. Cic. Off. 2, 29 c. 8 Nec vero vnquam bellorum ciuilium ſemen et cauſa deerit, dum homines perditi haſtam illam cruentam et meminerint, et ſperabunt, quam P. Sulla cum vibraſſet, *etc.* Idem 2, 83 c. 23 Haſtam in foro ponere et bona ciuium voci ſubiicere praeconis. Ad haſtam locare Columel. praeſ. 1. *Vid. Scal. ad* Manil. p. 429. Cic. de L. Agrar. 1, 6 Num obſcure videntur prope haſta praeconis inſectari Cn. Pompeii exercitum, *etc.* Idem Fam. 15, 17 Caeſarem putabant moleſte laturum, verentem ne haſta refrixiſſet. *i. Auctio bonorum proſcriptorum in deſuetudinem veniſſet, amiſſo tali patrono.* Cic. Philipp. 2, 103 Quis haſtam illius venditionis vidit? *De Locationibus etiam Cenſorum adhibetur. vnde* Haſtae aſſueti Liu. 24, 18 *Qui conducere opera publica ſolerent.* Haſta Centumuiralis, *i. centumuiralis iudicii index.* Suet. Aug. 36, 1. *Conſ.* Martial. 7, 63. *et* Lucan. ad Piſon. 41. l. Dig. de Orig. Iur. §. 29. *De* haſta, amentata, caelibari, cornea, cruenta, graminea, pura, *v. ſſ. ll.*

HASTV̆LA, ae. f. Dimin. *Audiamus primo* Iſid. 17, 6 Haſtula a tollendo nuncupata, quaſi *abſtula.* Fomes eſt haſtula, quae ab arboribus excutitur, reciſione aut haſtulae ambuſtae aut ligno cauata, *etc.* Sen. Nat. Quaeſt. 2, 31 Illud aeque inter annotanda ponas licet, quod et hominum et caeterorum animalium, quae icta ſunt, caput ſpectat ad exitum fulminis: quod omnium percuſſarum arborum contra fulmina haſtulae ſurgunt. Aſſulas *quoſdam hic malle, Gruteri docet annotatio:* Aſſula *autem ſine dubio eſt feſtuca, ramentum ligno deciſum vel obraſum, etc.* Plin. 16, 12 Aperitur picea e parte ſolari non plaga, ſed vulnere ablati corticis, quum plurimum bipedali hiatu, vt a terra cubito quum minimum abſit. Nec corpori ipſi parcitur, vt in caeteris. quoniam haſtula in fructu eſt. *Quibus in locis* Haſtulam *interpretantur Virgam, nimirum a ſimilitudine haſtae. Ego potius* Aſſulas *intelligo, et fragmenta, ſeu ſchidia, quae ex arboris ipſius corpore excutiuntur, quum ferro vulneratur. Subdit enim* Plin. Poſtea humor omnis e tota confluit in vlcus. *Quod autem ait,* In fructu eſt, *ſic expono Fructuoſa eſt, fructum affert, aut reſinae, aut pici faciendae vtilis eſt. Tradit enim* c. 11 ex haſtulis minutim conciſis, et coctis, expreſſum pingue, praecipuam eſſe reſinam. *Sed vt ſ. l.* oſtendimus, *melior lectio videtur* Aſſula, *e quo ſequiore aeuo* aſtula *vel* haſtula *orta eſt. Certius* ¶ 2 Haſtula regia, *Herba quae et Aſphodelus et Albucum dicitur* Plin. 21, 17. *Conſ.* Sen. Nat. Quaeſt. 2, 31. Iſidor. 17, 6. *et* Apul. de Herb. c. 32 *et* 52. Scribon. Larg. Comp. 254. *Add. a Rhod. Lex.* Scrib. *collata.*

HĀSTARIVM, i. n. *Quid eſſet, quaerendi occaſionem dedit* Tert. Apol. c. 13 Publicos — *Deos* — in haſtario vectigales habetis. — Sub eadem haſta, ſub eadem annotatione Quaeſtoris diuinitas addicta conducitur. *Nihil melius, quam intelligere tabulam rerum publice locandarum.*

HASTARIVS, i. m. *Idem quod Haſtatus.* Ammian. 27, 2 Cum paucis captus ab haſtariis. *Valeſ. leg.* Aſcariis.

HASTĀTVS, a, um. Adi. [λογχαῖος] Varro de L. L. 4, 16 p. 24, 1 Haſtati milites dicebantur, qui primi haſtis pugnabant. Liu. 8, 8. *Conſ. Lipſ. de Mil. Rom. 2, 1. Stewech. ad* Veget. 2, 8. Acies Tacit. Ann. 2, 14, 4. Bellona Stat. Theb. 2, 718. Ordines haſtatorum Veget. de re Mil. 3, 14. Cic. Diuin. 1 c. 35 Cum ſignifer primi Haſtati ſignum non poſſet mouere loco, *i. primi manipuli ſ. ordinis haſtatorum ſignifer. Vid. Lipſ. de Mil. Rom. 2, 8.*

HASTĬCVS, a, um. Adi. Suet. Calig. c. 20 Edidit et haſticos ludos. *al.* Actiacos. *Vid. Turneb. Aduerſ. 18, 5. Pitiſc.* Aſtycos, *quem vide.*

HASTIFER, a, um. Adi. *Idem quod Haſtatus.* Sidon. . .

HASTĪLE, is. n. [λόγχη] *Dicitur Lignum teres oblongum, quale ſolet eſſe haſtae, ab hoc ipſo vſu dictum; cum ſic vocetur, etiam cum ſolo haeret.* Virg. Aen. 3, 23 Forte fuit iuxta tumulus, quo cornea ſummo Virgulta, et denſis haſtilibus horrida myrtus. *Et* Georg. 2, 358 Raſae haſtilia virgae. *Et* ibid. 447 Myrtus validis haſtilibus, et bona bello Cornus. *Plerumque tamen notat lignum illud, cui praefixum vel eſt, vel fuit ferrum.* Ouid. Met. 7, 676 Qua tamen e ſilua teneas haſtile reciſum, *etc.* Columel. 4, 12 Aut ſi regionis conditio permittit, vetera deponamus haſtilia, quibus adnectuntur ſingulae tranſuerſae perticae, *etc.* Cic. pro Rabir. 21 Quum denique Qu. Scaeuola confectus ſenectute, praepeditus morbo, mancus, et membris omnibus captus ac debilis, haſtili nixus, *etc.* Plin. 17, 23 Circumligatis haſtilibus. Ferrum, quod ex haſtili in corpore remanſerat Nep. 15, 9, 3. *Conſueta autem Synecdoche Poëtae* Haſtile *pro* Haſta *dicunt.* Virg. Aen. 1, 317 Bina manu lato criſpans haſtilia ferro. *Repetit 12, 165. Quin etiam talibus locis haſta oſtenditur, qua parte lignea eſt. Sic* Contortum haſtile Virg. Aen. 11, 561. Curuatum haſtile Iuuen. Sat. 7, 127. Spargere *et* Denſere Virg. Aen. 11, 650. Torquere Ouid. Met. 8, 28. *Add.* Virg. Aen. 9, 402. Lenta haſtilia Torquere Ouid. Met. 8, 28. Praefixa haſtilia ferro Virg. Aen. 5, 557. Clipeoque inimicum haſtile Trahebat Virg. Aen. 10, 795.

HASTILVDIVM, i. n. *Decurſus equitum vel peditum cum haſtis. Vid. Vet. Dict. vel Cangii Gloſſ. Lat.*

H A V

HAV. [ἆ] Interiectio eſt conturbatae mentis, nec conſtantis ſibi, *vt ait* Donatus. Ter. Eun. 4, 3, 13 Hau obſecro mea Pythias, quid iſtucnam monſtri fuit? Ter. Adel. 3, 2, 38 Hau hau mi homo, ſanusne es? *al.* Au.

HAVD. [οὐ, οὐκ, οὐχί] Adu. *Negandi, ſignificat Non.* Cic. pro Cluent. 165 Haud haeres eſt Cluentius. Ter. Andr. 1, 1, 13 Haud muto factum. *Vbi* Donatus, Haud muto factum, Non me poenitet facti. Liu. 8, 11 *pr.* Haud ab re duxi verbis quoque ipſis vt tradita nuncupataque ſunt, referre. Haud alias Tacit. Ann. 15, 46, 2. Haud auſpicato huc me appuli Ter. Andr. 4, 6, 12. Haud commodi ei eſt, *Nihil illi prodeſt.* Plaut. Caſin. 2, 2, 26 Peculii probam nihil habere addecet clam viro: et quae habet partum, ei haud Commodi eſt. Ter. Adel. 5, 2, 8 Edepol comeſſatorem haud ſane Commodum, praeſertim Cteſiphoni. Haud Conſimili ingenio eſt, atque Plaut. Bacch. 3, 3, 50. Haud Conſuetudine, *Non quidem vt ſolebas* Plaut. Trin. 2, 2, 83. Ter. Eun. 2, 3, 67 Sed iſtam Thaidem non ſciui vobis vicinam. P. haud Diu eſt. Cic. de Senect. c. 2 Rem haud ſane, Scipio et Laeli, Difficilem admirari videmini. Liu. 3, 24 *pr.* Quaeſtores M. Volſcio, quod falſus haud Dubie teſtis in Caeſonem extitiſſet, diem dixerunt. *et ita ſaepe.* Haud Dudum: *i. Non ita pridem* Plaut. Perſ. 4, 3, 29. Haud Dum, *vid. infra.* Haud Erat ſane quod quisquam ratione ac doctrina requireret Cic. Tuſc. 3 *pr.* Ter. Heaut. 3, 1, 7 Haud Faciam, nam quam potero adiutabo ſenem. Cic. de Senect. 55 Quo quidem me proficiſcentem haud ſane quis Facile retraxerit Iuuen. Sat. 3, 164. Ter. Andr. 3, 1, 2 Fidelem haud Ferme mulieri inuenias virum. Plaut. Poen. 4, 2, 36. Haud Grauate Idem Rud. 2, 3, 77. Plin. 11, 37 Defluere palpebras haud Immerito Venere abundantibus tradunt. Haud Impurus, *vid. infra,* Haud malus. Ter. Hec. 3, 5, 32 Pamphile, ad aures haud Inuito ſermo mihi acceſſit tuus. *i. Lubens audiui te loquentem.* Haud Ita decet: i. e. *inquit* Donatus, Non vſque adeo decet, et eſt confirmatio: Ter. Hec. 2, 2, 10. Liu. 29, 38 *extr.* Haud Ita multum progreſſus a mari, tumulos proximos ceperat. Haud Longius futurum eſt Plaut. Trin. 3, 2, 95. Idem Stich. 1, 3, 81 Ecaſtor auctionem facit haud Magni pretii. Haud Malus Id. Rud. prol. 35. Ter. Eun. 2, 2, 3 Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc, atque ordinis, hominem aut impurum, itidem patria qui abligurierat bona. *Vbi* Donatus, Non dixit prodigum; quia hoc ipſum probat: ſed non auarum non improbum, et ſic laudamus eos, in quibus nihil eſt quod magnopere efferamus. Haud Minus Liu. 2, 60. Haud Mora: *intelligitur verbum* Fit, *quod raro exprimitur.* Virg. Aen. 10, 153 Haud fit Mora, Tarchon Iungit opes, foedusque ferit. Haud Multo poſt Plaut. Curc. 1, 3, 26. Ter. Eun. 4, 2, 32 Certe extrema linea amare, haud Nihil eſt. Liu. 1, 3 *pr.* Haud Nihil ambigam (quis enim rem tam veterem pro certo affirmet?) hiccine fuerit Aſcanius an maior, *etc.* Idem 27, 20 Conſilio in caetera exequenda belli haud Parum opportuni. Haud Paullo melior Cic. Fam. 2, 6. Idem Fam. 7, 1 Quod ſi tu per eos dies operam dediſti Protogeni tuo: dum modo is tibi quiduis potius, quam orationes meas legerit: nae tu haud Paullo plus, quam quisquam noſtrum, delectationis habuiſti. Tacit. Ann. 2, 5 Suum militem haud Perinde vulneribus, quam ſpatiis itinerum, damno armorum affici. Ter. Adel. 3, 1, 8 E re nata melius fieri haud Potuit, quam factum eſt, hera. Liu. 5, 4 *extr.* Res repetentes legatos noſtros, haud Procul abſuit, quin violarent. Haud Promeruit quamobrem Plaut. Amph. 5, 2, 12. Haud Quidquam magis eſt quod cupiam Idem Curc. 1, 3, 15. Haud Sane ſpernendus vir Tacit. Hiſt. 3, 75. Haud Scio an Ter. Heaut. 4, 4, 25. Idem Adel. 4, 5, 33. Cic. de Amicit. 51 Eſt enim amicitia, *etc.* qua quidem haud Scio an excepta ſapientia, quidquam melius homini ſit a diis immortalibus datum. Cic. Fam. 9, 15 *etc.* Haud Scio an recte ea virtus frugalitas appellari poſſit Idem Tuſc. 3, . . Haud Secus Liu. 34, . . Idem 2, 41 *extr.* Id vero haud Secus quam praeſentem mercedem regni aſpernata plebs. Haud Secus ac Virg. Aen. 3, 236. Haud Sic decet Ter. Eun. 5, 9, 35. Idem Adel. 3, 4, 8 Ni facient quae illos aequum eſt, haud Sic auferent. *Et* Eun. 2, 3, 21 Haud Similis virgo eſt virginum noſtrarum. Ter. Andr. 3, 5, 18 Namque hocce tempus praecauere mihi me, haud te vlciſci Sinit. Ter. Heaut. 2, 3, 81 Vis amare, vis potiri: vis, quod des illi, effici: tuum eſſe in potiundo periculum non vis: haud Stulte ſapis. Idem Andr. 1, 5, 42 Haud Vereor, ſi in te ſolo ſit ſitum. Haud Vidi magis Plaut. Amph. 2, 2, 47. Capt. 3, 4, 29. *De hac phraſi, vid. Muret. 17, 16. Confunditur in MSS. cum* Aut, *id quod vid.*

HAVDDVM, *Nondum.* Liu. 2, 52 Patris Agrippae fauor hauddum exoleuerat. Idem 10, 6 Samnitem hauddum foederis noui poenitebat. *Et* 22, 12 Hannibal conſtantiam Fabii hauddum expertus. *Conſ.* Idem 10, 25. *et* 28, 2.

HAVDQVĀQVAM. [οὐ μή] *Pro Nequaquam.* Liu. 28, 6 Haudquaquam ad ſpem euentus reſpondit. Cic. de Orat. 2, 143 c. 33 Haudquaquam id eſt difficile Craſſo. Idem de Vniuerſ. 35 Haudquaquam boni eſt, ratione vinctum velle diſſoluere. Tacit. Hiſt. 2, 66, 1 Haudquaquam fractus animus.

HAVEO, *vid.* AVEO.

HAVRIO, ſi, ſtum, īre. [ἀρύομαι, ἀντλάω] *Proprie eſt Extrahere humorem et educere ex quocunque loco.* Lucret. 1, 926 Iuuat integros accedere fontes, Atque haurire, *etc. i. Iuuat materiam hactenus intactam, et quam ante me nullus omnino attigit, deſcribere.* Lucil. 30 *apud* Non. 4, 230 Quantum haurire animus muſarum e fontibus geſtit. *Bibentis eſt in illo* Virg. Aen. 1, 742 Ille impiger hauſit Spumantem pateram, et pleno ſe proluit auro. *Metaph.* Virg. Aen. 12, 26 Simul haec animo hauri. *Nempe vt* Bibit aure vulgus *apud* Horat. Carm. 2, 13, 32. Virg. Aen. 4, 359 Vocemque his auribus hauſi. Idem Aen. 10, 899 Vt auras Suſpiciens hauſit caelum, mentemque recepit. h. e. Aërem. Seruius. Cic. de Clar. Or. 332 Nec enim decet te ornatum vberrimis Artibus, quas quum domo haurire non poſſes, arceſſiuiſti ex vrbe ea, *etc.* Idem de Orat. 1, 12 Caeterarum Artium ſtudia fere reconditis atque abditis e fontibus hauriuntur. Cic. pro Domo 30 c. 11 *extr.* Si vtile Reipub. fuit haurire me vnum pro omnibus illam indigniſſimam Calamitatem: etiam hoc vtile ſit, quorum id ſcelere conflatum ſit, me occultare et tacere. *i. Deuorare et concoquere, hoc eſt perferre. Sic* Tuſc. 1, 86 c. 35 Quot, quantas, quam incredibiles hauſit calamitates? *Sic* Poenas *et* Supplicia hauriri *mox videbimus. An talia ex fonte orientis, vbi* poculum irae *ebibere ſ.* haurire *dicuntur, qui puniuntur. Sed etiam* deuorare, exſorbere moleſtias *dicunt Romani.* Columel. 8, 17 Nam quia dentibus carent, aut lambunt Cibos, aut integros hauriunt: mandere quidem non poſſunt. Hauriunt, *i. deuorant.* Cladem hauſi, *i.* pertuli Seru. *ad* Aen. 1, 599. *Sic enim leg. pro* clade. Cic. Philipp. 11, 10 Quem gurgitem? quam voraginem? quid eum non ſorbere animo, quid non haurire Cogitatione, cuius ſanguinem non bibere cenſeris? Corda pauor haurit, *exhaurit Defatigat.* Virg. Georg. 3, 105 Exultantiaque haurit Corda pauor pulſans. Ferit *interpretatur* Seruius *non male. Vid. p. p.* Latus haurire. *Add.* Aen. 5, 137. Cic. pro M. Cael. 59 Vidi enim, vidi, et illum hauſi Dolorem vel acerbiſſimum in vita, quum Q. Metellus abſtraheretur e ſinu gremioque patriae. Dona noctis, *h. e. Somnum, quem nox affert* Sil. 7. Femur hauſit adunco roſtro Ouid. Met. 8, 371. Flamma multos hauſit Liu. 30, 5 *extr.* Gaudium auribus Idem 27, 51 *pr.* Hamum Plin. Pan. 43, 5. Imaginem, *pro Animo concipere* Plin. 7, 12. Liu. 5, 7 Tam longi temporis opus Incendium hauſit. Iter vaſtum Stat. Theb. 1, 369. Iugulum, *pro Confodere* Tacit. Hiſt. 1, 41, 4. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 5, 524. Laborem ex re aliqua Hor. Serm. 2, 2, 79. Latium hauſurus vigor Sil. 16, 11. *i. exhauſturus, vaſtaturus.* Latus alicuius: *Confodere et vulnerare.* Virg. Aen. 10, 314 Per tunicam ſqualentem auro, latus haurit apertum. *Ex Graecis. Homero* ἀμύσσειν *et* haurire *eſt et fodere: qui hauriunt, ſitulam, trullam etc. demittunt in liquorem. Sic* Sil. 7, 584 Hauſurus clauſos coniectis vndique telis. *Sic* Bibit haſta cruorem. *Vid.* Seru. *ad* Aen. 2, 600. *et* 10, 314. Cic. Fam. 6, 6 Eodem fonte ſe hauſturum intelligit Laudes ſuas, e quo ſit leuiter aſperſus. Lucem Virg. Georg. 2, 240 *ſignificat Naſci.* Cic. pro Sext. 63 c. 29 *extr.* Luctum nos hauſimus maiorem, dolorem ille animi non minorem. Lugenda Getis et Flenda Sueuis Hauſimus Claud. B. Gild. 37. Oculis aliquid Virg. Aen. 4, 661. Opes vrbis profunda mente hauſerat Claud. de B. Get. 86. Opes patrias Martial. 9, 84. Opus tam longi temporis incendium hauſit, *i. Conſumſit* Liu. 5, 7. Pauor haurit corda, i. e. Ferit Virg. Georg. 3, 105. Seruius. Pectora ferro hauſit Ouid. Met. 8, 440. *Conf.* Liu. 7, 10 *extr.* Idem 30, 15 Nec locuta eſt ferocius, quam acceptum Poculum, nullo trepidationis ſigno dato, impauide hauſit. Poenas Stat. Achill. 1, 667. *Vid. ſtatim* Supplicia. Potionem mulſi Plin. 7, 53. Oculos alicuius Sauiis ſitienter Apul. Met. 3 p. 135. Sanguinis multum hauſimus Curt. 4, 14, 17. Plin. 8, 14 Megaſthenes ſcribit in India ſerpentes in tantam magnitudinem adoleſcere, vt Solidos hauriant ceruos taurosque. Supplicia haurire, *Luere* Virg. Aen. 4, 383 *vt* Poenas *modo habuimus. Vid.* Calamitates. Cic. Tuſc. 5, 16 Quoque affluentius voluptates vndique hauriat, eo grauius ardentiusque ſitiente. ¶ 2 *Formulae aliae:* Tacit. Ann. 2, 8 Batauique in parte ea dum inſultant aquis, artemque nandi oſtentant, turbati, et quidam hauſti ſunt. *i. Aquis abſorpti.* Cic. Acad. 1, 7 Vt ea a fontibus potius hauriant, quam riuulos conſectentur. Idem de Diuin. 2, 31 Qui quum vidiſſet hauſtam aquam de iugi puteo, terrae motus dixit inſtare. Haurire de faece, *vid.* FAEX. Cic. Off. 16 c. 2 Non vt interpretes, ſed vt ſolemus, e fontibus eorum iudicio arbitrioque noſtro quantum, quoque modo videbitur, hauriemus. Idem de Diuin. 2, 31 c. 13 Aqua ex puteo hauſta. Haurit ex aerario ſumtum, ſuppeditat a ſociis Cic. de L. Agr. 2, 12. Haurire ex paruo Hor. Serm. 1, 1, 52. ¶ 3 *Obſeru.* Priſcian. 10 p. 905 *med.* Haurio hauſi. Inuenitur tamen Hauriui *vel* Haurii. Varro in 24 ad Ciceronem Quum inde haurierint. *Et* p. 907 *med.* Haurio, hauſi, hauſtum, differentiae cauſa aſſumit t *(ne confundatur cum* auſum) quamuis et adſpiratione differat. Hauſus *tamen* Solin. c. 5. Virg. Aen. 4, 384 Supplicia hauſurum ſcopulis, *quod tuentur Heinſ. et Burm.* Stat. Achill. 1, 667 Hauſurus poenas. Sil. 16, 11 Vigor hauſurus Latium. *Et* 7, 584 Hauſurus clauſos coniectis vndique telis. Apul. de Aſin. 2 p. 121 Lagena facilis hauritu. Idem 6 p. 178 Rorem rigentem hauritum iſta confeſtim deſerta vrnula. Iuuenc. 2, 253 Hauriturus *eſt.*

HAVRIENS, entis. Partic. Tacit. Ann. 16, 18, 1 Sua haurientes. Specilli latitudo hauriens Scribon. 227. *i. depreſſa in anum.*

HAVSTVS, a, um. Partic. [ἠντλημένος, ἠρυμένος] Cic. de Diuin. 2, 26 Ex diuinitate, vnde animos hauſtos, aut acceptos, aut libatos haberemus. Liu. 33, 41 Multae naues eiectae, multae ita hauſtae mari, vt nemo in terram enauerit. Tacit. Ann. 2, 24, 2. Arbores hauſtae in profundum Liu. 30, 38. Tacit. Ann. 12, 58 Eodem oratore Bononienſi Coloniae igni hauſtae ſubuentum. Amor Stat. Achil. 1, 304. Aqua hauſta duabus palmis Ouid. Faſt. 2, 294. Batavi hauſti, *ſcil.* Aqua Tacit. Ann. 2, 8, 3. Humor auide Curt. 7, 5, 8. Vrbes Plin. 36, 15.

HAVRITVS, *Participium obſoletum, ſed vſurpatum poſtliminio quaſi* Apul. Met. 3 p. 136, 36 *Elm.* Haurito pluſculo vncto corporis mei membra perfricui. *Vid. alia in* HAVRIO n. 3.

HAVRITVS, ûs. m. Apul. Met. 2 p. 121 Lagena facilis hauritu.

HAVRITOR, ōris. m. Pet. Chryſol. Serm. 86 Hieroſolymitanus fons abundat cum impellit Angelus, non cum ſitit hauritor.

HAVRITORIVM, i. n. *Vas, quo hauritur.* Gloſſ. Vet. Hauritorium, ἀντλητήριον, ἄντλημα.

HAVSTOR, ōris. m. Firmicus 8, 29 Si autem Saturnus ei teſtimonium perhibuerit, aquarum reddet hauſtores, et qui ex tali artificio viuant. Hauſtor aquae, *Bibitor ſeu potator aquae* Lucan. 9, 591.

HAVSTVS, ûs. m. [ἄρυσις, ῥόφημα] *Eductio aquae ex aliquo loco.* Columel. 1, 5, 1 Si deerit fluens vnda, putealis quaeratur in vicino aqua: quae non ſit hauſtus profundi. *h. e. Quae non e profundo puteo hauriatur et extrahatur. Pro poculo, vel quantum vno actu bibitur.* Ouid. Met. 7, 450 Bacchi tibi ſumimus hauſtus. Idem Met. 6, 356 Hauſtus aquae mihi nectar erit. Cic. pro Caecin. 74 Aquae ductus, hauſtus, *etc.* Neque hauſtum fontium relinquere Curt. 3, 10, 8. Exiguis hauſtibus bibere Ouid. Faſt. 3, 274. Aetherei hauſtus, *i. Diuini ſpiritus* Virg. Georg. 4, 226. *Conf.* Flor. 3, 21, 16. Alius Caeli hauſtus Curt. 5, 5, 29. Hauſtum lucis illo regerit luna vnde accepit Plin. 2, 9.

HAVSTRVM, i. n. [ἄντλιον] Proprie dicuntur Rotarum cadi, *inquit* Nonius 1, 43 Ab Hauriendo. Lucret. 5, 317 Vt fluuios verſare rotas, atque hauſtra videmus. *Budaeus interpretatur Aquariam rotam, vel tympanum. Vid. Barth. Aduerſ. 1, 1. Vid.* EPIGRAMMA, *quod damus in* ANCLA.

H E A *et* H E B

HEAVTONTIMŌRV̄MĔNOS. [ἑαυτοντιμωρούμενος] *Nomen Comoediae apud* Terentium: *ex* ἑαυτὸν, *et* τιμωροῦμαι, *compoſitum, quod eſt; Seipſum excruciare. Inducitur enim ſenex Menedemus, quod filium Cliniam ſua duritia in militiam proficiſci compulerit, valde ſeipſum excrucians. Meminit* Cic. Tuſc. 3, 27. *et* Hor. Serm. 1, 2, 19.

HEBDŎMAS, ădis. *et lapſa Latinitate* HEBDOMADA, ae. f. [ἑβδομὰς] *Septenarius, Septem dies, anni etc.* Cic. Fam. 16, 9 Symphoniam Lyſonis velim vitaſſes: ne in quartam hebdomada incideres. *Sic Graeu. et Gron.* Auſon. Moſella 307 Decimo celebrata volumine Marci Hebdomas *ad* M. Varronis Hebdomades *reſpicit, de quibus ſtatim audiemus* Gellium, *in quibus VII etiam ſpectacula celebrauit. Vid.* Reineſ. V. L. 2, 1 p. 129. Gell. 3, 10 M. Varro in primo librorum, qui inſcribuntur Hebdomades vel de imaginibus ſeptenarii numeri, quem Graeci ἑβδομάδα appellant, virtutes poteſtatesque multas variasque dicit. — Primis ſeptem diebus — Poſt deinde quarta hebdomade, — Septima autem fere hebdomade, id eſt nono et quadrageſimo die — Eosque dies omnium maxime, ita vt medici appellant κριτικοὺς ἢ κρισίμους cuique videri, primam hebdomadam et ſecundam et tertiam — Tum ibi addit, ſe quoque iam duodecimam annorum hebdomadam ingreſſum eſſe, et ad eum diem ſeptuaginta librorum hebdomadas conſcripſiſſe. Hebdomadam, *vt dedimus, habent hodie omnes, etiam Gronou. quaſi Nominatiuus eſſet* Hebdomada. *Quam bene, non dixerim: Neque intelligo, quid ſibi velint iſta Iacobi Gronouii, ad principium capitis adſcripta, "haud dubie Graecis loquens ait* hebdomadam.„ *Illud certum, Graecam, certe tertiae formae declinationem eſſe firmioribus auctoritatibus nixam, et demum ſequiori aetate* hebdomadam *dictam ex prima Declinatione. Vtraque forma legitur in* Vulgato Dan. 9, 25 *et* 26 *itemque apud* Tertull. contra Iudaeos *vbi eundem locum tractat.* ¶ 2 *De illa ſeptem dierum periodo, a Sabbatho vno ad alterum decurrente, neſcio an ſit antiquior auctoritas Interprete Vulgato.* Iſidor. 5, 32 Hebdomada dicta a numero ſeptem dierum, quorum repetitione et menſes et anni et ſaecula peraguntur. — Octauus autem dies id *(leg.* id. *hoc eſt* idem) primus eſt, ad quem reditur, et a quo rurſus hebdomadis ſeries orditur. *Apud Romanos erat Ogdoas, i. octo dierum orbis. Vid.* NVNDINAE.

HEBDOMADALIS, e. Adi. Sidon. Epiſt. 9, 3 Eccleſia dedicata feſtis hebdomadalibus.

HEBDOMARIVS, i. m. *Dicebatur Is, qui per vices hebdomadum cubiculum Imperatoris cuſtodiebat. Vid. Meurſ. in Gloſſ. Graeco barb.*

HEBDOMATĬCVS, a, um. Adi. *vnde,* Hebdomatici anni. *Vid.* ANDROCLAS.

HEBE, es. f. [Ἥβη] Dicitur a Poëtis Iunonis filia ſine patre. Nam quum grande conuiuium Apollo in domo patris Iouis, Iunoni nouercae paraſſet, et ipſa auide lactucas comediſſet agreſtes, factum eſt, vt ex illis grauida fieret, quum vſque in id tempus ſterilis fuiſſet, peperitque Heben: quae, quia formoſa erat, ab ipſo Ioue pincerna conſtituta eſt, et dea iuuentutis dicta. Quae deinde, quum in deorum conuiuio pocula miniſtraret, et caſu in terram caderet, veſtesque ſubleuarentur, ita vt pudenda diis monſtraret, indignatus Iupiter, eam ab officio amouit, et eius loco Ganymedem rapiens ſubſtituit: poſtremo Herculi in deos relato, vxor data eſt. *Ex* Seruio *vt aiunt.* Iunonia Hebe Valer. Argon. 8, 131. *Conf.* Ouid. Met. 9, 400. Iuuenal. 13, 43 Nec puer Iliacus *(Ganymedes)* formoſa nec Herculis vxor. Iuuentas Ciceroni *vocatur. v. v.*

HEBENINVS, a, um. Vulg. Ezech. 27, 15.

HEBENOTRICHON, *vid. ſine adſpiratione in* E.

HEBĔNVS, i. f. *et* HEBĔNVM, i. n. [ἔβενος] *Arbor eſt in India atque Aethiopia naſcens: quamuis ſcribat* Virg. Georg. 2, 116 Sola India nigrum Fert hebenum. *Vbi* Seruius, Atqui et in Aegypto naſcitur: ſed Indiam, omnem plagam Aethiopiae accipimus. Sane et haec Hebenus et hoc Hebenum dicitur. Lucan. (10, 117) Hebenus Mareotica vaſtos Non operit poſtes. Hebenus autem Arbor eſt, quae caeſa dureſcit in lapidem. *Hactenus* Seruius. *Vid.* Plin. 12, 4 Palmarum generis eſſe *ait, etc. Locus eſt claſſicus. Scribitur et ſine adſpiratione* Ebenus *apud Virgilium et Plinium.*

HĔBES, ĕtis. c. [ἀμβλὺς, ἀμβλεὸς, ἀμαυρὸς] Quod eſt retuſi acuminis, *auctore* Feſto. Non. 2, 408. *ex* Cic. Acad. 2, . . Quid lunae, quae lineamenta ſunt? poteſne dicere, cuius et naſcentis, alias hebetiora, alias acutiora videantur cornua? Gladii Ouid. de Arte Am. 3, 589. Tela leuiora et hebetiora Cic. de Aruſp. Reſp. 2. *Metaphoras easdem fere admittit, quas* Acutum. Cic. de Diuin. 2, 103 c. 50 Videsne Epicurum quem hebetem et rudem dicere ſolent Stoici? Hebes aeque ac pecus Idem de Diuin. 1, 45 c. 22. *Et* de Inuent. 1, 35 Formoſus, an deformis: velox, an tardus: acutus, an hebetior: memor, an obliuioſus, *etc.* Plin. 21, 11 *de croci generibus,* Vnum hebes, alterum odoratum. Hebetes et indociles Quinctil. 1, 1. Cic. de Fin. 4, 65 c. 24 Hebes acies eſt cuipiam oculorum, corpore alius langueſcit. Plin. 9, 57 *alias legebatur,* Decedentibus fluuiis in cauernis aquas hebetes remanere. *Sed recte iam diu ſic legitur,* Piſcium genera etiamnum a Theophraſto mira produntur circa Babylonis rigua, decedentibus fluuiis, in cauernis aquas habentibus remanere. Cic. pro Planc. 66 c. 27 Senſi Pop. Rom. aures hebetiores, oculos acres atque acutos habere. Lucret. 4, 51 Id licet hinc quamuis hebeti cognoſcere Corde, *i. non nimis acuti quoque diſcere poſſunt.* Caro hebes et cruenta Celſ. 7, 6 *quae ſit, viderint medici. An ſenſus expers?*

Cic. Att. 8, 3 Nullus apertus priuatorum dolor, bonorum autem eſſet aliquis, ſed hebes, vt ſolet. Ictus hebes, *qui non penetrat, quaſi retuſi ferramenti* Ouid. Met. 12, 85. Cic. de N. D. 2, 17 Hebetiora, vt ſint hominum Ingenia propter caeli pleniorem naturam. *Add.* Id. Phil. 10, 8. Iumentum hebes *aſinus* Apul. Met. 10 p. 246, 9. Lux Auien. Arat. c. 455. Oculus Plin. 11, 26. Hebetiores Oculi Suet. Ner. c. 51. Os Ouid. ex Pont. 1, 10, 7. Rhetorica forenſis Cic. de Fin. 2, 67. Senſus Id. Acad. 4, 31 c. 8. Id. in Orat. 219 Ne Spondeus quidem funditus eſt repudiandus: etſi quod eſt e longis duabus, hebetior videtur et tardior; habet tamen ſtabilem quendam et non expertem dignitatis gradum. Cic. Fam. 8, 13 Neque hebes ad id, quod melius ſit intelligendum. Id. de Orat. 1, 248 Aliud eſt enim eſſe artificem eiusdem generis, atque artis, aliud in communi vita et vulgari hominum conſuetudine non hebetem nec rudem. Hebes guſtu Columel. 3, 2. Hebetes voluptate admiſſarii Idem 6, 3, 36. Cic. Att. 9, 20 Tu quaeſo cogita, quid deinde: nam me hebetem moleſtiae reddiderunt. *h. e. Lentum et tardum, ac languidum. Superl.* Plin. 9, 30 Tanta ſolertia animalium hebetiſſimis quoque eſt. *Conf.* Feſt. *et* Non. 2, 408.

HEBEO, ēre. [ἀμβλύνομαι] *Hebetem eſſe.* Liu. 23, 45 Nunc ne ferrum hebet? an dexterae torpent? *Verba ſunt Annibalis ſuos increpantis.* Tacit. Germ. 15, 2 Ipſi hebent, *i. torpent otio, nihil agunt.* Irae hebent Stat. Theb. 11, 386. Sanguis gelidus hebet Virg. Aen. 5, 396.

HEBESCO, ĕre. [ἀμβλύνομαι, ἀμαυροῦμαι] *Hebetem fieri.* Cic. Tuſc. 1, 73 c. 30 Mentis acies ſeipſam intuens, nonnunquam hebeſcit. *i. Deſidioſior et remiſſior fit.* Cic. in Catil. 4 Num vnum diem poſtea L. Saturninum Tribunumplebis, et C. Seruilium mors a Reipubl. poena remorata eſt? at nos viceſimum iam diem patimur hebeſcere aciem horum auctoritatis. Id. Acad. 4, 6 c. 2 Quis reprehendet noſtrum otium, qui in eo non modo nosmetipſos hebeſcere et languere nolumus, ſed etiam vt plurimis proſimus, enitimur?

HEBĔTO, āre. [ἀμβλύνω, ἀμαυρόω] *Obtundere.* Liu. 37, 41 *pr.* Et humor toto fere graui armatu nihil gladios aut pila hebetabat. Idem 8, 10 Cum haſtas hebetaſſent. Aciem ferri, *vid.* ACIES. Artus terreni mentem hebetant Virg. Aen. 6, 732. Cura triſtitiae hebetatur vino Plin. 23, 1. Dentem herbis et carmine Sil. 8, . . Flammas Ouid. Met. 7, 210. Flatus hebetatus, *vid.* Flatus. *in* FLO. Fulgor ſpeculorum hebetatur Plin. 7, 15. Lunam conuenit vmbra terrae hebetari Idem 2, 13. Neruos priſci roboris hebetari Valer. Maxim. 7, 2. *de Q. Metello.* Oculos hebetat allium Plin. 20, 6. Oculos hebetari a bulbis putat Diocles Idem 20, 9. Tu poteras virides pennis hebetare ſmaragdos Ouid. Amor. 2, 6, 21. Oleum hebetat venena omnia Plin. 23, 4 *et* 8. Apul. Florid. 3, 17 Profecto vt gladius vſu ſplendeſcit, ſitu rubiginat: ita vox in vagina ſilentii condita diutino torpore hebetatur. Hebetare, *pro Hebere vſurpaſſe non nemini videtur* Cic. Att. 4, 16, *med.* Locus ille animi noſtri, vbi hebetabat ſtomachus olim, concaluit. *ſubaud.* Vt digerat multa cruda facilius: *h. e. Vbi prius languebat, et viribus coctricibus non optime fungebatur. Sed recte viri docti* Vbi ſtomachus habitabat olim, concalluit, *callo obductus eſt.*

HEBETATVS, a, um. Part. Corpore hebetato Suet. Claud. c. 2. Germanis hebetatis parumper Ammian. 27, 2. Tela Sil. 16, . . Vires reipublicae hebetatae Iuſtin. 6, 8, 2.

HEBETESCO, ĕre. *Hebetari.* Plin. 28, 7 Sed praeter alia certum eſt aciem in cultris tonſorum hebeteſcere. Dolor hebeteſcit Scribon. c. 56. Aliorum loca affert Rhod. in Lex. Scribon.

HEBETATIO, ōnis. f. [ἄμβλυσις] Plin. 28, 6 Medetur et lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, et melancholicis.

HEBETATOR, ōris. m. *Apud* Apul. . .

HEBETĀTRIX, īcis. f. [ἀμβλυτίς] Hebetatrix vmbra terrae, *Qua hebetatur ſeu obſcuratur Luna* Plin. 2, 13.

HEBETŪDO, ĭnis. f. Macrob. Somn. Scip. 1, 14 Hebetudo ſenſuum.

HEBO, ōnis. m. [ἥβων] *i. Sol. exſtare in* Vet. Inſcript. *dicitur, ſed neſcio vbi. Nihil docent Indd. Gruteriani. Sed* Macrob. Sat. 1, 18 Bacchum Neapolitani celebrant Hebona *cognominantes: poterat aliquis ſuſpicari* ἡβῶντα, *pubeſcentem.*

HEBRAEVS, i. m. [Ἑβραῖος] *dicitur Iudaeus. Vid.* dictionarium Hebraicorum nominum *ap.* Hieron. Liquores Hebraei Stat. Silu. 5, 1, 213. *Puto Balſamum intelligi.* Arat. 2, 924 Hebraeo ſermone locutus. Tacit. Hiſt. 5, 2, 6 Terrae Hebraeae.

HEBRAICVS, a, um. Adi. Plebes Hebraicae Alcim. 5, 544 *et* 564.

HEBRAICE. Adu. Lactant. 4, 7 *extr.*

HEBRVS, i. m. [Ἕβρος] *Thraciae fluuius eſt, in quem Orphei caput proiectum, quum Cicones eum confeciſſent.* Ouid. Met. 2, 257 Membra iacent diuerſa locis: caput Hebre, lyramque Excipis. *De viuo adhuc Orpheo,* Hebrique tenuit impetus dulci mora Phaedr. 3 pr. 59. Martian. 6 Hebrum Odryſiae niues complent, qui inter diverſos Barbaros fluens, etiam Ciconas perluit. *Hic ab* Oeagro *flumine ortum habet: vnde* Oeagrius *dictus* Virg. Georg. 4, 463. *Habet arenas, ex quibus colligitur aurum.* Arenoſus Ouid. Faſt. 3, 737. Celer, *vid.* CELER. Fluuialis *ex* Sen. Med. ſ. 8 *laudatur. Sed nihil tale Index Schroeder.* Virg. Aen. 1, 321 *de Harpalyce,* Volucremque fuga praeuertitur Hebrum. *Sed placet merito eruditis Rutgerſiana emendatio ab Huetio etiam adoptata,* Eurum.

H E C

HECĀLE, es. f. [Ἑκάλη] *Nomen pauperrimae feminae, apud* Ouid. de Rem. Amor. 747 Cur nemo eſt Hecalen, nulla eſt quae ceperit Irum? Nempe quod alter egens, altera pauper erat. *Conf.* Apul. Met. 1 p. 112, 40 Theſeus non eſt aſpernatus Hecales anus hoſpitium tenue. Plin. 22, 22. Petron. c. 105. *Barth. ad* Stat. Theb. 2, 582. *et Bentl. ad* Fragm. Callimachi p. 314.

HECAMEDA, *vid.* ECAMEDA.

HĔCĂTAEVS, i. m. *Sculptor apud* Plin. 33, 12 *et* 34, 8.

HECĂTE, es. f. [Ἑκάτη] *nomen in fabulis Poëtarum frequens, quas fabulas inter ſe conciliare, aut in ordinem redigere, neſcio an aliquis tentauerit. Noſtrum erit praecipua Poëtarum aliorumque loca huc congerere: hiſtoriarum et* μύθων *rationem relinquere aliis. Conſuetiſſima igitur ſignificatio eſt, cum ponitur pro Diana, ſiue Luna, ſeu Proſerpina. Vnde* Virg. Aen. 4, 511 Tergeminamque Hecaten tria virginis ora Dianae. *Nempe in caelo* Luna *eſt,* Diana *in Siluis, apud inferos* Proſerpina. *Porro cognationem aliquam habere videtur* Hecates *nomen cum epitheto Apollinis, qui frater Dianae eſt,* ἕκατος, ἑκατηβόλος *vel* ἑκατηβελέτης. *Cum et ipſa longe iaculetur radios.* Triformis *eadem ratione dicitur* Sen. Hippol. 412, *vt alias Diana. Rurſum* Aen. 6, 247 Voce vocans Hecaten; caeloque Ereboque potentem. *Proſerpina alternis apud ſuperos eſt, et apud inferos. Sed* Cic. de N. D. 3, 46 c. 18 Quomodo autem potes, ſi Latonam deam putas, Hecaten non putare, quae matre Aſteria eſt, ſorore Latonae? an haec quoque Dea eſt? Vidimus enim eius aras delubraque in Graecia. Sin haec dea eſt, cur non et Eumenides? *Aliter* Ouid. Met. 7, 174 Ibat ad antiquas Hecates Perſeidos aras. Perſeida *vocat, h. e. Perſae filiam, ſiue ille Solis filius, et Aeetae frater fuit, vt tradit Diodorus: ſiue Crei potius, et Eurybiae, Titanici generis, vt Heſiodo placet in Theogonia. Solem ferunt (ait Diodorus Sic. 4, 45) duos procreaſſe pueros, Aeetam et Perſen: Aeetas in Colcho regnauit, in Thaurica Perſes, crudeles ambo efferique. Ex Perſe* Hecate *orta eſt, ſuperans audacia immanitateque patrem, vt quae cruciatu hominum laeta, eos pro feris appetere ſagittis conſueuerit. Sed ad venena mortifera conficienda ſummum ſtudium operamque impendens, prima aconitum inuenit, vim naturamque cuiusque veneni in cibis, quos aduenis dabat, experta. His rebus admodum edocta, primum veneno patrem ſuſtulit: deinde regno aſſumto, templum ſtatuit Dianae, cui praeter nauigantes hoſpites ſacrificabat, exiſtimans ea crudelitate ſuum nomen clarius futurum. Poſt haec nupſit Aeetae, genuitque liberos tres, Circen, Medeam, Aegialium.* Perſēis *quoque vocatur* Stat. Theb. 4, 482 Tu ſepare coetu Elyſios, Perſēi, pios virgaque potenti Nubilus Arcas *(inferus Mercurius)* agat: *deinde impios ducendos dat Tiſiphonae.* Val. Argon. 6, 494 Perſēia Hecate. Ouid. Faſt. 1, 141 Ora vides Hecates in tres vergentia partes, Seruet, vt in ternas compita ſecta vias. *Iſis illa apud* Apul. 11 p. 364, 4 *ed. Florid. etiam* Hecaten *ſe eſſe gloriatur.* Claudian. de Raptu Prof. 1, 15 Ecce procul ternas Hecate variata figuras Exoritur, *(Tauri, Canis, et Leaenae. Et in* Rufin. 1, 155 Saepius horrendos Manes, ſacrisque citaui Nocturnis Hecaten. *Vt* Virg. Aen. 4, 609 Nocturnis Hecate triviis vlulata per vrbes. *De Hecate, praeſertim* Triformis *eſt, et viarum ſ. triuiorum et compitorum dea, eademque adeo, quae Diana ſ. Luna, diligenter egit, Graecorum praeſertim locis allatis, Euer. Otto de Tutela viarum 1, 8 p. 136 ſq. De coena Hecates diſputant viri docti ad* Petron. c. 135. *Res eſt Graeca: in triuiis ponuntur cibi viles, quos diripiunt pauperrimi, etc.*

HECATĒĬVS, a, um. Adi. [Ἑκατήιος] *Vt,* Carmina Hecatēïa Ouid. Met. 14, 44.

HECATĒIS, ĭdos *vel* ĭdis. f. Ouid. Met. 6, 139 Poſtea diſcedens ſuccis Hecateïdos herbae, Sparſit, *etc. Sunt qui hoc nomine Herbas omnes venenoſas intelligant, vtpote quibus vtebatur* Hecate, *mulier venefica. Sic et* Medeides herbae *dicuntur* Ouid. de Arte Am. 2, 101. *At Caelius 11, 21 et alii putant Aconitum ſignificari, cuius inuentrix fuerit* Hecate *mater Medeae, vt modo vidimus.*

HECATON, *Graecis centum eſt,* ἑκατὸν, *vnde* -

HECATOMBE, es. f. [ἑκατόμβη] *Sacrificii genus, in quo ritus hic ſeruabatur, vt centenae ſui generis mactarentur victimae.* Ouid. Met. 8, 152 Vota Ioui Minos taurorum corpora centum Soluit. Iul. Capitol. Balb. 11 Tantum ſane laetitiae in Balbino, qui plus timebat, vt Hecatomben faceret. quod tale ſacrificium eſt: Centum arae vno loco caeſpiticiae exſtruuntur, et ad eas centum ſues, centum oues mactantur. Nam ſi imperatorium ſacrificium fit, centum leones, centum aquilae, et caetera huiusmodi animalia centena feriuntur: quod quidem Graeci quondam feciſſe dicuntur, quum peſtilentia laborarent. Iuuen. Sat. 12, 101 Exiſtunt qui promittant hecatomben. ¶ 2 Hecatombe, Satira *quaedam* Varronis *inſcripta fuit, in qua de ſacrificiis agebat, ſumtuoſaque ſacra reprehendebat, verumque ſacrificium eſſe purae et integrae mentis preces docebat. quod probabile fit inſpicienti fragmenta illius, ſub hoc titulo a viris doctis ex* Nonio *collecta.*

HECATOMPVS, ŏdis. m. *Piſcis centipes.* Plin. 13, 43.

HECATOMPY̆LOS, i. f. [Ἑκατόμπυλος] Vrbs eſt Parthorum, regni caput Plin. 6, 15 *et* 25 *extr. A centum portis dicitur. nam* πύλη, *porta dicitur. Ita etiam dicuntur* Thebae. *Vid.* Ammian. 22, 16. *Nempe*

HECATONSTYLON, i. n. *Porticus centum columnis conſtans.* Mela.

HECTA, *vid.* HETTA.

HECTOR, ŏris. m. [Ἕκτωρ] *Priami et Hecubae filius, fortiſſimus vir et propugnaculum Troianorum, ab Achille interfectus.* Hor. Carm. 2, 4, 10 Ademtus Hector Tradidit feſſis leuiora tolli Pergama Graiis, *i. faciliora expugnatu fuere Pergama, ſublato Hectore: de quo* chorus Sen. Troad. 124

Columen patriae, mora fatorum,
Tu praeſidium Phrygibus feſſis,
Tu murus eras; humerisque tuis
Stetit illa decem fulta per annos
Tecum cecidit, ſummusque dies
Hectoris idem patriaeque fuit.

Virg. Aen. 3, 343 Andromache Hectoris *antea, nunc Heleni coniux, interrogat de Aſcanio,* Ecquid in antiquam virtutem, animosque viriles Et pater Aeneas et auunculus excitat Hector. Virg. Aen. 1, 277 Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros: Exanimumque auro corpus vendebat Achilles. Ouid. de Arte Am. 1, 441 Hectora donabat Priamo prece motus Achilles. Homicida Hector Hor. Epod. 17, 12.

HECTŎREVS, a, um. Adi. *poſſeſſ.* [Ἑκτόριος] Gens Hectorea, *Quae ab Hectore duxit originem.* Coniux Virg. Aen. 3, 488. Corpus Idem ibid. 2, 543.

HECV̆BA, ae. f. [Ἑκάβη] *Vxor regis Priami, quam Homerus filiam Dymantis dixit, idque ſenſiſſe videtur* Ouid. Met. 13, 575 Ergo aliis latraſſe Dymantida flebile viſum eſt. Euripides vero non Dymantis, ſed Ciſſei filiam Thracum regis eſſe dixit: quem ſequutus eſt Virg. Aen. 10, 704 — et face praegnans Ciſſeis regina Parin creat: Quia praegnans ſomniauerat, ſe accenſam facem parere, quae patriam totam inflammaret. Ideo porro in canem conuerſa fingitur Hecuba, quod quum poſt euerſam Troiam captiua a Graecis duceretur, et Polydori corpus in mare praecipitatum agnouiſſet, ſeque in maria praecipitare vellet, nimio dolore inaniter Graecis conuiciaretur. *Haec* Seruius. *Conf.* Iuuenal. 10, 271 Torua canino Latrauit rictu. *Vid.* CYNOSSEMA. Suet. Tiber. c. 70. *et* Plin. 4, 11. Hecuba *pro Quauis vetula* Martial. 3, 75.

HECY̆RA, ae. f. [Ἑκυρά] *Latine Socrus dicitur; quo nomine dicta eſt* Comoedia Terentii.

HEDĔRA, *vel* EDERA, ae. f. [κίσσος] *Planta Baccho Poëtis familiaris.* Inimica arbori, ſatiſque omnibus (*inquit* Plin. 16, 34) ſepulcraque ac muros rumpens, ſerpentium frigori gratiſſima: vt mirum ſit vllum honorem habitum ei. Duo genera eius prima, vt reliquarum, mas et femina. Maior traditur mas corpore, et folio duriore ac pinguiore, et flore ad purpuram accedente, *etc. Sed magis fere ad nos illa ex eodem loco pr.* Dicitur Alexandrum ob raritatem ita coronato exercitu victorem ex India rediiſſe, exemplo Liberi patris: cuius dei et nunc adornat thyrſos, galeaſque etiam et ſcuta in Thraciae populis in ſollemnibus ſacris. Idem c. 35 *vbi monet, ne* ſmilax *cum* hedera *confundatur*, Id vulgus ignorans plerumque feſta ſua polluit, ederam exiſtimando: ſicut in Poëtis, aut Libero patre, aut Sileno, quis omnino neſcit quibus coronentur — Hederae mira proditur natura ad experienda vina: ſi vas fiat ex ligno eius, vina transfluere, ac remanere aquam, ſi quae fuerit miſta. *Vid. mox* HEDERACEVS. Hedera *coronabantur Poëtae.* Ouid. de Arte Am. 3, 411 Nunc hederae ſine honore iacent, *etc.* Hor. Carm. 1, 1, 29 Me doctarum hederae praemia frontium. Hedera, quod Haereat, dicta eſt, *auctore* Feſto, quodque ſequatur quidquid proximum eſt. *Quamvis per diphthongum non ſcribatur.* Virg. Ecl. 8, 13 Atque hanc ſine tempora circum Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros. *In tutela Liberi patris putabatur eſſe: quia vt ille iuuenis ſemper, ita haec viret. Vel quia ita omnia, ſicut ille mentes hominum, illigat. Vid. Barth. ad* Stat. Silu. 2, 7, 11. *it. Brouckh. ad* Tibul. 3, 6, 2. *Etiam Apollini apud* Macrob. Sat. 1, 18. *Item Muſis, a quibus Poëtae acceperunt, niſi malis a Baccho.* Ouid. Faſt. 5, 79 Tunc ſic neglectos hedera redimita capillos, Prima ſui coepit Calliopea chori. Virg. Ecl. 7, 38 Candidior cygnis, hedera formoſior alba. *Vbi Seruius*, Alba hedera: quia ſunt et nigrae hederae: vt, Aut hederae pandunt veſtigia nigrae. Nigra autem, vel alba hedera, non ex foliis, ſed ex ligno cognoſcitur. Baccifera Sen. Oedip. f. 5. Errantes Virg. Ecl. 4, 19. Flexibiles Ouid. Met. 10, 99. Laſciuis hederis ambitioſior Hor. Carm. 1, 36, 20. Ligantes Virg. in Culice . . Lugubris, *vid.* LVGEO. Nexiles Ouid. Met. 6, 599. Nigrae Virg. Georg. 2, 258. Scribon. 129. Pallens Virg. Ecl. 3, 39. Serpentes Idem de obitu Maecenatis. Tenax Catul. 59, 34. Victrix Hor. Epiſt. 1, 3, 25. Virens Idem Carm. 1, 25, 17. Vultus hederarum frondibus abdit Ouid. Met. 6, 599.

HEDERĀCEVS, *ſ.* EDERACEVS, a, um. Adi. [κίσσινος] *Quod ex hedera eſt.* Cato c. 111 Si voles ſcire, in vinum aqua addita ſit, nec ne, vaſculum facito de materia ederacea. Vinum id, quod putabis aquam habere, eodem mittito. Si habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit. Nam non continet vinum vas hederaceum. Plin. 16, 24 *ad finem*, Bubus quidem et ficulnea, ilignaque, et hederacea. Herba Columel. 8, 10. Species Plin. 24, 19. *Add.* Vopiſc. Aur. 49.

HEDERĀTVS, a, um. Adi. Patina argentea hederata Treb. Poll. Claud. c. 17. *vt ibidem* Lancem argenteam pampinatam *refert, et* diſcum corymbiatum: *vt ſunt* filicatae paterae. *Conf.* Tertull. de Cor. Mil. c. 7. *et* Nemeſ. Ecl. 3, 18.

HEDERĬGER, ĕra, ĕrum. Adi. *Ferens hederam.* Catul. 61 (64) 23 Vbi capita Maenades vi iaciunt hederigerae, *mulieres bacchantes.*

HEDERŌSVS, a, um. Adi. Propert. 4, 4, 3 Lucus erat felix hederoſo conſitus antro.

HEDONE, es. f. *Aeon Valentini. Vid.* Tertull. aduerſ. Val. c. 8. Ἡδονὴ *voluptas.*

HEDRA, ae. f. [ἕδρα] *Sella. Hinc* Cathedra, Ephedra, Exedra.

HEDVI, *vid.* AEDVI.

HEDVICVS, *vel* AEDVICVS, a, um. Adi. *Pater Heduicus.* Auſon. Parent. 2, 2 Tarbellae matris, patris et Aeduici.

HEDYCHRVM, *ſ.* HEDYCHRVN *potius*, [ἡδύχρουν] Cic. Tuſc. 3, 46 c. 19 Collocemus in culcitra plumea, pſaltriam adducamus, hedychrum incendamus, *etc. In quem locum Victorius, Hedychrum, inquit, verbum Graecum et elegans, a medicis potius inter vnguenta quam odoramenta recenſetur: vnde ita appellatum volunt, quod gratam aſpectu, ſuauemque et nitidam cutem redderet, ac bonitatem coloris praeſtaret. Haec Victorius. Compoſitionem docet Dioſcorides 1, 61. Cum igitur* incendendi *cauſa paratum non videatur* Hedychrun; *nondum perſanatus videtur locus, quem alii legunt* Cedrum incendamus.

HEDYCVS, i. m. *Idem eſſe videtur in loco* Varr. *apud* Non. 3, 234.

HEDYMELES, is. m. [Ἡδυμελὴς] *Citharoedus apud* Iuuen. Sat. 6, 383. *a ſuauitate cantus ita dictus.*

HEDYOSMOS, i. m. [ἡδύοσμος] *Latine dicitur Menta, ab odoris gratia.* Plin. 35, 15 Vtuntur etiam ad quartanas bituminis drachma, et hedyoſmi pari pondere cum myrrhae obolo ſubacti. *Dicta autem* Hedyoſmos, *quod Suaue oleat: Menta autem a Mente, quod odore ſuo mentem excitet.* Idem 19, 8.

HEDYPNŌIS, ĭdis. f. Intybus ſilueſtris, folii latioris. ἡδύπνοις Plin. 20, 8. *Suaue ſpirans.*

H E G *et* H E H

HEGESIAS, ae. m. [Ἡγεσίας] Valerio Maximo *teſte* 8, 9 ext. Cyrenaicus philoſophus, qui ſic mala vitae repraeſentabat, vt eorum miſeranda imagine audientium pectoribus inſerta, multis voluntariae mortis oppetendae cupiditatem ingeneraret. Ideoque a rege Ptolemaeo vlterius de hac re dicere prohibitus. *Huius meminit* Cic. in Orat. 83. *et* Tuſc. Quaeſt. 1, 230. Gell. 9, 4.

HEHEV *eſt in quibusdam libris pro* EHEV. [φεῦ φεῦ] *Dolentis interiectio.* Plaut. Capt. 5, 3, 18 Heheu quom ego plus minusque feci illi, quam aequom fuit. Idem Poenul. 3, 5, 46.

HEHEM, *vid.* EHEM. Plaut. Poenul. prol. 118 Hehem paene oblitus ſum reliquum dicere.

H E I *et* H E L

HEI. [οἴ] *Interiectio dolentis et ingemiſcentis.* Ter. Andr. 1, 1, 46 Hei vereor, ne quid Andria apportet mali. *Datiuo iungitur:* Ter. Heaut. 2, 2, 5 Hei miſero mihi. Id. Andr. 3, 5, 15. Cic. . . Hei mihi, non poſſum hoc ſine lacrimis commemorare. Virg. Aen. 2, 273 Hei mihi qualis erat, *etc.* Hei mihi, hei mihi Plaut. Bacchid. 3, 3, 7. Idem Caſin. 3, 6, 7 Hei hei, foetet tuus mihi ſermo. *Vocatiuo etiam iungitur, quum exclamatio eſt hortantis cum approbatione.* Ter. Eun. 1, 2, 74 Hei noſter laudo, tandem perdoluit: vir es.

HEIA, *Interiectio excitantis. Idem atque* Eia. Heia, hoc face Plaut. Aulul. 2, 1, 30. Phaedr. 5, 6, 3.

HEIVLO, āre. *Scribitur a quibusdam apud* Gell. *pro* Eiulo 12, 5 Heiulantem atque lamentantem.

HELACATĔNES, is. m. Piſcis cetaceus, ad ſalſamenta idoneus. Plin. 32, 11. *Athen. 7 p. 301. Vid.* ELACATA.

HELCIVM, i. n. [ἑλκυστήρ] *Quaſi tu* tractorium *dicas, puluinatum quiddam, quod applicatur ad pectus equorum et id genus animalium, ab armis, id eſt humeris pendens, quo et molae illi per machinulam innexae, verſantur, et curricula per temonem trahuntur: vnde et nomen accepit.* ἕλκω *enim Graece, dicitur Traho Latine.* Apul. Met. 9 p. 227 Meridie propinquante helcio tandem abſolutus. *Et* p. 222, 20 Defectum alioqui me, helcio ſparteo dimoto, nexu machinae liberatum applicant praeſepio.

HELCIARIVS, i. m. Helciarii, *Qui in naui contra funibus moliuntur, vel Qui naues deducunt, ſubducuntque ad officia inuicem adhortantes, vt vno conniſu pariter conſpirantes, admoliri vniuerſis viribus poſſint, quod ſingulis nequeunt, vt fieri interim videmus. Sic declarat Budaeus illud* Martial. 4, 64 Quem nec rumpere nauticum celeuma Nec clamor valet helciariorum. *Add.* Sidon. Epiſt. 2, 10.

HELCŌDES, is. m. *Vlceratus:* ἕλκος *enim Vlcus eſt.* Celſ. 5, 28, 15.

HELCYSMA, ătis. n. [ἕλκυσμα] Plin. 33, 6 Scoriam in argento Graeci vocant helcyſma.

HELĒI, *vid.* ELEVS *ſub* ELIS.

HĔLĔNA, ae. f. [Ἑλένη] *Iouis filia ex Leda vxore Tyndari, regis Laconiae, Caſtoris et Pollucis ſoror, et Menelai Lacedaemoniorum regis vxor. Haec ob eximiam pulchritudinem bis rapta fuit: primum adhuc puella a Theſeo: ſecundo, iam Menelao nupta, a Paride: pro qua recuperanda Graeci cum Troianis decennale bellum geſſerunt. Inter* Heroidas Ouidii 16 *eſt* Paridis ad Helenam, *cui illa* 17 *reſpondet.* Argiua Helena Virg. Aen. 1, 654. Infamis Hor. Epod. 17, 42. Lacaena Helene Idem Carm. 4, 9, 16. Martial. 1, 63 *Lacaena caſta antea*, Baias Penelope venit, abit Helene. ¶ 2 Helena Sidus pernicioſiſſimum nauigantibus, *vt ait* Solinus c. 4 *pr.* quod auertit, *ſi fides, ſanguis menſtruus.* Plin. 2, 37 *agit de* ſtellis Caſtoribus, *quem locum cum ſupra voce* CASTOR *non attulerimus, huc reuocare placet.* Vidi, *inquit*, nocturnis militum vigiliis inhaerere pilis pro vallo fulgorem effigie ea (*int.* ſtellarum) et antennis nauigantium aliisque nauium partibus, ceu vocali quodam ſono inſiſtunt, vt volucres ſedem ex ſede mutantes: graues cum ſolitariae venere, mergentesque nauigia; et ſi in carinae ima deciderint, exurentes: geminae autem ſalutares et proſperi curſus praenunciae, quarum aduentu fugari diram illam ac minacem, dictam Helenam, ferunt. Et ob id Polluci et Caſtori id numen aſſignant; eosque in mari deos inuocant: Σωτῆρας *nempe, vt ſupra obſeruatum eſt. Hos inuocat* Horatius *pro Virgilio ſuo nauigante* 1, 3, 2 Fratres Helenae, lucida ſidera.

HELENIVM, i. n. [ἑλένιον] *Fruticis, ſeu Herbae genus:* Plin. 21, 10 Helenium e lacrimis Helenae dicitur natum, et ideo in Helena inſula laudatiſſimum. Eſt autem frutex humi ſe ſpargens, dodrantalibus ramulis, folio ſimili ſerpyllo.

HELĔNVS, i. m. *Vir Troianus, quem* Virg. Aen. 3, 295 *Priamidem vocat. Et* vatem Ibid. Cic. de Diuin. 1, 89.

HELEOSELINVM, i. n. *Genus apii* Pallad. 5 t. 3. Helioſelinum *appellatur* Plin. 19, 8. *et* 20, 5.

HELĔPŎLIS, is. f. [ἑλέπολις] *Machina eſt ab Euertendis vrbibus dicta.* ἕλω *enim euerto ſignificat.* Aedificatur autem, *vt tradit* Ammian. 23, 4 hoc modo: Teſtudo compaginatur immanis, axibus roborata longiſſimis, ferreisque clauis aptata, et contegitur coriis bubulis, virgarumque recenti textura: atque limo aſperguntur eius ſuprema, vt flammeos detractet et miſſiles caſus. Conſeruntur autem eius frontalibus triſulcae cuſpides praeacutae, ponderibus ferreis graues, qualia nobis pictores oſtendunt fulmina, vel fictores, vt quidquid petierit exſertis aculeis abrumpat. Hanc ita validam molem rotis et funibus regens numeroſus intrinſecus miles, languidiori murorum parti viribus admouet concitis, et niſi deſuper propugnantium valuerint vires, colliſis parietibus aditus patefacit ingentes. *Hanc* Helepolim *fuſius deſcribunt Plutarchus in vita Demetrii, et* Vitruu. 10, 22. *Lipſ. Poliorcet.* 3, 1 *extr.*

HELERNVS, i. m. *Lucus Tiberino adiacens.* Ouid. Faſt. 6, 105. *Vid. Heinſ. ibid. et ad* 2, 67.

HELETES, *ſeu* Heles *Fluuius circa Veliam.* Cic. Fam. 7, 20. *et* Att. 16, 13. *Meminit et Strab. et Steph.*

HELIĂCVS, a, um. Adi. *Solaris. Vt*, Heliacus ortus, *apud Aſtronomos.* Trochiſcus Heliacus, *Chamaemelum* Apul. de Herb. c. 23.

HELIĂDES, um. [Ἡλιάδες] *Patronymicum femininum ab* Helios, *qui eſt Sol. Nam ſorores dicuntur Phaëthontis.* Ouid. Met. 2, 340. Nemus Heliadum, *i. Populi arbores* Idem ibid. 10, 91. Heliadum cruſtae Iuuenal. 5, 38 *ſunt trullae aut alia vaſa, in quibus bibitur e ſuccino, quod de arborum corticibus fluere, iam tum putabatur. Caue enim de electro metallo facticio, cum Grangaeo capias, cui nihil commune cum Heliaſin.*

HELIANTHE, es. f. *Herba, quae et Heliocallis.* Plin. 24, 17.

HĔLĬCĀON, ŏnis. m. *Filius Antenoris, qui Patauinum condidit.* Mart. 10, 193 Euganeas Helicaonis oras *vocat Patauinum agrum. Hinc*

HELICAONIVS, a, um. Adi. *i. Patauinus.* Mart. 14, 152 Nos Helicaonia de regione ſumus.

HELĬCE, es. f. [Ἑλίκη] *Vrbs Achaiae, quam mare abſorbuit.* Plin. 2, 92. ¶ 2 *Stella vel ſidus iuxta polum arcticum* ἀπὸ τοῦ ἑλίσσειν, *quia circa illam voluitur caelum, vel potius ipſa voluitur circa polum. Eſt enim* Arctos *ſ.* Vrſa maior. Cic. Acad. 4, 66 c. 20 Ego vero ipſe et magnus quidem ſum opinator (non enim ſum ſapiens) et meas cogitationes ſic dirigo non ad illam paruulam cynoſuram, Qua fidunt duce nocturna Phoenices in alto, vt ait Aratus, eoque directius gubernant, quod eam tenent, Quae curſu interiore breui conuertitur orbe, ſed ad Helicen et clariſſimos Septentriones, id eſt rationes has latiore ſpecie, non ad tenue elimatas: eo fit, vt errem, et vager latius. *Eſt igitur* Helice *eadem quae Calliſto.* Lucan. 2, 237 Parrhaſis obliquos Helice quum verteret axes. Ouid. Faſt. 3, 108 Eſſe duas Arctos quarum Cynoſura notetur Sidoniis, Helicen Graia carina notet. *Hinc pro plaga ſeptentrionali ponitur.* Grat. Cyneg. 55 Illa vel ad flatus Helices oppande ſerenae: *quos flatus* Auienus 639 Flatus vrſae ſereniferae appellat. *Tellus* Helices niuoſae Sen. Herc. Oet. 1539. ¶ 3 Helice etiam eſt ſpecies Salicis Plin. 16, 37.

HELĬCON, ōnis. m. [Ἑλικὼν] *Mons Boeotiae iuxta Thebas, Phocidi vicinus, non procul a Parnaſo, eique aemulus et altitudine et circuitu, qui et ipſe Apollini quoque ſacer, et Muſis eſt. vnde* Heliconiades

Muſae *ſunt appellatae.* Amoenus Lucret. 1, 118. Virgineus Ouid. Met. 2, 219. *a Muſis, quae* Heliconis alumnae Idem Faſt. 4, 193. *Sed* ex Ponto 4, 2, 11 Helicona colentes *vocat Poëtas.*

HELICONIADES, um. f. [Ἑλικωνιάδες] *Muſae Heliconem habitantes.* Perſ. in prooem. 4 Heliconiadasque pallidamque Pyrenen. Comites Heliconiadum Lucret. 5, 1050.

HELĬCŌNIVS, a, um. Adi. *Vt* Heliconia mella Claud. de Laud. Seren. v. 10. Collis Heliconii cultor Catul. 62, 1.

HELIOCALLIS, *vid.* HELIANTHE.

HELIOCAMĪNVS, i. m. [ἡλιοκάμινος] *Ad verbum Solaris fornax dici poteſt. Eſt autem Solare vaporarium in aprico loco ſitum, ad calorem ſolis excipiendum, quo antiqui vtebantur.* Vlpian. in l. ſi arborem D. de ſeruit. vrban. praed. Si arbor in heliocamino vel ſolario ſolem adimat, dicendum erit, quia vmbram facit in locum, cui ſol fuit neceſſarius, contra ſeruitutem impoſitam fieri. Plin. Epiſt. 2, 17 In hac *Diacta* heliocaminus quidem, alia xyſtum, alia mare, vtraque ſolem, cubiculum autem valuis, cryptoporticum feneſtra proſpicit. Qua mare, contra parietem medium, diaeta perquam eleganter recedit.

HELIOCHRȲSOS, i. m. *Herba aureum florem producens.* Plin. 21, 11.

HELIOGABĂLVS, i. m. M. Aurelius Antoninus *Imperator vocari ſolet, Antonini Caracallae filius, de quo* Aur. Victor. 23 Accitusque M. Antoninus Baſſiano *(Caracalla)* genitus, qui patre mortuo in Solis ſacerdotium, quem Heliogabalum Syri vocant, tanquam aſylum inſidiarum metu confugerat, hincque Heliogabalus dictus, *etc.* Seruius *ad* Aen. 7, 180 Gabalus *(al.* Eliogaballus *vel* Aliogabalus) Romanus imperator Solem ſe dici voluit: nam Heliogabalus dictus eſt. *Aliquid veri huic obſeruationi ineſſe putarunt certe, qui Graece* ἡλιογάβαλον *vocarunt: cum* Elagabalus *verum nomen ſit. Vid. Cellar. et Hearn. ad illud* Eutrop. 8, 22 Sacerdos Heliogabali templi erat. *Add. Seld. de Diis Syris 2, 11. Spanhem. Vaillant.*

HELIOPŎLIS, is. f. [Ἡλιόπολις] *Ciuitas eſt Aegypti, quae a Graecis, teſte Diodoro Siculo, Thebe dicitur, huius ciues, teſte Herodoto 2 apud Aegyptios omnium ſapientiſſimi habentur. Altera eſt eiusdem nominis in Cilicia patria Chryſippi Stoici.* Solinus . . *Vid. Steph. de Vrb. et erudititiſſimum Holſtenium.* Cic. de N. D. 3, 54.

HELIOPOLĪTES, ae. m. *Adi.* Nomos Heliopolites Plin. 5, 9. *Praefectura Aegyptiaca.* Heliopolitarum cerimoniae Idem 36, 26.

HELIŎPON, *(ni ſit corruptum) apud* Apul. de Herb. c. 49. *Idem atque Heliotropium.*

HELIOSCOPIVM, i. n. *Genus Heliotropii et Tithymali. Dioſc. 4, 165.* Plin. 22, 21 *et* 26, 8. Apuleio de Herb. c. 108 *eſt* Helioſcopus.

HELIOSTRŎPHON, i. n. *Malua erratica.* Apul. de Herb. c. 40. *et Heliotropium* c. 49.

HELIOTROPIVM, i. n. [ἡλιοτρόπιον] *Herba.* Varro R. R. 1, 46 Nec minus admirandum, quod fit in floribus, quos vocant heliotropia ab eo, quod ad Solis ortum mane ſpectant, et eius iter ita ſequuntur ad occaſum, vt ad eum ſemper ſpectent. Plin. 2, 41 Miretur hoc, qui non obſeruet quotidiano experimento herbam vnam, quae vocatur heliotropium, abeuntem ſolem intueri ſemper, omnibusque horis cum eo verti, vel nubilo obumbrante. Idem 22, 21 *de ea copioſe diſputat et 18, 27. Quidam putant eam eſſe herbam, quae etiam Calendula dicitur. Vid.* Apul. de Herb. c. 63. ¶ 2 *Eſt et* Heliotropium, *Gemma, de qua* Plin. 37, 10 ſ. 60.

HELIS, *vid.* ELIS.

HĔLIX, ĭcis. f. *Genus hederae celſae, folia multo minora habentis quam reliquae, neque vnquam fructum ferentis, vt inquit Theophraſtus. dicta* Helix, *quod multas habeat circumuolutiones. de qua* Plin. 16, 34. *Add.* Ibid. c. 38.

HELLĂDĬCVS, a, um. Adi. *Graecus.* Plin. 35, 10 Picturae duo genera fuere, Helladicum et Aſiaticum.

HELLAS, ădis. f. [Ἕλλας] *nomen Regionis Achaiae, a noſtris Graecia appellata a Graeco, qui primus in ea regnauit: a cuius filia vocata eſt Attis: deinde ab* Hellene, *Deucalionis filio, dicta fuit* Hellas. *Vid.* Melam 2, 3. Plin. 4, 7. *Vid. Prideauxius ad Marm. Oxon. qui erudite cauſam aſſignat, quare Graecia Latinis ſemper, ipſis Graecis* Ἕλλας.

HELLE, es. f. [Ἕλλη] *Filia Athamantis, regis Thebarum, quae cum Phryxo fratre ſuo nouercales inſidias fugiens, ariete vectore delapſa in mare iuxta Byzantium demerſa eſt, quod inde* Helles pontus *vocatur. Sidus Arietis ita deſcribit* Ouid. Faſt. 4, 715 E duce lanigeri pecoris, qui prodidit Hellen, Sol abit *etc.* Colum. 10, 155 Mox vbi nubigenae Phryxi *(portitor)* nec portitor Helles, *etc.*

HELLEBŎRVM, *ſ.* ELLEBORVM, *(variat enim ſcriptura)* i. n. [ἐλλέβορος] *Herba vomitoria.* Plin. 25, 5 hellebori duo *facit* genera, *ſicut et* Dioſc. 4. Candidum, quod Italia Veratrum album appellat, et Nigrum. *Quod Melampodion vocant, ab inuentore Melampode vate, vel paſtore, quod is animaduertiſſet, eo purgari capras. deinde dato earum lacte, ſanauit Proetidas furentes. Sed* Gellius 17, 15 Plinium *ſequutus, ait* coloris diſcerniculum, non in ſemine, neque in virgultis, ſed in radice apparere. Candido *vomitiones cientur, eoque ſtomachum et ventrem ſuperiorem purgat.* Nigro *aluus inferior diluitur. vtriusque periculoſa ſumtio. Carneades Academicus, ſcripturus aduerſum Stoici Zenonis libros,* candido helleboro *ſuperiora corporis purgare ſolitus legitur, ne quid ex corruptis in ſtomacho humoribus, ad domicilia vsque animi redundaret, et inſtantiam, vigoremque mentis labefaceret.* Ex Plinio *igitur videre licet* vtrumque genus tum candidum, tum nigrum, cum ad alia complura mala, tum aduerſus melancholiam, remedium efficax habere. *Conf.* Plin. 25, 11. *Intt.* Petron. c. 88. *et ad* Perſ. 1, 64. Plaut. Men. 5, 5, 15 *de inſano curando medicus,* Non poteſt haec res iugere hellebori obtinerier. *i. eo modo hellebori, qui in toto iugere vno anno prouenit.* Hor. Epiſt. 2, 2, 137 Expulit helleboro morbum, bilemque meraco. Ouid. ex Pont. 4, 3, 53 I, bibe dixiſſem, purgantes pectora ſuccos, Quidquid et in tota naſcitur Anticyra. Helleborus *etiam in* m. *gen. dicitur.* Columel. 10, 17 Sed negat helleboros, et noxia galbana ſucco. Virg. Georg. 3, 451 Helleborosque graues, nigrumque bitumen. Helleborum his hominibus opus eſt Plaut. Pſeud. 4, 8, 89. Danda eſt hellebori multo pars maxima auaris Hor. Serm. 2, 3, 82. Triſte helleborum Catul. 94.

HELLEBORĪNE, es. f. *Herba ſimilis Helleboro.* Plin. 27, 9.

HELLEBORĪTES, ae. m. *Vinum ex Helleboro confectum.* Plin. 14, 16 ſ. 19 Sic et Elleboriten fieri ex veratro nigro Cato docet. *Reſpicit* c. 115.

HELLEBORANDVS, a, um. *Veratro ſeu Helleboro purgandus.* Cael. Aurel. Tard. 4, 3.

HELLEBORŌSVS, a, um. Adi. [ἐλλεβορώδης] *Qui plus hellebori ſumſit, quam par fuit.* Plaut. Rud. 4, 3, 67 Quaeſo ſanus es? T. helleboroſus ſum. *Forte etiam voluit eum, qui elleboro valde opus habet.*

HELLEN, ēnis. m. [Ἕλλην] *Deucalionis et Pyrrhae filius, a qua* Hellenes, *nonnulli credunt fuiſſe nominatos.*

HELLENISTAE, arum. m. *Iudaei religione, gente Graeci. Vid.* Act. Apoſt. c. 6, 1. 9, 29. 11, 10. *De iis plurimum inter ſe digladiati ſunt Dan. Heinſ. et Salmaſius. Vid. huius Comment. de* Lingua Helleniſtica, Funus Linguae Helleniſticae, *etc. Plurimorum in diuerſas partes abeuntium ſententias refert Fabric. in Bibl. Graec. Vol. 3 p. 226.*

HELLESPONTVS, i. m. [Ἑλλήσποντος] *Fretum anguſtum ab Aegeo in Propontida, vbi ſunt illae anguſtiae, ſeptem tantum ſtadiis Aſiam ab Europa diuidentes. Ibi* Helle *in* Pontum *decidit. Vnde qui prius* Pontus *dicebatur, poſtea* Helleſpontus *vocatus eſt.* Cic. in Orat. 163 Qua Pontus Helles ſuperat modum. Iunxit Helleſpontum Xerxes Id. de Fin. 2, 112. ¶ 2 *Sumitur etiam pro Regione Aſiae iuxta iſtud fretum pertinente.* Sext. Ruf. de Prouinc. Rom. c. 10 Caria, Helleſpontus ac Phrygia in poteſtatem P. R. iuncta deditione peruenerunt.

HELLESPONTIVS, *et* HELLESPONTIĂCVS, a, um. Adi. [Ἑλλησποντιακὸς] Virg. Georg. 4, 111 Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi. Aqua Helleſpontiaca Ouid. Epiſt. 19, 32. Mare Helleſpontiacum Idem ibid. 18, 108. Si quid habebit cum aliquo Helleſpontio controuerſiae Cic. Fam. 13, 53. Ora Helleſpontia Catul. 18. Helleſpontii Plin. 5, 30. Helleſpontius, *Nomen venti* Plin. 4, 47.

HELOPS, ŏpis. m. *Eſt Genus piſcis.* Quinctil. 5, 10 Et piſcium quoque genera alia planis gaudent, alia ſaxoſis, regionibus etiam litoribusque diſcreta ſunt, nec helopem noſtro mari, nec ſcarum ducas. *Vid.* Columel. 8, 16. Ouid. in Halieut. 96. Plin. 9, 17. *et* 32, 7. Gell. 7, 6. *Pithoeus ad* Petron. p. 173 *Goldaſt. Scribitur et* Elops.

HELŌRVS, i. m. [Ἕλωρος] *Siciliae fluuius.* Praepingue ſolum ſtagnantis Helori Virg. Aen. 3, 698.

HELŌTAE, *vel* HELOTES *ſ.* ILOTAE. Nepos 4, 3, 6 Eſt genus quoddam hominum, qui Helotae vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedaemoniorum colit, ſeruorumque munere fungitur. Helotas *Lacedaemonii ſeruos, quos bello cepiſſent, appellabant.* ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν, *quod eſt capere. Suidas ab* Helo *ciuitate, qua capta, Spartani omnes in ſeruitutem redegerunt, dictos aſſerit. Sunt autem ſerui publici. Vid. Crag. de Rep. Lacedaem. 1, 11. Meurſ. Miſc. Lacon. 6.* Liu. 34, 27 Ilotarum deinde quidam, hi ſunt iam inde antiquitus caſtellani, agreſte genus, *etc.*

HELVACEVM, i. n. Heluacea, Genus ornamenti Lydii dictum a colore boum, qui eſt inter rufum et album medius, appellaturque Heluus Feſtus: *qui, quodnam* ornamentum Lydium *intelligat, non aſſequebar.*

HELV̄CVS, *vid.* ELVCVS.

HELVELLAE, arum. f. [λαχανάρια] Minuta olera, Feſto. *Generale eſt vocabulum minutiorum herbarum, ſeu oluſculorum.* Cic. Fam. 7, 27 Fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, vt nihil poſſit eſſe ſuauius.

HELVENACIVS *et* HELVENĀCVS, *et* HELVINACIVS. Adi. *Ex* Heluo *colore.* Vitis heluenaca Plin. 14, 9. Columel. 5, 5. *et* 3, 2.

HELVEOLVM, *vid.* HELVOLVS.

HELVETII, orum. m. *Populi hoc nomen ſeruantes hodie. De his vid.* Cic. de Prou. Conſ. 33. *et* Caeſ. B. G. 1.

HELVIDIVS, i. m. *Nomen Romanum, vt* Heluidius Priſcus Tacit. Ann. 12 ſeq. Heluidius Rufus Cic. pro Cluent. . .

HELVII, orum. m. *Galliae Narbonenſis populi.* Plin. 3, 4.

HELVĬCVS, *a Populo,* Adi. *vt,* Vinum Heluicum Plin. 14, 1.

HELVINVS, *a Calore.* Plin. 14, 4. *Vid.* HELVVS. *Add.* ELVINVS.

HELVO, *et* HELLVO, ōnis. m. [Ἄσωτος, καταφαγής Gloſſ. Lat. Gr.] *Vorax dicitur.* Feſtus: Heluo dictus immoderate bona ſua conſumens: ab eluendo. quod nomen ideo adſpiratur, vt rei auiditas magis exprobretur: fit enim (adſpiratione) vox incitatior. Ter. Heaut. 5, 4, 10 Si Scire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, heluo, ganeo, damnoſus. *Conf.* Eugraph. *in h. l.* Cic. pro P. Sextio 26 c. 11 Me ipſum vt contemſit heluo patriae? nam quid ego patrimonii dicam, quod ille, cum quaſi quaeſtum faceret, amiſit? Gurges atque heluo natus abdomini ſuo Idem in Piſon. 41. Concinnus, *vid.* CONCINNVS. Impurus Cic. de L. Agr. 1, 2. Immanis, ſpurciſſimus, item nequiſſimus Idem pro Domo ſua 24. *et* Poſt red. in Senatu 13. *et* Fam. 16, 18. Heluo librorum, *a* Cicerone *per translationem dictus,* de Fin. 3, 8 c. 2 *pro Eo, qui legendo ſatiari nequit,* Quo quum veniſſem, M. Catonem, quem ibi eſſe neſcieram, vidi in bibliotheca ſedentem, multis circumfuſum Stoicorum libris. erat enim in eo, vt ſcis, inexhauſta auiditas legendi, nec ſatiari poterat, *etc.* quo magis tum in ſummo otio, maximaque copia, quaſi heluo librorum (ſi hoc verbo tam in clara re vtendum eſt) videbatur.

HELVOR, āri. Dep. [λαιμάζω, λαιμάω, λαιμάσσω] *Vorare, conſumere.* Cic. pro Domo 124 c. 47 *extr.* Id. pro Sextio 111 Quid? tu meo periculo gurges ac vorago patrimonii heluabere: vt ſi ego Conſul Rempubl. contra te, et gregales tuos defendiſſem, in ciuitate eſſe me nolles? Id. de Prouinc. Conſul. 14 c. 6. An parum heluatus eſt? Catul. 29, 17. *Paſſiue.* Et heluato fera patrimonio In fratre parſimonia Virg. in Catal. p. 142 *Burm.*

HELVATIO, ōnis. f. [λαιμασία] Cic. poſt red. in Senat. 12 c. 6 Cur in luſtris et heluationibus huius calamiſtrati ſaltatoris tam eximia virtus tam diu ceſſauit? Vacare heluationi Treb. Poll. in Gallieno c. 4.

HELVATOR, *Idem ac Heluo, apud* Tertull. . .

HELVOLVS, *ſiue* HELVEŎLVS, a, um. Adi. *Vt,* Heluolum vinum Cato de R. R. c. 63. *Item* Columel. 3, 2 Sunt et heluolae, quas nonnulli varias appellant, neque purpureae, neque nigrae, ab heluo (ni fallor) colore vocitatae. *Add.* Cat. c. 24. Plin. 14, 2.

HELVVS Color, *Qui medius eſt inter rubrum et nigrum colorem.* Varro de R. R. 2, 5 *de corio boum,* Corium attactu non aſperum ac durum, colore potiſſimum nigro, deinde rubeo, tertio heluo, quarto albo. *Conf.* Iſidor. 19, 28. *it. Voſſ. Etymol. etc.*

HELXINE, es. f. [ἑλξίνη] *Herba, quae Latine Parietaria et Muralis et Muralium dicitur.* Plin. 22, 17. *Alia ibid. 21, 5 et 16.*

H E M

HEM. [φεῦ] Interiectio *omnium commotionum animi index.* Iraſcentis, *inquit* Donat. Ter. Andr. 1, 2, 23. Ibid. 2, 6, 3 Quid

Dauus

Dauus narrat? D. aeque quidquam nunc quidem. S. nihilne? hem. *Vbi* Donatus: Interiectio eſt aduerſus eum, qui ſe neget aliquid locutum eſſe. *Exclamantis.* Ter. Andr. 2, 5, 6 D. Quaſi de improuiſo reſpice ad eum. P. hem pater. *Vbi* Donatus: Interiectione magis, quam verbo exclamauit. *Add.* Ibid. v. 9. *Exhortantis* Ter. Andr. 2, 5, 5. *Nouas res, et optime audientis:* Ter. Heaut. 2, 3, 70 Adducimus tuam Bacchidem. CLI. hem, quid Bacchidem? *Coni.* Adelph. 4, 5, 62. *Ecce, demonſtratio facti.* Ter. Andr. 2, 2, 15 Obſecro te quamprimum hoc me libera miſerum metu. D. hem, libero. Idem ibid. 5, 2, 1 Hem Dauom tibi. Ibidem 2, 2, 23 Hem, paullulum opſoni, *etc.* *Commiſerationis:* Ter. Andr. 4, 6, 8 Saluus ſis Crito. C. itane Chryſis? hem. M. nos quidem pol miſeras perdidit. *Vbi* Donatus: Non nunc interrogat, ſed commiſeratur: et ita ſequebatur, vt diceret, periit. ſed magis gemitus ſignificat, quod minus dixerat. Ibidem 4, 5, 46 Hem ſcelera, hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi. *Inſperatum aliquid videntis aut audientis.* Ter. Andr. 1, 2, 13 S. Daue? D. hem, quid eſt? S. ehodum ad me. *Vbi* Donatus: Quaſi correptio totius corporis. *Perturbati onimi.* Ter. Andr. 5, 2, 5 S. O ſalue bone vir. D. hem Simo. ô noſter Chreme. Idem Eun. 5, 1, 11 Hem miſera occidi infelix, ſi quidem tu iſthaec vera praedicas. *Interiectio, qua mulieres in ſuis exclamationibus vti ſolent.* Ter. Hecyr. 3, 2, 12 Hem iſtoc verbo animus mihi rediit, et cura ex corde exceſſit. *Laetitiae* Ter. Heaut. 4, 5, 9. Ibid. 4, 8, 25 Poſtremo etiam ſi voles, deſponſam quoque eſſe dicito. M. hem iſtuc volueram. *Laborantis animi.* Ter. Eun. 4, 2, 8 Occoepi mecum cogitare, hem, biduum hic manendum eſt ſoli ſine illa? Idem Andr. 3, 3, 24. *Principium iracundiae.* Ter. Andr. 5, 4, 16 S. Sycophanta. CR. hem. CH. ſic Crito, eſt hic: mitte. *Ironica interiectio.* Id. Phorm. 4, 4, 7 Hem, ſi quid velis, huic mandes quod quidem recte curatum velis. *Singultientis fletu et gaudio dictum.* Ter. Adel. 4, 5, 62 Bono animo es, duces vxorem hanc. AE. hem. M. bono animo es inquam. *Quaſi incipientis, demonſtrantisque aliquid noui ſe inueniſſe.* Ter. Andr. 4, 1, 59 At iam hoc opus eſt. D. hem. ſed mane, concrepuit a Glycerio oſtium. *Reſpondentis.* Idem Adelph. 2, 4, 17 Heus heus Syre. S. hem quid eſt?

HEMERESIOS, *Latine Diurnus. Vnde* Tabula hemereſios, *quod Vna die abſoluta fuerit, apud* Plin. 35, 11.

HEMERIS, ïdis. f. [ἡμερὶς] *Genus arboris glandem ferentis. Vid.* Plin. 16, 6.

HEMEROBIVM, i. n. *Vnum diem viuens. Beſtiola iuxta Hypanim fluuium.* Plin. 11, 36 Hypanis fluuius in Ponto circa ſolſtitium defert acinorum effigie tenues membranas, quibus erumpit volucre quadrupes *(pyrauſtae ſimile)* nec vltra vnum diem viuit, vnde Hemerobion vocatur. *Hoc idem* Cic. Tuſc. 1, 94 c. 39 *Ariſtotelis fide vbi narrauit, adiicit,* Ex his igitur hora octaua, quae mortua eſt, prouecta aetate mortua eſt; quae vero occidente ſole, decrepita: eo magis, ſi etiam Solſtitiali die. Confer noſtram longiſſimam aetatem cum aeternitate, in eadem prope modum breuitate, quae illae beſtiolae reperiemur.

HEMĔROCALLIS, is. f. *Lilium ſilueſtre. Vid.* Plin. 21, 10. *Dioſc. 3, 128.*

HEMERODRŎMVS, i. m. [ἡμεροδρόμος] *Curſor, qui die vno ingens ſpatium curſu emetitur.* Liu. 31, 24 Ni ſpeculator (hemerodromos vocant Graeci, ingens die vno curſu emetientes ſpatium) contemplatus regium agmen e ſpecula quadam, praegreſſus nocte media Athenas perueniſſet. *Add.* Nep. 1, 4, 3.

HEMĔROTON, i. n. *Centauria maior.* Apul. de Herb. c. 34.

HEMI *in compoſitis Graecis dimidiam partem notat.* ἡμι *ex* ἥμισυ *Lat.* SEMIS *v. v.*

HEMICILLVS, i. m. *Dimidius aſinus.* Cic. Att. 13, 51 *ſec. Gronou.*

HEMICRANIVM, i. n. *Dimidia capitis pars.* Apul. de Herb. c. 53, 2. Ser. Sammonic. c. 2.

HEMICRANIA, ae. f. [ἡμικρανία] *Morbus, quo dimidium capitis infeſtatur, velut etiam ipſum nomen indicat a voce* ἥμισυ *et* κράνιον *compoſitione facta. Eadem etiam* ἑτεροκρανία *appellatur, ob alterius tantum partis affectionem.*

HEMICRANICVS, i. m. *Hemicrania laborans.* Oct. Horat. 2, 21 Hemicranicis adiuturio adhibere.

HEMICYCLVS, i. m. [ἡμίκυκλος] *Dimidius circulus.* Vitruu. 5, 1 Item tribunal eſt in ea aede, hemicycli Schematis, minore curuatura formatum. Eius autem hemicycli in fronte eſt interuallum pedum XLVI, introrſus curuatura pedum XV. *Geometra aliquis diceret ſegmentum circuli, cuius chorda pedum XLVI, ſagitta vero pedum XV. Videtur autem Genitiuus Adiectiui, a Nominatiuo* hermicyclum ſchema. *Poteſt etiam prima poſitio eſſe* Hemicyclum *Subſtant. vel* Hemicycli *eſt Genitiuus contractus ex* Hemicyclium. *Nempe*

HEMICYCLIVM, i. n. *vel* HEMICYCLION [ἡμικύκλιον] *corpus ſemicirculare ſignificat* Vitruu. 9, 9 *pr.* Hemicyclium excauatum ex quadrato. Plin. Epiſt. 5, 6, 33 Rectus hic Hippodromi limes in extrema parte hemicyclio *(al.* hemicyclo) frangitur, *i. in ſemicirculum, vti circus, theatraque, deſinit. Aliquoties etiam pro linea ſemicirculari ponit* Vitruu. 9, 8 *in horologii deſcriptione v. g.* Ab iiſdem centris diducto circino ad extremas diametros deſcribantur hemicyclia duo, quorum vnum erit aeſtiuum, alterum hibernum. *Ad balneum pertinet* Sidon. Apollin. Epiſt. 2, 2 Excepto ſolii capacis hemicyclio, *i. alueo, vel deſcenſione ſiue lacu ſemicirculari.* Cicero Lael. 2 c. 1 *Scaeuolam memorat* domi in Hemicyclio ſedentem, cum ego, *inquit,* eſſem vna, et pauci admodum familiares; *et* in eum ſermonem incidere. *Falluntur, puto, qui hoc ad ſellam auguralem referunt, et indicari arbitror lectum, ſedem certe puluinatum, ſemicirculari forma, maiorem, confabulationibus aliquot familiarium rem aptiſſimam. Certe Pollux 6, 9* ἐφ᾽ ὧν δ᾽ ἔστι κατακεῖσθαι, *inquit,* καλοίης ἂν κλίνας — ἡμικύκλια, κλιντῆρας. *Manifeſte ergo inter genera lectorum refertur et ſedilium.*

HEMICYLINDRVS, i. m. *Dimidiatus ſecundum longitudinem cylindrus. Euclid. in Perſpectiua theor. 28 Cylindro vtcunque inſpecto ab oculo vno, minus* hemicylindro *ſpectabitur. Add.* Vitruu. 9, 3. *et* Bald. Lex.

HĒMĪNA, ae. f. [ἡμίνα, κοτύλη] *Dimidia pars eſt ſextarii.* At cotylas, quas, ſi placeat, dixiſſe licebit Heminas, recipit geminas ſextarius vnus Fannius v. 67. *Vid. reliqua voce* CONGIVS. Hemina calda Scribon. 118. Cato c. 57 Vinum familiae, vbi vindemia facta erit, loram bibant menſes tres. Menſe quarto heminam in dies vnam, *etc.* Plaut. Mil. 3, 2, 18 Neque equidem heminas octo expromſi in vrceum. Gell. 3, 14 ex Varrone, Si de ſextario hemina fuſa eſt, non dimidiatum ſextarium fuſum dicendum eſt *(ſed dimidium).* Hemina *(inquit* Feſtus) ex Graeco ἥμισυ, quod eſt dimidia pars ſextarii. *Conf.* Plin. 21, 34. *et* Perſ. 1, 130.

HEMINĀRIVS, a, um. Adi. [ἡμιναῖος] Quinctil. 6, 3, 52 Fabius Maximus incuſans Auguſti congiariorum, quae amicis dabantur, exiguitatem, heminaria eſſe dixit. *Nempe* Hemina *eſt congii pars duodecima.*

HEMIŎLIVS, i. m. [ἡμιόλιος] eſt *(inquit* Gell. 18, 14) Qui numerum aliquem totum in ſe habet, dimidiumque habet eius, vt tres ad duo, quindecim ad decem, triginta ad viginti. Vitruu. 3, 1 Supra ſex — dimidia *(ternario)* adiecta, cum facta ſunt nouem, ſeſquialterum *dicunt,* qui ἡμιόλιος appellatur. *Frequens haec proportio apud Muſicos. Sunt etiam* Hemioliae naues: *ſed res Graeca eſt.*

HEMIŎNION, i. n. [ἡμιόνιον] *Herba.* Apul. de Herb. c. 56. *et* Plin. 27, 5 *qui* Aſplenon *dici alias, obſeruat.*

HEMIPLEXIA, *vid.* PARALYSIS.

HEMISPHAERIVM, i. n. *Dimidia ſphaera, hoc eſt, caeli dimidium.* Varro de R. R. 3, 5 Intrinſecus ſub tholo ſtella Lucifer interdiu, noctu Heſperus ita circumeunt ad infimum hemiſphaerium, ac mouentur, vt indicent quot ſint horae. *Conf.* Hygin. Aſtron. 4, 13. Macrob. Somn. Sc. 2, 5.

HEMISTICHION, i. n. *Dimidius verſus.*

HEMITHEOS, i. m. [ἡμίθεος] *Semideus.* Mart. Capell. 2, 40 Hemithei heroësque.

HEMITONIVM, i. n. *Vox Muſicorum, qua dimidium tonum ſignificant. V. g.* Vitruu. 5, 4 p. 84 Dieſis et toni pars quarta. Ita in hemitonio duae dieſes ſunt collocatae. *Add.* Macrob. Sat. 2, 1. Martian. Cap. 9 p. 322 ſq. ¶ 2 *Si audimus* Turn. Adu. 3, 4 *Hemitonium etiam antiquis dicebatur Neruus, quo intendebantur inſtrumenta miſſilia. Neruos enim, ait, non ſolum* τόνους, *ſed etiam* hemitonia *appellabant: laudatque* Vitruu. 1, 1 In capitulis enim dextra ac ſiniſtra ſunt foramina hemitoniorum. *i. vt interpretor, Neruorum. Addit auctoritatem* Heronis, ἐκάλουν δὲ τὰ μὲν συνέχοντα τοὺς ἀγκῶνας νευρὰ τόνον. ἔνιοι δὲ ἐνάτονον, ἔνιοι δὲ ἡμιτόνιον. *Sed apud Vitruuium editur* homotonorum, *quod pulchre cum re ipſa, et eiusdem ſcriptoris 10, 18 extr. conuenit. De Herone videre modo non licet.*

HEMITRIGLYPHVS, i. m. Vitruu. 4, 3.

HEMITRITAEVS, *intell. morbus. Semitertiana febris: non ideo ſic vocatur, quia dimidio minor, quam tertiana ſit, ſed quod parte aliqua tertianam repraeſentet, tertio die, vt illa, repetens: non tamen, vt illa diem vnum praeſtat integrum, ſed inter horas* XXXVI *plus minus porrigitur. Haec Hermolaus.* Martial. 12, 92 Cui grauis et feruens hemitritaeos erat.

Mortiferum magis eſt, quod Graecis hemitritaeon
Vulgatur verbis: hoc noſtra dicere lingua
Non docuere vlli, puto, nec voluere parentes Seren. c. 53.

Qui maiore hemitritaeo laborant Cael. Aurel. Acut. 2, 22, 133. *Add.* Apul. de Herb. c. 123 n. 2. Celſ. 3, 3 *et* 8. *Hier. Mercur. Var. Lect. 1, 24.*

HEMŌNA, Humana; et Hemonem, Hominem; dicebant antiqui, Feſtus.

H E N *et* H E P

HENDECASYLLĂBVS, i. m. [ἑνδεκασύλλαβος] *Verſus vndecim ſyllabarum, qualis ille* Catullianus 2, 1 Paſſer deliciae meae puellae. Catull. 42, 1 Adeſte, hendecaſyllabi, quot eſtis, Omnes vndique, quotquot eſtis omnes. *Add.* Plin. Epiſt. 4, 14. Auſon. Epiſt. 4, 81.

HENDIADYS, *vid.* ENDIADYS.

HENETIA, [Ἑνετία] olim dicta eſt, quae nunc Venetia appellatur, *teſte* Seruio *ad* Aen. 1, 247, *atque enim* Heneti, *qui nunc Veneti. Vid.* Plin. 4, 19. *et* 6, 2. *et* Liu. 1, 1.

HENIOCHVS, i. m. *Sidus caeleſte, Auriga.* Plin. 18, 31. Hygin. Poët. Aſtron. 3, 13. ¶ 2 Heniochi, [Ἡνίοχοι] *Quaſi tu* Aurigas *dicas, nomen populi Pontici* Melae 1, 21. Truces Heniochi Valer. Argon. 6, 43. *conf.* Vell. 2, 40, 1. Sen. Thyeſt. v. 1094.

HENIPPE, es. f. *Amazonis nomen.* Flacc. 6, 377 Illabentis equi tendentem frena et Henippen. *Sed variat lectio.*

HENNA, HENNAEVS, *vid.* ENNA.

HENOSIS, is. f. [ἔνοσις] *Motus, concuſſio. Aeon haereticorum.* Tertull. adu. Valent. c. 8.

HENOTES, is. f. [ἑνότης] *Vnitas. itidem Aeon.* Idem c. 37.

HENOTICON, i. n. [ἑνωτικὸν] *Zenonis Imp. promulgatum ad Eutychianos conciliandos cum orthodoxis. Vid. Euagr. 3, 17.*

HENVI, *Gemma Indica.* Plin. 37, 10. *Al.* Menui.

HEPAR, ătis. n. [ἧπαρ] *Latine Iecur dicitur. Certe apud Celſum, Plinium, Caelium, Apicium nondum reperi.* Hepatis ſuppurationes *ſunt ap.* Marcell. Empir. c. 32. ¶ 2 Hepar, *Piſcis genus* Plin. 32, 11.

HEPATĀRĬVS, a, um. Adi. [ἡπατικὸς] *Quod ad hepar pertinet.* Plaut. Curc. 2, 1, 24 P. Tum te morbus igitur agitat hepatarius. *Dixerat alter,* Cruciatur iecur.

HEPATĬCVS, a, um. *Aliud* Adi. [ἡπατικὸς] *Qui hepatis morbo laborat.* Plin. 26, 7 Datur hepaticis in farre cocta. *Apud* Celſ. 4, 9 Hepaticus morbus. *Conf.* Plin. 20, 14.

HEPATĪTES, ae. m. *Gemma, quae a iecinoris figura nomen habet.* Plin. 37, 11.

HEPATIVM, i. n. Dimin. Apul. Apol. p. 164. Hepatia in catillis Petron. c. 66. *Eſt etiam* Lucil. *apud* Non. 2, 390.

HEPATIZON, ontis. Partic. *Iecinoris colorem referens.* Plin. 34, 2 Aes ſuo colore pretioſum ad iecinoris imaginem vergens, quod ideo Hepatizon appellant.

HEPHAESTION, ōnis. m. *Dux Alex. Magn. cariſſimus.* Vulcanium *Latine dicas.* Ἥφαιστος *enim Vulcanus eſt. Vid.* Curt. 3, 12, 16. *et* 10, 4, 11. *Conf. Aelian. Var. Hiſt. 7, 8.*

HEPHAESTION, *Herba ſcelerata.* Apul. de Herb. c. 8.

HEPHAESTĪTES, ae. m. Genus lapidis, quae naturam habet ſpeculi in reddendis imaginibus, quamquam rutila Plin. 37, 10.

HEPSEMA, atis. n. [ἕψημα] *Vini cocti genus.* Plin. 14, 9. *Vid.* DEFRVTVM *et* SAPA.

HEPTA. [ἑπτὰ] *Septem, compoſita quaedam ingreditur.*

HEPTAGONIAE, arum. f. *Nomen loci, quaſi tu ſeptem angulos dicas.* Liu. 34, 38 Quod roboris in exercitu erat, trifariam diuiſum: parte vna a Phoebeo, altera a Dictynneo: tertia ab eo loco, quem Heptagonias appellant, aggredi iubet.

HEPTANEVROS, i. m. [ἑπτάνευρος] *et*

HEPTAPLEVROS, i. m. [ἑπτάπλευρος] *Herba Plantago, ſeptem foliis laterum modo incluſa.* Plin. 25, 8. Apul. de Herb. c. 61.

HEPTAPHONOS, i. m. *Nomen portus.* Plin. 36, 15 Olympiae autem arte mirabili modo in porticu, quam oppidani Heptaphonon appellant: quoniam ſepties eadem vox redditur.

HEPTAPHYLLON, i. n. *Septifolium.* Apul. de Herb. 116.

HEPTAPYLOS, *vel* HEPTAPYLON, *Septem portas habens.* Apul. Met. 4 p. 146, 25 Vix Thebas heptapylos acceſſimus.

HEPTAS, adis. f. Numerus ſeptenarius heptas nunc vocatur, apud veteres ſeptas Macrob. Somn. Sc. 1, 6. *Add.* Mart. Capella 7 p. 241.

HEPTASTADIVM, i. n. *Agger, per ſpatium ſeptem ſtadiorum in mare iactus, quo Pharos inſula continenti adiecta eſt.* *Vid.* Ammian. Marcell. 22, 16 p. 372 ſq. *Gron. et quae ibi copioſe Valeſius.*

HEPTASEMVS, i. m. *Septenarius.* Mart. Capell. 9.

HEPHTHEMIMERES, is. f. ſ. ἑφθημιμερής, *i.* Semiſeptenaria Caeſura *apud* Diomedem 3 p. 496 *vocatur,* quae ſeptem *(pedes in verſu hexametro aequaliter)* diuidit: *non quo ſeptem pedes habeat hexameter, ſed placuit Graecis ita exprimere numerum pedum trium cum dimidio, quae eſt dimidia pars ex ſeptem. Eſt igitur* Hephthemimeres *v. g.* Italiam fato profugus. Tum demum mouet arma leo. Excutiens ceruice toros, *etc.* *Conf.* PENTHEMIMERES.

HEPTĒRES, um. f. *Naues, quae ſeptem ordinibus remorum aguntur.* Hepteris regia Liu. 27, 24. *Add.* Ibid. c. 23 *et* 30.

H E R

HERA, *vid.* HERVS.

HERACLEVS, a, um. [Ἡράκλειος] *Herculeus.* Heraclea, *Pocula habentur* Cic. Verr. 4, 38 c. 18 Heraclea *autem vaſa ab Hercule nomen habuerunt, fuereque magna et capacia, qui tanti herois ſitim exſtinguere et ſatiare poſſent. Nam Hercules in potoribus numerabatur maximis. Eorum poculorum etiam apud Athenaeum mentio eſt.* Thericlea *probauit tamen poſt alios Graeuius. Vid. ſub* THERICLES.

HERACLĒA, ae. f. *Vrbium aliquot nomen, quae ad Herculem ſic referrent origines ſuas. Nobilis praeter caeteras Bithyniae vrbs, clariſſima ob celeberrimas quas emiſit colonias.* Iuſtinus 16, 3 Heracleam a Boeotiis iterum oraculo monitis, in Herculis honorem conditam eſſe, *ait.* Eſt *et* Heraclea in Italia ad Crotonem, *de qua* Mela 2, 4.

HERACLIENSIS, e. Adi. Cic. pro Arch. 8 Adſunt Heraclienſes legati. Idem pro Balbo c. 21.

HERACLEŌTES, ae. m. [Ἡρακλεώτης] *Heraclea oriundus, vnde* Dionyſius *philoſophus Zenonis diſcipulus,* Heracleotes *a* Cic. Tuſc. 2, 60 *appellatus eſt: Vid. et* Tuſc. 3, 9. *et* de Fin. 5, 94. Zeuxis *item ſic dictus. Vid. Aelian. Var. Hiſt. 4, 12. et* Iuſtin. 16, 3, 11.

HERACLIVS, i. m. *vnde* Heraclius lapis, *qui et* Lydius. Plin. 33, 8 Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non ſolitus inueniri, niſi in flumine Tmolo, vt auctor eſt Theophraſtus. nunc vero paſſim, quem alii Heraclium, alii Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas vncias longitudinis, binasque latitudinis non excedentes. His coticulis periti, quum e vena vt lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri ſit in ea, quantum argenti vel aeris, ſcrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. ¶ 2 Heraclius lapis *etiam* Magnes *dicitur. Vid.* Plin. 36, 16. *et Voſſ. Inſt. Orat. 1 p. 188.*

HERACLEOS, HERACLEA, HERACLIA, *Herculis herba.* Plin. 20, 17 *et* 19, 25, 4 *et* 7. 26, 4, 18. Apul. de Herb. 18. 47 *etc.* 49. 72. 81.

HERACLIDES, *Herculis progeniem ſignificat. Sic*

HERACLIDAE, arum. m. *Poſteri Herculis, qui Peloponneſi imperium habuerunt. Vid. Pauſan. et* Paterc. 1, 2, 1. ¶ 2 Heraclides *etiam multorum nomen, in quibus in primis celebratur* Ponticus *philoſophus, qui Athenas conceſſit, ibique Platonem, deinde Ariſtotelem audiuit. Vir fuit mollioris habitus, vt pro* Pontico Pompicus *vocaretur. Auctor Diogenes Laërtius 5, 86. Huius etiam meminit* Cic. Tuſc. 5. *Sunt et alii multi huius nominis apud Laërtium.*

HERACLIDIVS, a, um. Adi. *Vt,* Heraclidium ſcribendi genus, *cuius mentio eſt in* epiſtolis Cic. Att. 15, 13 *et* 27. *et* 16, 2 *obſcure et aenigmatice ſignificat Librum Heraclidis Pontici aemulatione ſcribendum, cuius hodie quaedam eclogae de rebuspublicis reperiuntur, et In Homerum allegoriae.*

HERACLĪTVS, i. m. [Ἡράκλειτος] *Epheſius philoſophus phyſicus, qui ab Ariſtotele ſaepe teſtis citatur. De quo* Cicero *tum* Tuſc. 5, 105 *tum alias ſaepius. Obſcuritatem eius paſſim accuſat. Vid.* de N. D. 1 c. 26. *et* 3 c. 14. *it.* de Diuin. 2 c. 64. *Hinc* σκοτεινὸν, *i. tenebricoſum vocat* de Fin. 2 c. 5. *Antiſophiſta Democriti non in eo modo, quod fieret illo ridente, ſed etiam in phyſicis. Vnde* Lucret. 1, 640 *in illum, neſcio an dignum verſus fudit pulcherrimos:*

Heraclitus init quorum dux praelia primus,
Clarus ob obſcuram linguam magis inter inanes,
Quamde graues inter Graios, qui vera requirunt.
Omnia enim ſtolidi magis admirantur amantque
Inuerſis quae ſub verbis latitantia cernunt:
Veraque conſtituunt, quae belle tangere poſſunt
Aures, et lepido quae ſunt fucata ſonorae.

HERAS DACRYON, *ad verbum* Iunonis lacrima, *herba, alias Periſtereos. Vid.* Apul. de Herb. c. 65.

HERBA, ae. f. [πόα, βοτάνη] *Commune nomen omnium humilium virentium in agris, pratis, etc.* Virg. Georg. 1, 134 Et ſulcis frumenti quaereret herbam. Feſtus: Herbam do, cum ait Plautus, ſignificat, victum me fateor; quod eſt antiquae et paſtoralis vitae indicium. Nam qui in prato curſu aut viribus contendebant, cum ſuperati erant, ex eo ſolo, in quo certamen erat, decerptam herbam aduerſario tradebant. *Conf. Scalig. ad* Feſt. Seru. *ad* Aen. 8, 128. *Iuret. ad* Symmach. Epiſt. 3, 44. Plin. 22, 4 *de corona obſidionali graminea,* Dabatur viridi e gramine, decerpto inde vbi obſeſſos ſervaſſet aliquis, Namque ſummum apud antiquos ſignum victoriae erat, Herbam porrigere victos, hoc eſt terra, et altrice ipſa humo, et humatione etiam cedere: quem morem etiam nunc durare apud Germanos ſcio. Idem 8, 5 *de elephante,* Mirus namque pudor eſt, victus vocem fugit victoris, terram ac verbenas porrigit. Nonius 4, 225 Herbam veteres Palmam vel Victoriam dici voluerunt. Virg. Georg. 3, 498 Atque immemor herbae Victor equus. Altae Id. ibid. 4, 459. Comantes, *vid. ſub* COMA. Coronariae, *vid.* CORONA. Fertiles Ouid. Amor. 2, 16, 6. Florentes Virg. Ecl. 9, 19. Fecundae pecori Ouid. Met. 1, 682. Graminis Id. ibidem 10, 87. Immortales Claud. de Nupt. Honor. 158. Impiae, *vid.* IMPIVS. Inualida Medica, *vid.* INVALIDVS. Laetae Virg. Georg. 1, 339. Largae Hor. Carm. 4, 2, 55. Medicae Claud. Conſ. Hon. 3, 62. Miliaria, *vid.* MILIVM. Molles Virg. Ecl. 3, 55. Morientes Idem Georg. 1, 107. Murales, *vid.* MVRVS. Nocentes Hor. Serm. 1, 8, 22. Operoſae, *i. Efficaces, et magnarum virium* Ouid. Met. 14, 22. Pallentes Virg. Ecl. 6, 55. Pollentes Ouid. Met. 7, 196. Potentes Virg. Aen. 7, 19. Pubentes Id. ibid. 4, 514. *Iucci venenati pleni, vt ſucci vitalis pleni ſunt circa pubertatem homines.* Salaces Ouid. de Arte Am. 2, 422. *quae ſalaces faciunt.* Salutiferae Idem de Rem. Amor. 45. Spinoſae Id. Met. 2, 810. Suaues Virg. Ecl. 2, 49. Surdae et ignobiles, *vid.* IGNOBILIS. Surgentes Virg. Georg. 4, 12. Tenerae Ouid. Met. 2, 851. Virides Id. ibid. 2, 864. Adoptare herbam, *vid.* ADOPTO. Arent herbae Virg. Georg. 4, 427. Carpere herbam, *vid.* CARPO. Sitiunt herbae Virg. Georg. 4, 402. In herba eſſe *dicuntur* frumenta, *Cum germen coeperunt mittere.* Caeſ. B. C. 1, 48 Neque frumenta in herbis erant, neque multum a maturitate aberant. Plin. 22, 25 Eadem efficit et dum in herba eſt. *Conf.* Ouid. Epiſt. 17, 263 Sed nimium properas, et adhuc tua meſſis in herba eſt.

HERBV̆LA, ae. f. Dimin. [βοτάνιον] Cic. de N. D. 2, 127 c. 50 Ceruaeque paullo ante partum perpurgant ſe quadam herbula, quae ſeſelis dicitur. Apul. Mileſ. 3 p. 139.

HERBVSCVLA, ae. f. *Idem.* Mart. Capell. 2 Herbuſculas praelegere.

HERBACEVS, a, um. Adi. [βοτανώδης] *Quod in herbam creſcit et aſſurgit, et de iis rebus dicitur, quae deinde caulem emittunt.* Plin. 12, 13 Herbaceum amomum peius. Idem 27, 12. 23, 4 *et* 33, 5.

HERBATICVS, a, um. Adi. Herbatica animalia, *Quae herbis paſcuntur* Solin. c. 40. Vopiſc. in Prob. 19. Gloſſ. Vet. Herbaticus βοτανικός.

HERBEVS, a, um. *Aliud* Adi. [βοτανοειδής] *Quod herbae colorem habet.* Plaut. Curc. 2, 1, 17 Quid hic eſt homo cum collatiuo ventre: atque oculis herbeis?

HERBĬDVS, a, um. *Aliud* Adi. [βοτανώδης] *Quod plenum eſt herbis.* Plin. Epiſt. 173 Nulla in hoc nauis (facer enim eſt) ſed innatant inſulae herbidae, omnes arundine et iuncto tectae. Color Plin. 12, 14. Epirus herbida Ouid. Met. 8, 282. Locus *vel* Campus herbidus, *Herbis refertus et plenus* Liu. 1, 7 *et* 9, 2. Mons Idem 29, 31. Potus Plin. 24, 6. Ripa Ammian. 14, 9. Segetes Columel. 1, 6.

HERBĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [βοτανοφόρος] *Quod herbas producit. Vt,* Herbifer mons Plin. 25, 8. Ouid. Faſt. 4, 468.

HERBILIS, e. Adi. *Vt,* Herbilis anſer, Herba paſtus, qui gracilior eſt quam frumento altus. *Haec* Feſtus.

HERBŌSVS, a, um. Adi. [ποώδης] *Herbis abundans.* Plin. 33, 4 Vlex ſiccatus vritur, et cinis eius lauatus ſubſtrato caeſpite herboſo, vt ſidat aurum. *Sic* Cato c. 54 Herboſiſſima ſtramenta ſale ſpargito, deinde ea pro foeno dato. Agger Ouid. Met. 14, 445. *Ad ſolum colorem refert* Mart. Capell. 1 p. 17 *vbi de Ioue,* Calceos autem Smaragdineae fluctu viriditatis herboſos veſtigiis eius tellus annexuit.

HERBASCO, *ſiue* HERBESCO, herbaſcere. [βοτανοῦσθαι, Vet. Gloſſ.] *In herbam formari.* Cic. de Senect. 51 c. 15 Terra ſemen tepefactum complexu ſuo diffundit, et elicit herbeſcentem ex eo viriditatem. Herbaſcere, *pro Herbas generare.* Plin. 19, 8 Quin et ouillo fimo nominatim vti, quoniam aliud herbaſceret. *Vide Harduinum.*

HERBARIVS, a, um. Adi. [βοτανικός] Ars herbaria, *Qua cognoſcitur vis et natura herbarum.* Plin. 7, 56 Herbariam et medicamentariam a Chirone Saturni et Phyllirae filio. *Subaudi,* Repertam fuiſſe tradunt. ¶ 2 Herbarius, [βοτανολόγος] *Qui peritus herbarum eas colligit, venditque, et ex eis medicamenta conficit.* Plin. 26, 5. Idem 20, 17 Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplaſma impoſuit cum opio.

HERBEO, ēre. *Verbum, ex quo Partic. ſupereſt apud* Apul. 7 p. 194 Elmenh. Prata herbentia. *ita quoque legit Pricaeus p. 142.*

HERBIDO, āre. Mart. Capell. 1 Herbidare terras.

HERBIGRADVS, a, um. Adi. Herbigrada cochlea Cic. de Diuin. 2 c. 64.

HERBESVS, *vel* HERBESSVS, i. f. *Duorum in Sicilia oppidorum nomen. Vid. Drakenb. ad* Sil. 14, 264.

HERBVM, i. n. *Videtur eſſe Eruum.* [ὄροβος.] Pallad. 1, 24, 3 *de columbis,* Si ordeum torrefactum, vel fabam, vel herbum ſaepe conſumant. *et poſtea,* Herbum fetus gratia menſibus praebeamus hibernis. *Add.* 1, 34, 5. *Videtur librariis deberi totum.*

HERCAEVS, i. m. [Ἑρκαῖος] *dictus eſt* Iupiter, *quem etiam Penetralem vocabant, qui intra conſeptum domus cuiusque colebatur. Graece enim* ἕρκος *ſeptum clauſtrumque nominatur.* Ouid. in Ibin 284 Cui nihil Hercaei profuit ara Iouis. *i. Priamus ad aram Iouis Hercaei occiſus. Vid.* Seru. *in* Aen. 2, 506 *et* 468. *it.* Hygin. Fab. 91.

HERCINIA, *vid.* HERCYNIA.

HERCISCEOR, eri, *vid.* ERCISCOR.

HERCV̆LES, is. m. [Ἡρακλῆς] *Nomen non tam vnius Herois, Iouis et Alcmenae filii, quam multorum virorum fortium, qui in vnum illud nomen velut confunduntur. Audiamus ſpeciminis cauſa, (nam totum Herculem non recipit hic liber)* Cic de Natur. Deor. 3, 41 c. 16 Quomodo nunc quidem eſt, ego non video, quomodo ille *(Hercules)* cui in monte Oeteo illatae lampades fuerint, vt ait Accius, in domum aeternam patris ex illo ardore peruenerit, (*vid.* Senecae Hercules Oeteus) quem tamen Homerus conueniri apud inferos facit ab Vlyſſe, ſicut caeteros, qui exceſſerant vita. Quamquam, quem potiſſimum Herculem colamus, ſcire ſane velim. Plures enim tradunt nobis ii, qui interiores ſcrutantur et occultas literas: antiquiſſimum, Ioue natum, ſed antiquiſſimo item Ioue. — Ex eo igitur et Liſyto eſt is Hercules, quem concertauiſſe cum Appolline de tripode accepimus. Alter traditur Nilo natus Aegyptius, quem aiunt Phrygias literas conſcripſiſſe. Tertius eſt ex Idaeis Digitis, cui inferias afferunt (*ſ.* offerunt). Quartus Iouis et Aſteriae, qui Tyri maxime colitur, cuius Karthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Belus dicitur. Sextus hic ex Alcumena, quem Iupiter genuit, ſed tertius Iupiter, *etc. Sed hiſtoriam eorum perſequi velle, qui Hercules dicti ſunt, noſtri inſtituti non eſt. Etiam mythologiam parce attingimus. Igitur* Macrob. Saturn. 1, 20 *tum alia pluſcula de Hercule habet, tum hoc ait,* Herculem eſſe Solem, quaſi Heraclen: idque ex nomine clareſcere. Hercules enim nihil aliud eſt, quam Heras, id eſt Iunonis, hoc eſt aëris, Cleos,

Cleos, id eſt gloria vel laus. Quae porro alia eſt aëris gloria, quam Solis illuminatio? Item dictus eſt duodecim labores confeciſſe, quia Sol annuo curſu, duodecim ſigna Zodiaci luſtrat et conficit. ¶ 2 *Iam Epitheta quaedam damus, quibus ex* Inſcriptionibus antiquis *addi multa poſſunt, quibus otium eſt.* Hercules Bibax et multibibus: *vid.* Macrob. Saturn. 5, 21 *fin.* Clauiger Ouid. in Ibin 255. *Claua enim vtebatur.* Diues amico Hercule Horat. Serm. 2, 6, 13. Vet. Schol. Ideo, quia theſauris praeeſt. Et ſunt, qui eundem Incubonem quoque eſſe velint. Vnde putant, et quod res ruſtica in tutela eius ſit: nam illi ſacrificia reddunt ruſtici, quum iuuencos domuerint. *Sic* Perſ. 2, 12 — ô ſi Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule. Impiger Hor. Carm. 4, 8, 30. Laborifer Ouid. Met. 9, 285. Magnus Hor. Carm. 4, 5, 36. Oeteus, *nomen Tragoediae, quae vltimam veluti ſcenam Herculis in Oeta monte ſe cremantis habet.* Vagus Hor. Carm. 3, 3, 9. *Ab* Hercules, Herculibus *dici monet* Varro de L. L. 9 p. 136, 17.

HERCLE, *ſiue* HERCVLE. [μὰ τὸν Ἡρακλέα] *Iurandi Adverbium, quaſi dicas* Per Herculem. Ter. Eun. 2, 3, 19 Hercle hoc factum eſt. Hercle, ornatiua aliquando particula, *teſte* Donato. Ter. Andr. 4, 5, 3 Sed quid hoc? puer hercle eſt. Hercle ſine dubio erit ignominia Cic. Fam. 2, 17. Bene hercle faciunt Cic. de Legib. 3, 1. Mehercle. Cic. in Catil. 2, 7 Vno mehercle Catilina exhauſto, releuata mihi, *etc.* Hercle certe. Ter. Andr. 2, 2, 10 Mea quidem hercle certe in dubio eſt vita. *Vbi* Donatus: Ideo et iurauit Hercle, et affirmans iusiurandum, Certe addidit. Quaeſo hercle Ter. Eun. 2, 3, 70. Obſecro hercle, vt audias Idem Eun. 3, 5, 14. Ter. Andr. 3, 4, 18 Faciam hercle ſedulo. *Vbi* Donatus, hercle ſedulo, productiones ſunt Comici ſtyli ad fucum orationis poſitae. Hercle vero. Ter. Adelph. 2, 4, 4 Omitte vero triſtitiam tuam. C. ego illam hercle vero omitto, qui quidem te habeam fratrem. *Vbi* Donatus, Apparet non nunc primum dici Cteſiphoni ab Aeſchino, Omitte triſtitiam tuam: nec nunc primum reſponſum, Omitto. Et ideo additum eſt, hercle vero: quia nunc demum data eſt plena ſecuritas. Idem 5, 9, 18 Hodie primam mammam dedit haec. D. hercle vero ſerio. *Vbi* Donatus: Hercle vero, Aduerbia ſunt confirmatiua. ¶ 2 Hercule, *idem, quod Hercle et certe.* Cic. pro Quint. 13 Itaque hercule haud mediocriter de communi quidquid poterat, ad ſe in priuatam domum ſeuocabat. Et hercule confecta omnia Cael. ad Cic. Fam. 8, 6. Sed hercule facile patior datum tempus, in quo amorem experirer tuum Cic. Attic. 16, 18. Mehercule etiam aduentu noſtro reuiuiſcunt iuſtitia, abſtinentia, *etc.* Idem Att. 5, 16. *Et* in Orat. 157 Libentius dixerim mehercule, quam mehercules. ¶ 3 *Etiam ſimpliciter* Hercules, *pro Hercle, vel Hercule.* [μὰ τὸν Ἡρακλέα] Cic. pro Roſc. Amer. 31 Quoniam quidem ſemel ſuſcepi, licet Hercules vndique omnes terrores, minae, periculaque impendeant omnia: ſuccurram, atque ſubibo. Paterc. 2, 52, 1 Neque hercules quidquam ſalubrius fuit. Cic. de Clar. Orat. 61 Et hercules hae quidem exſtant. Libentius dixerim Mehercule, quam Mehercules Cic. in Or. c. 47. *Tamen* Idem pro Planc. 64 c. 26 Vere me hercules hoc dicam. *Obſeruat* Gellius 11, 6 apud auctores idoneos nusquam legi, aut Mehercules mulierem dicere, aut Mecaſtor virum. Apuleius *tamen* Met. 5 p. 163, 1 *Sororem Pſyches iurantem facit,* Sic eſt Hercules. *Chriſtianis hac iurandi formula vti non licet.* Tertull. de Idolol. c. 20. Hier. ad Damaſum in Parab. de Filio prod. Perhercle, *Idem.* Gell. 3, 6 Perhercle res miranda.

HERCVLĔVS, a, um. Adi. [Ἡρακλεῖος] Audacia Herculea Iuſtin praef. Columnae, fretum, *et* labores Herculei, *paſſim.* Lauacrum Auſon. in Clar. Vrb. 5, 7. Manus, *pro Forti* Martial. de Spectac. 15. Claua Propert. 4, 10, 39.

HERCVLĔE. Adu. [Ἡρακλέως] *Ab* Hercules: *pro Fortiter. Adfertur ex* Cic. Att. 8, 6 Spero etiam, quoniam adhuc nihil nobis obſuit, nihil mutaſſe: nec tegentia hoc, quod cum fortiter et diligenter, nunc fert etiam Herculee. *Sed editur* Hercules, *vel* Mehercule. *Locus totus eſt corruptus.*

HERCVLĀNVS, a, um. Adi. [Ἡρακλικὸς] Gell. 1, 1 Compreheniſa menſura Herculani pedis. Herculaneae herbae *meminit* Plin. 21, 15. Herculaneae formicae Idem 30, 4. Ficus Cato de R. R. cap. 8.

HERCVLANA, *et* HERCVLANEA, ae. f. *Herbam non vnam ſignificat: vt, Helxinen* Apul. de Herb. 81. *Periſterion* Idem 65. *Nymphaeam* Id. 67. *Sideritidem* Id. 72. *Vrticam* Plin. 21, 15.

HERCVLANVM, i. n. *Campaniae oppidum.* Plin. 3, 5. Paterc. 2, 16. Mela 2, 4, 64.

HERCVLANENSIS, e. Adiect. Fundus Herculanenſis Cic. Fam. 9, 25.

HERCVLIVS, *vt etiam Iouius, Cognomen Imp. Rom. Vid. Spanh. de Vſu Num. diſſ. 12 p. 495.*

HERCYNA, *vel* HERCYNNA, ae. f. *Virgo quaedam Proſerpinae comes, a qua et fluuius* Hercyna *nomen conſequutus eſt. In templo conſecratum virginis illius ſimulacrum anſerem manibus gerebat. Meminit* Liu. 45, 27, *vbi illam ex Graecis viri docti illuſtrant, Pauſania praeſertim 9, 39. et Philoſtr. Apollon. 8, 19.*

HERCYNIA, ae. f. *Maxima Germaniae ſilua.* [Ἑρκύνιος δρυμὸς] *quam* Caeſ. Bell. G. 6, 24 Eratoſtheni Orciniam *dictam putat, et* c. 25 *ita deſcribit,* Huius Hercyniae ſiluae, quae ſupra demonſtrata eſt, latitudo nouem dierum iter expedito patet: non enim aliter finiri poteſt, neque menſuras itinerum nouerunt. Oritur ab Heluetiorum, et Nemetum, et Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum et Anartium. Hinc ſe flectit ſiniſtrorſus, diuerſis a flumine regionibus, multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit: neque quisquam eſt huius Germaniae, qui ſe adiſſe ad initium eius ſiluae dicat, quum dierum iter LX proceſſerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit; *deinde animalia eius commemorat,* bouem cerui figura, alces, vros. *De variis eius nominibus vid. Dalechamp. ad* Plin. 16, 2 p. 694. Lucis Sueui nobiles Hercyniis Senec. Med. f. 9.

HERCYNIVS, a, um. Adi. Saltus Hercynius Tacit. German. 30, 1. Prominet Hercyniae confinis Rhetia ſiluae Claudian. de Bell. Get. 330.

HERE, *et* HERI. [χθὲς] *dicebatur a veteribus. Eſt autem Adverb. temporis.* Donatus: Propter cognationem E et I literarum, non dubitauerunt antiqui et here et heri dicere, et mane et mani, et veſpere et veſperi. *Conf.* Quinctil. 1, 7. Ter. Heaut. 3, 2, 8 Recte equidem te demiror Chreme, tam mane qui here tantum biberis. Idem Eun. 2, 3, 66 Inhoneſtum hominem, quem mercatus eſt here, ſenem, mulierem? Plaut. Perſ. 1, 3, 36 Hoc iam here narraui tibi. Propert. 2, 22 *pr.* Scis here mi multas pariter placuiſſe puellas. Cur, here quod dederas, hodie, puer Hyle, negaſti Martial. 4, 7. Ter. Eun. 1, 2, 80 Heri minas viginti pro ambobus dedi. Cic. Att. 13, 47 Lepidus ad me heri veſperi literas miſit Antio. *Ab* Heri *eſt* HESTERNVS, *de quo deinde ſ. l.*

HERILIS, *vid.* HERVS.

HĔRĬLVS, i. m. *Rex Praeneſtinorum.* Virgil. Aen. 8, 583 Et regem hac Herilum dextra ſub Tartara miſi.

* HERILLVS, i. m. [Ἥριλλος] *Chalcedonius philoſophus, Zenonis diſcipulus fuit,* qui in cognitione et ſcientia ſummum bonum poſuit Cic. Acad. 4, 129 c. 42 *etc.*

HERINACEVS, i. m. [ἐχῖνος] *qui et* Herix *et* Hericius. *Quidam adſpirationem plane omittunt. Animal ſpinis horridum, ſeſe in globum interdum componens, et hieme condens ſeſe: de quo* Plin. 8, 37 Praeparant hiemi et herinacei cibos, ac volutati ſupra iacentia poma, affixa ſpinis, vnum non amplius tenentes ore, portant in cauas arbores. Iidem mutationem aquilonis in auſtrum, condentes ſe in cubile praeſagiunt. Vbi vero ſenſere venantem, contracto ore pedibusque ac parte omni inferiore, quae raram et innocuam habet lanuginem, conſluunt in formam pilae, ne quid comprehendi poſſit praeter aculeos, *etc. Add. Salm. Exerc.* Plin. p. 220 *et* 277. Herix *eſt* Plin. 13, 20.

HERMA, *ſiue rectius* HERMES, ae. m. [Ἑρμῆς] *Mercurii nomen apud Graecos. Latinis fere ſtatua et ſigillum Mercurii formam habens.* Hermes commune omnium gymnaſiorum inſigne eſt Cic. Att. 1, 4. Idem Att. 1, 8 Hermae tui Pentelici cum capitibus aeneis, de quibus ad me ſcripſiſti, iam nunc me admodum delectant, *i. Mercurii ſtatuae ex marmore Pentelico. Et* de Legib. 2, 65 c. 26 Neque id opere tectorio exornari, nec hermas eos, quos vocant, licebat imponi, nec de mortui laude, *etc. De ſepulcro loquitur. Mercuriales autem ſtatuae videntur ſepulcris additae primum, quatenus ille ψυχοπομπὸς, dux quidam et comes animarum eſt deſcendentium ad inferos. Athenis* Hermas *ex quadrato lapide (τετράγωνον ἐργασίαν appellat Thucyd. 6, 27) ritu patrio ſtatuebant in templorum et priuatarum aedium veſtibulis. Hi* Hermae vna nocte deiecti omnes *crimen* Alcibiadis *apud Thucyd. l. c. et* Nep. 7, 3, 2. *Ad hos alludit, et deſcriptionem illorum abſoluit* Iuuenal. 8, 53 At tu Nil niſi Cecropides *(nobilitatem crepans)* truncoque ſimillimus Hermae. Nullo quippe alio vincis diſcrimine, quam quod Illi marmoreum caput eſt, tua viuit imago. *Non male Grangaeus coniicit, ſimul ad hoc reſpici, quod* Hermae *illi ſolerent effingi, Priapi inſtar, improbe mentulati: quales paſſim videre licet, v. g. apud Spon. Miſc. 1, 4. Vid. plura apud Caton. de tutela viar. 1, 9 p. 164 ſqq.* Iuuen. Sat. 8, 53 Truncus Hermas.

HERMA, atis. n. pro Firmamento a Graecis ponitur: vnde etiam Mercurii nomen, inuentoris, vt putabant, firmae orationis, dictum. Interdum etiam Saburram ſignificat. *Haec* Feſtus. *De ſignificatione nominis* ἕρμα *recte: neſcio, an de etymo* Hermae, *ſ.* Hermetis, *i. Mercurii.*

HERMVLA, ae. f. [ἑρμίδιον] Dimin. *ab* Hermis *illis, ſtatuis quadratis, quas modo deſcripſimus.* Caſſiod. Varr. 3, 51 p. 118 *cum memorauit* biſſena oſtia *circi,* Haec ab Hermulis funibus demiſſis ſubita aequalitate panduntur, docentes, totum illic, vt putabatur, conſilio geri, vbi imago capitis cognoſcitur operari. *Meminerimus,* Hermas *fuiſſe pilas quadratas, quibus impoſitum eſſet caput humanum, etc. Add. Salmaſ. in Solin. p. 648.* Hermulae *igitur ſunt pro columellis, vnde extenſae, et praetenſae oſtiis catenae aequant frontes equorum, et impediunt, ne vnus altero celerius prorumpere poſſit.*

HERMAEVM, i. n. *Diaeta, ſeu Coenatio in Palatio, a Mercurio.* Suet. Claud. c. 10, 2 In Diaetam, cui nomen eſt Hermaeum receſſerat.

HERMAPHRŎDĪTVS, i. m. [Ἑρμαφρόδιτος] *Mercurii et Veneris, quorum nomina gerit, filius,* Mercurio genitore ſatus, genitrice Cythere, Nominis vt mixti ſic corporis Hermaphroditus. *Hic fuit Androgynus, vir et mulier. Quum adoleſcens ſe lauaret in quodam fonte Cariae, cui inerat Salmacis nympha. illa eum amans amplexa, deos orauit, vt ex ambobus vnus fieret: idque factum eſt. Hinc omnes Androgyni, vocantur* Hermaphroditi. Plin. 11, 49 Sunt Hermaphroditi vtriusque ſexus. *Vid.* ANDROGYNVS. Martial. 6, 68. Ouid. Met. 4, 383. *De* Hermaphrodito *exſtat elegantiſſimum* Pulicis Poëtae carmen, *apud* Auſonium. *Exſtat in* Veteribus Epigrammatis *Pithoei* p. 8 Pulicis *cuiusdam Acutum Epigramma in* Hermaphroditum, *quod huc referre non piget:*

Quum mea me genetrix grauida geſtaret in aluo,
Quid pareret, fertur conſuluiſſe deos.
Mas eſt, Phoebus ait; Mars, femina; Iunoque neutrum.
Quumque forem natus, Hermaphroditus eram.
Quaerenti letum Dea ſic ait, Occidet armis;
Mars, cruce; Phoebus, aquis. Sors rata quaeque fuit.
Arbor obumbrat aquas: adſcendo, decidit enſis,
Quem tuleram, caſu labor et ipſe ſuper.
Pes haeſit ramis, caput incidit amne: tulique
Femina, vir, neutrum, flumina, tela, crucem.

Vid. Menagiana Tom. 4 p. 432. 439. ¶ 2 Hermaphroditae equae Plin. 11, 49. *Conf.* Non. 3, 89. Martial. 10, 4.

HERMĂTHĒNA, ae. f. [Ἑρμαθήνη] *Mercurii ac Mineruae ſtatuae coniunctae, quas Gymnaſiis dicare conſueuerant.* Cic. Att. 1, 1 Hermathena tua valde me delectat; et poſita ita belle eſt, vt totum Gymnaſium ἡλίου ἀνάθημα eſſe videatur, *i. Soli dicatus, illuſtris. vid. Spon. 1, 4. Turn. Adu. 8, 24. Manutius ad* Cic. Att. 1, 4. *Caſaub. ad* Cic. Att. 1, 1 p. 23.

HERMĔDŎNE, es. f. [ἑρμηδόνη] *Sidus. Nodus ſeu vinculum Piſcium. Sic enim* Vitruu. 9, 7 *poſt Ceti mentionem,* a cuius criſta ordinate vtrisque Piſcibus diſpoſita eſt tenuis fuſio ſtellarum *(ſtellae ſparſim poſitae aliquot)* quae Graece vocatur ἑρμηδόνη. *Si vera eſſet ſcriptio, poſſet eſſe* Mercurii voluptas. *Sed hoc nihil ad rem. Scaliger* ἁρπαδόνη *ab* ἁρπάζειν *ſuſpicabatur, i. laqueus. Sed melius Baldus Lex. Vitruu.* Ἁρμεδόνη *ex* ἁρμόζειν *(vnde et* ἁρμόδιος*) ideſt vinculum. Nam Graeci alias* σύνδεσμον *vocant, Latini Nodum.*

HERMĒLION, i. n. [ἑρμήλιον] *Gemma igneo colore radians.* Plin. 37, 10.

HERMENEVMA, atis. n. [ἑρμήνευμα] *Expoſitio, interpretatio.* Sen. Controu. 26. *et* Excerpt. Controu. 9, 3 Nunquam magnas mercedes accipere eos, qui hermeneumata docerent.

HERMENEVTICVS, a, um. Adi. *Ad interpretem ſpectans.*

HERMERACLAE, arum. f. *Sunt Mercurii et Herculis coniuncta ſigna, ſeu ſtatuae.* Cic. Attic. 1, 8 (10) Signa noſtra et Hermeraclas quum commodiſſime poteris, velim imponas. *Certe Athenienſes Mercurio et Herculi ſtatuas in gymnaſiis ponebant. teſtis Athenaeus 13. Sed et Romani aram Herculi communem cum Muſis eſſe voluerunt. Auctor* Plu-

Plutarch. Probl. 59. Conf. Spon. 1, 4. et Lex. Pitiſc. item Interpret. Cicer. loc. c.

HERMERŌTES, um. m. Signa compoſita ex Herme, i. Mercurio et Cupidine, qui Ἔρως Graecis dicitur, quibus priſci exprimebant amori coniunctam eſſe eloquentiam debere. Plin. 36, 5. Spon. 1, 4. Gyrald. Synt. Deor. 9.

HERMES Triſmegiſtus, [Ἑρμῆς τρισμέγιστος] i. ter maximus Philoſophus Aegyptius celebratur, cuius etiam liber circumfertur, ſuppoſiticius ſine dubio et ſicticius. Vid. Fabric. Bibl. Gr. 1, 7. ¶ 2 Alias Hermes, is et ētis. m. [Ἑρμῆς] dictus eſt Mercurius deorum interpres, a cuius nomine eſt ἑρμηνεύειν, interpretari, q. d. Mercuriari, et ἑρμηνεία, i. ſermo et enuntiatio, ſiue eloquentia. Virgil. Aen. 4, 356 Nunc etiam interpres diuûm Ioue miſſus ab ipſo. Vbi Seruius: Interpres diuûm Hermes. expreſſit verbum de verbo.

HERMESIAS, ae. m. inter Medicinas magicas refert Plin. 24, 17. Res ſane pretioſa et digna, quae cognoſcatur certe ad ridendum, Hermeſias ab eodem (Democrito) vocatur ad liberos generandos pulchros bonosque, non herba, ſed compoſitio e nucleis pineae nucis triſtis cum melle, myrrha, croco, vino palmeo, poſtea admiſto theombratio et lacte: bibere generaturos iubet, et a conceptu puerperas partum nutrientes: ita fieri excellentes animo et forma, atque bonos.

HERMIŌNA, ae. f. Graeciae oppidum, Iunonis fano inclytum, vt notat apud Pomponium Vadianus. Virgil. in Ciri 472 Hinc ſinus, hinc ſtatio contra patet Hermiona. Verſus eſt ſpondaicus. Conf. Plin. 4, 5.

HERMIŎNE, es. f. [Ἑρμιόνη] fuit Menelai filia, ex Helena coniuge, quae Oreſti Agamemnonis filio deſponſata fuit: ſed quum Pyrrhus Achillis filius eam duxiſſet, Oreſtes illum occidit, et ſponſam recepit. Vid. Virg. Aen. 3, 328. et Ouid. Epiſt. 8, 1. Martial. 3, 11 Dic mihi, quid ſimile eſt Thais et Hermione? Spartana Hermione Propert. 1, 4, 6. ¶ 2 Altera antiquior Hermione, filia Martis et Veneris, vxor Cadmi, de qua vid. HARMONIA.

HERMOPOLIVM, i. n. Legitur a quibusdam apud Plaut. Curc. 2, 3, 13. Sed al. rectius Thermopolium, v. v.

HERMOSORINOS, i. m. Lupinus montanus. Apul. de Herb. c. 110.

HERMOTIMVS, i. m. Clazomenius, de quo Plin. 7, 52 Reperimus inter exempla, Hermotimi Clazomenii animam relicto corpore errare ſolitam, vagamque e longinquo multa annuntiare, quae niſi a praeſente noſci non poſſent, corpore interim ſemianimi: donec cremato eo inimici remeanti animae velut vaginam ademerint. De hoc Hermotimo Lucian. Muſca p. 376 Graeu. Tertull. de Anima 2, 28. et Orig. contra Celſ. 3 p. 129 Spenc.

HERMVBASILION, Apul. de Herb. c. 82.

HERMVBOTANE, es. f. Apul. l. c.

HERMVLAE, vid. ſub HERMA.

HERMVNDVRI, orum. m. Pl. [Strab. Ἑρμόνδοροι] Sueuorum, potentiſſimae in Germania gentis, magna natio. Vid. Tacit. German. cap. 41.

HERMVPOA, ae. f. Totum Graecum eſt ἑρμοῦ πόα, Mercurii herba, ſ. Mercurialis. Plin. 25, 5 Linozoſtis, ſiue Parthenion Mercurii inuentum eſt, ideo apud Graecos Hermupoan multi vocant, apud nos omnes Mercurialem. Duo eius genera, maſculus et femina, quae deinde deſcribit.

HERMVS, i. m. [Ἕρμος] Fluuius Lydiae, qui Smyrnae campos interſecat delapſus a monte Dorilao, Phrygiam ſcindit a Caria. Hic ſuperfuſus campis gignit fertilitatem, vnde arenas aureas fertur trahere. Strabo 13. Virg. Georg. 2, 137 Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus. Conf. Drakenb. ad Sil. 1, 159. et Plin. 5, 29.

HERNIA, ae. f. [κήλη] Ponamus deſcriptionem diſertam Celſi 7, 18 Interdum ex morbo primum inflammatur, deinde poſtea pondere abrumpitur, vel ex ictu aliquo protinus rumpitur tunica, quae diducere ab inferioribus partibus inteſtina debuit. Tum pondere eo deuoluitur aut omentum, aut etiam inteſtinum: atque ibi reperta via paullatim ab inguinibus in inferiores quoque partes niſum, ſubinde neruoſas tunicas — diducit, ἐντεροκήλην, vel ἐπιπλοκήλην Graeci vocant: apud nos indecorum, ſed commune his herniae nomen eſt. Deinde ſi deſcendit omentum — At ſi inteſtinum quoque deſcendit — Eſtque fere ſine dolore, cum quieſcit aliquis aut iacet, interdum ex toto deſidit, interdum ſic minuitur, vt in ſcroto exiguae reliquiae maneant: at ſub clamore et ſatietate, et ſi ſub aliquo pondere is homo nixus eſt, creſcit: frigore omni contrahitur, calore diffunditur, etc. Sunt enim plurima de diuerſis, et generibus, et curandi rationibus. Martial. 3, 24 Ingens iratis apparuit hernia ſacris.

HERNIŌSVS, a, um. Adi. Qui herniam patitur. Lamprid. in Heliog. c. 25.

HERNĬCI, orum. m. Pl. [Ἕρνικες] Populi Italiae in Campania, colonia Pelasgorum. Vid. Macrob. 5, 18.

HERNICVS, a, um. Adi. Iuuen. Sat. 14, 180 O Pueri Marſus dicebat et Hernicus olim Veſtinusque ſenex. Terra Ouid. Faſt. 3, 90. Saxa Sil. 4, 228. Frondoſa Hernica Stat. Silu. 4, 5, 56.

HERO, ōnis vel ûs: f. puella Seſta, ad quam ex oppoſita Abydo tranſnare ſolitus Leander, tandem in vndis periit. Celebrati ſunt illi amores a Muſaeo Poëta Graeco, et Ouidii Heroidibus 18 et 19. Idem Amor. 2, 16, 31 Saepe petens Hero (al. Heron) iuuenis tranauerat vndas.

HEROVS, a, um. Adi. ab hac Hero ductum. Lucan. 9, 955 Amore natatum Aequor, et Heroas lacrimoſo litore turres, nempe vnde ſignum face dare ſolebat Leandro natanti Hero.

HERŌDES, is. m. [Ἡρώδης] Antipatri Idumaei filius, Auguſti beneficio rex Iudaeorum. Herodis palmeta pinguia in prouerbio diuitiarum Horat. Epiſt. 2, 2, 184. De hoc et aliis Herodibus vid. Harduin. de numis Herod. et Spanhem. Diſſ. 8 p. 520 etc. Item Reland. in Palaeſtina. ¶ 2 Herodes Atticus, qui Graeca oratione (vt ait Gell. 1, 2) fere vniuerſos grauitate atque copia, elegantiaque vocum longe anteceſſit. Idem 9, 2. et 19, 12.

HERODIVS, i. m. [ἐρώδιος] Auis ex iis, quas Romani Diomedeas vocant. Theodorus ardeolam vertit, Auguſtinus fulicam. Ciconiam putat eſſe Suidas, aut Ciconiae ſimilem, dictamque quod in paludibus verſetur, quaſi ἑλώδιον. Vulg. Int. Leu. 11, 19. Deut. 14, 13. Iob. 39, 16.

HERŎDŎTVS, i. m. [Ἡρόδοτος] Halicarnaſſeus, antiquiſſimus hiſtoriae, inter Graecos quidem, ſcriptor, quorum libri ad nos peruenere. Cic. de Legg. 1, 5 appellat hiſtoriae parentem. Vid. Bibl. Gr. Fabric.

HEROION, i. n. Herba eadem, quae Aſphodelus Plin. 22, 22.

HERONES, um. Pl. Heronibus cluſum frumentum l. 31 Dig. locat. conduct. vide AERO.

HĒRŎPHĬLE, es. f. Sacerdos Smintbei Apollinis, quam pro Sibylla Erythraea Suidas habet, ſed Euſebius pro Samia. Tibull. 2, 5, 67 Herophile Phoebo grata quod admonuit. Vid. Pauſan. Phoc. p. 327 Wech.

HERŎPHĬLVS, i. m. Medicus celebris, qui Phalaridem ſanitati reſtituit. Vid. Plin. 11, 37: 20, 2: 25, 2: et 26, 2. Conf. Tertull. de Anima c. 10.

HEROS, ōis. m. [ἥρως] Heroës dicuntur Ii, qui quum ſint homines, rebus tamen geſtis eam opinionem apud vulgus emeruerunt, vt inter diuos relati credantur. Arnob. adu. gent. 3 p. 124 de Laribus, Varro haeſitans nunc eſſe illas Manes — nunc aërios rurſus deos, et Heroas pronunciat appellari, nunc antiquorum ſententiam ſequens laruas eſſe dicit Lares, etc. Mart. Capell. 2 p. 40 A medietate aëris vsque in montium terraeque confinia, hemithei heroësque verſantur, qui ex eo, quod Heram terram veteres dixerunt, Heroës nuncupati. Sic etiam Seru. ad Ecl. 4, 35. Heros Virgil. Aen. 6, 672 vocatur anima Muſaei. Virg. Aen. 1, 200 — Dederatque abeuntibus heros. Hic Seruius: Vir fortis, Semideus, plus ab homine habens. Idem ad Aen. 8, 464 vbi Euander Heros vocatur, Hoc nomen non tantum praeſentis eſt virtutis, ſed et praeteritae; vnde eſt, quod Euandrum heroëm dicit, cum ſit virtutis emeritae. Quam veteres illi Graeci (nam tota res Graeca eſt) notionem Heroïs habuerint, accurate diſputauit Ez. Spanhemius ad Iuliani Caeſares et aliis in locis, quae laudaui, et ipſe hoc argumentum proſecutus ſum in Opuſc. Vol. 1 p. 201 ſqq. Laudatur hic verſus, tanquam Virgil. Aen. 7 Quin et auis Mauors Heroa potentibus addet. Sed nihil eius reperio. Simile quiddam habet Aen. 6, 778 Quin et auo comitem ſeſe Mauortius addet Romulus: quod putat Seruius accipi etiam poſſe de receptione in caelum; auum autem eſſe Aeneam. Cic. Attic. 14, 11 Illi non heroës, ſed dii futuri quidem in gloria ſempiterna ſint. de interfectoribus Caeſaris. Idem Att. 1, 14 Heros ille noſter Cato. Delecti Virg. Ecl. 4, 35. Magnanimi Id. Aen. 6, 649. Maximus Virg. Aen. 6, 192. Semidei Stat. Theb. 5, 373.

HERŌIS, ĭdis. f. [ἡρωΐς] Femina communem humanitatis ſortem forma vel moribus ſupergreſſa. Ouid. Triſt. 5, 5, 43 Edidit haec mores illis Heroiſin aequos. Laudatur, ſed falſo, verſus Martialis, Mutatas formas heroidas, inſuper iisdem Addidit. Graias heroidas aequas Stat. Silu. 3, 5, 45. conf. Sueton. Neron. c. 21. et Ouid. Amor. 2, 4, 33 Tu quia tam longa es veteres Heroidas aequas.

HERŌĬNA, ae. f. [ἡρωΐνη] Idem. Propert. 1, 13, 31 Illa ſit Inachiis et blandior heroinis. Idem 1, 19, 13.

HERŌĬCVS, a, um. Adi. [ἡρωϊκός] Aetas heroica, in qua heroës floruerunt. Cic. Tuſc. 5, 7 c. 3 Etiam heroicis aetatibus Vlyſſem et Neſtorem accepimus et fuiſſe et habitos eſſe ſapientes. Cic. de Natur. Deor. 2, 71 c. 29 pr. Medea modo et Atreus commemorabantur a nobis heroicae perſonae. Tempora Cic. de Diuin. 1, 1. Verſus heroicus dictus, quod Eo genere carminis heroum geſta deſcribantur. Cic. de Legib. 2, 68 Ne plus quatuor heroicis verſibus, quos longos appellat Ennius. Verſus Quinctil. 1, 5. Carmen Auctor Dial. de Oratorib. 10, 5.

HEROICE. Adu. Macrob. Sat. 5, 14 Verſus heroice incomtus.

HERŌVS, a, um. Adi. [ἡρῷος] Heroi pedes, quibus in carmine heroico vtimur. Cic. de Orat. 3, 280 c. 47 Quare primum ad heroum nos, dactyli, et anapaeſti, et ſpondaei, pedem inuitat. Heroi carminis opus Propert. 3, 3, 16. Verſus Ammian. 21, 4. ¶ 2 Herous ab Herone puella, vid. ſub HERO.

HERŌVM, i. n. Monumentum, quod ſolet erigi viro inſigni, propter eximiam virtutem. Sic eſt in vſu Graecorum. Proferebatur etiam Cic. de Legib. 2, 61 c. 24 Quod autem ἡρῷον, id eſt veſtibulum ſepulcri, buſtumue vſucapi vetat, tuetur ius ſepulcrorum. Verum Gruter. et Turneb. leg. Forum.

HEROSTRĂTVS, i. m. [Ἡρόστρατος] Vir ſceleſtus et ignauus, qui, vt nomen memoria ſceleris propagaret, incendium nobilis fabricae templi Epheſiae Dianae manu ſua ſtruxit, ſicut ipſe faſſus eſt, voto adipiſcendae famae latioris Solin. 53.

HERPES, ētis. m. [ἕρπης] Morbus, ignis ſacri ſpecies, a ſerpendo dicta Graecis, quorſum alludit iam Lucret. 6, 660 Exiſtit ſacer ignis, et vrit corpora ſerpens, Quamcunque arripuit partem. Scrib. Comp. 63 Zonam, quam Graeci ἕρπητα dicunt. ¶ 2 Eſt et Herpes, Depaſcens vlcus, quod ſerpendo corpus ad oſſa vorat Celſ. 5, 28, 3. Vid. Macer. 1, 12, 33. Apul. de Herb. 2, 10. ¶ 3 Herpes item Animal, quo praecipue ſanantur quaecunque ſerpunt Plin. 30, 13.

HERPESTICVS, a, um. Adi. ab Herpete morbo, vel adeo ab ipſo Graeco ἕρπειν ductum. Lucil. apud Non. 2, 375 Serpere vti gangraena malo (ſ. mala) atque herpeſtica poſſet.

HERPICO, āre. Seru. ad Virg. Georg. 1, 95 laudatur. Et eſt ibi de Irpice vel Vrpice aliquid, i. viminea crate, quam per agros exaequandi cauſa trahunt ruſtici. Si quis igitur antiquus Herpicare, Irpicare, vel Vrpicare dixit, hoc intellexit, quod occare vocant alii. Vid. IRPEX.

HERPYLLVM, i. n. Idem, quod Siſymbrium. Apul. de Herb. 105. Dioſc. 2, 117. et 3, 41.

HERPYLLVS, i. m. Serpillus. Apul. de Herb. 99. Iſid. 17, 9.

HERSILIA, ae. f. [Ἑρσιλία] Vxor Romuli, quae poſt apotheoſin mariti ipſa quoque in caelum relata fuit. et quemadmodum mutato nomine Quirinus ille dicebatur, ſic ipſa etiam Ora dicta fuit. Ouid. Met. 14 extr. De hac Liu. 1, 11.

HERTHVS, i. m. Terra tanquam Dea olim culta a Germanis. Tacit. 40, 3 In commune Herthum, id eſt Terram matrem colunt, eamque interuenire rebus hominum, inuehi populis arbitrantur, etc. Eſt Germanicum Erde.

HERVLI, orum. m. Pl. Germanica natio, Viſtulae quondam oſtia accolens. Sidon. Carm. 7, 236 Curſu Herulus, Chunus iaculis, Francusque natatu. Vid. Idem Epiſt. 8, 9, 31.

HERVS, i. m. [δεσπότης] Dominus. Ter. Andr. 5, 2, 5 Herus eſt: quid agam? Herus, pro Herili filio, qui herus minor alias. Ter. Andr. 1, 3, 3 Me aut herum peſſundabunt. Cic. Offic. 2, 24 c. 7 Sed ii, qui vi oppreſſos imperio coërcent, ſit ſane adhibenda ſaeuitia, vt heris in famulos, ſi aliter teneri non poſſunt. Virg. Aen. 3, 324 Nec victoris heri tetigit captiua cubile. Diues Hor. Carm. 2, 18, 32. Herus maior, Paterfamilias Plaut. Capt. 3, 5, 50. Idem Trin. 2, 2, 53. Herus minor, Filiusfamilias Idem Aſin. 2, 2, 62. Heros vocat Deos omnes Catull. 69, 76 Hoſtia caeleſtes conciliaſſet heros.

HERA, ae. f. [δέσποινα, δεσπότις] Domina. Ter. Andr. 4, 2, 4. Idem Andr. 4, 3, 2 Summum bonum eſſe herae putabam hunc Pamphilum.

lum. Ennius *apud* Cic. Off. 1, 38 c. 12 Voſne velit, an me regnare Hera, quidue ferat Fors, Virtute experiamur. Hera Fors, *i. fortuna rerum domina*: *de qua etiam* Plaut. Merc. 5, 2, 1 Diuûm atque hominum, quae Spectatrix atque Hera eadem es hominibus. Formoſa Ouid. Epiſt. 9, 78.

HERĪLIS, e. Adi. [δεσποτικὸς] *Quod ad herum pertinet.* Plaut. Amph. 2, 1, 75 Non ſoleo ego ſomniculoſe herilia imperia perſequi. Idem Aul. 4, 1, 13. Herilis filius, *i. Filius heri*: Ter. Eun. 2, 2, 58 Sed video herilem filium minorem huc aduenire. Arbitrium Valer. Argon. 4, 388. Verna miniſteriis ad nutus aptus heriles Hor. Epiſt. 2, 2, 6. Mi herilis! *ſic appellat feminam anicula apud* Apul. Met. 9 p. 187, 17 *Pric.*

HERIFVGA, ae. m. [φυγοδεσπότης] *Qui herum fugit.* Famuli herifugae, *i. Fugitiui* Catull. 62, 51.

HERITVDO, inis. f. Gloſſ. Gr. Lat. δεσποτεία, Dominatus, dominatio, heritudo.

H E S

HESIŎDVS, i. m. [Ἡσίοδος] *Poëta Aſcraeus, cuius ἔργα καὶ ἡμέραι, opera et dies, imitatus eſt* Virgilius, Primus agriculturae praecepta tradidit, *vt* Plin. 14, . . *ſcribit.* Fabularum item auctor, *vt ait* Quinct. 5, 11. *Vid.* Gell. 3, 11. *et* 17, 21.

HESIODIVS, a, um. Adi. [Ἡσιόδιος] *Poſſeſſiuum, quod eſt Heſiodi, vel, quod ab Heſiodo compoſitum eſt.* Cic. in Brut. 15 Illud Heſiodium laudatur a doctis, quod eadem menſura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, ſi poſſis. *Conf.* Sidon. Carm. 9, 213. *Alii* Heſiodeus.

HESIŎNE, es. f. [Ἡσιόνη] *Filia Laomedontis regis Troiae, et Priami ſoror, quam Hercules expugnata Troia vxorem dedit Telamoni. Vid.* Ouid. Met. 11, 217.

HESPĔRVS, i. m. [Ἕσπερος] *Atlantis frater. Scribit Diodorus hunc* Heſperum *conſcendiſſe cacumen montis Atlantis ad curſus aſtrorum obſeruandos, et nunquam deinde comparuiſſe: cui vulgus honores diuinos exhibuit, aſtrumque lucidiſſimum eius nomine appellauit.* Virg. Ecl. 10, 77 Ite domum ſaturae, venit Heſperus, ite capellae. *Haec etiam ſerotina ſtella* Veſper *dicitur, et* Veſperugo: *mane autem*, Lucifer, *et* Venus. *Vid.* Varro de R. R. 3, 5. Cic. de Natur. Deor. 2, 54 c. 20 Infima eſt quinque errantium, terraeque proxima, ſtella Veneris, quae Φωσφόρος, Latine Lucifer dicitur, quum antegraditur ſolem: quum ſubſequitur autem, Heſperus. *Dicitur et* HESPERVGO. Senec. Med. v. 877 Mergit diem timendum Dux noctis Heſperugo. *Conf.* Sen. Hippol. 749 *c. not. Delr.*

HESPĔRIS, idis. f. [ἑσπερὶς] *Herba, quae noctu magis olet, inde nomine inuento.* Plin. 21, 7.

HESPERĬDES, um. f. [Ἑσπερίδες] *Mulieres fabuloſae in Africa*, Atlantis, ſiue Heſperi filiae, Nymphae, *quae* hortum habuerunt, in quo erant aurea mala Veneri conſecrata, quae Hercules miſſus ab Euryſtheo, occiſo peruigili Dracone, ſuſtulit. Reuera autem nobiles fuerunt puellae, quarum greges, ruſam lanam habentes, abegit Hercules — Heſiodus has Heſperides Aeglen, Arethuſam, et Heſperuſam, Noctis filias, vltra Oceanum mala aurea habuiſſe dicit — *Haec ex Seruio ad* Aen. 4, 484 *quem locum ponemus:*

Vltimus Aethiopum locus eſt, vbi maximus Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.
Hinc mihi Maſſylae gentis monſtrata ſacerdos,
Heſperidum templi cuſtos, epulaſque draconi
Quae dabat, et ſacros ſeruabat in arbore ramos. *etc.*

Cic. de Natur. Deor. 3, 44 Eorumque fratres et ſorores, qui a genealogiis antiquis ſic nominantur, amor, dolus, metus, *etc.* Parcae, Heſperides, ſomnia, quos omnes Erebo et Nocte natos ferunt. *De hortis Heſperidum, vid. etiam Barth. Aduerſ. 36, 5.* Vagari *de illis* Graeciae fabulas, *monet* Plin. 5, 5. *vbi vid. Harduin.* Heſperidum inſulae Solin. c. vlt. Mala Heſperidum Virgil. Ecl. 6, 61. Varro R. R. 2, 1, 6. *Vid. Spanh. Diſſ. 6 p. 330 ſq.* Poma Heſperidum Stat. Silu. 3, 1, 158. ¶ 2 *Eſt etiam Adiectiuum.* Virg. Aen. 8, 77 Heſperidum regnator Aquarum *vocatur Tiberis, i. princeps fluuius Italiae.*

HESPERIVS, a, um. Adi. [ἑσπέριος] *Occidentalis; vt* Ouid. 11, 258 Fretum Heſperium, *mare, in quod veſpere ſol deſcendere videtur.* ¶ 2 *Regiones Heſperiae duae ſunt, vna, quae Hiſpania dicitur, altera Italia: quae ſic diſcernuntur. Aut enim* Heſperia *ſimpliciter dicitur, et ſignificat Italiam.* Virgil. Aen. 1, 530 Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt. *Aut additur* Vltimam, *et tunc ſignificat* Hiſpaniam, *quae in Occidentis eſt fine.* Horat. Carm. 1, 36, 4 Qui nunc Heſperia ſoſpes ab vltima. *Vid.* Seru. *ad* Aen. 2, 530. *it.* 780 *etc. Add.* Macrob. 1, 4 *extr. Etiam* Magna Heſperia Virg. Aen. 1, 573 *de Italia, vt* Magna Graecia. ¶ 3 Heſperium promontorium *in Africa* Plin. 5, 1.

HESPERIONCERAS, [ἑσπέριον κέρας] *Apud* Solinum c. vlt. Eſt Extremum Africae continentis promontorium, vbi ſcilicet veluti in fronte circumaguntur naues in occaſum ac mare Atlanticum. Heſperuceras Plin. 6, 30 *et* 31. *Sonat haec vox, Occidentale cornu.*

HESSĒNI, orum. m. [Ἐσσηνοὶ] *Palaeſtinae populi, apud quos lege columbis parſum olim, et tanta earum copia facta, vt aduenarum ora cicures petierint: vnde ſunt illa* Tibulli *verba* 1, 7, 17 Quid referam, vt volitet crebras intacta per vrbes, Alba Palaeſtino ſancta columba viro? Plin. 5, 17 Heſſeni, gens ſola, et in toto orbe praeter caeteras mira, ſine vlla femina, omni Venere abdicata, ſine pecunia, ſocia palmarum, *etc.*

HESTERNVS, a, um. Adi. [χθιζὸς] *Quod heri factum eſt, ſignificans.* Plaut. Perſ. 1, 2, 25 Viſam heſternas reliquias. Ter. Eun. 5, 4, 17 Quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent. Plin. in Paneg. 107 c. 63 Coena heſterna redundare. Dies Cic. de Natur. Deor. 2, 73. *Sic* in Catil. 2, 7. Diſputatio Cic. Tuſc. 2 c. 4. Liu. 27, 14 *pr.* Pugnatum vtrinque aliquanto quam pridie acrius eſt, Poenis ad obtinendum heſternum Decus adnitentibus, Romanis ad demendam ignominiam. Heſterno die luſimus Catull. 48, 1. Luce heſterna vidi Ouid. Amor. 2, 2, 3. Nocte heſterna lenior aura fuit Idem Epiſt. 18, 73. Sermo Cic. Acad. 4, 10.

HESTIATŎRIS, idis. f. Herba magica a conuictu in Perſide nominata, quoniam illa hilaretur. *Vid.* Plin. 24, 17. *Al.* Siſſieſtoris, *vocatur alias Gelotophyllis.*

HĒSVS, i. m. *Sub hoc nomine Martem antiqui colebant. Eum Galli humano cruore placabant. Vid.* Lactant. 1, 21. Lucan. 1, 440 Teutates horrenſque feris altaribus Heſus.

HESYCHIA, ae. f. [ἡσυχία] *Quies.* Sen. Epiſt. 92 Quietem heſychiam vocant Graeci, vacat enim animus moleſtia, *etc.*

H E T

HETAERIA, ae. f. [ἑταιρεία] *Sodalitas, ſocietas.* Plin. Epiſt. 10, 97 Secundum mandata tua haeterias eſſe vetueram. *Conf.* Id. Epiſt. 10, 43.

HETAERICE, es. f. *Ita vocabatur* Ala equitum *apud Macedonas ab amicitia, et veluti ſodalitate regia. Vid.* C. Nep. 18, 1, 6, *et ibi Lambin.*

HETEROCLĬTON, i. n. [ἑτερόκλιτον] *interpretari licet Alienae et inſolitae declinationis. Vid. Grammaticos, v. g.* Chariſ. 1 p. 23 *pr.*

HETEROCRANEA, ae. f. [ἑτεροκρανία] *vocant Graeci Morbum capitis, quum caput inaequaliter dolet, tumetque, et inter pilos rotunda et humida vlcuſcula aſſurgunt, et pus mali odoris.* Plin. 31, 9 Ad heterocraneas capitiſque vlcera, et puſtulas, papulaſue. *Apud* Marc. Empir. 2 Heterocranium.

HETEROGENEVS, a, um. Adi. *Diuerſi generis et naturae apud Grammaticos, et Phyſicos.*

HETRVRIA, ae. f. [Τυῤῥηνία, Ἐτρουρία] *Italiae regio, ad Macram fluuium vsque protenditur, vbi Liguriae principium eſt. Porro* Hetruria dicta eſt, quod eius fines tenebantur olim vsque ad ripam Tiberis: et quaſi ἑτερουσία, et per ſyncopen ἑτρουρία. Nam Ἕτερος, eſt alter: et ὅρος, finis. Roma enim antea vnam tantum Tiberis ripam tenebat. Iuuen. (Sat. 8, 265) — et quae Imperii fines Tiberinum virgo natauit. *Haec* Seruius *apud* Virg. Aen. 2, 533. *Vid. et* Plin. 3, 5. Solers Hetruria Claud. in Eutrop. 1, 12.

HETRVSCVS, a, um. Adi. [Τυῤῥηνὸς] Mare Hetruſcum Hor. Carm. 3, 29, 35. Diſciplina Cic. Fam. 6, 6 *diuinandi ars. al.* Tuſca. Obeſus Catul. 37, 11. Aurum Iuuen. Sat. 5, 164.

HETTA, ae. f. res minimi pretii, quaſi hieta, id eſt hiatus hominis atque oſcitatio. Alii puſulam dixerunt eſſe, quae in coquendo pane ſolet aſſurgere: a qua accipimus rem nullius pretii, cum dicimus, non hette te facio. *Haec* Feſtus. Vet. Gl. Ecta φλοκτὶς (*ſ.* φλυκτὶς) ἀρτίκ (*ſ.* ἄρτου) Eaed. Hitta, hicta, *ὑμὴν ῥοιᾶς, qui eſt Ciccus.*

HETTEMATĬCVS, a, um. Adi. [ἡττηματικὸς] Firmic. 3, 9 Ipſos tamen faciet hettematicos, et prima ſemper aetate vitioſos. Hettematicus *dicitur*, *Qui deterior et poſterior eſt, neque praeſtantiam ſui generis conſequitur.*

H E V

HEV. [ἒ] *Interiectio dolentis. Scalig. de L. L. 27 a φεῦ deducit.* Virgil. Aen. 6, 878 Heu pietas, heu priſca fides. Plaut. Mil. 4, 8, 32 Heu mihi, nequeo quin fleam. Ter. Andr. 4, 1, 22 Heu me miſerum, qui tuum animum ex animo ſpectaui meo. Cic. Philipp. 7, 13 Heu me miſerum, cur cogor, *etc.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 27 Heu, heu, quam ego malis perdidi modis, quod tibi detuli. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 11, 212.

HEVRESIS, is. f. *Menſe Nouembri in* Kalendario ruſtico Farneſiano, *forſan dies deſignatur is, quo Ceres Proſerpinam filiam a Plutone raptam omnibus terris perquiſitam inuenit. Vid.* Apul. Met. 11.

HEVRĔTES, ae. m. [εὑρετὴς] *Inuentor.* Plaut. Pſeud. 2, 4, 9 Heuretes mihi es.

HEVS. [ὦ] Adu. *vocantis.* Ter. Andr. 3, 3, 47 Heus euocate huc Dauum. Idem Eun. 4, 1, 10 Heus, inquit, puer, Pamphilam accerſe. Cic. pro Milon. 61 Heus, vbi Ruſcio, vbi Caſca? Heus ſignificationem habet nominis ad intentionem, conſiderationemque reuocandi, *vt ait* Donatus. Ter. Andr. 4, 1, 11 Heus, proximus ſum egomet mihi. Sed heus tu, *reuocantis particula:* Cic. Q. Frat. 2, 15 Sed heus tu, celari videor a te: quonam modo mi frater de noſtris verſibus Caeſar? Ter. Eun. 3, 1, 43 Sed heus tu, purgon' ego me de iſtac Thaidi, *etc. Conf.* Cic. Fam. 2, 6. *et* 16, 17. *it.* Att. 1, 13. *Dolentis.* Virgil. Aen. 7, 116 Heus etiam menſas conſumimus, inquit Iulus. Heus, heus: Ter. Adelph. 2, 4, 17 Heus, heus Syre. s. hem, quid eſt? Idem Eun. 3, 3, 23 Heus a Graeco αἶ venit, *auctore* Feſto.

H E X

HEXACHORDOS, Adi. *de Canone Muſico.* Vitruu. 10, 13.

HEXACLĪNON, i. n. [ἑξάκλινον] *Stibadium, ſiue triclinium ſignificat, ſex capiens conuiuas, vel potius Locum, in quo duo triclinia ſtare poterant: hoc eſt ſex lecti coenatorii: id enim Graeca dictio ſonare videtur.* Martial. 9, 60 Et teſtudineum menſus quater hexaclinon, Ingemuit citro non ſatis eſſe ſuo.

HEXAĒMĔRON, i. n. *Sic appellant SS. Patres Creationem ſex diebus perfectam, in quod multi Commentarios ediderunt, v. g. Baſilius, Anaſtaſius, etc. Dracontius.*

HEXAGŌNVS, a, um. Adi. [ἑξάγωνον] *Quod habet ſex angulos.* Columel. 5, 2 Si fuerit ſex angulorum in quadratos pedes, ſic redigitur, Eſto hexagonum quoquouerſus lineis pedum triginta, *etc. Eucl. 4 Elem. Problem. 15 In dato circulo* hexagonum, *et aequilaterum, et aequiangulum inſcribere.*

HEXAMĔTER, tri. m. [ἑξάμετρος] *Sex pedum.* Martial. 6, 65 Hexametris epigramma facis, ſcio dicere Tuccam. Cic. de Orat. 3, 222 Quod ſi antipater ille Sidonius, ille, quem tu probe Catule meminiſti, ſolitus eſt verſus hexametros, aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore.

HEXAPHORI, orum. *Pl. Seni baiuli.* Phalangarii hexaphori Vitruu. 10, 8.

HEXAPHŎRVM, i. n. [ἑξάφορον] *Lectica, quae a ſex ſeruis ferri ſolet.* Martial. 2, 81, 1. Id. 4, 51 Ingenti late vectus es hexaphoro. Id. 6, 67 Non debes ferri mortuus hexaphoro. *Vid. Pignor. de Seru. p. 274.*

HEXAPTOTON, i. n. Iſidor. 1, 6. Priſcian. 5 p. 673 *pr. Nempe ſic vocatur nomen, quod ſex diuerſos caſus habet, vt Nomina ſecundae Declinationis in* VS *numero Singulari.*

HEXAS, ădis. f. *Numerus ſenarius.* Mart. Capell. 7, 240 Bis terni hexas fit.

HEXASTĬCHVM, i. n. [ἑξάστιχον] *Hordeum dicitur, cuius ſpicae ſex ordines habent: ſicut* Diſtichum, *quod duos.* Columel. 2, 9 Proximus eſt his frumentis vſus hordei, quod ruſtici hexaſtichum, quidam etiam cantherinum appellant: quoniam et alia animalia, quae ruri ſunt melius, quam malum triticum paſcit.

HEXASTYLOS. Adi. *i. Sex columnas habens.* Vitr. 3, 2. *v. Bald. p. 56.*

HEXECONTĂLĪTHOS, i. m. Lapis tam diuerſis notis ſparſus, vt ſexaginta gemmarum colores in paruo eius orbiculo deprehendantur. *Vid.* Plin. 37, 10. *et* Solin. c. 44.

HEXĒRES, um. f. [ἑξήρης] *Naues, quae ſex remorum ordines habent.* Liu. 27, 23 Regia claſſis ſeptem et triginta maioris formae nauium erat, in quibus tres hepteres et quatuor hexeres habebat, praeter has decem triremes erant. *Conf.* Idem 30, . .

H I A

HIAGNIS, is. m. Fuit vt fando accepimus, Marſyae tibicinis pater, rudibus adhuc muſicae ſaeculis, ſolus ante alios catus canere, *etc.* Apul. Flor. *pr.*

HIARBAS, ae. m. [Ἰάρβας] Rex Libyae, qui Didonem re vera voluit ducere. Et, vt habet hiſtoria, quum haec negaret, Carthagini bellum intulit: cuius timore quum cogeretur a ciuibus, petit, vt ante placaret manes mariti, et exaedificata pyra ſe in ignem praecipitauit. Seruius *explicans illud* Virg. Aen. 4, 36 Non Libyae, non ante Tyro deſpectus Hiarbas. *Scribitur nonnullis ſine adſpiratione. Conf.* Iuſtin. 18, 6. ¶ 2 *Fuit et alius huius nominis in Africa nobilis Rex, auſpiciis Sullae, ductu Pompeii, victus et interfectus. Vid. Plutarch. in Pomp. et* Epit. Liu. 89. *et* Eutrop. 5, 6.

HIASCO, HIATVS, *vid.* HIO, as.

H I B

HIBERĪA, HIBERVS, *vid.* IBERIA.

HIBERNIA, ae. f. [Ἰερνία] *Inſula in mari Atlantico.* Caeſ. B. G. 5, 13 Hibernia dimidio minor, vt aeſtimatur, quam Britannia. *Olim appellata* Ierna. Iuuen. Sat. 2, 160. *et* Mela 3, 6 Iubernam *ſ.* Iuuernam *dixerunt.*

HIBERNVS, *vid.* HYBERNVS.

HIBISCVS, i. m. *vel* HIBISCVM, i. n. [ἀλθαία] *et quibusdam* IBISCVS *et* EBISCVS: *Herba non diſſimilis maluae, vt inquit Theophraſtus, folio maiori quam maluae, piloſiorique caule. Vſus eius eſt ad rupta et tuſſes.* Plin. 19, 5 Hibiſcum a paſtinaca gracilitate diſtat: damnatum in cibis, ſed medicinae vtile. Virg. Ecl. 2, 30 *pro Iunci ſiue Viminis genere accipit,* Haedorumque gregem viridi compellere hibiſco. *Conf.* Idem 10, 71. Calpurn. Ecl. 4, 32.

HIBLA, *vid.* HYBLA.

HIBRIS, *vel* IBRIS, ĭdis. *it.* IBRIDA, *vel* HIBRIDA, ae. c. Hibridas ſues *vocabant antiqui Semiferas, ex placido et fero natas.* Plin. 8, 53 *cum de apris egiſſet, addit,* In nullo genere aeque facilis miſtura cum fero, qualiter natos antiqui Hibridas vocabant, ceu ſemiferos: ad homines quoque, vt in C. Antonium Ciceronis in Conſulatu Collegam, appellatione translata. *Sunt qui ſcribant per* y *Graecum* Hybris *quos refellit Scal. in* Varron. de R. R. 1, 18, 6 Vmber *apud veteres ſignificabat ſpurium. Vnde apud Plinium inſiticium quoddam genus ouium* Vmbri *dicuntur.* — *Sed* Ibrumne *an* Imbrum, *an* Vmbrum *dicas, nihil refert. In Vet. Gloſſ.* Imbrum, ἡμίονον, πρόβατον. *Idem* Iber ἡμίονος. *Ab eo certe* Ibridas *ſpurios vocarunt. Haec Scaliger. De homine ex Romano et Graeca nato, vt videtur,* Hor. Serm. 1, 7, 2 Proſcripti Regis Rupili pus atque venenum Ibrida quo pacto ſit Perſius vltus. Eugen. Tolet. Car. 22 Apris atque ſue ſetoſus naſcitur Ibris. *Vid. ſupra* AMBIGENA.

H I C

HIC, haec, hoc. Pronom. demonſtr. [οὗτος, ὅδε] *quo proprie ea ſignantur, quae dicenti ſ. loquenti proxima ſunt, vel ipſe adeo, qui loquitur: vt contra* iſte, *qui remotior eſt. Itaque clientem ſuum Pronomine* Hic, *aduerſarium autem* Iſte, *ſolet notare Tullius.* Ter. Eun. 3, 1, 33 Vna in conuiuio erat hic quem dico, Rhodius adoleſcentulus. *Ad quantitatem huius Pronominis quod attinet, interdum producebant et* Hic *et* Hoc *veteres, et tum fere duplex* C *ſcribebant* Hicc *et* Hocc *abiecto* E: *corripiebant cum per* C *ſimplex ſcripſere. Vid. Voſſ. Art. Gramm. 2, 29. Aliter tamen ſenſit* Terentianus p. 63 *qui τὸ* Hic *quippe quod ex* Hicce *eſſet, perpetuo longum exiſtimauit, eamque ob cauſam in illo* Virg. Aen. 4, 22 Solus hic inflexit ſenſus animumque labantem, Creticum *ſtatuit. Ita tamen et* Virg. Aen. 6, 791 Hic vir hic eſt. *Et* Lucret. 6, 9 Nam cum vidit hic ad victum quod flagitat vſus. Ter. Andr. 2, 1, 12 Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. Hic *pro Aduerbio ſumitur plerumque, i. hoc loco, hac conditione. Sed* Donatus: Hic, ſeipſum oſtendens dicit, et eſt Hic Pronomen. *Conf.* Priſcian. 17 p. 1103. Ter. Eun. 3, 1, 52 Si laudabit haec illius formam, tu huius contra. Ibid. 4, 4, 14. Ter. Andr. 1, 1, 76 Hic nuptiis dictus eſt dies. *Sic* Menſis hic Ter. Adel. 3, 4, 29. Puer hic vnde eſt? Ter. Andr. 4, 5, 3. Quid hic vult? Idem Andr. 1, 2, 13. Hic ipſus eſt, de quo agebam Ter. Adel. 1, 1, 53. *Vid.* IPSE. Ter. Adel. 4, 5, 17 Hic meus amicus illi genere eſt proximus. Idem Eun. 2, 3, 50 In hanc noſtram plateam, commodum huc ſe aduorterat. Hanc tuam, *pro Iſtam.* Ter. Andr. 3, 2, 30 Prorſus a me opinionem hanc tuam ego eſſe amotam volo. Nimirum hic ego ſum Hor. Epiſt. 1, 15, 42. Ne fueris hic tu Id. ibid. 1, 6, 40. Hunc iſtum otii et pacis hoſtem Cic. pro Domo 12. Huic illi legato, *etc.* Idem pro Flacc. 51. Hic ſomnus eſt mihi: *h. e. Ita dormire ſoleo* Plaut. Curc. 1, 3, 28. *Additur aliquando Pronomen* Hic, *vel ad Honorem vel Contemtum.* Comperiſſe, Pamphilum Pro vxore habere hanc peregrinam Ter. Andr. 1, 1, 118 *vbi conf.* Donat. Virg. Aen. 11, 16 Manibusque meis Mezentius hic eſt. *Vbi* Seruius Hic eſt, pro Talis eſt, Et vtrum per contemtum, an commendationem hoc pronuntiandum? Idem Aen. 6, 791 Hic vir, hic eſt tibi quem promitti ſaepius audis. ¶ 2 *Graeco more aliquando praeter neceſſitatem additur, vt* Ter. Andr. 5, 6 *pr.* Vbinam Pamphilus hic eſt? *Vid. Rutgerſ. Var. Lect. 5, 19. Add.* Ter. Andr. 1, 1, 77. Hic *ſaepe pro Relatiuis Ille, ipſe: vt,* Captae vrbes et in his Byzantium, *pro In illis* C. Nep. 5, 6. Idem 7, 4, 3. *Caeterum in talibus notum eſt non ſemper ad proximum reſpicere hoc Pronomen, ſed nonnunquam ad remotius. Vid. Perizon. ad Sanct. Mineru. 2, 9. et* Quinctil. 2, 5. *Burm. p. 152.* Virg. Ecl. 4, 55 *ſq.*

Non me carminibus vincet, non Thracius Orpheus
Non Linus, huic mater quamuis atque huic pater adſit;
Orphei Calliopeia, Lino formoſus Apollo.

Vbi Huic, *ad* Orpheum *remotum reſpicit, et rurſus ad* Linum *proxime antecedentem.* ¶ 3 Haec, *in Fem. Sing. Plurali Numero in genere Neutro dicitur* Haec fere de moribus Cic. Acad. 1, 38. Ter. Andr. 1, 1, 99 Hinc illae lacrimae, haec illa eſt miſericordia. Haec ea eſt, quam miles a me vi nunc ereptum venit Ter. Eun. 4, 6, 13. Haec pictura Ter. Eun. 3, 5, 36. Vna haec ſpes eſt, vbi vbi eſt, diu celari non poteſt Ter. Eun. 2, 3, 3. Idem Adel. 4, 2, 37 Eſt ad hanc manum ſacellum: ibi angiportum propter eſt. Hac re; *pro Sic, vel Hoc modo:* Ter. Eun. 4, 4, 55 Hac re et omni te turba euolves, et illi gratum feceris. ¶ 4 Hoc. n. Ter. Eun. 4, 4, 27 Agedum hoc mihi expedi: primum, *etc.* Ibid. 1, 2, 50 Hoc agite amabo, mater mea, *etc.* Ab hoc perſanatus Scribon. 40. *ſc. medicamento praedicto.* Hôc, *Ablatiuus, pro Propter hoc.* Plin. Epiſt. 2, 19 Tamen hoc quod ſedent, quaſi debilitantur. Hoc, *pro Tanto, ſequente* Quo. Cic. Tuſc. 2, 57 Vt enim baliſtae lapidum et reliqua tormenta telorum, eo grauiores emiſſiones habent, quo ſunt contenta atque adducta vehementius: ſic vox, ſic curſus, ſic plaga hoc grauior, quo eſt miſſa contentius. Perdiccae hoc indignior caedes videbatur Iuſtin. 7, 5, 8. Hoc mihi abs te caueo cautius Plaut. Men. 1, 2, 42. *ex emendatione Acidalii.* Cic. de Orat. 3, 141 Sin eos disiungent, hoc erunt inferiores, quod, *etc.* Idem Att. 1, 13 Atque etiam hoc magis, quod, *etc.* Ter. Eun. 5, 4, 6 Eam confeci ſine moleſtia, ſine ſumtu, ſine diſpendio: tum hoc alterum id vero eſt, quod mihi puto palmarium. Hoc aliud eſt quod gaudeamus Ter. Eun. 5, 9, 11. Idem Andr. 1, 1, 4 Quid eſt quod tibi mea ars efficere hôc poſſit amplius? Ter. Eun. 1, 2, 102 Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum. Hoc confiteor iure obtigiſſe Ter. Andr. 3, 5, 2. Idem Eun. 5, 2, 47 Crede hoc meae fidei. Ter. Eun. 4, 6, 28 Hoc dic modo, ſororem illam tuam eſſe, *etc.* Ibid. 2, 2, 45 Hoc nunc dices, eiectos hinc nos. Hoc ego ſcio vnum, neminem peperiſſe hîc Ter. Andr. 3, 2, 26. ¶ 5 Hoc erat, *Formula ſuccenſentium et expoſtulantium elegans.* Virg. Aen. 5, 564 Hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignes, Eripis, vt mediis hoſtem in penetralibus, *etc.* Propert. 2, 24, 17 Hoc erat imprimis quod me gaudere iubebas? *Conf.* Hor. Serm. 1, 10, 46. Virg. Aen. 4, 675. Stat. Silu. 1, 4, 33. Petron. c. 93. Hoc eſt patrem eſſe? Ter. Adel. 4, 5, 73. Hoc eſt ſigni, vbi primum poterit, ſe illinc ſubducet ſcio Ter. Eun. 4, 1, 14. Hoc verum eſt, tota te ferri, Cynthia, Roma — Haec merui ſperare Propert. 2, 4 *pr.* Cic. pro Caecin. 19 Iſtius ille fundus eſt, quem quadriennium, hoc eſt, ex quo tempore fundus veniit, poſſedi. Hor. Serm. 2, 7, 2

— Dauusne? ita Dauus amicum
Mancipium domino, et frugi, quod ſit ſatis, hoc eſt,
Vt vitale putes.

Dicens Hoc eſt, *exponit illud* Quod ſit ſatis. *per haec verba ſequentia,* Vt vitale putes. *quaſi ita dixerit, Hoc eſt, ſic frugi vt ipſum putes eſſe vitale.* Cic. Verr. 4, 45 Hoc eſt enim dicere, non eſt dignus tu qui habeas quae tam, *etc. Idem eſt ac ſi dicas.* Hoc facito. S. recte ſane. D. hoc fugito. S. callide. D. hoc laudi eſt. S. iſthaec res eſt. D. hoc vitio datur. S. probiſſime Ter. Adel. 3, 3, 66. ¶ 6 *Frequenter cum Genitiuis ponitur.* Plaut. Bacch. 2, 3, 109 Ne nauigarem hoc aetatis ſenex, *i. huius aetatis, vel hac aetate.* Plin. 2, 31 Plures Soles, ſimul quam tres viſi ad hoc aeui nunquam produntur. *i. ad hoc vsque aeuum noſtrum. Add.* 6, 4. Cic. pro Roſc. Amer. 91 Hoc commodi eſt: quod ita vixerunt, vt teſtes omnes, ſi cuperent, interficere non poſſent. Ter. Eun. 3, 4, 8 Quid hoc hominis? qui hic ornatus eſt? Cic. Att. 15, 14 Magnaque cura et ſolicitudine Atticum et me liberaris, ſi hoc honoris mei cauſa ſuſceperis, vt eos ſemper a te defenſos velis. Cic. Att. 12, 1 Hoc literularum exaraui egrediens e villa ante lucem. Hoc mentis habere Quinctil. 4, 2. Ter. Eun. 2, 1, 18 Dî boni, quid hoc morbi eſt. Hoc noctis, *et* hoc lucis Plaut. Amph. 1, 1, 10. Cic. Att. 1, 13 Noui, eſt in lege hoc, vt qui numos in tribu pronuntiarit, ſi non dederit, impune ſit. Hoc ſceleris Ter. Eun. 2, 3, 34. Idem Adel. 5, 2, 11 Interea in angulum aliquo abeam, atque edormiſcam hoc villi. Hoc niſi ſit puerum vt tu videas, nihil mouentur nuptiae Ter. Andr. 3, 2, 36. Hoc nouum eſt aucupium Ter. Eun. 2, 2, 16. Hoc opus eſt Idem Andr. 4, 2, 21. Hoc patrium eſt, potius conſueſcere filium ſua ſponte recte facere Ter. Adel. 1, 1, 5. Idem ibid. 4, 7, 7 Hoc peccatum eſt in virginem ciuem. Hoc plus facies Ter. Eun. 2, 1, 15. Hoc primum in hac re praedico tibi Ter. Andr. 1, 1, 19. Hoc primum eſt Idem Adel. 4, 4, 22. Reſponde mihi hoc Ter. Eun. 4, 7, 22. Hoc eſt quod: Plaut. Aſin. 5, 2, 14 Hoc ecaſtor eſt, quod ille it ad coenam quotidie. *h. e. Ea eſt cauſa cur, etc.* Idem Pſeud. 5, 1, 10 Quid opus, me multas agere ambages? hoc homini eſt quamobrem vitam amet. Hoc quid ſit: Ter. Andr. 1, 2, 19 Dehinc poſtulo, ſiue aequum eſt, te oro Daue, vt redeat iam in viam. D. hoc quid ſit. In hoc me recondidi Sen. Ep. 8. *i. ideo.* Ter. Eun. 5, 9, 54 Vnum etiam hoc vos oro, vt me in veſtrum gregem recipiatis. Idem Adel. 1, 1, 3 Profecto hoc vere dicunt, ſi abſis vspiam, aut vbi ſi, *etc.* Ter. Eun. 1, 2, 41 Vtrumque hoc falſum eſt, effluet. Idem Phorm. 1, 4, 32 Hoc nihil eſt Phaedria: ilicet, quid conterimus operam fruſtra? *Vbi* Donatus: Vtrum Hoc relatiuum? an Hoc cum contemtu, pro Hic Antipho nihil eſt? *Sic* Cic. Diu. in Verr. 11 Etſi hoc neſcio quid nugatorem ſciebam, *pro Hunc. In MSS. permutari ſolent* Hoc *et* O, *vid. Drakenb. ad* Sil. 5, 167. ¶ 7 *Caſuum reliquorum exempla.* Mortem huius tam fert familiariter Ter. Andr. 1, 1, 84. Huius in aduentu Virg. Aen. 6, 798. Huius non faciam, *pro Flocci faciam, et minimum aeſtimabo.* Ter. Adel. 2, 1, 8 Hanc iniuriam mihi nolle factam eſſe, huius non faciam, crede hoc, ego meum ius perſequar. Huius *oſtendit motum digiti.* Hac re, *pro Eam ob rem.* Sen. Epiſt. 9 Hac re, florentes amicorum turbas circumſedet. Huic ſupplicabo, amorem huic narrabo Ter. Andr. 2, 1, 14. *Datiuus* Huic, *Monoſyllabum eſt.* Virg. Aen. 1, 347 Huic coniunx Sichaeus erat. Id. Ecl. 2, 53. Huïc, *per Diaereſim Diſſyllabum efficitur.* Stat. Silu. 1, 1 *extr.* Laetus huïc dono videas dare tura nepotes. Hoc *pro* Huc. Nunc hoc animum aduertito Plaut. Capt. 2, 2, 79. Nonne idem hoc loci me mittere potuit Idem Amph. 1, 1, 11. Cancer et hoc et illoc quadrat Petron. c. 39. Hae rei, *peculiare eſt, pro Huic rei apud* Catonem de R. R. c. 14. *quod defendit Victorius.* Haec *Plur. Fem.* Ter. Eun. 3, 5, 34 Haec adornant vt lauet. Idem Hec. 5, 2, 24 Haec amicae erunt, vbi quam ob rem adueneris reſciſcent. *Sic optimi quique libri hic et alias monente Faërno et Bentl.* Hi motus animorum atque haec certamina tanta Virg. Georg. 4, 86. Hos bella, hos aequora poſcunt, His amor exitio, furor his Stat. Silu. 2, 1, 213. Hibus *pro His antique* Plaut. Curc. 4, 2, 20. His lacrimis vitam damus Virg. Aen. 2, 45. *i. talibus ac tantis.* His legibus, *pro Hac conditione.* Plaut. Aulul. 2, 1, 35 His legibus quum tu dare vis, cedo, nuptias adorna. Ter. Andr. 2, 3, 21 Vxorem his moribus

ribus dabit nemo: *i. ita male morato.* His parentibus Hor. Od. 3, 6, 33. *i. tam corruptis.*

HICCE, haecce, hocce. [οὑτοσί] *Idem eſt quod Hic, haec, hoc.* Ter. Eun. 2, 2, 44 Hicce hoc munere arbitratur ſuam Thaidem eſſe. Hocce haud dubium eſt Ter. Andr. 2, 3, 17. Idem Adel. 3, 1, 16 Hiſce oculis egomet vidi, Soſtrata. Idem Andr. 3, 5, 18 Namque hocce tempus praecauere mihi me, haud te vlciſci ſinit. Cic. Verr. 2, 117 Sic Pop. Rom. iucunda ſuburbanitas huiuſce prouinciae. Ab hiſce rebus animum auoca Seru. Sulp. Cic. Fam. 4, 5.

HICQVE. Huiusque dici fortuna Plin. 34 ſ. 19. *ut legit Hard. qui ſic quoque reſtitui iubet ap.* Cic. de Legg. 2 c. 11. Et *Huiusce* et *Huiusque* recte ſcribuntur, ſed ſuo loco vtraque. Nam ab hocce et ab haecce ſit *huiusce*: *huiusque* autem aliud ſignificat, i. e. vniuscuiusque Mar. Victor. de Orthograph. p. 2462 *poſt med.*

HICCĬNE, haeccine, hoccine. *i. Talis: ſemper cum interrogatione.* Ter. Hec. 1, 1, 13 Hiſcine tu amabo non contra inſidiabere? *Vbi* Donatus, ἐρώτησις interrogatio. *i.* Talibus. Idem Adel. 4, 7, 4c ô Iuppiter, Hanccinne vitam? hoſcine mores? hanc dementiam? *Quidam vnico C ſcribunt* Hicine. Hiccine eſt Simo? Ter. Andr. 5, 4, 4. Cic. Tuſc. 3, 39 Hiccine eſt Telamon ille, modo quem gloria ad caelum extulit? Haeccine parua meum funus arena teget? Propert. 1, 17, 8. Hoccine credibile eſt, aut memorabile, *etc.* Ter. Andr. 4, 1, 1. *Vbi* Donatus, Totum hoc in pronuntiatione, hoc enim genus interrogationis, vim negandi exprimit. Hiccine, *Dubitatiue.* Liu. 1, 3 *pr.* Haud nihil ambigam hiccine fuerit Aſcanius, an maior, *etc.* Haeccine erant itiones crebrae, haeccine erat vilitas Ter. Phorm. 5, 8, 23.

HACCETENVS *et* HOCCEDIE *ſcribebant* antiqui *pro* Hactenus *et* Hodie. Mar. Victor. Ant. Gr. p. 2457 *med.*

HIC. [ἐνθάδε, ἐνταῦθα, ἐνταυθοῖ, ὧδε] Adu. *in loco.* Ter. Eun. 5, 2, 59 Iam frater ipſe hîc aderit virginis. Ibid. 4, 6, 41 Thais ego iamdudum hic adſum. Ibid. 5, 5, 21 Quem praeſtolare Parmeno hic ante oſtium? Idem Adel. 2, 1, 15 Hic propter hunc aſſiſte. Ter. Andr. 4, 1, 4 Vbi fides eſt ſi roges, nihil pudet, hîc, vbi opus eſt, non verentur: illic, vbi nihil opus eſt, ibi verentur. Hic, *pro Tum.* Adu. temporis. Ter. Hec. 1, 2, 93 Hic animus partim vxoris miſericordia deuictus, *etc.* Donatus. Virg. Aen. 9, 246 Hîc annis grauis, atque animi maturus Alethes. *Et ita ſaepe* Virg. Ter. Andr. 2, 3, 15 Hic reddes omnia, quae nunc ſunt certa ei conſilia, incerta vt fient. *Vbi* Donatus: Hîc, Aduerbium loci non eſt, ſed Aduerbium temporis. Cic. Verr. 3, 3 Hîc illi flentes rogare atque orare coeperunt, vt, *etc.* Hîc, *pro In hac re et negotio.* Plaut. Bacch. 1, 2, 3 Lycurgus, vt mihi quidem videtur, poſſet hîc ad nequitiam adducier. Hic iacet, Hic ſitus eſt: *inter ſollemnia verba in ſepulcrorum* inſcriptionibus *recenſet S. Pitiſc. V. Lex. Ant. Rom. in voce* Nic.

HINC. [ἔνθεν, ἐνθένδε, ἐντεῦθεν] Adu. *de loco.* Plaut. Amph. 2, 2, 9 Atque is repente abiit a me hinc ante lucem. Ter. Adel. 4, 4, 9 Nam vt hinc forte ea ad obſtetricem erat miſſa, vbi eam vidi, illico accedo. *Vid.* ABEO *et* ABSVM. Plaut. Mil. 3, 1, 13 Sed ſpeculabor, ne quis aut hinc ab laeua, aut ab dextera, *etc.* Ter. Andr. 4, 4, 14 Ego quoque hinc ab dextera venire me aſſimulabo. Hinc ab ianua aliquid tollere Ter. Andr. 4, 5, 10. Hinc a porta Collina Liu. 2, 11. Ter. Andr. 5, 1, 14 Illam hinc ciuem eſſe aiunt. Hinc a nobis profecti in caelum reperientur Cic. Tuſc. 1, 60. Hinc abeſt de, *vid.* ABSVM. Cic. de Fin. 3, 45 Via quae eſt hinc in Indiam. Hinc emta Ter. Adel. 2, 2, 22. *Sic apud* Cic. in Catil. 4, 16 Quidam hinc nati. Ter. Eun. 3, 2, 12 Cur non imus hinc? Cic. de Orat. 2, 13 Dixit ſe Scaeuolam hinc euntem eſſe conuentum. Hinc euoca aliquem foras Ter. Eun. 2, 2, 52. Hinc ex Attica abrepta Ter. Eun. 1, 2, 76. Cic. pro L. Agr. 2, 93 Nos autem hinc Roma qui veneramus. Hinc ex proximo oritur clamor Plaut. Aulul. 5, 3, 27. Hinc ex ara Ter. Andr. 4, 4, 5. Hinc intro concedam Idem Eun. 1, 2, 126. Hinc et hinc: Martial. 10, 83 Raros colligis hinc et hinc capillos. Hinc atque hinc glomerantur Virg. Aen. 1, 504. Hinc illuc: Ter. Adel. 2, 2, 17 Coëmiſſe hinc quae illuc veheret multa. Hinc, illinc Liu. 2, 11. Ter. Adel. 4, 5, 39 Dum cognatus hinc illinc veniret exſpectantem. Hinc atque illinc totus ſeptentrio eremigatus Plin. 2, 67. Hinc et illinc exhibent mihi negotium Plaut. Moſt. 3, 1, 38. Cic. de Vniuerſ. 42 c. 14 Id fit cum ſpeculorum laeuitas hinc illincque altitudinem aſſumſit, *etc.* Hinc, *pro Inde* Scribon. 149. 154. Hinc inde, *Vndecunque, circumquaque.* Plin. Epiſt. 9, 13 Longum eſt omnia, quae tunc hinc inde iacta ſunt, recenſere. Martial. 1, 118 Cubitis trudit hinc et inde conuiuas. Ne inde odium, hinc contemtus oriatur Quinctil. 2, 2. Ter. Eun. 2, 2, 3 Conueni hodie aduenientem quendam mei loci hinc, atque ordinis. Hinc, *Ex hac cauſa.* Ter. Andr. 1, 1, 99 Hinc illae lacrimae, haec illa eſt miſericordia. Hor. Epiſt. 1, 19, 41. Cic. pro Flacc. 54 Hinc totum odium, hinc omnis offenſio. *Add.* Cic. pro Cael. c. 25. Hinc, *Ex hoc vel illo.* Ter. Adel. 3, 3, 7 Sed eccum Syrum ire video hinc ſcibo, iam vbi ſiet. Hinc, *Ex hac parte.* Cic. in Catil. 2, 25 Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc ſtuprum. Hinc volucrum naturae dicentur Plin. 9, 62.

HAC. Adu. *per locum: i. Per eum locum in quo ſum.* Ter. Eun. 5, 9, 64 Ite hac omnes vos: valete, et plaudite. Hac iter eſt Virg. Aen. 9, 321. Hac, *pro Illac.* Ter. Adel. 4, 2, 34 In porticum rurſum redi: ſane hac multo propius ibis; et minor eſt erratio. Plaut. Rud. 1, 3, 31 Ita nunc hac, an illac eam, ſunt incerta conſilii. Hac illac circumcurſa Ter. Heaut. 3, 2 *pr.* Idem Andr. 4, 1, 47 Hac non ſucceſſit, alia aggrediamur via. *i. Hoc modo quem tentauimus. Conf.* Nep. 23, 3, 4.

HACPROPTER. Varro. Hacpropter omnes qui laborant inuocant.

HACTENVS, *vid. ſuo loco.*

HVC. Adu. *ad locum.* [δεῦρο, αὐτόσε, ὧδε] Virg. Ecl. 2, 45 Huc ades. Ter. Eun. 1, 2, 40 Ego cum illo, quocum vno rem habebam tum hoſpite, abii huc. Ter. Eun. 4, 7, 4 In medium huc agmen cum vecti Donax. Huc in vrbem raro commeat Ter. Hec. 1, 2, 100. Huc te accerſi iuſſi Idem Eun. 1, 2, 20. Huc coram illum adducam Ter. Andr. 5, 3, 29. Idem Eun. 2, 3, 58 Huc deducta eſt ad Thaidem meretricem: ei dono data eſt. Cic. Tuſc. 2, . . Huc arripe ad me manibus abſtractam piis. Huc euocate Ter. Andr. 3, 3, 47. Plaut. Aulul. 2, 1, 14 Eo nunc te ſecreto huc foras ſeduxi, vt, *etc.* Ter. Eun. 5, 6, 26 Ceſſo huc intro irrumpere? Ter. Adel. 5, 1, 3 Sed poſtquam intus ſum omnium rerum ſatur, prodeambulare huc libitum eſt. Ter. Eun. 3, 1, 4 Huc prouiſo, vt vbi tempus ſiet, deducam. Huc ſecede procul Plaut. Capt. 2, 2, 13. Huc renumeret dotem Ter. Hec. 5, 5, 52. Idem Eun. 4, 7, 26 Pamphilam ergo huc redde. Huc redeunt haec verba Ter. Eun. 1, 2, 78. *i. Eam ob cauſam dicuntur.* Rem huc deduxi, vt, *etc.* Cic. in Catil. 2, 4 c. 2. Huc et huc ora vertere Hor. Epod. 4, 9. Huc illuc: Tacit. Ann. 1, 56, 7 Sed exterruit Caecina huc illuc ferens arma. Huc et illuc, *Incertum iter oſtendunt.* Cic. Att. 9, 11 (9) Ne forte aut abſim quum veniet, aut curſem huc et illuc deterrima via. *Sic* de Orat. 1, 184 c. 40 Huc atque illuc intueri. Idem Off. 1, 101 Pars quae hominem huc et illuc rapit. Hor. Carm. 4, 11, 10 Huc et illuc curſitare. Nunc huc, nunc illuc Virg. Aen. 5, 701. *Conf.* Idem Georg. 2, 297. Id. Aen. 4, 285 *et* 363. 5, 408. 8, 20 *et* 229. 9, 755. 10, 680. 12, 764. Huccine tandem omnia reciderunt? Cic. Verr. 5, 162 c. 63. Hucusque, *pro Vſque huc.* Plin. 6, 29 Hucusque Seſoſtris exercitum duxit. Paullus in l. 3 D. Quae res pig. dat. vel hypoth. oblig. non poſſunt, Videamus an dici poſſit hucusque ad eum tranſire ius prioris, vt diſtrahere pignus ei liceat.

HVC-ITIO, onis. f. Clandeſtina vt celetur huc-itio Plaut. Amph. 1, 2, 8. *vt quidam legunt, vid. Taubm.*

H I E

HIEMS, *vid.* HYEMS.

HIĔRA, ae. f. [Ἱερά] *Sancta vel Sacra, mere Graecum, ſed varie etiam in Latinis libris vſurpatum. Sic* Hiera *eſt* Inſula maris Siculi, vna ex Aeoliis. Dicta autem Ἱερά, id eſt ſacra, quod Vulcano ſacrata eſt, et plurimum colle eminentiſſimo nocte ardet, *vt ſcribit* Solin. c. 11. *Vid.* Plin. 2, 89 *et* 109. Iſidor. 14, 6. ¶ 2 Sen. Epiſt. 83 Quomodo tamen hodiernum certamen nobis ceſſerit, quaeritis? quod raro curſoribus euenit, Hieran facimus. *Muretus interpretatur de Media in ſtadio linea, ad quam ambo feſſi peruenerint. Lipſius morem fuiſſe oſtendit, vt in victoria ambigua Deo ſacraretur corona, quod* ἱερὸν ποιεῖσθαι, *ſcil.* ςέφανον *Graeci dixerunt: Seneca* ἱεράν, *coronam.* ¶ 3 Hiera. Virg. Aen. 9, 673 *dubia eſt. Verba ſunt*, Pandarus et Bilias, Idaeo Alcanore creti, Quos Iouis eduxit luco ſilueſtris Hiera. *Non eſſe hic* ἱεράν *cogitandam, modulus Syllabae oſtendit. Itaque aut quaecunque mater* Hiera *intelligi debet, aut amplectanda Turnebi coniectura* Hyaena. *Quia tamen media, alioqui breuis, producitur, Turnebus* Hyaenam *ibi legendum eſſe monet. Vid. eius Aduerſ.* 22, 7. ¶ 4 *Medicis frequens appellatio. V. g.* Hiera botane Scribon. 163. *Vid.* BOTANE, *et mox* HIEROBOTANE. *Deinde compoſitiones ſic commendant vt* Hiera antidotos Pacchii Scribon. 156. *Add.* 99.

HIERAPOLIS, is. f. *Vrbium aliquot nomen. V. g. nobilis illius in Syria* Plin. 5, 26.

HIERATICVS, a, um. Adi. *Sacerdotalis.* Plin. 13, 12 Hieratica charta appellabatur antiquitus, (*ex mediis philuris parata*) religioſis tantum voluminibus dicata, quae ab adulatione Auguſti nomen accepit, ſicut ſecunda Liuiae a coniuge eius: ita deſcendit Hieratica in tertium nomen.

HIERAX, ăcis. m. [ἱέραξ] *Accipiter.* Iuſtin. 17, 2, 8 Antiochus Hierax eſt cognominatus, *etc.* Hieracis collyrium, *quaſi accipitris eo viſus paretur*, Celſ. 6, 6, 28. *Vid. mox* HIERACIA.

HIERACIA, ae. f. Lactucae genus, cuius ſucco accipitres obſcuritatem ſentientes oculos tingunt Plin. 20, 7.

HIERACITES, ae. m. Gemma, a colore accipitris ſic vocata Plin. 37, 10.

HIERACIVM, i. n. *Collyrium.* Plin. 34, 11. Apul. de Herb. c. 30. *Dioſc.* 3, 7.

HIERICHO, *vel* IERICHO, *vel* HIERICHVS, untis. f. *Iudaeae oppidum inter Hieroſolymam et Iordanem.* Plin. 5, 14. Prudent. Pſychom. 536. Idem Hamart. 480.

HIEROCHONTICVS, a, um. Adi. Vulg. Int. Ier. 39, 5.

HIĔRO, ōnis. m. [Ἱέρων] *Syracuſanus, quum eſſet ex duce rex factus, Populi Romani perpetuus amicus fuit. Quum omnis expers diſciplinae in morbum incidiſſet, erudiri coepit. Vid. Aelian. Varr. Hiſt.* 9, 1. Liu. 24, 4 *ſq.* Iuſtinus 23 *extr. De numis illius Spanh. diſſ.* 8 *p.* 548.

HIEROBOTANE, es. f. [ἱεροβοτάνη] *Herba: cuius meminit* Plin. 25, 9. *Verbena dicitur alio nomine.*

HIEROBVLBVS, i. m. Apul. Herb. c. 21.

HIERODVLI, orum. m. [ἱερόδουλοι] *Sacrorum miniſtri.* Firmicus 8, 19 *ſcribit* Futuros aedituos, aut hierodulos, qui habuerint horoſcopum in viceſima ſexta parte Geminorum.

HIEROGLYPHĬCAE, arum. f. [ἱερογλυφικαί] *Literae ſacrae. Quo nomine dictae ſunt, Aegyptiae, quae notis volucrum, ferarum, aliarumque rerum praenotatae erant. De quibus ſic* Tacit. Ann. 11, 14 Primi per figuras animalium Aegyptii ſenſus mentis effingebant, et antiquiſſima monumenta memoriae humanae impreſſa ſaxis cernuntur, et literarum inuentores perhibentur.

HIEROMNĒMON, ōnis. m. [ἱερομνήμων] *Sacrorum praeſul apud Graecos.* Gemma *etiam laudata in* diuinationibus Plin. 37, 10 ſ. 58.

HIERONICAE, arum. m. *Pl.* Qui in ſacris certaminibus vicerant Plin. 18, 8. Suet. Neron. c. 24 Ac ne cuius alterius hieronicarum memoria aut veſtigium exſtaret. Idem 25. *Vid. Caſaub.*

HIERONYMVS, i. m. [Ἱερώνυμος] *Siciliae tyrannus, Hieronis filius diſſimilis, a ſuis ciuibus interfectus. Vid.* Liu. 24, 4 *ſeq. De* Hieronymo Rhodio Philoſopho Cic. Fin. 2, 3. Id. Tuſc. 2, 6 *etc.* Hieronymum Stridonenſem *ſaepe laudamus.*

HIEROPHANTA, *et* HIEROPHANTES, ae. m. *Sacrarum caerimoniarum magiſter et interpres. Vid.* Arnob. l. 5 *cum notis Elmenh. Interpp.* Nep. 16, 3, 2. *Meurſ. Eluſin. c.* 13. *et I. Gothofr. ad l.* 14. Cod. Th. de Pagan. Sacrif. *etc.*

HIEROPHYLAX, ăcis. m. [ἱεροφύλαξ] *i. Sacrorum cuſtos.* Scaeuola in l. Annua his verbis D. de annuis leg.

HIEROSOLYMA, ae. f. *et* HIEROSOLYMA, orum. n. *tantum Pl.* [Ἱεροσόλυμα] *Vrbs capitalis Iudaeae ſeu Palaeſtinae, quae et* Hieruſalem *vocabatur.* Cic. pro Flacc. 67 Quum aurum Iudaeorum nomine quotannis ex Italia et ex omnibus veſtris prouinciis, Hieroſolymam exportari ſoleret. Ibid. C. Pompeius captis Hieroſolymis victor ex illo fano nihil attigit. Tacit. Hiſt. 5, 2 Solymos carminibus

bus Homeri celebratam gentem, conditae vrbi Hieroſolymam nomen e ſuo feciſſe. Suet. in Neron. c. 40 Regnum Hieroſolymorum. Idem Tit. c. 5.

HIEROSOLYMARIVS, i. m. [Ἱεροσολυμαῖος] *Dictus eſt* Pompeius, *forte quod ſubinde gloriaretur captis a ſe Hieroſolymis.* Cic. Att. 2, 9 Vt ſciat hic noſter Hieroſolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis, *etc.*

H I G *et* H I L

HIGYNVS, i. m. *Piſcis.* Priſcian. de Diaeta c. 8.

HILAĪRA, ae. f. *Polluci amata.* *Vid.* Propert. 1, 2, 16 Non ſic Leucippis ſuccendit caſtora Phoebe, Pollucem cultu non Hilaira ſoror. *Vid.* Hygin. Fab. 80. *et Meurſ. Miſc. Lac. c. 11.*

HILĂRIS, e. Adi. [ἱλαρὸς, φαιδρὸς] *Laetus et iucundus.* Hor. Epiſt. 1, 18, 89 Oderunt hilarem triſtes, triſtemque iocoſi. Cic. Q. Frat. 2, 12 Riſi niuem atram, teque hilari animo eſſe et promto ad iocandum valde me iuuat. Plin. Epiſt. 2, 17, 5 Eſt contra medias cavaedium hilare. *h. e. Iucundum et delectabile, lucidum praeſertim, vt* Lucianus in Domo princ. *vocat* οἶκον φωτὶ φαιδρότατον. Diem hilarem ſumere Ter. Adel. 2, 4, 23. Ingenium hilare et lepidum Plaut. Moſt. 1, 4, 6. Modum in hilarem epulati ſumus Cic. Att. 5, 9. *Legendum ex vetuſto codice* Saliarem. Martial. 3, 64 Sirenas hilarem nauigantium poenam. Populus Ouid. de Arte Am. 3, 518. Probitas Stat. Silu. 5, 2, 72. Vultu hilari atque laeto Cic. Tuſc. 1, 100. Hilaris *et* Triſtis *opponuntur* Quinctil. 8, 3. Idem 6, 3, 27 In conuiuiis et quotidiano ſermone laſciua humilibus, hilaria omnibus conueniunt. ¶ 2 Hilaria. Antiqui Diem aequinoctii verni colentes appellarunt, *vt ait* Macrob. Saturn. 1, 21 nempe octauum Calend. Aprilis, quo ſit aequinoctium vernum, quo primum tempore ſol diem longiorem nocte protendit. *De his meminit* Vopiſcus in Aureliano 1 *pr.* Hilaribus, quibus omnia feſta et fieri ſcimus et dici. *Vid. h. l. Salmaſ.* Hilaria Matris Deûm Lamprid. in Seuero: *vbi conſ. Caſaub.* Hilaria *Turnebus Adu. 24, 45 fuiſſe exiſtimat Matris deûm ferias, quae principio veris celebrabantur maxima Populi laetitia, et nobiliſſima pompa, quouis e Populo inſignia cuiusque dignitatis mentiente atque ſimulante libere et impune, vt internoſci, magiſtratus a ſimulatore plerumque non poſſet, vt ab Herodiano in Commodo deſcribitur.*

HILĂRVS, a, um. Adi. [ἱλαρὸς] *pro eodem.* *Vid.* Macrob. Sat. 1, 9. Ter. Adel. 4, 7, 37. Ibid. 5, 3, 56 Hodie modo hilarum fac te. Vita Cic. de Fin. 5, 92 c. 30. Idem Att. 16, 3 Hunc tu tralatum in Macrocollum lege in arcano conuiuis tuis: ſed ſi me amas, hilaris, et bene acceptis, ne in me ſtomachum erumpant, quum ſint tibi irati. Eidem 5, 20 Hilara ſane Saturnalia. *Compar.* Cic. de Clar. Orat. c. 5 Animaduerti te paullo hilariorem. Idem Piſon. c. 5 Oculis hilarioribus. *Superl.* Plaut. Mil. 3, 1, 71 Hilariſſimus conuiua. *Conf.* Men. 1, 2, 40.

HILARŬLVS, a, um. Dimin. [ὑφίλαρος] Cic. Att. 16, 11 *extr.* Atticae, quoniam (quod optimum in pueris eſt) hilarula eſt, meis verbis ſuauium des. *Alii non* Optimum *legunt, ſed* Primum.

HILARICŬLVS, a, um. Adi. Sen. Epiſt. 23 Soluto vultu, et vt iſti delicati loquuntur, hilariculo mortem contemnere. *Al.* Hilari oculo.

HILARĬTAS, ātis. f. [ἱλαρότης] *Feſtiuitas, iucunditas.* Cic. de Fin. 2, 65 Non enim hilaritate, nec laſciuia, nec riſu aut ioco comite leuitatis, ſed ſaepe etiam triſtes, firmitate et conſtantia ſunt beati. Cic. de Orat. 1, 242 Itaque hilaritatis plenum iudicium ac laetitiae fuit. Hilaritas, *et* Triſtitia, *contraria* Cic. in Orat. 60. Idem Off. 1, 108 c. 30 Erat in C. Laelio multa hilaritas. Hilaritatem afferre, *vid.* AFFERO. Cic. Att. 12, 39 Hilaritatem illam, qua hanc triſtitiam temporum condiebamus, in perpetuum amiſi. Hilaritate aliquem conſpergere Cic. Acad. 1, 8. *vid.* CONSPERGO. Cic. Fam. 9, 11 Sed tamen hilaritas illa noſtra et ſuauitas, quae te praeter caeteros delectabat, erepta mihi omnis eſt. Hilaritas diei Columel. 9, 14. *Plur.* Sen. Epiſt. 23 Caeterae hilaritates non implent pectus, ſed frontem remittunt.

HILARITVDO, ĭnis. f. Plaut. Mil. 3, 1, 83 Onera te hilaritudine. Idem Rud. 2, 4, 8 Hilaritudo oculorum. Apul. 11 Tanta hilaritudine geſtire mihi cuncta videbantur.

HILĂRE. Adu. [ἱλαρῶς] *quod et Hilariter dicitur.* Cic. de Fin. 5, 92 c. 30 Dicimus aliquem hilare viuere. Idem de Orat. 2, 290 c. 72 Ego vero atque hilare quidem a te acceptus. *Item* Tuſc. 3, 27 Hilarius loquuti. Hilare et libenter ei cupienti audire noſtra, dixi ſine te omnia muta eſſe Cic. Fam. 16, 12. Hilare proſequi aliquem Suet. Ner. c. 34. Epulatus hilare Tacit. Ann. 11, 3. Hilarius loqui Cic. Tuſc. 3 c. 27. Hilarius et quaſi exſultantius ſcribere Plin. Epiſt. 3, 18. Plaut. Men. 1, 2, 40 Ecquid audes de tuo iſtuc addere? P. atque hilariſſime.

HILARITER. Adu. Auct. ad Heren. 3 c. 14 Modo acriter tum clementer, moeſte, hilariter, in omnes partes commutabimus, vt verba, ita pronunciationem.

HILARĬTVS. Adu. [ἱλαρῶς] *pro Hilariter dixit* Plaut. Mil. 3, 1, 83 Es, bibe animo obſequere mecum, atque onerato hilaritus me. *Vid.* HILARITVDO.

HILĂRO, āre. [ἱλαρύνω] *Laetitiam, iucunditatemque afferre.* Cic. de Fin. 2, 8 c. 3 Omnes enim iucundum motum quo ſenſus hilaretur, Graece ἡδονὴν, Latine Voluptatem vocant. Idem de Clar. Orat. 44 Huius ſuauitate maxime hilaratae ſunt Athenae. Quantis gaudiis totam domum noſtram hilarabis Apul. Met. 5. Animum hilarare Catul. 61, 18. Hos vbi facundo tua, vox hilarauerit ore Ouid. ex Pont. 4, 4, 37. *Conf.* Non. 2, 407.

HĪLAROR, āri. Paſſ. Plin. 19, 42 Conſtat emori victas difficultate verbi, ac niſi ſubinde eadem audiant, memoria falli: quaerentes mirum in modum hilarari, ſi interim audierint id verbum. *De pſittacis.*

HILARATVS, a, um. Partic. Cic. de N. D. 2 c. 40 Terra cum caelo hilarata.

HILARATIO, ōnis. f. Tertull. . . .

HILARATOR, ōris. m. *Apud* Firmic. . . .

HILARESCO, ĕre. [ἱλαρύνομαι] *Hilarem fieri.* Varro Epiſt. Lat. l. 1 In votum amicorum domus ſumat, hilareſco. *Vid.* Non. 2, 404. Hilareſcit anima Auguſt. Confeſſ. 10, 31. Sermo hilareſcens Ibid. 5, 13.

HILARIVS, i. m. *Nomen proprium.* *V. g.* Vitellii libertus Tacit. Hiſt. 2, 65. *ſunt etiam inter eos, quos Patres vocamus* Pictauienſis *et* Arelatenſis Hilarii.

HILARŌDVS, i. m. Laſciui et delicati carminis cantor Feſtus. *Inter hiſtrionum appellationes refert Athenaeus 14, 8. Conf. Scalig. Poët. 1, 52.*

HILAROTRAGOEDIA, ae. f. *Eadem videtur eſſe, quae tragicocomoedia. vid. Spanhem. praef. ad Iuliani Caeſ. VII et VIII.*

HILLA, ae. f. [νῆστις ἐγκοίλιον] *vel* HILLA, orum. n. Hor. Serm. 2, 4, 60 Perna magis, ac magis hillis Flagitat immorſus refici. *Quo loco* Acron, Hilla, dicuntur Salſa inteſtina hirci: poſitum eſt diminutiue haec Hilla: quidam in diminutione Neutri generis eſſe dicunt: alii dicunt Farta ſalſitia. *Haec ille. Vid.* Varro de L. L. 4, 2. *quem locum ſtatim damus voce* HILVM. Plaut. . . . Atque hillas infumatas et ſumen. Non. 2, 410 *habet* Hilas. *Vid. infra* HIRAM.

HILVM, i. n. Nigrum illud putatur, quod in ſummitate fabae adhaeret, *inquit* Feſtus. Varro *tamen* de L. L. 8, 37 Hilum, ſignificare *cenſuit* Medullam eius ferulae, quae Aſphodelus vocatur: *ac ſic apud Latinos* Nihilum dici *putauit*, quomodo Graecis familiare eſt dicere, οὐδὲ γρύ. Varro de L. L. 4, 22 p. 29, 1 A fartura farcimina in extis appellata, a quo, quod in eo tenuiſſimum inteſtinum fartum, Hila ab hilo dicta, id eſt minimo: quod ait Ennius, Neque diſpendei facit hilum. *Et mox* c. 23 v. 18 Filum, quod minimum eſt hilum. id enim minimum eſt in veſtimento. Lucret. 3, 843 Mors igitur nihil eſt, ad nos neque pertinet hilum. Hilum, pro Breui exiguoque ponitur, *auctore* Non. 2, 402. Cic. Tuſc. 1, 10 — Num illud quod Siſyphus verſat Saxum ſudans nitendo, neque proficit hilum? *Ex Poëta.*

H I M

HIM, *pro Hinc introductum voluit Lambinus in* Plaut. Amph. Prolog. v. 125.

HIMANTOPODES, *vid.* IMANTOPODES.

HIMĔRA, ae. f. [Ἱμέρα] Fluuius Siciliae, qui in duas partes diuiditur: et in altera, dulcem ſaporem, in altera falſum retinet Plin. 3, 8.

H I N

HINC, *vid.* HIC.

HINNIO, īui, ītum, īre. [χρεμετίζω] Equorum proprium, *vt ait* Feſtus. Fortiter hinnire Quinctil. 1, 5, 72 Iam ne balare quidem aut hinnire fortiter diceremus, niſi iudicio vetuſtatis niterentur. *Conf.* Spartian. in Get. c. 5.

HINNIENS, entis. Part. *Subſtantiue pro Equus.* Laeuius in Apul. Apol. p. 294 Radiculae, herbae, ſurculi — hinnientium dulcedines, *i.* Hippomanes. *v. v.*

HINNIENTER. Adu. *Apud* Non. 2, 411.

HINNILĬTO, āre. *Frequentatiuum antiquum, idem quod Hinnio.* Lucil. . . . Haec inquam rudet ex roſtris, atque hinnilitabit. *Vid.* Varro de L. L. 6, 5. *aliter habet* Non. 1, 78.

HINNĬTO, āre. Frequent. Gloſſ. Gr. Lat. χρεμετίζει, hinnitat.

HINNĪTVS, ûs. m. [χρεμετισμὸς] Liu. 2, 64 Fremitus hinnituſque equorum. *vox ipſa quam equi emittere ſolent.* Cic. de Diuin. 1, 73 Quum autem aliquantum progreſſus eſſet, ſubito exaudiuit hinnitum, reſpexitque, et equum alacrem aſpexit. Acutus Virg. Georg. 3, 94. Edere hinnitus Ouid. Met. 2, 669. Iuſtin. 1, 10, 8. Fremuiſſe hinnitibus Alpes Sil. 5, 66. Hinnitus litui Sil. 12, 182. *Heinſius. al.* Tinnitus. Pecoris ſpecie hinnitibus euolauiſſe Saturnum Arnob. 4 p. 145.

HINNIBILIS, e. Adi. Cael. Aurel. 1, 10 Exſcreatus hinnibilis.

HINNIBVNDE. Adu. *pro Hinnienter*, ab eo, quod eſt Hinnio. Claud. Annal. 16 Equi hinnibundi inter ſe ſpargentes terram calcibus. Non. 2, 411.

HINNVS, i. m. [νεβρὸς] Varro de R. R. 2, 8 Hinnus qui appellatur, ex equo et aſina, minor eſt, quam mulus corpore, plerumque rubicundior, auribus vt equi, iubam et caudam ſimilem aſini. Item in ventre eſt, vt equus, menſes duodecim. hoſce item vt equulos et educant et alunt, et aetatem eorum ex dentibus cognoſcunt. Columel. 6, 37 Qui ex equo et aſina concepti generantur, quamuis a patre nomen traxerint, quod hinni vocantur, matri per omnia magis ſimiles ſunt. *Conf.* Plin. 8, 44. *et Lex. Pitiſc. Legitur et*

HINNA, ae. f. Non. 2, 409.

HINNŬLVS, i. m. Dimin. [νεβρίδιον, κεμὰς] *eſt Fetura capreolorum, caprarum, damarum, leporum, ſimiliumque.* Hinuli coagulum Scribon. 188. Plin. 28, 9 Summis autem remediis praefertur hinnuli coagulum in matris vtero execti. *Ex antiquo codice legitur,* Hinulei coagulum. Hinnuli, νεβροὶ Vet. Gloſſ. *Item,* Mares ex equo et aſino geniti. Plin. *l. c.* Vet. Gloſſ. Hinnulus, ὁ ἐξ ἵππȣ καὶ ὄνȣ. *Vid.* Varr. R. R. 2, 8. *Recentioribus eſt Burdo. Vid. Lex. Pitiſc.*

HINNVLA, ae. f. *Vt*, Pellicula hinnulae Arnob. 5 p. 185.

HINNVLĔVS, i. m. *Idem ac Hinnulus.* Hor. Carm. 1, 23, 1 Vitat hinnuleo me ſimilis Chloe. *Carmen eſt Aſclepiadeum.*

HINNICVLVS, i. m. *Idem apud* Vitruu. . . .

H I O

HIO, āre. [χαίνω] *Proprie eſt Ore aperto ſpiritum emittere, a* χάω *oritur, vt a* χάσκω, *hiſco. Martin.* Plin. 8, 15 Inuitat ad hiandum pabuli ſui gratia. Hiare, Sponte, vel aliqua vi externa, aperiri ſiue ſcindi: vt, Ligna hiant ariditate, et tellus aeſtu. Salluſt. 4 Atque hiauit humus multa, vaſta et profunda. *Vid.* Non. 4, 228. Columel. 5, 9 Quum terra aeſtibus hiat. Hiare flores *dicuntur, Quum aperiuntur.* Propert. 4, 2, 45 Nec flos vllus hiat pratis quin, *etc.* *Hinc Manifeſtum eſſe ſignificat* Apul. Apol. p. 533 Patent artes tuae, Ruffine, fraudes hiant, detectum eſt mendacium. Hiare *eſt vitioſe patere, et ad cupiditates malas refertur.* Cic. in Verr. 3, 8 c. 4 Huic homini ſi cuius domus patet, vtrum ea patere, an hiare ac poſcere aliquid videtur? Sen. Epiſt. 72 Quidquid accepit, integrum deuorat, et ſemper ad ſpem futuri hiat. *Huc forte referas* Cic. de Fin. 2, 8 Omnes enim iucundum motum quo ſenſus hiarent, Graece ἡδονὴν, Latine voluptatem vocant. *Sic v. c. Vrſini. Al.* Hilaretur. Hiare Vocalibus ſermo *dicitur, Quum propter multarum Vocalium concurſum hiulco ore proferendus eſt.* Quinctil. 9, 4 Neque enim aut hiare ſemper Vocalibus, aut deſtitui temporibus volunt ſermo et epiſtola. Cic. in Orat. 152 Indicant orationes illae ipſae horridulae Catonis, indicant omnes Poëtae, praeter eos, qui vt verſum facerent, ſaepe hiabant: vt Naeuius, Vos qui accolitis, *etc.* Hiabant, *i. Vocales non elidebant,*

ſed

ſed omnes pronuntiabant, et in metiendo carmine vim ſuam omnes habere ſinebant, quale eſt illud Virg. Ecl. 3, 6 Et ſuccus pecori, et lac ſubducitur agnis. *Et illud* Ecl. 7, 53 Stant et iuniperi, et caſtaneae hirſutae.

HIANS, antis. Partic. [χαίνων] Clamor fruſtratur hiantes Virg. Aen. 6, 493 Emtorem inducere hiantem, *i. cupidum* Hor. Serm. 1, 2, 88. *Sic* Sat. 2, 5, 56 Coruum deludet hiantem. Cic. Verr. 2, 13 Nam ipſum Verrem tantum ſemper auaritia hiante atque imminenti fuiſſe, ingenio et cogitatione nulla. Tacit. Hiſt. 1, 12 Quippe hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates ipſa Galbae facilitas intendebat. Oratio Quinctil. 8, 6. *h. e. Male coniuncta et concatenata..* Mutila et hiantia loqui Cic. in Orat. 32 c. 9. Mutila *vocat, quae aures non impleant. Debet enim verborum ambitus talis eſſe, vt et compleat verbis quod propoſuit, nec quidquam redundet, vt in* Partitionibus *docet. Quae vero* mutila *ſunt, et breuia, nequaquam aures complere poſſunt.* Hiantia, *quae ex aſpero Vocalium concurſu vaſte pronuntiantur. Nam (vt* Auctor ad Heren. 4, 19 c. 12 *ait)* crebrae Vocalium concurſiones vaſtam atque hiantem orationem reddunt: vt hoc eſt, Baccae aeneae amoeniſſimae impendebant. Cic. de Orat. 3, 169 Collocationis eſt componere et ſtruere verba ſic, vt neue aſper eorum concurſus, neue hiulcus ſit, ſed quodam modo coagmentatus et laeuis. Disiuncti atque hiantes concurſus literarum Cic. in Partic. 21 c. 6. Hians, de aegro Scribon. 9. *Conf. Rhod. in Lex.* Scrib. Pati fluere ſaliuam hiantem 9. Hiantem pati ſaliuam decurrere 55.

HIANTIA, ae. f. Tertull. de Anima c. 10 Tubam pariter et hiantiam oris illius oſtendo.

HIĀTVS, ûs. m. *Oris apertio.* Cic. de N. D. 2, 122 c. 47 Quaedam animalia cibum oris hiatu et dentibus ipſis capeſſunt. Extremus exſpirantis hiatus Quinctil. 6, 2. Immani fauces diducit hiatu Sil. 3, 194. Cic. in Orat. 77 c. 23 Habet enim ille tanquam hiatus concurſu Vocalium molle quiddam. Cic. de N. D. 2, 14 Repentinis terrarum hiatibus. Plin. 36, 15 Hauriri vrbes terrae hiatibus, publicus mortalium dolor eſt. *Conf.* Sen. ad Helu. c. 6. Deuorari ſubito telluris hiatu Ouid. Epiſt. 3, 63. Patuli hiatus fontis Idem Met. 3, 162. Profundus Plin. 2, 80. Praemiorum hiatum *vocat* Tacit. Hiſt. 4, 42, 6 Nimiam eorum cupiditatem. Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu? Hor. A. P. 138.

HIĔTO, āre. Frequent. *ab* Hio *apud veteres.* Plaut. Men. 3, 1. *it.* Lucil. *et* Laber. 19. *et alii apud* Diomed. 1 p. 336.

HISCO, ĕre. [χαίνω, διαίρω] *Inchoatiuum verbum, Proprie eſt Oris humani: Quum videlicet prae ſomno aut taedio os aperiunt homines. Submiſſe loqui, ſiue Os ad loquendum aperire.* Plaut. . . . Ne hiſcere quidem audet. Liu. 6, 16 Ne attollere oculos aut hiſcere audebant. Virg. Aen. 3, 314 — Vix pauca furenti Subiicio, et raris turbatus vocibus hiſco. Cic. Philipp. 2, 111 c. 43 Reſpondebisne ad haec? aut omnino hiſcere audebis? Hiſcere aduerſus veritatem Scribon. 84. Hiſcere, Stupere, mirari, dubitare. Naeuius: Hiſcit, Dubius eſt quid agat. Nonius 2, 400 ex Accio, Vereor plus quam ſatis eſt captiuum hiſcere. *Aperiri.* Plaut. Pſeud. 4, 1, 42 Tace, aedes hiſcunt. Ouid. Epiſt. 6, 144 Hiſcere nempe tibi terra roganda foret. Magnae nunc hiſcite terrae *Poëta ap.* Quinctil. 9, 2, 26. ¶ 2 Prop. 3, 2, 4

Viſus eram molli recubans Heliconis in vmbra
Bellerophontei qua fluit humor equi,
Reges, Alba, tuos, et regum facta tuorum,
(Tantum operis) neruis hiſcere poſſe meis:
Paruaque tam magnis admoram fontibus ora *etc.*

Hiſcere *hic, vt* hiare, *videtur appetere. Poëta eſt prope Caſtaliam, incedit illum cupiditas hauriendi facultatem, qua caneret reges etc.*

HIASCO, ĕre. [ἀνοίγομαι] Cato de R. R. c. 17 *de nucibus,* Vbi primum incipiunt hiaſcere, tum legi oportet.

H I P

HIPPĂCE, es. f. [ἱππάκη] *Caſeus ex lacte equino coagulatus.* Plin. 28, 9 Seſtius eosdem effectus equino, quos bubulo tradit: hunc vocant hippacen. *de caſeis.* Idem 11, 54. *Vbi Hermolaus, Hippocrates, inquit, inuentum ſcribit Scytharum* hippacen *ex equino lacte. Vid.* Idem 11, 14.

HIPPĂCO, āre. eſt Celeriter animam ducere: ab Equi halitu, qui eſt ſupra modum acutus. Feſtus. In Gloſſ. Iſidor. *eſt* Hippitare. *Vid. Barth. ad* Stat. Silu. p. 22.

HIPPAGIVM, i. n. *Equorum vectio.*

HIPPAGO, ĭnis. f. Feſtus, Hippagines naues, quibus equi vehuntur, quas Graeci ἱππαγωγὰς dicunt. *Recte, nam et* Liu. 44, 28 Quinque et XXX naues quas hippagogos vocant ab Elea profectae, *etc.* Gell. 10, 25 Hippagines *inter alia nauium nomina.*

HIPPĀGVS, i. m. [ἱππαγὸς] *Nauigii idem genus.* Plin. 7, 56.

HIPPARCHIA, ae. f. [ἱππαρχία] *Praefectura equorum. Laudatur, neſcio quam bene,* Plin. 1, . .

HIPPEVS, i. m. *Cometae nomen,* qui iubas equinas imitatur, celerrimi motus, atque in orbem circa ſe euntes Plin. 2, 25. *Ab equi ergo qualicunque ſimilitudine.*

HIPPI, orum. m. *Pl.* [ἱππεῖς] Piſcium genus a celeritate ſic dicti Plin. 9, 31. *al.* Hippeis, Hippees, Hippae.

HIPPIAS, ae. m. [Ἱππίας] *Eleus Philoſophus, de quo* Quinctil. 12, 11, 21 Non liberalium modo artium prae ſe ſcientiam tulit, ſed veſtem, et annulum, crepidasque, quae omnia manu ſua fecerat, in vſu habuit, atque ita ſe praeparauit, ne cuius alterius ope egeret. *Vid.* Cic. de Orat. 3, 127 c. 32. Apul. Florid. p. 346. ¶ 2 *Fuit item* Hippias, *Piſiſtrati filius.* Cic. Att. 9, 11 Nefarius Hippias Piſiſtrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens. *Conf. Meurſ. Piſiſtr. c. 17.*

HIPPĬCE, es. f. [ἱππικὴ] *Herba, de qua* Plin. 25, 8 Scythicam herbam in ore habentes, famem ſitimque non ſentiunt. Idem praeſtat et hippice, dicta quod in equis quoque eundem effectum habeat.

HIPPIVM, i. n. Pars hippodromi, quae equorum curſu terebatur Diacon. 8.

HIPPIVS, i. m. [ἵππιος] *Equeſter.* Neptunus ita dictus, *cuius nominis cauſas adducit* Feſtus, vel quod Pegaſus ex eo et Pegaſide natus ſit; vel quod equuleus, vt putant, loco eius ſuppoſitus Saturno fuerit, quem pro Neptuno deuoraret; vel quod tridentis ictu terra equum excierit, cui ob hoc in Illyrico quaternos equos iaciebant nono quoque anno in mare.

HIPPIATRVS, i. m. *Medicus equorum curam gerens, veterinarius.* Varr. R. R. 2, 7 *extr.* Vel plurima ſunt in equis et ſigna morborum et genera curationum, — ob hoc in Graecia potiſſimum medici pecorum ἱππίατροι appellati.

HIPPO, ōnis. m. *et* f. [Ἱππὼν] *Africae vrbes hoc nomine duae.* Hippo regius, *epiſcopatu inſignis eſt diui* Auguſtini. *Alteram* Diarrhyton *Graecis dictum* Plinius *ſcribit,* Quod paluſtri ſolo madet. *Vtramque* Sil. 3, 259 Tum Vaga, et antiquis dilectus regibus Hippo, v. 259. Plin. 6, 34 Vtraque, *inquit,* Hippo, *etc.* Vtramque Hipponem Graecos equites condidiſſe, *auctor eſt* Solinus c. 40.

HIPPONENSIS, e. Adi. *Vt,* Hipponenſis colonia Plin. Epiſt. 9, 33.

HIPPŎCĂMĒLVS, i. m. *Ex equo et camelo compoſitus, vel, cum tale monſtrum inauditum ſit,* Hippo *tantum auget ſignificationem, vt magnus intelligatur.* Non taurus non mulus erit, non Hippocamelus. *Vid.* Auſon. Epigr. 70, 9. *Forte fictum a Poeta ludibrii cauſa vocabulum.*

HIPPOCAMPAE, arum. f. *ſiue* HIPPOCAMPI, orum. m. *Pl.* [ἱπποκάμπαι] Equi marini in piſcium caudas deſinentes, a flexu caudarum, quae piſcoſae ſunt, *vt ait* Nonius, *dicti,* 2, 397. *Conf.* Plin. 32, 5 *et* 9 *et* 11. *it.* 36, 5. *Dioſc. 2, 3. et Spanhem. diſſ. 4 p. 175.*

HIPPOCAMPĪNVS, a, um. Adi. Plin. 32, 7 Alopecias replet hippocampinus cinis, nitro et adipe ſuillo miſtus.

HIPPOCENTAVRVS, i. m. [ἱπποκένταυρος] *Equi ſtimulator. Quidam volunt* Hippocentauros *filios fuiſſe Centaurorum, quod Diodorus ait: fabula ex eo nata, quod primi equitare auſi ſunt, veluti* hippos, *i. Equus, et homo copulati eſſent.* Plin. 7, 3 *extr.* Claudius Caeſar ſcribit Hippocentaurum in Theſſalia natum, eodem die interiiſſe. Et nos principatu eius allatum illi ex Aegypto in melle vidimus. *Circumſpecte ſatis* Hieronymus in Vita Paulli Eremitae *narrat* Antonium ad illum pergentem conſpexiſſe hominem ex equo miſtum, cui opinio Poëtarum Hippocentauri nomen indidit. Verum haec vtrum diabolus ad terrendum ſimulauerit, an, vt ſolet, eremus monſtruoſorum animalium ferax iſtam quoque beſtiam gignat, incertum habemus. Cic. Diuin. 2, 48 Hippocentaurum negat vnquam fuiſſe. *Et* de N. D. 2, 109 Quis enim (inquit) Hippocentaurum fuiſſe, aut Chimaeram putat? *Vid. omnino Spanh. de Vſu Num. diſſ. 5 p. 278 ſq. Conf.* CENTAVRVS.

HIPPOCŎMI, orum. m. *Pl.* [ἱπποκόμοι] *Curatores equorum, ad curſus publicos qui parant eos, adducunt, reducunt. Vid. Gothofr. ad* l. 37 C. Theod. de curſu publ. Hippocomorum ſagum.

HIPPOCOON, ontis. m. *Notus ex venatione apri Calydonii.* Hygin. Fab. 173. *et in ludis Aeneae,* Fab. 273. Ouid. Met. 8, 314 Et quos Hippocoon antiquis miſit Amyclis.

HIPPOCOVM, i. n. Vinum ex inſula Coo, dictum ab agro generoſo, cui nomen eſt Hippo. Feſtus.

HIPPŎCRĂTES, is. m. [Ἱπποκράτης] *Cous artis medicae princeps.* Hippocrates conditor noſtrae profeſſionis Scribon. Ep. . . Quinctil. 3, 6 Hippocrates clarus arte medicinae. *Vid.* Celſ. Praef. *et paſſim.*

HIPPOCRĂTĬCVS, a, um. Adi. Prudent. Rom. 496 Nam mitiores ſunt manus medentium Laniena quando ſaeuit Hippocratica? Hieron. adu. Vigilant. Hominem moti capitis, atque Hippocraticis vinculis alligandum *dixit, verbo furioſum, a medicis alligandum.*

HIPPOCRĒNE, es. f. [Ἱπποκρήνη] *Fons Boeotiae. Hunc fingunt vngulae equi Pegaſi percuſſione ortum, et hinc denominatum.* Ouid. Faſt. 5, 7 *ad Muſas,* Dicite, quae fontes Aganippidos Hippocrenes Grata Meduſaei ſigna tenetis equi.

HIPPOCRĒNAEVS, a, um. Adi. Anon. de Laud. Herc. 5 Hippocrenaeos victorem inſiſtere fontes.

HIPPOCRENISATVS, a, um. Adi. *Ita quidam, etiam Sauaro, legunt in* Sidon. Carm. 22, 81. *Sed Sirmond. et Wower. ſic habent,* Hic et criniſatas iungebat Pegaſus alas, *quaſi ex Pegaſi crinibus ſ. iuba natas.*

HIPPODAMANTIVS, a, um. Adi. Vinum Hippodamantium, *inter* transmarina Plin. 14, 7.

HIPPODĂME, es. *ſ.* HIPPODAMĪA, ae. f. [Ἱπποδάμη, Ἱπποδάμεια] *Filia Oenomai regis Elidis et Piſarum, v. v.* Virg. Georg. 2, 7 Hippodameque humeroque Pelops inſignis eburno. Propert. 1, 2, 20 Auecta externis Hippodamia rotis. *Vid.* Hygin. Fab. 84. ¶ 2 *Fuit et alia hoc nomine puella, quam Achilles expugnato Lyrneſſo oppido ſecum abduxit, quae Poëtis appellatur Briſeis, a patre Briſe.* ¶ 3 *Alia item Pirithoi vxor* Ouid. Met. 12, 210.

HIPPŎDĂMVS, i. m. [Ἱππόδαμος] *Mileſius, natura ſtudioſus, primus eorum, qui in Republica verſati non eſſent, coepit aliquid dicere de optimo ciuitatis ſtatu. Conſtituit enim ciuitatem ex numero X millium, diuiſam in partes tres, artifices, agricolas et milites. Regiones in totidem partes, ſacram, publicam, et priuatam. Erat ob ambitionem vita moroſior, crinium prolixitate, ac ſumtuoſo ornatu. Ariſtot. Polit. 2, 7. Conf. 7, 11. et in eum Piccart.* ¶ 2 *Alius* Aſper Hippodamus Stat. Theb. 6, 436. *it.* Martius Stat. Theb. 6, 477. ¶ 3 *Alius eſt, de quo* Martial. 4, 31 Non ſemper belle dicitur Hippodamus.

HIPPODRŎMVS, i. m. [ἱππόδρομος] *Spatioſior locus, viis latioribus, longioribus, ſemicircularem anfractum habentibus, diſtinctus, vmbroſus item, verbo, ita inſtitutus, vt in eo non molli modo geſtatione vti, ſed in equo etiam moueri fortius, vel iunctis equis raptare per ea ſpatia currum poſſis. Hoc et nomen indicat, quo Graeci etiam circum reddunt, curſum equorum enim ſignificat: et deſcriptio* Plin. Epiſt. 5, 6, 19 *et* 32. Plaut. Bacch. 3, 3, 27 Inde de hippodromo et palaeſtra, vbi reueniſſes domum. Martial. 12, 50 Puluereumque fugax Hippodromon vngula plaudit.

HIPPOGLOSSVM, i. n. *vel rectius* HIPPOGLOSSA, ae. f. Herba a figura equinae linguae appellata: habet autem folia ſilueſtris myrti concaua, et ſpinoſa, et in his ceu linguas folio paruo exeunte de foliis Plin. 27, 11.

HIPPOGLOTTION, i. n. Lauri genus Plin. 15, 30.

HIPPOLAPĂTHVM, i. n. [ἱππολάπαθον] Herba lapatho ſatiuo maior, candidiorque ac ſpiſſior, *vt ait* Plin. 20, 21.

HIPPOLY̆TE, es. f. Vxor Acaſti, regis Magneſiae, quae Peleum falſi criminis accuſauit apud virum ſuum, dum ille ſibi conſentire nollet. ¶ 2 *Alia Amazonum regina, Martis et Otrerae filia, quam Hercules praelio victam Theſeo dedit vxorem. Vid.* Hygin. Fab. 30 *et* 163. *et* Virg. Aen. 11, 661.

HIPPOLY̆TVS, i. m. [Ἱππόλυτος] *Theſei et Hippolytae Amazonis filius,* Virbius *dictus. Qui, dum caelibem ducens vitam ſeſe venatu exerce-*

exerceret, et conſtanti animo ſperneret mulieres, a Phaedra nouerca, abſente patre, amatus eſt. Cuius turpi deſiderio quum obtemperare noluiſſet, redeunte patre, adulterii ei crimen nouerca obiecit. Quamobrem Theſeus in furorem verſus, de filii nece cogitauit: quod metuens Hippolytus, *conſcenſo curru fugam arripuit. Theſeus Neptunum patrem rogat, vti ſe vlciſceretur. Hic phocam immittit, qua exterriti equi, per ſcopulos ac ſaxa traxere Hippolytum tanto impetu, vt compagibus diſſolutis infelicem iuuenem loris implicitum diſcerperent. Hunc poſtea Aeſculapius reuocauit ab inferis, et priſtinae incolumitati reſtituit.* Hippolytus *vero relicta terra Attica in Italiam venit, ne patris iram rurſus experiretur, et ſe* Virbium *appellari iuſſit, quod bis vir fuiſſet. Non longe a Roma oppidum aedificauit, quod a nomine acceptae coniugis, Ariciam appellauit. Sic fere* Seru. *ad* Aen. 7, 761. *Aliter Diodorus Siculus 5, 5, quem vide. Conf.* Lactant. 1, 17. Direptus equorum furiis Hippolytus Ouid. Faſt. 3, 265. *Add.* Ouid. Met. 15, 500. Hygin. f. 47 *et praeſertim fabula* Senecae *hoc nomen praeferens.*

HIPPOMANES. n. [ἱππομανὲς] *Indecl. compoſitum ab* ἵππος, *equus, et* μανία, *furia vel inſania.* Seruius *ſcribit,* eſſe virus ex equarum inguinibus defluens, quo tempore feruntur in amoris furorem: quod in humana viſcera deſcendens, furorem facit. *Et ita ſane* Virg. Georg. 3, 281 Hic demum hippomanes vero quod nomine dicunt Paſtores, lentum diſtillat ab inguine virus. Tib. 2, 4, 58 Et quod, vbi indomitis gregibus Venus afflat amores, Hippomanes cupidae ſtillat ab inguine equae. *Sed* Plin. 8, 42 Et ſane equis amoris innaſci veneficium, hippomanes appellatum, in fronte, caricae magnitudine, colore nigro, quod ſtatim edito partu deuorat foeta, aut partum ad hubera non admittit, ſi quis praereptum habeat, olfactu in rabiem id genus agitur. Virg. Aen. 4, 515 Quaeritur et naſcentis equi de fronte reuulſus, Et matri praereptus amor. *Huc etiam pertinet* Plin. 28, 11 ſ. 49 Equarum virus a coitu *etc.* Nam Hippomanes tantas in veneficio vires habet, vt affuſum aeris mixturae in effigiem equae Olympiae, admotos mares equos ad rabiem coitus agat. *Hoc igitur primum genus eorum, quae* Hippomanes *dicuntur, pars animalis. Sed etiam medicamenta quaedam amatoria ſ. philtra, ſic appellata eſſe docet* Colum. 6, 27, 3 Id praecipue armentum (*equae*) ſi prohibeas, libidinis exſtimulatur furiis, vnde etiam veneno inditum eſt nomen ἱππομανὲς, quod equinae cupidini ſimilem mortalibus amorem accendat. *Illud porro venenum eſt ipſa caruncula cum pullis naſcens, ſi credimus Aeliano de Hiſt. Anim. 3, 17. et 14, 22. Sed Theocritus Pharmaceut. ſ. 2, 48 plantam Arcadiae eſſe ait Hippomanes. Exſtat de Hippomane diſſertatio Pet. Baelii, ſubiecta Dictionario, qui nihil fere indictum praetermiſit. Multa habet Rendtorf. ad Democritum de Sympathiis in Fabricii Bibl. Gr. 4, 26 p. 346 ſq.*

HIPPOMARĀTHRVM, i. n. [ἱππομάραθρον] *Herba.* Plin. 20, 23 Eſt et in hoc genere ſilueſtre, quod alii hippomarathrum, alii myrſineum vocant: foliis maioribus, guſtu acriore, procerius, brachiali craſſitudine, radice candida. Naſcitur in calidis, ſed ſaxoſis. Diocles et aliud hippomarathri genus tradit, longo et anguſto folio, ſemine coriandri. *Hactenus Plin. Foeniculum maius* hippomarathrum *appellant recentiores: mos enim eſt Graecis in compoſitione, vt quum magnum aliquid ſignificare volunt, equum aut bouem ponant.*

HIPPOMĔDON, ontis. m. *Viri nomen, quem vocat* Stat. Theb. 6, 654 Arduum. Acer Stat. Theb. 5, 664.

HIPPOMĔNES, is. m. Neptuni nepos, ex patre Macareo, Atalantam puellam Scyriam curſu potentem vicit, et in luco matris deum amoris impatientia cum victa concubuit, *vt ſcribit* Seruius. *Vid.* ATALANTA. *Conf.* Ouid. Met. 10. Fab. 14. *et Aelian.* 13, 1. ¶ 2 *Alius Athenienſium princeps, qui Limonem filiam in adulterio deprehenſam equo famelico et feroci tradidit abſumendam. Vid.* Ouid. Ibis 459.

HIPPŌNA, *vid.* EPONA.

HIPPŌNAX, actis. m. [Ἱππώναξ] *Poëta.* Plin. 36, 5 *de* Bupalo *et* Anthermo *ſculptoribus,* Hipponacti notabilis foeditas vultus erat: quamobrem imaginem eius laſciuia iocorum ii propoſuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum diſtrinxit in tantum, vt credatur aliquibus ad laqueum eos compuliſſe: quod falſum eſt *etc. Ab hoc* Iambicum HIPPONACTICVM, *ſiue* HIPPONACTEVM, *quod et* Scazon *dicitur, nomen ſumſiſſe videtur.* Cic. in Orat. 189 c. 56 Senarios vero et Hipponacteos effugere vix poſſumus, magnam enim partem ex Iambis noſtra conſtat oratio. Praeconium Hipponacteum Cic. Fam. 7, 23 *pro Carmine maledico.*

HIPPONOMVS, i. m. *Paſtor equorum.* Plinio *tribuitur.*

HIPPŎPE, es. f. *Herba.* Plin. 22, 12.

HIPPOPĒRA, ae. f. [ἱπποπήρα] Sen. Epiſt. 87 *vocat Sacculos ſcorteos ad ferendos numos; ſiue caetera ad iter neceſſaria accommodos.* Bulgas Pompeius *vocat:* Hor. Serm. 1, 6, 105 Manticam.

HIPPOPHAES, *ſiue* HIPPOPHYES, is. f. *Frutex, quo fullones vtuntur ad interpolandas veſtes. Vid.* Marc. Emp. c. 30. Plin. 21, 15. *et* 22, 12.

HIPPOPHAESTVM, i. n. *Spina fullonia. Dioſc. 4, 16.* Plin. 16, . .

HIPPOPHEON, i. n. *Herba. al. Epithymum.* Plin. 26, 8.

HIPPOPHOBAS, ădis. f. *Herba magica, quam equae praecipue cauent et auerſantur.* Plin. 24, 17. *al.* Hippophoüas.

HIPPOPŎDES, um. m. *Pl.* Populi in Oceano Scythico, qui (*teſte* Solino . . .) humanam vsque ad veſtigium formam tenent, ſed in equinos pedes deſinunt Plin. 4, 13.

HIPPOPOTĂMVS, i. m. [ἱπποπόταμος] Plin. 8, 25 Maior altitudine in eodem Nilo belua hippopotamus editur: vngulis bifidis, quales bubus, dorſo equi et iuba, et hinnitu, roſtro reſimo, cauda et dentibus aprorum, aduncis, ſed minus noxiis: tergoris ad ſcuta galeasque impenetrabilis, praeterquam ſi humore madeat. *Vid.* Id. ib. c. 5 *et* 32, 10 *et* 11. Mela 1, 5. *Bochart. Hieroz.* 2, 5, 15. Ammian. 22, 15.

HIPPOSELĪNVM, i. n. [ἱπποσέλινον] *Apii herbae ſpecies, in ſiccis naſcens: quaſi Selinum ſiue apium magnum dicas, ea ratione compoſitionis Graecorum, quae prius dicta eſt in* HIPPOMARATHRVM, *eadem etiam herba Oluſatrum alias dicitur.* Plin. 20, 11. *conf. Matthiol.*

HIPPŎTĂDES, ae. m. *ita dicitur* Aeolus, *quia erat* Hippotae *Troiani ex Segeſta filia nepos.* Ouid. Met. 4, 663 Clauſerat Hippotades aeterno carcere ventos. *Conf.* 11, 431. *et* Virg. Aen. 11, 674.

HIPPOTOXŎTAE, arum. m. [ἱπποτοξόται] *Dicti ſunt Equeſtres ſagittarii, vel ſagittarii, qui equis inſidentes tela mittunt. Vid.* Hirt. B. Afr. 19. Caeſ. B. C. 3, 4.

HIPPVRIS, is. f. [ἵππουρις] *Herba a Latinis Equiſetum dicta.* Plin. 26, 13 Equiſetum, hippuris a Graecis dicta, et in pratis naſcens, vituperata a nobis. Eſt autem Pilus terrae, equinae ſetae ſimilis, *etc. Vid. Dioſc.* 4, 4, 8.

HIPPVRVS, i. m. *Inter Piſces, quaſi tu equi caudam dicas, a quacunque ſimilitudine.* Plin. 32, 11. *et* 9, 16. Ouid. Hal. 95.

HIPPVS, i. m. *quod alias Graecum equi nomen eſt,* ἵππος, *Piſcis.* Plin. 32, 11.

H I R

HIR, *Vola manus, ex graeco* χείρ. Cic. Fin. 2 c. 8 Quibus vinum defuſum e pleno ſit; Hir, Sipho, vt ait Lucilius, cui nihil demſit. Hir, *inquit Scalig. Coniectan. in* Varr. *p. 182 eſt Vola manus, et qui vinum furtim deplent, vt guſtent, ſolent id vola manus haurire etc. Neque melius quidquam allatum a poſterioribus.*

HIRA, ae. f. [ἐγκοίλιον] Quae diminutiue (*inquit* Feſtus) dicitur Hilla: Inteſtinum eſt, quod Ieiunum vocant. Macrob. Somn. Scip. 1, 6 *enarrans* inteſtina principalia tria, tertium, *inquit,* quod veteres hiram vocarunt, habeturque praecipuum inteſtinorum omnium, (*an* ἀρχὸς *Graecorum?*) et cibi retrimenta deducit. *Vid. Taubm. ad* Plaut. Curc. 2, 1, 23.

HIRCANIA, *vid.* HYRCANIA.

HIRQVVS, i. m. *per* c *et* q. [κάνθος] *Angulus oculi.* Virg. Ecl. 3, 8 Transuerſa tuentibus hirquis. *i. Oculis in hirquos, h. e. In angulum vtrumque retortis. Tractum eſt autem ab Oculis* hircorum, *qui ob libidinis ardorem, tranſuerſum ſemper adſpiciunt. Vid.* Seru. *in d. l.*

HIRCVS, i. m. *per* c *vel* q. [τράγος] *Caper, caprarum admiſſarius.* Plaut. Moſt. 1, 1, 38 Te Iuppiter diique omnes perdant, oboluiſti allium, germana illuuies, ruſticus, hircus, hara ſuis. *Ad hominem tranſtulit immundum et libidinoſum.* Idem Caſin. 3, 2, 20 Propter operam illius improbi hirci edentuli. Laeuis Hor. Epod. 16, 34. Mulgere hircos, *vid.* MVLGEO. Olere hircum Hor. Sat. 1, 2, 27. *et* Sat. 1, 4, 92. ¶ 2 Hircus *aliquando dicitur Foetor ille, qui fit ſub alis.* Grauis hirſutis cubat hircus in alis Hor. Epod. 12, 5. *Conf.* Ouid. Art. Am. 1, 522.

HIRCĪNVS, a, um. Adi. [τράγειος] *ſiue* HIRQVINVS, *antiquis, quod ad hircum pertinet.* Plaut. Pſeud. 4, 2, 12 Heus tu, qui cum hirquina ſtas barba, *etc.* Apuleius . . . Homo ſordidus et hircina libidine foetens. Plin. 12, 17 In pellibus hircinis. Hircinum barbitium Apul. Met. 11 p. 260, 40. Follibus hircinis concluſae aurae Hor. Serm. 1, 4, 19.

HIRCŌSVS, a, um. Adi. [τραγομάσχαλος] *Quod hircinum odorem olet.* Plaut. Merc. 3, 3, 14 Quum ſis iam aetatis plenus, anima foetida, ſenex hircoſus, tu oſculere mulierem, *etc.* Perſ. 3, 77 Hic aliquis de gente hircoſa centurionum. Idem 5, 189 Dixeris haec inter hircoſos centuriones. *Nonnulli legunt* Varicoſos. Oſculum hircoſum, *Putidum, olidum* Martial. 12, 59. Hircoſus Deus, *Pan* Apul. Met. 5 p. 168, 38.

HIRCĬPES, edis. o. *Hircinos pedes habens.* Mart. Capell. 9.

HIRCIPĬLVS, i. m. Durorum pilorum homo. Feſtus.

HIRCOCERVVS, i. m. *ex* Hirco *et* Ceruo *compoſitus. Vid.* Sariſb. 2, 18.

HIRQVITALLO, īre. Hirquitallire dicuntur, Qui ex alarum ſudore male olent Cenſorin. de Die natali c. 14.

HIRQVITALLI, orum. m. Pueri primum ad virilitatem accedentes, a libidine hircorum ita dicti. Feſtus. *Vid. Gronou. Obſeru. in Eccleſ. 8 p. 84.*

HIRCVLVS, i. m. *Herbae nomen.* Plin. 12, 12 Cum Gallico nardo ſemper naſcitur herba, quae hirculus vocatur, a grauitate odoris et ſimilitudine, qua maxime adulteratur. Diſtat quod ſine cauliculo eſt, et quod minoribus foliis, quodque radicis neque amarae neque odoratae.

HIRNEA, ae. f. *Vaſis genus, de quo* Cato R. R. 81 Erneum (*al.* Herneum) tanquam placentam (*facito*) Eadem omnia indito, quae in placentam. Id permiſceto in alueo. Indito in hirneam (*al.* Irneam) fictilem, eam dimittito in aulam aheneam aquae calidae plenam. Ita coquito ad ignem. Vbi coctum erit, hirneam confringito, ita ponito. *Si recte ea habent,* Hirnea *fuerit vas vile, tam anguſti colli, vnde* Erneum *ſiue* Hirneum *eximi integrum non poſſet. Sed quid ſi recte editum ab* Heruagio confrigito? *et ita legendum.* Hirneum *ſ.* Erneum *exemtum nempe hirnea,* confrigito: *vt iubeat hoc genus placentae primum coqui in hirnea, deinde in oleo frigi? De Hirnea Plauti et Nonii, vid.* CYRNEA. *Cognata Feſti* Irnella, vaſis genus in ſacris.

HIRNVLA, ae. f. Dimin. Cic. Parad. 1. *al.* Vrnulas fictiles, *vt nunc editur. Vid. Turneb. 20, 20.*

HIRPIAE, arum. f. [Ἱρπίαι] Familiae ſunt, *ait* Plin. 7, 2 paucae haud procul vrbe Roma in Faliſcorum agro. Hae ſacrificio annuo, quod fit ad montem Soracten Apollini, ſupra ambuſtam ligni ſtruem ambulantes non aduruntur. Hirpi Solino *vocantur c. 8. Etiam apud* Plin. Hirpi *Hard. De his Hirpis (quae vox Sabinorum lingua lupum ſignificare dicitur) pluſcula* Seruius *ad* Aen. 11, 785 *vbi Hirpinus* Aruns *Apollinem inuocat*

Quem primi colimus, cui pineus ardor aceruo
Paſcitur; et medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus veſtigia pruna.

De Seruio illud modo ponimus, Varro vbique expugnator religionis ait, cum quoddam medicamentum deſcriberet, eo vti ſolent Hirpini, cum ambulaturi per ignem medicamento plantas tingunt. *Add.* Sil. 5, 174.

HIRPINVS, a, um. Adi. *Vt* Pubes Hirpina Sil. 8, 570. *Eſt etiam Equi circenſis nomen apud* Iuuen. Sat. 8, 63. *et* Martial. 3, 63. *Vid. Lipſ. Epiſt. Centur. 3, 26.*

HIRRIO, īre. *inquit* Feſtus, Garrire, ringere, genus vocis eſt Canis rabioſae. Nonius, Irritare tractum a canibus, qui, cum prouocantur, hirriunt. Sidon. Epiſt. 7, 3 Veluti eſt canibus innatum, vt etſi non latrant, hirriant tamen. *Vid. Voſſ. Etym. p. 250.*

HIRRĪTVS, ûs. m. Sidon. Epiſt. 9 vlt.

HIRSŪTVS, a, um. Adi. [λάσιος, δασὺς] *ab* Horreo *et* Seta; *quaſi* Horrens ſetis, *ſetoſus, horridus.* Martial. 10, 65 Hirſutis ego cruribus, genisque, *etc.* Animantes quaedam hirſutae ſpinis Cic. de N. D. 2, 121. Barba Ouid. Met. 13, 766. Virg. Ecl. 7, 53 Stant et iuniperi, et caſtaneae hirſutae. *Vbi* Seruius, Hirſutae, adhuc inter ſuos echinos locatae. Comae Ouid. Faſt. 3, 332. Curt. 9, 10, 9. Ferae Ouid. Faſt. 5, 176. Frondes Virg. Georg. 3, 231. Genae Martial. 6, 52. Herba perrea Plin. 20, 9. Hirſutior ramis ac foliis Plin. 21 c. vlt. Supercilium Virg. Ecl. 8, 34.

8, 34. ¶ 2 Hirſutum, *metaphorice, pro Auſtero et inamoeno.* Ouid. Triſt. 2, 259 Sumſerit annales, nihil eſt hirſutius illis.

HIRSVTIA, ae. f. Solinus c. 38 Duriſſimum dorſo tergus eſt, ventri mollius. Setarum hirſutiae nullae Idem 42.

HIRTIVS, i. m. [Ἵρτιος] Conſul cum Panſa Collega in praelio ab Antonio caeſus, *cui parentat* Cic. Philipp. 14 *extr. Sripſit librum 8* de Bello Caeſaris Gallico *etc.*

HIRTVS, a, um. Adi. [λάσιος] *Idem quod Hirſutus: vt* Hirtus ſetis muſculus marinus Plin. 11, 37. Spinigeris ſtirpibus hirtus Ager Prudent. Hippol. v. 120. Canities rigidis ſtetit hirta capillis Ouid. Met. 10, 425. Virg. Georg. 3, 55 — Hirtasque capellas. Corde hirto gigni quosdam homines proditur Plin. 11, 37. Corpora Id. 7, 2. Crinis Ouid. Met. 8, 801. Femora plumis hirta Columel. 8, 2, 10. Ingenium non incultum eſt, non turpiter hirtum Hor. Epiſt. 1, 3, 22. *i. ruſticum ſec. Scholiaſt.* Ora Curt. 4, 13, 5. Oues hirtae *tectis ſ. pellitis opponuntur* Varro de R. R. 2, 2, 1. Pecus hirtum, *oues* Col. 1 Pr. 26. Saxa hirta dumis Stat. Silu. 3, 1, 13. Sepes, *h. e. Rubis et ſpinis aſperae* Columel. 10, 27. Toga Sil. 1, 610. *Vid. Drakenb.* Barba viros hirtaeque decent in corpore Setae Ouid. Met. 13, 851. Tunica Nep. 14, 3, 2. *Compar.* Foliis hirtioribus Apul. de Herb. c. 71.

HIRTICVLVS, a, um. Adi. Dimin. Gloſſ. Gr. Lat. δασύπρωκτος hirticulus.

HIRTVOSVS, a, um. Adi. *Vt* Hirtuoſus deus, *i. Pan* Apul. Met. 5 p. 613. *Sed Elmenh.* p. 168, 38 Hircoſus.

HIRVDO, inis. f. [βδέλλα] *Sanguiſuga.* Plin. 32, 10 Diuerſus hirudinum quas ſanguiſugas vocant, ad extrahendum ſanguinem vſus eſt. Plaut. Epid. 2, 2, 4 Iam ego me vortam in hirudinem, atque horum exſugebo ſanguinem. Hor. de Arte Poët. vlt. Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo. Columel. 6, 18, 1 Hirudini hauſtae remedium. *Vid.* Plin. 8, 10. Hirudo aerarii, *per tranſlationem,* Cic. Att. 1, 16 Accedit illud; quod illa concionalis hirudo aerarii, miſera et ieiuna plebecula, me ab hoc magno vnice diligi putat. *Popellus, quem irritant tribuni ſpe largitionum.*

HIRVNDO, inis. f. [χελιδὼν] *Auis.* Plin. 10, 24 Abeunt et hirundines hibernis menſibus, ſola carne veſcens auis ex his, quae aduncos vngues non habent, ſed in vicina abeunt, apricos ſequutae montium receſſus: inuentaeque iam ſunt ibi nudae atque deplumes. Plaut. Aſin. 3, 3, 104 Dic igitur me anaticulam, columbam vel catellum, hirundinem, *etc.* Hirundinum pulli Scribon. c. 70. Arguta Virg. Georg. 1, 377. Garrula Idem ibid. 4, 307. Veris praenuntia Ouid. Faſt. 2, 853. *Conf.* Hor. Epiſt. 1, 7, 12. *Cantum illius contemni ſolitum, oſtendit illud* Lucret. 3, 6 Quid enim contendat hirundo Cygnis? Hirundines *in ludos afferebant veteres, ſolitasque domum redire, alligato filo victoriae indicio, ad ſuos dimittebant. Idem olim factum in Romano Circo teſtatur* Plin. 10, 24.

HIRVNDININVS, a, um. Adi. [χελιδόνιος] Hirundininus nidus Plaut. Rud. 3, 1, 6. Sanguis Plin. 30, 14. Martial. 11, 19.

HIRVNDINEVS, a, um. Adi. *Idem. Vt* Aduentus hirundineus Sidon. Epiſt. 2, 14.

HIRVNDININA, ae. f. *Herba, apud Graecos Chelidonia. Vid.* Apul. de Herb. c. 73.

H I S

HISCO, *vid.* HIO, as.

HISPALIS, is. f. [Ἵσπαλις] *Ciuitas Hiſpaniae: Ab* Hiſpalo *Herculis filio. Quidam declinant,* Hiſpal, alis. n. Plin. 2, 97. *Vid.* ISPALIS.

HISPANIA, ae. f. [Ἱσπανία, Ἰβηρία] *Europae regio prima, vel ad occidentem extrema: quae viros* Romae *etiam principes peperit,* Quinctilianum, Senecam, Martialem, Silium, Lucanum, *aliosque innumeros. Ea in* vlteriorem *aliquando et* citeriorem *diuiſa eſt:* Vlterior *in Mauritaniam et Atlanticum inclinans, prouincias habet,* Baeticam *fertiliſſimam, a* Baeti, *quo irrigatur, amne dictam. Alteram* Luſitaniam, Tarraconenſem *tertiam, a* Tarracone, *a Scipionibus condita vrbe dictam. Amnes Hiſpaniae clariſſimi ſunt,* Iberus, Baetis, Tagus, Anas, *et* Durius. *Vid.* Plin. 3, 1. Caſſius *Plurali vſus eſt, ſcribens ad* Cic. Fam. 15, 19 Quid in Hiſpaniis geratur ſcribe, *ob diuerſas partes, quas diximus, vt* Galliae, *etc.* Duris Hiſpania bellis Lucan. 5, 26.

HISPANVS, a, um. Adi. [Ἴβηρ, Ἱσπανὸς] *Qui in Hiſpania natus eſt.* Hiſpanorum inquieta ingenia Liu. 22, 21. Aurum Martial. 7, 87. Idem 10, 65 Tu flexa nitidus coma vagaris, Hiſpanis ego contumax capillis. Nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec calliditate Poenos, nec artibus Graecos, *etc.* ſuperauimus Cic. de Aruſp. Reſp. c. 19. Equi Hiſpani Veg. Mul. 4, 6, 4. Iugum Ouid. de Arte Am. 3, 646. Sal Colum. 6, 17, 2. Oleum Pall. Iul. 9. ¶ 2 Spanus *pro* Hiſpanus *iam eſt apud veterem* Scholiaſten Iuuen. Sat. 12. *Vid. Rutgerſ. Var. Lect.* 4, 4.

HISPANE. Adu. Ennius *apud* Chariſium 2 p. 180 Hiſpane, non Romane, memoretis loqui me.

HISPANICVS, a, um. Adi. Suet. Aug. c. 82 Hiſpanicum verbum.

HISPANIENSIS, e. Adi. [Ἰβηρικὸς, Ἱσπανήσιος] *Qui alibi ortus, in Hiſpania aut habitat, aut verſatur.* Soſip. Chariſ. 1 p. 82 *pr.* Cum dicimus Hiſpanus, nomen nationis oſtendimus, cum autem Hiſpanienſis cognomen eorum, qui prouinciam Hiſpaniam colunt, etſi non Hiſpani. *Conf.* CORINTHIENSIS. Aeſtus Hiſpanienſis maritimus, vel Britannicus Cic. de N. D. 3, 124. Bellum, a Pompeio confectum Id. pro L. Manil. 28. Exercitus, *h. e. Romanorum, qui erant in Hiſpania cum Praetoribus* Tacit. Ann. 1, 3. Quid enim te de Hiſpanienſibus flagitiis tuis, ſordidiſſimisque furtis interrogem? Cic. in Vatin. c. 13. Iter Id. ibid. 12. Legatus, e Roma in Hiſpaniam miſſus Id. ibid. 35. Martial. in praef. 12 Non Hiſpanienſem librum mittamus, ſed Hiſpanum. Hiſpanienſis liber *eſt, Qui Romana lingua in Hiſpania eſt compoſitus:* Hiſpanus, *Qui in Hiſpania lingua Hiſpana eſt compoſitus.* Hiſpanum *ergo, i. Ruditate et lingua Hiſpana, non Romana elegantia compoſitum.* Molae Hiſpanienſes, *quales ita habent* Cato 10, 4. Oceanus Plin. 37, 10. Spuma Idem 33, 6.

HISPIDVS, a, um. Adi. [τραχὺς] Setoſus, horridus, *vt ait* Seruius *ad* Virg. Aen. 10, 210 Cui laterum tenus hiſpida nanti, Frons hominem praefert. Plin. 16, 6 Continentur hiſpido calyce. Adſpectu hiſpidus Idem 22, 6. Agri Hor. Carm. 2, 9, 1. Facies Hor. Carm. 4, 10, 5. Frons Virg. Aen. 10, 210.

HISPIDOSVS, a, um. Adi. [τραχώδης] Catul. 16, 10 Non dico pueris, ſed hiſpidoſis.

HISPIDO, are. Folium aculeatum ſpinoſis faſtigiis hiſpidatur Solin. c. 59.

HISPO, onis. m. *Romanum nomen. Vid. Burm. ad* Quinctil. 6, 3 p. 563.

HISTER, tri. m. [ὑποκριτὴς] Liu. 7, 2 Quia hiſter Tuſco verbo, Ludio vocabatur. *Vid.* HISTRIO. ¶ 2 *Idem qui Iſter fluuius, i. Danubius.* Gell. 10, 7. *Drakenb. ad* Sil. 1, 326.

HISTON, onis. m. [ἱστὼν] *Textrinum.* Varr. R. R. 1, 2, 21 Si habeas plures in fundo textores, atque inſtitutos hiſtonas. *Vt alia multa huius formae Graeca, ita hoc multitudinem ſignificat,* ἱστὸς, *telas plures eodem loco inſtitutas.*

HISTORIA, ae. f. [ἱστορία] *Latine Narratio dicitur, et rerum geſtarum expoſitio. Proprie tamen eſt Earum rerum, quibus gerendis interfuerit is, qui eas narrat. Vnde nomen habet* ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, *quod eſt videre; quia in ea res geſtae coram quaſi inſpiciantur. Vid. Voſſ. de Art. Hiſt.* Cic. Acad. 4, 137 Doctum ſane hominem, vt indicat ipſius hiſtoria ſcripta Graece. Idem de Orat. 2, 62 *multa dicit de* hiſtoria. *Quid differat ab oratione, vid. ap.* Plin. Epiſt. 5, 8. Teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magiſtra vitae, nuntia vetuſtatis, Hiſtoria Cic. de Orat. 2, 36 c. 9. Erat Hiſtoria nihil aliud, niſi Annalium confectio Id. ibid. 2, 52. *Quantum* Hiſtoria *differt ab* Annalibus, *vid. apud* Gell. 5, 18. Prima lex hiſtoriae, ne quid falſi dicere audeat, deinde ne quid veri non audeat, ne qua ſuſpicio gratiae ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis Cic. de Orat. 2, 62. Id. Att. 2, 8 *de ea loquens Attici ad Ciceronem epiſtola, quae pueris exciderat in via:* Nunc ſi quid in ea epiſtola fuerit hiſtoria dignum, *(dignum, quod tu narres, nos cognoſcamus)* ſcribe quamprimum, ne ignoremus: ſin nihil praeter iocationem, redde id ipſum. In hiſtoria pura et illuſtri nihil eſt breuitate dulcius Cic. de Clar. Orat. 292. Enarratio hiſtoriarum Quinctil. 1, 8. Satis hiſtoriarum eſt? Plaut. Bacch. 1, 2, 49. *i. Fabularum.* Amarae Hor. Serm. 1, 3, 89. Arguta, *vid.* Argutus *in* ARGVO. Infans, *vid.* INFANS. Lubrica Quinctil. 9 c. vlt. *ad fin. Vid.* ORBIS. Maior Idem 1, 5. Mendoſior, *vid.* MENDA. Muta, *vid.* MVTVS. Vana Quinctil. 1, 8. Iuſtin. in exordio, ad Antoninum Imperatorem, Quum multi ex Romanis etiam Conſularis dignitatis viri, res Romanas Graeco peregrinoque ſermone in hiſtoriam contuliſſent. Conquirere regionum hiſtoriam, *vid.* CONQVIRO. Plin. 7, 16 Sed mox plura de hoc, quum membratim decurret hiſtoria. *h. e. Quum hominem per ſingula membra deſcribam.* Quinctil. 9, 4, 18 Hiſtoriae, quae currere debet ac ferri, minus conueniſſent interſiſtentes clauſulae, et debita actionibus reſpiratio, et claudendi inchoandique ſententias ratio. *Commendat igitur vnitatem, tranſitiones faciles et latentes, ipſam rerum naturam imitantes.* Diſtinguere hiſtoriam varietate locorum Cic. de Orat. 2, 51. Dare hiſtorias poëticas alicui Quinct. 2, 4. Loquuntur hiſtoriae, *vid.* LOQVOR. Scribere hiſtoriam Cic. de Orat. 2, 51.

HISTORIOLA, ae. f. Dimin. *Hiſtoria parua. Cathol.*

HISTORICVS, i. m. [ἱστοριογράφος, ἱστορικὸς] *Hiſtoriarum ſcriptor.* Cic. pro Muraen. 78. Idem in Topic. 78 c. 20 *extr.* Philoſophi, Poëtae, et hiſtorici. Vires hiſtoricorum Quinctil. 2, 1. Hiſtoricus, *dicitur a* Cicerone de Orat. 2, 31 Rerum pronuntiator, et rerum explicator.

HISTORICVS, a, um. Adi. [ἱστορικὸς] Cic. de Clar. Orat. c. 83 Non tam hiſtorico, quam oratorio genere perſcripſit. Fides Ouid. Amor. 3, 12, 42.

HISTORICE, es. f. [ἱστορικὴ] *Pars Grammatices, quae in enarratione et declaratione veterum ſcriptorum verſatur.* Quinctil. 1, 9 Ratio loquendi et enarratio auctorum: quarum illam methodicen, hanc hiſtoricen vocant.

HISTORICE. Adu. Vitruu. 6, 10 Atlas hiſtorice formatur ſuſtinens mundum.

HISTORIALIS, e. Adi. *Quod ad hiſtoriam ſpectat.* Plin. 16, 33 Trahitur etiam in picturas opere hiſtoriali: *etc. De cupreſſo.*

HISTORIALITER. Adu. Ambroſ. in Apocalypſ. c. 21.

HISTORIARIVM, i. n. Ruſtici Elpidii hiſtoriarium noui Teſtamenti. *Vid. Barth. Aduerſ.* 26, 9.

HISTORIOGRAPHVS, i. m. Ambroſ. Epiſt. 42 *pr.* Ioſephus Hiſtoriographus. Capitolini, Hieronymi, Oroſii, Fulgentii *exempla propoſita ſunt a Cellario Curis poſterioribus p. 175.*

HISTRIO, onis. c. [ὑποκριτὴς, μίμος] *Qui perſonatus in ſcena, tragoedias vel comoedias agit.* Feſtus: Hiſtriones dicti, quod primum ex Hiſtria venerunt. Liu. 7, 2. *et* Valerius Max. 2, 4, 4 nomen hiſtrionibus fuiſſe inditum *ſcribunt,* quia Hiſter Tuſco verbo Ludio vocabatur. Cic. Tuſc. 4 Aguntur iſta praeclare, et ab Oratore quidem melius, ſi modo eſt Orator, quam ab vllo hiſtrione. Actio hiſtrioni, ſaltatori motus non quiuis, ſed certus quidam datus eſt Idem de Fin. 24. Exſibilatur et exploditur hiſtrio, ſi paullum ſe mouit extra numerum, aut ſi verſus pronuntiatus eſt ſyllaba vna breuior aut longior Id. in Parad. 3. Curare hiſtriones, *vid.* CVRO. Leuis ars et ſcena hiſtrionum Cic. de Orat. 1, 18. Roſcius et Aeſopus hiſtriones clari Id. ibid. 1, 258 c. 61. Plin. 7, 53 Operoſiſſima tamen ſecuritas mortis in M. Ofilio Hilaro ab antiquis traditur, comoediarum hiſtrione. *De* Hiſtrionibus *diligenter et accurate egit* Carpzou. de Ariſtonis Chii dicto Sect. 1. *docetque, interdum generalius id nomen eſſe, vt omnes comprehendat, qui in ſcena ſunt ſpectaculo, interdum autem illos proprie, qui geſtu et motu corporis, quae voce* actor *aut* cantor *protuliſſet, imitaretur et exprimeret.*

HISTRIONIA, *vel* HISTRIONICA, ae. f. [ὑποκριτικὴ] *Ars Hiſtrionis.* Hiſtrionicam facere Lamprid. Elagab. c. 12. Plaut. Amph. prol. 90 Quaſi vero nouum nunc proferatur, Iouem facere hiſtrioniam. Petron. Fragm. p. 673 Totus mundus exercet hiſtrioniam. Idem c. 5 Hiſtrioniae addictus. *Add.* Sen. Decl. 9, 2.

HISTRIONICVS, a, um. Adi. [ὑποκριτικὸς] *Vt,* Hiſtrionicus geſtus, Hiſtrionicae veſtes, Hiſtrionica verba. Bellum Capitol. in Vero 8 *extr.*

HISTRIONALIS, e. Adi. *Ab* Auctore Dial. de Orat. c. 29 Hiſtrionalis fauor et gladiatorum, equorumque ſtudia coniunguntur. Studium hiſtrionale Tacit. Ann. 1, 16. Idem Dial. de Orat. 26 Vt laſciuia verborum, grauitate ſententiarum, licentia compoſitionis, hiſtrionales modos exprimant.

HISTRICVS, a, um. Adi. [ἱστρικὸς] *Quod pertinet ad hiſtrum vel hiſtrionem: vt,* Imperator hiſtricus, *Qui imperat hiſtrionibus, praefectus*

fectus hiſtrionici chori Plaut. Poen. prol. 4 Audire iubet vos Imperator hiſtricus, *etc.* Decor hiſtricus *apud* Apuleium . .

HISTRIX, *vid.* HYSTRIX.

H I T *et* H I V

HITTIO, īre. *Proprie Canum veſtigia indagantium cum aliqua vocis nictatione, vt exponit Scalig. ad* Feſt. *V.* HETTA. Vet. Gloſſ. hittio, ἰχνεύω. *Factum ab* Hittus, *quod in Gloſſ. exponitur* φωνὴ κυνός.

HIVLCVS, a, um. Adi. [χιαδεὶς, κεχηνὼς] *Fiſſus, et fatiſcens, habet cognationem cum* Hio, *formaturque vt* Petulcus *a* Peto. Virg. Georg. 2, 353 Hoc, vbi hiulca ſiti findit canis aeſtiſer arua. *Vbi* Seruius: Hiulca, Nimis caloribus ſiſſa. Fulmen Stat. Theb. 1, 26. Gens hiulca, Auida; inhians rei alienae, vel bilinguis et fallax Plaut. Trin. 2, 2, 9. Nubes Claud. Conſ. Prob. c. 206. Vulnera Sidon. Epiſt. 6, 7. Cic. de Orat. 3, 169 c. 43 Collocationis, eſt componere et ſtruere verba ſic, vt neue aſper eorum concurſus, neue hiulcus ſit. Idem in Orat. 130 c. 44 Extremorum verborum cum inſequentibus primis concurſus, aut hiulcas voces efficit, aut aſperas. *Vid.* HIO. *Vt compoſitio ſuauis ſit, aduertere debet orator, primo ne multae Vocales concurrant, quae res* hiulcam *efficit* orationem: *vt ſi quis diceret*, Ego omnia habeo aperta amicis. *Deinde, ne aſperae Conſonantes inter ſe concurrant. vt ſi quis diceret*, Rex Xerxes ſtrauit montes. *Aſperitatem ergo referimus ad Conſonantes, hiatum ad Vocalium concurſum.*

HIVLCE. Adu. [κεχηνότως] Cic. de Orat. 3, 42 c. 12 Ex quo ſic locutum eſſe eius patrem iudico, ſic maiores, non aſpere, vt ille quem dixit, non vaſte, non ruſtice, non hiulce, ſed preſſe, et aequabiliter, et leniter.

HIVLCO, āre. [χίζω] *Findere, hiulcum facere. Vnde* Catull. ad Manlium, *ſiue* 67, 62 Aeſtus hiulcat agros.

HIVLCATVS, a, um. Adi. Fortun. Carm. 5 Et per hiulcacos feruor anhelat agros.

H O

HŎDIE. Adu. *temporis* [σήμερον, τήμερον] *quaſi* Hoc die. Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit Ouid. Rem. Amor. 94. *Pro Nunc, ſiue Hoc tempore.* Plaut. Aſin. 5, 2, 37 Cenſen' tu illum hodie primum ire aſſuetum in ganeum? Ter. Eun. 5, 9, 1 O populares, ecquis me viuit hodie fortunatior? Cic. pro Cael. 3. Ter. Andr. 1, 2, 29 Si ſenſero hodie quidquam in his nuptiis fallaciae conari. Cic. Att. 13, 9 Venit paullo poſt Curtius hic ſalutandi cauſa, ſed manſit inuitatus. Trebacium nobiſcum habemus. hodie mane Dolabella. multus ſermo ad multum diem. *Vid.* MANE. Hodie nate ſalue, *Salutationis formula de feliciter peracto puerperio* Gell. 12, 1. Plaut. Pſeud. 1, 3, 15 Hodie nate heus! hodie nate tibi ego dico, heus hodie nate. *Vid. Bartholin. de Puerper. p. 61.* Ter. Adel. 4, 2, 31 Scio vbi ſit: verum hodie nunquam monſtrabo. *Vbi* Donatus: Hodie, aut abundat: *vt* Virg. Aen. 2, 670 Nunquam omnes hodie moriemur inulti. Aut Nunquam hodie, pro Nullo tempore huius diei: quia Nunquam, per ſe generale eſt. Nunquam hodie effugies Virg. Ecl. 3, 49. Non facies hodie? Non dices hodie? *et ſimilia, inſtandi et vrgendi cauſa dicuntur.* Hor. Serm. 2, 7, 21 Non dices hodie quorſum haec tam putida tandem Furcifer? Hodieque, *eleganter connectitur:* Liu. 1, 17 Hodieque vſurpatur idem ius. *Conf.* 5, 4. *et* 42, 34. Paterc. 1, 4 *et alibi.* Cic. Verr. 3 c. 25. Vitruu. 10, 7. Plin. 8, 45. *et* 30.

HODIERNVS, a, um. Adi. [σημερινὸς] Hodiernus dies Cic. pro Caecin. 32. Liu. 34, 22 Hodierna conſultatio tota ex vobis pendet. Hodierno die, *pro Praeſenti tempore.* Cic. de Orat. 1, 13 Nam etſi Seruio Tullo regnante viguerunt, tamen multo diutius Athenae iam erant, quam eſt Roma ad hodiernum diem. Budaeus. Cic. in Catil. 3, 20 c. 8 Neque a nobis ante hodiernum diem collocaretur. Lux Liu. 1, 16. Hor. Carm. 4, 7, 17. Cic. in Catil. 3, 20 c. 9 Vt quum hodierno mane per forum meo iuſſu et coniurati, et eorum Iudices in aedem Concordiae ducerentur. Hodierno die mane Ibid. c. 9. *Vid.* MANE. Sermo Cic. de Legib. 1. Quis ſcit, an adiiciant hodiernae craſtina Summae Tempora DI ſuperi Hor. Od. 4, 7, 17.

HODODOCVS, *vel* HODOEDOCVS, *aut* HODIDOCVS, i. m. [ὁδοδοκὸς] Latro atque obſeſſor viarum. Feſtus. *Heſych.* ὁδοιδόκος, κλὼψ, ἐνεδρευτὴς, κακȣ̃ργος, ἔνοδος, λῃστής. *Omnia conueniunt, vt* ὁδοιδόκος, hodoedocus *ſit, qui in* via exſpectat, *dum praedae aliquid, vel ſceleris ſibi mandati occaſionem nanciſcatur.*

HODOEPORĬCVM, i. n. [ὁδοιπορικὸν] *Liber aliquod iter deſcribens: quod et* Itinerarium *Latine dicitur. Sic* Rutilii *librum paſſim laudari videas.*

HOEDVS, *vid.* HAEDVS.

HOI. [οἴμοι] *Interiectio lacrimantis.* Ter. Eun. 4, 4, 48 Obſecro te vero Phaedria. PH. i intro. DO. hoi hei. Idem Phorm. 4, 3, 50. *Scribitur et* Oi.

H O L

HOLCE, es. f. [ὁλκὴ] *Pondus.* Fannius de Ponderibus 19.

HOLCVS, i. m. [ὅλκος] *Herba, quae* Ariſtida *etiam dicitur.* Plin. 27, 10 ſ. 63 Holcus in ſaxis naſcitur ſiccis, ariſtas habet in cacumine tenui culmo, quale hordeum reſtibile. Haec circa caput alligata, vel circa lacertum, educit e corpore ariſtas. Quidam ob id Ariſtidam vocant.

HOLOBERVS, *ſ. potius* HOLOVERVS, a, um. Adi. *Hybrida vox ex* ὅλος *et* verus, *quaſi tu* totam *et vndique ſ. omnino* veram *dicas, purpuram nimirum. Sunt igitur* Veſtes Holouerae ſ. *vt ſcribitur interdum* Olouerae *ſ.* Holoberae *denique, de quibus agit* titulus Cod. Theod. 10, 21. *et* Iuſtin. 11, 8 merae purpurae, puri muricis: *appellatione inde orta, quod non modo* vera *et* veri luminis purpura, *ſed ſimpliciter etiam* Verum *dici ſequiori aetate conſueuit.* Iſid. Orig. 19, 22 Olouera, tota ex purpura. *De* Alethina, *et* Pſeudo-Alethina *veſte eadem Iac. Gothofr.* ad l. 3 C. Th. de Oloueris, *etc. qui dabit omnia. Conf. cui debere hic ſe profitetur Salmaſ. ad* Pollion. Claud. 17 p. 404 ſq. *Hack.*

HOLOCAVSTVM, i. n. [ὁλοκαυστὸν] *Hoſtia, quae detractis extis integra arae imponebatur, quaſi* ὅλον καυστὸν, *hoc eſt totum combuſtum, aut totum igne abſumtum. Vid. Bernegg. ad* Suet. Aug. c. 1. *et* Gruter. Inſcript. p. 125. Tertull. adu. Marc. 2, 42. *et* cont. Iud. c. 8. At tua congeſtae cumulant holocauſta ruinae Prudent. Apoth. v. 536.

HOLOCAVSTŌMA, ătis. n. [ὁλοκαύστωμα] *Idem. Vid.* Tertull. adu. Iud. c. 5. *et* adu. Marc. 5, 5.

HOLOCHRȲSOS, i. m. *Totus aureus: inter Flores apud* Plin. 21, 8.

HOLOCHRYSOS, *Inter tria genera Baſiliſci, apud* Apul. de Herb. c. 128.

HOLOCYRON, i. n. [ὁλοκύρον] *Herba Chamaepitys. Dioſc. 3, 166.* Apul. de Herb. c. 26.

HOLŎGRĂPHVS, a, um. Adi. [ὁλόγραφος] *Integre perſcriptus. Vt,* Holographae membranae Sidon. Epiſt. 9, 11. *ICti* Holographum *vocant* Teſtamentum, *quod teſtatoris manu perſcriptum eſt, nec ſola ſubſcriptione firmatum. Vid.* Iſid. 5, 24 Holographum teſtamentum manu auctoris totum conſcriptum atque ſubſcriptum: vnde et nomen accepit. *Vid.* Hilar. Fragm. de Synod. *Valeſ. A. E. p. 125.*

HOLOPHANTA, *vid.* HALOPHANTA.

HOLOPORPHȲRVS, a, um. Adi. [ὁλοπόρφυρος] *Totus purpureus. Vt* Veſtis holoporphyra Iſidor. 19, 22.

HOLOR, *vid.* OLOR.

HOLOSCHOENVS, i. m. [ὁλόσχοινος] *Iunci quoddam genus craſſum et carnoſum.* Plin. 21, 18.

HOLOSERICVS, a, um. Adi. Veſtis holoſerica, *i. Tota ex ſerico* Lamprid. c. 26. *et* Vopiſc. in Aureliano c. 45.

HOLOSIDERVS, a, um. Adi. *Plane ferreus.* Theod. Priſc. 1, 28.

HOLOSPHYRATVS, a, um. Adi. *Totus malleo ductus, ſolidus.* Statua holoſphyrata Plin. 33, 4.

HOLOSTEON, i. n. *Herba, de qua* Plin. 27, 10. Holoſteon, ſine duritia eſt herba ex aduerſo *(per antiphraſin)* appellata a Graecis, ſicut ſel dulce, tenuis vſque in capillamenti ſpeciem, longitudine quatuor digitorum, *etc. Rationem appellationis non ab Antiphraſi repetendam putamus, quae, puto, nulla eſt: ſed quod vim habere creditur conſolidandi oſſa rupta, apud Dioſc. 4, 11 v. v.*

HOLOTHVRIA, orum. n. *Pl. Piſces marini.* Plin. 8, 47.

HOLOVERVS, *vid.* HOLOBERVS.

HOLVS, *vid.* OLVS.

H O M

HOMAGIVM, *et* HOMINIVM, i. n. *Vulgo Idem, quod Sacramentum aut Clientela. Nonnulli deducunt ab* ὁμόω *iuro. Alii ab* ὁμόω *vnio. Alii ab* ὁμȣ̃ *ſimul et* ἅγιον *ſacrum. Vid. Barth. Aduerſ. 149, 21. et ad* Stat. Silu. p. 234. *et Voſſ. de Vit. L. L. 3, 14 p. 464.*

HOMELIVM, i. n. Pilei genus. Feſtus.

HOMĒRVS, i. m. [Ὅμηρος] *Graecorum Poëtarum primus idemque excellentiſſimus,* vixit ante Romam conditam annis CLX, *vt* Cornelius Nepos *ſcribit. De* Homero *non hic quaerendum, ſed apud Io. Alb. Fabric. Bibl. Gr. 2. Hic ſatis erit indicaſſe elogium* Vell. 1, 5, 1 Clariſſimum deinde Homeri eluxit ingenium, ſine comparatione maximum: qui magnitudine operum et fulgore carminum ſolus appellari Poëta meruit, *etc. Add.* Quinctil. 10, 1 p. 892. Magniloquus Stat. Silu. 5, 3, 62. Magnus Hor. Serm. 1, 10, 52. Maeonius Idem Carm. 4, 9, 6. Ouid. Amor. 3, 9, 25 Adſpice Moeoniden, a quo ceu fonte perenni, Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

HOMERĬCVS, a, um. Adi. [Ὁμηρικὸς] *Vt* Phoenix Homericus Quinctil. 2, 3. Iuuen. Sat. 13, 113 Tu miſer exclamas, vt vincere Stentora poſſis, Vel potius quantum Gradiuus Homericus. Verſus Homerici Petron. c. 2.

HOMERISTAE, arum. m. *Pl. Verſus Homeri recitare ſoliti in conuiuiis. Vid.* Petron. c. 59. Diomed. Gramm. p. 481. *et Athen. 14, 3.*

HOMEROCENTONES, um. m. *Carmina ex Homericis verſibus conſuta. Vid. Fabric. Bibl. Graec. 2, 7, 3 etc.*

HOMEROMASTIX, īgis. m. [ὁμηρομάστιξ] *dicitur Homeri flagellum: cognomentum, quo Zoilus quidam Homeri oblocutor cognominatus eſt, qui ſcripta ſua contra Iliadem et Odyſſeam Homeri comparata, in Alexandriam veniens, Ptolemaeo regi obtulit.* Plin. in praefat. 11 Vt obiter caueam iſtos Homeromaſtigas. *Ita enim carptores ſuos nominat. Et omnes obtrectatores* maſtiges *dicuntur, addito nomine eius, cui obloquuntur, vt* Ciceromaſtix.

HOMERONIDES, ae. m. *Homeri imitator.* Plaut. Truc. 2, 6, 4.

HOMICIDA, *vid.* HOMO.

HOMILIA, ae. f. *Pro concione ſacra. Vid.* Iſidor. 6, 8.

HOMO, ĭnis. c. *antique Gen.* homōnis. [ἄνθρωπος, βροτὸς, φὼς, ἀνὴρ] Ennius *apud* Priſcian. 6 p. 683 *med.* Vulturis in ſiluis miſerum mandebat homonem. *Definitionem hominis nemo hic exſpectat. Audiamus tamen deſcriptionem Sophiſtae acuti* Apul. de Deo Socr. p. 43 *extr.* Homines ratione pollentes, oratione plaudentes, immortalibus animis, moribundis membris, leuibus et anxiis mentibus, brutis et obnoxiis corporibus, diſſimillimis moribus, ſimillimis erroribus, peruicaci audacia, pertinaci ſpe, caſſo labore, fortuna caduca, ſingillatim mortales, cuncti tamen vniuerſo genere perpetui, viciſſim ſufficienda prole mutabiles, volucri tempore, tarda ſapientia, cita morte, querula vita terras incolunt. Gaius l. 152 de V. S. Hominis appellatione tam feminam, quam maſculum contineri, non dubitatur. Spartian. in Caracalla c. 7 Quamuis Graeci vel Aegyptii eo genere quo feminam hominem, etiam Lunam deam dicant, myſtice tamen deum dicunt. *Sic etiam vſus fert Latine loquentium. V. g.* Plaut. Amphit. 2, 2, 137 Quid hoc ſit hominis! *cum relatione ad Alcmenam. Et* Truc. 5, 40 *Meretricula de ſe et ſuo genere,* Omnes homines ad ſuum quaeſtum callent et faſtidiunt. Priſcian. 6 p. 683 *vt oſtendat,* Homo eſſe commune, *prouocat ad* Ciceron. pro Cluentio (199 c. 70) Cuius ea ſtultitia eſt, vt eam nemo hominem; ea vis, vt nemo feminam, ea crudelitas, vt nemo matrem appellare poſſit. *Et* Lucan. 5, 168 *de* Phemonoë, Atque hominem toto ſibi cedere pectore iuſſit. *Apollo. Et* Virg. Aen. 1, 328 *de femina,* Nec vox hominem ſonat. Ter. Eun. 2, 3, 64 Illumne obſecro inhoneſtum hominem, quem mercatus eſt here, ſenem, mulierem? *Vbi* Donatus, Opportune hominem dixit, tanquam incerti ſexus. Plaut. Ciſtel. 4, 2, 21 Illo ſunt homines miſere miſeri. Seru. Sulpic. *ad* Cic. Fam. 4, 5 Quae ſi hoc tempore non ſuum diem obiiſſet, paucis poſt annis tamen ei moriendum: quoniam homo nata fuerat. *i. Humana ſorte, et conditione: quaſi dicat, Mortalis. Et tamen interdum* Homo *ita de maribus dicitur, quaſi feminas excluderet.* Mi homo et mea mulier, vos ſaluto Plaut. Ciſt. 4, 2, 57. Quum ergo marem ad ſimilitudinem ſuam primum ſinxiſſet, tum et feminam configurauit ad ipſius hominis effigiem Lactant. 2, 12, 1. *Add.* Ibid. ſ. 18. Soli per ſe homines in quolibet monaſterio degant, — ſolae item per ſe mulieres l. 44 C. de Epiſcop. *Conf.* l. 38 §. 5 D. de poenis. Homo *non recte dicitur partus nondum editus argumento* l. 14 C. de fid. libert. Seruo, qui

qui adhuc in ventre portaretur et homo fieri ſperaretur. *Aliter* Martial. 9, 42 *ad maſturbatorem*, Ipſam crede tibi naturam dicere rerum, Iſtud quod digitis, Pontice, perdis, homo eſt. ¶ 2 *Iam Formulas videamus et Epitheta, in quibus ipſa multitudo ſuadet parſimoniam. Quid enim de homine non poteſt dici? aut quid opus, vt commemorentur* Conuentus hominum Lucret. 4, 785. *aut illud* Virg. Ecl. 10, 61 Aut Deus ille Malis hominum miteſcere diſcat: *aut* Sator hominum atque deorum Idem Aen. 1, 258. *Nec opus videtur Epitheta congerere. Si cui tamen libeat illi indulgere labori, euoluat ſuis locis iſta:* Abſonus voce homo, Abſtinens homo mirifice, Abſtruſus, Abundans, Acer, Acerbus, Acutus, Adoleſcens, Aduerſus, Aeratus, Afflictus et iacens, Alienus, Aſini homines, Allegatus, Ambitioſus, Anſatus, Antiquus, Apertus et ſimplex, Apparatus, Arcanus, Aridus, Armatus, Bellus Catul. 22, 7. *Vid.* Bellus *in* BONVS. Bonus homo et nobis amicus Cic. Fam. 16, 18. Homines opinor, valde exercitati et Boni Id. ad Q. Frat. 3, 3. O celeres Bonorum hominum dies Apul. in Flor. *Conf.* Inſcr. Grut. p. 349 n. 2. Calculoſus, *vid.* CALCVLVS. Callidi Salluſt. Iugurth. 42. Capitalis, Caſtiſſimus et integer, Certi, Cibarius, Circumretitus, Comitiales, Commodus, Conſpicuus, Conſummatus, Contaminatus multis flagitiis, *vid. ſſ. ll.* Contemtus et abiectus Cic. de L. Agr. 2, 93. Copioſus, Craſſus, Crudus, *vid. hh. vv.* Demiſſus multum Hor. Serm. 1, 3, 57. Deſertus atque abiectus Cic. Fam. 1, 5. Diligentiſſimus verborum homo Cicero Gell. 13, 23. Plaut. Epid. 3, 3, 46 Ego ſi allegaſſem aliquem ad hoc negotium Minus hominem doctum, minusque ad hanc rem callidum. Durus Hor. Serm. 1, 7, 6. Egregius Salluſt. Catil. 24. Non facetus, *vid.* FACETVS. Facilis Cic. Fam. 9, 20. Flagitioſiſſimus Salluſt. 6, 62. Idonei et integri, *vid.* IDONEVS. Ignauiſſimi homines fortiſſimi viri Salluſt. Catil. c. 12. Illuſtris honore ac nomine, Immundus, *vid. hh. vv.* Impiger Salluſt. Iugurth. 18. Impotentiſſimus, Indifferens, *vid. ſſ. ll.* Inertiſſimi Salluſt. 6, 48. Infames omnibus vitiis, atque omni dedecore, Infans atque impotens, Infantes et inſipientes, Infimi, Ingenioſus et peracutus, *vid. hh. ll.* Inhoneſtus Ter. Eun. 2, 3, 63. Inquietus, Inſignis *omnis notis turpitudinis*, Inſtabilis, Integer et ſanctus, Intonſi et inculti, Ipſe homo, Leniſſimus et natura, *etc.* Leuis, Locuples domi ſuae cum primis, Luculentus, Luteus, Maculoſus, *vid. hh. ll.* Pauſanias Lacedaemonius, Magnus homo fuit Nep. 4 *pr.* Thyus, homo Maximi corporis terribilique facie Nep. 14, 3, 1. Malus, *vid.* MALVS. Maritimi, *vid.* MARE. Militaris Salluſt. Catil. 69. Miſeri Lucret. 3, 51. Mobilis, Municipales, Nauus et induſtrius, Nobiliſſimus omnium, *vid. hh. vv.* Nequam homo es Plaut. Epid. 1, 2, 87. Nocentiſſimi Sall. Iug. 34. Noui, Operarius, Opinioſiſſimi, *vid. hh. ll.* Optimus homo Scribon. 146. *i. vir. Add.* Cic. pro Deiot. c. 2. Ordinarius, Ornatiſſimus, *vid. hh. ll.* Parcus Iuuenal. 14, 112. Pereruditus, *vid. h. v.* Ter. Eun. 3, 1, 19 Regem elegantem narras. THRASO. Immo ſic homo eſt, Perpaucorum hominum. GNATHO, *ſeorſum*, Immo nullorum arbitror, ſi tecum viuit. Praepoſteri Salluſt. Iugurth. 88. Priuatus Idem 118. Repentinus Cic. in Brut. 242. *Vid.* Repentinus, *in* REPENS, *priore correpta.* Scitus, *vid.* SCIO. Sericarum veſtium homo Hieron. *vid. Barth. Adu. 26, 26.* Strenuus Salluſt. 6, 52. Submiſſus et abiectus, *cui contrarium eſt* Elatus Cic. Off. 1, 124. Tectiſſimus, *vid. ſub* TEGO. Venuſtus, dicax, et vrbanus Catull. 20, 2. ¶ 3 *Eadem Verborum ratio.* Accedere ad hominem, Admirari hominem in re aliqua, Aduertere hominem, Conuertere hominem a conſuetudine, Conuertere homines in admirationem, Conuertere ſe in hominem, *vid. hh. vv.* Exuere hominem ex homine Cic. de Fin. 5, 35. Fingere homines Quinctil. 1, 6. Immolare homines, Iugulare hominem ſuis verbis, Mollire hominem, Sum: *vt*, Inter homines eſſe, Homines a latere, Trium literarum homo, *vid. hh. vv.* ¶ 4 *Saepe ſubit locum Pronominis relatiui, vt ſit Ille, de quo agitur.* Hor. Serm. 2, 7, 117 Aut inſanit homo, aut verſus facit. Cic. Fam. 4, 4 Repente Caeſar praeter ſpem dixit, ſe Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem cauſa negaturum ipſius Marcelli. Sic Homines pro Aegris *ap.* Scribon. 21. Hunc ſibi Perdiccas adiunxerat, quod in homine fidem et induſtriam magnam videbat Nep. 18, 2, 3. *Add.* Ibid. 14, 10, 3. Ter. Eun. 2, 2, 30 Ille vbi miſer famelicus videt me, *etc.* ibi homo coepit me obſecrare, vt ſibi liceret dicere id de me. ¶ 5 *Alias abundare videtur, ita tamen, vt aliquam vehementiam orationi conciliet, vt moratam magis, et verae vitae ſimilem, faciat.* Ter. Adel. 1, 2, 31 Proh Iuppiter, tu homo adiges me ad inſaniam. *Et* 63 Ita eſt homo. Ter. Phorm. 1, 2, 73 Eſt paraſitus quidam Phormio, homo confidens, qui (illum dî omnes perduint.) *Vbi* Donatus: Homo comice dictum: nam quis ignoret hominem paraſitum eſſe? Ibid. 2, 1, 21. Ita eſt homo Ter. Adel. 1, 2, 63. *Vbi* Donatus: Homo dixit moraliter: ſic enim dicimus de iis, quos parce reprehendimus, vt ibid. 3, 3, 77 Vt homo eſt, ita morem geras. *Conf.* Heaut. 5, 3 *pr.* Habemus hominem Ter. Eun. 5, 1, 19. *Vbi* Donatus, Mire Hominem dixit, vt Reum. Quid hominis es, *Elegans in eos correptio, qui nobis videntur abſurda narrare* Ter. Heaut. 4, 8, 5. Quid illuc hominis Ter. Eun. 5, 1, 17 *contemtim: vid.* Donat. *ad* Hec. 4, 4. Nemo homo Ter. Eun. 3, 5, 13. Idem Adel. 2, 3, 6 Itaque hanc vnam rem me habere praeter alios praecipuam arbitror, fratrem homini neminem eſſe primarum artium magis principem. *Vbi* Donatus: Quamuis per Nemo, Homo intelligatur, tamen addidit Homo, vt veteres ſolent τῷ ἀρχαϊσμῷ. Cic. pro P. Sulla 25 Niſi forte regium tibi videtur ita viuere, vt non modo homini nemini, ſed ne cupiditati quidem vlli ſeruias. Idem de N. D. 2, 79 Eſt enim vis tanta naturae, vt homo nemo velit niſi hominis ſimilis eſſe. ¶ 6 *Obſeruatt. aliae.* Homo ſum, *i. Qui errare et facile falli poſſim.* Ter. Adel. 4, 2, 40 Vah! cenſen' hominem me eſſe? errani. Plin. Epiſt. 5, 3 Aliquando praeterea rideo, iocor, ludo: atque omnia innoxiae remiſſionis genera complector, homo ſum. Petron. c. 75 *ex perſona Habinnae plebeii hominis*, Nemo non noſtrum peccat: homines ſumus non Dei. *Sed plane aliter* Ter. Heaut. 1, 1, 25 Homo ſum, humani nihil a me alienum puto: *propter illam ſocietatem generis ad me pertinere puto, quidquid homini euenit. Conf.* Cic. Off. 1, 30 c. 9. Homo homini deus eſt, ſi ſuum officium ſciat, Caecilius comicus *apud* Symmach. Epiſt. 9, 108 *pr.* (*Parc. 114*) Homo fuit Scribon. Ep. *med. Indignitas maxima, aliquem hominem non putare. Sic* Ter. Hec. 4, 1, 9 MYRRHINA. Mi vir! PHIDIPPVS. Vir ego tuus? tu virum me, aut hominem adeo (*creſcit indignatio*) eſſe deputas? Nam ſi vtrumvis horum, mulier, vnquam tibi viſus forem, Non ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem. Cic. Fam. 11, 29 Quod tuum iudicium niſi mea ſumma beneuolentia erga te, omnibusque meritis comprobaro, ipſe me hominem non putabo. Si Salluſtii Empedoclea legeris, te hominem non putabo Cic. ad Q. Fratr. 2, 11 *extr.* Idem ad Brut. 1 Nihil enim mihi minus hominis videtur, quam non reſpondere in amore iis, a quibus prouocere. *Hinc in vituperatione, dicere ſolent,* Non homo, ſed *etc.* Non homo, ſed litus atque aër et ſolitudo mera Cic. Att. 1, 18. Non homo, ſed ſcopae diſſolutae Id. ibid. 7, 13. *Sic* Capella non homo, Belua non homo, Phantaſia non homo, Piper non homo, *de quibus Burm. ad* Petron. c. 38 p. 168. Si homo eſſes, *i. Si ſaperes vt homo* Ter. Adelph. 1, 2, 27. Cic. Att. 10, 11 *extr.* Quoniam eſt homo et nos diligit. Homo, *de Pueris.* Quinctil. 1, 3 Fugiendo turbam hominum eius aetatis, quae ſit ad vitia maxime prona. Homines, *pro Famulis, ancillis, ſeruis, et tota familia.* Scaeuola in l. pater D. de doli mal. except. Pater pro filia dotem promiſerat, et pactus erat, vt ipſe aleret filiam ſuam, eiusque homines. Cic. pro Quint. c. 19 Hominem P. Quintii deprehendis, *etc.* Catull. 10, 15 Comparaſti ad lecticam homines. Stat. Silu. 2, 6, 14 De *Vrſi ſeruo*, Hominem gemis, *etc.* hominem, Vrſe, tuum. Varr. R. R. 2, 2 *extr.* Illud vero omnes in Epiro facimus, ne minus habeamus in centenas oues hirtas ſingulos homines, in pellitas binos. Nepos 4, 2, 4 His de rebus *etc.* certum hominem ad eum mittas, face. Idem 7, 10, 1. *Sic* Auſon. Epiſt. 22 homines *vocat Eos, qui pertinent ad domum. Vid. Scalig. ad* Auſon. p. 80.

HOMVNCIO, ōnis. m. Dimin. [ἀνθρωπάριον] Ter. Eun. 3, 5, 43 Ego homuncio hoc non facerem. Cic. Acad. 4, 134 c. 43 Homuncio hic, qui multa putat, *etc.* Iuuen. Sat. 5, 133 Quadringenta tibi ſi quis Deus, aut ſimilis Dîs, Et melior fatis donaret homuncio. *Add.* Sen. Epiſt. 116.

HOMVNCV̆LVS, i. m. *Aliud* Dimin. [ἀνθρωπίδιον] Cic. Tuſc. 1, 17 c. 9 Sed vt homunculus vnus e multis probabilia coniectura ſequens. *Sic* Tuſc. 5, 64 c. 23. Idem Fam. 4, 5. *Et* de N. D. 1 c. 44. *Conf.* Plaut. Trin. 2, 4, 9.

HOMV̆LVS, i. m. *Aliud* Dimin. [ἀνθρωπίσκος] Cic. in L. Piſon. 59 c. 25 Sed quoniam praeterita mutare non poſſumus, quid ceſſat hic homulus ex argilla et luto fictus, Epicureus, dare haec praeclara praecepta ſapientiae clariſſimo et ſummo Imperatori genero ſuo? ¶ 2 Homulus, *cognomen* Valeriorum *fuit.* Inſcript. IVL. D. M. C. I. HOMVL. SAL. LAC. VX. PIENTISS. Homuli *oratoris mentio apud* Plin. Epiſt. 4, 9, 15. *et alias.*

HOMVLLVS, i. m. *Idem.* Lucret. 9, 28 Breuis eſt hic fructus homullis.

HOMICĪDA, ae. c. [μιαιφόνος] *Qui hominem occidit.* Quinct. 7, 3, 7 An qui ſe interficit, homicida ſit. Id. 7, 3, 34 In quibus omnia ſunt homicidae, praeter manum Plin. 10, 23. *De femina:* Sen. Controu. 2 Quid ſi tantum homicida? Quid ſi tantum rea fuiſſet. *Conf.* Iuuenal. 2, 26 Si fur diſpliceat Verri, homicida Miloni.

HOMICIDIVM, i. n. [μιαιφονία] Plin. 18, 3 Suſpenſumque Cereri necari iubebant grauius, quam in homicidio conuictum. Imprudens homicidium, *h. e. Fortuitum, non voluntarium* Valer. 1, 7. *De Croeſo, in fine.* Facere homicidium Quinctil. 5, 9. Petron. c. 137. Reus homicidii Cic. Philipp. 2 c. 12. Suſpicio homicidii Suet. Claud. c. 26.

HOMICIDIĀRIVS, a, um. Adi. *Vt*, Sanguis homicidiarius Auct. Paneg. *ad* Conſtantin. c. 4. *Al.* Homicidarius.

HVMANVS, HVMANITAS, *etc. Vid. infra ſ. l.*

HOMOEŎMĔRĪA, ae. f. [ὁμοιομέρεια] *Partium vel membrorum ſimilitudo.* Lucret. 1, 829 Hinc et Anaxagorae ſcrutemur homoeomeriam.

HOMOEOPROPHERON, i. n. [ὁμοιοπρόφερον] Mart. Capell. 5 p. 167 eſt cum dicitur, O Titi tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti. *Ad verbum, quod ſimili ſono profertur. Forte in penultima non ſecunda, ſed quarta Vocalis poni debebat.*

HOMOEOPTŌTON, i. n. [ὁμοιόπτωτον] eſt (*inquit* Aquila Romanus p. 19) Simile in caſibus, Hoc ex eo nomen accepit: quod membra illa, id eſt cola, in eosdem caſus cadunt; ad hunc modum, Huic igitur ſocios veſtros criminanti, et ad bellum vos cohortanti, et omnibus modis vt in tumultu eſſetis, molienti. Haec enim tria, in eundem caſum determinata ſunt. *Verum caſus illi diſſimili ſono eſſe poſſunt, et ſine harmonia. Ita Homoeoptoton eſt in illo*, Pleni ſunt omnes libri, plenae ſapientum voces, plena exemplorum vetuſtas. *Sunt enim iidem caſus, quod non aure, ſed Grammatica ſcientia metimur. Contra Homoeoteleuton etiam ſola auris intelligit, vt ſi dicas*, Quid ſentis de inuentis mentis iſta ſcribentis. *Etiam imperitus linguae ſonos ſimiles intelligit. Tales ſunt verſus, quos Leoninos vocant. Exemplo Aquilae vtitur etiam* Mart. Cap. 5 p. 174.

HOMOEOSIS, eos. f. [ὁμοίωσις] *eſt figura ſententiae*, cum per ſimilitudinem res praeſtantur. Cuius ſpecies ſunt primae duae, Paradigma et Parabole. Harum diſtantia eſt, quod Paradigma facit vera exempla, Parabole ficta oſtendit.

HOMOEOTELEVTON, i. n. [ὁμοιοτέλευτον] Simile determinatione. differt a ſuperiore (Homoeoptoto): quod illud quidem et caſu et ſono ſimilia verba membrorum determinat: hoc vero, non ſolum caſuum ſimilitudine, ſed cuiuscunque verbi atque enuntiationis contentum eſt. In muros ſtatim curritur, exercitus a ſociis arceſſitur, delectus iuuentuti denuntiatur. *Haec* Aquila Romanus. *Vid.* Mart. Capell. *l. c. qui poſteriora definitionis melius ita videtur efferre*, Hoc vero ſoni tantum ſimilitudine ſub quacunque verbi enuntiatione componitur. *Vid.* HOMOEOPTOTON.

HOMOGENEVS, a, um. Adi. [ὁμογενής] *Eiusdem generis: frequens apud Philoſophos. Contrarium* Heterogeneus.

HOMŎLE, es. f. *Mons eſt Magneſiae, ſiue Thraciae. Strab. 12.* Virg. Aen. 7, 675.

HOMOLOIDES, um. f. *Nomen portarum Thebanarum vnius* Stat. Theb. 7, 252 Per ingentes Homoloidas exeat Haemon.

HOMONYMIA, ae. f. [ὁμωνυμία] Vna voce multum ſignificat, Synonymia vero Multis vocibus idem teſtatur, *vt explicat* Fronto *vetus Grammaticus.* Quinctil. 7, 9, 2 Cum pluribus rebus aut hominibus eadem appellatio eſt, ὁμωνυμία dicitur, vt *Gallus. Add.* 8, 2, 13.

HOMOPLĀTAE, *vid.* OMOPLATAE.

HOMOTŎNVS, a, um. Adi. [ὁμότονος] *Aequalis tenſionis, de neruis aequaliter tenſis* Vitruu. 1, 1. *et* 5, 4.

HOMOVSIVS, a, um. Adi. [ὁμοούσιος] *Conſubſtantialis.* Hier. Epiſt. 1, 25. l. 6 C. de Summa Trin.

HONESTVS, a, um. Adi. [καλὸς, σεμνὸς, κόσμιος] Honeſtus *ab* Honore *dicitur, vt ab* onere onuſtus, *et* modeſtus *a* modo. *Ludit more ſuo* Varro *in vicinia ſoni, et conſueta coniunctione* honoris *et* oneris *ſ. laboris et moleſtiae, cum ait* de L.L. 4, 10 ſ.20, 21 Honos ab honeſto honere (onere) Itaque honeſtus dicitur, quod honeratus (oneratus) et dictum honus (onus) eſt honos, qui ſuſtinet remp. *Verius eſt, vt* Honor *exiſtimationem de praeſtantia et pulchritudine, ipſamque adeo illam praeſtantiam et pulchritudinem ſignificat; ita* honeſtum *eſſe quidquid vel oculorum vel mentis iudicio* pulchrum *et* aeſtimabile *arbitramur. Reſpondet Graecorum* καλῷ, *quo illi deſignant quidquid placet ob quamcunque praeſtantiam, ſpeciatim autem illam virtutis amabilitatem* (honorabilitatem *enim Latinae aures reſpuunt) dignitatemque, quae etiam Romanis* honeſtum *et* honeſtas *velut* κατ' ἐξοχὴν *et praeter caetera dicitur.* Nihil praeter id, quod honeſtum ſit, propter ſe eſt expetendum Cic. Off. 3 c.7. Iuuen. Sat. 3, 52 Participem qui te ſecreti fecit honeſti. Salluſt. Catil. c. 30 Calumnia paucorum, quibus omnia honeſta atque inhoneſta vendere mos erat. Cic. in Brut. 280 c. 81 Qui honorem ſententiis, qui ſuffragiis adeptus eſt, is mihi et honeſtus et honoratus videtur. Sententiis, *ſenatus:* ſuffragiis, *populi.* Honeſtiorem honore facere Plaut. Capt. 2, 3, 32. Salluſt. in Catil. c.35 Sed quod non dignos homines honore honeſtos (*vel, vt alii legunt,* honeſtatos) videbam. Honeſta dicta factis Plaut. Stich. 2, 1, 7. Honeſtiſſimus dies alicui Cic. Fam. 1, 2. *quo ei Habitus magnus honor eſt.* Quod vtrique honeſtiſſimum eſt Plin. Paneg. c. 85. Honeſtus pro Diuite, *vt auctor eſt* Aſconius *in* Verr. 1, 123. *Pro Pulchro* Ter. Eun. 3, 2, 21 Ita me dî ament, honeſtus eſt. *Vid.* Donat. Caput Virg. Aen. 10, 133. *et* Georg. 2, 392. Honeſti *Equi* Spadices glaucique Id. ibid. 3, 82. Omnibus partibus honeſti *Aſini* Varro R.R. 2, 6, 2. *De Nobilitate et loco honorato in ciuitate:* Cic. Att. 4, 1 Inde a Brundiſinis honeſtiſſimis ornatus, iter ita feci, vt vndique ad me cum gratulatione legati conuenerint. *Intelligit* Cicero *Brundiſinae coloniae principes. Ita* §. 4 Inſtit. de publ. iudic. Honeſti ſtupratores *opponuntur* humilibus. Facie honeſta virgo Ter. Eun. 2, 1, 24. Facie honeſta et liberali Id. ibid. 4, 4, 15. *Conf.* Suet. Tiber. 68. Forma honeſta et liberali, *h. e. Decora et egregia* Ter. Andr. 1, 1, 95. Idem Eun. 1, 2, 52 Is vbi hanc forma videt honeſta virginem, *etc.* Loco honeſto natus, *i. Nobili* Plin. Epiſt. 8, 6, 16. Cic. Tuſc. 5, 35 Qui quum eſſet bonis parentibus, atque honeſto loco natus, *etc.* Honeſti homines, *i. Honore digni, vel Honoribus inſignes.* Cic. Verr. 1, 128 Quid eſt aliud omnibus omnia peccata et maleficia concedere, niſi hoc, hominum honeſtiſſimorum teſtimoniis, et virorum bonorum tabulis non credere? Non eadem omnibus honeſta Nep. praef. n.3. *i. decora.* Arma Ouid. Amor. 3, 15, 9. Cic. Verr. 3, 69 Agyrinenſis eſt in primis honeſta ciuitas Siciliae, hominum ante hunc Praetorem locupletum ſummorumque aratorum. Id. ibid. 3, 67 Praeterea conuentus honeſtus Syracuſis, multi equites Romani viri primarii. Tacit. Ann. 16, 16 Quamuis honeſtos ciuium exitus, triſtes tamen, et continuos aſpernantium. Furiae Stat. Silu. 4, 6, 83. *i. furioſa et in ſe ſaeuiens laudis cupiditas Saguntinorum ciuium.* Familia ampla et honeſta Cic. pro Muraen. 15. Ignis Stat. Silu. 3, 1, 6. *qui Herculi viam in caelum dedit.* Mors Tacit. in Vita Agric. 33. Hor. Serm. 1, 3, 42 Vellem in amicitia ſic erraremus, et iſti Errori nomen virtus poſuiſſet honeſtum. *De amatore vitia amatae non deprehendente.* Officium Hor. Epiſt. 1, 18, 34. Oratio honeſta Ter. Andr. 1, 1, 114. *h. e. Quae honeſtum iuuenem decet, opponitur* Plebeiae. *Vid.* Burm. *ad* Petron. c.55. *et* Quinct. 1, 8. Teſtamentum honeſtiſſimum Plin. Epiſt. 144.

HONESTVM, i. n. *Vt,* Nixa honeſto virtus. *Vid.* NITOR. Reſpectus honeſti Lucan. 8, 490. Complecti aliquid honeſto Quinctil. 2, 4.

HONESTAS, ātis. f. [τὸ καλὸν, καλοκαγαθία] *Dignitas, decus, laus: cui contrarium eſt* Turpitudo. Nihil eſt in vita magnopere expetendum, niſi laus et honeſtas Cic. pro Arch. c.6. Id. Off. 1, 4 In officio colendo ſita eſt honeſtas omnis, et in negligendo turpitudo. Quinctil. 3, 4 Nam et in laude iuſtitia, vtilitasque tractantur, et in conſiliis honeſtas. Cic. Att. 8, 11 Vbi eſt autem dignitas, niſi vbi honeſtas? Amittere honeſtatem, *vid.* AMITTO. Conſeruare honeſtatem et decus Cic. Off. 1, 17. Continetur honeſtas ex quatuor virtutibus, *vid.* CONTINEO. Copulare honeſtatem cum voluptate, *vid.* COPVLO. Metiri honeſtate ſummum bonum, *vid.* METIOR. Praeditus honeſtate Suet. de Illuſtr. Gramm. c. 13. Ab honeſtate Remotum Nep. praef. n. 5. Spoliatus honeſtate Cic. pro Rabir. Poſt. 44. Honeſtatibus partis et omni dignitate priuare Id. pro Muraen. 87. Id. pro Sext. 109 c. 51 Vltra igitur cauſa popularis debet videri, in qua omnes Honeſtates ciuitatis, omnes aetates, omnes ordines vna conſentiunt, *i. quidquid in ciuitate honeſtum eſt.*

HONESTITVDO, ĭnis. f. Idem quod Honeſtas, Antique dictum. Accius Oenomao, Horrida honeſtitudo Europae principium primo ex loco. Idem Myrmidonibus, Tua honeſtitudo Danaos decepit diu. *Ex* Non. 2, 401.

HONESTE. Adu. [καλῶς] *dicitur Id* honeſte fieri, *quod cum decoro et honeſto fit.* Ter. Andr. 4, 6, 3 Quae ſe inhoneſte optauit parare hic diuitias potius, quam in patria honeſte pauper viuere. Cic. de Fin. 1, 43 Niſi ſapienter, honeſte iuſteque viuatur. Idem Att. 6, 1. *Compar.* Suet. Caeſ. c.82 Sinum ad ima crura deduxit, vt honeſtius caderet. *Add.* Columel. praef. 1. Plin. 4, 13. *et* 6, 18. *Superl.* Cic. de Amicit. c. 16 Quae noſtris in rebus non ſatis honeſte, in amicorum ſunt honeſtiſſime.

HONESTO, āre. [σεμνύνω, κοσμέω] *Honeſtum facere, honorem conciliare.* Cic. Off. 1, 139 c. 39 Nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. Id. ibid. 2, 21 Quaecunque igitur homines homini tribuunt ad eum augendum atque honeſtandum, *etc.* Rationes honeſtandae Elocutionis Auct. ad Heren. 4 *ſub fin. i. ornandae.* Summi viri et clariſſimi Saturnini et Gracchorum et Flacci ex ſanguine non modo ſe non contaminarunt, ſed et honeſtarunt Cic. Catil. 1 c. 12. Honore honeſtare Plaut. Capt. 2, 1, 50. Cic. pro Muraen. 70 A quibus ſi in forum deducimur, ſi vno ſpatio baſilicae honeſtamur, diligenter obſeruari videmur et coli. *De candidatis.* Vultus honeſtat illum Claud. in pr. Conf. Stil. 1, 26. *Conf.* Curt. 3, 6, 19. Numero liberorum honeſtare ciuitatem Stat. praef. l. 4 Silu.

HONESTAMENTVM, i. n. [κόσμημα] Sen. Epiſt. 66 Nullo enim honeſtamento eget virtus ipſa, et magnum ſui decus eſt, et corpus ſuum conſecrat. Salluſt. de Rep. Ord. 2, 21 Omnia honeſtamenta pacis et praemia belli. *Vid.* Apul. Apol. p.276. *et* Arnob. 2, . .

HONESTATVS, a, um. Partic. Salluſt. Catil. 35 Non dignos homines honore honeſtatos videbam. *Vid. ibi cl. Waſſe.*

HONESTATIO, onis. f. *Apud* Auguſtinum *eſſe dicitur.*

HONESTATOR, ōris. m. *Apud eundem* . .

HONOR, *vel* HONOS, ōris. m. [τιμή] *Generali ſignificatione idem fere eſt, quod pulchritudo, virtutis in primis, in quantum ea agnoſcitur, et iudiciis hominum, vel ſignis illorum et effectibus illuſtratur: tum ipſa illa ſigna, et quidquid eſt, quo illa iudicia declarantur,* honoris *appellatione continentur.* Plaut. Poen. 3, 3, 25 Nos honoris tui cauſa huc ad te venimus. Cic. de Clar. Orat. 280 c. 81 Honos eſt praemium virtutis, iudicio, ſtudioque ciuium delatum ad aliquem. Honos alit artes Id. Tuſc. 1 c.2. Exilii honor Tacit. H. 1, 21, 2. *i. Prouincia remota ſub ſpecie honoris illa quidem, ſed ideo mandata, vt aliquis longe remotus ſit. Conf. Grut. ad Tac. Diſc. 15. Part. 2.* Tu, quum ea, quae es a Senatu ſummo cum honore tuo conſequutus Cic. ad Caeſar. *apud* Non. 4, 331. Iudiciorum caeleſtium honor Quinct. 4 prooem. 2. *quo affecit Quinctilianum Domitianus.* Horat. A. P. 69 Mortalia facta peribunt, Ne dum Sermonum ſtet honos et gratia viuax, *i. vt pulchra videantur ſemper eadem verba, adhibeanturque. Sic* Stat. Theb. 10, 327 *vltimam noctis partem ſic deſcribit,* Cum vacuae nubes (*rore iam delapſo*) et honos non omnibus aſtris, *cum proxima orienti paullatim palleſcunt, et ſplendorem ſuum amittunt.* Verborum honor Quinctil. 3, 7. Cic. Fam. 15, 7 Incredibili ſum laetitia affectus, quum id mihi nuntiatum eſt, eumque honorem tibi deos Fortunare volo: a teque ex tua, maiorumque tuorum dignitate Adminiſtrari. Idem pro Roſc. Amer. 6 Quae de viro fortiſſimo et clariſſimo, L. Sulla, quem honoris cauſa nomino. Id. Philipp. 2, 31. Salluſt. in Iugurth. c. 113 *extr.* Deinde, vbi dies aduenit, et ei nuntiatum eſt, Iugurtham haud procul abeſſe cum paucis et Quaeſtore noſtro, quaſi obuius honoris Cauſa procedit. Certamen honoris, *vid.* Certamen, *in* CERTO. Cupido caeca honorum Lucret. 3, 59. Curſus honorum Cic. Fam. 3, 11. *ad munera publica, Aedilitatem, Praeturam, Conſulatum ordine adipiſcenda pertinet.* Gradus honorum pares ſummis et infimis Cic. pro Planc. 60. Inania honoris Tac. Agric. 6. Vmbra honoris Id. Hiſt. 3, 73. ¶ 2 *Epitheta:* Contumelioſus, *vid.* CONTVMELIA. Crudus honor, trunca arma, cruorque virorum, *dedicata Phoebo* Stat. Theb. 10, 342. Diuini Quinctil. 3, 7. Virg. Aen. 5, 534 Nam te voluit rex magnus Olympi Talibus auſpiciis Exſortem ducere honorem. *i. extra ſortem, quod excellens meritum indicat.* Exquirere honorem Cic. Philipp. 4, 5. Falſus honor iuuat Hor. Epiſt. 1, 16, 39. Iuſti, *vid. h. v.* Gell. 12, 9 Honorem quoque mediam voces fuiſſe, et ita appellatum, vt etiam *Malus honos* diceretur, et ſignificaret iniuriam, id profecto rariſſimum eſt. *Deinde affert locum ex* Oratione Metelli Numidici, *et in eo,* Quanto probi iniuriam facilius accipiunt quam alteri tradunt; tanto ille vobis quam mihi *peiorem honorem* habuit. Nam me iniuriam ferre, vos facere vult, Quirites — *id eſt* maiore vos affecit iniuria et contumelia quam me, *etc.* Meriti, Nonnullus, Otioſus et vacans, *vid. hh. ll.* Pauper Stat. Theb. 5, 513. Sublimis Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 325. Temerarius Quinctil. in prooem. 1. ¶ 3 *Verba:* Abundare honoribus, *vid.* ABVNDO. Accipere honorem Cic. Brut. 4. Accumulare honorem alicui, *vid.* ACCVMVLO. Addunt etiam DIs honorem parentes Quinctil. 3, 7, 8. Hor. Od. 2, 19, 13 Fas et beatae coniugis Additum ſtellis honorem *canere, i. coronam Ariadnae, ſtellis a Baccho inſertam.* Adducere aliquid in honorem Cic. Fam. 7, 27. Adeptus ſummos honores, *vid.* ADIPISCOR. Cic. de N. D. 1, 3 Sin autem DI neque poſſunt nos iuuare, neque volunt — quid eſt quod vllos DIs immortalibus cultus, Honores, preces, Adhibeamus. Adminiſtrare Idem Fam. 15, 7. *i. magiſtratum.* Adolere honores aris Ouid. Met. 8, 740. *Vid.* ADOLEO. Afferre honorem, *vid.* AFFERO. Cic. pro Deiot. 14 Quae quidem a te in eam partem accepta ſunt C. Caeſar, vt eum ampliſſimo regis honore et nomine Afficeres. *Conf.* Id. pro S. Roſc. c. 50. Aggredi magnos honores Virg. Ecl. 4, 48. Amplificatus honoribus, *vid.* AMPLIFICO. Calliſtr. in l. eos D. de Decurionib. Sed ne quidem Arcentur honoribus, qui ab Aedilibus flagellis caeſi ſunt. Aſcendere ab honores Cic. de Clar. Orat. 241 c. 58. Aſcendere in honorem Id. in Orat. 125. Aſſequi honorem, *vid.* ASSEQVOR. Augeri honore Cic. Att. 7, 2. Auctus amplis honoribus Hor. Serm. 1, 6, 11. Capere honorem, *vid.* CAPIO. Tacit. Ann. 13, 25 Iulius quidem Montanus Senatorii ordinis, ſed qui honorem nondum Capeſſiſſet. Cedere honori et honore, *vid. h. v.* Compellare aliquem multo honore Virg. Aen. 3, 474. Comprobare honorem, *vid.* COMPROBO. Confluit laus, honos, Dignitas ad *eloquentes* Cic. de Inu. 1, 3. Congeſti, *vid.* CONGERO. Conſtituere honorem Cic. ad Qu. Fr. 1, 1. Contigit ex merito, qui tibi nuper honor Ouid. ex Pont. 4, 7, 16. Vlpian. l. 2 D. de excuſ. et vacat. muner. De minoribus quoque annis vigintiquinque ad munera ſiue honores Creandis iuſta aetas ſeruanda eſt. Cuſtodire honorem, *vid. h. v.* Cic. Att. 5, 21 Ob haec beneficia quibus illi obſtupeſcunt, nullos honores mihi, niſi verborum, Decerni ſino. Decorare honoribus, *vid.* DECORO. Decorari honoribus ampliſſimis et praemiis Cic. de Orat. 2, 232. Defendere honorem ſuum, *vid.* DEFENDO. Cic. Fam. 10, 10 Is enim denique honos mihi videri ſolet, qui non propter ſpem futuri beneficii, ſed propter magna merita claris viris defertur et datur. Denigrare honorem alicuius, *vid.* DENIGRO. Cic. Verr. 4, 79 c. 36 *ad Scipionem,* Cur pro iſto, qui laudem honoremque familiae veſtrae depeculatus eſt, pugnas? *i. ſtatuam, quae honori fuerat genti veſtrae, ſuſtulit e publico, et ſibi habuit.* Dicto honore aliquid referre Plin. 28, 8. Dignari aliquem honore Ouid. Met. 1, 194. Virg. Aen. 1, 339. Cic. Philipp. 9, 8 Nulla dubitatio relinquetur, quin honorem mortuo, cui iniuriam viuo fecimus, faciamus. Factus honos aris *Sacrificia* Virg. Aen. 5, 763. Facere miſſos honores, *vid. ſub* MITTO. Fauerem honori tuo Cic. Att. 8, 3. Idem pro Sext. 136 Ad eam rationem, in qua multi homines noui et honore et gloria Floruerunt, cohortabor. Fulget intaminatis honoribus Hor. Carm. 3, 2, 18. Vlpian. in l. 3 D. de Decurion. Completo tempore nihilominus Fungi honore vel officio poſſit. Habere honorem alicui, *pro Honore afficere et honorare.* Cic. pro Flacc. 45 Cui nullus honos in ſua ciuitate Habitus eſt. *Add.* Curt. 4, 8, 14. Cic. Att. 7, 2 Chryſippum libenter vidi, et in honore Habui. *Add.* Curt. 9, 10, 21. Habere honori Conſulatum ſuum Salluſt. in Iugurth. 31, 10. Impertire aliquem honoribus, Incipere honorem, *vid. hh. vv.* Indicere honores *Diis* Virg. Aen. 3, 264.

3, 264. Inire honorem, *vid.* INEO. Inſeruire honori Hor. de Arte Poët. 167. Inſeruire honoribus, *vid.* INSERVIO. Inſtituere alicui Sall. Iug. 79 *extr.* Largitur honores ſacros templis Valer. Argon. 2, 651. Libat Lenaeum honorem Virg. Aen. 4, 207. *i. vinum.* Mactauit honores meritos aris Virg. Aen. 3, 118. Tac. Ann. 11, 22 Manſitque Conſulibus poteſtas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret, *i. magiſtratum.* Mandare honores hominibus nouis Cic. Verr. 4, 81. Merebuntur minus honoris Lacedaemone ſtudia literarum, quam Athenis Quinctil. 3, 7, 24. Minuere honorem Cic. Q. Frat. 1, 1. Obrepere ad honores Idem pro Planc. 17. Ornare honoribus Id. Fam. 10, 10. Cic. . . Omni honore ac dignitate priuentur, *etc.* Parere alicui aeternos honores Hor. Carm. 2, 1, 15. Perfunctus honoribus ampliſſimis Cic. Fam. 1, 8. Perhibere honorem, *vid.* PERHIBEO. Tacit. Ann. 4, 34 Et vterque opibus, atque honoribus peruigere. Petere honores Quinctil. 7, 5. Si dicimus, ille patrem ſtrangulauit, honorem non praefamur. Sin de Aurelia aliquid aut Lollia, honos praefandus eſt. *Vid. mox* Honos Sit auribus. Cic. Fam. 9, 22. Idem de Fin. 2, 9 Caetera addit Epicurus: quae ſi appelles, honos praefandus eſt. Quas inter caſtas aures ſine venia nefas eſt ac ſine honoribus appellare Prae fatis Arnob. 5 p. 176. Praeſtare Plin. Paneg. c. 88. Recipere honorem Cic. Att. 9, 1. Idem pro Roſc. Amer. 136 Suum cuique honorem et gradum redditum gaudeo. *Conf.* Curt. 8, 9, 32. Sacrare honorem alicui Virg. Aen. 12, 140. Succedere ad ſummum honorem Lucret. 5, 1274. Sum: Cic. de Amicit. 70 Honori et dignitati Eſſe propinquis. Id. Off. 2, 58 Honori ſummo nuper noſtro Miloni Fuit, quod, *etc.* *Add.* Curt. 5, 7, 12. In honore Eſſe apud aliquem Cic. pro Roſc. Amer. 6. Id. de Orat. 2, 235 Haec ars ſummo in honore ſemper Fuit. *Conf.* Curt. 8, 8, 10. In honore menſarum Eſſe, *vid.* IN. Curt. 5, 1, 38 Feminarum conuiuia ineuntium in principio modeſtus eſt habitus: dein ſumma quaeque amicula exuunt, paullatimque pudorem profanant, ad vltimum (honos auribus Sit) ima corporum velamenta proiiciunt. Tuis honor Sit habitus ſanctiſſimis auribus Quinctil. Decl. 3 *pr.* Suſtinenti honorem munus imponi non poteſt: munus ſuſtinenti, honor deferri poteſt Modeſtinus in l. honorem D. de munerib. et honorib. *Nempe, vt docet* Calliſtratus l. 14 eod. Honor eſt adminiſtratio reip. cum dignitatis gradu, ſiue cum ſumtu, ſiue ſine erogatione contingens. Munus — quod in adminiſtranda rep. cum ſumtu ſine titulo dignitatis ſubimus. Tollere aliquem honoribus Hor. Carm. 1, 1, 8. Tribuere honorem Cic. de Fin. 3, 73. Velificari honori Idem contra Rull. 1, 27. Salluſt. in Catil. c. 49 Catulus ex petitione Pontificatus odio incenſus, quod extrema aetate maximis honoribus Vſus, ab adoleſcente Caeſare victus diſceſſerat. Cic. Philipp. 8, 12 Quamquam hoc honore vſi togati eſſe ſolent, quum eſt in ſagis ciuitas. ¶ 4 *Obſeruatt.* Honores, *officioſae allocutiones*, Complimenta *fere vocat Europa.* Vt alter Alterius ſermone meros audiret honores Hor. Epiſt. 2, 2, 88. *Pulcbritudo:* Virg. Aen. 1, 591 Laetos oculis afflarat honores. Hor. Epod. 17, 18 Tunc mens et ſonus Relapſus, atque notus in vultus honor. *de reſtitutione ſociorum Vlyſſis in formam humanam.* Virg. Georg. 2, 404 Frigidus et ſiluis Aquilo decuſſit honorem. Frontis honores Stat. Silu. 2, 113. Plin. Paneg. 8 Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, et dignitas oris, nonne longe lateque principem oſtentant. Capitis honor *hic dicitur, vt* Virg. Aen. 10, 133 Dardanius caput ecce puer detectus honeſtum. *Et* Georg. 2, 392 Et quocunque deus circum caput egit honeſtum, *quem verſum ad patrem familias pulchre transfert* Colum. 3, 21, 4. Aeſtatis honores *pro frugibus. Vid.* Sil. 3, 487. *Bentlei. ad* Hor. Od. 1, 17, 14 *vbi* Ruris honores *ſunt fructus.* Terrae honores, *vid. Burm. ad* Grat. 376. *Sic* Lenaeum honorem Ioui libare, *i. vinum* Virg. Aen. 4, 207. *De hoſtia et ſacrificio* Virg. Aen. 3, 118 Meritos aris mactauit honores. *Sic* Ouid. Met. 8, 740 Qui numina diuûm Sperneret, et nullos aris adoleret honores. Id. Faſt. 5, 551 Vltor *(Mars)* ad ipſe ſuos caelo deſcendit honores, *i. ſacrum.* Virg. Aen. 3, 178 Perfecto laetus honore, *poſtquam litatum eſſet.* *Et* 264 Numina magna vocat, meritosque indicit honores, *iubet ſacra fieri.* *Et* 547 Rite Iunoni Argivae iuſſos adolemus honores. Grat. 458 Suos vbi contigit ignis honores, *i. victimam in ara impoſitam.* *Vid. Viri docti ad h. l. et Brouckh. ad* Tibull. 4, 6, 1. *it. Erh. ad* Petron. 133. *et Drakenb. ad* Sil. 7, 90. *Add.* Ouid. Met. 8, 740. *Sepultura:* Virg. Aen. 6, 333 Cernit ibi moeſtos, et mortis honore carentes. Id. ibid. 12, 57 Si quis Amatae Tangit honos animum. *i. amor mutuus.* *Pro praemio* Virg. Aen. 5, 249 Ipſis praecipuos cultoribus addit honores. Hic pietatis honos Idem ibid. 1, 253. *Hereditates quoque et legata honorum nomine veniunt: vid. Burm. ad* Quinct. Decl. 261 p. 489. Cic. pro Roſc. Amer. 108 Quam ob cauſam a Chryſogono tantis praemiis donabantur, ſi nihil aliud fecerunt, niſi rem detulerunt, nonne ſatis fuit his gratias agi? denique, vt perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi? Idem Fam. 16, 9. Caeſ. B. C. 2, 21. *Vid.* Honorem habere, *in* HABEO. *Pro Magiſtratu poni, iam ſuperiora docent.* Honor Praeturae, Quaeſturae Suet. Claud. c. 1. *et* Tit. c. 4. Honores petere, capere, gerere Nepos 24, 1, 1. Plin. Epiſt. 6, 31. Honoribus operam dare Nepos 24, 1, 1. Honore abire Suet. Aug. 26. *De* nundinatione honorum *ap. Romanos.* *Vid. Bernegg. ad* Suet. Caeſ. c. 19. Sall. Iug. 8, 15 *et* 35. ¶ 5 Honor *Deus, cuius mentio apud* Auguſtin. de Ciu. Dei 4, 21 *et* 24. *it.* 5, 12. *it.* Vitruu. 3, 1 *et* 7 Pr. Val. Max. 1, 1, 8 Honori et Virtuti Romae aedes gemellas iunctim locauit M. Marcellus Syracuſarum victor. *Vid.* Cic. pro Sext. c. 54 *vbi* Templum Honoris — Virtutis vocatur. *Sed* Verr. 4, 121 c. 54 Honoris atque Virtutis. Symmach. Epiſt. 1, 21 *pr.* Bene ac ſapienter maiores noſtri aedes Honori atque Virtuti gemella facie iunctim locarunt, commenti, quod in re videmus, ibi eſſe praemia honoris, vbi ſunt merita virtutis. *Quod autem ingreſſum in templum* Honoris *alium patuiſſe negant, niſi per* Virtutis *templum; id ſane bellum eſt ad ſignificandum, quaenam eſſet vera ad verum honorem via. Caeterum nusquam hoc apud veteres inuenire poteram cum vellem: niſi quod vidiſſe tale quidpiam videtur* Auguſtin. de C. D. 5, 12. *Non abſurde hoc putari, ſuadet* Liuii *narratio, quam huc vsque diſtulimus,* 27, 25 Marcellum — religiones tenebant, in quibus, quod quum bello Gallico — aedem Honori et Virtuti vouiſſet, Dedicatio eius a Pontificibus impediebatur, quod negabant, vnam cellam duobus recte dedicari — ita addita Virtutis aedes adproperato opere. *Potuit ſpatium commodius non fuiſſe, quam vt ipſum veſtibulum templi* Virtutis *in* Honoris *aedem commutaretur.*

HONORINVS, i. m. *Idem qui* Honor Deus. Aug. de Ciu. Dei 4, 21 Deo Honorino commendare, vt honorarentur.

HONORĀRIVS, a, um. Adi. [τιμητικὸς] *Quod ad honorem pertinet.* Cic. de Opt. Gen. Or. 3 Docere debitum eſt, delectare honorarium, permouere neceſſarium. Arbiter honorarius, *Quem honoris cauſa, vtraque pars ſummum facit ſuae cauſae et controuerſiae iudicem.* Cic. Tuſc. 5, 120 c. 41 Quorum controuerſiam ſolebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades. *De* Honorariis Codicillis *eſt* Titulus Cod. Theod. 6, 21. *de quibus omnia docuit Iac. Gothofredus in Paratitlo et Comment. Breuiter, ſunt alii quidem plane imaginarii illuſtrium dignitatum, quos quis emendicatus eſt officii publici et muneris expers: alii quos adipiſcebantur, qui in actu aliquo poſiti antea fuerant, iam ſibi* Vacantes. *Illi a muneribus non liberabant curiales: ſed* hi. *etc. Nec enim proprie ad noſtrum inſtitutum pertinent* Pompon. l. 2 de Or. Iur. §. 10 Edicta praetorum Ius honorarium conſtituerunt. Honorarium dicitur, quod ab honore praetoris venerat. *Nempe* Honoratus praetor *eſt* Ouid. Faſt. 1, 52. *Hinc apud ICtos* Honorariae *vocantur* actiones, obligationes, poenae, ſucceſſores, tutores *paſſim* in Digeſtis, *cum indicatur, ex edicto praetoris ea deriuari. Caeterum non ſolum ius Praetorium ſic vocari, ſed illa iura omnia, quae ex* Honoratorum, *i. magiſtratuum quorumcunque edictis orta ſunt, poſt alios oſtendit Heinecc. Hiſt. Edictor. 1, 1 p. 13 ſq.* *V. g.* Modeſtin. l. 52 §. 6 D. de oblig. et act. Iure honorario obligamur ex his, quae edicto perpetuo vel a magiſtratu fieri praecipiuntur, vel fieri prohibentur, *etc.* *Et ipſe* Iuſtin. §. 7 Inſt. de iure nat. gent. et ciu. Hoc etiam ſolemus ius honorarium appellare, quod qui honores gerunt, id eſt, magiſtratus, auctoritatem huic iuri dederunt. Tumulus honorarius, *Qui honoris cauſa erigitur ſine ſepulcro, vt ea, quae* Caſtra doloris *vocant hodie.* Suet. in Claud. Caeſ. c. 1 Caeterum exercitus honorarium ei tumulum excitauit, *etc.* Ludi honorarii, antiquis Liberalia dicebantur, *vt ait* Feſtus. *Dicti* Honorarii, *ab Honore eorum, qui munera populo edebant.* *Vid. Caſaub. ad* Suet. Aug. c. 31. Honorarium Vinum Iſid. 20, 3. *Locum damus in* VINVM.

HONORARIVM, i. n. *Donum, quod rectoribus prouinciae olim in prouincias aduenientibus honoris cauſa dabatur, non tanquam debitum exigebatur.* Cic. in Piſon. 86 Qui modus tibi fuit frumenti aeſtimandi? qui honorarii? Honorarium Decurionatus, *Id quod a Decurionibus pro curiae introitu dari ſolitum eſt.* Plin. Epiſt. 10, 116 Supereſt ergo, vt ipſe diſpicias, an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes, qui deinde buleutae leguntur, debeant pro introitu dare. *Ad quam epiſtolam reſcribens* Traianus, Honorarium, *inquit*, Decurionatus omnes, qui in quaque ciuitate Decuriones fiunt, inferre debeant, necne, a me non poteſt ſtatui. Honorarium, *pro Salario quod datur magiſtratibus, arbitris, et aliis huiusmodi* Vlpian. in l. 1 §. 1 D. ſi men. fal. mod. dixe. Honorarium, *Quod etiam aduocatis datur.* Paul. in l. qui operas D. locati et conduct. Aduocati quoque, ſi per eos non ſteterit, quo minus cauſam agant, honoraria reddere non debent. Cic. pro Caecin. 6 Ideo quod omnia iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt: quorum alterum leuius eſt, *etc.* alterum eſt vehementiſſimum: quod et ad grauiores res pertinet, et non honorariam operam amici, ſed ſeueritatem iudicis, ac vim requirit.

HONŌRO, āre. [τιμάω, τίω] *Honoribus afficere.* Cic. de Diuin. 1, 88 c. 40 Amphiaraum ſic honorauit fama Graeciae, deus vt haberetur, atque vt ab eius ſolo, in quo eſt humatus, oracula peterentur. Idem Philipp. 2, 25 c. 11 Qui me non ſolum meis laudibus ornaret, ſed etiam honoraret alienis. Honorarit eos an deceperit Quinctil. 5, 10, 118. *i. praemio vero afficere voluerit, an ludificari.* *Vid. Burm. p. 432.* Paterc. 2, 112, 2 Ob id ornamentis triumphalibus honoratus eſt. Idem 2, 129, 3 Populum congiariis honorauit. Curt. 7, 1, 23 Cum donis honoramur. Honorari, *Deponens apud* Ampelium c. de 12 ſignis, Iuno Leonem caeleſti dignitate, eſt honorata.

HONORANDVS, a, um. Partic. Mors non monumentis, ſed luctu publico honoranda Cic. Philipp. 9 c. 3. Honorande in Chriſto Hieron. Epiſt. 1, 17.

HONORĀTVS, a, um. Adi. [τιμώμενος, ἔντιμος, τιμοῦχος, γεραρὸς] *Qui in honore et pretio eſt apud aliquos.* Cic. Off. 1, 138 Dicendum eſt etiam, qualem hominis honorati et principis domum placet eſſe. Idem de Senect. 22 Clari et honorati viri. Corpus humanis honoribus, nomen diuinis honoratum Vell. 2, 124, 3. Equeſtri ſtatua honoratus Id. 2, 61, 3. Vetus et honorata familia Suet. in Othon. c. 1. *et* Tib. c. 3. Vir honoratus Ouid. ex Pont. 4, 5, 2. Cic. Tuſcul. 1, 85 Metellus ille honoratus quatuor filiis, et quinquaginta Priamus. Achilles, *vid.* ACHILLES. Cuſtodia Tacit. Hiſt. 3, 12. Cani Ouid. Met. 8, 9. Diem ſemper honoratum habere Virg. Aen. 5, 50. Dies Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 261. Verbaque honoratus libera Praetor habet Ouid. Faſt. 1, 52. *Sed falluntur, qui hoc velut proprium* Praetoris *epitheton arbitrantur.* Liu. 25, 5 Senes honoratique *ad* Conſulares et Cenſorios *pertinet.* Ouid. ex Ponto 4, 5, 2 Honoratum virum Pompeium COS. *vocat.* *Plura Heinecc. Hiſt. Edictor. p. 12 ſq.* *Compar.* Liu. 32, . . Pars nauales ſocii relictis nuper claſſibus ad ſpem honoratioris militiae transgreſſi. Honoratior apud plebem Idem 4, 35. M. Cato honoratiori parere maluit Paterc. 2, 54. Otium honoratius imperio Idem 2, 99 *extr.* *Superl.* Vir honoratiſſimae imaginis Liu. 3, 58. Sedem alicui inter aliquos honoratiſſimo loco dare Val. Max. 4, 5 *extr.*

HONORATE. Adu. [τιμωμένως] *Quod cum honore et dignitate factum eſt.* Cic. Philipp. 11, 33 Quae de illo viro Sulla, quae Muraena, quae Seruilius, quae Lucullus, quam honorate, quam honorifice, quam grauiter ſaepe in Senatu praedicauerunt? *Ex vetuſto codice legimus nunc* Ornate. Tacit. Hiſt. 4, 63 Quod filium eius primo rerum motu in colonia Agrippinenſi deprehenſum, honorate cuſtodierunt. *Compar.* Iuſtin. 5, 4, 13 Certant ſecum ipſi, vtrum contumelioſius eum pepulerint, an reuocauerint honoratius. Cremari honoratius Val. Max. 5, 1, 11. *Superl.* Honoratiſſime quem excipere Val. Max. 2, 10, 2.

HONORABĬLIS, e. Adi. [γεραρὸς] *Quod eſt honore dignum.* Liu. 4, 10 Quinque Conſulatus eodem tenore geſti, vitaque omnis Conſulariter acta, verendum paene ipſum magis quam honorabilem faciebant. Haec ipſa ſunt honorabilia *(al.* honorabiliora) quae videntur leuia atque communia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, *(in forum)* reduci *(domum)* conſuli; quae et apud nos, et in aliis ciuitatibus, vt quaeque optime morata, ita diligentiſſime obſeruantur Cic. de Sen. 63 c. 18. *Comparat.* Vulg. Dan. 13, 4.

HONORABILITER. Adu. Honorabiliter ſepelire Capitol.

Macrin. c. 5. Caſſiodor. 2, 9 Cedere honorabiliter. Ammian. 29, 13 Honorabiliter colebatur.

HONORATIO, ōnis. f. Feſt. *in* Gradiuus, Corona graminea in re militari maximae eſt honorationis. Arnob. 7 Honorationis officium. Mart. Capel. 1 p. 4 Honorationis celſae affectatio.

HONORATOR, oris. m. *Apud* Auguſtin. . .

HONOROSVS, a, um. Adi. Plus quam Honoratus Iſidor. Orig. 10 lit. H. *vt glorioſus, etc.*

HONORIFĬCVS, a, um. Adi. [τίμιος] *Quod honorem confert.* Cic. ad Brut. 15 Decreui etiam imperium, quod quamquam videbatur illi aetati honorificum, tamen erat exercitum habenti neceſſarium. Honorifica mentio alicuius Cic. Q. Frat. 2, 10. *Add.* Id. Philipp. 2 c. 15. Id. Tuſc. 2, 61 Quem vt vidiſſet, et ſalutauiſſet, honorificisque verbis proſecutus eſſet, *etc.* Senatusconſultum Id. Verr. 2, 19. *Compar.* Cic. Att. 1, 10 (16) Quae mihi res multo honorificentior viſa eſt, quam aut illa quum, *etc.* *Superl.* Idem Fam. 15, 10 Honorificentiſſimum Senatusconſultum. *Conf.* Paterc. 2, 45, 4. *Et* Martial. 10, 45.

HONORIFICE. Adu. [τιμίως] Cic. Verr. 3, 166 Publicani tractati honorifice ſunt. Idem Fam. 16, 1 Non ſolum enim vſitatum, ſed etiam quotidianum eſt aliquid audire de te, quod pro noſtra dignitate fideliter atque honorifice dixeris aut feceris. Honorifice dici in aliquem Cic. Fam. 5, 2. Caeſ. B. G. 8, 49 Itaque honorifice ciuitates appellando, principes maximis praemiis afficiendo, *etc.* Large et honorifice promittere aliquid Cic. de Petit. Conſul. 34. Honorate et honorifice multa de aliquo praedicare Idem Philipp. 11, 13. Honorificentius nemini triumphus, quam mihi ſalus reſtitutioque eſt praeſcripta Id. in Piſon. c. 15. Cic. Fam. 6, 6 Nunquam, niſi honorificentiſſime, Pompeium appellat.

HONORIFICENTIA, ae. f. Vopiſc. Aurel. 25 *extr.* Templum Soli poſuit maiore honorificentia conſecratum. *Conf.* Symmach. Epiſt. 6, 35 *et* 36.

HONORIFICO, āre. Lactant. 2, 5 Suſpiciet et honorificet communem parentem. Idem de Ira Dei c. vlt. *et* Inſtit. 7, 24. Gloſſ. Cyrill. Honorifico, δοξάζω, τιμῶ. *Etiam in* Cypriano *obſeruatum.*

HONORIFICANS, antis. Part. Auguſt. Epiſt. 119, 3.

HONORIFICATVS, a, um. Part. Vulg. Interp. Sirac. 15, 2. *et* 1 Pet. 2, 4.

HONORIGER, a, um. Adi. Tertull. de Virg. Veland. c. 10.

HONORĬPĔTA, ae. c. *Qui honores captat, ambitioſus.* Apul. Dogm. Plat. 2 p. 20 Culpabilium virorum quatuor formae ſunt, quarum prima honoripetarum eſt, ſequens abſtemiorum, tertia popularis, tyrannicae dominationis vltima.

HONŌRVS, a, um. Adi. [τίμιος] *Vt, Decorus, canorus.* Laudis honora effigies Sil. 11, 301. Fama Stat. Theb. 2, 629. Ouid. de Rem. Amor. 393 Studium famae mihi creſcit honorae. Oratio Tac. Ann. 10, 10. Idem Ann. 3, 5, 1 Fuere qui publici funeris pompam requirerent, compararentque, quae in Druſum patrem Germanici honora, et magnifica Auguſtus feciſſet. *Vid.* INHONORVS.

HONORIVS, i. m. *Viri proprium, apud Catullum: metuo, vt vere. Item, Imperator Rom. quem celebrat* Claudianus.

HONORIĂDES, ae. m. [Ὀνωριάδης] *Patronym. ab* Honorio *fecit* Claudianus in eiusdem Epithalamio 341 Sic natus in oſtro Paruus Honoriades genibus confidat auitis. Sorores Honoriades Claud. de Laud. Seren. 131.

H O P

HOPLĪTES, ae. *et* īdis. m. Plin. 35, 10 Picturae hoplitides *armatae.*

HOPLŎMĂCHVS, i. m. [ὁπλομάχος] *Qui militaribus armis et ſcuto depugnat.* Martial. 8, 74 Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante: Feciſti medicus, quod facis hoplomachus. Ophthalmicus *dicitur, Qui oculis medetur. Quum oculis olim mederetur, homines ſua necabat imperitia: nunc factus* hoplomachus *idem facit.*

H O R

HORA, ae. f. [ὥρα] *Tempus ſignificat, h. e. quamcumque aeternitatis partem, qua aliquid maturum aut faciendum eſſe, aut ſolere fieri, indicamus. Duobus tamen partium temporis generibus peculiariter attributum hoc nomen eſt: quatuor illis, in quas annus diuiditur; tum* XII *quibus diem, noctemue metiri omnes paene populi conſueuere. De his, vt multo frequentioris vſus, prius, vbi poſuerimus locum* Macrob. Sat. 1, 21 Apud Aegyptios Apollo qui eſt Sol, Horus vocatur, ex quo horae XXIIII, quibus dies noxque conficitur, nomen acceperunt: et quatuor tempora, quibus annuus orbis impletur, horae vocantur. *Iam de horis, quae ſunt XII in die, et noctis totidem.* Plin. 12, 8 Horis matutinis duabus. Hora amplius iam in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur Cic. Verr. 4, 95. Hora ante praeſidium meum Pollentiam venit, quam Trebellius cum equitibus Idem Fam. 11, 13. Horae *veteribus duplices in vſu fuerunt:* Aequinoctiales *ſiue* aequidiales, *quae Graecis* ἰσημεριναί: *ex quarum vigintiquatuor numero dies naturalis conſtituitur, duodecim a Solis exortu vſque in occaſum, et ab occaſu rurſus totidem vſque ad exortum matutinum, aequali ſpatio diſtantibus, connumeratis, ita vt vigeſima quarta diei pars hora ſit vna: atque hoc ex Aequinoctiali vel Solis vel Telluris motu, in quo ſingulis ſignis binae horae aſſignantur, vt quindecim gradus per vnam horam conficiantur. Verum hae horae tantum per Aequinoctium vtrumque durabant. Et hoc modo accipiendae ſunt* Aequinoctiales horae *tum apud Graecos, tum apud Latinos ſcriptores. Extra vero tempus Aequinoctii, inaequales horae diſtinguebant tum noctem tum diem, ita vt vtraque in duodecim horas diuideretur, ſed omnino inaequaliter, iuxta dierum ac noctium incrementum. Nam ſiue dies prolongaretur, ſiue nox, omnino tamen duodecim horae ſingulis aſſignabantur, neceſſario ob temporis rationem inaequales, ſic, vt quantum brumalibus diurnis demeretur, tantum nocturnis accederet: et quantum ſolſtitialibus aeſtiuis diurnis adderetur, tantum iisdem nocturnis demeretur. Hae autem horae* χρονικαὶ *et* καιρικαί, *hoc eſt* temporales *appellabantur, atque hoc modo etiam ſolariis atque horologiis diſtinctae proponebantur. Caeterum quoties ſine determinatione de* horis *apud auctores fit mentio,* inaequales *et* temporales *intelligendae ſunt, vt ſexta quidem ſemper meridiem, vel mediam noctem ſignet, reliquae, ex modo totius diei vel noctis, aeſtimandae ſint. Vnde v. g. apud* Plinium vndecima, *dici penultima accipienda eſt*, 2, 25 *vbi ait de ſidere crinito*, Id oriebatur circa vndecimam horam diei, clarumque et omnibus terris conſpicuum fuit. *Hoc totum de horis, et ratione illarum per vmbras metiendarum, diligenter perſecutus eſt Aldus Manutius praefatione ad Palladium, qui ſingulis menſibus, in quos ſuum de re ruſtica opus diuiſit, horarum rationem ex vmbrae modo collectam, ſubiecit: quae res forte amplius declarari queat, ſi quis cum Palladio conferat* Bedae Compoſitionem horologii, *quae habetur in Pithoeana Vett. Epigrammatum et Poëmatum collectione loco vltimo. Nos hic ponamus primo loco* Martialis 4, 8

Prima ſalutantes atque altera conterit hora,
Exercet raucos tertia cauſidicos.
In quintam varios extendit Roma labores,
Sexta quies laſſis, ſeptima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua palaeſtris,
Imperat exſtructos frangere nona toros.
Hora libellorum decima eſt, Eupheme, meorum *etc.*

Nempe hic ſeuera non amplius tractant viri magni, Domitianus praeſertim. ¶ 2 *Epitheta et Verba, vbi aut ſimpliciter* XXIIII *pars diei naturalis, aut certe minuta pars aliqua et velut articulus temporis intelligitur.* Aeſtiua Martial. 12, 1. *i. longa, de diurnis enim ſermo eſt.* Bona, *vid.* BONVS. Craſtina, *vid.* CRASTINVS. Diurnae Virg. Georg. 3, 400. Exhortiua, *vid.* TETARTEMORION. Virg. Ecl. 8, 20 Et diuos (quanquam nil teſtibus illis Profeci) Extrema moriens tamen alloquor hora. Fatalis, *vid. Barth. ad* Stat. Silu. p. 122. Funeſta Lucan. 6, . . Grata Hor. Epiſt. 1, 4, 14. Legitimae, *quas concedit lex ad dicendum Patrono* Cic. Verr. 1, 25 c. 9. *Conf. quae dicemus n. 4. et mox* Vti horis. Lunares Lucan. 1, 414 *ſunt vices aeſtus marini, fluxus et refluxus. Conferre debebant interpretes Lucani* Varr. de L. L. 8, 19 p. 105, 32 At in mari — motus — in viginti quatuor horis lunaribus cottidie quater ſe mutant. Matutina, meridiana, veſpera Plin. 19, 12. Hor. Epiſt. 2, 2, 172 Puncto quod Mobilis horae permutet dominos. Natalicia, *vid.* TETARTEMORION. Nouiſſima Ouid. Met. 4, 156. Septembres Hor. Epiſt. 1, 16, 16. Siniſtra Ouid. Epiſt. 21, 68. *i. Infauſta.* Solida Iuuen. Sat. 11, 205. Tempeſtiua narrantibus Ouid. Met. 5, 500. Veloces horae Idem Met. 2, 118. *Certe Deas Horas ideo* Veloces *facit, quia tempora velocia.* Abiit hora, *h. e. Tempus elapſum eſt* Ter. Eun. 2, 3, 47. Admouere mortis horam, *vid.* ADMOVEO. Collocare horas, *vid.* COLLOCO. Conſumere horas ſuauiſſimo ſermone, *vid.* CONSVMO. Ducimus horas flendo Virg. Aen. 6, 539. Eximere horam, *vid.* Diem dicendo eximere, *in* EXIMO. Virg. Georg. 1, 208 Libra die ſomnique Pares vbi fecerit horas, *i. aequales, nam ſemper XII diei horae, totidemque noctis. Conf.* Lucan. 8, 467. Hor. Epiſt. 1, 11, 22 Tu quamcunque deus tibi Fortunauerit horam, Grata ſume manu: nec dulcia differ in annum. Aliqua Fretus hora Cic. pro S. Roſc. c. 38. *i. opportunitate.* Partiri horas curis Quinctil. 1, 12. Perit Martial. 12, 1. Horaque non vlli ſimilis Perducitur horae Manil. 3, 528. Horaque Semper praeterita deterior ſubit Sen. Hippol. v. 773. Sapit omnibus horis nemo mortalium Plin. 7, 42. Superueniet grata quae non ſperabitur hora Hor. Epiſt. 1, 4, 14. Cic. Verr. 1, 31 Credo ſi meis horis in accuſando Vti voluiſſem, vererer, ne mihi crimina non ſuppeterent, ne oratio deeſſet, ne vox viresque deficerent. *Vid. p. a.* Legitimae horae. Cic. Philipp. 2, 104 Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. Ad hanc horam, *vid.* AD *Praepoſitionem.* Ad horam vnam exſpectare Caeſ. B. G. 4, 32. In hora vna, *vid.* IN. In horas, *i. Singulis horis.* Virg. Ecl. 10, 73 Cuius amor tantum mihi creſcit in horas, Quantum, *etc.* *Sic* In horas commutare, *vid.* COMMVTO. In horas exſpectare, *it.* In horam viuere, *vid.* IN. Omnium horarum hominem, *veteres appellabant Eum, qui feriis pariter ac iocis eſſet accommodatus, et quicum aſſidue libeat conuiuere. Atque ita vocatum* Aſinium Pollionem, *auctor eſt* Quinctil. 6, 3, 110. Iucundiſſimos et omnium horarum amicos profeſſus Suet. Tiber. c. 42. Horam *peculiariter pro* hora, *qua quis natus eſt, a qua* Horoſcopus *dicitur, poſuit* Sen Ludo in Claud. c. 2 Et tamen non eſt mirum, ſi errant (*mathematici*) Horam eius nemo nouit. ¶ 3 *Ad plagam ſ. regionem caeli deſignandam pertinet* Horae *definitio.* Plin. 17, 11 ſ. 16 Meridianam caeli partem ſignare in cortice, vt translata in iisdem et aſſuetis ſtatueretur horis. — Id quidem in horam diei quintam vel octauam ſpectare maluerim, *i. in eam regionem, vnde Sol quintam vel octauam horam gnomone et vmbra ſignat. Sic* 6, 32 ſ. 37 *pr.* Fortunatae *Inſulae* contra laeuam Mauritaniae in VIII horam ſolis. ¶ 4 *An etiam diem ſignificet* hora, *videndum. Laudatur* Cic. Verr. 1, 30 c. 11 Menſes mihi tres quum eripuiſſetis, ad agendum maxime appoſitos, reliquum omne tempus huius anni me vobis remiſſurum putaſtis, vt quum horis noſtris nos eſſemus vſi, tu binis ludis interpoſitis, quadrageſimo poſt die reſponderes. Horas ſuas vocat (*inquit* Aſconius) Viginti dies, qui accuſatori dabantur ad accuſandum legitimi: totidemque defenſori. *Non* horas *tamen pro diebus; ſed ita loquitur, quia ſingulis diebus certae horae ad dicendum dabantur, quas metiretur clepſydra. Vt mox* n. 31 Si meis horis in accuſando vti voluiſſem. *Laudatur* Virg. Georg. 1, 426 Nunquam te craſtina fallet Hora: *ſed hoc intelligam de tempeſtate potius hoc modo, iudicare poteris, vtrum vernus an aeſtiuus dies futurus ſit: vt pertineat ad* n. 5. *Nec pro nocte ſimpliciter poſuit* Ouid. Art. 1, 250 Horaque formoſam quamlibet illa facit, *i. tempus illud, vnaquaeque hora noctis.* ¶ 5 *De quatuor anni temporibus, pendentibusque inde tempeſtatibus.* Hor. Carm. 1, 12, 15 *de Ioue*, Qui mare et terras, variisque mundum temperat horis. Plin. 9, 35 Has vbi genitalis anni ſtimulauerit hora, pandentes ſeſe quadam oſcitatione impleri roſcido conceptu tradunt. *Et* 12, 31 ſ. 7 Omnibus horis pomifera eſt malus Aſſyria, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis vero ſubnaſcentibus. *Sic* Horat. Carm. 3, 13, 9 *ad fontem*, Te flagrantis atrox hora caniculae neſcit tangere: *frigus illud tuum non amittis diebus aeſtiuis. Etiam hic poſſit aliquis dicere, intelligi horas v. g. pomeridianas dierum canicularium. Sed non ad horas, verum ad ipſam totam auctumni tempeſtatem retulerim illud* Horat. 1, 16, 16 Hae latebrae dulces, etiam, ſi credis amoenae Incolumem tibi me praeſtant ſeptembribus horis, *ad auctumnos plurium annorum reſpicit.* ¶ 6 Horas *etiam, vti alia, perſonas ſ. deas fecerunt Poëtae Graeci.* Chryſippus *apud* Sen. de Benef. 1, 3 p. 595 Gratias ait Iouis *et* Eurynomes filias eſſe, aetate autem minores, quam Horas, ſed meliuſcula facie. *Fons Homerus* Il. E, 749. *it. Heſiod. Theog.* 902 *etc.* Ouid. Met. 2, 118 Iungere equos Titan velocibus imperat Horis: Iuſſa deae celeres peragunt. Idem Faſt. 1, 125 *ex Iani perſona*, Praeſideo foribus caeli cum mitibus Horis. *Ad quatuor Anni tempora ſpeciatim illas refert* Ouid. Met. 2, 25 *vbi aulam Phoebi et miniſteria ita deſcribit,*

A dextra

A dextra laeuaque Dies, et Menſis, et Annus,
Saeculaque, et poſitae ſpatiis aequalibus Horae:
Verque nouum ſtabat, cinctum florente corona;
Stabat nuda Aeſtas, et ſpicea ſerta gerebat:
Stabat et Autumnus calcatis ſordidus vuis:
Et glacialis hiems, canos hirſuta capillos.

¶ 7 *Sed alia eſt* Hōra Quirini, *quae ante conſecrationem dicta fuit* Herſilia Romuli: *quam conſecrationem ſ. receptionem in ſidera deſcribit* Ouid. Met. 14 *extr.*

Hanc manibus notis Romanae conditor arcis
Excipit, et priſcum pariter cum corpore nomen
Mutat, Horamque vocat, quae nunc dea iuncta Quirino eſt.

Horam (*al. enim* Oram) *ex MSS. probat Heinſius, et verſum de ea* Ennii *apud* Non. 2, 394 *ſic legendum iudicat*, Teque, Quirine pater, veneror, Horamque Quirini: *pro vulg.* veneror. *Nam apud Ouidium priorem ſyllabam corripi, manifeſtum eſt. Corripitur etiam in eodem nomine, ſed nymphae alterius*, Val. Flac. 6, 58 Matris Horae ſpecimen. *Aſſentiar autem G. Voſſio, qui ad h. l. putat, nihil mutandum in verſu Ennii:* Hōram τὴν ὥραν *eſſe: de quo* Non. l. c. Hora iuuentutis Dea: *corripi autem ab Ouidio et Valerio priorem ſyllabam eadem licentia, qua primam in* Orion *quidam breuem fecere. Quod autem Scal. ad* Feſtum *voce* Iuuentutis ſacra, *Merula ad* Enn. p. 110. *et Voſſ. l. c. huc referunt* Vet. Gloſſ. Iolinta ἥρα, *et legi volunt* Iouentas ὥρα, *illud non omnes forte admiſerint. Summa haec eſt* Hora, ὥρα *eſt Graecis plena aetatis maturitas: vt* Hebe (ἥβη *pubertas*) *Herculi adiuncta vxor eſt, ita Romulo* Hora.

HORARIVS, a, um. Adi. *Quod eſt vnius horae.* Suet. in Domit. c. 3 Inter initia principatus, quotidie ſecretum ſibi horarium ſumere ſolebat, *etc.*

HORARIVM, i. n. *Horologium.* Cenſor. de Die natali c. 23 P. Corn. Naſica Cenſor ex aqua fecit horarium, quod et ipſum ex conſuetudine noſcendi a ſole horas, Solarium coeptum vocari.

HORĀLIS, e. Adi. *Idem quod Horarius.* Fortun. Mart. 4, . .

HORAEVM, i. n. [ὡραῖον] *Mel aeſtiuum, ab* Hora, *nam Graeci omnes fructus aeſtiuos nominant* ὡραῖα: *quoniam id tempus per excellentiam* ὥραν *vocant.* Horaeum, *Salſamentum ex piſce. Athenaeus*, Salſamentum *autem* horaeum *eſt, aut thunnium. In horaeo macra pinguibus, in thunnio macris pinguia praeferimus.* Horaea *autem vocantur non a tempeſtiuitate, vt quibusdam placet, ſed a veris tempore, quod tum ſalſamentum iſtud fieret, cuius et mentio eſt apud* Plautum *in* Capt. 4, 2, 71. *Hinc quod in* Plinio 32 *extr. ſcribitur*, Triton pelamidum generis magni, ex eo vrea cybia fiunt: *Legendum arbitror ex Athenaeo* Horaea cybia fiunt. *Turneb. Adu.* 1, 23. *ſed Hard. in* Plin. *c. l. tuetur* vraea. *Laudatur etiam* Apic. 10, 5. *Sed in Liſteriana quidem nihil inueniebam.*

HORARIVS, *vid.* HORA.

HŌRĀTIVS, i. m. [Ὁράτιος] *Gentis Romanae nomen, quam* Horatius *ille* Cocles Liu. 2, 10 *nobilitauit, et fratres* Horatii Curiatiorum *victores* Liu. 1, 25. *In primis autem hic breuiter memorandus eſt* Quintus Horatius Flaccus, *Poëta Venuſinus, Lyricorum ſcriptor facile princeps. De ſua ſecta in philoſophia ipſe* Epiſt. 1, 1, 13

Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter;
Nullius addictus iurare in verba magiſtri,
Quo me cunque rapit tempeſtas, deferor hoſpes.

Elogium eius habemus apud Quinctil. 10, 1. Ouid. Triſt. 4, 10, 49 Detinuit noſtras numeroſus Horatius aures. *Conf.* Iuuen. Sat. 7, 62.

¶ 2 Adi. *Vt*, Horatia lex Liu. 3, 55. Propert. 3, 2, 7 Et cecinit Curios fratres, et Horatia pila.

HORCINVS, *vid.* Orcinus, *in* ORCVS.

HORCONIA, ae. f. *Vitis in Campania.* Plin. 14, 2.

HORCTVS, a, um. Adi. Horctum et Forctum pro Bono dicebant veteres. Feſtus. *Vid. et Voſſ. Etym.*

HORDA, ae. f. [ἔγκυος βοῦς] Vacca praegnans, *vid.* FORDA. Varro de R. R. 2, 5 Quae ſterilis eſt vacca, taura appellatur: quae praegnans, horda. *Ab eo*

HORDICALIA, orum. n. Dies in Faſtis, nominantur: quod tunc hordae boues immolantur. *Idem habet* Feſtus.

HORDICIDIA, orum. n. Dies, quo grauidae hoſtiae immolabantur, Feſtus.

HORDEVM, *ſ. vt ſaepe inuenies*, ORDEVM, i. n. [κριθή] *Frugis genus notum.* Plin. 18, 7 Hordeum, frugum molliſſimum eſt: ſeri non valet, niſi in ſicca et ſoluta terra, ac niſi laeta: palea ex optimis. Stramento vero nullum comparatur. Hordeum ex omni frumento minime calamitoſum, quia tollitur ante quam triticum occupet rubigo. Hordeum, *ab* Horrore *quidam dici volunt: quoniam licet calamus altior frumento, quam hordeo ſit, ariſta tamen eſt mordacior hordeo. Vel dicitur* Hordeum, *ab* Oriendi *celeritate, quod ante omnia frumenta ſit aridum. Si quid omnino ponendum ſit, quod nihil neceſſe eſt, dicam eſſe a* Fordus, a, um. *vt loco* F *fuerit* H *aſpiratio poſita. Tamen ſcribitur et* Ordeum. Cantherinum hordeum Colum. 2, 9. *Vid. mox* Hordeum hexaſtichum. Grandia Virg. Ecl. 5, 36. *Vbi* Seruius: Hordea, vſurpatiue metri cauſa dixit; nam triticum, vinum, hordeum, mel, Numeri tantum Singularis fuit, vnde Plurali in oratione ſoluta vti non licet: Vina tamen dicere poſſumus Ciceronis exemplo. *Vid.* Quinctil. 1, 5. *et Burman. ad loc.* Murinum, *vid.* MVS. Diſtichum, *a Duobus granorum verſibus ſeu ordinibus nomen habet.* Columel. 2, 9 Alterum quoque genus hordei eſt, quod alii Diſtichum, Galaticum nonnulli vocant, ponderis et candoris eximii, adeo, vt tritico miſtum egregia cibaria familiae praebeat. Seritur quam pinguiſſimis, ſed frigidis locis circa Martium menſem. Melius tamen reſpondet, ſi clementia hiemis permittit, quum ſeminatur circa Idus Ianuarias. Hexaſtichum, *a Sex verſibus ſeu ordinibus granorum nomen habet.* Columel. 2, 9 Proximus eſt his frumentis vſus hordei, quod ruſtici hexaſtichum, quidam etiam cantherinum appellant: quoniam et alia animalia quae ruri ſunt, melius quam triticum, et hominem ſalubrius quam malum triticum paſcit. Nec aliud in egenis rebus magis inopiam defendit. *Et quae ibi ſequuntur multa.* Hordeum *equorum cibus. Vid.* Colum. 6, 30, 1. Plaut. Aſin. 3, 3, 116 Demam hercle iam tibi de ordeo, tolutim ni badizas. *Sed eſt etiam militaris poena.* Liu. 27, 13 *Marcellus*, Cohortibus, quae ſigna amiſerant, hordeum dari iuſſit. Frontin. Strat. 4, 1, 25 Eis legionibus, quae Punico bello militiam detrectauerant — per VII annos hordeum ex SC. datum eſt. *Add.* 4, 1, 37. *Sic* Suetom. Aug. c. 24 Cohortes, ſi quae ceſſiſſent loco, decimatas hordeo pauit. *Vid.* Veget. 1, 13 *et ibi Stewech.* ¶ 2 Hordeum, *item* Tuberculum palpebrarum Celſ. 5, 7, 7.

HORDEŎLVS, i. m. *Apoſtema, naſcens in extremitate palpebrae.* Priſcian. 1, 12 Hordeoli in palpebris. *Add.* Marcell. Emp. 8.

HORDEACEVS, a, um. Adi. [κρίθινος] *Quod ex hordeo factum eſt. vt*, Farina Pallad. 1, 29. Scribon. 179. 225. 252. Spicae Apul. Met. 7. Panis hordeaceus Plin. 18, 11. Varro R. R. 2, 6. Pira hordeacea Colum. 5, 10, 18. Hordearia Plin. 15, 15 *quod cum hordeo matureſcant.*

HORDEARIVS, a, um. Adi. *Aliud* Adi. *Quod hordeo viuit.* Plin. 18, 7 Antiquiſſimum in cibis hordeum, ſicut Athenienſium ritu Menandro auctore apparet, et gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur. Hordearium aes veteres dicebant, Quod pro hordeo equiti dabatur Feſtus. *Vt* Salarium, Caligarium *et ſimilia.* Hordearia pruna Plin. 15, 13. Hordearia *appellata a comitatu frugis eius. Vid.* Hordeacea pira. Suet. Rhet. 2 *de* L. Plotio, M. Caelius — eum hordearium rhetorem appellat, deridens, vt inflatum ac leuem et ſordidum: *quaſi hordeo, non tritico, paſtum paſcendumque.*

HORDEIVS, a, um. Adi. Plaut. Caſ. 2, 8, 57 Lolliguncluae hordeiae, *i. Pulchrae et bonae.*

HORDICIDIA, *vid.* HORDA.

HORESTION, *ſ.* ORESTION, i. n. *Vini genus facticii.* Plin. 14, 16.

HORIA, ae. f. Nauicula piſcatoria Non. 13, 3 *et* Feſtus. Plaut. Rud. 4, 2, 5 Plurima praeda onuſtum ſalute horiae, quae in mari fluctuoſo piſcatu nouo me vberi compotiuit. *Et* 4, 3, 81 Mea opera, labore, et rete, et horia. *Scribitur et* Oria, *apud* Fulgent. Exp. ferm. ant. 15 *qui laudat* Plautum in Caciſto, Malo hunc alligari ad Oriam, vt ſemper piſcetur, etſi ſit tempeſtas maxima. *Etiam* Gell. 10, 25 *in nauium nominibus eſt* Oria.

HORIŎLA, ae. f. *eiuſd.* Dimin. Plaut. Trin. 4, 2, 100 Immo horiola aduecti ſumus.

HORIOR, īri. *pro* Hortor, āri. *dixit* Ennius. *Et*

HORĪTOR, ōris. m. *pro* Hortator, ōris. *Idem* Ennius *apud* Diomed. p. 378.

HORĪZON, ontis. m. [ὁρίζων] *Circulus eſt, vel caeli terminus quodam circo deſignatus, qui e terra videtur, quem ſibi vniuscuiusque circumſcribit aſpectus: ſitque adeo maior vel minor, prout aliquis in excelſo, plano, depreſſoue loco eſt conſtitutus. Hunc* αἰσθητὸν *vocant* Horizonta *ſ. ſenſu perceptum:* νοητὸν *autem ſ. intelligibilem, qui hemiſphaerium ſuperius ab inferiore diuidit.* Cic. de Diuin. 2, 92 c. 44 Quum enim illi orbes, qui caelum quaſi medium diuidunt, et aſpectum noſtrum definiunt, qui a Graecis ὁρίζοντες nominantur, a nobis Finientes rectiſſime nominari poſſunt, varietatem maximam habeant, aliique in aliis locis ſint, neceſſe eſt ortus occaſusque ſiderum non fieri eodem tempore apud omnes. Hygin. Poët. Aſtron. 4, 10 Horizon diuidens ea quae videntur, et quae non apparent, ita definit ſphaeram, vt ſemper ſex ſigna de duodecim in hemiſphaerio videantur ſupra terram, ſex autem ſigna ſint infra ſub terra, *etc. An veterum aliquis etiam* Horizontem *dixerit orbem, ad quem pertingit viſus noſter in tellure, qui et ipſe ſingulis punctis mutatur, et nunc montibus, ſiluis, aliisque interiectis impeditur, nunc vt in planitie, in mari, latius protenditur, non dixerim.* Finitorem *vocat* Martian. Capella 8 p. 281 *Horizonta quem ante deſcripſimus.*

HORMESION, i. n. Gemma ex igneo colore radians auro, portante ſecum in extremitatibus candidam lucem Plin. 37, 10.

HORMĪNVM, i. n. [ὅρμινον] Semine cumino ſimile eſt, caetero porro, dodrantali altitudine. Plin. 22, 25. *Alii* Orminum *ſcribunt. Dictum autem putant, quod Venerem exſtimulet. Conf.* Plin. 18, 10. *et* 20, 10. Apul. de Herb. c. 101.

HORMINODES, ae. m. *Gemma.* Plin. 37, 10. *Forte a ſimilitudine Hormini.*

HORNVS, a, um. Adi. *Quod* ipſius anni *eſſet, Veteres dicebant.* Lucil. 28 Vtrum anno, an horno te abſtuleris a viro. Varro Eumenidibus, Quum in eo eſſem occupatus, atque in ſchola curarem, inſcribit Scantius horno per Dionyſia. *Haec* Nonius 2, 403. Hor. Epod. 2, 47 Et horna dulci vina promens dolio. Propert. 4, 3, 61 Illa dies agnis caedem denuntiat hornis. *i. Anniculis.* Fruge horna placare lares Hor. Carm. 3, 23, 3. Plaut. Moſt. 1, 3, 3 Hornomeſſis magna fuit, *i. hoc anno, vt vernum ſimpliciter ſignificat tempus veris etc. Vid. Gron. Obſeru. 3, 24.* Palea horna Hor. Serm. 2, 6, 88.

HORNOTĪNVS, a, um. Adi. [ἔνος] *i. Huius, vel vnius anni.* Cic. Verr. 3, 45 c. 18 Hae literae Iudices, Metelli, quas audiſtis, hoc quantum eſt, ex Sicilia frumenti hornotini exarauerunt. Cato R. R. c. 17 *de nucibus loquens*, Poſtea vſque adeo ſunt plus menſes octo hornotinae nuces virides ſunt. *Locus obſcurus vel plane corruptus.* Hornotinae plantae Col. Arb. 30, 1. Virgae Colum. 5, 6, 33.

HOROLOGIVM, i. n. [ὡρολογεῖον] *Quaſi Horarum ratio. Quidquid enim quodammodo horas indicat, horologium dicitur.* Cic. Fam. 16, 18 Horologium mittam et libros, ſi erit ſudum. Varro R. R. 3, 5, 17 In eodem hemiſphaerio medio circum cardinem eſt orbis ventorum octo, vt Athenis in Horologio, quod fecit Cyrrheſtes. Plin. 2, 76 Vmbrarum rationem, et quam vocant Gnomonicen, inuenit Anaximenes Mileſius — primusque horologium, quod appellatur ſciatericon Lacedaemone oſtendit. Idem 7, 60 *Romanorum horologiorum quandam hiſtoriam texit.* Princeps Romanis ſolarium horologium ſtatuiſſe — L. Papirius Curſor — proditur. — M. Varro primum ſtatutum in publico ſecundum roſtra in columna tradit bello Punico primo a M. Valerio Meſſala COS. — Q. Marcius Philippus — Cenſor, diligentius ordinatum iuxta poſuit, idque munus inter cenſoria opera gratiſſime acceptum eſt — Scipio Naſica (*Cenſor*) primus aqua diuiſit horas, aeque noctium ac dierum. Idque horologium ſub tecto dicauit anno vrbis DXCV. Tam diu Populo Rom. indiſcreta lux fuit. *Tale* horologium, *quod* aqua diuideret horas, in triclinio et buccinatorem habebat ſubornatum *Trimalchio* Petron. c. 26 p. 93 vt ſubinde ſciret, quantum de vita perdidiſſet.

HOROLOGICVS, a, um. Adi. Vaſa Mart. Capella 6 p. 194.

HOROSCOPIVM, i. n. Sidon. Ep. 4, 3.

HOROSCŎPVS, a, um. Adi. [ὡροσκόπος] *Dicitur Omne id, in quo horae notantur.* Plin. 2, 72 Vaſaque horoſcopa non vbique eidem ſunt vſui, in trecenis ſtadiis, aut vt longiſſime in quingenis, mutantibus ſemet vmbris. ¶ 2 Horoſcopus *ſignificat eam caeli partem, quae hora qualibet ab inferiore hemiſphaerio ſurgit ab Oriente. Aſtrologi* Aſcendens *appellant. Item Id temporis momentum, quo quisque naſcitur, quaſi Horae inſpectionem et notationem.* Perſ. 6, 18 Geminos horoſcope varo Producis genio. Varo genio, *i. diuerſo, tendente in contraria ſtudia, ingenio: vno* Horoſcopo, *ſub conſtellatione vna, naſcuntur Gemini, diuerſis ſtudiis. Vid.* Manil. 3, 190. 203. 504. *etc. Vid.* TETARTEMORIVM.

HOROSCŎPO, āre. Manil. 3, 478 (*Bentl.* 296) Iam facile eſt, ſi quod quandoque horoſcopet aſtrum Noſcere.

HOROSCŎPANS, āntis. Part. Firmic. 5, 1 Is erit ariete horoſcopante ſemper in Cancro. *Et alibi ſaepius.*

HORREA, HORREARIVS, HORREATICVS, *vid.* HORREVM.

HORREO, ui, ēre. [φρίττω, φρίζω] *Horrore perfundi et concuti. proprie quum pili ſetaeque in animante eriguntur, quod in ſubito frigore, et qui eandem vim habet,* pauore ſolet fieri. Horrens leo Virg. Aen. 9, 306. Dies horruit imbre Valer. Argon. 2, 52. Iuuen. Sat. 1, 93 Et horrenti tunicam non reddere ſeruo. ¶ 2 *Hinc Horrere eſt Timere:* Virg. Georg. 3, 79 Nec varios horret ſtrepitus. Horrere arma, conſpectumque alicuius, et ſimilia Liu. 2. Cic. Att. 11, 14 Etſi omnium conſpectum horreo. Eiusmodi dominatio nunc repente tanto in odio eſt omnibus, vt quorſum eruptura ſit, horreamus Cic. Att. 2, 21. *Simile eſt illud* in epiſtola proxima ſuperiore: Haec quo ſint eruptura, timeo. *De potentia Pompeii et Caeſaris loquitur.* Horrere alicui, *quemadmodum Timere alicui.* Plin. in Paneg. c. 27 *pr.* Nemo iam parens filio niſi fragilitatis humanae vices horret. Mare iratum horrere Hor. Epod. 2, 6. Minas alicuius Cic. Att. 8, 25. Pauperiem Hor. Serm. 2, 5, 9. ¶ 3 Ter. Eun. 1, 2, 4 Totus Parmeno tremo, horreoque, poſtquam aſpexi hanc. Capilli horrent Tibull. 2, 3, 23. Comae horruerant Ouid. Faſt. 2, 502. In corpore Pili, vt ariſta in ſpica hordei, horrent Varro L. L. 5, 6 p. 53, 14. Huic horret thorax Samnitis pellibus vrſae Sil. 4, 560. Tergis ferarum horrere Proſper Aquit. de Prouid. Dei v. 47. Locus horret egenis Coetibus Stat. Theb. 12, 595. *Conf. h. l. Barth. n. 1508.* Virg. Aen. 11, 754 Tum late ferreus haſtis Horret ager. *Sic paſſim Poëtae de armis erectis, quam rem ita comparare videntur cum pilis animalium in ſubito terrore, item in ira vehementi horrentibus: ita* Aen. 10, 178 Mille rapit denſas acie, atque horrentibus haſtis. Sen. Agam. 221 Claſſibus horrens fretum. Sil. 1, 527 Stant loricae ſquamis horrentia tela. *Vid. mox* HORRENS. *Fons eſt* Ennius, *cuius ex* Macrobii 6, 4 *exempla damus voce* HORRESCO. *Ibidem etiam refertur ex* Ennii Scipione *hic verſus* Sparſus haſtis longis campus ſplendet et horret. *Quem verſum riſiſſe videtur* Lucilius *apud* Seruium *ad l. c.* Aen. 11, 602. *Nam ita* Seruius, *Horret*, terribilis eſt: eſt autem verſus Ennianus vituperatus a Lucilio, dicente per irriſionem, debuiſſe eum dicere, Horret et alget. *Sed non reueritos eſſe poſteriores naſum Lucilii, res ipſa loquitur.* Verba horrent ſaeuis minis Ouid. de Rem. Am. 664. Sunt quaedam Loca, quae ſolſtitiis minus concaleſcunt, ſed frigoribus hiemis intolerabiliter horrent Columel. 1, 4 *extr.* *Stupere, mirari:* Virg. Aen. 3, 26 Horrendum, ac dictu video mirabile monſtrum. Horrere diuinum numen Cic. Acad. 4, 117 c. 38. Animus horret adhuc Stat. Theb. 8, 108. Quanquam animus meminiſſe horret luctuque refugit Virg. Aen. . . .

HORRENS, entis. Partic. [φρικτὸς] Horrens leo: *h. e. Formidabilis vel iubis horridus* Virg. Aen. 9, 306. Plin. 8, 40 Horrentibus quippe per totum corpus villis, ingenti primum latratu intonuit. Agmina horrentia pilis Hor. Serm. 2, 1, 13. Arma Virg. Aen. 1, 638. Haſtae Idem Aen. 10, 178. Horrentes Marte Latini Id. Aen. 10, 237. *i. bellicoſi.* Rubi Virg. Georg. 3, 315. Vmbra Idem Aen. 1, 169.

HORRENDVS, a, um. Part. [φρικτώδης, φρικτέος, ἔκπλαγος] Vox horrenda Virg. Aen. 9, 112. Auia Valer. Argon. 5, 475. Clamores Virg. Aen. 2, 222. Enſes Tibul 1, 11 *pr.* Monſtrum Virg. Aen. 3, 26. *Conf.* Non. 5, 7. Nox Ouid. Faſt. 6, 140. Rabies Hor. Serm. 2, 3, 323. Sonus Ouid. Faſt. 4, 190. Species Stat. Theb. 6, 286. Stridens horrendum Virg. Aen. 6, 288. Sibyllae horrendae Idem Aen. 6, 10. *In quod* Scholiaſtes *ait:* Horrendae, i. e. Venerandae, vt, Horrendum ſiluis et relligione parentum. Viſu horrendus Virg. Aen. 9, 521. Dictu horrendum Idem Aen. 4, 454. Horrendum *aduerbialiter dixit* Id. Aen. 6, 288 Ac belua Lernae Horrendum ſtridens.

HORRENDE. Adu. Vulgata Sapient. 6, 5. *et* 17, 3.

HORRENTIA, ae. f. Tertull. . . .

HORRESCO, ĕre. [φρίττω] *Horridum fieri, et vehementer timere, veluti quum quis intrinſecus algorem ſeu tremorem in ſe citari et creſcere ſentit pauore, ſtupore, aut febri inualeſcente, et huiusmodi.* Virg. Aen. 6, 710 Horreſcit viſu ſubito, cauſasque requirit. Ter. Adel. 4, 4, 24 Perii, horreſco ſemper vbi pultare haſce occipio fores. Virg. Aen. 3, 394 Nec tu menſarum morſus horreſce futuros. *i. Expaueſce.* Pectora horreſcentia mortem Stat. Theb. 3, 70. Virg. Georg. 3, 199 Tum ſegetes altae, campique natantes Lenibus horreſcunt flabris. *i. eriguntur.* Ennius *apud* Macrob. 6, 4 Horreſcit telis exercitus aſper vtrinque. *Et* Arma erigunt: horreſcunt tela. *Vid.* HORREO. Tempeſtas horreſcit nimbis Sil. 1, 133.

HORROR, ōris. m. [φρὶξ, φρίκη] *Tremor proprie, quum totum corpus vel frigore, vel pauore, vel ſubita etiam laetitia, intremiſcit, et ſuccuſſatur.* Celſ. 3, 3 Febres aliae protinus incipiunt a calore, aliae ab horrore. Horrores febrem praecedentes tollit Scrib. 95. Virg. Aen. 3, 29 Mihi frigidus horror Membra quatit. Plaut. Quis hic horror eſt? quid pauitas? Apul. . . . Quem quum aſpexiſſet, horrore hominis deterritus, ſtatim retroceſſit. *Abominationem indicat* Varro . . . Ira, odium, horror, eos ab incepto retrahit. Ad Venerationem refertur horror, *vt ait* Seruius *ad* Virg. Aen. 1, 169 Horrentique atrum nemus imminet vmbra: *et firmat e* Lucan. 3, 411 Arboribus ſuus horror ineſt. Claſſicus Idem ad Piſon. 129. Exſanguis Claud. in Ruff. 2, 130. Laetusque per artus Horror iit Stat. Theb. 1, 493. Sacer Idem Theb. 5, 505. Virg. Aen. 2, 559 At me tum primum ſaeuus circumſtetit horror. Arrectae horrore comae Idem Aen. 4, 280. Ciet aura horrorem membris Lucret. 3, 292. Ingruit armorum horror Virg. Aen. 2, 301. Mihi horror membra miſero Percipit dictis tuis Plaut. Amph. 5, 1, 66. Moueri tremulo horrore Ouid. Met. 9, 345. Cic. Att. 8, 6 Deinde ſuppoſuit exemplum epiſtolae Domitii, quod ego ad te pridie miſeram. Dii immortales qui me horror perfudit, quam ſum ſolicitus quidnam futurum ſit! Horror ingens ſpectantes Perſtringit Liu. 1, 25. Horror animum Subit Tacit. Hiſt. 1, 37.

HORRIBĬLIS, e. Adi. [φρικτὸς] *Formidabile et timendum.* Cic. . . . Et quod dictu quoque horribile videtur, viuentis ſanguine hauſto. *Add.* Id. pro Quint. c. 31. Horribilis Diligentia *quam hoſtes metuant* Cic. Att. 8, 9. Idem de Fin. 1, 63 c. 19 Formidines. *Et* pro Font. 26 Impetus. Fera Virg. Georg. 4, 442. *Teter, deformis.* Varro . . . Foeda atque horribili. Mars rutilus et horribilis terris Cic. in Somn. Scip. c. 4. Metus Claud. in Conſ. Prob. et Olyb. 78. Cic. pro Muraen. 74 Horribilis oratio: ſed eam vſus, vita, mores, ciuitas ipſa reſpuit.

HORRIBILĬTER. Adu. Auguſt. . . .

HORRĬDVS, a, um. Adi. [φρικώδης] *Hiſpidus, aſper, cum rigent, quae mollia eſſe debebant: vel qui horrorem efficit, terribilis.* Cic. de Orat. 3, 48 Ita de horridis rebus nitida, de ieiunis plena, de peruulgatis noua quaedam eſt oratio tua. Virg. Aen. 4, 251 Et glacie riget horrida barba. *Timendus:* Idem Aen. 5, 37 Horridus in iaculis. h. e. Terribilis, Seruius. Irâ horridus Ouid. Met. 6, 685. *de Borea.* Acies horrida Tacit. Ann. 6, 34. *vid.* ACIES. Aequora Hor. Carm. 3, 24, 40. Arma Ouid. Met. 1, 126. Barba horrida glacie riget Virg. Aen. 4, 251. Bella Idem Aen. 6, 86. Bruma horrida gelu Id. Georg. 3, 442. Caeſaries Ouid. Met. 10, 139. Corpus Cic. pro L. Agr. 2, 13. December, *quod frigore ſqualidos et horrentes aut horrore rigentes artus efficiat* Martial. 7, 94. Facinus Sen. Hippol. ſ. 2. Fluctus Hor. Epod. 10, 3. Grando Virg. Georg. 1, 449. Hiems Ouid. ex Pont. 4, 10, 38. Locus horridior Idem ex Ponto 1, 3, 44. *Conf. Parei Lex. Crit. p. 533.* Macies Virg. Georg. 4, 254. Pili horridi apes Columel. 9, 3 *pr.* Praelia Virg. Georg. 2, 282. Sapor Plin. 34, 13. Scripta inculta et horrida Cic. de Fin. 1, 8. Sus horridus Virg. Georg. 4, 407. Silveſtris horrida ruta ad effectum, et ad omnia acrior Plin. 20, 13. Tempeſtas Hor. Epod. 13, 1. Verba Tibull. 1, 5, 6. Verba horridiora Cic. de Orat. 1 c. 17. Sil. 11, 205 Horrida virtus, Armatumque fide pectus, rectique cupido. Vita horrida et inculta Cic. pro Roſc. Amer. 93. *Add.* Id. pro Quint. c. 30. Horridus, aſper, durus oratione et moribus Cic. de Fin. 4, 78. Horridus, et ieiunus Quinctil. 2, 14. Deformis atque horridus homo Cic. Verr. 3, 47. Idem de Orat. 3 c. 25 In antiquis tabulis illo ipſo horrido obſoletoque tenemur. Ruſco horridior Virg. Ecl. 7, 42. Non valde nitens, nec plane horrida oratio Cic. de Clar. Orat. 20.

HORRĬDE. Adu. [ἀκόσμως] *h. e. Aſpere et inculte.* Cic. in Orat. 28 c. 9 Putant enim qui horride, inculteque dicat, modo id eleganter, enucleateque faciat, eum ſolum Attice dicere. Horride, *h. e. Sine figuris et numeris: quae maxime ſolent orationem illuſtrare, ſine quibus horrida eſt et inculta.* Mitius aut horridius *loqui* Tacit. Hiſt. 1, 82, 5.

HORRIDĬTAS, ātis. f. [φρίκη] *Ipſe horror.* Naeuius, Omnia mihi horriditati erant maximae.

HORRIDŬLVS, a, um. Adi. Dimin. [ὑπότρομος] Perſ. 1, 54 Scis comitem horridulum, trita donare lacerna, *i. frigentem aliquantum.* Horridulae Catonis orationes Cic. in Orat. 152 c. 45. *i. Aliquantum aſperae.* Papillae Plaut. Pſeud. 1, 1, 66. *in laude, flaccidis opponuntur.* Cic. Att. 2, 1 Quanquam tua illa (legi enim libenter) horridula mihi atque incomta viſa ſunt: ſed tamen erant ornata hoc ipſo, quod ornamenta neglexerant.

HORRIDIVSCVLE. Adu. Auguſtin. . . .

HORRICŌMIS, e. Adi. *Qui pilis aut coma horridus eſt* Canes horricomes Apul. 4 p. 151. *Add.* ib. 7 p. 192.

HORRĬFER, a, um. Adi. [φρικοφόρος] Cic. Tuſc. 1, 68 Horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. *Ex Poëta quodam.* Aquilones Auien. Phaenom. Arat. v. 96. Prodigia Cic. in Orat. c. 46. *ex Poëta.* Idem de N. D. 2, 111 Et magis horriferis Aquilonis tangitur auris. *Ex Arat.* Virg. Aen. 8, 435 Aegis. Boreas Ouid. Met. 1, 65. Voces Lucret. 5, 994.

HORRIFĬCVS, a, um. Adi. [φρικόθριξ] *Quod horrorem incutit.* Horrificum bellum Cic. pro Domo 60 c. 23. Buſtum Lucret. 3, 919. Caeſaries Lucan. 3, 372. *Conf.* Virg. Aen. 8, 435. Ruinae Virg. Aen. 3, 571.

HORRIFĬCE. Adu. *Religioſe.* Lucret. 2, 609. *et* 4, 40.

HORRIFICO, āre. [φρικοποιέω] *Vox Poëtica:* Horrorem incutere, *vt ait* Seruius. Virg. Aen. 4, 465 Terribili monitu horrificant. Carcer, catena, fuga, exilium horrificauerunt dignitatem Flor. 3, 21, 10. Horrificare galeas ore, et rictu ferarum Sil. 3, 389. *i. Horridas facere, vt hinc horror incutiatur hoſtibus.*

HORRIFICANS, antis. Partic. Catull. 62, 270 Horrificans Zephyrus procliues incidat vndas.

HORRIFICALIS, e. Adi. Acc. *apud* Non. 3, 231.

HORRIPĬLO, āre. *Horridiore, aſperioreque pilo fruticare.* Apul. Met. 3 p. 140 Aures immodicis horripilant auctibus. *Al.* Nares. Ὀρθοτριχεῖν Gloſſ. Lat. Gr. *vbi refertur ad horrorem pilorum in frigore vel terrore.*

HORRIPILATIO, ōnis. f. Vulg. Eccleſiaſt. 27, 15.

HORRISŎNVS, a, um. Adi. *Quod cum horrore ſonat, ſiue Quod horridum ſonum emittit.* Horriſonus fremitus Virg. Aen. 9, 55. Cic. Tuſc. 2, 23 c. 10 Fretum. Flagellum Valer. Argon. 7, 149. Fragor Lucret. 5, 110. Stridor Sil. 4, 614.

HORREVM, i. n. [ἀποθήκη] *Locus ſ. aedificium frugibus aſſeruandis deſtinatum.* Varro de L. L. 4, 22 p. 27, 30 ab Horrendo *dictum ait.* *Melius, puto,* Feſtus, Horreum antiqui dicebant Farreum, a Farre. Horreum *ab* Hordeo *quidam deducunt.* Columel. 2, 10 Ita rurſus in ſole ſiccata, et mox refrigerata condatur, ſi maior modus, in horreo: ſi minor, in vaſis oleariis ſalſamentariisque. Virg. Georg. 1, 49 Illius immenſae ruperunt horrea meſſes. Cic. Verr. 3, 20 Horrea *vltra* priuata fuerunt publica. *Illis vtebantur non tantum ad reponenda frumenta, verum etiam ad alia commoda.* Horrea regia et armamentarium Liu. 31, 23. *Sic* Apul. Mileſ. 3 p. 141 Horreum gazis refertum; *et ſub init.* 5 Horrea magnis congeſta gazis. Apul. Met. 4 p. 150 Demonſtrat horreum vbi veſpera ſagaciter argentum copioſum recondi viderat. *Ac* Plin. Epiſt. 8, 18 Horreum operum (*viz.* Statuarum et imaginum) *appellat.* Horreum frumenti Plin. 15, 8. *De Cella vinaria* Hor. Carm. 3, 28, 7. Sen. Epiſt. 115 Plena multorum ſacculorum vindemiis horrea. Cic. de L. Agr. 2, 88 Illi Capuam receptaculum aratorum, nundinas ruſticorum, cellam atque horreum Campani agri eſſe voluerunt. Conſtituere horrea certis locis, *vid.* CONSTITVO. Diſtentet ſpicis horrea plena Ceres Tibul. 2, 5 (6) 84.

HORREA, ae. f. *Apud antiquos.* Claud. Orat. in Quintium Gallum, Quorum iacent muri, villa, horrea, curiaque et tabulariae publicae. Eiusdem generis tabularias, quo et horreas dixit. *Ex* Nonio 3, 110.

HORREOLVM, i. n. Dimin. Paruum horreum Valer. Max. 7, 1 *de Gyge.*

HORREARIVS, i. m. *Cui commiſſa eſt cura ac cuſtodia horrei.* Vlpian. in l. Celſ. D. ad exhibend. Sed ſi nemo haeres ſit, cum horreario agendum. *et alibi.* Ἀποθηκάριος Gloſſ. Gr. Lat.

HORREATICVS, a, um. Adi. Species L. 3 C. Theod. de Conditis in horr. publ.

HORSVM. Adu. *loci, Verſus hunc locum.* Ter. Hec. 3, 4, 36 Atat eccum Phidippum, et patrem video, horſum pergunt. Idem Eun. 2, 1, 13 Nam aut iam reuertere, aut mox noctu te adigent horſum inſomnia. *Vbi* Donatus: Horſum, h. e. Ad vrbem agent.

HOR-

HORTA, ae. f. *Dea, qua iuuenum animi ad praeclaras actiones incitabantur.* Plaut. *Quaeſt. Rom.* p. 275 *extr. ex Antiſtio Labeone refert cauſam, cur illius templum ſemper apertum fuerit? et ab* hortando *ad virtutem deriuatum illius nomen: ipſe addit ſuſpicionem, eſſe forte eandem* Horam *de qua ſupra ſ. l.* ¶ 2 Horta *vrbs in agro Romano, cuius antiquitates peculiari opere perſecutus eſt Fontaninus. Hinc orta*

HORTENSIA *gens Romana, vid. Fontaninus* l. c. 1, 1, 5. *e qua nobilis praeter caeteros*

HORTENSIVS, i. m. [Ὁρτένσιος] *Romanus orator, de quo* Cic. de Clar. Orat. 301. *Item* Hortenſius *Poëta.* Ouid. Triſt. 2, 441 Nec minus Hortenſi, nec ſunt minus improba Serui Carmina.

HORTENSIANVS, a, um. Adi. Hortenſiana eloquentia Valer. Max. 8, 8. ¶ 2 *Idem quod Hortenſis.* Plin. 21, 15 Batin marinam, batin hortenſianam. *i. Satiuam, et hortenſem: nam de eadem ſub nomine Crethmi ſic ait* 26, 8 Speciesque eſt batis hortenſis. *De bati ſatiua meminit* Columel. 12, 7 *et* 13. *Hactenus ergo a nomine* Hortus *deriuabitur.*

HORTOR, āri. Dep. [παρακαλέω, παρακελεύομαι, ἐγκελεύω] *Verbis et oratione, ac ſuadendo ad agendum impellere. Ab* Ore *deduci quidam volunt: et ideo aſpirari, ne Frequentatiuum ab* Orior *putetur. Cognatum certe verbum eſt Graecis* ὄρω, ὀρώω, ὀρέω, *quae et ipſa impellere ſignificant.* Donatus: Hortamur impulſu, monemus conſilio, *ad illud* Ter. Hec. 1, 1, 7 Ergo propterea te ſedulo et moneo et hortor, ne cuiusquam miſereat quin ſpolies. Cic. Fam. 1, 1 Pompeium et hortari et orare, et iam liberius accuſare et monere, vt magnam infamiam fugiat, non deſiſtimus. Idem Att. 8, 14 Magnopere te hortor, pro tuo ſingulari perpetuoque ſtudio in Rempublicam, vt, *etc.* Hortari ad dicendum, *etc.* Cic. pro Arch. . . . Idem Att. 7, 14 Ad pacem quidem hortari non deſino. Hortari de re aliqua Id. Fam. 4, 9. Caeſ. de B. C. 1, 26 Hortari aliquem de pace reconcilianda. Cic. in Catil. 1, 12 c. 5 Sin (quod te iamdiu hortor) exieris, exhaurietur, *etc.* Vias Stat. Silu. 3, 5, 20. *Conf.* Gronou. *ad* Sen. Epiſt. 71. Hortari, *alias a* Cicerone *dicitur* Adhortari, ſuadere, auctorem eſſe, cohortari, excitare, impellere, auctoritatem alicui ad aliquid faciendum dare, acuere. ¶ 2 Horto, *actiue ap.* Plaut. Amph. 3, 4, 10. *et in Lex. Crit. p. 554 vult legi* Pareus: *al.* Hortor. *Paſſiue autem vſurpatum* Tacit. Ann. 12, 9, 1 Memmium Pollionem Conſulem deſignatum ingentibus promiſſis inducunt, ſententiam exprimere, qua hortaretur Claudius Octauiam deſpondere Domitio. *Sed alii leg.* oraretur. *Paſſiue tamen vſurpatur* Varr. *ap.* Priſcian. l. 8 p. 793. *Conf.* Gell. 15, 13. Armatas hominum eſt praeſens hortata cateruas Catul. 62, 396. Aciem hortari Ouid. de Arte Am. 1, 207. Canes hortari Idem Met. 10, 537. Milites hortari; *i. Allocutione ante praelium incitare* C. Nepos 1, 6. Terribiles hortatus equos, in gurgitis *etc.* Ouid. Met. 5, 421.

HORTATIO, ōnis. f. [παρακέλευσις] Cic. Q. Frat. 1, 1, 14 Ac iam hoc loco non hortatione, neque praeceptis, ſed precibus tecum fraternis ago, *etc.*

HORTĀTVS, ûs. m. [παρακελευσμός] *Idem quod Hortatio et monitio.* Cic. pro Arch. 1 Quod ſi haec vox huius hortatu, praeceptisque confirmata, *etc.* Multos laude et hortatu accendere Tac. Hiſt. 3, 24, 1. Blandis hortatibus implere aliquem Sil. 8, 29. *Conf.* Ouid. Met. 7, 339. Hortatu ignifero mentes furiabat in iram Sil. 17, 327. *i. Ardenti et concitato.* Hortatui tot impellentium procerum ſuccubuit Macrob. Sat. 7, 5. *i. reſiſtere non potuit, conceſſit.*

HORTĀMEN, inis. n. *et* HORTAMENTVM, i. n. [ἐγκέλευσμα] *Idem.* Liu. 10, 29 Ibi auditur P. Decii euentus, ingens hortamen ad omnia pro Repub. audenda. Hortamen verberis Pallad. 4, 11. Cibos et hortamina pugnantibus geſtant Tac. Germ. 7, 4. Longo hortamine vti Ouid. Met. 1, 277. Magna hortamenta animi Liu. 7, 11. Aſpera quisque Hortamenta ſibi referat Sil. 5, 153. *Conf. Borrich. Cogit. p. 116. et Anal. p. 38.*

HORTĀTOR, ōris. m. [παρακλήτωρ] *Qui hortatur et ſuadet, vt aliquid fiat.* Cic. Att. 1, 11 *pr.* Eo accedebat hortator aſſiduus. Plaut. Mercat. 4, 2, 4 Solitus eſt hortator remiges hortarier, ita hortabatur. *Qui hic* Hortator *a* Plauto *dicitur, Graece Celeuſtes dicitur, qui remiges hortatur, quaſi nauigationis moderator. quod ea hortamenta faciat: quae verbo Graeco Celeuſmata dicuntur etiam a Latinis.* Ouid. Met. 3, 619 Et qui requiemque modumque Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus. Bonus hortator Ouid. ex Pont. 4, 12, 23. Hortatore te fecimus Cic. de Fin. 1, . . Idem pro Roſc. Amer. 110 Poſtremo iſto hortatore, auctore, interceſſore, ad Sullam legati non adierunt. Hortatores caedis permulti Id. Att. 10, 4. Pugnae hortator Ouid. Triſt. 4, 2, 42. Scelerum hortator Virg. Aen. 6, 529. Hortator et magiſter eius ſtudii tibi fuit domi Cic. de Orat. 1, 234 c. 55. Hortator non faciendi aliquid, et auctor Idem pro Roſc. Amer. 110. Adiutor, auctor, hortator ad aliquid agendum Id. poſt redit. ad Quir. 9 c. 4. *Add.* Ouid. Met. 3, 619.

HORTĀTRIX, īcis. f. [παρακλήτρις] Gloria hortatrix animoſi lethi Stat. Theb. 9, 717.

HORTATĪVVS, a, um. Adi. [παρακλητικός] Quinctil. 5, 10 Haec ad hortatiuum genus maxime pertinent.

HORTVS, *quod ſaepe* ORTVS *ſcribitur*, i. m. [κῆπος, παράδεισος] Hortus *eſt ſiue in vrbibus atque oppidis, ſiue in villis, rurique locus, in quo arbores et olera oriuntur. Ea autem ratione primo aſpiratum putatur, vt differat ab* Ortus, *quando natum ſiue natiuitatem ſignificat. Hortorum cultus diligenter traditus a* Columella 11, 3 *et eleganti carmine deſcriptus toto libro* 10. Procuratio hortorum *eſt* Veneris Varro R. R. 1, 1, 6. *Ponamus huc etiam* Plinii *quaedam* 19, 4 Antiquitas nihil prius mirata eſt, quam Heſperidum hortos, ac regum Adonis et Alcinoi, itemque penſiles, ſiue illos Semiramis, ſiue Aſſyriae rex Cyrus fecit — Romani quidem reges ipſi coluere — In XII tabulis legum noſtrarum nusquam nominatur villa, ſemper in ſignificatione ea hortus, in horti vero heredium (*al.* praedium) — Hortorum nomine in ipſa vrbe delicias, agros, villasque poſſident. Primus hoc inſtituit Athenis Epicurus otii magiſter. — Romae per ſe hortus ager pauperis erat: ex horto plebei macellum. — Hinc primum agricolae aeſtimabantur priſci, et ſic ſtatim faciebant iudicium, ne quam eſſe in domo matrem familias (etenim haec cura feminae dicabatur) vbi indiligens eſſet hortus: quippe e carnario aut macello viuendum eſſe. — Horti maxime placebant, quia non egerent igni — Iam in feneſtris ſuis plebs vrbana in imagine hortorum quotidiana oculis rura praebebant — Hortos villae iungendos, non eſt dubium, riguosque maxime habendos. *Deinde culturam pluribus perſequitur. Caeterum* Hortus *et plural.* Horti *pro parte agri oleribus, arboribus, herbis culto* ponuntur: *Loca voluptatum ruſticarum cum villa vrbana, i. cultiore et delicatiore,* Horti *vocantur, non* Hortus. *Exempla rem declarabunt.* Amoenitas hortorum Cic. Q. Frat. 3, 1. Cultiſſimus Ouid. Faſt. 2, 702. Epicuri horti Cic. de Fin. 5, 3. Exhauſtus lectis floribus Ouid. ex Pont. 3, 4, 63. Halantes floribus Virg. Georg. 4, 109. Indiligens, *vid.* INDILIGENS. Irriguus Hor. Serm. 2, 4, 16. Varro R. R. 1, 7, 9. Cic. Philipp. 13, 34 Nam paucis diebus et in domum, et in hortos paternos immigrauit. Pauperis horti cuſtos Virg. Ecl. 7, 34. Penſilis Plin. 36, 14. *et Plur.* Penſiles 19, 4 *vt modo oſtendimus.* Pingues Virg. Georg. 4, 118. Calpurn. Ecl. 2 Nos quoque Pomiferi Laribus conſueuimus horti Mittere primitias. Pomoſus, *vid.* Pomoſus *in* POMVM. Riguus Ouid. Met. 8, 646. Ruſticus hortus, *i. Rerum ruſticarum refertus, non ad vmbram et voluptatem factus.* Plin. Epiſt. 2, 17 Quarum feneſtris ſubiacet hortus alius pinguior et ruſticus. Suburbani Stat. Silu. 4, 4, 7. Appellant hortum ipſi agricolae ſuccidiam alteram Cic. de Senect. 57. Conducere hortum Idem Fam. 16, 18. Conſerere hortos Varro de R. R. 1, . . Fodere hortos Pallad. tit. 34. Inſerere hortos, Inſpicere hortos, Inſtruere hortos, *vid. hh. ll.* Inuitare aliquem ad coenam in hortos Cic. Off. 3, 58. Oblectare in hortis ſe ſine interpellatoribus Idem Off. 3, 58. Parare hortos Id. Att. 12, 20. Cic. pro Cael. 36 Habes hortos ad Tiberim: ac diligenter eo loco praeparaſti, quo omnis iuuentus natandi cauſa venit. Veſtit hortum morus, et ficus frequens Plin. Epiſt. 2, 17. ¶ 2 *Obſeruatt.* Horti, *pro Villa.* Plin. 19, 4 In XII. Tabb. legum noſtrarum, nusquam nominatur villa: ſemper in ſignificatione ea Hortus, in horti vero Heredium. Feſt. Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi, qui arma capere poſſent, orirentur. *Conf.* Iſidor. 17, 10. Vineae in hortos diſtinguuntur Colum. 4, 18, 1. *Hoc enim vult, cum ait,* Centenae ſtirpes per ſingulos hortos ſemitis diſtinguantur. Horti *Gymnaſium et ſchola Epicuri. nam vt Lyceum, Peripateticorum: Porticus, Stoicorum: Academia, Platonicorum: ſic* Horti, Epicureorum. Cic. Att. 12, 24 Qui eo tempore nobilis Epicureus fuerit Athenis, qui praefuerit Hortis. *Habuimus ex* Plin. 19, 4. *Add.* Stat. Silu. 1, 3, 94. Horti *appellatio in obſcenis etiam eſt v. g.* Priap. 4 *vbi ſunt collectanea ex Graecis Scaligeri. Priapus Hortorum cuſtos* etc.

HORTVLVS, i. m. Dimin. Cic. de N. D. 1, 121 c. 43 Cuius fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit. Plin. 35, 10 Erat tunc Protogenes in ſuburbano hortulo ſuo. Platonis hortuli Cic. de Fin. 5, 2. Varius diuitiis domini hortulus Catull. 60, 91.

HORTVLĀNVS, i. m. Macrob. Saturn. 7, 3 Tharſius Amphias, quum ex hortulano potens eſſet, et in amicum quaſi degenerem nonnulla dixiſſet, mox ſubiecit: Sed et nos de eisdem ſeminibus ſumus. et omnes pariter laetos fecit. *Nempe* ¶ 2 Hortulanus, *Adiectiuum eſt.* Porcellus Apic. 8, 7. Hortulanus maritimusue receſſus Tertull. de Poenit. c. 11.

HORTILIO, ōnis. m. *Cuſtos horti.* Iſidor. in Gloſſ.

HORTENSIS, e. Adi. [κηπαῖος] *Quod ex horto eſt, ſiue in eo creſcit.* Plin. 19, 10 Morbos hortenſia quoque ſentiunt, ſicut reliqua terrae ſata. Idem 19, 5. Lira hortenſis Colum. 9, 4, 4.

HORTENSIVS, a, um. *Aliud* Adi. [κηπευτός] Plin. 22, 24. Idem 19, 8 Beta hortenſiorum leuiſſima eſt. *Et* ibid. Nam quod in Neſide — naſcitur longe optimum exiſtimatur hortenſiorum. *Add.* Id. 19, 6 *pr.* *Vid. etiam ſub* HORTA.

HORTENSIANVS, a, um. Adi. *i. hortenſis.* Batis hortenſiana Plin. 21, 15.

HORTVALIS, e. Adi. Apul. de Herb. c. 74 *et* 80 *et* 99.

HORVS, i. m. [Ὧρος] *Iſidis filius, quem quum Iſis amiſiſſet, verita ne illi obueniret, quod Oſiri patri acciderat, multum fleuit: ſed eo inuento moerorem in laetitiam conuertit. Hunc Solem eſſe, contendit* Macrob. Sat. 1, 21. ¶ 2 Horus *item* Aſſyriorum rex Plin. 30, 15.

H O S

HOSPES, ĭtis. c. [ξένος] Hoſpites *ſunt tam qui in priuato alicuius hoſpitio ſunt, quam qui in publico, quod diuerſorium, ſtabulum, vel tabernam meritoriam appellamus, tam qui recipit, quam qui recipitur.* Ouid. Met. 1, 144 Non hoſpes ab hoſpite tutus. Ter. Adel. 4, 1, 13 Cliens, amicus hoſpes, nemo eſt vobis? Cic. pro Deiot. 8 c. 3 Per dextram te iſtam oro, quam regi Deiotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti. Idem Fam. 13, 37 Hippiam Philoxeni filium Calactinum, hoſpitem, et neceſſarium meum tibi commendo in maiorem modum. Non grauis hoſpes Cic. Fam. 9, 20. Idem contra Rull. 2, 94 Nos autem hinc Roma qui veneramus, iam non hoſpites, ſed peregrini atque aduenae nominabamur. Multum apparatus intereſt inter inuitatum hoſpitem et oblatum Plin. praef. Turpius eiicitur quam non admittitur hoſpes Ouid. Triſt. 5, 6, 13. Amabilis Hor. Epiſt. 2, 2, 132. Veſpertinus Idem Serm. 2, 4, 17. Accipere hoſpitem non multi cibi Cic. Fam. 9, 26. Deducere hoſpitem domum Auct. ad Heren. 4, 65. Diuertere ad hoſpitem Cic. de Diuin. 1, 57. *et de fin.* 5 c. 2. Habere hoſpites domi Auct. ad Heren. 4, 65. Multorum hoſpitum copo quidam Binnius Cic. pro Cluent. 163 c. 59. ¶ 2 *Pro Peregrino:* Cic. Acad. 1, 9 Nam nos in noſtra vrbe peregrinantes errantesque, tanquam hoſpites, tui libri quaſi domum deduxerunt, vt poſſemus aliquando qui, et vbi eſſemus, agnoſcere. Virg. Aen. 4, 10 Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes? Ter. Andr. 4, 5, 15 Nunc me hoſpitem lites ſequi. *Hinc ponitur pro homine ignaro eorum, quae aguntur* Ter. Phorm. 4, 2, 15 Is ſi dat, ſat eſt, ſi ab hoc nihil fiat, tum hunc adoriar hoſpitem. *Vbi* Donatus: Aſtute hoſpitem, de eo qui ſuperuenit: nomen aptum imprudenti rerum, atque alieno ab earum ſcientia. Cic. pro Rabir. 28 c. 10 Adeone hoſpes huiusce vrbis, adeone ignarus es diſciplinae, conſuetudinisque noſtrae, vt haec neſcias? *Conf. Borrich. Cogit. p. 118.* Hoſpes in re aliqua Cic. de Orat. 1, 218. Idem de Orat. 159 Si erit idem in conſuetudine ciuitatis, in moribus atque inſtitutis, in voluntatibus ſuorum ciuium hoſpes. *h. e. Ignorans voluntates, etc.* Cic. Philipp. 12, 27 Quem Cato quum ſalutaſſet, Quem te appellem, inquit? at ille, Voluntate hoſpitem, neceſſitate hoſtem. Hoſpes Aurora colebat *Iſidem, i. regio orientalis, nominatim Aegyptus, quae illam hoſpitio exceperat* Stat. Theb. 6, 279. *Eſt ergo etiam generis feminini.* Lucan. 5, 11 Hoſpes in externis audiuit curia tectis.

HOSPĬTA, *fem. ſing. et neutr. plur. Adiectiue,* Hoſpita auis Stat. Achill. 1, 357. Aequora hoſpita, Vicina *interpretatur* Seruius Virg. Aen. 3, 377. Flumina hoſpita, *Per quae tranſiri aut nauigari poteſt* Stat. Theb. 4, 843. Manus Lucan. 8, 748. Nauis Ouid. Faſt. 1, 340.

340. Sacra hoſpita *a Graecis traducta in Latium* Manil. 1, 6. Tecta Valer. Argon. 2, 651. Tellus Lucan. 3, 43. Terra Virg. Aen. 3, 539. Turba Val. Flacc. 3, 272. Vina Flacc. Argon. 1, 44. Viſcera Prudent. Hymn. 10, 31.

HOSPĬTA, ae. f. [καταλυτὶς] Cic. Diu. Verr. 24 Quod eum multo magis figura et lineamenta hoſpitae delectabant. Ter. Andr. 2, 6, 8 Propter huiuſce hoſpitae conſuetudinem? Cic. Att. 5, 1 Pomponia *Quinti Ciceronis iuſſa* inuitare mulieres, Ego ſum, inquit, hic hoſpita: id autem ex eo, quod anteceſſerat Statius, vt prandium videret. *Nempe iura matris familias ſibi eripi, ita exprobrat. Nimis ergo Grammaticus eſt* Seru. *ad* Aen. 3, 539 *cum* Vſurpatiue, *inquit* Terra hoſpita dixit: quae enim in Es exeunt, communia eſſe poſſunt; nam femininum in A non mittunt.

HOSPITIVM, i. n. [καταγώγιον, ξενικὸν] *Domus, quae gratis liberaliterque venienti hoſpiti patet. Et ipſa illa neceſſitudo, quae inter hoſpitem, qui excipit, et qui excipitur, intercedit.* Liu. 2, 14 *extr.* Ibi benigne excepti, diuiſique in hoſpitia, curatis vulneribus. *Antiqui autem inſtituti fuit, vt hoſpitii neceſſitudo, non modo inter priuatos, ſed etiam inter populos contraheretur: priuati hoſpitii nota pignusque teſſera hoſpitalis, vt ille apud* Plaut. *ait in* Poenulo 5, 1, 22 Deum hoſpitalem et teſſeram mecum fero. Liu. 5, 28 Hoſpitium cum eo, Senatusconſulto eſt factum. Cic. Verr. 4, 145 c. 65 Decernunt ſtatim, primum vt L. fratri hoſpitium publice fieret. Caeſar B. G. 1, 31 *de Heduis loquens*, Quibus praeliis calamitatibusque fractos, qui et ſua virtute et Pop. Rom. hoſpitio atque amicitia plurimum ante in Gallia potuiſſent, coactos eſſe Sequanis obſides dare. Clientelae hoſpitiaque prouincialia Cic. in Catil. 4, 22. Idem Att. 2, 16 Te in Arpinati videbimus, et te hoſpitio agreſti accipiemus. Antiquum Virg. Aen. 3, 83. Commune Sil. 13, 259. Cic. de Orat. 2, 234 Atqui non nimium liberale hoſpitium meum dices: nam te ſimul ac, *etc.* extrudam et eiiciam. Idem de Diuin. 2, 79 Quumque ab eo magnificentiſſimo hoſpitio acceptus eſſet, *etc.* Pauperis hoſpitii pretium Sil. 7, 249. Coniungi hoſpitio Cic. Q. Frat. 1, 1. Diſcedere ex hac vita tanquam ex hoſpitio Idem de Senect. 84 c. vlt. Hoſpes nullus tam in amici hoſpitium Diuorti poteſt, Quin vbi triduum continuum fuerit, iam odioſus fiet Plaut. Mil. 3, 1, 146. Excipere aliquem hoſpitio Ouid. Epiſt. 16, 127. Indulgere hoſpitio Virg. Aen. 4, 51. *Vid.* INDVLGEO. Inuitare hoſpitio aliquem propter familiaritatem notiſſimam Cic. Philipp. 12, 23. Iungimus hoſpitio dextras Virg. Aen. 3, 83. Hoſpitio, ſeptimus caſus eſt, i. e. Iure hoſpitalitatis. Seruius. Nanciſci hoſpitium, *vid.* NANCISCOR. Prohibemur arenae hoſpitio Virg. Aen. 1, 544. Recipere aliquem hoſpitio Ouid. Met. 5, 658. Renuntiare hoſpitium alicui, et domo emigrare Cic. Verr. 2, 89. Hoſpitium calamitatis Plaut. Trin. 2, 4, 152. Hoſpitium confidentiae Idem Capt. 3, 3, 8. *Ius ac neceſſitudo hoſpitii, vel familiaritas interdum, quae ex hoſpitali conſuetudine contrahitur* Cic. Fam. 13, 19 *pr.* *Add.* ib. Ep. 34. Cic. Q. Frat. 1, 2 Optimum quemque hoſpitio amicitiaque coniungi dico oportere. Idem pro Roſc. Amer. 115 Gratia atque hoſpitiis florens hominum nobiliſſimorum: nam cum Metellis, Seruiliis, Scipionibus, erat ei non modo hoſpitium, ſed etiam domeſticus vſus et conſuetudo. Amicitiam, hoſpitium, et foedus amicitiae cum aliqua gente facere Papin. in l. Poſtliminii D. de Captiuis et poſtliminio reuerſis. Pro hoſpitio quod mihi cum eo eſt Cic. Verr. 2, 89. Idem pro Corn. Balb. 41 Hoſpitium multis annis ante hoc tempus cum L. Cornelio Gaditanos feciſſe publice dico. Paternum hoſpitium huic cum Pompeio intercedebat, *vid.* INTERCEDO. Iunctus hoſpitio Quintio, *vid.* IVNGO. Renouare vetus hoſpitium Cic. pro Deiot. 8.

HOSPITIŎLVM, i. n. Dimin. Vlpian. in l. Si vero §. 1 D. de iis, qui deiecer. vel effud.

HOSPITALE, is. n. [ξενὼν] *Domus accipiendis hoſpitibus deſtinata.* Vitruu. 6, 10 Praeterea dextra ac ſiniſtra domunculae conſtituuntur, habentes proprias ianuas, triclinia et cubicula commoda, vti hoſpites aduenientes non in periſtylia, ſed in ea hoſpitalia recipiantur. *Add.* Id. 5, 7. *Nempe*

HOSPITĀLIS, e. Adi. [ξένιος, φιλόξενος, πρόξενος] *Quod eſt hoſpitis, ſiue Quod ad hoſpitem pertinet.* Liu. 1 c. 58 Vbi exceptus benigne ab ignaris conſilii, quum poſt coenam in hoſpitale cubiculum deductus eſſet. Plaut. Poen. 5, 2, 92 Haec mihi hoſpitalis olim teſſera cum illo fuit. *Liberalis, facilis ad ſuſcipiendos hoſpites, aptusque ad inſeruiendum illis.* Cic. Verr. 1, 65 c. 26 Homo, qui ſemper hoſpitaliſſimus, amiciſſimusque noſtrorum hominum exiſtimatus eſſet. Hoſpitalis deus, *Iupiter dictus eſt antiquis, ſub cuius tutela et veluti hoſpitio ſalus hominum conſtituta eſſet.* Ne imploret fidem Iouis Hoſpitalis Cic. ad Q. Frat. 2, 11. Plaut. Poen. 5, 1, 22 Deum hoſpitalem ac teſſeram mecum fero. Cic. de Fin. 3, 66. Sen. Epiſt. 103 Quidquid circa te eſt rerum, tanquam hoſpitalis loci ſarcinas ſpecta. Hoſpitalis in ſuos Cic. Off. 2, 64. Coena Plin. 33, 4. Domus apertiſſima maximeque hoſpitalis Cic. Verr. 4 c. 2. Sedes Cic. pro L. Agr. 45. Hoſpitalis regis clementia Plin. 6, 22. Hoſpitale aduenis ſolum Idem 17, 10. Nihil hoſpitalius Flor. 1, 16, 3.

HOSPITALĬTAS, ātis. f. [φιλοξενία, ξενία] *Amicitia hoſpitio contracta, vel Animi propenſio in hoſpitibus recipiendis.* Cic. Off. 2, 64 c. 18 Recte etiam a Theophraſto eſt laudata hoſpitalitas. Martial. 4, 64 Tam comi pater hoſpitalitate. Macrob. in Somn. Scip. 1, 21 *ſub finem*, Animorum origo caeleſtis eſt, ſed lege temporalis hoſpitalitatis hic exulant.

HOSPITALĬTER. Adu. [ξενίως] Liu. 1, 9 Inuitati hoſpitaliter per domos. Idem 6, 26 Moti extemplo Patres, vocari eos iam tum hoſpitaliter magis, quam hoſtiliter iuſſere.

HOSPITĀTOR, ōris. m. Apul. Met. 4 p. 145.

HOSPITACŬLVM, i. n. Vlpian. l. 5 §. 1 D. de his, qui effud.

HOSPITIVVS, a, um. Adi. Spartian. in Adriano c. 12. *vbi tamen Salmaſius hanc vocem eliminat.*

HOSPITICIDA, ae. m. ξενοκτόνος Gloſſ. Gr. Lat.

HOSPĬTOR, āri. Dep. [ξενίζω, ξενοδοκέω, ξενόω] *Hoſpitio uti:* Quid aliud voces animum quam Deum in humano corpore hoſpitantem Sen. Epiſt. 31. Seneca de Vita beata c. 23 Quid enim eſt, cur illis bonum locum inuideat? veniant, hoſpitentur. i. e. Tanquam in alieno habitent. *Vid.* Idem Epiſt. 119 *et* 108. *Pro In alieno ſolo creſcere.* Plin. 17, 20 Sed translata neſcit hoſpitari, pauetque nouitatem. *de caſtanea.* Hoſpitatur aqua in eo loco, *pro Interquieſcit* Plin. 6, 18 *de Gange fluuio.*

HOSTIA, ae. f. [θυσία, ἱερεῖον] *Sacrificium animale, ipſumque adeo animal, quod ſacrificii cauſa occiditur. Ab* Hoſte *deriuare ſolent Grammatici, quod ab iis fit, qui in hoſtem pergunt ob victoriam, id eſt pro victis hoſtibus.* Feſtus: Hoſtia, ſacrificium quod laribus immolabant, quod ab illis hoſtes arceri putabant. Ouid. Faſt. 1, 335 Victima, quae cecidit dextra victrice, vocatur. Hoſtibus a domitis hoſtia nomen habet. *Sic* Seru. *ad* Aen. 1, 338. Hoſtiam ab Hoſtio, i. e. ferio, Feſtus *deriuat.* Seru. *ad* Aen. 2, 156 Vittaeque deûm, quas hoſtia geſſi: Hoſtia victima eſt, dicta, quod DI per illam hoſtientur, i. e. aequi et propitii reddantur, vnde hoſtimentum, aequationem. Plaut. Epid. 2, 1, 8 Cuius quoties vides ſepulcrum, ſacrificas orco illico hoſtias. Macrob. Sat. 3, 5 Trebatius — docet, hoſtiarum genera eſſe duo, vnum, in quo voluntas Dei per exta diſquiritur, alterum, in quo ſola anima deo ſacratur, vnde etiam haruſpices animales has hoſtias vocant: — Alterum illud, in quo hoſtia animalis dicitur, quod eius tantum anima ſacratur, oſtendit *Virgilius etc. Eadem* Seru. *ad* Aen. 4, 56. *Add. ad* 2, 140. Arnob. 7 p. 212 Aut animalis eſt hoſtia, et ab canibus abliguritur ſanguis. Seru. *ad* Aen. 3, 231 Hoſtia animalis, quae tantum immolatur, et caro ſacerdotibus proficit. *Add. ad* 5, 483. Conſultoria, in qua voluntas dei per exta diſquiritur Trebatius *apud* Macrob. Sat. 3, 4. Decorae, et quae quoique diuo gratae ſint hoſtiae Cic. de Legib. 2, 20. Effugia quae caſu effugit Seru. *ad* Aen. 1, 140. Felix Virg. Georg. 1, 345. Forda Seru. l. c. Mactata Hor. Carm. 1, 19, 16. Petulans Iuuen. Sat. 12, 5. Pinguis Virg. Aen. 11, 740. Pulla Tibul. 1, 2, 64. Sumtuoſa Hor. Carm. 3, 23, 18. Taurea, *i. ſterilis* Seru. *ad* Aen. 1, 140. Multa tibi ante aras noſtra cadet hoſtia dextra Virg. Aen. 1, 338. Humanis hoſtiis aras deorûm ac templa funeſtare Cic. pro Font. 21 c. 10. Immolabantur omnibus locis hoſtiae Caeſ. B. G. 8, 51. Immolabant ſtudioſius et crebrius hoſtias Etruſci Cic. de Diu. 1, 93 c. 42. Seru. *ad* Aen. 4, 57 Olim hoſtiae *immolatae* dicebantur mola ſalſa tactae: cum vero ictae, et aliquid ex his in aram datum, *mactatae* dicebantur per boni ominis ſignificationem, vt *adoleo.* Maiores hoſtiae in foro conſtitutae ad praeconem et ad tibicinem immolabantur Cic. de L. Agr. 2, 82. Hoſtiarum more occidi Suet. Aug. c. 15. *i. ſec. Caſaub. ſecuri.* Caeſis hoſtiis ad ſcelus perficiendum deos placari non poſſe Idem pro Cluent. 194. *Conf.* Nep. 23, . . Praebere hoſtias ad ſacrificium Cic. de Inuent. 2, 97.

HOSTIO, āre. *Propitiare.* Seru. *ad* Aen. 2, 156 Hoſtia victima eſt, dicta, quod DI per illam hoſtientur, *i.* aequi et propitii reddantur. *Videndum, an aliunde hoc firmari queat. Vereor, ne verbum* Hoſtiare *ab hoſtiis ductum ſit, vt de nomine* Hoſtiatus *mox* videbimus.

HOSTIĀTVS, a, um. Adi. [θυσιωτὸς] *Hoſtiis, ſiue ſacrificiis onuſtus.* Plaut. Rud. 1, 5, 12 Ergo vos aequius erat candidatas venire, hoſtiatasque, *etc.*

HOSTICVS, HOSTILIS, *vid.* HOSTIS.

HOSTIMENTVM, *vid. in* HOSTIO.

HOSTIO, īre. [ἰσάζω] *Aequare, aequum reddere.* Gloſſ. Iſid. Hoſtit, aequat, adplanat. Plaut. Aſin. 2, 2, 110 Quin promitto, inquam, hoſtire contra vt merueris. Hoſtire, ferire Feſt. in Hoſtia. Auguſtin. de C. D. 4, 8 Cum ſegetes nouis ariſtis aequantur, quia veteres aequare hoſtire dixerunt, deam Hoſtilinam *praefecerunt.* Non. 2, 405 Hoſtire, Comprimere, retundere, (*Merc.* recedere) ab Hoſtia dictum: Pacuuius Teucro Niſi coërcuero proteruitatem, atque hoſtiero ferociam. Hoſtire, Offendere, caedere. Pacuuius Erotopaegnion 2 Nunc quod meum admiſſum nocens hoſtit voluntatem tuam.

HOSTIMENTVM, i. n. [ἰσαμοιβὴ] Aequamentum *interpretatur* Non. 1, 11. Aequationem Seru. *in* Aen. 2. *Vt Quum quis pro beneficio compenſationem accipit.* Feſtus: Hoſtimentum, Beneficii penſatio. Plaut. Aſin. 1, 3, 20 Par pari datum hoſtimentum eſt, opera pro pecunia.

HOSTORIVM, i. n. [ἰσαστήριον] Lignum aequatorium, baculus, quo modius et caeterae menſurae aequantur, et alio nomine Radius dicitur. Priſcian. l. 6. *Salmaſ. Exerc.* Plin. c. 10.

HOSTILINA, ae. f. Dea. *Vid.* HOSTIO, īre.

HOSTIS, is. c. [πολέμιος] *Is, quîcum nobis bellum eſt, perduellis. Itaque poteſt* hoſtis *eſſe, qui amicus eſt.* Salluſt. Catil. *extr.* Multi qui de caſtris viſundi aut ſpoliandi gratia proceſſerant, voluentes hoſtilia cadauera, amicum alii, pars hoſpitem reperiebant: fuere item, qui inimicos ſuos cognoſcerent. *Sic* Cic. pro L. Manil. 28 c. 10 Saepius cum hoſte conflixit, quam quisquam cum inimico concertauit. Curt. 7, 10, 8 Tum rex, quaero itaque, inquit, an viuere velitis non inimici mihi, cuius beneficio victuri eſtis? Illi, nunquam ſe inimicos ei; ſed bello laceſſitos hoſtes fuiſſe, reſpondent. *Dictum volunt ab* Hoſtio, hoſtis, *quod eſt aequo, quum in hoſtium conflictu ſoleat fieri quaedam aequatio ordinum, ſeu* quod (*vt ait* Nonius 1, 3) ex aequa cauſa pugnam adeant. *Sed praeſtat, credo, ignorare. Si verum eſt, quod ſtatim audiemus a Cicerone dici,* Hoſtem *antiquis eſſe peregrinum, eo etiam in etymo reſpiciendum fuerit. Itaque Voſſius cognatum putat* oſtio (*quod* hoſtium *ſcribebant quidam*) *vt ſit* hoſtis θυραῖος, *qui foris eſt. Scaligero placebat* ὅστις, *quicunque.* Foſtim pro Hoſte antiqui dicebant *apud* Feſtum. *voce* Fedum. Hoſtes in vrbe ſunt Liu. 3, 15. Ter. Hec. 5, 2, 23 Nam nupta, meretrici hoſtis eſt, a viro vbi ſegregata eſt. Cic. Off. 1, 37 c. 12 Equidem illud etiam animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante: hoſtis enim apud maiores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. *Sic* Feſt. *it.* Varro de L. L. 4 *pr.* Ambroſ. Off. 1, 29. Cic. de Fin. 5, 29 Quotiescunque dicetur male de ſe quis mereri, ſibique eſſe inimicus atque hoſtis. Iſte non hominibus, ſed virtutibus hoſtis ſemper fuit Cic. pro Domo c. 25. *Conf.* Nep. 1, 4, 1. *et* 7, 4, 6. Curt. 7, 10, 8. Turmae hoſtium Hor. Carm. 4, 14, 23. Victor hoſtium Idem Carm. 1, 6, 1.

¶ 2 *Epitheta:* Acer Hor. Epod. 6, 14. Atra Prudent. Pſychom. v. 504. Capitalis Cic. in Catil. 2, 3. Conſerti Claud. de Conſ. Mal. Theod. 195. Ferus Ouid. Met. 1, 185. Ferus nimis et immanis Cic. Verr. 2, 51. Glomerati Virg. Aen. 9, 440. Imbelles, Immanis, Importuniſſimus, *vid. hh. vv.* Infeſti Ouid. Amor. 1, 9, 36. Inordinati et effuſi, Inſolens hoſtis, Inſtabilis ad cominus conferendas manus, *vid. hh. vv.* Spoliatus Sil. 15, 702. Validus Ouid. Met. 12, 511. Facere hoſtem aliquem alteri Lucan. 1, 203. Fertur denſos moriturus in hoſtes Virg. Aen. 2, 511. Inceſſere hoſtes iaculis et pilis, aut ſaxis, *vid.* INCESSO. Tacit. Ann. 16, 28 Niſi contra inſtituta, et caerimonias maiorum, proditorem palam et hoſtem Thraſea Induiſſet. Iniicere ſe in medios hoſtes, *vid.* INIICIO. Intercludere hoſtes ab oppido et ponte et commeatu omni, Inuadere in hoſtem, Iudicare aliquem hoſtem, Laborare hoſtibus domeſticis, *vid. ſſ. ll.* Obſidere hoſtem Lucan. 6, 117. Obterere hoſtem

hoſtem Lucan. 7, 276. Penetrare in medios hoſtes Sil. 5, 199. Propulſare hoſtem Stat. Theb. 11, 261. Rapti ex hoſte penates Virg. Aen. 1, 382. Reprimere impetus hoſtium, ac retardare Cic. pro L. Manil. 13 c. 5. Perniciofiſſima ſtudiorum hoſtis Quinct. 2, 2.

HOSTĪLIS, e. Adi. [πολεμικὸς] *Quod pertinet ad hoſtem.* Virg. Aen. 11, 83 Indutosque iubet truncos hoſtilibus armis Ipſos ferre duces, *i. tropaea.* Plaut. Pſeud. 5, 1, 24 Occaſionem reperiſti verbero, vbi perconteris me inſidiis hoſtilibus? Acies Tacit. Hiſt. 3, 21. Agmen Ouid. Met. 8, 39. Animus Senec. Octau. ſ. 1. Animus in Rempublicam Cic. ad Brut. 4. Conditiones pactionesque bellicas et hoſtiles perturbare Idem Off. 3, 108. Dextra Cic. Tuſc. 2, . . Exercitus Tacit. Hiſt. 3, 82. Expugnatio hoſtilis Cic. pro L. Manil. 13. Hoſtilem in modum cruciati Idem Verr. 5, 73. Odium Tacit. Ann. 15, 28. Hoſtile odium et crudelitas Cic. pro Cluent. 12. Rapinae Lucan. 1, 162. Tacit. Hiſt. 4, 57 Galbam, et infracta tributa hoſtiles Spiritus induiſſe. Terra Cic. de Inuent. 1, 108 c. 55. Facere hoſtilia Tacit. Ann. 15, 13. Idem Hiſt. 3, 70 Etiam aduerſus nos hoſtilia Induerat. *Add.* Idem Hiſt. 3, 42, 4. *et* c. 46, 2. Liu. 21, 16 Legati Retulerunt omnia hoſtilia eſſe: et Sagunti excidium nuntiatum eſt. Reſumere hoſtilia Tac. Ann. 12, 15.

HOSTILĬTER. Adu. [πολεμικῶς] *i. hoſtilem in modum.* Cic. Philipp. 5, 25 Quid ille fecit hoſtiliter. Liu. 2, 14 *pr.* Bona hoſtiliter vendendi. Idem 1, 11 Hoſtiliter in fines Romanos incurſionem facit. *Add.* Id. 9, 38. Nimium hoſtiliter Ouid. Met. 14, 68. Sternit hoſtiliter omnes Idem Met. 11, 372.

HOSTILĬTAS, ātis. f. [ἐχθοδοπία] Seneca de Vita beata c. 32 Aduerſus hoſtes inhumana crudelitas, aduerſus ſuos etiam hoſtilitas eſt.

HOSTILIVS, a, um. Adi. *Vt,* Lares hoſtilii *apud* Feſtum, *quibus* immolabant, quod ab his hoſtes arceri putabant. ¶ 2 *Eſt gentis Romanae nomen, a* Tullo, *inde* Hoſtilio.

HOSTĬCVS, a, um. Adi. [πολέμιος] *Idem, quod Hoſtilis.* Plaut. Capt. 2, 1, 49 Perque conſeruitium commune, quod hoſtica euenit manu. Hor. Serm. 1, 9, 31 Hunc neque dira venena, nec hoſticus auferet enſis. Columel. in praef. 1 Quamquam inter ferrum et ignes hoſticis incurſionibus vaſtatae fruges. Ager Varro de L. L. 4, 4. Fama Ouid. Triſt. 3, 10, 66.

HOSTĬCVM, i. n. *Terra hoſtilis.* Liu. 8, 34 Sine commeatu vagi milites in pacato, in hoſtico errent. *Add.* Idem 6, 31. *et* 8, 38. Plin. Paneg. c. 29.

HOSTICŎLVS, a, um. Adi. *Idem, quod Hoſticus. Vox apud ICtos* l. vn. ff. de bon. poſſ. ex teſt. mil. Qui in hoſticolo ſuprema iudicia ſua quoquo modo ordinaſſent. *Et mox,* Si in hoſticolo deprehendantur. *Sed non improbabilis eſt coniectura virorum doctorum* in hoſtico lo. *hoc eſt* loco.

HOSTICĂPAX, acis. Adi. Feſtus, Hoſtium captor.

HORTĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. *Hoſtilis.* Manil. 1, 419 Hoſtiferum necdum ſibi quemquam numina norunt.

HOSTIFĬCVS, a, um. Adi. Accius *apud* Non. 8, 15.

HOSTIFĬCE. Adu. Idem *apud* Non. 3, 303.

HOSTITOR, HOSTIVM, *vid.* OSTIVM.

HOSTORIVM, *vid ſub* HOSTIO, īre.

HOSTVS, i. m. *Menſura quaedam in re olearia, ab* Hoſtio, *quod ad aequales menſuras fieret.* Varro R. R. 1, 24, 2 Hoſtum vocant, quod ex vno facto olei reficitur. Factum dicunt, quod vno tempore conficiunt: quem alii CLX aiunt eſſe modiorum, alii ita minus magnum, vt ad CXX deſcendat. Cato de R. R. c. 6 Sin in loco craſſo aut caldo ſeueris, hoſtus nequam erat, et ferundo arbor peribit. ¶ 2 Hoſtus Praenomen fuit in eo, qui peregrine apud hoſpitem natus erat, idque habuit Lucretius Tricipitinus, collega L. Sergii. *Haec* Epit. de nom. ratione *ſub* Valer. Max. p. 879 *Torren.*

H V B *et* H V I

HVBER, HVBERO, HVBERTAS, *vid.* VBER, *etc.*

HVC, *vid.* HIC.

HVDVM, *vid.* SVDVM, *et* VDVS.

HVI. [βαβαὶ] Interiectio *admirantis.* Ter. Adelph. 3, 3, 8 Saluos ſit, ſpero eſt ſimilis maiorum ſuûm. S. hui. Cic. Att. 5, 11 Hui, totiesne me literas dediſſe Romam, quum ad te nullas darem? Idem Fam. 8, 15 Hui vereor, ne, *etc.* Hui, Hem, et caetera huiusmodi, Sannae ſunt aduerſus eos, quibus iraſcimur, *interprete* Donato *ad* Ter. Eun. 4, 7, 35 Scibis, principio eam eſſe, dico liberam. THR. hem! CH. ciuem Atticam. THR. hui. Plaut. Truc. 1, 1, 8 Hui, vt hic agreſtis eſt adoleſcens, qui hic habet?

HVIC, HVIVS, HVIVSCE, *vid.* HIC.

HVIVSMŎDI. [τοιοῦτος] *Nomen compoſitum ex duobus obliquis,* Huius *et* Modi, *omn. gen. quaſi Simile et eo modo fieri vel eſſe aliquid dicamus.* Haec et huiusmodi quae ſunt Scribon. 104. Huiusmodi caſus 175. Huiusmodi 118 *ſc.* vitium. Ter. Heaut. 2, 3, 98 Mane, habeo aliud, ſi iſtuc metuis, quod ambo confiteamini, ſine periculo eſſe. CLIT. huiusmodi obſecro aliquid repperi. Ibid. Eun. 5, 2, 34 Saepe ex huiusmodi re quapiam, *etc.* Cic. Fam. 14, 2 Nec miror, ſed moereo caſum huiusmodi. *Legitur et* Eiusmodi. Id huiusmodi erat Nep. 10, 7, 2. *Pro* Huiusmodi, Cicero *aliquando* Generis eiusdem, *aliquando* Id genus *dixit: vt,* Att. 15, 13 Scis me antea orationes, aut aliquid id genus ſolitum ſcribere. Idem de Fin. 4, 4 Et caetera generis eiusdem.

HVIVSCEMODI, *Idem.* Ex huiuscemodi principio Cic. Verr. 3 c. 82. Fecerat alia huiuscemodi Salluſt. Catil. c. 15. Orationem huiuscemodi habuit Ibid. c. 20 *ſub init.*

H V L *et* H V M

HVLCVS, *vid.* VLCVS.

HVLVLA, ae, *vid.* VLVLA.

HVLVLARE, *vid.* VLVLO, as.

HVMĀNVS, a, um. Adi. [ἀνθρώπειος, ἀνθρώπινος, φιλάνθρωπος] *Denominatiuum ab* Homo, *mutata licet quantitate, cum prior in* Homo *breuis ſit, prima in* Humanus *longa. Eſt nempe* Humanum *quidquid, vel pars, vel attributum, vel opus hominis eſt, vel ad hominem quocunque modo refertur.* Ter. Heaut. 1, 1, 25 *cum Menedemus a vicino ſuo Chremete, vt ſibi parceret, admonitus, dixiſſet,* Chreme tantumne ab re tua eſt otii tibi, Aliena, vt cures, eaque, nihil ad te quae attinent? *hic humaniſſime reſpondet,* Homo ſum: humani nihil a me alienum puto, *i. quidquid homini, vicino praeſertim et noto, boni vel mali accidit, illud ad meum etiam ſenſum pertinet, quaſi mihi accidiſſet. Haec eſt ipſius* Ciceronis *interpretatio* Offic. 1, 30 c. 9. *Vulgo detorquent in eum ſenſum, vt errores, peccataque intelligant, vt in illo* Ter. Adelph. 3, 4, 25 Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia: humanum eſt. *Vbi* Donatus: Hoc dicere ſolemus, vbi peccatum quidem non negamus, ſed tolerabile eſſe dicimus. Cic. Verr. 5, 59 Metum virgarum Nauarchus nobiliſſimae ciuitatis pretio redemit: humanum. Id. Tuſcul. 3 c. 6 Humanum id quidem: non enim e ſilice nati ſumus. *Sic euphemiſmus eſt de morte apud* Paullum ICtum in L. Publia Maeuia 26 ff. Depoſiti, Si aliquid mihi humanum contigerit, *i. ſi moriar.* ¶ 2 *Sed ponamus Subſtantiua ordine elementorum.* Animus humanus Horat. Serm. 1, 8, 20. Animi aduerſio humaniſſima Cic. pro Arch. c. 7. *i. homine digniſſima.* Calculus, *qui in homine generatur.* Plin. 11, 49 Sunt iis etiam Calculo humano remedia praecipua. Caput Hor. de Arte Poët. 1. Cibi humani Flor. 3, 5, 10. *i. eſus humanae carnis.* Fecit et humano Corde volare Deum Propert. 2, 12 (Brouckh. 9) 6. *i. leuitate hominibus propria.* Cultus Cic. pro Arch. c. 7. Dapes Plin. *i. faeces alui. Vid. Voſſ. Inſtit. Orat. 4 p. 117.* Facies Ouid. Met. 2, 661. Fragilitas Solin. c. 66. Gens humana, *pro Humano genere.* Cic. de Fin. 5, 4 Deinde totius complexu gentis humanae. Genti humanae, *contraria eſt* Immanis et barbara Idem de Diuin. 1, 33. Cic. Verr. 2, 168 c. 69 Quod eſt aliud in Illa Prouincia Genus humanum? *i. hominum. Nominarat* negotiatores, aratores, commune Siciliae. Humaniore cogitatione ſepoſita rebus auditu aſperis vacare Valer. Maxim. 6, 3 *pr.* Deus ſub Imagine humana Ouid. Met. 1, 213. Tac. Ann. 4, 38 Quietam et intelligentem humani, diuinique Iuris mentem duint. Liu. 39. Labores Virgil. Aen. 5, 689. Mentes Ouid. Met. 1, 53. Natura Horat. de Arte Poët. 353. Inquiruntque ſacras humano Pectore cauſas Manil. 1, 716. Potus humani excrementum Plin. 9, 39 ſ. 64. Ratio humana et vſitata Cic. Verr. 3 c. 97. Rationes Lucret. 2, 169. Res humanae, *quae hominibus accidunt, eosque in vtramque partem mouere ſolent, quas contemnere, i. non admirari, philoſophia docet.* Cic. Offic. 1, 13 c. 5 Ex quo animi magnitudo exſiſtit, humanarumque Rerum contemtio. *Sic* Tuſcul. 1, 95 c. 40 Totam vim bene viuendi in animi robore et magnitudine, et in omnium Rerum humanarum contemtione ac deſpicientia, et in omni virtute ponamus. Rerum externarum deſpicientiam *vocat* Offic. 1, 66 c. 20. Idem Tuſcul. 3, 58 c. 24 Hi enim omnes diu cogitantes de Rebus humanis intelligebant, eas nequaquam pro opinione vulgi eſſe extimeſcendas. *Sic* Virg. Aen. 10, 152 Humanis quae ſit fiducia Rebus Edocet, *i. quam parum iis fidendum ſit. Totam viuendi conditionem notat in illo* Perſ. 3, 71. Quem te Deus eſſe Iuſſit, et humana qua parte locatus es in Re, diſce. *Sic* In Rebus humanis, *i. in rerum natura.* Vlpianus in l. Si quis cum §. De fructibus D. de except. iud. De fruct. Eadem quaeſtio eſt, et de partu: haec enim nondum erant in Rebus humanis. Sortis humanae memor Ouid. Triſt. 3, 11, 67. Cic. Orat. 209 c. 62 *de oratione numeris et periodis concluſa,* Detrahit actionis dolorem, aufert humanum Senſum actoris, tollit funditus veritatem et fidem, *i. impedit, quo minus afficiatur, vt ſolent homines. Sed* Fam. 10, 24 Moderatiſſimi atque humaniſſimi Senſus fuit, *ad miſericordiam et aequitatem.* Cic. pro Roſc. Amer. 63 Portentum atque monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humana Specie et figura, qui tantum immanitate beſtias vicerit, *etc.* Voluptate humaniſſima completur animus, *i. homine digniſſima* Cic. Acad. 4 c. 41. Vultus humani Horat. de Arte Poët. 102. ¶ 3 *Cum ad mores refertur, ſignificat eum, qui communis naturae memor, ita tractat alios, vt ipſe ab his tractari optet, commodus, mitis, aequus, affabilis, blandus adeo, indulgens, miſericors, etc. plus adeo quam iuſtus, cui poteſt etiam ſeuera quaedam durities adiuncta eſſe.* Ter. Andr. 1, 5, 1 Hoccine eſt humanum factum aut inceptum? hoccine officium patris? *Et* 1, 1, 86 Haec ego putabam omnia eſſe humani ingenii, manſuetique animi officia. Homo facillimus atque humaniſſimus Cic Att. 16, 18. Idem de Orat. 1, 33 Quae vis alia potuit aut diſperſos homines vnum in locum congregare, aut a fera agreſtique vita ad hunc humanum cultum ciuilemque deducere, *etc.* Humanius nihil fieri poteſt Cic. Fam. 16, 1. ¶ 4 Humanus, *Eruditus, et non rudis literarum.* Homo humaniſſimus, Aculeo Cic. de Orat. 1, 3. Id. Verr. 4 c. 44 Haec Scipio non intelligebat, homo doctiſſimus atque humaniſſimus. Varro *apud* Non. 1, 260 Praxiteles propter artificium egregium, nemini eſt paullo humaniori ignotus. *Laudat etiam* Gell. 13, 16 *et addit,* Humaniori, inquit, non ita, vt vulgo dicitur facili et tractabili, et beneuolo, tametſi rudis literarum ſit — ſed eruditiori doctiorique. *Huc etiam, certe ad ſciendi cupiditatem, ſ. curioſitatem refero illud* Cic. Verr. 5, 71 c. 28 Syracuſani homines periti et humani, qui non modo ea, quae perſpicua eſſent, videre, verum etiam occulta ſuſpicari poſſent, *etc.* ¶ 5 Humanus, *Subſt. pro Homine.* Poſſum falli, vt humanus Cic. Attic. 13, 20, *vbi conf. Graeu. p. 438.* Et ſaepe vsque adeo mortis formidine vitae Percipit humanos odium Lucret. 3, 79. Natura humanis omnia ſunt paria Varro *apud* Non. 2, 98. *Conf.* Drakenb. ad Sil. 7, 5. Gronou. ad Liu. 8, 9. ¶ 6 Humanum, *ſacrificium, pro mortuo factum.* Feſtus.

HVMANITAS, ātis. f. [ἀνθρωπότης] *Proprie humanam naturam ſignificat.* Homines quidem pereunt: ipſa humanitas, ad quam homo effingitur, permanet Senec. Epiſt. 65. Cic. pro Roſc. Amer. 63 Magna eſt enim vis humanitatis: multum valet communio ſanguinis, natura ipſa. Idem pro Flacc. 24 Et pro Sulla, Peterem errato veniam L. Caelii ex intimis veſtris cogitationibus, atque ex humanitate communi. Cic. de Orat. 1, 53 c. 12 Niſi qui naturas hominum, vimque omnem humanitatis, cauſasque eas, quibus mentes aut incitantur, aut reflectuntur, penitus perſpexerit, dicendo quod volet perficere non poterit. *Add.* n. 6. ¶ 2 *Latiſſime ergo patet hoc nomen, et comprehendit, interdumque adeo ad deſignandum ſpecialiter adhibetur, quidquid homini, quatenus homo eſt, proprium eſt, quid — attributum eſt, quidquid homo homini, quatenus vtrique homines ſunt, debet, quidquid hominem homini conciliat, quidquid facit, vt aliquis magis homo ſit, id eſt magis excellat iis rebus, quae hominem ab aliis animalibus diſtinguunt. Sic* Cic. pro Sext. c. 42 Vita humanitate perpolita, *i. culta, quo ſeparentur a beſtiis. Et* de Orat. 3 c. 15 Vt puerorum mentes ad humanitatem et virtutem fingerentur. Plin. 13, 11 Quum chartae vſu maxime humanitas vitae conſtet, et memoria. *Frequentius virtutis nomen eſt.* Humanitatis praecipua pars eſt, honeſtiſſimum quemque complecti, atque ita a minoribus amari, vt ſimul a principibus diligaris Plin. Ep. 9, 5. Cic. Fam. 5, 2 Cognoſce nunc

humanitatem meam, ſi humanitas appellanda eſt in acerbiſſima iniuria remiſſio animi ac diſſolutio. Miſerationis affectus, qui plane vocatur humanitas, qua noſmet inuicem tueremur Lactant. 3, 17. Humanitas et modeſtia Cic. Attic. 7, 5. Singularis humanitas, ſuauiſſimi mores Idem Att. 16, 16. Lepor et humanitas in omni vitae tempore verſetur Cic. de Orat. 2, 171. In Miltiade cum ſumma humanitas, tum mira comitas Nep. 1, 8. Manſuetudo atque humanitas Cic. pro Sulla 92. *Conf.* Idem pro L. Man. c. 14. Immemor humanitatis, vel ab humanitate derelictus Cic. Philip. 11, . . *Et* ad Her. 4, . , Facilitas atque humanitas tua Cic. Fam. 13, 24. Hominem ſumma probitate, humanitate, obſeruantiaque cognoſces Cic. Fam. 13, 23. Memor humanitatis tuae Scribon. Ep. *in.* Plenus humanitatis animus Idem Ep. *in.* Expers humanitatis Cic. de Diuin. 2, 81. Abiicere humanitatem Idem pro Ligar. 14. Accipere humanitatem, *vid.* ACCIPIO. Cic. pro Sulla 81 Tamen humanitate Adductus aduocationem hominis improbiſſimi ſella curuli, atque ornamentis, et ſuis, et Conſulatus honeſtauit: *Catilinam, non quatenus improbus erat, ſed quatenus homo, inter aduocatos illius comparens honeſtauit conſul.* Cic. pro Roſc. Amer. *extr.* Domeſtica crudelitas *(Sullae et proſcriptionum)* — non modo id habet in ſe mali, quod tot ciues atrociſſime ſuſtulit, verum etiam hominibus leniſſimis ademit miſericordiam conſuetudine incommodorum. Nam cum omnibus horis aliquid attrociter fieri videmus aut audimus; etiam qui natura mitiſſimi ſumus, aſſiduitate moleſtiarum ſenſum omnem humanitatis ex animis amittimus: *vt non amplius ad nos pertinere videatur, quod aliis hominibus accidit, etc.* Humanitatis negotium gerere l. 14 §. 7 ff. de relig. et ſumt. funer. *dicitur, qui curam ſepulturae alterius nulla alia neceſſitudine ductus, ſuſcipit: de quo loco multa Salmaſ. ad ius Atticum p. 556 ſqq. Faber Semeſtr. 2, 1. Bynkersh. Obſeruatt. 4, 22. Interpretes* Petron. c. 114. *Breuiter* humanitatis negotium *ille videtur* gerere, *qui, quod alterius erga defunctum officium poſtulat, illo abſente interim* humanitate *ductus ſuſcipit, quamquam non ſimpliciter gratuito, ſed vt in alia negotiorum geſtione cum ſpe reſtituendorum ſibi ſumtuum. Eſt igitur hoc, de quo* Vlpianus *agit, ſi totum locum inſpicias, diuerſum ab illa* Tralaticia humanitate Petronii *l. c.* mortuum lapidantis, *i. ſepulturam eius lapide, gleba, iniecta adiuuantis. Caeterum de hac re* Lactant. 6, 12, 30 Quamuis in homine ignoto neceſſariorum munus implebimus, in quorum locum, quia deſunt, ſuccedat humanitas, et vbicunque homo deſiderabatur, ibi exigi officium noſtrum putabimus. Comprehendere aliquem humanitate, Conſtare humanitati ſuae, Deducere ab humanitate, *vid. ſſ. ll.* Cic. Attic. 5, 11 Quid quaeris? vel ipſi hoc dicas licet, humanitatem ei meo iudicio illo die Defuiſſe. Exuere humanitatem Idem pro Lig. 14. *Add.* Idem ad Attic. 13, 2 *pr.* Habere humanitatem Cic. pro Roſc. Amer. 46. Idem Fam. 4, 13 Obtinemus ipſius Caeſaris ſummam erga nos humanitatem. Legatos inuitatione aliaque humanitate Proſecutus Senec. de Benef. 1, 13. Tribuere humanitatem alicui Cic. Q. Fratr. 1, 1.

¶ 3 *Contraria.* Cic. de Legib. 3, 1 Quid enim eſt elegantia tua dignius, cuius et vita et oratio conſecuta mihi videtur difficillimam illam ſocietatem grauitatis cum humanitate? *Sic* Idem Offic. 1, 62 Non enim modo id virtutis non eſt, ſed potius Immanitatis omnem humanitatem repellentis. *Haec vitia contraria humanitati. Sed eſt etiam vicina vitiis* Humanitas. *V. g.* Illa vitioſiſſima, quae iam humanitas vocatur, inuicem qualiacunque laudandi, tum eſt indecora, tum ſtudiorum pernicioſiſſima hoſtis Quinctil. 2, 2, 10. *Huic affinis eſt illa ratio, quod* Humanitas *delicias quasdam et elegantiam a mollitie non abhorrentem ſignificat* Varro de L. L. 7, 16 p. 90. *Eſt locus dignus, qui plenius paullo huc referatur. Monuit rationem haberi* vtilitatis et elegantiae: quod non ſolum veſtiti eſſe volumus, vt vitemus frigus, ſed etiam, vt videamur veſtiti eſſe honeſte: non domum habere — non ſolum vaſa ad victum habilia, ſed et figura bella atque ab artifice: quod aliud homini, aliud Humanitati ſatis eſt. Quoduis ſitienti poculum homini idoneum; humanitati, niſi bellum, purum, *etc. Huc reſpexiſſe videri poteſt* Tacit. Agr. 21, 3 Paullatim diſceſſum ad delinimenta vitiorum, porticus, balnea, et conuiuiorum elegantiam; idque apud imperitos humanitas vocabatur, quum pars ſeruitutis eſſet Tacit. Agr. 21, 3.

¶ 4 *Cum proprium hominis ſit diſcere, et facultates ſuas omnes ita amplificare,* Humanitas *ſaepe ponitur pro Eruditione.* Artes, quae ad humanitatem pertinent Cic. pro Arch. c. 1. *Locus velut claſſicus eſt* Gell. 13, 15 Qui verba Latina fecerunt, quique iis probe vſi ſunt, humanitatem non id ſolum eſſe voluerunt, quod vulgus exiſtimat, quodque a Graecis φιλανθρωπία dicitur, et ſignificat dexteritatem quandam beneuolentiamque erga omnes homines promiſcuam: ſed humanitatem appellauerunt id propemodum, quod Graeci παιδείαν vocant, nos eruditionem, inſtitutionemque in bonas artes dicimus: quas qui ſinceriter cupiunt appetuntque, ii ſunt vel maxime humaniſſimi. Huius enim ſcientiae cura, et diſciplina ex vniuerſis animantibus, vni homini data eſt, idcircoque humanitas appellata eſt. *Eadem fere* Non. 1, 260. *Complectitur haec appellatio non linguarum modo ſtudia, quatenus inepte illa ab ipſis rebus vulgus ſeiungit; ſed omnem doctrinam philoſophiae, hiſtoriarum, matheſeos, etc. Vid. Io. Aug. Erneſti proluſio de finibus humaniorum ſtudiorum regundis, et Clau. Ciceron. h. v. Nempe docent hoc laudandi iam Ciceronis loci, ſi quis totos illos, vt cohaerent cum reliqua oratione, velit inſpicere.* Cic. Verr. 4, 98 c. 44 Tu ſine vlla bona arte, ſine humanitate, ſine ingenio, ſine literis intelligis et iudicas? Idem de Orat. 2, 71 c. 17 Omnium caeterarum rerum oratio, mihi crede, ludus eſt. Homini non hebeti, neque inexercitato, neque communium literarum et politioris humanitatis experti. Cic. pro Arch. c. 3 Atque ab his artibus, quibus aetas puerilis ad humanitatem informari ſolet. Idem de Orat. 1, 71 c. 16 In omni genere ſermonis, in omni parte humanitatis oratorem perfectum eſſe debere. — Neminem eſſe in oratorum numero habendum, qui non ſit omnibus iis artibus, quae ſunt libero dignae perpolitus. *Res ipſa, et tota diſputatio docet intelligi Philoſophiam omnem, hiſtoriam, et quidquid diſci ſolet ab ingenuis.* Cic. de Orat. 2, 72 c. 17 Communium literarum et politioris humanitatis expers. Idem de Orat. 1, 256 c. 60 In omni recto ſtudio atque humanitate Verſentur. Cic. pro Muraen. 51 c. 29 Et quoniam non eſt nobis haec oratio habenda, aut cum imperita multitudine, aut cum aliquo conuentu agreſtium, audacius paullo de ſtudiis humanitatis, quae et mihi et vobis nota et iudicanda ſunt, diſputabo. *de Philoſophia diſputare ingreditur.*

¶ 5 *Vt ridere hominis proprium eſt, ita* humanitas *non nunquam ad facilitatem et venuſtatem ridendi et iocandi refertur.* Cic. Att. 1, 13 *pr.* Literae humanitatis ſale ſparſae. *Forte ſic etiam accipiendum illud* Fam. 11, 27 *med.* Lepos, humanitas, literae: *itemque* Verr. 5, 8 c. 4 Verrem amatis — at ſermone, at literis, at humanitate eius delectamini: *his* ſingularem ſtultitiam et inhumanitatem *opponit. Certius eſt* de Orat. 2 c. 67 Socratem in hac ironia diſſimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus praeſtitiſſe. *Illi de Verre ſimile eiusdem Tullii* pro Roſc. Am. 120 c. 41 Literis eorum et humanitate Chryſogonus ducitur. — Non eſt veriſimile, vt Chryſogonus horum literas adamarit aut humanitatem.

¶ 6 Humanitas, *i. genus humanum.* Timorem omnem, quo humanitas regitur, penitus ſuſtulerunt Minuc. Felix. in Octau. Genitale feminium humanitatis Apul. de Dogm. Plat. p. 11, 12. *Sed poteſt vterque locus ad primam illam ſignificationem, qua humanam naturam notat, referri.*

HVMĀNE. Adu. [φιλανθρώπως] *Benigne, manſuete, facile, leniter.* Ter. Adelph. 1, 2, 65 Tamen vix humane patitur. Cic. Tuſc. 2, 43 Toleranter et humane ferre morbum. Plin. 16, 19 ſ. 32 Arbores mites, quae fructu aut aliqua dote, vmbrarumue officio humanius iuuant, non improbe dicantur vrbanae. Cic. Fam. 16, 21 *de Cratippo,* Sublata ſeueritate Philoſophiae humaniſſime nobiscum iocatur. *Vid.* HVMANITAS n. 5. *Sic* Humane fecit? Cic. Att. 12, 44 *pr.* Si qui forte, quum ſe in luctu eſſe vellent, aliquid fecerunt humanius aut hilarius locuti ſunt, reuocant ſe rurſus ad moeſtitiam Cic. Tuſc. 3 c. 27. Quod de ſua voluntate erga Caeſarem diligentiſſime humaniſſimeque locutus eſſes Cic. ad Q. Fratr. 3, 1, 6. *Add.* 2, 4. Ducem ſe itineris humaniſſime promiſit Petron. c. 8.

HVMANĬTER. Adu. [ἀνθρωποπάθως] Cic. Fam. 7, 1 Docebo profecto, quid ſit humaniter viuere, *i. hilariter, iucunde, quod monet humanae conditionis cogitatio. Vid.* HVMANITAS n. 5. *it.* HVMANE. Idem Att. 1, 2 Sin aliter acciderit, humaniter feremus, *i. aequo animo.* Humaniter fecit Cic. ad Q. Fratr. 2, 1.

HVMANĬTVS. Adu. [ἀνθρωπίνως] *Humano more.* Plin. 10, 63 Vrſi autem (vt dictum eſt) humanitus ſtrati, *i. vt ſolent homines.* Ter. Heaut. 1, 1, 47 Vbi rem reſciui, coepi non humanitus, neque vt animum decuit aegrotum adoleſcentuli tractare. Cic. Philipp. 1, 10 c. 4 Vt ſi quid mihi humanitus accidiſſet (multa autem impendere videbantur praeter naturam etiam, praeterque fatum) huius diei vocem teſtem Reipublicae relinquerem meae perpetuae erga ſe voluntatis, *i. ſi ſortaſſe morerer. Conf.* Non. 11, 1. Apul. Apol. p. 337, 12 Mihi tenue quid honoris cauſa legatum, ne ſi quid illam humanitus attigiſſet, nomen maritus in vxoris tabulis non haberem.

HVMATIO, HVMATVS, *vid.* HVMVS.

HV̄MEO, ēre. [νοτέω] *Ab* Humore; *Madidum eſſe.* Columel. 3, 11 Verum eſt in opere difficilior, quod neque humentem fodere poſſis, quod ſit glutinoſiſſima, *etc.* Plin. 22, 24. Ouid. Met. 10, 509 Arbor dat gemitus lacrimisque cadentibus humet. Caelo humenti Flor. 2, 4, 2. Capillus humens Ouid. Met. 11, 691. Genae humentes Tibull. 1, 9, 38. Lacrimisque cadentibus humet Ouid. Met. 10, 509. *Add.* Idem Ep. Heroid. 5, 56. Oculi humentes Ouid. Met. 11, 464. Naribus humentibus Sueton. Claud. c. 30. *De* nocte, *it. de* oculis *frequenter dicitur: vid. Drakenb. ad* Sil. 2, 469. *et* 9, 30. Terrae humentes Plin. Paneg. c. 30. Vmbra humens Virg. Aen. 3, 589.

HVMESCO, ĕre. [νοτέομαι] *Humidum fieri.* Virgil. Georg. 3, 111 Humeſcunt ſpumis, flatuque ſequentum. *de equis.* Poculis humeſcere Horat. Serm. 2, 6, 70. Ager humeſcit Pallad. 10, 10.

HVMESCENS, entis. Partic. Plin. in Paneg. 73 Vidimus humeſcentes oculos tuos, demiſſumque gaudio vultum: tantumque ſanguinis in ore, quantum in alieno pudoris.

HVMECTO, āre. [ἰκμάζω, ὑγραίνω] *Humidum et madidum reddere, aut humore adſpergere.* Virgil. Georg. 4, 126 Qua niger humectat flauentia culta Galeſus. Colum. 7, 2. Humectat lacrimarum gramina riuo Ouid. Met. 9, 655. Humectans ora genasque lacrimis falſis Lucret. 1, 918. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 5, 5. Vultum humectat largo flumine Virgil. Aen. 1, 465. Oſcula humectans adſuctis labris Lucret. 4, 1187. *Sed* Oculi humectant Plin. 10, 3. *et* 11, 37 ſ. 54. *i. humeſcunt.*

HVMECTĀTVS, a, um. Partic. [ὑγρανθεὶς] Sil. 8, 438 Statque humectata Vomano Adria. Deſiccare humectata Veget. 1, 28.

HVMECTVS, a, um. Adi. [νοτισθεὶς] *Humectatus, humidus.* Humectus locus Varro de R. R. 1, 24. *Et* Cato c. 6. Stomachi humectus tenor Lucret. 4, 633. Solum humectae poſitionis Pallad. 11, 12. Humectiores *nubes* humilius meant Apul. de Deo Socr. p. 47, 25. *Comp.* Macrob. Saturn. 7, 15 Qui ſenſim trahunt potum, ventres habent humectiores. *Superl.* Idem Saturn. 7, 6 Mulier humectiſſimo eſt corpore. *Add.* ibid. c. 10.

HVMĬDVS, a, um. Adi. [ὑγρὸς] *Quod humorem inducit, vel humorem habet.* Cic. Verr. 1, 45 Ignem ex lignis viridibus atque humidis, in loco anguſto fieri iuſſit. Auſter et reliqui, *(venti)* qui a ſolis curſu impetum faciunt, ſunt humidiſſimi Vitruu 8, 2. Digito humido tangere medicamentum Scribon. 71. Dies humida Ouid. ex Pont. 4, 4, 1. Humus Idem Met. 5, 290. Lectus humidus *a lacrimis* Cic. Tuſc. 2, 33 c. 14. Lumina Ouid. Met. 9, 535. Medicamentum humidum Scribon. 257. *i.* liquidum, *vt* 37, 38. Nox Virgil. Aen. 3, 198. Nubila Ouid. Met. 8, 2. Plin. 10, 60 Sunt autem Oua ſterilia, et magis humida. Spiritus humidior Manil. 1, 816. Vapor humidus Ouid. Met. 1, 432. *Subſtant.* Tacit. Ann. 1, 61 Praemiſſo Caecinna, vt occulta ſaltuum ſcrutaretur, pontesque, et aggeres humido paludum, et fallacibus campis imponeret. Si in humidis omne vitium eſt Celſ. praef. 1. Humida, *pro mari* Auien. in Arat. v. 792. Guſtatus ſenſus Humidioribus et aquoſis commodatus Apul. de Dogm. Plat. 1 p. 9.

HVMĬDE. Adu. Plaut. Moſt. 1, 2, 67 Haec tigna humide putent.

HVMĬDO, āre. Celſ. 1, 3, 7 *lemma eſt,* De his, quae humidant et ſiccant: *tum,* Humidant autem corpus labor. *At reliquae Editt.* Humidum autem corpus efficit labor, *etc.* Morgagn. Ep. 3 in Celſ.

HVMIDV̆LVS, a, um. Adiect. Dimin. [ὑπονότιος] Linum humidulum Ouid. de Arte Am. 3, 629. Comae Auſon. Epigr. 106.

HVMĬFER, a, um. Adi. [γηϊνὸς, χοϊκὸς] Cic. de Diuin. 1, 15 c. 9 Naribus humiferum duxere ex aëre ſuccum. *ex antiquo Poëta.*

HVMIFĬCVS, a, um. Adi. *Idem, quod Humectans, humidum faciens.* Plin. 2, 101 Glaciem refundat, cunctaque humifico ſpiritu laxet. *de Luna.*

HVMIFĬCO, āre. Auſon. Eidyll. 8, 12 Sementem notus humificet.

HVMEFACIO, ĕre. Nebula maris diſperſa humeſacit, quidquid texerit Lactant. de Ira D. c. 20.

HVMEFACTVS, a, um. Partic. Vitruu. . . .

HVMIGO,

HVMĬGO, āre. *Idem, quod Humectare.* Vindicianus ad Valentinianum Imperatorem, Ad balnea mittitur, vt lauacro eius ſiccitas humigetur.

HVMIGATVS, a, um. Partic. Apul. Florid. *pr.* Ceſpes libamine humigatus.

HVMIGATIO, ōnis. *f.* *In* Fragm. Poët.

HVMERVS, i. m. [ὦμος] *Pars illa corporis humani, vbi brachia, collo, pectori, tergo iunguntur :* proprie Armi quadrupedum ſunt, Humeri hominum. *vid.* Iſidor. 11, 1. Ter. Eun. 2, 3, 22 Quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe. Ouid. Art. 3, 307 Pars humeri tamen ima tui, pars ſumma lacerti Nuda ſit. *vid.* LACERTA, *ſ.* LACERTVS n. 4. Candentes Horat. Carm. 1, 2, 33. Candidi Idem Carm. 1, 13, 9. Fortes Virgil. Aen. 9, 364. Incuruus humeris, *vid.* INCVRVVS. Inſignes Stat. Theb. 6, 572. Lati Virgil. Aen. 2, 721. Languentes Idem Aen. 11, 874. Superbi Val. Arg. 2, 492. Os humerosque deo ſimilis Virgil. Aen. 1, 589. Attollere humeros, *vid.* ATTOLLO. Demiſſa ex humeris laena Virgil. Aen. 4, 262. Exſerere humerum Ouid. Faſt. 1, 409. Exſtans altis humeris Virg. Aen. 6, 668. Cic. de Orat. 1, 228 Quod is C. Sulpitii Galli propinqui ſui Q. pupillum filium ipſe ſenem in humeros ſuos Extuliſſet. Ferre aliquid humero onuſto Horat. Serm. 1, 1, 48. Innixus in humeris, *vid.* INNITOR. Cic. de Aruſp. Reſp. c. 27 *extr.* Portare aliquid humeris Hor. Serm. 1, 5, 90. Recedere ab humero Celſ. 8, 11. Salluſt. in Cic. . . . Italia exulem humeris ſuis reportauit. Sparſus capillis Hor. Carm. 3, 20, 14. Suſtinere viuum bovem humeris Cic. de Sen. 33. Velare humeros oſtro Stat. Theb. 8, 564. Suſtinere Rempublic. humeris, *per translationem :* Cic. pro Flacc. 94 c. 37. Idem pro Milon. 25 Totam vt petitionem ſolus etiam inuitis illis gubernaret : vt comitia, ſuis vt dictitabat, humeris Suſtineret. ¶ 2 *Obſeruatt.* Humeri, *pro armis de bobus.* Cic. de Natur. Deor. 2, 159 Quid de bobus loquar ? quorum ipſa terra vires humerorum et latitudines ad aratra extrahenda, *etc.* Humeri *in* gallinaceis : Columel. 8, 2 Iubae deinde variae, vel ex auro flauae per colla, ceruiceſque in humeros diffuſae. *Quin* Humeri *de montium anfractibus, vt* Dorſum : Plin. 2, 44 Montium flexus, crebrique vertices, et conflexa cubito, aut confracta in humeros iuga, concaui vallium ſinus. *Vtrum ſunt* Humeri, *inter quos medius, ſ. interceptus eminet* Vertex, *a quo velut franguntur.* Humeri *etiam in vilibus et arboribus proportione humani corporis intelliguntur.* Columel. de Arb. 3, 1 *de ſeminibus, i. ſurculis vitium*, Optima habentur a lumbis, ſecunda ab humeris, tertia ſumma in vite lecta. *Eſt igitur locus velut medius quidam. Conf.* ibid. 20, 1 Obſeruabis autem ab humeris — vt eoſdem decerpas. *Illam cum humano corpore comparationem perſequitur* 3, 10, 11. Plin. 17, 14 Virgilius ex cacumine inſeri vetat : certumque eſt ab humeris arborum — ſurculos petendos.

HVMERVLVS, i. m. Dimin. Vulgat. 1 Reg. 7, 30.

HVMERĀLE, is. n. [ὠμὶς] Paullus in l. Qui commeatus D. de re milit. Nam ſi tibiale vel humerale miles alienauit, caſtigari verberibus debet.

HVMERŌSVS, a, um. Adi. [εὐρύωμος] Humeroſus locus Colum. 3, 10, 5. *vid.* HVMERVS, n. 2.

HVMESCO, HVMIDVS, HVMIFER, HVMIFICVS, *vid.* HVMEO.

HVMILIS, e. Adi. [ταπεινὸς] *proprie ſignificat terrae propinquum ; dicitur enim ab* humo. Plin. 2, 9 *de Luna*, Iam humilis et excelſa, et ne id quidem vno modo, ſed alias admota caelo, alias contigua montibus ; nunc in aquilonem elata, nunc in auſtros deiecta. *Ita* Virgil. Ecl. 4, 2 Humiles myricas *dixit, qui et* Aen. 3, 522 Italiam *appellat* humilem, *quatenus e longinquo nauigantibus etiam, qua montana eſt, vix eminere aliquantum videtur. Ad ſitum pertinet etiam, cum* Hor. Od. 3, 4, 16 Humile Ferentum *dixit.* Virgil. Ecl. 2, 29 Atque humiles habitare caſas. Petron. c. 135 Humilis caſa. Hor. Carm. 3, 1, 22 Somnus agreſtium lenis virorum non humiles Domos Faſtidit. Senec. Epiſt. 66 Humile corpuſculum *opponitur* corpori magno. *Et* Mel. 3, 7 Humiles paruique proceris et corpore ingentibus. *Add.* Curt. 7, 4, 6 Neminem tam humilem eſſe, vt humeri eius non poſſint Macedonis militis verticem aequare. Cic. Tuſc. 5, 37 Vites, et ea, quae ſunt humiliora, neque ſe tollere a terra altius poſſunt. Col. 4, 1 Humili ſtatu vitis plerumque iuxta terram coërcetur. Volatus humilis Valer. Flacc. 4, 515. ¶ 2 *Cum* Altum *interdum idem ſit, quod profundum ; etiam hoc reſpectu* Humile *ei opponitur.* Virgil. Aen. 7, 157 Ipſe humili deſignat moenia foſſa. Col. 4, 1, 6 Humilis poſitio *vitis, cum foſſae non fiunt profundae, quam eandem* ſuſpenſam *vocat. Sic* Plin. Epiſt. 8, 20, 5 Humilis radix *eſt, quae non profunde mergitur.* ¶ 3 *Ad corporis inclinationem refertur* Propert. 3, 15, 1 Nunc ô Bacche, tuis humiles aduoluimur aris. Ouid. Epiſt. 4, 149 Non ego dedignor ſupplex humiliſque precari. Virgil. Aen. 12, 930 Ille humilis ſupplexque oculos dextramque precantem Protendens. *Hinc etiam* Preces *et* Verba, *quae hoc geſtu, et ſubmiſſo vultu ac voce proferuntur*, Humilia *vocantur.* Cic. de Inu. 1, 22 c. 16 *pr.* Obſecratione humili ac ſupplice vti. *Et in fine libri*, Orantur illi, qui audiunt, humili et ſupplici oratione. Sen. Octau. 487 Voces humiles exprimit noſtri metus. *Obſeruemus, etiam* ſupplicem *proprie eſſe* geſtum. *Concurrit interdum etiam* Animus humilis, *de quo* n. 6. *Iam* ¶ 4 Humile *apud Rhetoras ſublimi et magnifico dicendi generi opponitur.* Cic. de Orat. 196 c. 58 *pr.* Iambus frequentiſſimus eſt in iis, quae demiſſo, atque humili ſermone dicuntur. *vid. Voſſ. Inſt. Or. 6, 5, 1. Ita* Petron. c. 83 Humillimi Poëta ſpiritus, *quem opponas* diuini ſpiritus Poëtae, *quo titulo Euripidem ornauit Vell. 1, 16.* Cic. Partit. 23 Augent etiam relata verba, iterata, duplicata, et ea, quae adſcendunt gradatim ab humilioribus verbis ad ſuperiora. Idem Orat. 192 c. 57 Ita neque humilem et abiectam orationem, nec nimis altam et exaggeratam probat. ¶ 5 *Ad fortunam et conditionem pertinet :* Petron. c. 126 Humilem te fateris et ſeruum. Cic. pro Mil. c. 7 Humilem hominem *opponit* conſulari ; *et* de Diuin. 1, 88 claro et praeſtanti ; *et* Attic. 9, 10 Homines humiles viris ampliſſimis ; Curtius *autem* 7, 6, 11 Humiliores principibus. *Add.* 3, 13, 7. *et* 6, 11, 1. Potentibus *autem* Liu. 3, 36. Phaedr. 1, 28, 1. Vellei. 2, 126, 3. Sen. Hippol. 610 *Phaedra ad Priuignum*, Matris ſuperbum eſt nomen et nimium potens, Noſtros humilius nomen affectus decet. Id. Thyeſt. 211. *Sic* Quinctil. 4, 1 Nam et potentes ſequitur inuidia, et humiles abiectoſque contemtus. *Iterum* Cic. pro Arch. c. 5 Humiles artes liberalibus et ingenuis *opponit.* Nep. praef. 5 Haec apud nos humilia ponuntur, *h. e. principum perſonis indigna.* Cic. pro Arch. 10 c. 5 Etenim cum mediocribus multis, et aut nulla, aut humili aliqua Arte praeditis, *etc.* Nep. Milt. 8, 4 Nemo tam humilis erat, cui non ad eum aditus pateret ; *et* Attic. 19, 2 Fortuna humilior ; *et* Ageſ. 8, 2 Humilis veſtitus. Iuſtin. 21, 5, 3 *de Dionyſio exule*, Humillima quaeque tutiſſima exiſtimans in ſordidiſſimum vitae genus deſcendit. Phaedr. 1, 27, 2 Qui humiles nati ſunt. *Eoſdem* Cic. de Amic. c. 19 Humilibus natos parentibus *vocat.* Idem Verr. 5, 181 Pompeius humili atque obſcuro loco natus, nonne — ampliſſimos honores eſt adeptus ? Idem de Amicit. 29 Ortus humilis et minime generoſus. Ouid. Met. 14, 699 Humili de ſtirpe creatus. Liu. 3, 19 Humillimus homo de veſtra plebe. Idem 1, 19 Viden tu puerum hunc, quem tam humili cultu educamus. Cic. de Amic. 31 Nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinum ſuſpicere poſſunt, qui ſuas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tamque contemtam. Cic. Philipp. 14, 34 Nec diſperſis buſtis humili ſepultura crematos. Idem pro Quint. 95 Indignum eſt vinci ab inferiore atque humiliore. Idem de Inu. 1, 5 c. 4 Ac mihi quidem videntur homines cum multis rebus humiliores et infirmiores ſint, hac re maxime beſtiis praeſtare, quod loqui poſſunt. Cic. Attic. 8, 4 Nunquam reo cuiquam tam humili, tam ſordido, tam nocenti, tam alieno, tam praeciſe negaui. Plin. 7, 36 Humilis in plebe, et ideo ignobilis puerpera. Liu. 3, 19 Scilicet, ſi quis vobis humillimus homo de veſtra plebe, *etc.* Tacit. Hiſt. 1, 81 Et vt cuique humillimus cliens. *Et* 2, 23 Humillimo cuique credulus. ¶ 6 *Ad animum refertur, et* excelſo magnoque *opponitur, vt paruum, exilem, ieiunum denotet.* Cic. de Fin. 1, 49 c. 15 Succumbere doloribus, eoſque humili animo imbecilloque ferre, miſerum eſt. *Et* 5, 57 Omnium caeterorum obliti nihil humile, nihil abiectum cogitant. *Add.* Att. 7, 3. Cic. Off. 3 c. 32 Quae timido animo, humili, demiſſo fractoque fiant. Lucret. 6, 51 Efficiunt animos humiles formidine Diuûm. Vellei. 2, 83, 1 Humillimus aſſentator. Tacit. Hiſt. 1, 53, 3 Humilem *multis viſum eſſe* Vitellium *refert.* Id. Agr. 16, 5 Trebellius fuga ac latebris vitata exercitus ira, indecorus atque humilis precario mox praefuit. Mens anguſta et humilis Cic. poſt red. in Sen. 9. Metus humilis Claudian. de Bell. Get. 53. Pauor Virg. Georg. 1, 331. Cic. Act. in Verr. 1, 17 c. 6 Cum iſte repente ex alacri atque laeto, ſic erat humilis atque demiſſus, vt non modo Pop. Rom. ſed etiam ſibi ipſe condemnatus videretur. ¶ 7 *Neque tamen ſemper ignauum et abiectum notat ; ſed mediae cuiusdam ſignificationis eſt.* Cic. pro Font. 23 c. 11 Sic exiſtimatis eos — hic verſari animo demiſſo atque humili, vt ſolent ii, qui affecti iniuriis ad opem iudicum ſupplices, inferioreſque confugiunt. *Huc pertinent etiam quaedam illorum, quae ſupra dedimus* n. 3. *Nempe geſtum illum vocemque humilem animi ſui Symbolum eſſe volunt ſupplices.* Ter. Hec. 3, 3, 20 Vt res dant ſeſe, ita magni atque humiles ſumus. *At* Senec. de Ira 2, 6 Quid ſi dicatur, virtutem et humilem, et magnam eſſe debere ? *huc referre non auſim. Vt enim ille locus eſt obſcurus et anceps, a corruptione, puto, et interpolatione : ita poſſunt laudata verba continere deductionem ad abſurdum. Magis huc pertinet* Propert. 1, 10, 27 At quo ſis humilis magis, et ſubiectus Amori, Hoc magis effectu ſaepe fruare bono. *Et* 3, 7, 29 *in laude Maecenatis, poſt illa*,

Quum tibi Romano dominas in honore ſecures,
Et liceat medio ponere iura foro, *etc.* *addit*
Parcis, et in tenues humilem te colligis vmbras,
Velorum plenos ſubtrahis ipſe ſinus.

Itaque mirum non eſt, in laude poni a ſequioris aetatis, Chriſtianis praeſertim ſcriptoribus. Spartian. Iulian. c. 9 Obiecta ei eſt ſuperbia, cum ille etiam in imperio fuerit humillimus. *Eo minus mirum eſt, humiles ab* Interpr. Vulg. *in laude dici Chriſtum*, Matth. 11, 29, *et eius diſcipulos. Multa de hoc nomine primus in medium protulit Heuman. Poeciles* T. 1 P. 3 p. 427 ſq.

HVMILĬTER. Adu. [ταπεινῶς] *h. e. Demiſſe.* Plin. Epiſt. 6, 24 Eadem enim facta claritate vel obſcuritate facientium, aut tolluntur altiſſime, aut humillime deprimuntur. Liu. 24, 25 Haec natura multitudinis eſt, aut ſeruit humiliter, aut ſuperbe dominatur. Humiliter, et demiſſe ſentire : *cui contrarium* Elate et ample Cic. Tuſc 5, 24 c. 8 *extr.* Humilius *et* altius *opponuntur* Pallad. 3, 13.

HVMILITAS, ātis. f. [ταπεινότης] *Contrarium eſt* Altitudini. Cic. de Diuin. 2, 91 c. 43 Docet ratio mathematicorum, quanta humilitate luna feratur, terram paene contingens. Idem Tuſcul. 5, 69 c. 24 Sidera inter ſe altitudine et humilitate diſtantia. Aliorum ea eſt humilitas, vt cibum terreſtrem roſtris facile contingant Cic. de N. Deor. 2 c. 47 *extr.* Arborum Salluſt. Iugurth. c. 49. Nauium Caeſ. Bell. G. 5 c. 1. ¶ 2 Ignobilitas, paupertas, *vt ait* Cic. Tuſcul. 5, 29 c. 10. Idem Offic. 2, 45 Quorum autem prima aetas propter humilitatem et obſcuritatem in hominum ignoratione verſatur. Idem Philipp. 13, 23. Humilitas inopiaque Curt. 4, 1, 24. Lucillianae ſchedium humilitatis Petron. c. 4 *de ſtilo : alii* improbitatis. Humilitas, Dignitati *opponitur.* Cic. pro Roſc. Am. 156 c. 47 Quis enim erat, qui non videret humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere ? Salluſt. Iugurth. c. 73 Imperatori nobilitas, quae antea decori fuerat, inuidiae eſſe ; at illi alteri generis humilitas fauorem addiderat. *Sic* Humilitatem generis alicui obiicere Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 15. Vltra humilitatis noſtrae terminos euagamur Min. Felix 5, 6. ¶ 3 *Ad animum pertinet, et vitium* Magnanimitati *oppoſitum ſignificat. Sic* Plin. Epiſt. 8, 6 Humilitas Senatus *reprehenditur, qui ſeruili adulatione ductus liberto Pallanti immodicos honores decreuiſſet. Conf.* Cic. de Orat. 1 c. 53. Numerare inter monſtra, quod ancilla haberet matronae ſuperbiam, et matrona ancillae humilitatem Petron. c. 126. Humilitatem habet metus Cic. Tuſc. 3, 27 c. 13 *pr.* ¶ 4 *Media eſt quaedam* Humilitas. Saepe virtus et magnificentia, in qua grauitas et auctoritas eſt, plus proficit ad miſericordiam commouendam, quam humilitas et obſecratio Cic. de Inu. 1 c. *extr. Conf.* Caeſ. B. C. 1, 85, 5. *Sed apud Chriſtianos quiddam laudabile ſonat, Virtuſque eſt iis propria*, Humilitas animi Lactant. 5, 15. Auguſt. tom. 9 p. 221 Humilitas tota eſt, vt quis ſe cognoſcat. *Add.* Sulp. Seuer. in Vita Martini 2, 7. Vulg. Coloſſ. 3, 13 *etc.*

HVMILIO, āre. *Vox apud Scriptores Eccleſiaſticos.* Tertullian. Cyprian. Saluian. *it.* Ammian. 30, 10. *Vid. Cellar. Cur. Poſt.*

HVMILIATVS, a, um. Partic. Vulg. 1 Reg. 21, 29.

HVMILIFĬCO, āre. Tertull. de Poenit. c. 9.

HVMILIATIO, ōnis. f. Tertullian. adu. Hermog. c. 7. *et* de Pat. c. 13.

HVMO, *vid.* HVMVS.

HVMOR, ōris. m. [χυμὸς, νοτὶς, ἰκμὰς] *Liquor, fluidum omne, in primis aqua.* Cic. de Diuin. 2, 58 Et humor allapſus extrinſecus, vt in tectoriis videmus Auſtro, ſudorem videtur imitari. Idem de Natur. Deor. 2, 43 Et terrenis marinisque humoribus longo interuallo extenuatis alantur. *de aſtris.* Aquae humor Lucret. 1, 308. Stomachi humor Scribon. 105. Collectus veſicae l. 14 ff. de Aedil. Ed. Humores, *pro* Excrementis Scrib. 229. *Aliorum loca contulit Rhod. in Lex. Scrib. Vid. mox* Praeſandus, Saccatus, Spurciſſimus. Aduenticius, *vid.* ADVENIO. Aquatilis, *vid.* AQVA. Corruptus Quinctil. 2, 10. Candens lacteus humor, *i. candens humor lactis* Lucret. 1, 259. Craſſus Perſ. 3, 12. Deciduus, *vid.* DECIDO. Dulcis Lucret. 2, 473. Exiguus Virgil. Georg. 1, 70. Gelidus canis in montibus Idem Georg. 1, 43. Maſſicus Bacchi Virg. Georg. 2, 143. Praeſandus Plin. 7, 51. *i. vrina.* Ruber, *i. ſanguis* Lucret. 4, 1045. Saccatus corporis Idem 4, 1022. *i. vrina.* Spurciſſimus Apul. Met. 1. Splendidus Lucret. 6, 1185. Tener Virgil. Georg. 2, 331. Bibit humorem tellus Idem Georg. 2, 218. Defecerat humor linguae Ouid. Met. 9, 566. Euocare corruptum humorem Celſ. 2, 17. Excedit humor Idem 8, 10. Exſiccat humorem omnem ſtomachi Scribon. 105. Hauſto auide humore Curt. 7, 5, 8. Virgil. Georg. 1, 43 Vere nouo gelidus canis quum montibus humor Liquitur. Madeſcimus humore Quinct. 6, 2. Humore radices Subeunte Curt. 5, 4, 8. *De lacrimis* Pedo Albin. 3, 13 Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor. Cic. Tuſcul. 3 c. 12 *ex Poëta,* Lacrimae peredere humore exſangues genas. *De Nebulis et Nubibus* Seuer. Aetna 310 Hinc cernere ventos Haud humore etiam nebulas effundere largo, *etc. Et* 314 Eminus adſpirat fortis et verberat humor. Humor *etiam illud liquidum, quod coquendo abſumitur.* Virgil. Georg. 1, 295 Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem. Humoris aliquantulum habeo in corpore, et nondum exarui ex amoenis rebus et voluptariis Plaut. Mil. 3, 1, 45.

HVMORŌSVS, a, um. Adi. *Humidus.* Apul. de Herb. c. 51. *Add.* Th. Priſc. de Diaeta c. 12. C. Aurel. Acut. 2, 10, 66.

HVMVS, i. f. [γαῖα, χοῦς, γῆ, χθὼν] *Terra dicitur.* Cic. de Senect. 59 Humum ſubactam atque puram. Idem de Legib. 2, 57 Quos humus iniecta contegeret. Arenoſa Ouid. de Rem. Amor. 596. Arens Idem Amor. 3, 6, 96. Diues Ouid. Met. 1, 137. *Fecundam intelligit.* Graminea Idem Epiſt. 4, 44. Immunda Ouid. de Art. Am. 1, 154. Limoſa Idem de Rem. Amor. 142. Macerrima, *vid.* MACER. Mollis viridi caeſpite Ouid. de Arte Am. 3, 688. Paludoſa Idem Met. 15, 268. Pinguis Virgil. Georg. 2, 184. Tonſa Ouid. de Rem. Amor. 192. Vda Hor. Carm. 3, 2, 24. Accerſita, *vid.* ACCERSO. Attollere aliquem ab humo Virgil. Aen. 5, 452. Exercere humum Idem Georg. 1, 220. Mandare aliquem humo, *vid.* MANDO. Ponere corpus in humo Ouid. Her. 4, 44. Quieſcere humo Idem Faſt. 1, 424. Propert. 4, 11, 10 Dum pretium vitae *(pure apud ſuperos transactae)* grata Rependit humus, *i. inferi, manes. Sic Brouckhuſius, firmatque ſententiam ſuam loco* Cic. Tuſc. 1 c. 6 *quem primum damus in* HVMO. Sedit humo nuda Ouid. Met. 4, 261. Spargere humum foliis Virgil. Ecl. 5, 40. Stratus humo gelida Stat. Theb. 10, 312. Tollere ſe humo Virgil. Georg. 3, 9. ¶ 2 Humu, *Ablatiuus antiquus, pro* Humo. Varro Pranſo parato Contra coactus ceruus latratu canum Fertur biſulcis vngulis nitens humu. Varro Ταφῇ Μενίππου, In pauimento non audes facere lacunam, at in humu calceos facis elixos. *Haec* Non. 8, 36. ¶ 3 Humi, [χαμαὶ] *Genitiuus vice Aduerbii poſitus: aliquando conſtruitur cum verbo quietis, aut motus non exterioris, et ſignificat In humo, vel Super humum, vel Intra humum.* Plin. 9, 13 Humi quoque vice pedum ſerpunt. Columel. 8, 14 Ineunt autem non, vt priores aues, de quibus diximus, inſiſtentes humi. Idem . . . Vt latius ſeſe frutex humi diffundat, *i. intra humum.* Fuſus humi Virg. Aen. 6, 423. Iacere humi, *vid.* IACEO. *Conſtruitur etiam cum verbo motus ad locum.* Virgil. Aen. 1, 193 Nec prius abſiſtit, quam ſeptem ingentia victor Corpora fundat humi. Iuuen. Sat. 8, 78 Stratus humi palmes viduas deſiderat vlmos. Proſternit humi iuuenem Ouid. Met. 5, 197. Serpit humi Horat. de Arte Poët. 28. Spargere aliquid humi Ouid. Met. 3, 105. Salluſt. Iugurth. 48, 3 Veſtitus *collis* — generibus arborum, quae humi arido atque arenoſo gignuntur. *Sic bonis auctoribus Cortius, praeſertim* Priſciano 18 p. 1214. *Nempe* aridum humi, arenoſum humi *ea ratione dicitur, vt* ardua montium, plana camporum, lubricum viae.

HVMO, āre. [θάπτω] *Humo contegere, ſepelire.* Cic. Tuſcul. 1, 108 c. 16 In terram enim cadentibus corporibus, hisque humo tectis, ex quo dictum eſt humari, ſub terra cenſebant reliquam vitam agi mortuorum. Plin. 7, 54 Sepultus intelligitur quoquomodo conditus: Humatus vero, Humo contectus. Cic. de Legg. 2 c. 22. Corpora ſuorum non humare, niſi a feris ſint antea laniata, Magorum mos eſt Cic. Tuſcul. 1, 108. *Conf.* Idem de Diu. 1 c. 27. Non ille Antilochi vidiſſet corpus humati Propert. 2, 10, 49. Quisque ſuum pro re conſortem moeſtus humabat Lucret. 6, 1279. Corpus humandum Virg. Aen. 6, 161. Hic populus ſemper conſuerat humari Lucret. 6, 1279. Humare taleas, *i. terra obruere* Colum. 5, 9, 4.

HVMATVS, a, um. Partic. Martial. 6, 28 Hoc ſub marmore Glaucias humatus.

HVMATIO, ōnis. f. [ταφὴ] *Sepulturae genus antiquiſſimum.* Cic. Tuſc. 1, 102 c. 43 Cuius hoc dicto admoneor, vt aliquid etiam de humatione et ſepultura dicendum, exiſtimem.

HVMATOR, ōris. m. [θάπτης] Lucan. 7, 799 Non illum Poenus humator Conſulis, *etc.*

H V N

HVNNI, orum. m. [Οὖννοι] *Gens Scythica, et ferociſſima prope Gothos. Vid.* Amm. Marcell. 31 *pr et Zonar. 16, 12.*

H Y A

HYACINTHVS, i. m. [Ὑάκινθος] *Puer dilectus Apollini: quem quum Apollo imprudens diſco necaſſet, vertit in florem illius nominis: in quo duae literae inſcriptae cernuntur αι: quae vox lugubris, hoc eſt dolentis interiectio eſt. Vid.* Ouid. Met. 10, 185. *Ponemus modo a v.* 210 Tyrioque nitentior oſtro Flos oritur, formamque capit, quam lilia; ſi non Purpureus color huic, argenteus eſſet in illis, *etc. De flore Hyacintho:* Plin. 21, 11 Poſt hanc gladiolus comitatus hyacinthis. Nouiſſima roſa, eademque prima deficit, excepta ſatiua: e caeteris hyacinthus maxime durat, et viola alba et oenanthe, — Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum praeferens eius, quem Appollo dilexerat, aut ex Aiacis cruore editi, ita diſcurrentibus venis, vt Graecarum literarum AI figura legatur inſcripta. Virgil. Ecl. 3, 63 — et ſuaue rubens hyacinthus. Caeleſtis numinis hyacinthus Columel. 9, 4, 4. Numinis *hic locum non habere, planum eſt.* Nominis *ſuſpicabatur Salmaſius, cum* Iris *etiam vocetur. Sed nihil planius, quam* luminis, *i. coloris, quod etiam Morgagno placet. Caeterum* Pallad. 1, 37, 2 *de* Hyacintho, Qui iris vel gladiolus dicitur, ſimilitudine foliorum. Caeruleos et niueos *memorat* Columella 10, 100. Ferruginei Virgil. Georg. 4, 183. Colum. 10, 305. Languens Virg. Aen. 11, 69. Mollis Idem Ecl. 6, 53. ¶ 2 *Lapis pretioſus.* Plin. 37, 9 Hyacinthos Aethiopia mittit, et chryſolithos aureo colore tranſlucentes, *etc. vid.* VACINIVM.

HYACINTHĬNVS, a, um. Adi. [ὑακίνθινος] *Quod eſt coloris hyacinthi.* Perſ. 1, 32 Hic aliquis cui circum humeros hyacinthina laena, *coenatoria veſtis pretioſi coloris.* Flos Catul. 59 (62) 93.

HYACINTHIA, orum. n. *Pl.* [Ὑακίνθια] *Feſta.* Ouid. Met. 10, 219 Celebrandaque more priorum Annua praelata redeunt Hyacinthia pompa.

HYACINTHIZONTES, um. m. *Pl. Smaragdi,* hyacinthi *colorem imitantes.* Plin. 37, 5. Solin. c. 55.

HYADES, *vid.* HYAS.

HYAENA, ae. f. [ὕαινα] *Animal in Africa natum.* Plin. 8, 30 Hyaenis vtramque eſſe naturam, et alternis annis mares, alternis feminas fieri. Parere ſine mare vulgus credit, Ariſtoteles negat. Collum et iuba continuitate ſpinae porrigitur, flectique niſi circumactu totius corporis nequit. Multa praeterea mira traduntur: ſed maxime, ſermonem humanum inter paſtorum ſtabula aſſimulare, nomenque alicuius addiſcere, quem euocatum foras laceret: item vomitionem hominis imitari, ad ſolicitandos canes, quos inuadat. Ab vno animali ſepulcra erui, inquiſitione corporum. Feminam raro capi. Oculis eſſe mille varietates colorumque mutationes. Praeterea vmbrae eius contactu canes obmuteſcere. Et quibusdam magicis artibus omne animal, quod ter luſtrauerit, in veſtigio haerere. *Add.* Solin. c. 30 *quem locum, cum varietate non nulla repetit.* Vet. Sch. ad Lucan. 6, 672. *it. Aelian. 2, 35.* Ouid. Met. 15, 409 Alternare vices, et quae modo femina tergo Paſſa marem eſt, nunc eſſe marem miramur Hyaenam. Hyaenae corium Scribon. 172. — fel 38. — pellis 172. Lucan. 6, 672 Dirae nodus hyaenae *inter medicamenta magica: intelligit autem ſpinam illam dorſi rigidam.*

HYAENIA, ae. f. *et* HYAENIVM, i. n. *Gemma in oculis hyaenae naſcens. Vid.* Plin. 37, 10. *et* Solin. c. 30.

HYĂLE, es. f. *Nympha, vna ex comitibus Dianae.* Ouid. Met. 3, 172.

HYALOIDES, is. n. *Vitreus humor oculi.* Celſ. 7, 7, 13.

HYĂLVS, i. m. [ὕαλος, ὕελος] *Vitrum: ſumitur pro Viridi colore.* Virg. Georg. 4, 334 Mileſia vellera nymphae Carpebant hyali ſaturo fucata colore, *i. Vitri, quod ſit naturaliter coloris viridis.* Auſon. Moſ. 418 Caeruleos nunc Rhene ſinus, hyaloque virentem Pande peplum.

HYĂLĬNVS, a, um. Adi. *Vitreus, pellucidus, viridis: vt vel materiam notet, vel qualitatem.* Fulgent. Mythol. 1 pr. p. 26 Sphaera hyalina. Mart. Capell. 8 p. 273 *fin. Aſtronomiae ſunt* Alae cum pennis hyalinis, *i. pellucidis. Et* 1 p. 17 *extr.* Iupiter veſti admodum candidae obducit amictus hyalinos. *Et* 6 p. 189 *pr.* Decentem quandam atque hyalini pulueris reſperſione coloratam, velut menſulam, *tribuit Geometriae, quem deinde* p. 190 *pr.* abacum *vocat. Videtur autem* Hyalinus puluis *fuiſſe etiam materia vitreus, ob grauitatem, ne ab omni aura periculum ſit figuris in eo deſignatis.*

HYAMPŎLIS, is. f. Vrbs Phocidis prope Boeotiam Plin. 4, 7. Stat. Theb. 7, 345 Et valles, Lebadea, tuas et Hyampolin, *etc.*

HYAS, adis. f. [Ὑὰς] Hyades, *ſeptem filiae Atlantis, et Pleiones ſ. Aethrae Oceanitidis, h. e. filiae Oceani: quae fratrem ſuum (qui* Hyas *dictus eſt) a leone vel apro necatum ita fleuerunt, vt a luctu conſumtae ſint, et ob pietatem in caelum tranſlatae. Sunt ſeptem ſtellae in capite Tauri, quae et Haedi, et Suculae dicuntur, et Atlantides. Haec et multa* Hygin. f. 192. Plin. 2, 29 Qualiter in Succulis ſentimus accidere, quas Graeci ob id pluuio nomine Hyadas appellant. *Nempe* ὕειν *pluere eſt.* Idem 18, 26 ſ. 66 Nimborum argumento Hyadas appellantibus Graecis has ſtellas. Quod noſtri a ſimilitudine cognominis Graeci propter ſues impoſitum arbitrantes, imperitia appellauere ſuculas. *Copioſe ea de re diſputatur apud* Gell. 13, 9. Cic. de Natur. Deor. 2, 110 *de Tauro,* Eius caput ſtellis conſperſum eſt frequentibus, Has Graeci ſtellas Hyadas vocitare ſuerunt. Ouid. Faſt. 5, 163 *ſqq.* At ſimul inducent obſcura crepuſcula noctem: Pars Hyadum toto de grege nulla latet. Pluuiae Hyades Virg. Aen. 3, 516. Inſerena Hyas Stat. Silu. 1, 6, 21. Nimboſa Claud. de B. Gild. v. 499. Triſtes Hor. Carm. 1, 3, 14.

HYAS, antis. m. [Ὕας] *dictus eſt, qui Boeotiam gubernabat; a quo* Hyantes, *Boeotii dicti ſunt, vt ait Strabo 7 et 10. conf.* Plin. 4, 7.

HYANTIVS, *ſ.* HYANTĒVS, a, um. Adi. [Ὑάντιος] *Boeotius: vt, de* Actaeone Ouid. Met. 3, 146 Participes operum compellat Hyantius ore. *Sed* Idem Met. 5, 312 Fonte Meduſaeo, et Hyantea Aganippe. Stat. Theb. 1, 184 *de Cadmo,* Exul Hyanteos inuenit regna per agros.

HYANTIDES, um. f. *Pl. Muſae, quae in Boeotiae monte Helicone habitaſſe finguntur.*

H Y B

HYBERNIA, *melius* HIBERNIA, ae. f. [Ἰκερνία] *Inſula inter Septentrionem et Occidentem ſolem, dimidio minor quam Britannia, cui propinqua eſt. Vid.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 13 Ab Hiberno tempore, vt quidam putant, ſic appellata, propter hiemis magnitudinem. *Dicitur et* Iërne *a* Claud. de Conſ. Hon. 4, 33 Scotorum cumulos fleuit glacialis Iërne. *vid.* HIBERNIA.

HYBERNĬCVS, *melius* HIBERNICVS, a, um. Adi. [Ἰκερνικὸς] Mare Hibernicum: *vid.* Plin. 4, 16.

HYBERNVS, *rectius* HIBERNVS, a, um. Adi. [χειμερινὸς] *ab* Hieme *deductum, quod ipſum nomen damus in* HYEMS. Hibernae tunicae Plaut. Mil. 3, 1, 93. Plin. 8, 47 Multi hibernos Agnos praeferunt vernis. Alpes Tac. H. 1, 70. Annus Hor. Epod. 2, 29. Cubiculum Cic. Q. Fr. 3, 1. *i. aptum ad vſum hiemis.* Tac. Agr. 22 Quia ſoliti plerumque damna aeſtatis, hibernis Euentibus penſare. Flatus hiberni Virgil. Georg. 2, 339. Grando Ouid. Met. 5, 158. *vid. mox* Sol. Imbres Sen. Med. v. 584. Tacit. Hiſt. 3, 69 *extr.* Plin. 12, 19 Praeterea hibernum Mare exigunt circa brumam, Euris tum maxime flantibus. Horat. Epod. 15, 7 Nautis infeſtus Orion Turbaret

baret

baret hibernum Mare. Menſes Cic. Verr. 5, 26 c. 10. Nauigatio Cic. Attic. 15, 25. Nix Horat. Carm. 4, 12, 3. Noctes Virgil. Aen. 6, 355. Sol aut ignis hibernus, et refrigeratio aeſtate Cic. de Sen. 46. Soles Virgil. Georg. 2, 482. Tempus Cic. Verr. 5, 26. Tempus anni hibernum Hirt. de B. Alex. c. 43. ¶ 2 Hiberna, *intell. caſtra, vel certe loca, in quibus milites hieme ſtationem faciunt.* Tacit. Ann. 15, 10 Et nunc relictis hibernis. Cic. in Piſ. 86 Tradere hiberna. Mittere in hiberna cohortes Idem de Prou. Conſ. 5. Dimittere in hiberna exercitum Pollio ad Cic. Fam. 15, 4. In hibernis legiones collocare Idem Fam. 10, 33. Sumere hiberna Nep. 18, 8, 4. Iiſdem hibernis tendere Tacit. Hiſt. 1, 55. Hiberna *etiam ſunt, vbi pecora hibernant.* Marcell. in l. qui ſaltum D. de legat. 3 Qui ſaltum aeſtiuum legauit, et hoc amplius etiam eas res, quae ibi eſſe ſolent: non videtur de illis pecoribus ſenſiſſe, quae hieme in hibernis, aut aeſtate in aeſtiuis eſſe ſolent: ſed de illis, quae perpetuo ibi ſunt. *Denique* Hiberna, *Villae pars ad hibernum tempus aedificata.* Cic. Attic. 13, 29 In villa video nihil, aut pauca mutata, balnearia tamen laudat: maiora de minoribus ait hiberna effici poſſe. *De his vid. Lexic. Pitiſc.* Varro de R.R. 1, 1 *extr.* Plin. Ep. 9 vlt.

HYBERNACVLVM, *melius* HIBERNACVLVM, i. n. [χειμάδιον] *Idem, quod Hiberna, orum.* Liu. 22, 32 COSS. M. Attilius Regul. Cn. Seruilius Gemi, exercitu accepto, hibernaculis mature communitis, *etc.* Idem 30, 3 *extr.* Hibernacula Carthaginienſium, congeſta temere ex agris materia, exaedificata, lignea ferme tota erant. *Conf.* Claudian. Conſ. Honor. 4, 322. ¶ 2 *Pars aedificii ad habitandum hiberno tempore idonea.* Plin. Epiſt. 2, 17 Huius cubiculi, et triclinii illius obiectu includitur angulus, qui puriſſimum ſolem continet, et accendit: hoc hibernaculum, hoc etiam gymnaſium meorum eſt. Vitruu. 1, 2 Item naturae decor erit, ſi cubiculis et bibliothecis, ab oriente lumina capientur: balneis et hibernaculis, ab occidente hiberno. *Meminit et 6, 3. Rurſus 7, 4 extr.*

HYBERNO, *ſ.* HIBERNO *potius*, āre. [ἐγχειμάζω] *Stationem hieme facere.* Cic. pro L. Manil. 39 c. 13 Iam vero quemadmodum milites hibernent, quotidie ſermones ac literae perferuntur. Hibernant *etiam* piſces: Plin. 9, 15 Bruma non vagantur: vbicunque deprehenſi vsque ad aequinoctium, ibi hibernant. *de thynnis.* Perſius 6, 7 Hibernare mare *dixit* (*quemadmodum* Horat. Hiemare) *i. Saeuire.*

HYBLE, es; *vel* HYBLA, ae. f. [Ὕβλα] *Mons et regio Siciliae, in qua thymi et ſalicum copia.* Ouid. in Ibin 199 Nam neque quot flores Sicula naſcantur in Hybla, dicam. Thymus Hyblae Virgil. Ecl. 7, 37. Martial. 2, 40 Florida per varios vt pingitur Hybla colores. *Tres eius nominis Vrbes Siculae fuere. Vid. Drakenb. ad* Sil. 14, 200.

HYBLAEVS, a, um. Adi. [Ὑβλαῖος] *Vt*, Apes Hyblaeae, *et* Mel Hyblaeum. Virgil. Ecl. 1, 55 Hyblaeis apibus florem depaſta ſalicti. Martial. 11, 43 Quum dederis Siculis mediae de collibus Hyblae, Cecropios dicas tu licet eſſe fauos. Claud. Feſcen. Nupt. Honor. 105.

HYBRIS, ĭdis; *vel* HYBRIDA, ae. f. *Sed al.* IBRIS, *vel* IBRIDA: *videtur generale nomen omnium* Ambigenarum, *i. ex diverſi generis parentibus ortorum. Sic* Hybridae *ſunt* Canes imparibus parentibus nati, *inquit* Porphyrio *in* Schol. *ad* Hor. Sat. 1, 7, 2 hoc eſt ex venatico et gregario. *De hoc genere vid. Barth. et Viit. ad* Grat. 253 Semiferam Thoum de ſanguine prolem. Hybridae, *Sues ex fero et domeſtico ſue progeniti. Sic in carmine de* Ambigenis, Apris atque ſue ſetoſus naſcitur Ibris. *Sic enim ibi ſcribitur.* Plin. 8, 5 In nullo genere aeque facilis miſtura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas vocabant, ceu ſemiferos, ad homines quoque, vt in C. Antonium Ciceronis in Conſulatu Collegam, appellatione translata. Sueton. in Auguſto c. 19 Aſinii Epicadi ex gente Parthyna hybridae. *Notabile eſt, quod obſeruat Burmann.* Epicadum praefectum peditibus Parthynorum Liu. 44, 30. *Tales* Hybridae *ſunt* Hirt. de Bell. Afr. 19 Quos — equites Germanos Galloſque, ibique poſtea ex hybridis libertinis ſeruiſque conſcripſerat. *Talis erat, de quo* Horat. Serm. 1, 7 *pr.* Hybrida quo pacto ſit Perſius, vltus opinor: Patre Aſiatico Graeco Clazomenius, matre Romana, *vt monet* Acron, *qui etiam monet*, Hybridam *vocari* aquilam eam, quae ex aquila et vulture naſcitur: *item*, qui mixto genere ſermonis loquatur, Graece Latineque. *Tales ſunt omnes, quos enarrat* Martial. 6, 39. *nempe ex vna matre, ſed diuerſis gentibus et generibus ſeruorum nati, quem* Hybridarum gregem *appellat. Cum reſpectu ad humilitatem et contemtum talium hominum*, Mart. 8, 22 Inuitas ad aprum, ponis mihi Gallice, porcum: Hybrida ſum, ſi das, Gallice, verba mihi. *De ſignificatione ergo et vſu verbi ſatis conſtat. De Orthographia et origine non item.* Hybrida *habent libri, credo, plerique omnes. Seruauit certe apud Horatium Bentleius, et in aliis editores doctiſſimi. Sunt etiam, qui ortum dicant ex Gr.* ὕβρις, *quaſi per contumeliam naturae illatam naſcantur. Sed hoc nihil eſt. Scalig. ad* Varron. R. R. 1, 18, 6 *Ea vox* (Vmber) *apud veteres ſignificabat ſpurium. Vnde apud* Plinium (8, 49 ſ. 75) *inſiticium quoddam genus ouium* Vmbri *dicuntur*, (*vid.* MVSIMON) *vt apud Graecos* ὀμβρίκαλοι. *Sed* Ibrumne, *an* Imbrum, *an* Vmbrum *dicas, nihil refert. In* Vet. Gloſſ. Imbrum, ἡμίονον, πρόβατον. *item*, Iber, ἡμίονος. *Ab eo certe* Ibridas *ſpurios vocarunt. Fauet Scaligero illud* Ibris *ex vet. carmine de* Ambigenis *modo prolatum. Et* Iſid. Or. 12, 1 *extr.* Hibride ex apris et porcis, *vt habet editio prima, al.* Hibridae. *Cum praeſertim ab* ὕβρις *commode deriuari non poſſit. Caeterum non male viri docti* Hybridas *voces vocarunt e duabus linguis conflatas, quarum exempla qui deſiderat, adire poteſt Voſſ. Rhet. 3, 2, 1. Popmam ad* Cic. Att. 2, 1 p. 171 ſq. *Graeu. et de vſu antiquae locut. 1, 15.*

H Y D

HYDASPES, is. m. [Ὑδάσπης] *Fluuius Indiae, dictus ab* Hydaſpe, *antiquiſſimo Medorum rege.* Lucan. 8, 227 Niſſaeus Hydaſpes. Eous Stat. Theb. 9, 441. Fabuloſus Hor. Carm. 1, 22, 7. Fuſcus Idem Serm. 2, 8, 14. Odoratus Claudian. de Rapt. Proſerp. 2, 82. *Eſt et* Hydaſpes *Perſiae fluuius, ſi fides habenda* Curtio 4, 5, 4 *qui* Euphratem, Tigrim, Araxem et Hydaſpen Munimenta regni Perſarum *vocat: idem forte, qui* Virgilio Georg. 4, 211 — Medus Hydaſpes. *Cum* Medica *et* Perſica *ſaepe miſceantur. Sed nihil eius Geographi. Confunduntur alias etiam* Choaſpes *Perſiae, et Indiae* Hydaſpes. *Vid. Freinſh. ad* Curt. 5, 2, 9.

HYDASPĒVS, a, um. Adi. Claudian. de Conſ. Honor. 3, 4 Diues Hydaſpeis augeſcat purpura gemmis. Sidon. Paneg. Anthem. 446 Non Pori modo regna precor, nec vt hiſce lacertis Frangat Hydaſpeas aries impactus Erythras. *Vid. Sirmond. in loc.*

HYDĂTIS, idis. f. *Apud Medicos veſicula, ſeu puſtula aquam continens.* ¶ 2 *Gemma apud* Mart. Capell. 1 p. 20 Poſterior pars coronae hydatide, adamante et cryſtallo lapidibus alligabatur.

HYDRA, *vid.* HYDRVS.

HYDRAGOGĪA, ae. f. *Aquarum deductio.* Varro *apud* Nonium 3, 114.

HYDRAGŌGVS, a, um. Adi. *Aquam euacuans.* Cael. Aurel. Tard. 3, 8, 119 Aquiduca medicamenta Graeci hydragoga vocauerunt. Apul. de Herb. 27 Chamaedaphne a Graecis hydragogos dicitur.

HYDRĂGŎNOS, i. m. *Ex aqua genitus. Ita dicitur nymphaea* Apul. Herb. c. 67.

HYDRARGYRVM, i. n. [ὑδράργυρον] *Argentum viuum factitium.* Plin. 33, 8 ſ. 41 Ex ſecundario minio inuenit vita et hydrargyrum inuicem argenti viui. Fit autem duobus modis. *Illos deinde modos explicat. Vid.* ARGENTVM viuum. Plin. 33, 3 Aes inaurari argento viuo, aut certe hydrargyro legitimum erat.

HYDRAVLAE, arum. f. *adferuntur ex* Vitruu. 10, 10, *vbi poſt rotas aquam haurientes addit*, Eadem ratione etiam verſantur hydraulae. *Tota deſcriptio autem indicat agi de mola aquaria. Itaque probant viri docti emendationem Turnebi et Salmaſii* Hydromylae. *Totum locum damus voce* MOLA.

HYDRAVLOS, i. m. [ὕδραυλος] *Machina, in qua aquae pondere impulſus in tibias aër ſonos edit.* Plin. 9, 8 Delphinus non homini tantum amicum animal, verum et muſicae arti, mulcetur ſymphoniae cantu, et praecipue hydrauli ſono. *Eiuſmodi* hydraulum, *vel* organum *adeo* hydraulicum *deſcribit* Claud. de Mallii Conſ. 315

Et qui magna leui detrudens murmura tactu
Innumeras voces ſegetis moderatus aënae
Intonat erranti digito, penituſque trabali
Vecte laborantes in carmina concitet vndas.

Seuerus in Aetna 292 *cauernas Aetnae comparat cum* hydraulis *theatrorum, h. m.*

Nam veluti reſonante diu Tritone canoro,
Pellit opes collectus aquae, victuſque mouetur
Spiritus, et longas emugit buccina voces;
Carmineque irriguo magni cortina theatri
Imparibus numeroſa modis canit arte regentis
Quae tenuem impellens animam ſubremigat vndam:
Haud aliter, *etc.*

Tertullian. de Anima c. 14 Specta portentoſiſſimam Archimedis munificentiam, organum hydraulicum dico, tot membra, tot partes, tot compagines, tot itinera vocum, tot compendia ſonorum, tot commercia modorum, tot acies tibiarum, et vna moles erant omnia. Sic et ſpiritus, qui illic de tormento aquae anhelat, non ideo ſeparabitur in partes, quia per partes adminiſtratur, ſubſtantia quidem ſolidus, opera vero diuiſus. *Haec et plura olim dedimus Chreſtom. Plin. p. 404 ſq.*

HYDRAVLES, *vel* HYDRAVLA, ae. m. *Qui hydraulo canit.* Vet. Gloſſ. Organarius. *Coniungit cum* Choraula Suet. Ner. c. 54.

HYDRAVLĬCVS, a, um. Adiect. [ὑδραυλικός] Plin. 7, 37 Laudatus eſt Cteſibius pneumatica ratione, et hydraulicis organis repertis. Hydraulicae machinae Vitruu. 9 c. vlt. Idem 10, 13 *longam habet* organi hydraulici *deſcriptionem. Mentio* organorum hydraulicorum noui et ignoti generis *eſt* Suet. Ner. c. 41. *Vid. Turneb. Aduerſ. 1, 22.*

HYDREVS, a, um. Adi. *Aquatilis.* Mart. Capell. 7 p. 237 Hydreo germine pullulare.

HYDREVM, i. n. *Aquatio, puteus.* Solin. 67. *Vid. Salm. in loc.*

HYDREVMA, ătis. n. *Idem.* Plin. 6, 23.

HYDRIA, ae. f. [ὑδρία] *Vrna ad capiendam aquam.* Cic. Verr. 2, 47 c. 19 Hydriae argenteae. Idem Verr. 4, 97 In hoc fano loricas, galeaſque aeneas, caelatas opere Corinthio, hydriaſque grandes, ſimili in genere, atque eadem arte perfectas. Idem Verr. 2, 127 Tot in hydriam ſortes coniicerentur.

HYDRIVS, i. m. *Aquarius.* Puer hydrius, *i. Sidus Aquarii, ſiue Ganymedes* Prudent. Apoth. 622.

HYDRŎCĒLE, es. f. [ὑδροκήλη] *Vid.* HERNIA. Martial. 12, 84 Tumidas in hydrocelas.

HYDROCELĬCVS, a, um. Adi. [ὑδροκηλικός] *Qui hydrocele laborat.* Plin. 30, 8 Hydrocelicis ſtelliones mire prodeſſe tradunt.

HYDROCEPHALOS, i. m. *Tumor capitis ex collecto nimio humore.* Celſ. 4, 1, 2 Vbi humor cutem inflat, eaque intumeſcit, et prementi digito cedit, ὑδροκέφαλον Graeci appellant.

HYDRŎCHOVS, i. m. *Aquarius.* Catul. 65 *extr.* Proximus Hydrochoi fulgeret Oarion.

HYDROGARVM, i. n. *Liquaminis genus inter veterum cupedias apud* Lamprid. in Heliog. c. 29. Garum eliquatum aqua affuſa. *Vid. Salmaſ. in loc.*

HYDROGARĀTVS, a, um. Adi. *Cum hydrogaro factus.* Apic. 2, 2.

HYDROGERON, ontis. m. *Alias Senecio, herba* Apul. Herb. 75.

HYDROLAPĂTHVM, i. n. [ὑδρολάπαθον] *Genus lapathi, quod in aqua naſcitur.* Plin. 20, 21.

HYDROMANTIA, ae. f. *Diuinationis genus per aquam.* Plin. 37, 11. Iſidor. 8, 9. *Conf. Salmaſ. in* Solin. p. 768.

HYDROMĔLI, n. *indecl.* [ὑδρόμελι] *Aqua mulſa, quae etiam Graecis Melicraton dicitur.* Plin. 31, 6 Hydromeli quoque ex imbre puro cum melle temperabatur quondam, quod daretur appetentibus vinum aegris.

HYDROMĒLVM, i. n. *Potio ex aqua et malis.* Iſidor. 20, 3.

HYDROMYLA, ae. f. *Mola aquaria, pro vitioſo* Hydraula, *legunt apud* Vitruuium 10, 10. *Turneb. Aduerſ. 3, 7. et Salmaſ. ad* Solin. p. 416.

HYDROPHOBIA, ae. f. *Morbus miſerrimus, metus aquae, de quo* Celſ. 5, 27, 2 *de morſu rabioſi canis*, Solet ex eo vulnere, vbi parum occurſum eſt, aquae timor naſci, ὑδροφοβίαν Graeci appellant: miſerrimum genus morbi, in quo ſimul aeger, et ſiti, et aquae metu cruciatur, quo oppreſſis in anguſto ſpes eſt. Sed vnicum tamen remedium eſt, nec opinantem in piſcinam non ante ei prouiſam proiicere, *etc. Plutarch. Sympoſ. problem. 8, 9. et Hier. Mercurial. Varr. Lect. 1, 2.*

HYDROPHOBICVS, a, um. Adi. Hydrophobica paſſio Cael. Aurel. Acut. 3, 8.

HYDROPHŎBVS, i. m. [ὑδροφόβος] *Qui aquam expaueſcit.*

Plin. 29, 5 Eſt limus ſaliuae ſub lingua rabioſi canis, qui datus in potu, fieri hydrophobos non patitur.

HYDROPHYLAX, acis. m. *Aquarum cuſtos.* l. 10 Cod. De Aquaeductu.

HYDROPS, ōpis. m. [ὕδρωψ] *Morbus, qui Latine Aqua intercus dicitur: quoniam ſub cute aqua ſit, qua venter turgeſcit.* Horat. Carm. 2, 2, 13 Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops, *etc.* Plin. 24, 11. Celſus *multa de* Hydrope 3, 21. *Conf.* Colum. 7, 7.

HYDROPĬCVS, a, um. Adi. [ὑδρωπικὸς] *Qui hydrope laborat.* Plin. 20, 6. Horat. Epiſt. 1, 2, 34 Si noles ſanus, curres hydropicus. *Add.* Plin. 21, 20. Hydropici Scrib. 79. 105. 126. Hydropici diſtenti propter aquae multitudinem 133.

HYDROPĬSIS, is. f. [ὑδρώπισις] *Idem, quod hydrops.* Plin. 20, 1 Sic et contra phthiriaſim bibitur, et hydropiſes.

HYDROPISMVS, i. m. *quomodo fiat, vid.* Cael. Aurel. Acut. 1, 14, 108 Hydropiſmum *fieri ſenſit Aſclepiades* perforatione carnis in paruam formulam viarum, quae poſſit ſolita corporis nutrimenta inaquare, *i. in aquam vertere. Eſt ergo ipſa Hydropis generatio.*

HYDROSELĪNVM, i. n. *Infructuoſa roſmarini ſpecies, ſiue Apium ſilueſtre* Apul. de Herb. 79.

HYDRVS, i. m. *et* HYDRA, ae. f. [ὕδρος] *Genus anguium in aqua degentium.* Plin. 29, 4 ſ. 22 In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus eſt, quod in aqua viuit, hydri vocantur, nullis ſerpentium inferiores veneno. Immanis hydrus Virgil. Georg. 4, 458. Idem ibid. 3, 545. Stridentes Stat. Theb. 11, 494. Torui Claud. in prim. Conſ. Stil. 2, 137. *Conf.* Lucan. 9, 673. ¶ 2 Hydram *finxerunt Poëtae eſſe multorum (intra ſeptem et centum variatur) capitum ſerpentem in Lerna palude: quorum aliquot exciſis, totidem continuo renaſcebantur, quae quidem tandem ab Hercule, et ſagittis, et igne interfecta eſt, cuius veneno ſagittas ſuas tinxit. Latini* Excetram *dicunt, v. v.* Vno reciſo capite tria excreuiſſe, *eſt apud* Seru. *ad* Aen. 6, 287. *Conf.* Hygin. fab. 30 *et* 34. *Plato Hydram accutiſſimam ſophiſtriam ſcribit fuiſſe: cuius mos erat cauillari, et quaeſtiones ita proponere, vt vno ſoluto dubio, multa renaſcerentur.* Dira Horat. Epiſt. 2, 2, 10. *In veſtibulo inferorum,* Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra Virgil. Aen. 6, 571. *vid.* Lucret. 5, 26. Ouid. Met. 9, 69. Hor. Carm. 4, 4, 61. ¶ 3 Hydra, *ſidus pingitur erecto vno capite, porrecto reliquo corpore,* Hygin. Poët. Aſtron. 3, 39. *De* Hydra *in* numis, *vid. Spanh. diſſ.* 5 *p.* 267. *et Drakenb. ad* Sil. 2, 158. *Pro Veneno ipſo poſuit* Sil. 1, 322 Aut hydra imbutas, bis noxia tela, ſagittas.

HYDRINVS, a, um. Adi. Vulnera Prudent. Periſt. 10, 885 *quae vetus ſerpens fecit.*

HYDRVS, untis. f. [Ὑδροῦς] *Vrbs in litore Adriatici maris, quae et* Hydruntum *dicitur in Calabria.* Cic. Att. 15, 21. Lucan. 5, 375.

H Y E

HYEMS, *vel potius* HIEMS, ĕmis. f. [χειμὼν] *Tempus illud pluuioſum et frigidum, quod inter autumnum et ver intercedit.* Hyems *qui Grammatici ſcribunt,* ἀπὸ τοῦ ὕω, *quod eſt pluo, deriuant, quorſum reſpicere putatur* Varro de L. L. 4, 10 p. 17, 36 *cum ab* himbre *videtur deriuare, ſ.* imbre. *In illo loco ſcribitur etiam* hiemps. *Sed* Scaurus in Orthogr. p. 2256 carere *illud nomen debere* P *litera contendit*, quia in caſibus nunquam P, aut B propinqua eius reſpondet, — vt Princeps, Caelebs. *Sed ſi vel ab* ὕω *derives, tamen antiquum eſt nomen, et ea tempeſtate receptum, qua Graecam literam nondum aſſumebant Romani. Virgilius Carpenſis quoque Manutio teſte, et alia monumenta firmant. Taceo, quod alii non ab* ὕειν*, ſed a* χειμὰς*, ſ.* χειμὼν *deriuant. Interim hic reliquimus, vbi propter inueteratam ſcribendi conſuetudinem multi videntur quaeſituri.* Virgil. Georg. 1, 100 Atque hiemes orate ſerenas Agricolae. Cic. pro Planc. 96 Nam maritimos curſus praecludebat hiemis Magnitudo. Modeſtia hiemis Tacit. Ann. 12, 43, 3. Cic. Philipp. 9, 2 Non illum vis hiemis, etc. retardauit, quo minus, *etc.* Idem pro Rabir. Poſt. 42 Hanc vim frigorum hiememque, quam nos vix huius vrbis tectis ſuſtinemus, excipere. ¶ 2 *Epitheta.* Adulta Tacit. Ann. 1, 46. Affecta, *i. Prope finita* Sil. 15, . . Aquilonia Plin. 17, 2. *i. Ob flatum Aquilonis ſerena.* Aquoſa Virg. Ecl. 10, 66. Atra Idem Aen. 7, 214. Caeca Valer. Argon. 3, 151. Dura Virg. Georg. 4, 239. Extremae ſub caſum hiemis Idem ibid. 1, 340. Fera Ouid. Triſt. 1, 1, 42. Gelida ac niuoſa hieme inſignis annus Liu. 5, 13. Genialis Virg. Georg. 1, 302. Glacialis hiems canos hirſuta capillos Ouid. Met. 2, 30. Ignaua colono Virg. Georg. 1, 299. Seruius: Quae ignauum reddit colonum. Imbrifera Sil. 3, . . Informes Hor. Carm. 2, 10, 15. Iniquae Idem ibid. 3, 1, 32. Intrepida Tacit. Agric. 22. Letalis, *Mortiferum frigus* Ouid. Met. 2, 827. Matura, *cui opponitur* Tarda Caeſ. B. G. 4, 20. Mollis Stat. Silu. 3, 5, 83. Niuoſa, *vid.* NIX. Noua, adulta, praeceps: *vid.* *Seruii locum in* AESTAS. Perfrigida, *vid.* PERFRIGIDVS. Pigra Ouid. Amor. 3, 6, 94. Praematura Tacit. Ann. 1, 30. Senilis Ouid. Met. 15, 212. Serenae Plin. 17, 2. Serotinae Idem 17, 2. *it.* 22, 2. Sicca Ouid. Amor. 3, 6, 106. Cic. Verr. 4, 86 Erat hiems ſumma: tempeſtas (vt ipſum Sopatrum dicere audiſtis) perfrigida: imber maximus. Triſtis Virg. Georg. 4, 135. Adoperta gelu Ouid. Faſt. 3, 235. Diſcedens Idem ibid. 2, 152. Miteſcente iam hieme, *vid.* MITIS. Praecipitauerat iam hiems, et ver iam appetebat Caeſ. B. C. 3, 25. Soluitur acris hiems Hor. Carm. 1, 4, 1. ¶ 3 *Formulae aliae. Pro Anno* Martial. 5, 38 Sextam peregit hiemem, nec tamen totam. Hor. Carm. 1, 15, 35 Poſt certas hiemes. *i. poſt numerum ſatis longum annorum.* Amoris mutati peſſima hiems Ouid. Her. 5, 34. Cic. de Diuin. 1, 94 Campos et montes hieme et aeſtate peragrantes. Hieme omnia bella iure gentium conquieſcunt Cic. pro Rab. Poſt. c. 15 Plin. 8, 38 Ergo in hiemes aliis prouiſum pabulum, aliis pro cibo ſomnus. Caeſ. B. G. 4, 20 Exigua parte aeſtatis reliqua, Caeſar, etſi in his locis, quod omnis Gallia ad Septentrionem vergit, maturae ſunt hiemes, tamen in Britanniam proficiſci contendit. Poſt certas hiemes Hor. Carm. 1, 15, 35. ¶ 4 Hiems, *vt Graecum* χειμὼν*, ſaepe ponitur pro tumultu aëris, ventis, procellis, imbribus, quocunque tempore accidant.* Virg. Aen. 1, 125 Emiſſamque hiemem ſenſit Neptunus. *Et* 122 Iam validam Ilionei nauem — vicit hiems. *Et* 2, 111 Saepe illos aſpera Ponti Intercluſit hiems, et terruit auſter euntes. Nep. 25, 10 Quemadmodum gubernator praecipua laude fertur, qui nauem ex hieme marique ſcopuloſo ſeruat. Stat. Silu. 3, 5, 73 Non adeo Veſuuinus apex, et flammea diri Montis hiems, trepidas exhauſit ciuibus vrbes. *De eadem re* Val. Fl. 4, 509 Vix dum ignea montem torſit hiems. Hor. Epod. 2, 52 Eois intonata fluctibus hiems vertit rhombos aut ſcaros ad hoc mare. Claudian. de B. Get. 408 Sic armenta boum, quae vaſtis turbida ſiluis ſpargit hiems. Idem de IV Coſul. Hon. 97 O nimium dilecte deo, cui fundit ab antris Aeolus armatas hiemes. *Iterum* Virg. Aen. 3, 195 Imber Noctem hiememque ferens. *Hinc diſtinctionis cauſa* Hiems anni *non nunquam dicitur, quod monet* Seru. Aen. 1, 125. *Sic* Sueton. Iul. c. 35. Apul. Apol. p. 320, 8. ¶ 5 *Perſonam et quaſi Deum facit* Virg. Aen. 3, 120 *vbi Aeneas* meritos aris mactauit honores, Nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.

HYEMO, *ſ.* HIEMO, āre. [χειμάζω] *i. Hiemem ſiue frigus facere: eo modo dictum, quo Pluere legimus.* Aquae hiemantes Salluſt. *ap.* Sen. Ep. 116. Columel. 11, 2, 4. *it.* 20 *et* 78 *et* 84 Hiemat *ponitur imperſonaliter, vt* pluit, tonat, *etc.* *Sic* Plin. 18 c. vlt. Pluuiae erunt et tonitrua, et hiemabit. *Sed* Plin. 18, 26 Delphini veſpertino occaſu continui dies hiemant Italiae. Idem 2, 47 Reliquum tempus hiemat. Mare hiemat Hor. Serm. 2, 2, 17. Auſon. praef. ad Theodoſ. Imp. Plin. 19, 4 Decoquunt alii aquas, mox et illas hiemant. *i. per hiemem ſeruant.* Hiemare *dicuntur milites cum per hiemem in hoſpitiis paullo mitius et lautius habentur.* Legiones, quae longius hiemabant Caeſ. B. C. 1, 37. Hiemandi cauſa Id. ibid. Epheſum exercitum hiematum reduxit Nep. 17, 3, 2. *Add.* Idem 18, 8, 1. *it.* Inſcr. *ap. Manut. in Orthogr.* *Pro Stationem hieme facere: quod et Hibernare dicitur.* Cic. pro Font. 6 c. 3 Cn. Pompeius maximus atque ornatiſſimus hiemauit in Gallia M. Fonteio imperante. Mediis hiemet mercator in vndis Hor. Epiſt. 1, 17, 71.

HYEMĀTVS, *vel* HIEMATVS, a, um. Part. [χειμασθεὶς] Plin. 9, 22 Autumnali ſidere, vt palam eſt, hiemato lacu, (*turbato, procellis*) fluctibus glomeratae voluuntur multitudine. *de anguillarum captura.*

HYEMATIO, (HIEMATIO) ōnis. f. [χειμασία] *Duratio, conſeruatioque per hiemem eſt.* Varr. de R. R. 3, 16, 34 Vt ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum hiemationi relinquatur.

HYEMĀLIS, *ſ.* HIEMALIS, e. Adi. [χειμέριος] *Hibernus.* Hiemalis dies Columel. 11, 1, 21. Locus Plin. 18, 7. Loca Pallad. 1, 9, 4. Nauigatio hiemalis, et minime portuoſa Cic. Fam. 6, 20. Nimbi Ouid. Met. 9, 105. Tempus Nep. 14, 6, 1. Cic. Tuſc. 5, 77 Hiemalemque vim perferunt ſine dolore.

HYEMALIA, orum. n. *Subi. caſtra.* Illic hiemalia et aeſtiua diſponere, vbi nihil tibi deerit Vopiſc. Aurel. c. 11.

HYBERNVS, *ſ.* HIBERNVS, *q. d.* Hiemernus, *ſeparatim*, *vid.* HYBERNVS.

H Y G

HYGEA, *vel* HYGIA, ae. f. [Ὑγεία] *Aeſculapii filia, Dea ſanitatis* Plin. 35, 11. *De eius ſimulacro Idem* 34, 8. Martial. 11, 61 Quod ſanare Criton, non quod Hygea poteſt.

HYGĪNVS, i. m. *Libertus Auguſti a quo Romam aductus praefuit Bibliothecae Palatinae.* *Vid.* Gell. 1, 7 *et* 10. Suet. Ill. Gramm. c. 20. *Qui hodie hoc nomine exſtant libri, ſunt recentiores etc.*

HYGRA, ae. f. Scribon. 37. 38 *Collyrii genus, liquidum, vt ipſa vox docet, cuius ibi compoſitio traditur.*

HYGREMPLASTRVM, i. n. *Emplaſtrum liquidum, non ſiccum:* ὑγρὸς, *humidus, flexibilis, mollis, madidus.* Plin. 34, 15 Praecipua tamen commendatio eius in hygremplaſtro ad purganda vulnera fiſtulaſque.

H Y L

HYLA, *ſiue* HYLAS, ae. m. [Ὕλας] Comes Herculis, quem perdidit in finibus Ioniis iuxta Myſiam, nec vſquam potuit reperiri. Poſtea quum eſſet cognitum, quod periſſet in fonte, ei inſtituta ſunt ſacra, in quibus mos fuerat, vt eius nomen clamaretur in fontibus: ad quam imitationem dixit Virg. Ecl. 6, 44 — Vt litus Hyla Hyla omne ſonaret. Seruius. Pulcher Valer. Argon. 1, 218. Tener Stat. Theb. 5, 443. *Vid. fabulam in* Propert. 1, 20. *Vid. mox* HYLAS.

HYLAX, actis. m. *Canis nomen apud* Virg. Ecl. 6, 44. *Graecum eſt, et latratorem ſignificat, vt et*

HYLACTOR, oris. m. [Ὑλάκτωρ] *Canis nomen.* Ouid. Met. 3, 224 — Et acutae vocis Hylactor.

HYLAEVS, i. m. [Ὑλαῖος] *Centaurus a Pirithoo inuitatus ad nuptias, viſa puella permotus eſt: et dum violentus ei eſſe conaretur, a Lapithis, qui ſimul nuptiis intererant, prohibitus eſt. Hinc in certamen itum eſt, et vſque ad pericula dimicatum: ab Hercule ſunt poſtea occiſi.* Hor. Carm. 2, 12, 5 Nec ſaeuos Lapithas, et nimium mero Hylaeum. i. e. Intolerabilem ebrietate, *ait* Acron. *Conf.* Virg. Georg. 2, 457. *et* Stat. Theb. 6, 530. *Sed* Ouid. Met. 12, 220 Eurytum *nominat.* ¶ 2 Hylaeus, *Nomen canis Actaeonis:* Ouid. Met. 3, 213 Hylaeusque ferox nuper percuſſus ab apro.

HYLAS, ae. m. Lacus Bithyniae, in quem Hylam Herculis delicias cecidiſſe credunt Solinus c. 54 *pr.* *Vid.* HYLA. Theodamantes Hylas, *vid.* THEODAMAS. ¶ 2 Hylas Pantomimus *apud* Suet. Aug. c. 54. *Conf.* Macrob. Saturn. 2, 7. ¶ 3 Hylas Pugil, *de quo* Auſon. Epigr. 91 Doctus Hylas caeſtu, *etc.*

HYLE, es. f. [ὕλη] *Silua.* Hyles *autem nomine* Atteius Philologus quendam variae eruditionis librum inſcripſit, *vt auctor eſt* Suet. Gramm. c. 10. *Ita Latine alii opera ſua, in quibus res variae et diuerſae tractatae eſſent,* Siluas *vocarunt.* ¶ 2 *Vrbis Graecae nomen* Stat. Theb. 7, 267.

HYLES, ae. m. *Nomen virile eſt apud* Ouid. Met. 12, 378.

HYLERNA, ae. f. *Locus Tiberi vicinus cum luco.* Ouid. Faſt. 6, 105.

HYLLVS, i. m. *Herculis ex Deianira filius: de quo* Seneca in Herc. 984 Si vera pietas Hylle eſt quaerenda tibi, iam perime matrem.

HYLŌNŌME, es. f. *Femina Centaura et biformis, quae mortuo marito Cyllaro; gladio ſuo incubuit.* Ouid. Met. 12, 405 *etc.*

H Y M

HYMANTOPŌDES, *potius* HIMANTOPODES, um. m. Populi loripedes *in Aethiopia ſunt,* quibus ſerpendo ingredi natura eſt Plin. 5, 8. ἱμάς,

ἱμὰς, ἱμάντος *lorum eſt.* ¶ 2 Himantopus *etiam auis nomen* Plin. 10, 47 *pr.*

HYMELLA, *melius* HIMELLA, ae. f. *Fluuius apud* Virg. Aen. 7, 714.

HYMĒN, ĕnis. n. [ὑμὴν, ένος] *Latinis idem eſt qui* Hymenaeus, *de quo ſtatim, nuptiale numen, quod in ſacris nuptialibus cum clamore inuocarent.* Catullus in carmine nuptiali 62 *pr.*

Veſper adeſt, iuuenes conſurgite. Veſper Olympo
Exſpectata diu vix tandem lumina tollit.
Surgere iam tempus, iam pingues linquere menſas.
Iam veniet virgo: iam dicetur Hymenaeus.
Hymen, o Hymenaee, Hymen ades, o Hymenaee.

Hic vltimus deinde verſus velut intercalaris aliquoties repetitur. Sumtus a Graecis, vt apparet etiam ex fine auium, itemque Pacis, fabularum Ariſtophanis. Ouid. Her. 6, 44

Non ego ſum furto tibi cognita. Pronuba Iuno
Adfuit, et ſertis tempora vinctus Hymen.
At mihi nec Iuno, nec Hymen, ſed triſtis Erinnys
Praetulit infauſtas ſanguinolenta faces.

Idem Met. 1, 480 Nec quid Hymen, quid Amor, quid ſint connubia curat. *Et* Epiſt. 9, 134 Turpia famoſus corpora iunget Hymen. Stat. Theb. 5, 71 Protinus a Lemno teneri fugiſtis amores. Motus (*Barth. coniicit* Mutus) Hymen, verſaeque faces, et frigida iuſti Cura tori. Stat. Silu. 1, 2, 238 Iam dudum poſte reclinis Quaerit Hymen thalamis intactum dicere carmen. *Hic* Hymen *ipſe carmen dicit.* *Sed* Claudian. Epiſt. ad Seren. 2 Orphea cum primae ſociarent lumina tedae, Ruraque compleret Thracia feſtus Hymen, *canticum nuptiale poteſt eſſe aut ipſae adeo nuptiae.* *Sic certe* Stat. Silu. 1, 2, 25 Ergo dies aderat Parcarum conditus albo Vellere, quo Stellae Violantillaeque profeſſus Clamaretur Hymen. ¶ 2 Hymen *hodie Anatomicis eſt pellicula ingreſſum vaginae vteri muniens in virginibus. Ac Graecis quidem* ὑμὴν *generatim eſt membrana: pro illa virginitatis tutela qui poſuerit, antiquiorem nondum obſeruaui Scholiaſte minore, et Euſtathio ad* Ιλ. Σ, 493 p. 1213, 49 *vbi* τὸν παρθένειον ὑμένα *hic nominat inter* Hymenaei *etyma, ille autem* ὑμὴν ἐστιν, *ait*, ὁ ῥηγνύμενος ἐν τῇ τῶν παρθένων διακορήσει. *Similia dici etiam a* Seruio *ad* Aen. 1, 655 Donatoque *ad* Ter. Ad. 5, 7, 7 *mox videbimus.* *Add.* Iſidor. 9, 8. *Praeterea nihil apud Graecos, nihil apud Latinos antiquos adhuc reperi. Nam quod laudatur* Non. 2, 255 ex Caecilio, Hymenem virginis, niſi mirum eſt, deintegrauit, *legitur in omnibus, certe optimis quibusque* Nomen virginis. *Mercerius ſuſpicatur*, Nouem virgines. *Caeterum priorem in hoc nomine licentioſe produxit Catullus: breuem fere ab Homero inde fecerunt reliqui.* *Sed tamen* Ouid. Ep. 12, 137 Vt ſubito noſtras Hymen cantatus ad aures Venit. *At mox* 143 Turba ruunt, et Hymen clamant, Hymenaee frequentant.

HŸMĔNAEVS, i. m. [Ὑμεναῖος] *Aliquis nuptiarum praeſes, ſiue homo ſiue Deus, de quo infinitae fere Grammaticorum narrationes. Breuior caeteris* Donatus *ad illud* Ter. Ad. 5, 7, 7 Verum hoc mihi mora eſt, tibicina, et Hymenaeum qui cantent. Hymenaeum quidam Liberi et Veneris filium dicunt eſſe, qui primus certas nuptias inſtituerit. Ideo per laudem cantatur in virginalibus nuptiis ob huiusmodi meritum. Alii virum fortem Atticum dicunt fuiſſe, qui raptas praedonibus virgines oppreſſis latronibus, intactas patriae reſtituerit. Alii, quod ὑμὴν dicatur membrana quaedam, qua eſt munita virginitas, quae primo dirumpitur coitu, Hymenaeum putant veluti hymnum vocari virginalium nuptiarum. Ergo ſic accipe Hymenaeum in nuptiis, quemadmodum θρῆνον in funere, vel in ſacris Hymnum. Seruius *ad* Aen. 1, 655 Pergame cum peteret *Helena*, inconceſſosque Hymenaeos. Hymenaeus, vt alii dicunt, Deus eſt nuptiarum: vt alii, quidam iuuenis fuit, qui die nuptiarum oppreſſus ruina eſt, vnde expiationis cauſa nominatur in nuptiis. Sed falſum. Nam vitari potius debuit nomen exſtincti. Sed hoc habet veritas. Hymenaeus quidam apud Athenas inter bella ſaeuiſſima virgines liberauit: quam ob cauſam nubentes eius inuocant numen, quaſi liberatoris virginitatis. Hinc etiam apud Romanos *Thalaſſio* inuocatur — *quae porro de Hymenaeo ſequuntur, ea dicemus potius* Lutatii *verbis paullo concinnioribus. Iam alias narrationes* Seruii *perſequamur. Abſoluta, quam omittimus relatione dicit*, Eſt autem et alia ratio vocabuli. Nam *Hymen* quaedam membrana quaſi virginalis eſſe dicitur puellae, qua rupta Hymenaei nuptiae dictae. *Ad* Aen. 4, 127 Alii hunc Veneris et Liberi filium dicunt, primum nuptiis proſpere vſum; ob quod in nuptiis vocatur: vnde nuptiale carmen *Hymenaeus.* Alii nuptiarum inuentorem tradunt, et ideo carminibus decorari, quod exemplum ab eo proditum vbique ſeruatur. Cornelius Balbus Hymenaeum ait Magnetis filium, muſicae artis peritum, dum nuptias Liberi patris et Alteae (*an Ariadnae?*) religioſis cantibus celebrat, exſpiraſſe: propter quod ei talis honor nuptiis attributus eſt, vt celebratio nominis eius nuptiarum iungendarum perpetuum omen eſſet. Idem *ad* Ecl. 8, 30 Tibi deſerit Heſperus Oetam. Heſperus Hymenaeum ſpecioſum puerum amaſſe dicitur: qui Hymenaeus fertur in nuptiis Ariadnes et Liberi Patris vocem perdidiſſe cantando, ex cuius nomine nuptiae dictae ſunt. Lactantius *ſ.* Lutatius *in illud* Stat. Theb. 3, 283 Quid me Tyrio ſociare marito Progeniem caram, infauſtisque dabas hymenaeis? Hymenaeus puer Athenienſis fuit. Is quum annos puerilis aetatis excederet, neque adhuc virum poſſet implere, ea pulchritudine praeditus fuiſſe creditur, vt feminam mentiretur. Hunc quum vna — ex ciuibus ſuis virgo nobilis (*Al.* Is cum vnam — virginem nobilem) adamaſſet, ipſe mediocribus ortus parentibus, quia nuptias deſperabat, quod poterat tamen, puellam extrema amoris linea diligens, ſatis animo ſolo faciebat adſpectu. Quumque nobiles feminae cum virginibus ſacra Cereris Eleuſinae celebrarent: ſubito aduentu piratarum raptae ſunt: inter quas etiam Hymenaeus, qui illo et amatam fuerat ſubſecutus, quod puella crederetur. Quum igitur per longinqua maria praedam piratae vexiſſent, ad quandam regionem tandem deuoluti perueniunt, ibique ſomno oppreſſi, ab inſequentibus ſunt interemti. (*ab ipſo Hymenaeo hoc factum ait probabilius* Servius *ad* Aen. 1, 655.) Hymenaeus, relictis ibi virginibus, reuerſus Athenas, pactus eſt a ciuibus dilectae nuptias, ſi eis filias ſuas reſtituiſſet. Quas vbi pro voto reſtituit, exoptatam accepit vxorem. Quod coniugium, quia felix fuerat, placuit Athenienſibus nomen Hymenaei nuptiis miſcere. *Haec* Lactantius. *Eſt ergo* Hymenaeus *nuptiarum arbiter Deus, vt*, Ouid. Met. 9, 761 Pronuba quid Iuno, quid ad haec Hymenaee venitis Sacra; quibus qui ducat abeſt, vbi nubimus ambae. Idem Faſt. 2, 561 Conde tuas Hymenaee faces. *Et* Met. 4, 756 Taedas Hymenaeus amorque Praecutiunt. *Et* Met. 12, 215 Ecce canunt Hymenaeon, et ignibus atria fumant. *Et ex* Ponto 1, 2, 133 Ille ego qui duxi veſtros Hymenaeon ad ignes. Duxi, *cantando inuitaui.* ¶ 2 *Pro ipſo cantico accipitur v. g. cum* Claro comitari Hymenaeo Lucret. 1, 98 *dicitur ſponſa.* *Sic* Aen. 7, 398 *Amata Lauiniae mater per furorem Bacchicum* Natae Turnique Hymenaeos canit. ¶ 3 *Denique pro nuptiis etiam vtuntur Poëtae.* Virg. Aen. 4, 127 Hic Hymenaeus erit, *i.* haec ſollemnia nuptiarum. Laſciuus Hymenaeus Sil. 5, 22. *i. nuptiae nymphae cum rapto a ſe iuuene.* Pactos Hymenaeos exercere, *i. Nuptias* Virg. Aen. 4, 99. Vetitos Hymenaeos inuadere, *i. Nuptias, vel Coitus lege prohibitos* Virg. Aen. 6, 623. Iuſtos pati Hymenaeos Idem Georg. 3, 60. Inconceſſos Hymenaeos petere, *i. Nuptias illicitas* Virg. Aen. 1, 655. Infauſtos *vidimus ex* Stat. Theb. 3, 283. Promiſſus ſocios Hymenaeus in annos Ouid. Epiſt. 2, 33. Fabrett. Inſcript. p. 329 QVAE LAETOS HYMENAEOS MORTE PRAEVERTIT. ¶ 4 *An etiam* Hymenaeum *Neutro generi dicatur, dubium faciunt libri, et Critici. Forma enim nominis facile admittat* Hymenaeum, *intell.* Carmen. *Eiusmodi loca ſunt* Ouid. Art. Am. 1, 563 Pars Hymenaea canunt, pars clamant, Euie, Euoe. Hymenaea, *inquam, multi habent codices. Sed Heinſ. et Burmannus praeferunt* Hymenaee. *Sic* Epiſt. 12, 143 Turba ruunt, et Hymen clamant, Hymenaea frequentant, *non ſine auctoritate eſt*: Hymenaee *etiam hic laudati modo duumuiri.* *Et* ibid. 14, 27 Vulgus, Hymen, Hymenaea vocat *ſcripti fere omnes teſte ipſo Heinſio, qui tamen putat vitioſum eſſe, et* Hymenaee, *reſtituit: et vel erraſſe putat* Martianum Capellam *ipſum* l. 9 *pr.* Inſtaurare iubet tunc Hymenaea Venus, *vel librarios, reſtituendumque* Te Hymenaee. *Antiquum eſſe oportet errorem, ſi error eſt, quoniam* Guntherus, *diligens imitator antiquorum*, Ligurin. 5, 358 Sed adhuc Hymenaea, ſacroque Carmina digna toro ſollemni curia plauſu, Et felix omen, votiuaque feſta canebat.

HYMĔRA, *melius* HIMERA, ae. f. *Fluuius, de quo* Sil. 14, 233 Armauere ſuos, quo mergitur Hymera ponto.

HYMETTVS, i. m. [Ὑμηττὸς] *Mons Atticae clariſſimus, ſemper florens, cuius* mel Plin. 11, 13 *ſcribit* eſſe pretioſum. Martial. 7, 87 Paſcat et Hybla meas, paſcat Hymettos apes. *Ex hoc monte marmora pulcherrima fodiebantur.* Dulcis Hymettus Iuuen. Sat. 13, 185.

HYMETTIVS, a, um. Adi. [Ὑμήττιος] Plin. 36, 3 *de L. Craſſo oratore*, Qui primus peregrini marmoris columnas habuit — Hymettias tamen nec plures ſex *etc.* Idem 36, 15 Scena ei triplex in altitudinem CCCLX columnarum in ea ciuitate, quae ſex Hymettias non tulerat ſine probro ciuis ampliſſimi. *i. Columnas Hymettias.* *Adde* Val. Max. 9, 1, 4. *et* Horat. Carm. 2, 18, 3. Cera Ouid. Met. 10, 284. Mella Hor. Serm. 2, 2, 15.

HYMNVS, i. m. [ὕμνος] *Latine Canticum ſiue Laus dicitur. Res Graeca, ad Latinos a Chriſtianis demum traducta. Vid. v. g.* Prudent. Cath. praef. v. 37 Saltem voce deum concelebret, — Hymnis continet dies. *Et* 4, 75 Grates reddimus, et ſacramus hymnos. *Et* Hymnorum *nomine vocat, tum dei laudes in* Cathemerinon *opere: tum Martyrum in libro Periſtephanon ſ. de coronis Martyrum. Vtrumque enim opus Hymnis conſtat.* Beda de Metris p. 2367 *Putſch.* Hymnos, quos choris alternantibus canere oportet, neceſſe ſingulis verſibus ad purum eſſe diſtinctos, vt ſunt omnes Ambroſiani. ¶ 2 *Proprium pueri nomen* Martial. 12, 76.

HYMNŎLŎGVS, i. m. [ὑμνολογὸς] Firmicus 3, 6, 9 In nono loco ſol ab horoſcopo conſtitutus, templorum conditores facit, aut hymnologos, et qui deorum laudes decantent.

HYMNODICVS, a, um. Adi. Firmic. Aſtr. 8, 25.

HYMNĬDĬCVS, a, um. Adi. Alcim. Carm. 178. Mar. Victor. adu. Arium 2. *et* Caſſiodor. Prol. ſuper Pſalm.

HYMNĬFĬCO, āre. *Hymnos canere. Apud* Commodian. Inſtruct. 23.

HYMNĬSŎNVS, a, um. Adi. Paullin. Nolan. Carm. 22, 199 Praecinat hymniſonis cantica ſancta choris.

HYMNĬFER, a, um. Adi. [ὑμνοφόρος] Vultus Orphei hymniferi Ouid. Met. 11, 58. *qui verſus tamen mendoſus Heinſio videtur.*

HYMNIO, īre. *Canere.* Prudent. Periſt. 1. ſ. Paſſ. Calagurr. v. 118 State nunc, hymnite, matres, pro receptis paruulis. *quod* Gl. Iſid. *interpretatur*, Canite. *Quidam MSS.* Hymniſtae.

HYMNARIVS, i. m. *Hoc nomine inſcribitur liber hymnorum* Prudent. *ap. Barth. Adu.* 35, 12. Hymnarium *adſcribitur* Paullino *a Gennadio de Script. Eccl.*

H Y O

HYOPHTHALMVS, i. m. *Oculus porci, Nomen herbae.* Apul. c. 60.

HYOSCYĂMVS, i. m. [ὑοσκύαμος] Herba, quae Faba porcina alias dicitur, Latinis Altercum, *vt ait* Scribonius Largus Compoſ. 181. Plin. 20, 17 Colligitur ſuccus eius vt hyoſciami. *Add.* Idem 25, 4.

HYOSCYAMĬNVS, a, um. Adi. [ὑοσκυάμινος] Hyoſcyaminum oleum, *quod ex hyoſcyamo decoquitur* Plin. 23, 4.

HYŌSIRIS, is. f. Herba intubo ſimilis, ſed minor, et tactu aſperior: vulneribus contuſa praeclare medetur Plin. 27, 10. *ſed ſcrib.* Hyoſeris.

H Y P

HYPAEPA, orum. n. [Ὕπαιπα] *Vrbs, vt ait Strabo, quae occurrit a Tmolo monte ad Cayſtri campeſtria. Ea eſt, vt ait Stephanus de Vrbibus, ſub Aepo monte ſita. Veneri ſacra eſt, eo quod pulchrae feminae ibi viſantur.* Ouid. Met. 6, 13 Orta domo parua, paruis habitabat Hypaepis. *Adde* 11, 153. *et* Petron. c. 133.

HYPAETHRVS, a, um. Adi. [ὕπαιθρος] *et* HYPAETHRVM, i. n. *Dicitur quaſi Sub aethere poſitum. quo nomine vocamus Aedificia quaedam aperta et ſub dio: quorum meminit* Vitruu. 1, 2 Is perficitur ſtatione qui Graece θεματισμὸς dicitur, ſeu conſuetudine, aut natura. Statione quum Ioui, fulguri, et caelo, et ſoli, et lunae aedificia ſub diuo, hypaethraque conſtituuntur. Hypaethrae ambulationes Vitruu. 5, 9 *extr.* Aperta hypaethraque loca Idem ibid.

HYPAGVM, i. n. *Nauale quoddam inſtrumentum.* Plin. 7, 56 Hypagon Samii inuenerunt, aut Pericles Athenienſis. *Alia exemplaria habent* Hippagum. *Immo omnes, ſi credendum eſt Harduino, qui eam lectionem praefert, vt ſit Nauigii genus equis vehendis idoneum. Vid.* Feſt. Hippagines.

HYPALLĂGE, es. f. [ὑπαλλαγὴ] *Figura, qua verba vel certe conſtructio verborum, immutatur. De verbis mutatis* Cic. Orat. 93 c. 27 Hor-

Horridam Africam terribili tremere tumultu cum dicit *Ennius*, pro Afris immutat Africam. Hanc Hypallagen rhetores, quia quaſi ſubmutantur verba pro verbis; metonymian Grammatici vocant, quod nomina transferuntur. *Repetit* Quinct. 8, 6, 23. *Fluctuaſſe Fabii aetate circa hanc appellationem rhetoras, apparet ex 9, 3, 92 et 97. Conſtructionis inuerſionem* Hypallagen *vocat v. g.* Seruius *in illo* Aen. 2, 387 O ſocii, qua prima, inquit, fortuna ſalutis Monſtrat iter, *pro* qua primum. *Et 6, 268* Ibant obſcuri ſola ſub nocte per vmbras, *pro* obſcura nocte ſoli *etc.*

HYPAMPĔLVS, i. f. *Pergula ex vitibus.* Inſcr. apud Gruter. 711, 3.

HYPĂNIS, is. m. [Ὕπανις] *Sarmatiae fluuius.* Vitruu. 3, 8 In Ponto eſt flumen Hypanis, qui a capite profluit circiter millia XL ſapore dulciſſimo: deinde quum peruenit ad locum, qui eſt ab oſtio ad millia CLX, admiſcetur ei fonticulus oppido quam paruulus. Is quum in eum influit, tunc tantam magnitudinem fluminis facit amaram. *Meminerunt* Cic. Tuſc. 1, 94. Solin. c. 24 *pr. et* Propert. 1, 12, 4. Flauus Stat. Theb. 8, 491. Scythicis de montibus ortus Ouid. Met. 15, 285. Saxoſum ſonans Virg. Georg. 4, 370.

HYPĂTE, es. f. *Summa chorda in fidibus,* Vitruu. 5, 4.

HYPATOIDES, is. f. *Modulationis ſpecies tragicae.* Mart. Capell. 9 p. 326.

HYPECOVM, i. n. *Herba in ſegetibus naſcens.* Plin. 27, 11.

HYPĔLĀTE, es. f. *Lauri genus.* Idem 15, 30.

HYPENEMIVM Ouum. [ὑπηνέμιον ᾠόν] *Irritum dicitur, ad verbum Subuentaneum.* Plin. 10, 58 Et ipſae autem inter ſe (ſi mas non ſit) feminae aeque ſaliunt, pariuntque oua irrita, ex quibus nihil gignitur, quae hypenemia Graeci vocant. *Et* 10, 60 Irrita oua, quae hypenemia diximus, aut mutua feminae inter ſe libidinis imaginatione concipiunt, aut puluere: nec columbae tantum, ſed et gallinae, perdices, pauones, anſeres, chenalopeces. Sunt autem ſterilia, et minora, et minus iucundi ſaporis, et magis humida. Quidam et vento putant ea generari: qua de cauſa etiam Zephyra appellantur. Haec autem vere tantum. Varro de R. R. 2, 1, 19 Quaedam e vento concipiunt — equae: vt hic gallinae quoque ſolent, quarum oua ὑπηνέμια appellant. *Eſt locus obſcurus* Cic. Att. 14, 10 *qui vulgo ita legitur,* Tua tamen ὑπηνέμιος nauſea iamne plane abiit? *i. irrita, quae turbat ventriculum, nihil emolitur. Sed Erneſtus in claue h. v. cum ſuperioribus iungit,* γῆν πρὸ γῆς cogito, *i. mutare locum volo,* tua tamen *etiam terra, totaque Graecia,* ὑπηνέμιος, *ventis, procellis tempeſtatibus obnoxia etc.*

HYPER. [ὑπὲρ] *Praepoſitio Graeca: Latine Super.*

HYPERASPISTES, ae. m. [ὑπερασπιστὴς] *Latine Protector, propugnator, qui clipeo ſuo protegit aliquem, ſatelles,* Hieron. . . .

HYPERBĂSIS, is. f. *ſiue* HYPERBATON, i. n. [ὑπέρβασις, ὑπερβατὸν] *Figura, de qua ſic* Quinctil. 8, 6 Hyperbaton quoque, id eſt verbi transgreſſionem, quam frequenter ratio compoſitionis et decor poſcit, non immerito inter virtutes habemus: vt, Animaduerti Iudices omnem accuſatoris orationem in duas diuiſam eſſe partes. Nam in duas partes diuiſam eſſe, rectum erat, ſed durum et incomtum. Poëtae quidem etiam verborum diuiſionem faciunt, et transgreſſionem, *Hyperboreo Septem ſubiecta trioni*, quod oratio nequaquam recipiet. Non potui longius hyperbaton facere Plin. Ep. 8, 7. Quaſi turbate per hyperbaton ſtruxit Tertull. de Reſurr. Chr. c. 43. *Add.* Aſcon. de Praet. Sicil. p. 114. Hyperbaton *Longino eſt, Sententiae, non Voculae transgreſſio.*

HYPERBOLE, es. *f. ſ.* HYPERBOLA, ae. f. [ὑπερβολὴ] Iulius Ruffinianus, Hyperbole aliis ſchema, aliis tropus videtur: caeterum fit, quum excedit veritatem ſententia. *Apud* Virg. Aen. 12, 84 Qui candore niues anteirent, curſibus auras. *Hactenus Iulius* Nunquam tantum ſperat hyperbole, quantum audet Sen. de Benef. 7, 23. *Add.* Iſidor. 1, 36. *Vid.* Cic. in Topic. 45 c. 10. *et* Quinctil. 8, 6.

HYPERBŎLĬCVS, a, um. Adi. [ὑπερβολικὸς] Hyperbolica inſtrumenta Sidon. Epiſt. 7, 2.

HYPERBOLĬCE. Adu. *Vid.* Cic. ad Att. 5 vlt. 6, 2.

HYPERBOREI, orum. m. [Ὑπερβόρεοι] Montes et Populi Scythiae: ſic dicti, quod ſupra, id eſt vltra eos flat Boreas: *vt ait* Seruius *ad* Virg. Ecl. 8, 27. Feſtus *vero*, Hyperborei, *inquit*, ſupra Aquilonis flatum habitantes, dicti quod humanae vitae modum excedant viuendo vltra centeſimum annum: quaſi ὑπερβαίνοντες ὅρον ſaeculi humani. Cic. de N. D. 3, 57 Apollinem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisſe. *Vid.* Seru. *ad* Aen. 4, 146. *Multa de his apud Strabonem. Vid.* Mela 3, 5. Solin. c. 26. *Locus claſſicus* Plin. 4, 12 ſ. 26 Pone eos montes (*Riphaeos*) vltraque Aquilonem (ὑπὲρ τὸν βορέαν) gens felix (ſi credimus) quos Hyperboreos appellauere, annoſo degit aeuo, fabuloſis celebrata miraculis. — Semel in anno Solſtitio, oriuntur iis Soles, brumaque ſemel occidunt. Regio aprica, felici temperie, omni afflatu noxio carens. Domus iis nemora lucique, et deorum cultus viritim gregatimque; diſcordia ignota et aegritudo omnis. Mors non niſi ſatietate vitae, epulatis delibutiſque ſenibus luxu ex quadam rupe in mare ſalientibus. Hoc genus ſepulturae beatiſſimum. Quidam eos in prima parte Aſiae litorum poſuere, non in Europa: quia ſunt ibi ſimili conſuetudine et ſitu *etc.* — Nec licet dubitare de gente ea, cum tot auctores prodant, frugum primitias ſolitos Delon mittere Apollini, quem praecipue colunt. Virgines ferebant eas, hoſpitiis gentium per annos aliquot venerabiles, donec violata fide in proximis accolarum finibus deponere ſacra ea inſtituere, hique ad conterminos deferre, atque ita Delon vsque: mox et hoc ipſum exoleuit. *Add.* 6, 17 ſ. 20 Claudian. de ſext. Conſ. Hon. 26 Cum pulcher Apollo Luſtrat Hyperboreas Delphis ceſſantibus aras. *Et* ſec. Conſ. Stilich. 256 Hyperboreis Delos praelata pruinis. *Sunt etiam* Gryphes Hyperborei *curru Apollinis iuncti apud* Claudian. de ſext. Conſ. Hon. 30. *itemque* Apul. Met. 11 p. 269, 13 Hinc dracones Indici, inde Gryphes Hyperborei. Virg. Georg. 4, 517 *de Orpheo*, Solus Hyperboreas glacies: Tanaimque niualem, Aruaque Riphaeis nunquam viduata pruinis, Luſtrabat.

HYPERCATALECTVM, i. n. [ὑπερκατάληκτον] *vel* HYPERCATALECTĬCVM, i. n. [ὑπερκαταληκτικὸν] Metrum *dicitur, cui vna ſyllaba, vel duae ſuperant. Sic* Priſcian. ſuper XII Vir. Aen. p. 1216. Virg. Aen. 1, 233 Alloquitur Venus, O qui res hominumque deorumque. *Et* Hor. Carm. 1, 9, 3 Siluae laborantes, geluque. *Illud* Dactylicum hypercatalecticum *eſt: hoc vero* Iambicum hypercatalecticum. Hypercatalecta *eſt* Diomed. 3 p. 501 *et definitur,* Super praecipuum verſum Syllabarum plus habens.

HYPERICON, i. n. [ὑπερικὸν] *Herba.* Plin. 26, 8 *et* 12.

HYPERĪDES, ae. m. [Ὑπερίδης] *Athenienſis, vnus e decem oratoribus primis, ab Archia captus, et ad Antipatrum miſſus, necatusque lingua exciſa.* Quinctil. 10, 1, 77 Dulcis in primis et acutus Hyperides, ſed minoribus cauſis, vt non dixerim vtilior, magis par. *Vid.* Cic. de Orat. 3, 25. *et* 1, 58. *et* Brut. 36.

HYPERION, ŏnis. m. [Ὑπερίων] *Aliis Solis pater; vt* Cic. de N. D. 3, 54. Ouid. Met. 4, 192. *ibique Burm. aliis Sol ipſe, quod eat ſuper terras, dicitur. Poëtae pro Sole ipſo vſurpant.* Ouid. Faſt. 1, 385 Placat equo Perſis, radiis Hyperiona cinctum. *Diodorus 5, 67 ſcribit* Hyperiona *Saturni fratrem fuiſſe, Caeli filium, qui Solis ac Lunae, aliorumque aſtrorum motus, horasque primum ſumma cura obſeruationeque a ſe percepta caeteris noſcenda tradidit. Ideo eorum parens nominatur, veluti ipſorum naturae contemplator. Frequens eſt Solis epitheton apud Homerum.*

HYPERĬŎNIVS, a, um. Adi. Currus Hyperionius Valer. Argon. 2, 34. Sil. 15, 214 Iamque Hyperionia lux ſeptima lampade ſurgens. *Add.* Auien. Phaenom. 396.

HYPERMĔTER, *ſiue* HYPERMĔTRVS, a, um. [ὑπέρμετρος] *Verſus epitheton abundantis Syllaba.* Virg. Georg. 1, 295 Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem. *Debet autem verſus ſequens a Vocali incipere, niſi fiat ſynaereſis. Vt l. c. ſequitur* Et foliis vndam, *etc.*

HYPERMNESTRA, ae. f. [Ὑπερμνήστρα] *Filia Danai, quae viro ſuo Lino, aut Lynceo pepercit. Qui poſtea interfecit Danaum. Vid.* Ouid. Epiſt. 14, 1. *Fabulam totam dedimus in Aegyptus.*

HYPERTHYRVM, i. n. *vel* HYPERTHYRIS, ĭdis. f. *Poſſis ex Plinio dicere* Superliminare. *Eſt membrum vel ornamentum columnarum, ianuarum et feneſtrarum liminibus ſuperioribus conueniens, unde nomen eſt. Nam Graeci* θύραν *ianuam ſiue oſtium vocant. Mentio vtrinque eſt* Vitruu. 4, 6.

HYPHEAR, ăris. n. *Viſcum, lingua Arcadum.* Plin. 16, 30 *et* 44.

HYPHEN. n. Indecl. [ὑφὲν] *Figura, cum duae partes orationis velut vna, aut coniunctim efferuntur. V. g.* Virg. Aen. 1, 202 — Neque enim ignari ſumus ante-malorum. *Vbi* Seruius: Ante-malorum ὑφὲν eſt. Ter. Andr. 1, 2, 4 Et heri ſemper-lenitas. *Vbi* Donatus: Semper-lenitas, hyphen.

HYPNĂLIS, ĭdis. f. *ſ.* HYPNALE. n. *Aſpidis genus eſt: Aegypti indigenum, homines ſomno altiſſimo enecans, de quo illud* Ouid. Met. 9, 693 *intelligendum, quum ſcribit,* Plenaque ſomniferis ſerpens peregrina venenis. Solin. c. 30 *al.* 27 Hypnale quod ſomno necat, emitur ad mortem, teſte etiam Cleopatra.

HYPNŌTĬCVS, a, um. Adi. *Somnum concilians.* Th. Priſc. 2, 31 Hypnotica ſufficienter conueniunt.

HYPNŌTĬCE, es. f. *Herba ſoporifera.* Apul. de Herb. c. 74.

HYPOBRYCHIVM, i. n. *Submerſum, vel ſubmerſio potius.* Tertull. de Idolol. c. 24 Irreſpirabile deuoratis hypobrychium in Idololatria.

HYPOCAVSIS, is. f. *vel* HYPŎCAVSTVM, i. n. [ὑπόκαυστον] *Locus in balneis ad ſudandum, quod* παρὰ τὸ ὑποκαίειν, *hoc eſt a ſuccendendo dicitur. Habet enim ſub pauimento locum concameratum, in quo ſuccenſus ignis calidos vapores emittit, excitatque ſudorem. Habet etiam ab vno latere praefurnium, hoc eſt paruam fornacem, in qua incluſus ignis partim hypocauſtum calefacit, partim aquas temperat ad lauandum.* Etenim ſuper eam tria ahena componuntur, vnum caldarium, *ex quo aqua calida hauritur:* alterum tepidarium, *ex quo tepida:* tertium frigidarium, *ex quo frigida, quantumque aquae ex caldario exit, tantum ex tepidario in caldarium, et ex frigidario influit in tepidarium. Vid.* Vitruu. 5, 10. Plin. Epiſt. 2, 17 Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum, quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorem, vt ratio exigit, aut fundit, aut retinet. Tenuem voluunt hypocauſta vaporem Stat. Silu. 1, 5, 59. *Latine* Vaporarium *dicitur.*

HYPOCHOERIS, ĭdis. f. *Genus oleris.* Plin. 21, 15.

HYPOCHONDRIA, orum. n. *Pl. Partes, quae ſub cartilaginibus pectoris iacent. Vtitur* Th. Priſc. de Diaeta c. 10.

HYPOCHYSIS, is. f. *Suffuſio oculorum.* Celſ. 6, 6, 35. Plin. 25, 12. Veget. Mulom. 2, 17.

HYPOCISTIS, ĭdis. f. *Herba, quae ex ciſti fruticis ramoſi radicibus profilit. Naſcitur in Hetruria. Vid.* Plin. 24, 10. *et* 26, 8. *Dioſc.* 1, 127. Hypociſtidis Scribon. 113. 110. Hypociſtidos 112. Hypociſtidis ſucci 170.

HYPOCORIASIS, is. f. *Morbus iumentorum ſub core, i. pupilla oculi.* Veget. 2, 16.

HYPOCRĬSIS, is. f. [ὑπόκρισις] *Simulatio Latine dicitur. Alienae perſonae ſimulatio.*

HYPOCRĪTA, ae. m. *Alienae perſonae ſimulator. Item Hiſtrio. Vid. Torrent. ad* Hor. Epiſt. 13, 44. Suet. in Ner. c. 24. Hypocrita *eſt, vt videtur, doctor quidam actionis ſcenicae.*

HYPOCYSTIS, ĭdis. f. Scribon. Larg. Compoſ. 85 Hypocyſtis eſt ſuccus roſae ſiluaticae, quam caninam quidam vocant.

HYPODIACONVS, i. m. Hieron. Ep. 1, 18 *et* 22. *Gradu vno inferior Diacono, vt* Hypodidaſcalus.

HYPODIDASCĂLVS, i. m. [ὑποδιδάσκαλος] *Quaſi tu Submagiſtrum dicas, ſ. doctoris vicarium.* Cic. Fam. 9, 18 Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidaſcalo proxima.

HYPŌDRŎMVS, i. m. *Clauſum vndique deambulacrum, ſub quo inceditur.* Sidon. Epiſt. 2, 2 Longitudo tecta intrinſecus ſi non hypodromus ſaltem cryptoporticus vocitabitur.

HYPOGAESON, *melius* HYPOGEISSON, i. n. [ὑπόγεισσον] *Herba ſic dicta, quoniam ſuggrundiis fere naſcitur.* Plin. 25, 13.

HYPOGĒVM, i. n. [ὑπόγειον] *Locus ſubterraneus.* Hypogeorum *appellatio complectitur Cellas vinarias, carnarias, olearias, penuarias, promtuarias. Occurrit* Petron. c. 111 p. 510. *Burm.* Vitruu. 6, 11.

HYPOGLOSSA, ae. f. *Herba.* Plin. 27, 11. *Dioſcor. eſt* ὑπόγλωσσον.

HYPOGLOSSION, i. n. *Herba.* Apul. de Herb. c. 58.

HYPOLYSOS, i. m. *Herba, aliis Artemiſia.* Apul. de Herb. c. 10.

HYPŎMĒLIS, ĭdis. f. *Pomum, cuius dulcedo cum ſapore acuto permiſta eſt apud* Pallad. R. R. 13, 4, 1. *Sed obſeruauimus ad eum locum, et in Lexico ruſtico, videri* Epimelides *eſſe, quae ibi deſcribuntur, quod eſt genus Meſpili.*

HYPOMNĒMA, ătis. *et* HYPOMNEMATVM, i. n. [ὑπόμνημα] *Interpretatio ſiue commentarius.* Cic. Fam. 16, 21 Multum

tum mihi enim eripitur operae in exſcribendis hypomnematis. Columel. 7, 5, 17 Cuius commenta, quae appellantur Graece ὑπομνήματα, ſub nomine Democriti falſo produntur. *de Bolo Mendeſio. Conf.* Cic. Att. 2, 1. 15, 23. 16, 14.

HYPOMNEMATISMVS, i. m. *Res memoriae cauſa literis mandata: ſpeciatim decreta quaedam Athenienſium Areopagitarum.* Cic. Fam. 15, 1. *et* Att. 5, 11.

HYPOMNEMĂTŎGRĂPHVS, i. m. *Qui ſcribit commentarios.* Cod. Theod. l. 12 tit. 1. *Conf. Valeſ. ad* Ammian. 28, 1. *et* l. 59 C. de Decurion.

HYPOMOCHLIVM, i. n. *Quod vecti ſubiicitur, in quo proprie motus peragitur.* Vitruu. 10, 8.

HYPOPHLŎMVS, i. m. *Genus mandragorae.* Plin. 25, 13.

HYPOPHORA, ae. f. *Obiectio, figura rhetorica.* Mart. Capell. 5 p. 185.

HYPOPIVM, i. n. [ὑπώπιον] *Sugillatum, ſugillatio, liuor.* Dictum Hypopium, *quod frequenter ſub oculis fiat, quum ex contuſione vltimam cutem ſic ſubierit ſanguis, vt appareat,* ὑπὸ ὠπὸς, *ſub oculo.* Hypopia *Latini a ſuctu dixerunt ſugillata: nec ſolum quae ſub oculis fiant ex contuſione ſuctuue, ſic dicuntur, ſed quae in reliquo corpore etiam, et ex quacunque iniuria nigreſcunt, id eſt liuores, et quae ex flagellis vibices remanent in corpore. Vid.* Oct. Horatian. 1, 10.

HYPOSTĂSIS, is. f. *Subſiſtentia, ſiue ſubſtantia. Aliquando accipitur a Graecis pro Perſona.*

HYPOTHĒCA, ae. f. [ὑποθήκη] *Graece dicitur quod Latine Pignus: teſte* Martiano 5 D. de pign. dicente, Inter pignus et hypothecam tantum nominis ſonus differt. *Vid. Valla 6, 57. et Graeu. ad* Cic. Fam. 13, 52 Philotes Cluuio hypothecas dedit. hae commiſſae ſunt. Cures velim, vt aut de hypothecis decedat, easque procuratoribus Cluuii tradat, aut pecuniam ſoluat. *Sed ICti poſteriores* Hypothecam *dici volunt pignus immobile, et* Pignus *proprie, quod moueri et in tutelam alterius tradi poteſt.* Iuſtin. §. 7 de actionib. Eam, quae ſine traditione, nuda tantum conuentione tenetur, proprie hypothecae appellatione contineri dicimus.

HYPOTHECARIVS, a, um. Adi. Hypothecarius creditor Vlpian. in l. 1 §. Sciendum eſt autem D. de ſeparat.

HYPOTHECO, āre. Barbam ſuam alicui Guil. Tyr. 11. *i. pignori opponere.*

HYPOTHĔSIS, is. f. [ὑπόθεσις] *Materia, argumentum, genus quaeſtionis.* Cic. in Topic. 79 Definitum eſt quod hypotheſin Graeci, nos cauſam. Idem Att. 14, 22 Hypotheſin autem hanc habent, eamque prae ſe ferunt *etc.* Hypotheſis *et* Materia, *idem.* Cic. Att. 1, 11.

HYPOTHETICVS, a, um. Adi. *Vt,* Prologus hypotheticus. *De* Syllogiſmis hypotheticis, *vid.* Apul. de Syllog. Categ. p. 40. Iſidor. 2, 28.

HYPOTHY̆RVM, i. n. *Oſtii vacuum, ſ. lumen et cauitas* Vitruu. 4, 6.

HYPOTRACHELIVM, i. n. *Pars colli infra ceruices. Deinde ad Columnas transfertur et de earum parte dicitur, quae ſub aſtragalo arctatur. Vid.* Vitruu. 3, 2. *et Lex.* Vitruu.

HYPOTRIMMA, ătis. n. *Condimentum ſ. conditum ſtomachicum.* Apic. 1, 33 *ſic praeſcribit,* Piper, liguſticum, mentham aridam, nucleos pineos, vuam paſſam, caryotam, caſeum dulcem; mel, acetum, liquamen, oleum, vinum, defrutum, aut caroenum. ¶ 2 *Graecis etiam Fucus, quo mulieres facies* ὑποτρίβουσιν.

HYPOZEVXIS, is. f. [ὑπόζευξις] *Figura eſt Zeugmati contraria, vbi ſuum cuique clauſulae redditur verbum.* Virg. Aen. 10, 149 Regem adit, et regi memorat nomenque, genusque, Quidue petat, quidue ipſe ferat, *etc. Ab* ὑπὸ, *id eſt ſub, et* ζεῦξις, *coniunctio, vel iugatio.*

HYPSA, ae. m. *Fluuius Siciliae.* Plin. 3, 8. Sil. 14, 227 Nec non qui potant Hypſamque, Alabinque ſonoros, *etc.*

HYPSIPYLE, es. f. [Ὑψιπύλη] *Filia Thoantis, regis Lemni: quae quum mulieres in Lemno viros omnes communi conſilio necarent, ipſa patrem ſeruauit, et dimiſit. Ob id ipſa eiecta a Lemno, et a piratis capta, et Lycurgo regi Thraciae diuendita fuit pro nutrice filio Ophelti. Vid.* Ouid. Epiſt. 6. Formoſa Valer. Argon. 3, 340.

HYPSIPYLEVS, a, um. Adi. [Ὑψιπύλειος] Ouid. Faſt. 3, 82 Pallada Cecropidae, Minoia Creta Dianam, Vulcanum tellus Hypſipylea colit. *i. lemnus.*

HYPSŌMA, ătis. n. *Altitudo.* Tertull. ad Scap. c. 3 Poſitus in ſuo hypſomate.

HYRCANIA, ae. f. [Ὑρκανία] *Regio Aſiatica, magna ex parte plana, et praeclariſſimis vrbibus adornata, dicta* Hyrcania *ab* Hyrcana *ſilua, quae Scythiae ſubiacet. Habet ab Oriente mare Caſpium, a Meridie Armeniam, a Septentrione Albaniam, ab Occaſu Iberiam. In ea regione pantherae, pardi, et tigres abundant, quum ſiluis aſpera ſit. Hinc* Lactant. 5, 11 Quis Caucaſus, quae India, quae Hircania tam immanes tam ſanguinarias vnquam beſtias aluit? Cic. Tuſc. 1, 108 In Hyrcania plebs publicos alit canes, optimates domeſticos, ſed pro ſua quisque facultate parat a quibus lanietur. eamque optimam illi cenſent ſepulturam. *Vid.* Gratius Cyneg. 162. *Barth. ad loc.*

HYRCĀNVS, a, um. Adi. [Ὑρκανὸς] Virg. Aen. 4, 367 Hyrcanaeque admorunt vbera tigres. Auia Hyrcana Stat. Theb. 6, 598. Luci Valer. Argon. 6, 114. Hyrcanum, *ſiue* Caſpium mare. Propert. 2, 23, 46.

HYRIE, es. f. *Boeotiae regio prope Aulidem cum oppido et lacu cognomine.* Ouid. Met. 7, 372 Inde lacus Hyries videt et Cycneïa Tempe.

HYRTĂCVS, i. m. *a quo* HYRTACIDES. Virg. Aen. 9, 177. *Vir fuit Troianus ex Ida monte, qui filium habuit Niſum, Aeneae comitem.*

H Y S

HYSGĪNVM, i. n. [ὕσγινον] *Color ſimilis coccineo: vnde Graeci veſtes* ὑσγινοβαφεῖς *appellant, hoc eſt* hysgino *tinctas.* Plin. 21, 26 Hyacinthus in Gallia eximie prouenit, hoc ibi pro cocco hysginum tingitur. Plin. 35, 6 *de* purpuriſſo e creta argentaria, — Hysgino maxime inficitur, rubiamque cogitur ſorbere. Turn. 19, 25 *De* hysgino, *inquit, video eſſe quaeſtionem non leuem inter doctiſſimos viros, quum aliis herba videatur eſſe, aliis tincturae genus. Ego herbam et tincturam eſſe puto, quum ex ea herba color purpureus fucetur atque tingatur. Heſychius ſcribit,* ὕσγινον βάμμα τι, *neque praeterea quidquam: interpres Nicandri,* τὸ ὕσγινον, inquit, φυτὸν ἐστὶ ξανθὸν τῷ χρώματι, ὅθεν καὶ ὑσγινοβαφῆ τὰ ὑπ᾽ αὐτοῦ βεβαμμένα. *Ita tinctura eſt Heſychio, interpreti Nicandri herba, vnde pannus inficitur. Eſſe autem tincturam, et plantam cognominem, quid vetat? Suidas* Hysgen *herbam eſſe dicit, vnde et* Hisginus *tingatur.* Fiunt, *inquit* Vitruuius 7, 14 etiam purpurei colores infecta creta rubiae radice et hysgino, non minus et ex floribus alii colores. *Deinde ponit loca Plinii, et addit, apud Pauſaniam in Phocicis eſſe videtur Coccus etc.*

HYSITIVM, *vid.* ISICIVM.

HYSSŌPVS, i. f. *et* HYSSŌPVM, i. n. [ὕσσωπος] *Herba vulgo nota.* Hyſſopus Scribon. 49. 100. 270. Columel. 7, 5 Remedio ſunt hyſſopus et ſal aequis ponderibus contrita. Plin. 25, 11 Hyſſopum in oleo contritum phthiriaſi reſiſtit, et prurigini in capite.

HYSSOPĪTES, ae. m. [ὑσσωπίτης] *Sed figurate Neutro iungitur: et eſt Vinum facticium ex* hyſſopo. Columel. 12, 35.

HYSTERICA, *Mulier, quae ab vtero ſtrangulatur, ſeu quae vuluae ſtrangulationi obnoxia eſt,* ὑστέρα *enim eſt vterus, vulua.* Martial. 11, 72 Dicet et hyſtericam ſe forſitan altera moecha In Sinueſſano velle ſedere lacu. *Alii legunt* Ictericam, *ſed Icterus morbus palam apparet, nec indicare ac dicere neceſſe eſt.*

HYSTEROLOGIA, ae. f. *ſiue* HYSTERON PROTERON. [ὑστερολογία] *Eſt Sententiae cum verbis ordo mutatus, vt ad illud* Virg. Aen. 1, 115 — Cererem — Et torrere parant flammis, et frangere ſaxo. *Diſputant* Seruius *et* Donatus *contra eos, qui hic* ὕστερον πρότερον *putabant, cum* prius frangatur frumentum, deinde torreatur, *i. coquatur: et recte oſtendunt, prius torrendam fuiſſe mollitam vndis Cererem etc.* Cic. Att. 1, 16 Reſpondet tibi ὕστερον πρότερον, Ὁμηρικῶς. *Nempe Homerus interdum, illud quod poſterius videbatur, prius exſequitur, arte quadam et ratione.*

HYSTRIX, ĭcis. f. [ὕστριξ] *Animal ex herinaceorum genere.* Plin. 8, 35 Hyſtrices generat India et Africa ſpina contectas, ex herinaceorum genere: ſed hyſtrici longiores aculei, et quum intendit cutem, miſſiles. Ora vrgentium figit canum, et paullo longius iaculatur. Hibernis autem ſe menſibus condit: quae natura multis et ante omnia vrſis. Calpurn. Ecl. 6, 15 Venit et hirſuta ſpinoſior hiſtrice barba.

HYSTRĬCV̆LVS, a, um. Dimin. *Pilis veſtitus. Vid. Salmaſ. ad* Tertull. de Pallio p. 284 *ſq. Laudat* Vet. Gl. Hiſtriculus δασύπρωκτος. *Fuerit igitur de Salmaſii ſententia* Iam hiſtriculus Achilles, *iam veſticeps, iam hirſutus viriliter, et durus, vt cum* hyſtrice *comparari poſſit. Eundem ait eſſe* Striculum Arnobii, *de quo ſ. l.*

I.

Litera I.

I LITERA *Latinis* Spiritus prope dentibus preſſis Mart. Capellae 3 p. 58. *Reſpondet Graecorum* Iota. Cic. de Orat. 3, 46 c. 10 Quare Cotta noſter cuius tu illa lata, Sulpici, nonnunquam imitaris, vt Iota literam tollas et E pleniſſimum dicas, non mihi Oratores antiquos, ſed meſſores videris imitari. *Nempe ruſticum eſt* Specam *dicere pro* Spica, Varr. R. R. 1, 48, 2: *item* Veam *pro* via, *et pro* villa vellam Idem 1, 2, 14. Quinct. 1, 4, 8 Medius quidam eſt I et V literae ſonus. Non enim ſic *optimum* dicimus vt *opimum*: et in *Heri (ſic leg. puto pro* Here) neque E plane neque I auditur. *Vid.* n. 5. Literam longam *appellat* Plautus Aul. 1, 1 *extr. Vid. Scal. de Cauſis L. L. 1, 40.* ¶ 2 *I apud Latinos tam Conſonae quam Vocalis vice fungitur, prout Iod Hebraeorum, vnde inter Grammaticos eſt orta controuerſia, vtrum duplex iſta poteſtas duplicem quoque figuram ſortiri debeat. Certum eſt in antiquis* inſcriptionibus J *caudatum reperiri nullo modo, ſed vno et perpetuo tenore I tum Conſonam tum Vocalem: ac videtur illud diſcrimen demum ſaeculo ſuperiore adoleſcente inuentum. Reſpuunt ergo doctiſſimi viri Noriſius, Cellarius, caeteri, caudatum* iota j *etiam in minuſcula ſcriptura. Minuta enim illa literarum exaratio, barbari licet et ſequioris aeui, iisdem rationibus eſt continenda, atque Romana, cuius vices gerit et in ſubſidium venit.* ¶ 3 *I Vocalis ſoni exilitate eſt notabilis, quam ideo Plato ad res exprimendas tenues et ſubtiles maxime accommodum iudicauit, cuius rei in argumentum laudatur quoque verſus iſte* Virgilianus Aen. 1, 127 *hac litera ad ſatietatem vsque plenus,* Accipiunt inimicum imbrem rimisque fatiſcunt. Quinct. 9, 4, 34 E plenior litera eſt, I anguſtior. ¶ 4 *Antiquitus I in V migrare ſolebat vt pro* Decimo, Maritimo; Decumum, Maritumum *ſcriberent. Quod cum in vetuſtis exemplaribus* Ciceronis, Liuii, Plinii *etc. apparet, tum quoque in* Terentio *et* Plauto *maxume (vt ita dicam) hodie cernitur. Frequenter enim ibi* Simillumus, Mancupium, Maxumus, *etc. Pro* Irpicem Cat. 10, 2 *in antiquis libris eſt* Vrpicem. ¶ 5 *E et I conuertuntur: vt* Here *et* Heri, Mage *et* Magis. Quinctil. 1, 7, 22 Here nunc E litera terminamus, at veterum Comicorum adhuc libris inuenio, Heri ad me venit. *Sic, vt idem ait* 1, 7, 24 *Sibe* et *quaſe* ſcriptum in multorum

torum libris eſt: *De* Menerua, Leber, Mageſter Quinćt. 1, 4, 17. O et I :. *vt*, Olli ſubridens Virg. *pro* Illi, Aen. 1, 258. 5, 10 *etc. ita* Ollis. *Obſeruarunt viri docti*, Ollorum *reperiri nusquam, ſed* Illorum *perpetuo.* ¶ 6 I, *ſed maxime ductu eminentiori, antiqui pro duplici II, id quod in Deriuatiuis ex Iacio fieri ſolet vt plurimum. Sic* Delcito *pro* Deiicito: *hodieque obtinet praeſertim in patrio caſu Nominum quae in IVS deſinunt, vt* ValerI *pro* Valerii *etc. Vid. Nor. Cenotaph. p.* 473. *Pro I longo etiam eſt EI in* nummis, *vt*, Eidus Mart. in nummo Bruti. Preimus *et in* Inſcriptionibus: *Vid. Spanh. diſſ.* 3, 122. *et Gruter. Et hoc quoque obtinet pro longo iſto* I *Accuſatiuorum Pluralium, quorum Genitiuus Pl. in IVM, Ablat. vero Singularis in I exit, vt* Omneis, Forteis, *quod in antiquis Codd. hodie reperitur. Plures tamen iſtum Caſum per I ſolum efferunt* Omnis *vel accuratius* OmnIs, FortIs, *etc. Porro pro I viſitur etiam EI aliquando in aliis Caſibus praeter iſtum Accuſatiuum, vt* Salentinei, Rheginei, *potiſſimum in Ablat. Caſu Pl. vt* De Bruttieis, De Lucaneis. Varroni *haec ratio placuiſſe in primis videtur. Ponamus exempla ex ſolo de* L. L. 6 p. 72 In ſilueſtribus loceis — a verſibus viendeis — in poëmateis — in heis vnum Tartarum — Paluda a Paludamenteis — dicitur feciſſe equum Troianum Argiueis — duobus modeis — a Libyceis — a Lucaneis — in Lucaneis. Quinćtil. 1, 7, 15 Diutius durauit, vt E I iungendis, eadem ratione, qua Graeci ει vterentur. Ea caſibus numeriſque diſcreta ſunt, vt Lucilius praecipit, *Iam puerei venere, E poſtremum facito atque I, Vt puerei plures fiant.* Ac deinceps idem, *Mendaci furique addes E, cum dare furei Iuſſeris.* Quod quidem ſuperuacuum eſt, quia I tam longae quam breuis naturam habet, tum incommodum aliquando. Nam in iis, quae proximam ab vltima literam E habebunt, et I longa terminabuntur, illam rationem ſequentes, vtemur E gemina, qualia ſunt haec *aureei, argenteei,* et ſimilia. ¶ 7 *I apud Vett. interdum inſertum, vt* Calix *pro* Calx. *Vid.* Feſt. in Calicatus. *Hinc* Adducituram *legunt quidam apud* Plaut. Truc. 1, 2, 31 *pro* Adducturam. Liberitas *in* nummo Brut. *pro* Libertas. *Interdum extruſum, vt* Calda *pro* Calida. Hor. Serm. 1, 2, 113 Inane abſcindere Soldo. *pro* Solido. ¶ 8 *I in numeris ponitur pro Vnitate, Aſſe, ſemel, Graecanico fortaſſe more, apud quos itidem eadem figura monadem exprimebat, ex ἴα ſc. quod pro μία dicebant: vt in Marm. Arund. et alibi.* I, 1. Π, 5. Δ, 10 *etc. I ſubuerſum vel tranſuerſum,* ⊢ , *nota unciae* Scribon. 145. 253. ¶ 9 *In Notis* I. Ibi, Immortali, Imperator, In, Incomparabilis, Inferis, Inter, Intra, Inuenit, Inuictus, Ipſe, Iudex, Iulius, Iupiter, Iuſſit. IA. Intra. I. AG. In Agro. IAN. Ianus, Ianuarius. IAN. CLV. Ianum Clauſit, Ianus Clauſus. I. A. P. In Agro Pedes. I. A. S. F. Itus Ambitus Sine Fraude. IA. T. C. Intra Tempus Conſtitutum. I. C. Intra Circulum, Iudex Cognitionum, Iulius Caeſar, Iuris Conſultus. I. C. E. V. Iuſta Cauſa Eſſe Videtur. I. D. Inferis Diis, Ioui Dedicatum, Iſidi Deae, Iuſſu Dei, Iuri Dicundo, Iuris Dictio. IDus. I. D. C. Iuris Dicendi Cauſa. I. D. M. Inferis Diis Maledictis, Ioui Deo Magno. I. D. N. CIV. Iudex Delegatus Nomine Ciuium. I. D. NM. In Dei Nomine. I. D. P. IDemque Probauit, Iure Dicundo Praeeat. I. D. T. S. P. In Diem Tertium Siue Perendinum. I. E. Id Eſt, In Edictis, Iudex Eſto. I. F. In Foro, In Fronte, InterFuit, Iuſſu Fecit. I. F. B. In Foro Boario. I. F. C. A. In Foro Caeſaris Auguſti. I. F. FL. In Foro FLaminii. I. F. H. In Foro Hadriani. I. F. P. In Fronte Pedes. I. F. P. R. E. A. D. P. In Foro Pro Roſtris, Et ante Diem Pridie. I. H. Iacet Hic, Iuſtus Homo. I. H. D. D. In Honorem Deorum Dearum, In Honorem Domus Diuinae. I. I. In Iure. II. VIR. I. D. QQ. Duumuir Iuri Dicundo QuinQuennalis. I. L. Illius Liberta, *vel* Libertus, In Loco, Intra Limitem, Iure Legis, Iuſta Lex. I. L. D. Ipſius Liberta Dedit, *vel* Libertus, In Loco Diuino, Ipſe Libens Dedit. I. L. F. Illius Liberta Fecit, *vel* Libertus. I. L. H. Ius Liberorum Habens. I. L. P. Ipſe Libens Poſuit, In Loco Publico, Illius Liberta Poſuit, *vel* Libertus. I. L. R. In Loco Religioſo. I. L. S. In Loco Sacro, Iuſſit Locum Sepulturae. I. M. Ioui Magno, Iſidi Magnae, Iuſſit Monumentum. I. M. CT. In Media Ciuitate. IMM. II. HON. IIII. Immunis Iterum, Honoratus Quartum. I. M. S. Inferis Manibus Sacrum, Iſidi Magnae Sacrum, Ioui Magno Sacrum, Iunoni Magnae Sacrum. I. M. T. In Medio Templi. IN MAG. M. E. I. E. L. F. E. In Magiſtratu Mortuus Eſt; In Eius Locum Factus Eſt. INF. AER. PP. R. HS. M. N. Inferat Aerario Populi Rom. Seſtertios Mille Nummos. IN M. (PR.) O. E. In Magiſtratu (Praelio) Occiſus Eſt. IN R. P. S. FVNC. In Republica Sua Functus. I. O. M. C. Ioui Optimo Maximo Conſeruatori. I. O. M. D. Ioui Optimo Maximo Dedicatum. I. O. M. D. I. Iouis Optimi Maximi Diuino Iuſſu. I. O. M. I. R. Ioui Optimo Maximo Iunoni Reginae. I. O. M. S. Ioui Optimo Maximo Sacrum. I.oui O.ptimo M.aximo S.enatus P.opulusque R.omanus V.otis S.uſceptis PR.o S.alute IMP.eratoris CAES.aris QVOD PER EV.m R.es P.ublica IN AMP.liore ATQ.ue TRAN.quilliore S.tatu E.ſt. I. P. Indulgentiſſimo Patrono, Innocentiſſimo Puero, In Pace, In Poſſeſſione, Iuſſit Poni, Iuſtus Poſſeſſor. I. P. N. M. Iulia Paterna Narbonenſis Martia. *h. e. Colonia.* I. P. S. In Pace Sepultus. I. Q. Iure Quiritium. I. Q. P. IdemQue Probauit. I. R. Ioui Regi, Iunoni Reginae, Iure Rogauit. I. S. In Senatu, In Suis, In Suos, Ioui Sacrum, Iudicatum Solui, Iudicio Senatus, Iudicium Soluit. I. S. C. In Senatus Conſulto, Iudex Sacrarum Cognitionum. I. S. D. Inferis Sacrum Diis. I. S. F. Ipſe Sibi Fecit. I. S. L. M. Ipſe Soluit Lubens Merito. I. S. M. R. Iuno Soſpita Magna Regina. I. S. S. Inferius Scripta Sunt. I. S. V. P. Impenſa Sua Viuus Poſuit, *vel* Viui Poſuere, *vel* Ipſi Sibi Viui Poſuere. I. T. C. Intra Tempus Conſtitutum. I. V. Iuſtus Vir. IVD.ex, Iudicium. IVD.aea CAP.ta. I.ta V.t E.is E ReP.ublica. F.idene S.ua V.idebatur C.enſuere.

I, [ἴθι] *Imperatiuus ab* Eo, is. Ter. Andr. 1, 1, 144 I prae, ſequar.

I A C

IACCHVS, i. m. [Ἴακχος] *Bacchus dicitur ἀπὸ τῦ ἰαχῶ, clamo, canto, nam qui Baccho ſacrificabant, clamare ſolebant. Et duplici CC ſcribi debet, quamquam in Verbo ἰαχῶ ſit ſimplex C: quod ideo fit, vt in* Iaccho *ſecunda producatur. Nonnumquam ponitur pro Vino.* Virg. Ecl. 6, 15 Inflatum heſterno venas, vt ſemper, Iaccho. Florens Catull. 62, 151. Laetus Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 16. Ictus ab Iaccho Lucret. 4, 1162.

IACEO, ui, ēre. [κεῖμαι, κατάκειμαι] *Cubare, decumbere, et proſtratum eſſe: deinde cum hic ſitus ſit mortuorum, deuictorum, aegrotantium, ſupplicantium; etiam iſta, et omnem adeo conditionem infirmam, miſeram, afflictam denotat.* Plaut. Amph. 1, 1, 86 Quisque vt ſteterat, iacet, obtinetque ordinem, *de praelio.* Ad quartam iaceo Hor. Serm. 1, 6, 122. *non ſimpliciter ſomni cauſa, ſed in lecto tamen. Etiam de accubitu menſae* Sen. de Ira 2, 33 Eo die, quo filium extulerat, immo non extulerat (*interfectum a Caeſare*) iacebat conuiua centeſimus, *intererat coenae centum conuiuarum.* Iacere alteri ad pedes, *Prouolui ad pedes, procumbere ad pedes et genua.* Cic. Verr. 5, 128 Mihi ad pedes miſera iacuit. Iacere *etiam dicuntur ii, Qui prorſus nihil agunt, et ab omni rerum curatione vacant.* Cic. Off. 3, 79 Quum C. Marius ſeptimum annum poſt Praeturam iaceret. Idem Att. 12, 4 Scias me ita dolere, vt non iaceam. *i. Vt aliquid tamen agam, vt inertiae prorſus me non dediderim.* Cic. Att. 7, 23 Tota Capua, et omnis hic delectus iacet. *Et* Claud. de Rapt. Proſerp 1, 96 — An forte iacentes, Ignauosque putas? Cic. Att. 7, 20 Reſponſa Pompeii grata Populo, et probata concioni eſſe dicuntur, quae quidem ſi ille repudiarit, iacebit, *hoc eſt, Populum alienabit, qui probat reſponſa Pompeii. De Caeſare loquitur. Et* 10, 7 Curio iacere Caeſarem putat offenſione populari. *i. Odioſum eſſe plebi, qui pecuniam aerarii abſtuliſſet.* ¶ 2 *Cum Praepoſitionibus:* Plaut. Amph. 5, 1, 21 Quis eſt hic ſenex, qui ante aedes noſtras ſic iacet? Supplex ante pedes iacuit Ouid. Met. 11, 13. In aqua iaceant carnes Plaut. Pſeud. 1, 2, 33. Cic. Verr. 5, 118 Patres hi, quos videtis, iacebant in limine. In lacertis alicuius Ouid. Amor. 1, 13, 5. In luſtra Plaut. Caſin. 2, 2, 53. In luto Idem Aulul. 2, 3, 26. Cic. Verr. 1, 52 Religiones vero, caerimoniaeque omnium ſacrorum fanorumque violatae, ſimulacraque deorum, quae non modo ex ſuis templis ablata ſunt, ſed etiam iacent in tenebris, ab ipſo abſtruſa atque abdita. In toro iacui Ouid. Epiſt. 16, 316. Sub arbore iacent poma Virg. Ecl. 7, 54. Sub vna iacuere vmbra Ouid. Faſt. 2, 87. *al.* Cubuere. ¶ 3 *Formulae aliae:* Aures iacent *comitiali morbo laborantium* — *i. flaccidae ſunt:* a nono die ſubriguntur Scribon. 13. Cic. in Catil. 1, 26 c. 10 Ad huius vitae ſtudium meditati illi ſunt, qui feruntur, labores tui: iacere Humi non modo ad obſidendum ſtuprum, verum etiam ad facinus obeundum. Humi iacet nudus infans Lucret. 5, 224. Humo iacuit reſupinus Ouid. Met. 4, 121. Truncus Iners iacui Idem Amor. 3, 7, 15. Graues vino, ſomnoque iacebant Ouid. Epiſt. 14, 33. ¶ 4 Iacere *ſignificat Ignobilem eſſe: cui opponitur* Vigere, florere. Cic. Philipp. 11, 14 c. 7 Ab hoc igitur quisquam bellum timet, qui antequam nos id coacti ſuſcepimus, in pace iacere, quam in bello vigere maluit? quamquam ille quidem numquam iacuit: nec hoc cadere verbum in tantam virtutis praeſtantiam poteſt. Non. 4, 248 Iacere, *interpretatur* Sordere, nec lectum eſſe: *Laudatque* Lucil. 30 Et ſua praecipue retro relicta iacere: *Et* Lucret. 1, 63 Humana ante oculos foede quum vita iaceret In terris, oppreſſa graui ſub religione. Iacere in obliuione, *vel* in ſilentio Cic. Verr. 1, 101. Idem de Orat. 2, 64 In eodem ſilentio multa alia officia Oratorum iacuerunt. *Deſpectum, et ſine dignitate eſſe.* Cic. Att. 11, 6 Brunduſii iacere, in omnes partes eſt moleſtum. *Negligi.* Cic. Fam. 1, 5 Nempe iacere regem pateremur. Ouid. Faſt. 1, 218 Cenſus amicitias, pauper vbique iacet. Iacere in occulto, *Non eſſe alicuius nominis, neque famae:* Plaut. Trin. 3, 2, 28 Niſi me auſcultas, atque hoc, vt dico, facis, tute pone te latebis facile, ne inueniat te honor: in occulto iacebis, quum te maxime clarum voles. ¶ 5 *Mortuum eſſe, quod iacent cadauera, nec amplius mouentur.* Ipſum te iacentis corpus admonere debet, vt viuas Petron. c. 111. Rupto iacuit corpore Phaed. 1, 25. *vbi Scheffer. oſtendit, inprimis de violenta peremtis morte vſurpari.* Lucan. 9, 229 Ille iacet, laetae paci quem praetulit orbis. Telo iacet Virg. Aen. 1, 103. Morte iacent merita Ouid. Faſt. 3, 707. Iacere *dicuntur* cineres alicuius, *Sepultum eſſe.* Martial. 1, 89 Non aliter cineres mando iacere meos. ¶ 6 *Ab interfectis, certe aegrotis et infirmis, iſta ſumta ſunt:* Liu. 25, 37 Ne inultos imperatores ſuos iacere ſinerent. Cic. in Catil. 2, 2 Iacet ille nunc proſtratus Quirites, et ſe perculſum, atque abiectum eſſe ſentit. Iacere, *aegrotare.* Sed non mors lenta iacentis Exedit puerile decus Stat. Silu. 2, 1, 155. *Et de infirmis aut languidis.* Quam iacet, infirmae venere vbi fata ſenectae, Qui prior Elaeo carcere miſſus equus Tibull. 1, 4, 31. Cic. Att. 12, 40 *pr.* Ego quid homines — poſtulent, neſcio — Ne iaceam? Quis minus? Iacet grauiter: *i. Grauiter dolet* Plin. Epiſt. 2, 20 *pr. Sic,* Iacere in lecto Cic. Philipp. 2, 45. Idem Fam. 14, 2 Te nunc mea Terentia ſic vexari et iacere in lacrimis, et ſordibus. *Sic,* Iacere in moerore Idem Att. 10, 4. Iacet oratio, *Quae languet, et quaſi exanimis eſt:* Quinćtil. 9, 2 *pr. de figuris ſententiarum loquens,* Motus eſt in his orationis, atque actus: quibus detractis, iacet, et velut agitante corpus ſpiritu caret. Pretia iacent praediorum: *pro Vili venduntur praedia.* Cic. pro Roſc. Com. 33 Accepit enim agrum temporibus iis, quum iacerent pretia praediorum. Rationes iacent: *h. e. Emortuae ſunt et languidae ac ſopitae.* Plaut. Amph. 5, 1, 1 Signo eodem apparet probe, vt primum coiuit cicatrix rufula ſublurida, rationes iacent, iudicium ſilet, quid agam, neſcio. *i. Rationes ignoro.* Studia iacent: *i. Frigent, et ſine vigore ſunt.* Cic. Tuſc. 1, 4 c. 2 Iacentque ea ſemper, quae apud quosque improbantur. Quam valde illi iaceant Cic. Catil. 2 c. vlt. *ſub fin.* Idem de Diuin. 2, 106 — Iacet igitur tota concluſio. Cic. de Fin. 2, 117 Maximas vero virtutes iacere neceſſe eſt voluptate dominante. Idem pro Milon. 47 Iacent ſuis teſtibus ii, qui Clodium negant eo die Romam, niſi de Cyro auditum eſſet, rediturum fuiſſe. ¶ 7 *Ad ſitum locorum refertur a* Virg. Georg. 3, 354 Sed iacet aggeribus niueis informis et alto Terra gelu: *vbi ſimul ad pigritiam velut hiemis reſpicit; qua non mouentur plantae.* Iacere *etiam de Mari tranquillo dicitur.* Val. Flacc. Arg. 3, 732 Flumina conticuere, iacet ſine fluctibus aequor. Lucan. 3, 518 Pacemque tenentibus Auſtris Seruatum bello iacuit mare. *Add.* Idem 5, 432. *Vid.* Drakenb. *ad* Sil. 5, 583. Virg. Georg. 3, 343 Itque pecus longa in deſerta, ſine vllis Hoſpitiis tantum campi iacet. Cic. Fam. 11, 13 Quem locum volo tibi eſſe notum, iacet inter Apenninum et Alpes, impeditiſſimus ad iter faciendum. Plin. 4, 16 Inter Septentrionem et Occidentem iacet. *Add.* Nep. 18, 3, 2. Salluſt. . . . In medio campus iacet, aquis vndique ſcatens. Gens haec iacet ſuper Ciliciam Nep. 14, 4, 1. Tellus

Tellus iacet extra ſidera Virg. Aen. 6, 795. ¶ 8 Iacere *et* Latere *confundi in MSS. docet Drakenb. ad* Sil. 2, 594. *et* 5, 583. *et* 12, 672.

IACENS, entis. Partic. [κείμενος] Cic. Philipp. 12, 4 Si iacens vobiſcum aliquid ageret, audirem fortaſſe: Stanti reſiſtendum eſt. Segnis, et iacens Quinctil. 1, 3. Somno iacens Virg. Ecl. 6, 14. Dira in regione iacens, *i. Aegrotans* Ouid. Triſt. 3, 3, 5. In amore iacens Lucr. 3, 1005. Animus iacens: *i. Sine ſpe, non alacer, non erectus.* Cic. de Amicit. 59 Non eſt igitur amici, talem eſſe in eum, qualis ille in ſe eſt: ſed potius niti et efficere, vt amici iacentem animum excitet, inducatque in ſpem, cogitationemque meliorem. Homo afflictus et iacens Cic. de Aruſp. Reſp. 50. Te iacente, *pro Te aegrotante.* Cic. Fam. 9, 29 Sed cura, ſi me amas, vt valeas, ne ego te iacente, bona tua comedim. *Pro* Comedam *hic poſitum eſt* Comedim. Conſolari iacentem Ouid. ex Pont. 2, 3, 77. Caſa humi iacens Sen. Thyeſt. f. 5. Terrae iacentes ad Heſperum, *h. e. ſitae verſus* occidentem Plin. 18, 25.

IACIO, ieci, iactum, ĕre. [ῥίπτω, βάλλω] *Mittere eminus, et vi impellere.* Virg. Aen. 5, 643 Sublataque procul dextra connixa coruſcat, Et iacit. Cic. Verr. 4, 54 In quem ſcyphum de manu iacere conatus eſt. Plin. 2, 73 Iuxta quem vmbrae aeſtate in Auſtrum, hieme in Septentrionem iaciuntur, *cadunt.* Iacere in ſublime Plin. 11, 2. Ieciſſem ipſe me potius in profundum, quam, *etc.* Cic. pro Sext. 45. Tacit. Ann. 4, 22 Aproniam coniugem in praeceps iecit. Praeceps ſe iecit in agros, *i. Irruit aut fugit in agros* Lucan. 7, 166. *de tauro.* ¶ 2 *Subſtantiua:* Lucil. 26. *ap.* Non. 4, 249 Aggere in iaciendo, ſi quo eſt vineis actis opus. *Vt* Fundamenta iacere, *et* Gradum. Ancoras iacere ante portum Liu. 29, 27. Caeſ. B. G. 4, 28 Quae tamen ancoris iactis, quum fluctibus complerentur, *etc.* Ancora de prora iacitur Virg. Aen. 3, 277. Tacit. Hiſt. 3, 73 Quod edicta in Populum pro Veſpaſiano magnifica, probroſa aduerſus Vitellium iecerat, *vt*, *ſparſerat, vulgarat.* Tacit. Ann. 3, 66 Antiqua exempla iaciens. *i. commemorans.* Flores Virg. Aen. 5, 79. *in ſacris funeris.* Cic. Philipp. 1, 1 In quo templo quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis. *Hic per translationem. Sine translatione autem*, Suet. Calig. c. 22 In area Capitolina nouae domus fundamenta iecit. *Ratio loquendi inde, quod in foſſam deiiciuntur lapides*, *et* Moles. Quinctil. 1, 4, 5 *de Grammatica*, Quae niſi Oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit, quidquid ſuperſtruxeris corruet. Cic. Fam. 10, 29 Quod quidem nec deſtiti facere, nec deſiſtam: et iam in maxima re feci, et fundamenta ieci ſalutis tuae. Fundamina iaciunt ciues Ouid. Faſt. 4, 835. *de condenda Vrbe.* Cic. de L. Agrar. 2, 38 c. 15 *pr.* Hunc quaſi Gradum quendam atque aditum ad caetera iactum intelligatis, *vt* Aggerem. Haſtam eminus iecit Virg. Aen. 10, 777. Moles iacere ab vtroque portus cornu Cic. Att. 9, 17. Odorem iaciunt de corpore Lucret. 2, 845. Plin. 10, 38 Aliquae aues ante ſe pedes iaciunt, vt ciconiae. Salutem in re aliqua, *vt ponere, et ab ea aliquid ſperare* Virg. Georg. 4, 294. Scuta Plaut. Trin. 4, 3, 27. Talos, *pro Ludere talis* Plaut. Aſin. 4, 1, 35. Cic. de Diuin. 2, 45. Talos in medium Quinctil. 6, 1. Tela manu iaciens Virg. Aen. 11, 264. Tela in falſum Tacit. Ann. 4, 50, 4. *i. temere, in tenebris, vbi fruſtra conſumantur.* ¶ 3 *Metaph. ad ſermonem refertur, poniturque pro enuntiare, ſpargere in vulgus.* Tacit. Ann. 1, 10 Quaedam de habitu, cultuque, et inſtitutis eius iecerat. Illud quid ſit, ſcire cupio, quod iacis obſcure Cic. Att. 2, 7. Apud aliquem quidpiam Tacit. Ann. 4, 7. Liu. 34, 5 *pr.* Rem defendam, non nos, in quos iecit magis hoc Conſul verbo tenus, quam vt re inſimularet. Contumeliam in aliquem Cic. pro Sull. 23. Contumelias in alios Tac. Ann. 2, 55. Inter ſe, aut inter amicos iaciunt contumelias Tacit. Ann. 15, 50. Conuicia ac probra promiſcue Idem H. 1, 47. Cic. Att. 15, 26 Reliqua pars epiſtolae, illa namque in vtramque. Sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos viriles, *etc.* Iniuriam iacere et immittere in aliquem Cic. in Parad. 4. Per vaniloquentiam, et Minas iaciebat Tacit. Ann. 6, 31. Quas inſidiarum ſibi Minas per ambages iaceret Liu. 2, 12. Tacit. Ann. 11, 13 Inque feminas illuſtres Probra iecerat. Probra in inſontem Liu. 2, . . Cic. de Diuin. 1, 14 Vocibus inſtat, et aſſiduas iacit ore Querelas. Sen. . . . Et in negligentes noſtri deos Querimoniam iaciunt, *etc.* Cic. in Orat. 87 Vtetur vtroque, ſed altero in narrando aliquid venuſte, altero in iaciendo, mittendoque Ridiculo. *Sed etiam ſimpliciter* Iacere *hoc dicitur* In narrando Cicero facetias conſiſtere putat, dicacitatem in iaciendo Quinct. 6, 3, 42. *de breuibus dictis.* Tacit. Ann. 4, 68 Igitur Latiaris iacere fortuitos primum Sermones. *i. Spargere.* Suet. in Neron. c. 37 Significationes multas nec dubias ſaepe iecit, ne reliquis quidem ſe parſurum. Cic. pro Flacc. 7 Quae eſt vnquam iacta non ſuſpicio, quae tamen ſolet eſſe falſa, ſed iracundiae vox, aut doloris? *i. prolata, oſtenſa.* Cic. Att. 2, 23 Sed βοώπιδος noſtrae conſanguineus non mediocres Terrores iacit atque denuntiat, *etc.* Propert. 2, 1 *extr.* Taliaque illacrimans mutae iace Verba fauillae. *Et* Ouid. Faſt. 2, 590 Et iacit in medio talia Verba choro. Liu. 6, 14 Ad hoc domi concionantis in modum, ſermones pleni criminum in Patres: inter quos cum omiſſo diſcrimine Vera an Vana iaceret, theſauros Gallici auri occultari a Patribus iecit. Vocem Claudii, quam temulentus iecerat Tac. Ann. 12, 64. *Add.* Idem 6, 46.

IACIENS, entis. Partic. Virg. Aen. 10, 886 Tela manu iaciens, *etc.* *Et* Lucret. 6, 1171 — Nudum iacientes corpus in vndas.

IACTVS, a, um. Partic. [βεβλημένος] *a* Iacio. Cic. de L. Agr. 2, 8 Hunc quaſi gradum quendam atque aditum ad caetera iactum intelligetis. Lapides Virg. Ecl. 6, 41. Mentio conditionum iacta Vellei. 2, 65, 1. Semen Virg. Georg. 1, 104. Quinctil. 9, 2 Eſt et iactus ſine perſona ſermo. *Vid. Burm. ad loc.*

IACTVS, ûs. m. [βολή] *Ipſe iaciendi actus.* Ter. Adel. 4, 7, 20 Si illud, quod eſt maxime opus, iactu, non cadit. Cic. Catil. 3 c. 8 Iactus fulminum. Pulueris exigui iactu compreſſa quieſcent *apum certamina* Virg. Georg. 4, 87. Pilarum iactus Ouid. Triſt. 2, 485. Teli iactus Tacit. Ann. 13, 40. Curt. 3, 10 *pr. et* c. 11 *pr.* Iactu ſe dedit in aequor Virg. Georg. 4, 528. Iactus *etiam retis dicitur abſolute.* Valer. Max. 4, 1 *circa finem*, A piſcatoribus in Mileſia regione verriculum trahentibus, quidam iactum emerat.

IACTVOSE, *et* IACTVOSVS, [κομπαστικῶς] *nusquam leguntur. Quod autem quidam probant ea ex* Cicerone, *non* Iactuoſe, *neque* Iactuoſus *in iis locis, quos adducunt, legi debet: ſed* Actuoſe *et* Actuoſus. *Vid.* Non. 2, 473. *ex* Cic. Orat. 125 c. 36.

IACTŪRA, ae. f. [ἀποβολή, βλάβη, ἐκβολή, ζημία Gl. Lat. Gr.] *Proprie Damnum dicitur, quod fit praecipue in mari: quum quis magnas merces, quas ſecum vehit, tempeſtate ingruente, cogitur in mare conicere, ne nauis obruatur.* Salluſt. ad Caeſ. 2, 14 Si quid aduerſi coortum eſt, de illis potiſſimum iactura ſit, quia pretii minimi ſunt. Iacturarum Damnorumque corporis contemtor Gell. 2, 27. Decoris ablati iactura Ouid. Met. 9, 98. Humani generis iactura Idem Met. 1, 246. Rei familiaris iactura Caeſ. B. G. 7, 64. Si iacturae rei familiaris erunt faciundae Cic. Fin. 2 c. 24. Iacturae et detrimenta rei familiaris Hirt. Bell. Alex. c. 49. Iacturae *ſaepe largitiones ſignificant.* Nunc qua cupiditate homines in prouincias, quibus iacturis, quibus conditionibus proficiſcantur Cic. pro L. Manil. c. 23. Germanos atque Ariouiſtum ad ſe magnis iacturis pollicitationibusque perduxerant Caeſ. B. G. 6, 12 *pr.* *Conf. omnino Gronou. de Pec. Vet.* 4, 4 *p.* 284 *ſq.* Leuis Claud. in Eutrop. 2, 118. Mediocris Iuuen. Sat. 13, 7. Accipere iacturam, *vid.* ACCIPIO. Afferre iacturam, *vid.* AFFERO, Colum. 1, 1. Facere iacturas rei familiaris Cic. de Fin. 2, 79 c. 24. *vid.* FACIO. In vnius muliercula animula ſi iactura facta eſt Seru. Sulp. ad Cic. Fam. 4, 5. Pati iacturam, *vid.* PATIOR. Turpiſſima eſt iactura, quae per negligentiam Venit Sen. Ep. 1.

IACTVRALIS, e. Adi. Gloſſ. Lat. Gr. Iacturale, ἐπιζήμιον.

IACTVRARIVS, i. m. *Qui frequenter iacturam patitur.* Iſidor. Gloſſ.

IACTIO, ōnis. f. *Iactus.* *Ex* Celſo 3, 11 Iactio et foetor oris *affertur. Sed al. rectius*, iactationem feruoremque corporis minuit *remiſſio.*

IACTO, āre. [ῥιπτάζω, ἀλαζονεύομαι] *Verbum Frequentatiuum, aut ſaepe multumque, aut vehementer iacere, vel ita mouere, velut iacere velis etc.* Caeſ. B. G. 1, 25 Diu iactato brachio. Virg. Georg. 1, 62 Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem. Artus varie iactat incertus dolor Sen. Hippol. f. 4. Brachia excuſſa iactare Ouid. Met. 5, 596. *Geſtus eſt in aquis natantium.* Baſia Iuuenal. 4, 118. Phaedr. 5, 7, 28. Brachium in latus Quinctil. 4, 2. Brachia in aquis Ouid. ex Ponto 1, 6, 14. Caeſtus Cic. Tuſc. 2, 40. Caput, *i. Succutere, vehementer agitare* Tibull. 2, 5, 66. Colla, *de bacchante* Ouid. Met. 3, 726. Corpus in toto cubili Lucan. 5, 812. Faces ardentes in vicinorum tecta Cic. de Aruſp. Reſp. c. 18. Iuuen. Sat. 3, 106

— Melior qui ſemper et omni
Nocte dieque poteſt alienum ſumere vultum,
A facie iactare manus, laudare paratus
Si bene ructauit, ſi rectum minxit amicus.

A facie iactare manus, *i. in altum ſublatas, e regione faciei, mouere admirationis cauſa.* Oculos Lucret. 4, 1132. Odorem, *pro Emittere* Virg. Georg. 2, 132. Ouid. Triſt. 3, 8, 5 Nunc ego iactandas optarem ſumere Pennas. *i. Agitandas alas ad volandum.* Membra in iactando fatigat Lucret. 3, 1048. Numeros eburnos, *i. teſſeras* Ouid. A. A. 2, 203. Pecunias ſuas l. 25 ff. de probat. et praeſ. Quadrantes in domum Liu. 3, 18 *extr.* Rete Celſ. in l. Si iactum D. de actionib. emt. Semen Varro de R. R. 1, 42. Stipem Tertull. Apol. c. 14. Talos Cic. de Diuin. 2, 48. ¶ 2 *Metaph.* Iactare curas pectore Virg. Aen. 1, 231. *i. Saepe voluere.* Cic. Off. 3, 80 c. 20 Cumque collegium Praetorum Trib. pleb. adhibuiſſent, vt res numaria, *etc.* conſtitueretur: iactabatur enim illis temporibus Numus ſic, vt nemo ſcire poſſet quid haberet. *i. Fluctuabat aeſtimatio numi.* Iactare atque agitare aequitatem multis iniuriis Cic. pro Quint. 10. Iactare Dicta iocoſa in aduerſarios Liu. 40, 7 *pr.* Conuicia grauida lingua Propert. 3, 8, 11. Ibi haec Incondita ſolus Montibus et ſiluis ſtudio iactabat inani Virg. Ecl. 2 *pr.* Dum haec taliaque iactamus Petron. c. 114. *i. colloquimur.* Dicta factaque quorundam calumniatus, quaſi alii ſe puerum, alii ornandum tollendumque iactaſſent Suet. Aug. c. 12. Iurgia Virg. Aen. 10, 95. Cic. pro Quint. 47 c. 14 Minae iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur, *etc.* Probra in aliquem Liu. 29, 9. Idem 7, 9 *pr.* Ea vltima fuit cauſa, quum multae ante Querimoniae vltro citroque iactatae eſſent, cur per, *etc.* Rem ſermonibus Id. 38, 28. Caeſ. B. G. 1, 18 Sed quod pluribus praeſentibus eas res iactari nolebat, celeriter concilium dimittit. Verba generoſa Sen. Epiſt. 9. Voces ad ſidera Virg. Ecl. 5, 62. Iactantur Voces, quae perueniunt ad aures meas Cic. Catil. 4 c. 7. Virg. Aen. 10, 638 Voces dum iactat inertes. ¶ 3 Iactari, vel Iactare ſe, *eſt etiam Multum laborare in aliqua re.* Nolo te iactari diutius Plaut. Trin. 3, 2, 59. Cic. Fam. 2, 15 Sed tamen Repub. mihi nihil eſt carius: in qua tu non valde te iactas. Cael. Fam. 8, 10 Curionem video ſe dupliciter iactaturum: primum vt aliquid Caeſari adimat; deinde vt aliquid Pompeio tribuat. *Conf.* Cic. Catil. 4 c. 5. Iactari in opere declamatorio Cic. de Orat. 1, 73 c. 16. *i. Crebro verſari.* *Ad corporis motum ſimul reſpicit in illo Sicinii apud* Cic. Orat. 217 c. 60 Nunquam, Octaui, collegae tuo gratiam referes, qui niſi ſe ſuo more iactaſſet *(in agendo pro roſtris)* hodie te *(medicamentis delibutum)* iſtic muſcae comediſſent. Fama iactatur Sil. 4, 4. Cael. ad Cic. Fam. 8, 1 Neque haec incerta, tamen vulgo iactantur. Caeſ. B. G. 1, 18 Sed quod pluribus praeſentibus eas res iactari nolebat, celeriter concilium dimittit. ¶ 4 Iactare ſe, *pro Efferre a geſtu illo incedentium ſuperbe et huc illuc vultum et membra iactantium.* Cic. pro Roſc. Amer. 89 Haec tu Eruci tot et tanta ſi nactus eſſes in reo, quamdiu diceres? quo te modo iactares? tempus hercule te citius, quam oratio deficeret. Se magnificentiſſime Cic. Att. 2, 21. Iactare ſe formoſum Phaedr. 3, 9, 6. Hor. Carm. 1, 2, 18 Iliae dum ſe nimium querenti Iactat vltorem. Iactare ſe ſcorto Liu. 39, 43. *Conf.* Sil. 12, 247. Iactare ſe amicae Iuuenal. 1, 62. Seſe iactare, et in alios caeco impetu incurrere Cic. de Fin. 1, 44. Se de re aliqua Idem Verr. 4, 46 c. 21 *pr.* Se in cauſis Centumuiralibus Id. de Orat. 1, 173. Cic. Att. 2, 1 Iam quum ſe ille ſeptimo die veniſſe a freto, neque ſibi obuiam quemquam prodire potuiſſe, et noctu ſe introiſſe dixiſſet, in eoque ſe in concione iactaſſet, nihil ei noui dixi accidiſſe. Coloni, qui ſe inſperatis repentiniſque pecuniis ſumtuoſius inſolentiusque iactarunt Cic. Catil. 2 c. 9. Se intolerantius Idem de Orat. 2, 209. Fiduciam partis ſuae Quinctil. 4, 13. Genus, et proauos, et regia nomina Ouid. Epiſt. 17, 51. Ingenium Quinctil. 3, 1 (2). Virtutem Ouid. Epiſt. 16, 81. ¶ 5 *Obſeru.* Iactare, *pro Exponere, ſeu proiicere, iacturae faciendae animo.* Sen. de Clement. 1, 3 Non hic eſt ſine ratione populis vrbibusque conſenſus, ſic protegendi amandique reges, et ſe ſuaque iactandi, quocunque deſiderauerit imperantis ſalus. *Inaniter loqui eſt* Virg. Aen. 1, 106 Talia iactanti, ſtridens Aquilone procella Velum aduerſa ferit. *Eſt etiam Fatigare,*

gare, vexare, concutere. Iactat orator aduerſarium ſuum Cic. Diu. in Caecil. c. 14. Virg. Aen. 1, 33 Iactatos aequore toto Troas relliquias Danaûm. Idem Aen. 1, 336 Iactetur odiis Iunonis iniquae. Aeſtu febrique iactari Cic. in Catil. 1, 31. Idem Fam. 1, 5 Poſtea quam Pompeius apud populum ad VIII Idus Februarii, quum pro Milone diceret, clamore conuitioque iactatus eſſet. Fluctibus iactari Cic. in Orat. 107. Huc illuc iactari Lucan. 8, 699. Morbo iactari Hor. Serm. 2, 3, 121. Ventis iactamur Propert. 3, 5, 11. In vndis iactari Virg. Aen. 1, 446. Cic. Verr. 1, 67 Iactatur domi ſuae vir optimus, *etc.*

IACTANS, antis. Partic. [ἀλαζονευόμενος, ἀλαζών] *ſiue Nomen ex Partic.* Plin. Epiſt. 3, 9 Iactantes et glorioſae epiſtolae. Virtutis expers, verbis iactans gloriam Phaedr. 1, 11. Iactans ſui Quinct. 11, 1. Iactant baſia Phaedr. 5, 7. *Honos Principi habitus.* Multum aliis iactantior Stat. Theb. 9, 559. Paullo iactantior Hor. Serm. 1, 3, 50. Amator iactantiſſimus Spartian. Hadrian. c. 17. Iactantior geſtus Quinctil. 11, 1. Via iactans Liu. 21, 48. *Vid. ibi Interpr.*

IACTANTER. Adu. [ἀλαζονευομένως] *Apud* Tacit. Ann. 2, 77 Periiſſe Germanicum nulli iactantius moerent, quam qui maxime laetantur. *i. Ambitioſius, vel maiori cum oſtentatione.* Ammian. 27, 2 Minae iactanter ſonantes. Tacit. Hiſt. 3, 53, 2 Literas ad Veſpaſianum compoſuit iactantius, quam ad principem. Prudent. Hamartig. v. 170 Oſtentat iactantius.

IACTANTIA, ae. f. [μεγαλαυχία, μεγαληγορία, νεανίευμα] *Idem quod Iactatio.* Quinctil. 9, 2 Veritus opinionem iactantiae. Friuola Idem 1, 6. Inanis Idem 1, 8. Minuere iactantiam Id. 6, 3.

IACTANTICVLVS, i. m. *Iactator contemtibilis apud* Vet. Schol. Iuuen. 11, 34 *qui* Buccas *ibi interpretatur*, Iactanticuli, qui tantum buccas inflant, et nihil dicunt.

IACTABVNDVS, a, um. Adi. *Vt*, Mare iactabundum Gell. 19, 1. *i. Tempeſtuoſum.* In Graecae facundiae gloria iactabundus Idem 15, 2.

IACTĀTVS, a, um. Partic. [ἐῤῥιμμένος] Virg. Aen. 1, 33 Iactatos aequore toto. Clamore, conuiciisque iactatus eſt Pompeius, *i. Exagitatus* Cic. Fam. 1, 5. Periclis iactatus Virg. Aen. 6, 693. Terris iactatus et alto Idem Aen. 1, 7. Turbine nautae iactati Catull. 66, 63. *Add.* Virg. Aen. 1, 446. Nix iactata ſub Arcto Ouid. Triſt. 3, 10, 13. Saepius iactata in ſenatu Re Liu. 22, 23. Terra iactata Virg. Georg. 2, 249.

IACTATVS, ûs. m. Plin. 14, 18 *de vini quibusdam generibus*, Sic et mari nauigato, cuius iactatus his, quae durauerint, tantum vetuſtatis adiicere ſentitur, quantum habuerint. Pennarum iactatus Ouid. Met. 6, 703.

IACTATIO, ōnis. f. [ἀναῤῥίπτησις] Cic. pro Muraen. 4 c. 2 Quo tandem animo me eſſe oportet, prope iam ex magna iactatione terram videntem, in hunc cui video maximas Reip. tempeſtates eſſe obeundas? Iactatio corporis Cic. in Orat. 86 c. 25. Lapidum Hygin. Aſtron. 2 c. 28. Vulnerum Curt. 6, 1, 5. Iactatio eſt voluptas geſtientis, et ſe efferentis inſolentius Cic. Tuſc. 4, 21 c. 9. Inſolentiam et iactationem hominum ferre Cael. ad Cic. Fam. 8, 16 *extr.* Circulatoria Quinctil. 2, 4. Eloquentia forenſis iactationem habuit in populo Cic. in Orat. c. 3. *Conf.* Id. de Aruſp. Reſp. c. 20. *et* de Prou. Conſ. c. 16. Popularis iactatio, *pro Gloria et vanis ſermonibus.* Cic. pro Cluent. 95 c. 35 Optimis hercle temporibus tum quum homines ſe non iactatione populari, ſed dignitate, atque innocentia tuebantur. Eruditionis iactatio Quinctil. 1, 5. Temporum noſtrorum iactatio Idem 4, 1, 9. *i. nunc vſitata.* Idem 11, 1, 15 Omnis ſui vitioſa iactatio eſt, eloquentiae tamen in oratore praecipue: affertque audientibus non faſtidium modo, ſed plerumque etiam odium. Cic. Fam. 11, 20 Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione verborum, et denuntiatione periculi, *etc.*

IACTĀTOR, ōris. m. [κομπαστής, ἀλαζών] *Glorioſus.* Quinctil. 11, 1 *de Cicerone*, Is quidem rerum a ſe geſtarum maior quam eloquentiae fuit in orationibus vtique iactator. Gell. 18, 4. Ciuilitatis iactator Suet. Claud. c. 35. Acer in abſentes linguae iactator Idem in Eutrop. 2, 380. Immodicus proprii iactator honoris Idem in ſec. Conſ. Stil. 6.

IACTATRIX, īcis. f. *Apud* Sidon. . . .

IACTĪTO, *a* Iacto, āre. [ῥιπτάζομαι] Liu. 7, 2 Iuuentus, hiſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta verſibus, iactitare coepit.

IACTITABVNDVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 3, 13 Citra honeſtatis nitorem iactitabundi.

IACVLVM, i. n. [ἀκόντιον, βόλις, ἀγκύλη, σαυρία] *Dicitur quidquid in longum iaci poteſt.* Plaut. Truc. 1, 1, 14 Tentant benignusne, an bonae frugi ſies: quaſi in piſcinam, rete qui iaculum parat, quando abiit rete peſſum, abducit. Idem in Aſin. 1, 1, 86 Iubeas vna opera me piſcari in aëre, venari reti iaculo apros in medio mari. *Quem locum alii aliter: ſed corrupte legunt.* Iaculi Colum. 6, 2, 4 *ſubſint.* funes, *niſi forte leg.* laquei. Rete, quo gladiatores ſeu retiarii vtebantur, dictum iaculum Iſidor. 18, 54. Hi iaculo piſces, illi capiuntur ab hamis, Hos caua contento retia fune trahunt Ouid. A. A. 1, 763. *His locis ducti arbitrantur Adiectiuum eſſe*, Iaculus, a, um. *et quandocunque* Iaculum *abſolute ponitur*, Teli *vox ſubaudienda eſt.* Iaculum (*inquit* Varro de L. L. 4, 24) dicitur, quod vt iaciatur, fit. Audax iaculis Sil. 2, . . Inſignis iaculo Virg. Aen. 10, 754. Miſſa iaculorum turba Ouid. ex Ponto 3, 7, 35. Acutum Virg. Aen. 3, 46. *Vid.* ACVO. Letale Ouid. Met. 5, 182. Velocis iaculi certamina Virg. Georg. 2, 530. Dirigere iaculum totis viribus Sen. Hippol. 6. Ictus iaculis aut lapide, *vid.* ICO. Inuadere aliquem iaculis Sil. 4, 617. Intorquens iaculum Virg. Aen. 9, 52. Ouid. Met. 5, 90. Moliri iacula, *vid.* MOLIOR. Perlibrat iaculum ad oſſa Sil. 15, 698. Torquere iaculum lacerto Ouid. ex Ponto 2, 9, 57.

IACŬLVS, i. m. [ἀκοντίας] *Serpentis genus, qui ſubit arbores, e quibus ſe vi maxima vibrat, penetratque quodcunque animal obuium fecerit fortuna.* Plin. 8, 23 Iaculum ex arborum ramis vibrari, nec pedibus tantum cauendas ſerpentes, ſed et miſſili volare tormento. Lucan. 9, 720 Et natrix violator aquae, iaculique volucres.

IACŬLOR, āri. Dep. [ἀκοντίζω] *Longe iacere.* Quinctil. 8, 2, 5 Qui iaculum emittit, iaculari dicitur. Iuuen. Sat. 1, 11 Quantas iaculetur Monychus ornos. Columel. 10, 330 Saepe ferus duros iaculatur Iuppiter imbres. Liu. 22, 50 Et quum in latus dextrum, quod petebat, Numidae iacularentur, *etc.* Hor. Carm. 1, 2, 3 Sacras iaculatus arces Terruit vrbem. Iupiter igne ſuo lucos iaculatur et Arces Ouid. Amor. 3, 3, 35. Ceruos Hor. Od. 3, 12, 11. Ferro iaculabor acuto Ouid. in Ibin 49. Fulmina Iuppiter iaculatur Idem Met. 2, 61. Saxa iaculans Giganteo lacerto Id. Met. 14, 184. Vel qui ſeſe more auium iaculentur in auras Claud. Conſul. Mall. 320. In conſertiſſima ſe hoſtium tela iaculatus Flor. 1, 14, 4. Dictator Signum in hoſtes iaculatus eſt Idem 1, 11, 2. *Pro Appetere, vel Moliri.* Hor. Carm. 2, 16, 17 Quid breui fortes iaculamur aeuo Multa? h. e. Appetimus: et quum breuis vita ſit, maiora tentamus. Acron. *Recte ſane et melius omnibus commentis, quibus ab aliquo inde tempore hic locus vexatus eſt. Sic et Bentleius.* Iaculari *eſt collineare, i. deſtinare, moliri.* Fortes, *fruſtra animoſi.* ¶ 2 *Apud rhetoras* Iaculari *de breuibus dictis et ſententiis dicitur, quae ſagittarum inſtar mittuntur. Vid.* Iacere Ridiculum. Quinctil. 11, 3, 120 Iaculari ſententias vibratis digitis, *quaſi illo digitorum motu excutentur minutae ſagittae. Sed* 9, 2, 79 Sententiis iaculari in vxorem. *Et* 2, 11, 6 Abrupta quaedam iaculari *metaphora ab eo ſumta, ſi quis arreptos et abruptos vndecunque lapides vel glebas iactet.*

IACVLO, āre. [αἰχμάζω] *Etiam dicitur.* Claud. . . . Latis iaculabat in aruis.

IACVLANS, antis. Partic. Mopſus iaculans Ouid. Met. 12, 457. Giganteo iaculans ſaxa lacerto ibid. 14, 184.

IACVLĀTVS, a, um. Part. [ἠκοντικώς] Ignes iaculata e nubibus Virg. Aen. 1, 46. *Conf.* 2, 276. Auratam iaculata pilam Claud. Laude Serenae 144.

IACVLATVS, ûs. m. *Actus iaculandi.* Tertull. de Spectac. 18 Non probabis vanos curſus et iaculatus et ſaltus.

IACVLATIO, ōnis. f. *Idem.* Liber de iaculatione equeſtri Plin. Epiſt. 3, 5. Apul. Mileſ. 1 p. 106 Statutum eſt, vt in eam die altera ſeueriſſime ſaxorum iaculationibus vindicaretur. Min. Felix c. 3 Teſtarum in mare iaculationibus ludere. Haec veluti iaculatio verborum et incluſa breuiter vrbanitas Quinct. 6, 3, 43.

IACVLĀMEN, ĭnis. n. *Idem apud* Apul. . . .

IACVLAMENTVM, i. n. Non. 18, 30 Anſatae, iaculamenta cum anſis. *Sunt ergo iacula.*

IACVLĀTOR, ōris. m. [ἀκοντιστής] *Qui iaculum emittit.* Liu. 21, 21 *extr.* Pro eo ſupplementum, ipſe ex Africa, maxime iaculatorum leuium armis petiit. Stat. Theb. 12, 562 Fulminis iaculator. Audax iaculator Enceladus Hor. Carm. 3, 4, 56. *Conf.* Ouid. Met. 12, 350. Iaculatores *dicuntur* Deerrare, *vid.* DEERRO. Iaculatorem, *pro Piſcatore poſuiſſe* Plautum *in quadam comoedia refert* Iſidorus, *e qua hoc affert*, Probus quidem antea iaculator eras.

IACVLĀTRIX, īcis. f. [σαμμυκιστρὶς] Diana iaculatrix Ouid. Met. 5, 375. *Conf.* Faſt. 2, 155.

IACVLABĬLIS, e. Adi. [ἀκοντιστὸς] *Quod iaculando emitti poteſt: vt*, Telum iaculabile Ouid. Met. 7, 680. Pondus Stat. Theb. 6, 658. *Conf.* Claud. Eutrop. 2, 166.

IACVLATORIVS, a, um. Adi. *Quod ad iaculatores, iaculandiue artem pertinet. Vt* Campus iaculatorius, *in quo iaculatores exercentur, in quo iaculatores iaculantur ordinarie.* Vlpianus D. ad leg. Aquil. l. Item ſi obſtetrix §. Sed etſi, Si a iaculantibus per luſum, ſeruus fuerit occiſus, Aquiliae locus eſt. Sed ſi (inquit Iuriſconſultus) quum alii in campo iacularentur, ſeruus per eum locum tranſierit, Aquilia ceſſat: quia non debuit per campum iaculatorium iter intempeſtiue facere. Qui tamen data opera in eum iaculatus eſt, vtique Aquilia tenebitur. Preces iaculatoriae Auguſt. Epiſt. 120.

I A D *et* I A L

IADERA, ae. f. *Illyrici oppidum*, Apolloniae et Salonae vicinum, *teſte* Pomponio 2, 3. Iaderae *meminit et* Plin. 3, 21 *extr. in deſcriptione Liburniae.*

IALDABAOTH, *Aeon primarius, de quo multa fabulati ſunt Haeretici. Vid.* Tertull. de Praeſcript. c. 47.

IALEMVS, i. m. *Calliopae filius, in poëſi frigidus et ineptus. Vid. Heſych. et Luciani Apophr. p. 445 Ed. Graeu. Item Carmen lugubre: Apollon. 4, 1304. Athen. 14. Vid. Voſſ. Inſt. Orat. 3 p. 413. Hinc et Prouerb.* Ialemi cantilena: *pro Miſerabili. Eraſm. Adag. Burm. praef. ad Philelcuth. Lipſ. Obſeru. in Menandr.*

IALȲSOS, *vel* IALYSSVS, i. m. [Ἰάλυσος] *Solis filius, a quo etiam nomen habet vna de tribus vrbibus, e quibus magna vrbs Rhodus in inſula cognomine coaluit. Nobiliſſima pictura* Ialyſi *a Protogene elaborata, propter quam vrbi Poliorcetes Demetrius pepercit. Vid.* Plin. 5, 31. Cic. in Orat. 2. Idem Att. 2, 21. Plin. 35, 10. Gell. 15 c. vlt. *Aelian. Hiſt. Varr.* 12, 41 Cic. de N. D. 3, 54. *Qui* Ialyſus *fuerit, non ſatis, vt fit in fabulis, conſtat. Moſellanus venatorem fuiſſe ſuſpicatur, a quo nomen vrbs acceperit, eique id indicio eſſe, quod cum cane pingatur* Ialyſus. *Sunt qui putent Satyrum hoc nomine fuiſſe: alii Bacchum, qui a Rhodiis ita vocaretur: Pindari interpretes aiunt Cercaphum Solis et Rhodi Nymphae filium, tres filios procreaſſe,* Ialyſum, *Lindum, et Camirum, qui tres ciuitates in Rhodo conditas ſuis nominibus appellarunt. Strabo 14.*

IALYSIVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 7, 365 Phoebeamque Rhodon, et Ialyſios Telchinas.

I A M

IAM. [ἤδη] *Adu. temporis praeſentis, quo vtuntur in variis affectibus. Properantis eſt, et ſe aliquid protinus facturum indicantis* Ter. Adel. 2, 2, 1 Tace, egomet conueniam iam ipſum. Idem Andr. 5, 4, 51 Recte admones: Dauo iſtuc dedam iam negotî. *Increpatio morae,* Ter. Eun. 3, 2, 39 Iamne imus? *In principio ſententiae* Cic. Verr. 1, 15 Iam quid id ad Praetorem, vter poſſeſſor ſit? Renuntiatio perpetuitatis, *inquit* Donatus, *ad* Ter. Andr. 2, 2, 16 Vxorem tibi iam non dat Chremes. Varro de R. R. 2, 4 Quum porci depulſi ſunt a mamma, a quibusdam delici appellantur: neque iam lactentes dicuntur. *Iam eleganter dixit, pro eo quod nunc plerique dicunt Amplius. Connectit argumenta. v. g.* Cic. de Senect. 57 Iam hortum ipſi agricolae ſuccidiam alteram appellant. Idem de Orat. 2 c. 19 Iam vero narrationem quod iubent veriſimilem *etc.* Idem . . . Iam quod ad illam cauſam attinet. Plaut. Epid. 1, 2, 8 Iam iſtoc probior es. *Conf.* Tibull. 4, 1, 82. *Modo.* Ter. Eun. 5, 2, 43 Te quoque iam Thais vt me dî bene ament, amo. Cic. de Amicit. 10 De me autem (vt iam cum vtroque loquar) ſic habetote. Iam *geminatum.* Hor. Serm. 2, 7, 114 Iam vino quaerens, iam ſomno fallere noctem. Virg. Aen. 6, 647 Iamque eadem digitis, iam pectine pulſat eburno. *De incerto et non conſtituto tempore* Tibull. 1, 1, 70 Iam veniet tenebris

bris mors adoperta caput, *etc.* *Poſthac.* Cic. Fam. 14, 14 Veſtrum iam conſilium eſt, non ſolum meum, quid ſit vobis faciendum. Idem Fam. 14, 4. *Sed ipſum articulum praeſentis temporis notat* Ter. Andr. 3, 4, 2 Cur vxor non arceſſitur? iam adueſperaſcit. Idem Eun. 4, 2, 5. Plaut. Merc. 3, 1, 35 Eccaſtor iam biennium eſt, quum mecum rem ille coepit. Idem Moſt. 4, 2, 38 Quin ſex menſes iam hic nemo habitat. *Et* Curc. 1, 1, 14 Hoc Aeſculapii fanum eſt. PA. plus iam anno ſcio. *Statim, mox, confeſtim.* Ter. Eun. 1, 2, 5 Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. Plaut. Aul. 1, 2, 26 Occlude ſis fores ambobus peſſulis, iam ego hic ero. Idem Truc. 1, 2, 18. Cic. pro Flacc. 52 Iam illud videro: ſed primum illud tenebo. *Tarditatis ſignum, pro Tandem.* Ter. Andr. 1, 2, 19 Te oro Daue, vt redeat iam in viam. Idem Adel. 2, 1, 21 I nunc iam. *Vbi* Donatus: Nunc iam, duae partes ſunt. Et bene iam: quia ſero et poſt plagas. *Tunc.* Quinctil. 2, 6, 6 Quod ſi ſatis prudenter ea viderint, iam prope conſummata fuerit praecipientis opera. *Aliquando redundare et explere tantum videtur, nec tamen ſine quadam vehementia eſt.* Ter. Heaut. 4, 3, 1 Nulla mihi res poſthac poteſt iam interuenire tanta. *Conf.* Tacit. de Germ. 45, 3 *et* c. vlt. *extr.* ¶ 2 *Iungitur aliis particulis.* Iam a pueris, *Statim ab infantia.* Ter. Heaut. 2, 1, 2 Qui nos putant iam a pueris illico naſci ſenes. Cic. Fam. 1, 9 Iam a prima adoleſcentia delectarunt. Salluſt. Iugurth. c. 77 Ad hoc Pop. Rom. iam a principio inopi melius viſum eſt, amicos quam ſeruos quaerere. Iam ab illo tempore, quum veniſti in Italiam Cic. Fam. 2, 14 (16.) Iam ab illo tempore, quum in Cumanum mihi obviam veniſti Idem Fam. 2, 15. Iam abhinc triginta diebus Comitiis habitis Id. Verr. 2, 130. Cic. in Brut. c. 17 Multis iam ante ſaeculis. Idem Att. 7, 4 Id mihi iam ante erat notum. *Conf.* Fam. 3, 10. Iam antea diuerſi audiſtis Salluſt. Catill. 7 *et* 30. Idem Iugurth. 50 *et* 67. Iam antea petiui abs te Cic. Att. 16, 17. Plaut. Ciſt. 2, 1, 7 Quod lubet non lubet iam id continuo. Iamdiu, *Per longum tempus ſignificat.* Plaut. Mil. 2, 1, 17 Ego iamdiu apud hunc ſeruitutem ſeruio. Ter. Eun. 3, 3, 12 Huc euaſit, quampridem pater mihi et mater mortui eſſent: dico iamdiu. Donatus, Iam olim *interpretatur.* Cic. de Senect. 13 Carthagini male iamdiu cogitanti. Idem de Diuin. 1, 39 c. 19 Idem iamdiu non facit. *Vid.* Non. 3, 447. Iamdiu exſpectans Cic. Acad. 1, 3. Iamdiu flagitat Idem Diu. Verr. 26 c. 8. Iamdiu haec tractantur a Graecis Id. Acad. 1, 2. Plaut. Amph. 1, 1, 146 Agite pugni, iamdiu eſt quod ventri victum non datis. Iamdiu factum eſt, quom abiſti ad forum Plaut. Aſin. 2, 1, 3. Iamdiu factum eſt poſtquam bibimus Idem Perſ. 5, 2, 41. ¶ 3 Iamdudum *proprie ſignificat* iam diu. *Sed nempe, vt de* Dudum *obſeruauimus, potius impatientiam quandam morae et properationem notat in paruo etiam temporis interuallo, quam longum tractum temporis, ita vt fere vltra vnam alteramque horam non extendatur.* Virg. Aen. 4, 1 At regina graui iamdudum ſaucia cura. *Vix vna alteraque hora adfuerat Aeneas. Sed nempe longum ipſi videbatur* etc. *Sic* Ter. Adel. 4, 1, 1 Ain' patrem hinc abiſſe rus? S. iamdudum. Idem Eun. 4, 7, 46 Iamdudum eſt animus in patinis. Cic. Fam. 3, 12 Vides ſudare me iamdudum laborantem quomodo ea tuear. Iamdudum eſt intus Plaut. Aſin. 3, 3, 151. Iam non dudum ante lucem Idem Poen. 1, 2, 105. Cic. de Orat. 2, 26 c. 7 Antonium iamdudum Cotta atque Sulpicius exſpectant. Iamdudum tractabamus Idem de Amicit. c. 22. Iamdudum factum eſt, quum abiſti domo Plaut. Trin. 4, 3, 3. Iamdudum vereor ne, *etc.* Cic. Verr. 4, 105. Iamdudum te illud hortor Idem in Catil. 1 c. 5, 21. Haec, quae iamdudum loquor Id. Verr. 3 c. 36. Ter. Eun. 3, 1, 57 Quando illud, quod tu das, exſpectat atque amat, iamdudum amat te, iamdudum illi facile fit quod doleat. *Eam fere vim habet, quam ilicet, actum eſt! non eſt opus alio argumento.* Ter. Andr. 1, 4, 1 Audiui, Archillis iamdudum: Leſbiam adduci iubes. *Ita recte diſtinguit Bentl. Notemus etiam Praeſens adiunctum. Sic* Hec. 2, 1, 1 Neſcio quid iamdudum audio hic tumultuari. *Et* Phorm. 2, 1, 59 Iamdudum te omnes nos accuſare audio. Iamdudum, aetatem: lites ſunt inter eos factae maximae Ter. Eun. 4, 5, 8. *Vbi* Donatus: Quia *Iamdudum* infinitae morae eſt, addit *Aetatem*, vt oſtendat, multum abiiſſe temporis, vt factum eſt. *Madidus et calens a vino Chremes auget, vt ſolent tales, omnia. Nam modo factum erat.* Virg. Aen. 2, 103 Si omnes vno ordine habetis Achiuos Idque audire ſat eſt, iamdudum ſumite poenas. Seruius *interpretatur*, Modo, quam primum. *Nempe hoc dicit, Iam diu debebatis ſumere poenas, non ita diu audire narrantem. Sic* Ouid. Art. Am. 2, 457 Candida iamdudum cingantur colla lacertis, *i. iam cincta eſſe debent. Et* Met. 11, 482 Ardua iamdudum demittite cornua, rector clamat. Sen. Med. 191 Vade — monſtrumque — iamdudum euehe. Ouid. Arte Am. 1, 317 Dixit et ingenti iamdudum de grege duci Iuſſit. Sil. 11, 374 Poſtera lux Phaëthontis equos proferre parabat — Et iuuenis — Iamdudum exercet curas. Hor. Od. 3, 29, 5 Preſſa tuis balanus capillis Iamdudum apud me eſt. Tibull. 3, 6, 63 Iamdudum Syrio madefactus tempora nardo Debueram *etc. Vid. Brouckh.* ¶ 4 *Reliqua connubia cum Aduerbiis.* Iam ferme moriens, me vocat, acceſſi Ter. Andr. 1, 5, 49. Iam iam, *Repente, mox.* Plaut. Curc. 5, 3, 29 Iam iam faciam vt iuſſeris. Ter. Adel. 5, 3, 67 Derides? fortunatus qui iſtoc animo ſies: ego ſentio. M. ah pergisne? D. iam iam deſino. Iam iam intelligo Craſſe quid dicas Cic. de Orat. 3 c. 24 *pr.* Iam iam ſat eſt Plaut. Mil. 4, 2, 92. Virg. Aen. 4, 371 Iam iam nec maxima Iuno, Nec Saturnius haec oculis pater aſpicit aequis. Cic. Verr. 1, 77 Iam iam Dolabella neque tui, neque tuorum liberorum miſeret. Iam iamque, *i. Mox, celerrime.* Idem Att. 7, 21 Mihi dubium non erat, quin ille iam iamque foret in Apulia. Idem Fam. 12, 10 Vos exſpectaui, Brutum quidem iam iamque. Catull. de Aty 64, 73 Iam iam dolet quod egi iam iamque poenitet. Iam inde, *Ab hoc tempore. Videtur enim tempori metam conſtituere quo aliquid fit, vel fieri coeptum eſt.* Cic. in Vatin. 13 Ac tibi iam inde praeſcribo, ne tuas ſordes cum clariſſimorum virorum ſplendore permiſceas. *Add.* Liu. 21, 31. Ter. Adel. 1, 1, 16 Is adeo diſſimili ſtudio eſt iam inde ab adoleſcentia. Iam inde a patre atque maioribus, *etc.* Cic. pro Flacc. 52. Iam inde a teneris impende laborem Virg. Georg. 3, 74. Cic. in Orat. 127 Eſt enim illorum exercitatio elegans iam inde ab Ariſtotele conſtituta. Liu. 35, 47 *pr.* Tentare gentem aduerſam Romanis iam inde a Prachyllae morte, *etc.* Idem 1, 1 Iam inde ab initio minime laetus nouae origine vrbis. Cic. pro Corn. Balb. 31 O iura praeclara, atque diuinitus iam inde a principio Romani nominis a maioribus noſtris comparata. Salluſt. Iug. c. 77. Liu. 24, 48 Ita iam inde a principiis gentis maiores ſuos bella geſſiſſe. Iam inde a cunabulis. *Laudatur* Varro de R. R. . . . *Sed videtur eſſe* Columel. 1, 3, 5 *locus ex memoria citatus.* Liu. 2, 56 Iam inde a paternis certaminibus inuiſus. Iam inde a Conſulatu meo teſtis Cic. Philipp. 14, 16. *Sic* Fam. 13, 39 Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia iam inde a Quaeſtura mea Sicilienſi. Iam inde a puero Plaut. Stich. 1, 3, 21. Ter. Adel. 3, 3, 86 Vah homo amicus nobis iam inde a puero. Iam inde antiquitus Plin. in Paneg. . . . Liu. 34, 27 *extr.* Hi ſunt iam inde antiquitus caſtellani agreſte genus. Plaut. Merc. 3, 1, 23 Iam inde aetate quum ſcis facere officium tuum. Ter. Heaut. 1, 2, 9 Nam mihi magna cum eo iam inde vſque a pueritia ſemper fuit familiaritas. Iam ne: Cic. Att. 12, 48 Velim ſcire, quid tibi reſtet, aut iamne confeceris. Iam nunc, *quod et* Nunc iam *dicitur, Certi temporis quod praeſens eſt indicationem faciens.* Cic. Diu. Verr. 42 c. 13 Quae quum cogito, iam nunc timeo. Virg. Georg. 1, 42 Et votis iam nunc aſſueſce vocari. Ouid. de Arte Am. 3, 59 Venturae memores iam nunc eſtote ſenectae, Sic nullum vobis tempus abibit iners. *Conf.* Propert. 4, 12, 93. Ter. Andr. 1, 1, 144 Eamus nunc iam intro. Nunc iam: *vid.* NVNC. *et* Cic. Att. 1, 6. Iam olim, *i. Iam a longo tempore.* Cic. . . Iam olim principio illud ſtatueram. Quinctil. 8, . . Iam olim, *Aliquando.* Ter. Eun. 3, 5, 38 Et quia conſimilem luſerat iam olim ille ludum. *Conf.* Virg. Georg. 2, 404. Pomponius in l. Sub conditione D. de Solutionibus, Sub conditione debitor, ſi acceptum feratur, poſtea conditione exiſtente intelligitur iam olim liberatus: et hoc etiam ſi ſolutio re fiat, accidere Ariſto dicebat. Iam porro: Cic. Verr. 3, 118 c. 50 Iam id porro vtrum libentes inuiti dabant. Idem pro Roſc. Amer. c. 40. Iampridem, *eodem fere modo, vt* Iam dudum *ponitur, vt potius affectum dicentis, quam definitum tempus notet. Sic per impatientiam de paruo tempore dicitur* Plaut. Bacch. 5, 2, 38 Iſtud iampridem ſcio. Ter. Hec. 2, 1, 21 Iampridem equidem audiui cepiſſe odium tui Philumenam. *i. Iam aliquanto ab hinc tempore audiui:* Cic. Fam. 8, 17 Quod ſi timor veſtrae crudelitatis non eſſet, eiecti iampridem hinc eſſemus. Idem Att. 2, 5. *et* 11, 13. *it.* Fam. 3, 11 *et* 12. Virg. Ecl. 2, 43. *et* Aen. 1, 726. *Sed etiam de longiori tempore.* Plin. . . . Quod maiores noſtros iampridem feciſſe manifeſtum eſt, *etc.* Iampridem, *Continuo.* Lucan. 1, 347 Tollite iampridem victricia, tollite ſigna. *Si* Iampridem *ad verbum* Tollite *refertur, Continuo ſignificat: ſi vero ad nomen* Victricia *Iamdiu ſignificat.* Ter. Adel. 3, 2, 40 Iam primum illum alieno animo a nobis eſſe res ipſa indicat: *incipit enarrare cauſas conſilii ſui. Sic* Salluſt. in Catil. c. 15. *Et* Ter. Andr. 3, 2, 32 Iam primum haec ſe e Pamphilo grauidam dixit eſſe: inuentum eſt falſum. *Sic poſt Exordium ita ad hiſtoriae initia tranſit* Liuius 1, 1 Iam primum omnium ſatis conſtat, Troia capta, in caeteros ſaeuitum eſſe Troianos. Cic. Fam. 14, 23 Redditae mihi iam tandem ſunt a Caeſare literae. *Conf.* Liu. 22, 12. Iam tandem Italiae fugientis prendimus oras Virg. Aen. 6, 61. Ita ſe iam tum geſſiſſe pro ciue iis temporibus, quae tu criminaris Cic. pro Arch. c. 12. *Et* Fam. 6, 2. 7, 12. *et* 13, 17. Liu. 29, 1. Nep. 8, 24. Virg. Aen. 8, 349 Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes. Iam tunc, *i. Ex illo ſtatim tempore* Iuſtin. 13, 5, 5. *et* 38, 5, 3. *Conf.* Plin. 16 c. vlt. Iam vero ipſa terra ita mihi parua viſa eſt, vt me imperii noſtri, quo quaſi punctum eius attingimus, poeniteret Cic. in Somn. Scip. 8. *quo loco legitur et ſine* Vero. Idem de Orat. 2, 83 Iam vero narrationem quod iubent veriſimilem eſſe, *etc.* Iam vero, *ſecundo loco poſitum.* Cic. de Clar. Orat. 263 Probabilis orator, iam vero etiam probatus. *Quaſi dicat, Quid dico probabilis? immo iam probatus.* Idem Verr. Act. 1 c. 48. *et* Off. 2 c. 3. Iam vſque ab: Cic. de Diuin. 1, 1 Vetus opinio eſt iam vſque ab heroicis ducta temporibus, *etc.*

IAMBVS, i. m. [ἴαμβος] *Pedis genus, conſtans ex breui et longa, vt* dŏcēns. *Inde eſt* ἰαμβίζειν, *id eſt maledicere: eſt enim pes verſibus maledicis aptiſſimus. Varias appellationis rationes* videre licet *apud* Diomed. 3 p. 473. *V. g. a* Iambe Celei famula, *it.* Iambum eſſe quaſi Triambum, a Triumphatore Libero, a forti viro Iambo *etc. Nihil enim ſani eſt. Notemus potius ex l. c.* Iambum *eundem appellari* Daunium a duce Apulorum Daunio, *itemque* Gradalem, Gradiuo Marti ſacrum. Syllaba longa breui ſubiecta vocatur Iambus Hor. Arte Poët. 251. Criminoſi Idem Carm. 1, 16, 3. Ouid. de Rem. Amor. 378 Liber in aduerſos hoſtes ſtringatur Iambus, Seu celer, extremum ſeu trahat ille pedem, *i. Scazon.* Hor. Epiſt. 1, 19, 23 Parios primus Iambos Oſtendi Latio, numeros animoſque ſecutus Archilochi. Pugnax Ouid. in Ibin 521. Facere Iambum Quinctil. 1, 5. Vibrare truces Iambos Catull. 34, 5. Iambus, *Ecloga aut Idylium aut carmen, aut poëmatium ex Iambis.* Cic. Att. 16, 11 Mihi, vt Ariſtophani Archilochi Iambus, ſic epiſtola longiſſima quaeque optima videtur. Feſtus: Iambi vocabantur, qui ſinguli ex proſcenio loquebantur, Triambi, qui terni.

IAMBĒVS, a, um. Adi. [ἰαμβεῖος] Trimetri Iambei Hor. de Arte Poët. 252.

IAMBĬCVS, a, um. Adi. Verſus Iambicus Diomed. 3, . .

IAMBICĪNVS, a, um. Adi. Genus Iambicinum Martian. Capella 9, 335.

IAMIDAE, arum. m. *De quibus apud* Cic. de Diuin. 1, 91 *mentio eſt, Familia quaedam fuit aruſpicum, ab Iamo filio Apollinis ſic nominata, quorum vnus Thraſybulus e canum extis vaticinabatur, vt ſcribit Pauſanias 2 Eliacon. vid. Victor. V. L. 13, 15. Turneb. Aduerſ. 5, 22. Add. Philoſtr. Apollon. 5, 25.*

I A N

IANA, ae. f. [Ἄρτεμις] *Luna erat veteribus Romanis.* Varro de R. R. 1, 37, 3 Nunquam rure audiſti octauo *(die ante)* Ianam *(i. lunam nouam)* et creſcentem, et contra ſeneſcentem *etc.* Macrob. Sat. 1, 9 Pronuntiauit Nigidius, Apollinem Ianum eſſe Dianamque Ianam, appoſita D litera, quae ſaepius I literae decoris cauſa apponitur, vt *reditur, redhibetur, redintegratur*, et ſimilia. *Add. Scalig. de Emend. Temp. 2 p. 174. et Voſſ. de Idol. 2, 16. et quae monemus in* DIANA. *Conf. mox* IANVS.

IANALIS, e. *vid.* IANVS.

IANEVS Ianitor *apud* Feſtum.

IANICVLVM, i. n. [Ἰανίκλον] *Oppidum prope Romam: dictum quod per eum (ſic editur, pro* id*)* Populus Rom. tranſierit in agrum Hetruſcum, *vt ait* Feſtus: *ſeu quod* Ianus *illud condiderit.* Solin. c. 8 Quis dubitat Ianiculum a Iano non fuiſſe nominatum? Virg. Aen. 8, 358 Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit arcem: Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen. *Add.* Ouid. Faſt. 1, 246. Plin. 3, 5. *et* 16, 11. *Conf.* Liu. 1, 33 *extr.*

IANITOR, IANITRIX, vid. IANVA.

IANTHE, es. f. Virgo Cretenſis, laudatiſſima forma: apud Ouid. Met. 9, 714.

IANTHVM, i. n. [ἴανθον] Herba vel flos coloris purpurei. Plin. 21, 6. et Marcell. Emp. c. 17. Hinc

IANTHĬNVS, a, um. Adi. [ἰάνθινος] Violaceus, ſiue coloris purpurei: ἀπὸ τῦ ἴον, quod eſt viola, καὶ τὸ ἄνθος, εος, quod florem ſignificat: hoc eſt quaſi violaceus flos. Martial. 2, 39 Coccina formoſae donas et ianthina moechae. Subaudi, Indumenta. Vid. Plin. 21, 6 et 8.

IANVA, ae. f. [θύρα, πυλὼν] Oſtium, aditus, fores. Valla 4 Porta murorum eſt, munitionumque atque caſtrorum: Ianua parietis ac domorum. Eſt autem proprie illud e tabulis contextum, quo ſpatium illud cauum, illud perforatum, impletur et clauditur. Luculenter hoc apparet ex illo Catull. 66, 37 in Satirico ſermone Ianuae,

Dixerit hic aliquis, quî tu iſthaec, ianua, noſti?
Quoi nunquam domini limine abire licet,
Nec populum auſcultare; ſed huic ſuffixa tigillo
Tantum operire ſoles aut aperire domum.

Sic Ouid. Faſt. 1, 135 Omnis habet geminas hinc atque hinc ianua frontes, E quibus haec populum ſpectat, at illa larem. Cic. Verr. 1, 66 Seruis ſuis Rubrius vt ianuam clauderent, et ipſi ad fores aſſiſterent imperat. Vid. IANVS. Ianuam et Oſtium pro eodem ponit Cic. de Orat. 2, 276. Idem de Orat. 1, 200 Qu. Mucii ianua et veſtibulum, quod etc. maxima quotidie frequentia ciuium ac ſummorum ſplendore hominum frequentatur. Animi ianua frons eſt Qu. Cic. de Pet. Conf. c. 11. Adaperta Ouid. Met. 14, 740. Semiadaperta Idem Amor. 1, 6, 4. Clauſa Id. Amor. 2, 1, 20. Plin. Epiſt. 1, 18 Illa actio mihi aures hominum, illa ianuam Famae patefecit. Firma Ouid. Amor. 2, 12, 3. Laxa ferenti, ſuda oranti Idem Amor. 1, 8, 77. Et 3, 1, 46. Maxima Cato c. 14. Pulſata ſepulcri Ouid. Triſt. 3, 2, 24. Caedere ianuam ſaxis, vid. CAEDO. Cic. pro Muraen. 33 Eam vrbem ſibi Mithridates Aſiae ianuam fore putauiſſet: qua effracta et reuulſa, tota pateret prouincia. Obſerare ianuam, vid. h. v. Panditur ad nullas ianua nigra preces Propert. 4, 12, 2. Patefacere ianuam, vid. PATEFACIO. Noctes atque dies Patet atri ianua Ditis Virg. Aen. 6, 127. Quaerere aliquem a ianua Cic. de Orat. 2, 276. Per metaph. Idem pro Planc. c. 3 Itaque quanquam qua nolui ianua ſim ingreſſus in cauſam, ſperare videor, tantum abſuturam eſſe orationem meam, etc. Ab hoc aditu, ianuaque patefacta peruenire ad ea, quae cupimus Cic. de Orat. 1, 204. Patet iſtic ianua leto Virg. Aen. 2, 661. Mortis ianua Sil. 11, 187.

IANĬTOR, ōris. m. [πυλωρὸς, θυρωρὸς] Cui ianuae cuſtodia commiſſa eſt. Ianus apud Ouid. Faſt. 1, 138 Vtque ſedens veſter primi prope limina tecti Ianitor egreſſus introitusque videt etc. Cic. Verr. 3, 8 Hunc veſtri ianitores, hunc cubicularii diligunt. Ianitores ex equeſtri loco ducenti, ſtipatores corporis Cic. pro L. Agr. 2, 32. Carceris ianitor Idem Verr. 5, 117. Catenatus, vid. CATENA. Ingens Virg. Aen. 6, 400. Cerberum intelligit.

IANĬTRIX, īcis. f. Plaut. Curc. 1, 1, 76 Anus hic recubare ſolet cuſtos ianitrix. Plin. 15, 30 Laurus triumphis proprie dicatur, vel grauiſſima domibus ianitrix Caeſarum, Pontificumque. i. e. Quae ſolet plantari ante domos Caeſarum et Pontificum. Conf. Petron. c. 39 et 55. Romphaea Paradiſi ianitrix Tertull. de Anima c. 55. Duorum fratrum Vxores Ianitrices dicuntur, Modeſtino in l. Non facile. §. Adfines ſunt. D. de Gradibus cognationum. (38, 10, 4) In quibusdam exemplaribus non legitur dictio Ianitrices, ſed vnica contextu ita legitur, Duorum fratrum vxores dicuntur apud Graecos ἐινάτερες. Ianitrices, δύο ἀδελφῶν γυναῖκες, σύννυμφοι Vet. Gloſſ. Conf. Scalig. in Catull. 67, 3.

IANVARIVS, i. m. [ἰανυάριος, θυραῖος] Primus menſium, quem Numa Pompilius a principe deo, hoc eſt Iano appellauit, qui primum anni eſſe voluit, tanquam bicipitis dei menſem, reſpicientem et proſpicientem tranſacti anni finem, futurique principia. vt loquitur Macrob. Sat. 1, 13 v. v. et Ouid. Faſt. 1, 63 ſqq. Menſe Ianuario Cic. Att. 1, 2. Ineunte Ianuario, vid. INEO. Qui calendas Ianuarias colit, peccat Ambroſ. Serm. 17.

IANVS, i. m. [Ἰανὸς] Antiquiſſimus Italiae rex, Saturnum in regni ſocietatem aſciuit. Eum aiunt primum in Italia diis templa feciſſe, ritusque ſacrorum inſtituiſſe, ac idea eum in ſacrificiis praelationem meruiſſe perpetuam. Multa de illo Macrob. Sat. 1, 7. it. 8 et 9. Ponemus tantum ex c. 9 paucula, Apud nos Ianum omnibus praeeſſe ianuis, nomen oſtendit, quod ſimile θυραῖῳ. Nam et cum claui ac virga figuratur, quaſi omnium et portarum cuſtos, et rector viarum. Pronuntiavit Nigidius, Apollinem Ianum eſſe, Dianamque Ianam — Ianum quidam ſolem demonſtrari volunt, et ideo geminum, quaſi vtriusque ianuae caeleſtis potentem, qui exoriens aperiat diem, occidens claudat. — Sed ſtudioſi caetera ibi cognoſcent. Cic. de N. D. 2, 67 c. 27 Cum in omnibus rebus vim haberent maximam prima et extrema, principem in ſacrificando Ianum eſſe voluerunt: quod ab eundo nomen eſt ductum, ex quo tranſitiones peruiae Iani, foresque in liminibus profanarum aedium ianuae nominantur. Iani nomen Ouid. Faſt. 1, 124 deducit a Ianua, ex eo, quod Ianus caeli foribus praeeſſet,

Praeſideo foribus caeli, cum mitibus Horis
Et redit officio Iuppiter itque meo,
Inde vocor Ianus, etc.

Totus enim ille locus de Iano agit. Huius templum erat Romae, quod tempore belli patebat, tempore pacis claudebatur: vnde Patuleius et Cluſinus cognominabatur. Vid. Liu. 1, 9. Iani templum fuit Romae, quod belli tempore apertum, pacis clauſum fuit, vt auctor eſt Seruius: Conſtat, inquit, templum hoc ter eſſe clauſum. Primum regnante Numa: item poſt bellum Punicum ſecundum: tertio poſt bella Actiaca, quae confecit Auguſtus: quo tempore pax quidem fuit, quantum ad exteras pertinet gentes, ſed bella flagrauere ciuilia. Huius autem claudendi, vel aperiendi templi ratio varia eſt. Alii dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, quum in eo eſſet, vt vinceretur, calidam aquam ex eodem loco erupiſſe, quae fugauit exercitum Sabinorum. Hinc ergo tractum morem, vt pugnaturi aperirent templum, quod in eo loco fuerat conſtitutum, quaſi ad ſpem priſtini auxilii. Alii dicunt, Tatium et Romulum facto foedere hoc templum aedificaſſe. Vnde et Ianus ipſe duas facies habet, quaſi vt oſtendat duorum regum coitionem: vel quod ad bellum ituri debent de pace cogitare. Eſt alia melior ratio, quod ad praelium ituri optent reuerſionem. Haec Seruius enarrans illud Aen. 1, 298

Dirae ferro, et compagibus arctis
Claudentur belli portae, furor impius intus
Saeua ſedens ſuper arma, etc.

Vnde Hor. Od. 4, 15, 8 Ianum Quirini duellis vacuum clauſit. Et Epiſt. 2, 1, 255 Clauſtraque cuſtodem pacis cohibentia Ianum. Conf. Lipſ. Elect. 1, 20. et Caſaub. ad Suet. p. 61. Menſis Iani Ouid. Faſt. 2, 48. De Epithetis Iani primo ponemus locum Macrobii Sat. 1, 9 Gavius Baſſus Ianum Bifrontem fingi ait, quaſi ſuperum atque inferum ianitorem, eundem Quadriformem quaſi vniuerſa climata maieſtate complexum. Saliorum quoque antiquiſſimis carminibus deorum deus canitur — In ſacris quoque inuocamus Ianum Geminum, I. Patrem, I. Iunonium, I. Conſiuium, I. Quirinum, I. Patulcium et Cluſiuium, quorum deinde omnium nominum rationem reddit. Anceps Ianus Ouid. Met. 14, 334. Belliger Lucan. 1, 62. Biformis Ouid. Faſt. 1, 89. Biceps Idem Faſt. 1, 65. Bifrons Virg. Aen. 12, 198. Macrob. Sat. 1, 9 Quaſi ſuperûm atque inferûm Ianitor. Addit eundem quadrifrontem quaſi vniuerſa climata maieſtate complexum. Paullo ante dixerat, Ideo et apud nos in quatuor partes ſpectat, vt demonſtrat ſimulacrum eius Faleris aduectum. Cuſtos pacis Hor. Epiſt. 2, 1, 255. Ancipiti mirandus imagine Ouid. Faſt. 1, 95.

¶ 2 Tranſitiones peruiae Iani, foresque in liminibus profanarum aedium ianuae nominantur Cic. de N. D. 2, 67 c. 27. Tales ſunt Liu. 41, 32 Fuluius locauit forum porticibus tabernisque claudendum, et Ianos tres faciendos. De quacunque vrbe ſermo ſit, quod in loco mutilo conſtituere non expeditum eſt, illud obſeruemus, Forum claudi porticibus ac tabernis circum aedificatis, vt cauum quiddam obtineatur, inter alia, orantibus in foro, cauſasue agentibus, itemque ſpectaculis varii generis commodum. Itaque platearum aditus ex parte obſtruuntur per Ianos illos, in quibus modo tantum aperti ſpatii inſtar portarum, ornatarum ſplendide, relinquitur, quantum tranſeuntibus neceſſarium eſt. Tales Iani poſſunt tot ab vna parte forum reſpicere, quot plateae in illud competunt: poſſunt quidam longi et laxi eſſe, vt conuentus negotiatorum varii generis recipiant, etc. Talibus Ianis poſſunt plateae ex tranſuerſa iungi, et magna compendia praeſtari negotioſis diſcurrentibus. Tales Iani exornari inſtar arcuum triumphalium poſſunt. Sed teſtimonia ponere pergimus. Sueton. Aug. c. 31 Pompeii ſtatuam marmoreo Iano ſuperpoſuit. Et Domit. c. 13 Ianos arasque cum quadrigis et inſignibus triumphorum per regiones vrbis tantos ac tot exſtruxit, vt etc. Ammian. Marcell. 28, 4 Potiores auctoritate longaeua per Ianos et fora clamitant ſaepe, Remp. ſtare non poſſe. In hoc genere Ianorum vnus foro proximus in primis nobilis, in quo feneratores conſiſterent, praecipue media illius parte, cum videatur fuiſſe tranſitus longior. Cic. Philipp. 6, 15 c. 5 cum mentionem feciſſet ſtatuae inſcriptae L. Antonio a Iano medio patrono, addit, Itane? Ianus medius in L. Antonii clientela ſit? Quis vnquam in illo Iano inuentus eſt, qui L. Antonio mille numûm ferret expenſum? Horat. Serm. 2, 3, 18 Poſtquam omnis res mea Ianum Ad medium fracta eſt, aliena negotia curo, Excuſſus propriis. Quae hic de Iani tribus ſtatuis Vet. Schol. habet, illa ſuſpecta ſunt merito Bentleio ad Hor. Epiſt. 1, 1, 54 Haec Ianus ſummus ab imo Prodocet, Ianus ſummus, medius, imus ſunt partes ſumma, media, ima vnius illius Iani negotiatoribus aſſignati. Mediam partem medium Ianum frequentem in primis, locus prior Horatii docet, et illud Cic. Off. 2 extr. Sed de — quaerenda, de collocanda pecunia, vellem etiam de vtenda, commodius a quibusdam optimis viris ad medium Ianum ſedentibus, quam ab vllis philoſophis vlla in ſchola diſputatur. Simpliciter Ianum vocat Ouid. Rem. Amor. 561 Qui Puteal Ianumque timet, celeresque Kalendas, Torqueat hunc aeris mutua ſumma ſui. Ad hunc Ianum alludere videtur Seneca in M. Claudii p. 852 Ianus homo vafer, qui ſemper videt ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω. Is multa diſerte, quod in foro viuat, dixit, quae notarius perſequi non potuit. Vt redeamus ad Ianos vniuerſim, non omittendus locus P. Victoris in Deſcr. Rom. p. 264 Labb. Iani per omnes regiones, incruſtati et adornati ſignis: duo praecipui ad arcum Fabianum, ſuperior inferiorque. Denique etiam libros in Iano venales fuiſſe diſcimus ex illo Hor. Epiſt. 1, 20, 1 Vertumnum Ianumque liber ſpectare videris Scilicet, vt proſtes Soſiorum pumice mundus. Huc referas miniſterium a Iano, de quo ſunt Inſcript. Grut. p. 577, 1 TI. CLAVD. TI. AVG. VER. (puto Verna) THRYPH. AIANO ABATR. Nempe a Iano, ab atrio legendum: A IANO diſerte vocatur Nicomachus aliquis p. 576, 9. et p. 577, 2. Et in eadem tabella p. 577, 1 eſt etiam talis inſcriptio, CLAVDIAE HORAE TI. CLAVDIVS OSTIAR. i. oſtiarius CONIVGI.

IANĀLIS, e. Adi. [Ἰανάλιος] Virga Ianalis Ouid. Faſt. 6, 165. Conf. Idem 6, 129 et 165.

IANVAL, alis. n. Libi genus, quod Iano tantummodo libabatur. Feſtus. Meminit rei Ouid. Faſt. 1, 127 Inde vocor Ianus, cui cum cereale ſacerdos Imponit libum mixtaque farra ſali, etc.

I A O et I A P

IAO, us. m. Vox haereticis vſitata. Vid. Tertull. adu. Valent. c. 14. et de Praeſcript. c. 49. Ipſum nomen יהוה hic deliteſcere, credibile eſt.

IAPĔTVS, i. m. [Ἰαπετὸς] Caeli et Terrae filius, ſecundum Heſiodum. Hunc quidam Promethei patrem fuiſſe aſſerunt. Sic Ouid. Met. 1, 82 Satus Iapeto eſt Prometheus. Audax Iapeti genus Hor. Carm. 1, 3, 27. Trux Iapetus Valer. Argon. 1, 564.

IĀPIS, ĭdis. m. [Ἰάπις] Nomen proprium herois Aetoli, qui quum ad regionem Venetiae veniſſet, oppidum de ſuo nomine condidit, a quo ea pars vbi Timauus fluuius eſt, Iapidis nomen ſumſit. Virg. Georg. 3, 475 Caſtella in tumulis, et Iapidis arua Timaui. Sic dictus eſt ab ἰᾶσθαι curare, quia Aeneam ſagitta ictum curauit apud Virg. Aen. 12, 391 et 420. Conf. Auſon. Epig. 19 cum Not. Vinet. Hinc

IAPIDIA, ae. f. Iapidis regio. Tibull. 4, 109 Fortis Iapidiae miles. Vid. Scalig. ad l. c.

IĀPYX, ygis. m. [Ἰάπυξ] Daedali filius, a quo Iapyges populi Apuliae Solin. c. 8. Arua Iapygis Ouid. Met. 15, 52. ¶ 2 Adiectiue Equus Iapyx Virg. Aen. 11, 678. Garganus mons Idem Aen. 11, 247 Victor Gargani condebat Iapygis agris. Vnde Seruius Iapygiam partem Apuliae eſſe dixit, in qua eſt mons Garganus, qui vſque in Adriaticum pelagus tenditur. Huius metropolis eſt Brundiſium et Tarentum. Hanc regionem Meſſapiam, et Iapygiam, et Calabriam, et Salentinam multi nominant. Sic Iapyx, Ventus eſt ex Apulia proficiſcens, quem eundem Caurum Gell. 2, 22 eſſe iudicat. Eſt enim, Occidentalis, et vtilis Graeciam petentibus ex Italia, vt teſtatur Hor. Carm. 1, 3, 4 Obſtrictis aliis praeter Iapyga. Virg. Aen. 8, 709 Illam inter

inter caedes pallentem morte futura Fecerat ignipotens, vndis, et Iapyge ferri. h. e. Vento qui de Apulia flans optime ad Tarentum ducit. Seruius. *Conf.* Apul. de Mundo p. 63, 20 Apuli Iapygium (appellant) ex Iapyge ſinu, id eſt ex ipſo Gargano venientem. Hunc Caurum eſſe manifeſtum eſt *etc.* Albus Iapyx Hor. Carm. 3, 27, 20. Idem 1, 3, 4.

IAPYGIVS, a, um. Adi. *Vt*, Gell. 2, 22 Iapygiae ipſius orae proficiſcentem quaſi finibus Apuli eodem, quo ipſi nomine *(intell. appellantur)* Iapygem dicunt. Regio Iapygia Plin. 3, 11. Ventus Iapygius Apul. *vt modo vidimus.*

I A R *et* I A S

IARBAS, *vid.* HIARBAS.

IASIŎNE, es. f. Herba, quae vnum folium habet, ſed ita implicatum, vt plura videantur Plin. 21, 17. *Et* Iaſione, Olus ſilueſtre in terra repens Idem 22, 22.

IĂSIS, ĭdis. f. [Ἰασὶς] *Dicta eſt Atalantis, ab* Iaſio *patre. Vid.* SCHOENEVS. Dura Iaſis Propert. 1, 1, 10. *Vid. Spanh. ad Callim. p. 275.*

IASIVS, i. m. [Ἰάσιος] *Dardani frater.* Nam Dardanus, *inquit* Seruius, et Iaſius fratres fuerunt, Electrae filii: ſed Dardanus de Ioue, Iaſius de Corito procreatus eſt. Seruius *apud* Virg. Aen. 3, 168 Hae nobis propriae ſedes, hinc Dardanus ortus Iaſiusque pater, genus a quo principe noſtrum.

IASIDES, is. m. Dux Iaſides Stat. Theb. 6, 911. *h. e. Adraſtus, qui filius fuit Talaonis, nepos vero Iaſii fratris Dardani.* ¶ 2 *Etiam* Palinurus Iaſides *eſt*, *ſ.* Iaſi filius Seruio *auctore ad* Aen. 5, 843.

IĀSON, ŏnis. m. [Ἰάσων] *Aeſonis filius, fratris Peliae Theſſaliae regis, qui Colchos profectus, vellus aureum abſtulit. Totam fabulam enarrat* Ouid. Met. *6 extr. et 7 pr. Breuiter* Iuſtin. 42, 2. *vid.* Macrob. Saturn. 1, 12. Ouid. Met. 7, 26 Quem niſi crudelem, non tangit Iaſonis aetas? Aſper Valer. Argon. 4, 222. Clarus Ouid. Met. 7, 5. Efferus Stat. Theb. 5, 472. Pegaſeus Ouid. Met. 8, 349. ¶ 2 Iaſon *Pherarum Tyrannus in Theſſalia, ſui temporis omnium potentiſſimus, vt* Nepos in Timotheo . . . *ſignificat. Virtutem eius et rei militaris ſcientiam praedicant Xenophon de rebus Graec. 6. Diod. Sic.* 15 *et* 16. *Conf.* Val. Max. 1, 8 ext. *et* 9, 10 ext. 2 *et* Plin. 7, 5.

IASONIDAE Iuuenes, *Iaſone geniti* Stat. Theb. 6, 340.

IASONIVS, a, um. Adi. Argo Iaſonia Auien. Arat. Phaen. 756 *et* 808 Puppis Iaſoniae depictaque terga carinae. *Conf.* Stat. Achil. 1, 65.

IASPIS, ĭdis. m. *et* f. [ἴασπις] *Lapidis pretioſi genus.* Plin. 37, 8 Viret, et ſaepe tranſlucet iaſpis, etiamſi victus a multis, antiquitatis tamen gloriam retinens. Plurimae ferunt eam gentes, ſmaragdo ſimilem Indi: Cypros duram glaucoque pingui. Perſae aëri ſimilem: ob id vocatur aërizuſa. Talis et Caſpia eſt, caerulea circa Thermodoontem amnem, in Phrygia purpurea, in Cappadocia ex purpura, caerulea, atque non refulgens. *Verſiculus vulgaris*, Auro quid melius? Iaſpis: quid iaſpide? Virtus. Martial. 5, 11 Sardonychas, ſmaragdos, adamantes, iaſpidas, vno Portat in articulo Stella Seuere meus. Fulua ſupellex fulget iaſpide Lucan. 10, 122. Fulua iaſpide ſtellatus enſis Virg. Aen. 4, 261. Tereti nodantur iaſpide veſtes Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 40 *de fibula: ſic* Viridi anguſtat iaſpide pectus Idem Conſ. Hon. 6, 526.

IASPIDEVS, a, um. Adi. [ἰασπίδιος] Iaſpidea gemma, *Quae iaſpidis colorem refert* Plin. 37, 10.

IASPŎNYX, ychis. f. Gemma, a colore dicta. Plin. 37, 9.

IASTIVS, i. m. eſt Tropus principalis muſicus Mart. Capell. 9 p. 317. *Idem, puto, quod* Ionius.

I A T

IATRALIPTES, ae. m. [ἰατραλείπτης] *Medicus vnctor ſ. vnguendo curans, et*

IATRALIPTICE, es. f. *Medicina vnguentaria, ſ. vnguentis curans.* Celſ. 1, 1 Sanus homo qui et bene valet, et ſuae ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet: ac neque medico, neque iatralipta egere. *Conſ. de* vnctionis *et* frictionis *differentia* 2, 14. *Add.* Plin. 29, 1. Prodicus — diſcipulus *Hippocratis*, inſtituens quam vocant Iatralipticen, reunctoribus quoque medicorum ac mediaſtinis vectigal inuenit. Iatraliptis *ſuis ciuitatem rogat iunior* Plin. Epiſt. 10, 4 *et* 22. Petron. c. 28.

IATRICE, es. f. *Ars medendi.* Mart. Capell. 3 p. 50.

IATRŎMAEA, ae. f. *Mulier medica et obſtetrix.* Vet. Inſcr. Reineſ. Epiſt. p. 269 VALERIAE VERECVNDAE IATROMAEAE REGIONIS SVAE PRIMAE.

IATRONĪCES, is. m. *Medicorum victor. Ita* Theſſalus *cognominari voluit, qui* rabie quadam in omnis aeui medicos perorans — monumento ſuo iatronicem ſe inſcripſit. *Ex* Plin. 29, 1.

IĀTROS, i. m. [ἰατρὸς] *Latine dicitur Medicus. Quod* Iatraliptes *et* Iatronices *etc. oſtendunt. Quibusdam hoc nomine digitus minimo proximus appellatur.*

I A X

IAXAMATAE, arum. m. *Populi circa Maeotim, inquit Stephanus, quos Ephorus appellat Sauromatas.* Valer. Flacc. 6, 148 Mellis honos Torinis: ditant ſua mulctra Satarchen: Iaxamatas venatus alit. *De his* Ammian. 4 . . .

IAXARTES, is. m. [Ἰαξάρτης] *Scythiae fluuius in Aſia, amnium ab Oriente in Caſpium influentium vel maximus: nam multum ſecum rapit, et immani vndarum copia extumeſcit: oritur in vltimis Sogdianorum finibus ex montibus, quos Sogdios Ptolemaeus vocat. Alexander militesque eius Tanaim putauerunt, quum ſit alius.* Plin. 6, 16. *Strab. 2. et* Curt. 6, 2, 14.

IAXTES, is. m. [Ἰάξτης] *Fluuius, quem eodem cum ſuperiore in tractu quidam locant: cuius meminit* Claudian. Conſ. Prob. et Olyb. 160 Sic nobis Scythicus famuletur Iaxtes. *al.* Araxes.

I A Z

IAZYX, *Pl.* IAZȲGES, um. m. [Ἰάζυγες] *Iſtri ſ. Danubii in Pontum properantis accolae.* Ouid. Triſt. 2, 191 *de loco ſui exilii*, Iazyges et Colchi, Metereaque turba, Getaeque Danubii mediis vix prohibetur aquis. *Hic Triſyllabum eſt* Iazyges. *Sed quadriſyllabum eſſe poteſt Graeca more eid.* ex Ponto 1, 2, 79 Aut quid Sauromatae faciant, quid Iazyges acres. Sarmatas Iazygas *vocat* Tacit. Ann. 12, 29. Ouid. ex Pont. 4, 7, 6 Ipſe vides, onerata ferox vt ducat Iazyx Per medias Iſtri plauſtra bubulcus aquas.

IBER, Vet. Gloſſ. Iber ἡμίονος. *Fuerit itaque mulus. Vid.* HYBRIDA.

IBERNIA. [Ἰβερνία] *Vid.* HYBERNIA.

IBERVS, *vel* HIBĒRVS, i. m. [Ἴβηρ] *Fluuius Hiſpaniae, qui apud Cantabros ortus in mare Balearicum exit. Dictus, vt Euſtath. ait, a rege eiusdem nominis.* Lucan. 4, 23 Cingam *fluuium alloquens*, Qui praeſtat terris aufert tibi nomen Iberus, Iberiam *ab* Ibero *dictam, oſtendit.* Diues Claud. Conſ. Mall. Theod. 53. Torrens Lucan. 7, 15. ¶ 2 *Adiect.* Iberi, *Accolae fluuii*, Iberiae *incolae.* Virg. Georg. 3, 408 A tergo horrebis Iberos. *Occidentales omnes populos* Iberos *vel* Celtiberos *dixere veteres. Vid. Drakenb. ad* Sil. 3, 340. *Conf.* IBERIA n. 1 *et* 2.

IBERIA, ae. f. [Ἰβηρία] *Dicta eſt Pars Hiſpaniae, quae intra* Iberum *continetur: quamuis generali vocabulo pro Hiſpania capiatur. Hanc regionem Celtae Gallorum populi, relictis ſedibus ſuis, habitauere. Vnde compoſito ex vtraque gente nomine*, Celtiberi *appellati ſunt, et regio eorum* Celtiberia. Lucan. 4, 10 Celtae miſcentes nomen Iberis. Durae tellus Iberiae Hor. Carm. 4, 14, 50. Fera Idem Carm. 4, 5, 28. ¶ 2 *Eſt et alia regio hoc nomine iuxta Pontum inter Colchida et Armeniam, venenorum ferax, quae Caucaſiis montibus circumdatur, cuius ſimiliter populi* IBERI *et* IBERES *dicti ſunt*, a quibus, *vt* Varro *putabat apud* Plin. 3, 3 venerunt, qui in Hiſpania habitauerunt, et a quibus Hiſpania, Iberia: et fluuius Hiſpaniae, Iberus: et IBERVS, a, um. *Contra ea Dionyſ. Perieg. v. 698 Aſiaticos Iberos a Pyrenaeis inde montibus deducit. De his* Val. Flacc. 5, 166 Armeniae praetentus Iber. *Sed ad metalla Hiſpaniae trahit Lacerda illud* Virg. Aen. 9, 582 Pictus acu chlamydem et ferrugine clarus Ibera. *Vid.* BOVES Iberae Aen. 7, 664 *ſunt ex Hiſpania.* Armifer Iberus Sil. 13, 507. Durus Iber Lucan. 6, 258. Plin. 6, 10. *et* Eutrop. 6, 11, 5.

IBERIĂCVS, a, um. Adi. [Ἰβηριακὸς] Terrae Iberiacae Sil. 13, 510.

IBERĬCVS, a, um. Adi. *Hiſpanicus.* Sidon. Carm. 23, 164 Terrarum indigenas Ibericarum. Quinctil. 8, 2, 2 Qui in actione Ibericas herbas, ſe ſolo nequidquam intelligentem dicebat: niſi irridens hanc vanitatem Caſſius Seuerus Spartum eum dicere velle indicaſſet. *Caeterum* Iberici funes, *pro Sparteis* Hor. Epod. 4, 3 Ibericis peruſte funibus latus. *Conf.* Plin. 19, 2.

IBERINVS, a, um. Adi. Iuuen. Sat. 6, 53 Vnus Iberinae vir ſufficit.

IBĒRIS, ĭdis. f. *Herba, quam Lepidium Latini dicunt.* Apul. de Herb. c. 20. Plin. 25, 11. *et* 26, 8. *Dioſc.* 1, 188. *al.* Hiberis.

IBEX, ĭcis. m. *vulgo Rupicapra.* Plin. 8, 53 Sunt capreae, ſunt rupicaprae, ſunt ibices pernicitatis mirandae.

I B I

IBI. [ἐκεῖ, ἶχι] *Adu. in loco, ſed quod non minus quam* vbi *ad tempus etiam et omnem conditionem vel circumſtantiam refertur.* Ter. Andr. 2, 2, 19 Vbi te non inuenio, ibi aſcendo in quendam excelſum locum. Idem Eun. 4, 1, 8. Cic. pro Caecin. 27 Et armatos ibi fuiſſe. Ibi Scribon. 75 *de pila ſiue mortario.* Ibi loci: Plin. 6, 11 Ibi loci terrarum orbe portis diſcluſo. Cic. pro Domo 121 Ibi enim poſtis eſt, vbi templi aditus eſt. *Add.* Idem Fam. 3, 6. Liu. 1, 24 Ibi imperium fore, vnde victoria fuerit. Ter. Adel. 5, 4, 13 Duxi vxorem: quam ibi miſeriam vidi? *Vbi* Donatus, Ibi, inquit, quaſi vxor locus ſit. Cic. Verr. 3, . . Quid tu ibi tum, quid facis? Ter. Eun. 2, 2, 30 Ille vbi miſer famelicus videt me eſſe in tantum honorem, et tam facile victum quaerere, ibi homo coepit me obſecrare. Ibi infit Liu. 3, 71. Ibi ſum, *i. Illud cogito* Ter. Heaut. 5, 2, 30. *et* 3, 1, 62. A librariis permutari ſolent Ibi *et* Vbi, Ibique *et* Vbique: *Cort. ad* Sall. Iug. 89, 7 *et alibi.*

IBĪDEM. [αὐτοῦ] *In eodem loco.* Ter. Andr. 4, 5, 38 Ni puerum tollis, iam ego hunc in mediam viam prouoluam: teque ibidem peruoluam in luto. Virg. Aen. 1, 120 Illam ter fluctus ibidem Torquet, *etc. Vid.* Seru. *in loc. conſ.* Id. Georg. 3, 500. Ibi *pro Iſthuc.* Caius l. 1 ff. de O. I. Cum ibi venerimus. *Sed* Cic. de Inuent. 2, 14 Quare quum in quandam tabernam diuertiſſent, ſimul coenare, et in eodem loco ſomnum capere voluerunt, coenati diſcubuerunt ibidem. Cic. de Inuent. 2, 134 In naui ibidem. Idem Verr. 3, 22 Vt certo tempore anni, vt ibidem in Sicilia, deinde vt lege Hieronica venderent. Cic. pro Caecin. 23 Laeſit in eo Caecinnam: ſubleuauit ibidem. *i. In eodem.* Ibidem mihi adnutat, *i. Ex eo loco, vbi ipſe erat.* Plaut. Merc. 2, 3, 100. Idem Perſ. 4, 4, 62 Do ego tibi operam. S. tibi ibidem das, vbi tu tuum amicum adiuuas. *i. Tunc tibi ipſi prodes, quum amicum iuuas.* Plaut. Ciſt. 2, 1, 53 Abit intro iratus, quid ego nunc agam? ſi redierit illa ad hunc, ibidem loci res erit *(i. in eadem conditione)* vbi odium occoeperit, illam extrudet, quom hanc vxorem Lemniam ducet domum.

IBIS, is. *vel* ĭdis. f. [ἶβις] *Auis Aegypti, ciconiae ſimilis.* Piſce Venus latuit, Cyllenius ibidis alis Ouid. Met. 5, 330. Plin. 10, 48 Viſam in Alpibus ab ſe peculiarem Aegyti ibin, M. Egnatius Caluinus praefectus earum prodidit. Idem 8, 27 Simile quiddam et volucris in eadem Aegypto monſtrauit, quae vocatur Ibis, roſtri aduncitate per eam partem ſe perluens, qua reddi ciborum onera maxime ſalubre eſt. *Conf.* Iſidor. 12, 7. *et* Iuuen. Sat. 15, 2. Cic. de N. D. 1, 101 c. 36 Ipſi, qui irridentur, Aegyptii nullam beluam, niſi ob aliquam vtilitatem, quam ex ea caperent, conſecrarunt. Velut ibes maximam vim ſerpentum conficiunt. quum ſint aues excelſae, cruribus rigidis, corneo proceroque roſtro, auertunt peſtem ab Aegypto, quum volucres angues ex vaſtitate Libyae vento Africo inuectas interficiunt, atque conſumunt, ex quo fit, vt illae, nec morſu viuae noceant, nec odore mortuae. ¶ 2 Ibidis *nomine Callimachus olim inimicum ſuum Apollonium Rhodium ſ. Alexandrinum traduxerat. Hunc imitatus* Ouidius *hoc titulo*, Ibis, *libellum edidit contra inimicum ſuum, quem* Hyginum *ſuſpicatur Saluagnius, vt* Philippicas *appellauit Cicero ſuas in Antonium orationes exemplo Philippicarum Demoſthenis. Ipſe* Ouid. v. 53

Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin,
Hoc ego deuoueo teque tuosque modo.
Illius ambages immitatus in Ibide dicar.
Ibidis interea tu quoque nomen habe.

Caeterum Ibidis *nomen pertinere videtur ad indicandam patriam Aegyptum.*

IBRIDA, *vid.* HIBRIDA.

IBRIS, *vid.* HIBRIS.

IBISCVS, *vid.* HIBISCVS. *et* Apul. de Herb. c. 38 *et* 114.

I B V *et* I B Y

IBVS, pro Iis, *inquit* Nonius minus Latinum putat conſuetudo, quum veterum auctoritate plurimum valeat. Pomponius Pappo agricola: Nunc quando voluiſti facere, fac voluptati ſies ibus. Plaut. Mil. 1, 1, 74 Latrones ibus denumerem ſtipendium. *Haec* Non. 8, 21. *Conf.* Plaut. Mil. 3, 3, 21. *et* Truc. 1, 2, 14.

IBYCVS, i. m. *Rheginus Poëta, quem maxime omnium amore flagrauiſſe ex ipſius ſcriptis conſtare ſcribit* Cic. Tuſc. 4, 71. *De quo multa et ſuauiſſima apud Eraſmum in prouerbio* Ibyci grues. Auſon. Eidyl. 5, 80 Ibycus vt periit, vindex fuit altiuolans Grus.

I C A

ICADIVS, i. m. *Praedo, de cuius fato ſic ſcribit* Cic. de Fato 6 Ne hercule Icadii quidem praedonis video fatum vllum. Nihil enim ſcribit ei praedictum. Quid mirum igitur ex ſpelunca ſaxum in crura eius incidiſſe? Puto enim etiam ſi Icadius tum in ſpelunca non fuiſſet, ſaxum tamen illud caſurum fuiſſe. Nam aut nihil omnino eſt fortuitum, aut hoc ipſum potuit euenire fortuna. Feſt. Icadion nomen faeuiſſimi piratae. ¶ 2 Apollinis et nymphae Lyciae filius, ſimile fere Arioni fatum expertus: *de quo vid.* Seru. *ad* Aen. 3, 332.

ICARIA, ae. f. [Ἰκαρία] *Inſula in Icario mari: ab Icaro Daedali filio dicta: ante Doliche vocata.*

ICARIVS, *vel rectius* ICARVS, i. m. [Ἰκάριος] *Pater Erigones, quum acceptum a Libero patre vinum mortalibus indicaret, occiſus eſt a ruſticis: qui, quum plus aequo potaſſent, inebritati venenum ſe bibiſſe crediderant. Copioſe enarrat* Hygin. f. 130. *et* Aſtron. Poët. 2, 4. *Eſt enim* Arcturus ſ. Arctophylax *in caelo, item* Bootes. *Add.* Ampel. de 12 Signis. *al.* Icarus. Icarus *eſt* Tibull. 4, 1, 8

— Etiam Phoebo gratiſſima dona
Cres tulit, et cunctis Baccho iucundior hoſpes
Icarus, vt puro teſtantur ſidera caelo,
Erigoneque, Canisque neget ne longior aetas.

Brouckhuſius ad h. l. vult, hunc ſemper eſſe debere Icarum, Icarium *vero Patrem Penelopes, errorisque poſtulat ipſum* Statium, *qui* Silu. 5, 3, 77 Sacuorum crimine agreſtum exſtinctum Icarium *dixerit. Et in libris Hygini* Icarium Erigones *patrem dici apparet.* ¶ 2 Icarus, *Daedali filius, qui vna cum patre e Creta fugiens, fretus alarum fiducia, quum vltra patris iuſſa altius euolaſſet, ſolisque ardore cera, qua pennae continebantur, liquefacta eſſet, ita vt ab alis deflueret, decidit in mare, quod eſt inter Myconem et Gyarum, a quo poſtea* Icarium mare *dictum fingunt.* Ouid. Triſt. 1, 1, 90 Icarus, Icariis nomina fecit aquis. *Conf.* Idem Triſt. 3, 4, 22 Icarus immenſas nomine ſignat aquas.

ICARIVS, a, um. Adi. Aſtrum Icarium Stat. Theb. 4, 777. Boues Icarii Propert. 2, 24, 24 *ſeptem triones, quos* Icarus, Bootes *idem, regit.* Canis, *i. Canicula ſtella* Ouid. de Nuce 118. *Add.* ICARIVS *ſub* ICAROS.

ICARIVS, i. m. *Pater Penelopes.* Ouid. Epiſt. 1, 81 Me pater Icarius, *etc.*

ICARIS, idis. f. Patronym. *Penelope, Icarii filia* [Ἰκαρὶς] Ouid. in Ibin 391 Et velut Icaridos famulae periere, procique *etc.*

ICARIOTIS, idis. f. *Aliud* Patronym. [Ἰκαριῶτις] *Sic* Propertius *vocat Penelopen* 3, 13, 10 Haec etiam clauſas expugnant arma pudicas, Quaeque terunt faſtus Icarioti tuos. Ouid. ex Pont. 3, 1, 112 Morte nihil opus eſt, nihil Icariotide tela.

ICAROS, *ſ.* ICARVS, i. f. *Inſula.* Plin. 4, 12 ſ. 23 *inter* Sporadas *de hac ita:* A Naxo XVII millia paſſuum Icaros, quae nomen mari dedit, tantundem ipſa in longitudinem patens, cum oppidis duobus, tertio amiſſo: ante vocata Doliche et Macris (*longa*) et Ichthyoëſſa (*piſculenta*) *etc. Notabilis ergo ob Icarii maris appellationem maxime, vt appareat poëticum commentum eſſe illud de filio Daedali, de quo ſtatim.* ¶ 2 *Mons Atticae* Plin. 4, 7.

ICARIVS, a, um. Adi. *Ab Icaro Inſula, maris epitheton.* Ouid. Triſt. 5, 2, 28 Tot premor aduerſis, quae ſi comprendere coner Icariae numerum dicere coner aquae. Pelagus Icarium *eſt* Claudian. in Eutrop. 2, 265.

ICAS, adis. f. [εἰκὰς] *Numerus vicenarius.* Plin. 35, 2 *de Epicureis,* Epicuri vultus per cubicula geſtant, ac circumferunt ſecum, Natali eius, viceſima luna, ſacrificant, Feriasque omni menſe cuſtodiunt, quas icadas vocant, hi maxime, qui ſe ne viuentes quidem noſci volunt.

I C H

ICHNEVMON, onis. m. [ἰχνεύμων] *Animal eſt magnitudine felis, ſpecie muris, quod vulgo nunc Murem Indicum vocant.* Plin. 8, 24 *Aſpidi* internecinum bellum cum ichneumone. Notum eſt animal hac gloria maxime — Mergit ſe limo ſaepius, ſiccatque ſole: mox vbi pluribus eodem modo ſe coriis loricauit, in dimicationem pergit. — *Et c.* 25 *Crocodilum ſomno preſſum, faucibus hiantibus,* conſpicatus ichneumon, per easdem fauces vt telum aliquod immiſſus, erodit aluum. *Vid.* Lucan. 4, 724. Martial. 7, 87. *Conf.* Vitruu. 8, 2. Plin. 37, 9. *et* 29, 4. *Eſt et genus Veſpae:* Plin. 11, 21.

ICHNOBATES, ae. m. *i. Per veſtigia vadens: Canis nomen.* Ouid. Met. 3, 207.

ICHNOGRAPHIA, ae. f. [ἰχνογραφία] *Dicitur quaſi veſtigii aedificationis cuiusque deſcriptio, in qua quaſi veſtigio totum opus inſiſtit. Obſcuriuſcule* Vitruu. 1, 2 Ichnographia eſt circini regulaeque modice continens vſus, in qua capiuntur formarum in ſolis arearum deſcriptiones.

ICHNVSA, ae. f. *Sardiniae antiquum nomen.* Sil. 12, 358 Inde Ichnuſa prius Graiis memorata Colonis.

ICHOR, oris. m. [ἰχὼρ] *Sanies, cruor.* Celſ. 5, 26, 20 Ichor tenuis, ſubalbidus ex malo vlcere exit.

ICHTHYOCOLLA, ae. f. [ἰχθυοκόλλα] Appellatur Piſcis, cui glutinoſum eſt corium, idemque nomen glutino eius. *Haec* Plin. 32, 6. *et* 7, 56.

ICHTHYOPHAGI, orum. m. *Pl.* [Ἰχθυοφάγοι] *Qui piſcibus viuunt: quo nomine dicti ſunt quidam populi in Aethiopia interiori, qui magnum ſignum Occidentalis Oceani tenent, teſte Ptolemaeo* 4, 9. *De his* Strab. 15. *Conf.* Plin. 15, 7. *et* 6, 23. *item* Mart. Capell. 6 p. 225.

ICHTHYOTROPHIVM, i. n. [ἰχθυοτροφεῖον] *Locus, in quo aluntur piſces, qui et Piſcina et Viuarium Latine dicitur.* Colum. 8, 1 Eſt autem id fere vel in villa, vel circa villam: in villa eſt quod appellant Graeci ὀρνιθῶνας καὶ περιστερεῶνας: atque etiam quum datur liquoris facultas, ἰχθυοτροφεῖα ſedula cura exercentur.

ICO, ici, ictum, icere. [πλήττω, βάλλω] Percutere, *inquit* Feſtus. Turpil. *apud* Non. 2, 424 Si iceris me. Plaut. Truc. 2, 7, 42 Hoc vide, dentibus frendit, icit femur. Caecil. *apud* Non. l. c. Si vnquam quisquam vidit quem catapulta aut baliſta icerit. Ibid. Pacuu. Nam canis, quando eſt percuſſa lapide, non tam illum appetit, qui ſe icit, quam illum eum ipſum lapidem, quo ipſa icta eſt, petit. Naeuius, quae quondam fulmine icit Iupiter. Plautus Vidularia, Ibi vt piſcabar, fuſcina ici vidulum. *Haec Non.* Plin. 15, 30 Laurus — fulmine ſola non icitur. Qui lapide ictus fuerat, accepimus oblitum literarum Solin. c. 7. *Conf.* Plin. 7, 24. Telis icere caput Catull. 113, 4. Lucret. 4, 1043 Namque omnes plerumque cadunt in volnus, et illam Emicat in partem ſanguis, vnde icimur ictu. Idem 3, 161 Corpus propellit et icit *anima.* Icere foedus, *vt Ferire, Percutere.* Cic. in Piſon. 88 Tu ſcilicet homo religioſus et ſanctus, foedus, quod meo ſanguine in pactione prouinciarum iceras, frangere noluiſti. *Et* pro Corn. Balb. 31 L. Martius primipili Centurio cum Gaditanis foedus iciſſe dicitur. *De ſolis radiis hoc verbum crebro adhiberi, obſeruat Burm. ad* Ouid. Met. 5, 389.

ICTVS, a, um. Partic. [βεβλημένος] Ictus caput Caeſ. B. C. 3, . . Incidit ad terram ictus Turnus Virg. Aen. 12, 926. Grauiter ictus ex acie exceſſit Hirt. B. Afr. 19 *extr.* Elephantus vulnere ictus Ibid. 84. Ab latere ictus, *vid.* A *vel* AB *Praep.* Iouis ignibus ictus Ouid. Triſt. 1, 3, 11. Hor. Serm. 2, 1, 24 Saltat Milonius, vt ſemel icto Acceſſit feruor capiti, numerusque lucernis. *i. Poſtquam inebriatus eſt.* Domus icta Ouid. Triſt. 5, 4, 34. Foedus Virg. Aen. 12, 314. Genu dextrum ictus lapide Suet. Aug. c. 20. Nidore prandii ictus Suet. Claud. c. 35. Patria deſideriis fidelibus icta Hor. Carm. 4, 5, 15. Pinus icta mordaci ferro Id. ibid. 4, 9, 9.

ICTVS, us. m. [πλῆγμα, πληγὴ] *Percuſſio ipſa.* Plaut. Moſt. 3, 1, 93 Perfacile ego ictus perpetior argenteos. Cic. Off. 3, 94 c. 25 Ictu fulminis deflagrauit. Cic. Off. 2, 19 Haec igitur ipſa fortuna caeteros caſus rariores habet, primum ab inanimis procellas, tempeſtates, naufragia, ruinas, incendia: a beſtiis ictus, morſus, impetus. Auct. ad Her. 3, 27 c. 15 Capitis ictus, *i. percuſſio.* Pedum ictus Ouid. Met. 5, 264. Pili ictus Scribon. 75. Simul iuncta turris ictibus ſaxorum ceſſit Tacit. 3, 29, 3. Serpentum diri ictus Ouid. Met. 4, 498. Plin. 7, 2. Serpentis ictus Scribon. 169. — ſerpentium 173. Forabilis nullo ictu Ouid. Met. 12, 170. Grauis ictu viator, *qui grauiter percuſſit,* Virg. Aen. 5, 274. Caecus ictus, *Occultus* Ouid. Faſt. 1, 623. *Vid.* CAECVS. Clarus Idem Met. 2, 624. Contrarius, *vid.* CONTRARIVS. Creber *aut* languidus, *vid.* CREBER. Fulmineus Hor. Carm. 3, 16, 11. Futilis Sil. 15, 797. *i. Vanus.* Ingens Stat. Theb. 3, 89. Iniurioſus, *vid.* INIVRIA. Inualidus Sil. 10, 116. Languidus, *de pulſibus: vid.* LANGVOR. Languens Lucan. 3, 692. Lapidoſus grandinis Claud. de B. Get. 240. Letiferi Ouid. Met. 8, 362. Obliquus Hor. Carm. 3, 22, 7. Surdis ictibus, et qui non exaudiuntur, arborem caedere Plin. 19, 1. ¶ 2 *Verba:* Accipere ictum Lucret. 4, 1045. Accipit reſonos latus ictus Valer. Argon. 1, 619. Affligit animantem grandior ictus Lucret. 2, 943. Contudit ictu hebeti pectus tantummodo Ouid. Met. 12, 85. Ad ictum ferui Dare ceruicem Vell. 2, 69. Declinare ictum, *vid.* DECLINO. Tacit. Ann. 13, 39 Nec tamen proximo itinere ductae legiones, quae ſi amnem Araxem, qui moenia alluit, ponte transgrederentur, ſub ictum dabantur. *Adde quae ad* Sil. 8, 310 *notauit Cellarius.* Defendere ictum et repellere Caeſ. B. C. 2, 9. Quinctil. 5, 13, 54 Gladiatorum manus ſecundae fiunt et tertiae, ſi prima ad euocandum aduerſarii ictum prolata erit. Exanimari ictu Caeſ. B. G. 7, 25. Excipere ictus galea Ouid. Met. 12, 375. Excludere feruidos ictus Hor. Carm. 2, 15, 10. Ferire inflexo ictu, *vid.* INFLECTO. Ferire leui ictu Sen. Herc. fur. 12. Intentare ictus Tacit. Hiſt. 3, 31, 5. Labefacta arbor innumeris ictibus Ouid. Met. 8, 775. Leuare ictum ſerpentis, *vid.* Leuo *in* LEVIS. Patior ego perfacile ictus argenteos Plaut. Moſt. 3, 1, 93. Praeuidere venientem ictum Virg. Aen. 5, 444. Pulſat creber denſis ictibus Id. ibid. 5, 459. Pulſarier crebro ictu Lucret. 4, 932. Ictibus crebris Quatere feneſtras Horat. Od. 1, 25, 1. Repulit ictus validos cute Ouid. Met. 3, 64. Sonant aera veſanis ictibus Idem de Arte Am. 2, 610. Tremuit vaſtis ictibus aerea puppis Virg. Aen. 5, 198. Tundi crebro ictu Lucret. 4, 932. Ouid. Met. 3, 325 Corpora ſerpentum baculi violauerat ictu. ¶ 3 *Obſeruat. Ad poteſtatem magnam ſignificandam* Sen. de Benef. 2, 2 Cogita, quanta nobis tribuerit parens noſter, *etc.* quam nihil ſit mortale non ſub ictu noſtro poſitum. *Add.* Idem Epiſt. 72. *it.* Conſol. ad Marc. c. 9 *extr. et* Sen. Phoen. 528. Ictu aliquo nouae calamitatis ſublata fides de foro Cic. de L. Agr. 2, 8. Id. de Fin. 2, 32 Neque enim haec mouere poteſt appetitum animi: nec vllum habet ictum, quo pellat animum ſtatus hic non dolendi. Icti, *in Genitiuo:* Gell. 9, 13 *ex* hiſtoria Claudii Quadrigarii, Dein continuo humerum dextrum eodem concuſſu incidit: neque receſſit vsquam donec ſubuertit, ne Gallus impetum icti haberet.

ICON, onis. f. [εἰκὼν, όνος] *Latine Effigies, imago, et ſtatua membrorum hominis a pictoribus ſeu ſtatuariis ad viuum expreſſa.* Plin. 34, 4 Effigies hominum non ſolebant exprimi, niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem merentium. Et primo ſacrorum certaminum victoria, maximeque Olympiae: vbi omnium qui viciſſent, ſtatuas dicari mos erat. Eorum vero, qui ter ibi ſuperauiſſent, ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas iconas vocant. *Ex vetuſto codice legitur* Iconicas. ¶ 2 *Eſt et figura orationis, Ciceroni* Imago, *alias etiam* εἰκασμός. *Talis eſt* Virg. Aen. 1, 588 Quale manus addunt ebori decus, *etc.*

ICONICVS, a, um. Adi. [εἰκονικὸς] *Ita pictum, vt ex eius membris ſimilitudo expreſſa ſit.* Plin. 35, 8 Adeo iam colorum vſus percrebuerat, adeoque ars perfecta erat, vt in eo praelio iconicos duces pinxiſſe tradatur, Athenienſium Miltiadem, Callimachum, *etc.* Suet. Calig. c. 22 Simulacrum ſtabat in templo aureum iconicum *etc.* Statuae iconicae Plin. 34, 4.

ICONISMVS, i. m. [εἰκονισμὸς] Iconiſmos Sen. Epiſt. 95. *non ita procul a fine, p.* 474 *Gron. ſic appellat* Deſcriptiones, *aitque* verbum eſſe publicanorum. *Nempe hi videntur interdum homines, quibus pecuniam dari vellent, aut credi, deſcripſiſſe, ne alius temere literis et ſymbolis abuti poſſet.*

ICVNCVLA, ae. f. Dimin. Suet. Ner. c. 56 Icunculam puellarem, quum quaſi remedium inſidiarum a plebeio quodam et ignoto muneri

muneri accepiſſet, detecta confeſtim coniuratione, pro ſummo numine, triniſque in die ſacrificiis colere perſeuerauit; volebatque credi, monitione eius futura praenoſcere.

ICONIVM, i. n. ['Ικόνιον] *Oppidum Ciliciae, in quo* Cic. ſe commoratum eſſe *ſcribit* Fam. 3, 8 Quum enim Laodiceae, *inquit*, quum Apameae, quum Synadis, quum Philomeli, quum Iconii eſſem: quibus in oppidis omnibus commoratus ſum, *etc.*

ICOSIVM, i. n. Mauritaniae Caeſarienſis oppidum, ab Herculis comitibus conditum. Hercule enim illac tranſeunte, viginti, qui a comitatu eius defeciuerant, locum deligunt, iaciunt moenia: ac ne quis poſito a ſe nomine gloriaretur, de condentium numero vrbi nomen datum. Solinus c. 38 *extr.*

ICOSAPROTI, *viginti primi dicti, vt* Decaproti. *Hinc*

ICOSAPROTIA, ae. f. *Dignitas icoſaprotorum.* l. 18 §. 26 ff. de muner. et honor.

I C T

ICTERVS, i. m. [ἰκτερὸς] *Morbus, quum per totum corpus bilis ſuffunditur, quae interdum nigra, interdum flaua eſt. Hic etiam morbus, Regius appellatur,* Molliter excelſa quoniam curetur in aula Sammonic. 1034. Arquatum *appellat* Lucret. 4, 333 *et al.* ¶ 2 Plin. 30, 11 Auis icterus vocatur a colore: quae ſi ſpectetur, ſanari id malum tradunt, et auem mori. Hanc puto Latine vocari Galgulum. *de morbo regio loquitur. In quibuſdam exemplaribus legitur* Galbulus. *v. v.*

ICTERICVS, a, um. Adi. [ἰκτερικὸς] *Qui eo morbo laborat.* Plin. 20, 9 Ictericis, nec non et phreneticis, radicis crudae ſuccum gargarizandum bibendumque demonſtrat. Idem 21, 20 *vocat* Felle ſuffuſos. Iuuen. Sat. 6, 564 Conſulit ictericae lento de funere matris.

ICTIS, idis. f. [ἰκτὶς] *Muſtelae genus.* Plin. 29, 4 Muſtelarum duo genera: alterum ſilueſtre: diſtant magnitudine. Graeci vocant ictidas. *Vet. Interpr. ad* Plaut. Capt. 1, 2, 81 *vbi pro* Cerim *vel* erem, ictim *ſubſtitui vult Biſciola.*

ICTVS, ûs. *Vid.* ICO, is.

ICVNCVLA, *vid.* ICON.

I D

ID, *neutrum ab* Is, eius. *Vid.* IS.

IDA, ae. f. ['Ιδη] *Mons altiſſimus, Troadis, itemque alius Cretae inſulae.* Ouid. Faſt. 4, 249 Dindymon et Cybelen, et amoenam fontibus Idam. Aeriſona Valer. Argon. 1, 704. Aquoſa Ouid. Faſt. 6, 15. Celeberrima fontibus Idem Met. 2, 218. Cliuoſa Id. Amor. 1, 14, 11. Frondoſa Virg. Aen. 5, 252. Magna Idem ibid. 5, 249. Phrygia Id. Georg. 4, 41. Pinifera Stat. Silu. 3, 4, 12. Viridis Catul. 61, 70.

IDAEVS, a, um. Adi. ['Ιδαῖος] Campi Idaei Virg. Aen. 7, 222. Cypariſſi Idem Georg. 2, 84. Dactyli Idaei *homines, et gemmae vid.* DACTYLVS n. 1 *et* 4. Herba Plin. 27, 11. Iugum Ouid. Faſt. 4, 264. Mater, *Cybele* Lucret. 2, 611. Sen. de Conſt. Sap. 18 *fin.* Antiſtheni mater barbara et Threſſa obiiciebatur: reſpondit, et Deorum matrem Idaeam eſſe. *Nempe Phryges, Troiani, maxime, et velut* κατ' ἐξοχὴν *barbari.* Mons Virg. Aen. 3, 105. Nemus Id. ibid. 3, 112.

IDALIA, ae. f. *Silua et vrbecula, vel*

IDALIVM, i. n. ['Ιδάλιον] *Nemus et oppidum Cypri, Veneri ſacrum. De quo* Virg. Aen. 1, 685 Aut ſuper Idalium ſacrata ſede recondam. *Et mox* 692 Fotum gremio dea tollit in altos Idaliae lucos. Frondoſum Catul. Argon. 62, 96. Sanctum Catull. 34, 12.

IDALIVS, a, um. Adi. ['Ιδάλιος] Idalia acus, *vid.* ACVS. Dea Ouid. de Arte Am. 3, 166. Lucan. 8, 716 Ab Idalio Cinyraeae litore Cypri. Venus Virg. Aen. 5, 760. Vertice Idalio venans Adonis Propert. 2, 14, 54. Volucres, *Columbae* Stat. Achill. 1, 372.

IDALIS, idis. f. Lucan. 3, 204 *male huc refertur. Et eſt ille locus vel corruptus, vel alias ignorabilis. Varia tentant viri docti.*

I D C *et* I D E

IDCIRCO, *quod quidam ſcribunt* ICCIRCO. Coni. [διὸ] *Idem quod Ideo ſignificat.* Ter. Andr. 4, 2, 7 Nam idcirco arceſſor, nuptias quod mihi apparari ſenſit. Cic. Verr. 5, 24 Reperietis idcirco haec in vno homine pecunioſo tot conſtituta, vt caeteris formidines, *etc.* Idem Att. 6, 1 Me idcirco putant bene audire velle, vt ille male audiat. Id. ibid. 12, 21 Quae quia Cato extulerat in caelum, idcirco in eius ſententiam eſt facta diſceſſio. Cic. de Orat. 2 c. 40 Non ſi Opimium defendiſti idcirco te iſti bonum ciuem putabunt.

IDEA, ae. f. [ἰδέα] *Forma, figura, ſpecies rerum prima et inchoata intelligentia.* Cic. de Acad. 1, 30 *de mente*, Quia ſola cerneret quid ſemper eſſet ſimplex et vniuſmodi, et tale quale eſſet, hanc illi ideam appellabant, iam a Platone ita appellatam: nos recte ſpeciem poſſumus dicere. *Vid. eundem in* Orat. 10 c. 3. Sen. Epiſt. 65 *Cauſis quatuor* quintam Plato adiicit, exemplar, quam ipſe ideam vocat: hoc eſt enim, ad quod reſpiciens artifex, id quod deſtinabat efficit. — Haec exemplaria omnium rerum Deus intra ſe habet, *etc. Claſſicus velut locus eſt* Sen. Epiſt. 58 *med.* Idea eſt eorum, quae natura fiunt, exemplar aeternum. Adiiciam definitioni interpretationem, quo tibi res apertior fiat. Volo imaginem tuam facere: exemplar picturae tuae habeo, ex quo capit aliquem habitum mens noſtra, quem operi ſuo imponat. Ita illa, quae me docet et inſtruit facies, a qua petitur imitatio, Idea eſt. Talia ergo exemplaria infinita habet natura rerum, hominum, piſcium, arborum: ad quae quodcunque fieri ab illa debet, exprimitur. *Et p. p.* Pictor quum reddere Virgilium coloribus vellet, ipſum intuebatur. Idea erat Virgilii facies, futuri operis exemplar. Ex hac, quod artifex trahit, et operi ſuo impoſuit, εἶδος eſt. *Haec Sen. In animo noſtro dicitur* Idea, *forma illa cuiuſque rei, quae nobis quum volumus repraeſentatur: vt hominis, equi, arboris. Talia vero exemplaria ſunt infinita. Conf.* Cic. Tim. c. 2 *et* 9. *et* Top. c. 7. Apul. de Dogm. Plat. 1.

IDEALIS, e. Adi. *In idea conſiſtens.* Ideales formae Mart. Capel. 7, . . Idealis quaedam prudentia Idem 8 p. 275. *quae polos, axem, circulos, in mundo fingit et concipit.*

IDEM, eadem, idem. [ὁ αὐτός, ἡ αὐτή, τὸ αὐτὸ] Idem m. *producit primam.* Idem n. *corripit.* Per quod quis peccat, per idem punitur et idem. *Hoc Pronomine indicatur vnius perſonae, rei, conditionis etc. repetitio. Sic ad materiae ſimilitudinem refertur illud* Cuneis eam ferreis aggrediuntur et eiſdem malleis Plin. 33, 4 ſ. 21. *i. ferreis itidem. Sic ſimilitudinem conditioni notat*, Scito, idem agrum quod hominem, quamuis quaeſtuoſus ſiet, ſi ſumtuoſus erit, relinqui non multum Cato R. R. 1, 6. *Sed videamus vſum magis vulgarem, quatenus ad perſonas aut res refertur, quas repetere et denuo commemorare volumus.* Plaut. Pſeud. 1, 1, 14 Nam tu me antidhac ſupremum habuiſti comitem conſiliis tuis. C. idem animus nunc eſt. Cic. Att. 9, 11 Eſt idem qui ſemper in Republ. fuit. *Add.* Id. Verr. 5, 38. *et* 3 c. 1. Ter. Adel. 1, 1, 48 Studet par referre, praeſens abſenſque idem erit. *i. Idem aget abſente patre, quod praeſente ſolebat agere.* Plaut. Capt. 4, 2, 84 Idem ego ſum ſalus, fortuna, lux, laetitia, gaudium. Cic. pro Sext. 108 Cedo nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem ad verum populum in campo Martio concionem. Plaut. Mil. 3, 2, 25 Tu certe idem faceres, ſi tibi eſſet credita (*cella*) Quoniam aemulari non licet, nunc inuides. Ter. Andr. 3, 4, 4 Ego dudum nonnihil veritus ſum Daue abs te ne faceres idem, quod vulgus ſeruorum ſolet, dolis vt me deluderes. Idem hoc hominibus ſat erat decem Plaut. Mil. 3, 1, 160. Huic eidem Sopatro iidem inimici Cic. Verr. 2, 68. Idem pro Domo 70 Verum ea lege, quam idem iſte de Macedonia Syriaque tulerat. Idem iſtud credo ego Plaut. Mil. 3, 1, 81. In iiſdem illis locis Cic. Verr. 1, 56. Eodem pacto quo huc acceſſi, abſceſſero Plaut. Trin. 3, 1, 24. Ipſe ille animus idem meus Cic. poſt red. in Senat. 32. Plaut. Merc. prol. 71 Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis. Idem dicere ſemper: *i. In eadem perſiſtere opinione, neque ſententiam mutare.* Cic. de Amicit. 13 Qui non tum hoc, tum illud (vt in pleriſque) ſed idem ſemper, animos hominum eſſe diuinos. Id. ibid. 88 Vna domus erat, idem victus, iſque communis. Vnum et idem videtur eſſe atque id, quod de me ipſo nominatim tuliſti Id. pro Domo 51 c. 20. Vno et eodem ſtatu Cic. in Orat. 10 c. 3. *Et* Verr. 4, 93 Vno eodem tempore. Praeclara eſt aequabilitas in omni vita, et idem ſemper vultus, eademque frons, vt de Socrate et C. Laelio accepimus Id. Off. 1 c. 26. ¶ 2 Cic. de Amicit. 82 Eſt enim is, qui eſt tanquam Alter idem. Idem Att. 12, 33 Quod idem video tibi placere. Eoſdem eſſe oratorios numeros, qui ſunt poëtici Cic. in Orat. 188. Amor omnibus idem Virg. Georg. 3, 244. Non idem iudicum comeſſatorumque conſpectus Cic. pro Cael. 67. Imperii noſtri, terrarumque illarum idem eſſet extremum Idem de Prouinc. Conſ. 33. Non eadem eſt fortuna et conditio earum rerum, quas geſſi, et illorum qui, *etc.* Id. in Catil. 3, 27. Eadem eſt quaeſtio et iudicatio Id. de Inuent. 1, 15. Eadem ratione Scribon. 71 *ſc.* agit. Dianam et Lunam eandem eſſe putant Cic. de N. D. 2, 68. Libera, quam eandem Proſerpinam vocant Id. Verr. 4, 106. Si quaeratur idemne ſit pertinacia et perſeuerantia Id. in Partit. 65. Quum quaeritur idemne ſit, an aliquid interſit Cic. de Orat. 3, 115. Peripatetici iidem olim qui Academici Idem Off. 3, 20. Non idem eſt ſeruulus quod familia Id. pro Caecin. 58. Cic. de Fin. 11 Vt ſcias me intelligere, primum idem eſſe voluptatem, quod ille ἡδονήν. Idem ego ille, *etc.* Idem inquam ego Cic. Att. 1, 13. ¶ 3 Idem, *pro tantundem* Scribon. 32. 34. 153. *vulgo* ἀνά. Idem pondus ſumere 271. Idem ponderis 23. 155. Idem ponderis ſingulorum 88. Idem opii 32. *ſc.* pondus. — Cerae 225. Par et idem: Cic. pro Quint. 10 c. 2 Quum adhuc ei propter vim aduerſariorum non ius par, non agendi poteſtas eadem, non magiſtratus et equus reperiri potuerit. Id. pro Muraen. 21 Quam ego, ſi mihi per Seruium liceat, pari atque in eadem laude ponam. Id. pro Sull. 5 Et de hoc et de caeteris iudicium meum et horum par atque vnum fuit. Cic. de Clar. Orat. 324 Ad cauſas ſimillimas inter ſe, vel potius eaſdem noui veniebamus quotidie. Idem in Orat. 110 In iiſdem cauſis perpetuum et eundem ſpiritum ſine vlla commutatione obtinebis. *Geminatur:* Cic. in Orat. 22 Videmus quoſdam, qui iidem ornate et grauiter, iidem verſute et ſubtiliter dicerent. Id. de N. D. 3, 93 Sed quomodo iidem dicitis non omnia deos perſequi? iidem vultis, *etc.* Id. Fam. 9, 2 Caninius idem tuus, et idem noſter, quum ad me perveſperi veniſſet, *etc. Initium eſt epiſtolae.* Cic. de Diuin. 2, 77 Nam ex acuminibus quidem, quod totum auſpicium militare eſt, iam M. Marcellus ille quinquies Conſul totum omiſit, idem Imperator, idem Augur optimus. Et idem, *vel* Idemque: *emphaſis, hoc eſt vehementiae cauſa poſitum, quum aliquid augemus verbis.* Satrapes idemque gener regis Nep. 9, 2, 1. *Additur noua cauſa magnitudinis, et ſpei etc. quaſi dicas*, et inſuper, et praeterea. Cic. pro Muraen. 20 Aſiam iſtam refertam et eandem delicatam ſic obiit, vt ea, *etc.* Idem de N. D. 3, 80 Vir innocentiſſimus, idemque doctiſſimus. *Vid.* Id. pro Domo 51. Cic. pro Sull. 20 Vt me, quem boni conſtantem ſemper, vt ſpero, exiſtimaſſent, eundem ne improbi quidem crudelem dicerent. *Vid.* Idem de Legib. 1, 2. Muſici, qui iidem Poëtae Id. de Orat. 3, 172. Beneficentia quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet Cic. Off. 1, 20. Comparatio de eodem et alio, *vel*, De eodem et altero Id. in Topic. 84. Varro de L. L. . . Idem ac ſi diceretur, vt hic lepus, et hic nemus. Ter. Heaut. 2, 3, 24 Et animus te erga idem ac fuit. Quinctil. in Aegro redemt. ſ. Decl. 5, 14 Quum propter duos venerim, quod in altero mihi pirata conceſſit, idem eſt, ac ſi mihi neutrum reddidiſſet. Idem valet, ac ſi pater iudicaret Cic. pro Sulla 19. Plaut. Moſt. 1, 3, 163 Eundem animum oportet nunc mihi eſſe gratum, vt impetraui, atque olim. Idemque: Nep. 9, 2, 1 Satrapes idemque gener regis. Cic. Att. 6, 2 Nunc iſta habet iuris idem quod caeterae, nihil praecipui. Idem in me! *formula iurandi.* Feſtus, Praeiurationes facere dicuntur ii, qui ante alios conceptis verbis iurant, poſt quos in eadem verba iurantes tantum modo dicunt, Idem in me. *Vid. Turn. Adu. 3, 10 et infra* PRAEIVRATIO. ¶ 4 Idem cum, *non bene dici obſeruat Voſſ. de Arte Gram. c. 58. Borrichius quidem in Vindic. p. 93 adducit exemplum* Gellii 18, 11 Non hercle idem ſentio cum Caſellio: *Et* Curtii 5, 9, 2 Nabarzanes in eodem conſilio erat cum Beſſo. Min. Fel. 21, 1 Eadem mecum recognoſces. *Verum in his τὸ* Cum, *locum haberet etiamſi* Idem *abeſſet.* Idem vt, *pro Idem quod.* Plaut. Merc. prol. 3 Non ego idem facio, vt alios in comoediis amantes vidi facere. Tacit. Ann. 13, 16 Mos habebatur, principum liberos cum caeteris idem aetatis nobilibus, *etc. i. Eiuſdem aetatis: vt* Id genus *pro* eius generis. Id. ibid. 14, 53 Nec bonis artibus idem virium erat. *i. Eaedem vires.* Idem dignitatis vtilitatiſque praeſtare Scribon. Epiſt. med. *Cum Datiuo.* Hor. in Arte Poët. 467 Inuitum, qui ſeruat, idem facit occidenti. *i. Simile, ſeu Idem quod occidens.* Lucret. 3, 1051 Quoniam vnus Homerus Sceptra potitus, eadem aliis ſopitus quiete eſt. Lucret. 2, 917 Ani-

917 Animalia cum ſint, Atque animalibus ſint mortalibus vna eademque. Ouid. Am. 1, 4, 1 Vir tuus eſt epulas nobis aditurus easdem. *Sic Heinſ. non* nobiſcum. Idem Met. 13, 50 Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma. Calpurn. Ecl. 4, 17 Haec eadem nobis frater meditatus Amyntas. Traian. ad Plin. 10, 84 *pr.* Interpretationi tuae idem exiſtimo. *E Graecis ſumtum, qui* ταυτὸν ἐκείνῳ *paſſim dicunt. Vid. Victor. Var. Lect.* 10, 22. Eadem *int. opera.* Plaut. Bacch. 1, 1, 15 Eadem biberis, eadem dedero tibi, vbi biberis ſuauium. *Sic* Ibid. 3, 4, 26 *et multis aliis locis, quae demonſtrat Parei Lex. Crit.* Eadem *int. via.* Cic. de Diuin. 1 c. 54 Vt ventum eſt in triuium, eadem, qua caeteri fugere noluit. Quibus quaerentibus, cur non eadem via pergeret, *etc.* Liu. 3, 70 Inde cum eadem reuerti poſſent ad ſuos. *Et* 4, 39 Interclufi equites, nec perrumpere eadem, qua tranſierant, poſſe; ibi maxime confertis hoſtibus, qua viam fecerant. *Vid.* Chariſ. 2 p. 229. *Burm. ad* Quinctil. Decl. 17, 5 p. 336. Cic. in Orat. 157 *Idem campus habet*, inquit Ennius. et, *In templis Isdem*, probauit: at *Eisdem* erat verius, nec tamen *Eisdem* opimius: male ſonabat *Iisdem*: impetratum eſt a conſuetudine, vt peccare ſuauitatis cauſa liceret. *(Non puto recte ſic legi: certe non plene intelligo.)*

IDENTĬDEM. [ἑκάστοτε, ὡσαύτως] *Frequenter, cum quodam interuallo, inquit Valla.* Plaut. Mil. 4, 8, 54 Cogitato identidem, tibi quam fidelis fuerim. Identidem dicere Cic. de Fin. 2, 75. Identidem futurus videbatur in vrbem impetus Liu. 5, 39. Identidem belli auctor Liu. 1, 54 *pr.* Idem 26, 44. 35, 23 *et* 40, 56. Identidem quaerere Cic. pro Roſc. Amer. 84 c. 30. Appellare nomen alicuius identidem Idem de Inuent. 2, 78. Recitabatur identidem Pompeii teſtimonium Id. pro Rabir. Poſt. 34 c. 12. In motu identidem reciprocando Id. N. D. 3 c. 10 *pr.* Catull. 11, 19

Quos ſimul complexa tenet trecentos
Nullum amans bene: ſed identidem omnium
Ilia rumpens.

Plin. 6, 7 Inuicem ego epiſtolas tuas lectito, atque identidem in manus quaſi nouas ſumo. Idem 6, 20, 16 Tenebrae rurſus, cinis rurſus multus et grauis, hunc identidem adſurgentes excutiebamus, *etc.*

IDENTITAS, atis. f. [ταυτότης] Sariſb. 3, 6 Identitas voluntatum.

IDEO. [διὸ] Coni. *collectiua, ſiue rationalis.* Cic. pro Cael. 21 Sed veſtrae ſapientiae eſt Iudices, non ſi cauſa iuſta eſt viris fortibus oppugnandi M. Caelium, ideo vobis quoque vos cauſam putare eſſe iuſtam alieno dolori potius, quam veſtrae fidei conſulendi. Plaut. Merc. prol. 31 Hoc ideo fit, quia, quae nihil attingunt ad rem, nec, *etc.* Cic. Fam. 1, 8 Re quidem ipſa ideo mihi non ſatisfacio, quod, *etc.* Idem Verr. 4, 7 c. 4 Ideo Claudius Pulcher retulit, vt C. Verres auferre poſſet. Ideoque Scribon. 115.

I D I *et* I D M

IDIOGRĂPHVS, i. m. *Idem quod* Autographus. *vt*, Idiographus liber Virgilii Gell. 9, 14. *quem ipſe ſua manu ſcripſit.*

IDIŌMA, atis. n. [ἰδίωμα] *Ad verbum Proprietas eſt. Quid in Theologorum ſcholis ſignificet, notum, nempe proprium quiddam, ex natura et eſſentia deriuatum, etc. Apud Grammaticos* idioma *vocatur, quidquid eſt linguae alicui, v. g. Latinae, ita proprium, vt in cognata Graeca, non eodem modo inueniatur. Ita* Soſipatri Chariſii liber quintus agit de Idiomatibus, *quo complectitur formas conſtructionum Latinarum a Graecorum vſu abhorrentes: quae enim, ait ipſe* p. 256 *fin.* proprietate linguae Latinae praeter conſuetudinem Graecorum dicuntur, appellantur idiomata, *etc.*

IDIŌTA, ae. c. [ἰδιώτης, τȣ] *Indoctus, et illiteratus.* Lucil. 26 *apud* Non. 1, 177 Quidni et tu idem illiteratum me atque idiotam diceres? Cic. in Piſon. 62 Tu eruditior quam Piſo, prudentior quam Cotta, abundantior conſilio, ingenio, ſapientia quam Craſſus: ea contemnis, quae illi idiotae, vt tu appellas, praeclara duxerunt. *Et paullo poſt*, Sed plane animi ſui cauſa, ludos nobis idiotis relinquit. Idiotae *opponitur* Ingenioſus atque intelligens Cic. Verr. 4, 4. Idiota, *dicitur etiam Priuatus et plebeius: conf.* Gell. 1, 2

IDIOTICVS, a, um. Adi. Tertull. contra Gent. c. 1 Rudem, impolitam et idioticam compellare.

IDIOTICE. Adu. Vet. Interpr. Iren. praef. 1 *et* 5, 25.

IDIOTISMVS, i. m. *eſt figura, quae ſtudioſe vtitur humilibus et plebeiis verbis, vt finem aliquem, fidem praeſertim, conſequatur. Docet hoc Longinus de Subl. c. 31 et ſic interpretatur Tollius illud* Senecae Controu. 3 praef. Idiotiſmus eſt inter oratorias virtutes res, quae raro procedit. Magno enim temperamento opus eſt et occaſione quadam. Saepe illi bene ceſſit, *(de Albutio loquitur)* ſaepe decidit. Nec tamen mirum eſt, ſi difficulter apprehenditur vitio tam vicina virtus. Hoc nemo praeſtitit vnquam Gallione noſtro decentius. Iam adoleſcentulus — hoc genere vtebatur. Quod eo magis mirabar, quia tenera aetas refugit omne non tantum quod ſordidum, ſed et quod ſordido ſimile eſt. *Eſt ergo* Idiotiſmus ſordido *et plebeio ſermoni ſimilis. Haec eſt* callidiſſima ſimplicitatis imitatio, *quam admiratur* Fabius 4, 2, 57 *in illis* Ciceronis pro Milon. c. 10 Milo autem, cum in Senatu fuiſſet eo die, quoad ſenatus eſt dimiſſus, domum venit, calceos et veſtimenta mutauit, paullíſper dum ſe vxor, vt fit, comparat, commoratus eſt. *Subiicit* Quinctilianus, Quam nihil praeparato, nihil feſtinato feciſſe videtur Milo. Quod non ſolum rebus ipſis vir eloquentiſſimus, quibus moras et lentum profectionis ordinem ducit, ſed verbis etiam vulgaribus et quotidianis *(hic eſt* Idiotiſmus) et arte occulta conſecutus eſt. Iul. Rufinianus de Fig. Sentent. p. 26 *videtur* Idiotiſmon *eundem facere atque* Anacoenoſin *ſ.* communicationem. *Sed poteſt etiam ita intelligi, in verbis* Ciceronis Diuin. in Caec. 37 c. 12 *quae ibi laudantur, non* communicationem *modo eſſe, ſed etiam* Idiotiſmon.

IDMON, ŏnis. m. [Ἴδμων] *Vates inter Argonautas, Apollinis et Aſteriae filius. Apollonius autem Poëta* Idmonem *Abantis filium eſſe dicit.* Argolicus Idmon Valer. Argon. 5, 2. Audax Ouid. in Ibin 504. Phoebeius Valer. Argon. 1, 228.

I D O

IDŎLVM, i. n. [εἴδωλον] *Simulacrum, et repraeſentatio rei alicuius, idem fere quod ſpecies.* Cic. de Fin. 1, 21 c. 6 Imagines quae idola nominant. *de Epicureis.* Plin. Epiſt. 7, 27 Mox apparebat idolon, ſenex macie et ſqualIore confectus, promiſſa barba. Cic. Fam. 15, 16 Sed ſi in inſulam Britannicam coepero cogitare, eius idolum mihi aduolabit ad pectus. Prudentius *ſecundam ſemper corripit, deceptus ab Accentu Graeco, cum habet eam natura longam.*

IDOLĒVM, *ſiue* IDOLIVM, i. n. *Delubrum, ſeu locus vbi idolum ſtatuitur.* Hieron. Epiſt. 22, 13 Si frater te viderit in idoleo recumbentem. *Conf.* Tertull. de Corona c. 10. Idolium *ſecunda correpta habet* Prudent. Periſt. 11, 52: Apoth. 186. *et* in Symm. 2, 79.

IDOLICVS, a, um. Adi. Tertull. de Idol. c. 13 Res idolicae. *Conf.* Paul. Petrocor. de Vita Martin. 2, 231 *et* 555.

IDOLOLATRĪA, ae. f. [εἰδωλολάτρεια] *Idolorum cultus.* Tertull. *paſſim.*

IDOLOLĂTRA, ae. c. [εἰδωλολάτρης] *Idolorum cultor. Idem.*

IDOLOLATRICVS, a, um. Adi. *Idem.*

IDOLOLATRIS, ĭdis. f. Prudent. Hamartig. 404. *Vid. Gronou.*

IDOLOTHȲTVM, i. n. [εἰδωλόθυτον, τȣ] *Quod immolatum eſt idolo.* Tertull. de Idol. c. 13 Quod participas idolothyta ſollemnia. Idem de Spectac. c. 13 *adiectiue dixit* Oculos et aures ab idolothytis voluptatibus abſtinere.

IDOMĔNEVS, i. m. Quadriſyll. [Ἰδομενεὺς] Deucalionis filius, nepos Minois, rex Cretenſium, qui teſte Homero, populos ſuos ad Troiam duxit, et quum poſt euerſam Troiam reuerteretur, in tempeſtate deuouit diis ſacrificaturum ſe de re, quae ei primum occurriſſet. Contigit vt filius eius primus occurreret: quem quum, vt alii dicunt, immolaſſet, aut immolare voluiſſet: a ciuibus pulſus regno, Salentinum Calabriae promontorium tenuit: iuxta quod condidit ciuitatem, *vt ſcribit* Virg. Aen. 3, 400 Et Salentinos obſedit milite campos Lyctius Idomeneus. *Haec* Seruius. Ingens Idomeneus Hor. Carm. 4, 9, 20.

IDŎNEVS, a, um. Adi. [ἐπιτήδειος] Aptus ad omnia, et bona et mala, *inquit* Donatus, Conueniens, et alicui rei natus. *Nempe nihil aliud quam relationem ſignificat, quam res vel perſona habet ad aliam, cui accommodata et apta eſſe dicitur. Eſtque adeo mediae ſignificationis, vt exempla declarabunt.* Ter. Hec. 3, 3, 1 Nequeo mearum rerum initium vllum inuenire idoneum, vnde exordiar enarrare. Idoneus Suet. Ner. 44 *de illo, qui honeſte et ex legibus militiam profiteri poteſt.* Plin. Epiſt. 7, 30, 3 Adeo rarum eſt inuenire idoneos conductores. *a quibus ſperare poſſis, quod debent.* Cic. de Legib. 2, 8 Eſt enim ratio mensque ſapientis ad iubendum et deterrendum idonea. Cic. Diu. in Caec. c. 3 Qui iudicia manere apud ordinem Senatorium volunt, queruntur accuſatores ſe idoneos non habere: qui accuſare poſſunt, iudiciorum ſeueritatem deſiderant. *Deinde de vtrisque*, Cum hoc vnum his tot incommodis remedium eſſe arbitrarer, vt homines idonei *(qui poſſunt)* atque integri *(qui volunt)* cauſam reip. legumque ſuſciperent. *Sed* Cic. pro Caecin. c. 1 *de teſtibus*, Si enim ſunt viri boni, me adiuuant — ſin autem minus idonei, me non laedunt. *Ergo* idoneus *tum ad* facultatem *aliquid recte faciendi refertur, tum ad voluntatem.* Liu. 8, 4 Idoneos auctores habeo quaerentibus de nobis Samnitibus ita reſponſum ab Senatu, *etc. Conf.* Cic. de Orat. 1, 154. *it.* Att. 8, 13. *Salmaſ. Exerc. Plin. proleg. p. 3.* Cauſa Nep. 2, 6, 2. *i. probabilis.* Locus Cic. de Legib. 1, 23. Liu. 27, 24. Cic. Q. Frat. 2, 5 Tu mi frater ſimul ac ille venerit, primam nauigationem (dummodo idonea Tempeſtas ſit) ne omiſeris. Tempus, *Accommodum* Idem pro Roſc. Amer. 68. *Et* Off. 1, 142 Sic fit, vt modeſtia haec, quam ita interpretamur, vt dixi, ſcientia ſit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. *Add.* Nep. 25, 2, 2. Verbis idoneis conſueſcere Cic. de Orat. 1, 154. ¶ 2 Idoneus, *cum Datiuo*, Nullum habentibus ſtatum quilibet duxerat idoneus Vell. 2, 7?. Habet iſti populo idoneam mentem Sen. Epiſt. 7. Cic. Fam. 6, 19 Falernum mihi ſemper idoneum viſum eſt diuerſorio, *i. vbi diuerterem.* Horat. Od. 3, 26, 1 Vixi Puellis nuper idoneus. *Et* Epiſt. 2, 2, 7 Idoneus Arti Cuilibet, argilla quiduis imitaberis vda. Non ego ſum laudi, non natus idoneus armis Propert. 1, 6, 29. Hiſtoriae magis idoneus erit alius Quinctil. 2, 8. Pugnae non ſat idoneus Hor. Carm. 2, 19, 26. Rhetori idoneus puer Quinctil. 2, 3. Vitae idonea dicere Hor. A. P. 334. Ad hanc rem idoneus, *Natus et aptus* Plaut. Poen. 3, 2, 6. Cic. Att. 5, 6 Inſtruar etiam Conſiliis idoneis ad hoc noſtrum negotium. Commoditas ad faciendum idonea Idem de Inu. 2 c. 12. Ad ſcribendum demonſtratiua idonea Quinctil. 3, 8. Cic. Acad. 4, 16 Et rem idoneam de qua quaeratur, et homines dignos quibuſcum diſſeratur, putant. Ter. Andr. 4, 5, 18 Adeone videmur vobis idonei, in quibus ſic illudatis? Id. ibid. 3, 2, 12 Itane tandem idoneus tibi videor, quem tam aperte fallere incipias dolis? Vtrum Pompeius idoneus non eſt, qui impetret Cic. pro L. Man. c. 19. Id. Verr. 3, 41 c. 16 Tibi fortaſſe idoneus fuit nemo, quem imitarere. At te videlicet inuentorem rerum optimarum ac principem imitabuntur omnes? Id. pro L. Manil. c. 19 Idoneus non eſt qui impetret. *Et* Att. 8, 22 Idonei ſunt, qui a te probentur. *Cum infinitiuo* Hor. Epiſt. 1, 16, 12 Fons riuo dare nomen idoneus. ¶ 3 Idonei, *Locupletes et diuites.* Sen. de Benef. 4, 39 Zeno cum quingentos denarios mutuos cuidam promiſiſſet, et illum parum idoneum *(cui fides haberetur, a quo recipere ſuum ſperare poſſet)* comperiſſet, amicis ſuadentibus ne daret, perſeuerauit credere, quia promiſerat. Lactant. 6, 11, 11 *adſert verba* Ciceronis (Offic. 2, 54) Non nunquam tamen eſt largiendum — et ſaepe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum. *Deinde addit*, Quid eſt Idoneis? Nempe iis, qui reſtituere, et referre gratiam poſſint. Si nunc Cicero viueret, exclamarem profecto, Hic hic M. Tulli aberraſti a vera iuſtitia — Non enim idoneis hominibus largiendum eſt, ſed, quantum poteſt, non idoneis. Id enim iuſte, id pie, id humane fit, quod ſine ſpe recipiendi feceris. *Sed iniuriam Ciceroni facit Lactantius. Non locupletes hic ſunt Ciceroni* idonei, *ſed alioquin digni beneficio: quod etiam illud* indigentibus *indicat. Caeterum* idonei *appellationem etiam ad virtutem, et dignitatem ex virtute pertinere, tum alia exempla indicant, tum illud* Varronis *apud* Non. 5, 17 Neque idonei ciues aliquid habent antiquius ſalute communi. *Breuiter, verum eſt, quod initio diximus,* Idoneus *neque bonum neque malum per ſe ſignificat, ſed relationem ad aliam rem, conuenientiam, etc.* Idoneus auctor, ciuis, teſtis, *eſt aliquis ob id ipſum, quod bonus vir eſt: ſed non ita* puellis *vel* pugnae idoneus, *etc.* ¶ 4 Idonior *et* Idoneior, *Compar.* Vlpian. in l. Quod et lex D. de lib. hom. exhiben. Si plures ſunt, qui experiri volent, eligendus eſt a Praetore ad quem maxime res pertinet, vel is qui idoneior eſt. Calliſtratus in l. Semper D. de iure immunitatis, Coloni quoque Caeſaris a muneribus municipalibus liberantur, vt idoneiores praediis fiſcalibus habeantur. Paullus D. de popularibus actionibus l. 2 Si plures ſimul agant populari actione, Praetor eliget idoneiorem. *Add.* Tertull. de An. c. 18. *et* adu. Hermog. c. 18 *vbi* Idonior *legitur. Vid. Salmaſ. ad* Tertull. de Pall. 3 p. 223 *vbi de* egregior, induſtrior, neceſſarior *idem obſeruat. Add. Bynkerſh. Obſſ.* 1, 25.

IDONEA, orum. n. Tacit. Ann. 4, 5, 6 At apud idonea prouinciarum. *h. e. Apud idoneos locos prouinciarum.*

IDONEE. Adu. [ἐπιτηδείως] *Apte et commode.* Cic. de Inuent. 1, 20 c. 15 *pr.* Exordium eſt oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem. Nondum ad innitendum idonee, ſed quantum ſatis videatur Apul. Flor. 3. Cauere idonee l. 35 §. 3 D. de procur. et def. *Conf.* l. vlt. D. de appellat. §. 3. Tertull. de Pall. c. 3 *habet compar.* Idonius, *ſed non imitandum. Vid. Salmaſ. in loc. p. 223.*

IDOS. [εἶδος] *Forma. Quid differt ab* Idea *docet* Seneca Epiſt. 58. *Conf.* Epiſt. 65. *et* Tertull. de Idolol. c. 3.

IDROS, *Cariae Mons, de quo vid. Iſ. Voſſ. ad* Catul. p. 236.

I D V *et* I D Y

IDVMAEA, ae. f. IDVME *Poëtis,* [Ἰδουμαία] Regio Syriae, *vid.* Plin. 5, 13. *Sed* Idumen *de tota Palaeſtina, et Iudaico quondam regno dicunt Poëtae.* Lucan. 3, 216 Et arbuſto palmarum diues Idume. Sil. 3, 600 Idume palmifera. Val. Fl. 1, 12 Verſam proles tua pandat Idumen.

IDVMAEVS, a, um. Adi. Virg. Georg. 3, 12 Primus Idumaeas referam tibi Mantua palmas.

IDVS, uum. f. *Plur. tantum, dicuntur Octo illi dies, qui in ſingulis menſibus Nonas ſequuntur.* Cic. Att. 14, 4 Sed omnia licet concurrant, Idus Martiae *(quibus Caeſar interfectus eſt)* conſolantur. *Vid.* Macrob. Saturn. 1, 15. *Poſt plures etymologias prolatas,* Nobis, *inquit,* illa ratio nominis vero propior aeſtimatur, vt Idus vocemus diem, qui diuidit menſem. *Iduare* enim Etruſca lingua *diuidere eſt;* inde *vidua,* quaſi *valde idua,* id eſt, *valde diuiſa;* aut vidua, id eſt a viro diuiſa. Vt autem Idus omnes Ioui, ita omnes Kalendas Iunoni tributas, *etc. Conf.* ITIS. *et vid. Plutarch. Quaeſt. Rom.* 24. Octonae Idus Hor. Serm. 1, 6, 75. Agendae tibi ſunt Idus Id. Carm. 4, 11, 14. Idibus alba Ioui grandior agna cadet Ouid. Faſt. 1, 56. Hor. Epod. 2 *extr.* Omnem redegit Idibus pecuniam.

IDVLIS, e. Adi. *Vt,* Idulis ouis, Quae omnibus Idibus Ioui mactabatur. et Sacra Idulia. Feſtus. *Conf.* Macrob. Saturn. 1, 15 *qui* a flamine omnibus Idibus Ioui mactatam *ait.*

IDVARIA Collegia duo *cum* Kalendariorum collegio *memorantur in* Vet. Inſcr. *apud* Grut. p. 478, 9. *Sed difficile eſt aliquid certi de illis dicere. An habuere epulas illi Kalendis, hi Idibus ſollemnes? vt ſuas* Icadas *Epicurei? Alias coniecturas, quae foenus reſpiciunt,* relegendum Idibus, Kalendis ponendum, *vid. in Pitiſci Lex. h. v.*

IDYLLION, i. n. *vel* EDYLLION. Dimin. εἰδύλλιον *ab* εἶδος *forma, ſpecies. Theocritus et* Auſonius *ad carmina tranſtulerunt, forte quia in Pindaro quaeque oda* εἶδος *eſt praeſcripta,* Idyllion *ergo Parua poëmatis forma, et* Idyllia, *Diuerſa poëmaticorum genera.*

I E C *et* I E I

IECVR, iecŏris, *vel* iecinŏris, *ſ.* iocinŏris. qui Genitiuus, *vt ait* Priſcianus 6 p. 701 *med.* a Nominatiuo Iocinus videtur eſſe. n. [ἧπαρ] *Hepar Graece dicitur, eſtque Viſcus id, quod dextra parte ventriculo aſſidet, ſanguinemque conficit. Genit.* Iecinoris *eſt* Scribon. 173. 265. Iocinoris 120. 258. 259. Iecoris officium volunt eſſe, vt cibos in aluo concoquat Lact. de Opif. D. c. 14. Admiſit ei aquilam, quae aſſiduo noctu renaſcentia iecinora exeſſet Hygin. Aſtron. 2, 15. Plaut. Curc. 2, 1, 22 Lien necat, renes dolent, pulmones diſtrahuntur, cruciatur iecur, radices cordis pereunt. Plin. 11, 37 Iecur in dextra parte eſt, in eo quod caput extorum vocant, magnae varietatis. Cic. de N. D. 2, 137. Celſ. 2, 8 *pr.* Si in iecinore vomica eſt. *Legitur et* Iocinore *et* in iocinoris dolore *paullo poſt.* Iecur *etiam* Iecinor *appellari, velut Iter, Itiner, putauit Ioſ. Scalig. ad* Feſt. p. 65. 102. 197. *Add.* Liu. 8, 9. 27, 28. 41, 14 *et* 15. Iecur *cum putata ſit ſanguinis officina, non mirum eſt, illi paſſim affectus, quin cogitationes, et prudentiam adeo aſſignari.* Iecur, *pro Prudentia et ſapientia, ſicut et* Cor, *Latinis dici indicat illud Bibaculi de Catone grammatico,* Suet. Gramm. 11 En cor Zenodoti, en iecur Cratetis. *Sedem ſuperbiae* iecur *facit* Perſ. 1, 25 Quo didiciſſe? niſi hoc fermentum, et quae ſemel intus Innata eſt, rupto iecore exierit caprificus. *Vid. Caſaub. qui etiam* Perſ. 5, 29 Quod latet arcana non enarrabile fibra *de iecore ſapientiae ſede explicat, licet ad ipſum locum cor intelligat. Libidinis ſedem paſſim faciunt Poëtae. Vid. Barth. ad* Claudian. Conſ. Hon. 4, 248. *Burm. ad* Sueton. Gram. 11. Iecur anſeris proceres gulae ſaporis bonitate commendant: fartilibus creſcit mira amplitudine: et quod mirabilius eſt, exemtum quoque lacte mulſo augetur. *Ex* Plin. 10, 22. Martial. 13, 58 Adſpice quam tumeat magno iecur anſere maius. Perſ. Sat. 5, 129 Sed ſi intus et in iecore aegro Naſcantur domini, *de affectu quouis vehementi.* Aridum Hor. Epod. 5, 37. Arietinum, *vid.* ARIES. Durum iecur habentes Scribon. 110. Quorum iecur durum eſt 170. Ardet ira ſiccum iecur Iuuen. Sat. 1, 45. Feruens difficili bile tumet iecur Hor. Carm. 1, 13, 4. Porriguntur pennae iecoris Vindic. ad Valentin. Imp. Vlcerare iecur alicuius Hor. Epiſt. 1, 18, 72. Vlceroſum Idem Od. 1, 25, 15. Tumor, dolor, durities iocineris 123. Vrit iecur bilis Hor. Serm. 1, 9, 66.

IECINOROSVS, *ſiue* IOCINOROSVS, a, um. Adi. *Qui iecoris ſiue iocinoris vitio laborat.* Scrib. Largus 105 Iocinoroſis duritiam habentibus diutinam, ex aqua mulſa ſatis conuenit. *Add.* 169.

IECOROSVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 5, 14.

IĔCORITICVS, a, um. Adi. Marcell. Emp. c. 20.

IECORĀLIS, e. Adi. Gloſſ. Gr. Lat. ἡπατικὸς, Iecoralis.

IECVSCŬLVM, i. n. Dimin. [ἡπάτιον] Plin. 11, 37 Murium iecuſculis fibrae ad numerum lunae in menſe congruere dicuntur, totidemque inueniri quotum lumen eius ſit. *Sic* Muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri Cic. de Diuin. 2, 33 c. 14. *Conf.* Macrob. Saturn. 7, 14.

IEIVNIVM, i. n. [νηστεία, ἀσιτία] *Tempus, quo a cibis abſtinemus.* Liu. 36, 37 Eorum prodigiorum cauſa libros Sibyllinos ex SC. Decemuiri quum adiſſent, renuntiarunt, ieiunium inſtituendum Cereri eſſe, et id quinto quoque anno ſeruandum. *Item, Abſtinentia ipſa vel Carentia cibi. Quod etiam ad Potum duriuſcule tranſtulit* Lucan. 4, 332 Quoque magis miſeros vndae ieiunia ſoluant. Ieiunia animis Concipere, Ferre, Portare, Tenere Iuuen. 20, 364 ſq. Celebrare annua ieiunia Claud. ad Chriſt. 45, 21. Domant longa illos inopi ieiunia victu Ouid. Met. 1, 312. Explere ieiunia Sen. Thyeſt. f. 1. Indicere ieiunia Hor. Serm. 2, 3, 291. Laborare ieiunio Columel. 3, 12. Pauit ieiunia lacrimis expers vndae et cibi Ouid. Met. 4, 263. *Conf.* Virg. Georg. 3, 128. Placare ventris ieiunia Ouid. Met. 15, 95. Sedare ieiunia carne ferae Id. ibid. 15, 83. Soluit ieiunia tribus granis Idem Faſt. 4, 607. Vexare ieiunio Celſ. 3, 18.

IEIŪNVS, a, um. Adi. [νῆστις] *Qui a cibis abſtinet.* Plaut. Pſeud. prol. 12 In ſcenam qui ieiunus venerit, *etc.* Ieiuno dantur Scribon. 79. 109. Ieiunis 111. Arena ieiuna Virg. Georg. 3, 493. Auiditas ieiuna, *h. e. Maxima et qualis ieiunis eſſe ſolet.* Plin. 10, 3 Eadem ieiunae ſemper auiditatis et querulae murmurationis. *De quodam genere aquilae.* Cupido ieiuna expletur Lucret. 4, 874. Dentibus ieiunis acer lupus Hor. Epiſt. 2, 2, 29. Fames Ouid. Met. 8, 791. Fames, *Dea.* Glarea, *Sicca et ſterilis terra* Virg. Georg. 2, 212. *Conf.* Columel. 2, 4. *Inteſtinum, quod antiqui Hiram, et per diminutionem Hillam dixerunt:* Celſ. 4, 1 *de iunctura, quae pylorus dicitur,* Ab ea ieiunum inteſtinum incipit: cui tale vocabulum eſt, quia nunquam quod accipit continet, ſed protinus in inferiores partes transmittit. *Vid.* HIRA. Iugera Sen. Herc. Oet. 2. Macies Claud. de B. Gildon. 22. Plin. 7, 2 Quod ſi in fauces pernetrauerit, etiam mori: idque maxime humani ieiuni oris. Columel. 6, 33 Cicatrices oculorum ieiuna ſaliua et ſale defricatae extenuantur, *i. ieiuni hominis ſaliua.* Stomachus Hor. Serm. 2, 2, 38. Terra Colum. 3, 5. ¶ 2 *Metaph. Vehementer cupidum rei paruae et contemtibilis ſignificat.* Cic. Fam. 3, 10 Nihil in me non modo perfidioſum, et inſidioſum, et fallax in amicitia, ſed ne humile quidem, aut ieiunum debes agnoſcere. Idem Philipp. 14, 17 Haec interpoſui, P. C. non tam vt pro me dixerim (male enim mecum ageretur, ſi parum vobis eſſem ſine defenſione purgatus) quam vt quosdam nimis ieiuno animo et anguſto monerem, *etc.* Animus auidus ac ieiunus diuitiarum, *pro Cupido* Iuſtin. 38, 6, 10. Ars ieiuna Quinct. 1, 4, 5. *minuta, tenuis.* Calumnia frigida et ieiuna Cic. pro Caecin. 61. Eloquentia Quinct. 10, 5, 5. Hiſtoria Idem 2, 4, 3. Si non ieiunum hoc, neſcio quid *etc.* Cic. Fam. 15, 4. *i. parum, contemtibile.* Homo, *i. humilis et inanis* Cic. Fam. 10, 21. *et* 2, 17. Oratio, *cui opponitur* Copioſa et plena. Cic. de Orat. 3 c. 18 Quod ſi quis erit, qui ductus opinione vulgi aut Antonium ieiuniorem, aut Craſſum fuiſſe pleniorem putet, *etc. Add.* Id. de Opt. gen. Orat. c. 3. Quinctil. 2, 5, 21. 10, 2, 17. 12, 10, 13. Plebecula miſera ac ieiuna Cic. Att. 1, 16. Traditio ieiuna, atque arida ne auerteret animos, et aures delicatas raderet Quinctil. 3, 1, 3. ¶ 3 *Graueolens, foetidus: quia ieiunis anima grauius olet. Vid.* Plaut. Merc. 3, 3, 13. *et* Petron. c. 128. Caecil. *ap.* Non. 4, 2 Quae mihi, vbi Domum adueni aſſedi, extemplo ſauium dat ieiuna anima. *Cum Genitiuo. Vid.* Ieiunae alicuius rei aures, *in* AVRIS. *Sed* Nec fuit nox vna vel quies aliqua viſu Deae monituque ieiuna Apul. Met. 11 p. 266, 4. *Compar.* Sen. ad Helu. c. 6 Quid ieiunius? *Conf.* Cic. *p. a.* Oratio. *it.* Colum. 2, 4, 7 Ieiunior pars humi.

IEIŪNE. Adu. [νηστέως] *Defectum aliquem vigoris notat, fructusue et iucunditatis, Frigide, languide.* Cic. de Orat. 1, 49 c. 11 Etenim videmus iisdem de rebus ieiune quosdam et exiliter, vt eum quem acutiſſimum ferunt Chryſippum diſputaſſe, *etc.* Idem in Orat. 123 c. 36 *pr. et* Att. 12, 21. Haec dicuntur fortaſſe ieiunius Idem Fin. 3 c. 5.

IEIVNĬTAS, ātis. f. [νηστότης] *Tenuitas, cui contraria eſt* Vbertas *et copia.* Cic. Tuſc. 2, 3 c. 1 Et quum obruerentur copia ſententiarum atque verborum, ieiunitatem et famem ſe malle quam vbertatem et copiam dicerent. Ieiunitas bonarum artium Idem de Orat. 2, 3 *et* 10. Ieiunitas et ſiccitas, et inopia orationis Idem in Bruto 284. Ieiunitatis plenus anima foetida Plaut. Merc. 3, 3, 13. *Citat* Non. 4, 2.

IEIVNIŌSVS, a, um. Adi. *Ridiculum epitheton diei, quo paraſitus eſurire cogitur.* Plaut. Capt. 3, 1, 6 Neque ieiunioſiorem, nec magis effertum fame vidi.

IEIVNO, āre. *Cibo ſponte abſtinere, praeſertim religionis cauſa.* Hieron. Epiſt. 22 c. 13 Lecturus Tullium ieiunabam. Tertull. de Ieiun. c. 13 *pr.* Conuenio vos et praeter paſcha ieiunantes.

IEIVNATIO, ōnis. f. Tertull. l. c. Ieiunationibus operati. Idem ad Scap. c. 5 *et* adu. Pſych. c. 10.

IEIVNATOR, ōris. m. Auguſtin. Epiſt. 86 Qui ventricolas tanquam magnus ieiunator accuſat.

I E N *et* I E R

IENTACVLVM, i. n. [ἀκρατισμὸς] *Cibus, qui ante prandium ſumitur.* Plaut. Curc. 1, 1, 72 Me inferre Veneri noui iam ientaculum. Nos ipſi ieiunia ientaculis leuibus polluimus Nigid. *ap.* Iſidor. 20, 2. Suet. Vitell. c. 13 Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpartiebat: in ientacula, et prandia, et coenas, comeſſationesque. Martial. 14, 223 Surgite, iam vendit pueri ientacula piſtor. Idem 13, 31 Si ſine carne voles ientacula ſumere frugi, Haec tibi Veſtino de grege maſſa venit, *i.* Caſeus Veſtinus, *vt eſt in lemmate.* Ientaculum ambulatorium affectat equus, *inter procedendum gramen decerpens.* Apul. Met. 1 *pr.*

IENTO, āre. [ἀκρατίζω] *Aliquid ante prandium guſtare.* Varro Marciporc, Vt eat, ac Remp. adminiſtret, et quod pulli ientent. Afranius, Haec ieiunia ientauit. Non. 2, 440. *De etymo Iul. Caeſ. Scalig. Poët. 1, 5 coniicit dictum, quod ſtatim ab illo oporteat* ἴεν, *Dorice* pro ἰέναι, *ire.*

IENTATIO, ōnis. f. Firmic. 2, 10 Venus ſignificat etiam conuiuia, ientationes, dulciaque tragemata, ſiue bellaria.

IENTATOR, ōris. m. Eutropio *tribuitur: non recte.*

IENS, euntis. Partic. [ἰὼν] *Ab* Eo, is, *verbo.*

IĔRĬCHO, *vel* HIERICHO, *vel* HIERICHVS, untis. f. *Iudaeae oppidum inter Hieroſolymam et Iordanem.* Plin. 5, 14. Prudent. Pſychom. 536. *et* Hamart. 480.

IERNA, ae. f. Hiſpaniae fluuius eſt, *auctore* Mela 3, 1. *Strabo 3* Iernam *his locis commemorat montem, a quo* Iernam *amnem potuiſſe vocari veriſimile eſt.*

IERVSALEM, [Ἱερουσαλὴμ] *Vrbs Iudaeae celeberrima: quam* Hieroſolyma *Graeci et Latini fere malunt. Vid.* Dictionarium nominum Hebraicorum *in* Hieron. Opp.

I E S *et* I G I

IESVS, u. m. [Ἰησοῦς] *diſſyllabum apud Hebraeos, tametſi Graecis triſyllabum. Nomen eſt Redemtoris ac Saluatoris noſtri Chriſti: Cuius*

ſignificationis ratio eſt apud Matthaeum: Hic enim (inquit) ſaluum faciet populum ſuum a peccatis ſuis. Prudent. Pſychom. 764 Vtque homini atque deo medius interuenit Ieſus *diſſyllabos, vt tamen* I *ſit vocalis.*

IGĬTVR. [ἄρα, ἄρ' οὖν, γοῦν, οὐκοῦν, τοίνυν, τοιγαροῦν] *Collectiua vel rationalis Coniunctio eſt: colligit enim ſupra dicta, eaque ratione confirmat. Adhibetur, inquit Valla, breuioribus concluſionibus.* Quinct. 1, 5 Soloeciſmus fit transmutatione, qua ordo turbatur, Quoque ego, Enim hoc voluit, Autem hoc habuit. Ex quo genere an ſit Igitur in initio ſermonis poſitum, dubitari poteſt: quia maximos auctores in diuerſa opinione fuiſſe video, quum apud alios ſit etiam frequens, apud alios nunquam reperiatur. *Incipit periodum, in* Tacit. Agric. 7, 2. Nep. 25, 3, 3. *et* Plaut. *infra cit.* Ter. Andr. 2, 3, 1 Quid igitur ſibi vult pater? Cic. pro Ligar. 2 Habes igitur Tubero, *etc.* Ter. Eun. 1, 1, 1 Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem quum acceſſor vltro. Plaut. Amph. 1, 1, 145 Clare aduorſum fabulabor: hic auſcultet quae loquar: igitur magis maiorem in modum in ſeſe concipiet metum. *Vid.* Non. 2, 456. ¶ 2 *Igitur in continuatione orationis interruptae.* Dico, te priori nocte veniſſe inter Falcarios in domum Leccae — Fuiſte igitur apud Leccam ea nocte Cic. Catil. 1 c. 4. Tibicen quidam fuit Antigenides — Is igitur quum eſſet in tibicinio apprime nobilis Apul. Flor. *Conf.* Liu. 2, 12 *pr. ibique Gronou. itemque Victor. ad* Cic. Fam. 1, 9. *Add.* Cic. Cat. 4 c. 11 Pro imperio, pro exercitu — pro his igitur omnibus rebus, *etc.* Idem Fin. 4 c. 20 Poſtea tuus ille Poenulus — homo igitur acutus, *etc.* *Pro Tum non ſemel vſus eſſe videri poteſt* Plautus Amphit. 1, 1, 54 Sin aliter ſient animati, — ſe ſe igitur ſumma vi virisque eorum oppidum expugnaſſere. *Nempe hic etiam illatio eſt ſiue concluſio. Conſequentiam etiam in ſimilibus obſerues, vt* Caſin. 2, 2, 39 Mox magis cum otium mihi et tibi erit, igitur tecum loquar. *Et* Moſtell. 2, 1, 33 Miſerum eſt opus igitur demum fodere puteum, vbi ſitis fauces tenet. *Et* Epid. 3, 3, 4

Non oris cauſa modo homines aequom fuit
Sibi habere ſpeculum, vbi os contemplarent ſuum:
Sed qui perſpicere poſſent cor ſapientiae,
Igitur perſpicere vt poſſint cordis copiam.

Conſequentiam et ſucceſſionem naturae vel rationis ſemper ſignificat. Simpliciter autem idem eſſe quod deinde, *paullo forte intemperantius dictum a Sanctio Min. 3, 14 p. 521 qui caeteroquin obſeruat, ſaepe dicere* Apuleium, Ergo igitur: *quemadmodum* Itaque ergo Liu. 1, 25. *et al.* Plaut. Stich. 1, 2, 29 Poſt id agam igitur deinde. Id. Moſt. 1, 2, 51 Vnum vbi emeritum eſt ſtipendium, igitur tum ſpecimen cernitur, *etc.* *Et* Amph. 1, 2, 11 Igitur tum demum omnes ſcient, quae facta. *Pro Sanctio tamen eſt* Feſtus, IGITVR nunc quidem pro completionis (*leg.* complexionis) ſignificatione valet, quae eſt *ergo:* ſed apud antiquos ponebatur pro *inde*, et *poſtea*, et *tum.* *Pro Enim habet* Plaut. Moſt. 5, 1, 52 Surge dum huc. Eſt conſulere igitur quiddam, quod tecum volo.

I G N

IGNARVS, [ἀγνοῶν] *vid.* IGNORO.

IGNĀVVS, a, um. Adi. [ἄπρακτος, ῥᾴθυμος] *Gnauo, forti, alacri, agili opponitur.* Cic. Tuſc. 2, 54 c. 23 Vt enim fit in praelio, vt ignauus miles ac timidus ſimul ac viderit hoſtem, abiecto ſcuto fugiat. Liu. 5, 28 Fuſos eſſe ab ignauiſſimo et fugaciſſimo hoſte. Ter. Andr. 1, 5, 42 Adeon' me ignauum putas? *i. minime generoſum.* Ignauus et imbellis inter hoſtes Liu. 26, 2. Cic. de Inuent. 1, 24 Indignum eſſe ab homine ignauiſſimo virum fortiſſimum Aiacem eſſe necatum. *Conf.* Salluſt. Catil. 12. Aeſtus ignaui Ouid. Met. 7, 529. *Ab effectu, vt* pallida mors. *Vid. mox* ſuccus ignauus. Amor Stat. Silu. 3, 2, 99. Anni Ouid. Amor. 1, 15, 1. Contagia Claud. in Eutrop. 1, 419. Corpus Ouid. ex Pont. 1, 5, 5. Dolor, *Qui vires aufert, vt labori ſufficere nequeat.* Plin. 11, 18 Rege apum a peſte conſumto moeret plebs ignauo dolore: non cibos conuehunt, non procedunt. Frigus Ouid. Met. 2, 763. *Ab effectu.* Genus interrogationis ignauum et iners Cic. de Fato 29. Grauitas Ouid. Met. 2, 821. Miles ignauus ac timidus Liu. 5, . . Mora Ouid. de Arte Am. 1, 180. Otia Idem Triſt. 1, 6, 25. Pecus, *h. e. Inutile, et nullius artis:* Virg. Georg. 4, 168 Ignauum fucos pecus a praeſepibus arcent. Ignaua Ratio *apud* Cic. de Fato c. 12 [ἀργὸς λόγος] cui ſi pareamus, nihil omnino agamus in vita. Sic enim interrogant: ſi fatum tibi eſt, ex hoc morbo conualeſcere, ſiue medicum adhibueris, ſiue non adhibueris, conualeſces — medicum ergo adhibere nihil attinet. *Vid. reliqua.* Somnus Ouid. Met. 11, 593. Plin. 20, 18 Quum capita ipſa et folia decoquuntur, Succus meconium vocatur, multum opio ignauior. *Compar.* Cic. Verr. Act. 1 c. 78 Homo inertior, ignauior. Salluſt. Fragm. c. 7 Peior an ignauior ſit deliberari non poteſt. *Superl.* Liu. 5, 28 Ignauiſſimus et fugaciſſimus hoſtis. Idem 9, 4. *In MSS. permutari ſolet cum* Ignarus: *quod vid.*

IGNAVIA, ae. f. [ῥᾳθυμία] *Vitium eſt contrarium Fortitudini, quo quis aggredienda prae formidine non aggreditur.* Cic. de Amicit. 23 Vt cum aliqua cura res ſibi contrarias aſpernetur atque oderit, vt bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignauiam fortitudo. *Add.* Id. de Inuent. 2 c. 54. Ignauiam ſuam tenebrarum ac parietum cuſtodiis tegere Id. pro Rabir. c. 7. Cic. de Fin. 149 Quibus rebus intelligitur, nec timiditatem ignauiamque vituperari, nec fortitudinem patientiamque laudari ſuo nomine. Ignauia odoris, *pro Odore remiſſo et laxo* Plin. 12, 25.

IGNAVITAS, ātis. f. *Idem.* Iuſtin. 43, 3, 5 Phocaeenſes ex ignauitate ac macie terrae coacti. *Sed recte al.* Exiguitate.

IGNĀVE. Adu. [ῥᾳθύμως] *h. e. Lente, et ſegniter.* Cic. Tuſc. 2, 55 c. 23 Ne quid abiecte, ne quid timide, ne quid ignaue, ne quid ſeruiliter muliebriterue faciamus. *Compar.* Virg. Georg. 3, 465 Carpentem ignauius herbas.

IGNAVĬTER. Adu. [βλακικῶς] Hirt. ad Cic. Att. 15 *ſub 6* An ego, quum omnes caleant, ignauiter aliquid faciam? Idem de B. Afric. c. 81 Caſtra non ignauiter munire. Lucil. Sat. 16 *apud* Non. 11, 29 Cur tam ignauiter, hoc praeſertim tempore, quaeris? Quadrigarius *ap. eund.* Et qui ibi erant non ignauiter potando eum diem pro meliore habuerunt.

IGNAVESCO, ĕre. Tertull. de Anima c. 43 Animus nec quieſcit nec ignaueſcit.

IGNAVIO, ōnis. m. Gell. 16, 24 Iſti ignauiones, qui nihil perficere poſſunt.

IGNAVIO, īre. Ignauum facio. *Antiquum. Ex* Accii Aeneadis aut Decio, Fateor, ſed ſaepe ignauit fortem in ſpe expectatio Nonius 2, 441.

IGNIS, is. m. [πῦρ] *A* Gignendo *dictus: quod in eo nihil naſcatur, et omne quod naſcitur, eum amittit et frigeſcit. Vel quod ſe ipſum pariat, et paruis ſcintillis creſcat in immenſum. Et Voſſ. Etym. Multa docte ludit* Varro de L. L. 8, 10. *v. g.* p. 17, 20 Animalium ſemen ignis, qui anima et mens: qui calor e caelo, quod hic innumerabiles et immortales ignes. Itaque Epicharmus Enni de mente humana dicit, Iſtic eſt de ſole ſumtus ignis. Pag. 18, 1 Cauſa naſcendi duplex, Ignis et aqua. Ideo ea in nuptiis in limine adhibentur — mas ignis, quod ibi ſemen; aqua femina, quod fetus ab eius humore, *etc. ſunt enim ibi plura iucunda.* Inuicti ignibus dentes, *vid.* INVICTVS. Acer ignis, *vid.* ACER. Arduus Stat. Silu. 3, 3, 178. Atri Virg. Aen. 4, 384. Auarus Propert. 2, 28, 56. Auidus Ouid. Met. 12, 280. Calidi Lucret. 2, 431. Celer Hor. Carm. 3, 4, 76. Confuſi Stat. Theb. 5, 316. Damnoſi Ouid. Faſt. 4, 708. Feruidus Sen. Oedip. 12. Feſtus Stat. Silu. 4, 8, 37. Ingens, *vid.* INGENS. Inimicus Virg. Georg. 4, 330. Inualidi, *pro Languidis excubiis* Tacit. Ann. 1, 65, 1. Lambens, *vid.* Virg. Aen. 2, 682. Liu. 1, 39. *et* Plin. 36, 27. Languidus, *vid.* LANGVOR. Lentus, *vid.* LENTVS. Magnus, *vid.* MAGNVS. Malignus, *i. Parcus, tenuis, exiguus, cui opponitur* Ingens. Martial. 10, 96 Paſcitur hîc, ibi paſcit ager: tepet igne maligno Hic focus, ingenti lumine lucet ibi. Nigri, *Rogales* Hor. Carm. 4, 12, 26. Odorati Ouid. Faſt. 1, 75. Pugnax aquae Idem Met. 1, 432. Rapax Id. ibid. 8, 837. Rapidus Virg. Georg. 4, 263. Roſeus Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 5. Rutilus Virg. Georg. 1, 454. Min. Fel. Oct. 35, 3 Illic ſapiens ignis membra reficit et vrit. *Vid. Wower. Conf.* Tertull. adu. Gnoſt. c. 3. Hieron. in Daniel. c. 3. *et* Paullin. ad Seuer. Epiſt. 28 n. 2. Paullin. Epiſt. ad Marcellam n. 7. Paterc. 2, 88 *extr.* Seruilia Lepidi vxor viuo igni deuorato, praematuram mortem immortali nominis ſui penſauit memoria. ¶ 2 *Verba:* Abolitum corpus igni Tacit. Ann. 16, 6. Abſtinere ignem ab aede Liu. 7, 27 *extr. Vid.* ABSTINEO. Accendere ignem Virg. Aen. 5, 4. *Vid.* ACCENDO. Accendit letiferos Sirius ignes Sil. 16, 99. Adhibere ignem, *vid.* ADHIBEO. Nulla materia, niſi Admoto igni, ignem concipere poteſt Cic. de Orat. 2 c. 45. Adiuuare ignem, *vid.* ADIVVO. Apponere ad ignem, *vid.* APPONO. Ardet largus ignis Hor. Serm. 1, 8, 44. Aſſeruare ignem e ſilice, *vid.* ASSERVO. Concipere ignem Ouid. Met. 9, 519. Cic. de Orat. 2 c. 45. Coërcere ignes, *vid.* COERCEO. Compeſcere ignes Ouid. Met. 2, 313. Comprendere ignem crinibus Virg. Aen. 7, 73. Concremare igni, Coniicere ſe in ignem, *vid. hh. vv.* Conſidere in ignes, dicitur vrbs vel domus Virg. Aen. 2, 624. Corrumpi igni, *vid.* CORRVMPO. Cumulare feſtos altaribus ignes Stat. Silu. 4, 8, 37. Debacchantur ignes Hor. Carm. 3, 3, 55. Depellere ignes ab aliquo Virg. Aen. 9, 78. Dare vlmos igni, *i. Imponere foco* Idem Georg. 3, 378. Elicere ignem lapidum conflictu atque tritu Cic. de N. D. 2, 25. Excudere ignem abſtruſum venis ſilicis Virg. Georg. 1, 135. Excutit auidum de crinibus ignem Ouid. Met. 12, 280. Caeſ. B. C. 3, 30 Suosque omnes caſtris continuit, ignesque fieri prohibuit, quo occultior eſſet eius aduentus. Ferat impius ignis templa Iouis Stat. Theb. 5, 685. Tacit. Ann. 14, 33 Sed caedes, patibula ignes, cruces tanquam reddituri ſupplicium, ac praerepta interim vltione feſtinabant. Flagrant ignes Sil. 1, 96. Fulſere ignes Virg. Aen. 4, 167. Tacit. Ann. 12, 58 Eodem oratore Bononienſi Coloniae igni hauſtae ſubuentum, centies ſeſtertii largitione. Inferre ignem hoſtibus Lucret. 5, 1245. Caeſ. B. C. 2, 14 Portis ſe foras erumpunt, ſecundo, magnoque vento operibus ignem inferunt. Iniicere ignes Capitolio, *vid.* INIICIO. Latet multo cinere obrutus ignis Lucret. 4, 924. Moliri ignem Virg. Aen. 10, 131. Occiſus igne Quinct. 6, 1. Opprimere ignem, *vid.* OPPRIMO. Palpitat arduus ignis Stat. Theb. 12, 70. Peredit celer ignis Aetnam Hor. Carm. 3, 4, 76. Procudunt ignem ignes Lucret. 2, 1114. *Alii legunt,* Producunt. Prohibe infandos ignes a nauibus Virg. Aen. 1, 529. Stridunt ignes Iuuen. Sat. 10, 61. Lucan. 6, 179. Cic. Verr. 1, 69 c. 27 Caedere ianuam ſaxis, inſtare ferro, ligna et ſarmenta circumdare, ignem ſubiicere coeperunt. Subſiliunt ignes ad tecta domorum Lucret. 2, 192. Suppoſiti ignes cineri Hor. Carm. 2, 1, 7. Suſcipere ignem foliis Virg. Aen. 1, 179. Suſcitare ſopitos ignes Id. ibid. 8, 410. Torrere igni fruges Idem Georg. 1, 267. Vagatur late ignis, *vid.* LATVS. Vaſtare igne Salluſt. Iugurth. 1, 10. Volant ignes ad tecta Virg. Aen. 12, 596. ¶ 3 *Formulae alioe:* Liquidus, *i.* Purus, aethereus Virg. Ecl. 6, 33. Seruius. Liquidi color aureus ignis Lucret. 6, 204. Aſtrorum ignes, *Stellae* Virg. Aen. 3, 585. Oetei, *pro Stellis, vid.* Noctifer *in* NOX. Sanguineo igni cometes Claud. de Raptu Proſerp. 1, 231. Vagus ignis Solis Lucan. 1, 50. Phoebei Ouid. Met. 5, 389. Tremuli Lucret. 4, 406. *de ſolis ſplendore.* Fulmineus Id. 2, 382. *Saepe de fulmine ignis dicitur: vt,* Abruptus nubibus, *vid.* ABRVMPO. Crebris micat ignibus aether Virg. Aen. 1, 94. Eliſus nubibus Ouid. Met. 6, 696. Infeſto igne peti Idem Triſt. 1, 1, 82. Rapidus ignis Iouis, *Fulmen* Virg. Aen. 1, 46. Triſulci, *Fulmina* Ouid. Met. 2, 849. Oculi micant igne Id. ibid. 3, 33. Truculento igne minaces ardent genae Sen. Oedip. ſ. 12. ¶ 4 *De Amoribus, et amatis vulgo dicitur.* Ter. Eun. 1, 2, 5 Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. Virg. Ecl. 3, 66 At mihi ſeſe offert vltro meus ignis Amyntas. Ouid. Met. 6, 708 Arſerunt agitati fortius ignes. Carpitur igni caeco Virg. Aen. 4, 2. Carpi indomito igne Ouid. Met. 10, 369. Caſtiſſimi Val. Max. 4, 6, 5. Colligere blandos ignes paullatim Valer. Argon. 2, 354. Concipere validos ignes Ouid. Met. 7, 9. Edunt medullam ignes Catull. 33, 15. Erumpit oculis ignis Sen. Hippol. ſ. 4. Exarſere ignes animo Virg. Aen. 2, 575. Ferre mutuos ignes Sen. Hippol. 4. Hauſerat inſolitos ignes virginis Claud. de Nupt. Honor. 1. Macerari lentis ignibus Hor. Carm. 1, 13, 8. Merſus viſceribus ignis Sen. Hippol. 5. Nutrire ſuos ignes Ouid. Met. 6, 493. Populante venas furtiuo igne Sen. Hippol. 3. Senſit tepidos ignes ſub pectore Ouid. Met. 11, 225. ¶ 5 Subiicere ignem, *i. Inuidiae materiam ſuggerere.* Cic. pro Rabir. Poſt. 13 Et quanquam tum propter multorum delicta, etiam ad innocentium periculum tempus illud exarſerat, tamen quum odium non reſtingueretis, huic ordini ignem nouum ſubiici non ſiuiſtis. Ignis ſacer, *Morbi genus. Vid.* Scribon. 63. 106. 135. 244. 245. Plin.

Plin. 26, 11 Ignis ſacri plura ſunt genera: inter quae medium hominem ambiens, qui Zoſter (ζωστὴρ, *cingulum*) appellatur, et enecat ſi cinxerit. Ignis ſacer eſt, quem Graeci ἱερὸν νόσον appellant Seruius *ad* Virg. Georg. 3, 566 Contactos artus ſacer ignis edebat. Seruium *tamen refellit H. Mercurial. Var. Lect. 4, 9. Add. Viri docti ad* Sammon. c. 41 v. 761 ſq. *De* igne Exploratorio, Nuptiali, Sacrificiali, *et* Veſtali, *vid. Lex. Pitiſc.* Cerei ignes *in iuramentis vſurpati:* Iuſtin. 22, 2, 8. *Vid. Graeu. in loc. Al.* Cereris. ¶ 6 Ignis *vltimam interdum produxit. Vid. Brouckh. ad* Tib. 1, 7, 72 *qui laudat* Hor. Od. 1, 15 *extr.* Poſt certas hiemes vret Achaicus Ignis Iliacas domos. *Loco* Ignis *a librariis non nunquam ſcriptum inuenitur* Imber: *quod vid.*

IGNICVLVS, i. m. Dimin. [πυρίδιον] Iuuen. Sat. 3, 102 Igniculum brumae ſi tempore poſcas. *Metaphorice, pro Incitamento et veluti Stimulo quodam, qui nos quieſcere non patiatur.* Cic. Tuſc. 3, 2 c. 1 Nunc paruulos nobis dedit igniculos, quos, *etc.* Idem de Fin. 5, 18 c. 6 Quorum ſimilia ſunt prima in animis quaſi virtutum igniculi et ſemina. Idem Fam. 15, 20 Quo tolerabilius feramus igniculum deſiderii tui, crebris nos literis appellato. Ingenii igniculi Quinct. in prooem. 6. Cic. Att. 15, 26 Reliqua pars epiſtolae: illa namque in vtramque: ſed tamen nonnullos interdum iacit igniculos viriles: *ſententias, vnde virtus eluceat.*

IGNEVS, a, um. Adi. [πύρινος] Cic. de N. D. 2, 23 Nam omne quod eſt calidum et igneum, cietur et agitur motu ſuo. Aether Tibul. 4, 1, 22. Aſtra Virg. Aen. 4, 352. Plin. 8, 38 Areſcitue in gemmas carbunculis ſimiles, et igneo colore fulgentes. Idem 9, 60 Huic tam igneum feruorem eſſe tradunt, vt omnia in mari contacta adurat. Sitis Virg. Georg. 3, 482. Sol Claud. in Pr. Conſ. Stil. 2, 60. Virtus Lucan. 9, 7. *i. agilis, alacris.*

IGNEOLVS, a, um. Adi. Dimin. Prudent. Cathem. 3, 186 Oris opus, vigor igneolus Non moritur.

IGNARIVS, a, um. Adi. *Ignem continens. Vt* Lapis ignarius Marcell. Emp. c. 33.

IGNĪDVS, a, um. Adi. Theod. Priſcian. 2, 9 Vti cucurbitis ignidioribus.

IGNIO, īre. *Candefacere.* Prudent. in Rom. 1077 Acus minutas ingerunt fornacibus His membra pergunt vrere, vt igniuerint.

IGNĪTVS, a, um. Adi. [πυρώδης, διάπυρος, ἔμπυρος, πυριηκής] *Candens et admodum calidus. Metaph.* Ignitum Deus indidit ingenium Prudent. Hamart. v. 544. Igniti Dentis morſus Sidon. Ep. 1, 11. Gell. 17, 8 Tum ego reſpondi, coniectare me Vinum idcirco minus coaleſcere, quod ſemina quaedam caloris in ſeſe haberet, eſſetque natura ignitius.

IGNITVLVS, a, um. Adi. Dimin. Tertull. ad Nat. 1, 10 *extr.* Mercurius in caluitio pennatulus, in caduceo ignitulus.

IGNITABVLVM, i. n. Ignis receptaculum, Feſto. Solin. 18 Pyrpole *etiam dicta Delos,* quoniam et ignitabula ibi et ignis inuenta ſunt. Macrob. Sat. 2, 8 Plato aeſtimauit, fomitem eſſe quendam et ignitabulum ingenii virtutiſque, ſi mens et corpus hominis vino flagret. *Eſt igitur* ignitabulum *omne excitandi ignis inſtrumentum.*

IGNESCO, is, ĕre. [πυρόομαι, πυρακτόομαι] *Ignitum fieri, in ignem conuerti, et ardere.* Cic. de N. D. 2, 118 c. 46 Vt ad extremum omnis mundus igneſceret. Columel. 10, 212 Ante amor igneſcit menti, ſaeuitque medullis. Irae igneſcunt, *pro Accenduntur* Virg. Aen. 9, 66. Vultus igneſcunt ſanguine Stat. Theb. 3, 78. Igneſcitur, pro Igneſcit. Laberius Colace, Figura humana inimici ardore igneſcitur Nonius 7, 108.

IGNESCENS, entis. Part. Plin. 37, 2 Sed in pretio varietas colorum, ſubinde circumagentibus ſe maculis in purpuram candoremque, et tertium ex vtroque igneſcentem. Caelum Apul. Triſmegiſt. p. 68. Odia Stat. Theb. 11, 525. Sil. 9, 461 *de Pallade,* Tum virgo igneſcens penitus, *etc.*

IGNIA, n. Pl. Vitia fictilium vaſorum Feſt. *Forte quae igni rupta ſunt.*

IGNIARIVM, i. n. [πυρεῖον] Igniaria Plinio *appellantur Ligna, ex quibus ignis ſtatim accenditur* 16, 40 Calidae, morus, laurus, edera, et omnes e quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc vſus in caſtris, paſtorumque reperit, quoniam ad excutiendum ignem, non ſemper lapidis occaſio eſt. Teritur ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis, fungi, vel foliorum facillimo conceptu: ſed nihil edera praeſtantius, quae teratur lauro, laurumque terat. Igniarium *eſt (inquit Budaeus) Quo ignis elicitur: conſtat ſilice, e quo ignis atterendo elicitur, et ferro quo ſilex atteritur percuſſu: vnde ſcintillae decuſſae, et in fomite, linteoque concerpto exceptae, flammam excitant.*

IGNEFACTVS, a, um. Adi. Plin. 20, 9 Flos bulborum tritus crurum maculas varicateſque ignefactas emendat. *Vid.* Theod. Priſc. 2, 28.

IGNICOLŌRVS, a, um. Adi. *Ignei coloris.* Iuuencus in Matth. c. 26, 64 Sub nubibus ignicoloris.

IGNICOMANS, antis. Adi. *Igneam comam ſ. radios et fulgorem habens.* Auienus Phaenom. Arat. v. 1112 Et Procyon, primique pedes Canis ignicomantis. Stellae ignicomantes Auien. in Prognoſt. Arat. v. 88.

IGNICOMVS, a, um. Adi. *Idem.* Sol ignicomus Auſon. Epiſt. 7, 8. *Add.* Nemeſ. Cyneget. v. 214. Auien. Deſcr. Orb. v. 801.

IGNĪFER, a, um. Adi. [πυρφόρος] Lampades igniferae Lucret. 2, 25. Aether Idem 5, 499. Cic. Arat. v. 88. Axis, *Currus Solis* Ouid. Met. 2, 59.

IGNIFLVVS, a, um. *Aliud* Adi. [πυρίρρυτος] Cauernae ignifluae Claud. Conſ. Hon. 3, 196.

IGNIGĔNA, ae. m. *Bacchi cognomen, fulmine Iouis vtero Semeles excuſſi.* Ouid. Met. 4, 11 Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyaeumque Ignigenamque, Satumque iterum, *etc.*

IGNIGENVS, a, um. Adi. Apul. Met. 7 p. 197.

IGNĪPES, ĕdis. Adi. [πυρόπους] Martial. 1, 27 Ignipedes poſſet ſine Colchide vincere tauros. Equi ignipedes Solis Ouid. Met. 2, 392. Stat. Theb. 1, 27.

IGNIPŎTENS, entis. Adi. [πυροσθενής, Πυροδυνάστης Gl. Gr. Lat.] *Dictus eſt Vulcanus, quod ignis poteſtatem habeat.* Virg. Aen. 8, 421 Hoc tunc ignipotens caelo deſcendit ab alto. *Sic* Deus ignipotens Idem ibid. 12, 90.

IGNISPICIVM, i. n. [πυροσκοπία] *ſicut Aruſpicium, Diuinatio erat apud antiquos, quae ignis inſpectione ſumebatur.* Plin. 7, 56 Aruſpicium Delphus, igniſpicia Amphiaraus, auſpicia auium Tireſias Thebanus inuenit.

IGNIVĂGVS, a, um. Adi. *Vt* Denunciatio igniuaga Mart. Capell. 9 p. 304.

IGNIVŎMVS, a, um. Adi. Carmen paſchale, quod Lactantio, alii Venantio tribuunt, v. 3 Altius igniuomum Solem caeli orbita ducit.

IGNOBĬLIS, e. Adi. [ἄσημος, νώνυμος] *Incognitus, ignotus, vilis, et abiectus in contemtum.* Plaut. Pſeud. 4, 2, 9 Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis. Ignobilis maritus, *Cupido quem non noſſet Pſyche* Apul. Met. 5 p. 160, 21 *Elm.* Cic. Tuſc. 1, 102 Quid Cyrenaeum Theodorum philoſophum non ignobilem, nonne miramur? Idem ibid. 3, 57 c. 24 Nec ſiletur illud potentiſſimi regis Anapaeſtum, qui laudat ſenem, et fortunatum eſſe dicit, quod inglorius ſit atque ignobilis ad ſupremum diem peruenturus. Argentariam non ignobilem facere Cic. pro Caecin. 10. Carmen Virg. Ecl. 9, 38. Familia non ex ignobili mulier Cic. Verr. 5, 28. Gramen ignobile, Vile, vbique naſcens, *vt ait* Seruius: Virg. Georg. 4, 63 Cerinthae ignobile gramen. Plin. 22, 3 Interim fortius augetur auctoritas: quae quanta debeatur etiam ſurdis, hoc eſt ignobilibus herbis, perhibebitur. Letum Sil. 3, 123. Cic. pro Cluent. 112 Vbi ſi quis ignobili loco natus ita viuat, vt nobilitatis dignitatem virtute tueri poſſe videatur. Magiſter dicendi non ignobilis Demetrius Syrus Idem de Clar. Orat. 325. Morte ignobili atque inhoneſta occubuit Liu. 29, 18. Nomen Sil. 13, 33. Regnum Hor. Serm. 1, 6, 9. Virg. Aen. 1, 153 Saeuitque animis ignobile vulgus. *de* Faece populi, *quam vocat* Cicero. *Compar.* Gell. 14, 2 *extr.* Verbum ignobilius. *h. e. Inuſitatius. Et* Plin. 23, 1 Innocentius iam eſt, quodcunque et ignobilius. *Superl.* Gell. 15, 4 Homines ignobiliſſimi et deſpicatiſſimi. *Et* Plin. 35, 4 Ignobiliſſimos alioqui Senatus ſpectat.

IGNOBILITER. Adu. Solin. c. 70 Aedes ignobiliter faſtigatae. Sepultum ignobiliter Eutrop. 7, 15.

IGNOBILĬTAS, ātis. f. *Genus ignobile, vel conditio hominis obſcuri.* Cic. Tuſc. 5, 29 Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offenſio ſapientem beatum eſſe prohibebit? Paupertas, ignobilitas, humilitas, ſolitudo Id. ibid. 5, 29. Generis ignobilitas Id. pro Muraen. 17 c. 8 *pr.* Virorum ignobilitas Ouid. Met. 6, 319. *De vino* Colum. 3, 21, 10 Neque enim poſt annos quindecim — deprehendi poteſt ignobilitas in guſtu.

IGNOMĬNIS, e. Adi. [δυσώνυμος] *Qui laude et gloria caret: quaſi Inglorius et illaudatus. A quo*

IGNOMINIA, ae. f. [ἀτιμία, ἀδοξία] *Nominis nota, infamia, dedecus, contumelia, macula, probrum.* Cic. pro Quinct. 64. Dedecore, macula, turpiſſimaque ignominia notetur. Idem Fam. 2, 17. Ignominiae eſt, *pro Summa ignominia et vitio habetur* Plin. 18, 2. Labes ignominiaque mortis Cic. pro Rabir. perd. reo 27. Cum ignominia et dedecore perire Idem de Diuin. 2, 22. Id. Att. 7, 3 Omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione ignominiaque dignos, illac facere. Accipere ignominiam Id. Verr. 2, 58. Afficere ignominia, *vid.* AFFICIO. Cic. pro Roſc. Amer. 113 c. 39 Qui ignominia mortuum affecerit. Appetitus ignominiis omnibus Idem pro Quint. 28. *Vid.* APPETO. Cic. . . In illo communi incommodo, nulla in quenquam propria ignominia nominatim cadebat. Conciſus ignominiis, *vid.* CONCĪDO. Cic. pro Muraen. 88 Eandem deformatam ignominia, lugentemque videat. Depellere ignominiam Quinctil. 1, 2. Gemens ignominiam plagaſque ſuperbi victoris Virg. Georg. 3, 226. Habere ignominiam Cic. Philipp. 6, 6. Imponere iniuriam alicui ſine ignominia Id. pro Quint. 96. Inferre ignominiam, *vid.* INFERO. Inurere ignominiam alicui, *vid.* INVRO. Notare aliquem ignominia Quinct. 6, 3. Cic. Philipp. 7, 23 c. 9. *Vid.* NOTO. Perferre ignominiam, *vid.* PERFERO.

IGNOMINIŌSVS, a, um. Adi. [ἄτιμος] *Notatus infamia.* Quinctil. 7, 2 Tibi inquit accuſator, illos non licuit occidere, exul enim eras et ignominioſus. Appellatio ignominioſa ac barbara Plin. 3, 3. Dicta Hor. de Arte Poët. v. 247. Liu. 3, 23 Hos ignominioſa fuga domum ſe recipientes Romanos, Conſul in Algido conſequutus ad vnum omnes occidit. Ignominioſiſſimum caput Tertull. Apol. c. 15.

IGNOMINIOSE. Adu. *Idem.* Ignominioſe turpare Eutrop. 4, 10, 4. *Compar.* Arnob. 4, . . Tractari ignominioſius. *Superl.* Oroſius 7, 7 *extr.* Fugere ignominioſiſſime.

IGNOMINIĀTVS, a, um. Adi. [ἀτιμασθεὶς] *Pro Ignominia affectus.* Gell. 9 (8) c. vlt. (15) Quibus modis ignominiatus, tractatuſque ſit a C. Caeſare Laberius Poëta. *Antiquum et obſoletum.*

IGNŌRO, āre. [ἀγνοῶ] *Neſcire.* Ter. Heaut. 2, 3, 28 Hoc primum, vt ne quid huius rerum ignores. Ignoras me Id. ibid. 1, 1, 53. Cic. Acad. 4, 4 Maiore enim ſtudio Lucullus, cum omni literarum generi, tum philoſophiae deditus fuit, quam qui illum ignorabant, arbitrabantur. Se ignorare Ariſtidem Nep. 3, 1, 4. Ignorant me omnes Plaut. Amph. 4, 3, 13. Ter. Eun. 5, 9, 59 Iſti te ignorabant. Ignorat nomen ſuum Idem Capt. 3, 4, 29. *i. Non meminit nominis ſui.* Ter. Phorm. 5, 6, 34 Somnium: vtine haec ignoraret ſuum patrem? G. aliquid credito Phormio eſſe cauſae. Cic. Acad. 4, 23 Ipſa vero ſapientia ſi ſe ignorabit, ſapientia ſit necne: quomodo primum obtinebit nomen ſapientiae? Optimus et grauiſſimus quiſque confitetur, multa ſe ignorare, et multa ſibi etiam atque etiam eſſe diſcenda Cic. Tuſc. 3, . . Ignoratur, *paſſiuum* Ter. Phorm. 2, 2, 10. Ignoratur parens Plaut. Men. 2, 3, 14. Fides iſta ignoratur Ouid. Triſt. 1, 4, 18.

IGNŌRANS, antis. Part. [ἀγνοῶν] Cic. de Amicit. 24 Noua fabula quum ignorante rege vter eorum eſſet Oreſtes. Cic. ad Brut. 16 Iuuat enim magnifice loqui, et certe decet aduerſus ignorantes, quid pro quoque timendum, aut a quoque petendum ſit. *Add.* Virg. Aen. 12, 421.

IGNORANTER. Adu. *Idem.* Cyprianus Epiſt. 63.

IGNORĀTVS, a, um. Part. [ἠγνοημένος] Tacit. Hiſt. 4, 36 Eadem in Voculam parabantur, niſi ſeruili habitu per tenebras ignoratus euaſiſſet. *Add.* Id. 3, 74, 1. Sall. Iug. c. 54. Ars ignorata Hor. de Arte Poët. 262. Non ignorata compoſitio Scribon. 97. Plin. Epiſt. 8, 11 Inde abortus, et ignorati vteri triſte experimentum. *Compar.* Tacit. Ann. 12, 11 Clementiamque ac iuſtitiam quanto ignoratiora barbaris, tanto tolerantiora capeſſeret. Ignoratiora, *i. Magis incognita.* Tolerantiora, *i. Tolerabiliora. Al. leg.* ignara.

IGNORATIO, ōnis. f. [ἀγνόημα] *Inſcitia, et Inſcientia. Ad actum et rem pertinet, quae penitus neſcitur, nec ſciri poteſt, niſi proditur.*

datur. Cic. Off. 3, 72 Quotus enim quisque reperitur, qui impunitate et ignoratione omnium propoſita, abſtinere poſſit iniuria. Idem Fam. 2, 9 *pr.* Non negligentia mea, ſed ignoratione rerum omnium. *Sed Gron.* Ignorantia. Curt. 3, 12, 17 Siſigambis aduoluta eſt pedibus eius, ignorationem nunquam antea viſi regis excuſans. Cic. pro A. Cluent. 109 c. 39 Quod erat odium dii immortales, quae ſuperbia, quanta ignoratio ſui, quam grauis atque intolerabilis arrogantia? Idem de Amicit. 72 Propter ignorationem ſtirpis et generis, *etc.* *In quibusdam exemplaribus eſt* Ignorantiam. Abuti ignoratione alicuius, *vid.* ABVTOR.

IGNORATOR, ōris. m. *ICt. in* Cod. . .

IGNORANTIA, ae. f. [ἄγνοια] *Et* Ignorationem *ſignificat, et humani ingenii vitium, quando quis non ſatis intelligit, quid faciat vel dicat, aut contra.* Per ignorantiam Scribon. 199. Quinctil. 7, 2 Ignorantia praetendi non poteſt. Cic. pro Flacc. 46 c. 20 Vbi adoleſcentes nihil poſſent diſcere, niſi ignorantiam literarum. Recti ignorantia Tacit. Agric. 1, 1. Stirpis ignorantia Cic. de Amicit. 70 c. 19. *Sed malunt* Veri ignorantia Ouid. Met. 7, 92. Miſerabilis Quinctil. 6, 1. Supina, *vid.* SVPINVS.

IGNORABĬLIS, e. Adi. [ἄγνωστος] *Quod non cognoſcitur.* Plaut. Pſeud. 2, 1, 18. Cic. de Inuent. 2, 99 c. 32 Quod leuius, facilius, non ignorabile, non fortuitum, non neceſſarium fuerit. Gell. 9, 12 Alterum autem illud ignorabilius obſcuriusque eſt.

IGNORABILITER. Adu. *Idem.* Apul. Met. 3 p. 137 Laminis ignorabiliter literatis.

IGNĀRVS, a, um. Adi. [ἀμαθὴς] *Imprudens, inſcius, rudis, imperitus, indoctus.* Plaut. Poen. 3, 3, 43 Ait ſe peregrinum eſſe, huius ignarum oppidi. Ter. Hec. 4, 4, 60 Erras, tui animi ſi me eſſe ignarum putas. Idem Heaut. 2, 1, 14 Habet bene ac pudice eductam, ignaram artis meretriciae. Cauſae ignarus Plin. 17, 11. Fortunarum ſuarum ignarus Cic. pro Quint. . . Futuri haud ignara Virg. Aen. 4, 508. Hominum et locorum ignarus Id. ibid. 1, 336. Cic. Fam. 7, 24 Tu autem ignarus inſtituti mei, quanti ego, *etc.* Ter. Hec. 4, 4, 53 Ignarum cenſes tuarum lacrimarum eſſe me? Id. Adel. 2, 1, 6 Ne te ignarum fuiſſe dicas meorum morum. Mundi ignarus Plin. 2, 9. Officii ciuilis ignarus Cic. de Fin. 3, . . Haud ignara Mali miſeris ſuccurrere diſco Virg. Aen. 1, 630. Patris ignara Plin. Epiſt. 8, 23, 8. Philoſophiae ignarus Cic. Acad. 1, 4. Rationis ignarus Tacit. Ann. 1, 28. Ignari Rerum tenearia iudicia ſuſpendant Sidon. Ep. 3, 8. Cic. Verr. 4, 113 Hi denique illud, ignari totius negotii ac religionis, mercede accepta ſuſtulerunt. Viae ignarus Virgil. Georg. 1, 41. Vrbis ignarus Liu. 1, 35. Docendi ignarus Quinctil. 1, 3. Nocendi ignara mens Claud. Epiſt. ad Hadrian. 1, 3. Cic. Fam. 15, 1 Nos quemadmodum inſtructos, et quibus praeſidiis munitos ad tanti belli opinionem miſeritis, non eſtis ignari. Ignarus ſum, quid agatur: *Et*, Ignarus quid virtus valeret Cic. pro Sext. 60. Id. in Topic. 75 Pueri ſaepe indicarunt aliquid, ad quod pertineret ignari. Idem de Orat. 1, 207 Ea requiruntur a me, quorum ſum ignarus atque inſolens. *Pro Ignoto:* Tacit. Ann. 2, 13 Per occulta, et vigilibus ignara. Nihil tam ignarum barbaris Idem ibid. 12, 45, 4. *Conf.* ibid. c. 11, 2. *Paſſiue vſus eſt* Salluſtius Iugurth. c. 18 Mare magnum et ignara lingua commercia prohibebant. Idem Iugurth. c. 52 Pleroſque velocitas et Regio hoſtibus ignara, tutata ſunt. Tacit. Ann. 15, 62 Cui enim ignaram fuiſſe Saeuitiam Neronis? Ignarus delituit Id. Hiſt. 3, 74, 1. *Al.* ignoratus. *Superl.* Neſcio iuxta cum ignariſſimis Plaut. Pſeud. 4, 7, 62. Gell. 14, 1 Sidera aliis omnino ignariſſima. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 2, 98. *Cort. ad* Salluſt. l. c. *it.* Iug. c. 49, 5. *et* 104, 6. Ignarus *et* Ignauus *confundi in MSS. obſeruat idem Drakenb. ad* Sil. 10, 86.

IGNARVRIS, e. Adiect. *Idem ac Ignarus.* Plaut. Poen. prol. v. 47 Aeque vt mecum ſitis ignarures. Gloſſ. Lat. Gr. Ignarures, ἀγνοῦντες.

IGNOSCO, ōui, ōtum, ĕre. [συγγινώσκω] *Diſſimulare, quaſi non noueris, et ſic Condonare.* Cic. ad Brut. 15 Sed ſceleris poenam praetermittere, id enim eſt, quod vocatur ignoſcere, *etc.* *Eſt igitur* ignoſco, *non noſco, non animaduerto, tanquam iudex.* *Vid.* n. 2. *Hinc etiam Accuſatiuo iunxit* Quinctil. Decl. 2, 6 Ignoſcite malorum periculorum metus, ignoſcite humana diſcrimina. *Quin* Plaut. Amph. 1, 1, 3 Velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum. Idem Aulul. 4, 10, 9 Id adeo te oratum aduenio, vt animo aequo ignoſcas mihi. Ter. Adelph. 3, 4, 27 Venit ipſus vltro lacrimans, orans, obſecrans, fidem dans, iurans ſe illam ducturum domum: ignotum eſt, tacitum eſt. Non hominis, nec ad hominem vox eſt, Caue ignoſcas Cic. pro Lig. c. 6. Ignoſcere *et* Concedere *quemadmodum inter ſe diſtant, aperit* M. Tull. ad Caeſarem iuniorem, libro primo, Quod mihi et Philippo vacationem das, bis gaudeo, nam et praeteritis ignoſcis, et concedis futura. *Haec* Non. 5, 56. Faſſo ignoſcit Ouid. Met. 13, 189. Sibi ignoſcere Quinctil. 10, 3, 29. Ignoſco egomet mihi Horat. Sat. 1, 3, 23. Paterc. 2, 30 Adeo familiare eſt hominibus omnia Sibi ignoſcere, nihil aliis remittere. Vitio ignoſcitur omni Ouid. de Arte Am. 1, 249. ¶ 2 *Quod diximus* Ignoſcere *prima origine ſua videri idem eſſe, quod* non noſcere, *ignorare, illud firmare forte aliquis conetur illo* Propertii 2, 2, 56 (*al.* 2, 2, 4) Quur haec in terris facies humana moratur? Iupiter, ignoſco priſtina furta tua: *i. non agnoſco, non puto vera, alioqui fieri non poterat, quin hanc raperes. Sic Paſſeratius. Sed Brouck. ex MSS.* Ignoro *eadem ſententia. Laudat Paſſeratius etiam illud* Quinctil. 8, 5, 3 Princeps, qui vult omnia ſcire, neceſſe habet multa ignoſcere: *certe hic* ignoſcere *eſt diſſimulare, vt in illo* Terentiano, Eun. 4, 4, 53 Tu pol, ſi ſapis, quod ſcis neſcis. *Caeterum etiam Participium* Ignotus, *i. incognitus, ſuadet, ignoſcere aliquando ſignificaſſe* non noſcere. ¶ 3 *Verbum hoc, vt alia ex* In *compoſita, ambiguum fuiſſe videtur. Certe* Non. 4, 243 Ignoſcite eſt veniam date — ignoſcite, rurſum noſcite vel diſcite. Varro Gloriam περὶ Φθόνου, Voſque in theatro, qui voluptatem auribus Huc aucupatum concurriſtis (*ſ.* concucurriſtis) domo, Adeſte, et a me, quae feram ignoſcite, Domum vt feratis e theatro literas. *Senarioli ſunt verſus. Cumque laboret ipſe quoque, cuius cauſa totus locus allatus eſt, poteſt aliquis putare, deceptum Nonium, legendumque,* cognoſcite. *Sed is nimiae forte oſcitantiae virum accuſet. Interim nolim temere* Ignoſcere *ſic ponere, pro* Cognoſcere.

IGNOTVS, a, um. Partic. *Condonatus.* Hirt. de B. Afric. 31, 3 Saepe a ſe fugatis — et conceſſam vitam, et ignota peccata. ¶ 2 Ignotus, *i. incognitus, vid. p. p. ſeparatim.*

IGNOTVRVS, a, um. Partic. [συγγνωσόμενος] Cic. in Caton. *apud* Priſc. Ignoturum alteri, quod patrem: alteri, quod tutorem ſequutus eſſet.

IGNOSCENDVS, a, um. Partic. Macrob. Saturn. 2, 13 Sed haec et alia ignoſcenda Vergilio, qui ſtudii circa Homerum nimietate excedit modum. Dementia ignoſcenda Virg. Georg. 4, 489. Excuſatio ignoſcenda Symmach. Ep. 1, 19. *Conf.* ibid. ep. 26.

IGNOSCENS, entis. Partic. [συγγνωμονικὸς] *Qui facile condonat et ignoſcit.* Ter. Heaut. 4, 1, 32 Quanto tuus eſt animus natu grauior, ignoſcentior, *etc.*

IGNOSCENTIA, ae. f. [συγγνώμη] *Condonatio peccati.* Gell. 7, 3 Interdum autem quaſi eos deliquiſſe concedat, ignoſci poſtulat, et ignoſcentias vtiles eſſe rebus humanis docet. Ianua ignoſcentiae clauſa Tertull. de Poenit. c. 7.

IGNOSCIBILIS, e. Adi. [σύγγνωστος] Gell. 13, 20 Hic veſter huiuſcemodi veſtitus, de multo iam vſu ignoſcibilis eſt, *i. venia dignus.* *Vid.* Tertull. de Vxor. 2, 1.

IGNOTVS, a, um. Adi. [ἀγνὼς, ἀγνώριστος] *Incognitus, non viſus.* Plaut. Men. 2, 2, 19 Qui mihi moleſtus homini ignoto, quisquis es. Populo ignotus Ouid. Triſt. 1, 1, 60. Quod latet, ignotum eſt: ignoti nulla cupido Ouid. A. A. 3, 397. Cic. Attic. 9, 4 Itaque alter religioſus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus. Domos ignotas petere Virg. Aen. 4, 312. Liu. 5, 32 Id vt fit, propter auctoris humilitatem ſpretum: et quod longinqua, eoque ignotior, gens erat. Ius applicationis, obſcurum ſane et ignotum, pateſactum eſt Cic. de Orat. 1, 77. Locis ignotis errare Ouid. Met. 4, 294. Mortibus ignotis perierunt Horat. Serm. 1, 3, 108. Oris ignotis exulat Virgil. Georg. 3, 225. Pars ignotiſſima turbae Claudian. in Eutrop. 1, 153. Pondus auri ignotum Virgil. Aen. 2, 59: *Aut quod ignorabat Dido, aut tantum, quantum nullus vnquam nouit.* Terra Idem Aen. 5, 795. Verba obſcuriora et ignotiora Quinctil. 7, 4. Vias ignotas inire Ouid. Rem. Amor. 578. Viri ignoti noua forma Virg. Aen. 3, 591. Veſte in ignota viri Id. Aen. 7, 167. *Superl.* Ab ignotiſſimo Phryge nobiliſſimum ciuem vindicare Cic. pro Flacco c. 17. Haud ignotiſſima inter nymphas Ouid. Met. 5, 550. ¶ 2 *Qui ignorat, et eſt inſcius rei alicuius.* Quinctil. Declamat. 6, 2 Ne quis tamen erret ignotus, non eſt filii mei nouerca, ſed mater. *vid. h. l. Burmann.* Cic. Fam. 12, 5 Neque enim Alexander ille gratiae cauſa ab Apelle potiſſimum pingi, et a Lyſippo fingi volebat: ſed quod illorum artem, cum ipſis, tum etiam ſibi gloriae fore putabat. Atque illi artifices, corporis ſimulacra ignotis nota faciebant. *Sic* Liu. 3, 44 *vbi de Appii Claudii libidine loquitur:* Notos gratia eorum, turbam indignitas rei virgini conciliat. Plaut. in Pſeud. 4, 2, 39 Noui: notis praedicas. Cic. pro M. Cael. 3 De dignitate Caelius notis ac maioribus natu, etiam ſine mea oratione tacitus facile ipſe reſpondet, quibus autem propter ſenectutem, quod iam diu minus in foro nobiſcum verſatur, non aeque eſt cognitus, hi ſic habeant, *etc.* Q. Curtius 5, 12 *extr.* Ignoti iumenta agebant. *Conf.* Nep. 17, 8, 1. *vbi vid. Lambin.* Virtutis expers, verbis iactans gloriam, ignotos fallit, notis eſt deriſui Phaedr. 1, 15. Virgil. Georg. 1, 50 At prius ignotum ferro quam ſcindimus aequor, *i.* ἄπειρον, *quod nondum expertum eſt.* *In MSS. confunditur* Ignotus *cum* Ignarus: *vid. Burmann. l. c. Drakenb. ad* Sil. 2, 98. *De Partic.* Ignotus *ſtatim ſub* IGNOSCO.

IGNOTITIA, ae. f. Gell. 16, 13 Iura, quibus vti iam per ignotitiam non queunt. *Sic legit ex MSS. Pareus Lex. Crit. p. 566. Vulg.* Ignorantiam. *Gronou.* Innotitiam. *Conf. Falſter. Amoenit. 3 p. 321, qui hanc vocem etiam* Vitruu. praef. 3. *vult reſtitui.*

I G V

IGVVIVM, i. n. *Vmbriae oppidum.* Sil. 8, 460 Narnia, et infeſtum nebulis humentibus olim Iguuium, *etc.* *Vid. ibi Drakenb. et Manut. ad* Cic. Attic. 7, 13 p. 199.

I L B *et* I L E

ILBA, *vel* ILVA, ae. f. [Ἴλουα] *Inſula eſt in mari Tuſco, de hac* Plin. 34, 14. *et* 3, 6. Virgil. Aen. 10, 173 — aſt Ilua trecentos Inſula, inexhauſtis Chalybum generoſa metallis. *Vbi* Seruius *dicit:* Quum in aliis regionibus effoſſis metallis terrae ſunt vacuae apud Iluam hoc eſſe mirum, quod ſublata renaſcuntur, et rurſum de iisdem locis effodiuntur. Varro *et aliud dicit*, Naſci quidem illic ferrum, ſed in ſtructuram non poſſe cogi, niſi tranſuectum in Populoniam Tuſciae ciuitatem.

ILE, is. n. [εἰλεὸν] *Pl.* Ilia, ium, ibus. Seruius *ad* Virgil. Ecl. 7, 26. *et* Aen. 7, 499 Hoc Ile, et haec Ilia facit. Vnde etiam Iuuenalis *ait* (5, 136) Vis frater ab ipſis Ilibus. Nam quod Marullus mimographus dixit paraſito, *Tu Hectorem imitaris, ab Ilio nunquam recedis:* quum de guloſo diceret, alluſit ad ciuitatis nomen: Nam *ab ili* debuit dicere. *Haec* Seruius. Plin. 11, 37 Ab hoc ventriculo lactes in homine et oue, per quas labitur cibus, in caeteris ile: a quibus capaciora inteſtina ad aluum, hominique flexuoſiſſimis orbibus. Plin. 27, 7 ſ. 28 *de abſinthio*, Peculiariter Ilibus imponitur. *Et* 20, 5 ſ. 15 Staphylini radicem Dieuches contra — ilium — vitia — dari iubet. Plin. 26, 8 ſ. 48 Praecordiis et ilibus vtiliſſimae radices acori. *Sed* Celſus 4, 1 Iliis feminae latera ſua innectit vulua. Ilia ipſa inter coxas et pubem in imo ventre poſita ſunt. Plin. 11, 37 Inter veſicam et aluum arteriae, ad pubem tendentes, quae ilia appellantur. Celſ. 7, 29 Oportet mulierem reſupinam tranſuerſo lecto ſic collocare, vt feminibus eius, ipſius ilia comprimantur. Dura meſſorum ilia Horat. Epod. 3, 4. Subſtricta, *laus canis* Ouid. Met. 3, 216. Ducere ilia Horat. Epiſt. 1, 1, 9 *vitium equi anheloſi. vid. mox* Tendere, *it.* Trahere ilia. Religare ilia balteo Sen. Herc. fur. v. 543. Rumpere ilia alicuius *dicitur libidinoſa mulier, vt*, Latus exhaurire Catull. 11, 20. Rumpantur *inuidia*, vt ilia Codro Virgil. Ecl. 7, 26. *Prouerbialis hyperbole extremae indignationis.* Vt aliquando iſta ilia, quae ſunt inflata, Rumpantur Cic. in Vatin. c. 4. Tendunt ſingultu ima ilia longo Virgil. Georg. 3, 507. Plin. 26, 6 Tanta huic vis eſt, vt iumentis etiam non tuſſientibus modo, ſed ilia quoque trahentibus, auxilietur potu. *de Verbaſco.* Ilia *etiam Venter ſiue cauitas vaſorum.* Iuuenc. 2, 140 Sex illic fuerant ſaxis praepulcra cauatis Vaſcula, quae ternis aperirent ilia metris. Iuuenal. 5, 136 Vis, frater, ab ipſis ilibus? *interrogatio ad conuiuam, vnde velit ſibi abſcindi fruſtum carnis.* Feſtus, Ilia dicta ab Ina, quae pars chartae eſt tenuiſſima. *Etymologia*

gia parum ſane probabilis. Et quid opus eſt alia quaerere, cum εἰλεὸν *Graecorum praeſto ſit, quod eandem partem cibarii canalis, tertiam a ventriculo, a ieiuno proximam, ſignificat.*

ILEOS, i. m. [εἰλεὸς] Morbus gracilioris inteſtini. Plin. 30, 7 *de ventris malis*, Grauiſſimum vitium ileos appellatur. Idem 20, 66. Celſ. 4, 13, *vbi monet*, a plerisque tenuioris inteſtini morbum εἰλεὸν appellari, *a Diocle Caryſtio autem* plenioris, *i. colicum.*

ILIŌSVS, i. m. *Qui morbo ilium laborat.* Plin. 20, 4 Praxagoras et ilioſis dandos cenſet.

ILERDA, ae. f. [Ἰλέρδα] *Hiſpaniae vrbs.* Vnctus mitteris Ilerdam Hor. Epiſt. 1, 20, 13. *Vid.* Lucan. 4, 33.

ILEX, ĭcis. f. [πρῖνος] *Arbor quercui proxima.* Gell. 5, 6 Ea fit e fronde querna: quoniam cibus victusque antiquiſſimus, quercu capi ſolitus ſit. Fit etiam ex ilice: quod genus ſuperiori proximum eſt. *de corona ciuica loquitur.* Praedixit Ab ilice cornix Virg. Ecl. 1, 18. Arguta ilex Idem Ecl. 7, 1. Coruſcis ilicibus fremit Apenninus Virgil. Aen. 12, 703. Crebris ilicibus nigrum nemus Idem Georg. 3, 334. Curuata glandibus Ouid. Met. 10, 94. Frondens Virgil. Aen. 5, 129. Icta ſecuribus Idem Aen. 6, 180. Litorea Virgil. Aen. 8, 43. Nigra Idem Aen. 9, 381. Opaca Virg. Aen. 6, 209. Plena fauis Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 109. Procera Horat. Epod. 15, 5. Ramoſa Ouid. Met. 8, 237. Inuenta Sub ilicibus ſus Virg. Aen. 8, 43. Tonſa bipennibus Horat. Carm. 4, 4, 57. Trementes frangit Aquilo Idem Epod. 10, 8. Viridis Ouid. Met. 1, 112. Vitioſa Virgil. Georg. 2, 453.

ILICEVS, a, um. Adiect. [πρινινὸς] *Quod factum eſt ex ilice.* Stat. Theb. 6, 101 Ornique iliceaeque trabes.

ILICĒTVM, i. n. [πρινὼν] *Locus ilicibus conſitus.* Martial. 12, 18 — E cathedra Surgentem focus excipit ſuperba Vicini ſtrue cultus iliceti. *Add.* Idem 4, 55.

ILIGNEVS, a, um. Adi. [πρινινὸς] *Quod eſt ex ilice, vel etiam ad ilicem pertinet. Vt*, Frons ilignea Columel. 11, 2. Id. 6, 3 Modius viridis laureae, et iligneae frondis. Corona Plin. 16, 4.

ILIGNVS, a, um. Adiect. [πρινινὸς] Iligna glans Plin. 16, 5. Ter. Adelph. 4, 2, 46 Lectulos in ſole ilignis pedibus faciundos dedit.

I L I

ILIA, ae. f. [Ἰλία] Veſtae ſacerdos, Romuli et Remi mater a Marte compreſſa, Amulii filia. Seruius *apud* Virg. Aen. 1, 278 Donec regina ſacerdos Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem. *Vid.* Liu. 1, 4. *et Brouckh. ad* Tibul. 2, 5, 53.

ILIADES, ILIAS, ILIENSIS, *vid. ſub* ILIVM.

ILICEVS, *vid.* ILEX.

ILĬCET, [τετέλεσθαι] *per ſyncopen dictum, quaſi* Ire licet. Donatus *ad* Ter. Phorm. 1, 3, 31 Sic iudices de concilio dimittebantur, ſuprema dicta quum praeco pronuntiaſſet, Ilicet, quod ſignificat, Ire licet. Ter. Eun. 1, 1, 10 Actum eſt, ilicet, periſti. Idem Phorm. 1, 4, 32 Hoc nihil eſt: ilicet, quid conterimus operam fruſtra? *Vbi* Donatus: Ilicet, ſemper finem rei ſignificat. Erat et ſollemnis in funeribus. *Vid.* Seru. *ad* Aen. 6, 216 *et* 231. *Hinc in re deſperata* Plaut. Curc. 1, 3, 30. *et* Ter. Eun. 1, 1, 9. *Conf. Taubm. ad* Plaut. Epid. 5, 2, 19. *Nonnulli ſcribunt* Illicet, *duplici* ll. Id. Ciſtel. 4, 2, 17 Illicet, actu' eſt. Ilicet obruimur numero Virgil. Aen. 2, 424. *vid.* Seru. *h. l. it. ad* 2, 758. *et* 8, 223. *Conf.* Tibull. 2, 5, 113. Plaut. Epid. 5, 2, 19 Ilicet: vt vadimonium mihi hic vltro facit: *quaſi exclamet, Deſperatae audaciae hominem!*

ILICO, *vid.* ILLICO.

ILIGNEVS, ILIGNVS, *vid.* ILEX.

ILIŎNE, es. f. [Ἰλιόνη] *Satis deſcribitur* Virgil. Aen. 1, 657 Praeterea ſceptrum, Ilione quod geſſerat olim, Maxima natarum Priami.

ILIŎNEVS, i. m. *quadriſyll.* [Ἰλιονεὺς] Troianus fuit, quem Virgilius non ſine cauſa vbique inducit eloquentem. Nam vt Homerus dicit, Phorbas, pater Ilionei, ſemper Mercurio deo eloquentiae fauente pugnauit. Seru. *apud* Virg. Aen. 1, 525 *etc.*

ILIOSVS, *vid.* ILE.

ILISSVS, i. m. [Ἴλισσος] *Amnis in Attica, Muſis dicatus, quas* Iliſſidas *vocant.* Stat. Theb. 12, 641 Celauit Geticos ripis Iliſſus amores. Id. Theb. 4, 52 Lambit et anfractu riparum incuruus Iliſſus.

ILITHYĪA, ae. f. [Ἰλίθυια] *dicitur a Poëtis Diana, quae parientibus aſſiſtere putabatur. Vid. Interpr. ad* Hor. Carm. Saec. 14. Praepoſitam timidis parientibus Ilithyiam Ouid. Met. 9, 283.

ILION, ILIOS, ILIVM, i. n. [Ἴλιον] Virgilius neutro tantum genere declinat: Feminino etiam alii, Seru. *ad* Aen. 3, 3. *V. g.* Horat. Carm. 4, 9, 18 Non ſemel Ilios Vexata. Ilium *eodem obſeruante ad* Aen. 1, 5 *etc.* proprie ciuitas eſt: nam regio, Troia eſt, quamuis interdum pro ciuitate, Troiam ponat Virgilius, *vt* Aen. 3, 11 Et campos vbi Troia fuit. Diuûm domus Ilium Virgil. Aen. 2, 241. Altum Idem Aen. 5, 756. Crematum Hor. Carm. 4, 4, 53. Sacrum Idem Carm. 3, 19, 4. Superbum Virg. Aen. 3, 3. Cic. de Diu. 1, 24 Achiui ita profecti ſunt ab Ilio.

ILIVS, a, um. Adi. [Ἴλιος] Tellus Ilia Virgil. Aen. 9, 245. Hector Plaut. Bacch. 4, 9, 27. Turmae Iliae litus Etruſcum tenuere Hor. Carm. Saecul. 37.

ILIĂCVS, a, um. *Aliud* Adi. [Ἰλιακὸς] Gens Iliaca Virgil. Aen. 6, 875. Campi Idem Aen. 1, 101. Muri Hor. Epiſt. 1, 2, 16. Ruinae Virg. Aen. 1, 447.

ILIĔNSIS, e. *Aliud* Patronym. Ilienſium legati Suet. Tib. c. 52. Ilienſis Minerua *hereditates capere potuit, vt tradit* Vlpian. Reg. 22, 6. *Nempe ſic legendum, pro* Milienſem, *vidit Turneb. Aduerſ. 7, 21 quod certatim probarunt Cuiac. Obſſ. 10, 5. Pet. Faber Semeſtr. 3, 4, Schulting. Iurisprud. ante Iuſt. p. 635. Etiam* Ilienſibus pleniſſima immunitas tributa, propter coniunctionem originis Romanae, Calliſtr. l. 17 §. 1 de excuſatt. Sueton. Claud. 25 Ilienſibus, quaſi Romanae gentis auctoribus, tributa in perpetuum remiſit.

ILIAS, ădis. f. [Ἰλιὰς] *Homeri opus, in quo Ilii excidium deſcribit.* Prop. 2, 25, 66 *de Virgilii Aeneide*, Cedite Romani ſcriptores, cedite Graii: Neſcio, quid maius naſcitur Iliade. Ouid. de Arte Am. 3, 413 — Quis noſſet Homerum, Ilias, aeternum ſi latuiſſet opus? Cic. Attic. 8, 11 Non multo, inquam ſecus poſſum vaticinari, tanta malorum impendet Ilias, *i. tantum malorum, quod materiem ſufficere poſſit Iliadi.* Ouid. Triſt. 2, 371 Ilias ipſa quid eſt niſi turpis adultera, de qua Inter amatorem pugna virumque fuit. *i. Argumentum Iliadis eſt Helena.* ¶ 2 *Eſt autem* Ilias *proprie mulier ciuis Ilii. Pl.* Iliades. Crinem de more ſolutae Virg. Aen. 3, 65.

ILIADES, ae. m. *Ganymedis patronymicum.* Ouid. Met. 10, 160 Abripit Iliaden, qui nunc quoque pocula miſcet, *etc.*

I L L

ILLA, *vid.* ILLE.

ILLABEFACTVS, a, um. Adi. [ἀλύμαντος] Ouid. ex Pont. 4, 8, 10 Ius aliquod faciunt affinia vincula nobis; Quae ſemper maneant illabefacta precor. Affinia vincula, *i. Affinitatis coniunctiones:* Illabefacta, *Inuiolata, non contaminata.*

ILLĀBOR, ĕris, illapſus ſum, ābi. Dep. [εἰσρέω] *Intro labi, influere, demitti.* Cic. de Natur. Deor. 2, 153 *de ſtomacho*, Quo primum illabuntur ea, quae accepta ſunt. Horat. Carm. 3, 3, 7 Si fractus illabatur orbis, Impauidum ferient ruinae. Cic. de Fin. 1, 39 c. 11 Nam ſi ea ſola voluptas eſſet, quae quaſi titillaret ſenſus, vt ita dicam: et ad eos cum ſuauitate afflueret et illaberetur, nec, *etc.* Cic. de Legib. 2, 39 c. 15 Longe prouidens, quam ſenſim pernicies illapſa ciuium animos, malis ſtudiis, malisque doctrinis repente totas ciuitates euerteret. *al.* animis. Virgil. Aen. 2, 240 *de equo Troiano*, Mediaeque minans illabitur vrbi. Plin. 5, 29 Amni Tiberino illabitur Nar. Lucan. 1, 475.

ILLABENS, entis. Partic. Aſtris illabentibus tepet Pontus Stat. Achill. 1, 138.

ILLAPSVS, a, um. Part. Truncus illapſus cerebro Hor. Carm. 2, 17, 27. Virg. Aen. 2, 377. *al. Delapſus.*

ILLAPSVS, ûs. m. [εἴσρους] Colum. 2, 2 Ne praecludatur humoris illapſu atque exitu.

ILLABŌRO, āre. Tac. German. 46 *de Fennis verba faciens, qui ſolo venatu aluntur:* Id beatius arbitrantur, quam ingemere agris, illaborare domibus, *i. quam magno labore agros colere, aut in domibus laborare, ſiue domi aliquid operis laborioſi facere.* Sed

ILLABORĀTVS, a, um. Adi. [ἀκατέργαστος] *Quod ſine labore et diligentia factum eſt.* Quinctil. *de Cic.* 10, 3 (1) Tum interim haec omnia, quae vix ſingula quisquam intentiſſima cura conſequi poſſet, fluunt illaborata, *etc. Sic*, Terra illaborata, *i. non culta aratro* Sen. Epiſt. 90.

ILLAC, *vid. ſub* ILLE.

ILLACERABĬLIS, e. Adi. [ἀναμυκτὸς] Spolium illacerabile Sil. 5, 137.

ILLACESSĪTVS, a, um. Adi. [ἀποπιλάκιστος] Tac. in Vita Agric. c. 20 Tanta ratione, curaque, vt nulla ante Britanniae noua pars illaceſſita tranſierit. Idem de German. c. 36 Pacem illaceſſiti nutrierunt.

ILLACRĬMO, āre. [ἀποδακρύω] *Lacrimis proſequi.* Liu. 25, 24 Illacrimaſſe dicitur partim gaudio. *Conf.* Horat. Serm. 2, 5, 103. *Et* Sueton. Auguſt. 66, 4. *et* Veſp. 15, 4. Illacrimare morti alicuius Cic. de Natur. Deor. 3, 82 c. 33. Sic ait illacrimans Virg. Aen. 9, 303. Malis illacrimare Ouid. Triſt. 5, 8, 6. Illacrimare fortis humanae, *ſubaudi* Cauſa Liu. 45, 4 *pr. al.* forti. Illacrimare, *de rebus etiam inſenſibilibus a* Virgilio *dictum eſt, pro Sudare, et liquidum humorem emittere*, Georgic. 1, 480 Illacrimat templis ebur, aeraque ſudant.

ILLACRIMABĬLIS, e. Adi. [ἄδακρυς] *Immiſericors et inexorabilis.* Pluto illacrimabilis Horat. Carm. 2, 14, 7. Auſonius Epigr. 8 *in tumulum hominis felicis*, Perpetuum mihi ver agit illacrimabilis vrna. Illacrimabiles vrgentur omnes, *pro queis nullae funduntur lacrimae. vid.* Hor. Carm. 4, 9, 26.

ILLACRIMANDVS, a, um. Adi. Auguſtin. . . .

ILLACRIMATIO, ōnis. f. Gell. . . .

ILLACTENVS, *vid.* ILLATENVS, *ſub* ILLE.

ILLAEDO, ſi, ſum, ĕre. [καταβλάπτω] *Apud* Cic. *legebatur, pro Infringere, et violare*, in Vatin. 5 c. 2 Num Aeliam, num Fuſiam legem illaeſerit? *pro* neglexerit, *quod ex MSS. repoſitum.*

ILLAESVS, a, um. Partic. [ἀλώβητος, ἀπήμων] Plin. 15, 30 Gallinam conſpicui candoris ſedenti aquila ex alto abiecit in gremium illaeſam. Martial. 1, 7 Illaeſum timidis vnguibus haeſit onus. Cupreſſus illaeſa bruma Stat. Theb. 6, 99. *Conf.* Sen. Ep. 9.

ILLAESIBILIS, e. Adi. Ira in Deo eſſe non poteſt, quia illaeſibilis eſt Lactant. de Ira Dei c. 17, 14. *Sic omnes editiones. Sed Bunemann. ex MSS.* quia ille ſtabilis eſt. *Quod ſi ſequaris, auctor erit ſolus huius nominis* Tertull. adu. Valent. c. 27.

ILLAETABĬLIS, e. Adi. [ἀνεύφραντος] *Non laetum, et quod nullam laetitiam adfert.* Virgil. Aen. 3, 707 Hinc Deprani me portus, et illaetabilis ora Accipit. *Et* Aen. 12, 619 Illaetabile murmur. Onus illaetabile Stat. Theb. 5, 633 *vocat Puerum mortuum.*

ILLAEVIGATVS, a, um. Adi. Illaeuigatus ſonus et inconditus Diomed. Gramm.

ILLAMENTATVS, a, um. Adi. Illamentatus et inſepultus abii Vulg. Interpr. 2 Maccab. 5, 10.

ILLAPSVS, *vid.* ILLABOR.

ILLAQVEO, āre. [παγιδεύω] *Laqueo capere, vt irretire.* Prudent. Hymn. Cathem. 3, 41 Callidus illaqueat volucres.

ILLAQVEATVS, a, um. Part. Inlaqueatus, *inquit* Feſtus, alii pro Vincto vtuntur, alii pro Soluto. Cic. de Aruſp. Reſp. 7 c. 4 Sed ſi etiam nunc illaqueatus iam omnium legum periculis, *etc.*

ILLARGIO, īre. Cato Lege Baebia *apud* Non. 7, 19 Pecuniam inlargibo tibi, *i. largiar.*

ILLARIDO, āre. Apicio *tribuitur. Non habet Index Liſteri.*

ILLATĔBRO, āre. [ἀποκρύπτω] *quaſi Intus abſcondere.* Gell. 17, 2 *ex* Q. Claudii annalium primo, Arma plerique abiiciunt, atque inermi illatebrant ſeſe. Ibi illatebrant, verbum Poëticum viſum eſt, ſed non abſurdum, neque aſperum. *Sic et* Non. 2, 466.

ILLATEBRA, ae. f. *Vbi celari nihil quit, a Non latendo dicta.* Plaut. Frag. 1, 39 Cuius ego latus illatebras reddam meis dentibus et manibus, *i. efficiam dentibus et manibus meis, ne in eius latere quidquam celari poſſit, ita diſcerpendo aperiam. Al.* In latebras.

ILLATENVS, *vid. ſub* ILLE.

ILLATIO, ILLATVS, *vid.* INFERO.

ILLĀTRO, āre. Lucan. 6, 729 Perque cauas terrae, quas egit carmine, rimas Manibus illatrat: regnique ſilentia rumpit. Sil. 13, 845 Illatrat ieiunis faucibus orcus.

ILLATRATIO, ōnis. f. Tacito *adſcribitur.*

ILLATRATOR, ōris. m. *ICt. in* Dig. . . .

ILLAVDĀTVS, a, um. Adi. [ἀπάρατος] non *(modo)* qui laudatus non ſit, ſed qui laudari non meruit, hoc eſt Illaudabilis, *vt ait* Seruius *ad* Virgil. Georg. 3, 4 Quis aut Euryſthea durum, Aut illaudati

dati neſcit Buſiridis aras? Gell. 2, 6 *de iſto loco Virgilii loquens*, Sed enim, qui in omni re, atque omni tempore laude omni vacat, is illaudatus eſt, isque omnium peſſimus deterrimusque habetur. *Vid. etiam* Macrob. Saturn. 6, 7. Facta non illaudata Stat. Theb. 11, 11. Plin. Epiſt. 9, 26, 4 Gubernator cum placido mari vehitur, tunc admirante nullo illaudatus, inglorius portum ſubit. *Hic ſimpliciter pro non laudato ponitur.*

ILLAVDABĬLIS, e. Adi. [οὐκ αἰνετὸς] Gell. 2, 6 Illaudatus enim eſt, quaſi illaudabilis, et innominabilis, qui neque mentione, aut memoria vlla dignus eſt, neque vnquam nominandus eſt. Stat. Silu. 5, 5, 33 Iuuat heu, iuuat illaudabile carmen Fundere et incomte miſerum laudare dolorem.

ILLAVDANDVS, a, um. Tertullian. *vel* Cypr. aduerſ. Marc. Carm. 3, 6 Plebis facta illaudanda.

ILLAVTVS, a, um. Adi. Plaut. Poen. 1, 2, 23 Meo quidem animo quaſi illauta eſt, *i. immunda.*

ILLE, a, ud. [ἐκεῖνος, τῆνος] *Pronomen relatiuum et demonſtratiuum.* De certa perſona dicitur, *inquit* Donatus Ter. Andr. 2, 1, 1 Quid ais Birria? daturne illa hodie Pamphilo nuptum? *Vbi* Donatus: Bene ILLA, velut amatorie, de certa loqueretur perſona. *Sic* Virg. Aen. 4, 421 Solam nam perfidus ille Te colere. ¶ 2 *In relationibus ad ea, quae praeceſſerunt,* ille *ad remotius refertur ordinarie,* hic *ad propinquius.* Cic. Fam. 7, 2 Poſtremo oderam multo peius hunc, *(Burſam)* quam illum ipſum Clodium. Illum enim *(Clodium)* oppugnaram, hunc *(Burſam)* defenderam. Et ille *(Clodius)* cum omnis Reſpublica in meo capite diſcrimen eſſet aditura, magnum quiddam ſpectauit, hic ſimiolus *(Burſa)* animi cauſa me delegerat. *Sed non ſemper hoc obſeruatur.* Cic. pro Roſc. Com. 86 Quid eſt, quod negligenter ſcribamus aduerſaria? quid eſt, quod diligenter conficiamus tabulas? qua de cauſa? quia haec ſunt menſtrua, illae ſunt aeternae: haec delentur ſtatim, illae ſeruantur ſancte. Cic. de Fin. 10 c. 4 Cumque duae ſint artes, quibus perfecte ratio et oratio compleatur, vna inueniendi, altera diſſerendi: hanc poſteriorem *(diſſerendi)* et Stoici et Peripatetici; priorem autem *(inueniendi)* illi *(Peripatetici)* egregie tradiderunt; hi *(Stoici)* ne attigerunt quidem. *Hanc lectionem a ſe reſtitutam pulchre tuetur Victorius. vid. etiam Dauiſ.* Valer. Maxim. 2, 7, 12 Scipio — grauius in Romanos, quam in Latinos transfugas animaduertit. Hos enim tanquam patriae fugitiuos crucibus affixit, illos tanquam perfidos ſocios ſecuri percuſſit. *Sic optimi quique libri et editt. hic et 3, 2, 1. itemque 3, 8* ext. 2. Plin. Ep. 1, 20, 21 Alius exceſſiſſe materiam, alius dicitur non impleſſe: aeque vterque, ſed ille imbecillitate, hic viribus peccat. *vid.* Idem 7, 14, 2. Tac. Hiſt. 2, 77 Acriore diſciplina victi quam victores agunt. Hos *(victos)* ira et cupiditas vltionis accendit, illi *(victores)* per faſtidium hebeſcunt. *Talem relationem quoque obſeruant apud* Senec. Epiſt. 14. *Vid. Gronou. Obſſ. 3, 16. Perizon. ad Sanct. 2, 9, 7 p. 212.* ¶ 3 Ille, cum ſignificantia aliqua prolatum, *inquit* Priſcianus, *i.* Emphaſi. Virgil. Aen. 7, 110 Sic Iuppiter ille monebat. Cic. Diu. Verr. 66 M. Catonem illum ſapientem clariſſimum virum, *etc.* *In primis ſic additur aliis Pronominibus.* Ter. Adelph. 5, 4, 12 Ego ille agreſtis, ſaeuus, triſtis. *Vbi* Donatus: Bene addit ILLE, quaſi iam notus hoc ipſo, quod parcus. Ego ille ipſe vindex aeris alieni Cic. Attic. 2, 1. *Conſ.* Non. 2, 424. *et* Cic. Fam. 2, 9. *Brouckh. ad* Tibull. 1, 4, 19. Cic. de Inuent. 1, 5 Quod noſtrum illum non fugit Catonem. Idem ille populus Nep. 1, 6, 4. Ab illo eodem vita priuatus Id. 21, 3, 4. Illud idem erat confirmatius Cic. Attic. 10, 17. Idem de Orat. 1, 247 Nam ipſum quidem illud etiam ſine cognitione iuris, quam ſit bellum, cauere malum, ſcire poſſumus. Ipſe ille animus idem meus, vobis non incognitus Cic. poſt redit. in Senat. 33 c. 13. Ipſa illa rerum humanarum domina fortuna Idem pro Marcell. 7 c. 2. Illi ipſi, eum in his maxime admirabantur Nep. 7, 11, 5. Illi ipſi cuſtodes Idem 10, 9, 6. Cic. pro L. Manil. 30 Teſtis eſt Italia, quam ille ipſe victor L. Sulla, *etc.* Ille is Pacuu. *apud* Non. 2, 424. Cic. in Catil. 1, 3 Fuit, fuit illa iſta quondam in hac Republica virtus, vt, *etc.* *In vetuſtioribus codicibus non legitur* Illa. Cic. Fam. 12, 9 Nihil perſertur ad nos praeter rumores de oppreſſo Dolabella, ſatis illos quidem conſtantes, ſed, *etc.* *Add.* ibid. 12, 29. *et* 13, 70. *item* Att. 4, 3. *et* 10, 4. *Drakenb. ad* Sil. 3, 181. Ter. Eun. 1, 2, 81 Ne illum talem praeripiat tibi. Ille alter: Cic. Attic. . . . De illo altero, quem ſcribis tibi viſum eſſe non alienum. Ter. Eun. 4, 4, 26 Veniſtine ad nos? negat. at ille alter venit, annos natus ſedecim. *Sic cum Nominibus propriis abundare videtur, quibus tamen vim addit.* Antipater ille Sidonius, ille quem tu probe meminiſti Cic. de Orat. 3 c. 50. Naſica ille prudens Idem Tuſcul. 1 c. 9. Pittacus ille Nep. 8, 4, 2. ¶ 4 *Vſurpatur vt Graecorum ὁ δεῖνα, cum loco Nominis proprii ponitur, vbi hodie* N. N. *ponere ſolent.* Suet. Caeſ. c. 41 *formulam epiſtolae refert, ſ. libelli, quo edebat Candidatos ſuos,* Caeſar dictator illi *(hic nempe nomen ponebatur)* tribui. Commendo vobis illum *(nomen)* et illum *(nomen)* vt veſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneant. *Saepe ita* Caſſiodorus in formulis. *vid. v. g.* 7, 26. 27. 29. 33. *it.* 12, 1 *et* 3. Aggen. in Frontin. de Limit. agror. p. 59 *Goeſ.* Inuenimus ſaepe in publicis inſtrumentis ſignificanter inſcripta territoria, vt, EX COLLEGIO QVOD APPELLATVR ILLORVM, AD FLVMEN ILLVD, AD RIVVM ILLVM, AVT VIAM ILLAM, AD INFIMA MONTIS ILLIVS, QVI LOCVS APPELLATVR ILLE, *etc.* *ſunt enim plura.* *Sed etiam elegantiores ita, v. g.* Ouid. Art. 1, 227 Ille vel ille duces: et erunt, quae nomina dicas: Si poteris, vere; ſi minus, apta tamen. *Huc etiam referas illud* Hor. Serm. 2, 7, 38 Fateor, me, dixerit ille, Duci ventre leuem. *Idem eſt, ac ſi dixiſſet,* hic aut ille, aliquis, *etc.* ¶ 5 *Obſeruationes Grammaticae:* Illae *pro Gen. Illius poſuit* Lucret. 4, 1077 Rabies vnde illae germina ſurgunt, *i. illius rabiei, ſ. furoris.* *Sic Dat.* Illae rei, *pro Illi*, Cato R. R. 154. *et* Plaut. Pſeud. 3, 1, 17. Illiusmodi, *vt* Eiusmodi *una voce ſcribunt, cum ſint duae.* Ter. Adelph. 3, 3, 87 Nae illiusmodi iam nobis magna ciuium penuria eſt. Cic. Verr. 1, 68 Aut illiusmodi quadruplatores. *Sed* Ille hic, *vid.* ILLIC. Idem Diu. Verr. 36 *ſ.* Diuin. in Caec. c. 11 Cum omnis arrogantia odioſa eſt, tum illa ingenii atque eloquentiae multo moleſtiſſima. Cic. Fam. 11, 5 Illud tamen breuiter ſignificandum videtur, Populum Romanum omnia a te exſpectare.

ILLECE, ace. Plaut. Amph. prol. 97 In illiſce habitat aedibus. *Conſ.* Moſt. 2, 2, 78 Illiſce hodie hanc conturbabunt fabulam. Plaut. Stich. 1, 2, 74 Illiſce abſentibus. Cat. R. R. c. 132 Macte hac illace dape. Idem c. 139 Illiuſce ſacri.

ILLEMET. Cic. de Legib. 1, 8 c. 3 Incurret etiam in illummet memorabilem annum ſuum.

ILLA. Adu. *per locum, idem quod Illac.* Tac. Germ. 34 Ipſum quinetiam Oceanum illa tentauimus. Idem Ann. 2, 17 Incubuerat ſagittariis, illa rupturus. *Rurſum* Hiſt. 3, 8 Ac ne peruium illa Germanicis exercitibus foret, obſepſerat. *Add.* Idem Agric. 28, 3. Plaut. Moſt. 3, 3, 27 Ego me illa per poſticum ad congerrones conferam.

ILLAC. Adu. *per locum.* Hac atque illac perfluo Ter. Eun. 1, 2, 25. Ibimus illac Ouid. Met. 8, 186. Illac, *pro A parte illius.* Cic. Att. 7, 3 Veruntamen hac video cum homine audaciſſimo paratiſſimoque negotium eſſe: omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione, ignominiaque dignos illac facere, *i. ex illa parte Caeſaris.*

ILLACTENVS, *ſ.* ILLATENVS, *Eatenus, in tantum.* Gell. 16, 19 Nautas precum eius commiſeritum eſſe illatenus, vt ei necem afferre per vim ſuis manibus temperarent. *Sic Gronou. Al.* Illatenus.

ILLI. Adu. *loci, pro Ibi.* Ter. Adelph. 1, 2, 36 Si quid peccat Demea, mihi peccat, ego illi maximam partem feram. *Vbi* Donatus: Errant, qui putant Illi eſſe pronomen, quum ſit Aduerbium loci: *vt* Virgil. Aen. 2, 549 — Illi mea triſtia facta, Degeneremque Neoptolemum narrare memento. Illi ergo, Ibi vbi ille peccat. Ter. Hec. 1, 2, 19 Nam illic haud licebat, niſi praefinito loqui. *Vbi* Donatus: Legimus et Illi circumflexo accentu, et ſignificat Illic: vt, *Illi mea triſtia facta*, et abſolutum eſt. Idem Phorm. 1, 2, 41 Interea, dum ſedebamus illi, interuenit adoleſcens quidam. *Conſ.* Lucret. 1, 1063. Plaut. Amph. 1, 1, 96 *etc.* *Vid. Parei Lexic. Plaut. p. 566. Pleraque redeunt ad* Donati *auctoritatem. Caeterum maior pars exemplorum etiam per Datiuum explicari poteſt. In quibusdam non* illi, *ſed* illic *legitur.*

ILLIC. [ἐκεῖ] Adu. *in loco.* Ter. Adelph. 4, 2, 38 Illic vbi etiam caprificus magna eſt. Plaut. Trin. 4, 4, 17 Illic ſum, atque hic ſum. Idem Moſt. 3, 1, 76 Foenus illic, foenus hic. Lucret. 2, 575 Nunc hic, nunc illic. ¶ 2 *Sed* Illic, *pro Ille* hic, *vt*, Illic homo ſuperſtitioſus eſt Plaut. Amph. 1, 1, 167. *vid.* ibid. 106. *et* 171. Ter. Andr. 3, 5, 1 Vbi illic ſcelus eſt, qui me perdidit? Id. Eun. 5, 9, 53 Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus eſt. *al.* Illuc. Ter. Adelph. 3, 4, 63 Nimia illaec licentia euadet in aliquod magnum malum. Plaut. Amph. 3, 2, 9 Fieri, quod illaec poſtulat. *Conſ.* Heaut. 4, 5, 3.

ILLĬCO. Adu. [παραυτίκα] *Continuo, confeſtim, ſtatim.* Breuitatem temporis notat, *inquit* Donatus. Ter. Adelph. 4, 4, 8 Nam vt hinc forte ea ad obſtetricem erat miſſa, vbi eam vidi, illico accedo. Cic. Att. 2, 12 Ipſis Cerialibus quum in me incurrit Roma veniens Curio meus, ibidem illico puer abs te cum epiſtolis. Illico, Proprie in loco, *vt ait* Feſtus. Ter. Adelph. 2, 1, 2 Otioſe nunc iam illico hic conſiſte. *Vbi* Donatus: Illico, modo Locum, non Tempus ſignificat. Ennius, Et quia quo irent neſciebant, illico manſerunt, *i.* In eo loco. *Vid.* Non. 4, 242.

ILLIM, *pro Illinc legi apud* Lucret. 5, 573 *vult Giſan. in Collectaneis, et conqueritur* illim *et* iſtim *antiqua Aduerbia paſſim contaminata, et in* illinc *et* iſtinc, *item* illo, *mutata: Victoriumque accuſat, qui Ciceroni reſtituere non ſit auſus. Similia ſunt Parei Lex. Crit. h. v. Sed non potuerunt perpellere editores, niſi quod video* Att. 7, 13 p. 713 *dediſſe Graeuium*, Iſta magis exſpecto, quid illim afferatur. *Giſanius laudat etiam* Pomponium *apud* Non. 1, 66. *Sed Mercer.* p. 18, 21 Sarculum hinc illo profectus, illinc rediſti rutrum. *Conſ.* ILLINC.

ILLINC. [ἐκεῖθεν] Adu. *de loco.* Ter. Andr. 4, 6, 19 Grandiuſcula iam profecta eſt illinc. Idem Adelph. 4, 7, 13 Illinc huc transferetur virgo. Cic. Attic. 15, 10 Illinc Spinterem exſpecto. *Pro Ab illa parte.* Idem Att. 9, 6 Sed quum eadem metuam ab hac parte, ſi illinc beneficium non ſit, rectius putem quiduis domi perpeti. *Pro Ab illa.* Cic. Philipp. 2, 77 c. 31 Omnem ſe amorem abieciſſe illinc, atque in hanc transfudiſſe. Hinc illinc venire, *Prouerbiale.* Ter. Adelph. 4, 5, 39 An ſedere oportuit domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc illinc veniret, exſpectantem? *vid. modo* ILLIM.

ILLO. [ἐκεῖσε] Adu. *ad locum.* Ter. Andr. 2, 2, 25 Quum illo aduenio ſolitudo ante oſtium. *Conſ.* Plaut. Amph. 1, 1, 48. 2, 1, 56. Id. Aulul. 4, 8, 5 *etc.* *it.* Nep. 17, 3, 5.

ILLOC *legunt quidam* Ter. Andr. 2, 2, 25. *Sed meliores* Illo.

ILLORSVM, Feſtus *in* Aliorſum Catonis *eſſe dicit.*

ILLVC. [ἐκεῖσε] Adu. *ad locum.* Cic. de Orat. 1, 184 c. 40 Huc atque illuc intuentem, *etc.* Nepos 10, 4, 5 Sed illuc reuertor. Idem 17, 4, 3 Sed illuc redeamus. Huc illuc Salluſt. Bell. Iugurth. c. 60. Cic. Att. 9, 9. Tacit. Ann. 1, 56, 7. *Et cum iunctione:* Cic. de Orat. 1 c. 40 *extr.* Huc atque illuc intuentem vagari. *vid.* Virg. *ſaepius in* HVC. *Pro illud:* Plaut. Mil. 3, 1, 69 Illuc aetatis. Idem Amph. 1, 1, 114 Sed quid illuc eſt? Id. Aſin. 2, 1, 17.

ILLECĔBRA, ae. f. [ἐπαγωγὴ, αἱμυλία, ἴυγξ, δέλεαρ] *Omne blanditiarum genus, quibus aliquis allicitur, vel illicitur potius, vt in rete, in foueam, etc.* Cic. de Senect. 40 Stupra vero et adulteria, et omne tale flagitium nullis aliis illecebris excitari, niſi voluptatis. Iuuentutis illecebra Idem in Catil. 2, 8. Id. pro Milon. 44 c. 16 Quis ignorat maximam illecebram eſſe peccandi, impunitatis ſpem? Stupri illecebra Plaut. Caſin. 5, 2, 14. Argentariae illecebrae, *vid.* ARGENTVM. Doloſae Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 137. Dedere ſe vitiorum illecebris et lenociniis cupiditatum Cic. pro Sext. 138 c. 66. Deliniri illecebris voluptatis Idem Fam. 15, 16. Irretire adoleſcentulum illecebris corruptelarum Cic. in Catil. 1, 13. Morari aliquem illecebris Horat. de Arte Poët. 223. Sueton. Claud. c. 26 Illecebris Agrippinae pellectus in amorem. *Pertinent igitur* illecebrae *proprie ad corruptionem, et malas libidines. Tamen etiam in bonam partem* Cic. Somn. Scip. 18 c. 7 Suis te oportet illecebris ipſa virtus trahat ad verum decus. Gell. 12, 5 Delectatus illecebra quaeſtionis. *Et* 13, 11 Sermones cum quadam illecebra et voluptate vtiles. ¶ 2 *De magica incantatione* Apul. Apol. p. 304, 26 Incredundas frugum Illecebras *dixit.* *Vid.* PELLICIO. ¶ 3 Illecebra, herbae nomen, Scribon. 153. *Vid.* Andrachne agria.

ILLECEBRO, āre. *Cathol.* Ab eis animis, quos illecebrare moliuntur Auguſtin. de catechiſ. rud. c. 4.

ILLECEBRATIO, ōnis. f. Gelllo, . . .

ILLECEBRATOR, ōris. m. Macrobio *tribuuntur: non recte, puto: vid.* ILLECTATIO.

ILLECEBRŌSVS, a, um. Adi. Prudent. adu. Symmach. 2, 114 Illecebroſus ſapor. Paullin. Nolan. Epiſt. 41 n. 2 Illecebroſa modulamina.

lamina. Ammian. 30, 4 Illecebroſis inſidiis ambire. *Quin* Plaut. Bacchid. 1, 2, 55 Quia iſtoc illecebroſius fieri nihil poteſt.

ILLECEBROSE. Adu. [ἐπαγωγικῶς] Plaut. Mil. 3, 2, 36 Hui! illecebroſe, *i. feſtiue, lepide.* Ammian. 30, 19 Haec ita illecebroſius atque inhumanius agi, loquebatur pertinax rumor.

ILLECTO, āre. *Valde illicere.* Tertull. adu. Marc. Carm. 2, 3 Patres quos illectauerat ante.

ILLECTATIO, ōnis. f. Gell. 18, 2 Demulcentes eum iucundis honeſtisque ſermonum illectationibus. *Repetiit* Macrobius Saturn. 1, 5.

ILLECTAMENTVM, i. n. Apul. Apol. p. 315 Illectamentis captus. Claud. Mamert. de Stat. Anim. 2, 7 Illectamenta fallaciarum.

ILLECTVS, *vid.* ILLICIO.

ILLECTVS, a, um. *a* Lego, is. [οὐκ ἀναγνωσθὲν] *Non lectum ſignificat.* Ouid. de Arte Am. 1, 465 Si non accipiet ſcriptum, illectumque remittet, *etc.* Stipula illecta l. 30 §. 5 ff. de V. S. *i. nondum collecta.*

ILLEGITIMVS, a, um. Adi. *Legibus aduerſus vel vetitus. Laudatus eſt a Borrichiis auctor* Valer. Maxim. 2, 1, 3. *Ponemus locum totum, qui in optimis quibusque libris ſic legitur:* Exiſtimabant, eum praecipue matronae ſincera fide incorruptum eſſe animum, qui poſt depoſitae virginitatis cubile in publicum egredi neſciret; multorum matrimoniorum experientiam quaſi legitimae cuiusdam intemperantiae ſignum eſſe credentes. *Si omnes libri haberent* illegitimae, *facilius audirem criticum, qui mutare illud vellet in* legitimae: *tantum abeſt, vt mutari* legitimae *in* illegitimae *patiar, quod illi fecerunt, qui acumen non intelligerent, cuius ſimillimum eſt illud* Martial. 6, 7 Quae toties nubit, non nubit, adultera lege eſt. Offendar moecha ſimpliciore minus. Legitima intemperantia *eſt Valerio, quae lege matrimonii tegitur et defenditur.*

ILLEPIDVS, a, um. Adi. [ἄχαρις] *In quo nihil leporis eſt, et elegantiae, et tam de homine, quam de oratione dicitur.* Plaut. Bacch. 4, 3, 3 Inamabilis, illepidus viuo. Cic. de Natur. Deor. 3, 72 c. 29 Parentem habere auarum, illepidum, in liberos Difficilem. *ex Poëta antiquo.* Plin. Epiſt. 3, 9 Inde dictum non Illepidum ferebatur. Deliciae illepidae atque inelegantes Catul. 6, 2. Scortillum non illepidum, nec inuenuſtum Idem 10, 4. *Conf.* Gell. 13, 23.

ILLEPIDE. Adu. [ἀχαρίστως] *h. e. iniucunde et inficete.* Plin. in praef. Nec Plancus illepide, quum diceretur Aſinius Pollio orationes in eum parare, quae ab ipſo aut liberis poſt mortem Planci ederentur, ne reſpondere poſſet, Cum mortuis non niſi laruas luctari. Craſſe et illepide compoſitum aliquid Horat. Epiſt. 2, 1, 77 Indignor, quidquam reprehendi, non quia craſſe compoſitum illepideue putetur, ſed quia nuper. Gell. 12, 14. Non illepide exiſtimatur Plin. 8, 51.

ILLEX, *vid.* ILLICIO.

ILLITABILIS, e. Adi. Sapientia Lactant. Inſt. 2, 7.

ILLIBATVS, a, um. Adi. [ἀμίαντος, ἄψαυστος] *quaſi dicas Intactum, et incorruptum.* Liu. 3, 6 Illibatum imperium. Plin. 17, 17 Vt illibato cortice, atque vt ſectura inferior ponatur. Flos illibatus populi Ennium *dediſſe putat apud* Cic. Brut. 58 c. 15 *Hier. Columna pro vulg.* delibatus, *vel* delibutus *aliorum.* Foedera tori illibata Lucan. 2, 341. Libertas Iuſtin. 28, 4, 2. *et* 32, 1, 2. Magnitudo Paterc. 2, 48, 2. Robur hominis illibatum Colum. 12, 1. Virginitas Val. Max. 6, 1, 4. Integrum et illibatum Col. 3, 10.

ILLIBERALIS, e. Adi. [ἀνελεύθερος] *Non munificus, qui contra agit, ac liberum hominem decet.* Cic. Fam. 13, 1 Non te in me illiberalem, ſed me in ſe negligentem putabit. Facinus, *indignum homine libero* Ter. Adelph. 3, 4, 3. Iocus, *Inhoneſtus, non ingenuus* Cic. Offic. 1, 104 c. 29. Labor, *Sordidus* Idem de Fin. 1, 3. Quaeſtus illiberales et ſordidi Cic. Off. 1, 150 c. 42. Res ad cognoſcendum non illiberalis, *non indigna* Idem de Orat. 1, 146. Plin. 19, 5 ſ. 26, 1 *de raphanis*, Et vis mira colligendi ſpiritum, laxandique ructum: ob id cibus illiberalis.

ILLIBERALITAS, ātis. f. [ἀνελευθερία] Cic. Off. 2, 77 Sed ita, vt illiberalitatis auaritiaeque abſit ſuſpicio. Id. Att. 8, 6 Malo Tironis verecundiam in culpa eſſe, quam illiberalitatem Curii.

ILLIBERALITER. Adu. [ἀνελευθέρως] *i. Minime generoſe, inclementer, haud recte.* Ter. Adel. 4, 5, 30 Factum a vobis duriter, immiſericorditerque: atque etiam, ſi eſt pater dicendum magis aperte, illiberaliter. Idem Phorm. 2, 3, 24 Quam is non adſpernatur tam illiberaliter. *Vbi* Donatus: Apud veteres Illiberaliter dicebant factum, ſi quis exceſſiſſet omne genus maleficii. *At ipſe videtur modum excedere,* illiberaliter *eſt ſordide, humiliter, quod non exſpectes ab homine liberaliter nato educatoque.* Cic. Att. 16, 3 De Xenone coram cognoſcam: quanquam nihil ab eo arbitror, neque indiligenter, neque illiberaliter. *Conf.* Att. 4, 2.

ILLIBERIS, e. Adi. *Orbus, ſine liberis.* Si frater illiberis deceſſerit Tertull. adu. Marc. 4, 34.

ILLIBERIS, is. f. [Ἰλλίβερις] Ciuitas eſt Narbonenſis Prouinciae, *vt* P. Mela 2, 5 *ſcribit, et* Plin. 3, 4 Magnae, *inquit*, quondam vrbis tenue veſtigium Illiberis. Illiberis, *Ptolem.* 2, 10 *etiam Tectoſagum ciuitas.*

ILLICET, *vid.* ILICET.

ILLICIO, exi, ectum, ĕre. [ἐπάγω, δελεάζω] *Plus eſt quam* Allicere, *idem fere, quod* Pellicere, *nempe in laqueos, aut decipulam blandiendo pertrahere.* Ter. Andr. 5, 4, 8 Tunc hic homines adoleſcentulos, imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis? Donatus *cum verbo* Illigas *comparat. Et ſunt ſane cognata* licere, ligare, laquei, *etc.* Plaut. Milit. 5, 42 Is me hac illexit fraude. Illicere ciuitates dubias Iuſtin. 31, 6, 4. Plaut. Aſin. 1, 3, 54 Aliam atque olim quum illiciebas blande ad te, benedice. Caue, ne illiciaris Lucret. 4, 1138. Cic. de Amicit. 50 c. 14 Nihil eſſe, quod ad ſe rem vllam tam illiciat, tam attrahat, quam ad amicitiam ſimilitudo. *Al.* alliciat. Idem de Natur. Deor. 3, 68 c. 27 Qui non ſat habuit coniugem illexiſſe in ſtuprum. *De forenſi notione huius verbi, vid. mox* ILLICIVM *ex* Varron. L. L. 5, 9.

ILLECTVS, a, um. Partic. [ἐπαχθεὶς] *Attractus.* Cic. Tuſc. 4, 12 c. 6 Libido ad id, quod videtur bonum, illecta et inflammata rapiatur. *Al.* iniecta.

ILLECTVS, ûs. m. [ἐπαγωγὴ] *Blanditiae et illectamentum.* Plaut. Bacch. 1, 1, 21 Magis illectum tuum, quam lectum metuo. Illectos ad proditionem Sall. Iug. 51.

ILLICIBILIS, e. Adi. *Quod illicit.* Illicibiles voluptates Lact. 7, 27, 1. *Sed melius ex MSS. legitur* Illices.

ILLICIVM, i. n. [δέλεασμός, θέλγητρον] *Incitamentum.* Varr. de R. R. 3, 16, 22 Sed ſi tranſiturae ſunt apes ea, apiaſtro perfricando, quod illicium hoc illis. *Add.* ſ. 31. *it.* 2, 7, 6. Cic. Att. 11, 12 *pr.* Illum exiſtimare Qu. fratrem illicium meae profectionis fuiſſe, *etc.* *Ex vetuſto exemplari legitur* Lituum. *vid. Graeu.* ¶ 2 *Fuit in verbis ſollemnibus.* Varro de L. L. 5, 9 p. 62, 6 Omnes Quirites — voca inlicium huc ad me. *Et* v. 14 Qui exercitum imperaturus erit, accenſo dicit hoc, Calpurni voca inlicium omneis Quiriteis huc ad me. Accenſus dicit ſic, Omnes Quirites inlicium viſite huc ad iudices. — Circum aras mitti ſolitum, cum inliceret populum in eum locum, vnde vocare poſſet ad conuentionem vocantis. — Illicium *ergo videtur illa prima vocatio ad conueniendum in loco quodam, vnde deinde voce praeconis vnius ad audiendum vocari poſſent. Firmat hoc ipſe* Varro *paullo poſt l. c.* p. 63, 28 Quare non eſt dubium, cum (*ſ. leg.* quin) hoc inlicium ſit, cum circum muros itur, vt populus inliciatur ad magiſtratus conſpectum, quod conſul vocare poteſt in eum locum, vnde vox ad conuentionem vocantis exaudiri poſſit. *Hinc ſua hauſit* Feſtus, Inlicium dicitur, cum populus ad concionem elicitur, id eſt, vocatur. Inlicium vocare antiqui dicebant ad concionem vocare.

ILLEX, ēgis. Adi. *Vt* Exlex, *qui ſine lege viuit. Certe ſic Grammatici.* Non. 1, 33 Illex et Exlex eſt, qui ſine lege viuit, Plautus Perſa (3, 3, 4) Impure, inhoneſte, iniure, illex, labes populi. Caecil. Harpazomene, Quid narras, barbare, cum indomitis moribus, illiteratae? illex es. *Sed apud Plautum* illex *ab* illiciendo *et* illecebris *lenoniis melius deriuatur. In loco* Caecilii *eadem ratio eſſe potuit. Non multum itaque tribuo differentiae, quam proponit* Non. 5, 101 Illix et Illex hoc diſcernuntur, ab illiciendo illix; illex vero, a quo lex non ſeruetur. Feſtus, Inlex producta ſequenti ſyllaba ſignificat, qui legi non paret. Inlex correpta ſequenti ſyllaba ſignificat inductorem ab inliciendo. Vet. Gl. Inlex, παράνομος, ἄνομος.

ILLEX, *vel* ILLIX, (*vt quibusdam placet*) ĭcis. *qui illicit, qui facit, blanditiis praeſertim, et voluptate oſtendenda, vt homines in laqueos (a laciendo dictos) incidant. Vide modo dicta in* ILLEX, egis. *Eſt igitur* Illex *idem, quod* Illicium, Illectamentum. Plaut. Poen. 3, 4 *extr.* Qui illi malae rei tantae fuimus illices. *Nempe* Illex *eſt idem, quod Illicium, vel Illectamentum.* Illex animi Venus Apul. Apolog. p. 295, 7. Voluptates Lactant. 7, 27, 1. Iuuenc. 1, 687 Fallax illexque malorum Planities. Tert. Apol. 41 Vos malorum illices. Idem de Poenit. 9 Conuerſationem iniungens miſericordiae illicem. Cyprian. de Zelo et liuore *pr.* Offert oculis formas illices. Illices oculi Apul. Apol. p. 323, 14. Paullin. Nolan. Epiſt. 41 Per guſtum illicem gulae morbus irrepſit. Prudent. Pſych. 329 Halitus illex Inſpirat tenerum labefacta per oſſa venenum. *Et* adu. Symm. 2, 6 Corda illice flecteret arte. ¶ 2 Illex, *ſ.* Illix *ſpeciatim auis aucupum dicitur, quae alias illicit, et a Graecis vocatur* παλεύτρια. *Huc refert Turneb.* 24, 38. Plin. 10, 33 Contra aucupis illicem exeunte in praelium duce totius gregis. *Sed magno conſenſu MSS. et editi,* indicem. Plaut. Aſin. 1, 3, 68 Aedis nobis area eſt: auceps ſum ego: Eſca eſt meretrix: lectus illix eſt: amatores aues. ¶ 3 Illices, *ſ. vt ſcribitur ibi*, Inlices *apud* Feſtum *ſunt* canales, in quos aqua confluit in viis lapide ſtratis, ab eliciendo dicti. Vnde Colliciae tegulae, per quas aqua in vas defluere poteſt. *Pro* vas *legi vult Dacerius* vias. *Sed hoc poteſt fieri per omnes tegulas: vaſe vt excipiatur, opus eſt conuergentibus locis, et cauis tegulis.*

ILLICITATOR, *ſ. vt ibi ſcribitur*, Inlicitator *apud* Feſtum *emtor eſt, a* licitando *dictus.*

ILLICITVS, a, um. Adi. [ἀθέμιτος, ἀθεσμὸς] *Ex* In, *et* Licitus *compoſitur; Quod non licet, et indecens eſt.* Cic. pro Cluent. 130 Incognita cauſa probatum illud erat, multitudinem illicitum eſt contradicere: nemo denique vt defenderet contrariam partem, laborabat. Tori Lucan. 10, 76. Ire per illicitum Stat. Theb. 1, 223. Venus Idem Theb. 8, 96. Vias tentare Valer. Argon. 1, 197. *Superl.* Auguſtin. Epiſt. 202 Rem illicitiſſimam atque indigniſſimam prohibere.

ILLICITE. Adu. Vlp. in l. fideicommiſſa §. ſi quis illicite D. de legatis et fideicommiſſis 3. Varr. L. L. 5, 9 *extr.* Illicite illexit. *Add.* Tert. adu. Marc. 4, 34.

ILLICITO. *Idem.* Ammian. 28, . .

ILLICENTIOSVS, a, um. Adi. Apul. Mileſ. 2 p. 123, 30 Inter haec per conuiuium illicentioſus cachinnus effunditur. Pric. p. 34, 8 Licentioſus *conjicit. Ego mallem in bono libro inuenire* conuiuium in licentioſos cachinnos effunditur.

ILLIDO, ſi, ſum, ĕre. [προσβάλλω, προσαράσσω] *Infringere.* Cic. de Aruſp. Reſp. 55 c. 25 Iam iſta ſerpens et compreſſa atque illiſa moritur. Caput illideret foribus Suet. Iul. 23, 4. Caeſtus duros illiſit in oſſa Virgil. Aen. 5, 480. Hor. Serm. 2, 1, 77 — Et fragili quaerens illidere Dentem Offendit ſolido. Dentes illidere labellis Lucret. 4, 1073. Fluctus illiduntur litori Quinctil. 10, 3. Funale denſum illiſit fronti Lapithae Ouid. Met. 12, 250. Cic. Tuſc. 3, 76 Siquidem qui tempeſtiuam medicinam admouens, Non aggraueſcens vulnus, illidat Manus. Plin. 9, 6 Contra orcas occurrere laborant, ſeſeque opponere, et cautium anguſtiis trucidare, in vada vrgere, Saxis illidere.

ILLISVS, a, um. Partic. Virgil. Aen. 6, 206 — illiſaque prora pependit. Aequora illiſa ſcopulis Id. Georg. 3, 261. *vid. ſupra.* Plaut. Amph. . . . Conciſus pugnis, illiſis dentibus.

ILLISVS, ûs. m. [προσβολὴ, προσάραξις] Plin. 27, 8 Illiſu ipſo repercuſſus. Sil. 17, 250 Aequora ſurgunt Spumea, et illiſu ſcopulus tremit omnis aquarum.

ILLISIO, ōnis. f. Hier. Epiſt. 18 ad Marcellam, Nauis noſtra ſcopulorum illiſionibus perturbata eſt.

ILLIGO, āre. [προσδέω] *Idem fere, quod Alligare.* Plin. 17, 14 Eamque illigari opertam ſtramentis iubet. Liu. 1, 28 In currus diſtentum illigat Metium. *Metaphorice*, Idem 36, 11 Inuitus illigat ſe grauioris fortunae conditioni. Illigari conditionibus Idem 33, 12. *et* 35, 46. Cic. Verr. 4, 54 *de emblematis*, Tum illa, ex patellis et turibulis quae vellerat, ita ſcite in aureis poculis illigabat, ita apte in ſcyphis aureis includebat, vt, *etc.* Liu. 31, 25 *extr.* Id quaeri, vt obſidem Achaeorum iuuentutem educeret ex Peloponneſo, ad illigandam Romano bello gentem. Cic. Acad. 4, 6 c. 2 Reſtat, vt his reſpondeam, qui ſermonibus eiusmodi nolint perſonas tam graues illigari. Genus dicendi, in quo omnes illigantur verborum et ſententiarum lepores Cic. in Orat. 96 c. 27. Illigare ſe periculo depoſiti, *i. obligare ſe, ad praeſtandum rei depoſitae periculum* Vlpian. in l. 1 §. ſaepe D. depoſiti. *Quo loco Haloander quidem legit* Alligaſſe. *Pan-*

dectae vero Florent. Illigaſſe *habent.* Cic. de Orat. 3, 173 Orator autem ſic illigat ſententiam verbis, vt eam numero quodam complectatur, et adſtricto, et ſoluto, *etc.* Tacit. Ann. 15, 21 Primores claſſiariorum Miſenenſium labeſacere, et conſcientia illigare connixa eſt hoc initio. *Part.* Illigaturus iuga tauris Hor. Epod. 3, 11.

ILLIGĀTVS, a, um. Partic. Virgil. Aen. 10, 794 Ille pedem referens, et inutilis inque ligatus, *i. impeditus.* Horat. Carm. 1, 27, 24 Vix illigatum te triformi Pegaſus expediet Chimaera, *i. conſtrictum amoribus mulieris impudicae.* Liu. 32, 22 *extr.* Priuatis etiam hoſpitiis familiarique amicitia plerique illigati Philippo erant. Illigatus peſte interimor Cic. Tuſc. 2, 20 *ex Sophocle.* *Proprie* Linteolo illigatum Scribon. 53. Panno illigata 172. Illigatas habere herbas in cincto 163. Aratra illigata iuuencis Horat. Epod. 1, 25. Illigatae poſt tergum manus Liu. 5, 27. Illigatiſſimus Apul. Met. 3 p. 396.

ILLIGATIO, ōnis. f. *Apud* Vitruu. . . . Arnob. 5, . . *et* Mart. Capell. 2 p. 45.

ILLIGAMENTVM, i. n. Saluian. de Gub. 7 p. 284 Femineis tegminum illigamentis capita velare.

ILLĪMIS, e. Adi. [ἀθόλωτος] *Sine limo.* Ouid. Met. 3, 407 Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis.

ILLĬNIO, īui, ītum, īre. [διαχρίω, ἐπιχρίω] *Inungere, et leniter confricare.* Colum. 6, 14 Tumor ceruicis madefactus ſubſiccatur, praedictoque medicamento defricatur et illinitur, *etc.* Tum ceruix aqua frigida defricanda, et ſpuma argentea illinienda eſt. *Quidam legunt* Illinenda. Plin. 30, 11 Cornicis carnes eſſe, et nidum illinire in longiſſimis morbis vtiliſſimum putant. Id. 20, 17. *vid.* LINIO.

ILLĬNO, ēui, ĭtum, ĕre. [καταχρίζω] *Inſpergere, maculare.* Lucan. 8, 382 Illita tela dolis, nec Martem cominus vsquam Auſa pati virtus. Dolis, *i. veneno doloſo.* Plin. 9, 30 Qua de cauſa et naſſis illinuntur. Frons et tempora illinuntur Scribon. 5. Tectis aurum illinere Sen. Epiſt. 120. Viſcum pennis illinere, *dicuntur* aues, dum excutere volunt. Idem de Ira 5, 3, 16 *pr.* *Sic* Nat. Quaeſt. 4, . . Agris illinit bruma niues Horat. Epiſt. 1, 7, 10. Chartis illinere aliquid Idem Serm. 1, 4, 36. Naſſis illinuntur Plin. 9, 30. Oculis illinere collyria Horat. Serm. 1, 5, 30. Linteolo inlinere Scribon. 205.

ILLĬTVS, a, um. Partic. Medicamentum inlitum Scribon. 257. — in panno inlitum 131. Aurum veſtibus illitum Horat. Carm. 4, 9, 14. Liu. 5, 2 Nec ſe fefelliſſe, id Donum inimicorum veneno illitum fore: veniſſe libertatem plebis. Facies ipſa illita Plin. 29, 3. Faex toto illita vultu Ouid. de Arte Am. 3, 211. Cic. de Orat. 3, 197 c. 52 His tribus figuris inſidere quidam vetuſtatis non Fuco illitus, ſed ſanguine diffuſus debet color. *Metaphor.* Vita nulli maculam non illita Sil. 11, 43. *coni. Heinſ. pro* Nulla macula non illita vita.

ILLINĪTVS, a, um. Plin. 25, 12 *extr.* Pſyllion illinitum fronti. *Conf.* Marc. Emp. c. 6.

ILLINIMENTVM, i. n. Cael. Aurel. 3, 8.

ILLĬTVS, ūs. m. [ἐπίχρισμα, διάχρισμα] Plin. 24, 6 Sonitus aurium emendat infuſum, ſtrumas illitum, neruorumque nodos. Id. 23, 9 Appoſitu, fotu, illitu.

ILLIQVEFACIO, ĕre. *vnde* Cic. Tuſc. 4, 20 c. 9 Et qualis eſt haec aurium, tales ſunt oculorum, et tactionum, et odorationum, et ſaporum: quae ſunt omnes vnius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactae voluptates.

ILLIQVEFIO, ĕri. Celſi *eſſe dicitur.*

ILLIQVOR, i. Symmach. 1, 33 Aiunt cochleas, cum ſitiunt aëris, atque illis de caelo nihil illiquitur, ſucco proprio victitare. *Sed* liquitur *Pareus.*

ILLISVS, *vid.* ILLIDO.

ILLITERĀTVS, a, um. Adi. [ἀγράμματος, ἀμαθὴς] *Contrarium eſt* Docto *et* literato. Cic. de Orat. 2, 25 c. 6 Quem cognovimus virum bonum, et non illiteratum. Plin. Epiſt. 7, 27 Eſt libertus mihi non illiteratus. Illiteratus non ex toto rudis eſt, ſed ad literas altiores non perductus Senec. de Benef. 4, 13. Illiteratiſſimae literae Plin. Epiſt. 1, 10 *opponuntur* Literatis literis *apud* Sidon. Epiſt. 4, 17 *pr.* Cic. Fam. 9, 16 Incidunt in ſermone vario multa, quae fortaſſe illis quum dixi, nec illiterata, nec inſulſa eſſe videantur. *Superl.* Plin. Epiſt. 1, 10 Scribo plurimas, ſed illiteratiſſimas literas, *i. inornatas, infimo ſtilo, forenſes. Erat enim praefectus aerario: proinde cogebatur ſtilo vti rationariis vſitato.* ¶ 2 Illiteratus, [ἄγραφος] *non ſcriptus.* Gell. 11, 18 *de legibus Draconis,* Quoniam videbantur impendio acerbiores, non decreto iuſſoque, ſed tacito illiteratoque Athenienſium conſenſu obliteratae ſunt.

ILLITVS, *vid.* ILLINO.

ILLOCABĬLIS, e. Adi. [ἀνεκδόσιμος] Illocabilis virgo, *quae non poteſt viro tradi.* Plaut. Aulul. 2, 2, 14 Virginem habeo grandem, dote caſſam, atque illocabilem.

ILLŌTVS, *vel* ILLVTVS, a, um. Adi. [ἄνιπτος, ἄλχτος] *Immundus et ſordidus.* Plaut. Poen. 1, 2, 103 Vt tu quidem huius oculos illotis manibus tractes aut teras. Gell. 6, 9 Illotis, quod aiunt, pedibus et verbis reprehendit doctiſſimi hominis orationem. Macrob. Saturn. 1, 24 Copiam rerum in Virgilio pedibus illotis praetereunt, *i. immaturi Virgilianae lectioni, rerum copiam percipere non poſſunt. De literatoribus loquitur, qui reconditam illam in Virgiliono poëmate doctrinam negligunt.* Caius in l. 1 D. de orig. iuris, Si in foro cauſas dicentibus nefas (vt ita dixerim) videtur eſſe, nulla praefatione facta, iudici rem exponere: quanto magis interpretationem promittentibus inconueniens erit, omiſſis initiis, atque origine non repetita, atque illotis (vt ita dixerim) manibus, protinus materiam interpretationis tractare? Illotis manibus *hoc in loco ſignificat Abrupte, et nulla praefatione rem ipſam protinus aggredi, imparatis adhuc audientium animis. Simile eſt* Illotis pedibus *apud* Gell. 1, 9 Iſti, qui repente pedibus illotis ad philoſophos diuertunt. Illoti echini, *propter ſalem,* Horat. Serm. 2, 8, 52 Erucas virides, inulas ego primus amaras Monſtraui incoquere, illotos Catillus echinos. Illoti piſces Scribon. 186. *Conf. Rhod.* Arnob. 1 p. 26 Chriſtus per altiſſimos gurgites pedem ferebat illutum. Sermone illoto vti Declam. in Salluſt. . . . Verſus illotus, *i. rudis, incomtus* Rutil. Numatian. 1, 422. *vid. Graeu. Conf. mox* ILLVTVS.

ILLVTIBILIS, ILLVVIES, *vid. mox ſ. l.*

ILLVBRICO, āre. Membra ſua leniter illubricans Apul. Met. 2 p. 11., 56. (Pric. p. 25) *i. lubrico motu commouens.*

ILLVCEO, xi, ēre. [ἐπιλάμπω] *Lucidum eſſe, quod proprie ad diem pertinet.* Liu. . . . . Vbi illuxit, recepere claſſem. Plaut. Capt. 3, 4, 65 At pol te, ſi hic ſapiat ſenex, atra pix agitet apud carnuficem, tuo quae capiti illuceat. Cic. pro C. Rabir. 5 Precorque ab iis, vt hodiernum diem, et ad huius ſalutem conſeruandam, et ad Rempublicam conſtituendam illuxiſſe patiantur. Plaut. Perſ. 5, 2, 3 Peſſimus hic mihi dies hodie illuxit. Illucere *dicitur* dies nocti, *cui ſuccedit* Sueton. in Caeſ. c. 81. Cic. de Fin. 4, 4 Natosque eſſe ad congregationem hominum, et ad ſocietatem, communitatemque generis humani, eaque in maximis ingeniis illucere. *Sed optimi quique* Elucere. Plaut. Bacchid. 2, 3, 22 Vulcanus, Sol, Luna, Dies, Dei quatuor, Sceleſtiorem nullum illuxere alterum.

ILLVCESCO, ĕre. [ἐπιλάμπομαι] *Idem.* Plaut. Amph. 1, 3, 49 Nunc te, nox, quae manſiſti, mitto, vt cedas diei, vt mortalibus illuceſcas (*ſ.* illuceſcat) clara et candida. Cic. pro Milon. 70 c. 26 Erit illud profecto tempus, et illuceſcet aliquando ille dies, quum, *etc.*

ILLVCTOR, āri. [προσπαλαίω] Stat. Theb. 4, 790 Et teneris meditans verba illuctantia labris, *i. cum difficultate erumpentia.*

ILLVDO, ſi, ſum, ĕre. [ἐμπαίζω, κατακερτομέω] *Decipere et circumuenire veluti ludendo, et tam Dat. quam Accuſat. caſui iungitur.* Virg. Aen. 2, 64 Certantque illudere capto. *Vid. ibi* Seru. Cic. pro Roſc. Amer. 34 Huius miſeri fortunis, et horum virorum talium dignitati illudere. Idem pro Roſc. Com. 20 Tamen diutius illudere viri optimi exiſtimationi Q. Roſcii audebit? Curt. 3, 12, 22 Coniugem Darii adeo non violauit, vt ſummam adhibuerit curam, ne quis captiuo corpori illuderet. Capreae illudunt frondi tenerae Virgil. Georg. 2, 375. Noſtris illuſerit aduena regnis? Idem Aen. 4, 591. Chartis illudere Horat. Serm. 1, 4, 138. *h. e. velut per ludum inſcribere. Simile quid haben:* Illuſae veſtes auro. Tacit. Hiſt. 2, 94 *extr.* Tanquam in ſumma abundantia pecuniae illudere. Illudo te Ter. Phorm. 5, 8, 22. *Vbi* Donatus: Et Datiuum et Accuſatiuum caſum regit Illudo. Virgil. Aen. 9, 634 — verbis virtutem illude ſuperbis. Ter. Andr. 5, 1, 3 Dum ſtudeo obſequi tibi, paene illuſi vitam filiae. Nimium acumen alicuius illudere Cic. de Orat. 1, 243. *vid.* ACVMEN. Miſeros illudi nolunt, niſi ſi ſe forte iactant Idem de Orat. 2, 237. Rhetorum praecepta ſolebat illudere Carneades Cic. de Orat. 1, 87. Idem de Orat. 3, 169 Quae quum dixiſſet in Albucium illudens, ne a me quidem abſtinuit. Ter. Andr. 4, 5, 19 Adeone videmur vobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis? Idem Eun. 5, 4 *extr.* Vt ne impune in nos illuſeris. *Pro Stuprare, ſiue Vitiare.* Tacit. Ann. 15, 72 Siue C. Caeſar ſcortorum quoque cupiens, etiam matri eius illuſit. *Conf.* Victor. Caeſ. Calig. c. 3. Lactant. 6, 23. *et Drakenb. ad* Sil. 8. 473.

ILLVDENS, entis. Part. Ouid. Met. 3, 650 Deus illudens. Id. 9, 66 Illudens noſtras Tirynthius artes.

ILLVSVS, a, um. Partic. Cic. pro Quint. 51 c. 16 Multis vadimoniis deſertis, ſaepe illuſi ac deſtituti. Tacit. Ann. 15, 68 Ille ferociam amici metuit, ſaepe aſperis facetiis illuſus. ¶ 2 Veſtes illuſae auro, *i.* in quibus artifex ludens, auro aliqua depinxerat: Virg. Georg. 2, 464 Seruius. Prudent. Agnet. 105 Illuſa pictae veſtis inania. Paullin. Epiſt. 12 Muſiuo illuſa camera.

ILLVSIO, ōnis. f. [ἐμπαχθεὶς] Cic. de Orat. 3, 200 c. 53 Et extenuatio, et huic adiuncta illuſio a praeceptis Caeſaris non abhorrens, *etc.*

ILLVSOR, ōris. m. Auguſtin. Epiſt. 253 Illuſorem potius quam veritatis doctorem fuiſſe. *Conf.* Tertull. Apol. c. 46. *et* adu. Marc. 4, 35. Paullin. Natal. Fel. 7, 77.

ILLVSORIVM, i. n. Gloſſ. Gr. Lat. χλεύη, Illuſorium.

ILLVDIVM, *vel* INLVDIVM, i. n. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 16.

ILLVMĬNO, āre. [φωτίζω, διαφωτίζω] *Lumine implere.* Plin. 2, 73 *de Syene oppido, vbi Solſtitii die vmbra nulla eſt,* Puteumque eius experimenti gratia factum, totum illuminari. Cic. de Natur. Deor. 2, 119 c. 46 Sol mundum omnem ſua luce compleat, ab eoque luna illuminata, grauiditates et partus afferat. Noctem illuminare Apul. Mileſ. 3 *extr.* Orationem illuminare, *ad figuras et ornatum pertinet.* Cic. de Orat. 3, 25 Quibus Orationem ornari et illuminari puto. *Add.* ibid. 208 c. 54 *extr.* Plin. 35, 6 *in fin. de pigmento,* Annulare quod vocant, candidum eſt, quo muliebres picturae illuminantur. Vias igni illuminat Stat. Theb. 12, 275. *Interdum idem eſt ac Celebrem reddere.* Paterc. 2, 35, 1 Illuminauit ille dies virtutem Catonis. Id. 2, 66, 5 Illuminauit orbem eloquentia Cicero. *Et* 2, 18, 3 Illuminauit horum fidem illorum perfidia.

ILLVMINĀTE. Adu. Cic. de Orat. 3, 50 c. 14 Qui diſtincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate, et rebus et verbis dicunt, *etc.*

ILLVMINATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Hermog. c. 15 Mala neceſſaria ad illuminationem bonorum. *Conf.* Macrob. Sat. 1, 17.

ILLVMINATOR, ōris. m. Tert. adu. Marc. 4, 7 Illuminator nationum. *Et* c. 17 Illuminator religionis. Lactant. 6, 18 Illuminator noſter Deus.

ILLVMINĀBĬLIS, e. Adi. Claud. Mamert. de Stat. Anim. 2, 2.

ILLVMĬNVS, a, um. Adi. *Quod eſt ſine lumine.* Apul. 6 p. 174, 10 Et illuminarum Proſerpinae nuptiarum demeacula. *Et* 3 Seruato noctis illumino tempore.

ILLVNIS, e. Adi. [ἀσέληνος] Illunis nox Plin. Epiſt. 6, 20 *ſine luna, et lunari ſplendore:* Vix, *inquit,* viam deferueramus, et nox non quaſi illunis et nubila, *etc.* Illuni noctis tempore Sil. 15, 619 Illunem nacti per rura tacentia noctem.

ILLVNVS, a, um. Adi. Apul. Mileſ. 9 Tenebris illunae caliginis impeditus. *Ita Elmenh. p. 232. Et Pricaeus p. 200. Vid. Beroald. ad d. l.*

ILLVSTRIS, e. Adi. [ἐπιφανὴς] *Clarus, ſplendidus, et a luce proprie dicta ad famam, nobilitatemque transfertur.* Colum. 1, 6 *pr.* Balnearia occidenti aeſtiuo aduertantur, vt ſint poſtea et vsque in veſperum illuſtria. Plin. 9, 16 Noctibus quidem illuſtribus aeque quam die cernunt, *i. ſerenis.* Caput illuſtre ſolis Ouid. Met. 2, 50. Illuſtris vir, *i. nobilis, et magni nominis.* Cic. de Amicit. 4 Genus autem hoc ſermonum poſitum in hominum veterum auctoritate, et eorum illuſtrium, plus neſcio, quo pacto videtur habere grauitatis. Paterc. 2, 117 Varus Quinctilius illuſtri magis quam nobili ortus familia: nobilis, *credo, ad vetuſtatem hic refertur.* Cic. Fam. 1, 7 Haec vides quanto expreſſiora, quantoque illuſtriora futura ſint. Illuſtrius nihil poſſum dicere Plin. Epiſt. 7, 19, 9. Obſcurum *et* Illuſtre, *contraria* Cic. Acad. 4, 94 c. . Idem pro Domo 87 Fortis

et

et conſtans in optima ratione ciuis P. Popilius ſemper fuit, tamen eius in omni vita nihil eſt ad laudem illuſtrius, quam calamitas ipſa. ¶ 2 *Subſtantiua :* Animae illuſtres Virg. Aen. 6, 758. Auos illuſtres iactare Propert. 2, 13, 10. Ciuitates Cic. Verr. 1, 82. Domicilium tam illuſtre ac nobile Id. Verr. 5, 39. Factum illuſtre, notumque omnibus Cic. Verr. 5, . . Facta illuſtria et glorioſa Idem de Fin. 1, 36. Fama Virgil. Aen. 7, 97. Homo illuſtris honore ac nomine Q. Cic. de Pet. Conſ. c. 5. Illuſtre alicuius nomen reddere Cic. de Clar. Orat. 74 c. 13. Ingenium Tac. Hiſt. 4, 5. Legationes illuſtriores Nepos 10, 14. Locus amplior illuſtriorque Salluſt. 6, 56. Ordo illuſtrior ſeruitii Claudian. in Eutrop. 1, 149. Petitio pompae plena, illuſtris, et ſplendida Cic. de Petit. Conſ. Praelium illuſtriſſimum Nep. 4, 1, 1. Proles illuſtris Claudian. de Conſ. Honor. 4, 181. Prouincia Cic. Verr. 1, 10. Vbi maior atque illuſtrior incidit Res Caeſ. B. G. 8, 3. Illuſtribus Rebus inſiſtis Cic. Acad. 4 c. 29. Idem Verr. 4, 119 Ne auaritiae qua antehac occultis itineribus atque anguſtiis vti ſolebat, auctoritate veſtra Viam patefaciatis illuſtrem atque latam. Viſum inſignem et illuſtrem habere Cic. de Nat. D. 1, 12. ¶ 3 Illuſtres, *ſequiori aeuo*, Primi ordinis Senatores, ſecundi Spectabiles, tertii Clariſſimi. Iam inferius quartum aliquod genus non eſt. Iſid. 9, 4. Sidon. Epiſt. 8, 6 *ab inferiore ad ſummum gradum procedens*, Nicetius vir ortu clariſſimus, priuilegio ſpectabilis, merito illuſtris. *Vid. ibi Sauaron. et Id. p. 450. it. I. Gothofr. ad* C. Th. *paſſim, vt* Tom. 1 p. 335 *etc. De* quinque gradibus illuſtrium ex Nouell. Valentin. Guther. de Offic. *Dom. Aug. 1, 10.*

ILLVSTRIVS, illime. Adu. Cic. Fam. 10, 19 Video, quaſi ea, quae oculis cernuntur, me a te amari. Dices, quid antea? Semper equidem, ſed nunquam illuſtrius. Gell. 5, 1 Labores ſuos illuſtriſſime narrare. Id. 9, 13 Illuſtriſſime deſcripſit.

ILLVSTRO, āre. [λαμπρύνω] *Lucidam et ſplendidam rem aliquam facere, vel ei lucem et ſplendorem afferre.* Varro de R. R. 1, 12 Propterea quod ab ſole toto die illuſtratur, ſalubrior eſt. Sol illuſtrat oras Horat. Carm. 4, 14, 5. *Conf.* Cic. Somn. Scip. c. 4. Leniter illuſtrans lux, *vid.* LENIS. Cic. Verr. 4, 71 Cuius fulgore collucere atque illuſtrari Iouis Opt. Max. templum oportebat. *Metaph. Illuſtrem et inſignem facere :* Cic. Brut. 62 c. 16 *de* mortuorum laudationibus, Ipſae familiae ſua — monumenta ſeruabant — et ad illuſtrandam nobilitatem ſuam. Id. Fam. 1, 6 Illuſtrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria. Id. Catil. 3 c. 8. *et* Nep. 2, 1, 4. *it.* Iuſtin. 12, 16, 3. Saluian. de Gub. 4 p. 112. Apul. Met. 11 *extr.* ſ. p. 272, 22 *de myſteriis et ſacris teletis*, Nec te Romae — felici illo amictu illuſtrari poſſe. Quod felix itaque et fauſtum ſalutareque tibi ſit, animo gaudiali rurſum ſacris initiare. *Ab his* φωτισμοῖς *myſteriorum, videntur arceſſendae formulae ſimiles Chriſtianorum de Baptiſmo.* ¶ 2 *Declarare, patefacere, manifeſtare, aperire : quod quae aperta ſunt, maiorem lucem praebeant. vt*, Illuſtrare dubia perſpicuis Cic. de Fin. 4, 67. Patefacere et illuſtrare obſcura Idem de Orat. 1, 177. *et* 2 c. 39. Diſtinguere et illuſtrare orationem Cic. de Inuent. 2, 49. Illuſtrare philoſophiam Latinis literis Idem Acad. 1, 3. Reperta Graecorum illuſtrare Latinis verſibus Lucret. 1, 138. Illuſtratum, *pro Comperto et manifeſte probato.* Cic. in Catil. 3, 20 Omnia et Senatus, et vos, quae erant contra ſalutem omnium cogitata, illuſtrata, et patefacta vidiſtis. *Conf.* ib. c. 1. *it.* de Amic. c. 26. Compoſitio vſu illuſtrata Scribon. 97.

ILLVSTRATIO, ōnis. f. Solis illuſtrationem eiuſdem incenſa radiis menſtruo ſpatio luna complet Cic. de Nat. D. 1, 87. Illuſtratio et euidentia, *i.* ἐνάργεια Cic. *apud* Quinctil. 6, 2, 32.

ILLVSTRAMENTVM, i. n. [λάμπρυμα] Quinct. 11 c. vlt. *de amictu oratoris loquens*, Haec ſunt vel illuſtramenta pronuntiationis, vel vitia.

ILLVSTRĀTOR, ōris. m. Lactant. 2, 9 Deus luminis fons et illuſtrator rerum. *Conf.* Hieron. prooem. Quaeſt. in Geneſin. *et* Auguſtin. Confeſſ. 12, 11 *et* 16. Vet. Inſcr. *ap.* Reineſ. claſſ. 6, 129 INLVSTRATORI PROSAPIAE SVAE.

ILLVSTRĀTRIX, īcis. f. Sariſb. 7, 9 Illuſtratrix gratia.

ILLVSTRATVS, ūs. m. *Dignitas* Illuſtrium, *de quibus* n. 2. *apud* Caſſiod. Var. 6, 11.

ILLVTIBĬLIS, e. Adi. [ἀνέκπλυτος] *Quod elui non poteſt, et luto expurgari.* Plaut. Men. 1, 2, 57 Nae ex iſtoc loco ſpurcatur naſum odore illutibili. *vid. Boxhorn.*

ILLVTIBARBVS, a, um. Adi. *Intonſus.* Apul. Flor. 1, 3 p. 341, 29 Hiſpidus, illutibarbus, ſpinis et pilis obſitus. *Ald.* Multibarbus.

ILLVTVS, *ſiue* INLVTVS, *vid.* ILLOTVS, *p. ante.*

ILLVVIES, ei. f. [ἀλουσία] *Sordes, immunditia, ſpurcities. A non lauando nomen habet. vnde et Graece* ἀλουσία *dicitur, eadem videlicet de cauſa.* Curt. 4, 1, 22 Ablue corpus illuuie, aeternisque ſordibus ſqualidum. *Paullo poſt*, Sed vt cunctanti ſqualor ablutus eſt, et iniecta veſtis, *etc.* Ter. Heaut. 2, 53 Ea texebat vna pannis obſita, neglecta, immunda illuuie. Virg. Aen. 3, 593 Dira illuvies promiſſaque barba. *Et* 3, 217 *de Harpyiis*, Foediſſima ventris Illuuies. *Sed meliores*, Proluuies. Varro *apud* Non. 2, 437 Ac periret ſquale, ſcabieque, illuuie, et vaſtitudine. Cic. Tuſc. 3, 26 — infuſcat pectus illuuie ſcabrum. *ex Poëta.* Liu. 21, 39 *pr.* Otium enim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuuie, tabeque ſqualida et prope efferata corpora varie mouebant. Aquarum illuvies Iuſtin. 2, 1, 14. Corporis Lucret. 6, 1266. Locorum Sil. 3, 541. Firmic. 6, 31 Quorum corpora, hircini Odoris triſtem illuviem, deſudatis grauibus humoribus, euaporent. Obeſa, *vid. ſub* OBEDO. Illuuies abſumſit maiorem partem Syriae, *vid.* ABSVMO. *Conuicium in immundum hominem eſt* Illuuies Plauto Moſt. 1, 1, 39.

ILLYRIVM, *et* ILLYRICVM, *ſiue* ILLY̆RIS, *vel* ILLYRIA, [Ἰλλυρίς] *Regio Epiri contermina, propinqua Italiae: ab* Illyrio, *vt Appianus inquit, Polyphemi filio, ſiue (vt Euſtathio placet) Cadmi filio denominata.* Propert. 1, 8, 2 An tibi ſum gelida vilior Illyria? *vid.* Mela 1, 3. *et* Suet. Tiber. c. 86.

ILLYRĬCVS, a, um. Adi. [Ἰλλυρικὸς] Nigrior Illyrica pice Ouid. de Arte Am. 2, 658. Terrae Propert. 2, 16, 1.

ILLYRICIĀNVS, a, um. Adi. Treb. Poll. in Claud. c. 14 Claudius Illyricianae gentis vir. *Et* Illyriciani l. 25 Cod. Theod. de Petit. *et* Num. Decii. GENIVS EXERCITVS ILLVRICIANI.

ILLYRIVS, i. m. *Gentis nomen.* Liu. 10, 2 Illyrii Liburnique gentes ferae.

I L O *et* I L V

ILOTAE, *vid.* HELOTAE.

ILVA, ae. f. [Ἰλβα] *Inſula eſt adiacens Tuſciae. vid.* ILBA.

ILVS, i. m. [Ἶλος] *Trois Troianorum regis filius, qui Ilium aedificauit. Sed* Virg. Aen. 1, 268 At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo Additur, Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno.

I M

IM, Veteres ponebant pro Eum, a Nominat. Is, Feſtus 9. *Idem tradit* Chariſius 1. Macrob. Saturn. 1, 4 Decemuiri in duodecim Tabb. inuſitate Nox, pro Noctu dixerunt. Verba haec ſunt : Si nox furtum factum eſit, ſei im occiſit, iure caiſus eſto. In quibus verbis id etiam notandum eſt, quod ab eo, quod eſt Is, non Eum caſu Accuſatiuo, ſed Im dixerunt. Lucret. 3, 876 Mors eximit im prohibetque. *Vid. Voſſ. de Anal.* 4, 5. Im *etiam pro* eam *poſitum ſuſpicor. Vid.* INCOHIBESCO.

I M A

IMĀGO, ĭnis. f. [εἰκών, εἴδωλον, Gloſſ. Lat. Gr.] *Simulacrum, ſpecies, exemplar, et alicuius rei repraeſentatio, vel ſenſibus obiecta, vel ſoli animo.* Plaut. Amph. prol. 121 Eccum Iuppiter, in Amphitruonis vortit ſeſe imaginem. Cic. de Amic. 102 Nemo vnquam animo, aut ſpe maiora concipiet, qui ſibi non illius memoriam, atque imaginem praeponendam putet. *De cogitatione* Plin. Epiſt. 7, 5 Inde eſt, quod magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo. *Add.* Liu. 5, 2. Ouid. Met. 6, 589. Exemplumque Dei quisque eſt in imagine parua Manil. 4, 895. Virg. Aen. 2, 772 Atque ipſius vmbra Creüſae Viſa mihi ante oculos, et nota maior imago. Cic. de Natur. Deor. 1, 107 Fac imagines eſſe, quibus pulſantur animi, ſpecies duntaxat obiicitur quaedam. Idem de Fin. 1, 21 c. 6 Atomi, inane, imagines, quae idola nominantur. Ea *(gloria)* virtuti reſonat, vt imago Cic. Tuſc. 3 c. 2. *i. echo. Conf.* Varr. R. R. 2, 16. *Drakenb. ad* Sil. 14, 365. *vid. mox* Vocis imago. Imago, *vt ait* Feſtus, ab Imitatione dicitur. Imago dicitur, quaſi Imitago Porphyr. *in* Horat. Carm. 1, 12, 4. Cic. pro Sext. 30 Si imaginem iudiciorum, aut ſimulacrum aliquod futurum in ciuitate putaſſet. *Frequens eſt de ſtatuis :* Cic. in Orat. 110 Demoſthenis imaginem ex aere vidi. Plin. 35, 2 Imaginum pictura quam maxime ſimiles in aeuum propagabantur figurae. Portentum eſt, quoties coepit imago loqui Martial. 11, 103. Cic. in Piſon. 93 Illi autem ſtatuam iſtius perſimilem, quam ſtare celeberrimo in loco voluerat, ne ſuauiſſimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant. Sic odium, quod in ipſum attulerant, id in eius imaginem ac ſimulacrum profuderunt. *vid.* n. 5. ¶ 2 *Genitiui Nominum, quorum imagines eſſe dicuntur.* Animi imago vultus eſt, indices oculi Cic. de Orat. 3, 219 c. 59. Animorum imagines quoniam non ſunt, negliguntur etiam corporum Plin. 35, 2. Antiquitatis imago Cic. pro Sext. 19. Artis imago quaedam et ſimilitudo Idem de Orat. 2, 356. Tacit. Ann. 3, 17 Biduum ſuper haec imagine Cognitionis abſumtum, *h. e. praetextu et ſpecie iudicii.* Crudelitatis Cic. Philipp. 11 c. 3. Eloquentiae Quinctil. 1, 12. Fati vltimi Idem 6, 2. Horret animus tanti Flagitii imagine Tac. Hiſt. 4, 58, 9. Formae caua, *i. inanis* Virg. Aen. 2, 293. Frugalitatis priſcae Plin. Epiſt. 1, 22. Honeſti imagine vana circumdata Quinct. Decl. 253 p. 459 *Burm.* Idem 2, 10 Quare declamatio, quoniam eſt Iudiciorum conſiliorumque imago, ſimilis eſſe debet veritati. Iuris imago Manil. 5, 457. Liu. 41, 8 His quoque imaginibus iuris ſpretis, *i. obtentu, ſpecie.* Laudis falſa Quinct. 5, 8. Libertatis Tac. Ann. 1, 1. Litis Quinct. 4, 1. Mali felicis aurea Ouid. Epiſt. 20, 237. Maris aurea Virg. Aen. 8, 671. Montis Horat. Od. 1, 20, 8. *i. echo.* Mortis gelidae ſomnus imago Ouid. Amor. 2, 9, 41. Pacis Tacit. Ann. 1, 10. Pietatis, *i. pietas* Virg. Aen. 6, 405. *et* Seruius. Ponti triſtis Ouid. Met. 15, 785. Poenae Idem Met. 6, 589. Tacit. Ann. 16, 1 Nocturnae Quietis imaginem ad ſpem haud dubiam retraxit, *h. e. imaginationem.* Rerum credibilis Quinctil. 4, 2. Reipublicae imaginem nullam reliquiſſent Cic. contra Rull. 2, 87. Somniorum Suet. Calig. c. 1. Speculi Ouid. Met. 4, 349. Plin. 12, 1 Ac ne quid deſit, Speluncae imagini ſaxea intus crepidinis corona, *etc.* Temporis Quinctil. 6, 1. Cic. Fam. 1, 6 Recordatio meorum Temporum, quorum imaginem video in rebus tuis. Terroris Lucan. 7, 773. Tacit. Ann. 2, 53 Magnaque illic imago Triſtium laetorumque. Vitae imago, *h. e. exemplar.* Tac. Ann. 15, 62 Quod vnum iam, et tamen pulcherrimum habebat, imaginem Vitae ſuae relinquere teſtatur. Vbi concaua pulſu Saxa ſonant, Vocisque offenſa reſultat imago Virgil. Georg. 4, 49. *i. echo. vid.* n. 1. *et mox* n. 3 Iocoſa. Vocis humanae loquax imago pſittacus Ouid. Amor. 2, 6, 57. ¶ 3 *Epitheta :* Acres imagines, *vid.* ACER. Cerea Horat. Serm. 1, 8, 43. Cic. pro Roſc. Amer. 47 Vt effictos noſtros mores in alienis perſonis, Expreſſamque imaginem noſtram vitae quotidianae videremus. Ficta Ouid. Met. 14, 323. Humana ſub imagine deus Idem Met. 1, 213. Iocoſa vocis, *echo* Horat. Carm. 1, 12, 3. Ibid. 1, 20, 8. Mendax Prudent. Hymn. ante Somn. *pr.* Moeſta Ouid. ad Liuiam 205. Muta, *pictura* Cic. de Invent. 2, 1. Nocturnae Tibull. 3, 4, 56. Picta aut ficta Cic. Fam. 5, 12. Proconſularis ſaeua ac trux Liu. 5, 2. Puerilis Ouid. de Rem. Amor. 575. Pulchra Idem Epiſt. 16, 85. Regalis Ouid. Met. 6, 74. Repercuſſae imaginis vmbra Idem Met. 3, 434. Tenuis Lucr. 4, 61. Turbida Virgil. Aen. 4, 353. Vana Hor. Carm. 3, 27, 40. Vera orandi Quinct. 5, 12. ¶ 4 Abolere imagines, *vid.* ABOLEO. Quinctil. 6, 2 Quid? non idem Poëta penitus vltimi facti cepit imaginem? Celat falſa culpam ſub imagine Ouid. Met. 2, 37. Concipere animo imaginem alicuius rei Quinctil. 1, 10. Idem 6, 1 Citius euaneſcat neceſſe eſt illa, quam dicendo effinximus, imago. Exprimere imaginem alicuius rei Quinctil. 3, 8. Facere Liu. 5, 2. Induere imaginem mortis, *vid.* INDVO. Irrumpunt imagines in animos, *vid.* IRRVMPO. Ludere aliquem falſis imaginibus Virg. Aen. 1, 408. Hor. Carm. 3, 27, 39. Ludificans ſomnos imago Sil. 8, 643. Quinctil. 5, 8 Laudis falſam imaginem perſequuntur. Tac. Ann. 3, 60 Imaginem antiquitatis Senatui praebebat. Proferre imaginem alicuius Quinctil. 6, 1. Propone tibi memoriam et imaginem patris tui Cic. de Amicit. 102. Reddere imaginem proximam veritati Quinctil. 2, 10. Idem 6, 1 Veſtis tamen illa ſanguine madens, ita Repraeſentauit imaginem ſceleris, vt non occiſus eſſe Caeſar,

Caeſar, ſed tum maxime occidi videretur. ¶ 5 Imagines maiorum, *pro Nobilitate generis accipi ſaepe ſolent. Nempe* ius imaginis *praeſtat aedilitas curulis.* Cic. in Verr. 5 c. 14 *cum aedilis officia enarrauit, addit* Ob earum rerum laborem et ſolicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in Senatu ſententiae dicendae locum, togam praetextam, ſellam curulem, ius imaginis ad memoriam poſteritatemque prodendae. Plin. 35, 2 Apud maiores in atriis *Imagines* erant, quae ſpectarentur, non ſigna externorum artificum, nec aera aut marmora. Expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armariis, vt eſſent imagines, quae comitarentur gentilitia funera, ſemperque defuncto aliquo, totus aderat familiae eius, qui vnquam fuerat Populus: ſtemmata vero lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Tablina codicibus implebantur, et monumentis rerum in magiſtratu geſtarum *etc. Sunt enim ibi plura. Pertinet huc* Iuuenal. 8 *paene tota.* Cic. de L. Agr. 2, 99 c. 36 Quemadmodum quum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt: ſic ſi quid deliquero, nullae ſunt imagines, quae me a vobis deprecentur. Idem in Piſon. 1 Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum: quarum ſimile habes nihil praeter colorem. Gens Flavia obſcura illa quidem ac ſine vllis maiorum imaginibus Suet. Veſp. 1. Appius Claudius, vir honoratiſſimae imaginis futurus apud poſteros Liu. 3, 58 *pr. Conf.* Lucan. ad Piſ. v. 8. Plin. Epiſt. 8, 10, 3 Neque enim ardentius tu pronepotes, quam ego liberos cupio, quibus videor a meo, tuoque latere pronum ad honores iter, et audita latius nomina, et non ſubitas imagines relicturus. Subitas imagines *appellat* Plinius *Nobilitatem parum antiquam: ſed repente fortunaeque beneficio quaeſitam. Vid. de toto hoc argumento Lipſ. Elect. 1, 29. et Spanh. de Vſu Num. diſſ. 10 p. 3 ſq.* ¶ 6 *Obſ. Pro Vagina, quod veluti ſit imago eius rei quam claudit, poni putat* Servius Virg. Aen. 7, 179 *de Sabino,* — Curuam ſeruans ſub imagine falcem. *Sed melior altera interpretatio, in imagine ſeruat falcem, quam viuus geſſerat.* Imago *apud Rhetores eſt Aſſimulatio, collatio, quae et Parabola dicitur. Vid.* Sen. Epiſt. 59. *et Voſſ. Inſt. Orat. 4 c. vlt. et c. 11 §. 7 extr.*

IMAGVNCVLA, ae. f. Dimin. Suet. Aug. c. 7 Nactus puerilem imaguncalam eius aeream veterem. *Add.* Cic. Att. 6, 1.

IMAGINALIS, e. Adi. *Imagine conſtans.* Vet. Interpr. Irenaei 5, 11 Haec Iudaeorum imaginalis eſt deſcriptio. *Idem ſaepius apud* Mar. Victor. aduerſ. Arium.

IMAGINALITER. Adu. *Apud* Auguſtin. . . .

IMAGINARIVS, a, um. Adi. [εἰκονικὸς, φανταστικὸς] *Pro eo vſurpatur, quod non eſt, ſed fingitur modo, ad imaginem rei verae. Eſt, ſed duntaxat imaginatione poteſt comprehendi.* Sueton. in Claud. c. 25 Stipendiaque inſtituit, et imaginariae militiae genus, quod vocatur ſuper numerum, quo abſentes, et titulo tenus fungerentur. Hermog. in l. Qui per colluſionem D. de action. emt. et vend. Qui per colluſionem imaginariam colonum circumueniendi emtoris cauſa ſupposuit, ex emto tenetur. Vlpian. in l. Is, qui ſuis D. de Manumiſſionibus, Si ab ignoto emtus ſit, poſtea autem pretium ſuum obtulerit: dicendum erit, non eſſe audiendum, ab initio enim hoc agi debet, vt imaginaria fiat emtio, et per fidem contractus inter emtorem et ſeruum agatur. *Eſt autem* Imaginarius emtor, *Qui ſeruum ſuis numis emit.* Modeſtin. in l. Contractus D. de Actionibus et obligationibus, Contractus imaginarii etiam in emtionibus iuris vinculum non obtinent, quum fides facti ſimulatur, non intercedente veritate. *Sic et* Imaginarius emtor, *i. Simulatus, et ab alio allegatus,* l. Et qui ſub imagine C. de Diſtractione pignorum. Contractus imaginarii *apud ICtos.* Faſcibus imaginariis cedere Liu. 3, 41. *eorum, qui lege et iure magiſtratu iam abiſſe debent.* Honor Sen. de Conſt. c. 3. Paupertas Idem Epiſt. 20.

IMAGINARIVS, i. m. *Statuarius, qui imagines facit.* Vet. Inſcript. Reineſ. claſſ. 1 n. 2 p. 6. *Sed conf.* IMAGINIFER.

IMAGINARIE. Adu. Sidon. Epiſt. 2, 10. Auguſtin. Confeſſ. 3, 2.

IMAGINABVNDVS, a, um. Adi. Apul. Mileſ. 3 *pr.* Carnificem imaginabundus.

IMĀGĬNEVS, a, um. Adi. Sedul. 1 Carm. de Tribus in fornace, Nil vrente rogo, tantoque ardore calentes Cordis, imagineae vincunt incendia poenae. Imagineae, *i. Poenae propter negatum imaginis cultum inflictae.*

IMAGINIFER, a, um. Adi. Gloſſ. Lat. Gr. Imaginifer, προτόμοφος. Vet. Inſcript. Gruter. f. 1107 n. 1 AVRELIVS SECVNDIANVS IMAGINIFER LEG. S. S. Veget. 2, 7 Imaginarii vel Imaginiferi, qui imperatoris imagines ferunt.

IMAGINŌSVS, a, um. Adi. [φαντασιώδης] *Vox adhuc apud Solum inuenta* Catullum 41 *vbi poſtquam miratus eſt puellam* tota millia decem popoſciſſe, *ait,* Propinqui, quibus eſt puella curae, Amicos medicoſque conuocate. Non eſt ſana puella. nec rogate, Qualis ſit: ſolet haec imaginoſum. *Muretus cum aliis legebat,* Nec rogare *et* imaginoſum *interpretabatur Speculum hoc ſenſu, nec ſolet illa conſulere de ſua forma ſpeculum: alioqui non ita inſaniret. Scal.* Solet haec imaginoſum *int. morbum habere, ſomniare oculis apertis. Iſ. Voſſius,* ſolet ἐκμαγεῖον ὄζειν *ſpongiam obſcenis vſibus adhibitam olere. Media ſententia videtur cum morbo et medicis et inſana poſtulatione conuenire. Scaliger. ad* Catull. *l. c.*

IMAGĬNO, āre. [εἰκονίζω] *Imagines facere, ſeu repraeſentare.* Gell. 16, 18 Vt ſpeculum in loco certo poſitum nihil imaginat, alorſum tranſlatum facit imagines. ¶ 2 *Depon.* Imaginor. [εἰκάζω, φαντάζω] *Significat rei alicuius ſibi fingere imaginem, i. ſimilitudinem mente concipere, et apprehendere.* Plin. 9, 35 Imaginetur eorum fercula. Idem 20, 13 Ideo profluuio genitali datur, et Venerem crebro per ſomnia imaginantibus. Calpurnia vxor imaginata eſt collabi faſtigium domus Suet. Caeſ. c. 81. Mox imaginatus eſt veniſſe Neronem Plin. Epiſt. 5, 5. Imaginari aliquem, *eſt Animo ſuo ſubiicere qualis ſit* Plin. Epiſt. 1, 14. *Sic* 8, 6, 11 Imaginare Pallantem velut intercedentem Senatusconſulto.

IMAGINATIO, ōnis. f. [φαντασία] Imaginationes libidinum in ſomno compeſci Plin. 20, 7.

IMAGINATIVVS, a, um. Adi. Auguſtin. Tom. 3 p. 867 Imaginatiua vis in anteriori parte cerebri.

IMAGINATVS, a, um. Part. *Paſſiue* Lactant. 5, 13 *extr.* Terram digitis ſuis imaginatam metuant et adorent, *i. Statuam e terra fictam.*

IMANTOPODES, *vid.* HIMANTOPODES.

IMARMĔNE, es. f. [εἱμαρμένη] *Fatum.* Cic. de N. D. 1 c. 20. *et* de Diuin. 1 c. 55. *vt Deam ſiſtit* Mart. Capell. 1 p. 17.

IMAVS, i. m. [Ἴμαος] *Mons Indiae, qui extenditur vsque ad fontes Gangis, vltra quem ſunt Scytharum gentes.* Plin. 6, 17.

I M B

IMBALNITIES, ei. f. *Idem fere quod* illuuies, *negata balnei copia, intermiſſus vſus.* Lucil. Sat. 26, 69 *apud* Non. 2, 437 Hic cruciatur fame, frigore, illuuie, imbalnitie, imperfundie, incuria.

IMBARBESCO, ĕre. Barbatum fieri Feſtus.

INBECILLIS, e. *vel* IMBECILLVS, a, um. Adi. [ἀσθενὴς] *Sine baculo, quaſi* Baculo indigens: *Debilem ſignificat et languidum, vt,* Imbecillus gemitus Cic. Tuſc. 2, 57. Idem Q. Fratr. 2, 9 Marius et valetudine et natura imbecillior. *Et* de Amicit. 72 Vt ſi parentibus nati ſunt humilibus, ſi propinquos habeant imbecilliores vel animo vel fortuna, *etc.* Nemo e nobis imbecillus fuit, cuius ſalus ac valetudo non ita ſuſtentaretur Caeſaris cura Vell. 2, 114, 1. Aetas imbecilla Hor. Serm. 2, 2, 85. Animus Cic. Fam. 5, 16. Idem pro Flacc. 72 Imbecilli conſilii mulier. Cultor imbecillus Plin. Epiſt. 3, 19. Filius Cic. de Sen. c. 11. Homo Idem Fam. 7, 1. Plin. in Paneg. c. 79 Quis eſt enim tam imbecilli ingenio, qui non tanto meliorem Conſulem ſperet, quanto ſaepius fuerit? Materiae imbecillae cibus: *h. e. Infirmi et pauci alimenti* Celſ. 2, 18 *per totum.* Materia imbecilliſſima *Idem ibid.* Cic. Att. 10, 16 Quamobrem quidquid habes ad conſulendum, collige, et illa ſcribe, non ex doctrina, neque ex libris (nam id quidem domi eſt,) ſed neſcio quomodo imbecillior eſt medicina, quam morbus. Cic. de Amicit. 64 Imbecilla enim natura eſt ad contemnendam potentiam, quam etiam, ſi neglecta amicitia conſecuti ſunt, excuſatum iri ſe arbitrantur, quia non ſine magna cauſa ſit neglecta amicitia. Sen. Epiſt. 71 Ad quae omnes imbecilli ſumus. Rebus docere imbecillibus Cic. de Amicit. c. 13. Senectus imbecillior facta Idem de Sen. c. 9. Vox imbecilla Quintil. 11, 3. Imbecillus, *a Nomine* Baculus, *contra naturam Primitiui ſecundam producit.* Hor. Serm. 2, 7, 39 Imbecillus, iners, ſi quid vis, adde popino. *Ita etiam* Paullin. de Celſi obitu 114 Imbecilla quidem, ſed naturalia carnis. *forte in his τὸ C geminandum. Certe corripitur ſecunda* Prudent. Cath. 11, 99. *et* Hymn. poſt Cib. v. 2. *Superl.* Sen. de Benef. 4, 18 Quid ſumus? Praeda animalium et victima ac imbecilliſſimus ac facillimus ſanguis. *Idem etiam* Epiſt. 85 Quantum ſapienti damus ſi imbecillimis fortior eſt.

IMBECILLĬTAS, ātis. f. [ἀσθένεια, νόσος Gloſſ. Lat. Gr.] *Debilitas, infirmitas, defatigatio, ad animum et ad corpus refertur, ſicut et imbecillus.* Cic. de Amicit. 27 Maxime illud conſiderandum videri ſolet, num propter imbecillitatem atque inopiam deſiderata ſit amicitia. Aegri, quos longa imbecillitas affecit Sen. Ep. 7. Aetatis imbecillitas Cic. ad Brut. 10. Conſilii Idem Off. 1, 117. Morbus et imbecillitas corporis Cic. Att. 11, 6. Generis humani imbecillitas, fragilitaſque Idem Tuſc. 5, 3 c. 1. Ingenii Plin. Epiſt. 4, 18. Laterum infirmitas, et virium imbecillitas Cic. de Clar. Orat. 202. Materiae murorum imbecillitas Caeſ. B. C. 2, 15. Stomachi imbecillitates Scribon. 121. Recidere ad imbecillitatem Celſ. 3, 19. Valetudinis Cic. Fam. 7, 1.

IMBECILLĬTER. Adu. [ἀσθενῶς] *Debiliter, et remiſſe ac languide.* Cic. Acad. 4, 52 c. 17 Dubitant, haeſitant, reuocant ſe interdum: hiſque quae videntur, imbecillius aſſentiuntur. Idem Tuſc. 5, 58 c. 30.

IMBELLIS, e. Adi. [ἀπόλεμος, ἄμαχος] *Ad bellum et pugnam inhabilis et ineptus.* Hor. Carm. 1, 15, 15 Imbelli cithara carmina diuides. Carmen Stat. Theb. 10, 874. Dies imbellis, *In quo non pugnatur, aut ſtrenuum opus aliquod agitur.* Sil. 11, 408 — Diſcatque Lyaeo Imbellem donare diem. Annum imbellem agere, *Sine bello* Liu. 10, 1. Idem 9, 45. Ouid. Epiſt. 1, 97 Tres ſumus imbelles numero, ſine viribus, *etc.* Cic. Off. 1, 82 Nunquam omnino periculi fugâ committendum eſt, vt Imbelles timidique videamur. Ignauus et imbellis inter hoſtes Liu. 26, 2. Capreae Ouid. Faſt. 5, 372. Cerui Virg. Georg. 3, 265. Cithara Hor. Carm. 1, 15, 15. Columba Idem ibid. 4, 4, 32. Damae, *vid.* DAMA. Fretum Stat. Silu. 3, 5, 84. Hoſtes Liu. 1, 12. Lacerti Ouid. Met. 13, 109. Lyrae Propert. 4, 3, 36. *Conf. h. l. Brouckh.* Manus Propert. 4, 3, 24. Somnus Stat. Theb. 3, 256. Virg. Aen. 2, 544 Sic fatus ſenior: Telumque imbelle ſine ictu Coniecit: i. e. Inutile. Seruius. Triennium Liu. 4, . . Turba feminarum imbellis, inermiſque Liu. 28, 23. *Compar.* Tacit. Hiſt. 4, 33, 7 Caeſorum maior numerus et imbellior.

IMBELLIA, ae. f. [ἀνανδρία] *Ignauia, conditio imbellis.* Macrob. Saturn. 2, 2 Tum Poenus eludens ignauiam imbelliamque militum eius pretioſe armatorum, *etc. Conf.* Gell. 5, 5. *et* Feſt.

IMBER, bris. m. *Abl.* bre *vel* bri. [ὄμβρος] *Pluuia et aqueus ille humor, qui e caelo dimittitur.* Plaut. Moſt. 1, 2, 30 Venit imber, lauat parietes: perpluunt tigna. Ter. Eun. 3, 5, 37 Quo pacto Danaë miſiſſe aiunt quondam in gremium imbrem aureum. *De maiori aquarum caeleſtium copia proprie* imbrem *dici, apparet ex* Lucr. 6, 511 Nam vis venti contrudit, et ipſa Copia nimborum, turba maiore coorta, Vrget, et e ſupero premit, ac facit effluere imbres. *Et 316* Sed vehemens imber fit, vbi vehementer vtroque Nubila vi cumulata premuntur, et impete venti. *Sic 1, 287* Amnis magno turbidus imbri. *Add. 1, 806. Sed nec male* Imbrem, *inquit* Nonius 6, 64 conſuetudo, Agmen caeleſtium aquarum et pluuiarum induxit ſolum dici: quum auctoritas variet, ſignificetque Omnem humorem aqueum. Virg. Georg. 4, 115 — Et amicos irriget imbres. *de horti cultura. Nempe ſimpliciter* Imber *aqua eſt. Ipſe* Lucret. 1, 784

Et primum faciunt ignem ſe vertere in auras
Aëris, hinc imbrem gigni, terramque creari
Ex imbri, retroque a terra cuncta reuerti,
Humorem primum *etc.*

Sic Poëta neſcio quis, Ex igni terraque animae *(venti)* naſcuntur et imbri. *Aliqua dabimus n. 4.* Virg. Aen. 1, 123 Accipiunt inimicum imbrem. Lucret. 6, 106 Nec cohibere niues gelidas, nec grandinis imbres. *Qua loco Turnebus,* Imber, *pluuiae eſt, inquit, aut grandinis lapſus et agmen, vnde* Imber pluuiae, *et* Imber grandinis *dicitur.* Cic. Topic. 39 Vt aqua pluuia vltimo genere ea eſt, quae de caelo veniens creſcit imbri. ¶ 2 *Epitheta:* Actus caelo magnis Aquilonibus imber Virg. Georg. 2, 334. Aſſidui et magni Cic. Att. 13, 16. Atri Virg. Georg. 1, 236. Atrox Stat. Theb. 10, 536. Caeruleus Virg. Aen. 3, 194. Collecti Hor. Epiſt. 1, 15, 15.

15. Continens, *vid.* CONTINEO. Denſiſſimus Virg. Georg. 1, 333. Edax Hor. Carm. 3, 3, 3. Effuſus nubibus Virg. Georg. 4, 312. Fecundi Idem ibid. 2, 325. Frigidus Virg. Georg. 1, 259. Intempeſtiui Lucret. 2, 928. Virg. Ecl. 7, 60 Iuppiter et Laeto deſcendit plurimus imbri. Idem Georg. 1, 284 Quique ſatis Largum caelo demittitis imbrem. Maximus Cic. Verr. 4, 86. *Et* Att. 7, 19 Maximo imbri Capuam veni. Multus Lucret. 6, 415. Neptuni imber Enn. *ap.* Non. 6, 64. *i. mare.* Pluuiales Tac. H. 5, 23, 6. Pluuius Ouid. Faſt. 6, 282. Praeruptus Claud. in prim. Conſ. Stil. 2, 462. Saxeus Sil. 13, 181. Subiti Lucret. 5, 217. ¶ 3 *Verba:* Amnis Concitus imbribus Ouid. Met. 3, 79. Creſcunt imbres gelidis ventis Ouid. Met. 9, 220. Decidit imber multa aqua Tibul. 1, 2, 7. Auſter Diffundit imbres Stat. Theb. 1, 350. Effudit imber lapides Iuuen. Sat. 13, 67. Cato c. 2 Quum tempeſtates pluuiaeque fuerint: videto quot dies, quaeue opera per imbrem fieri potuerint. *i. Imbris tempore.* Imbrem in cribrum Gerere Plaut. Pſeud. 1, 1, 100. *i. aquam.* Parabitur imber maximus agricolis pelagoque Virg. Georg. 1, 429. Perpeſſus ventos, et imbres Virg. Aen. 9, 60. Pulſatur vento et imbri Idem Aen. 4, 249. Vitare imbres Lucret. 5, 955. ¶ 4 *Obſeruate.* Gelidus imber, *pro Simplici aqua, apud* Lucret. 6, 148. Calidis perfundes imbribus artus Ouid. Amor. 2, 15, 23. *Aqua calida.* Imber primus veſpertino roris Pallad. Nou. 13, 4. *De lacrimarum effuſione:* Ouid. Amor. 3, 6, 68 Spargebat tepido flebilis imbre ſinus. Vini imber adſpergitur farri Pallad. 1, 29, 2. *Conf. 1, 35, 13.* Lactis, lapidum, ſanguinis, et terrae imber Cic. de Diuin. 1, 98. Lapideus et ſanguineus Cic. de Diuin. 2, 60. *Vid.* Lapideus *in* LAPIS. *Conf.* Apul. Mileſ. 8 p. 209. Prudent. Tetraſt. 45. *de Stephano.* Tempeſtas telorum, et ferreus ingruit imber Virg. Aen. 12, 284. *Conf.* Ennius *apud* Macrob. Saturn. 6, 1. *Et* Stat. Silu. 1, 6, 27. *Librarii permutant hanc vocem cum* Ignis: Brouckh. *ad* Tib. 1, 1, 42.

IMBER, i. m. [Imbrum ὄμβρον Vet. Gloſſ.] *Secundum quae* Imber *mulum ſignificabit. Vid.* HYBRIDA.

IMBREX, *vid. mox ſ. l.*

IMBRIALIS, e. Adi. Cael. Aurel. Tard. 5, 10 Aqua imbrialis vel ciſternina.

IMBRĬDVS, a, um. Adi. Solinus c. 10 *al.* 4 Nam homo Sardus opem plurimam de imbrido caelo habet. *Sic et* Pallad. Ian. 13, 2.

IMBRĬCVS, a, um. Adi. [ὄμβριος] *Pluuioſus, et imbres ferens aut generans.* Plaut. Merc. 5, 2, 35 Hic Fauonius ſerenus eſt, hic Auſter imbricus, *etc.* Macrob. Saturn. 5, 20 Quum ea ſit anni temperies, vt hiems ſerena ſit, ſolſtitium vero imbricum, fructus optime proueniunt. Tempeſtas imbrica Feſt.

IMBRICITOR, ōris. m. *Pluuioſus, forte quaſi imbres ciens, aut citans.* Ennius in 17. *apud* Macrob. Saturn. 6, 2

Concurrunt veluti venti, quum ſpiritus Auſtri
Imbricitor, Aquiloque ſuo cum flamine contra;
Inde mari magno fluctus extollere certant. *Al.*
Endo mari magno fluctus extollere coeptant.

IMBRĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. [ὀμβροφόρος] *Idem.* Columel. 7, 6, 4 Hanc pecudem mutilam parabimus quieto caeli ſtatu: nam procelloſo atque imbrifero cornuta ſemper. *Add.* 5, 5, 4. Arcus Tibul. 1, 4, 44. Auſtri Ouid. Met. 13, 725. Hiems Sil. 3, 197. Ver Virg. Georg. 1, 313.

IMBRIFĬCO, āre. *Imbribus augere.* Mart. Cap. 6 p. 191 Hanc (*Tellurem*) tener, et vitreis circumuolitabilis auris Aër complectens imbrificabat aquis.

IMBRIFICATVS, a, um. Adi. Mart. Capel. 6 Imbrificatae nubes. *i. Imbri grauidae.*

IMBERBIS, e. Adi. [ἀγένειος] *Sine barba.* Cic. de N. D. 3, 83 Iſto enim modo dicere licebit Iouem ſemper barbatum, Apollinem ſemper imberbem. Imberbis *et* Bene barbatus *contraria* Cic. in Catil. 2, 22. Adoleſcentulus Cic. pro Domo 37 c. 14. Iuuenis Hor. de Arte Poët. 161. Idem Epiſt. 2, 1, 85.

IMBERBVS, a, um. Adi. *Idem. Vid.* Non. 8, 84. *ex* Lucil. 30, 19. *Sic apud* Chariſ. p. 74. *ex* Varr. Imberbi iuuenes. *et* Cic. Imberba iuuentus.

IMBĬBO, ĭbi, ĭbĭtum, ĕre. [ἐμπίνω] *Auget aliquantum ſimplicis ſignificationem.* Plin. 24, 15 Radix eius imponitur carbonibus cupreſſi: atque is nidor per infundibulum imbibitur in vetere tuſſi. *de chamaeleuce. Metaphorice.* Cic. Verr. Act. 1, 42 c. 14 An iſte vnquam de ſe bonam ſpem habuiſſet, niſi de vobis malam Opinionem animo imbibiſſet? *In animum inducere, Sibi perſuadere.* Cic. pro Quint. 27 c. 6 Quod ſi facere nolit, atque imbiberit eiuſmodi rationibus illum ad ſuas conditiones perducere, *etc.* Liu. 2, 47 *extr.* Neque immemor eius, quod initio conſulatus imbiberat, reconciliandi animos plebis, *etc.* Lucret. 3, 1010 Qui petere a Populo faſces, ſaeuaſque ſecures Imbibit, *etc. Vid. Lambin. et Creech. Plura de hoc verbo Muretus Var. Lect. 5, 5. Conf. 13, 4.*

IMBITO, ĕre. *Ingredi.* Domum meam ne imbitas Plaut. Epid. 1, 2, 42.

IMBONITAS, ātis. f. Omnis duritia imbonitas et inſuauitas Tertull. ad Mart. c. 3.

IMBRACTEO, āre. *Bracteis obducere.* Ammian. 14, 15 Statuas auro curant imbracteari. *Et* 17, 8 (*Valeſ.* 4) Facis ſimitamentum aereum, itidem auro imbracteatum.

IMBRĀSVS, i. m. Sami *fluuius*, qui et Parthenius. Plin. 5, 2. ¶ 2 *Nomen viri, vnde*

IMBRĀSIDES, ae. m. Virg. Aen. 10, 123. *Idem Plur.* Aen. 12, 343 Imbraſidas Glaucum atque Laden, quos Imbraſus ipſe Nutrierat Lycia paribuſque ornauerat armis.

IMBREX, ĭcis. m. *vel* f. *Tegula caua, velut ſegmentum cylindri, quae tectis applicari ſolet, vt per eam defluat aqua.* Anguſti imbrice tecti locum premere Virg. Georg. 4, 296. Plin. 17, 14 Seruarique inter duos imbrices. Columel. 9, 13 Imbricibus infuſum praebeant libandum. Plaut. Mil. 2, 6, 24 Quod meas confregiſti imbrices et tegulas, *etc. Vid.* Vitruu. 5, 10 Ab imbre deducto nomine. Tegularum extremis imbricibus impoſuit Plin. 35, 12. ¶ 2 Martial. 2, 37 Quidquid ponitur, hinc et inde verris, Mammas ſuminis, imbricemque porci. *Vertebram demtis coſtis interpretantur. Malim coſtarum arcus hinc et hinc relinqui, vt imbricis formam referat. Apud* Suet. Ner. c. 20, 6 Plauſus genus denotat ad ſimilitudinem crepantis ſuper tegulam pluuiae commentum. *Vid. ibi Caſaub.*

IMBRICIVM, i. n. *Idem quod Imbrex.* Martial. 2, 35

Quum ſint crura tibi, ſimilent quae cornua Lunae,
Imbricio poteras Sexte lauare pedes. *Alii ſic legunt,*
Quum ſint crura tibi, ſimulent quae cornua Lunae:
In rhytio poteras Phoebe lauare pedes.

Putant autem Rhytium *eſſe genus vaſis. Euſtbatius enim in 23 Iliados dicit* Rhyton, *et per diminutionem* Rhytion, *Vas fuiſſe incuruum, et cornu ſimillimum: atque ab aliis κέρας, hoc eſt cornu appellari. Merito ergo* Martialis *Phoebum, cuius crura cornibus Lunae perquam ſimilia erant, monet vt pedes in* rhytio *lauet. Sic etiam Ramireſ.*

IMBRĬCO, āre. [καλυπτηρίζω Gloſſ. Gr. Lat.] *In modum imbricis facere, et quaſi imbricibus tegere.* Plin. 11, 1 Aut ſuperne tantum imbricatis flexibilibus vertebris. Sidon. Epiſt. 2, 2 Tegulis imbricarentur. Vitruu. 2, 8 Incerta vero caementa alia ſuper alia ſedentia inter ſe imbricata, non ſpecioſam, ſed firmiorem, quam reticulata, praeſtant ſtructuram. Imbricata, *inquit Budaeus, appellat Inter ſe haerentia, imbricum modo.* Imbricatum conchae genus vndata diſtinctione Plin. 9, 33. Idem 11, 37 ſ. 65 Lingua leonibus ac pardis, omnibuſque generis eius, etiam felibus, imbricatae aſperitatis, et limae ſimilis, attenuanſque lambendo cutem hominis. Imbricati vngues ſimiae Plin. 11 c. 45.

IMBRICĀTIM. Adu. *Imbricis modo.* Plin. 9, 33 *de concharum generibus*, Iam diſtinctione virgulata, crinita, criſpa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata.

IMBRICVS, IMBRIFER, *vid.* IMBER.

IMBROMIDO, āre. Sordidare *redditur in* Gloſſ.

IMBRVMATVS, a, um. Adi. *Apud* Iſid. 5, 35 Cui faſtidium eſt ciborum: *quod* Edacitas Graece Bruma *appelletur. Reſpicit forte ad* βρῶμα.

IMBRVS, i. f. [Ἴμβρος] *Inſula Thraciae, Mercurio ſacra, quem vocant* Imbranum. *Oppido quoque in ea nomen eſt* Imbrus, *vt ait Stephanus.*

IMBRIVS, a, um. Adi. [Ἴμβριος] Terra Imbria Ouid. Triſt. 1, 10, 18.

IMBVBINO, āre. Lucil. *apud* Feſt.

IMBVBINATVS, Fragm. Poët.

IMBVLBITO, āre. *Idem ibid. vid.* BVBINO.

IMBVO, ui, ūtum, ĕre. [ποτίζω] *Videtur primo dictum eſſe hoc verbum de nutricibus mammam praebentibus, et illius papilla os offercientibus (quod Graece βύειν vel βύζειν eſt) paruorum.* Bua *eſſe puerorum vocem bibere petentium ſ. l. dictum.* Feſtus, Imbutum eſt, quod cuiuſpiam rei ſuccum bibit: vnde infantibus an velint bibere, dicentes, BV Syllaba contenti ſumus. *Idem,* Exbuae, quae ebiberunt, quaſi expotae: *vbi obſeruat Scaliger,* Vinibuas *a Lucilio dictas mulieres vini bibaces.* Imbuere *eſt igitur potum, primum praeſertim, dare, et illo rigare puerum: deinde generatim madefacere, intingere, eoque vel maculam perpetuam, vel colorem, ſaporem, odorem etc. addere.* Columel. 9, 14 *prope fin.* Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, vt inſiſtentes apes, quaſi per ſiphonem ſuccum euocent. Hor. Epiſt. 1, 2, 69 Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem Teſta diu. Virg. Ecl. 1, 8 — Illius aram Saepe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus. h. e. Perfundet, madefaciet. Seruius. Arma ſanguis nouus imbuit Virg. Aen. 7, 554. Manus imbutae ſunt ſanguine Conſulis Paterc. 2, 20, 1. Cic. Philipp. 2, 20 Quum autem ſemel gladium ſcelere imbuiſſet, nulla res ei finem caedendi, niſi defatigatio et ſatietas attuliſſet. Munus tabo imbutum Hor. Epod. 5, 65. *de palla Deianirae Neſſi Centauri ſanguine tincta.* Tela imbuta veneno Ouid. Triſt. 4, 1, 77. Tellus imbuta ſcelere Catul. 62, 397. Veſtis imbuta ſanguine Ouid. Met. 9, 253. Via Appia imbuta ſanguine latronis Cic. pro Milon. 28. ¶ 2 *Metaphoras habet frequentes.* Plin. 8, 45 Optime cum domito iuuencus imbuitur. *h. e. Domatur, docetur. Conf. Taubm. ad* Virg. Ecl. p. 7. Tacit. Hiſt. 1, 5 Miles vrbanus longo Caeſarum ſacramento imbutus, et ad deſtituendum Neronem, *etc.* Cic. de Orat. 2, 162 Sin ſit is qui et doctrina liberaliter inſtitutus, et aliquando iam imbutus vſu. Sic imbuti ſumus, vt, quibus erat ſumma votorum melior peſſimo princeps, iam non poſſimus niſi optimum ferre Plin. Paneg. c. 44. Cic. in Orat. 165 c. 49 Ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus. *Ex* Orat. pro Milon. 10 c. 4. Flor. 2, 18, 8 Scipio Carthaginis incendio ad excidia vrbium imbutus. Gell. 16, 8 Cum in diſciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus. Chariſ. 5 *extr.* Imbuo puerum rubrica et rubricam. *Videtur tamen* Imbuere aliquem aliquid *per Ellipſin dici pro* In aliquid. Tacit. Hiſt. 5, 5, 5 Nec quidquam prius imbuuntur quam contemnere Deos, exuere patriam. Admiratione imbutus Liu. 21, 39. Plin. 6, 22 Sex menſium tempore imbutus Alloquio, *i. linguam eatenus doctus vt commercium ſermonis eſſet.* Amoribus imbutus aulae Stat. Theb. 11, 661. Artibus imbuere ingenium, *i. Inſtituere, ornare.* Plaut. Trin. 2, 2, 16. Cic. Off. 1, 118 Parentum praeceptis imbuti, ad eorum conſuetudinem moremque deducimur. Animos errore Liu. 39, 8. Cic. Tuſc. 3, 3 Imbui erroribus. Idem de Fin. 1, 60 Imbutus ſuperſtitione. Fauore imbutus Tacit. Hiſt. 2, 85. Formidine imbutus Hor. Epiſt. 1, 6, 4. Horrore imbuere Liu. 39, 8. Literis leuiter imbutus Quinctil. 1, 2. Literulis Graecis imbutus Hor. Epiſt. 2, 2, 7. Odio imbutum bellum, *h. e. Aſperſum et refertum, aut flagrans* Cic. pro Domo 60. Liu. 4, 36 Iam inde ab incunabulis imbutum odio tribunorum. *Et* Iuſtin. 29, 1, 7. Cic. pro Font. 31 Sed totum illud ſociale bellum macula ſceleris imbutum eſt. Idem Att. 14, 13 Nam de puero Clodio tuas partes eſſe arbitror, vt eius animum tenerum, quemadmodum ſcribis, his opinionibus imbuas, vt ne quas inimicitias reſidere in familiis noſtris arbitretur. Cic. Tuſc. 1, 30 Vt porro firmiſſimum hoc afferri videtur, cur deos eſſe credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium ſit tam immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio. Pietate imbuere pectora Liu. 1, 21. Sermonibus aures alicuius Tacit. Hiſt. 4, 7. Cic. pro Deiot. 28 Quibus ille ſtudiis ab ineunte aetate ſe imbuerat. Tirocinio imbuere Liu. 9, 43. Vitiis aliquem Quinctil. 1, 1. Praeda imbui Tacit. Hiſt. 3, 13. Imbutus Rudimentis militiae cum aliquo actae Paterc. 2 *extr.* Imbui caſtrenſibus ſtipendiis, *Primis annis caſtrenſia ſtipendia emereri* Plin. Epiſt. 8, 14, 5. Amicitiae religioſa Superſtitione imbutae Quinctil. 1, 2.

IMBVTAMENTVM, i. n. Fulgent. Mythol. 1, 1 Variis dogmatum imbutamentis laſciua Graecorum praeſtruens corda.

IMBVRVM, i. n. Varr. de L. L. 4, 27 Imburum, fictum ab

Vrbo, quod ita flexum, vt redeat ſurſum verſus, vt in aratro, quod eſt vrbum. *Vid. Scalig. ad* Varr. *c. l. et Turneb. 22, 30.*

I M I

IMĬTOR, āri. Dep. [μιμέομαι] *Mores, actum, habitum, geſtum etc. alterius effingere, quod a Graeco deducitur μιμῶμαι.* Cic. de Orat. 2, 91 c. 22 Nihil eſt facilius, quam amictum imitari alicuius, aut ſtatum, aut motum. Si vero etiam vitioſe (*ſ.* vitioſi) aliquid eſt, id ſumere, et in eo vitioſum eſſe, non magnum eſt. Vt ille, qui nunc etiam amiſſa voce furit in Rep., Fuſius, neruos in dicendo C. Fimbriae, quos tamen habuit ille, non aſſequitur; oris prauitatem et verborum latitudinem imitatur, *etc.* Maiores noſtri imitari quam inuidere bonis malebant Sall. Cat. 51. Vix dici poteſt, quanto libentius imitemur eos, quibus fauemus Quinct. 2, 2. Mecum vna in ſiluis imitabere Pana canendo Virg. Ecl. 2, 31. Stultiſſimum credo, non optima quaeque ad imitandum proponere Plin. Ep. 1, 5. Idem Epiſt. 7, 30 Quam ſane, quum componerem illos, habui in manibus, non vt aemularer (improbum enim, ac paene furioſum) ſed tamen imitarer et ſequerer, quantum aut diuerſitas ingeniorum maximi et minimi, aut cauſae diſſimilitudo pateretur. Plaut. Ciſt. 1, 1, 29. Cic. in Orat. 19 Quem ſi imitari atque exprimere non poſſumus. Id. de Orat. 2, 194 Heroum veteres caſus fictosque luctus vellem imitari atque adumbrare dicendo. Cic. de Clar. Orat. 137 Cotta cum verbis, tum ſono ipſo ſubruſtico proſequebatur atque imitabatur antiquitatem. Alas auium Plin. 12, 6. *i. Simile eſſe alis auium.* Chirographum alterius, *Effingere et adulterare.* Suet. in Tito c. 3. Cic. de N. D. 3, 74 c. 30 Chirographum ſex primorum imitatus eſt. Geſtum alicuius Lucret. 4, 320. Gaudia falſa Tibull. 3, 7, 1. Tacit. Ann. 1, 24 Quamquam Moeſtitiam imitarentur, contumaciae propiores. Plin. 10, 42 Agrippina turdum habuit imitantem Sermones hominum. Voces alicuius Propert. 1, 13, 3. ¶ 2 *Erat etiam veteribus* Imito, āre Non. 7, 46 *ex* Varrone, Tuum opus nemo imitare poteſt. Liu. Achill. Si malos imitabo, tum tu precium pro noxa dabis.

IMITANS, antis. Part. Imitantes omnia picae Ouid. Met. 5, 299. Idem 11, 613 Varias imitantia formas Somnia.

IMITĀTVS, a, um. Partic. Paſſ. [ἀπεικασθεὶς] Cic. de Vniverſ. c. 3 Quum autem ingreſſa eſt imitata et effecta ſimulacra, bene agi putat, ſi ſimilitudinem veri conſequatur. *Actiue.* Hor. Serm. 2, 3, 186 Vulpes imitata leonem. Idem Epiſt. 2, 1, 207 Lana violas imitata. Idem Carm. 4, 2, 56. *Conf.* Virg. Georg. 4, 72.

IMITATVS, ûs. m. Val. Max. 4, 6 *pr.* Opera ardua imitatu.

IMITATIO, ōnis. f. [μίμησις, μίμημα] Cic. Philipp. 14, 17 c. 6 Excellentium ciuium virtutem imitatione dignam non inuidia putarent. Supra imitationem poſitus, *i. Quem prae excellentia nullus imitando conſequi poteſt* Sen. Epiſt. 71. *Conf.* Iuſtin. 3, 3, 5. *De* imitatione, *vid.* Quinctil. 10, 2. Callidiſſima ſimplicitatis imitatio Idem 4, 2. *Ab* Aemulatione *quomodo diſtat* Imitatio *docet* Non. 5, 59.

IMITĀTOR, ōris. m. [μιμητὴς, ζηλωτὴς] Martial. 1, 40 Si quis erit recti cuſtos, imitator honeſti. *al. leg.* mirator. Cic. de Legg. 3, 31 Etenim tantum mali eſt peccare principes (quanquam eſt magnum hoc per ſe ipſum malum) quantum illud, quod permulti imitatores principum exiſtunt. Moris maiorum imitator Nep. 25, 18, 1. Cic. Philipp. 3, 8 O ciuem natum Reipub. memorem ſui nominis, imitatoremque maiorum! Imitator et narrator facetus Cic. de Orat. 3, 219 c. 54. Doctus Hor. de Arte Poët. 318. O imitatores ſeruum pecus, vt mihi bilem, vt mihi ſaepe iocum veſtri mouere tumultus. Hor. Epiſt. 1, 19, 19. *Vt enim ſerui non audent veſtigia dominorum deſerere, ita* imitatores *ne latum quidem vnguem ab eo, quem imitantur, diſcedere volunt.*

IMITĀTRIX, īcis. f. [μιμητὶς] Cic. de Legib. 1, 47 c. 17 Penitus in omni ſenſu implicata inſidet imitatrix boni voluptas. Plin. 10, 23 Auis imitatrix.

IMITABĬLIS, e. Adi. [μιμητὸς] *Quod quis poteſt imitari.* Cic. in Orat. 76 c. 23 Nam orationis ſubtilitas imitabilis illa quidem videtur eſſe exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus. Non imitabile fulmen Virg. Aen. 6, 590. Decipit exemplar vitiis imitabile Hor. Epiſt. 1, 20, 17. *Compar.* Plin. 37, 8 Neque eſt imitabilior alia mendacio vitri. *de ſmaragdo loquitur.*

IMITĀMEN, ĭnis. n. [μίμημα] Priſci facti imitamina Ouid. Faſt. 4, 211. Idem Met. 15, 200.

IMITAMENTVM, i. n. [μίμημα] *Idem quod Imitamen.* Gell. 7, 5 Quaſi Oreſtis amplexus oppleuit omnia, non ſimulacris, neque imitamentis, ſed luctu atque lamentis veris et ſpirantibus. Tacit. Ann. 3, 55 Meditata ad memoriam virtutis carmina, et laudationes, et lacrimas, vel doloris imitamenta. Tacit. Ann. 13, 4 Caeterum peractis triſtitiae imitamentis, curiam ingreſſus, *etc.* Idem Ann. 14, 57, 6 Veterum Romanorum imitamenta praeferre.

IMITVS, *vid. ſub* IMVS.

I M M

IMMACV̆LO, āre. *Idem quod ſimplex Maculo, niſi ſi quid augmenti addat* Praepoſitio. Firmicus 4, 16 Vt diſciplinae huius ſecreta nullus inuidiae liuor immaculet. Idem 6, 17 Quam peſtiferum miſera contagione vitium immaculet. *Et* c. 3 Notis quibusdam totum corpus immaculant, aut albis varietatibus dedecorant. *Add. Id. 1, 11. Sed contrariam vim habet Praepoſitio in* Immaculatus *et* Immaculabis.

IMMACVLATVS, a, um. Partic. Lucan. 2, 735 Abſcondat Fortuna nefas, Romanaque tellus Immaculata ſui ſeruetur ſanguine Magni. *Plura Borrich. Cogit. p. 125 ex* Ammian. 19, 12 *etc.*

IMMACVLABILIS, e. Adi. Auſon. ad Gratian. Imp. c. 27 *pr.* Lautus manibus, mente pura, immaculabili conſcientia.

IMMĂDEO, ui. *vel potius* IMMADESCO, ĕre. [διαίνομαι] *Madidum eſſe.* Plin. 17, 5 Quum a ſiccitate continua immaduit imbre. Idem 20, 22 Semen ac radix quum inmaduere muſto, conteruntur. Genae immaduerunt lacrimis Ouid. Triſt. 1, 8, 34. Terra immaduit Idem Met. 6, 396. *Conf.* Ammian. 20, 11.

IMMADIDO, āre. *Madefacere.* Ambroſ. *ad* Luc. c. 9.

IMMANIFESTVS, a, um. Adi. Graecus ἀπαμφαίνοντα ſolet memorare Poëta, Immanifeſta vocant haec carmina voce Latini Ruffin. Grammat. p. 2710 *Putſch.*

IMMĀNIS, e. Adi. [ἄγριος, ἀπηνὴς, θηριώδης] *Minime bonum, nocens et ferum.* Virg. Georg. 4, 458 Immanem ante pedes hydrum moritura puella *etc.* Cic. de Rep. 4 *ap.* Non. 4, 236 Quid Perieta ſenſit, vt loquitur, eſt homo impurus: ſin aliter, quod malo, oratio eſt tamen immanis. Idem Q. Fratr. 1, 1 Quod ſi te ſors Afris, aut Hiſpanis, aut Gallis praefeciſſet, immanibus ac barbaris nationibus, *etc.* Cic. de Inuent. 1, 1 Primo propter inſolentiam reclamantes, deinde propter rationem atque orationem ſtudioſius audientes ex feris et immanibus mites reddidit et manſuetos. Cic. de Aruſp. Reſp. 4 Videbam illud ſcelus tam importunum, audaciam tam immanem adoleſcentis furentis. Belua Cic. de N. D. 2, 161. *et* Tuſc. 4 c. 20. Beſtiae, hydra Lernaea, et Draco Heſperidum Varro *ap.* Non. 4, 236. Coeptis immanibus effera Virg. Aen. 4, 642. Duritia immanis patientiam imitatur Cic. in Partit. 81. Facinus Cic. pro S. Roſc. c. 24 *extr.* Fera Ouid. Met. 8, 583. Gens immanis ac fera et barbara Cic. pro Font. 21. Gloria immanis falſi Stat. Silu. 5, 3, 132. Graecia immani Phrygiam mitiorem eſſe Accius *ap.* Non. 4, 236. Hoſtis immanis et ferus Cic. Verr. 2, 51. Ingenium immane ſcelerum Claud. in Ruff. 2, 141. Nefas Virg. Aen. 6, 624. Oratio Cic. de Rep. *ap.* Non. *l. c.* Scelus Lucret. 5, 119. Templum, obuallatum oſſibus Acc. *apud* Non. 4, 236. Vitium Hor. Serm. 2, 4, 76. *Cum Datiuo et Ablatiuo iungitur: vt,* Immanis ſuis, Immanes moribus. *Compar.* Scelere ante alios immanior omnes Virg. Aen. 1, 347. *Conf.* Cic. pro Roſc. Amer. c. 26. *Superl.* Immaniſſimus quisque voluptatem ſequitur Cic. in Partit. 90 c. 25. Belua immaniſſima Plin. Paneg. c. 48. ¶ 2 Immane, ingens, magnum, *inquit* Feſt. Virg. Aen. 6, 19 — Poſuitque immania templa. *In primis huc pertinet* Sen. Thyeſte 470 Immane regnum eſt, poſſe ſine regno pati. *i. durare, viuere. Sed ſunt plura id genus, quae iam ordine perſequimur.* Cic. Q. Fratr. 2, 14 Ambitus redit immanis, nunquam fuit par. Antrum Virg. Aen. 6, 11. Armenta Idem Georg. 4. 394. Argentum Stat. Theb. 6, 207. Corpus Virg. Aen. 3, 427. Membra Ouid. Met. 12, 501. Moles Virg. Aen. 9, 542. Immanior Eumen. de Reſt. Schol. c. 4. Varro de R. R. 3, 1 Quod tempus ſi referas ad illud principium, quo agri coli coepti ſunt, atque in caſis et tuguriis habitabant, nec murus nec porta quid eſſet ſciebant, immani annorum Numero vrbanos agricolae praeſtant. Pecunia Cic. pro Roſc. Com. 23. *Et* Attic. 2, 9 Qui immanes pecunias paucis dederunt. Pocula Cic. Phil. 2 c. 25. Plin. 17, 10 Contra immane Pondus attollere ſe non valet. Cic. Philipp. 5, 11 Quid illi immanes Quaeſtus, ferendine, quos M. Antonii tota exhauſit domus? Regnum *modo dedimus.* Saxa Virg. Aen. 1, 143 *aſpera et horrenda nauigantibus.* Templa Virg. Aen. 4, 199. Vulnera Stat. Theb. 5, 29. *Etiam in laudem accipitur.* Ouid. Met. 9, 247 Nam quamquam ipſius datis hoc immanibus actis, Obligor ipſe tamen. Idem Triſt. 2, 335 Immania Caeſaris acta Condere. *Ita,* Res immanes agere Paterc. 2, 46, 1. *Sic idem ſaepius, vt ib. §. 3. 2, 51, 1. 2, 59, 6. 2, 69, 6. Conf. Burm. ad* Gratii Cyneget. v. 265. Immane dictu Salluſt. de Repub. Ord. 1, 2. *i. Incredibile.* Immane, *pro Immane dictu, vel Incredibile dictu* Hor. Carm. 1, 27, 6 Vino et lucernis Medus acinaces Immane quantum diſcrepat. Salluſt. 2 (Fragm. Hiſt. c. 16) Immane quantum animi exarſere. Immane quanto angori quantaeque inuidiae fuit Apul. Apol. p. 451 *Floridi. Vid. Vechner. Hellenolex. 1, 17.*

IMMANĬTAS, ātis. f. [ἀπήνεια, ἀγριότης] *Saeuitia.* Cic. de Amicit. 87 Quin etiam ſi quis aſperitate ea eſt, et immanitate naturae, congreſſus vt hominum fugiat, atque oderit, *etc.* Idem Off. 1, 197 Quo eſt deteſtabilior illorum immanitas, qui lacerauerunt omni ſcelere patriam. Ferarum immanitas Sen. Medea 6. Gentes immanitate efferatae Cic. de N. D. 1 c. 23. Immanitas, *eſt Exceſſus fortitudinis, et veluti ſtupor ad voluptates et aduerſus tormenta.* Cic. in Partit. 81 Nam et prudentiam malitia, et temperantiam immanitas in voluptatibus aſpernandis. Gell. 11, 5 *et ſaepius.* Immanitas barbara Cic. Tuſc. 2, 20. *ex Poëta.* Immanitas verborum Idem de Fin. 4, 23. Plin. 35, 11 Nec vllius in pictura velocior manus fuit: artis vero tantum, vt immanitate pretii antecederet celeberrimos eadem aetate imaginum pictores. *Ex vetuſto codice nunc legimus,* Vt multum manipretio antecederet, *etc.* Sceleris immanitas Salluſt. Hiſt. Fragm. c. 3. Vitiorum Cic. pro Cael. c. 6.

IMMANĬTER. Adu. *Vt,* Immaniter clamare Gell. 1, 26. Auguſtin. Confeſſ. 10, 37 Perdite et immaniter viuere. *Compar.* Immanius efferescunt Ammian. 18, 17.

IMMANO, āre. Minutioribus guttis et leuioribus immanare vaporibus Auguſtin. de Gen. ad lit. 2, 4.

IMMANSVĒTVS, a, um. Adi. [ἀνήμερος] *Contrarium* Manſueto. Cic. de Legib. 1, 24 c. 8 Ipſisque in hominibus nulla gens eſt neque tam immanſueta, neque tam fera, quae non, etiam ſi ignoret, qualem habere deum deceat, tamen habendum ſciat. Sen. de Ira 2, 16. *et 1, 15.* Quid immanſuetius Sen. ad Helu. c. 6. Ingenium immanſuetum et ferum Ouid. Met. 15, 85. Idem Epiſt. 18, 37 At tu de rapidis immanſuetiſſime ventis, *etc. ad Boream.*

IMMARCESCO, ĕre. [σήπομαι] *Corrumpi.* Hor. Serm. 2, 7, 107 Nempe immarceſcunt epulae ſine fine petitae, *etc.*

IMMARCESCIBILIS, e. Adi. [ἀμάραντος] *Quod nequit marceſcere.* Paullin. Nat. Fel. 4 *extr.* Immarceſcibilis rediniuit honore coronae. Tertull. de Coron. Mil. c. 15. *et* Hieron. in Pſal. 45.

IMMASTICATVS, a, um. Adi. *Non ſatis manſus.* Immaſticata deuoratio C. Aurel. Tard. 3, 3.

IMMATV̄RVS, a, um. Adi. [πρόωρος, ἄωρος] *Non maturus: et proprie de fructibus aut frugibus dicitur, quum ante tempus colliguntur,* Ea, quae praeter ſui temporis modum properata ſunt, immatura dicantur Gell. 10, 11. Plin. 2, 13 Quo apparet aut aliud eſſe, aut colligi immaturum. Liu. 1, 26 Abi hinc cum immaturo amore ad ſponſum, inquit, oblita fratrum mortuorum, viuique, oblita patriae. Liu. 22, 38 *extr.* Se quae conſilia magis res dent hominibus, quam homines rebus, ea ante tempus immatura non praecepturum. *Conf.* Suet. Aug. c. 11. Filius immaturus obit Hor. Serm. 2, 8, 59. Iter immaturum mortis Propert. 3, 7, 2. Mors immatura, *Qua quis ante confectam aetatem ſenio eripitur ac moritur. Vid.* Cic. Philipp. 2, 110. *Et* Catil. 4 c. 2 Neque enim turpis mors forti viro poteſt accidere, neque immatura conſulari, nec miſera ſapienti. Idem de Clar. Orat. 125 c. 33 Damnum enim illius immaturo interitu res Ro-

manae

manae Latinaeque literae fecerunt. Tempore ad nauigandum immaturo Liu. 35, 44.

IMMATVRĬTAS, ātis. f. [ἀωρία] Suet. in Aug. c. 34 Immaturitas ſponſarum, *Quae nondum coniugio aptae erant.* Cic. pro Quint. 82 c. 26 Quid haec feſtinatio, quid haec immaturitas tanta ſignificat ? *cum non exſpectatur, dum maturum i. tempeſtiuum ſit facere.*

IMMATVRE. Adu. *Ante tempus.* Paullus in l. Si abſente D. de Vſufruct. Siluam caeduam etiamſi intempeſtiue caeſa ſit, in fructu eſſe conſtat, ſicut oliua immature lecta, vt foenum immature caeſum, in fructu eſt. Auſon. Epiſt. 22 Immature periclitatur expelli. *Compar.* Apul. Mil. 6 p. 180 Haud immaturius redito. *Conf.* Celſ. 6, 18. Columel. 11, 2. Tertull. de Vel. Virg. c. 12.

IMMEDIĀTE. Adu. [ἀμέσως] *Cito ac celeriter. Laudatur* Gell. praef. n. 10 Incurioſe et immediate, ac prope etiam ſubruſtice, ex ipſo loco ac tempore hibernarum vigiliarum, Atticas noctes inſcripſimus. *Sed Gron.* Immeditate *ex MS.* immedietate.

IMMEDICABĬLIS, e. Adi. [ἀθεράπευτος, ἀνίατος] *Quod ſanari non poteſt medicaminibus.* Ouid. Met. 2, 825 Vtque malum late ſolet immedicabile cancer Serpere. Ira Sil. 1, 147. Malum Ouid. Met. 2, 825. Telum Virg. Aen. 12, 858. Ouid. Met. 1, 190 Cuncta prius tentanda : ſed immedicabile vulnus Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

IMMEDICĀTVS, a, um. Adi. Os immedicatum, *i. Medicinis illitum* Apul. Apol. p. 323, 12 *exprimi voluit Elmenhorſtius, quod monet in Indice. Sic etiam Caſaubonus.*

IMMEDITATVS, a, um. Adi. Inceſſus immeditatus Apul. Mileſ. 2 *pr.* Idem Florid. 3 p. 357 Immeditati ſermones.

IMMEDITATE. Adu. Gell. praef. Nos incurioſe, immeditate, ac prope etiam ſubruſtice, ex ipſo loco ac tempore hibernarum vigiliarum Atticas noctes inſcripſimus, *etc. Sic Gron. al.* immediate.

IMMEIO, inxi, ictum, ĕre. Perſ. Sat. vlt. *ad fin.* Quum moroſa vago ſingultiet inguine vena, Patriciae immeiat vuluae. *extremae obſcenitatis verbum.*

IMMĔMOR, ŏris. com. [ἀμνήμων] *Qui non meminit.* Ter. Andr. 3, 1, 19 Num immemor es diſcipuli ? Cic. de Clar. Orat. 174 Magna haec immemoris ingenii ſigna. Idem Att. 4, 6 In alia incidi non immemor iſtius mandati tui. Huius rei ne poſteritas quidem omnium ſaeculorum immemor erat Cic. Phil. 2 c. 23. Meriti tanti non immemor vnquam Virg. Aen. 9, 256. Cic. pro Sull. 83 Adeone vobis alienus a ſanitate, adeo oblitus conſtantiae meae, adeo immemor rerum a me geſtarum eſſe videor ? *Paſſiue.* Ter. Andr. 1, 1, 17 Iſthaec commemoratio, quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii. Cuius nemo meminerit, *inquit* Donatus. *Ego potius interpretarer, Eius qui beneficii non meminit. Obliuionem inducens : ab effectu.* Sil. 16, 478 Et Theron potator aquae ſub nomine Lethes, Quae fluit immemori perſtringens gurgite ripas.

IMMEMORĀBĬLIS, e. Adi. [ἀμνημόνευτος] *Cuius nulla debeat eſſe memoria, qui memorari non debet.* Plaut. Capt. Prol. 56 Neque ſpurcidici inſunt verſus immemorabiles. Spatium, *i. Maximum* Lucret. 4, 192. *Actiue vſurpatur a* Plaut. Ciſt. 2, 2, 3 *de Eo, qui nil vult memorare. Vid. Taubm.*

IMMEMORATIO, ōnis. f. Vulg. Int. Sap. 14, 26.

IMMEMORIA, ae. f. Papin. l. 44 Dig. De acquir. *etc.* Cum reverſus theſauri locum immemoria non repeteret, *i. Vitio memoriae. Sic Cod. Flor. al.* in memoria.

IMMEMORĀTVS, a, um. Adi. [ἀμνημόνευτος] Immemorata ferens, *i. Noui aliquid apportans* Hor. Epiſt. 1, 20, 33. Immemoratus eris Auſon. Parent. Epigr. 20.

IMMENSVS, a, um. Adi. [ἄκριτος, ἄμετρος, ἀθέσφατος] *Quod prae magnitudine menſurari non poteſt.* Plin. 8, 28 Quod perſequi immenſum eſt. Plin. Epiſt. 8, 4, 3 Arduum, immenſum etiam tuo ingenio. Referre immenſum eſt Plin. 22, 23 *extr.* Aër immenſus et infinitus Cic. de N. D. 1, 21 c. 10. Aeuum Lucret. 5, 380. Ex ingenti quodam oratorem, immenſoque campo in exiguum gyrum compelli Cic. de Orat. 3, 68. Clamorem immenſum tollit Virg. Aen. 3, 672. Cupido immenſa laudum Idem ibid. 6, 824. Cupiditas immenſa, infinita, immoderata Auct. ad Herenn. 2, 34 c. 22. Dolor Sen. Theb. 2. Finibus immenſis ingenii deſcribere aliquam artem Cic. de Orat. 1, 214. Fletus Ouid. Met. 10, 136. Gula Cic. Salluſt. 13. Iter Liu. 21, 29. Labor Ouid. Met. 1, 728. Mare Cic. Tuſc. 1, 73 c. 30. Opes Ouid. Met. 6, 181. Pondus Hor. Serm. 1, 1, 41. Quaeſtionis eſt immenſae, vtique ſi recipiatur poëtica fabuloſitas Plin. 7, 28. Tempore immenſo obſeruata ſunt haec, *i. Infinito* Cic. de Diuin. 1, 12. Terrae Ouid. Triſt. 4, 2, 59. Tractus eſt immenſus quo veniunt Plin. 10, 23. Voluptates immenſiſſimae Spart. Hadrian. c. 19. Vorago vitiorum immenſa Cic. Verr. 3, 23 c. 9. ¶ 2 *Subſtantiue.* Adiectum imperio immenſum terrarum Plin. 18, 3. *Conf.* Tac. Ann. 15, 40, 1. Ardet in immenſum geminatis ignibus Aetna Ouid. Met. 2, 220. Tacit. Ann. 4, 40, 7 Nuntiauere accolae Euphraten nulla imbrium vi ſponte et immenſum attolli. Augere ad immenſum Liu. 29, 25. Editus immenſum mons Salluſt. Iugurth. 97. Pertinens in immenſum Salluſt. Iugurth. c. 52. *Vid. cl. Waſſe et Gronou. ad* Liu. 25, 24. Viuere immenſum Tacit. Ann. 3, 30. *Add.* Idem Agric. 23. Immenſum quantum hinc Oceano, illinc Iberico mari comprimentibus Plin. 4, 20. *ſc. Pyrenaeos montes.* Immenſo, *Abl.* Plin. 9, 40 Qui iſta mercantur immenſo. *ſubaud.* Pretio. Immenſo plus : Plin. 20, 9 Silueſtris ſiue erraticae immenſo plus effectus laudat Cato. *de braſſica.*

IMMENSĬTAS, ātis. f. [τὸ ἄμετρον] *Infinitas.* Cic. de N. D. 2, 98 c. 39 Immenſitates camporum. Immenſitas latitudinum, longitudinum, altitudinum Cic. de N. D. 1, 54 c. 20.

IMMENSVRABILIS, e. Adi. Saluian. de Auaritia 2, . . *Vid. Cellar. Cur. Poſt. p. 310.*

IMMENSVRATVS, a, um. Adi. Idem de Auar. 1, . .

IMMENSVRATIM. Adu. Idem 6. *Vid. Rittershuſ. in* Salu. *p. 199.*

IMMEO, āre. [εἴσειμι] *Intrare.* Plin. 8, 25 Itaque et delphini immeantes Nilo, quorum dorſum, tanquam, *etc.*

IMMEANS, antis. Partic. Plin. 11, 39 Setas ſuum obſtare tenuitati immeantis ſpiritus.

IMMĔRENS, entis. c. [ἀνάξιος] *Qui non meruit.* Plin. Ep. 3, 9 Honeſtiſſimum credidi non premere immerentem. Hor. Carm. 2, 13, 12 Te triſte lignum, te caducum In domini caput immerentis. Suet. Veſp. c. 10 Multumque conqueſtus eripi ſibi vitam immerenti. Nepos 10, 10, 1 Immerentes vt ſceleratos occidunt.

IMMERENTER. Adu. [ἀναξίως] Val. Max. 6, 2 ext. 1 Inſerit ſe tantis viris mulier alienigeni ſanguinis, quae a Philippo rege temulento immerenter damnata, Prouocarem, inquit, ad Philippum, ſed ſobrium.

IMMERĬTVS, a, um. Adi. *Idem quod Immerens.* Premere immeritos Ouid. Triſt. 2, 274. Immerita gratia, *Paſſiue, Quae non debetur illi cui refertur.* Liu. 4, 14 Laudes haud immeritae. Martial. 7, 31 Et rapit immeritas ſordidus vnctor opes.

IMMERITVM, i. n. Plaut. Aſin. 3, 3, 18 Cur tu obſecro immerito meo me morti dedere optas ? *h. e. Nullo meo merito.*

IMMERĬTO. Adu. *h. e. Indigne.* Ter. Hec. 2, 1, 11 Meque abs te immerito eſſe accuſatam poſtmodum reſciſſes. Cic. de Orat. 2, 209 Ex re, ſi crudelis, ſi infanda, ſi praeter opinionem, ſi immerito, ſi miſera, *etc.* Sen. Epiſt. 11 Nec immerito. Ter. Phorm. 1, 5, 60 Iam dudum te, omnes nos accuſare audio, immerito, et me omnium horum immeritiſſimo.

IMMERGO, ſi, ſum, ĕre. [ἐμβάπτω] *Intus mergere, et veluti In profundum obruere.* Virg. Aen. 3, 605 — Vaſtoque immergite ponto. Plin. 4, 11 Namque Thracia altero latere a Pontico litore incipiens, vbi Iſter amnis immergitur, vel, *etc.* Immergatur caput Scribon. 20. *abſolute.* Immergere ſe aliquo, *pro Clam et furtim intrare.* Plaut. Rud. 2, 3, 66 Et aurum et argentum fuit lenonis ibidem : credo aliquem immerſiſſe ſe, atque eum excepiſſe. Immerſit ſe aliquo in ganeum Plaut. Men. 5, 1, 3. Liu. 23, 18 Et eo impenſius, quo auidius ex inſolentia in eas ſe immerſerant, *de voluptatibus Capuae. Sed al.* merſerant. Cic. pro Cluent. 36 c. 13 Qui vt ſe blanditiis et aſſentationibus in Aſinii conſuetudinem penitus immerſit, Oppianicus continuo ſperare coepit hoc ſe Auilio, tanquam aliqua machina admota, capere Aſinii adoleſcentiam, et fortunas eius patrias expugnare poſſe. Se inter mucrones hoſtium Iuſtin. 33, 2, 4. Se in confertiſſimos hoſtes Idem 11, 14, 5. Latrones inuolo, ac ſingulis altiſſime immergo Apul. Met. 2 *extr. intell.* gladium. *Sed Elmenh.* demergo.

IMMERSABĬLIS, e. Adi. [ἐμβαπτὸς] *ab* Immerſo, āre. Frequent. Hor. Epiſt. 1, 2, 22 — Aduerſis rerum immerſabilis vndis.

IMMERSIO, ōnis. f. Arnob. 2, 47 Oleum reſpuit immerſionem in ſe pati.

IMMETĀTVS, a, um. Part. [ἀόριστος] *Non metatus : a* Metor, āri. Hor. Carm. 3, 24, 12 Viuunt et rigidi Getae, Immetata quibus iugera, *etc.*

IMMETVENS, entis. ἄφοβος, ἀμέριμνος Gloſſ. Lat. Gr.

IMMIGRO, āre. [μετοικίζω, μετοικέω] *In domum aliquam habitandi gratia ſe conferre.* Cic. Tuſc. 1, 58 Neque ea plane videt animus, quum repente in tam inſolitum, tamque perturbatum domicilium immigrauit. Idem Philipp. 13, 34 c. 17 Nam paucis diebus et in domum et in hortos paternos immigrauit. Cic. de Clar. Orat. 273 Sic tamen, vt ea non irruiſſe in alienum locum, ſed immigraſſe in ſuum diceres. In ſuas aedes ex templis Cic. pro Domo 141. *Metaph.* Immigrauit auaritia et luxuria in Remp. Liu. 1 *pr.* Immigrare in ingenium ſuum Plaut. Moſt. 1, 2, 23. *i. Pro animi ſententia viuere.* Immigrant in veſtigia et ſedes nobilium pares domini Plin. in Paneg. c. 50.

IMMĬNEO, ui, ēre. [ἐφεδρεύω, ἐνίσταμαι] *Inſtare, impendere ſignificat. Nempe non tam ex* Maneo *compoſitum, quatenus continuationem praeſentiae notat, quam ex* Mineo, *quod cognatum* minandi *verbo, vt in* Eminere, Prominere *obſeruamus.* Cic. Tuſc. 1, 91 c. 38 Mors quae propter incertos caſus quotidie imminet. Plin. Epiſt. 6, 33 Ad hoc ſtipatum tribunal, atque etiam ex ſuperiore Baſilicae parte, qua feminae, qua viri, et audiendi, quod difficile : et quod facile, videndi ſtudio imminebant. Cic. pro Domo 25 Impendebat fames, incendia, caedes, direptio : imminebat tuus furor omnium fortunis et bonis. Caeſ. B. C. 1, 80 Inſtabat agmen Caeſaris, atque vniverſum imminebat. Imminent in fortunas noſtras, *i. Impendent et cogitant de inuadendis fortunis : vel occaſionem quaerunt occupandi fortunas* Cic. Philipp. 5, 20. Idem pro Domo 47 Qui imminere iam cupiditate videntur in tribuniciam poteſtatem. *i. Inhiare.* Imminebat in occaſionem opprimendi ducis exercitusque Liu. 25, 20. Idem 30, 28 *extr.* Ii quoque, quibus ingens erat in Scipione fiducia, et victoriae ſpes, quo magis in propinquam eam imminebant animis, eo curae intentioris erat. Quae imminent, non videre : aut quae videmus, diſſimulare Cic. Catil. 1, 30. Liu. 2, 3 *pr.* Quum haud cui quam in dubio eſſet bellum ab Tarquiniis imminere, id quidem ſpe omnium ſeruis fuit. Imminere ſibi putat periculum Plin. in Paneg. c. 18. Imminet his aër Ouid. Met. 1, 52. Imminere exitio alterius, *Paratum eſſe ad exitium alteri inferendum.* Ouid. Met. 1, 146 Imminet exitio vir coniugis, illa mariti. Imminent duo reges toti Aſiae Cic. pro L. Manil. 12. Tacit. Ann. 16, 14 Ferebatur Antaeum et Oſtorium imminere rebus : et ſua Caeſariſque fata ſcrutari. Cic. pro Corn. Balb. 34 c. 15 Duris enim quondam temporibus Reipub. noſtrae quum praepotens terra marique Carthago nixa duabus Hiſpaniis huic imperio immineret, *etc.* Liu. . . . Fama autem erat defectioni Campanorum imminentes admoturos caſtra. Curtius 4, 8 *extr.* Imminenſque Dario, iter ad Euphratem pronuntiari iuſſit. *i. Darium inuaſurus, impetiturus, aggredi feſtinans.* Idem 5, 11 *pr.* Ipſe currum ſequebatur, occaſioni imminens alloquendi eum. Alieno imminere, *pro Appetere rem alienam dixit* Sen. in Epiſt. 2. Sueton. Aug. c. 24 Quem tamen, quod imminere emtioni publicanos videbat, liberto ſuo addixit. Immines annotator conviuis, *pro Aſtas et ades* Plin. in Paneg. c. 49. Nitimur in vetitum ſemper cupimuſque negata : ſic interdictis imminet aeger aquis Ouid. Amor. 3, 4, 18.

IMMĬNENS, entis. Partic. [ἐνιστάμενος] Cic. pro Domo 14 c. 6 Sed homo ad caedem imminens, meum nomen operis ediderat. Idem Verr. 2, 134 c. 54 Nam ipſum Verrem tantum ſemper auaritia hiante, atque imminenti fuiſſe ; ingenio, et cogitatione nulla, vt quidquid ſua ſponte faciebat, item vt vos Romae cognouiſtis, eripere potius, quam fallere videretur. *Suſpicor etiam* de Ar. Reſp. 59 c. 27 *leg.* Aut tam imminentibus canibus Scyllam *pro* eminentibus. Geſtus Cic. de Orat. 2, 225. Imbres Hor. Carm. 3, 27, 10. Epiphorae imminentes Scribon. 206.

IMMINENTIA, ae. f. Inſtantia atque Imminentia fraudis Nigid. *ap.* Gell. 9, 12.

IMMINVO, ui, ūtum, ĕre. [ἐλαττόω, σμικρύνω] *Diminuere, attenuare.* Dolor ſe imminuit Ouid. Epiſt. 21, 113. Cic. Acad. 4, 5 Vereor interdum ne talium perſonarum, quum amplificare velim, minuam ipſam gloriam. Cic. pro L. Agr. 2, 19 Hic quod Populi proprium ſemper fuit, quod nemo imminuit, nemo immutauit. Auctoritatem ſuam imminuere Cic. Att. 1, 18. Ius et officium violare atque imminuere Cic. pro Roſc. Amer. 109. Imperium, *vel* Ius imperii imminuere, *vid.* Imperium, *in* IMPERO. Laudem alicuius Cic. Att. 14, 17. *et* Fam. 9, 14. Libertatem ciuium Romanorum Cic. pro L. Manil. c. 11, 30. Maieſtatem Pop. Rom. *vid.* MAIESTAS. Magiſtratum, *vid.* Magiſtratum, *in* MAGISTER. Pudicitiam virginis, *violare et infringere* Plaut. Ciſt. 1, 1, 90. Summam, *quod et demere de ſumma dicitur* Cic. Verr. 3, 82. Virginem Apul. Flor. 2 p. 350. Imminuere de voluptate Cic. de Orat. 1, 259. Caput alteri, *pro Comminuere et confringere* Plaut. Moſt. 1, 3, 109. *Al.* Diminuere.

IMMINVTVS, a, um. Partic. [ἠλαττωμένος] Imminuta libertas Cic. pro L. Manil. 30 c. 11. Bellum attenuatum, atque imminutum expectatione Pompeii Cic. pro L. Manil. 30 c. 11. Imminutum et amputatum Corpus Sen. Ep. 9. Cupiditas imminuta atque debilitata Cic. Philipp. 12, 7 c. 3. Exiſtimatio atque auctoritas nominis Populi Romani imminuta Idem Verr. 4, 60. Quum modus intercalandi interdum fieret imminutior, interdum auctior Solin. c. 3. Cic. Att. 1, 16 Dolor acceſſit viris bonis, virtus non eſt imminuta. *Sic ad eund. 3*, . . . Imminuta conſtantia. ¶ 2 *Pro Non minutus.* Vndique patronus ſuum ius habeat imminutum l. 44 pr. ff. de bon. libert.

IMMINVTIO, ōnis. f. [ἐλάττωσις] Cic. de Fin. 5, 37 Nam ſi prauitatem imminutionemque corporis propter ſe fugiendam putamus, *etc.* Dignitatis imminutio Cic. Fam. 3, 8. Imminutionem in centone nuptiali Auſonius *vſurpauit pro Primo congreſſu cum vxore, quod tum virginitas imminuatur.* *Sic* Imminuere Virginem *et* Pudicitiam, *vidimus.*

IMMISCEO, iſcui, iſtum *vel* ixtum, ēre. [ἐμμίγνυμι] *Aliquid accipit vehementiae ab ipſa compoſitione.* Liu. 3, 50 Et immiſti turbae militum togati, *etc.* *Sic 10, 28* Immiſtus turmae. Liu. 5, 28 Faliſci propria etiam cauſa infeſti, quod Fidenati bello ſe iam antea immiſcuerant, *etc.* Idem 21, 32 Quum ſe immiſcuiſſent colloquiis Montanorum edoctus interdiu, *etc.* Liu. 45 *pr.* Victoria Pop. Rom. laetari eum regem: mirum non eſſe, qui fortem omnem fortunae regnique cum rebus Romanis immiſcuiſſet. Armis mediis ſe immiſcuit Virg. Aen. 11, 815. Virg. Georg. 1, 454 Sin maculae incipient rutilo immiſcerier igni. Nebulis immiſtus ſpiritus Sen. Troad. f. 5. Nocti ſe immiſcuit atrae Virg. Aen. 4, 570. *i. euanuit, videri deſiit, de Mercurio.* Rei alienae ſe immiſcere culpa eſt, *ait* Pompon. de Verb. Signif. 36. Summis immiſcuit ima Ouid. Met. 7, 278.

IMMISTVS, a, um. *Vid. ſupra. Significat etiam Non mixtus.* Auſon. Epigr. 20, 12 Portare immixtum ſueta merumque merum.

IMMIXTIM. Adu. Plaut. Aul. 2, 3, 12 Moerorem metuo ne immixtim bibam. *al.* Ne miſtum.

IMMISERABĬLIS, e. Adi. [ἀνοικτρὸς] Indignus miſericordia, Cuius nemo deberet miſereri Acron. et Porphyr. *Vt*, Pubes captiva immiſerabilis Hor. Carm. 3, 5, 17. *Sed licet etiam de actu interpretari, quae miſerationem non conſequitur.*

IMMISERĬCORS, ordis. Adi. [ἀνηλεὴς, ἀνελεήμων] *Sine miſericordia.* Cic. de Inuent. 2, 108 c. 36 Ipſum immiſericordem, ſuperbum fuiſſe.

IMMISERICORDIA, ae. f. [τὸ νηλεὸν] *Adfertur* Liu. 37, 1 Plus ira, quam immiſericordia, in cauſa eorum valebat: quia non vt hoſtibus, *etc.* *Sed recte legitur* Miſericordia *hodie, ne mentione quidem alterius lectionis facta.*

IMMISERICORDĬTER. Adu. [ἀνηλεῶς] Ter. Adel. 4, 5, 28 Factum a vobis duriter, immiſericorditerque.

IMMĪTIS, e. Adi. [ἀμείλιχος, ἀνήμερος] *Aſper, ſaeuus, crudelis.* Virg. Aen. 1, 34 — Immitis Achilli. Suet. in Tiber. c. 59 Aſper et immitis, breuiter vis omnia dicam? Caelum immite et turbidum Plin. Epiſt. 8, 17. Corda Sil. 4, . . . Dolor Sen. Octau. 2 v. 53. Edictum immite et minax Ouid. Triſt. 2, 135. *Al.* Immane. Facta Ouid. Met. 14, 714. Fructum immitem ferre Plin. 13, 4 *pr.* Fuga Sen. Medea f. 6. Mors Tibull. 1, 3, 55. Parcae Propert. 4, 12, 13. Pectus Catul. Argon. 62, 138. Pelagus turbidum et immite Apuleio *tribuitur. Non habet Ind. Floridi.* Plinii *eſſe dicuntur*, Immitia adhuc et cruda poma. Reſcriptum Tacit. Ann. 6, 9. Tortor immitis poenaeque magiſter Manil. 5, 408. Veneris immitis gaudia carpere Nemeſian. Ecl. 2, 6. *i. immaturae.* Vua immitis, *i. Acerba, immatura* Hor. Carm. 2, 5, 10. Vulnera Ouid. de Nuce 69. *Compar.* Tacit. Ann. 1, 20, 4 Eo immitior quia tolerauerat. Ouid. Met. 13, 804 — Calcato immitior hydro. Serpentes, immitiſſimum animalium genus Plin. 10, 74. *Obſ. In MSS. confunditur cum* Inimicus.

IMMITIGABILIS, e. Adi. Immitigabilis ardor Cael. Aurel. Tard. 4, 3, 33.

IMMITTO, īſi, iſſum, ĕre. [ἐνίημι, ἐφίημι, ἐμβάλλω, ἐπαφίημι] *Verbo ſimplici latiſſimi vſus Praepoſitio addit motum aliquem.* Plin. Ep. 8, 4 Dices immiſſa terris noua flumina. Lentum filis immittitur aurum Ouid. Met. 6, 68. Cic. Verr. 3, 92 Segeſtam item ad immunem ciuitatem Venerius Symmachus Decumanus immittitur, *vt canis in feram.* *Sic* Idem ibid. 4, 101 Eone tu ſeruos ad ſpoliandum fanum immittere auſus es? Cic. Verr. 1, 142 Et ſi non putas cautum: ſcilicet tu Praetor in mea bona quos voles immittes? me ad meas fortunas defendendas accedere non ſinas? Idem Att. 1, 11 Bis abſolutum eſſe Lentulum, bis Catilinam, hunc tertium iam eſſe a iudicibus in Rempub. immiſſum. Immittere in forum ſicarios Cic. pro Sext. 78. *Et* Att. 14, 10 Seruique et egentes in tecta noſtra cum facibus immiſſi. Immittere ſe in medios hoſtes, *Irruere et ſeſe prorumpere* Cic. Tuſc. 1, 116 c. 48. *Rurſus* pro Font. 38 c. vlt. Qui ſe armatus ſaepe in hoſtium manum multitudinemque immiſerit. Immittere ſe in voluptates, *pro Immergere* Liu. 23, 18. *al.* immerſerant *vel* merſerant. Corpus in vndas Ouid. Epiſt. 2, 133. Cic. de N. D. 3, 91 Neque enim quem Hipponactis Iambus laeſerat, aut qui erat Archilochi verſu vulneratus, a deo immiſſum dolorem, non conceptum a ſe ipſo continebat. Cic. Fam. 10, 30 Repente equum immiſi ad eam legionem tironum quae veniebat ex caſtris. *h. e. Subiectis calcaribus equum incitaui, et me proripui verſus legionem, etc.* Habenas, *vid.* HABENA. Hoſtes in prouinciam Cael. ad Cic. Fam. 8, 10. Cic. in Parad. 4 Iactam et immiſſam a te nefariam in me iniuriam ſemper duxi, perueniſſe ad me nunquam putaui. Idem Tuſc. 3, 25 His autem perturbationibus, quas in vita hominum ſtultitia quaſi quasdam furias immittit atque incitat, omnibus viribus atque opibus repugnandum eſt. Rudentes immittere, *Funes velorum laxare, vt accipere ventum poſſint* Plin. Epiſt. 8, 4, 5. Vitis immittitur ad vuas pariendas Varro de R. R. 1, 31, 3. *i. ſubmittitur.* *Sic etiam quidam libri* Colum. 5, 6, 31. Plin. 16, 33 f. 60, 1 Immittitur vtraque *cupreſſus* in perticas aſſeresue, amputatione ramorum. *Vid.* IMMISSVS *et* IMMISSIO. *Et* SVBMITTO n. 5. Immittere, *pro eo, quod vulgo Subornare aliquem dicimus,* Salluſt. in Catil. 48 *extr.* Alii Tarquinium immiſſum a Cicerone aiebant, ne Craſſus more ſuo, ſuſcepto malorum patrocino, Rempublicam conturbaret. *Conf.* Iuſtin. 9, 7, 1. *et* 32, 2, 9. Immittere aliquid in aures ſuas Plaut. Epid. 3, 1, 14. Idem Capt. 3, 4, 17 Ne tu quod fabuletur, in aures immittas tuas. *i. Ne auſcultaueris quod dicit.* Vlpian. in l. vnica D. Ne quid in flumine publico, inue ripa eius fiat *pr.* Ait Praetor: in flumine publico, inue ripa eius facere, aut in id flumen ripamue eius immittere, quo aliter aliqua fluat, quam priore aeſtate fluxit, veto. Immittere, eſt Tigna vel trabes aedificii eo extendere, vbi requieſcant, ſiue in pariete communi, ſiue in proprio Iabolenus in l. Malum D. de verb. ſignif.

IMMISSVS, a, um. Partic. [ἐνειμμένος] Petron. 131 Immiſſus toto corpore in amplexum eius. Canes immiſſi ceruis Virg. Georg. 3, 371. Primosque trucidant Immiſſi Danai Idem Aen. 2, 494. Immiſſos humerum per vtrumque capillos Niobae *tribuit*. Ouid. Met. 6, 168. *Sic* Capilli immiſſi Idem Faſt. 1, 503. *i. ſubmiſſi, ſparſim dependentes.* Virg. Aen. 3, 593 Reſpicio, dira illuuies immiſſaque barba. *Prolixa et impexa atque confuſa.* *Sic etiam* Capitolin. Pertin. c. 12. *Et* Quinctil. 12, 3, 12. Immiſſo lumine Virg. Aen. 8, 242. Radices penitus immiſſae Quinct. 1, 3, 5. Iauolenus l. 242 de V. S. Inter proiectum et immiſſum hoc intereſſe ait Labeo, quod proiectum eſſet id, quod ita proueheretur, vt nusquam requieſceret, qualia moeniana et ſuggrundia eſſent: immiſſum autem, quod ita fieret, vt aliquo loco requieſceret, veluti tigna, trabes, quae immitterentur.

IMMISSIO, ōnis. f. [ἔνεσις] Cic. de Senect. 53 c. 15 Sarmentorumque ea quam dixi aliorum amputatio, et aliorum immiſſio. *i. Submiſſio.* Immiſſio *vulgo* ICt. *eſt rerum poſſidendarum traditio.* *Sed* Immiſſio aquae et fumi l. 8. §. 5 D. Si ſeru. vind.

IMMISSARIVM, i. n. *Receptaculum aquae in Aquaeduct.* Vitruu. 8, 7 *pr.* Caſtello coniunctum ad recipiendum aquam triplex immiſſarium.

IMMISSOR, ōris. m. *in* Dig. . . .

IMMISSILVS, *vel* IMMISSVLVS, *vid.* IMMVSCVLVS *ſ.* IMMVSTVLVS.

IMMISSVS, ūs. m. Macrob. Saturn. 1, 18 Sol cuncta vertice ſummo luſtrat lucis immiſſu.

IMMO, *ſic rectius quam* IMO. [μᾶλλον δὲ, μαλλονμενοῦν] *Aduerbium cum vehementia quadam corrigentis et augentis ea, quae praeceſſerunt, vt* Quin, Potius. Varro . . . Non humanitas, immo ſaeuitia eſt laedere innocentem. Ter. Adel. 5, 3, 55 Cum prima luce ibo hinc. M. immo de nocte cenſeo. Plaut. Amph. 1, 1, 194 Quod apud haſce aedeis negotium eſt tibi? S. immo quod tibi eſt? Plaut. Mil. 4, 8, 57 Scies: immo hodie verum factum, faxo poſt dices magis. Ter. Andr. 1, 1, 3 Nempe vt curentur recte haec. SI. immo aliud. Immo ego Virg. Ecl. 7, 41. *et* 5, 13. Ter. Eun. 4, 7, 41 Credin'? G. immo certe. Idem Phorm. 2, 1, 24 Immo enim nemo ſatis pro merito gratiam regi refert. Idem Andr. 5, 1, 4 Dum ſtudeo obſequi tibi, paene illuſi vitam filiae. S. immo enim quam maxime abs te poſtulo, *etc.* Ter. Eun. 2, 3, 57 Incommode hercle. CH. immo enim vero infeliciter. *Add.* Idem Phorm. 3, 2, 43. Immo etiam Ter. Andr. 4, 2, 25. *Adde* Phorm. 3, 2, 43 Verum vis dicam? D. immo etiam. Ter. Andr. 4, 1, 31 Nec te quiuit hodie cogere illam vt duceres. P. immo etiam, quo tu minus ſcis aerumnas meas, *etc.* Immo magis Ter. Eun. 3, 1, 44. *i. quin potius.* *Conf.* Cic. Off. 3 c. 19. *et ad* Att. 10, 14. Liu. 41, 23 Ea ſpe depulſus non tamen belli conſilia omiſit. Immo ſi vera volumus dicere, iam inchoauit bellum. Cic. in Partit. 8 Omnibusne igitur ex his locis argumenta ſumemus? C. P. Immo vero ſcrutabimur. *Adde* Cic. Q. Frat. 1, 3. Id. Att. 16, 15. Id. Off. 3 c. 4 *et* 23. *Et* adu. Rull. 2 c. 35 Immo vero etiam, *etc.* *Conf.* Salluſt. Fragm. 6, 36. *Non ſemper incipit ſententiam:* Martial. 6 *extr.* Non habet ergo aliud? non habet immo ſuum. Plin. Pan. 44, 2 Nam priuato iudicio principem geris: meliorem immo te praeſtas, quam tibi alium precabare. Plaut. Aul. 4, 10, 34 Pernego immo. Tacit. Ann. 12, 6, 3 Statueretur immo exemplum. Immo, *poſt negatiuam dictionem.* Ter. Andr. 1, 2, 30 Qui hoc? intellexitin' an nondum etiam ne hoc quidem? D. immo callide. Cauſa igitur non bona eſt? immo optima Cic. Att. 9, 6.

IMMOBĬLIS, e. Adi. [ἀκίνητος] *Quod non poteſt moueri.* Plin. 11, 37 Aures homini tantum immobiles. Oculis contueri immobilibus ſolem Plin. 7, 2. Macer in l. penult. in princip. D. qui ſatisdare cogantur, Sciendum eſt, poſſeſſores immobilium rerum ſatisdare non compelli. Solo haeret immobilis Virg. Aen. 7, 250. Scopulis immobilior Ouid. Met. 13, 801.

IMMOBILITAS, ātis. f. Iuſtin. 36, 3, 6 In ea regione Lacus eſt Aſphaltites, qui propter magnitudinem et aquae immobilitatem Mortuum mare dicitur. *Conf.* Lactant. 6, 17. Arnob. 1 p. 26 *et* Apul. in Triſmeg. p. 95.

IMMODERĀTVS, a, um. Adi. [ἄμετρος] *Contrarium* Moderato: *Intemperans, nimius, immodeſtus.* Cic. Att. 13, 28 Alexandrum poſtquam rex appellatus ſit, ſuperbum, crudelem, immoderatum fuiſſe. Intemperantia Cic. Acad. 1, 37. Cupiditas Cic. de Inu. 2 c. 22. Mulier Cic. pro Cael. 53. Oratio Id. in Orat. 198. Cic. de Diuin. 1, 60 Ea pars animi, *etc.* immoderato obſtupefacta potu atque paſtu, *etc.* Res immoderata cupido eſt Ouid. ex Pont. 4, 14, 31. Cic. pro Roſc. Amer. 131 c. 45 Ventis vehementioribus, aut immoderatis tempeſtatibus, aut nimio calore, aut, *etc.* *Immenſus.* Cic. de N. D. 2 c. 25 Vides ſublime fuſum moderatum aethera. *Compar.* Motus animi immoderatiores Gell. 19, 12. Nihil eſt immoderatius, quam

quam poſt longam triſtitiam recens gaudium Nazar. Paneg. c. 32. *Superl.* Luxuriae eſt immoderatiſſimae Suet. Ner. c. 51.

IMMODERANTIA, ae. f. Tertull. de Bapt. *extr.* Plenitudo et immoderantia ventris.

IMMODERATIO, ōnis. f. Denom. [ἀμετρία] Efferri immoderatione verborum Cic. pro Sulla 30 c. 10. Firmic. 1 c. vlt. Conſtantinus ad liberandum orbem a tyrannicis immoderationibus electus eſt.

IMMODERĀTE. Adu. [ἀμέτρως] *Non moderate, extra modum, immodice.* Cic. Tuſc. 2, 31 An temperantia ſinet te immoderate facere quidquam? Immoderate profuſa vox Idem de N. D. 2, 149. Idem Off. 1, 90 c. 26 Nam vt aduerſas res, ſic ſecundas immoderate ferre, leuitatis eſt. Immoderate et intemperate viuere Id. de Vniuerſ. 38. *Compar.* Cic. Fam. 5, 16 Ferre immoderatius incommoda. *Add.* Auguſtin. de Trin. 2 *extr.* *Superl.* Spartian. Seuer. c. 20 Immoderatiſſime laetari.

IMMODESTVS, a, um. Adi. [ἄμετρος, ἀκόλαστος, ἄφρων] *Non temperatus, immoderatus.* Ter. Heaut. 3, 3, 7 Vel heri in conuiuio quam immodeſtus fuiſti. Plaut. Curc. 1, 3, 44 Hoccine fieri vt immodeſtis hic te moderere moribus? *Oppoſita:* Cic. Off. 1, 104 c. 29 Ipſumque genus iocandi non profuſum, nec immodeſtum, ſed ingenuum et facetum eſſe debet. Immodeſtae largitiones, *i. Immoderatae: vid. Schult. ad* Controu. Sen. 1 p. 63.

IMMODESTIA, ae. f. [ἀφροσύνη, προπέτεια] *Immoderatio, intemperantia.* Plaut. Amph. 1, 1, 9 Haec heri immodeſtia coëgit me. Idem Merc. prol. 27 Incogitantia, excors immodeſtia.

IMMODESTE. Adu. [προπετῶς] *Immoderate.* Liu. 22, 27 *pr.* Immodice immodeſteque gloriari. *Compar.* Sen. Quaeſt. Nat. 1, 17 Proceſſit immodeſtius paullatim opibus ipſis imitata luxuria.

IMMODĬCVS, a, um. Adi. [ἄμετρος] *Nimius, modum excedens.* Columel. 1, 3 Suaque lege C. Licinius damnatus eſt, quod agri modum, quem in magiſtratu rogatione tribunicia, promulgauerat, immodica poſſidendi libidine tranſcendiſſet. *Sic* Plin. 9, 30 Aſſiduitate furti immodici. Amore immodico victus Ouid. Faſt. 2, 585. *Al.* Indomito. Frigus Idem ex Pont. 3, 1, 14. Labor Id. ibid. 1, 4, 22. Libertate immodica vſus Vell. 2, 68, 4. *Conf. Burm. ad* Quinct. Decl. 306. Oratio, *Nimium longa, vt faſtidium pariat* Plin. Epiſt. 181. Rixae Hor. Carm. 1, 13, 10. Martial. 2, 89 Atriaque immodicis arctat imaginibus. ¶ 2 *Iungitur cum Genitiuis et Ablatiuis rei abundantis.* Animi immodicus Tacit. Hiſt. 1, 53, 1. Auaritiae notatur immodicae Martial. 11, 56. Gloriae immodicus C. Marius Paterc. 2, 11. Irae immodicus Stat. Theb. 1, 41. Laetitiae immodicus Tacit. Ann. 15, 23. Libidinis immodicus Columel. 7, 6. Lingua immodicus Tacit. Hiſt. 3, 53, 1. Moeroris immodicus Idem Ann. 15, 23. Mero immodicae rixae Hor. Carm. 1, 13, 10. Saeuitia immodicus Tacit. Hiſt. 1, 69, 3. Verbis et rebus immodicus Suet. Domit. c. 22 *extr.*

IMMODĬCE. Adu. [ἀμέτρως] *Nimis vel intemperate.* Colum. 2, 16 Magisque conducere agricolae frequenter id potius quam immodice facere. Immodice ferre aliquem caſum, *pro Immoderate* Cic. Tuſc. 4, 40 c. 17. Sentire Pallad. 1, 5.

IMMODVLĀTVS, a, um. Adi. [ἀνεπαύλητος] *In quo moduli Poëtici vel muſici non obſeruantur:* vt, Poëmata immodulata Hor. de Arte Poët. 263.

IMMOLĪTVS, a, um. [ἔντευκτος] Partic. paſſ. *ab* IMMOLIOR, *quod ſimile eſt verbo* Inaedifico, *ſed paullo latius ſignificat.* Moliri *enim eſt molem quamcunque ſtruere, v. g. aggerem, foſſam, viam, aream, etc. Hinc intelligemus* Liu. 39, 44 Aquam publicam omnem in priuatum aedificium aut agrum fluentem ademerunt: et quae in loca publica inaedificata, immolitaue priuati habebant, intra dies triginta demoliti ſunt.

IMMŎLO, āre. [θύω, ἐπιθύω, ἐπισφάττω] *Mola inſpergere: ex* In *et* Mola. *deinde in vniuerſum ſacrificare, cum parcerent verbis triſte aliquid ſignificantibus. Ita* mactare *proprie augere eſſe, et* adolere *itidem augere, ſ. creſcere facere, ſuis locis obſeruamus.* Feſtus: Immolare, eſt mola, i. e. farre molito, et ſale hoſtiam fuſam ſacrificare. Virg. Aen. 12, 949 — Pallas te hoc vulnere, Pallas Immolat. Cic. de Diuin. 2, 38 Quid quum pluribus diis immolatur, qui tandem euenit, vt litetur aliis, aliis non litetur? Agno immolato aram ſpargere Hor. Carm. 4, 11, 7. Bouem Cic. N. D. 3 c. 36. Caper libidinoſus immolabitur Hor. Epod. 10, 23. Phaedr. 4, 5 *de muribus et muſtelis,* Quos immolatos victor auidis dentibus Capacis alui merſit tartareo ſpecu. Homines Cic. pro Font. 21. Hoſtias Id. Tuſc. 3, 63 c. 26. Liberi immolati Liu. 38, 47.

IMMOLANS, antis. Partic. Cum immolanti aufugiſſet hoſtia Suet. Iul. c. 59.

IMMOLĀTOR, ōris. m. [ἐπιθύτης] *Qui immolat et ſacrificat.* Cic. de Diuin. 2, 36 c. 15 Haec deceſſio capitis, aut acceſſio, ſubitone fieri poteſt, vt ſe exta ad immolatoris fortunam accommodent? *Conf.* Prudent. Cath. 12, 48 *et* Hamart. praef. v. 49.

IMMOLATIO, ōnis. f. [ἐπίθυσις] Cic. de Diuin. 1 c. 52 *extr.*

IMMOLĀTICIVS, a, um. Adi. Caro immolaticia Auguſtin. Epiſt. 154. Gloſſ. Gr. Lat. θύσιμος, immolaticius.

IMMORDEO, ēre. *Certe* Partic. IMMORSVS, *aſſeritur a Nic. Heinſ. ad* Vell. 2, 87, 1. *Ex* Prop. 3, 6, 21 Immorſo aequales videant mea vulnera collo. *Sed quod laudat, tanquam eiusdem Propertii. Et* collum immorſi dentis habere notam, *nihil eſſe, oſtendit ad l. c. Brouckh. qui potius adfert* Stat. Theb. 2, 628 *de vulnere oris* Immorſaque cadens obmutuit haſta. Vet. Schol. Moriens dentibus immordet haſtam per aduerſum os infixam. Gloſſa *ibid.* Immorſa fortiter morſa. *Sed al.* Gloſſ. Immorſus ἄδηκτος, *et* Immordoſus ἄδηκτος.

IMMORIOR, ŏri. [ἐναποθνήσκω] *In aliqua re mori, vel quam agat, vel in qua, ſicut in aqua, pereat.* Plin. 29, 4 Nam quum immortuus eſt in vino. *de ſtellione.* Plin. 7, 43 Quod diſſimulauerit, et ſupremo ſomno eius (cui immortuus quodammodo eſt) credamus ab vno illo inuidiam gloria victam. Ouid. ex Pont. 3, 7, 57 Fortiter Euxinis immoriemur aquis. Ferro immori Sen. Herc. Oet. 869. Haſtae immoritur Valer. Argon. 6, 570. Studiis immoritur Hor. Epiſt. 1, 7, 85. Tormentis immori, *pro ſilentio* rerum creditarum Iuſtin. 44, 2, 3.

IMMORTVVS, a, um. *Nondum mortuus.* Cic. Att. 1, 14 *med.* De immortuis reliquiis coniurationis. *h. e. Non plane mortuis, ſed rediuiuis, et quotidie pullulantibus: perinde quaſi exciſa ſit arbor, non prorſus euulſa. Sed hae ſunt* intermortuae, *et ſic forte leg.* Immortuae *ſunt in ipſo conatu exſtinctae: quod neſcio an voluerit. Certe alias plane aliter eum ſenſiſſe conſtat.* *Conf.* Val. Flacc. 4, 182. Plin. 29, 4.

IMMŎROR, āri. [ἐγχρονίζω, ἐμμένω] *Moram in aliqua re trahere.* Columel. 8, 5 Incubantibus autem gallinis iuxta ponendus eſt cibus, vt ſaturae ſtudioſius nidis immorentur. Immorari honeſtis cogitationibus, *Verſari diu, et multum temporis inſumere in cogitatione rerum honeſtorum* Plin. Epiſt. 1, 8. Quinctil. 2, 16 Quis neſcit ignes, aquas, ſine quibus nulla ſit vita, et (ne terrenis immorer) ſolem, lunamque praecipua ſiderum, aliquando etiam nocere?

IMMORANTER. Adu. *Sine mora.* Gloſſ. Gr. Lat. ἀνυπερθέτως, immoranter, incunctanter.

IMMORATIO, ōnis. f. Vet. Interp. Iren. 1, 1 Immoratio in paſſionibus.

IMMORTĀLIS, e. Adi. [ἀθάνατος, ἄμβροτος] *Proprium Deorum Epitheton, quo ſexcenties vtitur Cicero.* Ter. Eun. 2, 2, 1 Dii immortales, homini homo quid praeſtat? Immortales atque beati, *i. Diui* Lucret. 5, 166. *Conf.* Varr. L. L. 4, 11. Cic. Off. 1, 120 Vt fortuna nonnunquam tanquam ipſa mortalis cum immortali natura pugnare videatur. Immortalia, Ea quae ad Deos pertinent Varr. L. L. 4, 10. Immortalia ne ſperes Hor. Od. 4, 7, 7. Aeuum Lucret. 1, 58. Animi omnium immortales, ſed fortium bonorum diuini Cic. de Legib. 2, 27 c. 11. Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles Hor. de Arte Poët. 464. Facinora, opera; *Quae nullo tempore ſunt intermoritura* Plaut. Moſt. 3, 2, 90. Liu. 1, 16 *pr.* His immortalibus editis operibus, quum ad recenſendum exercitum concionem in campo ad Caprae paludem haberet, *etc.* Gratias agere Cic. Fam. 10, 13. Herbae Claud. de Nupt. Honor. 158. Memoria Cic pro Corn. Balb. 40 c. 17. Memoriam alicuius immortalem reddere Id. de Orat. 2, 8. Mens Lucret. 3, 611. — immortalis Idem 3, 882. Mortalem vitam mors cui immortalis ademit, *i. ex qua non eſt reditus ad vitam.* Nemo vnquam ignauia immortalis factus eſt Sall. Iug. c. 85 *extr.* Cic. in Piſon. 27 Quo quidem in ſpectaculo mira Reipubl. aequitas erat, vter eorum periſſet, tanquam laniſta, in eiusmodi pari lucrum fieri putabat: immortalem tamen quaeſtum ſi vterque cecidiſſet. Tributa Tacit. Hiſt. 4, 32. Immortales *appellabantur milites Perſarum, numero 10000, qui numerus ſemper ſeruabatur integer. Vid.* Curt. 3, 3, 13. Herod. 7, 83.

IMMORTALE, *pro Immortaliter.* Val. Flacc. 7, 362 Immortale virens.

IMMORTALĬTAS, ātis. f. [ἀθανασία] Cic. de Amicit. 59 Niſi enim (quod ille minime putabat) immortalitatem optare vellet *etc.* Ter. Andr. 5, 5, 4 Nam mihi immortalitas parta eſt, ſi nulla aegritudo huic gaudio interceſſerit. Iuſtin. 24, 4, 4 *de Hercule Alpes transgreſſo,* Cui ea res virtutis admirationem et immortalitatis fidem dedit. Cedit nulla re niſi immortalitate caeleſtibus beata vita Cic. de N. D. 2, 153. Commendare immortalitati, *vid.* COMMENDO. Non eſt lugenda mors quam immortalitas conſequatur Cic. de Senect. 73 c. 20. Donare alicui aeternitatem et immortalitatem, non vnius diei gratulationem Idem in Piſon. 7. Mandare aliquid immortalitati Id. pro Domo 76 c. 29. *Vid.* MANDO. Proſequi memoria immortalitatis memoriam aliquorum Cic. Philipp. 2, 33. *Contraria:* Idem ibid. 4, 3 Sunt enim facta eius immortalitatis, non aetatis. Tradere immortalitati ſcripta alicuius Id. de Orat. 3, 57 c. 16. *Plurali vtitur* Cic. de N. D. 3, 46 c. 18 Vide igitur, ne virtutibus hominum iſti honores habeantur, non immortalitatibus, *i. Probabile videtur, Herculem et caeteros non ideo tanquam Deos coli, quod immortales ſint, ſed quod virtute ſumma praediti.*

IMMORTALĬTER. [ἀθανάτως] Aduerbium *exaggerandi.* Cic. Q. Frat. 3, 1, 3 Quod ſcribis te a Caeſare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo, *vt me eo nomine beatum et paene immortalem arbitrer, vt ille* Terentianus Pamphilus Andr. 5, 5, 2

Ego vitam Deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror,
Quod voluptates eorum propriae ſunt. nam mihi immortalitas
Parta eſt, ſi nulla huic aegritudo gaudio interceſſerit.

IMMORTALITVS. Adu. Turpil. *apud* Non. 11, 43 Immortalitus ſe obtulit mihi haec facultas.

IMMORTVVS, *vid.* IMMORIOR.

IMMŌTVS, a, um. Adi. [ἀκίνητος, ἀστεμφής] *Quod non mouetur.* Virg. Georg. 3, 416 Saepe ſub immotis praeſepibus, aut mala tactu Vipera delituit. Immotis *indicat cauſam et occaſionem, qua deliteſcere potuerit noxium animal.* Diem immotum *dixit* Tacit. Hiſt. 1, 86, 2 *quo venti nulli ſpirant.* Fides Valer. Argon. 3, 598. Lumina immota tenere Virg. Aen. 4, 331. Mens immota manet Id. ibid. 4, 449. Fixum immotumque animo ſedet Id. ibid. 4, 15.

IMMVGIO, īui *vel* ii, ītum, īre. [ἐμμυκάομαι] *Auget ſignificationem ſimplicis Mugire, quod eſt ſonitum, qualem boues emittere ſolent, edere.* Virg. Aen. 3, 674 Curuisque immugiit Aetna cauernis. Mare totum immugit Sen. Hippol. f. 10. Moeſto immugit regia luctu Virg. Aen. 11, 38. Sono rauco immugire Sil. 5, 63.

IMMVLGEO, ulſi *vel* ulxi, ulſum *vel* ulctum, ēre. [ἀναμέλγω] *Mulgendo et ſugendo, lac ex mammis exprimere.* Plin. 28, 7 Item mammarum collectionibus cum ture, oculo ab ictu cruore ſuffuſo, et in dolore, aut epiphoris, ſi immulgeatur, plurimum prodeſt. *de lacte.* Virg. Aen. 10, 572 Et lacte ferino Nutribat, teneris immulgens vbera labris. *Conf.* Lucret. 4, 1202.

IMMVNDVS, a, um. Adi. [ἀκάθαρτος] *Impurus, impolitus.* Ter. Heaut. 2, 3, 54 Pannis obſita, neglecta, immunda illuuie. Contactu immundo foedant omnia Virg. Aen. 3, 228. Fimus Id. ibid. 5, 333. Plaut. Ciſt. 1, 1, 116 Immundas fortunas meas aequum eſt ſqualorem ſequi. Idem Moſt. 1, 2, 24 Homo indiligens cum pigra familia, immundus, inſtrenuus. Plin. 14, 19 Aut ſuperne deciduo immundiore lapſu aliquo polluta. Pauperies Hor. Epiſt. 2, 2, 199. Columel. 9, 5 Neque ea curatorem fraudulentum tantum, ſed etiam immundae ſegnitiae peroſa eſt. Sues Virg. Georg. 1, 400. *Compar.* Catul. 98, 3 Nil immundius hoc, nihil eſt immundius illo. Sen. Quaeſt. Nat. 5, 4 Immundius aliquid timere. *Superl.* Plin. Epiſt. 10, 99 Immundiſſima adſpectu cloaca.

IMMVNDVS, i. m. Subſtant. *Fictum a* Tertulliano *vocabulum* de Cultu femin. 1, 4 Habitus feminae duplicem ſpeciem circumfert, cultum et ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici: Ille (ornatus) in auro et gemmis et veſtibus deputatur, Iſte (cultus) in cura capilli et cutis, et earum partium corporis, quae oculos trahunt.

IMMVNDE. Adu. Iul. Obſeq. de Prodig. c. 115 Immunde templa foedare.

IMMVNDITIA, ae. f. [ἀκαθαρσία] *Impuritas.* Frontin. de Aquaeduct. 2 Immunditiarum facies et impurior ſpiritus, *etc.* *Adde*

Plaut. Stich. 5, 5, 6. Columel. 1, 61. Idem 12, 3. *et* 503. Tertull. adu. Gent. c. 3. *et* de Carne Chr. c. 4.

IMMVNDITIES, ēi. f. *Idem.* *Apud* Tertull. de Monogam. c. 7. *et* de Pudic. c. 9. Saluian. de Gub. 6 p. 210.

IMMVNDABILIS, e. Adi. Tertull. de Pudic. c. 20.

IMMVNIS, e. Adi. [ἀτελὴς] dicitur, *vt ait* Feſtus, Qui nullo fungitur officio, liber ab onere publico: Qui vel aetate vel alio priuilegio praeſtare munia non tenetur. Virg. Georg. 4, 244 Immuniſque ſedens aliena ad pabula fucus. *Conf.* Hor. Od. 4, 12, 23. Cic. de Amicit. c. 14 Non eſt enim inhumana virtus, neque immunis, neque ſuperba, quae etiam populos vniuerſos tueri, eisque optime conſulere ſoleat. Idem Off. 3, 107 Melius hi quam nos, qui piratas immunes, ſocios vectigales habemus. Agri immunes Id. Phil. 2, 43. Agros immunes, liberoſque arare Cic. Verr. 2, 166. Id. Verr. 3, 13 c. 6 Quinque praeterea ſine foedere immunes ciuitates ac liberae, Centuripina, Haleſina, *etc.* *i. quae nullum vectigal pendunt.* Domus immunis ab omnibus arbitris Vell. 2, 14, 3. Praedia immunia conditione commodiore ſunt, quam illa, quae penſitant Cic. de L. Agr. 3, 9 c. 2. *Cum Genitiuo* Ouid. Met. 3, 11 *de boue*, Nullum paſſa iugum, curuique immunis aratri. Belli immunis Virg. Aen. 12, 559. Boni alicuius immunis, *i. Expers* Ouid. Triſt. 4, 2, 62. Immunis delictorum paternorum Vell. 2, 7, 2. Ouid. Met. 8, 690 Vobis immunibus huius Eſſe mali dabitur. Manus immunis, *i. Innoxia* Hor. Carm. 3, 23, 17. *Vid. Torrent.* Operum immunes famulae Ouid. Met. 4, 5. Scelerum immunis Stat. Theb. 5, 123. *Cum Ablat.* Immunis calamitate exercitus Vell. 2, 120, 3. *Cum Ablatiuo:* Immunis militia Liu. 1, 43. *De his vid. Lex. Pitiſc.* Plin. 17, 24 Caprificus omnibus immunis eſt, quae adhuc diximus: *i. Caret malis praedictis, non inareſcit, non ſentit tabem.* Metu immunis Sen. Hippol. 1054. Vitiis humanis inmunis Paterc. 2, 35, 2. Voluptatibus immunis Idem 2, 46. ¶ 2 Immunis, Improbum aliquando ſignificat, *ſi audimus* Feſtum, *qui laudat* Plaut. Trin. 1, 1, 2 Immune eſt facinus. *Inſpiciamus totum locum,*

Nae amicum caſtigare ob meritam noxiam
Immune eſt facinus; verum in aetate vtile
Et conducibile. Nam ego amicum hodie meum
Concaſtigabo pro commerita noxia
Inuitus, ni me id inuitet, vt faciam fides.

Hic Immune facinus *videtur idem eſſe, quod* χάρις ἄχαρις, *gratia ingrata,* Facinus *quod libenter nobis remittant amici, qui nos* immunes *quantum ad hoc munus, ad hoc officium, plerumque malint.*

IMMVNĬTAS, ātis. f. [ἀτέλεια, ἔφοδος] *Exemtio, et vacatio munerum et onerum.* Cic. Philipp. 1, 3 Num immunitates datae? Id. ibid. 2, 91 Ne qua poſt Idus Martias immunitatis tabula, neue cuiusquam beneficii figeretur. Immunitas et libertas alicuius prouinciae Id. pro Font. 17. Cic. Fam. 12, 1 Tabulae figuntur, immunitates dantur. Dare alicui munerum immunitatem Idem Acad. 4, 121. Habere immunitatem, *vid.* HABEO. Iuuare alios immunitatibus Tac. Hiſt. 3, 55, 3.

IMMVNITIO, ōnis. f. *Pro immunitate, adfertur fide Salmaſii ad* Lamprid. Commod. 14 *vbi pro vulg.* Immunitates malorum *libri habent* Imminutiones, *ex quo* immunitiones *ipſe facit: ſimilemque medicinam fieri vult* l. vn. C. Th. de priuil. dom. Aug. Quos huius immunitionis oneribus premi non dubium eſt. *Sed defendit vulgatam h. l. pariter et Lampridii lectionem Iac. Gothofredus.*

IMMVNIFĬCVS, a, um. Adi. [ἀνεύεργος] Plaut. Trin. 2, 2, 69 Ciui immunifico ſcis quid cantari ſolet, quod habes ne habeas.

IMMVNIO, īre. Tacit. Ann. 11, 19, 2 Praeſidium immuniuit.

IMMVNĪTVS, a, um. Adi. [ἀνερύμνωτος] *Non munitus.* Cic. pro Caecin. 54 c. 19 Si via ſit immunita, iubet qua velit, agere iumentum. Liu. 22, 11 Edictoque propoſito, vt quibus oppida caſtellaque immunita eſſent, in loca tuta commigrarent. Sparta Ouid. Met. 10, 169. Vrbs Id. ibid. 10, 169.

IMMVRMV̆RO, āre. [εἰσμορμύρω] *Ex ſimplici* murmurare *ſatis intelligitur.* Agmen totum immurmurat Ouid. Met. 3, 646. Sub lingua immurmurare aliquid Perſ. 2, 9. Siluis immurmurat Auſter Virg. Georg. 4, 261. Admorſae immurmurat haſtae Sil. 5, 333. *Conf.* Val. Flacc. 7, 312.

IMMVRMVRANS, antis. Partic. Ammian. 22, 16 Immurmurantes audire ventos.

IMMVSCV̆LVS, i. m. Auis eſt, *auctore* Feſto, quam alii Regulum, alii Oſſifragam dicunt. *Sed mirum ne eadem eſt* Immuſſulus *vel* Immiſſulus *de qua ſtatim.*

IMMVSTVLVS, (IMMISSVLVS) i. m. Ales ex genere aquilarum eſt, ſed minorum virium quam aquila: quae volucris raro et non fere praeter quam vere apparet: quia aeſtum, algoremque metuit. Appellatur autem ita, quod ſubito et inexpectata ſe immittat. (*quidam* immutat, *male*) *Haec* Feſtus: *ex cuius verbis, non* Immuſtulus, *ſed* Immiſſulus *ſcribendum potius videtur, ſiue* Immuſſulus *adeo: nam ab* Immittendo *deducit.* Plin. 10, 7 Sangualem auem atque immuſſulum augures Romani in magna quaeſtione habent. Immuſſulum aliqui vulturis pullum arbitrantur eſſe, et ſangualem oſſifragae. Maſſurius ſangualem oſſifragam eſſe dicit, immuſſulum autem pullum aquilae priusquam albicet cauda. Quidam poſt Mucium augurem viſos non eſſe Romae, confirmauere: ego, quod veriſimilius eſt, in deſidia omnium rerum non arbitror agnitos. *Hard.* Maſſurius *ſcribit, et* Sanqualis. *v. v.* Arnob. 2 p. 84 *extr.* Quid in mundo faciunt bubones, immuſſuli, buteones? Quid alites et volucres ceterae? *Et* 7 p. 223 *pr.* Et quoniam volucres quoque hoſtiarum in numeris ponitis, cur non vulturios, aquilas, ciconias, immuſſulos, buteones, coruos, accipitres noctuas? *Variat autem lectio,* Immiſſulos *probat Stewech.* *Sed* immiſculos *etiam, et* immiſtulos *adfert.* Vet. Gloſſ. Immuſulus εἶδος ὀρνέου.

IMMVSICVS, a, um. Adi. [ἄμουσος] Immuſici iudicantes de muſicis Tertull. Apolog. c. 1.

IMMVTESCO, ui, ĕre. [κωφάομαι] *Mutum fieri, tacere.* Quinctil. 10, 3, 16 Non ergo putemus ſemper optimum eſſe quod latet, ne immuteſcamus alioqui. Ruptis immutuit ore querelis Stat. Theb. 5, 542. (*al.* 552) *add.* 6, 184.

IMMVTILATVS, a, um. Adi. Immutilato corpore Salluſt. Fragm. 6, 13.

IMMV̆TO, āre. [ἐναλλάττω] *Idem quod Mutare, ſiue Aliud pro alio dare.* Plaut. Epid. 5, 1, 40 Hic ſunt quadraginta minae, ſi quid erit dubium, immutabo. Idem Mil. 2, 5, 22. Immutare ſe, *vel immutari* Plaut. Trin. 1, 2, 35. Ter. Phorm. 1, 4, 29 Non poſſum immutarier. Idem Andr. 1, 5, 8 Id mutauit, quoniam me immutatum videt. Cic. Fam. 1, 9 Neque permanendum in vna ſententia conuerſis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis, ſed temporibus aſſentiendum. Idem ibid. 5, 8 Sed quaedam peſtes hominum laude aliena dolentium, et te nonnunquam a me alienarunt, et me aliquando immutarunt tibi. Ter. Eun. 2, 1, 19 Dî boni, quid hoc morbi eſt? adeone homines immutarier ex amore, vt non cognoſcas eundem eſſe? Cic. de Amicit. 54 Atque hoc quidem videre licet, eos, qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, poteſtate, proſperis rebus immutari, ſperni ab iis veteres amicitias, indulgere nouis. Id. de Diuin. 2, 89 Vim quandam eſſe aiunt ſignifero in orbe, qui Graece ζωδιακὸς dicitur, talem, vt eius orbis vnaquaeque pars alia alio modo moueat immutetque caelum. De inſtitutis priorum immutat ſucceſſor aliquid Cic. pro Flacc. 33 c. 14 *extr.* Figuram alicuius immutare Ouid. Met. 7, 722. Ingenium immutatur egeſtate Ter. Andr. 1, 5, 40. Plaut. Curcul. 1, 2, 59 Neque veto, neque iubeo, quando te video immutatis moribus eſſe here, atque ingenio. Ingenium moribus immutare Idem Trin. 1, 2, 35. Cic. de Legib. 2, 38 Quarum mores lapſi ad mollitiem, pariter ſunt immutati cum cantibus, *etc.* Idem Fam. 1, 9 Si quibusdam in ſententiis paullum me immutaſſem. Senſus Lucret. 5, 1414. Cic. de Orat. 2, 249 At vtrumque genus continet verbi ad literam immutati ſimilitudo. Plaut. Amph. 3, 1, 6 Illico Amphitruo fio, et veſtitum immuto meum. Voluntatem Cic. Att. 1, 7. Ter. Hec. 3, 3, 9 Sed continuo vultum earum ſenſi immutari omnium, quia tam incommode illis fors obtulerat aduentum meum.

IMMVTĀTVS, a, um. Partic. [ἐνηλλαγμένος] Suet. Claud. c. 29 Suppoſitos aut etiam palam immutatos datorum officiorum codicillos. Ter. Heaut. 2, 4, 9 Quippe forma impulſi noſtra, nos amatores colunt: haec vbi immutata eſt, illi ſuum animum alio conferunt. Cic. de N. D. 2, 66 Vt Portunus a portu, ſic Neptunus a nando paullulum primis literis immutatis. *Sic apud eundem* in Orat. 214 Verborum ordinem immuta, *etc.* Moribus immutatis eſſe Plaut. Curc. 1, 2, 59. Cic. in Philipp. 12 c. 7 Suſpicionem multis attulit immutatae voluntatis. Cic. Orat. 92 c. 27 *de Phalerei Demetrii oratione,* Tum illuſtrant eam, quaſi ſtellae quaedam, tralata verba atque immutata: immutata, *per Metonymiam, credo.* *Sed* ¶ 2 Immutatus *interdum eſt non mutatus.* Cic. de Inu. 2, 162 c. 53 Veritas eſt, per quam immutata ea, quae ſunt, aut ante fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur. *Sic* Id mutauit, quoniam me immutatum videt, *i. Non mutatum* Ter. Andr. 1, 5, 7.

IMMVTABĬLIS, e. Adi. [ἀμετάβλητος, ἀμετάβολος] *Quod nullo modo mutatur, vt* Aeternitas Cic. de Vniu. c. 2. Id. Acad. 2, 29 Quam interdum eandem neceſſitatem appellant: quia nihil aliter poſſit atque ab ea conſtitutum ſit, inter quaſi fatalem et immutabilem continuationem ordinis ſempiterni. Res ſtabilis et immutabilis Cic. de Vniu. c. 2. Omnia in praeteritis neceſſaria ſunt, quia ſunt immutabilia Id. de Fato c. 7. Pondus immutabile adeſt verbis ſanctis Stat. Theb. 1, 212. ¶ 2 *Ex vi verbi* Immuto, *qui ſaepe mutatur.* *Sic Boxhornius interpretatur, et recte, puto* Plaut. Epid. 4, 2, 8 Scio quid erres, quia veſtitum atque ornatum immutabilem habet haec.

IMMVTABILĬTAS, ātis. f. [ἀτρεψία] Cic. de Fato 17 c. 9 Sed in factis immutabilitatem apparere, in futuris quibusdam, *etc.*

IMMVTABILĬTER. Adu. Celſ. 99 Quidquid D. de verborum obligat. Si immutabiliter verum fuit, te Capitolium non aſcendiſſe. *Conf.* Apul. de Mundo p. 261. *et* Auguſtin. Ciu. Dei 22, 9.

IMMVTATIO, ōnis. f. [ἐναλλαγὴ] Cic. de Legib. 2, 27 Negat enim mutari poſſe muſicas leges ſine immutatione legum publicarum. Immutatio ordinis Id. de Orat. 3 c. 44. Id. ibid. 94 Et quanquam translatio eſt apud eum multa, tamen immutationes nusquam crebriores. Cic. in Bruto . . Ornari orationem Graeci putant, ſi verborum immutationibus vtantur. *Add.* Id. Acad. 4 c. 6.

IMMVTATOR, ōris. m. Oroſ. c. vlt. *de Athaulpho Goth. rege.*

IMMVTATRIX, īcis. f. *Apud* Sidon. . .

I M O *et* I M P

IMO, *vid.* IMMO.

IMPACĀTVS, a, um. Adi. [ἀνήλαστος] *Non pacatus.* Virg. Georg. 3, 408 Aut impacatos a tergo horrebis Iberos. Mens impacati Pectoris Prudent. Pſych. 776. Odia Claud. in Eutrop. 2, 212. Populi Auien. Deſcr. Orb. 863. Quies pelagi Claud. in Ruf. 1, 71. Vita Sen. de Ira 3, 27.

IMPACTIO, IMPACTVS, *vid.* IMPINGO.

IMPAEDIO, ire. Domi vxorem meam impudicitia impaediuit Plaut. Amph. ſuppoſ. ad 4, 2 v. 12. *i. contaminauit.* *Conf. Barth. Adu.* 25, 1.

IMPĀGES, is. f. [ἔμπηγμα] Feſtus: Impages dicuntur, Quae a fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohaereant. A Pangendo, id eſt figendo. Vnde Poëtae Pangere verſus dicuntur: et agricolae Pangere plantas, id eſt infigere. Vitruu. 4, 6 *ſemel iterumque vtitur.* *Luculenter ſchemate etiam adhibito, declarat Baldus Lex. Vitr. voc.* Replum.

IMPALLESCO, ui, ĕre. [ὠχριάω] *Ex ſimplici intelligitur.* Stat. Theb. 6, 805 Euentu impalluit ipſe ſecundo. Perſ. 3, 62 At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis.

IMPALPEBRATIO, ōnis. f. Vocis amputatio cum impalpebratione C. Aurel. Tard. 2, 5, 87. *i. palpebrarum immobilitate.* *Vid. Reineſ. Var. Lect. p.* 671.

IMPANCRO, āre. Eſt Inuadere, verbum a Graeco tractum, quaſi πᾶν κρέας conſumere. Varr. Eccleſiam, In regiam aream impancrarunt. *Haec* Nonius 1, 293. *Turneb.* 29, 19. *legit* Eccleſiam in regiam arctam impancrarunt. *Sed alias nihil explicat.* *Viderint Oedipi.*

IMPAR, aris. com. [περισσὸς, ἀνάρτιος] *Ad numerorum diſcrimen pertinet* Virg. Ecl. 8, 75 Numero deus impare gaudet. *Sed* Impar ſumtui Vlpian. in l. Sed an vltro D. de neg. geſt. *Qui ſumtum ferre non poteſt.* *Sic* Virg. Georg. 4, 245 Aut aſper crabro imparibus ſe immiſcuit armis. *Siue Datiuus eſt, indicantur infirmiora apum arma: ſiue Ablatiuus, potentiora crabronum: vtrobique inaequalia.* Cic. Fam. 5, 8 Quos quidem ego ambo vnice diligo: ſed in Marco beneuolentia impari. Certamen Ouid. Met. 11, 157. Fama impari Salluſt. Iugurth. 61. Fata Virg. Aen. 12, 146. Fortuna eſt impar animo Ouid. ex Pont. 4, 9, 121. Cic. in Somn. Scip.

11 Hic

11 Hic eſt, inquit ille, qui interuallis coniunctus imparibus, ſed tamen pro rata portione diſtinctis, impulſu et motu ipſorum orbium efficitur. Idem Acad. 4, 32 Illos, qui omnia ſic incerta dicunt, vt ſtellarum numerus par an impar ſit, neſciatur, quaſi deſperatos aliquos relinquamus. Oua numero imparia Varro de R. R. 3, 9. Hor. Epiſt. 1, 1, 96 Si toga diſſidet impar, Rides. *Diſſidet, i. Non aequalis ſedet in humeris. Aut, quod malim, diſſimilis tunicae. Praeceſſit,* Si forte ſubucula pexae Trita ſubeſt tunicae.

IMPARILIS, e. Adi. *Idem ac Diſpar.* Aur. Vict. in Hadr. In remiſſo ingenio ſuſpectam aeſtimantes ſocietatem aeui longe imparilis.

IMPARILITAS, ātis. f. Gell. 5, 20 Soloeciſmus aliis imparilitas appellatus. Idem 14, 1 Imparilitas haec turbat obſeruationem.

IMPARĬTER. Adu. [ἀναρτίως] Verſus impariter iuncti *carmen elegiacum* Hor. de Arte Poët. 75.

IMPARĀTVS, a, um. Adi. [ἄσκευος] *Non paratus.* Cic. Tuſc. 3, 29 Ne me imparatum cura laceraret repens. *ex Euripide.* Omnes imparatos imprudenteſque offendere Nep. 11, 2, 2. Ter. Phorm. 1, 5, 84 vt ne imparatus ſim quum adueniat Phormio. *Vid.* Idem Andr. 3, 1, 20. Cic. pro Milon. 56 Quamquam paratus in imparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros. Imparatus arma ſumſit Idem Tuſc. 1, 86. Imparati cum a militibus, tum a pecunia Id. Att. 7, 15. Imparatus ſemper aggredi ad dicendum videbatur Antonius Cic. de Clar. Orat. 139. In malis imparatus Idem Att. 9, 7. Longum eſt imparatis breue tempus Id. Philipp. 3, 2. Inermem et imparatum aliquem gladiis adoriri Cic. pro Sext. 79. Pectus non imparatum aerumnis Sen. Hippol. 10. *Superl.* Imparatiſſimus omnibus rebus Caeſ. B. C. 1, 30.

IMPARATIO, ōnis. f. Marcell. Emp. c. 20 Sentire imparationem ſtomachi.

IMPARCO, *vid.* IMPERCO.

IMPĀRENS, entis. Adi. [ἀπήκοος] Non parens, ſiue obediens. Feſtus.

IMPARENTIA, *ſ.* IMPARIENTIA, ae. f. Gell. 1, 13 Culpa imparentiae ſubeunda. *Sic. Gron. Sed fluctuat lectio. Vid.* PARIENTIA *ſub* PAREO.

IMPARTIO, Lactant. Epit. 6. *Sed ita etiam legitur* Cic. Verr. 2 c. 21 Tu Syracuſanos vnum diem feſtum Marcellis impartire noluiſti. *Vid.* IMPERTIO.

IMPASCO, pāui, paſtum, ĕre, *vel* IMPASCOR, aſci. [ἐννέμω] *Idem quod Paſcere, ſiue Paſci.* Columel. 6, 5 In ea loca perducendi ſunt, quibus nullum impaſcitur pecus. *Add.* Idem 2, 18.

IMPASTVS, a, um. Partic. *a* Paſcor *paſſ.* [ἄτροφος] *Non paſtus.* Virg. Aen. 9, 339 Impaſtus, ceu plena leo per ouilia turbans, *etc.* Turba impaſta luporum Sil. 7, 129. Prudent. Cath. 4, 99.

IMPASSIBILIS, e. Adi. Lactant. 1, 3 *extr.* Deus incorruptibilis eſſe debet, perfectus, impaſſibilis. *Conf.* Prudent. Apoth. 84. Tertull. Apol. c. 50. *et* de Anima c. 12. *et* aduerſ. Prax. c. 29. *item* Iſidor. 7, 1..

IMPATIBĬLIS, e. *vel* IMPETIBILIS, A *in* E *mutato, vt in* Perpetior, [ἀφόρητος, ἀπαθὴς] *intolerabilis, quod quis pati non poteſt.* Plin. 20, 18 ſ. 76 Cum valetudo impatibilis odium vitae feciſſet. *MSS. Gron. et omnes Harduini* impetibilis. *Et* c. 20 ſ. 81 Impatibiles vuae morbi. *Quin ipſe* Cic. Fin. 2, 57 c. 17 *extr.* Dolorem — quidem vos, cum improbis poenam proponitis, impatibilem (*MSS.* Impetibilem) facitis; cum ſapientem ſemper boni plus habere vultis, tolerabilem. Non. 4, 155 ex Plauti Amphitruone (in Suppoſ. DI voſtram fidem 21) Pertolerarem vitam, cladeſque exanclarem impetibilis. *Sic Mercer. Al.* impatibiles. Apul. Apol. p. 328, 11 Sceleri aduerſum parentem neſando, immani, impetibili: *vbi mira quaedam comminiſcuntur viri docti Caſaubonus et Pricaeus, quos turbaſſe nihil aliud videtur, quam ſecunda Vocalis in ſecunda ſyllaba, vt de* impetendo, *et* impetu *cogitarent: accedente etiam* Vet. Gloſſ. Iſid. Impetibile, improbum, ſaeuum (ſcaeuum) It. Gloſſ. Lat. Gr. Impetibile ἀνεπιχείρητον, ἀνεπιτήδευτον. *Quin* impetibile *ſ.* impatibile ſcelus *eſt intolerabile.* Solin. c. 40 (*al.* 53) *de chamaeleonte*, Impetibilis eſt coraci, a quo cum interfectus eſt, victorem ſuum perimit interemtus. *Etiam hoc ab* impetendo *et* impetu *deriuat Salmaſius* p. 614 ſq. *Quin* corax *ſ. coruus* pati non *poteſt chamaeleonta, neque viuum neque mortuum. Etiam ad* ſymmachum *diſputatum eſt* 2, 90 (*Par.* 91) Graue hoc et impatibile (*vid. Cod. Iureti et Parei editio* impetibile) poſſet videri, niſi, *etc.* Id. 9, 107 (*Par.* 113) Nam mihi turpe atque impetibile eſt attonito animo et fronte moeſta laetos adire conuentus. ¶ 2 *Actiue* [ἀπάθητος] *qui propter naturae ſuae praeſtantiam pati non poteſt.* Lactant. 2, 8, 38 Non ergo Deus ex materia, quia — impatibile de patibili — nunquam poteſt oriri. *Sic nempe* Patibili *opponitur, de quo ſ. l.*

IMPATIENS, entior, entiſſimus. Adi. [ἀτλήμων] *Qui pati et tolerare non vult aut non poteſt. Iungitur Genitiuo.* Plin. 8, 10 Iidem impatientes frigoris. *de elephantis.* Conſortis impatiens Lucan. 1, 92. Famis impatientiſſimae eſſe Columel. 7, 11. Frigorum impatientiſſimum piſum Plin. 8, 12. Hiemis impatientiores intubi Idem 19, 8. Irae impatiens Ouid. Met. 13, 3. Libidinis Eutrop. 8, 16 (11) *de Caracalla. Al.* Impatientis libidinis. Mollis, et laboris impatiens Ouid. Triſt. 3, 2, 10. Quietis impatientiſſimus Paterc. 2, 23, 1. Plin. 10, 62 Vipera ſingulos diebus ſingulis parit, viginti fere numero. Itaque caeterae tarditatis impatientes perrumpunt latera occiſa parente. Vetuſtatis impatiens Idem 21, 16. Viae impatiens Ouid. Met. 6, 322. Animus impatiens, et non tractabilis Idem de Rem. Amor. 123. Imperitia nil impatientius Macrob. Saturn. 7, 4. Solicitudo impatientiſſima Gell. 12, 1 *extr.*

IMPATIENTIA, ae. f. [ἀτλησία] Plin. 11, 23 Fieri autem primo papiliones paruos nudoſque, mox frigorum impatientia villis inhorreſcere. *Sic* Aeſtus impatientia Idem 9, 16. Veneris impatientia Apul. Met. 2 p. 121. *i. morae in peragenda re Venerea impatiens.* Impatientia *apud* Sen. Epiſt. 9 eſt ἀπάθεια. *Vid.* PATHOS.

IMPATIENTER. Adu. [ἀτλημόνως] *Aegre et moleſte.* Plin. Epiſt. 2, 7 Amaui conſummatiſſimum iuuenem tam ardenter, quam nunc impatienter requiro. *Compar.* Impatientius deſiderare Quinctil. Decl. 11 *extr. Conf. Borrich. Vind. p. 101. et* Iuſtin. 12, 15, 3. *et* 32, 3, 2. *Superl.* Impatientiſſime dolere Plin. Epiſt. 4, 22.

IMPAVĬDVS, a, um. Adi. [ἄφοβος] *Qui nihil timet.* Plin. 28, 19 Et pellis aſinina iniecta impauidos infantes facit. Ianitor Stat. Theb. 6, 499. *de Cerbero.* Pectus impauidum Liu. 21, 30. Hor. Carm. 3, 3, 8 Si fractus illabatur orbis, Impauidum ferient ruinae. Sil. 7, 128 Impauidus ſomni ſeruat pecus. Sui impauidus Claud. de Piis fratribus 14.

IMPAVĬDE. Adu. [ἀφόβως] *Audacter, intrepide.* Liu. 30, 50 Nec locuta eſt ferocius, quam acceptum poculum nullo trepidationis ſigno dato impauide hauſit. Cael. Aurel. 4, 3, 30.

IMPAVSABILIS, e. Adi. Alecto graece impauſabilis dicitur Fulgent. Mythol. 1.

IMPAVSABILITER. Adu. Impauſabiliter cibum ſumere C. Aurelian. Tard. 3, 2.

IMPECCABĬLIS, e. Adi. [ἀναμάρτητος] *Quod peccare non poteſt.* Gell. 17, 19 Is erit pleraque impeccabilis, vitamque viuet tranquilliſſimam.

IMPECCANTIA, ae. f. Hieron. aduerſ. Pelag. 3, 4.

IMPECTO, ĕre. *Vetus verbum, Verberare.* Varro R. R. 3, 16, 8 Itaque impectentes a ſe eiiciunt fucos. *Sic,* Pectere *pro Impetere et verberare a* comicis *ſaepe legitur. Quid ſi potius* Impectantes *legas, pro Pectere et verberare cupientes, deſiderandi forma, vel frequentandi, pro Saepe pectentes atque pungentes. Nam vt Fictum pro Fixo a* Varrone *dicitur, et a veteribus Grammaticis obſeruatur, quidni* Pectum *pro* Pexum *ab eodem dicetur, a quo* Pecto, as: *quum praeſertim pro Pexus,* Pectitus *a* Columella *dicatur. Sic a Lego, Lecto dixit* Horatius, *a Scribo, Scripto. Quidam* Inſectantes *legunt, quod non eſt ineptum, ſed vetus lectio eſt* Impectantes. *Haec Turneb. Adu.* 8, 8. Inſectantes *eſt ex reſtitutione Victoriana, qui in Codice optimo inuenerat* Impectantes. *Ante Victorium edebatur* Impetentes, *quod forte melius caeteris.*

IMPĔDO, āre. [ἐμπεδόω] *Pedaminibus ſuſtinere.* Columel. 4, 16 Quum menſem triceſimum exceſſerit, poſita vinea, id eſt tertio autumno, vehementioribus ſtaminibus ſtatim impedanda eſt.

IMPEDATVS, a, um. Partic. Vitis impedata Idem ibid.

IMPEDICO, āre. *Pedicis conſtringere.* Ammian. 30, 4 p. 646 Si quem ſemel intra retia ceperint caſſibus mille impedicant.

IMPĔDIO, īui, ītum, īre. [ἐμποδίζω, ἀναποδίζω, ἀναχαιτίζω, κωλύω] *Implicare, inuoluere, ac proprie de pedibus dicitur, ſed ad alia transfertur.* Plaut. Rud. prol. 37 Sed dum alios ſeruat, ſe impediuit. Cic. Verr. 2, 115 Sin illud dices, te Heraclii voluntate ab lege receſſiſſe, ipſe te impedies, ipſe tu tua defenſione implicabere. *Vid.* IMPLICO. Idem pro Rabir. Poſt. 24 c. 9 Sapientis eſt, quum ſtultitia ſua impeditus ſit, quoquo modo poſſit, ſe expedire. Cic. de Clar. Orat. 3 Quum praeſertim non modo nunquam ſit aut illius a me curſus impeditus, aut ab illo meus: ſed contra ſemper alter ab altero adiutus et communicando et mouendo et fauendo. Caeſ. B. G. 1, 36 Si ipſe Pop. Rom. non praeſcriberet, quemadmodum ſuo iure vteretur, non oportere, ſe a Pop. Rom. in ſuo iure impediri. Cic. Att. 8, 16 Cedendum enim celeriter eſt, ne forte qua in re impediar atque alliger. Impediuit ipſus ſeſe in plagas, *i. Irretiuit, et ſeſe retibus implicuit* Plaut. Mil. 4, 9, 11. Caeſ. B. G. 2, 17 Quo facilius finitimorum equitatum, ſi praedandi cauſa ad eos veniſſet, impedirent. Impeditum impedire Cic. Att. 15, 15. Stultiſſimis interrogationibus aliquorum cauſam impedire Id. de Aruſp. Reſp. 1. Mentem dolore Id. pro Cael. 60. Cornua nouis ſertis Ouid. Met. 2, 868. Ter. Andr. 1, 5, 26 Tot me impediunt Curae, quae meum animum diuerſe trahunt: amor, miſericordia huius, nuptiarum ſolicitatio. Cic. Att. 8, 18 Vt te mecum coniungeres, prius quam Caeſar aut tuum Iter impedire, aut me abs te excludere poſſet. Caeſ. B. C. 1, 25 Impedire exitus. Nauigationem impedit ventus Idem B. G. 5, 7. Ter. Phorm. 2, 3, 2 Quanta me cura et ſolicitudine afficit gnatus, qui me et ſe hiſce impediuit Nuptiis. Profectionem alicuius impedire et tardare Cic. Fam. 7, 5. Vxorem alterius impudicitia impedire, *pro Sordidare, inquinare, ad probrum ducere. Sic exponit* Marcellus *illud* Plauti Amph. 4, 2 Suppoſ. 13 Qui domi vxorem meam impudicitia impediuit, per quem teneo theſaurum ſtupri. *Conf.* IMPAEDIO. Plin. Epiſt. 10, 54 Vereor enim, ne in alterutram partem ignorantia lapſus, aut illicita confirmem, aut neceſſaria impediam *prohibendo.* Perturbare et impedire rationem belli prope iam explicatam Cic. de Prouinc. Conſ. 35. Impedire quo minus: Idem de Senect. 55 Nec aetas impedit quo minus et caeterarum rerum et in primis agri colendi ſtudia teneamus, vſque ad vltimum tempus ſenectutis. Vt nulla re impedirer, quod ne mihi eſſet integrum Id. Att. 4, 2. Impedire ne: Cic. de Fato 2 c. 1 Caſus quidam ne facerem, impediuit. Idem Off. 1, 22 De rebus ipſis vtere tuo iudicio: nihil enim impedio. Id. de Fin. 1, 58 c. 10 Quumque nihil impedit, quo minus id, quod maxime placet, facere poſſimus. Quae obſtant et impediunt remouere Cic. Acad. 4, 9. Impedire ab: Plin. 10, 63 Non impedit partus quaſdam ab opere. *De equabus loquitur.* Ab delectatione omni negotio impediri Cic. pro Muraen. 36. Amplexu aliquem impedire Ouid. Met. 2, 433. Conſiliis impeditum eſſe Ter. Andr. 3, 5, 11. Fletu impediri Cic. Att. 3, . . Frenis impediuntur equi, *i. Frenantur* Ouid. Faſt. 2, 736. Cic. Fam. 11, 10 Quod iſti ne faciant, ſumma maleuolentia et liuore impediuntur. Malis domeſticis impediri Idem pro Sext. 97 c. 45. Morbo et aetate impediri Id. Verr. 3, 63. *Et* de Fin. 1, 59. Negligentia impediri, ſtudiis, occupationibuſue Cic. Off. 1, 29. Occupatione impediri, *vid.* OCCVPO. Cic. de Fin. 4, 2 c. 1 Tum ego, Non me hercule ſolere temere contra Stoicos: non quo illis admodum aſſentiar, ſed pudore impedior: ita multa dicunt, quae vix intelligam. Religione impediri, *Detineri, arceri* Cic. Fam. 4, 12. Caeſ. B. G. 5, 6 Partim quod inſuetus nauigandi mare timeret, partim quod religionibus ſeſe diceret impediri. Vinculis impediri Cic. de Diuin. 1, . .

IMPEDIENS, entis. Partic. Ouid. Met. 1, 703 Illi curſum impedientibus vndis.

IMPEDĪTVS, a, um. Partic. [ἐμπόδιστος] Impeditiſſimae ſiluae Caeſ. B. G. 8, 18. Animus libidini deditus, amore, deſiderio, cupiditate, ſaepe nimia copia, inopia etiam nonnunquam impeditus Cic. pro Cael. 45. Iter Stat. Silu. 4, 3, 32. Nomina impedita *apud* Ciceronem *ſunt, Quae non ſunt expedita. Vid.* Expedita nomina, *in* NOMEN. Pugna impeditior Liu. 7, 21. Saltus impeditior Idem 9, 2. Studia impedita Plin. Epiſt. 7, 30. Tempora Reipublicae impedita Cic. in Piſon. 3 c. 1. *Oppoſita:* Idem pro Milon. 28 Quid minus promtum ad pugnam, quam penula irretitus, rheda impeditus, vxore paene conſtrictus eſſet? Vinctus, conſtrictus, et impeditus Cic. de Aruſp. Reſp. 22. Impeditiſſimus ad iter faciendum Idem Fam. 11, 13. Occupatum impeditumque hunc amores tenent Id. pro Cael. 45.

IMPEDITIO, ōnis. f. [ἐμποδισμὸς] *Detentio, occupatio.* Cic. de

de Diuin. 1, 115 c. 51 Viget enim animus in ſomniis, liberque ſenſibus ab omni impeditione curarum iacente et paene mortuo corpore. Vitruu. 9, 4 Veneris Stella cum eſt liberata ab impeditione radiorum ſolis.

IMPEDIMENTVM, i. n. [ἐμπόδιον] *dicitur, quidquid eſt quo quis impeditur, vt non perficiat quod cupit.* Ter. Andr. 4, 2, 24 Proinde hinc vos amolimini, nam mihi impedimento eſtis. Inferre moram et impedimentum alicui Cic. de Inuent. 1, 12. Legitimum, *vid.* LEX. Impedimentum pati Plin. Epiſt. 2, 12. *Vid.* PATIOR. Eſſe impedimento Cic. pro Corn. Balb. . . *it.* pro S. Roſc. c. 4. Liu. 4, 13 *pr.* Superabat impedimenta naturae, diligentia, induſtriaque Demoſthenes Cic. de Orat. 1, 260 c. 61. ¶ 2 Impedimenta, *in exercitu dicuntur Res, quae conducuntur in expeditione neceſſariae. Et non ſolum Sarcinae, ſed etiam Iumenta,* impedimenta *dicuntur: vt docet* Frontinus Stratagem. 2, 1, 11 *ſcribens* fuiſſe interfecta a Petreio impedimenta in magna aquarum et pabuli inopia. Curtius 4, 16 *extr.* Magno conſilio iacturam ſarcinarum, impedimentorumque contemſit. Caeſ. B. G. 1, 26 Alteri ad impedimenta et carros ſuos ſe contulerunt. Cic. Verr. 4, 22 Etiam erat inimica improborum, quae C. Catonis illius, qui Conſul fuit, impedimenta retinuit, *de ciuitate Mamertina.* Abdere impedimenta Caeſ. B. G. 7, 18. Amiſſa Curt. 4, 15, 12. Collocare Caeſ. B. G. 2, 19. Diripere Id. ibid. 2, 17. Direpta Curt. 4, 15, 22. Exuere Caeſ. B. G. 7, 14. Potiri impedimentis Id. ibid. 3, 24. Recipere impedimenta Id. ibid. 7, 87. Relinquere Id. ibid. 5, 33. Sequuntur agmen Curt. 4, 12, 3. *Add.* Nep. 8, 2, 5. *Nugas et ineptias,* Grammaticorum impedimenta *vocat* Quinctil. 1, 8, 19.

IMPEDIMENTOSVS, a, um. Adi. *Impedimentis abundans.* Caſſiodor. Epiſt. 1, 35.

IMPELIMENTA impedimenta dicebant Feſtus: *vt* Dacrimas Lacrimas, *etc.*

IMPELLO, ŭli, ulſum, ĕre. [ὠθέω, ἐλαύνω] *Incitare, vrgere, praeſertim magna vi.* Virg. Aen. 4, 594 Ferte citi flammas, date vela, impellite remos. Cic. pro Cluent. 70 Praecipitantem igitur impellamus, inquit, et perditum proſternamus. *Ad conſilia ſaepe refertur:* Impellit regem Lacedaemoniorum Athenienſibus bellum inferre Iuſtin. 5, 1, 4. Impellit Artaxerxem parricidium parricidio vindicare Idem 3, 1, 3. Impellere atque hortari Cic. de Orat. 1, 126. Impelli atque incendi ad aliquid faciendum Idem de Clar. Orat. 19. Ad accuſandum dominum ſeruum impellere Id. pro Deiot. . . Ad bellum barbaros Cic. pro Sulla 36 c. 13. Ad facinus non videtur hominem illum impulſura vtilitas Id. Bruto 6. Ad iniuriam faciendam animum alicuius impellere Id. pro Flacc. 85. Ad iram Hor. de Arte Poët. 109. Ad nullam rem vnquam impelletur Cic. Acad. 4, 19. Ad quoduis maleficium hominem impellit auaritia Auct. ad Heren. 2, 54 c. 22. Cic. pro Roſc. Amer. 39 c. 14 Luxuries igitur hominem nimirum, et aeris alieni magnitudo, et indomitae animi cupiditates ad hoc ſcelus impulerunt. Impellere in: *vt,* In caſum hunc impuliſtis me Idem Att. 3, 9. *Conf.* Ibid. 3, 13. In fraudem Cic. in Piſon. 1. *Et* pro Deiot. 8, 32 Se a te corruptum, tuis promiſſis in fraudem impulſum eſſe confeſſus. In fugam atque in latebras impelli Cic. pro Rabir. perd. 22. Idem pro Milon. 89 Poſtremo niſi eum dii immortales in eam mentem impuliſſent, vt homo, *etc.* Id. de Orat. 2, 92 Si cognoſſemus, quae te cauſa in ſermonem impuliſſet. Cic. in Catil. 2, 10 Qui etiam nonnullos agreſtes homines tenues, atque egentes in eandem illam ſpem rapinarum veterum impulerunt. In ſpem certiſſimam Conſulatus Idem ad Brut. 10. In ſpem metumque animos Liu. 27, 45. Impelli vt: Ter. Andr. 3, 2, 43 Non impulit me hac omnino, vt crederem. Cic. de Senect. 77 Nec me ſolum ratio ac diſputatio impulit, vt ita crederem. Natura impellimur, vt prodeſſe velimus quam plurimis, in primisque docendo, rationibusque prudentiae tradendis Idem de Fin. 3, 65. Cuncta impellere pugna Valer. Argon. 5, 675. Impetus animorum impellere, *et* Reflectere, *contraria* Cic. de Orat. 2, 312. Senſus impellere Lucret. 1, 304. Voluntatem impellere quo velis, *et* Vnde velis deducere, *contraria* Cic. de Orat. 1, 30. Cato c. 5 Terram carioſam caueto ne ares, neue plauſtrum, neue pecus in eam impellas. Plin. 17, 5 Catonis verba referens ſic habet, Cato breuiter atque ex ſuo more vitia determinat, Terram carioſam caue: neue plauſtro, neue pecore impellas. Contorquere: Virg. Aen. 1, 86 — cauum conuerſa cuſpide montem Impulit in latus. Quaſi in rem, quae facile cedit ictui. Seruius. *Labefactare:* Plin. 33, 11 Immenſo et Achaicae victoriae momento ad impellendos mores. Impellere mugitibus auras Ouid. Met. 3, 21. *Loco pellere.* Liu. . . Impulſa frons prima: et trepidatio ſubſidiis illata.

IMPELLENS, entis. Partic. Virg. Georg. 4, 305 Zephyris impellentibus vndas. Iuſtin. 4, 5, 4 Impellente fato.

IMPVLSVS, a, um. Partic. [ἐληλασμένος] Auctoritate eius impulſi Athenienſes Nepos 1, 5, 2. Conſcientia ad fatendum impulſus Quinctil. 5, 15. Fama hac impulſus Chremes, vltro ad me venit Ter. Andr. 1, 1, 72. Furiis impulſus Virg. Aen. 10, 68. Praelio grauiter impulſi milites Paterc. 2, 51, 3. *Conf.* c. 70, 1. Acies impulſa, *vid.* ACIES. Lucan. 5, 330

Nobis victoria turbam
Non dabit: impulſi tantum quae praemia belli
Auferat.

Impulſum bellum *videtur ita fere dici ac* profligatum, *prope finem adductum.* Chordas tentauit impulſas pollice Ouid. Met. 10, 145. Sagitta neruo impulſa per nubem Virg. Aen. 12, 856.

IMPVLSVS, ûs. m. [ἔλασις, ὤθησις] Cic. de N. D. 2, 31 c. 11 Is autem ardor non alieno impulſu, ſed ſua ſponte mouetur. Caeſ. B. G. 5, 25 Ne ciuitas eorum impulſu deficeret. Impulſu tuo, ſuo, veſtro: *h. e. Ductu et ſuaſu atque hortationibus* Cic. pro Roſc. Amer. 107. Idem Verr. 2, 161 Impulſu tuo et tua crudelitate feciſſet. Ter. Hec. 2, 1, 45 Veſtro impulſu duxere. Impulſu veſtro loquor Cic. de Orat. 3, . . Impulſu Piſonis Conſulis Idem Att. 1, 14. Id. pro Caecin. 45 Etſi non ſolum impulſu ſcutorum, neque conflictu corporum, neque, *etc.* Cic. Tuſc. 1, 30 Id autem nec naſci poteſt, nec mori: vel concidat omne caelum, omnisque natura conſiſtat neceſſe eſt, nec vim vllam nanciſcatur, qua primo impulſu moueatur.

IMPVLSIO, ōnis. f. [ἐλασία] Omnis coagmentatio corporis vel calore, vel frigore, vel aliqua impulſione vehementi labefactatur et frangitur Cic. de Vniu. c. 5. *Conf.* Arnob. 7 p. 234. *Metaph.* Cic. de Inuent. 2, 17 c. 5 Impulſio eſt quae ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur: vt amor, iracundia, aegritudo, *etc.* *Et mox* ſ. 19 Ergo accuſator cum aliquid impulſione factum eſſe dicet, illum impetum, et quandam commotionem animi, affectionemque verbis et ſententiis amplificare debebit. *Et* ſ. 20 Cum autem non impulſione, verum ratiocinatione aliquem commiſiſſe quid dicet, *etc.* Id. de Orat. 3, 118 c. 30 Cohortationes, obiurgationes, conſolationes, miſerationes, omnisque ad omnem animi motum et impulſio, et, ſi ita res feret, mitigatio. Inductio et impulſio in hilaritatem Cic. de Orat. 3, 205 c. 53.

IMPVLSOR, ōris. m. *Qui incitat et impellit ad aliquid faciendum.* Ter. Eun. 5, 6, 18 Here, ne me ſpectes: me impulſore haec non fecit. Impulſore Chreſto Suet. Claud. c. 25. Suaſor et impulſor profectionis meae Cic. Att. 16, 7. Impulſor atque adiutor Idem de Prouinc. Conſul. 18.

IMPVLSTRIX, *ab* Impellendo Nonius 2, 631 dici *probat* eadem forma, qua Tonſtrix, Curatrix, Aſſeſtrix, *etc.*

IMPENDEO, di, ſum, ēre. [ἐπικρέμαμαι] *Plus quam Inſtare eſt, Supra caput veluti caſurum pendere.* Cic. de Fin. 1, 60 c. 18 Accedit etiam mors, quae quaſi ſaxum Tantalo, ſemper impendet. Idem Tuſc. 5, 62. *et* 4, 35 c. 16. Impendebat mons altiſſimus, vt facile perpauci prohibere poſſent Caeſ. B. G. 1, 6 *pr.* Idem ibid. 3, 2 *pr.* Montesque qui impenderent, a maxima multitudine Sedunorum ac Veragrorum teneri. *Per translationem:* Cic. de Amicit. 35 Haec ita multa quaſi fato impendere amicitiis: vt omnia ſubterfugere, non modo ſapientiae, ſed etiam felicitatis diceret ſibi videri. Idem pro Domo 25 Impendebat fames, incendia, caedes, direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis et bonis. Cic. Fam. 4, 14 Vt ea, quae partim iam adſunt, partim impendent, moderate feramus. Adeſſe atque impendere mala videntur Idem pro Quint. 47 c. 14. Quae aderant iam et impendebant depellere Id. pro Milon. 77. Impendere fatum aliquod, aut inſtare iam plane, aut certe iam appropinquare Cic. in Catil. 2, 11. Quid illi impendeat, ex aliqua re ſuſpicari Idem pro Cluent. 66. Acerbitas impendet omnibus Id. Fam. 2, 15. Vlpian. in l. 1 D. de arbor. caedend. Quae arbor ex aedibus tuis in aedes illius impendet. Cura impendet pectori meo Plaut. Epid. 1, 2, 32. Contentio impendet Cic. Att. 2, 22. Diſcordiae magnae impendent Idem Fam. 8, 14. Formidines impendent ab noſtris magiſtris Id. Verr. 5, 56. Ἰλιὰς tanta malorum impendet Cic. Att. 8, 11. Iudicia reliqua impendent, nondum eſt plane expeditum Id. ibid. 4, 16. Ter. Phorm. 1, 4, 2 Ita nunc imparatum ſubito tanta te impendent mala, *i. Propediem euentura tibi ſunt.* Metus nulli a ſuperis impendent Cic. de N. D. 1, 45. Negotium impendet, *Vrget, inſtat* Idem Att. 2, 22. Id. de Aruſp. Reſp. 4 c. 3 Tum vidi ac multo ante perſpexi, quanta tempeſtas excitaretur, quanta impenderet procella Reipublicae. Tantae in te impendent Ruinae Plaut. Epid. 1, 1, 77. Sumtus infiniti impendent in hos exercitus, quibus defendimur Cic. Brut. 18. Tempeſtas inuidiae quanta nobis impendet Idem in Catil. 1, 22. Timor belli impendet Id. Fam. 2, 10.

IMPENDENS, entis. Partic. [ἐπικρεμάμενος] Plin. 18, 35 Quinimmo et harundinem nonniſi impendente pluuia ſeri iubent. Caedis impendentis periculum Cic. Att. 5, 3. Ibid. 8, 13. Dolor Id. de Fin. 1. Montium impendentium altitudines Id. de N. D. 2, 98. Ruina Ouid. ad Liu. 363. *Conf.* Iuſtin. 17, 1, 5. Rupes Idem 24, 6, 6.

IMPENDIVM, IMPENDIOSVS, *vid.* IMPENDO.

IMPENDO, di, ſum, ĕre. [δαπανάω, ἀναλίσκω] *In aliquam rem inſumere.* Plin. Epiſt. 10, 46 In aquaeductum, domine, Nicomedenſes impenderunt H-S. XXX. CCC. XXIX. qui imperfectus adhuc relictus. Impendere de ſuo Liu. 6, 15. Quinctil. ad Tryphon. Quibus componendis (vt ſcis) paullo plus quam biennium impendi. Columel. in praef. 1 Tot generibus ficorum, ſic vt roſariis impenderet curam, quam a plerisque etiam maiora negligantur. Quinct. Decl. 349 *de Manlio et Sp. Caſſio,* Illi vere fortes et viri fuerunt, qui, cum hoc meminiſſent, Liberos a ſe reip. gratia procreatos, bene impendi crediderunt exemplo. Laborem ſtudiis Plin. Epiſt. 3, 5. *it.* 6, 20. Laborem ac ſumtum ad incertum caſum Cic. Verr. 3, 227. Opus verbis, *pro Operam dare* Sen. Epiſt. 76. Operam intra tectum Columel. 12, 1. Operam duplicem Varr. de R. R. 2, 11. *Vid.* OPERA. Pecuniam in res aliquas Cic. Verr. 4, 46. Studia iuuenibus erudiendis Quinctil. in prooem. 1. Cic. Verr. 3, 227 c. 98 Ad incertum caſum et euentum certus quotannis labor et certus ſumtus impenditur. Tempus ſtudiis Plin. Epiſt. 3, 5. Vitam famae Stat. Silu. 5, 1, 63. Volumina tota in diſputationem Quinctil. 3, 6.

IMPENSVS, a, um. Partic. [δεδαπανημένος] Cic. Att. 14, 12 Scribis enim eſſe rumores, me ad lacum quod habeo venditurum, minuſculam vero villam vtique Quinto traditurum, vel impenſo pretio, quo introducatur, vt tibi Q. filius dixerit, dotata Aquilia. Caeſ. B. G. 4, 2 Quin etiam iumentis, quibus maxime Galli delectantur, quaeque impenſo parant pretio, Germani importatis non vtuntur. *i. Soluto, vt quibusdam placet: alii Magno interpretantur. In* Ciceronis *exemplo Paullus Manutius interpretatur,* Impenſo, *Non ſoluto. Conf.* Tacit. Hiſt. 1, 31, 7. Labor Apul. p. 276. Labori aetas impenſa Lucan. 2, 569. ¶ 2 *Magnum ſignificat et quaſi ponderoſum, in bonis et malis.* Libido Lucret. 5, 962. Opera Gell. 9, 14. Preces Apul. Apol. p. 336. Cic. Att. 14, 12 Minuſculam vero villam vtique Quinto traditurum vel impenſo Pretio, *i. pretio quantumuis magno.* Liu. 2, 9 Salis quoque arbitrium, quia impenſo Pretio venibat, in publicum omne ſumtum. *Sic etiam intelligi poteſt* Liu. 35, 44 Prima eius oratio fuit excuſantis, quod tanto minoribus ſpe atque opinione hominum copiis veniſſet, id ſuae impenſae erga eos voluntatis maximum debere indicium eſſe. *Non opus eſt, inquam, vt* Impenſa voluntas *ſit quaſi* propenſa: impenſum *eſt magnum, vt vidimus.* Plaut. Capt. 4, 2, 26 Vae miſero illi, cuius cibo iſte factus eſt impenſior. *Grauis, intolerabilis, moleſtus.* Plaut. Bacch. 3, 2, 10 Pol quidem, meo animo, ingrato homine nihil impenſius eſt, *i. vt recte Piſtor. et Gron. nihil damnoſius, in quod plus ſine fructu impendatur.* Cura impenſior, *h. e. Maior, vehementior* Ouid. Met. 2, 406. Tac. Hiſt. 1, 31, 7. Damnum impenſius Gell. 20, 1. *h. e. Maius.* Verbis impenſioribus laudare Val. Max. 4, 3 ext. 1. Preces impenſiſſimae Suet. Tiber. c. 13.

IMPENSA, ae. f. [δαπάνη, χορηγία] *Sumtus.* Cic. Fam. 8, 1 Ne moleſtiam tibi cum impenſa mea exhibeam. Id. Verr. 3, 53 Magna impenſa. Ouid. Her. 7, 188 Inſtruis impenſa noſtra ſepulcra

era breui. Ingentes, *vid.* INGENS. Largiorem impenſam reformidare Columel. 2, 24. Leuis Ouid. de Arte Am. 2, 255. Profundae Claud. Conſ. Stil. 2, 224. Auſon. Eidyll. 18 Septima in Augiae ſtabulis impenſa laboris. Ouid. Met. 8, 63 — melius ſine caede, moraque, Impenſaque ſui poterit ſuperare cruoris. Impenſae nauis Plin. 36, 24 ſ. 63 *et* Obſequ. 82 *ſunt armamenta. Sic Burm. ad* Ouid. Her. 7, 188. Cic. anteq. iret in exil. 16 Qui neque tanta valebit auctoritate, neque tantorum officiorum impenſam egiſtis in patriam. Angebatur regis animus ad impenſas, *vid.* ANGO. Cic. anteq. iret in exil. 5 Iure igitur quoniam et maior impenſa in patriam officii facta eſt, quam in priuata ſit defenſione, *etc. Add.* Id. Phil. 6, 5. Parcere impenſae Liu. 35, 44. *Vid.* PARCO. Perdere operam et impenſam, *vid.* OPERA. Poſcunt vineae ampliſſimas impenſas Columel. 3, 3. Remunerari impenſam coloni magno fetu *dicitur* ager Idem 2, 2, 5. Venari ſuffragia coenarum impenſis Hor. Epiſt. 1, 19, 37. ¶ 2 *Beneficium eſt* Martial. 1, 4 Impenſis vitam principis annumeres. ¶ 3 Impenſa *lutum eſt vel materia, quae inſtar luti, aut calcis arenatae induci poteſt.* Pallad. 1, 40, 5 *de camera balnei*, Impenſam teſtaceam ſubterinducis. *Sic* Pallad. 1, 9, 4 Inducto rudere, vel teſtaceo pauimento, congeſtos et calcatos ſpiſſe carbones cum ſabulone et fauilla et calce permiſces, et huius impenſae craſſitudinem ſex vnciis iubebis imponi. *Iterum de cameris* 1, 13, 2 Dehinc primo impenſa pumicea induemus, et trulla aequabimus, vt inter ſe cannarum membra conſtringat.

IMPENSVM, i. n. Hor. Serm. 2, 3, 245 Luſcinias ſoliti impenſo prandere coëmtas. *Signant vltimam literam graui accentu, et aduerbialiter intelligi volunt, vt magno, paruo. Nec negari poteſt, eſſe Ablatiuum. Laudant etiam* Columel. 9, 8, 5 Et impenſum et eandem operam cuſtodis poſtulant bonae atque improbae. *Sic Gryph. Al.* impenſam.

IMPENSVS, ûs. m. Symmach. Epiſt. 1, 11 Maiore impenſu.

IMPENSE. Adu. [σφόδρα] *Valde, admodum.* Plaut. Epid. 4, 1, 39 Eſt impenſe improbus. Ter. Adel. 5, 9, 36 Impenſe cupere. Gell. 18, 7 Iulius Paullus Poëta vir bonus, et rerum, literarumque veterum impenſe doctus. *Add.* Id. 10, 24. Ter. Eun. 3, 1, 23 Impenſe inuidere. Liu. 40, . . Impenſe regnum affectare. Id. 1, 46. *Compar.* [σφοδρότερον] *Abundantius, vberius.* Plin. Epiſt. 6, 4, 5 Quo impenſius rogo, vt timori meo quotidie ſingulis, vel etiam binis epiſtolis conſulas. Liu. 4, 46 *pr.* Multo impenſius accendi. Impenſius vror Catul. 70, 5. Impenſius legatos ſupplices mittere pacem orare Salluſt. Iugurth. 47. Idem ibid. 75. Impenſius exornatus Iuſtin. 21, 5, 7. Impenſius petere Suet. Claud. c. 11. Impenſius vnge Perſ. 6, 69. Tanto me impenſius aequum eſt conſulere Virg. Aen. 12, 20. *Superl.* Suet. Domit. c. 20 Incendio abſumta impenſiſſime reparare.

IMPENSIBILIS, e. Adi. *Quod ſatis expendi nequit.* Gell. 11, 5 Veritas impenſibilis. *Al.* Inprenſibilis, *al.* Incomprehenſibilis: ἀκατάληπτον *Graecorum indicari, res ipſa loquitur.*

IMPENDIVM, i. n. [δαπάνη] *Idem ſignificat, quod Impenſa.* Plin. Epiſt. 4, 13 Ego mihi curam tantum et impendium vindico. Id. ibid. 10, 17 Nunc Reip. Pruſenſium impendia, reditus, debitores excutio. Cic. pro Quint. 12 c. 3 Qui ab adoleſcentulo quaeſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio. Conferre impendia in educationem Quinctil. 1, 10. Deducere impendia ex dote Neratius in l. quod dicitur D. de impenſis in rebus dotalibus factis. Reddere impendium ad aſſem, *vid.* AD *Praep.* Impendium, *ait* Varro de L. L. 4 *extr.* Vſura, quod in ſortem accedebat, Impendium appellatum eſt: quae cum accederet ad ſortem ex vſu vſura dicta accederet. *Haec ille.* Cic. de Clar. Orat. 16 Seremus igitur aliquid tanquam in inculto et derelicto ſolo, quod ita diligenter colemus, vt impendiis etiam augere poſſimus largitatem tui muneris: modo idem noſter animus efficere poſſit, quod ager, qui, quum multos annos quieuit, vberiores efferre fruges ſolet. *h. e. vt interpretatur Corradus, Munus, quod large et liberaliter nobis dediſti, vſura quadam maius facere, et ita tibi reddere poſſimus.* Cic. Att. 6, 1 Nihil illo regno ſpoliatius, nihil rege egentius: itaque aut tutela cogito me abdicare, aut (vt pro Glabrione Scaeuola) fenus et impendium recuſare. *Quem locum ſic interpretatur Manutius: pro Glabrione pupillo tutor Scaeuola fenus et impendium recuſauit aduerſus creditores pupilli: ita ego alterum duorum faciam, vt tutelam regis mihi a Senatu traditam renuntiem et deponam: aut aduerſus eius creditores fenus et impendium recuſem. Corradus vero ſic:* P. Mucius Scaeuola M. Acilii Glabrionis *auus, quum ipſum Glabrionem ſocordem videret,* fenus et impendium recuſauit, *vtilitatem et damnum reiecit. h. e. vt aiunt, Se nec bene nec male interpoſuit. Conf. Gronou. Mantiſſ. Pec. Vet. p. 416.* Impendia, *Tributa, quae principi penduntur a populo.* Stat. Silu. 3, 3, 85 Partaeque per omnes Diuitiae populos, magnique impendia mundi. *De Hetruſco loquitur, cui mandata erat Imperatorii aerarii cura.*

IMPENDIŌSVS, a, um. Adi. [δαπανώδης] *Qui plus aequo impendit, et conſumit quam par eſt.* Plaut. Bacch. 3, 2, 12 Nimio praeſtat impendioſum te, quam ingratum dicier.

IMPENDIO. Adu. *intendendi.* [λίαν, πάνυ] *Idem quod Impenſe, valde, apprime. Vt,* Cum male audiunt impendio commouentur et obiraſcuntur Apul. Apol. p. 275. Idem Met. 2 p. 122 Excuſare. Idem de Deo Socr. p. 53 mirari. Gell. 1, 2 Sed loquacior impendio et promtior. Idem 11, 18 Quoniam videbantur impendio acerbiores. Ter. Eun. 3, 5, 39 Impendio magis animus gaudebat mihi. Cic. Att. 10, 4 At ille impendio nunc magis odit Senatum. Plaut. Aulul. prol. 18 Atque ille vero minus minuſque impendio curare, minuſque me impertire honoribus.

IMPENETRĀLE, is. n. [ἄδυτον] *inquit* Feſtus, Cuius vltimum penetrale intrare non licet.

IMPENETRABĬLIS, e. Adi. [ἀπείρατος] *Quod penetrari non poteſt.* Liu. 22, 19 *extr.* Et quum auerſi, ac diuerſo late agmine a tam multis ſimul venientibus haud ſane impenetrabiles eſſent, in litus paſſim naues egerunt. *Aliter Gronou.* Armis impenetrabilis Stat. Theb. 3, 15. Mens impenetrabilis irae Sil. 7, 561. Pars ſuperior corporis crocodili impenetrabilis Sen. Nat. Quaeſt. 4, 2. Pudicitia Tacit. Ann. 4, 12, 4. Silex ferro impenetrabilis Liu. 36, 25. Tergus impenetrabile ad Plin. 8, 25.

IMPENNĀTVS, a, um. Adi. [ἄπτερος] Impennatas agnas in Saliari carmine veteres pro Spicis vſurparunt, quae non habent ariſtas: Agnas enim nouas voluerunt intelligi Feſtus.

IMPENSA, ae. f. *Vid.* IMPENDO.

IMPENSVS, IMPENSE, *vid.* IMPENDO.

IMPERATOR, IMPERATRIX, *vid.* IMPERO.

IMPERCEPTVS, *vel* INPERCEPTVS, a, um. Adi. [ἀκατάληπτος] Gell. 14, 1 Minora maioribus imperceptiora. *pro* imperceptibilia, *vt* inuictus. Mendacia Ouid. Met. 9, 710.

IMPERCO, ere. [φείδομαι] *Addit ſignificationi ſimplicis* Parco, *vnde formatur, vt a* Partior, Impertior. Plaut. Amphit. 1, 3, 2 *vbi Iupiter, fictus Amphitruo* Bene vale, Alcumena, cura rem communem, quod facis, Atque imperce quaeſo: menſes iam tibi exactos vides. Idem Caſin. 4, 4, 12 *ſponſo cubitum eunti cum ſponſa dicitur,* Amabo integrae atque imperitae huic impercito. *Hinc* Feſtus, Impercito, Parcito, Futurum ab Imperatiuo.

IMPERCĬTVS, a, um. *Non percitus, non percuſſus* Sil. 9, 161. *Sed* Imperditus *reſtitutum a Modio et Heinſio, quod ſeruat Drakenb.*

IMPERCVSSVS, a, um. Adi. [ἄπληκτος] Pedes impercuſſos mouere, *i. Sine ſtrepitu* Ouid. Amor. 3, 1, 52.

IMPERDĪTVS, a, um. Adi. [ἀνόλετος] Virg. Aen. 10, 430 Et vos ô Graiis, imperdita corpora Teucri. *Vbi* Seruius: Imperdita corpora Graiis, Quos Graeci perdere nequiuerunt. *Sic* Imperdita corpora Poenis Sil. 10, 417. Pectora imperdita Tydeo, *quae Tydeus perdere non potuit.* Stat. Theb. 3, 84.

IMPERFECTVS, a, um. Adi. [ἀτελής] *Nondum abſolutus et perfectus.* Virg. Aen. 8, 428 Pars imperfecta manebat. Opus Ouid. ex Pont. 4, 16, 15. Sermonis verba imperfecta Idem Triſt. 1, 3, 69. *Compar.* Inſuauius hoc imperfectiuſque Gell. 1, 7.

IMPERFECTE. Adu. Gell. 2, 8 Imperfecte atque praepoſtere atque inſcite ſyllogiſmo vti.

IMPERFECTIO, ōnis. f. Auguſtin. de Geneſ. ad Liter. 1, 4.

IMPERFOSSVS, a, um. Adi. [ἀκατόρυκτος] *Non perfoſſus.* Ouid. Met. 12, 496 Manet imperfoſſus ab omni Inque cruentatus Ceneus Elateius ictu.

IMPERFVNDIES, ei. f. Hic cruciatur fame, frigore, illuuie, imbalnitie, imperfundie Lucil. *ap.* Non. 2, 437. *Sic correxit Scalig. et edidit Mercer.*

IMPERIOSVS, *vid.* IMPERO.

IMPERĪTVS, a, um. Adi. [ἀνεπιστήμων, ἀμαθής] Non expertus, *inquit* Donatus. *Inſcius, ignarus, rudis, indoctus.* Plaut. Trin. 3, 2, 39 Pernoui equidem Lesbonice imperitum tuum ingenium admodum. Ter. Eun. 5, 2, 42 Non adeo inhumano ingenio ſum Chaerea, neque tam imperita, vt quid amor valeat, neſciam. Imperitus *et* Callidus, *contraria, quemadmodum Rudis et Aſtutus* Cic. pro Roſc. Com. 143. Gentes imperitiſſimae Celſ. 1. Cic. Verr. 1, 151 c. 54 Vt nomine ipſo et memoria patris, animos imperitae multitudinis concitarem. Plin. 34, 14 Quod imperitum vulgus appellat ferrum viuum. Cic. in Partit. 92 Sin apud indoctos imperitoſque dicemus. Ter. Andr. 5, 4, 8 Tune hic homines adoleſcentulos, imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis? Homo omnium rerum imperitus, quaerit quid ſit ad perpendiculum Cic. Verr. 1, 133 c. 51. Idem Tuſc. 4, 19 Aut ſtultum, aut rerum eſſe imperitum exiſtimet. *Ex vetuſto Poëta.* Homine imperito nunquam quidquam iniuſtius Ter. Adelph. 1, 2, 17. Sermo Cic. in Orat. 23. Imperitus experſque linguae Graecae Plin. 29, 17. Plaut. Mil. 3, 3, 45 Adſunt fabri, architectique, eam quidem ad rem haud imperiti. *Compar.* Ne quis imperitior exiſtimet Cic. pro Roſc. Am. c. 46. Gell. 6, 1 Nihil prorſus iſto imperitius. *Conf.* Aſcon. in Cic. contra Piſon. p. 163.. *et* Quinctil. 1, 10. *Superl.* Cic. de Amicit. 95 c. 25 Concio ex imperitiſſimis conſtans. *Conf.* Celſ. praef. *pr.*

IMPERITIA, ae. f. [ἀνεπιστημοσύνη, ἀμαθία] Plin. 17, 2 Contra Circium ferere imperitia exiſtimatur. Ibid. 22. *Conf.* Salluſt. Iugurth. c. 38. *et* 85 *et* 99.

IMPERĪTE, ius, iſſime. Adu. [ἀμαθῶς] *Indocte.* Cic. de Clar. Orat. 80 Dicebat enim L. Scipio non imperite. Differere multa imperite Plin. 35, 10. Facere Nep. 20, 3, 5. Conuellere aliquem imperitius Gell. 19, 12. Cic. pro Corn. Balbo 20 c. 8 Quid enim potuit dici imperitius, quam foederatos populos fieri fundos oportere? Ibid. 27 c. 11 Sed quam eſt illud imperitiſſime dictum de populis fundis, quod commune liberorum eſt populorum, *etc.*

IMPERITO, IMPERIVM, *vid.* IMPERO.

IMPERIVRĀTVS, a, um. Adi. [ἀνώμοτος] *Non peieratus, vt* Amnis aquae imperiuratae, *i. Styx, per quam dii iurantes nunquam peierabant* Ouid. in Ibin 78.

IMPERMEABILIS, e. Adi. Impermeabiles fines Iornand. de reb. Get.

IMPĔRO, āre. [ἄρχω] *Iubere. dictum ab* In, *et* Paro; *quaſi in altero paro et efficio aliquid, vt* Iniungere, Indicere. *Et eſt verbum ſummae auctoritatis, quam habent domini, patres familias, duces bellici, etiam medici (vid.* IMPERATOR *n. 2 extr.) eoque in genere obſtetrices, vt* Ter. Andr. 3, 2, 10 Non imperabat coram, quid opus facto eſſet puerperae. Vatinius *ad Patronum* Cic. Fam. 5, 10 Sed tamen omnia dura mihi imperas. Imperet quae vellet Caeſ. B. C. 3, 6. *vox militum ad ducem.* Ter. Eun. 2, 3, 97 Iubeo, cogo, atque impero. *Vbi* Donatus, Euidenter plus eſſe Imperare, quam Iubere. *Vernilis petulantiae vox:* Ter. Andr. 5, 2, 1 Animo iam hunc otioſo eſſe impero. *Vbi* Donatus: Impero pro Volo. an vt ſtatim fiat tanquam illud, quod imperatur? Et Impero dixit ſuperbe, ſummum enim indicium ſecuritatis eſt ſuperbia. Salluſt. Iugurth. 62, 8 Igitur Iugurtha vbi armis viriſque et pecunia ſpoliatus eſt, dum ipſe ad imperandum Tiſidium vocaretur, rurſus coepit flectere animum ſuum, et ex mala conſcientia digna timere. Ad imperandum, *paſſiue dixit, i. cui imperetur, quod deinde idem eſt atque ad parendum, et ad imperata Metelli facienda.* Cic. Fam. 9, 25 Nunc ades ad imperandum, vel ad parendum potius. ſic enim antiqui loquebantur. *i. Ades, vt tibi imperem. Non improbabilis eſt coniectura Cortii ad Sall. l. c. verba* vel ad parendum potius *ex gloſſa eſſe: qui etiam ſimilem gerundorum vſum in aliis annotauit poſt ea, quae in Sanctiana Minerua diſputantur* 3, 8 p. 454. *Huc pertinet in primis* Caeſ. B. G. 6, 2 Senones ad imperandum non venire, *vt volunt Ciaccon. Vrſin. Perizon. al.* imperatum. Cic. Tuſc. 2, 47 Haec vt imperet illi parti animi, quae obedire debet, id videndum eſt viro. *de virtute.* Cic. Tuſc. 2, 47 Reliquum eſt, vt tute tibi imperes, quanquam hoc neſcio quomodo dicatur, quaſi duo ſimus, vt alter imperet, alter pareat: non inſcite tamen dicitur. Animum rege: qui niſi paret, Imperat Hor. Epiſt. 1, 2, 62. Imperat aut ſeruit pecunia Idem 1, 10, 47.

Qui bene imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt: et qui modeſte paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus eſſe Cic. de Legib. 3, 5 c. 2. Parcius imperare Stat. Silu. 1, 5, 44. ¶ 2 *Formas dicendi* varias *habet, in quibus multae Metaphoricae, vbi* imperare *eſt vi quadam, certe arte, cultu, aliquid obtinere vel ab alio, ſiue res ſiue perſona ſit, vel a ſe ipſo.* Agris fertilibus non eſt imperandum Sen. de Tranquil. An. c. 15. Amori ſuo imperaſſet Nympha Hylam praedata Petron. 83. Animo imperare nequiui, quin prius quam perirem, cur periturus eſſem, ſcirem Liu. 34, 31. Aruis imperat agricola Virg. Georg. 1, 99. Seruius: Aruis imperare, i. e. Vt tantum ferant, quantum deſiderat agricola. Cic. de Amicit. 84 c. 22 In talibus ea, quam iamdudum tractabamus, ſtabilitas amicitiae confirmari poteſt, quum homines beneuolentia coniuncti, primum cupiditatibus iis, quibus caeteri ſeruiunt, imperabunt. Dolori imperare, *Vincere dolorem, et patienter ferre* Plin. Epiſt. 8, 19 *extr.* Domi non imperarem Cic. de Orat. 2 c. 7. *intell. coenam mihi parari.* Fronti Quinct. 11, 3, 77. *de geſtu.* Gentibus omnibus et nationibus terra marique imperare Cic. pro L. Manil. 56. Ingenio ſuo nemo plus imperauit, nemo plus indulſit Sen. Controu. 1 Praef. *de Portio Latrone.* Ouid. Epiſt. 11, 15 Imperat heu ventis, tumidae non imperat Irae. *Et* Irae non fortiter imperat Idem Met. 9, 27. *i. moderatur.* Lacrimis quis imperet? Sil. 2, 652. Liberis imperare: i. e. Regere liberos, *inquit* Donatus Ter. Adelph. 1, 1, 52. Menti non ſatis imperat Sen. Thyeſt. 919. Ter. Eun. 2, 2, 21 Imperaui egomet Mihi, omnia aſſentati. *Hanc legem mihi dixi, et ad eam me aſſuefeci.* Nobismetipſis vt imperemus quum praecipitur, hoc praecipitur, vt ratio coërceat temeritatem Cic. Tuſc. 2, 47. Ter. Eun. 2, 2, 21 Imperaui egomet mihi omnia aſſentari. Sibi ſilentium Plin. 28, 6. *Vid. Burm. ad* Quinct. 5, 10 p. 422. Sic imperant Vitibus et eas multis palmitibus onerant, vt poſteritati non conſulant Colum. 3, 3. Voci nimis imperat Plin. Epiſt. 5, 19, 6. Vrbi imperare Lucan. 2, 61. ¶ 3 *Accuſatiui:* Caeſ. B. C. 1, 6 Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, pecuniae, *etc.* Cic. pro Roſc. Amer. 59 Nonnunquam etiam puerum vocaret, credo cui coenam imperaret. Equites imperare ciuitatibus Caeſ. B. G. 6, 4. Exercitum imperare *ad rem culinae et epularum pertinet* Plaut. Capt. 1, 2, 50. *it.* Exercitum imperare *lacrimarum* Ciſtell. 1, 1, 60. *Vid.* EXERCITVS n. 3. Frumentum aliquibus proportione Cic. Verr. 5, 54. Idem Diu. Verr. 30 Queritur tota Sicilia C. Verrem ab aratoribus, quum frumentum ſibi in cellam imperauiſſet, *etc.* Munus aliquod Cic. Verr. 5, 51. Id. ibid. 5, 159 Superiorum Praetorum conſuetudo quum haec fuiſſet, vt naues ciuitatibus, certusque numerus nautarum, militumque imperaretur et maximae et locupletiſſimae ciuitati Mamertinae: nihil horum imperauiſti. Nepos 9, 4, 2. Nuptias alicui Quinctil. 7, 2. Cic. pro L. Manil. 35 Idem Cretenſibus, quum ad eum vsque Pamphiliam legatos deprecatoresque miſiſſent, ſpem deditionis non ademit, obſidesque imperauit. Obſides ciuitatibus Caeſ. B. G. 6, 4. Cic. Verr. 2, 137 Singulis Cenſoribus denarii trecenti ad ſtatuam Praetoris imperati ſunt. Pecunias alicui Nep. 25, 7, 3. Pecuniam in remiges Cic. pro Flacc. 32. Tributum imperare *dicitur* princeps, *Quando ſubditos imperio cogit ad dandas pecunias, tributum, milites, et id genus.* Plaut. Epid. 2, 2, 43 At tributus quum imperatus eſt, negant pendi poteſſe. *Sic*, Imperare pecuniam Cic. Verr. 2, 58. ¶ 4 *Paſſ.* Cic. Fam. 11, 10 Sed neque Caeſari imperari poteſt, nec Caeſar exercitui ſuo. *Et* pro L. Agr. 2, 46 Imperabitur aliquid muneris, non recuſabunt. Hor. Epiſt. 1, 5, 21 Haec ego procurare, et idoneus imperor, et non Inuitus. Imperatur ei perpetua pudicitia Iuſtin. 10, 2, 4. Liu. 33, 13 Quae priore colloquio imperata a Romanis eſſent. *Conf.* Caeſ. B. C. 1, 6. *et* Salluſt. Fragm. 1, 15. Malo imperari, quam eripi mortem mihi Sen. Phoen. 102.

IMPERANS, antis. Partic. Imperantis lenitas Tacit. Ann. 16, 28, 1. Illo imperante Caeſ. B. G. 7, 17. Conditio imperantium Aur. Victor Epit. c. 24. In gentem nomenque imperantium conceſſere Sall. Fragm. c. 32.

IMPERATVS, a, um. Part. Imperatae pecuniae Caeſ. B. C. 3, 32. Obſidibus Idem B. G. 6, 4. Equitatu Idem 4, 6. Naues Curt. 3, 1, 20. Imperata facere Caeſ. B. G. 2, 3. Idem 5, 36. Nep. 16, 9, 2. Liu. 35, 17 Si Smyrna et Lampſacus imperata faciant. Liu. 38, 43 Qui quum in pace eſſent, imperataque prioribus Conſulibus feciſſent, *Drakenb.* a prioribus *vtraque lectio bonas auctores habet.* Imperata effecta reddere Plaut. Pſeud. 1, 3, 151.

IMPERATVS, ûs. m. Imperatu Gratiani Ammian. 31, 19.

IMPERATIVE. Adu. Vlpian. tit. 24 §. 1. *Vid.* Precatiuus, *in* PRECOR.

IMPERATIVVS, a, um. Adi. Imperatiuae feriae Macrob. Saturn. 1, 16. *Sic*, Modus Imperatiuus *frequens apud Grammaticos.*

IMPERĬTO, āre. Frequent. [ἀρχηγετεῦμαι] Plaut. Capt. 2, 1, 47 Quod antehac pro iure imperitabam meo. *Contraria.* Hor. Serm. 2, 7, 81 Tu mihi qui imperitas, aliis ſeruis miſer. Equis Idem Carm. 1, 15, 25. Gentibus magnis Lucret. 3, 1041. Legionibus magnis Hor. Serm. 1, 6, 4. Rem aequam imperito Idem ibid. 2, 3, 189. Imperitandi parum prudentes Colum. 13, 1. Imperitando, ſeruiendoque viciſſim Plin. 6, 29. *Saepe hac voce vtitur* Tacitus, *e. g.* Hiſt. 4, 61, 4 Virgo late imperitabat. Imperitandi cupido Id. ibid. 4, 25, 5. Quanto ſit auguſtius imperitatum Id. Ann. 4, 4, 5. *etc.* *Conf.* Curt. 4, 7, 1. *et* 9, 6, 20. *et* Salluſt. Iugurth. c. 19. *item* Liu. 1, 2.

IMPERITANS, antis. Part. Naturam caeteris imperitantem induſtria vicerat Sall. Iug. c. 76 *pr.* Curt. 6, 5, 25 Reginam — omnibus inter Caucaſum et Phaſin imperitantem.

IMPERĀTOR, ōris. m. [βασιλεὺς, αὐτοκράτωρ, στρατηγὸς, ἀρχηγὸς] *Qui imperat.* Plaut. Capt. 2, 2, 57 Equidem, ſi perinde, vt ipſe fui imperator familiae, *etc.* Imperatores, *Ductores exercituum et praefecti copiarum militarium dicuntur.* Ter. Eun. 4, 7, 8 Imperatoris virtutem noueram, et vim militum. Cic. pro Roſc. Amer. 151 Solent hoc boni imperatores facere, quum praelium committunt: vt in eo loco, quo fugam hoſtium fore arbitrentur, milites collocent. *Apud Romanos duplex obſeruatur vis huius nominis velut acceſſoria, ſemel cum victor exercitus ſuum ducem* Imperatorem *appellat: quod confirmat, vel vltro facit etiam, Senatus. Deinde cum Auguſti exemplo Principes caeteri militarem, atque adeo ſummam rerum omnium poteſtatem, hoc nomine ſe habere indicabant. De illo genere forte etiam intelligi poteſt illud* Plin. 7, 26 *enumerans Pompeii laudes*, Toties imperator ante quam miles. Caeſ. B. C. 3, 71, 3 Pompeius eo praelio Imperator eſt appellatus. Hoc nomen obtinuit, atque ita ſe poſtea ſalutari paſſus eſt. Sed neque in literis, quas ſcribere eſt ſolitus, neque in faſcibus inſignia laureae praetulit. *Haec igitur alias ſolebant. De* Cicerone Imperatore, *vid.* Epiſt. 3, 9. Idem Phil. 14, 11 c. 4 Hoc primum faciam, vt Imperatores appellem *(mea ſententia)* eos, quorum virtute — liberati ſumus. Etenim cui viginti his annis ſupplicatio decreta eſt, vt non Imperator appellaretur, aut minimis rebus geſtis, aut plerumque nullis. — At ſi quis Hiſpanorum — mille aut duo millia occidiſſet, non eum hac conſuetudine, quae increbuit, Imperatorem appellaret Senatus? tot legionibus caeſis — hoſtium — clariſſimis ducibus ſupplicationum honorem tribuemus, Imperatorum nomen adimemus? *Sunt in hac oratione pluſcula. Conf.* Caeſ. B. C. 2, 25 *ſq. Appian. B. Ciu. 2 p. 455 ita loquitur, vt ſua aetate adhuc tributum priuatis illum honorem dicat, ſed caeſis decies mille hoſtibus, quae certe non nimis crebra ſors fuiſſe videtur. Caeterum* Tacit. Ann. 3, 74 Tiberius — id quoque Blaeſo tribuit, vt Imperator a Legionibus ſalutaretur, priſco erga duces honore, qui bene geſta republ. gaudio et impetu victoris exercitus conclamabantur: erantque plures ſimul Imperatores, neque ſuper caeterorum aequalitatem. Conceſſit quibusdam et Auguſtus id vocabulum; ac tunc Tiberius Blaeſo poſtremum. *Principum illam appellationem in veteribus monumentis millies videmus, et ipſam quoque ad rem militarem reſpexiſſe, apparet, et memorat Dio l. 57 p. 607 Tiberium dictitaſſe, Dominum ſe ſeruorum,* Imperatorem militum, *caeterorum principem eſſe.* Plin. Paneg. 22 Feminas fecunditatis ſuae maxima voluptas ſubiit, cum cernerent, cui Principi ciues, cui imperatori milites peperiſſent. *Praeter alios Lipſ. ad* Tacit. Ann. 3 *extr. obſeruat* Imperatoris *appellationem in Principibus praeponi, tanquam praenomen; cum Victorem bello notat et priuatis etiam tribuitur, poſtponi, tanquam cognomen, ſolitam. vt*, Imperator Caeſar Auguſtus. *contra*, M. Tullius Cicero Imperator. *et* Iun. Blaeſus Imperator. *Vid.* Suet. Caeſ. c. 76 *c. not. Caſaub.* et Claud. c. 12. *Schwartz. ad* Plin. Paneg. 9. *Doctiſſima ſunt, quae de* Imperatoris *nomine et diuerſo vſu habet Spanh. de Vſu, etc. Num. diſſ. 10 p. 180 ſq. et diſſ. 12 p, 392 ſq. Idem ad Iulian. Caeſ. p. 93 attulit, vid. Num.* IMPERATORES INVICTI, PII AVGG. *de Imperatore Seuero et vxore illius Iulia.* ¶ 2 *Iam videamus formulas, quae ad illud primum et caetera complexum genus, quo ducem rei militaris notat, referuntur.* Imperator et adminiſtrator belli gerendi Cic. de Orat. 1, 210. Idem Tuſc. 2, 62 In primis laudabat illud, quod diceret, eosdem labores non eſſe aeque graues imperatori et militi, quod ipſe honos laborem leuiorem faceret imperatorium. Caſtrorum imperator, duxque hoſtium Cic. in Catil. 1, 5. Victor et imperator omnium gentium Populus Romanus Idem pro Domo 90. *Add.* Tac. 3, 6, 2. Bonus et fortis Cic. de Orat. 2, 187. Exercitui praepoſitus eſt callidus et ſapiens imperator Idem de Inuent. 1, 58 c. 34. Inuictiſſimus Id. Verr. 4, 82. In ſummo imperatore quatuor has res ineſſe oportere, ſcientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem Cic. pro L. Manil. 28 c. 10. Vbi ſummus imperator non adeſt ad exercitum, citius, quod non facto eſt vſus, fit, quam quod facto eſt opus Plaut. Amph. 1, 3, 6. Plin. 29, 1 *de medicis*, Palamque eſt, vt quisque inter iſtos loquendo polleat, imperatorem illico vitae noſtrae necisque fieri. *Vid.* IMPERO *pr.* ¶ 3 Iupiter imperator *eſt apud* Liu. 6, 29 *extr.* Plin. Paneg. 5, 4 *vbi vid. Lipſ.*

IMPERĀTRIX, īcis. f. [βασίλισσα, ἡγεμονὶς] Cic. pro Cael. 67 c. 28 Deinde fortes viros ab imperatrice in inſidiis atque in praeſidio balnearum locatos. *Amare hoc dicit in Clodiam.* Imperatrix ciuitas l. 39 Cod. de Epiſc. et Cler. Imperatrix Italia Plin. 26, 3.

IMPERATORIVS, a, um. Adi. [στρατηγικὸς, βασιλικὸς] *Quod ad imperatorem pertinet.* Appellatio imperatoria Paterc. 2, 25, 5. Donatio Cic. Verr. 3, 187. Faſtigium Capitol. Anton. Pio c. 6. Cic. Verr. 1, 57 P. Seruilius quae ſigna atque ornamenta ex vrbe hoſtium et virtute capta, belli lege atque imperatorio Iure ſuſtulit, ea Pop. Romano aſportauit. Labor Cic. Tuſc. 2, 62. Laus Idem Acad. 4, 2 c. 1. Manubiae Id. de Orat. 3 c. 3 Maieſtas Spartian. Hadr. c. 8. Nomen cooptare imperatorium Cic. Fam. 11, 4.

IMPERATORIE. Adu. Treb. Pol. Claud. c. 6 Dum ſe ad id bellum imperatorie inſtruit.

IMPERIVM, i. n. [στρατηγία, βασιλεία, ἐπικράτεια, ἡγεμονία] *Iuſſus et Praeceptum Imperatoris.* Virg. Aen. 1, 57 Tempeſtatesque ſonoras Imperio premit ac vinclis et carcere frenat. Idem Aen. 4, 295 Imperio laeti parent. Satis pro imperio, quisquis es, i. e. Imperioſe, Donatus: Ter. Phorm. 1, 4, 19. Duritia imperii Tacit. Hiſt. 1, 23. Plaut. Mil. 3, 1, 17 Facile eſt imperium in bonis. Lenia Hor. Epiſt. 1, 18, 45. Luſorium, *vid.* LVDVS. Tacit. Ann. 15, 48 Idque pluribus probabatur, qui in tanta vitiorum dulcedine ſummum imperium nec reſtrictum, nec Perſeuerum volunt. Precarium ſeni imperium, et breui tranſiturum Tacit. Hiſt. 1, 52. Reſtrictum Idem Ann. 15, 48. In te mihi eſt imperium, *h. e. Tibi imperare poſſum* Plaut. Men. 5, 7, 41. Tuum imperium eſt apud nos Idem Mil. 4, 4, 60. *h. e. Meminimus, quid tu nobis imperaueris.* ¶ 2 *Verba:* Abnuere imperium, *vid.* ABNVO. Accipere imperium Tacit. Hiſt. 2, 19. *vid.* ACCIPIO. Liu. . . . Perculſae ciuitates minores imperium Acceperunt. Impoſito ſtipendio paruerunt. Intentus ad imperia Accipienda Idem 25, 9. Capeſſere imperia, *vid.* CAPESSO. Concedere in imperium Iuſtin. 4, 2, 3. Plaut. Men. 5, 2, 118 Sed quis hic eſt, qui capillo me hinc de curru deripit, imperium tuum Demutat, atque dictum Apollinis? *i. Contra imperium tuum agit.* Curt. 9 Oppidani Detrectabant imperium, et clauſerant portas. *i. Abnuebant, reſpuebant.* Tacit. Hiſt. 3, 68 Praeuenerat rumor Eiurari ab eo imperium. Exequi imperium, *pro Facere quod eſt imperatum.* Plaut. Amph. 3, 3, 1 Nunc pergam heri imperium Exequi, et me domum capeſſere. Exercere dura imperia Virg. Georg. 2, 370. Exſpectare imperia Curt. 4, 13, 21. Liu. 2, 59 Monentes, ne vtique Experiri vellet imperium, cuius vis omnis in conſenſu obedientium eſſet. Flectere durum mollibus imperiis Hor. Carm. 4, 1, 7. Frangere imperium Idem Carm. 1, 35, 16. Fungi imperio Iuſtin. 2, 4, 25. Ter. Eun. 3, 1, 25 Eone es ferox, quia Habes imperium in beluas? Habere aliquem ſub imperio Sen. Epiſt. 11. Tacit. Ann. 12, 47 Vulgus duro imperio Habitum. Inhibere Imperium, Immutari imperio *v. ff. ll.* Negligere imperium medentium Plin. Paneg. c. 22. Obtemperare imperio alicuius, *vid.* OBTEMPERO. Parere imperio Virg. Aen. 4, 238. Pati imperium Sen. Med. f. 4. Caeſ. B. G. 5, 52 Tantum ſe eius opinionis deperdidiſſe, vt Pop. Romani imperia Perferrent, grauiſſime dolebant. Proferre imperium ſuum, *i. Oſtendere*

potentiam

potentiam et vires ſuas. vel Prorogare, dilatare, ampliare Ouid. Met. 5, 372. Tacit. Ann. 1, 3. Rumpere imperium alicuius Sen. Herc. fur. ſ. 1. Tacit. Ann. 13, 36 Sed Rupto imperio, poſtquam paucae e proximis caſtellis turmae, *etc.* Plaut. Trin. 2, 2, 21 Tuis Seruiui ſeruitutem imperiis, et praeceptis pater. Ter. Heaut. 2, 2, 4 Mater, Sub imperio cuius eſt, mala. ¶ 3 *Res publica, cui aliae parent, vel quae paret Imperatori, ipſaque imperantis dignitas, poteſtas, maieſtas.* Virg. Aen. 1, 291 Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris. Cic. de L. Agr. 1, 6 His inſignibus, atque inſulis Imperii venditis, *etc.* Arbiter imperii Ouid. Triſt. 5, 2, 47 *Auguſtus.* Inimiciſſimus huic imperio, *vid.* INIMICVS. Imperium ſine ſine Virg. Aen. 1, 283. Continens imperium, *vid.* CONTINEO. Infinitum, *vid.* INFINITVS. Labans Claud. de B. Get. 571. Sollemne Virg. Aen. 12, 193. Summo imperio multa cura ineſt, multi ingentes labores Sall. Fr. 13. Abrogare imperium, *vid.* ABROGO. Liu. 38, 16 *extr.* Non tamen ita infregit animos eorum, vt Abſiſterent imperio, *i. dimitterent animum vicinis imperandi.* Agitare imperium, *vid.* Agitare, *pro Adminiſtrare in* AGO. Amittere imperium, Conſociare imperium, *vid. hh. vv.* Violenta nemo imperia Continuit diu: Moderata durant Sen. Troad. 258. Tacit. Ann. 6, 20 Et tu Galba quandoque Deguſtabis imperium. Elaborato a parentibus imperio contentus, *i. Magnis laboribus quaeſito et parto* Iuſtin. 1, 2. Explere imperio triginta magnos orbes, *i. Regnare annos triginta* Virg. Aen. 1, 273. Finit Rhenus Populi Rom. imperium Caeſ. B. G. 4, 16. Fulgens imperio Africae Hor. Carm. 3, 16, 31. Gerere res hominum aeternis imperiis Virg. Aen. 1, 234. Mandata et commiſſa imperia, *vid.* MANDO. Moderari frena imperii Ouid. ex Pont. 2, 9, 33. Imperii Pulſi fugatique iudicium, quod triumphatur Plin. Paneg. 11, 5. Potiri imperio Galliae Caeſ. B. G. 1, 2. Redigere ſub imperium alicuius Idem B. G. 3, 29. Regere imperium Virg. Aen. 1, 344. Tenere ſummam imperii Caeſ. B. G. 3, 17. Terminare imperium Oceano Virg. Aen. 1, 391. Tradere ſummam imperii Caeſ. B. G. 7, 20. Tractare imperium, *Regere, adminiſtrare.* Iuſtin. 1, 2 *de Semiramide*, Haec nec immaturo auſa tradere imperium, nec ipſa palam imperium tractare, *etc.* Tranſigit comitia imperii, *i. ſucceſſorem ſibi Piſonem deligit Galba* Tacit. Hiſt. 1, 14. ¶ 4 *In rebus Romanis* Imperium *ſummam rei bellicae poteſtatem ordinarie notat, non excluſa tamen reliqua magiſtratuum ſummorum poteſtate, quae et ipſa* Imperium *non nunquam vocatur.* Suet. Caeſ. c. 54 Abſtinentiam neque in imperiis neque in magiſtratibus praeſtitit. *Vbi notandum* Imperia *de Poteſtate militari;* Magiſtratum *de Ciuili dici. Ita,* Summa imperii, *de qua Graecae Reſp. inter ſe ſaepe diſceptarunt, ſignificat frequenter Ius conſtituendi imperatorem, i. Ducem aduerſus hoſtes communes. Ita* Nep. 3, 2, 2 Summa imperii maritimi. *Conf.* Cic. pro Marc. c. 9. Caeſ. B. C. 1, 5 *et* 6. Nep. 3, 2, 1. Liu. 26, 18 Adeo perditas res, deſperatumque de Repub. eſſe, vt nemo audeat in Hiſpaniam imperium accipere. Idem ibid. Iuſſi deinde inire conſuſum ſuffragium, ad vnum omnes non centuriae modo, ſed etiam homines, P. Scipioni imperium eſſe in Hiſpaniam iuſſerunt. *Sed etiam togatorum magiſtratuum poteſtas* imperium *eſt.* Sall. Catil. 55 *de Lentulo,* Ita ille patricius — qui conſulare imperium Romae habuerat, dignum moribus factiſque ſuis exitium vitae inuenit. Cic. pro C. Rabir. c. 1 Eſt bonorum ciuium — munire praeſidia reipubl. ſummum in conſulibus imperium, ſummum in Senatu conſilium putare. Varro *apud* Gell. 13, 12 In magiſtratu habent alii vocationem, alii prenſionem, alii neutrum. Vocationem, vt conſules et caeteri, qui habent imperium; prenſionem, vt tribuni pl. et alii, qui habent viatorem; *(Hic igitur lictor cum faſcibus videtur inſigne imperii)* neque vocationem, neque prenſionem, vt quaeſtores et caeteri, *etc.* Liu. 8, 3 Iuſſis ante tempus Conſulibus abdicare ſe magiſtratu, quo maturius noui Conſules aduerſus tantam molem belli crearentur: religio inceſſit, ab eis, quorum imminutum imperium eſſet, comitia haberi, itaque interregnum initum. Imminutum imperium *dicit eorum, qui iuſſi erant magiſtratu ſe abdicare.* Cic. Verr. 4, 20 Tritici modium LX. M. emta Populo Rom. dare debebant et ſolebant: abs te ſolo remiſſum eſt: Reſp. detrimentum cepit, quod per te imperii ius vna in ciuitate imminutum eſt. *Sed hic etiam ad ipſum* Imperium *et maieſtatem Pop. Rom. referas.* Cic. de Fin. 2, 66 Virginem filiam ſua manu occidit potius, quam ea P. Claudii libidini, qui tum erat ſummo in imperio, dederetur. *Decemuir erat Claudius. Ergo non perpetuum eſt illud* Feſti: Cum imperio eſſe dicebatur apud antiquos, Cui nominatim a Pop. Rom. dabatur imperium. Cum poteſtate eſſe, dicebatur de eo, Qui a populo alicui negotio praeficiebatur. *Caeterum ad Prouinciale imperium pertinet* Cic. Verr. 4, 7 Quae dico ſigna, ante quam abs te ſublata ſunt, nemo Meſſanam cum imperio venit, quin viderit. *Conf.* Idem Fam. 1, 1 *et* 9. *et* 8, 9. *Hinc* Cum imperio eſſe, *interdum indicat idem Extra Vrbem manere: nam Vrbem ingredientes imperium deponebant.* Cic. Att. 7, 3 Nam quod putas vtilius eſſe, vel mihi quod tutius ſit, vel etiam vt Reipublicae prodeſſe poſſim, me eſſe cum imperio: id coram conſiderabimus quale ſit. Imperium, *maius eſt quam* Iuriſdictio: Paull. in l. ea, quae magis D. ad municipales, Ea, quae magis imperii ſunt, quam iuriſdictionis, magiſtratus municipalis facere non poteſt. Vlpian. in l. 3 imperium D. de iuriſd. Imperium aut merum, aut miſtum eſt. Merum imperium eſt, habere gladii poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines, quod etiam poteſtas appellatur. Miſtum eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt, quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit: vt iuriſdictio, iudicis dandi licentia. Miſto imperio iuriſdictio ineſt: *i.* iuriſdictio *et* imperium miſtum *ſunt res vna eademque. Vid. qui hoc probat Hamberger. Opuſc. p. 288 ſq. et de* IN n. 2. ¶ 5 *Lepide* Cic. Verr. 2, 77 c. 31 *de Hortenſio*, Si *Verres* — ſe eripuerit *ex Iudicio*, in iudicibus ſit neceſſe eſt — ſit in eius exercitu ſignifer, qui imperium iudiciorum tenere vult. *Nempe vt* Regnum *alias ſolet dicere.*

IMPERIALIS, e. Adi. Aur. Vict. Epit. in Tiberio, Imperialis moleſtiae magnitudinem declinare. *Ita,* Ornamenta imperialia Capitol. M. Anton. Phil. c. 17. Inſigne imperialis maieſtatis Id. Albin. c. 2. Ammian. 15, 5. Ad culmen imperiale ſurgere Id. 21, 16. Imperialia ſtatuta Vlpian. Dig. 47 t. 12 l. 3 §. 5.

IMPERIALITER. Adu. Leg. vn. §. 15 C. de cad. tollend. Noſtrum eſſe proprium ſubiectorum commodum imperialiter exiſtimantes.

IMPERIABILITER. Cato *apud* Chariſ. p. 181 *Putſch.* Imperiabiliter pro Nimis imperioſe et dure.

IMPERIŌSVS, a, um. Adi. [ἐπικρατῶν] *Qui imperium habet.* Cic. in Orat. 120 c. 34 Cognoſcat etiam rerum geſtarum et memoriae veteris ordinem, maxime ſcilicet noſtrae ciuitatis, ſed et imperioſorum populorum, et regum illuſtrium. *i. Qui multum imperarunt, apud quos maxima fuerunt imperia.* Liu. 7, 40 Eodem tenore duos inſequentes Conſulatus geſſi: eodem haec imperioſa Dictatura geretur. Aequor imperioſius Hor. Carm. 1, 14, 8 *Violentum, et cui obſiſti non poſſit.* Imperioſus, *Qui nimis ſeuere imperat, quaſi Oſtentator imperii.* Cic. de Fin. 2, 60 Vtrum tandem cenſes Torquate imperioſum illum, ſi *etc.* Plaut. Aſin. 2, 4, 4 Nimis imperioſus eſt. Imperioſus ſibi, *Qui ſibi ipſe imperat, qui vitae ſuae modum habet.* Hor. Serm. 2, 7, 83 Quisnam igitur liber? ſapiens, ſibique imperioſus. *Vid.* Imperare ſibi n. 2. *Idem* Imperioſus ſui, *i. Continens* Plin. 34, 8. Coniux imperioſa Ouid. in Ibin 536. Conſul Cic. poſt red. in Senat. 11. Domina dura, imperioſa, vehemens cupiditas Idem in Parad. 5 c. 3. Eques Gelonis imperioſior Claud. Feſcenn. de Nupt. Hon. 3. Fames imperioſa Lucan. ad Piſon. 208. Faſces imperioſiſſimi Val. Max. 2, 7, 7. Familia imperioſiſſima et ſuperbiſſima Liu. 9, 34. Inedia imperioſa Plin. 29, 1. Philoſophi eſt nimis imperioſi, vetare meminiſſe Cic. de Fin. 2, 105. Populi imperioſi Idem in Orat. 20. Vis imperioſiſſima Quinctil. 6, 3. Imperioſus *eſt etiam, Cognomen* T. Manlii Torquati Liu. 7, 3. Plin. 2[illegible], 5.

IMPERIOSE. Adu. Non ſeuere, non imperioſe praecepit Gell. 2, 29. *Conf.* IMPERIABILITER. Imperioſius Varro *apud* Non. 4, 138. Agere imperioſius Auguſtin. de Trin. 2 c. vlt.

IMPERMISSVS, a, um. Adi. [ἀθέμιστος] *Illicitus: vt,* Gaudia impermiſſa, *i. Illiciti concubitus* Hor. Carm. 3, 6, 27.

IMPERMIXTVS, a, um. Adi. Sapientia impermixta atque incorrupta Ambroſ. Ep. 2 p. 72.

IMPERPETVVS, a, um. Adi. Cui quid abſcedere poteſt, id imperpetuum eſt Sen. Epiſt. 72. *Apud* Scribon. Compoſ. 11 *et* 102 Imperpetuum *aduerbialiter pro in perpetuum legitur.*

IMPERSONĀLIS, e. Adi. [ἀπρόσωπος] *Vox eſt a Grammaticis ficta: quibus* verbum Imperſonale dicitur, Quod non habet perſonas. Mart. Capell. 3 p. 83. *et* 4 p. 119. *Vid.* Priſcian. p. 812. *et alios Grammaticos.*

IMPERSONALĬTER. Adu. Florentinus in l. ſiue D. de ſtipul. ſeruo, Siue mihi, ſiue ſibi, ſiue conſeruo ſuo, ſiue imperſonaliter *dari* ſeruus meus ſtipuletur, mihi acquiret. *Conf.* Iuſtin. Inſtit. 3 t. 18 §. 1.

IMPERSPICABILIS, e. Adi. Zeno Veron. Imperſpicabilis iudicii ſecreta.

IMPERSPICVVS, a, um. Adi. *Incognitus, dubius, non perſpicuus.* Plin. Epiſt. 1, 20 Neque enim minus imperſpicua, incerta, fallaciaque ſunt iudicum ingenia, quam tempeſtatum terrarumque.

IMPERSVASIBILIS, e. Adi. [ἀπειθής] Populus imperſuaſibilis Vet. Interp. Barnab.

IMPERTERRĬTVS, a, um. Adi. [ἄτρεστος] *Qui nulla re terretur.* Virg. Aen. 10, 770 Manet imperterritus ille. Imperterritus equum impellebat Sil. 7, 695. Imperterritus armis Idem 14, 188. Mens imperterrita Sil. 11, 207.

IMPERTINENS, entis. Adi. Abſque impertinentibus conuocandi Dii Mart. Capella 1 p. 15 *extr. i. Iis, quibus iure non licet ad concilium venire.*

IMPERTIO, īui, ītum, īre. Act. [μεταδίδωμι] *vel* IMPERTIOR. Dep. *Partem dare, communicare, participem facere. Iungitur Accuſatiuo rei et Datiuo perſonae.* Aures *impertiri* ſtudiis honeſtis Tacit. Ann. 14, 21, 6. Cic. de N. D. 2, 27 Iam vero reliqua pars mundi ea et ipſa tota natura feruida eſt, et caeteris naturis omnibus ſalutarem impertit et vitalem Calorem. Ciuitatem alicui gratuito impertiri Cic. pro Arch. c. 5. Idem Verr. 2, 50 Tu Syracuſanis vnum Diem feſtum Marcellis impertiri vetuiſti, per quos illi adepti ſunt vt caeteros dies feſtos agere poſſint. *Et* Verr. 2, 84 Veruntamen Dolorem ſuum nemini impertiebat, Praetoris iniurias tacite, hoſpitis placide ferendas arbitrabatur. Cic. de Amicit. 7[illegible] c. 19 Quod faciendum, imitandumque eſt omnibus, vt ſi quam praeſtantiam virtutis, ingenii, Fortunae conſequuti ſunt, impertiant eam ſuis, communicentque cum proximis. Cic. pro L. Manil. 20 c. 8 Atque vt omnes intelligant, me L. Lucullo tantum impertiri Laudis, quantum, *etc.* Miſericordiam alicui impertiri Cic. ad Brut. Epiſt. 12. Idem Att. 3, 15 Nunc Pomponi quoniam nil impertiſti tuae Prudentiae ad ſalutem meam, quod aut in me ipſo, *etc.* *Et* Att. 2, 12 Terentia delectata eſt tuis literis: impertit tibi multam Salutem, *i. ſalutat.* Cic. de Fin. 5, 6 In primisque vt aliquid ſuorum Studiorum Philoſophiae quoque impertiat. Idem Att. 9, 13 Huic rei aliquid Temporis impertias. Tempus ſapientiae doctoribus impertiebat Tacit. Ann. 14, 16, 3. ¶ 2 *Habet etiam Accuſatiuum perſonae, cum Ablatiuo rei.* Plaut. Aulul. prol. 18 Atque ille vero minus, minusque impendio curare, minusque Me impertire honoribus. Ter. Adel. 3, 2, 22 Sed ceſſo Heram hoc malo impertiri propere? Aliquem oſculo impertire, *Oſculari* Suet. Neron. c. 37. T[illegible] [illegible]n. 2, 2, 39 Plurima ſalute Parmenonem ſummum ſuum imper[illegible] [illegible]nato. Plaut. Milit. 2, 2, 77 At me imperti quod commentus es. *Cum Praepoſitione* De: Cic. Off. 2, 54 c. 15 Saepe idoneis hominibus indigentibus, de re familiari impertiendum eſt, ſed, *etc.* *Paſſiue.* Cic. in Catil. 3, 14 c. 6 Atque etiam viro forti Collegae meo C. Antonio laus impertitur. Suet. Claud. c. 4 Nec dubium eſt, quid poſt haec Auguſtus conſtituerit, et reliquerit eum nullo praeter auguralis ſacerdotii honore impertitum. Nep. 25, 1, 2 Puerilis aetas doctrinis impertiri debet.

IMPERTIENS, *et* IMPARTIENS, entis. Partic. Mart. Capell. 1 p. 21.

IMPERTITVS, a, um. Partic. Liu. 21, 41 Pro his impertitis oppugnatum patriam noſtram veniunt. Apul. Apol. p. 377 Nulla impertita mora.

IMPERTITIO, ōnis. f. Arnob. 2 p. 43 Honoris impertitione viduari.

IMPERTĬLIS, e. Adi. *Quod diuidi non poteſt.* Auguſtin. Muſ. 6 Impertilis nota.

IMPERTVRBABILIS, e. Adi. Auguſtin. Confeſſ. 2 *extr. et* Epiſt. 145.

IMPERTVRBĀTVS, a, um. Adi. [ἀτάρακτος] *Contrarium eſt Turbato.* Plin. 2, 23 Imperturbata lux. Ore imperturbato bibere venenum Ouid. in Ibin 560. *Conf.* Sen. Epiſt. 73 *et* 85.

IMPERVERSVS, a, um. Manilii *eſſe dicitur.*

IMPERVIVS, a, um. Adi. [ἀδιάβατος] Amnis imperuius, *Non vadoſus* Ouid. Met. 9, 106. Amnis imperuius ripis Pacat. Paneg. c. 34. Freta Valer. Argon. 4, 711. Itinera Tacit. Ann. 3, 31.

IMPESCO, ĕre. eſt (*auctore* Feſto) In laetam ſegetem, paſcendi gratia immittere.

IMPETIBILIS, *vid.* IMPATIBILIS.

IMPETĪGO, ĭnis. *quae* Feſto *etiam* IMPETIX, f. [λαχὴν, ἄλφος Gloſſ. Lat. Gr.] *Foedatio cutis, ſerpens cum pruritu, quam alii ſcabiem ſiccam, aſperam, et prominentem intelligunt: Alii morbum ſimilem ſcabiei ſquamoſum corpusque dehoneſtantem. Ab* Impetu *nomen deductum.* Si vero vitium eſt, quod ducit ab impete nomen Sammon. 160. Plin. 23, 7 Hiberna caprificus in aceto cocta et trita, impetigines tollit. Idem 22 c. vlt. 20, 9. *et* 25, 7. *Vid.* Scribon. 249. Serpens molliter impetigo Firmic. 6, 31. Celſ. 5, 28, 17 Quatuor genera impetiginis *deſcribit, quae* Leprae *generibus conuenire, affirmat Gorraeus Definit. Med. voce* λέπρα.

IMPETIGINŌSVS, a, um. Adi. *Qui impetigine laborat.* Vlp. in l. Pomponius D. de Aedil. edict. Trebacius ait, impetiginoſum morboſum non eſſe: ſi eo membro, vbi impetigo eſt, aeque recte vtatur.

IMPETIGOSVS, a, um. Adi. Gloſſ. Vet. λιχηνωτὸς, Impetigoſus.

IMPĔTO, īui, ītum, ĕre. [προσβάλλω Gloſſ. Lat. Gr.] Inuadere, adoriri. Apul. Iurgiis me oppido impetens. Varro de R. R. 3, 16 Itaque impetentes a ſe eiiciunt fucos, quod hi, *etc. Conf.* Solin. c. 55. Flammis et ſagittis impetens Cupido Sen. Hippol. 275.

IMPETVLANS, antis. Adi. *Idem fere quod* Petulans: *vt enim hoc a* Petendo *eſt, velut* Petulcus, *ita illud ab* Impeto. Martian. Capell. 8 p. 271 Vt quam plures alios conniſos cohibere riſum hoc maxime impetulantis proruptionis ſonitum, effuſique cachinni licentiam prouocarint.

IMPĔTVS, ûs. m. [εἰσβολὴ, ἐμβολὴ, ὁρμὴ, φορὰ, καταφορὰ, ῥύμη] *Inuaſio vel acceſſio cum tumultu, certe cum vehementia.* Aurel. Vict. de Viris Illuſtr. c. 11 Quum Tarquinios in vrbem reſtituere tentaret, et primo impetu Ianiculum cepiſſet. Cic. Fam. 10, 5 Vt tota mente, omnique Animi impetu in Remp. incumbas. Animi impetus et voluntas Cic. de Orat. 3, 55. Animi non rectus impetus eſt libido Idem de Inuent. 2, 164. Armorum impetus atque incurſio Id. pro Caecin. 44. Famae impetus Tacit. Agr. 39. Libidinum Cic. de Fin. 1, 44. Celſus 2, 7 *pr.* Ante febrem ſi ex ſomno oculi caligant, aliquis impetus Pituitae timeri poteſt. Vitiorum impetus Scribon. 99. Plin. Epiſt. 2, 11 Adnotatum eſt experimentis, quod fauor et miſericordia acres et vehementes primos impetus habent, paullatim conſilio et ratione quaſi reſtincta conſidunt. Acer Lucret. 6, 127. Auſpicati impetus Hor. Carm. 3, 6, 10. Caecus animi, *vid.* CAECVS. Effrenus Sen. Agam. 12. Furentes ac violenti Cic. de Aruſp. Reſp. 46 c. 22. Naturalis Quinctil. 1, 3. Repentinus Cic. pro Domo 13. Saeuus Hor. Carm. 3, 1, 28. Sceleratus delendi imperii Cic. pro Cael. 14. Violentus Sen. Theb. 2. Viuidus Hor. Carm. 4, 4, 10. ¶ 2 *Verborum formulae:* Abnuit locus impetum, *vid.* ABNVO. Abſtrahere ab impetu, *vid.* ABSTRAHO. Agere: *vt,* Eunt equi qua impetus illos egit Ouid. Met. 2, 203. Amplificare impetum et quandam commotionem animi affectionemque ſuam verbis et ſententiis Cic. de Inuent. 2, 19. Plin. 9, 30 In naufragos, vrinantesue impetum Capit. Ceſſauit impetus Scribon. 160. Coërcet impetus vlcerum calx Plin. 36, 24. Colligare impetum furentis, *vid.* COLLIGO. Cic. de Aruſp. Reſp. 1 Omnem impetum gladiatoris, ferociamque Compreſſi. Continere impetum militum Liu. 7, 37. *vid.* CONTINEO. Contundere impetum alicuius, *vid.* CONTVNDO. Conuertere impetum ſuum, *vid.* CONVERTO. Deprĕcari horribiles impetus hoſtium Cic. pro Font. 26. Diruere aliquid vaſto impetu Hor. Carm. 4, 14, 30. Plin. 22, 25 Farina ex hordeo et cruda et decocta, collectiones impetusque Diſcutit. *Tradit Hermolaus* Impetus Plinio *vocari, quas Inflammationes et collectiones dicimus, Graeci Phlegmonas.* Tacit. Ann. 2, 20 Primus Caeſar cum praetoriis cohortibus capto vallo Dedit impetum in ſiluas. Dare impetum, *Adoriri, Aggredi:* Liu. 2, 19 Et ad alterum cornu Aebutius Magiſter equitum in Octauium Mamilium impetum Dederat. Dare impetum, *pro Incitare.* Quinct. 10, 3 Quod non tam moram faciet, quam nouos impetus Dabit. Caeſ. B. G. 1, 52 At Germani celeriter ex conſuetudine ſua, phalange facta, impetus gladiatorum Exceperunt. Exuere feros impetus Sen. Thyeſt. 2. Cic. pro Roſc. Amer. 21 Vos autem maxime debetis in eos impetum Facere, qui merentur. *Add.* Caeſ. B. G. 1, 25. Facere impetum in agros inimicorum Liu. 1, 5. Facere impetum in bona et fortunas alicuius Cic. Verr. 1 c. 36. Idem Verr. 4, 148 Admonitu ipſorum Syracuſanorum impetum in eas tabulas Facio, in quibus ſingula perſcripta erant. Facere inanem impetum Cic. pro Domo 64. Feruntur omni impetu ad voluptatem beluae Idem Off. 1, 105. Feruet impetus morbi articularis Plin. 31 c. vlt. Fieri praedonum impetus in tuas fortunas nolo Cic. Fam. 4, 7. Frangere impetum alicuius Idem Fam. 1, 5. Furit impetus Aetnae Lucret. 2, 593. Quinctil. 2, 13 Curſum Habent quaedam et impetum. Difficiles aditus impetus omnis Habet Ouid. Rem. Am. 120. Habent ſuos impetus animalia Cic. Off. 2, 1. Impellere animorum impetus Idem de Orat. 2, 312. Incumbere impetu in aliquid Id. Fam. 10, 5. Incurrere caeco impetu in aliquem Cic. de Fin. 1, 44. Inhibere impetum Sen. Med. 413. Tacit. Agric. c. 39 Donec impetus famae, et fauor exercitus Langueſceret. Lenire impetus recentes vulnerum Plin. 22, 22. Da ſpatium tenuemque moram: male cuncta Miniſtrat impetus Stat. Theb. 10, 704. Minuitur impetus vitiorum Scrib. 99. Mollire impetum, *vid.* MOLLIO. Moueri vertique impetum caeli admirabili cum celeritate videmus Cic. de N. D. 2, 97. Opprimi violentiae impetu Idem Anteq. iret in exil. 13. Percellere impetu aliquem, et irruere in eum Id. pro Domo 106. Propulſare impetum Cic. pro Muraen. . . . Rapit impetus illuc Theſea magnanimum Stat. Theb. 12, 794. Reflectere impetum Cic. de Orat. 2, 312. Refugere impetum, tela, et incurſum aliquorum Idem pro Caecin. 22. Reprimere impetum, ardoremque reſtinguere Id. in Brut. 7. Reſederunt impetus Marcelli Cic. Fam. 8, 2. Retardare animos et impetus alicuius Idem Diu. Verr. 33. Sedatur impetus vitiorum Scribon. 99. Sum: *vt,* Fuit impetus illi in medios rogos ire Ouid. Met. 11, 333. Sumere impetum repetito ſpatio Quinctil. 10, 3, 6. Suſtinere impetum Celſ. 2, 15. Caeſ. B. G. 1, 24. Plin. Epiſt. 1, 8 Tantoque laudabilior munificentia noſtra videbatur fore, quod ad illam non impetu quodam, ſed conſilio Trahebamur. *i. non inconſiderate et ſine ratione.* Vti impetu magis quodam animi, quam cogitatione Cic. Att. 11, 5. ¶ 3 *Obſeruatt.* Impetus *in oratione, pro Vi et contentione ac vehementia.* Cic. in Orat. 229 Aliter in ea nec impetus vllus, nec vis eſſe poſſit. *Et* pro Deiot. 5 Ad omnem impetum dicendi contentionemque leuiora. Dicendi impetus Quinctil. 3, 8. Idem 1, 1 Ideoque laude creſcit, et impetu augetur, et aliquid magnum agere gaudet. *de pueris. Et* 2, 11 Igitur et impetu dicere ſe, et viribus vti gloriantur. Plin. 14, 22 Tribus congiis epotis vno impetu. Ouid. Faſt. 5, 523 Si quid fert impetus, ora: Omne feres. *h. e. Si quid cupis.* Suet. Aug. c. 42 Impetum ſe cepiſſe ſcribit frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum ceſſarat. Tacit. Ann. 15, 50 Et cepiſſe impetum Subrius Flauius ferebatur, in ſcena canentem Neronem aggrediendi. Lucret. 5, 201 Quantum caeli tegit impetus ingens, *i. orbis ille magno impetu circumagens ſe. Vid. ſtatim* IMPETE. *Sic ad motum illum caeli referam* Accianum *illud apud* Cic. Diu. 1, 44 c. 22 Cum iam quieti corpus nocturno impetu dedi. *Nec aliter* de Nat. Deor. 2, 97 c. 38 Cum autem impetum caeli admirabili cum celeritate moueri vertique videamus, *vbi bene fecit, quod* ambitum *ſuum retractauit Dauiſius. Ita non molem modo et magnitudinem, ſed conatum et vim nocendi reſpicit* Cic. Tuſc. 2, 20 c. 8 *ex Sophocle,* Non biformato impetu Centaurus ictus corpori inflixit meo. *Frequens id eſt apud* Lucretium, *v. g.* Impetus Aetnae 2, 593. *Sic pulchre* 5, 813 Sicut nunc femina quaeque, Cum peperit, dulci repletur lacte, quod omnis Impetus in mammas conuertitur ille alimenti. Ennius *apud* Macrob. Sat. 6, 1 Labitur vncta carina, volat ſuper impetus vndas.

IMPĔTE. [ἐφόδῳ] *Ablatiuus, pro Impetu, ab antiquo Nominatiuo* Impes. Gell. 19, 7 Magno impete. Sil. 13, 248 Procurſus impete. Lucret. 5, 911

Aut hominem tanto membrorum eſſe impete natum,
Trans maria alta pedum niſus vt ponere poſſet
Et manibus totum circum ſe vertere caelum.

Impete, *h. e. vi ac mole. Plur.* Lucret. 1, 293 Quamlibet in partem trudunt res ante ruuntque Impetibus crebris. *Sed nihil impedit, quo minus ſit ab* Impetus. *Idem Genit. Sing.* 6, 326 Capere impetis auctum. Magno impete comburens flamma Lucret. 6, 152. Recto impete perfringit nubem vis venti Idem 6, 137. Vaſto impete fertur Ouid. Met. 3, 79. *Conf.* 8, 359. *et* Sil. 2, 243.

IMPETĒIVS, a, um. Adi. Gloſſ. Lat. Graec. Impeteius, βίαιος.

IMPETVŌSVS, a, um. Adi. [ῥοθιώδης] *Qui magno impetu fertur.* Plin. 35, 10 Impetuoſus animus. *Harduin. tamen haec verba ſpuria cenſet.*

IMPETVOSE. Adu. Meſſal. Coru. Pr. Ad moenia impetuoſe contendit.

IMPETRIO, *a quo Part.* IMPETRĪTVM, *explicat* Feſtus Impetratum. *Recte. Eſt enim in auſpiciorum et extorum ratione* impetrire καλλιερεῖν *ſ. litare, quod nihil aliud eſt, quam impetrare fauſtum augurium. Ita* fulguritus, artitus *nouimus pro* fulguratus, artatus. Plaut. Aſin. 2, 1, 11 Auguratum eſt, impetritum eſt, quaeuis admittunt aues. Val. Max. 1, 1, 1 Priſco etiam inſtituto rebus diuinis opera datur, quum aliquid commendandum eſt, precatione: quum expoſcendum, voto: quum ſoluendum, gratulatione: quum inquirendum, vel extis, vel ſortibus, impetrito: quum ſollemni ritu peragendum, ſacrificio. *Pro* Impetrito, *vulgo corrupte legebatur* Impertito. Cic. de Diuin. 1, 28 c. 16 Nihil fere quondam maioris rei, niſi auſpicato, ne priuatim quidem gerebatur — Nam vt nunc extis, quamquam id ipſum aliquanto rarius quam olim, ſic tum auibus, magnae res impetriri ſolebant. *Sic recte nunc legitur pro* Impertiri. Idem de Diuin. 2, 35 c. 15 Concedam hoc ipſum ſi vis, etſi magnam iacturam cauſae fecero, ſi vllam eſſe conuenientiam naturae cum extis conceſſero. Sed tamen eo conceſſo, quî euenit, vt is, qui impetrire velit, conuenientem hoſtiam rebus ſuis immolet? *quo loco etiam vulgatum erat* Impertire, *ſed* impetrire *probat poſt Manutium, Lambinum, Gruterum, Gronouium, etiam Dauiſ. Huc ſpectant et* Auguria impetratiua, *de quibus ſua loco. Conf.* Plin. 28, 2 *pr.* Victimas caedi ſine precatione, non videtur referre, nec Deos rite conſuli. Praeterea alia verba ſunt impetritis, alia depulſoriis, alia commentationis. *Sic MSS. omnes apud Hard. Salmaſius volebat,* Impetriti, depulſorii, commendationis. *Vulg.* impetrantis, depulſoris, commendationis. Seru. *ad* Aen. 12, 246 Monſtroque feſellit, Namque hoc augurium nec oblatiuum eſt, nec impetratiuum. Dan. impetritum. *Illud certe indicat varietas, pro eodem habitum, eſſeque* impetritum augurium *quod precibus impetratum eſt. Huc facit etiam* Cic. de Diu. 1, 3 Cumque magna vis videretur eſſe et in impetrandis conſulendisque rebus, et in monſtris interpretandis ac procurandis in haruſpicum diſciplina, *etc.*

IMPĔTRO, āre. [τυγχάνω] *Ex* In *et* Patro *compoſitum; ſignificat Exorare, vel quacunque alia ratione ab altero obtinere.* Plaut. Capt. 1, 2, 17 Quod quidem ego nimis quam cupio vt impetret. Idem Caſin. 2, 3, 51 Quid ſi ego impetro atque exoro a villico, cauſa mea vt eam illi permittat? *Et* Capt. 3, 2, 14 Vt quod me orauiſti, impetres. Ter. Andr. 2, 5, 11 Facis vt te decet, quum iſtuc quod poſtulo, impetro cum gratia. Cic. Fam. 13, 30 Omnia, quae potui in hac ſumma tua gratia ac potentia a te impetrare, ſi petiiſſem, vltro te ad me detuliſſe putabo, ſi hanc rem impetrauero. Minus honeſte impetrare Cic. Att. 7, 16. Facile ab vno de alio impetrare Idem Att. 15, 8. Impetrare ab aliquo, vt verum eſſe concedat Id. Acad. 4, . . Plaut. Curc. 1, 1, 65 Neque quidquam queo aequi bonique ab eo impetrare. *Add.* Vell. 2, 125, 1. Ciuitatem ab aliquo Cic. Fam. 13, 37. Exceptionem ab aliquo Idem Acad. 4, 97. Pacem Hor. Epiſt. 2, 1, 137. Quietem ſtudiis Quinctil. in prooem. 1. Salutem precibus Cic. Brut. 16. Plin. Epiſt. 318 Quamuis ſuſpectus in praeteritum fuerit, veniam ex poenitentia impetret. Veniam exilii impetrat Tacit. Ann. 12, 8. Veniam metendi Plin. 12, 19. Ter. Adel. 3, 4, 44 Quod vos ius cogit, id voluntate impetret. Cic. Att. 9, 15 *pr.* Si mihi veniam quam peto dederit, vtar illius conditione; ſin minus, impetrabo aliquid a me ipſo. *Paſſiu.* Val. Max. 4, 3, 7 A ſeruis vix impetrari poteſt, ne eam ſupellectilem faſtidiant. *i. Hoc non poſſunt domini a ſeruis impetrare. Perficere.* Plaut. Poen. 5, 2, 14 Incipere multo eſt quam impetrare facilius. *Vid. Taubm.* Ter. Hec. 5, 1, 3 Videndum eſt, ne minus propter iram hanc impetrem, quam poſſem. *Vbi* Donat. Impetrem, perficiam. Gloſſ. Impetrare, ἀνύσαι. Ammian. . . . Nihil impetrato intra moenia. *Conf. Iac. Dur. Caſell. Var. 1.*

IMPETRASSERE, *pro Impetraturum eſſe veteres dixerunt.* Plaut. Aul. 4, 7, 6 Et iſtud confido a fratre me impetraſſere. *Conf.* Stich. 1, 2, 23. Caſ. 2, 3, 53. Mil. 4, 3, 3.

IMPETRĀTVS, a, um. Partic. Reditus impetratus Auguſti Hor. Carm. 4, 2, 43. *Conf.* Vell. 2, 68, 2.

IMPETRABĬLIS, e. Adi. *Quod facile impetrari et obtineri poteſt: ſed et qui impetrare poteſt, actiue.* Liu. 25, 29 Omnia et impetrabilia

bilia et tuta. Plaut. Epid. 3, 2, 6 Proh dii immortales, mihi hunc diem dediſtis luculentum, vt facilem, atque impetrabilem, *quo impetraui, quae optabam.* Efficaciae impetrabilis rex *Seleucus*, vt indicat cognomentum *Nicator.* Ammian. 14, 8 *Actiue, vt* Orator impetrabilis, *Qui facile quod vult, impetrat.* Plaut. Moſt. 5, 2, 40 Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis. *Add.* Vigilantia *et* Virtutes *et* Impetrabilior. Pacem impetrabilem fore, magnam ei ſpem attulit mora *etc.* Liu. 37, 34 *pr. Add.* 30, 16. Triumphus Liu. 39, 29. Venia Tacit. Hiſt. 4, 69, 5. Veniae impetrabilis ſpem Liu. 36, 33. *Add.* 42, 29. Vigilantia Ammian. 17, 11 *de Scipione.* Virtutes Idem 29, 5 *pr. Vtroque loco* impenetrabilis *ſubſtituendum videtur Valeſio: vt eodem capite* p. 624 hoſtem impetrabilem iactu telorum. *Sed videtur delectari Ammianus hoc nomine.* Votum Propert. 4, 1, 101. *Compar.* Quo impetrabilior pax eſſet Liu. 30, 16. Impetrabilior qui viuat, nullus eſt Plaut. Merc. 3, 4, 20.

IMPETRATIO, ōnis. f. Cic. Att. 11, 25 (22) Illud moleſtius, iſtas impetrationes noſtras nihil valere. Auguſtin. Confeſſ. 12 *pr.*

IMPETRATĪVVS, a, um. Adi. *Vt*, Impetratiuum augurium, quod optatum venit Seru. *ad* Aen. 6, 190 *quem locum damus. Vid.* Augurium *in* AVGVR. *Add.* IMPETRITVS.

IMPETRĀTOR, ōris. m. Cod. Theod. l. 12 tit. 16 Impetratores beneficii.

IMPETVLANS, IMPETVOSVS, IMPETVS, *vid.* IMPETO.

IMPEXVS, a, um. Adi. [ἀκτένιστος] *Non pexus: vt*, Barbae impexae Virg. Georg. 3, 366. Antiquitas triſtis et impexa Tacit. in Dial. de Orat. c. 20. *h. e. Inculta.* Canities Stat. Theb. 3, 138. Comae Ouid. Faſt. 3, 398.

IMPIATVS, *vid.* IMPIVS.

IMPĪCO, āre. [πισσόω] *Pice illinere.* Columel. 12, 29 De lacu quam recentiſſimum addito muſtum in amphoram nouam, eamque oblinito et impicato diligenter. Impicare dura pice Id. ib. c. 43.

IMPICTVS, a, um. *Non pictus.* Apul. Met. 2. *Sed Elmenh.* p. 123 impunctum cryſtallum.

IMPĪGER, gra, grum. [ἄοκνος] *Non piger, ſed diligens et ſtrenuus.* Hor. Epiſt. 1, 1, 45 Impiger extremos currit mercator ad Indos. Cic. pro Font. 33 c. 15 Virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, *etc.* Idem Verr. 5, 27 c. 10 Dabat ſe labori atque itineribus, in quibus vsque eo ſe praebebat patientem atque impigrum, vt eum nemo vnquam in equo ſedentem videret. Ales impiger Stat. Theb. 1, 292. *Mercurium ſic vocat Iupiter.* Comes impiger ibam Idem Silu. 3, 2, 91. Ductor Lucan. 1, 228. Equus Hor. Carm. 4, 3, 4. Linguae Salluſt. Fragm. 3, 9. Mentis impigrae experientia Lucret. 5, 1451. Liu. 3, 5 *extr.* Cohortes inde Latinae Hernicaeque ab Senatu gratiis ob impigram militiam actis, remiſſae domos. Virum impigrum vrbanae militiae *dixit* Tacit. Ann. 3, 48.

IMPĪGRE. Adu. [ἀόκνως] *Diligenter.* Liu. 2, 47 Impigre ſecuti ſunt. Idem 1, 10. Plaut. Rud. 4, 2, 10. Val. Max. 2, 1, 9.

IMPIGRĪTAS, ātis. f. Cic. de Repub. 3 Nunquam viri fortiſſimi fortitudinis, impigritatis, patientiae *apud* Non. 2, 434.

IMPIGRABILIS, e. Adi. Gloſſ. Lat. Graec. Impigrabile, ἐνεργέστατον.

IMPILIA, orum. n. *Pl. ſignificant Coactilia, qualia pedibus inuoluendis calceandisque adhibebantur. Haec vox apud* Vlpian. l. 25 §. 4 Dig. *exſtat, qui* Impilia Veſtis loco eſſe *dicit: et apud Heſychium, qui* νακτὰ, *inquit*, τὰς πίλους καὶ τὰ ἐμπίλια. *Latius tamen patere videntur poſſe Heſychio auctore, quam vt tantum Pedum operimenta complectantur. Hinc* Plinii *ſic feliciter emendatur locus 19, 2* Theophraſtus auctor eſt eſſe Bulbi genus, circa ripas amnium naſcens, cuius inter ſummum corticem eamque partem qua veſcantur, eſſe laneam naturam, ex qua impilia veſteſque quaedam conficiantur. Mapalia *hucusque lectum eſt, nullo ſenſu. Turneb. Adu. 11, 14. Conf. Graeu. ad Heſiod.* ἔργ. *v. 542 qui copioſe ex Graecis hoc totum illuſtrat.*

IMPINGO, ēgi, actum, ĕre. [προστρίβομαι, προσβάλλω, ἐποκέλλω] *ab* In *et* Pango: *Impellere et illidere. Metaphorice, puto, ex potantium diſciplina* Cic. Tuſc. 3, 44 Quid? huic calix mulſi impingendus eſt, vt plorare deſinat. Agmina impingere muris Virg. Aen. 5, 805. *i. tanto terrore agitare, vt ruant ad muros, et prae ſtudio intrandi vrbem impingant capita*, etc. Sen. de Benef. 1, 1 Gratus aduerſus eum quisquam eſſe poteſt, qui beneficium aut ſuperbe iniecit, aut iratus impegit? Caput parieti Plin. Epiſt. 3, 16. Colaphum alicui Plaut. Bacch. 4, 7, 2. Idem Capt. 3, 5, 76 Abducite iſtum actutum ad Hippolytum fabrum: iubete huic craſſas compedes impingier. Culpam in aliquem, *Reiicere et conferre* Plaut. Mil. 3, 3, 54 *al. leg.* imponito. Sen. de Ira 1, . . Quid opus eſt ſe in columnas impingere? Dicam, *vid.* DICA. Ter. Phorm. 2, 3, 92. Cic. Att. 6, 1 Atque hoc tempore ipſo impingit mihi epiſtolam Scaptius Bruti, rem illam ſuo periculo eſſe. *Scilicet pro ipſo Scaptio deprecantis.* Cael. ad Cic. Fam. 8, 8 Quid ſi, inquit alius, et conſul eſſe et exercitum habere volet *Caeſar?* At ille, *Pompeius*, quam clementer, Quid ſi filius meus fuſtem mihi impingere volet? Sen. de Tranquil. vitae c. 10 At in aliquod genus vitae difficile incidiſti: et tibi ignoranti vel publica fortuna, vel priuata laqueum impegit, quem nec ſoluere poſſis, nec abrumpere. Nauem, *i. Impellere aut agere in arenam aut ſcopulos* Quinctil. 4, 1. Pugnum Plaut. Bacch. 4, 7, 2. *Et* Rud. 3, 4, 5. Quibus impacta eſt ſalamandra Scribon. 187. Venenum Sen. Epiſt. 120. Plaut. Amph. 4, 2 ſuppoſ. 59 Cicatricem in dextro muſculo ex illoc vulnere, quod mihi impegit Pterela. Impingi, *Paſſiuum, pro Immergi, et in profundum demitti.* Plin. 10, 38 *de auium volatu,* Iaculantur ſeſe in ſublime, in rectum, in pronum. Impingi putes aliquas, aut rurſus ab alto cadere has, illas ſalire. Impingi, *pro Impelli.* Sen. de Ira 1, . . Iraſci dicit, impingi, incitari.

IMPACTVS, a, um. Partic. [προσβεβλημένος] Impactus imo ita eſt ſaxo, vt ſopiretur, *pro Impegit ad ſaxum* Liu. 8, 6 *pr.* Impacti in aduerſos turbine pugnae Eumachus et Clytius Sil. 4, 373. Impactus in carcerem Vlpian. in l. In eos D. de cuſtodia et exhib. reor. Facinoris impacti probatio in Tribunum Quint. Trib. Mar. c. 5. *Burm. p. 79.* Fluctus impacti Plin. Epiſt. 6, 31 *extr.* Idem 5, 9 Subinde inſulis impactus, totidem [illegible]itamentis, poſtremo incluſus montibus. Vlpian. in l. Quemadmodum §. Si protectum D. Ad legem Aquiliam, Si nauis tua impacta in meam ſcapham damnum mihi dedit, quaeſitum eſt, quae actio mihi competat. Sen. Nat. Quaeſt. 2, 12 Cum coitu nubium vehementer impactarum a latere eliditur. Scyphus Marco Agrippae a temulento Cicerone Marci filio impactus Plin. 14, 22.

IMPACTIO, ōnis. f. Sen. Nat. Quaeſt. 2, 12 *extr.* Diſſimilis autem crepitus fit ob diſſimilem impactionem nubium.

IMPINGVO, āre. πιαίνω Onomaſt. Vet. Anima operantium impinguabitur Vulgat. Prouerb. 13, 4. *Add.* Pſalm. 22, 5. Coques, donec lenis fiat et impinguet Apic. 8, 7. *i. quaſi a pinguedine reſplendeat.*

IMPINGVATVS, a, um. Part. Incraſſatus et impinguatus Vulgat. Deuteron. 32, 15. *Conf.* Tertull. de Ieiun. c. 6. *et* adu. Pſych. c. 6. Th. Priſcian. de Diaeta c. 4.

IMPINGVATIO, ōnis. f. Apicio *adſcribitur.*

IMPIO, as. *vid.* IMPIVS.

IMPIVS, a, um. Adi. [ἄθεος, ἀνόσιος, ἀσεβής] *A pietate remotus, quod vel ad deorum contemtum pertinet, vel ad duritiem aduerſus dignos amore.* Ter. Eun. 4, 3, 1 Vbi ego illum ſceleroſum, miſerum atque impium inueniam? Cic. in Piſon. 46 c. 20 Me tamen fugerat deorum immortalium has eſſe in impios et conſceleratos poenas certiſſimas conſtitutas. Impius ne audeto placare donis iram Deorum Cic. de Legg. 2 c. 9. Piorum et impiorum rationem habent dii Idem de Legib. 2, 15. Impius, pro Parricida *dicitur ab Oratore per antonomaſiam* Quinctil. 8, 6, 30. Impius *et* Religioſus, *contraria* Cic. pro Font. 22. Aetas impia Hor. Epod. 16, 9 *de bellis ciuilibus. Sic* Arma Virg. Aen. 6, 613. Bella impia ſuſcipere Curt. 4, 1, 12. Domus Ouid. Met. 8, 485. Facta Lucret. 1, 84. Fama Virg. Aen. 4, 298. Cic. de Diuin. 1, 7 Eſt enim periculum, ne aut neglectis his, impia Fraude: aut ſuſceptis, anili ſuperſtitione obligemur. Furor Virg. Aen. 1, 298. Gens Idem Georg. 1, 468. Lingua impia deos laeſit Tibull. 3, 4, 16. Pectora Hor. Epod. 5, 13. *i. Immitia.* Relligio impia Perſarum Catull. 87, 4. Venena Ouid. Amor. 1, 8, 104. Verba impia in deos dicta Tibull. 1, 3, 52. Impia herba vocatur incana, roriſmarini aſpectu, thyrſi modo veſtita atque capitata. Inde alii ramuli aſſurgunt ſua capitella gerentes: ob id Impiam appellauere, quoniam liberi ſuper parentem excellant. Alii potius ita appellatam, quod nullum animal eam attingat, exiſtimauere, *etc. ſunt enim pluſcula* Plin. 24, 19. *Superl.* Martian. in l. His verbis §. 1 D. de hered. inſtit. Filius meus impiiſſimus, male de me meritus. *Conf.* Auſon. ad Gratian. *et* Hieron. Epiſt. 26 c. 2.

IMPIĔTAS, ātis. f. [ἀσέβεια, ἀθεότης] *Conditio vel facinus impii.* Cic. de Fin. 1, 50 Etſi vero impietas molita quidpiam eſt, quamvis occulte fecerit, nunquam tamen confidet id fore ſemper occultum. Idem de Fin. 4, 66 c. 24 Sed nihil eſt, quod tam miſeros faciat, quam impietas et ſcelus. Furens Sen. Octau. f. 7. Habere aliquem ſocium impietatis Ouid. Met. 4, 4. Impietate pia eſt Idem 8, 477. ¶ 2 *Aliquando Laeſae maieſtatis crimen ita appellatur: cum dii videri vellent inhumani imperatores.* Tacit. Ann. 6, 47, 3 Dein multorum amoribus famoſa Albucilla defertur impietatis in principem. *Vid.* Plin. Paneg. 33, 3.

IMPIE. Adu. [ἀσεβῶς] Cic. Tuſc. 5, 6 c. 2 Vituperare quisquam inquam vitae parentem, et hoc parricidio ſe inquinare audet? et tam impie ingratus eſſe, vt *etc.* Qui aſtra videt, non indocte ſolum, verum etiam impie faciat, ſi Deos eſſe neget Cic. N. D. 2 c. 16. Quinctil. 6, 2 Tu impie feciſti, quum exheredationem meruiſti. *Superl.* Salu. de Auar. 3 p. 98. *vbi conf. Ritterſh. et* Marcell. ac Fauſt. lib. Prec. ad Imp. Ed. Sirmond. p. 26.

IMPIO, āre. [μιαίνω] *Foedare, maculare.* Plaut. Rud. 1, 3, 8 Si erga parentem aut deos me impiaui. *i. Si impius fui erga parentes. Conf.* Pacat. Paneg. Theod. c. 43. *et* Prudent. Hymn. ante Somn. 53. *Imperſ.* Min. Fel. Oct. 25, 6 Toties Romanis impiatum eſt, quoties triumphatum.

IMPIAMENTVM, i. n. Cyprian. Epiſt. 64, 3.

IMPIĀTVS, a, um. Adi. [μιανθείς] Sceleratus, *inquit* Feſtus. Reus tot caedibus impiatus Apul. Met. 3 p. 131. *Nempe caedes et ſanguis fuſus in primis impios reddit et DIs inuiſos.* Apul. Met. 1 p. 110 Cruore humano aſperſum atque impiatum. Sacra impiata Min. Fel. Oct. 28, 6. Thalami impiati facinore Sen. Hippol. 1183.

IMPLACABĪLIS, e. Adi. [ἀμείλιχος, ἀκαταπράϋντος] *Qui placari non poteſt.* Cic. Q. Frat. 1, 1 Nam ſi implacabiles iracundiae ſint, ſumma eſt acerbitas: ſin autem exorabiles, ſumma leuitas. Terror Cic. Tuſc. 2, 20. Ira Ouid. ex Pont. 3, 3, 63. Cic. in Piſon. 81 c. 33 Si aſpernaretur amicitiam meam, ſeſeque mihi implacabilem, inexpiabilemque praeberet, tamen ei, quum tantas res geſſiſſet, gereretque quotidie, non amicus eſſe non poſſem. Quod implacabilis Quinto Fabio fuiſſet Liu. 8, 35 *extr.* Implacabilis delictis fuit Spartian. in Seuero c. 18.

IMPLACABILĬTER. Adu. [ἀνιλάστως] Tacit. Ann. 1, 13, 5 Scaurum, cui implacabilius iraſcebatur, ſilentio tranſiit. *Conf.* Hiſt. 3, 53, 5.

IMPLACABILĬTAS, ātis. f. Ammian. 14, 1 Quidquid Caeſaris implacabilitati ſediſſet. *Conf.* Idem 26, 10.

IMPLACĀTVS, a, um. Adi. [ἀνίλαστος] *Non placatus: vt,* Gula implacata Ouid. Met. 8, 851.

IMPLACĬDVS, a, um. Adi. [ἀνάρεσκος] *Non placidus: vt,* Diuûm implacidiſſimus *Mars* Stat. Theb. 9, 4. Genus implacidum Genauni Hor. Carm. 4, 14, 10. i. e. Implacabiles. Acron.

IMPLAGIVM, i. n. Minus rete Gloſſ. Iſidor. *Add.* Iſid. 19, 5.

IMPLAGO, āre. *Irretio.* In retia ſua praecipites implagabuntur Sidon. Epiſt. 9, 9. Implagare aliquem muneribus Scribon. in Med. *Conf. Voſſ. de Vit. L. L. 4, 11.*

IMPLANO, āre. *Decipere.* Si quis putat, ſe aliquid eſſe, quum non ſit, ſe ipſum implanat Cyprian. *Conf.* Vulgat. Sirac. 15, 12.

IMPLANVS, a, um. Adi. Inter implana vrbis Aur. Victor de Caeſar. c. 27. *Videtur notare loca humiliora et velut caua.*

IMPLASTELLVM, *et* IMPLASTRATIO, *vid.* EMPL.

IMPLECTO, ĕre. Apul. Apol. p. 278, 16 *de crocodilo,* Multae hirudines dentibus implectuntur. *Hinc*

IMPLECTICVS, a, um. Adi. Veget. de Re Vet. 3, 29 Bos implecticus, *qui riget et flectit ſe difficulter.*

IMPLEXVS, a, um. Partic. [ἐμπεπλεγμένος] *Significat* Implicatum, et inuolutum, *vt ait* Feſtus. Plin. 25, 7 Folliculis cum ſemine inter ſe implexis. Idem 33, 1 Eſt quidem apud eundem Homerum virorum crinibus aurum implexum. Caeruleos implexae crinibus angues Eumenides Virg. Georg. 4, 482. Sen. de Benef. 1, 3 *pr.* Quare tres gratiae, quare ſorores ſint, et quare implexis manibus. *i. Implicitis, conſertis.* Fatum nihil aliud eſt, quam ſeries implexa cauſarum Sen. de Benef. 4, 7. Horrore implexus et impeditus Apul. Apol. p. 276.

IMPLEXVS, ûs. m. *Pro Complexu.* Plin. 2, 65 Vt quum terra arida et ſicca conſtare per ſe ac ſine humore non poſſet, nec rurſus ſtare aqua niſi ſuſtinente terra, mutuo implexu iungerentur. Plin.

9, 51 Polypus femina modo in ouis ſedet, modo cauernam cancellato brachiorum implexu claudit.

IMPLEXIO, ōnis. f. Mart. Capell. 2 p. 42 Serpentis gemini implexio, *de caduceo Mercurii.*

IMPLEO, ēui, ētum, ēre. [πληρόω, ἐμπλήθω] *Plenum facio.* Plin. 14, 63 Canes implentur vno coitu. *h. e. Grauidae fiunt et praegnantes. Vid.* n. 2 Feminas implere. *Regit Genitiuum et Ablat.* Virg. Aen. 1, 215 Implentur veteris Bacchi, pinguiſque ferinae. Implent ruſticos napi et rapa Columel. 2, 10, 22. Liu. 1, 46 Adoleſcentem ſuae temeritatis implet. Angulos omnes impleuiſti furum in aedibus Plaut. Aul. 3, 6, 15. Virg. Aen. 1, 733 Impleuitque mero pateram. Plaut. Merc. 4, 4, 55 Quae ſuſpicione impleuit me indigniſſime. Idem Caſin. 1, 35 Ego te implebo flagris. Implere ad ſummum Columel. 12, 36. Impudentiae eſt, id profiteri, quod non poſſis implere: *i. Perficere, praeſtare* Cic. pro Cluent. 51 c. 18. ¶ 2 *Subſtantiua: Laudatur* Suet. de Clar. Rhet. c. 6 Suſcepit eas partes, actaque ita impleuit, vt Planco ſilentium imponeret, non audenti in comparationem ſe dimittere. *Sed recte editur hodie* atque ita impleuit. Aeuum actis implendum, non ſegnibus annis Ouid. ad Liu. 449. Plin. Epiſt. 7, 33 Vix dum conticueramus, et Maſſa queſtus Senecionem non aduocati fidem, ſed inimici Amaritudinem impleſſe: impietatis reum poſtulat. Animus implet id, quod deeſt naturali poſſeſſioni. Ideo ſi Theſaurum in fundo meo poſitum ſciam: continuo me poſſidere, ſimul atque poſſidendi affectum habuero, Neratius et Proculus aiunt Paullus in l. 3 §. Neratius D. de acquir. poſſeſſ. Annos centum impleuit Plin. 7, 48. *h. e. Compleuit.* Annos ſuos feliciter implere Ouid. Epiſt. 7, 161. Annum impleuit ſeptimum et ſexageſimum Plin. Epiſt. 1, 1. Auras vlulatibus implet Valer. Argon. 8, 143. Aures implere ſermonibus Ouid. Met. 12, 56. Cic. in Orat. 104 Qui quanquam vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non ſemper implet Aures meas: ita ſunt auidae et capaces, *etc.* Caelum queſtibus implere Virg. Aen. 9, 480. Caelum votis Tibull. 3, 3, 1. Succo expreſſo Caput impleatur Celſ. 3, 18. *i. madefiat, foueatur.* Caput impletum magis grauatur Cael. Aurel. Tard. 1, 5 p. 171. Cum cantilenae ſonus Caput impleat Id. ib. p. 176. Coena nos impleuimus Petron. c. 16. *Conf.* c. 115 *et* 125. Conuiuia implere variis dictis Ouid. Met. 13, 676. Curſum vitae Plin. 7, 16. Vlpian. in l. Is qui reus D. de publicis iudiciis, Inchoatas plane Delationes ante damnationem implere eis, et poſt damnationem permiſſum eſt. Deos queſtibus Valer. Argon. 2, 167. Diem ſermonibus Ouid. Met. 7, 662. Liu. 36, 29 *pr.* Nicander eo ipſo tempore ab rege Antiochio veniens, impleuit Expectatione vana multitudinem, terra marique parari bellum. Facultates equeſtris ordinis implere Plin. Epiſt. 1, 19. Fata ſuae aetatis Ouid. Epiſt. 6, 36. Plin. Epiſt. 3, 14 Ille, ſiue quia non ſentiebat, ſiue quia non ſentire ſimulabat, immobilis et extentus Fidem peractae mortis impleuit: tum demum quaſi aeſtu ſolutus effertur. Vlp. in l. Si fideiuſſor conuentus §. vltimo, Fideiuſſor, ſi ſolus tempore liberatus, tamen ſoluerit creditori, recte mandati habebit actionem aduerſus reum: quanquam enim iam liberatus ſoluit: tamen Fidem impleuit, et debitorem liberauit. Finem vitae ſponte, an fato impleuit Tacit. Ann. 2, 42. Feminas Colum. 7, 6, 3. 6, 27, 9. 8, 5, 25. Plin. 8, 44 Feminas a partu optime ſeptimo die impleri obſeruatum eſt, mares fatigatos melius implere. Liu. 10, 14 *extr.* Errorque vtilis Romanis oblatus, fugae Formidiniſque Samnites impleuit. Horror aſper me impleuerat Sil. 8, 121. Liu. 37, . . Id procul dubio iam nuntiantes, non ſuos modo, ſed etiam Hoſtes fama Romani auxilii aduentantis impleuerunt. Laudibus implere Liu. 26, 50. Locum aliquem clamore Virg. Aen. 3, 313. Locum delieiis Ouid. Amor. 3, 14, 17. Locum principem Tacit. Ann. 4, 38. Magnitudinem ſuam anno Plin. 9, 36. Paullus in l. Inter cauſas §. 1 D. Mandati, Inter cauſas omittendi mandati etiam mors mandatoris eſt. nam Mandatum ſoluitur morte. Si tamen per ignorantiam impletum eſt, competere actionem vtilitatis cauſa dicitur. Meritis implere aliquem Ouid. Amor. 2, 3, 11. *i. bene de illo mereri.* Munia Conſulatus ſolus impleret Tacit. Ann. 3, 31. Numeros principis implere Ouid. ad Liu. 285. Numerationem reſiduae pecuniae Papin. in l. 1 ff. Qui potiores in pignor. habean. Oculos impleuit imago Sil. 3, 45. Plin. Epiſt. 10, 47 Vereor enim, ne aut exceſſiſſe, aut non impleſſe Officii mei partes videar. *Vid.* Defunctorie, *in* DEFVNGOR. Officium exſequiarum Iuſtin. 33, 4, 2. Populares laudibus meritis Scipionis Liu. 26, 50. Poſſeſſionem diutinam Iul. in l. Qui fundum §. 1 D. Pro emtore. Liu. 3, 63 *extr.* Ne ita omnia Tribuni Poteſtatis ſuae implerent, vt nullum publicum conſilium ſinerent eſſe. Prodigium Plin. 10, 18 *ad fin.* Profeſſionem ſuam Iabolen. in l. Arrianus D. de iure fiſci. Promiſſum Plin. Epiſt. 2, 12. Sanguine regum ſeſe implerint Cic. de L. Agr. 2, 46. Satiſdationem implere Papin. in l. 2 D. de cuſtodia reorum. Sinum lacrimis Virg. Aen. 4, 30. Sollemnia accuſationis Modeſt. in l. Cum Titia D. de accuſationibus. *et* Papin. in l. Mileſ. §. Quidam D. Ad leg. Iul. de adulter. Curt. 3, 1, 18 Oraculi Sortem vel eluſit, vel impleuit. Liu. 35, . . Quem adueniens extemplo ſpei impleuit. Idem 7, 7. Spem implere, quam quis de nobis concepit Plin. Ep. 1, 10. Liu. 21, . . Impleuerat ea res Superſtitione animos, pronique et ad nuntianda et ad credenda prodigia erant. Superſtitionum 29, 14. Tectum magnus hoſpes impleuiſti Plin. Paneg. 15, 4. *Add.* 50, 6. *it.* Epiſt. 7, 24, 9. Temeritatis Liu. 1, 46. Cic. Att. 6, 5 Etſi annuum Tempus prope, tamen emeritum habebamus. Terrore impletur Africa Sil. 17, 587. Tribunal totum impleuit is vomens fruſtis eſculentis Cic. Philipp. 2, 63. Vela impleuit Neptunus ventis ſecundis Virg. Aen. 7, 23. Venditionem implere Paullus in l. Si quis alienam rem D. de act. emt. et vend. Verba lacrimis Ouid. Epiſt. 6, 58. Plin. Epiſt. 8, 13 Vides quem ſequi, cuius debeas implere veſtigia. Vicem alterius Idem Epiſt. 92. Vices pro alio Claud. Conſ. Hon. 6, 433. Plin. 31, 6 Sextarius ſalis cum quatuor aquae ſextariis, ſalſiſſimi maris Vim et naturam implet. Volumen totum impleuit tuis oraculis Chryſippus Cic. de Diuin. 2, 115. *Add.* Id. Acad. 4 c. 27. Vrbs deinde impletur Liu. 4, 30. *i. contagione inficitur*, ἀναπίμπλαται, *vt loquitur Thucyd.* Vrbes Siculas impleuerat nomen Arionium Ouid. Faſt. 2, 93. Vſucapionem implere Paullus in l. Cum miles D. Ex quibus cauſis maiores. Vterum implerat generoſo ſemine Ouid. Met. 9, 280. Cic. Acad. 4, 87 De quibus rebus volumina impleta ſunt non a noſtris ſolum, ſed etiam a Chryſippo. Plin. 16, 40 Quae arboris craſſitudo quatuor hominum vlnas complectentium implebat. Idem 18, 10 Raro modius grani non XVI libras implet.

IMPLENS, entis. Partic. Colum. 6, 1, 3 *in deſcriptione bouis,* Capaci et tanquam implente vtero, *i. pleno, grauido. Sic omnes libri, contra quos duriuſculum eſt cum Vrſino legere* inciente. Vulg. Gen. 27, 15. *et* Marc. 15, 36.

IMPLEBILIS, e. Adi. *Qui impleri debet, exhauſtus. Sed actiue* Cael. Aurel. Tard. 5, 1 Implebiles potius quam ſiccabiles vomitus, *qui magis faciunt vt impleatur hydropicus.*

IMPLETVS, a, um. Part. Iuſtin. 22, 2, 6 Spe impletus. Idem 23, 2, 11 Impleta regia fletibus. *Et* 43, 1, 8 Fatua aſſidue diuino ſpiritu impleta. Liu. 7, 2 Impleta modis ſatura.

IMPLETIO, ōnis. f. Saluian. Gub. Dei 2, 33 Regimen ſuum Dominus et impletionem oſtendit. Idem p. 34 Impletio diuinitatis.

IMPLEMENTVM, i. n. *Idem.* Cael. Aurel. Tard. 1, 5 Capitis implemento affici.

IMPLĬCO, ui *et* āui, ĭtum *et* ātum, āre. [ἐμπλέκω, ἐγχρίμπτω] *Inuoluere, innectere.* Sen. Epiſt. 22 Quod male implicuiſti, ſoluas potius, quam abrumpas. Varro de R. R. 2, 7 Non anguſta iuba, crebra, fuſca, ſubcriſpa, ſubtenuibus ſetis implicata in dexteriorem partem ceruicis, *etc. de equis.* Acies totas implicuere inter ſe Virg. Aen. 11, 632. Brachia collo implicuit Ouid. Met. 1, 762. Colla laqueis implicuiſſe iuuat Idem Epiſt. 2, 142. Comas fertis implicare Tibull. 3, 7, 32. In complexum alicuius implicari Catul. in Epithal. Mallii 59, 108. Crinem implicat auro Virg. Aen. 4, 148. Rates implicuit Auſter Stat. Theb. 11, 521. *Transfertur ad alia.* Liu. 27, 43 *pr.* Eum primo incertis implicantes reſponſis, vt metus tormentorum admotus fateri vera coëgit, edocuerunt, literas ſe ab Aſdrubale ad Annibalem ferre. Cic. Att. 8, 17 Quod veritus ſum, factum eſt, vt Domitius implicaretur, vt neque ipſe ſatis firmus eſſet ad caſtra facienda. Idem pro Roſc. Amer. 85 Ideo quod tametſi veritatis erat amicus, tamen natura non tam propenſus ad miſericordiam, quam implicatus ad ſeueritatem videbatur. *Sed leg.* implacatus. Caeſ. B. G. 7, 73 Quini erant ordines coniuncti inter ſe atque implicati. Cic. Verr. 2, 44 Sin illud dices, te Heraclii voluntate ab lege receſſiſſe, ipſe te impedies, ipſe te tua defenſione implicabere. Cic. pro L. Manil. 19 Haec fides, atque haec ratio pecuniarum, quae Romae, quae in foro verſatur, implicita eſt cum illis pecuniis Aſiaticis, et cohaeret. Amicitiis nouis implicati Cic. Att. 2, 11. Angoribus et moleſtiis implicati animi Idem Tuſc. 5, 3. Conſuetudine et beneuolentia omnes Caeſaris familiares ſatis opportune habeo implicatos Id. Fam. 6, 12. Controuerſiis implicata res Cic. pro Quint. 19. Criminibus auaritia implicata Idem in Piſon. 85. Erroribus implicari Id. Tuſc. 4, 58. Erroribus ſaeuis vrbem implicat Valer. Argon. 3, 31. Exſpectatione ſupplicii implicatus Cic. de Aruſp. Reſp. 7. Idem pro Corn. Balb. 60 Et erat aequa lex, et vobis Iudices atque omnibus, qui noſtris Familiaritatibus implicantur, vehementer vtilis, *etc.* Genere certo curſuque viuendi implicari Cic. Off. 1, 107. Idem Verr. 3, 82 Tu qui omnibus Legibus implicatus tenebare, libidinem tibi tuam pro lege eſſe voluiſti? Litibus atris implicitus Hor. de Arte Poët. 423. Maleficio implicari Cic. pro Cael. 71. Moleſtiis multis Idem Tuſc. 5, 3. Morbo Liu. 1, 31. Intra caſtra quies neceſſaria Morbo implicitum exercitum tenuit Idem 3, . . *Conf.* Idem 5, 31. *et* 7, 23. Liu. 23, 34 Q. Mutium non tam in periculoſum, quam longum Morbum implicitum, diu ad belli vim ſuſtinendam inutilem fore. *Conf.* Nep. 5, 3, 4. *et* 17, 8, 6. *et* Lucret. 6, 1230. Moleſtis, operoſiſque negotiis implicari Cic. de N. D. 1, 52 c. 20. Negotiis hereditariis implicari Iulian. in l. Si in teſtamento, *in fine*, D. Si quis omiſſ. cauſ. teſtamenti. Negotiis qui implicantur contrahendis Cic. Off. 2, 39. Occupationibus nullis implicatus deus Idem de N. D. 1, 51 c. 19. Officiis multis implicari et conſtringi Id. Acad. 1, 11. Vltro et citro, vel vſu diurno, vel Officiis implicari Cic. de Amicit. 87. Idem de Clar. Orat. 74 Atque ita diu vixit, vt multarum aetatum Oratoribus implicaretur, multum etiam in cauſis verſaretur. Permiſte cum aliis implicari Cic. de Inuent. 1, 32. Muliebribus Religionibus implicari Idem pro Domo 105. Senſu in omni implicata inſidet voluptas Id. de Legib. 1, 47. Seueritate iudicum implicari, et frequentia populi circumretiri Cic. Verr. 5, 149. Societate omnium implicare ſe Idem de Fin. 2, 45. Vim ſuam cum naturis hominum implicant dii Cic. de Diuin. 1, 79. Viſco implicita fuga Martial. de Spect. 11. Ornare: Plaut. Implicat ad ſpeculum caput. Afranius Brunduſio, In parte inferiore hic implicabatur caput, fateor. Non. 2, 420.

IMPLICĬTVS, *ſiue* IMPLICĀTVS, a, um. Partic. [ἐμπεπλεγμένος] Cic. Fam. 6, 12 Etenim omnes Caeſaris familiares ſatis opportune habeo implicatos conſuetudine. Idem Off. 1, 16 Quae quatuor quanquam inter ſe colligata ſunt, atque implicata. Paullus in l. finali D. Si ex noxali cauſa agatur, Sed ſi ſtatuliberum ſiſti promiſſum ſit, in eadem cauſa ſiſti videtur, quamuis liber ſiſtatur, quod implicitus ei caſus libertatis fuerit. Errore implicitae viae Lucan. 8, 5. Limo implicitus Claud. in Eutrop. 2, 442. Morbo implicitus Lucret. 6, 1230. In morbum implicitus, *vid. ſupra.* Inter ſe implicitae medicinae partes Scribon. 200. Si tantis implicitum rebus ſubleuaſſet Nep. 4, 4, 6. Tyrannide implicitus Idem 10, 1, 1. Cic. de Inuent. 2, 262 Negotialis eſt, quae in ipſo negotio iuris ciuilis habet implicitam controuerſiam. Plin. 21, 17 Iaſione vnum folium habet, ſed ita implicatum, vt plura videantur. Inſcitia implicata, imprudentia eſt Cic. Philipp. 2, 81. *Vid. plura in* IMPLICO. *Compar.* Ammian. 26, 6 *extr.* Implicatior ad loquendum diu tacitus ſtetit. *Superl.* Quaeſtionem diceret eſſe implicatiſſimam Gell. 6, 2. *Conf.* Auguſtin. Confeſſ. 2 *extr.*

IMPLICITVRVS, a, um. Part. [ἐμπλέξων] Serta implicitura comas Ouid. Faſt. 5, 220.

IMPLICĬTO, āre. Frequent. [ἐμπλέκομαι] Plin. Epiſt. 9, 33, 5 Varios orbes implicitat expeditque. *de delphino. Alia exemplaria habent* Implicat.

IMPLICATIO, ōnis. f. [ἔμπλεξις] Cic. de N. D. 2, 139 c. 55 Huic adde neruos, a quibus artus continentur, eorumque implicationem corpore toto pertinentem. Cic. pro Sext. c. 26 Aut qui propter implicationem rei familiaris, communi incendio malint quam ſuo deflagrare.

IMPLICATRIX, īcis. f. [ἐμπλεκτρία] Gloſſ. Cyrill.

IMPLICATVRA, ae. f. Sidon. Epiſt. 9, 9 Vernaculis implicaturis in retia ſua praecipites implagabuntur.

IMPLICISCOR, ĕris. *Idem ac Implicor.* Plaut. Amph. 2, 2, 97 Amphitruo *ad* Alcmenam, Vbi primum tibi ſenſiſti impliciſcier? *i. turbari mentem inſania. Dixerat* Soſia, Atra bili pereita eſt. *Reſpondet* Alcmena, Equidem ecaſtor ſalua et ſana ſum.

IMPLI-

IMPLICĪTE. Adu. [ἐμπεπλεγμένως] Cic. de Inuent. 2, 69 c. 23 Abſoluta eſt quae ipſa in ſe, non vt negotialis implicite et abſcondite, ſed patentius et expeditius recti et non recti quaeſtionem continet.

IMPLŌRO, āre. [ἀνακαλέω] Proprie eſt Cum fletu rogare, quod eſt vapulantis. Feſtus. Ter. Adel. 3, 4, 43 Certe Hegio. H. hem, illaec fidem nunc voſtram implorat Demea. Cic. pro Quint. 94 Qui deus appellandus eſt? cuius hominis fides imploranda eſt? Idem Verr. 5, 187 Caeteros item deos deasque omnes imploro atque obteſtor, quorum templis, *etc.* *Et* Verr. 5, 28 Et ita me ſuam ſalutem appellans, te ſuum carnificem nominans, filii nomen implorans, *etc.* Cic. de Orat. 1, 230 Nemo eſt queſtus, nemo Rempublicam implorauit, nemo ſupplicauit. Idem pro Sulla 64 Implorarem ſenſus veſtros, vniuscuiusque indulgentiám in ſuos teſtarer, *etc.* Appellare, obteſtari, implorare aliquem Cic. pro Flacco 4. Auxilia implorare Scribon. Epiſt. in. Auxilium implorare Virg. Aen. 4, 617. Auxilium alicuius implorare et flagitare Cic. pro Rabir. perd. reo 9 c. 3. Caeſ. B. G. 1, 31 Neque Auxilium a Pop. Rom. imploraturos. Deos immortales precari venerari et implorare Cic. in Catil. 2, 29 c. 13. Idem pro Roſc. Amer. 29 Veſtramne, qui ſummam poteſtatem habetis, hoc tempore Fidem implorem? Idem Verr. 2, 75 Sopatrus implorare hominum atque deûm Fidem, vt cum conſilio cognoſceret. Fidem, dignitatem, religionem alterius in aliquo negotio implorare Cic. Verr. 3, 146. Idem Verr. 4, . . Quid aut His reſpondere honeſte potes, aut illi facere, niſi vt te ac fidem tuam implorent? Iura libertatis et ciuitatis implorare Cic. Verr. 1, 7. Idem Acad. 4, 11 At ille Heracliti Memoriam implorans, quaerere ex eo, *etc.* Miſericordiam et fidem alicuius obteſtari et implorare Id. pro Muraen. 86. Miſericordiam alicuius implorare et expoſcere Cic. pro Milon. 93. Idem Verr. 5, 161 Quum imploraret ſaepius, vſurparetque Nomen ciuitatis, crux, crux inquam infelici et aerumnoſo, qui nunquam iſtam poteſtatem viderat, comparabatur. Numina implorant magno queſtu Valer. Argon. 3, 639.

IMPLORANS, antis. Part. Hirt. B. Afr. c. 26 Se in miſeriis ſuamque fidem implorantibus auxilio eſſe non poſſe. *Conf.* Liu. 37, 26.

IMPLORĀTVS, a, um. Partic. [ἀνακεκλημένος] Prece Pollucis implorata Catull. ad Mallium 63 (69) 65. *Conf.* Iuſtin. 4, 3, 1. 22, 1, 3. *et* 23, 3, 1.

IMPLORATIO, ōnis. f. [ἀνάκλησις] Liu. 22, 5 *pr.* Nec enim inde votis aut imploratione deûm, ſed vi ac virtute euadendum eſt. Omnium deorum et hominum et ciuium et ſociorum imploratio Cic. de Orat. 2, 196 c. 47. Acerba imploratio et vox miſerabilis Idem Verr. 5, 62.

IMPLORABĪLIS, e. Adi. *Qui implorari poteſt.* Val. Flacc. 1, 573 Lumenque innoxia fudit Purpureum, miſeris olim implorabile nautis.

IMPLVMBO, āre. *Plumbo ferruminare.* Vitruu. 10, 6 *pr.* Ferreos chodaces (cnodaces *leg.*) in capitibus ſcaporum implumbauit.

IMPLVMIS, e. Adi. [ἄπτερος] *Quod plumis caret.* Plin. 10, 3 Haliaeetus tantum implumes etiamnum pullos ſuos percutiens, *etc.* Fetus Virg. Georg. 4, 513. *de philomela.* Pulli Hor. Epod. 1, 19. *Pilis carens.* Plin. 8, 55 Lepus omnium praedae naſcens, ſolus praeter daſypodem ſuperfetat, aliud educans, aliud in vtero pilis veſtitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter.

IMPLVO, ui *vel* ūui, ūtum, ĕre. [ἐνομβρέω] Columel. 2, 8, 5 Tremellius quidem aſſeuerat, prius quam impluuerit, ab auibus, aut formicis ſata edi, vbi aeſtiuis ſerenitatibus ager aret. *Sic optimi MSS. Alii* Impluerit. Impluere in aliquem locum Plin. 2, 96. Plaut. Moſtel. 4, 1, 15 Mihi corium oportet eſſe ſincerum, Atque vt vetem verberari. Si huic imperabo, prope tectum habebo: Malum, quom impluit caeteros, ne impluat mihi. *h. e. In me tota res cadat, et in caput meum ruat.*

IMPLVVIVM, i. n. [αὐλή, ἐνομβρεῖον] Locus (*vt inquit* Varro de L. L. 4, 33) in medio domus relictus, vt lucem caperent deorſum, quo impluebat. *Vid.* COMPLVVIVM. Vitruu. 6, 4 Impluuii lumen relinquatur. Quinctil. 11, 2, 20 Tum impluuia circumeunt. Plaut. Mil. 2, 2, 4 Mihi quidem iam arbitri vicini ſunt, meae quid fiat domi. Ita per impluuium intro ſpectant. Gell. 10, 15 *de Pontifice max.* Vinctum, ſi aedes eius introierit, ſolui neceſſum eſt, et vincula per impluuium in tegulas ſubduci, atque inde foras in viam demitti. Vitruu. 6, 4 Impluuii lumen latum latitudinis atrii ne minus quarta, ne plus tertia parte relinquatur. Ter. Eun. 3, 5, 41 Veniſſe clanculum per impluuium, fucum factum mulieri. Cic. Verr. 1, 61 c. 23 Ne haec quidem duo ſigna pulcherrima, quae nunc ad impluuium tuum ſtant, *vbi* Aſcon. Locus ſine tecto in aedibus, quo impluere imber in domum poſſit. *Sic* Cic. Verr. 1, 147 c. 56 Oſtendam in aedibus priuatis longa difficilique vectura, columnas ſingulas ad impluuium HS. quadragenis millibus non minus magnas locatas. *Conf.* Liu. 43, 15 Palmam enatam impluuio ſuo T. Marcius Figulus nuntiabat. *Conf. Dan. Heinſ. ad* Sil. 15, 18.

IMPLVVIA, ae. f. [μανδύη] *Veſtis erat, inquit Perottus, qua ſacerdotes per imbrem vtebantur: Pluuiale nunc vulgo appellatur.* Varro . . . Salium quoque ſereno tempore impluuia amictum fuiſſe criminabantur.

IMPLVVIĀTVS, a, um. Adi. Color, quaſi fumato ſtillicidio implutus, *inquit* Nonius 16, 3. *Nempe modica fuligine infuſcatus, et maculoſus. Vnde*

IMPLVVIATA, ae. f. *Genus veſtimenti, a colore, de quo* Plaut. Epid. 2, 2, 40 Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam, impluuiatam? vt iſthaec faciunt veſtimentis nomina. *Verniliter ludit* EP. Vtin' impluuium eat induta? *Vid. Ferrar. Re Veſt. 1, 3, 30. Turnebus 14, 19.*

IMPOENITENS, entis. Adi. Quint. Trib. Mar. c. 6. *Burm. p. 80. Conf.* Vulg. Int. Rom. 2, 3. *et* Fulgent. Epiſt. ad Venant.

IMPOENITENTIA, ae. f. Sariſb. Policrat. 2, 5. *et* Fulgent. ibid.

IMPOENITENDVS, a, um. Adi. Apul. Met. 11 p. 271. Caſſiod. Epiſt. 1, 30. *et* Auguſtin. Prolog. Retract.

IMPOENITVS, a, um. Adi. *Pro Impunitus.* Apud veteres Aegyptios furta omnia licita et impoenita Gell. 11, 18.

IMPOLĪTVS, a, um. Adi. [ἄξοος] *Contrarium* Polito; *Rudis.* Cic. de Prouinc. Conſ. 34 c. 14 Impolitae vero res et acerbae ſi erunt relictae. Si quis erit plane impolitus et modo veſtibulum huius artis ingreſſus Quinctil. 1, 5. Cic. de Clar. Orat. 293 c. 85 *extr.* Significat enim quandam formam ingenii, ſed admodum impolitam atque rudem. Idem de Orat. 2, 133 c. 31 Genus hoc eorum, qui ſibi eruditi videntur, hebes et impolitum. *Compar.* Veget. 2, 4 Deſcriptio obſcurior et impolitior. Quinctil. 8, 6 Lapides impolitiores.

IMPOLITIA, ae. f. [ἀκοσμία] *Ruditas et inelegantia. Speciatim* Gell. 4, 12 Si quis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum viſus erat, impolitiae notabatur. *Id verbum ſignificat quaſi tu dicas Incuriae.* Impolitias Cenſores facere dicebantur, *inquit* Feſtus, Quum equiti aes abnegabant, ob equum male curatum.

IMPOLĪTE. Adu. [ἀκόσμως] *Ineleganter.* Cic. de Orat. 1, 214 c. 49 Quum ſaepiſſime tibi Senatus breuiter, impoliteque dicenti, maximis ſit de rebus aſſenſus, *etc.*

IMPOLLVTVS, a, um. Adi. [ἀμίαντος] *Non pollutus: vt,* Fides impolluta Sil. 13, 679. Virginitas impolluta Tacit. Ann. 14, 35, 2. *Conf.* Idem 16, 26, 5. *et* Salluſt. Fragm. 1, 6. Mens Paullin. Nol. Carm. 6 de Baptiſta v. 227.

IMPOMENTA, orum. n. quaſi Imponimenta, Quae poſt coenam menſis imponebant. Feſtus.

IMPŌNO, ſui, ſĭtum, ĕre. [ἐντίθημι, ἐπιτίθημι, ἐπιβάλλω] *Supra ponere, vel Intus ponere.* Virg. Aen. 1, 66 Molemque et montes inſuper altos Impoſuit. Idem Aen. 4, 453 Vidit, turicremis quum dona imponeret aris. Plaut. Aulul. 2, 8, 15 Haec imponentur in foco noſtro, lari, vt fortunatas faciat gnatae nuptias. *Metaphoras habet varias de iis, quae oneri, et gerenda ſunt.* Cic. pro Roſc. Amer. 10 Quod ſi perferre non potero, opprimi me onere officii malo, quam id, quod cum fide mihi ſemel impoſitum eſt, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere. Cic. pro Muraen. 38 Nunquam iſte plus militi laboris impoſuit, quam ſibi ſumſit. ¶ 2 *Subſtantiua:* Admiſſarius imponitur equae Columel. 6, 36, 4. *Sic* Arietes ouibus impoſiti Idem 7, 2, 5. *Vid. mox* EQVVS. Arces imponere montibus Virg. Aen. 6, 774. Liu. 32, 2 *pr.* Carthaginienſes eo anno Argentum in ſtipendium impoſitum primum Romam aduexerunt. Columel. 5, 1, 3 Sed aliud exiſtiment, profeſſioni ſuae conuenire, aliud eorum, qui iam exſtructa metiuntur, et impoſito Calculo, perfecti operis rationem computant. *Ita* Poſito Calculo Columel. 3, 3, 7. Liu. 27, 24 *extr.* C. Terentius vt Aretium cum legione venit, Claues portarum quum magiſtratus popoſciſſet, negantibus iis comparere, fraude amotas magis ratus quam negligentia intercidiſſe, ipſe alias Claues omnibus portis impoſuit. Columel. 3, 19 Ante quam diſputationi Clauſulam imponamus, dicendum eſt, *etc.* Cognomen *vel* nomen alicui Plin. 5, 1. *Et* 14, 3 Eſt et nigra aminea, cui Syriacae nomen imponunt. Liu. 8, 23 *pr.* Aegre pati ciuitatem Samnitium, quod Fregellas ex Volſcis captas, dirutasque a ſe reſtituerit Romanus Populus, Coloniamque in agro Samnitium impoſuerit. Conſulem populo, *Per vim et tyrannidem collocare in Conſulatu* Cic. Att. 1, 13. Contumeliam alicui Sall. Catil. c. 48 *extr.* Coronam alicui Cic. de Legib. 2, 60. Idem Fam. 5, 12. Cuſtodem Nep. 5, 4, 1. *Ita* Ouid. Amor. 3, 4, 1 Dure vir impoſito tenerae Cuſtode puellae. Diadema Cic. Phil. 2, 85. *Add.* Id. 3 c. 5. Dignationem imperatoris alicui Tac. Hiſt. 1, 52. Cic. Phil. 13, 17 Nam ſi ipſe ſeruire poterat, nobis Dominum cur imponebat? Dominum ſempiternum in ceruicibus aliquorum Id. de Nat. Deor. 1, 54 c. 20. Equus imponitur equae *fetus cauſa* Columel. 6, 27, 10, *vt* Admiſſarius. Exercitum Brunduſii impoſuit, *ſubaud.* in naues Cic. de Diu. 2, 84. Exitum alicui rei, *aut* ſermonibus Liu. 37, 19 *pr.* Cic. Offic. 3, 33 c. 7 Sed quoniam operi inchoato, prope tamen abſoluto, tanquam Faſtigium imponimus. Feneſtras et oſtia in aliena aedificia Iulian. in l. Habitator D. de rei vindicatione. Finem bello Stat. Theb. 8, 684. Finem bello *vel* curis Aur. Vict. de Vir. illuſtr. . . . *Sic* Finem ſpei ſuae Liu. 5, 4 *extr.* Finem luctibus Ouid. Met. 15, 747. Formam operi Senec. Epiſt. 66. Forma prati imponi poteſt loco gracili Pallad. Sept. 10, 1. Formam ſui coloris imponere vino Id. Oct. 14, 10. Cic. Att. 15, 10 Frumentum imponere, quae eſt alia Dionis legatio, aut quod munus in Republica ſordidius? Id. Verr. 4, 20 Quibus tu priuatim Iniurias plurimas contumeliasque impoſuiſti. Cic. pro Muraena 38 Nunquam iſte plus militi Laboris impoſuit, quam ſibi ſumſit. Caeſ. Bell. C. 3, 74 Tantumque ſtudium infamiae ſarciendae, vt nemo aut Tribuni aut Centurionis impetum deſideraret, et ſibi quisque etiam poenae loco grauiores imponeret Labores. Cic. Att. 7, 2 Vni Fauonio Leges ab illo nobis imponi non placebat, ſed *etc.* Id. Acad. 4, 23 Cur has igitur ſibi tam graues Leges impoſuerit, *etc.* Virg. Georg. 1, 61 Continuo has Leges, aeternaque foedera certis Impoſuit natura locis. Cic. de Legg. 1, 42 Si XXX illi Athenis Leges imponere voluiſſent, *etc.* Leges per vim Reipublicae Id. Philipp. 6, 3. *Add.* ib. 7 c. 5. Eo Loco impoſita Scribon. 11. In omni Loco dolenti impoſitum 265. Manum rei alicui, *pro Incboare eam* Ouid. Triſt. 4, 1, 28. Virgil. Aen. 7, 572 Nec minus interea extremam Saturnia bello Imponit regina Manum. Seruius: Quod ſupereſt perficere. Et eſt translatio a pictura, quam Manus complet atque ornat extrema. *Conf.* Donat. *ad* Ter. Andr. 2, 5, 1. Potatio, quae ebrietati ſummam Manum imponit Sen. Ep. 12. Manum ſummam alicui operi Plin. 36, 5. Quinctil. prooem. 1, 4 Qui artem orandi literis tradiderunt, ita ſunt exorſi, quaſi perfectis omni alio genere doctrinae ſummam in eloquentia Manum imponerent. Manum ſupremam bellis Ouid. Rem. Amor. 114. Metum nouarum rerum omnibus Iuſtin. 34, 2, 6. Liu. 2, 5 Direptis bonis regum, damnati proditores, ſumtumque ſupplicium: conſpectius eo, quod poenae capiendae Miniſterium patri de liberis Conſulatus impoſuit. Modum proſperae pugnae Liu. 31, 38. Id. 4, 24 Maximam autem eius cuſtodiam eſſe, ſi magna imperia diuturna non eſſent: et tempori Modus imponeretur, quibus iuris imponi non poſſet. Modum ſuo dolori Plin. Epiſt. 9, 13. Liu. 10, 37 Multa praeſens quingentûm millium aeris in ſingulas ciuitates impoſita. Cic. pro Sulla 35 Atque hoc vos Iudices teſtor, mihi de memetipſo tam multa dicendi Neceſſitas quaedam impoſita eſt ab illo. Neceſſitatem quandam nitoris alicui Plin. Epiſt. 6, 32, 1. Nitor magnus impoſitus eſt hominibus et rebus, *de Graecis Maſſiliae conditoribus* Iuſtin. 43, 4, 2. Nomen alicui Ouid. Met. 9, 707. *vid.* Vocabulum imponere. Cic. de Orat. 2, 18 Itaque quod vim huius mali Graeci non vident, ne Nomen quidem ei vitio impoſuerunt. Id. Verr. 2, . . Honeſta Nomina turpiſſimis rebus. Quaſi Nullo impoſito Salluſt. Iugurth. c. 100, 3. *i. nullo praepoſito.* Ter. Andr. 5, 3, 26 Tibi pater me dedo: quiduis Oneris impone, impera. Cic. Attic. 9, 6 Sed vereor, ne Pompeio quid Oneris imponam. Onus in amicitia nimis imprudenter imponere Cic. Fam. 6, 7. Id. Q. Fratr. 2, 1 Cauſa ſero perorata, ſententias ſe rogaturum negauit, ne quod

Onus ſimultatis nobis imponeret. Cic. in Orat. 35 Volo enim mihi tecum commune eſſe crimen: vt ſi ſuſtinere tantam quaeſtionem non potuero, iniuſti Oneris impoſiti tua culpa ſit, mea recepti. Quinctil. in prooem. 1 Plus, quam imponebatur, Oneris ſuſcepi. Oſtia, *vid. paullo ante*, Feneſtras *et* Oſtia, *etc.* Cic. Attic. 10, 12 Partes mihi Caeſar has impoſuit, ne quem omnino diſcedere ex Italia paterer. Partes duriores alicui Cic. pro Muraen. . . . Perſonam alicui, *h. e. alicuius loco alium ſufficere.* Cic. Verr. 2, 48. Id. pro L. Agr. 2, 148 Vos mihi Praetori biennio ante Quirites, hoc eodem in loco Perſonam hanc impoſuiſtis, vt quibuscunque rebus poſſem, illius abſentis dignitatem vobiscum vna tuerer. *de Pompeio.* Perſona turpiſſima calumniae imponatur honeſtae ciuitati Cic. Verr. 3, 67. Plagam mortiferam Reipublicae Id. pro Sext. 44. Plus aliquanto quibusdam populis, quam ferre poſſunt Cic. Verr. 4 c. 34. Liu. 34, 9 Partem muri verſam in agros egregie munitam habebant, vna tantum in eam regionem Porta impoſita. Liu. 24, 7 *extr.* Q. Fabius ex auctoritate Senatus Puteolos, per bellum coeptum frequentari emporium, communiit, Praeſidiumque impoſuit. *Conf.* Curt. 3, 7, 2. *et* Iuſtin. 6, 6, 6. Cic. Verr. 2, . . Iidem ſe ipſos a te ipſo Pretio impoſito redemerunt. *Sic apud* Quinctilian. 12, . . Grauiora iuſto Pretia melli. Pudorem plagiario Martial. 1, 53. Liu. 40, 12 Nam etſi in Romanis tantum momenti eſſe credebam, vt quem vellent, imponerent Macedoniae Regem. Liu. 37, 25 Maſiniſſam non in patrio modo locaſſe regno, ſed in Syphacis, a quo ante expulſus fuiſſet, regnum impoſuiſſe. Plaut. Moſt. 2, 1, 83 Hinc ſpeculator procul, vnde aduenienti Sarcinam imponam ſeni. Cic. Q. Fratr. 3, 1 Caluus aiebat aqua dempta, et eius aquae iure conſtituto, et Seruitute fundo illi impoſita, tamen nos pretium ſeruare poſſe, ſi vendere vellemus. Silentium alteri Sueton. de Clar. Rhet. 6. Liu. 38, 16 *pr.* Vbi cum reſiſtentibus pugnando, pacem petentibus Stipendium imponendo, Byzantium quum perueniſſent. Cic. pro Caecin. 71 Fictus Teſtis ſubornari ſolet, et imponi falſae tabulae. Tributum Caeſ. Bell. Ciu. 3, 32. Vectigal Cic. pro L. Agr. 10. Villicum imponere aliquem, aut pecori praeficere Id. pro Planc. 62. Cic. Verr. 2, 148 Si me ſaluum eſſe vis, mihi impone iſtam Vim, vt omnino mihi non liceat polliceri. Virum toti mundo Lucan. 3, 373. Tacit. Ann. 12, 62 Cui, vt degeneri, Pſeudo-Philippi Vocabulum impoſitum. Vocabula rebus imponens Horat. Serm. 2, 3, 280. Vulnus graue Celſ. 5, 26 De glutinatione vulnerum. Vulnera Reipublicae, *Inferre vulnera, et laedere atque offendere Rempublicam.* Cic. de Fin. 4, 66 Quae hic Reipublicae vulnera imponebat, eadem ille ſanabat. ¶ 3 *Conſtruitur etiam cum aliis Praepoſitionibus:* Plaut. Perſ. 4, 6, 10 Hanc in collum, niſi piget, noſtrum impone. *de crumena.* Id. Bacchid. 1, 2, 36. Liu. 23, 38 In nauem. *Conf.* Caeſ. B. C. 3, 6. *Et* Liu. 5, 40 *extr.* In plauſtrum. Cic. Tuſcul. 1, 85 In rogum. In aliquam cauſam aliquem Id. Fam. 8, 17. In eculeum aliquem Cic. Tuſc. 5, 13. Aliquem in equum Liu. 35, 36 *extr.* In naues exercitus Cic. Fam. 12, 14. In aliquem onus Plaut. Bacchid. 3, 3, 92. In ventrem medicamentum Scrib. 120. Super ea parte Id. 205. ¶ 4 Imponere alicui, *pro Decipere, et ſubauditur* Fraudem. Quinctil. Decl. 6, 22 Spes tibi perpetuae laudis impoſuit. Cic. Q. Fratr. 2, 6 Cui tamen egregie impoſuit Milo noſter. *Conf.* Nep. 18, 5, 7. *Quid ſi clitellas, frenum, vel tale quid intellexit, qui primum hac formula vſus eſt, et hoc voluit intelligi, alterum cui impoſuit, iumenti ſimilem.*

IMPOSĬTVS, a, um. Partic. [ἐπιτεθείς] Plin. 15, 30 Fluuio Tiberi impoſita iuxta nonum lapidem Flaminia via, *de villa Caeſarum, ad gallinas.* Neceſſitudinibus publicis impoſitus, *vid.* NECESSITVDO. Stratis impoſitus Stat. Silu. 2, 1, 63. Clitellae boui ſunt impoſitae Cic. Att. 5, 15 *onus illi, qui geſtare non aſſuetus eſt.* Corona impoſta capiti Propert. 4, 2, 29. Iuuenes impoſiti rogis Virgil. Georg. 4, 477. Mens cunctis impoſta manet Stat. Theb. 1, 227. Nomen impoſitum ab re Lucret. 6, 741. Onus impoſitum ferre Ouid. Met. 15, 820. Vulnere tanto Reipublicae impoſito Cic. Attic. 1, 16. Idem ibid. 5, 7 In ſanandis vulneribus, quae ſunt impoſita Prouinciae. Impoſitus, *pro Praefecto, apud* Salluſt. Iug. c. 100 Simul Conſul, quaſi nullo impoſito, omnia prouidere, apud omnes adeſſe, *etc.*

IMPOSITVS, ūs. m. [ἐπίθεσις] Plin. 24, 4 Vlcera commanducatu impoſituque efficaciſſime ſanari. *Ex vetuſto codice legitur,* Commanducato impoſitoque.

IMPOSITIO, ōnis. f. [ἐπίθεσις] Plin. 27, 13 Succus eius lacteus in gummi ſpiſſatus, vel ſemen, impoſitione ſpicula e corpore eiicit. Impoſitio verborum Varroni *eſt, quam Graeci ὀνοματοθεσίαν vocant, ea nomina intelligenti, quae primum rei alicui ſignificandae impoſita ſunt, quorum multa iam non comparent, quum tamen ab iis alia profecta in vſu fortaſſe ſint.* Impoſitiones *enim nomina primitiua appellat, a quibus oriuntur* declinationes, *id eſt deriuatiua.* Varro de L. L. 7, 2 Duo igitur omnino verborum principia, impoſitio et declinatio: alterum, vt fons, alterum, vt riuus. *Sed Scalig.* impoſitiorum et declinatorum. *Caeterum* Impoſitionis *nomine ſic vtitur.* Id. 4, 1. *et* 9, 3 p. 137, 8. *Monuit Turnebus Adu.* 24, 29. Poſitionem primam *appellare ſolet* Quinctilianus.

IMPOSITICIVS, a, um. Adi. [ἐπιθετικός] *Quod impoſitum eſt. Vt,* Seruitus cauſa eſt impoſiticia, *h. e. non naturalis* Vlpianus in l. De pupillo §. Sextus Pedius D. de Noui operis nuntiatione, Sextus Pedius definit noui operis nuntiationis triplicem eſſe cauſam: aut naturalem, aut publicam, aut impoſiticiam, *etc.* *Et paullo poſt,* Impoſiticiam, quum quis poſtea, ius ſuum diminuit, alterius auxit: hoc eſt poſtea, quam ſeruitutem aedibus ſuis impoſuit, contra ſeruitutem fecit. Canthari impoſiticii, *per quos aquae ſaliunt* Paullus in l. Caetera §. 1 D. de legat. 1. Nomina impoſiticia, *quae primum impoſita ſunt, rebus vnde alia deriuantur.* Varro L. L. 7, 2 p. 85, 9 Duo omnino verborum principia impoſiticiorum et declinatorum: alterum, vt fons, alterum, vt riuus. Impoſiticia nomina voluerunt eſſe quam pauciſſima, quo citius ediſcere poſſent: declinata quam plurima, *etc.*

IMPOSITĪVVS, a, um. Adi. *Idem.* Plin. 28, 4 *pr.* Pythagorae inuentis non temere fallere, Impoſitiuorum nominum imparem Vocalium numerum, clauditates, *etc.* Varro L. L. 9, 3 Potius in naturalibus caſibus, quam in impoſitiuis.

IMPOSITOR, ōris. m. Varro L. L. 6 *pr.* Eruenda voluntas impoſitoris, *i. eius, qui nomen rebus impoſuit.*

IMPOSTOR, ōris. m. [φέναξ] *Verſutus et fallax homo, qui imponere aliis (n. 3) poteſt et ſolet.* Gloſſ. Impoſtor, ſtellionator, ἐπιθέτης. Vlpianus in l. 1 §. Medicos D. de Variis et extraordinariis cognitionibus, Non tamen ſi incantauerit, ſi imprecatus eſt, ſi (vt vulgari verbo impoſtorum vtar) exorcizauit. *Quaedam exemplaria male legunt* In poſterum. *Conf.* Iſid. 10 lit. I. *et Voſſ. Etym.* 400.

IMPOSTVRA, ae. f. [φενακισμός] *Fallacia, verſutia: ab eo dicta, quod adulterinas merces pro veris ſupponat.* Vlp. in l. tertia §. 1 D. de Crimine ſtellionatus, Si quis impoſturam fecerit, aut colluſionem in necem alterius, ſtellionatus poteſt poſtulari.

IMPORCO, āre. *Porcas in agro facere.* Gloſſ. Imporco, αὐλακίζω.

IMPORCATVS, a, um. Part. Columel. 2, 10, 6 Et ſimiliter quum ſemen crudo ſolo ingeſſerimus, inarabimus, imporcatumque occabimus.

IMPORCITOR, ōris. m. Qui porcas in agro facit arando Feſtus.

IMPORTO, āre. [εἰσκομίζω] *Inferre.* Cic. de Orat. 2, 53 Modo enim huc *(Romam ornamenta dicendi)* iſta ſunt importata Caeſ. Bell. Gall. 8, 35 Silueſtribus anguſtiisque itineribus frumentum importare in oppidum inſtituit. Cic. de Orat. 1, 38 Plura proferre poſſim detrimenta publicis rebus, quam adiumenta per homines eloquentiſſimos importata. Aegritudines enim anxias atque acerbas important, animosque affligunt et debilitant metu Cic. Tuſcul. 4, 34. Calamitatem conſeruatoribus ſuis Idem pro Sext. 146 c. vlt. Cladem Lucret. 3, 825. Clades diſcordia ciuilis importat Liu. 24, 22. Plin. 26, 1 Quum in Aſia apparuiſſet, inde Contagionem eius importante. Id. 14, 18 Sunt et in vino prodigia, Dicitur in Arcadia fieri, quod Fecunditatem feminis importet, viris rabiem. Martian. in l. Ictus D. de iis, qui notant. infam. Ictus fuſtium Infamiam non importat: ſed cauſa, propter quam id pati meruit: ſi ea fuit, quae infamiam damnato irrogaret. Cic. Offic. 2, 18 c. 5 Per eosdemque ſi quid importetur nobis incommodi, propulſemus. Mala caſus importat Idem Tuſcul. 5, 29 c. 10. Multum calamitatis Cic. Verr. 3, 125. Odium libellis Horat. Epiſt. 1, 13, 5. Liu. 39, 14 Patres pauor ingens cepit, cum publico nomine, ne quid eae coniurationes, coetusque nocturni fraudis occultae, aut periculi importarent, tum priuatim ſuorum quisque vicem, *etc.* Cic. pro Deiot. 43 c. vlt. Aut cum ſummo dedecore miſerrimam Peſtem importaturam eſſe regibus. Id. de Fin. 1, 51 Easque ipſas Solicitudines, quibus eorum animi noctesque diesque exeduntur, a diis immortalibus ſupplicii cauſa importari putant. Suſpicionem aliquam alicui Cic. Fam. 16, 21.

IMPORTĀTVS, a, um. Partic. [εἰσκομισθείς] Caeſ. B. G. 5, 12 Aere vtuntur importato.

IMPORTANDVS, a, um. Part. [εἰσκομιστέος] Varr. de R. R. 1, 16 Fructuoſior fit fundus, quam ſi longe ſint importanda.

IMPORTABILIS, e. Adi. Tertullianus aduerſ. Marc. 4, 27. Sarisb. 4, 11.

IMPORTATICIVS, a, um. Adi. Hirtius Bell. Afric. c. 20 Frumento ſe in Africa, niſi importaticio, vti non poſſe, *quod aliunde importatur.*

IMPORTŪNVS, a, um. Adi. [Σκαιός, Scaeuus, Opportunus, Gloſſ. *leg.* Importunus.] Vbi nullus portus eſt, *ait* Seruius *ad* Virgil. Aen. 11, 305 Bellum importunum, ciues, cum gente deorum, Inuictisque viris gerimus. Feſtus: Importunum, In quo nullum eſt auxilium, velut eſſe ſolet portus nauigantibus. *Sed* importunus *non modo negatiue dicitur, pro incommodo, intractabili: ſed eſt etiam homo in hoc in primis odioſus, quod turpiter, crudeliter, etc. facit praeter rationem loci, temporis, perſonarum.* Plaut. Merc. prol. 44 Leno importunus, *etc.* Idem Aſin. 1, 4, 7 Fateor eam eſſe importunam atque incommodam. Ter. Heaut. 1, 2, 23 Immo ille fuit ſenex importunus ſemper: et nunc, *etc.* Importunum tempus, *Incommodum* Cic. de Orat. 2, 20 c. 5. *et* Offic. 1 c. 40. *Crudelis, effrenatus, quietis impatiens.* Cic. Phil. . . . Non poſſum aequo animo videre tam importunos, tam ſceleratos hoſtes. Id. pro Cluent. 12 Repente eſt exorta mulieris importunae nefaria libido. Importunus et ferreus Cic. Catil. 4 c. 6. Id. pro Cluent. 177 Furere crudelis atque importuna mulier, ſibi, *etc.* Belua importuniſſima Cic. Phil. 6, 7. Clades ciuitatis importuna Id. de Clar. Orat. 332. Corda importuna domare Sil. 11, 389. Cic. de Prouinc. Conſ. 2 Propter illud inſigne ſcelus eorum, et importunam in me Crudelitatem. Cyclops alter multo importunior Idem Verr. 5, 145 c. 56. Dominatio importuna Flor. 1, 8, 7. Fata Ouid. Met. 10, 634. Gladiator importuniſſimus Cic. pro Muraena . . . Homo importuniſſimus Id. Fam. 5, 3. Hoſtis importuniſſimus Cic. in Catil. 2, 12. Plin. 36, 6 Sed quisquis primum inuenit ſecare, luxuriemque diuidere, importuni Ingenii fuit. Libidines importuniſſimae Cic. Verr. 4, . . Morbus importunior Celſ. 4, 6 *pr.* Mors importuna Ouid. Amor. 3, 8, 19. Natura immanis atque importuna Cic. Verr. 1, 8. Pauperies Horat. Carm. 3, 16, 37. Scelus Cic. de Aruſp. Reſp. 4. Situs argenti Hor. Epiſt. 1, 18, 23. Tyrannus importunus et amens Cic. Verr. 5, . . Importuniſſimus Tyrannus Liu. 29, 17 *extr.* Cic. poſt redit. in Senat. 14 Omnia flagitia latere poſſe arbitraretur, ſi modo vultum importunum in forum detuliſſet.

IMPORTVNE. Adu. [ἀκαίρως] *Praeter temporis, aut decoris atque honeſtatis rationem.* Cic. Acad. 4, 80 c. 25 Confidere ſuis teſtibus, et importune inſiſtere. Plin. 7, 12 In quo perquam importune fortuitum hoc quoque fuit. Importune immiſſus verſus Gell. 10, 16. *Comparat.* Importunius veritati inſultare Lactant. 5, 2. *Superlat.* Importuniſſime facere Gell. 20, 5. Importuniſſime negare Auguſtin. de mor. eccleſ. Cathol.

IMPORTVNĬTAS, ātis. f. [ἀκαιρία. σκαιότης, Gloſſ. Lat. Gr.] Quae, (*vt ait* Donatus) nec loci, nec temporis habet commoditatem. Ter. Andr. 1, 4, 4 Importunitatem ſpectate aniculae, *etc.* Animi importunitas Cic. pro Cluent. 170. *Dicitur, vt* importunus, *de effrenata incontinentia et libidine praecipiti.* Id. de Senect. c. 3 Importunitas autem et inhumanitas, omni aetati moleſta eſt. Cic. Verr. 2, 73 Iſte, quanquam eſt incredibili importunitate et audacia, tamen ſubito deſtitutus pertimuit. Tanta ſceleris inauditi importunitas Id. pro Sull. 75. *Et* pro Cluent. c. 61 Huius importunitatem matris a filii capite depellite. Cic. in Piſon. 21 c. 9. Id. de Amicit. 53 Quanquam miror, in illa ſuperbia et importunitate. *De iniuſta accuſatione* de Orat. 1, 230 c. 53 Omnem illorum importunitatem ex intimis mentibus euelliſſet vis orationis tuae. Quantum importunitatis habent Sall. Iug. 36.

IMPORTVŌSVS, a, um. Adi. [ἀλίμενος] *Quod eſt ſine portu.* Plin. Epiſt. 6, 31 *in fin.* Litus importuoſum. Salluſt. Iugurth. c. 17 Quem

Quem locum Catabathmon incolae appellant: mare ſaeuum et importuoſum, et ager ſrugum fertilis. Mare Tac. Ann. 12, 20. *Superl.* Plin. 4, 12 Importuoſiſſima inſula.

IMPOS, ŏtis. Adi. [*ἀκρατὴς, ἀκράτιστος*] Qui animum ſuum in poteſtate non habet, *inquit* Feſtus. *Et,* Qui non eſt ſani animi, *auctore* Donato *ad* Ter. Adel. 3, 2, 12. Plaut. Caſin. 3, 5, 7 Eripite quaeſo iſti gladium, quae ſui eſt impos animi. Id. Trin. 1, 2, 94 Te in manus argentum homini adoleſcenti, animi impoti?

IMPOSITIO, IMPOSITVS, *vid.* IMPONO.

IMPOSSIBĬLIS, e. Adi. [*ἀδύνατος*] *Quod fieri non poteſt.* Quinctil. 5, 10 *de argumento,* Non enim longum tantum, ſed etiam impoſſibile. Id. 5, 13. *et* 10, 13. *Conf.* Iuſtin. 2, 4, 18. *et* Macr. Saturn. 1, 3. Impoſſibilis conditio Iulianus in l. impoſſibilis D. de verb. oblig. *Et* Pomponius in l. Cum in ſecundo D. de iniuſt. rupto, *etc.* Impoſſibile eſt: Vlpianus in l. 1 D. de fluminibus, ne quid, *etc.* Impoſſibile eſt, vt alueus fluminis publici non ſit publicus. *Vid. Borrich. Vind. p. 103.*

IMPOSSIBILITAS, ātis. f. Apul. Met. 6 p. 179 Impoſſibilitate ipſa mutata in lapidem Pſyche. *Conf.* Tertull. de Bapt. c. 2.

IMPOSTOR, IMPOSTVRA, *vid.* IMPONO.

IMPŎTENS, entis. Adi. [*ἀδύνατος, ἀκρατὴς*] *Qui non poteſt, et praeſertim adhibetur de his, qui libidine aut perturbatione quacunque impulſi continere ſe* non poſſunt, *ac* de poteſtate exierunt, *(vid.* EXEO*) qui cum viribus graſſari ſoleant, et hac parte* valde potentes *interdum videantur; hinc Grammaticis error obiectus eſt. V.* g. Donat. *ad* Ter. Andr. 5, 3, 8 *vno ſpiritu dicit,* Animo impotenti, *i.* nimis potenti, vel certe debili deuicto. *Similia* Non. 12, 31. *Iam* Seru. *in* Virg. Aen. 1, 503 Sunt multa, quae pro locis intelliguntur; vt Impotens, et ſatis, et minus, et nihil potens ſignificat, *quod plane ferri non poteſt: maneat, potius* Impotentes *dici* homines, *vel eorum* cupiditates, *quum* de poteſtate mentis exierunt, *vt ait Cicero, et modum adhibere libidini ſuae non poſſunt.* Ferociores impotentioresque reddit victoria Cic. Fam. 4, 9. Id. Phil. 5, 42 c. 16 Aduolabat ad vrbem a Brunduſio homo impotentiſſimus, ardens odio, animo hoſtili in omnes bonos cum exercitu Antonius. Cic. Fam. 10, 1 Quae poteſt enim ſpes eſſe in ea Republica, in qua hominis impotentiſſimi atque intemperantiſſimi armis oppreſſa ſunt omnia? Impotens, iracundus, contumelioſus, ſuperbus Cic. Philipp. 5, 24. Amore impotente deperit Catul. 36, 12. Animus Cic. de Aruſp. Reſp. 3. Sen. Herc. fur. 6. Ter. Andr. 5, 3, 8 Adeon' impotenti eſſe Animo, vt praeter ciuium morem, atque legem, *etc.* Aquilo impotens, *h. e. valde potens. vid.* AQVILO. Cogitationes impotentiſſimae, *cupiditatis, auaritiae, inuidiae* Quinct. 12, 1, 6. Conſilia Liu. 3, 36. Cic. Fam. 10, 27 Sin iſta pax perditorum hominum in poſſeſſionem impotentiſſimi Dominatus reſtituta eſt. Dominatio impotentiſſima Liu. 34, 42. Nep. 6, 1, 4. Domini impotentes Decemuiri Liu. 3, 38. Fortuna ſuperba et impotens, *Proſperitas ſuperbos faciens et impotentes* Sen. Agam. 4. Furor Id. ib. ſ. 5. Imperium Sen. Conſ. ad Marc. 20. Laetitia impotenti efferri Cic. Tuſc. 5, 17. Motus animi impotentes Id. in Partit. 119 c. 35. Mulier ferox et impotens Suet. Neron. c. 28. Rabies impotentior Liu. 29, 9. Vicinus impotens Senec. de conſtantia Sap. 5. Ter. Heaut. 2, 3, 130 Ego te autem noui, quam eſſe ſoleas impotens. *Sic* Quinct. Declam. 5, 4 *pr.* Impotentiſſime iuuenis. *Add.* c. 23 *pr. Negari tamen non poteſt, vtrique loco aptius videri* impudentiſſime. Amoris impotens Tac. Hiſt. 4, 44, 4. Doloris impotens Valer. Max. 4, 6 *de C. Plancio 2.* Liu. 29, 9 Pleminius impotens Irae, neglectam ab Scipione, et nimis leuiter latam ſuam iniuriam ratus, *etc.* *Sic* Impotens animi Curt. 8, 1, 49. *i. non potens irae et animo ſuo moderari.* Laetitiae impotens Liu. 30, 43. Regendi impotens Id. 35, 11. Rerum impotens Id. 9, 14. *et* 23, 16. Qui Sceptro impotens Coniugia ſoluit Senec. Med. v. 143. *i. regia poteſtate elatus nimium.* ¶ 2 *Neque tamen altera inaudita ratio, vbi ad defectum potentiae et virium aliarum pertinet.* Cic. de Fin. 1, 52 c. 16 Neque homini infanti aut impotenti iniuſte facta conducunt. Ad ſalutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium calamitoſorum haec valeant Id. pro Muraena 59.

IMPOTENTIA, ae. f. [*ἀδυναμία, ἀδυνατία, ἀναλκία*] *Infirmitas.* Ter. Adelph. 4, 3, 16 Omnes, quibus res ſunt minus ſecundae, magis ſunt neſcio quo modo ſuſpicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis propter ſuam impotentiam: ſe ſemper credunt negligi. ¶ 2 *Immoderata libido, ſ. cupiditas.* Cic. Tuſcul. 5, 17 c. 7 Qui nihil metuant, nihil angantur, nihil concupiſcant, nulla impotentia efferantur. *Sed legitur hodie,* Impotenti laetitia. Siſenna *ap.* Non. 12, 31 Laetitia nimia, atque impotentia animi commotus. Cic. Tuſcul. 4, 34 c. 16 Item inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam Animi a temperantia et moderatione plurimum diſſidentem. Dictorum atque factorum impotentia Id. Tuſcul. 4, 52 c. 23 *de ira.* Ob ſcelera animique impotentiam, et ſuperbiloquentiam, impendêre Tantalo apud inferos ſaxum faciunt Poëtae Cic. Tuſcul. 4, 35. Impotentia, *a* Seneca Fortunae *adſcribitur. Quin etiam* Sueton. in Caeſ. c. 77 *ſcribit* Caeſarem edere ſolitum voces impotentiae. *Conf.* Non. 12, 31. Flor. 1, 23, 1 Prima diſcordia ob impotentiam ſoederatorum. Paterc. 2, 29, 3. Potentia ſua nunquam ad impotentiam vſus Valer. Max. 9, 5 *pr.* Vt ſuperbia et impotentia in conſpicuo ponantur. *Ita* Apul. Met. 9 *extr.* ſ. p. 237, 3 *et* 10 *pr.* Militis impotentiam *vocat importunam vim, quam ille hortulano intulerat.* Hor. Epod. 16, 62 Nullius aſtri Gregem aeſtuoſa torret impotentia, *i. intemperies.*

IMPOTENTER. Adu. [*ἀκρατῶς*] Quinct. 1, 3 Ne quid improbe, ne quid impotenter faciat, monendus eſt puer. Impotenter ſe gerere Vlpian. in l. Nec quidquam, *in fine* D. de offic. Proconſul. *Iniuſte et impie.* Hirt. Bell. Alex. 33 Cuius nomine diu regnaſſe impotenter Ganymedem docuimus. Magna potentia impotenter vti Sen. Ep. 41. *Comparat.* Liu. 27, 48 Eodem verſi elephanti, qui primo impetu turbauerant anteſignanos, et iam ſigna mouerant loco: deinde creſcente certamine et clamore, impotentius iam regi, et inter duas acies verſari, velut incerti quorum eſſent. *Superlat.* Impotentiſſime facere Sen. de Benef. 4, 17.

IMPOTIENS, *i. impotens, pro vulgato* Impatiens, *apud* Ouid. Amor. 3, 7, 36 *legendum aliquando videbatur. Accuſat Poëta artes magicas, quae ſibi forte nocuerint,* Forſitan impotiens ſit latus inde meum, *vt* potiri *non poſſit parata Venere et voluptate.*

IMPRAEGNO, āre. *Grauidam reddere.* Sariſb. Policr. 8, 11. *Vid. Voſſ. de V. L. L. 1, 23. Pro Augere ponitur, a* Guil. Brit. Phil. 5, 566.

IMPRAEGNATVS, a, um. Partic. Guil. Brit. Phil. 7, 607 Et iam finis erat hiemis, telluſque calore Impraegnata nouo flores gignebat et herbas.

IMPRAEPEDITVS, a, um. Adi. Impraepedito curſu tendentes Ammian. 21, 5. *Conf.* Id. 30, 1.

IMPRAEPEDITE. Adu. Ammian. 22, 30. *et* 27, 10.

IMPRAEPEDITO. Adu. Ammian. 26, 16.

IMPRAEPVTIATVS, a, um. Adi. *i. praeputiatus.* Tertull. de Monogam. c. 11 Impraeputiatus vocatus es, ne circumcidaris. *Sed ſuſpicantur viri docti* In praeputiatu, *ἐν ἀκροβυστίᾳ.*

IMPRAESCIENTIA, ae. f. Deceptus ex impraeſcientia futuri Tertull. adu. Marc. 2, 7.

IMPRAESENTIARVM, *vel* IN PRAESENTIARVM. Adu. [*ἐν τῷ παρόντι*] *In praeſens, ad praeſens tempus, vt nunc eſt.* Cato *de lege oleae legendae* R. R. 144 Extra quam ſi quem ſocium impraeſentiarum dixerit. *MS. Politiani* in Praeſentiarum *diuiſim: reliqui in hac lectione conſentiunt.* Auct. ad Herenn. 2, 17 c. 11 In praeſentiarum hoc interdicere non alienum fuit, vt huius infantiae garrulam diſciplinam contemneremus. Vlpianus l. 1 D. de Tabulis exhibendis, Si quis forte confiteatur penes ſe eſſe teſtamentum: iubendus eſt exhibere, et tempus ei dandum eſt, vt exhibeat, ſi non poteſt impraeſentiarum, *Gothofr.* in praeſentiarum, exhibere. C. Fannius *apud* Priſcian. 13 p. 960 Quum in vita agenda didicimus multa, quae impraeſentiarum bona videntur, poſt inuenta, et multo amplius alius modi atque ante viſa eſſent. *Praeter ea, quantum nunc* conſtat, *vſi ſunt hac voce* Tac. Ann. 4, 59, 4. Nepos 23, 6, 2. Apuleius *duodecies: vid. Ind. Elmenh. V. g.* de Deo Socr. p. 48, 6 Verſum Graecum ſi paulliſper operiamini, Latine enuntiabo. Atque adeo hic ſit impraeſentiarum. *Et* p. 49, 30 Ideo ſuperſedebo impraeſentiarum in his rebus orationem occupare. *Et* p. 52, 22 Omitteret coepta impraeſentiarum, quae tutius vel poſtea capeſſeret, vel alia via adoriretur. Id. Apol. p. 305, 9 Hic ego, Maxime, quanquam ſedulo impraeſentiarum a laudibus tuis tempero, *etc.* *Vtitur etiam* Symmach. Epiſt. 1, 94. *et* Sidonius *ſaepe. Voſſio ſuſpectum eſt, et ex* in praeſentia rerum *contractum, vel potius corruptum putat: non penitus tamen audet damnare. Vid. eum de Vit. Serm. 1, 25. et 4, 33. Perizonius ad Sanct. Min. p. 171. ſubaudit* Tempore. *Scioppius Latio plane exterminat. Vid. Commentar. de Stilo Hiſtor. p. 118. Nos, cum Voſſio,* in praeſentia, *vel* in praeſenti, *praeferendum cenſemus, non tamen eos damnandos, qui illo vtuntur. Conſ.* DEPRAESENTIARVM.

IMPRAESTABILIS, e. Adi. Saluian. de Gub. Dei 4, 116.

IMPRAESTABILES, *qui ſint apud* Firmicum 8, 29 *videndum.*

IMPRAESTANS, antis. Adi. *Qui nihil praeſtat.* Gloſſ. Gr. Lat. *ἀπάροχος,* Impraeſtans. Irenaeus 4, 75 Ne quis eum putet inuidioſum et impraeſtantem.

IMPRAESTATIO, ōnis. f. l. 22 §. vlt. ff. Famil. herciſcund.

IMPRANSVS, a, um. Adi. [*ἀνάριστος*] *Qui nondum pranſus eſt.* Plaut. Stich. 4, 1, 28 Quam mox cocta eſt coena? impranſus ego ſum. Hor. Serm. 2, 2, 7 Verum hic impranſi mecum diſquirite. Ibid. 3, 257 Impranſus magiſter. *Vid.* Id. Epiſt. 1, 15, 29. *et* Apul. Flor. 1 p. 343, 34.

IMPRĔCOR, āri. Dep. [*ἐπαράομαι, κατεύχομαι*] *In aliquem Precari ſignificat: et in bonum et in malum ſolet accipi.* Apul. Met. 9 Solito ſermone ſalutem ei fuerat imprecatus. *Ita Pricaeus p. 194. et Elmenhorſt. p. 228.* Hieron. Epiſt. 78 *extr.* Cui multos imprecamur annos, *etc.* *Saepius tamen in malam partem accipitur.* Quinctil. Decl. 15. Plin. 8, 7 Dirasque Pompeio quas ille mox luit, poenas imprecaretur. Virgil. Aen. 4, 628 Litora litoribus contraria, fluctibus vndas, Imprecor.

IMPRECANS, antis. Part. Vulg. Int. Gen. 24, 60. *et* Leu. 16, 21.

IMPRECATIO, ōnis. f. Dira imprecatio Senec. de Benef. 6, 35. Plin. 5, 8.

IMPRENSIBILIS, e. Adi. Gell. 11, 5. *Al.* incomprehenſib.

IMPRESSIO, *vid.* IMPRIMO.

IMPRIMIS, *vid.* In primis, *in* IN.

IMPRĬMO, eſſi, eſſum, ĕre. [*ἐντυπόω*] *Premendo immittere vel efformare.* Cic. Tuſc. 1, 61 An imprimi quaſi ceram animum putamus, et memoriam eſſe ſignatarum rerum in mente veſtigia? Plin. 8, 26 Atque vbi acutiſſimum videt ſtipitem, imprimens corpus, venam quandam in crure vulnerat. Idem 11, 37 Viperae dentes gingiuis conduntur. Haec eadem praegnans veneno, impreſſo dentium repulſu, virus fundit in morſus. Italiam totam imprimere veſtigiis flagitiorum, *vid.* FLAGITIVM. Literam A humi imprimere ſus roſtro poteſt Cic. de Diuin. 1, 23 c. 13. Sigilla annulo Idem Acad. 4, 85 c. 26. Signum pecori Virg. Georg. 1, 263. Tabulas impreſſit parieti Plin. 35, 4. Sen. de Benef. 6, 6 Quomodo ſi quis ſcriptis noſtris alios ſuperne imprimat Verſus, priores literas non tollit, ſed abſcondit: ſic beneficium ſuperueniens iniuria apparere non patitur. *Reſpicit ad rationem in tabulis ceratis ſcribendi.* Verſus *intelligo non carmina, ſed quas vulgus* lineas *vocat.* Cic. pro Caecin. 76 c. 27 Niſi ex eo loco, vbi veſtigium impreſſerit, deiici neminem poſſe. Plin. 8, 16 Ex omni vulnere, ſiue vngue impreſſo, ſiue dente, ater profluit ſanguis. *Inferre.* Columel. 7, 11 Quum duobus vulneribus impreſſis per vnamquamque plagam ſinguli teſticuli exprimuntur. *Tralate:* Plin. Epiſt. 1, 20 Nam plerisque longiore tractatu vis quaedam et pondus accedit: vtque corpori ferrum, ſic oratio animo, non ictu magis, quam mora imprimitur. Cic. Acad. 4, 58 Quum viſa in animos imprimuntur, non vos id dicere inter ipſas impreſſiones nihil intereſſe, *etc.* Imprimere in animo atque in mente Id. ibid. 4, 34 c. 11. Id. Philipp. 5, 15 c. 6 Vt hos Iudices legere auderet, quorum lectione duplex imprimeretur Reipubl. dedecus. Maculam laudibus alicuius Sen. Herc. Oet. ſ. 11. Notionem deorum impreſſit in omnium animis natura Cic. de N. D. 1, 43 c. 16. Id. Acad. 4, 112 Si enim mihi cum Peripatetico res eſſet, qui id percipi poſſe, diceret, quod impreſſum eſſet e vero: neque adhiberet illam magnam acceſſionem quomodo imprimi non poſſet a falſo, cum ſimplici homine ſimpliciter agerem. *Notare:* Cic. Phil. 2, 58 Horum flagitiorum iſte veſtigiis omnia municipia, praefecturas, colonias, totam denique Italiam impreſſit. Id. de Fato 43 Sic viſum obiectum imprimet illud quidem, et quaſi ſignabit in animo ſpeciem ſuam. Cic. pro Milon. 74 Eum, qui aedem Nympharum incendit, vt Memoriam publicae recenſionis tabulis publicis impreſſam extingueret, *etc.* Id. Fam. 5, 20 Quae quum viderem tot Veſtigiis impreſſa, vt in his errari non poſſet, non adſcripſi id, quod tua nihil referebat.

IMPRESSVS, a, um. Partic. [ἐντυπωθεὶς] Sulcus altius impreſſus Cic. de Diuin. 2, 5. Collo impreſſo pede Virg. Aen. 12, 356. Crater impreſſus ſignis Id. Aen. 5, 536. *Conf.* Aen. 10, 497. Viſum impreſſum effictumque Cic. Acad. 4, 18. Iſta impreſſa ſubtiliter Id. Acad. 4 c. 11. ¶ 2 Impreſſa vbera, *ſunt Non preſſa, νήμιλκτα, vt Scaliger interpretatur in illo* Propert. 2, 34, 70 Miſſus et impreſſis haedus ab vberibus.

IMPRESSE. Adu. *Salmaſ. in* Tertull. de Pallio p. 344. Tertullian. aduerſ. Marc. 3, 8. Id. de Exhort. Caſt. c. 3. *et* de Carne Chriſti c. 12.

IMPRESSVS, ûs. m. Prudent. Pſych. 273 Sub pectoris impreſſu. Ammian. 16, 12 Laſſatis impreſſu genibus.

IMPRESSIO, ōnis. f. [εἰσβολὴ] *Impetus, qui fieri ſolet preſſis ante ſe obſtaculis.* Varro de R. R. 2, 8 Hoſtes ſe arbitrati occaſionem habere victoriae, impreſſionem facere coeperunt in caſtra. Liu. 2, 30 Poſtquam impreſſionem ſenſere ex aduerſo factam, et ante oculos micare gladios. Id. 3, 62. *et* 40, 40. Iuſtin. 1, 6, 16. Liu. 4, 24 Haec locutum redintegrato clamore ſecuti Dant impreſſionem, qua Poſthumius cohortes obiecerat. Non ferre Id. 8, 9. Cic. Fam. 5, 2, 22 Neque illi quidquam deliberatius fuit quam me, quacunque ratione poſſet, non iudicio, neque diſceptatione, ſed Vi atque impreſſione euertere. *Pro violento imperio:* Cic. pro Flacc. 85 c. 34 Non igitur impreſſio, non occaſio, non vis, non tempus, non imperium, non ſecures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt. Id. Acad. 1, 19 Vim in manibus, claritatem in voce, in lingua etiam explanatam vocum impreſſionem. Id. de Orat. 3, 185 c. 48 Et, ſi numeroſum eſt id in omnibus ſonis atque vocibus, quod habet quasdam impreſſiones, et quod metiri poſſumus intervallis aequalibus, *etc.* Numorum impreſſiones Auguſt. de Doctr. Chriſti 2, 25.

IMPRETIABILIS, e. Adi. *Omne pretium ſuperans, inaeſtimabilis.* Caſſiod. Varr. 4, 1.

IMPROBABILIS, *vid.* IMPROBVS.

IMPROBRO, *vid. infra.*

IMPRŎBVS, a, um. Adiect. [κακότροπος, πονηρὸς, μοχθηρὸς] *Non probus, impudens, praeſertim ad repetendos impetus.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 16 Verum ita vos eſtis perditi, negligentes, ingenio improbo. Ter. Andr. 1, 2, 21 Tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum, *etc.* Cic. de Amic. c. 12 Talis improborum conſenſio, *(contra patriam)* non modo excuſatione amicitiae tegenda non eſt, ſed potius omni ſupplicio vindicanda. Inſignite improbus, *vid.* INSIGNIS. Virg. Aen. 10, 727 *de Leone praedam deuorante*, Lauit improba teter Ora cruor. Lucil. 30 Improbior multo quam de quo diximus ante: Quanto blandior, hoc tanto vehementius mordet. Nonius 4, 250. Fortuna improba, *conuicium infelicis* Virg. Aen. 2, 80. Hiems Ouid. Triſt. 1, 10 (12) 41. Rabies improba ventris, *quae facit improbum* Virg. Aen. 2, 359. Lucil. 30 Omnes formoſi, fortes, vbi ergo improbus eſt? Turpem *interpretatur* Nonius *l. c.* Amor Virg. Aen. 4, 412. Cupiditatis improbiſſimae miniſter Cic. in Verr. Diu. c. 29. Quinctil. 11 c. vlt. Perfricare Frontem, et quaſi improbam facere, *i. inuerecundam.* Auſus Rem etiam Deo improbam, annumerare ſtellas Plin. 2, 26. Spes improba Lucan. 5, 130. *Conf.* Flor. 3, 10, 17. Ouid. de Arte Am. 1, 665. *et Burmann. ad* Petron. c. 73 p. 410. Virg. Georg. 1, 145 Labor omnia vincit Improbus. *Vbi* Seruius, Improbus, vel magnus, vel nulli probabilis: nullus eſt enim amator laboris. *Puto* improbum *vocari, qui repulſus non fatigetur, ſed ſubinde redeat, vt* Muſca, improbum animal Phaedr. 5, 3, 8. Lumen Senec. Epiſt. 94. *Inſatiabilis, damnoſus.* Improbus anſer Virg. Georg. 1, 119. Seruius, Improbus, inſatiabilis, nulli probandus. Plaut. Epid. 1, 1, 30 E. Edepol facinus improbum. Id. Mil. 3, 1, 207 Qui niſi adulterio, ſtudioſus rei nullae aliae eſt, improbus. Carmina Ouid. Triſt. 2, 442. Defenſio mala et improba Cic. Verr. 2, . . Diuitiae Horat. Carm. 3, 24, 62. Fila improba *Colocaſiae* Martial. 13, 57. *vid.* FILVM. Plaut. Mil. 3, 1, 134 Sicuti Merci pretium ſtat, pro virtute vt veneat: quae improba eſt, pro Mercis vitio dominum pretio pauperat. Merx improba probae, *i. probatae opponitur, quae illud eſſe deprehenditur, quod eſſe dicitur.* Os, *Dicax, iniuriarum plenum* Sueton. de Clar. Gram. c. 15. Panis, *i. ater, non quod videtur* Mart. 10, 5. Plaut. Moſtel. 4, 1, 17 Nam vt Serui volunt eſſe herum, ita ſolet: Bonis boni ſunt; improbi, *(ſunt ei)* qui malus fuit. Somnus Martial. 12, 18, quem nec tertia ſaepe rumpit hora. Cic. Verr. 1, 120 Iure, legibus, auctoritate omnium, qui conſulebantur, Teſtamentum P. Annius fecerat non improbum, non inofficioſum, non inhumanum. Verba Ouid. de Arte Am. 3, 796. *Compar.* Improbior ſatiram ſcribente cinaedo Iuuen. 4, 106. Tamen ne illo quidem quidquam improbius Cic. Fam. 7, 2. *Laudatur etiam* Plaut. . . . Improbiorem non vidi faciem mulieris.

IMPROBVLVS, i. m. Diminut. [ὑπομοχθηρὸς] *Audaculus.* Iuuen. Satir. 5, 74 Finge tamen te Improbulum, ſupereſt illi, qui ponere cogat.

IMPRŎBE. Adu. [πονηρῶς] Plaut. Trin. 1, 2, 58 Si quid ſcis me feciſſe inſcite aut improbe. Cic. Verr. 3 Eſt aliquid, quod improbius fieri poteſt? Id. Offic. 2, 79 Nec ſi plures ſunt ii, quibus improbe datum eſt, quam illi, quibus iniuſte ademtum eſt. Improbe facere Cic. pro Roſc. Amer. 104 c. 36. Improbe fiat Vitruu. 5, 7. Improbe quidem, accepi tamen Plin. Epiſt. 6, 26 (28). *Comparat.* Improbius natus Sueton. Veſp. c. 23. *i. paene enormi, quam naturam vocari conſtat. Sic Gronou.* Improbius pauperes amant Quinctil. Decl. 15 *extr.* Catull. 67, 125

Nec tantum niueo gauiſa eſt pulla columbo
Compar, quae multo dicitur improbius
Oſcula mordenti ſemper decerpere roſtro, *etc.*

i. cupidius, laſciuius. *Superlat.* Improbiſſime loqui Cic. Attic. 15, 5. Improbiſſime comparauit praedam Id. Verr. 5, . . Improbiſſime Reſpondere Cic. in Piſ. c. 6. Improbiſſime aliquem tractare, *vid.* Tracto, *in* TRAHO.

IMPROBITER. Adu. *Moleſte.* Petron. c. 66 Improbiter nos pugno ſuſtulimus.

IMPROBĬTAS, ātis. f. [πονηρία] *Prauitas, impudentia in primis.* Cic. Verr. 2, 68 Ex multis ſimilibus ea ſumam, quae maxime improbitate excellere videbuntur. Improbitas cordis humani, *audacia* Plin. 2, 23. Prodiga Iuuen. Sat. 10, 305. Robuſta Cic. Philipp. 2, 63. Improbitate et vitiis omnibus notus, *vid. ſub* NOSCO. Abſoluere improbitatis, Certare cum alterius improbitate, *vid. hh. vv.* Amicorum neglectio improbitatem coarguit Cic. pro Muraena c. 4.

IMPRŎBO, āre. [ἀποδοκιμάζω] *Improbum et malum facere.* Plaut. Merc. 5, 4, 9 Qui bono ſunt genere nati, praediti ingenio malo, ſuapte culpa ex genere capiunt genus, ingenium improbant. Fidem alicuius Anton. *ſub* Cic. Attic. 10, 8. Ego iſta Studia non improbo, moderata modo ſint Cic. de Orat. 2 c. 37. Improbare teſtamentum, *ratum ac firmum non tenere* Plin. Epiſt. 8, 18. *Damnare, reiicere, refellere.* Cic. Acad. 4, 17 Plerique tamen definitiones ipſarum etiam euidentium rerum non improbant. Improbauimus *genus medicamenti* Scribon. 23. Cic. Acad. 4, 96 Vt aut approbet quid, aut improbet. *Irritum facere.* Id. Verr. 2 c. 28 Res Sopatro facilis videbatur, et quod erat innocens, et quod Sacerdotis iudicium improbare iſtum auſurum non arbitrabatur. Improbatur vulgo Suet. Iul. 11, 1.

IMPROBATVS, a, um. Partic. Cic. pro Font. c. 4 Multa improbata. Suet. Iul. 39, 1 Ex improbatis alios. *Superl.* Gell. 18, 3 Sententia probatiſſima, quam improbatiſſimus homo dixit.

IMPROBATVRVS, a, um. Partic. [ἀποδοκιμάσων] Horat. Epod. 5, 8 Per hoc inane purpurae decus precor, Per improbaturum haec Iouem.

IMPROBATIO, ōnis. f. [ἀποδοκιμασία] Auctor ad Herenn. 2 c. 6 Haec et ad improbationem, et approbationem teſtium pertinebunt.

IMPROBATOR, ōris. m. Apul. de Deo Socr. p. 51 Malorum improbator, bonorum probator.

IMPROBABĬLIS, e. Adi. [ἀποδοκιμαστὸς] *Quod probari non poteſt.* Cic. Acad. 4, 33 c. 11 Quamobrem ſiue tu probabilem viſionem, ſiue improbabilem, *etc.* Celſ. in prooem. 1 Rationes improbabiles.

IMPROBABĬLĬTER. Adu. Saluian. de Gub. Dei 4 p. 115 Improbabiliter diximus. *Conf.* Sidon. Epiſt. 1, 11.

IMPRŎBRO, āre. [ὀνειδίζω] *Probro afficere. Dubiae fidei verbum. Laudatur* Plaut. Truc. 2, 2, 25 Rus tu improbras, vt nacta es hominem, quem pudeat probri? *Sed editur* opprobras. Id. Merc. 5, 4, 9 Suapte culpa — ingenium improbrant. *Sed editur* improbant. *Conf.* IMPROPERO.

IMPROCĒRVS, a, um. Adi. *Non procerus.* [Improcera, εὐτελῆ, ταπεινά, Vet. Gloſſ.] Gell. 4, 19 Aduertimusque hinc elici tarditatem, corpora eorum improcera fieri. Tac. Germ. 5, 2 Terra pecorum fecunda, ſed pleraque improcera.

IMPROCREABILIS, e. Adi. Materia improcreabilis Apul. de Doctr. Plat. p. 3, 34.

IMPROFESSVS, a, um. Partic. *ſine Verbo.* [ἀνεπάγγελτος] *Qui non profeſſus eſt conditionem ſuam.* Martianus in l. Interdum §. Iidem etiam D. de Publicanis, Si quis improfeſſus ſeruus fuerit, et probetur in commiſſum cecidiſſe, et aut vxorem corrupiſſe domini dicatur, aut aliud quid grauius admiſiſſe, vt cognoſcat Procurator. Suet. Domit. c. 12, 5 Ad quem deferebantur, qui improfeſſi Iudaicam intra vrbem viuerent vitam.

IMPRŌLIS, *et* IMPRŌLVS, Qui nondum adſcriptus eſt in ciuitate Feſtus. Gloſſar. Vet. ἄγονος, improles, ſterilis. *Add.* Onomaſt. Vet.

IMPROLOQVIBILIS, e. Adiect. Improloquibile, ἀλάλητον, Gloſſar.

IMPROMISCVVS, *vel* IMPROMISCVS, a, um. Adiect. [ἄμικτος] Gell. 12, 4 Suauitas tam impromiſcua, tamque ab omni fuco remota eſt. MSS. impromiſca, *i. ſincera.* Id. 1, 7 Verbum neque generibus, neque numeris praeſeruiens, ſed liberum vndique et impromiſcuum: MSS. impromiſcum.

IMPROMPTVS, *vel* IMPROMTVS, a, um. Adi. [ἀπρόθυμος] *Promto contrarium.* Liu. 7, 4 Qui infacundior ſit, et lingua impromtus. Tacit. Ann. 2, 21, 2 Impromto iam Arminio ob continua pericula.

IMPROPE. Adu. Tertull. Exhort. ad Caſt. c. 9 Si orationem facit ad Dominum impropè eſt caelo.

IMPROPĔRO, āre. [ἐπονειδίζω] *Crimen, vel aliquid aliud obiicere; videtur verbum lapſae Latinitatis eſſe, ortum ex* improbro. *Adfertur* Plaut. Rud. 3, 4, 28 Vi agis mecum. D. etiam vim improperas flagitii flagrantia? *Sed editur* opprobras. *Conf.* Petron. Fragm. c. 38. *et Not. Scheffer.* Chryſolog. Serm. 84 Ne alteri improperaret, quod ipſe donauerat. ¶ 2 *Pro intro properare, properanter ingredi.* Varro *apud* Plin. 36, 13 Inque baſi quadrata intus labyrinthum inextricabilem: quo ſi quis improperaret ſine glomere lini, exitum inuenire nequeat.

IMPROPERĀTVS, a, um. Adi. [ἄσπευτος] *Non properatus, non feſtinus.* Virgil. Aen. 9, 798 Haud aliter retro dubius veſtigia Turnus Improperata refert.

IMPROPERANTER. Adu. Auſon. Epitaph. 35 Improperanter agens primos e carcere curſus.

IMPRŎPĔRVS, a, um. Adi. *Tardus.* Sil. 3, 96 Tua iuſtior aetas vltra me improperae cui ducunt fila ſorores, *i. cui Parcae longiorem aetatem concedant, atque adeo fila vitae tuae non properent.*

IMPROPERIVM, i. n. *Vox mediae Latinitatis, Dedecus et ignominiam ſonans. Legit hanc vocem Obrecht. apud* Quinctil. Trib. Mar. c. 1. *Sed alii leg.* opprobrium. Ambr. Virg. Lapſ. c. vlt. Hieron. in Pſ. 41 (42) v. 7. Vulg. Interpr. Ebr. c. 11, 26. Onomaſt. Vet. Improperium, ὀνείδισις. *Vid. Voſſ. de Vit. Serm. 3, 15.*

IMPROPRIVS, a, um. Adi. [ἄκυρος] *Minime proprius.* Quinctil. 8, 2 In hanc autem proprietatis ſpecie, quae nominibus ipſis cuiusque rei vtitur, nulla virtus eſt: atque ei contrarium eſt vitium, id apud nos improprium, ἄκυρον apud Graecos vocatur: quale eſt, Tantum ſperare dolorem (*ex* Virg. Aen. 4, 419) *etc.* Plin. 37, 8 Improprium cognomen.

IMPROPRIE. Adu. [ἀκύρως] Gell. 17, 1 Vt ſcribere auſi ſint M. Ciceronem parum integre, atque improprie, atque inconſiderate locutum. Id. 6, 6. *et* 17, 10. Plin. 8, 10 Mandunt ore: ſpirant et bibunt, odoranturque haud improprie appellata manu, *de elephantis.*

IMPROPRIETAS, ātis. f. Gell. 1, 22 *extr.* Cauenda eſt non ſolum improprietas verbi, ſed etiam prauitas ominis.

IMPROPVGNATVS, a, um. Adi. Armenia impropugnata Ammian. 27, 12. In rebus duris et dubiis impropugnatas vrbes relinquere Id. 26, 5. *Conf.* 29, 6.

IMPROSPER, ĕra, ĕrum. Adi. Cic. de Fin. 1, 71 *extr.* Infantes, pueri, mutae etiam beſtiae paene loquuntur magiſtra ac duce natura,

natura, nihil eſſe proſperum niſi voluptatem, nihil improſperum niſi dolorem. *Alii legunt*, Nihil aſperum. Tacit. Ann. 3, 24, 2 Auguſto fortuna domi improſpera fuit. Id. 14, 65, 2 Improſpera inſidiarum moles.

IMPROSPĔRE. Adu. [δυστημέρως] *Non proſpere.* Colum. 1, 1 Vbi quid perperam adminiſtratum ceſſerit improſpere, vitatur, quod feſellerat. Tac. Ann. 1, 8, 7.

IMPROSPICVVS, a, um. Adi. ἀπερίβλεπτος, Gloſſ. Gr. Lat.

IMPROSPECTVS, a, um. Adi. Qua liberrimus Aetna improſpectus hiat Seuer. in Aetna v. 341.

IMPROSPECTE. Adu. Satis improſpecte Tertull. de Anima c. 24. *improuide.*

IMPROTECTVS, a, um. Adi. [ἀσκέπαστος] *Non protectus, non defenſus.* Gell. 13, 26 Ne qua in re aduerſa et repentina incurſio imparatis, improtectisque nobis oboriatur. *Conf.* Id. c. 17. *et* 7, 3. *et* Ammian. 21, 15. *et* 26, 8.

IMPROVĬDVS, a, um. Adi. [ἀπρονόητος] *Incautus, qui non praeuidet, quod futurum eſt.* Cic. pro Ligar. 17 c. 5 Neceſſitas quaedam fatalis improuidas hominum mentes occupauit. Liu. 22, 19 Itaque vt improuidos, incautosque vniuerſo ſimul effuſo terrore opprimeret, *etc.* Conſilii improuidus Tacit. Hiſt. 3, 56. Futuri improuidus Id. Hiſt. 1, 88, 5. Mali rudis et improuidus Plin. 36, 3. Improuidus futuri certaminis Romanus veniebat Liu. 26, 9. Pectora Virg. Aen. 2, 200. ¶ Improuida tela et caeca, *paſſiue: Quae non praeuidentur* Plin. Epiſt. 4, 22. Apul. Met. 2 *extr.* p. 128, 38 Vix improuidae noctis caligine liberati. *Et* 3 p. 137, 21 Improuidae noctis deceptus caligine.

IMPROVĬDE. Adu. [ἀπρονοήτως] *Incaute et clam.* Liu. 27, 27 Neque pro veteris prudentia ducis, tam improuide ſe Collegamque, et totam paene Rempublicam in praeceps dederat. *Conf.* Columel. 6, 16.

IMPROVIDENTIA, ae. f. Tertull. adu. Marc. 2, 23 Improuidentia ſententias vertere.

IMPROVĪSVS, a, um. Adi. Cic. Acad. 1, 29 Nonnunquam quidem eandem fortunam, quod efficiat multa improuiſa haec, nec opinata nobis, propter obſcuritatem ignorationemque cauſarum. Noua res atque improuiſa pupilli calamitas nuntiatur, *etc.* Cic. Verr. 1, 135. *Conf.* Id. de Orat. 1 c. 22. Vis improuiſa leti Hor. Carm. 2, 13, 19. *Comparat,* Tac. Ann. 2, 47, 1 Quo improuiſior, graviorque peſtis fuit.

IMPROVĪSE. Adu. [ἐκ τοῦ ἀφανοῦς] *Ex improuiſo, Ex inopinato.* Plaut. Truc. 2, 7, 3 Qui amat, nequit, quin nihili ſit, atque improuiſe partibus expoliet. Tertull. adu. Marc. 2, 12.

IMPROVISO. Adu. *Idem.* Cic. Phil. 12, 3 Cur hoc tempore? cur tam improuiſo? cur tam repente pacis eſt facta mentio? Improuiſo id fecerat Liu. 27, 28. Improuiſo acceſſit aliud incommodum Caeſ. Bell. Ciu. 3, 70. Improuiſo oppreſſit tyrannum Cic. Off. 2, 81 c. 23. De improuiſo, *et* Ex improuiſo Plaut. Rud. 4, 5, 2. Ter. Andr. 2, 2, 23. *et* 2, 5, 6. Cic. pro Roſc. Amer. c. 52. *et* in Verr. 1 c. 43. *vid.* DE *et* EX.

IMPRV̄DENS, entis. Adi. [ἄφρων, ἀγνοῶν] *Non prouidens, inſciens, ita, vt interdum de hominibus ſatis cautis et prouidis dicatur, ſed qui ignorent, quod ſcire non poſſunt; interdum de his, qui culpa ſua quod poterant et debebant ſcire, neſciunt. In bonam partem* Cic. pro Roſc. Amer. 21 Haec omnia, Iudices, imprudente L. Sulla facta eſſe certo ſcio. *Conf.* Id. Verr. 4 c. 24. Nepos 17, 2, 2 Quo factum eſt, vt omnes imparatos imprudentesque offenderet. Imprudente atque inopinante Curione Caeſ. B. C. 2, 3. Ter. Hec. 5, 4, 40 Plus hodie boni feci imprudens, quam ſciens ante hunc diem vnquam. *Sed inconſiderantiam notat* Eun. 3, 1, 40 Dolet dictum imprudenti adoleſcenti et libero. Imprudens culpa peccaui mea Plaut. Epid. 5, 2, 64. Non imprudens aduerſabar Idem Men. 2, 3, 66. Imprudentem opprimere Ter. Andr. 1, 3, 22. Saepe imprudenti fortuna occurrit amanti Propert. 1, 20, 3. *Cum Genitiuo:* Colum. in prooem. Tota vita vellent imprudentes negotii ſui conſpici. Quinctil. 1, 1 Non ſum adeo Aetatum imprudens, vt inſtandum teneris protinus acerbe putem. Antiquitatis imprudens conſuetudo Colum. 3, 18. Liu. 34, 9 Commercio eorum Hiſpani imprudentes Maris gaudebant. Negotii Columel. praef. 1. Peſtis tantae imprudens Sil. 5, 166. *Conf. Bynckerſh. Obſ. Iur. Rom. 2, 10.* Ter. Eun. 1, 2, 56 Emit eam dono mihi imprudens harum Rerum, ignaruſque omnium. Liu. 31, 14 Templum Cereris imprudentes Religionis, cum caetera turba ingreſſi ſunt. *Compar.* Sen. de Conſt. Sap. c. 19 Quidquid horum ab imprudentioribus fiet, negligendum. *Superl.* Id. Epiſt. 9 Multa facit ſapiens, quae ab imprudentiſſimis aeque fieri videmus. *Conf.* Colum. 3, 10. *et* c. 20 *extr.*

IMPRVDENTIA, ae. f. [ἀνοησία, ἀβουλία] *Inſcitia, error, inſcientia.* Cic. de Inuent. 2, 95 c. 31 Imprudentia eſt quum ſciſſe aliquid, is, qui arguitur, negat. Ibid. 41 Imprudentia in purgationem confertur: cuius partes ſunt inſcitia, caſus, neceſſitas: et in affectionem animi. Per imprudentiam in oratione ſaepe verſus dicimus Cic. in Orat. 189 c. 56. Labi in imprudentiam, *vid.* LABOR. Ter. in prol. Eun. 27 Si id eſt peccatum, peccatum imprudentia eſt Poëtae. Quod ſaepe per imprudentiam fit Cic. Verr. 2, 57. Id. de Legib. 2, 36 c. 14 Quidnam egiſſet ille, qui in ſacrificium cogitatam libidinem intulit, quo ne imprudentiam quidem Oculorum adiici fas fuit. Cic. de Orat. 3, 156 c. 39 Nonnunquam breuitas translatione conficitur, vt illud, Si telum manu fugit, imprudentia teli emiſſi breuius propriis verbis exponi non potuit, quam eſt vno ſignificata translato.

IMPRVDENTER. Adu. [ἀνοήτως, ἀβούλως] *Inſcie, et per imprudentiam.* Paterc. 1, 2, 2 Codrus imprudenter rixam ciens interemtus eſt. Cic. Acad. 1, 1 Illud imprudenter putant, *etc.* *Compar.* Id. Att. 10, 12 Quo diligentius cogitata, eo facta ſunt imprudentius. Ter. Andr. 1, 1, 103 Interea haec ſoror, quam dixi, ad flammam acceſſit imprudentius.

IMPV̄BES, is, *vel* IMPV̄BIS, e, *vel* IMPV̄BER, ĕris. Adi. [ἄνηβος, ἀνίκλος] *Qui nondum lanuginem emiſit, quae pubes dicitur: vel, qui nondum ad pubertatis annos peruenit.* Plin. 23, 7 Corticem eius impubeſcentem, puer impubis ſi defracto ramo detrahat dentibus. Virg. Aen. 9, 752 Impubes malae. Cic. in Catil. 4, 13 c. 6 Filiumque eius impuberem ligatum a Praetore miſſum, in carcere necandum eſſe dixit. Impuberes armantur Iuſtin. 5, 6, 3. Anni impubes Ouid. Met. 9, 416. Hor. Epod. 5, 13 Impube Corpus, quale poſſet impia Mollire Thracum pectora. Genae impubes Ouid. Met. 3, 422. Idem Faſt. 2, 239 Nam Puer impubes, et adhuc non vtilis armis, Vnus de Fabia gente relictus erat. Impubium puerorum Scribon. 128.

IMPVBESCENS, entis. Adi. [μήπω ἡβῶν] Plin. 23, 7 *de caprifico,* Corticem eius impubeſcentem puer impubis ſi defracto ramo detrahat dentibus, *etc.* *i. pubeſcentem, ad maturitatem accedentem.* Harduin. Intumeſcentem.

IMPV̆DENS, entis. Adi. [ἀναίσχυντος, ἀναιδὴς, κυνώπης] *Quem nihil pudet, inuerecundus, perfrictae frontis.* Cic. Acad. 4, . . Vtrum igitur nos impudentes, qui labi volumus: an illi arrogantes, qui ſibi perſuaſerint ſcire ſe ſolos omnia? Audacia impudens Ter. Heaut. 2, 3, 72. Auis Phaedr. 1, 3. Intemperantia impudentior adoleſcentium Cic. Off. 1, 123 c. 35. Literae impudentiſſimae Id. Att. 7, 2. *Add.* Id. pro Cluent. c. 18. Cic. Tuſc. 3, 26 Eſt autem impudens Luctus moerore ſe conficientis, quod imperare non liceat liberis. Mendacium Idem pro Cluent. 168 c. 60. Ter. Andr. 4, 1, 10 Tum impudentiſſima eorum Oratio eſt. Id. Eun. 3, 5, 49 Tum equidem iſtud Os tuum impudens, videre nimium vellem. Cic. Verr. 1, 140 c. 54 Satis grandem Pecuniam, et ſatis impudentem eſſe, *i. quae ſine impudentia, nec poſtulari, nec accipi poſſit. Nempe* quod erat *vix* HS. quadraginta millium, tranſegerat HS. ducentis millibus.

IMPVDENTIA, ae. f. [ἀναίδεια, ἀναισχυντία] *Inuerecundia.* Cic. Verr. 3, 225 Quid ad hanc impudentiam addi poteſt? *Sic* de Diuin. 1, . . . Trogus *apud* Plin. 11, 52 Candida pars *oculi* extenta, notam impudentiae habet. Cic. pro Dom. 101 An ego tantam oculorum impudentiam habere poſſim, vt videam. Impudentia impudica Id. de Aruſp. Reſp. 1. Impudentia atque adacia fretus Cic. pro Flacc. c. 15. Nanciſci impudentiam, *vid.* NANCISCOR.

IMPVDENTER. Adu. [ἀναίδην] Ter. Andr. 4, 5, 16 Mirum vero, impudenter mulier ſi facit meretrix. Cic. de Amicit. 84 Sed plerique Peruerſe, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipſi eſſe non poſſunt. Impudenter facere Idem Fam. 5, 12. Impudentius Id. 9, 22. Impudenter rogare, *et* Impudentiſſime poſtulare Cic. Off. 1, 88. *Et* Att. 7, 128. *et* Verr. 4 c. 7. Sall. Fragm. c. 9.

IMPV̆DĪCVS, a, um. Adi. [ἀσελγής] *Impurus, minime pudicus: Fere de Venere, vel inceſta, vel praeternaturali dicitur.* Pſeudo-Cic. Octau. Audiet Marius impudico domino parere nos, qui ne militem quidem habere voluit, niſi pudicum. Caput impudicum Sen. Hippol. 707 *nouercae priuignum tentantis. De eadem modo dixerat,* Procul impudicos corpore a caſto amoue tactus. Impudentia impudica Cic. de Aruſp. Reſp. *pr.* *Sic de maſculis, qui muliebria patiuntur.* Catull. 30, 2. Sueton. Auguſt. c. 71. *Vid. Torrent. ad* Sueton. Auguſt. c. 34. *et* Iuſtin. 8, 6, 8. *cum Not. Bernecc.* Salluſt. Catil. 14. Mulieres impudicas complexi Cic. in Catil. 2, 10 c. 5. Omnes impuri, impudicique Id. in Catil. 2, 23. ¶ 2 *Obſ. pro impudente et temerario.* Plaut. Rud. 2, 3, 62 O facinus impudicum, Quam liberam eſſe oporteat, ſeruire poſtulare. *Met.* Odor impudicus *de ſalſamentis, puto, quod obſceno ſimilis,* Martial. 12, 32. *Compar.* Plaut. Curc. 1, 1, 52 Niſi ſi eſt oſculando quippiam impudicior. *Superl.* Cic. Phil. 2 c. 28 Antonius impudiciſſimus. Motus hiſtrionum impudiciſſimus Lactant. 6, ,20.

IMPVDICE. Adu. Ambroſ. ad Virg. Lapſ. c. 8 Palleſcat facies, quae quondam viruit impudice. Tertull. de Idol. c. 2 Si quis animam commouerit impudice. *Superl.* Eutrop. 8, 22 Impudiciſſime et obſceniſſime vixit.

IMPVDICITIA, ae. f. [ἀσέλγεια] Pſeudo-Cic. ad Octau. Et nomen nobile conſceleratum impudicitiae dediſſet. Quinctil. 4, 2 Nonne optime patronus occurrat prius conuiciis luxuriae, petulantiae, impudicitiae, quam veneficii? Inſignis Tac. Ann. 13, 45, 1. Si dominus ſeruos ad impudicitiam turpemque violationem compellat l. 2 D. de his, qui ſui vel. al. iur.

IMPVDICATVS, a, um. Adi. Stupratus, *inquit* Feſtus.

IMPVDORATVS, a, um. Adi. Vet. Int. Irenaei 3, 25 Vere impudorati et audaces.

IMPVDORATE. Adu. Vet. Int. Iren. 2, 14 Cum haec dicuntur ab ipſis impudorate.

IMPVGNO, āre. [προσπολεμέω, ἐναντιοῦμαι] *In vel contra aliquem pugnare, oppugnare.* Plaut. Mil. 2, 2, 111 Ad eum vineas, pluteosque agam: res parata eſt, impugnandoque capere certa res eſt. Patriam Cic. in Bruto c. 15. Bello inteſtino impugnari Iuſtin. 22, 4, 2. Impugnare terga hoſtium Liu. 3, 70. Impugnare dignitatem alicuius Caeſ. Bell. Gall. 8, 53. Cic. Fam. 8, 11 Pompeius tanquam Caeſarem non impugnet, ſed quod illi aequum putet, conſtituat, ait Curionem quaerere diſcordias. *Conf.* Non. 5, 68. Horat. Epiſt. 2, 1, 89 Noſtra ſed impugnat, nos noſtraque liuidus odit. *Contraria:* Liu. 5, 3 *pr.* Vtrum enim defenditis, an impugnatis plebem? Fraudibus impugnari Phaedr. 3, 10. Cauſa meritum impugnans Ouid. Met. 5, 151. *vid.* CAVSA. Plin. 26, 12 Fit vero et citra febres, impugnaturque centaurio maiore (vt diximus) poto.

IMPVGNĀTVS, a, um. Partic. [προσπολεμηθεὶς] *Victus.* Plin. 5, 24 Primo hunc illi impugnatus curſum Taurus aufert. *De Euphrate fluuio et Tauro monte.* Gell. 1, 6 Turpe eſt rhetori, ſi quid in mala cauſa deſtitutum et impugnatum relinquat. Cretenſes impugnati Sall. Fragm. 4, 56.

IMPVGNATIO, ōnis. f. [προσπολέμησις] Cic. Att. 4, 3 Ipſe domum P. Sullae pro caſtris ſibi ad eam impugnationem ſumſerat.

IMPVGNATOR, ōris. m. Liu. 27, 15. *Gruter. In Ed. Scheffer. Gryph. Gronou. legitur* Oppugnator, *quod ſeruauit etiam Drakenb.*

IMPVLSIO, IMPVLSOR, IMPVLSVS, *vid.* IMPELLO.

IMPVLVEREVS, a, um. Adiect. Deditione repente facta, impuluerea, vt dici ſolet, incruentaque victoria obuenit Gell. 5, 6. *Vid.* CONITI.

IMPVNE, IMPVNIS, *vid. ſtatim poſt* IMPVNITVS.

IMPVNGO, *vnde* IMPVNCTVS, a, um. Cryſtallum impunctum Apul. Met. 2 p. 123. *Al.* Impictum, *v. v.*

IMPVNITVS, a, um. Adi. [ἀτιμώρητος] *Non punitus, inultus, liber, ſolutus poenis.* Cic. Verr. 5, 148 Poſſemus hanc iniuriam ignominiamque noſtris Rom. inultam impunitamque dimittere? Libertatem omnium rerum impunitam tenet virtus Id. de Orat. 1, 226. Scelera multorum impunita ferre Cic. Offic. 2, 28. Impunita ac libera vexatio et direptio ſociorum tibi fuit Id. in Catil. 1, 18. *Comp.* Horat. Serm. 2, 7, 105 — qui tu impunitior, illa, Quae paruo fumi nequeunt, quum opſonia captas? *Item* Liu. 3, 50 Quo impu-

nitior

nitior libido, eo effrenatior eſt. Perſ. 5, 130 Quî tu impunitior exis?

IMPVNITE. Adu. *Vt*, Impunite licere Cic. Fam. 11, 28 *vbi Victor. contra fidem MSS.* Impune. Ammian. 30, 9 Impunite quaedam ſceleſta committi. *Comparat. apud* Feſt. in Fragm. *ad* Non omnibus dormio: prouerbium, *inquit ille*, natum a Cipio quodam, qui Pararhenchon dictus eſt, quod ſimularet dormientem, quo impunitius vxor eius moecharetur. eius meminit Lucilius.

IMPŪNIS, e. Adi. *Idem qui impunitus.* Solin. c. 27 Gaetulae etiam mulieris nomen Iubae libris comprehenſum eſt, quae obteſtata occurſantes feras, impunis rediit. *Vid. Salmaſ. Exercit. Plin. p. 230.* Plaut. Merc. 4, 6, 4 Id ſi reſciuit vxor, impune eſt viro. *aliis eſt*, 4, 8, 4. *Sed fortaſſe in hoc loco eſt Aduerbium.*

IMPŪNĪTAS, ātis. f. [ἀτιμωρησία] *Licentia, venia, libertas.* Liu. 9, 29 Et qui Mezetullo praeter impunitatem ſua omnia cum fide reſtitui ſponderent. Cic. de Fin. 1, 73 Quae libido ſe non proripiet ac proiiciet, aut occultatione propoſita, aut impunitate, aut licentia? Spes impunitatis, maxima eſt illecebra peccandi Idem pro Milon. 44 c. 16. Diuturna impunitate furor alitur Cic. pro Sext. 82. Idem pro Rabir. Poſt. 27 Quorum impunitas fuit non modo a iudicio, ſed etiam a ſermone. Flagitiorum impunitas Cic. in Piſon. 21 c. 9. Peccatorum Idem Tuſc. 4, 44 c. 20. Scelerum Cic. pro Domo 17 c. 7. Dicendi Idem de Clar. Orat. 316. Garriendi Cic. de Natur. Deor. 1, 109. Impunitas ſumma medico tantum, hominem occidiſſe Plin. 29, 1. Liu. 2, 1 Aut libertatem, aut certe impunitatem adepta. Aſſequi Cic. Fam. 1, 9. Idem pro Planc. 23 Mihi non ſumo tantum, Iudices, neque arrogo, vt C. Plancium ſuis erga me meritis impunitatem conſecuturum putem, *h. e. quod propter ſua erga me merita*, impunitatem, *hoc eſt libertatem conſequatur ſui flagitii, et impunitus recedat.* Concedere, *vid.* CONCEDO. Dare impunitatem peccatorum alicui Cic. Tuſc. 4, 44 c. 16. Idem Phil. 8, 33 Caeteris autem ſi errorem ſuum depoſuerint, et in Reipublicae gratiam redierint, veniam et impunitatem dandam puto. Cic. pro Milon. 85 c. 31 Quem ſi viciſſet, habiturus eſſet impunitatem et licentiam ſempiternam.

IMPŪNE. Adu. [ἀτιμωρητὶ] *Sine poena, ſine damno vel periculo.* Cic. de Fin. 2, 55 Id Sextilius factum negabat, poterat autem impune. quis enim redargueret? Impune minax Horat. Epiſt. 2, 1, 150. Ter. Eun. 5, 2, 13 Credin' te impune Abiturum? *et* Phaedr. 1, 8, 3. Errare impune, *i. ſine metu periculi* Horat. Carm. 1, 17, 5. *et* Virgil. Aen. 11, 134 Per ſiluas Teucri miſtique impune Latini Errauere iugis. Ter. Adel. 5, 3, 38 Hoc licet impune facere huic, illi non licet, *i. ſine noxa et periculo.* Fallere Ouid. Amor. 3, 3, 15. Cic. Fam. 13, 77 Dionyſius ſeruus meus, qui meam Bibliothecen multorum nummorum tractauit, quum multos libros ſurripuiſſet, nec ſe impune Laturum putaret, aufugit. Ter. Eun. 5, 7, 18 Si quidem iſtuc impune Habueris, *h. e. impunitatem conſequeris.* *Add.* Lucil. *ap.* Non. 468. Latrocinari Cic. pro Milon. 17 c. 7. Licet impune Tibull. 1, 9, 5. Tac. Ann. 3, 21 Irritum, feſſumque Romanum impune Ludificabatur. *Comparat.* Ter. Heaut. 3, 2, 49 Nec quum malefacerem, crederem, mihi impunius licere. Cic. Verr. 4, 48 Ille ciuis Roman. quod erat, impunius id ſe facturum putavit. *Et* pro Deiot. 18 c. 6 Deinde etiam impunius fit, quod cum eſt factum negari poteſt. Idem de Diuin. 2, 58. *et* pro Quint. 11. *Superl.* Plaut. Poen. 1, 3, 2 Nam impuniſſime tibi quidem hercle vendere haſce aedes licet.

IMPVRGABILIS, e. Adi. Impurgabile crimen Ammian. 22, 4. *i. inexpiabile.*

IMPŪRVS, a, um. Adi. [μιαρὸς] *Contrarium eſt* Puro. *Improbus.* Ter. Adelph. 2, 1, 29 O hominem impurum. hiccine libertatem aiunt aequam eſſe omnibus? Idem Heaut. 4, 1, 14 Sed hic erat anus Corinthia haud impura. Cic. de Rep. 4 Sed iuuentuti noſtrae minime audiendus: quippe ſi ita ſenſit, vt loquitur, eſt homo impurus. Idem de Amicit. . . . Sed impuri cuiusdam, aut ambitioſi, *etc.* Idem Verr. 3, 62 Quam multis matribus familias in illa tetra atque impura legatione vim attuliſſe exiſtimatis? Idem Verr. 3, 22 Impura adoleſcentia. Impurus et impudicus Cic. in Catil. 2, 23 c. 10. *Conf.* Idem Phil. 3 c. 14. Cic. Att. 9, 18 Ego illum male ſanum ſemper putaui, nunc etiam impurum, et ſceleratum puto. Id. pro Domo 48 c. 18 Hoc inſcriptore — omnium non bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimo, *etc.* Cic. Verr. 3 Quocum inire conuiuium nemo vnquam niſi Turpis impurusque voluiſſet. Adulterium Catull. 64, 84. Hiſtoria Ouid. Triſt. 2, 416. Lues Cic. de Aruſp. Reſp. 24. Perſona lutulenta, impura, inuiſa Idem pro Roſc. Com. 20 c. 7. *Comparat.* Quis illo maledico impurior Cic. Phil. 3 c. 6. *Add.* Id. Ep. ad Brut. 15. Nero impurior Sidon. Ep. 5, 7.

IMPVRĀTVS, a, um. Adiect. [μιαρὸς] *Idem quod Impurus.* Ter. Phorm. 4, 3, 64 Impuratus me ille, vt etiam irrideat? Ibid. 5, 7, 69 Tum hunc impuratum poterimus noſtro modo vlciſci. *Conf.* Non. 2, 468. Impuratiſſima capita Apul. Met. 9 p. 221. Impuratiſſimae linguae Tertull. Apol. c. 23. Impurata belua Plaut. Rud. 2, 6, 59. *Add.* Id. ibid. 3, 4, 46. *et* Aul. 2, 6, 10.

IMPVRATE. Adu. Interpr. Iren. 1, 29.

IMPŪRE. Adu. [μιαρῶς] *Impudenter et flagitioſe.* Cic. de Fin. 3, 38 c. 11 Quis animo aequo videt eum, quem impure ac flagitioſe putent viuere? *Sic* pro Domo 104 Impuriſſime, teterrimeque violare. Impure et tetre aliquid facere Cic. de Diu. 1, 60 c. 29. Impuriſſime haec noſtra fortuna deſpecta eſt Id. Att. 9, 12.

IMPVRIMVS, a, um. Adi. *i. impuriſſimus.* Impurimum, ἀκάθαρτον, Vet. Gloſſ.

IMPŪRĬTAS, ātis. f. [μιαρία] *Facinus impurum.* Cic. Phil. 2, 6 c. 3 Quum omnes impuritates pudica in domo quotidie ſuſciperes, vino luſtriſque confectus.

IMPVRITIA, ae. f. *Idem.* Plaut. Perſ. 3, 3, 7 Tuas impuritias traloqui nemo poteſt.

IMPŪRO, āre. *Impurum facere.* Senec. Epiſt. 87 Impurare pecuniam.

IMPŬTO, āre. [προστίθημι, προσλογίζω] *Proprie rationum verbum eſt, vbi* imputamus *alii, quod tanquam datum illi, vel vt acceptum ab illo, in rationibus noſtris ponimus: ac deinde bene factorum pariter, et malefactorum annotationem, quaſi notat et attributionem. Pulchre quid ſit* imputare, *docere poteſt* Phaedr. 1, 22, *quam in compendium redigimus,*

Muſtela prenſa ab homine, ait, parcas mihi,
Quae tibi moleſtis muribus purgo domum.
Reſpondit ille faceres ſi cauſa mea,
Gratum eſſet; nunc laboras, ipſos vt vores.
Noli imputare vanum Beneficium mihi,

i. mercedem pro eo poſtulare. Atque aliquis Peliae de partibus acta venenis Imputat, *i. tua fortia facta, o Iaſon*, venenis *Medeae tribuit* Ouid. Her. 6, 102. Natum obiectat et imputat illis Idem Met. 2, 400. *Add.* ibid. 15, 470. Iniquiſſima haec belli conditio: proſpera omnes ſibi vindicant, Aduerſa vni imputantur Tacit. Agr. 27, 2. *Add.* ib. 34, 5. Quinctil. Decl. 13 Imputa nobis propitios ventos, et ſecundum mare, ac ciuitatis opulentae liberalitatem, quae tantum frumenti vendidit, quantum duobus populis ſatis eſſet. Idem 5, 10, 72 An ei caedes imputanda ſit, a quo iurgium coepit. *Aliter* Sueton. Ner. c. 36 Cum quidam *coniuratorum* crimen vltro faterentur, nonnulli etiam imputarent, tanquam aliter illi non poſſent, niſi morte ſuccurrere, dedecorato flagitiis omnibus. Plin. 8, 17 Gratiam referre, et nihil inuicem imputare, rarum eſt. *Ad rationes aperte reſpicit* Senec. Epiſt. 8 Hoc non imputo in ſolutum de tuo tibi. Imputare et velut adnumerare literas Quinctil. 11, 3, 33 *de his, qui literas putide nimis exprimunt.* *Sic Geſnerus ex MSS.* Computare *al.* Vlp. Praeterea ſi matrem aluit pupilli tutor, putat Labeo imputare eum poſſe. ſed eſt verius nonniſi per quem egenti dedit, imputare eum oportere. Columel. 1, 7, 6 Et maxime vexant ſerui, qui boues elocant, eosdemque et caetera pecora male paſcunt, nec induſtrie terram vertunt, longeque plus imputant ſeminis iacti, quam quod ſeuerint. Plin. 10, 52, 3 Imputata ciuitati terna millia, *i. in* expenſarum librum inducta. Iuuen. Sat. 5, 14 Fructus amicitiae magnae cibus: imputat hunc Rex, Et quamuis rarum, tamen imputat. Seneca de Ira 3, 42 Stat ſuper caput fatum, et pereuntes dies imputat, propiusque ac propius accedit. Hoc ſolum erit certamen, quis mihi plurimum imputet Tacit. Hiſt. 1, 38, 3. Gaudent muneribus, ſed nec data imputant, nec acceptis obligantur Idem German. c. 21 *extr.* *Conf.* Idem Hiſt. 1, 55 *et* 71. *it.* 2, 31, 60 *et* 85. *it.* 3, 86. *it.* 5, 24 *etc.* Plin. in Panegyr. c. 59 Geſſiſti alterum Conſulatum. ſcio. illum exercitibus, illum prouinciis, illum etiam caeteris gentibus poteris imputare: non potes nobis. Idem Paneg. c. 24 Ambulas inter nos, non quaſi contingas, et copiam tui non, vt imputes, facis. Sueton. Tiber. c. 53 Imputauit etiam, quod non laqueo ſtrangulatam in Gemonias obiecerit. *Cui confer* Tacit. Ann. 6, 25, 3 Iactauitque, quod non laqueo ſtrangulata, neque in Gemonias proiecta foret. *Add. Caſaub. ad* Suet. p. 30.

IMPVTĀTVS, a, um. Adi. *Quod non eſt putatum, hoc eſt purgatum. et proprie de vineis dicitur.* Feſtus, Imputatum, nondum purgatum, putum enim eſt purum: vnde putare vites dicimus, hoc eſt detrahere, quae impedimento ſunt ad fructum. Plin. 14, 12 Eadem lege ex imputata vite libari vina diis nefas ſtatuit, ratione excogitata, vt putare cogerentur. Ita fortaſſe Non purgatum, quia amputando detrahimus, quae impedimento ſunt ad fructum. Horat. Epod. 16, 44 Et imputata floret vsque vinea, *felicis ſoli ſignum.*

IMPVTATIO, ōnis. f. *Ratio expenſorum.* L. 82 D. de condit. et demonſtr. Vt explorari poſſit imputationes probe an improbe referantur. *Add.* Sidon. 7, 15.

IMPVTATOR, ōris. m. [προσλογίζων] *Iactator ſui beneficii.* Sen. de Benef. 2, 17 Multi ſunt tam prauae naturae, vt malint perdere, quae praeſtiterunt, quam videri recepiſſe, ſuperbi et imputatores.

IMPVTATĪVVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Marc. 2, 25 Non ſimplici modo id eſt interrogatorio ſono legendum eſt, vbi es Adam? ſed impreſſo et incuſſo et imputatiuo.

IMPVTRESCO, ĕre. [κατασήπομαι] *In aliqua re putreſcere.* Colum. 6, 17, 5 Nam animal ipſum oleo merſum necatur: et quum imputruit, conteritur.

IMPVTRIBĬLIS, e. Adi. *Vt*, Imputribilis cedrus *apud* Hier. in verſ. Homil. 2 Orig. Imputribiles de putribilibus fieri *apud* Auguſtin. de Ciu. D. 21, 7. Robur Paullin. Nol. Ep. 44 (31) 2. *et*

IMPVTRIBILITER. Adu. *Apud* Auguſt. Ep. ad Paullin. 46, 32 Cedri Libani mundi huius fluctus imputribiliter ſecant.

I M V

IMVS, a, um. Adi. [κατώτατος] *tum pro* infimo *ponitur, tum pro* intimo. Virgil. Aen. 6, 581 Fulmine deiecti, fundo voluuntur in imo. Cic. in Somn. Scip. 12 Nam terra noua immobilis manens ima ſede ſemper haeret. *Contraria:* Ab imo ad ſummum Hor. Sat. 2, 3, 308. Cic. pro Roſc. Com. 20 Nonne ab imis vnguibus vsque ad verticem ſummum ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus videtur? Acheron imus, *vid.* ACHERON. Auris, *inferior pars.* Plin. 11, 45 Eſt in aure ima memoriae locus. Corde ſub imo premit gemitum Virgil. Aen. 10, 464. *i. intimo.* Faucibus ab imis in diſtributione vocem adhibere oportet Auctor ad Herenn. 3, 25. *i. intimis.* Fores Virgil. Aen. 2, 449. *i. ima earum pars.* Fundus Idem Aen. 2, 419. De gradu imo tollere aliquem Horat. Carm. 1, 35, 2. Manes Virgil. Aen. 4, 565. Gelidusque per ima cucurrit Oſſa tremor Idem Aen. 2, 120. *i. intima, medullas.* *Sic* Pectore ab imo dat gemitum Virg. Aen. 1, 485. *Sic* Funditque preces rex pectore ab imo Id. Aen. 6, 55. *i. intimo, vt* Catull. 60, 177 Illi non minus ac tibi Pectore vritur intimo Flamma. *Sic* Suſpirare ab imo Ouid. de Arte Am. 3, 675 *quod etiam aliae gentes dicunt; cum* intima *certa ratione ſint* infima. *Sic etiam ſuum* βάθος *et* βαθὺς *vſurpant Graeci.* Pes, *extrema pars pedis.* Plin. 11, 45 Eſt biſulcus diſcrimine exiguo pes imus veſtigio carnoſo. Radices montis Caeſ. Bell. G. 8, 40. Radicibus ab imis eruere ſegetem Virg. Georg. 1, 319. Senſibus imis reponere aliquid Idem Ecl. 3, 53. *i. intimis, vt* Cic. Att. 5, 10 Angor intimis Senſibus. Plin. 10, 29 Modulatus editur Sonus, ſummus, medius, imus. Ima de ſtirpe reciſum Virgil. Aen. 12, 208. Tellure ſub ima Idem Aen. 6, 459. Venis imis perbibit terra lacrimas Ouid. Met. 6, 397. Idem Met. 2, 265 Ima petunt piſces. Supprimere vuam ab imo Scribon. 71. Suſpirare ab imo Ouid. de Arte Am. 3, 675. Ima ſummis mutare Hor. Carm. 1, 34, 12. Imis ſumma miſcere Vell. 2, 2, 3. Imus *dicitur Poſtremus, vt qui in extrema parte vici habitat.* Horat. de Arte Poët. 32 Aemilium circa ludum faber imus. *Ita* Imum fundum *appellat* Ouid. de Nuce 62 *Poſtremam agri partem, quam Graeci ἐσχατιὰν dixere. A librariis permutantur* Imus *et* Summus: *vid. Drakenb. ad* Sil. 5, 111. *et* 15, 590.

IMVLVS, a, um. Dimin. Catull. 25, 2 Mollior imula oricilla.

IMITVS. Adu. *Ex imo, i. infimo aut intimo.* Gell. 17, 10 Fon-

tes

tes imitus ignes eructare. Apul. Met. 9 p. 233 Terra dehiſcente imitus. Arnob. 5 p. 163 Nondum contigerat lucem *(Acdeſtis ille lapide conceptus ab effuſo Iouis in matrem libidinantis ſemine)* et tonitrus patrios iam mugiens imitus intusque referebat.

I N

IN. [ἐν, ἐς, εἰς, ἐπὶ, κατὰ] *Praepoſitio, latiſſimi vſus, quae ſemper illa quidem coniunctionem, illiusue conatum et velut tendentiam, notat, (nam qui ſe hoſtiliter petunt, ipſi quoque manibus vel armis attingere ſe volunt inuicem) futuram quoties cum Accuſatiuo conſtruitur, praeſentem vero vel praeteritam cum Ablatiuo. Vix eſt ordo commodior, quam vt Subſtantiua, quibus praeponitur, elementorum ordine enarremus.* In Aciem accingi, In Aciem audere, *vid.* ACIES. Tacit. Hiſt. 2, 43 E parte Othonis, prima adiutrix, non ante in Aciem deducta. In Aciem ire, In Aciem venire, *vid.* ACIES. Quam iniqui ſunt patres in omnes Adoleſcentes iudices Ter. Heaut. 2, 1 *pr.* In Aduerſum preſſa manu deſecare Columel. 4, 25, 2. In Aduerſum os funda vulneratur Caeſ. B. G. 5, 35. In Adulationem demiſſus, *vid.* ADVLOR, *et* DEMITTO. In Aedem Veſtae peruaſit Piſo Tacit. Hiſt. 1, 42. Plaut. Moſt. 3, 2, 123 Ha caue, ne illi obiectes nunc in Aegritudine, te has emiſſe: *i. dum aeger animo et triſtis eſt.* In Aequo eſt virtus ducum Tacit. Ann. 2, 44, 3. Cic. Verr. 4, 11 At hominem video auctionem feciſſe nullam: vendidiſſe praeter fructus ſuos nihil vnquam: non modo in Aere alieno nullo, ſed in ſuis numis multis eſſe ac ſemper fuiſſe. Plaut. Trin. 1, 1, 2 Nae amicum caſtigare ob meritam malam noxiam, immane eſt facinus, verum in Aetate vtile et conducibile, *i. in vita.* Plin. in Paneg. 35, 2 Quos quidem, non in praeſens tantum, ſed in Aeternum repreſſiſti. Idem 2, 25 In noſtro vero Aeuo circa beneficium, quo, *etc. i. noſtro tempore.* Ter. Prol. Adelph. 24 Senes qui primi venient, hi partem aperient. In Agendo partem oſtendent. In Agmine adeſſe Sall. Iugurth. 101. *pro Ad agmen. vid. cl. Waſſe Indic.* Gell. 20, 1 Quae ita acerbitas eſt, ſi idem fiat in te, quod tute in Alio feceris? Plaut. Rud. 2, 7, 17 Da mihi veſtimenti aliquid aridi, dum mea areſcunt, in Aliquo referam gratiam tibi. Cic. Offic. 1 c. 36 Cum pulchritudinis duo genera ſint, quorum in altero venuſtas ſit, in altero dignitas. *Conf.* Quinct. 1, 5 *pr.* Plaut. Trin. 2, 4, 193 Etſi admodum in Ambiguo eſt, etiam nunc quid de hac re fiat. Tacit. Hiſt. 2, 45, 4 Spes et praemia in Ambiguo. Cic. Diu. Verr. 66 Clariſſimi viri noſtrae ciuitatis, temporibus optimis, hoc ſibi ampliſſimum pulcherrimumque ducebant, ab hoſpitibus, clientibusque ſuis, ab exteris nationibus, quae in Amicitiam Popul. Roman. ditionemque eſſent, iniurias propulſare. *Tuetur hanc rationem Graeuius. Sed* Plin. Epiſt. 3, 5 Nec in officiis vllis, nec in Amicitia principum fuiſſe. In Anguſto ſpes eſt Celſ. 5, 27. In Animis noſtris et iudiciis eras Pater Patriae Plin. in Paneg. 21, 3. Liu. 26, 13 *extr.* Itaque quibus veſtrum ante fato cedere, quam haec tot et tam acerba videant, in Animo eſt: iis apud me hodie epulae inſtructae parataeque ſunt, *i. placet, et ſic cogitant, ſiue proponunt.* Cato de R. R. c. 2 *extr.* Si quid deſit in Annum, vt comparetur. Cic. Verr. 2, 128 Ei locus ille, atque honos in illum Annum ita deberi putabatur. Liu. . . . Deſignati Conſules in eum Annum fuerant. In proximum Annum conſulatum petere Cic. Phil. 2 c. 30. Idem Verr. 2, 163 Syracuſis lex eſt de religione, quae in Annos ſingulos Iouis ſacerdotem ſortito capi iubeat. Liu. 1, 43. In Ante diem, *vid.* ANTE n. 2. *et* INANTE. In Antrum exciſus Virg. Aen. 6, 42. *i. In antri ſimilitudinem. Sic* 3, 533 In Arcum curuatus, *i. In ſimilitudinem arcus.* In plumam Idem Aen. 11, 770. Cic. in Paradox. 1 Hoc tamen opus in Apertum vt referas, nihil poſtulo, *i. in publicum.* Plaut. Mil. 3, 1, 53 Poſt Epheſi ſum natus: non enim in Apulis, non ſum in Vmbria. Quinctil. 3, 7 Vt qui Romulum Martis filium, educatumque a lupa dicat, in Argumentum caeleſtis ortus vtatur his? In Arma promtus Tacit. Hiſt. 4, 76. In Armis erant Liu. 2, 30. In articulo ipſo temporis Cic. pro Quint. 19. Columel. 2, 3 Vt ſit in aſſem Autumnalis ſatio modiorum ducentorum quinquaginta. *h. e. In totum.* Mediis videor diſcumbere in Aſtris Stat. Silu. 4, 2, 10. Plin. 7, 53 Necnon et proximo anno, dum Conſulari viro in Aurem dicit eques Romanus. In Aurem aliquid dare, *vid.* DO, das. In Auctoritatem ſcientiae eſt, neminem docere Plin. 25, 1. *id eſt facere putatur ad auctoritatem conciliandam ſcientiae.* Decies HS in Auro afferre Suet. Galba c. 8. *i. Ex auro cuſos numos.* In Barbarum corrupta ciuitas Tacit. Ann. 6, 42. Idem Hiſt. 5, 2 Aucto in Barbarum cognomento. *Accuſatiuus* Morem, *non eſt in codice Budenſi, nos quoque ſuſtulimus, ait Rhenanus.* In bonis, *Inter bonos:* Cic. de Amicit. 18 Sed hoc primum ſentio, niſi in Bonis amicitiam eſſe non poſſe. Idem Acad. 4, . . Cui praeter honeſtum nihil eſt in Bonis. *i. Nullum aliud bonum eſſe exiſtimat praeter honeſtatem.* In breui dicere, *pro Breuiter:* Quinct. 9, 4 Haec arbitror vt in Breui de ordine fuiſſe dicenda. Tacit. Ann. 13, 2 Ibaturque in Caedes, niſi Afranius Burrus, et Annaeus Seneca obuiam iſſent. In Caelo eſſe, *vid.* CAELVM. In Capita, *vid. in* MILITEM. Liu. 2, 33 Extulit eum plebs ſextantibus collatis in Capita. *i. Quisque contulit ſextantem.* Claudian. Conſ. Mallii 318 *de organo Hydraulico,* Vecte laborantes in Carmina concitat vndas. *i. mouet, vt inde oriatur carmen* In Caſum ancipitis fortunae rem committere Liu. 4, 27. Tacit. Ann. 1, 47 Fixumque Tiberio fuit, non omittere caput rerum, neque ſe, remque publicam in Caſum dare. In Cauſam belli delecta Saguntus Flor. 2, 6, 2. Cic. in Piſon. 42 Verum audis in praeſepibus, audis in ſtupris, audis in Cibo et vino. In Ciuem rubuere genae Claudian. quart. Conſ. Hon. 617. *i. ab alapa erubuit ſeruus, ſed vt ſtatim et eo ipſo ictu liber fieret.* Lucan. 1, 306 In Claſſem cadit omne nemus, *reciſum ad aedificandam claſſem. Ita* Claudian. Paneg. de quart. Conſ. Honor. 624 In lintres pegere nemus. *Et* Propert. 3, 3, 35 Haec hederas legit in thyrſos. Ter. Andr. 2, 2, 35 Olera, et piſciculos minutos ferre obolo in Coenam ſeni. Gell. 2, 24. Idem 2, 24 Non amplius in ſingulas Coenas ſumtus effecturos. Plaut. Stich. 1, 1, 54 Atque in Cogitando moerore angor: nam iam propemodum oſtendit ſuam ſententiam. Ter. Eun. 5, 2, 54 In Cognoſcendo tute ipſe aderis Chaerea. Cic. Verr. 2, 145 Vt iidem pro parte in Commune Siciliae conferrent, etiam id contulerunt. In Commune congredi Tacit. Hiſt. 2, 54. In Commune conſulere: Ex aequali prouidere, *inquit* Donatus. Ter. Andr. 3, 3, 16 Id oro te, in commune vt conſulas: quaſi illa tua ſit, Pamphilique ſim pater. In Commune conſultare Plin. Epiſt. 1, 16. Plin. 23, 1 Reliqua in Commune dicentur. In Commune loqui, ſuper coenam, *pro Colloqui* Plin. Epiſt. 4, 22. Plaut. Aſin. 2, 2, 20 Vinctos neſcio quos ait, non placet. metuo in Commune ne quam fraudem frauſus ſiet. Liu. 6, 40 Hoccine eſt in Commune honores vocare, vt duos plebeios fieri Conſules liceat, duos Patricios non liceat? Plaut. Trin. 2, 2, 61 Ne mihi hanc famam differant, me germanam meam ſororem in Concubinatum tibi ſine dote dediſſe magis, quam in matrimonium. In Confeſſo eſt Plin. 17, 22. In Conſuetudine eſſe Tacit. de Orat. 32. In Continenti, *vid.* CONTINENS. Plin. 11, 44 Simiarum genera habent crura in Contrarium inflexa. Liu. 5, . . Petronius c. 15 Neque enim, res quae viderentur in Controuerſiam eſſe, ſed longe aliud quaeri. Quinct. 7, 3 A quo factum ſit, in Controuerſiam venit. In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora Ouid. Met. *pr.* Gratior eſt pulchre veniens in Corpore virtus Virg. Aen. 5, 344. Plaut. Pſeud. 5, 2, 33 Verum ſi voltis applaudere, atque approbare hunc gregem et fabulam, in craſtinum vos vocabo. Idem Stich. 4, 2, 55 In craſtinum diem proſpicere. In Creditum ire, *eſt contractum crediti celebrare, et de creditore adhibetur.* Paullus in l. 2 Mutuum §. 1 Mutui datio D. de rebus credit. Si cert. petat. Mutui datio conſiſtit in his rebus, quae pondere, numero, menſura conſiſtunt. Quoniam eorum datione poſſumus in creditum ire — nam in caeteris rebus ideo in Creditum ire non poſſumus, quia aliud pro alio inuito creditori ſolui non poteſt. *Sed et* Merx in Creditum abire *dicitur, cum alteri venditur, et fides de pretio habetur.* Vlpian. l. 5 procuratoris §. 18 Sed ſi dedi. D. de Tributor. act. Sed ſi dedi mercem meam vendendam, et exſtat: videamus, ne iniquum ſit, in tributum me vocari. Et ſi quidem in Creditum ei *(ſeruo)* abiit *(res mea)* tributio locum habebit. Enim vero ſi non abiit, quia res venditae non alias deſinunt eſſe meae, quamuis vendidero, niſi aere ſoluto, vel fideiuſſore dato, vel alias ſatisfacto, dicendum erit, vindicare me poſſe. Vlpian. l. Procuratoris §. Sed et ſi dedi mercem D. de Tributor. Act. In Crepidis, *pro Crepidatus* Suet. in Caeſ. Calig. c. 52. Ter. Hec. 3, 1, 19 Tum matrem ex ea re, aut me vxorem in Culpa inuenturum arbitror. In culpa eſſe, *vid.* CVLPA. Gell. 4, 9 *ex* Nigidio, Idcirco in Culpas cadunt. Gell. 4, 9 Cur inquam iſta nunquam in Culpam, ſed in laudem dicuntur? Plaut. Aſin. 5, 2, 31 Egon' vt non domo vxori meae ſurripiam in Deliciis pallam quam habet, atque ad te deferam? Ter. Andr. 4, 1, 6 Immo id genus hominum eſt peſſimum in Denegando modo quis pudor eſt paullulum. Cic. Att. 13, 40 Sic enim conſtituebam, neminem includere in Dialogos, eorum qui viuerent. Ter. Eun. 5, 7, 19 Sed in Diem iſtuc Parmeno eſt fortaſſe quod minitare: tu iam pendebis. *i. in futurum et remotum tempus. Vid.* DIES n. 3 in Diem. Cic. Tuſc. 5, 118 Nos in Diem viuimus. Salluſt. in Iug. c. 44 *extr.* Panem in Diem mercari. Liu. 22, 39 In Diem rapto viuit. Ibid. c. 40 Nihil ex raptis in Diem commeatibus ſuperabat: *i. Nihil ſuperabat ex his, quae capiebat in ſingulos dies.* Plin. 8, 25 Depaſcitur ſegetes deſtinatione ante (vt ferunt) determinatas in Diem, et ex agro ferentibus veſtigiis, ne quae reuertenti inſidiae comparentur. Bellum in trigeſimum Diem indixerant Liu. . . . Ouid. Met. 2, 48 Currus petit ille paternos, Inque Diem alipedum ius et moderamen equorum. Plaut. Stich. 3, 2, 24. Idem ibid. 4, 1, 13 Nam illi heri me vocauerant in hunc Diem, *vt hodie ſim conuiua.* Plaut. Pſeud. 3, 2, 109 Neu fidem ei haberem: nam eum circumire in hunc *(int.* vsque) Diem, vt me, ſi poſſet, muliere interuorteret. Plaut. Caſ. 3, 3, 3 Hominem amatorem vllum ad forum procedere in eum Diem, cui quod amat, in mundo ſiet, *i. eo die.* In Dies, *Per ſingulos dies:* Libras farris in Dies dato Fragm. XII Tabb. *ap.* Gell. 20, 1. Plaut. Perſ. 4, 3, 2 Nam ego hodie compendi feci, duo panes in Dies. Cic. Philipp. 1, 5 Nam quum ſerperet in Vrbe infinitum malum, idque manaret in Dies latius, *etc. Vt* Virg. Ecl. 10, 73 Gallo cuius amor tantum mihi creſcit in Horas, *etc.* Cic. Fam. 6, 4 Illa in Dies ſingulos magis, magisque opinio hominum confirmatur. Liu. 2, 12 Vt in ſingulas Horas capite dimices tuo. In Dies paucos tolerabilis obſidio Liu. . . . Plaut. Capt. 1, 2, 65 Nam illum confido domum in his Diebus me reconciliaſſere. In Diebus pauculis Plaut. Truc. 2, 8, 13. Ter. Andr. 1, 1, 78 Fere in Diebus paucis, quibus haec acta ſunt, Chryſis vicina haec moritur. *Conf.* Suet. Tib. c. 60. In Difficili eſt, *h. e. Difficilis.* Scaeuol. in l. Gallus D. de liber. et poſthum. Ille caſus in difficili eſt, ſi filium habeas, et nepotem nondum natum inſtituas, isque naſcatur viuo patre ſuo, ac mox pater decedat. Liu. 3, 65 *extr.* Adeo moderatio tuendae libertatis, dum aequari velle ſimulando ita ſe quisque extollit, vt deprimat alium, in Difficili eſt. Suet. in Neron. c. 7 Annaeoque Senecae iam tunc Senatori in Diſciplinam traditus. Scripſi tres libros in Diſputatione et Dialogo de oratore Cic. Fam. 1, 9. Plin. 10, 33 Perdix aucupem iamiam prehenſurum effugiens, ſpemque fruſtrans, donec in Diuerſum abducat a nidis. Columel. 3, 15 In hanc menſuram ſcrobibus depreſſis, viui radices ita ponuntur, vt a media ſcrobe ſingulae et in Diuerſum ſternantur. In Diuitias adoptauit, *h. e. Haeredem conſtituit* Plaut. Poen. 4, 2, 82. Idem Ciſt. 2, 3, 57 Nempe iſtic eſt, qui Alceſimarco filiam ſuam deſpondit in Diuitias maximas. *i. Deſpondit adoleſcenti ditiſſimo.* Plaut. Trin. 3, 2, 56 Hoc non conuenit me, qui abuſus ſum tantam rem patriam, porro in Diuitiis eſſe, agrumque habere, egere illam autem et me merito oderit. In Dolore eſſe Scribon. 11. *i. Dolere.* In ipſo Dolore 121. Quinctil. 5, 10 In Domo furtum factum ab eo, qui Domi fuit. Iulian. in l. Quemadmodum D. de Iure dotium, Si debitori ſuo nuptura, ita Dotem promiſerit, Quod mihi debes, aut fundus Sempronianus Doti tibi erit: vtrum mulier volet, id in Dotem erit. Idem l. Vir ab eo *eod. tit.* Ter. Andr. 1, 5, 3 Dum in Dubio eſt animus, paullo momento huc illuc impellitur. *h. e. Incertus eſt animus.* Ibid. 2, 2, 10 Mea quidem hercle certe in Dubio eſt vita. *h. e. In periculo.* Liu. 3, 19 In Dubio fuit, vtrum L. Mamilius Tuſculanus dux, an P. Valerius et C. Claudius COSS. Romanam arcem liberarent. Hirt. B. Hiſpan. c. 29 Noſtri laetari, nonnulli etiam timere, quod in eum locum res fortunaeque omnium deducerentur, vt quidquid poſt horam caſtris fieret, in Dubio poneretur. Auſon. Epigr. 130, 9 Laudo Timomachum matrem quod pinxit in Enſe Cunctantem pictis ſanguine ne maculet. *i. Cum enſe, vt interpretatur Graeu. ad loc. qui plura exempla locutionis huiusce congeſſit.* Occaſio in Nouacula *apud* Phaedr. 5, 8 *pr. Cum nouacula* Iuuentus in Equis et armis *apud* Flor. 1, 1, 15. *i. Armata et equis inſidens.* In equis venire Idem 4, 2, 18. *Vid. Brouckh. ad* Propert. 4, 2, 28. Cic. *apud* Seru.

in art. ſec. Donati p. 1798 Fortes in eo Quirites, pro in eum. *Nempe vtrumque rectum eſt, diuerſo reſpectu. Vid. mox* In Hoſte. In exitu eſt iam meus Conſulatus: *h.e. Abſolui tempus Conſulatus mei* Cic. pro Muraen. 25. Liu. . . . Iam ferme in exitu annus erat. In exemplis, *vid.* EXEMPLVM. Quinctil. 10, 2 Ruſtici probatam experimento culturam in Exemplum tuentur. In ipſa Exercitatione potius ſuperiores partes mouendae Celſ. 3, 27, 2. *At plures Editi cum MStis legunt*, Ab ipſa ex. *Morgagn. Ep. 3 in* Celſ. Quinctil. 10, 7 Promtum hoc, et in Expedito poſitum, exercitatione ſola continetur. Sen. Epiſt. 94 Quae incipiunt in Expedito eſſe, cum dicta ſunt. Cic. Fam. 10, 4 Sum in Exſpectatione omnium rerum, quid in Gallia, *etc.* Plaut. Mil. 3, 4, 6 Vide ne ſis in Exſpectatione, ne illam animi excrucies. *i. Ne diutius immoreris, feſtina: vide, ne te exſpectet.* In Fabulis eſſe, *pro Traduci ſermone hominum.* Suet. in Auguſt. c. 70 Coena quoque eius ſecretior in Fabulis fuit. In Facientibus ad omne malum vitium Scribon. 178. *i. inter facientia.* Liu. 3, 8 *extr.* Et compulſos in cauas valles, quum exitus haud in Facili eſſent, circumueniunt. *Admonet Sigonius, in veteribus libris legi*, Quum exitus haud inde Faciles eſſent. In Famam eſſe, *vid.* In rem. Tacit. Hiſt. 3, 13 Sed vbi totis caſtris in Fama proditio. *i. fama proditionis totis caſtris ſparſa.* Cic. Fam. 7, 7 Perfice vt ſis in Caeſaris Familiaribus. In Frontem pugnare Tac. Agric. 35. Plin. 18, 15 Terra in Futurum proſcinditur. *Contraria.* Liu. 30, 17 *pr.* Omnia expoſuit ordine Patribus, ingenti omnium et in praeſens laetitia, et in futurum ſpe. Nec illis fortunae illecebris et ambitu ciuitatis in Gaudium euicta Tac. H. 2, 64, 4. *eo adducta, vt gauderet.* Plaut. Caſ. 5, 2, 50 Continuo in Genua adſtanti pectus mihi pedibus percutit. In gladiatoribus vti Scribon. 207. *dum gladiatores curant vulneratos.* Plin. 11, 42 Trans maria vero caſeus Bithynus fere in Gloria eſt. Liu. 38, 50 *extr.* Et aurium faſtidium aberat: quia pro periculo, non in Gloriam referebantur. *de Scipione cauſam dicente.* In Gramina vernant rupes Scythicae Claudian. in Ruffin. 1, 153. *i. vireſcunt graminibus.* In Gratia pecuniaque magna fortunatum eſſe Gell. 16, 19. In Haſtam porrigitur cornus Claudian. Olybr. 122. In Herbas turget omnis humus Id. de R. Proſerp. 2, 91. Columel. 7, 8 Et ſub vmbra cratibus in Hoc factis, ita ordinatur, ne alter alterum caſus contingat. Vlpian. in l. Argumento, *ſub finem* D. de aur. et arg. legat. Si lapilli in Hoc ſint ſoluti, vt recomponantur: ornamentorum loco ſunt. Cic. Acad. 4, 118 Democritus in Hoc huic ſimilis, vberior in caeteris. In Hoc nunc denique eſt, vt dici poſſit Varr. R. R. 3, 1, 2. *i. nunc poteſt dici.* In Hoc ſumus ſapientes, quod naturam optimam ducem, tanquam deum ſequimur Cic. de Senect. 5. *h. e. In hac parte.* Plin. 10, 63 Quantum in Hac parte multo nocentiores, quam ferae ſumus? Liu. 25. 12 Priore carmine Cannenſis praedicta clades in Haec ferme verba erat. In Honore hominum, *et* In Honore famae eſſe Plin. in Paneg. c. 69 *extr.* In Honore menſarum eſt buteo accipitrum genus Plin. 10, 49. *i. inter cibos lautiores refertur.* Cic. Philipp. 5, 25 At ii, qui in Horam viuunt, non modo de fortunis et de bonis ciuium, ſed ne quidem de vtilitate ſua cogitauerunt. In Hora vna ebibere Maſſici montis vberrimos quatuor fructus, credo te poteſſe Plaut. Pſeud. 5, 2, 11. Cic. Fam. 15, 16 Ego ſi ſemper haberem, cui darem, vel ternas in Hora darem. Plin. Epiſt. 3, 16 Si valere eſt, ſuſpenſum et anxium viuere, exſpectantem in Horas. In Horas clauum mutare Hor. Serm. 2, 7, 10. *i. in hac hora latum clauum, proxima anguſtum, et vice verſa, ſumere.* In Hoſte lenis Ouid. Triſt. 5, 2. *i. Erga hoſtem. Vid.* In Eo fortis. Cic. Somn. Scip. 7 Iuſtitiam cole et pietatem. Quae quum magna ſit in parentibus et propinquis, tum in Patria maxima eſt. Auſon. Epiced. 43 Tranquillus, clemens, oculis, voce, ore ſerenus, In genitore ſuo mente animoque pater. Salluſt. Catil. 52, 12 Sint miſericordes in furibus aerarii. In Hoſtem inuadere Tac. An. 1, 67. Ter. Adel. 5, 9, 40 Habeat, in Iſtac finem faciat. In Imaginem rei depicta tabula Quinctil. 6, 1. Plin. 16, 1. Liu. 4, 4 In aeternum Vrbe condita, et in Immenſum creſcente. Idem 4, 13 Et L. Minucius praefectus annonae, ſeu refectus, ſeu quoad res poſceret, in Incertum creatus. Plaut. Capt. 3, 4, 4 Mihi res omnis in Incerto ſita eſt. *Add.* Sall. Iugurth. c. 38 *et* 46. Hirt. B. Al. 16. Ter. Phorm. 1, 4, 48 Meminiſtin' olim vt fuerit veſtra oratio, in re Incipiunda ad defendendam noxiam? In Infinitum extendere epiſtolam Plin. Epiſt. 5, 15. In Ingreſſu, *Dum ingredior prouinciam, vel accedo ad aliquem locum* Plin. Epiſt. 10, 28, 3. Ter. Phorm. 1, 4, 52 Ego in Inſidiis hic ero ſuccenturiatus, ſi quid deficies. Cic. Fam. 5, 20 De Tribunorum militarium congreſſibus, res eſt in Integro. *i. Nihil adhuc actum eſt, et res adhuc eſt integra.* Cic. Fam. 15, 6 Quare ſi iam biennium aut triennium eſt, quum virtuti nuntium remiſiſti, delinitus illecebris voluptatis, in Integro res nobis erit. Liu. 3, 10 Dum in Integro res ſit. In Integrum reſtitutus Cic. pro Cluent. 98 c. 36. In Inuidia et in odio eſſe apud aliquem Cic. Verr. 5, . . In Itinere confligere Nep. 18, 8, 1. Hirt. B. G. 8, 27. Ter. Heaut. 2, 3, 30 Hoc ipſa in Itinere alterae dum narrat, forte audiui. *i. Inter eundum.* In Itinere eſt Antonius Cic. Brut. 11. In Iugerum, In Iugera ſingula, *pro Singulis iugeribus* Cic. Verr. 3, 114. In Iuuenem differre praelia, *i. aetatem iuuenilem* Claud. de quart. Conſ. Hon. 385. Pompon. in l. 2 §. Iuris ciuilis ſcientiam D. de orig. iuris. Caeteris autem adhuc vel in Latenti ius ciuile retinere cogitabant, ſolumque conſultatoribus potius, quam diſcere volentibus ſe praeſtabant. In Latera pugnare Tacit. Agric. 35. In Latinum conuertere Cic. Tuſc. 3, 14 *pr.* In Laudem dicta, *vid.* In culpam. Sen. de Benef. 6, 23 *pr.* Non externa cogunt deos; ſed ſua illis in legem aeterna eſt voluntas. *Sic* Idem . . . Ne in patrimonium quidem eſt, nedum in gloriam, incendium extinxiſſe quod feceris. In loco, *i. Opportune, et captato (vt aiunt) tempore.*. Ter. Adel. 2, 2, 8 Pecuniam in Loco negligere, maximum interdum eſt lucrum. Hor. Carm. 4, 12, 28 Dulce eſt deſipere in Loco. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 1 Fidei conducit, in Loco debitum retribuere. Ter. Andr. 1, 5, 57 Si te in germani fratris dilexi Loco, ſiue haec te ſolum ſemper fecit maximi. Cic. Verr. 3, 114 Atque hoc in beneficii Loco petitum eſt ab Apronio, vt iugera ſingula ternis medimnis decidere liceret. In Loco poſita aedilitas: *h. e. Cui debuit, data.* Cic. Verr. 5, 36 Ex his ego rebus omnibus, Iudices, ita mihi deos omnes propitios eſſe velim, vt tametſi mihi iucundiſſimus eſt honos Populi, tamen nequaquam tantum capio voluptatis, quantum ſolicitudinis et laboris, vt haec ipſa aedilitas, non quia neceſſe fuerit, alicui candidato data, ſed quia ſic oportuerit, recte collocata, et iudicio Populi in Loco poſita eſſe videatur. Cic. Philipp. 11, 11 Qui ſe Conſulatum in Bruti Locum petere profitetur? Plin. 10, 29 Nunc continuo ſpiritu trahitur in Longum, nunc variatur inflexo: *de cantu luſciniae.* In Lucem ſemper Acerra bibit: *h. e. Totam noctem, et vsque ad ſequentem diem* Martial. 1, 29. In Lucem coenat Sertorius Idem 7, 9. In Luxum effuſi, et epulas, et nocturnos coetus Tacit. Hiſt. 4, 36. In Magnitudinem Scribon. 205. *i. pro magn.* In Mammis ſuppurationes Id. 206. *i. mammarum.* Cic. Att. 6, 3 Non quo me aliquid iuuare poſſes, quippe res enim eſt in Manibus: tu autem abes longe gentium. Idem ibid. 4, 12 De libris Oratoriis, factum eſt a me diligenter, diu, multumque in Manibus fuerunt. Cic. de Amicit. 96 Sed adfuiſtis, et eſt in Manibus oratio. Idem in Brut. 10 Sed ecce in Manibus vir et praeſtantiſſimo ingenio, et flagranti ſtudio, et doctus a puero C. Gracchus. Plin. Epiſt. 9, 16, 1 Non vacat, quia vindemiae in Manibus. Liu. 4, 57 *pr.* Quum tantum belli in Manibus eſſet. In Manibus quam ſpem nunc habeat, et quid moliatur, breuiter iam Iudices exponam Cic. Verr. Act. 1, 16. Liu. . . . Vt ſua cuique Reſpub. in Manu eſſet. Cic. Fam. 8, 6 Quam velis eum obligare, in tua Manu eſt. Idem ibid. 14, 2 Verum haec non ſunt in noſtra Manu. *Conf.* Plaut. Rud. 4, 3, 44. Vt ſi in ſua Manu eſſet fortuna Nep. 13, 3, 4. *al.* naui. In Manibus eſt victoria: *h. e. Facilis et in promtu.* Liu. 35, 5 *extr.* Conſul obteſtabatur milites, vt paullulum adniterentur: victoriam in Manibus eſſe. *h. e. Velut iamiam teneri.* Liu. 34, 7 *extr.* Et vos in Manu et tutela, non in ſeruitio debetis eas habere. In Manu eſt quod agas Plaut. Moſt. 3, 1, 66. Tibi id in Manu eſt ne fiat Ter. Hec. 3, 5, 43. Iuxta deos in tua Manu eſt poſitum Tac. H. 2, 76, 3. *Conf. Taubm. ad* Plaut. p. 14. In Manu eſt diis, quo eueniat Plaut. Moſt. . . . Ter. Phorm. 4, 3, 29 Eho dic quid velis dari tibi in Manum, vt herus deſiſtat litibus. Cic. pro Domo 1 Nonne prouidendum Senatui fuit, ne in hanc tantam Materiam ſeditionis, iſta funeſta fax adhaereſceret? Ter. Eun. 5, 9, 2 Nam in Me plane dî poteſtatem ſuam omnem oſtendere. Idem Adel. 3, 4, 33 Mater virginis in Medio eſt, ipſa virgo, res ipſa. *i. adeſt, illius copia poteſt fieri.* In Medium relinquere Gell. 6, 14. Tacit. Germ. *fin.* Quod ego, vt incompertum, in Medium relinquam. In Melius conſulere Tacit. Hiſt. 2, 5. Conſultare Idem ibid. 37. In Melius referre, Mutare: *Vid.* Seru. *ad* Aen. 12, 176. Plaut. Capt. 5, 4, 25 Nunc demum in Memoriam redeo, quum mecum cogito: Nunc edepol demum in Memoriam regredior audiſſe me quaſi per nebulam, Aegionem meum patrem vocarier. In Memoriam ſempiternam orbis terrae aliquid ſpargere Cic. pro Arch. 30. Plaut. Bacch. 1, 2, 22 Non omnis aetas, Lyde, ludo conuenit, magis vnum in Mente eſt mihi nunc, ſatis vt commode pro dignitate opſonii haec concuret coquus. In mentem nunc mihi fuit Plaut. Bacch. 1, 2, 53. In mentem venit Ter. Eun. 3, 2, 45. Cic. Verr. Diuinat. 1, 27 In Mentem tibi non venit cauſam publicam ſuſtinere. In Meridiem ſpectat: *i. Ad meridiem conuerſum eſt* Cato de R. R. c. 1. Ter. Phorm. 1, 2, 7 Neſcis quo in Metu, et quanto in periculo ſim. In Militem, In capita, In naues, *et ſimilia: quod alias diceretur, pro Milite quolibet, etc.* Varro de R. R. 2, 4 *extr.* In Centum ſues, decem verres ſatis eſſe putant. Liu. 4, 16 Frumentum Melianum aſſibus in Modios aeſtimatum plebi diuiſit. Liuius . . . Singulis in Militem tunicis imperatis. Idem . . . Quod pretium in Capita ſtatuiſſet. Virg. Aen. 5, 61 Bina boum vobis Troia generatus Aceſtes Dat capita in Naues. *Ita ex* Fragm. Leg. XII Tabb. *habuimus* Libras farris in dies dato. *Aliter* Varr. de R. R. 2, 2 *extr.* Illud vero omnes in Epiro facimus, ne minus habeamus in Centenas hirtas ſingulos homines, in pellitas binos. *Vid. mox* In Pedes, In Punctum, In Singula. In Miraculum corrupta Tacit. Ann. 4, 11. *nimis narrando aucta, vt miraculi plus habeant.* Tacit. Ann. 1, 17 Cur paucis Centurionibus, paucioribus Tribunis in Modum ſeruorum obedirent? In Modum maiorem peto a te, vel humanitatis tuae, vel mea cauſa, vt, *etc.* Cic. Fam. 11, 22. Idem 13, 2. Plaut. Trin. 3, 3, 38 In ſeruilem Modum lacerati atque extorti. In Modum perpetuum perii Plaut. Moſt. 3, 1, 5. In Modum amici Suet. de Clar. Gram. 21. *Sic* Liu. 5, 15 *pr.* Vaticinantis in Modum cecinit. Plaut. Bacch. 1, 2, 3 Pol magis metuo, in Monendo ne mihi defuat oratio. In Mora Tribuni erant Liu. 3, 24. In More eſt, *De more et conſuetudine* Plin. 16, 4. In Morem: Virg. Aen. 8, 282 Pellibus in Morem cincti. *Alio loco dicit* De More. Paeonium in Morem Virg. Aen. 12, 401. In Morem pecudum Flor. 3, 8, 6. Plaut. Men. 2, 3, 59 Qui in Morte regnum Hieroni tradidit. Tacit. Ann. 4, 45 *pr.* Piſonem vno vulnere in Mortem affecit. In Multum velociore volatu Plin. 10, 36 *ad fin.* In Mundo eſſe, dicebant antiqui, cum aliquid in promtu eſſe, volebant intelligi. Plaut. Aſin. 2, 1, 16 Aut mihi in mundo ſunt virgae, aut atrienſi Sauriae. *i. Mihi paratae, aut Sauriae, nimirum vt illis caedar, aut Sauria. Meminit* Chariſius 2 p. 180 *ſq. his quidem verbis*, In mundo, pro Palam, et in expedito, ac cito. Plaut. . . . Quia ſciebam piſtrinum in Mundo fore. Caecilius quoque *etc. quae enim ſequuntur, corrupta puto. Caeterum locus* Plauti Pſeud. 1, 5, 84 *ſic a Camerario inde editur*, Piſtrinum in mundo ſcibam, ſi id faxem, mihi. SI. Non a me ſcibas piſtrinum in mundo tibi, cum ea muſſitabas? Id. Epid. 5, 1, 12 Habe bonum animum. EPID. quippe ego, cui libertas in mundo ſita eſt. *Dictum putatur a mundo muliebri, quem ſemper ad manus habere ſolent feminae.* In murrhinis et Onychinis minxit Elagabalus Lamprid. c. 32. Ius dixit aſſidue, et in Noctem nonnunquam Suet. Aug. c. 33. Plaut. Truc. 2, 2, 48 Quin maceria illa, ait, in horto quae eſt, quae in noctes ſingulas latere fit minor, qua is ad vos damni permenſus eſt viam? Varr. de R. R. 1, 9 In ea enim et lapis, et arma, et caetera eius generis ſunt in Nominando compreheuſa. Cic. pro Roſc. Com. 10 Itaque perbreui tempore, qui ne in Nouiſſimis quidem erat hiſtrionibus, ad primos peruenit comoedos. Ter. Phorm. 1, 5, 36 Haud ita eſt, hic in Noxa eſt. *i. Hic peccatum illud commiſit.* Liu. 27, 3 Comprehenſi omnes, qui in Noxa erant. Virg. Ecl. 6, 27 Tum vero in Numerum Faunoſque feraſque videres Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus. Seruius, h. e. Saltare ad modum rhythmi et cantilenae. Vlpian. in l. Magis §. Non paſſim. D. de rebus eorum, qui ſub *etc.* Quaerere ergo debet, an pecuniam pupillus habeat, vel in Numerato, vel in Nominibus. In Numeraro habere, *i. In promtu* Quinctil. 6, 3. In Obliquum alios ſequi Liu. 38, . . Martian. in l. Si ſeruus D. de fidei commiſſariis libertatibus, Sed ſi in obſcuro ſit, qua mente poſt libertatem legauerit

legauerit eundem ſeruum : in Obſcuro libertatem praeualere. *i. In dubio.* Columel. 12, 15 Quum ſol in Occaſum fuerit, erigantur. Plaut. Trin. 3, 2, 86 Nihil ego in Occulto agere ſoleo. meus vt animus eſt eloquar. *i. Palam omnia facio, nihil clam.* In Oculis quidem exercitus quid ex eo eſt conſecutus ? Cic. de Fin. 1, 35. Idem pro Planc. 66 Nam poſteaquam ſenſi Populum Romanum aures hebetiores, oculos acres atque acutos habere : deſtiti, quid de me audituri eſſent, cogitare : feci, vt poſtea quotidie me praeſentem viderent : habitaui in Oculis, preſſi eorum neminem a congreſſu meo. Cic. pro Planc. 67 Sed vt redeam ad Plancium, nunquam ex vrbe abſuit, niſi forte lege, neceſſitate : non valuit rebus iisdem, quibus fortaſſe nonnulli : at valuit aſſiduitate, at valuit ſeruandis amicis, valuit liberalitate : fuit in Oculis, petiuit, eſt vſus ratione, *etc.* In Oculis eſt clades Tacit. Hiſt. 4, 77. In Odiis reſident mores priſtini Plaut. Truc. Prol. 7. Cic. Verr. 5, 181 Videmus quanta ſit in inuidia, quantoque in Odio apud quosdam homines nobiles, nouorum hominum virtus et induſtria. Plin. 6, 27 Ibi mortalium ſolis aurum in Odio : contrahunt id, defodiunt, ne quo cui ſit in vſu. In Ollam nouam Scribon. 60. *pro in olla.* Paterc. 2, 97 *pr.* Accepta in Germania clades ſub legato M. Lollio, homine in omnia pecuniae quam recte faciendi cupidiore. Ter. Heaut. 1, 1, 21 At enim dices, me quantum hic Operis fiat, poenitet : quod in Opere faciundo operae conſumis tuae, ſi ſumas in illis exercendis, plus agas. Liu. 4, 39 Tumulo quodam occupato in Orbem ſe tutabantur. *i. agmine vel acie rotunda, vt ab omni parte frontem et arma hoſti opponerent.* Liu. 5, 19 *extr.* Senae horae in Orbem operi attributae ſunt, nocte ac die nunquam ante omiſſum, quam in arcem viam facerent. *i. Quisque ſex horas laboraret ſua vice.* Idem 3, 36 Vt vnus faſces haberet, et hoc inſigne regium in Orbem ſuam cuiusque vicem per omnes iret. Plaut. Caſ. 5, 2, 22 Omnem in Ordine rem fatere. *i. Eo ordine, quo acta eſt.* Referebat in Ordine Thyrſis Virg. Ecl. 7, 20. Liu. . . . . Tribuni plebis in Ordinem redacti. *Vid.* COGO n. 1. Columel. 9, 12 Reponat in Ordinem reliquorum alueorum. Senec. de Benef. 7, . . Si in ora (*ſ.* ore) parentum filios iugulat. In Os laudare Ter. Adel. 2, 4, 5. In Ore eſt omni populo, *Fama eſt, vulgare eſt* Idem ibid. 1, 2, 13. In Ore vulgi Tacit. Hiſt. 2, 78. Ter. Andr. 4, 5, 32 Dîs pol habeo gratias, quum in Pariundo aliquot adfuerunt liberae. Plin. Epiſt. 1, 5 Nitebamur nos in Parte cauſae ſententia Metii Modeſti optimi viri. Liu. 31 *pr.* in Praef. Bell. Maced. Me quoque iuuat, velut ipſe in Parte laboris ac periculi fuiſſem, ad finem belli Punici perueniſſe. Plaut. Aſin. 3, 3, 89 Age ſis, tu in Partem nunc iam hunc delude, atque amplexare hanc. *i. viciſſim.* Liu. 5, 21 In Partem praedae ſuae vocatos Deos. *Vid. Drakenb.* Liu. 10, 10 Vt in Partem agri accipiantur. Vlpian. in l. 2 D. de noxal. act. Si fuerit alienatus ſeruus in totum, vel in Partem. In Partem dimidiam decoquere Columel. 12, 24. Cic. Acad. 4, 104 Item ea, quae interrogati in vtramque Partem reſpondere poſſimus, ſequentes, *etc.* In Partem alicuius rei venire Quinctil. in Prooem. 1. In Partibus eſſe, *i. Fauere partium alterutri* Flor. 3, 5, 23. 3, 14, 4. *et* 4, 2, 5. Centum in Patres legit Liu. 1, 35. Idem . . . Obſidio in loco nudo, atque inopi, vix in Paucos dies tolerabilis erat. Ter. Eun. 5, 2, 5 Interim dum ante oſtium ſto, notus mihi quidam obuiam venit : vbi vidi, ego me in Pedes, quantum queo, in angiportum quoddam deſertum. *Idem plenius* Phorm. 1, 4, 13 Atque hinc me coniicerem protinus in Pedes. In Pedes naſci, *vid.* NASCOR. Cic. Q. Frat. 3, 1 Is ſe ternis nummis in Pedem tecum tranſegiſſe dicebat. *Vid.* In Militem. Cic. de Inuent. 2, 149 Quidam iudicatus eſt Parentem occidiſſe : ei ſtatim, quo effugiendi poteſtas non eſſet, ligneae ſoleae in Pedes inductae ſunt. In Peiora datur vſus procliuior Claudian. quart. Conſ. Hon. 263. In Perendinum, *Perendie, die ſequenti craſtinum.* Plaut. Trin. . . . . Cic. pro Cluent. 152 Nec nunc quidquam agitur, mihi credite Iudices, et proſpicite id, quod prouidendum eſt, niſi vt Equeſter ordo in huiusce legis Periculum includatur. Plin. Epiſt. 3, 9 *ſub fin.* Hic numeroſiſſimae cauſae terminus fuit, quibus abſolutis, pluribus damnatis, atque etiam relegatis, aliis in tempus, aliis in Perpetuum. Cic. Verr. 1, 77 Idcirco tibi amicum in Perpetuum fore putaſti ? Idem Att. 12, 16 Apud Apuleium (quoniam in Perpetuum non placet) in dies vt excuſer, videbis. In Pilam Scribon. 255. *pro, in pila.* Plin. 12, 16 In Plenum autem probatio eſt minutis glebis *etc. i. Plena et abſoluta probatio.* In plenum, *pro Plene, omnino, perfecte* Caius in l. Neratius D. de condict. indebiti. In Plumam *inſtar Plumae ſignificat* Seruio *auctore, in illo* Aen. 11, 770 Quem pellis ahenis in Plumam ſquamis auro conſerta tegebat. *Vid.* In Antrum. Claudian. in Ruffin. 1, 313 Et qui cornipedes in Pocula vulnerat audax Maſſagetes. *i. bibendi ſanguinis cauſa venam equis aperit.* *Et* de Raptu Proſ. 3, 26 Totae fremerent in pocula ripae. *i. potum praeberent.* Cic. Fam. 9, 6 His tempeſtatibus es prope ſolus in Portu. Idem de Amicit. 23 Quumque plurimas et maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum praeſtat omnibus, quod bona ſpe praelucet in Poſterum. Cic. de N. D. 2, 7 Defectiones Solis et Lunae cognitae, praedicataeque in omne Poſterum tempus, quae, quantae, quando futurae ſint. Idem ad Brut. 15 Vt et in Praeſens ſceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrerem, et in Poſterum documentum ſtatuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari. Cic. in Catil. 1, 22 Quanta tempeſtas inuidiae nobis, ſi minus in Praeſens tempus recenti memoria ſcelerum tuorum, at in poſteritatem impendeat ! Idem Fam. 5, 4 Quod ſi mihi tua clementia opem tuleris, omnibus in rebus me fore in tua Poteſtate tibi confirmo. Cic. pro L. Manil. 33 c. 12 In praedonum Poteſtatem fuiſſe ſciatis. *Al.* In Poteſtate. Quae ne in Poteſtatem quidem P. R. eſſet Liu. 2, 14. *Adde* Plaut. Bacch. 1, 2, 53 Ecquid in mentem eſt tibi ? *Vid.* Gell. 1, 7. *Auſon. Popm. de Vſu antiq. locut. Giſan. Ind.* Lucret. *Huet. ad* Manil. 1, 245. *Taubm. ad* Plaut. Amphit. 1, 1, 25. *Gronou. ad* Liu. 2, 14. *Burman. ad* Quinctil. 6, 2. *Brouckh. ad* Propert. 2, 7, 50. Ter. Heaut. 2, 3, 82 Tuum eſſe in Potiundo periculum non vis. *h. e. Vt ea potiaris.* Claudian. Eidyll. 2 *de hyſtrice,* Stat corpore toto Silua minax, iaculisque rigens in Praelia creſcit Picturata Seges. *i. aculei, quibus vti poſſit in pugna.* In Praeſentia, *Nunc temporis.* Ter. Phorm. 5, 2, 14 Prouiſum eſt, ne in Praeſentia haec hinc abeat. Idem Adel. 2, 2, 14 Verum ego nunquam adeo aſtutus fui, quin quidquid poſſem mallem auferre potius in Praeſentia. Cic. de Fin. 5, 21 Sed quoniam non poſſunt omnia ſimul dici, haec in Praeſentia nota eſſe debebunt. Huc cum veniſſet, et in Praeſentia rex abeſſet Nep. 2, 8, 4. Id quod in Praeſentia veſtimentorum fuit, arripuit Nep. 7, 4, 5. *Add.* Caeſ. B. C. 1, 6 *et* 30. Celſ. 4, 3 *etc.* *Opponuntur.* Cic. Verr. 5, 84 In Praeſentia, inquit Cleomenes, quoniam ita neceſſe eſt : ſed poſt aliquid videbimus, ne iſte nobis obſtare poſſit. Plin. in Paneg. 35 Quos quidem non in Praeſens tantum, ſed in aeternum repreſſiſti. Gell. 12, 11 Quum emere vellet in palatio domum, et pecuniam in Praeſens non haberet. In Praeſens laetus animus Hor. Carm. 2, 16, 25. *Vid.* In Poſterum. *Conf.* Tac. Hiſt. 2, 70, 3. Cic. Fam. 2, 9 (10) Haec ad te in Praeſenti ſcripſi, vt ſperes, te aſſequi id quod optas. Inimici quieſcendum in Praeſenti decreuerunt Nep. 7, 4, 2. Quod in Praeſenti difficile fuit iudicare Nep. 25, 12, 5. *Conf.* IMPRAESENTIARVM. In Praeteritum laudare Quinctil. 7, 5. In Pretio eſſe Hor. de Arte Poët. 372. In Primis : *Ante omnes, vel Ante omnia, vel Vnum ex primis.* Ter. Eun. 3, 1, 39 Audieras ? G. ſaepe, et fertur in Primis. Cic. Verr. 3, 68 c. 27 Homini in Primis improbiſſimo reſpondent. Idem Fam. 16, 5 Omnes cupimus, ego in Primis, quamprimum te videre. Quem in Primis amamus carumque habemus Cic. Fam. 1, 7 *extr.* *Conf.* Idem Off. 2 c. 14. In Primis omnium Perſarum et manu fortis et conſilii plenus Nep. 4, 1, 2. In Primisque *pro ſimplici, quemadmodum hodieque,* Cic. de N. D. 1 c. 1 *extr.* Virg. Georg. 1, 338 In Primis, venerare deos. Cic. Fam. 1, 7 Quem tamen illi eſſe in Principibus facile ſunt paſſi, euolare altius certe noluerunt. Ter. Phorm. 1, 5, 22 Sed quid ceſſas hominem adire, et blande in Principio alloqui ? Liu. 39, 18 Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu eſſent, tradebant : vt ipſi in Priuato animaduerterent in eas : ſi nemo erat idoneus ſupplicii exactor, in publico animaduertebatur. Ter. Phorm. 5, 4, 6 Quin ſi hoc celetur, in metu : ſin pateſit, in Probro ſiem. Lucret. 2, 454 Et procurſus item in Procliue volubilis exſtat. Ter. Andr. 4, 2, 18 Sed ſi id non poterit : id faciam, in Procliui quod eſt, per me ſtetiſſe vt credat. In Promiſcuo iam eſſe dictaturam Liu. 7, 17. Ouid. Remed. Amor. 162 In Promtu cauſa eſt, deſidioſus erat, *i. Manifeſta eſt, et patet.* Cic. de Orat. 1, 23 Sed quum illa pateant, in Promtuque ſint omnibus, neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi poſſint, *etc.* Liu. 5, 13. Idem 24, 16 *extr.* Apparata conuiuia omnibus in Propatulo aedium fuerant. In Propinquo iam certamen erat Liu. 6, 18. Ter. Heaut. 1, 1, 2 Inde adeo quod agrum in Proximo hic mercatus es. In Proximum Senatum differre Plin. Epiſt. 2, 11. In Publico omnes porticus commenſi ſumus Plaut. Moſt. 3, 3, 7. In Publico pernoctare, *vid.* PERNOCTO. *Contraria :* Liu. 25, 1 Nec iam in ſecreto modo atque intra parietes ac poſtes contemnebantur Romani ritus, ſed in Publico etiam ac foro, Capitolioque mulierum turba erat, nec ſacrificantium, *etc.* Cic. de L. Agrar. 2, 13 Aliquando tandem me deſignato lex in Publicum proponitur. In Publicum, auxilium polliceri Quinctil. 10, 7. Liu. 2, 5 *pr.* De bonis regiis, quae reddenda ante cenſuerant, res integra refertur ad Patres. Illi victi ira vetuere reddi, vetuere in Publicum (*intell.* aerarium) redigi : diripienda plebi ſunt data, vt, *etc.* Suet. in Neron. c. 30 Quadragenis in Punctum H-S. aleam luſit. *Vid.* In Militem. Liu. 7, 25 Adeo in Quae laboramus ſola creuimus, diuitias, luxuriamque. *i.* in ea, quibus laboramus. In Quantum quaeque ſecuta eſt Ouid. Met. 11, 71. *vid. Burm. ad* Rutil. 1, 46. *et inf.* In Tantum. In Quantum opus eſt Tacit. de Orator. 41. Cic. Att. 10, 11 Quid enim dicam de hac iuuentute ? ea vero, quae mihi quidem, qui illum amo, ſunt his ipſis malis, in Quîs ſumus, miſeriora, non ſunt ab obſequio noſtro. Plaut. Men. 4, 2, 15 Mens in Querelis eſt. In Quinquennio, *vid.* In Triduo. Quid eſt, vbi elucere poſſit prudentia ? — Nimirum illud, in Quo ea, quae dicuntur a teſtibus Cic. pro Font. 13 c. 6. Cic. Att. 1, 11 Et mea ſponte faciebam antea, et poſt duabus epiſtolis tuis perdiligenter in eandem Rationem ſcriptis, magnopere ſum commotus. Cic. pro L. Agr. 1, 13 Deinde etiam in Reliquum tempus diligentiſſime ſancit, vt, *etc.* Plin. 8, 16 Guſtatus deinde ſanguinis in Remedio eſt. In Rem praeſentem venitur, *in controuerſiis interdum, vel teſtandae rei cauſa, vel conuentionis tentandae.* Cic. de Orat. 1, 250 c. 58 An vero ſi de Re ipſa, ſi de finibus, quum in Rem praeſentem non venimus. Idem pro Caecin. 20 Placuit Caecinnae de amicorum ſententia conſtituere, quo die in Rem praeſentem veniretur. Sen. Epiſt. 6 In Rem praeſentem venias oportet, quia homines amplius oculis quam auribus credunt. *Et* Epiſt. 100 Quid opus eſt verbis ? In Rem praeſentem eamus. Plin. Epiſt. 3, 9 Non potui te magis in Rem praeſentem perducere. *i. Non potui planius omnia, vt acta ſunt, ſcribere, vt perinde omnia teneres, atque ſi in re praeſenti fuiſſes.* Quinctil. 6, 2 *de affectibus,* Quarum rerum ingens plerumque vis eſt, velut in Rem praeſentem animos hominum ducentium. In Rem praeſentem excurrere Plin. Epiſt. 10, 24. In Re praeſenti diſceptare Liu. 34 *extr.* Qui inter Carthaginienſes et regem in Re praeſenti diſceptarent. Plaut. Caſin. 2, 8, 63 In Re praeſenti, ex copia piſcaria conſulere licebit quid emam. Idem Amph. 1, 1, 93 Nam ego fui illic in Re praeſenti, et meus, quum pugnatum eſt, pater. *i. Praeſens aderam.* Quinctil. 6, 3 Occiſum hominem queror, non omnia quae in Re praeſenti accidiſſe credibile eſt, in oculis habebo ? *Add.* Liu. 34, 62. Quinctil. 7, 11 Illa potentiſſima eſt, quaeque vere dicitur oeconomica totius cauſae diſpoſitio, quae conſtitui niſi velut in Re praeſenti non poteſt. Nihil aliud eſt in Re, niſi vt omnia adipiſcamur Liu. 10, 8. Quid eſt in Re aliud Idem 4, 4 *extr.* Immo aliud eſt in Re Sen. Ep. 2 p. 116 *extr.* Studere in Re aliqua Gell. 11, 3. *i. rei.* Ter. Hec. 5, 2, 11 Phidippe noſtras mulieres ſuſpectas fuiſſe falſo nobis, in Re ipſa inuenimus. In eam Rem ſi quid habebo, tibi quoque etiam proderit Plaut. Truc. 4, 4, 22 *Si eo nomine aliquid lucri fecero.* Tacit. Hiſt. 3, 8 Coloniam copiis validam auferre Vitellio, in Rem famamque videbatur. In Rem noſtram eſt : *i. In noſtram vtilitatem* Plaut. Perſ. 4, 4, 58. Ter. Andr. 3, 3, 14 Si in Rem eſt vtrique, vt fiant : accerſi iube. Idem Hec. 2, 2, 7 Quod ſi tu idem faceres, magis in Rem et noſtram et voſtram id eſſet. Plaut. Perſ. 3, 1, 14 Vtrum hercle magis in ventris Rem videbitur. *h. e. Pro ſaginando ventre.* In Rem iurare, *idem fere, quod* de Re. Vlpian. in l. 1 D. Quar. rer. act. non dat. Si fideiuſſor iurauit, ſi quidem de perſona ſua tantum iurauit, quaſi non eſſet ipſe obligatus : nihil reo proderit. Si vero in Rem iurauerit, dabitur exceptio reo quoque. In Rem concepta actio, *vel* ſcripta, *Quae licet natura ſit in perſonam, cum actione tamen in rem hoc habet commune, vt contra quemcunque, ad quem res, de qua ſit quaeſtio, venerit, detur.* Vlpianus in l. Hac ſtipulatione D. Vſufructuarius quemadmodum caueat,

Et quum in Rem ſit doli mali mentio concepta, omnium dolum comprehendere videtur ſucceſſorum et adoptiui patris. Vlpian. in l. Metum §. ſin. D. de eo, quod metus cauſa geſtum erit, Sed eſt verius, quod Marcellus notat, etiam aduerſus reum competere actionem hanc, quum in Rem ſit ſcripta. Cic. de Amicit. 24 Agrigentinum doctum quendam virum carminibus Graecis vaticinatum ferunt, quae in Rerum natura, totoque mundo conſtarent, quaeque mouerentur, ea contrahere amicitiam, diſſipare diſcordiam. Sen. de Benef. 4, 32 In illius *(proaui)* reſpectum iſte populo praeſideat: non quia ſeit aut poteſt, ſed quia alius pro eo meruit. Plaut. Poen. 5, 4, 10 Neque ab iuuentute ibi in Ridiculo habitae. Idem Caſin. 5, 2, 3 Ita nunc pudeo, atque ita nunc paueo, atque ita in Ridiculo ſumus ambo. Plaut. Trin. 3, 2, 96 In Saginam herus ſe coniecit meus: credo ad ſummos bellatores acrem fugitorem fore, et capturum ſpolia. In Salute alicuius ſaluere Plaut. Truc. 2, 2, 5 *laudatur. Sed ibi ita legitur*, Aegrotare malim, quam eſſe tua Salute ſanior. Plaut. Mil. 3, 1, 29 Eam me pudet tibi in Senecta obiicere ſolicitudinem, *i. tibi ſeni.* Idem Caſin. Prol. 13 Antiquam eius edimus comoediam, quam vos probaſtis, qui eſtis in ſenioribus. Cic. Att. 2, 22 Haec et in eam Sententiam quum multa dixiſſet, aiebat illum, *etc.* Idem Fam. 16, 3 Approbaui tuum conſilium, neque nunc muto, ſi tu in eadem es Sententia. Plaut. Poen. 5, 5, 54 In Seruitute hic habuit duas filias tuas. Suet. in Auguſt. c. 16 Nec multo poſt nauali praelio apud Actium vicit, in Serum dimicatione protracta, vt in naui victor pernoctauerit. In Singula iugera centenos ſextarios efficiant Columel. 3, 3. Liu. . . . Mulcta quinquagenûm aeris in Singulas ciuitates impoſita. *Vid.* In Militem. Plaut. Epid. 1, 1, 35 Id modo viuendum, vt materies ſuppetat ſcutariis, ſi in Singulis ſtipendiis ad hoſtes exuuias dabit. In Singulos H-S. quinquagenis millibus damnari mauultis? Cic. Verr. 3, 163. Idem Diu. Verr. 30 Pro frumento in modios Singulos duodenos ſeſtertios exegiſſe. Plaut. Perſ. 4, 4, 12 Tu in illis es decem Sodalibus, te in exilium ire hinc oportet. Plaut. Amph. 2, 2, 13 Et domum laudis compos reuenit, in Solatio eſt. In Solutum accipere, *i. Vice Solutionis. Ita ſaepe ICti veteres, it.* Sen. de Benef. . . . Idem Ep. 8 *extr.* Id in Solutum non imputo, de tuo tibi. Columel. 9, 13 Quum clementia diei ſuaſerit in Solem proferre. In Sole pira ponere donec areſcant Columel. 12, 14. Plaut. Amph. 2, 1, 74 Ibi forte iſtum ſi vidiſſes quendam in Somnis Soſiam. Virg. Aen. 2, 270 In Somnis ecce ante oculos moeſtiſſimus Hector Viſus adeſſe mihi. *Et* Ter. Andr. 2, 5, 19. Liu. 30, 16 *extr.* Ducentes paucos in Speciem captiuos. Liu. 3, 9 *extr.* Dilataque in Speciem actione, re ipſa ſublata, Conſules extemplo accerſiti. In Speciem praeclara claſſis, ſed inops et infirma propter dimiſſionem propugnatorum atque remigum Cic. Verr. 5, 85. In Speciem manens amicitia Tacit. Hiſt. 6, 80. *Sed* Claudian. de B. Gild. 507 Humanae in Speciem plantae ſe magna figurat Inſula, Sardoam veteres dixere coloni. Liu. 2, 11 Multoque plures, vt in Spem vniuerſae praedae, flumen traiiciunt. Cic. Fam. 9, 1 In Spem tamen venio aduentum tuum appropinquare. Liu. 35, 12 *pr.* Ii poſt deportatos ex Graecia exercitus, primo in Spe fuerant, et Antiochum in vacuam Europae poſſeſſionem venturum, *etc.* In pugnae Studio quod dedita mens eſt Lucret. 3, 647. Paterc. 2, 59 Apolloniam eum in Studia miſerat, *h. e. Ad incumbendum ſtudio literario.* Plin. Epiſt. 5, 1 In ſumma, non profuturum ei, ſi donaſſem, profuturum ſi ceſſiſſem. Idem Epiſt. 6, 8 In ſumma, noſti facetias hominis. Cic. Q. Frat. 2, 16 In ſumma, quatuor Sententiis, *etc. Conſ.* Lucret. 3, 83. Plin. Ep. 1, 22. *et* 3, 4. Cic. Verr. 3, 115 Hoc vix ab Apronio in Summo beneficio, pro iis, qui etiam tum incolumes erant, impetratum eſt. Cic. Q. Frat. 3, 9 Et in omni Summa, vt mones, valde me ad otium pacemue conuerto. In Summum euadere Liu. 5, 47 *pr.* In Superſtitione *eſt* inanis timor Deorum Cic. de N. D. 1 c. 42. In Superuacuum Sen. de Ira *i. Fruſtra.* In Suſpenſo relinquere Plin. Epiſt. 248, . . In Tantum: Plin. 8, 16 Et male credi libertas ei, cui in Tantum ceſſiſſet etiam feritas. In Tantum ſpe tollet auos Virg. Aen. 6, 876. Plin. in Paneg. *ad finem*, Si denique in Tantum diligo optimum principem, in quantum inuiſus peſſimo fui. Vir in Tantum laudandus, in quantum intelligi virtus poteſt Vell. 1, 9, 3. Quem in quantum quisque aut cognoſcere aut intelligere potuit, in Tantum miratur ac diligit Id. 2, 114, 5. *Conf.* Id. 2, 43, 4. Manil. 3, 299. Plin. 10, 53 Aliquae in Tantum, vt effoetae moriantur. *Conf.* Sen. Qu. Nat. 3, 24. Colum. 1, 8. *Cellar. Cur. Poſt. p. 413. Borrich. Vind. p. 117.* Cic. de Amicit. 9 Nam haec quidem in Talibus viris quid attinet dicere? Plaut. Trin. 1, 2, 66 Haec cum audio in Te dici, excrucior miſer. In Tempore aduenire, *i. Opportune* Plaut. Capt. 4, 2, 56. Liu. 4, 40 Aut in Tempore pugnam iniſſe. *Add.* Ter. Andr. 4, 5, 19. Idem Andr. 3, 2, 52 Atque adeo in ipſo Tempore eccum ipſum obuiam Chremetem. Idem Hec. 4, 4, 5 Opportune de Phidippo in ipſo Tempore oſtendis. Plin. Epiſt. 35 Mox quaſi alio die ſtudebat in coenae Tempus. Liu. Epit. 100 Liberae in id Tempus inſulae. *Et* 44, 2 Itaque in id Tempus, quo — deliberatio eius rei differtur. Inuehere etiam in Tempore hiberno commeatus Suet. Claud. c. 18. Hoc Tempore in anni Auien. Arat. v. 403. Cic. Att. 2, 20 Nam et eiusmodi ſunt ii verſus, vt in Tempus ab inimico Pompeii ſcripti eſſe videantur. Cic. Fam. 5, 15 Dicerem iucundius? niſi id verbum in omne Tempus perdidiſſem. In primis regina quietum Accipit in Teucros animum mentemque benignam Virg. Aen. 1, 307. Plin. Epiſt. 8, 23, 9 In tantis Tormentis eram, quum ſcriberem haec. Idem in Praef. Et ne in Totum videar Graecos inſectari, ex illis nos velim, *etc. Conſ.* Manil. 1, 421 *et* 779. Quinctil. 4, 1 *de prooemio*, Ariſtoteles quidem in Totum id neceſſarium apud iudices negat. Ter. Eun. 5, 9, 8 Tum autem Phaedriae meo fratri gaudeo amorem eſſe omnem in Tranquillo. Plin. 3, 5 Nec ignoro ingrati ac ſegnis animi exiſtimari poſſe merito, ſi breuiter atque in Tranſcurſu in hunc modum dicatur terra. Quinctil. 6, 2 Et eorum non ſimplex natura, nec in Tranſitu tractanda. In Triduo hoc Plaut. Perſ. 1, 1, 38. Plin. 9, 51 Caeterae feminae in Triduo excludunt, ſi mas attigit. *Ita* Cic. Verr. 2, 142 Non opinor id ages, vt iſta pecunia in Quinquennio conſumatur in ſtatuis. Caeſ. B. G. 6, 20 Intra annum vero viceſimum feminae notitiam habuiſſe, in Turpiſſimis habent rebus. In Tunicis albis duo venerunt Plin. Epiſt. 7, 27, 13. *i. Tunicis albis induti.* Plaut. Aſin. 4, 1, 49 Ne ſic tuſſiat, vt cuiquam linguam in Tuſſiendo proferat. In Tuto res eſt Plaut. Merc. 5, 2, 50. Ter. Heaut. 4, 3, 17 Nam amici quoque res eſt videnda in Tuto vt collocetur. In Tutum eduxit legiones Plaut. Moſt. 5, 1, 7. Cic. Verr. 3, 28 Quaerebant quae in Verba recuperatores daret: reſpondebat, ſi pateret aduerſus edictum feciſſe, quae in iudicio dicturum eſſe dicebat. In Veritate, *pro Vere.* Vlpian. in l. Haeres inſtitutus D. de acquir. haereditate, Non poterit adire haereditatem, etſi eius conditionis ſit, vt in Veritate teſtari poterit. Idem in l. Quae vtiliter D. de negotiis geſtis, Quamuis animo gerendi ſororis negotia id fecit: in Veritate tamen filiorum defuncti geſſit. Vlpian. in lege Qui cum tut. §. vlt. D. de transact. Qui per fallaciam cohaeredis, ignorans vniuerſa quae in Vero erant. Plaut. Moſt. 3, 2, 21 Parata res mala eſt in Veſperum huic ſeni. In Veſtimentum addere album Liu. 4, 25 *extr. i. veſtimento.* Plaut. Men. 2, 3, 75 Ne vxor cognoſcat te habere, ſi in Via conſpexerit. Plin. 11, 37 Sed exemta modice non ſunt letalia, in Vicem eorum ſuccedente corporea cicatrice. In Vicino ſunt terrae Plin. 2, 16. In Viros diuidere: *h. e. In ſingulos viros, vel viritim* Plaut. Aul. 1, 2, 30. Paterc. 2, 41 C. Caeſar ſemper et ſomno et cibo in Vitam, non in voluptatem vtebatur. In Vnguem, *vid.* VNGVIS. Terra etſi aliquando ſpecie differt, in Vniuerſum tamen aut ſiluis horrida, aut paludibus foeda Tac. Germ. 5, 1. Has fere ſedes accepimus probationum in Vniuerſum: quas neque generatim tradere ſat eſt, neque per ſingulas ſpecies exſequi patitur natura rerum Quinctil. 5, 10, 100. Idem 10, 1, 42 Verum ante quam de ſingulis loquar, pauca in Vniuerſum de varietate opinionum dicenda ſunt. In Vniuerſum aeſtimans Tac. Germ. 6, 6. Plin. 10, 24 Ea demum ſola auium non niſi in Volatu paſcitur. *de hirundine.* Liu. 3, 43 *extr.* Sepultus ingenti militum moeſtitia, peſſima decemuirorum in Vulgus fama eſt. Cic. Att. 2, 22 Quod egregie non modo iis, qui vtuntur opera, ſed etiam in Vulgus gratum eſſe ſentimus. *h. e. Vulgo gratum.*

¶ 2 *Definitionibus ſeruit ſ. vt loquuntur Philoſophi, relationem inter definitum et definitionem indicat.* Cic. Offic. 1, 130 c. 36 Cum pulchritudinis duo genera ſint, quorum in altero venuſtas ſit, in altero dignitas; venuſtatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. *Et* de Nat. Deor. 1, 117 c. 42 Horum ſententiae non modo ſuperſtitionem tollunt, in qua ineſt timor inanis deorum; ſed etiam religionem, quae deorum cultu pio continetur. Quinctil. 1, 5 *pr.* Verborum duplex intellectus eſt, alter in quo vna eſt pars orationis, Lego, Scribo. *Sic* Vlpian. l. 3 D. de iurisdictione, Mixtum eſt imperium, cui etiam iurisdictio ineſt, *h. e. quod etiam Iurisdictio eſt. Idem* Vlpian. l. 7 §. 10 De pactis Ineſt dolo fraus, *h. e. Fraus idem eſt, quod dolus. Vid Hamberger. Opuſc. p. 288. Conf.* INSVM.

¶ 3 *Poni videtur* In *pro Ex:* Bibere in oſſibus capitum Flor. 3, 4, 2. In oſſibus humanorum capitum bibere Plin. 7, 2. Venenum in auro bibitur Senec. Thyeſt. v. 453 In oſſibus bibere *item apud* Ruf. Feſt. *et* Marcellin. 27, 4. *vid. Scheffer. et Gron. ad* Phaedr. 1, 26, 3. Quot incommoda in hac re capies Ter. Heaut. 5, 1, 59. STATVAM IN AERE AVRATAM POSVERE Vet. Inſcr. *i. Ex aere, aeneam deauratam. Sic* In *pro Ad.* In quinquaginta millium Cenſum Liu. 1, 43. *Sed locus vexatus varietate lectionis et coniecturarum. Sed huc referas* In Tempus *et ſimilia.* In, *pro De:* Cic. Fam. 7, 16 Deinde quod in Britannia non nimis philotheoron te praebuiſti, plane non reprehendo. *i. De Britannia; Quantum ad Britanniam; vel In expeditione et negotio Britanniae: neque enim Trebatius in inſulam Britanniam nauigarat. id quod docet* Cicero *lib. eod.* Epiſt. 10 *his verbis,* Tu in re militari multo es cautior, quam in aduocationibus: qui neque in Oceano natare volueris ſtudioſiſſimus homo natandi, neque ſpectare eſſedarios. In Britannia igitur, *i. Quod ad profectionem in Britanniam pertinet. Ita* Macrob. Saturn. 2, 2 Plancus in Menia Gallia nupta male audiebat. In *pro Apud: Vid. Brouckh. ad* Propert. 1, 1, 11. *Pro Inter.* In his fuit M. Opimius Caeſ. B. C. 3, 38. *Add.* Nep. 4, 2, 2. Plin. 2, 7 In his *ponit pro inter haec.* Ecce anus in mediis reſidens annoſa puellis Ouid. Faſt. 2, 571. *Add.* Seru. *ad* Virg. Aen. 8, 53 Poſuere in montibus vrbem.

¶ 4 *Circumlocutionem variorum Caſuum efficit: vt,* Aemulus in aliquem, Similis in aliquem. *Vid. Gruter. Suſpic. 1, 11.* Addere album in veſtimentum Liu. 4, 25. Adeo videmur vobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis Ter. Andr. 4, 5, 19. Ne in me mutaſſis nomen Plaut. Aul. 3, 4 *extr. i. mihi.* Non tuus leuis in mala Deditus vir adultera Catull. Epithal. Mall. 102. In Patre facient, quidquid in patruo docet Sen. Thyeſt. 309. *Conf. Burm. ad* Quinctil. Decl. 15, 6. In armis, haſta, toga *pro armatus etc. Vid. Drakenb. ad* Sil. 2, 32. *Brouckh. ad* Tib. 1, 9, 70. *et* Prop. 4, 11, 68. Res eſt in anguſto, expedito, integro, turbido, tuto: *vid. Gronou. ad* Liu. 3, 10 *extr.* In facili, difficili, *pro facile, difficulter Bynkersh. Obſſ. 1, 25 p. 105. Vid.* in Aequo, Ambiguo, Anguſto *etc.* In, *cum motu, Accuſatiuum poſcit. Non deſunt tamen exempla contrariae locutionis. Vid. Voſſium de Conſtruct. c. 56.* Phaedr. 5, 1, 25 Quinam cinaedus ille in conſpectu meo Audet venire? Manil. 5, 390 Quum venit in regione tuae, Capricorne, figurae. Lactant. 1, 11 Aureos numos largiter in ſinu eius effudit. *Viciſſim apud* Tacit. Hiſt. 1, 77 In cuſtodiam habere. *Vid.* In Ollam, In Poteſtatem. *Multa ex eo genere damus in Indice Scriptorum rei ruſticae h. v.*

¶ 5 In, *componitur cum omnibus literis, tam Vocalibus, quam Conſonantibus, ſed quando Vocalibus iungitur, vel C, D, F, G, H, N, Q, S, T, ſemper remanet N. vt,* Inauris, Ineo, Iniicio, Inops, Inuoco, Incedo, Induco, Infero, Ingero, Inhibeo, Innuo, Inquiro, Inſiſto, Intueor. *Quando vero cum B, M, et P, mutatur N in M: vt* Imbibo, Immunis, Impono. *Cum L, et R, mutatur N in L, vel in R: vt* Illudo, Irruo. *Haec analogia eſt a Graecis accepta, et infinitis ſtabilita exemplis. Quae contraria huic adferuntur conſuetudini, ingeniis paucorum videntur deberi. Sed tamen forte haec ratio illam, quam nos potiorem putamus euincet, poſtquam ſplendidis Liuii, Virgilii etc. editionibus velut dedicata eſt.*

¶ 6 In, *in compoſitione et auget et minuit ſignificationem. Ita* Infractus, Infucatus, Immutatus, *etc. quae vtramque vim habent. Aliquando in compoſitis Intus notat: vt,* Incoenare, Impaſci, Indormire, Innubere.

¶ 7 *Pro IN veteres dixere non modo ENDO, de quo ſuo loco, ſed INDO vel INDV etiam. Licet enim Merula in Ennio, et in Lucretio Giſanius (vid. Collectan. v.* ENDO*) librariis totum hoc tribuant, et ENDO in vtroque reuocent, vbi INDO legitur: tamen Voſſio potius aſſentiar, qui antiquam etiam hanc rationem eſſe, tuetur. Et ſane non potuiſſet Gellius et Opilius* Inducias *deriuare ita, vt ſ. l. oſtendimus, niſi* Indo *eſſe antiquum putaſſent; et* Indoles *atque* Indulgeo *et* Indipiſcor, *et* Indigeo, *et* Indigena *ſe clamant ex* Indu *orta eſſe, ne de* Induperatore *dicamus, quem illi ſemper* Endoperatorem *volunt.*

INA, ae. f. [ἶν] *Idem fere quod vena, a quo ſolo forte ſpiritu et pronuntiatione differt.* Feſtus, Ilia dicta ab ina, quae pars chartae eſt tenuiſſima. *Vnde etiam voce* EXILES *legendum vidit Scaliger*, Exiles — a ſubtilitate inarum, quas Graeci in chartis ita appellant ; *pro* venarum. *Quidquid ſit de etymologia, hoc manet, inam eſſe tenuem in charta e papyro Aegyptia fibrillam, de qua* Plin. 13, 12 ſ. 25 Deprehenditur et lentigo oculis, ſed inſerta mediis glutinamentis ina e iunco papyri bibulo, vix niſi litera fundente ſe. *Sic nempe legendum putamus cum Salmaſio ad Vopiſci Firmum c. 3 p. 708 Hack. pro Vulg.* taenia fungo papyri bibula. Marcell. Empir. c. 31 Ad vlcera in ano facta chartae combuſtae, ſeu inarum eius Drach. 1. *Hinc Scal. etiam apud* Varronem R. R. 3, 9, 11 *ex veſtigiis MSS. legit*, Qui (oua an plena ſint vt intelligant) conentiant, errare, quod inas vitales confundant *pro Vulg.* quod in eis vitales venas confundant.

INEA, ae. f. *Ab* Ina, *quam modo declarauimus, deriuat hoc nomen Salmaſ. ad Solin. p. 278, bC. et interpretatur fullonis inſtrumentum illud ſpinis conſertum, (vt hodie fere carduis, quamquam etiam ferreis vncinulis denſas tabulas habent) quo inae in veſtibus erigebantur, vt pexa mollities in his ſurgeret. Ineae quoque ferreae, quibus linum pectebatur, atque in multas veluti tenues inas diſcriminabatur. Fundus eſt* Plin. 27, 10 Hippophaeſton naſcitur in ſpinis, ex quibus fiunt aeneae fulloniae. Aeneae, *ortum putat ex* eneae, *hoc autem ex* ineae. *Et 19, 1 vbi de lini medulla*, Et ipſa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur : *pro* hamis *eſſe ait in MSS.* aenis, *vnde facit* ineis.

INABRVPTVS, a, um. Adi. [ἄῤῥαγής] *Quod abrumpi non poteſt.* Stat. Silu. 5, 1, 44 Nec mirum, ſi vos collato pectore miſtos Iunxit inabrupta Concordia longa catena.

INABSCONDIBILIS, e. Adi. ἀκρυπτον, inabſcondibile Gloſſ.

INABSCONSVS, a, um. Adi. Interpr. Iren. 1.

INABSOLVTVS, a, um. Adi. Initia rerum eſſe tria arbitrabatur Plato, deum, et materiam, rerumque formas, quas ἰδέας idem vocat, inabſolutas, informes, nulla ſpecie, nec qualitatis ſignificatione diſtinctas Apul. de Doctr. Plat. *1 poſt pr.*

INACCENSVS, a, um. Adi. Inaccenſi flagrant altaribus ignes Sil. 1, 96. *vid. Drakenb.* Pectus inaccenſum Veneri Claud. de Raptu Proſ. 1, 225. *vtrumque eſt ex reſtitutione Heinſ.*

INACCESSIBILIS, e. Adi. Vulgat. 1 Tim. 6, 16. Tertull. adu. Prax. c. 15. Ἀπρόσιτος Gloſſ. Gr. Lat.

INACCESSVS, a, um. Adi. [ἀπρόσιτος] *Ad quem non acceditur, vel accedi non poteſt.* Plin. 10, 12 Deſerta incolit : nec tantum deſolata, ſed dira etiam et inacceſſa. Sil. 3, 516 Rumpit inacceſſos aditus, atque ardua primus Exſuperat. *De Hannibale ſuperante Alpes. Add.* Prudent. Apoth. v. 535. Formoſitas Apul. Met. 4 p. 155. *i. incomparabilis.* Mapalia Tacit. Hiſt. 4, 50. Vertex Idem Germ. 1. Inacceſſus, Ad quem nullus debeat accedere : Virg. Aen. 7, 11 Diues inacceſſos vbi Solis filia lucos Aſſiduo reſonat cantu. Seruius.

INACCVSABILIS, e. Adi. ἀνέγκλητος, ἀκατηγόρητος Gloſſ. Lat. Graec.

INACCVSATVS, a, um. Adi. Inaccuſati et impuniti Tertull. Apol. c. 49.

INACCRESCO, ĕre. *Vulgo legitur apud* Tertull. contra Gnoſt. c. 1. *vbi Rigalt.* inacreſcit.

INACERBO, āre. δεινοποιῶ Gloſſ. Gr. Lat.

INACESCO, ĕre. *Aciditatem amittere.* T. Priſcian. 2, 29 Phlegmate inaceſcunt cibi. *Adde* Plin. 28, 9. *et* Scribon. Larg. Comp. 104 *pro* Aceſcit. *Item, Dolorem afferre.* Ouid. de Rem. Amor. 307 Haec tibi per totos inaceſcant omnia ſenſus. Apul. Met. 5 p. 163 Si tibi etiam, vt par eſt, inacuit noſtra contumelia.

INACIDATVS, a, um. Adi. *Aceto tinctus.* Apul. Met. 8 p. 210, 7 Spongiis inacidatis *vel* inacedatis *legunt quidam, vbi* madidatis *dedit Elmenh.*

INACHIA, ae. f. *Puellae nomen adamatae ab Horatio, cuius ipſe meminit.* Epod. 11, 8 Hic tertius December, ex quo deſtiti Inachia furere, ſiluis honorem decutit. *Et Ode ſequente* v. 14 Inachia langues minus ac me. Inachius *Adiectiuum, vnde hoc etiam nomen tractum eſt, damus ſub* INACHVS.

INACHVS, i. m. [Ἴναχος] *Pater Ionis vel Iûs, qui primus apud Argiuos regnauit, et* Inacho fluuio *nomen dedit : vnde et Poëtae fluuium ipſum Iûs patrem vocant, et regem faciunt Argiuorum, de quo Strabo 8. De* Inacho *rege meminit* Hor. Carm. 2, 3, 21 Diuesne priſco natus ab Inacho, *etc.* Antiquus Sen. Thyeſt. f. 4. Volucer Sen. Herc. Oet. 139. *Fabula eſt apud* Ouid. Met. 1, 583. *et apud* Virg. Aen. 7, 372.

INACHIDES, ae. m. Patronym. [Ἰναχίδης] Ouid. Met. 1, 753 Non tulit Inachides. *De Epapho, qui ex Ioue vel Iſide natus erat.* Stat. *pro gentili poſuit* Theb. 3, 365 Trepidi de ſedibus aſtant Inachidae. *i. Argiui.*

INACHIS, ĭdis. f. Patronym. [Ἰναχίς] Propert. 1, 3, 19 Sed ſic intentis haerebam fixus ocellis, Argus, vt ignotis cornibus Inachidis. *i. Iûs, filiae Inachi.* Ouid. Met. 1, 611 — Inque nitentem Inachidos vultus mutauerat ille iuuencam. *Sed* Ouid. Met. 1, 640 Venit et ad patrias, vbi ludere ſaepe ſolebat Inachidas ripas. *Poſuit pro gentili Inachias ripas.*

INACHIVS, a, um. Adi. [Ἰνάχιος] Virg. Georg. 3, 153 Inachiae Iuno peſtem meditata iuuencae. Vrbes Stat. Theb. 1, 324. Litus Ouid. Faſt. 5, 656.

INACRESCO, ĕre. Nauſea nominis inacreſcit Tertull. adu. Gnoſt. c. 1. *conf. not. Rigalt.*

INACTVS, *etc. vid.* INAGO.

INADIBILIS, e. Adi. *Apud* Sidon. Apollinar. Ep. 2, 2. *i. Inacceſſus.*

INADSIGNATVS, a, um. Adi. Superfuit inadſignatus ager Agg. Vrb. p. 70 *Goeſ.*

INADVERSVM *non eſt compoſita vox. Quare exempla ſub* IN *retulimus.*

INADVLABILIS, e. Adi. [ἀκολάκευτος] Non obnoxius adulationi. Gell. 14, 4 Ex imaginis autem iſtius ſignificatione intelligi voluit iudicem, qui iuſtitiae antiſtes eſt, oportere eſſe grauem, ſanctum, ſeuerum, incorruptum, inadulabilem, *etc.*

INADVSTVS, a, um. Adi. Iungis et acripedes induſto corpore tauros Ouid. Heroid. 12, 93. *nihil nocentibus corpori tuo flammis, quas ſpirant illi tauri.* *Conf.* Prudent. Apoth. v. 131.

INAEDIFICO, āre. [ἐνοικοδομέω] *Aedificando obſtruere, vel in aliquo loco aedificare.* Liu. 44, 45 Nec clauſae modo portae, ſed etiam inaedificatae erant. Caeſ. B. C. 1, 27 Portas obſtruit, vicos, plateaſque inaedificat, foſſas tranſuerſas viis perducit. Idem B. C. 2, 16 Inaedificata in muris ab exercitu moenia. Patiens laboris, quantumcunque imponere illi auunculus et, vt ita dicam, inaedificare voluiſſet, laturus Sen. ad Marciam c. 2. Columel. 6, 37, 10 Duo parietes aduerſo cliuulo inaedificati. Scaeuola in l. vlt. D. de pign. action. Quum eum locum inaedificare vellet. Inaedificata et immolata aedificia Liu. 39, 44. *Pro Simul aedificare et conſtruere.* Plin. 10, 3 Inaedificatur nido lapis aëtites, quem aliqui dixere gagatem. *h. e. In nido aedificatur. Ad illam primam obſtruendi ſignificationem pertinet.* Cic. de Aruſp. Reſp. 32 c. 15 A Sexto Serrano ſanctiſſima ſacella ſuffoſſa, incenſa, inaedificata, oppreſſa, ſumma denique turpitudine eſſe foedata neſcimus?

INAEDIFICATIO, ōnis. f. Plaut. Mil. 2, 2, 55 Ecce autem aedificat : columnam mento ſuffulſit ſuo. Apage : non placet profecto mihi illa inaedificatio.

INAEQVĀLIS, e. Adi. [ἄνισος, ἀνώμαλος] *Non aequalis.* Autumni inaequales Ouid. Met. 1, 117. *quia Autumnus modo frigidus eſt, modo calidus : ideo morboſus.* Loci Tacit. Agric. 36. Martial. 1, 56 Pinguis inaequales onerat cui villica menſas. *De tali menſa* Ouid. Met. 8, 661 Menſae ſed erat pes tertius impar : Teſta parem fecit. Tonſor, *Qui inaequaliter tondet* Hor. Epiſt. 1, 1, 94. *Compar.* Plin. Epiſt. 9, 5 Nihil eſt ipſa aequalitate inaequalius. *Superl.* Suet. Aug. c. 75 Inaequaliſſimarum rerum ſortes.

INAEQVO, āre. [ἀνισόω] *Complanare, adaequare.* Caeſ. B. C. 1, 27 Foſſas tranſuerſas viis perducit, atque ibi ſudes, ſtipiteſque praeacutos defigit. Haec leuibus cratibus terraque inaequat. *Sed* Onus inaequatum Tibul. 4, 1, 43. *i. Inaequale, non aequatum.*

INAEQVALĬTAS, ātis. f. [ἀνισότης, ἀνωμαλότης] Inaequalitas in veſtitu dominatur, in ſermone quoque Varro L. L. 7, 13 *et* 15. Chryſippus de inaequalitate ſcribit ſermones Id. ib. 8, 1. Columel. 3, 12 Opus eſt inter has inaequalitates magno temperamento.

INAEQVALĬTER. Adu. [ἀνίσως] Columel. de Arborib. c. 7 Et eodem ferro acuto plagam emendes, ſicubi inaequaliter findi videbitur. Liu. 28, 20 *pr.* Clauos ſecum ferreos portantes, qua per inaequaliter eminentia rupis poterant, ſcandunt. Idem 37, 53 Inaequaliter alios deprimere, alios extollere. *Vſus eſt* Celſ. 2, 6. Sen. Epiſt. 28. Tacit. Ann. 2, 16.

INAEQVABĬLIS, e. Adi. [ἀνώμαλος] *Idem quod Inaequalis.* Inaequabilis locus campeſter Varro de R. R. 1, 6. Percuſſus venarum inaequabilis, *vid.* PERCVTIO. Solum Liu. 35, 28. Varietate inaequabili diſtinguere Cic. in Partit. c. 4.

INAEQVABĬLĬTER. Adu. [ἀνωμάλως] Varro de R. R. 3, 9 Ob quam rem oua aut inaequabiliter matureſcunt, aut conſeneſcunt.

INAEQVABĬLĬTAS, ātis. f. Arnob. 2 p. 81 Elementorum inaequabilitas.

INAESTIMABĬLIS, e. Adi. [ἀτίμητος] *Quod aeſtimari non poteſt.* Liu. 35, 14 *extr.* Idem 29, 32 *pr.* Inaeſtimabile gaudium. Cic. de Fin. 3, 20 c. 6 Aeſtimabile eſſe dicitur (ſic enim, vt opinor, appellamus) id quod aut ipſum ſecundum naturam ſit, aut tale quid efficiat, vt ſelectione dignum propterea ſit, quod aliquid pondus habeat dignum aeſtimatione, quam ille ἀξίαν vocat : contraque inaeſtimabile, quod ſit ſuperiori contrarium.

INAESTIMĀTVS, a, um. Adi. *Non aeſtimatus.* Vlpian. in l. Plerumque D. de iur. dot. Quoties non aeſtimatae res in dotem dantur, et meliores et deteriores mulieri fiunt. Si praediis inaeſtimatis aliquid acceſſerit, hoc ad compendium mulieris pertinet.

INAESTVO, āre. [ἐγκυμαίνω] Hor. Epod. 11, 22 Quod ſi meis inaeſtuet praecordiis Libera bilis, *etc.* *Conf.* Prudent. in Symmach. Praef. 1, 55.

INAFFECTĀTVS, a, um. Adi. [ἀσπούδαστος] *Non affectatus.* Quinctil. 11, 1 *extr.* Quia mire ſimplicitas illa et ſecuritas inaffectatae orationis tenues cauſas decet. *Add.* Id. 8, 3 *extr.* Plin. in Paneg. c. 67 *pr.* Inaffectata veritas verborum. *i. Naturalis et aperta. veritas enim fuco caret, et praetextu verborum.* Quinctil. 10, 1 Quid ego commemorem Xenophontis illam iucunditatem inaffectatam ? *Conf.* Tertull. de Pall. c. 4.

INAFFECTVS, a, um. Adi. *Idem.* Apul. Met. 2 p. 115, 24 Inaffectum capillitium. *Sed melius Pricaeus* Inaffectatum.

INAGGERATVS, a, um. Adi. *i. coaceruatus.* Tellurem terere inaggeratam Sidon. Ep. 3, 12.

INAGO, ĕre. Inagere in praeceps Apul. Met. 4 p. 148. Semen exteritur grege iumentorum inacto et ibi agitato perticis Varro R. R. 1, 22. *Vid.* INIGO.

INAGITATVS, a, um. Part. *Non agitatus.* Inagitati terroribus, incorrupti voluptatibus Sen. Ep. 45.

INAGITABILIS, e. Adi. An exiſtimas, aërem inertem inagitabilem relictum eſſe Sen. Qu. Nat. 5, 5.

INALBESCO, ĕre. [ἀπολευκαίνομαι] *Album fieri.* Celſ. 2, 7 Venae ſub lingua inalbeſcunt. Idem 5, 28.

INALBEO, ēre. *Idem quod Albus ſum.* Apul. Met. 7 *pr.* Dies inalbebat.

INALBO, āre. *Act.* *Album facere.* Apul. Met. 10 p. 248, 30 Cerei praeclara micantes luce nocturnas nobis tenebras inalbabant.

INALGESCO, ĕre. [ἀποριγῶμαι] *Idem quod Algeſcere.* Celſ. 3, 3 Frigus voco, vbi extremae partes membrorum inalgeſcunt : horrorem, vbi totum corpus intremit.

INALIENĀTVS, a, um. Adi. *Incorruptus.* Scribon. Larg. Compoſ. 214 Adiicitur propolis inalienatae, ſincerae, et bonae ſelibra.

INALPĪNI, ōrum. m. [Ἐνάλπειοι] *Qui in Alpibus habitant.* Plin. 3, 4 *ad finem*, Adiecit formulae Galba Imperator ex Inalpinis Auanticos atque Ebroduntios. *Et* c. 5, 10 Alpes Populique Inalpini variis nominibus : ſed maxime capillati. *Vtitur et* Cic. Fam. 11, 4. Suet. Aug. c. 21 Domuit Salaſſos gentes Inalpinas.

INALTERO, āre. Quas non diuiſit, tacendo inalterauit Tertull. de Vel. Virg. c. 4. *i. alteram in altera complexus eſt, ſec. Iun.*

INALTO, āre. Paullin. ad Cyther. 738 Quia qui ſuperbos deprimit, humiles inaltat. Apul. in Triſmeg. p. 85 Inaltata eſt caua mundi rotunditas in modum ſphaerae.

INAMABĬLIS, e. Adi. [ἀνέραστος] *Qui non poteſt amari, in quo nihil eſt propter quod ametur.* *Vid.* Gell. 2, 6. *et* Macrob. Saturn. 6, 7. Plaut. Bacch. 4, 3, 3 Incredibilis, impos animi, inamabilis, illepidus viuo. Plin. Epiſt. 9, 10 *extr.* Quamquam id genus operis

ris inamabile, inamoenum, magisque laboribus ruris, quam voluptatibus ſimile. Feritas Ouid. ex Pont. 1, 6, 5. Locus Idem Triſt. 5, 7, 43. Regnum Ouid. Met. 14, 590. Nihil eſt inamabilius, quam diligens ſtultitia Sen. Contr. 20. Ridere inamabile Ouid. de Arte Am. 3, 289. *al.* Stridere.

INAMĀTVS, a, um. Part. *Non amatus.* Sil. 12, 527 Haud inamatus ager. Theodulf. 1, 543 Inamati tegmina buſti.

INAMARESCO, ĕre. [πικραίνομαι] *Amarum fieri.* Hor. Serm. 2, 7, 107 Namque inamareſcunt epulae ſine fine petitae.

INAMBITIŌSVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 11, 766 Secretos montes et inambitioſa colebat Rura. *Ambitione carentia.*

INAMBŬLO, āre. [ἐμπεριπατέω] *Significat Spatiari, et ſpatia ambulando conficere.* Cic. de Orat. 1, 261 Neque is conſiſtens in loco, ſed inambulans, atque aſcenſu ingrediens arduo. Idem Att. 6, 2 Ante lucem inambulabam domi. Plaut. Aſin. 3, 3, 92 Inambulandum eſt. Cic. Verr. 4, 32 Eo quum venio, Praetor quieſcebat, fratres illi Cybiratae inambulabant. Cum aliquo in porticu inambulare Cic. de Orat. 2, 12. In viridi, opacaque ripa Idem de Legib. 1, 15. Per muros Liu. 23, 43. Nudis pedibus Aſin. Pollio ad Cic. Fam. 10, 32.

INAMBVLATIO, ōnis. f. [ἐμπεριπάτησις] Cic. in Brut. 158 c. 43 Non multa iactatio corporis, non inclinatio vocis, nulla inambulatio. Catull. 6, 11 — Tremulique quaſſa lecti Argutatio, inambulatioque. *Add.* Auct. ad Her. 3 c. 15. *Locus vbi inambulatur.* Plin. 14, 1 Vna vitis Romae in Liuiae porticibus ſubdiales inambulationes vmbroſis pergulis opacat.

INAMOENVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 10, 15 Perſephonen adiit, inamoenaque regna tenentem. Feritas inamoena viae Stat. Silu. 2, 2, 33. *et* Theb. 1, 89.

INANIMĀLIS, e. Adi. *Inanimatus.* Macrob. Saturn. 4, 6 Eſt et ille locus ad permouendum pathos, in quo ſermo dirigitur, vel ad inanimalia, vel ad muta. Apul. Triſmeg. p. 88 Animalia omnia et inanimalia. Tertull. Apol. c. 48. *it.* adu. Hermog. c. 36 *et* 44.

INANĬMVS, a, um. *et* INANĬMIS, e. Adi. [ἄψυχος Gloſſ. Gr. Lat.] *Quod non habet animum, vel anima caret, et non vivit.* Cic. Off. 2, 11 Partim ſunt inanima, vt aurum, argentum. Idem Verr. 5, 170 Tamen omnia muta atque inanima. Liu. 41, 18 Satiati caede animantium, quae inanima erant parietibus affligunt. *Sic recte reſtituit Drakenb. pro* affigunt. Tacit. Hiſt. 1, 84 Muta iſta et inanima intercidere ac reparari. *Adde* 4, 69. Inanima caro Plin. 7, 15. Caſtimonia inanima Apul. Met. 11 p. 272. *Inter* Inanimum *et* Animal *quid interſit, oſtendit* Cic. Acad. 4, 37 c. 12 Deinde (inquit) quum inter inanimum et animal hoc maxime interſit, quod inanimum nihil agit, animal agit aliquid. Apul. Met. 1 p. 108 Inanimis et nudus. *Add.* Id. ib. 2 p. 125 *fin.*

INANĬMO, āre. Gruter. Inſcript. Spur. p. 27, 3 Vrinantem inanimat. *i. recreat, animat.* *Sed* Sen. Epiſt. 58 Corpore omnia aut animantia eſſe aut inanimantia.

INANIMĀTVS, a, um. Adi. [ἄψυχος] *Idem quod Inanimus,* Cic. in Topic. c. 18 Animata inanimatis anteponantur. *Et* de N. D. 3, 40 c. 16. *Defendit hanc vocem Borrich. contra Lambinum Voſſiumque: Vid. Cogit. in Voſſium p. 127. Defendit item Manutius et retinent Codd. melioris notae.*

INĀNIS, e. Adi. [κενὸς, διάκενος] *Vacuus, Fruſtraneus.* Plaut. Perſ. 3, 1, 26 Non ego inimicitias omnes pluris aeſtimo, quam menſa inanis ſi nunc apponatur mihi. Inanis atque inops, *Pauper* Plaut. Bacch. 3, 4, 19. Cic. pro Cluent. 70 Quum domi ſuae miſerrimus et inaniſſimus tantum numorum poſitum videret. *Add.* Plaut. Moſt. 3, 1, 40. Id. Plaut. Pſeud. 1, 3, 74 Nihilne te mei miſeret? B. inanis accedas? dicta non ſonant: at ego te viuum, ſaluumque vellem. *Sic* Cic. Att. 14, 3 Inanes redierunt. Plaut. Amph. 1, 1, 174. Idem Aſin. 3, 3, 70 Eho baiulabo: tu, vt decet dominum, ante me ito inanis. *Sine onere.* Inanem ex aliquo loco profugere Cic. Verr. 1, 37. Redire Idem Off. 3, 6 c. 2. Ager Cic. Verr. 3, 121 c. 52 *pr.* Animus Tacit. Hiſt. 4, 39. Artus Ouid. ad Liu. 132. Bella inania gerens Sil. 1, 69. *i. Simulacra pugnae.* Cauſas nequidquam nectis inanes Virg. Aen. 9, 219. Cerae, *i. Sine melle* Virg. Georg. 4, 241. Cogitationes Cic. pro Milon. 95. Corpus Ouid. Epiſt. 15, 116. *i. mortuum.* *Sic* Cic. de Legg. 2, 45 c. 18 Tumetur ex inani corpore extractum haud ſatis caſtum donum Deo. Cic. Verr. 2, 177 Crimen huiusmodi niſi literis confirmetur, inane eſſe dicet? Cupiditatem inanium nec modus vllus, nec finis inueniri poteſt Idem de Fin. 1, 45. Curae Lucret. 3, 117. Decus Hor. Epod. 5, 7. Doli frangentur Virg. Georg. 4, 400. Domus, *cui opponitur* Exornata et inſtructa Cic. Verr. 2, 84. Elocutio inanis, ac paene puerilis Idem de Orat. 1, 20. Equus, *Cui nemo inſidet* Cic. Verr. 2, 160. Fauor Tacit. Hiſt. 2, 30. Galea, *Sine capite* Virg. Georg. 1, 496. *Et* Aen. 5, 673. Fletus Virg. Georg. 4, 375. Horrea Ouid. Triſt. 1, 8, 9. Virg. Aen. 10, 758 Dii Iouis in tectis iram miſerantur inanem. *Vbi* Seruius, Generaliter dicit omnem iram bellicam; vbi enim tam inanis iracundia eſt quam in bello, vbi vt pereamus iraſcimur? Laetitia tumefactus inani Propert. 3, 6, 3. Cic. Verr. 5, 95 Quem poſtea quam inanem Locum offenderunt, et Praetorem commouiſſe ex eo loco caſtra ſenſerunt. Virg. Georg. 4, 105 Inſtabiles animos Ludo prohibebis inani. *i. Leui.* Metus Lucret. 3, 995. *i. Vanus.* Munus, Non profuturum: Virg. Aen. 6, 885 — Et fungar inani Munere. Seruius. Cic. Verr. 5, 103 Inanem te Nauem eſſe in Italiam deducturum. Nauigia Plin. Paneg. 31. *Adde* Nep. 7, 8, 6. Nomen Hor. Epiſt. 1, 17, 41. Nubila Virg. Georg. 4, 196. Operam inanem ſumere Hor. de Arte Poët. 443. Plin. 9, 31 Huic ſolertia eſt, inanium Oſtrearum teſtis ſe condere. Virg. Aen. 1, 468, — Animum Pictura paſcit inani. Promiſſum Ouid. Faſt. 3, 685. Rotae, Sine pondere Seru. *ad* Virg. Georg. 3, 170. *Forte etiam currus vacuus.* Quinctil. 2, 15 Et verum robur inani ſagina mentiantur. Simulacra Ouid. Met. 3, 668. Somnia Cic. de Diuin. 2, 127. Spe multum captus inani Virg. Aen. 11, 49. Spe inani et tenui conſolari Cic. pro Roſc. Com. 43. Virg. Ecl. 2, 5 Ibi haec incondita ſolus Montibus et ſiluis Studio iactabat inani. Studia inania, et fluxa Tacit. Ann. 3, 50. Tempus Virg. Aen. 4, 433. Vas inane quum dicimus, non ita loquimur vt phyſici, quibus inane nihil placet, ſed ita vt, verbi gratia, ſine aqua, ſine vino, ſine oleo Vas eſſe dicamus Cic. de Fato 24. Virg. Aen. 10, 639 — Dat inania Verba, Dat ſine mente ſonum, greſſusque effingit euntis. Verba ſingis Propert. 3, 20, 5. Viſiones Cic. Acad. 4, 33. Vmbra Ouid. Triſt. 3, 11, 25. Voces fundere Cic. Tuſc. 3, 42. ¶ 2 Inanes, *a Latinis plerumque intelliguntur Homines ieiuni animi, et laudis honorisque etiam in minutis rebus cupidi.* [κενόδοξοι] Tacit. Hiſt. 4, 39 Dein poſtquam inanem animum ſpe et cupidine impleuerat. Perſ. 1, 1 *de iis, qui ſcribendo famam captant,* O curas hominum! O quantum eſt in rebus inane. Inanis homo, *i. Vanus* Salluſt. Iugurth. 68 (67). Inaniſſimi homines Lactant. 2, 17, 8. *Sed* Lucret. 1, 640 Clarus ob obſcuram linguam magis inter inanes, Quamde graues inter Graios qui vera requirunt. *intellige doctrinae et bonarum rerum.* *Rurſus* Hor. Serm. 1, 4, 76 Inanes Hoc iuuat. *i. vanae gloriae cupidos.* *Ad nocendi ſtudium reſpicit.* Cic. Fam. 2, 17 Puſillus animus et ipſa maleuolentia ieiunus atque inanis. Medicina inanis, *i. Nullius fructus aut vtilitatis.* Celſ. 7, 16. ¶ 3 *Conſtruitur diuerſis modis.* Ouid. Epiſt. 3, 60 Sanguinis atque animi pectus inane fuit. Cic. Att. 2, 8 Nulla enim abs te per hos dies epiſtola inanis aliqua re vtili et ſuaui venerat. Inanem a marſupio Prudent. in Laurent. 104. Cic. pro Muraen. 26 c. 12 Poſtea vero peruulgata, atque in manibus iactata et excuſſa, inaniſſima prudentiae reperta ſunt. Apulia inaniſſima pars Italiae Cic. Att. 8, 3. Idem Bruto 3 Nihil eſt in me inane, neque enim debet. Nihil inane, nihil ſine cauſa, nihil ſuperuacuum Cic. de N. D. 1, 93. *Subſt. pro Aëre, caelo.* Ouid. Met. 2, 506 Suſtulit, et celeri raptas per inania vento Impoſuit caelo. Magnum Virg. Ecl. 6, 31. Profundum Lucret. 1, 1101. *Conf.* Cic. de Fin. 1 c. 6 *pr.* *Drakenb. ad* Sil. 6, 248.

INANĬTAS, ātis. f. *Vacuitas, Vanitas.* Plaut. Caſ. 4, 3, 5 Mihi inanitate iamdudum inteſtina murmurant. Cic. de Fat. 18 Quum duo indiuidua per inanitatem ferantur. Idem Tuſc. 3, 3 c. 2 In ſumma inanitate verſatur. Cic. de Fin. 1, 44 Vt ſapiens ſolum amputata circumciſaque inanitate omni et errore, naturae finibus contentus ſine aegritudine poſſit et ſine metu viuere. Arundinis inanitas Plin. 13, 22. Loci Sen. Nat. Quaeſt. 6, 25 *extr.* Oris Quinctil. 1, 11. Verborum Gell. 13, 18.

INANĬTER. Adu. [κενῶς, φρέδη] *Fruſtra, ſine cauſa, vel ſine effectu.* Cic. Tuſc. 4, 13 c. 6 Quum autem inaniter et effuſe animus exſultat, tum illa laetitia geſtiens, vel nimia dici poteſt. Ouid. Met. 2, 620 Medicas exercet inaniter artes. Hor. Epiſt. 2, 1, 211 Meum qui pectus inaniter angit. Inaniter moueri Cic. Acad. 4, 34.

INANILŎQVVS, a, um. Adi. [κενολόγος] *Qui inania loquitur et vana:* Plaut. Pſeud. 1, 3, 24 Surdus ſum profecto, inaniloquus es. *al.* inanilogus.

INANIMENTVM, i. n. Plaut. Stich. 2, 1, 19 Inanimentis explementum quaerito.

INANIAE, arum. f. [κενότητες] Plaut. Aulul. 1, 2, 5 Nam hic apud nos nihil eſt aliud quaeſti furibus, ita inaniis ſunt oppletae atque araneis. *Vid.* Non. 2, 421.

INANIO, īre. [κενόω] *Vacuare.* Plin. 20, 3 Herbacea arefacta, per ſe inanit aluum. *de cucurbita.* Idem 21, 20.

INANESCO, ĕre. Ammian. 23 c. vlt. Conchulae concuſſae metu fulgurum inaneſcunt.

INANEFACIO, ĕre. Vlpian. ff. de ſolut. Solutione chirographo inanefacto. *Conf. Salm. de modo Vſur. p. 471.*

INANILOQVIVM, i. n. Vulgat. 2 Tim. 2, 16 κενολογία.

INANTE. *Compoſitum ex* In *et* Ante *Praepoſitionem inuenias apud quosdam. Sed aut diuiſim ſcribenda vtraque Particula, de qua vid.* ANTE n. 2: *aut vitioſa lectio emendanda, v. g.* Lucret. 5, 173 Tempore in ante acto. *i. in tempore ante acto.* Propert. 2, 2, 52 *recte ex MSS. Brouckhuſius,* Hic dominam exemplo ponat in arte meam, *non* inante.

INAPERTVS, a, um. Adi. [ἀνυπεύθυνος] *Non patens, non expoſitus.* Senectus inaperta fraudi Sil. 7, 26.

INAPPARATIO, ōnis. f. [ἀδιασκευασία] *Cui contrarium eſt* Apparatio. Auct. ad Herenn. 2 c. 4 Si praeterea ex altera parte vires, pecunia, conſilium, ſcientia, apparatio: ex altera parte imbecillitas, inopia, ſtultitia, imprudentia, inapparatio demonſtrabitur fuiſſe.

INAPPREHENSIBILIS, e. Adi. Tertull. adu. Valent. c. 11. Paullin. Nol. Epiſt. 32 n. 20. Cael. Aurel. Acut. 1, 3, 38 *inter ſigna mortis,* Locutionis inapprehenſibilis articulatio. *i. quae intelligi non poteſt.*

INAQVO, āre. *In aquam vertere.* Cael. Aurel. Acut. 1, 14, 108 Hydropiſmum fieri perforatione carnis in paruam formulam viarum quae poſſit ſolita (*ſ.* ſolida) corporis nutrimenta inaquare. *Conf. Gruter. ad* Treb. Poll. Trig. Tyr. c. 9.

INAQVOSVS, a, um. Adi. [ἄνυδρος Gloſſ. Cyrill.] *Siccus.* Tertull. de Baptiſm. c. 1 Serpentes arida et inaquoſa ſectantur. *Conf.* Cyprian. Ep. 63, 5.

INARCŬLVM, i. n. Virgula ex malo Punico incuruata, quam regina ſacrificans in capite geſtabat. Feſt. *Conf. Reineſ. Var. Lect. p. 238. qui legi vult,* Inarculum circulus erat e malo Punica incuruatus, quem regina *etc.*

INARDEO, ēre. *ſiue* INARDESCO, inarſi, ĕre. [ἐναίθω] *Ignem, calorem concipere.* Cic. de Orat. 2, 222 c. 54 *extr.* Dicere enim aiunt Ennium, Flammam a ſapiente facilius ore inardente opprimi, quam bona dicta teneat. *Sed Cockman et Pearcius diuiſim* in ardente. *Poſſis etiam* inardentem *coniicere.* *Sed totum* inardere *Praeſentis temporis ſuſpectum eſt.* Virg. Aen. 8, 623 — Qualis quum caerula nubes Solis inardeſcit radiis, longeque refulget. Hor. Epod. 3, 18 Nec munus humeris efficacis Herculis Inarſit aeſtuoſius. Quinctil. 11, 3. Tacit. Ann. 6, 32, 2 Inardeſcere cupidine victoriae.

INARESCO, ĕre. [καταξηραίνομαι] *Idem quod ſuum ſimplex: niſi aliquid addat Praepoſitio.* Colum. 4, 24 Nec patiantur ante maturitatem fructum inareſcere. Plin. 17, 28. Inareſcens ficus a rore Columel. 12, 15. Quinctil. 6, 1 Nihil facilius quam lacrimas inareſcere. Mortario inareſcere Scribon. 22. *de iis rebus, quae calore denſantur.* Columel. 2, 14, 2 Inaruerunt radices. *Et* 4, 7, 2 Vulnus *viti* penitus impreſſum inareſcit latius. Aquam inſpergere, quoties inareſcit Plin. 27, 8. *Conf.* Vitruu. 7, 3 *et* 11. Celſ. 5, 17, 2. 5, 26, 23. *et* 3, 191. *et* 6, 6, 3. Curt. 5, 5, 11.

INAREFACTVS, a, um. Partic. *ab* Inarefio. Plin. 32, 10 Ad ſanguinem ſiſtendum et ranarum illinunt cinerem vel ſanguinem inarefactum.

INARGENTĀTVS, a, um. Adi. [ἐπάργυρος] *h. e. Argento coopertus et illinitus atque obuolutus.* Plin. 21, 2 Paullatimque et Romae

ſubrepſit

ſubrepſit appellatio (coronarum) corollis inter initia propter gracilitatem nominatis, mox et corollariis, poſtquam e lamina aerea tenui inaurata aut inargentata dabantur. Lecti l. 3 D. de Supellectile.

INARGVTVS, a, um. Adi. *Ineptus, minime ſubtilis.* Vlpian. in l. Hoc ſenatusconſultum D. de vſufructu earum rerum, quae vſu conſumuntur, Quae ſententia mihi non inarguta videtur.

INARGVTE. Adu. [ἀϛωμύλως] Gell. 12, 13 Tunc Sulpicius Apollinaris, Non me hercle inargute, inquit, nec incallide oppoſuiſti hoc Tullianum.

INARIME, es. f. [Ἄριμα, Ἄριμοι] *Inſula in ora Campaniae prope Neapolim: et vt ait* Plin. 3, 6 in Puteolano ſinu, Aenaria a ſtatione nauium Aeneae vocitata. Inarime *vero ab* Arimis, *ſiue populis, ſiue beluis, ita priſca Hetruſcorum lingua ſimias dictante, quas Graeci pithecos vocant: vnde nomen inſulis Pithecuſis, vt Straboni placet, ex hiſtoria fabuloſa quam refert* Ouid. Met. 14, 89 Inarimen, Prochytenque legit, ſterilique locatas Colle Pithecuſas, habitantum nomine dictas. Plin. *l. c. ait*, Inarime dicta, Graecis Pithecuſa, non a ſimiarum multitudine, vt aliqui exiſtimauere, ſed a figlinis doliariorum. πίθος enim dolium Graecis dicitur. Tyrrhena Inarime Sen. Herc. Oet. 1156.

INĂRO, āre. [ἐναρόω] *Arando obruere et terra tegere.* Varro de R. R. 1, 23, 3 Si ager macrior eſt, pro ſtercore inarare ſolent lupinum et ſabalia. Columel. 2, 2 Nemoroſi fruticoſique tractus duplex cura eſt: vel exſtirpandis radicitus arboribus et remouendis: vel ſi rarae ſint, tantum ſuccidendis, incendendisque, et inarandis. Plin. 18, 14 Inarari protinus ſolum opus eſt. Columel. 2, 5 Disiectum deinde protinus fimum inarari et obrui conuenit. Ibid. c. 9 Ibi columbinum ſtercus, vel (ſi id non eſt) folia cupreſſi conuenit ſpargi, et inarari. *Rurſus* c. 10 Et ſimiliter quum ſemen crudo ſolo ingeſſerimus, inarabimus. *Et* c. 16 Lupinum quum agricola exili loco circa idus Septembris ſparſerit et inarauerit, idque tempeſtiue vomere vel ligone ſucciderit, vim optimae ſtercorationis exhibebit.

INARATVS, a, um. Part. *Non aratus.* Hor. Epod. 16, 43 Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis, Et imputata floret vsque vinea: Inarata, *Non arata. Imputata, Non putata. Fortunatarum inſularum eſt periphraſis.* Terra inarata Virg. Georg. 1, 83. *Add.* Stat. Theb. 10, 512.

INARRHO, āre. *Dare in arrham.* Cathol.

INARTICVLATVS, a, um. Adi. *Vocis epitheton confuſae, in qua literas et ſyllabas tanquam articulos diſtinguere non poſſis.* Inarticulata Vox l. 7 extr. D. de ſupellect. leg. Inarticulatum neſcio, quid ore hiante clamabit Arnob. 2 p. 59.

INARTIFICIĀLIS, e. Adi. Quinctil. 5, 1 Ideoque illas ἀτέχνους, i. e. Inartificiales: has ἐντέχνους, i. e. Artificiales vocauerunt. *Conf.* c. 5 *et* 7 *extr.*

INARTIFICIALĬTER. Adu. Quinctil. 2, 17, 42 Sed nec illa omittenda ſunt, qua in re alius ſe inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea eſſe artem.

INASCENSVS, a, um. Adi. [ἀνάβασις] *Pro Non aſcenſo.* Plin. in Paneg. 65 Iam toties procedere in roſtra, inaſcenſumque illum ſuperbiae principum locum terere, *etc. i. Nunquam ab aliis ſuperbis principibus aſcenſum, vt ius publice dicerent.*

INASPECTVS, a, um. Adi. [ἄνοπτος] *Non conſpectus, non viſus.* Stat. Theb. 1, 10

Imaeque receſſu
Sedis inaſpectos caelo radiisque penates
Seruantem.

INASPICABILIS, e. Adi. Gloſſ. Gr. Lat. ἀόρατος, inuiſibilis, inaſpicabilis.

INASPICVVS, a, um. Adi. *Idem.* Auſon. Epiſt. 23, 22 Semper inaſpicuis prodentur ſcripta fauillis. *Al.* Inadſpicuis.

INASPERATVS, a, um. Adi. Inaſperatae voces Ammian. 29, 5. *Al.* inſperatae.

INASSATVS, a, um. Adi. [ἔνοπτος] *Idem quod aliquantum Aſſatus.* Plin. 28, 8 Glaucomata vero iecinoris recentis inaſſati ſanie, cum deſpumato melle inunctis. *Et* c. 10 Quidam et ipſum arundine exenteratum inueteratumque bibendum dedere. Alii in cibo in ligneis verubus inaſſatum.

INASSERO, āre. Ferroque figito, inaſſerato aſſeribus abiegnis ſectilibus Inſcript. Grut. p. 207. *Aſſeribus munire, firmare, etc.*

INASSVETVS, a, um. Adi. [ἀνέθιϛος] *Idem quod Inſuetus, inuſitatus.* Ouid. Faſt. 4, 450 Panditur interea Diti via: namque diurnum Lumen inaſſueti vix patiuntur equi. Manu inaſſueta agere aliquid Idem de Arte Am. 1, 300. Sil. 3, 236 Sinus cingere inaſſuetum. Sulp. Seuer. Hiſt. Sacr. 1, 4 Inaſſueto ſermonis genere.

INATTAMINATVS, a, um. Adi. Serua Deo rem ſuam inattaminatam Tertull. de Cor. Mil. c. vlt. *intactam, impollutam.*

INATTENVĀTVS, a, um. Adi. [ἀλέπτυντος] *Non attenuatus aut imminutus.* Ouid. Met. 8, 844

Sed inattenuata manabat
Tum quoque dira fames, implacataeque vigebat
Flamma gulae.

INATTENTVS, a, um. Adi. *Vnde*

INATTENTE. Adu. Ammian. 30, 8.

INAVDAX, acis. Adi. [ἄτολμος] *Timidus.* Hor. Carm. 3, 20, 3 Dura paullo poſt fugies inaudax Praelia raptor.

INAVDIO, īui, ītum, īre. [κατακούω] *In hoc verbo* In *minuere videtur ſignificationem, vt ſit ex parte audire, ſublegere ſermonem imprudentis, audire quod occulte agitur.* Plaut. Aulul. 2, 2, 88 Credo ego iam illum inaudiſſe mihi eſſe theſaurum domi. Inaudire de re aliqua Idem Moſt. 3, 1, 11. Cic. *apud* Non. 2, 442 Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primum inaudieram. Idem Att. 6, 1 Numquid de quo inaudiſti? *Conf. ad h. l. Manut.*

INAVDĪTVS, a, um. Part. [ἀνάκουστος, ἀδιάπυστος] *Non auditum, inuſitatum, nouum.* Liu. 35, 49 Et multa nomina gentium inauditarum. Pars altera inaudita Sen. Med. 199. Inaudita crudelitas verborum Cic. pro Rab. c. 4. Magnitudo, *incredibilis et admodum magna* Plin. 9, 30. Inaudita Graecis ſors iſta Cic. de Diuin. 2, 117. Idem in Vatin. 33 Feceriſne, quod in hac Republ. non modo factum ante nunquam eſt, ſed in omni memoria inauditum? Inauditum nomen imponere alicui rei Id. de Fin. 3, 14. Inaudita et inviſa Cic. de Aruſp. Reſp. 57. Inauditum et nouum Id. de Orat. 1, 137. Inauditum damnari, *i. Indicta cauſa damnari.* Suet. Galba c. 14 Quosdam claros ex vtroque ordine viros ſuſpicione minima inauditos condemnauit. Tacit. Ann. 2, 77 Inauditi, atque indefenſi tanquam innocentes perierant. ¶ 2 Inauditus, *Absque auribus.* Non. 2, 463 Quaedam animalia gignuntur aut inodora, aut inaudita. *Nempe* Audis *etiam dicebatur pro* Auri; *vnde eſt ipſum* Audio. *Sed* Inaurita, *eſt apud* Gell. 7, 6. *Vid. infra.*

INAVDIBILIS, e. Adi. *Qui nequit audiri.* Cenſorin. c. 13 *pr.* Septem Stellae dulciſſimam quidem concinunt melodiam, ſed nobis inaudibilem. *Quod vero ex* Cic. Att. 15, 26 *pr. profertur*, An fidem infirmet filio inaudibili, *mendoſum eſt: Rectius Boſ.* An fidem infirmet Silio. Inaudiui, *etc.*

INAVDIENTIA, ae. f. Cyprian. Epiſt. 28 Perniciem ſibi prouocare per inaudientiam, *i. inobedientiam*, ἀπείθειαν.

INAVDITATVS, a, um. *Laudatur* Tertull. Adu. Marc. 4, 24 Regnum Dei neque nouum neque inauditatum. *Sed ſphalma eſt. Priorius certe* Inauditum, *non facta mentione alterius lectionis.*

INAVDITIVNCV̆LA, ae. f. Dimin. [ἀκροαμάτιον] Gell. 5, 21 Habebatque nonnullas diſciplinae grammaticae inauditiunculas, partim rudes, inchoatasque, partim non probas.

INAVERSIBILIS, e. Adi. Aeternitas inauerſibilis, immobilis, inſolubilis Apul. ad Aſclep. p. 100.

INAVGEO, ēre. Melius erit inaugeri cauſam eius, ſententiamque proferri l. 27 §. 2 de liber. cauſ. *Sed Cuiac. Obſſ.* 6, 27 *legendum putat* inaudiri.

INAVGV̆RO, āre. [οἰωνίζομαι] *Idem quod Augurium captare.* Liu. 1, 7 Palatinum Romulus, Remus Auentinum, ad inaugurandum templa capiunt. Idem 1, 36 *Tarquinius ad Accium Nauium*, Agedum, inquit, diuine tu inaugura, fieri ne poſſit, quod nunc ego mente concipio. Quum ille in augurio rem expertus, profecto futuram dixiſſet. Varro de L. L. 4, 8 p. 15, 5 Via ſacra, per quam augures ex arce profecti ſolent inaugurare. ¶ 2 *Augurio adhibito perſonam muneri, locum vſui ſacro et magno deſtinare, atque initiare adeo. Maxime quidem ipſorum augurum eſt.* Cic. Philipp. 2, 110 c. 43 Quid igitur ceſſas? cur non inaugurare? ſume diem, vide qui te inauguret. Cooptatum me ab eo in collegium recordabar, et inauguratum ab eodem Id. de Cl. Orat. *pr. Conf.* Suet. Calig. c. 12 Augur in locum fratris ſui deſtinatus, priusquam inauguraretur, ad Pontificatum traductus eſt. Liu. 30, 26 Augur in locum eius inauguratus Q. Fabius Maximus filius: *(de Fabio Cunctatore ſermo eſt)* in eiusdem locum Pontifex (nam duo ſacerdotia habuit) Seru. Sulpicius Galba. *De aliis ſacerdotibus vid.* Liu. 40, 42. *Sed reges quoque* inaugurati, *inſtituto certe Numae, cuius inauguratio ſic deſcribitur* Liu. 1, 18 Accitus, ſicut Romulus augurato vrbe condenda regnum adeptus eſt, de ſe quoque Deos conſuli iuſſit. Inde ab augure (cui deinde honoris ergo, publicum id perpetuumque ſacerdotium fuit) deductus in arcem, in lapide ad meridiem verſus conſedit. Augur ad laeuam eius capite velato, ſedem cepit, dextra manu baculum ſine nodo aduncum tenens, quem lituum appellauerunt. Inde vbi proſpectu in vrbem agrumque capto, Deos precatus, regiones ab oriente ad occaſum terminauit; dextras ad meridiem partes, laeuas ad ſeptentrionem eſſe dixit. Signum contra, quo longiſſime conſpectum oculi ferebant, animo finiuit. Tum lituo in laeuam manum translato, dextra in caput Numae impoſita, precatus eſt ita: *Iupiter pater, ſi eſt fas, hunc Numam Pompilium, cuius ego caput teneo, regem Romae eſſe, vti tu ſigna nobis acclaraſſis inter eos fines, quos feci.* Tum peregit verbis auſpicia, quae mitti vellet. Quibus miſſis, declaratus rex Numa de templo deſcendit. *Sed dicitur etiam de loco.* Liu. 1, 55 Exaugurare Fana Sacellaque ſtatuit, quae aliquot ibi — vota, conſecrata, inaugurataque poſtea fuerant. Liu. 3, 20 Eo magis quod et augures iuſſos adeſſe ad Regillum lacum fama exierat: locumque inaugurari, vbi auſpicato cum populo agi poſſet. Flor. 1, 7, 8 Templum erexit, quod cum inaugararetur, cedentibus caeteris Diis reſtitere Iuuentas et Terminus. *Sed* Claud. Conſ. Hon. 6, 12 Qualis erit, terris quem mons Euandrius offert Romanis auibus, quem Tibris inaugurat annus? *i. qui cum Honorii conſulatu in campo Martio ſuſcepto incipit.*

INAVGVRATVS, a, um. Part. Plaut. Aſin. 2, 1, 11 Impetritum, inauguratum eſt, quouis admittunt aues. Plin. 16, 44 ſ. 87 *Ilices*, apud quas inauguratus eſſe dicitur *Tiburtus, conditor Tiburis.* Liu. 1, 43 Centuriae inauguratae. *Tralate.* Apul. Met. 7 p. 191, 25 Coena poculisque magnis inauguratus. *de duce* latronum. Vet. Gloſſ. Inauguratus, ἀποιωνισθείς.

INAVGVRATIO, ōnis. f. Tertull. aduerſ. Valent. c. 11 Inauguratio quaedam diuidendae doctrinae.

INAVGVRĀTO. Adu. [οἰωνιστικῶς] *i. Captato augurio.* Liu. 1, 36 Id quia inaugurato Romulus fecerat, *etc.* Idem 1, 44. *et* 5, 53.

INAVRIS, is. f. [ἐνώτη] *Ornamentum aurium, quo mulieres vtebantur.* Plaut. Epid. 5, 1, 33 Non meminiſti me inaurem ad te afferre natali die? *al.* Auream. Idem Men. 3, 3, 17 Inaures da mihi. *Margaritis vſas eſſe mulieres ad* inaures, *docet Drakenb. ad* Sil. 12, 231. *et Interp. ad* Petron. c. 55. *Conf.* Paul. Dig. l. 32 §. 8.

INAVRĪTVS, a, um. Adi. [ἄωτος] Gell. 7, 0 Quaedam animalium alia alio carent: et aut caeca natura gignuntur, aut inodora, inauritaue, *i. Sine auribus. Add.* Non. 2, 463 *vbi* Inaudita *legitur.*

INAVRO, āre. [χρυσόω] *Auro tegere.* Plin. 33, 3 Sua aetas de Catulo exiſtimauit, quod tegulas aureas Capitolii inauraſſet primus. *Conf.* Vopiſc. Aurel. c. 40. *Tralate:* Cic. Fam. 7, 13 Puto te malle a Caeſare conſuli, quam inaurari. Hor. Epiſt. 1, 12, 9 Vt te Confeſtim liquidus fortunae riuus inauret.

INAVRĀTVS, a, um. Partic. [χρυσωθεὶς] *Auro intectus.* Inaurata ſtatua Cic. in Piſon. 93. *Et* Verr. 2, 114 c. 46. *et ib.* c. 21. *it.* de Orat. 3 c. 32. Inaurata extrinſecus columna Cic. de Diuin. 1, 48 c. 27. Romulus in Capitolio inauratus Idem in Catil. 3, 19. Crater Ouid. Faſt. 2, 251. Lecti Dig. l. 3 §. 3. Ouid. de Arte Am. 2, 494 Mouit inauratae pollice fila lyrae. Palla inaurata indutus Auct. ad Heren. 4, 61. Pellis arietis inaurata Cic. Tuſc. 1, 45. *Ex quodam Poëta. Compar.* Tertull. de Pall. c. 3 *pr.* Omni patagio inauratior.

INAVRĀTOR, ōris. m. Firmic. 3, 4 (3) *extr.* Iupiter faciet aut aurifices, aut ex auro veſtes pingentes, aut inauratores. Vet. Inſcript. *apud* Gruter. p. 1074 n. 12 CONCORDIA COLLEGII BRACTEARIORVM ET INAVRATORVM.

INAVSPICĀTVS, a, um. Adi. [ἀπαίσιος] *Non auſpicatum et infelix, quod ſit auſpicio non prius captato, vel vitioſe capto. Vt*, Nomen inauſpicatum Plin. 3, 23. Res inauſpicati exempli Idem 7, 16. Cornix ales inauſpicatae garrulitatis Id. 10, 12. Inauſpicatum

catum ſanguinis pignus mei Sen. Oedip. 1023. *Superl.* Plin. 28, 2 Incendio inter epulas nominato, aquis ſub menſam profuſis abominamur: recedente aliquo ab epulis, ſimul verri ſolum; aut bibente conuiua, menſam vel repoſitorium tolli, inauſpicatiſſimum iudicatur. *i. Infelicitatis ſignificatio.*

INAVSPICATO. Adu. [ἀπαισίως] Cic. de Diuin. 1, 33 c. 17 Qui quum tabernaculum vitio cepiſſet imprudens, quod inauſpicato pomoerium transgreſſus eſſet, comitia Conſulibus rogandis habuit.

INAVSVS, a, um. Adi. [ἀτολμηθεὶς] *Non auſus, et quod quis non audet.* Sen. Thyeſt. 20 Ac me innocentem faciat: et inauſa audeat. Sen. Epiſt. 92 Et ſciat nihil eſſe fortunae inauſum. Virg. Aen. 8, 205 At furiis Caci mens effera, ne quid inauſum Aut intentatum ſcelerisue doliue fuiſſet. *Conf.* Martial. 2, 14.

INAVXILIATVS, a, um. Adi. Animae inauxiliatae Vulg. Sapient. 12, 16.

I N C

INCAEDVVS, a, um. Adi. [ἄτμητος] *Quod non caeditur.* Seruius in Virg. Ecl. 5, 63 Intonſi montes, ſiluoſi, incaedui. Ouid. Faſt. 2, 435. Lucus incaeduus: *vid.* Inciduus *in* INCIDO.

INCALESCO, ui, ĕre. [ὑποθερμαίνομαι] *Calidum fieri.* Plin. 14, 21 Item vaſa incaleſcentia operculaque ſudantia. Ouid. Met. 2, 175 Incaluit, ſumſitque nouas feruoribus iras. Bene incaleſcere Scribon. 122. Incaleſcere vino Liu. 1, 57. *Conf.* Curt. 8, 1, 22. Ouid. Met. 2, 641 Incaluitque deo, quem clauſum pectore habebat. *de Baccho in vtero Semeles.* Animi incaluere Id. ibid. 2, 87. Spuma incaleſcens Plin. 9, 51. Columel. 2, 4 Pingues campi, qui diutius continent aquam, proſcindendi ſunt anni tempore iam incaleſcente. Incaluiſſe mero Virtus Catonis narratur Horat. Od. 3, 21, 11. Virtus incaluit Lucan. 6, 240.

INCALFACIO, ĕre. [ὑποθερμαίνω] *Calidum facere, calefacere.* Ouid. Faſt. 4, 919 Quantum ſi culmos Titan incalfacit vdos.

INCALLIDVS, a, um. Adi. [ἀμήχανος] *Non callidus ſ. aſtutus.* Cic. de Inuent. 1, 4 Quum a ſummis viris maximae res adminiſtrarentur, arbitror alios fuiſſe non incallidos homines, qui ad paruas controuerſias priuatorum accederent. Tacit. Ann. 3, 8 Quum incallidus alioqui, et facilis iuuenta, ſenilibus tum artibus vteretur. Iudex Ouid. Epiſt. Sabin. 3, 55. Seruus Cic. pro Cluent. c. 16.

INCALLIDE. Adu. [ἀμηχάνως] Cic. Off. 3, 118 c. vlt. In his tamen tribus generibus quoquo modo poſſunt, non incallide tergiuerſantur. Gell. 7, 3 Ea non incallide conquiſiuit. Idem 12, 13 Nec incallide oppoſuiſti hoc Tullianum.

INCALLO, āre. Veget. R. Vet. 2, 27 Carnem indurare et incallare.

INCALO, āre. [καλέω] *Vocare.* Feſtus: Incalanto, inuocanto. INCALATIONES, inuocationes. *et* INCALATIVE, vocatiue: Idem.

INCANDESCO, (*vel* INCANDEO,) ui, ĕre. [διαπυροῦμαι] *Vehementer incendi, inflammarique.* Ouid. Met. 2, 729 Non ſecus exarſit, quam quum Balearica plumbum Funda iacit, volat hoc, atque incandeſcit eundo. Virg. Georg. 3, 479 Totoque Autumni incanduit aeſtu. *Vbi* Seruius, Exarſit prima Autumni parte. Ara incanduit ignibus Ouid. Met. 12, 12. *Conf.* Plin. Paneg. 30. *et* Sen. Nat. Quaeſt. 3, 16.

INCANDIDVS, a, um. Adi. Gloſſ. Gr. Lat. ἀλεύκαντος, Incandidus.

INCANDIDO, āre. Iul. Firmic. de Error. Rel. prof. p. 57 (p. 37 *Oiſel.*) Maculas Chriſti ſanguis incandidat.

INCANTO, āre. [ἐπάδω, γοητεύω] *Cantando, i. verbis conceptis et praeſcriptis vi magica aliquid ſupra naturam moliri.* Plin. 28, 2 Qui malum carmen incantaſſit. *Sed* Apul. Met. 8 p. 210 Paſſerem incantantem ſepiculae confeſtatur arripere, *i. in ſepicula cantantem.*

INCANTATVS, a, um. Part. Vincula incantata Hor. Serm. 1, 8, 49.

INCANTATIO, ōnis. f. [ἐπῳδή] *Actus ipſe incantandi.* Magicas inſequentur incantationes Firmic. 5, 4. Tertull. de Cultu Fem. 1, 2 Incantationum vires prouulgauerant.

INCANTATOR, ōris. m. Firmic. . . *et* Iſidor. 8, 9. Tertull. de Idolol. c. 9 Nusquam inuenias aut Sophiſtas, aut Chaldaeos, aut incantatores.

INCANTAMENTVM, i. n. [γοητεία] Plin. 28, 2 Ex homine remediorum primum maximae quaeſtionis, et ſemper incertae eſt, valeantne aliquid verba et incantamenta carminum. Incantamentorum imitatio Ibid.

INCANVS, a, um. Adi. [ἐπιπολιὸς] Valde canum ſignificat, *teſte* Seruio *ad* Virg. Georg. 3, 311. Plaut. Rud. 1, 2, 37 Ecquem tu hic hominem criſpum, incanum videris. Virg. Georg. 3, 311 Barbas incanaque menta. *Conf.* Idem Aen. 6, 810. Catull. 96, 6. *et* Suet. Domit. c. 20. Incanae herbae Columel. 8, 2. Plin. 24, 19 Herba impia vocatur incana roriſmarini adſpectu.

INCANESCO, ĕre. [ἐπιπολιοῦμαι] *Canum fieri.* Virg. Georg. 2, 71 Ornusque incanuit albo Flore piri. Spumis incanuit vnda Catull. Argon. 62, 13. *Al.* Incanduit.

INCAPABILIS, e, Adi. [ἀχώρητος Gloſſ. Gr. Lat.] *De Deo, velut incomprehenſibili, vſurpabatur ab Arrianis: vid.* Auguſtin. Epiſt. 174.

INCAPAX, ācis. Adi. Scio incapacem te ſacramenti, impie, Non poſſe caecis ſenſibus myſterium Haurire noſtrum Prudent. in Romano c. 588. Aedes incapax ſolui Id. ibid. v. 348. *Add.* Salu. l. 5 *pr.*

INCAPISTRO, āre. [φιμόω Gloſſ. Lat. Gr.] Cum me malis incapiſtraſſet erroribus Fotis Apul. Met. 11 p. 266.

INCARCERO, āre. Varroni *tribuitur.* Sarisb. 6, 18 Alii capti, alii incarcerati.

INCARCERATVS, a, um. Part. Liuii *eſſe dicitur, ſed non occurrit.*

INCARCERATIO, ōnis. f. Plinio *aſſignat Thom. de S. Quercu in Lex. Philol.*

INCARCERAMENTVM, i. n. *Apud* Hieronymum *eſſe dicitur.*

INCARDIVM, i. n. *Medulla.* Theod. Priſc. 1, 12. *Al.* Incordium.

INCARNO, INCARNATVS, *et* INCARNATIO, *apud Medicos et Theologos.* Myſterium incarnationis Dei Comment. Vet. in Marc. 1, 7 qui Hieronymo adſcribitur. *Add.* Theodulf. Carm. 2, 7, 545. Vinc. Lirinenſ. Commonit. p. 33 *ed. Baluz.*

INCASEATVS, a, um. Adi. *In morem caſei coagmentatus.* Moris Auguſtin. Conf. 9.

INCASSVM. Adu. [ματαίως, φροῦδη] Virg. Aen. 7, 421 Turne tot incaſſum fuſos patiere labores? *Vbi* Seruius, Incaſſum, tractum eſt a Caſſibus, id eſt retibus. Id. *in* Georg. 3, . . Hinc eſt quod et incaſſum dicimus, i. e. Sine cauſa, quaſi ſine caſſibus, ſine quibus venatio eſt inanis. Omnia incaſſum cadunt Plaut. Poen. 1, 2, 147. Incaſſum tela iactare Liu. 10, 29. Ignis incaſſum furit Virg. Georg. 3, 100.

INCASTIGATVS, a, um. Adi. [ἀκόλαστος] Hor. Epiſt. 1, 10, 45 Nec me dimittes incaſtigatum, *etc.*

INCASTRO, āre. *i. Excauare.* Plinio *tribuitur.* *Conf.* Iſid. Gloſſ.

INCASTRATVRA, ae. f. *Commiſſura tabularum.* Vulgat. Exod. 26, 17. *et* 36, 22. 24.

INCASTVS, a, um. Adi. ἄσεμνος Gloſſ. Gr. Lat.

INCASTE. Adu. Sen. Contr. 2, 13 *pr.*

INCASTITAS, atis. f. Sidon.

INCATENO, āre. Feſt.

INCAVILLATIO, ōnis. f. Per deſpectum irriſio: Feſtus.

INCAVSTICVM, i. n. Veget. 3, 17. *Sed al.* Cauſticum.

INCAVO, āre. [ἐγκοιλαίνω] *Idem quod Cauare, aut Excauare.* Columel. 4, 25, 2 Nam quum in aduerſum preſſa manu deſecare, quid debet, cultro vtitur: quum autem retrahere, ſinu: quum alleuare, ſcalpro: quum incauare, roſtro.

INCAVTVS, a, um. Adi. [ἀνευλαβὴς] *Qui ſibi cauere nequit.* Liu. 1, 53 Nam ne errarent, manere his bellum, quod poſitum ſimuletur, et per occaſionem eum incautos inuaſurum. Cic. pro Planc. 53 Qui te incautum fortaſſe nunc tuo loco dimouere potuerunt, prouidentem ante et praecauentem nunquam certe mouebunt. Prudens, acutus, minime incautus patronus in cauſis cognoſcendis, componendisque diligens Cic. de Clar. Orat. 246. Ingenium Ouid. ex Pont. 4, 14, 18. Pectore incauto lapſus ſpiritus Idem de Arte Am. 3, 745. Vulgus Virg. Georg. 3, 469. Oppreſſus ab hoſte incautus aliquis Cic. Philipp. 11, 5 c. 2. Hor. Serm. 1, 1, 35 Haud ignara, ac non incauta futuri. *de formica.* *Compar.* Liu. 30, 13 *extr.* Neque prudentiorem, neque conſtantiorem Maſiniſſam, quam Syphacem eſſe, etiam ab iuuenta incautiorem, certe, *etc.* Incautior aera hauſerit Claud. Ep. 14. *Superl.* Sidon. Epiſt. 8, 11 Incautiſſimus quia credulus. ¶ 2 Incautum *paſſiue, pro Eo, quod non cauetur.* Tacit. Ann. 1, 50 Conſultatque ex duobus itineribus breue et ſolitum ſequatur, an impeditius, et intentatum, eoque hoſtibus incautum. *Conf. Barth. et Drakenb. ad* Sil. 2, 98. *Cort. ad* Sall. Iug. 49, 5. Lucret. 6, 389 Cur, quibus incautum ſcelus auerſabile non eſt, *qui non cauerunt ſibi a ſcelere committendo.*

INCAVTE. Adu. [ἀνευλαβῶς] *Improuide, imprudenter.* Cic. Att. 7, 10 Niſi ego inſanio, ſtulte omnia et incaute agi iudico. Liu. 4, 37 Primo praelio, quod ab Sempronio incaute inconſulteque commiſſum eſt, *etc.* *Compar.* Liu. 39, 7 Sed dum incautius ſubit muros, ictus, ex vulnere poſt dies paucos moritur. *Conf.* Id. 21, 7. Plin. Epiſt. 1, 15 Potes apparatius coenare apud multos, nusquam hilarius, ſimplicius, incautius. *i. Liberius, et vbi minus cauendum ſit, quid inter coenandum dicas aut facias.* *Superl.* Auguſt. de Mor. Manich. c. vlt. Vt ſeipſos in iurgando incautiſſime proderent.

INCAVTELA, ae. f. Saluian. de Gub. Dei 6 p. 135 Vnus incautior perit, ne multi per incautelam depereant.

INCEDO, ſſi, ſſum, ĕre. [βαδίζω] *Eſt ingredi, ſed proprie cum quadam pompa et faſtu.* Sen. Qu. Nat. 8, 31 Tenero et molli ingreſſu ſuſpendimus gradum; non ambulamus, ſed incedimus. Virg. Aen. 1, 50 Aſt ego quae diuûm incedo regina, *etc.* Liu. 2, 6 Ipſe en ille noſtris decoratus inſignibus, magnifice incedit. Plaut. Curc. 2, 3, 11 Conſtant, conferunt ſermones inter ſe, tanquam drapetae, obſtant, abſiſtunt, incedunt cum ſuis ſententiis. Plin. 15, 29 Laurea coronatus inceſſit. Salluſt. Iugurth. 31 Neque eos, qui ea fecere pudet, aut poenitet: ſed incedunt per ora veſtra magnifice, ſacerdotia et Conſulatus, pars triumphos ſuos oſtentantes. Honore claro incedere Lucret. 3, 76. Incedere magno comitatu, ſplendido cultu, non eſt fortunae meae. Iſta diuites poſſunt. Satis eſt ſi viuimus Sen. Controu. 10, 1. Plaut. Moſt. 1, 3, 152 Sed eſtne hic meus ſodalis, qui huc incedit cum amica ſua? Ter. Eun. 5, 3, 9 Virum bonum eccum Parmenonem incedere video. Inanis incedit, *vid.* INANIS. Ambulare: Plin. in Paneg. c. 24 Incedebas pedibus, incedis. Liu. 22, . . Quum ſignis prima luce motis ſegniter agmen incederet. Facilius autem ad inuentionem incedet animus, ſi geſti negotii, *etc.* Cic. de Inuent. 2, 45. Regina inceſſit ad templum Virg. Aen. 1, 501. Incedere ad vrbem Liu. 36, . . Per vias Plaut. Merc. 2, 3, 71. Via Idem Curc. 1, 1, 32. Durius Ouid. Rem. Amor. 337. Lenis incedas Hor. Carm. 3, 18, 3. Molliter incedit Ouid. Amor. 2, 4, 23. Paſſu inerti incedere Idem Met. 2, 772. Paſſu tardo Id. ibid. 10, 49. Summiſſius primo, deinde preſſius, poſt ſenſim Cic. in Orat. 26. Turpe Catull. 40, 8. Sen. Controu. 10, 1 Quare, inquit, me ſequeris per publicum? Facinus indignum commiſſum eſt: diues et pauper eadem veſtigia inceſſimus. Liu. 28, 9 Itaque iret alter Conſul ſublimis curru multiiugis, ſi vellet, equis: vno equo per vrbem verum triumphum vehi: Neronemque etiam ſi pedes incedat, vel parta eo bello, vel ſpreta eo triumpho gloria, memorabilem fore. Longo ordine incedunt gentes Virg. Aen. 8, 722. Nuntii incedunt vndique Tacit. Ann. 11, 32. Cic. Fam. 8, 9 Auſus eſt ille incedere tanquam tuus competitor. ¶ 2 *Obſ.* Cic. Epiſt. 2, 9 Inceſſi omnibus laetitiis, *Geſtientem et iactantem ſe laetitiam ſignat.* *Pro Ingredi:* Tacit. Ann. 1, 61, 2 Incedunt moeſtos locos. *Pro Inceſſere:* Idem 3, 36, 2 Licentia deterrimo cuique incedebat. Idem 3, 26, 3 Pro modeſtia ac pudore ambitio et vis incedebat, *i. graſſabatur.*

INCESSVS, ûs. m. [βάσις, βάδισμα] *Proprie tamen ſublimior quidam et faſtum prae ſe ferens.* Cic. de Fin. 2, 77 c. 24 Quod ſi vultum tibi, ſi inceſſum fingeres, quo grauior viderere, non eſſes tui ſimilis. Virg. Aen. 1, 405 Et vera inceſſu patuit dea. Inceſſus omnibus animalibus certus et vniusmodi, et in ſuo cuique genere Plin. 10, 38. *h. e. Greſſus.* Citus Salluſt. Catil. 15 *extr.* *Vid.* CITVS. Fractus Quintil. 5, 9. Rarus nec ita longus Cic. in Orat. 59. *de geſtu oratoris.* Tardus Sall. Cat. 15 *extr.* Exprimere inceſſum alicuius Ouid. Met. 11, 636. Si ita ſeſe Geret inceſſu *etc.* Cic. pro Cael. c. 20. Progreſſus tacito inceſſu Virg. Aen. 12, 219.

INCESSO, ſſi, *vel* ſſiui, ſſitum, ĕre. [βάλλειν, εἰσβάλλειν] *Aggredi, inuadere.* Feſtus, Inceſſere, immittere, ac iactu vel verbis petere. Tempeſtas Columel. 12, 2, 3. Siccitates 5, 9, 11. Steri-

Sterilitas annonae inceſſit hominibus Colum. 2, 10, 1. Inceſſere hoſtes iaculis et ſaxis, aut pilis Liu. 8, 24 *et* 37. Plaut. Ciſtel. . . Illius ego iſtam inceſſo male gratiam. Quinctil. 5, 7 Probos quosdam et verecundos non aſpere inceſſere profuit. *Idem ac Accuſare:* Symmach. Epiſt. 1, 5 Ne quidquam taciturnitatis inceſſimur. Idem ibid. 1, 83 Me taciturnitatis inceſſis, quod diu officio ſcriptionis abſtinui. Bello aliquem Stat. Silu. 1, 4, 76. Conuicio quem Suet. Tiber. c. 11. Dictis aliquem Ouid. Met. 13, 232. Dolis inceſſere aliquem Plaut. Amph. 4, 2 Suppoſ. 37. Iaculis inceſſitur index Ouid. Amor. 3, 13, 21. Lapidum iactu inceſſere aliquem Idem Met. 13, 566. Quinctil. 7, 3 Satius eſt omni ſe anteactae vitae abſtinere conuitio, quam leuibus, aut friuolis, aut manifeſto falſis rumoribus reum inceſſere. Monitis amaris aliquem Sil. 3, 171. Obiurgatione quem Gell. 1, 2. Poenis gentem Stat. Theb. 1, 245. Verbis amaris aliquem Sil. 11, 209. ¶ 2 *Intranſitiue eſt ingruere, accidere.* Admiratio inceſſit, quod pugnam non inirent Liu. 7, 34 *ſubaud.* Decium. Idem 9, 8 Quae vbi dixit, tanta ſimul admiratio miſeratioque viri inceſſit homines, vt, *etc.* Animalia regionibus noxia Colum. 11, 3, 62. Autumnus inceſſerit Id. 3, . . Crepuſculum inceſſit Id. 11, 1, 18. Liu. 24, 13 Ipſum ingens Cupido inceſſerat Tarenti potiundi. Valer. Max. praef. 1 Nec mihi cuncta complectendi Cupido inceſſit. Cupido aliquem inceſſit adeundi templum Veneris Tacit. Hiſt. 2, 2. Cura grauis patres inceſſit Liu. 23, 38. Diſcordia inceſſit regibus Virg. Georg. 4, 67. Fames inceſſit Columel. 9, 14. Frigora Idem 12, 50, 12. Salluſt. in Epiſt. Mithridatis, Reſtituto deinde apud Gaberam exercitu, et variis inter me atque Lucullum praeliis, Inopia rurſus ambos inceſſit. Licentia inceſſebat enim deterrimo cuique Tacit. Ann. 3, 36. Liu. 3, 59 *pr.* Ingens metus inceſſerat patres. Moeſtitia inceſſit animos Idem 29, 3. Morbi vis tanta inceſſit in caſtra Id. 29, 10. Mos inceſſit vt, *i. Inualuit aut inuectus eſt:* Salluſt. de Rep. Ord. ad Caeſarem *pr.* Quoniam is inceſſit Mos, vt homines adoleſcentuli ſua atque aliena conſumere, nihil libidini, atque aliis rogantibus denegare, pulcherrimum putent. Principium anni foedum inceſſit Tacit. Ann. 4, 68. Columel. 2, 21 Si vero Procellae ventorum, aut turbines inceſſerint, maior pars ad terram defluit. Religio dein inceſſit Tacit. Ann. 3, 71. Ter. Andr. 4, 3, 15 Noua nunc Religio vnde te iſthaec inceſſit, cedo? Sen. Controu. 10, 1 Arellius Fuſcus, *etc.* diues et pauper eadem veſtigia inceſſimus. Tacit. Ann. 1, 5 Quippe Rumor inceſſerat. Id. ibid. 1, 16 Quum Pannonicas legiones Seditio inceſſit. Siccitates Colum. 5, 9, 11. Spes inceſſerat Tacit. Ann. 1, 55. Columel. 2, 10, 1 Famem quoque, ſi Sterilitas annonae inceſſit hominibus, commode propulſat. Taciturnitatis aliquem Symmach. Epiſt. 1, 5. *et* 83. Tempeſtas Colum. 12, 2, 3. Tenebrae inceſſunt Tacit. Ann. 15, 37. Liu. 2, 7 *pr.* Tantus terror Tarquinium atque Hetruſcos inceſſit, vt omiſſa irrita re, *etc.* Timor omnium magnus inceſſit Caeſ. B. C. 2, 29. Idem 3, 44 Timor magnus ſagittarum inceſſerat. Liu. 1, 17 Timor deinde Patres inceſſit, ne ciuitatem ſine imperio vis aliqua externa adoriretur. Tacit. Ann. 1, 71 Quoties valetudo aduerſa Flaminem Dialem inceſſiſſet. ¶ 3 *Paſſiu.* Virg. Aen. 12, 595 Regina vt tectis venientem proſpicit hoſtem, Inceſſi muros, *etc.* h. e. Inuadi. Seruius.

INCESSENS, entis. Partic. Sil. 11, 234 Ferocibus alte inceſſens victor dictis.

INCESSIO, ōnis. f. *Laudatur* Cic. Att. 12, 5 *extr.* Mihi etſi Calendae vitandae fuerunt, inceſſionumque archetypa fugienda, conficiendaeque tabulae: tamen, *etc.* Inceſſionum archetypa, *i. Origo et prima cauſa vituperationum. Sed vehementer fluctuat lectio.*

INCESSABILIS, e. Adi. *Non deſinens.* Hieron. Epiſt. 26. Cael. Aurel. Tard. 4, 6. Oroſ. prooem. 7. Mart. Capell. 1, . .

INCESSABILITER. Adu. Saluian. Gub. Dei 2, . . Mart. Capell. 9, . . Hieron. Epiſt. 128.

INCESSANTER. Adu. *Idem.* Sidon. Epiſt. 8, 11 Legebat inceſſanter auctores cum reuerentia antiquos. *Conf.* Leg. 10 Cod. de Aquaeduct.

INCELATVS, a, um. Adi. ἄκρυπτον, incelatum Gloſſ. Vet.

INCELĔBRIS, e. Adi. [ἄκλυτος] Vallis incelebris Sil. 8, 379. *Conf.* Macrob. Saturn. 1, 7. *et* Gell. 5, 14 *pr.*

INCELEBRATVS, a, um. Adi. Tacit. Ann. 6, 7 *extr.* Ab aliis incelebrata, *i. non celebrata, non memorata.*

INCENDO, di, ſum, ĕre. [ἐμπυρόω, ἀνάπτω] *Inflammare tum proprie, tum tralate excitare et promtum, ſtudioſumque alicuius rei reddere.* Plaut. Men. 2, 3, 3 Sternite lectos, incendite odores. Agros incendere Virg. Georg. 1, 84. Mens nulla poteſt incendi, niſi ipſe ad eam ardens acceſſeris Cic. de Orat. 2, 196. Nauem inflammari, incendique iuſſit Idem Verr. 5, 90. Idem Att. 9, 6. Odores Galbaneos incendere Virg. Georg. 4, 264. Tura et odores Cic. Verr. 4, 77 c. 35. Vrbem Idem Catil. 3 c. 3. Ter. Phorm. 1, 4, 9 Loquarne? incendam, taceam? inſtigem. Cic. Fam. 5, 12 Genus enim ſcriptorum tuorum etſi erat ſemper a me exſpectatum: tamen vicit opinionem meam: meque ita vel cepit, vel incendit, vt cuperem quam celerrime res noſtras monumentis commendari tuis. Incendit eos, qui audiunt Cic. de Fin. 4, . . Incendere *et* Sedare, *contraria* Id. de Legib. 3, 24. ¶ 2 *Nomina, quibus iungitur:* Amore incendi Cic. Q. Frat. 3, 1. Animum incendit amore Virg. Aen. 6, 889. Animum dictis incendit Id. ibid. 4, 197. Animos bonorum incendere Cic. Att. 2, 16. Annonam Varr. de R. R. 3, 2. *Vid. Ioſ. Scalig. in* Aetn. p. 102. Aurum Sol incendit, *i. fulgorem illius auget* Ouid. ex Ponto 2, 1, 41. Caelum clamore incendunt, i. e. Implent. Seruius: Virg. Aen. 10, 895. Cupiditatem alicuius Cic. Fam. 15, 21. Cupiditatem et arrogantiam alicuius Id. Brut. 4. *Et* Q. Frat. 3, 1 Amore incendi. Deſiderio incendi Id. in Orat. 33. Dolore acri incenſa Virg. Aen. 11, 709. Facibus corporis inflammari et incendi ad cupiditates Cic. Tuſc. 1, 44. Furiis incenſa Virg. Aen. 4, 376. Gloria omnes incenduntur ad ſtudia Cic. Tuſc. 1, 4 c. 2. Ira incendi, *Vehementer iraſci* Plaut. Aſin. 2, 4, 14. Ter. Hec. 4, 1, 47 Aderam, cuius conſilio ea par fuerat proſpici, quamobrem incendor ira. Luctus incendens Virg. Aen. 9, 500. Placatus, *et* Ira incenſus, *contraria* Cic. Att. 6, 2 *pr.* Querelis incendere aliquem Virg. Aen. 4, 360. Studio vtriusque veſtrum incenſus eſt Cic. de Orat. 1, 97 c. 21. Studio incenſi, quod ad agrum colendum pertinet Id. pro Roſc. Amer. 48. Suſpicione incenſi, rem in medium vocare coeperunt Id. pro Cluent. 73. Genus ſuum incendere Plaut. Trin. 3, 2, 49. *i. Celebrius reddere. Vid. Gron. Obſ.* 4, 3. Vires pudor incendit Virg. Aen. 5, 455. Incendere in ſe odia, *Concitare in ſe aliorum inimicitias* Cic. Att. 9, 1. In aliquem incendi Idem Fam. 1, 9.

INCENSVS, a, um. Partic. [ἐμπεπυρωμένος] Vrbs incenſa Virg. Aen. 2, 327. Ad Rempublicam bene gerendam incenſus imperator Cic. de Prou. Conſul. 35 c. 14. Contentio incenſa inimicitiis Id. de Opt. gen. Orat. 22. Pectus incenſum amore Virg. Aen. 3, 298. Sthenio vehementer incenſus Cic. Verr. 2 c. 36. *Al.* infenſus. Voluntas incenſa officio Id. Fam. 6, 6. *Compar.* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 201 — Phlegra nobis incenſior aether.

INCENSIO, ōnis. f. [ἐμπύρευμα] Cic. pro Sull. 33 c. 11 Incenſione vrbem, internecione ciues, vaſtitate Italiam, interitu Rempubl. liberauit. Incenſio Capitolii Id. in Catil. 3, 9 c. 4.

INCENSE. Adu. Gell. 10, 3 Cicero odium in Verrem deteſtationemque apud Ciues Romanos incenſe atque acriter atque inflammanter facit.

INCENSĪVVS, a, um. Adi. Macer. de Iunip. 4, 10 Iuniperi virtus eſt incenſiuaque et acris.

INCENSOR, ōris. m. l. 16 §. penult. D. de poenis, Meſſium incenſores. *Conf.* Paul. Recept. 5 tit. 20. Ammian. 31, 25 Peremto incenſore turbarum.

INCENSVM, i. n. *Sacrificium.* Tertull. contra Iud. c. 5 *extr.* Incenſum abominatio eſt mihi. *Conf.* Gloſſ. Iſidor. l. 4.

INCENDIVM, i. n. [ἐμπρησμὸς, ἔμπρησις, πυράκτωσις] *Inflammatio propria et metaphorica.* Plin. 12, 19 Donec id delubrum incendio conſumtum eſt. Tanquam aliquod incendium improbitatem reſtinguere. Cic. Verr. 1, 153 Communi praeſidio talis improbitas, tanquam aliquod incendium, reſtinguenda eſt. Aeſtatis incendia Pallad. 1, 4, 1. *i. aeſtus.* Annonae ad incendium ſupprimere fructus Quinctil. Decl. 12. Belli incendia, *i. Vis* Virg. Aen. 1, 566. Clara Id. ibid. 2, 569. Mitia Ouid. Faſt. 1, 411. Saeua Virg. Aen. 9, 77. Paterc. 2, 125 Druſus, qui a patre in id ipſum plurimo quidem igne emicans incendium militaris tumultus miſſus erat, priſca antiquaque ſeueritate vſus eos coërcuit. Ardere continenti incendio, Compeſcere incendia, Conſumi incendio, *vid. hh. vv.* Facere incendium Cic. in Parad. 4. Flagrare abſtruſo incendio, *vid.* ABSTRVDO. Glomerat incendia ventus Virg. Georg. 2, 311. Inflammari incendiis cupiditatum, *vid.* INFLAMMO. Miſcere incendia Virg. Aen. 2, 329. Neglecta ſolent incendia ſumere vires Hor. Epiſt. 1, 18, 85. Offerre incendium, *vid.* OFFERO. Poſuere vires incendia Virg. Aen. 5, 680. Plaut. Aſin. 5, 2, 69 Nam ni impetro, regem perdidi, ex amore tantum eſt homini incendium. Reſtinguam incendium meum ruina Catil. *apud* Salluſt. 31, 9. *Vid.* Ruina, *in* RVO. Cic. in Orat. 27 Facile eſt enim verbum aliquod ardens (vt ita dicam) notare, idque Reſtinctis iam animorum incendiis, irridere. *Senſus eſt: Multa dicuntur, quum animi vel ira, vel miſericordia, vel alio affectu aliquo concitati ſunt, quae tranquillo et quieto animo non dicerentur. Itaque facit improbe, qui ſedatis animis irridet ea, quae in perturbatione dicta fuerunt.* Reſurrexit male obrutum incendium Florus 3, 21. *de bello ciuili Cumano.* Reuiuiſcunt maiore flamma extincta parum fideliter incendia Idem 3, 5. *De odio publico ſ. Inuidia.* Cic. pro Muraen. 51 c. 25 Si quod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum, id ſe non aqua, ſed ruina reſtincturum. *de Catilina.* Ardere incendio, *vid. h. v.* Conflagrare inuidiae incendio Cic. Catil. 1 c. 11.

INCENDIARIVS, i. m. [πυρεὺς] Tacit. Ann. 15, 67. Quinctil. Decl. 9 Morabar inter ſacrilegos, incendiarios, et (quae gladiatoribus vna laus eſt) homicidas incluſos turpiore cuſtodia. Suet. Vitell. c. 17.

INCENDIARIVS, a, um. Adi. Plin. 10, 13 ſ. 17 Inauſpicata eſt et incendiaria auis, propter quam ſaepe numero luſtratam vrbem in Annalibus inuenimus, ſicut L. Caſſio C. Mario COSS. quo anno et bubone viſo luſtrata eſt. Quae ſit auis ea, nec reperitur, nec traditur. Quidam ita interpretantur, incendiariam eſſe, quaecunque apparuerit carbonem ferens ex aris vel altaribus. Alii ſpinturnicem eam vocant, ſed haec ipſa, quae eſſet inter aues, qui ſe ſcire diceret non inueni. *Mala eiusmodi auſpicia ſ.* prodigia *potius ab* incendiaria aui, expiata, *vid. apud* Iul. Obſeq. c. 100 *et* 111. *Add.* AMBVSTANDVS *et* SPINTVRNIX. Tela incendiaria Ammian. 20, 29. *Conf.* Lamprid. Commod. c. 16.

INCENDEFACIO, *vel* INCENDIFACIO, ĕre. Trebell. Claud. c. 8. *Vid. Salmaſ.* H. A. p. 330.

INCENDIŌSVS, a, um. Adi. Apul. de Herb. c. 58 Folia guſtu remordentia et incendioſa. *Compar.* Fulgent. Mythol. 1, 15 Solis feruor Iunio Iulioque menſibus incendioſior.

INCENSVS, a, um. [ἀτίμητος] Adi. *a* Cenſu. Incenſi, *Qui in cenſu peragendo cenſeri nolebant: hoc eſt, qui non profitebantur. Erat autem mulcta, vt libertate priuarentur.* Cic. pro Caecin. 99 c. 34 Quum autem incenſum vendidit, hoc iudicat: quum ii, qui in ſeruitute iuſta fuerunt, cenſu liberentur, eum, qui quum liber eſſet, cenſeri noluerit, ipſum ſibi libertatem abiudicaſſe. Liu. 1, 44 Cenſu perfecto, quem maturauerat metu legis de incenſis latae.

INCENTIO, INCENTIVVS, *vid.* INCINO. *Et* Gell. 16, 11.

INCENTIVVM, *pro Stimulo, ſeu incitatione, huc relatum eſt, quod ab* incendendis *animis deriuaretur: ſed eſt ab* incinendo, *vt* INCENTOR *et reliqua.*

INCEPS, *pro Deinceps. Antiquum.* Feſtus. *Adiectiue vſurpatur ab* Apul. Florid. 3 p. 353 De incipiti die perrecturum, *i. incipiente, contrarium* praecipiti die.

INCEPSIT. [ἄρξηται] Inceperit, antique, *inquit* Feſtus.

INCEPTO, INCEPTOR, INCEPTIO, *vid.* INCIPIO.

INCERNO, crēui, crētum, ĕre. *Cribro ſpargere in locum aliquem* Cato R. R. c. 48 Tum ſemen ſerito crebrum tanquam linum, et eo terram cribro incernito. Vitruu. 7, 1 Super fricaturam, leuigationibus et polituris quum fuerit perfecta, incernatur marmor. *Conf.* Columel. 5, 6.

INCRĒTVS, a, um. Partic. *Non cretus, ſ. cribratus.* Apul. Met. 7 p. 194 Furfures apponebant incretos ac ſordidos multoque lapide ſalebroſos.

INCERNICVLVM, i. n. [κοσκινίδιον] *Cribrum, Inſtrumentum, quo frumenta purgantur.* Plin. 8, 44 *extr.* Decretum fecere, quo caueretur, ne frumentarii negotiatores ab incerniculis eum arcerent.

INCĒRO, āre. [κηρόω] *Aliquid cera oblinere.* Iuuenal. 10, 55 Genua incerare deorum. *Quod imitatus* Prudent. Apoth. 457 Genua incerare Dianae. *Ramireſius ad* Martial. 1, 93 *intelligit de ſordibus a ſudore frequenter genua prehendentium inter ſupplicandum adhaereſcentibus:*

bus: vt Cerea interdum pro ſordidis ponuntur, de quo ſ. l. Sed Voſſ. in Etymol. Rutgerſ. V. L. 5, 5. et Grangaeus ad illum morem referunt, quo non ſolum genua contingunt et contrectant orantes, vt ait Arnob. 6 p. 202: ſed votiuas tabellas cera affigunt. De his vid. Lucian. Philopſeude c. 20 vbi memorantur νομίσματα ἔνια ἀργυρᾶ πρὸς τὸν μηρὸν κηρῷ κεκολλημένα, καὶ πέταλα ἐξ ἀργύρου, εὐχαί τινος. Vet. Schol. Iuuen. 9, 139 In ceris vota figuntur apud templa. Erudite ergo idem Schol. ad 10, 55 incerare interpretatur In ſignis inſignare, vota facere. Firmatur hoc loco Philoſtrati Heroic. 2, 5 de ſtatua Proteſilai, οἱ ἀλείφοντές τε καὶ ἐπισφραγιζόμενοι τὰς εὐχὰς ἐξηλλάχασι τὸ εἶδος, quod plane confert Olearius cum Prudent. in Symmach. 1, 203 Saxa illita cera Viderat, vnguentoque lares humeſcere nigro. Verbo ἐπισφραγίζεσθαι reſpondet Latinum Inſignare. Huc etiam referunt viri docti illud Apul. Apol. p. 309, 12 Votum in alicuius ſtatuae femore aſſignaſti: quod plane conuenit cum loco Luciani. Denique huc refert Ritterſhuſius illud Plin. Epiſt. 10, 44 precati Deos, vt velint ea vota ſemper ſolui, ſemper ſignari. Videntur itaque vota, i. tabellae votorum ſtatuis ita affixa, vt ſigno impreſſo cerulae, qua affigebantur, tanto certius fideliusque ibi haererent.

INCERĀTVS, a, um. Partic. *Cera illitus.* Celſ. 8, 8 Si plura fragmenta ſunt, excipienda ſunt ex ferula facto canaliculo, eodemque intus incerato, ne faſcia diducatur.

INCERAMENTVM, i. n. Liu. 28, 45 *Vbi* Inceramenta nauium. *Neque enim dubito, quin haec lectio, Gronouio etiam probata, alteri Interamenta praeferenda ſit. Promittunt ibi* Populonienſes ferrum, Tarquinienſes lintea in vela, *alii alia claſſi neceſſaria,* Volaterrani inceramenta nauium, *i. picem cera mixtam, Ζώπισσαν, qua naues incerantur et aduerſus humoris corruptelam muniuntur.*

INCERTVS, a, um. Adi. [ἄδηλος, ἀσήμαντος] *Non certus, Dubius, Non ſibi conſtans.* Cic. pro Muraen. 39 c. 17 Nihil eſt incertius vulgo, nihil obſcurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum. Aetas puerilis lubrica et incerta Id. Verr. 5, 136. Ter. Heaut. 1, 1, 71 Domum reuertor moeſtus, atque Animo fere perturbato, atque incerto, prae aegritudine. Animi hominum incerti et exitus praeliorum Cic. Bruto 14. Aura Ouid. Amor. 2, 9, 33. Beſtia incerta, *apud Plautum eſſe dicitur, quae nihil certi praeſagit: ſed non inuenio.* Caſus ancipites et incerti Cic. in Orat. 98. Coloris incerti emplaſtrum Scribon. 214. Ter. Andr. 2, 3, 26 Cedo, quid obiurgabit tecum? hic reddes omnia, quae nunc ſunt certa ei Conſilia, incerta vt ſient. Crines incertos colligere Ouid. Amor. 1, 11, 1. Errores Lucret. 4, 1071. Euentus futuri temporis incerti Cic. pro Quint. 83 c. 26. Exitus armorum incertus Idem Att. 7, 3. Exitus pugnarum, Marsque communis incerti Id. pro Milon. 57 c. 21. Plin. 6, 18 Hanc alii incertis fontibus, vt Nilum, rigantemque, *etc.* Ictus Quinctil. 1, 10. Litus breue et incertum Tacit. Ann. 14, 29. Idem Hiſt. 4, 35 Pugnatum longo agmine, et incerto Marte. Mens Ouid. Met. 9, 629. Ter. Andr. 5, 1, 11 Perpuliſti me, vt homini adoleſcentulo, in alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria, filiam darem in ſeditionem, atque incertas Nuptias. *h. e. De quibus non conſtat, an firmae futurae ſint.* Pax incertiſſima Liu. 8, 20. Pede incerto ferebar Hor. Epod. 11, 30. Pericula Virg. Aen. 9, 96. Cic. pro Roſc. Com. 33 Tum enim propter Reipubl. calamitates, omnium poſſeſſiones erant incertae. Soles Virg. Aen. 3, 7. Spes incertiſſima Cic. pro Sext. c. 22. Tellus incertiſſima regni Stat. Theb. 11, 391. Vices incertae Ouid. Triſt. 3, 11, 68. Vulgus Virg. Aen. 2, 39.

¶ 2 *Formulae aliae:* Ter. Hec. 1, 2, 46 Sed poſtquam acrius pater inſtat, fecit Animi vt incertus foret. Conſilii incertus Id. Phorm. 4, 1, 12. Salutis incerta Ouid. Epiſt. 21, 31. Liu. 4, 57 Non quia incertus Sententiae fuerit. Idem 4, 23 Tubero incertus Veri eſt. Suſpenſus et incertus obſcura ſpe pendeo Cic. de L. Agr. 2, 65. Ter. Hec. 4, 3, 8 Quia de vxore incertus ſum etiam quid ſim facturus. Cic. Diu. Verr. 60 Quum incertum ſit de iniuria. Incertus tuum caue ad me retuleris pedem Plaut. Epid. 3, 4, 3. *i. ante quam, quod iuſſi, exploraueris.* Incertus eram, vbi eſſes Cic. Att. 1, 6. Incertior multo ſum, quam dudum Ter. Phorm. 2, 4, 19. Aura quauis incertior Ouid. ex Pont. 4, 3, 33. Stabile *et* Incertum, *contraria* Cic. in Topic. 70. In incertum, *vel* In incerto: *vid.* IN. Impoſne mentis an ſimulata dementia, incertum Sueton. Aug. c. 19. Plin. Epiſt. 4, 11 Confeſſus eſt quidam inceſtum, ſed incertum, vtrum quia verum erat, an quia grauiora metuebat, ſi negaſſet. Idem 7, 48 De ſpatio atque longinquitate vitae hominum, non locorum modo ſitus, verum exempla ac ſua cuique fors naſcendi, incertum fecere. Habere incerta pro certis, ſtultum Cic. de Senect. 68. Incertum, vere, inaniterne moueatur Idem Acad. 4, 34. Reuocare aliqua in dubium, incertumque Idem pro Caecin. 76. Incertum mihi quid agam, *et* Incertum eſt, *abſolute, pro Neſcio, et ignoro.* Plaut. Aul. 4, 9, 19 Nunc mihi incertum eſt, quid agam: abeam, an maneam, an fugiam. Ter. Andr. 1, 5, 29 Incertum eſt, quid agam. Quid quaeque nox aut dies ferat, incertum Liu. 3, 27. Incertum eſt quis deus, *etc.* Virg. Aen. 8, 352. Incertum eſt, quam longa noſtrum cuiusque vita futura ſit Cic. Verr. 1, 153. *Interdum ſubauditur.* Pompeianarum partium centurio an euocatus Suet. Veſp. c. 1. Plaut. Aſin. 2, 4, 60 Ego certe, me incerto, ſcio hoc daturum nemini homini, *i. quam diu incertus ſum: niſi me eſt Accuſatiuus, et* incerto *Datiuus, i. tali, cui fides haberi non poteſt, quem non noui.* ¶ 3 *Subſtant.* Incertum, *i. Incertitudo.* Papinianus in l. Qui ex §. 1 D. De bono poſſ. ſecund. tab. Admittenda eſt Iuliani ſententia, qui propter incertum conditionis, etiam prioris eſſe peti bonorum poſſeſſionem reſpondit. *Talia plurima ex libris iuris collecta vid. apud Briſſon. de V. S. vbi etiam de* Incerti actione, condictione, *etc. multa inuenies.* Plaut. Pſeud. 2, 4, 69 Quidquid incerti mihi in animo prius, aut ambiguum fuit, nunc liquet, nunc defaecatum eſt. In incerto diuitiarum Vulgat. 1 Tim. 6, 17. Belli incertum Iuſtin. 38, 1, 8. Fortunae incerta Plin. Epiſt. 3, 19. Maris et tempeſtatum incerta Tacit. Ann. 3, 54, 6. *Plura de his, quae n. 2 dedimus, huc etiam pertinent.*

INCERTE. Adu. Gell. 19, 10 Incerte errat animus. *Conf.* Non. 7, 2. *Antiq.*

INCERTO. Adu. Plaut. Epid. 3, 4, 69 Poſtquam libera eſt vbi habitet dum incerto ſcio. Admodum incerto ſcio Idem Pſeud. 4, 2, 7. Incerto autumo Idem Epid. 4, 1, 18.

INCERTITVDO, ĭnis. f. *Vox barbara, pro qua Claſſici auctores* Incertum, *vel* Incerta *dicunt. Vid. Parei Lex. Crit. p. 590. Vechner. Hellenol. 1, 9 p. 123 ſq. et Cellar. Antibarb. p. 51.*

INCERTO, āre. [ἀδηλόω] *Incertum reddere.* Plaut. Epid. 4, 1, 18 Longa dies animum incertat meum, ſin ea eſt, quam incerto autumo, hanc congrediar aſtu. *Conf.* Apul. Met. 5 p. 164. *et* 11 p. 265. *et* Non. 2, 423.

INCESSO, INCESSVS, *vid.* INCEDO.

INCESTVS, ūs. m. *vel* INCESTVM, i. n. [ἄγος, συνουσία βδελυρά] *Quaſi* Non caſtum *et pudicum. Sic vocatur coitus vel matrimonium, quo laeditur pietas in propinquos ſanguine, vt in matre, ſorore; vel religio, vt in Veſtali.* Non. 6, 74 Inceſtum, dicitur flagitium in affines admiſſum. Feſtus: Inceſtus a Graeco trahitur: nam illi facinus dicunt ἀνίκεστον. Cic. Tuſc. 4, 75 c. 35 Omnibus enim ex animi perturbationibus eſt profecto nulla vehementior, vt ſi iam ipſa illa accuſare nolis, ſtupra dico, et corruptelas et adulteria, inceſta denique, quorum omnium accuſabilis eſt turpitudo. Suet. in Neron. c. 5 Maieſtatis quoque et adulteriorum, inceſtique cum ſorore Lepida ſub exceſſu Tiberii reus, mutatione temporum euaſit. Idem Domit. c. 8 Inceſta Veſtalium virginum varie ac ſeuere coërcere. *Conf.* Liu. Epit. 63. Obſequ. c. 97. Oratio nobilis Curii de inceſtu pro Seruio Fuluio Cic. de Clar. Orat. 122. De ſeruis nulla quaeſtio eſt in dominum, niſi de inceſtu, vt fuit in Clodium Id. pro Mil. c. 22. *de pollutione ſacrarum caerimoniarum.* Committere inceſtum Quinctil. 4, 6. Liberare aliquem inceſto Cic. in Piſon. 95. Inceſtum Pontifices ſupremo ſupplicio ſanciunto Idem de Legib. 2, 22 c. 9. *de ſtupro Veſtali illato.* Quin et inceſtum metuebatur Tacit. Ann. 12, 5, 2. *inter Claudium patruum et Agrippinam, fratris illius filiam. Conf. quae ſequuntur.* Inceſtum *Neutro gen. fere legitur apud Iuriſconſultos:* Papinianus in l. Si adulterium §. Stuprum D. Ad L. Iuliam de Adulteriis. Inceſtum autem, quod per illicitam matrimonii coniunctionem admittitur. ¶ 2 *Si ſtamus vulgata lectione Iouis cum Alcmena congreſſus* Inceſtus *dicitur* Sen. Herc. fur. 1157 *vbi Hercules,* Cuius inceſtu ſtetit Nox longior quam noſtra. *Sed pulchre vidit Gronouius, non tolerari poſſe hanc lectionem, et emendauit,* Cuius in fetu ſtetit nox longior, *i. conceptu, generatione.*

INCESTVS, a, um. Adi. [διεφθαρμένος] Inceſtus, *mala libidine pollutus.* Plin. in Paneg. c. 63 *extr.* Stuprorum, inceſtarumque noctium conſcii. Cic. pro Cael. 34 Ideo aquam adduxi, vt ea tu inceſte vterere. Aues inceſtae Stat. Theb. 9, 28. *quae cadaueribus hominum paſcuntur.* Prop. 3, 9, 39 Inceſti meretrix regina Canopi *Cleopatra, quia in Aegypto fratribus conſueſcunt ſorores.* Lucan. 10, 105 *de Cleopatra Caeſari ſupplicante,* Vultus adeſt precibus, faciesque inceſta perorat. Cic. pro Domo 105 c. 40 Iſtius, qui non ſolum adſpectu, ſed etiam inceſto flagitio, et ſtupro polluit, caerimonias, *etc.* Mulier Sen. Herc. fur. 1190. *it.* 1179. Noctes inceſtae Plin. Pan. 63 *extr.* Nuptiae Tacit. Ann. 11, 25. Nuptiae inceſtae confirmari non ſolent Papinian. in l. Si adulterium §. Stuprum D. ad L. Iuliam de Adulteriis. Cic. Philipp. 11, 5 Quum verborum contumeliis optimum virum inceſto ore laceraſſet. Praedo Stat. Achill. 1, 45. *Paridem intelligit.* Liu. 8, 28 Primo pellicere eum ſermone inceſto conatus eſt, *etc. de ſtupro maris.* Stuprum inceſtum Cic. de Aruſp. Reſp. 4. Veſtalis Plin. 28, 2. Tacit. Ann. 6, 5 Arguitur pleraque, C. Caeſarem quaſi inceſtae virilitatis dixiſſe. *Proprie, de violatore per libidinem pietatis in matre,* Senatus *apud* Capitolin. Macrin. 2 Quemuis magis quam inceſtum. *de Elagabalo.*

INCESTE. Adu. [διεφθαρμένως] *Foede, turpiter.* Cic. pro Cael. 34 c. 14 Ideo aquam adduxi, vt tu ea inceſte vterere. Lucret. 1, 98 Sed caſta inceſte nubendi tempore in ipſo Hoſtia concideret. *de Polyxena, cuius ſacrificium caſtitati deorum aduerſum eſt.* Inceſte ſacrificium Dianae facere Liu. 1, 45. *Compar.* Arnob. 5 p. 170 Agit inceſtius res ſuas.

INCESTO, āre. [μιαίνω, φθείρω] *Polluere.* Plaut. Poen. 5, 2, 136 Earum hic alteram efflictim perit, neque eam inceſtauit vnquam. *de puella lenonis, et concubitu vago quidem, ſed licito* Virg. Aen. 6, 150 Totamque inceſtat funere claſſem, *polluit. Sed* Tacit. Ann. 6, 19 Poſt quos Sex. Marius Hiſpaniarum ditiſſimus, defertur inceſtaſſe filiam, et ſaxo Tarpeio deiicitur. Gremium inceſtare parentis Stat. Theb. 1, 234. Virg. Aen. 10, 389 Anchemolum thalamos auſum inceſtare nouercae. *Conf.* Sidon. Epiſt. 3, 13.

INCESTIFĬCVS, a, um. Adi. [φθοροποιός] Sen. Theb. 233 Ego caſtam manum nefandus, inceſtificus, execrabilis attrecto?

INCESTVŌSVS, a, um. Adi. Val. Max. 6, 3, 7 Mandauit, vt de his, quae ſacris Bacchanalium inceſtuoſae fuerant inquirerent.

INCHARAXO, āre. Auem incharaxare Apic. 6, 5. *i. aperire, perforare, ad accipiendum emittendumue humorem.* Incharaxare veritatem Vet. Interpr. Iren. . . *i. deformare.*

INCHARAXATIO, ōnis. f. In oculis diuturna facta Apollonius *neſcio quis citatus Humelbergio in not. ad Apic. c. l.* Oportet fieri incharaxationes. *Idem.*

INCHOO, āre. [ἄρχομαι, κατάρχομαι] *Incipere.* Inchoat, qui incertum facit: incipit, cuius exitum ſperat Fronto p. 1334 *Putſch.* Virg. Georg. 3, 42 Te ſine nil altum mens inchoat. *Vid. Seru. infra.* Cic. de Fin. 4, 15 Poteſt ab alio inchoatum accipere et abſoluere. Idem Acad. 1, . . In qua quod inchoatum eſt, neque perfectum. *Conf.* Id. de Clar. Orat. 126 c. 33. *et* Top. c. 18. Cic. de Clar. Orat. 20 Meos libros, quos exſpectas, inchoaui, ſed conficere non poſſum his diebus. Idem extrema perſequitur, qui inchoauit Idem de Prou. Conſ. c. 8. Iuuen. Sat. 16, 42 Exſpectandus erit, qui lites inchoët, annus. Oratorem perfectum inchoare et informare Cic. in Orat. 33. Philoſophiam Id. Acad. 1, 6. Hor. Carm. 1, 4, 15 Vitae ſumma breuis ſpem vetat inchoare longam. Cic. de Fin. 5, 59 Et induxit in ea, quae inerant, tanquam elementa virtutis, ſed virtutem ipſam inchoauit. *Perſicere:* Virg. Aen. 6, 252 Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. *Vbi* Seruius: Inchoat, perficit: et eſt verbum ſacrorum. *Neutraliter vſus eſt* Symmach. Epiſt. 7, 75 Moris eſt, vt munus huiusmodi a proficiſcentibus inchoët. ¶ 2 *De ſcriptura ſiue orthographia verbi* Inchoo, *olim dubitatum eſt.* Gell. 2, 3 Inchoare *verbum inter ea refert,* in quibus literae ſeu ſpiritus iſtius nulla ratio viſa eſt, niſi vt firmitas et vigor vocis, quaſi quibusdam neruis additis intenderetur. Seruius *in* Georg. 3, 42 Apud Latinos nullum verbum eſt, quod ante o finalem habeat o: excepto Inchoo: quod tamen maiores aliter ſcribebant, adſpirationem interponentes duabus Vocalibus, et dicebant Inchoho. Tria enim habebant nomina, in quibus C literam ſequeretur adſpiratio, Sepulchrum, Orchus, Pulcher: e quibus Pulcher tantum hodie recipit adſpirationem. *Sed non habet iſta Seruius Aſcenſii, Fabricii, Maſuicii, Burmanni, hic ne quidem in Var. Lect.* Inchoo, *inquit* Feſtus, videtur

tur ex Graeco originem trahere: quod Heſiodus omnium rerum initium eſſe dixerit chaos. Diomedes 1 p. 361 *extr.* Inchoo inchoavi; ſic dicendum putat Iulius Modeſtus, quia ſit compoſitum a chao, initio rerum. Sed Verrius et Flaccus in poſtrema ſyllaba adſpirandum probauerunt. *Cohum* enim apud veteres mundum ſignificat, vnde ſubſtructum *incohare.* Tranquillus quoque his aſſentiens libello ſuo pleniſſimo aedem incohatam ita diſſeruit. Scaurus de Orthogr. p. 2251 *med.* Inchoare cum adſpiratione ſcribendum, quoniam a chao dictum, quod fuerit initium omnium rerum. *Contra* Probus Cathol. p. 1486 *med.* Incoho, incohas, incohaui. Quidam putant *inchoare* dici, imperitiſſime. Nam neque poſt C literam H Latina verba regunt, exceptis nominibus tribus, Pulcher, Orchus, Lurcho. Neque O litera, ante O alterum Latinorum verborum prima perſona reperitur. Igitur quod Plautus poſuit *reboo,* non Latine, ſed Graece poſuit. *Hanc opinionem Iouianus Pontanus agnoſcit* de Adſpiratione 2 *et videtur probare Voſſius, in etymol. Sed* Lapides *pro* Inchoo *laudat Cellarius. Add. Viri docti ad* Sueton. Caeſ. c. 46. *et ad* Liu. 29, 23, 3.

INCHOANS, antis. Partic. Inchoante menſe Martio Pallad. Febr. t. 25. Inchoantibus canicularibus diebus Idem Iul. t. 7.

INCHOATVS, a, um. Partic. [ἀτελὴς] *Imperfectus.* Cic. de N. D. 2, 33 Atque etiam ſi a primis inchoatisque naturis ad vltimas perfectasque volumus procedere. Peſtilentia a pecudibus inchoata Macrob. Sat. 7, 6. Ab inchoato domos exſtruere Columel. 4, 3, 1. *i. de nouo.* Praeclare inchoata multa, perfecta non plane Cic. de Clar. Orat. 126 c. 33. Inchoata atque rudia pueris exciderunt Id. de Orat. 1, 5. Mancum atque inchoatum Id. Off. 1, 154 c. 43. *Add.* Ibid. 3 c. 7. Plin. praef. operis, *de Graecis* pingendi fingendique conditoribus, — abſoluta opera, et illa quoque, quae mirando non ſatiamur, pendenti titulo inſcripſiſſe, vt, Apelles faciebat, aut Polycletus: tanquam inchoata ſemper arte et imperfecta, *etc.* Portentum hominis, nec abſolutum a natura, ſed tantum inchoatum Suet. Claud. c. 3. Inauditiunculae rudes inchoataeque Gell. 5, 21. Plin. 15, 1 Primum omnium cruda, atque nondum inchoatae maturitatis.

INCHOAMENTVM, i. n. Mart. Capell. 3 p. 93. Idem 5 p. 71. *et conf.* 6 p. 189. *etc.*

INCHOATIO, ōnis. f. Ambroſ. de Voc. Gent. 2, 3. Auguſtin. Epiſt. 222. *etc. it.* de Geneſi adu. Manich. c. 14. *et* de Gen. ad lit. 2, 15 *ſub fin.*

INCHOATĪVVS, a, um. Adi. [ἀρχτικὸς] *Vid.* Mart. Capell. 3 p. 84.

INCHOATIVA, Verba ἀρχτικά, quae rem modo inchoatam et futuram ſignificant, vt Horreſco, id eſt, incipio horrere, *etc.* Chariſ. 3 p. 223.

INCHOATOR, ōris. m. Prudent. praef. Hamart. 27 Mortis inchoator. *Conf.* Auguſtin. de Geneſ. ad lit. 1, 14.

INCIBO, āre. Vet. Schol. *ad* Iuuenal. 10, 230 Hirundo filios ſuos incibat, *i. cibum iis in os ingerit.*

INCICVR, uris. Adi. *Immanſuetus.* Feſtus, ex Pacuuio, Reprime incicorem iracundiam.

INCĪDO, īdi, īſum, dĕre. [τέμνω, κόπτω, ἐγχαράττω] *Ex* In *et* Caedo *compoſitum, vt Inſecare, partem rei caedere.* Virg. Ecl. 3, 11 Atque mala vites incidere falce nouellas. Plin. 12, 14 Quum incidant eas arbores. *Conf.* Ibid. c. 25. Articulamenta inciſa Scribon. 214. Qui mihi Pinnas inciderant, nolunt easdem renaſci Cic. Att. 4, 2. Tacit. Ann. 16, 19 Neque tamen praeceps vitam expulit, ſed inciſas venas, vt libitum obligatas, aperire rurſum, et alloqui amicos. *Add.* Cic. de Ar. Reſp. c. 16. *Inſculpere etiam ſignificat: varieque conſtruitur.* Inciſum marmori Suet. de Clar. Gramm. 17. Plin. in Paneg. c. 54 *extr.* Quod ego titulis omnibus ſpecioſius reor, quando non trabibus, aut ſaxis nomen tuum, ſed monumentis aeternae laudis inciditur. Cic. de Senect. 61 c. 17 Notum eſt totum carmen inciſum in ſepulcro. Idem in Piſon. 92 Idemque vt eſſet, quod in baſi tropaeorum incidi, inſcribique poſſet. Inciſum ac notatum in monumentis rerum geſtarum Id. pro Font. 31. Incidere in aere Cic. Verr. 4, 145. Id. ibid. 2, 154 Inciſum in tabula aenea. *Vid.* Cic. Philipp. 3 c. 12. Idem pro Corn. Balb. 53 Quod quidem nuper in columna aenea meminimus poſt roſtra inciſum et perſcriptum fuiſſe. Plin. Epiſt. 8, 6, 13 SCta in aes inciderentur. Cic. Philipp. 2, 26 Quid tum? quod erit ita geſtum, id lex erit? et in aes incidi iubebitis? Suet. Caeſ. c. 28 Ac mox lege in aes inciſa. Nomina ciuitate donatorum in tabula inciſa Cic. Fam. 13, 37. Sen. de Benef. 4, 28 Frumentum publicum — accipiunt ſine delectu morum, quisquis inciſus eſt. *Sic Gron. ex MSS.* Plin. Pan. 26, 3 Omnes — recipi, incidi iuſſiſti *in tabulas congiarii. Add.* 28, 6. Fagi inciſae mea nomina ſeruant Ouid. Epiſt. 5, 21. Literas cortici arboris Plin. 16, 9. Marmora inciſa notis Hor. Carm. 4, 8, 13. Inciſa tabula his literis, Iupiter, *etc.* Liu. 6, 29 *extr.* Cic. pro Milon. 88 Incidebantur iam domi leges, quae nos noſtris ſeruis addicerent. *Conf.* Id. Philipp. 1 c. 10. Leges ligno Hor. de Arte Poët. 399. Inciſum grandibus literis nomen in baſi Cic. Verr. 4, 74. Verba incidere ceris Ouid. Met. 9, 528. ¶ 3 *Abſcindere et praecidere ſignificat.* Cic. de Orat. 2, 336 Inciditur enim omnis iam deliberatio, ſi intelligitur non poſſe fieri, aut ſi neceſſitas affertur. Ludum incidere Hor. Epiſt. 1, 14, 36. *pro Finire.* Neruos virtutis Cic. Acad. 1, 35. Neruos populi Romani Idem pro L. Agr. 2, 46 c. 18. Poëma ad Caeſarem, quod compoſueram, incidi, *i. tabulis inciſis aboleui.* Id. Q. Frat. 3, 1, 4. Liu. 32, 37 Quibus longiorem exorſis orationem breuis interrogatio, ceſſuruſne iis tribus vrbibus eſſet, ſermonem incidit, quum mandatum ſibi de his nominatim negarent quidquam. Spes inciſa, *Quae decidit, et qua fruſtramur.* Liu. 3, 58 Itaque ſpe inciſa prius, quam praedicta dies adeſſet, Appius mortem ſibi conſciuit. Idem 2, 15 *extr.* Spe omni reditus inciſa. Singultus verba incidens Stat. Theb. 9, 884.

INCISIO, ōnis. f. [τμῆσις, τόμος] Inciſio, *Chirurgiae operatio* Scribon. 206. Columel. de Arboribus c. 8, 3 Infra inciſionem et alligaturam, falce acuta, leuiter vitem vulnerato ex vtraque parte, vt his potius plagis humor defluat, quam ex inciſione abundet. *Sed legendum, vt legitur hodie,* Infra inſitionem, *et,* ex inſitione. *Saepe autem miſceri haec nomina in* MSS. Columellae, *obſeruatum in Lexico rei ruſticae v. g. 5, 11, 2.* Onom. Vet. Inciſio, διακοπή. Inciſio *apud Oratores:* Cic. in Orat. 200 c. 61 Dicendumque, quantos circuitus facere deceat: deque eorum particulis, et tanquam inciſionibus differendum eſt. Particulas *et* inciſiones circuitum *ſeu periodorum vocat, quae et membra et inciſa, ſiue cola et commata dicuntur. Conf.* Ibid. c. 64. Inciſio, *i. Caeſura, vid. h. v. ſub* CAEDO.

INCISVRA, ae. f. [τομή] *Eadem quae inciſio.* Plin. 11, 39 Pili reciſi non vt herba ab ipſa inciſura augentur. Inciſurae *etiam dicuntur in manibus, quae vulgo Lineae vocantur.* Plin. 11, 52 Contra longae eſſe vitae incuruos humeris, et in manu vna duas inciſuras longas habentes. Idem 15, 11.

INCĪSVS, a, um. Partic. [τετμημένος] Plin. 11, 37 Inciſa cornua naſcentium in diuerſas partes torquentur. Carmen inciſum in ſepulcro Cic. de Senect. 61 c. 17. Elogium in ſepulcro inciſum Id. in Piſon. 72. Vena Tacit. Ann. 16, 19, 2. *Vid.* Liu. *ſupra.*

INCĪSVM, i. n. [τμῆμα, κόμμα] Quinctil. 9, 4, 122 *auctore eſt* Senſus non expleto numero concluſus, plerisque pars membri, vt *Domus tibi deerat? at habebas. Pecunia ſuperabat? at egebas.* Fiunt etiam ſingulis verbis inciſa: vt, *Diximus, teſtes dare volumus.* Inciſum eſt, *Diximus.* Membrum eſt ſenſus numeris concluſus, ſed a toto corpore abruptus, et per ſe nihil efficiens, id enim, *O callidos homines,* perfectum eſt: at remotum a caeteris, vim non habet, vt per ſe manus, et pes, et caput. *Haec ille: vt appareat, eum* inciſa *et* cola *numero Syllabarum metiri; ſenſum quidem ſ. ſententiam abſolutam aſſignare et* inciſo *et* colo. *Sic etiam* Cic. in Orat. 211 c. 62 Quae neſcio cur quum Graeci κόμματα et κῶλα nominant, nos non recte inciſa et membra dicamus: *et praeſertim* n. 222 c. 66 ſqq. *Alias omnis oratio diuiditur a Graecis in periodos, cola, et commata. Periodus eſt abſoluta et perfecta in oratione ſententia. Colon pars eſt periodi. Latine cum* Cicerone membrum *et hoc dicunt. Comma denique membri pars eſt, et ſectio quaedam:* inciſum Cicero *nominat. Ergo ſi Latinis verbis vti voluerimus, dicemus, Omnem orationem ex comprehenſionibus, membris, et inciſis conſtare. Comprehenſio, ſ.* Ambitus, *eſt continuatio verborum, conſtructione Grammatica a ſe pendentium et deuinctorum, donec vltimorum cum primis copulatione, vti circulus quidam, ſic ſententia perficiatur: vt,* Etſi vereor Iudices, ne turpe ſit, pro fortiſſimo viro dicere incipientem timere: minimeque deceat, quum T. Annius Milo ipſe magis de Reip. ſalute, quam de ſua perturbetur, me ad eius cauſam darem animi magnitudinem afferre non poſſe: tamen haec noui iudicii noua forma terret oculos, qui quocunque inciderint, veterem conſuetudinem fori et priſtinum morem iudiciorum requirunt. *Membrum eſt pars comprehenſionis, vt,* Etſi vereor Iudices, ne turpe ſit, pro fortiſſimo viro dicere incipientem timere. Inciſum *eſt pars membri, vt,* Etſi vereor Iudices, ne turpe ſit. *Quemadmodum autem in tres has partes omnis oratio diuiditur, ita tria ſunt etiam ſigna, quibus diſtinguantur. Nam comprehenſio in puncto ſignatur, hoc modo. membrum vero in ipſa comprehenſione duobus ſignatur punctis, hoc modo: (ſed extra comprehenſionem vno tantum notatur)* Inciſum *ſemicirculo in ſiniſtram partem vergente ſignatur, hac ratione,* . *Conf.* Cic. *c. l.* c. 66.

INCĪSVS, ûs. m. [τμῆσις] Plin. 16, 12 Fructum quaedam proximo anno ab inciſu largiuntur.

INCĪSIM. Adu. [τμήδην] *Per inciſa, vt ſenſus intra VII vel VIII Syllabas finiatur.* Cic. in Orat. 213 c. 63 Haec quidem duo *O Marce Druſe, patrem appello,* binis pedibus inciſim, deinde membratim, *Tu dicere ſolebas, ſacram eſſe Rempublicam.* Inciſim aut membratim aliquid efferre Id. ibid. 223 c. 67. Inciſim et membratim tractata oratio Id. ibid. 225 c. 67.

INCISE. *Aliud* Adu. [κατὰ κόμματα] *Idem.* Cic. in Orat. 212 c. 63 Quo autem pacto deceat inciſe, membratimue dici, iam videbimus. *Add.* 223 c. 67.

INCISOR, ōris. m. *Vt,* Dentes inciſores *apud Medicos,* Rapaces *in equis vocat* Veget. 4, 1, 1.

INCISORIVM, i. n. Sarisb. 5, 10 Si inciſorium aptius fuerit, *cultellus, pars minutae ſupellectilis.*

INCIDVVS, a, um. Adi. [ἄκοπτος] *Quod incidere vel caedere non licet.* Ouid. Faſt. 2, 435 Monte ſub Exquilio multis inciduus annis, Iunonis magnae nomine, lucus erat. *Alii, etiam Burm.* Incaeduus. Ouid. Amor. 3, 1, 1 *pr.* (*al.* Incaedua) Stat vetus et multos incidua ſilua per annos.

INCĬDO, ĭdi, āſum, ĕre. [ἐμπίπτω] *Ex* In *et* Cado. Plin. 2, 27 Sed ea accidiſſe, non quia haec facta ſunt arbitror: verum haec ideo facta, quia incaſura erant illa. Ad terram incidit *de vulnerato* Virg. Aen. 12, 926. Cic. Fam. 5, 8 Non me fortuito ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidiſſe. Liu. 5, 26 Multi caeſi vulneratique prius, quam pauentes portis inciderent. *Vid. mox* Incidens. Cic. pro Plancio 17 c. 8 Equidem ſi quando, vt fit, iactor in turba, non illum accuſo, qui eſt in ſumma ſacra via, cum ego ad Fabium fornicem impellor: ſed eum, qui in me ipſum incurrit atque incidit. *Et* 99 c. 41 Cum hic in me incidit, complexus eſt, conſperſitque lacrimis. *Et* Acad. 4, 18 c. 6 In id ipſum incidit, quod timebat. *Sed editur melius,* ſe induit. *Metaph.* Cic. de Inuent. 2, 68 c. 22 Certi, qui in omnes (*cauſas*) incidant, loci praeſcribi non poſſunt, *i. qui conueniant.* ¶ 2 *Ad eum, qui vulgo caſus vocatur, et fortunae magis, quam conſilio tribuitur, euentum referri ſolet.* Cic. Fam. 2, 6 Quod in id Reipubl. tempus non incideris, ſed veneris. Idem Tuſc. 1, . . In ſeruorum ferrum et manus incidiſſet. *Sed Subſtantiua ponemus aliquam multa.* Cic. in Catil. 2, 20 In tantum Aes alienum inciderunt. Idem de Inuent. 1, 80 Nemo poteſt vno adſpectu, neque praeteriens in Amorem incidere. In Cogitationem Id. Fam. 4, 9. Cic. de Amicit. 34 Quod ſi longius in amicitia prouecti eſſent, tamen ſaepe labefactari, ſi in honoris Contentionem incidiſſent. In Cupiditatem imperiorum, honorum, gloriaeue Idem Off. 1, 26. Id. Att. 9, 5 Si enim recte ambulauerit is, qui hanc epiſtolam tulit, in ipſum tuum Diem incidit. *i. Eodem die quo ſperabas.* Cic. Att. 6, 1 Faciesque me, in quem Diem Romana incidant myſteria, certiorem. *i. Quo die agentur.* Idem ibid. 7, 1 Nunc incido in Diſcrimen ipſum. In Errorem Quinctil. 2, 25. Cic. Att. 12, . . Is dicitur incidiſſe in Euntem iam in Aſiam. *In emendatioribus codicibus legitur,* Is dicitur vidiſſe an Euntem, an in Aſia. Idem Verr. 2, 182 Sane homini praeter opinionem improuiſo incidi. In Febriculam Id. Fam. 10, 21. In Foueam quoniam incidit belua, obruatur Cic. Att. 4, 12. Ter. Heaut. 3, 1, 33 In eandem Fraudem ex hac re, atque ex illa incides. In Furorem et inſaniam Cic. in Piſon. 46. Varro de R.R. 3, 14 Ita vt in aliquem Lapidem incidat, ac late diſſipetur. Cic. de Legg. 2 Nam eorum ego in Libros incidi. Ter. Phorm. 1, 3, 23 Ego in eum incidi infelix Locum, vt neque mihi eius ſit amittendi, nec retinendi copia. Cic. Off. 1, 32 Quo impetrato in maximos Luctus incidit.

incidit. Ter. Andr. 4, 5, 43 Iocularium in Malum inſciens paene incidi. Cic. pro Caecin. . . In Manus eorum incidere non eſt ſatis? *Conf.* Sen. Epiſt. 4. In Memoriam et recordationem aliquorum Cic. de Clar. Orat. 43. Ter. Phorm. 1, 3, 5 Quod vtinam ne Phormioni id ſuadere in Mentem incidiſſet. Cic. de Fin. 4, 43 Quod cuique in Mentem incideret, et quodcunque tanquam occurreret. Idem Diuinat. Verr. 50 c. 15 Sic breuiter, quoniam non conſulto, ſed caſu in eorum Mentionem incidi: quaſi praeteriens ſatisfaciam vniuerſis. In Milites de improuiſo Id. pro Roſc. Amer. 151. Cic. de Seneſt. 67 Quin etiam aetas illa multo plures, quam noſtra, mortis caſus habet: facilius in Morbos incidunt adoleſcentes, grauius aegrotant, triſtius curantur. *Add.* Idem Fam. 13, 29. Cic. pro Roſc. Com. 11 Nonne quotieſcumque in cauſa in Nomen huius incidiſti, toties hunc et virum bonum eſſe dixiſti, et honoris cauſa appellaſti? In Opinionem Id. Fam. 9, 9. Quinctil. 7, 3 Fuerunt autem tales noſtris etiam temporibus controuerſiae: atque aliquae in meum quoque Patrocinium inciderunt. Cic. Att. 16, 2 Ego enim in varios Sermones incidebam. In ſuſpicionem regni appetendi Id. pro Milon. 7. In ea Tempora noſtra aetas incidit Id. Fam. 5, 15. Cic. de Fin. 4, 40 Nam ſi omnino nos negligimus, in Ariſtonea Vitia et peccata incidemus. In Vituperatores alicuius Id. Fam. 7, 3. ¶ 3 *Nominatiui:* Aliud ex alio incidit, *Aliud ex alio dependet et euenit* Ter. Heaut. 3, 3, 38. Id. ibid. 2, 4, 15 Hoc beneficio vtrique ab vtrisque vero deuincimini, vt numquam vlla, amori veſtro incidere poſſit Calamitas. Calor incidit Pierius menti Stat. Theb. 1, 3. Cauſae incidunt, *quod inepte dicunt Caſus contingunt.* Cic. Off. 3, 75 Sed incidunt ſaepe cauſae, quum repugnare vtilitas honeſtati videatur. Error nouus incidit Propert. 1, 13, 35. Flamma incidit in ſegetes Virg. Aen. 2, 305. Iugum ceruicibus incidit Columel. 2, 2. Nihil mali ciuitati incidit, quod non impendere illi tanto ante viderint Cic. de Orat. 1, 26. Mentio incidit de Philippo et Romanis Liu. 32, 20. Idem 29, . . Non metu modo omni, qui tacitus inſidebat animis, liberauit eos, ſed laetitiam ingentem fecit, quod, *etc.* Morborum noua genera ſaepe incidere Celſ. 1 praef. Peſtilentia grauis incidit per vrbem Liu. 27, 23 *extr.* Rebus incidere, *pro Temere et fortuito, non conſilio in res ferri* Sen. Epiſt. 87. Ruinae incident capitibus noſtris Liu. 21, 10. Saxum ex ſpelunca in crura eius incidit Cic. de Fato 6. Sermones varii incidere nobis Catull. 10, 5. Sermo incidit de Catulo Plin. Epiſt. 87. Ter. Andr. 3, 2, 21 Renuntiatum eſt, nam qui iſthaec tibi incidit ſuſpectio? Idem Adelph. 4, 4, 6 Nunc ſuſpicio de me incidit, neque ea immerito? Soſtrata credit mihi, me pſalrriam hanc emiſſe. Tempora ſaepe incidunt, quum ea, quae maxime videntur digna eſſe iuſto homine, eoque quem virum bonum dicimus, *etc.* Cic. Off. 1, 31. Terror incidit exercitui Caeſ. B. C. 3, . . Tremor manibus incidit vnctis Hor. Epiſt. 1, 17, 23. ¶ 4 *Imperſonaliter, vel intellecto nomine,* res, negotium, caſus, *ſimili.* Incidit ſaepe vt, *Saepe euenit, fere fit.* Cic. de Amicit. . . Nam vel, vt non idem expediret vtrique, incidere ſaepe, vel, vt de Republ. non idem ſentirent. Raro incidebat, vt ſecundae claſſis vocarentur Liu. 1, 43 *ſub fin.* Quum inciderit, vt id apte fieri poſſit Cic. de Fin. 1, . . Incidit infeliciter, vt talem ciuem amitteremus Liu. 38, 49. Si quis eiusmodi forte caſus inciderit, vt id faciendum ſit Cic. de Fin. 3, . . Forte ita incidit, vt comitiis perfectis nuntiaretur, *etc.* Liu. 26, 23 *pr.* Forte ita inciderat, ne duo violenta ingenia matrimonio iungerentur Idem 1, 46. *Sic* Incidere, *abſolute pro,* In malum incidere Scribon. 172.

INCASŪRVS, a, um. Partic. Plin. 2, 27 Sed ea accidiſſe, non quia haec facta ſunt, arbitror: verum haec ideo facta, quia incaſura erant illa.

INCĬDENS, entis. Adi. *Quod incidit, ſiue cadit.* Plin. 11, 37 Pupillae obiter incidentia facile declinant. Incidens portis exercitus, *i. Incurrens in eum locum, quo portae erant.* Liu. 5, 11 Quum fuga trepidum, plenum vulnerum, ac pauore incidentem portis exercitum viderint, *etc.* Idem 3, 3 Agreſtes pauidi incidentes portis. *Proprium pauidorum videtur* incidere, irruere *hoſtium. Sic* 5, 26.

INCIDENTER. Adu. Sariſb. praef. Quae incidenter dicta ſunt, *i. caſu, occaſione monente.*

INCIEO, ēre. *et* INCIO, īre. Mouere, impraegnare Papias. Vetus Diction. *apud Martin.* Inciere, parere, eniti, a ciendo et inuocando proximos. *Sic Giſanius et Pareus* Lucret. 5, 960 *edidere,* Et Venus in ſiluis inciebat corpora amantum. *Al.* Iungebat. *Certius eſt*

INCIENS, entis. Part. *Grauida, quod certe magnam habet affinitatem cum Graecorum* ἔγκυος *et* ἐγκύμων. Feſtus *voce* Grauida, Inciens propinqua partui, quod incitatus ſit fetus eius. Varro R. R. 2, 2, 8 Faciendum ſepta ſecreta ab aliis, quo incientes ſecludere poſſis, item quo corpore aegro. Columel. 6, 1, 3 *pro vulg.* tanquam implente vtero *Vrſinus malit* inciente. *Sed nihil iuuant MSS. Etiam* Columel. 7, 3, 16 Partus vero incipientis pecoris; *Et* 6, 11, 8 Itaque includendae ſunt enitentes, *vbi primae editiones* incipientes *habent, legendum videbatur Vrſino et mihi* incientes. *Reſtituit olim* Plinio 11, 37 ſ. 84 *Turnebus Adu. 20, 23. Et ita edidit Hard. a MS. adiutus,* Antiqui abdomen vocabant *(ſuis)* priusquam calleret, incientes occidere non aſſueti. Arnob. 7 p. 225 Hic *(Deus honoratur)* ſterilibus vacculis, at ille incientibus ſcrofis. *Et* p. 227 *extr.* Telluri matri ſcrofa inciens immolatur et feta; at Mineruae virgini virgo caeditur vitula.

INCĪLE, is. n. [διωρυχή] Locus depreſſus, *vt ait* Vlpian. D. de riuis l. 1 ad latus fluminum: *ex eo dictus, quod* inciditur. *Sic* Ancile *ab* ancidendo *deriuari monuimus ex Varrone. Addit* Vlpianus, Inciditur enim vel lapis vel terra, vnde primum aqua ex flumine agi poſſit. *Videtur natura Adiectiuum eſſe.* Cato R. R. 155 In monte foſſas inciles puras habere oportet. Inciles canales *forte reſtituendi Feſto, vbi nunc leguntur* Inlices. Cato *iterum* 155 Cum pluere incipiet, familiam cum ferreis ſarculisque exire oportet, incilia aperire aquam diducere in vias, *etc.* Repetit ex h. l. Plin. 18, 26 *pr.* ſ. 62. Colum. 5, 9, 13 Si olea in cliuo ſit, incilia excitentur, quae limoſam aquam ad codicem deducant. Vlpian. D. ne quid in flumin. public. *etc.* l. vnic. §. 2 Simili modo et ſi incile ducat, aut alio loco fiat, aut ſi alueum mutet fluminis, hoc interdicto tenebitur. Idem in l. 1 D. de aqua quotidiana et aeſtiua, Caput aquae illud eſt, vnde aqua naſcitur: ſi ex fonte naſcatur, ipſe fons: ſi ex flumine vel lacu, prima incilia, vel principia foſſarum, quibusque ex flumine vel ex lacu in primum riuum compelli poſſent. Sane tanquam in quodam incili, omnia iam adhaeſerunt Cael. ad Cic. Fam. 8, 5. *Vid. Graeu. Sic* Apul. Met. 9 p. 221 *pr.* Viam lacunoſis incilibus voraginoſam *appellat.*

INCILIAE, INCILLAE, *an* INCILIA? [διώρυγες] *Auctore* Feſto, Foſſae quae in viis fiunt ad deducendam aquam, ſiue Deriuationes de riuo communi factae.

INCĪLO, āre. [ἐγκαλέω] *Pro Increpare vel Improbrare dicebant veteres.* Accius *apud* Non. 2, 430 Qui me incilans probris, ſermone indecorans turpi ſama differet. *Sunt ibi plura.* Lucret. 3, 978 Iure (vt opinor) agat, iure increpet, inciletque.

INCINEFACTVS, a, um. Commodian. Inſtr. 41.

INCINERO, āre. Sax. Gramm. 4, 2.

INCINERARIVM, i. n. *Ex* Chariſ. *profert Barth. in Aduerſ.* 4, 21. *Locus eſt* p. 78 *med. Putſch. poſt* cineris *mentionem.* Hinc muliebre miniſterium *Incinarium* dicitur. Nam Cato in originibus, Mulieres, inquit, noſtrae capillum cinere inungitabant, vt rutilus eſſet crinis. *Sed editio Fabric.* 1551. 8. Cinerarius. *Certe* Incinerarium *voluiſſe videtur Putſchius:* Incinarium *eſſe a librario.*

INCINGO, nxi, nctum, ĕre. [καταζωννύω] *Idem quod Cingere, vel Circumligare.* Liu. 8, 9 Ipſe incinctus cinctu Gabino, armatus in equum inſiluit, ac ſe in medios hoſtes immiſit. Auro incincta Solin. c. 15. Incinctae Igni incedunt *de furiis* Enn. *ap.* Cic. Ac. 4 c. 28. Lauro incingi Ouid. Met. 14, 482. Mitra canos incincta capillos Idem Faſt. 3, 669. Moenibus vrbes incingere Id. Amor. 3, 8, 47. Pellibus incinctae ambae Virg. Georg. 4, 342. Idem Aen. 7, 396. Corycos Oppidum Portu ſaloque incingitur Mela 1 c. vlt. *Sic idem ſaepius.* Incinctum habere peucedanum Scribon. 163. *i. circumdatum.* Philyra capilli incincti Ouid. Faſt. 5, 337. Serpentibus ſeſe incingebat Catul. 65, 258. *Add.* Ib. v. 308. Tunica incinctus mercator Ouid. Faſt. 4, 675. Verbenis aras incinxit Id. Met. 7, 242. Veſtibus pictis incinctae horae Id. Faſt. 5, 217. Zonis pretioſiſſimis incincta Apul. Met. 7 p. 190. *Conf.* Varro *et* Afran. *ap.* Non. 5, 47. *et* 14, 25. *Heinſ. ad* Ouid. Met. 3, 162.

INCINCTVS, ûs. m. *Laudatur* Plin. 24, 9 Virgam qui in manu habeant aut incinctu, negantur intertriginem ſentire. *Sed poteſt diviſim intelligi* in cinctu. *Quidam* aut cinctu.

INCINGŬLVM, i. n. Non. 1, 234 Cingulum incingulum plerumque dicitur.

INCĬNO, ui, entum, ĕre. [ἐπαυλέω] *Incipere canere.* Propert. 2, 18, 6 Seu varios incinit ore modos. Gell. 1, 11 Et frequentamenta quaedam varia tibicen incineret. *Et* 4, 13 Si modulis lenibus tibicen incinat.

INCENTIO, ōnis. f. [ἐπαύλησις] *Cantio ſeu Cantilena, vel Harmonia vocum ac tibiarum.* Gell. *refert* 4, 13 Democritum docere plurimis hominum morbis medicinam fuiſſe incentiones tibiarum. *Hinc ortum, vt* incentio *etiam vocetur. Incantatio, quae vocis modulatione fiebat.* Gell. 16, 11 Marſis vi quadam genitali datum, vt ſerpentum virulentorum domitores ſint, et incentionibus herbarumque ſuccis faciant medelarum miracula.

INCENTĪVVS, a, um. Adi. [ἐπαυλητικός] Tibia incentiua *qua incinitur, i. incipitur cantus.* Varro de R. R. 1, 2, 15 Et vt dextra tibia alia quam ſiniſtra, ita vt tamen ſit quodammodo coniuncta, quod eſt altera eiusdem carminis modorum incentiua, alia ſuccentiua. *Ibidem* paſtorum vitam *vocat* incentiuam, *quia vetuſtior:* agricolarum ſuccentiuam, *quia recentior, quam rem comprobat auctore Dicaearcho, homine doctiſſimo.* Lues incentiua Prudent. Hamart. 250. Incentiuus, *Incitatiuus, propterea quod incentione tubarum ſoleant milites ad praelium incitari.* Firmic. 1, 3 Hinc intelligi datur, ſtellarum quidem eſſe, quod patimur, et quod nos incentiuis quibusdam ſtimulat ignibus: diuinitatis vero eſſe animi, quod repugnamus. *Vid. poſt* INCENDO. ¶ 2 *Subſtant.* Incentiuum, *Incitatio, Stimulus.* Paneg. Incerti Conſtantino dicti, Cell. 8, 1, 4 Etenim ſi in rebus bellicis ipſisque praeliis, non ſolum tubae et litui, ſed etiam Spartanae tibiae incentiuum aliquod feruntur habuiſſe, *etc.* Ammian. 14, 1 Cuius acerbitati vxor graue acceſſerat incentiuum. Id. 29, 3 Poteſtate late diffuſa ſaeuum imperatori acceſſerat incentiuum. Incentiuum peccaminis Prud. Apoth. 929. Vitiorum Hieron. Epiſt. 2 ad Nepotian. Arnob. 4 p. 150 Quod poenis omnibus conueniebat plecti, incentiuo extollitis laudis.

INCENTOR, ōris. m. Iſid. Orig. 6, 19 Tres gradus ſunt in cantando, primus ſuccentoris, ſecundus incentoris, tertius accentoris. *Add.* 7, 12. Paulin. Natali Felicis 4 Carminis incentor Chriſtus mihi. Id. Epiſt. 29, 8 Incentor potius quam conſolator lacrimarum. *Conf.* Symmach. 5, 32. Ambroſ. Epiſt. 5, 35. Oroſ. 5, 19 Sertorius, iam hinc ciuilis belli incentor et particeps. *Et* 5, 20 Damaſippus praetor, incentore Mario, *etc.*

INCIPERO, āre. *Pro Imperare.* Plaut. Truc. 3, 2, 8. *Sic certe Pareus ex MSS. Pall.* Inci *pro* In *olim dictum eſſe oſtendit Scalig. ad* Feſt. *in voce* Incitega. *Sed editur* Impera *ab aliis.*

INCĬPIO, cepi, ceptum, ĕre. [ἄρχομαι, ἐγχειρέω] *A* Capio *deriuatur: non, vt aliis placet, a* Coepi *defectiuo: nec diphthongum admittit.* Incipere *eſt velut* in *manus* capere, *vt* principium *eſt cum* primum capimus. Plaut. Poen. 5, 2, 14 Incipere multo eſt quam impetrare facilius. Ter. Adelph. 2, 2, 19 Perii hercle, hac ſpe illi hoc inceperunt. Incipe: dimidium facti eſt coepiſſe Auſon. Epigr. 81. Vt incipiendi ratio fuit, ita ſit deſinendi modus Cic. Off. 1 c. 37. Aeſtas prima inceperat Virg. Aen. 3, 8. Amor incipiens Ouid. de Arte Am. 2, 648. Plaut. Capt. 5, 3, 3 Quam diu id factum eſt? ST. hic annus incipit viceſimus. Annus incipit a frigoribus Ouid. Faſt. 1, 149. Barba erat incipiens Idem Met. 12, 395. Cic. Att. 7, 8 Diem tuum ego quoque ex epiſtola quadam, quam incipiente Febricula ſcripſeras, mihi notaueram. Cic. Verr. 5 c. 10 Quum roſam viderat, tunc incipere Ver arbitrabatur. Vere incipiente pariunt Plin. 10, 32. ¶ 2 *Formulae:* Incipiunt Poſtulare, Poſcere, Minari Cic. Verr. 3, 78. Tum bella Gerere noſtri duces incipiunt Cic. de N. D. 2 c. 3. Quum iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum Ingredi inciperent Id. in Catil. 3, 6. Huic incipio ſententiae Diffidere Id. Tuſc. 5, 3. *Et apud eundem,* Incipio ſperare. Plin. 14 in prooem. Vnde autem potius incipiemus, quam a vitibus? Abrupte aliquid incipere Quinctil. 3, 8. Ter. Andr. 3, 3, 7 Per ego te deos oro, et noſtram Amicitiam Chreme, quae incepta a paruis, cum aetate adcreuit ſimul. Plaut. Trin. 4, 2, 164 Sed quis hic eſt, qui huc in plateam Curſuram incipit? Idem Ibid. 4, 2, 42 Magnum Facinus incipis ſic petere. Idem Mil. 2, 2, 73 Magnum illic Honorem incipis, ſi magna munis moenia. Idem Caſ. 4, 4, 1 Soſpes Iter incipe hoc, vt viro tuo ſemper ſis ſuperſtes.

ſuperſtes. Ter. Phorm. 2, 3, 16 Turpe inceptu. Liu. praef. Foedum inceptu.

INCIPIENDVS, a, um. Partic. [ἀρκτέος] Ouid. Faſt. 5, 570 A tantis princeps incipiendus erat. In re incipienda, *vid.* IN.

INCEPTVS, a, um. *Aliud* Partic. Amicitia quae incepta eſt a paruis Ter. Andr. 3, 3, 7. Iter celerant Virg. Aen. 8, 90. Laborem decurrere Idem Georg. 2, 3. Opus deſtituere Ouid. Amor. 3, 12, 18. Rite ſacra Virg. Aen. 4, 638. Sermo Idem Aen. 6, 470. Duobus inceptis Verbis impetum compreſſi Cic. de Aruſp. Reſp. c. 1.

INCEPTO, āre. [ἄρχομαι, αἴρομαι] Frequent. *ab* Incipio. Ter. Heaut. 4, 4, 12 Quid inceptat. Idem Phorm. 4, 3, 21. *et* Eun. 6, 8. Ter. Heaut. 5, 3, 39 Vah video quod inceptet facinus. Idem Andr. 5, 4, 22 Et iſtaec vna parua virgo. tum ille egens, forte applicat, primum ad Chryſidis patrem ſe. S. fabulam inceptat. CH. tine. Plaut. Truc. 2, 28 Sed quid vis iſtic? quo iter inceptat? quis eſt quem acceſſis?

INCEPTVM, i. n. *Inſtitutum, principium.* Ter. Andr. 1, 5, 1 Hoccine eſt humanum factum, aut inceptum? Plin. 4, 4 Incepto infauſto. Cic. in Catil. 2, 27 c. 12 Cuius ego non modo factum, ſed inceptum vllum, conatumue contra patriam deprehendero. Iuuenilia Ouid. Epiſt. 17, 35. Pari incepto ſimilis fortuna fuit Paterc. 2, 68, 2. Abire incepto, Abire longius incepto, *vid.* ABEO. Abſiſtere incepto Liu. 31, 26. Abſiſtere inceptis Sil. 11, 334. Deprehendere inceptum Cic. Catil. 2 c. 12. Deſiſtere incepto Virg. Aen. 1, 37. Peragere inceptum Idem Aen. 4, 452. Permanere in incepto Lucc. ad Cic. Fam. 5, 14, 7. Pertaeſus magni incepti Virg. Aen. 5, 471. Praeuenit inceptum eorum Marcellus Liu. 24, 13 *extr.*

INCEPTOR, ōris. m. *Qui incipit.* Ter. Eun. 5, 9, 4 O Parmeno mi, ô mearum voluptatum omnium inuentor, inceptor, perfector. *Vid.* Donat. Carminis inceptor Auien. Arat. *pr.*

INCEPTIO, ōnis. f. Conatus aliquid faciendi. Ter. Andr. 1, 3, 14 Nam inceptio eſt amentium, non amantium. Cic. Acad. 4, 119 c. 38 Tam praeclari operis inceptio. *Conf.* Apul. Apol. p. 317.

INCEPTIVVS, a, um. *Initialis.* Diomed. Gramm. Inceptiua litera.

INCEPTVS, ûs. m. Nep. 11, 2, 5 Epaminondae retardauit inceptus. *Vid. Schott.* Foedum inceptu Liu. praef.

INCIPISSO, ĕre. Plaut. Capt. 3, 3, 17 Nugas ineptiasque incipiſſo. *Conf.* Capt. 4, 2, 22. *et* Mil. 2, 2, 82. *et* Trin. 4, 2, 42.

INCIRCVMCISVS, a, um. Adi. [ἀπερίτμητος] Nec victum viuere regem incircumciſum patitur Prudent. Pſychom. v. 390. *ſc. Agagum. Conf.* Tertull. adu. Iud. 2 *et* 3.

INCIRCVMSCRIPTVS, a, um. Adi. *Infinitus, immenſus.* Incircumſcriptus Dominus Prudent. Apoth. v. 863. Materia immenſa et incircumſcripta Tertull. adu. Hermog. c. 38.

INCISE, INCISIM, INCISIO, INCISVM, INCISVRA, INCISVS. *Vid.* INCĪDO, is.

INCITAE, *vel* INCITA, *vid. mox* INCITVS n. 2.

INCITEGA, ae. f. Machinula, in qua conſtituebatur in conuiuio vini amphora, de qua ſubinde deferrentur vina. Feſt. *Scaliger. monet, ab* Integendo *dictam, vt* Concipilare, reciperare, reciprocus *pro* compilare, reparare, reprocus. *Comparat deinde cum* ἐγγυθήκη *vel* ἀγγοθήκη.

INCĬTO, āre. [παροξύνω, παρορμάω] *Commouere, compellere, incendere: ab* In, *et* Cito citas. Caeſ. B. G. 3, 10 Sed multa tamen Caeſarem ad bellum incitabant. Incitare ad ſcribendum Cic. Fam. 5, 16. Idem de Orat. 2, 186 c. 44 Facilius eſt enim currentem (vt aiunt) incitare, quam commouere languentem. *Et* Acad. 4, 144 Qui ſi vndique omnes conuenerint, facile contra vos incitabuntur. Trebon. ad Cic. Fam. 12, 16 Ne putes in Aſia feriatum illum ab his ſtudiis, in quae tua cohortatione incitatus, futurum. Ad ſtudium et laborem incitandi iuuenes Cic. de Orat. 1, 262. Animos ſedare, *et* Incitare, *contraria* Idem in Orat. 63. Celeritatem incitat exercitatio eloquendi Id. de Orat. 1, 90 c. 20. Cupiditate faciendi aliquid aliquem incitare Cic. de Clar. Orat. 317. Idem Philipp. 3, 19 Quorum conſiliorum Caeſaris, et me auctorem et hortatorem et eſſe et fuiſſe fateor, quanquam ille non eguit conſilio cuiuſquam, ſed tamen vt dicitur, Currentem incitaui. *Conf.* Idem de Orat. 2 c. 44. Caeſ. B. G. 4, 12 Incitato Equo ſeſe hoſtibus obtulit. Equo incitato ſe in hoſtes immittere Cic. de N. D. 3, 15. Mentes incitare, *et* Reflectere, *contraria* Idem de Orat. 1, 5. Metum incitat vmbra vana Ouid. ex Pont. 2, 7, 14. *al.* Incutit. Motus ſilentio incitari non poſſe Cic. de Somn. Scip. 11. Nauem remis incitare Caeſ. B. G. 4, 25. Poenae caelibum incitandae Tacit. Ann. 3, 25. Veterani incitantur in eum Cic. Fam. 12, 2. Se ex caſtris Caeſ. B. C. 2, 14. Se ex omnibus partibus in hoſtes Idem B. C. 3, 24. Incitant me auguria quadam ſpe non dubia Cic. Att. 10, 8. Idem Att. 2, 16 Quod ſi in eam me partem incitarem, profecto iam aliquam reperirem reſiſtendi viam. Plin. 20, 7 Nec vlla res in cibis auiditatem incitat, inhibetque eadem. Saliens incitat vnda ſitim Ouid. de Rem. Amor. 2, 632. Beneficiis alicuius et amore incitari Cic. Fam. 1, 7. Natura incitari ad aliquid agendum Idem de Fin. 3, 66. Voluptate corporis incitari Idem de Senect. 41.

INCITĀTVS, a, um. Partic. [παροξυνθείς] Celeritate et ſtudio incitatus Caeſ. B. C. 3, 78. Eruptio ſanguinis incitata Scribon. 84. Ira aut perturbatione aliqua incitatus Cic. Off. 1, 23 c. 7. Iracundia incitatus populus Idem pro Domo 86. *Et* Acad. 4, 14 Et tamen iſti Phyſici raro admodum quum haerent aliquo loco, quaſi mente incitati. Gradu incitato accurrit Sen. Troad. 10 v. 997. Populum incitatum mitigare Cic. de Orat. 1, 202 c. 46. Sanguinis incitati eſſe Sen. Epiſt. 11. Studium incitatum ad inueniendam veritatem Cic. Tuſc. 5, 68. Voluntas incitata aduerſa ratione Idem Tuſc. 4, . . . Incitatum *pro Vehementi.* Cic. in Brut. 35 Nihil grande, nihil incitatum, nihil ornatum. Idem . . . Incitata et volubilis, nec ea redundans tamen. Cic. Acad. 4, 87 c. 48 Nonne ibidem incitato furore, vnde haec flamma oritur. *Ex Poëta. Compar.* Cic. Orat. c. 12 Alter incitatior fertur. *Superl.* Legionem vnam incitatiſſimam retinui *apud* Cic. Fam. 10, 32. Idem in Somn. Scip. 13 c. 5 Hic vero tantus eſt totius mundi incitatiſſima conuerſione ſonitus, vt eum aures hominum capere non poſſint. ¶ 2 Incitatus *equus Caligulae, de quo* Sueton. c. 55 Incitato equo, cuius cauſa pridie Circenſes, ne inquietaretur, viciniae ſilentium per milites indicere ſolebat, praeter equile marmoreum, et praeſepe eburneum, praeterque purpurea tegumenta, ac monile e gemmis, domum etiam et familiam et ſupellectilem dedit, quo lautius nomine eius inuitati acciperentur: conſulatum quoque traditur deſtinaſſe. *Hic eſſe videtur potius, quam agitator aliquis, de quo* Martial. 11, 1 Sed cum ſponſio fabulaeque laſſae de Scorpo *(hic agitator eſt)* et Incitato, *equo vel eodem, vel eiusdem nominis. Ita etiam accipiendus videtur idem* Martial. 10, 76 Pullo Maeuius alget in cucullo, Cocco mulio fulget Incitati. *Sic dediſſe arbitror Martialem, non* Incitatus. *Sic iam viſum P. Fabro Semeſtr. 2, 10 p. 127 et probat Raderus.*

INCITATVS, ûs. m. Plin. 2, 45. *al.* incitu, *v. v.*

INCĬTATIO, ōnis. f. [παροξυσμός] *Inſtigatio, commotio.* Cic. Acad. 4, 82 c. 26 Qui ne nunc quidem putat, quum ille ſol, qui tanta incitatione fertur, vt celeritas eius quanta ſit ne cogitari quidem poſſit. Languentis populi incitatio, *et* Effrenati moderatio, *contraria* Cic. de Orat. 2, 35 c. 9. Acris, *vid.* ACER. Acri et vehementi incitatione inflammatur animus Cic. de Orat. 2, 183 c. 43. Diuina mentis Idem de Diuin. 1, 89. *Et* de Orat. 1, 161 Sic euolauit oratio, vt eius vim atque incitationem adſpexerim: veſtigia, ingreſſumque vix viderim. Eiaculari incitatione Scribon. 84 *de liquore.*

INCITĀTE. Adu. [παροξυντῶς] *Compar.* Cic. Att. 2, 14 Quas Numeſtio literas dedi: ſic te his euocabam, vt nihil acrius, neque incitatius fieri poſſet. Incitatius ferri Idem in Orat. c. 20. Fluere ibid. c. 63.

INCITAMENTVM, i. n. [παρορμητήριον] *Quod commouet, incitat et accendit ad aliquid faciendum.* Cic. pro Arch. 23 c. 10 Hoc maximum et periculorum incitamentum eſt et laborum. Incitamentum ad vincendum Liu. 21, 44. *Conf. ibi Gronou.* Tacit. Ann. 6, 29 *extr.* Vxor incitamentum mortis et particeps fuit. *Conf.* Idem Germ. 7, 3. Plin. Paneg. c. 27 Magnum eſt educandi incitamentum tollere liberos in ſpem alimentorum.

INCITABILIS, e. Adi. Gloſſ. Gr. Lat. παροξυντικός, Incitabilis.

INCITABVLVM, i. n. [ὁρμητήριον] *Idem.* Gell. 15, 2 Fomitem eſſe quendam dicens, et incitabulum ingenii virtutiſque. *Antiquum.*

INCITVS, ûs. m. [παρόρμησις] *Pro Incitatione.* Plin. 2, 45 Qui ſiue aſſiduo mundi incitu, et contrario ſiderum occurſu, naſcuntur, ſiue hic eſt ille generabilis rerum naturae ſpiritus, *etc. Al.* Incitatus. *Vid. Harduin.*

INCITVS, a, um. Adi. [παρόρμητος] *Compoſitum ex* In *et* Citus: *Idem quod Velox et celer.* Cic. de N. D. 2, 89 c. 35 Sicut inciti atque alacres roſtris perfremunt Delphini. *Ex Accio.* Lucret. 6, 136 Validi vis incita venti. Id. 1, 270. Prudent. Hymn. 3, 93 Incita lingua. *Sed* ¶ 2 Incitus, a, um *eſt etiam immotus, qui cieri nequit.* Varro de L. L. 6, 2 p. 67, 3 In arce templa teſcaque incita ſunto, quoad ego caſte lingua nuncupauero. *Sic emendat, Scioppio etiam probante, Scaliger: eaque in appendice ad Conject. p. 186 ita declarat: Teſca ſ. templa ſunt promota vſque ad ſuos fines, ita vt vlterius promoueri non poſſint. Antiqui enim terminos ſ. fines, quos amplius promouere non eſt,* incitos *vocabant. Et qui ea rerum redacti erant, vt nullum certum rerum ſuarum conſilium capeſſere poſſent,* ad incitas redacti *dicebantur. Nam cum ad vltimam lineam promoti erant calculi, tum is, cuius intererat,* ad incitas *lineas* redactus, *calculi vero ipſi* inciti *dicebantur: quod annotauit* Iſidorus (18, 67) *Haec Scaliger.* Plaut. Poen. 4, 2, 86 Profecto ad incitas lenonem rediget, ſi eas abduxerit. MI. Quin prius diſperibit, faxo, quam vnam calcem ciuerit. Idem Trin. 2, 4, 136 *de agro, cuius infelices domini,* Hem! nunc hic cuius eſt, Vt ad incitas redactus! *Sed et neutro genere* incita *dicebant, intell. ſpatia, loca.* Lucil. *apud* Non. 2, 422 Illud ad incita cum redit, atque internecionem. *Et* Villicum Ariſtocratem, mediaſtinum atque bubulcum Commanducatus corrupit, ad incita adegit. Mamert. Paneg. Iulian. c. 9 Epirotae ad incitas intolerandi tributi mole depreſſi. Apul. Met. 3 p. 141, 30 *vbi Elmenh.* Ad extremas metas deducti, *al. habent* incitas. *Comparari poteſt* Met. 9 p. 223, 3 Et ad vltima ſalutis iam detruſus.

INCITATOR, ōris. m. Prudent. Rom. 67 Vt incitator et fax omnium.

INCITATRIX, īcis. f. Arnob. 2 p. 64 Iſta perſuaſio eſt incitatrix ad vitia. Lactant. de Ira Dei 23, 22 Opulenta libidinum incitatrix.

INCIVĪLIS, e. Adi. *Aſper, violentus.* Eutrop. 10, 7 Multis inciuilibus geſtis. *Conf.* Aurel. Vict. de Macrin. et Diad.

INCIVILITER. Adu. Apul. Met. 7 p. 199 An te nos tractamus inciuiliter, qui noſtrum aſinum furatum abducis. *Compar.* Suet. Tit. 6, 5 Egit inciuilius, *i. Violentius, acerbius, ſaeuius, et tyranni more, velut oblitus, alios ciues ſuos non ſeruos eſſe, ſe ciuem aliorum, non dominum.* Tacit. Ann. 1, 33 Nam iuueni ciuile ingenium, mira comitas, et diuerſa a Tiberii ſermone, et vultu arrogantibus et obſcuris.

INCIVILITAS, ātis. f. Ammian. 18, 2 Contingit per inciuilitatem militis. Idem 29, 5 Inciuilitatis particeps.

INCLĀMO, āre. [ἐπιβοάω] *Clamore vocare, vel arceſſere, Vocare.* Val. Max. 1, 7, 7 Perterritus deinde tam tetro viſo et nomine horrendo ſeruos inclamauit: ſciſcitatusque eſt, *etc.* Cic. Att. 2, 18 Sed ita te para, vt ſi inclamaro, aduoles. Lucret. 3, 266 Non merito inclamet magis, et voce increpet acri? Ouid. Faſt. 3, 756 Inclamatque ſuos, auxiliumque vocat. Idem Faſt. 2, 351 Fit ſonus, inclamat comites, et lumina poſcit. *Conf.* Plaut. Amph. 5, 1, 16. Inclamare aliquem magna voce Liu. 8, 9. Idem 26, 15 Turbam nomine inclamat. *Et* 1, 25 Et dum Albanus exercitus inclamat Curiatiis, vti opem ferant fratri, iam Hor[atius] caeſo hoſte victor ſecundam pugnam petebat. Inclamare aliquem, Conuiciis et maledictis inſectari, *inquit* Feſtus. Ouid. Amor. 1, 7, 45 Nonne ſatis fuerat timidae inclamaſſe puellae. Plaut. Aſin. 3, 2, 36 Nimis aegre riſum continui, vbi hoſpitem inclamauit, quod ſe abſente mihi fidem habere noluiſſet. *Conf.* Idem Ciſt. 1, 1, 110.

INCLAMĬTO, āre. Frequent. [ἐπιβοῶμαι] Plaut. Epid. 5, 2, 46 Etiam inclamitor quaſi ſeruos.

INCLAMATVS, a, um. Partic. Inclamatus a Puero Plin. 9, 8. Nomine ſuo inclamatus Lactant. 4, 26.

INCLAMATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Marc. 4, 41 *pr.*

INCLĀREO, ui, ēre. *vel* INCLARESCO, ĕre. [εὐδοκιμέω] *Clarum fieri, manifeſtum, et notum.* Plin. Paneg. c. 82 Nec dignitate nuptiarum magis, quam his artibus inclaruiſſe. Suet. de Clar. Gramm. c. 17 Verrius Flaccus, docendi genere maxime inclaruit. Artes plurimis inclaruere exemplis Plin. 7, 37. Maxime inclaruit diſcipulo Nicea Athenienſi, qui diligentiſſime mulieres pinxit, *de Euphranore pictore* Plin. 35, 11. Inclaruit in auro caelando Plin. 33, 12. *Et* 7, 21 Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit.

INCLARVS, a, um. Adi. Symmach. Epiſt. 3, 4 Animi fides inclara. *i. Non clara, dubia.*

INCLĒMENS, entis. Adi. [ἀνεπιεικὴς] *Contrarium eſt* Clementi: *h. e. Durus et aſper.* Liu. 8, 32 Extrema concio, et circa Fabium globus increpabant inclementem Dictatorem. *Compar.* Liu. 9, 34 Inclementiori verbo quem appellare. *Superl.* Macrob. Somn. Scip. 1, 10 Dionyſius aulae Siculae inclementiſſimus incubator.

INCLEMENTIA, ae. f. [ἀνεπιείκεια] *Ira perſeuerans.* Virg. Aen. 2, 602 Verum inclementia diuûm Has euertit opes. Idem Georg. 3, 68 Et labor, et durae rapit inclementia mortis. *Vbi* Seruius: Inclementia, Inexorabilitas et duritia. Grauis inclementia fati Stat. Silu. 1, 4, 50.

INCLEMENTER. Adu. [ἀνεπιεικῶς] *Dure.* Liu. 22, 38 Nihil inclementer in Varronem dictum, niſi id modo, mirari ſe, *etc.* Plautus Pſeud. 1, 1, 25 Cur inclementer dicis lepidis literis? *i. Quare iraſceris iſtis literis?* Idem Poen. 5, 5, 44. Inclementer inuehi in aliquem Tac. Hiſt. 3, 4, 1. Inclementius, *Immitius:* Ter. in prol. Eun. 4 Tum ſi quis eſt, qui dictum in ſe inclementius exiſtimat eſſe, *etc. Conf.* Liu. 3, 48.

INCLĪNO, āre. [ἐπικλίνομαι, ἐγκλίνω] *Inflectere. Quam late pateat ſignificatio et vſus verbi, ſtatim ponendis elementari ordine Subſtantiuis declarabimus. Promiſcue autem ponimus Nominatiuos et Accuſatiuos in Verbo nunc actiui generis, nunc intranſitiui ſ. neutrius.* Acies inclinare *vel* inclinari *dicitur*, *Quando ita vrgetur ab hoſtibus, vt iam deficiens incipiat cedere, atque in fugam conuerti.* Liu. 1, 12 Vt Hoſtus cecidit, confeſtim Romana inclinatur acies. Ibidem 7, 33 Tum demum impulſi Latini, perculſaque inclinauit acies. Liu. 29, 33 *extr.* Haec Animum inclinant, vt cum modico potius quam cum magno praeſidio equitum ad Scipionem quoque poſtea veniſſe Maſiniſſam credam. Idem 1, 24 Hos vt ſequar inclinat Animus. *Add.* id. 7, 9. *Et* 40, 5 In praeſentia placet omni ope in Romanos accendi regem, impellique ad conſilia belli, ad quae iam ſua ſponte Animum inclinaſſet. Arbor vento inclinata in tuum fundum Pompon. in l. vlt. D. de arbor. caedend. Aſtra inclinauerat ortus, *Aſtrorum lucem imminuerat et hebetauerat: vel Aſtra caelo depulerat* Stat. Theb. 12, 1. *Deriuare:* Liu. 5, 8 Vbi quum omnem Culpam in Collegam inclinaret, acciri Virginium ex caſtris, *etc.* Curſum inclinat Ouid. Met. 2, 721 *de Mercurio volante.* Dies inclinat in veſperam Curt. 6, 11, 9. Domus inclinata Virg. Aen. 12, 59. Eloquentiam inclinare, *pro Imminuere.* Quinctil. 10, 1 Quin etiam et Phalereum illum Demetrium (quanquam is primus inclinaſſe eloquentiam dicitur) multum ingenii habuiſſe et facundiae fateor. *Vid.* Orationem inflectere, *in* INFLECTO. Fata ducum inclinant Lucan. 3, 752. Quo ſe Fortuna, eodem et Fauor hominum inclinat Iuſtin. 5, 1 *extr. Add.* Liu. 35, 57. Caeſ. B. C. 1, 52 Tam paucis diebus magna erat rerum facta commutatio, ac ſe Fortuna inclinauerat, vt noſtri magna inopia neceſſariarum rerum conflictarentur. Cic. . . . Inclinante deinde ſe Fortuna ad cauſam plebis, nuntii veniunt. Fortuna inclinata et prope iacens Cic. Fam. 2, 15. Liu. 29, . . Quum primum aeſtu Fretum inclinatum eſt, naues mari ſecundo miſit. Idem 1, 27 *extr.* Quo poſtquam inclinauit Fuga, alii arma, *etc.* Genua inclinarat arenis Ouid. Met. 11, 355. Meridies inclinat Hor. Carm. 3, 28, 5. Milites in fugam inclinarunt Liu. 34, 28. Propert. 4, 7, 25 At mihi non Oculos quiſquam inclinauit hiantes: Vnum impetraſſem te reuocante diem. *i. Clauſit, quod vltimum amantium beneficium eſſe ſolet.* Hiantes *pro vulg.* euntis *defendit poſt Barth. et Heinſium Brouckhuſius.* Liu. 1, 11 Quanquam inclinari Opes ad Sabinos, rege inde ſumto, videbantur. Oppida inclinata Ouid. Met. 15, 295. Caeſ. ad Cic. Att. 10, 9 (8) Scribendum ad te exiſtimaui, et pro noſtra beneuolentia petendum, ne quo progredereris inclinata iam Re, qua integra etiam progrediendum tibi non exiſtimaſſes. *Legitur et* Proclinata. Res inclinata eſt, laboratur vehementer Cic. Fam. 1, 1. *i. Spectat ad exitum, vt ruinam minatur acciſa arbor.* Inclinata Re Liu. 42, 59. Cic. ad Brut. 18 Reſpondi id, quod ſentiebam et dignitati et exiſtimationi tuae maxime conducere, te primo quoque tempore ferre praeſidium labenti et inclinatae paene Reipub. Liu. 32, 13 Inclinauit Sententia, ſuum in Theſſaliam agmen dimitteret, *metaphora a bilance.* Sententiae eo inclinabant, vt dum, *etc.* Idem 27, 46. *Et* 28, 25 *extr.* Illa dubitatio erat, ſingulaene cohortes, an vniuerſi ad ſtipendium petendum irent: inclinauit eo Sententia, quod tutius cenſebant vniuerſos ire. Liu. 9, 32 Et prius Sol meridie ſe inclinauit, quam telum hinc atque illinc emiſſum eſt. ¶ 2 *Formulae aliae:* Cic. Att. 12, 28 Tuum enim illud deſperatum denique intelliges, et quid inclinent ad hoc meum conſilium adiuuandum. Liu. 30, 9 In hoc conſilium maxime inclinant: legatos tamen ad Annibalem mittendos cenſent. Ad Stoicos ſe inclinare Cic. Fin. 3, 10 c. 3. Paullum timore inclinari Idem Att. 3, 14 (13.) Plin. 14, 20 In vitium inclinantis experimentum eſt laminae plumbeae mutatus in eo colos. Sen. in Conſol. ad Helu. c. 2 *extr.* Quaſi data opera, in id tempus coniectis malis tuis, vt nihil eſſet, vbi ſe dolor tuus inclinaret, *i. adquieſceret, certe ſuſtineret ſe, ne laberetur.* Inclinare *apud Grammaticos eſt Verba et Nomina in Caſus, Perſonas atque Tempora mutare. Vid.* Gell. 4, 9. *Obſceno ſenſu* Iuuen. Sat. 9, 26 Atque ipſos etiam inclinare maritos. *Conf.* Idem 10, 224.

INCLĪNANS, antis. Partic. [ἐπικλινόμενος] Inclinans ad crocum vel in luteum colorem, *h. e. Tendens et fere ſimilis* Plin. 27, 12. Inclinantem erigere, Stantem inclinare Cic. de Orat. 2, 187 c. 44. Idem Tuſc. 4, 51 Cum Aiax Danais inclinantibus praelium reſtituit.

INCLINATVS, a, um. Part. [ἐπικλινὴς] Liu. 3, 65 *pr.* Nihil magnopere ad patrum aut plebis cauſam inclinati, otium domi ac foris habuere. Acies Vell. 2, 52, 3. *et* Suet. Caeſ. c. 62. Animo inclinatus Sen. de Benef. 2, 12. Spes inclinata *dicitur* in aliquam partem, *Vbi de ea bene ſperatur.* Liu. 5, . . Teri tempus neutro inclinata ſpe. Statu inclinato Iuſtin. 4, 4, 8. Ceruix Quinctil. 1, 11. Copiae Nep. 16, 5, 4. *et* Paterc. 2, 55, 1. Dies in tempus pomeridianum Cic. Tuſc. 3, 7 c. 3. Plin. 23, 4 Lethargicis magis auxiliare, et inclinato morbo. Onera a pauperibus in diuites Liu. 1, 43. Reſpublica paullum inclinata agitari coepit Salluſt. Fragm. 6, 56. Voce inclinata vlulantique canere Cic. in Orat. 27. Liu. 9, 12 *pr.* Nullo dum certamine inclinatis viribus. *i. Integris adhuc et nullo certamine debilitatis.* Inclinatior ad pacem animus Liu. 34, 33. Idem 3, 2. *et* 23, 46. Aries ad flamen auſtri inclinatior Cic. Arat. v. 10. Tellus in auſtralem inclinatior axem Auien. Perieg. v. 1263.

INCLINĀTVS, ûs. m. [κλίσις] *Pro Terminatione Grammaticis.* Gell. 3, 12 Neque aliud eſt, quod ſimili inclinatu dicatur. *i. Terminatione.*

INCLINATIO, ōnis. f. [ἐπίκλισις, ἔγκλισις] Plin. *de lignis ſectilibus* 16, 43 Qua de cauſa alterna inclinatione egerunt ſcobem. Animorum inclinatio plebis ad ſuſtinendam inopiam, *etc.* Liu. 24, 18 *extr.* Gell. 14, 1 Procedat haec diſciplina ſane, ſed ſub ea modo inclinatione caeli, ſub qua tunc Chaldaei fuerunt. Clima *dicunt; hodie, latitudinem.* Ad inclinationem mundi Vitruu. 6, 1. Inclinationes caeli, *vid.* Declinatio mundi, *in* DECLINO, *et* Vitruu. 6, 1. Ad Cauſae totius inclinationem faciunt argumenta quaedam Quinctil. 5, 13, 57. *i. ad victoriam alterutrius partis.* Corporis Idem 1, 11. Laterum fortis, ac virilis Id. 1, 11. Cic. Philipp. 5, 26 c. 10 Minimis momentis, P. C. maximae inclinationes temporum fiunt, *i. mutationes. Et* de Fin. 5, 11 Hoc amplius Theophraſtus, quae eſſent in Repub. inclinationes rerum, et momenta temporum, quibus eſſet moderandum. Temporis inclinatione et perleui ſaepe fortunae momento vectigalia Populi Rom. pendere Cic. de L. Agr. 2, 72. Voluntatum repentina Idem pro Muraen. 53. Voluntatis inclinatione propendêre in aliquem Id. de Orat. 2, 129 c. 29. Inclinatio ad meliorem ſpem Cic. pro Sext. 67. *Pro Declinatione et Coniugatione ponitur a Grammaticis.* Varr. L. L. 8, 1 Quorundam inclinationes ſequi. Idem 8, 63 In inclinationibus verborum.

INCLINABĬLIS, e. Adi. Sen. Epiſt. 95 (94) Nulla res magis animos honeſta induit, dubioſque et in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quam bonorum virorum conuerſatio.

INCLINAMENTVM, i. n. [ἐπίκλιμα] *Pro Declinatu vel Deriuatione vel Terminatione.* Gell. 4, 9 *ex* Nigidio. Hoc, inquit, inclinamentum ſemper huiuſcemodi verborum, vt vinoſus, mulieroſus, religioſus, *etc.*

INCLINIS, e. Adi. *Quod inclinatur, quod cedit.* Val. Flacc. Argon. 4, 307 Sonat omnis vulnere ceruix Inclinis ceditque malis. Min. Fel. c. 3 *extr.* Teſtam plano ſitu digitis comprehenſam inclinem atque humilem, quantum poteſt ſuper vndas inrotare. ¶ 2 *Item* ἀκλινὴς, *nihil deflectens* Manil. 1, 596 *de circulis parallelis mundi:* His eadem eſt via, quae mundo pariterque rotantur Inclines.

INCLŪDO, ſi, ſum, ĕre. [ἐγκλείω, κατακλείω] *Intus claudere.* Cic. de Senect. 77 c. 21 Nam dum ſumus incluſi in his compagibus corporis, munere quodam neceſſitatis, et graui opere perfungimur. Omnia animalia in mundo incluſit Deus Cic. de Vniuerſ. 30. Idem Att. 1, 13 τοποθεσίαν quam poſtulas Miſeni et Puteolorum, includam orationi meae. *Et* Verr. 5, 117 Includuntur in carcerem condemnati. Cic. Att. 2, 1 Itaque nunc Conſule in carcere incluſo. Includi *ſimpliciter, absque alia voce adiecta eſt In carcere compingi. Vid. Schulting. ad* Controu. Sen. p. 232. Cic. Att. 13, 40 Sic enim conſtituebam, neminem includere aliquem in dialogos, eorum qui viuerent. *Vid.* IN. Idem pro Cluent. 152 Nec nunc quidquam agitur, mihi credite Iudices, et proſpicite id, quod prouidendum eſt: niſi, vt Equeſter ordo, in huiuſce legis periculum includatur. Plin. Epiſt. 2, 11 Huius actionem veſpera incluſit. *h. e. Actioni finem impoſuit.* Includere ſe domi Cic. Verr. 5, 71. Aliquem in praedonum hoſtiumque cuſtodias Idem Verr. 5, 143 c. 55. Caelum ignauos incluſit nubibus aeſtus Ouid. Met. 7, 529. Epiſtolam includere Sen. Ep. 12 *extr. eſt finire.* Lacrimas dolor incluſit Stat. Theb. 12, 318. *i. Prohibuit.* Opinionem aliquam in definitiones aliquas Cic. Tuſc. 4, 15. Populos ſeptis Ouid. Faſt. 1, 53. Verba verſu Cic. de Orat. 3, 182 c. 48. Viam includere, *quod et Praecludere et Claudere dicitur.* Liu. 27, 27 Non ante apparuere, quibus obuiis ab iugo ipſo conſurgendum erat, quam circuiêre qui ab tergo includerent Viam. Liu. 2, 2 Conſuli primo tam nouae rei ac ſubitae admiratio incluſerat Vocem. *h. e. Ademerat.* Cic. pro Rabir. Poſt. 48 c. 17 Iam indicat tot hominum fletus, quam ſis carus tuis, et me dolor debilitat, includitque Vocem. Vlpian. in l. item quaeritur §. ſi gemma D. locati, Si gemma includenda aut inſculpenda data ſit, ſi quidem vitio materiae factum ſit, non erit ex locato actio: ſi imperitia facientis, erit. Includere gemmam auro, *et* Excludere, *contraria: vid.* EXCLVDO. Smaragdi auro includuntur Lucret. 4, 1120. Speciem ſui ſimilem incluſit clipeo Phidias Cic. Tuſc. 1, 34 c. 15. Idem Verr. 4, 54 Tum illa ex patellis et thuribulis quae vellerat, ita ſcite in aureis poculis illigabat, ita apte in ſcyphis aureis includebat, vt ea ad illam rem nata eſſe diceres.

INCLVSVS, a, um. Partic. [κατακεκλεισμένος] Animus digniſſimo domicilio incluſus Vell. 2, 69, 4. Liu. 24, 8 Nullis neque temporis, neque iuris incluſum anguſtiis, quo minus ita omnia gerat adminiſtretque, vt tempora poſtulabunt belli. Incluſum Dolabellam interfecit Vell. 2, 69, 2. Te incluſo, te liberato Cic. Fam. 11, 8. Odium incluſum effundere Idem Fam. 1, 9. Incluſa in vno cubiculo ambitio Id. Verr. 2, 132. Piſcis incluſus aqua Ouid. ex Pont. 3, 1, 16. Vua plena incluſo mero Idem Triſt. 5, 3, 36. In impias fabulas non inelegans ratio phyſica eſt Cic. de N. D. 2, 63. Verba incluſa modis, *verſus* Stat. Silu. 4, 4, 11. Incluſa ſunt mihi medullis Cic. Att. 15, 4.

INCLVSIO, ōnis. f. [κατάκλεισις] Cic. in Vatin. 24 c. 10 M. Bibulum, cuius incluſione contentus non eras, interficere volueras.

INCLITVS, INCLVTVS, INCLY̆TVS, a, um. Adi. [κλυτὸς] *Glorioſus, excellens, atque inſignis, quique veluti fulgore quodam famae reſplendet.* Plaut. Mil. 4, 6, 12 Vt tu inclytus apud mulieres. Armis inclytus Virg. Aen. 6, 279. Factis inclytus Ouid. Met. 12, 173. Acta viri multum inclyta cantu Maeonio Stat. Achil. 1, 3. Dux Virg. Aen. 6, 562. Genus inclytum altis titulis Sen. Herc. fur. f. 6. Gloria inclyta fama Virg. Aen. 2, 82. Iuſtitia inclyta, religioque ea tempeſtate Numae Pompilii erat Liu. 1, 18. Moenia inclyta bello Virg. Aen. 2, 241. Philoſophorum omnium inclytus Ariſtoteles Iuſtin. 12, 16, 8. Templum inclytum diuitiis Liu. 26, 11. Virtus Sen. Herc. Oet. 1984. *Superl.* Cato *apud* Gell. 3, 7 Claritudo inclytiſſima. Dux inclytiſſimus Columel. 1, 4. *Media Vocalis in bonis etiam libris et monumentis lapidum variat, vt oſtendimus. Nec ratio certi quidquam videtur ſubiicere: cum pro Graeco* κλύειν *etiam* cluere *Latini dixerint, cum Graecae literae* i *et* u *ſubſtituerint etiam in aliis. Eualuiſſe tamen videtur ſcriptura per Graecam Vocalem. Triplex ſcribendi genus ex bonis libris annotauit in vno* Virgil. Aen. 6, 479 *Burmannus.*

INCOACTVS, a, um. Adi. [ἑκὼν] *Pro Voluntario.* Sen. Epiſt. 67 (66) Omne honeſtum iniuſſum incoactumque eſt, ſincerum, et nullo malo miſtum. *Sic* Valer. Max. 4, 7 Incoactam voluntatem eſſe in amicitiis contrahendis.

INCOCTI-

INCOCTILIS, *vid.* INCOQVO.

INCOENIS, e. Adi. [ἄδειπνος] *Qui non coenauit.* Plaut. Caſin. 4, 1, 18 Illae autem ſenem incoenem extrudere cupiunt ex aedibus, vt ipſae ſolae ventres diſtendant ſuos.

INCOENO, āre. [δειπνέω] *Pro Coenare.* Suet. Tiber. c. 39 *extr.* Incoenante eo, complura et ingentia ſaxa fortuito ſuperne delapſa ſunt.

INCOENĀTVS, a, um. Adi. [ἄδειπνος] *Idem quod Incoenis.* Plaut. Aulul. 2, 7, 6 Superi incoenati ſint, et coenati inferi. Cato c. 156 Qui poturus erit, lauet calida, bibat aquam mulſam, cubet incoenatus. *Conf.* Scrib. Larg. Comp. 140.

INCOEPTIO, *etc. pro* INCEPTIO *quidam ſcribunt. Vid.* INCIPIO.

INCOGĬTO, āre. *Idem quod Cogitare* in *vel contra aliquem* Hor. Epiſt. 2, 1, 122 Non fraudem ſocio pueroue incogitat vllam.

INCOGĬTANS, antis. Adi. [ἀλόγιστος] Temerarius, *inquit* Donatus. Ter. Phorm. 3, 2, 14 Adeone te incogitantem atque impudentem Phaedria, vt, *etc.* Ibid. 1, 3, 3 Quod ni fuiſſem incogitans, *etc.* Auſon. Sap. Periandro 15.

INCOGITĀTVS, a, um. Adi. [ἀμεπιλόγιστος] *Idem.* Plaut. Bacch. 4, 3, 1 Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato: ſine modo et modeſtia ſum. Lamprid. Alex. c. 16 Dato ſpatio ad diſquirendum cogitandumque, ne incogitati dicere cogerentur. *Accipitur hic actiue: ſed paſſiue apud* Sen. Epiſt. 58 (57) Alacritas incogitata et iniuſſa.

INCOGITABĬLIS, e. Adi. [ἀπερίσκεπτος] *Idem.* Plaut. Mil. 2, 6, 63 Nunc demum ſcio, me fuiſſe excordem, caecum, incogitabilem. *Conf.* Lactant. 1, 8.

INCOGITANDVS, a, um. Plaut. Stich. 1, 1, 48 Incogitandus moeror. Idem Trin. 2, 1, 1.

INCOGITANTIA, ae. f. [ἀλογιστία] Plaut. Merc. prol. 27 Incogitantia, excors immodeſtia.

INCOGNOSCO, ĕre. Apul. Flor. 4 p. 362, 22 Propius acceſſit vt etiam incognoſceret. *Conf. I. Pic. Mirand. Epiſt.* 4.

INCOGNĬTVS, a, um. Adi. [ἄγνωστος] *Non cognitus.* Cic. pro Caecin. 29 Dum incognita re iudicare voluiſſet, *etc.* Idem Acad. 1, 44 Quae eſſet imbecilla, et cum falſo incognitoque communis. Vitandum, ne incognita pro cognitis habeamus Cic. Off. 1 c. 6. Oculis incognita noſtris Ouid. Met. 2, 46. Facinus Sen. Med. f. 12. Natura hominum Cic. Off. 1 c. 11. Res incognita turbat animos Virg. Aen. 1, 519. Vocabula nobis incognita Cic. de Fin. 3, 4. *Conf.* Nep. 24, 3, 2.

INCOGNOSCIBILIS, e. Adi. Iren. Interp. 1, 12.

INCOHIBESCO, ĕre. *Adfertur* Lucret. 3, 445 *de anima,* Aëre qui credas poſſe hanc cohiberier vllo, Corpore qui noſtro rarus magis incohibeſcit? *h. e. Non cohibet.* In, *negare aiunt:* Cohibeſcere, *idem quod Cohibere. Sed editur,* Corpore qui noſtro rarus magis *(i. rarior)* am *(i. eam)* cohibeſſit, *i. cohibeat. Plures* in cohibeſſit: *quid ſi* im *fuit Accuſatiuus generis communis? certe Genitiuum* eius, *Datiuum* ei, *pluralem* iis *vel* ibus *communes eſſe, nemo negat. Vid.* IM.

INCOHIBILIS, e. Adi. Ammian. 24, 2 Incohibili curſu euaſit. *Vid.* INCOIBILIS.

INCOIBĬLIS, e. Adi. [ἀσύμφυτος] *Quod coire et coniungi non poteſt.* Gell. 5, 3 Videt enim cum illo genere oneris tam impedito, ac tam incoibili, facile atque expedite incedentem. *Sed in MS. et Gron. ed. leg.* incohibili.

INCOINQVINATVS, a, um. Adi. Vulg. Int. Sap. 8, 20.

INCŎLO, ui, ultum, ĕre. [ἐνναίω, ἐνοικέω] *Inhabitare.* Cic. Verr. 4, 21 Lycii illam, Graeci homines incolebant. Caſtrum incolere Idem Tuſc. 2, 23 *ex quodam Poëta.* Delum Id. Diu. Verr. c. 17. Locum aliquem Cic. Tuſc. 1, 11. *Et* Acad. 4, 137. Luſtra Sil. 8, 573. Lucan. 1, 449 Nemora alta remotis Incolitis lucis. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 24 Caeterique dii deaeque immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis ſedem Capitolii in ſaxo incolitis conſtitutam. Terras gens incolit Lucan. 9, 891. Trans Rhenum incolunt Caeſ. B. G. 1, 1. Ter. Heaut. 1, 1, 35 Nam vsque dum ille Vitam illam incolit inopem, carens patria, ob meas iniurias. *Alii et meliores,* Colit. Incoli locus *paſſiue dicitur, Qui frequentia populi abundat.* Cic. de Diuin. 1, 93 Ex locis quoque ipſis, quae a quibusque incolebantur.

INCOLO, āre. *Idem.* Tertull. de Reſurr. Carn. c. 26.

INCŎLA, ae. c. [ἔνοικος, οἰκήτωρ] *Qui in aliena regione, vel vrbe, aut repub. habitat, quaſi ciuis aut municeps.* Cic. Off. 1, 125 Peregrini autem atque incolae officium eſt, nihil praeter ſuum negotium agere, *etc.* Pythagoram Pythagoreosque, incolas paene noſtros Cic. de Sen. c. 21. *Sed latius patet, et eos quoque ſignificat, qui ſua in patria et ciuitate, in loco proprio ſuo, habitant.* Aquarum incolae beſtiae nantes Cic. Tuſc. 5, 38 c. 13. Incolam et ciuem totius mundi arbitrabatur Idem Tuſc. 5, 108 c. 37. Nouus Hor. Serm. 2, 2, 128. Pauper Ouid. Triſt. 3, 10, 60. Turba Idem Faſt. 3, 582. Cic. de N. D. 2, 140 Sunt enim ex terra homines, non vt incolae atque habitatores, ſed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum atque caeleſtium. Loci alicuius Cic. de Fin. 5, 3. Orientis incolae Plin. 2, 70. Idem 12, 3 Sed quae ex his in incolarum numero eſſe coepere, dicentur inter fructiferas, *i. arbores, quae coluntur et ſeruntur apud nos.* Idem 9, 17 Admouitque ſibi gula ſapores piſcibus ſatis, et nouum incolam mari dedit, ne quis peregrinas aues Romae parere miretur. Phaedr. 1, 5, 6 *de Ranis,* Quaedam tum ſtagni incola. Corrupta quod incola luxu Prudent. Hamart. 950.

INCOLATVS, ûs. m. *Habitatio ſine ciuitatis iure.* Modeſt. 34 Dig. de Municip. Tertull. de Anima c. 57 *pr. et* Apol. c. 22. *et* de Reſurr. c. 26. *Conf. Poſter. Cellar. Cur. vbi antiqua ex Hadriani aeuo occurrit* Inſcriptio, OMNIA PER OPPIDA INCOLATVM EVITANT.

INCVLTVS, a, um. Adi. [ἀνέργαστος] *Non cultus, horridus.* Cic. de N. D. 1, 24 c. 10 Terrae regiones inhabitabiles et incultae. *Sic apud eundem* de Clar. Orat. 16 Serere in inculto et derelicto ſolo. Ager Cic. pro Roſc. Com. 33. Liu. 2, 34. Capilli Ouid. Epiſt. 9, 125. Corpus, *Inornatum.* Cic. pro L. Agrar. 2, 13 c. 5 Veſtitu obſoletiore, corpore inculto et horrido, capillatior quam ante. Quid illis terris aſperius, quid incultius Oppidis Cic. de Prou. Conſ. c. 12. *Conf.* Plin. 19, 8. Cato *apud* Feſt. *voce* Repulſior, Ne quis incultior, religioſior, deſertior publicis negotiis repulſior. Oratio ſcripta, *Impolita et incomta.* Cic. de Orat. 95 c. 25 Vt caueatis, ne exilis, ne inculta ſit veſtra oratio, ne vulgaris, ne obſoleta. Pars nulla Philoſophiae inculta et deſerta eſt Cic. Off. 3, 5. Idem Tuſc. 1, 69 Caeteras Partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut vrantur calore. Pictura horrida, inculta, abdita et opaca: *cui opponitur* Nitida, laeta, colluſtrata Cic. in Orat. 36. Regio eſt incultior Mela 2, 1. Sentes inculti Virg. Ecl. 4, 29. Squalor Senec. Hippol. 6. Parſimonia ruſticana illa atque inculta Cic. pro Quint. 92. Via inculta et ſilueſtris Idem de Clar. Orat. 259. Verſus Hor. Epiſt. 2, 1, 233. Vir ſubhorridus et incultus Cic. de Clar. Orat. 117. Vir horridus, incultus, moeſtus Idem Poſt red. in Senat. 12. Vita inculta et deſerta ab amicis non poteſt eſſe iucunda Id. de Amicit. 15. Vita inculta et horrida, *cui opponitur* Delicata Cic. pro Roſc. Amer. 22. *Add.* Idem de Clar. Orat. c. 31.

INCVLTVS, ûs. m. *contrarium* Cultui. Liu. 42, 12 Suos honores partim defectos per incultum ac negligentiam, partim hoſtiliter ſublatos eſſe. Sen. Epiſt. 5. Salluſt. Catil. 55. *et* Iugurth. c. *2 extr.*

INCVLTE. Adu. [ἀνεργαστμένως] *Horride, inornate.* Cic. de Clar. Orat. 107 Et dicere non inculte ſolebat. Inculte et horride aliquid dicere Idem in Orat. 28 c. 6. *Et* pro Quint. 75 Vixit enim ſemper inculte atque horride: natura triſti ac recondita fuit. *Compar.* Salluſt. Iugurth. c. 19 Super Numidiam Getulos accepimus partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare. Idem c. 89 In omni Africa, quae procul a mari incultius agebat.

INCOLOR, oris. ἄχρωος Gloſſ. Gr. Lat. *colore deſtitutus.*

INCOLORATVS, a, um. Adi. *Vnde*

INCOLORATE. Adu. Incolorate reſtitui deſiderans l. 18 §. 1 D. de minorib. *i. absque praetextu ſ. titulo, qui* color *interdum vocatur.*

INCOLVMIS, e. Adi. [ἀβλαβής, ἄνοσος] *Sanus et ſaluus. Videtur aedium epitheton primum fuiſſe, quatenus* columine *ſuo continentur. Vid. mox* Aedes incolumes. Ter. Heaut. 1, 2, 19 Quid reliqui eſt quin habeat, quae quidem in homine dicuntur bona, parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias? Idem Andr. 3, 5, 5 Poſthac incolumem ſat ſcio fore me, nunc ſi deuito hoc malum. Cic. de Fin. 4, 19 Vt ſe et ſaluum in ſuo genere, incolumemque vellent. Quibus incolumibus et domi dignitas, et foris auctoritas retineretur Cic. pro Roſc. Amer. 136. *h. e. Superſtitibus et viuis.* Incolume et ſaluum aliquid per alium retinere Idem Diu. Verr. 72. Conſeruare incolumem, *vid.* CONSERVO. Incolumem ſe ad ſuos recipere Caeſ. B. C. 3, 64. Gratulor incolumi Ouid. Epiſt. 6, 3.

¶ 2 *Subſtantiua:* Aedes incolumes, *pro Integris et non ruinoſis, dicit* Vlpian. in l. qui bona fide §. quum inter D. de damn. infect. Quamvis poſſit quis dicere, non vitio incolumium aedium hoc factum, ſi aliae in eas incidentes ei damni cauſam praebuerint. Plaut. Perſ. 2, 5, 23 Nimis tu facete loquere, atque tibi ego omne Argentum actutum incolume redigam. Capite incolumi eſſe Hor. Serm. 2, 3, 132. Ciues integros et incolumes ſeruare Cic. in Catil. 3, 25. Ciuitates ſaluae et incolumes Idem de Inuent. 2, 169. Corpus Lucret. 1, 247. Famam tueri Hor. Serm. 1, 4, 118. Grauitate incolumi iocum tentauit Idem de Arte Poët. 222. Liberos ſuos incolumes et beatos nemo eſt qui non cupiat Cic. de Inuent. 1, 48. Ratis Ouid. Triſt. 2, 100. Splendorem a calamitate iudicii incolumem retinere Cic. pro Planc. 12. Suet. Neron. c. 54 Sub exitu quidem vitae palam vouerat, ſi ſibi incolumis Status permanſiſſet, proditurum ſe parta victoria ludis, etiam hydraulam, et choraulam, et vtricularium, ac nouiſſimo die hiſtrionem ſaltaturum. Virtutem incolumem odimus inuidi Hor. Carm. 3, 24, 31. Lucret. 4, 604 Vox per flexa foramina rerum Incolumis tranſire poteſt. *Compar.* Incolumiores Gell. 17, 2 *ex* Q. Claudii Annal.

INCOLVME. Adu. Zeno Veron. Incolume requieſcere. *Vid. Barth. Aduerſ.* 42, 14.

INCOLVMĬTAS, ātis. f. [ἀβλάβεια] Cic. Fam. 6, 10 Itaque ſi qui mihi erit aditus de tuis fortunis, id eſt de tua incolumitate. Incolumitas (*inquit* Cic. de Inuent. 2, 169 c. 56) eſt Salutis tuta atque integra conſeruatio. Idem de Fin. 5, 18 In quibus numerant incolumitatem, conſeruationemque omnium partium. Nepos 25, 10, 6 Singulari prudentia ex procellis ciuilibus ad incolumitatem peruenit. Mundi incolumitas Cic. de N. D. 2, 119. Deſerere incolumitatem et ſalutem alicuius Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 6. Habere ab aliquo incolumitatem Cic. ad Brut. 16. Polliceri incolumitatem deditis Caeſ. B. C. 3, 28. Praeſtare incolumitatem Cic. Att. 15, 7. Retinent ciuitates incolumitatem et libertatem Idem de Inuent. 2, 168. Pro incolumitatibus animarum curam gerere Arnob. 2 p. 52.

INCOMĀTVS, a, um. Adi. Martial. 12, 99.

INCŎMES, ĭtis. [ἄπομπος] Sine comite dicitur, *auctore* Feſto. *Antiquum eſt.*

INCOMITĀTVS, a, um. Adi. *Idem.* Cic. de Orat. 1, 234 c. 55 Cuius artem quum indotatam eſſe atque incomitatam et incomtam videres, verborum eam dote locupletaſti et ornaſti. Funera Lucret. 6, 1223. Virtus incomitata externis bonis Ouid. ex Pont. 2, 3, 35. Veſtigia Sil. 9, 101. *Conf.* Virg. Aen. 4, 467. Varro de R. R. 2, 10 Necnon etiam hoc quas virgines ibi appellant, nonnunquam annorum viginti, et quibus mos eorum non denegauit ante nuptias vt ſuccumberent quibus vellent, et incomitatis, vt vagari liceret, et filios haberent a quibus vellent.

INCŌMIS, e. Adi. *Minime comis.* Macrob. Saturn. 1, 7 Incomis et tenebroſa vita.

INCOMITIO, āre. [ἐναρχαιρεσιάω] Significat (*inquit* Feſtus) Tale commiſſum facere, pro quo neceſſe ſit in comitium, hoc eſt in conuentum venire. Plaut. Curc. 3, 1, 31 Quod inſigne habeo, quaeſo ne me incomities. *Antiquum.*

INCOMMA, ae. f. *Eſt ipſum ἔγκομμα, quod inciſionem interpreteris.* Gloſſ. Iſidor. Incomma menſura militum. Veget. 1, 5 Proceritas tironum ad incommam ſemper exacta. *Sic certe legendum docet* Salm. ad Lamprid. Seuer. 4 p. 887. Incommam Iſidori *etiam Reineſ. V. L. 2, 14 p. 243 interpretatur de palo inciſuras habente, ad quem exigeretur ſtatura tironum.*

INCOMMEABILIS, e. Adi. Via cliuoſa et incommeabilis Ammian. 16, 20 *pr.*

INCOMMENDĀTVS, a, um. Adi. [ἀσύστατος] *Quod libidinoſe violatur, tanquam expoſitum ſine commendatione.* Ouid. Met. 11, 434 *de ventis,* Nil illis vetitum eſt, incommendataque tellus, *etc.*

INCOMMINATVS, a, um. Adi. *Auget ſignificationem Participii Paſſiui* Comminatus: Illum parricidam fraterno exitio, et incomminata nouercae nece ſicarium Apul. Met. 10 p. 241, 16. *i. quia necem nouercae minatus fuerit.*

INCOMMISCIBILIS, e. Adi. Simplex et incommiſcibilis animus Tertull. de Anima c. 12.

INCOMMŎDVM, i. n. [συμφορά] *Moleſtia, damnum, detrimentum.* Cic. de Fin. 1, 25 Itaque non ob ea ſolum incommoda, quae eueniunt improbis, fugiendam improbitatem putamus. Expers incommodi Cic. Verr. 2, 191. Integer et ſincerus ab incommodo Id. Fam. 13, 4. Ter. Hec. 3, 4, 13 Non hercle Parmeno verbis dici poteſt tantum, quam re ipſa nauigare incommodum eſt. Non erat incommodum te nullam rationem referre Cic. Fam. 2, 16. Niſi tibi incommodum eſt, *h. e. Moleſtum* Plaut. Moſt. 3, 2, 120. Quod ipſe, cui debes, ſe incommodo exacturum negat Cic. de Clar. Orat. c. 4. *i. ſi debitori incommodum ſit ſoluere.* Accedit nobis illud quoque incommodum Cic. pro Quint. 3. Accipere incommodum, *vid.* ACCIPIO. Affici incommodo Cic. Off. 1, 24 c. 7. Affici incommodis et difficultatibus Idem Diu. Verr. 8. Angi incommodis, Cadit incommodum, Capere incommodum, *vid. hh. vv.* Circumueniunt multa ſenem incommoda Hor. de Arte Poët. 169. Committere incommoda ſua legibus, *vid.* COMMITTO. Commoueri te incommodo valetudinis tuae nolo Cic. Att. 7, 7. Conciliare incommoda alicui Lucret. 3, 877. Contrahi incommodis amici, *vid.* CONTRAHO. Debilitata multis incommodis veritas Cic. pro Quint. 4. Dare incommoda Idem de Fin. 5, 50. Dolere incommodo detrimentoque ſuo Id. de Clar. Orat. 4. Facere ſuo incommodo aliquid Cic. Att. 12, 46. Ferre incommoda alicui, *pro Incommodare.* Idem Q. Frat. 1, 2 Atque ita mihi dicebat Flauius, ſcriptum in ea epiſtola, quam tuam eſſe dicebat, te aut quaſi amicis tuis gratias acturum, aut quaſi inimicis incommoda laturum. Ferre incommoda, atque iniurias viri omnes, et tegere contumelias Ter. Hec. 1, 2, 90. Ibid. 5, 3 *extr.* Habet locus plus adiumenti quam incommodi Cic. de Orat. 2, 102. Idem Att. 11, 3 Negas praecipuum mihi vllum incommodum Impendere. Importare incommodum, *vid.* IMPORTO. Inuecta incommoda per aliquem, *vid.* INVEHO. Leniunt incommoda vitae commodorum compenſatione ſapientes Cic. de N. D. 1, 23 c. 9 *extr.* Idem Q. Frat. 1, 1 Aliqua ex parte his incommodis Mederi fortaſſe potuiſſet, *etc.* Patiens incommodi, *vid.* PATIOR. Cic. anteq. iret in exil. 16 Mihi credite hoc in vno incommodum confirmatum, multorum infirmabit incolumitatem: etſi initio non fuerit Refutatum, *etc.* Reiicere, diminuere, deuitare incommodum Cic. de Inuent. 2, 18. Reperire medicinam incommodis, *vid.* MEDICO. Caeſ. B. C. 3, 73 Acceptum incommodum virtute Sarcietur.

INCOMMŎDVS, a, um. Adi. [ἀσύμφορος] *Quod damnum adfert, vel moleſtum eſt.* Ter. Hec. 3, 4, 13 Ain' tu tibi hoc incommodum eueniſſe iter? Cic. Verr. 3, 214 Non poteſt reprehendi illa aeſtimatio, quae aratori non modo incommoda non eſt, ſed etiam grata eſt. Rebus incommodis ſubleuare aliquem Cic. pro Cluent. 161. Valetudo Liu. 5, 31. Plaut. Aſin. 1, 1, 47 Fateor eam (vxorem) eſſe importunam, atque incommodam. *Compar.* Exhibitio incommodior l. 11 ff. §. 1 ad exhib. Carcinus incommodiorem faciebat Herculem Ampel. de 12 ſignis.

INCOMMŎDE. Adu. [ἀσυμφόρως] *Cum damno et incommodo: h. e. Moleſte.* Ter. Hec. 3, 3, 20 Quia tam incommode illis fors obtulerat aduentum meum. Idem Eun. 2, 3, 35 Incommode hercle. *Contraria.* Cic. de Amicit. 15 c. 4 Quamobrem cum illo quidem (vt ſupra dixi) actum optime eſt, mecum autem incommodius. Columel. 11, 5 Idque non incommode opus efficit, niſi quod frequenter vitiatur. Accidiſſe mihi non incommode viſum eſt Cic. Q. Frat. 1, 2. *Conf.* Caeſ. B. G. 5, 33. Venire non incommode ad aliquem Cic. Att. 7, 8. Liu. 40, 51 Incommode oppoſita ſigna. *Compar.* Cic. de Amicit. 15 c. 4 Cum illo actum optime eſt, mecum incommodius. *Superl.* Incommodiſſime nauigare Cic. Att. 5, 9.

INCOMMODĬTAS, ātis. f. *Damnum, moleſtia.* Ter. Andr. 3, 3, 135 Nempe incommoditas denique huc omnis redit. Liu. 10, 11 Romae tum deſiderio viri, tum incommoditate temporis triſtis nuntius fuit, vt, *etc.* *Plurali*, Arnob. 2 p. 54 Morborum incommoditatibus frangi.

INCOMMŎDO, āre. [βλάπτω, ζημιόω] *Damnum inferre.* Ter. Andr. 1, 1, 124 Magis id adeo, mihi vt incommodet, quam vt obſequatur gnato. Cic. pro Quint. 51 Vt quum ipſi alteri ſcientes incommodarint, nihil ipſis iure incommodi cadere poſſit. Apul. Met. 8 p. 202, 10 Et puellae, ſi vellet — furatrinae coniugalis incommodaret rudimentum, *i. incommodum et difficile eſſet.*

INCOMMODATIO, ōnis. f. [ζημίωμα] *Pro Incommoditate.* Cic. Att. 1, 17 Atque in iſta incommodatione alienati illius animi et offenſi, illud ineſt tamen commodi, *etc.* *Al.* Incommoditate.

INCOMMODISTICVS, a, um. Adi. *Pro Incommodus, verbum a* Plauto *fictum* Capt. 1, 1, 19 Paraſiti multum incommodiſtici.

INCOMMONITVS, a, um. Adi. Incommonitum aliquem praeterire Zeno Veron.

INCOMMOTVS, *vnde*

INCOMMOTE. Adu. Status incommote permanet Iuſtinian. Cod. 1, 1 Epiſt. praef.

INCOMMOBILĬTAS, ātis. f. Iracundiae comitatum ſequuntur indignatio et incommobilitas Apul. de Philoſophia p. 68.

INCOMMVNIS, e. Adi. Indumentorum formae caeteris incommunes Tertull. de Pall. c. 3.

INCOMMVNICABILIS, e. Adi. Nomen incommunicabile Vulg. Sap. 14, 21.

INCOMMVTABILIS, e. Adi. Voluntas auertitur ab incommutabili bono ad commutabile Auguſtin. Retract. 1, 9. Incommutabilis Dei veritas Paullin. Nol. Epiſt. 13 n. 24 ad Pammachium. *Conf.* Ambroſ. Epiſt. 84.

INCOMMVTABILITER. Adu. Auguſtin. Epiſt. 3. *it.* Confeſſ. 1 *extr. it.* C. D. 5. 9 *etc.*

INCOMMVTABILITAS, ātis. f. Auguſtin. Confeſſ. 7, 19. *et* 12, 12.

INCOMPARABĬLIS, e. Adi. [ἀσύγκριτος] Plin. 7, 26 Illa fuit vera et incomparabilis inuicti animi ſublimitas. *i. Cui comparari alia non poteſt.* Quinctil. 1, 3 Sed praeſtet alicui vel gratia, vel amicitia, vel pecunia, vt doctiſſimum atque incomparabilem magiſtrum domi habeat.

INCOMPARABILITER. Adu. Auguſt. Epiſt. 9, 4 ad Hieron. *it.* de C. D. 21, 9. Sidon. Ep. 6, 4.

INCOMPARATVS, a, um. Adi. Coniux coniugi incomparatiſſimo fecerunt Inſcr. Fabrett. p. 420.

INCOMPASSIBILIS, e. Adi. Si impaſſibilis pater, vtique et incompaſſibilis Tertull. adu. Prax. c. 29.

INCOMPERTVS, a, um. Adi. [ἀνεύρετος] *Incognitus, et de quo certum non habemus.* Plin. 34, 13 Origo atque natura eius incomperta eſt mihi. Idem 4, 13 Incompertae magnitudinis. Incompertum aliquid dicere Liu. 9, 26. Vetuſtate incompertum Idem 4, 23. Incomperta via eſt Virg. in Aetna v. 141. Adſciſcendo deos maioribus incompertos Prudent. adu. Symm. 2, 363. Liu. 28, 3 Id vtrum parum ex interuallo ſit conſpectum, an dolus aliquis ſuſpectus fuerit, incompertum eſt. Plin. 12, 8 Qualis ſit ea, incompertum habeo.

INCOMPETENTER. Adu. Caſſiodor. Epiſt. 5, 14. Ennod. 1, 10. Cod. 1 t. 3 l. 19. *et* 12 t. 3 l. 2. *Praeter rem, aut ius.*

INCOMPLEBĬLIS, e. Adi. Gloſſ. Gr. Lat. ἀπλήρωτος, Incomplebilis.

INCOMPLĒTVS, a, um. Adi. *Non completus.* Firmic. 5, 2 Et qui ſemper imperfecta incompletaque ſua conſilia derelinquant.

INCOMPLEXIVVS, a, um. Adi. δυσπερίληπτον, incomprehenſibile, incomplexiuum Gloſſ.

INCOMPOSĬTVS, a, um. Adi. [ἀσύνθετος] *Non compoſitus, Inornatus et inelegans atque incomtus.* Liu. 4, 41 *pr.* Tempanii oratio incompoſita fuiſſe dicitur, *etc.* Moribus incompoſitus Quinct. 4, 5. Idem 9, 4. Agmen Liu. 2, 38. Incompoſiti, *i. Palantes* Iuſtin. 1, 3, 4. Motus incompoſitos dare Virg. Georg. 1, 350. Saltationem nulla ex arte venientem. Seruius. Pede incompoſito currunt verſus Hor. Serm. 1, 10, 1.

INCOMPOSĬTE. Adu. [ἀσυνθέτως] Liu. 25, 37 Et in hoſtem negligenter et incompoſite venientem incurrunt. *h. e. Sine ordine.*

INCOMPREHENSIBĬLIS, e. Adi. [ἀκατάληπτος] *Quod comprehendi et conſtringi non poteſt.* Plin. Epiſt. 1, 20 Vt eſt in diſputando incomprehenſibilis, et lubricus, ita eludit. Celſ. in praefat. 1 Quoniam incomprehenſibilis natura ſit, *i. Comprehendi et intelligi non poſſit.* Praecepta Quinctil. 9, 1. Veritas Gell. 11, 5. Paruitas arenae incomprehenſibilis Columel. 10 in prooem.

INCOMPREHENSIBILĬTER. Adu. Hieron. Epiſt. 87.

INCOMPREHENSVS, a, um. Adi. Cic. Acad. 4 c. 30 *pr.* Quae nos incomprehenſa et non percepta dicimus. Prudent. Apoth. 816 Incomprehenſa virtus.

INCOMTVS, a, um. Adi. [ἄκοσμος] *Inornatus.* Cic. Att. 2, 1 Quanquam tua illa, legi enim libenter, horridula mihi atque incomta viſa ſunt. Idem in Orat. 78 c. 23 Si haec ſubtilis oratio etiam incomta delectat. Capilli Hor. Carm. 1, 12, 41. Caput Idem Epod. 5, 16. Decor Sen. Hippol. 5. *Compar.* Suet. Aug. c. 69 Incomtiore capillo.

INCOMTE. Adu. Ammian. 31, 2 Stipites dolantur incomte in hominum figuras. Incomte laudare Stat. Silu. 5, 5, 34.

INCONCESSVS, a, um. [ἀσυγχώρητος] Adi. *a* Concedo is; *Negatus et prohibitus.* Quinctil. 10, 2 Quum totum exprimere quem elegeris, paene ſit homini inconceſſum. Virg. Aen. 1, 655 Pergama quum peteret, inconceſſoſque hymenaeos. Ignibus inconceſſis attonitae puellae Ouid. Met. 10, 153. Voluptas placet Id. Amor. 3, 4, 31.

INCONCESSIBĬLIS, e. Adi. Tertull. de Pudic. c. 3 Fornicatio inconceſſibilis.

INCONCILIO, āre. [ἀλλοτριόω] *Eſt contrarium Verbi ſimplicis.* Plaut. Moſt. 3, 1, 85 Ne inconciliare quid nos porro poſtules, *i. irritare, odioſus eſſe.* Idem Bacch. 3, 6, 22 Ille, quod in ſe fuit, accuratum habuit, quod poſſet mali facere, et in me inconciliare copias omnes meas, *i. abalienare, inimicare.* *Et* Trin. 1, 2, 99 Inconciliaſtin' eum, qui mandatus eſt tibi? Ille qui mandauit, eum exturbaſti ex aedibus? *Hunc locum reſpexit, puto,* Feſtus, *cum interpretatur* per dolum decepiſti (*Nam* comparaſti *et* commendaſti, *quae addit, plane huc non quadrant*) *Sed res ipſa ſuadet* inconciliaſti *eſſe corrupiſti, malam rem ei et damnum conciliaſti.* Plaut. Perſ. 5, 2, 53 Quia non inconciliauit, quum te emo, *i. aduerſatus eſt emtioni, quam qui iuuat,* conciliare *dicitur.* *Pulchre* Sidon. Apoll. Epiſt. 3, 9 Ea ſemper eueniunt, de quibus loci mei aut ordinis hominem conſtat inconciliari ſi loquatur; peccare ſi taceat. Inconciliari, *i. inimicos ſibi parare; ſermo enim eſt de officio Epiſcopi admonendi peccantes.*

INCONCILIĀTE. Adu. [ἀφιλιωτῶς] *Laudant* Plaut. Moſt. 3, 1, 85 Ne inconciliate quid nos porro poſtules: *Sed* inconciliare *optimi quique libri.*

INCONCINNVS, a, um. Adi. [ἀνεύθετος ἐκμελής] Concinno *contrarium* Gell. 16, 5 Ea ferme omnia inconcinna atque abſurda viſa ſunt. Cic. de Orat. 2, 17 c. 4 Nam qui aut tempus quid poſtulet non videt, *etc.* aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus eſt, is ineptus dicitur. Aſperitas agreſtis et inconcinna Hor. Epiſt. 1, 18, 6. Perſonamque feret non inconcinnus vtramque Idem Epiſt. 1, 17, 29.

INCONCINNE. Adu. Blaterans atque inconcinne cauſificans Apul. Met. 10 p. 242.

INCONCINNĬTAS, ātis. f. Suet. Aug. c. 86, 1 Genus eloquendi ſecutus eſt elegans et temperatum, vitatis ſententiarum ineptiis atque inconcinnitate.

INCONCINNĬTER. Adu. [ἀνευθέτως] *Inornate, incomte, impolite.* Gell. 10, 17 Vertitque in eam rem, quam tum agebat, non inconcinniter.

INCONCITVS, a, um. Adi. Leni et inconcito gradu Ammian. 24, 23.

INCONCVPISCO, ĕre. Amicitia mihi veſtra inconcupiſcenda Apul. Flor. 3. *i. impenſe concupiſcenda.*

INCONCVSSVS, a, um. Adi. [ἄσειστος] Stat. Silu. 5, 1, 142 Florebant hilares inconcuſſique penates. Sen. Epiſt. 67 *extr.* In otio inconcuſſo iacere.

INCONCVSSE. Adu. Auguſt. Retract. 1, 11. Idem Epiſt. 11 ad Fortunat. *et* Epiſt. 112. *Conf.* Caſſiod. Var. Epiſt. 1, 35.

INCONDITVS, a, um. Adi. [ἄτακτος] *Inordinatus, incompoſitus, inordinate compoſitus.* Plin. Epiſt. 9, 13, 4 Ac primis quidem diebus redditae libertatis, pro ſe quiſque, inimicos ſuos duntaxat minores incondito turbidoque clamore poſtulauerat, ſimul et oppreſſerat. Liu. 4, 20 In aliquem carmina incondita canere. Inconditi iacent Suet. Rhet. 6, 7. Barbaria Liu. 30, 28. Blanditiae Plin. 8, 5. Carmina Liu. 4, 20. Clamor Curt. 3, 10, 1. Cic. de Orat. 3, 173 Idque princeps Iſocrates inſtituiſſe fertur, vt inconditam antiquorum dicendi conſuetudinem delectationis atque aurium cauſa (quemadmodum ſcribit diſcipulus eius Naucrates) numeris adſtringeret. Corpora, *i. Inſepulta* Lucan. 6, 101. Fremitus Plin. 9, 13.

9, 13. Genus dicendi Cic. de Clar. Orat. 242 c. 44. Ius omne ciuile inconditum ac paene ridiculum praeter Romanum Idem de Orat. 1, 197. Libertas Liu. 24, 24. Virg. Ecl. 2, 4 Ibi haec incondita ſolus Montibus et ſiluis ſtudio iactabat inani. *Vbi* Seruius: Incondita, Incompoſita, ſubito dicta, agreſtia: vel inſanientis dicta verba. Vel Incondita, Inconſcripta. Multitudo incondita, inermisque Liu. 32, 13 *extr.* Motus Plin. 8, 2. Orator Cic. in Orat. 233. Turba hominum incondita Liu. 22, 45. *et* 25, 1. Verbis inconditis ſententiam aliquam efferre Cic. in Orat. 250 c. 69. Ne ſparſi et inconditi ſine ordine, ſine ſignis, omnibus portis excurrerent, obſiſtendo Liu. 29, 34. Inconditus, *Non conditus ad diuturnitatem.* Columel. 3, 2 *ſtatim ab initio*, Ad eſcam non expedit inſtituere vincta, niſi quum tam ſuburbanus eſt ager, vt ratio poſtulet inconditum fructum mercantibus velut pomum vendere.

INCONDĬTE. Adu. [ἀσυντάκτως] *Incompoſite, inordinate.* Cic. Off. 3, 82 Dicam vt potero, incondite fortaſſe, ſed tamen vt res poſſit intelligi. Rudis haec incondite fundit Cic. de Orat. 3, 173 c. 44. Incondite et monſtruoſe aliquid cogitare Idem de Diuin. 2, 146. *Conf.* Apul. Met. 4 p. 146. Cic. *ap.* Auguſtin. C. D. 22, 6.

INCONFECTVS, a, um. Adi. *Non confectus, vt cibi dicuntur confici, ſ. concoqui.* Inteſtinorum leuitas, qua continere nihil poſſunt, et quidquid adſumtum, inconfectum protinus reddunt Celſ. 4, 19 (*al.* 16) *al.* imperfectum: *quod tuetur Morgagn. Epiſt. 3 in* Celſ.

INCONFESSVS, a, um. Adi. [ἀνωμολογηκώς] Ouid. Met. 2, 557 Seruandum dederat, ſed enim inconfeſſa quid eſſet. *Sed Heinſ. eliminandum hunc verſum iudicat.*

INCONFVSVS, a, um. Adi. *Non confuſus.* Claud. de Conſ. Honor. 6, 623

Hic et belligeros exercuit area luſus.
Armatos hic ſaepe choros, certaque vagandi
Textas lege fugas, inconfuſosque recurſus,
Et pulchras errorum artes, iucundaque Martis
Cernimus inſonuit quum verbere ſigna magiſter.

Conf. Sen. Quaeſt. Nat. prooem. 3.

INCONFVSIBĬLIS, e. Adi. Operarius inconfuſibilis Vulg. Interpr. 2 Timoth. 2, 15. ἀνεπαίσχυντος.

INCONFVSIBILĬTER. Adu. Claud. Mamert. de Statu Anim. 1, 15 Inconfuſibiliter miſceri.

INCONGELABĬLIS, e. Adi. [ἄπηκτος] *Quod non poteſt congelari.* Gell. 17, 8 Cur fluuiorum et fontium aquae gelu durentur, mare omne incongelabile ſit.

INCONGRESSIBĬLIS, e. Adi. Tertull. adu. Marc. 2, 27 *de Deo*, ἀπρόσιτος.

INCONGRVENS, entis. Adi. [ἀνάρμοστος] *Quod non congruit, aut concordat ei rei, de qua agimus.* Plin. Epiſt. 4, 9 Diſſoluta atque incongruens ſententia. Gell. 2, 5 Eſt enim pleraque et ſibi et nobis incongruens.

INCONGRVENTER. Adu. *Inconuenienter.* Tertull. de Baptiſm. c. penult. Nec incongruenter quis ad figuram interpretabitur.

INCONGRVENTIA, ae. f. *Inconuenientia.* Tertull. aduerſ. Marc. 2, 25 Infirmitates et incongruentias interpretandas purgandasque pertendam. *Add.* Id. de Anim. c. 32. Lactant. 5, 13 Seneca incongruentiam hominibus obiectans. Auguſtin. Ciu. Dei 22, 19 Incongruentia partium.

INCONGRVVS, a, um. Adi. *Non congruus.* Val. Max. 4, 1, 12 Quae facta eorum ac dicta quam incongruo ambitu amplector. *al.* Quam anguſto. Apul. de Dogm. Platon. 3 *poſt pr.* Incongruae inter ſe propoſitiones.

INCONGRVE. Adu. Auguſtin. ad Hieron. Epiſt. 9 c. 4 Quod ſi facere vellet; nec mendaciter, nec incongrue faceret.

INCONNEXVS, a, um. Adi. Accipe opuſculum de inconnexis continuum Auſon. Eidyll. 13 praef. *Add.* Idem Eidyll. 12 ad Paullin.

INCONNĪVENS, entis. Adi. [ἀτενίζων] *Non motans palpebras.* Gell. 2, 1 Stare ſolitus Socrates dicitur pertinaci ſtatu perdius atque pernox, a ſummo lucis ortu ad ſolem alterum orientem inconniuens. Inconniuens iuſtitiae oculus Ammian. 39, 16.

INCONNIVVS, a, um. Adi. *Idem.* Oculi Apul. Met. 2 p. 124, 19. Idem 6 p. 179, 5 Inconniuae vigiliae luminibus addictis.

INCONSCIVS, a, um. Adi. [ἀσυνειδώς] Conſcio *contrarium eſt.* Liu. 21, 12 Alcon inconſciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, quum ad Annibalem noctu tranſiſſet. *Al.* Inſciis.

INCONSCIENTIA, ae. f. Gloſſ. Gr. Lat. ἀσυνειδησία, Inconſcientia.

INCONSENTANEVS, a, um. Adi. Nihil magis mihi inconſentaneum atque indecens aeſtimari Mart. Capella 5 p. 139.

INCONSĔQVENS, entis. Adi. Aſcon. prooem. act. in Verr. p. 53 Inconſequens locutio. *Conf.* Idem p. 64. Perinconſequens Gell. 14, 1.

INCONSEQVENTIA, ae. f. [ἀνακολουθία] Quinctil. 8, 6 Multi enim quum initium a tempeſtate ſumſerunt, incendio aut ruina finiunt, quae eſt inconſequentia rerum foediſſima.

INCONSIDERANS, antis. Adi. [ἀφραδῶν] *Idem quod Inconſultus: Qui non conſiderat, quomodo quidque agendum ſit.* Cic. de Diu. 2, 59 c. 27 Nos autem ita leues atque inconſiderantes ſumus. *In vetuſto codice legitur* Inconſiderati. Inconſiderantiſſime Tertull. adu. Marc. 2, 29.

INCONSIDERĀTVS, a, um. Adi. [ἄσκοπος] *Idem ſignificat: vt apud* Cic. Tuſc. 3, 4 Temerarius et inconſideratus. Idem pro Quint. 80 c. 25 O rem incredibilem! O cupiditatem inconſideratam! Fama popularis temeraria et inconſiderata Cic. Tuſc. 3, 4. *Compar.* Nepos 9, 5, 1 Inconſideratior in ſecunda, quam in aduerſa fortuna. Quinctil. 2, 15 Iuuenili calore Polus inconſideratior. *Superl.* Cic. de Aruſp. Reſp. 55 c. 26 Plenus inconſideratiſſimae temeritatis.

INCONSIDERANTIA, ae. f. [ἀλογιστία] *Inconſulta ratio.* Cic. Q. Frat. 3, 9 Cuius in hoc vno inconſiderantiam et ego ſuſtinebo vt potero. *Sic legit Lambin.* Suet. in Claud. c. 39 Inter caetera, in eo mirati ſunt homines et obliuionem et inconſiderantiam.

INCONSIDERANTER. Adu. Vlpian. Dig. 26 *t.* 10 l. 3. *it.* Breuiar. Fid. adu. Arian. p. 131 *ed. Sirmond.*

INCONSIDERĀTE. Adu. [ἀλογίστως] *Inconſulte, temere.* Cic. Off. 1, 103 c. 29 Ne quid temere ac fortuitu, inconſiderate, negligenterque agamus. Gell. 17, 1 Vt ſcribere auſi ſunt M. Ciceronem parum integre, atque improprie, atque inconſiderate locutum. Tractare inconſiderate Auct. ad Heren. 4 c. 38. Nihil poteſt dici inconſideratius Cic. Acad. 4 c. 43. Inconſideratius praeliari Valer. Max. 1, 5, 9. Inconſideratius commoueri Auguſt. Conf. 9, 9.

INCONSIDERATIO, ōnis. f. Saluian. de Gubern. Dei 1 *extr.* Qui ſola mentis inconſideratione peccaſſet. *Conf. Torrent. ad* Suet. Claud. c. 39.

INCONSILIVM, i. n. Gloſſ. Gr. Lat. ἀβουλία, Inconſilium.

INCONSITVS, a, um. Adi. Ager inconſitus, incultus Varro L. L. 4, 4.

INCONSOLABĬLIS, e. Adi. [ἀπαραμύθητος] Ouid. Met. 5, 426

— Contemtaque fontis
Iura ſui moerens, inconſolabile vulnus
Mente gerit tacita. Malum Ammian. 29, 2.

INCONSONANTER. Adu. *Apud* Priſcian. . . . Vet. Int. Iren. 5, 17 Inconſonanter et inconſequenter diſperſum eſſe.

INCONSPECTVS, a, um. Adi. *Inconſideratus.* Gell. 17, 21 *pr.* Ne in his ſermonibus forte inconſpectum aliquid temere diceremus.

INCONSPICVVS, a, um. Adi. Mart. Capell. 8 Stella ſuperioribus inconſpicua. Idem 6 Quis dubitet alia inconſpicua fieri, atque alia eminere. Florus 4, 2, 67 Non inconſpicua tamen morte omnium.

INCONSPRĒTVS, a, um. Adi. Quod non improbatum eſt Feſtus.

INCONSTABILIS, e. Adi. Vet. Interpr. Iren. l. 5.

INCONSTABILITIO, ōnis. f. [ἀκαταστασία] Vulg. 4 Eſdr. 15, 16.

INCONSTANS, antis. Adi. [ἀβέβαιος] *Qui ſibi non conſtat, leuis, mobilis, volubilis, qui tum hoc, tum illud dicit.* Plin. 18, 35 Si id in pluribus partibus fiet, inconſtantes ventos effundent. Ridicule es viſus inconſtans Cic. pro Roſc. Com. 19 c. 6. Idem Fam. 10, 16 Quum is frigidas ſane et inconſtantes recitaſſet literas Lepidi. *Compar.* Cic. ad Brut. 15 Inſtrumentum regni delatum ad Lepidum et Antonium, quorum alter inconſtantior, alter impurior. *Superl.* Sen. Epiſt. 99 Populus nullius rei bonus auctor, et in omnibus inconſtantiſſimus. Gell. 13, 30 Accepit inconſtantiſſimo vultu et moeſtiſſimo.

INCONSTANTIA, ae. f. [ἀστασία] *Leuitas.* Cic. Acad. 4, 17 Quamuis igitur fuerit acutus vt fuit, tamen inconſtantia eleuatur auctoritas, *i. minuitur, fidem amittit.* Inconſtantia totius ſententiae Cic. Acad. 4, . . Inconſtantiam menſurae diuerſitas auctorum facit Plin. 6, 26. Cic. Att. 16, 7 Nemo doctus vnquam mutationem conſilii, inconſtantiam dixit eſſe. Inconſtantia mutabilitasque mentis Idem Tuſc. 4, 76 c. 35. Varietas et inconſtantia, et crebra tanquam tempeſtatum, ſic ſententiarum commutatio Id. pro Domo 4. Ab inconſtantia et temeritate ſeiungi non poteſt fortuna Cic. de N. D. 3, 61. Fama inconſtantiae pertimeſcenda Idem Fam. 1, 9. In maxima inconſtantia, veritatis ignoratione, verſantur vulgi opiniones Idem de N. D. 1, 43.

INCONSTANTER. Adu. [ἀστατῶς] *Leuiter.* Cic. in Partit. . . . Si aut ambigue, aut inconſtanter, aut incredibiliter dicta ſunt. Inconſtanter loqui Cic. Acad. 4, 53 c. 17. Idem Tuſc. 4, 24 Intelligatur igitur perturbationem, iactantibus ſe opinionibus, inconſtanter et turbide in motu eſſe ſemper. Membra inconſtanter iactando fatigat Lucret. 3, 490. Inconſtantiſſime dicta Cic. de Fin. 2, 88 c. 27.

INCONSVĒTVS, a, um. Adi. [ἀνέθιστος] *Non aſſuetus.* Sil. 11, 282 Stupet inconſuetus opimae Sidonius menſae miles. Vitruu. praef. 5 Sermo inconſuetus. Idem 1, 4 Salſitudo inconſueta.

INCONSVLTVS, a, um. Adi. [ἄβουλος] *Imprudens, inconſideratus et nullius conſilii, vel qui omnia agit ſine conſilio.* Cic. pro Deiot. 26 Homo inconſultus et temerarius haec non videbat. Quinctil. Decl. 19 O inconſultam muliebrem ſemper amentiam! Si inconſultus hoc fecit, *et* Si optimo conſilio vſus ſit, *contraria* Triphonius in l. non ſolum §. ſed et is D. de ritu nupt. Inconſultum conſilium, *Imprudenter adminiſtratum.* Plaut. Mil. 3, 1, 6 Nam bene conſultum, inconſultum ſi ſit, inimicis vſui eſſe poteſt. Turba inconſulta ruit Lucan. 1, 493. Liu. 3, 21. *Conf. Burm. ad* Grat. Cyneg. v. 4. Ex inconſulto arma poſuit Sil. 8, 218.

INCONSVLTVS, a, um. Partic. *A quo conſilium non eſt petitum.* Varro R. R. 1, 10 Etenim inſcio atque inconſulto domino, ſerui ſaepe ex agro diſcedunt. Inconſultus, *Cui non eſt datum conſilium.* Virg. Aen. 3, 452 Inconſulti abeunt, ſedemque odere Sibyllae. *Vbi* Seruius: Inconſulti, Inſcii rerum, ignari, ſine conſilio. Et Conſultus eſt. Qui conſulitur: Inconſultus, Qui non accipit conſilium. ¶ 2 *Qui ſibi non conſulit neque patitur conſuli.* Cic. pro Deiot. 26 At, credo, haec homo inconſultus et temerarius non videbat. *Et* pro Rabir. Poſt. 2 Qui illam Poſtumi ſiue inanem ſpem, ſiue inconſultam rationem, ſiue (grauiſſimo verbo vtar) temeritatem *etc.* *Compar.* Nazar. Paneg. Conſtant. c. 13 Confeſſus eſt ſe inconſultior dolor. Veget. de Re Mil. 1, 2 Septentrionales populi inconſultiores. *Superl.* Saluian. de Auar. 1 Inconſultiſſimum ac ſtultiſſimum eſt id quosdam agere, vt quod adfectu ac voto volunt, id ipſum re atque actu nolle videantur.

INCONSVLTE. Adu. [ἀβούλως] *Sine conſilio, imprudenter.* Salluſt. Catil. c. 42 *pr.* Inconſulte, ac veluti per dementiam cuncta ſimul agebant. Incaute inconſulteque Liu. 4, 37. Cic. de N. D. 1, 43 c. 16 Quam inconſulte ac temere dicantur. Caeſ. B. C. 1, 45 Quod eo incitati ſtudio inconſultius proceſſerant. *Compar.* Liu. 41, 14 Vbi inconſultius quam venerat, ſe geſſit. Sall. Iug. c. 35.

INCONSVLTO. *Aliud* Adu. Auct. ad Heren. 3, 8 c. 5 Ne deos quidem eſſe auxilio iis, qui ſe inconſulto in periculum mittant. Vlp. in l. 1 §. et ideo D. de his, quae in teſt. del. Proinde etſi inconſulto ſuperſcripſit induxiſſe ſe, manebunt.

INCONSVLTVM, i. n. Sil. 8, 216 Arma ſenatus Ex inconſulto poſuit Tirynthius heros.

INCONSVLTVS, ûs. m. [ἀβουλία] Plaut. Trin. 1, 2, 130 Me abſente, atque inſciente, inconſultu meo, aedes venales haſce inſcribit literis.

INCONSVMMATVS, a, um. Adi. *Imperfectus.* Vt erat inconſummatus et rudis Ammian. 31, 42. Inconſummatus et ſubagreſtis Id. 21, 18. *Conf.* Auguſtin. Confeſſ. 10, 30.

INCONSVMMATIO, ōnis. f. Inconſummatio generationis Tertull. adu. Valent. c. 10. *i. imperfecta, impedita generatio.*

INCONSVMTVS, a, um. Adi. [ἀδιάφθαρτος] Ouid. Met. 7, 592 Inque manu turis pars inconſumta reperta eſt? Tibi iuuenta inconſumta, *Tu puer aeternus* Ouid. Met. 4, 17. Id. ex Pont. 1, 2, 41.

INCONSVTĬLIS, e. Adi. Vulg. Int. Ioh. 19, 23. *Conf. Lex. Philolog. Martin.*

INCONTAMINĀTVS, a, um. Adi. [ἀμίαντος] Contamina-

to *contrarium* Varro de R. R. 3, 9 Similes facie non his villaticis gallinis noſtris, ſed Africanis aſpectu ac facie incontaminata. Liu. 4, 2 Ne quid ſinceri, ne quid incontaminati ſit.

INCONTAMINABILIS, e. Adi. Tertull. adu. Marc. 4, 9. Auguſt. Confeſſ. 7, 3 *pr.* Saluian. de Gub. 3 p. 78.

INCONTAMINABILITER. Adu. Auguſt. de Gen. ad lit. c. vlt.

INCONTEMTIBILIS, e. Adi. Tertull. Apolog. c. 45.

INCONTEMPLABILIS, e. Adi. Facies Moſis incontemplabilis filiis Iſraël Tertull. adu. Marc. 5, 11. *Add.* Id. de Reſurr. c. 55.

INCONTENTVS, a, um. [ἀσύντατος] Adi. *a Verbo* Tendo, is, Contento *contrarium: h. e. Quod non eſt tenſum, ſed laxum.* Cic. de Fin. 4, 75 c. 27 Aeque enim contingit omnibus fidibus, vt incontentae ſint: illud non continuo, vt aeque incontentae.

INCONTIGVVS, a, um. Adi. *Qui tangi non poteſt.* Arnob. 7 p. 222 Sed ſi Deus nullius eſt corporis, omnique et incontiguus tactu, qui fieri poteſt, *etc.*

INCONTINENS, entis. Adi. [ἀκρατής] *Qui continere (ſe) non poteſt.* Plaut. Aſin. 5, 2, 9 At nunc dehinc ſcito illum ante omnes minimi mortales pretii, madidum, nihili, incontinentem, atque oſorem vxoris ſuae. *Proprie* Plin. 8, 43 Sed incontinens vterus vrinam genitalem reddit, *etc.* Sen. Nat. Quaeſt. 3 c. 30 Nihil eſt tam violentum et incontinens ſui. Tityus incontinens, *h. e. Libidinoſus* Hor. Carm. 3, 4, 77. *Conf.* Gell. 19, 2.

INCONTINENTER. Adu. [ἀκρατῶς] *Immodeſte et ſine continentia.* Cic. Off. 3, 37 c. 8 Si omnes deos hominesque celare poſſimus, nihil tamen auare, nihil iniuſte, nihil libidinoſe, nihil incontinenter eſſe faciendum. Celſ. 1, 3 Cibum incontinenter aſſumere.

INCONTINENTIA, ae. f. [ἀκράτεια, ἀκρασία] *Contrarium* Continentiae: *h. e. Immodeſtia et intemperantia.* Cic. pro Cael. 25 c. 5 Multa de incontinentia, intemperantiaque diſſeruit. *Add.* Id. Verr. 4 c. 15. Incontinentia vrinae, *Profluuium.* Plin. 28, 8 Veſicam in vino potam contra vrinae incontinentiam. *h. e. Spontaneam vrinae emiſſionem.* Idem 32, 5 Vrinae incontinentiam Hippocampi in cibo ſumti emendant. *Add.* Idem 20, 2.

INCONTINENTI. Adu. *i. Confeſtim.* Vlpian. in l. 2 §. vtrum D. quemadmod. teſtam. aperiant. Virum autem incontinenti poteſtatem inſpiciendi vel deſcribendi praebebit: an, *etc.* *Melius disiungitur* In continenti. *Vid.* Continens, *in* CONTINEO.

INCONTINGIBILIS, e. Adi. Apul. de Mundo p. 233 *Stew. al.* immobilis. *Vid. Elmenh. Emendatt. ad p. 57.*

INCONTRADICIBILIS, e. Adi. Quid ſapientius et incontradicibilius confeſſione ſimplici Tertull. adu. Marc. 4, 39.

INCONTROVERSVS, a, um. Adi. *De quo non eſt controuerſia. Paene perierat nomen bonae, vt arbitror, notae, niſi retraxiſſet illud Lambinus,* Cic. de Orat. 1, 241 c. 57 Licet igitur impune oratori hanc partem iuris incontrouerſi ignorare, quae pars ſine dubio multo maxima eſt. In eo autem iure, quod ambigitur inter peritiſſimos, *etc.* *Pearcius tamen reduxit lectionem omnium librorum* in controuerſiis.

INCONVENIENS, entis. Adi. [ἀπρεπής] *Indecens.* Quinctil. 1, 9 Eſt enim Soloeciſmus in oratione comprehenſionis vnius ſequentium ac priorum inter ſe inconueniens poſitio. Cic. Fam. 12, 13 Haec nouiſſima noſtra facta non ſubita, nec inconuenientia, ſed ſimilia illis cogitationibus, quas *etc.* Sen. de Vita beata c. 12 Deſinant igitur inconuenientia inter ſe iungere, et voluptati virtutem implicare. *i. Diſſentanea.* Phaedr. 3, 14, 6 Non inconueniens corpus.

INCONVENIENTER. Adu. Auguſtin. de Trin. 2, 9. Idem de Geneſ. ad liter. 11, 15.

INCONVOLVTVS, a, um. Adi. Poſt inconuolutos multiplices caſus Ammian. 29, 16.

INCONVVLSVS, a, um. Adi. Inconuulſa ſimplicitas Cod. Theodoſ. 12 t. 14.

INCONVERSVS, a, um. Adi. Exſertis et inconuerſis oculis Apul. Met. 2 p. 272. *Theologi de immutatione mentis religioſa vſurpant.*

INCONVERTIBILIS, e. Adi. Natura inconuertibilis et inde mutabilis Tertull. adu. Hermog. c. 12. *Add.* Id. de Anima c. 21. Ambroſ. de Filii Diuinit. c. 8.

INCOPIOSVS, a, um. Adi. Solitudo incopioſa Tertull. de Ieiun. c. 5.

INCOPRIO, āre. [ἐγκοπρίζω] *Conſpurcare, conuiciis et opprobriis, quaſi ſtercore impetere.* Commodian. Inſtruct. 19 Incopriat ciues hic deteſtabilis omnes. Scurra, qui incopriatur Gloſſ. Iſidor.

INCŎQVO, coxi, coctum, ĕre. [συνέψω] *Simul coquere.* Plin. 12, 3 Haec eſt autem, cuius grana Parthorum proceres incoquere diximus eſculentis, commendandi halitus gratia. Triti piperis cochleare vnum incoquas Apic. 2, 2. Plin. 9, 30 Vnum hoc animalium niſi viuum feruenti aqua incoquatur, fluuida carne non habet callum. *de locuſta marina.* Columel. 8, 5 Cauea cum matre claudendi ſunt, et farre ordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre vino reſperſo modice alendi. Plin. 12, 17 Tradidere ladanum glomerari in puluerem, et incoqui ſole. Radices incoquere odorato Baccho Virg. Georg. 4, 279. Succos atros incoquit Ouid. Met. 7, 265. Incoquere in oleo Scribon. 118. *i. coquere.* Incoqui Idem 201. Incoquuntur duobus ſextariis Id. 1. Mala incoquuntur 40. ¶ 2 Incoquere *aliquando ſignificat Coquendo applicare metallum vnum alteri,* inaurando, *etc.* Plin. 34, 17 Album plumbum incoquitur aereis operibus Galliarum inuento, ita vt vix diſcerni queat ab argento: eaque incoctilia vocant. Deinde et argentum incoquere ſimili modo coepere equorum maxime ornamentis, iumentorumque iugis in Alexia oppido, *etc.*

INCOCTVS, a, um. Partic. [συνεψηθείς, ὀπτηθείς] *Simul coctus.* Plin. 18, 1 Candorem autem ei pro creta lactis incocti miſtura confert. Aceto incoctae Scribon. 2. — in aqua 53. — in vino 53. 114. Caro Gell. 10, 15. Cruor incoctus herbis Hor. Epod. 3, 7. Mulieres incoctae dicebantur Plus aequo calamiſtris vſtae Feſtus. Pectus honeſto generoſo incoctum Perſ. 2, 74. Spicula incocta ceraſtis Sil. 15, 684. Vellera incocta Tyrios rubores Virg. Georg. 3, 307. Incocti corpora Mauri: *h. e. Nigri, et adusti Solis ardoribus, habentes corpora valde cocta Sole* Sil. 17, 638. Oleo incoctum Plin. 35, 15. *et* 36, 13. ¶ 2 Incoctus *crudus, non coctus.* Plaut. Mil. 2, 2, 53 Quidquid eſt, incoctum non expromit: bene coctum dabit.

INCOCTIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Tard. 4, 3 Incoctio aquoſi liquoris.

INCORAM, *cum Gen.* Apul. Met. 7 p. 197 Incoram omnium geſtiebat inſcendere. Idem 9 p. 221. *et* 10 p. 241 Incoram ſui. *Sed aduerbialiter* Incoram *vt Coram* Idem Met. 10 p. 249.

INCOCTĬLE, is. f. [συνέψητος] *Vid. paullo ante* Incoquere n. 2.

INCORDIO, āre. *In cor immittere, et ſuadere dicunt eſſe, et laudant* Plaut. Ciſt. 1, 1, 111 Si me abſente Alceſimarchus veniet, nolito acriter eum inclamare, vtut me erga 'ſt meritus, tamen incordies. *Et ſic olim edebatur. At nunc,* Mihi cordi eſt tamen.

INCORONĀTVS, a, um. Adi. Incoronata ſimulacra et arae viduae Apul. Met. 4 p. 155.

INCORPORĀLIS, e. Adi. [ἀσώματος] *Quod non habet corpus.* Quinctil. 5, 10 Ius, quod ſit incorporale, apprehendi manu non poſſe. Sen. Epiſt. 91 Deinde a corpóribus ſe ad incorporalia tranſtulit. Idem 58. *et* de Benef. 6, 2. Tertull. adu. Hermog. c. 35.

INCORPORALĪTAS, ātis. f. Macrob. in Somn. Scip. 1, 5 Occurrit prima perfectio incorporalitatis in numeris. *Et alibi frequenter. it.* Tertull. de Anima c. 7.

INCORPOREVS, a, um. *Aliud* Adi. [ἀσώματος] *Quod forma et corpore caret.* Gell. 5, 15 Corpuſne ſit vox, an incorporeum: hoc enim vocabulum quidam finxerunt proinde, quod Graece dicitur ἀσώματον. De Deo ſentit, quod ſit incorporeus Apul. de Dogm. Plat. p. 49. Macrob. Saturn. 7, 15 Cum philoſophia illic ſe habeatur auguſtior, vbi de rationali parte, id eſt de incorporeis diſputat. *Sed quod laudant quidam* Cic. de Fin. 3, 45 c. 14 *nihil eſt, et ipſi quoque ſententiae aduerſum. Optima videtur lectio Manutiana ex libro Maffaei, Grutero, Gronouio, Dauiſio recepta.* Omnis iſta rerum in corpore ſitarum (*al.* in corpore harum, *al.* incorporearum, *al.* corporearum) aeſtimatio ſplendore virtutis et magnitudine obſcuretur, et obruatur, atque intereat, neceſſe eſt.

INCORPŎRO, āre. Solin. c. 35 (22) Regionem partim tenent barbari, quibus per artifices plagarum figuras, iam inde a pueris variae animalium effigies incorporantur. Ducem ſalutis caelitus Incorporatum gignere Prudent. Cathem. 12, 80.

INCORPORABĬLIS, e. Adi. Tertull. adu. Marc. 3, 17 Habitu incorporabili.

INCORPORALITER. Adu. Claud. Mamert. de Statu Anim. 3, 14. *et* Ambroſ. Epiſt. 9.

INCORPORATIO, ōnis. f. *Laudatur* Columel. 6, 2, 13 Cuſtodiendum eſt, ne incorporatione vel ſtatura, vel viribus impar cum valentiore iungatur. *Fuerit igitur* Incorporatio *ſtatura, et ea, quam mox* f. 15 Corporaturam *ipſe Columella vocat. Sed ſic alterutrum redundare videtur,* incorporatione, *aut* ſtatura. *Editum adhuc fuit* in corporatione. *Mihi placet vehementer, quod Gymnicus expreſſit, et probauit F. Vrſinus,* in comparatione, *cum boues* comparantur, *paria fiunt, vel* Compares, *i. ad iugum vnum alligantur. Vid.* COMPARO n. 6. Incorporatio *vocabatur, quando rationales, ſeu procuratores, bona publicata, aut alia ratione ad fiſcum pertinentia, deſcribebant, et rebus Caeſaris aggregabant, titulos demum vel inſignia Principis iis imponebant.* Valentin. A. l. 3 ſi quando C. de bon. vac. *Panciroll. Not. dign. Imp. Orient. c. 88. Guther. de Offic. Dom. Aug. 3, 25.*

INCORRECTVS, a, um. Adi. [ἀδιόρθωτος] Opus incorrectum Ouid. Triſt. 3, 14, 23.

INCORRIGIBILIS, e. Adi. *Cathol.*

INCORRVPTVS, a, um. Adi. [ἄφθιτος] *Qui non corrumpitur, corrumpi non poteſt.* Plin. 13, 9 Nec minus ſpina celebratur, quoniam incorrupta etiam in aquis durat. Animus Cic. Tuſc. 1, 43 c. 19. Compoſitiones incorruptae Scribon. 38. *ſc. medicamentorum.* Cuſtos incorruptiſſimus Hor. Serm. 1, 6, 81. Cuſtos incorruptior canis Columel. 7, 12. Genus diſciplinae incorruptum Liu. 1, 18. Integritas Latini ſermonis incorrupta Cic. de Clar. Orat. 132 c. 35. Materia incorrupta contra omnia vitia Plin. 13, 16. Cic. Fam. 11, 28 De qua (Opinione) etſi non dubitabam, tamen quia maximi aeſtimabam, vt incorrupta maneret, laborabam. Sanitas Cic. de Opt. Gen. Orat. 8. Sermo incorruptior Gell. praef. Succus ſanguinis incorruptus Cic. de Clar. Orat. 36. Idem de Fin. 1, 71 c. 21 Si tota oratio noſtra omnem ſibi fidem ſenſibus confirmat, id eſt incorruptis atque integris Teſtibus, *etc.* Virgo Cic. in Orat. 94. Vox incorrupta bene iudicantium Idem Tuſc. 3, 3. *Contraria:* Cic. de Clar. Orat. 261 Caeſar autem rationem adhibens, conſuetudinem vitioſam et corruptam, pura et incorrupta conſuetudine emendat.

INCORRVPTE. Adu. [ἀφθάρτως] Incorrupte atque integre iudicare: *h. e. Iuſte et ſine fauore* Cic. de Fin. 1, 30 c. 9. Idem pro Marcell. 30 c. 9 Incorruptius de aliquo iudicare.

INCORRVPTELA, ae. f. Tertull. de Reſur. Carn. c. 51.

INCORRVPTIBILIS, e. Adi. Lactant. 1, 3 *extr. et* 4, 6. Auguſtin. de Ciu. Dei 22, 26. Arnob. 2. Tertull. de Cult. Fem. c. 6. *et* de Anima c. 50.

INCORRVPTIBILITER. Adu. Auguſt. Confeſſ. 3, 2.

INCORRVPTIBILITAS, ātis. f. Tertull. ad Vx. 1, 7. Idem Apol. c. 48. *et* adu. Valent. c. 14.

INCORRVPTIVVS, a, um. Adi. Hieron. Epiſt. 152.

INCORRVPTORIVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Marc. 2, 16.

INCORRVPTIO, ōnis. f. Auguſt. de Ciu. Dei 22, 21 *pr.* Idem de Trin. 13, 7. *et* Mor. Eccl. Cath. c. 19. Tertull. de Ref. Carn. c. 51. Vulgata Rom. 2, 7.

INCOXO, āre. [ἐνισχιάζω] In coxam ſidere (*al.* ſedere.) Pacuuius, Adeo incoxanti mihi pes obſtupuerat. Pomponius Pannuceatis, Neque interim cacandi cauſa vnquam incoxaui nate. (*ſ.* nates) *Haec* Nonius 1, 180.

INCRASSO, āre. *et* āri. *Paſſiu.* [παχύνεσθαι] Tertull. adu. Pſych. c. 6. Idem adu. Marc. 3, 6. *De ſenſu bonorum et malorum amiſſo.*

INCRASSATVS, a, um. Part. Vulg. Int. Deut. 32, 15. *et* Matth. 13, 15.

INCREĀTVS, a, um. Adi. *Apud* Lactantium *eſſe dicitur.*

INCREBRESCO, *ſ.* INCREBESCO, increbrui *vel* increbui, ĕre. *Diuulgari, palam fieri.* Plaut. Merc. 5, 1, 9 Nam vbi mores deteriores increbreſcunt in dies, *etc.* Aura increbuit Hor. Serm. 2, 5, 93. *Sic Cuning.* Increbruit *Bentl.* Auſter increbuit, *h. e. Auctus eſt, et vehementior factus eſt.* Caeſ. B. C. 3, 26 Et quum iam noſtris remiſſiore vento appropinquaſſent, idem Auſter increbuit, noſtriſque auxilio fuit. Cic. Philipp. 14, 12 c. 5 At ſi quis Hiſpanorum aut Gallorum, aut Thracum mille aut duo millia occidiſſet, non eum hac Conſuetudine, quae increbuit, Imperatorem appellaret Senatus? Cic. Verr. 2, 7 Vt proxime ad noſtram Diſciplinam illam veterem, non hanc, quae nunc increbuit, videantur accedere. Liu. 7, 12 Gallici quoque

que belli Fama increbreſcebat. Idem 24, 11 Quum increbreſceret rumor bellum in Sicilia eſſe. Nomen late increbreſcit Latio Virg. Aen. 8, 14. Numerus ipſe iam apud Oratores increbuit Cic. in Orat. 66. Pugna aduerſa increbreſcit Sil. 10, 1. Liu. 8, 8 Inde Rem ad triarios rediſſe, quum laboratur, prouerbio increbuit. Rumor increbuit Curt. 6, 2, 15. Sermo increbuit, *et* increbuit apud Cic. de Opt. gen. Orat. 11. Idem in Orat. 66 Ventus increbreſcit: cura vt valeas Cic. Fam. 7, 21. *h. e. Vehementius flare incipit, et ſuadet nauigationem.* Vndae magis increbreſcunt Catull. Argon. 62, 274. *De orthographia variant MSS. et impreſſi.* R *literam omitti in* Rubeſco *et* Erubeſco *in* Nigreſco *ſeruari, notum eſt.* Increbreſcere *ſemper ſcribi debere ait Burm. ad* Virg. Georg. 1, 359 Litora miſceri, et nemorum increbreſcere murmur. *Idem monuerat ad* Sueton. Aug. c. 11. *Et probat Drakenb. ad* Liu. 8, 12, 7. ¶ 2 Increbraſcere *vel* Increbrare *etiam antiquum verbum fuiſſe videtur, i. frequentem eſſe, frequenter facere aliquid. Certe ſic a Camerario inde editur* Plaut. Truc. 1, 1, 29 Si raras noctes ducit, ab animo perit: *(ſi amanti rara eſt copia amicae, conſeneſcit, et triſtitia conſumitur)* Si increbrauit *(ſaepe potitur amoribus)* ipſus gaudet, res *(familiaris)* perit.

INCREDIBĬLIS, e. Adi. [ἄπιστος, ἀπείθανος] *Quod credi non poteſt.* Ter. Eun. 5, 9, 19 Dî veſtram fidem, incredibilia Parmeno modo quae narrauit. Incredibilis ſum Plaut. Bacch. 4, 3, 3. *i. Non creditur mihi.* Cic. Verr. 4, 50 Haec Centuripina nauis erat incredibili celeritate velis. Idem Att. 5, 16 Itaque incredibilem in modum Concurſus fiunt ex agris. Cruciatus incredibiles Plin. Epiſt. 1, 12. Eloquentiam incredibilem conſequi Cic. de Orat. 2, 1. Furor incredibilis et ſingularis Idem pro Sulla 75. Memoria Plin. Epiſt. 2, 3. Modo incredibili conſentire Hor. Carm. 2, 17, 21. Peruerſitas Cic. Fam. 1, 7. Res credibilis *et* Incredibilis Idem de Inuent. 2, 42. Virtus ſingularis et incredibilis Id. Att. 15, 16. *Et* de Orat. 1, 172 Antonii incredibilis quaedam et prope ſingularis et diuina Vis ingenii. Incredibile et falſo memoriae proditum omnibus hoc videbatur Cic. pro L. Manil. 41. Incredibile eſt quae ego illos ſcio oppoſitos Gallorum caſtris in aeſtiuis feciſſe Idem Fam. 16, 27. Sen. Epiſt. 92 Quare ergo incredibilia ſunt iſta apud eos, qui virtutem colunt. Cic. Philipp. 7, 8 Quaeſo vos Patres Conſcripti, vt primo ſi erit vel acerbum auditu, vel incredibile a M. Cicerone eſſe dictum, accipiatis ſine offenſione quod dixero. Dictu incredibile Iuſtin. 12, 9, 8. Incredibile memoratu eſt, quam facile coaluerint Salluſt. in Catil. 6 *pr.* Cic. in Parad. 11 Nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. *Compar.* Sen. Epiſt. 92. *et* Nat. Quaeſt. 3, 17.

INCREDIBILITAS, *vid.* INCREDVLITAS.

INCREDIBILĬTER. Adu. [ἀπίστως] Cic. de Seneſt. 51 c. 15 Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector, *etc.* Idem Philipp. 1 c. 15.

INCREDVLVS, a, um. Adi. [ἀπειθής] Hor. in Arte Poët. 188 Quodcunque oſtendis mihi ſic, incredulus odi. Quinctil. 10, 3 11 Veluti increduli quidam, et de ingenio ſuo peſſime meriti. *h. e. Qui difficillime aſſentiuntur. Add.* Idem 12, 8. *Paſſiue, Cui non creditur.* Gell. 9, 4 Res inauditae, incredulae. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 2, 98.

INCREDVLĬTAS, ātis. f. [ἀπειθία] Mart. in l. Mariti lenocinium 29 D. ad leg. Iuliam de adulteriis, Tunc autem puniendus eſt maritus eius, quum excuſare ignorantiam ſuam non poteſt, vel adumbrare patientiam praetextu incredulitatis. *Pandectae Florentinae, et Haloander habent,* Incredibilitatis. *Conf.* Apul. Met. 1 p. 111. Hieron. ad Damaſ. Ep. 125.

INCREDENDVS, a, um. Adi. *Idem ac Incredibilis.* Apul. Met. 2 p. 120 Incredenda fabula. Idem Florid. 2 p. 351. Id. Apol. p. 304, 26 Incredundas frugum illecebras.

INCRĒDĬTVS, a, um. Adi. *Non creditus.* Apul. de Deo Socr. p. 52 Incredita vaticinia Caſſandrae.

INCREMENTVM, *vid.* INCRESCO.

INCREMO, āre. *Vnde*

INCREMATVS, a, um. Part. Viginti centurionibus crematis, hoc velut ſacramento ſumſerant bellum Flor. 4, 12, 24. *i. concrematis.*

INCRĔPO, ui, ĭtum, āre. [ἐπιτιμάω, ἐπιπλήττω] *Sonare, et crepitum vel ſonum emittere.* Simul vt diſcus increpuit Cic. de Orat. 2 c. 5. Me totam eſſe in metu propter te, quidquid increpuerit Cic. in Catil. 1 c. 7. Virg. Aen. 9, 504 At tuba terribilem ſonitum procul aere canoro Increpuit. Plaut. Amph. 4, 2 ſuppoſ. 6 Si minuſculo digito increpuerint fores. Liu. 1, 25 Vt primo ſtatim concurſu increpuere arma, micantesque fulſere gladii, horror, *etc.* Increpui hibernum, et fluctus moui maritimos Plaut. Rud. prol. 69. *i. Sonitum dedi ventorum, vt hiberno ſolet fieri tempore.* Ictu verberis increpuit Ouid. Met. 14, 819. *Conf.* Id. Amor. 3, 15, 17. At ſimul argutae nemus increpuere cicadae Calpurn. Ecl. 5, 56. *i. per nemus. Conf. Heinſ. ad* Ouid. Faſt. 6 vlt. Vnda increpuit latus carinae, *Percuſſit* Ouid. Triſt. 1, 4, 24. Idem Epiſt. 3, 118 Tutius eſt iacuiſſe toro, tenuiſſe puellam, Threïciam digitis increpuiſſe Lyram, *i. pulſaſſe: quem verſum repetit* Am. 2, 11, 32. *Sed aliud eſt* Lyra increpare Ouid. Faſt. 6 *extr.* Annuit Alcides, increpuitque lyra. *Sic, inquam, legendum, vt habent omnes ante Heinſium, qui ex vno alteroque MS.* lyram *repoſuit.* Increpuit lyra *eſt tacta paullo aſperius lyra Poëtae finem canendi illi imponere. Sic* Hor. Od. 4, 15 *pr.* Phoebus volentem praelia me loqui — increpuit Lyra. *Apertior eſſet ſententia, ſi* volente *haberent boni quidam libri: vel ſi liceret more Graeco Accuſatiuos conſequentiae ſumere pro Ablatiuis. Sed quidquid huius ſit, illud certe apparet, noluiſſe Phoebum, vt res bellicas caneret Horatius, eiusque rei ſignum eſſe,* increpuit lyra. Iupiter atras increpuit Nubes Ouid. Met. 12, 52. Cic. pro Muraen. c. 10 Simulatque increpuit ſuſpicio tumultus, artes illico noſtrae conticeſcunt. Liu. 3, 43 *extr.* Si quid increpet terroris. Increpare aliquid alicui, *i. Inclamare* Liu. 6, 37 *pr. Add.* Id. 4, 50. ¶ 2 *Saepe hoc verbum adiunctam ſibi habet notionem reprehenſionis, obiurgationis, caſtigationis, ſiue quae verbis et ſono tantum fiat, ſiue quae verbere.* Tib. 1, 1, 10 Aut ſtimulo tardos increpuiſſe boues. Plaut. Amph. 5, 1, 25 Totus timeo, ita me increpuit Iupiter. Cic. Q. Frat. 2, 3 Quum illius in me perfidiam increparet. Suet. Calig. c. 39 Cui inſtrumento diſtrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit: modo auaritiae ſingulos increpans, et quod non puderet eos locupletiores eſſe, quam ſe. Saevitiae Id. Galb. c. 15. Increpans haec in regem Liu. 1, 51. Salluſt. de Rep. Ord. ad Caeſ. c. 3 An illa, quae paullo ante hoc bellum in Cn. Pompeium, victoriamque Sullanam increpabantur, obliuio abſtulit? Liu. 23, 45 Annibal multo grauioribus probris increpabat, *etc.* Increpando exercitum Liu. 2, 45 *pr.* Liu. . . . Et vanis animis minisque increpant hoſtem. Voce acri increpare aliquem Lucret. 3, 966. Cic. Hort. *apud* Non. 4, 258 Tum Pſeudomenus, Et ſoritam, et totam dialecticam aut illudis, aut increpas. Aetatem alicuius Cic. in Salluſt. 7. Arrogantiam alicuius Idem Acad. 4, 75. Fugam alicuius Cic. de Orat. 2, 21. Moras alicuius Ouid. Epiſt. 1, 82. Flor. 1, 1, 8 Ad tutelam nouae vrbis ſufficere vallum videbatur: cuius dum irridet anguſtias Remus, idque increpat ſaltu, dubium an iuſſu fratris interfectus eſt. A cunctis increpor Ouid. Met. 3, 636.

INCREPANS, antis. Partic. Liu. 27, 1 Ipſe in Fuluii ſimilitudinem nominis, — increpans, ſimilem euentum pugnae fore, affirmabat.

INCREPĬTVS, a, um. Partic. [ἐπιτιμηθεὶς] *Obiurgatus.* Liu. 23, 26 Qui poſt claſſem ad Iberum per pauorem deſertam grauiter increpiti *etc.* Idem 24, 17. Caeterorum increpita cupiditate Suet. Calig. c. 44. Fortuna Paterc. 2, 55, 3.

INCREPĬTO, āre. Frequent. [ἐπιπλήττω] Arguere, Conuiciari, *inquit* Feſtus. Virg. Aen. 10, 900 Hoſtis amare quid increpitas, mortemque minaris? Caeſ. B. G. 2, 15 Increpitare atque incuſare reliquos Belgas, qui, *etc. Add.* c. 30. Socii increpitant Virg. Aen. 3, 454. Audentius increpitans hoſtem Stat. Theb. 11, 668. Increpitare aliquem morae Sil. 8, 265.

INCREPITANS, antis. Part. Virg. Georg. 4, 138 Aeſtatem increpitans ſeram. *i. Conquerens de tarditate aeſtatis. Sed* Aen. 1, 738 *vbi Dido pateram* Bitiae dedit increpitans, *vel ſimpliciter eſt exhortans ad hilaritatem et alacritatem bibendi, vel reprehendens et obiurgans blande tarditatem ſtrenui alias epulonis.*

INCREPITVS, ûs. m. Apul. de Deo Socr. p. 52 Increpitu indignatus.

INCREPATVS, a, um. Adi. Iuſtin. 11, 3, 5 Legatis increpatis. *Iuntae vero,* Increpitis. Prudent. Cath. 7, 195 Increpata fraude.

INCREPATIO, ōnis. f. Vet. Gloſſ. Lat. Gr. *et* Tertull. adu. Marc. 4, 7 *et* 23. *ibid.* 5, 20.

INCREPĀTOR, ōris. m. Gloſſ. ἐπιτιμητής.

INCREPATORIVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 9, 7.

INCREPATIVE. Adu. Sidon. Epiſt. 6, 9.

INCRESCO, ēui, ētum, ĕre. [ἐπιδίδωμι, ἐπαυξάνομαι] *Valde ſiue Magis creſcere.* Liu. 1, 33 Carcer ad terrorem increſcentis audaciae media vrbe imminens foro aedificatur. Quinctil. 8, 4 Hoc genus increſcit, ac fit manifeſtius, ſi ampliora verba cum ipſis nominibus, *etc.* Suet. de Clar. Gramm. c. 3 Poſt hoc magis ac magis et gratia, et cura artis increuit. Plin. Epiſt. 1, 12 Increuerat valetudo, quam temperantia mitigare tentauit. Celſus in Praef. 1 Nam modo increſcere morbos, modo conſiſtere, modo minui. Idem 2, 7. Virg. Aen. 3, 46 Hic confixum ferrea texit Telorum ſeges, et iaculis increuit acutis. Audacia increſcit Liu. 1, 33. Barba increſcit genis Lucan. 2, 376. Certamine increſcente Liu. 10, 5. Dolor increuit Ouid. Met. 9, 703. Febris: Morbi Celſ. 2, 14. Maculis increſcentibus varie ac verrucis Plin. 37, 12. Salutaris profeſſio increuit per hos viros Celſ. 1 Praef.

INCREMENTVM, i. n. [ἐπίδοσις] *Augmentum.* Quinctil. 8, 4 Incrementum eſt potentiſſimum, quum magna videntur etiam quae inferiora ſunt. Cic. de Fin. 2, 88 c. 27 Negat enim ſummo bono afferre incrementum diem. Fluuii incrementa Lucan. 4, 139. Vrbis incrementum Liu. 1, 44 *extr. Sic* Magnum Iouis incrementum, *apud* Virg. Ecl. 4, 49. *i. alumnus et nutricius Iouis,* διοτρεφής. Auctae res incremento ingenti Liu. 1, 33 *extr. vid.* AVGEO. Capere incrementum, *vid.* CAPIO. Quinctil. 3, 2 Huic ſtudium, et incrementum dederit vtilitas. Debuit omnia incrementa ſua ſibi M. Cicero Paterc. 2, 34. Incrementa, *Semina vnde aliquid creſcit.* Ouid. Met. 3, 103 Motaeque iubet ſupponere terrae Vipereos dentes, populi incrementa futuri. Incrementa Liberalitati adiecit Adrianus pueris ac puellis, quibus etiam Traianus alimenta detulerat Spartian. Adrian. c. 7. Vopiſc. Probo c. 4 Huic igitur dari iubebis, quoniam mediocris fortunae eſt, vt eius dignitas incrementis iuuetur, tunicas ruſſulas *etc. Hic* incrementa *ſignificant acceſſionem fortunarum et pecuniae a liberalitate Auguſti. Vid. Caſaub. ad Spartiani l. c. et Guther. de iure Man. 2, 10 p. 239 ſq.*

INCREMENTVLVM, i. n. Dimin. Apul. Met. 5 p. 164 Incrementulum vteri.

INCREMENTO, āre. [αὐξάνω] Auguſtin. . . . Dominus incrementat.

INCRIMINATIO, ōnis. f. Tertull. de Reſurr. Chriſti c. 29 Perſequor ad palmam incriminationis.

INCRISPATIO, ōnis. f. *Criſpatio.* Auguſtin. Epiſt. 112 c. 22.

INCRETO, āre. *Creta oblinere.* Incretare faciem Petron. c. 102.

INCRVENTVS, a, um. Adi. [ἀδίαιμος] Victoria incruenta, *In qua nullus cruor effuſus eſt, nulli aut pauci occiſi ſunt* Liu. 27, 14 *extr.* Idem 7, 8 *extr.* Nec Romanis incruenta victoria fuit, quarta pars militum amiſſa. Liu. 8, 29 *extr.* Haudquaquam tamen incruento milite ſuo. *Conf.* Salluſt. Catil. *extr.* Praelium incruentum Liu. 2, 56.

INCRVENTĀTVS, a, um. *Aliud* Adi. [ἀναίμακτος] Tacit. Hiſt. 4, 37, 4 Diſceſſerant obſeſſores, miſtus ex Cattis, Vſipiis, Mattiacis exercitus, ſatietate praedae, nec incruentati. *Plures leg.* incruenti. *Vid.* IMPERFOSSVS.

INCRVENTE. Adu. Prudent. Rom. 1094 Si vos ſinatis incruente viuimus. *Conf. Lex. Pitiſc.*

INCRVSTO, āre. [πλακόω] *Cruſtam ducere, ſiue Cruſtam applicare.* Varro de R. R. 3, 14 Has quoque ſaginare ſolent, ita vt ollam cum foraminibus incruſtent ſapa et farre. Calices incruſtentur eis Scribon. 135. Parietem Procul. in l. quidam D. de ſeruitut. vrb. praed. Sincerum cupimus vas incruſtare Hor. Serm. 1, 3, 55. *i. Virtutem quaſi vitium interpretamur.*

INCRVSTATVS, a, um. Part. Parietes incruſtati Varro *apud* Non. 2, 461.

INCRVSTATIO, ōnis. f. [πλάκωσις] *Cruſtae parieti, aut pauimento, aut vaſi applicatio* l. 79 de Verb. ſignif. Incruſtationem materiariam, *Galli* Lambriſſuram *vocant.*

INCV̆BO, ui, ĭtum, *et* āui, ātum, āre. [ἐγκοιμῶμαι] *Abſolute; vel cum Datiuo, ſignificat* Intus *ſiue Super* cubare. *Vniuerſim tenendum, cum ab* Incumbo *etiam ſit* Incubui *et ſignificatio paene eadem, in Praeterito vix poſſe diſtingui. In Praeſenti quidem haec videtur diuerſitas,*

quod Incubare *ſitum iacentis notat proprie*, Incumbere *autem conatum eius, qui ad* cubandum, incubandum *ſe componit, vel nititur.* Virg. Aen. 4, 650 Incubuitque toro, dixitque nouiſſima verba. Incubant ab omnibus ſpondis transuerſae praeclarae contubernales ex Caelio Quinctil. 4, 2, 123. Incubare ſtramentis Hor. Serm. 2, 3, 117. Plin. 11, 16 Nam niſi incubauere fauos liuidos faciunt. *de apibus.* Incubare proprie, *inquit* Seruius, dicuntur Ii, qui dormiunt ad accipienda reſponſa. Virg. Aen. 7, 88 Pellibus incubuit ſtratis ſomnosque petiuit, *etc.* *Aegroti hoc in primis faciebant in templo Aeſculapii, et Graece dicebantur* ἐγκοιμᾶσθαι. *Argumentum Pluti Ariſtophanicae maiorem partem huc pertinet.* Plaut. Curc. 1, 1, 61 Hic leno aegrotus incubat in Aeſculapii fano. Idem ibid. 2, 2, 16 Namque incubare te ſatius fuerat Ioui. *h. e. Dormire in Capitolio, vt reſponſa poſſis accipere.* *Et mox* Si quidem incubare velint, qui peierauerint, Locus non praeberi potis eſt in Capitolio. *Sic* Mela 1, 8. *et* Tertull. de Anima 48. *Hinc viri docti etiam apud* Cic. de Diuin. 1, 96 c. 43 excubabant *mutare vellent in* incubabant. *Vid.* EXCVBO n. 2. ¶ 2 Cic. pro Cluent. 72 Hic ille planus improbiſſimus quaeſtu iudiciario paſtus, qui illi pecuniae quam condiderat, ſpe iam atque animo incubaret, contrahit frontem. Auro defoſſo incubare, *ex fabula draconis theſauros cuſtodientis, in auaros dicitur* Virg. Georg. 2, 507. Diuitiis ſoli incubuere repertis Idem Aen. 6, 610. Apul. Met. 4 p. 146 Aureos folles incubabat. Gazae incubas Martial. 12, 53. Quinctil. 10, 1 Qui autem ſciuerit, quo quaeque ſint modo dicenda, niſi tanquam in procinctu paratam quidem ad omnes caſus habuerit eloquentiam, velut theſauris clauſis incubabit. *i. Quos habeat quidem in ſua poteſtate, ſed non explicet ad vſum aliquem.* Rure incubabo vsque in praefectura mea Plaut. Caſ. 1, 1, 22. *id eſt cuſtodiam, vt in praeſidio collocatus.* *Proprie rurſus* Liu. 5, 46 Incubans cortici, ſecundo Tiberi ad vrbem defertur. Sen. de Vita Beata c. 25 Super Circenſe tomentum per ſuturas veteris lintei effluens, incubabo. Apul. 7 p. 190, 31 Tabernulam quandam vitatis maris fluctibus, incubabat. *i. in ea pernoctabat.* Acies incubuit integris hoſtium ordinibus Tac. Hiſt. 2, 42. *i. contra eos nixa eſt omni vi : Itaque ab* Incumbo *eſt.* Mens incubuit dolori Ouid. Triſt. 4, 3, 21. *i. dedit ſe.* Incubare ouis *vel* pullis *dicitur* gallina Columel. 8, 5. Ibidem c. 8 *pr.* Nec minus in agros emittant matrices, quae ouis vel pullis incubant. Incubare oua noctibus, *i. Fouere* Plin. 9, 10. Idem 8, 25. Varro de R. R. 3, 9 Negant plus viginti quinque oua incubare. Si vna (rerum natura) omnes *(Mundos)* incubaret Plin. 2, 1. *i. foueret, qua ratione* Spiritus Dei *quoque* incubuiſſe aquis *dicitur a Moſe.* Incubare, *abſolute poſitum, et ſubauditur* Oua *vel* Ouis. Columel. 8, 5 Gallinae incubare cupiunt ab Idib. Ian. Incubari, *Paſſiuum.* Plin. 10, 54 Oua incubari intra decem dies edita vtiliſſimum. Ibid. Quarto die poſt quam coepere incubari. Idem 8, 25 Oua incubanda. ¶ 3 Incubare, per translationem dicitur, Per vim rem alienam tenere. Seruius *in illud* Aen. 1, 89 — Ponto nox incubat atra. Nox enim alienum tempus inuaſerat. Sic qui iure quid non poſſidet, ſed per vim et iniuriam, incubare dicitur: quod qui ſic poſſident, in loco aſſidui ſunt, et velut cubant. Aſconius in Verr. 1, 116 Cuius debeat eſſe poſſeſſio, cur praetor dicat, ſi poſſeſſor eſt? quaſi iam probauerit poſſeſſorem eſſe eum, qui incubauit. Quum igitur Dionyſium Macrobius appellat Siculae incubatorem aulae, violentum quendam poſſeſſorem exprimit. *Sic* Florus 2, 6, 57 Factum eſt, vt inhaerentem et incubantem Italiae extorqueret Hannibalem. *Vid.* INCVBATOR. *Sic* Lucan. 2, 27 Metus incubat amens.

INCVBĬTO, āre. Frequent. [ἐπευνάζομαι] Columel. 8, 14 Cellas in quibus incubitant, ſicciſſimas eſſe oportet: *de anſeribus.* Plin. 8, 43 Spatioſa incubitant laxitate.

INCVBITATVS, a, um. Part. *Stupratus.* Plaut. Perſ. 2, 4, 13 Video ego te iam, incubitatus es. *Sic Salmaſ.*

INCVBĀTVS, ûs. m. [ἐπωασμὸς] Plin. 10, 54 Si incubatu tonuerit, oua pereunt: *i. Quum gallina incubat ouis.* *Conf.* Solin. c. 39.

INCVBATIO, ōnis. f. [ἐπώασις] Plin. 10, 56 Rara incubatio ouis noxia. Idem 54. *Pro iniuſta rei detentione* l. vlt. Cod. Ne rei dominicae.

INCVBITIO, ōnis. f. [ἐπώασις] Plin. 10, 54 Incubitioni datur initium poſt nouam lunam. *al.* Incubationi.

INCVBĬTVS, ûs. m. [ἐπωασμὸς, ἐπευνασμὸς] *Idem.* Plin. 10, 54 Quaedam autem et citra incubitum ſponte naturae gignunt. Idem 8, 36. Incubitus dextri lateris, *Dum aliquis cubat ſupra dextrum latus* Plin. 28, 4. *Conf.* Solin. 53.

INCVBĀTOR, ōris. m. Macrob. Somn. Scip. 1, 10 Dionyſius aulae Siculae inclementiſſimus incubator: *h. e. Iniuſtus poſſeſſor, et qui per vim regnum Siciliae occupabat.* Seru. *ad* Aen. 7, 266 Imperii incubator. Fanorum incubatores Tertull. de Anima c. 49.

INCVBO, ōnis. m. *Morbus, qui et* Incubus *vulgo dicitur a Medicis.* Scrib. Larg. Comp. 100 Facit haec compoſitio ad ſuſpirium, et ad vocis abſciſionem, et ſubitas praefocationes ex qualibet cauſa ortas, et ad eos, qui ſaepius exiſtimantur ab incubone deludi. Petron. c. 38. *Vid. Scheff. Not. p. 76.* Genus grauioris ſoporis, vt de incubone praeſumtio eſt Tertull. de Anima c. 44. *Conf.* EPHIALTES. FAVNI.

INCVLCO, āre. [ἐπισάττω, παρεμβύω] *ex* In *et* Calco; *Infercire.* Plin. 29, 2 At canis rabioſi morſibus inculcata poſt diem ſeptimum ſoluitur: *de lana ſuccida.* Columel. 2, 20 Area molari lapide condenſetur, et rurſus ſubiectis paleis inculcetur. *Per translationem, eadem ſaepius iterando ingerere.* Cic. in Orat. 50 c. 15 De firmiſſimis alia prima ponet, alia poſtrema, inculcabitque leuiora, *vt qui murum ſtruunt.* *Sed 230 c. 69 vitioſum eſt:* Apud alios — numero ſeruientes inculcata reperias inania quaedam verba, quaſi complementa numerorum: *qua de re p. p.* Neque inſerciens verba, quaſi rimas expleat. Cic. de Orat. 1, 127 Satis eſt enim caeteris artificiis percipiendis tantummodo ſimilem eſſe hominis: et id quod tradatur, vel etiam inculcetur, ſi quis forte ſit tardior, poſſe percipere animo, et memoria cuſtodire. Alicui aliquid Cic. Verr. 3, 156 c. 67. Non quidlibet antiquiores viros aegris inculcaſſe Celſ. 1 Praef. Inculcaſti etiam vt C. Piſonem nominaret Cic. in Vatin. 26. Verſus etiam minus vſitatos per imprudentiam inculcamus Cic. in Orat. 189. Sen. de Vita Beata 24 Quibusdam offeram, quibusdam etiam inculcabo. *h. e. Obtrudam.* *Conf. Reineſ. Varr. Lect. 3, 4 p. 397.* Verba Graeca Cic. Off. 1, 111 c. 31. *i. immiſcere importune.* Cic. de N. D. 1, 109 c. 39 Vos autem non modo oculis imagines, ſed etiam animis inculcatis. Cic. de Orat. 2, 19 c. 5 Horum Graecorum, qui ſe inculcant auribus noſtris, ſimiles fuerunt.

INCVLCATVS, a, um. Partic. Lapides inculcati Columel. 8, 15. Panni Idem 6, 12. Miſi ἀρχέτυπον ipſum crebris locis inculcatum et refectum Cic. Att. 16, 3. *i. interpolatum.* *Et* Att. 2, 23 Tertium caput, a quo ſit inculcatum, vides. Cic. Brut. Ep. 16 Hanc ego ciuitatem videre velim, aut putem vllam, quae ne traditam quidem atque inculcatam libertatem recipere poſſit. *i. Vſitatam atque a maioribus receptam, et in qua imbuti atque educati ſumus.* *Sic*, Inculcatae perſuaſiones Quinctil. 3, 1, 6.

INCVLCATIO, ōnis. f. Tertull. Apol. c. 39 Diſciplinam praeceptorum inculcationibus denſamus.

INCVLCATOR, ōris. m. Tertull. Scorpiac. c. 6.

INCVLPABILIS, e. Adi. Solin. c. 30 *(al. 43)* Prudent. Apoth. 951. Auien. Virgin. Arat. 280.

INCVLPABILITER. Adu. Sariſb. 1, 4.

INCVLPATIM. Adu. l. 20 Cod. Theod. de Palatin. Sacrar. largit.

INCVLPĀTVS, a, um. Adi. [ἀναίτιος] *Qui caret culpa.* Gell. 1, 5 Sicuti omnis culpae priuatio, inculpatum facit. Inculpatus autem, inſtar eſt abſolutae virtutis. Idem 14, 2 Eum conſtabat virum eſſe ferme bonum, notaeque et expertae fidei, et vitae inculpatiſſimae. Idem 7, 22 Non omnino inculpatum, neque indefidem viſum eſſe. *Vid.* Macrob. Saturn. 6, 7. Fides Ouid. Met. 9, 672. *Conf.* Id. ib. 2, 588. Honeſtae et inculpatae vitae teſtis, *cui opponitur* Notatus et reprehenſibilis Caliſtratus in l. Teſtium D. de teſtibus.

INCVLTE, INCVLTVS, *vid.* INCOLO.

INCVMBA, ae. f. *Pars pilae in confornicationibus, cui illae incumbunt.* Vitruu. 6, 11 Extremae pilae in his latiores ſpatio ſunt faciendae, vti vires eae habentes reſiſtere poſſint, quum cunei ab oneribus parietum preſſi, per coagmenta ad centrum ſe prementes extruderint incumbas. *Conf. Baldi Lex. p. 61.*

INCVMBO, cubui, cubitum, ĕre. [ἐπίκειμαι, ἐπικλίνομαι, ἀπερείδω] *Inniti, et incubare conari.* Sen. Ep. 123 Qui per pronum eunt reſupinant corpora; qui per arduum, incumbunt. Virg. Ecl. 8, 16 Incumbens tereti Damon, ſic coepit, oliuae. Plin. 2, 64 Namque in illo caua in ſe conuexitas vergit, et cardini ſuo, hoc eſt terrae, vndique incumbit. Aratris incumbere Virg. Georg. 1, 213. Baculo incumbens Ouid. Faſt. 1, 177. Martial. 5, 13 At tua centenis incumbunt tecta columnis. Gladio incumbere Auctor ad Heren. 1, . . Humero alicuius Virg. Aen. 5, 325. Lecto incumbens Ouid. Met. 11, 657. Mucroni incumbere Liu. Epit. 89 *pr.* Toro incubuit Virg. Aen. 4, 650. Voluptatibus incumbere Lactant. 2, 1, 3. ¶ 2 *Conſtructio diuerſa:* Arma incumberent ſtantes Salluſt. Fragm. 3, 12. Plaut. Caſin. 2, 4, 29 Si fors autem decolaſſit, gladium faciam culcitram, eumque incumbam. In gladium incumbere Cic. de Inuent. 2, 154. *Huc, et ad fatum Aiacis alludens* Auguſtus *apud* Sueton. 85. In ſpongiam incubuiſſe Aiacem *(tragoediam ſuam) iocabatur, i. deletam eſſe.* Liu. 35, 5 Denſis tamen ordinibus nunc alii in alios, nunc in ſcuta incumbentes ſuſtinebant impetus Romanorum. Incumbere illi, *et non* In illum. Quinct. 9, 3 *pr.* Si antiquum ſermonem noſtro comparemus, paene quidquid iam loquimur, figura eſt: vt *Hac re inuidere:* non vt omnes veteres, et Cicero praecipue, *Hanc rem:* et *Incumbere illi*, non *in illum.* Ad auxilia laborantium incumbere Scribon. Ep. med. Cic. pro L. Manil. 19 Quare videte, num dubitandum vobis ſit omni ſtudio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis veſtri, ſalus ſociorum, vectigalia maxima, fortunae plurimorum ciuium cum Republ. defenduntur. Caeſ. B. G. 7, 76 Omnesque et animo et opibus in id bellum incumberent. Cic. Philipp. 4, 12 c. 5 Incumbite in cauſam Quirites, vt facitis. Nunquam inter Senatum et vos conſenſus maior in vlla cauſa fuit. Idem Att. 3, 15 Atque vtinam ipſe Varro incumbat in cauſam, quod profecto, cum ſua ſponte, tum te inſtante faciet. In cupiditatem Cic. Att. 5, 13. Idem Fam. 10, 3 Incumbe per deos immortales in eam curam et cogitationem, quae tibi ſummam dignitatem et gloriam afferat. In eas diſputationes incubuit autem, vt doceret nullum tale eſſe viſum a vero, *etc.* Cic. Acad. 4, 77. Idem Fam. 10, 10 Mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem. Cic. pro Muraen. 59 Quid, Sergium Galbam (nam traditum memoriae eſt) nonne proauo tuo fortiſſimo atque florentiſſimo viro M. Catoni incumbenti ad eius perniciem Populus Romanus eripuit? Idem Fam. 1, 9 Incumbit in eius perniciem. In Remp., *Studere et vacare Reip.* Cic. Fam. 10, 5. Ibid. 1, 6 Monere te atque hortari, vt in Remp. omni cogitatione, curaque incumberes. Cic. in Catil. 4, 4 Quare P. C. incumbite ad ſalutem Reipubl. circumſpicite omnes procellas, quae impendent, niſi prouidetis. Cic. Att. 2, 16 Quare incumbamus, ò noſter Tite, ad illa praeclara ſtudia. Idem ibid. 1, 16 Pompeius vero ad voluntatem perferendae legis incubuerat. *i. Volebat perferre legem agrariam.* Eo maxime incumbis Cic. Philipp. 11, 22. Haec doce, haec profer, huc incumbe Cic. pro Planc. 45. *Et* Phil. 6, 18 Volunt idem omnes ordines, eodem incumbunt municipia. Labori Sil. 4, 820. Animo toto incumbe et ſtudio omni in eam rationem, qua adhuc vſus es Cic. Q. Frat. 1, 1. Neruis cunctis Ouid. ex Pont. 3, 1, 39. Officio tutoris incumbit l. 1 §. 3 D. de tutel. et rat. Pectore toto Ouid. ex Pont. 3, 1, 39. Omni ſtudio, virtute, auctoritate ad Rempublicam conſeruandam Cic. pro Sull. 82. Ceris et ſtilo Plin. Epiſt. 7, 27. Poſſeſſioni incumbere: Diocletian. et Maximian. in l. Conſentaneum C. Quomodo et quando iudex, A quo ter citatus, ſi contumaciter praeſentiam ſui facere neglexerit: non abs re erit, vel ad cogendum eum, vt ſeſe repraeſentet: vel poſſeſſionem bonorum, cui incumbit, ad te transferre, et aduerſarium petitorem conſtituere: vel auditis defenſionibus tuis id quod iuris ratio exegerit iudicare: *Quo loco, quid ſit* animo et corpore, *vel* animo *tantum* poſſeſſioni incumbere, *notatur.* Cic. Fam. 8, 11 De prouinciis in quam adhuc incubiſſe cum Senatu Pompeius videtur, vt Caeſar ante Idus Nouembres decedat. Incumbit illi ſpes, *i. Imminet, aut manet illum.* Suet. in Tiber. Caeſ. c. 15 Ac multo magis poſtquam Agrippa abdicato atque ſepoſito, certum erat vni ſpem ſucceſſionis incumbere. *Violenter incidere, et irruere* Quinctil. 5, 9. Cic. pro Planc. 17 Potius quam ab ipſis, qui in te ipſum incubuerunt, te depulſum putas. Aeſtas incumbens ſcopulis, Etiam ſaxa caloribus penetrans Seruius: Virg. Georg. 2, 377. *Inclinare in aliquam partem.* Plaut. Aulul. 4, 1, 8 Hoc ſerui officium reor, retinere ad ſalutem, non eum, quo incumbat, eo impellere. Cic. Q. Fratr. 1, 1 Praeſertim quum ii mores tantum iam ad nimiam lenitatem et ambitionem incubuerint. Ad bonum virum repentina voluntatum inclinatio

tio

tio incubuit Cic. pro Muraen. 53. *Aliquando cum Infinitiuo iungitur:* Virg. Georg. 4, 248 Quo magis exhauſtae fuerint (*apes*) hoc acrius omnes Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas. Tacit. Hiſt. 2, 10, 4 Ad haec terrore et propria vi Criſpus incubuerat delatorem fratris ſui peruertere. ¶ 3 *Obſ.* Incumbit defenſio mortis heredi Vlpian. in l. Neceſſarios §. *fin.* D. Senatuſc. Syllaniano, *etc.* *Ad officium pertinet, vt* Incumbere nobis *dicitur, quod nos onere ſuo grauat.* Tacit. Ann. 14, 24 Caetera inuidiam mouent, quae quidem infra tuam magnitudinem iacent, ſed mihi incumbunt. Incumbere *pro Incubare vſus eſt* Petron. c. 33 Repoſitorium allatum eſt cum corte, in qua gallina erat lignea patentibus in orbem alis, quales eſſe ſolent, quae incumbunt oua. *Sed Burm. praetulit* incubant.

INCVNABŬLA, orum. n. *Pl.* [κοιτίδες] *Idem quod ſimplex Cunabula.* Plaut. Truc. 5, 13 Faſciis opus eſt, puluinis, cunis, incunabulis. *Et* Amphitr. 5, 1, 52 Neque eum quisquam quiuit colligare incunabulis. *Sic enim leg. non* in cunabulis. Cic. pro Roſc. Amer. *extr.* *Pro Initiis:* Cic. in Orat. 42 c. 13 Non alienum fuit de oratoris quaſi incunabulis dicere. Firmic. 1, 3 Illum in primis vitae incunabulis conſtitutum, inter initia vagientis infantiae, fugientis animae deſerit vita. Cic. in Salluſt. c. 3 ſ. 12 An vllum exiſtimas poſſe fieri ciuem egregium, qui non his artibus et diſciplinis ſit eruditus? an vlla alia putas rudimenta et incunabula virtutis, quibus animi ad gloriae cupiditatem aluntur? Diſcendi incunabula Quinctil. in Prooem. 1. Ab incunabulis noſtrae veteris puerilisque doctrinae Cic. de Orat. 1, 23 c. 6. *Et* de Fin. 5, 55 c. 20 Omnes veteres philoſophi ad incunabula accedunt, *i. primas puerorum aetatulas conſiderant.* Cic. Verr. 4, 107 In his locis veſtigia ac prope incunabula reperiuntur deorum. *Pro Loco vbi nati vel educati ſumus, ſiue pro Natalibus et origine generis.* Cic. Att. 2, 15 Ego vero in montes patrios, et ad incunabula noſtra pergam. Iouis incunabula Crete Ouid. Met. 8, 99. Maiorum incunabula Iuſtin. 31, 8, 4.

INCVNCTANS, antis. Adi. *Vox apud ICtos. it.* Paullin. Petrocor. 5, 132 *et* 297. *it.* de Viſit. Nep. v. 40.

INCVNCTANTER. Adu. Lactant. 6, 12 Incunctanter ac fortiter mortem ſubire.

INCVNCTĀTVS, a, um. Adi. Apul. Met. 5 p. 165 Illae incunctatae ſtatim conferto veſtigio domum penetrant. *al. ſcribitur* Incontatus.

INCVNCTABĬLIS, e. Adi. Digeſt. l. 22 tit. 5 l. 21 illud incunctabile eſt.

INCVRABILIS, e. Adi. Fulgent. Epiſt. ad Venant. Morbus incurabilis. *Improbat Voſſ. de Vit. L. L. 3, 16.*

INCVRĀTVS, a, um. Adi. [ἀνήκεστος, ἀτημέλητος] Hor. Epiſt. 1, 16, 24 Stultorum incurata pudor malus vlcera celat. *Conf.* Vopiſc. Aurel. c. 28.

INCVRIA, ae. f. [ἀμέλεια] Negligentia, *inquit* Feſtus. Cic. de Prouinc. Conſ. 5 Miſerandum in modum milites Pop. Rom. capti, necati, deſerti, diſſipati ſunt incuria, fame, morbo, vaſtitate conſumti. Deſertos, opis expertes, incuria mactat Lucret. 6, 1239. Hor. de Arte Poët. 352

Si plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut, *etc.*

Vituperanda eſt rei maxime neceſſariae tanta incuria Cic. de Amicit. c. 23 *pr.*

INCVRIŌSVS, a, um. Adi. *Negligens.* Gell. 2, 28 Quippe M. Cato vir in cognoſcendis rebus multi ſtudii, incerta tamen cauſa et incurioſa, ſuper ea re opinatus eſt. *Pro Vacuus cura.* Tacit. Ann. 2 *extr.* Dum vetera extollimus, recentium incurioſi. *Et* Ann. 4, 32 Et princeps proferendi incurioſus erat. *Conf.* Suet. Auguſt. c. 79. Aetas Tacit. in Vit. Agric. 1. Idem Hiſt. 5, 22 Nauibus remeabat disiecto agmine, incurioſis vigiliis. Incurioſus proximorum Plin. Epiſt. 8, 20. Tac. Hiſt. 3, 6 Summi diſcriminis incurioſus.

INCVRIOSE. Adu. [ἀμελῶς, ἀβλεμέως] *Negligenter.* Caſtra in hoſtico incurioſe poſita Liu. 8, 38. Gell. 2, 6 Reprehendunt quaſi incurioſe et abiecte verbum poſitum. *Add.* c. vlt. Tacit. Hiſt. 1, 13 Namque Otho pueritiam incurioſe, adoleſcentiam petulanter egerat. *Comparat.* Idem Hiſt. 4, 28 Caeſae cohortes eorum in vico Marcoduro incurioſius agentes. Pudor, veluti veſtis, quanto obſoletior eſt, tanto incurioſius habetur Apul. Apol. p. 274.

INCVRIVS, *pro Incurioſius.* Iuſtin. 5, 9, 10 Pro aliena dominatione incurius pugnatur. *Vulgo* Securius, *quod ex MSS. firmat Burmannus.*

INCVRIOSITAS, ātis. f. [Gl. Vet. ἀπραγμοσύνη, Incurioſitas] Caſſiod. Epiſt. 7, 4 Nec ſub incurioſitate tranſmittat. Saluian. de Gub. Dei 1 *pr.* De incurioſitate ac negligentia ſenſiſſe.

INCVRRO, curri, curſum, ĕre. [ἐπιτρέχω, ἐμπίπτω, ἐπιβάλλω] *Contra aliquem currere, vel Incidere et concurrere in aliquem.* Liu. 1, 37 Eo praelio praecipua equitum gloria fuit, vtrinque ab cornibus poſitos, quum iam pelleretur media peditum ſuorum acies, ita incurriſſe ab lateribus ferunt, vt, *etc.* Incurrere in hoſtes, *magno impetu ferri* Salluſt. Catil. c. 60 *extr.* Poſtquam Catilina fuſas copias, ſeque cum paucis relictum videt, memor generis atque priſtinae dignitatis, inter conſertiſſimos hoſtes incurrit: ibique pugnando confoditur. Martial. 1, 38 Pectore nec nudo ſtrictos incurris in enſes. *Cum Accuſat.* Incurrerunt eos a tergo Salluſt. Fragm. 6, 6. Ne quo caſu caloris iuuenilis impetu lapſus, neſcius neſciam ſororem incurreret Apul. Met. 10 p. 250 *pr.* Veget. 109 Acrius hoſtes incurrunt. *Conf.* Tacit. 1, 51. *et* 2, 17. Idem Ann. 2, 16 Soli Cheruſci iuga inſedere, vt praeliantibus Romanis Deſuper incurrerent. Cic. Fam. 9, 2 Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat. ¶ 2 *Subſtantiua, cum Praepoſitione* In. Incurrere in aduerſam hoſtium Aciem, *vid.* ACIES. Cic. de L. Agr. 2, 81 Quum a maioribus veſtris P. Lentulus, princeps Senatus, in ea loca miſſus eſſet, vt et priuatos Agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coëmeret. Idem Attic. 2, 8 Emerſeram commode ex Antio in Appiam ad Tres tabernas ipſis Cerealibus, quum in me incurrit Roma veniens Curio meus, *i. incidit caſu.* *Sic* Incurrere et incidere in aliquem Cic. pro Planc. 17. Incurrere, *praeter ſpem:* Inuadere, *ex deſtinato.* Cic. pro Sext. 14 c. 6 Neque quemquam offendet oratio mea, niſi qui ſe ita obtulerit, vt in eum non inuaſiſſe, ſed incurriſſe videamur. In aliquem caeco impetu Idem de Fin. 1, 44. *Et* Fam. 12, 16 Deinde qui magis hoc Lucilio licuerit, aſſumere libertatis, quam nobis? quum etiam, ſi odio par fuerit, in eos quos laeſit, tamen certe non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurreret. Cic. pro Planc. 91 Si bene de me meritis gratum me praebeo, non deſino incurrere in Crimen hominis nimium memoris, nimiumque grati. Idem Fam. 4, 2 Nihil enim conſtitui poteſt, quod non incurrat in magnam aliquam Difficultatem. In Domum atque Famam alterius Cic. pro Cael. 42. Idem Fam. 11, 10 Aut Apennino, Alpibusque ſe teneat, et decurſionibus per equites quos habet multos, vaſtet ea Loca, in quae incurrerit. Cic. de Clar. Orat. 251 Incurro in Memoriam communium miſeriarum, quarum obliuionem quaerens, hunc ipſum ſermonem produxi longius. In Morbos, in damna, in dedecora Idem de Fin. 1, 47. In Mucronem Idem pro Caecin. 84. In Nauim vnam multae claſſes armatae incurrunt Cic. pro Sext. 46. Idem Attic. 12, 22 (21) Quid enim mihi foro, ſine iudiciis, ſine curia, in Oculos incurrentibus iis, quos aequo animo videre non poſſum? *Eſt proprie* In oculos incurrere, *Oculis admoueri non intentis, et cum quadam offenſione.* Quinctil. 7, 2 Alii vitantes, ea, quae in Oculos incurrunt, exquirenda putant. *Add.* Cic. Fam. 2, 16. Oculis, *Idem:* Senec. de Benef. 1, . . Cic. Offic. 1, 150 Primum improbantur ii quaeſtus, qui in Odia hominum incurrunt, vt portitorum, vt feneratorum, *i. quae homines oderunt.* In Ordinem Quinctilian. 1, 5. In Perniciem apertam Cic. de Nat. Deor. 3, 69. In Praelia incurrunt tauri Virgil. Aen. 12, 727. In Reprehenſiones varias Cic. de Fin. 1, 1. In Sapientem caſus poteſt incurrere Idem Tuſc. 5, 29. In tempora aliqua Cic. Q. Fratr. 3, 5. In Tempus exercitationis incurrit febris Celſ. 3, 15. Cic. Fam. 2, 15 Sed incurrit haec noſtra laurus non ſolum in Oculos, ſed iam etiam in Voculas maleuolorum, *i. male loquuntur de ea maleuoli.* Idem de Fin. 2, 103 Quos quidem dies, quemadmodum agatis, et in quantam hominum facetoſam Vrbanitatem incurratis, non dico: nihil opus eſt litibus. ¶ 3 *Formulae aliae:* Incurrit Suſpicio fraudis, *abſolute* Papinian. in l. Ab herede D. de ſeparationibus. Incurrit hic et alia inſpectio Triphonius in l. Bona fides §. 1 D. Depoſiti vel cont. Incurrere Circenſibus natalem alicuius Sueton. in Tiber. c. 26. *i. in eum diem incidere.* Cic. Attic. 7, 7 Tua λῆψις quem in diem incurrat neſcio. In ipſas Eteſias nauigatio incurrebat Idem Fam. 15, 11 *extr.* Acies incurrunt Sil. 4, 143. Armis denſis incurrimus Virgil. Aen. 2, 409. Haſtis aduerſis incurrere Idem Aen. 11, 613. Vrſi incurrunt armentis Ouid. Met. 7, 546. Scribon. Epiſt. *extr.* Erit nota denarii vnius pro Graeca Drachma. Aeque enim in libra ✠ Denarii octoginta quatuor apud nos, quot Drachmae apud Graecos incurrunt. *Paſſiue.* Iuuen. Sat. 6, 330 Si nihil eſt, ſeruis incurritur: *de libidine muliebri, vt* Apul. Met. 10 p. 250 *pr.* Ne quo caſu — ſororem incurreret.

INCVRRENS, entis. Partic. Cic. Q. Fratr. 3, 5 Ne in noſtra tempora incurrens offenderem quempiam. Idem Att. 12, 21 In oculos incurrentes.

INCVRSŪRVS, a, um. Part. [ἐμπεσούμενος] Ouid. Met. 5, 198 Incurſurus erat, tenuit veſtigia tellus.

INCVRSVS, a, um. Adiect. Sidon. Epiſt. 8, 9 Vinculum incurſi angoris.

INCVRSIO, ōnis. f. [ἐπιβολή] *Occurſatio rerum inter ſeſe.* Cic. de Nat. Deor. 1, 115 Quum ſine vlla intermiſſione pulſetur, agiteturque atomorum incurſione ſempiterna. Incurſio militum in agros hoſtium Idem pro Caecin. 44 c. 15. Incurſio atque impetus armorum Caeſ. Bell. Gall. 5, 21. Liu. 1, 11 Antennatium exercitus per occaſionem ac ſolitudinem hoſtiliter in fines Romanos incurſionem facit. Cic. pro Cluent. 102 Ergo adhuc Iunii iudicium video eſſe eiusmodi, vt incurſionem potius ſeditionis, vim multitudinis, impetum tribunicium, quam iudicium appellandum putem.

INCVRSVS, ūs. m. [ἐπιδρομή, ἔφοδος] Plin. 8, 42 Vnde equis tolutim carpere incurſus traditur arte. Suſtinere incurſus Ouid. Met. 3, 82. Cic. pro Caecin. 22 Impetum armati Antiochi, caeterorumque tela et incurſus refugit. Luporum incurſus Virg. Georg. 3, 407. Columel. 4, 17 Nam vbi magna vis et incurſus eſt Pluuiarum procellarumque, *etc.* Idem 1, 6 Nec areſcere ventis ſinunt, aut Solis incurſu patiuntur exuri. Vndarum incurſu ſonat vnda Ouid. Met. 11, 496. Tacit. Ann. 4, 24 Non Graui, nec vno incurſu confectandum hoſtem. Primo incurſu Liu. 2, 25. Repentino incurſu Tac. Hiſt. 3, 9 *pr.* Timendi incurſus omni de parte Ouid. ex Pont. 4, 14, 27.

INCVRSIM. Adu. *Celeriter, incurſione vna.* Caecilius Fallacia, Nullus ſum, niſi meam rem iam omnem propero incurſim perdere. Non. 2, 448.

INCVRSO, āre. Frequent. [ἐπιδράμομαι] *Currendo petere et offendere.* Plaut. Aul. 1, 4, 57 Aſini me mordicibus ſcindant, boues incurſent cornibus. Ouid. Met. 2, 205 Atque ſub aethere fixis Incurſant ſtellis. Fortius incurſant Tyrii Stat. Theb. 8, 159. Tac. Hiſt. 3, 18 Nutantem Aciem victor equitatus incurſat. Liu. 5, 31 Volſinienſes ſuperbia elati, vltro Agros Romanos incurſauere, *i. praedati ſunt.* Plaut. Bacchid. 5, 2, 29 Arietes truces nos erimus, iamque in vos incurſabimus. Idem Poen. 4, 1, 3 Is autem porro verberat nos, incurſat pugnis, calcibus. In fortunas omnium Auct. ad Herenn. 4, 52 c. 39. Plin. 9, 31 Dimicant inter ſe arietes aduerſis cornibus incurſantes. Incurſat color alii colori, *Contendit et pugnat, ſiue certat.* Plin. 28, 8 Cor annexum in lana ouis nigrae, cui nullus alius color incurſauerit, et primo partu genitae, quartanas abigere dicitur. Incurſabit in te dolor meus Cic. Att. 12, 40. *Cum Datiu.* Quinct. 10, 3 Intentionem ſi tota mente in opus ipſum direxeris, nihil eorum, quae oculis vel auribus incurſant, ad animum peruenit.

INCVRSANS, antis. Part. [ἐπιδραμόμενος] Plin. 11, 37 Natura oculos compoſuit lubricos propter incurſantia, et mobiles.

INCVRSĬTO, āre. Sen. de Ira 2, 35 Iram multa caligine incurſitantem, vaſtantem, fugantemque. Ibid. 3, 6 Properanti in multos incurſitandum eſt. *Significat Offenſare.* Alter in alterum incurſitat Sen. de Vita Beat. c. 27.

INCVRSITANS, antis. Partic. Sen. de Ira 2, 35 Talem nobis iram figuremus, incurſitantem, vaſtantem, fugitantemque.

INCVRSATVS, a, um. Part. *paſſ.* Liu. 24, 41 Agmenque Romanum impune incurſatum ab equitibus hoſtium fuerat, *i. incurſione vexatum.*

INCVRSATIO, ōnis. f. Non. 1, 213 Male ſani aut laruarum incurſatione animo vexati.

INCVRSAX, ācis. Adi. Sidon. 8, 12 Incurſaces Maſſagetae.

INCVRVVS, a, um. Adi. [ἐπικαμπής, ἐπίκυρτος] *Idem, quod Curuus.* Ter. Eun. 2, 3, 44 Incuruus, tremulus, labiis demiſſis. Plin. 18, 19 Arator niſi incuruus praeuaricatur. Plin. 11, 52 Ariſtoteles longae eſſe vitae ponit incuruos humeris. Arbor Idem 12, 25. Bacillum incuruum et leuiter a ſummo inflexum Cic. de Diu. 1, 30. Carina Ouid. Met. 15, 644. Litus Mela 1, 19. Metae Stat. Silu. 5, 2, 26. Statua tenilis Cic. Verr. 2 c. 35.

INCVRVO, āre. [κυρτόω, ἐγκάμπτω] Plin. 16, 42 Robur, olea incuruantur, ceduntque ponderi. *Conf.* 4, 11. Cic. de Fin. 2, 33 c. 11 Incuruatum bacillum. Senec. de Ira 3, . . *et* Epiſt. 104. Arcus incuruant validis viribus Virg. Aen. 5, 500. Membra incurvata Ouid. Met. 6, 245. Podagra incuruata Gratius v. 478.

INCVRVATVS, a, um. *vid. ſupra.*

INCVRVATIO, ōnis. f. Hygin. Aſtron. 3, 16 Incuruatio caudae.

INCVRVESCO, ĕre. [κυρτοῦμαι] *Curuari.* Cic. Tuſc. 1, 69 c. 28 Ramos baccarum vbertate incurueſcere. *Ex Poëta.* Incuruiſcere *legit* Non. 2, 412. *Conf.* Id. de Orat. 3, 152 c. 38.

INCVRVICERVICVS, a, um. Adi. Pecus incuruiceruicum Pacuu. *apud* Quinct. 1, 5.

INCVDO, ĕre; *vnde*

INCVSVS, a, um. Adiect. [ἐγκόλαπτος] Virgil. Georgic. 1, 275 — Lapidemque reuertens Incuſum. Seruius, i. e. Manualem molam cudendo aſperatam. Incuſa auro dona Perſ. 2, 52.

INCVS, ūdis. f. [ἄκμων] *Inſtrumentum fabrorum ferrariorum, ſuper quod aliquid cuditur.* Plin. 33, 4 Incudibus non reſiſtit. Cic. de Nat. Deor. 1, 54 Ex quo efficiuntur hae rerum formae atque figurae, quas vos effici poſſe ſine follibus et incudibus non putatis. Gladios parante incude Iuuen. Sat. 10, 132. Mediis incudibus ablatum opus Ouid. Triſt. 1, 6, 29. Duris incudibus impoſiti enſes Virgil. Georg. 2 *extr.* Incudi reddere verſus, *per translationem: h. e. emendare et expolire.* Horat. in Arte Poët. 441 Et male tornatos (ter natos *Bentl.* formatos, *al.*) incudi reddere verſus. Sidon. 8, 4 Verſus a meditationis incude adhuc calidi. Idem 4, 1 Philoſophica incude formatus. Cic. de Orat. 2, 162 Si quidem nunc plane rudem inſtitui ad dicendum velim, his potius tradam aſſiduis vno opere eandem incudem diem noctemque tundentibus, qui omnes tenuiſſimas particulas, atque omnia minima manſa (vt aiunt nutrices) infantibus pueris in os inferant.

INCVSO, āre. [μέμφομαι, ἐγκαλέω] *Reprehendere alterius mores, et plerumque cum querela, quod ab illo iniuria ſis affectus, vt ait Valla 6 reprehendens Seruium.* Ter. Heaut. 5, 2, 7 Quid me incuſas Clitipho? Idem Phorm. 3, 1, 7 Equidem here nos iamdudum hic te abſentem incuſamus, qui abieris. Caeſ. Bell. Gall. 1, 40 Omniumque ordinum ad id concilium adhibitis centurionibus vehementer eos incuſauit. *Sic* 2, 15 Increpitare atque incuſare reliquos Belgas, qui ſe, *etc.* Virgil. Aen. 2, 745 Quem non incuſaui amens hominumque Deorumque? Plaut. Truc. 1, 2, 58 Quia qui alterum incuſat probri, ipſum ſe intueri oportet. Voce magna incuſat Latinum Virgil. Aen. 12, 580. Querelis incuſat fata Stat. Achil. 1, 439.

INCVSANS, antis. Part. Liu. 1, 9 Incuſantes violati hoſpitii foedus. Intemperiem caeli incuſantes Tac. Hiſt. 2, 94.

INCVSATIO, ōnis. f. [μέμψις] Cic. de Orat. 3, 304 c. 27 Quorum partim habent vitiorum et peccatorum acrem quandam cum amplificatione incuſationem aut querelam, *etc. Conf.* Gloſſar. Vet. Latin. Gr.

INCVSATVS, a, um. Part. Columel. 3, 17 Sterilitas cacuminis iure incuſata.

INCVSATOR, ōris. m. *Idem ac Accuſator.* Cod. 12 t. 36 l. 18 §. 8 Incuſatori licentia denegetur.

INCVSABILIS, e. Adi. *Compar. apud* Tertull. ad Nation. 1, 12.

INCVSATIVVS, a, um. Adi. *Idem, quod Accuſatiuus: vt,* Caſus incuſatiuus Diomed.

INCVSTODĪTVS, a, um. Adi. [ἀφύλακτος] *Non cuſtoditus.* Martial. 1, 35 Incuſtoditis et apertis Lesbia ſemper Liminibus peccas. Boues incuſtoditae Ouid. Met. 2, 686. Litus Sil. 5, 40. Ouile Ouid. Triſt. 1, 5, 10. Paſtus Apul. 6 p. 178. Vrbs Sil. 15, 245. Frontin. 3, 2, 6. *Aliter:* Plin. Epiſt. 6, 29 Tuitus ſum Iulium Baſſum, vt incuſtoditum et minus cautum, ita minime malum. Incuſtoditum, *i. ſimplicem, improuidum.*

INCVTIO, ſſi, ſſum, ĕre. [προσβάλλω, ἐμβάλλω] *Ex In et Quatio, ſignificat Inicere, et cum quodam impetu ferire.* Iuuen. Sat. 9, 5 Nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſeruo. Quinctil. 2, 13 Iam collidere manus, terrae Pedem incutere, femur, pectus, frontem caedere, mire ad pullatum circulum facit, *i. ferire terram pede.* Plin. 7, 53 Q. Aemilius Lepidus iam egrediens incuſſo Pollice limini cubiculi. Scipionem eburneum in caput alterius Liu. 5, 41. *Ad inanimata transfertur.* Cic. de Vniuerſ. 32 Rurſusque emerſi errorem incutiant rationis expertibus. Deſiderium vrbis alicui Horat. Epiſt. 1, 14, 22. Metum Liu. 2, 18. Plaut. Trin. 1, 2, 38 Omnibus amicis Morbum incuties tu grauem, vt te videre, audireque aegroti fient. Morbos alicui Lucret. 6, 772. Negotii aliquid alicui Horat. Serm. 2, 1, 18. Liu. 2, 8 *extr.* Poſtea iam tenenti COS. foedum inter precationem deûm nuntium incutiunt, mortuum eius filium eſſe, *etc.* Pauorem Liu. 27, 42. Idem 31, 34 *pr.* Quod promtiores ad ſubeundam omnem dimicationem videbatur facturum, id metum Pigritiamque incuſſit. Pudorem alicui Horat. Epiſt. 1, 18, 77. Religionem Liu. 29, 18 *extr.* Ibidem 22, 42 *extr.* Claudiique Conſulis primo Punico bello memorata naualis clades Religionem animo incuſſit. Terrorem Patribus Liu. 3, 4. Cic. de Orat. 2, 209 c. 51 Item Timor incutitur, aut ex ipſorum periculis, aut ex communibus. Virg. Aen. 1, 69 Incutite Vim ventis, ſubmerſaſque obrue puppes. Paterc. 2 *ſub fin.* Recte faciendi omnibus aut incuſſa Voluntas, aut impoſita neceſſitas.

INCVSSVS, a, um. Part. [ἔμβλητος] Plin. 22, 14 Medetur cum mica ſalis, contuſis, incuſſiſque, inuſtis, et ſtrumis. Tac. Hiſt. 4, 30, 1 Incuſſae trabes perfregere. Paterc. 2, 126, 2 Recte faciendi omnibus, aut incuſſa voluntas, aut impoſita neceſſitas.

INCVSSVS, ūs. m. Tac. Hiſt. 4, 23, 4 Armorum incuſſu praecipitati. *Conf.* Prud. Cath. 5, 7.

INCVSSIO, ōnis. f. *Idem. ICt. in* Dig.

INCVSSOR, ōris. m. Paullin. Petrocor. de Vita Martin. 5, 285 Incuſſor laceri quatiebat corporis artus. *Vid. Barth.*

INDĀGO, āre. [ἰχνεύω, ἐξετάζω] *Venatorum more inquirere.* Plaut. Merc. 3, 4, 38 Eo ſi pacto poſſet indagarier mulier. Cic. in Orat. 11 Reprehendent, quod inuſitatas vias indagemus, tritas relinquamus. Canis natus ad indagandum Idem Fin. 2 c. 13. Indagare, inuenire, et veluti ex tenebris eruere Cic. de L. Agr. 1, 3. Semper potius duxi mea peccata tegere, quam aliena indagare Apul. Apol. p. 284, 23. Cic. Verr. 2, 135 c. 54 Haec vero eius erat ars et malitia miranda, quod acutiſſime tota prouincia quid cuique eſſet neceſſe, indagare et odorari ſolebat. Id. pro Mil. 104 Quum illa indicia communis exitii indagaui, patefeci, protuli, extinxi, omnes in me meosque redundant ex illo fonte dolores? Indagare, *vt bene coniicit Voſſ. Etymol. voce* Ambages, *eſt ab* Indo, *vel* Indu agere, *a propter contractionem producto, et mutata Coniugatione. Sic* Propagare *eſt* Prope agere.

INDAGATVS, a, um. Part. Cic. Att. 2, 7 De Publio quae ad me ſcribit, ſane mihi iucunda ſunt: eaque etiam velim omnibus veſtigiis indagata ad me afferas, quum venies.

INDAGATIO, ōnis. f. [ἴχνευσις] Cic. Acad. 4, . . Indagatio ipſa rerum, *etc. Et* Tuſc. 5, 69 c. 24 Inde eſt indagatio nata initiorum, et tanquam ſeminum, vnde eſſent omnia orta, *etc.* Indagatio et inuentio veri Cic. Off. 1, 16 c. 5.

INDAGĀTOR, ōris. m. [ἰχνευτής] Colum. 9, 8, 12 Sed indagatorem conueniet matutina tempora veſtigandi eligere. Indagator aquarum Idem 2, 2, 20. *Conf.* Plaut. Trin. 2, 1, 15. *Et* Vitruu. 1, 6. *Et* Solin. c. 43.

INDAGĀTRIX, īcis. f. [ἰχνεύτις] Cic. Tuſc. 5, 5 c. 2 O vitae philoſophia dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum. Valer. Max. 9, 4 *pr.* Auaritia latentium indagatrix lucrorum.

INDAGATVS, ūs. m. Apulei. Met. 7 p. 191 Vexillationum indagatu.

INDAGANTER. Adu. [ἰχνευτικῶς] Colum. 5, 1, 2 Boni venatoris eſt, indaganter quamplurimas feras capere. *Sed repoſui ex MSS.* indagantem.

INDAGO, ĭnis. f. [ἰχνηλασία] *Inueſtigatio, inquiſitio, proprie venatorum.* Plin. 9, 7 In qua ſententia fuiſſe Ariſtotelem video, et ea multis perſuaſiſſe doctrinae indaginibus. *Proprie eſt Series plagarum in varos ſeu furcas venatorias ſubrectarum, ſaltusque cingentium.* Virgil. Aen. 4, 121 — Saltusque indagine cingunt. Caeſ. Bell. Gall. 8, 18 Siluis vndique impeditiſſimis, aut altiſſimo flumine, vel indagine turrium munitum. *De quodam campo* Lucan. 6, 42

> Diſponit caſtella iugis, magnoque receſſu
> Amplexus fines, ſaltus, nemoroſaque teſqua
> Et ſiluas, vaſtaque feras indagine claudit.

Lineas *hodie vocant.* Armata indagine luſtrare omnem proſpectum Stat. Theb. 12, 451. *Conf.* Idem Theb. 2, 553. *Et vid. ibi* Scholiaſt. Tacit. Ann. 13, 42 Romae teſtamenta et orbos velut eius indagine capi, *i. captatorem eſſe orborum, ita vt nullus captiones eius euadat: De Seneca.* Idem Agricola c. 37 Cohortes indaginis modo — perſultare iuſſit. Plin. Paneg. 35 *de delatoribus loquens in inſulas deportatis a Traiano,* Quos quidem non in praeſens tantum, ſed in aeternum repreſſiſti, mille poenarum indagine incluſos, *i. ſanctionum ſeueriſſimarum terrore a delationibus coërcitos cohibitosque.* Res maiorem et ampliorem expoſcit indaginem, *i. inquiſitionem* l. fin. §. 1 Cod. de Compenſ.

INDAGES, is. f. Claud. Mamert. 2, 2 Aliquid dignum tanta indage. Ibid. c. 8 Sublimium indage cauſarum.

INDĀGVS, a, um. Adi. Mart. Capell. 1 p. 9 Indaga veri cura.

INDE. [ἔνθεν] Adu. *de loco.* Ter. Andr. 2, 2, 31 Etiam puerum inde abiens conueni Chremis. Ibid. 1, 1, 110 Redeo inde iratus atque aegre ferens. Liu. 1, 1 Primo in Macedoniam veniſſe, inde in Siciliam quaerentem ſedes delatum. Plaut. Pſeud. 2, 2, 28 Quia videre inde eſſe. Cic. Attic. 9, 20 Qui autem veniunt inde, id modo nuntiant, *i. illinc. Veteres aliquando cum Genitiuo iunxere.* Ennius *apud* Feſt. *in* Lituus, Inde loci lituus ſonitus effundit acutos. Lucret. 5, 789 Inde loci mortalia ſaecla creauit. *Ad res relatum:* Plaut. Amph. 1, 1, 273 Cadus erat vini, inde impleui cirneam, *i. ex illo dolio.* Cic. Inuent. 1, 28 Si vnde neceſſe eſt, inde initium ſumetur. *de narratione breui.* Inde, *pro Ex eo Scribon. paſſim.* Ouid. Faſt. 5, 509 Stant calices: minor inde (*i. illorum, ſ. ex illis*) fabas, olus alter habebat. *Ad perſonam relatum:* Plaut. Curc. 5, 3, 44. Ter. Adelph. 1, 1, 21 Vxorem duxit: nati filii duo. inde ego hunc maiorem adoptaui mihi. *Conf.* Lucret. 5, 202. Inde, *pro Ob id, ob eam rem, propterea:* Ter. Heaut. 1, 1 *pr.* Quamquam haec inter nos nuper notitia admodum eſt, inde adeo, quod agrum in proximo hic mercatus es. Plin. Epiſt. 7, 5 *pr.* Incredibile eſt, quanto deſiderio tui tenear. In cauſa, amor primum: deinde, quod non conſueuimus abeſſe. inde eſt, quod magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo: inde, quod, *etc. Pro Deinde:* Liu. 1, 3 Crimini maxime dabant, Numitoris agros ab iis impetum fieri, inde eos collecta iuuenum manu hoſtilem in modum praedas agere. Quid tum inde? Cic. pro Muraen. 26. Plaut. Pſeud. 4, 6, 7 Minae viginti ſanae ac ſaluae ſunt tibi hodie, quas abs te inde eſt inſtipulatus Pſeudolus. Inde ab ineunte aetate cum animo depugnat ſuo, vel ab incunabulis Plaut. Trin. 2, 2, 24. Liu. 4, 36 *extr.* Et iam inde ab incunabulis imbutum odio Tribunorum. Iam inde ab initio minime laetus nouae origine vrbis Liu. 1, 2. *Add.* Cic. de Prou. Conſ. c. 13. Cic. pro Arch. 1 Quoad longiſſime poteſt mens mea reſpicere ſpatium praeteriti temporis, et pueritiae memoriam recordari vltimam, inde vsque repetens, hunc video mihi principem, *etc.*

INDEBĪTVS, a, um. Adi. [ἀνόφλητος] Sen. Herc. Oet. f. 14 Indebitos nato quidem compeſce fletus mater Alcidae inclyti. Pecuniam indebitam per errorem promiſiſti. eam, qui pro te fideiuſſerat, ſoluit Celſ. in l. 47 D. de condictione indebiti. Ouid. Epiſt. 16, 19 Praemia magna quidem, ſed non indebita poſco. Virgil. Aen. 6, 66 — Non indebita poſco Regna meis fatis, *i. promiſſa.* ¶ 2 *Subſtant.* Paullus in l. 25 §. 4 Si procurator D. de condict. indebiti. Si procurator tuus indebitum ſoluerit, et id tu ratum habeas, *etc.*

INDEBĪTE. Adu. Paullus in l. Cum de indebito quaeritur D. de probat. Niſi euidentiſſimis probationibus in ſcriptis habitis, oſtendere paratus ſit, ſeſe haec indebite promiſiſſe. *Add.* l. 25 §. 4 de probat. et praeſumt. Caſſiod. Epiſt. 1, 19 Indebite detinere. Idem Epiſt. 22 *extr.* Si nobis indebite victoria ſuffragetur. Auguſt. Serm. 122 Cur indebite occidiſti.

INDEBĪTO. *Aliud* Adu. Vlp. in l. Cum duo pro reo D. de condict. indeb. Quibus perſonis tria indebito ſoluta ſunt.

INDĔCENS, entis. Adi. [ἀπρεπής, ἀσχήμων] *Quod non decet, vel eſt praeter decorum.* Martial. 5, 14 Oculoque ludos ſpectat indecens vno. Petron. c. 128 Dic rerum numquid indecens ſum, numquid incomta? Suet. Claud. c. 30 Riſus indecens. *Superlat.* Senec. de Benefic. 1, 9 Indecentiſſimum ſponſaliorum genus eſt adulterium. *Sed caſtigatiores libri habent* decentiſſimum: *recte: loquitur enim de corruptione ſaeculi Seneca. Aditus, gradusque ad matrimonium, praerogatiua matrimonii mox contrahendi, his moribus, decentiſſima, etc.*

INDECENTER. Adu. [ἀπρεπῶς] Plaut. Merc. 4, 5 ſuppoſ. 17 Nec tolerant, vt aequum eſt, patres: ſed clamant, indecenter obſtrepunt. Quinctil. 1, 5, 64 Non indecenter efferri *de pronuntiatione. Comparat.* Sen. Epiſt. 27 Nunquam vidi hominem beatum indecentius. *Superl.* Quinct. 8, 3 Inſiſtere indecentiſſime.

INDECENTIA, ae. f. Vitium indecentiae Vitruu. 7, 5.

INDECET. [οὐ πρέπει] Plin. Epiſt. 3, 1 Nam iuuenes adhuc confuſa quaedam, et quaſi turbata non indecent.

INDECLINABĪLIS, e. Adi. [ἄφευκτος] *Quod declinari, vel vitari non poteſt.* Gell. 6, 2 Fatum, eſt ſempiterna quaedam et indeclinabilis ſeries rerum. Iuſtitia Sen. Epiſt. 78 (74). *Item* Epiſt. 67 (66) Animus, *pro Conſtanti, et qui nunquam variat. Conf.* Ammian. 25, 13.

INDECLINĀTVS, a, um. Adi. [ἄκλιτος] *Non flexus.* Ouid. ex Pont. 4, 10, 83 Haec tibi qui praeſtas indeclinatus amico, *etc.* Amicitia, *conſtans* Idem Triſt. 4, 5, 24.

INDECOCTVS, a, um. Adi. Dum praeclarum aliquid dolor indecoctus anhelat Iſcan. B. Troi. 3, 131. *i. adhuc aeſtuans.*

INDECŌRIS, e. Adi. [ἀπρεπής] *vel* INDECOR, ŏris. *pro* Indecoro, apud antiquos, Nonio *teſte* 8, 43 *reperitur.* Accius Athamante, Cuius ſit vita indecoris, mortem fugere turpe haud conuenit. Virgil. Aen. 12, 25 Nec genus indecores. Id. ib. 7, 231 Non erimus regno indecores, *etc.* Seruius, Aut ſyſtole eſt: aut certe dicimus Nominatiuum non inueniri, vt in multis Nominibus. *Add.* Claud. Laud. Stilic. 2, 145. Virg. Aen. 11, 845 Non tamen indecorem tua te regina reliquit.

INDECORĀBILITER. Adu. Accius *apud* Soſipat. . . Indecorabiliter alienis alunt.

INDECŎRVS, a, um. Adi. [ἀσχήμων] Decoro *contrarium, vt* Laſciuia indecora ludere Plin. 18, 35. Cic. Off. 1, 94 c. 27 Et iuſta omnia decora ſunt: iniuſta contra, vt turpia, ſic indecora. *Sic* de Fin. 3, 13 Si nihil malum, niſi quod turpe, inhoneſtum, indecorum, prauum, *etc.* Quaeſtus Liu. 21, 63. Viſus Plin. 13, 12.

INDECŌRE. Adu. [ἀπειρόκαλως] *Turpiter.* Cic. Off. 1, 14 c. 4 Cauetque, ne quid indecore, effeminateue faciat. Ibid. 1, 14 Vt ea ſi non decore, at quam minime indecore facere poſſimus.

INDECORO, are. Quis erit, qui non me — ſermone indecorans turpi fama differet. Accius *apud* Non. 2, 430.

INDEFATIGABĪLIS, e. Adi. Sen. de Ira 2 c. 12 Alius contentus breui ſomno, vigiliam indefatigabilem extendit.

INDEFATIGATVS, a, um. Adi. Indefatigata caeleſtium officia Sen. ad Marc. c. 18.

INDEFECTVS, a, um. Adiect. Viuacitas aeterna et indefecta Apul. de Deo Socr. p. 44. *Conf.* Tertull. Apol. c. 21. *et* de Pall. c. 3. *c. not. Salmaſ. p. 198.*

INDEFENSVS, a, um. Adi. [ἀνυπεράσπιστος] *Non defenſus, ſine defenſione.* Liu. 4, 28 Suos increpans clara voce. Hic praebituri (inquit) vos telis hoſtium eſtis indefenſi, inulti? Plin. 18, 7 Indefenſa quippe membranis continentur. Campania Sil. 6, 652. Capitolium clauſis foribus indefenſum, et indireptum conflagrauit Tac. Hiſt. 3, 71, 7. Idem Ann. 2, 77, 3.

INDEFENSE. Adu. l. 2 §. 2 De conſtitut. Pecun. Quae negotiatores indefenſe conſtituerint.

INDEFESSVS, a, um. Adiect. [ἀκάματος] *Non fatigabilis.* Ouid. Met. 9, 200 — ego ſum indefeſſus agendo. Plin. Paneg. c. 14 Poſt labores duraque imperia indomitus ſemper indefeſſusque.

INDEFESSE. Adu. Auſon. in Gratiar. Act. c. 35 Omnia agere indefeſſe et benigne.

INDEFESSIM. Adu. Sidon. Epiſt. 3, 2 Bonorum amicitias indefeſſim expetas. Claudian. Mamert. 1, 7 Igniculi indefeſſim ſcintillantes.

INDEFICIENS, entis. Adi. Indeficiens copia Auguſtin. Conf. 2, 8. *Add.* ib. 9, 10. Decorem habiturus indeficientem Tertullian. aduerſ. Iud. c. 14. Lumen Lactant. 4, 8 *extr.* *Add.* Paullin. Nol. Ep. 23 n. 8.

INDEFICIENTER. Adu. Indeſinenter et indeficienter cohaerere Auguſtin. Conf. 12, 11.

INDEFINĪTVS, a, um. Adi. [ἀόριστος] *Non ſatis finitus et circumſcriptus, et ob id obſcurus et perplexus.* Gell. 16, 4 Indefinitus, inexplicabilisque ſermo fiet. *Conf.* Apulei. de Syllog. Cat. p. 374. *Et* Mel. 3, 7.

INDEFINITE. Adu. Gell. 2, 24 Promiſcue atque indefinite largiri, *ſine fine, diſcrimine, etc.*

INDEFLĒBĬLIS, e. Adiect. Gloſſar. Gr. Lat. ἄκλαυστος, indeflebilis.

INDEFLĒTVS, a, um. Adi. [ἄκλαυστος] Ouid. Met. 7, 611 Qui lacriment deſunt, indefletaeque vagantur Natorum matrumque animae, iuuenumque ſenumque.

INDEFLEXVS, a, um. Adi. [ἄκαμπτος] *Quod nondum deorſum, vel retrorſum flecti coepit.* Plin. Paneg. c. 4 Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, et dignitas oris, ad hoc aetatis indeflexa maturitas. Apul. de Deo Socr. *pr.* Indeflexo curſu. Ammian. 27, 9 Indeflexa ſaeuitia punire errata.

INDEIECTVS, a, um. Adi. *pro Non deiecto.* Ouid. Met. 1, 288 Si qua domus manſit, potuitque reſiſtere tanto Indeiecta malo.

INDELASSATVS, a, um. Adi. Indelaſſato properantia corda vigore Manil. 5, 63.

INDELEBĪLIS, e. Adi. [ἀνεξάλειπτος] Ouid. Met. 15, 876 Nomenque erit indelebile noſtrum.

INDELECTATVS, a, um. Adi. At ille non indelectatus nequitia mea Petron. c. 87.

INDELIBĀTVS, a, um. Adi. [ἀσπευστος] *Nihil imminutus.* Ouid. Triſt. 1, 4, 68 Dum iuuat, et vultu ridet fortuna ſereno, Indelibata cuncta ſequuntur opes. Sil. 15, 271 Virgo.

INDELICTVM, i. n. *Non-delictum.* Actius in Hellenibus *apud* Feſtum in Probrum, Qui, niſi probrum, alia omnia indelicta exiſtimant. *vid.* INDICENS.

INDEMNĀTVS, a, um. Adi. [ἀκατάκριτος] Plaut. Curc. 5, 3, 17 Proh deum atque hominum fidem, hoccine pacto, indemnatum atque inteſtatum me arripi! *i. nulla ſententia in me lata.* Cic. Verr. 5, 12 c. 6 Vt quam damnatis ſeruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Romanis reſeruares? *i. iudicio populi, legitimis comitiis non damnatis.* Paterc. 2, 45 Ciuis indemnatus. *Conf. Burmann. ad* Petron. c. 111 Si antequam fata poſcant indemnatum ſpiritum profuderis.

INDEMNIS, e. Adi. *Immunis a damno.* Senec. de Vita Beata . . . Liber eris, tutus, indemnis, nihil fruſtra tentabis, nihil prohibeberis. Idem Epiſt. 9 Qui per ferrum, et ruinas, et ignes illaeſus, et indemnis euaſit? *Conf.* Idem de Conſt. Sap. c. 5. Vlp. in l. Bona fide D. de noxal. action. Vel officio iudicis conſequetur, vt indemnis maneat.

INDEMNĬTAS, ātis. f. [ἀζημία] *Damni vitandi ratio.* Papin. in l. Fideiuſſor D. de negotiis geſt. Fideiuſſor imperitia lapſus, alterius quoque contractus, qui perſonam eius non contingebat, pignora vel hypothecas ſuſcepit: et vtramque pecuniam creditori ſoluit, exiſtimans indemnitati ſuae confuſis praediis conſuli poſſe. Indemnitatem alicui repromittere Vlp. in l. Quamuis §. 1 D. Ad Senatusconſultum Velleianum. Indemnitatis cautionem alicui praebere Papin. in l. Liberto §. Inter negotia D. de negotiis geſtis. Ammian. 21, 15 Nec prouinciarum indemnitati proſpexit. Pro indemnitate a debitore praeſtanda eſt idonea cautela Pomponius in l. Quamuis D. de pignor. actione. Indemnitas locatori ſeruetur in id, quod eius intereſt Paullus in l. Dominus D. Locati. Indemnitas tibi praeſtetur eius, quod expendiſti Vlpianus in l. Si pecuniam §. 1 De condit. cauſa data.

INDEMONSTRABILIS, e. Adi. *De modo aliquo Syllogiſmorum.* Apul. περὶ ἑρμηνείας, *ſaepe.*

INDEMVTABILIS, e. Adi. Naturam oportet eſſe apud Deum inconuertibilem et indemutabilem Tertull. adu. Hermog. c. 12. *Add.* Id. de Pudic. c. 12 *extr.* Proſp. Aquit. de Prouid. v. 728. Saluian. de Gub. l. 2 *ſub fin.*

INDEMVTABILITER. Adu. Indemutabiliter perſeuerare Ennod. epiſt. lib. 5.

INDENVNCIATVS, a, um. Adi. *Non denunciatus.* Indenunciata ſorte rapimur Sen. Suaſ. 2. *Conf.* Id. Suaſ. 5.

INDEPISCOR, *vid.* INDIPISCOR.

INDEPLORĀTVS, a, um. Adi. [ἄκλαυστος] *Idem, quod Indefletus.* Ouid. Triſt. 3, 3, 46 Sed ſine funeribus caput hoc, ſine honore ſepulcri, Indeploratum barbara terra teget. Id. Met. 11, 670.

INDEPRAVĀTVS, a, um. Adi. *Qui non corrumpitur.* Sen. Epiſt. 77 (76) Si via indeprauata virtus eſt, et ſui iuris permanet, ſolum bonum eſt virtus.

INDEPRECABĬLIS, e. Adi. [ἀπαραίτητος] *Quod nullis precibus poteſt exorari.* Gell. 1, 13 Et poena indeprecabilis ſubeunda eſſet.

INDEPREHENSIBĬLIS, e. Adi. Quinctil. Decl. 4 Nec per varias ambages, indeprehenſibilem ſparſit errorem. Id. Decl. 8 Inenarrabile, indeprehenſibile eſt.

INDEPREHENSVS, *vel* INDEPRENSVS, a, um. Adi. Veſtigia cunctis Indeprenſa procis Stat. Theb. 6, 564. *Conf.* Prudent. Hamart. v. 141.

INDEPTVS, *vid.* INDIPISCOR.

INDESCRIPTVS, a, um. Adi. *Non diuiſus.* Halant rura roſis, indeſcriptosque per agros fragrat odor Sidon. Carm. 2, 412.

INDESERTVS, a, um. Adi. [ἀπρόλειπτος] Ouid. Amor. 2, 9, 52 Indeſerta meo pectore regna gere.

INDĒSES, ĭdis. Adi. [ἄοκνος] *Contrarium* Deſidi. Gell. 7, 22 Id profecto exiſtimandum eſt non omnino inculpatum, neque indeſidem viſum eſſe, cuius corpus in tam immodicum modum luxuriaſſet, exuberaſſetque.

INDESINENS, entis. Adiect. Indeſinentibus procellis iactatus Sariſb. Ep. 174.

INDESINENTER. Adu. [ἀδιαλείπτως] *pro Semper et continue.* Varro de R. R. 2, 9, 16 Et ſi alter indeſinenter aeger eſt, ne ſine cane grex ſit. *Sed locus mendae ſuſpectus eſt.* Diſpoſitos ordines indeſinenter obſeruare Veget. 1, 26. *Conf.* Quinctil. Declam. Trib. Mar. c. 4 p. 78 *Burm. et exempla eccleſiaſticorum apud Cellar. Cur. Poſt. p. 216.*

INDESPECTVS, a, um. Adi. *Non deſpectus, non viſus.* Lucan. 6, 748 Indeſpecta tenet vobis qui tartara.

INDESTRICTVS, *vid.* INDISTRICTVS.

INDETERMINABILIS, e. Adi. Indeterminabiles quaeſtiones Tertull. adu. Marc. 1, 9. *Add.* Id. contra Haeret. c. 7.

INDETERMINATVS, a, um. Adi. Hoc egit illa diſciplina mirabilis, vt indeterminatos agros ratione certa diſtingueret Caſſiod. Epiſt. 3, 52. *Add.* Tertull. adu. Valent. c. 3. *et* de Praeſcr. c. 33.

INDETONSVS, a, um. Adi. [ἀκερσεκόμης] Ouid. Met. 4, 13 Additur his Nyſius, indetonſusque Thyoneus, *h. e. intonſus.*

INDETRITVS, a, um. Adi. Veſtimenta indetrita et inobſoleta Tertull. de Reſurr. c. 58.

INDETRIBILIS, e. Adi. *Quod deteri non poteſt.* Soliditas Paullin. Nol. Epiſt. 16.

INDEVITATVS, a, um. Adi. Indeuitato traiecit pectora telo Ouid. Met. 2, 607.

INDEVORĀTVS, a, um. Adi. *Non omnino deuoratus.* Martial. 7, 19 Indeuorato capite turturem truncum.

INDEVŌTVS, a, um. Adi. [ἀκαθοσίωτος, Gloſſ. Gr. Lat.] Iuſtinianus in l. Si quis argentum §. vlt. C. de donationibus, Ne non ſolum indeuotus, ſed etiam impius donator intelligatur. *Conf.* Caſſiodor. Epiſt. 2, 16.

INDEVOTIO, ōnis. f. Vlpianus in l. 1 *in fin.* D. de penu legata, Puto tamen ſic voluntatem teſtatoris ſequendam, vt tota ſumma illico, poſtquam ceſſauerit heres dare penum vxori, praeſtetur heredis indeuotione coërcenda. Iuſtinianus in l. Si quis argentum §. vlt. C. de donationibus, Tantamque indeuotionem quibusdam quaſi legitimis protegere velamentis. *Add.* l. fin. C. de fideic. libert. Saluian. de Gub. D. 3 p. 46.

INDEX, ĭcis. *vid.* INDICO, as.

INDIA, ae. f. [Ἰνδία] *Regio Orientalis, Aſiae terminus.* Pomponius *ſcribit* 3, 7 tantum ſpatium litoris occupare, quantum per ſexaginta dies noctesque velificantibus curſus eſt. Virgil. Georg. 1, 57 India mittit ebur. Indiae *nomine antiqui latiſſime ſunt abuſi, vt qui Aethiopes etiam eo ſignificarent: vt* Virgil. Georg. 4, 293 Vsque coloratis amnis deuectus ab Indis. *Et* Georg. 2, 172

Imbellem auertis Romanis arcibus Indum. *Parthum enim ſignificat, credo, quod Parthis* India *etiam pareret, et in eorum praeſidiis* Indi *militarent.* Hyginus Fab. 275 Iouis in India Thebas, Thebaidos nomine nutricis ſuae, quae Hecatompylae nominantur, ideo quod centum portas habent. *Hic* Hyginus Indiam *etiam appellauit ſuperiorem Aegyptum, Aethiopiae finitimam, in qua erant Thebae. Haec Turnebus. Occurrit elegans* Indiae *deſcriptio apud* Curt. 8, 9, 2. *Conf.* Iuſtin. 12, 7, 4. *et* 13, 4, 19. Decolor Sen. Hippol. ſ. 3. Diues Horat. Carm. 3, 24, 2. Toſta Catull. 43, 6. Vaſta et agreſtis Cic. Tuſcul. 5, 77.

INDVS, i. m. [Ἰνδὸς] *Qui eſt ex India.* Colorati Indi Virgil. Georg. 4, 293. *i. fuſci.* Dentes, *i. elephantini* Ouid. Met. 8, 288. Diſcolor Idem Triſt. 5, 3, 24. Nigri Ouid. de Arte Am. 1, 53. Odorati Sil. 17, 652. *i. a quibus odores et aromata afferuntur.* Sitientes Virg. Georg. 4, 293. Petere in Indos, *vid.* Ad Seras, *in Praepoſitione* AD.

INDĬCVS, a, um. Adi. [Ἰνδικὸς] *Qui ex India eſt.* Indicos elephantos, maximos *interpretatur* Seruius *ad* Georg. 1, 57 *apud* Ter. in Eun. 3, 1, 23 Elephantis quem Indicis praefecerat. Aqua Ouid. ex Pont. 1, 5, 80.

INDICATIO, INDICATVRA, INDICATVS, INDICIVM, *vid.* INDICO, as.

INDĬCO, āre. [μηνύω, γνωρίζω] *proprie eſt Oſtendere, patefacere, vel conſilio, vel imprudentem.* Ter. Andr. 1, 1, 105 Ibi tum exanimatus Pamphilus bene diſſimulatum amorem et celatum indicat. Ibid. 5, 3, 7 Vide num eius Color pudoris ſignum vſquam indicat? Exitus rei hoc indicabit Cic. de Legib. 3, 25. Epularum ſollemnium fides ac tibiae, Saliorumque verſus indicant Idem de Orat. 3, 195. Verba aperte indicant Cic. Bruto 5. Mores indicat vultus Idem de Legib. 1, 27 c. 9. Clarius indicare Horat. Carm. 4, 8, 19. Conſilium ſuum temerarium Planc. ad Cic. Fam. 10, 21. Poſteris noſtris orationes alicuius Cic. de Clar. Orat. 324. Signis quid velis Ouid. Met. 15, 668. Quod in primis te celatum volebam, indicabo Cic. Q. Fratr. 3, 5. Indicare in vulgus, neſas eſt Idem de Vniuerſ. 4. Res ipſa indicat, *id vel ex re ipſa apertiſſimum eſt* Ter. Adelph. 3, 2, 40. Idem Eun. 4, 4, 37 Credis huic, quod dicat? PY. quid iſti credam, res ipſa indicat. Indicare iter Liu. 8, 24. *Exponere eſt* Plin. 12, 15 Prius Arabiae diuitias indicare conueniet. *Accuſare, deferre, ſignificare videtur, cum id, quod indicatur, crimen eſt.* Donatus: Indicat is, qui de ſe volens aliquid, et de aliis etiam prodit. Ter. Eun. 5, 7, 13 An poenitebat flagitii te auctore quod feciſſet adoleſcens, ni miſerum inſuper etiam patri indicares? Cic. Tuſc. 3, 52 Zeno proponatur Eleates, qui perpeſſus eſt omnia potius, quam conſcios delendae tyrannidis indicaret. Idem pro Muraen. 51 Atque ille, vt ſemper fuit apertiſſimus, non ſe purgauit, ſed indicauit atque induit. De aliqua re indicare Cic. pro Flacc. 92. Salluſt. Catil. c. 48 Is quum diceret ſe indicaturum de coniuratione. Rem omnem dominae ſuae indicauit puer Cic. pro Cluent. 180. Sine timore indicare aliquid Idem in Catil. 3, 8. Malitiam ſuam Cic. Fam. 9, 7. Se alicui Idem de Clar. Orat. 112. *Et* de Fin. 1, 50. Coniurationem Cic. de Diuin. 1, . . ¶ 2 Indicaſſe reum (*inquit* Vlpian. in l. Indicaſſe D. de verb. ſignific.) eſt Detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe, conuiciſſe. Indicaſſe *germano ſenſu minus eſt quam* Deferre. *Ita in coniuratione Catilinariorum Fuluia* index *fuit. Sed interdum plenius quid ſonat, vt non* Deferre *tantum et* denuntiare, *ſed* Damnare *ſignificet. Quod ita capiendum putamus, cum de praemio conſtituendo* indicanti *quaeritur, quod demum conſequitur, qui eam dat operam, vt non denuntiet, arguat, accuſet ſolum, ſed etiam damnet. Ita vſurpat* Plaut. Aſin. 5, 2, 87 *vbi Senex ab vxore deprehenſus in lupanari, et condemnatus rapitur domum, tanquam ad ſupplicium.* Male cubandum eſt, indicatum me vxor adducit domum. *Pollet. Hiſt. For. Rom. 4, 11. Caeterum in* Plauti l. c. *non* indicatum *legitur hodie, ſed* iudicatum, *i. damnatum, addictum, nexum. Verum antiquae editt.* Indicatum, *et interpretantur manifeſto deprehenſum.* ¶ 3 Indicare, [τιμᾶσθαι] *Aeſtimare, pretium rei venalis ſtatuere. Eſt autem venditoris, ſicut* Liceri *emtoris.* Plaut. Perſ. 4, 4, 37 Indica, fac pretium. D. tua merx eſt, tua indicatio eſt. Ibid. 4, 4, 109 Tanti indica. Id. Aul. 2, 5, 3. Apul. Met. 1 p. 113 Et percontato pretio, quod centum numis indicaret, aſpernatus, centum denariis praeſtinaui. Cic. Off. 3, 62 Q. quidem Scaeuola filius, quum poſtulaſſet, vt ſibi fundus, cuius emtor erat, ſemel indicaretur.

INDICATVS, a, um. Partic. [μηνυθεὶς] *Patefactus, oſtenſus, accuſatus.* Indicatus ſmaragdus ſex aureis denariis Plin. 37, 1.

INDEX, ĭcis. c. [μηνυτὴς] *Is, vel ea, qui vel quae aliquid indicat, vel accuſat.* Aſconius in Cic. Diuinat. Verr. 34 *ſcribit*, Indicem eſſe, qui facinoris, cuius ipſe eſt conſcius, latebras indicat impunitate propoſita. Cic. pro Cluent. 39 Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manilio: index Auilius ex altera parte coram tenetur. Plaut. Merc. prol. 17 Per me percontatus ſum, ſineque indice aliquo. Haec omnia indices detulerunt Cic. Catil. 4 c. 3. Plin. Epiſt. 10, 97 Alii ab indice nominati, ſe eſſe Chriſtianos dixerunt, et mox negauerunt. Prolato indice Iuſtin. 39, 2, 8. Mittere indices ad rei confirmationem Idem 32, 2, 9. Falſus, *Cuius falſum eſt indicium et accuſatio* Salluſt. Catil. c. 50. Torquere indices Iuſtin. 32, 2, 2. Accedere aliquem indici, *vid.* ACCEDO. Cic. Verr. 5, . . Cuius rei neque index, neque veſtigium aliquod, neque ſuſpicio cuiquam eſſet vlla. Plin. 8, 16 Leonum Animi index cauda, ſicut et equorum aures. Animi imago vultus eſt, indices oculi Cic. in Orat. 60 c. 18 *extr.* Libertatis index tabella Idem de L. Agr. 2, 4. *Sunt et* librorum *quidam indices, quos hodie fere* titulos *vocare ſolemus.* Cic. de Orat. 2, 61 c. 14 In Philoſophos veſtros ſi quando incidi, deceptus indicibus librorum, quod ſunt fere inſcripti de rebus notis et illuſtribus, de virtute, de iuſtitia, de honeſtate, de voluptate, *etc. Hi igitur ſunt* Indices, de virtute, de iuſtitia, *reliqui.* Gell. praef. Inſcriptiones *vocat*, titulos, indices. *De his etiam intelligendus* Cic. Attic. 4, 4 Etiam vellem mihi mittas de tuis librariolis duos, *etc.* iiſque imperes, vt ſumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Graeci (vt opinor) συλλάβας appellatis. *σιλλύβας legendum oſtendit poſt Graeuium Erneſtus in Claue*, V. σύλλυβος, *qua voce cum appellent Graeci ea, quae vulgo* Regiſtra *vocantur: hinc vox notior irrepſit in libros Ciceronis, et falſa nomini* indicis *aſſicta ſignificatio eſt, vt notet* capita rerum (*ſic* Gell. in praef. *extr.*) *et verba notatu digna, vel ordine libri et tractationis propoſita, (vt factum a Plinio maiore et Gellio) vel, vt nunc ſolet, elementari diſpoſita ordine, etc.* Morborum index, fere eſt arteriarum pulſus; *h. e. ſigna morborum ex pulſibus cognoſcuntur* Plin. 11, 37. Orationis indicem vocem habemus Cic. Off. 1, 133 c. 37. Pectoris index color et macies Ouid. Met. 9, 535. Lacrimae Poenitentiae indices Curt. 5, 10, 13. Voluntatum erga me veſtrarum index vox Cic. de Leg. Agr. 2, 4. Herculis indicis fanum nominatum Idem de Diu. 1, 54. *Et* Verr. 1, 105 Vtrum admonitus, an tentatus, an qua eſt iſte ſagacitate in his rebus, ſine duce vllo, ſine indice peruenerit ad hanc improbitatem, neſcio. ¶ 2 Index *etiam Lapidis terminalis nomen:* Ouid. Met. 2, 706 — Periuraque pectora vertit In durum ſilicem, qui nunc quoque dicitur index. *Primus a pollice digitus:* Hor. Serm. 2, 8, 26 Qui ſi quid forte lateret, Indice monſtraret digito. *Imaginis vel ſtatuae inſcriptio compendio indicans, quod maxime ſciri intereſt:* Tibull. 4, 1, 130 Nec quiuis quid quaque index ſub imagine dicat. *Vid. Figrel. de Stat. Rom. c. 27. Vocatur etiam* Titulus.

INDĬCVLVS, i. m. Dimin. Ennod. Epiſt. 5, 24 Indiculo comprehenſa cognatio.

INDICVLVM, i. n. *Idem.* Gregor. Turonenſ. 8, 28 Indiculum eſt repertum.

INDICABILIS, e. Adi. Cael. Aur. Acut. 2, 3 Signum facere indicabile lethargi.

INDICĪNA, ae. f. Apul. Met. 6 p. 176, 14 Si quis a fuga retrahere — accepturus indicinae nomine ab ipſa Venere ſeptem fauia ſuauia, *etc.* Gloſſ. Vet. Indicina, μήνυτρον.

INDICIVM, i. n. [μήνυσις, μήνυμα] *Detectio alicuius criminis, ſiue accuſatio.* Cic. pro Cluent. 186 Tu periculum capitis, tu indicium ſceleris, tu fortunas alterius literis conſcriptas in iudicium afferas? *Sed generaliter notat, quidquid eſt, quo aliquid indicatur, Signum, argumentum.* Animi indicium Cic. poſt red. in Senat. 7. Beneuolentiae tuae inſigne erga me Idem Fam. 7, 6. Coniurationis Cic. de Diu. 2, 46. Doloris praeſentis Idem Octau. *Alias* Iudicium. Exitii communis indicia afferre Cic. pro Domo 134. Mali indicium Ouid. ad Liu. 142. Naturae clariora indicia Cic. de Fin. 5, 48. Nominis ad indicia, et ſempiternum generis ſui dedecus, aliquid conſtituere Idem in Piſon. 92. Parricidiorum indicia et ſcelerum notae Cic. pro Sulla 76. Sceleris argumenta et indicia Idem in Catil. 3, 13. Scelerum indicia oſtendere, et periculorum ſigna patefacere Cic. de Aruſp. Reſp. 24. Vt eſſet indicium oppreſſi Senatus ad memoriam ſempiternae turpitudinis, *monumentum poſitum* Cic. pro Domo 112. Veneni indicia et veſtigia omnia in illius mortuae corpore fuerunt Idem pro Cluent. 30. ¶ 2 *Formulae Verborum:* Defixum ad memoriam omnium gentium ſempiternam indicium Cic. pro Domo 103. Ter. Heaut. 3, 1, 5 Celem tam inſperatum gaudium, quum illi nihil periculi ex indicio ſiet? Idem Heaut. 2, 4, 4 Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio tua. Cic. pro Domo 110 Quae domus erat ipſa indicio tui crudeliſſimi, *etc.* Ter. in prol. Adelph. 4 Indicio de ſe ipſe erit, vos eritis iudices, laudine an vitio duci factum oporteat. *Vbi* Donatus: Indicio erit, pro Index erit. Caeſ. Bell. Gall. 1, 5 Ea res, vt eſt Heluetiis per indicium enuntiata, moribus ſuis Orgetorigem ex vinculis cauſam dicere coëgerunt. Edere indicium, *vid.* EDO, dis. Deferre: Chirographa, teſtificationes, indicia, quaeſtiones rem manifeſtam deferunt Cic. de Clar. Orat. 176. Facere indicium, *Signum dare, vel Per ſignum oſtendere* Ter. Adelph. 4, 4, 8. Idem Hec. 4, 1, 31 Nunc res indicium haec facit, quo pacto factum voluerit. Cic. Diu. Verr. 34 c. 8 Quapropter ſi tibi indicium (*i. facultatem et praemium indicandi*) Poſtulas dari, quod tecum vna fecerit, concedo, ſi id lege permittitur. Marcianus ad legem Corneliam de Sicariis l. 1 Quiue quum magiſtratus eſſet, publicoue iudicio praeeſſet, operam dederit, quo quis falſum indicium profiteretur, vt quis innocens conueniretur. *Conf. Graeu. ad* Cic. Att. 2, 24 p. 281. Profiteri indicium, *pro Indicare* Salluſt. Iugurth. 35, 6. Plin. Ep. 3, 16, 10. Seruatus triſti indicio Stat. Theb. 3. 404. ¶ 3 Praemium *indicis, eſt* Indicium. Cic. pro Roſc. Amer. 107 c. 27 Si eum, qui indicii partem acceperit, oculis cernetis, poteritis ne dubitare, quis indicarit? *Huc pertinet locus modo laudatus* Cic. Diu. in Verr. 34 c. 8. Apul. Met. 6 p. 176, 14 *vbi Elmenh.* Indicinae *habet, alii prae ſe ferunt* Indicii. Vlpian. in l. Idem §. Si tibi D. de cond. ob turp. cauſ. Si tibi indicium dedero, vt fugitiuum meum indices. *Et paullo poſt,* Sed ſi ipſe fur indicium a me accepit, *etc.*

INDICATIO, ōnis. f. [τίμησις] *Aeſtimatio ac probatio alicuius rei, ſiue Appretiatio quam vocant.* Plaut. Perſ. 4, 4, 30 Indica, fac pretium. D. tua merx eſt, tua indicatio eſt. Plin. 22, 24. *Aliter* Vlp. in l. Iulianus §. 1 *in fin.* D. de act. emt. et vend. Quoniam qui ſcit, praemonere debuit furem eſſe: hic non debuit facilis eſſe ad temerariam indicationem.

INDICATIVVS, a, um. Adi. *ſic,* Modum Indicatiuum *Grammatici vocant, quo praeſens actus indicatur. Vid.* Mart. Capell. 3, . . *Et* Iſidor. 1, 8.

INDICATOR, ōris. m. Indicator naturae Anaxagoras Solin. cap. 53.

INDICATVRA, ae. f. *Aeſtimatio.* Plin. in praef. p. 4, 7 Nec fiducia operis haec eſt, ſed indicatura, *i. ea ipſa nominis tui praeſcriptione pretium conciliare volumus, dum indicamus illud tanti, quod etiam Caeſari offerri poſſit.* Plin. 29, 1 Ne auaritiam quidem arguam, capaceſque nundinas pendentibus fatis, et dolorum indicaturam, ac mortis arrham, aut arcana praecepta. *De medicis, qui velut negotiantur cum aegrotis, quid dabis, vt hoc dolore, hoc morbo te liberem?* Plin. 37, 2 Neque eſt hodie murrhini alterius praeſtantior indicatura, *i. pretium, taxatio.*

INDĪCO, xi, ctum, ĕre. [καταγγέλλω] *Denuntiare aliquid.* Aur. Vict. de Viris Illuſtr. c. 4 Tullus Hoſtilius, quia bonam operam adverſum Sabinos nauauerat, rex creatus, bellum Albanis indixit. Cic. Off. 1, 36 Ex quo intelligi poteſt, nullum bellum eſſe iuſtum, niſi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum ante ſit, et indictum. Belli indicendi formulam *pete ex* Liu. 1, 32. Bellum populis Ouid. Met. 6, 92. Cic. Catil. 2 c. 6. Bellum voluptatibus, *per tranſlationem dictum: h. e. Pugnare aduerſus voluptates.* Cic. de Senect. 45 c. 14 Quod ſi quem etiam iſta delectant (ne omnino Bellum indixiſſe videar voluptati, cuius eſt etiam fortaſſe quidem naturalis modus) non intelligo, ne in iſtis quidem voluptatibus ipſis carere ſenſu ſenectutem. Bellum ventri Horat. Serm. 1, 5, 8. Bellum ſibi, *Sibi ipſi noxium eſſe, vel ſibi ipſi noxiam inferre.* Cic. de Fin. 5, 29 Velut qui ipſi ſibi Bellum indixiſſent, cruciari dies, noctes torqueri vellent. Choros tibia indixit Virg. Aen. 11, 737. Coenam indicere, *iubere ſibi coenam apparari:* Martial. 11, 50 Indixit coenam diues amica tibi.

tibi. Sueton. Neron. c. 27 Indicebat et familiaribus Coenas, *h. e. denuntiabat.* Liu. 1, 50 Principibus longe ab domo excitis, ipſum qui Concilium indixerat, non adeſſe. Caeſ. Bell. Gall. 6, 43 Concilio Galliae primo vere (vt inſtituerat) indicto, *etc.* Diem pugnae Liu. 10, 27. Idem 3, 5 *extr.* His auertendis terroribus in triduum Feriae indictae, per quas omnia delubra pacem deûm expoſcentium virorum mulierumque turba implebantur. Forum Virgil. Aen. 5, 758 *vbi vid.* Seru. Funus, *Euocare homines per praeconem ad funus.* Suet. Caeſ. c. 84 Funere indicto rogus exſtructus eſt. Cic. pro Domo 42 Video enim quosdam clariſſimos viros, principes ciuitatis, aliquot locis indicaſſe, te cum plebe iure agere potuiſſe: qui etiam de me ipſo, quum tua rogatione funere elatam Rempublicam eſſe dicerent, tamen id Funus, etſi miſerum atque acerbum fuiſſet, iure indictum eſſe dicebant: quod de me ciue ac de Republica bene merito tuliſſes; funeſtum funus te indixiſſe Reipublicae, quod ſaluis auſpiciis tuliſſes, iure egiſſe dicebant. *Vbi figurate ſignificatur, Exilium Ciceronis funeſtum et exitiale fuiſſe Reipublicae, ſed tamen illam legem, qua irrogatum eſt, formam legis habuiſſe.* Honores Virgil. Aen. 3, 264. Honorem templis Idem Aen. 1, 636. Ieiunia Horat. Serm. 2, 3, 291. Cic. de Prouinc. Conſ. 24 Etenim ſi iis, qui haec omnia flamma ac ferro delere voluerunt, non Inimicitias ſolum, ſed etiam bellum indixi atque intuli. *Oppoſita:* Cic. Verr. 5, 181 c. 71 Etenim tacitae magis et occultae Inimicitiae timendae ſunt, quam indictae et apertae. Iuſtitium Idem Philipp. 5, 31 c. 12. Liu. 10, 21 *pr.* His nuntiis Senatus conterritus, Iuſtitium indici, delectum omnis generis hominum habere iuſſit, *i. primam iuris ceſſationem. Add.* Liu. 3, 27 *extr.* Leges Propert. 4, 9, 55. Cic. Verr. 3, 1 Legem enim ſibi indicunt innocentiae, continentiae, virtutumque omnium, qui ab altero rationem vitae repoſcunt. Ouid. Faſt. 1, 659

Ter, quater euolui ſignantes tempora faſtos:
Nec ſementina eſt vlla reperta dies:
Tum mihi (ſenſit enim) Lux haec indicitur, inquit
Muſa, *etc.* *Sic* Faſt. 2, 528
Curio legitimis tunc fornacalia verbis
Maximus indicit, nec ſtata ſacra facit.

Cic. Verr. 2, 33 Tanto Mercatu Praetoris indicto, concurritur vndique ad ipſum Syracuſas. Tacit. Ann. 15, 61 Ergo regredi, et indicere Mortem iubetur. Plin. 18, 3 Cautum quippe eſt, ne bouem prius quam ouem nominaret, qui indiceret Multam. Quinct. 7, 5 (4) *extr.* Virginis cauſas abdicationis, dementiae, male tractationis, orbarum Nuptias indicentium. Odium pecuniae Sen. de Benef. 2, 17. Liu. 1, 9 Indici deinde finitimis Spectaculum iubet. Caeſ. Bell. Gall. 7, 90 Huius anni rebus cognitis, Romae dierum viginti Supplicatio indicitur. Liu. 4, 60 Poſtremo indicto iam Tributo, edixerunt etiam, *etc.* *Non nunquam idem eſt ac Inducere, inferre: v. g.* Sueton. Calig. c. 26 Non nunquam horreis praecluſis populo famem indixit. *Vid. Burm. ad* Quinct. Decl. 13, 5 p. 277.

INDICENS, entis. Adi. *Non dicens.* Ter. Adelph. 3, 4, 62 Non me indicente haec fiunt. Liu. 22, 39 Etiam me indicente, *vid. omnino Gronou. qui tum analogia tuetur hanc rationem (vid.* Inficiens, Inopinans, Inſciens, Inſperans, Intolerans, Intritus, *etc. Add.* Induciae, Infitias*) tum exemplo Terentii. Suſpicatur etiam* Cic. de Fin. 2, 3 *extr.* Eam, ſi varietatem diceres, intelligerem, vt etiam indicente te intelligo, *vbi al. et Dauiſ.* non dicente.

INDICENDVS, a, um. Gloſſ. Cyril. ἄλεκτος.

INDICTVS, a, um. Adi. [ἐπαγγελθεὶς] *Quod eſt ſollemniter promulgatum.* Dapes Ouid. Faſt. 4, 354. Odium argento indictum Sen. Epiſt. 5. Ouid. Faſt. 6, 594 Si vir es indictas exige dotis opes, *i. promiſſas.* ¶ 2 *Non dictus.* Ter. Phorm. 5, 7, 55 Non, volo: volo, nolo: rurſum, cedo, cape: quod dictum, indictum eſt: quod modo erat ratum, irritum eſt. Liu. 5, 15 Ea ſe nec vt indicta ſint, reuocare poſſe. Virg. Aen. 7, 733 Nec tu carminibus noſtris indictus abibis. Hor. Carm. 3, 25, 8 Dicam inſigne, recens, adhuc Indictum ore alio. Cauſa indicta damnari *dicuntur, qui cauſam non dixerunt, neque ſe defenderunt, abſentesque ſententiam paſſi ſunt.* Cic. de Legg. 1, 42 Vt Dictator quem vellet ciuium indicta cauſa impune poſſet occidere. Id. Verr. Act. 1, 39 Indicta cauſa damnati et eiecti. Liu. 3, 56 Quod ſi indicta cauſa in vincula ducatur. *Ita* 19, 18. *et* 38, 33. Cauſa indicta animaduertere in aliquem Cic. Fam. 5, 2. Indicta cauſa ciuem condemnari Id. pro Rabir. 12 c. 4.

INDICTIO, ōnis. f. Genus penſitationis, *vt inquit* Aſconius in Verr. 2, 5 Omne genus, *inquit*, penſitationis in hoc capite poſitum eſt, Canonis, Oblationis, Indictionis. *De hoc titulus eſt* de indictionibus 10 C. *vid.* CANON. Plin. Paneg. c. 29 Nec nouis indictionibus preſſi ad vetera tributa deficiunt. Lactant. de Mort. Perſec. c. 7 Vt enormitate indictionum conſumtis viribus colonorum deſererentur agri. *Vid. Buleng. de Vectig. c. 18.* ¶ 2 *Eſt item Computi, ſ. Epochae genus, et ſignificat ſpatium quindecim annorum, qui in ſe reuoluuntur, Graeci* ἐπινεμήσεις *vocant. Vid. Ioſ. Scalig. de Emend. Temp. 5 p. 470. Petau. de Doctr. Temp. 11, 39, 40. et Rationar. 7, 1.*

INDICTIONALIS, e. Adi. *Ad indictionem pertinens.* Ammian. 17, 3 Indictionale augmentum oblatum ſibi humi proiecit: *nempe libellum, quo conſilium et ratio eius rei perſcripta erat.*

INDICTICIVS, a, um. Adi. Caſſiod. Var. Epiſt. 5, 14 Indicticia onera.

INDICTĪVVS, a, um. Adi. [ἐπάγγελτος] *Quod indictum eſt. Vt,* Funus indictiuum, Ad quod per praeconem euocabantur, *vt ait* Feſtus.

INDICIBILIS, e. Adi. Sariſb. Epiſt. 291 Referre longum eſt et indicibile nobis.

INDICTO AVDIENS, entis. *Immorigerus.* Vet. Interpres Iren. 4, 80.

INDĬDEM. [Ἐντεῦθεν. αὐτόθεν. ἐκ τοῦ αὐτοῦ, Gloſſ. Lat. Gr.] Aduerb. *compoſitum ab* Inde *et* Idem: *Ex eadem parte, ſiue Ex eodem loco.* Cic. pro Roſc. Amer. 74 c. 27 Si per alios feciſſe dicis, quaero ſeruosne an liberos? quos homines? Indidemne Ameria, an hoſce ex vrbe ſicarios? Idem de Diuin. 1, 131 Indidemque eadem, quae oriuntur de integro atque eodem occidunt. *Ex* Pacuuio. *Conſ.* Liu. 27, 12. Gell. 6, 10. Nep. 15, 5, 2. *et* Apul. 6 p. 180.

INDIFFĔRENS, entis. Adi. [ἀδιάφορος] *Res media.* Cic. de Fin. 3, 53 Itaque id definimus, quod ſit indifferens cum aeſtimatione mediocri. quod enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, vt indifferens dicerem. Sen. Epiſt. 83 Indifferentia voco, nec bona, nec mala: vt paupertatem, *etc.* Idem 82. Indifferens homo, *non nimis elegans, neque difficilis aut moroſus in re aliqua.* Sueton. Iul. Caeſ. c. 53 Nam circa victum Caius Oppius adeo indifferentem docet, vt quondam ab hoſpite conditum oleum, pro viridi appoſitum, aſpernantibus caeteris ſolum etiam largius dicat appetiſſe. *vid. ibi Caſaub.* Indifferens dolor apud Stoicos non malum Gell. 12, 5.

INDIFFERENTIA, ae. f. [ἀδιαφορία] *Similitudo, affinitas, conuenientia.* Gell. 13, 3 Hoc ego ſcripſi de vtriusque vocabuli indifferentia. Ibid. c. 21.

INDIFFERENTER. Aduerb. [ἀδιαφόρως] *Indiſcriminatim.* Paullus in l. Ne quis D. de cuſtod. reor. Si quos ex iis, qui in ciuitatibus ſunt, celeriter et ſine cauſa ſolutos a magiſtratibus cognoueris: vinciri iubebis, et iis, qui ſoluerint, multam dices. Nam quum ſcierint, ſibi quoque moleſtiae futurum magiſtratum, ſi facile ſoluerint vinctos: non indifferenter de caetero facient. *Conſ.* Quinctil. 9, 2. *et* 11, 3 *pr.* Sueton. Domit. c. 23 Occiſum eum populus indifferenter, miles grauiſſime tulit. Indifferenter viuere Scrib. 121. ¶ 2 *Sine dilatione* Auguſtin. Epiſt. 34 ad Paullin.

INDIFFICĬLIS, *pro Valde difficilis. Laudatur ab Erythraeo indice Virg. Voc.* Infractus. Scaeuola in l. Gallus §. Ille caſus D. de lib. et poſth. Ille caſus indifficilis eſt, ſi filium habeas, et nepotem nondum natum inſtituas, isque naſcatur viuo patre ſuo, ac mox pater decedat. *Sed legitur recte:* Ille caſus in difficili eſt. *Habet ibi plura non magis probabilia Erythraeus.*

INDIFFICVLTER. Adu. Claud. Mamert. de Stat. Anim. 1, 21 Aquas indifficulter haurire.

INDIGĔNA, ae. c. [αὐτόχθων, Gloſſ. Lat. Gr. ἐγχώριος, ἐπιχώριος] *dicitur, qui non aliunde in aliquam patriam venit, ſed ibi natus eſt, quaſi* Indo *vel* Indu genitus. *vid.* ADVENA. Liu. 21, 30 Nec maiores eorum indigenas, ſed aduenas Italiae cultores, *etc.* Ouid. Met. 2, 840 Suſpicit, indigenae Sidonida nomine dicunt. Deus Id. Met. 6, 330. Virg. Aen. 8, 314 Haec nemora indigenae Fauni Nymphaeque tenebant. *Vbi Turnebus, Etſi hoc, inquit, de diis illorum locorum dicitur, quum tamen eos* indigenas *dicat, ad eorum ſententiam reſpexit, qui autochthones, id eſt aborigines et terrigenas ſe cenſebant, vt Athenienſes, Argiui, Arcades, Theſſali.* Cenſorinus *hoc confirmat* de Die Nat. c. 4 Denique, *inquit*, hoc etiam vulgo creditum eſt, vt plerique genealogiae auctores ſunt, quarundam gentium, quae ex aduenticia ſtirpe non ſunt, principes terrigenas eſſe, vt in Attica, Arcadia, Theſſaliaque, eosque autochthones vocitari, vt in Italia Poëta cecinit Nymphas indigenasque Faunos nemora quaedam tenuiſſe, non difficilis rudis antiquorum credulitas recepit. Populi, *Latii* Lucan. 2, 432. Potio, *i. non exotica* Flor. 2, 18, 12. Plin. 14, 6 *extr.* Dixiſſe hoſpiti de indigena vino. *Sic* Indigenas, Aduectis *opponit* Tac. Vit. Agric. 11, 1. *Conf.* Sidon. Epiſt. 8, 12.

INDIGĔNVS, a, um. Adi. *Vernaculus.* Apul. Met. 1 p. 15.

INDIGENITĀLIS, e. Adi. [αὐτοχθόνιος] *Verbum obſoletum, afferebatur ex* Cic. de Orat. 3, 154 c. 38. *Sed latebant ibi* Dî genitales. *Et ſermo ibi eſt de eo, vbi* ſine coniunctione verba nouantur: *quod ad* Indigenitalis *non quadrat.*

INDĬGEO, ui, ēre. [ἀπορέω, προσδέομαι] *Ex* In *et* Egeo *compoſitum,* D *interpoſito euphoniae cauſa: idem quod* Egeo *ſignificat, et nunc Genitiuo, nunc Ablatiuo iungitur. Genitiuo:* Plaut. Ciſtel. 1, 1, 33 Suique omnium rerum nos indigere, *i. in rebus omnibus.* Maxime indigere, *vid.* MAGIS. Valer. Maxim. 7, 2 ext. 8 Malo virum pecuniae quam pecuniam viro indigentem. Cic. de Fin. 5, 59 Animum autem reliquis rebus ita perfecit vt corpus. ſenſibus enim ornauit ad res percipiendas idoneis, vt nihil, aut non multum Adiumento vllo ad ſuam confirmationem indigeret. Alicuius indigere Ter. Andr. 5, 3, 19. Cic. de Amicit. 30 c. 9 Quid enim erat Africanus indigens mei? Non tam Artis quam laboris indigent vocis et ſpiritus, et totius corporis, et ipſius linguae motus et exercitationes Cic. de Orat. 1, 156. Plaut. Rud. 3, 2, 28 Mulieres duae innocentes, intus hic ſunt, tui indigentes Auxilii. Cic. Philipp. 6, 7 Nam cum plerisque in rebus gerendis tarditas et procraſtinatio odioſa eſt, tum hoc bellum indiget Celeritatis, *h. e. celeritate opus habet.* Cohortatione te puto non indigere Idem Fam. 12, 11. Conſilii tui indigeo Cic. Att. 12, 34 (35). Conſolatione aliorum indigere Idem Fam. 4, 5. Defenſionis indiget Cic. pro Roſc. Am. 34. Exercitationis indiget Idem de Fin. 3, 41. Exiſtimatione bona indiget mea adoleſcentia Cic. pro Roſc. Com. 44 c. 15. Ingenii maioris ad conſolandum, et ad ferendum ſingularis virtutis indigent communes miſeriae Idem Fam. 6, 4. Sermonis tui ſum indigens Plaut. Rud. 4, 3, 6. Singularis virtutis ad ferendum, miſeriae indigent Cic. Fam. 6, 4. Vſus indiget horum. Virg. Ecl. 2, 71. Gell. 4, 1 Sed hoc plane indigeo addiſcere. Vitruu. 1, 1 Ne quid ex his indigeat. ¶ 2 *Paſſ. et Imperſ.* Indigetur, [ἀπορεῖται] *dixit* Plin. 10, 27 Nunquam conſpectis, niſi quum praeſidio earum indigetur.

INDĬGENS, entis. Partic. [ἐνδεής] Vtrumque per ſe indigens alterum alterius auxilio eget Salluſt. Catil. 1. Benigne facere indigentibus Cic. Off. 2, 52. Ferre opem indigentibus Idem de Fin. 2, 118 c. 35. *vid. ſupra.*

INDIGENTIA, ae. f. [ἀπορία] *Egeſtas, penuria, et carentia.* Amicitiam ex inopia atque indigentia natam volunt Cic. de Amicit. c. 9. Indigentia eſt libido inexplebilis Id. Tuſc. 4 c. 9. *Et* de Amic. 29 c. 9 Amare enim nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quaeſita.

INDĬGVS, a, um. Adi. [ἄπορος] *Qui indiget re aliqua.* Plin. 8, 40 Stipendiorum indiga. Sil. 2, 155 Agmina vaſtabat claua, nihil indigus enſis. Virg. Georg. 2, 428 Haud opis indiga noſtrae. Lucret. 1, 61 Ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga noſtri.

INDIGVVS, a, um. Adi. *Idem.* Apul. Met. 9 p. 222, 22 Refectione virium vehementer indiguus.

INDIGES, ĕtis. m. [χθόνιος, δαίμων, ἥρως] *Appellatio Deorum quorundam apud Romanos, cuius praecipue mentio fit in extremis Aeneae.* Liu. 1, 2 *extr.* *Aeneas* ſitus eſt, quemcunque eum dici ius, fasque eſt, ſuper Numicium flumen: Iouem indigetem appellant. *Haec reliqui repetunt, v. g.* Feſtus, *h. v.* Gell. 2, 16. Aurel. Vict. Orig. Gent. Rom. c. 14. *et* Solin. c. 8. *Dionyſius Halic. eam rem enarrans* l. 1 p. 52, 16 *inſcriptionem Sacelli,* τοῦ ἥρωος *refert* πατρὸς θεοῦ χθονίου, ὃς ποταμοῦ Νεμικίου ῥεῦμα διέπει. *Indigetem itaque reddit* χθόνιον, *terrae ſ. regionis illius peculiarem. Contra ea* Macrob. Saturn. 1, 9 *quos* Heſiodus ἐπιχθονίους *dixerat*, Indigetes *ipſe vocat, terrae alicui adſcriptos ſcilicet. Hanc ſententiam etiam ornat Salmaſ. in Solin. p. 51. Sed addit, etiam poſſe* Indigetes, *quaſi* Indicetes *ab* Indicando, *dedicando, conſecrando dictos*

dictos eſſe, homines conſecratos: *quorſum etiam* Indigitamenta *pertinent, de quibus mox dicetur. Ad* ἐγχωρίας, *et velut* Indigenas *quoſdam refert etiam Cerda ad illud* Georg. 1, 498 DI patrii, Indigetes, et Romule, Veſtaque mater. *In deuotione Decii* Liu. 8, 9 *memorantur etiam* DI indigetes, Diui, quorum eſt poteſtas noſtrorum hoſtiumque: *Indigenae quidam etiam hic dici videntur. Haec potiora arbitror, quam Seruii illa ad* Georg. 1, 498 Indigetes proprie ſunt DI ex hominibus facti, *(hactenus bene)* quaſi in DIs agentes. Abuſiue autem omnes DI generaliter poſſunt dici Indigetes, quaſi nullius rei egentes: *quae repetit ad* Aen. 12, 794 Indigetem Aeneam ſcis ipſa, et ſcire fateris, Deberi caelo: *et amplius addit, (modo ſint omnia Seruii)* vel quod nos deorum indigeamus — Alii ab inuocatione indigetes dictos volunt, quod indigeto eſt precor et inuoco. Feſtus, Indigetes DI, quorum nomina vulgari non licet: *quod poteſt ſimpliciter intelligi de DIs, in quorum tutela oppidum aliquod eſt, qui euocari ſolent ab hoſtibus, quod ne fieri poſſit, nomina eorum occultantur. vid.* EVOCO. *Hi itaque et ipſi ſunt* ἐγχώριοι, Indigenae. *Sed Vlit. ad Grat. 438 putat etymon docere voluiſſe Feſtum, et* Indigetes *eſſe* Indicendos *ſ.* non dicendos, *etc. Nos perſequimur loca veterum.* Tib. 2, 5, 45 *Proſopopoeia ad Aenean,* Illic ſanctus eris, quum te veneranda Numici Vnda Deum caelo miſerit Indigetem. Sil. 9, 294 Indigetesque Dii, Faunusque, fatorque Quirinus, *vbi* Indigetes Dii *poſſunt diſtingui a Fauno, et Aeneas maxime intelligi.* Arnob. 1 p. 20 Quinam ſunt hi Dii, qui a nobis Chriſtum coli, ſuam credant ad iniuriam pertinere? Ianus — Saturnus — Fauna — Indigetes illi, qui flumen repunt, et in alueis Numici cum ranis et piſciculis degunt. *Et* p. 39 Tyrannos ac reges veſtros — appellatis indigetis (indigetes) atque diuos. Indigetes *eſſe* Indigenas *probare liceret, modo certior eſſet lectio ex* Cic. de Nat. Deor. 3, 42 c. 16 Tertius (Hercules) eſt ex Idaeis Indigenis: *pro quo nunc obtinet* Digitis. *vid.* DIGITVS n. 5. *Illi* Idaei Digiti *vel* Dactyli *enim ſunt iidem* Curetes, *et* Indigetes *apud* Arnobium *vocant editiones antiquiores, vbi in Salmaſiana nunc legitur* 3 p. 124 Modo Curetas illos, qui occultaſſe perhibentur Iouis aeribus aliquando vagitum, modo *Digitos* Samothracios, quos quinque indicant Graeci Idaeos Dactylos nuncupari. Indigetes Samothracii *a numero et conſenſu* Dactyli *dicti, i. Digiti. Et* p. 125 Aut ſi Curetas pro Laribus inuocaro, quos *Digitos* (*Vett.* Indigetes) Samothracios pars veſtrorum aſſeuerat auctorum: *ad quem locum recte adſcripſit Heraldus,* Gloſſ. Indigetes, *κούρητες. Haec gloſſa illud certe efficit,* Curetas *quoque dictos eſſe* Indigetes: *ſiue illud aliunde, ſiue ex his ipſis Ciceronis et Arnobii locis hauſtum ſit. Nempe in* Gloſſar. Lat. Gr. p. 113 *Vulc. eſt* Indigetes Ἡμίθεοι, Κουρῆτες. *Et* in Lex. Gr. Lat. vet. p. 521 Κουρῆτες, *οἱ περὶ τὸν παιᾶνα,* Indigites, Corybantes. *Verba οἱ περὶ τὸν παιᾶνα reſpiciunt, credo, ad illum ſtrepitum armorum circa Iouem, etc.* ¶ 2 Indigem liberum, *i. indigentem* Cic. de Orat. 2, 193 c. 46 *ex Poëta: Lambin.* Indigum.

INDIGESTVS, a, um. Adi. [ἀδιάτακτος] Digeſto *et ordinato contrarium.* Plin. 13, 15 Materia ſurda, et indigeſta ſimplicitas, aut platani foliorum modo digeſta, *h. e. lignum nullis venis diſtinctum et variegatum.* Moles rudis indigeſtaque Ouid. Met. 1, 7. Indigeſtum eſt et crudum, quod egerit Macrob. Saturn. 7, 7 *de menſtruis mulierum loquens: i. non coctum.*

INDIGESTE. Adu. [ἀδιατάκτως] *Inordinate et incompoſite.* Gell. 20, 11 Quas breuiter, et indigeſte, et incondite, annotationibus, tractationibus, lectionibusque variis feceramus. Macrob. Saturn. praef. Indigeſte tanquam in aceruum congerere digna memoratu.

INDIGERIES, ei. f. Chryſol. Serm. 121.

INDIGESTIO, ōnis. f. *Vitium ventriculi, cum cibos non digerit.* Theodor. Med. c. 6 Dulcia inflationem praeſtant, et indigeſtionem procurant. *Conf.* Cael. Aur. Tard. 1, 1, 17 *et* 41.

INDIGESTIBILIS, e. Adiect. Theodor. Diaet. c. 12. Oct. Horat. 1, 9.

INDIGESTIBILITAS, ātis. f. Conſtant. Afer 5, 8.

INDIGETO, *vel* INDIGITO, āre. *Antiquum verbum ſacrorum, quo videntur vſi in nominibus deorum ſollemniter et ex formula proferendis.* Varro *apud* Non. 4, 319 Quod etiam in partu precabantur Numeriae, quam deam ſolent indigetare etiam Pontifices. Macrob. Saturn. 1, 17 *de Apolline,* Eadem opinio ſoſpitatis et medici Dei in noſtris quoque ſacris fouetur: namque Virgines Veſtales ita indigitant, Apollo Medice, Apollo Paean. Tertull. de Ieiun. 16 Cum ſtupet caelum et aret annus, nudipedalia denuntiantur, magiſtratus purpuras ponunt, faſces retro auertunt, precem indigitant, hoſtiam inſtaurant. Precem indigitant, *formulam ſollemnem et libris Pontificum praeſcriptam, carmen precum, verbis conceptis, recitant et peragunt. Sed quod laudatur* Arnob. 4 p. 144 Noſter ille eſt auctor, qui Patrocles Thurius ſcriptorum in titulis indigitatur, *Salmaſiana habet* indicatur; *quam antiquam eſſe lectionem, Stewechii annotatio declarat. Et ſane* indigitare, *i. nominare, et quaſi digito monſtrare recentioris aetatis et barbarae notae verbum eſt, cuius patrocinium fruſtra ſuſcepit Borrichius. Caeterum* indigitare *dictum putat Scaliger ad Orphei Hymnos pr. pro* indicitare, *hoc eſt vocare:* g *et* c *permutatis. Sed quod verbum hoc Varroni, vel Poëtae ab illo laudato tribuit, duriuſculum eſt. Certe ipſe ſic edidit ſine annotatione,* de L. L. 4, 34 p. 39, 24 In Palatio Mucionis *(porta)* a mugitu, quod ea pecus in bucita tum antiquum oppidum *(i. ciues antiqui oppidi)* exigebant: *pro qua ad Orphea legi vult,* quod pecus indicitatum, *i. incitatum. Addimus ex Feſto,* Indigitanto imprecantor.

INDIGITAMENTA, orum. n. Feſtus, *vel* Paullus *potius, Feſti interfector interpretatur* incantamenta, vel indicia. *Melius* Gloſſ. Indigitamenta, ἱερατικὰ βιβλία. Seru. *ad* Georg. 1, 21 DIque deaeque omnes, ſtudium quibus arua tueri, Nomina haec numinum in Indigitamentis inueniuntur, id eſt, in libris Pontificalibus, qui et nomina deorum, et rationem ipſorum nominum continent. Arnob. 2 p. 95 *extr.* Non doctorum in literis continetur, Apollinis nomen Pompiliana indigitamenta neſcire? Cenſorin. 3 Eundem eſſe Genium et Larem, multi veteres memoriae prodiderunt: in queis etiam Granius Flaccus in libro, quem ad Caeſarem de Indigitamentis ſcriptum reliquit. — Sed et alii ſunt Dii praeterea complures, hominum vitam pro ſua quisque portione adminiculantes, quos volentem cognoſcere Indigitamentorum libri ſatis edocebunt.

INDIGNOR, āri. Dep. [ἀγανακτέω, δυσχεραίνω] *Indignum aliquid putare, et ob id Iraſci.* Cic. de Inuent. 2, 56 Duodecimus locus eſt, per quem indignamur, quod nobis hoc primis acciderit. Ouid. Met. 9, 336 Venerat huc Dryope fatorum neſcia: quoque Indignere magis, Nymphis latura coronas. Indignamur, ſi quis noſtrum interiit Seru. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. *i. aegre ferimus, tanquam indigni ſimus illa calamitate.* Indignari de tabulis Cic. pro Roſc. Com. 5. *Quidam legunt* Indagare. *Cum Accuſat.* Quinct. 1, 3 Quidam imperia indignantur: quoſdam continet metus. Pontem indignatus Araxes Virg. Aen. 8 *extr.* Preces *non admittere, non adſpernari, indignari* Stat. Silu. 2, 1, 16. *Cum Infinitiuo:* Lucan. 8, 614 — Atque indignatus apertum, Fortunae praebere caput. *De Dat. Sciopp. Infamia Fam. p. 150 Inſolentius dicitur,* Indignari alicui, *cum ſit vſitatius,* Indignari ambitionem, *dictum aut factum alicuius. Attamen* Vlp. l. 2 §. 3 D. ad Leg. Iul. de Adult. *dixit* Contaminationi indignari.

INDIGNANS, antis. Partic. [ἀγανακτῶν] Corda indignantia longam pacem Stat. Theb. 3, 599. Fortuna Idem Silu. 2, 2, 126. Freta Ouid. Met. 11, 491. Ore indignanti frena receperat Id. Faſt. 3, 455. Venti Virgil. Aen. 1, 59. Verba Ouid. Met. 6, 584. *Superl.* Colum. 8, 17 Quum ſit molliſſimum genus, et ſeruitutis indignantiſſimum, *de mulis: i. impatientiſſimum.*

INDIGNATVS, a, um. *Aliud* Partic. [ἠγανακτηκώς] Procellae indignatae Stat. Silu. 3, 2, 71. Aequor indignatum magnis ſtridoribus Virg. Georg. 2, 163. Pater Id. Aen. 7, 770. Venus Virg. Aen. 12, 787. Id. ib. 12 vlt. Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub vmbras, *i. anima corpore ſoluta.*

INDIGNATIO, ōnis. f. [ἀγανάκτησις] *Ira.* Iuuen. Sat. 1, 79 Si natura negat, facit indignatio verſum. Cic. de Inuent. 1, 100 Indignatio eſt oratio per quam conficitur, vt in aliquem hominem magnum odium, aut in rem grauis offenſio concitetur. Plin. 7, 44 Neſcio motum gloriae, an indignationis dolori accedat, inter tot Metellos tam ſceleratam C. Atinii audaciam ſemper fuiſſe inultam. Liberrima Hor. Epod. 4, 10. Indignatio ac dolor omnibus Adeſt Vell. 2, 61, 1. Adducere ad indignationem, *vid.* ADDVCO. Plin. 9, 30 Conuertit in ſe cuſtodum indignationem aſſiduitate furti immodici. Erumpit indignatio Quinctil. 4, 3. Erumpens animo ac pectore Paterc. 2, 66, 3. Mouere indignationem, *vid.* MOVEO.

INDIGNATIVNCVLA, ae. f. Dimin. Plin. Epiſt. 6, 17 Indignatiunculam, quam in cuiusdam amici auditorio cepi, non poſſum mihi temperare, quo minus apud te per epiſtolam effundam.

INDIGNABVNDVS, a, um. Adi. [δυσχολαίνων] *Indignans.* Liu. 38, 56 Quum illa muliebriter indignabunda nihil de communi filia ſecum conſulatum adieciſſet. *Conf.* Suet. Calig. c. 35.

INDIGNANTER. Adu. Arnob. 3, . . Muſſitare indignanter. Ammian. 15, 1 Indignanter ferre.

INDIGNATIVVS, a, um. Adi. Tertull. de Anima c. 16.

INDIGNVS, a, um. Adi. [ἀνάξιος, ἐπίληπτος] *Non dignus, quod tum in laude locum habet, tum in reprehenſione, prout res eſt, qua indignus dicetur.* Horat. Serm. 2, 2, 103 Cur eget indignus quisquam te diuite? *i. vir bonus, indignus inopia. Sic* Cic. Tuſcul. 5, 45 Calamitates hominum indignorum ſubleuare. Exanimat indignos et immerentes Lucret. 2, 616. Percutit indignos claro plangore lacertos Ouid. Met. 4, 138. *i. nihil tale meritos. Sic* Lucan. 8, 95 O thalamis indigne meis, *i. non promerite infelix adeo coniugium.* Cic. de Fin. 1, 70 Tamen eiusmodi eſſe iudico, vt nihil homine videatur indignius, *quod hominem minus deceat.* Liu. 4, 57 *extr.* Itaque ſicut priore anno per indigniſſimos ex plebeis candidatos, omnium etiam dignorum taedium fecerant. Caeſar te omni honore indigniſſimum iudicat Cic. in Vat. c. 16. Pro indigniſſimo habere Liu. 1, 40. Indigniſſimus tanto nato Stat. Theb. 11, 304. Ter. Eun. 5, 2, 27 Si ego digna hac contumelia ſum maxime, at tu indignus, qui faceres tamen. Cic. Verr. 4, 78 Hic vero tantum dolore afficior, vt nihil mihi indignius ferendum videatur. Amore indigno deceptus Virg. Ecl. 8, 18. Dubitatio indigna homine Cic. de Amicit. . . . Ter. Adelph. 3, 3, 54 Haeccine flagitia facere te? haec te admittere genere noſtro indigna? Ter. Andr. 1, 1, 118 Venit Chremes poſtridie ad me clamitans indignum Facinus, comperiſſe Pamphilum pro vxore habere hanc peregrinam, *h. e. abhorrendum, et quod minime fieri debuit. Conf.* Idem Phorm. 5, 8, 19. Indignum illi facis: *h. e. quod ipſe non commeruit* Plaut. Moſt. 2, 2, 28. *Cum Genitiuo coniunxiſſe vult Pareus* Plautum Poen. 2, 9 Quoniam illa (exta) non bona aruſpex dixit, Deûm eſſe indigna credidi. *Sed Gronou.* Deam eſſe indignam, *i. non dignam his, ſed melioribus. Et qui* Deum *legebant ex MSS. intelligebant Accuſatiuo,* τὴν θεόν. Indignam *ita* Ter. Hec. 3, 5, 27 Quando eſſe indignam ſeſe deputat, matri meae quae concedat. *Sic etiam* Virg. Aen. 12, 649 Deſcendam magnorum haud vnquam indignus auorum. Indignum ſe agere aliquid Hor. Serm. 2, 3, 39. Ferre indigna Sil. 11, 240. Indignum, Crudele, foedum, impium, *inquit* Donatus *ad* Ter. Eun. 5, 5, 4 Quae futura eſſe exempla dicunt in eum indigna. Virg. Aen. 2, 285 Quae cauſa indigna ſerenos Foedauit vultus? Indignum, *per parentheſin, loco interiectionis:* Ouid. Met. 5, 37 Iſſet, et (indignum) ſcelerato profuit ara. *Tmeſis videtur nonnemini in illo* Ouid. Met. 1, 231 In domino dignos euerti tecta penates. *i. Euerti tecta, penates indignos domino. Sed haud paullo melior eſt interpretatio, quam probat Gronou. Obſ. 3, 19. et Burm. ad locum, Euerti tecta, et conieci in penates domino dignos, i. in penetralia illa polluta ſceleribus domini.* Forma indigna eſt perire ſitu Ouid. Amor. 2, 14. Hiemes indignae Virg. Georg. 2, 373 *noxiae vitibus.* Manibus indignis pulſata Propert. 1, 16, 6. Liu. 29, 9 In legatum impetum, lictoribus prius indignum in Modum multatis, faciunt. Morte indigna peremtus Virg. Aen. 6, 163. Necem indignam pati Ouid. Met. 10, 627. Turres indignas *dixit* Ennius, *pro Magnis, ſi credimus* Seruio *ad* Ecl. 10, 10. Indignum eſt, a pari vinci aut ſuperiore: indignius, ab inferiore atque humiliore Cic. pro Quint. c. 31. Nihil tam indignum fuit Vellei. 2, 66, 2.

INDIGNE. Adu. [ἀναξίως] *Inhoneſte atque impie.* Plaut. Ciſt. 2, 3, 21 Non enim hic, vbi ex Tuſco modo tute tibi indigne dotem quaeras corpore. Vatin. ad Cic. Fam. 5, 10 Indigneque mi Cicero, oppidum captum, et iam bellum confectum relinquere ſum coactus. Ter. Adel. 3, 2, 10 Cui miſerae indigne per vim vitium obtulerat. Ibid. 1, 2, 11 Eripuit mulierem quam amabat: clamant omnes indigniſſime factum eſſe. Eget nunc indigne, quondam felix Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 16. Eripere indigniſſime vniuerſae ciuitati aliquem Idem pro Cael. 59. Ferre indigne aliquid Phaedr. 1, 2r. Cic. Verr. 4, 63 Hic vero tantum dolore afficior, vt nihil mihi indignius ferendum videatur. Fieri indignius Gell. 13, 8. Necari indigniſſime Cic. Verr. 5, 147. Idem Verr. 5, 31 c. 12 Huc Tertia illa perducta per dolum atque inſidias ab Rhodio tibicine, maximas in iſtius caſtris effeciſſe turbas dicitur, quum indigne Pateretur vxor Cleomenis Syracuſani, nobilis mulier, itemque Aeſchrionis honeſto loco

loco nata, in conuentum ſuum mimi Iſidori filiam veniſſe. Priuare luce aliquem indigniſſime Cic. pro S. Roſc. c. 22. Rapi indigniſſime immatura morte Plin. Epiſt. 6, 6.

INDIGNĬTAS, ātis. f. [ἀναξία] *Factum aut dictum contra rei vel perſonae meritum Scalig. Exerc. 313.* Liu. 2, 34 Egone has indignitates diutius patiar, quam neceſſe eſt? Cic. pro Muraen. 51 c. 25 Neque tamen ſatis ſeuere pro rei indignitate decreuit. *Add.* Id. Fam. 8, 17. Calamitatis indignitas Cic. Verr. 5, . . *Et* Verr. 1, . . Indignitas iniuriae. Calumniae indignitas Quinctil. 6, 1. Exponere rei indignitatem Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 15. Indignitatem ac moleſtiam adeundi atque conueniendi Caeſaris perferre Cic. Fam. 6, 14. Idem Fam. 2, 16 Noſti non modo ſtomachi mei — Sed etiam oculorum in hominum inſolentium indignitate faſtidium, *i. felicitate praeter meritum iis attributa.* Atrocitatem, aut indignitatem, aut omnino culpam facti alicuius augere Cic. de Inuent. 2, 53. Indignitas *etiam* hominis, *pro Dedecore vel abiectione dicitur:* Idem in Piſon. 99 Fruar hac tua indignitate. *Pro Infamia et obſcuritate nominis:* Cic. in Vatin. 11 Habeat hoc praemium tua indignitas, vt adoleſcentiae turpitudo obſcuritate et ſordibus tuis obtegatur. *Plur.* Caeſ. B. G. 2, 14 Omnes indignitates contumeliasque perferre.

INDIGNITER. Adu. PARCAE VITAE FINEM STATVERE INDIGNITER. *Vid. Ferret. Muſ. Lapid. p. 261.*

INDIGVS, *vid.* INDIGEO.

INDILĬGENS, entis. Adi. [ἀμελὴς] *Contrarium eſt* Diligenti. Plaut. Moſt. 1, 2, 29 Atque vbi illo immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia. Idem Bacch. 2, 2, 23 *cum* Samia *dicta eſſet puella,* CH. Vide quaeſo ne quis tractet illam indiligens: Scis tu vt, vt confringi vas cito Samium ſolet. Nimium indiligens, *vid. poſt* NIMIS. Non indiligens paterfamilias Nep. 25, 4, 3. Indiligens hortus, *Negligenter curatus:* Plin. 19, 4 ſ. 19, 3 Sic ſtatim faciebant iudicium, nequam eſſe in domo matremfamilias (etenim haec cura feminae dicebatur) vbi indiligens eſſet hortus. Gell. 15, 28 Corn. Nepos, et rerum memoriae non indiligens, et M. Ciceronis. Plin. 13, 12 Deprehenditur etiam odore quum fuerit indiligentior, *i. negligentius facta charta,* incurioſe datus humor. Caeſ. B. G. 7, 71 Si indiligentiores fuerint.

INDILIGENTIA, ae. f. [ἀμέλεια] *Negligentia.* Plaut. Perſ. 4, 4, 9. Cic. Q. Frat. 1, 2 Ac ſi omnium mecum praecepta literarum repetes, intelliges eſſe nihil a me, niſi orationis acerbitatem et iracundiam, etſi forte raro literarum miſſarum indiligentiam, reprehenſam. Per indiligentiam neglecta praedia Plin. 14, 4. Tacit. Hiſt. 4, 49 Gaudio, clamoribusque cuncta miſcebant, indiligentia veri, et adulandi libidine. *i. Quod forent indiligentes in perſcrutanda veritate rei.* Damnatus indiligentiae, *vid.* DAMNO.

INDILIGENTER. Adu. [ἀμελῶς] *Negligenter.* Ter. Phorm. 5, 3, 5 Quia pol mei patris bene parta indiligenter tutatur. Cic. Att. 16, 3 De Xenone coram cognoſcam: quamquam nihil ab eo arbitror neque indiligenter, neque illiberaliter factum. *Conf.* Gell. 4, 12. *et* Caeſ. B. G. 2, 33.

INDIMENSVS, a, um. Adi. Ammian. 19, 2 Cernentes populos tam indimenſos, *i. immenſos, innumerabiles.*

INDIMISSVS, a, um. Adi. Illicite dimiſſam pro indimiſſa ducens, adulter eſt Tertull. adu. Marc. 4 c. 34.

INDIPISCO, *vel* INDIPISCOR, ĕris, piſci. Dep. [κτάομαι, ἐπιτυγχάνω] Indepiſci, aſſequi, adipiſci, *inquit* Feſtus. Plaut. Aſin. 2, 2, 13 Nam ſi huic occaſioni tempus ſe ſubterduxerit, nunquam pol indipiſcet quadrigis albis poſtea. Largiter mercedis indipiſcar Plaut. Rud. 5, 2, 28. Idem Stich. 4, 1, 57 Senex quidem voluit, ſi poſſet indipiſci de cibo. *Et* Aulul. *apud* Non. 2, 460 Nec partem tibi Adeo cui ſit indipiſces, neque furem excipies. Indipiſci dolorem in cogitando, *h. e. Cogitationibus nimiis in dolorem incidere.* Plaut. Trin. 2, 1, 2 Multas res ſimul in meo corde verſo, multum in cogitando dolorem indipiſcor, egomet me concoquo et macero et defatigo. Copias vbertatesque verborum *Fauorini Graecorum* Latina omnis facundia vix quidem indipiſci potuerit Gell. 12, 1 *extr. i. aſſequi et exprimere.* Indipiſci pugnam, *Pugnare, Inire praelium.* Gell. 1, 12 *extr.* Sed enim Achaeos Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularum, tibiarumque concentu, verum conſpiratu tacito nitibundos. Indipiſci animo, *Memoria comprehendere* Gell. 17, 2.

INDEPTVS, a, um. Partic. [κτησάμενος] Liu. 26, 39 Nec dirimi ab ſe hoſtem paterenter, quam quis indeptus nauem erat, ferrea iniecta manu. Lucret. 3, 212 Quod ſimul atque hominem leti ſecura quies eſt Indepta atque animi natura, animaeque receſſit, *etc.*

INDEPTVS, a, um. Paſſiu. Plin. praef. ad Veſpaſ. Cato repulſis tanquam honoribus indeptis gaudens. Imp. Theod. C. 12 t. 24 l. 14 Indeptae dignitatis honore potiri.

INDEPTO, āre. Frequent. [προσκτάομαι] Varro *apud* Feſtum Nec partem aliquam indeptauit hereditatis. *Sed non reperio.*

INDIRECTVS, a, um. Adi. [ἀδιάτακτος] *Incompoſitus et inornatus.* Quinctil. 5, 13, 2 Indirecta fere, atque vt ſic dicam, clamoſa (*videbatur mihi leg.* dumoſa) eſt actio.

INDIREPTVS, a, um. Adi. Capitolium indefenſum et indireptum conflagrauit Tacit. Hiſt. 3, 71, 7.

INDISCIPLINATVS, a, um. Adi. Cyprian. Epiſt. 4 *Ed. Oxon.* Auguſtin. Epiſt. ad Bonif. 50. Vulg. Int. Sap. 17, 1. Commodian. Inſtruct. 30.

INDISCIPLINATE. Adu. Commodian. Inſtruct. 76.

INDISCIPLINATIO, ōnis. f. Caſſiod. Var. Epiſt. 7, 3. *Conf.* Sarisb. 8, 8.

INDISCIPLINOSVS, a, um. Adi. Vulg. Int. Sirac. 23, 7.

INDISCISSVS, a, um. Adi. Indiſciſſa tunica Hier. Ep. 1, 25.

INDISCRĒTVS, a, um. Adi. [ἀδιάκριτος] *ex* In, *et* Diſcretus *Participio a Diſcerno, compoſitum:* Diſcreto *contrarium ſignificat, h. e. Maxime coniunctum.* Plin. 9, 35 In tantum, vt nulli duo reperiantur indiſcreti, vnde nomen vnionum Romanae ſcilicet impoſuere deliciae. Multos occidere et indiſcretos Sen. de Clem. 1 *extr.* Agricultura Varro de R. R. 3, 1. Arma indiſcreta maniplis Sil. 8, 578. Cibus Plin. 11, 53. Effigies Idem 7, 1. Fines Apul. de Mundo p. 60. Forma operis indiſcreta Prudent. Apoth. v. 256. Plin. 35, 10 Imagines adeo ſimilitudinis indiſcretae pinxit, vt *etc. h. e. Adeo non differentis.* Plin. 7, 60 Tunc Scipio Naſica collega Laenatis, primus aqua diuiſit horas aeque noctium ac dierum, idque horologium ſub tecto dicauit anno vrbis DXCV tamdiu Pop. Rom. indiſcreta lux fuit, *i. dies non diuiſus in horas.* Nominibus indiſcretis vtuntur Celſ. 4, 3. Proles indiſcreta ſuis Virg. Aen. 10, 392. Serpens indiſcretus arenis Lucan. 9, 715. Indiſcreta prope ſpecie ſimiles Plin. 7, 12.

INDISCRETE. Adu. Auium et animalium vocis indiſcrete editur imitatio Plin. 11, 37. Pauperes et diuites indiſcrete Ammian. 15, 4. Quum indiſcrete ſubſellia circi repleta eſſent Capitolin. Nigro c. 3. *Vid. Borrich. Vindic. p. 110.*

INDISCRETIM. Adu. Solin. c. 30 Indiſcretim veſci.

INDISCRIMINĀBĬLIS, e. Adi. Claud. Mamert. de Stat. Animae 2, 10.

INDISCRIMINĀTIM. [ἀδιακρίτως] Adu. *ex* In *et* Diſcrimen *compoſitum, Indifferenter ſignificat, et ſine diſcrimine.* Varro de L. L. 18 Quibus nos in hoc libro, perinde vt nihil interſit, vtemur indiſcriminatim. *Vid.* Non. 2, 449.

INDISCVSSVS, a, um. Adi. *Rationum verbum, cum nondum ſunt examinatae, ſ. diſcuſſae.* ἀλογοθέτητον, indiſcuſſum Gloſſ. Vt ne relinquamus indiſcuſſum Modeſtin. ICt. l. 1 ff. de confirm. tut. *Add.* Cl. Mamert. de Statu Anim. 3, 11.

INDISCVSSIBILIS, e. Adi. Auctoritas Cl. Mamertin. c. l. 2, 12.

INDISERTVS, a, um. Adi. [ἄκριτος] Diſerto *contrarium.* Cic. de Clar. Orat. 79 Et T. Annium Luſcum huius Q. filii collegam non indiſertum dicunt fuiſſe. Idem de Fin. 3, 15 c. 4 Vt interpretes indiſerti ſolent. *Et* de Orat. 3, 140 c. 35 Malim equidem indiſertam prudentiam, quam ſtultitiam loquacem.

INDISERTE. Adu. *Sine eloquentia.* Cic. Q. Frat. 2, 1 Orationem meam collaudauit ſatis multis verbis, non me hercule indiſerte, Seuerus Antiſtius.

INDISIVNCTIM. Adu. Indiſiunctim mox adiicit Cl. Mamert. de Statu Anim. 1, 12.

INDISPENSĀTVS, a, um. Adi. Sil. 16, 342 Indiſpenſato laſſantem corpora niſu. *i. Immoderato. Conf. h. l. Drakenb.*

INDISPOSITE. Adu. *Pro Inordinate.* Sen. Epiſt. 125 *ſ. vlt.* Muta animalia perturbate et indiſpoſite mouentur.

INDISPOSITVS, a, um. Adi. Tacit. Hiſt. 2, 68, 2.

INDISSIMILIS, e. Adi. Formae vocum indiſſimiles Varro L. L. 8, 29. Ad indiſſimillimam vitae ſuae potentiam peruenire Vell. 2, 80, 4. *al.* diſſimillimam.

INDISSIMVLABILIS, e. Adi. Cum quadam indiſſimulabili veritate diſſeruit Gell. 10, 22 *ſub fin.*

INDISSOCIABĬLIS, e. Adi. Lactant. de Opific. Dei c. 10 Indiſſociabilem praetenderent vnitatem. *Conf.* Ambroſ. Epiſt. 14 *pr.*

INDISSOCIABILITER. Adu. Auct. Breu. Fid. aduerſ. Arian. *Ed. Sirmond.* p. 95 Mens indiſſociabiliter vna.

INDISSOLVBĬLIS, e. Adi. [ἄλυτος] *Quod diſſolui, ſiue rumpi non poteſt.* Cic. de Vniuerſ. 35 c. 11 Sed quoniam orti eſtis, immortales vos quidem eſſe, et indiſſolubiles non poteſtis. Plin. 11, 24 Araneus maculas ex anguſto dilatans indiſſolubili nodo implicat.

INDISSOLVBILITER. Adu. Claud. Mamert. 2, 2.

INDISSOLV̄TVS, a, um. Adi. [ἀδιάλυτος] *Non diſſolutus, colligatus.* Cic. de Vniuerſ. 35 c. 11 Haec ſunt indiſſoluta me inuito, *i. quia non volo:* quanquam omne colligatum ſolui poteſt. *al.* non ſunt diſſoluta.

INDISTANTER. Adu. Ammian. 27, 9 Ex nutu ſuo indiſtanter putant omnium pendere fortunas.

INDISTINCTVS, a, um. Adi. [ἀδιάσταλτος] *Confuſus.* Quinctil. 8, 2 Neque inordinata, neque indiſtincta. Gell. 13, 29 Indiſtincta namque fient et confuſa. Idem 10, 20. Corollis indiſtinctis plexi flores Catul. 62, 283.

INDISTINCTE. Adu. [ἀδιαστάλτως] Gell. 20 c. vlt. Indiſtincte atque promiſcue adnotabam. *Conf.* l. 75 Dig. de Legat. 3.

INDISTRICTVS, a, um. Adi. [ἀδιάσφικτος] *Non diſtrictus.* Ouid. Met. 12, 92 Tamen indiſtrictus abibo. *i. Inuulneratus, illaeſus. Heinſ. mallet* Indeſtrictus, *quod dedit Burm.*

INDITVS, *vid.* INDO.

INDIVIDVVS, a, um. Adi. [ἄτομος] *Quod diuidi non poteſt.* Cic. Acad. 4, 55 Cur enim, inquies, quum ex illis indiuiduis vnde omnia Democritus gigni affirmat, *etc.* Idem de Fin. 1, 17 c. 6 Ille atomos quas appellat, id eſt corpora indiuidua. Contubernium Apul. Met. 4 p. 154. Mors Sen. Troad. ſ. 5. *Dialectici* Indiuiduum *vocant, Quod de vno ſolo praedicari poteſt. Vid.* Mart. Capell. 4 p. 98.

INDIVIDVĬTAS, ātis. f. Tertull. aduerſ. Praxeam. . . . Idem de Monogam. c. 5. *et* de Orat. c. 6.

INDIVĪSVS, a, um. Adi. [ἀδιαίρετος] *Quod non eſt diuiſum.* Indiuiſae vngulae, *Quae fiſſae non ſunt* Varro de R. R. 2, 7, 2. Plin. 11, 45. Honos Sil. 8, 9.

INDIVISIBILIS, e. Adi. Materia indiuiſibilis Diomed. 2. Tertull. de Anima c. 51.

INDIVISIBILITER. Adu. Tertull. ibid.

INDIVVLSVS, a, um. Adi. Comes indiuulſus Macrob. Sat. 1, 11.

INDO *pro* In, *vid. h. v.*

INDO, ĭdi, ĭtum, ĕre. [ἐντίθημι] *Ex* In *et* Do *compoſitum, quaſi Intus dare et imponere.* Plaut. Caſin. 2, 3, 31 Dî me et te infelicitent, ſi ego in os meum vini guttam indidi. Idem Mil. 2, 5, 1 Inde ignem in aram. Catenas indere captiuis Plaut. Capt. 1, 2, 3. Idem Men. 1, 1, 3 Qui catenis vinciunt, et qui fugitiuis ſeruis indunt Compedes. *Et* Aſin. 3, 2, 7 Qui ſaepe ante in noſtras ſcapulas Cicatrices indiderunt. Feneſtras indere domui ventus *dicitur* Plaut. Rud. 1, 1, 6. Indere aliquid in aurum, argentum, aut aes publicum, quod id peius fiat: *i. Immittere, immiſcere* Vlpian. in l. 1 D. Ad legem Iul. pecul. Limina ferrea indere Plaut. Perſ. 4, 4, 22. Nomen alicui Idem Rud. 1, 1, 6. *Et* Merc. 3, 1, 19 Quod nomen tibi dicam eſſe? P. Paſicompſae. L. ex forma nomen inditum eſt. Liu. 29, 37 Inde Salinatori Liuio inditum cognomen. Idem 1, 34 Ab inopia Egerio inditum Nomen. *Conf.* Gell. 1, 23. Nouos Ritus, contrariosque caeteris mortalibus indidit Tacit. Hiſt. 5, 4. Gell. 20, 11 Titulosque ad eam ſententiam exquiſitiſſimos indiderunt.

INDĬTVS, a, um. Partic. [ἐντεθειμένος] Affectiones primitus penitusque inditae Gell. 12, 5 *ad naturam ipſam refertur. Contra ea* Tacit. Ann. 12, 3 Nihil arduum videbatur in animo principis, cui non iudicium non odium erat, niſi indita et iuſſa: indita *a Praeceptoribus, amicis etc. praeter naturam.* Caſtella rupibus indita Tacit. Ann. 4, 46. Idem Ann. 3, 28 Igitur inditus Lecticae, et a Tribuno Praetoriae cohortis deductus eſt. Nomen Curt. 4, 9, 16. Venenum potioni inditum Idem 10, 10, 7. Tacit. Ann. 11, 32 Vincliſque inditis in vrbem raptus, neque data Senatus copia intra cubiculum auditur. Vrbs monti indita, *i. Impoſita* Flor. 3, 1, 15.

INDOCTVS, a, um. Adi. [ἀπαίδευτος, ἀμαθής] *Docto contrarium.* Plaut. Trin. 3, 2, 5 Indoctus quam docte facis. Non admodum indoctus Cic. de Fin. 1, 72. Nimium indoctus, *vid.* NIMIS. Indoctus, imperituſque: *vid.* IMPERITVS. Rabula, indoctus, inurbanus, ruſticus Cic. de Clar. Orat. 180. Genus hominum indoctum et agreſte, *cui opponitur* Expolitum Idem in Partit. c. 15. Leuiſſimum et indoctiſſimum genus Id. de Diuin. 2, 229 c. 63. Quinctil. 1, 11 Vt recta ſint brachia, ne indoctae, ruſticaeue Manus. Plaut. Bacch. 5, 1, 3 Ego longe anteeo ſtultitia, et Moribus indoctis. Oratio rudis et indocta Cic. de Orat. 3, 183. Vulgus Ouid. Met. 5, 308. Canere indoctum Hor. Epiſt. 2, 2, 39. Cantaber indoctus iuga ferre noſtra, *i. Inſuetus* Hor. Carm. 2, 6, 2. Pilae indoctus Idem de Arte Poët. 380. Themiſtocles quum in epulis recuſaſſet lyram, habitus eſt indoctior Cic. Tuſc. 1 c. 2.

INDOCTE. Adu. [ἀπαιδεύτως] Cic. de N. D. 2, 44 c. 16 Quae qui videat, non indocte ſolum, verum etiam impie faciat, ſi deos eſſe negat. Gell. 12, 5.

INDOCTOR, ōris. m. Plaut. Aſin. 3, 2, 6 Indoctores acerrimi, *i. doctores. Sed melius eſſe videtur, quod ſuſpicantur quidam,* Inductores. *Vid. Taubm. p. 137. et Turneb. Aduerſ. 24, 31.*

INDOCĬLIS, e. Adi. [ἀδίδακτος] *Quod doceri non poteſt.* Plin. 10, 45 E volucribus, hirundines ſunt indociles. *Sic* Cic. Acad. 4, 2 c. 1. Idem de N. D. 1, 12 Dictum eſt omnino de hac re alio loco diligentius: ſed quia nimis indociles quidam tardique ſunt, admonendi videntur ſaepius. Achilles, *vid.* ACHILLES. Animi Ouid. Faſt. 3, 118. Virg. Aen. 8, 321 Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis Compoſuit, legesque dedit. Indocilis caeli agricola Plin. 18, 25. Idem in prooem. 14 Externae arbores indocilesque naſci alibi quam vbi coepere. *Pro Naturali, quod arte caret.* Ouid. Triſt. 3, 12, 8 Indocilique loquax gutture vernat auis. Id. Ibid. 4, 1, 6 Indociles vias currit lympha, *i. Quas nemo illi monſtrauit.* Sil. 1, 237 Nec Cereri terra indocilis, nec inhoſpita Baccho. Idem 11, 11 Indocilis quietem. *Actiue poſuit* Cic. Acad. 4 c. 1 Indocilis diſciplina eſt. *i. Quae difficulter ac tarde docet.*

INDOCIBILIS, e. Adi. Vet. Int. Iren. 4, 28.

INDOCIBILITAS, ātis. f. *Ruditas indocilis.* Apul. de Dogm. Plat. 2 *pr.* Prudentiam indocibilitas impugnat.

INDŎLATVS, a, um. Adi. *Non dolatus.* Arnob. 6 p. 196 *et* 7 p. 253.

INDŎLATILIS, e. Adi. Sidon. Epiſt. 5, 5. *Idem.*

INDŎLEO, ui, ēre. *ſiue* INDOLESCO, ĕre. [καταλγύνομαι] Cic. Philipp. 2, 61 c. 25 Quis qui non indoluerit, tam fero ſe, quem hominem ſecutus eſſet, cognoſcere? Indoluit facto Ouid. Met. 4, 173. Malis alicuius indoluiſſe Idem Triſt. 2, 569. Tactum indoleſcere Iuſtin. 12, 13, 9. *Genitiuo iunctum volunt* Ouid. Met. 2, 788 Succeſſorumque Mineruae Indoluit. *Sed plerique etiam Burm. leg.* ſucceſſuque.

INDOLENTIA, ae. f. [ἀναλγησία] *Quum ſine dolore ſumus.* Cic. Off. 2, 12 Vt qui rem exſpectandam, vel voluptate, vel indolentia metiuntur. Idem de Fin. 2, 19 c. 4 Voluptatis nomine nonnunquam vtitur pro indolentia. *Saepius tamen vacuitatem doloris vocat quam* indolentiam. Sen. Epiſt. 66 Dolore corpus caret, quid ad hanc accedere indolentiam poteſt? Lactant. 3, 8 Corporis bona, i. e. Incolumitas, indolentia, valetudo.

INDOLORIA, ae. f. *Idem.* Sidonius Apollin. Epiſt. praemiſſa Carmini 19 Lecturus es hic nouum verbum, id eſt eſſentiam: nec non indoloriam nominauit, addens: licet enim nouis rebus noua nomina imponere: et recte dixit, *etc. Haec Sidonius de Cicerone loquens, in cuius tamen libris* Indolentiam *non* Indoloriam *reperimus. Conf. Sauaron.*

INDOLOR, oris. Adi. Cael. Aurel. Tard. 2, 4 Indoloria medicamenta, *i. Anodyna.*

INDOLESCENDVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 2, 12.

INDŎLES, is. f. [φυή, φύσις] *Ab* Inoleſco *ſit per interpoſitionem literae D, vel ab* Indo oleſco: *diciturque eadem ratione vt* Ingenium, *ad ſignificandas naturales propenſiones, habilitates, facultates, eas praeſertim, quae ad virtutem aut vitium referuntur.* Feſtus, Indoles, Incrementum; *pulchre* induſtria; *neſcio quam bene: niſi quod* induſtria *ſignum eſt bonae indolis.* Vet. Gloſſ. Indoles, καλή, ἐλπὶς ἐν νεωτέρῳ. Virg. Aen. 10, 826 Quid tibi nunc, miſerande puer, pro laudibus iſtis, Quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum? Seruius: Indoles eſt propria imago quaedam virtutis futurae. Cic. ad Brut. 3 *pr.* Caeſaris vero pueri mirifica indoles virtutis. Bona ſpes, et indoles magna in adoleſcentibus Cic. de Fin. 2, 117 c. 35. Idem Fam. 1, 7 Lentulum eximia ſpe, ſummae virtutis adoleſcentem. Cic. Off. 3, 16 Itaque his omnes, in quibus eſt virtutis indoles, commouentur. Idem in Orat. 41 Praeterea ad virtutem maior indoles. *Et* Verr. 3, 160 Fac enim fuiſſe in iſto C. Laelii, M. Catonis materiem atque indolem. Specimen indolis dare Plin. Epiſt. 2, 7. Idem Epiſt. 3, 11 Idque primum nonnullius indolis dedi ſpecimen. Gell. 19, 9 Adoleſcens e terra Aſia, de Equeſtri loco, laetae indolis, moribusque et fortunis bene ornatus. Felix Sen. Troad. ſ. 6. Quinctil. 2, 4 Melior autem eſt indoles laeta. Magnae indolis exordia Stat. Achil. 1, 277. Nutrita indoles ſub fauſtis penetralibus Hor. Carm. 4, 4, 25. Necas rectam indolem Sen. Hippol. ſ. 4. Plaut. Trin. 2, 2, 42 Qui ipſus ſe contemnit, in eo eſt indoles induſtriae. Idem Mil. 3, 3, 46 Si non nos materiarius remoratur, quod quidem opus eſt, noui indolem noſtri ingenii, cito erit parata nauis. *Praeſtantia, ſeu Generoſitas quaedam virtutis atque animi:* Liu. 1, 3 Tantiſper tutela muliebri (tanta indoles in Lauinia erat) res Latina, et regnum auitum paternumque puero ſtetit. Lucan. 5, 17 Indole ſi dignum Latia, *etc. In malum.* Liu. 21, 4 *de Annibale,* Cum hac indole virtutum ac vitiorum ſub Aſdrubale meruit. *h. e. Natura propenſa ad bonum et malum.* Segnis Tacit. Ann. 12, 26, 3. Liu. 38, 17 Sicut in frugibus, pecudibusque non tantum ſemina ad ſeruandam indolem valent, *etc. Conf.* Gell. 12, 1 *etc.* Mundi Id. 20, 6.

INDOMĬTVS, a, um. Adi. [ἄδμητος] *Quod domari non poteſt, et miteſcere.* Plaut. Bacch. 4, 3, 1 Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito incogitato: ſine modo et modeſtia ſum. Boues Varro de R. R. 2, 5. Equus Hor. Serm. 2, 2, 10. Iuuencus Colum. 6, 2. Achilles, *vid.* ACHILLES. Adoleſcens Plaut. Trin. 3, 3, 22. *Conf.* Men. 1, 2, 1. Bellum Sen. Agam. 7. Cupiditates indomitae et effrenatae Cic. Verr. 1, 62 c. 24. Greges Tibull. 2, 4, 57. Igne indomito carpitur Ouid. Met. 10, 369. Ingenia Gallorum ferocia et indomita Liu. 21, 20. Libido indomita et effrenata Cic. pro Cluent. 15. Licentia Hor. Carm. 3, 24, 28. Mare Tibull. 2, 3, 49. Oculi, *Effrenati et leues.* Plaut. Bacch. 4, 9, 92 Ego animo cupido, atque oculis indomitis fui: perſuaſum eſt facere, cuius nunc me facti pudet. Rabies Hor. Epod. 12, 9. Vires Virg. Aen. 5, 681. Vndae Hor. Carm. 4, 14, 20. Virg. Aen. 2, 594 Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?

INDOMABĬLIS, e. Adi. [ἀδάμαστος] *Idem quod Indomitus.* Plaut. Caſin. 4, 3, 12 Edepol, nae tu ſi eſſes equus, eſſes indomabilis. Prudent. de Vincent. Mart. 11 Teſtis indomabilis.

INDONATVS, a, um. Adi. Lamprid. Heliog. c. 28 Nec quemquam facile indonatum relinquebat.

INDORMIO, iui, ītum, īre. [ἐγκοιμῶμαι, ἐπικοιμῶμαι] *Dormire in aliqua re tanquam in culcita, vel in re agenda ſegnem eſſe, et ſomniculoſe illam tractare.* Cubilibus vnctis indormit Hor. Epod. 5, 69. Congeſtis vndique ſaccis indormis Idem Serm. 1, 1, 70. Indormire deſidiae Plin. Epiſt. 1, 2. Cic. Q. Frat. 2, 14 Sic ego quoniam in iſto homine colendo tam indormiui diu, *etc.* Idem Phil. 2, 30 c. 12 Edormi crapulam inquam, et exhala: an faces admouendae ſunt, quae te excitent tantae cauſae indormientem? ¶ 2 *Torpeſcere, et motum amittere ſignificat* Veget. Mulom. 3, 24, 15 Fuſtes quoque vel de ſalice vel de robore in os mittunt, ne maxillarum vſus indormiat. *Et* 3, 47, 3 Si armum laeſerit, vel ſupra ipſum iacuerit, vt armus indormiat, *in qua re etiam Germani vtuntur ſuo* einſchlafen.

INDORMIS, e. Adi. Gloſſ. Gr. Lat. ἀκοίμητος, inſomnis, indormis.

INDOTĀTVS, a, um. Adi. [ἄπροικος] *Dotato contrarium.* Ter. Adel. 3, 2, 47 Primum indotata eſt. Idem Phorm. 5, 7, 45 Vos me indotatis modo patrocinari fortaſſe arbitramini. Soror Hor. Epiſt. 1, 17, 26. Corpora indotata, *i. Nullis ſepulturae honoribus affecta.* Ouid. Met. 7, 609 Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos Indotata rogos. Cic. de Orat. 1, 234 c. 55 Cuius artem quum et indotatam eſſe atque incomitatam et incomtam videres, verborum candore locupletaſti et ornaſti.

INDV *et* ENDO, *Praepoſitiones antiquae, quae valent* In: v. v.

INDVBĬTO, āui, āre. [ἐνδοιάζω] Stat. Silu. 3, 5, 110 Sed ingratus plura adnecto, tuisque Moribus indubito.

INDVBITĀTVS, a, um. Adi. [ἀνενδοίαστος, ἀναμφισβήτητος] *Certus: et de quo dubitari non poteſt.* Quinctil. 9, 4 In iis vero, quae indubitata ſunt, breuior. Cubilia Stat. Achil. 2, 73. Indubitata Spes Plin. 31, 3. *Compar.* Vlpian. l. vnic. D. Ne quid in flum. publ. *etc.* Semper certior eſt naturalis fluminum curſus aeſtate, quam hieme, nec ad inſtantem aeſtatem, ſed ad priorem hoc interdictum refertur: quia illius aeſtatis fluxus indubitatior eſt.

INDVBITABĬLIS, e. Adi. *Idem.* Quinctil. 4, 1 In genere cauſae indubitabili, *etc.* Idem Decl. 9 *extr.* Signum Stat. Theb. 11, 64. *Conf.* Arnob. 7, . .

INDVBITABILITER. Adu. Arnob. 5, . . Cunctis indubitabiliter notum eſt.

INDVBITATE. Adu. Vlpian. in l. quod ſi nolit §. ſi ancilla D. de Aedil. edict. Sed ſi forte vſus fructus proprietati accreuit, indubitate hoc quoque reſtituitur ei. Paterc. 2, 60, 3 Indubitate corrupti commentarii. Quae indubitate Lyſimachi erant Liu. 33, 11. *Superl.* Indubitatiſſime Oroſ. 3 *extr.*

INDVBITANTER. Adu. [ἀνενδοιάστως] *Certo.* Plin. 18, 11 Quae palma frugum indubitanter Italiam contingit. *al.* Indubitata. Vlpian. in l. 2 §. ſi conſulto D. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. Si conſulto ſit inductum nomen heredis: indubitanter probatur, bonorum poſſeſſionem expetere eum non poſſe. Idem in l. quia autem §. non ſimpliciter D. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, *etc.* Certe ſi vacantia bona quis poſſederit, et quadriennium praeterierit: indubitanter conveniri poterit ex hac parte edicti. *Conf.* Auguſtin. de Vera Rel. c. 46. *et* Saluian. Gub. Dei 2, . .

INDVBITATO. Tertull. aduerſ. Marc. 1, 9.

INDVBIVS, a, um. Adi. Tacit. Ann. 14, 45, 1 Plurimorum indubia innocentia. Quinctil. 5, 13 Exempla indubia.

INDVCIAE, ārum. f. [σπονδή, ἀνακωχή, ἐκεχειρία] *Ceſſatio belli in aliquod tempus.* Donat. *ad* Ter. Eun. 1, 1, 15 Induciae ſunt pax in paucos dies, vel quod in diem dentur, vel quod in dies otium praebeant. *De natura et etymo* induciarum *pluſcula diſputantur a* Gellio 1, 25 *vnde quaedam huc transferemus.* Duobus modis M. Varro — Induciae quid ſint definit. Induciae, inquit, ſunt pax caſtrenſis paucorum dierum. Item — ſunt belli feriae. Sed lepidae magis atque iucundae breuitatis vtraque definitio, quam plena aut proba eſſe videtur. Nam *etc.* Graeci ſignificantius conſignantiusque ceſſationem iſtam pugnae pacticiam ἐκεχειρίαν dixerunt — quod eo tempore non pugnetur, et *manus cohibeantur.* — *Indutias* ſic dictas arbitramur, quaſi tu dicas *inde vti iam.* Pactum induciarum huiusmodi eſt, vt in diem certum non pugnetur, nihilque incommodi detur — atque is dies vbi venit, *inde vti iam* pugnetur ——— Aurelius autem Opilius — Induciae, inquit, dicuntur, quum hoſtes inter ſeſe vtrimque vtroque alter ad alterum impune et ſine pugna eunt. Inde ab eo, inquit, nomen eſſe factum videtur, quaſi *initiae,* hoc eſt initus, atque introitus. *Haec Gellius. Vltima non ſatis explicate dixit:* Indoitias *vel* Induitias *voluit Opilius, vt* Induperator *eſt* Imperator: *pro* in *enim* endo, indo, indu *antiquos dixiſſe, ſatis notum. Caeterum Gelliana et Opilii diſputatio ſi quid veri habet,* Indutiae *ſcribendum erit, non* Induciae, *per* T, *non per* C. *Idem dicendum de etymologia, quae Hugoni Grotio placuit, de Iure B. et P. 3, 21, 2. et Voſſio,* Indoitia *pro* Indotia, *quod* inde *h. e. a certo tempore* otia *ſint.* Oitium *enim dictum ex eo fonte, vnde* Oiti *h. e.* Vti. *Interim vſus obtinuit, vt* Induciae *ſcribantur, quem ſequitur etiam Drakenb. in Liuio, etc. Et quid ſi* Induciae *ſunt quaſi* Neduciae, *vbi* non ducitur *in hoſtem, vt* Infitiae, *vbi non fatemur,* Incitae *vbi cieri non poſſunt calculi. Sic* Indulgere *forte eſt* Inurgere, *h. e. non vrgere.* Indigere *eſt non egere. Sic haec ſiunt me non* Indicente, *v. v. Sed videamus vſum.* Cic. Off. 1, 33 c. 10 Vt ille, qui quum centum XXX dierum eſſent cum hoſte pactae induciae, noctu populabatur agros, quod dierum eſſent pactae, non noctium induciae. Liu. 4, 30 *pr.* Inducias annorum octo impetrauerunt. Idem 1, 30 Valuitque apud Veientes pacta cum Romulo induciarum fides. Induciae in centum annos datae Liu. 1, 15. *et* 7, 20 In centum annos factae. Induciae litium Plaut. Amph. 1, 1, 233. Ter. Eun. 1, 1, 15 In amore haec omnia inſunt vitia, iniuriae, ſuſpiciones, inimicitiae, induciae, bellum, pax rurſum. *Haec eadem citantur a Cicerone* Tuſc. 4, 76. Sedul. Oper. Paſch. 5, ~ Cum Diuina clementia patienti longanimitate mitiſſimam iudicii ſuſpendit vltionem, nulla nos ex iſtis induciis ſpes impunitatis obtundat. *Vid. Gronou. Obſeru. Eccl. Scrip. c. 22.*

c. 22. Conf. Lex. Pitiſc. Salluſt. Iugurth. c. 29 Deditionis mora induciae Agitabantur. Conſeruare, Facere, Impetrare, Petere Nep. . . Liu. 1, 42 *pr.* Iam induciae Exierant. Idem 4, 58 *pr.* Tempus induciarum cum Veienti populo Exierat. Cic. Att. 15, 13 Inducias quas ſcribis, non intelligo Fieri poſſe. Plin. in Paneg. c. 11 *extr.* Ac ne inducias quidem, niſi aequis conditionibus, Inibant. Manent induciae, *vid.* MANEO. Pactae, *vid.* Pactus *in* PACISCOR. Pangere inducias, *vid.* PANGO. Dies Induciarum praeteriit Nep. 17, 3.

INDVCO, xi, ctum, ĕre. [*ἐπάγω, εἰσάγω*] *Introducere.* Plaut. Truc. 2, 6, 66 Quis homo eſt, qui inducit pompam tantam? Sueton. Claud. c. 40 Inducta teſte in Senatum. *Et* Domit. c. 11 Reus maieſtatis in curiam induxerat. Plin. 5, 4, 2 Nepos poſtulauit, vt Nominatus induceretur. Aurel. Vict. de Viris Illuſt. c. 34 Aquam Anienem in vrbem induxit. Plaut. Mil. 2, 2, 78 Tace dum in regionem aſtutiarum mearum te induco. Cohortes in praelium Liu. 34, 28. Equites in pugnam Idem 30, 18 *pr.* *Conf.* Plaut. Amph. 1, 1, 88. Liu. 33, 36 Id quoque inter ſcriptores ambigitur, vtrum in Boios prius, an Inſubres Conſul exercitum induxerit: aduerſamque proſpera pugna obliterauerit. Exercitum in agrum Liu. 8, 19. Legiones in aciem, *vid.* ACIES. Meſſorem aruis Virg. Georg. 1, 316. Plin. Epiſt. 6, 33, 2 Femina ſplendide nata, nupta praetorio viro, exheredata ab octogenario patre intra vndecim dies, quam ille Nouercam ei amore captus induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat: induxerat ei, *h. e. duxerat vxorem, quae ei eſſet nouerca.* Oues et armenta in rura Varro de R. R. 1, 2. *Peculiariter etiam dici obſervamus de ſpectaculis et ludicris.* Inducta eſt et Afranii togata Suet. Ner. c. 11. Inducti per ſimulationem comoedi Id. Claud. c. 45. *Add.* ibid. c. 34. At tu, Caeſar, quam pulchrum ſpectaculum pro illo nobis execrabili reddidiſti? Vidimus delatorum agmen inductum Plin. Paneg. c. 34. *Huc referri poteſt, cum* induci *dicuntur, quorum dicta vel facta referuntur, vt* Cic. de Offic. 3, 38 Hinc ille Gyges inducitur à Platone. ¶ 2 *Varias efficit formulas per translationem.* In Amorem inducere aliquem Catull. 28, 8. Cic. de Diuin. 2, 41 c. 17 Cur igitur vos inducitis in eas Captiones, quas nunquam explicetis? *Sed mel.* induitis. Idem de Clar. Orat. 292 Ita laudaſti quosdam oratores, vt imperitos poſſes in Errorem inducere. Idem in Piſon. 59 Cur non hunc audiſtis tam doctum hominem, tam eruditum, prius quam in iſtum Errorem induceremini? Cic. Off. 55 c. 13 Scientem in Errorem alterum inducere. Quinctil. in prooem. 8 Iidem primo ſolum Iter credant eſſe in quod inducentur. Plaut. Perſ. 4, 4, 91 Non vides nolle eam loqui, ne ſuarum ſe miſeriarum in Memoriam inducas? In Peccatum Auct. ad Her. 2 c. 19. Plin. Epiſt. 2, 7 Regem vi et armis induxit in Regnum. Cic. Off. 2, 53 Quae te malum, inquit, ratio in iſtam Spem induxit, vt eos tibi fideles putares, quos pecunia corrupiſſes? Spes inducta rapinae Ouid. de Nuce 39. Varro de R. R. 3, 2 Sed oro te, inquit, me induce in Viam diſciplinae paſtionis, *etc.* Ambitionem inducere in curiam Cic. Philipp. 11, 9. Idem de Vniuerſo 23 c. 8 Sic animus a medio profectus extremitatem caeli a ſuprema regione rotundo ambitu circumiecit, ſeſeque ipſe verſans, diuinae, ſempiternae, ſapientisque vitae duxit Exordium. Plin. Epiſt. 2, 14 Primus hunc audiendi Morem induxit Larcinus Licinius. Mores nouos induxit Erinnys Stat. Theb. 2, 20. *Conf.* Cic. pro Rabir. Poſt. c. 4. Id. Fam. 1, 4 Haec tamen opinio eſt Pop. Rom. a tuis atque obtrectatoribus Nomen inductum fictae religionis: non tam vt, *etc.* Idem Off. 1, 85 c. 25 Qui autem parti ciuium conſulunt, partem negligunt, rem pernicioſiſſimam in ciuitatem inducunt, Seditionem atque diſcordiam. ¶ 3 Inducere *interdum ſignificat obducere, tegere aliquid et velut veſtire: vt,* Calceum alicui inducere Plin. 2, 7. Suet. Auguſt. c. 92 Si mane ſibi Calceus perperam, ac ſiniſter pro dextero induceretur: vt dirum, obſeruabat. Plin. 35, 10 Huic picturae quater Colorem induxit, ſubſidio iniuriae et vetuſtatis, vt decedente ſuperiore, inferior ſuccederet. *Sic* Parietes, *pro Incruſtatione ornare:* Sen. Epiſt. 116 Miramur Parietes tenui marmore inductos, quum ſciamus quale ſit quod abſconditur. *Conf.* Vitruu. 7, 3. Caeſ. B. G. 2, 33 Scutis ex cortice factis, aut viminibus intextis, quae ſubito (vt temporis exiguitas poſtulabat) Pellibus induxerunt. Tectorium in Parietem Plin. 36, 23. *Conf.* Cic. Verr. 1, 45. Aloë inducta pedibus Scribon. 158. *i. illita. Conf. Rhod. in Lex.* Aluta inductum Scribon. 229. Panno ſpiſſo inducto medicamentum imponitur Idem 160. Viſco Lintea nexo Induces fronti Sammon. 21. *vid. h. l. Burm. it. Barth. Adu. 37, 6.* Formam aliquam membris Ouid. Met. 7, 642. Plin. 24, 8 Humor in folliculis arboris huius naſcens, cuti Nitorem inducit, faciemque gratiorem praeſtat. *de vlmo.* Noctem crepuſcula inducunt Ouid. Faſt. 5, 163. Nubes terris Idem Met. 2, 307. Plumas Hor. Art. Poët. *pr. de pictore.* Rugas ſenectus inducit Tibull. 2, 2, 20. Tenebras inducere terris Ouid. Met. 2, 395. ¶ 4 Inducere *ſaepe eſt per fraudem perſuadere, illicere, adducere, impellere.* Cic. Philipp. 2, 79 Nihil queror de Dolabella, qui tum eſt impulſus, eluſus, inductus. Idem pro Roſc. Com. 46 Quem ego vt mentiatur, inducere poſſum: vt peieret exorare facile potero. Induxerit eum L. Saturnini familiaritas, vt amicitiam patriae praeponeret, idcircone, *etc.* Cic. pro Rabir. 33. Inducebar orationibus tuis Idem de Legib. 2, 2. Adoleſcentulus corruptus et nequam ab hominibus inductus Id. pro Roſc. Amer. 39. Cic. pro Roſc. Amer. 76 c. 28 Pretio, gratia, ſpe, promiſſis induxit aliquem. *Et* 117 c. 40 Nouem homines honeſtiſſimos — induxit, decepit, deſtituit *etc.* *Vid.* in Errorem inducere n. 2. Verbis Phaedr. 2, 6. Tibull. 1, 6 (7) 1 Semper, vt inducar, blandos offers mihi vultus. *Vid. Brouckh.* Labeo in l. ſi de dote D. de iure dotium, Quid enim ſi ſocer ſpecie futurae dotis induxerit generum? et cum ſciret, ſe praeſtare dotem non poſſe, id egerit, vt genero inſidiaretur. ¶ 5 *Affinis formula eſt* Inducere Animum vt, *vel* Inducere animum ne, *ſiue* vt ne, *vel* quo minus; *et aliquando cum Infinitiuo, i. Sibi perſuadere.* Plaut. Mil. 4, 6, 54 Induxi Animum ne oderim item, vt alias quando oraſti. Idem Ciſtel. 3, 3 Quanquam inuita te carebo, meum Animum ego inducam tamen, vt illud, quod tuam in rem bene conducat, conſulam. Cic. pro S. Roſc. 53 c. 19 Vitia atque peccata filii, quibus incenſus parens potuerit Animum inducere, vt naturam ipſam vinceret, *etc.* Plin. 9, 13 Non ſuſtinui Animum inducere, quo minus illi indicarem. Ter. Andr. 5, 1, 15 Per ego te deos oro, vt ne illis Animum inducas credere. Idem Hec. 1, 2, 24 Quod ego nunquam credidi fore, vt hac ille viua poſſet Animum inducere vxorem habere. *Et* Andr. 3, 3, 40 Si iſtuc Animum induxti eſſe vtile: nolo tibi vllum commodum in me claudier. Ter. in prol. Heaut. 41 Mea cauſa, cauſam hanc iuſtam eſſe animum inducite. Cic. in Catil. 1, 22 Vtinam tibi iſtam mentem dii immortales donarent, etſi video, ſi mea voce ire in exilium Animum induxeris. Idem Tuſc. 5, 30 Inducant Animum, illa quorum ſplendore capiuntur, vires, valetudinem, pulchritudinem, diuitias, honores, opes contemnere. *Add.* Id. Diu. 2 c. 20. Hor. Serm. 1, 3, 2 Omnibus hoc vitium eſt cantoribus, inter amicos Vt nunquam inducant Animum cantare rogati. Ter. Hec. 4, 4, 6 Nunc Animum rurſum ad meretricem induxti tuum. Olim quum ita Animum induxti tuum Ter. Andr. 5, 3, 12. Idem Adel. 4, 3, 6 Nunquam te aliter, atque es, in Animum induxi meum. Plaut. Rud. prol. 22 Atque hoc in Animum ſceleſti inducunt ſuum, Iouem placare ſe poſſe omnibus hoſtiis. ¶ 6 *Metaphora a ſtilo ſumta, inducere eſt irritum reddere, abolere.* Cic. Att. 1, 20 Inducendi Senatusconſulti maturitas nondum eſt. Idem Att. 1, 17 Aſiani, qui de Cenſoribus conduxerunt, queſti ſunt in Senatu, ſe cupiditate prolapſos, nimium magno conduxiſſe: vt induceretur locatio poſtulauerunt. Cic. Att. 13, 14 *extr.* Igitur conſideremus: etſi nomina iam facta ſunt, vel induci, vel mutari poſſunt. Suet. Ner. c. 52 Multa et deleta et inducta et ſubſcripta inerant. *Eſt igitur* Inducere *proprie, Ducto per ceras ſtilo inverſo ſ. lato, tegere et interlinere, et memoriam ſcriptorum obliterare.* *Add.* Cic. Att. 4 Ep. vlt. ¶ 7 *Contra ea* in Rationem inducere *eſt ibi ſcribere, et expenſum ferre.* Cic. Verr. 1, 106 c. 41 Tutores, pecuniam praetori ſi pupillae nomine dediſſent, grandem praeſertim, quemadmodum in rationem inducerent, quemadmodum ſine periculo ſuo dare poſſent, non videbant. *Sic* Quantum quaeque voluit, legatis tuis datum induxit Cic. Fam. 3, 10 *med. vbi conf. Manut.* *Et* 3, 8 Ne in venditionem tributorum, et illam acerbiſſimam exactionem capitum atque oſtiorum *(haec ſunt accepta)* inducerentur *(in expenſis)* ſumtus minime neceſſarii. Cic. pro L. Agr. 2, 70 c. 26 Hic ager omnis, quoquo pretio coëmtus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur Ibid. 98 c. 36 Vt iidem partim inuidioſos agros a Sullanis poſſeſſoribus, partim deſertos ac peſtilentes, a veſtris neceſſariis, a vosmetipſis emtos, quanti velletis, Pop. Rom. induceretis. *Hinc intelligo* Cic. Diu. 2, 109 c. 53 *extr.* Qua ergo ratione haec inducis, *id eſt, velut in rationibus ponis, et vera eſſe concedis,* eadem illa eſſe poſſunt, quae tollis, *i. negas.* ¶ 8 *Obſeru. Non ſatis expeditum eſt, quid ſibi velit illud* Martial. 14, 168 *cui lemma* Trochus. Inducenda rota eſt: das nobis vtile munus. Inducere fructum *dicuntur* arbores, *Emittere et producere.* Columel. 5, 9, 15 Plerumque etiam locis ſiccis et humidis arbores muſco infeſtantur: quem niſi ferramento reſecueris, nec fructum, nec laetam frondem olea inducet: *Sed vid. leg.* Induet.

INDVCTVS, a, um. Part. Cic. Att. 3, 15 Ego proditus, inductus, coniectus in fraudem. Sueton. Claud. c. 29 Inductus, quaſi de induſtria ſimularentur, *i. deceptus.* Tedae inductae ſulphure, *i. Illitae* Ouid. Epiſt. 7, 23. Argumentis inductus, *i. Perſuaſus* Plin. 7, 43. Coniectura inductus Idem 28, 1. Conſuetudine inductus ac familiaritate Cic. pro Quint. 12 c. 3. Oratio ſubtiliter ad criminandum inducta. Id. pro Cael. c. 11. His initiis inducti, omnia vera diligimus Id. de Fin. 2, . . Pecunia inductum aliquid facere Cic. de Inuent. 2, . . Spe falſa inductus pollicebar Idem pro Planc. 101 c. 42. *Pro Aſciticio, vel longe accerſito:* Plin. Epiſt. 43 *extr.* Neque enim coniectura eget, quid ſermone patrio exprimere poſſis, quum hoc inſiticio et inducto tam praeclara opera perfeceris. Id. ibid. 3, 18, 10 Poſſint videri arceſſita et inducta. *Et* 5, 6, 44 Si nihil inductum et quaſi deuium loquimur, non epiſtola, quae deſcribit, ſed villa, quae deſcribitur, magna eſt. Inducto priore decreto Suet. Caeſ. c. 16. *Deletus:* Vlpian. in l. 1 D. de his, quae in teſtam. delent. Quae in teſtamento legi poſſunt, ea inconſulto deleta et inducta, nihilominus valent: conſulto, non valent. Id vero, quod non iuſſu domini ſcriptum, inductum, deletumue eſt, pro nihilo eſt. *Vid.* INDVCO n. 6. Solum inductum, *i. aequatum* Plin. 2, 80.

INDVCTIO, ōnis. f. [*ἐπαγωγή*] Cic. de N. D. 2, 152 c. 60 Nos aquarum inductionibus, terris fecunditatem damus. Velorum inductiones Vitruu. praef. 10. *Pro Introductione:* Cic. de Orat. 3 c. 53 Perſonarum ficta inductio. Inductio erroris Ibid. *Argumenti genus apud rhetores, quum per interrogationem ſimilium cogimus aliquem aliquid fateri, veluti manu in id, quod volumus, cum ducentes.* Quinctil. 5, 11, 2 Illa (inductio) qua plurimum vſus eſt Socrates, hanc habuit viam. Cum plura interrogaſſet, quae fateri aduerſario neceſſe eſſet, nouiſſime id, de quo quaerebatur, inferebat, cui ſimile conceſſiſſet. Id eſt inductio. — Sit illa interrogatio talis: Quod eſt pomum generoſiſſimum? nonne quod optimum? concedetur. Qui equus generoſiſſimus? nonne qui optimus? Et plura in eundem modum. Tum id ſubiungitur, cuius rei gratia rogatum eſt, Qui homo, nonne is generoſiſſimus qui optimus? Fateri hoc, illis conceſſis, procul dubio oportebit. *Add.* Quinctil. 5, 10, 73. Cic. de Invent. 1, 51 c. 31 Omnis argumentatio aut per inductionem tractanda eſt, aut per ratiocinationem. Oratio, quae rebus non dubiis captat aſſenſionem eius, quicum inſtituta eſt. *ac deinde dulciſſimo exemplo, quo vſam dicit Socraticus Aeſchines Aſpaſiam apud Xenophontem et eius vxorem, declarat.* Cic. in Topic. 42 Haec ex pluribus perueniens quo vult, appellatur inductio, quae Graece *ἐπαγωγή* nominatur. Idem de Orat. 3, 203. Concludere acutiſſime ſyllogiſmos, ordinare ſequaciter inductiones Arnob. 2 p. 49. Inductio animi, *Perſuaſio.* Cic. Tuſc. 2, . . Idem Q. Frat. 1, 1 Non eſt enim poſitum in labore aliquo, ſed in quadam inductione animi et voluntate. Inductio animi, *pro Beneuolentia* Id. Fam. 1, 9, (8). *Pro incruſtatione eſt ap.* Pallad. 1, 15. *Vid.* INDVCO n. 3. *Pro Litura:* Vlpian. in l. 1 §. et ideo D. de his, quae in teſt. del. Lituras, inductiones, ſuperinductiones ipſe feci. *Vid.* INDVCO n. 6.

INDVCTVS, ûs. m. [*ἐναγωγή*] *Idem.* Auctor ad Herenn. 2 c. 17 Si maxime ita ſit, num ea re concedi reo conueniat, quod alieno inductu fecerit. Cic. pro Varen. *vt citat* Quinctil. 5, 10 Optio vobis datur vtrum velitis caſu illo itinere Varenum vſum eſſe, an huius perſuaſu et inductu.

INDVCTIBILIS, e. Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 37, 203 Qualitas inductibilis *(emplaſtica) vt res induci, i. illini poſſit, emplaſtri inſtar. Ita ſumit etiam* n. 202 Inductibilia.

INDVCTICIVS, a, um. Adi. Cyrill. Gloſſ. Inductitius, *ἐπείσακτος.*

INDVCTOR, ōris. m. Gloſſ. Vet. Inductor, *εἰσακτής.*

INDVCTRIX, īcis. f. Apul. Flor. *extr.* *Coruus* Praedae, quam ore geſtabat inductricem, *vulpem*, compotiuit, *i. compotem fecit.*

INDVCTIVE. Adu. Cael. Aurel. Tard. 1, 5.

INDVCTORIVM, i. n. *Quod induci poteſt.* Plin. Val. 1, 3 Facere inductorium.

INDVFORVS, i. m. *Pro* inforus, *ex* Ennio *ap.* Gell. 12, 4. *i. iudicium, neſcio quo modo irrepſerit in Lexica. Verba* Ennii *ſunt:* Magnam cum laſſu' diei Partem fuiſſet, de ſummis rebu' regundis Conſilio *indu foro* lato, ſanctoque ſenatu, *i. in foro.*

INDVGRĔDI, [εἰσέρχεσθαι] *Antiqui dicebant metri cauſa pro* Ingredi: *ſicut Induperator; Indupeditus, pro Impeditus.* Lucret. 1, 83 — viamque Indugredi ſceleris. *Sic* 4, 318 *et* 367. *Vid.* INDV, *pro* In *Praep.*

INDVLCITAS, ātis. f. *Antiquum.* Caecil. Syracuſ. Tanta huic inuaſit in corda indulcitas. Nonius 2, 215. *Sed legendum*, In cor Daui dulcitas. *Vt Mercerius ſuſpicatur.*

INDVLCO, āre. Tertull. aduerſ. Iud. c. 13. *et* Vulg. Int. Sirac. 12, 16.

INDVLCATVS, a, um. Part. Optatus Afer 6. Oct. Hor. 1, 10. *et* Vulg. Int. Sirac. 38, 5.

INDVLGEO, ſi, ſum *et* tum, ēre. [ἐνδίδωμι, συγχωρέω, χαρίζομαι] *Obſequi, inſeruire, et facile concedere, obſequenter delicateque tribuere. De etymo infra n. 4.* Ter. Heaut. 4, 8, 21 Nimium illi Menedeme indulges. Ibid. 5, 2, 34 Dum iſtis fuiſti ſolus, dum nulla alia delectatio, quae propior eſſet, te indulgebant, tibi dabant. *Donare, concedere, permittere.* Plin. Epiſt. 10, 75 Indulſit balneum fieri. Indulge ſane vanae rei: ignoſce: libenter ſe orbitas decipit Quinctil. Decl. 10. Ter. Adelph. 1, 1, 38 Cur tu his rebus ſumtus ſuggeris? veſtitu nimium indulges, nimium ineptus es. Caeſ. B. G. 1, 40 Huic legioni Caeſar et indulſerat praecipue, et propter virtutem confidebat maxime. Celſ. 3, 6 Neceſſe eſt tamen, quanto facilius ſani famem quam ſitim ſuſtinent, tanto magis aegris in potione quam in cibo indulgere. Stat. Epith. Stellae 179 Iuuenique curule Indulgebit ebur. Imperaui mihi, quod indulgere conſueueram Martial. praef. l. 12. *i. modo cum moleſtia quadam et paene inuitus feci, quod alias ſponte et lubens.* Indulgere ſceleri veniam Sulp. Seuer. Dial. 2, 4. *Sic* Rudem indulgere Suet. Claud. c. 21. *Pro Rude donare: et* Ornamenta Conſularia indulgere Idem 24. *Conf.* Non. 4, 246. ¶ 2 *Subſtantiua Datiui caſus:* Abdomini indulgere, *vid.* ABDOMEN. Cic. de Amicit. 54 Atque hoc idem videre licet, eos qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, poteſtate, proſperis rebus immutari, ſperni ab his veteres Amicitias, et indulgere nouis. Amori Ouid. Met. 9, 595. Animo ſuo indulgens, *i. Obſequens* Id. ibid. 12, 598. Id. ibid. 7, 568 Indulgent Animis, et nulla quid vtile cura eſt. *h. e. Faciunt, quidquid ipſis libet.* Campo Perſ. 5, 57 *ludendi cauſa.* Choreis Virg. Aen. 9, 615. Corpori Sen. Epiſt. 8. Deſiderio alicuius Plin. Epiſt. 10, 34 *pr.* Id. ibid. 5, 9 *extr.* Sed quid ego indulgeo Dolori? *i. Doleo, et me affligo.* Seneca . . Non potes illorum Dolori obſtare, ſi tuo indulſeris. Quinctil. 10, 1 Minus indulſere Eloquentiae Stoici veteres. Furori alicuius, *i. Obſequi ardentiſſimo eius amori* Ouid. Met. 9, 511. Plin. Epiſt. 5, 15 In infinitum epiſtolam extendam, ſi Gaudio meo indulgeam. Gymnaſiis indulgere, *Frequentem et aſſiduum eſſe* Id. ibid. 10, 49. Virg. Aen. 4, 51 Indulge Hoſpitio, cauſasque innecte morandi. i. e. Da operam, *vt ait* Seruius. Imbribus tempeſtas indulget Lucret. 1, 805. Liu. 23, 3 Sed ante omnia ita vos Irae indulgere oportet, vt potiorem ira ſalutem atque vtilitatem veſtram habeatis. Iuri noſtro libentius indulgebit iudex Quinctil. 7, 6. Lacrimis indulſit Ouid. Met. 9, 142. Luctibus Lucret. 3, 947. Suet. de Clar. Gramm. 23 Luxuriae ita indulſit, vt ſaepius in die lauaretur. Offenſae *vel* vtilitati ſuae Quinctil. 11, 1. Cic. de Amicit. 91 c. 24 Moleſta veritas eſt, ſi quidem ex ea naſcitur odium, quod eſt venenum amicitiae: ſed Obſequium multo moleſtius eſt, quod peccatis indulgens, praecipitem amicum ferri ſinit. Precibus alterius, *Concedere, quod petit* Plin. Epiſt. 4, 15. Sibi: *vid. Burm. ad* Quinctil. 8, 5. Studio ſuo aliquid Quinct. 3, 10. Plin. Epiſt. 4, 15 *extr.* Si denique precibus meis tu potiſſimus adiutor acceſſeris, cuius Senatus et Suffragio libentiſſime indulgeat, et teſtimonio plurimum credat. Cic. Fam. 16, 18 Indulge Valetudini tuae, *vt* Seruire. ¶ 3 *Obſeruatt. Cum Accuſatiuo, Antique.* Ter. Heaut. 2, 1, 16 Eiiciunda hercle haec mollities animi, nimis Me indulgeo. *Al.* Mî, *rectius.* Modeſt. in l. Titius D. ad Senatusconſultum Turpillianum, Modeſtinus reſcripſit, Abolitionem reorum, quae publice indulgetur, ad hoc genus criminis non pertinere. Vlpian. in l. 1 §. vlt. D. ſi pars hereditatis, Interdum Praetor incertae partis hereditatis petitionem indulget. *Cum vtroque Caſu.* Indulſit ſe videndum tibi Stat. Silu. 4, 6; 36. *i. Conceſſit.* Quinctil. 2, 17 Atque ita quidem, vt appareat haec aduerſus eos quoque fruſtra excogitata, qui malis moribus nomen oratoris indulgent. *Sic de meretricibus, quum ſeſe permittunt, et praebent amatoribus*, [χαρίζεσθαι] Iuuenal. 2, 165 — ardenti ſeſe indulſiſſe tribuno. Indulgeor, *Paſſ.* Gell. 20 c. vlt. Ipſe autem ad hoc ſcripſi, vt liberis quoque meis paratae iſtiusmodi remiſſiones eſſent, quando animus eorum interſtitione aliqua negotiorum data laxari, indulgerique potuiſſet. ¶ 4 *De etymo pulchre Caſaub. ad* Perſ. 5, 57 p. 390 ſq. *obſeruat* indulgere *eſſe dictum pro* indurgere, *i. non vrgere, vt* indoles *ab* inoleſcendo. *Nempe proprie etiam* Cael. Chron. 2, 1, 44 Nunc aegrotanti demonſtrato motu, qui nunc adducta faſciola ſubleuet crura, nunc indulta deponat. *Sic et* ſ. 45. *Et* Ibid. Cogatur labore proprio per ſe ipſum adducendo *faſciolam*, atque indulgendo ſuis cruribus motum praeſtare. *Eſt ſane in his* indulgere *non vrgere, non adducere, intendere, etc. Vid. quae diſputamus voce* INDVCIAE, *quam ab* Inducendo, *i. non ducendo, ductam arbitramur.*

INDVLGENS, entis. Partic. Plin. 17, 10 Nutricem indulgentiorem eſſe, quam matrem ſaepe conuenit. Cic. Att. 10, 6 Vellem ſuſcepiſſes iuuenem regendum, pater enim nimis indulgens, quidquid ego adſtrinxi, relaxat. Animo indulgens Salluſt. Fragm. 6, 42. Lucan. 7, 54

— ſegnis pauidusque vocatur,
Ac nimium patiens ſoceri Pompeius, et orbis
Indulgens regno. *i. Nimium intentus et incumbens.*

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops Hor. Carm. 2, 2, 13. Liu. 22, 61 *pr.* Praeter exemplum ciuitatis minime in captiuos iam inde antiquitus indulgentis. Cic. Off. 3, 112 Qui nuper indulgens in patrem, idem acerbus et ſeuerus in filium. *Compar. Vid.* Plin. *ſupra.* Cic. pro Cluent. 12 c. 5 Ipſum nomen amantius indulgentiusque maternum. Suet. Veſp. c. 21 Nec vllo tempore facilior aut indulgentior traditur. *Superl.* Plin. Epiſt. 10, 5, 2 Rogo ergo indulgentiſſime Imperator, vt, *etc.* Indulgentiſſimus, *frequens titulus Imperatorum: vid. Gruter.* Inſcript. p. 253 n. 8 *etc. Conf.* Nazar. Paneg. Conſtant. c. 26. *Paſſiue apud* Quinctil. Decl. 10 Fili indulgentiſſime vidi te, nec ſemel vidi.

INDVLTVRVS, a, um. Partic. Vlp. in l. 1 §. de his autem D. de ſeparat. Qui ſeparationem indulturus eſt.

INDVLGENTER. Adu. [φιλοστόργως] *Comiter et blande, vel molliter.* Cic. Att. 9, 11 Illud me praeclare admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, et vt cum grauitate potius loquar. Idem de Fin. 2, 109 Quid ſi etiam beſtiae multa faciunt duce ſua quaeque natura, partim indulgenter vel cum labore, vt in gignendo, in educando, *etc.* Liu. 36, 14 Philippus Athamanûm praecipue captiuis indulgenter habitis, vt per eos conciliaret gentem. *Compar.* Sen. Benef. 4, 32 Dii alios indulgentius tractant. Val. Max. 1, 7 Longe indulgentius in Poëta Simonide. *Superl.* Solin. c. 14 Voluptati aurium indulgentiſſime deditus.

INDVLGENTIA, ae. f. *Mollis permiſſio et educatio.* Quinct. 1, 2, 6 Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, neruos omnes et mentis et corporis frangit. Balbus ad Cic. Att. 9, 8 (12) Et hoc Caeſarem pro ſua indulgentia in ſuos probaturum putamus. *Verſiculus vulgatus* Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos *eſt* Mantuani Parth. 1, 164. Plin. Epiſt. 10, 34 *pr.* Id itaque indulgentia tua reſtituere deſiderant. Dextera praecipue capit indulgentia mentes Ouid. A. A. 2, 147. *Sed* Sen. de Benef. 2, 15 Quidquid illi accidere optant, in id horum intempeſtiua indulgentia impellit atque inſtruit. Nocet indulgentia nobis Ouid. Amor. 2, 19, 35. Abolere crimina reorum indulgentia Modeſt. in l. Lucius D. ad Senatusconſultum Turpillianum. Caeli indulgentia Virg. Georg. 2, 345. Fortunae Paterc. 2, 80, 1. *Ponitur et pro Gratia vel fauore Imperatoris. Vid.* Plin. Epiſt. 10, 2 *et* 107. *et* Auſon. Gratiar. Act. c. 21. Indulgentiae *etiam vocantur Poenarum remiſſiones:* Capitol. Ant. Pio c. 6 His quos Hadrianus damnauerat, indulgentias petiit. Indulgentiam conſequi, *pro Veniam* Sulp. Dial. de Virt. Mon. Orient. c. 8.

INDVLGĬTAS, ātis. f. *Pro Indulgentia.* Siſenna, Baſſus aſſidua indulgitate victus. *Antiquum. Vid.* Non. 2, 439.

INDVLTOR, ōris. m. Tertull. adu. Marc. 4, 9 Indultor legis.

INDVLTVS, ûs. m. Sidon. Epiſt. 1 vlt. Oro, vt indultu clementiae tuae quae volo ſcribam.

INDVLTVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 4, 24 Indultis tantiſper induciis.

INDVO, ui, ūtum, ĕre. [ἐνδύω, περιβάλλομαι, ἀμπέχομαι, ἀμφιέννυμι, περιπίπτω] *A Graeco* δύω, *quod ſubeo vel ingredior ſignificat. Ipſum* ἐνδύω *eſt* induo. Induo veſtem Ter. Eun. 4, 4, 35. Ibid. 5, 7, 40 Vbi veſtem vidit illam eſſe eum indutum pater? *Sic* Plaut. Epid. 2, 2, 41 Vtine impluuium induta eat. Virg. Aen. 2, 393

Deinde comantem
Androgei galeam, clipeique inſigne decorum
Induitur.

Plaut. Caſin. 3, 5, 53 Occiſiſſimus ſum omnium, qui veniunt, loricam induam mihi optimum eſſe opinor. Ter. Eun. 4, 4, 41 Chaereane tuam veſtem detraxit tibi? DO. factum. PH. et ea eſt indutus? DO. factum. Veſtes induit meis humeris Ouid. Epiſt. 21, 109. ¶ 2 *Subſtantiua nomina rerum, quae proprie induuntur.* Annulum Plin. 33, 1, 2 *et* 7. Cic. Off. 3, 38 Annulumque aureum in digito: quem, vt detraxit, atque ipſe induit, *etc.* Arma Virg. Aen. 9, 181. Arma fulgentia induit Idem ibid. 11, 77. Aurum induitur etiam pedibus Plin. 33, 3. Idem 28, 4 In Calceamentum dextri pedis ante quam induatur. Compedes Id. 33, 12. Cic. pro Sulla 76 c. 27 Beluae quaedam illae ex portentis immanes ac ferae, forma hominum indutae extiterunt. Galeam induitur Virg. Aen. 2, 394. Gramine induta terra Petron. c. 127. Loricam induitur Virg. Aen. 7, 640. Lugubria (*veſtimenta*) induere Ouid. Met. 11, 669. Poſtes pice, *pro Illinere:* Plaut. Moſtel. 3, 2, 140 Atque etiam nunc ſatis ſunt boni, ſi ſunt induti pice. *Al. leg.* Inducti, *quod certe vſitatius.* Soccis ſe Cic. de Orat. 3, 125 c. 32. Soleas iumentis Plin. 33, 11 ſ. 49. *Al.* inducere. Specie humana induti Dî Cic. N. D. 2 c. 24. Spoliis raptis indutus Virg. Aen. 10, 775. Torquem ceruici ſuae Aur. Vict. de Viris Illuſtr. c. 28. Tunicam Cic. Tuſc. 2, 20. ¶ 3 *Cum flores et fructus ſint velut veſtis et ornatus quidam arborum, hinc intelliguntur formulae iſtae, et iſtis ſimiles. Saepe ita* Columella: *vt* 5, 6, 28 Quae pars palmitis praecipitata eſt, fructu induitur. Induit ſe vites vuis 4, 24, 12. *Add.* 4, 27, 5 *etc.* Induit ſe floribus arbos 10, 242. *Nempe ipſe* Virg. Georg. 2, 177 Contemplator item, quum ſe nux plurima ſiluis Induet in florem. Frondes induit arbor Ouid. Met. 7, 281. Se pomis arbos induerat Virg. Georg. 4, 143. Plin. in Paneg. c. 30 *pr.* Tantis ſegetibus induebatur, vt cum feraciſſimis terris, quaſi nunquam ceſſura certaret. ¶ 4 *Formulae aliae Metaphoricae.* Adulationis plurimum Seleucienſes induêre Tacit. Ann. 6, 42. Animum bonis artibus non induerat Id. ibid. 15, 45. Auctoritatem induit vera ſentientis Quinctil. 4, 1. Cic. de Fin. 2, 73 Si voluptatis cauſa cum Gallo apud Anienem depugnauit, prouocatus, et ex eius ſpoliis ſibi et torquem et Cognomen induit, *etc.* Tacit. Ann. 6, 20 Qualem Diem Tiberius induiſſet, pari habitu. *i. Qualem quoque die animum vultumque, quae ſumuntur a die etc. Vid. Gronou. Obſſ.* 1, 2. Diuerſa induere Tacit. Ann. 6, 33. *i. diuerſimode affectum eſſe.* Plin. 20, 13 *pr. de eruca*, Aiunt verbera ſubituris potum ex vino Duritiam quandam contra ſenſum induere. *Sed* inducere *Elzeu. et Harduin. alterius lectionis ne mentione quidem facta.* Eloquentiam pueris induere Petron. c. 4. Formam mortalem induitur Phoebus Ouid. Met. 11, 203. Habitum, ac voces dolentum ſimulatione magis, quam libens induebat Tacit. Ann. 4, 12. Hoſtilia etiam aduerſus nos induerat Idem ibid. 12, 40, 4. Cic. Tuſc. 1, 91 c. 33 Habes ſomnum Imaginem mortis eamque quotidie induis. Liu. 3, 33 Regimen totius magiſtratus penes Appium erat fauore plebis: adeoque nouum ſibi Ingenium induerat, vt plebicola repente, omnisque aurae popularis captator euaderet pro truci ſaeuoque inſectatore plebis. Iras ſibi Sil. 1, 38. Mores pudicos et ſeueros Plin. 28, 8. Munia ducis Tacit. Ann. 1, 69. Orationem fictam perſonis Quinctil. 4, 1. Indue mente Patrem, creſcentes dilige fetus Claud. Conſ. Hon. 3, 157. Pauores falſos induerat Tacit. Hiſt. 4, 38. Quinctil. 6, 2 *extr.* Orbum agimus et naufragum, et periclitantem: quorum induere Perſonas, quid attinet, niſi affectus aſſumamus? An eodem modo cogitauit, aut eandem Perſonam induit Cicero, cum ſcriberet Cn.

Pompeio

Pompeio — Quinctil. 3, 8, 50. Cic. Off. 3, 43 Ponit enim Perſonam amici, quum induit iudicis. Perſonam philoſophi induere, et ſibi ipſi hoc nomen inſcribere Id. Tuſc. 5, 73. *Aliter* Quinct. 4, 1 Declamaturus autem maxime poſitas in affectibus cauſas, propriis Perſonis debet induere. Perſuaſionem ſibi ſcientiae falſam induerunt Idem 1, 1. *Vid. h. l. Burm. idemque ad* Petron. c. 4. Tacit. Ann. 16, 28 Niſi contra inſtituta, et caerimonias maiorum Proditorem palam, et hoſtem Thraſea induiſſet. Id. ibid. 2, 15 Qui ne bellum tolerarent, Seditionem induerunt. Liu. 1, 56 Comes his additus L. Iunius Brutus Tarquinia ſorore regis natus, iuuenis longe alius ingenio, quam cuius Simulationem induerat. Tacit. Ann. 12, 13 Quorum rex Hyliates Societatem Meherdatis palam induerat. Speciem iudicii induere non poterat Id. ibid. 15, 69. Liu. 40, 12 *pr.* Nunc non inſidiatoris modo, ſed latronis manifeſti et percuſſoris Speciem induit. Tacit. Hiſt. 4, 57, 4 Galbam et infracta tributa hoſtiles Spiritus induiſſe. Plin. 23, 1 At nos e diuerſo ſumi amaritudine Vetuſtatem indui perſuaſum habemus. Martial. 2, 41 Vultus tu indue magis ſeueros, Quam coniux Priami, nurusque maior. Vultum animi ſui ſibi Sen. de Benef. 2, 2. ¶ 5 *Cum Praepoſitione* In *videtur idem quod ſubire, intrare facio.* In mentes hominum induit cum audiendi quadam illecebra apologos Aeſopus Gell. 2, 29. *Legitur et* Induxit. Virg. Aen. 7, 20 Quos hominum ex facie dea faeua potentibus herbis Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum. Cic. de Diuin. 2, 44 c. 19 Placet Stoicis anhelitus terrae — cum ſe in nubem induerint — tum et fulgores et tonitrua exiſtere. Induit ſe Reipub. Sen. de Clem. 1, . . *i. Implicuit.* Quinctil. 12, 1, 3 Qui in grauiſſimas frequenter legum, ſemper vero malae conſcientiae poenas a ſemetipſis improuiſo rerum exitu induantur. *Alii legunt* Inducantur. Plaut. Caſin. 1, 1, 25 Proin tu te in laqueum induas, *i. ſuſpendas.* *Sed* Quinct. 5, 7, 11 *de teſtibus,* Turbantur, et a patronis diuerſae partis induuntur in laqueum, *i. capiuntur ſimpliciter.* Cic. Verr. 2, 101 in captiones *v. v.* Hic videte, in quot laqueos ſe induerit: quorum ex nullo ſe vnquam expediret. Se non purgauit, ſed indicauit atque induit Id. pro Muraen. c. 25. *i. implicuit.* Id. Verr. 5, 165 Sua confeſſione induatur ac iuguletur neceſſe eſt. Quaſi dicat, Sua confeſſione conuincatur. Id. ibid. 2, 105 Videte, vt dum expedire ſeſe vult, induat. At quemadmodum ſeſe induit priore actione? Id. ibid. 5, 72. Cic. Acad. 4, 18 Philo autem, dum noua quaedam commouet, quod ea ſuſtinere vix poterat, quae contra Academicorum pertinaciam dicebantur, et aperte mentitur, vt eſt reprehenſus a patre Catulo, et (vt docuit Antiochus) in id ipſum ſe induit, quod timebat. *i. vt ipſe dicit,* Eo, quo minime vult reuoluitur. In fraudem induimus nos Lucret. 4, 815. *Sed etiam ad vulnera refertur.* Virg. Aen. 10, 681 Animo nunc huc, nunc fluctuat illuc, An ſeſe Mucrone ob tantum dedecus amens Induat, et crudum per coſtas exigat enſem. Ouid. Am. 2, 10, 31 Induat aduerſis contraria pectora Telis Miles, et aeternum ſanguine nomen emat. *Sic* Stimulis ſe induere Caeſ. B. G. 7, 82. *it.* Vallis acutiſſimis Id. B. G. 7, 73.

INDVENS, entis. Partic. Vulg. Int. Leuit. 8, 7. *et* Coloſſ. 3, 10.

INDVTVS, a, um. Partic. [περιβεβλημένος] Veſtes indutae Virg. Georg. 3, 364. Exuuias indutus Achillis Idem Aen. 2, 275. *Conf.* Curt. 4, 15, 27. *et* 7, 9, 3.

INDVTVS, ûs. m. [ἔνδυσις] Tacit. Ann. 16, 4 Niſi ea, quam indutui gerebat, veſte detergeret. Ammian. 30, 24 Valentinianus indutibus imperatoriae maieſtatis ornatus. Idem 30, 5 Horrentes indutibus rigidis. Symmach. Epiſt. 3, 10 Indutui eſſe.

INDVTĬLIS, e. Adi. Cato R. R. c. 135, 2 Vomis (*al.* Vomeris) indutilis optimus erit, *qui eximi et indui ſ. indi poteſt.*

INDVMENTVM, i. n. [ἐπίβλημα, περίβλημα, ἀμπεχόνη] *Id quo induimur.* Gell. 16, 19 Arionem cum fidibus et indumentis, cum quibus ſe in ſalum eiaculauerat, extitiſſe. Idem 5, 7. Cic. de N. D. 1, 68 Quod quum efficere vultis, indumenta tamen corripitis. *Legendum ex antiquo codice,* In dumeta. *Conf.* Lactant. de Op. Dei c. 13. *et* Aur. Vict. de Caeſ. c. 21.

INDVCVLA, ae. f. [ἐνδυμάτιον] Plaut. Epid. 2, 2, 39 Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam?

INDVPERO, *ſ.* ENDOPERO, āre. *Pro Impero.* Solon, ne quid nimis, induperabit Hygin. fab. 221. *Conf.* Enn. *ap.* Feſt. in Nauus: *et ap.* Heſſel. p. 110. Nauorum imperium ſeruare eſt Induperantum *pro* Inſuperantum, *quod habent libri.*

INDVPERĀTOR, ōris. m. [αὐτοκράτωρ] *Pro Imperator, apud Poëtas, per eam figuram, quae Epentheſis dicitur.* Cic. de Diuin. 1, 107 Omnibus cura viris vter eſſet induperator. *Ex* Ennio. Iuuen. Sat. 4, 28 Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putemus Induperatorem? *Conf.* Gell. 18, 9. Lucret. 4, 964. *et* 5, 1226. *Et* Sidon. Carm. 7, 314. *Al.* Endoperator.

INDVPEDIOR, īri. [ἐμποδίζομαι] *Pro Impedior.* Materies indupedita Lucret. 1, 240. Idem 4, 68 Et multo citius, quanto minus indupediri Pauca queunt. *Al.* Endopeditus, *etc.*

INDVRO, āre. [σκληρόω] *Durum facere.* Plin. 8, 52 Tunc inter ſe dimicant, indurantes attritu arborum coſtas, lutoque ſe tergorantes. *de ſuibus.* Idem 15, 17 Punica, aqua marina feruente indurari oportet. Niues indurat Boreas Ouid. Met. 6, 692.

INDVRATVS, a, um. Partic. Glacies indurata, *Quae induruit, et concretione durior facta eſt* Liu. 21, 36 *extr.* *Al. rectius,* in durata, *etc.* Milites Iuſtin. 6, 4, 13. 7, 2, 6. 9, 3, 10 *etc.* Ora indurata cornu Ouid. Met. 14, 503. *de mutato in auem.* Robora indurata flammis Stat. Theb. 4, 64. Liu. 30, 18 Induratus praeter ſpem reſiſtendo, hoſtium timor, ne in audaciam vertat periculum eſt. *Compar.* Sen. de Ira 1, 11 Quid Germanis induratius ad omnem patientiam, vt quibus magna ex parte non tegumenta corporum prouiſa ſunt, *etc.*

INDVRANDVS, a, um. Partic. Indurandus eſt animus, et a blandimentis voluptatum procul abſtrahendus Sen. Epiſt. 52.

INDVRATIO, ōnis. f. *Vox frequens apud Theologos, praeſertim* Auguſtin.

INDVRATOR, ōris. m. Gloſſ. Gr. Lat. ϛομωτής, indurator.

INDVREO, ēre. *ſiue* INDVRESCO, ĕre. [σκληρύνομαι] *Durum fieri.* Columel. 2, 21 Ante quam ex toto grana indureſcant. *Sic* 12, 15 Ante quam indureſcant fictilia. Plin. 16, 7 Indureſcunt in modum gallae. In prauum Quinctil. 1, 3, 12. Venter indureſcit Celſ. 4, 12 *pr.* Corpus induruit vſu Ouid. Triſt. 5, 2, 5.

INDVRIOSVS, a, um. Adi. *et* INDVRIOSE. Adu. *leguntur a quibusdam ap.* Val. Max. 3, 4, 2. *et* Caſſiod. 5, 1. *Al.* induſtrioſus *et* induſtrioſe.

INDVS, i. m. [Ἰνδὸς] *Fluuius a quo* India *nominata eſt: quem in iugo Caucaſi montis, quod vocatur Paropamiſſus, aduerſus Solis ortum effuſum aiunt, in ſeque* XIX *amnes recipere.* *Meminit* Cic. de N. D. 2, 130. *Et* Plin. 6, 20. *Hic ab incolis dicitur* Sandus. *Conf.* Curt. 8, 9, 2. Ouid. Faſt. 3, 720. Iuſtin. 3, 4, 20.

INDVSIOR, āri. Dep. *Veſtiri.* Mart. Capell. 1 Cum ipſum tonantem induuiis induſiari cernerent. Idem 2 Lana induſiari.

INDVSIATVS, a, um. *Veſtitus.* Apul. Mileſ. 2 p. 123 Pueri calamiſtrati, pulchre induſiati. Idem 10 p. 153 Induſiatus adoleſcens.

INDVSIVM, i. n. [χιτωνίσκος] *Veſtis interior, ſuper qua mox ſubucula ſumebatur.* Varro L. L. 4, 30 *ludibundus ſuo more* Intuſium *dicit, quum ait,* Vnum quod foris, a palam palla: alterum quod intus, a quo intuſium. *Hinc* Non. 14, 18 Induſium eſt veſtimentum, quod corpori intra plurimas veſtes adhaeret, quaſi intuſium. *Laudat deinde* Plauti *locum, quem ſtatim damus voce* INDVSIATA.

INDVSIARIVS, i. m. *Qui induſia conficit.* Plaut. Aul. 3, 5, 35 Patagiarii, induſiarii, flammearii, violarii.

INDVSIĀTA, *vel* INTVSIATA, ae. f. *Idem quod Induſium.* Plaut. Epid. 2, 2, 47 Quid iſtae, quae quotannis nomina inueniunt noua, tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, linteolum, caeſicium, induſiatam, patagiatam, caltulam, *etc.* *Vid.* Non. *et* Varro *ſupra.*

INDVSTRIA, ae. f. [σπουδή, ἀρετή, φιλοπονία Gloſſ. Lat. Gr.] *Studium, et diligentiam notat, ac naturae opponitur.* *De etymo vid.* INDVSTRIVS. Donatus *ad illud* Ter. Andr. 4, 5, 55 Paullam intereſſe cenſes, ex animo omnia, Vt fert natura, facias, an de induſtria, *ſic commentatur,* Induſtria, ſcientia, et prouidentia: ea enim, quae diſcimus, et ſcimus, operatione genita et induſtria quadam ſcimus. Rutilius Lup. de Fig. ſentent. Epiploce p. 4 ex Lycurgo, At mihi mirum videtur, (*ironice*) quod tam excelſum boni gradum homo ſummi laboris exceperit? Nam cui praeſto eſt ſua voluntas, induſtrius ſit neceſſe eſt: induſtriam vero ſcientia conſequitur: ex ſcientia copia et facultas ingenii naſcitur, ex qua facultate vera et facili felicitas laudis oritur. Neque enim temere diligens ſtudium virtutis fructus fortunae fallit. Plaut. Moſt. 2, 1, 1 Iuppiter ſupremus ſummis opibus atque induſtriis me periiſſe, et Philolachetem cupit herilem filium. Plin. Epiſt. 3, 7 *pr.* Ex Proconſulatu Aſiae gloriam reportauerat, maculam veteris induſtriae laudabili otio abluerat. Cic. . . Vt induſtria noſtra tuae morem geramus voluntati. Idem Verr. 3, 35 In quo meam induſtriam ac diligentiam ſpectari volo? Virg. Georg. 3, 209 Sed non vlla magis vires induſtria firmat, Quam Venerem, et caeci ſtimulos auertere amoris. Salluſt. Iugurth. c. 95 Nunquam ſuper induſtriam fortuna fuit. Illa tumultu gaudens non eſt induſtria Sen. Epiſt. 3. Cic. pro L. Manil. 29 Illae ſunt virtutes imperatoriae, labor in negotiis, fortitudo in periculis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo. Ter. Prol. Adelph. 25 Facite aequanimitas Poëtae ad ſcribendum augeat induſtriam. Induſtria et conatus Cic. Act. Verr. 1, 35. Ibid. 5, 179 Hominum nobilium non fere quisquam noſtrae induſtriae fauet. Cic. Verr. 3, 35 In quo meam induſtriam ac diligentiam ſpectari volo? Agilis, *vid.* AGILIS. Cic. Tuſc. 4, 43 c. 19 *de Demoſthene,* Qui dolere ſe dicebat, ſi quando antelucana victus eſſet induſtria. Acuat ſe Diligens induſtria Phaedr. 2, 1, 4. Militaris, *vid.* MILES. Cic. pro Cael. 45 c. 19 Ingenium ſaepe, etiam ſi induſtria non alitur, valet tamen ipſum ſuis viribus: ſed inerat ratio et bonis artibus inſtituta, et cura et vigiliis elaborata. *Haec igitur eſt* Induſtria. Augere induſtriam, *vid.* AVGEO. Cic. in Orat. 6 Aut langueſcat induſtria. Ponere induſtriam Id. Fam. 3, 9. De induſtria aliquid facere, *Dedita opera, vel data opera.* Scribon. 2. 6. 271. Ter. Andr. 4, 5, 56 Paullum intereſſe cenſes, ex animo omnia, vt fert natura facias, an de induſtria? Cic. Off. 1, 24. *et* Verr. 2 c. 12. Ex induſtria Idem Quinctil. 1, 9. *et* Liu. 26, 51. Induſtria, *Ablatiuus, idem, quod De induſtria.* Plaut. Truc. 1, 1, 37 Atque haec celamus nos damna induſtria, quum iam rem fidemque nosque nosmet perdimus. *Plur.* Cic. in Verr. 3, 7 c. 4 Odiſtis hominum nouorum induſtrias.

INDVSTRIVS, a, um. Adi. [εὐφυής, ἀγχίνους] *Diligens, et conſiderate, ſtudioſeque agens negotium ſuum.* Cic. Verr. 3, 53 c. 21 Nympho eſt Centuripinus, homo nauus et induſtrius, experientiſſimus ac diligentiſſimus arator. Idem Tuſc. 2, 35 Itaque induſtrios homines illi ſtudioſos, vel potius amantes doloris appellant: nos commodius laborioſos. Induſtrium (*inquit* Feſtus) antiqui dicebant Indoſtruum, quaſi quidquid ageret, Intro ſtrueret, et ſtuderet domi. *Si placet etymon, potius dicam,* indoſtruere *eſſe ſimpliciter* inſtruere: induſtrium *autem, qui* inſtruat *diligenter, et paret omnia, ſeque adeo ipſum, ad agendum aliquid.* Homo vigilans et induſtrius Cic. Att. 8, 11. Acer et induſtrius vir in rebus gerendis Id. Tuſc. 5, 57 c. 20. Gens Iuſtin. 1, 7, 12. *Compar.* Plaut. Moſt. 1, 2, 71 Quo neque induſtrior de iuuentute erat arte gymnaſtica, diſco, haſtis, pila, curſu, armis, equo, *etc.* Cato *apud* Priſcian. *Ed. Putſch.* 3 p. 601 Imperator laudem capit, exercitum meliorem et induſtriorem facit.

INDVSTRIE. Adu. [εὐφυῶς] *Ingenioſe.* Quinctil. 5, 12 Fortiter et induſtrie tutatus contra piratas, *etc.* Caeſ. B. C. 3, 95. *et* B. G. 7, 60. *Conf.* Flor. 1, 6, 2. Iuſtin. 13, 2, 9. *et* 43, 5, 3. *Compar.* Cic. pro Domo 27 c. 11 Quis apud Populum Romanum de illius dignitate induſtrius, quis Senatui ſaepius dixit?

INDVSTRIOSVS, a, um. Adi. Val. Max. 3, 4, 2. Sen. de Prouident. c. 2.

INDVSTRIOSE. Adu. Genus ſcripturae induſtrioſe excoluit Suet. ſ. Incertus de Vita Iuuenalis. *Add.* Caſſiodor. Epiſt. 1. Cato *apud* Chariſ. p. 181.

INDVVIAE, arum. f. *Pl.* Plaut. Men. 1, 3, 9 Induuiae tuae atque vxoris exuuiae. *Conf.* Saluian. de Gub. Dei 1 p. 22. *et* Prudent. Pſychom. 579.

INDVVĬVM, i. n. [φλοιός] *Pro Cortice arboris, quo ipſa induitur.* Plin. 13, 4 Vtilem ſibi arborisque induuiis circulum mira pernicitate tum homine ſubeunte. *De palmis.*

I N E

INEA, *vid. ſub* INA.

INEBRAE Aues, Quae in auguriis aliquid fieri prohibent, et prorſus omnia inebra appellantur, quae tardant vel morantur agentem, Feſtus. Vet. Gloſſ. Inebra, ὄρνεον μαντευτικόν. Iſidor. 12, 7 Inhibae *dicuntur,* ſi aduerſae ſunt, quod inhibeant, id eſt, vetent: ſi proſperae,

proſperae, praepetes. *Quod de etymo eſt, non videtur abſurdum ab inhibendo dictas primum eſſe: ſed admodum variaſſe ſcripturam antiquitus, indicio eſt, quod a* Feſto *refertur* Enubro, inhibenti. Gloſſ. Enibra, ἐναντία. Enibericus, ὄρνις πονηρά. Embrum (*pro* Enibrum) πραγμάτιος (*ſ.* πράγματος) ἐμβλαβής. *Porro* Seru. *ad* Aen. 3, 246 *vocantur* Inhibrae, *vt etiam editum eſt in Burmanniana. Quod vero ibi monetur,* inhibras *ſ.* inebras *eſſe eaſdem, quae ab eodem Seruio ad 461 (leg. 361)* inferae *dicuntur, et alterutrum locum ex altero corrigendum, viderint otioſiores.*

INEBRIO, are. [μεθύω] *Vino implere, ebrium facere.* Plin. 12, 22 Palma, quae vocatur adipſos, veſcentes inebriat. Idem 17, 26 Quoniam inebriatis radicibus nocent. Iuuen. Sat. 9, 113 Et miſeram vinoſus inebriat aurem, *i. implet ſuſurris et narratiunculis.*

INEBRIATVS, a, um. Partic. Sidon. Epiſt. 1, 5 Aër venenatis flatibus inebriatus.

INEBRIATIO, onis. *f. Apud* Firmic. . . .

INEBRIATOR, oris. m. Tertull. aduerſ. Marc. 5, 18 Sanctorum inebriatores.

INEDIA, ae. f. [ἀσιτία] *Fames et tempus, quo quis ab edendo abſtinuit.* Cic. de Fin. 5, 82 c. 27 Vigiliis et inedia necatus. Plin. 11, 54 (53) Homini non vtique ſeptimo letalis inedia. Imperioſa, *vid.* IMPERO. Suſtinere inediam Celſ. 1, 3. Conſumi inedia Scribon. 104. Inedia *differt a* Fame, *quod* Fames *ſemper eſt cum cupiditate edendi,* Inedia *vero etiam ſine appetitu, vt in aegrotis, aut qui voluntariam mortem inedia arceſſunt, vt* Plin. Epiſt. 3, 7 *pr.* Silius Italicus inedia vitam finiit. Suet. Tib. c. 54 Mori inedia deſtinanti, per vim ore diducto, infulciri cibum iuſſit.

INEDAX, acis. Gloſſ. Gr. Lat. ὀλοφάγος, inedax.

INEDITVS, a, um. Adi. [ἀνέκδοτος] Cauſa inedita. *Vid.* CAVSA.

INEFFABILIS, e. Adi. [ἄφατος, ἀναύδητος, ἀνεκφώνητος] *Quod effari non poſſis, aut exprimere.* Plin. 28, 2 Non eſt facile dictu, externa verba, atque ineffabilia derogent fidem validius, an Latina inopinata, *etc.* Idem in praef. 5. *et* Apul. Mileſ. 8 p. 204.

INEFFABILITER. Adu. Auguſtin. Enchir. c. 89. Idem de Trin. 3, 3. *et* Lactant. 2, 9.

INEFFABILITAS, atis. f. Auguſtin. Epiſt. 112, 13.

INEFFICAX, acis. Adi. [ἀνήνυτος] Plin. 27, 12 Inefficacius, quam ſuperiora. Idem 34, 11 Fit et ex candido aere ſquama, Cypria longe inefficacior. Exceptio Modeſtinus in l. ſi mulier D. de iure dotium. Studia Firmic. 5, 15. *et* 6, 10. Sen. de Ira 1, 10 Ratio ſine affectu inefficax. Vet. Gloſſ. ἀδρανής, ſegnis, inefficax, ſocors, ignauus. *Superl.* Gruter. Inſcript. p. 415 n. 10 PARENTES INEFFICACISSIMI.

INEFFICACITER. Adu. Paul. l. 2 Dig. quae ſent. ſine app. reſc. Inefficaciter condemnatus. Symmach. Epiſt. 6, 53 Inefficaciter poſtulata.

INEFFICIENTIA, ae. f. Caſſian. de Incarn. Dom. 7, 3.

INEFFIGIATVS, a, um. Adi. [ἀνεικόνιστος] *Informe, quod non eſt factum ad aliquam effigiem, vel nullam alicuius rei formam aut effigiem refert.* Gell. 17, 10 Namque, vt illa beſtia fetum ederet ineffigiatum informemque, lambendoque id poſtea, quod ita edidiſſet, conformaret et fingeret Tertull. de Anima c. 9.

INEFFIGIABILIS, e. Adi. Tertull. ibid. c. 24 *pr.*

INEFFRENATVS, a, um. Adi. Vet. Interp. Iren. lib. 5.

INEFFVGIBILIS, e. Adi. Adraſtea, ineffugibilis neceſſitas vltionis Apul. de Mundo *extr.*

INEFFVSVS, a, um. Adi. Ineffuſum laxa crinem Apul. Met. 8 p. 122, 6. *Sed Elmenh. diſiungit* in effuſum *eodem ſenſu.*

INELABORATVS, a, um. Adi. [ἀκατέργαστος, ἀνεξέργητος] *Quod artificio non ſatis excultum eſt, et vitio datur.* Quinctil. 4, 1 Nec tamen deducta ſemper atque circumlita, ſed ſaepe ſimplici ac inelaboratae ſimilis, nec verbis vultuque nimia promittens, *etc. De oratione prooemii. Alii legunt* Illaboratae. *Item* circumlata. Sen. de Tranquill. c. 1 Oratio inelaborata. *Conf.* Lucil. *per Douſ. p. 12.*

INELEGANS, antis. Adi. [ἄμουσος, ἀπειρόκαλος] Eleganti *contrarium.* Plin. 37, 10 Carmen dicatum Veneri, non inelegans. Idem 21, 25 Veſtes tuetur odore non ineleganti. *de heliochryſo.* Cic. de Clar. Orat. 281 c. 81 Ineratque ingenium ſatis acre, et orationis non inelegans copia. Deliciae illepidae atque inelegantes Catul. 6, 2.

INELEGANTER. Adu. [ἀμούσως] Cic. de Fin. 2, 26 c. 9 Primum diuiſit ineleganter. Gell. 17, 2 Non inuſitate dixit, nec ineleganter.

INELVCTABILIS, e. Adi. [ἀκαταπάλαιστος] *Quod vitari non poteſt, hoc eſt domari, et lucta euinci.* Virg. Aen. 8, 334 Ineluctabile fatum. Idem Aen. 2, 324 Venit ſumma dies, et ineluctabile tempus Dardaniae. Coenum Stat. Theb. 9, 502. *i. E quo nequeas emergere.* Ineluctabilis fatorum vis Paterc. 2, 57, 3.

INELOQVENS, entis. Adi. Eloquenti *contrarium.* Lactant. de Opif. Dei c. vlt. M. Tullius eloquentiae ipſius vnicum exemplar, ab indoctis et ineloquentibus, quia pro vero nitebantur, ſaepe ſuperatus eſt.

INELOQVAX, acis. Adi. Nouatian. de Trin. 29 Gemitibus ineloquacibus, ἀνεκλαλήτοις, *ineffabilibus.*

INELOQVIBILIS, e. Adi. Lactant. 7, 11 Ineloquibiles immortalitatis ſuae fructus capit.

INELVIBILIS, e. Adi. Ineluibiles ſibi maculas inuſſerunt Lactant. de Ira Dei c. vlt. *al. plures,* indelebiles.

INEMENDABILIS, e. Adi. [ἀνεπανόρθωτος] *Quod emendari non poteſt: vt,* Affectus Sen. de Ira 3, 41. *Add.* Idem Epiſt. 57. Error Val. Max. 7, 2, 2. Prauitas inemendabilis Quinctil. 1, 1.

INEMENDATVS, a, um. Adi. Hieron. adu. Ruffin. 3, 9. Auguſtin. Ep. 54.

INEMERIBILIS, e. Adi. Non, quia aut ſubſtantiae ipſi inemeribile ſit, aut Deo impoſſibile Tertull. de Reſurr. Carn. c. 18. Inemeribile ſubſtantiae, *quod illa ſuſtinere et velut ſtipendium mereri non poſſit.* Meremur, *quod nobis euenit, contingit.*

INEMORIOR, eris, ori. Dep. Hor. Epod. 5, 34
Quod poſſet inſoſſus puer
Longo die bis terque mutatae dapis
Inemori ſpectaculo. *h. e. Emori in ſpectaculo, etc.*

INEMTVS, a, um. Adi. [ἀπρίατος] *Non emtus.* Martial. 1, 172 Saltus aprum, campus leporem tibi miſit inemtum. Inemtae ruris dapes Columel. 11, 3. Virg. Georg. 4, 133. Tacit. Hiſt. 2, 60, 6 Conſulatus inemtus. Fundus l. 2 D. de L. Commiſſor.

INENARRABILIS, e. Adi. [ἀδιήγητος] *Quod enarrari non poteſt.* Plin. 8, 7 Sed Pompeiani amiſſa fugae ſpe miſericordiam vulgi inenarrabili habitu quaerentes, ſupplicauere. *Et* 10, 2. Munus Martial. 2, 10. Natura fluminum inenarrabilis Sen. Nat. Qu. 3, 22. Ratio quaedam latens et inenarrabilis Quinct. 11, 3, 177. Subtilitas Plin. 21, 1.

INENARRABILITER. Adu. Liu. 41, 15 Iecur omne inenarrabiliter abſumtum.

INENARRATVS, a, um. Adi. [ἀνεκδιήγητος] Gell. 12, 6 Quod inenarratum relinquamus. Idem 19, 14.

INENATABILIS, e. Adi. Inenatabile profundum Tertull. de Idolol. c. 24.

INENODABILIS, e. Adi. [ἀκατάλυτος] Cic. de Fato 18 c. 9 Nec quum haec ita ſint, eſt cauſa cur Epicurus fatum extimeſcat, et ab atomis petat praeſidium, easque de via deducat, et vno tempore ſuſcipiat res duas inenodabiles, vnam, vt ſine cauſa fiat aliquid *etc.* Apul. Apol. 1 p. 276 Capillus inenodabilis diutina incuria.

INENORMIS, e. Adi. Inenormis proceritas Apul. Met. 2 *ſub init. i. modica, qui normam non excedat, vt ibid.* ſucculenta gracilitas.

INENVNTIABILIS, e. Adi. Incomprehenſibile et inenuntiabile eſſe Cenſorin. de Die Nat. c. 18.

INEO, iui, itum, ire. [ἄσειμι, ἐμβατεύω] *Ingredi.* Plaut. Caſin. 3, 6, 25 Si tu iubes, inibitur tecum. *i. Ingrediar tecum.* Idem Ciſt. 4, 2, 32 Neque prorſum iniit hac: hic ſtetit *etc. veſtigia in puluere conſiderans dicit.* Plin. Paneg. 13 Tentoria. Cic. pro Corn. Balbo 25 Qui ſi ſuis decretis legibusue ſanxiſſent, ne quis ſuorum ciuium caſtra imperatorum Pop. Rom. iniret. Tacit. Ann. 3, 11 Vt ouans iniret. *Item* Ann. 6, 2 Inire curiam. *Et* Ann. 13, 35 Stationem. *Et* Ann. 15, 58 Spectaculum. Taurus init caelum Ouid. Faſt. 5, 617. Iniit te vnquam febris? *i. Nunquamne te corripuit febris?* Plaut. Fragm. 2, 12. ¶ 2 *Formulae ordine Subſtantiuorum elementari.* Sen. de Benef. 5, 8 Horum quomodo iudex inibit Aeſtimationem, quum ſermo et dubitatio, et vultus meriti gratiam deſtruat? Animum inire ſocietatis Pompon. in l. plane D. pro ſocio. Ter. Andr. 5, 1, 5 Immo enim quam maxime abs te poſtulo, atque oro Chreme, vt Beneficium verbis Initum dudum, nunc re comprobes: *vt Gratiam inire. Scilicet* Gratia *eſt* beneficium. Liu. 34, . . Atque ego nonnullarum cupiditatum ne Cauſam quidem aut rationem inire poſſum. Certamen Cic. de Fin. 4, 31. Virg. Aen. 5, 114. Communionem ſagariam Vlpian. in l. cum duobus D. pro ſocio. Connubia famulae Ouid. Amor. 2, 7, 21. Conſilium de re aliqua Plaut. Pſeud. 1, 5, 129. Cic. Fam. 9, 24 Nam et Aquini et Fabrateriae Conſilia ſunt inita de me. Conſilium cum aliquo, *pro Capere conſilium* Cic. ad Brut. 15. Liu. . . . Qui regni recuperandi Conſilia iniſſent. Caeſ. B. G. 3, 11 His initis Conſiliis oppida muniunt. Conſilium multae calliditatis init Ouid. Faſt. 3, 380. Conſortium inter fratres initum Vlpian. in l. cum duobus D. pro ſocio. Conſulatum, *Ingredi dignitatem Conſularem:* Caeſ. B. C. 1, 5 Qua ex die Conſulatum iniit Lentulus. Conuiuium, *pro Ire ad:* Cic. pro Roſc. Amer. 52 Conuiuia cum patre non inibat: quippe qui ne in oppidum, *etc.* Idem Verr. 3, 105 Quocum inire Conuiuium nemo vnquam niſi turpis impurusque voluiſſet. *Conf.* Tacit. Ann. 15, 52, 1. *Et* 4, 10, 4. Cic. de Aruſp. Reſponſ. 39 Quum vxorem ſororemque non diſcernis, quum quod ineas Cubile non ſentis. Curiam, *vid. ſupra.* Cic. pro L. Manil. 41 Vnde illam tantam celeritatem, et tam incredibilem Curſum initum putatis? Virg. Aen. 5, 583. Dapes cum aliquo Stat. Silu. 1, 6, 48. Decus, *i. Incipere* Virg. Ecl. 4, 11. Domos ignotas Ouid. Faſt. 3, 160. Epulas Tacit. Ann. 15, 52, 1. *Vid.* CONVIVIVM. Foedus Propert. 4, 4, 60. Plaut. Ciſtell. 1, 1, 8 Ego vos amo, et eo a me maximam iniſtis Gratiam. *Sic* Curc. 3, 1, 35 Inire Gratiam ſolidam et grandem. Cic. Fam. 4, 2 Gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace arbitrabamur. Id. Verr. 4, 143. *Conf.* Ter. Eun. 3, 5, 3. Cic. de Aruſp. Reſp. c. 23. Liu. 36, 5 Apud regem Gratiam initam volebant. Cic. Att. 7, 9 Quod ille ſi faciat, iam cum bonis omnibus ſummam ineat Gratiam. *Praepoſitionibus ſubintellectis:* Cic. Att. 1, 14 Intellexi hominem moueri, vtrum Craſſum inire eam Gratiam, quam ipſe praetermiſiſſet, an eſſe, *etc.* Idem Off. 1, 50 Sin erunt merita, vt non ineunda, ſed referenda ſit Gratia. Ter. Adel. 5, 7, 16 Ego lepidus ineo Gratiam. *Vbi* Donatus, Ineo gratiam, In gratiam eo, hoc eſt, amicos comparo. Ter. Heaut. 2, 3, 62 Perge obſecro te, et caue, ne falſam Gratiam ſtudeas inire. *Vid.* Inire Beneficium. Suet. in Caeſ. c. 20 Inito Honore, primus omnium inſtituit, vt, *etc.* Stat. Achil. 1, 281 Non colla iugo, non aſpera praebet Ora lupis, dominique negat captiuus inire Imperia. *i. imperata facere.* Plin. in Paneg. 11, 5 Ac ne Inducias quidem, niſi aequis conditionibus, inibant. Liu. 3, 8. 10, 11. Id. 5, 17 Auſpicia de integro repeterentur, et Interregnum iniretur. Limen vitae, *i. Gigni* Lucret. 3, 681. Magiſtratum Cic. de Fin. 2 *et* 3. Id. Verr. 1, 125 Poſteaquam Verres Magiſtratum iniit, *etc. i. Inſignia magiſtratus cum imperio aſſumſit. Add.* Cic. Phil. 3 *extr.* Columel. 5, 3, 1 His igitur velut primordiis talis ratiocinii perceptis, non difficulter Menſuras agrorum inibimus. Virg. Aen. 5, 846 Ipſe ego paulliſper pro te tua munera inibo. Negotiationem Pompon. in l. ſi negotia D. de negot. geſt. Nexum, *Vinciri, deuinciri, illigari, et detineri* Liu. 7, 19. *Vid.* Nexus, *in* NECTO. Plin. Epiſt. 9, 16 Cum hiſtoricorum more ſcribas, Numerum iniri non potuiſſe. Liu. 38, 23 Numerus interfectorum haud facile iniri potuit. *Conf.* Tacit. Ann. 2, 83. Plaut. Perſ. 2, 5, 16 Quid iam? SA. quia boues bini hic ſunt in crumena. T. emitte ſodes, ne eniret fames, inire Paſtum. *h. e. Sine eos paſcere.* Cic. de Diuin. 1, 51 Quum Pericula praeliorum iniret audacius. *de Decio.* Praelia Virg. Georg. 4, 314. Liu. . . . Hoc vltimum vtrinque initum finitumque eſt Praelium. *Add.* Cic. Off. 1 c. 11. Pugnam et praelium Plaut. Amph. 2, 2, 112. Ter. Heaut. 4, 2, 7 Quid agam? aut quid comminiſcar? Ratio de integro ineunda eſt mihi. *conſilium denuo capiendum.* Cic. Verr. 3, 10 Mihimet ineunda Ratio, et via reperienda eſt, qua ad Apronii quaeſtum, ſiue adeo qua ad iſtius ingentem immanemque praedam poſſim peruenire. Cic. Philipp. 5, 53 De agro Campano ſeparatim cognoſcerent, inirentque Rationem de commodis militum veteranorum augendis. *Add.* Att. 12, 20. Idem Fam. 13, 29 Aditus, ineasque Rationem, quemadmodum ea mulier Romam perducatur. *i. Conſideres.* Cic. Fam. 5, 20 Nam et Voluſii liberandi meum fuit conſilium: vt et multa tam grauis a Valerianis praedibus, ipſique T. Mario depelleretur, a me inita

Ratio

Ratio eſt. Cato de R. R. c. 2 Vbi ea cognouit, Rationem inire oportet operarum, dierum, *etc. computare* Cic. contra Rull. 2,66 Inietur Ratio quaeſtus de veſtra pecunia. *Sic ex primis editt. et MSS. etiam Graeu.* Inibitur *Manut.* Cic. de N. D. 3, 71 c. 29 Medea modo et Atreus commemorabantur a nobis heroicae perſonae inita ſubductaque Ratione, nefaria ſcelera meditantes. *i. conſilio capto, deliberato, ne peccaſſe imprudentia lapſi, vel furore aliquo impulſi videantur.* Liu. 28, 8 Sed vix Rationem inire poſſe, vtrum ab ſe audacius, an fugacius ab hoſtibus geratur bellum. Ter. Phorm. 2, 2, 30 Haec, cum Rationem ineas, quam ſint ſuauia, et quam cara ſint, Ea qui praebet, non tu hunc habeas plane praeſentem Deum? *Sic optimi quique: non* ratione, *vt quidam. Caeterum* Donatus, *interpretatur*, aeſtimes, intelligas. Sedes lucidas inire Hor. Carm. 3, 3, 34. *in ſidera referri.* Planc. ad Cic. Fam. 10,8 Vt potius cum pluribus Societatem defendendae libertatis iniremus, quam cum paucioribus, *etc.* Virg. Ecl. 1, 56 Saepe leui Somnum ſuadebit inire ſuſurro. Spectaculum *et* Stationem, *vid. ſupra* n. 1. Suffragia inire, *ire in ſuffragia, ſententias ferre* Liu. 3, 71. *Conf.* 34, 2 *pr.* Tentoria, *vid. ſupra.* Thalamum Ouid. Met. 4, 328. Idem ibid. 3, 282 — Multi Nomine diuorum Thalamos iniere pudicos. Tribunatum, *vt Magiſtratum* Cic. de Legib. 3, . . Idem Att. 11, 20. Viam, *pro Ingredi* Propert. 2, 33, 8. Cic. pro Muraen. 26 Inite Viam: praeſto aderat ſapiens ille, qui inire Viam doceret. redite viam, eodem duce redibant. Vias ignotas Ouid. Rem. Amor. 578. Viam, *pro rationem:* Liu. 1, 23 *extr.* Ineamus Viam aliquam, qua ſine magna clade, ſine multo ſanguine vtriusque Populi decerni poſſit. Idem 35, 7 *pr.* Via fraudis inita. ¶ 3 *Pro Coire, de Venere,* Inire debent feminas Verres Pallad. Feb. 26, 1. Columel. 7, 3, 12 *de ouibus*, Vt eadem ratione matrices ineantur. Plin. 8, 44 Arcerique vtrumque genus ab altero narrant, niſi in infantia eius generis, quod ineant, lacte hauſto. Plin. 10, 63 Ineuntur a partu ſexto menſe. *Sed etiam de hominibus vſurparunt. Huc refertur* Plaut. Caſin. 5, 2, 44 Surgo vt ineam. *In primis* Antonius in epiſtola ad Auguſtum *apud* Suet. c. 69 Quid te mutauit? Quod reginam ineo? Vxor mea eſt. — Tu deinde ſolam Druſillam inis? Ita valeas, vti tu hanc epiſtolam cum leges, non inieris aut Terentillam *etc.*

INIENS, euntis. Partic. [ἱστάμενος] *Abſolute poſitum, de incipientibus maioribus rebus adhibetur: vt*, Ineunte Aetate, *etc.* Ab ineunte Adoleſcentia Tac. Orat. 8, 9. Cic. de Senect. 53 Sunt pueritiae certa ſtudia: num igitur ea deſiderant adoleſcentes? ſunt et ineuntes Adoleſcentiae: num ea iam conſtans requirit aetas, quae dicatur, media? Cic. Off. 1, 122 c. 34 Ineuntis enim Aetatis inſcitia, ſenum conſtituenda et regenda prudentia eſt. Cic. pro Corn. Balb. 16 Et ab ineunte Aetate relictis rebus ſuis omnibus in noſtris bellis, noſtris cum imperatoribus eſſe verſatum: nullius laboris, nullius praelii expertem fuiſſe. Id. pro Deiot. 28 Quibus ille ſtudiis ab ineunte Aetate ſe imbuerat. *Conf.* Id. de Orat. 1 c. 21. Aeuo ex ineunte Lucr. 2, 742. Anno ineunte Suet. Tiber. c. 51 *et* 61. Ianuario ineunte cura vt Romae ſis Cic. Att. 1, 1. *Alia exemplaria habent* Ianuario menſe, vt *etc.* Cic. de Senect. 52 Itaque ineunte Vere, in iis quae relicta ſunt, exiſtit tanquam ad articulos ſarmentorum ea, quae gemma dicitur. Caeſ. B. G. 2, 2 Iis nuntiis, literisque commotus Caeſar: duas legiones in citeriore Gallia conſcripſit, et ineunte Aeſtate in vlteriorem Galliam qui deduceret, Q. Pedium legatum miſit. *Add.* Cic. pro Marc. c. 12 *extr. et* ad Att. 4, 2. Ab ineunte Vita Gell. 14, 1.

INĬTO, āre. Frequent. *ab* Ineo. Diomedes 2 p. 336 *pr.* Ineo, inis, inito dicimus. Pacuuius, Loca arida initas.

INĬTVS, ûs. m. [συνδυασμὸς] *Coitus.* Plin. 8, 42 *de equis*, Nec tamen quindecim initus eiusdem anni valet tolerare. Ibid. c. 44 Et quae non primo initu generare coeperit. Ouid. Faſt. 4, 94 *de Venere*, Perque ſuos initus continet omne genus. *Ingreſſus, Introitus:* Lucr. 1, 13 Tuumque, *o Venus*, Significant initum perculſae corda tua vi.

INITVS, a, um. Adi. Aeſtate inita Caeſ. B. G. 2, 2. Ratio inita et ſubducta Cic. de N. D. 3 c. 29. Societas potentia inita Paterc. 2, 65, 2.

INITIVM, INITIO, *etc. vid. ſuo loco.*

INEPTVS, a, um. Adi. [ἀνεπιτήδειος, ἀπειρόκαλος, ἀφυὴς] *Non aptus.* Cic. de Orat. 2, 17 c. 4 Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod non ſit aptus, idque in ſermonis noſtri conſuetudine perlate patet. Nam qui aut tempus quid poſtulet non videt, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorum quibuscum eſt, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus eſt, is ineptus dicitur. *Add.* Idem ibid. c. 5. *it.* 1 c. 24. Donatus *ad* Andr. 1, 5, 23 Ineptum dici *ait*, Quod a quouis reprehendi poteſt. Ter. Adel. 1, 1, 38 Veſtitu nimio indulges, nimium ineptus es. Minus ineptus Ter. Eun. 2, 1 *extr.* Non ineptus, *vid.* NON. Ter. Andr. 1, 5, 22 Cenſen' vllum me verbum potuiſſe proloqui: aut vllam cauſam, ineptam ſaltem, falſam, iniquam? obmutui. Chartae Hor. Epiſt. 2, 1, 270. Labor Plin. Epiſt. 1, 9. Ter. Adel. 3, 3, 17 Inepta Lenitas patris, et facilitas praua. Luſus Ouid. Triſt. 2, 223. Negotium ineptum et Graeculum Cic. Tuſc. 1, 86. Riſu inepto res ineptior nulla eſt Catul. 40, 21. Via inepta, *Incommoda, difficilis.* Cic. Att. 16, 13 Longulum ſane iter, et via inepta. Ineptum eſt de tam perſpicua iſtius impudentia pluribus verbis diſputare Cic. Verr. 1, . . Idem in Orat. 29 Hoc eſſe Atticum in Lyſia, non quod tenuis ſit atque inornatus, ſed quod nihil habeat inſolens aut ineptum. *Superl.* Quinctil. 11, 3 Diſcurſare ineptiſſimum. *Diſputatum eſt, habeantne Graeci nomen, quod* Inepto reſpondeat. Cic. de Orat. 2, 18 c. 4 *ſtatim poſt verba, quae initio protulimus*, Hoc vitio cumulata eſt eruditiſſima illa Graecorum natio: itaque quod vim huius mali Graeci non vident, ne nomen quidem ei vitio impoſuerunt: vt enim quaeras omnia, quomodo Graeci ineptum appellant, non reperies. *Hinc Ang. Politianus Miſcell. Cent. 1, 1 Nec vllus eorum, inquit, quamlibet inquirendo ſe torſerit*, inepti *reperire adhuc, aut excogitare vocabulum potuit. Laborauit quidem Guil. Budaeus de Aſſe p. 13 protulitque* ἀνάρμοστον, ἀπειρόκαλον, ἀπίθανον, καὶ σκαιὸν, καὶ μάταιον, καὶ ἀφυὲς, καὶ ἀπεοικός. *Sed eundo per ſingula refutatus eſt a I. C. Scaligero, cuius hac de re declamatio edita inter illius epiſtolas et orationes, p. 422 — 447 Feſtinauit ergo A. Schottus Nod. Cic. 4, 1 cum contra Ciceronem ſcripſiſſe ait Scaligerum. Eandem cauſam ſe egiſſe ait in diſſ. de optimo interpretandi genere, etc. Interim* Priſcianus l. 13, 6 p. 963 *Putſch.* ineptus, *tranſtulit* μωρός. Vet. Gloſſ. ἀνόητος, ineptus, mente captus. *Illud apparet, puto,* ineptum *eſſe alienum a loco, tempore, perſonis, negotio: praeſertim vero magnum conatum in re parua. Caeterum non puto eſſe Graecum nomen aptius, quam* ἀνάρμοστον, *quod etiam non facile ad repellendum a notione* inepti, *fatetur Scaliger. Certe Ariſtoph. Nub. 905* Τυφογέρων εἶ κἀνάρμοστος *optime* ineptus *redditur: et eſt ſane* ἁρμόζειν *Latinum* apere, *vnde* ineptus *eadem ratione, vt ab illo* ἀνάρμοστος.

INEPTIO, iui, īre. [ἀταθάλλω] *Facere aut Dicere quod neque loco, neque tempori, neque rebus, neque perſonis conueniat.* Ter. Phorm. 2, 3, 73 Non agam? immo non deſinam, donec perfecero hoc. P. ineptis. Idem Adel. 5, 8, 11.

INEPTIA, ae. f. [ἀταθαλία, ἀπειροκαλία] *Quod in Plurali ſaepius reperitur, tam verborum, quam factorum eſt.* Ter. Phorm. 4, 3, 43 Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias. Plaut. Merc. Prol. 26 Ineptia, ſtultiaque adeo, et temeritas. Cic. Fam. 3, 7 Quaeſo etiamne tu has ineptias, *etc.* Idem Tuſc. 1, 92 c. 37 Ineptiae paene aniles. Lectores ineptiarum Catul. 15, 1. Facere aliquid ineptiarum Idem 6, 14. Sueton. Grammat. 21 *de C. Meliſſo*, Sexageſimum aetatis annum agens libellos Ineptiarum, qui nunc Iocorum inſcribuntur, componere inſtituit, abſoluitque centum et quinquaginta, quibus et alios diuerſos poſtea addidit.

INEPTE. Adu. [ἀπειροκάλως] *Minus apte, et imprudenter.* Plaut. Moſtel. 2, 2, 74 Interdum inepte ſtultus es. Cic. Tuſc. 1, 11 Inepte ſane quis eſt enim, *etc.* Idem Acad. 1, 13 c. 4 Nam etſi non ſus Mineruam, vt aiunt, tamen inepte quisquis Mineruam docet. Non inepte dicere Cic. de Cl. Orat. c. 82. Moliri aliquid inepte Hor. de Arte Poët. 140. *Compar.* Lactant. 3, 17 Ineptius delirare. *Superl.* Idem 1, 12 Fabula ineptiſſime ficta. Quinctil. 11, 3 Ineptiſſime fieri.

INEPTIOLA, ae. f. Auſon. Epiſt. Gryph. ante Eidyll. 11 Fuit ineptiolae huius iſta materia.

INEPTITV̄DO, ĭnis. f. *pro Ineptia.* Caecilius ἁρπαζομένῃ, Qui homo ineptitudinis cumulatus, cultum oblitus eſt. Non. 2, 455.

INEQVĬTO, āre. Apul. Met. 3 *pr.* Commodum punicantibus phaleris Aurora roſeum quatiens lacertum caelum inequitabat. *Et* 6 p. 177, 40 Aurora commodum inequitante. *Metaphorice ponitur vt* inſultare, inuehi. Macrob. 7, 15 Quae ergo coniicit de carne lutulenta, audet inequitare Philoſophiae, de incorporeis et vere diuinis certa ratione tractanti. *de medicina loquitur. Et* Arnob. 5 p. 170 Non quo nobis dulce ſit tam foedis inequitare myſteriis. *h. e. illis recenſendis vobis inſultare.* Idem 7 p. 235 Fruſtra inequitas nobis.

INEQVITABĬLIS, e. Adi. *Non equitabilis.* Curt. 8, 14, 4 Imber, violentius quam alias fuſus, campos lubricos et inequitabiles fecerat.

INERMO, āre. [ἀφοπλίζω] Armis ſpoliare Feſtus.

INERMIS, e. Adi. [ἄνοπλος, ἄοπλος] *Qui armatus non eſt.* Cic. ad Brut. 10 Perterritos, inermes, ſaucios non ſunt noſtri duces perſecuti. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 27 Cedam inermis armatis, innocens nocentibus, *etc.* Adoleſcentes Nep. 10, 9, 3 *et* 6. Arcus Stat. Silu. 1, 2, 80. Dextra Virg. Aen. 11, 414. Hoſtis Propert. 4, 1, 148. Vulgus Ouid. de Arte Am. 3, 46. Inermis ac nudus in diſſerendi arte, *per translationem* Cic. de Fin. 1, 22. Amor Tibul. 2, 5, 106. Carmen Propert. 4, 6, 32.

INERMVS, a, um. Adi. [ἀθωράκιστος] *Idem.* Cic. Fam. 11, 12 Ita enim Romam erat nuntiatum, ita perſuaſum omnibus, cum paucis inermis, perterritis metu, fracto animo fugiſſe Antonium. Inermi Cic. pro Caec. c. 22 *in MS. Palat. al.* inermes. Salluſt. in Iugurth. 107 *pr.* Neque quemquam decere, qui manus armauerat, ab inermis pedibus auxilium petere. *Sic enim legit* Nonius 8, 75 *qui etiam laudat* Siſennae, Pleriſque inermis in caſtra perfugiunt. Sall. Iugurth. 99 Singulos prae ſe inermos mittere. *Add.* Tac. H. 3, 6, 4. Omnia cedebant armatis nuda et inerma Lucret. 5, 1291. Vulgus inermum Virg. Aen. 12, 131.

INERRO, āre. [πλανάομαι] Plin. Epiſt. 1, 6 *extr.* Experieris non magis Dianam montibus, quam Mineruam inerrare. Ignis inerrat aedibus Stat. Silu. 1, 5, 58.

INERRANS, antis. Part. [ἀπλανὴς] Inerrantes ſtellae, *quae et Fixae dicuntur, quod ſuo loco moueri non appareant.* Cic. de N. D. 2, 55 c. 21 Habent igitur ſuam ſphaeram ſtellae inerrantes ab aetherea coniunctione ſecretam et liberam. *Conf.* n. 54.

INERRABILIS, e. Adi. *Qui errare non poteſt.* Apul. de Dogm. Plat. p. 56 Globorum caeleſtium ſupremus inerrabili motu cenſetur. Idem de Mundo p. 234 Orbis qui inerrabilis dicitur.

INERS, ertis. Adi. [ἀπράγμων] Sine arte Ignauus. Feſt. Cic. de Fin. 2, 115 c. 34 Sed luſtremus animo non has maximas artes, quibus qui carebant, inertes a maioribus nominabantur. Ter. Andr. 3, 5, 2 Atque hoc confiteor iure obtigiſſe, quandoquidem tam iners, tam nulli conſilii ſum. Gerro, iners, fraus heluo Ter. Heaut. 5, 4, 10. Virg. Ecl. 1, 28 Libertas: quae ſera tamen reſpexit inertem. Cic. Verr. 2, 192 At homo inertior, ignauior, magis inter mulieres nequam, quam impura inter viros muliercula, *etc.* *Conf.* Idem de Sen. c. 11. Vno vitio minus vitioſus, quod iners, quod ſomniculoſus, quod imperitus, quod ἀπρακτότατος Idem Att. 1, 14. Plin. 8, 21 Iuxta hanc fera appellatur catoblepas, modica alioquin, caeterisque membris iners, caput tantum, *etc.* Inertes opera amici Plaut. Bacch. 3, 6, 13. Plin. 9, 6 Illae ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes, et pondere ſuo oneratae. Columel. 6, 27 Quod ſi admiſſarius iners in Venerem eſt, odore perfricatur, deterſis ſpongia feminae locis. ¶ 2 *Subſtantiua.* Aetas iners, *Senectus* Ouid. Triſt. 4, 8, 3. *quae tardos facit.* Anima Ouid. Met. 13, 76. Idem Faſt. 1, 168 Tempora commiſi naſcentia rebus agendis, Totus ab auſpicio ne foret Annus iners. *Cauſam reddit Ianus, cur primo die anni* quisque ſuas artes delibet agendo. Brachia Ouid. Met. 5, 548. Bruma Hor. Carm. 4, 7, 12. Caro Idem Serm. 2, 4, 41. Corda Virg. Aen. 9, 55. Corpora Idem ibid. 2, 364. Frigus Ouid. Met. 8, 790. *per Synecdochen quod facit tardos.* Ignauum atque iners genus interrogationis Cic. de Fato 26. *de Sorite.* Glacies Hor. Carm. 2, 9, 5. Glebae, *Pigrae, nihil producentes* Virg. Georg. 1, 94. Id. Georg. 4, 25 In medium ſeu ſtabit iners, ſeu profluet humor. Ingenium Ouid. Amor. 1, 15, 2. Lucus, *Quietus* Stat. Theb. 10, 86. Oculos ſtupor vrget inertes Virg. Georg. 3, 523. Cic. de L. Agr. 2, 90 Itaque illam Campanam arrogantiam, atque intolerandam ferociam, ratione et conſilio maiores noſtri ad inertiſſimum et deſidioſiſſimum Otium perduxerunt. Pectus Ouid. Triſt. 3, 7, 22. Pondus Idem Met. 1, 8. Querelae, *Languidae:* Liu. 1, 59 *pr.* Mouet tum patris moeſtitia, tum Brutus caſtigator lacrimarum atque inertium quere-

querelarum. Plin. 31, 7 ſ. 39 Refrigerandoque ſalem faciunt inertem nec candidum. *Sic* 20, 22 ſ. 93 Blitum iners ac ſine ſapore. *Et* 23, 4 ſ. 45 Oleum e nuce iuglande iners et graui ſapore. Scriptor Hor. Epiſt. 2, 2, 126. Cic. de Fin. 1, 3 Rudem enim eſſe omnino in noſtris Poëtis, aut inertiſſimae Segnitiae eſt, aut faſtidii delicatiſſimi. Senectus Sen. Herc. fur. 9. Senectus iners, ignaua, ſomniculoſa Cic. de Seneſt. 36 c. 11. Somni Ouid. Amor. 2, 10, 19. *Conſ.* Claud. Conſ. Hon. 3, 41. Tempus abibit iners Ouid. de Arte Am. 3, 60. Terra Hor. Carm. 3, 4, 45. Truncus iners iacui Ouid. Amor. 3, 7, 15. Verſus Hor. de Arte Poët. 445. Vita Tibul. 1, 1 *pr. i. Quieta.* *Compar.* Cic. Verr. Act. 1 *extr. et* Ouid. Triſt. 4, 8, 3. *Superl.* Cic. Fin. 1 c. 2. *Et* Hirt. B. Afr. c. 57.

INERTIA, ae. f. [ἀδράνεια] *Modo pro Ignorantia artis, modo pro Otio, modo pro Ignauia vſurpatur.* Columel. in Praefat. 2 Non igitur fatigatione, quemadmodum plurimi crediderunt, nec ſenio, ſed noſtra ſcilicet inertia minus benigne nobis arua reſpondent. Cic. pro Roſc. Com. 24 c. 8 Non propter inertiam laboris, ſed, *etc.* Id. de Orat. 1, 68 Duo illa relinquamus, idque largiamur inertiae noſtrae. Inertia, ignauia, deſidia, luxuria Auct. ad Her. 1, 8. *Oppoſita:* Cic. in Partit. 35 c. 10 Animi autem, aut quemadmodum affecti ſunt, virtutibus, vitiis, artibus, inertiis: aut quemadmodum commoti cupiditate, metu, voluptate, moleſtia. Idem Fam. 12, 20. Laboris inertia Cic. pro Roſc. Com. 24 c. 8. Mollis Hor. Epod. 14, 1. Paullum Sepultae diſtat inertiae Celata virtus Hor. Carm. 4, 9, 29. Strenua, *Diligentia ſine arte, et imprudens* Hor. Epiſt. 1, 11, 28. Accuſare inertiam, *vid.* ACCVSO. Afferre inertiam, *vid.* AFFERO. Caſtigare ſegnitiem hominum atque inertiam Cic. de Orat. 1, 185. Nec fecit inertia ſerum Ouid. ex Pont. 3, 4, 57. Coarguit fuga laboris inertiam, et deſidiam Cic. pro Muraen. 66. Condemnare aliquem inertiae Idem de Orat. 1, 172. Condemnare ſe nequitiae et inertiae Cic. in Catil. 1, 4 c. 2.

INERTICŬLVS, a, um. Adi. [ἀμεθύστινος] Plin. 14, 2 Inerticulam e nigris appellauere, iuſtius ſobriam dicturi, inueterato praecipue commendabilem vino, ſed viribus innoxiam. *de vite.* Colum. 3, 2.

INERVDĪTVS, a, um. Adi. [ἀπαίδευτος] *Non eruditus.* Suet. de Clar. Gramm. c. 15 Praeterea priſcorum Catonis verborum ineruditiſſimum furem. Cic. Acad. 4, 132 Modo ne quis illud tam ineruditum, abſurdumque reſpondeat. Non tam ineruditus ſum, qui exiſtimem Cic. pro Domo c. 34.

INERVDITE. Adu. Quinctil. 1, 10 p. 89 Non inerudite ficta materia. Gell. 7, 3 Cato inerudite principio nimis inſolenti vſus eſt.

INERVDITIO, ōnis. f. Gloſſ. Vet. Ineruditio, ἀπαιδευσία. *Conſ.* Vulg. Int. Sirac. 4, 30.

INERVANS, antis. *et* INERVATVS, a, um. Adi. *Sunt qui legant* Prudent. Cathem. 8, 63. *et* contra Symmach. 2, 143. *vbi alii rectius* eneruans *et* eneruatus. *Licentioſe primam vtroque loco Poëta corripit, quae videtur fuiſſe mutandi occaſio.*

INESCO, āre. [δελεάζω] *Decipere. Translatio a piſcibus et auibus, quae proprie* Ineſcari *dicuntur, h. e. Oblata eſca decipi.* Ter. Adel. 2, 2, 12 Nunquam rem facies, abi, neſcis ineſcare homines, Sannio. Petron. c. 140 Sicut muta animalia cibo ineſcantur, ſic homines non caperentur, niſi aliquid morderent.

INESCĀTVS, a, um. Part. Liu. 22, 41 Annibal id damnum haud aegerrime pati, quin potius credere velut ineſcatam temeritatem ferocioris Conſulis.

INESCATIO, ōnis. f. Auguſtin. . . .

INESCATORIVM, i. n. Sariſb. 3, 7.

INESVS, a, um. Adi. ἄβρωτον, inroſum, ineſum Gloſſ.

INESVS, ûs. m. Ineſus, atque omne, quidquid dici poteſt, in grauida refert Plin. 7, 6. *Sic legi volebat Salmaſius, et interpretabatur éſum, ſ. cibum adeo. Sed reſtituit vel retinuit vulgatum* inceſſus, *Harduinus.*

INEVECTVS, a, um. Adi. Tendit ineuectus caelum ſuper omne Virgil. in Culice v. 340. *Sed poſt Scalig. ſic editur,* Ne quisquam propriae fortunae munere diues Iret in euectus, caelum ſuper omne.

INEVITABĬLIS, e. Adi. [ἀπαραίτητος, ἄφυκτος] *Quod vitari non poteſt.* Fatum ineuitabile Curt. 4, 6, 17. Fulmen Ouid. Met. 3, 301. *Conſ.* Sen. Epiſt. 49. *et* Quaeſt. Nat. 2, 50. Ius rigidum, et ineuitabile mortis Ouid. ad Liuiam 443. Plin. in Paneg. c. 42 Magnum et ineuitabile, ac toties cuique experiendum malum. Numen Stat. Theb. 9, 549. Ineuitabilis Peſtis, occulta fraude graſſans Quinctil. Decl. 13.

INEVITABILITER. Adu. Auguſtin. Enchir. c. 13.

INEVOLVTVS, a, um. Adi. Vadas et redeas ineuolutus Martial. 11, 1. *de libro.*

INEXAMINĀTVS, a, um. Adi. *Non examinatus.* Firmic. 1, 2 Inexaminatae partis allegationes. *Add.* Mart. Capell. 9 p. 383.

INEXSATVRABĬLIS, e. Adi. [ἀκόρεστος] *Inſatiabilis.* Virg. Aen. 5, 781 Iunonis grauis ira et inexſaturabile pectus. *Conſ.* Arnob. 2 p. 71.

INEXCITABĬLIS, e. Adi. Sen. Epiſt. 84 Oppreſſus inexcitabili ſomno.

INEXCITVS, a, um. Adi. *Non excitatus.* Ardet inexcita Auſonia atque immobilis ante Virg. Aen. 7, 623.

INEXCOCTVS, a, um. Adi. Vertere inexcoctam glebam Sidon. Carm. 7, 381.

INEXCOGITABĬLIS, e. Adi. Lactant. 1, 8. *et* 4, 8. Tertull. adu. Valent. c. 27.

INEXCOGITĀTVS, a, um. Adi. [ἀδιανόητος] *Quod excogitatum et praemeditatum non eſt.* Plin. 36, 15.

INEXCVLTVS, a, um. Adi. [ἀδιακόσμητος] Gell. 13, 23 *pr.* M. Cato, Conſularis et Cenſorius, publicis iam priuatisque opulentus rebus, villas ſuas inexcultas et rudes, nec tectorio quidem praelitas fuiſſe dicit.

INEXCVSABĬLIS, e. Adi. [ἀπροφάσιστος] Ouid. Met. 7, 511 Gratia diis, felix, et inexcuſabile tempus. *quod non praebet occaſionem vel obtentum excuſandi, et negandi vobis auxilium.* Onera Vlpian. in l. ſi fideicommiſſum D. de iudiciis.

INEXCVSSVS, a, um. Adi. Seruos eos ipſos inexcuſſos eſſe volo. *i. non excuti* Scaeu. l. 23 §. 2 ff. de peric. leg.

INEXERCITĀTVS, a, um. Adi. [ἀμελέτητος] Exercitato *Contrarium.* Famem facilius fert inexercitatus quam exercitatus homo Celſ. praef. *fin.* Cic. de Seneſt. 64 c. 18 Quibus qui ſplendide vſi ſunt, hi mihi videntur fabulam aetatis peregiſſe: nec tanquam inexercitati hiſtriones, in extremo actu corruiſſe. *Sic* Tuſc. 2, 38 c. 16 Inexercitatum militem. Cic. de Orat. 2, 2 Omnium caeterarum rerum oratio mihi crede ludus eſt homini non hebeti, neque inexercitato, neque communium literarum et politioris humanitatis experti. *Conſ.* Sen. Epiſt. 11. *et* Nep. 18, 3, 3.

INEXERCĬTVS, a, um. Adi. *Idem.* Cic. Tuſc. 5, 113 c. 38 Aſclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitum philoſophum, *etc.* *Ex vetuſto codice legitur,* Non ignobilem Eretricum philoſophum. *Fluctuat lectio.* *Conſ.* Macrob. 7, 8. Frontin. 2, 1, 9. *in MS. vid. Keuchen. ibid.* Tertull. Apol. c. 47.

INEXERCITABILIS, e. Adi. Vet. Interpr. Iren. 4, 75.

INEXĒSVS, a, um. Adi. Min. Fel. p. 332 Poenale illud incendium non damnis ardentium paſcitur, ſed inexeſa corporum laceratione nutritur, *quae laceret, non exedat. i. conſumat.*

INEXHAVSTVS, a, um. Adi. [ὑπέραντλος] *Quod non poteſt exhauriri.* Cic. de Fin. 3, 7 c. 2 Erat enim, vt ſcis, in eo inexhauſta auiditas legendi, nec ſatiari poterat. *de Catone.* Virg. Aen. 10, 174 — Aſt Ilua trecentos Inſula, inexhauſtis Chalybum generoſa metallis.

INEXORABĬLIS, e. Adi. [ἀπαραίτητος, ἀκήλητος] *Quod exorari non poteſt.* Cic. Q. Frat. 1, 2 In literis mittendis (vt ſaepe ad te ſcripſi) nimium te inexorabilem praebuiſti. Clauſtris inexorabilibus obſerata arca Val. Max. 4, 8 *extr.* Cuſtos Quinctil. Decl. 10 *extr.* Fatum Virg. Georg. 2, 591. Iudex Cic. Tuſc. 1 c. 5. Liu. 2, 3 Leges, rem ſurdam, inexorabilem eſſe, ſalubriorem, *etc.*

INEXORĀTVS, a, um. Adi. Arnob. 3 p. 114 Non rogatus.

INEXORTVS, a, um. Adi. ἄναρκτον, inexortum Gloſſ. *quod initio caret.*

INEXPECTĀTVS, a, um. Adi. [ἀπροσδόκητος] Expectato *contrarium eſt.* Quinctil. 9, 2 Illis non accedo, qui ſchema eſſe exiſtimant, etiam ſi quid nobis ipſis dicamus accidiſſe inexpectatum. *Alia exemplaria habent* Inopinatum. *Add.* Idem 8, 3. Sen. Epiſt. 107 *pr.* Hoſtis inexpectatus in armis adeſt Ouid. Met. 12, 61.

INEXPEDITVS, a, um. Adi. *Non expeditus, tardus.* Ruſticus, ſenior, inexpeditus in rebus obeundis Arnob. 7 p. 247. Cuncta, quae ſcripta ſunt, inexpeditiſſimum vobis eſt traducere, inuertere Id. 5 p. 182. *i. difficillimum.*

INEXPEDIBILIS, e. Adi. Per moras inexpedibiles populandi amittere copiam Ammian. 31, 13.

INEXPERRECTVS, a, um. Adi. [ἀνέξυπνος] Ouid. Met. 12, 317 Sopitus venis et inexperrectus Aphypnas.

INEXPERTVS, a, um. Adi. [ἄπειρος] *i. Intentatum, et nulla experientia probatum.* Virg. Aen. 4, 415 Ne quid inexpertum fruſtra moritura relinquat. *Conſ.* Curt. 4, 4, 2. *et* 9, 2, 27. Fides Curt. 6, 7, 9. Tacit. Hiſt. 2, 4, 7 Integra quies, et inexpertus belli labor. Remedia Curt. 3, 5, 15. Quaeſtionis genus inexpertum Plin. Epiſt. 8, 14. *Conſ.* Sil. 3, 496. *Actiue.* Hor. Epiſt. 1, 19, 86 Dulcis inexpertis cultura potentis amici, Expertus metuit. *i. Iis, qui experti non ſunt, qui periculum non fecerunt.* *Cum Datiuo.* Liu. 23, 18 *extr.* Exercitum in tectis habuit aduerſus omnia mala ſaepe ac diu durantem, bonis inexpertum atque inſuetum. *Item cum Accuſatiuo, media Praepoſitione.* Idem 6, 18 *pr.* Iram accenderat ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto. Tacit. Hiſt. 21, 5, 1 Legiones ciuili bello inexpertae.

INEXPERIENTIA, ae. f. Tertull. de Anima c. 20.

INEXPIABĬLIS, e. Adi. [ἀναφοσίωτος] *Quod expiari non poteſt.* Cic. Tuſc. 2, 72 Tum e Pontificio iure de caerimoniis ſepulcrorum intelligi licet: quas maximis ingeniis praediti nec tanta cura coluiſſent, nec violatas tam inexpiabili religione ſanxiſſent. Cic. in Piſon. 81 Si aſpernetur amicitiam meam, ſeſeque implacabilem inexpiabilemque praeberet. Cic. de Aruſp. Reſp. 4 Ac paene huius imperii peſtibus bellum mihi inexpiabile dico eſſe ſuſceptum. *pro Pertinaci.* *Conſ.* Cic. Phil. 13, 1. Liu. 4, 35. Fraudes Cic. Tuſc. 1, 52. Odium inexpiabile Romanorum in Annibalem Liu. 39, 51.

INEXPIABILITER. Adu. Auguſtin. de Geneſ. ad Lit. 11, 13.

INEXPIĀTVS, a, um. Adi. Auguſtin. Epiſt. 56.

INEXPLANABILIS, e. Adi. Mart. Capell. 4 p. 95.

INEXPLANĀTVS, a, um. Adi. [ἀνωμάλυντος] Inexplanata lingua, *h. e. Impedita, neque agilis, neque etiam complanata, vt aperte proferre poſſit.* Plin. 11, 37 §. 65.

INEXPLEBĬLIS, e. Adi. [ἄπληστος] *Quod expleri non poteſt.* Cic. Tuſc. 5, 16 c. 6 Quid vero illum, quem libidinibus inflammatum et furentem videmus, omnia rabide appetentem cum inexplebili cupiditate. Ibid. 4, 21 c. 9. Plin. 11, 25 Itemque quum ſitiunt inexplebiles potu. Stomachus Sen. Ep. 89 *extr.* Inexplebilis virtutis, veraeque laudis homo Liu. 28, 17. *Actiue, quod non explet, vt* Inſatiabilis, Apul. Flor. 4 p. 363, 11 Crateram Philoſophiae inexplebilem, nectaream.

INEXPLĒTVS, a, um. Adi. [ἀπλήρωτος] Caedes inexpletae Stat. Theb. 8, 667. *i. Nondum completae.* Idem Theb. 2, 518. *et* Silu. 3, 3, 8. Buſtum, *Inſatiabile* Lucan. 2, 176. Lacrimans inexpletum Virg. Aen. 8, 559. *h. e.* Inexplebiliter. Nomen pro Adverbio Seruius. Amnis inexpletis ripis Prudent. Apoth. v. 755.

INEXPLICABĬLIS, e. Adi. [ἀνέκπτυκτος] *Quod explicari non poteſt.* Plin. 23, 1 De generibus ſingulis differere, immenſum, et inexplicabile eſt. Error viarum inexplicabilis Plin. 36, 13. Fraudes Cic. Tuſc. 1 c. 30. *al.* inexpiabiles. *Si* inexplicabiles *rectum ſit, fraudes comparabuntur laqueis.* Plin. 5, 5 Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit. Laquei Quinctil. 5, 10, 101. Res Cic. Att. 10, 2. *et* 8, 3. Series Quinctil. 5, 143. Viae inexplicabiles continuis imbribus, *h. e. Vnde ſeſe quis facile extricare non queat* Liu. 40, 33.

INEXPLICABILITER. Adu. Apul. Mileſ. 2 *pr. et* Auguſtin. Epiſt. 155.

INEXPLICĀTVS, a, um. Adi. Arnob. 7, . . Stat. Theb. 2, 511. *et* Prudent. Cathem. 3, 153.

INEXPLICĬTVS, a, um. Adi. [ἀνέκλεκτος] *Intricatus, inuolutus, obſcurus, et qui facile explicari non poteſt.* Martial. 9, 48 Democritos, Zenonas, inexplicitosque Platonas.

INEXPLORĀTVS, a, um. Adi. [ἀνεξέταστος] *Contrarium* Explorato. Liu. 26, 48 Non altitudo moenium, non inexplorata ſtagni vada, *etc.* Plin. 35, 6 Apportatur et Indicum ex India, inexploratae adhuc inuentionis mihi. *de atramento.*

INEXPLORĀTE, *ſiue* INEXPLORĀTO. Adu. [ἀνεξετάστως] *Incerto,*

Incerto, ſine exploratione atque indagatione. Gell. 5, 19 Sed arrogationes non temere, nec inexplorate committuntur. Liu. 6, 30 *pr.* Inexplorato pabulatum cohortes miſere. Idem 21, 25. *et* 22, 4.

INEXPVGNABĬLIS, e. Adi. [ἄμαχος, δυσμάχητος] *Quod expugnari non poteſt.* Liu. 2, 7 Ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore. Cic. Tuſc. 5, 41 Volumus enim eum, qui beatus ſit, tutum eſſe, inexpugnabilem, ſeptum, *etc.* Acerbitas inexpugnabilis Pallad. Sept. 17. Cor inexpugnabile telis Ouid. Triſt. 4, 10, 65. Exercitus Iuſtin. 37, 4, 2. Pectus inexpugnabile amori Ouid. Met. 11, 767. Probationes Quinctil. 5, 10. *Conf.* Gell. 18, 3.

INEXPVGNĀTVS, a, um. Adi. Paull. Nolan. Epiſt. 18 n. 5.

INEXPVTABĬLIS, e. Adi. [ἀναρίθμητος] *Quod exputari vel numerari non poteſt.* Columel. 9, 4, 6 Verum ex cunctis, quae propoſui, quaeque omiſi, temporis compendia ſequens (nam inexputabilis numerus erat) ſaporis praecipui mella reddit thymus.

INEXSORBILIS, e. Adi. Offenſum numen inexſorbili me ſaevitia premit Apul. Met. p. 627 *Stew. at Elmenhorſt. p.* 258, 2 *legit* inexorabili.

INEXSTINCTVS, a, um. Adi. [ἄσβεστος] *Qui non exſtinguitur.* Ouid. Faſt. 6, 297 Ignis inexſtinctus templo caelatur in illo, *etc.* Libidinis inexſtinctae homo Ouid. Faſt. 1, 413. *Melius putamus ſic ſcribi, quam S omiſſo.*

INEXSTINGVIBĬLIS, e. Adi. *Idem.* Flamma inexſtinguibilis Lactant. 7, 19. Ignes Arnob. 2 p. 52. Sitis Scrib. Larg. Comp. 105. Varr. Cato, vel de Liber. educand. Male enim conſuetudo diu importata eſt inexſtinguibilis: *apud* Nonium 2, 479. Teſtificatio Arnob. 6 p. 194.

INEXSTIRPABĬLIS, e. Adi. [ἀνεκφύτευτος] *Quod exſtirpari et erui non poteſt.* Plin. 15, 20 Radices multae atque altae, et ideo inexſtirpabiles.

INEXSVPERABĬLIS, e. Adi. *quod quidam ſcribunt* INEXVPERABILIS *eliſo S poſt X.* [ἀήττητος] *Quod ſuperari non poteſt.* Monimentum inexſuperabile Liu. 42, 54. Inexſuperabilis vis fati Liu. 8, . . Idem 5, 34 Alpes inde oppoſitae erant, quas inexſuperabiles viſas haud equidem miror, nulla dum via ſuperatas. *Conf.* Liu. 21, 30. *et* 37, 53. *Pro Inuicto.* Sen. Epiſt. 111 *extr.* Is qui Philoſophiam in remedium ſuum exercuit, ingens fit animo, plenus fiduciae, inexſuperabilis. *Conf.* Epiſt.

INEXTERMINABĬLIS, e. Adi. Claud. Mamert. 2, 10. Vulg. Int. Sap. 2, 23.

INEXTIMABILIS, e. Adi. Arnobii *eſſe dicitur. Credo poſitum pro* Inaeſtimabili.

INEXTRICABĬLIS, e. Adi. *Quod extricari non poteſt: aut vnde quis extricare ſe non poteſt.* Plin. 36, 13 Inque baſi quadrata intus labyrinthum inextricabilem. Virg. Aen. 6, 27 Hic labor ille domus, et inextricabilis error. Plin. 20, 21 Semen ſtomachi inextricabilia vitia ſanat.

INEXTRICABILITER. Adu. Apul. Met. 11 p. 269 Inextricabiliter contorta fatorum licia.

I N F

INFĂBRE. Adu. [ἀκατεργάστως] *Cui contrarium* Affabre, *quod Polite et eleganter ſignificat.* Liu. 36, 40 Aureos torques tranſtulit MCCCCLXX, ad haec auri pondo CCXLV. argenti infecti factique in Gallicis vaſis non infabre ſuo more factis, duo millia CCCXL. pondo, *etc.* Scalptum infabre Hor. Serm. 2, 3, 22. Infabre, Foede: vt Affabre, Pulchre: Pacuuius, Barbaricam peſtem nauibus noſtris obtulit noua figura factam commiſſam infabre. Nonius 1, 192.

INFABRICĀTVS, a, um. Adi. [ἀκατασκεύαστος] Fabricato *contrarium.* Virg. Aen. 4, 400 Frondenteſque ferunt ramos, et robora ſiluis Infabricata, fugae ſtudio.

INFACĒTVS, *vel* INFICETVS, a, um. Adi. [ἄκομψος] Faceto *contrarium.* Plaut. Truc. 2, 4, 4 Quid tam infacetus Lemno adueniens? *Ed. Gron.* Inficetus. Dictum non infacetum Plin. 19, 8. *Sed Hard.* ſ. 42 inficeto. Infacetum Sueton. Gr. 23 *extr.* Homo non infacetus Cic. Off. 3, 58 c. 14. *Nihil varietatis annotatum Graeuio.* Lepore non infaceto Plin. 37, 1. Mendacium non infacetum Cic. pro Cael. 69 c. 30. *Sic certe MSS. quidam et editi. Al.* Inficetum. *Scripturam* infacetus *contra Voſſium vindicarat Borrich. Cogitt. p. 133. qui tamen fatetur, tertiam Vocalem placuiſſe* Catullo. *Et puto ſine varietate legi* 22, 14 Idem inficeto eſt inficetior rure, ſimul Poëmata attigit. *Et* 43 *extr.* O ſaeclum inſipiens et inficetum. *Contra* Martial. 5, 79 Sed quod non graue ſit, nec infacetum Parui tibia Condyli ſonabit.

INFACETIAE, *vel.* INFICETIAE, arum. f. *Pl.* [ἀνευτραπελία] Pleni ruris et inficetiarum Annales Catul. 36, 19.

INFACETE. Adu. Suet. Veſp. c. 20. *Conf.* Paterc. 2, 33, 4. *et* Solin. c. 1. *al.* Inficete. Plin. 35, 4 Oſtendens pictum inficetiſſime Gallum exſerentem linguam. *Conf. de hiſtoria* Quinctil. 6, 3, 38 *vbi diuerſas narrationes contulimus.*

INFACVNDIA, ae. f. Gell. 11, 16 Tui erroris culpam eſſe intelligo in mea ſcilicet infacundia. *i. Imperitia dicendi.*

INFACVNDVS, a, um. Adi. *Inelegans.* Liu. 4, 49 Et Tribunus plebis vir acer, nec infacundus nactus inter aduerſarios, *etc. Compar.* Infacundior homo Liu. 7, 4.

INFAECO, āre. *Sordidum et immundum facere.* Infaecare animam carnis concretione Tertull. de Anima c. 53.

INFALLIBILIS, e. Adi. *Vox frequens apud Eccleſiaſticos.*

INFĀMIS, e. Adi. [δυσώνυμος, δυσκλεής] *quaſi* Sine fama, *turpis, qui male audit.* Cic. Verr. 4, 20 Quo in oppido multas familias totas in perpetuum infames tuis ſtupris flagitiiſque feciſti. Homines caeteris vitiis atque omni dedecore infames Cic. pro Cluent. 130 c. 47. Stupro infamis Vell. 2, 45. *Non ſemper ad ciuilem aliquam turpidinem refertur, quae impediat, quo minus aliquis teſtis, iudex, integrae famae, eſſe poſſit; ſed quidquid eſt aduerſi rumoris indicat.* Ter. Heaut. 5, 4, 14 Non ſi ex capite ſis natus meo, item vt aiunt Mineruam ex Ioue, ea cauſa magis patiar Clitipho flagitiis tuis me infamem fieri, *pater ad filium.* Alpes infames frigoribus, *Horrendae et pertimeſcendae propter frigora.* Liu. 21, 31 Ob id meritum commeatu copiaque rerum omnium et veſtimentis eſt adiutus, quae infames frigoribus Alpes praeparare cogebant. Liu. 8, 18 *pr.* Illud peruelim (nec omnes auctores ſunt) proditum falſo eſſe: venenis abſumtos, quorum mors infamem Annum peſtilentia fecerit, ſicut proditur. Carmen Ouid. Rem. Amor. 254. Cic. Diu. Verr. 24 Ceratam vnicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria. Digitus *medius* Infamis *dictus eſt ab antiquis propter ignauiam, quoniam indigere videatur aliorum defenſione.* Perſ. 2, 33 Infami digito luſtralibus ante ſaliuis Expiat. Genus infame Danai Hor. Carm. 2, 14, 19. Ludi Propert. 3, 14, 3. Materias infames, ſiue quis mauult dicere inopinabiles, quas Graeci ἀδόξους ὑποθέσεις appellant, et veteres adorti ſunt *etc.* Gell. 17, 12. Nomen Plin. 33, 3. Os infame Dolabellae, *Turpe et immundum* Cic. Philipp. 11, 7. Terrae infames caede Ouid. Met. 13, 400. Vita Lucret. 3, 42. *Superl.* Seru. *in* Aen. 12, 603 Mors infamiſſima l. 34 Cod. de Decurion. Infamiſſimam ſuſcipiens vilitatem.

INFAMISSIME. Adu. Capitol. in Pertin. c. 13 Cornificiae infamiſſime dicitur adhaeſiſſe.

INFAMIA, ae. f. [δύσκλεια] *Nota, macula, probrum, nota turpitudinis: vbi idem obſeruandum, quod modo de* infami *diximus, non ſemper ciuilem et velut legitimam infamiam intelligi; ſed etiam quemuis ſiniſtrum rumorem, qui exiſtimationem laedat.* Ter. Andr. 2, 6, 13 Cauit, ne vnquam infamiae ea res ſibi eſſet. Suet. de Clar. Gram. c. 23 Sed maxime flagrabat libidinibus in mulieres vſque ad infamiam oris. Cic. Verr. 3, 132 Nihil ad tuas aures de infamia tua perueniſſe. Hominum Immortalis eſt infamia: etiam tum viuit, quum eſſe credas mortuam Plaut. Perſ. 3, 1, 27. Sen. Epiſt. 102 Quomodo fama non eſt vnius ſermo, nec infamia vnius mala exiſtimatio. Metus infamiae Tacit. Hiſt. 4, 72. Intactus infamia, *vid.* INTACTVS. Temporis infamia Ouid. Met. 1, 211. Inueterata Quinctil. 6, 5. Mendax Hor. Epiſt. 1, 16, 39. Vetus infamia eſt in ſaxo Ouid. Met. 2, 707. Accedere in infamiam Plaut. Trin. 1, 2, 84. Cic. pro Cael. 23 c. 10 Qui iſtius facti non modo ſuſpicione, ſed ne infamia quidem eſt aſperſus. *Vbi ſuſpicio eſt grauius quid infamia, quae modo ad rumores etiam ab omni veriſimilitudine abhorrentes pertinet.* Aſpergi Nep. 7, 3, 6. Attingit eum infamia, Auertere ab infamia, *vid. hh. vv.* Colligere infamiam Iuſtin. 3, 4, 10. Conflare Cic. pro Cluent. 79. Concipere Idem Diu. Verr. 49. Delere ac tollere poteſtis conceptam huic ordini turpitudinem atque infamiam Cic. Act. Verr. 1, 49. Ter. Andr. 2, 6, 13 Cauit, ne vnquam infamiae ea res ſibi eſſet. Eximere aliquem infamiae, *vid.* Poenae eximere, *in* EXIMO. Fugere *vel* Effugere infamiam Cic. Fam. 1, 1. Habere infamiam Idem pro Flacc. 95. Infligere malignum infamiae vulnus Firmic. 6, 10. Mart. in l. ictus D. de iis, qui notantur infamia, Ictus fuſtium infamiam non importat: ſed cauſa, propter quam id pati meruit: ſi ea fuit, quae infamiam damnato irrogaret. Irrogare infamiam Papinian. in l. ex ea cauſa, quae infamiam non irrogat D. de poſtulando. Vlpian. in l. quid ergo §. ex compromiſſo D. de iis, qui notantur infamia. *Rurſus ibid. in fine.* Inurere infamiam alicui Cic. Cat. 1 c. 6. Laborare infamia Vlpian. in l. furti §. 1 D. de iis, qui notantur infamia. Leuare ſeſe infamia, *vid.* LEVO. Liberare infamia, *vid.* LIBERO. Cic. Prou. Conſ. c. 15. Notari infamia Vlpian. in l. 2 in princ. D. de iis, qui notantur infamia. *Et* in l. furti §. 1 D. *eod. tit. Rurſus* in l. parentes D. *eod. tit.* Infamiam potentia Oppreſſit Curt. 10, 4, 19. Firmic. 5, 1 Matrimonium contrahet cum muliere vidua, vel quae publica pulſetur infamia. Spargere aliquem infamia Firmic. 6, 14. Subire infamiam Cic. Q. Frat. 3, 1. *Conf.* Iuſtin. 27, 1, 3. Vrgeri infamia Cic. de Prou. Conſ. c. 12.

INFĀMO, āre. [ἀτιμόω, παραδειγματίζω] *Ignominiam, vel notam inurere, famam alterius quocunque modo laedere.* Quinctil. 10, 1 *extr.* Deinde quum ſe iactaret, eodem modo dicere, Senecam infamabat. Sen. . . . Deſinant denique infamare nos tanquam incredibilia iactantes. *Vid.* Tacit. Hiſt. 1, 64, 7. Infamare parricidii Quinctil. Decl. 8. Temeritatis Sen. Ep. 22 *med.* Animum infamare timore Ouid. ex Pont. 3, 6, 43. Ferrum infamare veneno Sil. 3, 273. *Sed malit Heinſ.* inflammare. Fides infamatur Quinctil. 10, 1. Tua grauitas et moderatio aliorum infamet Iniuriam Cic. Fam. 9, 12. Quinctil. 2, 15 *pr.* Qui quum longe ſit a voluntate infamantium oratoris officia, finem artis temere comprehendit. *Diuulgare.* Liu. 40, 7 *extr.* Infamandae rei cauſa ianuam obſerari iubet. Columel. 1, 7, 7 Ita fit, vt et actor et familia peccent, et ager ſaepius infametur, *tanquam ſterilis, aut parui reditus.* Idem 9, 8 Non ſunt degeneres intermiſcendae, quae infament generoſas. Infamatur vterque, *i. Infamia notatur* Paullus in l. non eſt D. de ritu nuptiarum.

INFAMANS, antis. Part. Infamantia bellum funera Stat. Theb. 9, 96. *Vid.* Quinctil. *ſupra.*

INFAMĀTVS, a, um. Part. [ἀτιμωτὸς] Ouid. Met. 14, 446 Et procul inſidias, infamataeque relinquunt Tecta deae. Infamatam deam, *Circen vocat.* Nep. 7, 11, 1 Hunc infamatum a pleriſque tres hiſtorici laudibus extulerunt.

INFAMATIO, ōnis. f. *ICt.*

INFAMĀTOR, ōris. m. Dig.

INFANDVS, a, um. Adi. [ἄῤῥητος] *Quod vix fari quis poſſit, propter turpitudinem, crudelitatem, ſtultitiam etc.* Varro *ap.* Non. 1, 275 Poſtremo nemo aegrotus quidquam ſomniat Tam infandum, quod non aliquis dicat Philoſophus. Ter. Eun. 4, 3, 22 Perii, obſecro tam infandum facinus mea tu, ne audiui quidem. Martial. 9, 10 Immatura dabant infandas corpora poenas. Amor Virg. Aen. 4, 85. Liu. 4, 32 Infandae colonorum caedis et defectionis auctores. Caſus Virg. Aen. 8, 578. Dies Idem ibid. 2, 132. Dolor Virg. Aen. 2, 3. Ignes Idem ibid. 1, 525. Labores Virg. Aen. 1, 597. Merces Liu. 5, 49. Cic. de Orat. 2, 322 Ex aduerſario iiſdem locis fere contraria. Ex re, ſi crudelis, ſi infanda, ſi praeter opinionem, ſi immerito, ſi miſera, ſi ingrata, *etc.* Senones Sil. 4, 160. *Superlat. apud* Quinctil. 3, 8 Iam fero infandiſſima. ¶ 2 Infandum. [ἄῤῥητον] *Interiectio, quemadmodum* Malum, *et ſimilia poni ſolent.* Virg. Georg. 1, 479 Infandum: ſiſtunt amnes, terraeque dehiſcunt. Idem Aen. 1, 225 Nauibus (infandum) amiſſis vnius ob iram Prodimur. Infandum, pro Infande: Nomen pro Aduerbio. Poteſt tamen hoc loco etiam eſſe Interiectio dolentis. Seruius.

INFANS, antis. c. [βρέφος, νήπιος] *Puer, qui nondum fari coepit.* Cic. Verr. 1, 153 Iſte infanti pupillae fortunas patrias ademit. Ab infante, *vid.* AB. Animoſus non ſine DIs infans Hor. Carm. 3, 4, 20. Craſſus Iuuen. Sat. 13, 163. Generoſus Stat. Silu. 4, 7, 41. Liu. 31, 12 In Sabinis incertus infans natus maſculus an femina eſſet. Parui Lucret. 1, 187. Semeſtris Liu. 21, 62.

Conſ. Gruter. p. 679 n. 7. *de infante VII annorum.* Continere infantem aluo, *vid.* CONTINEO. Editus in lucem iacuit ſine viribus infans Ouid. Met. 15, 221. Expreſſus infans omnibus membris Quinctil. 2, 4. Infeſtat infantes editos plenilunium, *vid.* INFESTVS. Remouere infantem, *a lacte depellere* Plin. 28, 7. Vagitat infans Stat. Silu. 4, 8, 35. Quinctil. 6, 1, 39 Tranſtulis patronus — puellam — infantem ſuam frigidiſſime reportauit. Tac. A. 15, 23, 3 Quartum intra menſem defuncta infante. *De Brutis et Auibus etiam dicitur,* Plin. . . . Quadrupedes infantes ſuos cognoſcunt. Idem 10, 61 *de veſpertilione.* *Adi. capitur pro Paruo.* Plin. 22, 22 *de boleto,* Nec tunicae minor gratia in cibo infantis boleti. Oſſa infantia Ouid. Met. 4, 517. Ouid. in Ibin 229 Gutturaque imbuerant infantia, lacte canino. *Item* Faſt. 4, 146 Tutus vt infanti vagiat ore puer. Ouid. Faſt. 6, 145 Pectoraque exſorbent auidis infantia linguis. *Conſ. Heinſ. ad* Ouid. Her. 9, 86. Plin. 10, 33 Ipſum verum nidum mollibus plumis floccisque conſternunt tepefaciendis ouis, ſimul ne durus ſit inſtantibus pullis. ¶ 2 *Sine aetatis reſpectu non facundus, orationis facultate deſtitutus.* Cic. de Clar. Orat. 77 Ipſum Scipionem accepimus non infantem fuiſſe. Idem pro Cluent. 51 Tum vero ita ſum perturbatus, vt omnia timerem: ſi nihil dixiſſem, ne infantiſſimus: ſi multa in eiusmodi cauſa dixiſſem, ne impudentiſſimus exiſtimarer. Idem Q. Fratr. 3, 4 Omnino nihil accuſatore Lentulo ſubſcriptoribusque infantius: nihil illo conſilio ſordidius. *Ad* Heren. 2, 16 c. 11 Dum caute et expedite loqui volunt, infantiſſimi reperiuntur. Prud. Periſt. 10, 3 Largire comtum carmen infantiſſimo. Cic. de Inu. 1, 4 c. 3 Veriſimillimum mihi videtur, quodam tempore neque in publicis rebus infantes et inſipientes homines ſolitos eſſe verſari, nec vero ad priuatas cauſas magnos ac diſertos homines accedere. Infans Hiſtoria Cic. de Clar. Orat. 101 c. 26. Pudor Hor. Serm. 1, 6, 57. Verecundia enim nos elingues facit. Porphyr. Statuae, *i. Mutae* Hor. Serm. 2, 5, 39. Illa Hortenſiana omnia fuere infantia Cic. Att. 10, 18. *Senſus eſt: Quum omnia promiſiſſet Hortenſius, nihil praeſtat, more infantium.* ¶ 3 Infans, *interdum Infandus eſt.* Accius *ap.* Non. 1, 275 Priusquam infans facinus oculi veſcuntur mei. *Conſ.* NEFANS.

INFANTIA, ae. f. [νηπιέη] *Aetas puerilis et inadulta.* Plin. 9, 8 Atque etiam geſtant fetus in infantia. Infantia *dicitur, quum quis rem dicendo non poteſt explicare.* Cic. Att. 4, 16 Quomodo ergo abſolutus omnino πορπαπύμμα accuſatorum incredibilis infantia, id eſt L. Lentuli, L. Ter. quem fremunt omnes praeuaricatum. Cic. de Orat. 3, 42 c. 35 *apud* Non. 1, 257 Modo hoc conſtet, neque infantiam eius, qui rem nouerit, ſed eam explicare dicendo non queat, neque inſcitiam illius, cui res non ſuppetat, at verba non deſint, eſſe laudandam. *Ad* Her. 2, 17 c. 11 Vt huius infantiae garrulam diſciplinam contemneremus. Idem in Orat. 236 Res autem ſic ſe habet (vt breuiſſime dicam quod ſentio) compoſite et apte ſine ſententiis dicere, inſania eſt: ſententioſe autem, ſine verborum et ordine, et modo, infantia. Idem in Topic. 82 c. 21 Poſſitne eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiam. *Conſ.* Suet. Gramm. c. 9. Soluimus infantiam deliciis Quinctil. 1, 2. Eſt ſua etiam ſtudiis infantia Quinct. 1, 1 p. 19 *Burm.* Ab infantia, *vid.* AB. Infantia naſi madidi, *vid.* NASVS. Plin. 15, 19 Mox lacteum humorem, hoc eſt infantiam pomi abſumunt.

INFANTARIVS, a, um. Adi. *Amans infantes, certe geſtans.* Martial. 4, 88

Infantem ſecum ſemper tua Baſſa, Fabulle,
Collocat, et luſus deliciasque vocat.
Et quod mireris magis, infantaria non eſt.
Ergo quid in cauſa eſt? pedere Baſſa ſolet.

Nempe coniicit deinde culpam ſuae incontinentiae et foetoris in infantem ea ratione, qua catellos quaedam circumgeſtire dicuntur ſolere. Sic Tertull. ad Nation. 1, 2 *cum de accuſationibus Chriſtianorum agit,* Porrigenda quaeſtio in ſocios conſciosque. Perducerentur infantarii *(qui apportarunt infantes)* et coqui, *(qui coxere)* et ipſi canes pronubi *(euerſores lucernarum)* emendata res eſſet.

INFANTICĪDA, ae. m. Tertull. Apol. c. 4. *et* ad Nation. 1, 15.

INFANTICIDIVM, i. n. *Idem ibid.* *et* Apol. c. 2.

INFANTĪLIS, e. Adi. Iuſtin. 17, 3, 20 Paruulum infantilibus blandimentis inductus diu protexit. Apul. Met. 5 p. 164 Infantilis vterus.

INFANTO, āre. *Infantis inſtar nutrire.* Tertull. adu. Marc. 1, 14.

INFANTŬLA, ae. f. Dimin. Apul. 10 p. 252. Sidon. Epiſt. 7, 2.

INFANTŬLVS, i. m. Apul. Met. 8 p. 207 Gerebamus infantulos et mulieres.

INFARCIO, *ſ.* INFERCIO, ſi, tum, īre. [ἐπιβύω] *Implere. vt,* Parietes infarcire, *apud* Plin. 35, 14. Columel. 12, 53, 2 Et maxime in eas partes, quibus oſſa relicta ſunt, largum ſalem infarcito. *i. Indito.* Suet. Tib. c. 53 Mori inedia deſtinanti, per vim ore deducto, inferciri cibum iuſſit. *Sed meliores* infulciri. Cic. in Orat. 231 c. 69 Quae vitia qui fugerit, vt neque verbum ita traiiciat, vt id de induſtria factum intelligatur: neque inferciens verba, quaſi rimas expleat, *etc.*

INFAS, *antique pro Infans,* Ennii *eſſe dicitur. Sed inde videtur, ſumtum, quod H. Columna ad* Ennium *p. 290 generatim dicit, veteres dixiſſe* aduenies, abſes, infas, *pro* adueniens, abſens, infans. ¶ 2 Infas, *pro Nefas.* Gloſſ. Lat. Gr. Infas, ἀθέμιτον. *Vid.* INFANS n. 2.

INFASCINATVS, a, um. Adi. *Vnde*

INFASCINATE. Adu. ἀβασκάντως Gloſſ. Gr. Lat.

INFASCINABILIS, e. Adi. ἀβάσκαντος Gloſſ. Gr. Lat.

INFASTIDITVS, a, um. Adi. *Quod faſtidium non mouet.* Infaſtiditum fers ipſe ad buſta cadauer Sidon. Carm. 16, 123. *Add.* Caſſiodor. Ep. 41.

INFATIGABILIS, e. Adi. [ἀκάματος] *Qui non defatigatur.* Plin. 28, 19 Dentes quidem eorum maximi, equis quoque adalligati, infatigabilem curſum praeſtare dicuntur. Val. Max. 3, 2 ext. 1 *pr.* Pugna. Sen. Epiſt. 66 Seruare animum infatigabilem.

INFATIGABILITER. Adu. Auguſtin. Epiſt. 32. Ven. Fortunat. Epiſt. inter Carm. 8, 14 *et* 15. Gloſſ. Gr. Lat. ἀκαμάτως, Infatigabiliter.

INFATIGATVS, a, um. Adi. Mart. Capella 6 p. 190.

INFATVO, āre. [μωροποιέω] *Reddere ſtultum et fatuum.* Cic. pro Flacc. 47 Habebat enim rhetor iſte adoleſcentes, *etc.* neminem quidem adeo infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet. Idem Philipp. 3, 21 c. 9 Vt hominem ſtultum magis etiam infatuet mercede publica. Adulatio infatuat Sen. Epiſt. 60. *Conſ.* Sen. P. Suaſor. 2 *extr.*

INFAVORABILIS, e. Adi. *Fauore et approbatione indignus.* ἀπρόσδεκτος Gloſſ. Gr. Lat. Nec infauorabilis ſententia eſt Celſ. l. 6 ff. de Collat.

INFAVORABILITER. Adu. Non infauorabiliter reſpondere Vlpian. l. 2 §. 6 ff. de decur. et fil.

INFAVSTVS, a, um. Adi. [ἀπαίσιος] *Infelix, infortunatus.* Ouid. Met. 14, 529 Bella infauſta gerunt, multumque ab vtraque cruoris Parte datur.

INFECTOR, INFECTVS, Part. *vid.* INFICIO.

INFECTVS, a, um. Adi. [ἀνέργαστος, ἄδραστος] *Non factus.* Plaut. Amph. 3, 2, 3 Ea quae ſunt facta, infecta eſſe acclamitat. Ibid. 2, 1, 85 Vtinam dî faxint infecta dicta re eueniant tua. *i. Vtinam quae dicis non ita eſſe, vel vana eſſe, res ipſa oſtendat.* Argentum infectum, *Signato opponitur.* Liu. 36, 40 Argenti infecti tulit in aerarium quatuordecim millia pondo ſeptingenta triginta duo, et ſignati bigatorum XVII millia viginti tria. Curſu infecto depoſcit praemia Propert. 2, 5, 25. Damnum infectum, *quod nondum factum eſt, ſed metuitur, et prohibitum itur.* Cic. in Topic. 22 At ſi quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiſerit, non debebit praeſtare quod fornix vitii fecerit. *Conſ.* Plin. 36, 2. *et ICt.* Dona infecta facere Plaut. Moſt. 1, 3, 27. *i. Irrita, reuocare donationem.* Facta infecta loqui Stat. Theb. 3, 430. Foedus Virg. Aen. 12, 243. Cato c. 2 Vbi cognouit quomodo fundus cultus ſiet, operaque quae facta, infectaque ſient. Pace infecta, *Non facta.* Ter. Eun. 1, 1, 8 Infecta pace, vltro ad eam venies, indicans te amare, et ferre non poſſe. *Conſ.* Liu. 30, 31 *extr.* Penſa infecta reponunt Ouid. Met. 4, 10. Re infecta abire Liu. 9, 32. Sacra infecta relinquunt Ouid. Met. 6, 202. Scelus Virg. Aen. 6, 742. Victoria Liu. 9, 23. Diffingere, infectumque reddere Hor. Carm. 3, 29, 47. Infecta facere, *Quod factum eſt corrumpere.* Plaut. Caſin. 4, 4, 9. *et* Truc. 4, 2, 17. Infectum fieri non poteſt Plaut. Aul. 4, 10, 15. Quid vis fieri? factum eſt, illud fieri infectum non poteſt Ter. Phorm. 5, 8, 4. Plin. Paneg. 80, 3 Intercedere iniquitatibus magiſtratuum, infectumque reddere quidquid fieri non oportuerit. Liu. 9, 11 Nemo quemquam deceperit, omnia pro infecto ſint, recipiant arma, quae per pactionem tradiderunt. Infectum volet eſſe dolor quod ſuaſerit Hor. Epiſt. 1, 2, 60. ¶ 2 Infectum, *non quod factum non eſt, ſed quod fieri non poteſt.* Sall. Iug. c. 76 *pr.* Sed rex nihil iam infectum Metello credens, *i. Nihil eſſe putans, quod non efficere Metellus poſſet.* Apul. Met. 1 p. 15, 18 *Pric.* Ego vero inquam nihil impoſſibile arbitror; ſed vtcumque fata decreuerunt, ita cuncta mortalibus prouenire. Nam et mihi et tibi, et cunctis hominibus multa vſu venire mira, et paene infecta, quae tamen ignaro relata fidem perdant. Paene infecta, *i. quae paene dicas impoſſibilia.* ¶ 3 Infectus *ab* Inficio, *vid. h. v.*

INFELIX, icis. Adi. [κακοδαίμων] *Contrarium* Felici; *Miſer, calamitoſus.* Ter. Eun. 2, 2, 13 At ego infelix, neque ridiculus eſſe, neque plagas pati poſſum. Ibid. 5, 5, 1 Proh fidem deûm facinus foedum: ô infelicem adoleſcentulum. Idem Adel. 4, 2, 1 Nae ego homo ſum infelix. *Add.* Cic. pro Quint. c. 30. Infelix et aerumnoſus Cic. Verr. 5, 161. Animi infelix Virg. Aen. 4, 529. Cura Ouid. Triſt. 2, 1. Dolor Idem ibid. 4, 9, 8. Plin. in Praef. Obnoxii profecto animi et infelicis ingenii eſt, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere. Tellus infelix frugibus Virg. Georg. 2, 239. Idem Ecl. 5, 37 Infelix lolium, i. e. Infoecundum: *vid.* Seru. *ad loc.* Infelicior domi quam militiae Liu. 5, 12. Virg. Aen. 12, 608 Hinc totam infelix vulgatur fama per vrbem. Seruius: Infelix fama, Rerum infelicium nuntia. Aduerſus: *vt interpr.* Seru. *ad* Aen. 7, 309. *et* 1, 330. *Item Exſecrabilis Inauſpicatus:* Arbori infelici ſuſpendito Cic. pro Rabir. perduell. reo 13. *et* Liu. 1, 26. Infeliciſſimi parentes Inſcr. Grut. p. 668 n. 12. *et* 673 n. 10. Infeliciſſima puella Inſcr. Grut. p. 670 *pr.*

INFELICĬTAS, ātis. f. [κακοδαιμονία, δυσπραγία, δυστυχία] *Aduerſa vel incommoda fortuna, calamitas.* Ter. Adel. 4, 2, 5 Quid hoc (malum) infelicitatis? nequeo ſatis decernere. Cic. de Fin. 2, 68 Beate autem viuere, alii in alio, vos in voluptate ponitis: item contra omnem infelicitatem in dolore. Damnare infelicitatis tempora, *vid.* DAMNO. Infelicitates Apul. Dogm. Plat. 2 p. 1[illegible].

INFELICĬTER. Adu. [δυστυχῶς] Ter. Eun. 2, 3, 35 Dum ſequor hanc, fit mihi obuiam. P. incommode hercle. CH. immo enimuero infeliciter. Liu. 1, 45. *et* 2, 35. *Compar.* Sen. Controu. 5, 33 Infelicius ſuperſunt.

INFELICĬTO, āre. *Infelicem et miſerum facere.* Plaut. Caſin. 2, 3, 30 Dii me et te infelicitent, ſi ego in os meum vini guttam indidi. *Vid. mox* INFELICO.

INFELICO, āre. *Habent multis locis Codices Plautini, quod teſtatur Pareus in Lex. Crit. V. g.* Epid. 1, 1, 11 *vbi etiam Gronou.* DI immortales infelicent! Caſin. 2, 3, 30, *vbi Gron.* DI me et te infelicitent. Merc. 2, 3, 99 Hercle illunc DI infelicent, quisquis eſt. *Sic etiam Gronou. Vt et* Poen. 2, 1, 1 DI illum infelicent omnes, qui *etc.* *Sic et* Rud. 3, 6, 47. *Et* 4, 6, 21 Hercules iſtum infelicet, cum ſua licentia: *ad quem locum pulchre annotat Taubmannus, videri* infelicet *et ſimilia deberi illorum cautioni, qui metro conſulere vellent; cum non dubitauerint Poëtae in pronuntiando contrahere etiam voces omnibus ſuis literis ſcriptas.*

INFENSVS, a, um. Adi. [μηνίζων] *Quod habet formam Participii ab Infendo, i. offendo. Neque enim multum differunt* infenſus *et* offenſus. *Notat certe iram et ſtudium nocendi.* Ter. Andr. 1, 3, 7 Me infenſus ſeruat, ne quam faciam in nuptiis fallaciam. Plaut. Merc. 4, 5 ſuppoſ. 14 Verum ſi non amant, oderunt, moleſti itidem atque difficiles, garruli, oſores, infenſi, iracundi, ſibi ſuisque inuidi. Suet. in Vitell. c. 14 Nullis tamen infenſior quam vernaculis. *al.* Offenſior. Cic. Diu. Verr. 42 Iam nunc timeo quidnam pro offenſione hominum, qui illi inimici, infenſique ſunt, et exſpectatione omnium, et magnitudine rerum, dignum eloqui poſſim. Infenſo atque inimico animo ire in aliquem Cic. Verr. 2, 149 c. 61. Dictis infenſus amaris Proſequitur victos Stat. Theb. 2, 660. Ignem infenſum corripit Virg. Aen. 5, 641. Natura hominum generi infenſa atque inimica Cic. Tuſc. 4, 58. Opes principibus infenſae, *i. Formidabiles* Tacit. Ann. 11, 1, 2. Idem ibid. 14, 56 Vitat comitantes, rarus per

per vrbem, quaſi valetudine infenſa. *Compar.* Claudian. de Rapt. Proſerp. 3, 201 — Phlegra nobis infenſior aether. Vopiſc. Aurel. c. 36 Incidit vt libertum ſuum infenſiorem ſibi minando redderet.

INFENSE. Adu. Tacit. Ann. 5, 3, 6 Tiberius infenſe inuectus. *Compar.* Liu. 34, 15 Infenſius hoſtes pro vallo pugnabant. Cic. Orat. c. 51 Iſocrati eſt auerſatus infenſius. *al.* Impenſius.

INFENSO, āre. [ἐχθραίνω] Tacit. Ann. 13, 41 *pro Infenſum eſſe, vel praebere ſe, plane vt* infeſtare, Vt quaſi infenſantibus deis exitio tradi crederetur. *Pro Infeſtare,* Tacit. Ann. 6, 34 Adequitare caſtris, infenſare pabula. Bello infenſare Armeniam Id. Ann. 13, 37, 1.

INFER, *antiquum nomen, vnde* Inferior. Cato de R. R. c. 149 Vbi pyrus florere coeperit, prato irriguo: vbi ſuper, inferque vicinus permittet, tum decedito. *Sic* Citer *et* Exter, *v. v.*

INFERAX, ācis. Adi. Siluae inferaces Hieron. Homil. 2. *Et Frob. p. 185, Colon. 369. Tom. 3.*

INFERCIO, *vid.* INFARCIO.

INFERIVS, a, um. Adi. *Epitheton rerum, quae inferuntur in ſacris, i. offeruntur.* *Sic* Inferium vinum *quid eſſet, explicat* Arnob. 7 p. 236 *ſq.* Operae pretium eſt etiam verba ipſa depromere, quibus, cum vinum datur, vti ac ſupplicare conſuetudo eſt. *Mactus hoc vino inferio eſto!* *Inferio,* inquit Trebatius, verbum ea cauſa eſt additum, eaque ratione profertur, ne vinum omne omnino, quod in cellis atque apothecis eſt conditum, ex quibus illud quod effunditur, promtum eſt, eſſe ſacrum incipiat, et ex vſibus eripiatur humanis. Addito ergo hoc verbo, ſolum erit, quod inferetur, ſacrum, nec religione obligabitur caeterum *etc. ſunt enim pluſcula.* *Eſt haec formula apud* Caton. R. R. 132, 2 Macte vino inferio eſto. *Et bis 134, 3.* Feſtus, Inferium vinum id, quod in ſacrificando infra paterae labrum ponebatur: *quo etymologiam docere, puto, voluit.* *Vid.* Scal. ad Varr. de L. L. p. 77. ¶ 2 *Omiſſo Subſtantiuo* oblationes, *vel* dapes, inferiae *ſunt, vt ait* Seru. *ad* Aen. 10, 519 Sacra mortuorum quae inferis ſoluuntur. *Et* Inferiae dicta Sacrificia, quae Diis Manibus inferebant, Feſtus. *De his* Virg. Aen. 3, 66 Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte, ſanguinis et ſacri pateras. Ouid. Triſt. 3, 3, 81 Tu tamen exſtincto feralia munera ferto. Virg. Aen. 9, 215 Abſenti ferat inferias. *Vid. Kirchm. de Fun. Rom. 3, 22. et Turneb. 4, 22.* Virg. Aen. 10, 519 Viuentes rapit; inferias quos immolet vmbris. *Annuae parentationes ſic etiam dictae.* Suet. Calig. c. 15 Inferiasque his annua religione publice inſtituit. *Conf.* Idem Claud. c. 11. *et* Vitell. c. 11. Cic. de N. D. 3, 42 Tertius eſt ex Idaeis Digitis, cui inferias afferunt. Dare inferias manibus Ouid. Faſt. 5, 422. *Conf.* Curt. 7, 9, 21. *et* 10, 1, 30. Ferre inferias alicui Virg. Aen. 9, 215. Mittere Idem Georg. 4, 545. *it.* 553. *et* Aen. 11, 82. Mittere inferias exſtincto alicui Ouid. Met. 11, 381. *Add.* Cenotaph. Piſan. *Reineſ.* Inſcr. Cl. 7, 12. Sacrare vmbris aeternas inferias Stat. Theb. 3, 363. Tacit. Hiſt. 2, 95, 2 Apud bonos inuidiae fuit, quod exſtructis in Campo Martio aris, inferias Neroni feciſſet: caeſae publice victimae cremataeque *etc.* Flor. 2, 18, 12 Vt deſtinata morte in praelium ruerent, quum ſeſe primum epulis quaſi inferiis impleuiſſent. *Vid. ibi Freinſh.* *Conf.* Iuſtin. 14, 4, 13. *et* 18, 4, 13.

INFERIĀLIS, e. Adi. *Funebris.* Apul. Met. 8 p. 169 Officiis inferialibus ſtatim exactis. *Conf.* Idem Mileſ. 1 *pr.*

INFERIOR, *vid.* INFERVS.

INFERMENTATVS, a, um. Adi. [ἄζυμος] *Fermento carens, non fermentatus.* Paullin. Nat. Fel. 8, 47 Infermentatis pulſi quia panibus olim Aegypto. *i. ante quam fermentare poſſent et quantum opus eſſet rareſcere atque aceſcere.*

INFERNAS, ātis. Adi. *ſicut Supernas.* Plin. 16, 39 Et ideo Romae infernas abies ſupernati praefertur. Infernatia ligna *ſunt quae ex Apennino, parte qua inferum mare ſpectat, caeduntur:* ſupernatia *e diuerſo.* Vitruu. 2, 10 Ideo infernates, quae ex apricis locis apportantur, meliores ſunt, quam quae ab opacis de ſupernatibus aduehuntur.

INFERNVS, a, um. Adi. [κατώτερος, καταχθόνιος Gloſſ. Lat. Gr. ὁ κάτω] Infernus fluctus, *quaſi Infimus et profundus.* Plin. 2, 47 Quoniam ille infernus fluctus ex imo maris ſpirat. Fulmina, cum e terra exſiliunt ignes Sen. Q. N. 2, 49. *Deinde epitheton eſt earum rerum et perſonarum, quas apud inferos eſſe commenti ſunt, quae poſt mortem timentur, ad quae poſt mortem et per ſepulturam peruenitur.* Aquae Ouid. Triſt. 1, 5, 20. Tac. Germ. 43, 6 Nigra ſcuta, tincta corpora, atras ad praelia noctes legunt: ipſaque formidine atque vmbra feralis exercitus terrorem inferunt, nullo hoſtium ſuſtinente nouum ac velut infernum Aſpectum. Carcer infernus Sen. Ep. 82. Dii, *quibus* Superi *opponuntur* Liu. 31, 31. *Reſpicit ad* c. 30 Omnia ſepulcra monumentaque diruta eſſe in finibus ſuis, omnium nudatos manes, nullius oſſa terra tegi. Lacus, *Pl.* Tibull. 2, 7, 40. Pallor infernus Apul. Met. 10 p. 243, 11. Cic. de N. D. 2, 114 Hic ſeſe infernis e partibus erigit Hydra. Infernae triſtia vela Ratis Prop. 2, 20, 72. *de cymba Charontis.* Rex, *Pluto* Virg. Aen. 6, 106. Sedes Ouid. Met. 3, 504. Stagna Liu. 8, 24 *pr.* Tenebrae Hor. Carm. 4, 7, 25. Valles Ouid. in Ibin 77. Vmbrae Martial. 1, 37.

INFERNVS, i. m. [ᾅδης Gloſſ. Lat. Gr.] *Orcus.* Varro *apud* Non. 4, 226. Saltem infernus, tenebro, κακὸς δαίμων, atque habeat homines ſolicitos, quod eum peius formidant, quam fullo vlulam. *Sed quid ſi Adiectiuum eſt, et leg.* Infernus tenebrio. Inferni *certe pro* Inferis *dicti* Prop. 2, 22, 49 Sunt apud infernos tot millia formoſarum. *Sed* Iul. Obſeq. 105 Fremitus armorum ex inferno auditus. *Et 106* Fremitus ex inferno ad caelum ferri viſus, *ſimpliciter loca ſubterranea indicat.* *De hoc nomine diſputatum in Cur. Poſt. Cellar. p. 268. et Ol. Borrich. Cogit. p. 134. et Analect. p. 17. Andr. Borrich. App. p. 50. et Vindic. p. 115.* *Buchner. ad* Venant. de Reſurrect. p. 33. *Vnde denique illud conficitur: Vox eſt apud Eccleſiaſticos vſitatiſſima, neſcio an aliunde ſatis probata.*

INFERNA, ōrum. n. *Pl.* *Idem.* Tac. Hiſt. 5, 5 *de Iudaeis,* Corpora condere quam cremare, e more Aegyptio, eademque cura et de infernis perſuaſio, caeleſtium contra. *Intelligit, puto, Nominatiuum* inferna *int.* loca, negotia. *Sic* Sen. Herc. fur. 423 *ex perſona* Megarae *coniugis Herculeae, de marito ſuo.* Inferna tetigit, poſſet vt ſupera aſſequi. *Interrogata erat,* Animoſne merſus inferis coniux facit? Solin. 55 Proximus inde Acheruſius ſpecus, quem foraminis caeci profundo ad vsque inferna aiunt patere. *De Chriſtianis non eſt dubium.* *V. g.* Lactant. 6, 3, 11. *Et tamen* Inferos *potius dicere amant.*

INFERNALIS, e. Adi. Prudent. adu. Symmach. 1, 388 Hae ſunt deliciae Iouis infernalis. Alcim. Auit. 2, 290 Infernali iamdudum nocte ſepultis.

INFĔRO, fers, intŭli, illātum, inferre. [ἐπιφέρω] *Intro ferre, ſiue portare.* Plaut. Curc. 1, 1, 72 Me inferre Veneri noui iam ientaculum. Paullus in l. Senatus D. de contrahenda emt. et venditione, Senatus cenſuit, ne quis domum villamue dirueret, quo plus ſibi acquireretur, neue quis negotiandi cauſa eorum quid emeret venderetue: poena, in eum qui aduerſus Senatusconſultum feciſſet, conſtituta, vt duplum eius, quanti emiſſet, in aerarium inferre cogeretur: in eum vero qui vendidiſſet, vt irrita fieret venditio. Fiſco quingentos ſolidos Macer in l. Imperatores D. de iure fiſci. Hermogenianus in l. Aufertur *eod. tit.* *Ita ſimpliciter pro Soluere ponit* Scaeuola l. de acceſſion. D. de diuerſ. temp. praeſcr. Videri te conceſſiſſe venditionem, ſi pecuniam non intuliſſes. Caeſ. B. G. 6, 19 Funera ſunt pro cultu Gallorum magnifica et ſumtuoſa: omniaque quae viuis cordi fuiſſe arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia. Plaut. Truc. 2, 7, 19 Velut meretrix meum herum miſerum ſua blanditia intulit in pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, amicis. Inferre ſe, *vt* conferre ſe, *ſed illud vehementius:* Cic. in Vatin. 31 Tu in templum Caſtoris te cum C. Fidulo atrato, caeteriſque tuis furiis funeſtum intuliſti. Idem in Piſon. 55 Triennio poſt Macedonicus Imperator in vrbem ſe intulit, vt nullius negotiatoris obſcuriſſimi reditus vnquam fuerit deſertior. Liu. 2, 14 Adeo concitato impetu ſe intulerant Hetruſci, vt funderent ipſo incurſu Aricinos. *Sic 4, 33* Et ipſe princeps calcaribus ſubditis euectus, effreno equo in medios ignes infertur. *Idem 33, 36* Inferentem ſe ferociter hoſtem, *etc.* Per medios infert ſe Virg. Aen. 1, 443. *Sed etiam pro Incedere, et compoſito quaſi gradu cum faſtu ambulare: vel, etiam ſimpliciter Ingredi et intrare.* Plaut. Mil. 4, 2, 54. Idem Perſ. 5, 2, 25 Hui babae, quam baſilice te intuliſti, et facete. Se flammae Vell. 2, 74, 4. Equus ſe infert campo Virg. Georg. 2, 145. Cic. pro Caecin. 13 Verſabatur quoque eo tempore in his rationibus auctionis et partitionis: atque etiam ſe ipſe inferebat et intrudebat, et in eam opinionem Ceſenniam adducebat, vt mulier, *etc.* *i. Ingerebat, vt vulgo dicunt.* *De mortuis etiam dicitur, cum ſepeliuntur.* Cic. de Legib. 2, 55 Iam tanta eſt religio ſepulcrorum, vt extra ſacra et gentem inferri fas negent. Sueton. Aug. c. 101 Iulias — vetuit ſepulcro ſuo inferri. Vlp. in l. 2 D. de Religioſis et ſumtibus funerum, Qui mortuum in locum alienum intulit, tenebitur in factum actione. Idem in titulo De mortuo inferendo l. 1 Qui inferendi mortuum ius habet, non prohibetur inferre. Mortui corpus, cum eodem nonnulli dicerent inferri oportere, quo hi, qui ad ſupplicium dati Nep. 4, 5, 5. *Hinc ad ſacrificia mortuis oblata refertur:* Virg. Aen. 3, 66 Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte Sanguinis et ſacri pateras. *Hinc* Inferiae *dictae, v. v.* ¶ 2 *Sed multo latius patet vſus huius Verbi, quod apparebit ex recenſu Subſtantiuorum, quae illi iunguntur.* Plin. 8, 47 Tonitrus ſolitariis ouibus Abortus inferunt. *h. e. Cauſam eſſe abortus.* *Vid.* ABORIOR. Actionem cum aliquo, *eſt Agere aduerſus aliquem* Paullus in l. Ex facto §. vlt. D. de peculio. Liu. 1, 30 *extr.* Quum bellum vtrimque ſumma ope pararent, vertique in eo res videretur, vtri prius Arma inferrent, occupat Tullus in agrum Sabinum tranſire. Cic. Att. 9, 1 Iouem imperauiſſe, vt Italiae Bellum inferret. *Conf.* Curt. 3, 10, 8. Bellum contra patriam Cic. Philipp. 2, 53 c. 22. Plin. 12, 8 Item laurino folio et ibi ſpina tradita eſt, cuius liquor aſperſus oculis, Caecitatem infert omnibus animalibus. Caeſ. B. G. 2, 14 Qui huius conſilii principes fuiſſent, quod intelligerent, quantam Calamitatem ciuitati intuliſſent, in Britanniam profugiſſe. Plin. 18, 28 Quaeque nunquam annonae intulere Caritatem. Caeſ. B. G. 1, 39 Quorum alius alia Cauſa illata, quam ſibi ad proficiſcendum neceſſariam eſſe diceret, petebat, vt eius voluntate diſcedere liceret. Hirt. de B. Hiſpan. 1 Propter pecuniae magnitudinem aliqua ei inferebatur Cauſa, *(i. accuſabatur)* vt eo de medio ſublato, ex eius pecunia, latronum largitio fieret. *Sic mox* Crimen. Liu. 4, 43 Conſulibus, Tribuni pleb. Certamen intulerunt, vt pars Quaeſtorum ex plebe fieret. Liu. 29, 3 Omnibus pacis modo iniurioſe agentibus magna Clades illata. Claſſes Oceano Lucan. 10, 36. Cic. Verr. 5, 105 Quum ipſe praedonum ſocius putaretur, aliis proditionis Crimen inferret, *vt paullo ante* Cauſam, *et mox* Litem, Quaeſtionem. *Contraria:* Auct. ad Heren. 4, 48 Accuſatoris officium eſt, inferre Crimina: defenſoris, diluere et propulſare. Deſperationem Iuſtin. 22, 7, 7. Caeſ. B. C. 2, 2 Magnisque vltro illatis Detrimentis, eos, qui eruptionem fecerant, in oppidum reiiciebant. Dolorem Plin. 24, 5. Cic. in Parad. 4 Niſi forte, quum parietes diſturbabas, aut quum tectis ſceleratas Faces inferebas, meorum aliquid ruere, aut deflagrare arbitrabare. Cic. Att. 9, 12 Me meis ciuibus Famem, vaſtitatem inferre Italiae. Liu. 27, 28 *pr.* Ibi duo duces ſagaciter moti ſunt, alter ad inferendam, alter ad cauendam Fraudem. Liu. 9, 40 Is nouus terror additus, quum ex parte vtraque circumuaſiſſet aciem, et ad terrorem hoſtium legiones Rom. redintegrato clamore intuliſſent Gradum. Gradum inferunt, quaſi recentibus auxiliis aucti Tacit. Hiſt. 3, 25. Hoſtem ſe alicui Virg. Aen. 10, 66. Ignominiam Liu. 34, . . Iniuriam ſociis Caeſ. B. G. 1, 36. Cic. Off. 1, 23 Sed iniuſtitiae genera duo ſunt: vnum eorum qui inferunt: alterum, eorum qui ab iis, quibus infertur, ſi poſſunt, non propulſant iniuriam. Inuidiam Iuſtin. 8, 1, 10. Papinian. in l. 2 D. Ne de ſtatu defunct. Praeſcriptio quinque annorum, quae ſtatum defunctorum tuetur, ſpecie Litis ante mortem illatae non fit irrita. Litem capitis in aliquem Cic. pro Cluent. 116. Lumine illata Curt. 8, 2, 21. *et* c. 6, 22. Lumen in clariſſimum ſolem Quinctil. 5, 12. Plin. 14, 22 Approbauit plane, quanta per temulentiam Mala terrarum orbi intuliſſet. Malum in domum alicuius Nep. 2, 9, 2. Cic. in Parad. 3, 2 Et aeque peccare ſe, ſi priuatis, ac ſi magiſtratibus Manus inferantur. *In vetuſto exemplari legitur* Adferant. *Vid. mox* Vim, Vulnera inferre. Manus turba armatas in illum intulit Ouid. in Ibin 614. Memoriam ſempiternam in domum ſuam Cic. Off. 2, 76. Liu. 4, 1 *pr.* Et Mentio primo ſenſim illata a Tribunis, vt alterum ex plebe Conſulem liceret fieri. *Conf.* Curt. 8, 1, 38. Liu. 26, 20 Nihilo minor fama apud hoſtes Scipionis erat, quam apud ciues, ſocioſque: et diuinatio quaedam futuri, quo minus ratio timoris reddi poterat, eo opportune maiorem inferens Metum. Moeſtitiam Cic. Tuſc. 1, 106. Caeſ. B. C. 3, 75 Neque vero Pompeius cognito conſilio eius, Moram vllam ad

inſequendum tulit, *i. moram nullam fecit.* Morſus alicui Ouid. Met. 11, 58. Mortem, *Occidere* Plin. 27, 2. Idem 10, 74 *extr.* Aſpidem Necem intuliſſe catulo auctor eſt Philarchus. Cic. pro Font. 33 Age vero nunc inferte Oculos in curiam, introſpicite penitus in omnes Reipublicae partes. Tacit. Ann. 15, 49 Et Lucanus Anneus, Plautiusque Lateranus Conſul deſignatus, viuida Odia intulere. Cic. pro Caecin. 39 c. 14 *pr.* Vtrum Pedem quum intulero, atque in poſſeſſionem veſtigium fecero, tum expellar, atque deiiciar, *etc.* Pedem inferunt, vrgentque, et impulſos ſemel terrore eodem agunt quo coeperunt Liu. 10, 33. Plaut. Amph. 2, 2, 101 Neque meum Pedem huc intuli etiam in aedeis. Cic. pro Cluent. 95 Et penitus perſpicere debetis quid mali, quantum Periculi vnicuique noſtrum inferre poſſit vis Tribunicia, *etc.* Periculum capitis Cic. Off. 2, 50. Liu. 4, 29 *pr.* Dictator prorupto vallo iam in caſtra Praelium intulerat. Probrum caſtis, labem integris, infamiam bonis Cic. pro Cael. 42. Papinianus in l. 2 D. Ne de ſtat. defunct. Non eſſe libertatis Quaeſtionem filiis inferendam, propter patris vel matris memoriam poſt quinquennium a morte non retractatam, conuenit. Columel. 1, 7 Nam et ipſi diripiunt, et ab aliis furibus non cuſtodiunt, ſed nec conditum cum fide Rationibus inferunt: ita fit, vt actor et familia peccent. *Conf.* Sueton. Iul. 47, 2. *et* Flor. 2, 2, 5. Sepulcro inferri Suet. Auguſt. c. 101. Cic. Off. 1, 144 Turpe enim, valdeque vitioſum, in re ſeuera conuiuio dignum aut delicatum inferre Sermonem. Id. de Orat. 1, 29 Ibi vt ex priſtino Sermone relaxarentur animi omnium, ſolebat Cotta narrare, Craſſum Sermonem quendam de ſtudio dicendi intuliſſe. Caeſ. Bell. Gall. 2, 25 Signa inferre, et manipulos laxare iuſſit. *Conf.* Liu. 4, 18. Cic. pro Flacc. 5 Damnatus eſt is, qui Catilinam Signa patriae inferentem interemit. Socium ſe infert Aeneas Virgil. Aen. 4, 242. Caeſ. B. G. 2, 25 Huius aduentu Spe illata militibus, ac redintegrato animo, *etc.* Stuprum reginae, *pro Stuprare* Cic. Off. 3, 38. Stuprum puluinaribus Bonae deae Idem de Aruſp. Reſp. 8. *Et* in Parad. 3 Quamcunque in domum Stuprum intulerint, eandem eſſe labem libidinis. Cic. pro Flacc. 45 Pro quo quum a P. Varino Praetore pecuniam accepiſſet, celauit ſuos ciues, vltroque iis Sumtum intulit. Idem de Aruſp. Reſp. 3 Supplicia neque a ſociorum moenibus prohibere, neque hoſtium vrbibus inferre poterunt. Caeſ. B. C. 3, 38 Ex fremitu equorum illata Suſpicione, ad ſuos ſe recipere coeperunt. Cic. pro Mil. 71 Satis declarat ſe non Terrorem inferre vobis. Terrorem intulerat Ioui Horat. Carm. 3, 4, 49. Columel. 1, 1 Nec minori fide pro virili parte Tributum nobis intulerunt Lyſimachus et Cleobulus. *Paullo ante dixerat*, Aliquod ſtipendium noſtro ſtudio contulerunt. Liu. 35, 45 *pr.* Aduentum eius et maieſtatem ad Verecundiam inferendam Romanis maiorem vim habituram quam arma. Veſtigia aliquo Lucret. 6, 758. Cic. in Catil. 2, 1 Iam mihi Conſuli hoc ipſo in templo iure optimo Senatus Vim et manus intuliſſet. Caeſ. B. G. 5, 28 Multis vltro Vulneribus illatis. *Sic* Idem Bell. C. 2, 6 Multa noſtris de improuiſo imprudentibus atque impeditis Vulnera inferebant.

ILLATIO, ōnis. f. [εἰσφορὰ] Vlpianus in l. 2 D. de religioſis et ſumtibus funerum, De ea autem illatione Praetor ſenſit, quae ſepulturae cauſa fit. *it. Solutio tributorum.* Caſſiodor. Epiſt. 2, 16. *et concluſio ſyllogiſmi* Apul. Dogm. Plat. 3 p. 34, 15 *quem ſtatim dabimus.*

ILLATĪVVS, a, um. Adiect. *Illationem inferens.* Apul. l. c. Dico autem Illationem, vel Illatiuum Rogamentum, quod Acceptionibus colligitur et infertur.

INFERTVS, a, um. Part. *pro Illatus. Vt,* Infertum vinum Iſidor. 20, 3.

INFERSVS, a, um. Adi. Caro ſtercoribus inferſa Tertullian. adu. Marc. 3, 10.

INFERTOR, ōris. m. Gloſſar. Gr. Lat. παραθέτης, ſtructor, infertor.

INFERTILIS, e. Adi. *Apud* Columel. . . .

INFERTILITAS, ātis. f. Gloſſ. Gr. Lat. ἀγονία.

INFĔRVS, a, um. Adiect. [ὁ κάτω] *ab* Infra *dictum eſt, quod infra eſt.* Inferum limen Plaut. Merc. 5, 1, 1. Varro *apud* Non. 1, 221 Nubes aquali frigido, velo leues caeli cauernas aurea ſubduxerant, aquam vomentes inferam mortalibus. Mare Cic. Attic. 9, 3. Idem Tuſc. 1, 64 c. 26 Eademque ab animo tanquam ab oculis caliginem diſpulit, vt omnia ſupera infera, prima vltima, media videremus. Liu. 31, 31 Dii ſuperi inferique. ¶ 2 Inferi, orum. m. *Pl.* [οἱ κάτω] *Defuncti vita, in quantum ſub terra ſunt, ipſi illi loci, in quibus verſari putantur; DI, quos illis praeeſſe aiunt, monſtra, etc.* Cic. de Inu. 1, 46 c. 29 Probabile eſt — Impiis apud inferos poenas eſſe praeparatas. *Et* Tuſc. 1, 10 c. 5 Triceps apud inferos Cerberus, *etc.* *Et* Tuſc. 1, 36 c. 16 Vt deos eſſe natura opinamur, qualesque ſint, ratione cognoſcimus; ſic permanere animos arbitramur conſenſu nationum omnium: qua in ſede maneant, qualesque ſint, ratione diſcendum eſt. Cuius ignoratio finxit Inferos — In terram enim cadentibus corporibus, hisque humo tectis — ſub terra cenſebant reliquam vitam agi mortuorum, *etc.* Redux ab inferis conſpectus Apul. Met. 11. Ab inferis excitare Cic. Cat. 2 c. 9. Reuocare Id. pro Mil. c. 29. Liu. 26, 32 Si ab inferis exiſtat Rex Hiero. Paterc. 2, 48, 2 Quam apud ſuperos habuit magnitudinem illibatam detulit ad inferos. Iuſtin. 11, 15, 15 Precari ſuperûm inferûmque numina. Cic. pro Cluent. 171 Nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit? niſi forte ineptiis, ac fabulis ducimur, vt exiſtimemus, illum apud inferos impiorum ſupplicia perferre, ac plures illic offendiſſe inimicos, quam hic reliquiſſe. Plaut. Aulul. 2, 7, 6 *ludens in ambiguitate vocabuli, de coquis in puteo coquentibus,* Si autem deorſum comedent, ſi quid coxerint, ſuperi incoenati ſint, et coenati inferi. Inferi aperientur Lactant. 7, 20, 1. *i. ſepulcra.* ¶ 3 Inferior, [κατώτερος, ἥττων] *Compar. ab* Inferus. Inferior horret, quidquid peccat ſuperior P. Syr. Cic. Tuſcul. 4, 7 Inferior ambulatio. Idem Diu. Verr. 61 Tu quum omnibus rebus inferior ſis, hac vna in re te mihi anteferri putas oportere, quod Quaeſtor illius fueris: ego, ſi ſuperior caeteris rebus eſſes, te hanc vnam ob cauſam accuſatorem repudiari putarem oportere. Cic. Off. 1, 116 c. 32 Timotheus Cononis filius, qui, quum belli laude non inferior fuiſſet, quam pater, ad eam laudem, doctrinae et ingenii gloriam adiecit. Ex loco inferiore Scribon. 84. Multo inferior Marte et armis Propert. 2, 8, 39. Cic. Acad. 4, 73 Quis hunc philoſophum non anteponit Cleanthi, Chryſippo, reliquisque inferioris Aetatis? Vinci ab inferiore Cic. pro Quint. c. 31. Idem de Amicit. 7 Hanc eſſe in te ſapientiam exiſtimant, vt omnia tua in te poſita eſſe ducas, humanosque Caſus virtute inferiores putes, *i. minoris facere caſus, quam virtutem.* Copiis inferior Nepos 14, 8, 4. Fortuna inferior Cic. Fam. 13, 5. Genere inferiore orto cedendum putauit Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 27. Inferius, *Adu.* Ouid. Met. 208 Inferiusque ſuis fraternos currere Luna Admiratur equos. Caelum ſidet inferius mari Horat. Epod. 5, 79. *h. e. deſcendet inferius, quam ſit mare.* Tacit. Ann. 3, 3, 1 Tiberius atque Auguſta publico abſtinuere, inferius maieſtate ſua rati, ſi palam lamentarentur. ¶ 4 Infimus, a, um. *Superl.* [κατώτατος] Plaut. Curc. 4, 1, 14 In loco infimo boni homines atque dites ambulant. Ter. Eun. 3, 2, 36 Tace tu, quem ego eſſe puto infra omnes infimos homines. Cic. de Legib. 3, 15 Homo omnium infimus et ſordidiſſimus. Infima Conditio et fortuna ſeruorum Cic. Off. 1 c. 13. Infimus ciuis Idem Verr. 3, . . *cui contrarium eſt* Summus: *vt* pro Fonteio 17 Non modo cum ſummis ciuitatis noſtrae viris, ſed cum infimo ciue Romano quisquam ampliſſimus Galliae comparandus eſt? Faex populi Cic. ad Q. Fratr. 2, 6 (8). Auxilia infimorum Cic. Cat. 3 c. 5. *al.* infirmorum. Aduerſus infimos etiam iuſtitia ſeruanda Idem Off. 1, 34 c. 13. Infima fortuna homines Cic. de Fin. 5, 52 c. 19. Ab infima plebe completi gradus templorum Idem Att. 4, 1. De gente infima Horat. Carm. 2, 3, 22. Cic. pro Flacc. 24 c. 11 Si quidem infimo loco natum, nullo ſplendore vitae, nulla commendatione famae defenderem: tamen, *etc.* Infimis precibus aliquid petere, *quibus nos infimos facimus et abiicimus, vt quod petimus, facilius impetremus:* Liu. 29, 30 *pr.* Ab eo ſupplex infimis precibus auxilium itineri, quoniam bello non poterat, quatuor millia Maurorum impetrauit. *Contraria:* Cic. de Fin. 1, . . In quo nihil aeque nec ſummum, nec infimum, nec medium, nec vltimum, nec extremum ſit.

INFIMIOR, ōris. Interpr. Iren. 2, 14 Infimiores illorum.

INFIMĀTES, um. m. *Pl.* *Qui ſunt infimae ſortis.* Chariſ. 1 p. 20 *pr.* Inuenimus optimas, et infimates legimus. Plaut. Stich. 3, 2, 37 Summates viri, ſummi accumbent, ego infimatis infimus. *Sic laudat h. l. etiam* Priſcian. 7 p. 762 *extr.* *vt* Infimatis *ſit Nominatiuus.*

INFĪMO, āre. *Ad ima detrudere,* Apul. Mileſ. 1 p. 106 *pr.* Manes ſublimare, Deos infimare.

INFIMATVS, a, um. Part. Apul. de Deo Socr. p. 44 Ingenia ad miſerias infimata.

INFIMITAS, ātis. f. *Conditio infimi.* Ammian. 17, 13 Ad infimitatem obſequiorum venire. Idem 29, 2 Ipſa ſortis infimitate ad omnia praeceps.

INFERILIA, ium. n. *Pl.* *Subterranea.* καταχθόνια, Gl. Lat. Gr.

INFERVEO, ēre, *ſiue* INFERVESCO, inferbui, ĕre. [ἐπιζέω] *Idem quod Feruere.* Cato c. 108 Facito bis aut ter inferueat. Idem c. 90 Et far parum facito, et fabae tertia pars vt inferueſcat. Hor. Serm. 2, 4, 67 Hoc vbi confuſum ſectis inferbuit herbis, Corycioque, *etc.* *Vtitur* Scribon. 37. 188 *etc.* Mel Atticum ter inferuere facito Columel. 12, 38. Obtendensque manum, ſolem inferueſcere fronti Arcet Sil. 13, 341.

INFERVEFACIO, ēci, actum, ĕre. [ζεοποιῶ] Columel. 9, 12 Omnia eadem aequis ponderibus in vnum laeuigata, et fictili vaſe cum aminaeo vino inferuefacta. Idem 12, 17 Liquatumque acetum infervefaciant. *Eſt* Scribon. 271. *et al.*

INFERVEFĪO, ĕri. Scribon. Larg. c. vlt. Poſteroque et tertio die quum inferuefiunt, reconduntur.

INFESTATIO, INFESTATVS, INFESTATOR, *vid. infra* INFESTO.

INFESTĪVVS, a, um. Adi. [ἀτερπὴς] *Inficetus, iniucundus.* Gell. 1, 5 Homo ſubagreſti ingenio et infeſtiuo.

INFESTIVITER. Adu. *Inficete, ſine lepore.* Gell. 9, 9 Caetera vertit non infeſtiuiter.

INFESTVS, a, um. Adi. [δυσμενὴς] *Qui alicui malum infert: et eſt plus quam* Inimicus, *iamque aduerſus eum fertur.* Plaut. Caſin. 3, 5, 41 Numquid mihi quoque minatur? P. tibi ſoli infeſta eſt plus quam cuiquam. Indulgentia ferocem atque arrogantem et infeſtum facit Cic. Att. 10, 11. Latrociniis infeſtior factus eſt Aſ. Poll. ad Cic. Fam. 10, 31. Antigonus ei fuit infeſtiſſimus Nep. 18, 10, 3. Cic. pro Roſc. Amer. 88 Is, qui ardens auaritia feratur infeſtus in ſuos. Idem Verr. 3, 12 Quis hunc audet dicere aratoribus infeſtum aut inimicum fuiſſe? Liu. 9, . . Qui vias latrociniis, paſcuaque publica infeſta Habuerant. Cic. pro Quint. 10 Cum ei ſummam per iniuriam omnia inimica atque infeſta fuerint. Acies infeſtae, *vid.* ACIES. Ager infeſtus ab nobilitate, *vid.* AB. Amor Catull. 96, 11. Cic. ad Brut. 16 Benefacta pro debitis exigimus: quae aliter eueniunt, vt decepti ab his, infeſto Animo reprehendimus. Arma Ouid. Epiſt. 5, 91. Bellum infeſtiſſimum Liu. 9, 12. Cic. Verr. 1, 12 Clamore Populi Romani infeſto atque inimico excitatum. Concio Curt. 7, 2, 1. Dictis infeſtis diſcerpere aliquem Catul. de Coma Beren. ſ. 65, 73. Enſes Stat. Achil. 1, 131. Fortuna, *cui* Proſpera *opponitur* Pſeudo-Cic. ad Octau. Haſta Virgil. Aen. 10, 876. *i.* in vulnus parata Seru. Hoſtes Ouid. Amor. 1, 7, 19. Caeſ. B. G. 8, 47 Infeſtisque Itineribus commeatus complures, qui comportabantur in hiberna Romanorum, intercipiebantur. *Sic* B. C. 3, 79. *Sic*, Infeſtum mare Cic. Att. 9, 22. Latrones Hor. Serm. 2, 1, 42. Cic. de Rep. 3 *apud* Non. 13, 6 Nam quum quaereretur ex eo, quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum vno myoparone, Eodem, inquit, quo tu orbem terrae. *Add.* Cic. Attic. 9, 19 *extr.* Mater crudelis et infeſta huic Idem pro Cluent. 12. Oculis infeſtis conſpici Cic. in Catil. 17. Idem Verr. 3, 127 Qua de cauſa excitatum eſſe dicamus in aratores tam infeſtum Odium atque tantum? Plebs infeſtior Liu. 2, 42. Prouincia, *non ab hoſtibus aut praedonibus tuta:* Cic. de Inuent. 2, 10 Quod tamen excurſionibus et latrociniis infeſtam Prouinciam redderent. *Add.* Idem pro Lig. c. 8. Quietem infeſtam facere alicui Lucret. 5, 981. Cic. Fam. 10, 31 Nam Saltus Caſtulonenſis, qui ſemper tenuit noſtros tabellarios, etſi nunc frequentioribus latrociniis infeſtior factus eſt, tamen, *etc.* *h. e. periculoſus.* Senectus, *moleſta et grauis* Liu. 1, 47 Tum vero in dies infeſtior Tullii Senectus, infeſtius coepit regnum eſſe. Signa infeſta, *dicuntur, quae aduerſum tendunt: hoc eſt vexilla in hoſtem euntia, vt moleſtiam inferant.* *Haec Valla* 4, . . Caeſ. B. G. 6, 7 Illi vbi praeter ſpem quos fugere credebant, infeſtis Signis ad ſe ire viderunt. *Sic* Liu. 4, . . Tela Virg. Aen. 5, 582. Terra infeſta colubris Ouid. Met. 4, 619. Vulnere infeſto inſequi aliquem Virg. Aen. 2, 529. *i. iam iam infligendum vulnus minari.* ¶ 2 Infeſtus, *etiam dicitur, Cui infeſti ſunt inimici: qui in diſcrimine verſatur, et inſidiis.* Gell. 9, 12 Infeſtus ancipiti quoque ſignificatione eſt;

eſt : nam et is Infeſtus appellatur, Qui malum infert cuipiam ; et contra, Cui aliunde impendet malum, is quoque Infeſtus dicitur. Cic. pro Roſc. Amer. 30 c. 11 Filii vita infeſta, ſaepe ferro atque inſidiis appetita. *Sic* Catull. 113, 4. Cic. pro Rabir. 10 Qui veſtram Libertatem non acerbitate ſuppliciorum infeſtam, ſed lenitate legum munitam eſſe voluerunt. Nomen infeſtius Liu. 9, 34. *Add.* Idem 1, 47 *pr.* Cic. pro Planc. 1 Dolebam, Iudices, et acerbe ferebam, ſi huius Salus ob eam ipſam cauſam eſſet infeſtior, quod is meam ſalutem atque vitam ſua beneuolentia, praeſidio, cuſtodiaque texiſſet. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 12, 399. *Cort. ad* Sall. Catil. 15, 4. Infeſtum, a Feſtinando dici putat Nigidius *apud* Gell. 9, 12 Qui enim inſtat (inquit) alicui, eumque properans vrget, opprimereque eum ſtudet feſtinatque : aut contra, de cuius periculo et exitio feſtinatur: is vterque infeſtus dicitur, ab inſtantia atque imminentia fraudis, quam vel facturus alicui, vel paſſurus eſt. *Conf.* Non. 1, 255. *Sed Voſſius ducit a* Feſtus, a, um. *Quid ſi idem* Inhoſtus? *v. v.*

INFESTE. Adu. Liu. 26, 13 Age contra, quae illi infeſte in nos fecerint, repetite. Infeſtius concurſum eſt Liu. 44, 4. Idem 2, 55 Quo ferocius clamitabat, eo infeſtius Circumſcindere et ſpoliare lictor. Contendere infeſtiſſime Cic. pro Quint. 66 c. 21. Disiicere infeſte domum Vellei. 2, 45, 3. Exprobrare infeſte Suet. Tib. c. 51. Interrogare infeſtiſſime Quinct. 12, 8.

INFESTO, āre. [ἐνοχλέω] *Infeſtum et malo obnoxium reddere.* Plin. 7, 2 Quos a gruibus infeſtari Homerus quoque prodidit. *de Pygmaeis.* Aquas infeſtat Charybdis Ouid. Amor. 2, 11, 18. Plin. 15, 5 Arborem ipſam fertilitate conſumi: muſco praeterea rubro infeſtari. Animos rudes ſuperſtitione Columel. 11, 1. Aſia infeſtatur anguſtiis Plin. 6, 11. Greges Iuſtin. 43, 2, 9. Infantes infeſtat editos plenilunium Plin. 7, 6. Vellei. 2, 73, 3 Vindicatum armis ac ductu patris ſui Mare infeſtare piraticis ſceleribus. Munitiones Hirt. Bell. Alex. c. 3. Vineta infeſtantur Auſtris et Euris Columel. 3, 12 *extr.*

INFESTATVS, a, um. Part. Mare latrociniis ac praedationibus infeſtatum Vellei. 2, 73, 3. Infeſtatiſſimus Oroſ. praef. ad Auguſtin. *al.* infeſtiſſima.

INFESTATIO, ōnis. f. [δυσμένεια, ἀπέχθεια, Vet. Gl.] Tertull. Apol. c. 1 Domeſticis iudiciis nimis operata ſectae huius infeſtatio obſtruit defenſioni, *i. odium.*

INFESTATOR, ōris. m. *Qui infeſtat.* Plin. 6, 28 Nomadas infeſtatoresque Chaldaeorum Scenitae claudunt.

INFIBVLA, ae. f. *Idem quod fibula. Hoc vocabulum* Tertull. de Pall. c. 1 *reſtitui iubet Iun. vbi diuiſim legitur*, Pallii habitus — in fibulae morſu humeris acquieſcebat.

INFIBVLO, *vel* INFIBLO, āre. [ἐμπορπῶ, παρενείρω] Celſ. 7, 25 Infibulare quoque adoleſcentulos quidam valetudinis cauſa conſuerunt, Eiusque haec ratio eſt, *etc. Damus eam voce* FIBVLA, n. 4. ¶ 2· *Eſt etiam culinae verbum, et ſignificat, cute vel inteſtino confixo aut alligato prohibere, ne effluere impenſa poſſit.* Apic. 8, 7 *vbi docet* porcellum farſilem *facere*, ſubaperies auriculam ſub cutem (cutem ſub auricula) mittes impenſam — poſtea charta praecludes et infibulabis — — Cocto fiblas tolles, *etc.*

INFIBVLATVS, a, um. Partic. Infibulati flamines aereis fibulis Feſtus.

INFICETVS, *vid.* INFACETVS.

INFICIAS, *et* INFICIATOR, *vid.* INFICIOR.

INFICIENS, entis. Adi. *i. nihil faciens.* Neque ipſae ſunt inficientes, nec non oderunt inertes. Varr. R. R. 3, 16, 8. *de apibus.* Idem de L. L. 4, 8 p. 60, 15 Et facere verba dicimus, et qui aliquid agit, non eſſe inficientem. *Simile* Indicens, *vbi damus plura.*

INFĬCIO, ēci, ectum, ĕre. [βάπτω, παρεμβύω] *Intingere, imbuere.* Plin. 7, 15 Ad omnem contactum adhaerens, praeterquam filo, quod tale virus infecerit. *de menſtruis mulierum.* Ibid. c. 56 Inficere lanas Sardibus Lydi : *ſubaud.* Inuenerunt. Aequor infecit ſanguine *de praelio nauali* Horat. Carm. 3, 6, 34. Aquas infecit ſanguis Ouid. Epiſt. 9, 142. Caelum arcus inficit longo curuamine Id. Met. 6, 64. Capillos nigro colore inficiunt ſiliquae erui Plin. 22, 25. Caput ſenecta infecit Tibull. 1, 8, 42. Cultros inficit ſanguine Ouid. Met. 15, 135. Diem volumina fumi infecere Idem Met. 13, 602. Spurciſſimo Humore me infecerunt Apul. Met. 1 p. 122. Locum inficere ſanguine Tacit. Hiſt. 2, 55. Manus cortex nucis inficiens Ouid. de Nuce 156. Phaedr. 4, 6, 16 Hic caede patris Peliadum infecit Manus. Ora pallor albus inficit Horat. Epod. 7, 15. Ora rubor igneus Lucan. 5, 214. Pocula inficere veneno, *quod barbari dicunt, Venenare, vel Intoxicare* Virg. Georg. 2, 128. Riuos ſanguine rubro inficiet Horat. Carm. 3, 13, 8. Inficere tabe inuidiae Ouid. Met. 2, 784. ¶ 2 *Metaphor.* Inficere artibus, *pro Imbuere :* Cic. de Fin. 3, 9 c. 2 *extr.* Sed tamen iam puer infici debet his artibus, quas ſi dum eſt tener, combiberit, ad maiora veniet paratior. Prout illum Conſuetudo infecit Senec. ad Marc. c. 7. Cupiditatibus principum et vitiis infici ſolet ciuitas Cic. de Legg. 3 c. 13. Idem de Legg. 1, 47 Qui teneros ac rudes quum acceperunt, inficiunt et flectunt, vt volunt. Deliciis, otio, languore, deſidia animum Cic. Tuſcul. 5, 78. Liu. . . . Hoc luxu et peregrinis infecti moribus. Cic. Att. 1, 13 Sed vereor, ne hoc, quod infectum eſt, ſerpat longius, *i. inquinatum, contaminatum : a labe metaphora deducta, quae ex oleo facta, ſerpit late in ea re, quam ſemel infecit. Conf. Caſaubon. ad* Perſ. p. 224.

INFECTVS, a, um. Partic. [βεβαμμένος] *Tinctus.* Plin. 11, 37 Mulieribus etiam palpebrae infectae quotidiano : tanta eſt decoris affectatio, vt tingantur oculi quoque. Aquae infectae ſanguine Ouid. ex Pont. 3, 4, 108. Corpus infectum Scribon. 185. Creta rubiae radice Vitruu. 7, 14. Sueton. in Calig. c. 49 Inuenta et arca ingens variorum venenorum plena, quibus mox a Claudio demerſis infecta Maria traduntur non ſine piſcium exitio. Mons caede ferarum infectus Ouid. Met. 3, 143. Tela infecta ſanguine Stat. Theb. 9, 187. ¶ 2 Infectus, *Non factus : vid. ſuo loco.*

INFECTVS, ūs. m. [βάψις] *Inficiendi ratio.* Plin. 8, 48 De reliquarum infectu, ſuis locis dicemus.

INFECTIO, ōnis. f. *Idem.* Vet. Gloſſ. Infectio, βαφὴ, βάμμα. *Vid. etiam* Eumen. Panegyr. Conſtantii Caeſaris c. 18. *vbi tamen Critici refragantur : et* Octau. Horat. 1, 1.

INFECTIVVS, a, um. Adi. Vitruu. 7, 14 Haec infectiua appellantur, *de pigmentis quibusdam.*

INFECTOR, ōris. m. [βαφεὺς] *Qui lanas inficit, et imbuit aliquo colore.* Plin. 20, 7 Quarto infectores lanarum vtuntur, quod glaſtum vocant. Cic. Fam. 2, 16 *extr.* Curtius noſter Dibaphum cogitat, *(ſacerdotium, auguratum)* ſed infector eum moratur, *ſiue Caeſar, ſiue populus, a quo ſperat auguratum.* Feſtus, Infectores, qui alienum colorem in lanam coniiciunt : offectores, qui proprio colori nouum efficiunt, *an* officiunt? Infector ſuccus, *quo lanae vel quidpiam aliud tingitur, et inficitur.* Plin. 11, 3. *vid.* Sen. Quaeſt. Nat. 3, 23. *Add.* Scribon. 57.

INFECTORIVS, a, um. Adi. Marcell. Emp. c. 4 Infectorium alumen.

INFECTORIVM, i. n. Gloſſ. Gr. Lat. βαφεῖον, infectorium.

INFICĬOR, *vel potius* INFITIOR, āri. [ἀρνέομαι, ἐξόμνυμι] *Negare, non fateri. Reſpexit tale quid* Feſtus, Infiteri, non fateri. *Eſt ſimile Verbum illis Participiis* Indicente me, inficientes *et ſimilibus. Poſſis etiam dicere, primum* infitias *dictas eſſe eadem ratione, qua* inducias, *et inde demum* infitiari *deriuatum. Illud maneat, a* fatendo *duci, et ſcribendum per* T, *vt ſcribi teſtatur Pareus in MSS.* Plaut. Amph. 2, 2, 147 Tu, qui quae facta infitiare. Cic. pro Cluent. 162 Quis tum poſſet arguere ab Oppianico tentatum eſſe iudicium pecunia? quis id hoc tempore infitiari poteſt? Idem in Catil. 3, 11 c. 5 Nam quum id poſſet infitiari, repente praeter opinionem omnium confeſſus eſt. Idem pro Cluent. 162 Florio legatum ex teſtamento infitiatum eſſe. *Et* Verr. 4, 104 Earum autem rerum nullam ſibi iſte neque infitiandi rationem, neque defendendi facultatem reliquit. Amicitiam infitiari Curt. 7, 1, 26. Contumelias Tac. Ann. 2, 14. Pretium rex infitiatur Ouid. Met. 11, 205. Feſtus, Infitiari, creditum fraudare. *vid.* INFITIATOR.

INFICIATVS, *melius* INFITIATVS, a, um. Part. Amicos infitiatus Ouid. ex Pont. 1, 7, 27.

INFICIANDVS, *melius* INFITIANDVS, a, um. *Aliud* Partic. Ouid. Amor. 2, 17, 265 Non erit hic nobis infitiandus amor. Fama Idem Epiſt. 9, 4.

INFICIAS, *melius* INFITIAS, [ἔξαρνός εἰμι] *tantum Accuſatiui Caſus, et Pluralis Num. ſolum, cum* Eo, is, *iungitur ſine Praepoſitione : vt*, Ire infitias, *Negare.* Plaut. Ciſt. 4, 1, 9 Quid nuntias ſuper anu? LA. Sceleſtiorem nullam in terra eſſe alteram, Omnia infitias ire ea, quae dudum confeſſa eſt mihi. Ter. Adelph. 3, 2, 49 Si infitias ibit, teſtis mecum eſt annulus, quem amiſerat. Gell. 16, 19 Nautas ſtupefactos conuictosque infitias ire non quiſſe. Quinctil. 3, 7 Nec infitias eo eſſe quasdam, *etc.* Non ibo infitias Tac. Ann. 15, 2, 3. Quinctil. Pr. 7 *extr.* Neque infitias eo, quaedam eſſe, quae demonſtrari poſſint. Liu. 31, 31, 9 Neque infitias imus, Siciliam prouinciam noſtram eſſe. *Al.* Infitiati ſumus, *quae ſaepius confundi in Liuii libris, obſeruat Drakenb.*

INFICIĀTOR, *melius* INFITIATOR, ōris. m. [ἐξαρνητὴς] *Qui negat ſe vel debere, quod actor petit, vel commiſiſſe, quod accuſator obiicit.* Cic. de Orat. 1, 168 c. 37 Quod petitoris cauſa comparatum eſſe non intelligebat : vt ſi ille infitiator probaſſet iudici ante petitam eſſe pecuniam, quam eſſet coepta deberi. Idem in Catil. 2, 21 c. 10 Hoſce ego non tam milites acres, quam infitiatores lentos eſſe arbitror. Cic. pro Flacco 48 c. 20 Nolite exiſtimare, non vnam et eandem omnibus in locis eſſe fraudatorum et infitiatorum impudentiam. Quinctil. 7, 2, 50 An credibile ſit — petitorem calumniari, an reum Infitiatorem eſſe vel furem? Martial. 1, 98 (104) In ius ô fallax atque infitiator eamus. Infitiator ſoluti Sidon. Ep. 3, 13.

INFICIATIO, *melius* INFITIATIO, ōnis. f. [ἐξάρνησις] *Negatio.* Cic. de Orat. 2, 105 c. 25. *Sic* in Partit. 102 Primus ille ſtatus rationem habet iniqui criminis, ipſam negationem infitiationemque facti. Nuda Quinct. 5, 13, 7. *Add.* Idem prooem. 8, 9. *et* 8, 5, 5.

INFICIATRIX, *mel.* INFITIATRIX, icis. f. Prudent. Pſychom. v. 632 — fidei fraus inficiatrix.

INFICIĀLIS, *mel.* INFITIĀLIS, e. Adi. [ἀρνητικὸς] *Vt*, Infitialis ſtatus, *Quo itur infitias, et negantur obiecta.* Cic. in Topic. 92 c. 24 Itaque aut infitialis, aut coniecturalis prima appellatur. *Vid.* Quinct. 3, 6, 15 *et* 31.

INFIDELIS, *vid. mox poſt* INFIDVS.

INFĪDVS, a, um. Adi. [ἄπιστος, ἄσπονδος] *A* Fido, fidis *deriuatur, quod habet primam longam; ſignificat autem Eum, cui non eſt fidendum.* Cic. de Prouinc. Conſul. 33 Caeterae partes a gentibus aut inimicis huic imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certe immanibus et barbaris. *Contraria:* Cic. de Amic. 53 c. 15 Tum, quum exul eſſet, ſe intellexiſſe, quos fidos amicos habuiſſet, quos infidos, cum iam neutris gratiam referre poſſet. Liu. 7 *extr.* Et propter Latinorum infidum iam diu Foedus, Priuernates, *etc.* Fratres Virgil. Georg. 2, 496. Mare Lucret. 2, 557. Liu. 9, 45 *pr.* Ad Aequos inde veteres hoſtes, caeterum per multos annos ſub ſpecie infidae Pacis quietos verſa arma Romana. Proditio Ouid. de Arte Am. 3, 578. Plin. 36, 15 Super omnia erit populi furor, ſedere auſi tam infida, inſtabilique Sede. Societas regni infida Liu. 1, 14. Socius Idem 24, 45. Seruitia Liu. 2, . . Vir Propert. 1, 6, 18. Vulgus Horat. Carm. 1, 35, 25. Infida omnia atque infeſta facere Liu. 1, . .

INFIDE. Adu. *Apud* Firmicum *eſſe dicitur.*

INFIDĒLIS, e. Adi. [ἄπιστος] *Qui non ſtat promiſſis, et promiſſam fidem non exſoluit, quin potius violat.* Neque dedi, neque do fidem infideli cuiquam Cic. Off. 3, 106 c. 29 *ex Poëta.* Plaut. Aſin. 3, 2, 15 Vbi fidentem fraudaueris, vbi hero infidelis fueris. Liu. 23, . . Sociis ſuperbis atque infidelibus. Allobrox nouis rebus infidelis Horat. 16, 6. *Contraria:* Cic. Fam. 15, 4 His ego ſubſidiis ea ſum conſecutus, quae nullis legionibus conſequi potuiſſem, vt ex alieniſſimis ſociis amiciſſimos, ex infideliſſimis firmiſſimos redderem. Arbitrae non infideles meis rebus Horat. Epod. 5, 50. *Comparat.* Plaut. Capt. 2, 3, 83 Obſecro, Infidelior mihi ne ſuas, quam ego ſum tibi. *Superlat.* Cic. Fam. 9, 1 Cum me in res turbulentiſſimas infideliſſimis ſociis demiſiſſem. *Hominis a religione Chriſtiana alieni habet ſignificationem apud Eccleſiaſticos, vt* Saluian. de Gub. D. 5 *pr.*

INFIDELITER. Adu. Cic. ad Brut. 1 Minus putarim reprehendendum, ſi inutiliter aliquid Senatui ſuaſerim, quam infideliter. *Sed inter eas eſt vox iſta, vnde ſuppoſitas arguit has epiſtolas Marklandus p. 116.* *Superlat.* Saluian. contra Auarit. 3 p. 122 Si qui ex iſtis morte appropinquante filios non habent, quaerunt infideliſſime, *etc.*

INFIDELĬTAS, ātis. f. [ἀπιστία] *Fides violata, perfidia.* Caeſ. Bell. G. 8, 23 Infidelitatem eius ſine vlla perfidia iudicauit comprimi poſſe.

poſſe. *Add.* Idem B. C. 2, 33. Cic. pro Mil. 70 c. 26 Quantae infidelitates in amicis.

INFĪGO, xi, xum, ĕre. [ἐμπήγνυμι] *Intus figere.* Gladium infigere hoſti in pectus Cic. Tuſcul. 4, 49 c. 22. Ictus corpori Id. Tuſc. 2, 20. Sagitta infigitur arbore, *pro In arbore* Virgil. Aen. 5, 504. Venabula ſagittarum praetereuntibus Plin. 8, 8. Praecipue illa infigat animis Quinct. 1, 8, 14. Quidquid infixum et ingenitum eſt Sen. Ep. 11. Plin. Epiſt. 1, 20 *pr.* Praeuaricatio etiam curſim et breuiter quae ſint inculcanda, infigenda, repetenda. Cic. pro Cluent. 17 Hoc quod in communibus hominum ſenſibus, atque in ipſa natura Poſitum atque infixum eſt. Quinctil. 9, 2, 4 Alia repetitione, alia commoratione infigere.

INFIXVS, a, um. Partic. [ἐμπεπηγμένος] Animus infixus in patriae caritate Cic. ad Brut. 15. Dolor infixus animo haeret Idem Philipp. 2, 64 c. 26. Infixus pectori Dolor Quinct. 9, 2, 26. Hoſtis infixus moenibus Sil. 11, 173. Cic. de Natur. Deor. 1, 49 In eas imagines Mentem intentam, infixamque noſtram intelligentiam capere, quae ſit et beata natura et aeterna. Pila infixa in tergis hoſtium Liu. 27, 14. Religio infixa animis Idem 29, 18 *pr.* Liu. 3, 71 Eo ſe Rem Vetuſtate obliteratam, caeterum ſuae memoriae infixam afferre. Telum infixum educere Ouid. Met. 13, 393. Vulnus infixum ſtridet ſub pectore Virg. Aen. 4, 689. Vultus haerent infixi pectore Virg. Aen. 4, 4.

INFICTVS, *pro* INFIXVS, l. 7 ff. de Incend. et ruina.

INFIGVRATVS, a, um. Adi. Theod. Priſcian. 2, 1 Febris ſimplex et infigurata, *quae typum nondum habet, vt loquuntur hodie.*

INFIGVRABILIS, e. Adi. *Idem.* Ammian. 24, 4 Compage ſcutorum, velut teſtudine infigurabilium fornicum, operiebantur.

INFIMVS, *vid.* INFERVS.

INFINDO, ĕre. [ἐνσχίζω] *Findendo efficere in alia re.* Virgil. Ecl. 4, 33 Oppida, quae iubeant telluri infindere ſulcos. *Sic* Idem Aen. 5, 142.

INFIDIBVLVM, i. n. *Turnebus,* Infidibula *ab* Infindendo *nomen ſunt adepta, quibus tanquam infinduntur vaſa anguſti oris, vt vrcei, vel dolia per tectorium, vt humor aut vinum infundatur. Melius* infundibula *vel* infudibula. *Haec ille.* Infidibula *in MSS. leguntur apud* Caton. R. R. c. 10 *et* 11. *vbi al.* infundibula.

INFINĪTVS, a, um. Adi. [ἀπειρέσιος, ἀπέραντος] Finito *contrariam habet ſignificationem.* Cic. pro Roſc. Com. 24 Qui tantas et tam infinitas pecunias, non propter inertiam laboris, ſed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit. Altitudine infinita ſpelunca Cic. Verr. 4, 107. Auxilia regum Eutrop. 4, 9, 2. Cic. Catil. 3, 8 c. 4 Caedemque infinitam ciuium feciſſent. Celeritate infinita perſanat (emplaſtrum) Scribon. 221. *i. immenſa.* Immenſa, infinita, immoderata Cupiditas Auctor ad Herenn. 2 c. 22. Dolor infinitus Scribon. 190. 194. Dolores infiniti Idem 198. Aquarum Ductus Spartian. in Hadr. c. 20. Genus infinitum inuenerat ad innumerabilem pecuniam corripiendam Cic. Verr. 2, 5. Id. Verr. 2, 8 Poſtquam M. Antonii infinitum illud imperium ſenſerant. Labor rerum forenſium infinitus Cic. de Orat. 1, 1. Nobilitas Eutrop. 6, 18, 2. Poteſtas Liu. 3, 9. Pondus auri argentique Eutrop. 2, 16, 5. Quaeſtiones Cic. Acad. 4, 117. *i. generales non definitae. Sed hic poſſint etiam infinitae numero intelligi. Apud Rhetoras autem* Infinita quaeſtio *eſt* nullis neque perſonis, neque temporibus notata. *Vid.* Cic. Partit. c. 1 *et* 18 *etc.* Quinctil. 8, Pr. 8. Spatium Lucret. 2, 1052. Spes Cic. pro Deiot. . . . *Vid.* Perſequi Spem infinitam, *in* SPES. Idem de Fin. 1, 64 Nec maiorem voluptatem ex infinito Tempore aetatis percipi poſſe, quam ex hoc percipiatur, quod videamus eſſe finitum. Ex infinito contractum tempore bellum Lucret. 2, 574. Verſus infinitus *adfertur ex* Cic. in Orat. 163. *Cuius omnia verba concurſione Vocalium implicantur, et nulla ſuum finem habeat, quae res maxime hiulcum, aiunt, verſum facit. Sed metuo, ne totum hoc de verſu infinito nihil ſit. Sic enim poſt Manut. et Lambin. Gruterus:* Sed proximus (verſus Ennii, *vel cuiuscunque*) inquinatus, inſuauiſſima litera finitus, Frugifera et fertilia arua Aſiae tenet. *Subſt.* Quod non habet extremum, infinitum ſit neceſſe eſt Cic. de Diuin. 2 c. 50. Ab infinito Plaut. Moſtel. . . . Plin. 13, 9 Siccatus dureſcit ad infinitum. In infinitum, *vid.* IN. Abire in infinitum, *vid.* ABEO. Eutrop. 6, 13. *et* 9, 9, 9 In quo infinitum auri gemmarumque conſtituit. *Vbi* Pondus *videtur ſubaudiri. Comparat.* Cic. in Topic. 33 c. 8 Partium diſtributio ſaepe eſt infinitior, tanquam riuorum a fonte deductio.

INFINĪTE. Adu. [ἄνευ πέρατος] *Sine modo et ratione aut menſura.* Cic. in Parad. 6, 3 Illi aurata tecta in villis, et ſola marmorea facienti, et ſigna, tabulas, ſupellectilem, et veſtem infinite concupiſcenti, *etc.* Infinite ſecari atque diuidi poſſunt Id. Acad. 1, 27.

INFINITO, [ἀπείρως] *Ablatiuus vice Aduerbii.* Plin. 25, 8 Procedente perſuaſione illa, quidquid in Creta naſcitur, infinito praeſtare caeteris eiuſdem generis alibi genitis.

INFINĪTAS, ātis. f. [τὸ ἄπειρον] *Vniuerſitas, generalitas, vel perpetuitas.* Cic. Acad. 4, 118 Is enim infinitatem naturae dixit eſſe, e qua omnia gignerentur. *de Anaximandro. Laudat* Non. 2, 413. Locorum infinitas Cic. de Natur. Deor. 1, 73 c. 26. Mundorum Ammian. 15, 1. Infinitatem aſſignare, *vid.* ASSIGNO.

INFINITIO, ōnis. f. Cic. de Fin. 1, 21 c. 6 Infinitio ipſa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo eſt, *i. infinitas, ſiue infinitudo. Conf.* Non. 2, 469.

INFINITĪVVS, a, um. Adi. [ἀπαρέμφατος] *Vnus ex Modis Verbi: Vox peculiaris.* Diomedes 1 p. 331 *extr.* Infinitiuus, qui et *perpetuus* Numeris et Perſonis. Ideo dictus infinitiuus, quod parum definitas habet Perſonas et Numeros. — Vnde *imperſonatiuum* hunc quoque nonnulli et *inſignificatiuum* dixerunt, quoniam parum tali ſermone definita eſt perſona. *Perpetuus* etiam non immerito appellatur, ſi quidem perpetuum eſt, quod finem non habet. Priſcian. 8 p. 822 *med.* Infinitiuus eſt, qui et Perſonis et Numeris deficit, vnde et nomen accepit infinitiui, quod nec Perſonas nec Numeros definit, et eget vno ex quatuor ſupra dictis Modis (Indicatiuo, Imperatiuo, Optatiuo, Subiunctiuo) vt ſignificet, aliquid perfectum, *etc. Add.* Iſidor. 1, 8. Mart. Capella 3 p. 83.

INFINIBILIS, e. Adi. Apul. de Dogm. Plat. p. 50 Materia cum viduata ſit fine, infinibilis recte videri poteſt. Mart. Capell. 2 p. 45 Vniuerſum totum infinibilis patris profunditate coërcitum.

INFIRMVS, a, um. Adi. [ἀσθενής, ἀκατάστατος] *Quod firmo contrarium eſt, Imbecillis et debilis. De valetudine* Cic. Acad. 1, 14 Et ſimul aſſidamus, inquam, ſi videtur. Sane iſtud quidem, inquit. Sum enim admodum infirmus. Tales eſſe ſani perſeueremus, quales nos futuros profitemur infirmi Plin. 7, 26. Optimos eſſe nos, dum infirmi ſumus Ibid. Infirmiſſimus valetudine Vell. 2, 70, 1. *Sed latius patet.* Cic. in Piſon. 64 Nunc etiam in hac quotidiana, aſſidua, vrbanaque vita ſplendorem tuum, gratiam, celebritatem domeſticam, operam forenſem, conſilium, auxilium, auctoritatem, ſententiam Senatoriam nobis, aut, vt verius dicam, cuiquam es infirmiſſimo ac deſperatiſſimo ante laturus? Infirmiſſimi Columel. 3, 10, 6 *dicuntur infideliſſimi.* Milites infirmiores Caeſ. B. C. 1, 64. *vt de* Firmo *obſeruauimus.* Quinctil. 4, 1 Si nos infirmos, et impares agentium contra ingeniis dixerimus. Infirmi ad reſiſtendum Caeſ. B. C. 3, 9. Sum paullo infirmior Hor. Serm. 1, 9, 71. Quinct. 6, 1, 44 Quem melius infirmus Actor tacitis iudicum cogitationibus reliquiſſet. *de affectu.* Aetas Ouid. Faſt. 6, 599. Ter. Hec. 3, 1, 31 Pueri inter ſeſe quam pro leuibus noxis iras gerunt. quapropter? quia enim qui eos gubernat Animus, infirmum gerunt. Artus infirmos baculo ſuſtinet Ouid. Met. 6, 27. Caput Horat. Epiſt. 1, 17, 14. Cauſae leuiſſimae et infirmiſſimae Cic. pro Cluent. . . . Cibus, *pauci nutrimenti* Celſ. 2, 18 *per totum.* Claſſis inops et infirma propter dimiſſionem propugnatorum atque remigum Cic. Verr. 5, 85. Corpus Ouid. Epiſt. 19, 7. Lacerti Idem Met. 10, 407. Mens Ouid. Epiſt. 19, 7. Nuptiae, *Friuolae et quae duraturae non ſunt:* Ter. Phorm. 5, 1, 6 Quod vt facerem, egeſtas me impulit, quum ſcirem, infirmas nuptias haſce eſſe. Res infirma et nugatoria probandum Cic. pro Caecin. 64. Saporis infirmi vinum, *Ingeneroſum, debile, et quod linguam non ferit, aut penetrat:* Columel. de Arb. c. 3 Montibus cliuiſque difficulter vineae conualeſcunt: ſed firmum probumque ſaporem vini praebent. Humidis et planis locis robuſtiſſimae, ſed infirmi Saporis vinum, nec perenne faciunt. Senecta Tibull. 1, 4, 27. Tempus infirmiſſimum aetatis Cic. Acad. 4, 8. Valetudo infirmiſſima Id. de Orat. 1, 200 c. 45 *extr. Conf.* Id. de Clar. Orat. c. 48 *extr.* Vires Tibull. 4, 1, 2. Cic. Verr. 4, 95 c. 43 Aetate affecta, et Viribus infirmis homo.

INFIRMIS, e. Adi. Ammian. 20, 6 Coagmenta lapidum recens ſtructorum madoreque etiam tum infirmium.

INFIRMITAS, ātis. f. [ἀσθένεια] *Imbecillitas, debilitas.* Cic. de Senect. 33 Vt enim infirmitas puerorum, et ferocitas iuuenum. Animi Cic. pro S. Roſc. c. 4. Corporis Idem de Clar. Orat. 313 c. 91. Gallorum, *Inconſtantia:* Caeſ. Bell. Gall. 4, 5 Iis de rebus Caeſar certior factus, et infirmitatem Gallorum veritus, quod ſunt in conſiliis capiendis mobiles, et nouis plerumque ſtudent. Idem 4, 13. Colum. 3, 10, 7. Laterum Cic. de Clar. Orat. 202. Mentis Senec. Ep. 11. Ter. Hec. 1, 2, 101 Quid adhuc habent infirmitatis Nuptiae? Plin. Epiſt. 141 Pareo, Collega clariſſime, et infirmitati Oculorum, vt iubes, conſulo. Valetudinis Cic. Off. 1, 26. *et* Fam. 7, 1. Virium, *Impotentia* Caeſ. Bell. Gall. 7, 26. Puerilis Quinctil. 2, 3. Vltima corporis Celſ. 2, 6. Quinctil. 4, 1 Ipſius autem litigatoris perſona tractanda varie eſt, nam tum dignitas eius allegatur, tum commendatur infirmitas. Impeditus infirmitate, *i. Morbo* Vlpianus in l. ſi cui, *in fine* D. ex quibus cauſ. maior. Onerare infirmitatem diſcentium Quinctilian. 1, 2, 27. Separare infirmitatem a robuſtioribus Idem 2, 2, 14 *de pueris, ac adoleſcentibus loquitur.* Quantum noſtra Valebit infirmitas Quinctil. prooem. 1. Cic. Fam. 6, 7 Solutum exiſtimatur, alteri maledicere: tamen cauendum eſt, ne in petulantiam incidas. Impeditum, ſeipſum laudare, ne arrogantiae vitium ſubſequatur. Solum vero liberum, alterum laudare, de quo quidquid detrahas, neceſſe eſt infirmitati, aut inuidiae aſſignetur.

INFIRME. Adu. [ἀσθενῶς] *Imbecilliter, impotenter.* Cic. Fam. 15, 1 His rebus allatis, etſi intelligebam, ſocios infirme animatos eſſe, et nouarum rerum exſpectatione ſuſpenſos, *etc. Ad fidem refertur vt in* FIRMVS *et* INFIRMVS *monuimus. Compar.* Suet. Auguſt. c. 90 Tonitrua et fulgura paullo infirmius expaueſcebat.

INFIRMĪTER. Adu. Arnob. 7 p. 250 Quam infirmiter inualideque dicatur, ipſa rerum inaequalitas indicabit.

INFIRMO, āre. [ἀσθενόω] *Debilitare, infirmum reddere, refellere.* Cic. Diu. in Caec. 29 c. 9 Nec ea dicam, quae ſi dicam infirmare non poſſis. Idem Att. 6, 1 Caeteri infirmant πολίτευμα Catonis. Cic. in Partit. 45 In confirmandis autem noſtris argumentationibus, infirmandiſque contrariis, ſaepe erunt accuſatori, *etc.* Idem de Orat. 2, 331 Contrariis infirmandis et tuis confirmandis. Cic. de Inuent. 1, 83 c. 44 Nam his rebus auctoritas iudicati maxime poteſt infirmari. Idem pro Arch. c. 4 Quid enim horum infirmari poteſt? Cic. Acad. 4, 18 Hoc quum infirmat, tollitque Philo, iudicium tollit incogniti et cogniti. *Vid. modo ſub* Legem. Idem pro Roſc. Amer. 45 c. 15 Ille quomodo crimen commenticium confirmaret, non inueniebat: ego res tam leues qua ratione infirmem ac diluam reperire non poſſum. Infirmare fidem teſtis ad iudicem, *Infirmum reddere, et oſtendere periurum eſſe teſtem* Cic. pro Roſc. Com. 45. Idem Att. 15, 26 *pr.* Dubitans, vtrum morem gerat Leptae, an Fidem infirmet Silio. Legatum African. in l. ſi ſeruus legatus §. ſi ſeruus alienus D. de legat. 1. Quinctil. 7, 2 Quaeramus ergo, num infirmari in aliqua parte lex poſſit. Liu. 34, 3 *pr.* Vt vnam tollendo legem caeteras infirmetis. Cic. pro Caecin. 51 c. 18 Quae lex, quod foedus aut pactio, quod teſtamentum non infirmari aut conuelli poteſt? Tranſactio infirmatur Vlpian. in l. eleganter §. item D. de condict. indebiti. Veritatem *laudatur* Cic. pro Quint. 10 *ex falſa, credo, lectione. Nam eſt ibi,* Vt — aequitatem — conſiſtere et confirmari patiamini.

INFIRMĀTVS, a, um. Partic. Cic. in Piſon. 44 c. 19 Horum alter ſic fuit infirmatus conſcientia ſcelerum ſuorum, vt, *etc.* Idem pro Caecin. 38 Si ſententia huius interdicti diminuta aut infirmata ſit. Ammian. 17, 5 Infirmato imperii robore. Hermogen. in l. aufertur D. de iure fiſci, Infirmato contractu.

INFIRMATIO, ōnis. f. [ἀσθένωσις] *Confutatio.* Cic. de Inuent. 1, 16 c. 11 Iudicatio eſt, quae ex infirmatione et confirmatione rationis naſcitur, controuerſia. Infirmatio rerum iudicatarum Cic. pro L. Agr. 2, 8 c. 3.

INFIT. [ἐπιγίνεται, ἄρχεται Gloſſ. Lat. Gr.] *Verbum defectiuum,* pro Incipit vſurpatur, *auctore* Feſto. Plaut. Aulul. 2, 4, 39 Infit ibi poſtulare plorans, eiulans, *etc.* Idem Aſin. 2, 2, 75 Me infit percontarier. Idem Rud. prol. 51. Lucret. 3, 514 Commutare animum quicunque adoritur et infit. *Et* 5, 1207 Tunc aliis oppreſſa malis in pectore cura Illa quoque expergefactum caput erigere infit. Virg. Aen. 11, 242 Et Venulus dicto parens ſic farier infit. Sil. 12, 67.

Interdum

Interdum illud fari *vel* dicere *omittitur.* Liu. 1, 28 Tum ita Tullus infit. *Et* 3, 71 Ibi infit, annum ſe tertium et nonageſimum agere. *Add.* 1, 23. *Sic* Virg. Aen. 5, 708 Iſque his Aeneam ſolatus vocibus infit.

INFITEOR, ēri. *i.* non fateri, Feſtus.

INFITIOR *cum cognatis. Vid.* INFICIOR.

INFIXVS, *vid.* INFIGO.

INFLACCEO, ēre. *Marceſcere.* Non. 2, 323 Inflaccebunt conditiones repudiato et reddito. *ex* Ennio. *Sed* Mercer. p. 110 Sin flaccebunt, *etc.*

INFLAGRO, āre. Solin. c. 5 Sarmenta licet viridia ignem ſponte concipiunt, et nullo inflagrante halitu, ab ipſo numine fit accendium.

INFLAMMO, āre. [φλέγω, ἐπιφλέγω] *Incendere.* Cic. Verr. 4, 106 Quam quum inueſtigare et conquirere Ceres vellet, dicitur inflammaſſe taedas iis ignibus, qui ex Aetnae vertice erumpunt. Vrbem inflammandam Caſſio attribuit Cic. Catil. 4 c. 6. Idem Verr. 5, 90 c. 35 Claſſem pulcherrimam Pop. Rom. in litus expulſam et eiectam, quum primum adueſperaſceret, inflammari, incendique iuſſit. Cic. de Fin. 1, 51 Quas nulla praeda vnquam improbe parta minuit, ſed auget potius atque inflammat. Inflammari, *translat. pro Vehementer appetere, et deſiderare aliquid:* Cic. de Amicit. 27 Honores vero, quorum cupiditate quidam inflammantur, quam multi ita contemnunt, vt nihil inanius eſſe, nihil leuius exiſtiment. Amore magno inflammatus Virg. Aen. 3, 330. Cupiditate aliquid auferendi Cic. Verr. 4, . . Furoribus Idem de Legib. 3, 22. Incendiis cupiditatum Id. de Fin. 5, 32. Odiis Stat. Theb. 3, 338. Rabie equi inflammantur Plin. 35, 8. Scelere et furore Cic. Verr. 5, 160. Spe potiendi Idem de Fin. 1, 60. Studium Id. pro L. Manil. 21. Cic. Fam. 1, 7 Omnem gloriam ad quam a pueritia inflammatus fuiſti, omni cura atque induſtria conſequare. Idem Verr. 5, 159 Neque cuiuſquam ad inflammandos veſtros animos eloquentia requiratur. Animum inflammauit amore Virg. Aen. 4, 54. Cic. Verr. 2, 89, 19 Eum autem inimiciſſimi Sthenii domum ſuam inuitant, vt animum eius in Sthenium inflammarent ementiendo aliquid et criminando. Inuidiam, *pro Augere* Cic. Verr. Act. 1, 2. Inflammata inuidia Idem de Legg. 3 c. 11. Mentes inflammatae in aliquem Id. pro Domo c. 23. Populum in improbos Cic. de Orat. 1 c. 46.

INFLAMMATIO, ōnis. f. [φλόγωσις, φλεγμονή] Cic. de Orat. 2, 193 c. 46 Saepe enim audiui, Poëtam bonum neminem ſine inflammatione animorum exiſtere poſſe, et ſine quodam afflatu quaſi furoris. *Alias medicorum fere eſt. Vt,* Inflammationes mammarum Plin. 20, 21 *quas Graeci phlegmonas vocant, nempe quando propter nimium humorem collectum in aliqua parte, veluti cuiusdam ignis ardor ſentitur.* Immodica infl. Celſ. 6, 6, 1 *fin. Morgagn. reſcribit,* Modica inflammatio, *ex Editis et aliis et MSto.* Excitat inflammationem Celſ. 1 praef. Infert inflammationem Scribon. 183 Leuare inflammationes Celſ. 2, 28. Occupat inflammatio Idem 6, 6. Remittit ſe inflammatio Id. 4, 5. Reprimere inflammationem Celſ. 7, 26. Idem 5, 26 Nam modo Super inflammationem rubor ambit.

INFLAMMANTER. Adu. Gell. 10, 3 Acriter et inflammanter facit.

INFLAMMATOR, ōris. m. *Apud* Firmic. . . .

INFLAMMATRIX, īcis. f. *Apud* Mamert. Paneg. Iulian. c. 3. *et* Marcellin. 14 1.

INFLATIO, INFLATVS, *vid.* INFLO.

INFLECTO, xi, xum, ĕre. [ἐγκάμπτω, ἐπικαμπτέω] *Auget ſimplicis Flectere, ſignificationem, vel Intus flectere.* Caeſ. B. G. 1, 25 Quum ferrum ſe inflexiſſet. Cic. Verr. 5, 30 Vbi primum ex alto ſinus ad vrbem ab litore inflectitur. Radices in nodum, *Incuruare* Columel. 5, 6. Capita inflectentes Catul. Argon. 62, 255. Colla inflectere ad aliquid Propert. 4, 9, 51. Plin. 6, 57 A Caſpio mari Scythicoque Oceano, in eam curſus inflectitur, ad Orientem conuerſa litorum fronte. Cic. ad Quir. poſt redit. 8 Frater erat vnus, qui ſuo ſquallore veſtros oculos inflecteret. *i. Conuerteret ad ſe.* Idem de N. D. 2, 49 Nam quum duo ſint genera ſiderum, quorum alterum ſpatiis immutabilibus ab Ortu ad Occaſum commeans, nullum vnquam curſus ſui veſtigium inflectat. Cic. pro Muraen. 60 Vt leuiter inflectendus potius, quam corrigendus eſſe videaris. Lacrimis aliquem Stat. Theb. 8, 715. Cic. pro Caecin. 73 c. 26 Quod enim eſt ius ciuile, quod neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia poſſit? Magnitudinem animi tui ne vnquam inflectas cuiuſquam iniuria Cic. Fam. 1, 7. Idem de Clar. Orat. 83 Hic primus inflexit orationem, et eam mollem, teneramque reddidit, *ne rigida eſſet et dura.* Senſus alicuius Virg. Aen. 4, 22. Voces cantu Tibull. 1, 7, 37.

INFLEXVS, a, um. Partic. [ἐπικαμπής] Inflexus remus Cic. Acad. 4, 19. Aratrum Virg. Georg. 1, 162. Bacillum leuiter a ſummo inflexum Cic. de Diuin. 1, 30 c. 17. Carina Catul. Argon. v. 10. Ceruix Virg. Aen. 3, 631. *Conf.* Mela 1, 17. Colum. 4, 6. Cornu Ouid. Faſt. 4, 181. Plin. 8, 15 Cornibus ita in ſe inflexis, vt non ſint vtilia pugnae. Genu Propert. 3, 9, 6. Ferit et obliquo ictu et inflexo Plin. 11, 25 *de Scorpione.* Puppis Idem 9, 30. *Et* 10, 29 Nunc continuo ſpiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo. Inflexa iuxta tempora ſupercilia deriſores ſignificant Plin. 11, 52. *h. e. Ad tempora prominentia.* Vox inflexa ad miſerabilem ſonum, *h. e. Conuerſa* Cic. de Orat. 2, 193 c. 46. *Add.* Id. in Orat. c. 17.

INFLEXIO, ōnis. f. [ἐπικαμπή] Cic. de Vniuerſ. 27 Omnis enim orbis eorum quaſi helicis inflexione vertebat. Laterum Idem de Orat. 3 c. 59.

INFLEXVS, ūs. m. *Idem.* Sen. de Breu. Vitae c. 12 Vocem inflexu modulationis torquere. Arnob. 2 p. 57 Inflexibus flexuoſis adire.

INFLEXIBĬLIS, e. Adi. [ἀκαμπτος] *Quod inflecti non poteſt.* Plin. 7, 19 Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatemque naturae duram et inflexibilem. Animus Auguſtin. Ep. 254. Dolorem inflexibilem (opiſthotonon vocant) leuat vrina caprae auribus infuſa Plin. 28, 12. Iudicium Sen. Epiſt. 95. Obſtinatio Plin. Epiſt. 10, 97.

INFLĒTVS, a, um. Adi. *Non fletus.* Valer. Flacc. Argon. 6, 651 *de ſaxo in caput Moneſi vibrato:* Flexit ad ignotum caput infletumque Moneſi. *Ignobilem ſignat* Moneſum, *et obſcuro loco natum: vt per Defletos duces, Nobilitate inſignes. Et* Virg. Aen. 11, 372 Nos animae viles inhumata infletaque turba. *Conf.* Auſon. Parental. Carm. 10.

INFLĪGO, xi, ctum, ĕre. [προσβάλλω, ἐμβάλλω] Fligo *antiquum verbum, ſignificabat ferire, pulſare.* Colaphum infligere, *quod et impingere dicitur* Plin. 8, 36. *Legitur in vetuſto codice,* Infracto colapho. Cic. in Vatin. 20 c. 8 Si ad caetera vulnera, quibus putaſti Rempub. deleri, hanc quoque mortiferam plagam inflixiſſes auguratus tui. Cic. in Piſon. 63 c. 26 Vt mihi illa omnia immortalem gloriam dederint, tibi ſempiternam turpitudinem inflixerint. Vſuras Paullus in l. Caius D. de vſuris et fruct. et cauſ. Cic. in Piſon. 32 Quae meus diſceſſus Reipub. vulnera inflixit? *Conf.* Id. Phil. 2 c. 21.

INFLICTVS, ūs. m. Arnob. 3 p. 111 Quorum inflictu et mobilitate lingua ſonos articulat.

INFLICTIO, ōnis. f. Theod. Cod. l. 9 tit. 13 Multae inflictione corrigere.

INFLO, āre. [φυσάω, ἐμφυσάω, φυσιόω] *Turgefacere.* Cic. Acad. 4, 86 Et ſimul inflauit tibicen, a perito carmen agnoſcitur. *Sic* Varro de R. R. 3, 13 Vidiſti ad inflatam buccinam certo tempore apros et capreas conuenire ad pabulum. Virg. Ecl. 5, 2 Boni conuenimus ambo, Tu calamos inflare leues, ego dicere verſus. Exanimat lentus ſpectator, ſedulus inflat Hor. Epiſt. 2, 1, 178. Idem Serm. 1, 1, 21 Quid cauſae eſt, quin illis Iuppiter ambas Iratus buccas inflet? Carbaſus inflatur Auſtro Virg. Aen. 3, 357. Nec dum audierant inflari Claſſica Virg. Georg. 2, 539. Cic. de Orat. 3, 225 Quem ſeruum ſibi ille habuit ad manum, cum eburneola ſolitus eſt habere fiſtula, qui ſtaret occulte poſt ipſum quum concionaretur, peritum hominem, qui inflaret celeriter eum Sonum, quo illum aut remiſſum excitaret, aut a contentione reuocaret. Quaſi diuino quodam Spiritu inflari Cic. pro Arch. c. 8. *al.* afflari. Venas inflauit libido Hor. Serm. 1, 2, 33. Venas inflatus heſterno Iaccho Virg. Ecl. 6, 15. Hor. Serm. 2, 5, 98 Creſcentem tumidis infla ſermonibus Vtrem. *Apud Medicos cibus* Inflat Corpus Scribon. 190. Genae inflantur Idem 186. Inteſtina inflantur Id. 188. *Intro flare, ſiue Flando inicere:* Cato de R. R. c. 97 De modo palumbi farciendi, Palumbum recentem vt prenſus erit, ei fabam coctam toſtam primum dato, ex ore in eius os inflato item aquam. *Per tranſlationem vt de tibicine imperito* Cic. de Legib. 1, 6 Fannii autem aetate coniunctus Antipater paullo inflauit vehementius, habuitque vires agreſtes ille quidem atque horridas, ſine nitore ac palaeſtra. Animos rumor *inflat, i. Auget, et excitat:* Cic. in Piſon. 89 c. 36 Quo in oppido, quum tibi ſpe falſa, quod Q. Acharium non eſſe ſucceſſurum putares, animos rumor inflaſſet, quo te modo, *etc.* Idem de Orat. 2, 212 c. 53 Ex hac vi *(mouendorum affectuum)* non nunquam animi aliquid inflandum eſt illi lenitati *(morum). Sic legi pro* influendum *vel* inflammandum, *iubet etiam Pearcius.* Liu. 35, 42 *pr.* Et quibus mendaciis de rege, multiplicando verbis copias eius, erexerat multorum in Graecia animos, iisdem et regis ſpem inflabat, *etc. Rurſus* Idem ib. c. 49 *pr.* Mentiendo inuicem, iactandoque vires, quas non haberent, inflaſſe vana Spe, atque inflatos eſſe. Spem inflare *dixit* Curtius 3, 2, 10. *Conf.* 5, 10, 3.

INFLATVS, a, um. Partic. [πεφυσιωμένος] Varro de R. R. 3, 13 Ad buccinam inflatam conuenire. Verba inflata et anhelata grauius Cic. de Orat. 3 c. 11. *Saepius per tranſlat. vt,* Cic. pro Muraen. 33 Quum contento curſu, acerrimis ducibus, hoſtium claſſis Italiam ſpe atque animis inflata peteret. Iactatione ſeueritatis Liu. 29, 37. Laetitia atque inſolentia Cic. Philipp. 14, 15 c. 6. Animus inflatus, *Elatus, ſuperbiens:* Cic. Tuſc. 3, 19 Sic igitur inflatus et tumens animus in vitio eſt. Capilli Ouid. de Arte Am. 3, 145. Colla inflata tumeſcunt Idem Met. 6, 377. Fluuius inflatus aquis Liu. 23, 19 *pr.* *Compar.* Tertull. de Pall. c. 4 Veſtis inflatior. *et Metaph.* Liu. 39, 53 Iuuenis inflatior redierat.

INFLATE. Adu. *Idem.* Caeſ. B. C. 3, 79 Latius inflatiuſque multo quam res erat geſta, fama percrebuerat.

INFLATVS, ūs. m. [φυσίωσις] Cic. Acad. 4, 20 c. 7 Qui primo inflatu tibicinis Antiopam eſſe aiunt, aut Andromacham. *Sic* Tuſc. 2, . . Cic. de Clar. Orat. 192 c. 51 Sic oratori populi aures tanquam tibiae ſunt: eae ſi inflatum non recipiunt, aut ſi auditor omnino tanquam equus non facit, agitandi finis faciendus eſt. Inflatus diuinus, *pro Afflatu et inſpiratione:* Cic. de Diuin. 1, 12 c. 6 Tum aliquo inſtinctu inflatuque diuino futura renuntiat.

INFLABĬLIS, e. Adi. *Quod inflari poteſt.* Lactantius de Opific. Dei c. 11 *de pulmone,* Ideoque ne plenum quidem viſcus effecit, ſed inflabile, atque aëris capax, vt paullatim ſpiritum reciperet. *i. Quod inflari poſſit. Act. dixit* Cael. Aurel. Tard. 3, 2 Inflabilis virtutis qualitas. *et* 5, 1 Allium inflabile.

INFLATIO, ōnis. f. [φύσα, ἐμφύσημα] *Flatuum in corpore generatio.* Cic. de Diuin. 1, 62 Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba veſcerentur, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quaerenti vera contrariam. Inflatio ventris Columel. 6, 6. Stomachi Plin. 20, 10. Celſ. 4, 5 Cibis deinde calidis, neque inflantibus, eodemque modo calidis potionibus: primo aquae, poſt vbi reſedit inflatio, vini auſteri. *Add.* Scrib. 89. Coli inflatio Idem 263. Inteſtinorum tenuium inflatio Id. 116. 93. 263. Interanea inflatione correpta Id. 176. Vrgeri inflationibus Id. 104.

INFLATOR, ōris. m. Gloſſ. Gr. Lat. ἐμφυσητής.

INFLABELLO, āre. Tertull. aduerſ. Valentin. c. 23 Omnibus elementis atque corporibus ignis inflabellatus eſt.

INFLOREO, ēre. *vel* INFLORESCO, ĕre. *Videtur tractum quendam et ſucceſſionem florum notare.* Claud. de Laud. Stil. 3, 124 Priſtina Romuleis infloruit artibus aetas.

INFLVO, xi, xum, ĕre. [εἰσρέω, ἐπιῤῥέω] *Intus fluere.* Varro de R. R. 1, 13 Itaque periti (qui poſſunt) vt eo aqua influat, eo nomine faciunt. Cic. Tuſc. 1, 94 c. 39 Apud Hypanim fluuium, qui ab Europae parte in Pontum influit, Ariſtoteles ait beſtiolas quaſdam naſci, quae vnum diem viuant. Idem de Diuin. 1, 78 c. 35 Fluminaque in contrarias partes fluxerint, atque amnes mare influxerint. *Per tranſlationem, magna multitudine ingredi* Cic. de Prouinc. Conſ. 32 c. 13 Influentes in Italiam Gallorum maximas copias repreſſit. Idem de Legib. 2, 38 c. 15 Aſſentior enim Platoni, nihil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varios canendi ſonos. *Sed Inſinuare ſe in gratiam hominum ſignificat* Cic. Off. 2, 3 Sed eſt alius quoque quidam aditus ad multitudinem, vt in vniuerſorum animos tanquam influere poſſimus. Idem de Amicit. 95 Quibus blanditiis C. Papyrius Conſul nuper influebat in aures concionis, quum ferret legem de Tribunis plebis reficiendis. Influere nobis bonum *dicitur Quod vltro venit* Sen. Epiſt. 51. Senſim influere Quinctil. 1, 2. Dolor influit menti Ouid. ad Liu. 395.

INFLVENS, entis. Partic. [ἐπιῤῥέων] Plin. 31, 4 Mutant ſaporem et influentes riui. *Adde* Curt. 8, 9, 8. *Plerumque trolate:* Cic. de Prouinc. Conſul. 32 c. 13 Influentes in Italiam Gallorum maximas copias repreſſit. Fortunae influentis dona Sen. Thyeſt. 6. Negotia influentia, *Conſertim ſiue ſimul et vbertim ruentia* Plin. Paneg. 81, 2.

INFLVVIVM, i. n. *Legitur in vno, qui ſupereſt,* MS. Vellei. Paterc. 2, 120, 6 Ita catenas illiſit capiti ſuo, vt protinus pariter ſanguinis cerebrique influuio exſpiraret. *Varia tentant viri docti*, effluuio, profluuio: *quid ſi dedit auctor*, in fluuio, *i. dum fluit ſanguis.*

INFLVXVS, ûs. m. Firmic. 1, 1 Si ex ſolis ſtellarum influxibus pendeamus. *Et alibi frequenter. Vid. Voſſ. de Latin. ſuſp. c. 14 p. 109. et Antibarb. Cellar. p. 57. it. Cur. Poſt. p. 218.*

INFLVXIO, ōnis. f. Macrob. Somn. Scip. 1, 12 Materialis influxio in corpus.

INFŎDIO, ōdi, oſſum, ĕre. [κατορύττω] *Intus fodere.* Cato c. 3 Vinea, ſi macra erit, ſarmenta ſua concidito minute, et ibidem inarato aut infodito. Infodere corpora terrae Virg. Aen. 11, 205. *Conf.* Nep. 4, 5, 5. Vnguibus infodiunt fruges Virg. Georg. 3, 535. Infodere ſulcum Columel. 3, 13.

INFOSSVS, a, um. Partic. [κατωρυγμένος] Plin. 13, 13 Maiore etiamnum miraculo, quod tot infoſſi durauerunt annis. Puer infoſſus humo Hor. Epod. 5, 32. Infoſſa cerebro vulnera Stat. Theb. 8, 534.

INFOSSIO, ōnis. f. Pallad. Febr. t. 16 Infoſſio totius corporis.

INFOECVNDVS, *melius* INFECVNDVS, a, um. Adi. [ἄφορος] Fecundo *contrarium, Non ferax, Sterile.* Plin. 11, 54 Oua incubari intra decem dies edita vtiliſſimum eſt; vetera aut recentiora infecunda. Ager arbori infecundus Salluſt. Iugurth. c. 17. Folia Plin. 12, 10. Fons Ouid. Triſt. 3, 14, 34. Natura Stat. Silu. 3, 1, 167. Semina Virg. Georg. 2, 48. *Compar.* Columel. 2, 4, 7 Infecundior materia miſta pinguiori ſegetem minus vberem reddit. Prudent. aduerſ. Symmach. 2, 954 Infecundior annus.

INFECVNDE. Adu. *Idem.* Gell. 19, 3 *per Metaph.* Infecunde atque ieiune laudare.

INFECVNDĬTAS, ātis. f. [ἀφορία] *Sterilitas.* Columel. prooem. 1 Saepenumero ciuitatis noſtrae principes audio culpantes, modo agrorum infecunditatem, modo caeli per multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem. *Adde* Tacit. Ann. 4, 6, 7. Foliorum Hieron. adu. Heluid. c. 1.

INFOEDERATVS, a, um. Adi. *Non foederatus.* Tertull. Praeſcript. aduerſ. haereſ. c. 12.

INFORMIDABILIS, e. Adi. Omnis erit iudex informidabilis illi Coripp. 2, 354.

INFORMIDĀTVS, a, um. Adi. *Non formidatus, abs quo nihil periculi timetur.* Sil. 15, 241 Hinc tacite nitens informidatus adire, *etc.*

INFORMIS, e. Adi. [ἄμορφος, ἄσχημος] *Sine forma.* Plin. 7, 15 Ea eſt caro informis, inanima, ferri ictum et aciem reſpuens. Informis res, *et* Formata, *contraria* Auct. ad Heren. 4, 67. Liu. 21, 26 *extr.* Alueos informes, nihil dummodo innare aquae, et capere onera poſſent, curantes, raptim faciebant. Cadauer Virg. Aen. 8, 264. Vrſas parere informem Carnem, quam lambendo paullatim figurent Plin. 8, 36. Exitus repentinus, et informis Tacit. Ann. 6, 49. Hiemes Hor. Carm. 2, 10, 15. Limus Virg. Aen. 6, 416. Nota Propert. 1, 5, 16. Regna Lucan. 2, 7. Situs Hor. Epiſt. 2, 2, 118.

INFORMITER. Adu. *Idem.* Auguſtin. Confeſſ. 12, 29 Informiter ſonat.

INFORMĬTAS, ātis. f. Solin. in prooem. Scabrae informitatis proditio. *Vſus ſaepe* Auguſtinus.

INFORMVS, a, um. Adi. *Idem ac Informis, ex mente Iunii ad* Tertull. de Pallio c. 2. *et Stewechii ad* Arnob. p. 78 *Not.*

INFORMO, āre. [ὑποτυπόω, σχηματοποιέομαι] *Plus eſt quam deformare, nempe formam rei dare vel re ipſa, vel deſcribendo.* Virg. Aen. 8, 426 His informatum manibus iam parte polita Fulmen erat. Seru. In quandam formam deſignatum et compoſitum: *quod refellit illud* iam parte polita, *vnde plane perfectum intelligimus, cui nihil praeter partem politurae deeſſet.* Cic. Orat. 33 Referamus nos igitur ad eum, quem volumus inchoandum, et eadem eloquentia informandum, quam in nullo cognouit Antonius. *Ad perfecti Oratoris formam deſcribendam, tribuamus illi talem eloquentiam*, etc. Ibidem 7 At ego in ſummo Oratore fingendo talem informabo, qualis fortaſſe nemo fuit. Idem de Fin. 4, 45 Quodque dicitis informari non poſſe virtutem, ſi quidquam, niſi quod honeſtum ſit, numeretur, *i. formam illius veram conſtitui.* Areas informare Columel. 11, 3, 13. Clipeum Virg. Aen. 8, 447. Cauſa informata eſt Cic. pro Quint. c. 10. Id. de N. D. 1, 39 c. 15 Magnam turbam congreget ignotorum deorum, atque ita ignotorum, vt eos nec coniectura quidem informare poſſimus, quum mens noſtra quiduis videatur cogitatione poſſe Depingere. Effigiem informat Latiam Sil. 17, 525. Funis informatur Colum. 2, 2, 10. Inania Viſa ſiue cogitatione informantur, ſiue in quiete, ſiue per vinum, ſiue per inſaniam Cic. Acad. 4 c. 16. Quinctil. prooem. Vnus liber accedet, in quo nobis orator ipſe informandus eſt, *deſcribendus, qualis et quantus ſit. Ita*, Aetas puerilis artibus ad humanitatem informari ſolet Cic. pro Arch. 4 c. 3 *pr. formari, fingi.*

INFORMATVS, a, um. Partic. *Inſtitutus.* Cic. Off. 1, 13 c. 4 Vt nemini parere animus bene a natura informatus velit, niſi praecipienti aut docenti, *etc.* Ita eſt informatum anticipatumque mentibus noſtris Cic. de N. D. 1 c. 27. Informata cogitatio Idem Att. 1, 1 *Coniecturam ſignificat, praeſertim quum initio epiſtolae* Cicero *ſcribat*, Quod coniectura prouideri poſſit. Vt non nominatim, ſed generatim eſſet proſcriptio informata Cic. Att. 11, 6 *pr. i. inſtituta, non nominati homines, ſed genera hominum.*

INFORMATIO, ōnis. f. [ὑποτύπωσις] *Notio a natura animo impreſſa, quae ad formam illius et eſſentiam pertinere videatur.* Cic. de N. D. 1, 43 c. 16 Quae eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus, id eſt anteceptam animo rei quandam informationem, ſine qua nec intelligi quidquam, nec quaeri, nec diſputari poteſt. *Et alibi in eod. lib. vt c. 17 et 36.* Cic. in Partit. 102 Ita primus ille ſtatus, et quaſi conflictio cum aduerſario, coniectura quadam: ſecundus autem definitione, aut deſcriptione atque informatione verbi, *etc.* tractandus.

INFORMĀTOR, ōris. m. *Qui informat, vel inſtituit.* Tertull. adu. Marc. 4, 22 Moſes populi informator, *qui formam reipubl. Iudaicae conſtituit. Et* ibid. 1, 2 Scandali informator Cerdon. *Occurrit etiam in* Dig.

INFORMATRIX, īcis. f. *ICt. in* Cod.

INFORMABĬLIS, e. Adi. *Qui formari nequit.* Tertull. adu. Praxean c. 27 Deum immutabilem et informabilem credi neceſſe eſt.

INFŎRO, āre. [ἐναγοράω] *a* Foro *compoſitum, verbum fictitium, quod forte ſignificet, In forum diuulgare, aut In forum vocare, ſed cum alluſione ad verbum* forare, *quatenus obſcenum quid notare poteſt.* Plaut. Curc. 3, 31 Licetne inforare, ſi incomitiare non licet? C. non inforabis me quidem: non mihi placet tuum profecto nec forum nec comitium. Plin. 17, 14 Timebant priſci truncum findere. Mox inforare auſi, medio, ipſique medullae calamum imprimebant. *Hard. ex MSS.* Imperare, *dubitatque de Latinitate* Inforare *in hoc vſu. Sed aptiſſimum certe hic verbum eſt* inforare, *quod non ſimpliciter perforare ſignificat ſ. traiicere, ſed foramen deprimere, in quod immittatur ſurculus.*

INFORTVNĀTVS, a, um. Adi. [δυστυχής] *Calamitoſus, aerumnoſus.* Ter. Eun. 4, 3, 17 O infortunatum ſenem. Firmic. 6 c. vlt. Praeſertim ſi eos maleuolae ſtellae minaci et infortunata radiatione reſpiciant. *Compar.* Cic. Att. 2, 24 Nihil me infortunatius: nil fortunatius eſt Catulo. *Superl.* Apul. Met. 4 p. 157 Infortunatiſſimus maritus.

INFORTVNIVM, i. n. [ἀτύχημα, δυστύχημα] *Calamitas.* Craſſum infortunium Plaut. Rud. 3, 5, 53. Mediocre, *vid.* MEDIOCRIS. Ter. Adel. 2, 1, 24 Si attigiſſes, ferres infortunium. Liu. 1, 50 *extr.* Ne id quidem Turnum tuliſſe taciturnum ferunt: dixiſſe enim nullam breuiorem eſſe cognitionem, quam inter patrem et filium: paucisque tranſigi verbis poſſe: ni pareat patri, habiturum infortunium eſſe. Inuenire infortunium, *vid.* INVENIO. Laedent tua me infortunia Horat. de Arte Poët. 103. Mactare infortunio Plaut. Curc. 4, 3, 5. Multare infortunio, *vid.* MVLTA, ae.

INFORTVNĬTAS, ātis. f. [δυστυχία] Gell. 6, 1 Itidem ſunt bona et mala, felicitas et infortunitas, dolor et voluptas.

INFOSSVS, *vid.* INFODIO.

INFRA. [ἔνερθε, νέρθε, ὑπένερθε] *Praepoſitio Accuſatiuo Caſui ſeruiens, cui contrarium eſt* Supra. Cic. Acad. 4 c. 40 Supra infra, dextra ſiniſtra, ante poſt. Hor. Sat. 2, 8, 22 *poſt mentionem Maecenatis conuiuae*, Nomentanus erat ſupra ipſum, Porcius infra. *In medio lecto accubuit Maecenas: caput ipſius protendebatur ad pectus Nomentani, pedes poſt Porcii tergum.* Suet. Calig. c. 24 Cum omnibus ſororibus ſtupri conſuetudinem fecit, plenoque conuiuio ſingulas infra ſe viciſſim collocabat, vxore ſupra cubante. Cic. Fam. 9, 26 Accubueram hora nona apud Volumnium Eutrapelum, et quidem ſupra me Atticus, infra Verrius. Infra, *refertur etiam ad dignitatem.* Ter. Eun. 3, 2, 36 Tace tu, quem ego eſſe puto infra omnes infimos homines. *i. Quem ego poſthabeo etiam infimis.* Liu. 28, 43 Sic ſenem ſe perfunctum, et me infra aetatem filii ſui poſuit. Infra claſſem, *qui non ſunt* Claſſici, *i. primae claſſis* Catoni *apud* Gell. 7, 13. Infra cenſum et ingenium alicuius Hor. Serm. 2, 1, 75. Infra ſe putare *vel* iudicare aliquid Plin. in Paneg. 76, 6. Idem Epiſt. 8, 6, 2 Conferant ſe — Marii — infra Pallentis laudes iacebunt. Infra hoc pondus Scribon. 121. Multo infra, *pro Minoris pretii:* Plin. 19, 3 Naſcitur in Perſide large, ſed multo infra Cyrenaicum. Infra, *ad numerum relatum* Plin. 10, 54 Oua incubari infra decem dies edita vtiliſſimum: vetera aut recentiora, infecunda. *Quo loco vetera exemplaria legunt*, Intra. *Sed* 18, 26 In eum diem ternadena ſubiicito aeſtate tota, hieme pauciora, non tamen infra nouena. Idem 30, 13 Vulnera recentia conglutinant terreni, adeo vt neruos quoque abſciſſos illis ſolidari infra ſeptimum diem perſuaſum ſit. *De vermibus loquitur.* ¶ 2 *Aduerbium eſt, quando ſine Caſu ponitur.* Plaut. Truc. 1, 1, 16 Infra ſin iecit rete, piſcis ne effugiat cauet. Quae infra ſcriptae ſunt res Scribon. 269. Infra quam, *vt* Supra quam: Cic. de N. D. 2, 135 Ipſius autem partes eae, quae ſunt infra, quam deuoratur, dilatantur: quae autem ſupra, contrahuntur. *Ita legit Budaeus. Al.* infra, in quas id, quod deuoratur, deſcendit. *Al.* Infra id quod.

INFRACTIO, INFRACTVS, *vid.* INFRINGO.

INFRAENO, *ſ.* INFRENO, āre. [ἐγχαλινόω] *Proprie eſt Equis frena imponere.* Liu. 37, 20 Pauci ſtabant impauidi equi, eos ipſos non ſternere, non infrenare, aut aſcendere facile poterant. Currus infrenant alii Virg. Aen. 12, 287. *Adde* Sil. 4, 316. Currus: i. e. Equos: Seruius. *Metaph.* Plin. 9, 31 *extr.* Quod vbi videre nautici, ſtatim pluribus ancoris nauigia infrenant, *i. ſiſtunt.* Idem 32, 1 Infrenat impetus, et domat mundi rabiem nullo ſuo labore, non retinendo, aut alio modo quam adhaerendo. *de echineide piſce.*

INFRAENATVS, *ſ.* INFRENATVS, a, um. Part. [ἐγχαλινωτός] Liu. 37, 20 Non ſtratos, non infrenatos magna pars habebant equos. *h. e. Frenatos, ſeu Frenis munitos.* ¶ 2 *Sed etiam* Infrenati equites, *Quorum equi frenos non habent.* Liu. 21, 44 Quocunque circumtuli oculos, plena omnia video animorum ac roboris: veteranum peditem, generoſiſſimarum gentium equites frenatos et infrenatos. *Add. Gronou. ad* Liu. 37, 20. *Burm. ad* Quinctil. Decl. 13, 8 p. 281.

INFRENIS, e. *et* INFRENVS, a, um. Adi. *Sine freno.* Virg. Aen. 4, 41 Infreni Numidae. Claudian. Nilo 20 Infrenis Garamas. *Metaph. pro Vehementi. vt*, Infrenus curſus Colum. 10, 215 *pro Petulanti et indomito, pro Eo, quod frenum nolit: vt*, Gell. 1, 15 Prodiga et infrenis lingua.

INFRENATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Marc. 1, 29 Quae libidinis infrenatio in caſtratione.

INFRAGĬLIS, e. Adi. [ἄῤῥηκτος] *Quod frangi non poteſt.* Ouid. Triſt. 1, 5, 53 Si vox infragilis, pectus mihi firmius eſſet, Pluraque cum linguis pluribus ora forent. Animum infragilem tenere Idem ad Liu. 354. Infragilis Plin. 20 in prooem.

INFRANGIBĬLIS, e. Adi. *Qui frangi nequit.* Sen. de Vit. Beat. c. 9 Quum tibi dicam, ſummum bonum eſt infrangibilis animi rigor et prouidentia, ſubtilitas, ſanitas, libertas, decor; aliquid vltra quaeris? *Alii malunt* Infragilis.

INFRASCRIPTVS, *quod ex Gruteri* Inſcriptt. *adfert Borrich. Cogit. p. 136 diuiſim melius ſcribitur.*

INFRĔMO, ĕre. [ἐμβρέμομαι] Sil. 3, 230 Nec bellum raptis tam dirum mille carinis Acrius infremuit, trepidumque exterruit orbem.

INFRENDEO, ēre. *et* INFRENDO, ĕre. [ἐμβρύχω] *Valde frendere; proprie ſignificat Dentes prae nimia ira concutere et inuicem collidere.* Virg. Aen. 3, 664 Dentibus infrendens gemitu, graditurque

que per aequor Iam medium. Virg. Cul. 175 *Scaliger ita legi vult ex MSS.* Obuia toruo ſaepius arrepens infrendere, *vbi editur* arripiens infringere. *De ſerpente irato.*

INFREQVENS, entis. Adi. [ἄπυκνος, σπάνιος] *Parum frequentatum. vt,* Infrequens Senatus, *Paucorum Senatorum conuentus* Liu. 3, 6. Cic. Q. Frat. 2, 12 Nam pridie Idus, quum Appius Senatum infrequentem coëgiſſet. *Qui non frequentat: Vnde* Infrequens miles *dicitur a* Feſto, Qui diutius abeſt a ſignis. Plaut. Trucul. 2, 1, 19 Quin vbi nihil det, pro infrequente eum mittas militia domum. Aur. Vict. de Viris Illuſtr. c. 43. Cic. Q. Frat. 3, 9 ſ. vlt. Et ſum equidem, vt ſcribis, et Romae, et in praediis infrequens. Cultor infrequens deorum Hor. Carm. 1, 34, 1. Interdictum Vlpian. in l. 1 D. de migrando. *Cum Genitiuo:* Gell. 13, 24 Non vsque temere eo Infrequens ſum vocum Latinarum, quas ſubſiciuo aut tumultuario ſtudio colo, vt hanc ignorem interpretationem vulgariam, *i. non adeo parum vtor libris et lingua Latina, non ita imperitus ſum.* Copiae infrequentiores imponuntur Caeſ. B. C. 3, 2. Qua infrequentiſſima vrbis ſunt Liu. 31, 23.

INFREQVENTIA, ae. f. [σπανία] *Raritas et paucitas.* Cic. Q. Frat. 3, 1 Summa infrequentia, quum vellet exire, a COSS. retentus eſt. Liu. 2, 23 Nec agi quidquam per infrequentiam poterat Senatus.

INFREQVENTATVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 4, 10 Vt rebus amicitia vegetetur, quae verbis infrequentata torpuerat. Idem Epiſt. 9, 15 Metrum infrequentatum durius texitur.

INFRĬCO, ui *et* āui, ātum, āre. [ἐντρίβω] *Idem quod Fricare, et Fricando confundere, vel Fricando etiam illinere. Dicimus autem* Infricare vas cinere, *et* Cinerem infricare vaſi. Columel. 12, 30 Et pondo quadrantem amphoris ſingulis infricato et oblinito. Plin. 30, 3 Et ideo tolerabilius eſt paſſeris pullorum ſarmentis crematorum cinerem ex aceto infricare.

INFRICĀTVS, a, um. Partic. [ἐντριφθείς] Plin. 26, 8 Et infricata Polemonia, ariſtolochiae decocto foliis. *Add.* Idem 30, 12.

INFRICTVS, a, um. Adi. *Idem.* Plin. 20, 13. Marc. Empir. c. 10.

INFRICTIO, ōnis. f. Celſ. 8, 11 *fin.* Infrictionem membro adhibere.

INFRIGESCO, ĕre. *Defrigeſcere.* Celſ. 5, 25, 4 Cum infrixit catapotia fiunt. *Add.* Veget. 3, 28.

INFRIGĬDO, āre. *Refrigerare Medici antiqui.* Theod. de Diaet. c. 1 *et* 2. Cael. Aurel. 1, 1, 44. *Vid. Voſſ. de Vit. L. L.* 4, 2 p. 727. *Borrich. Cogit. p. 138. Secunda corripitur* Macrob. 1, 24, 1. Infrigdo Macer. 2, 3, 7.

INFRIGIDATIO, ōnis. f. Veget. 1, 29 Sudoris ſubita infrigidatio.

INFRĪGO, xi, ctum, ĕre. [ἐντηγανίζω] *Simul frigo, vel in patella, aut alio quouis inſtrumento.* Plin. 20, 13 Dederunt et cum bitumine infrictam potioni propter anhelitum. *Sed variatur. Nam quidam* Infractam, Elzeu. Infriatam. *de ruta.*

INFRINGO, ēgi, actum, ĕre. [ἐπικλάζω] *Idem quod Frangere, certe conari frangere.* Plin. 22, 6 Ne inſidens ales infringat. Lilia infringere Ouid. Met. 10, 191. Lingua infringitur Lucret. 3, 156. *i. debilitatur, vt loqui non poſſit.* Lumbos et latus infregi liminibus Horat. Epód. 11, 33. Ouid. Met. 9, 208 *de Hercule furente,* Saepe retentantem totas infringere veſtes — videres. *Pingit Herculem detrahere conantem veſtem Neſſi ſanguine venenatam, ſed retentantem altera manu, ne ſimul cutis et viſcera, quibus illa inhaerebat, deriperet.* Lucret. 6, 142

Sunt etiam fluctus per nubila, qui quaſi murmur
Dant infringendo grauiter; quod item fit in altis
Fluminibus magnoque mari, cum frangitur aeſtu.

¶ 2 *Per translationem quocunque modo debilitare vel mollire adeo ſignificat.* Cic. Att. 7, 2 Ego autem, quum ſciam, quam ſis fortis, vehementius eſſe quiddam ſuſpicor, quód te cogat cedere, et propemodum infringat. Liu. 38, 16 Non tamen ita infregit Animos eorum, vt abſiſterent imperio. Terent. Adel. 2, 1, 46 Homini miſero plus quingentos Colaphos infregit mihi. *Vbi* Donatus: Vt illudens hoc feciſſe Aeſchinus videatur, cum ſonitu ſe colaphizatum ſignificat. Infregit autem, illiſit, inflixit: vt ſit ſenſus, Inflixit homini miſero plus quam quingentos Colaphos. Infringere *eſſe cum motu vehementi imponere, iniicere oſtendit etiam* Stat. Theb. 2, 555 Abſciſſis infringens cautibus vncas Exſuperat iuga dira Manus, *i. manibus comprehendens ſaxa eminentia, enititur. Sic* Articulos infringere Quinct. 11, 3, 158 *eſt leuiter tractis et inflexis ſtrepitum illum minutum excitare. Sic* Stat. Achill. 1, 575 Modo dulcia notae Fila lyrae — monſtrat ducitque manum, digitosque ſonanti infringit citharae, *de Achille Deidamian docente. Amoliri:* Caeſ. B. C. 2, 19 (21) Caeſar habita concione Cordubae, omnibus gratias generatim agit, ciuibus Romanis, quod, *etc.* Gaditanis, quod Conatus aduerſariorum infregiſſent. Deos humili precatu Stat. Achil. 1, 144. Difficultatem montis Colum. 2, 4. Cic. pro Corn. Balb. 15 Eſt enim labes huius ſaeculi quaedam, et macula, virtuti inuidere, velle ipſum florem Dignitatis infringere. Tacit. Ann. 4, 19 Nec infringendum Conſulis Ius, cuius vigiliis niteretur. Cic. in Orat. 6 Quare non eſt, cur eorum, qui ſe ſtudio eloquentiae dediderunt, Spes infringatur, aut langueſcat induſtria, *i. Valde frangatur.* Tribunatus infringi et debilitari videbatur Cic. de Orat. 1 c. 7. Caeſ. B. C. 3, 101 Vt primus excurſus, visque militum infringeretur, aciesque diſtenderetur, *etc. Add.* ib. c. 92. Vires alicuius Propert. 1, 14, 17.

INFRACTVS, a, um. Partic. [ἐπικλασθεὶς] Columel. 8, 17, 13 Nuces digitis infractae ſunt dandae. *Metaphor.* Virg. Aen. 12, 1 Turnus vt infractos aduerſo Marte Latinos Defeciſſe videt. *Vid. Erythraei Ind.* Seruius *tamen* maiorem eſſe ſenſum *contendit,* ſi Infractos intelligamus pro Robuſtis et validis: h. e. Qui prius ſolebant infracti eſſe. *Male, puto.* Aeuo infracto Sil. 15, 651. Cic. Poſt red. ad Quir. 19 c. 8 Eum tamen vidi, quum eſſet ſumma ſenectute, non modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, ſed confirmato atque renouato. *Budaeus hic contra libros legit,* Non modo infracto animo, *vt* Infractus *Non fractum ſignificet.* Plin. 8, 50 Auriculis longis infractisque, armis quam villoſiſſimis, *etc. Quas* infractas aures *vocat Plinius, eae* Colum. 7, 6, 2 *ſunt* flaccidae et praegrauentes. *De* Capris *vtroque loco ſermo eſt.* Infractus Furor tuus inanes faciebat impetus Cic. pro Domo c. 24. Ira infracta conſtitit Ouid. Met. 6, 61. Loquela blanda infracta Lucret. 5, 231. Magnitudo animi interrita, ac ne fortuna quidem infracta Curt. 8, 14, 44. *Add.* 6, 2, 21. *et* 9, 2, 30. Minae infractae Sil. 7, 125 *vt* Irae caſſae v. 123. Liu. 38, 14 Et oratio fuit ſummiſſa et infracta, extenuantis opes ſuas, vrbiumque ſuae ditionis egeſtatem querentis. Te negas infracto Remo commoueri Cic. Acad. 4 c. 25. Idem Att. 9, 12 Tum poterimus deliberare, non ſcilicet integra Re, ſed certe minus infracta, quam ſi vna proieceris te. Rex armis infractus Vell. 2, 37, 2. *Add.* c. 39, 1. Veritas pluribus modis infracta Tacit. Hiſt. 1, 1. Vires infractae ad praelia torpent Virg. Aen. 9, 499. Virtus infracta Stat. Achil. 2, 213. Vocem infractam, capillumque arte compoſitum *etc.* Gell. 3, 5. *Compar.* Pericles oratione nulla ex parte infractiore concionatus eſt Val. Max. 5, 10 ext. 1. ¶ 2 Infractus *pro non fracto, cum diligenter quaeſierint Vorſtius, Pareus, Cellarius, reliqui, nondum habet auctorem* Hieronymo *antiquiorem, et* Symmach. Epiſt. 1, 3 Fractae opes infractos animos repererunt.

INFRACTIO, ōnis. f. [ἐπίκλασις] *Vt,* Infractio animi, *pro Inconſtantia, vel fractione.* Cic. Tuſc. 3, 14 c. 7 Veriſimile eſt igitur, in quem cadit aegritudo, in eundem cadere timorem, et infractionem quandam animi, et demiſſionem.

INFRIO, āre. [ἐπιλειόω] *Friare, et in minutas partes comminuere, cum notatione loci, quo cadant illae minutiae.* Cato R. R. 29, 84, 2. In aquam Id. 156, 4. Columel. 8, 5, 22 Atque ita paullum triti ſalis vulneribus infriatur. Idem 7, 5, 12 Superfuſoque aceto, vel aeris aerugine infriata.

INFRONS, ondis. Adi. Ouid. ex Pont. 4, 10, 31 Hic agri infrondes, hic ſpicula tincta venenis. *h. e. Agri ſine frondibus et arboribus.*

INFRONTATE. Adu. *Impudenter.* Fulgent. Expoſit. ſermon. antiq. 22 Catillare eſt per alienas domos infrontate gyrare. *Vid. Salmaſ. ad* Vopiſc. in Numeriano c. 13.

INFRVGIFER, a, um. Adi. *Idem atque infructuoſus.* Infrugifera arbor Vet. Hor. Scholiaſtes ad Carm. 2, 15, 4.

INFRVCTVŌSVS, a, um. Adi. [ἄκαρπος] *Quod fructum non fert.* Columel. 11, 2, 32 Poſt quem diem ſera et infructuoſa fit huiusmodi rerum cultura. Idem 8, 4 Infructuoſas vites, fecundas ſic facito. *Sic* Plin. 16, 26 Fiunt quaedam loci vitio infructuoſa. *Tralatè.* Epiſtola Sen. Controu. 19. Malitia Tacit. Hiſt. 1, 51, 2. Preces Plin. Epiſt. 8, 23.

INFRVCTVŌSE. Adu. *Idem.* Epiſtolae Hieron. 89, 5. *et* Auguſtin. 9, 4 *et* 137. *it.* de C. D. 21, 9.

INFRVCTVOSĬTAS, ātis. f. Tertull. de Reſurr. carnis c. 33.

INFRVNĪTVS, a, um. Adi. *Proprie videtur eſſe qui frui neſcit, ſtupidus ad vſum bonarum rerum,* ἀπειρόκαλος, *vt eſt in* Vet. Gloſſ. Feſtus, Fruniſcor et frunitum dixit Cato, nosque cum adhuc dicimus infrunitum, certum eſt, antiquos dixiſſe frunitum. Sen. de Benef. 3, 16 *extr.* Infrunita et antiqua eſt, quae neſcit matrimonium vocari vnum adulterium *quaſi dicat, neſcit frui bonis ſaeculi.* Sen. de Vita Beata 23 *Sapiens* nec iactabit *diuitias,* nec abſcondet: alterum *(iactare)* infruniti animi eſt *etc.* νεόπλουτοι *enim ſiue nuper diuitias conſecuti, nondum frui illis poſſunt. Laudatur etiam* Val. Max. 5, 7 ext. 1 Seleuci regis filius Antiochus nouercae Stratonices infrunito amore correptus. *Sed ea eſt coniectura Lipſii; libri omnes* infinito, *quod merito tuentur poſteriores, praeter Pighium. Sed etiam* Gellio 4, 9 *praeter rem tribuitur a Carrione. Libri omnes,* Verba ſi perpetua, et infinita, et obtundentia — neque laudabilia, neque vtilia ſunt. Ἀπεραντολογία *damnatur, cum finis nullus ſit dicendi, etiam ſi vtaris verbis bonis. Simus itaque contenti interim Feſti et Senecae auctoritate, cui accedit* Vulg. Eccleſiaſtici 23, 6 Animae irreuerenti et infrunitae ne tradas me.

INFVCO, āre. *Fuco tingere.* Cic. de Orat. 3, 100 c. 25 *extr.* In ſcriptis et in dictis non aurium ſolum, ſed animi iudicio etiam magis infucata vitia noſcuntur. Infucare aliquid, *Tegere ita fallaciam, vt non deprehendatur:* Plaut. Mil. 2, 6, 46 Nunc pol ego metuo, ne quid infucauerit. Merum Id. Ciſt. 1, 1, 21. *Vid. Taubmann. p. 435 et 822. Gronouii ed. habet vtrobique* infuſcare.

INFVCATIO, ōnis. f. *Apud* Arnob. . . .

INFVDIBVLVM, *vid.* INFVNDIBVLVM.

INFVLA, ae. f. [στέμμα et στέμματα Vet. Gloſſ.] *Definiente* Feſto *ſunt* filamenta lanea, quibus ſacerdotes et hoſtiae, templaque velabantur. *Sic enim legendum pro* velabant, *iam monuit Scaliger. Etymon ſuppeditat* Varro de L. L. 6, 3 p. 70, 6 *quem locum ex comparatis Scaligeri et Scioppii editionibus ſic conſtituimus: (Et ita viſum etiam Dion. Voſſio ad* Caeſ. B. Ciu. 2, 12) Infulas dictas apparet in hoſtiis, quod filamenta e lana, quae adduntur infra (*pro vulg.* intra) hoſtiarum cornua velamenta erant. *Nempe* infulae *ſunt quaſi* inferulae, *dependentia circa caput filamenta, quae a* vitta *ſ.* vittis *conſtringuntur.* Velamenta *vocantur* infulae *etiam a Liuio, cuius loca damus mox* n. 5. *et infra in* VELAMENTVM. *Non moramur* Iſidorum 19, 30, *qui haec permutare videtur, dum* vittas ab infula dependentes *facit, in quo conſentientem, an praeeuntem? habet* Seruium *ad* Aen. 10, 538 Infula cui ſacra redimibat tempora vitta. *Qui contulerit inter ſe loca, quae hic dabuntur, et in* VITTA, *non metuimus, ne verum nos dixiſſe, non videat. Quin ipſe* Iſidorus, *vbi dixit,* Infula eſt faſciola ſacerdotalis capitis alba in modum diadematis, a qua vittae ab vtraque parte dependent, *addit,* quae infulam vinciunt. Vnde et vittae dictae, quod vinciant. *Vltima vera ſunt; ſed non ſatis ſuperioribus, cohaerent. Nec Scaligeri etymologian noſtrae, h. e. Varronianae, vt putamus, praeferimus, qui* Infilare *vel* Infulare *veteribus amicire, velare ſignificaſſe autumat.* Infulas *dependiſſe a* vitta, *docet* Lucret. 1, 88 *de* Iphianaſſa ſ. *Iphigenia dicens,* Quoi ſimul Infula virgineos circumdata cultus Ex vtraque pari malarum parte profuſa eſt. Virg. Georg. 3, 487 Lanea dum niuea circumdatur infula vitta: *quis non videt,* vitta *conſtrictam et alligatam* Infulam *vtrinque dependiſſe, et velaſſe caput? Eodem ſenſu* Ouid. ex Pont. 3, 2, 74 Ambiat vt fuluas infula longa comas: dumque parat ſacrum, dum velat tempora vittis: vittis *adſtringentibus* infulas, *quas latius quiddam et velando capiti aptum fuiſſe, ipſum* velamenti *nomen indicat. Semper ergo vna ſunt* infula *et* vitta. *Satis autem eſt alterum memoraſſe apud intelligentes rerum: vnde promiſcue non nunquam haec duo poni videntur, ſalua interim propria vtriusque ſignificatione. Adhibita autem infula* ¶ 2 *primo in hoſtiis, capitis, oculorum praeſertim obnubendorum cauſa, ne ad conſpectum ictus contremiſcerent fugamque, quod mali ominis erat, molirentur. De hac* infula *agunt loci, quos ex* Varrone, Lucretio, Virgilio, Ouidio *huc vsque excitauimus. Sic* Caligula *apud* Sueton. c. 27 *aliquem, qui ſe pro ſalute ipſius deuouerat,* cunctantem pueris tradidit verbenatum infulatumque, qui votum repoſcentes per vicos agerent, quoad praecipitaretur ex aggere. *Itaque tractauit miſerum hominem vt victimam. Hinc* Flor. 4, 2, 92 Quae omnia velut infulae in deſtinatam morti victimam congerebantur, *de honoribus in Caeſarem paullo ante caedem collatis.* ¶ 3 Templorum *etiam fuiſſe infulas, e*

Feſto *iam indicatum eſt. Dion. Voſſ.* ad Caeſ. B. C. 2, 12 *emendat hac parte* Feſtum, *et legit* hoſtiae tempora *pro* hoſtiae templaque velabantur. *Sed fauet vulgatae* lectioni Virg. Aen. 4, 457

Praeterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
Velleribus niueis et feſta fronde reuinctum.

De ead. re Ouid. Epiſt. 7, 99 Eſt mihi marmorea ſacratus in aede Sichaeus, Appoſitae frontes velleraque alba tegunt. *Haec* vellera *pro* infulis *accipere nihil prohibet. Certe* Vellera infulae *ſunt* Stat. Theb. 2, 95. *Hic Laius*

Tireſiae vultus, vocemque, et vellera nota
Induitur. Manſere comae, propexaque mento
Canicies, pallorque ſuus. Sed falſa cucurrit
Infula per crines, glaucaeque innexus oliuae
Vittarum prouenit honos. *Ac deinde* v. 120
Dixit, et abſcedens — ramos ac vellera fronti
Deripuit, *etc.*

Et quo minus de templo *miremur*, Liu. 30, 36 Velata nauis infulis et ramis oleae Scipioni occurrit, in portu Carthaginis. *Et* Prudent. Periſteph. 4, 79 Sacerdotum domus infulata memoratur. ¶ 4 *Praeſertim autem* Sacerdotum *fuere* Infulae. *De* Tireſia, *Sacerdote et Vate Apollinis, modo vidimus.* Cic. Verr. 4, 110 c. 50 Praeſto mihi ſacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt. Virg. Aen. 2, 429 Nec te tua plurima, Panthu, Labentem pietas, nec Apollinis infula texit. *De Veſtalibus* Prud. in Symm. 2, 1035 Interea dum torta vagos ligat Infula crines. Stat. Theb. 4, 218

Vatem cultu Parnaſſia monſtrant
Vellera, frondenti crinitur caſſis oliua:
Albaque puniceas interplicat Infula criſtas.

De alio ſacerdote bellatore Stat. Theb. 7, 717 Excuſſis apparuit Infula criſtis. Iuſtin. 23, 8 Repente vniuerſorum templorum antiſtites, ſimul et ipſi vates *(Delphici)* ſparſis crinibus cum inſignibus atque infulis pauidi vecordesque in primam aciem pugnantium proruunt. Lucanus 5, 147 *de Phemonoë*, Torta priores Stringit vitta comas, crinesque in terga ſolutos Candida Phocaica complectitur Infula lauro. *Sic* Fratrum arualium *apud* Gell. 6, 7 inſigne ſpicea corona et albae Infulae. Infulae *etiam ſunt quas* Fetialibus *tribuit* Liu. 1, 32 capite velato; filo lanae velamen eſt. *Hinc in ipſam Eccleſiam tranſiit, ſed ſerius. Vid. Dufreſnius: et Adr. Steger de Infulis ſacrae dignitatis inſignibus* §. 14. *Ipſe quoque Apollo Vatum praeſes* Infulam habet. Martian. Capell. 1 p. 8 Clario *(eum enim eſſe Apollinem, infra docemus)* fidibus perſonanti, atque inter ſerta laurigera infularum lubrico implexoque crine redimito. Serta laurigera, *ſunt* vittae, *quae* infulas *continent. Ergo Poëtae quoque, ceu Vates*, Infulam *ſibi tribuunt.* Stat. Silu. 4, 4, 93 *poſtquam abſolutam a ſe Thebaida dixit, et* vittas *eo nomine* votifera in arbore ſuſpenſas, *pergit:* Nunc vacuos crines alio ſubit Infula nexu, Troia quidem magnusque mihi tentatur Achilles. ¶ 5 Supplicum *etiam* Infula *erat et pacem petentium.* Caeſ. B. Ciu. 2, 12 Tum hoſtes — inermes cum infulis ſeſe porta foras vniuerſi proripiunt. *Huc pertinet illa* nauis cum infulis, *de qua n. 3. ex* Liu. 30, 36. *Nec dubium eſt, easdem intelligi* Liu. 24, 30 Ramos oleae ac velamenta alia ſupplicum porrigentes, *vt* 25, 25 Legati Tycha et Neapoli cum infulis et velamentis venerunt, precantes, vt a caedibus et ab incendiis parceretur. Tacit. Hiſt. 1, 66 Haud ignari diſcriminis ſui Viennenſes velamenta et infulas praeferentes — arma, genua, veſtigia prehenſando. ¶ 6 Infulae *igitur velut ſanctos atque ἀσύλους praeſtant.* Sen. Conſol. ad Helu. c. 13 Qui aduerſus ſaeuiſſimos caſus ſe extollit, et ea mala, quibus alii opprimuntur, euertit, ipſas miſerias Infularum loco habet. *Et* Epiſt. 14 Ad philoſophiam ergo confugiendum eſt. Hae literae, non dico apud bonos, ſed apud mediocriter malos infularum loco ſunt — Nunquam ſic contra virtutes coniurabitur, vt non philoſophiae nomen venerabile et ſacrum maneat. ¶ 7 *Puto etiam in crepundiis et ornamentis puerorum fuiſſe* Infulas, *quibus forte illos ab iniuria munire et egregie ornare vellent. Inducunt me, vt ita putem, duo loci Ciceronis. Alter eſt* de Orat. 3, 73 c. 21 Pamphilumque neſcio quem ſinamus in infulis tantam rem (Eloquentiam) tanquam pueriles delicias pingere. *Videtur pictor ille pinxiſſe Eloquentiam τὸν λόγον, pueruli inſtar pulchre exornati. Alter* de L. Agrar. 1 c. 2 *de agro Corinthio, et vtriusque Carthaginis*, His inſignibus atque infulis imperii venditis, quibus ornatam vobis maiores veſtri remp. tradiderunt. Tertull. de Anima 39 *inter puerperii ſuperſtitiones*, Vteri infulis apud idola confectis redimiti, genimina ſua daemoniorum candidata profitentur. ¶ 8 *Sequiori demum aetate ad Magiſtratuum et Principum adeo Regumque maieſtatem indicandam adhiberi hoc nomen* coepit. Spartian. Hadr. 6 Marcium Tuberonem poſt Mauritaniae praefecturam, infulis ornatum Pannoniae Daciaeque ad tempus praefecit: *Aduocat hic Caſaubonus* Gloſſ. Iſid. Infula, ſacerdotalis vitta, et adminiſtratio iudicialis. *Salmaſius ita conſtituit et explicat h. l.* Infulis ornatum Pannoniae *(i. titulo praefecturae Pannonicae)* Daciae quoque praefecit. *Sed Barth. ad* Stat. Theb. 2, 95 p. 321 *interpretatur ſanctiorem et pleniorem poteſtatem. Melius, puto, Salmaſius.* Imp. Conſtantin. l. 1 C. de temp. et repar. appell. Si quis per abſentiam nominatus ad duumuiratus aliorumue honorum Infulas. Caſſiod. Varr. 2, 1 Curules infulas praeſtitimus Candidato, *i. magiſtratum curulem, conſulatum. Vid. Broſſeus ad h. l. Sic* l. 1 C. de Conſul. Pares Infulis *dicuntur, qui vtrique ſunt conſulares. Add. de* Infulis Conſulatus, *et* Praefectorum Praetorio l. 66 C. de Decur. *Adeo vulgare eſt huic aetati* Infulas *pro honore ponere, vt non difficile ſit, ab imo ad ſummum gradum aſcendere, ab* ingenuitatis infulis, *quae conditioni ſeruili opponuntur* l. 4 C. de Praep. Sacri cubic. *ad ipſius Imperatoris* Infulas l. vlt. Cod. de quadr. praeſcr. *in ipſo fine*, Ex eo tempore valitura, quo nutu diuino imperiales ſuſcepimus infulas. *Iam* Treb. Pollio Gall. c. 10 de Odenato, quod ſe fortibus factis dignum tantae maieſtatis infulis declarauit. *Conf. laudatus Stegeri libellus, de Infulis ſacrae dignitatis inſignibus.*

INFVLĀTVS, a, um. Adi. *Infula ornatus.* Suet. Calig. c. 27 Cunctantem pueris tradidit verbenatum infulatumque. Domum infulatam *iam vidimus e* Prudent. Hymn. Mart. Caeſarauguſt. ſ. Periſteph. 4, 79.

INFVLCIO, īre. *Pro Ingerere.* Sen. Epiſt. 114 Non deſinit omnibus locis hoc verbum infulcire. Suet. Tiber. c. 53 Mori inedia deſtinanti infulciri, per vim ore diducto, cibum iuſſit.

INFVLGENS, entis. [ἐπιστίλβων] *Partic. ſine Verbo, Idem quod Fulgens. Laudatur* Catul. Argon. ſ. 63, 386 Saepe pater diuûm templum infulgente reuiſens, *etc. Sed meliores* templo in fulgente.

INFVLLONICATVS, a, um. Adi. ἄγναφος Gloſſ. Gr. Lat.

INFV̄MO, āre. [ὑποκαπνίζω] *Ad fumum ſiccare.* Apul. Met. 1 p. 106 (*vbi Elmenh.* infimare) *Al.* Deos infumare. Plaut. . . Atque hilas infumatas, et fumen. Plin. 28, 9 Et infumata pilis oculorum medetur. *de ceruſſa.*

INFVMIBVLVM, i. n. *vid.* INFVRNIBVLVM. *Nempe aliqui apud* Plinium 24, 15 *non* Infurnibulum, *neque* Infundibulum, *ſed* Infumibulum *legunt Harduin.* ſ. 85 Infurnibulum *recepit.*

INFVNDO, ūdi, ūſum, ĕre. [ἐγχέω, εἰσχέω, ἐπιχέω] *Ex Simplici intelligitur.* Poculum infundere alicui Hor. Epod. 5, 77. Infundere faucibus Columel. 6, 6. Gemmas margaritasque mare litoribus infundit Curt. 8, 9. Cic. Tuſc. 1, 61 Vtrum capacitatem aliquam in animo putamus eſſe, quo tanquam in aliquod vas ea, quae meminimus, infundantur? In naribus infundere Col. 6, 4, 2. Infundere per nares Idem 6, 5, 3. *Metaphor.* Geminum agmen vrbi infudit Flor. 3, 21, 6. Hinc illa immenſa agmina infuſa in Graeciam Curt. 5, 6, 1. Cic. de Clar. Orat. 62 Quum homines humiliores in alienum eiusdem nominis infunderentur genus. Idem de Orat. 2, 355 c. 87 Vt illi non infundere in aures tuas orationem, ſed in animo videantur inſcribere. Cic. de Legib. 3, 32 c. 14 Quo pernicioſius de Repub. merentur vitioſi principes, quod non ſolum vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem. Cic. Philipp. 11, 13 At hic nuper ſororis filio infudit venenum, non dedit, *i. non fraudi vſus, ſed vi, vt in iumentis curandis.* Infundere cribro, *pro In cribrum* Sen. de Benef. 7, . . *Supra fundere:* Virg. Georg. 1, 385 Certatim largos humeris infundere rores.

INFV̄SVS, a, um. Partic. [ἐγχυθείς] Plin. 20, 13 Infuſo in aures ſucco. Capiti infuſa Scribon. 2. Infuſae per cornu res 7. — naribus 8. Collo infuſus amantis Ouid. Epiſt. 2, 93. Maria terrae Plin. 32, 11. Mens per artus Virg. Aen. 6, 26. Pax per aequora Sil. 7, 258. Populus Virg. Aen. 5, 552. Id. ibid. 9, 461 Iam ſole infuſo, iam rebus luce retectis. *Subauditur* Terris. Verecundia Cic. ad Q. Fratr. 2, 10. *Al. rectius* infulſa. Infuſum Scribon. 1. *ſaepius perfuſum ac veluti maceratum humore.*

INFV̄SVS, ûs. m. [ἔγχυσις] Plin. 24, 6 Sonitus aurium emendat infuſu, ſtrumas illitu.

INFVSIO, ōnis f. *Idem.* [ἐπίχυσις] Oui infuſio Scribon. 20. Plin. 20, 21 Vuluas et cibo et infuſione mollit in oleo. Pall. Febr. 25, 22 Infuſio caeleſtis, *i. imber.*

INFV̄SOR, ōris. m. Prudent. Cathem. 4, 11 Infuſor fidei.

INFVNDIBV̄LVM, i. n. [χώνη] *Inſtrumentum, quo in vaſa oris anguſti infundimus liquores.* Columel. 3, 12 Raram ſupra modum velut per infundibulum transmittere imbres. Bibere infundibulo appoſito Vopiſc. Aurel. c. vlt. Infundibulum Vitruu. 10, 10. *vocat Illud, quod paullatim frumentum molis ſuggerit. Conf.* INFIDIBVLVM. *Variant enim valde libri in hoc nomine. Sic apud* Pallad. *loco quem damus ſtatim in* INFVRNIBVLVM, Infidibulum *habent alii, alii* Infudibulum, Infundibilum, Infidublum. *Sic* Infudibulum *editur* Cato. 10, 1. 11, 2. *Conf.* Colum. 3, 18, 6.

INFVRNIBV̆LVM, i. n. *Caminus paruus mobilis, qui furni ſpiraculo imponitur, ad fumum emittendum. Apud* Plinium 24, 15 ſ. 85 Radix eius imponitur carbonibus cupreſſi: atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tuſſi. *Sic ex bonis libris poſt Hermolaum etiam Hard. Alii, et inter hos vetuſti codices*, Per infundibulum. *Et eſt res ſimilis*, Infundibulum *inuerte, habebis* Infurnibulum, *et hoc conuerſo vteris inſtar* infundibuli. Pallad. Iun. 7, 2 Quod vas ita figuratum ſit, vt velut inuerſi infundibuli anguſto ore fumum poſſit emittere.

INFVSCO, āre. [ἐμφαιόω] *Fuſcum reddere.* Plin. 9, 29 Infuſcata aqua abſconduntur. *i. Obſcurata et turbida facta, vel turbata.* Idem 2, 51 Quae humida, non vrunt, ſed infuſcant. *de fulminibus.* Columel. 11, 2 Naturalis autem maturitas eſt, ſi quum expreſſeris vinacea, quae acinis celantur, iam infuſcata, et nonnulla propemodum nigra fuerint. Virg. Georg. 3, 433 Sanie infuſcatur arena. *nigricantem colorem accipit. Hinc idem fere, quod polluere eſt.* Cic. de Clar. Orat. 258 c. 74 Sed omnes tum fere, qui nec extra vrbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcauerat, recte loquebantur. Ne victoriae gloria ſaeuitiae macula infuſcaretur Iuſtin. 12, 5, 5. *MS. quidam* offuſcaretur. Cic. pro Planc. 22 c. 9 Laudanda eſt, vel etiam amanda vicinitas retinens veterem illum officii morem, non infuſcata maleuolentia, non aſſueta mendaciis, non fucata, non fallax, *etc.* Pectus infuſcare illuuie ſcabrum Idem Tuſc. 3, 26. *ex Poëta.* Columel. 12, 19, 2 Nec omnino quidquam permiſcendum, quo naturalis Sapor eius infuſcetur. Plin. 10, 29 *de luſciniis*, Modulatus editur ſonus, — promittitur ſpiritu reuocato, infuſcatur ex inopinato. Vellera Columel. 7, 3. Virg. Georg. 3, 389. Columel. 11, 2, 69 Si vinacea, quae acinis celantur, iam infuſcata, et nonnulla propemodum nigra fuerint. Vinum, *pro Aqua diluere* Plaut. Ciſt. 1, 1, 21. Infucare, *Edit. vet. Vid. Taubm. ad loc. qui* infuſcare *probat, vt et Gronou. Add.* Plaut. Mil. 2, 6, 46. Nunc Pol ego metuo, ne quid infuſcauerit, *i. turbauerit, corruperit, non ſatis aſtute agendo perſonam ſibi impoſitam.*

INFV̄SCVS, a, um. Adi. [φαιός] *Idem quod Fuſcus.* Colum. 9, 10, 1 Quidam etiam infuſci atque hirſuti reperiuntur. *Sic* 9, 3, 1 Infuſci coloris apes.

INFVSCATIO, ōnis. f. Plin. . .

I N G

INGEMĬNO, āre. [ἐπιδιπλασιάζω] *Simplici hoc addit compoſitio, vt Frequentius geminare ſignificet.* Virg. Georg. 1, 411 Tum liquidas corui preſſo ter gutture voces Aut quater ingeminant. Hoſtiles ingeminauit opes Ouid. Faſt. 6, 568. *Neutrum:* Virg. Georg. 1, 333 — ingeminant Auſtri, et denſiſſimus imber. Seruius Ingeminant pro Ingeminantur poſitum eſſe *aſſerit.* Clamor ingeminat Virg. Aen. 5, 227. Curae ingeminant Id. ibid. 4, 531.

INGEMINĀTVS, a, um. Partic. [δεδιπλασμένος] Nobilitas ingeminata Ouid. ex Pont. 4, 16, 44. *i. paterna et materna.*

INGĔMO, ui, ĭtum, ĕre. [ἐπιστένω, καταστένω] *Idem quod Gemo.* Virg. Georg. 1, 46 Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere. Agris ingemere, *In agris gemere prae labore* Tacit. de Germ. 46, 7. Laboribus ingemens Hor. Epod. 5, 31. Malis ingemuiſſe propriis Ouid. ex Pont. 1, 2, 10. Morituro nemo ingemuit Sen. Herc. Oet. 13. Iacentem ingemuere Inachidae Stat. Theb. 9, 2. Caeſos ingemunt gnati Patres. Sen. Herc. Oet. v. 1785. Solum

lum ingemuit Ouid. Met. 14, 407. Ingemuiſtis voce huius audita Liu. 4, 49.

INGEMISCO, ĕre. [στενάχω] *Idem quod Primitiuum.* Pueri Spartiatae non ingemiſcunt verberum dolore laniati Cic. Tuſc. 5 c. 27. Id. ibid. 2, 21 Quem vidit nemo vlli ingemiſcentem malo. *Ex Poëta.* *Vid.* Idem de Orat. 1, 230. Sen. Herc. Oet. 1732 Ingemiſcit ignis ad durum iecur.

INGEMISCENDVS, a, um. Part. Ammian. 30, 7 Clades ingemiſcendas vindicare.

INGENĔRO, āre. [ἐμφύομαι] *Ex Simplici intelligitur.* Cic. de Fin. 5, 24 Et illum appetitum rerum a natura accommodatarum, ingeneratum putauerunt omnibus, qui continentur ea commendatione naturae, qua ſe ipſi diligunt. Ingenera: nunc ſunt genitalia tempora mundi Colum. 10, 196. *Generationem plantarum in horto tuo promoue.* Deus ingenerat iras Stat. Theb. 4, 230. Cic. L. Agr. 2, 94 Non ingenerantur hominibus mores tam a ſtirpe generis ſeminis, quam ex his rebus, quae ab ipſa natura loci, et a vitae conſuetudine ſuppeditantur, quibus alimur, et quibus viuimus. Ingenerat amorem in eos, *etc.* Cic. Off. 1, 12 c. 4. Ingenerauit natura ſocietatem vtriſque Liu. 5, 27. Ingenerata familiae tuae frugalitas Cic. pro Sext. 21 c. 9. Non decet Tam vetus ſine liberis Nomen eſſe, ſed indidem ſemper Ingenerari Catull. 62, 212. *in hoc genere generari, in hac familia.*

INGENERASCO, ĕre. *Idem quod Ingenero, a quo deſcendit, vt a Labo, Labaſco; ab Integro, Integraſco, etc.* Lucret. 3, 746 Et iam caetera de genere hoc, cur omnia membris Ex ineunte aeuo ingenerascunt, inque genuntur. *Sic iam editur. Alii aliter.*

INGENITVS, *vid.* INGIGNO. ¶ 2 Ingenitus, a, um. Adi. *Non genitus.* Arnob. 1 p. 17.

INGENICVLVS, i. m. *Qui Graecis Engonaſis dicitur, Nixus genibus, ſideris nomen.* Firmic. 8, 17. Manil. 5, 639. *Vid.* ENGONASIS.

INGENICVLO, āre. Hygin. Aſtron. 2, 6 *dicit*, poſtquam Herculem tela deficerent, ſe ingeniculaſſe. *Conf.* Lamprid. Heliog. c. 5.

INGENICVLATVS, i. m. *Idem ſidus Herculis.* Vitruu. 9, 6 Pes Ingeniculati.

INGENIVM, i. n. [ἐυφυΐα, ἀγχίνοια, τὸ] *Proprie Natura dicitur cuique ingenita.* Plaut. Bacch. 2, 3, 42 Immo ingenium auidi haud pernoram hoſpitis. Ter. Andr. 1, 1, 66 Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi. *Vbi* Donatus, Ingeniis, hominibus. Idem Heaut. 1, 1, 99 Ingenio te eſſe in liberos leni puto. Ingenium patris habet, quod ſapit: *i. Moribus aut prudentia ſimilis eſt patri, ſiue Patrem refert moribus* Plaut. Poen. 5, 4, 28. Liu. 3, 36 *pr.* Ille finis Appio alienae perſonae ferendae fuit, ſuo iam inde viuere ingenio coepit. *Ad vires animi a voluntate diuerſas interdum refertur.* Cic. de Fin. 5, 36 c. 13 Prioris generis (*eorum, quae ingenerantur ſuapte natura*) eſt docilitas, memoria: quae fere omnia appellantur vno ingenii nomine, easque virtutes, qui habent, ingenioſi vocantur: *deinde diſtinguit* alterum genus magnarum verarumque virtutum, quas appellamus voluntarias, vt prudentiam temperantiam, fortitudinem, iuſtitiam, et reliquas eiusdem generis. Feruidus ingenio Ouid. Met. 14, 485. Tacit. Hiſt. 1, 24 Is mobiliſſimum quemque ingenio, *etc.* Saeuior ingenio Ouid. Met. 1, 126. ¶ 2 *Subſtantiua:* Acies acris ingenii, *vid.* ACER. Acumen ingeniorum, *vid.* ACVMEN. Amor Ouid. Amor. 1, 9, 33. Quae docta Facultas Ingenii, linguaeque modus! reſponſa verentur Legati Claud. Conſ. Honor. 4, 515. *i. facundia.* Genus praecox ingeniorum Quinctil. 1, 3. Gratia ingenii Idem in prooem. 1. Igniculi ingenii Id. ibid. 6. Cic. in Brut. 59 Vt hominis decus ingenium, ſic ingenii ipſius lumen eſt eloquentia. Imbecillitas ingenii Plin. Epiſt. 4, 18. Magnitudo ingenii Cic. Acad. 4, 1. Monumenta ingeniorum Quinctil. 3, 7. Natura ingenii praeſtans vir Idem 12, 1, 25. Natura humani ingenii Idem in prooem. 1. Succus ingenii Id. ibid. Tarditas Id. 1, 1. Turpitudo Paterc. 2, 69. Plin. Epiſt. 4, 20 Tu ingenii ſimul doloriſque velis latiſſime vectus es. Vena benigna Hor. Carm. 2, 18, 9. Vigor Ouid. Met. 8, 254. Virtutes Quinctil. in prooem. 6. ¶ 3 *Epitheta:* Abruptum ingenium, *vid.* ABRVMPO. Cic. in Orat. 18 Item Vir acerrimo ingenio. *Vid.* ACER. Acutum, *cui contrarium eſt* Retuſum Cic. de Diuin. 1, 79. *Vid.* ACVO. Alieno Epiſt. 4, 2. Aptius ingenium flammis Ouid. Met. 14, 26. Bonum, *vid.* BONVS. Caeleſte Ouid. de Arte Am. 1, 185. Candidum Hor. Epod. 11, 16. Capax Ouid. Met. 8, 533. Coacta Sen. de Tranq. An. c. 6. Confirmatum et corroboratum, *vid.* CONFIRMO. Contuſum Plin. Epiſt. 8, 14. Copioſiſſimum, *vid.* COPIA. Diues Ouid. Triſt. 2, 335. Diuinum Cic. Acad. 4, 117. Dulciſſimum Plin. Epiſt. 8, 12. Durum Hor. Carm. 3, 21, 13. Eminens Quinctil. in prooem. 6. Plin. Epiſt. 2, 13 Ingenium excelſum, ſubtile, dulce, facile, eruditum in cauſis agendis. Exercitum adulatione Tacit. Hiſt. 4, 40. Eximium Cic. Tuſc. 5, 68. Expertum Tacit. Hiſt. 4, 42. Cic. in Orat. 48 Nihil enim feracius ingeniis, his praeſertim, quae diſciplinis exculta ſunt. Ingenia feracia *vocat* Cicero, *Quae multa facile ſolent excogitare, quale fuit ingenium Archiae Poëtae, de quo ita idem* Cicero pro Arch. 18 Quoties ego hunc vidi, quum literam ſcripſiſſet nullam, magnum numerum optimorum verſuum, de iis ipſis rebus, quae tum agerentur, dicere ex tempore? quoties reuocatum, eandem rem dicere commutatis verbis atque ſententiis? Feruentius amni rapido ingenium Hor. Serm. 1, 10, 63. Fortius Ouid. Epiſt. 19, 6. Fortunatius arte ingenium Hor. de Arte Poët. 295. Fractum et contuſum Plin. Epiſt. 8, 14. Gnauum Liu. 3, . . . Grande doloris Ouid. Met. 6, 574. Martial. 2, 44 O grande ingenium mei ſodalis. Hebetatum, fractum, contuſum, tardum Plin. Epiſt. 8, 9. Ignotum Tacit. Hiſt. 4, 42. Illuſtre Idem ibid. Cic. pro Cael. 1. Imbecillum Quinctil. 2, 8. Immanſuetum Ouid. Met. 15, 85. Immemor Cic. in Brut. 174. Imperſpicua, incerta, fallaciaque ſunt iudicum Plin. Epiſt. 1, 20. Importunum, *vid. h. v.* Indocile Sen. Thyeſt. 3. Iners Ouid. Amor. 1, 15, 2. Infelix, *vid. ſ. l.* Ingens Hor. Serm. 1, 3, 34. Inhumanum Ter. Eun. 5, 2, 41. Inquietum, Inſanabile, *vid. hh. vv.* Inſanum Plin. Epiſt. 4, 7. Integrum, Inuerecundum, *vid. hh. vv.* Iucundum et elegans Quinctil. 5, 13. Lene Ter. Heaut. 1, 1, 99. Liberale, *vid. ſ. l.* Liberius, quam virginem decet Liu. 4, . . Limatius Plin. Epiſt. 1, 20. Magnum Cic. Acad. 4, 1. Malum Quinctil. 1, 3. Medium, Mediocre, Memorabile, *vid. hh. vv.* Mite Ouid. Met. 13, 187. Iuuen. Sat. 4, 82. Plin. Epiſt. 1, 11 Eſt alioqui Regulo tam mobile ingenium, vt plurimum audeat, plurimum timeat. Molle Ouid. Epiſt. 15, 84. Multiplex Cic. Att. 6, 2. Obnoxium, *vid.* OBNOXIVS. Cic. in Brut. 110 Quamquam iis quidem non omnino ingenium, ſed oratorium ingenium defuit. *Quod autem ſit* Oratorium ingenium, *ipſe* de Orat. 1, 113 *ita quaſi deſcribit:* Animi, atque ingenii celeres quidam motus eſſe debent, qui ad excogitandum acuti, et ad explicandum ornandumque ſint vberes, et ad memoriam firmi atque diuturni. Par Cic. pro Corn. Balb. 1. Paruum Hor. Epiſt. 1, 3, 22. Peracre Cic. de Orat. 3, 124. Perelegantis ingenii vir Heſiodus Paterc. 1, 7 *pr.* Pingue Ouid. Met. 11, 148. Prauum hominis Plin. Epiſt. 3, 9. *non ita procul a fine.* Ingenium quondam fuerat Pretioſius auro Ouid. Amor. 3, 8, 3. Probabile Cic. in Brut. 180. Ingenium eſt omnium hominum a labore Procliue ad libidinem Ter. Andr. 1, 1, 50. Promtum ad aſperiora Druſo erat Tacit. Ann. 1, 29. Pudicum Ter. Hec. 1, 2, 77. Pulcherrimum Plin. Epiſt. 8, 12. Martial. 9, 51 Ingenium mihi Gaure probas ſic eſſe puſillum, Carmina, quod faciam, quae breuitate placent. Rectum vtroque vorſum Plaut. Capt. 2, 3, 8. Rude Quinctil. 1, 2. Saeuum Plin. Epiſt. 4, 22. Solers Sen. Theb. 1, . . Cic. de Orat. 2, 135 Subacto mihi ingenio opus eſt: vt agro non ſemel arato, ſed nouato et iterato, quo meliores fetus poſſit et grandiores edere. Summa Plaut. Capt. 1, 2, 62. Tardum Cic. de Orat. 2, 117. Id. de Amicit. 66 Neque enim fidum poteſt eſſe multiplex ingenium, et tortuoſum. Plin. Epiſt. 1, 16 Laudabam Saturnini ingenium, etiam antequam ſcirem, quam varium, quam flexibile, quam multiplex eſſet. Velox, ac mobile Quinctil. 6, 4. Iuuen. Sat. 3, 73. Venerabile Iuuen. Sat. 15, 145. ¶ 4 *Verba:* Abundare ingenio Cic. Fam. 4, 8. Acuere ingenium Quinctil. 1, 4. *Vid.* ACVO. Aequiparans ingenium mores Ouid. ex Pont. 2, 5, 44. Alere ingenium Quinctil. 1, 8. Aſſequi ingenium, *vid.* ASSEQVOR. Auferre famam ingenii Quinctil. 4, 1. Certare ingenio Lucret. 2, 11. Claudicat ingenium Idem 3, 454. Comminuere vires ingenii Ouid. ex Pont. 3, 3, 34. Conferre ingenium, Conſumere ingenium in muſicis, *vid. hh. vv.* Recta ingenia debilitat verecundia, perverſa confirmat audacia Plin. Epiſt. 4, 7. Declinare ab ingenio alicuius, *vid.* DECLINO. Deficit ingenium Ouid. Faſt. 2, 123. Detrectat liuor ingenium Homeri Idem de Rem. Amor. 365. Diffidere ab ingenio alicuius Id. Epiſt. 7, 36. Dare vela ingenio Id. Faſt. 3, 790. Exercere ingenium multiplici, variaque materia Quinctil. 2, 4. Facere ingenium alicui Propert. 2, 1, 4. Fregerunt mala ingenium meum Ouid. Triſt. 3, 14, 33. Amicûm ingenio Fretum, non ſuo Ter. Heaut. prol. v. 22. Habere ingenium in numerato Quinctil. 6, 3. Habere multum ingenii ad fingendum Cic. pro Font. 30 c. 14. Iactandi ingenii gratia Quinctil. 3, 1. Clariſſimum deinde Homeri Illuxit ingenium, ſine exemplo maximum Paterc. 1, 5 *pr.* Vbi Intenderis ingenium, valet Sall. Catil. c. 51. Inueſtigata ingeniis oracula Ouid. Met. 15, 146. Imbuere ingenium artibus, *vid.* IMBVO. Immutare ingenium moribus, *vid.* IMMVTO. Immutatur ingenium coactum egeſtate, *vid.* IMMVTO. Induere ſibi ingenium nouum, *vid.* INDVO. Ingurgitare ingenium poculis, *vid.* INGVRGITO. Laborare ingenio, *vid.* LABORO. Manent ingenia ſenibus, *vid.* MANEO. Minuunt ingenium labores Ouid. ex Pont. 3, 4, 11. Mollitur ingenium ab arte Idem de Arte Am. 3, 545. Mouent ingenium mala Id. ibid. 2, 43. *h. e. Pericula reddunt hominem induſtrium.* Noſcere ingenium, *vid.* NOSCO. Offerre Tacit. Ann. 14, 3, 4. Ornatus bono ingenio, *vid.* ORNATVS. Perſpicere ingenium et naturam pueri Quinctil. 1, 4. At non ingenio Quaeſitum nomen ab aeuo Excidet: ingenio ſtat ſine morte decus Propert. 3, 1 *extr.* Ter. Hec. 1, 2, 38 Si mihi fidem das te taciturum, dicam. PH. ad ingenium Redis. *Vbi Budaeus ex* Donato, A ſe diſceſſerat ſeruus loquax, qui aliquantiſper tacere abſtinuerat. *Add.* Ter. Adelph. 1, 1, 46. Cic. Diuin. Verr. 57 Rediit ad ſe, atque ad mores ſuos. Liu. 2, 22 Ita Volſcis ſuum Rediit ingenium. Reſpondent, *vid.* RESPONDEO. Seruire ingenio Propert. 1, 7, 7. Subdere ſtimulos ingenii Ouid. Triſt. 5, 1, 76. Subſtitit ingenium malis Idem Epiſt. 15, 196. *Sum:* Ingenium Galli pulchra Lycoris erat Martial. 8, 73. Plaut. Ciſtel. 2, 1, 7 Ita mihi ingenia ſunt, quod lubet, non lubet iam id continuo. *i. Ita ingenium mihi varium eſt.* Ingenio diuino eſſe Cic. Acad. 4, 117. Tractare ingenia Quinct. 1, 2. Valere ingenio Idem 1, 8. Ouid. Amor. 1, 15, 4. Vti alterius ingenio Tac. Hiſt. 1, 90. *i. eloquentia.* *Alium ſenſum habet ap.* Petron. c. 112. ¶ 5 *Obſ.* Ingenium animi *de pecudibus* Colum. 6, 1, 1. Ingenio arbuſta nata ſunt, non conſita Naeu. *ap.* Non. 4, 235. Crines ingenio ſuo flexi Petron. c. 126. Campi ſuopte ingenio humentes Tac. Hiſt. 5, 14. Plin. 14, 1 Succique tantum gratia ex his pluribus modis ad caeli mores ſoliique ingenia. Lactis ingenia et proprietates Gell. 12, 1. Ligni Idem 3, 6. Montis Tacit. Hiſt. 2, 45. Loci Flor. 2, 6, 16. Situs Idem 2, 17, 3. Herbarum, Mundi, Metalli, *etc.* *Vid. Barth. ad* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 143. *Drakenb. ad* Sil. 4, 90. *et* 16, 46. ¶ 6 Ingenium *pro excogitato, exquiſito.* Ingenium magnificentiae, *i. ingenioſa magnificentia* Plin. Paneg. 25, 5. Nepotinus ſumtibus omnium prodigorum ingenia ſuperauit, commentus nouum balnearum vſum, portentoſiſſima genera ciborum Suet. Calig. c. 37. Exquiſita ingenia coenarum Plin. Paneg. c. 49. Quonam modo noctium ſuarum ingenia noteſcerent Tacit. Ann. 16, 20, 1. Decoris ingenia Tertull. de Hab. Mul. c. 2. Atrocia poenarum ingenia Id. de Reſurr. c. 8.

INGENIŎLVM, i. n. *Apud* Arnob. 5 p. 157. *et* Hieron. adu. Ruf. 3, 4 *extr.*

INGENIŌSVS, a, um. Adi. [εὐφυής, ἀγχίνους, δεξιόλος] *Ingenio optimo et alacri praeditus.* Cic. de Fin. 5, 36 c. 13 Docilitas, memoria: — appellantur vno ingenii nomine: easque virtutes, qui habent, ingenioſi vocantur. Idem pro Cluent. 52 Homo in primis ingenioſus, et in dicendo exercitatus. *Compar.* Cic. pro Roſc. Com. 31 c. 11 Quo quisque eſt ſolertior, et ingenioſior, hoc docet iracundius et laborioſius. Ingenioſior eſt ad cogitandum Simulatio veritate Plin. Pan. c. 55. *Superl.* Cic. pro Muraen. c. 30 Homo ingenioſiſſimus M. Cato. Ager ingenioſus ad ſegetes Ouid. Faſt. 4, 684. *i. frugum fertilis.* Egeſtas Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 31. Gula Martial. 13, 62. Res eſt Ouid. Amor. 1, 8, 62. Mira-

Miracula ingenioſa fecit natura Plin. 7, 2. Vox mutandis ingenioſa ſonis Ouid. Amor. 2, 6, 18. Furtum ingenioſus ad omne Id. Met. 11, 3, 3. In poenas Id. Triſt. 2, 342. In Culpam Id. ibid. 288. Martial. 1 praef. Improbe facit, qui in alieno libro *(contra voluntatem auctoris interpretando)* ingenioſus eſt.

INGENIŌSE. Adu. [εὐφυῶς] *Subtiliter, et cum ingenio.* Cic. de Inuent. 1, 8 c. 6 Nam ſatis in ea videtur ex antiquis artibus ingenioſe et diligenter electas res collocaſſe. Tractantur iſta ingenioſe Cic. Acad. 4 c. 27. Plin. 15, 13 Nec aliud pomum ingenioſius geminatum eſt. *Compar.* Sen. Controu. 10 Hanc controuerſiam declamauit longe ingenioſius. *Superl.* Vell. 2, 48, 3 Homo ingenioſiſſime nequam.

INGENIĀTVS, a, um. Adi. *Apto ingenio praeditus.* Plaut. Mil. 3, 1, 133 Lepide ingeniatus. *Add.* Gell. 12, 2. Ingeniatus ad aſtutiam Apul. Florid. 4 p. 360.

INGENO, ĕre. *Idem quod Ingigno. Verbum eſt antiquum.* Lucret. 3, 745 Ex ineunte aeuo ingeneraſcunt, inque genuntur. *Add.* Manil. 5, 135 His etiam ingenitur viſendi ignota cupido.

INGENS, entis. Adi. [εὐμεγέθης, παμμεγέθης] Dicitur, *vt inquit* Feſtus, augendi conſuetudine, vt Inclamare, Inuocare. Quia enim Gens, populi eſt magnitudo, Ingentem per compoſitionem dicimus, quod ſignificat Valde magnum. *Sed magis placet eſſe ab* cenſendo, *quaſi quod cenſeri vel aeſtimari ob magnitudinem non ſatis poteſt.* Aceruus ingens Virg. Georg. 1, 185. Achilles, *vid.* ACHILLES. Amore ingenti perculſus Virg. Georg. 2, 476. Animus, *Fortis, magnus et conſtans* Plin. in Paneg. c. 35. *Sic apud* Hor. Serm. 2, 7, 102 — ingens Virtus atque animus. Animos ingentes tollere Virg. Georg. 2, 207. Ingentes Animos in pectore verſant Id. ibid. 4, 83. Arbos Id. ibid. 2, 81. Argentum Virg. Aen. 1, 466. Argumentum Id. ibid. 7, 791. *Iûs fabula in clipeo Turni inuſta.* Bellum Id. ibid. 1, 279. Caedes Id. ibid. 9, 242. Cauerna Virg. Aen. 2, 20. Clamor Id. ibid. 9, 43. Concurſus Id. ibid. 5, 611. Confidentia Ter. Andr. 5, 3, 5. Corpus Virg. Aen. 1, 192. Curae Id. ibid. 1, 208. Dolor Id. ibid. 5, 172. Facinus Ter. Adelph. 4, 7, 3. Flagitium Hor. Serm. 2, 4, 82. Fletus Virg. Aen. 5, 765. Fragor Id. ibid. 8, 527. Gaudium Plin. 7, 42. Genus ingens a proauis Virg. Aen. 12, 225. Gladius Tacit. Agric. 36. Gloria Virg. Aen. 2, 325. Ter. Eun. 3, 1, 1 Magnas vero agere gratias Thais mihi? G. ingentes. Cic. in Lael. c. 26 *cum adduxiſſet h. l. addit*, Satis erat reſpondere magnas, ingentes inquit. Semper auget aſſentatio id, quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult eſſe magnum. Ignis Plaut. Capt. 4, 2, 63. Liu. 34, 58 Et quae ſtratae ruinis atque incendiis crant, ingentibus impenſis aedificauerit. Iras ingentes concipit Ouid. Met. 1, 166. Laetitia Virg. Aen. 3, 99. Luctus Id. ibid. 6, 868. Machina Hor. Epiſt. 2, 2, 73. Metus Virg. Aen. 6, 491. Moles Id. ibid. 5, 118. Murmur Ouid. Met. 7, 644. Nominis ingentis rex Liu. 30, 17 *pr.* Obſidio Virg. Aen. 8, 647. Paratus Tacit. Hiſt. 2, 95. Cic. L. Agr. 2, 69 Hic ager omnis quoquo pretio coëmtus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. Pluuia Virg. Georg. 1, 325. Pudor Idem Aen. 10, 871. Rus Idem Georg. 2, 412. Saxum Idem Aen. 6, 616. Sonitus Id. Georg. 2, 306. Spiritus ingentis vir Liu. 21 praeſ. *ſ. c.* 1. Stridor Virg. Aen. 7, 65. Teſtis Plin. 7, 30. Vagitus Virg. Aen. 6, 426. Ventus Idem Georg. 1, 334. Virtus Hor. Serm. 2, 7, 102. Vitium Id. ibid. 2, 3, 91. Vmbra Virg. Georg. 2, 297. Vox Id. ibid. 1, 477. ¶ 2 *Conſtruitur cum Genit. et Ablat.* Animi ingens ſeminae Tacit. Ann. 1, 69. *Add.* Sall. Fragm. Hiſt. 3. Animis ingens Virg. Aen. 11, 641. Armis ingens Id. ibid. 11, 641. Corpore Id. ibid. 11, 641. Eloquio Stat. Silu. 1, 4, 35. Geminiſque ſecuribus ingens Grat. v. 68. *i. horrendus. Conf. Burm. ad* Val. Flacc. 2, 104. *Compar.* Symmach. Epiſt. 8, 31 Solatur tamen ſolicitudinem meam, quod parſimonia tibi familiaris eſt, quod cognata ſapientia et aduerſis fortunae animus ingentior. *Superl.* Veget. de Re Milit. 4, 8 Rotae de lignis viridibus ingentiſſimae fabricantur. ¶ 3 *A librariis permiſceri* Ingens *et* Vrgens, *notat Drakenb. ad* Sil. 2, 255. *et* 6, 265.

INGENVVS, a, um. Adi. [ἐλευθέριος, γνήσιος, εὐγενής] *Proprie Natiuus, et opponitur* Manu factis. *Vt*, Ingenuos fontes Lucret. 1, 230. *et* Auſon. Moſella v. 65. Signum Auſon. Vrb. 3, 11. *i. nota genitiua.* Fundit opes ager ingenuas Prudent. Hymn. ante Cib. v. 51. ¶ 2 *Deinde apud antiquos* Ingenui *erant Legitime ſuſcepti, et* Spuriis *oppoſiti.* Liu. 10, 8 An Romae vnquam fando audiſtis, patricios primo eſſe factos, non de caelo demiſſos, ſed qui patrem ciere poſſent: id eſt, nihil vltra, quam ingenuos? *Deinde Liberi et ex liberis nati, de quo vide ICtos. Opponuntur hi* Libertinis: *ita* Plaut. Mil. 3, 1, 189 Ingenuamne an libertinam? *Add.* Martial. 3, 32. Boëth. ad Topic. Cic. 3. ¶ 3 *Refertur denique quaſi per metaphoram ad ingenium, etc. de eo, qui liberalis et minime ſeruilis ingenii ſit.* Iuuen. Sat. 11, 154 Ingenui vultus puer, ingenuique pudoris. Amor Hor. Carm. 1, 27, 16. Animo ingenuo facere aliquid Catul. 66, 38. Artes *ſiue* Diſciplinae: *i. Liberales, et ingenuis, hoc eſt liberis, dignae.* Cic. de Fin. 2, 68 Sint iſta Graecorum: quamquam ab his philoſophiam et omnes ingenuas diſciplinas habemus. Idem . . Vt omittam has artes elegantes et ingenuas. *Add.* Cic. de Orat. 3 c. 6. *et* Fam. 4, 3 *extr. it.* de Fin. 5 c. 18. Ouid. ex Pont. 1, 6, 7. *et* 2, 7, 47. Color Propert. 1, 4, 13. Corpus Ouid. Epiſt. 5, 144. Crines Stat. Silu. 2, 1, 44. Martial. 10, 82 *deprecatur aſſectandi officium*, Sed ſi non ſias quadrante beatior vno Per genitus noſtros, ingenuaſque cruces. *Ὀξύμωρον eſt ex repugnantia. Crux ſeruile ſupplicium: aſſectatio, quam etiam liberalis conditionis et animi homines patronis praeſtant, Martiali* crux *eſt, licet* ingenua. Facies, *quae et Liberalis dicitur: h. e. Elegans.* Plaut. Poen. 5, 2, 17 Facies quidem pol ingenua eſt. *Add.* Martial. 3, 32. Facta, *Viris ingenuis digna: h. e. Nobilia.* Plaut. Milit. 4, 1, 17 Vah, egone, vt ad te ab libertina eſſe auderem internuntius, qui ingenuis factis reſponſaret? Genae Ouid. Amor. 1, 7, 52. Martial. 6, 11 Non minus ingenua eſt et mihi Marce Gula. *ipſe quoque guſtum habeo, quo vos nobiles vobis placetis, non ſum ἀπειρόκαλος, aut obtuſi a cepis et allio palati. Sic* Ouid. Tr. 1, 4, 71 Illi corpus erat durum patienſque laborum, Inualidae vires ingenuaeque mihi. *Add.* Martial. 10, 47. *Nempe ingenui et liberales non ſtudent iis viribus, neque illis praeſtant, quibus fabri, baiuli et* alii *ſeruilibus operis aſſueti.* Martial. 3, 46 Inualidum eſt nobis ingenuumque Latus. Indoles Plaut. Mil. 3, 1, 58. Meretrix Plaut. Mil. prol. 1. Mores Auſon. Moſ. v. 442. Pudor Catull. 59, 81. Puer Hor. Carm. 3, 24, 55. Vires, *vid. modo* Gula ingenua.

INGENVĬTAS, ātis. f. [ἐλευθεριότης] *Liberalitas, nobilitas, honeſtas.* Cic. Verr. 1, 152 c. 58 Veſtitus enim neminem commouebat is quem illi mos et ius ingenuitatis dabat. *de togá praetexta pueri loquitur. Sic* eod. libr. 113 c. 44 Eripies igitur pupillae togam praetextam? detrahes ornamenta non ſolum fortunae, ſed *etiam ingenuitatis?* Cic. de Orat. 2, 242 Praeſtet idem ingenuitatem et ruborem ſuum verborum turpitudine et rerum obſcenitate vitanda. *h. e. Honeſtatem et verecundiam homine libero dignam.* Suet. Aug. c. 74 Valerius Meſſala tradit neminem vnquam libertinorum adhibitum ab eo coenae, excepto Mena, ſed aſſerto in ingenuitatem. Sublatis ingenuitatibus ſeruitutes Arnob. 2. Liu. 8, 28 Ingenuitatis memor adoleſcens. Prae ſe ferre probitatem quandam et ingenuitatem Cic. Acad. 1, 33 c. 11.

INGENVE. Adu. [ἐλευθερίως]. *Libere ac ſimpliciter: vt*, Ingenue loqui. *i. Vt liberum hominem decet, nihil timidum, nihil ſeruile.* Cic. Fam. 5, 2 Quod me abs te cupiſſe laudari, aperte atque ingenue confitebar. Idem de Fin. 3 c. 17 Quis autem honeſta in familia inſtitutus, et educatus ingenue, non ipſa turpitudine, etiam ſi eum laeſura non ſit, offenditur?

INGĔRO, ſſi, ſtum, ĕre. [ἐπιχέω, ἐπεμβάλλω, ἐπεισφέρω] *Copioſe adferre, et infundere.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 24 Tu, qui vrnam habes, aquam ingere: face plenum ahenum ſit cito. Colum. 5, 9 Deinde ingerendi minimi lapides, vel glarea miſta pingui ſolo. *Metaph.* Ingerere ſe: *i. Affectare aliquid.* Plin. in Paneg. c. 86 Praefectum Praetorii non ex ingerentibus, ſed ex ſubtrahentibus legere. Periclis ſe ingerit Sil. 10, 5. *i. offert cupide et incaute, in ea ſe conicit. Sic pro obtrudere ponitur* Cic. Verr. 3, 69 c. 28 Ingerebat ille Artemidorum — et eiuſmodi recuperatores, quorum ciuis Rom. nemo erat. Sen. de Benef. 1, 12 Ingratis quoque memoria cum ipſo munere incurrit, vbi ante oculos eſt, et obliviſci ſui non ſinit, ſed auctorem ſuum ingerit et inculcat. *Sed ponamus Subſtantiua nomina ordine elementorum.* Aquam ingerere *modo adfuit ex* Plaut. Pſeud. 1, 2, 24. Cibum *vel* potionem aegroto; *pro Porrigere.* Celſ. . . Et ingerere cibum faſtidioſis. Idem Praef. 1 Febricitanti cuidam et magna ſiti affecto aquam frigidam ingeſſit. Conuicia alicui Hor. Serm. 1, 5, 11. Plaut. Pſeud. 1, 3, 135 In pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus, *i. fruſtra male dicimus.* Idem Aſin. 5, 2, 75 Nunc vxorem me eſſe meminiſti tuam? modo quum dicta in me ingerebas, odium, non vxor eram. *Sic* Liu. 2, 45 Probra. Plin. 10, 1 *de ſtruthiocamelis*, Vngulae iis ceruinis ſimiles, quibus dimicant, biſulcae, comprehendendis Lapidibus vtiles, quos in fuga contra ſequentes ingerunt pedibus. Ligna foco Tibul. 2, 1, 22. Plaut. Pſeud. 1, 3, 125 Ingere Mala multa, *i. maledicta. Sic* Ter. Andr. 4, 1, 16 Ingeram Mala multa: atque aliquis dicat, nihil promoueris. Tacit. Ann. 1, 72, 2 Nomen Patris patriae, Tiberius a populo ſaepius ingeſtum repudiauit. *Sic* Dial. de Orat. 7 Quorum Nomina prius parentes liberis ſuis ingerunt? Oſculum alicui Suet. de Clar. Gramm. 23. Ter. Phorm. 5, 7, 95 Niſi ſequitur, Pugnos in ventrem ingere. Primordia, *vid.* PRIMORDIVM. Probra Liu. 2, 45. Sacrilegium Sen. de Benef. 1, 4. Saxa in ſubeuntes Liu. 2, 65. Scelus ſceleri Sen. Thyeſt. 8. Columel. 2, 10 Et ſimiliter, quum ſemen crudo ſolo ingeſſerimus, inarabimus. Liu. 24, 34 Poſtremo, vt ſui vulnere intacti Tela in hoſtem ingererent. Plin. 12, 14 Alexandro Magno in pueritia ſine parſimonia Tura ingerenti aris, *etc.* Liu. 3, 68 *pr.* Quid tandem priuatae res veſtrae, quo in ſtatu ſunt? iam vnicuique ex agris ſua damna nuntiabantur. quid eſt tandem domi, vnde ea expleatis? Tribuni vobis amiſſa reddent ac reſtituent? Vocis Verborumque, quantum voletis, ingerent, et criminum in principes. Tacit. Hiſt. 3, 84 Et ingeſtis Vulneribus concidit. Pro, Inflictis. *Add. Burm. ad* Quinctil. Decl. 16, 9 p. 330.

INGESTVS, a, um. Part. *Praeter dicta*, Humo ingeſta contumulari Ouid. in Ibin 460.

INGESTVS, ûs. m. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 42 Immortalitatis ingeſtus.

INGESTIO, ōnis. f. Mart. Capell. . .

INGESTO, āre. Frequent. Apul. Met. 11 p. 264, 37 Huius aluei felicis nitens Carbaſus litoris votum ingeſtans progerebat. *h. e. huius nauis ſplendidum velum inſcriptum vel intextum oſtentabat votum litoris feliciter attingendi. Dedimus lectionem Elmenh. Sed Florid.* p. 379, 2 literis votum ingentibus progerebat.

INGESTABĬLIS, e. Adi. [ἀβάστακτος] *Quod geſtari non poteſt.* Plin. 7, 6 Ingeſtabile onus crurum, et inguinum leuis tumor.

INGIGNO, genui, genitum, ĕre. [ἐγγεννάω] *Vna et ſimul gignere.* Cic. de Fin. 5, 33 c. 11 Siue, vt doctiſſimis viris viſum eſt, maior aliqua cauſa atque diuinior hanc vim ingenuit, ſiue hoc ita ſit fortuito.

INGENITVS, a, um. Part. Natali et ingenita ſterilitate laborantibus Columel. 3, 7, 2. Ingenitum corpori eorum virus exitiale ſerpentibus Plin. 7, 2. Quidquid fixum et ingenitum eſt, lenitur arte, non vincitur Sen. Epiſt. 11. Lucan. ad Piſon. 92 Ingenitae ſtat nobilitatis in illo Pulcher honos, et digna ſuis natalibus ora.

INGITAS, ātis. f. *Quaſi* Indigitas; *Paupertas, inquit Perottus, laudatque* Plaut. Poen. 4, 2, 85 Profecto ad ingitatem lenonem rediget, ſi has adduxerit. *Sed etiam antiquiſſima Exemplaria legunt* Incitas.

INGLOMĔRO, āre. [στρομβόω] *Idem quod ſimplex, nempe colligere velut in glomerem ſ. globum.* Stat. Theb. 1, 350 Sed plurimus Auſter Inglomerat noctem, et tenebroſa volumina torquet.

INGLORIVS, a, um. Adi. [ἀκλεής, ἄδοξος] *Qui nullam laudem aut gloriam ſua virtute aut fortitudine conſecutus eſt, et veluti ignobilis.* Virg. Aen. 9, 548 Enſe leuis nudo, parmaque inglorius alba. Idem Georg. 4, 94. *it.* 2, 486. Tacit. Hiſt. 3, 59, 4 Nec ipſe inglorius militiae. Sil. 12, 39 Inglorius auſi, *i. Qui efficere, quod tentabat, non potuit.* Cic. Tuſc. 3, 81 c. 24 Quod inglorius ſit atque ignobilis ad ſupremum diem peruenturus. Idem de Legib. 1, 32 Propter honeſtatis et gloriae ſimilitudinem, beati, qui honorati ſunt, videntur: miſeri autem, qui ſunt inglorii. Vita Id. Tuſc. 3 c. 34. Vox Stat. Silu. 5, 3, 138. Idem Theb. 9, 109 Comantem Perſtrinxit galeam, conuulſae cuſpide longe Diffugere iubae: patuitque ingloria caſſis, *i. decore ſuo et ornamento iubarum priuata.*

INGLVTINATVS, a, um. Adi. ἀκόλλητος Gloſſ. Gr. Lat.

INGLVTIO, ire. Alterum inglutiri non poteſt Conſt. Afer de N. H. Oeſophago ad inglutiendum concedere Id. ibid.

INGVVIES, ei. f. [λαιμαργία] *Ventris rapacitas, voracitas.* Ter. Eun. 5, 4, 15 Harum videre ingluuiem, ſordes, inopiam. Hor. Sat. 1, 2, 8 Hunc ſi percontetis, aui cur, atque parentis Praeclaram ingrata ſtringat malus ingluuie rem. Ventris Saluian. de Gubern. p. 36. ¶ 2 *Pro Gurgulione ſ. gula potius, quae prima propria ſignificatio videtur, ab inglutiendo.* Apul. Met. 1 p. 109 Reſtis ingluuiem adſtricta, ſpiritus officia diſcluderet. *Hinc etiam pro Si gutturis, in quem aues recentes cibos demittunt, et condunt.* Columel. 8, 5 *de gallinis*, Nam ſi vacua non eſt ingluuies, cruditatem ſignificat: abſtinerique debent, dum concoquant. Virg. Georg. 3, 431 Anguis Piſcibus atram Ingluuiem ranisque loquacibus explet. Seru. *interpretatur* Ventris capacitatem. ¶ 3 *Pro Copia et affluentia poſuiſſe videtur* Firmic. 4, 18 Publicis cuſtodiis, vel carceribus aut catenarum nexibus faciet obligatos, ita vt eos infenſa criminum deturpet ſemper ingluuies. *Sed forte vetuſto more ſcriptum erat* Inluuies, *quod nunc ſcribimus* Illuuies: *atque per ignorantiam ex* Inluuies *factum* Ingluuies.

INGLVVIOSVS, a, um. Adi. *Apud* Feſt. *in* Ingluuies. *et* Iſidor. 10 lit. I Ingluuioſus a Gula et voracitate dictus.

INGRANDESCO, ĕre. [ἐπιδίδωμι] *Grandem fieri.* Columel. 11, 3 At circa Calendas Martias, locis apricis, licet porrum (ſi iam granduit) transferre. Idem 2, 10 Quae, vt celeriter prodeat, et grandeſcat, ante quam feratur, fimo arido permiſceri debet.

INGRANO, āre. *Aceruos granorum facere, ſeruandi cauſa.* ragm. Gloſſ. Anglic.

INGRĀTVS, a, um. [ἄχαρις] Adi. *Paſſiuae ſignificationis, Quod non eſt gratum et acceptum: pro quo nihil debere nos putamus.* Donatus, Ingrata, quae ab inimicis fiunt, ac recuſantibus. Sed quid ego haec autem nequidquam ingrata reuoluo Virg. Aen. 2, 101. Plin. 15, 25 Minus quinquennium eſt, quod prodiere, quae vocant laurea, non ingratae amaritudinis. Ioci non ingrati Ouid. Faſt. 3, 738. Labor Sall. Catil. c. 37. Onus Catull. 66, 142. Oratio, *cui opponitur* Iucunda Quinctil. 8, 3. Curt. 4, 11, 14. Sapor Columel. 7, 8. Superbia ingrata Veneri Hor. Carm. 3, 10, 9. Tempora Idem Epiſt. 1, 1, 23. Virus Plin. 10, 26. ¶ 2 Ingratus *actiue*, [ἀχάριστος] *qui non meminit accepti beneficii, vt gratiam habeat.* Ter. Andr. 1, 5, 43 Adeone me ignauum putas, adeone porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum, *etc. De ingratis multa* Sen. de Beneficiis *in primis vero* 3, 1 ſqq. Ingrato homine terra nihil peius creat Auſon. Epigr. 140. Dixeris maledicta cuncta, quum ingratum hominem dixeris P. Syrus. Sen. de Benef. 2, 26 Ingratos facit aut nimis ſui ſuſpectus, aut auiditas, aut inuidia. *Haec deinde perſequitur ſingula.* Cic. de Amicit. 42 Propterque inuidiam in exilium miſſus eſſet, ingratae patriae iniuriam non tulit, quam ferre debuit. Sen. de Benef. 3, 7 Non eſt glorioſa res gratum eſſe, niſi tutum eſt ingratum fuiſſe. *Et mox*, Quid ſit ingratus, nulla lex monſtrat. Saepe et qui reddidit, quod accepit ingratus eſt; et qui non reddidit, gratus. Martial. de Spectac. 10 Laeſerat ingrato leo perfidus ore magiſtrum. Ingratus animus Sen. Epiſt. 1. Gell. 4, 18 Non igitur ſumus aduerſum deos ingrati. Vir aduerſus merita Caeſaris ingratiſſimus Vell. 2, 69, 1. Cic. de N. D. 1, 121 Quum Epicurus in Democritum ipſum, quem ſecutus eſt, fuerit ingratus. *Add.* Auct. ad Her. 4 c. 40. Ingratus, Inuitus, et coactus, *inquit* Donatus. Ter. Eun. 2, 1, 14 Opus faciam, vt defatiger vsque: ingratus vt dormiam. *Compar.* Sen. de Benef. 2, 27 Vix labra diduxit, et ingratior, quam ſi tacuiſſet, fuit. *et* Cic. Att. 8, 4. Ingratiſſimus omnium Sen. de Benef. 3, 1. *Confunditur in MSS. cum* Iratus: *quod vid.*

INGRATE. Adu. [ἀχαρίστως] Cic. pro Deiot. 30 c. 11 Quamvis ingrate et impie neceſſitatis nomen repudiaueritis. Id. Fam. 12, 1 Sed immoderate quidam et ingrate noſtra facilitate abutuntur. Plin. 27, 2 Quod ſi quis illa forte ab homine excogitari potuiſſe credit, ingrate deorum munera intelligit. Tacit. Hiſt. 1, 52, 4 Oppreſſa Capitonis conſilia ingrate tuliſſet. Non ingrate nominando M. Varronem Plin. 18, 3. *i. Libenter.*

INGRĀTIS. Adu. [ἀέκητι] Praeter gratiam et meritum, Non vltro *inquit* Donatus. Plaut. Caſin. 2, 2, 22 Atque ingratis, quem non volt, ei nubet hodie. Ter. Heaut. 3, 1, 37 Ea coacta ingratis poſt illa coepit victum vulgo quaerere. *Al.* ingratiis. *Contraria:* Cic. Verr. 4, 19 Reticebunt, quae poterunt libenter: dicent, quae neceſſe erit, ingratis. *Vetus exemplar ſcriptum habet* Gratis. *Vid. Parei Lex. Crit. p. 607. Giſan. ad* Plaut. Caſ. 2, 5, 7. *Cellar. ad* Lactant. 2, 10 *extr.*

INGRATIA, ae. f. *Contrarium* Gratiae. Tertull. de Poenit. c. 1 Poenitet fidei, amoris, ſimplicitatis, patientiae, miſericordiae, prout quid in ingratiam cecidit. *Add.* Ibid. c. 3. *Sed vſitatior eſt Ablatiuus pluralis abſolute ſumtus.* Plaut. Caſ. 2, 5, 7 Vobis inuitis atque amborum ingratiis. *Conf.* Merc. 2, 4, 11. *et* Ter. Phorm. 5, 6, 94 Tuis ingratiis. *Sed aliquando abit pronomen et accipitur aduerbialiter.* Nep. 2, 4, 4 Vt ingratiis ad depugnandum omnes cogerentur. *Et* Plaut. Curc. 1, 1, 6 Tamen eſt eundum, quo imperauit ingratiis. *Add.* Ter. Heaut. 3, 1, 37.

INGRATITVDO, inis. f. [ἀχαριστία, ἀγνωμοσύνη] *A Cicerone non dicitur. Maluit enim Graece dicere, ad Atticum ſcribens* 9, 7 *his verbis*, Sed meruiſſe illum de me puto, vt ἀχαριστίας crimen ſubire non audeam. *Neque Seneca, cui vel centies nominis huius adhibendi occaſio, et prope neceſſitas, oblata eſt. Vt adeo refugiſſe videantur formam hanc, in quam non minus facile incidere poterant, quam poſtremae aetatis homines. Itaque non attulit antiquiorem auctorem diligens alioquin talium patronus Borrichius in Cogitatt. quam* Firmic. 5, 1 Multos fouendo ſuſcipiet, ac multis vitae alimenta praeſtabit, ſed erunt circa ipſum ingratitudinis vitio inquinati. Lemmata Valerii Maximi, *ſi etiam ab auctore eſſe concedas; tamen illud, ad quod prouocatur,* 5, 3 de ingratitudine *non agnoſcunt MSS. ſed* de ingratis, *vt capite* 2 de gratis. *Adhuc antiquior auctor non eſt laudatus* Caſſiod. Varr. 5, 8 Moderate ſi quidem nouit iniuncta ſibi complere prudentia, et ſine ingratitudinis naeuo delegata explicabili procurare conſilio.

INGRATIFICVS, a, um. Adi. [ἄχαρις] *Idem quod Ingratus.* Cic. pro Sext. 121 *ex Poëta*, O ingratifici Argiui, inanes Graii, immemores beneficii.

INGRĀVO, āre. [ἐπιβαρύνω] *Grauem facere, vel Corrumpere, et quaſi Grauiter afficere.* Plin. 19, 8 Poſtea iisdem fruticibus vtuntur, ſi non faeuitia hiemis ingrauat, quando impatientiſſimum eſt frigorum. Puppem ingrauat Stat. Theb. 5, 402. Ingrauat haec ſaeuus Drances, *i. Exaggerat* Virg. Aen. 11, 220. Languere coepit annis ingrauantibus Phaedr. 6, 11, 3. *i. Moleſtiam afferentibus.*

INGRAVIS, e. Adi. *Valde grauis apud* Vlp. l. 3 pr. ff. D. de S. C. Silan. *legi vult Erythr. Ind. Virg. in Infractus. Sed recte Gothofr.* Si quis in graui valetudine affectus.

INGRAVATVS, a, um. Adi. Spartian. in Seu. c. 21 Ingrauatus morbo. Vulg. Int. Exod. 7, 14.

INGRAVATE. Adu. *Non grauate.* Ammian. 17, 21 Obſecundabant imperiis ingrauate. Idem 18, 2 *extr.*

INGRAVATIO, ōnis. f. Theod. Cod. 7 t. 13 Perpetuae ingrauationi addici.

INGRAVESCO, ĕre. [βαρύνω] *Grauem, vel moleſtum fieri.* Plin. 31, 7 Vix credibili pondere ingraueſcat. Ingraueſcit in dies malum Cic. ad Brut. 10. *Contraria:* Id. de Senect. 36 Et corpora quidem exercitationum defatigatione ingraueſcunt: animi autem ſe exercendo leuantur. Ingraueſcentem morbum praeuidere Id. de Diuin. 2, 15. Cic. Att. 10, 14 Alter ardet furore et ſcelere, nec remittit aliquid, ſed in dies ingraueſcit. Ingraueſcit annona, *Carior fit.* Id. pro Domo 11 c. 5 Nam quum ingraueſceret annona, vt iam plane inopia ac fames timeretur. Atque alias alii complent magis, ex aliisque Suſcipiunt aliae pondus magis, inque graueſcunt Lucret. 4, 1247. *i. grauidae fiunt. Nimirum etiam grauis dicitur pro grauida.*

INGRAVESCENS, entis. Partic. [βαρύνων] Ingraueſcens aetas, *i. Senectus.* Cic. de Amicit. c. 10 Mutari etiam mores hominum ſaepe dicebat: alias aduerſis rebus, alias aetate ingraueſcente. Id. Epiſt. 2, 1 *extr.* ad Curionem, Quare hoc animo in nos eſſe debebis, vt aetas noſtra iam ingraueſcens in amore atque in adoleſcentia (tua) conquieſcat.

INGRAVĬDO, āre. *Idem quod Grauidare.* Paullin. Nat. Felic. 9, . .

INGRAVIDĀTVS, a, um. Adi. Auguſtin. Confeſſ. 7, 5 Talia voluebam pectore meo miſero ingrauidato curis mordaciſſimis.

INGRĔDIOR, ĕdi. Dep. [δύω, εἰσδύω, ὑποδύω, εἰσέρχομαι, ἐπεισδύω] *Incedere, tum intrare, et hinc incipere.* Quum primum poſſe ingredi coepit Planc. *ap.* Cic. Fam. 10, 17 *ſc. ex valetudine conualeſcens.* Virg. Georg. 3, 75 Continuo pecoris generoſi pullus in aruis Altius ingreditur. Cic. Att. 2, 23 Si dormis, expergiſcere: ſi ſtas, ingredere: ſi ingrederis, curre: ſi curris, aduola. Plin. 8, 5 Elephanti gregatim ſemper ingrediuntur. Idem 11, 51 Qui celerius fari coepere, tardius ingredi incipiunt. Campo ingreditur Virg. Aen. 10, 763. Curru ingredi Ouid. Met. 13, 252. Ter. Hec. 3, 4, 5 Neſcis, quid mali praeterieris, qui nunquam es ingreſſus mare. *Conf. Burm. ad* Quinct. Decl. 6, 21 p. 149. Decimum nonum Annum ingreſſus Vell. 2, 61, 1. *Aggredi et incipere:* Cic. Att. 15, 11 Ea negabam oportere praeterita, aſſentiebar tamen: quamquam ingreſſus eſſem dicere, quid oportuiſſet. Cauſam Id. Fam. 6, 1. Id. de Diuin. 2, 2 De diuinatione ingreſſi ſumus his libris ſcribere. Scribere ingreſſi Id. Top. *init.* Colles ingreditur Ouid. Met. 14, 846. Cic. Att. 15, 10 Fruſtra vero, qui ingrediar matris conſilium, quum vtatur precibus. *Vetus lectio ſic habet:* Fruſtra vero, quid ingrediar? Matris conſilio, quum vtatur, vel etiam precibus, quid me interponam? Conſulatum Quinctil. 6, 1. Cic. pro Caecin. 79 c. 28 Qui quum iſtam diſputationem mecum ingreſſus eſſet. Fatis ingreſſus iniquis Virg. Aen. 3, 17. Cic. de Orat. 3, 217 Quo nunc me vertam? quod Iter incipiam ingredi? *ex quodam Poëta.* Iter pedibus Id. de Senect. 34. *et* Columel. 1, 3. Mare Ter. Hec. 3, 4, 5. Liu. 31 praef. Iam prouideo animo velut, qui proximis litoris vadis inducti Mare pedibus ingrediuntur, quidquid progredior, in vaſtiorem me altitudinem ac velut profundum inuehi. Cic. Att. 15, 11 Quam Orationem, quum ingreſſus eſſem, Caſſius interuenit. Quinct. 1, 10, 2 Nam iisdem fere annis aliarum quoque diſciplinarum Studia ingredienda ſunt. Cic. in Somn. Scip. 19 Quamquam a pueritia Veſtigiis ingreſſus patriis et tuis, decori veſtro non defui. Id. Off. 1, 118 Quod tempus a natura ad deligendum, quam quisque viuendi viam ſit ingreſſurus, datum eſt. Vulgarem Viam Quinctil. in prooem. 1. Cic. Acad. 4, 114 Officia deſcribas, quam Vitam ingrediar, definias. *Cum Praepoſitionibus:* Caeſ. B. G. 2, 4 Qui Teutonos Cimbrosque intra fines ſuos ingredi prohibuerint. Idem ibid. 5, 9 *extr.* Noſtrosque intra munitiones ingredi prohibebant. Ingredi in fundum Cic. pro Caecin. . . In conſpectum populi Plaut. . . In iram, In ſycophantiam, In cauſam, In orationem, In ſpem, In vitam, *etc. paſſim apud Auctores.* Cic. Fam. 2, 2 Sed aliter atque oſtenderam facio, quo ingredior ad explicandam rationem ſententiae meae. Ingredi per ſcenam Plin. 7, 20.

INGREDIENS, entis. Partic. [εἰσδύων] Iter ingrediens Sil. 15, 506. Inambulans atque adſcenſu ingrediens arduo Cic. de Orat. 1 c. 61. *Add.* Virg. Aen. 8, 309. Ouid. Met. 8, 442.

INGRESSVS, a, um. Partic. Ingreſſus tribunatum Vell. 2, 6, 2. *Idem etiam atque Aggreſſus.* Tum pater Anchiſes lacrimis ingreſſus obortis Virg. Aen. 6, 867. Id. Aen. 4, 107 Sic contra eſt ingreſſa Venus. Quinctil. praef. 6 Haec ex tua voluntate maxime ingreſſus. Virtus eadem ingreſſa animum Tiberii Vell. 2, 121, 1.

INGRESSIO, ōnis. f. [εἴσδυσις] Cic. Tuſc. 4, 2 Cuius vt arma ſumſit, ingreſſio laetitiam attulit ſociis, terrorem autem hoſtibus. Idem Philipp. 5, 9 c. 4. Id. in Orat. 11 c. 3 Ac video hanc primam ingreſſionem meam, non ex Oratoris diſputationibus ductam, ſed e media philoſophia repetitam. *h. e. Diſputationis initium.* Cic. in Orat. 20 c. 59 Interdum curſus orationis eſt incitatior, interdum moderata ingreſſio.

INGRESSVS, ūs. m. [πρόσοδος] *Inceſſus.* Cic. de N. D. 1, 95 Ingreſſus, curſus, *etc.* Plani Sil. 10, 413. Veſtigiis odorari ingreſſus hominis improbi Cic. in Piſon. 83 c. 34. Veſtigia et ingreſſus orationis Id. de Orat. 1, 161. *Initium:* Quinctil. 9, 4 Si pars poſterior in clauſula deprehendatur, rurſus prior ingreſſu. Id. 10, 1. Ingreſſus et quaſi primordium gerendorum honorum l. vn. §. 6 ff. de Off. quaeſt. In ingreſſu contractus l. 7 §. 5 ff. de pact. In ingreſſu, *vid.* IN *Praepoſitionem.* Ciuilis et humanus dicendae ſententiae ingreſſus Quinctil. 3, 4. Opportunus Idem 2, 4.

INGRVO, ĕre. [ἐπισκήπτω] *Simul et confertim, veluti gruum more inuadere.* Virg. Aen. 12, 628 Ingruit Aeneas Italis, et praelia miſcet. Plaut. Amph. 1, 1, 81 Crebri hoſtes cadunt, noſtri contra ingruunt. Aeſtate ingruente Columel. 11, 3. Fato Liu. 4, 32. Frigus Columel. 4, 29. Horror armorum Virg. Aen. 2, 301. Imber ferreus Id. ibid. 12, 284. Metus, *Imminet, impendet, accedit,*

dit, prope eſt Plin. 9, 30. Liu. 6, . . Aliam in partem terror ingens ingruerat. Morbi Plin. 7, 50 *extr.* Liu. 5, 21 *pr.* Haec precatus ſuperante multitudine, ab omnibus locis vrbem aggreditur, quo minor ab cuniculo ingruentis periculi ſenſus eſſet. Radii Solis Plin. 2, 18. Senio ingruente Idem 5, 52. Vis Quinctil. 3, 8. Vmbra vitibus Virg. Georg. 2, 410. Ingruere in: Liu. 4, 29 Primo in agreſtes ingruerant morbi. Idem 26, . . Eadem in viros ingruit fortuna.

INGVEN, ïnis. n. [βȣϐὼν] *Pars corporis circa pudenda, praeſertim ſuperior et ad laterna, quod apparet conſideranti* Celſi *doctrinam* de inteſtini prolapſi in ſcrotum curatione 7, 20. *V. g.* Inteſtina a ſcroto repulſa inguinibus immorantur. — Ab inguine vsque ad teſticulum incidi debet, *etc.* Virg. Ecl. 6, 75 Scyllam *memorat* Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris. Horat. Epod. 7 *extr.* Quod *faſcinum*, vt ſuperbo prouoces ab inguine, *etc.* Veget. Mulom. 3, 3 b, 2 De inguibus *(ſ. leg.* inguinibus) ſoluendae ſunt venae: *de bubus. Deinde vero pro ipſis partibus quas pudor velat, ponitur.* Sueton. in Neron. c. 29 Virorum ac feminarum ad ſtipem deligatorum inguina inuaderet. Liu. 7, 10 Ventrem atque inguina. Obſcenum Hor. Serm. 1, 2, 26. Tument tibi, quum inguina Ibid. v. 116. Quid enim Venus ebria curat? Inguinis et capitis, quae ſint diſcrimina neſcit Iuuenal. 6, 299. Deſtillat ab inguine virus Virg. Georg. 3, 281. *Quid ſibi vult illud* Apul. Met. 1 p. 104 *pr.* Qua bacillum inuerſi teli ad occipitium per inguen ſubit. *Pro Tumore inguinis videtur poſuiſſe* Lucilius, *qui* βȣϐὼν *et a Graecis dicitur. Eius verba ſunt,* Inguen ne exiſtat, papulae, tama, ne boa noxit. *Turneb. 15, 15.* Plin. 21, 20 ſ. 83 Xyris ſtrumas, vel panos, vel inguina diſcutit. *Sic* Febris ex inguine, *i. Febris ex bubone, vel tumore praeter naturam in inguine* Celſ. 3, 5 *pr.* ¶ 2 Inguen *etiam arundini tribuit* Plin. 16, 36 ſ. 65 Latera arundini calamoque in rotunditate bina, ſuper nodos alterno ſemper inguine, vt alterum ad dextra fiat, alterum ſuperiore geniculo ad laeua per vices. Inde exeunt aliquando rami, qui ſunt calami tenues. Inguen *igitur eſt ea pars nodi ſ. geniculi, vnde exit germen ſ. ramus: ſeruata analogia corporis animalis.*

INGVINARIA, ae. f. [βȣϐώνιον] *Herba inguinum doloribus vtilis.* Plin. 26, 9 Inguinaria (quam quidam argemonen vocant) paſſim in vepribus naſcens, vt proſit inguinibus, in manu tantum habenda eſt.

INGVINĀLIS, e. Adi. *Ad inguen ſpectans.* Inguinalis herba Apul. de Herb. c. 60.

INGVRGĬTO, āre. [ἐμφορέομαι, ἀμπωτίζω] *Significat vel in gurgitem ſe coniicere, vel inſtar gurgitis abundare. Proprie locutus eſt* Plin. 17, 2 *docet vtile eſſe* niues diutinas ſedere. Cauſa — quod liquorem ſenſim praebent, purum praeterea leuiſſimumque, quando nix aquarum caeleſtium ſpuma eſt. Ergo humor ex his non vniuerſus ingurgitans diluensque, ſed quomodo ſititur *(prout ſitis terrae poſtulat)* deſtillans, velut ex vbere alit omnia, quae non inundat. *Etiam illa prior notio ſupereſt apud* Solin. c. 5 *(Salm. 11)* Quantamque ſui partem ingurgitauerit, tantam it perditum. *Salmaſius repoſuit* gurgiti intimauerit, *et ſic priorem editionem ab ipſo auctore emendatam arbitratur* p. 74, a C. Idem Solin. c. 56 *(Salm. 53) de conchis margaritarum,* Ne fuſcentur lapides ſolis calore, ſubſidunt, et ſe profundis ingurgitant. *Quod de Salmaſii ſententia ita mutauit in altera editione,* Subſidunt in profundum, et ſe gurgitibus ab aeſtu vindicant, p. 821, a A. Ingurgitare *itaque eſt ſe in gurgitem, in profundum mergere; et hinc metaphorice, cibum, potum, voluptates quaſcunque intemperanter inuadere, et in eas ſe velut in gurgitem quendam coniicere.* Gell. 15, 2 Crebris et ingentibus poculis omne ingenium ingurgitabat. Poculis *poteſt Datiuus eſſe.* Cic. de Fin. 2, 23 c. 8 Nolim enim mihi fingere aſotos, vt ſoletis, qui in menſam vomant, et qui de conuiuiis auferantur, crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent. Poculis crebris grandibusque ſingulos ingurgitare Apul. Met. 7 p. 192. Merum ventri auiditer Idem Met. 3. Ingurgitat in ſe merum auariter, *tanquam in gurgitem ingerit,* Plaut. Curc. 1, 2, 35. Cic. Philipp. . . Idem quum ſe cibis ingurgitauiſſet. Toto corpore me ingurgitaui Petron. c. 86. *de libidinoſis tactibus.* Cic. in Piſon. 42 c. 18 Nunquam te in tot flagitia ingurgitaſſes. Ingurgïtare ſe in philoſophiam Gell. 5, 16. *honeſte, vt* Heluo *librorum. At* Ingurgitare Se in copias alicuius, *i. Auidius ſe ingerere, vt ſolent famelici et voraces* Cic. Philipp. 2, 65 c. 27.

INGVRGITĀTVS, a, um. Partic. Petron. c. 79 Anus diutius ingurgitata ne ignem quidem admotum ſenſit. Macrob. Somn. Scip. 1, 3 Temeto ingurgitatus.

INGVRGITATIO, ōnis. f. *Apud* Firmic. 5, 8.

INGVSTABĬLIS, e. Adi. [ἄγευϛος] *Quod guſtari non poteſt.* Inguſtabilis fons Plin. 2, 106. Idem 16, 26 Femina poſt Autumnum fert baccas acerbas et inguſtabiles cunctis animantibus.

INGVSTĀTVS, a, um. Adi. [ἄγευϛος] *Non guſtatus.* Hor. Serm. 2, 8, 30 Vt vel continuo patuit, quum paſſeris, atque Inguſtata mihi porrexerit ilia rhombi. *Sed*

INGVSTO *pro Guſtandum dare, legitur apud* Tertull. aduerſ. Gnoſt. *ſ.* Scorp. c. 7 Latio ad hodiernum Ioui in media vrbe ſanguis humanus inguſtatur. *Quod ita exprimit* Minuc. Fel. 21, 15 Iupiter veſter — quum Latiaris *vocatur,* cruore perfunditur. *An* inguſtatur *eſt* Libatur, *guſtandus nempe?*

I N H

INHABĪLIS, e. Adi. [ἀνεπιτήδιος] *Non aptus.* Columel. 2, 1 Progenerandis eſſe fetibus inhabilem. Inhabilis ad agendum Caius in l. 1 *in fine* D. Quod cuiusque vniuerſit. nomine. Liu. 26, 16 Sine conſilio publico, ſine imperio multitudinem nullius rei inter ſe ſociam, ad conſenſum inhabilem fore. Inhabilis magnitudinis nauis, quam ſexdecim verſus remorum agebant Idem 33, 30. Inhabile imperitis telum ad remittendum Idem 24, 34.

INHABĬTO, āre. [ἐνοικέω] *Idem quod Habitare.* Liu. 24, 3 Procul ii, qui inhabitabantur. *ſed incertus locus eſt: vid. Gronou. de cuius ſententia Drakenb. edidit,* Arx procul iis, quae habitabantur. Inhabitat animus in oculis Plin. 11, 37 ſ. 54. *Al.* habitat. *Certius* Plin. 6, 17 ſ. 20 Nec ante dimidiam fere longitudinem — inhabitatur ea regio. *Et 5 pr. de Afris,* Alias caſtella fere inhabitant.

INHABITANS, antis. Partic. Plin. Epiſt. 7, 27, 6 Inde inhabitantibus triſtes diraeque noctes. Apul. Met. 1 p. 18, 11 *Flor.* Denſa inhabitantium aedificia. *it.* Vulg. Sirac. 10, 2. *etc.*

INHABITABĬLIS, e. Adi. [ἀνοίκητος] *Quod habitari non poteſt.* Cic. de N. D. 1, 24 c. 10 Atqui terrae maximas [re]giones inhabitabiles atque incultas videmus. *Add.* Mela 3, 7 *fin.* ¶ 2 *Pro eo qui inhabitatur,* Arnob. 1, 3 *pr.* Ipſi homines deniquequos per inhabitabiles oras terrae ſparſit prima incipiensque nati[o]s, *etc.* διὰ τὴν οἰκȣμένην. *Ita accepit etiam Heraldus, et vix poteſt ter.*

INHABITATIO, ōnis. f. Tertull. contra Marc. 24. *et* Vulg. Int. Sap. 9, 15. Fulgent. Epiſt. 4 ad Prob.

INHABITĀTOR, ōris. m. Hieron. adu. Heluid. c. 1. Vlpian. l. 1 §. vlt. D. furti adu. naut. Nouat. de Trinit. c. 29. [Au]guſtin. Retract. 1, 7.

INHAEREDITO, āre. Vulg. 4 Esdr. 7, 67. *At*

INHAEREDO, āre. Saluian. contr. Auar. 2 p. 384.

INHAEREO, ēre. [ἐπιφύομαι, ἐπιλαμβάνω] *Idem quod Adhaerere.* Columel. 5, 11 *extr.* Cacumina deinde oliuae, ſicut m[od]i inhaerent, vtraque parte adradito. Plin. Epiſt. 5, 16 *pr.* Vt [i]a patris ceruicibus inhaerebat: vt nos amicos paternos et amanter modeſte complectebatur. Inhaerebat oculis memoria imaginis, *[ſ]emper prae oculis erat, et verſabatur ob oculos* Id. ibid. 7, 27, 6. *Al.* i[nerra]bat. Studio oneratus inhaeſi Ouid. Met. 8, 54. Columel. [9], 8 Et ſi eandem petit caeli partem, prioribus inhaeret veſtigiis. [Vi]rtutes ſemper Inhaerent voluptatibus Cic. de Fin. 1, 68. Id. T[uſ]c. 1, 33 c. 15 Sed neſcio quomodo inhaeret in mentibus, quaſi, *etc.* [S]*ic* de Orat. 2, 163 Inhaerere in rei natura.

INHAERENS, entis. Partic. [προσίσχων] Humeris abeun[tis] inhaerens Ouid. Triſt. 1, 3, 79. Opinio inhaerens et penitus inſi[ta] Cic. Tuſc. 4 c. 11. Multi ſuperſtitionibus vanis pertinaciter inhaerentes, obdurant ſe contra manifeſtam veritatem Lactant. 1, 1.

INHAERESCO, ĕre. [ἐπιλαμβάνομαι] *Idem quod Inhaereo.* Cic. de N. D. 2, 144 c. 57 Prouiſum etiam, vt ſi qua minima beſtiola conaretur irrumpere, in ſordibus aurium, tanquam in viſco inhaereſceret. Inhaereſcunt penitus in mentibus Id. Tuſc. 3, 3 c. 2.

INHAESIO, ōnis. f. *Apud* Auguſtin. . .

INHĀLO, āre. [ἐμπνεύω] *Halitum in aliquem emittere.* Cic. in Piſon. 13 c. 6 Et quum iſto ore foetido teterrimam nobis popinam inhalaſſes, excuſatione te vti valetudinis. *i. Halitum popinam redolentem in nos exhalaſſes, et effudiſſes.*

INHALĀTVS, a, um. Part. *Afflatus.* Apul. Met. 2 p. 190 Id genus friuolis inhalatis.

INHALATIO, ōnis. f. *Inſpiratio. Apud* Plin. *vt aiunt Lexica: negant indices.*

INHALĀTVS, ûs. m. *Idem.* Apul. Met. 2 p. 219 Patentis oris inhalatu cinanneo.

INHĀMO, āre. *Hamo inuoluere. Tralate:* Sidon. 9, 9 Vncatis ſyllogiſmis volubilem tergiuerſantium linguam inhamare.

INHIBAE *aues vid.* INEBRAE.

INHĬBEO, ui, ĭtum, ēre. [ἐνείργω, ἀποσέγω] *Ex* In *et* Habeo *compoſitum; eſt rem inceptam, ne procedat, impedire.* Feſtus: Inhibere, Cohibere. Virg. Aen. 12, 693 Parcite iam Rutuli, et vos tela inhibete Latini. Cic. Verr. 5, 163 c. 63 *pr.* Si te illius acerba imploratio et vox miſerabilis non inhibebat. Curt. 7, 2 *pr.* Infeſta concio vix inhiberi potuit, quin protinus ſaxa in eum iaceret. Plin. 2, 5 *de elementis,* Et leuia ponderibus inhiberi quo minus euolent. Aluum, *i. Siſtere: cui contrarium eſt* Soluere Plin. 19, 8. Idem 20, 7 Nec vlla res maiorem in cibis auiditatem incitat, inhibetque eadem. Calcitratus Plin. 8, 44. Curſus inhibebat equorum Ouid. ad Liu. 229. *Sed coniicit Heinſ. Burmanno probante* Suſtentabat aquas, curſusque inhibebat ad aequor. Dolores Plin. 20, 3. Fletus Ouid. Triſt. 5, 1, 56. Liu. 1, 48 Reſtitit pauidus, atque inhibuit frenos. Inhibere Imperium *ſignificat, quaſi poteſtatis et magiſtratus telum ſtringere.* Liu. 37, 51 Et ad populum et in Senatu magnis contentionibus certatum eſt, et imperia inhibita vltro citroque, et pignora capta, et multae dictae, et Tribuni appellati. Plaut. Stich. 5, 4, 18 Vtrum fontali, an Libero imperium te inhibere mavis? *i. Vtrum praeeſſe (hoc eſt imperitare) aquae vel vino mini[ſt]rando. Vel bibere vinum vel aquam.* Liu. 3, 38 *de Decemuiris,* Tentationem eam fore abolendi ſibi magiſtratus, ni conſenſu reſiſterent, imperioque inhibendo acriter in paucos praeferocis animi, conatus aliorum comprimerent. *Et* c. 50 Imperium ſi quis inhiberet, et viros et armatos ſe eſſe, reſpondetur. *Sic* Liu. 4, 51 Conſuli damnum aliamque coërcitionem detrectantibus militiam inhibenti. Idem 36, 28 *Phaeneas Aetolos,* Certum habeo, *inquit,* te imprudentia labi, qui nobis imperes, quae moris Graecorum non ſint. Ad haec conſul, Nec, Hercle, inquit, magnopere nunc curo, quid Aetoli ſatis ex more Graecorum factum eſſe cenſeant: dum ego more Romano imperium inhibeam in deditos. *Vid. Gron. ad h. l. et ad 3, 59. Verbo* inhibere imperium *eſt illud exercere, et prout opus vel volupe eſt adhibere, illoque vti.* Mentem inhibere a turpi probro Catul. 88, 4. Liu. 3, 59 Inhibito ſalubriter Modo nimiae poteſtatis, *quod interpretatur Gronou. impoſito modo poteſtati. Sic* Vim inhibere. Nauem inhibere retro, *eſt Quum remiges non tantum procurſum nauis ſuſtinent et ſiſtunt, ſed etiam repente retrorſus agunt, id quia fit naui in puppim retroacta, ideo Graeci* πρύμναν κρȣ́σασθαι καὶ ἀνακρȣ́σασθαι *vocant. Idque fieri ſolebat vel in ſuga moderata, vt cauerent puppim obuertere proris hoſtium inſequentium; vel in appulſu ad litus, vt puppis ſtatim litori obuerſa parata eſſet ad nouum curſum. A puppi porro religabatur funibus ſ. oris ad litus, a prora iaciebantur ancorae. Pulchre iſta ex Graecis praeſertim ſcriptoribus illuſtrauit, et Latinis qua interpretandis qua emendandis adhibuit Gronou. Obſſ. 4, 26 et paſſim ad Liuii loca, quae laudamus. Breuiter quoque oſtendit Graeu. ad Cic. Fam. 12, 13.* Liu. 30, 10, 17 Vt quaeque roſtrata nauis retro inhibita, onerariam poſt ſe trahebat, ſcindi videres vincula. *Add.* Id. 26, 39 Quum roſtris concurriſſent, neque retro nauem inhiberent, nec dirimi ab ſe hoſtem paterentur. *Hinc* nautae inhibere remis *dicuntur, quum nauem retro vertere volentes, currentis impetum, remorum impreſſione retardant.* Cic. de Orat. 1, 153 c. 33 *extr.* Vt enim incitato nauigio, quum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipſa nauis motum et curſum ſuum intermiſſo impetu pulſuque remorum: ſic in oratione perpetua, quum ſcripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua curſum, ſcriptorum ſimilitudine, et vi concitata. Inhibere nauigium Cicero *exiſtimabat eſſe* ἐπέχειν, *hoc eſt ſuſtinere et ſiſtere. Alio tamen loco ſe reprehendit,* ad Atticum 13, 21 Inhibere *(inquit)* illud tuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet. Eſt enim verbum totum nauticum, quamquam id quidem ſciebam: ſed arbitrabar ſuſtineri remos, quum inhiberi eſſent remiges iuſſi. Id non eſſe eiusmodi didici heri, quum ad villam noſtram nauis appelleretur. Non enim ſuſtinent, ſed

alio

alio modo remigant, id ab ἐποχῇ, remotiſſimum eſt. Quare facies, vt ita ſit in libro quemadmodum fuit. Dices hoc idem Varroni, ſi forte mutauit. *Et poſtea ſubdit*, Inhibitio autem remigum motum habet, et vehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim. *His verbis intelligimus* Ciceronem in Acad. Epochen, *id eſt Aurigae retentionem, quum currum incitatum retinet, hortatu Attici vertiſſe* Inhibitionem: *quum tamen primum* Retentionem *recte vertiſſet: poſtea vero mutaſſe, et* Retentionem *in libro reponendum mandaſſe. Add. mox* Remos inhibere. Nauſeas inhibere, *Vomitiones ſiſtere et arcere.* Plin. 20, 14 Nauſeas cum ſale et polenta in frigida aqua pota inhibet. Profluuium ſanguinis Idem 28, 2. Remos, *Vltra non progredi, quod minus eſt, quam illuſtrata modo formula*, Retro nauem remis inhibere. Quinctil. in praef. 12, 4 Vnum modo in illa immenſa vaſtitate cernere videmur M. Tullium, qui tamen ipſe, quamuis tanta, tamque inſtructa naui, hoc mare ingreſſus, contrahit vela, inhibetque Remos. *i. ſubſiſtit*, cum inhibere remis nauem *ſit retro agere in puppim. Sed non diſſimulat laudatus ante Gronouius* p. 413 *ſibi totum hoc* inhibere remos *non valde placere, ac malle ſe etiam apud Fabium legi* remis. *Et ſic apud* German. Arato 344

Vt cum decurrens inhibet iam nauita remis
Auerſamque ratem voti damnatus ad oram
Perligat, optatam cupiens contingere terram.

Sic legit Gronou. l. c. p. 407. Lucan. 3, 659 Poſtquam inhibent remis puppes et roſtra reducunt, *intell. remiges. Sic Burm. Gronouio p. 416 placebat* Poſtquam inhibent remi puppes et roſtra recedunt. Spem inhibere legibus, *i. habere in legibus edi volebat Gruterus* Cic. de L. Agr. 3, 6 c. 2. *Sed ſeruata lectio vulgata a Gronouiis et Graeuio*, Sed tamen habet in illis legibus ſpem nonnullam ille, *etc.* Cic. Philipp. 13, 37 c. 13 Ita ſibi conueniſſe cum Dolabella, vt ille Trebonium, et ſi poſſet etiam Brutum, Caſſium, diſcruciatos necaret, eademque ipſe inhiberet ſupplicia nobis. Inhibere ſupplicium, *ſic dictum a Cicerone videtur, vt* Inhibere imperium, *etc. vid. Gron. ad* Liu. 3, 59. Liu. 30, 10 Speculatoriae naues permiſtae cum hoſtium nauibus, inhibere ſaepe Tela cogebant metu, ne ambiguo ictu ſuis inciderent. Plin. 20, 7 E contrario naſturtium Venerem inhibet, animum exacuit. Liu. 4, 56 Et conſulibus quoque ab ea poteſtate Vim ſuper tali re inhibitam, *vt legi vult Gron. ad* 3, 58 *pr. i. adhibitam, vt* Imperium, Supplicium, Modum. Vires ſuas Ouid. ex Pont. 1, 7, 51.

INHIBITVS, a, um. Partic. *Vt*, Inhibitus curſus Curt. 4, 16, 16. Lacrimae Idem 10, 6, 3. Inhibitus ſalubriter modus nimiae poteſtatis Liu. 3, 59. *Vid. Gronou. ad loc.*

INHIBITIO, onis. f. [εἶρξις] Cic. Att. 13, 21 Inhibitio remigum.

INHIBRAE *dicuntur aues in auſpiciis, quae volatu quaſi inhibent et prohibent agere.* Seru. *ad* Aen. 3, 246 Alites ſi fuerint proſperae *praepetes*, ſi aduerſae *inhibrae* dicuntur. *Vid.* INEBRA.

INHINNIO, ire. Ille puellis primus inhinniuit Prudent. in Symmach. 1, 57.

INHIO, are. [χαίνω] *Valde os aperire, ad recipiendum bolum: per translationem, vehementer adſpirare ad aliquid.* Plaut. Stich. 4, 2, 25 Nam illic homo tuam hereditatem inhiat, quaſi eſuriens lupus. Hor. Serm. 1, 1, 70 Congeſtis vndique ſaccis Indormis inhians. *de auaro.* Dum Parthico inhiat auro Flor. 3, 11, 2. Gazis inhians Sen. Herc. fur. 3. Cic. in Catil. 3, 19 c. 8 *de Romulo*, Paruum atque lactantem vberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis. *Dicitur alias* Mammam appetere. Tenuit inhians tria Cerberus ora Virg. Georg. 3, 483. Aliquem inhiare, *Vehementer appetere eius aduentum* Plaut. Truc. 2, 3, 18. Bona mea inhiant Idem Mil. 3, 1, 120.

INHIANTER. Adu. *Cupide.* *Apud* Auguſtin. Confeſſ. 9, 8. *Et* Epiſt. 112, 8.

INHIATIO, onis. f. *Cupiditas.* Treb. Poll. in Gallien. c. 9 Scrutantes omnia atque vniuſcuiuſque vultum mira inhiatione mirantes.

INHONESTVS, a, um. Adi. [αἰσχρός] Honeſto *contrarium.* Cic. Q. Frat. 1, 1, 6 *extr.* Inhoneſtiſſima cupiditas. Idem de Fin. 3, 14 Niſi quod turpe, inhoneſtum, indecorum. Quid hoc ioco inhoneſtius Val. Max. 7, 8, 9. Exitus non inhoneſtus Propert. 2, 26, 58. Mors Idem 2, 8, 28. Vulnus Virg. Aen. 6, 497. *Pro Deformi poſuit* Ter. Eun. 2, 3, 65 Illumne obſecro inhoneſtum hominem mulierem ſenem. *Pro Immundis et ſordidis* Idem ibid. 5, 4, 16 Quam inhoneſtae ſolae ſint domi atque auidae cibi.

INHONESTE. Adu. [αἰσχρῶς] Ter. Andr. 4, 6, 2 Quae ſe inhoneſte optauit parare hic diuitias. Cic. Att. 2, 1 Accuſauit Naſicam inhoneſte. *Compar.* Capitolin. in Vero c. 8 Inhoneſtius indulſit liberis.

INHONESTO, are. [αἰσχύνω] *Dedecorare.* Ouid. Triſt. 4, 8, 19 Ne cadat, et multas palmas inhoneſtet adeptas. *Heinſ. ſpurium cenſet hoc diſtichon.*

INHONESTAS, atis. f. *Contrarium* Honeſtati. Tertull. contra Marc. 5, 5 Infirmitati et inhoneſtati et puſillitati et contemtui deputari poſſunt. Idem aduerſ. Iud. c. vlt. Omni inhoneſtate proſtratus.

INHONESTATIO, onis. f. *Apud* Hieron. . .

INHONESTAMENTVM, i. n. *Dehoneſtamentum.* Apul. Apol. p. 275 Ne quid maculae aut inhoneſtamenti in me admittam. *Conf.* Iſidor. 2, 21.

INHONORO, are. [ἀτιμάζω] *Honore priuare.* Tertull. de Reſur. Carn. 10 Carnis non ſubſtantia ſed actus inhonoretur. *Add.* Id. adu. Marc. 4, 15. *et* de Fuga in Perſec. c. 5.

INHONORATVS, a, um. Partic. [ἄτιμος] Honorato *contrarium.* Cic. Tuſc. 3 c. 34 Inhonorata vita. Suet. in Claud. c. 11 Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum, ac ſine grata mentione transmiſit. Dimittere aliquem inhonoratum Liu. 37, 54. Quaeque inhonoratae, non et dicemur inultae, *de ſacrificio non oblato* Ouid. Met. 8, 280. Mors Sil. 4, 607. Tranſire aliquid inhonoratum Quinctil. 1, 5. *Compar.* Liu. 33, 23 Triumphus inhonoratior, *minus honoratus.* *Superl.* *Idem* 35, 12 Thoas Aetolorum praetor, conqueſtus quod omnium Graeciae gentium ciuitatumque inhonoratiſſimi poſt eam victoriam eſſent. *i. praemiis expertes.* *Add.* Flor. 2, 8. Ouid. Met. 13, 41.

INHONORABILIS, e. Adi. *Idem.* Tertull. aduerſ. Marc. 3, 17 Si inglorius, ſi inhonorabilis meus erit Chriſtus.

INHONORIFICVS, a, um. Adi. *Non honorificus.* Sen. de Conſt. Sap. c. 10 Humilitas animi contrahentis ſe ob factum dictumque inhonorificum.

INHONORVS, a, um. Adi. [ἄτιμος] Plin. 5, 30 Aliaeque inhonorae ciuitates. Neque inhonoros ſinens Eutrop. 10, 7. Facies Sil. 10, 391. Sacerdos Stat. Theb. 3, 567. Signa *(militaria)* Tac. Hiſt. 4, 62, 5.

INHORREO, ere. [φρίττω] *Valde horrere. Non minus quam ſimplex primo de terrore, tum de pilis a terrore vel a frigore erectis, tum de multitudine rerum velut erigentium ſe, et ob id ipſum terribilium dicitur.* Liu. 8, 8 Haud ſecus, quam vallo ſepta inhorreret acies. Virg. Aen. 10, 711 *de apro*, Subſtitit, infremuitque ferox, et inhorruit armos. Periculo inhorrui frigore Petron. c. 17. Mihi pili inhorruerunt Petron. c. 63.

INHORRESCO, ere. [ἐπιφρίττω] *Idem.* Plin. 10, 14 Inhorreſcunt edito ouo, excutiuntque ſeſe. Daemones, adiurati per Deum verum et ſolum, inhorreſcunt Minuc. Fel. p. 255. Cic. de Orat. 3, 155 Inhorreſcit mare. *Add.* Idem de Diu. 1 c. 14. Petron. c. 114. Virg. Georg. 1, 314 Spicea iam campis quum meſſis inhorruit, et quum Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent. i. e. Intremiſcit, *ait* Seruius. Agitatus inhorruit aër Ouid. ex Pont. 3, 3, 9. Virg. Aen. 3, 193 Tum mihi caeruleus ſupra caput aſtitit imber Noctem hiememque ferens, et inhorruit vnda tenebris. i. e. Horridior facta eſt per tenebras: Seruius.

INHORTOR, ari. Dep. Apul. Met. 8 p. 164 *Ed. Pricaei*: Iubilationibus et huiuſcemodi vocibus nobis inhortantur. *Idem* 9 *ſub fin. Participio paſſiue eſt vſus*: Canes paſtoricios, villaticos, feros in eorum exitium inhortatos immitti praecipit.

INHOSPITVS, a, um. Adi. [ἀπόξενος] *Quod hoſpitio proprium et aptum non eſt ac commodum, vel propter aſperitatem, vel propter incultum loci ſtatum.* *Vnde* Litora inhoſpita Ouid. Triſt. 3, 11, 7. Regna Ouid. Met. 11, 284. Tecta Idem ibid. 1, 218. Virg. Aen. 4, 41 Et Numidae infreni cingunt, et inhoſpita Syrtis. *Vbi* Seruius: Inhoſpita, Barbara, aſpera. Hor. Epiſt. 1, 14, 19 — Nam quae indeſerta, et inhoſpita teſqua Credis, *etc.* *i. Aſperrima loca, acceſſu difficilia.*

INHOSPITALIS, e. Adi. [ἄξενος] *Inhabitabilis.* Plin. 6 in praef. Pontus Euxinus antea ab inhoſpitali feritate Axenos appellatus eſt. Caucaſus Hor. Carm. 1, 22, 6. Litus, *i. Deſertum, incultum, aſperum* Plin. in Paneg. c. 34. Idem 9, 8 Iniuriae poteſtatum inhoſpitales ad viſendum venientium, Hipponenſes in necem eius compulerunt.

INHOSPITALITER. Adu. *Idem.* Tertull. aduerſ. Marc. 4, 24.

INHOSPITALITAS, atis. f. [ἀποξενία] Hoſpitalitati *Contrarium.* Cic. Tuſc. 4, 27 c. 11 Quae autem ſunt his contraria, ea naſci putantur a metu, *etc.* vt inhoſpitalitas eſt.

INHOSTVS, a, um. Adi. [ἄνισος] *Iniquum et iniuſtum ſignificat, vt vult Salmaſ. ad Solin. p. 24, a C. eamque vocem* Arnobio *a ſe reſtitutam ait ex MSS.* *Porro illam tribuit* Tacito Hiſt. 2, 31 Vitellius ventre et gula ſibi inhoſtus, *quod eſſe in Codice Flor. etiam obſeruat Pichena. Sed editur* ſibi ipſi hoſtis; *a Gronouio ex MS.* ſibimet hoſtis. *Etiam* Ann. 15, 25 *eſt in bonis libris*, Bellum anceps an pax inhoſta placeret? *pro quo ex Lipſii coniectura receptum eſt* inhoneſta. *Aliquando in mentem venit, eſſentne vicina, aut eadem adeo* inhoſtus *et* infeſtus, *vt* Horctum *et* Ferctum?

INHVMANVS, a, um. Adi. [ἀπάνθρωπος] *Crudelis, humanitatis expers, communi naturae ſenſu priuatus.* Ter. Phorm. 3, 2, 24 Hiccine? quod homo inhumaniſſimus Pamphilam meam vendidit? *Add.* Hec. 1, 2, 11. Inhumanus homo Cic. Verr. 2, . . *Et pro* Quintio 11 Praeco. Ter. Eun. 5, 2, 41 Non adeo inhumano ingenio ſum, Chaerea *etc.* h. e. Immitis non ſum, quantum putas Donatus. Quis inhumanior Cic. Verr. 2 *extr.* Barbaria Ouid. Triſt. 3, 9, 2. Crudelitas Liu. 24, 5. Gens Lact. 4, 26. Litora Solin. c. 21. Negligentia Cic. Off. 1, 130. Exculto animo Nihil agreſte, nihil inhumanum eſt Cic. Att. 12, 46 *extr. i. durum.* Tacit. Hiſt. 2, 70 Protritis arboribus, atque frugibus dira vaſtitas, nec minus inhumana pars viae, quam Cremonenſes lauro, roſisque conſtrauerant, exſtructis altaribus. Securitas Tac. Hiſt. 3, 83. Vox inhumana et ſcelerata Cic. de Fin. 3, 64. *Sic*, Inhumanior libido Liu. 31, . . ¶ 2 *In admiratione praeſtantiae* Apul. Met. 5 p. 162, 13 Lauacro pulcherrimo et inhumanae menſae lautitiis eas *(ſorores ſuas Pſyche)* opipare reficit. *Sic 11 p.* . . . Inhumanus aſpectus, *et* de Deo Socr. . . . Caeleſtis et inhumana ſententia.

INHVMANE. Adu. [ἀπανθρώπως] *Inciuiliter, imprudenter.* Ter. Heaut. 5, 5, 1 Enimuero Chremes nimis grauiter cruciat adoleſcentulum, nimisque inhumane. Cic. Off. 3, 30 c. 6 Inhumane facere. Conuiciari alicui inhumane Quinctil. 3, 8. Inhumane muta oratio Nazar. Pan. c. 16. Inhumanius dicere Cic. de Amic. c. 13.

INHVMANITER. Adu. [ἀκηδέστως] *Idem.* Cic. Q. Frat. 3, 1, 6 Non poſſum ſcribere, me miratum eſſe illum tam inhumaniter feciſſe, vt ſine meis literis proficiſceretur.

INHVMANITAS, atis. f. [ἀπανθρωπία] Cic. Philipp. 2, 8 Sit hoc inhumanitatis tuae. Manſuetudinem in crudelitatem inhumanitatemque conuertere Cic. Verr. 5 c. 44. Idem de Orat. 1, 99 Quod ego non ſuperbia, neque inhumanitate faciebam. Impudens, crudelis, et inmoderata inhumanitas Idem pro Deiot. c. 12.

INHVMANATIO, onis. f. *et*

INHVMANATVS, a, um. Adi. *De Chriſto humanitatem aſſumente* Cod. de ſumma Trin.

INHVMECTVS, a, um. Adi. *Idem atque Siccus.* Cael. Aurel. Acut. 2, 37 Inhumectum et ſiccum corpus.

INHVMIGO, are. *Humectare.* Liu. Andron. *apud* Non. 1, 311 Confluges vbi conuentu campum totum inhumigant. *Al.* Inhumidant.

INHVMO, are. [ἐνταφιάζω] *In terra recondere, aut humo operire.* Plin. 17, 18 Non inhumare taleas, aut ſiccare prius, quam ſerantur, vtilius compertum.

INHVMATVS, a, um. Adi. *Non humatus, Inſepultus.* Cic. de Diuin. 2, 143 Is quum eſſet proiectus, inhumatus, ab omnibusque deſertus iaceret, amica corpus eius texit pallio. Corpora inhumata mandemus terrae Virg. Aen. 11, 22. *Conf.* Idem 4, 620. Funus Lucan. 7, 820.

I N I

INIBI. [ἐκεῖ] *Adu. in loco: quiddam maius quam Ibi ſignificans.* Plaut. . . . Nos domum properamus: vos inibi adeſte. Idem Perſ. 1, 3, 45 Marſupium habeat: inibi paullum praeſidii, Qui fami-

liarem ſuam vitam oblectet modo. Apuleius Met. 1 p. 29, 3 *Flor.* Inibi iſte Milo diuerſatur. *Et* Met. 2 p. 47, 5 Aſſidue reſpiciens praeminiſtrantem Fotidem inibi recreabar animi, *et alias ſaepius vtitur.* Cic. Philipp. 14, 5 Quod ſperare nos quidem debemus, P. C. aut inibi eſſe, aut iam eſſe confectum. *Add.* Cic. Agrar. 1 c. 7. Cat. R. R. c. 18. Inibi, pro Sic et mox, *inquit* Nonius 2, 427. Caecilius Plotio, Liberne es? non ſum: verum inibi eſt. Pacuuius, Profecto aut inibi eſt; aut iam potiuntur frugum. *Eſt ergo idem, quod* in eo eſt. Plaut. Capt. Argum. 5 Et inibi emit olim amiſſum filium. *i. Inter illos.* *Sed Gronou.* in ibus, *i. iis.*

INIDONEVS, a, um. Adi. *Non idoneus.* *Vnde*

INIDONEE. Adu. *Apud* Apul. Met. 4 p. 155 Inidonee celebrari laudibus. *al. aliter.*

INIECTO, INIECTVS, *vid.* INIICIO.

INIENS, *vid.* INEO.

INĬGO, ēgi, actum, ĕre. *Intro agere, impellere.* Varro de R. R. 2, 2 In nutricatu quum parere coeperunt, inigunt in ſtabula ea, quae habent ad eam rem ſecluſa. *de ouibus.* Capras dicunt Athenis in arcem non inigi Varro R. R. 1, 2. Idem 3, 10 Folia eius decerpentes dant, ne ſi inegerint vbi naſcitur, aut obterendo perdant, aut ipſi cruditate pereant. Voraces enim ſunt natura. *de anſeribus.* Inegerint, *h. e. Paſtum egerint in eum campum, in quo Seris herba naſcitur.* *Vid.* Feſt.

INIĬCIO, ēci, ectum, ĕre. [ἐπιῤῥίπτω, ἐμβάλλω] *Intro iacere.* Ter. Andr. 1, 1, 113 Quae ſeſe voluit in ignem iniicere, prohibui. Iniicere ſe in medios hoſtes Cic. pro Domo 14. In agmen medium ſe iniecit Virg. Aen. 2, 408. In flammam Cic. pro Cluent. 79. In fraudem Plaut. Truc. 2, 2, 43. Interius iniectum *emplaſtrum in fiſtulas* Scribon. 208. Plin. 8, 40 Accenſo regis Lyſimachi rogo, iniecit ſe flammae. *de cane.* Acetum iniicere Scribon. 196. *i. infundere inuito, qui tauri ſanguinem bibit.* Liu. 5, 28 *extr.* Quum perequitaſſet aciem promiſſa repetens, tantum iniecit ardoris, vt non vltra ſuſtinuerint impetum. Arma regnis Stat. Theb. 1, 241. Beneficium Sen. de Benef. 1, 1. Brachia collo Ouid. Met. 3, 389. Cic. Verr. 5, 24 iſte hominibus miſeris innocentibusque iniici Catenas iubet. *Sic* Frena, *it.* Manicas iniicere. Liu. 34, 4 Vultis hoc Certamen vxoribus veſtris iniicere Quirites, vt diuites id habere velint, quod nulla alia poſſit? *i. occaſionem certaminis ſuppeditare.* Cic. Att. 7, 3 Quod ſi iſta nobis Cogitatio de triumpho iniecta non eſſet, quam tu quoque approbas, *etc.* Liu. 3, 64 Iniecta Contentione, Duellius COSS. ad ſubſellia accitos quum interrogaſſet, *etc.* Liu. 35, 25 In concilio omnium ad bellum extemplo capeſſendum inclinatae ſententiae erant: literae T. Quintii Cunctationem iniecerunt, quibus auctor orat Praetorem *etc.* Cic. Fam. 11, 10 Quantamque Cupiditatem hominibus iniiciat vacuitas. Curam alicui, *Afferre ei ſolicitudinem:* Ter. Adel. 4, 5, 76 Itaque adeo magnam mihi iniecit ſua commoditate Curam, ne forte imprudens faciam quod nolit, ſciens cauebo. Hor. Serm. 1, 6, 49. Formidinem alicui Cic. Verr. 3, 68. Frena licentiae Hor. Carm. 4, 15, 11. Cic. Philipp. 13, 20 Qui ſe totius belli fluctibus circumiri, quam illum aut egredi, aut progredi maluit: Mutinamque illi exſultanti, tanquam Frenos furoris iniecit. Plaut. Amph. 3, 1, 15 Atque in horum familiam Fruſtrationem hodie iniiciam maximam. *i. Decipiam eos.* Fugam inimicis, *Cogere inimicos in fugam* Plaut. Pſeud. 2, 1, 15. Cic. de Diuin. 1, 19 Et Capitolinis iniecit ſedibus ignes. *Ex Poëta.* Laqueum alicui Liu. 1, 26. Manicas iniicite huic maſtigiae Plaut. Capt. 3, 5, 1. *vt* Catenas, Vincula. Manum, *pro Vim inferre* Sen. in Conſolat. ad matrem. Plaut. Trucul. 4, 2, 49 Poſt id ego te Manum iniiciam quadrupli, venefica. *i. in ius te rapiam, et tecum agam quadrupli.* *Verbum fori, cum iure noſtro vtimur etiam manu adhibita,* Lex XII tabb. *apud* Feſtum *voce* Struere, Si caluitur pedemue ſtruit, Manum endo iacito: *permittit reum tergiuerſantem manu prehendere.* *Ita in vindiciis* Liu. 3, 44 Virgini venienti in forum miniſter Decemuiri libidinis Manum iniecit. *Metaph.* Cic. pro Roſc. Com. 48 Ipſa mihi veritas Manum iniecit, et paullisper conſiſtere, et commemorari cogit. *i. Retinuit me, et ſubſiſtere coëgit.* *Sic* Plin. Epiſt. 10, 19 Itaque et quieti eius inieci Manum, et exegi, vt me in Bithynia conſilio inſtrueret, *i. Otioſum Nymphidium nactus, continuo nauare mihi operam coëgi, quaſique vſui meo vindicaui, vt me conſiliis ſuis adiuuaret.* Cic. pro Milon. 85 Cui primum Mentem iniecit, vt *etc.* vi irritare, ferroque laceſſere fortiſſimum virum auderet. *Vid. mox* INIECTIO. *Huc reſpicit* Virg. Aen. 10, 419 Iniecere Manum Parcae, *vbi* Seruius, Traxerunt debitum ſibi. Et ſermone vſus eſt iuris. Nam Manus iniectio dicitur, quoties, nulla iudicis auctoritate exſpectata, rem nobis debitam vindicamus. Ouid. Am. 1, 4, 40 Oſcula ſi dederis, fiam manifeſtus amator: Et dicam, mea ſunt! iniiciamque Manus. *Et* 2, 5, 30 Iniiciam dominas in mea iura Manus. *Et* Faſt. 4, 90 Aprilem memorant ab aperto tempore dictum, Quem Venus iniecta vindicat alma Manu. Sen. Conſol. ad Helu. 11 Animus ipſe ſacer et aeternus, cui non poſſit iniici Manus. *i. vis fieri.* Cic. Verr. 2, 135 Hoc iniecto Metu iudicibus, nouo more, nullo exemplo, *etc.* Liu. 1, 19 Deorum Metum populo iniiciendum ratus eſt. Plaut. Caſ. 3, 3, 26 Iam pol ego huic aliquem in pectus iniiciam Metum. Miſſilla Liu. 6, . . . Naribus iniici Scribon. 10. Intus nares iniici Id. 46. *i. intra.* Nomen meum operis ediderat, imperitis iniecerat Cic. pro Domo c. 6. *i. Condictos homines iuſſit nominare Ciceronem, imperiti his credidere.* Pallium alicui Cic. de N. D. 3, 83. Particulam ſpongiae iniicere naribus paullo preſſius, *i. immittere* Scribon. 46. Pauorem Liu. 4, . . . *et* 28, . . . Periculum, *vid.* PERICVLVM. Periculum mortis Cic. pro Caecin. 83. Idem pro Muraen. 48 Atque ex omnibus illa Plaga eſt iniecta petitioni tuae, non tacente me maxima. Liu. 26, 6 *pr.* Quorum corporibus quum completa eſſet foſſa, velut aggere aut Ponte iniecto, tranſitum hoſtibus dedit. Donec Iniiciat Radios in mea vina dies Propert. 4, 6 *extr.* Religionem Liu. 8, . . . Cic. pro Caecin. 97 Quum Aretinae mulieris libertatem defenderem, et Cotta Decemuiris Religionem inieciſſet, non poſſe ſacramentum noſtrum iuſtum iudicari, *etc.* Scrupulum homini, *In dubium aut dubitationem immittere, vt incertum ſit quid agere debeat* Ter. Phorm. 5, 8, 30. Cic. pro Cluent. 76 c. 28 Hic tum iniectus eſt hominibus Scrupulus, et quaedam dubitatio, quidnam eſſet actum. Spem, *Spei et exſpectationis cauſas dare.* Cic. Att. 10, 7 Iniecta autem mihi Spes quaedam eſt velle mecum, *etc.* Idem Att. 3, 22. Ter. Phorm. 4, 4, 10 Iniecta eſt Spes patri, poſſe illam excludi. Supra Stercus iniectum Cic. de Diu. 1 c. 27. Studium alicui, *pro Inſlammare, et impellere atque inſtigare* Suet. de Claris Rhet. 3. Caeſ. B. G. 1, 46 Multo maior alacritas, ſtudiumque pugnandi maius exercitui iniectum eſt. Cic. pro L. Agr. 2, 79 Quid omnia transmarina vectigalia iuuabunt, tenuiſſima Suſpicione praedonum aut hoſtium iniecta? Terrorem alicui Cic. Verr. 5, . . . Timorem Liu. 4, . . . Cic. Att. 5, 20 Et Parthis timor iniectus. *Conſ.* Nep. 7, 3, 3. . Trepidationem Liu. 3, . . . Cic. Catil. 3, 7 Ne ſi nihil eſſet inuentum, temere a me tantus Tumultus iniectus ciuitati videretur. Liu. 38, 33 Quum illi deos et fidem legatorum teſtarentur, et legati et Praetor ſummoueret turbas, et protegeret Lacedaemonios, Vinculaque iam quosdam iniicientes arceret, creſcebat tumultus concitata turba. *Vt* Catenas *etc.* Cic. de Fin. 3, 76 Recte inuictus, cuius etiam ſi corpus conſtringatur, animo tamen Vincula iniici nulla poſſint. Varro de R. R. 1, 17 Ad iniiciendam Voluptatem his praefecturae, honore aliquo habendi ſunt. Iniici *ſimpliciter* Scribon. 40. Iniicio illud, *pro eo, quod quis dicat, Addo quod, vel Hoc etiam accedit.* Varr. R. R. 1, 18 Iniicio illud, quod modum neque vnum, *etc.* *Ex vetuſto tamen Cod. legitur* Mitto illud. Iniicere in ſermone, *Sermone indicare velut obiter, per occaſionem.* Cic. Fam. 12, 16 Qui mihi cum in ſermone inieciſſet.

INIECTVS, a, um. Part. [ἐπεῤῥιμμένος] Liu. 27, 32 Raptus ab ſuis, atque alteri equo iniectus fugit. Pellis Nep. 17, 8, 2. Comae iniectae collo Ouid. Faſt. 2, 772. Quum libido ad id, quod videtur bonum, iniecta et inflammata rapiatur Cic. Tuſc. 4 c. 6. *vbi male Dauiſ.* inlecta.

INIECTVS, ûs. m. [ἐπίῤῥιψις] Plin. 8, 16 Vix credibili modo torpeſcente tanta illa feritate, quamuis leui iniectu operto capite, ita vt deuinciatur non repugnans. Iniectus animi Lucret. 2, 738. Oculorum iniectum ſuſcipere Arnob. 1.

INIECTIO, ōnis. f. [ἐπίῤῥιψις] *Vt*, Manus iniectio. *Eſt autem* Manus iniectio, *ius domini in re capienda et vindicanda quam agnoſcit ſuam.* Sen. de Conſtant. Sap. 5 Habebat ſecum Stilpon vera bona, in quae non eſt manus iniectio. *Loquitur de bonis, quae Fortuna non poteſt iniecta manu tanquam ſua repoſcere.* Lex XII tabb. *apud* Gell. 20, 1, 45 Aeris confeſſi rebusque iure iudicatis triginta dies iuſti ſunto. Poſt deinde manus iniectio eſto, in ius ducito *etc.* Quinctil. 7, 7 *extr.* Patri in filium, patrono in libertum manus iniectio ſit: liberti heredem ſequantur. *Hae ſunt leges.* *Iam ſequitur*, Liberti filium quidam fecit heredem, inuicem petitur manus iniectio: et patronus negat ius patris illi fuiſſe, quia ipſe in manu patroni fuerit. *Reſpondent ergo ſibi haec*, Patrono eſt manus iniectio in libertum: libertus eſt in manu patroni. Vlpian. l. 10 de in ius voc. §. 1 Proſtituta contra legem venditionis, venditorem habebit patronum, ſi hac lege venierat, vt, ſi proſtituta eſſet, fieret libera. At ſi venditor, qui manus iniectionem excepit *etc.* *Conſ.* Paullus l. 9 D. de ſeruis exportandis. *Vbique* iniicere manus *eſt vindicare vel ſibi in ſeruitutem, vel in libertatem:* iniectio manus *ſunt vindiciae ſ. ius vindicandi.* ¶ 2 Tertull. de Pudic. c. 13 Iniectiones Satanae *ſunt* τὰ νοήματα, *conſilia, cogitata.* *Conſ.* Idem adu. Marc. 3, 21 *pr.*

INIECTO, āre. Frequent. [ἐπιῤῥίπτομαι] Stat. Theb. 9, 133 Auſus erat furto dextram iniectare Leonteus. Sil. 3, 183.

INIECTĪVVS, a, um. Adi. *Vt*, Status controuerſiarum iniectiuus Aggen. Vrb. de Limit. p. 63. *conſ.* p. 78.

INIECTIONALE, is. n. *Idem quod Clyſter.* Octau. Horat. 4 Obſtare iniectionali.

INIMĪCVS, i. m. [ἐχθρὸς, ἀπεχθὴς] Amico *contrarium. Hoſtis.* Plaut. Perſ. 3, 1, 23 Nam inimici famam, non ita vt nata eſt ferunt. *Vir poſt diuortium vocatur inimicus a ICtis: vid. Gentil. Parerg. 1, 21. Taubm. ad* Plaut. p. 74 *ſ. ad* Amph. 3, 2, 20. Liu. 39, 28 *extr.* Quo in numero me eſſe apud vos velitis, refert: ſi tanquam inimicum et hoſtem inſectari propoſitum eſt, pergite. Acerrimus, *vid.* ACER. Atrox Virg. Georg. 1, 407. Certus, *vid.* CERTVS. Peruicax Quinct. 5, 7. Capere inimicos Ter. Andr. 4, 2, 12. Colligere inimicos *vid.* COLLIGO. Cic. de Fin. 5, 28 Neceſſe eſt quidem, ſi quis ſibi ipſi inimicus eſt, eum quae bona ſunt, mala putare. Tacit. Hiſt. 1, 26 Conſiliique quamuis egregii, quod non ipſe afferret, inimicus. Inimiciſſimus, *Subſt. pro Inimico maximo* Nep. 23, 12, 2. *et* Cic. pro Milon. 25 c. 9 *Nam vtroque loco reperitur cum Pronomine*, Inimiciſſimum ſuum. *Verba* Ciceronis, Vbi vidit homo ad omne facinus paratiſſimus fortiſſimum virum inimiciſſimum ſuum, certiſſimum coſ., palam agere coepit et aperte dicere, occidendum Milonem. ¶ 2 *Alias Adiectiuum eſt.* Cic. Verr. 2, 149 Quod eos infenſo animo atque inimico veniſſe dicatis. Amnis inimicus pontibus Sil. 3, 453. Cic. Verr. 1, 12 Meminerit ſe priore actione Clamore Populi Romani infeſto atque inimico excitatum. Conſilia patriae inimica Nep. 4, 3, 3. Inimica eſt multorum Conuerſatio Sen. Ep. 7. Enſis Virg. Aen. 2, 600. Fames Ouid. Faſt. 4, 767. Fortuna Virg. Aen. 5, 356. Gens inimica mihi Idem ibid. 1, 71. Ignis Virg. Georg. 4, 330. Lues Sil. 17, 97. Numina Virg. Aen. 2, 622. Pectore inimico fatur Idem ibid. 11, 556. Vis inimica propinquat Virg. Aen. 12, 150. Vomitiones inimicae oculis maxime ac dentibus Plin. 11, 53. Plaut. Capt. 3, 4, 26 Viden' hunc quam inimico Vultu tuetur? *Comparat.* Cic. Att. 9, 15 Nunc etiam impurum et ſceleratum puto, nec tamen mihi inimiciorem quam ſibi. Idem Fam. 3, 8 Nihil poteſt eſſe inimicius. *Et* de Amicit. 59 Negabat vllam vocem inimiciorem amicitiae potuiſſe reperiri quam eius. *Add.* Idem Verr. 4 c. 43. *et* in Piſ. c. 31. *Superl.* Nep. 14, 5, 4 Inimiciſſimum quem habere. *Conſ.* Idem 23, 7, 3. Columel. 12, 50 Inimiciſſima oleo amurca. ¶ 3 Inimicus *et* Mimicus *confunduntur a librariis.* *Vid.* MIMICVS.

INIMICITIA, ae. f. [ἔχθος, ἔχθρα, ἀπέχθεια] Cic. Tuſc. 4, 21 c. 9 Inimicitia, ira vlciſcendi tempus obſeruans. *Vſitatius tamen* Inimicitiae, arum. Inimicitiae ſunt inter eos Ter. Andr. 5, 2, 11. — cum aliis Cic. pro S. Roſc. c. 6. Graues Quinctil. 6, 3. Iuſtae, *vid.* IVSTVS. Cic. pro Rabir. Poſt. 32 Neque me vero poenitet Mortales inimicitias ſempiternas amicitias habere. Truces Hor. Epiſt. 1, 20, 49. Appetere inimicitias, *vid.* APPETO. Ter. Phorm. 2, 3, 23 Ni ita exiſtimaſſem, nunquam tam graues ob hanc inimicitias Caperem in noſtram familiam. Tacit. Ann. 5, 11 Nam Trio facilis Capeſſendis inimicitiis. Communicare, *vid.* COMMVNICO. Concipere, *vid.* CONCIPIO. Contrahere Quinctil. 7, 2. *vid.* CONTRAHO. Deponere, *vid.* DEPONO. Gerere Nep. 25, 11, 5. Inſitas habere et gerere, *vid.* INSERO. Indicere, *vid.* INDICO. Cic. Verr. 5, 181 Tacitae magis et occultae inimicitiae timendae ſunt, quam

quam indictae et apertae. Intercedere inimicitias cum aliquo Cic. pro Cael. 32 c. 13. Perſequi Idem Diu. Verr. 66. Ponere *vel* deponere Cic. Att. 4, 13. Idem Verr. 5, 182 Inimicitiae ſunt? ſubeantur labores? ſuſcipiantur. Cic. Off. 1, 8 Nam aut inimicitias, aut laborem, aut ſumtus Suſcipere nolunt. Idem Fam. 2, 14 *et* 18. — cum quo Nep. 14, 10, 2. Venire ad inimicitias Cic. ad Q. Fratr. 29. *qui numerus quid ſibi velit, neſcio.* Vocare ad inimicitias Cic. Fam. 11, 3.

INIMĪCO, āre. [ἐχθραίνω, ἐχθρὸν ποιῶ Gloſſ. Lat. Gr. *et* Gr. Lat.] *Inimicum facere.* Hor. Carm. 4, 15, 20 Et miſeras inimicat vrbes. *Adde* Stat. Theb. 2, 419 Hoſtiles inimicent claſſica turmas, Vet. Schol. ad bellum commoueant. *Apud* Q. Ciceronem *etiam* de Petit. Conſul. 37 c. 12 *legebatur in primis editionibus*, Sin autem id neges, ſtatim abalienant ſe et inimicantur: *quod Corrado et Lambino auctoribus poſt mutarunt ita*, et certe abalienes, et ſtatim, et plures. *Non indignum certe Ciceronis fratre verbum, oſtendit Horatius.* Auſon. Epiſt. 24, 63 Liuor vbi iſte tuus (ô *Nemeſis*) ferrugineumque venenum Opportuna tuis inimicat pectora fucis. Sidonius Apoll. 5, 19 *pr.* Facinus indignum, quodque nos vosque inimicaſſet, niſi protinus ſciſſem, te neſciſſe faciendum. *Vtitur etiam* Io. Sariſber. Policrat. 2, 27. 5, 17. 6, 5 *quem laudat cum reliquis Sauaro ad* Sidon. *l. c. Conf.* AMICO.

INIMICĀLIS, e. Adi. *Aduerſarius.* Sidon. Epiſt. 1, 3 Stimulis inimicalibus excitari.

INIMĪCE. Adu. [ἐχθρωδῶς] *Hoſtiliter, aduerſo animo et contrārio.* Cic. Philipp. 2, 34 Ego autem, vide quam tecum agam non inimice. Idem de N. D. 1, 5 c. 3 Inimice inſectari. Idem pro Quintio 66 c. 21 Inimiciſſime atque infeſtiſſime contendere.

INIMICĬTER. Adu. [ἐπεχθῶς] Accius, Placare hoſtem ferocem inimiciter accenſum. *apud* Non. 11, 41. *Vid.* Gell. 3, 8. Chariſ. p. 181. Priſcian. p. 1011.

INIMITABĬLIS, e. Adi. [ἀμίμητος] *Quod quis imitari non poteſt. Laudatur* Quinctil. 2, 17 (2) Opera quaedam nobis inimitabilia. *Certiora* Idem 10, 2, 19. *et* 8, 3, 25. Inimitabilis humanae rationi Sapor Quinctil. 1, 10, 7. Vell. 2, 97, 3 Morum dulcedo inimitabilis.

ININDE. Adu. [ἐκεῖθεν] *Ex eo loco.* Liu. . . . Ita exercitus ininde domos abducti. *Locus fortaſſe corruptus.*

ININITIATVS, a, um. Adi. *Non inceptus.* Claud. Mamert. c. 23.

ININTERPRETABILIS, e. Adi. Sermo ininterpretabilis Vulg. Hebr. 5, 11. *Conf.* Tertull. adu. Valent. c. 14.

ININTELLIGIBILIS, e. Adi. Inintelligibilis Dei ſplendor Ambroſ. Offic. 1, 14.

ININVENTIBILIS, e. Adi. Ininuentibilia iudicia eius Tertull. adu. Hermog. c. 45.

ININVESTIGABILIS, e. Adi. Tertull. adu. Marc. 2, 2. *et* 5, 14. *it. adu.* Hermog. c. 45.

INĪQVVS, a, um. Adi. [ἀνώμαλος] *Non aequatus nec planus, Impar, difficilis et cui par non ſis.* Liu. 2, 31 Cum Aequis poſt aliquanto pugnatum eſt, inuito quidem Conſule, quia loco iniquo ſubeundum erat ad hoſtes. Aſcenſus Liu. 28, 16. *Conf.* Idem 22, 28. Caeſ. B. G. 2, 10 *et* 27. Salluſt. Iugurth. 54 Praeterea iniquum ſibi certamen cum hoſtibus. *al.* inimicum, *male conf.* Virg. *modo* Pugna iniqua. Paludem iniquam Tacit. Ann. 1, 63, 3 *Quae eluctatu nimium erat difficilis.* Iniquum defenſantibus agmen Tacit. Ann. 2, 5, 4. ¶ 2 [ἄνομος, παράνομος] *Qui contra aequitatem facit, iniuſtus.* Ter. Andr. 1, 2, 16 Sed ea nunc me exquirere, iniqui patris eſt. Idem Heaut. 2, 1, 1 Quam iniqui ſunt patres in omnes adoleſcentes, iudices. *Inimicus.* Ter. Prol. Adel. 2 Poſtquam Poëta ſenſit ſcripturam ſuam ab iniquis obſeruari, et aduerſarios rapere in peiorem partem, *etc. Iratus, infeſtus.* Hor. Serm. 2, 7, 14 — Vertumnis quotquot ſunt, natus iniquis. ¶ 3 *Dicitur de omni re, quae modum, vel certe vires noſtras excedit:* Virg. Georg. 4, 147 Verum haec ipſe equidem ſpatiis excluſus iniquis Praetereo. *Vid.* Seru. *ad loc.* Ibid. 1, 164 — Iniquo pondere raſtri. Iniquum merum *dixit* Val. Flacc. 3, 65. *i. Plus iuſto.* Idem 3, 486 Haeret Hylas lateri greſſuſque moratur iniquos. Q. Seren. Sam. Carm. 38 v. 713 Ennius ipſe pater dum pocula ſiccat iniqua. *Conf. Burm. ad* Flacc. *et* Sammon. *ll. cc.* ¶ 4 *Alia Subſtantiua:* Ter. Eun. 2, 1, 6 Ego quoque vna pereo, quod mihi eſt carius: ne iſtuc tam iniquo patiare Animo. Animis certatis iniquis Virg. Aen. 10, 7. Animo iniquiſſimo mori Cic. de Sen. c. 23. Caſus Virg. Aen. 6, 475. Cic. Att. 8, . . Mea quae ſemper fuerit ſententia, primum de pace vel iniqua Conditione retinenda. Curatio iniqua Cael. Aurel. Acut. 1, 15, 26. *eſt praua, incommoda, abſurda.* Cic. pro Caecin. 64 Puto te ipſum Piſo perſpicere, quanto iſta ſit anguſtior iniquiorque defenſio, quam, *etc.* Iudex Ouid. Met. 13, 190. Legem ſancimus Hor. Serm. 1, 3, 67. Litus Hor. Od. 2, 10, 3. Mente iniqua ferre aliquid Ouid. Met. 8, 634. Penates Hor. Od. 2, 4, 15. Pondera Vlpian. in l. Si quis a me D. de action. emt. Pretium pietatis iniquum Ouid. Epiſt. 14, 129. Pugna, *Non aequa et impar, nempe quum pedes contra equitem decertat:* Virg. Aen. 10, 889 — Pugna congreſſus iniqua. Sermones, *pro Obtrectationibus.* Cic. Fam. 1, 9 Quorum iniqui ſermones quum ad me per homines honeſtiſſimos perferuntur. Sidus iniquum gentibus Lucan. 10, 35. Vultu iniquo ſpectare aliquem Ouid. de Arte Am. 1, 313. ¶ 5 *Subſt.* Me a te contra iniquos meos ſolere defendi Cic. Fam. 11, 27, 18.

INIQVARE. [παρανομεῖν] *Perturbare, iniquum aegrumque reddere.* Laberius, Aequum animum indignanti iniquat contumelia *ap.* Non. 2, 444.

INIQVĬTAS, ātis. f. [ἀνωμαλία] Liu. 7, 34 Si ab eo conſilio iniquitate loci deterrerentur. *Add.* Idem 21, 33. Caeſ. B. G. 3, 2. Contentus iniquitate; *vid.* CONTINEO. Iniquitas hominum, [παρανομία, παρανόμημα] *Iniuria aut malignitas.* Plin. 12, 19 Id accideritne ob iniquitatem praepotentium, an forte, non ſatis conſtat. Omneſque eas iniquitates ſui quaeſtus cauſa conſtituiſſe Cic. Verr. 3 c. 16. Cic. Att. 1, 11 Nihil tam exercitum eſſe nunc Romae, quam candidatos, omnibus iniquitatibus. Iniquitas temporis, *Difficultas et pericula praeſentia* Cic. pro Roſc. Amer. 1. *Sic* Liu. 35, . . Nam ſi quod aliquando ſeruierunt temporum iniquitate preſſi, *etc.* Iniquitas corporis, *vid. mox* INQVIETITAS.

INĪQVE. Adu. [παρανόμως] *Iniuſte.* Plaut. Caſ. 3, 4, 27 Aut quod ego vnquam erga Venerem inique fecerim? Inique iniurius Plaut. Epid. 4, 1, 24. Ter. Adelph. 2, 2, 3. Sannio *interrogatus* Te audio cum hero neſcio quid concertaſſe, *ait* Nunquam vidi iniquius certationem comparatam, quam quae hodie inter nos fuit. Ego vapulando ille verberando defeſſi ſumus. *Conf.* Gell. 20, 1. Cic. pro Cluent. 57 c. 21 *pr.* Iam hoc quoque prope iniquiſſime comparatum eſt, quod, *etc.* Ne eum circumuentum inique iniqui irrideant Ter. Hec. Prol. v. 54. Inique paciſci Cic. Verr. 3, 37. Idem ad Brut. 4 At hoc ipſum, inquies, inique facis, qui hoſtilis animi in Rempubl. homines, ciues apelles.

INITIVM, i. n. [ἀρχὴ] *Principium et velut ingreſſus rei maioris*, Initium *vocatur: vt*, Initium orationis Quinctil. 4, 1, 1. Ter. Andr. 4, 2, 26 Immo etiam narrationis incipit mihi initium. Idem Hec. 5, 3, 23 Hic adeo his rebus anulus initium fuit inueniundis. Ib. 3, 3, 1 Nequeo mearum rerum initium vllum inuenire idoneum. Initio, *Ablatiuus, pro In initio.* Cic. Fam. 1, 7 Redeoque ad illud, quod initio ſcripſi. Cic. de Orat. 1, 121 Adoleſcentulus vero ſic in initio accuſationis exanimatus ſum, *etc.* Cic. ad Brut. 10 Cui Conſuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. Papinian. l. 123 D. de verb. obligat. Si flagitii faciendi, vel facti cauſa concepta ſit ſtipulatio, ab initio non valet: *i. Omnino, plane non valet, Gr.* τὴν ἀρχὴν, *ſic vt nunquam valeat, nec ex ea actio competat.* Ad initia Scribon. 90. In initiis Id. 22. 134. 179. Inter initia Id. Ep. Comp. 19. 38. *Vid. Rhod. Lex.* Scribon. Diſciplinae initia Ep. *vulgo Principia.* Initiis Idem 21. *it.* 62. Initium irae Ter. Hec. 3, 2, 16. Illa initia, quae Graece elementa dicuntur Cic. Acad. 1, 26 c. 7. Initia *ac* Semina, *idem* Quinctil. 2, 20, 6. Abrupta Idem 3, 8, 68. Mediocre, *vid.* MEDIOCRIS. Vell. 2, 76, 4 Obſcuriſſimis initiis natus Saluidienus parum habebat ſummam accepiſſe, ni, *etc.* Peritum, *vid.* PERITVS. Praecedentia Quinctil. 1 prooem. Prima initia proſpera fuerunt Iuſtin. 4, 3, 6. Cic. ad Herenn. 1, 14 c. 9 Rem breuiter narrare poterimus, ſi non ab vltimo initio repetere volemus, *i. primo.* Capere initium Caeſ. B. G. 1, 2. Quinctil. 2, 11 Iam hinc ergo nobis inchoanda eſt ea pars artis, ex qua capere initium ſolent. Deſtinare ſibi certa initia Quinctil. 2, 11. Dare initium alicuius rei Idem 3, 2. Ducere initium ex re aliqua Quinctil. 2, 17. Ducere rerum initium ac legum ſuarum alicunde, *Incipere.* Cic. de L. Agr. 2, 17. *Sic* Att. 9, 11 Nec vero dubito, quin exitioſum bellum impendeat, cuius initium ducetur a fame. Facere initium, *Idem.* Cic. Philipp. 14, 36 Panſa Conſul, Imperator initium cum hoſtibus confligendi fecerit. Facere initium a re aliqua Quinctil. 4, 2. Facere initium a capite Scribon. Ep. *fin.* — Ex emplaſtris 200. Habere initia Scribon. 206. Parotidas initia habentes diſcutere ib. Inducti his initiis, omnia vera diligimus, *vid.* INDVCO. Introducere initium, *vid.* INTRODVCO. Pellere initium ſermonis, *vid.* PELLO. Cic. Att. 10, 18 Vt male poſuimus initia, ſic caetera ſequuntur. Proficiſci initium Cic. Fam. 9, . . Quaerere initium Id. ib. 12, . . Paterc. 2, 88 *extr.* Immane noui, ac reſurrecturi belli ciuilis reſtinxit initium. Sumere initium Varro R. R. 2, 4, 9. Quinctil. 8, 6. Suſcipere initium Cic. Fam. 4, . . Tradere initia diſciplinae Scribon. Ep. *med.* ¶ 2 Initia. [μυστήρια] *Cereris ſacra, et alii ritus, his ſimiles, occulti, dicebantur.* Varro de R. R. 3, 1, 5 Cui conſentaneum eſt, quod initia vocantur potiſſimum ea, quae Cereri fiunt ſacra. *Vult probare, vitam ruſticam eſſe omnium antiquiſſimam. Et ſane arcana illa ſacra habebant, quantum ſcitur commemorationem quandam antiquiſſimae conditionis, et originum.* Idem Varro 2, 4, 9 A ſuillo genere pecoris immolandi initium primum ſumtum videtur, cuius veſtigia, quod initiis Cereris porci immolantur, et quod initiis pacis foedus cum feritur, porcus occiditur, et quod nuptiarum initio antiqui reges — porcum immolant. Pacis initia *et* initium nuptiarum *videntur ſacra auſpicalia.* Cic. de Legib. 2, 36 c. 14 *dicit* Myſteria appellari initia, quibus ex agreſti vita, exculti ad humanitatem ſumus, tanquam ea ſint vitae principia. *Ita vocantur etiam Cybeles myſteria et ſacra. Atys Cybelem ſic alloquitur apud* Catull. 61, 9 Tua Mater initia, *etc.* Arnob. 5 p. 169 Cypriae Veneris abſtruſa illa initia praetereamus, quorum conditor indicatur Cinyras rex fuiſſe *etc. Et* p. 184 Vnde igitur probamus hiſtorias has omnes rerum eſſe geſtarum conſcriptiones? Ex ſollemnibus ſcilicet ſacris atque initiorum myſteriis, vel quae ſtatis fiunt temporibus ac diebus, vel quae in abdito traduntur initiatis, moris proprii perpetuitate ſeruata. Neque enim credendum eſt, ſine ſuis originibus haec eſſe, fruſtra atque inania fieri, nec habere coniunctas primis inſtitutionibus cauſas. Iuſtin. 5 *pr.* Alcibiades inſimulatur myſteria Cereris initiorum — enuntiauiſſe. Initiorum dies *dicuntur a* Liuio, *Quibus ſollemnia ſacrificia celebrabantur, in quibus nefas erat ineſſe non initiatos:* Acarnanes (*inquit 31, 14*) duo iuuenes per initiorum dies non initiati, templum Cereris imprudentes religionis cum caetera turba ingreſſi ſunt. Idem 39, 13 Tres in anno ſtatos dies habuiſſe, quibus interdiu Bacchis initiarentur, *etc.* et pro tribus in anno diebus quinos ſingulis menſibus dies Initiorum feciſſe. *Hinc apparet* Initia *dici pro Initiationibus. Erant vel maiuſcula vel minuſcula: vid. Scalig. ad* Tibull.

INITIAMENTA, ōrum. n. *Religionis prima dogmata.* Sen. Epiſt. 90 Haec eius initiamenta ſunt, quibus non municipale ſacrum, ſed ingens deorum immortalium templum mundus hic referatur. Initiantur maritus et vxor liberis Quinctil. Decl. 1 p. 31.

INITIO, āre. [μυέω, τελέω] *Sacris imbuere.* Cic. de N. D. 1, 119 c. 42 Vbi initiantur gentes orarum vltimae. *Ex Poëta.* Idem Tuſc. 1, 29 c. 13 Reminiſcere, quoniam initiatus es, quid agatur myſteriis. Idem de Legib. 2, 22. Plin. 30, 2 Magicis etiam coenis eum initiauerat. Cereri initiantur Tertull. de Pall. c. 4. *vid. Salmaſ. p. 352.* Arnob. 5 p. 168 Quis eſt enim, qui credat, honeſtatis aliquid in ea re eſſe, quam initiant viles Galli. *de ſacris Cybeles. Et* p. 170 *pr.* Illa myſteria, quibus Phrygia initiatur *etc.* Quinctil. 1, 2, 20 Neque enim eſt ſanctius ſacris iiſdem, quam ſtudiis initiari. *Add.* 12, 10, 14. Varro *apud* Non. 2, 310 Quum primo cibo et potione initiarent pueros, ſacrificabantur ab Edulibus Eduſac, a potione Potinae nutricis. *Forte leg.* ſacrificabant *et* nutrices. Quinctil. Declam. 1, 13 p. 31 Alius diceret, maritum et vxorem, niſi liberis initiarentur, non fortiſſimis corporum vinculis inhaerere. *Male huc relatus eſt locus* Plauti Caſin. 2, 3, 9 Qui poſtquam amo Caſinam, magis initio munditiis Munditiam (*vt perſonam*) antideo. *i. anteeo, ſupero.* Initio *eſt principio, primo. Hinc Eccleſiaſticis eſt baptizare, vt e. c.* Tertull. de Monogam. c. 8. ¶ 2 Initiari *eſt Inchoare et auſpicari.* Firmicus 2, 12 *pr.* Ver initiatur, quum primam Arietis partem Sol fuerit ingreſſus.

INITIANTES, *qui initiantur.* Vitruu. 7 praef. *ſub fin.*

INITIATVS, a, um. Part. *Praeter loca iam indicata huc referimus iſta Metaphorica.* Plin. Epiſt. 5, 15, 8 Rationes legebam inuitus et curſim. Aliis enim chartis, aliis ſum literis initiatus, *quas intelligam melius, quibus magis iuuer.* Aurel. in l. 1 D. de officio praefecti praetorio, His cunabulis praetorio praefectorum auctoritas initiata, in tantum meruit augeri, vt appellari a praefectis praetorio non poſſit. Vix primis quidem apicibus ſufficienter initiatus Sidon. Ep. 2, 1. *Sed proprie :* Mida ab Orpheo ſacrorum ſollemnibus initiatus Phrygiam religione impleuit Iuſtin. 11, 7, 14.

INITIATIO, ōnis. f. *Ipſe actus initiandi, ſacris dici poteſt, de quo multa* Apul. Met. 11. *Sed ſic vocatur etiam omnis illa occultorum ex parte Sacrorum celebratio.* Suet. Neron. c. 34 Peregrinatione quidem Graeciae Eleuſiniis ſacris, quorum initiatione impii et ſcelerati voce praeconis ſubmouentur, intereſſe non auſus eſt. Arnob. 5 p. 171 *med.* Sacra et ritus initiationis ipſius, quibus Sabadiis nomen eſt. Tertull. Apol. c. 7 Semper etiam piae initiationes arcent profanos, et ab arbitris cauent.

INITIATOR, ōris. m. [μυσταγωγὸς Gloſſ. Gr. Lat.] *Qui initiat.* Tertull. adu. Marc. 4, 14. *et* Ambroſ. Epiſt. 13.

INITIATRIX, īcis. f. Saluian. de Auarit. 4 p. 165.

INITIALIS, e. Adi. *Primordialis.* Apul. Met. 11 p. 259 Natura rerum parens ſaeculorum progenies initialis. *Add.* 4 p. 156.

INITALIA, ium. n. [τελεταὶ, μυστήρια] *Idem quod initia, ſ. myſteria, vt vult Salmaſ. ad* Capitolin. M. Philoſ. 27 *vbi ita legit ex MSS.* Athenis fuit et initalia Cereris (*vulg.* inter alia Cereris templum) adiit, vt ſe innocentem probaret, et ſacrarium ſolus ingreſſus eſt. *Nempe voce praeconis abeſſe iubebantur profani. Vid.* INITIATIO. Initalia *ergo vel* Initialia *fuerint eadem, quae* initia *ſ. myſteria.*

INITVS, *vid.* INEO.

INIVCVNDVS, a, um. Adi. [ἀτερπὴς] Iucundo *contrarium.* Cic. de Fin. 1, 3 c. 1 *extr.* Minime nobis iniucundus labor. Iniucundus odor Plin. 25, 7. Iniucundus Tac. Agric. c. 22 *extr. dicitur, qui ſermone aſper eſt.*

INIVCVNDE. Adu. [ἀτερπῶς] Cic. Att. 1, 20 (*ſ. vlt.*) Quae res mihi aſperius a nobis atque noſtris, et iniucundius actae videbantur.

INIVCVNDĬTAS, ātis. f. [τὸ ἀτερπὲς] Cic. de N. D. 2, 138 c. 55 Sed tamen praetereundum eſt, ne quid habeat iniucunditatis oratio.

INIVDICĀTVS, a, um. Adi. [ἀδίκαστος, ἀκατάκριτος] *Non legitime iudicatus.* Gell. 13, 23 Decem hominibus vitam eripis, indicta cauſa, iniudicatis, indemnatis. Idem 5, 10 Rem iniudicatam reliquerunt, cauſamque in diem longiſſimam diſtulerunt. *Add.* Quinctil. 10, 1, 67 Id — iniudicatum relinquo.

INIVGES, [ἄζυγες] Boues *dicuntur a* Feſto, qui ſub iugo non fuerunt. Fulgent. de priſco ſerm. 10. Manilius Chreſtus lib. quem de Deorum hymnis ſcripſit, ait Mineruae iniuges boues ſacrificari, id eſt iugum nunquam ferentes, illa videlicet de cauſa, quod et virginitas iugum neſciat maritale, et virtus nunquam ſit iugo prementi ſubiecta. *Haec Fulgentius. Add.* Macrob. Sat. 3, 5. Verſus ἀσυνδέτους iniuges *appellat* Diomedes 3 p. 498 Qui nulla coniunctionis Syllaba copulantur, ſicut, Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis. Nullus enim coniunctionis nexus occurſat.

INIVGĀTVS, a, um. Adi. *Idem.* Sidonius Carm. ſub Ep. vlt. l. 1 Vinxit ad tauri latus iniugati.

INIVNGO, ĕre. [ἐπιτίθημι, προσάγω] *Simul iungere.* Iniungere pondus bobus Columel. 6, 2, 7. Idem 5, . . Itaque pingui terra ſingulis brachiis licebit bina iniungere flagella. *Adiungere.* Liu. 4, 19 Conſul muro brachium iniunxit. *Vid. Gronou.* Dictatoribus magiſtri equitum iniungebantur. Pompon. l. 2 §. 19 D. de orig. Iuris. Ad ſcrobem, cui arbor iniuncta eſt Pallad. Febr. 4, 10. *Item ſimpliciter, pro Iniungere munus.* Plin. Epiſt. 10, 55 Inter prima iniungo mihi. Liu. 26, 36 Si quid iniungere inferiori velis. Vict. de Viris Illuſtr. c. 50 Iterum cum Claudio Nerone inimico ſuo Conſul, ne Reſpubl. diſcordia male adminiſtraretur, amicitiam cum eo iniunxit, et de Asdrubale triumphauit. *ſed vera lectio* iunxit. Arborem ſcrobi iniungere, *i. in ea plantare* Pall. Feb. 10, 1. *Add.* Pall. 1, 6, 5. Brut. ad Cic. Fam. 11, 13 Tam ſi quo etiam caſu Iſaram ſe traiecerint, ne quod detrimentum Reipubl. iniungant, ſumma a nobis dabitur opera. Caeſ. B. C. 1, . . Cum omnibus inimicis in gratiam redierat, quorum ille maximam partem illo affinitatis tempore iniunxerat Caeſari. Iniuriam Liu. 3, 65 *extr. Vid. mox in fine.* Laborem alicui Quinctil. in prooem. 1. *Vid. Burman. ad loc.* Laborem ſibi Plin. Epiſt. 7, 6 *extr.* Marem feminae *aſinum equae* Col. 6, 37, 2. Liu. 3, 35 Comitiorum illi habendorum, quando minimus natu ſit, munus conſenſu iniungunt. Idem 26. Neceſſitatem, *Aſtringere et cogere* Plin. Epiſt. 10, 74 *pr.* Officium Columel. 11, 1. Onera alicui Caeſ. B. C. 2, 18. Poenam Vlpian. in l. 2 D. de praeuari. Pallad. 1, 6, 9 Pro macie vel ſoliditate vitium nutrienda Sarmenta putator iniungat. Scandulas feneſtellis Colum. 8, 3, 6. Seruitutem, *In ſeruitutem redigere, et ſeruos facere.* Caeſ. B. G. 7, 77 *verſ. fin.* Atque his aeternam iniungere ſeruitutem. Tormentum ſibi Plin. in Paneg. c. 86 *pr. Ciceronem non vſum hoc verbo, monet Nizolius, ne caſu omiſſum putes. Et tamen poſitum in quibusdam dictionariis video.* Cic. de N. Deor. 3, 23 Itaque ab impia temeritate in Deos in homines iniunxit iniuriam. *Sed ibi quidem nihil tale. Reſpici videtur 3, 84 c. 34 extr. vbi de Dionyſio iam ſine varietate legitur,* Ita ad impietatem in deos, in homines adiunxit iniuriam.

INIVNCTVS, a, um. Part. [προσαχθεὶς] Manus iniunctae pedibus Sen. Thyeſt. f. 6. Iabolenus in l. Qui domum D. Locati, Qui domum habebat, aream iniunctam ei domui vicino proximo locauerat. Caſſiod. 5, 19 Iniuncta peragere, *i. imperata facere.*

INIVNCTIO, ōnis. f. Sidon. Epiſt. 9, 2 Iniunctione confundor. *Dixerat,* Quae tamen literae plurimum nobis honoris, plus oneris imponunt.

INIVRĀTVS, a, um. Adi. [ἀνώμοτος] Iurato *eſt contrarium.* Plaut. Amph. 1, 281 Nam iniurato ſcio plus crederet mihi, quam iurato tibi. Cic. pro Caecin. 3 Quum id iurati dicunt, quod ego iniuratus inſimulo. *Et* Off. 3, 108 c. 29 Iuraui lingua, mentem iniuratam gero. Per epiſtolam, quod volet, iniuratus probabit Cic. pro Flacco c. 36. Idem pro Roſc. Com. 4 Tibi vero Piſo diu deliberandum et concoquendum eſt, vtrum potius Chereae iniurato in ſua lite, an Manilio et Luſcio iuratis in alieno iudicio credas. Iudices iurati Aſcon. praef. Pariter iurati iniuratique fugiunt Liu. 10, 41.

INIVRIA, ae. f. [ὕβρις, ἀδικία] *Dicta eſt, quod* non iure *fiat.* Vlpianus *ait* in l. 1 D. de iniuria, et famoſ. libel. Omne enim quod non iure fit, iniuria fieri dicitur, hoc generaliter. Specialiter autem iniuria dicitur contumelia. Interdum iniuriae appellatione damnum culpa datum ſignificatur : vt in lege Aquilia dicere ſolemus. Interdum iniquitatem iniuriam dicimus. Nam quum quis iniuſte vel inique ſententiam dixerit : ex eo iniuriam dicam, quod iure et iuſtitia caret, quaſi non iuriam. Contumeliam autem a contemnendo. Iniuriam autem fieri Labeo ait, aut re, aut verbis. Re, quoties manus inferuntur: verbis autem, quoties non manus inferuntur, ſed conuicium fit. *Hactenus* Vlp. Pacuuius *ap.* Non. 5, 32 Patior facile iniuriam, ſi eſt vacua a contumelia Spretaeque iniuria formae Virg. Aen. 1, 31. Iniuria *ſaepe numero dicitur Laeſio quaecunque ſine reſpectu ad ius violatum.* Duo genera caeleſtis iniuriae, alterum tempeſtates — alia, quae ſilente caelo ſereniſque noctibus fiunt Plin. 18, 28 *extr.* Semper iniuria melius *fieri linum* Idem 19, 1. *Et ſic paſſim.* Matres omnes filiis in peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria ſolent eſſe Ter. Heaut. 5, 3, 15. Plin. Paneg. 38, 5 Minuere orbitatis iniurias. Sterilitatis Idem ibid. c. 30, 2. *Add.* c. 37, 1. Liu. 42, 1 Iniuria Conſulis etiamſi iuſta. Iniuria, *paſſiue : vt,* Iniuriae ciuium, *i. Quae ciuibus inferuntur.* Cic. de Invent. 1, . . Plin. Epiſt. 3, 4 Veniebat in mentem priores noſtros etiam ſingulorum hoſpitum iniurias accuſationibus voluntariis executos. *Actiue fere vbique occurrit.* Columel. 3, 20 Ne nunc mille tempeſtatum iniurias perſequar. Plin. 8, 48 *de* veſtibus. Ab iniuria obliuionis ſe aſſerere Plin. Epiſt. 3, 5. Obnoxius iniuriis, *vid.* OBNOXIVS. Opportunus iniuriae, *Facilis ad accipiendam iniuriam.* Plin. 9, 31 *de cancris,* Pinnoteris autem vocatur minimus ex omni genere, ideo opportunus iniuriae. ❡ 2 *Epitheta :* Atrox iniuria, *vid.* ATROX. Breuis Ouid. Met. 3, 267. Grauis Vlpian. l. Sed ſi vnius §. Quaedam iniuriae D. de iniuriis. Inſignis, *vid.* INSIGNIS. Intolerabilis Vlpian. in l. 2 D. de iis, qui ſui vel alien. iur. ſunt. Laeues et nullius momenti Vlpian. in l. Sed ſi vnius §. Quaedam iniuriae D. de iniuriis. Longa Virg. Aen. 1, 341. ❡ 3 *Verba :* Cic. Off. 3, 72 Quotus enim quiſque reperietur, qui impunitate et ignoratione omnium propoſita, abſtinere poſſit iniuria? Accipere iniuriam Quinctil. 8, 5. Cic. Tuſc. 5 c. 19. *vid.* ACCIPIO. Admittere, *i. Facere.* Caius in l. ſi plures ſerui D. de iniuriis, Tanto maior iniuria, quanto a pluribus admiſſa eſt, immo etiam tot iniuriae ſunt, quot et perſonae iniuriam facientium. Cic. pro Flacco 104 At Flaccum iudices, ſi (quod dii immortales omen auertant) grauis iniuria afflixerit. Afficere iniuria, *vid.* AFFICIO. Agere iniuriarum Quinctil. 3, 6. Animaduertere iniuriam, *vid.* ANIMADVERTO. Circumretit vis atque iniuria quemque Lucret. 5, 1151. Concedere iniuriae, *Cedere periculo et ſuccumbere.* Salluſt. in Iugurth. c. 14 *extr.* Vtinam emori, fortunis meis honeſtus exitus eſſet, ne viuere contemtus viderer, ſi defeſſus malis, iniuriae conceſſiſſem. Confertur iniuria in perſonam alicuius Paullus in l. eum, qui nocentem §. ſi iniuria mihi fiat ab eo D. de iniuriis. Conflare iniuriam Cic. pro Roſc. Amer. 1. Conſociare iniuriam, Contegere iniuriam, *vid. hh. vv.* Cic. Fam. 1, 9 Grauiſſimas iniurias communis concordiae voluntaria quadam obliuione contriueram. Conueniri iniuriarum Vlpian. in l. iniuriarum actio §. ſi quis me prohibeat D. de iniuriis : *et* in l. nec magiſtratibus, *eod. tit.* Damnatus iniuriarum, Decernere iniuriam, Defendere alicui iniuriam, *vid. ſſ. ll.* Defendere iniuriam foribus : *i. Prohibere, ne quod damnum inferatur* Plaut. Moſt. 4, 2, 19. Detrahere ab iniuria Cic. Fam. 5, 2. Dolere, *vid. mox* Vlciſci. Experiri iniuriarum Vlpian. in l. non ſolum §. plane D. de iniuriis : *et* in l. iniuriarum actio §. ſi quis per iniuriam, *eod. tit.* Ter. Hec. 3, 1, 27 Non maximas, quae maximae ſunt interdum irae, iniurias faciunt. Ibid. 4, 4, 70 Facis huic adeo iniuriam. *Vbi* Donatus, Facis iniuriam, pro Facis iniuſte. Cic. Off. 1, 34 *de iuſtitia,* Maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur, *etc. Conf.* Idem de Amic. c. 21. *Contraria.* Anton. ad Cic. Att. 10, 8 Qui tibi vt beneficium daret, prius iniuriam Fecit. Facere iniuriam virgini, *eſt Stuprum inferre* Plaut. Aul. 4, 10, 64. *Burman. ad* Quinctil. Decl. p. 476. Iactam et immiſſam a te nefariam a me iniuriam ſemper duxi : perueniſſe ad me, nunquam putaui iniuriam in aliquem Cic. in Parad. 4, 1. Imponere iniurias alicui, *vid.* IMPONO. Inducere iniuriam teſtamento aduerſus liberos ſuos Maximus in l. 4 D. de inoffic. teſtam. Inferre iniuriam, *et* Propulſare, *contraria* Cic. Off. 1, 24 c. 7. *de iniuſtitia.* Iniungere, *vid. mox* Pati iniuriam *et add. modo dicta in* INIVNGO *extr.* Inſectari iniuriam alicuius, *vid.* INSECTOR. Salluſt. Iugurth. c. 14 *extr.* Nunc neque viuere libet, neque mori licet ſine dedecore P. C. Oro vos per liberos, atque parentes veſtros, per maieſtatem Pop. Rom. ſubuenite mihi miſero, ite obuiam iniuriae. Laborare alterius iniuria, Lacerare iniuria, Leuare iniurias, Lucrificare iniuriam, Negligere iniurias, *vid. hh. vv.* Occupare per iniuriam bona alicuius Vlpian. in l. item apud Labeonem §. ſi quis bona D. de iniuriis. Offerre iniuriam Ter. Hec. 5, 1, 14. *Vbi* Donatus, Offerimus iniuriam non merenti : Reddimus ei, qui meretur. *Contraria.* Vlpian. in l. 3 D. de iniuriis, Illud relatum peraeque eſt : eos, qui iniuriam Pati poſſunt, et facere poſſe. *Paullo poſt,* Namque hi iniuriam Pati ſolent, non facere. *Ibidem frequenter. It.* Cic. de Amic. c. 21. Patiuntur iniuriam oculi Scribon. 23. *i.* dolorem *ſ.* malam affectionem. Liu. 3, 65 Cauendo ne metuant homines metuendos vltro ſe efficiunt : et iniuriam a nobis Repulſam, tanquam aut Facere aut Pati neceſſe eſſet, Iniungimus aliis. Perſequi iniuriam Cic. Verr. 2, 9. Prohibere ſe, et ſuos ab iniuria Caeſ. B. G. 2, 32. Propulſare iniuriam Cic. pro Roſc. Amer. 145. *et* de Off. 1 c. 7. Proſequatur ſuam iniuriam Neratius in l. pater D. de iniuriis. Redundat ad dominum iniuria ſeruo facta Vlp. in l. item apud Labeonem §. interdum iniuria D. de iniuriis. Vlpian. in l. ſed ſi vnius §. ſi cum ante iudicem D. de iniuriis, Qui enim accepit ſatisfactionem, iniuriam ſuam remiſit: nam etſi nuda voluntate iniuriam remiſit: indubitate dicendum eſt, extingui iniuriarum actionem non minus, quam ſi tempore abolita fuerit iniuria. *Paullo poſt,* §. filiofamilias, Quia remittit atque donat iniuriam. Repellere, *vid. modo* Pati. Reuellere iniurias Cic. Att. 5, 20. Soluere iniuriam, *Vindicare et vlciſci* Sall. in Oratione Lepidi ad Populum. Subactus iniuria Liu. . . . *i. Coactus.* Teneri iniuriarum Vlpian. in l. 3 D. de iniuriis : *et* in l. iniuriarum actio §. ſi quis de honoribus, *eodem titulo.* Cic. Verr. 2, 9 A te peto, vt meas iniurias perinde doleas, vt me exiſtimas et dolere tuas, et Vlciſci ſolere. ❡ 4 Iniuria, *Ablatiuus, qui aduerbialiter ponitur pro eo, quod eſt, Sine cauſa et immerito.* Plaut. Epid. 5, 2, 50 Maxima hercle iniuria vinctus aſto. Ter. Heaut. 3, 3, 20 Syre, pudet me. S. credo : neque id iniuria. Cic.

Cic. in Catil. 1, 17 Iniuria ſuſpectus ciuibus ſuis. Iniuria diſpertire, *i. iniuſte, inaequaliter* Plaut. Aulul. 2, 5, 5. Iniuria tua factum eſt, *Per te* Idem Truc. 1, 2, 66. Non iniúria tibi illud accidit, *Non immerito* Cic. de Nat. Deor. 3, 89. Nec iniuria, *i. non ſine cauſa, non abs re* Cic. Q. Fratr. 3, 8. Hoc horret Milo, nec iniuria Id. pro Roſc. Amer. 116.

INIVRIOR, âri. Dep. Senec. de Conſt. Sap. c. 9 Omne fortuitum circa nos ſaeuit, et iniuriatur. Plus victoriatum eſt, quam iniuriatum Tertull. adu. Gnoſt. c. 6.

INIVRIVS, a, um. Adi. [ὑβριστής] Nomen eſt comicum, quo etiam oratores vtuntur, i. e. qui audet aliquid contra ordinem iuris. *Sic* Seruius *ad* Aen. 9, 107. Ter. Heaut. 2, 3, 79 Multis modis iniurius Clitipho eſt: neque ferri potis eſt. Idem Andr. 2, 3, 3 Ipſus ſibi eſſe iniurius videatur: neque id iniuria. Iniurium eſt: *i.* Iniquum, et vim Aduerbii habet, *inquit* Donatus. *Vid.* Plaut. Curc. 1, 1, 65. *it.* Aulul. 4, 7, 19. Ter. Hec. 1, 1, 14 Tamen eandem pol eſſe omnibus, iniurium eſt. *S.* iniurium eſt autem vlciſci aduerſarios? Cic. Off. 3, 89 c. 23 Si tabulam de naufragio ſtultus arripuerit, extorquebitne eam ſapiens, ſi potuerit? Negat: quia ſit iniurium.

INIVRIE. Adu. *pro Iniurioſe.* Naeuius Lycurgo: Oderunt dii homines. Iniurioſe egone, an ille iniurie facimus. Nonius 2, 429. *Superl.* Iniuriiſſime Ammian. 16 p. 156.

INIVRIOSVS, a, um. Adi. [ὑβριστικός, ὑβριστής] *Qui infert iniuriam.* Cic. Off. 1, 44 c. 14 Primum in eo peccant, quod iniurioſi ſunt in proximos. Ictus iniurioſus, *Damnum inferens et periculoſus:* Plin. 17, 24 Aut circumfoſſor iniurioſo ictu verberauit. Vita iniurioſa facinoroſaque, *Plena ſceleribus et iniquitatibus, nempe aliis noxia.* Cic. de Legg. 1, 40 c. 14 Quod ſi poena, ſi metus ſupplicii, non ipſa turpitudo deterret ab iniurioſa facinoroſaque vita, nemo eſt iniuſtus. Venti Hor. Epod. 17, 34. In ſocios vero ipſos iniurioſum et contumelioſum eſt Cic. pro Corn. Balb. 24. Iniurioſum eſt rapto viuere Sen. Epiſt. 71 *ad fin.* *Compar.* Sen. Controu. 2, 12 Neſcio an aduerſus patrem iniurioſior ſis, quod abſtuliſti illi heredem, an quod dediſti. *Superl.* Adrian. Imp. *apud* Vopiſc. in Saturn. c. 8 *de Aegyptiis*, Genus hominum ſeditioſiſſimum, vaniſſimum, iniurioſiſſimum.

INIVRIOSE. Adu. [ὑβριστικῶς] Cic. ad Brut. 13 Qui ſi eripuerit ſe nobis (quod velim temere atque iniurioſe de illo ſuſpicati ſint homines) oro atque, *etc.* *Add.* Idem ad Q. Fratr. 1, 1, 7. Val. Max. 2, 9, 2. Vlpianus in l. nec magiſtratibus D. de iniuriis, Nec magiſtratibus licet aliquid iniurioſe facere. *Compar.* Cic. pro L. Manil. 11 c. 5 Maiores veſtri ſaepe mercatoribus ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis bella geſſerunt. *Superl.* Auguſtin. Octogint. Quaeſt. 82 Iniurioſiſſime cogitantur.

INIVRVS *an dixerunt antiqui, vt* Periurus? Plaut. Perſ. 3, 3, 4 *inter conuicia lenoni dicta eſt* iniure *in omnibus MSS. Significabit hominem* iniurium *in alios, vel quicum nulla eſt ſocietas iuris, cum ipſe ſit ſine iure.*

INIVSSVS, ûs. m. [ἄνευ τῆς προστάξεως] *fere in Ablatiuo vſurpatur:* vt, Iniuſſu meo *vel* tuo: *i. te non praecipiente.* Ter. Phorm. 2, 1, 1 Itane tandem vxorem duxit Antipho iniuſſu meo? Cic. de Senect. 73 Vetatque Pythagoras iniuſſu Imperatoris, id eſt Dei, de praeſidio et ſtatione vitae decedere. *Conf.* Id. Tuſc. 1 c. 30. Liu. 2, 12 Conſulum iniuſſu et ignaris omnibus.

INIVSSVS, a, um. Adi. [ἀπρόστακτος] Horat. Serm. 1, 3, 1

Omnibus hoc vitium eſt cantoribus, inter amicos
Vt nunquam inducant animum cantare rogati,
Iniuſſi nunquam deſiſtant: *h. e. Quando non iubentur, neque rogantur.*

Iniuſſa vireſcunt gramina, *i. ſine cultu* Virgil. Georg. 1, 55. Id. Ecl. 6, 9 Non iniuſſa cano. Haec iniuſſa veniunt, iniuſſa diſcedunt Sen. Ep. 11.

INIVSTVS, a, um. Adiect. [ἄδικος, ἀλιτρός] *Iuſto contrarium.* Ter. Adelph. 1, 2, 18 Homine imperito nunquam quidquam iniuſtius. Iniuſtus, qui iuſtam magnitudinem excedit: Virg. Georg. 3, 347 Iniuſto ſub faſce viam dum carpit: Seruius. *Ita* Aſcon. *interpretatur* Iniuſtas inimicitias Cic. pro Milon. . . . *per* Magnas inimicitias. Amor Ouid. Faſt. 2, 779. Auribus loqui Id. Epiſt. 12, 176. Bellum Ouid. Met. 5, 210. Quinctil. Decl. 13 Cur iniuſto quotidie Iugo boum colla deteruntur? *i. iniquo et graui.* Ius Ouid. Triſt. 5, 10, 43. Lex Tibull. 1, 5, 58. Nouerca Virg. Ecl. 3, 32. Onus imponere Cic. in Orat. 35. Pax, *vid.* PAX. Regna tenebat Ouid. Met. 5, 277. Sententia Id. Met. 11, 172. Vir maleficus et iniuſtus Cic. Tuſc. 5, 57 c. 20. Non iniuſtiſſimum ducitis Arnob. 2 p. 51.

INIVSTE. Adu. [ἀδίκως] *Inique.* Plaut. Pſeud. 2, 2, 18 Non ſoles reſpicere te, quum dicas iniuſte alteri? Iniuſte facta Cic. de Fin. 1 c. 16. Idem de Fin. 2, . . Quam multa vero iniuſte fieri poſſunt, quae, *etc.* *Superl.* Sall. Iug. c. 85 *ſub fin.* Iniuſtiſſime Tertull. adu. Marc. 4, 7 *extr.*

INIVSTITIA, ae. f. [ἀδικία] *Iniquitas.* Ter. Adelph. 3, 2, 4 Tot res repente circumuallant, vnde emergi non poteſt, vis, egeſtas, iniuſtitia, ſolitudo, infamia. Idem Heaut. 1, 1, 82 Eum ego eieci hinc miſerum iniuſtitia mea. Cic. Off. 1, 41 c. 13 Totius iniuſtitiae nulla capitalior eſt, quam eorum, qui cum maxime fallunt, id agunt, vt viri boni eſſe videantur.

I N L *vid.* I L L

INLICITATOR, ōris. m. Feſt. *i. emtor.*

INLOCABILIS filia, caſſa dote Plaut. Aulul. 2, 2, 10. *et ex eo* Varro L. L. 4, 2.

I N N

INNABILIS, INNANS, *vid.* INNO.

INNARRABILIS, e. Adi. Innarrabilibus nocte dieque ſonis Lactant. de Phoenice, v. 54 *ex MS. Voſſ.*

INNASCOR, natus ſum, aſci. [ἐγγίνομαι] *Simul naſci.* Cic. Off. 1, 64 Sed illud odioſum eſt, quod in hac elatione et magnitudine animi, facillime pertinacia et nimia cupiditas principatus innaſcitur. Ter. Andr. 4, 1, 1 Tanta vecordia innata cuiquam vt ſiet, *etc.* Innatum eſt omnibus id vitium Ter. Hec. 4, 1, 28. Cic. de Fin. 2, 99 Innatam eſſe homini probitatem. Filix vrenda innaſcitur agris Hor. Serm. 1, 3, 37.

INNATVS, a, um. Partic. Cic. de Natur. Deor. 1, 44 c. 17 Intelligi neceſſe eſt, eſſe Deos, quoniam inſitas illorum vel potius innatas cognitiones habemus. Idem Topic. 69 Specie autem comparantur, vt anteponantur, quae propter ſe expetenda ſunt, iis, quae propter aliud: et vt innata atque inſita, aſſumtis et aduenticiis: integra contaminatis. Eodem innati ſolo, quod incolunt Iuſtin. 2, 6, 4. *i.* αὐτόχθονες. Innatus *dicitur* homo alicui rei, *Ad quam natura factus eſt, certe quae in parentibus etiam fuit.* Senec. de Conſ. ad Polyb. 21 Sciebas animum eius liberalibus diſciplinis, quibus non innutritus eſt tantum, ſed etiam innatus, ſic eſſe fundatum. Cic. Verr. 5, 139 c. 53 Reliqua eſt ea cauſa Iudices, quae non iam recepta, ſed innata: neque delata ad me, ſed in animo ſenſuque meo penitus affixa atque inſita eſt. Idem Verr. 4 c. 48 *pr.* Hoc — ipſis Siculis tam perſuaſum eſt, vt animis eorum inſitum atque innatum eſſe videatur. Innatus in nobis amor cognitionis et ſcientiae Cic. de Fin. 5, 34. Amor habendi Virgil. Georg. 4, 177. Cupiditatem ſcientiae quandam inſitam, vel potius innatam habemus Cic. de Fin. 4, 4 c. 2. Dulcedo rerum nobis innata eſt Sen. Ep. 9. Lapis renibus innatus Scribon. 145. Libido Ouid. Met. 6, 458. Probitas gratuita homini innata, non inuitata voluptatibus Cic. de Fin. 2, 99. Innatiſſimus Baſil. Groning. de Orat. 7, 8. Robora innata rupibus Ouid. Epiſt. 7, 35. ¶ 2 Innatus *apud Chriſtianos ſcriptores alio ſenſu vſurpatur, ſc. pro Non natus.* Tertullianus adu. Valentinian. c. 15 Materia quam innatam volunt. Prudent. Apoth. 246 Natum ſcimus ab innato.

INNASCIBILIS, e. Adi. *Qui naſci non poteſt, apud Eccleſiaſticos ſcriptores.* *Vid.* Tertull. de Praeſcript. aduerſ. haeret. c. 46. Maximus Taurin. in Expoſ. Symboli.

INNATO, āre. [ἐννήχομαι] *Ad ſimplex* Nato *adiungit vim ſuam Praepoſitio.* Columel. 12, 4 Vbi non innatent, ſed ſemper ſint iure ſubmerſa. Plin. 8, 40. Innatare in fluuium Plin. 8, 40. Cic. de Nat. Deor. 2, 123 c. 78 Itaque quum piſciculi parui in concham hiantem innatauerint. Virgil. Georg. 2, 451 Necnon et torrentem vndam leuis innatat alnus. Flumini Plin. 8, 25. Idem 18, 35 Innatans aquis pluma. Sal fontibus quibuſdam innatat Plin. 31, 7. Innatat terrae fluuius Idem 5, 9. Vnda dulcis freto innatat Ouid. ex Pont. 4, 10, 63. Lactuca innatat ſtomacho Horat. Serm. 2, 4, 59. Innatantes membranas impreſſo pollice abducere Scribon. 37 de palpebris. Olei modo innatat Plin. 12, 25. *Hinc dicuntur ea* Innatare, *quae manifeſta, conſpicua, et in ſuperficie quaſi ſunt.* Columel. 4, 1, 7 Repaſtinata humus — condenſata ſubſidit, ac velut innatantes radices vitium ſummo ſolo deſtituit. Quinctil. 7, 1, 45 Illi, quibus — cura in proximo eſt, haec velut innatantia videbunt, ἐπιπολάζοντα, *quae facile in oculos incurrunt, non demerſa in puteo Heracliti.* *Ita* 10, 7, 28 Innatans verborum facilitas.

INNATVRALIS, e. Adi. Ad innaturales tranſire amplexus Sariſb. 1, 4.

INNAVĪGO, āre. Scelerum fluctibus innauigare Scriban. in Prodigo.

INNAVĪGANS, antis. Partic. Mela 2, 1 Siniſtro latere innauigantium appoſita.

INNAVIGABĪLIS, e. Adiect. [ἄπλευστος] Fluuius innauigabilis, *Vbi quis nauigare non poteſt.* Liu. 5, 13 Inſignis annus hieme gelida ac niuoſa fuit, adeo, vt viae clauſae, Tiberis innauigabilis fuerit.

INNECTO, xui, xum, ĕre. [ἐνείρω] *Nectere, circumligare, colligare.* Virgil. Aen. 8, 661 Tum lactea colla Auro innectuntur. Palmas amborum innexuit armis paribus Idem Aen. 5, 425. Brachia collo Stat. Theb. 4 *ad fin.* Ceruicibus innecti Tacit. Hiſt. 4, 46, 7. Colla innectens ambobus lacertis Ouid. Met. 11, 240. Fauces laqueo Id. Met. 10, 378. Pedem vinculis innexa columba Virg. Aen. 5, 511. Tempora fertis innectunt Ouid. Triſt. 5, 3, 8. Fraus innexa clienti Virg. Aen. 6, 609. Morandi cauſas innecte Idem Aen. 4, 51. Moras innectere Stat. Theb. 5, 743. Tacit. Ann. 6, 36 Quia Hyrcanis, Carmaniiſque Per affinitatem innexus erat.

INNERVIS, e. Adi. Inneruis animus Sidon. Ep. 1, 6. *i. mollis, viribus deſtitutus, vt* eneruis.

INNEXVS, ûs. m. Apul. Met. 2 p. 115 Innexu germanitatis vna coaluimus.

INNIDIFICO, āre. Innidificatur nido lapis aëtites Plin. 10, 3. *al.* inaedificatur. *Vid. Salmaſ. ad* Solin. p. 178.

INNITOR, īti. [ἐρείδω, ἐπερείδω] *Inhaerere, incumbere. Varie conſtruitur. Datiuo:* Quinctil. 6, 2 Omnia curae tutelaeque vnius innixa. Baculo innitens Ouid. Met. 14, 655. Cubito innixa Virg. Aen. 4, 690. Arator innixus ſtiuae Ouid. Met. 8, 218. Fractae innititur haſtae Stat. Theb. 12, 144. Tacit. Ann. 3, 30, 6 Igitur incolumi Mecaenate proximus, mox praecipuus, cui Secreta imperatorum inniterentur. *Ablatiuo:* Cic. Acad. 4, 89 — Intendit crinitus Apollo Arcum auratum luna innixus. *ex Poëta.* Salus incolumitate eius innititur Tacit. Ann. 15, 60, 4. Liu. 4, 19 Et ipſa haſta innixus ſe in pedes excipit. Hac arte innixus Hercules arces tetigit igneas Horat. Carm. 3, 3, 10. Humero dextro innixus Propert. 1, 20, 44. Cic. de Aruſp. Reſp. 66 c. 27 Etenim vix haec, ſi vndique fulciamus, iam labefacta, vix inquam innixa in omnium noſtrûm humeris cohaerebunt. Innixus in aliquem Plin. 7, 53.

INNO, āre. [ἐννέω] *Vt* Innato, *v. v.* Cic. de Natur. Deor. 2, 100 Quot genera, quamque diſparia partim ſubmerſarum, partim fluitantium et innantium beluarum. Liu. 21, 26 Nihil, dummodo innare aquae et capere onera poſſent, curantes. Fluuios innare rapaces Virgil. Georg. 3, 142. Claſſis innat mare Sen. Thyeſt. f. 3. — Mari Tac. Ann. 1, 70.

INNANS, antis. Part. [ἐννέων] Hor. Carm. 3, 17, 7 Et innantem Maricae Litoribus tenuiſſe Lirim.

INNABĪLIS, e. Adi. *Vbi nari, natari, nauigari non poteſt.* Ouid. Met. 1, 16 Sic erat inſtabilis tellus, innabilis vnda. *Et* Virg. Aen. 6, 438 Triſtique palus innabilis vnda. *Sic etiam MSS. quidam.* Seruius *aliique* Inamabilis.

INNOBILITATVS, a, um. Adi. Quae nobilitatos maritos habuerant, ne innobilitatae remanerent Lamprid. Heliog. c. 4. *De conſulari ſpeciatim dignitate ſermo eſt.*

INNŎCENS, entis. Adi. [ἀθῷος, ἄκακος] Cic. Tuſcul. 5, 41 Innocens dicitur non qui leuiter nocet, ſed qui nihil nocet. Ter. Adelph. 2, 1, 1 Obſecro populares ferte miſero atque innocenti auxilium. Cic. pro Roſc. Amer. 56 Innocens ſi accuſatus ſit, abſolui poteſt: nocens niſi accuſatus fuerit, condemnari non poteſt. Innocens, integer, religioſus vir Idem Verr. 4, 7. Pater innocentiſſimus Cic. Verr. 4 c. 33. Vir bonus et innocens Idem de Clar. Orat. 179 c. 48. Mulier Horat. Carm. 3, 24, 18. Seruus innocentiſſi-

mus Sen. Contr. 21. Cic. Fam. 7, 19 Epiſtolam tuam, quam accepi ab L. Arruntio, concidi innocentem: nihil enim habebat, quod non vel in concione legi poſſet. Martial. 1, 78 Quis curam neget eſſe te deorum, Propter quem fuit innocens Ruina? Damnare innocentem Cic. Tuſc. 1, 100 c. 42. Factorum innocens ſum Tacit. Ann. 4, 34. *Pro Innocuo:* Plin. 23, 1 *de vuis*, Innocentiores, quae decerptae diu pependere: qua ventilatione etiam vtiles fiunt ſtomacho aegrisque. Cibus innocentior Plin. 23, 7 ſ. 67. Fungi Idem 22, 23. Victus Id. 19, 4. Horat. Carm. 1, 17, 21 Hîc innocentis pocula Lesbii Duces ſub vmbra.

INNOCENTER. Adu. [ἀθώως] *Innoxie.* Cic. in Salluſt. . . . Ante, quam eos res ſuae geſtae, et vita innocentiſſime acta commendauit. Innocenter viuere Quinctil. 7, 4. Plin. 18, 32 Omnia, quae caeduntur, carpuntur, tondentur, innocentius decreſcente luna, quam creſcente fiunt.

INNOCENTIA, ae. f. [ἀκακία, ἀνευθυνία] *Integritas, ſiue, vt* Cic. Tuſcul. 3, 16 c. 8 *ait*, Affectio animi talis, quae noceat nemini. Salluſt. in Iugurth. c. 46 *pr.* Vbi quae Metellus agebat, ex nuntiis accepit ſimul, et de innocentia ſua certior Romae factus diffidere, ac tum demum veram deditionem facere conatus eſt. Innocentiae plus periculi quam honoris eſt Idem Iug. c. 31. Vbi libido dominatur, innocentiae leue praeſidium eſt Cic. in Orat. c. 65. Singularis integritas atque innocentia idem Diu. Verr. 27. Summa integritate et innocentia vir Cic. Philipp. 3, 25 c. 10. Mutua, *vid.* MVTVVS. Conſtat de eius innocentia, *vid.* CONSTO. Ingenii praeſidio, poena iudiciorum liberare innocentiam Cic. de Orat. 1, 202. *Etiam dicitur de Abſtinentia, et opponitur Auaritiae.* Cic. de L. Manil. 36 c. 13 Quanta innocentia debent eſſe Imperatores? quanta in rebus omnibus temperantia?

INNOCIA, ae f. ἀβλάβεια, *pro Innocentia, apud* Gloſſas. *Vid. Salmaſ. ad* Solin. p. 325.

INNOCVVS, a, um. Adi. [ἀβλαβής] *Actiue et Paſſiue accipitur. Innocens, qui non nocet.* Lucan. 3, 482 Vt grandine tecta Innocua percuſſa ſonant. Martial. 7, 11 Ludimus innocuis verbis. Genus Ouid. Faſt. 1, 442. Iter Idem Faſt. 4, 800. Opem monſtrare Ouid. de Rem. Amor. 252. Virgil. Aen. 7, 230 Litusque rogamus Innocuum. *Vbi* Seruius: Innocuum, non quod nulli noceat, ſed quod vindicatum nulli poſſint nocere: *quae eadem ſententia eſt, quam Grot. de I. B. et P. ad 2, 2, 13 habet*, cuius vindicatio nulli poſſit nocere. ¶ 2 *Sed etiam paſſiue* Virgil. 10, 301 Donec roſtra tenent ſiccum, et ſedere carinae Omnes innocuae, *i. nihil laeſae, quidquid argutetur Valla 6, 17* innocuas *dici, quod non nocuerint, neque ſibi, neque vectoribus.* Innocuum illaeſum, *hic interpretatur* Non. 5, 94. *Sic* Claudian. in Conſ. Honor. 4, 195 — Subita cum luce comarum Innocuus flagrarat apex. *Sic* Spatioſo belua rictu Cepit, et innocuum vaſta ructauit ab aluo Paullin. de Iona *apud Barth. ad Claud. p. 602.*

INNOCVE. Adu. *Idem.* Innocue viuite: numen adeſt Ouid. A. A. 1, 640. Suet. Domit. c. 19 Sagittas tanta arte direxit, vt omnes per interualla digitorum pueri manum diſpanſam pro ſcopulo praebentis innocue euaderent.

INNODO, āre. Spiris categoricis lubricas quaeſtiones innodare Sidon. Epiſt. 9, 9.

INNODATVS, a, um. Part. [ἐνδεδεμένος, Gloſſ. Gr. Lat.] Innodato gutture laquei nexibus interire Ammian. 28, 5. *Conf.* Idem 30, 7 *extr.* cauſa multis ambagibus innodata l. fin. §. 1 Cod. de compenſat.

INNOMINATVS, a, um. Adi. Sarisber. 2, 27.

INNOMINABILIS, e. Adi. Deus indictus innominabilis Apul. de Dogm. Plat. 1 p. 3 *Adde* Tertullian. aduerſ. Valent. c. 27. Sarisb. c. l.

INNOTESCO, ĕre. [διαγνωρίζομαι] *Notum fieri.* Plin. 35, 11 Cteſilochus Apellis diſcipulus petulanti pictura innotuit. Sceleribus innoteſcere Valer. Max. 8, 14, 3. Libellis noſtris innotuit illa Ouid. Amor. 3, 12, 7. In maius innoteſcere Tac. Hiſt. 4, 50, 1.

INNOTESCENTIA, ae. f. Sarisber. in Epiſt.

INNOTITIA, ae. f. *Ignorantia.* Gell. 16, 13 *extr.* Obſcura, obliterataque ſunt municipiorum iura, quibus vti iam per innotitiam non queunt. *Ita Gronou. ex optimis quibusque libris, niſi quod* ignotitiam *quidam habent.*

INNOTO, āre. Neque eos circulos corpore ſiderum innotauimus Hygin. Aſtron. 4, 1. *Sed Scheff.* annotauimus *coniicit:* notauimus *edidit Munkerus.*

INNŎVO, āre. [ἐγκαινίζω] *Nouum facere.* Cic. in Piſon. 89 c. 36 Quo te modo ad tuam intemperantiam ſcelerate innouaſti? *recreaſti.* Liu. 21, . . . Caetera viſu quam dictu foediora terrorem innouarunt.

INNOVĀTVS, a, um. Part. Minut. Fel. c. 11, 7 Reſurgere, corporibus innouatis.

INNOVATIO, ōnis. f. Apul. in Triſm. p. 95 Innouationem omnium rerum, quae in mundo ſunt per alternationem faciunt. Tertull. contra Marc. 1, 1. *et* Arnob. 1 p. 7 Rerum innouatio. Id. 3 p. 104 Succeſſionis perpetuae innouatione durare.

INNOXIVS, a, um. Adi. [ἀκαταιτίατος, ἀνυπεύθυνος] Obnoxio *contrarium eſt: ſignificat autem Innocentem, carentem culpa, inculpatum, ſiue eum, qui minime nocet.* Plaut. Capt. 3, 5, 7 Decet innocentem ſeruum atque innoxium, confidentem eſſe, ſuum apud herum potiſſimum. Innoxium plecti Nep. 1, 8, 4. Liu. 5, 29 Peſſimo exemplo innoxii denis millibus grauis aeris condemnati ſunt. *Conf.* Id. 4, 42 *et* 44. *Comparat.* M. Cato *apud* Priſcian. 3 p. 601 Quantoque ſuam vitam ſuperiorem atque ampliorem, atque antiquiorem in animum inducent eſſe, quam innoxiiorem, *per duplex* ii, *vt fiat Comparatiuus vna Syllaba auctior quam Poſitiuus.* Leo innoxius, *Non nocens:* Plin. 8, 10 Iidem ſatiati, innoxii ſunt. Lucan. 9, 727 Vos quoque, qui cunctis innoxia numina terris Serpitis aurato nitidi fulgore Dracones. Saltus, *In quibus nullum eſt periculum:* Plin. 3, 5 Tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii ſaltus. Serpens Virg. Aen. 5, 92. Verba non innoxia Id. Georg. 2, 683. ¶ 2 *Paſſiue, cui non nocetur,* [ἀπήμων] Columel. 2, 10 Sic condita, erit a curculionibus innoxia. Idem 5, 9 Vt ſit innoxius ab iniuria pecorum, *i. ne laedatur a pecoribus.* Columel. 12, 44 *de malis Granatis ſeruandis*, Praeſertim quum liceat etiam detracta arboribus eadem innoxia cuſtodire. Salluſt. in Catil. 39, 2 Hi magiſtratus prouincias aliaque omnia tenere, ipſi innoxii, florentes, ſine metu aetatem agere, caeterosque iudiciis terrere. Lucan. 9, 892 Gens vnica terras incolit a ſaeuo ſerpentum innoxia morſu. Curt. 9, 4, 11 Leuiora *(nauigia)* — in ripam tamen innoxia expulſa ſunt.

INNOXIE. Adu. *Idem.* Minut. Fel. c. 33 Deum caſte, innoxie, religioſeque coluerunt.

INNOX, *pro Innocens.* Gloſſ. Gr. Lat. Innox, ἀβλαβής. *Conf. Salmaſ. ad* Solin. p. 325. Iſidor. 10 n. 1.

INNVBĬLVS, a, um. Adi. [ἀνέφελος] *Idem, quod Serenus.* Lucret. 3, 21 — Semperque innubilus aether Integit, *etc.*

INNVBĬLO, āre. *Obſcurare.* Solin. c. 66 Si purum fuerit, quod acceperint, candicant orbiculi lapillorum. Si turbidum: aut pallore langueſcunt, aut ruffo innubilantur.

INNV̄BIS, e. Adiect. [αἴθριος] *Sine nubibus, ſudus et clarus.* Sen. Herc. Oet. 237 Namque vt reluxit pellicis captae decus et fulſit Iolae: qualis innubis dies.

INNV̄BO, pſi, ptum, ĕre. *proprie ſignificat Ad domum viri tranſire.* Non. 2, 431 Innubere poſitum (pro) tranſire, quod hae, quae nubunt, ad domos maritorum tranſeunt. Lucil. Sat. 6 Suam enim inuadere atque innubere cenſent. Liu. 1, 34 Lucumoni contra omnium heredi bonorum, quum diuitiae iam animos facerent, auxit ducta in matrimonium Tanaquil, ſummo loco nata, et quae haud facile iis, in quibus nata erat, humiliora ſineret ea, quae innupſiſſet, *quae lectio Gronouiana a Drakenborchio etiam retenta, firmatur verbis Nonii.* Ouid. Met. 7, 861 Ne thalamis Auram patiare innubere noſtris.

INNVPTA. Partic. [ἀγάμητος] *Non nuptus.* Decus innuptarum Catull. Arg. 62, 78. Puellae Virg. Aen. 2, 238. *h. e. non nuptae.* Cic. de Orat. 3, 217 c. 56 Qua tempeſtate Paris Helenam innuptis iunxit nuptiis, *i. contra ius factis.*

INNV̆BA. [ἄγαμος] *Idem.* Permaneo innuba Ouid. Met. 14, 142. *De Sibylla, quae perpetuam virginitatem ſeruauit.* Laurus Idem Met. 10, 92. Pallas Auſon. Epigr. 106. Veſtalis Prudent. adu. Symm. 2, 1072.

INNVCLEATVS, a, um. Adi. Vuae paſſae, innucleatae Plin. Valer. 1, 7 *ex quibus nuclei non exemti.*

INNVMERABILIS, e. Adi. [ἀναρίθμητος] *Quod numerari non poteſt.* Cic. Verr. 3, 85 Cognoſcite nunc innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam. Idem de Fin. 2, 29 Reperiam Multos vel innumerabiles potius, non tam curioſos, nec tam moleſtos, quam vos eſtis, quibus quidquid velim, facile perſuadeam. Multitudo Cic. poſt redit. in Senat. 11. Pecunia Id. pro Quint. c. 11. Mundi Cic. Acad. 4, 55 c. 17. Series annorum Hor. Carm. 3, 30, 4.

INNVMERABILĬTER. Adu. [ἀναριθμήτως] Lucret. 5, 274 Aëra nunc igitur dicam, qui corpore toto Innumerabiliter priuas mutatur in oras.

INNVMERABILĬTAS, ātis. f. [τὸ ἄπειρον] Cic. de Nat. D. 1, 73 c. 26 Tamen pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitates locorum, innumerabilitatemque mundorum, eorum, *etc. Add.* ib. 109 c. 39.

INNVMERĀLIS, e. Adi. [ἄπειρος] *Idem quod Innumerabilis, ſed antiquum.* Lucret. 2, 1083 — caetera, quae ſunt, Non eſſe vnica, ſed numero magis innumerali.

INNVMĔRVS, a, um. Adi. [ἀνάριθμος] *Idem.* Plin. 2, 3 Innumerae rerum effigies. Idem 5, 27 Immenſus ipſe, et innumerarum gentium arbiter. Cic. de Orat. 2, 94 c. 22 Ecce tibi exortus eſt Iſocrates, magiſter iſtorum omnium, cuius e ludo tanquam ex equo Troiano innumeri principes exierunt. Gentes Virgil. Aen. 6, 706. Hoſte cinctus Ouid. Triſt. 5, 12, 20. Numero innumero Lucret. 2, 1053. *et* 3, 780. ¶ 2 Innumerus, *vt Turnebo placet, orationem denotat, quam* Proſam *vocamus*, in epitaphio comici Plauti *apud* Gell. 1, 24 Et numeri innumeri ſimul omnes collacrimarunt: *cuius ſententiam eſſe putat, illius Poëtae occaſu non tantum eſt verſus, ſed etiam ſolutam orationem lacrimas profudiſſe. Id, vt cenſeam, inquit, facit* Auſonius, *in quo* innumeros *ita accipi reperiſſe videor in* Protreptico ad Nepotem v. 48 Tu flexu et acumine vocis Innumeros numeros doctis accentibus effer. *Sed haud paullo melius Scaliger intelligit* numeros, *ſ. verſus comicos, multum liberiores, et proinde minus* numeros, *quam ſunt v. g. carmina lyrica. Sic de dithyrambis* Horat. Od. 4, 2, 11 Numerisque fertur lege ſolutis. ¶ 3 Innumerus, *vanus, nullo in numero habendus: Barth. Adu. 1, 2 huc laudat* Vindician. ad Valentin. Aliquando potuimus — vanas, et innumeras querimonias refutare. *Ex Graeco* οὔτ' ἐν πολέμῳ ἐναρίθμιος.

INNVMERŌSVS, a, um. Adi. [ἀπείρων] *Idem.* Plin. 10, 65 Ex omnibus, quae perfectos fetus, vel tantos et innumeroſos edunt, ſupra cuncta eſt murium fetus *Sic olim. Sed nunc legitur*, Ex omnibus, quae perfectos fetus, ſues tantum et numeroſos edunt.

INNVMERĀTVS, a, um. Adi. *Idem.* Tertull. adu. Marc. carm. 2, 17 Innumerata Dei miracula.

INNVO, ĕre. [ἐπινεύω] *Signo capitis quid ſignificare. Laudatur* Cic. pro Muraen. 51 Atque ille, vt ſemper fuit apertiſſimus, non ſe purgauit, ſed indicauit atque innuit. *Exemplar vetus legit, quod ſecuti ſunt poſt Grut.* Induit. Idem Fam. 13, 79 Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio et innuo. *Sed recte hodie editur* Munio. Auctor ad Herenn. 4, 36 c. 26 Quod ſi iſte ſuos hoſpites rogaſſet, immo innuiſſet modo. Abiens innuit mihi Ter. Eun. 4, 5, 9. *Conſ.* Non. 5, 65.

INNV̄TRIO, īre. [ἐντρέφω] *Idem quod Nutrire, vel Simul nutrire.* Sen. Epiſt. 2 Certis ingeniis immorari et innutriri oportet, ſi velis aliquid trahere, *etc. De lectione variorum auctorum.*

INNVTRITVS, a, um. Partic. Innutriti *dicimur* alicui rei, *In qua educati ſumus.* Sen. in Conſol. ad Polybium c. 21 *extr.* Sciebas animum eius liberalibus diſciplinis, quibus non innutritus eſt tantum, ſed innatus, ſic eſſe fundatum, *etc.* Plin. Epiſt. 9, 33. Innutritus *tamen viciſſim, vt huiusmodi compoſita ſolent, pro Eo, qui eſt ſine nutritione.* Cael. Aurel. Acut. 1, 17 Aegrotantem innutritum relinquere.

INNVTRITIO, ōnis. f. *Apud ICtos in* Cod. . . .

INNVTRIBĬLIS, e. Adi. Iuſcellum innutribile Cael. Aurel. Acut. 2, 9.

INNVTRICĀTVS, a, um. Adi. Oroſius, . . . In malis innutricati et nati.

I N O

INO, ûs. f. [Ἰνώ] Cadmi filia, vxor Athamantis regis, quae a Graecis Leucothea dicitur, *teſte* Cic. Tuſc. 1, 28. Ouid. Met. 4, 527 *refert, quemadmodum* Ino *cum* Melicerta *filio ſeſe in mare praecipitem dederit,*

dederit, factique ſint ambo dii marini, ipſa Leucothea, *ille* Palaemon. Ouid. Faſt. 6, 545 Leucothee Graiis, Matuta vocabere noſtris. Flebilis Horat. de Arte Poët. 123. *Accuſat.* Hygin. f. 4 Poſtea reſciſcit, Inonem in Parnaſſo eſſe, atque bacchationis cauſa eo perueniſſe.

INŌVS, a, um. Adi. [Ἰνῷος] Ouid. Met. 4, 497 — at illi Inoosque ſinus, Athamanteosque pererrant. *Adde* Stat. Silu. 2, 2, 35. *et* 4, 3, 60. Ouid. de Arte Am. 3, 176.

INOBEDIO, īre. *Non parere.* Ambroſ. Serm. Epiph. 1 A paradiſo receſſiſtis ſuperbiendo, inobediendo et cibum prohibitum comedendo.

INOBAVDIO, īre. *Idem.* Tertull. adu. Marc. 3, 16 Exaudi eum, ne inobaudieris eum.

INOBEDIENS, entis. Partic. Vulg. Interpr. Deut. 8, 20. *et* Tit. 1, 10.

INOBĒDVS, a, um. Adi. *Idem.* Inobeda ceſſatio Arnob. 7 p. 248. *Conf. Salmaſ. in* Solin. f. 24.

INOBEDIENTER. Adu. *Idem.* Auguſtin. de Ciu. Dei 14, 17 Aduerſus damnatam culpam inobedientiae, voluntatem libido inobedienter mouebat.

INOBEDIENTIA, ae. f. Auguſtin. *modo laudatus.* Hieron. Quaeſt. Hebr. in 2 Reg. 1. Saluian. de Gubern. Dei 1 p. 20. *et* de Auar. 4 p. 299.

INOBAVDIENTIA, ae. f. *Idem.* Tertull. adu. Marc. 4, 17 Qui et inobaudientiam illis exprobrare poteſt.

INOBLECTOR, āri. Dep. Inoblectari in filiis hominum Tertull. adu. Hermog. c. 18. *i. delectabatur.*

INOBLITERATVS, a, um. Adi. *Non obliteratus.* Tertull. de Anima c. 24 Et homini obliuioſiſſimo inobliterata perſeuerabit ſcientia naturalium.

INOBLĪTVS, a, um. Adi. [ἀνεπίληστος] *Memor.* Ouid. ex Pont. 4, 15, 37 Semper inoblita repetam tua munera mente.

INOBRŬTVS, a, um. Adi. [ἀβάπτιστος] Ouid. Met. 7, 356 Deucalioneas effugit inobrutus vndas, *h. e. non obrutus.*

INOBSCŪRO, āre. [ἐπισκοτέω] *Obſcurum reddere, ita, vt nulla fere ſuperſit memoria.* Cic. Philipp. 9, 10 c. 5 Cui ſi ſtatuam in roſtris decreto veſtro ſtatueritis, nulla eius legationem poſteritatis inobſcurabit obliuio.

INOBSCVRABILIS, e. Adi. Tertull. de Anima c. 3.

INOBSEPTVS, a, um. Adi. *Non ſeptus.* Lactant. de Opific. Dei c. 8 Aurium foramina voluit Deus eſſe nuda, et inobſepta.

INOBSĔQVENS, entis. Adi. [ἀπειθής] *Inobediens.* Senec. Hippol. 10 v. 1068 Inobſequentes protinus frenis equi rapuere currum. *Conf.* Tertull. adu. Marc. 4, 17 *extr.*

INOBSERVANS, antis. Part. Homines Pallad. 1, 35.

INOBSERVANTIA, ae. f. *Hanc vocem aiunt legi debere* Suet. Auguſt. c. 76. *vbi vid. Caſaub. et Torrent. it. Geſner. ad* Quinctil. 4, 2, 107. Inobſeruantia, *neglectus diaetae.*

INOBSERVĀTVS, a, um. Adi. [ἀδιαφύλακτος] *Non obſeruatus.* Martial. 8, 33 Luſerat hoc caſus, niſi inobſeruata maneret. *Vid.* Ouid. Met. 4, 341. *et* 2, 544. Curſus Sen. Ep. 40. Sidera Ouid. Faſt. 3, 111. Tempus Sen. Quaeſt. Nat. 3, 26. Varietas Plin. 28, 5. Negotiationum ſpecie inobſeruati portas aperuerunt ſuis Frontin. Strat. 3, 2, 8.

INOBSERVABĬLIS, e. Adi. [ἀνεπιτήρητος] *Quod obſeruari non ſolet, vel etiam non poteſt.* Plin. 2, 17 Cuius eſt maxime inobſeruabilis curſus. Catull. Arg. 62, 115 — inobſeruabilis error.

INOBSOLETVS, a, um. Adi. Veſtimenta et calceamenta indetrita et inobſoleta manſerunt Tertull. de Reſurr. Carn. c. 58.

INOCCIDVVS, a, um. Adi. [ἄδυτος] *Non occiduus. Vt,* Viſus inoccidui, *i. oculi ſemper vigilantes* Stat. Theb. 6, 277 *de Argo.* Aeuum Nemeſian. Cyneg. v. 105. Axis inocciduus, *Polus Arcticus, qui nunquam occidit, ſed ſemper apparet* Lucan. 8, 175 — Sed qui non mergitur vndis Axis inocciduus gemina clariſſimus Arcto. Triones Claud. in Gigant. 11. Continua et inoccidua vita Arnob. 2 p. 68.

INOCCO, āre. [βωλοκοπέω] *ſignificat Cooperire: quod fit, quum ſemen in agro ſeminatum eſt, et glebas ſarculis aut cratibus diſſoluimus, vt ſemen humo contegatur.* Columel. 2, 8 Nam ſemen quod ſicco ſolo ingeſtum et iam inoccatum eſt, perinde ac ſi repoſitum in horreo, non corrumpitur. Idem 3, 15 Seritur ergo prius inemundata, inoccataque, et aequata paſtinatione. *Add.* Id. 11, 2.

INOCŬLO, āre. [ἐνοφθαλμίζω] *ſignificat Oculum, ſ. Gemmam vnius arboris alteri adhibere, ſeu oculum arboris vnius inſerere in aliam.* Colum. 11, 2 His quidem diebus arbores ficorum inoculantur. Quod genus inſitionis emplaſtratio vocatur. *Add.* Apul. Flor. p. 343. Iuſtitiae affectus pectoribus inoculandus Macrob. Somn. Scip. 1, 1. *Sed* Tertull. de Anima c. 19 Aut vnde nox illis *(arbuſculis)* et frutices inoculantur, et folia formantur, et germina inflantur, *etc. De ſolius naturae operibus videtur loqui, cum oculos protrudit.*

INOCVLATVS bullis aureis Apul. Met. 6 p. 185. *i. exornatus.*

INOCVLATIO, ōnis. f. [ἐνοφθαλμισμὸς] Colum. 5, 11 Tertium quo ipſas gemmas cum exiguo cortice in partem ſui delibratam recipit, quam vocant agricolae emplaſtrationem: vel, vt quidam, inoculationem. *Add.* Plin. 17, 14.

INOCVLĀTOR, ōris. m. [ἐνοφθαλμιστής] Plin. 18, 33 Hunc caueat inſitor calamis, gemmiſque inoculator.

INODŌRO, āre. [ἐνοδμίζω] *Odore inficere.* Colum. 11, 3 Nam ſic ſata, et rurſus ſic recondita exiſtimantur, neque acerrimi ſaporis exiſtere, neque mandentium halitus inodorare. *de alliis.*

INODŌRVS, a, um. Adiect. [ἄνοδμος] *Quod eſt ſine odore, Quod odorandi ſenſu et facultate caret.* Gell. 7, 6 Quaedam animalium alia carent alio, et aut caeca natura gignuntur, aut inodora, inaurітаue. *Quaedam exemplaria legunt*, Inora, *i. ſine ore.* *Add.* Non. 2, 463. *vbi* inodora et inaudita, *Mercer.*

INOFFENSVS, a, um. Adi. [ἀπρόσκοπτος] *Ad quod quis non offendit.* Curſus inoffenſus honorum Tacit. Hiſt. 1, 48, 5. Iter inoffenſum Idem Ann. 1, 56. Martial. 14, 214 — inoffenſa curret arundo via. Inoffenſas voluptates transmittere, *per translationem* Plin. Epiſt. 6, 4. Lumen inoffenſum oculorum Pallad. 1, 3. Inoffenſa copulatio vocum, *Aures non offendens, non aſpera, ſed dulcis* Quinctil. 1, 10, 23. *Sic* 1, 1, 31 Inoffenſa literarum inter ſe coniunctio. Inoffenſa tempora a valetudine viuere, *Nullo morbo laeſa et offenſa* Gell. 2, 1 *de Socrate.* Vita Ouid. Triſt. 1, 8, 1 *citra vllum malum transacta.* Pedem inoffenſum referre, *i. qui non offenderit ad lapidem, aut aliud* Tibull. 1, 7, 62.

INOFFENSE. Adu. Inoffenſius Gell. 6, 2.

INOFFICIŌSVS, a, um. Adi. [ἀχάριτος] *Qui contra officium facit, vel, qui nullum officium praeſtat amico.* Cic. Att. 13, (27) Aliter enim fuiſſemus et in hos inofficioſi, et in noſmetipſos. Priuignus Apul. Apol. p. 336. Inofficioſum teſtamentum, *vt ait* Paullus Iuriſconſ. dicitur, Quod non ex officio pietatis paternae confectum eſt, filiis ſine legitima cauſa exheredatis. Cic. Verr. 1 c. 42 Teſtamentum P. Annius fecerat non improbum, non inofficioſum, non inhumanum. *Conf.* Quinct. Decl. 264. Apul. Apol. p. 337.

INOFFICIOSE. Adu. *ICti in* Dig. . . .

INOFFICIOSITAS, ātis. f. Ruricius Epiſt. 2, 15. *et* Saluian. Ep. 3 p. 303.

INŎLENS, entis. Adi. *Non olens, quod nullum ſpirat odorem.* Lucret. 2, 849 Quod licet ac poſſis reperire inolentis oliui Naturam, nullam quae mittat naribus auram.

INOLESCO, inolui *et* inoleui, inolitum, ĕre. [ἀδρύνομαι, ἐπιφύομαι] *Creſcere in alio, inualeſcere.* Columel. 5, 10 Amygdala ſi parum ferax erit, forata arbore lapidem adiicito, et ita librum arboris inoleſcere ſinito, *i. ſupercreſcere, creſcendo tegere lapidem.* Virgil. Georg. 2, 77. Sil. 8, 582 — Quo gurgite tradunt Duritiem lapidum merſis inoleſcere ramis. *de Siluro.* Inoleuit, *actiue:* Gell. 12, 5 Natura omnium rerum, quae nos genuit, induit nobis, inoleuitque in ipſis ſtatim principiis quibus nati ſumus, amorem noſtri et caritatem, *i. inoleſcere fecit.*

INOLESCENDVS, a, um. Adi. Macrob. Sat. 5, 11 In moribus inoleſcendis magnam fere partem nutricis ingenium et natura lactis tenet. Inoleſcendis *videtur dixiſſe, pro Ingenerandis. Totidem verbis repetita ex* Gell. 12, 1, 20.

INOMINĀLIS, e. Adi. *Quod eſt mali ominis.* Gell. 5, 17 Ante diem quoque quartum Calendas, vel Nonas, vel Idus, tanquam inominalem diem plerique vitant. *Conf.* Macr. Sat. 1, 16.

INOMINĀTVS, a, um. Adi. [δύσφημος] *Male ominatus, Infelix.* Horat. Epod. 16, 38 Aut pars indocili melior grege: mollis, et exſpes Inominata perprimat cubilia, *i. infauſta, et nullo felici omine fabricata.*

INOPĀCO, āre. [ἐπισκιάζω] *Opacum reddere, et obſcurum.* Columel. 8, 15 Media rurſus terrena pars eſſe debet, vt colocaſiis conſeratur, aliiſque familiaribus aquae viridibus, quae inopacant auium receptacula.

INOPEROR, āri. Dep. Deus inoperatus eſt in Chriſtum valentiam ſuam Tertull. adu. Marc. 5, 17.

INOPERATVS, a, um. Adi. *Otioſus.* Nec natura Dei inoperatam debuit continuiſſe bonitatem Tertull. adu. Marc. 2, 11.

INOPERTVS, a, um. Adi. *Non opertus, apertus.* Capite inoperto Sen. de Beat. Vit. c. 13. Inoperta ac confeſſa veritas Idem de Ot. Sap. c. 30. *Add.* Prud. Cath. 3, 117.

INOPIA, *vid.* INOPS.

INOPINOR, āri. Dep. *Opinor.* Miſit librum, quem promiſerat: Verrii, inopinor, Flacci erat Gell. 18, 7. *Gronou.* opinor.

INOPĪNANS, antis. [ἀδοκῶν] Partic. *ſine Verbo: certe negatiue poſitum.* Caeſ. B. G. 6, 29 Multos in agris inopinantes deprehendit. *Add.* Idem 4, 4. Quinct. 5, 10 A praeparatis inopinantes. Plin. Epiſt. 3, 2 Inopinantis, neſcientis. *Conf.* Nep. 14, 3, 4. Liu. 27, 48. Iuſtin. 1, 10, 15. *et* 2, 4, 19. *vid.* INDICENS.

INOPINANTER. Adu. [ἀπροσδοκήτως, Gl. Lat. Gr.] *pro Subito, et praeter exſpectationem.* Suet. in Tiber. Caeſ. c. 60 In paucis diebus, quam Capreas attigit, piſcatori, qui ſibi ſecretum agenti, grandem mulum inopinanter obtulerat, *etc.*

INOPINĀTVS, a, um. Adi. *vel* Partic. Paſſ. [ἀδόκητος] *Non opinatum, improuiſum, quod praeter ſpem et opinionem euenit.* Cic. Tuſc. 3, 76 Haec enim fere tum habemus in promtu, nihil oportere inopinatum videri. Inopinati capti ſunt Frontin. Strat. 3, 6, 4. Quinctil. 5, 13 Patronus etiam inopinatis frequenter occurrit. Cic. Verr. 2, 24 c. 8 Noua tibi haec ſunt, et inopinata? Noua et inopinata cauſa Papinian. in l. 3 D. de condict. indebit. Improuiſum et inopinatum hoc illi accidit Cic. Verr. 2, 99 c. 28. Liu. 3, 26 Nihil tam nec inopinatum, nec tam inſperatum accidere potuit. Repentina et inopinata, grauiora Cic. Tuſcul. 3, 45. Dictu inopinatum et mirabile Idem in Parad. 5. Cic. de Natur. Deor. 2, 123 Vt in araneolis: aliae quaſi rete texunt, vt ſi quid inhaeſerit conficiant: aliae autem, vt Ex inopinato obſeruant, et ſi quid incidit, arripiunt, idque conſumunt. Repente ex inopinato Sueton. Galba c. 10. Inopinata res et recens Cic. pro Domo 14 c. 4. Fraus Sil. 7, 134. Plin. 28, 2 Neque eſt facile dictu, externa verba atque ineffabilia, derogent fidem validius, an Latina inopinata, et quae ridicula videri cogit animus. Non inopinata Nep. 19, 4, 3. Senſus inopinatiſſimus Auguſtin. de Trin. 7, 1.

INOPINĀTE, *et* INOPINĀTO. Adu. [ἀδοκήτως] *Idem, quod Praeter ſpem.* Liu. 34, 28 Qui ad id, quod futurum erat, ne inopinate accideret. Id. 26, 6 Quum inopinato in caſtra Romana Numidae, Hiſpanique cum elephantis irrupiſſent. Inopinate occupare Sen. ad Helu. c. 5. *Add. Spon. Miſc. Er. Ant. p. 203. Ferret. Muſ. Lap. p. 106.*

INOPINABĬLIS, e. Adi. [ἄσκοπος] *Quod quis nunquam exiſtimaſſet futurum.* Gell. 17, 12 Infames materias, ſiue quis mauult dicere Inopinabiles. Idem 11, 18. It. 17, 9 Profunda quaedam et inopinabilis latebra, *de ratione occulte ſcribendi.* Res Aurel. Vict. in Diocler.

INOPĪNVS, a, um. Adi. [ἀνυπόνητος] *Idem quod Inopinatus.* Dolor inopinus Stat. Theb. 1, 249. Gaudia Idem Silu. 1, 2, 46. Quies Virg. Aen. 5, 857. Siccitas Plin. Pan. c. 30. Turbo Sil. 12, 185. Inopina facies laborum Virg. Aen. 6, 104.

INOPPORTŪNVS, a, um. Adi. [ἄκαιρος] Opportuno *contrarium.* Cic. de Orat. 3, 18 c. 5 Etenim eſt huic loco noſtro ſedes non inopportuna ſermoni.

INOPS, ŏpis. Adi. [ἀκτήμων, ἄκληρος, ἀλήτης] *Pauper, egens, cui non ſunt opes.* Plaut. Trin. 3, 2, 63 Nolo ego mihi te tam proſpicere, qui meam egeſtatem leues: ſed vt inops infamiſue ſim. Cic. Off. 2, 36 Nam quum premeretur inops multitudo ab iis, qui maiores opes habebant, *etc.* *Vetus exemplar habet*, In initio multitudo. Inops ab amicis, *Amicorum auxilio deſtitutus.* Cic. pro Domo 58 c. 22 Tam inops autem eram ab amicis, aut tam nuda Reſpublica a magiſtratibus? Inops ad ornandum, et expedita ad inueniendum, diſciplina Hermagorae Idem de Clar. Orat. 263. *Et* de Clar. Orat. 247 c. 70 Non tardus ſententiis, non inops verbis, voce canora, facetus ſatis. Aequi inops Stat. Theb. 12, 445. Cic. de Amic. 26 Quod

ſi forte (vt ſit plerumque) ceciderint, tum intelligitur, quam fuerint inopes Amicorum. Animi inops Virgil. Aen. 4, 300. Inops animi eſt, Qui in aduerſis citius deficit, nec ſtabili aliquo poteſt conſilio ſubuenire: Donatus. Inops animi, ſine animo, ſine conſilio: Seruius. Auxilii inops Liu. 3, 7. Conſilii inops Idem 26, 18. Ouid. Met. 9, 745. Criminum A. Dial. de Cauſ. corr. eloq. c. 12. Dicendi ſapientia inops Cic. de Inuent. 1, 3. Fortunae inops Tac. Ann. 4, 23. Humanitatis Cic. de Orat. 2 c. 10. Mentis inops Ouid. Met. 2, 200. Pacis inops terra Idem ex Pont. 2, 2, 96. Rationis inops Stat. Theb. 1, 373. Regnorum inopes Idem Theb. 12, 508 Plin. 16, 1 Inopesque Remedii illac. Rerum inopes verſus Horat. de Arte Poët. 312. Somnique cibique Ouid. Met. 14, 429. Virorum inopes Tacit. Hiſt. 2, 6. Abundans *et* Inops, *contraria* Cic. de Cl. Orat. 238. Aerarium inops et exhauſtum Id. Verr. 3, 164. Amicus Horat. Serm. 1, 2, 5. Dii bene fecerunt, inopis me quodque puſilli Finxerunt animi, raro et perpauca loquentis Hor. Sat. 1, 4, 17 Amor Lucret. 4, 1136. Domus Ouid. Met. 8, 822. Cic. de Fin. 3, 51 Quod nobis in hac inopi lingua non conceditur. Senectam trahere Ouid. Met. 7, 2. Senectae metuens inopi Virg. Georg. 1, 186. Turba Id. Aen. 6, 325. Victus Ouid. Met. 1, 312.

INOPIA, ae. f. [ἀκτημοσύνη] *Egeſtas, indigentia.* Cic. de Amicit. 26 Humilem ſane relinquunt, et minime generoſum (vt ita dicam) ortum amicitiae, quam ab inopia, atque indigentia naſci volunt. Inſtructa inopia eſt in diuitiis cupiditas P. Syrus. Plaut. Merc. prol. 30 Inopia, contumelia, et diſpendium. Cic. de Inu. 1, 88 Si propter inopiam in egeſtate eſtis, pecuniam non habetis. Inopia et ſolitudo alicuius Idem Q. Fratr. 1, 1. In ſumma inopia ſenectus lenis eſſe non poteſt, ne ſapienti quidem, nec inſipienti etiam in ſumma copia non grauis Cic. de Senect. 8. Inopia, fames, et ſumma annonae caritas Idem Offic. 3, 50. Argentaria inopia, *vid.* Argentarius, *in* ARGENTVM. Argenti Plaut. Rud. 3, 2, 3. Amicae eſt mihi inopia Idem Merc. 3, 4, 65. Argumentorum Cic. pro Roſc. Amer. . . . Cibariorum Caeſ. Bell. G. 3, 18. Cic. Attic. 6, 3 Magna igitur, vt vides, ſolicitudine afficior, magna inopia Conſilii. Criminum inopia ſummam laudem alicui vitio dare Idem pro Roſc. Amer. 48. Frugum inopia *et* Copia, *contraria* Cic. pro Domo 17 c. 7. Frumenti et commeatus Caeſ. Bell. Gall. 3, 7. Loci Liu. 1, 33. Suet. Calig. c. 56 Aliis per inopiam Occaſionis titubantibus. Rei frumentariae Cic. pro Domo 11 c. 3. Stipendii Plin 7, 45. Cic. pro Domo 80 Quod facile potuit propter inopiam Tecti in foro pernoctans. Inceſſit ambos inopia, *vid.* INCESSO. Leuare inopiam, *vid.* Leuo, *in* LEVIS. Mederi inopiae frumentariae, *vid.* MEDEOR. Inopia et ieiunitas oratori cauenda Cic. de Clar. Orat. 202.

INOPIŌSVS, a, um. Adiect. [ἀπορούμενος] *Sine ope.* Plaut. Poen. 1, 1, 2 Saepe ego res multas tibi mandaui Milphio dubias, egenas, inopioſas conſilii. *Antiquum.*

INOPPIDATVS, a, um. Adi. *Sine oppido.* Singulos ſparſos inoppidatos nunc inauditis indictionum generibus exhaurit Sidon. Ep. 5, 13. inoppidata, ἀοίκητα, ἀλιμένα, Gloſſ.

INOPTATVS, a, um. Adi. *Non optatus.* Lacrima eſt indicium inoptatae rei Sen. Excerpt. Controu. lib. 8 vlt.

INOPTABILIS, e. Adi. Inoptabilis officinae diſciplina Apul. Met. 9 p. 222.

INORDINO, āre. Colum. 11, 3, 9. *al.* ordinandi, *quod malim.*

INORDINĀTVS, a, um. Adi. [ἀδιάτακτος] *Quod non eſt ordinatum et diſpoſitum.* Cic. de Vniuerſ. 7 c. 3 Idque ex inordinato in ordinem adduxit. Inordinati et incompoſiti milites Liu. 22, 50. Inordinati hoſtes, effuſi et feſſi Idem 35, 29. Inordinatiſſimi pili Plin. 22, 22 ſ. 45. Inordinata folia ſunt pomis Id. 16, 24.

INORDINATE. Adu. Febres inordinate redire dicunt Celſ. 3, 3 *extr.* *Conf.* Id. 4, 25.

INORDINATIO, ōnis. f. Apul. ad Aſclep. p. 92.

INORDINATIM. Adu. Ammian. 19, 7.

INORDINALITER. Adu. C. Aurel. Acut. 3, 4.

INORIOR, īri. Dep. [ἀνίσχω] *Idem quod ſimplex* Orior. Tac. Ann. 11, 23 Recentia haec: quid ſi memoria eorum inoriretur?

INORNO, āre. *Exornare: Act.* Tertull. adu. Valent. c. 12. *Paſſ.* Idem de Anima c. 19.

INORNĀTVS, a, um. Adi. [ἀκοσμος] *Non ornatus.* Cic. in Orat. 29 Dum intelligamus, hoc eſſe Atticum in Lyſia, non quod tenuis ſit atque inornatus: ſed quod nihil habeat inſolens atque ineptum. Non ego te meis chartis inornatum ſileri patiar Hor. Od. 4, 9, 30. Nuda et inornata breuitas Cic. de Orat. 2, 265. Capilli Ouid. Met. 5, 472. Caput Tibull. 2, 3, 29. Crines Ouid. Met. 9, 3. Nuda atque inornata inuentio Auctor ad Herenn. 4, 70 c. 56. Mulier Cic. in Orat. 78. Tenuis et inornatus orator Id. in Orat. 29. Verba Hor. de Arte Poët. 234.

INORNĀTE. Adu. [ἀκόσμως] Auctor ad Herenn. 4, 43 c. 31 Hoc pacto non inornate poterimus, et in laudando et in laedendo aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis rebus dicere.

INORO, āre. *Oram poculi coronare. Certe ita* Tertull. de Reſurr. Carn. 16 At enim et calix — de coronis quoque potatoris ſui inorabitur, *i. coronabitur, quae gloſſa a quibuſdam in contextum aſſumta eſt.*

INORATVS, a, um. Adi. *Non oratus.* Cic. pro Roſc. Am. 26 c. 9 Re inorata reuerterunt, *legatione ne perlata quidem ad Sullam.*

INŌRVS, a, um. Adi. *Sine ore, qui os non habet, quales* Aſtomos *deſcribit* Plin. 7, 2. Gell. 7, 6 Quaedam animalium alia alio carent: et aut caeca natura gignuntur, aut inora, inauritaue. *Alii legunt* Inodora.

INORABILIS, e. Adi. Peruico Aiax animo atque inorabili Acc. *ap.* Non. 8, 28. *i. quem orare nolis, nedum exorare ſperes.*

INOTIOSVS, a, um. Adi. [ἄσχολος] Inotioſa actio Pop. Laenas *apud* Quinctil. 11, 3 *extr.* *ſed varietas eſt lectionis et explicationis.*

INOVANS, antis. Adi. Inouanti gradu comitari Apul. Met. 11 p. 264, 12.

I N P

INPANNIS, *ſ.* IMPANNIS *vna voce, Lipſius antiq. Lect.* 5, 13 *legi volebat, et interpretabatur pannis carentem, apud* Plaut. Aſin. 1, 2, 16. *Sed recte Gronou.* Sordido vitam oblectabas pane, in pannis, inopia. *Mendici ipſi non* impannes *ſunt, ſi lubeat eo verbo interim vti, non carent pannis; ſed ſunt* in pannis, *i. pannis et laciniis centonibusque male veſtiti*

INQVAM, *vid.* INQVIO.

INQVANTVM. Adu. [ὅσον, ἐφ' ὅσον, καθ' ὅσον] *i. Tantum, quantum, quod forte melius diſiungitur.* Quinctil. 2, 10 Et declamatio in quantum maxime poteſt, imitetur eas actiones, in quarum exercitationem reperta eſt. Plin. in Paneg. c. 10 Audita ſunt vota tua, ſed in quantum optimo illi et ſanctiſſimo ſeni vtile fuit. Sen. Epiſt. 125 Rationem tu ad ſummum euoca, in quantum poteſt plurimum creſcere.

INQVANTVMCVNQVE. Adu. Senec. de Tranquil. vit. ſ. de Conſt. c. 15 Inquantumcunque illa vel numero vel magnitudine creuerunt, eiuſdem naturae erunt. *Etiam hoc melius diſiungitur.*

INQVASSATVS, a, um. Adi. ἄθραυστος, Gloſſ. Lat. Gr.

INQVIES, ētis. f. [ἀνησυχία] *Cura, ſolicitudo, moleſtia, aut magis proprie vigilia, et quietis nocturnae carentia.* Mollis Catull. 64, 38. Plin. 14, 22 Furiales ſomni, et inquies nocturna. Gell. 19, 9 Vt interea labor hic vigiliarum et inquies, ſuauitate paullisper vocum atque modulorum acquieſceret.

INQVIES, ētis. Adi. *Inquietus, qui eſt ſine quiete.* Salluſt. Hiſt. 1 *apud* Priſcianum p. 704 Humanum genus inquies, et indomitum. Plin. in praeſ. Nat. Hiſt. Animus inquies paſcitur opere. Apul. Met. 1, . . Qua contentione et inquieti procacitate praeditus aſinus. Paterc. 2, 68, 3 Vir inquies. Apul. Met. 2 p. 121, 39 Animo et corpore ad libidinem inquies et petulans.

INQVIĒTVS, a, um. Adiect. [ἀκοίμητος, ἀνήσυχος] Quieto *contrarium: vt,* Inquietus animus, *h. e. turbulentus* Liu. 1, 46. Inquietus homo, et ad Tribunatum ſpirans Idem 3, 46. Inquieta ingenia, et in nouas res auida Liu. 22, 21. Inquieta nox, *in qua non quieuimus:* Idem 5, 42 Lux deinde inquietam noctem inſecuta eſt. Praecordia Hor. Epod. 5, 95. Siluas inquietas fecit aper Sen. Herc. Oet. ſ. 12. *Compar.* Plin. Epiſt. 1, 9 Nullis rumoribus inquietior. Ammian. 22, 7 Tandem alios inquietiores inueni. *Superl.* Senec. de Benefic. 7, 27 Inter affectus inquietiſſimos rem quietiſſimam quaerere. Vopiſc. Saturn. c. 1 Oriundus ex gente hominum inquietiſſima.

INQVIĒTE. Adu. Solin. c. 43 Mons ingenito igne per aeternum feruidus et inquiete iugis flagrantibus. *Compar.* Ammian. 15, 5 *pr.* Dynamius inquietius agens. *Conf.* Idem 27, 3 *pr.*

INQVIĒTO, āre. [ἐκταράττω] *Quietem alterius turbare.* Columel. 8, 5 Ne incubantes nutrices ab aliis auibus inquietentur. Ne inquietaretur viciniae ſilentium per milites indicere ſolebat Suet. Cal. c. 55. Idem Auguſt. c. 53 Ne quem officii cauſa inquietaret. Id. in Calig. c. 59 Satis conſtat prius quam id fieret, hortorum cuſtodes vmbris inquietatos. *Add.* Id. Claud. c. 9. *et* Ner. c. 34. Quinctil. 11, 3, 80 Et mouere, et digito inquietare nares. Num alio genere furiarum declamatores inquietantur Petron. c. 1. Magiſtratum inquietans cauſidicus Vlpian. in l. 1 §. ſecundo loco D. de poſtulando. Victoriam inquietare Tacit. Hiſt. 3, 84. Locorum mutationibus inquietari Sen. Epiſt. 2. Nullis rumoribus inquietare Plin. Epiſt. 1, 9. Inquietari ab aliis quibus debet, non poteſt is, qui bonis ceſſit Vlpian. l. 4 D. de ceſſione bonorum. Hoc nomine eam inquietari nolo l. Titia 34 §. Gaius 3 D. de Legat. 2.

INQVIETATVS, a, um. Adi. Suet. Calig. c. 26 Inquietatus fremitu. *Idem ſupra.* Sidon. Epiſt. 2, 12 Solicitudo inquietata. *Conf.* Petron. c. 100.

INQVIETATIO, ōnis. f. [σφαδασμός] Liu. 22, 17. Sen. Suaſ. 2.

INQVIETATOR, ōris. m. Tertull. de Spectac. c. 23 *pr.* An Deo placebit auriga ille tot animarum inquietator?

INQVIETĬTAS, ātis. f. Caelio Aurel. Tard. 5, 10, 94 *reſtitui vult Rutgerſ.* V. L. 1, 3 p. 87 *vbi ſic legitur,* Omnibus igitur collectionibus generatis — ſequitur febricula vehemens, inordinata, et ſaepe cum rigore, et torpore frigido, vel iniquitate (*Rutg.* inquietitate) corporis, tum loci feruor incendioſus *etc.* *Interpretatur Ammanus inquietudine, iactatione, vexatione.*

INQVIETVDO, ĭnis. f. [δυσφόρησις] Sen. de Benef. 2, 8 Tametſi inquietudinem Tiberius, ne hoc quidem modo, quo putabat, potuit effugere. Solin. c. 1. Saluian. contra Auar. 2 p. 82. Lib. 10 C. t. 31 l. 54.

INQVILĪNVS, i. m. [ἔνοικος, μέτοικος] *Quaſi* Incolinus, *vel* incolens aliena; *Qui in alieno priuato habitat: proprie tamen in conducto, ſiue in vrbe, ſiue ruri, vt ait Valla 4, 56.* Feſtus, Inquilinus, Qui eundem colit focum, vel eiuſdem loci cultor. Ex In et Culina. *Rigaltiana tamen etymologia, quam damus in* COILLVM *non videtur contemnenda. Conf. Voſſ. Etym. p. 149. et* Iſidor. 9, 4. Suet. Claud. c. 44 Inquilini priuatarum aedium, atque inſularum. Inquilini praediorum Idem ibid. c. 38. Cic. Philipp. 2, 105 c. 41 At vero te inquilino (non enim domino) perſonabant omnia vocibus ebriorum. Idem Att. 14, 9. *Aliquando accipitur pro Cohabitatore.* Martial. 1, 87 Vicinus Nouio, vel inquilinus Sit, ſi quis Nouium videre non vult. *Adiectiue, pro Peregrino.* Salluſt. Catil. c. 31 M. Tullius inquilinus ciuis vrbis Romae. Inquilini *opponuntur* Colonis l. 6 Cod. de Agric. Ammian. 30, 18 Perpetui carcerum inquilini. Tertull. de Anima c. 38 Inquilinus carnis anima.

INQVILINA, ae. f. Varro *apud* Non. 4, 444 In quarum locum ſubierunt inquilinae, impietas, perfidia, *etc.* Cic. Fam. 15, 18 Vbi Philoſophia? tua quidem inquilina. *Al.* Inculina. Plaut. Perſ. 4, 4, 79 Virgo *fucum factura lenoni, roganti,* Vbi tu nata es, *reſpondet.* Vt mihi mater dixit, in culina in angulo ad laeuam manum. *Hoc vult ita dictum Lipſ. ant. Lect. 1, 9 vt intelligi poſſet* Inquilina, *i. ciuis Attica. Add. Voſſ. Art. Gramm. 1, 18.* Anima inquilina eſt carnis Tertull. de Reſurr. Carn. c. 46.

INQVILINATVS, ûs. m. Tertull. de Anima c. 38 Deſiderabit inquilinus toto inquilinatus ſui tempore. *Conf.* Sidon. Epiſt. 5, 19.

INQVĬNO, āre. [μολύνω] *Maculare, deturpare* Cunire *eſt Stercus facere, vnde et* Inquinare, *Cognatum eſt* Coenum, *de quo vid. Voſſ. Etym.* Cic. Tuſc. 1, 72 c. 30 Quibus caecati velut domeſticis vitiis atque flagitiis ſe inquinaſſent. Agros ereptos Reipublicae turpiſſimis poſſeſſoribus inquinare Cic. Philipp. 2, 43. Amicitiam nomine criminoſo Idem pro Planc. 46. Amplexus inquinat illa tuos Ouid. Faſt. 3, 496. Aqua turbida et cadaueribus inquinata Cic. Tuſc. 5, 97. Caput merdis inquiner albis Hor. Serm. 1, 8, 37. Comitia largitione inquinare Cic. de Petit. Conſ. 44. Factum vitiis inquinatum Idem Off. 3, 60. Liu. 29, 37 *de Nerone et Liuio Cenſoribus,* Foedum certamen inquinandi Famam alterius cum ſuae famae damno factum eſt. Humanitatem ciuitatis domeſtica inhumanitate Cic. pro Deiot. 32. Locum venenis Ouid. Met. 14, 56. *de Circe.* Manus inquinare

inquinare medicamento Scribon. 80. Inquinat egregios adiuncta ſuperbia Mores Claud. Conſ. Hon. 4, 304. Nuptias Hor. Carm. 3, 6, 18. Ordinem ampliſſimum Caius in l. 1 D. de colluſione detegenda. *Loquitur de ſeruis, qui ſe gerunt pro ingenuis.* Se libidinibus Cic. Tuſc. 1, 72. Segetem lolio iniecto Vlpian. in l. ſi ſeruus ſeruum §. inquit lex D. ad legem Aquiliam. Seruitium inquinatum, deformatum, peruerſum, conturbatum Cic. de Aruſp. Reſp. 25. Splendorem obſcurare et inquinare Idem de Fin. 5, 22. Tempus aureum inquinauit aere Hor. Epod. 16, 64. Veſtimenta inquinare Vlpian. in l. ſi ſeruus ſeruum §. ſi quis veſtimenta D. ad legem Aquiliam. Vita omnibus vitiis inquinata Cic. pro Roſc. Amer. 68 c. 24. Vellus inquinare murice, *pro Tingere, inficere.* Martial. 4, 4 Quod bis murice vellus inquinatum.

INQVINATVS, ior, iſſimus. [μολυντός] Quis in voluptatibus inquinatior Cic. pro Cael. c. 6. Foedior atque inquinatior Id. de Aruſp. Reſp. 51. *Et* pro Flacc. 53 c. 22 Nihil enim illo inquinatius. *h. e. Sordidius et turpius.* Ore, lingua, manu, omni vita inquinatus homo Cic. pro Cael. 78. Lauare et purgare inquinatum Cato c. 65. Sermo inquinatiſſimus Cic. Verr. 3 c. 26. Sordidiſſima et inquinatiſſima ratio Cic. Off. 2, 21 c. 6.

INQVINATE. Adu. [μεμολυσμένως] *Sordide, turpiter.* Cic. de Clar. Orat. 140 c. 37 Itaque diligenter loquendi laude caruit, neque tamen eſt admodum inquinate locutus. *Add.* ib. c. 74.

INQVINAMENTVM, i. n. μίασμα, contagio Gloſſ. Gr. Lat. [μολυσμός] *Sordes et immunditia.* Gell. 2, 6 Cuius ſignificationis multo aſſiduoque vſu totum verbum ita contaminatum eſt, vt iam ſqualor de re nulla alia, quam de inquinamentis ſolis dici coeperit. *Conf.* Macrob. 6, 7. Tertull. de Spectac. c. 10.

INQVIO, is, it. *i. Dico.* [φημί] *Verbum defectiuum tertiae Coni. quod in his fere tantum perſonis legitur; (vid.* Priſcian. l. 10) Cic. de Orat. 2, 256 Aucupari verba oportebit, inquio: vt ea, quae ſunt frigidiora vitemus. *Ex vetuſto codice legitur*, In quo. Catull. 10, 27. *Conf. Voſſ. de Analog. 3, 11.* Perſ. 1, 112 Hoc iuuat, hic, inquis, veto quisquam faxit oletum. Iuuen. Sat. 3, 21 Quando artibus, inquit, honeſtis. *Conf.* Nep. 23, 2, 3. Communi ſenſu plane caret, inquimus Hor. Serm. 1, 3, 66. Inquiunt: Cic. Verr. 4, 54 Vbi ſunt Pamphile, inquiunt, ſcyphi? Idem de Orat. 2, 259 Tu vero inquiſti, moleſtus non eris. Cic. Verr. 2, 45 Ergo, inquiet aliquis, donauit Pop. Syracuſano illam hereditatem. *Vid.* Priſc. 10 *pr.* Ter. Heaut. 4, 7, 1 Eccum me, inque. *Add.* Plaut. Pſeud. 1, 5, 124. Auct. ad Heren. 4. c. 3 Quid enim tibi vis, aliquis inquiat? *Modus potentialis. i. Dicere poteſt, vel poterit.* Inquito, *Futuro Imperatiui:* Plaut. Aul. 4, 10, 58 Ita di faxint, inquito. *Antiquum eſt. Haec in vſu ſunt: reliqua olim lecta*, Inquimus, Inquitis, Inquiam, Inquite, Inquirem, *etc.* Inquam, *i. Dicebam, vel dixi* Plaut. Capt. 3, 1, 19. Ter. Andr. 4, 2, 32 Matura. D. iam inquam hic adero. Cic. Philipp. 2, 112 c. 44 Hunc vnum diem, hunc vnum inquam hodiernum diem defende ſi potes. *Conf.* Cic. pro Deiot. c. 3. *et* Att. 8, 3. ¶ 2 Inquio *vel* Inquo *etiam eſſe* polluere, *colligas ex* Varronis *loco, quem laudat* Non. 2, 757 *ubi ita Mercerus ex bonis libris:* Et vt in grege opilio oues minus idoneas remouere ſolet, quas reiculas appellat: ſaepe enim vnus puer petulans atque impurus inquit (*al.* inquinat) gregem puerorum. *Sic etiam editum* Ven. 1498 f. *Vid.* COINQVIO *ubi ſuſpicati ſumus ipſum* inquio *vel* inquam *forte a prima illa notione* caedendi (*caedendo profanandi*) *ductum: cum etiam* ſermones caedere *dicant Romani.*

INQVIRO, ſiui, ſitum, ere. [ἐπιζητέω, μεταλλάω, ἱστορέω] *Inveſtigare.* Cic. Tuſc. 2, 25 Amore mortis inquirens terminum mali. *Ex Poëta.* Iuſtin. 3, 4, 10 Ad ſedes inquirendas proficiſcuntur *Partheniae.* Cic. Tuſc. 3, 3 c. 2 Veramque illam honeſtatem expetens, quam vnam natura maxime inquirit. *Sic Grut. Gron. Quidam* requirit. Idem Off. 1, 125 c. 34 Peregrini autem atque incolae officium eſt, nihil praeter ſuum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minimeque eſſe in aliena Repub. curioſum. In: Cic. pro Muraen. 75 Scis tu illum accuſationem cogitare, inquirere in competitores, teſtes quaerere? Idem Verr. Act. 1, 6 Itaque quum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam poſtulauiſſem, inuenit iſte, qui ſibi in Achaiam biduo breuiore diem poſtularet. *i. Exiguum tempus eundi in Siciliam cauſa inquirendi de Verris criminibus.* Cic. Off. 2, 44 c. 13 In hunc oculi omnium coniiciuntur, atque in eum quid agat, quemadmodum viuat, inquiritur. Filius ante diem patrios inquirit in annos Ouid. Met. 1, 148. *Conf.* Digero Annos. Fama totum inquirit in orbem Ouid. Met. 12, 63. In patrimonium et vaſa inquirere Sen. Epiſt. 1. Cic. in Brut. 282 *de Caluo*, Quod dicendi genus quamquam ſcienter eleganterque tractabat, nimium tamen inquirens in ſe, atque ipſe ſeſe obſeruans, metuensque ne vitioſum colligeret, etiam verum ſanguinem deperdebat. Nimium inquirens in ſe, *quod neſciret manum de tabula tollere, vt eſt in prouerbio,* κακιζότεχνος. Cic. Philipp. 11, 10 Occulta enim erant vitia non inquirenti.

INQVISITVS, a, um. Part. [ἐπιζητηθείς] Liu. 10, 40 Tertiam, quam ipſe pro inquiſita ac ſibi comperta affert. Idem 22, 7 Flaminii corpus magna cum cura inquiſitum non inuenit. ¶ 2 *Non exquiſitus, inexploratus:* Plaut. Amph. 4, 1, 9 Quaeſtionem inquiſitam amittere. *Conf.* Ibid. 2, 2, 217.

INQVISITE. Adu. Gell. 1, 3 *Compar.* Theophraſtus ſuper hac re inquiſitius quam Cicero diſſeruit, *i. diligentius, accuratius.*

INQVISITIO, onis. f. [ἐπιζήτησις] *Inueſtigatio.* Cic. Off. 1, 13 c. 4 In primisque hominis eſt propria veri inquiſitio atque inueſtigatio. Inſtituti operis inquiſitio Quinctil. Tryph. Firmic. 5, 13 Sol homines faciet profundae cogitationis, et qui res magnas et occultas ſagaci ſemper inquiſitione perquirant. Plaut. Caſin. 3, 1, 16 Sed tu caue inquiſitioni ne mihi ſis. *i. Fac te domi inueniam.* Cic. pro Muraen. 44 Non placet mihi inquiſitio candidati, praenuntia repulſae. *Nempe* inquirit *futurus accuſator, vt modo vidimus.* Idem Verr. 2, 11 c. 4. Agere inquiſitionem, *vid.* AGO.

INQVISITOR, oris. m. [ἐπιζητητής] *Qui inueſtigat, inquirit.* Plin. 8, 40 Scrutatur veſtigia atque perſequitur, comitantem ad feram inquiſitorem loro retrahens, *etc. de canibus.* Cic. Verr. 1, 6 c. 2 Ille Achaicus inquiſitor. Plin. Epiſt. 3, 9 Norbanum Licinianum legatum et inquiſitorem reum poſtulauit. *Conf.* Suet. Caeſ. c. 1. *Et* Sen. Nat. Quaeſt. 6, 13. *vel* Macrob. Somn. Scip. 1, 11 *pr.*

I N R

INRECTVS, a, um. Adi. Vulpinari dictum ab inrecto (*i. non recto*) ſed intorto vulpium curſu Non. 1, 226.

INREDIVIVVS, a, um. Adi. Catull. 17, 3 *de ponte*, Vereris irrediuiuus Ne ſupinus eat, *i. irreparabilis, vt ne quidam ſuperſint rediuiua v. v.*

INRELIGIOSE. Adu. Tacit. Ann. 2, 50.

INREMISSE. Adu. Ammian. 29, 2.

INRESTINCTVS, a, um. Adi. Sil. 3, 29 Inreſtincta focis ſeruant altaria flammae.

INRIGIDO, are. *Vnde*

INRIGIDATVS, a, um. Part. Sed melius pluuiae ſi ſit decocta liquore, Et ſic ſub dio prius inrigidata bibatur Macer. 1, 3, 4 *ſec. Barth. Adu. 12, 20.*

INRIMOR, ari. Dep. Cum occultos peruestigans inrimare ſinus Pacuu. *apud* Non. 4, 395. *i. perſcrutaris, perquiris.*

INRVFATAM defruto lenticulam ſi tibi obtulero, ſtatim totos primatus tuos vendes Tert. de Ieiun. contra Pſych. *ſub fin. Eſt ergo* inrufatus *rubicundus.*

I N S

INSALVBRIS, e. Adi. [ἀνυγιής] *Quod eſt* Salubri *contrarium.* Plin. 18, 5 Neque fecundiſſimis locis inſalubrem agrum parandum. Gell. 19, 5 Manet quod eſt grauius et ſordidius et inſalubrius. Plin. 23, 1 Vinum ſi ſit fumo inueteratum, inſaluberrimum eſt.

INSALVBRITAS, atis. f. Plin. 31, 3 tit. De qualitate aquarum, inſalubritate, commoditate.

INSALVBRITER. Adu. Macrob. Somn. Scip. 1, 6 Non tenaciter tantum, ſed etiam inſalubriter vinciuntur. *Conf.* Saluian. de Auar. 3 p. 90 *et* 92.

INSALVTARIS, e. Adi. Apul. Met. 2 p. 195 *Stewech.* Licet inſalutare non erit.

INSALVTATVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 4, 10 Annis iam multis inſalutatus. *Per tmeſin* Virg. Aen. 9, 289 Inque ſalutatum linquo.

INSANCTVS, a, um. Adi. Gloſſ. Gr. Lat. Inſanctus, ὁ μὴ ἅγιος.

INSANA, ae. f. *Herba, quae et Hyoſcyamus vel Symphoniaca dicitur.* Plin. 16, 44. Apul. de Herb. c. 4.

INSANVS, ior, iſſimus. [μανικός, μανιώδης, μελαγχολικός] *Non ſanus, qui non eſt ſani conſilii, et qui non habet mentem integram: tum magnum, et modum quacunque ratione excedens*, inſanum *vocari ſolet.* Ter. Eun. 2, 2, 23 Hic homines prorſus ex ſtultis inſanos facit. Ibid. 5, 2, 22 Abi hinc inſana. Amor Virg Ecl. 10, 44. Ouid. Epiſt. 1, 6 Vtinam — Obrutus inſanis eſſet adulter aquis. *i. tumultuantibus, furioſe aeſtuantibus. Sic* Fluctus. Concio inſaniſſima Cic. pro Mil. c. 17. Curſu inſano concita Ouid. Met. 3, 711. Dolor Virg. Aen. 2, 776. *i. magno* Seru. Fames, *vid.* FAMES. Fluctus inſani, *vt p. a.* Aquae Virg. Ecl. 9, 43. Forum, Litigioſum Seruius: Virg. Georg. 1, 481. Iurgia Ouid. Faſt. 1, 73. Labori inſano indulgere, Magno Seruius: Virg. Aen. 2, 776. Malum inſanum eſt in hoſpitium diuorti ad Cupidinem Plaut. Trin. 3, 2, 47. Mens Tibull. 2, 7. Moles inſanae ſubſtructionum Cic. pro Mil. c. 20. *Vid.* Subſtructiones inſanae. Montes Inſani, *proprio nomine, ſunt in Sardinia, commemorati* Liu. 30, 39. *et* Floro 2, 6, 35 Sardiniam Gracchus arripuit. Nihil illi gentium feritas, Inſanorum, nam ſic vocantur, immanitas montium profuere. Sidera inſana Caprae, Tempeſtuoſa Acron *interpretatur* Hor. Carm. 3, 7, 6. Vates Virg. Aen. 3, 443 *de Sibylla.* Turbo Stat. Theb. 1, 366. Vires inſanae Auſtri Ouid. Met. 12, 510. Vites quidem et triferae ſunt, quas ob id Inſanas vocant, quoniam in iis alia matureſcunt, alia turgeſcunt, alia florent Plin. 16, 27. Subſtructiones inſanae Capitolii Plin. 36, 15. *quas ita mirantur homines, vt parum ſanos putent, qui tantum pecuniae et laboris impenderint.* Compar. Cic. Verr. 4 c. 18 *extr.* Similis iſtius cupiditas, hoc etiam acrior atque inſanior, quod illa cupiebat, *etc.* Vter eſt inſanior horum? Hor. Serm. 2, 3, 82. *Superl.* Cic. pro Roſc. Amer. 33 c. 12 Hominem longe audaciſſimum nuper habuimus in ciuitate, C. Fimbriam, et quod inter omnes conſtat, niſi inter eos, qui ipſi quoque inſaniunt, inſaniſſimum. ¶ 2 Inſanum, *aduerbialiter ponitur pro Valde.* Plaut. Bacch. 4, 5 *pr.* Inſanum magnum molior negotium. Idem Moſtel. 3, 3, 5 Quoiusmodi gynaeceum! quam et porticum! TE. inſanum bonam. *Conf.* INSANE.

INSANE. Adu. [μανικῶς] *Vehementer, et cum impetu: quia inſani omnia faciunt veluti cum quodam furore.* Plaut. Mil. 1, 1, 24 Si vnum epityrum edam apud illum eſuriens inſane bene. *Laudat hunc locum* Varro de L. L. 6, 5 p. 79, 5 *et addit*, Dicit inſane; quod inſani faciunt omnia vehementer. *Proprie idem* Plaut. Curc. 1, 3, 20 Bonum eſt pauxillum amare ſane, inſane non bonum eſt. *Compar.* Hor. Serm. 1, 10, 34 In ſiluam non ligna feras inſanius. Sulp. Seuer. Dial. de Virt. Mon. c. 3 Sed Epiſcopi quidem in libris ipſius inſanius ſcripta memorabant. *Superl.* Auguſtin. Epiſt. 238 Vt ea quae reſtant inſaniſſime deſperentur.

INSANIO, iui, ire. [μαίνομαι, παρακόπτω] *Deſipere, et inſanum fieri.* Ter. Adel. 2, 1, 43 Minime miror, qui inſanire occipiunt ex iniuria. *Conf.* Liu. 7, 39. Ter. Eun. 3, 5, 8 Sanus ſim, anne inſaniam. Ibid. 1, 1, 16 Incerta haec ſi tu poſtules Ratione certa facere, nihilo plus agas, quam ſi des operam, vt cum ratione inſanias. Inſanire amore alicuius Plin. 10, 37. In alienos inſanus inſaniſti Cic. in Orat. c. 67. Amoribus inſanire Hor. Serm. 1, 4, 27. Cic. Verr. 4, 39 Vt ſine vlla dubitatione inſanire omnibus, ac furere videretur. Niſi ego inſanio: *i. Niſi valde aberro, et a communi ſenſu ſum alienus.* Cic. Att. 7, 10 Adhuc certe (niſi ego ſanio) ſtulte omnia, et incaute. Ter. Phorm. 4, 3, 37 Primo homo inſanibat, *i. nimium poſtulabat.* Inſanire libet quoniam tibi, *i. ſtultam ſponſionem facere* Virg. Ecl. 3, 36. *Inſanit enim Seruius, cum ait*, Inſanire *eſſe* Carmen componere: quod Poëtae, dum carmina conſcribunt, furore corripi dicantur. Vnde Inſani dicantur Poëtae. Inſanire *de ſumtuoſis* Plaut. Mil. 3, 1, 160. Auct. ad Her. 4, 63 c. 50 Tametſi in Tuſculano quidem coepi inſanire, et in iisdem fundamentis aedificare. Inſanire inſaniam hilarem Sen. de Vita beata c. 12. *al.* hilare.

INSANIENS, entis. Partic. [μαινόμενος] Ter. Adel. 4, 2, 23 Verum venit poſt inſaniens, *prae ira.* Boſphorum inſanientem tentare Hor. Carm. 3, 4, 30. Sapientia inſaniens Idem Carm. 1, 34, 2 *Philoſophia Epicurea.*

INSANITVRVS, a, um. Part. Cic. Att. 13, 29 Othonem vincas volo: nec tamen inſaniturum illum puto.

INSANIA, ae. f. [μανία] *Dementia. Plur.* Plaut. Aulul. 4, 4, 15 Laruae hunc, atque intemperiae inſaniaeque agitant ſenem. An eſt quidquam ſimilius inſaniae, quam ira? quam bene Ennius initium

dixit

dixit inſaniae Cic. Tuſc. 4 c. 23. Idem Fam. 4, 1 Incideram in hominum pugnandi cupidorum inſanias. *Conf.* Plin. 26, 11. Amabilis Hor. Carm. 3, 4, 6. Febricitantium Celſ. 2, 7. *De cuius tribus generibus* Idem 3, 18. Leuis Hor. Epiſt. 2, 1, 118. Summa Idem Serm. 2, 3, 221. Abeſſe ab inſania, Adiuuare inſaniam alicuius, Concupiſcere ad inſaniam, Connectere inſaniam, *vid. ſſ. ll.* Inſania villarum, *pro Luxuria, et nimis ſumtuoſa aedificatione.* Cic. Q. Frat. 3, 1 Ea villa quae nunc eſt, tanquam philoſophia videtur eſſe, quae obiurget caeterarum villarum inſaniam. *Vnde*, Inſanae ſubſtructiones: *vid. ſupra.* Plin. 36, 15 P. Clodius, quem Milo occidit, ſeſtertium centies et quadragies octies (740000 *floreni imperiales ſunt*) domo eruta habitauit: quod equidem non ſecus, ac regum inſaniam, miror. Frui aliena inſania Prou. *apud* Plin. 18, 5. *i. rem aliis caram vili pretio comparare.* Inſania orationis, *cui* Sanitas *opponitur:* Cic. in Brut. 283 Inſulſitatem enim et inſolentiam, tanquam inſaniam quandam orationis, odit: ſanitatem autem et integritatem, quaſi religionem et verecundiam oratoris probat. Inſaniam *dixit*, *quaſi* *Inſanitatem.*

INSANĬTAS, ātis. f. [παραπληξία] *Idem.* Cic. Tuſc. 3, 9 c. 5 Inſipientia autem quaſi inſanitas, quae eſt inſania, eademque dementia. Ibid. 3, 8. *Conf.* Non. 2, 414.

INSANITER. Adu. Pomponio auctore, Metuo illum: iocari neſcit, ludit nimium inſaniter.

INSANABĬLIS, e. Adi. [ἀθεράπευτος] *Quod ſanari non poteſt.* Cic. pro Sext. 44 Ego vero ſi mihi vni pereundum fuiſſet, ac non accipienda plaga mihi inſanabilis illa mortifera, quam Reip. impoſuiſſet. Caput Hor. de Arte Poët. 300. Cic. in Orat. 89 c. 26 Parcet et amicitiis et dignitatibus, vitabit inſanabiles contumelias. Dolor Quinctil. in prooem. 6. Ingenium, *Quod corrigi et emendari non poteſt.* Liu. 1, 28 Nunc quoniam tuum inſanabile ingenium eſt, tu tuo ſupplicio doce humanum genus ea ſancta credere, quae a te violata ſunt. Morbus Cic. Tuſc. 5 c. 1. Senectus inſanabilis morbus eſt Sen. Epiſt. 108. Vulnera Celſ. 5, 26, 1 *et* 2. Vitium inſanabile Scribon. 171. Inſanabiles Idem 102. *Compar.* Liu. 28, 25 Laetari quod nihil triſtius nec inſanabilius eſſet.

INSANABILITER. Adu. Marcell. *et* Fauſt. in lib. Prec. ad Imp. p. 19 *Ed. Sirmond.* Cum animi morbo inſanabiliter aegro.

INSATIABĬLIS, e. Adi. [ἀκόρεστος] *Quod ſatiari non poteſt.* Animus inſatiabilis Liu. 4, 13. Cupiditas inſatiabilis veri videndi Cic. Tuſc. 1, 44. *Conf.* Idem Fin. 1 c. 13. Iuſtin. 17, 1, 11. Lupi Ouid. in Ibin 172. Sanguinis inſatiabilis Iuſtin. 1, 8, 13. Voluptas Cic. de Fin. 4, 12 c. 5. ¶ 2 Inſatiabile, *Quod non ſatiat.* Cic. de N. D. 2, 98 Quorum omnium incredibilis multitudo inſatiabili varietate diſtinguitur. Ibid. 2, 155 c. 62 *de Sole et ſideribus*, Nulla eſt enim inſatiabilior ſpecies, nulla pulchrior, et ad rationem ſolertiamque praeſtantior. *Sic* Inexplebilis. Vincibilis. Indocilis.

INSATIABILITAS, ātis. f. Ammian. 31, 12 *Ed. Gruter.*

INSATIABILĬTER. Adu. [ἀκορήτως] Plin. Epiſt. 9, 6 Quos ego quum recordor in re inani, frigida, aſſidua tam inſatiabiliter deſidere, capio aliquam voluptatem, quod hac voluptate non capiar. Lucret. 3, 920 At nos horrifico cinefactum te prope buſto Inſatiabiliter deflebimus. *Conf.* Tacit. Ann. 4, 38. Quinctil. Decl. 18 p. 244.

INSATIĀTVS, a, um. Adi. Stat. Theb. 6, 305 Etenim inſatiatus eundi Ardor, et hiberno par inconſtantia ponto. Prudent. Pſych. 478.

INSATIĔTAS, ātis. f. Plaut. Aul. 3, 5, 13 Animis auidis atque inſatietatibus neque lex neque tutor capere eſt qui poſſit modum.

INSATĪVVS, a, um. Adi. *Quod non ſeritur. Laudatur* Plin. 19, 12 Hoc inſatiuis, rumex vocatur, naſciturque fortiſſimum. *Sed rectius legitur diſtinctim*, In ſatiuis: *illic enim* Silueſtri *opponitur* Satiua.

INSATVRABĬLIS, e. Adi. [ἀκόρητος] *Quod ſaturari non poteſt.* Cic. pro Sext. 110 c. 51 Libelli pro vino etiam ſaepe oppignerabantur, manebat inſaturabile abdomen, copiae deficiebant.

INSATVRABILĬTER. Adu. [ἀκορέστως] Cic. de N. D. 2, 64 c. 25 Ex ſe enim natos comeſſe fingitur ſolitus, quia conſumit aetas temporum ſpatia, annisque praeteritis inſaturabiliter expletur. Fortunat. Hymn. Paſch. 3, 7, 79.

INSATVRATVS, a, um. Adi. Auien. Arat. Phaenom. v. 183.

INSCALPO, ĕre. [ἐγκολάπτω] Quinctil. 1, 1, 27. *Sed vid.* INSCVLPO. *Et* Lactant. Phoen. 153 Inſcalpunt ſacrato in marmore formam.

INSCALPTVS, a, um. Part. Plin. 36, 5 In columnarum ſpiris inſcalpta nominum argumenta.

INSCENDO, di, ſum, ĕre. [ἀναβαίνω] *Idem quod Aſcendere.* Currum inſcendere Plaut. Men. 5, 1, 110. Idem Aſin. 3, 3, 112 Inſcende actutum. *Et* Amph. 1, 1, 296 Quadrigas ſi nunc inſcendas Iouis, atque hinc fugias. Equum inſcendit Suet. Neron. c. 48, 1. Plaut. Aſin. 3, 3, 112. Idem Aul. 4, 6, 12 Atque inſcendam aliquam in arborem, indeque obſeruabo aurum vbi abſtrudat ſenex. Plaut. Aſin. 4, 1, 31 Neque in lectum inſcendat proximum. Idem Mil. 2, 1, 38. Matronam inſcendere Apul. Met. 10 p. 249. *Conf.* Idem 7 p. 197. Cato c. 127 Supra pilam inſcendat, et ſaliat decies, et deambulet. ¶ 2 *Paſſ.* Gell. 5, 2 Haud vnquam ſeſe ab alio inſcendi, niſi a rege, paſſus ſit. *de Bucephalo, Alexandri equo.* Equo inſcenſo Suet. Tit. c. 4, 4. Grabatulo Apul. Met. 2 p. 122.

INSCENSIO, ōnis. f. In nauim inſcenſio Plaut. Rud. 2, 6, 19.

INSCENSVS, ûs. m. Equarum inſcenſus Apul. Met. 7 p. 149.

INSCIENS, entis. Adi. [ἀγνοῶν] Ignarus, *inquit* Donatus. Cic. Att. 7, 2 Diſcedere a puero inſciente me? *Add.* Id. Fam. 1, 9. *et* 5, 2. Plaut. Trin. 1, 2, 130 Me abſente, atque inſciente, inconſultu meo, aedes venales haſce inſcribit literis. *Inſcitus*, *ſtultus:* Ter. Phorm. 1, 2, 9 Quid iſtuc? G. ſcies: modo vt tacere poſſis. D. abi ſis, inſciens. *Vbi* Donatus, Nunc pro inſcito poſuit: vel inſcientem modo ſtultum dicit, alias ignarum. *Imprudens*, *i. Per imprudentiam:* Ter. Heaut. 4, 1, 19 Si peccaui, mi Chreme, inſciens feci. C. id equidem ego, etiam ſi tu neges certo ſcio, te inſcientem atque imprudentem dicere, ac facere omnia. Idem Andr. 4, 5, 43 Iocularium in malum inſciens paene incidi. Cic. Fam. 16, 21 Haec introducta conſuetudine ſaepe inſcientibus nobis et coenantibus obrepit. *Conf.* Nep. 18, 11, 4. *Et* 23, 9, 4. Alfenus Varus l. 34 D. de vſurpat. Si ſeruus inſciente Domino rem peculiarem vendidiſſet, emtorem vſu capere poſſe. *Fruſtra affingi huic nomini in h. l. ſignificationem poſitiuam, vt idem ſit quod ſciente, iam viderunt viri doctiſſimi, et ipſa negotii conſideratio ſatis docet.*

INSCIENTIA, ae. f. [ἄγνοια] *Ignorantia.* Inſcientia multa verſatur in vita Cic. Acad. 4 c. 48. Idem pro Sulla 40 c. 14 Vos denique in tantis tenebris erroris et inſcientiae clariſſimum lumen praetuliſtis menti meae. Caeſ. B. G. 3, 9 Nauigationem impeditam propter inſcientiam locorum paucitatemque portuum ſciebant. Propter lini inopiam atque eius vſus inſcientiam Caeſ. B. G. 3, 13. Cic. de N. D. 3, 90 c. 37 Deo ne excuſatio quidem eſt inſcientiae. Inſcientia belli Nep. 14, 7, 4. *Conf. Gronou. ad* Liu. 22, 25. Cic. Acad. 1, 41 c. 11 *de Zenone*, Quod erat ſenſu comprehenſum, — ſi ita erat comprehenſum, vt conuelli ratione non poſſet, ſcientiam: ſin aliter, inſcientiam (ἀνεπιστημοσύνην) nominabat: ex qua exſiſteret etiam opinio. — Sed inter ſcientiam et inſcientiam comprehenſionem illam, quam dixi, collocabat, eamque neque in rectis neque in prauis numerabat *etc. Haec vox recte etiam a Manutio et Dauiſio ex MSS. reſtituta* Cic. de N. D. 1, 1 De qua tam variae ſunt doctiſſimorum hominum tamque diſcrepantes ſententiae, vt magno argumento eſſe debeat, cauſam, id eſt, principium philoſophiae, eſſe inſcientiam. *Vid. Dauiſ. Breuiter*, *Admiratio eſt filia* inſcientiae *ſ. ignorantiae*, *eademque mater philoſophiae.* Cic. de Diuin. 1, 118 c. 52 Male coniecta maleque interpretata, falſa ſunt, non rerum vitio, ſed interpretum inſcientia. *Al.* inſcitia. *Quae duo nomina a librariis permutari, obſeruauit etiam poſt alios Burm. ad* Quinctil. 9, 4 p. 841.

INSCIENTER. Adu. [δι' ἄγνοιαν] *i. Per imprudentiam*, *ſiue ignorantiam.* Cic. in Topic. 33 c. 8 Vt ſi partiri velis tutelas, inſcienter facias, ſi vllum praetermittas. *Conf.* Liu. 25, 10. *Superl.* Inſcientiſſime Hygin. Aſtron. 2, 12.

INSCINDO, ĕre. Concordiam Pet. Chryſolog. Serm. 149 *extr.* *i. rumpere.*

INSCĪTVS, a, um. Adi. [ἀφυής] *Inelegans et male compoſitum, quod diſplicet.* Iocus inſcitus Suet. Neron. c. 28, 4. Ter. Hec. 5, 1, 14 Nam ſi id nunc facis, facturaue es, bonas quod par eſt facere, inſcitum offerre iniuriam tibi me immerenti, iniquum eſt. Plaut. Men. 2, 3, 85 Mulier haec ſtulta atque inſcita eſt. Idem Rud. 3, 1, 5 Mirum atque inſcitum ſomniaui ſomnium. Plaut. Truc. 1, 2, 90 Verum eſſe inſciti credimus, nae vt in aeſtu motuantur irae. Idem Bacch. 4, 10 *pr.* Plaut. Ciſt. 4, 2, 12 Sed nonne ecaſtor ego ſum multo inſcitior, *etc. Ita legit Lambinus; ſed pleraque exemplaria exhibent*, Non ſum ſcitior. Ne inſcitiores audiant ac diſcant Gell. 19, 10 *extr.* Cic. de Diuin. 2, 127 Quid inſcitius autem eſt quam, *etc.* *i. Abſurdius.* Idem de N. D. 2, 36 c. 13. Plaut. Moſt. 5, 2, 16 Sed tu iſtic quid confugiſti in aram hanc inſcitiſſimus?

INSCĪTE. Adu. [ἀμαθῶς] *Imperite*, *incomte*, *impolite*, *ineleganter.* Plaut. Trin. 1, 2, 58 Si quid ſcis me feciſſe inſcite, aut improbe. Columel. 5, . . Nam id plurimum refert, inſcite non facere. Cic. de Fin. 3, 25 Inſcite autem medicinae et gubernationis vltimum cum vltimo ſapientiae comparatur. *Conf.* Quinctil. 11, 3. *Superl.* Inſcitiſſime Gell. 10, 16.

INSCITVLVS, a, um. Adi. Non inſcitula anicula Non. 1, 41 *ex* Afranio.

INSCITIA, ae. f. [ἀμαθία, ἀνεπιστημοσύνη] *Inſcientia*, *ignorantia*, *imprudentia.* Caeſ. B. G. 3, 13 Pelles pro velis alutaeque tenuiter confectae, ſiue propter lini inopiam, atque eius vſus inſcitiam. *Sed* inſcientiam *meliores.* Ter. Heaut. 4, 1, 17 O Iupiter, tantam ineſſe animo inſcitiam? Idem Phorm. 1, 2, 27. *Vt opponitur* Scientiae, *ſiue* cognitioni? Tacit. Ann. 11, 25 Isque illi finis inſcitiae erga domum ſuam fuit. Idem Ann. 15, 58 Sed quo fidem inſcitiae pararet. *Pro Imperitia:* Tacit. Hiſt. 1, 90 Inſcitiam potius legionum, quam audaciam increpans. Antiquitatis inſcitia Gell. 11, 6. Aedificandi Tacit. Germ. 16, 2. Ineuntis Aetatis Cic. Off. 1 c. 34. Legum Hor. Serm. 2, 1, 81. Regendi naues Tacit. Agric. 28, 4. Rerum Idem Epiſt. 1, 3, 33. Temporum Plin. 7, 48. Veri Hor. Serm. 2, 3, 43. Capitalis, *vid.* Capitalis, *in* CAPVT. Debilis Perſ. 5, 99. Ex inſcitia laborare, *vid.* LABOR.

INSCIVS, a, um. Adi. [ἀνεπιστήμων] *Qui neſcit.* Cic. Acad. 4, 22 Quam ſi ſubtraxeris, qui diſtingues artificem ab inſcio? Triphonius in l. bona fides D. depoſiti, Latro ſpolia mihi abſtulit, depoſuitque apud Seium inſcium de malitia deponentis. vtrum latroni, an mihi reſtituere Seius debeat? Inſcia ac temeraria turba Liu. 24, 48. Inſcii quid in Heduis gereretur Caeſ. B. G. 7, 77. Inſcius omnium rerum Cic. de Clar. Orat. 191 c. 83. Acti Ouid. Epiſt. 8, 33. Aeui venturi Virg. Aen. 8, 627. Armorum Quinctil. 2, 12. Malorum Stat. Theb. 4, 793. *Accuſatiuo iunctum:* Turpil. Epiclero, At enim ſcies quae fuiſti inſcius. Nonius.

INSCIE. Adu. Apul. de Deo Socr. p. 43 Omnes ſed inſcie metuunt.

INSCRĪBO, pſi, ptum, ĕre. [ἐπιγράφω] Cic. Att. 4, 1 Etſi omnia aut ſcripta eſſe a tuis arbitror, aut etiam nuntiis, ac rumore perlata, tamen ea inſcribam breui, quae te puto potiſſimum ex meis literis cognoſcere. Inſcribam, *ſubaud.* In his literis. *Sed MSS.* ſcribam. Cic. Tuſc. 1, 34 c. 15 Quid noſtri philoſophi? nonne in his ipſis libris, quos ſcribunt de contemnenda gloria, ſua nomina inſcribunt? *Conf.* Id. pro Arch. 26 c. 11. Cic. Fam. 12, 2 In ſtatua, quam poſuit in roſtris, inſcripſit, Parenti, optime merito. Tibull. 4, 1, 38 Vt noſtrum tantis inſcribam nomen in actis. Cic. in Catil. 1, 32 c. 13 Sit denique inſcriptum in fronte vniuscuiusque ciuis quid de Rep. ſentiat. Idem de Orat. 2, 355 c. 87 Vt illi non infundere in aures tuas orationem, ſed in animo videantur inſcribere. Plaut. Trin. 1, 2, 131 Quia rure dum ſum, ego vnos ſex dies, me abſente, atque inſciente, inconſultu meo, Aedes venales haſce inſcribit literis. Aedes illico mercede inſcripſi Ter. Heaut. 1, 1, 92. Plin. Paneg. 47, 4 Parens tuus hanc ante vos principes arcem publicarum Aedium nomine inſcripſerat. Baſis inſcripta eſt, indicatque nomen Martial. 9, 45. Cellae inſcriptae nomina Idem 11, 46. Plaut. Fragm. 2, 37 Corpus tuum vulneribus inſcribam. Plin. 22, 1 Barbarorum feminae maresque etiam apud Dacos et Sarmatas Corpora ſua inſcribunt. *h. e. Signa quaedam ſuis corporibus imprimunt, quo venuſtiores appareant.* Deos inſcripſere ſceleri Ouid. Met. 15, 128 *auctores dixerunt ſceleris.* Dextera mea leto inſcribenda tuo eſt Ouid. Met. 10, 199 *mihi imputanda mors tua.* Dominum inſcribi alicui rei Sen. Epiſt. 99. Facies ſua quemque Deorum inſcribit Ouid. Met. 6, 74. *Ita accurate depicti ſunt Dī, facie et habitu, vt illis tanquam inſcriptione nominis noſci queant.* Flores inſcripti nomina regum Virg. Ecl. 3, 106. Libri falſo inſcripti Quinctil. 1, 24. Xenophontis Liber qui Oeconomicus inſcribitur Cic. Off. 2 c. 24. Gell. 17, 9 *de Scytale Laconica*, Literas deinde in eo loro per tranſuerſas iuncturarum oras, verſibus a ſummo ad imum proficiſcentibus inſcribebant. Medicum

dicunt ſe inſcribere monumento ſuo Plin. 29, 1. Nomen inſcripſit ſacrum ſemiuſto ſtipite Lucan. 8, 792. Notis lapis inſcriptus Tibull. 1, 3, 54. Iſocrates eum librum, qui Panathenaicus inſcribitur, quarto et nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur Cic. de Senect. 13. Idem Tuſc. 1, 57 In illo libro, qui inſcribitur Memnon. Cic. Att. 6, 3 Q. Cicero puer legit, vt opinor, et certe epiſtolam inſcriptam patri ſuo: ſolet enim aperire, idque de meo conſilio, ſi quid forte ſit, quod opus ſit ſciri. Puluis inſcribitur haſta Virg. Aen. 1, 482 *de Troilo ab equis ſuis raptato.* Sen. de Vita beata 12 Inſcribunt deinde ſapientiam Vitiis, abſcondenda profitentur. *i. Dant illis ſapientiae titulum. Sic* de Breuitate vitae . . . Inſcribere deos vitiis. Ouid. Met. 15, 120 *ſupra.* Plin. 18, 3 *de operibus ruſticis, quae tractauerant olim principes viri,* At nunc eadem illa vincti pedes, damnatae manus, inſcripti Vultus exercent. *Eſt et forenſe verbum, ſignificans idem ac Subſcribere, vel Accuſare: Vide* l. vlt. C. de Iniuriis. Rufin. Hiſt. Eccl. 11 Inſcriptus *eſt accuſatus.*

INSCRIPTVS, a, um. Partic. [ἐπιγεγραμμένος] *Notatus, deſcriptus; vt* Lapides, Libri, *etc. Vid. modo in* INSCRIBO. Liu. 2, 41 *extr.* Signum inde factum eſſe, et inſcriptum, Ex Caſſia familia datum. Serui inſcripti: *i. Signo inuſto notati* Plin. 22, 3. *Conf.* Gell. 17, 9. Martial. 8, 75 Quatuor inſcripti portabant vile cadaver, *i. ſtigmate notati. Conf. E. Vinet. Not. ad* Auſon. p. 207. Inſcriptaque Deus qui nauigat alno, *i. picta* Stat. Theb. 8, 270. *Nempe* Scribere, *vt* γράφειν *etiam eſt pingere.* ¶ 2 *Subſtant.* Gell. praef. Op. 9 *poſt indices librorum plures commemoratos,* Et quaedam alia inſcripta nimis lepida, multasque prorſum concinnitates redolentia. ¶ 3 *Non ſcriptus.* Lucil. *apud* Non. 1, 169 Faciunt idem, quod illi, qui inſcriptum e portu exportant clanculum, ne portorium dent. *Oportet ſcilicet profiteri dominum, deinde ſcribere portitorem, quid exportetur* etc. Varro de R. R. 2, 1 Ne ſi inſcriptum pecus pauerit, lege Cenſoria committat multam. Inſcripti maleficii actio *in ſchola,* ſtellionatum *in foro ſignificat, vt oſtendit Cuiac. Obſ. 9, 13.* Inſcripti maleficii ſit actio *lex declamatorum, v. g.* Sen. Exc. Controu. 5, 1. Quinctil. Decl. 252 *et* 344 *vbi vid. Aerodius. ac* 370. *Apparet autem* inſcriptum *vocari* ἄγραφον, *lege non comprehenſum, vt* Decl. 370 Fabius *ait, quod* nunquam timuere maiores. *Hinc Cuiacio et Aerodio auctoribus non dubitaui* Quinctil. 7, 4, 36 *ita edere,* Praeter haec finguntur in ſcholis et inſcripti (*vulg.* ſcripti) maleficii *quaeſtiones,* in quibus aut hoc quaeritur, an ſcriptum ſit? aut hoc, an maleficium ſit? raro vtrumque. *Hinc intelligitur illud* Senecae Exc. Contr. 3 praef. p. 428 Deinde libuit Ciceroni de Ceſtio (*Ciceronis abſurdo obtrectatore*) in foro ſatisfacere. Subinde nactus eum in ius ad praetorem voco: et cum quantum volebam iocorum conuiciorumque effudiſſem, poſtulaui, vt praetor nomen eius reciperet lege (*illa fictitia, cui Romae non erat locus*) inſcripti maleficii. Tanta illi perturbatio fuit (*homini ſcholaſtico, et in declamatorio ſolum opere iactato, cum ridere talem poſtulationem poſſet*) vt aduocationem peteret, (*quaſi ſerio res ageretur*) Deinde ad alterum praetorem eduxi, et ingrati poſtulaui, *cuius criminis ipſius quoque non dabatur actio Romae, niſi in illo foro declamatorio,* etc.

INSCRIPTIO, ōnis. f. [ἐπιγραφή] *Modo Titulus, modo Nota.* Statuam cum inſcriptione praeclara decernere Cic. Phil. 13 c. 4. Plin. 29, 1 Hinc illa infelicis monumenti inſcriptio Turba ſe medicorum periiſſe. Idem 7, 58 Indicio erit tabula antiqui aeris cum inſcriptione tali. Inſcriptiones, propter quas vadimonium deferi poſſit Plin. praef. p. 5, 1 *Hard.* Inſcriptiones frontis, *pro Stigmatibus* Sen. de Ira 3, 3. *Conf.* Suet. Calig. c. 27. Paterc. 2, 104 Eoque nomine decreta ei cum ſpecioſiſſima inſcriptione operum ornamenta triumphalia. *Accuſatio,* Inſcriptionum libelli Vlpian. l. 2 §. 8 ad leg. Iul. de Adulter. *Conf.* Alex. Imp. leg. 3 Cod.

INSCRIPTILIS, e. Adi. Diomed. Gramm. p. 413 Vox confuſa eſt inſcriptilis, *ſcribi, literis explicari, non poteſt.*

INSCRIPTVRA, ae. f. Tertull. adu. Valent. c. 30 Nobis inſcriptura huius ſeminis, *i. regula huic ſemini praeſcripta.*

INSCRVTOR, āri. Macrob. Saturn. 7, 1 Si Homeri latentem prudentiam inſcruteris altius.

INSCRVTABILIS, e. Adi. [ἀνεξερεύνητος] *Quod ſcrutando ſatis cognoſci non poteſt.* Proſper de Ingrat. c. 36. Auguſt. Epiſt. 106. Nouat. Trin. c. 8.

INSCVLPO, pſi, ptum, ĕre. [ἐγκολάπτω, ἐγγλύφω] *Sculpendo imprimere literarum vel alias figuras.* Diomedes 1 p. 374 poſt med. *negat* Sculpo *verbum eſſe, ſed a* Scalpo *deriuari* Inſculpo, *vt a* calco inculco, *etc. Sed vid.* SCALPO. *Ceterum variare libros etiam in hoc verbo, et fluctuare inter* inſcalpo *et* inſculpo, *obſeruamus. Vid. v. g. Bunem. ad* Lactant. Phoenic. 153 *quem dedimus in* INSCALPO. Gemma inſculpenda l. 13 §. 5 D. Locati. Plin. Epiſt. 8, 6 Placuit aere ſignari omnes honores faſtidioſiſſimi mancipii, quosque repudiaſſet, quosque, quantum ad decernentes pertinet, geſſiſſet, inciſa et inſculpta ſunt publicis, aeternisque monumentis. Quinct. 1, 1, 27 Non inutile erit, Literas tabellae quam optime inſculpi, vt per illos velut ſulcos ducatur ſtilus. Nomina teſſeris Iuſtin. 3, 5, 10. Poſtibus cornua Ouid. Met. 15, 620. Saxo aliquid Hor. Serm. 2, 3, 90. Tumulo elogium inſculpſiſſe Suet. Clar. Gramm. 1, 12.

INSCVLPTVS, a, um. Partic. Liu. 2, 33 Foedus cum Latinis, columna aenea inſculptum, monumento eſt, Poſtumium Cominium bellum geſſiſſe cum Volſcis. Cic. de N. D. 2, 12 c. 4 Omnibus enim innatum eſt, et in animo quaſi inſculptum, eſſe deos. Idem Acad. 4 c. 1 *extr.* Vt literis conſignamus, quae monumentis mandare volumus, ſic ille (*Lucullus*) in animo res inſculptas habebat. Sortes in robore inſculptae priſcarum literarum notis Cic. de Diu. 2 c. 41. Plin. 36, 5 Sunt certe etiamnum in columnarum ſpiris inſculpta nominum eorum argumenta, rana, atque lacerta. *Al.* Inſcalpta. Idem 7, 20 Et alia mirifica facere, quae inſculpta monumento eius ſpectantur. Suet. Neron. c. 41, 6 Inſculptum monumento militem Gallum, ab equite Rom. oppreſſum trahi crinibus.

INSĔCO, ſecui, ſectum, āre. [ἐντέμνω] *Secare ex parte, incipere, ſecare.* Columel. 12, 47 Quidam oliuam non contundunt, ſed acuta arundine inſecant. Idem 4, 15 Sequente deinde anno inſecatur ſuperior pars curuaturae vsque ad medullam.

INSECTVS, a, um. Partic. [ἐμπεριτμηθεὶς] Plin. 10, 37 Quod auro inſectis alarum articulis quaeſiere aliqui, non, *etc.* Dentes inſecti pectine Ouid. Met. 6, 58. *de opere textili.* ¶ 2 Inſecta [ἔντομα ζῶα] *genus animalium, de quo audiamus* Plinium. *Is librum 10 ita finit,* Verum ad inſecta tranſeamus: haec namque reſtant immenſae ſubtilitatis animalia — *deinde librum 11 ita incipit,* Multa haec et multigenera, terreſtrium volucrumque vita. Alia pennata vt apes, alia vtroque modo, vt formicae: aliqua et pennis et pedibus carentia: iure omnia inſecta appellata ab inciſuris, quae nunc ceruicum loco, nunc pectorum atque alui, praecincta ſeparant membra, tenui modo fiſtula cohaerentia. Aliquibus vero non tota inciſura, eam ambiente ruga, ſed in aluo aut ſuperne tantum imbricatis flexili vertebris, *etc.* Ibidem c. 28 *pr.* Inſectorum quaedam binas gerunt pennas, vt muſcae; quaedam quaternas, vt apes: membranis et cicadae volant: quaternas habent, quae aculeis in aluo armantur: nullum, cui telum in ore, pluribus quam binis aduolat pennis, *etc. ſunt enim plura.*

INSECABILIS, e. Adi. [ἄτομος] *Quod ſecari et diuidi non poteſt, quales ſunt atomi.* Quinctil. 2, 17 Ne hi quidem, qui ignem aut aquam, aut quatuor elementa, aut corpora inſecabilia eſſe, ex quibus res omnes initium duxerint, tradunt. Idem 3, 5. *Conf.* Vitruu. 2, 2. Sen. Epiſt. 118. Lactant. de Ira Dei c. 9 *et* 10. *Et* Mart. Capell. 7.

INSECTIO, ōnis. f. Gell. 18, 9 Antiqui narrationes ſermonesque inſectiones appellarunt. *Vid. mox* INSEQVE.

INSECTVRA, ae. f. *Inciſura.* Sen. Quaeſt. Nat. 1, 7 Totidem redderet (virgula) ſoles quot habuit inſecturas.

INSECTOR, āri. *Vid.* INSEQVOR.

INSEDĀTVS, a, um. Adi. [ἄπαυστος] *Non ſedatus, turbulentus, commotus. Laudatur* Cic. in Partit. 77 c. 22 Simulque altitudo animi in capiendis incommodis, et maxime iniuriis, et omne quod eſt eius generis, graue, inſedatum et turbulentum. *Sed Lambin. Grut. Gron.* Graue, ſedatum, non turbulentum.

INSEDABĬLIS, e. Adi. *Vnde*

INSEDABILITER. Adu. [ἀπαύστως] Lucret. 6, 1174 Inſedabiliter ſitis arida corpora merſans.

INSEDI, inſeſſum. *Vid.* INSIDEO.

INSEDV̆LVS, a, um. Gloſſ. Gr. Lat. ἀσπούδαστος, inſedulus.

INSEMĬNO, āre. [ἐνσπείρω] *Inſerere.* Gell. 19, 5 Qui aquam niualem frugibus ſane et arboribus fecundam diceret, ſed hominibus potu nimio inſalubrem eſſe, tabem et morbos ſenſim atque in diem longam viſceribus inſeminare.

INSEMINATVS, a, um. Part. Vitruu. prooem. 8 Terra ex caeleſtium imbrium conceptionibus inſeminata. *Conf.* Arnob. 2 p. 93.

INSEMITATIO, ōnis. f. [ἀνοδία] Gloſſ. Lat. Gr. *vbi ſemita non eſt.*

INSENESCO, ui, ĕre. [ἐγγηράσκω] *Diutiſſime immorari, quaſique in eo aetatem conſumere, et ſenem fieri.* Quinctil. 10, 3 Singulis actionum partibus inſeneſcere. Libris et curis inſenuit Hor. Epiſt. 2, 2, 82. Tacit. Ann. 4, 6, 6 Quum plerisque iisdem Negotiis inſeneſcerent.

INSENSIBĬLIS, e. Adi. [ἀναίσθητος] *Quod non ſentiri poteſt.* Gell. 17, 10 Inenarrabile eſſe ait et propemodum inſenſibile. Morbus Ser. Sammonic. 34. ¶ 2 *Qui non ſentit.* Lactant. 7, 3, 7 Nam ſi haec omnia, quae videmus, Dei membra ſunt; iam inſenſibilis ab his conſtituitur deus; quoniam membra ſenſu carent; et mortalis, quoniam videmus membra eſſe mortalia. *Sic* Simulacra *vocat* Vana et inſenſibilia 1, 20, 22. *Et* 6, 13, 13.

INSENSILIS, e. Adi. [ἀναίσθητος] *Idem.* Lucret. 2, 864

— neceſſe eſt
Ex inſenſilibus tamen omnia confiteare
Principiis conſtare.

Idem 887 Ex inſenſilibus ni credas ſenſile gigni.

INSENSATIO, ōnis. f. Vet. Interp. Iren. praef. 1.

INSENSATVS, a, um. Adi. Auguſtin. de Geneſ. ad Lit. 3, 12. Tertull. de Praeſcr. c. 27. *Et adu.* Marc. 4, 43. Vulgata Gal. 3, 1.

INSENSVALIS, e. Adi. Caſſiodor. Epiſt. 2, 40 Tanta vis eſt conuenientiae, vt rem inſenſualem ſponte ſe mouere faciat, quia eius ſociam conſtat agitatam.

INSEPARABILĬTER. Adu. Macrob. in Somn. Scip. 1 c. vlt. Singula, quae inſeparabiliter inuoluta rerum neceſſitas in ſe vinxit. Lactant. 3, 11 Inſeparabiliter connexa.

INSEPARABĬLIS, e. Adi. Sen. Epiſt. 85 Et iuncta ſemper eſt, atque inſeparabilis. Idem ibid. 118. *Conf.* Apul. Met. 9 p. 224 Sidon. Epiſt. 9, 9. Cyprian. Epiſt. 1, 1. *Compar.* Inſeparabilior Trinitas Aug. de Trin. 15, 23.

INSEPARABILITAS, ātis. f. Aug. ibid. *pr. Et* Epiſt. 29 *et* 268.

INSEPARATVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Prax. c. 9 *et* 18.

INSEPTVS, a, um. Adi. *i. ſeptus.* Hunc inſeptum ingenti quodam et inexplicabili muro Sen. de Benef. 4, 19. Feſtus *tamen,* ¶ 2 Inſeptum, non ſeptum: ponitur et pro non aedificatum. *Verum monet Salmaſ. ad* Spartian. p. 31 non *poſterius delendum eſſe.*

INSEPELIBILIS, e. Adi. *vt,* Inſepelibilis ſtultitia. *Vid. Eraſm. Adag.*

INSĔPVLTVS, a, um. Adi. [ἄθαπτος] *Non ſepultus.* Cic. pro Milon. c. 33 Frangetis impetum viui, cuius vix ſuſtinetis furias inſepulti? Idem Catil. 4, 11 c. 6 Cerno animo ſepultam patriam, miſeros atque inſepultos aceruos ciuium. Ne quis inſepultus eſſet, natura proſpexit Sen. Ep. 92 *extr.* Proiicere inſepultos Liu. 29, 9. Membra Hor. Epod. 5, 99. Mors, *Vbi arcetur ſepultura is, qui ſupplicio eſt affectus* Sen. de Tranquill. vitae 14. Pater inſepultus Sen. Theb. f. 1. Cic. Philipp. 1, 5 c. 2 Nam quum ſerperet in vrbe infinitum malum, idque manaret in dies latius: iidemque buſtum in foro facerent, qui illam inſepultam ſepulturam effecerant, *etc. Caeſaris funus vocat* Inſepultam ſepulturam, *propterea quod raptim ac turbulente, non more modoque factum erat.* Sepultura *autem ſignificat Humationem, atque actum ipſum ſepeliendi:* funus *alias, et prope exſequias ipſas, vt hoc loco, et* de Legib. 2, 56 Nec de mortui laude, niſi in publicis ſepulturis dici licebat.

INSEQVE, *vel* INSECE. [ἔννεπε] *Dic, narra; ab* Inſequo, *vel vt* Velio Longo *apud* Gell. 18, 9. *magis placuit,* Inſeco. *Hinc* Inſecendo *ex* Catone, *et* Inſece Muſa *ex* Ennio *refert, qui dedita opera hoc verbum tractat, et omnino videndus eſt toto capite* Gell. 18, 9. *Add.* Inſecis *apud* Feſt. *Conf. Boſ. ad* Cic. Att. 1, 16 p. 103 *Graeu. Nobis ſatis eſt ponere ex Gellio verſus* Ennii, Inſece Muſa, manu Romanorum Induperator, Quod quisque in bello geſſit cum rege Philippo. *Et* Liuii Andronici, *qui primum Odyſſeae verſum ſic reddidit,* Virum mihi, Camoena, inſece verſutum. Catonis *denique verba ſunt:* Eiusmodi ſcelera nefaria, quae neque inſecendo (*narrando*) neque legendo audiuimus.

INSĔQVOR, ūtus ſum, ſequi. [ἐφέπομαι] *Idem ſignificare videtur,*

detur, quod Statim ſequi. Virg. Aen. 1, 91 Inſequitur clamorque virûm, ſtridorque rudentum. Cic. Tuſc. 1, 94 Nonne modo pueros, modo adoleſcentes in curſu a tergo inſequens nec opinantes inſecuta eſt ſenectus? *Vbi ex vetuſto codice rectius legitur* Aſſecuta. *Sic de* Clar. Orat. 41 c. 10. Fugientem inſequitur Ouid. Met. 11, 468. Cineres atque oſſa alicuius inſequi Virg. Aen. 5, 787. Conuellere vimen inſequor, *i. Inſto* Idem ibid. 3, 32. Pergam atque inſequar longius Cic. Verr. 3, 51 c. 20. Caſus per tanta pericula inſequitur Virg. Aen. 1, 620. Epiſtola Epicuri Stilponem inſequitur Sen. Epiſt. 9. *Conf.* Nep. 25, 9, 2. Fortuna inſequitur viros Virg. Aen. 1, 244. Languor inſequitur Lucret. 3, 173. Nimbus Virg. Aen. 4, 161. Cic. de Fin. 1, 50 Plerumque improborum facta primo ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo. Inſequi, *Perſequi et inſectari eſt,* Cic. pro Roſc. Amer. . . . Quid vis amplius? Ecquid inſequeris? quid oppugnas? Quinctil. 12, 10. Clamore inſequi ac minis Cic. pro Cluent. 24 c. 8. Idem Att. 14, 14 Sed homines beneuolos, qualescunque ſunt, graue eſt inſequi Contumelia. *Cum Datiuo* Cic. Tuſc. 2, 67 c. 27 Si cui nauiganti praedones inſequantur, deus quis dixerit, *etc. Sic editur a Grutero, inde ex MSS. Sed praeſtabat credo antiqua lectio* Aldi, Steph. *caeterorum,* Si cui nauiganti, quem praedones inſequantur.

INSĔQVENS, entis. Partic. [ἑπόμενος] Pſeudo-Cic. ad Octau. Quae non inſequens hora antecedente calamitoſior Populo Romano illuxit? Intolerantius inſequentes legio decima tardauit Caeſ. B. G. 7, 51. Annus inſequens Poſthumium Cominium et T. Largium Conſules habuit Liu. 2, 18 *pr.* Idem 2, 59 Iter in inſequentem Diem pronuntiari quum iuſſiſſet, prima luce claſſico ſignum profectionis dedit. Tempore inſequenti Paterc. 1, 6, 1. Per inſequens biduum Scribon. 122. Diebus inſequentibus Idem 104.

INSECVTVS, a, um. Partic. [ἐφεπόμενος] Plin. 7, 11 Rurſus in alia, quae ſeptem menſium edito puerperio, inſecutis menſibus geminos enixa eſt.

INSECVTIO, ōnis. f. Apul. Met. 8 p. 208 Caecae feſtinationis temeritate ac metu incertae inſecutionis.

INSECVTOR, ōris. m. Tertull. Apol. c. 5. Prudent. Hymn. Epiph. 126.

INSEQVENTER. Adu. [ἑπομένως] Gell. 10, 29 Obſcure et inſequenter particula illa poſita.

INSECTOR, āri. Frequent. [καταδιώκω] *Perſequi.* Cic. pro Font. 1 Inſector vltro, atque inſto accuſatori iudices: inſector inquam, ac flagito teſtes. Exiſtimat, non te inſectatum eſſe amicos paternos Anton. ad Cic. ſub Att. 14, 13. Plaut. Capt. 3, 4, 18 Nam iſtic haſtis inſectatus eſt domi matrem et patrem. Idem Rud. 3, 6, 5 lapidibus. Cic. de Fin. 2, 80 c. 25 Sit iſta in Graecorum leuitate peruerſitas, qui maledictis inſectantur eos, qui de veritate diſſentiunt. Cic. Att. 5, 17 Ibi forum agit, quum ego ſim in prouincia: quam eius iniuriam non inſector. Non equidem inſector Hor. Epiſt. 2, 1, 69. Terram inſectari raſtris, *Sarrire* Virg. Georg. 1, 155. ¶ 2 Inſecto, *voce actiua legitur apud* Plaut. Capt. 3, 4, 61 Iam illic nos inſectabit lapidibus, niſi illunc iubes comprehendi. Idem Poen. 3, 1, 21.

INSECTANTER. Adu. Gell. 19, 3 Inſectanter et grauiter vituperari.

INSECTATVS, a, um. *Paſſ. ab* Inſecto. Hirt. B. Alex. c. 17 Miles ab his inſectatus conſtiterat. *Item Act. ab* Inſector: Tacit. Hiſt. 2, 96, 3 In hunc modum Vitellius diſſeruit Praetorianos inſectatus.

INSECTATIO, ōnis. f. [δίωξις] Liu. 7, 1. Idem 3, 65 Sine inſectatione poteſtatis. Idem 22, 34. Quinctil. 5, 7 Quod inſectationis genus eſt permiſtum defenſioni legimus in orationibus plurimis. Inhumana fortunae inſectatio Quinctil. 6, 3. Abſtinere inſectatione, *vid.* ABSTINEO. Tanta eſt hominum inſolentia et noſtri inſectatio D. Brut. ad Cic. Fam. 11, 1. *Conf.* Tacit. Ann. 2, 55, 3. 12, 40, 1. *et* 15, 18, 3.

INSECTATOR, ōris. m. Liu. 3, 33 Vt aurae popularis ſectator euaderet, pro truce ſaeuoque inſectatore plebis. Quinctil. 10, 1 *extr.* Seneca egregius vitiorum inſectator.

INSERĒNVS, a, um. Adi. [ἀναίθριος] *Nubilus.* Stat. Silu. 1, 6, 21 Non tantis Hyas inſerena nimbis Terras obruit aut, *etc.*

INSĔRO, ēui, ĭtum, ĕre. [ἐγκεντρίζω, ἐμφυτεύω] *Serere, i. plantare ſignificat, vt ſimul ad locum reſpectus habeatur, vbi aliquid plantatur.* Virg. Ecl. 1, 74 Inſere nunc Meliboee piros, *nempe in alias arbores.* Inſerere frumentum arboribus: *h. e. Inter arbores frumentum ſeminare: qui mos adhuc apud Italos durat.* Columel. 5, 7 Arboribus rumpotinis ſi frumentum non inſeritur, in vtramque partem viginti pedum ſpatia interueniunt. *Proprie autem eſt ſciſſo vel cortice nudato trunco, ſurculum fecundae arboris in ſterilem imponere.* Varro de R. R. 1, 40 Si in pirum ſiluaticam inſeueris pirum quamuis bonam, *etc.* In quamcunque arborem inſeras, ſi eiuſdem generis eſt, *etc.* Quae verno tempore inſerebantur Varro R. R. 1 c. 41. Vitem Columel. de Arborib. c. 8. Ouid. Met. 14, 630 Fiſſa modo cortice Virgam Inſerit. Columel. 5, 11 Omnis ſurculus omni arbori inſeri poteſt. Hortos Columel. 3, 21. Idem de Arborib. c. 8 Humida loca, de Vua alba: ſicca, de nigra inſerito. ¶ 2 *Metaph.* Inſeri et donari ab arte non poſſunt omnia Cic. de Orat. 1, 114 c. 25 *de motibus animi ad eloquentiam neceſſariis. Hoc forte malis referre ad* Inſero, rui. Vitiorum aliqua inſeuit tibi natura Hor. Serm. 1, 3, 35. *De his praeſertim, qui alienae genti accenſeri ſe aut alios volunt, ex hortenſi re deſumtum hoc verbum adhibetur.* Ouid. Met. 13, 33 Quid ſanguine cretus Siſyphio — Inſerit Aeacidis alienae nomina gentis? Val. Max. 6, 2 ext. 1 Inſerit ſe tantis viris mulier alienigeni ſanguinis. Plin. 35, 2 Exſtat Meſſalae oratoris indignatio, qua prohibuit inſeri genti ſuae Leuinorum alienam imaginem. Tacit. Ann. 6, 2, 2 Cum repente Togonius Gallus, dum ignobilitatem ſuam magnis nominibus inſerit, per ridiculum auditur. *An huc alludit* Hor. Carm. 1, 1 *extr.* Quod ſi me lyricis vatibus inſeris? *i. immerentem licet illi choro addis. Hinc* Inſiticius *et* Inſitiuus. *Conf.* INSERO inſerui, *de quo p. p.*

INSĬTVS, a, um. Partic. Mala inſita fert pirus Virg. Georg. 2, 33. *Et Subſt.* Inſitum, *intell.* ſemen, *ſ. Surculus ipſe ex vna arbore reſectus et in aliam implantatus.* Columel. 4, 29 Tum quod ex inſito profundit, ſubligandum, ne vento ſurculus motus labefactetur, explantetur tener pampinus. Idem de Arbor. c. 26 Poſtea paleato luto bene ſubacto oblinito totam plagam, et ſpatium, quod eſt inter ſurculos, vſque eo, vt duobus digitis inſita exſtent. *Conf.* Varr. R. R. 1, 41. ¶ 2 *Saepe per translationem adhibetur:* Cic. de Fin. 4, 4 c. 2 Habere etiam inſitam quandam vel potius innatam cupiditatem ſcientiae. Amor cognitionis inſitus menti Cic. de Fin. 4, 18 c. 7. Ciuis vrbis inſitus Salluſt. in Cic. 6, 61 *ed. Waſſe.* Feritas Liu. 34, 20. Horror inſitus mortalibus Lucret. 5, 1164. Inimicitias inſitas habere et gerere cum nomine Pop. Rom. Cic. pro Font. 23. Malum inſitum in natura Idem Verr. 3, 177. Mos inſitus vitio genti, inter latrocinia militiam exercendi Liu. 28, . . Difficile eſt, ſi quid eſt penitus inſitum Moribus, id ſubito euellere Cic. ad Q. Frat. 1, 1. Notio naturalis et inſita in animis noſtris ineſt Cic. de Fin. 1, 31. Odii quantum inſitum animis Valer. Max. 6, 3, 1. Opinio inſita penitus, et vetuſta Cic. pro Cluent. 4. Vim inſitam promouet doctrina Hor. Carm. 4, 4, 33. *i. Naturalem, ait* Acron. Vitium inſitum et innatum animis Cic. Verr. 4 c. 48.

INSĬTVS, ûs. m. [ἐγκεντρισμὸς] *Idem quod Inſitio.* Plin. 14, 3 Et hactenus publica ſunt genera: caetera regionum locorumque, aut ex his inter ſe inſitu miſta.

INSITIO, ōnis. [ἐγκέντρισις] Columel. 5, 11 Tria genera porro inſitionum antiqui tradiderunt: vnum, quo reſecta et fiſſa arbor reſectos ſurculos accipit. *Add.* Id. 4, 29. Ouid. Rem Amor. 195 Venerit inſitio, ſac ramum ramus adoptet. Cic. de Senect. 54 c. 15 Nec Conſitiones modo delectant, ſed etiam inſitiones, quibus nihil inuenit agricultura ſolertius.

INSITICIVS, a, um. Adi. [ἐγκεντριστικὸς] *Quod eſt inſitum, adſcitum.* Inſiticii et bigenerimuli Varr. R. R. 2, 8, 1. Sermo inſiticius, et inductus, *Non natiuus, ſed aliunde arceſſitus, cui Patrius opponitur* Plin. Epiſt. 4, 3, 5. Neque enim coniectura eget, quid ſermone patrio exprimere poſſis, quum hoc inſiticio et inducto tam praeclara opera perfeceris. Somnus Varr. R. R. 1, 2, 5 *qui inter diei negotia inſeritur. Idem eſt*

INSITĪVVS, a, um. Adi. [ἐγκεντριστικὸς] *Quod inſeritur, in locum non ſuum.* Gell. 12, 1 Corpuſque et animum benigne ingenitis primordiis inchoatum, inſitiuo, degenerique alimento lactis alieni corrumpere. Cic. pro Sext. 101 c. 47 Quumque inſitiuum Gracchum contra vim multitudinis incitatae cenſu prohibuiſſet. Liberi inſitiui, *quorum mater eſt adultera* Phaedr. 3, 3, 10. Pira Hor. Epod. 2, 19. *Conf. mox* INSERTIVVS.

INSĬTOR, ōris. m. [ἐγκεντριστὴς] *Qui inſerit.* Plin. 18, 33 Hunc caueat inſitor calamis. Propert. 4, 2, 17 Inſitor hic ſoluit pomoſa vota corona. Hoc nomine flamen Cerealis inuocabat Deum, *vti probat* Seru. *ad* Virg. Georg. 1, 21. *Ex* Fabio Pictore.

INSĔRO, rui, ertum, ĕre. [ἐμβάλλω, ἐντίθημι] *Immittere, interponere, immiſcere. Quod Praeſenti tempore neque forma, neque ſignificatione diſtat ab eo, quod propoſuimus; verum ſupra illud conſideràuimus, in quantum ad ſatum et propagationem vegetabilium pertinet; et Praeteritum habet* inſeui, *Participium* inſitum. *Iam perſequimur reliqua.* Columel. 6, 4 Nauſea diſcutitur, ſi integrum gallinaceum crudum ouum ieiunis faucibus inſeras. Caput inſerere in tentorium Liu. 8, 36. Cic. de Orat. 2, 162 c. 39 Qui omnes tenuiſſimas particulas, atque omnia minima manſa (vt aiunt nutrices) infantibus pueris in os inſerant. Collum in laqueum Idem Verr. 4, 37 c. 17. Seminecisue hirci reſerato pectore calces Inſere Sammonic. 782. Conciones operi Iuſtin. 38, 3, 11. Epiſtola exenterato lepori inſeritur Idem 1, 5, 10. Exemplum breuitati operis Ibid. 38, 3, 11. Quinctil. 2, 2 Qualis illius fuit, qui Grana ciceris ex ſpatio diſtante miſſa, in acum continuo et ſine fruſtratione inſerebat, *h. e. Immittebat.* Ter. Heaut. 3, 3, 3 Viden' ego te modo Manum in ſinum huic meretrici inſerere? Subtegmen inſeritur acutis radiis Ouid. Met. 6, 56. Plin. 31, 4 Quaedam terrae imbribus ſicciores fiunt, velut in Narnienſi agro, quod admirandis ſuis inſeruit Cicero, ſiccitate lutum fieri prodens, imbre puluerem. Stat. Silu. 5, 5, 72 Inſerui Vitae, *infantem ſuſtuli, educari pro meo iuſſi.* Bellis ciuilibus ſe Ouid. Met. 3, 117. Conditio inſeritur ſtipulationi, *i. Ponitur in ſtipulatione* Iulianus in l. impoſſibilis D. de verb. obligat. Conſilium aliquod, *Addere, adiungere:* Plaut. Poen. 4, 2, 105 Et illud autem inſerendum eſt conſilium vernaculum. Liu. 27, 23 *pr.* Cum iis, adeo minimis etiam rebus, praua religio inſerit Deos, mures in aede Iouis aurum roſiſſe. Idem 35, 17 *pr.* Admiſſi plures dum ſuas quiſque nunc querelas, nunc Expoſtulationes inſerit, aequa iniquis miſcentes e diſceptatione altercationem fecerunt. Fabula inſeritur huic loco Liu. 5, 21. Iocos hiſtoriae turpes inſeruiſſe Ouid. Triſt. 2, 444. Quinctil. 2, 1 Nonne Laus ac vituperatio certaminibus illis frequenter inſeritur? Locos inſerere moris eſt Idem 2, 10. *Et* 2, 4 Quod vix vllus eſt tam communis Locus, qui poſſit cohaerere cum cauſa, niſi aliquo propriae quaeſtionis vinculo copulatus: appareatque eum non tam inſertum, quam applicitum. Opinionem, *vid.* OPINIO. Ouid. Amor. 3, 7, 9 Oſculaque inſeruit cupidae luctantia linguae.

INSERTVS, a, um. Partic. Paterc. 2, 60, 4 Commentariis falſis inſertis. Falces inſertae affixaeque longuriis Caeſ. B. G. 3, 14. Virg. Aen. 3, 152 — Qua ſe Plena per inſertas fundebat Luna Feneſtras. Inſertas, aut clatratas: aut non fertas: vt ſit quaſi inſeratas, *i. Non clauſas.* Et dictum quomodo Aſproſque molares, pro Aſperos, *etc.* Seruius. *Poſſunt vel* feneſtrae, *i. clatri, craticulae* inſertae *intelligi ſ. impoſitae a fabris: vel* inſertae feneſtrae *ſunt, per quas inſeruit ſe lunae ſplendor. Conf.* INSERTIM. Praedia agris inſerta Plin. Epiſt. 3, 19 *pr.* Idem 10, 57 Penna per transuerſas inſerta nares. Vopiſcus Firmo c. 3 Nam et vitreis quadraturis bitumine — inſertis domum induxiſſe perhibetur: *nempe bituminis ope parietibus immiſſa et inſerta vitra.*

INSERTA, ae. f. *Ornamentum eſſe aiunt, laudantque* Publ. Syr. *ap.* Gell. 17, 14 Frugalitas inſerta eſt rumoris boni. *Scal. ad Manil.* p. 411 *interpretatur ad verbum* emblema: *miraturque haeſitatum ea de re, quomodo* emblema *Latine diceretur tempore* Tiberii *apud* Suet. c. 71. *Laudat etiam* Tertullianum de Idolol. *qui* profanas literas inſertas idolorum praedicationis *dixerit. Locus eſt* c. 10 *et ita editur,* Si fidelis literas doceat, inſertas idolorum praedicationes ſine dubio dum docet commendat. *B. Rhenan.* inſertas idolorum praedicatione, ſine dubio, *etc. Hic itaque locus non fauet* inſertae: *ſed aut* literas *habet* inſertas *et quaſi diſtinctas* praedicatione, *aut* praedicationes inſertas *et immiſſas* literis. *Nec firmius eſt, quod in eodem libro eſſe dicit* inſignia dignitatum inſertas. *Locus eſt* c. 18 Caeterum purpura vel caetera inſignia dignitatum et poteſtatum, inſertae dignitati et poteſtatibus idololatriae ab initio dicata, habent profanationis ſuae maculam. *Hic nullas dignitatis inſertas equidem video, ſed video* idololatriam dignitati et poteſtatibus inſertam, *ſ. admixtam. Iam redeamus ad* Syrum: *habeat etiam ille ſibi poſtliminio ſuam* Miſeriam, *quam praeferunt libri ante Scaligerum editi,*

editi, et MSS. optimi, Frugalitas miſeria eſt rumoris boni, *q. d. honeſtae ſordes, laudabilis auaritia. Mirum eſt, non eo delatum eſſe Salmaſium, qui ad* Vopiſci Aurelian. p. 574 *Hack. contra Scaligerum ille quidem diſputat*, inſertam *non eſſe* emblema, *cum illud aetate Tiberii ignotum eſſe non potuerit: ſed tamen* inſertam *retinet, et* ἐπίβλημα *interpretatur, pannum purpureum veſti aſſutum: quin non ita multo poſt ad* Vopiſci Firmum p. 695 *etiam de* emblemate *fatetur.* Miſeria *hic ponitur eo intellectu, vt* Ter. Heaut. 3, 2, 15 Habet patrem quendam auidum, miſerum atque aridum. *Vicina auaritiae Frugalitas, auari praeter caeteros miſeri.*

INSERTIM. Adu. Lucret. 2, 114 Contemplator enim quum ſolis lumina quumque Inſertim fundunt radios per opaca domorum, *etc.*

INSERTICIVS, a, um. Adi. Gloſſ. Gr. Lat. ἐγκεντρήσιμος.

INSERTIVVS, a, um. Adi. Calpurn. Decl. 24 Nemo vnquam ſacra gentilicia inſertiua ſtirpe corrupit. *Vid. Schult.* p. 822 *Burm. Eſt igitur idem quod* INSITIVVS.

INSERTO, āre. [ἐντίθεμαι] *ab* Inſertum *formatum.* Virg. Aen. 2, 672 Hîc ferro accingor rurſus, clipeoque ſiniſtram Inſertabam aptans, meque extra tecta ferebam. Dextras inſertare catenis Stat. Theb. 12, 460.

INSERTANS, antis. Part. Petron. c. 97 Seruus inſertans commiſſuris ſecures. Nubibus inſertans caput Sil. 5, 483.

INSERTATVS, a, um. Adi. Prudent. Apoth. 464.

INSERTATIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Tard. 1, 1.

INSERPO, ĕre. [ἑρπύζω] *Idem quod Serpendo occupare, et obrepere.* Stat. Theb. 1, 340 — Iam ſomnus auaris Inſerpit curis. Apul. Met. 7 p. 189 Ei lanugo malis inſerpebat.

INSERVIO, īui, ītum, īre. [ὑπηρετέω, θεραπεύω] A quo enim plurimum ſperant, etiam, ſi ille his non eget, tamen ei potiſſimum inſeruiunt Cic. Off. 1, 49 c. 15. Artibus Idem de Orat. 1, 13 c. 4. *i. diſcere.* Peruigil inſeruibat equo Sil. 7, 341. *i. tractando, curando.* Cic. de Fin. 2, 17 Ergo in his adoleſcentibus bonam ſpem eſſe dicemus, et magnam indolem, quos ſuis commodis inſeruituros, et quidquid ipſis expediat facturos arbitramur? Cic. pro Marc. 28 c. 9 *de aeternitate, i. memoria poſteritatis*, Huic tu inſeruias, huic te oſtentes oportet. Famae Tacit. Ann. 13, 8. Honoribus, *Dare operam honoribus acquirendis:* Cic. Off. 2, 3 c. 1 Poſtea quam honoribus inſeruire coepi, meque totum Reipub. tradidi. Rebus omnibus inſeruiendum ſtatuit Caeſ. B. G. 8, 8. Cic. Fam. 16, 17 Valetudo tua me valde ſolicitat, ſed inſerui et fac omnia. Voluptati nonnullorum vocibus magis quam rebus inſeruiunt Idem Bruto 68 c. 20. Plaut. Moſt. 1, 3, 53 Non meretricium eſt, vnum inſeruire amantem. *Conf. Parei Lex. Crit. p. 616.* Cic. Fam. 6, 12 Sed nihil eſt a me inſeruitum temporis cauſa.

INSERVO, āre. *Diligenter ſeruare. V. g.* Elyſias dedit inſeruare volucres Stat. Theb. 8, 194. Lutat. Schol. ad h. l. Proprio vſus eſt auguriis verbo. Quo dum captant auguria, dicuntur caelum ſeruare. Id. Stat. Theb. 6, 932 Fata patent homini, piget inſeruare, peritque Venturi promiſſa fides. Lutatius ad h. l. Attendere auſpicia: et eſt verbum augurum de caelo ſeruantium. *Sic emendat Barthius pro* ſeruatum. *Vid.* Seruare de caelo.

INSESSOR, INSESSVS, *vid.* INSIDEO.

INSIBĬLO, āre. [ἐπισυρίττω] *Idem quod Sibilare, vel Spirare.* Ouid. Met. 15, 603 Qualia ſuccinctis, vbi trux inſibilat Eurus. Membris inſibilat ignis Sil. 12, 616.

INSICCĀTVS, a, um. Adi. [ἐπιξηρανθεὶς] Stat. Theb. 3, 364 Vulneraque iſta ferens putri inſiccata cruore, Protinus ire peto.

INSICCABILIS, e. Adi. Inſiccabilis gelu pagina Sidon. Ep. 16.

INSICIVM, *vid.* ISICIVM.

INSĬDEO, ēdi, eſſum, ēre. [ἐπικάθημαι, ἐπικαθέζομαι] *Super aliquid ſedere: ac latius deinde transfertur ad omnia, quae perpetuo adeſſe atque inhaerere, vt ſeparari non poſſint, oſtendimus.* Cicer. de Nat. Deor. 2, 68 Nec longe abſunt ab hac vi dii penates, ſiue a penu ducto nomine, *etc.* ſiue ab eo, quod penitus inſident, ex quo etiam penetrales a Poëtis vocantur. Equo Aurel. Vict. de Viris Illuſt. c. 32. Liu. 7, 6 Equo deinde quam poterat maxime exornato inſidentem, armatum ſe in ſpecum immiſiſſe. Equus inſidetur Gell. 18, 5. Toro inſidere Ouid. Epiſt. 20, 134. Plin. 11, 37 Caeſari Dictatori, quo die primum in ſella aurea inſedit, ſacrificanti bis in extis defuit *cor.* Cic. Fam. 5, 13 Quae Cogitatio, quum mihi non omnino excidiſſet (etenim penitus inſederat) vi tamen, *etc.* Idem pro Deiot. 8 In exulcerato animo facile fictum crimen inſideret. Deſiderium inſidet nobis Lucret. 3, 931. Dolor inſidet pedibus Plin. Epiſt. 1, 12. Cic. Verr. 3, 95 In quibus ſi ex ipſorum domeſtico incommodo nullus dolor inſideret, tamen eſſet illa, *etc.* Idem Tuſc. 4, 24 Quum autem hic Feruor, concitatioque animi inueterauerit, et tanquam in venis medullisque inſederit. *h. e. Inhaeſerit penitus.* Morbus inſedit Scribon. 111. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 9 Quum iam domeſticis pax non inſideat, ſed publice prouidenti eripiatur? Cic. pro Milon. 69 c. 25 Quae ſi non probaret, ſi tibi ita penitus inſediſſet iſta ſuſpicio, nullo vt euelli modo poſſet, *etc.* Vapor ſiderum inſedit ſiticuloſae Apuliae, *i. Incubuit* Hor. Epod. 3, 15. Plin. 11, 49 Ceu plane viſenda res eſſet, principem terrarum inſidere portentis. Cic. pro Corn. Balb. 4 c. 1 Etenim ei ſuccedo orationi, quae non praetervecta ſit aures veſtras, ſed in animis omnium penitus inſederit. Paedagogus vitioſe dicta corrigat protinus, nec inſidere alumno ſinat Quinct. 1, 1 p. 16 B. Cic. in Orat. 9 c. 2 Sed ipſius in mente inſidebat ſpecies pulchritudinis eximia. Macula, quae penitus iam inſedit, atque inueterauit in Pop. Rom. nomine Cic. pro L. Manil. 7 c. 3. Idem de Orat. 2, 122 c. 28 Nihil quiſquam vnquam me audiente egit orator, quod non in memoria mea penitus inſederit. ¶ 2 Inſidere [ἐνεδρεύειν] *Peculiariter Locum aliquem occupare ſignificat, vnde alterum obſerues, eique immineas.* Liu. 26, 44 *pr.* Quingentis militibus arcem inſedit. Agrosque vacuos, et militum vſui ſepoſitos inſedere Tacit. Ann. 13, 54. Anfractus ſiluarum caecis inſederat armis Sil. 5, 3. Aram inſederunt Tacit. Ann. 3, 61. Arcem Capitolii inſedit Idem Hiſt. 3, 69, 4. *Conf.* Virg. Aen. 2, 615. Virg. Aen. 10, 59 Non ſatius cineres patriae inſediſſe ſupremos? Clauſtra terrae, ac maris inſediſſet Tac. Ann. 2, 59. Plin. 5, 13 Ioppe inſidet Collem praeiacente ſaxo, in quo vinculorum Andromedae veſtigia oſtendunt. Effugia inſederant Tac. Ann. 3, 42. Liu. 25, 21 Qua fugam inclinaturam credebat, omnia Itinera inſidere iubet. Tac. Ann. 2, 16 Soli Cheruſci Iuga inſedere. Iugis inſedit Hetruſcis Virg. Aen. 8, 479. Liu. 21, 54 *pr.* Mago Locum monſtrabit, quem inſideatis. Plin. in Paneg. c. 1 Quem Locum deus ille tam praeſens ac manifeſtus inſedit. Virg. Aen. 11, 531 Arripuitque Locum, et ſiluis inſedit iniquis. *Vbi* Seruius, Inſedit, proprie: nam Inſidere, eſt Doloſe aliquem exſpectare: vnde et Inſidiae nominatae ſunt. Molibus villarum Tac. Ann. 4, 67. ¶ 3 *Pro Inſidiari poſuiſſe quibusdam videtur* Lactant. de Opiſic. Dei 1 c. 8 Aduerſarius noſter ſaluti inſidet. *Sed magno conſenſu optimorum librorum edidit poſt Cellarium Bunemannus,* ſumma ergo prudentia eſt pedetentim procedere, quoniam vtrobique Saltus inſidet, et oſſenſacula pedibus latenter opponit. *Sic proprie* Liu. 32, 6 Quos ſaltus inſediſſet rex.

INSIDEOR, eſſus ſum, ēri. Paſſ. [ἐφεδρεύομαι] Liu. 25, 13 *pr.* Viaeque omnes hoſtium praeſidiis inſiderentur. Equus inſidetur Gell. 18, 5.

INSĬDENS, entis. Part. [ἐπικαθέμενος] Inſidens equo Liu. 27, . . Cura inſidens aſſidua Idem 1, 21. Mala Cic. Tuſc. 4, 84.

INSESSVS, a, um. Part. [ἐφεδρευθεὶς] *Occupatus.* Liu. 7, 34 *pr.* Conſul exercitum incaute in ſaltum caua valle peruium, circaque inſeſſum ab hoſte induxit. Alpibus inſeſſis Tac. Hiſtor. 3, 1, 4. Cubilia monſtris horrendis inſeſſa Stat. Theb. 12, 236. Humus inſeſſa tanto pondere Idem Silu. 1, 1, 56. Montes praeſidiis inſeſſi Tac. Ann. 13, 39, 2.

INSESSOR, ōris. m. Symmach. Epiſt. 2, 48 Inſeſſor viarum.

INSIDIAE, arum. f. *Pl.* [ἐνέδρα, ἐπιβουλή] *Doloſa exſpectatio ad aliquem aggrediendum.* Caeſ. B. G. 2, 11 Inſidias veritus. Cic. Off. 3, 68 Suntne igitur inſidiae, tendere plagas? Vigilandum eſt ſemper; multae inſidiae ſunt bonis Cic. pro Planc. c. 24 *ex Incerto.* Idem Att. 13, 10 Marcellus inſidiis interfectus eſt. Tac. Ann. 11, 26, 3 Si praeuenirent Claudium, vt inſidiis incautum, ita irae properum. Iter per inſidias Ouid. Met. 2, 71. Maris inſidi inſidiae Lucret. 2, 557. Tac. Ann. 11, 19 Nec Irritae, aut degeneres inſidiae fuere aduerſus transfugam, et violatorem fidei. Abſunt inſidiae a vatibus, *vid.* ABSVM. Adhibere nimis inſidiarum, *vid.* NIMIS. Cic. Off. 1, 109 c. 30 Qui nihil ex occulto, nihil De inſidiis agendum putant. *Sic quidam ediacre. Sed meliores* ex inſidiis, *vt* Cic. in Orat. 380 c. 12. Non Ex inſidiis, ſed aperte ac palam elaboratur, vt verbis, *etc. In talibus* Inſidiae *ſunt locus occultus, vnde ſit impetus. Si* inſidiis *dicatur ſine Praepoſitione, vel* per inſidias, *modus et ratio nocendi occulta indicatur.* Plaut. Aſin. 5, 2, 31 Aucupemus ex inſidiis clanculum, quam rem gerant. Capere ex inſidiis, *vid.* CAPIO. Circumuenire per inſidias, *vid.* CIRCVMVENIO. Capi inſidiis Virg. Georg. 1, 426. Cic. pro Milon. 27 Clodius ante ſuum fundum Miloni inſidias Collocauit Caeſ. B. G. 3, 37. Comparare inſidias alicui per aliquem Cic. pro Cluent. 46. Componere inſidias alicui Tibul. 1, 6, 4. Conſidere in — Conſurgere ex inſidiis, *vid.* CONSVRGO. Dare inſidias Plaut. Stich. 2, 3, 52. Diſponere inſidias Quinct. 4, 2. Ero hic ego in inſidiis Terent. Phorm. 1, 4, 52. Excipere inſidiis aliquid Virg. Ecl. 3, 18. Explorat lupus inſidias ouilia circum Idem Georg. 3, 537. Exſtruere inſidias Iuſtin. 43, 4, 8. Facere inſidias Terent. Eun. 3, 3, 26. Cic. Fam. 15, 2 Ita mecum locutus eſt, vt nullas inſidias neque vitae ſuae, neque regno diceret ſe aut intelligere Fieri, aut etiam ſuſpicari Iuſtin. 16, 1, 10. Nepos 7, 9, 2. Cic. Off. 1, 35 Paci, quae nihil Habitura ſit inſidiarum, ſemper eſt conſulendum. Incidere in inſidias Idem Fam. 7, . . . Inſtruere inſidias alicui Catul. 21, 7. Iuſtin. 24, 2, 1. Inſtruere inſidias in aliquo loco Cic. pro Cluent. 189. Interiit ex inſidiis Alexander Phaereus Idem Off. 2, 26 c. 7. Interficere aliquem per inſidias Idem pro Domo 59. Iuſtin. 16, 1, 8. Intrare inſidias, *vid.* INTRO. Intrare in inſidias Caeſ. B. C. 3, 38. Latere in — Locare inſidias alicui, *vid.* Loco *in* LOCVS. Locati in inſidiis viri fortes ab imperatrice Cic. pro Cael. 67. Mandare rem aliquam inſidiis Iuſtin. 5, 2, 5. Maturare inſidias alicui Salluſt. Catil. c. 33. Meditari inſidias alicui Virg. Ecl. 5, 60. Moliri inſidias auibus Idem Georg. 1, 271. Niti inſidiis, *vid.* NITOR. Opponere alicui inſidias, *vid.* OPPONO. Plaut. Poen. 3, 1, 46 Ei Paratae, vt ſint inſidiae de auro et de ſeruo meo. Parare inſidias vitae alicuius Cic. pro Roſc. Amer. 26 c. 9. Parare inſidias et tecta arma Ouid. Faſt. 3, 638. Cic. Fam. 15, 2 Rex mihi Patefactis inſidiis non egere exercitu Pop. Rom. viſus eſt. *Sic* Tac. Ann. 11, 9. Petere aliquem inſidiis Ouid. Met. 9, 622. Cic. de L. Agr. 2, 48 Iſti penitus abſtruſas inſidias ſe Poſuiſſe arbitrantur contra Cn. Pompeii dignitatem. Ponere in inſidiis: *h. e. In loco, vbi inſidiae factae ſunt.* Cic. pro Deiot. 23 c. 7 Quid? ille ſigna aenea in inſidiis Poſuerat? Struere inſidias Tacit. Ann. 2, 65. Ouid. Met. 1, 198. Subactus inſidiis Virg. Aen. 12, 494. Subiicere inſidias Quinct. 5, 7. Eſſe in inſidiis, *vid.* IN, *et ſupra* Ero, *etc.* Tendere inſidias alicui Cic. pro Roſc. Com. 46 c. 16. Iuſtin. 43, 4, 8. Vertere inſidias in aliquem Idem 16, 4, 8.

INSIDIOR, atus ſum, āri. Dep. [ἐνεδρεύω, ἐπιβουλεύω, λοχάω, λοχίζω] *Inſidias parare et inſtruere.* Martial. 12, 11 Si te delectant animoſa pericula, Tuſcis (Tutior eſt virtus) inſidiemur apris. Cic. in Orat. 210 c. 62 Non enim id agit, vt inſidietur et obſeruet, ſed fauet. Hoſtibus inſidior Ouid. Met. 13, 212. Lupus inſidiatus ouili Virg. Aen. 9, 59. Tempori inſidiari Liu. 23. *Conf.* Paterc. 2, 21, 2. *Paſſiue:* Cic. pro Cael. 21 Magnum crimen in legatis inſidiandis. ¶ 2 *Actiue*, Igne cremantur Serui, qui ſaluti dominorum ſuorum inſidiauerint Calliſtr. l. 28 §. 11 de Poenis. *Sed Haloander* inſidiati erunt. *Quod* Seruius Danielis *monet* Aen. 1, 719 *legi in quibusdam libris* inſidiat, *idque interpretatur* inſidias faciat, *illud nugatorium pronunciat Heinſ. ad locum. Add. Voſſ. de Anal. 3, 7. Duker. de Latinit. ICtor. p. 328 ſq.*

INSIDIANS, antis. Part. Iuſtin. 43, 4, 10 Regi inſidianti inſidiae tenduntur. Idem 6, 6, 6 Lacedaemonii ſecuris inſidiantes. Caeſ. B. G. 8, 19 Ab inſidiantibus accipere detrimentum. Propert. 3, 6, 37 Natura inſidians.

INSIDIATVS, a, um. Part. Virg. Aen. 9, 59 — pleno lupus inſidiatus ouili.

INSIDIŌSVS, a, um. Adi. [ἐπιβουλευτικός] *Inſidiis plenus, fallax:* Cic. Verr. 2 c. 78 Quis acerbior? quis inſidioſior? quis crudelior vnquam? Plin. 29, 1 In qua conditione inſidioſiſſima auctoritatem peſſimis boni faciunt. Alloquio inſidioſus Iuſtin. 9, 8, 8. Amicus Cic. pro Domo c. 11. Facies inſidioſa oculis Ouid. Epiſt. 15, 22. Caius in l. Qui petitorio §. Qui D. de rei vendicatione, Culpae autem reus poſſeſſor eſt, et qui per inſidioſa Loca ſeruum miſit, ſi is periit. Latro Martial. 14, 20. Princeps inſidioſiſſimus Plin. Paneg. *extr.* Quies inſidioſa Stat. Silu. 1, 4, 57. Verba Ouid. Epiſt. 20, 210.

INSIDIOSE. Adu. [ἐπιβούλως] *Doloſe fraudulenter.* Cic. Off. 3, 68 Ratio ergo hoc poſtulat, ne quid inſidioſe, ne quid ſimulate, ne quid fallaciter. Sceleratiſſime et inſidioſiſſime tractare aliquem Cic. Q. Frat. 1, 3 *extr.* Inſidioſe ſpem falſam oſtendere Idem pro Roſc. Amer. 110 c. 38.

INSIDIANTER. Adu. *Idem.* Iuſtin. 6, 6, 6 Sed Lacedaemonii ſecuri, inſidianter abſentiam Arcadum ſpeculati, caſtellum eorum expugnant. *Al.* Inſidiantes.

INSIDIĀTOR, ōris. m. [λοχήτης, ἐπίβουλος] *Qui tendit inſidias.* Cic. pro Milon. 19 c. 7 Inſidiatori vero et latroni, quae poteſt afferri iniuſta nex? Nep. 21, 2, 2 Imperii inſidiator. *Idem* 14, 9, 4. Inſidiator viae Cic. in Catil. 2, 27. Fugere inſidiatorem Hor. Serm. 2, 5, 25.

INSIDIĀTRIX, īcis. f. Ammian. 24, 17 Inſidiatrix manus. *Idem* 27, 23.

INSĪDO, is. *mutuatur Praeteritum a* Sedeo, *propter ſignificationis affinitatem*, inſedi, inſeſſum, ĕre. [ἐνιζάνω] *Deorſum ſe immittere.* Virg. Aen. 6, 707 Ac veluti in pratis, vbi apes aeſtate ſerena Floribus inſidunt variis, *etc.* Quinctil. Decl. 13, 4 Non potes imperare apibus tuis, — ne hortorum meorum floribus inſidant. Lucan. 3, 407 Illis et volucres metuunt inſidere ramis. *Sic Burm. qui κυρι-λογίᾳ quadam de auibus dici hoc verbum, obſeruat poſt Heinſium ad* Ouid. Met. 1, 367: *et coniicit* Statio Theb. 3, 387 *etiam* inſidere *olim lectum fuiſſe.* Colum. 2, 2, 22 Inſidat ceruicibus iugum. Pallad. 1, 4, 1 Nullus illi limus inſidat *i. in ea ſubſidat.* Virg. Aen. 1, 719 Interdum gremio fouet (*Cupidinem perſonatum Aſcanium*) inſcia Dido, Inſidat quantus miſerae deus *i. in illam paullatim deſcendat, imasque medullas occupet. Al.* inſideat. *Sed* inſidat *auctoritas librorum et ſententia comprobat.* Quinct. 1, 4, 11 Litera I ſibi inſidit, *i. imponitur, vt duplo longior fiat.* Idem 10, 7, 2 Moras et ſeceſſum et ſilentium quaeret, dum illa verba fabricentur, et memoriae inſidant, et vox et latus praeparetur? Cic. de Orat. 2, 122 c. 28 Nihil quisquam vnquam me audiente egit orator, quod non in memoria mea penitus inſederit. Inſido, Inſedeo, Inſiſto *ſaepe permiſcentur a librariis. Drakenb. ad* Sil. 5, 3. ¶ 2 *Paſſiue.* Stat. Theb. 2, 36 Stat ſublimis apex, ventosque, imbresque ſerenus Deſpicit, et tantum feſſis inſiditur aſtris.

INSĪDENS, entis. Part. [ἐνίζων] Plin. 21, 19 Cauendus in his ſitus celeriter inſidens.

INSIGNIS, e. Adi. [διάσημος, παράσημος] *a Signo deriuatur, quaſi Aliquo* ſigno *ab aliis diſcretus, et ſeparatus.* Feſtus: Inſignes appellantur boues, Qui in femine et in pede album habent, quaſi Inſigniti. Virg. Georg. 3, 56 Nec mihi diſpliceat maculis inſignis, et albo. *Per translationem, Clarus, praeſtans, nobilis: quaſi ob notam aliquam, ſiue bonam ſiue malam conſpiciendus.* Inſignis *enim* (*vt ait* Feſtus) tam ad Laudem, quam ad Vituperationem inflecti poteſt. Cic. de Fin. 3, 25 Is cui contingit, vt iure laudetur, habet inſigne quiddam ad decus et ad gloriam. Idem de Legib. 3 c. 8 Inſignis ad deformitatem puer. Liu. 24 *extr.* Id modo eius anni in Hiſpania inſigne ad memoriam eſt, quod *etc.* Arte inſignis Celſ. 1 praefat. Auro et purpura inſignis Liu. 34, 7. Virg Aen. 4, 134 — oſtroque inſignis et auro Stat ſonipes. Bellis inſignior Claud. in pr. Conſ. Stil. 1, 28. Clade duplici dies inſignis Liu. 6, 1 *extr.* Coma inſignis Suet. Neron. 20, 6. Crinibus inſignis Phoebus Ouid. Amor. 1, 1, 2. Debilitate inſignes Sueton. Calig. c. 26, 9. Facie inſignis Virg. Aen. 9, 583. Facundia inſignis Celſ. 1 praef. Forma inſignis Euryalus Virg. Aen. 5, 295. Genere nequaquam tam inſignes, quam vitiis nobiles Cic. de Petit. Conſ. 10. Monſtris inſignia et prodigioſa corpora Quinct. 1, 1. Notis omnibus turpitudinis inſignis homo Cic. pro Rabir. 24. Idem Att. 1, 9 Pure loquuntur, cum humanitatis ſparſae ſale, tum inſignes amoris Notis. Phaleris inſignis equus Virg. Aen. 5, 310. Pietate vir inſignis Idem ib. 1, 10. Titulis inſignis auorum Lucan. 8, 73. Verſibus inſignem te pudet eſſe meis Propert. 3, 24, 4. Vitiis inſignis Ouid. ex Pont. 4, 13, 14. Camoena inſignis Hor. Carm. 1, 12, 39. Facies inſignis Phaedr. 3, 8. Facta Ouid. Epiſt. 3, 121. Furor inſignis equarum Virg. Georg. 3, 266. Improbitas Cic. de Orat. 2, 273. Impudentia Idem Verr. 4, 66. Idem Fam. 7, 6 Cum aliquo inſigni Indicio meae erga te beneuolentiae. Idem pro Caecin. c. 13 Quid tu tam inſigni accepta Iniuria poſtulabis? Laude inſigni ferre aliquem Virg. Aen. 1, 625. Malefacta Lucret. 3, 1027. Metus Idem 3, 1027. Miſeria Cic. de Orat. 273. Idem Att. 14, 14 (13) Accedit, vt ne in ipſum quidem Clodium, meum inſigne Odium fuerit vnquam. Opera Phaedr. 1, 11. Paucitas Iuſtin. 13, 7, 4. Periurium inſigne atque illuſtre Cic. de Aruſp. Reſp. 36. Res inſignis ad memoriam crudelitatis Idem pro Domo 43. In Re tam inſigni tamque atroci Id. pro Caecin. 37. Idem de Orat. 2, 259 Hoc inſigni aliqua et nota Re notari volo. Cic. de Fin. 2 c. 22 Cuius quantum Studium, et quam inſigne fuerit erga me temporibus illis, quae nota ſunt omnibus, ſcire neceſſe eſt vtrumque veſtrum. Temeritas Idem Acad. 1, 44. Id. de Amic. 102 c. 27 Virtutem enim ſemper amaui illius viri, quae exſtincta non eſt: nec mihi ſoli verſatur ante oculos, qui illam ſemper in manibus habui, ſed etiam poſteris erit clara et inſignis. Viſus inſignis et illuſtris Cic. de N. D. 1, 12. Idem Q. Frat. 1, 1 Caueamus quantum efficere et conſequi poſſumus, vt ne quod in nobis inſigne Vitium fuiſſe dicatur. Inſigne, *pro Facinore aliquo inſigni, magno et nobili.* Ter. Eun. 5, 6, 31 Nam iam diu cauſam quaerebat ſenex quamobrem inſigne aliquid faceret. *Compar.* Inſignior contumelia Liu. 4, 4 Inſigniora monumenta vetuſtatis. *Idem* 10, 15. *Superl.* Inſigniſſimum ſpectaculum, *ſ. rectius*, inſigniſſimis (*viris*) ſpectaculum Tertull. de Spect. c. 12 *pr.* Inſigniſſima religio Idem Apol. c. 21 *pr.*

INSIGNE, is. n. [παράσημον, σύμβολον] *Notam et ſignum ſignificat.* Plin. 7, 19 Sed haec parua naturae inſignia in multis varie cognoſcuntur, vt in Antonia Druſi nunquam exſpuiſſe, in Pomponio — nunquam ructaſſe. Clementiae inſigne Caeſari proprium et peculiare Plin. 7, 25. Familiarum Sueton. Cal. c. 35 *i. cognomina.* Morbi inſignia faſciolae, cubital, focalia Hor. Serm. 2, 3, 254. Inſignia virtutis multi ſine virtute aſſecuti ſunt Cic. Fam. 3, 13. Caeſ. B. G. 2, 20 Vexillum proponendum, quod erat inſigne, quum ad arma concurri oporteret. Cic. de Orat. 3, 133 c. 33 Meminerant illi S. Aelium — transuerſo ambulantem foro, quod erat inſigne, eum qui id faceret, facere ciuibus omnibus conſilii ſui copiam. Idem Acad. 4, 36 c. 11 Quomodo — confidere ſibi poterunt? Vt enim confidant, notum his eſſe debebit inſigne veri. *Vulgo hodie* criterium *vocant. Nempe* inſigne *eſt quidquid hanc vim habet, vt aliquid agnoſci facile et dignoſci poſſit.* Cic. Att. 1, 3 Minerua ſingulare eſt inſigne eius Gymnaſii. Stellae aureae, inſignia Caſtoris et Pollucis Idem de Diu. 1, 75 c. 34. Idem in Piſon. 73 c. 30 Pacis eſt inſigne et otii toga, contra autem arma tumultus atque belli. Cic. Verr. 1, 152 c. 58 *de bulla puerili*, Quod ornamentum pueritiae pater dederat, indicium atque inſigne fortunae. *Huc alludens* Cic. contra Rull. 1, 6 c. 2 His inſignibus atque infulis imperii venditis, quibus ornatam vobis maiores veſtri Remp. tradiderunt. *de agris publicis.* Cic. ad Q. Frat. 1, 1, 10 c. 4 Maiora praeferant faſces illi ac ſecures dignitatis inſignia, quam poteſtatis. *Et* pro Sext. 17 c. 7 Qui ad delendum ſenatum — ſe illis faſcibus caeterisque inſignibus ſummi honoris atque imperii ornatos eſſe arbitrabantur. Virg. Aen. 2, 389 Mutemus clipeos, Danaumque inſignia nobis Aptemus. Cic. Fam. 3, 13 Inſignia enim virtutis multi etiam ſine virtute aſſecuti ſunt. *De his* Cic. pro Sulla 26 c. 9 Sibi haberent honores, ſibi imperia, ſibi prouincias, ſibi triumphos, ſibi alia praeclarae laudis inſignia. Salluſt. in Catil. c. 36 *pr.* Cum faſcibus atque aliis imperii inſignibus ad Manlium in caſtra tendit. *Imperatores bene meritis* inſignia *tribuebant* magiſtratuum. Tacitus Ann. 11, 38 *extr.* Decreta Narciſſo Quaeſtoria inſignia a Claudio Caeſare. Ab eodem inſignia Praeturae Criſpino decreta fuerunt *ib. 4 extr.* *Contra ea* Cic. pro Sulla 88 c. 31 Domus erit, credo, exornata: aperientur maiorum imagines: ipſe ornatum et veſtitum recuperabit? Omnia haec amiſſa ſunt, omnia generis nominis, honoris inſignia atque ornamenta, vnius iudicii calamitate occiderunt. *Ambitus damnatus fuerat.* Cic. de Nat. Deor. 2, 100 c. 36 Cum ipſum mundum, cum eius membra, caelum, terras, maria, cumque horum inſignia, ſolem, lunam, ſtellasque vidiſſent. *Sed* inſignia *poteſt ad* membra *referri.* Belli ſuperbum inſigne roſtrata corona Virg. Aen. 8, 683. Capitis ſummi praeclarum inſigne Lucret. 5, 1137. Moeroris inſignia Cic. in Piſon. 18 *veſtis mutata.* Vittae tenues inſigne pudoris Ouid. de Arte Am. 1, 181. Ennius *apud* Macrob. 6, 1 Inde volans ſecum abſtulit haſta Inſigne, *etc. i. criſtam in cono galeae.* Cic. pro Sext. 57 c. 26 Rex ſedens cum purpura et ſceptro et illis inſignibus regiis. *Add.* 58. Idem Philipp. 3, 12 Eſſet enim ipſi certe ſtatim ſeruiendum, ſi Caeſar ab eo regni inſigne accipere voluiſſet. *Conf.* Virg. Aen. 8, 506. Liu. 2, 7 Inſignia imperii *populo ſubmiſſa, i. faſces.* Barbara inſignia Ouid. ex Pont. 3, 4, 109. Decorum inſigne Virg. Aen. 2, 392. Regium Tac. Ann. 2, 56. Liu. 24, 5 Qui Hieronem — nec veſtis habitu, nec alio vllo inſigni differentes a caeteris ciuibus vidiſſent, conſpexere purpuram ac diadema, ac ſatellites armatos; quadrigisque etiam alborum equorum interdum ex regia procedentem. Inſignia, *item ſunt Nauium ſymbola, ſeu Picturae in prora.* Caeſ. B. C. 2, 4 Conſpicataeque naues triremes duae nauem D. Bruti, quae ex inſigni facile agnoſci poterat. *Conf.* Tac. Ann. 6, 34, 4. *Apud* Plautum *etiam Effoſſus oculus* Inſigne *vocatur, quippe quo aliquis internoſcitur* Curc. 3, 30. *Etiam* inſigne *dicitur, quodcunque eminet, et conſpicuum eſt maxime.* Cic. Orat. 134 c. 39 *de figuris*, Eadem eſt ratio horum, quae ſunt orationis lumina, et quodam modo inſignia.

INSIGNARIVS, i. m. Gloſſ. Gr. Lat. ὁπλοπάροχος, Inſignarius, armiger.

INSIGNIO, īui, ītum, īre. [ἐνσημαίνω, ἐπισημαίνομαι, σφραγίζω, ἐπισφραγίζω] *Signis notare, vel diſtinguere.* Auctor ad Herenn. 3, 37 c. 22 *de imagine memoriae cauſa effecta*, Si qua re deformabimus, vt ſi cruentam, aut coeno oblitam, aut rubrica delibutam inducamus, quo magis inſignita ſit forma. Auro inſignibat clipeum Io Virg. Aen. 7, 790. Inſignire aliquem, *i. Clarum facere* Plin. Epiſt. 8, 22. Illud temperantius non excerpere ſe, nec inſigniri, nec miſceri omnibus Sen. Epiſt. 18. Tac. Ann. 16, 13, 1 Tot facinoribus foedum annum etiam DI tempeſtatibus et morbis inſigniuere. Cum omnis annus funeribus et cladibus inſigniretur Idem Agric. 41, 3.

INSIGNĪTVS, a, um. Part. [ἐπίσημος] Quaedam confirmatio inſignita atque impreſſa intelligentia Cic. Top. c. 5. Idem de Diu. 1, 64 Sed tribus modis cenſet deorum appulſu homines ſomniare: vno, *etc.* Altero quod plenus aër ſit immortalium animorum, in quibus tanquam inſignitae notae veritatis appareant. Inſignitos pueros parere Plaut. Fragm. Part. 1, 128 *i. prauis notis deformes. Compar.* Tac. Ann. 4, 51, 2 His partae victoriae ſpes, etſi cedant, inſignitius flagitium. Capito inſignitior infamia fuit Idem ib. 3, 70, 4. Ignominia inſignitior Liu. 7, 15. ¶ 2 *Subſtantiue.* Plin. 27, 4 Oculorum vitia omnia ſanari ea conuenit, priuatim prurigines et ſcabiem genarum: item inſignita ac liuida, illita cum melle. *Add. Ibidem* c. 12.

INSIGNĬTER. Adu. [διασήμως] *Praeter caetera ſui generis, cum eminentia.* Plaut. Caſ. 5, 4, 31 Mihi quidem edepol, inſigniter facta eſt magna iniuria. Cic. de Orat. 2, 349 Nec improbum notari, ac vituperari ſine vitiorum cognitione, ſatis inſigniter atque aſpere poſſe. Idem in Partit. 80 Parentibus, amicis, hoſpitibus praecipue atque inſigniter diligendis. Idem Philipp. 3, 10 c. 4 Quis autem rex vnquam fuit tam inſigniter impudens? Inſigniter exſultans Apul. Met. 8 *pr.* ſ. p. 201, 35. Congruentiſſima voce inſigniter acclamant Id. Apol. p. 320, 31. Inſigniter clarus Iuſtin. 7, 2, 13. *Compar.* Nep. 17, 3, 2 Inſignius ornari. Paull. Nolan. 24 de Natal. 9 S. Felic. 144 Me tamen vberius decet atque inſignius iſto Exſultare die.

INSIGNĪTE. Adu. [παρασήμως] *Idem.* Plaut. Men. 5, 7, 19 Neu ſinas in me inſignite fieri tantam iniuriam. Idem Rud. 3, 2, 29 Immo hercle inſignite inique. Inſignite improbus, *pro Inſigniter, et cum quadam exſuperantia aliorum improbitatis.* Cic. pro Quint. 73 c. 23 Neque tamen quisquam inuentus eſt tam inſignite improbus, qui, *etc.* *Comparat.* Liu. 8, 15 Quo inſignitius omiſſa res Aemylio ſuperioris anni Conſuli exprobraretur. *Sigonius dicit in vetuſtis libris legi,* Inſignius.

INSIGNĪTOR, ōris. m. Auguſtin. de Ciu. Dei 21, 4 Aurifices inſignitores gemmarum.

INSIGNO, āre. Gloſſ. ἐγχαράττειν Inſignare, inciſare. Schol. Iuuen. 10, 55 Genua incerare deorum *interpretatur*, Inſignis inſignare, vota facere. *Vid.* INCERO.

INSĬLE, is. n. *Ab* Inſiliendo; *Inſtrumentum textorium.* Lucret. 5, 1351

Textile poſt ferrum 'ſt, quia ferro tela paratur:
Nec ratione alia poſſunt tam laeuia gigni
Inſilia, ac fuſi, radii, ſcapique ſonantes.

Vbi interpres antiquus, Inſilia, ſunt, vt arbitror, Suſpendicula, ſeu mauis appellare Perpendicula, quae telam examinant demiſſam. Inſilia

ſilia dicta, quoniam Applauſa pectine tela, reſultant et ſubſiliunt (*haec conueniunt antiquae rationi, ad perpendiculum ſuſpenſa tela: ſed addunt*) Sunt qui Inſtrumentum ligneum pedibus textricis ſuppoſitum intelligant: cuius duo complanata ligneola reſurgunt alternis, et reſident, licia telae contrahi et aperiri cogentes. *Haec intelligi poſſent, vt factum a Giſanio et Martinio etiam, de illis, quae* Scamilla *vulgo vocant, lignis transuerſis, a tela dependentibus, quae dum calcat texens, diſtrahit alternatim fila ſtaminis, vt traiici radii ope ſubtemen poſſit: modo telam ad horizontem extenſam conſtaret, non ſuſpenſam ad perpendiculum. Huc reſpiciens forte Iſ. Voſſ. legit* Enſilia, *Obſeru. ad* Catul. p. 249. Enſilia *haec fuerint forte a forma et ſimilitudine qualicunque* enſis *appellata, et conueniant cum* arundine, *de qua* Ouid. Met. 6, 55 Stamen ſecernit arundo, *quo facto* Inſeritur medium radiis ſubtemen acutis. *Lambinus huc aduocauit* Inſubulos, *quos in textrini inſtrumento ſic memorat* Iſid. 19, 29 Inſubuli quia infra et ſupra ſunt, vel quia inſubulantur. *Enumeratio reliqui apparatus docet*, inſubulos, *vel* inſubula, inſublaue (*quibus opus eſt Lambino ob ſecundam longam*) *eſſe eam rem, de qua hic agimus, cuius ope fila ſtaminis nunc hoc nunc alio modo diſtrahi, transmittique poſſet ſubtemen. Epitheton* lenia *etiam huc magis quam ad* ſcamilla *pedibus* inſilienda *conuenit, etc. Quae contra ſyllabam, ſi longam moneri poſſunt, illa euaneſcent, ſi legas* enſilia *per tres ſyllabas.*

INSĬLIO, ui *vel* īui *vel* ii, ultum, īre. [ἐπιπηδάω, εἰσάλλομαι, ἐνάλλομαι] *Salire cum notatione loci quo ſalitur.* Plaut. Rud. 2, 3, 26 E naui timidae ambae in ſcapham inſiluimus, quia videmus, *etc.* Lucan. 3, 621 Inſiluit ſolo nociturus pondere puppi. *Al.* Puppim. Tergo alicuius inſilire Ouid. Met. 12, 345. Vndis inſilit Idem ib. 8, 142. Inſilire in equum Liu. 6, 7. *et* 8 . . In cruciatum Plaut. Mil. 2, 3, 8. Saltu Plin. 8, 16. Supra lignum Phaedr. 1, 3, 20. Suet. Claud. c. 21 Qui feros tauros per ſpatia Circi agunt, inſiliuntque defeſſos. Quinqueremem ex ſcapha Iuſtin. 25, 4, 8.

INSVLTVRA, ae. f. [ἐπιπήδησις] Plaut. Mil. 2, 3, 9 Tu ſali ſolus: nam ego iſtam inſulturam, et deſulturam nihil moror.

INSVLTO, āre. [ἐπιπηδῶμαι, ἐπεμβαίνω] *Frequent. a* Salio, *quaſi Saepius et cum impetu ſubire: et modo Datiuo, modo Accuſatiuo iungitur.* Virg. Georg. 3, 116 — Equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo, et greſſus glomerare ſuperbos. Floribus inſultant haedi Virg. Georg. 4, 11. Iacenti inſultare Ouid. Triſt. 2, 571. Inſultare malis, rebusque aegreſcere laetis Stat. Theb. 2, 18. Alicui, *pro Irridere, et contumelioſius in aliquem aut dicere aliquid, aut facere.* Sueton. Caeſ. c. 22. Cic. Verr. 5, 131 c. 50 Num tibi in calamitate inſultare, *etc.* Virg. Aen. 8, 570

— Neque finitimo Mezentius vnquam
Huic capiti inſultans, tot ferro ſaeua dediſſet
Funera.

Inueniam, quae — Nec mihi tam duris inſultet moribus Propert. 2, 4, 7. *Laudatur ex* Salluſt. . . Multos a pueritia bonos inſultauerat, *pro vſitatiore* bonis. *Sed ſic etiam proprie* Ter. Eun. 2, 2, 54 Sine biduum hoc praetereat, qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus: nae tu iſtas faxo calcibus ſaepe inſultabis fruſtra. Tacit. Ann. 4, 59 Qui nunc patientiam ſenis, et ſegnitiam iuuenis iuxta inſultet. Inſultare in omnes *ſolebat Epicurus*, ſine acumine vllo, ſine auctoritate Cic. de Nat. Deor. 2, 74. Abſolute *ſine caſu* Virg. Aen. 10, 20. Cernis, vt inſultent Rutuli? *i. Per cauillationem irrideant, vt* Seruius *interpretatur.* Liu. 6, 23 Etiam minime toleranda ſuperbia inſultat.

INSVLTANS, antis. Part. [ἐπεμβαίνων] Fremit aequore toto inſultans ſonipes Virg. Aen. 11, 600. *Idem* 2, 329. *et* 8, 570. Equis inſultans Lucret. 3, 1045. *Sic enim legendum eſt cum plerisque libris; non cum Lambino*, Aquis.

INSVLTATIO, ōnis. f. Quinct. 8, 5 Non tam probatio, quam extrema quaſi inſultatio. *Idem* Trib. Mar. Decl. c. 10.

INSVLTATORIVS, a, um. Adi. Tertull. *aduerſ.* Marc. 5, 10 *extr.*

INSVLTATORIE. Adu. Sidon. Epiſt. 1, 7 *pr.*

INSVLTABVNDVS, a, um. Adi. Auguſt. Epiſt. ad Caſul. 86.

INSIMILIS, e. Adi. Diſſimilis. Feſtus.

INSĬMVL. Adu. [ἅμα] *Significat Vna.* Stat. Silu. 1, 6, 36 Et gentes alis inſimul togatas. Flor. 2, 20, 1 Tota inſimul regna veniebant. Idem praef. n. 3 Pariter atque inſimul magnitudinem populi oſtendere.

INSIMVLO, āre. [ὑποκρίνω, ἐπισκήπτομαι] *Simulo et fingo aliquid contra alium.* Feſtus, Inſimulare, Crimen in aliquem confingere. Cic. Verr. 2, 59 c. 24 Inſimulant hominem fraudandi cauſa diſceſſiſſe. Idem pro Sulla 17 Sullam interea nemo inſimulauit, nemo nominauit. Ter. Heaut. 1, 2, 30 Quod illum inſimulant durum, id non eſt. Auaritiae aliquem Idem Phorm. 2, 3, 12. Cic. Verr. 1, 128 c. 49 Dicit rem incredibilem Verrem inſimulat Auaritiae et Audaciae. *Ironia eſt.* Cupiditatis Idem ib. 4, 33. Flagitii Idem Att. 10, 19 (17.) Fraudis Liu. 34, . . . Peccati ſe inſimulant, qui in luctu ſunt, quod dolere intermiſerint Cic. Tuſc. 3, 64 c. 27. Probri Idem Philipp. 2, 99. *et* Plaut. Amph. 1, 2, 15. Proditionis Caeſ. Bell. Gall. 7, 20. Repetundarum inſimulari Quinct. 4, 2. Veneficii Tac. Ann. 4, 54, 4. Criminationibus falſis Vell. 2, 77, 3. Crimine inſimulari Liu. 24, . . . *it.* 6, 16. Criminibus falſis inſimulaſſe virum Ouid. Epiſt. 6, 22. Facinus inſimulare aliquem Plaut. Amph. 2, 2, 188. Nimis ecaſtor facinus mirum eſt, qui illi collibitum ſiet meo viro, me inſimulare falſum facinus tam malum Idem 229. Aperte inſimulare Cic. pro Cluent. 180 c. 64 *de accuſatione non falſa aut ficta, ſed ſuſpicioſa, et vt res docuit vera. Itaque alias additur* Falſo, *vt* Cic. Verr. 5, 107 c. 41 Non enim poſſum quemquam inſimulare falſo. ¶ 2 Pro *ſimplici ſimulare poni dicitur apud* Cic. de Offic. 3, 98 c. 26 Furere inſimulauit, ne coiret *ex Poëta, de Vlyſſe. Sed* aſſimulauit *editur. Multo minus huc conuenit, quod ex* Verr. 2, 59 *ſtatim initio dedimus* Inſimulant hominem fraudandi cauſa diſceſſiſſe. *Eſt enim ibi manifeſte idem, quod accuſent.*

INSIMVLATVS, a, um. Part. Cic. Verr. 3, c. 7 Villicus impulſu tuo inſimulatus. *Conf.* Salluſt. Fragm. c. 13. *et* Caeſ. B. G. 7, 20. *et* Suet. Vitell. c. 6, 2.

INSIMVLATIO, ōnis. f. [ἐπίσκηψις] Cic. Verr. 3 c. 9 Primum inſimulatio eſt repentina, capitalis, atque inuidioſi criminis. Idem pro Font. 22 c. 13 In falſam atque iniquam probrorum inſimulationem vocabatur.

INSIMVLATOR, ōris. m. Apul. Apol. p. 293 Piſcium inſimulator, *i. Magiae, quae ex piſcibus eſt, accuſator.* Pacat. Paneg. Theod. c. 43 Te purgare eodem teſte, quo inſimulatore voluiſſes.

INSINCĒRVS, a, um. Adi. Cruor inſincerus Virg. Georg. 4, 285. Acies, *ſcil. Oculorum* Prudent. Hamart. 4. Protagoras inſincerus philoſophus Gell. 5, 3. *i. Captioſus, fallax.*

INSINVO, āre. [ἐγκολπίζομαι, εἰσδύομαι, παρεισάγω] *In ſinum immittere.* Propert. 3, 7, 28 Quum tibi — omni Tempore tam faciles inſinuentur opes *i. velut in ſinum tuum confluant.* Siſenna Hiſtor. 4 *apud* Non. 1, 287 Agmen perturbatum pedites inſinuant, ac loco commouent. *Hic* inſinuant *videtur ſignificare cedere cogunt, vt ſinus et cauum quiddam fiat, quo loco fuerat linea recta. Paullo aliter* Caeſ. B. G. 4, 33 *de eſſedariis*, Cum ſe inter equitum turmas inſinuauere, ex eſſedis deſiliunt, et pedites praeliantur. Sol aeſtum inſinuat per ſepta domorum Lucret. 6, 859. Cic. ad Brut. 16 Ne defatigere, neu diffidas ſemper in praeſentibus malis prohibendis: futura quoque, niſi ante ſit occurſum, explores, ne ſe inſinuent. Dolorem oculis quae gignunt inſinuando Lucret. 4, 332. Inſinuare aliquem alteri Suet. de Clar. Gramm. c. 21. Aliquem animo alterius Plin. in Paneg. c. 62. Terris ratem Auien. Arat. v. 31. Cic. de Amic. 99 Callidus ille et occultus ne ſe inſinuet, ſtudioſe cauendum eſt. *De aſſentatore loquitur.* Idem pro Caecin. 13 c. 5 Aebutius — qui ſe eius in familiaritatem inſinuaſſet hac ratione, vt cum aliquo ſuo compendio negotia mulieris. — ſuſciperet. Plaut. Mil. 2, 1, 27 Miles inſinuat ſeſe ad amicam heri mei, Occepit matri eius ſuppalparier, *etc. Etiam omittitur Pronomen* Se. Cic. de Orat. 1, 90 c. 20 Idque cum argumentis docuerat, quod ita nati eſſemus, vt et blandiri et ſuppliciter inſinuare iis, a quibus eſſet petendum, et aduerſarios minaciter terrere poſſemus, et rem geſtam exponere, *etc.* Idem Verr. 3, 157 Videtis, vt moueat Apronium, quibus rebus ac muneribus inſinuet in familiaritatem Metelli? Plaut. Ciſtel. 1, 1, 94 Inde in amicitiam inſinuauit cum matre, et mecum ſimul. *Tertio ante verſu dixerat*, Obſecro quo is homo inſinuauit pacto ad te? Cic. Fam. 4, 13 Nam et complectar eius familiariſſimos, qui me admodum diligunt, multumque mecum ſunt, et in ipſius Conſuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clauſit, inſinuabo. Idem de Orat. 2, 149 Deinde vt in iis locis, quos proponam paullo poſt, peruoluatur animus, vt ſe penitus inſinuet in Cauſam, vt ſit cura et cogitatione intentus. *i. Vt interiora cauſae perſpiciat, pernoſcatque.* Liu. 40, 21 *extr.* In praeſentia dat ei, vt per omne obſequium inſinuaret ſe in quam maxime Familiarem vſum, vt elicere omnia arcana, *etc.* poſſet. Cic. Tuſc. 5, 34 Etſi Zeno Citticus aduena quidam, et ignobilis verborum opifex, inſinuaſſe ſe in antiquam Philoſophiam videtur. Idem de L. Agr. 2, 12 c. 5 Quum familiariter me in eorum Sermonem inſinuarem, ac darem, celabar, excludebar. Inſinuauerat Suſpicio animis Liu. 40, 37 *i. Subierat animos.* Inſinuat, pro Inſinuatur: Virg. Aen. 2, 229 Tum vero tremefacta nouus per pectora cunctis Inſinuat pauor: Seruius.

INSINVANS, antis. Partic. Varro L. L. 4, 10 Venit diuinitus pullis inſinuans ſe ipſa anima.

INSINVATVS, a, um. Part. Suet. Oth. c. 2 Per hanc inſinuatus Neroni. Idem in Vita Hor. 3 Deinde Auguſto inſinuatus. Id. Calig. c. 12, 4. Inſinuatis manibus Apul. Met. 9 p. 219, 21 *pro In ſinum compreſſis, geſtus otioſorum. Vid. Pric. ad* Apul. p. 485.

INSINVATIO, ōnis. f. [παρεγγυή, ἔφοδος] *Pars orationis, i.* Callidus et ſubtilis aditus ad perſuadendum, *vt ait* Seruius *in* Aen. 11, 410. Cic. de Inuent. 1, 20 c. 15 Inſinuatio eſt oratio quadam diſſimulatione et circuitione obſcure ſubiens auditoris animum. *Vid.* Quinct. 4, 1, 42.

INSINVĀTOR, ōris. m. Arnob. 1. Tertull. ad Nat. 2, 1.

INSINVĀTRIX, īcis. f. Auguſtin. Epiſt. 135 Epiſtola rei nouae inſinuatrix.

INSĬPO, āre. [ἐπιπάσσω] Feſtus: Inſipare iniicere, vnde fit diſſipare. *Et* Inſipere Farinam iacere pultis. Pultis *recte, puto, editur. Al.* pullis. *Certe* Cato de R. R. 85 Pultem Punicam ſic coquito — Ita inſipito in aulam (*ollam*) nouam. Varro L. L. 4, 22 p. 27, 23 De victu antiquiſſima Puls, appellata — quod ita ſonet cum aqua feruenti inſipitur. *Eſt igitur proprium hoc verbum in pulte. Quid ſi huc etiam pertinet, ſed aliquantum corruptum eſt illud* Non. 10, 3 ex Pomponio, Facite, vt ignis feruat, ligna inſtipite (*al.* inſipite) far concidite. *Lubenter* inſipite *ad* far *retulerim. Sed hoc hariolari eſt.*

INSIPĬDVS, a, um. Adi. *Sine ſapore.* Firmic. 2, 12 Sapor ſalſus et inſipidus. Paull. Nolan. Epiſt. 39 n. 4 Vltra betam incoctam inſipidi. *Compar.* Gell. 6, 1 *ex Chryſippo.* Nihil eſt prorſus, inquit, inſipidius, qui opinantur bona eſſe potuiſſe, ſi non eſſent itidem mala.

INSIPIENS, entis. Adi. [ἄφρων] Sapienti *contrarium.* Cic. de Fin. 2, 50 c. 15 Quid turpius quam ſapientis vitam ex inſipientium ſermone pendere? Idem de Amic. 54 c. 15 Neque quidquam fortunato inſipiente intolerabilius fieri poteſt. O Saeclum inſipiens et inficetum Catull. 41, 8. *Compar.* Inſipientior Cic. de Diu. 2 c. 23 *extr.* *Superl.* Inſipientiſſimus Sen. Nat. Quaeſt. 2, 59.

INSIPIENTIA, ae. f. [ἀφροσύνη, ἀφραδία] *Imprudentia, dementia.* Plaut. Amph. prol. 36 Iuſta autem ab iniuſtis petere, inſipientia eſt.

INSIPIENTER. Adu. [ἀβούλως] *Imprudenter.* Cic. de Sen. 68 c. 19 At ſperat adoleſcens diu ſe victurum, quod ſperare idem ſenex non poteſt, inſipienter ſperat, qui enim, *etc.* Lactant. 1, 22.

INSISTO, ĭti, ĭtum, ĕre. [ἐπιμένω, ἐφίσταμαι] *Stare, incipere, cum notatione loci.* Plaut. Amphit. 5, 1, 11. Vbi quisque inſtiterat; concidit. Tum omnino ne mouentur quidem, (*ſtellae*) ſed ad quoddam tempus inſiſtunt Cic. de N. D. 2 c. 20. Plin. 34, 8 Proprium eiusdem, vt vno crure inſiſterent ſigna, excogitaſſe, vt ait Varro *De ſtatuis.* Ramis tremulis inſiſtens Sil. 7, 671. Cic. Acad. 4, 94 Sin autem vsque ad nouem, verbi gratia, ſine dubitatione reſpondes pauca eſſe, in decimo inſiſtis, *etc.* Inſiſtere digitis Plin. 10, 47. Haſtae, *i. Inniti* Aur. Vict. de Viris Illuſt. c. 27 *extr.* Virg. Aen. 11, 573 Vtque pedum primis infans veſtigia plantis Inſtiterat, iaculo palmas onerauit acuto, *etc. Et* Aen. 6, 563 Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen. ¶ 2 *Vſus Metaphoricus late patet. V. g. Obfirmare animum ſignificat* Ter. Hec. 5, 5, 34 Verum vide ne impulſus ira, praue inſiſtas. *Cohaerere:* Quinct. 8, 5 Vnde ſoluta fere oratio e ſingulis non membris, ſed fruſtis collata, ſtructura caret: quum illa rotunda, et vndique circumciſa inſiſtere inuicem nequeant. Cic. Verr. 3, 172 Quot vultis eſſe in vno furto peccatorum gradus? vt ſi ſingulis inſiſtere velim, progredi iſte

non poſſet. Cic. in Orat. 221 c. 66 Saepe accidit, vt aut citius inſiſtendum ſit, aut longius procedendum. Ne inſiſtas credere huic, *h. e. Ne verbis illius pergas credere.* Plaut. Capt. 3, 4, 53. *Conf.* Gell. 5, 10. *et* Cic. Fam. 10, 16. *et* de Orat. 3 c. 1. *Vrgere, perſeuerare; Grauiter laborare, donec quid ſit abſolutum.* Caeſ. B. G. 3, 14 Neque ſatis Bruto, qui claſſi praeerat, vel Tribunis militum, Centurionibusque, quibus ſingulae naues erant attributae, conſtabat, quid agerent, qua ratione pugnae inſiſterent. *Alii legunt,* Aut quam rationem pugnae inſiſterent. Ter. Phorm. 1, 4, 15 Aut qua quaerere inſiſtam via? Celſ. Praef. *extr.* Ob quae competit illa quidem non oportere negligere, ſed iis quoque inſiſtere. Columel. 3, 10 Nec ego abnuerim in hoc me inſtitiſſe argumentari. Inſiſtere curae rerum Plin. 28, 1. Rebus illuſtribus Cic. Acad. 4 c. 29. Rebus magnis Tibull. 4, 1, 135. In re aliqua Quinct. 3, 6. Cic. pro Sext. 141 Tum in tanta gloria inſiſtentes, vt eis omnia humana leuiora videri debeant, *etc.* Caeſ. B. G. 6, 5 Hac parte Galliae pacata, totus et mente et animo in bellum Treuerorum et Ambiorigis inſiſtit. Cic. de Orat. 3, 374 Quonam igitur modo tantum Munus inſiſtemus, vt arbitremur, *etc. i. Inſtituemus.* Negotium aliquod, *Perſequi* Plaut. Mil. 3, 3, 55. Parti diſciplinae inſiſtere Scribon. Ep. Cic. Verr. 4, 110 Inſiſtebat in manu Cereris dextra ſimulacrum pulcherrime factum Victoriae. *i. Erat.* Spei Tac. Hiſt. 2, 46. Studiis ſuo nixu Quinct. 1, 12. Cic. de Orat. 3, 39 c. 9 Quibus Veſtigiis primum inſtiti, in iis fere ſoleo perorare. Veſtigiis alienis, *i. Inhaerere, et ſequi aliena veſtigia* Quinctil. in Prooem. 3. Veſtigiis laudum ſuarum Liu. 5, 30. Cic. de Orat. 3, 6 Veſtigium illud ipſum, in quo ille poſtremum inſtitiſſet. Viam *et* iter, *Proficiſci et ambulare* Plaut. Mil. 3, 1, 195. Ter. Eun. 2, 3, 3 Vbi quaeram? vbi inueſtigem? quem perconter? quam inſiſtam viam? Qua quaerere inſiſtam via Idem Phorm. 1, 4, 15. Viam agendi aliquid Virg. Georg. 3, 164. Cic. pro Cael. 41 Et interdum multas Vias adoleſcentiae lubricas oſtendit, quibus illa inſiſtere, aut ingredi ſine caſu aliquo aut prolapſione vix poſſet.

INSISTENS, entis. Part. Cic. de Diu. 2, 128 c. 62 Naturam dico, qua nunquam animus inſiſtens motu carere poteſt.

INSTITIO, ōnis. f. *Progreſſioni opponitur.* Cic. Tuſc. 1, 62 c. 26 Aut qui errantium ſtellarum curſus, progreſſiones, inſtitiones notauit? *Sic legendum oſtendit Manutius. Libri enim omnes legunt* Inſtitutiones. *Vocat enim* Cicero Stellarum inſtitiones, *Quum omnino non mouentur, ſed ad quoddam tempus inſiſtunt, ſiue conſiſtunt: vt* de N. D. 2, 54 Iisdemque ſpatiis hae ſtellae, quas vagas dicimus, circum terram feruntur, eodemque modo oriuntur et occidunt: quarum motus tum incitantur, tum retardantur, ſaepe etiam inſiſtunt.

INSITIO, INSITICIVS, INSITVM, INSITIVVS, *vid.* **INSERO**, ſui.

INSOCIABĬLIS, e. Adi. [ἀκοινώνητος] *Quod coniungi non poteſt.* Plin. 16, 43 Quaedam, et inter ſe et cum aliis inſociabilia glutino, ſicut robur: ſed nec fere cohaerent, niſi ſimilia natura. Gens indomita et inſociabilis Liu. 37, 1. Idem 27, 39. Regnum inſociabile, *quod ſocium ferre non poteſt.* Tac. Ann. 13, 17, 1. Inſociabilis omnibus Liu. 27, 39.

INSOLABILIS, e. Adi. Paullini *eſſe dicitur.*

INSOLABĬLITER. Adu. [ἀπαραμυθήτως] Hor. Epiſt. 1, 14, 7 Fratrem moerentis rapto et de fratre dolentis Inſolabiliter.

INSOLATIO, INSOLATVS, *vid.* **INSOLO**.

INSOLENS, entis. Adi. [ἀηθής] Inſuetus, qui id, de quo dicitur, facere non ſoleat Donatus *ad* Ter. Andr. 5, 4, 4 Quid tu Athenas inſolens? *Addit locum* Salluſtii, Inſolens vera accipiendi. Ignarus et inſolens Cic. de Orat. 1, 207 c. 48. Inſolens verbum, *Quo non vtuntur Latini auctores.* Caeſar *apud* Gell. 1, 10 Vt tanquam ſcopulum fugias inauditum, atque inſolens verbum. *Sic* Quinctil. 4, 58. Cic. de Orat. 1, 207 Deprehenſum equidem me, inquit Antonius, plane video atque ſentio, non ſolum quod ea requiruntur a me, quorum ſum ignarus atque inſolens, *etc.* Artium malarum inſolens animus Salluſt. Catil. 3. Bellorum inſolens Tacit. Hiſt. 1, 87. Caeſ. B. C. 2, 36. Colendi ruris Gell. 19, 12. Contumeliae animus inſolens Tacit. Hiſt. 2, 88, 3. *Et* Apul. Apol. 275, 23 Laudis aſſuetudine quanto Contumeliae inſolens, multo tanto ex animo laborat. Cic. Att. 2, 21 Itaque ille amicus noſter inſolens Infamiae, ſemper in laude verſatus. *Vbi* interpres, *i. Inſolitus infamiam audire.* Obſequii inſolens Tacit. Hiſt. 3, 53, 1. Parendi ſalubribus conſiliis inſolens Sulpic. Seu. Hiſt. 2, 4. ¶ 2 Inſolens, [ἀλαζών] *Arrogans, intemperans, qui modum et rationem excedit, immodeſtus, immodicus, immoderatus.* Donatus *in* Ter. Andr. 5, 4 *pr.* Inſolens, et Arrogans intelligitur: Qui praeter legem agit humanam et naturalem, Inſolens dicitur. Cic. pro Marcell. 9 c. 3 In victoria, quae natura inſolens et ſuperba eſt. Idem de Senect. c. 10 *de Neſtore,* Nec erat ei verendum, ne vera de ſe praedicans, nimis videretur aut inſolens, aut loquax. Achilles inſolens, *vid.* **ACHILLES**. Exercitus Hor. Carm. 1, 16, 21. Faſtidium Cic. de Fin. 1, 10. Hoſtis Hirt. B. Alex. 8. Laetitia Hor. Carm. 2, 3, 3. Ludus Idem ibid. 3, 29, 50. Oſtentatio Cic. in Parad. 6. Idem pro Roſc. Amer. 23 Qui in ſua re fuiſſet egentiſſimus, erat (vt fit) inſolens in aliena, *etc.* Hirt. B. Alex. c. 8 Hi praecipue in victoria inſolentes. *Compar.* Caeſ. B. G. 8, 13 Secundis nimiisque rebus inſolentiores. Sen. Suaſ. 9 Nihil inſolentius nouitio diuite. *Superl.* Cic. Fam. 8, 12. Suet. Veſpaſ. 15, 2 Homines inſolentiſſimi, ſummis Circenſibus ludis meis poſtulandum me lege Scantiana iurant. Nomen inſolentiſſimum Quinctil. in prooem. 14. *Conf.* Val. Max. 2, 7 *pr.* Sen. de Breu. Vit. c. 16.

INSOLENTER. Adu. [ἀηθῶς] Cic. de Inuent. 1, 43 c. 28 Deinde natura eius euenire vulgo ſoleat, an inſolenter ac raro. *Arroganter et ſuperbe: vt,* Inſolenter ſe efferre Cic. Tuſc. 4, 39. *Et* Att. 1, 13 (16) Inſolenter gloriari. Liu. 2, 45 Tandem ſuperant externa: adeo Superbe, inſolenterque hoſtis eludebat. Inſolenter et arroganter Plin. 35, 10. Quinctil. 1, 5, 9 Alterum genus barbariſmi accipimus, quod ſit animi natura, vt is, a quo inſolenter quid aut minaciter, aut crudeliter dictum ſit, barbare locutus exiſtimetur. *Compar.* Caeſ. B. C. 3, 46 Pompeiani inſolentius noſtros premere ceperunt. Feſtiuitatibus inſolentius abuti Cic. in Orat. c. 52. *Superl.* Val. Max. 3, 2, 21 Inſolentiſſime obequitantem interemit. Lactant. de Mort. Perſ. c. 9 Inſolentiſſime agere coepit.

INSOLENTIA, ae. f. [ἀήθεια] *Inſuetudo, res non conſueta et ſolita.* Cic. de Orat. 1, 99 c. 22 Sed me hercule iſtius diſputationis inſolentia, atque earum rerum, quae quaſi traduntur in arte inſcitia. Liu. 37, 49 Et offenderunt aures inſolentia ſermonis. Cic. pro Deiot. 5 c. 2 Moueor etiam loci ipſius inſolentia. *Et* pro Cael. 75 Fama adoleſcentis paullum haeſit ad metas notitia noua mulieris, et infelici vicinitate et inſolentia voluptatum. ¶ 2 *Eſt etiam* Inſolentia, [ἀλαζονία] *Arrogantia, ſuperbia.* Cic. Tuſc. 1, 48 Quae quidem cogitans ſoleo ſaepe mirari nonnullorum inſolentiam philoſophorum, qui naturae cognitionem admirantur. Ex arrogantia odium, ex inſolentia arrogantia Cic. de Inuent. 1, 42. Inſolentiam et iactationem hominum ferre, *vid.* **IACIO**. Optima vindex inſolentiae varietas humanae conditionis Val. Max. 4, 7 *extr.* Pari inſolentia ac vanitate Suet. Vitel. c. 10. *Plur.* Phaedr. 4, 25, 30 Integritatis qui ſincerae conſcius A noxiorum premitur inſolentiis. *Nimii ſumtus et immodici, qui ſcilicet in coenas fiunt, et res alias:* Cic. Fam. 9, 20 In Epicuri nos aduerſarii noſtri caſtra coniecimus, nec tamen ad hanc inſolentiam, ſed ad illam tuam lautitiam, veterem dico, quam in ſumtum habebas.

INSOLESCO, ēre. [ἀλαζονεύομαι Gloſſ. Cyr. ἐναβρύνεσθαι, ὑπερηφανεύεσθαι, κατεντρυφᾶν Gloſſ. Lat. Gr.] Inſoleſcentis Tertull. de Anim. c. 30. *Al.* inol. Iuſtin. 31, 8, 7 Secundis rebus inſoleſcere. Salluſt. Catil. c. 6 Per licentiam inſoleſcere animum humanum. *Conf.* Tacit. Ann. 2, 63, 5. *Et* Gell. 7, 3.

INSOLET, *pro ſolet.* Inſolet mulier decimo menſe parere Caecil. *ap.* Gell. 3, 16.

INSOLĬDVM, *ſiue* **INSOLĬDO**. Adu. [εἰς ὁλόκληρον] *Integre. Scribuntur interdum coniunctim; melius diuiduntur: id quod hodie vbique fieri arbitror.* Sen. de Benef. 3, 4 Praeſentia nondum tota inſolido ſunt: poteſt illa caſus aliquis incidere. Debere in ſolidum pecuniam Iabol. De duobus reis l. ſecunda. Obligari in ſolidum Vlpian. De duobus reis l. His verbis. Spondere in ſolidum Iulian. De duobus reis l. Reos.

INSOLĬDVS, a, um. Adi. Ouid. Met. 15, 202 Herba nitens, et roboris expers Turget, et inſolida eſt. *In deſcriptione veris.*

INSOLĬTVS, a, um. Adi. [ἀσυνήθης] *Non ſuetus.* Virg. Georg. 1, 476 Inſolitis tremuerunt motibus Alpes. *Vbi* Seruius: Inſolitis aut nouis, id eſt nunquam antea in Alpibus factis, aut magnis et maioribus ſolito. Rarum et inſolitum Plin. in Paneg. c. 60. Clamor Stat. Theb. 1, 431. Eloquium Hor. de Arte Poët. 217. Exercitus inſolitus ad laborem Caeſ. B. C. 3, 85. Cic. Verr. 1, 94 c. 37 Cur pudentiſſimas lectiſſimasque Feminas in tantum virorum conuentum inſolitas inuitasque prodire cogis? Salluſt. Fragm. c. 2 Genus armis ferox et ſeruitii inſolitum. Ratio inſolita dicendi Cic. pro L. Manil. 3 c. 1. Rem inſolitam apportare auribus Lucret. 5, 101. Verſus inſoliti Iuſtin. 2, 7, 1. Victoria Cic. pro L. Manil. 45. Salluſt. in Iugurth. c. 39 Pars dolere pro gloria imperii, pars inſolita Rerum bellicarum timere libertati.

INSOLĬTE. Adu. [ἀσυνήθως] Gell. 1, 2 Intempeſtiue ac inſolite diſſerebat. *Quidam legunt,* Inſubide. Inſolite accidere Auguſtin. de Doctr. Chriſt. c. 23 *extr.*

INSOLICITVS, a, um. Adi. Inſolicitus dies, ἀμνήμονος ἡμέρα Gloſſ. *f. leg.* ἀμέριμνος.

INSOLVM, *ſi audimus* Non. 2, 426, *veteres* pro Inſolitum *dixerunt.* Afranius Crimine, Orbitatem ſenectuti tuae malam metui, quod inſolum non venit caeco ac dementi. *Addit etiam illud* Afranii, Virgine, Ne veniret, quod nunc agitur, inſolum. *Sed pulchre monet poſt Manut. ad* Cic. Epiſt. 9, 26 *Mercerius ad p. 124, 17 videri falli Nonium, legendumque vtroque loco,* in ſolum venire. *De qua formula vid.* **SOLVM**.

INSŌLO, āre. [ἡλιάζω] *Ad ſolem ſiccare.* Columel. 4, 17, 8 Nam et ſic facilius inſolatur humus, et fructus percoquitur, *i. Solem admittit.* Idem 12, 39, 2 Inſolare vuas.

INSOLĀTVS, a, um. Partic. [ἡλιασμένος] Columel. 4, 27, 3 Super hoc materiae, quae fructum habent, melius conualeſcunt, et vuae commodius inſolatae percoquuntur. *Add.* 12, 43, 2. Inſolati dies et tepidi, *apud* Columel. Illuſtres, *quibus ſol lucet* 11, 3, 51. Vaſa Col. 12, 18, 6.

INSOLATIO, ōnis. f. [ἡλιασμός] Plin. 21, 14 Candidiſſima vero fit, poſt inſolationem etiamnum recocta. *De cera.* Inſolatio, *etiam vocatur a recentioribus Corporis exercitatio in ſole, apricatio, de qua re* Plin. Epiſt. 3, 5, 10. *et* 6, 16, 5. Perſ. 4, 17 Aſſiduo curata cuticula ſole.

INSOLVBĬLIS, e. Adi. [ἄλυτος] *Quod ſolui non poteſt.* Quinctil. 5, 9, 3 Vbi eſt ſignum inſolubile, ne id quidem eſt: *i. neceſſarium, quod ſeparari et abeſſe non poteſt:* inſolubile *quia velut problema eſt, quod aliter non poteſt ſolui.* Inſolubiles cauſae ſunt, Quae mutuis inuicem nexibus vinciuntur: et dum altera alteram facit, ita viciſſim de ſe naſcuntur, vt nunquam a naturalis ſocietatis amplexibus ſeparentur Macrob. in Somn. Scip. 1 c. vlt. *pr.* Inſolubile, *Quod ſolui pretio, ſ. penſari non poteſt* Sen. de Benef. 4, 12 Dicetis beneficium debitum inſolubile eſſe. Mundus inſolubilis Min. Fel. c. 34.

INSOLVBILITAS, ātis. f. Sidon. Epiſt. 4, 11 Quaeſtionum quarumpiam inſolubilitas.

INSOLVBILITER. Adu. Macrob. Somn. Scip. 1, 6 Inſolubiliter vinciuntur. Aug. Ciu. Dei 21, 10 Inſolubiliter alligari.

INSOLVTVS, a, um. Adi. *pro Non ſoluto.* *Laudatur* Sen. de Benef. 2, 26 Inde eſt, vt omnia meruiſſe ſe exiſtimet, et inſolutum accipiat, nec ſatis pro ſuo pretio aeſtimatum putet. *Al.* In ſolutum, *quod melius, v. v.* Inſoluta loca. *Vid.* **EXTREMITAS** n. 2.

INSOMNIVM, i. n. [ἐνύπνιον] Quod per ſomnium videmus, *vt ait* Seruius *ad* Aen. 4, 9. Macrob. in Somn. Scip. 1, 3 *primo ponit* inſomnium eſſe ἐνύπνιον. *Deinde,* eſt enim ἐνύπνιον quoties cura oppreſſi animi corporiſue ſiue fortunae, qualis vigilantem fatigauerat, talem ſe ingerit dormienti — Haec — vna cum ſomno auolant, et pariter euaneſcunt. Hinc et inſomnio nomen eſt, — quia in ipſo ſomnio tantummodo eſſe creditur, dum videtur; poſt ſomnium nullam ſui vtilitatem vel ſignificationem relinquit. Tibull. 3, 4, 1 Dii meliora ferant, nec ſint inſomnia vera. Cic. de Senect. 44 Caret ergo etiam vinolentia et cruditate, et inſomniis. Falſa ad caelum mittunt inſomnia Manes Virg. Aen. 6, 896. Idem 4, 9. Exercent rapidam truculenta inſomnia mentem Sil. 10, 357. Vexant me inſomnia Ouid. Triſt. 3, 8, 27.

INSOMNIA, ae. f. [ἀγρυπνία] *Antiquis dicebatur pro Vigilia.* Caecilius Plotio *apud* Non. 3, 113 Conſequitur comes inſomnia: ea porro inſaniam affert. Donatus *in illud* Ter. Eun. 2, 1, 13 Aut mox noctu te adigent horſum inſomnia: Legitur, *inquit,* et Adiget: vt ſit Inſomnia, numeri ſingularis. Pacuu. *apud* Chariſ. p. 68 Perdita illuuie atque inſomnia. Salluſt. Fragm. 4, 26 Inſomniis occidere.

Vid.

Vid. h. l. Carrio. Conf. Idem Catil. c. 27. Suet. Calig. c. 50 Incitabatur inſomnia maxime. Gell. 6, 4 *extr.* Eademque inſomnia cruciatos periiſſe. *Conf.* Plaut. Merc. 1, 1, 25. *Et Laurenb. Antiq. p. 235.* Inſomnia, orum *etiam dici, videbimus voce* INSOMNIOSVS.

INSOMNIS, e. Adi. [ἄγρυπνος, ἄυπνος] *Somni expers, et quidem inuitus a morbo, vel a metu. Sic enim a* peruigili *diſtinguere videtur.* Tacit. Ann. 1, 65, 1 Apud Romanos inualidi ignes, interruptae voces, atque ipſi paſſim adiacerent vallo, oberrarent tentoriis, inſomnes magis quam peruigiles. Noctem inſomnem ducere Virg. Aen. 9, 167. *Add.* Tacit. Hiſt. 2, 49, 3. Oculi Stat. Theb. 3, 328.

INSOMNIETAS, ātis. f. Theod. Priſcian. 2, 1 Inſomnietates procurare. Plin. Valer. 1, 35 Inſomnietatem pati.

INSOMNIŌSVS, a, um. Adi. [ἐνυπνιαστικὸς] *Qui inſomnia torquetur.* Cato c. 157 Omnis, qui inſomnioſus eſt, hac eadem curatione ſanum facies. *Explicat* Plin. 20, 9 ſ. 33 Inſomnia etiam (*ſic legitur pro* inſomniam *vel* inſomniis) vigiliasque tollere decoctam (*braſſicam*). *Ergo non eſt, quem* Somnia *vexent, ſed qui dormire non poteſt.*

INSŎNO, ui, ĭtum, āre. [ἐνηχέω] *Idem quod ſimplex.* Lucan. 1, 578 Inſonuere tubae, et quanto clamore cohortes, *etc.* Calamis agreſtibus inſonat Ouid. Met. 11, 161.

INSŎNVS, a, um. Adi. [ἄνηχος] *Quod eſt ſine ſono ac ſtrepitu.* Apul. Met. 3 p. 137 Suſpenſo et inſono veſtigio me perducit. Idem de Mundo p. 66 Ex literis aliae ſunt inſonae, (*mutae*) ſemiſonantes aliae. Ammian. 27, 12 Paſſibus inſonis repentes. *Conf.* Idem 29, 5. Onomaſt. vet. Inſonus, ἄφωνος.

INSONS, ontis. Adi. [ἀθῷος, ἀναίτιος] Qui extra culpam eſt: Innocens, *inquit* Feſtus. Si bonus eſt, inſons: contrarius et reus eſt ſons Auſon. in Technopaegn. Liu. 4, 15 *pr.* Etiam ſi regni crimine inſons fuerit. *Vid.* Plaut. Amph. 3, 2, 14. Liu. 34, 32 Inſons publici conſilii. Fraterni ſanguinis inſons Ouid. Met. 13, 149. Amici inſontis caſum indignabar Virg. Aen. 2, 93. Caſas inſontes cremare Ouid. Triſt. 3, 10, 66. Culpa inſons Liu. 22, 49. *Qui non nocet:* Hor. Carm. 2, 19, 29 Te vidit inſons Cerberus aureo Cornu decorum.

INSOPĪTVS, a, um. Adi. [ἀνεύναστος] *Qui ſopiri ſe non patitur, Peruigil.* Ouid. Met. 7, 36 — Cur non tauros, exhortor in illum, Terrigenasque feros, inſopitumque draconem? *h. e. Inſomnem. Conf.* Lucan. 9, 357.

INSOPIBILIS, e. Adi. *Idem.* Mart. Capella l. 4 *et* 9.

INSORTITVS, a, um. Adi. Plaut. Caſin. 2, 4, 7 Si non impetrauit, ſpicula etiam inſortita ſunt mihi. *Al. melius* in ſortitu, *diuiſim.*

INSORDESCO, ĕre. *Sordibus oppleri, ſordidum fieri.* Deiectu caducae frondis ager inſorduit Sidon. Epiſt. 5, 13. Nimbis inſorduit aether Rutil. It. 1, 617.

INSPARSVS, a, um. Adi. *pro* inſperſus *ab* INSPARGO *ſ.* INSPERGO, *v. v.* Farina Plin. 26, 14.

INSPATIANS, antis. Fare age, quem videat Babylonis ab arce tyrannus Innocuas inter flammas procul inſpatiantem Prudent. Apoth. v. 198 *Weiz. Cellar. vero v. 130* exſpatiantem.

INSPECIOSVS, a, um. Adi. Puer non inſpecioſus Petron. c. 74.

INSPECIATVS, a, um. Adi. *Informis.* Species *et* Forma *ſaepe idem.* Subſtautia informis et inſpeciata Tertull. *adu.* Valent. c. 10.

INSPECTIO, INSPECTO, INSPECTVS, *vid.* INSPICIO.

INSPĒRANS, antis. Adi. [ἀνελπίζων] *Qui non ſperat.* Ter. Andr. 3, 4, 24 In nuptias conieci herilem filium: feci hodie, vt fierent inſperante hoc, atque inuito Pamphilo. Inſperanti mihi cecidit, vt in iſtum ſermonem dilaberemini Cic. de Orat. 1, 96 c. 21. *Conf.* Salluſt. de Rep. Ord. 2, 12. Cic. pro Marc. c. 7. *Vid.* INDICENS.

INSPERĀTVS, a, um. Adi. [ἄελπτος] *Quod non ſperabatur.* Inſperata accidunt Magis ſaepe, quam quae ſperes Plaut. Moſt. 1, 3, 40. Conſilium inſperatum Cic. Philipp. 4, 3 c. 1. Ter. Heaut. 3, 1, 5 Celem tam inſperatum Gaudium, quum illi nihil periculi ex indicio ſiet? Malum inſperatum nec opinatum Cic. Tuſc. 3, 28. Ter. Eun. 3, 5, 57 An ego Occaſionem mihi oſtentatam, tam breuem, tam optatam, tam inſperatam amitterem? Pecuniae inſperatae repentinaeque Cic. in Catil. 2, 20. Tellure inſperata potiti Virg. Aen. 3, 278. Victoria inſperata, ſperata quandoque certior Iuſtin. 10, 5, 3. *Superl.* Plaut. Poen. 5, 3, 8 O mi here ſalue, Hanno inſperatiſſime mihi, tuisque filiis. Ex inſperato, Adu. [ἀνελπίστως] *Praeter ſpem et opinionem.* Plin. 25, 2 Seruatusque eſt ex inſperato. *Conf.* Liu. 2, 35. *et* 41, 5.

INSPERABILIS, e. Adi. [ἀνέλπιστος] *Quod ſperari vix poterat.* Gell. 4, 18 Pacemque et victoriam vobis peperi inſperabilem. Ammian. 15, 11 Nuntius inſperabilis.

INSPERATE, *vel* INSPERATO. Adu. Non. 1, 150 Inſperato abiit. Plaut. Aul. Arg. 1, 14 Aulam inſperato inuenit. Apul. Met. 9 p. 235 Inſperato et longe contra eius opinionem reſiſtens. *Compar.* Val. Max. 3, 8 ext. 2 Et qui vehementius noceat, inſperatius prodeſt.

INSPERGO, ſi, ſum, ĕre. [ἐπιπάσσω] *Idem fere quod Aſpergere, liquorem aliquem ſpargendo iniicere.* Cic. de Diuin. 2, 37 c. 16 Cor eſt in extis, iam abſcedet ſimul ac molam et vinum inſperſeris. Oleam ſale Cato c. 65. Potioni aliquid Plin. 12, 17.

INSPERSVS, a, um. Part. Naeui inſperſi egregio corpore Hor. Serm. 1, 6, 67.

INSPERGENDVS, a, um. Partic. Columel. 11, 2 Hoc eodem tempore, ſtercoris pars in prata digerenda, pars olei, et caeteris arboribus inſpergenda.

INSPERSIO, ōnis. f. Pallad. Mart. t. 9 Ruta folius cineris inſperſione contenta.

INSPERSVS, ûs. m. Corium obfirmatum cineris inſperſu Apul. Met. 7 p. 197. Comae ſordentes inſperſu cineris Idem 9 p. 231.

INSPĬCIO, exi, ectum, ĕre. [εἰσορἀω, ἐπισκοπέω] *Plus eſt quam aſpicere; ſignificat enim penitus cognoſcere, et obſeruatione accurata proſequi;* Ter. Adelph. 3, 4, 52 Denique inſpicere tanquam in ſpeculum in vitas omnium Iubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi: *quod praeceptum ſenilis ſapientiae deridiculo habens ſeruus,* Poſtremo, tanquam in ſpeculum, in patinas inſpicere iubeo, et moneo, quid facto vſus ſit. *In primis, qui emere volunt* inſpiciunt *rem venalem.* Horat. Sat. 1, 2, 86 Regibus hic mos eſt; vbi equos mercantur, opertos Inſpiciunt, *etc.* Plaut. Moſt. 3, 1, 144 Cupio hercle inſpicere has aedes. *Sic,* Inſpicere agrum Columel. 1, 5, 1. *it.* 1, 4, 1 *de emturiente patre familias. Sic* Inſpicere praedium Cic. Fam. 9, 7. Hominem propius Plin. Epiſt. 10, 1. Cic. Philipp. 2, 44 Visne igitur te inſpiciamus a puero? Aurum credo inſpicere volt, ne ſurreptum ſiet Plaut. Aul. Prol. 39. Hominem propius Plin. Epiſt. 4, 15, 3. Penitus et domi 1, 10, 2. Familiariter Paneg. 87, 3. Cic. Att. 12, 20 (13, 1) Eſt igitur animus in Hortis: quos tamen inſpiciam, quum venero. Marſupium Plaut. Men. 2, 1, 29. Opus maius inſpice Ouid. Triſt. 2, 63. Sententiam alicuius, *pro Anxie attendere quid velit.* Plaut. Mil. 2, 1, 51 Ego quoniam inſpexi mulieris ſententiam, cepi tabellas, conſignaui clanculum. Aliquem experimentis, *Experientia probare et cognoſcere.* Columel. 1, 8 Eligendus eſt ruſticis operibus ab infante duratus, et inſpectus experimentis. Fides inſpicienda duro tempore Ouid. Triſt. 1, 4, 26. *Conf.* Iuſtin. 38, 8, 12 *et* 16. Idem 34, 1, 4. *et* 2, 15, 7.

INSPICIENS, entis. Partic. Vulg. Interp. Sirac. 17, 16.

INSPECTVS, a, um. Partic. [εἰσεωραμένος] Inſpectae ſunt apud portitores literae Plaut. Trin. 3, 3, 66 *et* 81 *quod interdum factum reip. cauſa videtur.* Inſpecta omni re Idem Aul. in Periocha acroſt. 7.

INSPECTVRVS, a, um. Partic. [εἰσοψόμενος] Virg. Aen. 2, 47 Aut haec in noſtros fabricata eſt machina muros Inſpectura domos, venturaque deſuper vrbi.

INSPECTOR, ōris. m. [εἰσορατὴς] *Qui rem aliquam venalem pro poteſtate cognoſcit.* Plin. 37, 7 *de* Sandaſtro *ſ.* Garamantite *gemma,* Accedit religio narrata a ſiderum cognitione ab inſpectoribus, quoniam fere ſtellarum Hyadum et numero et diſpoſitione ſtellantur.

INSPECTIO, ōnis. f. [ἐποψία, ἐπιθεώρησις Gloſſ. Lat. Gr.] Columel. 1, 4 Nam prima inſpectione neque vitia, neque virtutes abditas oſtendit, *h. e. Primo oculorum intuitu. Diligens rei alicuius conſideratio:* Cic. Philipp. 2, 81 c. 32 Nos enim obnuntiationem ſolum habemus: Conſules et reliqui magiſtratus etiam inſpectionem. *Sed* Spectio *eſt in libris optimis, v. v.* Abſtinere inſpectione, *vid.* ABSTINEO. In inſpectione poſitae artes Quinctil. 2, 18. Conſtare inſpectione Idem 2, 17 *extr.* Inſpectio ipſa ſaepe etiam falſum deprehendit Idem 5, 5.

INSPECTRIX, īcis. f. Ambroſ. Epiſt. 64.

INSPECTVS, ûs. m. Apul. Met. 10 p. 254 Oculi inſpectu minaces. Ammian. 22, 1 Inſpectu iecoris praedoctus.

INSPECTO, āre. Frequent. [εἰσορῶμαι] *Attente et cum diligentia intueri.* Plaut. Poen. 3, 3, 69 Illinc procul nos iſtuc inſpectabimus. Cic. ad Brut. 4 Quod vtinam inſpectare poſſis timorem de illo meum. Inſpectare de tegulis Plaut. Mil. 2, 2, 17. Inſpectauit per impluuium Idem ibid. 2, 2, 4. Suet. Caeſ. c. 86 Sunt, qui putent confiſum eum nouiſſimo illo Senatusconſulto, ac iureiurando etiam cuſtodias Hiſpanorum cum gladiis inſpectantium ſe remouiſſe, *i. cuſtodientium, e ſub conſpectu nunquam illum dimittentium. Eſt haec omnium fere MSS. et veterum editt. lectio, mutata a Caſaubono in* ſectantium.

INSPECTANS, antis. Partic. Cic. Verr. 4, 160 Hinc illa crux, in quam, ciuem Romanum iſte multis inſpectantibus ſuſtulit. Idem de Diuin. 1, . . . Inſpectante et rege et populo. Idem Fam. 1, 9. *Et* Caeſ. B. G. 7, 25. *Et* B. C. 2, 20. Solin. c. 7.

INSPECTATIO, ōnis. f. *Conſideratio.* Sen. Nat. Quaeſt. 6, 4 Quorum eſt adeo mihi dulcis inſpectatio, vt quamuis, *etc. Conf.* Tertull. *adu.* Marc. 2, 17. *et* 4, 35.

INSPECTĀTOR, ōris. m. Symmach. Epiſt. 6, 9 Adhibiti inſpectatores muro.

INSPICIVM, i. n. *Sollemnis vox in ſacrificiis. Vid. Barth. Aduerſ. 25, 11. Et Buleng. de Sort. c. 6.* Extorum inſpicia Tertull. *adu.* Marc. 1, 1.

INSPĪCO, āre. *In* ſpicae *formam findere et acuere ſtipitem pineum, vt facile accendatur, faxque fiat adeo.* Virg. Georg. 1, 292 Ferroque faces inſpicat acuto. *Vbi* Seruius: Acuto ferro incidit ad ſpeciem et imaginem ariſtarum.

INSPĪRO, āre. [ἐμπνεύω, ἐπιπνεύω, ἐμφυσάω] *Ventum ſeu ſpiritum infundere.* Columel. 1, 66 Sed granaria ſcalis adeantur, et modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur, *h. e. Verſus Aquilonem aperiantur, vt ſint perflatiles.* Quinctil. 10, 3 Inſpirantes ramis arborum aurae, volucrumque cantus. Literae inſpirare Gell. 2, 3 *eſt illam cum adſpiratione, ſ.* H *proferre.* Amorem inſpirat tacitum Stat. Silu. 1, 2, 194. Occultum inſpires ignem Virg. Aen. 1, 688. Venenum inſpirant morſibus Idem Georg. 4, 236. *Videtur etiam ſignificare ſpiritum recipere, vires ſumere inter ipſum laborem.* Sen. Epiſt. 31 *pr.* Surge et inſpira: et cliuum iſtum vno, ſi potes, ſpiritu exſupera. *Sic omnes libri:* Reſpira *eſt a criticis: quod tamen ad pleniorem requietem pertinere putem, quam hic indulget Seneca. Inſpirant, qui magno conatu opus habent, reſpirant, qui volunt acquieſcere. Et hinc ipſum illud inſpirare diuinum ortum eſſe videtur.* Quinctil. 2, 5, 8 Quanta deinceps in diuidendo prudentia, quam ſubtilis et crebra argumentatio, quibus viribus inſpiret *ad* ἐνθουσιασμὸν *oratorium refero hic et* 5, 14, 32. *Paſſ.* Qui inſpirari ſolent, fatuari dicuntur Iuſtin. 43, 1, 8.

INSPIRANS, antis. Partic. Virg. Aen. 7, 351. Gell. 2, 3.

INSPIRATVS, a, um. Part. Vates inſpirati Iuſtin. 18, 5, 7. *Proprie* Trita teſta oculo inſpirata per fiſtulam Columel. 6, 17, 7.

INSPIRATIO, ōnis. f. Solin. c. 12 Fontes poti inſpirationem faciunt literariam. Gratia diuinae inſpirationis Tertull. de Pat. c. 1.

INSPIRAMENTVM, i. n. *Idem.* Cael. Aurel. Tard. 2, 13.

INSPIRĀTOR, ōris. m. Cael. Aurel. Tard. 1, 5.

INSPIRITALIS, e. Adi. *Non ſpiritalis.* Paullin. Epiſt. 22. *al.* 7.

INSPISSATVS, a, um. Adi. Caro inſpiſſata Veget. de Re Vet. 2, 30.

INSPLENDESCO, ĕre. Gloſſ. Gr. Lat. ἐκλάμπω.

INSPOLIĀTVS, a, um. Adi. [ἀνυπόδυτος] Spoliato *contrarium.* Quinctil. 7, 2 Hominem occiſum eſſe conſtat, non in ſolitudine, vt a latronibus ſuſpicer: non praedae gratia, quia inſpoliatus eſt: non haereditatis ſpe, quia pauper fuit: odium igitur in cauſa. Sacrum et inſpoliatum ſanum Sall. de Rep. ord. 1, 2 *extr.* Virg. Aen. 11, 594. — corpus et arma Inſpoliata feram tumulo.

INSPVMO, āre. Tertull. Apol. c. 12 O ſacrilegia conuicia! infrendite, inſpumate.

INSPVO, ui, ūtum, ĕre. [ἐμπτύω] *Super aliquid ſpuere.* Plin. 31, 9 Datusque lingendus, et oculis iumentorum inſpuitur. *de ſale.* In faciem Petron. c. 75. In frontem mediam hominis Sen. de Ira 3, 38. *Conf.* Suet. Veſpaſ. 7, 5.

INSPVTO, āre. Frequent. [ἐμπτύομαι] *Sputo aliquem foedare. Dicimus autem* Inſputare aliquem *et* alicui. Plaut. Capt. 3, 4, 22 Et eum morbum mihi eſſe, vt, qui me opus ſit inſputarier. *Et paullo poſt,* Quibus inſputare ſaluti fuit, atque iis profuit. *Vid.* DESPVO, *vbi ex* Plinio *et* Apuleio *haec de comitiali morbo explicantur.*

INSTABILIS, *etc.* INSTANS, INSTANTER, *vid.* INSTO, as.

INSTAR. Indecl. [ὁμοίωμα, ἀπεικόνισμα Gloſſ. Vet.] *Conuenientiam non formae modo et figurae, ſed magnitudinis etiam, vel, vt malunt philoſophi, qualitatis et quantitatis, i. ſimilitudinem pariter et aequalitatem, ſignificat. Et vel ſimpliciter Nominatiuo et Accuſatiuo vſurpatur, vel, vt volunt, intellecta Praepoſitione* ad, ſecundum, *etc. Saepe poſſis illi ſubſtituere nomen* exempli *vel* exemplaris. Seruius *ad* Aen. 2, 15 Nomen *inſtar* eſt indeclinabile, licet Probus *inſtaris* declinauerit, vt *nectaris. Idem* Seru. *ad* Aen. 2, 15. *et* 12, 923 *negat* Praepoſitionem recipere hoc nomen, licet, *inquit*, Serenus Lyricus *ad inſtar* dixerit, quod in idoneis auctoribus non inuenitur. Pſittacus Indiae auis eſt; inſtar illi minimo minus quam columbarum Apul. Flor. p. 346. Liu. 35, 49 Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum inſtar in caſtris regis. Idem 26, 28 *extr.* Initio milites Cannenſes dati duarum inſtar legionum, *i. Circiter.* Virg. Aen. 2, 15 Inſtar montis equum diuina Palladis arte Aedificant. Columel. 2, 5 In campo rarius, in colle ſpiſſius aceruі ſtercoris inſtar quinque modiorum diſponentur. Cic. Fam. 15, 4 Eranam autem, quae fuit non vici inſtar ſed vrbis, *etc.* Plin. in Paneg. c. 37 Ciuitasque Romana inſtar erat odii et diſcordiae, et orbitatis, quum clariſſima pignora ſalua ipſorum pietate diſtraheret. Ouid. Met. 4, 135 Oraque buxo Pallidiora gerens exhorruit, Aequoris inſtar, Quod tremit, exigua cum ſummum ſtringitur aura. *Poteſt intelligi* Orat, *vel* vt eſſet inſtar. Iuſtin. 18, 5, 11 Ex frequentia hominum velut inſtar Ciuitatis effectum eſt. Tacit. Ann. 3, 36 Igitur C. Ceſtius Senator diſſeruit, principes quidem inſtar Deorum eſſe. Cic. Off. 2, 27 Patrocinio vero ſe vſos, aut clientes appellari, Mortis inſtar putant. Virg. Aen. 12, 923 Volat atri Turbinis inſtar Exitium dirum haſta ferens. Cic. Fam. 9, 6 Equidem hos tuos Tuſculanenſes dies inſtar eſſe Vitae puto, *exemplum vitae felicis.* Idem Att. 10, 4 Eam vero (epiſtolam) quae Voluminis inſtar erat, ſaepe legendam, ſicuti facio, *etc.* Plato mihi vnus eſt inſtar omnium Cic. de Cl. Orat. c. 51. Iuſtin. 4, 4 Mittitur Gylippus ſolus, ſed in quo inſtar omnium auxiliorum erat, *i. Sed qui ſolus tantum potuit, quantum omnes auxiliari. Vid.* Id. 36, 3, 2. Virg. Aen. 6, 865 — Quantum inſtar in ipſo eſt? *q. d. quantum conſummati adoleſcentis exemplum.* Vlpian. De noui operis nuntiatione l. Stipulatio, Si proponatur inſtar quoddam, et quaſi facies quaedam operis facta. Suet. Caeſ. c. 61 Cuius (*i. Equi*) etiam inſtar pro aede Veneris genetricis poſtea dedicauit. Cic. Att. 16, 5 *extr.* Mearum epiſtolarum nulla eſt συναγωγή, ſed habet Tiro inſtar ſeptuaginta, *i. Circiter. Sic* Varro R. R. 1, 1, 10 Inſtar librarum VIII. *Saepius ita Columella.* ¶ 2 *Quidquid Seruius dicat,* Inſtar *admittit nonnunquam Praepoſitionem* AD, *et ſignificat Ad ſimilitudinem.* Apul. de Mundo p. 72, 39 Ad hoc inſtar mundi ſalutem tuetur deus, *i. ad hunc modum, ad hoc exemplum.* Idem Met. 9 p. 232, 16 Lactucae veteres — quae — ad inſtar ſcoparum — exoleſcunt. *In eodem* p. 235, 27 Iſte quoque ad inſtar infeliciſſimi ſui filii iugulum ſibi multis ictibus contrucidat. Apul. Met. 10 p. 248, 14 Ad inſtar aſinariae Paſiphaës complexus meos ardenter expetebat. *Laudatur etiam pro hac conſtructione* Pacuuius *apud* Auct. ad Herenn. 2, 36 c. 23 Fortunam inſanam eſſe et caecam et brutam perhibent philoſophi: ſaxique ad inſtar globoſi praedicant eſſe volubilem. *Sed vetera exemplaria ſecuti recentiores edunt* Saxoque illam inſtare globoſo praedicant volubili. Inſtare *eſt Infinitus modus verbi* Inſto.

INSTAVRO, āre. [ἀποκαθίστημι] *Renouare, et quaſi* Inſtar *alterius facere.* Feſtus, Inſtaurari, ab Inſtar dictum: quum aliquid ad priſtinam ſimilitudinem reficitur. *Conf.* Iſidor. 19, 10. Macrob. Saturn. 1, 11. *Et Voſſ. Etymol. p. 267. Martinius deducit ab* In ſtare, *vt ſit Facio inſiſtere.* Cic. pro Roſc. Amer. 153 Cauete per deos immortales Iudices, ne noua et multo crudelior per vos proſcriptio inſtaurata eſſe videatur, *ad Sullae proſcriptionem reſpicit.* Inſtaurare epulas Virg. Aen. 7, 146. *i. Denuo imponere menſae.* Plin. 31, 2 In *villa ſua Academia nomine,* Cicero monumentum ſibi inſtaurauerat, ceu vero non et in toto orbe feciſſet. Cic. Att. 1, 13 Idque ſacrificium, quum Virgines inſtauraſſent, *pollutum ſcil. a Clodio.* Liu. 5, 52 Recordamini, quoties ſacra inſtaurentur, quia aliquid ex patrio ritu negligentia caſuue praetermiſſum eſt. Idem 32, 1 Feriae Latinae Pontificum decreto inſtauratae ſunt, quod Legati ab Ardea queſti in Senatu erant, ſibi in monte Albano Latinis carnem, vt aſſolet, datam non eſſe. *Add.* Liu. 37, 3. Virg. Aen. 10, 543 Inſtaurant Acies Vulcani ſtirpe creatus Caeculus, *etc.* Seruius: Ante fuſas Acies accipimus ex eo, quod dixit Inſtaurant. Virg. Aen. 2, 451 Inſtaurati Animi, regis ſuccurrere tectis, *i. vt ſuccurrerent.* Cic. de Prouinc. Conſul. 19 c. 8 *in Piſonem et Gabinium,* Periculum ſit, ne inſtauratas maximi Belli reliquias ac renouatas audiamus. Idem pro Domo 6 Et tibi et gladiatoribus tuis inſtaurandae Caedis poteſtatem non feciſſe, *i. denuo faciendae.* Choros Virg. Aen. 4, 145. Comiſſationem Iuſtin. 12, 13, 7. Virg. Aen. 4, 63 Aut ante ora deûm pingues ſpatiatur ad aras, Inſtauratque Diem donis. Seruius: Inſtaurat ideo, quia iam ſupra ſacrificauêrat. Epulas certatim inſtaurant Virg. Aen. 7, 146. Idem ibid. 3, 62 Ergo inſtauramus Polydoro Funus. Honores Idem ibid. 5, 94. Honos inſtauratur Sil. 13, . . . Incendia inſtaurare Salluſt. Fragm. 1, 16. Iter ad Argos Stat. Theb. 2, 473. Ludos Liu. 2, 36, 27. *et* 21, 33, 42. Cic. de Aruſp. Reſp. 21 c. 10. *Et* de Diu. 1 c. 26. Columella 11, 2, 98 Ipſis Kalendis Ianuariis auſpicandi cauſa omne genus Operis (*ruſtici*) inſtaurant, *i. de nouo illo anno faciunt.* Iuuen. Sat. 15, 74 Et infeſtis Pugnam inſtaurare ſagittis. *Dixerat,* Subſidiis aucti. Sacrum inſtaurari imperat Stat. Theb. 11, 232. Scelus illud priſtinum renouauit et inſtaurauit quaeſtorium Cic. Act. in Verr. 1, 11 c. 3. Societas inſtauranda Suet. Neron. c. 57, 4. Tunicas ſibi denſas aduerſus hiemem inſtaurant (*quotannis nouas faciunt ad ſuperioris exemplum*) bombyces. Vias inſtaurare Stat. Theb. 5, 9.

INSTAVRATVS, a, um. Partic. Paterc. 2, 66, 1 Inſtauratum Sullani exempli malum. *Vid. plura ſupra.*

INSTAVRATIO, ōnis. f. [ἐπισκεύασις] Cic. de Aruſp. Reſp. 23 c. 11 Et mentes deorum immortalium ludorum inſtauratione placantur? *Conf.* Liu. 2, 36.

INSTAVRATICIVS, a, um. Adi. Inſtauraticius dies, ludis Circenſibus additus Macrob. Saturn. 1, 11.

INSTAVRATIVVS, a, um. Adi. [ἐπισκευαστικὸς] Cic. de Diuin. 1, 55 c. 26 Itaque ludis intermiſſis inſtauratiui conſtituti ſunt.

INSTAVRĀTOR, ōris. m. Ammian. 27, 3 Nomen inſcribebat non vt veterum inſtaurator, ſed conditor. Reineſ. Claſſ. Inſcr. 2, 31 TYPO APOLLONIO INSTAVRATORI MOENIVM NOSTRORVM. *Vid.* Alcim. Auit. ad Soror. 438 *cum Interpr.*

INSTERNO, ſtrāui, ſtrātum, ĕre. [ἐπισκευάζω, ἐπιστρωννύω] *In aliquem ſternere, operire, ſuperextendere.* Suet. Claud. c. 18 Arctiore autem annona ob aſſiduas ſterilitates detentus quondam medio foro, a turba, conuiciisque ac ſimul fragminibus panis ita inſtratus, vt aegre, nec niſi poſtico, euadere in palatium valuerit. *Sic etiam Burm. Al.* infeſtatus. Liu. 30, 10 Tabulasque ſuper inſtrauit, vt peruium nauium ordinem faceret. Val. Fl. 3, 463 Pars ardua celſis Inſternunt tabulata foris. Pelle leonis Inſternor Virg. Aen. 2, 722. Terra inſternar auita, *in patria mea ſepeliar* Stat. Theb. 3, 213.

INSTRĀTVS, a, um. Partic. Conuiciis et Panibus inſtratus Suet. Claud. c. 18, 5. Equus ſpecioſius inſtratus Liu. 34, 7. Torus humilis et modice inſtratus Suet. Aug. c. 73. Tori inſtrati ſuper pelle leonis Sil. 7, 290. Ornatu regio inſtratus Plin. 8, 42.

INSTRĀTVM, i. n. [στρῶμα] Omnis veſtis ſtragula inſternendi cauſa parata, *inquit* Vlp. in l. inſtrato 45 ff. D. de Verb. et rer. ſignif. *Sed variat lectio; Gothofr. et alii diuiſim* in ſtrato *et* in ſtratum. *Sed* Cato de R. R. 10, 3. *et* 11, 4 Inſtrata aſinis *ſine varietate ſunt in ſupellectili ruſtica.*

INSTRAGVLVM, i. n. Cato R. R. c. 10 Culcitas, inſtragula, puluinos.

INSTĪGO, āre. [παροξύνω, κεντρίζω] *a* Stigo, *verbo obſoleto, ἀπὸ τοῦ στίζω deducto, quod eſt Pungo: et ſignificat Incitare, vt ſolent* ſtimulis *iumenta, irritare, inſtinguere.* Onomaſt. ſtigo, ἐρεθίζω. Terent. Phorm. 5, 7, 67 Non hercle ex re iſtius me inſtigaſti Demipho. Idem Andr. 4, 2, 9 Age ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. Variis inſtigat vocibus alas Virg. Aen. 11, 730. Sequentem inſtigant ſtudiis Idem ibid. 5, 228. Iracundiam inſtigare Sen. Epiſt. 10: Vires inſtigat alitque Tempeſtiua quies, maior poſt otia virtus Stat. Silu. 4, 4, 33. Ad arma Paterc. 1, 16, 1. Canem in aliquem Petron. c. 95. *Conf.* Ouid. Met. 3, 243. Liu. 33, 47 Infenſi et irati Romanos in Annibalem et ipſos cauſam odii quaerentes inſtigabant. Inſtigari ſermonibus alicuius Columel. 11, 1. Inſtigante quaſi numine Col. 10 praef. 4. Cic. in Piſon. 26 c. 11 An tu eras Conſul, quum in palatio mea domus ardebat, non caſu aliquo, ſed ignibus iniectis inſtigante te? Liu. 10, 19 Haec precatus velut inſtigante dea, et ipſe Collegae, et exercitus virtutem adaequauit ducis.

INSTIGĀTOR, ōris. m. Papin. in l. Ob haec D. de iis, qui not. infam. Callido teſtamento videris accuſationis inſtigator fuiſſe. Auſon. Epiſt. 17 Superfluus inſtigator agitabo.

INSTIGATRIX, īcis. f. Tacit. Hiſt. 1, 51, 4 Acerrima inſtigatrix aduerſus Galbianos, pars Galliarum quae Rhenum accolit.

INSTIGATIO, ōnis. f. [παροξυσμὸς] Auct. ad Herenn. 2, 47 c. 30 Amplificatio, eſt res quae per locum communem inſtigationis auditorum cauſa ſumitur.

INSTIGĀTVS, ûs. m. Vlp. in l. 1 §. Sed et ſi D. Si quadrup. paup. Sed etſi inſtigatu alterius fera damnum dederit.

INSTILLO, āre. [ἐπιστάζω, ἐνστάζω, καταστάζω] *Stillando adiicere.* Cic. de Senect. 36 c. 11 Namque haec quoque niſi tanquam lumini oleum inſtilles, exſtinguuntur ſenectute. Plin. 20, 1 Et foliorum ſuccus auribus ſurdis cum aceto inſtillatur. Balſama inſtillans auribus Sammonic. c. 1. Humor ſenſim inſtillatus Quinctil. 1, 2. Merum inſtillat in ignes Ouid. Epiſt. 19, 153. Mero inſtillato reſtituenda lingua Id. Triſt. 3, 3, 22. Cic. Tuſc. 2, 25 Guttae, quae ſaxa aſſidue inſtillant Caucaſi: *Ex Aeſchylo: i. Guttatim cadunt ſuper ſaxa. Per translationem, In animum immittere, et leniter infundere.* Cic. Att. 9, 7 Attulit vberrimas tuas literas, quae mihi quiddam, quo ſtarem, inſtillarunt. *Sic edebatur ante Victorium. Poſtea editum,* Mihi quiddam quaſi animulae inſtillarunt, *vel* reſtillarunt. Praeceptum inſtillare auriculis Hor. Epiſt. 1, 8, 16.

INSTILLATIO, ōnis. f. [ἐνστάλαξις] *Infuſio ſtillatim et guttatim facta.* Plin. 29, 6 ſ. vlt. Aures purgat fel pecudis cum melle: canini lactis inſtillatio ſedat dolorem.

INSTIMVLO, āre. [κατακεντῶ] *Inſtigare, et ſtimulis quibusdam impellere.* Ouid. Faſt. 6, 508 Diſſimulata deam Latias Saturnia Bacchas Inſtimulat fictis inſidioſa ſonis. Verbis inſtimulat eum Id. Met. 14, 495.

INSTIMVLATVS, a, um. Part. Marcellus in l. 3 D. de inofficioſo teſtamento, Quod plerumque accidit, quum falſo parentes inſtimulati, liberos ſuos teſtamento vel exheredant, vel praetereunt.

INSTIMVLĀTOR, ōris. m. Cic. pro Domo 11 c. 5 Seditionis inſtimulator et concitator tu fuiſti. *Al.* Stimulator. *Sed ſic* Gruter. Gloſſ. Gr. Lat. ἐγκεντριστής, Inſtimulator.

INSTINGVO, inxi, ĕre. *Idem quod* Inſtigo. Gell. 17, 20 Haec admonitio Tauri non modo non repreſſit, ſed inſtinxit nos ad elegantiam Graecae orationis verbis Latinis adfectandam. *Conf.* Tertull. de Anima c. 26.

INSTINCTVS, a, um. Adi. [ἐνθουσιώδης] *Incitatus, inſtigatus.* Liu. 9, 40 His curſor vocibus inſtinctos milites in praelium ducit. Inſtincta in bellum Achaia Vell. 1, 12, 1. Cic. Verr. 5, 187 c. 72 Quodam furore et audacia inſtinctum. Amore Muſarum inſtinctus Lucret. 1, 923. Arrogantia inſtincti Samii Val. Max. 1, 5 ext. 1. *vbi vid. Vorſt.* Velut fanatico inſtincti curſu Liu. 4, 33 *pr.* Errore truculentiſſimo ciuitas inſtincta Val. Max. 3, 8 ext. 3. Furore ſacro mens inſtincta Lucan. 5, 150. Metus Furore inſtinctus, ſcelere praeceps Cic. pro Domo c. 55 *extr.* Iniuriis inſtinctus Suet. Caeſ. c. 19, 4. Quinctil. 2, 11 Aut murmure incerto, velut claſſico inſtincti, concitatiſſimum corporis motum non enuntiandis, ſed quaerendis verbis accommodant. Oraculo quodam Delphico inſtinctus Quinctil. 10, 1. *Conf. N. Heinſ. ad* Sil. 8, 244. *et* 15, 135. Talibus inſtinctus Ouid. Faſt. 6, 597.

INSTINCTVS, ûs. m. [ἐνθουσιασμὸς] *Inſtigatio, et quam Inſpirationem diuinam vocant.* Cic. Tuſc. 1, 64 Sine caeleſti aliquo mentis inſtinctu. Idem de Diuin. 1, 54 Quae inſtinctu diuino afflatuque funduntur. Inſtinctu, inflatuque diuino futura praenuntiare Id. ibid. 1, 12 c. 6. Inſtinctu alicuius facere, *Suaſu et impulſione.* Plin. in Paneg. c. 73 Multa fecimus ſponte, plura inſtinctu quodam et imperio. Auaro cupiditatis inſtinctu res alienas rapere Iul. Firmic. 3, 6. Dearum inſtinctu Val. Max. 1, 6 ext. 3. *Conf.* Frontin. Strat. 2, 7, 12.

INSTINCTOR, ōris. m. [ὠθητὴς] Tacit. Hiſt. 1, 22 Nec deerat, inquit Ptolemaeus, ſceleris inſtinctor. *h. e. Impulſor.* Acerrimus belli inſtinctor Id. ibid. 4, 68, 8. Ammian. 21, 12. Diſſentionum inſtinctor Ammian. 30, 1.

INSTIPO, āre. *Denſare, inculcare.* Gloſſ. Lat. Gr. Inſtipat, ἐνστοιβάζει. Marcell. Emp. c. 10 Inſtipari nauibus.

INSTIPVLOR, āri. Dep. [ἐπερωτάω] *Non videtur differre a Simplici.* Plaut. Pſeud. 4, 6, 6 Minae viginti ſanae, ac ſaluae ſunt tibi hodie, quas abs te eſt inſtipulatus Pſeudolus. *Sic certe* Priſcian. 8 p. 794 *et Gron.* Stipulatus *alii.* *Significat autem, vt ex* 1, 5, 122 ſq. *intelligitur, abs te promitti ſibi curauit.* Plaut. Rud. 5, 3, 25 Ni dolo malo inſtipulatus ſis, *i. promitti tibi curaueris, promiſſionem acceperis.*

INSTITA, ae. f. [κειρία Vet. Gl.] *Faſcia eſt variis vſibus deſtinata. Incipiamus ab antiquiſſima, quam norimus, illius mentione.* Horat. Serm. 1, 2, 29 Sunt, qui nolint tetigiſſe, niſi illas, Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte. Seru. *ad* Aen. 2, 616 Limbus eſt pars veſtis extrema, quae inſtita dicitur, vt Horatius *deinde laudat h. l. ad quem iſta* Vet. Schol. Cruqu. Periphraſis matronarum, quia matronae ſtola vtuntur ad imos vſque pedes demiſſa, cuius imam partem ambit inſtita ſubſuta, id eſt, coniuncta. Inſtita autem Graece dicitur τὸ περιπέδιλον, quod ſtolae (*Fabric.* togae) ſubſuebatur, qua matronae vtebantur: erat enim tenuiſſima faſciola, quae praetextae adiiciebatur (*Fabr.* quae praetexta dicitur, *cui conſentiunt editt. antiquiſſimae*). *Notamus hic, tam dici poſſe* veſtem ſubſutam, *cui* inſtita *adiecta eſt, quam ipſam* inſtitam *veſti ſuae* ſubſutam. *Deinde Fabricianam lectionem* togae *meliorem putamus, et ſuſpicamur, quae* toga *eſſet alias, eam* ſtolam *fieri accedente et ſubſuta inſtita. Denique etiam in hoc praeſtare Fabricianam lectionem, quod non* praetextae adiici inſtitam, *ſed ipſam* inſtitam praetextam, *id eſt, aſſutam et in ora attextam tanquam limbum, dicit. Res eſt obſcura: ſed videbamur nobis, ſi quis nobis det, quae diximus, multa intelligere, quam adhuc factum eſt, melius. Pergamus ad alia teſtimonia.* Ouid. Art. Am. 1, 31 Eſte procul vittae tenues, inſigne pudoris, Quaeque tegis medios, inſtita longa, pedes. *Toga libertinarum ad medios tantum pedes deſcendit;* inſtita longa, *metonymice, quae producit et longam facit togam, vt Stola fiat,* medios pedes, *intectos toga, velat ac tegit. Hinc eodem ſenſu* Triſt. 2, 241 Quas ſtola contingi ſumtaque vitta vetat. *Vid.* STOLA. *Hinc pro matrona ponit* Inſtitam *idem Poëta* de Arte Am. 2, 600 In noſtris inſtita nulla iocis. *Maneat, ergo* inſtitam *illam antiquam* Horatii *et* Ouidii *eſſe faſciam ſatis latam, quae* togae ſubſuta ſtolam *efficiat, vel certe ſtolam velut producat, vt ea talos, imosque pedes tegat. Hoc eſt* περιπόδιον *in* Vet. Gl. *et* περιπέδιλον. *Hanc* pallam *vocat* Horat. Sat. 1, 2, 99 *ſi recte capio* Vet. Schol. Palla pro *peripodio* poſuit, quod dicunt tunicae pallium. *Sic non ſola* toga, *ſed tunica etiam ſuam* inſtitam *habuerit: quod in medio relinquimus.* ¶ 2 Inſtita *etiam de alio omni* faſciarum *genere dicitur. V. g. de illis, quibus intenduntur lecti.* Petron. 97 Imperaui Gitoni, vt raptim grabatum ſubiret, annecteretque pedes et manus inſtitis, quibus ſponda culcitam ferebat, *etc.* *Et* c. 20 Duas inſtitas ancilla protulit de ſinu, alteraque pedes noſtros alligauit, altera manus. Stat. Theb. 7, 654 Candida pampineo ſubnectitur inſtita pilo, *i. thyrſo.* Scribon. Comp. 133 Oportet ventrem *hydropici* conſtringere extra inſtita longa. L. 23 Veſtis, §. 1 de auro et arg. leg. Inſtitae *ſunt inter ea,* quae veſtibus acceſſionis loco cedunt. Vulg. Int. Io. 11, 44 *de Lazaro mortuo* Ligatus manus et pedes inſtitis, κειρίαις. *Caeterum* inſtita Horatii *ac* Naſonis *etiam ad hoc genus referenda fuerit, et cruralem faſciam ſignificabit, ſi vera ſit lectio Horatii, quod praeſtare non auſim equidem, quam quidam libri* Seruii *habent, nominatim Fabriciani et Stephaniani ad* Aen. 2, 616 Quarum ſubſtricta talos tegat inſtita veſte. *Sententia enim foret, quarum etiam ſubſtricta veſte non appareant nuda crura, quippe quae tegantur inſtitis. Quod etiam accommodari poſſet ad Ouidii illud,* Quaeque tegis medios inſtita longa pedes. *Huic ſententiae fauet etiam appellatio* περιπέδιλον, περιπόδιον, *quae ſimilis eſt illis* περισκελὶς, περικνήμιον, *et faſciae, qua obuoluantur pedes, pulchre conuenit. Sed ſatis eſt, nec enim de* Periſcelide *Britannica ſermo eſt.*

INSTITIO, *vid.* INSISTO.

INSTITO, āre. Frequent. Caeſ. B. G. 1, 25 Rurſus inſtitare et praelium redintegrare. *Al.* Inſtare.

INSTĬTOR, ōris. m. [κάπηλος, παλιγκάπηλος] Negotiator appellatus ex eo eſt (*vt ait* Vlpian. l. 3 D. de Inſtitoria actione) quod negotio gerendo inſiſtat. Nec multum facit, tabernae ſit praepoſitus an cuilibet alii negotiationi. *Et* l. 4 Cuicunque igitur negotio praepoſitus ſit, inſtitor recte appellabitur. *Et* l. 5 §. 4 Plin. 18, 25 c. 60 Seruant id ſidus, *Vergilias*, etiam veſtis inſtitores, — Nubilo occaſu pluuioſam hiemem denunciat, et ſtatim augent lacernarum pretia; ſereno aſperam, et reliquarum veſtium (pretia) accendunt. Sed etiam eos inſtitores dicendos placuit, quibus veſtiarii, vel lintearii dant veſtem circumferendam et diſtrahendam, quos vulgo circuitores appellamus. Sed et muliones quis proprie inſtitores appellet. Item fullonum et ſarcinatorum praepoſitus: ſed et ſtabularii quoque, loco inſtitorum habendi ſunt. Sed et ſi tabernarius ſeruum ſuum peregre mitteret ad merces comparandas et ſibi mittendas, loco inſtitoris habendum Labeo ſcripſit. *Conf. etiam ea, quae ſequuntur, it.* Iulius Paul. Recept. Sent. l. 2 tit. 8 de Inſtitoribus. Mercis inſtitor Liu. 22, 25 *extr.* Iuuen. Sat. 7, 221 Inſtitor hibernae tegetis, niueique cadurci. Liu. 26, 16 Vrbi frequentandae multitudo incolarum libertinorumque, et inſtitorum, opificumque retenta. Martial. 7, 60 Inſtitor temerarius. Pigmentarius inſtitor Scribon. 22. Mundus demiſſis inſtitor in tunicis Propert. 4, 2, 38. Diſcinctus Ouid. de Arte Am. 1, 421. Inſtitor eloquentiae Quinctil. 8, 3, 12. *i. Venditor, oſtentator, et mercator.* Idem 11, 1, 50 Commoveaturne quiſquam eius fortuna, quem tumidum ac ſui iactantem, et ambitioſum inſtitorem eloquentiae in ancipiti ſorte videat?

INSTITORIVS, a, um. Adi. [καπηλικὸς] *Quod ad inſtitorem pertinet.* Suet. Claud. c. 27 Diſpoſitae per litora et ripas diuerſoriae tabernae parabantur, inſignes ganeae, et matronarum inſtitorias operas imitantium, atque hinc inde orantium, vt appelleret. *Sed vehementer variat lectio. Burmannus dedit* Inſignes ganeae et matronarum inſtitorio, copas imitantium. *Sic* Inſtitorium *eſſet opus et profeſſio inſtitoris.* Inſtitoria actio *dicitur, Qua dominus inſtitorem conuenit, vel pro inſtitore conuenitur.* Vlpian. in l. Quicunque D. de Inſtitoria actione, Si libitinarius (quem Graeci κτεριστὴν vocant) ſeruum pollinctorem habuerit, isque mortuum ſpoliauerit, dandam in eum quaſi inſtitoriam actionem, quamuis et furti et iniuriarum actio competeret.

INSTĬTRIX, īcis. [καπηλὶς] *Si fides Perotto, a* Plauto *vocatur Ancilla, quae pro domina negotiatur.*

INSTITVO, ui, utum, ĕre. [προαιρέομαι, ἄρχομαι] *Ex* In *et* Statuo; *ſignificat plus quam* Statuo, *vel* Decerno, *nempe ipſum initium actionis, aut operis. Ad ſolum decretum raro refertur; forte* Ter. Phorm. 4, 2, 14 Petam hinc vnde a primo inſtitui: *forte etiam* Cic. Verr. 2, 57 c. 23 Tu qui inſtitueras (*edicto arbitror*) in eos animadvertere, qui perperam iudicaſſent. *Sed* Vlp. in l. Si maritus D. ad legem Iuliam, de Adulteriis, Si maritus praeuenerit, accuſareque inſtituerit, (*i. vt dictum* l. 2 §. 8 libellos inſcriptionum depoſuerit) tempora non cedunt patri: quia accuſationem inſtituere non poteſt: *hic plus quam conatum, initium quoddam, notat, et ita aliquoties illo tit.* Ter. prol. Eun. 18 Quae proferentur poſt, ſi perget laedere ita, vt facere inſtituit. Cic. in Verr. . . Verum, vt inſtitui dicere. *i. Coepi.* Idem pro Cluent. 8 c. 3 Quaeſo, vt me Iudices, ſicuti facere inſtituiſtis, benigne, attenteque audiatis. *Quin* Inſtituere facere, *interdum eſt Facere, ſimpliciter. Vid. Caſaub. Not. in Nou. Teſt. Luc.* 1, 1. *it. Act.* 1, 1. *et* 11, 15. *Gothofr. ad l.* 2 §. 1 *ff. de O. I.* Cic. de Fin. 4, 34 Phidias poteſt a primo inſtituere ſignum, idque perficere. Suſcipere, inſtituere, et perficere aliquam rem Idem Fam. 5, 12. *Et videtur verbum in officinis ortum, vbi primo inſtituunt rude opus textores, figuli, ſtatuarii, pictores, quod deinde expoliant.* ¶ 2 *Sed praeſtat elementorum ordine etiam hic ponere Subſtantiua.* Actionem inſtituere Vlp. in l. De eadem D. de except. rei iud. Actionem Iuſtin. l. 4 Tit. de poena tem. litig. Actiones Vlpian. l. Pomponius §. 1 D. de Procuratorib. Cic. Fam. 13, 18 Nam et Amicitia peruetus mihi cum eo eſt, vt primum in forum veni, inſtituta. Pro noſtra non inſtituta, ſed iam inueterata Amicitia Id. ibid. 3, 9. *vid. ibi Gronou.* Cic. Verr. 4, 21 Feciſti item vti praedones ſolent: qui quum communes hoſtes ſint omnium, tamen aliquos ſibi inſtituunt Amicos, quibus non modo parcant, verum etiam praeda quos augeant. Amphora coepit inſtitui currente rota cur vrceus exit? Hor. de Arte Poët. 22. Ter. Phorm. 1, 5, 10 Ita ſum irritatus, Animum vt nequeam ad cogitandum inſtituere. *Add.* Ibid. 2, 1, 10. In Animo Ter. Adelph. 1, 1, 13. Arbores Suet. Galb. c. 1. Plaut. Moſt. 1, 2, 1 Recordatus multum, et diu cogitaui, Argumentaque multa in pectus inſtitui ego, atque in corde meo. Idem Epid. 3, 2, 27 Verum nunc ego Aſtutiam hanc inſtitui: deueniam, *etc.* Auctionem Cic. Att. 7, 3 p. 672 *Graeu.* Auditoria inſtituere Suet. Rhet. 6, 3. Cic. Acad. 1, 43 Cum Zenone, inquam, vt accepimus, Arceſilas ſibi omne Certamen inſtituit, non pertinacia aut ſtudio vincendi, *etc.* *Vid.* Suet. Neron. c. 12, 8. *et* Domit. c. 4, 9. Ciuitates inſtituere, et leges ſcribere Cic. de Orat. 1, 86. Collegium, *pro eo, quod Fundare dicunt* Plin. Epiſt. 10, 52. Cic. Att. 1, 1 Et poſtea prorſus ab inſtituta noſtra, paucorum dierum Conſuetudine longe refugit. Conuiuia Suet. Tit. c. 7, 5. Curſum Ter. Phorm. 5, 6, 8. Cic. pro L. Manil. c. 14 Non auaritia ab inſtituto Curſu ad praedam aliquam reuocauit, non libido ad voluptatem, *etc.* Virg. Aen. 7, 109

Corpora ſub ramis deponunt arboris altae,
Inſtituuntque dapes, et adorea liba per herbas
Subiiciunt epulis.

Caeſ. B. C. 1, 16 Caeſar conquiri milites, qui ab eo diſceſſerant, Delectumque inſtitui iubet. Diligentiam inſtituere *non dixit* Cic. Fam. 16, 20. *quod in hoc loco annotatum erat; ſed ita,* Confido ſi diligentiam, quam inſtituiſti (*int.* adhibere) adhibueris, cito te firmum fore. Epulas Sil. 11, 272. Exemplum Plin. Epiſt. 4, 29. Cic. pro Caecin. 53 Probauit omnibus M. Curium, qui Heres inſtitutus eſſet, ita, *etc.* *Vid.* HERES. Heredem ex aſſe, *vel* omnibus bonis Plin. Epiſt. 5, 1. Idem 7, 36. Hiſtoria inſtitui niſi praeparato otio non poteſt, nec exiguo tempore abſolui Cic. de Legib. 1, 9. Ter. Adelph. 1, 1, 13 Vah, quemquamne hominem In animo inſtituere, aut parare quod ſit carius, quam ipſe eſt ſibi? Cic. Fam. 15, 5 Inſtituto Itinere ſecuritatem diligentiamque ſociis et Reip. praeſta. Iter inſtitutum rumpere Hor. Carm. 3, 27, 5. Legem iniquam et miſeram conditionem periculis hominum inſtituere Cic. pro Muraen. 60. Litem Triphonius in l. Filius D. de inoffic. teſtam. Ludos inſtituit celebri certamine Ouid. Met. 1, 446. Mercatum domeſticum rerum aliquarum Cic. Philipp. 3, 30. Caeſ. B. G. 5, 11 Labieno ſcribit, vt quamplurimas poſſet, his legionibus, quae ſunt apud eum, naues inſtituat. Plin. 7, 56 Quinqueremen inſtituit Neſichthon Salaminius, *i. facere inſtituit, primus fecit.* Negotium, *Aggredi opus* Plaut. Poen. 4, 2, 103. Nundinas Plin. Epiſt. 5, 4 *pr.* Officinam Cic. Verr. 4, 54. Quinctil. 6, 4 Neque enim de riſu, ſed de vrbanitate eſt Opus inſtitutum. Cic. de Fin. 5, 86 Audi igitur, inquit, Luci: tecum enim, vt ait Theophraſtus, mihi inſtituenda Oratio eſt. Oratorem, *i. deſcribere, et ita etiam formare docendo* Quinctil. in prooem. 1. Ornithoboſcium, *vid.* ORNITHOBOSCIVM. Poenam in aliquem Cic. pro Domo 126. Portorium vini Id. pro Font. 9. Quinctil. 7, 2 Si vnum reſpondeamus, videndum eſt, in re Quaeſtionem inſtituamus, an in ſcripto. Cic. pro Quint. 12 Qui ab adoleſcentulo Quaeſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio. Plaut. Stich. 3, 1, 26 Si tu hanc Rationem inſtituis, amicam ego habeo Stephanium, *etc.* Caeſ. B. C. 1, 42 In praeſentia ſimilem rationem operis inſtituit. Regnum Plaut. Rud. 4, 2, 30. Ita ſeruum par videtur frugi Se inſtituere Idem Amphitr. 3, 3, 4. Segetes Varr. R. R. 1, 37. Caeſ. B. G. 5, 36 Longiorque conſulto ab Ambiorige inſtituitur Sermo. Cic. de Orat. 2, 296 c. 73 Quum mihi Sermo cum hoc ipſo Craſſo multis audientibus eſſet de te inſtitutus, *etc.* Idem Tuſc. 2, 10 Eſt igitur ambulantibus ad hunc modum ſermo ille nobis inſtitutus, et a tali quodam ductus exordio. Sudes multae praeuſtae, magnus muralium pilorum numerus inſtituitur Caeſ. B. G. 5, 40. Sumtus Cic. pro Flacc. 33. Tabellarios certos Id. Fam. 14, 18. Textrinum Id. Verr. 4, 58. Tutorem filiorum orbitati Id. de Orat. 1, 228. Veſtigia retro inſtituit Lucret. 4, 474. *h. e. Retrocedit.* Vineam nouellam Columel. 5, 5. *non procul a fine.* Cic. Agrar. 2 c. 25. Vitam ſapienter, *Diſponere et formare.* Ter. Andr. 1, 1, 40 Sapienter vitam inſtituit. Vitem, *pro Conſerere, vt de* Vinea *modo vidimus,* Suet. de Clar. Gramm. 23, 5 Et agros adeo coleret, vt vitem manu eius inſtitutam ſatis conſtet CCCLXV vaſa edidiſſe. *Vid.* Idem 1, 2. *Hinc* Inſtituere, *abſolute apud Iuriſconſultos pro Arbores vel vineas in aliquo loco ponere, vt* Paul. l. Dominus §. in conducto D. locati cond. In conducto fundo ſi conductor ſua opera aliquid neceſſario vel vtiliter auxerit vel aedificarit, vel inſtituerit. *Turnebus.* ¶ 3 Inſtituere [καθηγεῖσθαι, παιδεύειν]

παιδεύειν] *Docere, inſtruere.* Cic. pro Quint. 69 c. 21 Qui apud te eſſet educatus: quem tu a puero inſtituiſſes, vt nobili ne gladiatori quidem haereret. Aliquem inſtituere, et ei praecepta dare Idem ibid. 84. Aliquem inſtituere et imbuere Cic. Philipp. 10, 20. Adoleſcentem Idem pro Cael. 39. Artem aliquem Id. de Orat. 1, 186. Ad lectionem aliquem Quinctil. 1, 7. Ad ſcenam aliquem Cic. de Clar. Orat. 203. Idem Verr. 3, 161 c. 69 Eos inſtituere atque erudire ad maiorum inſtituta atque ciuitatis diſciplinam, non ad tuas turpitudines debuiſti. Bouem in araudo Columel. 6, 2, 8. Inſtituere a ſe villicum Idem 11, 1, 5. Rudem ad dicendum Cic. de Orat. 2, 162. Literis Graecis Id. de Clar. Orat. 173. Quinctil. 1, 27 Socrates iam ſenex inſtitui lyra non erubeſcebat. Pueros Suet. Tib. c. 44, 2.

INSTITVENS, entis. Partic. Inſtituens ſermonem referre Cic. de Orat. 3 c. 1.

INSTITŪTVS, a, um. Partic. [κατεσκευασμένος] Plaut. Pſeud. 2, 3, 10 Iam inſtituta, ornata cuncta in ordine habeo. Male inſtituta ratio exitum reperire non poteſt Cic. de N. D. 1, 105 c. 37. Turres, teſtudines, munitionesque Caeſ. B. G. 5, 52. Diuinitus multa a maioribus inuenta atque inſtituta ſunt Cic. pro Domo *pr.* Id. de Fin. 3 c. 3 Inſtituti a natura, *eruditi, formati.* Quinctil. 2, 11 Bene inſtituto ac ſatis exercitato. Diligentia alicuius bene inſtitutus aliquis Cic. de Clar. Orat. 239. Doctrina liberaliter inſtitutus Id. de Orat. 2, 126 c. 39. Cic. pro Domo 141 Neque inſtitutas caerimonias perſequi. Idem pro Cluent. 64 Nihil tam remotum ab accuſatione, quam Cluentius et natura, et voluntate, et inſtituta ratione vitae.

INSTITŪTVM, i. n. [προαίρεσις, ἔθος] *Quod quis inſtituit. Mos, Lex, Conſuetudo, quidquid facere coepimus cum conſilio pergendi.* Quinctil. 1, 2, 16 *de Chryſippo*, Nam is, quamuis nutricibus triennium dederit, tamen ab illis quoque iam informandam, quam optimis inſtitutis mentem infantium iudicat. Cur autem ad literas non pertineat aetas, quae ad mores iam pertinet? Inſtituta *referuntur ad mores.* Inſtitutorum rei militaris liber primus, *etc. inſcribitur in MSS. opus* Vegetii. *Ita apud* Valerium Max. 2, 2 *lemma habet* De magiſtratuum atque ordinum officiis et inſtitutis; 2, 3 de militaribus inſtitutis; 2, 6 de externis inſtitutis. Cic. Acad. 1, 17 c. 4 Illi autem, qui Platonis inſtituto, in Academia coetus erant et ſermones habere ſoliti. Id. Att. 4, 17 Puto te exiſtimare me nunc oblitum conſuetudinis atque inſtituti mei, rarius ad te ſcribere, quam ſolebam. Leges et inſtituta iuris publici Cic. de Clar. Orat. 268 c. 77. Idem in Piſonem 30 Qui eius ciuitatis, in qua in principum numero vultis eſſe, non leges, non inſtituta, non mores, non iura noritis? Caeſ. B. G. 1, 1 Hi omnes lingua, inſtitutis, legibus inter ſe differunt. More inſtitutoque maiorum Cic. pro Muraen. 1. Mos *in quantum in vſu eſt,* Inſtitutum *in quantum a viris ſapientibus coepit.* Cic. Off. 1, 1 Te abundare oportet Praeceptis inſtitutisque philoſophiae. Id. Fam. 2, 12 Genus inſtitutorum et rationum mearum, diſſimilitudinem nonnullam habet cum illius adminiſtratione prouinciae. Id. ibid. 5, 17 Non putaui eſſe alienum inſtitutis meis, haec ad te ſcribere. Maiorum inſtituta Nep. Praef. n. 3. Cic. pro Cael. 50 Si qua mulier ſit huiusmodi, qualem ego paullo ante deſcripſi, tui diſſimilis, vita inſtitutoque meretricio: cum hac, *etc.* Id. Verr. Act. 1, 13 Innumerabiles pecuniae ex aratorum bonis nouo nefarioque inſtituto coactae. Patriae inſtituta Nep. 17, 4, 3. Nefandum, *vid.* NEFANDVS. Plin. . . . Haec ſunt rerum principia et inſtituta naturae: *nempe vt leges motus et naturae dicimus.* Liu. 6, 10 Militem ex inſtituto dare. *i. ex pacto, cui ſatisfacere alias ſolebant.* Abduci ab inſtitutis ſuis pecunia, *h. e. A propoſito, et ſententia.* Cic. Verr. 4, 12 Veruntamen abducuntur homines nonnunquam etiam ab inſtitutis ſuis magnitudine pecuniae. *Conf.* Id. Diuinat. Verr. c. 2. Inſtitutum vitae capiendum, *h. e. Viuendi ritus ſiue ratio et modus* Cic. de Fin. 4, 40. Conſequi inſtitutum, *vid.* CONSEQVOR. Decedere inſtituto Liu. 37, 54. Cic. Fam. 13, 56 Nobis autem in hac cauſa nihil aliud opus eſt, niſi te ius inſtituto tuo dicere. Formare mentem inſtitutis Quinctil. 1, 2. Tacit. Ann. 6, 32 Inſtituta Parthorum inſumit. Perficere inſtituta Cic. de Diuin. 2, 5. Id. Fam. 5, 12 *extr.* Ea quae habes inſtituta perpolies. Tacit. Hiſt. 4, 64 Inſtituta, cultumque patrium Reſumite. Tenere aliquod inſtitutum in omnibus Cic. Verr. 4, 46. Id. Att. 9, 8 Scilicet et meo inſtituto Vſus ſum. *h. e. Feci, quemadmodum conſueueram.* Eodem Vti inſtituto Nep. Praef. n. 4. Inſtitutum *et* natura *opponuntur. Vid. mox* INSTITVTIO n. 2.

INSTITVTIO, ōnis. f. [παίδευσις] *Doctrina, Inſtructio.* Cic. Off. 1, 7 Magis ad inſtitutionem vitae communis ſpectare videntur. Idem Acad. 4, . . Sunt enim mihi nota, propterea, quod earum ipſarum rerum, de quibus agimus, prima inſtitutio et quaſi diſciplina illo libro continetur. Idem Q. Frat. 1, 1, 16. Puerilis Quinctil. 1, 1. De inſtitutione Oratoria *ipſe titulum ſuo operi fecit* Quinctilianus in prooemio ad Tryphonem. Cic. de Orat. 3, 31 Iisdem praeceptis atque in vna inſtitutione formari. Rationem inſtitutionemque ſuam conſeruare Id. Att. 1, 14. Id. de N. D. 2, 35 c. 13 Neque enim dici poteſt, in vlla rerum inſtitutione non eſſe aliquid extremum atque perfectum, *i. in vlla rerum claſſe aut genere.* Cic. Verr. 5, 180 Horum nos hominum ſectam atque inſtitutionem perſequimur. *Vetus exemplar habet* Inſtituta. Stoica Sen. de Bei ef. 2, 20. Plin. 16, 4 Longum eſt, nec ex inſtitutione operis, diſſerere, quisnam Romanorum primus acceperit. *Vetus codex habet*, Nec inſtituti operis. Cic. Off. 1, 7 c. 2 Omnis enim, quae a ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet a definitione proficiſci. *i. Praeceptio et propoſitum de aliqua re agendi, vel Diſputatio et tractatio ipſa.* ¶ 2 Inſtitutio, *vt Graecorum* νόμος, naturae *opponitur.* Cic. Top. 90 c. 23 Aequitatis loci cernuntur bipartito, natura et inſtituto. Natura partes habet duas, tuitionem ſui, et vlciſcendi ius. Inſtitutio autem aequitatis tripartita eſt. Vna pars legitima eſt, altera conueniens, tertia moris vetuſtate confirmata. ¶ 3 Inſtitutiones *vocauit ipſe* Iuſtinianus *compendiariam illam iuris doctrinam, iuſſu ipſius in IV libros collatam. Vid.* Prooemium Inſtitutt. *vnde ſimul apparet, antiquiorem etiam eſſe illum titulum:* Igitur poſt libros quinquaginta digeſtorum — in quatuor libros easdem inſtitutiones partiri iuſſimus, vt ſint totius legitimae ſcientiae prima elementa — Quas ex omnibus antiquorum inſtitutionibus, et praecipue ex commentariis Caii noſtri, tam inſtitutionum, quam rerum quotidianarum — compoſitas, *etc.* ¶ 4 Inſtitutiones ſtellarum Cic. Tuſc. 1, 62 c. 25. *cum nihili ſint, merito coniecturae Manutii ſubſcripſere poſteriores*, Inſtitiones, *cum ſtare videntur ſ. inſiſtere. Vid.* Inſtitio *ſub* INSISTO.

INSTITŪTOR, ōris. m. *Praeceptor.* Lamprid. in Commod. c. 1 In aula inſtitutor. Treb. Poll. c. 3 Morum et actuum imperialium inſtitutor. Ammian. 14, 8 Veteres inſtitutores, *i. Vrbium conditores. Conf.* Pacat. Paneg. Theod. c. 8. Auguſtin. Epiſt. 123. Tertull. de Monog. c. 4.

INSTO, iti, itum, āre. [ἐνίστημι] *Vrgere, Inſectari.* Cic. pro Font. 1 Inſector vltro, atque inſto accuſatori — et flagito teſtes. Idem Verr. 1, 69 c. 27 Caedere ianuam ſaxis, inſtare ferro: ligna et ſarmenta circumdare. Liu. 27, 14 *pr.* Seu vicit, ferociter inſtat victis; ſeu victus eſt, inſtaurat cum victoribus certamen. Acrior inſtat Virg. Georg. 3, 538. Cupidius inſtare, *vid.* CVPIDVS. Impenſius inſtant Ouid. Met. 7, 323. Lenius inſtando taedia tolle tui Id. de Arte Am. 1, 718. Vi inſtat Virg. Aen. 2, 491. Martial. 7, 96 Inſtent mille licet, premantque curae, Noſtris carminibus tamen vacabit. Inſtare res aliqua *dicitur*, *Quando vrget.* Cic. Tuſc. 3, 10 Sed id alias: nunc quod inſtat. Virg. Ecl. 9, 66 Deſine plura puer, et quod nunc inſtat agamus. *h. e. Quod maxime neceſſarium eſt.* Cui Proconſul genitor, praefectus auunculus inſtant Auſon. Eidyll. 5, 44. *i. quem velut cogunt exemplo ſuo ad virtutem, vt Cicero* Aduerſariam *vocat* Exſpectationem, *etc.* Cic. pro Quint. 34 c. 10 Verum quoniam tibi inſtat Hortenſius, vt eas in conſilium. Euincuntque inſtando, vt literae ſibi ad Tarquinios darentur Liu. 2, 4. Quinctil. 7, 3 Patronus vero quoties poterit, inſtabit huic loco, vt nihil credibile ſit factum eſſe ſine cauſa. Famae inſtandum, *vt illa vtamur* Tacit. in vita Agric. 18. Plin. 7, 52 E duobus fratribus Equeſtris ordinis Corfidio maiori accidiſſe, vt videretur exſpiraſſe, apertoque teſtamento recitatum heredem minorem funeri inſtitiſſe: interim eum, *etc.* Furto feruidus inſtat Virg. Aen. 9, 350. Maioribus animis inſtat Ouid. de Arte Am. 2, 535. Virg. Aen. 1, 504 Talis erat Dido, talem ſe laeta ferebat Per medios inſtans Operi, regnisque futuris. Plin. in Paneg. c. 18 Et inde offenſae, gratiaeque pariter ſecuri, inſtant Operibus, adſunt exercitationibus: arma, moenia, viros aptant. Idem Epiſt. 6, 11 Etſi qui audiebant, me aemulari, meis inſtare Veſtigiis videbantur. *i. imitari. Proprie* Liu. 27, 2 Marcellus vbi lux fugam aperuit, ſociis cum praeſidio modico Numiſtrone relictis, praepoſitoque his L. Furio Purpurione Tribuno militum, veſtigiis inſtitit ſequi. *Iunge* Inſtituit ſequi, *et* ſequi veſtigiis. Cic. Att. 2, 1 *pr.* Ita vulgo, qui inſtabant, vt darem ſibi quod ornarent, iam exhibere mihi moleſtiam deſtiterunt. *Sic* 3, 15 Te inſtante facient. *Conf.* Curt. 6, 7, 28. Plaut. Caſ. 2, 5, 33 Non me hercle opinor poſſe, ita vxor acriter tua inſtat, ne mihi detur. Ter. Heaut. 5, 2, 22 Magis vnum etiam inſtare, vt conficerentur nuptiae. Inſtare vsque adeo donec Plaut. Ciſtel. 2, 3, 40. ¶ 2 *Interdum non multo plus eſt, quam alloqui.* Virg. Aen. 12, 47 Vt primum fari potuit ſic inſtitit ore. *Sed nimirum iam ante locutus fuerat Turnus, et vehementer quidem. Verum* Val. Fl. 1, 301 Ecce coronatae viſa eſt tutela carinae Vocibus his inſtare duci. *i. alloqui ducem.* Sil. 7, 458 Dumque hic (*f.* haec) aligeris inſtat Cytherea. *i. Cupidines alloquitur et hortatur.* Plaut. Curc. 3, 6 Si magis me inſtabunt ad Praetorem, ſufferam. *Forte fuit* mi, *i. mihi. Quamquam nec Accuſatiuus in hoc verbo plane inſolitus eſt.* Plaut. Ciſtel. 4, 2, 11 Quisue ſuſtulit? et vtrum hac, an illac iter inſtitit? Id. Aſin. 1, 1, 39 Eſtne hoc vt dico Litane? L. rectam inſtas viam. *i. Sic res habet, vt dicis. Abſolute,* Salluſt. Catil. c. 60 Veterani virtutis priſtinae memores, cominus acriter inſtare, illi haud timidi reſiſtunt. Inſtare factum, *Contendere rem ſic ſe habere, vt dicimus* Plaut. Merc. 2, 1, 18. Ter. Andr. 1, 1, 120 Ego illud ſedulo negare factum: ille inſtat factum. Inſtat ire ad eum, *i. Perſeuerat* Plaut. Mil. . . Inſtat capi ſtationes, *i. Vt capiantur* Liu. 32, 11 *extr.* ¶ 3 *Adeſſe, propinquum vel proximum eſſe:* Salluſt. in Catil. c. 15 Conſul optimum factu ratus noctem, quae inſtabat, antecapere, ne quid eo ſpatio nouaretur, *etc.* Caeſ. B. C. 1, 80 Inſtabat agmen Caeſaris, atque vniuerſum imminebat. Bellum inſtans Cic. Philipp. 11, 24. Bona multa inſtant a me tibi, *Proximum eſt, vt ego te diuitem faciam* Plaut. Perſ. 4, 3, 22. Caedes inſtant miſeris Virg. Aen. 8, 537. Dies inſtabat Lucan. 5, 5. Exitium eum (*pro* ei) inſtat Plaut. Poen. 4, 2, 96. Ludi magnificentiſſimi inſtant Cic. in Piſon. 65. Id. Fam. 12, 14 Et nunc non minora Pericula Reip. a Dolabella inſtarent, quam ab Antonio. Id. in Catil. 2, 11 c. 5 Quibus ego confido Poenas aut inſtare iam plane, aut certe appropinquare. Ter. Adelph. 3, 2, 9 Quem neque fides, neque iusiurandum, neque illum miſericordia repreſſit, neque reflexit: neque quod Partus inſtabat prope. Senecta inſtans Hor. Carm. 2, 14, 3. Plaut. Poen. 4, 2, 97 Prius quam vnum iniectum telum eſt, tum inſtat alterum. ¶ 4 *Pro inſtituere, i. incipere.* Cic. Fam. 10, 16 Flagitare ſenatus inſtitit Cornutum. *Vid. Graeu.*

INSTATVRVS, a, um. Adi. Liu. 10, 36 Ni cedenti inſtaturum alterum timuiſſent. Frontin. Strat. 2, 6, 10 Fugientibus inſtaturos victores.

INSTANS, antis. Partic. [ἐνεστώς, ἀκμαῖος] *Quod imminet, et vrget, certe praeſens eſt.* Bellum Caeſ. B. G. 6, 4. Milites Ibid. 8, 14. Periculum Nep. 4, 3, 5. Cic. Tuſc. 4, 11 Quae enim venientia metuuntur, eadem efficiunt aegritudinem inſtantia. Idem de Fato c. 12 Vt praeterita ea vera dicimus, quorum ſuperiore tempore vera fuerint inſtantia: ſic futura, quorum conſequenti tempore vera erunt inſtantia, ea vera dicemus. Quinctil. 5, 10 Praeteritum, inſtans, futurum. *Add.* Tac. Hiſt. 3, 36, 1. De inſtantibus veriſſime iudicare Nep. 2, 1, 4. Suſtinet inſtantes Ouid. Met. 5, 162. *i. vrgentes. Compar.* Quinctil. 9, 3 Fons quidem vnus, qui acriora facit et inſtantiora, quae dicimus. Tacit. Hiſt. 4, 83, 6 Species terribilior et inſtantior. Idem Ann. 2, 56, 1. *et* Paullin. Petrocor. Vit. Martin. 5, 659. *Superl.* Auguſt. Retract. 1, 19 *extr.* Ad inſtantiſſimam petitionem.

INSTANTIA, ae. f. [ἔνστασις] *Continua intentio et aſſiduitas.* Gell. 6, 2 Si fato omnia mouentur — peccata quoque hominum, et delicta non ſuccenſenda, neque inducenda ſunt ipſis, voluntatibusque eorum, ſed neceſſitati cuidam et inſtantiae, quae oritur ex fato, *i. vrgenti neceſſitati, et impulſioni.* Plin. 3, 5, 18 Quid eſt enim, quod — haec inſtantia non poſſit efficere. Inſtantia in oratione, pro Vehementia vel elatiore ſtilo. Idem Epiſt. 5, 8, 10 Haec vel maxime vi, amaritudine, inſtantia: illa tractu et ſuauitate atque etiam dulcedine placet. Mater doctrinae eſt inſtantia, nouerca eruditionis eſt negligentia Euod. Epiſc. Ticin. *Sic* l. 32 §. 1 ff. de Vſur. Cum omiſſa eſt repetendi debiti inſtantia, *i. Aſſiduitas.* L. fin. §. fin. ff. de pignorat. act. Ac poſtea inſtantia Gaii Seii creditoris recuperati

peratl ſunt *culei.* Quaeſtionis inſtantia Tertull. de Spectac. c. 19. *Idem eſt ac Propinquitas apud* Gell. 9, 12 Inſtantia atque imminentia fraudis, *qua quis feſtinat ad nocendum, etc.* De Inſtantia, *ſiue Exemplo contrario, quo vitiatur enunciatio vniuerſalis.* *Vid. Dialecticor.*

INSTANTER. Adu. [ἐνισαμένως] *h. e. Perſeueranter, cum inſtantia, i. vehementia et ſtudio.* Quinctil. 9, 4 Vbicunque acriter erit et inſtanter, pugnaciterque dicendum, membratim, caeſimque dicemus. Plin. Epiſt. 7, 22 Minus miraberis, me tam inſtanter petiſſe, vt in amicum meum conferres Tribunatum, quum ſcieris, quis ille, qualisque. *Conf.* l. vn. §. 2 D. de libell. dimiſſ. *Compar.* Quinctil. 9, 3 Inſtantius dicere. Inſtantius debita poſcentes Iuſtin. 6, 2, 11. *Conf.* Tacit. Ann. 6, 35, 4. *et* Martial. 12, 100. *Superl.* Inſtantiſſime compellere Apul. Met. 3 p. 133. Ibid. 4, 153. Inſtantiſſime deſiderare Gell. 4, 18.

INSTABĬLIS, e. Adi. [ἀσαθὴς, ἀβέβαιος] *Quod ſuo loco ſtare non poteſt.* Plin. 36, 14 Rurſus in lubrico atque inſtabili fundamenta tantae molis locarentur, *etc.* Animi Virg. Georg. 4, 105. Homo, *Inconſtans, leuis.* Liu. 21, 5 Quippe vbi pedes inſtabilis ac vix vado fidens, vel inermi equite equo temere acto peruerti poſſet. Hoſtis inſtabilis ad cominus conſerendas manus Idem 27, 18. Locus Ouid. Met. 6, 191. Regnum Sen. Thyeſt. 3 v. 215. Tellus, *i. Inſolida:* Ouid. Met. 1, 20 Sic erat inſtabilis tellus, innabilis vnda. *Compar.* Queis rebus inſtabilior Aur. Victor. in Galba c. 6.

INSTABILĪTER. Adu. Auguſtin. Confeſſ. 13, 20 Inſtabiliter fluidum.

INSTABILĬTAS, ātis. f. [τὸ ἀσαθὲς] *Inconſtantia.* Plin. 24, 17 Hanc autem a regibus Perſarum comedi aut bibi contra omnia corporum incommoda inſtabilitatemque mentis. *h. e. Turbationem, vel alienationem mentis.* Arnob. 6 p. 196.

INSTRĀTVM, [ςρῶμα] *vid.* INSTERNO. Inſtrato omne veſtimentum contineri, quod iniicitur, Labeo ait Vlpian. in l. Inſtrato D. de Verb. et rerum ſignif.

INSTRENVVS, a, um. Adi. [ἀγεννῆς] Strenuo *contrarium: quaſi Minime generoſus, ignobilis, indiligens, et ad res gerendas minime promtus.* Plaut. Moſt. 1, 2, 24 Atque vbi illo immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia immundus, inſtrenuus, hic iam aedibus vitium additur. Ter. Heaut. 1, 1, 67 Ambo accuſandi: etſi illud inceptum tamen animi eſt pudentis ſignum, et non inſtrenui. Suet. Veſp. c. 4 Non inſtrenuo duce.

INSTRENVE. Adu. Iuſtin. 17, 2, 1 Lyſimachus non inſtrenue moriens.

INSTRĔPO, ui, ītum, ĕre. [ἐπιψοφέω] *Idem quod Strepere incipere.* Liu. 4, 34 Vnde ſi quid inſtrepat terroris, ſine Patricio magiſtratu placere Remp. opprimi. *Vetus exemplar habet* Increpet. Inſtrepit axis, *pro Stridet.* Virg. Georg. 3, 172 Poſt valido nitens ſub pondere fraxinus axis Inſtrepit. Dentibus horrendum inſtrepit Claud. de Conſ. Mal. Theod. 223. *Al.* Increpet. Apul. Met. 2 p. 126 Lamentabiles queſtus ſingultim inſtrepebat.

INSTREPĬTO, āre. Ven. Fortunat. 3, 7 Floribus inſtrepitans poplite mella rapit.

INSTRĪDENS, entis. Sil. 14, 437 Fax nidore graui foedauit cominus auras Ambuſto inſtridens pelago. *i. In mari ſtridens: ardebant enim naues praelio nauali ſuccenſae.*

INSTRINGO, inxi, ictum, ĕre. [ἐπισφίγγω] *Laudatur* Catul. 75, 11 Quin te animo offirmas, teque inſtringisque, reducisque, Et diis inuitis deſinis eſſe miſer? *Videtur hîc idem ſignificare, quod adſtringo, cuius contrarium eſt diſſoluo.* *Sed al.* teque iſtinc vsque reducis. *Vehementer et arcte ſtringo.* Quinctil. Decl. 5, 16 in Aegro redemto, Iacet inter vincula, quibus inſtringat adhuc recentem pirata captiuum.

INSTRICTVS, a, um. Part. *Intentus, tanquam in equuleo* Apul. Met. 8 p. 211, 21 Vxor dolore pellicatus inſtricta. Idem 9 p. 225, 9 Phileſitaerus hac ipſa — tutelae nimietate inſtrictus atque inflammatus, *intentus inſtar arcus.* *Proprie* Idem 10 p. 244, 14 Amiculis feralibus inſtrictus atque obditus.

INSTRICTVS, ûs. m. Catul. Carm. 75, 11 Inſtrictumque reducis. *Vid. Scalig.* *Sed variat lectio.* *Vid.* INSTRINGO.

INSTRVCTIO, INSTRVCTOR, INSTRVCTVS, INSTRVMENTVM. *Vid.* INSTRVO.

INSTRVO, xi, ctum, ĕre. [κατασκευάζω] *Significat proprie Apparare, componere, armare, ornare, machinari.* *V. g.* Accuſationem inſtruere, *vel* actionem *vel* litem; *eſt Literis ac teſtibus, caeteriſque ad probandum neceſſariis eam adornare, munireque.* *Vnde* Inſtrumentum litis *vocat* Quinctilianus 12, 8, 12 *Quidquid ad inſtruendam litem, id eſt cauſam pertinet.* Cic. pro Cluent. 18 c. 6 Hoc enim ipſum iudicium, hoc periculum, illa accuſatio, omnis teſtium copia, quae futura eſt, a matre initio eſt adornata, a matre hoc tempore inſtruitur. Cic. pro Muraen. 22 c. 9 Tu actionem inſtituis: ille aciem inſtruit. Tu hosce inſtrue: hic ego ero poſt principia Ter. Eun. 4, 7, 11. *Add. v. ſeq.* Armis inſtruit ſocios Virg. Aen. 8, 80. Bellum Iuſtin. 2, 10, 12. 8, 5, 2. *etc.* Vlpian. in l. 1 D. de iure patron. Et ſi calumniam aliquam eis inſtruxit, vel delatorem ſubornauit. Claſſem Iuſtin. 6, 3, 1. Gell. 2, 24 Verba Laelii haec ſunt, quibus indicat haedum, qui ad epulas fuit allatus, dimiſſum, coenamque ita vt lex Licinia ſanxiſſet pomis, oleribusque inſtructam. Concubinas ſecuribus peltisque Macedonicis Suet. Neron. c. 44, 1. Ter. Phorm. 2, 1, 7 Cedo ſenem: iam inſtructa ſunt mihi corde conſilia omnia. Copias Caeſ. B. G. 7, 18. Dolis inſtructus Virg. Aen. 2, 152. Cic. Verr. 4, 9 c. 5 Non enim te inſtruere Domum tuam voluerunt in prouincia, ſed illum vſum prouinciae ſupplere. Epulas Liu. 5, . . *et* 26, 13. Filiam dotare et inſtruere Suet. Veſp. c. 13. Fraudi inſtruendae aliquanto intentior Liu. 23, 36. Plin. Epiſt. 8, 18, 11 Fuit tam copioſus, vt ampliſſimos Hortos, eodem quo emerat die, inſtruxerit plurimis et antiquiſſimis ſtatuis. Cic. Off. 3, 59 Emit homo cupidus et locuples tanti, quanti Pythius voluit, et emit inſtructos. *de* Hortis. Inſidias Cic. pro Cluent. 189. Inſidias mihi inſtruens Catul. 19, 7. Plin. in Paneg. c. 75 *extr.* Non inſtruendum illis Iter ad bonam famam, ſed non deſerendum: non ſubmouenda adulatio, ſed non reducenda eſt. Plaut. Amph. 1, 1, 66 Nos noſtras more noſtro, et modo inſtruximus Legiones: item hoſtes contra, ſuas inſtruunt. Ter. Eun. 4, 7, 11 Tu hoſce inſtrue: hîc ego ero poſt principia: inde omnibus ſignum dabo. G. illuc eſt ſapere: vt hoſce inſtruxit. Locum inſidiis Liu. 6, . . Idem 34, 61 Ariſtonem quendam Tyrium aduenam, inſtructum Mandatis ab Annibale, et ab Antiocho recte, veniſſe. Materiam falſo fabricando Vlpian. in l. 2 §. Diem autem D. Quemad. teſtam. aperiant. Menſas epulis Ouid. Met. 8, 561. Milites ſtipendio Iuſtin. 5, 9, 9. Columel. 4, 3 Nonnulli ſtrenue fabricant nauigia, nec conſummata perinde inſtruunt armamentis, miniſtrisque. Liu. 34, 61 *pr.* Ariſtonem Annibal Carthaginem cum mandatis mittit: edit nomina eorum, quibus conuentis opus eſſet. Inſtruit etiam ſecretis notis, per quas haud dubie agnoſcerent ſua mandata eſſe. Opus inſtruitur Ouid. Faſt. 4, 690. Plaut. Mil. 4, 1, 34 Aurum, ornamentaque, quae illi inſtruxiſti, ferat. Veſte et comitatu inſtrui debet *ſponſa* ſecundum conditionem mariti Plin. Epiſt. 6, 32. Vrbem Suet. Iul. c. 44, 1. ¶ 2 *Docere ſignificat.* Sen. Epiſt. 58 Illa quae me docet et inſtruit facies, a qua petitur imitatio, Idea eſt. *Vid.* IDEA. Ad omne officii munus Cic. de Senect. 26. Conſiliis inſtrui idoneis ad negotium Id. Att. 5, 6. Quinctil. 2, 5 Orationum lectione ſuſceptos a ſe diſcipulos inſtruxerit. Arte aliquem Ouid. Epiſt. 16, 364. Cultibus aliquem Idem Faſt. 2, 318. Scientia aliquem Quinctil. in prooem. 1. Studioſos ſcientia alicuius rei Quinctil. in prooem. 1. *non procul a fine.* Ignorantiam alicuius Plin. Epiſt. 10, 97, 1. Oratorem, *Docere orationis conſcribendae rationem:* Quinct. 10, 1 Inſtruamus qua in oratione, quae dicere, facere, quam optime, quam facillime poſſit. Idem 4, 2 Iudex notitia rerum inſtruendus videtur. *i. Docendus.*

INSTRVENS, entis. Partic. Vitruu. 2, 8 Longitudinem in craſſitudines inſtruentes. Catul. 21, 7. *Vid.* Inſidias ſupra.

INSTRVENDVS, a, um. Part. Quinctil. 4, 2 Iudex notitia rerum inſtruendus videtur.

INSTRVCTVS, a, um. Part. [πεπαιδευμένος] Inſtructus artibus ingenuis. *h. e. Bene edoctus et inſtitutus* Cic. de Orat. 1, 13. Inſtructus et ornatus plurimis et grauiſſimis artibus Idem de Fin. 2, 112. *Et* Fam. 15, 1 Nos quemadmodum inſtructos, et quibus praeſidiis munitos ad tanti belli opinionem miſeritis, non eſtis ignari. Ter. Heaut. 3, 1, 41 Nam vt tu ſcias, quam ea nunc inſtructa pulchre ad perniciem fiet, *etc.* Ad caedem Liu. 24, 24. Ad mortem contemnendam Cic. de Fin. 2, 57 c. 17. Quinctil. 5, 71 Ex antecedentibus et iunctis et inſequentibus trahenda eſſe argumenta qui acceperit, protinus in hoc ſit inſtructus, vt quid in quaque cauſa dicendum ſit, ex his ſciat. Ferro inſtructi Virg. Aen. 12, 124. Eques inſtructus ſpiculis Ouid. ex Pont. 1, 1, 19. Exercitus inſtructus telis Caeſ. B. C. 3, 56. Inſtructum et paratum conuiuium omnibus rebus Cic. Verr. 4, 62 c. 27. Inſtructiores peditum copiae Liu. 27, 45. Inſtructior doctrinis Cic. de Fin. 1, 26 c. 7. Vlpian. D. 33 titulo De fundo inſtructo, Supellex, caeteraque ſi qua agro fuerunt, quo inſtructior eſſet paterfamilias, inſtrumento fundi non continentur. Cic. de Clar. Orat. 233 Craſſus igitur mediocriter a doctrina inſtructus, anguſtius etiam a natura, labore et induſtria, et quod adhibebat ad obtinendas cauſas curam etiam et gratiam, in principibus patronis aliquot annos fuit. Liberaliter, *vid. h. v.* *Compar.* Inſtructior a philoſophia, a iure ciuili, ab hiſtoria Cic. de Clar. Orat. 161 c. 43. Vitiis decem inſtructior Hor. Epiſt. 1, 19, 25. *Superl.* Inſtructiſſimus vir Cic. de Orat. 1, 256. Humanitatis laudibus inſtructiſſimus Val. Max. 2, 6, 8. Inſtructiſſimus artibus Brut. ad Att. *ſub* Cic. ad Brut. 17.

INSTRVCTE. Adu. *Compar.* Liu. 1, 35 Ludos opulentius inſtructiusque quam priores reges fecit. Apul. Apol. p. 296 Inſtructius accuſare.

INSTRVCTVS, ûs. m. [κατασκευή] *Apparatus.* Cic. de Orat. 3, 23 c. 6 Riuis eſt diducta oratio, non fontibus: et quocunque ingreditur, eodem eſt inſtructu, ornatuque comitata. Manil. 5, 286. *Vid. Scalig.* p. 375. *Add.* Tertull. Apol. c. 6 *et* 42.

INSTRVCTIO, ōnis. f. Plin. Epiſt. 10, 3 Si inſtructio noui balinei oneratura vires Pruſenſium non eſt, poſſumus deſiderio eorum indulgere. Inſtructio exercitus militum Cic. de N. D. 2, . . Idem pro Caecin. 43 c. 15 Neque coniectione telorum, ſed ſaepe clamore ipſo militum, aut inſtructione aſpectuque ſignorum, magnas copias pulſas eſſe et vidimus et audiuimus. Vitruu. 5, 9. Auct. ad Heren. 3, 10.

INSTRVCTOR, ōris. m. [ἐξαρτύτης] *Qui parat et inſtruit.* Cic. Poſt red. in Sen. 14 c. 6 Hi ſunt conditores, inſtructoresque conuiuii.

INSTRVCTĬLIS, e. Adi. Tertull. de Anima c. 14 *pr.*

INSTRVCTŪRA, ae. f. Frontin. Strat. 2, 3, 17 Turbauerunt Macedonum inſtructuram, *i. aciem.* *Conf.* Iſidor. 19, 10 *et* 18.

INSTRVMENTVM, i. n. [τεῦχος, σκεῦος] *Omne illud, quo quis ad operandum vtitur: Apparatus, quo fundus, taberna, et id genus alia inſtruuntur.* Inſtrumenta, χρηςήρια, ὄργανα, ἐργαλεῖα Gloſſ. Steph. Cic. pro Domo 62 In fundum autem vicini Conſulis, non inſtrumentum aut ornamenta villae, ſed etiam arbores transferebantur. *Et* Acad. 4, 3 c. 1 Totius belli inſtrumento et apparatu. Cic. Verr. 4, 67 c. 44 Hoſtium ſpolia, monimenta imperatorum, decora atque ornamenta fanorum, poſthac his praeclaris nominibus amiſſis, in inſtrumento ac ſupellectili C. Verris numerabuntur. Suet. Aug. c. 71 Et Alexandria capta, nihil praeter calicem ex inſtrumento regio retinuerit. *Sic apud Iureconſultos* titulus *eſt* De fundo inſtructo, et inſtrumento legato. Religioſas veſtes cum omni inſtrumento comburere Suet. Tib. c. 36. *Subſidium ad aliquid agendum.* Inſtrumentum cauſarum et generum omnium Cic. de Orat. 2, 146. Artis inſtrumentum Hor. Serm. 1, 3, 131. Doctrinae Apul. Apol. p. 331. Inſtrumenta multa habet homo ad adipiſcendam ſapientiam Cic. de Legib. 1, 59 c. 22. Idem in Catil. 2, 9 Quum induſtriae ſubſidia atque inſtrumenta virtutis in libidine audaciaque conſumerentur. Cic. de Orat. 3, 193 Ad quorum intelligentiam a natura minus habent inſtrumenti. Idem de Clar. Orat. 267 Inſtrumenta naturae *vocat, acumen, geſtum, et reliqua id genus, quae a natura potius, quam ab arte proficiſcuntur: quae* Caio Piſoni a natura adfuiſſe *teſtatur ibidem.* Inſtrumenta artis et oratoris Quinctil. 12, 5, 1. Naturalia, vox, latus decor ibid. 5. *Add.* 12, 11, 24. Inſtrumentum in bonis artibus comparandis Cic. de Fin. 2, 110. Tacit. Hiſt. 4, 7, 6 Nullum maius boni imperii inſtrumentum, quam bonos amicos. Regni inſtrumentum Cic. Brut. 4. ibid. 15 Sed inſtrumentum regni delatum ad Lepidum et Antonium. *i. Copiae (vt vulgus loquitur) Caeſaris.* Cic. pro Milon. 33 c. 12 Exhibe, quaeſo, Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum veſtrarum, quod te aiunt eripuiſſe e domo, *etc.* vt praeclarum inde munus ac inſtrumentum tribunatus ad aliquem deferre poſſis. Cic. Att. 7, 8 Soluendi ſunt nummi Caeſari, et inſtrumentum triumphi eo conferendum. *Conf.* Suet. Caeſ. c. 37 *et* 84. Venatorium

natorium inſtrumentum *intelligitur apud* Plin. Epiſt. 3, 20 *pro iis omnibus, quae ad venationem requiruntur.* Inſtrumenti *nomine, aliquando intelligitur Monumentum ſcripturarum, ad res geſtas pertinentium.* Suet. Veſp. c. 8 Inſtrumentum imperii, pulcherrimum ac vetuſtiſſimum confecit: quo continebantur paene ab exordio vrbis Senatusconſulta, plebiſcita de ſocietate et foedere ac priuilegio cuicunque conceſſis. Inſtrumenti male concepti tenor, *vid.* Tenor, *in* TENEO. Inſtrumentorum *nomine, Ea omnia accipienda ſunt, quibus cauſa inſtrui poteſt. Vt* Litis inſtrumentum Quinctil. 12, 8, 12. *Add.* 5, 7, 36. *it.* 5, 6, 2. *et* 6, 4, 17. *Haec dicuntur* firmari vel deſtrui 5, 7, 36 *vt literae, teſtimonia etc.* Ruris et inſtrumentorum agreſtium cura Cic. *apud* Columel. praef. l. 12. Inſtrumenta, quibus ad lanificia vtuntur Idem 12, 3. Luxuriae Salluſt. Catil. c. 26. Militiae Idem Iugurth. 47. *et* Dictys 1, 16. Necis inſtrumenta ferrum igneſque Ouid. Met. 3, 698. Anilia Idem Met. 14, 766. Mendicum, *vid.* MENDICVS. Perniciosa Quinctil. 2, 15. Ruſticum Val. Max. 4, 4, 6. *et* Phaedr. 4, 4. Venatorium Plin. Epiſt. 3, 20.

INSTVDIŌSVS, a, um. Adi. *Non ſtudioſus.* Apul. Apol. *pr.* Medicinae neque inſtudioſus, neque imperitus. Gloſſ. Cyrill. Inſtudioſus, ἀφιλόπονος.

INSTV̆PENS, entis. Adiect. [ἀνεσθητῶν] *Idem quod Stupens, aut Valde ſtupidus, et ſenſus expers factus.* Plin. 28, 4 Salpe torporem ſedari quocunque membro inſtupente, ſi quis in ſinum exſpuat.

INSVĀSVM, i. n. Appellabant antiqui Colorem, *inquit* Feſtus, ſimilem luteo, qui fiebat ex fumoſo ſtillicidio in veſtimento albo. Vet. Gloſſ. Inſuaſum εἶδος δοκαρίκ κεκαπνισμένκ, *vt emendat Scal. ad Feſtum, i. ſpecies trabeculae fumo infectae.* Idem Feſtus, Suaſum colos appellatur, qui fit ex ſtillicidio fumoſo in veſtimento albo. Plautus (Truc. 2, 2, 16) Quia tibi ſuaſo (*hod. legitur* inſuaſo) infeciſti, propudioſa pallulam. Quidam autem legunt inſuaſo, nec deſunt, qui dicant omnem colorem, qui fiat inficiendo, ſuaſum vocari, quod quaſi perſuadetur in alium ex albo tranſire. *Recte poſteriora dicit, cum apud Graecos πειθόμενον et πεπεισμένον eadem ratione dici, oſtendat Salmaſ. ad Solin.* p. 245 b. *Illum deinde a fumo colorem propterea, quia profunde bibitur,* ſuaſum *et* inſuaſum *praeter caeteros dictum credibile eſt.* Inſuaſus *nempe vt* infucatus *auget ſignificationem Simplicis.*

INSVĀVIS, e. Adi. [ἀηδὴς] *Quod eſt* Suaui *contrarium, h. e. Aſperum, auſterum.* Cic. de Amicit. 86 Inſuauem illam admirationem ei fore, quae iucundiſſima fuiſſet, niſi aliquem cui narraret, habuiſſet. Idem de Orat. 2, 25 Qui vitam inſuauem ſine his ſtudiis putaretis. Odor Columel. 12, 52. Aqua limoſa et inſuauis Vitruu. 8, 1. *Compar.* Auct. ad Herenn. 3 c. 12 Quid inſuauius quam clamor in exordio cauſae. *Conf.* Cic. Orat. c. 47. *et* Gell. 1, 7. *Superl.* Cic. Orat. 163 c. 49 Inſuauiſſima litera.

INSVAVĬTAS, ātis. f. Gell. 1, 21 Inſolentia et inſuauitas dictionis. *Conf.* Tertull. de Poenit. c. 10. *et* ad Martyr. c. 3.

INSVBĬDVS, a, um. Adi. [ἀναφρόδιτος] *Inuenuſtus. Ab aeſtu illo et orgiis Veneris alienus, quae exprimit verbum* Subare, *vnde* Subidus *eſt, de quo ſ. l. Firmat hoc aperte* Gell. 19, 9 Sed ne nos, id eſt nomen Latinum, tanquam profecto vaſtos quoſdam, et inſubidos, ἀναφροδισίας condemnetis, ἀναφροδισία *enim ad verbum* inuenuſtas *eſt.* Idem 18, 8 Ὁμοιοτέλευτα — quam ſint inſubida, et inertia, et puerilia *etc.* Gell. 6, 1 *pr.* Nihil eſt prorſus iſtis imperitius, nihil inſubidius, qui opinantur bona eſſe potuiſſe, ſi non eſſent ibidem mala. Idem 13, 20 Inſubidius neſcio quid facies et pinguius. *Et* 12, 2 Haec tamen inepti et inſubidi, et inſulſi hominis ioca non praeterito. Lamprid. Commodo 17 Fuit — vultu inſubido, vt ebrioſi ſolent, et ſermone incondito.

INSVBĬDE. Adu. [ἀσκέπτως] Gell. 1, 2 Multa atque immodica de philoſophiae doctrinis intempeſtiue atque inſubide diſſerebat. Macrob. Saturn. 7, 14 Ipſam vero videndi naturam non inſubide introſpexit Epicurus.

INSVBIECTVS, a, um. Adi. Homo inſubiectus, potens Prudent. Hamart. v. 699. *i. nemini ſubiectus.*

INSV̆BRES, um. m. [Ἴνσουβροι, ἴνσοβρες] *Galliae populi, qui Mediolanum condiderunt.* Liu. 5, 34. Tacit. Ann. 11, 23, 3. *et* Plin. 3, 17. *Mediam poſſe corripi ex Graecorum quorundam ſcribendi ratione Ricciolus docuit.*

INSVBSIDIATVS, a, um. Adi. Non poſſumus inſubſidiati ſtare Vulg. 3 Eſdr. 9, 11.

INSVBSTANTIVVS, a, um. Adi. Pater, cuius pater nemo eſt, qui eſt inexcogitabilis et inſubſtantiuus Interp. Iren. 1, 10.

INSVBTĪLIS, e. Adi. Papin. in l. cum filiofamilias D. de legat. 1 Denique Iulianus non inſubtili ratione motus reſpondit, *etc.*

INSVBTILITER. Adu. *Non ſubtiliter.* Vlp. in l. 1 §. ſi ex fundo D. de hered. inſtit. Marcellus non inſubtiliter non putat hodie hoc procedere.

INSVBVLVM, i. n. Textoris inſtrumentum, *auctore* Iſidor. 19, 29. Sic dictum, quod infra et ſupra ſit, vel quia inſubulatur. *Laudatur* Lucret. 5, 1351 Nec ratione alia poſſunt tam leuia gigni Inſubula, ac fuſi, *etc. al.* Inſilia, *v. v.*

INSVBVLATVS, a, um. Adi. *Perforatus Cathol.*

INSVCCO, āre. [ἐγχυλίζω] *Imbuere, ſeu Inficere, et ſucco aliquo vel humore intingere.* Columel. 7, 5 Fracta pecudum non aliter quam hominum crura ſanantur, inuoluta lanis oleo atque ſucco inſuccatis. *Et* 7, 4 Inſuccanda oleo lana. *Conf.* Idem 9, 13 Panis inſuccatus ex mulſo. Cael. Aurel. Acut. 3, 8. *Vid. Reineſ. Var. Lect.* 2, 8.

INSVCCVS, a, um. Adi. [ἔγχυλος] *Pinguis, ſucco plenus, bene paſtus.* Cyprian. . . Inſuccum corpus gladiatorum *apud Salmaſ. de Pall. p.* 197.

INSV̄DO, āre. Celſ. 2, 2 Corpus circa partes aliquas contra conſuetudinem inſudat. *Conf.* 1, 3 *etc.*

INSVDĀTVS, a, um. Adi. Quinctil. 11, 3, 23 Inſudata veſtis. *Sic quidem MSS. apud Burm. p.* 1002. *Sed melius editur diuiſim,* in ſudata.

INSVDVS, a, um. Adi. ἄνυδρος, ἄβροχος Gloſſ. Lat. Gr. *origo eadem, quae* ſudoris, *vnde et* Vdus *etc.*

INSVESCO, ēui, ētum, ĕre. [ἐθίζομαι] *Idem quod Conſueſcere.* Ter. Adel. 1, 1, 30 Nam qui mentiri, aut fallere inſueuit patrem, *etc. Conf.* Plaut. Capt. 2, 2, 55. Inſueſcere frui parta victoria Liu. 5, . . Lucret. 2, 1277 Vt facile inſueſcat ſecum vir ducere vitam. *Conf.* Sall. Cat. c. 11. Columel. 6, 47 Cui partui deinde quum decem diebus inſueuit equa. Tacit. Ann. 11, 29 *extr.* Duas pellices quarum corpori inſueuerat, *vt conſueſcere et conſuetudo, de Venere.* Columel. 6, 4 Maxime tamen habet ſalutaris amurca, ſi tantundem aquae miſceas, et ea pecus inſueſcas, *etc.* *Actiue, vt* Hor. Serm. 1, 4, 105 Inſueuit pater optimus hoc me Vt fugerem, exemplis vitiorum quaeque notando. *Conf.* Prudent. Hymn. 9, 94. Inſueſci, *Paſſ.* Columel. 11, 3 Atque vbi coeperunt aliquod incrementum habere, ſic inſueſci debent, vt in id ſpatium, quod ſulcis interiaiacet, inclinentur.

INSVĒTVS, a, um. Partic. Liu. 24, 48 Ita ſe a pueris inſuetos. Tibull. 1, 4, 42 Operi inſuetae manus. *Sed* ¶ 2 Inſuetus, [ἀηθὴς] *Non ſuetus. Tam de re, quam de homine dicitur.* Inſuetum iter, *Per quod tranſire non ſumus ſoliti* Virg. Aen. 6, 16. Idem Ecl. 1, 50 Non inſueta graues tentabunt pabula fetas. Inſueta ſolitudo Liu. 3, . . Idem 28, 18 Vt non Syphacem modo barbatum, inſuetumque moribus Romanis, ſed hoſtem etiam infeſtiſſimum facunde alloquendo ſibi conciliarit. Cic. Att. 4, 1 Quo S. C. recitato, continuo populus more hoc inſueto et nouo, plauſum eo nomine in recitando dediſſet, habui concionem. *Vetus exemplar ſcriptum habet* Inſulſo more. Contumeliae inſuetus Cic. Att. 2, 21. Laboris inſuetus Caeſ. B. G. 7, 30. Moris alicuius inſuetus Liu. 6, . . Pugnae inſuetus Caeſ. B. C. 1, 44. Inſuetus vera audire Liu. 31, . . *Cum Gerundio:* Inſuetus nauigandi Caeſ. B. G. 5, 6. Inſuetus ad: Corpora inſueta ad onera portanda Idem B. C. 1, 78. *Conf.* Nep. 10, 7, 3. Iuſtin. 1, 8, 6.

INSVĒTE. Adu. Cael. Aurel. Tard. 5, 3 Inſuete immorari alicui. *Compar.* Auguſtin. Epiſt. 3 Ipſos corporis ſenſus aliquanto inſuetius perſcrutetur.

INSVETVDO, ĭnis. f. Inſuetudo cibi Spartian. Seuer. c. 16.

INSVEFĂCIO, ĕre. [ἐθίζω] *Conſuefacere. vnde* Inſuefio *et hinc*

INSVEFACTVS, a, um. Part. [ἐθισθεὶς] *Aſſuefactus:* Caeſ. B. G. 4, 24 Notiſſimis locis audacter tela coniicerent, et equos inſuefactos incitarent.

INSVFFICIENS, entis. Adi. Tertull. aduerſ. Hermog. c. 15.

INSVFFICIENTIA, ae. f. Tertull. ibid. *et* ad Vxor. 1, 4.

INSVFFLO, āre. *Praepoſitiones* In *et* Sub *indicunt,* flantis *Spiritum* inire *et* ſubire *illud, quod* inſufflari *dicitur.* Inſufflauit in faciem eius ſpiritum vitae Proſper de Praedict. 1, 1. Vt hos paratus perſpicit, inſufflat Prudent. Periſt. 10, 919. *Conf.* Vulgat. 4 Eſdr. 3, 5. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 5. Saluian. 7 p. 258. Apul. de Herb. c. 128.

INSVFFLATIO, ōnis. f. Aceti inſufflatio naribus C. Aurelian. Tard. 1, 4, 136. Plaſmauit Deus hominem ex limo, et per gratiam propriae inſufflationis ei animam tribuit Hieron. ad Pammach. Epiſt. 61, 5. *Add.* Auguſtin. de Gen. contra Manich. c. 8.

INSV̆LA, ae. f. [νῆσος] *Terra, quae vndique aquis includitur, proprie autem in mari. Quidam a* Salo *appellatas inſulas volunt, quod* in ſalo, *id eſt mari ſitae ſunt.* Corroſae inſulae, *vid.* CORRODO. Ocellus inſularum Sirmio Catull. 31, 1. Odoriferae, *vid.* ODOR. Cic. Att. 6, 2 Quid tandem iſti, mali in tam Tenera inſula non feciſſent? Tenera, *i. Imbelli, et deliciis potius quam armis dedita.* Adnatare inſulae, *vid.* ADNATO. *Exilii genus eſt* Inſula. Marcian. l. 5 ff. de interdictis et relegatis, Exilium triplex eſt, — aut inſulae vinculum, id eſt relegatio in inſulam. *Adde* l. 6 *et* 7 eod. *ex* Vlpiano *plura: e quibus, in primis autem* l. 7 §. 5 *illud apparet, non intelligi* Inſulam *vnamquamque, vt ex delicatis illis, Rhodum, Lesbon, Cyprum,* etc. *ſed talem, in qua locus ipſe ſit pro ſupplicio. Huc pertinet in primis* Plin. Paneg. 35, 3 *vbi de poenis delatorum,* Quantum diuerſitas temporum poſſet, tum maxime cognitum eſt, cum iiſdem, quibus antea cautibus innocentiſſimus quiſque, tunc nocentiſſimus affigeretur; cumque inſulas omnes, quas modo Senatorum, iam delatorum turba compleret. *Eam poenam ſtatim maiorem dicit illa, cum* antea frontem conuulnerandam praeberent punctis *etc. Talis eſt* Gyara *v. v. Sic* In aſperrimas inſularum auehi delatores *iam* imperauit Titus Sueton. c. 8. ¶ 2 Inſula f. Naſos (*Dor.* Νᾶσος *pro* Νῆσος) *pars Syracuſarum, quod in Inſula inaedificata eſſet. Vid.* Cic. Verr. 4, 118 c. 53. Liu. 25, 24. *Conf.* NASVS Inſula. ¶ 3 Inſulae dictae ſunt proprie Domus, quae non iunguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico aut priuato cinguntur, a ſimilitudine videlicet earum terrarum, quae fluminibus aut mari eminent, ſuntque in ſalo poſitae. *Hactenus* Feſtus. *Sed an exſtet huius ſignificationis exemplum, dubitamus. Mentio fit apud antiquos duplicis generis* Inſularum *in vrbe,* Maiorum *et* Minorum. Maiores *et proprie dictae ſunt* συνοικίαι, *vt vocantur in veteribus* Gloſſis, *plures aedificationes continuae, communes interdum parietes, communia tecta, habentes,* vici *quidam circumcurrentibus viis et plateis diſtinctae, quae tamen vnum ſaepe dominum haberent, qui aedificia ſingula, vel partes eorum locarent inquilinis et conductoribus. Talis eſt* Inſula Clodii *apud* Cic. pro Cael. 17 c. 7 *de qua* aediculas *conduxerat* Caelius decem millibus, *quas cum* triginta millibus conductas, *mentirentur accuſatores Caelii, hinc intelligere ſe, aſtute ait Cicero,* Inſulam Clodii venalem eſſe: *nempe hoc ad emtores incitandos pertinebat, ſi tanti locari poſſent* aediculae, *parua pars inſulae. In hanc ſententiam etiam liceret traducere* Feſtum, ſi *pro* non iunguntur *leui mutatione legeretur* coniunguntur. *Et ſane* coniunguntur *eſt in edit. Venet.* 1498 fol. p. 24, a. *Sed praemiſſa ibi quoque negatio: nempe putabat criticus,* inſulae *appellationi hoc repugnare, ſi* coniungantur communibus parietibus. *Neſcio an alius locus exſtet, vbi hoc intellectu ſumatur inſula: niſi forte huc referre placeat* Tac. Ann. 15, 43 *pr. vbi Nero poſt incendium ſuum* porticus *exſtruxit,* quae frontem inſularum protegerent. *Sed etiam hic locus ad* minores inſulas *referri poteſt, quarum tantus fuit numerus, vt* P. Victoris *aetate domuum numerum trigecuplo circiter ſuperauerit: praetermittamus numeros ſingularum regionum. In ſumma ſ.* Breuiario *dicit* Inſulas *eſſe* per totam vrbem numero quadraginta ſex millia, ſexcentas duas, *i.* 46602; domus *autem* mille ſeptingentas octoginta, 1780. *Nempe* inſula *dici coepta vnumquodque aedificium, quo conſtabat* inſula. *Cum enim triginta, vt hoc vtar, aut amplius familiae habitarent in* Inſula Clodii, *et vnaquaeque ſe diceret habitare in* Inſula Clodii, *hinc paullatim ipſum* Inſulae *nomen cum ſingulis partibus communicatum videtur. Huc igitur pertinent v. g.* Vlpian. in l. ſtipulationes non diuiduntur D. de verb. obligat. Plane ſi inſulam fulciri quis ſtipulatus ſit, non eſt exſpectandum, vt inſula ruat. Tacit. Hiſt. 1, 86 Corrupta ſtagnantibus aquis inſularum fundamenta, dein remeante flumine dilapſa: *de inundatione Tiberis.* Paullus in l. nam ſalutem D. de officio Praefecti vigilum, Effracturae ſunt plerumque in inſulis horreiſque, vbi homines pretioſiſſimam partem fortunarum ſuarum reponunt. *Conf.* Suet. Neron. c. 38. *et* Tiber. c. 48. *it.* Ner. c. 16 *et* 44. Tacit. Ann. 6, 45, 2. *it.* 15, 41, 1. *et* Hiſt. 1, 86, 4. ¶ 4 *Templa etiam* Inſulas *dixere Eccleſiaſtici*

ſtici Scriptores, quod ab aliis aedibus vndique ſeiuncta eſſent. Vid. Gonſal. ad Petron. c. 95. et Iſ. Voſſ. ad Iuſtin. 32, 2, 2.

INSVLARIVS, i. m. [ἐνοικολόγος Gloſſ. Gr. Lat. νησοφύλαξ] Inſulae *vrbanae de qua n. 3 praefectus et quaſi villicus quidam.* Pompon. in l. ſi ita, de Vſu et habitatione, Dominus proprietatis etiam inuito vſufructuario vel vſuario fundum vel aedes per ſaltuarium vel inſularium cuſtodire poterit. *Intelligit, Inſulae cuſtodem. Conf. Salmuth. ad Panciroll. Deperd. t. 23 p. 78.* Reinſ. Inſcr. 1, 138. *et* l. 5 §. 1 Dig. de Inſt. Act. *et* l. 4 D. de praef. vigil. *Apud* Petron. c. 95 Inſularios *intelligit Graeuius ad* Cic. pro Cael. c. 7 *non inſularum cuſtodes, ſed conductores, i. inquilinos.*

INSVLARIS, e. Adi. [νησιωτικός] *Quod eſt inſulae, et ad inſulam pertinet. Ex* Plinio *laudatur,* Qui primus inſularem morbum in vrbem inuexit. *Sed negat Index Harduini.* Ammian. Nec ſtrepente vllo, nec obſiſtente, inſulari poena multati ſunt, *i. Deportatione in inſulam. Conf.* Idem 26, 29. *et* 15, 27. Ductor ferreus inſularis Poëta Phall. Carm. 32 *vbi conf. Scalig. p. 194.* Domus inſularis Caſſiodor. 12, 24 *de ſtatu Venetiarum illius temporis.* Inſulares *item ſunt Templi cuſtodes* Iuſtin. 32, 2, 2. *Vid.* INSVLA n. 4.

INSVLENSIS, e. Adi. Solin. c. 54 *pr.* Ab inſulenſi vt conſequens eſt, ad continentem. *Sic Salmaſ. qui intelligit,* terra. *Sed al.* (c. 57 *pr.*) Ab hac autem inſula Indiae continens eſt. Conſequens eſt igitur, *etc.*

INSVLANVS, a, um. Adi. Seru. *in* Virg. Aen. 8, 725 Carae inſulani populi fuerunt. Pacat. Paneg. Theod. c. 23. Gloſſ. Vet. Inſulani, νησιῶται.

INSVLATVS, a, um. Adi. Apul. de Mundo *extr.* Audiuimus regiones, quae prius fuerant continentes, hoſpitibus atque aduenis fluctibus inſulatas. *Conf.* Auguſtin. Ciu. Dei 4, 2.

INSVLOSVS, a, um. Adi. *Plenus inſulis.* Ammian. 23, 18. Idem 22, 11.

INSVLSVS, a, um. Adi. [ἀνόητος, ἄχαρις Gloſſ. Lat. Graec.] *Fatuus.* Donatus: Inſulſus, Sine ſale et ſapientia, aut Sine ſaltu et facilitate. Plaut. Rud. 2, 6, 33. Ter. Eun. 5, 9, 49 Fatuus eſt, inſulſus, tardus, ſtertit noctesque et dies. Cic. de Orat. 2, 257 c. 54 Sed qui eius rei rationem quandam conati ſunt, artemque tradere: ſic inſulſi exſtiterunt, vt nihil aliud eorum, niſi ipſa inſulſitas rideatur. Idem Tuſc. 1, 15 c. 8 Sed tu mihi videris et Epicharmi acuti, nec inſulſi hominis, vt Siculi, ſententiam ſequi. Cic. Att. 13, 31 O gulam inſulſam: pudet me patris. Idem Fam. 10, 24 Ad cogitationem Conſulatus bimeſtris ſummo cum terrore hominum, et inſulſa cum efflagitatione tranſtulerit. *Compar.* Tertull. ad Nation. 1, 3 Soloeciſmus et inſulſior figura. *Superl.* Inſulſiſſimus improbiſſimusque eſt Martial. 12, 55. Inſulſiſſimus eſt homo Catul. 17, 12.

INSVLSITAS, ātis. f. [ἀφυΐα] *Ineptia.* Cic. Att. 13, 29 De hortis ex tuis literis cognoui, et Chryſippo in villa, cuius inſulſitatem bene noram, video nihil, aut pauca mutata. Inſulſa *placere non ſolent. recte igitur et venuſte* inſulſitatem *tribuit villae, quae nihil haberet, cur placere poſſet.* Inſulſum *enim eſt, Nullo ſale conditum. Conf.* Idem ibid. 5, 11. *Sic* pro Rabir. Poſt. 36 Iam noſtis inſulſitatem Graecorum. Plaut. Mil. 3, 3, 5 Stultitia, inſipientia, inſulſitasque. Inſulſitas et inſolentia tanquam inſania orationis Cic. in Bruto c. 82.

INSVLSE. Adu. [ἀφυῶς] *Imprudenter et inepte.* Cic. ad Caeſ. Epiſt. Fam. 2 *ap.* Non. 1, 141 Sed ita locutus inſulſe eſt, vt mirum Senatus conuicium exceperit. Cic. de Orat. 2, 221. *Et* Att. 4, 16. *et* 15, 4. Inſulſe et abſurde Apul. Apol. p. 296. *Compar.* Gell. 16, 12 Nihil poteſt dici inſulſius. *Superl.* Gell. 12, 2 Hoc etiam addidit inſulſiſſime.

INSVLTO, INSVLTATIO, INSVLTVRA, *vid.* INSILIO.

INSVM, es, eſt, eſſe. [ἔνειμι] *In aliqua re eſſe.* Plaut. Rud. 4, 4, 144 Credo Edepol ineſſe auri et argenti largiter. Lucret. 3, 1093 Nec deuitari letum pote quin obeamus. Praeterea, verſamur ibidem, atque inſumus vſque. Ter. Eun. 1, 1, 14 In amore haec omnia inſunt vitia: iniuriae, *etc.* Idem Andr. 5, 2, 16 Triſtis ſeueritas ineſt in vultu, atque in verbis fides. Cic. de Amicit. c. 21 Digni autem ſunt amicitia, quibus in ipſis ineſt cauſa, cur diligantur. *Add.* Nep. 7, 1, 4. Plaut. Rud. 5, 2, 27. Ineſt pictura in hac tabula Ter. Eun. 3, 5, 36. Plaut. Rud. 4, 2, 21 Theſaurum hic ego ineſſe reor. Ter. Adel. 5, 3, 36 Multa in homine Demea ſigna inſunt, ex quibus coniectura facile fit. Ineſt huic: Martial. 14, 145 Is mihi candor ineſt. Columbis ineſt quidam gloriae intellectus Plin. 10, 36. Nobis ineſt ſpes Plaut. Capt. 2, 1, 53. Plin. in Paneg. c. 88 Cui plus inuidiae, quam pulchritudinis ineſt. *Conf.* Ouid. Amor. 3, 3, 34. *et* Tacit. Hiſt. 4, 27, 6. ¶ 2 *Definitionibus ſeruit.* Cic. de Offic. 1 c. 4 Omne quod honeſtum eſt, id quatuor partium exoritur ex aliqua. Aut enim in perſpicientia veri ſolertiaque verſatur, aut in hominum ſocietate tuenda — aut in animi excelſi atque inuicti magnitudine ac robore; aut in omnium quae fiunt quaeque dicuntur, ordine ac modo, in quo ineſt modeſtia ac temperantia. *Vid.* IN n. 2.

INSVMO, ſi, tum, ĕre. *Quidam malunt pſi, ptum.* [ἀναλίσκω, δαπανάω] *Impendere, conſumere.* Cic. Att. 5, 17 Nos tamen, etſi hoc te ex aliis audire malo, ſic in prouincia nos gerimus, vt nullus teruntius inſumatur in quenquam. Curam inſumere ad ſpeculandum Plin. 9, 46. Cic. Verr. 3, 150 Quantam igitur illi ſpem praedae propoſitam arbitrantur fuiſſe, qui tantum praeſens lucrum, nulla opera inſumta, contemſerit atque deſpexerit? Operam fruſtra Liu. 10, 18. Cic. de Inuent. 2, 113 c. 38 In hominem autem, quibus rationibus vixerit, quid ſumtus in eam rem aut laboris ſumſerit, *etc.* Stat. Theb. 12, 643

Terrarum leges, et mundi foedera mecum
Defenſura manus, dignas inſumite Mentes
Coeptis, *q. d. intus ſumite.*

Nubila inſumſere latus montis, *i. Occuparunt, inſederunt* Stat. Theb. 2, 39.

INSVO, ui, ūtum, ĕre. [ἐπιῤῥάπτω] *Idem quod Suendo inuoluere ac tegere ſignificat.* Varro de R. R. 2, 9 Quae intra capita inſuitur pellis mollis. Auro inſuto graues veſtes Ouid. de Arte Am. 3, 131. Terga boum plumbo inſuto, ferroque rigebant Virg. Aen. 5, 505. Inſutus culeo, *et* Inſutus in culeum Valer. Max. 1, 1, 13. Cic. pro Roſc. Amer. c. 11. *et* Q. Frat. 1, 2. *Per tranſlationem, pro Coniungere.* Liu. 40, 51 Lepidus molem ad Tarracinam ingratum opus, quod praedia habebat ibi, priuatamque publicae rei impenſam inſuerat, *etc.*

INSVTICIVS, a, um. Adi. Apul. Met. 6 *extr.* Placet — *aſino* per mediam aluum virginem nudam inſuere — tunc — inſuticium et ſartilem aſinum exponere.

INSVTVS, ūs. m. Apul. Met. 7 Mille aureos inſutu laciniae contexerat. *Vid. Elmenh. Emend. p. 240.*

INSVPER. Adu. [ἔτιδε, καὶ μὴν] *i. Praeterea:* Cic. Fam. 15, 16 Nam ne te fugiat, latius inſuper Epicurus. Ter. Eun. 4, 3, 3 Quin etiam inſuper ſcelus, poſtquam ludificatus eſt virginem, veſtem omnem miſere diſcidit. Ibid. 5, 7, 12 An poenitebat flagitii, te auctore quod feciſſet adoleſcens, ni miſerum inſuper etiam patri indicares? *Add.* Id. Adel. 2, 2, 38. ¶ 2 Inſuper habere, *pro Negligere, ea forma, qua dicimus Poſthabere.* Papinianus in l. heredem D. de his, quae vt indignis auferuntur, Heredem, qui ſciens defuncti vindictam inſuper habuit, fructus omnes reſtituere cogendum exiſtimaui. *Sic habent Pandectae Florentinae. Non ignoro tamen Haloandrum aliter et legere et diſtinguere.* Idem in l. ſunt perſonae D. de religioſis et ſumtibus funerum, Eademque ſunt in ſocio, qui in fundum communem inuito ſocio mortuum inferre vult. Nam propter publicam vtilitatem, ne inſepulta cadauera iacerent, ſtrictam rationem inſuper habemus, quae nonnunquam in ambiguis religionum quaeſtionibus omitti ſolent. *Sic Pand. Flor. Conf.* Gell. 1, 19. *et* 4, 1. Apul. Mileſ. 4 p. 154. *Has et alias geminatas Praepoſitiones coniungendas vult Muretus Var. Lect. 11, 17. Conf. Taubm. in* Plaut. Merc. 1, 2, 82. ¶ 3 *Pro Super, vel Deſuper:* Columel. 12, 39 Tum inſuper cannas ponere. Lucret. 6, 190 Aut vbi per magnos montes cumulata videbis Inſuper eſſe aliis alia. Impoſita inſuper Aetna Virg. Aen. 3, 579. *Conf.* Tacit. Germ. 15, 5. *et* Liu. 21, 1. *Deinceps, vel Continue ſiue Continenter ſignificat* Suet. Vitell. c. 2 Mox cum Claudio principe, duos inſuper ordinarios Conſulatus, Cenſuramque geſſit. Inſuper quam, *vt Praeter quam:* Liu. 23, 7 *pr.* Illa inſuper, quam quae pacta erant, facinora Campani ediderunt: nam praefectos ſocium, *etc.* Inſuper his, *pro Praeter haec.* Virg. Aen. 9, 61 Inſuper his, campi quod rex habet ipſe Latinus.

INSVPERABILIS, e. Adi. [ἀήττητος, ἀνυπέρβλητος] *Quod ſuperari non poteſt, et domari.* Plin. Epiſt. 1, 22 Rogauitque vt medicos conſuleremus de ſumma valetudinis: vt ſi eſſet inſuperabilis, ſponte exiret e vita. Genus inſuperabile bello Virg. Aen. 4, 40. Inſuperabile, *Quod pertranſiri non poteſt prae altitudine aut locorum difficultate.* Liu. 21, 23 Conſtabat non tam bello motos, quam longinquitate viae, inſuperabilique Alpium tranſitu. Idem ibid. c. 36. *et* Gell. 13, 1.

INSVPERABILITER. Adu. Auguſtin. de Ciu. Dei 5, 8 Dei poteſtas inſuperabiliter per cuncta porrigitur.

INSVPERATVS, a, um. Adi. Corn. Gall. El. 1, 33 Tolerantia rerum, Spernebat cunctas inſuperata minas.

INSVRGO, ſurrexi, ectum, ĕre. [ἀνταίρομαι, ἐπανίσταμαι] *Contra ſurgere, etiam de inanimatis, quae v. g. proſpectum impediunt.* Virg. Aen. 9, 34 Tenebras inſurgere campis. Pone tergum deae ſaxum inſurgit Apul. Mileſ. 2 p. 116. Altius atque altius verba *dicuntur* inſurgere Quinctil. 8, 4, 27. Altior inſurgens Virg. Aen. 11, 697. Regnis alicuius inſurgere Ouid. Met. 9, 444. Virg. Aen. 5, 189 Nunc nunc inſurgite remis Hectorei ſocii, Inſurgunt, *et tollunt ſe altius, qui niti vehementius, et incumbere volunt.* Plin. Paneg. 66, 2 Capeſſere quaſi communis imperii curas, inuigilare publicis vtilitatibus et inſurgere.

INSVSVRRO, āre. [ἐπιψιθυρίζω] *In aures leniter loqui et veluti cum quodam ſuſurro.* Cic. Acad. 4, 147 Verum quoniam non ſolum nauta ſignificat, ſed etiam Fauonius ipſe inſuſurrat, nauigandi nobis tempus eſſe, *etc.* Cic. Verr. 1, 120 A qua muliere quum erat ad eum ventum, et in aurem eius inſuſurratum, alias reuocabat eos, *etc. Conf.* Idem Verr. 5, 107 c. 41. Inſuſurrare crebro cantilenam ſuam alteri. Cic. Att. 1, 16 Atque ita (tametſi iis nouis amicitiis implicati ſumus) vt crebro vafer ille Siculus inſuſurret Epicharmus cantilenam illam ſuam, *etc.* Turpiſſima vota Diis inſuſurrant Sen. Epiſt. 10.

INSVSVRRANS, antis. Partic. Cic. Tuſc. 5, 103 c. 36 Demoſthenes illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquam ferentis muliérculae, vt mos in Graecia eſt, inſuſurrantisque alteri, Hic eſt ille Demoſthenes.

INSVSVRRATVS, a, um. Part. Sen. de Breu. Vit. c. 14 Inſuſurratum millies nomen. Secreto inſuſurratum Sidon. Ep. 5, 6.

INSVSVRRATIO, ōnis. f. Capitol. in Anton. Philoſ. c. 19 Cum ſuos mores ſemper teneret, neque alicuius inſuſurratione mutaretur.

INSVSCEPTVS, a, um. Adi. [ἄδεκτος] Ouid. ad Liu. 197 Dixit, et iratus vota inſuſcepta reliquit, *non ſuſcepta.*

INSVSPICABILIS, e. Adi. Vulgat. Sirac. 11, 5. *ἀνυπονόητος, de quo non eſt ſuſpicio.*

INSVSTENTABILIS, e. Adi. Hic inſuſtentabili dominatione vexabit orbem Lactant. 7, 16. *quae ſuſtineri, cui reſiſti non poteſt. Add.* Id. de Mort. Perſec. c. 49.

INSVTVS, *vid.* INSVO.

I N T

INTABESCO, ĕre. [ἐντήκομαι] *Tabeſcere paullatim.* Colum. 4, 3 Nouella vero dum adoleſcit, niſi omnia iuſta perceperit, ad vltimam redigitur maciem, et ſic intabeſcit, vt nullis deinceps impenſis recreari poſſit. Cera intabeſcit igne leui Ouid. Met. 3, 486. Cibo interminato intabuiſſent pupulae Hor. Epod. 5, 40. Diuturno morbo intabeſcere Cic. de N. D. 3, 84 c. 35. Dolori, *i. in dolore, ob dolorem* Sen. Polyb. c. 24. Glans plumbea intabeſcit Ouid. Met. 14, 226. *i. Liqueſcit.* Pruinae matutinae intabeſcunt ſole tepente Idem Met. 3, 487.

INTACTVS, a, um. Adi. [ἄθικτος, ἄψαυστος] *Non tactus, integer, immaculatus, impollutus.* Intactum inuiolatumque Liu. 2, 12. Idem 5, 38 Integri intactique fugerunt. Intactus infamia, *in quo crimina non haerent, de Scipione Africano* Liu. 38, 51 Infamia intactum, inuidia qua poſſunt, vrgent. Intacti religione animi vir, *Quem nulla ſuperſtitio tangit* Liu. 5, 15. Ab alieno imperio intacti Iuſtin. 2, 3, 1. Cic. Fam. 8, 2 Hoc magis animaduerſum eſt, quod intactus a ſibilo peruenerat Hortenſius ad ſenectutem, *nunquam exploſus.* Bactra intacta ſunt Curt. 5, 9, 5. Boues intactae Horat. Epod. 9, 22. Carmen intactum Graecis, Satira Idem Serm. 1, 10, 66. Ceruice intacta iuuencae Virg. Georg. 4, 551. Corpus intactum a vexatione Liu. 7, . . Grex intactus, Indomitum armentum Seruius: Virg. Aen.

Aen. 6, 38. Pomum intactum omnibus, *Quod a nemine guſtatur* Plin. 12, 10. Pontem intactum ſinere Curt. 4, 16, 9. Theſauri Arabum intacti Hor. Carm. 3, 24, 1. *Add.* Liu. 29, 18. Veſtes Ouid. Faſt. 1, 79. Virgo intacta manet Catull. 60, 45. *Compar.* Iuuen. Sat. 6, 162 Intactior omni Sabina, *i. Caſtior.*

INTACTVS, ûs. m. Lucret. 1, 454 Tactus corporibus cunctis, intactus inani.

INTACTĬLIS, e. Adi. [ἄναπτος] *i. Tactum refugiens, ſiue Quod tangi non poteſt.* Lucret. 1, 438 Sin intactile erit nulla de parte quod vllam Rem prohibere queat per ſe tranſire meantem.

INTAMINĀTVS, a, um. Adi. [ἀμίαντος] *q. d. intagminatus, a tangendo: Idem quod Incontaminatus.* Hor. Carm. 3, 2, 17 Virtus repulſae neſcia ſordidae, Intaminatis fulget honoribus.

INTANTVM, *et* INQVANTVM, *Aduerbialiter interdum ita vno tenore ſcripta reperias.* [τόσον, καὶ ὅσον, ὁσαμῆ] Sen. de Benef. 2, 23 Quomodo danti intantum producenda notitia eſt muneris ſui, inquantum delectatura eſt cui datur, ita accipienti adhibenda concio eſt. Virg. Aen. 6, 875 Nec puer Iliaca quiſquam de gente Latinos Intantum ſpe tollet auos.

INTARDO, *vnde*

INTARDANS, antis. Part. Paſſio corporibus intardans, *i. immorans* Cael. Aurel. Tard. 3, 5. *Add.* Id. Acut. 1, 4.

INTARDATVS, a, um. Part. Intardata corporibus emouere atque excludere Cael. Aurel. Tard. 2, 3 *extr. eodem intellectu.*

INTĔGER, gra, grum. Adi. [ὁλόκληρον, ὑγιὲς Vet. Gloſſ.] *Incorruptum, inuiolatum q. d. intactum. Vid. ſupra* ATTEGER *et* ATTEGRO. *Pertinet autem ad omnia, quae tangi, carpi, minui, pollui, violari poſſunt, ad corpus, animum, mores, famam, agendi facultatem,* etc. Integrum templum omni opere Cic. Verr. 1, 132. Nouum *et* integrum *coniungit* Plaut. Caſ. 3, 5, 5. Integer *opponitur* Trunco: Plin. 7, 11 *extr.* Ex integris truncos gignit, itemque ex truncis integros. *Add.* Iuuenal. 15, 87. Integra filia Plaut. Truc. 4, 3, 47. *i. virgo, non imminuta.* Virgines integrae Catul. 59, 36. Cic. de Orat. 1, 229 Quumque illo nemo neque integrior eſſet in ciuitate, neque ſanctior, *etc.* Integri *opponuntur* ſumtuoſis, *decoctoribus* Curt. 10, 2, 10. Integer, innocens, religioſus Cic. Verr. 4, 7. Homo integer et caſtiſſimus Idem de Inuent. 2, 36. Bonus et integer vir Cic. pro Muraena . . . Integer *et* Contaminatus, *contraria* Idem in Topic. 69. Integer et purus Cic. Tuſc. 1, 41. Rudis diſcipulus, et integer Idem de N. D. 3, 7 c. 3. Aeui integer Virg. Aen. 9, 638. Ouid. Met. 9, 440. Cic. in Art. Rhet. Integer animi fuiſſe demonſtratur. *(Non integrum iam eſt locum quaerere)* Annorum integer Stat. Theb. 1, 415. Mentis Hor. Serm. 2, 3, 65. Idem Carm. 1, 22, 1 Integer Vitae, ſcelerisque purus. Integer pudore Martial. 6, 28. Integra gens a cladibus belli Liu. 9, 41. Integer ab labore, *Non fatigatus* Caeſ. B. G. 3, 26. Integer et honeſtus in omnibus vitae partibus Cic. pro Font. c. 14. *Interdum* integer *eſt validus, firmus, vegetus, ſobrius: cuius contrarium eſt.* Feſſus, ſaucius, vitiatus, languidus, vinoſus. Ad laſſitudinem ſedandam militum ac reficienda iumenta, quo integriore exercitu decerneret Nep. 18, 9, 6. Cic. pro Muraen. 50 Integrorum et fortunatorum promiſſis ſaucios et miſeros credere non oportere. Caeſ. B. G. 7, 41 Quum crebro integri defeſſis ſuccederent. Ibid. *extr.* Non facile recentes atque integros ſuſtinebant. Ibid. c. 48 *extr.* Integros defatigatis ſubmittens. *Conf.* Caeſ. B. G. 5, 16 *extr.* Bell. Ciu. 3, 40. Corn. Celſus prooem. Corruptum corpus ſit, an integrum. Ceciditque Cethegus Integer, et iacuit Catilina cadauere toto Iuuenal. 10, 288. *Opponit illos Pompeio, cui caput amputatum.* Idem 15, 56 Vix cuiquam, aut nulli toto certamine naſus Integer: aſpiceres iam cuncta per agmina vultus Dimidios. Vt integrum ſe, ſaluumque ſe ipſum velit, mouet infantem natura Cic. de Fin. 2, 33. ¶ 2 *Subſtantiua ordine elementorum diſpoſita.* Aetas integra, *Adulta, florens:* Ter. Andr. 1, 1, 45 Egregia forma, atque Aetate integra. Animo libero et integro cauſam alicuius defendere Cic. pro Sull. 86. Audacia noua atque integra; *Recens nata* Plaut. Caſ. 3, 5, 5. Cic. Fam. 1, 5 Itaque Alexandrina Cauſa, quae nobis adhuc integra eſt, videtur ab illo plane eſſe depoſita. Ter. Hec. 1, 2, 5 Alias vt vti poſſim Cauſa hac integra. i. e. Non dicta, *vt ait* Donat. Cauſam integram alicui reſeruare Cic. Fam. 13, 4. Comoedia Ter. Heaut. prol. v. 4. Coniuges integras ab alterius petulantia conſeruare Cic. Verr. Act. 1, 14. Corpus integrum *et* Vitioſum, *contraria* Idem de Diuin. 1, 80. Decor integer aeui Stat. Silu. 5, 2, 63. Exercitus, *Infractus et ſanus* Plaut. Perſ. 5, 1, 2. Cic. Fam. 10, 35 Equitatum habet magnum, nam omnis ex praelio integer diſceſſit. *Add.* Nep. 18, 9, 6. Cic. pro Quint. 49 Tamen dum Exiſtimatio eſt integra, facile conſolatur honeſtas egeſtatem. Fontes Hor. Carm. 1, 26, 6. Lucret. 4, 2. Gentes integrae Cic. pro L. Manil. 26 c. 9 *bello nondum attritae.* *Sic* pro Domo 60 Cum Gabinio integerrimas paratiſſimasque gentes ad diripiendum tradidiſſes. Graecia vera atque integra Cic. pro Flacco 61 *quae non ita male audit, vt illa Aſiatica Lydorum, Myſorum, Carum.* Salluſt. Iugurth. . . Non Graeca facundia, neque vrbanis munditiis ſeſe exercuit: ita inter bonas artes integrum Ingenium breui adoleuit. Mens Hor. Carm. 1, 31, 18. Opes integrae *et* Acciſae, *contraria, vid.* OPES. Pericula integerrima Plancus ad Cic. 10, 8. Populi integri et florentes Cic. pro Planc. 86. Integerrimi diutina Pace Liu. 6, 7. Proconſulatus Tacit. Hiſt. 2, 97, 5. Prouinciae Flor. 2, 17. Res integra et infracta Cic. Att. 9, 12. Res integra, *cui* Peracta *et* Perdita, *opponitur.* Cic. Att. 4, 16 Sed haec mallem integra re tecum egiſſe. *Conf.* Idem Off. 2 *ſub fin. et* Fam. 1, 9. *et* Verr. 3 c. 11. Cic. Verr. 3, 110 Vtrum eſt aequius, Decumanum petere, an aratorem repetere? iudicium integra re, an perdita fieri? Sanguis integer, *Purus* Plaut. Merc. 3, 2, 7. Virg. Aen. 3, 638 — Vos ô quibus integer aeui Sanguis ait, ſolidoque ſuae ſtant robore vires. *Contraria.* Celſ. 2, 10 Si ſanguis craſſus, et niger eſt, vitioſus eſt: ſi rubet et pellucet, integer eſt. Senſus Cic. Acad. 4, 19 c. 7. Signa Idem in Catil. 3, 6. Teſtes Cic. de Fin. 1, 71. Valetudo, *Sana* Idem ibid. 2, 47 c. 20. Virgo *vid.* n. 1. Vita integerrima Cic. pro Planc. 3 c. 1. ¶ 3 Integrum *ſaepe ita ponitur, vt intelligatur, rem eſſe adhuc noſtri arbitrii, nihil dum actum, quod impediat, quo minus agere quod placeat poſſimus.* Cic. pro Flacco c. 21 *extr.* Itaque etſi teneo, quid ſit dicere paratus, nihil tamen contra diſputabo prius, quam dixerit: totum enim conuertet, atque alia finget. Quam ob rem et ille ſeruet, quod parauit: et ego me ad id, quod attulerit, integrum conſeruabo. Id. Att. 7, 26 Quod me amiciſſime admones, vt me integrum quod poſſim ſeruem, gratum eſt. Idem Fam. 2, 3 Nec mihi placuit, quidquam te abſente fieri, quod tibi, cum veniſſes, non eſſet integrum. Vt integrum mihi de cauſa Campana reſeruarem Cic. Fam. 1, 9 *pr.* De Dolabella integrum tibi reſerues ſuadeo Idem ibid. 6, 8. Vt quam integerrima ad pacem eſſent omnia Caeſ. B. C. 1, 85. Integrum et illibatum, *vid.* ILLIBATVS. Integra omnia principi relinquere Plin. Epiſt. 126. In integrum reſtituere Ter. Phorm. 2, 3, 11. Cic. Verr. 5, 73 Vt damnati in integrum reſtituantur, vincti ſoluantur. Caeſ. B. C. 3, 1. Integrum eſt, *In arbitrio eſt et poteſtate.* Cic. Philipp. 12, 5 At non eſt integrum: conſtituta legatio eſt. Quid autem integrum non eſt ſapienti, quod reſtitui poteſt? Reſpondet, ſibi non eſſe integrum Cic. Fam. 5, 2. Non eſt integrum mihi tuo conſilio vti Idem in Piſon. 58 c. 24. Si integrum daretur, eam ſententiam diceret Cic. in Partit. 132. Idem Verr. 2, 98 Quum tibi in integro tota res eſſet. *i. In poteſtate, ita vt adhuc poſſit vel fieri, vel omitti.* Haec iam in integro nobis eſſe non poſſunt Cic. de Orat. 3 c. 4. Idem Att. 11, 6 Suſpicor enim coheredes dubiam noſtram cauſam putare, et eorum in integro eſſe. *Vetus exemplar pro* Eorum, *legit* Eo rem in integro, *etc. Vid. n.* 2 Res integra. ¶ 4 *Cum Praepoſitionibus.* Ab integro, Adu. Denuo, *inquit* Seruius: Virg. Ecl. 4, 5 Magnus ab integro ſaeclorum naſcitur ordo. De integro ſcribere epiſtolam Cic. Att. 13, 27. *Add.* Ter. Heaut. 4, 2, 7. *et* DE. De integro alicui gratulari Cic. Att. 13, 49. De integro ſcribere epiſtolam Idem ibid. 13, 27. Ex integro Suet. Aug. c. 34. In Integrum, *vid.* IN.

INTEGELLVS, a, um. Dimin. Catul. 15, 4 Vt ſi quidquam animo tuo cupiſti, Quod caſtum expeteres, et integellum. *Conf.* Cic. Fam. 9, 10 Suauiſſimum συμβιώτην noſtrum praeſtabo integellum, *defendam ne damnetur.*

INTĔGRO, āre. [περαίνω] *Rurſus incohoare, innouare.* Virg. Georg. 4, 515 — Ramoque ſedens miſerabile carmen Integrat. Liu. 5, 25 Simul ab religione animos remiſerunt, integrant ſeditionem Tribuni plebis. Caedem Liu. 9, 43. *i. renouare.* *Sic* Cael. Tard. 3, 6 ſ. 87 Integrare exercitium *vnctionis, eſt ſubinde incipere, repetere.* Lacrimas Liu. 1, 29. Luctum Curt. 10, 6, 4. Peccatum Apul. Apol. . . . Pugnam Liu. 3, 70. Vulnera Stat. Theb. 5, 29. Vim Sen. Med. 671. Aciem, *vid.* ACIES. Bellum integrabat Enyo Stat. Theb. 8, 658. Cic. de Inuent. 1, 25 Sic animus defeſſus audiendo, aut admiratione integratur, aut riſu renouatur. *Conf.* Gell. 15, 2. *et* Tacit. Hiſt. 4, 81.

INTEGRASCO, ĕre. [περαίνομαι] Integrari, ad integrum redire, repeti, inſtaurari, *vt ait* Donatus *ad* Ter. Andr. 4, 2, 5 Videre ait te cupere. B. ah perii, hoc malum integraſcit.

INTEGRATVS, a, um. Adi. Auſon. Epiſt. 14, 7 Vigor integratus.

INTEGRĀTIO, ōnis. f. Ter. Andr. 3, 3, 23 Amantium irae amoris integratio eſt: *Sic Donatus, Faërnus, Bentl. Al. Redintegratio.* Symmach. Epiſt. 3, 73 Rei familiaris integratio. Vet. Gloſſ. Integratio, ἐπανάληψις.

INTEGRĀTOR, ōris. m. Tertull. Apol. c. 46 *extr.*

INTĔGRE. Adu. [ὁλοκλήρως] *Pure, ſincere, caſte.* Integre verſari in re Tacit. Agric. 7, 4. Prouinciam integre ſeuereque regere Id. Tacit. H. 1, 48, 7. Procuratione prouinciae integerrime fungi Plin. Epiſt. 7, 25. Viuere Cic. de Fin. 4, . . Incorrupte atque integre iudicare Cic. de Fin. 1, 30 c. 9. Caſte integreque verſari in periculis priuatorum Cic. pro L. Manil. 1. Acta integerrime vita Cic. in Salluſt. 4.

INTEGRĬTAS, ātis. f. [ὁλότης, ἀκεραιότης] *Innocentia, Virtus in quantum omnibus partibus ſuis conſtat, nusquam deficit, non hoc facit officium ſuum, aliud intermittit.* Cic. Verr. 1, 64 Mulierem eximia pulchritudine, ſed eam ſumma integritate pudicitiaque exiſtimari. Rem et conſilio regere, et integritate tueri, et virtute conficere Cic. pro L. Manil. c. 20. *Prouinciae* ſic praefuit in pace, vt et ciuibus et ſociis gratiſſima eſſet eius integritas et fides Cic. pro Lig. c. 1. Integritas atque innocentia ſingularis Cic. Diu. Verr. 27. *Contraria.* Cic. de Orat. 2, 35 Eadem facultate et fraus hominum ad perniciem, et integritas ad ſalutem vocatur. Integritas et continentia Cic. Q. Fratr. 1, 1. Integritatis et fidei teſtimonium dedit Cato Cic. Att. 7, 2. Vitae anteactae integritas Quinctil. 7, 3. Cautior et diligentior Cic. Q. Fratr. 1, 1. Incorrupta ſermonis Latini Idem de Clar. Orat. 132 c. 35. Integritatis et elegantiae alicuius laudator Cic. Att. 6, 2. Integritas corporis, *Valetudo.* Cic. de Fin. 5, 40 Quod cumulatur ex integritate corporis, et ex mentis ratione perfecta. *Conf.* Gell. 18, 1.

INTEGRITVDO, ĭnis. f. Vlp. Dig. de Teſtam. mil. prooem. Secutus animi mei integritudinem erga commilitones.

INTĔGO, xi, ctum, ĕre. [ἐγκαλύπτω] *Augere videtur aliquantum ſignificationem ſimplicis Tegere.* Plaut. Rud. 1, 2, 13 Villam integundam intelligo totam mihi. Integere habitabiles caſas Plin. 10, 13. Integebantur porticus lignis coniunctis inter ſe Caeſ. B. C. 2, 2. Integi vallo Liu. 7, . . *Vetus exemplar habet* Tegi. Crines integit caſſide Stat. Theb. 4, 303. Propert. 2, 19, 15 Qua formoſa ſuo Clitumnus flumina luco Integit. Grut. Inſcr. p. 150 C. RVSTIVS *etc.* VIAM INTEGENDAM CVRAVERE, *i. ſternendam.*

INTECTVS, a, um. Adi. *Non tectus, apertus.* Semiſomnus ac prope intectus, *i. Nudus.* Tacit. Hiſt. 5, 22, 6. *Conf.* Idem Germ. 17, 1. Corpore intecto Tacit. Hiſt. 4, 77, 3. Pedibus intectis incedere Idem Ann. 2, 59, 2. *Conf.* Idem Hiſt. 4, 46, 3. Verticibus intectis hieme pruinam perferre Mamert. Paneg. Iul. c. 13. *Tralate,* Tacit. Ann. 4, 1, 4 Seianus Tiberium variis artibus deuinxit, adeo vt obſcurum aduerſum alios, ſibi vni incautum intectumque efficeret. ¶ 2 *Bene tectus,* Liu. 27, 3 Stramento intecta omnia.

INTECTAMENTVM, i. n. Gloſſ. Gr. Lat. σκέπασμα ςέγης.

INTEGVMENTVM, i. n. [ἐγκάλυμμα] *Quo quid integitur.* Liu. 40 *extr.* Deorum capita, quae in lectis erant, auerterunt ſe, lanaque cum integumentis, quae Ioui appoſita fuit, decidit. Cic. de Orat. 1, 161 Sic modo in oratione Craſſi diuitias ac ornamenta eius ingenii per quaedam inuolucra atque integumenta perſpexi. *i. Velamenta.* Cic. pro Cael. 47 Huc vnius mulieris libidinem eſſe prolapſam, vt ea non modo ſolitudinem ac tenebras, atque haec flagitiorum integumenta non quaerat, ſed in turpiſſimis rebus, *etc.* Frontis integumentum Cic. poſt red. in Sen. 15 c. 7. *et* in Piſon. c. 6. Diſſimulationis integumentis euolutus Cic. de Orat. 2, 350. Integumenta

vocaban-

vocabantur, et Tegmenta, *operimenta ſcutorum et ſagmenta.* Plaut. Bacch. 4, 2, 20 Nequam eſſe oportet ſcutum, integumentum improbum eſt. *Sic legit Turnebus. al.* Cui tu integumentum improbus es.

INTEGRO, INTEGRASCO, INTEGRE, INTEGRITAS *etc. vid.* INTEGER.

INTELLĬGO, exi, ectum, ĕre. [νοέω, συνίημι] *Ex Inter et* Lego. *Habet itaque ſignificationem aliquam diſcernendi, diſtinguendi, et ſeparandi, in quo ineſt illud, quod* intelligere *vocamus. Huc pertinet* articulata vox, *in qua diſtingui ſoni plures poſſunt: huc, quod Philoſophi ideas dicunt alias confuſas, alias diſtinctas etc. Hanc originem oſtendit clarius altera ſcribendi ratio, qua vtitur Politianus,* intellego, *et defendit Epiſt. l.* 5 *p.* 129 *et* 135. *Et ſic dedit nuper demum Dauiſius in* Cic. de Diuinat. *v. g.* 2 c. 34. *it. c.* 60 *aliquoties.* Intellego *etiam* Scribon. 103. 122. Quod intelligimus, certum eſt Donat. in prol. Andr. Ea Scribere, quae mirentur potius homines, quam intelligant Suet. Aug. c. 86. Cic. Fam. 16, 22 Tu iſtic, ſi quid librarii mea manu non intelligent, monſtrabis. Gubernatorem in tempeſtate, in acie militem intelligas Sen. de Prouid. c. 4. *Add.* Idem de Conſt. Sap. c. 1. *et* de Tranqu. An. c. 7. Quem in quantum quisque aut cognoſcere aut intelligere potuit, in tantum dilexit Vell. 2, 114, 5. Quem virum nec qui intellexit quidem, abunde miratus eſt Idem c. 116, 4. *Conf.* Plin. Ep. 8, 23. *et* 6, 27. Ter. Heaut. 3, 1, 69 Nam ſi ſemel tuum animum intellexerit, prius proditurum te tuam vitam, *etc.* Colloquia alitum, *vid.* COLLOQVIVM. Plin. 8, 54 Tractarique gaudent, ſimiles gratulationem intelligentis, *de ſimiis.* Ter. Andr. 1, 3, 2 Enimuero Daue, nihil loci eſt ſegnitiae, neque ſocordiae, quantum intellexi modo ſenis ſententiam de nuptiis. Intelligere in re aliqua Cic. Verr. 4, 94. *Percipere.* Ter. Eun. 5, 2, 44 Tum pol tibi ab iſto hera cauendum intelligo. Clarius aliquid Quinctil. 2, 5. Intellextin', *pro Intellexiſtine?* Ter. Andr. 1, 2, 30 Quid? hoc intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem? Lepide intelligere, *vid.* LEPIDVS. Ter. Eun. 4, 5, 11 Niſi quia correxit miles, quod intellexi minus. Multum, Nihil, *vid. hh. vv.* Satis intellexi Ter. Adel. 3, 2, 31. Cic. in Vatin. 35 Volo etiam audire de te, quo tandem Senatusconſulto legatus ſis: de geſtu intelligo quid reſpondeas. *i. dum geſtum tuum adſpicio, diuinare poſſum.* Cic. de N. D. 3, . . Sed ea magis ex aliorum contentione, quam ipſa per ſeſe cognoſci atque intelligi poteſt. Ex voce intelligo Scribon. 194. Cic. Verr. 4, 94 Tametſi non tam multum In iſtis rebus intelligo, quam multa vidi. Cic. Att. 16 Male eum credo intellexiſſe, ſi quisquam male intelligit potius nihil intellexiſſe. Intelligendi diſciplina Cic. Or. 17. *Vid.* Vera et abſoluta eloquentia, *ſub* ELOQVOR. Ille non intelligendi ſolum, ſed etiam dicendi grauiſſimus auctor et magiſter, Plato Cic. Orat. 10 c. 3. ¶ 2 Intelligitur. *Imperſ.* Cic. de Fin. 1, . . Ex quo intelligitur, nec intemperantiam propter ſe fugiendam eſſe. Idem Acad. 4, . . Cic. de Amicit. 23 Id ſi minus intelligitur, *etc.* Non intelligitur, quando obrepat ſenectus, *i. Vix ſentitur, haud animaduertitur, aut percipitur* Cic. de Senect. 38. Opium potum intelligitur Scrib. 180. *i. cognoſcitur.* Profectus intelligitur Id. 134. Intellectu cuius facile fuit Nep. 10, 9, 5. Intellectu difficile eſt Nep. 25, 15, 1.

INTELLIGENS, *vid. paullo poſt.*

INTELLECTVRVS, a, um. Partic. [νοήσων] Aures intellecturae Ouid. Triſt. 3, 14, 40.

INTELLECTVS, a, um. *Aliud* Partic. [νενοημένος] *Perceptus, cognitus, compertus: frequentiſſimum eſt. Vid.* Curt. 10, 9, 20. *et* Tac. Ann. 1, 49, 2 *etc.*

INTELLECTVS, ûs. m. [νοῦς, νόημα, σύνεσις] *Cognitio et notitia.* Plin. 8, 16 *de leonibus,* Credit Libya intellectum peruenire ad eos precum. Quinct. 2, 6 Quia facilior eorum intellectus videbatur. Diſciplinarum intellectus, *Cognitio et ſcientia* Quinctil. 1, 11. Saporum intellectus, *Perceptio et ſenſus* Plin. 11, 37. Idem 19, 8 ſ. 54 *de Sinapi,* Vſus eius etiam pro pulmentario in patellis decocto citra intellectum acrimoniae, *i. ad eum finem cocto, dum non amplius ſentiatur acrimonia.* Communis Quinctil. 2, 8 (16). Facilis Idem ibid. c. 5. Amittere intellectum, *Non intelligere* Sen. de Benef. 3, 17. Capere intellectum alicuius rei Quinctil. 1, 1. Rudis et confuſus ſtilus intellectu Caret Quinctil. 1, 1. Conſequi intellectu, *Intelligendo apprehendere* Idem 2, 5. *Pro Significatione,* Quinctil. 7, 5 Ad intellectum id nomen referentes Latini (ad verbum translatum non inuenio) abſolutum appellant. Habere duplicem intellectum Quinctil. 2, 14. *Add.* 7, 9, 3. 7, 10, 1 *etc.* *Sic* Non. 5, 33 Fulmen, Fulgur, et Fulguritum his intellectibus ſecernuntur.

INTELLECTIO, ōnis. f. Auct. ad Herenn. 4 c. 33 Intellectio eſt cum res tota parua de parte cognoſcitur, aut de tota pars.

INTELLECTOR, ōris. m. Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 2, 13. Idem de Geneſ. ad lit. 8, 2. *Et* de Morib. Manich. 2, 3. *Conf.* Vet. Int. Iren. 1, 16.

INTELLECTVALIS, e. Adi. Apul. de Dogm. Plat. p. 574 *Flor.* Philoſophia intellectualis.

INTELLECTVALITAS, ātis. f. Tertull. de Anim. c. 38 *extr.*

INTELLĬGENS, entis. Part. [δαήμων, συνετός] *Sciens, ſapiens, doctus, prudens.* Ter. Eun. 2, 2, 10 Dii immortales homini homo quid praeſtat, ſtulto intelligens quid intereſt? Doctus et intelligens exiſtimator Cic. de Clar. Orat. 320 c. 54. *De peritis artificiorum iudicibus: adhiberi hoc nomen, monet Burm. ad* Petron. *c.* 52 *p.* 255. *Talia ſunt, quae ſequuntur.* Cic. Verr. 4, 4 Quae non modo iſtum hominem ingenioſum et intelligentem, verum etiam quemvis noſtrum, quos iſte idiotas appellat, delectare poſſent. Cic. de Opt. gen. Orat. 11 c. 4 Qui teretes aures habent, intelligensque iudicium. Idem Verr. 4, 149 At ita ſtudioſus eſt huius praeclarae exiſtimationis, vt putetur in hiſce rebus intelligens eſſe. Cic. de Fin. 2, 63 Erat et cupidus voluptatum, et cuiusuis eius generis intelligens et copioſus. Imminentium intelligens Tac. Ann. 5, 9, 2. Intelligens principis, *Compertum habens principis ingenium* Plin. Epiſt. 6, 27. *Compar.* Auguſtin. Retractat. 1, 19 Vigilantiore atque intelligentiore mente diſcutiat.

INTELLIGENTIA, ae. f. [διάνοια, νόησις] *Vis intelligendi, Intellectus, prudentia.* Cic. Off. 3, 81 c. 20 Explica atque excute intelligentiam tuam, vt videas, quae ſit in ea ſpecie forma et notio viri boni. Idem de Legib. 1, 59. Cic. Off. 3, 72 Nec vlla pernicies vitae maior inueniri poteſt, quam in malitia ſimulatio intelligentiae: ex quo iſta innumerabilia naſcuntur, vt vtilia cum honeſtis pugnare videantur. Intelligentia ſomniorum Iuſtin. 36, 2, 8. Iuris ciuilis intelligentia Cic. de Clar. Orat. 102. Rationis et intelligentiae particeps pars animi Cic. de Diuin. 1, 70 c. 32. Intelligentiam ſermonis exigere l. 20 §. 9 ff. qui teſtam. fac. poſſ. Animalis intelligentia, *vid.* ANIMAL. Difficilis erat animi, quid aut qualis eſſet, intelligentia Cic. Tuſc. 1, 51 c. 22. Vitioſa Idem ibid. 5, 68. Prudentia *et* Intelligentia, *Idem* Cic. Off. 2, 34. ¶ 2 *Verba.* Ad commune iudicium popularemque intelligentiam aliquid accommodate definire Cic. in Orat. 117. Anteire omnes intelligentia Idem de Clar. Orat. 229 c. 64. Cadere in intelligentiam, *vid.* CADO. Habere intelligentiam rei alicuius Cic. Philipp. 9, 10. Concipere animo ac mente adumbratas omnium rerum quasdam intelligentias Cic. de Legib. 2, 59. Concluſit intelligentiam in animo, et animam in corpore Deus Idem de Vniuerſ. 8. Continentur ideae ratione et intelligentia Cic. in Orat. 10. Disiunctum longiſſime ab intelligentia ſenſuque imperitorum, id maxime excellit Idem de Orat. 1, 12. Efficit res nobis notas communis intelligentia, easque in animis noſtris inchoauit, vt honeſta in virtute ponantur, in vitiis turpia Cic. de Legib. 1, 44. Idem de N. D. 1, 49 Tamen fretus intelligentia veſtra diſſero breuius, quam cauſa deſiderat. Intendere et infigere intelligentiam in rem aliquam Cic. de Nat. Deor. 1, 49. Ponere in audiendi faſtidio intelligentiam Idem de Opt. gen. Orat. 12.

INTELLIGENTER. Adu. [συνετῶς] *Cum intelligentia.* Plin. Epiſt. 5, 16 Quam ſtudioſe, quam intelligenter lectitabat, *vt oſtenderet ſe intelligere, quae legeret.* Cic. in Partit. 28 c. 8 Sumuntur autem trium rerum gratia: vt amice, vt intelligenter, vt attente audiamur: *vt intelligamur.*

INTELLIGIBILIS, e. Adi. Sen. Epiſt. 124 Bonum intelligibile. Macrob. Somn. Scip. 1, 6 Corporis intelligibilis linea prima. *Et ibid.* Eſſe autem dicimus intelligibilia, videri eſſe corporalia omnia *etc. Plura Borrich. Cogit. p.* 143.

INTELLIGIBILITER. Adu. Auguſtin. Soliloqu. 11. Idem Epiſt. 218.

INTEMERABILIS, e. Adi. *Quod temerari, corrumpi, non poteſt.* Claud. Mamert. 1, 2 Intemerabilis hilaritas.

INTEMERANDVS, a, um. Adi. [ἀμίαντέος] *Non violandus, aut contaminandus: et refertur ad res ſacras.* Valer. Argon. 5, 640 An Martia templa Intemeranda minus?

INTEMERĀTVS, a, um. Adi. [ἀμίαντος] *Non turbatus.* Virg. Aen. 3, 178 Et munera libo Intemerata focis. *Vbi Seruius,* Intemerata, rite perfecta: vt ſi leniter eſt fundendum vinum, aut mola iniicienda, ſic fiunt, vt ratio exigit ſacrificii: aliter ſi fiant, temerata ac turbata ſunt ſacra. Fides, *i. Non violata* Virg. Aen. 2, 143. *Conf.* Tacit. Ann. 1, 49, 5 *etc.* *Compar.* Mart. Capell. 1 p. 3 Sophia intemeratior cunctis pulchriorque virginibus.

INTEMERATE. Adu. C. Theod. l. 15 tit. 5.

INTEMPĔRANS, antis. Adi. [δύσκρατος, ἀκρατής] *Temperanti eſt contrarium; Immoderatus.* Cic. de Senect. 29 c. 9 Libidinoſa etenim et intemperans adoleſcentia, effetum corpus tradit ſenectuti. Intemperans in alicuius rei cupiditate Cic. Att. 13, 26. Adoleſcentia, *vid.* ADOLEO. Intemperans vir, et impudica mulier Cic. Verr. 3, 160. Intemperans et ignauus Cic. de Fin. 1. Intemperantis enim arbitror eſſe, ſcribere quod occultari velit Cic. Acad. 1, 2 c. 1. *Hic videtur ad* intemperiem *quandam et morbum animi reſpici.* Auidus atque intemperans plebeiorum animus Liu. 24, 25 *extr.* Ad veſcendum intemperans fuit Aur. Vict. Epit. c. 6. *Compar.* In quasdam fere voluptates homines intemperantiores ſunt Sen. de Ira 1, 3. *Conf.* Idem ad Helu. c. 6. *et* Cic. in Vatin. c. 1. *Superl.* Intemperantiſſimi verſus Apul. Apol. p. 279. Cic. in Piſon. c. 29 Impuriſſimae atque intemperantiſſimae pecudis coenum et ſordes.

INTEMPERANTIA, ae. f. [ἀκράτεια, ἀκολασία] *Intemperies, incontinentia, inſolentia.* Cic. pro Cael. 25 Is multa de incontinentia intemperantiaque diſſeruit. Idem Acad. 1, 39 Et omnium perturbationum arbitrabatur eſſe matrem immoderatam quandam intemperantiam. Fore, vt inimicos tuos poeniteat intemperantiae ſuae Cic. Fam. 3, 10 *pr. paullo ante* temeritatem *dixerat, de accuſatoribus Appii.* Adoleſcentium impudens intemperantia, *vid.* IMPVDENS. Aegri intemperantia Quinctil. 2, 17. Caeli Sen. de Conſt. c. 9. *de tempeſtate.* Ad coli intemperantiam adfici Scribon. 122. *i. morbum.* Libidinis intemperantia coërcet Plin. 25, 9. *it.* 10, 33. Riſus intemperantia Idem 11, 37 ſ. 80. Intemperantiam *ſic definit.* Cic. Tuſc. 4, 22 c. 9 Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam, quae eſt a tota mente et a recta ratione defectio, ſic auerſa a praeſcriptione rationis, vt nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant.

INTEMPERANTER. Adu. [ἀκρατῶς] *Immoderate, inconſtanter.* Cic. Philip. 1, 12 c. 5 Nimis iracunde hoc quidem et valde intemperanter. *Compar.* Ne honoribus noſtris elatus, intemperantius ſuis opibus vtatur Cic. Philipp. 5, 48 c. 18. *Conf.* Liu. 23, 1. *et* 31, 37. *Superl.* Apul. Apol. p. 321 Idque apud omnes intemperantiſſime gloriatur.

INTEMPERĀTVS, a, um. Adi. [ἀκόλαστος] *Temperato contrarium.* Intemperatiſſimae perpotationes Cic. in Piſon. 22 c. 10. *Et* Intemperatiſſima pecus Ibid. 72 c. 29. Idem de Amic. 77 c. 20 Intemperata quaedam beneuolentia. *Compar.* Sen. ad Helu. 6 Quid intemperatius?

INTEMPERĀTE. Adu. [ἀκολάστως] Cic. de Vniuerſ. 38 c. 12 Qui autem immoderate et intemperate vixerit, eum ſecundus ortus in figuram muliebrem transferet.

INTEMPERIA, *inquit* Nonius 8, 78 Pro Intemperantia apud veterem auctoritatis obſcurae, Has eius intemperias in maritum. *Sed poteſt Nonius ſcripſiſſe* Intemperiae. Vetus ille auctoritatis obſcurae *eſt* Gellius 1, 17 *vbi ita editur,* Xanthippe — moroſa admodum fuiſſe fertur et iurgioſa — Has eius intemperies in maritum Alcibiades demiratus *etc.* *Sic etiam Gron.* *Vſitatius* ¶ 2 Intemperiae, arum. *Velut Deae quaedam memorantur, quae vim nocendi animis et rectae rationi, atque intemperantius ſaeuiendi poteſtatem haberent.* Plaut. Amph. 4, 3 *pr.* Dî voſtram fidem, quae intemperiae noſtram agunt familiam. Ibid. Quae hoſpes intemperiae, vt tu meum verberes? Idem Aul. 1, 1, 30 Neſcio quae hominem intemperiae tenent. *Conf.* Mil. 2, 5, 24. *Vid. Locus* Martiani Capellae 1 p. 40 *quem damus in* MANIA.

INTEMPERIES, ĕi. f. [ἀκρασία] *Vitium, circa* tempeſtatem *i. bu-*

i. humorem, ſiccitatem, calorem, frigus, cum illa immoderata, et quaſi intemperantia ſunt. Columel. 11, 2 Quoniam immaturis vuis omnia eadem poſſint accidere, propter intemperiem ſolis aut anni. Idem praefat. 1 Noxiae frugibus intemperies caeli. Cato R. R. 141 Vti calamitates, intemperiasque prohibeſſis in formula luſtrandi ad Martem ſiluanum. Immodeſtia. Cic. Att. 4, 6 Sed me hercule incipiendo refugi, ne, quod videor ſtulte illius amici intemperiem non tuliſſe, rurſus ſtulte iniuriam illius faciam illuſtrem, ſi quid ſcripſero. Conf. Aquarum Liu. 3, 31 pr. et Plaut. Capt. 4, 4, 3. Ebrietatis Iuſtin. 12, 13, 10. Huc etiam pertinet Plur. Gell. 1, 17 Has Xanthippes intemperies in maritum Alcibiades demiratus, etc. quod ſub Intemperia vt daremus, fecit Nonius.

INTEMPERABILIS, e. Adi. Intemperabilis punctio Cael. Aurel. Tard. 1, 4.

INTEMPESTVS, a, um. Adi. [παράκαιρος] Vt, Intempeſta nox. Feſtus, Intempeſtam noctem dicimus, pro Incertiore tempore, quia non tam facile noctis horae, quam diei poſſint intelligi. Varro de L. L. 5, 2 p. 45, 6 Inter veſperuginem et iubar dicta nox intempeſta, vt in Bruto Caſſius, quod dicebat Lucretia, Nocte intempeſta noſtram deuenit domum. Intempeſtam Aelius dicebat, quum tempus agendi eſt nullum: quod alii concubium appellarunt, quod fere omnes tunc cubarent, alii ab eo, quod ſileretur, ſilentium noctis: quod idem Plautus tempus conticinium. Hactenus Varro. Add. Id. 6, 4 pr. p. 77, 7. Virg. Georg. 1, 247 — Aut intempeſta ſilet nox. Vbi Seruius: Intempeſta, Inactuoſa, alta, denſa, craſſa, qualis eſt intempeſtas. Idem Aen. 3, 587 Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat. Vbi Seruius: Intempeſta, Media: hoc eſt nimium obſcura. Intempeſta, dicta eſt Nox media. Inactuoſa, Carens actibus, per quos tempus dignoſcimus. Ait enim Lucretius, quia per ſe tempus non intelligitur, niſi per actus humanos. Medium autem noctis tempus actu caret. Ergo Intempeſta, quaſi Inactuoſa, quaſi ſine tempore: h. e. Sine actu, per quem dignoſcitur tempus. Vnde eſt, Intempeſtiue veniſti, id eſt ἀκαίρως. Ergo Intempeſta dicitur, quia caret tempore. Hactenus ex Seruio. Cic. Verr. 4, 94 c. 43 Repente nocte intempeſta ſeruorum armatorum fit concurſus atque impetus. Add. Petron. c. 105. ¶ 2 Virg. Aen. 10, 184 Et Pyrgi veteres, intempeſtaeque Grauiſcae. Seruius: Grauiſcanum oppidum, alii Intempeſtum dicunt Ventis et tempeſtatibus carens: quod nulla poteſt ratione contingere. Intempeſtas ergo Grauiſcas accipiamus peſtilentes, et ſecundum Plin. Nat. Hiſt. et Cat. Orig. vt Intempeſtas intelligas Sine temperie, id eſt tranquillitate. Nam vt ait Cato, ideo Grauiſcae dictae ſunt, quod grauem aërem ſuſtinent. Haec ille.

INTEMPESTAS, ātis. f. [δυσκρασία] Idem quod Intemperies: vt, Intempeſtas caeli, h. e. Iniuria Plin. 18, 6.

INTEMPESTĪVVS, a, um. Adi. [ἄκαιρος, ἔξωρος] Quod eſt Opportuno contrarium. Cic. de Amic. 22 c. 6 Nunquam intempeſtiua, nunquam moleſta eſt amicitia. Intempeſtiua conuiuia quidam legunt Sueton. Cal. c. 40. Sed probat ibi Burmannus ſententiam Salmaſii, qui ad Vopiſci Florian. 6 negat, niſi in corruptis libris eſſe intempeſtiua, tempeſtiua vbique, v. v. Cic. Att. 4, 9 (14) Si nihil habebis, tamen ſcribas aliquid. nunquam enim mihi tua epiſtola aut intempeſtiua, aut loquax viſa eſt. Intempeſtiui exciſi poſtes: quia ambo ab infimo tarmes fecat, qui oritur ab humore Plaut. Moſt. 3, 2, 141. Plin. 18, 35 de indiciis tempeſtatum, Anſeres continuo clangore intempeſtiui, pecora exſultantia, et indecora laſciuia ludentia, eandem ſignificationem habent. Compar. Val. Max. 7, 8, 9 Quid hoc loco inhoneſtius, aut quid intempeſtiuius?

INTEMPESTĪVE. Adu. [ἀωρί, ἀκαίρως] Importune. Colum. in prooem. 1 Et ne ſingulos intempeſtiue nunc perſequar, etc. Add. Id. l. 10 praef. extr. Cic. Off. 1, 88 Ne ſi iraſcamur, aut intempeſtiue accedentibus, aut impudenter rogantibus, in moroſitatem inutilem et odioſam incidamus. Idem Fam. 11, 16. et Phaedr. 3, 20, 12. Intempeſtiue fouere vulnus, h. e. Non opportuno tempore Ouid. ex Pont. 4, 11, 20. Sen. de Benef. 4, 40. it. Contr. 1, 1. et 3, 28. Gell. 4, 20. Conf. Ammian. 18, 6. et 23, 11. et Vlp. l. 9 §. vlt. Dig. ad leg. Aquil.

INTEMPESTĪVĪTER. Adu. Gell. 4, 20 in lemmate, Qui dixerunt ioca quaedam intempeſtiuiter.

INTEMPESTIVĪTAS, ātis. f. Gell. 3, 16 Octaui menſis intempeſtiuitas, i. ad partum.

INTEMPESTVOSVS, a, um. Adi. Ammian. 24, 3 Abortus vitio fetus emittet intempeſtuoſos. Vid. Gronou.

INTEMPŎRĀLIS, e. Adi. Aeternus. Apul. de Philoſ. Mor. p. 25 Repente fieri perfectum, et eſſe quodammodo intemporalem. Prudent. Roman. 316 Intemporalis ante quam primus dies. Somnus intemporalis: i. Intempeſtiuus Cael. Aurel. Acut. 1, 9, 64.

INTEMPORALĪTER. Adu. Auguſt. de Geneſ. ad lit. 1, 9. Cael. Aurel. Tard. 1, 4.

INTENDO, di, tum et ſum, ĕre. [ἐπιτείνω, ἐντείνω, προτείνω, ἀτενίζω] Porrigere, extendere, et tendendo explicare. Cic. Verr. 5, 30 Tabernacula quemadmodum conſueuerat temporibus aeſtiuis, quod antea iam demonſtraui, carbaſeis intenta velis collocari iuſſit in litore. Arcum intendere, cui contrarium eſt Remittere Plin. 11, 49. Per tranſlationem. Cic. pro Sext. 15 c. 7 Fuerat ille annus, tanquam in Reipubl. magno metu et multorum timore intentus Arcus in me vnum, i. pericula mihi comparata, per tribunatum Clodii. Arcum intendebat Apollo Virg. Aen. 8, 704. Baliſtam intendere in aliquem Plaut. Bacch. 4, 4, 58. Metaphor. vt modo de Arcu dictum. Digitum intendere ad fontes Cic. de Orat. 1, 203. Dextram ad ſtatuam Idem Att. 16, 14. Plaut. Mil. 2, 4, 27 Pergin' ſceleſte intendere, et hanc arguere? intendere, velut arcum, accuſationem tuam. Hinc etiam Intendere alicui rei, eſt Attendere Plin. Epiſt. 8, 19. Quinctil. 10, 1 Nunc genera ipſa lectionum, quae praecipue conuenire intendentibus, vt Oratores fiant, exiſtimem, perſequor. h. e. Contendentibus, annitentibus ad illum velut ſcopum oculos, animum, vires dirigentibus. Hinc etiam Accuſatorum eſt, qui crimen tanquam telum intendunt in reum. Quinct. 3, 6, 15 In Syllogiſmo tota ratiocinatio ab eo eſt, qui intendit. Et ſ. 85 Accuſatori nihilo plura intuenda ſunt, quam vt probet, factum eſſe, hoc eſſe factum, non recte factum, iure ſe intendere. ¶ 2 Sed hic etiam Subſtantiua ordine perſequemur: quas formulas melius intelliget, qui meminerit ſubinde proprietatis verbi, quam modo declarauimus. Cic. Acad. 4, 80 Neque quidquam interiectum eſt, quod obſtet: ſed intendi Acies longius non poteſt. Aciem acrem in omnes partes Idem Tuſc. 4, 38 c. 17. Quinctil. 3, 8 Vt non videatur iure Actio intendi. Cic. pro Milon. 37 c. 14 Diem mihi credo, dixerat, multam irrogarat, Actionem perduellionis intenderat. Actionem alicui Vlp. in l. Si quis §. Si filius D. Quod quisque iuris. Animum, cui contrarium eſt Relaxare Plin. Epiſt. 7, 4. Cic. in Hortenſ. . . Quaero, non quibus intendam rebus Animum, ſed quibus relaxem. Animum ad ſcribendum, pro Vehementer applicare Plin. Epiſt. 7, 27. Liu. in praef. 1 Ad illa mihi pro ſe quisque acriter intendat Animum, quae vita, qui mores fuerint. Cic. Verr. Act. 1, 10 Quibus rebus, quid ipſe ſperet, et quo Animum intendat, facile perſpicio. Salluſt. in Iugurth. 20 pr. In regnum Adherbalis Animum intendit, vt ad metam, quam Contingere optaret. Hor. Ep. 1, 2, 35 Si non Intendas Animum ſtudiis et rebus honeſtis. Animum intendit fatis Arachnes Ouid. Met. 6, 5. Animum in rem aliquam Liu. 23, . . Animum vltra Quinctil. 7, 2. Cic. Philipp. 10, 9 c. 4 Si enim C. Antonius quod Animo intenderat, perficere potuiſſet. Liu. 1, 25 pr. Itaque erecti ſuſpenſique in minime gratum ſpectaculum Animo intenduntur. Ardorem exercitus intendere, i. Augere: intentio enim nerui in arcu vim illius auget Tacit. Ann. 12, 35. Sed al. Incendere. Aures ad verba alicuius Ouid. ex Pont. 4, 4, 36. Bellum in aliquem, eo modo, quo Intendere arcum vel baliſtam in aliquem dicimus Liu. 21, 6 extr. Vlpian. in l. Iulian. §. Quantum D. Ad exhibendum, Vt quis copiam rei habens, poſſit exſequi actionem, quam deſtinauit, in nullo Cauſa quam intendit, laeſa. Cogitationes ad rem aliquam Liu. 40, 5 pr. Cic. de Inuent. 2, 103 Nunc in alteram conceſſionis partem Conſiderationem intendemus. Ter. Andr. 4, 4, 12 Repudio Conſilium, quod primum intenderam. Vbi Donatus, Verbum a venatoribus translatum, qui retia intendunt ad feras capiendas. Malim hic quoque arcum cogitari, vel baliſtam. Crimen in aliquem, h. e. Criminari Liu. 9, 26. Paullus in l. Lucius D. de iis, qui notant. infam. Lucius Titius Crimen intendit Seio, quaſi iniuriam paſſus. Tacit. Hiſt. 1, 12 Quippe hiantes in magna fortuna amicorum Cupiditates, ipſa Galbae facilitas intendebat. h. e. Augebat. Vid. Ardorem Curas Ouid. ex Pont. 3, 9, 29. Curam alicui rei, Diligenter curare Plin. 8, 17. Liu. 37, 36 extr. Omiſſa igitur in praeſentia mentione pacis, totam Curam in belli apparatum intendit. Eruditionem ſuam ad rem diu multumque conſiderandam Plin. Epiſt. 7, 27 extr. Fallaciam in aliquem Ter. Heaut. 3, 2, 2. Falſum Cic. pro Flacco 84. Formidinem Tacit. Hiſt. 2, 54. h. e. Augebat, vt Ardorem Cupiditatem, Formidinem, Gloriam, Luxus, Metum. Suet. in Vitell. c. 7 Quum libertino cuidam acerbius debitum repoſcenti, iniuriarum Formulam quaſi calce ab eo percuſſus intendiſſet. Fugam Liu. 7, . . Fugam ad moenia Lucret. 4, 74. Gloriam Tacit. Ann. 4, 26. i. Augere, vt modo Formidinem. Hereditatem ſuam eſſe intendit, vel totam, vel pro parte Caius in l. Licet D. de petit. hered. intell. Actionem. Cic. Acad. 4, 46 Aduerſantur enim primum, quod parum defigunt animos, et intendunt In ea, quae perſpicua ſunt, vt, etc. In omnes occaſiones rei gerendae Liu. 26, . . Tacit. Ann. 3, 20 Et quamquam transfoſſo oculo, aduerſum os In hoſtem intendit. Sen. Nat. Qu. 1 pr. Quid ſit Deus, totus ne In ſe intendat, an ad nos aliquando reſpiciat. Liu. 31, 33 Alam equitum ad explorandum quonam hoſtes Iter intendiſſent, miſit. Iter coeptum in Italiam Liu. 21, 29. Iter ad Praetorem Idem 36, 21. Plin. in Paneg. c. 19 Itaque perinde ſummis, atque infimis carus: ſic imperatorem, commilitonemque commiſcueras: vt ſtudium omnium, Laboremque, et tanquam exactor intenderes, et tanquam particeps, ſociusque releuares. Laborem ſuum in aliquid Quinctil. 2, 11. Leges, pro Earum ſeueritatem augere; cui opponitur Mitigare Plin. Ep. 4, 9. Limam alicuius, vid. LIMA. Cic. de Orat. 1, 42 Et quum vniuerſi in te impetum feciſſent, tum ſingulae familiae Litem tibi intenderent. Locum ſertis intendere Virg. Aen. 4, 506. i. ſerta circumdare loco. Luxus principis Tacit. Ann. 13, 20. i. Adiuuare, augereque, vt Gloriam. Manus Ouid. Met. 8, 107. Manus diis, pro Tendere manus ad deos inuocandi cauſa Sen. de Clement. 1, 25. Tacit. Ann. 1, 28 Spem offerunt, Metum intendunt, vt Luxus. Neruos intendere, et Remittere, contraria Plin. 26, 10. Nox ſe intendit Obſequ. c. 123. Sic Liu. 7, 27 Nox interdiu viſa intendi. Add. Liu. 1, 57. Numeros neruis Virg. Aen. 9, 776. Vbi Seruius: Numeros intendere neruis, Rhythmos facere intentione neruorum. nam nunc ſunt rhythmi: vt, Numeros memini, ſi verba tenerem. Hoc ergo dicit, Secundum chordas verba componebat. Oculos Plin. Epiſt. 2 vlt. Odium Tacit. Ann. 13, 15. Salluſt. in Iugurth. c. 75, 8 Praeterea commeatus ſpe amplior, quia Numidae, ſicuti plerique in noua deditione, officia intenderant, auxerant, vt Metum etc. Periculum, pro Minari, et Struere, adeo vel Parare, Cic. pro Roſc. Amer. 7. Idem pro Quint. 47 Minae iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur. Cic. de Aruſp. Reſp. 1 Itaque hominem furentem, exultantemque continui, ſimul ac Periculum iudicii intendi: duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris, ferociamque compreſſi. Cic. Tuſc. 2, 56 Nec vero vnquam ne ingemiſcit quidem vir fortis ac ſapiens, niſi forte vt Se intendat ad firmitatem, i. paret, robur animi augeat. Se acrius ad aliquid Quinctil. 4, 4. Cic. Fam. 8, 4 In euitandis iis conſiliis, qui Se intenderant aduerſarios in eius Tribunatum. i. Qui ſe acriter exhibuerant, et non obſcure oſtenderant ſe aduerſarios. Se animus dicitur in multa Quinctil. 10, 3. Conf. Cic. de N. D. 1 c. 20. Se in rem Quinctil. 4, 1. Se acriter in illud tenue diſcrimen grammaticus intendat Idem 1, 5. Ter. Eun. 3, 3, 9 Niſi illa forte, quae olim periit paruula ſoror, hanc Se intendit eſſe, vt eſt audacia. i. probare vult. Senſus ad res percipiendas Cic. Acad. 4, 30. Socordia intendetur, langueſcet induſtria Tac. 3, 38. Tenebrae ſe intendunt, vt velum Liu. 1, 51. Vela Virg. Aen. 3, 683. Vera intendere, adgerere falſa Tacit. Ann. 2, 57. Vim rebus Quinctil. 10, 7. Vim praefecturae modicam antea, intendit Tacit. Ann. 4, 2. i. auxit, vt Ardorem et reliqua. Vincula ſtupea collo Intendunt Virg. Aen. 2, 236. ¶ 3 Intendere etiam ſine adiecto pro Contendere ponitur. Liu. 8, 15 extr. Senatu, quia id in ſummis imperiis non obtinuiſſet, minus in Praetura intendente. Quinctil. 1, 16 Illud vtique proprium ad efficiendum quod (efficere) intendimus. Quinctil. 3, 4 Nec inuenitur ex his vlla, in qua non laudare aut vituperare, intendere quid vel depellere debeamus. Iam n. 1 vidimus intendere eſſe accuſare. Ter. Andr. 2, 2, 6 Sed vbi quaeram? aut quo nunc primum intendam? C. ceſſas alloqui? Quum ad impetum Tolumnii, quocunque ſe intendiſſet, trepidantes Romanas videret turmas Liu. 4, 19 pr. Quocunque intenderat Sall. Iug. 74, 1. Haru-

Haruſpicis dicta eodem intendere videt, quo cupido animi hortabatur Salluſt. Iugurth. c. 64, 1. Liu. 27, 42 Numidis paucis, qui in vallo portiſque ſe oſtenderent, relictis, profectus Apuliam petere intendit, *i. in Apuliam pergit.* Salluſt. Iugurth c. 92 Quem locum Marius ſumma vi capere intendit. Cic. Fam. 1, 2 Proxima erat Hortenſii ſententia, cum Lupus Tribunus plebis, quod ipſe de Pompeio retuliſſet, intendere coepit, ante ſe oportere diſceſſionem facere.

INTENDENS, entis. Partic. [ἐντείνων] Quinctilianus 10, 1, 45 Intendentibus, vt oratores fiant. Liu. 1, 57 Quo cum primis ſe intendentibus tenebris perueniſſent. Intendens palmas, manus, brachia Ouid. Met. 6, 533: 8, 107: *et* 10, 58. Veſpera intendente Ammian. 31, 11.

INTENSVS, *ſiue* INTENTVS, a, um. Partic. [ἐντεταμένος, ἔντονος] *Sed raro admodum* intenſus *inuenias. Non habent* Virgilius, Horatius, Ouidius, *non* Cicero, *vt hodie editur, etc. De* Liuio *quibusdam locis variat lectio;* intentus *praefert Drakenb. ad* 5, 47. 25, 22. 27, 24. Cic. de Orat. 3, 214 Voces, vt chordae ſunt intentae. Id. Tuſc. 4, 10 Enitar quidem, ſed intento opus eſt animo, ne omnia dilabantur, ſi vnum aliquod effugerit. Cic. de Orat. 2, 149 c. 35 Peruoluatur Animus, vt ſe penitus inſinuet in cauſam, vt ſit cura et cogitatione intentus, diligentia eſt. Plin. 8, 8 Intentos ingentes Arcus defigunt humi. Aurem intenſiſſimam praebere Auguſt. Ep. 56. Brachia intenta remis Virgil. Aen. 5, 136. Cithara omnibus neruis intenta Quinct. 2, 8. Conquiſitio intentiſſima Liu. 29, 35. Cura intentiſſima, *diligens et attentiſſima* Quinctil. 10, 1. Liu. 39, 19 Vt intentiore eum Cuſtodia aſſeruarent. Cuſtodia intentiſſima Senec. Epiſt. 70. Salluſt. Iugurth. 46, 5 Deinde ipſe paucis diebus intento atque infeſto Exercitu in Numidiam procedit. Impetus intenſior rupturus ſe niſi eruperit Sen. de Ira 2, 35. *Sic etiam Gronou.* Labor intentus Ouid. ex Pont. 1, 5, 60. Mens intenta malis Idem Triſt. 4, 1, 4. Oculis intentis contemplari: *h. e. defixis* Cic. pro Flacc. 29. Oculos intentos voluens Virgil. Aen. 7, 251. Pretiis alimentorum intentis Tacit. Hiſt. 1, 89. *h. e. auctis.* Principia verecunda, non elatis intenſa verbis Cic. Orat. 124 c. 36. *Sed a Grutero* incenſa. Cic. de Orat. 1, 255 c. 60 Multique oratores fuerunt *etc.* qui omnia Sermone conficerent paullo intentiore: nunquam lateribus aut clamore contenderent. *Nempe* Sermo *eſt illa familiaris et conſueta loquendi ratio, quae etiam ſi ſit ſolito* intentior, *tamen ab oratoria illa contentione, et clamoribus, multum abeſt.* Tela intenta in patriam Cic. de Prouinc. Conſul. 23. Vicinia mortis intenta iuſſu ordinis aeterni Lucan. 8, 568. *i. mors fatis decreta, et, quaſi gladius iugulo intentus, oſtenſa.* Virtus in mediocribus modice intenſior Nazar. Paneg. c. 23. Intenſiſſima in Deum vita Auguſtin. de mor. eccl. Cathol. c. 31. Vultus haerent intenti Sil. 3, 155. ¶ 2 *Pro Attento et diligenti.* Liu. 3, 26 Operi certe, id, quod conſtat agreſti intentus, *etc.* Intenti exſpectant ſignum Virgil. Aen. 5, 137. Cic. Philipp. 11, 22 c. 9 Quamuis enim intentus animus tuus ſit, C. Panſa, ſicut eſt, ad fortiſſimum virum et omnium clariſſimum liberandum, *etc.* Tacit. Hiſt. 4, 2 Nomen ſedemque Caeſaris Domitianus acceperat, nondum ad curas intentus. Liu. 4, 27 Qui poſtquam intentos homines in euentum periculi alieni, pro ſe incautos, neglectis vigiliis ſtationibusque eſt adortus, *etc.* *Sic*, Intenta mens in imagines Cic. de Natur. Deor. 1, 49 c. 20. Salluſt. in Catil. c. 2 *extr.* Verum enimuero, is mihi viuere demum atque frui anima videtur, qui aliquo negotio intentus, praeclari facinoris, aut artis bonae famam quaerit. Fraudi ſtruendae intentior Liu. 23, 35. Merulis intentus auceps Hor. A. P. 458. Paci intentus Lucan. 3, 53. Veneri intentum ſomnus aufert Hor. Sat. 1, 5, 83. *Videtur nequius aliquid ſignificare.*

INTENTVS, ûs. m. [ἔντασις] Intentus palmarum, *geſtus minantium eſt.* Cic. pro Sext. 117 c. 55 Voces quidem et palmarum intentus, et maledictorum clamorem omnes profuderunt.

INTENTIO, *ſiue* INTENSIO, ōnis. f. [ἐντονία, ἐπίτασις] *Extenſio.* Arcum intenſio frangit, animum remiſſio P. Syr. Colum. 6, 6 Cruditatis ſigna ſunt crebri ructus, ac ventris ſonitus, faſtidia cibi, neruorum intentio, hebetes oculi. Intentio corporis Cic. Tuſc. 1, . . Oculorum et maxillarum intenſio Scribon. 255. *i. conuulſio.* Intentio vocis, *quae et Vociferatio dici poteſt: cui* Remiſſio vocis *opponitur* Quinctil. 1, 17. Cic. Tuſcul. 2 c. 23 Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt: ſimillime animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum: remiſſione autem ſic vrgetur, vt ſe nequeat extollere. Idem Tuſc. 4, 3 *de Pythagoreis*, Soliti mentes a cogitationum intentione cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere. Intentio luſus Liu. 4, . . Intentio, *eſt Animaduerſio et diligentia, qua animus, ad quod intenditur, dirigitur.* Animus hac intentione omnes totius negotii partes conſiderabit Cic. de Inu. 2 c. 14. Plin. Epiſt. 2, 5 Rogo intentionem ſcribentis accommodes. Quinctil. 8, 2 Aeris iudicis intentio. *Conf.* Plin. Pan. c. 78. Silentium intentionis Quinct. 4, 2. Diuidere animi intentionem Idem 1, 1. In cura phrenitici Elicienda ipſius intentio Celſ. 3, 18. Intentio operis, *Propoſitio et deliberatio, ſiue conceptio* Quinctil. 10, 3. *Diligentia:* Plin. Epiſt. 2, 10 Vt tantum curae intentioniſque ſuſcipere et poſſint et velint. Perpetua diſcentis intentio Quinctil. 1, 2. Locus ſumma intentione ſeruetur intactus Pallad. Sept. t. 10. Quinct. 8, 2 Nec ſit tam longus ſermo, vt eum non proſequi poſſit intentio. Plin. Epiſt. 4, 13 Ipſe pauculis adhuc diebus in Tuſculano commorabor, vt opuſculum, quod eſt in manibus, abſoluam. Vereor enim, ne ſi hanc intentionem iam in fine laxauero, aegre reſumam. Audit diſcipula intentione magna, et reddit Plin. 10, 29. *de philomela.* Recens audientium intentio Quinctil. 4, 1. Intentione diligenti notare Plin. 9, 59. *i. diligenter obſeruare.* Dirigere intentionem tota mente in opus Quinctil. 10, 3, 28. Remittere intentionem iudicis Idem 4, 1. Accommodare intentionem, *vid.* ACCOMMODO. ¶ 2 Intentio *apud rhetoras actio eſt, ſiue accuſationis formula.* Quinct. 3, 9 *pr.* Genus iudiciale officiis conſtat duobus, intentionis et depulſionis. Cic. de Inuent. 1, 13 Intentionis depulſio. Quinctil. 7, 5, 2 Eſt duplex eius diſceptationis conditio, quod aut intentio *(actio)* aut praeſcriptio *(exceptio)* habet controuerſiam. Vlpianus in l. 1 §. 1 D. Si menſor falſum mod. *etc.* Si autem ex locato fuerit actum: dicendum erit, nec tenere intentionem. Papinian. in l. 1 §. Quum praedium D. de pignor. et hypoth. Quoniam quaeſtio pignoris ab intentione dominii ſeparatur. Perdere intentionem Vlpian. in l. Iulianus §. Quantum D. Ad exhibendum. ¶ 3 *Propoſitio, ſ. maior Propoſitio, Syllogiſmi* intentio *eſt* Quinctil. 5, 14, 6 Ita erit prima *(maior Propoſitio)* intentio, ſecunda aſſumtio *(minor)* tertia, connexio. ¶ 4 Intenſio [τόνος] *tonus eſt.* Auct. Fragm. de Muſica *ap.* Cenſorin. c. 12 Organon quondam habuit tres intenſiones, grauem, mediam et acutam. Idem ibid. Hanc excepiſſe intenſionem Linon. *Per s, quod rariuſculum eſt. Eſt tamen etiam* Intenſio *apud* Sen. Nat. Quaeſt. 2, 6 *ſqq. vbi eam notat, quae hodie vis elaſtica aëris dicitur.*

INTENTE, ius, iſſime. Adu. [ἐντόνως] *Diligenter, et cum cura et animaduerſione diligenti.* Plin. Epiſt. 1, 4 Non me hercule tam mea ſunt, quae mea ſunt, quam quae tua: hoc tamen differunt, quod ſolicitius et intentius tui me, quam mei excipiunt. Audire aliquem intente, ac modeſte Quinctil. 2, 2. *Compar.* Auct. ad Her. 4 *extr.* Alia meliora ſunt, quae multo intentius petimus in vita. *Quidam* intenſius. Tacit. Ann. 3, 35 Tum audita amborum verba, intentius excuſante ſe Lepido, *etc.* *Conf.* Liu. 25, 23. *et* Auctor ad Herenn. 4 c. 56. *Superl.* Lamprid. Elagab. c. 14 Exſpectans intentiſſime. *Conf.* Auguſt. de Mor. Ecl. c. 19.

INTENTO, āre. [προτείνω, ἀπειλῶ] *Vehementer vel ſaepius intendere.* Liu. 3, 47 Virginius intentans in Appium manus, Icilio, inquit, Appi, non tibi, filiam deſpondi. Hirt. Bell. Hiſp. c. 22 Eum, qui legatos iugulaſſet, lapidare, et ei manus intentare coeperunt. Manus in oculos intentaui Petron. c. 9. Idem c. 108 *et* 122. Voces et manus alicui intentare Tacit. Ann. 3, 36. Cic. pro Roſc. Amer. 100 Explicet ſuum volumen illud, quod ei planum facere poſſum Erucium conſcripſiſſe, quod aiunt illum Sext. Roſcio intentaſſe, *(tanquam pugionem)* et meditatum eſſe, ſe omnia illa pro teſtimonio eſſe dicturum. *Minari:* Virgil. Aen. 1, 95 Praeſentemque viris intentant omnia Mortem. Vlpianus in l. 3 §. Si filius D. Quod quisque iuris, *etc.* In iis actionibus, quas ex perſona eius intento. *Sic habet Haloander: Pandect. Florent. legunt* Intendo. Arma Latinis Liu. 6, . . *Sic*, Sicam Cic. pro Milon. 37. Crimen inuicem intentant Quinctil. 3, 10. *vid.* INVICEM. Faces ardentes intentat dolor Cic. Tuſcul. 5, 76 c. 27. Faces intentat Tiſiphone Stat. Theb. 11, 495. Imperium Romanum intentare, *pro Denuntiare periculum ab imperio Romano, ſeu vindictam* Liu. 142, 12. Periculum, *vid.* PERICVLVM. Verbera Iuſtin. 2, 5, 5.

INTENTATIO, ōnis. f. Seneca de Ira 2, 4 Ne nos oſcitatio aliena ſolicitet, nec oculi ad intentationem ſubitam digitorum comprimantur, *i. Comminationem. Al.* Intentionem. *Add.* Tertullian. Apol. c. 46.

INTENTATVS, a, um. Partic. [προτεταμένος] Liu. 9, 27 Gladii etiam plerisque intentati, et vulnerati quidam, necatique. ¶ 2 *Sed* Intentatus, [ἀπείραστος] *Non tentatus, h. e. non expertus.* Virg. Aen. 10, 39 — Haec intentata manebat Sors rerum. Nihil humanae audaciae intentatum Sen. ad Marc. c. 18. Martial. 2, 14. *Conf.* Ouid. Met. 10, 584 Nil intentatum Selius, nil linquit inauſum. Nil intentatum noſtri liquere Poëtae Hor. de Arte Poët. 285. *Conf.* Idem Carm. 1, 5, 13. Vacca iugo intentata Sen. Med. v. 62. Cic. de Amicit. 70 Nemo eſt, qui non quocum conſueuit, libentius vtatur, quam intentato et nouo. *Quod ex vetuſto codice legitur*, Nemo eſt, qui non eo quo conſueuit, libentius vtatur, quam intractato et nouo.

INTENTĀTOR, ōris. m. Vulg. Iac. 1, 13.

INTENTATALIS, e. Adi. Gloſſ. Gr. Lat. ἀπείραστος.

INTĔPEO, ui, ēre; *ſiue* INTEPESCO, ĕre. [χλιαίνομαι] *Incaleſcere, vel tepidum fieri.* Senec. Epiſt. 78 Ne quis intepeſcat cibus. Propert. 4, 1, 124 Et lacus aeſtiuis intepet Vmber aquis. Cumae intepuere radiis Ouid. Faſt. 5, 216. Strata intepuere tuis membris Idem Epiſt. 10, 54. Intepeſcit medicamentum Scribon. 207.

INTEPESCENS, entis. Part. Colum. 1, 1 Mitigato iam et intepeſcente frigore.

INTEPĬDVS, a, um. Adi. *Laudatur* Celſ. 8, 4 Collocandus is loco intepido. *Sed diuidendam eſſe Praepoſitionem auctoritate et ratione oſtendit Morgagn. Epiſt. ad* Celſ. 3 p. 595.

INTER. [μεταξὺ] *Praepoſit. Accuſatiuo Caſui ſeruiens, fere ſignificat Medium aliquorum, quo illa ſeparentur, diſtinguantur, ſuperentur, augeantur, etc. Vt,* Inter te et me eſt murus. Plaut. Poen. 5, 4, 21 Sicut hodie nos inter Alias praeſtitimus pulchritudine. Plin. 13, 2 Inter omnes. Liu. 26, 50 *pr.* Inter caetera. Inter caeſa et porrecta Cic. Attic. 5, 18 *quod explicamus ſ. l. ſub* CAEDO. Inter os et offam *ſimile adagium, de quo* Gell. 13, 17 *et illud comparat cum Graeco* Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρα, *et cum* Catonis, inter offam atque herbam. Ter. Andr. 3, 3, 20 Irae ſunt inter Glycerium et gnatum, *etc.* *An in tali ſententia vox* inter *recte geminetur, dubitatum eſt. Solicitauit loca duo* Horatii *Bentleius, nempe* Serm. 1, 7, 11 Inter Hectora Priamiden, animoſum atque inter Achillem Ira fuit capitalis: *itemque* Epiſt. 1, 2, 12 Neſtor componere litis Inter Peliden feſtinat et inter Atriden. Ἰδιωτικῶς *dictum putat, et magni emtum vellet, nunquam prolatum ab Horatio. Repoſita merito ab Cuningamo loca*, Tib. 4, 1, 165 *de Zonis terrae*,

Fertilis hanc *(torridam)* interpoſita eſt, interque rigentes *(Zonas vtrasque)*
Noſtraque, et huic aduerſa ſolo pars altera noſtro,
Quas vtrinque tenens ſimilis vicinia caeli
Temperat, *etc.*

Et Propert. 2, 23, 15 Deinde inter matrem Deus ipſe interque ſororem Pythius, *Apollo inter Latonam et Dianam. Satis eſſet ſine dubio* Inter Hectora et Achillen, Inter Atriden et Peliden, Inter hanc et rigentes, Inter matrem et ſororem: *cum de vno modo medio ſermo ſit. Alia ratio eſt iſtorum*, Tib. 2, 1, 67 Ipſe interque greges, interque armenta Cupido. Valer. Flacc. 5, 13 Ecce inter lacrimas, interque extrema virorum. *Et* 6, 509 Seminecesque duces inter ſua tela, ſuosque Inter equos, *etc.* *Talia ſunt* Sil. 11, 180 ſq. Claudian. Ruſin. 2, 195. *In talibus enim duo ſunt, in quorum vnoquoque medius aliquis eſſe poteſt. Obſcure locuturus erat* Cicero, *niſi ſic poſuiſſet* de Fin. 1, 30 c. 9 Intereſſe enim inter argumentum concluſionemque rationis, et inter mediocrem animaduerſionem atque admonitionem. *Similis ratio eſt* Lael. 95 c. 25 Concio, quae ex imperitiſſimis conſtat, tamen iudicare ſolet, quid interſit inter popularem, id eſt aſſentatorem et leuem ciuem, et inter conſtantem, ſeuerum, et grauem. *Non aeque neceſſaria fuit iſta repetitio* de Fato 19 c. 9 Sed intereſt inter cauſas fortuito antegreſſas, et inter cauſas cohibentes in ſe efficientiam naturalem. Id. Parad. 1 c. 4 Sic te ipſe abiicies atque proſternes, vt nihil inter te atque inter quadrupedem aliquam putes intereſſe. *Vid. Gronou. Nam Graeu. poſterius*

poſterius inter *omiſit. Sed quod* ſemper *ſic intereſſe Ciceronem ait Gronouius, in eo nimius eſt. Ita v. g.* de Orat. 1, 126 c. 39 Quid, qua de re inter Marcellos et Claudios patricios centumuiri iudicarunt, *etc. Et* 2,150 c. 35 Inter ingenium quidem et diligentiam perpaullulum loci reliquum eſt arti. *Et* Lael. 22 Ea caritas, quae eſt inter natos et parentes. *Et* 33 Quae ſaepe inter me et Scipionem de amicitia diſſerebantur. Idem Attic. 9, 2 Is.queretur Brundiſium me non veniſſe, cum inter me et Brundiſium Caeſar eſſet. *In his locis fuiſſet occaſio repetendae Praepoſitionis. An ſint loca alia, quae faueant Gronouio, nondum obſeruaui.* Liu. 10, 7 *pr.* Certatum tamen — inter Appium Claudium maxime, et inter P. Decium Murem, *quam lectionem tuetur Drakenb. tum librorum tantum non omnium auctoritate, tum quod alias quoque ſollemne eſt Liuio geminare Praepoſitiones.* ¶ 2 *Iam ordine literarum perſequemur formulas.* Inter Agendum, *i.* dum agis Virgil. Ecl. 9, 24. Seruius. Inter Annos, *vid. mox* Inter Dies. Celſ. 7, 3 Eſtque inter Cauſas timoris, ſi ſenſus in vulnere rodentium non eſt, *i. cauſa eſt vna timoris.* Inter Coenam, *pro In coena, vel Tempore coenae* Sueton. Auguſt. c. 71. Cic. Philipp. 2, 95 Si hoc tibi inter Coenam in tuis immanibus illis poculis, hoc tibi accidiſſet. Idem Fam. 7, 23 Illuſeras heri inter ſcyphos, quod dixeram. Inter Conuentum, *pro In conuentu* Suet. Galb. c. 5. Inter Diem Gell. 9, 4. Ter in menſe inter denos Dies Scribon. 159 *nempe quouis die decimo.* Inter tot Dies, inter tot annos ; *A tot diebus, a tot annis:* Plaut. Truc. 2, 6, 29 Inter tot Dies iam actum aliquid oportuit. Cic. pro L. Manil. 68 c. 23 Quare nolite dubitare, quin huic vni credatis omnia, qui inter Annos tot vnus inuentus ſit, quem ſocii in vrbes ſuas cum exercitu veniſſe gaudeant. Id. pro Quint. 46 c. 14 Qui inter tot Annos ne appellarit quidem Quintium. Plaut. Stich. 1, 3, 61 Prandia, quae inter continuum perdidi triennium. Liu. 1, 10 Inter tot annos, tot bella. *Vid. hic Gronou. et Drakenb.* Cic. Act. 1 in Verr. 37 c. 13 Quae inter decem annos neſarie flagitioſeque facta ſunt. *Vid. hic Hotom.* Inter Falcarios Idem Catil. 1, 8 *eo vico et loco vrbis, vbi habitant falcarii.* Inter Haec, *pro Interea* Liu. 1, 29 *pr.* Inter haec iam praemiſſi Albani erant milites. Idem 2, 23. *et* 7, 25. Cic. Tuſc. 1, 32 Abiit ad deos Hercules, nunquam abiiſſet, niſi quum inter Homines eſſet, eam ſibi viam muniuiſſet. Inter illud Gaudium repente mortuus eſt Gell. 3, 15. Inter Initia principatus Plin. Epiſt. 10, 2. Inter Initia belli Id. 7, 3. Inter Initia, *primis diebus, primis annis, primo tempore:* Plin. 11, 48 Hac de cauſa inter Initia paſci, niſi ſubmiſſis genibus non poſſunt. *Vid.* Columel. 2, 11. Celſ. 3, 22 *et* 25. Plin. 21, 2. Idem Epiſt. 10, 18 *pr.* Gabium Baſſum domine praefectum orae Ponti, integrum, probum, induſtrium, atque inter Iſta reuerentiſſimum mei, expertus, *etc.* Cic. Verr. 5, 28 c. 11 Itaque erant exitus eiusmodi, vt alius inter Manus e conuiuio, tanquam e praelio auferretur. Virgil. Aen. 2, 681 Namque Manus inter moeſtorumque ora parentum. Ingratum eſt munus, quod diu inter Manus dantis haeſit Sen. de Benef. 2, 1. *Conf.* Flor. 3, 21, 26. *et* 3, 19, 12. Plin. Epiſt. 9, 13 *ad fin.* Inter Moras, Conſul citatis nominibus, et peracta diſceſſione, mittit Senatum. Inter Nos concertatio comparata inique Ter. Adel. 2, 2, 4. Noſque inter nos eſſe complexos narrabat Cic. de Diuin. 1, 58. Inter Nos dictum fuit Ter. Adelph. 5, 3, 10. Cic. Attic. 2, 4 *pr.* Serapionis librum ad me miſiſti: ex quo quidem ego (quod inter Nos liceat dicere) milleſimam partem vix intelligo: *ſilentium petit, non vult efferri ab Attico iudicium ſuum. Sic ἦθος iucundum familiaritatis habet illud* Cic. de Natur. Deor. 1, 74 c. 26 Sed (quod inter Nos liceat) ne tu quidem intelligis. *Ita amici ſumus, vt hoc tibi dicere, praeſertim non aliis arbitris, liceat. Tale eſt* Senec. Epiſt. 12 *pr.* Quod inter Nos ſit! *itemque* Quaſi nunc non norimus nos inter Nos Ter. Adel. 2, 4, 7. Vis ergo inter Nos experiamur Virg. Ecl. 3, 28. Inter Nos ludamus Plaut. Stich. 5, 4, 20. Inter Nos ſordemus alteri Id. Truc. 2, 4, 30. Tibull. 2, 6, 26 Crura ſonant ferro, ſed canit inter Opus. Inter Os et Offam, *vid.* n. 1. Liu. 22, 7 *pr.* Haec eſt nobilis ad Traſymenum pugna, atque inter Paucos memorata Populi Romani clades. Inter Poenam gratulari Sueton. in Tiber. c. 60. Inter Praecipua ſaeculi ornamenta Plin. Epiſt. 8, 12, 1. Inter Primas Idem 12, 1. Inter Principia Celſ. 3, 22. *et* 7, 27. Inter Quae, *pro Interea* Celſ. 4, 2. Tacit. Ann. 2, 34, 1 : 2, 58, 1. *et* 3, 33, 1. Inter Rem iſtam agendam Plaut. Ciſtel. 4, 2, 55. Inter Rem nouam Idem ibid. 2, 1, 31. Inter Se fallaciam fingunt Ter. Andr. 1, 3, 15. Cic. Q. Fratr. 3, 1 Valent pueri, ſtudioſe diſcunt, et nos et inter Se amant. Inter Seſe fabulantur Plaut. Epid. 2, 2, 53. Inter Se amplexari Idem Mil. 5, 40. Inter ſe iurare, *pro Coniurare, vid.* IVRO. Cic. Verr. Act. 1 Sic honeſtiſſimi homines inter Se et mecum loquebantur. *Vid.* Loqui inter, *in* LOQVOR. Inter Se diſtantes ternis pedibus Columel. 5, 6. Inter Se ne contingant, curato Idem 5, 10. Inter Se diſſimiles Quinct. 9, 4. Inter Se cornibus pugnant Varro de R. R. 2, 3. Inter Se foliis ſtrepitant Virg. Georg. 1, 413 *de coruis.* Inter Se haud procul erant Salluſt. Iugurth. c. 57. Inter Se propinqui Idem ibid. 103. *et* Fragm. 6, 1. Cic. de Inu. 2 c. 20 Non enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficii, de quo inter Sicarios quaeritur, praeiudicium fieri. Idem pro Cluent. c. 7 In Q. Senatoris, eius, qui inter Sicarios damnatus eſt, manus incidit. *Et* de Fin. 2 c. 16 Inter Sicarios quaeſtionem exercere. Idem pro S. Roſc. 11 c. 5 Inter Sicarios iudicium hoc primum committitur. *Formula haec igitur et* de Sicariis *ſignificat, et* tanquam Sicarius. Inter Spem metumque tot populos ſuſpenſos animi habetis Liu. 8, 13. Idem 2, 5 *extr.* Quum inter omne Tempus pater, vultusque et os eius, ſpectaculo eſſet, *etc.* Inter Triennium continuum Plaut. Stich. 1, 3, 61. *vid.* Inter Dies. Inter Vias aliquid agere, *Inter ambulandum, vel in ipſis publicis viis* Ter. Eun. 4, 2, 1. Sueton. Caeſ. c. 39. Inter Viam, *Idem.* Cic. Attic. 4, 3 *non procul a fine,* Si ſe inter Viam obtulerit, occiſum iri ab ipſo Milone video. *de Clodio loquitur.* Inter Vina, *i. inter bibendum* Hor. Epiſt. 1, 7, 28. Inter Vos bene dicatis Plaut. Mil. 4, 8, 31. Vobis inter Vos coniuncta voluntas Cic. Diu. Verr. 34. ¶ 3 *Obſeruationes :* Inter ipſos mutuo Quinctil. 10, 2. *i. inuicem. Sic* Virgil. Aen. 11, 121 Conuerſique oculos inter ſe, atque ora tenebant. *Conf.* Nepos 3, 1, 2. *et* Cic. Attic. 6, 1. *Poſtpoſitum ſuo caſui :* Cic. de Amic. 95 Quae ſi quos inter ſocietas aut eſt, aut fuit, aut futura eſt, *etc.* Liu. 28, . . Quos inter belli cauſa eſſet. *Frequentius ita ponitur, cum duo adſunt Subſtantiua.* Liu. 22, 3 Faeſulas inter Arretiumque. Tac. Ann. 4, 55, 6 Sardianos inter Smyrneosque. Id. 4, 69, 2 Tectum inter et laquearia. Idem Hiſt. 2, 78, 4 Iudaeam inter Syriamque. *Add.* Virg. Ecl. 1, 25. In compoſitione particula adauctiua *vocatur* Donat. *in* Ter. Andr. 4, 1, 31. *et* Eun. 1, 1, 35. *Conf.* Voſſ. Inſt. Orat. 4 p. 236. *Talia ſunt* interbibo, interficio, interminor, interimo, interturbo, intercipio : *in quibus tamen naturalis illa et propria notio non perit.* Inter *et* Intra *confunduntur in MSS. vid. Drakenb. ad* Sil. 14, 465. *et ad* Liu. 5, 27, 2.

INTERAESTVO, āre. Plin. Epiſt. 6, 16 Stomachus interaeſtuans.

INTERALBĬCO, āre. [ὑπολευκαίνομαι] Plin. 37, 10 Leucochryſos fit chryſolitho interalbicante. *Virgae quaedam et maculae indicantur albi coloris. Vid. Harduin.*

INTERAMENTVM, i. n. Liu. 28, 45 Interamenta nauium. *Poſſis interpretari interiorem ſupellectilem et inſtrumentum. Sed melius tamen videtur, quod vnus alterque codex ſuppeditant, et quod nimis facile cum altera confundi poteſt* Inceramenta, *v. v.*

INTERAMNIA, ae. f. [Ἰντεραμνία] Ptolemaeo 3, 1 *Praegutiorum ciuitas in Italia. Vulgo* Teranium. *Conf.* Paterc. 1, 14, 4. *et* Varr. L. L. 5, 4.

INTERAMNATES, um. m. *Incolae.* Varro R. R. 3, 2, 3.

INTERAMNVS, a, um. Adi. *Quod inter duos amnes iacet.* Terras interamnas *dixit* Alexander Seuerus *ap.* Lamprid. c. 56. *et* Solin. c. 32. Spatia interamna, *pro Meſopotamia.*

INTERANEA, orum. n. *Pl.* [ἔγκατα, inteſtina, exta Gloſſar. Gr. Lat. ἔντερα, Gloſſ. Lat. Gr.] *Inteſtinum, quod intra corpus conditum ſit. Frequentiſſima apud* Scribonium *et* Plinium *mentio medicamentaque* interaneorum. *V. g.* 8, 27. *et* 30, 7. Columel. 9, 14; 14 Quidam exemtis interaneis, occiſas aues intus includunt, quae tempore hiberno plumis ſuis deliteſcentibus apibus praebent teporem. Interanea, *quidquid imo ventre continetur. Add.* Scrib. 176. 194. 264. Dolor interaneorum Id. 194. *i. inteſtinorum.* Adaperire interanea, *vid.* ADAPERIO. Vet. Inſcript. Romae, RELIQVA CARO CVM PELLE ET INTERANEIS PROFICIAT VENDITORI. *Vid.* Barth. Aduerſ. 5, 4. *Singularis* Interaneum *eſt* Plin. 32, 9 Procidentis interanei morbum torpedo appoſita continet.

INTERANEVS, a, um. Adi. Scrib. Larg. Compoſ. 96 Purgat vomicas interaneas. Plin. 20, 11 Tormina interanea.

INTERAPERIO, īre. διανοίγω, Gloſſ. Gr. Lat.

INTERARESCO, ĕre. [διαξηραίνομαι] Cic. Tuſc. 5, 40 c. 14 Nihil enim interareſcere, nihil exſtingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata conſiſtit. *Sic poſt Victorium. Alii legunt* Inueteraſcere. *Conf.* Vitruu. 7, 8. *et* Prooem. 8.

INTERĀTIM, *et* INTERDVATIM, dicebant antiqui, quod nunc Interdum et Interim. Feſtus.

INTERATVS, a, um. Adi. Interata, ἐξεντερισθέντα, Gloſſ.

INTERBĬBO, ĭbi, ibĭtum, ĕre. [διαπίνω] *Totum bibere, vel Penitus exhaurire.* Plaut. Aulul. 3, 6, 22 Praeterea tibicinam, quae mihi interbibere ſola, ſi vino ſcateat, Corinthienſem fontem Pyrenen poteſt. Donatus *ad* Ter. Andr. 3, 2, 16. *et* Eun. 1, 1 *extr. vtitur hoc loco, vt oſtendat, augendi vim eſſe huic particulae.*

INTERBĬTO, āre. [ἐπέρχομαι] Interuenire. *Verbum antiquum.* Plaut. Moſt. 5, 1, 47 Hic ego tibi praeſidebo, ne vlla interbitet quaeſtio.

INTERBLANDIOR, īri. Obſequiis meis interblandiens appellabat me pium Auguſtin. Conf. 9, 12.

INTERCĂLO, āre. [ἐμβάλλω, παρεμβάλλω] *Interſerere, ſeu Interponere diem, menſemue : ab antiquo* calare, *ſ.* Kalare, *vnde et* Calendae, *ſ.* Kalendae. *In ipſo verbo, quod tractamus, ſimilis varietas deprehenditur. vid.* CALENDAE, CALO. *Origo inde. Placuerunt gentibus antiquis* menſes lunares, *dierum circiter XXX.* Anni ſolaris *modus ſerius cognitus ; mox tamen animaduerſum, XII menſibus lunaribus illum pluribus diebus maiorem. Vt redigerent ergo ſuum annum XII menſium in concordiam cum ſolis curſu, interpoſuerunt veteres Romani alternis annis menſem XXII, vel XXIII dierum. Sed cum ſic anni* ciuiles aliquanto naturalibus eſſent maiores *(verbis vtimur* Cenſorin. de Die nat. c. 20) Pontificibus datum eſt negotium, eorumque arbitrio intercalandi ratio eſt permiſſa. Sed horum plerique ob odium, vel gratiam, quo quis magiſtratu citius abiret, diutiusue fungeretur, aut publici redemtor ex anni magnitudine in lucro damnoue eſſet, plus minusue ex libidine intercalando, rem ſibi ad corrigendum mandatam vltro deprauarunt : adeoque aberratum eſt, vt C. Caeſar Pontifex Maximus, ſuo III, et M. Aemilii Lepidi conſulatu, quo retro delictum corrigeret, duos menſes intercalarios dierum ſexaginta ſeptem, inter menſem Nouembrem et Decembrem interponeret, cum iam menſe Februario dies tres et viginti intercalaſſet, *etc. Oſtendit deinde, feciſſe annum dierum CCCLXV, et addit,* Praeterea pro quadrante diei, qui annum verum ſuppleturus videbatur, *(Poſuit enim modum anni dies 365 horas 6)* inſtituit, vt peracto quadriennii circuitu, dies vnus, vbi menſis quondam ſolebat, poſt Terminalia intercalaretur : quod nunc Biſſextum vocatur. *vid.* BISSEXTVS. *Haec ſatis eſſe poſſunt ad vim verbi intelligendam. Res ipſa doctorum ingenia exercuit, Scaligeri in opere de emendatione temporum ; Phil. Munkeri, cuius exſtat opus de intercalatione ; Iulii Pontederae, cuius operoſiſſimae ſunt aliquot epiſtolae de anno Romano, et praeſertim XXXV, et aliquot ſequentes de intercalatione agunt. Nos modo verba interpretamur, loca veterum ponimus. Intercalatur, vt oſtendimus, in veteri anno Romano menſis ; in Iuliano, dies. Ad menſem pertinet illud* Cat. de R. R. 150 Calendis Iuniis emtor fructu decedat : ſi intercalatum erit, Calend. Maiis. Cic. Att. 5, 9 Memento curare per te et per omnes noſtros, in primis per Hortenſium, vt annus noſter maneat ſuo ſtatu, ne quid noui decernatur. Hoc tibi ita mando, vt dubitem, an etiam te rogem, vt pugnes, ne intercaletur, *i. ne hic annus, quo me in Prouincia abeſſe oportet, illo intercalari menſe, (quem in poteſtate habebant Pontifices) producatur, et longior fiat. Conf.* Idem Fam. 7, 2. *et* 8, 6. Cenſorin. de Die nat. 20 *Gentibus* — omnibus fuit propoſitum, ſuos ciuiles annos *(qui lunaribus menſibus ſummum XII conſtarent)* varie intercalandis menſibus ad vnum verum illum naturalemque corrigere. *Plura damus mox voce* INTERCALARIS. *Metaphorice,* Intercalare *eſt Differre.* Liu. 9, 9 *pr.* Sed ſi me audiatis, prius quam dedantur, hic in comitio virgis caeſos, hanc iam vt intercalatae poenae vſuram habeant.

INTERCALĀRIS, e. Adi. [ἐμβόλιμος] Quod interſeritur. Annus intercalaris, *quem Biſſextilem dicimus.* Plin. 2, 47 *extr. de ventis,* Omnium quidem (ſi libeat obſeruare minimos ambitus) redire eaſdem vices quadriennio exacto, Eudoxus putat, non ventorum modo, verum et reliquarum tempeſtatum magna ex parte. Et eſt principium luſtri eius ſemper intercalari anno, Caniculae ortu. Cic. pro Quint. 79 c. 25 Dic Naeui diem. Ante V Calendas intercalares, *i. menſis*

i. menſis intercalaris. Idem Fam. 6, 14 Ego idem tamen quum ad quintum Calendas intercalares priores rogatu fratrum tuorum veniſſem mane ad Caeſarem. *Nempe eſt is annus, in quo Caeſar duos menſes intercalauit.* Cenſorin. c. 20 Cum intercalarem menſem viginti duûm, vel viginti trium dierum alternis annis addi placuiſſet, vt civilis annus ad naturalem exaequaretur: in menſe potiſſimum Februario, inter Terminalia et Regifugium intercalatum eſt. Celſus l. 98 §. 1 de V. S. Cato putat menſem intercalarem additicium eſſe, omnesque eius dies pro momento temporis obſeruat, extremoque diei menſis Februarii adtribuit Q. Mucius. Menſis autem intercalaris conſtat ex diebus viginti octo. Dies intercalaris Plin. 2, 8. Macrob. Saturn. 1. 14. Menſis intercalaris, qui intercalatur, *vel*, in quo intercalatur. *Conf.* Liu. 1, 19. ¶ 2 Verſus intercalares, *qui ſint, declarat* Seru. *ad* Virg. Ecl. 8,21 Ducite ab Vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim. Dicitur hic verſus intercalaris, qui frequenter poſt aliquantulos interponitur verſus: ſicut intercalares dies aut menſes vocantur, qui interponuntur, vt ratio Lunae Solisque conueniat.

INTERCALARIVS, a, um. Adi. [ἐμβολιμαῖος] *Idem, quod Intercalaris.* Liu. 37, 59 Triumphauit menſe intercalario pridie Calendas Martias. Plin. 18, 25 Ad CCCLXV dies adiiciunt etiamnum intercalarios diei noctisque quadrantes, *vnde conficitur ille dies, qui ſingulis quadrienniis Februario adiicitur.* Intercalarii dies *et* menſes *ſunt etiam* Cenſorin. l. c. *Ponamus hic locum longiuſculum* Ciceronis, *ſed qui tôtam intercalationis rem pulchre declarat*, Verr. 2, 129 c. 52 Eſt conſuetudo Siculorum caeterorumque Graecorum, quod ſuos dies menſesque congruere volunt cum Solis Lunaeque ratione, vt non nunquam, ſi quid diſcrepet, eximant vnum aliquem diem, aut ſummum, biduum ex menſe, quos illi ἐξαιρεσίμους dies nominant: item non nunquam vno die longiorem menſem faciunt, aut biduo. Quae iſte cum cognouiſſet nouus aſtrologus, qui non tam caeli rationem, quam caelati argenti duceret, eximi iubet non diem ex menſe, ſed ex anno vnum dimidiatumque menſem — Tunc Cephaleditani *(apud quos hoc fecerat Verres)* decreuerunt intercalarium *(menſem)* XLV dies longum, vt reliqui menſes in ſuam rationem reuerterentur.

INTERCALATIO, ōnis. f. Plin. 2, 47 Per ſingulas intercalationes vno die anticipare, *i. per ſingulos annos intercalares, v. g. quartum, octauum, etc. De aliis, Graecorum, intercalationibus* Cenſorin. c. 18. *De Romanis et Graecis* Macrob. Sat. 1, 13.

INTERCALĀTOR, ōris. m. Macrob. Sat. 1, 13 Octo intercalatores dies.

INTERCAPĒDO, ĭnis. f. [διαχώρημα, Priſciano 14 p. 991, 12] eſt Tempus interceptum, *inquit* Feſtus: quum ſcilicet mora eſt ad capiendum. Priſcian. 4 p. 624, 8 Intercapio, intercapis, intercapedo. Turpilius *apud* Non. 12, 16 Quandoquidem amorem intercapedine ipſe leniuit dies. Cic. filius Fam. 16, 21 Itaque me iam non poenitebat intercapedinem ſcribendi feciſſe. Sueton. Octau. c. 38 Equitum turmas frequenter recognouit poſt longam intercapedinem, reducto more tranſuectionis. Idem Veſp. c. 10 Intercapedine iuriſdictionis excreuerant litium feries. Cic. de Fin. 1, 61 c. 18 Alii audaces, proterui, iidem intemperantes et ignaui, nunquam in ſententia permanentes: quas ob cauſas in eorum vita nulla eſt intercapedo moleſtiae. *Conf.* Mart. Capell. 8 p. 281. *et* p. 274. *Item* Apul. Apol. p. 282. Quinctil. 8, 3, 46 *Diuiſio* affert eandem iniuriam pudori, vt ſi *intercapedinis* Nominatiuo Caſu quis vtatur. *Nempe* Viſio *et* Pedo *ſunt verba propria venti obſceni, etc.*

INTERCAPEDINO, āre. Fulgent. Myth. 1 p. 9 Intercapedinante pauoris prolixitate, *i. interueniente, intercedente, et ſic impediente.*

INTERCAPEDINĀTVS, a, um. Part. Mart. Capell. 9 p. 315 Vaneſcentia intercapedinatae prolixitatis obliuia.

INTERCARDINĀTVS, a, um. Adi. Vitruu. 10, 20 Concludantur ſuperne intercardinatis trabibus.

INTERCĒDO, ſſi, ſſum, ĕre. [ἐνίσταμαι] *Medium eſſe: et tam de loco et de tempore, quam de perſonis, et alia re quacunque dicitur, ſiue caſu id fiat, ſiue conſilio, ſiue adiuuandi cauſa, ſiue impediendi.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 52, 1 Longius proſequi veritus, quod ſiluae, paludesque intercedebant. Ter. Andr. 5, 5, 5 Nam mihi immortalitas parta eſt, ſi nulla Aegritudo huic gaudio interceſſerit. Cic. de Fin. 2, 102 Ne id quidem, niſi quum multa Annorum interceſſerint millia, vt omnium ſiderum eodem vnde profecta ſint, fiat ad vnum tempus conuerſio. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 21 Quod ſaepe in bello paruis momentis magni Caſus intercederent. Cic. de Amic. 79 Sin autem morum aut ſtudiorum commutatio quaedam (vt fieri ſolet) facta erit, aut in Reipubl. partibus diſſenſio interceſſerit, *etc.* Contractus intercedit Modeſt. in l. Cum vitioſe D. de pignorib. Cic. Fam. 1, 9 p. 57 *Graeu.* Nullum meum minimum Dictum non modo Factum pro Caeſare interceſſit, quod ille non illuſtri gratia exceperit. Vnus et alter dies interceſſerat Cic. pro Cluent. 72 c. 26. Dies nondum decem interceſſerant, quum ille alter filius infans necatur Ibid. 28 c. 9. Idem Verr. 4, 89 Vna nox interceſſerat, quum iſte Dorotheum ſic diligebat, vt diceres omnia inter eos eſſe communia. Id. in Catil. 1, 4 c. 2 Nox nulla interceſſit, *i. eo ipſo die.* Ter. Phorm. 4, 1, 17 Tacebit dum intercedet Familiaritas. Caeſ. Bell. G. 1, 7 *extr.* Tamen Spatium intercedere poſſet, dum milites, quos imperauerat, conuenirent, legatis reſpondit, *etc.* Tempus intercedit Hygin. fab. 126. Bella alteri cum altero Caeſ. B. G. 5, 11. Cic. Diu. Verr. 61 Si aut hoc a me Siculi non petiſſent, aut mihi cum Siculis Cauſa tantae neceſſitudinis non intercederet, *etc.* Conſuetudo alicui cum aliquo Cic. Fam. 13, 45. Controuerſia mihi cum eo de pecunia Idem pro Quint. c. 17. Cic. pro Roſc. Com. 41 Si alia de cauſa, quae Ratio tibi cum illo interceſſerat? nulla. addictus erat tibi? non. fruſtra tempus contero, *etc.* Caeſ. B. C. 2, 25 Huic et paternum Hoſpitium cum Pompeio, et Simultas cum Curione intercedebat, quo Tribunus plebis legem promulgauerat, *etc.* Liu. 38, 52 *extr.* Tribunus plebis eo tempore T. Sempronius Gracchus erat, cui inimicitia cum P. Scipione intercedebat. *Conf.* Cic. pro Cael. c. 13. Idem de Fin. 3, 67 Quoniamque ea natura eſſet hominis, vt cum genere humano quaſi ciuili Ius intercederet: qui id conſeruaret, eum iuſtum: qui migraret, iniuſtum fore. Intercedere pro alio, *h. e. fidem ſuam interponere, ſpondere:* Cic. Philipp. 2, 45 c. 18 Filius ſe ad pedes meos proſternens, lacrimans, te mihi commendabat, orabat, vt te contra ſuum patrem, ſi ſeſtertiûm ſexagies peteret, defenderem: tantum enim pro te interceſſiſſe dicebat. Idem Attic. 6, 1 p. 571 *Graeu.* 17 Interceſſiſſe pro iis magnam pecuniam. *Add.* Nep. Att. c. 2 *et* 9. *Abſolute:* Cic. Att. 1, 16 Promiſit, interceſſit, dedit. ¶ 2 Intercedere *eſt impedire proprie ipſo interuentu et praeſentia, deinde vetando, etc.* Plin. 32, 1 *de echeneide piſce*, Inuenere adhaerentem gubernaculo, oſtenderuntque Caio, indignanti, hoc fuiſſe, quod ſe reuocaret, quadringentorumque remigum obſequio contra ſe intercederet. Tac. Agric. 46 Non quia intercedendum putem imaginibus, *etc. Pertinet in primis ad magiſtratus Romanos, cum alter alterius, vel totius etiam Senatus actiones impediunt. In* decreto octo Tribunorum plebis *apud* Gell. 7, 19 Quod P. Africanus poſtulauit pro L. Scipione Aſiatico fratre — vt eum a Collegae vi prohibeamus: et quod contra Collega poſtulauit, ne ſibi intercedamus, quo minus ſuapte poteſtate vti liceat: de ea re noſtrum ſententia omnium data eſt, Si L. Cornelius Scipio Aſiaticus Collegae arbitratu praedes dabit, Collegae, ne eum in vincula ducat, intercedemus: ſi eius arbitratu praedes non dabit, quo minus Collega ſua poteſtate vtatur, non intercedemus. *Sunt ibi plura.* Cic. de Prouinc. Conſ. 17 c. 8 Lege qua intercedi de prouinciis non licebit. *Conf.* Id. ibid. c. 15. *et* pro C. Cornel. c. 1 *Proprie* Tribunorum *erat* intercedere: Caeſ. Bell. Ciu. 1, 2 Intercedit M. Antonius, Q. Caſſius Tribun. pleb. Cic. Att. 1, 16 Qui, dum veritus eſt, ne Fufius ei legi intercederet, *etc. Vid.* Liu. 45, 21. *it.* 38 *extr. it.* 6, 35. Praetor, cui nemo intercedere poſſit Cic. Verr. 2 c. 12. *Et tamen* Verr. 1, 119 c. 46 L. Piſo *Praetor, Praetori, Verri* interceſſit, appellatione cauſae, *vt addit* Aſconius, ad collegam facta. *Nempe par poteſtas, aut maior intercedendi ius habet. Tribunus plebei intercedit nomine populi.* Cic. Fam. 1, 7 Eaque, quae de ea cauſa ſcripta eſt auctoritas (cui ſcis interceſſum eſſe, vt ne quis omnino regem duceret) tantam vim habet. Huic interceditur frequenter Idem Att. 1, 19. Intercedere per vim ac dolum, quo minus aliquid fiat Papinian. in l. Virum D. Si quis aliquem teſtam. prohibet. ¶ 3 *Deprecari an ſignificet ſimpliciter, diſputatum eſt. Nihil adhuc prolatum puto, quo illa ſignificatio probetur. Nam quod laudatur* Macrob. Saturn. 2, 3 Si obtinueris, et pro nobis intercede; *illam eſſe interpretationem alicuius recentioris, valde veriſimile eſt Graecorum,* ἐὰν ἐπιτύχῃς, καὶ περὶ ἡμῶν πρέσβευσον. *Merito ergo omittuntur in Gronou.*

INTERCESSIO, ōnis. f. *Proteſtationem dicunt hodie.* Quum interceſſio ſtultitiam interceſſoris ſignificatura ſit, non rem impeditura Cic. Agrar. 2 c. 12. Caeſ. B. C. 1, 2 Refertur ſtatim de interceſſione Tribunorum. *Proprie* interceſſio, Tribunorum *erat. Nam vt* Gellius *docet* 12, 13 Tribuni plebis antiquitus creati videntur non iuri dicundo, nec cauſis querelisque de abſentibus noſcendis, ſed interceſſionibus faciendis, quibus praeſentes fuiſſent, vt iniuria, quae coram fieret, arceretur. Cic. Philipp. 2, . . Quum auſpicia Augur, interceſſionem Conſul ſuſtuliſſes. Abiicere interceſſionem, *vid.* ABIICIO. Interponere interceſſionem ſuam Valer. Maxim. 6, 10, 10. Remouit interceſſionem Clodius Cic. de Ar. Reſp. c. 27. Interceſſiones pecuniarum in coitionibus candidatorum Cic. Parad. 6, 2. *Conf.* Cael. ad Cic. Fam. 8, 16. Parata eſt mea interceſſio Idem Att. 1, 4.

INTERCĒSSOR, ōris. m. [ἐνστάτης] *Qui intercedit.* Cic. de Legib. 3, 11 Parêre iubet interceſſori, quo nihil praeſtantius: impediri enim bonam rem melius, quam concedi malam. Ibid. Interceſſor rei malae ſalutaris ciuis eſto. Interceſſores legis agrariae Liu. 4, 53. Cic. pro S. Roſc. c. 38 Iſto hortatore, auctore, interceſſore, legati ad Sullam non adiere. Idem Fam. 10, 12 Hunc quemadmodum fregerim, quantaque contentione Titium interceſſorem abiecerim. ¶ 2 Interceſſor *eſt, qui in mutuo impetrando aliquem iuuat ſponſione, vel alio officio.* Sen. Ep. 119 *pr.* Ad maximas te diuitias compendiaria *(via)* ducam. Opus erit tamen tibi creditore. Vt negotiari poſſis, aes alienum facias oportet: ſed nolo per interceſſorem mutueris, nolo proxenetae nomen tuum iactent. Paratum tibi creditorem dabo, Catonianum illum, A te mutuum ſumes, *etc. Nempe etiam* de Benef. 5, 7 M. Cato ait, quod tibi deeſt, a te ipſo mutuare. *Hinc interpretandum illud* Cic. Epiſt. 7, 27 Vtinam ſemper eſſes Tribunus, interceſſorem non quaereres. *Ambiguitate ludit, vt ante*, Tibi nemo credit, *intell.* pecuniam.

INTERCESSVS, ûs. m. Valer. Maxim. 5, 4, 2 Conſulem grauiter ſaucium interceſſu ſuo ſeruauit, *i. interuentu.* Oroſ. 5, 15 Paruo interceſſu temporis. Ne illius quidem interceſſu, qui laeſus fuerat, indulſit Saluian. de Gubern. 1 p. 27.

INTERCEPTIO, INTERCEPTOR, INTERCEPTVS, *vid.* INTERCIPIO.

INTERCĪDO, ĭdi, īſum, ĕre. [διακόπτω] *De medio aliquid excidere, vt* interradere, interuellere. Caeſ. Bell. Gall. 2, 9 *extr.* Vt ſi poſſent, caſtellum, cui praeerat Titurius Quintus legatus, expugnarent, pontemque interciderent. Plin. Epiſt. 6, 22 Corrupto enim ſcribae ſeruo interceperat commentarios, intercideratque, *i. hinc inde aliquid exciderat.* Aedes vicinas intercidere arcendi incendii gratia Vlpian. in l. Si quis fumo D. Ad leg. Aquil. Idem in l. 1 *in fine*, D. de ſeruo corrupto, Vel ſi actori ſuaſit, ſiue verbis, ſiue pretio, vt rationes dominicas intercideret, vel adulteraret: vel etiam, vt rationem ſibi commiſſam turbaret. *Sic et* Paullus l. 23 ff. ad L. Corn. de falſis. Adfectum humanarum neceſſitudinum Auguſtin. C. D. 19, 8. Venas Plin. 11, 37.

INTERCĪSVS, a, um. Partic. [διακοπεὶς] Interciſa hoſtia Macrob. Saturn. 1, 16 *pr. h. e. diſſecta.* Dies Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 172 Ante Chyeſteis iterum conterrita menſis Interciſa Dies refugos vertetur in ortus, *i. interrupta tenebris meride obortis.* Cic. in Parad. 6 c. 2 Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis interciſas, *i. abruptas, non perfectas. Sed praeſtat altera lectio*, in patrociniis, interceſſiones pecuniarum in coitionibus candidatorum. Interciſi dies, in ſe, non in alia diuiduntur. Illorum enim dierum quibusdam horis fas eſt, quibusdam fas non eſt ius dicere. Nam quum hoſtia caeditur, fari nefas eſt: inter caeſa et porrecta, fari licet: rurſus cum adoletur, non licet. *Haec* Macrob. Saturn. 1, 16. Varronis *locum vid. voce* FAS. *In Faſtis notantur per* EN, *i.* endoterciſi, *pro* interciſi. Iugum interciſum Caeſ. B. G. 8, 14.

INTERCĪSE. Adu. [διακεκομμένως] *Sectim et per inciſiones.* Cic. in Partit. 24 c. 7 Inuertatur ordo, et idem quaſi ſurſum verſus retroque dicatur: deinde idem interciſe atque permiſte. Gell. 11, 2 Sparſim et interciſe.

INTERCISIO, ōnis. f. [διακοπή] Interciſiones ſtomachi *(alii leg.* Item roſiones) Plin. 20, 14 *quas Dioſcorides 3, 26* δηγμοὺς στομάχου, *id eſt morſus et eroſiones ſtomachi, vocat. Conf.* INTERCIDONA.

INTERCISIMEN, ĭnis. n. Gloſſ. Lat. Gr. διακοπή.

INTERCISĪVVS, a, um. Adi. Limites interciſiui: *ſcil. qui in agris ſeruantur* Frontin. de Colon. p. 112 *et* 114 *Edit. Goeſ.*

INTERCIDŌNA, ae. f. Dea cuſtos fetae mulieris, a ſecuris interciſione ſic dicta, *Varrone teſte apud* Auguſt. de Ciu. Dei 6, 9. *cuius locum damus voce* SILVANVS.

INTERCĪDO, idi, āſum, ĕre. [*παρεμπίπτω*] *ex* Inter *et* Cado *eadem ratione dictum, qua* interire. Plin. 9, 51 Ea excludunt quinquageſimo die, e quibus multa propter numerum intercidunt. Cic. pro Deiot. 25 De Domitio dixit verſum Graecum, eadem ſententia, qua etiam nos habemus Latinum, Pereant amici, dum vna inimici intercidant. Exſtare *et* Intercidere, *contraria* Plin. 35, 8. Papin. in l. Si bona fide D. de petit. hered. Si periculum erit, ne inter moras actiones intercidant. Gratia beneficii intercidit Senec. de Ben. 3, 1. Honos intercidit aeuo Sil. 3, 440. Modeſt. in l. Legatum D. De capite minutis, Morte quidem legatarii legatum intercidit, capitis tamen diminutione interueniente perſeuerat. Libertas intercidit, *i. perit* Vlpian. in l. Si debitor §. vlt. D. de fideicommiſſ. libertatib. Memoria intercidit Liu. 2, 8. *Conf.* Iuſtin. 2, 4, 33. Nomen longis intercidit annis Ouid. Faſt. 2, 443. Obſides interciderunt Vlpian. in l. 1 D. ad l. Iuliam maieſt. Liu. 21, 8 Nullo inter arma corporaque vano intercidente Telo. *Et* 38, 22 Quum quo plures ac denſiores erant, eo minus vani quidquam intercideret Teli. *Ita et* 26, 39. Quod ſi interciderit tibi nunc aliquid Horat. Serm. 2, 4, 6 *Si per meam interpellationem turbato tibi aliquid exciderit memoria.* Liu. 3, 10 Quod intercidit, *non raptum a volucribus*, ſparſum ita iacuiſſe per aliquot dies, vt nihil odor mutaret. Si quae interciderunt, non tam re, quam ſuſpicione violata Cic. Fam. 5, 8. *i. inciderunt, inter haec acciderunt.*

INTERCILIVM, i. n. *Quod eſt medium inter cilia, ſine pilis.* Gloſſ. Gr. Lat. *μεσόφρυον*.

INTERCĬNO, inui, entum, ĕre. [*μεσῳδέω*] Hor. in Arte Poët. 194 — Neu quid medios intercinat actus, Quod non propoſito conducat, et haereat apte, *i. nihil audiatur in fabula, quod non ad propoſitum faciat.*

INTERCINCTVS, a, um. Partic. *ab* Intercingo. Plin. 37, 10 Candore intercincto variis coloribus. Gelenius *legit* Interſtincto. Idem 36, 8 Thebaicus intercinctus aureis guttis, inuenitur in Africae parte Aegypto adſcriptae.

INTERCISE, INTERCISIO, INTERCISVS, *vid.* INTERCĪDO.

INTERCĬPIO, ēpi, eptum, ĕre. [*διαλαμβάνω*] *Capere aliquem, vel aliquid velut de media via, certe de improuiſo, ex tranſuerſo, etc.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 38 Repentino equitum interuentu interciperentur. *Conf.* Sueton. Auguſt. c. 14. Curt. 9, 6, 12. Agrum Liu. 3, 71 *extr. dicuntur Romani, cum arbitri ſumti, agrum litigioſum ſibi vindicant.* Cic. pro Cluent. 166 Id quum daretur in mulſo, Balbutium quendam eius familiarem intercepiſſe, bibiſſe: ſtatimque eſſe mortuum. Epiſtola intercepta Curt. 6, 9, 13. *vid. mox* Literas. Exercitum intercipere Tacit. Agric. 5, 4. Nepos 11, 2, 3. Iter Liu. 6, 9 *vbi al.* interſeptis. Curt. 4, 2, 9. Laudem Phaedr. 4, 11. Librum Quinctil. in prooem. 1. Literas intercipere, *Interea dum perferuntur, occupare et reſerare, inſciis illis, ad quos mittuntur.* Cic. Q. Fratr. 3, 2 Ego ad te, ne haec quidem ſcribo, quae palam in Republica turbantur, ne cuiusquam animum meae literae interceptae offendant. *Add.* Cic. Att. 1, 13. *Conf.* Caſſ. ad Cic. Fam. 12, 12. Pecuniam Sueton. Domit. c. 17. Regnum Vict. de Viris Illuſtr. c. 6. Res alicuius Ouid. Met. 9, 122. Sermonem medium, *interpellare* Quinctil. 6, 4. Victoriam alieno labore quaeſitam Vict. de Viris Illuſtr. c. 60 *pr.* Obliuio intercipit aliquid Plin. in Paneg. c. 75, 1. Ter. Eun. 1, 1 *extr.* Nam quod nos capere oportet, haec intercipit. Interceptus mortalitate rex, *Praeuentus, praepeditus* Plin. Epiſt. 10, 50. *Sic,* Intercipi morbo Colum. 9, 3.

INTERCEPTIO, ōnis. f. [*διάληψις*] Cic. pro Cluent. 167 c. 60 Per quem porro datum? vnde ſumtum? quae deinde interceptio poculi?

INTERCEPTOR, ōris. m. Liu. 4, 50 Praedaene interceptorem fraudatoremque etiam malum minari militibus? Liu. 3, 72 Clarum hac fore imagine Scaptium, Popul. Rom. quadruplatoris et interceptoris litis alienae perſonam laturum. *vid.* Tac. Hiſt. 3, 10, 3.

INTERCEPTVS, ûs. m. Fulgent. Myth. 3 Aſtutiae interceptu transmigrare.

INTERCLĀMO, āre. Ammian. 31, 13 Noſtri multis interclamantibus reſtiterunt.

INTERCLINVS, a, um. Adi. Ciuitas interclina rupibus Ambroſ. in Egeſipp.

INTERCLŪDO, ſi, ſum, ĕre. [*διακλείω, ἀπολαμβάνω, διείργω*] *Interponere aliquid, quo aliquis excludatur, i. prohibeatur aditu.* Cic. Fam. 14, 14 Etiam illud metuo, ne iam intercludamini, vt quum velitis exire, non liceat. Virgil. Aen. 2, 110 Saepe illos aſpera Ponti Intercluſit hiems; et terruit Auſter euntes. Aditus ad aliquem Cic. pro Roſc. Amer. 110. Aduentum inimicorum corporibus ſuis Idem in Parad. 1. Tacit. Ann. 6, 50 Interclusa Anima, creditus eſt mortalitatem expleuiſſe. *vid.* Liu. 23, 7. Anima interclusa nimia ab dulcedine, aquai Lucret. 6, 1264. *i. ab aqua nimis cupide hauſta ſuffocati.* Commeatum inimicis, *Impedire, et itinera obſidere, ne inimicis commeatus poſſit deferri* Plaut. Milit. 2, 2, 68. Auctor ad Herenn. 1, . . Caeſ. Bell. Gall. 2, 23 In conſuetudine Populi Romani loca capere, caſtra munire, Commeatibus intercludere inſiſtunt. *al.* inſtituunt. Idem B. G. 1, 48 Eo conſilio vti Frumento Commeatuque, qui ex Sequanis et Heduis ſupportaretur, Caeſarem intercluderet. Innocentiae Defenſio interclusa reſpirat Cic. pro Cluent. c. 65. Frumentaria re intercludi Caeſ. B. G. 1, 23. Cic. Att. 7, 20 At illum ruere nuntiant, iam iamque adeſſe, non vt manum conſerat (quicum enim?) ſed vt Fugam intercludat. Caeſ. Bell. Gall. 7, 11. Hoſtes ab oppido et ponte, et commeatu omni Idem B. Ciu. 1, 68. *Sic* Liu. 1, 27 *extr.* *et* Id. 27, 42. Iter interclusum Cic. Att. 8, 11. Itinera Caeſ. Bell. Gall. 7, 11. *et* B. C. 2, 21 Intercludi Itinere. Cic. pro L. Agr. 2, 75 Iidem veſtram Libertatem ſuis praeſidiis et coloniis interclusam tenebunt. Locus interclusus ducto vallo Obſequ. c. 130. Perfugium fortunae Cic. Verr. 5, 131. Proſpectu viſus interclusere nefaſto Stat. Theb. 6, 205. Reditum alicui Iuſtin. 2, 5, 10. *et* 2, 13, 5. Liu. 26, 39 Spem commeatus quoque hoſtibus, ſi nauali praelio poſſeſſionem maris ademiſſet, interclusuri. Spiritus interclusus Curt. 3, 6, 14. *et* 7, 5, 15. Vias omnes ſeditionum Cic. pro Rabir. perduell. 3 c. 1. Voce interclusa Iuſtin. 11, 8, 4. Dolore intercludi, *i. impediri* Cic. Att. 8, 8.

INTERCLVSIO, ōnis. f. [*διάκλεισις*] *Impedimentum, occupatio.* Cic. de Orat. 3, 179 c. 46 Clauſulas enim atque interpuncta verborum, animae interclusio, atque anguſtiae ſpiritus attulerunt. *Parentheſis* Interclusio *vocatur a* Quinctil. 9, 3.

INTERCOLVMNIVM, i. n. [*μεσόστηλον*] *Spatium, quod eſt inter columnas aedificiorum.* Cic. Q. Fratr. 3, 1, 2 Topiarium laudaui: ita omnia conueſtiuit hedera, qua baſim villae, qua intercolumnia ambulationis, vt, *etc.* Idem Verr. 1, 51.

INTERCONCILIO, āre. [*διαλλάττω*] *Inter ſe conciliare.* Quinctil. 12, 10, 59 In docendo autem acumen, in interconciliando lenitas, in mouendo grauitas videatur. *Et paullo ante,* Siue aliud interconciliandi praeſtare videtur officium.

INTERCREATVS, a, um. Adi. Humor augmento paſſionis intercreatus Cael. Aur. Tard. 5, 1.

INTERCVLCO, āre. [*ἐμφράττω*] *ex* Calco, *vt* Inculco. Columel. 12, 43 Et deorſum verſus ſpectantes ollae componuntur, ita diſtantes, vt interculcari poſſint vinacea.

INTERCVRRO, curri, curſum, ĕre. [*διαθέω, παρεμπίπτω*] *Interuenire, et intercedere celeriter.* Cic. Philipp. 8 c. 6 Pugnatur acerrime: qui intercurrerent miſimus tres principes ciuitatis: hos contemſit. Liu. 5, . . Cic. Tuſc. 2, 36 Ergo his laborioſis exercitationibus et dolor intercurrit. Intercurrunt, cinguntque has vrbes Tetrarchiae Plin. 5, 18.

INTERCVRRENS, entis. Partic. [*παρεμπίπτων*] Plin. 12, 3 Folium mali Aſſyriae eſt vnedonis intercurrentibus ſpinis.

INTERCVRSVS, a, um. Adi. Ammian. 15, 10 Intercurſum ſpatium maris.

INTERCVRSVS, ûs. m. [*παρέμπτωσις*] *Interuentus interceſſio.* Liu. 2, 29 Conſulum intercurſu rixa ſedata eſt. *Sic* 30, 11 *extr.* Deinde vt pedes Romanus repentino per turmas ſuas viam danteis intercurſu ſtabilem aciem fecit, *etc.* *Add.* 34, 3. Tacit. Hiſt. 2, 36 Quum intercurſu Tribunorum, Centurionumque protegitur. Liu. 37, 42 Et impeditus intercurſu ſuorum vſus praelongarum haſtarum.

INTERCVRSO, āre. [*παρεμπίπτω*] Frequentat. Plin. 29, 4 Vnum ſimile formicae, ſed multo maius, ruffo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercurſantibus reſperſum guttis. *Conf.* Idem 3, 26. Liu. 21, 35 Intercurſantibus barbaris.

INTERCVS, ŭtis. Adi. [*ὕδερος, ὕδρωψ*] *Quod inter carnem et cutem eſt, Inteſtinus.* Cic. Off. 3, 92 c. 24 Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, *etc.* *vid.* AQVA. Gell. 13, 8 *extr.* Intercutibus vitiis madentes, *quae non foris apparent, ſed penitus ſunt imbibita.* Intercutibus ſtupris obſtinati Cato *apud* Priſcian. 6 p. 719 *extr.*

INTERCVSSVS, ûs. m. Intercuſſu luminis Seneca Quaeſt. Natur. 3, 27.

INTERCVTITVS, i. m. Feſto vehementer cutitus, id eſt valde ſtupratus.

INTERDĂTVS, a, um. Adi. [*διαδοθεὶς*] Lucret. 4, 866 Propterea capitur cibus, vt ſuffulciat artus, Et recreet vires interdatus, *i. inter corporeos meatus diuiſus.* *vid.* INTERDO.

INTERDIĀNVS, a, um. Adi. *Diurnus, ab* interdiu. Cael. Aur. Tard. 3, 7 Poſt interdianum cibum deambulatio adhibenda.

INTERDIARIVS, i. m. Gloſſ. Lat. Gr. Interdiarius, *ἡμεροκλέπτης*, cui contrarius *ἡμερόκοιτος*, Dormitator, fur nocturnus. *Vid. Cuiac. Obſeru.* 11, 27.

INTERDĪCO, xi, ctum, ĕre. [*παραγγέλλω, εἴργω*] *Proprie* interloqui, *et* inter *alium ſermonem aliquid dicere.* *Sic* Auct. ad Herenn. 2, 17 c. 11 In praeſentiarum hoc interdicere non alienum fuit. *Deinde vſitatius, vt* intercedere, *prohibere ſignificat.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 58 Praecipit atque interdicit, perterritis hoſtibus, atque in fugam conuerſis, *etc.* *Datiuum cum Ablatiuo frequentiſſime regit.* Liu. 5, 3 *extr.* Sic vos interdicitis Patribus commercio plebis, ne, *etc.* Alteri domo interdixit Sueton. Auguſt. c. 66. *Imperſonaliter:* Cic. de Senect. 22 Vt quemadmodum noſtro more male rem gerentibus patribus, bonis interdici ſolet. Plin. Epiſt. 4, 11 *pr.* Carent enim togae iure, quibus aqua et igni interdictum eſt. *Antiqui, quem Romana ciuitate pellebant, ei* aqua et igni interdicebant, *communione omni ciuitatis priuatum ſignificantes: quod duobus his elementis maxime humana indiget vita.* Cic. pro Domo 47 c. 18 At quid tulit legum ſcriptor peritus et callidus? Velitis, iubeatis, vt M. Tullio aqua et igni interdicatur? Crudele, nefarium, ne in ſceleratiſſimo quidem ciui ſine iudicio ferundum. Non tulit, vt interdicatur. Quid ergo? vt interdictum ſit. O caenum, o portentum, o ſcelus — vt interdictum ſit, cui non ſit interdictum? — Quod factum non eſt, vt ſit factum, ferri ad populum, aut verbis vllis ſanciri, aut ſuffragiis confirmari poteſt? *Conf.* 82 c. 31 Vbi enim tuleras, vt mihi aqua et igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio, Saturnius de Metello tulit: homines ſeditioſiſſimi de optimis et fortiſſimis ciuibus non vt eſſet interdictum, quod fieri non poterat, tulerunt, ſed vt interdiceretur. *Hic locus Sophiſta dignior, quam Tullio. Nonne etiam Graeci δεδόχθω τῇ βουλῇ et i. g. a.?* *vid.* EXILIVM. *Paſſiue,* Cic. Fam. 11, 1 Vt aqua et igni interdicamur. Idem Phil. 1, 22 c. 9 Leges Caeſaris iubent, ei, qui maieſtatis damnatus ſit, aqua et igni interdici. Caeſ. B. G. 6, 46 Quibus quum aqua atque igni interdixiſſet. *Conf.* Paterc. 2, 69, 5. *it.* AQVA n. 4. Quod moribus eorum non poterat interdici ſocero gener Nep. 22, 3, 2. Cic. de Fin. 1, 7 Sed id neque feci adhuc, nec mihi tamen ne faciam interdictum puto. *Habet etiam Accuſatiuum cum Datiuo, ſed rarius:* Sueton. Domit. c. 7 Interdixit hiſtrionibus ſcenam. Idem Neron. c. 33. Liu. 34, 7 Feminis duntaxat vſum purpurae interdicemus. *Conf. Gronou. ad* Sen. Epiſt. 18 p. 86. *Cum Infinitiuo:* Suet. Galb. c. 6 Interdixit commeatus peti. Interdixit fieri Ter. Phorm. 4, 4, 27. *Datiuum vnicum regit, pro Obſto:* Cic. Verr. 2, 30 Praetor improbus, cui nemo interdicere poſſit, det, quem velit iudicem. *Sed meliores habent* intercedere. *Subaudito Datiuo:* Ter. Hec. 4, 1, 48 Interdico, ne extuliſſe extra aedeis puerum vſquam velis. Plin. 29, 1 Interdixi tibi de medicis. *ex* Caton. Ep. ad filium. Cic. pro Caecin. 23 His rebus ita geſtis P. Dolabella Praetor interdixit, vt eſt conſuetudo, de vi hominibus armatis. Interdicit Praetor de vi, *eſt, Interdicto de vi pronunciato iubet; eum, qui vim fecerat, reſtituere.* Cic. pro Caecin. 36 Praetor interdixit, vt vnde deiectus eſſet, reſtitueretur, *i. edixit.* Vlpianus in locum §. ſi quis dolo D. de tab. exhibend. Si neque amouerit, neque celauerit tabulas: ſed idcirco alii tradiderit, ne eas interdicenti exhiberet. Pomponius in l. 1 de locis et itin. publ. Interdicitur, *intell. a Praetore.* Vlpianus in l. 2 §. hoc interdictum D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Vt ſi quid illic fieret, quod priuato noceret, Praetor interdiceret interdicto

dicto ſuo. *Sed vt* Damnare reum *dicitur etiam, qui illum damnari a iudicibus efficit: ſic* Interdicere *nonnunquam eſt interdictum Praetoris impetrare.* Quinctil. 3, 6, 70 Non debuiſti interdicere, ſed petere, *i. non vti illo nobili interdicto,* Vti nunc poſſidetis, *non in poſſeſſorio agere, vt nunc loquuntur, ſed in petitorio. Firmat ipſe* Quinctil. 7, 5, 3 In ſponſionibus, quae ex interdictis fiunt, etiam ſi non proprietatis eſt, ſed tantum poſſeſſionis: tamen non ſolum poſſediſſe nos, ſed etiam noſtrum poſſediſſe, docere oportebit. *Sic varie conſtruitur.* Vlp. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Nam ſi ipſe quocum interdixit, fecerit, vel iuſſu eius alius, aut ratum habitum ſit, quod fecit, ipſe ſuis ſumtibus debet reſtituere. Idem l. 1 D. de vi et vi armata, Quum autem falſus eſt procurator, cum ipſo tantum procuratore interdici debere Sabinus ait. *Sic* Paullus l. 3 D. vti poſſidetis §. Labeo quoque. Vlpianus l. 1 D. de itinere actuque priuato, Si tibi fundum precario conceſſero, cui via debebatur: deinde tu a domino fundi precario rogaueris, vt ea via ad eum fundum vtaris: an noceat tibi exceptio, ſi aduerſus eum velis interdicere, a quo precario viam rogaſti. Idem l. ſi alius D. quod vi aut clam, Quod ſi tantum noxae dediſſet, aduerſus dominum operis vtiliter interdici. Venul. D. de liberis exhibendis l. vlt. Si filius ſua ſponte apud aliquem eſt, inutile hoc interdictum erit: quia filius magis apud ſe, quam apud eum eſt, in quem interdicetur. *Addimus Conſtructiones alias quoque verbi* Interdico. Prouincia, Honore, Ordine interdicere Vlpian. l. 7 de interdictis et releg. *aliquoties.* Plin. 17, 5 Cato breuiter atque ex ſuo more vitia determinat: Terram carioſam caue, Neue ploſtro, neue pecore impellas. Quid putamus hac appellatione ab eo tempore reformidari, vt paene veſtigiis quoque interdicat? *i. inhibeat, ne quis per eam iter faciat.* Vlpianus in l. 1 §. vlt. D. de offic. Praefect. vrb. Et vrbe interdicere praefectus vrbi, et qualibet alia ſolitarum regionum poteſt: et negotiatione, et profeſſione, et aduocationibus, et foro, et ad tempus, et in perpetuum. Interdicere poterit et ſpectaculis. *Inſolens eſt, quod legitur* l. 5 D. de interdictis et releg. Vt omnium locorum interdicatur, praeter certum locum. *Sed variat lectio. Contradicere interpretantur* Plaut. Capt. 3, 5, 36 Dum pereas, nihil interdico, dicant viuere, *h. e. nihil moror. Sed al. etiam Gron.* Interduo.

INTERDICTVS, a, um. Partic. *Quod prohibitum eſt.* Sueton. Calig. c. 25, 4 Breuique miſſam facit, interdicto cuiuſquam in perpetuum coitu. Aula Idem Veſpaſ. 14, 2. Vrbe Idem Auguſt. 27, 6. Spes interdictae Ouid. Met. 10, 336. Voluptas Hor. Epiſt. 1, 6, 64. *Eſt* in Digeſtis 48, 20 Titulus de Interdictis, Relegatis et Deportatis. *In ipſis legibus tamen tituli non reperitur hoc Participium, ſed,* cui interdictum eſt.

INTERDICTVM, i. n. [παράγγελμα, παραγγελία] *Vim verbi ſui habet, vt prohibitionem ſignificet.* Cic. pro Domo 69 c. 26 *legem* Clodii, *qua ipſi aqua et igni* interdictum *fuerat,* flammam temporis, interdictum ſceleris, vocem furoris *vocat.* Plin. 11, 37 ſ. 58 Infra oculos malae homini tantum, quas priſci genas vocabant, XII tabularum interdicto radi a feminis eas vetantes. Idem 33, 4 ſ. 21 Italiae parci vetere interdicto patrum diximus. *Reſpicit ad* 3, 20 ſ. 24 *extr.* Metallorum omnium fertilitate nullis cedit terris. Sed interdictum id vetere conſulto patrum, Italiae parci iubentium. Horat. Sat. 2, 3, 217 Interdicto huic omne adimat ius Praetor, et ad ſanos abeat tutela propinquos. Cic. Attic. 7, 26 Caeſaris interdicta, *Si te ſecundo lumine hic offendero,* reſpuuntur, *i. minae prohibentes.* Plaut. Aſin. 3, 1, 1 Nequeo ne ego te interdictis facere manſuetam meis? *Conf.* v. 12 Illo, quem amo, prohibeor. Iuſtin. 11, 4 Athenienſes portas refugiis profugorum contra interdictum regis aperuerunt.

¶ 2 Interdicta, *ſunt Formae et conceptiones verborum, quibus Praetor, aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat, quod tunc maxime faciebat, quum de poſſeſſione inter aliquos contendebatur. Natura illorum in eo maxime ineſt, quod non totam cauſam decidunt, ſed interim iudicem inſtruunt, quis actor, quis reus, quis poſſeſſor, ſit: non pronuntiat de proprietate, ſed de iure poſſidendi, etc. Eſt* titulus Digeſtorum 43, 1 de Interdictis, *vbi ſtatim* l. 1 §. 1 Interdictorum tres ſpecies *memorantur,* exhibitoria, prohibitoria, reſtitutoria. *Nos primo quaedam Ciceronis et aliorum Claſſicorum loca proferemus: reliqua ex ICtis qualia in Stephanianum theſaurum relata ſunt, ponemus immutata, quum tempore excluſi examinare omnia non poſſimus. Igitur* Cic. pro Caecin. 86 c. 30 Cum de vi interdicitur, duo genera cauſarum eſſe intellegebant, ad quae interdictum pertineret, vnum, ſi quis ex loco, in quo eſſet; alterum, ſi ab eo loco, quo veniret, vi deiectus eſſet. Interdictum *hic etiam non decidit, quis ſit dominus, ſed vult poſſeſſionem illi reſtitui, vel ſeruari, qui ſit poſſeſſor bonae fidei.* Cic. Fam. 7, 32 Vrbanitatis poſſeſſionem, amabo, quibusuis interdictis defendamus. Id. de Orat. 1, 41 c. 10 Multisque praeeſſem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manum conſertum vocarent, quod in alienas poſſeſſiones tam temere irruiſſes. *Add.* Petron. 13 *et* 83.

¶ 3 *Iam collecta ex ICtis Epitheta et Verba repetemus, obſeruato antea, diuerſa* interdicta *relata* librum 42 Digeſtorum, *ad quem totum inſcriptio* de interdictis *pertinet. Itaque* Titulus primus *generalia* Interdictorum habet. *Deinde referuntur* t. 2 Interdictum Quorum bonorum, t. 3 Quod legatorum, t. 4 Ne vis fiat, t. 5 de tabulis exhibendis, t. 6 Ne quid in loco ſacro fiat, *etc.* t. 17 Vti poſſidetis, t. 24 Quod vi aut clam: *vbi ſemper indicatur* prohibitorium *ne ſit, an* reſtitutorium, *an* exhibitorium: *quorum characteres in ipſis Edicti perpetui verbis ſunt* vim fieri veto, reſtituas, exhibeas. *Illud etiam apparet inductione, pleraque* interdicta *eſſe* prohibitoria, *poſſeque adeo referri ad illam primam verbi* interdicere *ſignificationem, vetandi, prohibendi. Quae iam porro ſequuntur ex legibus, bona eſſe ſpero, non praeſto.* Paullus l. pen. D. de interdictis et extraord. action. Ex quibus cauſis Annua interdicta ſunt, ex his de eo, quod ad eum peruenit, cum quo agitur, poſt annum iudicium dandum Sabinus reſpondit. Paull. l. 2 D. de interdictis et extraord. action. Interdictorum quaedam duplicia ſunt, quaedam ſimplicia. Duplicia dicuntur, vt Vti poſſidetis. Simplicia ſunt, veluti Exhibitoria, et reſtitutoria, item prohibitoria. De arboribus caedendis, et De itinere actuque. *Rurſus ibidem in fine.* Paull. l. pen. *ſub finem,* D. vti poſſidetis, Si vicinus meus in parte mea tectoria habeat, et in parte ſua: Vti poſſidetis interdictum mihi Efficax eſt, vt ea tollere compellatur. Vlpian. l. neque D. de vi et vi armata, Neque vnde vi, neque aliud interdictum Famoſum eſt. Paull. l. vlt. D. de interdict. extraord. action. Interdicta Noxalia ea ſunt, quae ab delictorum quos in poteſtate habemus, dantur. Vlpian. D. de migrando l. 1 *in fin.* Hoc interdictum Perpetuum eſt, et in ſucceſſores et ſucceſſoribus dabitur. Vlpian. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum perpetuum et Populare eſt. Pompon. D. de precario l. et habet, Quum quis de re ſibi reſtituenda cautum habet: Precarium interdictum ei non competit. Iulian. ibid. l. duo, Et ideo Precario interdicto mihi tenebitur. Vlpian. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, *in fine,* Interdictum hoc non eſſe Temporarium, ſciendum eſt. Iulian. l. qui poſſeſſionem D. de vi et vi armata, Si te vi deiecero, illico tu me, deinde ego te: Vnde vi interdictum tibi Vtile erit. Paull. l. 3 D. vti poſſidetis, Item videamus, ſi proiectum ſupra vicini ſolum non iure habere dicatur, an interdictum Vti poſſidetis ſit Vtile alteri aduerſus alterum. et eſt apud Caſſium relatum, vtrique eſſe inutile. *Sic* Celſ. l. vlt. D. de itinere actuque priuato. Vlp. l. is, qui in puteum D. quod vi aut clam, Eueniet, vt in ipſum tutorem curatoremque, aut vtilis actio competat, aut etiam Vtile interdictum.

¶ 4 *Verba:* Vlpian. l. nam etſi D. quod vi, aut clam, Nam et ſi ramos quis de arboribus abſtulerit, ad hoc interdictum Admittimus haec ita, ſi de aedificio tegulas ſuſtulerit. *Eodem titulo* Venuleius, Quamquam autem colonus et fructuarius fructuum nomine ad hoc interdictum Admittantur: tamen et domino id competit, ſi quid praeterea eius interſit. Vlpian. l. 3 D. de tabulis exhibendis, Si tabulae teſtamenti apud aliquem depoſitae ſint a Titio: hoc interdicto Agendum eſt, et cum eo, qui detinet, et cum eo, qui depoſuit. Idem l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Item Nerua ſcribit, ſi tecum interdicto Agatur: nihil vltra te facere cogendum, *etc. Ibidem non ita procul a fine,* Si tamen actor ſua impenſa arborem tollere paratus fuerit: recte tecum Acturum interdicto de via publica reficienda. Sed ſi pro derelicto non habeas: recte tecum agi hoc interdicto. Vlpian. l. 1 D. de itinere actuque priuato, Si quis autem, quum putaret fundum ad ſe pertinere, ſuo nomine iter fecerit amicus meus: vtique ſibi, non mihi interdictum Acquiſiiſſe intelligetur. Iulian. l. interdictum D. quod vi aut clam, Interdictum, Quod vi aut clam per quemuis domino Acquiritur, licet per inquilinum. Vlpian. l. 1 D. quod legatorum, Si quis ex mortis cauſa donatione poſſideat, vtique Ceſſabit hoc interdictum. *Paullo poſt,* Nam et hic dicendum eſt, pro ea parte qua heres eſt, Ceſſare interdictum. Idem l. 1 D. de fluminibus, ne quid, *etc.* Si autem flumen priuatum ſit, Ceſſabit interdictum. Paull. l. 2 D. de interdictis et extraord. action. Interdicta vero Competunt vel hominum, vel diuini iuris cauſa, et de religione. *Paullo poſt,* Adipiſcendae poſſeſſionis ſunt interdicta, quae Competunt his, qui ante non ſunt nacti poſſeſſionem. Vlp. l. 1 D. quod legatorum, *non procul a fine,* Si alter ex heredibus, iisve ad quos ea res pertinet, voluerit rem a legatario poſſideri, alter non: ei, qui noluerit, interdictum Competere: ei, qui voluit, non Competere palam eſt. Vlpian. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Aduerſus eum, qui molem in mare proiecit, interdictum vtile Competit ei, cui forte haec res nocitura ſit. Idem D. ne quid in flumine publico, *etc.* Hoc interdictum cuiuis ex populo Competit, ſed non aduerſus omnes: verum aduerſus eum, qui id egit, vt aliter aqua flueret, quum ius non haberet. Vlpian. l. 1 ne quid in loco ſacro fiat, Hoc interdictum de loco ſacro, non de ſacrario Competit. Paull. l. 4 D. de tabulis exhibendis, Si ſint tabulae apud pupillum, et dolo tutoris deſierint eſſe: in ipſum tutorem Competit interdictum. Vlp. D. ne quid in flumine publico, *etc.* Hoc interdictum et in heredes Competit. Vlp. l. is, qui in puteum D. quod vi aut clam, Et hoc interdictum Complectitur, quodcunque aut vi aut clam factum eſt. Venul. l. vlt. D. de cloacis, Quanquam de reficienda cloaca, non etiam de noua facienda hoc interdicto Comprehendatur: tamen aeque interdicendum Labeo ait, ne facienti cloacam vis fiat. Vlpian. l. 1 D. de interdictis et extraord. actionib. Interdicta omnia, licet in rem videantur Concepta, vi tamen ipſa perſonalia ſunt. Idem D. quod vi aut clam l. ſemper aduerſus, *in fine,* Quia autem hoc interdictum continet hoc, quod intereſt: ſi quis aliqua actione fuerit Conſecutus id, quod interfuit, opus non eſſe non factum: conſequens erit dicere, ex interdicto nihil eum Conſequi oportere. Vlpian. l. 3 D. de tabulis exhibendis, Si tabulae in pluribus codicibus ſcriptae ſint, omnes interdicto iſto Continentur. Paull. l. 2 D. de interdictis et extraordin. action. Quaedam interdicta rei perſecutionem Continent: veluti, De itinere actuque priuato. nam proprietatis cauſam Continet hoc interdictum. Sed et illa interdicta, quae de locis ſacris et de religioſis proponuntur, veluti proprietatis cauſam Continent. item illa, quae ſui iuris tuendi cauſa diximus competere: vt non ſit mirum, ſi quae interdicta ad rem familiarem pertinentia, proprietatis cauſam, non poſſeſſionis habeant. *Sic* Vlpian. l. 1 D. quod legatorum, in ipſo paene legis initio. Idem D. quod vi aut clam l. ſemper aduerſus, *in fine.* Triphon. lege penult. D. de vi et vi armata, Quanquam ego moram fecero, quo minus interdicto te Conuenirem. Vlpian. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Si forte in publico fiet opus, quod ad priuati damnum redundet: prohibitorio interdicto poteſt Conueniri. *Ibid. non procul a fine,* Idem Labeo ſcribit, ſi vicinus fundi ſui cauſa id fecerit, me non poſſe hoc interdicto Conueniri. Idem l. 1 D. de fluminibus, ne quid, *etc.* Dandam exceptionem ei, qui interdicto Conuenitur. Vlpian. D. de liberis exhibendis l. 3 Sed vtique debet eſſe is, qui eum interdicto Defendat. Idem l. 3 D. de itinere actuque priuato, Itaque qui hoc interdicto vtitur, duas res debet oſtendere: et hoc anno ſe vſum, et ei ſeruitutem competere. Caeterum ſi deſiit alterutrum, Deficit interdictum. Vlpian. l. 1 D. de aqua cotidiana, Idem Labeo ſcribit, etſi Praetor hoc interdicto de aquis frigidis ſentiat, tamen de calidis aquis interdicta non eſſe Deneganda. Id. D. de Saluiano interdicto l. vlt. In Saluiano interdicto ſi in fundum communem duorum pignora ſunt ab aliquo inuecta: poſſeſſor vincet, et erit eis Deſcendendum ad Seruianum interdictum. Vlpian. l. 3 D. de libero homine exhibendo, Sed ſi mulier vel pupillus hoc interdictum Deſiderent pro cognato, vel parente, vel affine ſuo ſolliciti: dandum eſſe eis interdictum, dicendum eſt. Paull. l. 2 de interdictis et extraord. action. Reliqua interdicta rei familiaris cauſa Dantur. *vid.* Noxale interdictum. Idem Paull. l. vltim. D. quod legatorum, Si legatarius repromiſſione contentus fuit, Dandum eſt interdictum. Vlpian. l. 1 D. de via publica, Interdictum hoc perpetuo Dabitur, et omnibus, et in omnes. Idem l. 3 D. de interdictis et extraord. action. In interdictis exinde ratio habetur fructuum, ex quo Edita ſunt, non retro. Paull. l. vlt.

l. vlt. D. quod legatorum, Sed ſi forte factum ſit per legatarium, quo minus ſatisdetur: eo autem tempore, quo Editur interdictum, ſatis accipere paratus ſit, non competit interdictum, niſi ſatisdatum ſit. *Paullo poſt*, Illud enim tempus inſpicitur, quo interdictum Editur. Vlpian. l. 1 D. ne vis fiat ei, qui, *etc.* Eſt in poteſtate ſucceſſorum, Euitare interdictum, ſatisdatione oblata. Vlpian. l. 1 D. vti poſſidetis, Reſtituendae poſſeſſionis ordo aut interdicto Expeditur, aut per actionem. Vlpian. l. 3 D. ne vis fiat ei, qui, *etc.* Sed ſi mulier velit in factum actione vti: ad exemplum creditorum magis, quam interdicto poſſe eam Experiri, ſciendum eſt. Idem l. 3 D. de tabulis exhibendis, Si heres ſcriptus hoc interdicto Experiatur, ad hereditatem referenda eſt aeſtimatio. *Sic* Iulian. l. pen. D. ne quid in loco vel itinere publico fiat. Paull. l. quum a te D. de vi et vi armata, Quum a te vi deiectus ſim, ſi Titius vi eandem rem poſſidere coeperit: non poſſum cum alio, quam tecum Experiri interdicto. Papinian. l. quum fundum D. de vi et vi armata, Eum, qui fundum vindicauit ab eo, cum quo interdicto Vnde vi potuit Experiri pendente iudicio, nihilominus interdicto recte agere placuit. Vlpian. D. de libero homine exhibendo l. 3 *ſub finem*, Si tamen reus condemnatus malit litis aeſtimationem ſufferre, quam hominem exhibere, non eſt iniquum, ſaepius in eum interdicto Experiri, vel eidem ſine exceptione, vel alii. Vlp. l. 1 D. de vi et vi armata, Plane ſi quis velit de poſſeſſione quidem rei ſoli per hoc interdictum Experiri, de rebus vero mobilibus ad exhibendum actione: poteſt habere hoc in ſuo arbitrio. Finitur interdictum: Vlp. l. 1 D. de aqua cotidiana, *in fine.* Idem l. is, qui in puteum D. quod vi aut clam §. ſi poſtea. Vlpian. l. 1 D. quod legatorum, Hoc interdictum et heredem heredis bonorumque poſſeſſoris Habere, recte propter vtilitatem dicendum eſt. Idem l. 3 D. de tabulis exhibendis, Si ipſe teſtator, dum viuit, tabulas ſuas dicat eſſe, et exhiberi deſideret, interdictum hoc non Habebit: ſed ad exhibendum erit agendum, vt exhibitas vindicet. *Rurſus idem* l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Si quis in mari piſcari aut nauigare prohibeatur, non Habebit interdictum: ſed iniuriarum actione vtendum eſt. Vlpian. l. 3 D. ne vis fiat ei, qui, *etc.* At ſi quis volet vti interdicto: conſequens erit dicere, interdictum locum Habere. Id. l. 1 D. de tabulis exhibendis, Siue ſupremae tabulae ſint, ſiue non ſint, ſed priores: dicendum, interdictum hoc locum Habere. Vlpian. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum etiam ad ea, quae paſcuntur in via publica, itinereue publico, et deteriorem faciunt viam, locum Habet. Vlpian. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Interdictum locum Habebit aduerſus vicinum tuum. *Ibidem non ita procul a fine*, Hoc interdictum locum Habere etiam aduerſus eum, qui dolo malo fecit, quo minus poſſideret. Paullus l. vi facit D. quod vi aut clam, Item ſi prohibiti heres, vel is, qui ab eo emerit, ignorans cauſam praecedentem, fecerit: dicendum eſſe Pomponius ait, non Incidere eum in interdictum. Vlpian. l. 1 D. vti poſſidetis, Perpetuo autem huic interdicto Inſunt haec: quod nec vi, nec clam, nec precario ab illo poſſideas. Id. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Ad ea igitur loca hoc interdictum pertinet, quae publico vſui deſtinata ſunt: vt ſi quid illic fieret, quod priuato noceret, Praetor Interdiceret interdicto ſuo. Paullus l. interdictum D. de precario, Interdictum de precariis merito Introductum eſt, quia nulla eo nomine iure ciuili actio eſt. Africanus D. de liberis exhibendis, l. penult. Si eum, qui patremfamilias dicat, ego in mea poteſtate eſſe, et iuſſu meo adiſſe hereditatem dicam: tam de hereditate agi oportere, quam ad interdictum de filio ducendo Iri debere ait. Vlpian. l. D. de loco publico fruendo, Sed ſi ſimul veniant ad interdictum Mouendum ipſe, qui conduxit, et ſocius eius: magis eſt, vt ipſe conductor praeferatur. Idem titulo, Vt in flumine publico nauigare liceat, Si quis velit interdictum tale Mouere, vt locus depriuatur pecoris appellendi gratia: non debet audiri. Idem D. de libero homine exhibendo l. 3 *ſub finem*: *Et* D. de liberis exhibendis l. 3. Marcellus l. colonus D. de vi et vi armata, Igitur interdictum Vnde vi colono competiturum: ipſumque ſimili interdicto locatori Obſtrictum fore. Vlpian. l. 1 D. vti poſſidetis, Et illud quidem interdictum Oppugnat poſſeſſorem, hoc tuetur. Idem l. 1 D. de vi et vi armata, Si quis tamen neget, ſe ſeruum vel familiam defendere: cogendus eſt Pati hoc interdictum, ad hoc ſcilicet, vt quod ad eum peruenerit, reſtituat. Verba interdicti late Patent Vlpian. l. ſi alius D. Quod vi aut clam §. notauimus. Idem D. de fonte, *in fine*, Sed et de lacu, puteo, piſcina reficiendis, purgandis interdictum competit: et omnibus perſonis dabitur, quibus Permittitur interdictum de aqua aeſtiua. Vlpian. D. de ripa munienda, Nam poſt opus factum, Perſequendi hoc interdicto nulla facultas ſupereſt, etiam ſi quid damni poſtea datum fuerit: ſed lege Aquilia experiendum eſt. Vlpian. l. 1 D. de tabulis exhibendis, Hoc interdictum Pertinet non tantum ad teſtamenti tabulas, verum ad omnia, quae ad cauſam teſtamenti pertinent. Ibidem *in fine*, Hoc interdictum ad viui tabulas non Pertinet. Idem l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum ad ea loca, quae ſunt in fiſci patrimonio, non puto Pertinere. *Paullo poſt*, Ad ea igitur loca hoc interdictum Pertinet, quae publico vſui deſtinata ſunt. Idem l. 1 D. de fluminibus, ne quid, *etc.* Nec Pertinet ad hoc interdictum, ſi quid in priuato factum ſit. Porrigitur latius interdictum, *vid.* Scribere interdictum. Vlpian. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum ex eadem cauſa Proficiſcitur, ex qua et ſuperius. Paullus l. 2 D. de interdictis et extraord. action. Illa interdicta, quae de locis ſacris et de religioſis Proponuntur, veluti proprietatis cauſam continent. Vlpian. l. 1 D. ne vis fiat ei, qui, *etc.* Hoc interdictum ſumma prouidentia Praetor Propoſuit. Paullus l. 1 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, In loco publico Praetor prohibet aedificare, et interdictum Proponit. Vlpianus ibidem l. 2 Propterque eam rem hoc interdictum Propoſitum eſt. Idem l. 1 D. de vi et vi armata *pr.* Hoc interdictum Proponitur ei, qui vi deiectus eſt. Etenim fuit aequiſſimum, vi deiecto ſubueniri: propter quod ad recuperandam poſſeſſionem hoc interdictum proponitur. Vlpian. l. 3 D. de vi et vi armata, Hoc interdictum etiam aduerſus eum Proponitur, qui dolo malo fecit, quo quis armis deiiceretur. Vlpian. l. 2 D. ne quid in loco vel itinere publico fiat, Hoc interdictum prohibitorium eſt: et tam publicis vtilitatibus, quam priuatorum per hoc Proſpicitur. Idem l. 1 D. ne quid in flumine publico, *etc.* Hoc interdicto Proſpexit Praetor, ne deriuationibus minus conceſſis flumina exareſcant. Idem D. vt in flumine publico nauigare liceat, Hoc interdicto Proſpicitur, ne quis flumine publico nauigare prohibeatur. Vlpian. l. 3 D. de libero homine exhibendo, Plane ſi dubitat vtrum liber an ſeruus ſit, vel facit ſtatus controuerſiam: Recedendum erit ab hoc interdicto, et agenda cauſa libertatis. Vlpian. l. 1 D. quod legatorum, Quia autem nonnunquam incertum eſt, vtrum quis pro legato, an pro herede, vel pro poſſeſſore poſſideat: belliſſime Arrianus ſcribit, et hereditatis petitionem in eum inſtituendam, et hoc interdictum Reddendum, vt ſiue quis pro herede, vel pro poſſeſſore, ſiue pro legato poſſideat, hoc interdicto teneatur. Vlpian. D. ne quid in flumine publico, *etc.* Si quid, ne fiat, proſpicitur: ſuperiore interdicto erit vtendum: et ſi quid poſt interdictum Redditum fuerit factum, coërcebitur. Idem l. 4 D. de vi et vi armata, Si vi me deiecerit quis nomine municipum: in municipes mihi interdictum Reddendum Pomponius ſcribit, ſi quid ad eos peruenit. Paullus l. vlt. D. vti poſſidetis, In ſumma puto dicendum, et inter fructuarios hoc interdictum Reddendum: etſi alter vſum fructum, alter poſſeſſionem ſibi defendat. *Sic* Iulian. l. 1 D. de Saluiano interdicto. Vlpian. l. 3 D. de vi et vi armata, Dicendum eſt etiam ad eas res Referri hoc interdictum debere. Idem l. 1 D. vti poſſidetis, Tunc ſi res ſoli ſit, de cuius poſſeſſione contenditur, ad hoc interdictum Remittentur. Idem l. quaeſitum eſt D. de precario, Ex hoc interdicto Reſtitui debet in priſtinam cauſam. Vlpian. D. ne quid in flumine publico *etc.* *ſub finem*, Hoc interdictum reſtitutorium proponitur. Superius enim prohibitorium eſt: et pertinet ad ea, quae nondum facta ſunt. Si quid igitur iam factum eſt: per hoc interdictum Reſtituetur. Vlpian. l. 1 D. de vi et vi armata, Vt etiam ſine culpa eius mortuis hominibus, aeſtimationem eorum per interdictum Reſtituere debeat. Venul. l. ſed etſi D. de precario, Sed etſi eam rem, cuius poſſeſſionem per interdictum vti poſſidetis Retinere poſſem, precario tibi conceſſerim, teneberis hoc interdicto. Vlpian. D. de libero homine exhibendo l. 3 *in fine*, Hoc interdictum et in abſentem eſſe Rogandum, Labeo ſcribit. Paullus l. *2* D. de interdictis et extraord. action. Haec autem interdicta, quae ad rem familiarem Spectant, aut adipiſcendae ſunt poſſeſſionis, aut recuperandae, aut retinendae. Vlpian. l. 1 D. vti poſſidetis, Hoc interdictum de ſoli poſſeſſore Scriptum eſt, quem potiorem Praetor in ſoli poſſeſſione habeat. Idem l. et qui aliter D. quod vi aut clam, Et quum interdictum ſit ſic Scriptum, Quod vi aut clam factum eſt, non ita, Quod vi aut clam feciſti: latius porrigi id, quam ad has perſonas quas ſupra memorauimus, Labeo putat. Vlpian. l. vlt. D. ne vis fiat ei, qui *etc.* Per interdictum etiam ei Subuenit Praetor, qui damni infecti ab eo in poſſeſſionem miſſus eſt, ne ei vis fiat. Idem l. is, qui in puteum D. quod vi aut clam, Hoc iure vtimur, vt etſi vi et clam factum ſit, interdictum hoc Sufficiat. Sum: *vt*, Eſt locus interdicto: Vlpian. l. 1 D. quod legatorum, Illud tenendum eſt: ſiue a te, ſiue ab eo, in cuius locum ſucceſſiſti, poſſideri aliquid coeptum eſt: interdicto huic locum fore. Rurſus ibidem, ſub finem legis. Idem l. 1 D. de tabulis exhibendis, Dicendum eſt interdicto locum fore. Paullus D. quod vi aut clam l. competit, Poteſt dici, et fructuarii intereſſe propter voluptatem et geſtationem, et eſſe huic interdicto locum. *Sic* Venuleius *eodem titulo*, l. ſi vitem meam. Paullus l. 3 D. vti poſſidetis, Ego poſſideo ex iuſta cauſa: tu vi, aut clam. ſi a me poſſides, ſuperior ſum in interdicto, ſi vero non a me, neuter noſtrum vincetur. Idem l. 3 D. vti poſſidetis, Dominus autem ſoli tam aduerſus alium, quam aduerſus ſuperficiarium potior erit in interdicto Vti poſſidetis. Paullus in l. vlt. D. quod legatorum, *in fine*, Item ſi per bonorum poſſeſſorem ſtetit, quo minus ſatisdaret, ſed modo paratus eſt cauere: Tenet interdictum. Idem l. vlt. D. ne vis fiat ei, qui *etc.* Siue ergo promittat, ſiue per eum non fiat, quo minus promittat: non Tenebit interdictum. Vlpian. l. 1 D. de vi et vi armata, Si fundus, a quo vi expulſus ſum, mihi reſtitutus eſſet: caeterae vero res, quae vi ablatae ſunt, non reſtituerentur: hîc dicendum eſt, interdictum nihilominus Tenere: quia verum eſt, me vi eſſe deiectum. Papinian. l. Quum fundum D. de vi et vi armata, Placebat, colonum interdicto venditori Teneri. *Paullo poſt*, Et ipſum interdicto colono teneri. Paullus l. vltim. D. quorum bonorum, Interdicto Quorum bonorum, debitores hereditarii non Tenentur, ſed tantum corporum poſſeſſores. Vlpian. l. 1 D. quod legatorum, Qui vero ex cauſa praeceptionis poſſidet, vtique Tenetur hoc interdicto. Idem l. 1 D. ne vis fiat ei, qui *etc.* Hoc edicto neque pupillum neque furioſum Teneri conſtat. *Rurſus* Idem l. 3 D. de tabulis exhibendis, Si cuſtodiam tabularum aedituus vel tabellarius ſuſcepit, dicendum eſt Teneri eum interdicto. Si penes ſeruum tabulae fuerint, dominus interdicto Tenebitur. Vlpian. D. de liberis exhibendis l. 3 Et ex iiſdem cauſis hoc interdictum Tribuendum eſt, ex quibus cauſis de exhibendis liberis competere diximus. Vlpian. D. vt in flumine publico nauigetur, Ergo et ſi a municipibus conductum habet: aequiſſimum erit, ob vectigalis fauorem interdicto eum Tueri. Idem l. 1 D. vti poſſidetis, Et illud quidem interdictum oppugnat poſſeſſorem, hoc tuetur. *Paullo poſt*, Interdictum autem, quod eſt Vti poſſidetis, poſſeſſorem praedii Tuetur. Vlpian. l. 1 D. de tabulis exhibendis, Sed et ſi falſum eſſe dicatur teſtamentum, vel ab eo factum, qui teſtamenti factionem non habuerit, dicendum eſt interdictum Valere. Vlpian. D. ne quid in flumine publico, *etc. in fine*, In hoc interdicto reſtitutorio non eſt iniquum Venire (vt Labeo ait) etiam quod dolo factum eſt, quo minus haberes. Vlpian. l. 1 D. de vi et vi armata, Et ideo, ſi quid poſtea deſiit illic eſſe, dicendum erit in interdictum Venire. Idem D. quod vi aut clam l. Semper aduerſus, *ad finem*, Culpam quoque in hoc interdictum Venire, erit probandum. Vlpian. l. 3 D. ne vis fiat ei, qui *etc.* At ſi quis volet Vti interdicto, conſequens erit dicere, interdictum locum habere. Idem l. 3 D. de tabulis exhibendis, *in fine*, Ideo et ſi heres ſit, qui interdicto Vſus, aeſtimationem conſecutus eſt: eadem erit aeſtimationis diſtinctio. *Rurſus* Idem l. 2 Ne quid in loco vel itinere publico fiat, Idem ait, non eſſe ab re, de ea re interdicto Vti. Idem l. ſi alius D. quod vi aut clam, Vtor aduerſus te interdicto. *Paullo poſt*, Et Vtaris aduerſus me interdicto.

INTERDICTIO, ōnis. f. [εἶρξις] Cic. pro Domo 78 c. 30 Id autem, vt eſſet faciendum, non adeptione ciuitatis, ſed tecti, et aquae et ignis interdictione faciebant. *Conf.* Vlpian. l. 2 D. de Poenis: *et* Arnob. 2 p. 49 Quiſquamne illorum aliquando verbo vno potuit — ſeruunculum, ſcabiem, aut inhaerentem ſpinulam callo, vna interdictione ſanare? *vno imperio, ne porro turbet.*

INTERDICTOR, ōris. m. Tertull. Praeſcr. aduerſ. Haer. c. 33. *et* aduerſ. Marc. 2, 9 *extr.* *et* de Ieiun. c. 15.

INTERDICTORIVS, a, um. Adi. Praeceptum interdictorium Saluian. contra Auar. 3 p. 130.

INTERDIGITALIA, ium. n. *Pl. Morbi ſpecies.* Plin. Valer. 2, 52.

INTERDIGITIA, iuni. n. *Pl. Idem.* Marc. Empir. c. 33.

INTERDIV. Adu. *temporis.* [μεθ' ἡμέραν] *i. Die, vel Per diem, aut Dum dies eſt: cui opponitur* Noctu. Ter. Adelph. 4, 1, 15 Cato de R. R. c. 124 Canes interdiu clauſos eſſe oportet, vt noctu acriores et vigilantiores ſint. Plin. 18, 6 Malum patremfamilias, quisquis interdiu faceret, quod noctu poſſet, niſi intempeſtate caeli. *Conf.* A. ad Herenn. 2 c. 4. Interdius, *etiam antiquis dictum eſt pro eodem.* Plaut. Moſtel. 2, 2, 14 Sed quid hoc? occluſa ianua eſt interdius. Idem Aſin. 3, 3, 9. *et* Aul. 1, 1, 33.

INTERDIARIVS, *vid. ſupra ſ. l.*

INTERDO, āre. *Aeſtimare: pro quo antique* INTERDVO *habet* Plaut. Capt. 3, 5, 36 Dum pereas nihil interduo. Idem Rud. 2, 7, 22. Qui ſis qui non ſis, floccum non interduim Trin. 4, 2, 152.

INTERDĂTVS, a, um. Partic. Lucret. 4, 866 Propterea capitur cibus, vt ſuffulciat artus: Et recreet vires interdatus, *etc. i. ſubinde, per interualla, datus.*

INTERDVATIM, *et* INTERATIM, dicebant antiqui, quod nunc Interdum et Interim. Feſtus.

INTERDVCA, ae. f. *Dea Iuno, quae et Domiduca dicitur.* Mart. Capell. 2 p. 37.

INTERDVCTVS, ûs. m. [διαστολή] *Pro illis interpunctis, diſtinctionibus et inciſis, quae inter ſententias a librariis duci ſolent.* Cic. in Orat. 228 c. 68 Ne infinite feratur vt flumen oratio, quae non aut ſpiritu pronuntiantis, aut interductu librarii, ſed numero coacta debet inſiſtere.

INTERDVM. Adu. [ἔσθ' ὅτε, ἐνίοτε] *Nonnunquam.* Ter. Eun. 2, 3, 74 Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet. Virg. Georg. 1, 399 Interdum aut hederae pandunt veſtigia nigrae. Interdum docta plus valet arte malum Ouid. ex Pont. 1, 3, 18. Geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias Cic. de Orat. 3 c. 54. M. Piſo habuit a natura genus acuminis, ſed ſaepe ſtomachoſum, nonnunquam frigidum, interdum etiam facetum Id. de Cl. Orat. c. 67. *Add.* Suet. Caeſ. c. 81. *Iterum et tertio recurrit apud* Celſ. 1, 1. *et* 4, 2. *et* 6, 6. *Add.* Cic. in Orat. c. 59. *et* ad Att. 12, 15. *Aliquando pro* Interea *aut* Interim *ponitur; vt contra* Interim *pro* Interdum: *vid. omnino Drakenb. ad* Sil. 6, 30.

INTEREA. Adu. *temporis.* [ἐν τῷ μεταξὺ, ἐν τέτῳ] *Interim, tantiſper, hoc interim ſpatio.* Particula eſt, *vt ait* Seruius *ad* Aen. 10, 1 quae negotia ſemper praeteritis futura coniungit. Ter. Hec. 1, 2, 82 Quid interea? ibatne ad Bacchidem? *Vbi* Donatus: Interea, Inter eos dies. Virg. Aen. 10, 833 Interea genitor Tiberini ad fluminis vndam, *etc.* *Vbi* Seruius: Interea, Dum haec geruntur. Et omnino ſic eſt apud Poëtas Interea ſicut eſt apud Salluſtium, Eodem tempore. Cic. Verr. 2, 42 Interea dies aduenit, quo die ſeſe, *etc.* Ter. Heaut. 4, 7, 5 Tu hic nos, dum exjmus, interea opperibere. Idem Eun. 5, 2, 56 Visne interea dum is venit, domi opperiamur potius quam ante oſtium? Interea, *i. Tamen.* Virg. Georg. 2, 83 Nec nulla interea eſt inaratae gratia terrae. Quum interea: *i. Quum tamen, Indicatiuo iunctum.* Cic. pro Cluent. 82 Quum interea veſtigium nullum Cluentianae pecuniae inuenitis. Interea loci: Ter. Heaut. 2, 3, 16 Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci collocupletaſti te Antiphila. *Conf.* Idem Eun. 1, 2, 46. Diomed. 2 p. 428 In compoſitis dictionibus vnus accentus eſt, non minus quam in vna parte orationis, *vt maleſanus, interealoci.* Accentus (*ſ. inſer.* vt) in integris dictionibus obſeruantur. Priſcian. de Accentibus p. 1288 Ambiguitas pronuntiandi ſaepe legem accentuum perturbat, vt ſi quis dicat *interealoci* — quod non ſeparatim, ſed ſub vno accentu pronuntiandum eſt, ne ambiguitatem in ſermone faciat. *Pro Interdum: vid. Drakenb. ad* Sil. 7, 395. *et* 6, 30.

INTEREMPTIO, INTEREMPTVS, *vid.* INTERIMO.

INTĔREO, īui *vel* ii, ĭtum, īre. [ἀφανίζομαι, ἀπόλλυμαι] *Perire, mori, emori.* Plaut. Amph. 2, 2, 64 Vigilans ſomnio, viuus et ſanus intereo. Caeſ. B. G. 8, 21 Multa millia interiiſſe. *Sic,* Interire fame Cic. Att. 6, 1. *Et* Caeſ. B. C. 3, 27 Interire naufragio. Cic. Acad. 1, 29 c. 7 Nihil enim valentius eſt, a quo intereat. Aeſtas interitura Hor. Carm. 4, 7, 10. Domus interitura Ouid. ex Pont. 3, 2, 108. Ignis interit, niſi alatur Cic. N. D. 3 c. 14 *extr.* Ira interit mora Ouid. de Arte Am. 1, 374. Morte interire Idem in Ibin 299. *Al.* More. Naufragus interiit Id. Met. 11, 686. Segetes intereunt Virg. Georg. 1, 152. Sextans tuus ne intereat Iabolen. in l. ſi tu D. de acq. hered. Verba interitura Hor. Carm. 4, 9, 1.

INTERĬTVS, a, um. Part. [διαφθαρθεὶς] *Paſſiue.* Claud. Quadrig. *apud* Priſcian. 9 p. 869 *poſt med.* Pugna acriter commiſſa, et multis vtrinque interitis. Sidon. Epiſt. 2, 19 Dedere breui abolitam interitamque.

INTERĬTVS, ûs. m. [ἀφανισμὸς, ἀπόλλυσις] *Mors, Pernicies.* Cic. Tuſc. 1, 7 Eſt enim interitus quaſi diſceſſus et ſecretio ac diremtus earum partium, quae ante interitum iunctione aliqua tenebantur. Interitus patriae, *i. Euerſio:* Cic. Tuſc. 5, 105 Interitus patriae, exilium, ſeruitus, *etc.* Reip. Id. pro Sulla c. 11. Acerbiſſimus Planc. Cic. Fam. 10, 17. Immaturus Cic. de Cl. Orat. c. 33. Acerbus, Afferre interitum, Alienari ab interitu, *vid. hh. vv.* Gaudeat illa tuo interitu Propert. 2, 8, 18. Redigere aliquid ad interitum Lucret. 5, 875.

INTERĬBĬLIS, e. Adi. *Qui interire poteſt.* Arnob. 2 p. 65 Argumenta quibus animas paſſiuas atque interibiles inuenitur. *Conf.* Tertull. de Reſurr. Carn. c. 34. *et* aduerſ. Hermog. c. 43.

INTERITIO, ōnis. f. *Idem quod Interitus. Teſtis eſt* Nonius Marcellus *cĭtans* 3, 112 *hunc* Ciceronis *locum ex* Frumentaria, *ſeu* Verr. 3, 125 c. 54 Quum bis in ea prouincia magnae fugitiuorum copiae verſatae ſint, tamen aratorum interitio facta nulla eſt. *Quo in loco legebant* Internecio, *alii* Internicio. *Sed Nonio conſentiunt etiam MSS.* Hirt. B. Hiſp. c. 24 Centurionum interitio. Arnob. 2 p. 87 Chriſtus in hoc miſſus a Deo eſt, vt infelices animas ab interitionis exitio liberaret.

INTEREQVĬTO, āre. [διιππάζω] *In medio equitare.* Liu. 35, 5, 10 Obſtabant duces, haſtilibus caedentes terga trepidantium, et redire in ordines cogentes, ſed interequitantes alarii non patiebantur. *Conf.* Idem 6, 7. *et* 34, 15. Curt. 4, 13 *extr.* In conſpectu omnium duces interequitans alloquebatur.

INTERERRO, āre. Prudent. Cathem. 6, 43 Non ſplendor intererrat.

INTERFĂCIO, ēci, actum, ĕre. [μεταξυποιέω] Liu. 25, 11 Reliquit tamen modicum praeſidium, vt ſimul interfaciendo muro adiuuaret. *i. Dum fieret murus. Sed variat vehementer lectio. Drakenb.* Vt ſimul in faciendo muro adiuuaret.

INTERFARIS, ātur, āri. [διακόπτεις] *Loquentem interpellare.* Liu. 3, 47 Prius quam aut ille poſtulatum perageret, aut Virginio reſpondendi daretur locus, Appius interfatur. Ibid. 7, 36 Conſul claſſico ad concionem conuocat, orſusque meritas Decii laudes, interfante ipſo Decio, diſtulit concionem. Virg. Aen. 1, 390 Nec plura querentem Paſſa Venus, medio ſic interfata dolore eſt. *Conf.* Val. Max. 9, 5, 2. Prudent. adu. Symm. 2, 33.

INTERFATIO, ōnis. f. [ἀνακόπτομαι] Quinctil. 4, 2, 50 Interim expediet narrationes breuiter interfatione diſtinguere. *De tribuno pl. exſtat ap.* Cic. pro Sext. c. 37.

INTERFEMINEVM, *vid.* INTERFOEMINEVM.

INTERFĬCIO, ēci, ectum, ĕre. [διαχράομαι, φονεύω] *Praepoſitio* Inter *habet vim auferendi, tollendi, vt in* Interimo, Interdico (*q. d. dicendo aufero*). *Plene locutus eſt* Plaut. Truc. 2, 6, 37 Salue, qui me interfeciſti paene vita et lumine, *puerpera ad eum, ex quo peperit, i. priuaſti.* Gell. 12, 7 Eadem mulier virum et filium eodem tempore venenis clam datis, vita interfecerat. *i. Vita priuauerat. Sed vt in* Defungi *Ablatiuus* vita *plerumque omittitur; ita* interficere *eſt occidere, morte afficere.* Caeſ. B. G. 7, 3 Equitem Romanum, qui rei frumentariae iuſſu Caeſaris praeerat, interficiunt. Feras Lucret. 5, 1248. Plaut. Moſt. 1, 3, 35 Proh Iuppiter: nam quod malum verſatur meae domi; vt dii, deaeque omnes me peſſimis exemplis interficiant. Per inſidias interficere Cic. pro Domo c. 23. Qui ea lege viuit, vt cum ſumma interfectoris gloria interfici poſſit Id. Philipp. 1 c. 14. Interfectus in acie Id. de Fin. 2, . . Cic. pro L. Manil. 11 Vos legatum Pop. Romani omni ſupplicio interfectum inultum relinquetis? Interficere meſſes: i. e. Perdere et cremare: Virg. Georg. 4, 330 Fer ſtabulis inimicum ignem, atque interfice meſſes. *Sic* Nonius 6, 9. *At* Seruius: Secundum Pythagoram, *inquit,* qui habere animam dicit omnia creſcentia. *Vnde et* Ecl. 7, 57 Aret ager vitio moriens, *etc.*

INTERFICIENS, entis. Partic. Interficiens Sermonem ſingultu crebro, et verba deuorans. *i. interpellans, proprie, vt videtur* Apul. Met. 11 p. 269, 31 *Elm.*

INTERFECTVS, a, um. Part. Curt. 9, 2, 7 Interfectus per inſidias. *Vid.* Paterc. 2, 58, 3. Sen. Epiſt. 7. Tacit. Ann. 1, 9, 4. *et* Val. Max. 3, 2, 11. Plaut. Merc. 5, 1, 4 Vſus, fructus, victus, cultus iam mihi harunce aedium interemtus eſt, interfectus eſt, *etc.* Interfectae virginitatis (*cauſa*) curant nouam nuptam Apul. Met. 5 p. 160, 24 *Elm.* Id. de Daem. Socr. p. 51, 21 Interfectis ſapientiae officiis, *i. vbi fruſtra conſumta ſapientia eſſet, non conſilio ſed praeſagio indigebat.*

INTERFECTOR, ōris. m. [φονεὺς] Cic. ad Brut. 16 Hic ipſe puer, quem Caeſaris nomen incitare videtur in Caeſaris interfectores. *In bonam partem etiam accipitur ap.* Cic. pro Mil. c. 27. Val. Max. 3, 2, 11. *In malam ap.* Vell. 2, 58, 3. *Add.* Sen. Ep. 7. Tac. Ann. 1, 9, 4. Interfector veritatis Tertull. de Carne Chr. c. 4.

INTERFECTRIX, īcis. f. Tacit. Ann. 3, 17 Id ergo fas auiae interfectricem nepotis adſpicere? Hyginus Fab. 122 Idem nuncius dixit Iphigeniam fratris interfectricem eſſe.

INTERFECTIBILIS, e. Adi. Ruta interfectibilis viperarum Apul. de Herb. c. 89. *quae interficit viperas.*

INTERFECTIO, ōnis. f. Interfectio Trebonii Brut. ad Cic. Fam. 3. Lamprid. Commod. c. 4 Crudelis vita Commodi Quadratum et Lucillum compulit ad eius interfectionem conſilia inire. *Conf.* Auguſtin. de Ciu. Dei 3, 15. *et* Epiſt. 23. *it.* de Mor. Manich. 2, 17 *extr.*

INTERFECTIVVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. praef. Interfectiuis morbis affici.

INTERFIĔRI, [διαφθείρεσθαι] *obſoletum verbum, pro Conſumi et interire, apud* Lucret. 3, 886 Vt aut putreſcat corpore poſto, Aut flammis interfiat, maliſue ferarum. *Conf.* Plaut. Trin. 2, 4, 131 *poſt mentionem agri peſſimi, vbi* tribus tantis minus redit, quam obſeueris, PH. Hem? iſtic oportet obſeri mores malos, Si in obſerendo poſſint interfieri.

INTERFLVO, xi, xum, ĕre. [μεσοῤῥυέω] *Per medium fluere.* Moenia interfluebat Marſyas amnis Curt. 3, 1, 2. *Conf.* Lucret. 4, 228. *Paſſiue:* Apul. de Mundo p. 59 Inſulae interfluuntur. *Tralate:* Cic. de Senect. 16 c. 6 Cum inter duos Conſulatus anni decem interfluxiſſent.

INTERFLVENS, entis. Partic. Plin. 36, 14 *pr.* Flumine medium oppidum interfluente. Idem 3, 5 Vtraque ciuitate foederata, anguſto freto interfluente. Idem 6, 28.

INTERFLVVS, a, um. Adi. [μεσόῤῥοος] *Quod interfluit.* Plin. 6, 26 Interfluo Euphrate, *i. Interfluente.* Solin. c. 66 Scinditur amne interfluo.

INTERFŎDIO, ĕre. *Subinde Fodere.* Lucret. 4, 720

Quia ſunt gallorum in corpore quaedam
Semina, quae quum ſint oculis immiſſa leonum
Pupillas interfodiunt, *etc.*

Interfoſſae radices Pallad. Oct. t. 12.

INTERFOEMINEVM, i. n. Apul. Apol. p. 296, 15 *pro Genitalibus muliebribus, quod* inter femina *ſint.* Nouius *apud* Non. 10, 10 Cum natus artiuit matri interfeminia fortiter. *Rectius ſine Diphthongo ſcribitur. Vid.* FOEMINAL.

INTERFRINGO, ēgi, actum, ĕre. [διαῤῥήγνυμι] *Idem quod Infringere.* Cato c. 44 Qui locus recte ferax erit, quae arida erunt, et ſi quid ventus interfregerit, ea omnia eximito. Plin. 17, 18.

INTERFVGIO, ĕre. Inter enim fugit ac penetrat per rara viarum Lucret. 6, 331. *de fulmine.*

INTERFVLGEO, ēre. Aurum argentumque cumulo rerum aliarum interfulgens Liu. 28, 23.

INTERFVNDO, ĕre. Auien. Perieg. 255. Ibid. 1100 Sic vaſti moles pelagi interfunditur oras.

INTERFVRO, ĕre. Stat. Achill. 1, 395 Dumque arma parantur Dorica, et alternum Mauors interfurit orbem, *i. furore ſuo turbat et miſcet.*

INTERFVSIO, ōnis. f. Lactant. 7, 3, 25.

INTERFVSVS, a, um. Adi. [μεσοχυθεὶς] Plin. 2, 68 Idem Oceanus interfuſus, intrat per tot maria, quibus Africam, Europam,

Aſiam diſpertit. Plin. 3, 8. Mare Idem Paneg. c. 16. Nouies Styx interfuſa Virg. Georg. 4, 480. Genas interfuſa maculis Idem Aen. 4, 654.

INTERGARRIO, īre. *Vnde*

INTERGARRITVS, a, um. Part. Pauculis verbis intergarritis Apul. Apol. . .

INTERGĔRO, ſſi, ſtum, ĕre. Plin. 13, 12 *de charta Aegyptia, quam aqua Nili glutinari dixerat*, Diligentior cura, molli panis fermentati colata aqua feruente: minimum hunc modum intergerit. *Sed hodie legitur*, Minimum hoc modo intergerii, atque etiam Nili lenitas ſuperatur. *Nempe*

INTERGERIVM *eſt materia glutinoſa inter plagulas et ſchedas papyri Aegyptiae ingeſta, qua illae cohaerent, et totae Chartae ſolidantur. Vid.* CHARTA.

INTERGERIES, ei. f. [ὁ τοῖχος δύο κτήσεις διορίζων Vet. Gloſſ.] *i. murus duas poſſeſſiones ſeparans.*

INTERGERĪNVS, *ſ.* INTERGERIVVS, a, um. Adi. Intergerini parietes, e Vitruuio *adferuntur, qui inter nouos parietes, aut fundamenta pro fultura intergerantur. Locus eſt* 5, 12 *de portu aedificando, vbi vult vt arcae* Catenis colligatae in eo loco, qui finitus erit, conſtituantur: et intergerinis e creta, beronibusque ex vlua factis calcetur. *Sed Salmaſ. ita h. l. conſtituit*, et inter deſtinas creta aeronibus ex vlua paluſtri factis calcetur. *Certiora dant* Feſtus, Intergerini parietes dicuntur, qui inter confines ſtruuntur, et quaſi intergeruntur. Intergerrinos *malit Scal. a* gerris, *i. cratibus dictos, et prouocat ad* craticium *ſ.* concraticium parietem *ICtorum, quem damus ſub* CRATES. *Sed non opus videtur* gerris. Intergerinus *ſit ille* craticius paries: *ſed poteſt, puto*, intergerinus, *i. intergeſtus eſſe etiam ex lapide ſolido, vel quacunque materia.* Plin. 35, 14 *extr.* ſ. 49 Romae non fiunt talia aedificia *(latericia)*, quia ſeſquipedalis paries non plus quam vnam contignationem tolerat: cautumque eſt, ne communis craſſior fiat, nec intergeriuorum *(ita Hard. ex MSS. al.* intergerinorum) ratio patitur. *Conf.* Vitruu. 2, 8 p. 31. Plin. 11, 10 *de fauis*, Ruentes ceras fulciunt *apes*, pilarum intergerinis ſic a ſolo fornicatis, ne deſit aditus ad farciendum.

INTERGREDIOR, *vnde*

INTERGRESSVS, ûs. m. Periniurium eſt, vires te actionis meae intergreſſu grauiſſimae diſputationis infringere Minuc. Fel. 15, 1. *i. interpoſita diſputatione, qua interpellata eſt actio mea.*

INTERHIO, āre. Tertull. Apol. c. 48 Finis et limes medius, qui interhiat. *Vid. ibi Rigalt.*

INTERIĂCEO, ui, ēre. [μεσέω] *In medio iacere.* Plin. Epiſt. 10, 42, 1 Et duo publica opera quamquam via interiacente. Liu. 27, 41 *pr.* Interiacebat campus: colles imminebant nudi. Interiacet Capuam, *et* Interiacet Capuae, *dicimus.* Plin. 5, 4 Et a regione, quae duas Syrtes interiacet. Columel. 11, 3 Vt in id ſpatium, quod ſulcis interiacet, inclinentur. *de ſeminibus.* Interiacet haec inter eam Plin. 4, 12.

INTERIACENS, entis. Partic. Vaſtitas interiacentis ſoli Plin. Paneg. c. 14. Tranſitu interiacente Id. Epiſt. 2, 17.

INTERIACIO, ĕre. *Interloqui, vt* Iacio. Arminius pleraque Latino ſermone interiaciebat Tacit. Ann. 2, 10, 4.

INTERĬBI. Adu. [ἐν τέτῳ] *Idem ſignificans, quod Interea.* Plaut. Capt. 5, 1, 31 Vos lauate interibi. *Add.* Id. Poen. 3, 3, 3. Rud. 4, 6, 20 *et paſſim.* Gell. 3, 7 Conſul interibi dum ea pugna fit, ſe in locos ſubducit tutos atque editos. *obſoletum.*

INTERIĬCIO, ēci, ectum, ĕre. [παρεμβάλλω] *Interponere.* Columel. 1, . . Vt ſi qua interiecta ſunt ſtramentis aut paleis ſpinarum vel germinum ſemina, intereant. *Conf.* Caeſ. B. C. 1, 73 Stationes diſponunt equitum et cohortium alariarum, legionariasque interiiciunt cohortes. Id. B. G. 7, 80 Galli inter equites, raros ſagittarios, expeditosque leuis armaturae interiecerant, *etc.* *Tralate:* Tacit. Hiſt. 3, 8, 3 Moram interiicere. Idem Ann. 1, 23, 6 Preces, minas.

INTERIECTVS, a, um. Part. [παρεμβληθεὶς] Caeſ. B. G. 7, 23 Neque inter ſe contingant trabes: ſed paribus intermiſſae ſpatiis, ſingulae ſingulis ſaxis interiectis, arcte contineantur. Interiectus equiti pedes Tacit. Hiſt. 3, 79, 3. Cic. de N. D. 2, 66 Aër autem, vt Stoici diſputant, interiectus inter mare et caelum, *etc.* Idem de Fin. 2, 17 Tu autem inter haec tantam multitudinem hominum interiectam non vides, nec, *etc.* Id. Acad. 1, 36 Iis ipſis alia interiecta et media numerabat. Cic. Off. 1, 92 Aut interiecti inter philoſophos, et eos, qui Rempubl. adminiſtrarent, delectarentur re ſua familiari, *i. medium quoddam conſilium et inſtitutum ſecuti.* Flumen Tacit. Ann. 2, 10, 3. Cic. Off. 1, 30 Quae quaſi longo interuallo interiecto videmus. Naſus quaſi murus oculis interiectus Id. de N. D. 2, 143. Spatio interiecto Liu. 2, 17. *et* Caeſ. B. G. 3, 4. Liu. 1, 58 Paucis interiectis diebus, Sext. Tarquinius inſcio Collatino, cum comite vno Collatiam venit.

INTERIECTVS, ûs. m. [παρεμβολὴ] Cic. de N. D. 2, 103 c. 40 *extr.* Interpoſitu interiectuque terrae. Columel. 3, 21, 6 Si vero interiectibus capere cuiusque generis fructum aueat, *etc.* *Vid. etiam ad* 3, 16, 3. Interiectus temporis Tacit. Ann. 3, 51, 3. Paucorum dierum Id. ibid. 3, 67, 5. Noctis Idem 6, 39, 2.

INTERIECTIO, ōnis. f. [παρεμβολὴ] *Interpoſitio, et inſertio.* Quinctil. 4, 2, 121 Ne ſententia quidem velut fatigatum intentione ſtomachum iudicis reficere diſſuaſerim, maxime quidem breui interiectione. *Sic Ienſ. Al.* interiecta. A. ad Herenn. 1 c. 6 Si negabimus nos de aliqua re dicturos, et tamen occulte dicemus, interiectione verborum. *In his ponitur pro ea, quae Parentheſis vulgo vocatur. Diſertius etiam* Quinctil. 8, 2, 15 Etiam interiectione (qua et oratores et hiſtorici frequenter vtuntur, vt medio ſermone aliquem inſerant ſenſum) impediri ſolet intellectus, niſi quod interponitur breue eſt. *Habes hic ſimul definitionem et exemplum, quae pulcherrima praecipiendi ratio eſt. De parte orationis* Quinctil. 1, 5, 51. *Conf.* INTERLECTIO.

INTERIECTVRA, ae. f. Frontin. de Colon. p. 135 Sunt et per tecturas poſitae interiecturae.

INTĔRIM. Adu. *temporis.* [μεταξὺ] *Idem quod Interea.* Ter. Andr. 1, 1, 100 Funus interim procedit, ſequimur. *Conf.* Cic. pro Lig. c. 1. *et* de Orat. 2 c. 86. Ter. Hec. 1, 2, 102 Primum dies compluſculos bene conueniebat ſane inter eas: interim miris modis odiſſe coepit Soſtratam. Donatus *interpretatur* Repente. Quum interim, *pro Quum tamen* Quinctil. 12, 10 Sicut quatuor generaliter ventos totidem mundi cardinibus accepimus flare, quum interim plures ſint intermedii. *Alii codices habent*, Quum interim plurimi medii. Liu. . . Quum interim ſi quis exiſtimare velit. *Sic* Cic. pro Sull. 11. Interim; *Diſcretio eſt eius rei, quae ad narrationem pertinet.* Ter. Andr. 1, 1, 81 Curabat vna funus: triſtis interim nonnunquam conlacrumabat. Idem Eun. 5, 2, 3 Interim dum ante oſtium ſto. Caeſ. B. C. 5, 37 Interim dum de conditionibus inter ſe agunt. Suet. Tiber. c. 73 Interim cum in actis ſenatus legiſſet. *Conf.* Liu. 28, 44. *et* 35, 24. Tacit. Ann. 15, 11, 4. ¶ 2 *Aliquando, ſiue interdum ſignificat* Quinctiliano *frequenter, v. g.* 1, 9 Sed quia interim excuſantur haec vitia aut conſuetudine, aut, *etc.* *Etiam* Cic. de Orat. 2, 209 Interim timor incutitur aut ex ipſorum periculis, aut ex communibus, *ſi recte legit Budaeus. Sed vetus exemplar habet et olim editur*, Item timor. *Conf.* Plin. Epiſt. 10, 27. *et* Tacit. Ann. 1, 4. Interim, *pro Aliquando, interdum geminatur.* Quinctil. 1, 3 Interim elabuntur, interim ſuae memoriae intentos a noua inuentione declinant. Idem 11, 3. *et* 3, 10. Sen. ad Marc. c. 15. *Gronou. ad* Sen. de Benef. 6, 42. *Pric. ad* Apul. 9 p. 532.

INTERĬMO, ēmi, emtum, *ſ.* emptum, ĕre. [διαφθείρω] *Interficere.* Cic. Acad. 4, . . Interimebat vxorem. Liu. 1, 3 *extr.* Stirpem fratris virilem interimit. Plaut. Caſ. 3, 5, 29 Interimere ait velle ſe vitam. *Antique.* Idem Ciſt. 4, 2, 45 Ne ſuam vitam interimeret. *Idem obſeruauimus de verbo* Interficio, *v. v.* Se ipſa interemit Lucretia a filio regis per vim ſtuprata Cic. de Fin. 2, 66 c. 20. Interimi veneno Plin. 7, 13. *et* 11, 37. Cic. de N. D. 1, 50 Et ſi quae interimant innumerabilia ſunt, etiam ea, quae conſeruent infinita eſſe debere. Ad nihilum interimat res Lucret. 1, 217. Mors interimit res Idem 2, 1001. Plaut. Merc. 3, 4, 22 Diſperii: nam illaec interemit me modo oratio. Cic. pro Milon. 94 c. 34 Me quidem Iudices, exanimant et interimunt hae voces Milonis, quas audio aſſidue. ¶ 2 Interimere ſacra *eſt illa interuentu emtionis imaginariae tollere.* Cic. pro Muraen. c. 12 Sacra interire illi *(maiores noſtri)* noluerunt. Horum *(ICtorum)* ingenio ſenes ad coëmtiones faciendas interimendorum ſacrorum cauſa reperti ſunt. *In magna ſententiarum varietatè placet ſententia Gronouii de Pec. vet. 4, 7 propoſita et Graeuio ad* Cic. l. c. *Schwartzioque de deteſtat. ſacror. p. 16 probata, quae breuiter talis eſt: Subornabat herės hominem ſenem tanquam grauiorem auctorem: ei, vt in legitima mancipatione, aduocato libripende ac teſtibus, vendebat hereditatem, non vt heredi, nec pro herede, (vt vendere ſolebat teſtator familiae emtori,) ſed vt poſſeſſori alieno. Senex dato dicis cauſa numo ſeſtertio, eam coëmebat, et non ſecus ac ſectionis emtor et poſſeſſor, liberam eam, nullis adſtrictus ſacris, quaſi ſuam faciebat. Poſtea res in ſtipulatum deducebatur, et emtor ac dominus fiduciarius ſtipulato heredi quaſi ex ſponſu eandem tradebat. Sic exſtinguebatur nomen heredis, et ſoluebatur hereditas, ſicque diſſoluebantur ſacra hereditati annexa, et lucroſiore titulo poſſidebat, qui grauiore prius, vt heres poſſederat.*

INTEREMTVS, a, um. Partic. Plaut. Merc. 5, 1, 4. Hor. Carm. 4, 4, 72 Asdrubale interemto.

INTEREMTIO, ōnis. f. [ἀφανισμὸς] Cic. pro L. Manil. 30 c. 11 Teſtis et Gallia, per quam legionibus noſtris in Hiſpaniam iter Gallorum interemtione patefactum eſt. *Vetus Exemplar. leg.* Internicione. Gloſſ. Cyrill. Interemtio, κατασφαγή. Feſt. Ruf. c. 25 Diocletianus ſubito innumera Perſarum agmina aggreſſus, ad interemtionem occidit. *Add.* Porc. Latro Declam. in Catil. c. 10.

INTEREMTIBILIS, e. Adi. Tertull. adu. Marc. 3, 6.

INTEREMTOR, ōris. m. Sen. Epiſt. 70 Interemtorem ſui fieri. Val. Max. 6, 1, 2 Virginis pudicae interemtor, quam corruptae pater eſſe maluit.

INTEREMTRIX, īcis. f. Lactant. Inſtit. 1, 10. Tertull. Spectac. 17.

INTERIOR, ius, *vid.* INTRA.

INTERITVS, *vid.* INTEREO.

INTERIVNGO, unxi, unctum, ĕre. [διαζεύγνυμι] *Subſiſtere. Tractum a curru, cuius iumenta in ipſa via disiunguntur, vt vel ipſa vel vectores interim quieſcant.* Martial. 2, 6 Et quum currere debeas Bouillas, Interiungere quaeris ad Camenas. Interiungere equos, *Disiungere, vt conquieſcant.* Martial. 3, 37

Iam prono Phaëthonte ſudat Aethon,
Exarſitque dies, et hora laſſos
Interiungit equos meridiana. *de pigris nautis.*

Pulchre ad meridianam quietem, et illum Varronis inſiticium ſomnum refert Seneca Ep. 83 p. 341 Dormio minimum, conſuetudinem meam noſti: breuiſſimo ſomno vtor, et quaſi interiungo. Satis eſt mihi vigilare deſiiſſe. Aliquando dormiſſe me ſcio, aliquando ſuſpicor. Id. de Tranquill. An. 15 p. 385 Quidam medio die interiunxerunt, et in poſtmeridianas horas aliquid leuioris operae diſtulerunt. *Sed* Dextras interiungere, *(quod* dextram iungere dextrae *dixit* Virg. Aen. 1, 408) *de militibus ſe inuicem conſalutantibus* Liu. 22, 30 Tum dextrae interiunctae, militesque concione dimiſſa a notis ignotisque benigne atque hoſpitaliter inuitati.

INTERLĂBOR, abi. Dep. Virg. Georg. 2, 349 *Per tmeſin*, Inter enim labentur aquae.

INTERLABENS, entis. Partic. Stat. Theb. 2, 649 Parce per has ſtellis interlabentibus vmbras. Sil. 6, 18 Truncosque trahebat Per ſtragem neruis interlabentibus artus.

INTERLATEO, ēre. Non eſt dubium, quin multum ſpiritus interlateat Sen. Qu. Nat. 6, 16.

INTERLĔGO, ēgi, ĕre. *Per interualla decerpere.* Pallad. in Februario, *de Malis* c. 25, 16 Si ſpiſſa poma ramos onerabunt, interlegenda ſunt quaeque vitioſa, vt alimentum caeteris ſuccus aequiparet, *etc.* *Add.* Iun. 5, 1. Iul. 3, 1.

INTERLECTIO, ōnis. f. Scripturarum interlectio Tertull. adu. Vx. 2, 6. *i. lectio aliis negotiis interpoſita: Sed Prior.* interiectio, *alterius lectionis ne mentione quidem facta: eodem intellectu.*

INTERLĪDO, ĕre. Paullin. Nolan. Carm. 10, 261 Grauem interlidere dentem.

INTERLIGO, āre. Alterno maculas *(tigridum)* interligat oſtro Stat. Theb. 7, 571. *Conf.* Rutil. Itin. 1, 539.

INTERLĬNO, īni, īui *ſiue* ēui, ĭtum, ĕre. [διαλείφω] *Stili parte lata, Atramento, aut aliqua re alia ſuperinducta, ſcripturam diuerſis locis deſtruere.* Cic. pro Cluent. 125 c. 44 Qui tabulas publicas municipii ſui corrupiſſe iudicatus ſit, qui teſtamentum interleuerit. Vlp. l. 16 §. 5 D. Familiae erciſc. Si vnus rationes hereditariás deleuerit vel interleuerit. Paullus l. 2 D. ad L. Cornel. de falſis, Qui teſtamentum deleuerit, interleuerit.

INTERLITVS, a, um. Adi. Codex interlitus Cic. pro Cluent. c. 33. Caementa interlita limo Liu. 21, 11. Murus bitumine interlitus Curt. 5, 1, 16 *et* 25. Tabulae corruptae, atque interlitae Cic. Verr. 2, 104 c. 42.

INTERLOCO, āre. Mela 2, 1.

INTERLŎQVOR, loquĕris, locūtus ſum, lŏqui. [διακόπτω] *Alio loquente, ſermones intermiſcere, interpellare, quaſique interturbare loquentem.* Ter. Heaut. 4, 3, 13 Antiphila mea nubet mihi. S. ſiccine mihi interloquere? *Speciatim interloquitur Praetor, Princeps, Iudex, cum inter cognoſcendum, ante ſententiam, aliquid pronunciat.* Gell. 14, 2 Aliter atque aliter eadem in cauſa, eodemque in tempore ſentire, et interloqui videatur. Paul. in l. in teſtamento D. de fidei commiſſ. libert. In teſtamento, quod perfectum non erat, alumnae ſuae libertatem et fidei commiſſa dedit. Quum omnia veluti ab inteſtato filii egiſſent: quaeſiit Imperator, an ex cauſa fideicommiſſi manumiſſa fuiſſet? Et interlocutus eſt, etſi nihil ab inteſtato pater petiiſſet: pios tamen filios debuiſſe manumittere eam, quam pater dilexiſſet. Pronuntiauit igitur recte eam manumiſſam, et ideo etiam fideicommiſſa ei praeſtanda. Vlp. in l. 1 D. de conſtit. Princ. Quodcunque igitur Imperator per epiſtolam et ſubſcriptionem ſtatuit, vel cognoſcens decreuit, vel de plano interlocutus eſt, vel edicto praecepit, legem eſſe conſtat.

INTERLOCVTIO, ōnis. *f.* [μετάφρασις] *Sermonis interpoſitio.* Gell. 14, 2 An ex vſu, exque officio ſit iudicis rem cauſamque de qua cognoſcit, interlocutionibus ſuis ita exprimere atque conſignare. Quinctil. 5, 7 Breui interlocutione patroni refutandus eſt. Interlocutio iudicis Iulian. in l. qui agnitis D. de except.

INTERLVCEO, xi, ēre. [διαφαίνω] *In medio lucere, vel Interea lucere, aut Inter aliquid lucere.* Liu. 29, 14 Duos ſoles viſos: et nocte interluxiſſe. Idem 1, 42 *extr.* Seruius conditor ordinum, quibus inter gradus dignitatis, fortunaeque aliquid interlucet. Corona interlucet non ſpiſſa viris Virg. Aen. 9, 508. *Vid. Burm. ad* Quinctil. Decl. 12, 2 p. 243.

INTERLVCESCO, ĕre. Gloſſ. Gr. Lat. διαφαίνω.

INTERLVCO, āre. [διακαθαίρω] *Ramos viuos, ſed inutiliter pullulantes, per interualla reſecare.* Plin. 17, 23 Deputantur cum vite pariter interlucata denſitate ramorum, qui ſint ſuperuacui.

INTERLVCATIO, ōnis. *f.* [διακάθαρσις] Plin. 17, 27 Interlucatio arboribus prodeſt, ſed omnium annorum trucidatio inutiliſſima. *Eadem dicitur* Collucatio Varroni.

INTERLVDE, *ap.* Anaſt. in Cornelio *vox vitioſa pro* in Tellure. *Vid. Nardin. Rom. Vet. 6, 13.*

INTERLVDO, ĕre. Auſon. Moſell. 75 Interludentes examina lubrica piſces.

INTERLVNIS, e. Adi. Ammian. 19, 12 Nocte ſqualida et interluni, *i. illuni.*

INTERLVNIVM, i. n. [σύνοδος] *Dicitur Id ſpatium temporis, in quo nec amplius luna vetus apparet, nec adhuc noua videtur.* Plin. 16, 39 Inter omnes conuenit, vtiliſſime in coitu lunae: quem diem alii interlunium, alii ſilentis lunae appellant. Idem 18, 32. Hor. Carm. 1, 25, 11 Thracio bacchante magis ſub inter Lunia vento.

INTERLVO, ui, utum, ĕre. [διακλύζω] *Interfluere.* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 143 — rupit confinia Nereus Victor, et abſciſſos interluit aequore montes. *de Trinacria.* Pontus interluit vrbes Virg. Aen. 3, 418. Cato de R. R. c. 132 Manus interluito, poſtea vinum ſumito. *i. Inter duos actus manus lauato. Conf.* Liu. 41, 25. *et* Solin. c. 56.

INTERLVVIES, ēi. *f.* Solinus c. 35 (22) Rex vnus eſt vniverſis. Nam quotquot ſunt, omnes anguſta interluuie diuiduntur, *i. freto, quo interluuntur inſulae Britannicae.*

INTERMĂNEO, ēre. [διαμιμνάζω] *Ex* Inter *et* Maneo; *quaſi Manere inter.* Lucan. 6, 47 Operumque vt ſumma reuiſat, Defeſſus Caeſar mediis intermanet agris. *i. Tanta erat munitionis magnitudo, qua Pompeium circumuallauerat, vt quando ipſe opera ſuorum reuiſere volebat, defatigatus quieſcere cogeretur in mediis agris, nec vno curſu omnem munitionem poſſet ambire.*

INTERMEDIVS, a, um. Adi. [διάμεσος] *Interiectus, interiacens.* Cic. in Orat. 21 c. 6 Eſt autem quidam interiectus, intermedius et quaſi temperatus, *etc. Sed Gruter.* Inter hos medius. Varr. de R. R. 3, 5, 11 In lateribus dextra et ſiniſtra porticus ſunt, primoribus columnis lapideis intermediis arbuſculis humilibus ordinatae. *Sed al.* pro *vel* prae mediis. *Nondum igitur ſatis auctoritatis habet.*

INTERMENSTRVVS, *vid.* INTERMESTRIS.

INTERMEO, āre. [διοδεύω] *Per medium meare, et fluere.* Plin. 5, 30 Longeque clariſſimum Aſiae Pergamum, quod intermeat Silenus.

INTERMESTRIS, e. Adi. [ἐν συνόδῳ] Intermeſtris luna *dicitur Interlunium, et coitus lunae.* Plin. 16, 39 Idemque mox, Niſi intermeſtri luna atque dimidiata, ne tangas materiem. *Conf.* INTERMENSTRVVS.

INTERMENSTRVVS, a, um. Adi. [συνόδιον] *Idem.* Varro de R. R. 1, 37, 1 Quod a noua luna creſcit ad plenam, et inde rurſus ad nouam lunam decreſcit, quoad veniat ad intermenſtruum, a quo die dicitur luna eſſe extrema, et prima. *Sed idem* de L. L. 5, 2 p. 45 *extr.* A menſibus intermeſtris dictus, quod putabant inter prioris menſis ſeneſcentis extremos dies, et nouam lunam eſſe diem, quem diligentius Attici ἕνην καὶ νέαν appellarunt, ab eo, quod eo die poteſt videri extrema et prima luna. *Eſt ergo eadem res* intermeſtris *et* intermenſtruus dies. *Conf.* Ammian. 20, 3. Plin. 18, 32 Maxime intermenſtrua (*Luna*) dimidiaque ſtercorato.

INTERMETIVM, i. n. Intermetium, τὸ μεταξὺ καμπτήρων Gloſſ. Vet. *Conf. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 460.*

INTERMĪCO, ui, āre. [διαλάμπω] *In medio ſplendere.* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 183 Rutilum ſquamis intermicat aurum. Idem Conſ. Prob. *etc.* 26. Stat. Theb. 12, 252 E ſpeculis moriens intermicet ignis.

INTERMĪCANS, antis. Partic. Lactant. 6, 20 Intermicantibus aſtrorum luminibus.

INTERMINĀTVS, a, um. Adi. [ἀπέρατος] *Quod et Interminus dicitur, Sine termino.* Cic. de N. D. 1, 54 c. 20 Confugitis ad deum: cuius operam profecto non deſideraretis, ſi immenſam et interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis. Paterc. 2, 33, 2 Interminata cupiditas imperii. Apul. de Mundo *extr.* Non eſt in hoc mundo aliquid interminatum.

INTERMINABILIS, e. Adi. Hieron. Epiſt. 132. Sidon. Epiſt. 2, 7. Auguſtin. de Ciu. Dei 19, 11. *et* Tertull. adu. Marc. 2, 3.

INTERMINVS, a, um. Adi. Apul. de Mundo p. 57 Interminus lapſus. Auſon. Epiſt. 16, 38 Perge ô libelle et vtere Felicitate intermina. Auien. Perieg. 74 Oceanus interminus. *Conf.* Prudent. Hymn. Epiphan. 37. *et* adu. Symmach. 2, 106.

INTERMĬNOR, āri. [διαπειλέω] *Valde minari, cum minis prohibere et interdicere* Ter. Eun. 5, 2, 14 Quid ais ſacrilega? iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi? Idem Andr. 3, 2, 16 Interminatus ſum ne faceres? num veritus? Interminari vitam alicui Plaut. Caſ. 3, 5, 28. *i. Se interfecturum minari.* Idem Pſeud. 3, 1, 10: *et* Aſin. 2, 2, 96.

INTERMINO, āre. *Idem.* Plaut. Mil. 2, 3, 42 Quis homo interminat?

INTERMINATVS, a, um. Part. *Paſſiue*, Hor. Epod. 5, 39 Interminato cum ſemel fixae cibo Intabuiſſent pupulae.

INTERMINATIO, onis. *f.* Iuſtinian. de Iur. docend. §. 7.

INTERMISCEO, ui, iſtum *vel* ixtum, ēre. [διαμίγνυμι] *In medio miſcere.* Plin. 19, 6 Intermiſceri ſatureiam, quoniam melius proueniat. Columel. 11, 3. Doris amara ſuam non intermiſceat vndam Virg. Ecl. 10, 5. Turbam indignorum candidatorum intermiſcendo dignis Liu. 4, 56.

INTERMISTVS, a, um. Part. Liu. 10, 20 Intermiſti hoſtibus.

INTERMIXTVS, a, um. Part. Iuſtin. 2, 8, 3 Intermixtis mulieribus. Scrib. Larg. Compoſ. 207 His adiectis et intermixtis.

INTERMISSIO, INTERMISSVS, *vid.* INTERMITTO.

INTERMITTO, īſi, iſſum, ĕre. [διαλείπω] *Inter opus requieſcere, et ad tempus deſinere, Intermiſſionem vel intercapedinem facere, non continuare.* Cic. de Orat. 3, 284 Continenti et intermiſſo ſpiritu. Plin. 10, 46 Bibunt aues ſuctu, ex iis quibus longa ſunt colla, intermittentes, et capite reſupinato veluti infundentes ſibi. Caeſ. B. G. 1, 38 Reliquum ſpatium, qua flumen intermittit, mons continet. Idem ibid. 4, 31 Ex eo quod obſides dare intermiſerant, fore id, quod accidit, ſuſpicabantur. Cic. Off. 2, 24 Acriores autem morſus ſunt intermiſſae libertatis, quam retentae. Idem Tuſc. 1, 69 Hic autem, vbi habitamus, non intermittit ſuo tempore caelum niteſcere, arbores frondeſcere. Cic. de Fin. 5, . . Nec vero intermittunt, aut Admirationem earum rerum, quae ſunt ab antiquis repertae, aut inueſtigationem nouarum. Bella diu intermiſſa Hor. Carm. 4, 1, 1. Cic. Fam. 3, 1 Quod quum ita ſit, perficiam profecto, vt longi temporis vſuram, qua caruimus intermiſſa noſtra Conſuetudine, et gratia, et crebritate, et magnitudine officiorum meorum farciam. Tacit. Ann. 4, 13 At Tiberius, nihil intermiſſa rerum Cura, negotia pro ſolatiis accipiens, ius ciuium, preces ſociorum tractabat. Ne quis a me Dies intermittatur Cic. Att. 8, 12. Ter. Adel. 3, 1, 6 Nam nunquam vnum intermittit Diem, quin ſemper veniat. Caeſ. B. G. 5, 38 Neque Diem neque noctem intermittit, peditatumque ſe ſubſequi iubet. *Add.* ibid. 6, 9. Caeſ. B. C. 3, 13 Quod properans noctem diei coniunxerat, neque Iter intermiſerat. Cic. Att. 5, 9 Dionyſium ſemper equidem, vt ſcis, dilexi, ſed quotidie pluris facio, et me hercule in primis quod te amat, nec tui Mentionem intermitti ſinit. Negotia cuiuſpiam Paull. in l. nam et Seruius D. de neg. geſtis. Nocte intermiſſa Caeſ. B. G. 1, 27. Idem B. G. 3, 29 Eiusmodi tempeſtates ſunt conſecutae, vti Opus neceſſario intermitteretur. Plin. Epiſt. 7, 31, 3 Eademque firmitate animi laboribus ſuffecit, qua nunc Otium patitur. Quod quidem paulliſper cum magna ſua laude intermiſit, et poſuit. Praelium Caeſ. B. G. 3, 5. Idem B. G. 5, 33 Caeſar intermiſſa Profectione, ac omnibus rebus poſtpoſitis, magnam partem equitatus ad eum inſequendum mittit. Cic. Tuſc. 1, 1 Retuli me Brute te hortante maxime, ad ea Studia, quae retenta animo, remiſſa temporibus, longo interuallo intermiſſa reuocaui. Cic. . . Etſi ego id Tempus intermiſeram potius, quam omiſeram. Tempus intermittere a labore Caeſ. B. C. 1, 59. Triennio intermiſſo Pallad. 11, 8.

INTERMISSVS, a, um. Partic. [διαλελειμμένος] Intermiſſus ordo Plin. 37, 12. *Et* 17, 5 Quoties intermiſſa cultura quieuit. Venti intermiſſi ſileſcunt Ouid. Triſt. 2, 151. Plin. Epiſt. 2, 17 *extr.* Litus ornant varietate gratiſſima, nunc continua, nunc intermiſſa Tecta villarum, quae praeſtant multarum vrbium faciem. Verba Ouid. Met. 1, 746.

INTERMISSVS, ûs. m. [διάλειψις] Plin. 9, 29 Luſciniis diebus ac noctibus XV, garrulus ſine intermiſſu cantus.

INTERMISSIO, ōnis. *f.* [διάλειψις] *Vacatio ab aliquo munere per aliquod tempus.* Cic. de N. D. 1, 115 Nec tamen video, quomodo vereatur iſte deus beatus ne intereat, quum ſine vlla intermiſſione pulſetur, agiteturque atomorum incurſione ſempiterna. Cic. Off. 1, 19 c. 6 Virtutis enim laus omnis in actione conſiſtit: a qua tamen ſaepe fit intermiſſio, multique dantur ad ſtudia reditus. Intermiſſio conſuetudinis Cic. Fam. 5, 17. Intermiſſio epiſtolarum, *Vacatio a ſcribendo.* Idem Fam. 7, 13 Neque alia vlla fuit cauſa intermiſſionis epiſtolarum, niſi quod vbi eſſes, plane neſciebam. Literarum *apud* Cic. Fam. 16, 25. Officii Idem de Amic. 8 c. 2. Sine intermiſſione Scribon. 180. *i. continue. Add.* Frontin. de Aquaed. 2.

INTERMŎRIOR, mortuus ſum, mŏri. Dep. [διαποθνήσκω] *Penitus mori, vel Quum aliquid fieret mori.* Cato c. 161 Nam ſi defringes, ſtirpes fient, et intermorientur. Plin. 19, 8 Nam ſi defringatur, ſtirpeſcere et intermori. Cic. pro Milon. 12 Declarant huius Ambuſti Trib. plebis illae intermortuae conciones, quibus quotidie meam potentiam inuidioſe criminabatur. *i. Languidae et defectae.* Cic. Fam. 6, 16 Si nullum officium tuum apud me intermoriturum exiſtimas.

INTERMORTVVS, a, um. *Inter mortem vitamque medius ſimilis exſpiranti.* Intermortuae vuluae vitio Plin. 32 c. 10 *ſc. mulieres, i. hyſterica paſſione quaſi ſtrangulatae.* Suet. de Neron. c. 42 Poſtquam Galliam et Hiſpanias defeciſſe cognouit, collapſus, animoque male fracto diu et ſine voce et prope intermortuo iacuit. Cic. in Piſon. 16 Quod autem maius indicium exſpectatis, nihil inter vos et Catilinam interfuiſſe, quam quod eandem illam manum ex intermortuis Catilinae reliquiis concitaſtis? Res intermortua Ouid. ex Pont. 2, 5, 5. Cic. pro Muraen. 16 c. 7 Etenim eiusdem animi atque ingenii eſt, poſteris ſuis, quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis, quam non acceperit, tradere: et, vt Scaurus, Memoriam prope intermortuam generis ſui, virtute renouare. Mores, *Perditi, corrupti* Plaut. Trin. 1, 1, 7.

INTERMOVEO, ēre. Ruſticari te aſſeris, et ducendis vitibus aut arboribus inſerendis crudam ſenectutem fouere, non hoc literae tuae ſapiunt — alios ſulcos ſtilo intermoues, alios ordines pangis Symmach. 8, 68 (*al.* 69)

INTERMVNDIVM, i. n. [μεσοκόσμιον] *Spatium inter plures mundos interiectum.* Cic. de Fin. 2, 71 Indiuidua quum dicitis et intermundia, quae nec ſunt vlla, nec poſſunt eſſe intelligimus. Idem de N. D. 1, 18 c. 8 *pr.* Tanquam modo ex deorum concilio et ex Epicuri intermundiis deſcendiſſet.

INTERMVRĀLIS, e. Adi. Liu. 44, 46 *ad finem.* Muro vrbis coniuncta procul videtur: diuiſa eſt intermurali amni, et eadem ponte iuncta.

INTERMVTATVS, a, um. Adi. Impoſitis et intermutatis manibus Tertull. de Bapt. c. 8. *i. decuſſatim poſitis, dextra in ſiniſtrum et v. v.*

INTERNASCOR, nātus ſum, naſci. Dep. [διαγεννάομαι] *In medio naſci.* Plin. 18, 16 Internaſcentesque herbas excludi.

INTERNĀTVS, a, um. Part. [διαγεγεννημένος] Tacit. Hiſt. 4, 60 Virgulta poſtremo, et ſtirpes, et internatas ſaxis herbas vellentes, miſeriarum, patientiaeque documentum fuere. Liu. 28, 2 Anguſtiae et internata virgulta ordines dirimebant. Plin. 17, 27 Dilatatae cicatrices, et internato corpore expletae.

INTERNĔCO, necaui *et* necui, necatum *et* nectum, āre. [διαφονεύω] *Interficio.* Plaut. Amph. 1, 1, 34 Duello exſtincto maximo, atque internectis hoſtibus. Cic. Philipp. 14, 7 c. 3 Internecti nota teſtamenta credo ſubiiciunt, *ſed mendoſa lectio eſt. Editur nunc de Ferrarii teſtimonio et ſententia,* Non inuſtae belli internecini notae. Ne forte culmum fibra inanis ſpiceum Simul reuulſa internecet Prudent. Apotb. prol. v. 49.

INTERNECĪDA, ae. m. *Inquit* Iſidorus lib. 10 lit. I p. 1078, 47 eſt Qui falſum teſtamentum fecit, et ob id hominem occidit. *Fuerunt ergo* Internecidae Oppianicus, *et* Auilius, *quorum ſcelus narrat* Cic. pro Cluent. 36 c. 13. *Inde* internecini actio *in iure ciuili.* Iſidorus 5, 26 Internecidii (*Gothofr. et Baſ.* 1489 interniciei) iudicium in eum, *inquit alio loco*, dabatur, qui falſum teſtamentum fecerat, et ob id hominem occiderat. Accuſatorem eius bonorum poſſeſſio ſequebatur. Interneciei autem ſignificatio eſt quaſi Hominis quaedam enecatio. Nam Praepoſitionem *Inter* ponebant antiqui pro E, *etc.*

INTERNECIO, *vel* INTERNICIO, *vt alii ſcribunt*, ōnis. m. [πανωλεθρία] Vitae priuatio, *inquit* Feſtus. Internecio gentis Tac. Ann. 2, 21, 4. Liu. 9, 26 *pr.* Lucerini ac Samnites ad internecionem caeſi. *h. e. Fere omnes occiſi.* Cic. Att. 2, 20 Neque enim reſiſti ſine internecione poſſe arbitrabamur. Interneciones hoſtium facere Colum. 1, 5, 11. Ad internecionem caedi Vellei. 2, 110. — Trucidari Id. c. 119, 2. — Vincere Eutrop. 4, 6. Armis inter ſe ad internecionem concurrere Suet. Othon. c. 12. — Perducere vineta Colum. 4, 22, 8. Perſequendus Curt. 4, 11, 18.

INTERNECIES, ei. f. *Idem. In* Iſidor. Gloſſ. *vbi exponitur* Mors, iactura. *Conf.* Id. Origg. 5, 26.

INTERNECTIO, ōnis. f. Feſtus. *it.* Priſcian. l. 4.

INTERNECĪNVS, *vel* INTERNECIVVS, a, um. Adiect. [πανωλέθριος] *Quod ad internecionem pertinet. Vt,* Internecinum teſtamentum, propter quod dominus eius necatus eſt, Feſtus *voce* ACTIO Internecini. *et p. a.* Internecida. Teſtamentum *hoc* internecinum *et* Actionem internecini *illuſtrauit primus, vt ipſe ait,* Cuiac. *Obſeru. 1, 2. Qui ſuſpicatur, forte etiam apud* Cic. Phil. 14, 7 c. 3 *legi poſſe,* Internecina teſtamenta, credo, ſubiiciunt. *Sed ipſe fatetur, ſe non videre, quomodo verba, quae praecedunt in illo loco, reſtituenda ſint. Recepta, vt iam indicauimus, lectio eſt,* De improbis et audacibus — Quae ſunt vrbanarum maledicta litium, non inuſtae belli internecini notae. Teſtamenta, credo, ſubiiciunt, aut eiiciunt vicinos, *etc. Nempe* Internecinum bellum, *Quod ad deſtructionem fit vnius aut alterius partis.* Liu. 9, 25 Nullus modus caedibus fuit: deletaque Auſonum gens, vix certo defectionis crimine, perinde ac ſi internecino bello certaſſet. Plin. 8, 24 Habet deinde internecinum bellum cum ichneumone. *de aſpide.* Bellorum internecina odia Iuſtin. 6, 6. *Al. leg.* Interneciua. Internecinum morbi genus Gell. 2, 1. Agris interneciua Populatione tranſcurſis Ammian. 28, 33.

INTERNECIVE. Adu. Ammian. 27, 20 (*Valeſ.* c. 9 p. 495) Interneciue cuncta diſperdere.

INTERNECIĀLIS, e. Adi. Liu. 27, 24 Morbi interneciales *legi volebat magno conatu Rhenanus. Sed* perniciale *tuentur magno conſenſu Gebh. Gron. Drakenb. Ergo nondum habet vox ea auctorem.*

INTERNECTO, xui, xum, ĕre. [διείνω] *Inter ſe connectere.* Stat. Theb. 8, 168 Vix magna lauare Vulnera, et efflantes libet internectere plagas.

INTERNIDIFĬCO, āre. Plin. 10, 33 Tertium eſt earum genus, quae ripas excauant, atque ita internidificant.

INTERNĬGRANS, antis. [διαμελανίζων] *Partic. ſine Verbo.* Stat. Theb. 6, 336 Noctemque diemque Aſſimulant, maculis internigrantibus albae, *equae Admeti.*

INTERNĬTEO, ui, ēre. [διαφαίνω] *In medio nitere vel pellucere.* Plin. 37, 5 Tunc enim tellure internitent, quia iis ventis maxime harenae mouentur. *de gemmis.* Gemmae internitentes Curt. 3, 3, 16. *al.* interuenientes. Idem 3, 3 Caeli fulgor tempore aeſtiuo ardenti ſimilis, internitens. *Et* 5, 4, 25 Etiamſi qua ſidera internitebant.

INTERNOCTATIO, ōnis. f. παννυχίδες Gloſſ. Lat. Gr.

INTERNODIVM, i. n. [μεσοκόμβιον] *Spatium inter nodum et nodum.* Plin. 7, 2 Arundines vero tantae proceritatis, vt ſingula internodia aluco nauigabili ternos interdum homines ferant. Columel. de Arborib. c. 3 Breuia internodia. Longa internodia crurum *Aeſaci in mergum mutati* Ouid. Met. 11, 793. Ictus erat, qua Mollia neruoſus facit internodia poples Idem Met. 6, 256. *Conf.* Calpurn. Ecl. 1, 26. Internodium cannae vnum cum ſuis articulis Pallad. Apr. 8, 3. Columel. 3, 2, 5 Internodiis quoque rarior, largis fructibus a minore ſuperatur *de vitis genere.* Internodius *quorundam librorum ſphalma eſt.* Articulorum longa internodia, *in canibus* Varr. R. R. 2, 9, 4.

INTERNOSCO, nōui, nōtum, ĕre. [διαγνοέω] *Diſcrimen inter duo facere.* Plaut. Amph. prol. 142 Nunc internoſſe vt vos poſſitis facilius, *etc.* Cic. de Amicit. 95 Secerni autem blandus amicus a vero et internoſci tam poteſt. Idem de Diuin. 2, 128 c. 62 Quae ſi alia falſa, alia vera, qua nota internoſcantur, ſcire ſane velim. Internoſci a falſis vera non poſſunt Cic. Acad. 4, 22. Rimante ingenio docte internoſcere Prudent. Pſychom. v. 792. Dignum atque indignum nequit internoſcere, *vid.* Poëta *apud* Auct. ad Her. 2 c. 23. *Add.* Cic. de Orat. 2 c. 86. Plaut. Men. prol. v. 20. Facile internoſcere Cic. Acad. 4, 48.

INTERNVCVLVS, i. m. *Laudatur haec vox ex* Petron. 7 p. 32, *et dicitur ſignificare puerum meritorium et impudicum: quorſum multa ibi diſputant viri docti. Sed merito edidit Burm.* Video quoſdam inter titulos nudasque meretrices furtim conſpatiantes. *Multo minus probabilitatis habet, quod adfertur ex* Apul. de Deo Socr. p. 44, 41 *vbi recte Elmenhorſtius,* Et fortaſſe an inter Graecos praelio cognitos: at inter Rutulos recens cognitos ſi nemo huic capiti crediderit, *etc. Habeat itaque ſuos* internuculos Pithoeus Hor. Subſec. 2, 10 *et* Nuculos *ſuos* Turn. 21, 28.

INTERNVNDINIVM, *vel* INTERNVNDINVM, i. n. *Spatium, quod* inter nundinas *eſt, vocauerunt; vt* Intermenſtruum, *Quod inter menſes.* Varro *apud* Non. 3, 145 Quoties priſcus homo ac ruſticus Romanus internundino barbam radebat. Lucilius ibid. Paucorum atque hoc pacto ſi nihil guſtat intermundinum. Nonius *non bene duobus verbis diuiſim* Inter nundinum, *legit et* inter nundino. *Sic certe Mercer.* p. 214, 28. *Gothofr.* inter nundinum *bis.* Mar. Victorin. de Orthogr. p. 2469 *extr.* Internundium ſcribendum vt interlunium et trinoctium: ita internundinium, quod nouem dies inter ſe continuos habeat, non quod nono die fit.

INTERNVNTIVS, i. m. [διάκτωρ] *eſt, inquit Sipontinus, Qui inter alios medius eſt, ad aliquid tractandum: et modo huic, modo illi per vices nuntiat.* Ter. Eun. 2, 2, 56 Eho, numnam tu hic relictus cuſtos, ne quis forte internuntius clam a milite ad iſtam curſitet? Cic. ad Octau. 16 Quae quidem ſi nullo alio, me tamen internuntio celeriter ad illos deferentur. Caeſ. B. C. 1, 20 Poſt paullo tamen internuntiis vltro citroque miſſis, quae ignorabant de L. Domitii fuga cognoſcunt. Reſponſa per internuntios dare Iuſtin. 1, 2, 12. Cic. Philipp. 13, 12 Verum igitur augurem Iouis Opt. Max. cuius interpretes internuntiique conſtituti ſumus, *etc.* Liu. 33, 28 Seruus erat Zeuſippo, totius internuntius et miniſter rei. ¶ 2 *Proprie Adiectiuum eſt. De membris* Apul. de Habitud. doctr. Platon. p. 589, 14 *Floridi,* Et tamen ea, quae ſunt internuntia ſentiendi ſic ſunt operta viſceribus, ne craſſitudine ſenſus hebetentur. Plin. 10, 37 *de columbis,* Quin et internuntiae in rebus magnis fuere. *Add.* Plaut. Mil. 4, 1, 39. Anus quaedam adulterorum internuntia Apul. Met. 9 p. 339.

INTERNVS, *vid.* INTRA.

INTERNVNTIO, āre. Liu. 42, 39, 4 Paulliſper internuntiando cunctatio fuit, vtri transgrederentur, *i. per internuntios diſceptatum, vtrum tranſire aequum eſſet.*

INTĔRO, intrīui, intrītum, ĕrere. [ἐντρίβω] *Simplici addit motum quendam.* Cato c. 156 Et eo cyminum interito. Colum. 12, 57, 2 *legendum videtur,* Nuces iuglandes — interito, *pro vulg.* inſerito. Ter. Phorm. 2, 2, 4 Ad te ſumma ſolum Phormio rerum dedit: tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum. *Vbi* Donatus: Paroemia apta paraſito, quae de cibo eſt: hoc autem inter ruſticos de Alliato mortario dici ſolet. Et bene Intriſti, proprie enim Intrita dicitur huiusmodi Cibus. *Verba ſunt Phormionis paraſiti, qui, quoniam fuerat auctor conſilii de ducenda puella, aequum eſſe putat, vt ſuo periculo rem item expediat.* Acetum intritu *conſumatur leg. vid. Rhodio apud* Scrib. 201.

INTRITVS, a, um. Adi. [μυττωτόν] *Sed feminino et neutro genere fere Subſtantiue adhibetur.* Varr. R. R. 2, 9, 10 Nec non ita panem hordeaceum dandum (canibus) vt non potius eum in lacte des intritum. *Add.* 3, 9, 21 Intritus in aquam panis triticeus. *Et* 3, 10, 5 Hordeum in aqua intritum. *Subſtantiue* Intrita *de variis rebus dicitur. v. g.* Colum. 12, 40, 1 Eodem (*ad vinum et aquam permixta*) et ſpumas defruti, ſiue ſapae, et faecem ex lacu confundito et permiſceto, eamque intritam macerari vna nocte ſinito. Idem 12, 43, 10 Intrita folliculorum reſoluta *eſt* pes vinaceus prorutus, *i. folliculi prelo expreſſi. Speciatim et velut proprie* Intrita de Alliato mortario inter ruſticos dici ſolet: *teſte* Donato ad Phorm. 2, 2, 4. Plin. 9, 9 (8) *de delphinis,* Nec piſcibus tantum, ſed intrita panis e vino ſatiantur. Columel. 12, 40, 1. Aqua intrita facta, *h. e. Cum pane vel re alia ſpiſſior facta* Varr. de R. R. 3, 9, 13. Intrita ex vino Celſ. 3, 19: ex aqua calida Id. 3, 6. Intritum lacte confectum Apul. Met. 11 p. 265. ¶ 2 *Aliud genus, de quo* Plin. 36, 23 ſ. 55 Ruinarum vrbis ea maxime cauſa, quod furto calcis ſine ferrumine ſuo caementa componuntur. Intrita quoque quo vetuſtior, eo melior. *Conf.* Vitruu. 7, 2 *int. Sic* Plin. 35, 14 ſ. 49 Intritam ipſam eorum (*laterum*) priusquam fingantur, macerari oportet. *Sic* Intrita *eſt Emplaſtrum ad inſitionem.* Plin. 17, 16 *ſ.* 26 Sed id etiam apud veteres Graecos inuenitur, et apud Catonem, qui oleam ficumque ſic inſeri iuſſit, menſura etiam praefinita ſecundum reliquam diligentiam ſuam: cortices ſcalpro excidi quatuor digitorum longitudine, et trium latitudine, atque ita coagmentari, et illa ſua intrita oblini. *Reſpicit ad* Caton. 42 *coll.* 40, 2 *vbi eſt formula eius intritae,* Argilla vel creta, arenae paullulum, fimus bubulus, *quae* condepſi *iuber.* Intritus *non tritus.* Caeſ. B. G. 3, 26 Eductis quatuor cohortibus, quae praeſidio caſtris relictae intritae ab labore erant. *Sic legi ex Andinis membranis vult Gron. ad* Liu. 22, 39. *Habet Flor.* interitae: *Al.* interritae: *vulg.* integrae. *Vid.* INDICENS.

INTRIMENTVM, i. n. *Idem.* Apul. Met. 10 p. 244, 31 Coquus, qui ſapidiſſimis intrimentis ſuccuum pulmenta condita vapore mollibat.

INTERTRĪGO, INTERTRIMENTVM, *vid. in ſuo loco.*

INTERŌRDINIVM, i. n. [μεσοςίχιον] *Spatium quod eſt inter duos* ordines: *ſicut Inter palum, Inter columnas, Intercolumnium nominatur.* Palus medio interordinio pangetur Columel. 4, 16. Idem 3, 13 Et ſi foſſore tantum terra verſetur, minimum eſt quinque pedum interordinium, ſeptem maximum. *Et* 5, 5 (4) Sed de ſpatiis ordinum eatenus praecipiendum habemus, vt intelligant agricolae ſiue aratro vineas culturi ſint, laxiora interordinia relinquenda. *Add.* Idem 3, 15.

INTERPĂTEO, ēre. Macrob. Saturn. 7, 15 *de pulmone* Propterea tot meatibus diſtinctus eſt, et interpatet rimis. *Add.* Id. 1, 18. Fiſtula interpatet in extremis palati regionibus Lactant. Opific. Dei 11, 9. Inter Boſporos, id eſt, Cimmerium et Thracium latus, interpatent millia quingenta M. Capella lib. 6 c. de quarto ſinu Europae p. 214. In latum diximus interpatere debere Veget. de Re milit. 3, 15.

INTERPĔDIO, īre. Macrob. Saturn. 7, 12 Calor ſenſum occupat, et guſtatum linguae feruor interpedit.

INTERPELLO, āre. [διακόπτω, ἐνοχλέω] *Loquentem alloqui, et quaſi ſermonem eius interrumpere; Interfari.* Cic. Tuſc. 1, 16 c. 8 Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo. Odioſe interpellare, *vid.* ODIVM. Poſſeſſionem interpellare, *i. Interrumpere.* Triphonius in l. ſi fundum D. de ſundo dotali. Iulian. in l. qui fundum §. procurator D. pro emtore. Nec ſaxa cotesque,

quae

quae interpellent Specus, obſtabant Curt. 4, 6, 8. Sin caſus aliquis interpellarit Matius ad Cic. Fam. 11, 28 *extr.* Vigilantem Id. Verr. 5, . . . Vlpian. in l. 1 §. vlt. *in fine*, D. vſufructuarius quemadmodum caueat. *Obturbare:* Cic. Q. Frat. 2, 10 Tu metuis, ne me interpelles? primo ſi in iſto eſſem, tu ſcis quid ſit interpellare, *etc.* Tu vero vt me et appelles, et interpelles, et obloquare, et colloquare velim. Caeſ. B. C. 3, 105 Sed interpellatum aduentu Caeſaris profugiſſe. *i. A conatu et incepto deterritum.* Tribuni interpellant interregem, ne Liu. 4, 43. *i. intercedunt.* Iuriſdictionem alicuius, *i. Impedire* Modeſtinus in l. neque infantes D. de fideicommiſſariis libertatibus. Manumiſſionem ſerui Iulian. in l. ſi hominem D. mandati. Otium bello Curt. 6, 6, 12. Liu. 3, 57 Vbi tollentes corpus ſemianimae virginis, ſponſum auunculumque in carcerem duci iuſſerit, Stupro interpellato magis, quam caede motus. Caeſ. B. C. 3, 73 Sed ſiue ipſorum perturbatio, ſiue error aliquis, ſiue etiam fortuna partam iam praeſentemque Victoriam interpellaſſet, dandam omnibus operam, vt acceptum incommodum virtute ſarciretur. Liu. 9, 14 Itaque apud infenſos ob interpellatam dulcedinem Irae, confeſtim oratio habita eſt, vt doceretur miles, *etc. i. Ob reuocatos a caede milites.* Interpellare debitorem, *eſt Appellare, h. e. in iudicium vocare.* Pomponius in l. Labeo D. de nautico fenore, Si nemo ſit, qui ex parte promiſſoris interpellari traiecticiae pecuniae poſſit: id ipſum conteſtatione complecti debere, vt pro petitione id cederet. Poſſeſſores interpellare debet ſecundus creditor Papin. in l. 1 *in fine*, D. de diſtract. pignor. Res interpellata bello, refrixe Cic. Att. 1, 19. Valer. Max. 3, 1, 2 Cato rogatus, vt ſocios apud auunculum adiuuaret, conſtanti vultu non facturum ſe reſpondit. Iterum deinde, ac ſaepius interpellatus, in propoſito perſtitit. Interpellandi locus hic erat Hor. Serm. 1, 9, 26. Hirt. de B. Alex. 50 Sibique quod rapuerant, acceptum ferebant: quod interciderat, aut erat interpellatum, *(iterum ereptum, certe impeditum, ne domum ferre poſſent)* Caſſio aſſignabant.

INTERPELLATIO, ōnis. f. [*διάκοψις*] Cic. Att. 12, 42 Putabam enim, commodius te idem iſtud domi agere poſſe interpellatione ſublata. Idem de Orat. 2, 203 Etſi, inquit, Antoni minime impediendus interpellatione iſte curſus orationis tuae. *Et* Fam. 6, 18 Itaque literae quidem meae impediuntur, in quibus ſine vlla interpellatione verſor. Plin. Epiſt. 9, 36 Opportuna interpellatio. *Conf.* Cic. Partit. Orat. c. 8.

INTERPELLĀTOR, ōris. m. *Interuentor, qui interrumpit ſermonem, aut aliquid aliud agentem* Cic. Off. 3, 38 c. 14 Dictabat ſe hortulos aliquos emere velle, quo inuitare amicos, et vbi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet. Moleſti alieni ſermonis interpellatores Dialectici Auct. ad Heren. 2, 16. Interpellatores minus moleſti Cic. Att. 15, 13.

INTERPELLĀTRIX, īcis. *f.* Hieron. Epiſt. 3 ad Heliodor. p. 8.

INTERPENDIVM, i. n. *Vid. Salmaſ. in* Solin. p. 708 bA *ex* Vet. Gloſſ. *ubi redditur παράλληλον. Haud differt a Compendio.* Interpendium *eſt, Cum in vtraque lance paria ſunt pondera.*

INTERPENSĪVVS, a, um. Adi. Interpenſiua *apud* Vitruu. 6, 3 *Perticarum, tigillorum, aſſerumue genera ſunt, quae ab angulis parietum ad angulos tignorum, ad imbres in colliquias deriuandos, vel alium quemuis vſum interlocantur, quaſi ea, quae a pendendo Graeci appellant κρεμαςήρια.* Interpenſiui *vero* parietes *ſunt, Qui ſupra contignationem ſtruuntur, nec in ſolo fundamentum habent, ſed in pendenti ſurgunt. Sic Hermol. Philander interpretatur fulcra ſtillicidiorum, aut quorum pars traiectus, et alioquin veluti* penſiles trabes ſuſtinet, altera parieti infixa.

INTERPLĬCO, āre. [*παρεμπλέκω*] Stat. Theb. 4, 218 Albaque puniceas interplicat infula criſtas. *Add.* Ibid. 2, 282.

INTERPŎLO, āre. [*ἐπιγνάπτειν*] Interpolire, *vt recte interpretatur Salmaſ. ad* Solin. p. 277, b. Non. 1, 145 Interpolare eſt immittere et interponere, et nouam formam e vetere fingere. *Laudat deinde* Cic. Verr. 1, 158 c. 61 Aliquid demendo, mutando, curando, ne litura appareat, interpolando. *et addit*, Et eſt tractum ab arte fullonia, qui poliendo diligenter vetera quaeque quaſi in nouam ſpeciem mutant. Vlpian. in l. praecipiunt aediles D. de aedilicio edicto, Vbique enim curent aediles, ne emtores a venditoribus circumueniantur, *etc.* praeſumtum eſt enim ea mancipia, quae rudia ſunt, et ſimpliciora eſſe, et ad miniſteria aptiora et dociliora: trita vero mancipia et veterana, difficile eſt reformare. Quia igitur venalitiarii ſciunt facile decurri ad nouiciorum emtionem, idcirco interpolant veteratores, et pro nouiciis vendunt. Albaria tectoriorum interpolantur, *inquit* Plinius 35, 16. *h. e. Tectoria, quibus propter vetuſtatem color albus induci ſolitus exoleuiſſet, exalbantur, renouanturque.* Ambroſius *pen. corripuit in illo Iambico dimetro,* Quod nulla nox interpolet. Hymnus *incipit,* Veni Redemtor gentium. *Sic* Qui laeta Chriſti culta fur interpolat, Addens auenas aemulas Prudent. Apoth. praef. 2 v. 45. *i. additamentis corrumpit.* Cic. Q. Frat. 2, 12 Quod vult, inquam, renouare honores eoſdem, quo minus togam praetextam quotannis interpolet, decernendum nihil cenſeo: *proprie, ſi fides Nonio l. c.* Satietatem epularum ludis interpolabat Q. Curt. 6, 2. Noua pictura opus interpolare Plaut. Moſtel. 1, 3, 105. Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo Plaut. Amph. 1, 1, 161.

INTERPOLATIO, ōnis. f. [*ἀνακαίνωσις*] Plin. 13, 12 Hanc excepit Romae Fanii ſagax officina, tenuatamque curioſa interpolatione principalem fecit e plebeia. *Add.* Tertull. adu. Haeret. c. 39.

INTERPŎLIS, e. Adi. [*ἐπίγναφον* Vet. Gl.] *Quod eſt interpolatum.* Plin. 19, 2 Eſt quidem eius natura interpolis, rurſusque quamlibet vetuſtum nouo miſcetur. *de ſparto.* Mutatur ars quotidie, toties interpolis Plin. 29, 1. Plaut. Moſt. 1, 3, 117 Nam iſthaec veteres, quae ſe vnguentis vnctitant, interpoles, vetulae, edentulae, quae vitia corporis fuco occulunt.

INTERPŎLVS, a, um. Adi. *Idem.* [Interpolum, *ἐπίγναφον* Vet. Gloſſ.] Martianus in l. 45 Labeo D. de contrah. emt. et vend. Si veſtimenta interpola quis pro nouis emerit, Trebacio placere ita emtori praeſtandum quod intereſt, ſi ignorans interpola emerit.

INTERPOLĀTOR, ōris. m. [*ἐπισκευαςὴς* Onomaſt. Vet.] *Qui antiquas veſtes reſarcit ac renouat, vt eas facilius vendat.* Tertull. de Anima c. 16 Frumentariae ſegetis nocturnus interpolator. *Et* de Habit. mulier. 1, 8 Diabolus interpolator naturae. Multum eſt inter inſtitutorem et interpolatorem Tertull. de Spectac. c. 2.

INTERPOLĀTRIX, īcis. f. *Mulier, quae id ipſum facit, quod interpolator.* Pomponius *a Pareo laudatus Lex. Crit.* Interpolatricem accerſire oportet, quae huic veſtem adducat. Tertull. adu. Haeret. c. 7 Sapientia humana et affectatrix et interpolatrix veritatis. *Conf.* Nazar. Paneg. Conſtantini c. 15.

INTERPOLAMENTVM, i. n. Cl. Mamert. 1 praef.

INTERPŌNO, ſui, ſĭtum, ĕre. [*ἐντίθημι, παρεντίθημι, παρεμβάλλω*] Cic. de Amicit. 3 Quaſi enim ipſos induxi loquentes, ne *inquam* et *inquit* ſaepius interponeretur. Idem Verr. 1, 30 c. 11 Interpoſuiſtis Accuſatorem, qui quum ego mihi C et X dies ſolos in Siciliam poſtulaſſem, C et VIII ſibi in Achaiam poſtularet. Cic. Philipp. 2, 9 c. 5 Quid enim me interponerem Audaciae tuae, quam neque auctoritas huius ordinis, neque exiſtimatio Pop. Rom. neque leges vllae poſſent coërcere? Me *illud omittunt aliqui. Significat autem intercedere, impedire. Vid. mox* Se interponere. Martial. 1, 107

Interponis aquam ſubinde Ruffe,
Et ſi cogeris a ſodale, raram
Diluti bibis vnciam Falerni.

Cic. Philipp. 13, 15 Quod ſi Auctoritatem interponis, ſine armis, magis quidem laudo: ſed vide, ne hoc ipſum non ſit neceſſe. Cauſam Nep. 2, 7, 1. *i. allegare, vt interſerere.* Cautiones, *i. Dare* Paullus in l. omne D. pro ſocio. Plin. 20, 15 Similis autem et huic vſus. Namque et panibus Alexandrinis ſubigitur, et Condimentis interponitur. *h. e. Immiſcetur.* Liu. 35, 35 *verſ. fin.* Qui cunctatus fuerit, et ſuum Conſilium meo interponet, ſciat ſibi reditum ad penates non eſſe, *i. impediat meum conſilium ſuo, vt intercedere.* Cic. Verr. 2, 119 Quin ab Siculis ob Decreta interponenda pecuniam acceperit. Diebus aliquot interpoſitis Varro de R. R. 3, 9. Cic. Verr. Act. 1, 23 Ita prope XL Diebus interpoſitis, tum denique ſe ad ea, quae a nobis dicta erunt, reſponſuros eſſe arbitrantur. Exceptionem actioni Vlpian. in l. 2 *in princip.* D. de exception. Caeſ. B. G. 5, 6 Reliquis fidem interponere, iuſiurandum poſcere, vt quod eſſe ex vſu Galliae intellexiſſent, communi conſilio adminiſtrarent. Cic. pro Roſc. Amer. 114 c. 39 Si hanc ei rem priuatim Sext. Roſcius mandaſſet, vt cum Chryſogono tranſigeret atque decideret, inque eam rem Fidem ſuam, ſi quid opus eſſe putaret, interponeret. Gaudia curis Cato de Morib. 3, 5. Iudicium ſuum, *Iudicio comprobare* Cic. Att. 8, . . Idem de Diuin. 2, 152 Quum autem proprium ſit Academiae, Iudicium ſuum nullum interponere, *etc.* Iuſiurandum, *Iureiurando affirmare.* Liu. 34, 25 Qui primo Iureiurando interpoſito, de praeſidio expellendo cum idoneis colloquutus, dum, *etc.* Menſes intercalares Liu. 1, 19 *extr.* Cic. Acad. 1, 1 Quod quum audiſſemus, nullam Moram interponendam putauimus, quin videremus hominem nobiſcum, et ſtudiis eisdem, et vetuſtate amicitiae coniunctum. *Add.* Caeſ. B. G. 4, 11. Magnaque fluminis interpoſita mora Caeſ. B. C. 1, 64. Cic. Verr. 1, . . Petatur hereditas ea, quae nulla debetur? in praedam Praetoris interponatur Nomen ciuitatis? Cic. pro Muraen. 35 c. 17 Dies intermiſſus vnus, aut Nox interpoſita ſaepe perturbat omnia. Idem Diu. Verr. 63 Pro exterarum nationum commodis inimicitias ſuſcipere: ad periculum accedere: Operam, ſtudium, laborem interponere. Quo facilius noſtra quoque Opinio interponi poſſit Celſ. 1 praef. Cic. Verr. 2, 66 Iſte Poenis, compromiſſisque interpoſitis, H-S. CCC extorquenda curauit. Cic. Att. 7, 15 Plerique negant Caeſarem in conditione manſurum: Poſtulataque haec ab eo interpoſita eſſe, quo minus quod opus eſſet ad bellum, a nobis pararetur. Cic. Q. Frat. 2, 7 Sed res multis Querelis de Repub. interponendis nulla tranſacta eſt. Idem in Vatin. . . Num quem putes illius tui cerriſſimi gladiatoris ſimilem Tribuni plebis poſſe reperiri, qui Se interponat, quo minus reus mea lege fias? Idem Q. Frat. 3, 4 De Aſcanione, Tu vero quod voles facies, me nihil interpono. Cic. Fam. 10, 27 Itaque ſapientius meo quidem iudicio facies, ſi te in iſtam pacificationem non interpones. Se non interponere *tum dicuntur* iudices, *Quum aliqua de re iudicare nolunt* Vlpian. in l. a diuo Pio §. ſed ſi emtor D. de re iudicata. Se interponere coepit Senatus Pomponius in l. 2 §. deinde quia D. de Orig. iuris. Cic. pro Cluent. 5 Vehementes habeat repentinos impetus Spatio interpoſito, et cauſa cognita conſeneſcat. Caeſ. B. G. 4, 32 Neque vlla ad id tempus belli Suſpicione interpoſita. Cic. pro Quint. 15 Neque interea Verbum vllum interpoſuit Naeuius, aut ſocietatem ſibi quippiam debere, aut priuatim Quintium debuiſſe.

INTERPOSĬTVS, a, um. Partic. [*παρεντεθεὶς*] Plin. 18, 16 Interpoſitis quinis diebus. *h. e. Interiectis vel intermiſſis.* Cauſa Caeſ. B. C. 1, 42. Diſcrimen Celſ. 3, 3. Offenſio Cic. Phil. 2 c. 4. Spatium Lucret. 4, 561. Vlpian. l. 1 D. Quarum rerum act. non dat. Etenim parui refert, protinus libertus patrono cogatur dare, an per interpoſitam fideiuſſoris vel rei Perſonam.

INTERPOSĬTVS, ûs. m. [*παρεμβολὴ*] Cic. de N. D. 2, 103 c. 40 Tum ipſa incidens in vmbram terrae, quum eſt e regione Solis, interpoſitu, interiectuque terrae, repente deficit. *de luna.*

INTERPOSITIO, ōnis. f. [*παρένθεσις*] Cic. de Inuent. 1, 8 c. 6 Quaeſtionem autem eam appellat, quae habeat in ſe controuerſiam in dicendo poſitam, ſine certarum perſonarum Interpoſitione, ad hunc modum, vt Quid ſit bonum, *etc.* Cic. Fam. 16, 22 Vna omnino interpoſitio difficilior eſt, quam ne ipſe quidem facile legere ſoleo, de quadrimo Catone, *i. aliquid inculcatum et interpoſitum ſcripturae.*

INTERPRĬMO, preſſi, preſſum, ĕre. [*διακλάω*] *Intercludere premendo elidere.* Plaut. Rud. 3, 2, 41 Qui ſacerdotis ſceleſtus fauces interpreſſerit. *Add.* Min. Felix in Oct. p. 93. *Ouzel. vbi conf. Elmenhorſt.*

INTERPRES, ĕtis. c. [*ἑρμηνεὺς, μεταφραςὴς*] *Qui in aliqua re agenda medius eſt, et veluti conciliator et auctor, qui inter duos loquitur, et vt inter ipſos conuenire de* pretio *rei, vel quocunque alio negotio, poſſit, efficit. Deinde generatim, qui efficit, vt intelligant alii, quod alioquin, ſine ipſius interuentu et opera non intellecturi erant.* Plaut. Curc. 3, 64 Quod te praeſente iſtic egi, teque interprete. Cic. Verr. 3, 84 A. Valentinus eſt in Sicilia interpres: quo iſte interprete, non ad linguam Graecam, ſed ad furta et flagitia vti ſolebat. Plin. 6, 5 *de* Dioſcuriade, *Ponti quondam vrbe,* A noſtris CXXX interpretibus negotia ibi geſta: *dixerat,* Timoſthenes in eam CCC nationes diſſimilibus linguis deſcendere prodidit. Liu. 21, 12 Se pacis eius interpretem fore pollicetur. Hor. de Arte Poët. 1, 111 Poſt effert animi motus interprete Lingua. Malus Ouid. ex Pont. 4, 14, 41. Numarius pacis et concordiae Cic. pro Cluent. 101 c. 36. Corrumpendi iudicii Idem Act. in Verr. 1 c. 12. Cic. ad Brut. 10 Improbiſſimis literis quidam, fallacibusque interpretibus ac nuntiis impulerunt in ſpem certiſſimam Conſulatus. Per amicos et interpretes agere aliquid Cic. Verr. 4, 49. Amici et interpretis mei filius Idem Fam.

13, 54 *vbi vid. Manut.* Plaut. Poen. 1, 3, 35 Nam iſti quidem hercle orationi Oedipo opus eſt coniectore, qui Sphingi interpres fuit. Virg. Aen. 3, 559 Troiugena interpres diuûm. *Vbi* Seruius: Interpres, Vaticinator, qui mentem deorum mortalibus publicat. *Sic* Augurûm, atque extûm interpretes *apud* Cic. in Orat. 155. Comitiorum, *aruſpices qui iudicant, ſintne iuſta* Idem de N. D. 2 c. 4. Concordiae ciuium interpres arbiterque, *i. conciliator, ſ. quo interprete ea reſtituta eſt*, Liu. 2, 33 *extr. de Agrippa Menenio.* Curarum interpres Virg. Aen. 4, 608. Hominum, diuûmque interpres Idem Aen. 10, 175. Portentorum interpretes Galeotae in Sicilia nominabantur Cic. de Diuin. 1, 39. Portentorum coniector quidem, et interpres Idem de Diuin. 2, 62 c. 28. Somniorum, atque omnium interpretes, coniectores vocamus Quinctil. 3, 6. Interpres Iouis et ſatelles, aquila Cic. de Diuin. 2, 114. Interpretes et internuntii Iouis, augures Idem Philipp. 13, 12. Interpretes Poëtarum grammatici Id. de Diuin. 1, 34. Interpres iuris Cic. in Topic. 4. Sanctiſſimus legum Iuuen. Sat. 4, 79. Cic. Fam. 7, 20 Nullam artem literis ſine interprete, et ſine aliqua exercitatione percipi poſſe. Idem de Diuin. 1, 16 Quod erant multa obſcura, multa ambigua, explanationes adhibitae ſunt interpretum. *Qui conuertit ex vna lingua in aliam:* Cic. de Opt. gen. Orat. 14 Nec conuerti vt interpres, ſed vt orator, ſententiis iisdem, et earum formis tanquam figuris, verbis ad noſtram conſuetudinem aptis. Fidus Hor. in Arte Poët. 133.

INTERPRETĀTOR, ōris. m. *Idem.* Tertull. adu. Prax. c. 19.

INTERPRETABĬLIS, e. Adi. Tertull. contra Val. c. 14 Nomen interpretabile.

INTERPRĔTOR, āri. Dep. [ἑρμηνεύω, μεταφράζω] *Exponere, explicare, explanare.* Cic. Off. 2, 5 Nec quidquam aliud eſt philoſophia, ſi interpretari velis, quam ſtudium ſapientiae. In diuerſum aliquid Quinctil. 3, 6. Beneficium Imperatoris quam pleniſſime interpretari Iabolenus in l. 3 D. de conſtitut. Principum. Dicta obſcure Quinctil. 3, 4. Lege interpretari, et aequitate explicare Cic. Phil. 9, 10. Idem de Orat. 1, 158 c. 34 Omnium bonarum artium ſcriptores ac doctores et legendi et peruolutandi, et exercitationis cauſa laudandi, et interpretandi, *etc.* Interpretari nomine aliquo, *etc.* Plin. 13, 22. Religiones ſapienter interpretando Remp. conſeruant Pontifices Cic. pro Domo *pr.* Verborum vim Idem de Fato 20. *Et* pro Corn. Balb. 36 Quaſi vero priſcum aliquod aut inſolitum verbum interpretaretur. Cic. de Diuin. 1, 46 c. 23 Ex quo ita illud ſomnium eſſe interpretatum, vt, *etc.* Liu. 39, 39 Medio reſponſo ſpem ad voluntatem interpretantibus fecerat, ceſſurum Patrum auctoritati eſſe. Male, *pro Maligne accipere* Senec. Epiſt. 64. Neque recte an perperam, interpreter. Fuerit iſta eius deliberatio, qui bellum ſuſcepit Liu. 1, 23. *Iudicare:* Cic. Off. 3, 113 Reditu enim in caſtra, liberatum ſe eſſe iureiurando, interpretabatur, non recte. Miles qui iuſſa ducum interpretari quam exſequi mallet Tac. Hiſt. 2, 39, 3. Cic. Planco Att. 16, 16 Quod ſi a te erit impetratum, ſic velim exiſtimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, vt tuo ſummo beneficio me affectum iudicem. Pro ſua ſapientia aliquid Cic. Fam. 13, 73. Interpretari grato animo Cic. de Clar. Orat. 5. *h. e. In bonam partem accipere.* Grate interpretari beneficia ab alio accepta Plin. Epiſt. 2, 13. Ex: Cic. de Amicit. 21 Iam virtutem ex conſuetudine vitae ſermoniſque noſtri interpretemur. Cic. pro Muraen. 64 Aut miriorem in partem interpretarere. Interpretatur Numen ſuum violari: *i. Exiſtimat et iudicat* Plin. in Paneg. c. 33 *extr.* Hoc nos diabolo interpretamur Tertull. de Virg. vel. c. 15. *i. adſcribimus.* Peruerſe interpretaris Plaut. Truc. 1, 2, 41. Quum huius verba interpretor: *h. e. Quantum ex huius verbis colligere poſſum* Plaut. Bacch. 4, 2, 15. Interpretari memoriae alicuius, *i. illam adiuuare, Reducere in memoriam* Plaut. Epid. 4, 1, 25. *Paſſiue vtitur hoc verbo* Ammian. 23, 12. *it.* 24, 21.

INTERPRETĀTVS, a, um. Partic. *Paſſ.* [ἑρμηνευθεὶς] *Expoſitus, explicatus.* Cic. de Legib. 2, 29 Veſta quaſi focus vrbis, vt Graeco nomine eſt appellata: quod nos prope idem Graecum interpretatum nomen tenemus. Verba, quae ex Etruſcis libris in te conuerſa atque interpretata dicuntur Cic. de Aruſp. Reſp. c. 17. Suet. Neron. c. 13 Verba ſupplicis interpretata.

INTERPRETATIO, ōnis. f. [ἑρμηνεία] Cic. in Partit. 27. *Et* de Orat. 1, 23 Neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi poſſint. Dura Quinctil. 2, 14. Callida et Malitioſa iuris Cic. Off. 1 c. 10. Interpretatio, *inquit* Auctor ad Heren. 4, 39 eſt, Quae non iterans idem redintegrat verbum, ſed id commutat, quod poſitum eſt, alio verbo, quod idem valeat. Interpretatio foederis Cic. pro Balbo c. 6. *i. vis, ſententia. Coniectura et iudicium:* Liu. 2, 8 Non crediderit factum, an tantum animo roboris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio eſt facilis.

INTERPRETATIVNCŬLA, ae. f. Hieron. Epiſt. 89 c. 6 Miror, quod ſeptuaginta Interpretum libros legas non puros, vt ab eis editi ſunt, et Chriſtiani hominis interpretatiunculam non ſequaris.

INTERPRETATOR, ōris. m. Tertull. adu. Prax. c. 19. Interpres Iren. 1, 1.

INTERPRETAMENTVM, i. n. [μετάφρασις] *Idem.* Gell. . . . Ex quibus Latinae linguae interpretamenta collegimus. Idem 6, 2 Interpretamentum obſcurius. Idem 5, 18 Latinum interpretamentum. *Add.* Idem 13, 9. Petron. c. 10 Somniorum interpretamenta.

INTERPRETANDVS, a, um. Part. *Paſſ. Exponendus, declarandus.* Iulianus in l. Quum in teſtamento D. de hered. inſtituend. Haec verba ſic interpretanda ſunt.

INTERPRETABILIS, e. Adi. Tertull. contra Valent. c. 14.

INTERPRETIVM, i. n. *Lucrum interemtum et venditum. Vid. Valeſ.* in Ammian. 28, 1.

INTERPVNGO, ĕre. Sen. Epiſt. 40 Nos cum ſcribimus, interpungere conſueuimus, *ſtilo impreſſo punctum facere inter duas ſententias.*

INTERPVNCTVS, a, um. Part. [διάστικτος] *Quod punctis diſtinctum eſt.* Cic. de Orat. 2, 328 c. 80 Sed et feſtiuitatem habet narratio diſtincta perſonis, et interpuncta ſermonibus. Ibid. 3, 173 c. 44 Interſpirationis enim, non defatigationis noſtrae, neque librariorum notis, ſed verborum et ſententiarum modo interpunctas clauſulas in orationibus eſſe voluerunt. *Add.* Ib. c. 46.

INTERPVNCTVM, i. n. [διάστιγμα] *Diſtinctio.* Cic. de Orat. 3, 79 Clauſulas enim et interpuncta verborum, animae intercluſio et anguſtiae ſpiritus attulerunt.

INTERPVNCTIO, ōnis. f. [διάστιξις] *Idem.* Cic. pro Muraen. 25 c. 11 Res enim ſunt paruae, prope in ſingulis literis atque interpunctionibus verborum occupatae.

INTERPVRGO, āre. [διακαθαίρω] *pro Purgare, aut Circumpurgare.* Plin. 18, 26 ſ. 65 Ficus interpurgari, ſeminaria fieri.

INTERPŬTO, āre. [διακαθαίρω] *Hinc inde excidendo ramos arborem, vitem, putare et purgare.* Columel. de Arb. *extr.* Sed omnibus annis ſodi ante Calendas Martias et interputari oportet. Cato c. 50 Ficus interputato, et in vinea ficos ſuccidito alte, ne eas vites ſcandant. *Vid.* Varr. de R. R. 1, 30.

INTERQVĔROR, queſtus ſum, quĕri. Liu. 33, 35 Aetolorum principes interqueſti ſunt, quod non idem erga ſuam gentem Romanorum animus eſſet poſt victoriam, qui in bello fuiſſet.

INTERQVIESCO, quiēui, quiētum, ĕre. [μεταπαύομαι] *Quieſcere et ſubſiſtere paullum, vt mox iterum incipias et pergas.* Cato c. 158 Indidem ſume tibi ſextarium tepidum: adde vini Coi cyathum vnum: bibe: interquieſcet. *de aluo deiicienda.* Cic. de Clar. Orat. 91 c. 23 Quum haec dixiſſem, et paullulum interquieuiſſem, Quid igitur, inquit, *etc.*

INTERRĀDO, rāſi, rāſum, ĕre. [διαξέω] *Hinc inde aliquid erado.* Columel. de Arbor. c. 19 Nam ſi ſpiſſe poſueris, neque infra quidquam ſerere poteris: nec ſic ipſae fructuoſae erunt, niſi eas interraſeris. Plin. 15, 1 Oleae attondentur ſicut et vites, atque etiam interradi gaudent. *Add.* Idem 18, 25. Interraſa variatis cortice virgis Paullin. Nol. Poëm. 24, 254. Plin. 33, 11 ſ. 49 Iam vero menſas repoſitoriis imponimus, et ad ſuſtinenda opſonia interradimus latera: et intereſt quam plurimum lima perdiderit, *i. perforamus artificioſe, vt appareat, ad ſicca tantum opſonia factas, et corbium plexiliumque calathorum formam habeant.* Id. 35, 1 Nec tantum vt parietes toti operiantur, verum et interraſo marmore, vermiculatiſque ad effigies rerum et animalium cruſtis.

INTERRASĬLIS, e. Adi. [διαξιστὸς] Plin. 12, 19 ſ. 22 Coronas ex cinnamo, interraſili auro incluſas. *i. ita perforato, vt auro quidem circumdentur et includantur ſurculi illi, ſed per illa foramina figuram ſpecioſam habentia florum, aut aliarum rerum, transpareat, et odorem transmittat.* Fortunat. Carm. 1, 13 Hic ſculptae camerae decus interraſile pendet. *Recentior aetas poſuit pro* Anaglyphis ſ. *caelato opere, in quo figura eminet et exſtat: quod* ita *poteſt intelligi, ſi ponamus fundo aequabili et polito opus* interraſile, *quale deſcripſimus, ſuperinductum, vt per caua illius ſ. foramina fundus iſte appareat. In tantum igitur audiri poteſt v. g.* Papias, *cum ait,* Interraſilis, Anaglypha, ſculpta: *et alii apud Cangium.*

INTERRASOR, ōris. m. διακρινητὴς Gloſſ. Lat. Gr.

INTERREGNVM, i. n. [μεσοβασίλειον] *Appellatur id tempus, quo regnum vacat: hoc eſt, ante quam in demortui locum nouus rex praeficiatur. Vid.* Liu. 1, 17. Vict. de Viris Illuſtr. c. 3 Poſt conſecrationem Romuli, quum diu interregno ſeditiones orirentur, *etc. Item quum loco magiſtratus interrex creatur.* Liu. 4, 7 Quum ſine Curuli magiſtratu Reſp. eſſet, patricii coiere, et interregem creauere: contentio, Conſulesne, an Tribuni militum crearentur, in interregno rem complures dies tenuit. *Conf.* Idem 5, 31. Cic. Att. 8, 9 Aut ſi per Tribunos plebis non patiatur, tamen quieſcat, rem adduci ad interregnum. Fluit res ad interregnum, *vid.* FLVO. Liu. 6, 1 Interregnum iniit P. Cornelius Scipio interrex: et poſt eum M. Furius Camillus iterum. Is Tribunos militum Conſulari poteſtate creat. *Add.* Idem 3, 8 *pr.* Liu. 8, 23 *extr.* Ad interregnum res rediit; dilatiſque alia atque alia de cauſa comitiis, quartusdecimus demum interrex Lucius Aemilius Conſules creat. Cic. Q. Frat. 3. 2 Res videtur ſpectare ad interregnum. Idem Att. 9, 11 Permagni eius intereſt, rem ad interregnum non venire.

INTERREX, ēgis. m. [μεσοβασιλεὺς, ἀντιβασιλεὺς] *Qui regis demortui locum tenet, donec alius ſubſtituatur. Vid.* Liu. 1, 17. *Et ſub libera Rep. magiſtratus extraordinarius, qui comitia habeat, conſulibus aut tribunis militaribus conſulari poteſtate creandis.* Dictatoris Sullae *imperium cum firmaſſet* L. Flaccus interrex, *contra Remp. hoc factum poſtea iudicauit.* Cic. de L. Agr. 3, 5 c. 2 Omnium legum iniquiſſimam diſſimillimamque legis eſſe arbitror eam, quam L. Flaccus interrex de Sulla tulit, vt omnia, quaecumque ille feciſſet, eſſent rata. *Eodem reſpicit* ad Att. 9, 15 Si Sulla potuit efficere, ab interrege, vt dictator diceretur, cur hic non poſſit? Cic. de Legib. 1, 42 c. 15 Nihilo credo magis illa quam interrex noſter tulit, vt Dictator, quem, vellet ciuium indicta cauſa impune poſſet occidere. *Sed hic nempe abuſus eſt ſua poteſtate.* Liu. 5, 51 Interrex creatur M. Furius Camillus: qui P. Cornelium Scipionem, is deinde L. Valerium Potitum interregem prodidit: ab eo creati ſex Tribuni militum Conſulari poteſtate. Liu. 1, 32 *pr.* Mortuo Tullo res ad patres redierat, hique interregem nominauerant, *etc.* Liu. 4, 43 Modo prohibentibus Tribunis Patricios coire ad prodendum interregem, modo interregem interpellantibus, ne Senatusconſultum de comitiis Conſularibus faceret. Interrex *(inquit* Aſconius in Milonianam 13) comitiorum habendorum cauſa interdum creabatur: et eius imperii quinque dies tantum erant. Subſtituebatur autem illi et alter et tertius, donec creati eſſent ordinarii Magiſtratus. Quum enim comitia vsque eo protrahuntur, vt inſequens annus ſine Conſulibus ſit, Interregnum dicitur. Liu. 5, 17 *pr.* Vnam expiationem eorum eſſe, vt Tribuni militum abdicarent ſe magiſtratu, auſpicia de integro repeterentur, et interregnum iniretur. Ea ita facta ſunt ex Senatusconſulto. Interreges tres deinceps fuere, L. Valerius, Q. Seruilius Fidenas, M. Furius Camillus. Cic. pro Dom. 38 Auſpicia Populi Romani, ſi magiſtratus Patricii creati non ſint, intereant neceſſe eſt, quum interrex nullus ſit, quod et ipſum Patricium eſſe, et a Patricio prodi neceſſe eſt. Cic. Att. 9, 15 Si Sulla potuit efficere, vt ex interrege fieret Dictator.

INTERRĬTVS, a, um. Adi. [ἄφοβος] *Non territus, Imperterritus.* Mens interrita leti Ouid. Met. 10, 616. Virgo ſola eſt interrita Ouid. Met. 6, 45. *Al.* Non territa. Vultus Quinctil. 1, 3. *Add.* Vell. 2, 70, 2.

INTERRŎGO, āre. [ἐρωτάω, ἐπερωτάω] *Rogare noſcendi gratia.* Plaut. Epid. 2, 2, 65 Ibi illa interrogat illam, Qui ſcis? quis id dixit tibi? Plaut. Poen. 3, 4, 20 Si exierit leno, cenſetis hominem interrogem, meus ſeruos ſi ad eum venerit, necne? Interrogo an audierim, an viderim Plin. in Paneg. c. 64. Cic. in Orat. 137 c. 40 Vt interrogando vrgeat, vt rurſus quaſi ad interrogata ſibi ſpondeat. Magna verborum contumelia interrogans Caeſ. B. C. 3, 71. Interrogabat ſuos in clamore ipſo quis eſſet, qui fame plebem necaret Cic. Q. Frat. 2, 3. Interrogabat quaedam geometrica de dimenſione quadrati Cic. Tuſc. 1, 57. *Et* de Orat. 2, 120 Interrogatus quid latraret.

latraret. Te interrogante augures reſponderunt Cic. pro Domo c. 15. Sententiam interrogatus Vell. 2, 35, 3. Cic. in Partit. 2 c. 1 Sic ego te viciſſim eiſdem de rebus interrogem. Liu. 30, 23 Emotis curia Legatis ſententiae interrogari coeptae. Minutatim interrogare, *vid.* Minutatim, *in* MINVO. Interrogaſſit, *pro Interrogauerit : verbum* XII tabularum. Cic. de Legib. 3, 6 Quum magiſtratus iudicaſſit, interrogaſſitue, per Populum multae poenae certatio eſto. Tacit. Ann. 13, 14 Sane pepigerat Pallas, ne cuius facti in poſterum interrogaretur, *i. rationem repoſceretur. Vnde et* Repetundarum interrogare Id. ib. 14, 46, 1. *et* 16, 21, 4. *Add.* Salluſt. Catil. c. 18 *et* 31. *Briſſ. de Form. Pollet. Hiſt. Fori Rom.* 4, 8. Legibus interrogari, *pro Poſtulari* Liu. 38, 50. Interrogatus lege repetundarum Vellei. 2, 13, 3. *Differunt ergo* interrogare *et* percontari. Quinct. 9, 2, 6 Quid enim tam commune, quam *interrogare* vel *percontari ?* Nam vtroque vtimur indifferenter, cum alterum (*poſterius,* percontari) noſcendi, alterum (*prius* interrogare) arguendi gratia videatur adhiberi. *Hoc modo intelligendum Fabii locum, vſus vtriusque verbi ſatis declarat.*

INTERROGATIO, ōnis. f. [ἐρώτησις, πεῦσις] *Petitio.* Cic. de Fato 29 Recte genus hoc interrogationis ignauum atque iners nominatum eſt. Tota interrogatio nihil habuit niſi reprehenſionem illius tribunatus Cic. Fam. 1, 9. Ignauum et iners interrogationis genus, *vid.* IGNAVVS. Acuta Quinct. 5, 7. Circumſpecta Id. 5, 7. Plin. Ep. 1, 5 Nec me laqueis tam inſidioſae interrogationis inuolueram. Opportuna Quinctil. 5, 7. Longius repetita Idem 5, 7. Scitae Quinct. 5, 7. Teſtium interrogatio Tacit. Ann. 6, 47. Inſtare interrogationi Quinctil. 5, 7. Inſtare interrogatione Idem 6, 3. Tertiam interrogationem poſcens Iuſtin. 11, 11, 10. *i. caput interrogationis ; al. aliter.*

INTERROGATIVNCVLA, ae. f. Dimin. [ἐρωτημάτιον] Cic. in Parad. prooem. Sed minutis interrogatiunculis, et quaſi punctis quod propoſuit, efficit. Idem de Fin. 4, 7 c. 3 Pungunt quaſi aculeis, interrogatiunculis anguſtis.

INTERROGAMENTVM, i. n. πεῦσις Gloſſ. Vet.

INTERROGĀTOR, ōris. m. ἐπερωτητὴς Gloſſ. Vet. *et* Vlpian. D. 11 t. 2 l. 11 §. 7.

INTERROGATORIVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Marc. 2, 25 Interrogatorio ſono legendum eſt ; Adam vbi es ? *Vox eſt apud ICtos frequens.* Actio ICt. Dig. lib. 11 *pr.*

INTERROGATĪVVS, a, um. Adi. *Vox apud Grammaticos. Vid.* Priſcian. 17 p. 1046.

INTERROGATĪVE. Adu. Aſcon. in Verr. p. 106. *Et* Tertull. adu. Marc. 4, 41.

INTERRVMPO, ūpi, uptum, ĕre. [διαῤῥήγνυμι] *Per medium rumpere, et effringere.* Cic. Fam. 10, 23 Pontes quos feceram interrupi. Liu. 2, 10 Itaque monere praedicere vt pontem ferro, igni, quacunque vi poſſent, interrumpant. Non interrumpendus eſt contextus Quinct. 11, 3. Columel. 11, 2 Ne inter hanc quaſi turbam operum negligentius olitoris officia deſcripſiſſe videar, aut nunc ordinem reliquarum culturarum coeptum interrupiſſe, *etc.* Mediam orationem Caeſ. B. C. 3, 19. Somnos, *Interturbare* Plin. 18, 4. Singultus interrumpens pias querelas Ouid. Met. 11, 420. *Aliquid dicentem facientemue impedire.* Caeſ. B. C. 1, 75 Improuiſo ad vallum aduolat, colloquia interrumpit, noſtros repellit a caſtris. Idem B. C. 3, 19 Mediam orationem. Plaut. Trin. 5, 2, 25 Sermonem. Cic. Att. 4, 71 Si forte rarius tibi a me quam a caeteris literae redduntur, peto a te, vt id non modo non negligentiae meae, ſed ne occupationi quidem tribuas : quae etſi ſumma eſt, tamen nulla eſſe poteſt tanta, vt interrumpat iter amoris noſtri et officii mei.

INTERRVPTVS, a, um. Partic. [διεῤῥηγμένος] Liu. 26, 5 *extr.* Ne interrupta Romanis acies videatur. Amnis interruptus aquis Lucan. 2, 213. Cic. Fam. 15, 14 Poſtremo, vt amicitia noſtra, quae ſummis officiis ab vtroque culta eſt, ſed longis interuallis temporum interruptam conſuetudinem habuit, confirmaretur vehementius. *i. intermiſſam. Add.* Ib. 5, 8. Ignes Virg. Aen. 9, 239. Itinera interrupta, et imperuia Tacit. Ann. 3, 31. Pendent opera interrupta Virg. Aen. 4, 88. Cic. pro Cael. 59 c. 24 Quum me intuens flentem ſignificabat interruptis atque morientibus vocibus, quanta impenderet procella vrbi. *Conf.* Ammian. 26, 6. *Contraria :* Cic. de Orat. 3, 147 Et quod continuatum et interruptum, et imago, et ſibi ipſi reſponſio. Cic. de Legib. 1, 9 Et ego animi pendere ſoleo, quum ſemel quid orſus, ſi traducor alio, neque tam facile interrupta contexo, quam abſoluo inſtituta. Inter quaſi rupta, *pro Interrupta quaſi* Lucret. 5, 863.

INTERRVPTE. Adu. [διεῤῥηγμένως] *Inciſe, vel caeſim, aut diviſe.* Cic. de Orat. 2, 329 c. 80 Erit autem perſpicua narratio, ſi verbis vſitatis, ſi ordine temporum conſeruata, ſi non interrupte narrabitur.

INTERRVPTIO, ōnis. f. Quinctil. 9, 2 Ἀποσιώπησις quam Cicero reticentiam, Celſus obticentiam, nonnulli interruptionem appellant. Macrob. Somn. Scip. 2, 5 Interruptio non vnius generis. Europam Africamque interruptio diſſecat Oceani Mart. Capella 6 p. 201. Vſurpatio eſt vſucapionis interruptio ICt. D. 41 t. 3 l. 2.

INTERRVPTOR, ōris. m. διαφθορεὺς Gloſſ. Gr. Lat.

INTERSCALMIVM, i. n. [μεσοσκάλμιον] *Budaeus.* Interſcalmia, *Spatia in naui, quae ſunt inter ſcalmum et ſcalmum. Vſus eſt* Vitruu. 1, 2 Nauibus interſcalmio, *etc.*

INTERSCAPILIVM, *ſ.* INTERSCAPVLVM, i. n. *Spatium quod inter ſcapulas eſt.* Vet. Gl. Μετάφρενον Interſcapulum. Interſcapilium Apul. Flor. 2 p. 350. Hygin. Aſtron. 3, 3 *et* 19. Iſidor. 11, 1. Cael. Aurel. Acut. 3, 3. *et* Chron. 1, 6 Interſcapulum *vocat.*

INTERSCINDO, ĭdi, iſſum, ĕre. [διακόπτω] *Per medium ſcindere.* Liu. 28, . . . Arcto freto interſcindi. Cic. de Legib. 2, 10 Nec quia nusquam erat ſcriptum, vt contra omnes hoſtium copias in ponte vnus aſſiſteret, a tergoque pontem interſcindi iuberet. Gell. 12, 1. *Conf.* Caeſ. B. G. 2, 9. Venas brachiorum Tacit. Ann. 15, 35, 3.

INTERSCRIBO, pſi, ptum, ĕre. [διαγράφω] *In medio ſcribere.* Plin. Epiſt. 7, 9 Poteris et quae dixeris poſt obliuionem retractare, multa retinere, multa tranſire, alia interſcribere, alia reſcribere. *Conf.* Solin. c. 46.

INTERSĔCO, ſecui, ſectum *et* ſecātum, āre. [διαπρίζω] *Per medium ſecare.* Auct. ad Heren. 3, 24 c. 14 Vt ipſa pronuntiatione res ipſas quas demonſtrauimus, inſerere, atque interſecare videamur in animis auditorum. Tiberis media interſecans moenia Ammian. 29 c. vlt. *Conf.* M. Capella 6 p. 201.

INTERSECTIO, ōnis. f. Vitruu. 3, 3.

INTERSECĪVVS, *et* INTERCISĪVVS, a, um. Adi. Frontin. de Col. p. 112 *et* 124.

INTERSEMINATVS, a, um. Adi. Plurima naturae munere interſperſa atque interſeminata Apul. Apol. p. 299.

INTERSEPIO, pſi, ptum, īre. [διαφράττω] *Veluti ſepibus quibusdam intercludere, et iter impedire.* Liu. 34, 40 *pr.* Per triduum inſequens territauit eos, nunc praeliis laceſſendo, nunc operibus interſepiendo quaedam, ne exitus ad fugam eſſet. Idem 1, 27 Id factum magnae parti peditum Romanorum conſpectum abeuntis Albani exercitus interſepſit. Vrbem vallo Liu. 25, 11. Interſeptum iter, *Occupatum.* Cic. pro Corn. Balb. 43 c. 18 Ne interſeptum ſit his iter perpetuo ad hoc ampliſſimum praemium ciuitatis. Interſepta foramina Cic. Tuſc. 1, 47 c. 20.

INTERSEPTVM, i. n. διάφραγμα Gloſſ. Gr. Lat.

INTERSĔRO, sēui, sĭtum, ĕre. [διαφυτεύω] *In medio plantare, ſeminare, inſerereue.* Columel. 3, 16 Coaequato deinceps paſtinato, malleolus ordinariis vitibus interſerendus eſt. Omnia pomis interſita Lucret. 5, 1376. Interſita peregrinatio Plin. Epiſt. 3, 19 *cum duo praedia noſtra diſſita ſunt, vt peregrinatio quaſi ab vno ad alterum debeat inſtitui.* Apul. de Deo Socratis p. 45, 19 Sunt quaedam diuinae poteſtates, inter ſummum aethera et infimas terras, in iſto interſitae aëris ſpatio, per quas et deſideria noſtra et merita ad deos commeant.

INTERSĔRO, ſerui, ſertum, ĕre. [παρεμβάλλω] *Interponere.* Plin. Epiſt. 3, 19 Praedia agris meis vicina atque etiam interſerta, venalia ſunt. *Alii legunt,* Inſerta. Plin. 28, 19 Vt potioni interſeri poſſint. Vetus Codex habet Interi. Cauſam interſerens Nep. 1, 4, 1. Ouid. Met. 10, 559 — Mediis interſerit oſcula verbis.

INTERSIGNIVM, i. n. *Locus inter duo ſigna. Vid. Salmaſ. in* Plin. Exerc. *p. 460 edit. ſec.*

INTERSISTO, ĕre. *pro Reſiſtere in medio ſpatio.* Quinctil. 8, 3 Quia vltima prioris ſyllabae litera, quia exprimi niſi labris coëuntibus non poteſt, aut interſiſtere nos indecentiſſime cogit, aut continuata cum inſequente, in naturam eius corrumpitur. *Item 9, 4* Interſiſtentes clauſulae. Quinctil. 9, 4 Tum Vocalium concurſus : qui quum accidit, hiat, et interſiſtit, et quaſi laborat oratio. *Imperſonaliter.* Quinctil. 9, 4 Tum longae per ſe, et veluti optimae ſyllabae, aliquid etiam medii temporis inter Vocales quaſi interſiſtatur aſſument. Idem 10, 7, 10 Quantum dicendo conſumitur, tantum ex vltimo prorogetur, vt donec perueniamus ad finem, non minus proſpectu procedamus quam gradu, ſi non interſiſtentes offenſantesque breuia illa atque conciſa ſingultantium modo iecturi ſumus.

INTERSONO, āre. Mediis interſonat Orpheus Remigiis Stat. Theb. 5, 344.

INTERSPERSVS, a, um. Adi. Apul. Met. 5 p. 165 Interſperſus rara canitie. *Add.* Idem Apol. p. 299.

INTERSPĪRO, āre. [διαπνέω] *De medio, ſeu Per medium ſpirare.* Cato c. 112 Manu comprimito acina, vt combibant aquam marinam : vbi impleuerit dolium, operculo operito, relinquito qua interſpiret.

INTERSPIRATIO, ōnis. f. [διαπνοή] Cic. de Orat. 3, 171 c. 44 Interſpirationis enim, non defatigationis noſtrae, *etc.* Plin. 23, 1.

INTERSTERNO, ſtrāui, ſtrātum, ĕre. [διαστρωννύω] *In medio ſternere.* Iuſtin. 1, 2, 7 Haec Babyloniam condidit, murumque vrbi cocto latere circumdedit arena, pice, bitumine interſtrato. Plin. 29, 2.

INTERSTES, itis. c. Deſierunt vetera et coeperunt noua interſtite Ioanne Tertull. adu. Marc. 4, 33. *i. intercedente, interiecto medio.*

INTERSTINGVO, ſtinxi, ſtinctum, ĕre. [διασβεννύω] *Per interualla aliqua exſtinguere.* Feſtus, Ignis Veſtae ſi quando interſtinctus eſſet, virgines verberibus afficiebantur. Apul. Met. 4 p. 147 Iamque protinus obliſis faucibus interſtinguere cum debuiſſet. Lucret. 5, 760 Quae faciunt ignes interſtingui atque perire?

INTERSTINCTVS, a, um. Partic. [διάστικτος] Martian. Capella 1 p. 17 Dehinc veſti admodum candidae obducit amictus hyalinos, quos ſtellantibus oculis interſtinctos crebri vibratus ignium luminabant. *i. Variegatos, diſtinctos.* Spatia interſtincta columnis Stat. Silu. 3, 5, 90. Candore interſtincto variis coloribus Plin. 37, 10. Facies medicaminibus interſtincta Tac. Ann. 4, 57.

INTERSTINCTIO, ōnis. f. Arnob. 6 p. 191 Splendeant hic gemmae, et ſidereos euomant variata interſtinctione fulgores.

INTERSTITIVM, i. n. [διάστημα] *Diſtantia et interuallum.* Macrob. Somn. Scip. 1, 6 Quum quatuor ſint elementa, ex quibus conſtant corpora, terra, aqua, aër, ignis : tribus ſine dubio interſtitiis ſeparantur, quorum vnum eſt a terra vsque ad aquam, *etc.* Lunae interſtitium, *dicitur Interlunium* Apul. . . . Difficultas itineris, ac globoſi ſideris interſtitium. Ammian. 20, 3 *ad fin. de Luna,* Cum autem (a) Sole longo coeperit interſtitio ſubmoueri. *Dicitur etiam de Tempore :* Tacit. Ann. 5, 4, 2 Dandum interſtitium poenitentiae ſenis.

INTERSTITIO, ōnis. f. [μεταπαυσωλή] *Ceſſatio, vacatio.* Gell. 20, 1 Velut quoddam iuſtitium, id eſt iuris inter eos quaſi interſtitionem quandam, et ceſſationem. *Add.* Idem Praef. *pr.*

INTERSTO, āre. Interſtatque iugo mediam Auien. Perieg. v. 840 *ſc. Aſiam, de Tauro monte.* Quum tempus interſtetiſſet exiguum Ammian. 22, 27.

INTERSTRĔPO, ſtrepui, ſtrepĭtum, ĕre. [διαψοφέω] *Strepitum emittere inter alios.* Virg. Ecl. 9, 36 Argutos interſtrepere anſer olores. *Hodie, et melius, diuiſe legitur.*

INTERSTRINGO, ſtrinxi, ſtrictum, ĕre. [διασφίγγω] *Stringendo frangere vel perdere.* Plaut. Aulul. 4, 4, 31 Ibo intro, atque illi tuo ſocienno iam interſtringam gulam.

INTERSTRVO, ſtruxi, ſtructum, ĕre. [διαδομέω] Sil. 10, 149

Teleſinus ad oſſa
Illiſo ſaxo, qua ſpina interſtruit artus,
Occumbit. *i. Vbi ſpina, quae eſt in medio dorſi, artus connectit.*

Adde Tertull. de Coron. Mil. c. 10. *et* ad Marc. 4, 39.

INTERSVM, fui, eſſe. [μέτειμι] Inter *alios, cum aliis* eſſe, *vel*

vel verſari, praeſentem eſſe. Cic. Fam. 1, 6 Quae gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit ſolum, ſed etiam praefuit. Id. ibid. 13, 30 Non modo, vt non praeeſſet vlli negotio, ſed etiam, vt ne intereſſet quidem. Pollio omnibus negotiis non interfuit ſolum, ſed etiam praefuit Cic. Fam. 1, 6. Id. ibid. 11, 7 Qui noſtro ſermoni interfuit. Caeſ. B. G. 6, 12 Intereſſe rebus diuinis. Cic. Att. 2, 23 Publicis conſiliis. Liu. 2, 38 Spectaculo. Laetus interſis populo Hor. Carm. 1, 2, 46. *Ablatiuo, cum Praep.* IN. Cic. Verr. 3, . . Voluerunt eos in ſuis rebus ipſos intereſſe. In conuiuio interfuiſſe Id. pro Roſc. Amer. 39 c. 14. Intereſſe poſteritati ſuae, *viuum frui gloria, quae mortem ſequi ſolet* Plin. Epiſt. 2, 1. Sen. de Prouident. praef. Quum praeeſſe vniuerſis prouidentiam probaremus, et intereſſe nobis deum, *i. adeſſe, inter nos verſari. In medio eſſe, vel interiacere, aut interpoſitum et interiectum eſſe.* Cato R. R. 4, 1 *imperat* praeſepis clatratas. *Addit*, Clatros intereſſe oportet pede *(i. inter ſe diſtare)* Si ita feceris, pabulum boues non eiicient. Liu. 22, . . Id morari victoriam rati, quod intereſſet amnis. Id. 22, 4 Via tantum intereſt peranguſta. Columel. . . Arbores, quae interſunt, ablaqueabuntur. Plin. 6, 9 *extr.* Quod intereſt ſpatii, Sopheni tenent. Plaut. Bacch. 3, 3, 57 Triduum non intereſt aetatis vter maior ſiet: verum ingenium plus triginta annis maius eſt, quam alteri. Interfuerunt decem anni Cic. de Legib. 3, 8 c. 3. *Conf.* Nep. 18, 8, 2. Liu. 1, 3. Cic. de Senect. 60 c. 17 Cuius inter primum et ſextum Conſulatum ſex et quadraginta anni interfuerant. Intereſt inter duos amnes Artemidorus Plin. 6, 19. Gell. 5, 18 *ſeparatim dixit,* Quid ipſe inter res geſtas et annales eſſe dixerit. ¶ 2 Intereſt *eodem modo adhibetur, quo* Refert, *et poteſt commodiſſime explicari ita:* Eſt inter negotia, *quod exemplis melius, quam longa oratione declarari poteſt. Suademus autem, vt qui recte diſcere naturam alterutrius verbi velit, conferat etiam exempla alterius.* Quid ergo intereſt proferantur necne? Cic. Verr. 1, 13. Id. ibid. 3, 141 Quid interfuit homo audaciſſime, vtrum hoc decerneres an non, *etc.* Neque intereſſe, an initio pleraque explorata ſint Celſ. 1 praef. *Iungitur Genitiuis; vt,* Socratis intereſt, *i.* Inter *negotia* Socratis eſt. Cic. pro Domo 97 Ego vero Reipubl. ſemper intereſſe putaui, me illius pulcherrimi facti, *etc.* Plin. 2, 1 Mundi extera indagare, nec intereſt hominum, nec capit humanae coniectura mentis. Vlpian. in l. vbi exigitur D. de edendo, Is autem, qui in hoc edictum incidit, id praeſtat, quod interfuit mea rationes edi, quum decerneretur a Praetore: non quod hodie intereſt, et ideo licet intereſſe deſiit, vel minoris vel pluris intereſſe coepit: locum haec actio non habebit, neque ad augmentum, neque ad deminutionem. Intereſt eius, ipſius, iſtius Cic. de Fin. 2, 72. Id. Verr. 2, 36. Quid illius intereſt, quoniam in Senatum non venis? Id. Att. 10, 4. Paullum intereſſe, *vid.* PAVLLVM. Vtriusque noſtrum magni intereſt, prius vt te conueniam quam decedas Cic. Fam. 3, 5. Id. pro Muraen. 4 Oſtendam alio loco, quantum ſalutis communis interſit, duos Conſules in Republ. Calend. Ianuariis eſſe. *i. Quam magnum commodum rediturum ſit Reipubl. Pronominibus his etiam iungitur,* Mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, cuia, *quae pro Ablatiuis habent cum* Priſciano 17 p. 1077 *fin. ipſe Voſſius et alii: Accuſatiuos autem cum Scaligero, Sanctio, Perizonio, Vrſino, nos putare, oſtendimus, vid.* REFERT. Cic. Fam. 3, 10 Tamen vt vidit intereſſe tua, conſcendens iam nauem Epheſo Laodiceam reuertit. Id. ibid. 16, 6 Et cum tua et mea maxime intereſt te valere, tum multis, *etc.* Vlpian. in l. ſtipulatio iſta §. alteri ſtipulari D. de verborum obligationibus, Caeterum, vt alii detur, nihil intereſt mea. *Paullo poſt,* Committatur ſtipulatio etiam ei, cuius nihil intereſt. Intereſt, *pro Vtile eſt, ſine caſu:* Plin. 19, 8 Seri etiam radices illitas fimo intereſt. Celſus Prooem. Quia non interſit, quid faciat morbum, ſed quid tollat. *i. Ad rem non pertinet.* Capturae intereſt, *i. Facit ad capturam, et momentum habet:* Plin. 9, 16 Aiunt, etſi iteretur gurges, intereſſe capturae. Cic. Verr. 3, 112 Neque illud vnquam aratoris interfuit, quanti decumae venirent. Idem Fam. 11, 16 *pr.* Permagni intereſt, quo tempore haec epiſtola tibi reddita ſit. *Conf.* Id. Att. 2, 23 *extr.* Idem Off. 1, 66 Permultum intereſt, vtrumne perturbatione, *etc.* Cic. Fam. 16, 1 Quamquam magni ad honorem noſtrum intereſt, quamprimum ad vrbem me venire. Idem 2, 19 Magni videbatur intereſſe, — conſuetudinem accedere. Cic. pro Roſc. Amer. 47 Et certe ad rem nihil interſit, vtrum hunc, *etc.* Magni mea intereſt Id. Fam. 15, 4. Idem pro Cluent. 43 Magni autem illi ſua intereſſe arbitrabantur, hunc a cauſa Martialium dimouere. Non multum intereſt Scribon. 90. Plurimum intereſt Sen. Epiſt. 5. Plus interfuit Reip. caſtellum capi Ligurum, quam bene defendi cauſam M. Curii Cic. in Bruto 255 c. 73. Id. Fam. 2, 19 Quod ego et mea et reip. et maxime tua, intereſſe arbitror. Quantum interfuit Reipublicae Paterc. 2, 72, 2. Celſ. ICtus Leg. Si Kalendis D. de re iudic. Tanti aeſtimanda lis eſt, Quanti interfuit mea, Kalendis id fieri. *Et cum Praep. vt:* Cic. de N. D. 1, 7 c. 4 Magni exiſtimo intereſſe, et ad decus, et ad laudem ciuitatis, res tam praeclaras Latinis etiam literis contineri. ¶ 3 *Differre ſignificat, et iungitur Praep.* Inter. Cic. Off. 1, 11 c. 4 Sed inter hominem et beluam hoc maxime intereſt. *Vid. Gronou. ad* Liu. 26, 2. Cic. de Fin. 3, 59 Tenere autem virtutes eas ipſas, quarum modo mentionem feci, nemo poterit, niſi ſtatuerit nihil eſſe, quod interſit, aut differat aliud ab alio, praeter honeſta et turpia. Illa viſa negant quidquam a falſis intereſſe Cic. Acad. 4 c. 9. *Et* c. 26 Nullum eſſe viſum verum a ſenſu profectum, cui non appoſitum ſit viſum aliud, quod ab eo nihil interſit, quodque percipi non poſſit. *Et* de Fin. 3 c. 7 Nihil eſſe, quod interſit aut differat aliud ab alio. Plin. 2, 16 Tantum intereſt, ſubeant radii, an ſuperueniant. Intereſt in infinitum, *Multum differt* Sen. de Benef. 2, 6. Cic. de Fin. 2, 72 Sed hoc intereſt, quod voluptas etiam in animo vitioſa res, vt Stoici putant. Id. Acad. 2, . . Nec inter nos et eos, qui ſcire ſe arbitrantur, quidquam intereſt, niſi quod illi non dubitant, quin ea vera ſint, quae defendunt: nos, *etc.* Ter. Eun. 2, 2, 2 Dii immortales, homini homo, quid praeſtat? ſtulto intelligens quid intereſt? Gell. 3, 14 Quid dimidium dimidiato interſit. Sen. Qu. Nat. 1 praef. Quid illis et nobis intereſt, niſi exigui menſura corpuſculi. *Sed* Cic. Att. 5, 19 Quoniam τὸ νεμεσᾷν intereſt τȣ̃ φθονεῖν. Ter. Adelph. 1, 1, 51 Hoc pater, ac dominus intereſt. i. e. Differentia eſt, *vt ait* Donatus. *Add.* Plin. in praef. 7. Sen. Nat. Quaeſt. 1 praef. Quid vobis et nobis intereſt, niſi exigui menſura corpuſculi? *de formicis.*

INTERFVTŪRVS, a, um. Partic. Valer. Max. 2, 1, 9 Inuitati ad coenam, diligenter quaerebant, quinam ei conuiuio eſſent interfuturi, ne, *etc.*

INTERTALEO, āre. *Verbum antiquum, Diuidere.* Non. 4, 473 Nam etiam nunc ruſtica voce intertaleare dicitur diuidere, vel excidere ramum. Varro R. R. (1, 40, 4) Ex vtraque parte aequabiliter praeciſum, quas alii clabulas, alii taleas appellant.

INTERTEXO, texui, textum, ĕre. Macrob. Somn. Scip. 1, 6 *pr.* Animae deum partes ex pari et impari intertexuiſſe.

INTERTEXTVS, a, um. Adi. [διύφαντος] Quinctil. 8, 5 Neminem deceat intertexta pluribus notis veſtis. Flores intertexti hederis Ouid. Met. 6, 128. Telae Stat. Silu. 3, 5, 9.

INTERTIGNIVM, i. n. *Interuallum, quod eſt inter duo tigna.* Vitruu. 4, 2. *Vid. Bald. Lex.* Vitruu.

INTERTINCTVS, a, um. Adi. Plin. 36, 8 Thebaicus intertinctus aureis guttis, inuenitur in Africae parte Aegypto adſcriptae. *Al.* Interſtinctus.

INTERTORTVS, a, um. Adi. Intertorto pectore Petron. c. 124. *Alii aliter. Edidit Burmannus etiam p. 593* Atque inter toto laceratam pectore veſtem Sanguineam tremula quatiebat lampada dextra. *de diſcordia ſermo eſt.*

INTERTRAHO, traxi, tractum, ĕre. [μεθέλκω] *De medio trahere.* Plaut. Amph. 2, 2, 41 Si ſitulam iam coepero, nunquam edepol tu mihi quidquam creduis poſt hunc diem, ni illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero. *h. e. Continua tractione totam aquam penitus exhauſero.* Animam putei *vocat Aquam, vt quae inſtar animae latet intus in puteo.*

INTERTRĪGO, ĭnis. f. [παράτριμμα] *Vitium cutis in feminibus ab* attritu *mutuo. De etymologia* Varro de L. L. 4, 36 p. 41, 30 Intertrimentum ab eo, quod duo, (quae) inter ſe trita et deminuta, a quo etiam Intrigo *(an forte* Intrita?) dicta et intertrigo. Scribon. 222 Lipara ad intertrigines et exaſperationem *(ac)* tumorem ani mirifica. Plin. 20, 14 ſ. 53 *de menta,* Intertrigines quoque, vel ſi teneatur prohibet. *Modo dixerat,* tritam illini ſedis vitiis. Plin. 24, 4 Nucleus gallae ſedat intertrigines. Cato R. R. 159 Intertrigini remedium. In viam cum ibis abſinthii Pontici ſurculum ſub anulo *(Diminut. ab* Anus?) habeto. *Conf.* Plin. 26, 8 ſ. 58. *et* Apul. de Herb. c. 100. *Eſt etiam in equorum morbis* intertrigo *apud* Colum. 6, 32, 1. *Et* 7, 5, 11 *de ouibus,* Subluuies atque intertrigo in ipſo diſcrimine vngulae naſcitur.

INTERTRIMENTVM, i. n. [ἀπουσία Vet. Gloſſ.] *Audiamus interpretantem hoc nomen* Varron. de L. L. 4, 36 Detrimentum a detritu dicitur: quod ea quae trita ſunt, minoris pretii ſunt. Ab eadem mente intertrimentum, ab eo quod duo quae inter ſe trita ſunt, etiam diminuta ſunt. Ter. Heaut. 3, 1, 39 Nunc quum ſine magno intertrimento non poteſt haberi, quiduis dare cupis. Eugraph. *ad h. l.* Intertrimenta ſunt, quae intus terendo *(melius,* inter ſe terendo) damna perficiunt. Cic. Verr. 1, 132 c. 50 *de aede Caſtoris, quam P. Iunius ſartam tectam tradere debebat,* Cum eo ſine vllo intertrimento conuenerat iam quemadmodum traderetur. *In antiquis libris* Nutrimento *mendoſe legitur.* Aſconius, Detrimentum, vnius partis eſſe poteſt: Intertrimentum vero dantis et accipientis. Secundum quod Cicero Intertrimentum, pro Communi conficiendi alicuius negotii iactura poſuit. Liu. 32, 2 Carthaginienſes eo anno argentum in ſtipendium primum impoſitum aduexerunt: id quia probum non eſſe Quaeſtores renuntiauerunt, experientibusque pars quarta decocta erat, pecunia Romae mutua ſumta, intertrimentum argenti ſuppleuerunt: *quod in probatione decoctum fuerat.* Liu. 34, 7 In auro vero, in quo praeter manus pretium nihil intertrimenti ſit, quae malignitas eſt? *i. Nihil iacturae.*

INTERTRITŪRA, ae. f. *Idem.* Scaeuola in l. pignori §. vlt. D. de pignor. action. Quaero intertrituram, quae ex operis facta eſt, vtrum Titius debitor, an Seius agnoſcere debeat.

INTERTVRBO, āre. [διαταράττω] *Valde turbare.* Ter. Andr. 4, 1, 39 Quis homo iſtuc? P. Dauos. C. Dauos? P. interturbat. *Sed eiiciunt hanc vocem, vt e gloſſa aſſumtam ed. Heinſ. et, qui cauſam copioſe reddit, Bentleius. Sed agnoſcit tamen* Donatus, *qui annotat,* INTER modo non mediocriter ſignificat: eſt enim adauctiua particula, vt interfectus, interemtus.

INTERTVRBATIO, ōnis. f. [διατάραξις] Liu. 23, 8 Ipſique valetudinem excuſans patri, animi quoque eius mirabilem interturbationem quum quaereret, *etc.*

INTERVĀCO, āre. [διαλείπω] *In medio vacuum manere.* Columel. 4, 32 Bulbus tripedaneis interuacantibus ſpatiis obrutus anno celerius maturam perticam praebet.

INTERVALLVM, i. n. [διάστημα, διάλειμμα] *Spatium quod eſt* inter vallos, *i. palos; vallum caſtrenſe conſtituentes.* Iſidor. 15, 9 Iterualla ſpatia ſunt inter capita vallorum, i. e. Stipitum, quibus vallum fit. *Deinde generatim, idem eſt, quod interſtitium, vt* Plin. 6, 22 *etc.* Septem dierum interuallo taxato. Caeſ. B. G. 1, 51 Paribusque interuallis Harudes, Marcomanos, *etc.* omnemque aciem ſuam rhedis et carris circumdederunt. Liu. 1, 17 Quinque dierum ſpatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat, annuumque interuallum regni fuit. Neque alia repetendis conſulatibus Interualla permittere Plin. in Paneg. 61, 9. Interuallum fuit Plaut. Rud. 1, 2, 49. Cic. Verr. 5, 6 Ne quum in Sicilia quidem fuit, eodem interuallo pars eius belli in Italiam vlla peruaſit. *i. Eodem tempore.* Aëris interuallum Lucret. 4, 188. Interuallo locorum et temporum disiuncti Cic. Fam. 1, 7. Idem ibid. 7, 18 Tu, ſi interuallum longius erit mearum literarum, ne ſis admiratus. Paterc. 1, 13, 3 Neque enim quisquam hoc Scipione elegantius interualla negotiorum otio diſpunxit: ſemperque aut belli, aut pacis ſeruiit artibus. Cic. de Fin. 1, 49 Et ad dolores ita paratus eſt, meminerit maximos morte finiri, paruos multa habere interualla requietis. *h. e. Multas habere horas, in quibus quieſcere poſſit aeger.* Siderum interualla Quinctil. 2, 17. Per interualla, *Alternatim.* Victor de Viris Illuſtr. c. 4 Singulos per interualla interfecit. Moueri Interuallis, *Per certa horarum et temporis ſpatia.* Cic. Acad. 1, 2? Quae autem moueantur, omnia interuallis moueri. Idem pro Roſc. Amer. 11 c. 5 Longo interuallo iudicium inter ſicarios hoc primum committitur. *i. Poſt longum interuallum.* Virg. Aen. 5, 320 Proximus huic, longo ſed proximus interuallo Inſequitur Salius. Paribus interuallis Plin. 2, 11, Cic. Fam. 15, 14 Primum vt te quem iamdiu facio plurimi, tanto interuallo viderem: deinde vt tibi, *etc. i. Poſt tantum interuallum.* Cum interuallo Scribon. 94. Ex interuallo, *vid.* EX, *Praepoſitionem.* Liu. 3, 38 Cur ex tanto interuallo rem deſuetam vſurparent. *i. Poſt*

i. Poſt magnum interuallum. Accipere interualla maiora Scribon. 99. Interuallum deinde haud magnum populationibus fuit Liu. 1, . . *i. Paullo poſt populati ſunt.* Cum interuallum a ſomno fecerint Scribon. 100. Liu. 2, 21 *pr.* Regnaſſe deinde Seruium Tullium: ne interuallo quidem facto oblitum tanquam alienum regni Superbum Tarquinium, velut hereditatem gentis, ſcelere ac vi repetiſſe. Hoc interualli datum Liu. 3, 25. Dare alicui interuallum ſoluendi Vlpian. in l. ſi vero §. ſi poſt D. Mand. vel. cont. Numeris interuallis apparet Cic. in Orat. 181. Interualla *vocat Syllabarum tempora breuia, longaque.*

INTERVALLATVS, a, um. Adi. [διαλελειμμένος] Intervallata febris, *quam Intermittentem et reuertentem vocamus.* Gell. 17, 12 Haec biduo medio interuallata febris. Tempore breui interuallato Ammian. 26, 2. *Vid.* 29, 17.

INTERVELLO, velli *vel* vulſi, vulſum, ĕre. [διακτίλλω] *De medio aliquid vellere.* Plin. 17, 27 *extr.* Poma omnia interuelli melius eſt, vt quae ſunt relicta grandeſcant. Colum. 4, 33, 3 Simulatque ſemina ſtillauerint, etiam bima transferri queunt, interuelluntur, ac bini pedes arbuſculis vacui relinquuntur, ne denſitas plantas emaciet. Sen. Epiſt. 115 (14) Quod faciunt ii, qui barbam vellunt, aut intervellunt. *i. Aut qui euellunt totam, aut aliquos tantum pilos, quo rariorem faciant. Adde* Gell. . . . Interuulſeris *eſt* Columel. 5, 10, 5. *it.* Pallad. Iul. 2, 2. *et* Plin. 17, 27 *extr.* ſ. 47. *De oratione* Quinctil. 10, 7, 5 Quae ita ſunt natura copulata, vt mutari aut interuelli ſine confuſione non poſſint. *Add.* 12, 9, 17.

INTERVVLSVS, a, um. Adi. Interuulſa ſerie Solin. c. 5.

INTERVĔNIO, vēni, ventum, īre. [ἐφίστημι, ἐπέρχομαι] *In medio negotio, ſuperuenire.* Ter. in Prologo Hec. 2 Haec quum data eſt noua, nouum interuenit vitium et calamitas. Cic. Att. 15, 11 Quam orationem quum ingreſſus eſſem, Caſſius interuenit. Tacit. Ann. 3, 23 *pr.* Lepida ludorum diebus qui cognitionem interuenerant, theatrum cum claris feminis ingreſſa, *etc.* Cogitatio minor intervenit maiori, *etc.* Liu. 29, 6 *pr.* Plaut. Amph. 5, 2, 52 Irae interveniunt, redeunt rurſum in gratiam. Malum auitum deinde intervenit iis cogitationibus, regni cupido Liu. 1, 6. Idem 23, 18 Plures cecidiſſent, ni nox praelio interueniſſet. Plangor interuenit omni verbo Ouid. Met. 11, 708. Liu. 1, 36 *pr.* Muro quoque lapideo circumdare vrbem parabat, quum Sabinum bellum coeptis intervenit. Suet. Caeſ. c. 30 Verum neque Senatu interueniente et adverſariis negantibus vllam ſe de Republ. facturos pactionem, in citeriorem Galliam rediit. Cautiones interuenire ſolent, quum ſocii diuidunt ſocietatem de eo, quod ſub conditione debetur Paullus in l. Quum ſocii D. Communi diuidundo. Si culpa eius nulla interuenerit Vlpian. in l. Quum res §. Sed ſi id petatur D. de legat. 1. Flumine interueniente via conſtitui poteſt, ſi aut vado tranſiri poteſt, aut pontem habet Paullus in l. vltima D. de ſeruitut. ruſtic. praediorum. Fraus venditoris interuenit Vlpian. in l. Communi §. vlt. D. Communi diuidundo. Inimicitiae capitales interuenerunt inter procuratorem et dominum Vlpian. in l. Filiusfamiliâs §. vlt. D. de procuratoribus. Negotiis meis *vel* alterius interuenire, *i. Se immiſcere negotiis, vel negotia gerere, ſeu adminiſtrare.* Papinianus in l. Seio D. de annuis legatis, Seio amico fideliſſimo, ſi voluerit, ſicut meis interueniebat, eodem modo filiorum meorum negotiis interuenire: annuos ſenos aureos praeſtari volo. Scaeuola in l. Maeuia D. *eod. tit.* Si rebus nepotis mei interuenerit, omnemque adminiſtrationem rerum nepotis mei ad ſolicitudinem ſuam reuocauerit. Praetorem interuenire oportet, ſi quis impediat eum, qui emit, quo minus ei res tradantur Vlpian. in l. At ſi quis, *in princip.* D. de religioſ. et ſumtibus funerum. Plaut. Mil. 4, 8, 23 Ne interueneris, quaeſo, dum reſipiſcit. *Intereſſe:* Cicero, . . . Quod non eſſet factum, ſi ipſe interueniſſem. Interuentum eſt alicui de improuiſo, *Imperſonale* Ter. Heaut. 2, 2, 40.

INTERVENIENS, entis. Partic. [ἐπερχόμενος] Cic. Tuſc. 3, 38 c. 17 In magna parte vitae dolore non interueniente. Deſertis interuenientibus, *h. e. Interiectis* Plin. 5, 7. Flumine interueniente cui nomen eſt Vior, *h. e. Interlabente vel interfluente* Plin. 5, 1. Interueniens *eſt Intercedens:* Suet. Claud. c. 38 Contra vetitum cocta vendentes multauit, villicumque interuenientem flagellauit.

INTERVENTVS, ûs. m. [ἐπέλευσις] Cic. Att. 16, 11 Caleni interuentum et Caluennae cauebis. Arbitri interuentu, l. 7 §. 1 Dig. de tribular. Act. Feriarum interuentu impeditus eſt actor Vlpian. in l. Sed etſi §. Si feriae D. Ex quib. cauſ. maiores, *etc.* Iudicis interuentu haec omnia debent ad effectum perduci Pomponius in l. Quintus, *in fine* D. de annuis legatis. Vlpian. in l. Illud §. 1 D. de tributoria actione. Marcell. in l. 2 D. de natalibus reſtituendis, Interdum etſi ſerui nati ſint, ex poſtfacto iuris interuentu ingenui fiunt. Loci ſacri et religioſi interuentus etiam itineris ſeruitutem impedit Paullus in l. Seruitutes praediorum ruſticorum. Malorum nullo interuentu Cic. de N. D. 1, 112 c. 40. Meliorum interuentu vitia penſantur Tacit. Hiſt. 4, 74. Noctis interuentu Caeſ. B. G. 3, 15. Tutoris interuentus Marcellus in l. Seruus decem D. de ſolutionibus.

INTERVENTIO, ōnis. f. *Interceſſio, et interpoſitio fidei, ſeu fideiuſſio*, l. 7 §. 3 Dig. de minoribus. *Et* l. 13 Cod. Theod. de Haereticis: ſine vlla gratiae interuentione pellantur.

INTERVENTOR, ōris. m. [ἐπελευστής] *Qui interuenit, et impedit agentem aliquid, Interpellator.* Cic. de Fato 2 c. 1 Omnis fere noſtra in his deliberationibus conſumebatur oratio, idque et ſaepe alias, et quodam liberiore quam ſolebat, et magis vacuo ab interuentoribus die. *Pro Fideiuſſore, in* l. Licet, De obſequiis a liberis et libertis praeſtandis, Vlpianus *vtitur, conf.* l. 3 §. 9 D. de peculio. *et* Lampridius in Commodo c. 4 Paternum autem huius caedis auctorem, et quantum videbatur paratae necis Commodi conſcium et interuentorem.

INTERVENIVM, i. n. [μεσοφλέβιον] *Spatium illud, quod eſt inter venas terrae.* Vitruu. 8, 1 Sed non per interuenia dilabantur et decreſcant. Idem 2, 6 *et* 7. *it.* Pallad. Aug. c. 8.

INTERVERTO, ti, ſum, ĕre. [ὑπεξαιρέομαι] *Callide ſurripere: quod plerumque fit, quum rem commodatam, aut depoſitam, aut creditam, dolo ne reſtituatur domino, efficitur.* Plaut. Aſin. 2, 1, 10 Vnde ſumam? quem interuertam? Idem Pſeud. 3, 2, 110 Vt me, ſi poſſet, muliere interuorteret. Cic. Verr. 4, . . Candelabrum quod rex Aegypti Ioui Capitolino dono tulerat, a Verre, qui illud commodato a rege acceperat, interuerſum eſſe conſequitur. Marcellus Iuriſc. in l. Si duo D. depoſiti, Si duo heredes rem apud defunctum depoſitam dolo interuerterint. Orationes Sen. Suaſ. 2. *i. ex aliis exſcribere.* Pecuniam Petron. c. 124. Poſſeſſionem interuertere Marcellus in l. Si quis rem, quam D. de acq. vel amit. poſſeſſ. Cic. Philipp. 2, 79 c. 32 Ille induxit vt peteret: promiſſum et receptum interuertit, ad ſeque tranſtulit. *Subuertere, euertere:* Paullus in l. Amiſſione D. de capitis diminutione, Quae ſalua ciuitate accidit, per quam publica iura non interuerti conſtat. Idem in l. Tutelas D. de capitis diminutione, Legitimae tutelae ex XII Tabb. interuertuntur eadem ratione, qua et hereditates. *Pro Decoquere.* Tacit. Hiſt. 2, 95, 4 Nouies millies ſeſtertiûm pauciſſimis menſibus interuertiſſe creditur.

INTERVERSVS, a, um. Part. Cic. pro Domo 112 Is poſteaquam intellexit, poſſe ſe, interuerſa Aedilitate, *etc.* Idem Verr. 4, 68 c. 30 Qui ſi intellexerint, interuerſo regali hoc dono, grauiter vos tuliſſe. Tacit. Ann. 16, 10 Sed initium detegendae ſaeuitiae praebuit interuerſis patroni rebus ad accuſationem transgrediens, *etc.*

INTERVERSIO, ōnis. f. Tertull. aduerſ. Marc. 1, 20 *pr.* O Chriſte, patientiſſime Domine, qui tot annos interuerſionem praedicationis tuae ſuſtinuiſti. Regulae interuerſio Ibid. 3, 1.

INTERVERSVRA, ae. f. *Verſura, vbi linea terminalis alium flexum accipit.* Hygin. de Limit. Conſtit. p. 178 *edit. Goeſ.* Vbi ferramento niſi ad interuerſuram non vtuntur. *Adde* p. 198. 218.

INTERVERSOR, ōris. m. *Qui interuertit aliquid ex pecunia publica* l. 8 Cod. de iure fiſci.

INTERVERTIBĬLIS, e. Adi. Sariſb. 4, 35 Interuertibilis inconſtantia.

INTERVIBRO, āre. Mart. Capell. 6 p. 191 Tandem reglutinatis ab aethrae interuibrantis admiratione, luminibus, *etc.*

INTERVIGĬLO, āre. Sen. Epiſt. 83 Somno parciſſimo vtor, et quaſi interuigilo, ſatis eſt vigilare deſiiſſe. *Alii legunt* Interiungo. *vbi vid.*

INTERVIGILANS, antis. Part. Lamprid. in Alex. c. 61 Vnus ex Germanis ingreſſus, dormientibus cunctis, ſolo tantum imperatore interuigilante viſus eſt.

INTERVIGILIVM, i. n. Sariſb. 2, 15 Quodam quaſi interuigilio.

INTERVĬREO, ēre. Claudian. de Raptu Proſerp. 2, 100

Non ſic innumeros arcu mutante colores
Incipiens redimitur hiems, quum tramite flexo
Semita diſcretis interuiret humida nimbis.

h. e. Inter alios colores viret. De arcu caeleſti. Et Stat. Theb. 4, 98 *de angue*, Laetiſque minax interuiret herbis.

INTERVĪSO, vīſi, vīſum, ĕre. [διεπισκέπτομαι] *Quaſi Interim viſere, vel* Interdum viſere. Plaut. Aulul. 2, 2, 25 Nunc hic eam rem volt, ſcio, mecum adire ad pactionem: verum interuiſam domi. Idem Sticho 1, 2, 90 Immo interuiſam prius domum. *Add.* Ib. v. 97. Cic. Fam. 7, 2 Quodque nos minus interuiſis, hoc ſero animo aequiore. Cic. Q. Fratr. 1, 2 *extr.* Vrbanam expolitionem vrget ille quidem et Philotimus et Cincius: ſed etiam ipſe crebro interuiſo: quod eſt factu facile. *Vid.* Suet. Aug. c. 24.

INTERŬLA, ae. f. *Veſtis ſub tunica in ipſa cuti geſtari* ſolita *vt quae* induſia *hodie et* camiſiae *vocari ſolent.* Subuculam *etiam dixere veteres. Oſtendit hoc Salmaſ. ad* Tertull. de Pallio p. 408 *ſqq.* Apul. Met. 8 p. 205, 16 *de muliere quiete nocturna excuſſa*, Diciſſaque interula decora brachia ſaeuientibus palmulis conuerberat. *Et* Flor. 2 *pr.* p. 346, 12 Habebat indutui ad corpus tunicam interulam tenuiſſimo textu, triplici licio, purpura duplici: ipſe eam ſibi ſolus domi texuerat. Martian. Capella 1 p. 3 *extr. de Pſyche*, Tritonia etiam interula — virginem virgo contexit. *Apud* Trebell. Poll. in Claudio c. 14 p. 390 Valerianus Claudio *dari iubet* interulas puras duas. *Apud* Vopiſc. in Probo c. 4 p. 642 Valerianus Probo *dari iubet* Interulas Paragaudias duas. *Et* in Bonoſo c. 15 p. 773 Aurelianus Bonoſo nuptiarum cauſa dari iuſſit interulas dilores duas. *Eſſe proprie Adiectiuum, ſtatim docebimus.*

INTERŬLVS, a, um. Adi. Dimin. *Interior.* Mart. Capell. 9 *pr.* Quin etiam interulos gaudens diſſoluere nexus. *Sic* Tunicam interulam *modo vidimus Apuleii.*

INTERVNDATVS, a, um. Adi. Solinus c. 27 (17) Hoc fulvum nigrantibus ſegmentis interundatum, varietate apprime decet. *h. e. In vndarum figuram diſtinctum.*

INTERVOCALĬTER. Adu. Apul. Met. 9 p. 231, 13 Interuocaliter clamare, *i. Alta voce.*

INTERVŎLO, āre. Columel. 8, 10. *et* Valer. Flacc. Argon. 2, 614 Immittitque ratem, mediaſque interuolat vrbes. Idem 5, 27 Ille recens oculis interuolat Idmon.

INTERVOLĬTO, āre. *Idem.* Liu. 3, 10 Inter alia prodigia et carne pluit: quem imbrem ingens numerus auium interuolitando rapuiſſe fertur.

INTERVŎMO, vomui, vomĭtum, ĕre. [διεμέω] Lucret. 6, 894 *de* Fonte dulci *in ipſo mari*, Quod dulces inter ſalſas interuomit vndas.

INTERVSVRIVM, i. n. *Commodum eſt, vel vſura medii temporis.* Vlpian. in l. Sed ſi §. vlt. D. de pecul. Vt medii temporis interuſurium magis creditor conſequatur.

INTESTĀTVS, a, um. Adi. [ἀδιάθετος] Dicitur non ſolum Qui mortuus eſt nullo confecto teſtamento, ſed etiam Cuius ex teſtamento adita non eſt hereditas, *vt inquit* Paullus de Verb. ſignif. l. Inteſtatus. Inteſtati proprie appellantur, Qui quum poſſent teſtamentum facere, teſtati non ſunt Vlpian. in l. 1 D. de ſuis et legitimis heredibus. Cic. pro Cluent. 165 At heres eſt Cluentius: inteſtatum dico eſſe mortuum. Idem Verr. 2, 53 c. 22. Iuuen. Sat. 3, 274

— Poſſis ignauus haberi,
Et ſubiti caſus improuidus, ad coenam ſi
Inteſtatus eas.

Hinc ſubitae mortes atque inteſtata ſenectus Iuuenal. 1, 114. *Add.* Digeſt. 38 t. 16 l. 1. Parentum inteſtatorum liberi heredes ſint Quinctil. 3, 6. Hereditates, quae ab inteſtato deferuntur Inſtit. lib. 3 tit. 1. Ab inteſtato hereditatem poſſidere Dig. 29 t. 4 l. 1 §. 1 *ſqq.* In l. cum ii §. Haec oratio D. de Transact. Siue a teſtato factis, ſiue ab inteſtato. *Quae forte referenda ſunt ad* defunctum teſtatum, ſiue inteſtatum. ¶ 2 Inteſtatus, Cuius verbis non adhibetur fides. Pomponius Pictoribus, Ipſus cum vno ſeruo ſenex inteſtato proficiſcitur. *Haec* Nonius 4, 237. ¶ 3 *Nullis teſtibus conuictus.* Plaut. Curc. 5, 3, 17 Hoccine pacto indemnatum atque inteſtatum me arripi? Idem Curc. 5, 2, 24. ¶ 4 *Teſtibus non priuatus, non caſtratus.* Plaut. Mil. 5, 23

Et ſi inteſtatus non abeo hinc, bene agitur pro noxia. *Sic* inteſtabilis.

INTESTĀTO. Adu. [ἀδιαθέτως] *Sine teſtamento.* Cic. de Invent. 2, 148 c. 50 Si paterfamilias inteſtato moritur, familia, pecuniaque eius agnatorum gentiliumque eſto. Scaeuola, l. Titius inteſtato moriturus. *Sic* Paullus . . . Vt legata, quae ei dederat, inteſtato moriens reſtitueret *Vid.* l. 45 §. 1 D. de iure fiſci. l. 7 D. de diu. reg. Iur. *Add.* Cic. de Orat. 1, 143. *et* Verr. 1, 114.

INTESTABĬLIS, e. Adi. Caius in l. Cum lege D. de teſtamentis, Quum lege quis inteſtabilis iubetur eſſe, eo pertinet, ne eius teſtimonium recipiatur, et eo amplius (vt quidam putant) neue ipſi dicatur teſtimonium. Vlpian. in l. Is cui lege D. de teſtamentis, Si quis ob famoſum crimen damnetur, Senatusconſulto expreſſum eſt, vt inteſtabilis ſit, ergo nec teſtamentum facere poterit, nec ad teſtamentum adhiberi teſtis. Iſidor. lib. 10 lit. I, Cuius teſtimonium non valet, et quod dixerit irritum improbatumque ſit. ¶ 2 *Hinc generaliter* [μυσαχθής] *pro Deteſtabili:* Improbus et inteſtabilis Sall. Iug. c. 67 LL. XII Tabb. *ap.* Gell. 6, 7. Idem 7, 18 Eos tamen, qui ad Annibalem non rediiſſent, vsque adeo inteſtabiles, inuiſosque fuiſſe, vt taedium vitae coeperint, necemque ſibi conſciuerint. Vlpian. in l. ex Cornelia D. de iniuriis, Si condemnatus ſit is, qui librum ad infamiam alicuius pertinentem ſcripſit, compoſuit, edidit, *etc.* inteſtabilis ex lege eſſe iubetur. Plin. 30, 2 *de arte magica,* Proinde ita perſuaſum ſit, inteſtabilem, irritam, inanem eſſe, habentem tamen quasdam veritatis vmbras. Hor. Serm. 2, 3, 181 — Vter aedilis fueritue Veſtrûm Praetor, is inteſtabilis et ſacer eſto. *Vbi* Porphyrio, Antiqui eos, quos in teſtimonium dimitti nolebant, inteſtabiles vocabant, deteſtabiles ſcilicet, quorum teſtimonium malum et execrandum eſſet. Tacit. Ann. 16, 55 Inteſtabilis et conſceleratus. Idem Hiſt. 4, 42, 10 Quum interim inteſtabilior et ſaeuior exortus eſt. Si peior atque inteſtabilior metu veſtro fuerit Sall. Fragm. c. 3. *Cum Ablatiuo:* Tacit. Ann. 6 *ſub fin.* Inteſtabilis ſaeuitia Tiberius. ¶ 3 *Laſciuia comica* Inteſtabilis *pro eo, qui teſticulis priuatus eſt* Plaut. Curc. 1, 1, 30. *et* Mil. 5, 1, 24.

INTESTIS, e. Adi. *Qui caret teſtibus, caſtratus.* Arnob. 5 p. 160 Acdeſtin conſecraſſe corpus Attinis in Peſſinunte, caerimoniis annuis, et ſacerdotum inteſtibus honoraſſe, *i. ſacerdotibus caſtratis: quam lectionem a ſe inuentam, et ſubſtitutam vulg.* antiſtitibus *defendit Salmaſ. ad* Tertull. de Pallio p. 202.

INTESTĪNVM, i. n. *et Plur.* Inteſtina *dicuntur, Quae inferiori corporis parte clauduntur, et inferiora ſunt, quae etiam* Interanea *appellantur.* Celſ. 4, 14 *pr.* A viſceribus ad inteſtina veniendum eſt. Mihi inanitate iamdudum inteſtina murmurant Plaut. Caſ. 4, 3, 6. Cic. de N. D. 2, 137 c. 55 Ex inteſtinis autem et aluo ſecretus a reliquo cibo ſuccus is, quo alimur, permanat ad iecur per quasdam a medio inteſtino vſque ad portas iecoris. ſic enim appellant ductas et directas vias, quae pertinent ad iecur, eique adhaerent. Medium inteſtinum *vocat* Cicero, *quod Graeci* Meſenterium. *Add.* ib. 138 *c. eod.* Roſiones inteſtinorum Plin. 20, 21. Laborare ex inteſtinis Cic. Fam. 7, 26. Prolapſa inteſtina Scribon. 206. Soluta inteſt. Id. 256. Directum inteſtinum Id. 142. Extremum inteſtinum prolabitur et excidit, prodit Id. 232. *Metaph.* Perurere inteſtina alicuius Catull. 76, 3 *aegre facere.* Celſus 4, 16 In hoc vtique adhibere oportet comprimentia, quo facilius tenendi aliquid inteſtinis vis ſit. Latum inteſtinum interdum glutinatur Celſ. 7, 16. Idem 2, 1 Tenuioris inteſtini morbus, quem ileon nominant.

INTESTĪNVS, i. m. Plin. 11, 37 ſ. 78 Inteſtinus enim quibusdam ab ore incipiens, quadam via eodem reflectitur, vt ſepiae, polypo. *Nempe* Inteſtinum *viſcus,* Inteſtinus *canalis. Eſt enim Adiectiuum vt ſtatim videbimus.*

INTESTĪNVS, a, um. Adi. *Pro Interiore.* Inteſtina peſtis, *ap.* Liuium . . *pro Coniuratione maxima et periculoſiſſima. Et,* Inteſtina diſcordia, *apud eundem* 9, . . *pro Ciuili diſcordia.* Bellum Cic. Catil. 2, 28 c. 13. Dolor Idem Fam. 4, 5. *Et* ad Brut. 10, 1 Ingraueſcit enim in dies inteſtinum Malum, nec externis hoſtibus magis quam domeſticis laboramus. Liu. 2, 23 *pr.* Ciuitas ſecum ipſa diſcors inteſtino inter Patres plebemque flagrabat Odio. Idem 1, 48 Ni ſcelus inteſtinum liberandae patriae conſilia agitandi interueniſſet. Opus, *Quod factum eſt ex ligno fabrorum: auctore Budaeo.* Varro de R. R. 3, 1 Quum villam haberes opere tectorio, et inteſtino, ac pauimentis nobilibus lithoſtrotis ſpectandam. *Vid. Salmaſ. in Solin.* p. 727, b.

INTEXO, texui, textum, ĕre. [ἐνυφαίνω] *Telae addere, et generali metaphora Innectere, inuoluere.* Cic. in Partit. 12 c. 4 Laeta triſtibus, incredibilia probabilibus inteximus. Facta alicuius intexere chartis Tibull. 4, 1, 5. *Proprie* Plin. 13, 11 Et tamen adhuc malunt Parthi veſtibus Literas intexere. Cic. Att. 13, 12 Scis me antea orationes aut aliquid id genus ſolitum ſcribere, vt Varronem nusquam poſſem intexere. *i. Eum loquentem inducere, vt ſit in Dialogis. Alibi* Includere *dixit.* Eidem 13, 22 Te autem ἀσμενέστατα intexui, faciamque crebrius. *De Academicis ſuis libris.*

INTEXENS, entis. Partic. Virg. Aen. 7, 488 Mollibus intexens ornabat cornua ſertis. *Et* Ecl. 2, 49 Aliis intexens ſuauibus herbis, *etc.*

INTEXTVS, a, um. Part. Cic. de N. D. 2, 138 c. 55 Vtraeque autem crebrae multaeque toto corpore intextae, *etc.* Britanni Virg. Georg. 3, 25. Chlamys intexta variis coloribus Auct. ad Heren. 4, 60 c. 47. Opus intextum tauris Virg. Aen. 10, 785. *Add.* ib. 5, 255.

INTEXTVS, ûs. m. Plin. 2, 8 Intextu concretus.

INTHRONIZO, āre. Sollemniter inthronizatus eſt Sarisb. Epiſt. 299.

INTIMELIVM, i. n. *Vrbs Liguriae, nunc* Vintimiglia. Cic. Fam. 8, 15.

INTIMIDE. Adu. *Compar.* Ammian. 26, 17 Hinc intimidius incedenti nec reſiſtebat populus, nec fauebat. *Vid. Hadrian. Valeſ. in ſupplement. ad comment. Fratris Henrici.*

INTĬMO, āre. [παραγγέλλω] *Denuntiare.* Intimare, γνωρίσαι, ἐμφανίσαι, φανερῶσαι. Intimat παρέχεται Vet. Gloſſ. Liu. 4, 46 Intimaſſe filio, vt milites ſcriberet. *In vetuſtiſſimis codicibus legitur* Inſtitiſſe. Martian. Capella 1 Haec quum Iuno affixa Ioui, acclinatis eius auribus intimaret. Praedeceſſor meus perennitati veſtrae rationem dicitur intimaſſe Symmach. Ep. 10, 40. Sub his quantum Roma profecerit, breuiter intimabo S. Ruf. c. 3. *Conf.* Ambroſ. cont. Arian. c. 8. Capitolin. in Ver. c. 1. Ammian. 21, 11. Amplexus intimare Apul. in Anecbom. l. 2 C. De adoptionibus, Adrogatio etenim ex indulgentia principali facta, perinde valet apud praetorem vel praeſidem intimata, ac ſi per populum iure antiquo facta eſſet. Intimari, *pro Ingredi:* Solinus c. 35 Ditionis Aegyptiae eſſe incipit a Syene, in qua fines Aethiopum: et inde vsquedum mari intimatur, Nili nomen tenet. *Vid.* Ammian. 15, 16. *et* Tertull. de Reſ. Carn. c. 3.

INTIMATVS, a, um. Part. Donationes intimatae, *i. Inſinuatae* l. 19 *in pr.* c. de ſacroſ. eccleſ. Per auctores intimata, *i. Prodita memoriae* Spartian. Vero c. 7. Literis intimata Treb. Poll. in Gallien. c. 16. His breuiter intimatis Mart. Capella 5 p. 169.

INTIMATIO, ōnis. f. Martian. Capella 9, . . Intimationis excurſus. *Conf.* l. 23 l. de Teſtam.

INTIMĀTOR, ōris. m. Stultus rerum intimator Capitolin. in Pertinace c. 10.

INTIMIDVS, a, um. Adi. Saxo Grammat. 2, 24 *pro non timido.*

INTIMORATE. Adu. [ἀφόβως] *Sine metu.* Vet. Interpr. Irenaei 1, 1 Intimorate omnia operantur.

INTĬMVS, *Superlatiuum ab* Intra. *Vid.* INTRA.

INTINGO, tinxi, tinctum, ĕre. [ἐμβάπτω] *Madefacere et humectare.* Plin. 20, 17 *de aniſo,* Viride, aridumue omnibus quae condiuntur, quaeque intinguntur, deſideratum. Cato c. 156 Crudam ſi edas, in acetum intingito, mirifice concoquit. *de braſſica.* Calamum intingere, *de Scribente dixit* Quinctil. 10, 3, 31 Quod intinguntur calami, morantur manum.

INTINCTVS, a, um. Part. Cic. de Orat. 2, 120 c. 27 *extr.* Alterum quod totum arte intinctum videtur, tametſi artem requirit, tamen prudentiae eſt mediocris, quid dicendum ſit videre. *Hodie* Tinctum *editur, eadem ſententia, verbo, artificioſum.* Ouid. Faſt. 2, 634 Nutriat intinctos miſſa patella cibos. *Vid. ibi Heinſ. Add.* Id. Met. 7, 260. Intinctus *pro Baptizato apud* Tertull. de Poenit. c. 6.

INTINCTVS, ûs. m. [ἔμβαμμα] *Condimentum ad condienda opſonia, ſiue Liquor, in quem reliquos cibos intingimus ad ſaporis commendationem, ac gulae irritamentum.* Plin. 15, 29 Eademque origine aprorum ſapor commendatur, plerumque ad intinctus additis myrtis. Idem 20, 9. *Quod laudatur* Apic. 3, 18 Hieme intubae ex embammate, h. e. intinctu eduntur, *verba* h. e. intinctu *ſunt gloſſa recentior.*

INTINCTIO, ōnis. f. Tertull. de Poenit. c. 2 Praeire intinctionem poenitentiae iuſſit. *Et* c. 12 Poſt prima intinctionis dominicae monimenta. *i. Poſt baptiſmum. Vid.* ibid. c. 6. *Barth. Aduerſ.* 13, 16.

INTOLERABĬLIS, e. Adi. [ἄτλατος, ἄτλητος] *Quod tolerari et ferri non poteſt.* Intolerabilis dolor Cic. Acad. 4, 23 c. 8. Foeditas odoris Idem de N. D. 2 c. 50 *extr.* Frigus Id. pro Roſc. Amer. 131. Inſolentia Cic. Q. Frat. 1, 1, 14. Mala Lucret. 6, 1156. Saeuitia Liu. 1, 53. Tributa exigere Cic. Fam. 3, 7. *Compar.* Idem Fam. 4, 3 Multo intolerabilior futurus. *Et* Iuuen. Sat. 6, 459 Intolerabilius nihil eſt quam femina diues. Contumelia intolerabilior Eumen. Paneg. Conſtantii c. 10. ¶ 2 *Actiue etiam ponitur pro* Eo, qui tolerare nequit, ſeu impatiens. Afranius *apud* Non. 2, 435 Si feciſſem paullo ſaepius, didiciſſet is ferre, et non eſſe intolerabilis.

INTOLERABILĬTER. Adu. [ἀτλήτως] Columel. 1, 4 Sunt quaedam loca, quae ſolſtitiis minus concaleſcunt, ſed frigoribus hiemis intolerabiliter horrent. *Compar.* Suet. Caeſ. c. 78.

INTOLERABILITAS, ātis. f. ἀνυποιστότης Gloſſ. Lat. Gr.

INTOLERANDVS, a, um. Adi. [ἀφόρητος] *Idem quod Intolerabilis.* Cic. Verr. 5, 118 O magnum atque intolerandum dolorem. Barbaries immanis atque intoleranda Cic. pro Font. 34 c. 16. Cruciatus intolerandi Liu. 24, 5. Frigora Idem 22, 1. Hiems intoleranda prodigiisque diuinis ſimilis Liu. 5, 14. Imperium Salluſt. Catil. c. 10. Libido Liu. 27, 31. Idem 9, 1 *pr.* Dii vindices intolerandae Superbiae. Intolerandum, *Aduerbialiter:* Gell. 17, 8 Olla oleo indiget, et, vt video intolerandum feruet.

INTOLERANS, antis. Adi. [ἀτλητῶν] *Qui tolerare non poteſt, Impatiens, impotens, vt* Indicens *et ſimilia.* Liu. 9, 18 Et loquimur de Alexandro nondum merſo ſecundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit. *Conf.* Val. Max. 4, 7 ext. 2. Curae intolerantes, *i. Intolerandae* Laeu. *apud* Gell. 19, 7. Corpora laboris intolerantiſſima, *h. e. Impatientiſſima* Liu. 10, 28. *Conf.* Id. 5, 49. Tacit. Ann. 3, 45 Quanto intolerantior Seruitus iterum victis. *Add.* Id. ib. 11, 10, 5. Gell. 13, 8 Nihil fieri poſſe indignius neque intolerantius.

INTOLERANTER. Adu. [ἀφορήτως] *Impotenter.* Cic. Tuſc. 2, 22 c. 10 Intoleranter dolere. *Compar.* Idem de Orat. 2, 209 c. 52 Intolerantius ſe iactare. *Superl.* Cic. in Vatin. 29 c. 12 Et quoniam pecunias aliorum deſpicis, de tuis diuitiis intolerantiſſime glorians.

INTOLERANTIA, ae. f. *Paſſiue capitur, quaſi tu* intolerabilitatem *diceres.* Cic. pro Cluent. 112 c. 40 Quis eum cum illa ſuperbia atque intolerantia ferre potuiſſet? Idem de L. Agraria 2 c. 13 Non priuatorum inſaniam, ſed intolerantiam regum eſſe dicetis. Morum intolerantia Suet. Tiber. c. 51. *Vid.* Gell. 17, 19.

INTOLLO, ĕre. *Tollere, extollere.* Apul. Met. 8 p. 213 Clamores abſonos intollunt.

INTONDEO, di, ſum, ĕre. [περικείρω] *Ex parte aliqua tondere.* Columel. 2, 3 Vt ante quam translatum deponas, omnes radiculas amputes, et fibrarum ſummas partes intondeas. *de porro.*

INTONSVS, a, um. Adi. [ἄκαρτος] *Non tonſus.* Plin. 6, 28 Arabes mitrati degunt, aut intonſo crine barba abraditur praeterquam in ſuperiore labro. Ouid. Faſt. 2, 30 Hoc apud intonſos nomen habebat auos. Veteres enim propter ſeueritatem hirſuti erant, *teſte* Porphyrione: vnde Catonem intonſum (Hor. Od. 2, 15, 11) dixerunt. Primus autem tonſorem in Vrbem duxit Scipio. *Vid. Brouckh. ad* Tib. 2, 1, 34. Capilli Hor. Epod. 15, 9. Caput Ouid. Faſt. 4, 655. Sen. Epiſt. 5. Coma Cic. Tuſc. 3 c. 26 *ex* Accio. Crinis Tibull. 1, 4, 34. Deus Ouid. Triſt. 3, 1, 60. Homines intonſi et inculti Liu. 21, 32 *de Alpinis.* Columel. 7, 3 Igitur, vt dixi, miraberis Oues intonſas, variam et canam comam improbabis.

INTŎNO, tonui, āre. [ἐμβροντάω] *Idem quod Tonare, et ſonum emittere.* Intonuere poli, et crebris micat ignibus aether Virg. Aen. 1, 90. Cic. de Diuin. 1, 106 c. 42 Partibus intonuit caeli pater ipſe ſiniſtris. *Ex Poeta.* Canis intonuit ingenti latratu Plin. 8, 40. *Metaph.* Fortuna ſimul intonuit, proxima quaeque fugat Ouid. ex Pont. 2, 3, 24. *Add.* Id. Triſt. 1, 4, 29. *Iracunde dicere, et cum quodam vocis impetu loqui* Liu. 3, . . Cic. pro Muraen. 81 c. 38 Iam enim heſterna concione intonuit vox pernicioſa deſignati Collegae, tui, *etc.* Minas intonare Ouid. Amor. 1, 7, 46.

INTŎ-

INTŎNANS, antis. Part. Tacit. Ann. 12, 1 Ordo apud libertos certamine quis deligeret vxorem Claudio, caelibi vitae intonanti, *etc.* *i. Inuehenti in vitam caelibem.*

INTONĀTVS, a, um. Part. *Tonitru et tempeſtatibus turbatus.* Hor. Epod. 2, 51 Si quos Eois intonata fluctibus Hiems ad hoc vertat mare.

INTONSVS, *vid.* INTONDEO.

INTORQVEO, torſi, tortum, ēre. [συςρέφω, ςροβλέω] *Circum torquere et inflectere.* Columel. de Arb. c. 23 Alio modo quum iam matura mala fuerint, ante quam rumpantur, petiolos quibus pendent, intorqueto. Cic. de Orat. 2, 266 c. 66 Vt cum Teſtio Penario mentum in dicendo intorquenti, tum vt diceret ſi quid vellet, ſi nucem fregiſſet. *Iacere tortum et vibratum telum in aliquid.* Virg. Aen. 2, 231 Sacrum qui cuſpide robur Laeſerit, et tergo ſceleratam intorſerit haſtam. Talum Aur. Vict. de Viris illuſt. c. 69. Iaculum intorquens emittit in auras Virg. Aen. 9, 52. *Add.* 10, 323. Telum intorquere in aliquem, *quod et Contorquere dicitur: hoc eſt Vibrare.* Cic. de Aruſp. Reſp. 7 c. 4 Si quod in me telum intorſerit, ſtatim me eſſe arrepturum arma iudiciorum atque legum.

INTORTV. *Apud* Plin. 8, 12 legit Hard. Not. Mai. 25 Elephantis frigidiſſimum eſſe ſanguinem: ob id aeſtate torrente potiſſimum a draconibus expeti: quam ob rem in amnibus merſos inſidiari bibentibus, intortuque (*vulg.* arctatisque) illigata manu in aure morſum defigere.

INTORTVS, a, um. Partic. [συνεςραμμένος] Intortus caudex, *h. e. Circumflexus vel inflexus* Plin. 12, 15. Vortice intorti affligebantur Liu. 21, 58. Capilli Martial. 8, 33. *i. Criſpi flexi.* Cauda intorta ſuum, *i. Obliquata et inuoluta* Plin. 8, 51. Crines Sil. 3, 284. Fauces Plin. 7, 44. Funes Ouid. Met. 3, 679. Pallio circa brachium intorto Petron. c. 80. Linteum intortum Scribon. 43. Paludamentum intortum circum laeuum brachium Liuius 25, 16 *fin.* Oratio, *pro Obſcura, ambigua* Plaut. Ciſtell. 4, 2, 64. Vertex Plin. 9, 33. Telo intorto figere Virg. Aen. 10, 8.

INTORTE. Adu. Plin. 16, 16 Sed bruſcum intortius criſpum: molluſcum ſimplicius ſparſum.

INTORTIO, ōnis. f. Arnob. 3 p. 108 Hos capillorum intortione criſpulos.

INTRĀ. [ἐντὸς, ἔνδον] *Praepoſitio Accuſatiuo caſui ſeruiens, ſpatium et terminum temporis aut loci ſignificat.* Priſcian. 14 p. 991 *Intra* quoque videtur ab *In* deriuatum: velut ab *Ex Extra*, a *Sub Subter*, ſic ab *In Intra*, et ſignificat τὸ ἐντὸς — huic contrarium eſt τὸ ἐκτὸς, id eſt extra *etc.* *Cum ad tempus refertur, negatiue ſignificat, vltra illud non egrediendum eſſe, vel non duraſſe aliquid.* *Sic* Intra annum Val. Max. 1, 1, 17. Cic. Verr. Act. 1, 38 Omnia non modo commemorabuntur, ſed etiam expoſitis certis rebus agentur, quae intra decem annos, poſtea quam iudicia ad Senatum translata ſunt, in rebus iudicandis neſarie flagitioſeque facta ſunt. Intra hos proximos decem annos Traian. Plin. Ep. 10, 41. Gell. 12, 13 *multum diſputatur, quid ſit* intra Calendas? *quod contra eorum ſententiam, qui* in Calendis *interpretantur, tandem ita finit* Gellius, Qui iubetur intra Calendas pronuntiare, is et ante Calendas et ipſis Calendis iure pronuntiare poteſt. Neque id fit quaſi priuilegio quodam inſitae conſuetudinis, ſed certa rationis obſeruatione: quoniam omne tempus, quod Calendarum die includitur, intra Calendas eſſe recte dicitur. *Paria hic* Non. 12, 45. *Sic* Vlpian. l. 133 de V. S. Intra diem mortis vt aliquid fiat, ſi quis dixerit, ipſe quoque dies, quo quis mortuus fuerit, numeratur. Intra dies viginti, *In ſpatio viginti dierum* Plaut. Curc. 3, 78. Intra diem decimum Liu. 36, 10 *pr.* Intra dies paucos, *pro Breui tempore* Liu. 23, 41. Intra Triennium Eutrop. 6, 9. Intra paucos Menſes Idem 6, 10. ¶ 2 *Ad locum.* Intra dentes Plaut. Trin. 4, 2, 64 *vbi nomen dicere iuſſus* Sycophanta, Deuoraui nomen imprudens modo: *i. excidit mihi.* CH. Non placet qui amicos intra dentes concluſos habet. SYC. Atque etiam modo verſabatur mihi in labris prioribus. Intra Labra Plaut. Trin. 4, 2, 80. Compulſo intra Moenia hoſte Liu. 34, 3. Locus intra Oceanum nullus Cic. Verr. 5 c. 89. Intra parietes meos Cic. Att. 3, 10. Gell. 12, 13 Qui regnat intra Montem Taurum (*quod de Antiocho memorat* Cic. pro Sextio c. 27) non ſolum in monte Tauro regnat, ſed in his etiam regionibus, quae Tauro monte clauduntur. Cic. Verr. 3, 207 c. 89 Locus intra Oceanum iam nullus eſt, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quo non *etc.* *Etiam de hoc diſputatur* Gell. 12, 13, *illud recte*, Terras demonſtrat omnes, quae Oceano ambiuntur, ad quas a noſtris hominibus adiri poteſt, quae ſunt citra Oceanum *etc.* Plaut. Truc. 2, 3. 30 Sentio aperiri fores, Quae obſorbent, quidquid venit intra Peſſulos. Noſſe Regiones, intra quas venire debeas Cic. de Orat. 2 c. 34. Intra Tecta vocare aliquem Virg. Aen. 7, 168. Liu. 34, 62 Carthaginienſes iure finium cauſam tuebantur, quod ager intra eos Terminos eſſet. ¶ 3 *Modum quendam et terminos notat.* Quinctil. 11, 3 Hortenſii ſcripta tantum intra famam ſunt. *i. Non reſpondent famae, Nihil, aut parum habent famae. Huius contrarium eſt,* Vltra famam: *q. e. Perquam multum, plus quam creditum eſt.* Intra fortunam ſuam Propert. 3, 8, 2. Ouid. Triſt. 3, 4, 26. Intra gloriam facinus fuit, *i. Minus gloria* Flor. 1, 3, 5. *Conf.* Id. 4, 11, 9. Intra haec enim eſt omnis vituperatio: *i. In his conſiſtit* Quinctil. 6, 4. Tacit. Ann. 2, 71 *pr.* Si fato concederem, iuſtus mihi dolor etiam aduerſus deos eſſet, quod me parentibus, liberis, patriae intra iuventam praematuro exitu raperent. Cic. Fam. 9, 26 Epulamur vna non modo non contra legem (ſi vlla nunc lex eſt) ſed etiam intra legem. *i. Minus conſumimus, quam praeſcripſit lex. Conf.* Gell. 12, 13. Intra me futurum eſt, *i. Apud me et ſecreto* Plin. Epiſt. 3, 10. Intra modum: Cic. Fam. 4, 4 Modice hoc faciam, aut etiam intra modum. *i. Minus quam modice. Hunc locum ſic explicat* Gellius 12, 13 Modice dixerat hoc faciam, i. Cum modo aequo et pari. Deinde quaſi hoc diſpliceret, et corrigere id vellet, addidit, Aut etiam intra modum: per quod minus ſeſe oſtendit id facturum eſſe, quam quod fieri modice videretur. i. e. Non ad ipſum modum, ſed retro paullulum, et citra modum. *Conf.* Liu. 1, 43. Tacit. Ann. 3, 72, 3. Intra modum loquendi, *i. Non vltra ſermonem.* Quinctil. 11, 3 p. 1007 b. Ne dicamus omnia clamoſe, quod inſanum: aut intra loquendi modum, quod motu caret. Intra ſilentium ſe tenere, *idem quod Silere.* Plin. Epiſt. 4, 17 Quum forte de bonis iuuenibus apud Nervam imperatorem ſermo incidiſſet, et plerique me laudibus ferrent, Corellius paullisper ſe intra ſilentium tenuit: deinde grauitate quam noras, Neceſſe eſt, inquit, *etc.* Intra ſpem veniae cautus Hor. Art. v. 266. Intra verba peccare, *i. Non vltra verba:* Curtius 7, 1, 25 Vtinam Philotas quoque intra verba peccaſſet. ¶ 4 *Obſeru.* Intra, *ſine Caſu: cui contrarium eſt* Extrinſecus. Colum. 12, 43 Haec vaſa et opercula extrinſecus et intra diligenter picata eſſe debebunt. *Conf.* Celſ. 5, 28. *et* 7, 15. Intra, *pro Inter:* Liu. 22, 7 *pr.* Haec eſt nobilis ad Traſymenum pugna, atque intra pauca, memorata Populi Romani clades.

INTERIOR, us. [ἐνδότερος] *Magis intro vel intra.* Cic. Philipp. 5, 31 In interiore aedium parte totius Reipublicae nundinae. *Add.* Id. pro Sext. c. 10. Africam interiorem obtinens Cic. in Sall. 19. Comes interior, *honoratior, cuius latus tegit* exterior Ouid. Faſt. 5, 67. *Vid. Lipſ. Elect. 2, 2. Heinſ. in Epp. Syllog. Burm. T. 2 p. 723.* Conſilia, *i. ſecretiora* Nep. 23, 2, 2. Domus Virg. Aen. 1, 641. Epiſtola, *h. e. Media:* Cic. Q. Fratr. 3, 1, 5 Quod interiore epiſtola ſcribis, *etc.* Plaut. Aſin. 3, 3, 66 Salus interioris Hominis, *inter elogia ludicra ſerui pecuniam hero procurantis: interpretantur, animae ac vitae. Boxhornius ſuſpicatur,* Salus imperatoris domini. Cic. de Nat. D. 3, 42 c. 16 Plures enim tradunt nobis ii, qui interiores ſcrutantur, et reconditas Literas, antiquiſſimum Ioue natum, ſed item, *etc.* *Conf.* Id. Fam. 3, 10. *et* 7, 33. Medulla Catull. 33. Motus Cic. in Somn. Scip. 21. Partes interiores Scrib. 165. Ex interiore parte Id. 79. 121. Societas interior et propior Cic. Off. 3, 69. Tactus Id. Acad. 4, 20. Tectum Virg. Aen. 4, 494. Vicinus Cic. Q. Fratr. 1, 2. Vita interior et familiaris, Publicae adminiſtrationi *opponitur* Sueton. in Auguſt. c. 61. Nucleorum interiora Scribon. 184. vulgo medulla. Regni interiora Liu. 42, 39 *pr.* Curt. 4, 9, 1. Cic. de Diuin. 2, 125 Sed haec quoque in promtu fuerint, nunc interiora videamus, *abſtruſiora, difficiliora.* Interior, *pro* Siniſterior: Virgil. Aen. 5, 203 — Dum proram ad ſaxa ſuburget Interior, *i.* Siniſterior. *Paullo ante* (v. 170) *dixerat Poëta,* Radit iter laeuum interior: Seruius. *Recte ille quidem, ſed rationem huius rei non aperit, quae a circi Romani conditione repetenda eſt, per cuius mediam longitudinem ſpina procurrit. A dextra parte procurritur, vt ſpina illa, ac meta adeo, ad quam flexus eſt, ſemper ſiniſtra ſit, cui quo quis propior eſt, hoc eſt, reſpectu vna procurrentium ſiniſterior, eo maiorem ſpem habet victoriae: ſed idem etiam eſt* interior, *id eſt medio propinquior, vt* interior comes *eſt, qui propius parietem incedit. Haec pluribus declarat et probat Cerda ad* Aen. 5, 170. *Conf.* INTVS.

INTERIVS. Adu. Seneca de Benef. 7, 10 Poſſim de natura queri, quod aurum et argentum non interius abſconderit. Fiſtula tantum calidae ducat interius Pallad. 1, 40. Nidi figurentur interius Idem 124. Sic Deus interius ſentitur et inditur medullis Prudent. in Cypriano v. 14. Interius perfricantur nares Scribon. 8. Interius truſa lana Id. 227. Oratio ne inſiſtat interius, ne excurrat longius Cic. de Orat. 3, 188 c. 49.

INTĬMVS, a, um. Superlat. [ἐνδότατος] Cic. Verr. 4, 99 c. 45 In eo ſacrario intimo fuit ſignum Cereris perantiquum. Aedes Id. Verr. 1 c. 20. Plaut. Trucul. 2, 7, 41 Traxi ex intimo ventre ſuſpirium. Angulus Hor. Carm. 1, 9, 21. Nudata Vlpian. l. 3 D. de arbit. Cic. Tuſcul. 4, 21 Diſcordia, ira acerbior intimo Odio et corde concepta. Pars vrbis intima Idem Verr. 5, 96. Pectore vritur intimo Catull. 59, 177. Praecordia Ouid. Met. 4, 506. Angor intimis Senſibus Cic. Att. 5, 10. Sermo Id. Tuſc. 2, 51. Tactus Cic. Acad. 4, 76. ¶ 2 Intimus, *Carus, familiaris, qui cum aliquo omni tum officiorum, tum conſuetudinis, tum familiaritatis genere eſt coniunctus.* Cic. Q. Fratr. 1, 4 Intimus, proximus, familiariſſimus quisque aut ſibi pertimuit, aut, *etc.* Intimi regis Nep. 9, 2, 2. Habere aliquem intimum Ter. Eun. 1, 2, 47. Cic. pro Roſc. Amer. 16 Tecti eſſe ad alienos poſſimus: intimi multa apertiora videant neceſſe eſt. Intimus ſum illi, *i. familiaris, amicus cariſſimus:* Plaut. Truc. 1, 1, 61 Nam me fuiſſe huic fateor ſummum, atque intumum. Cic. in Catil. 2, 9. Erat intimus Dionyſio priori Nep. 10, 1, 3. Intimus es conſiliis noſtris: *i. tibi vni committimus noſtra intima conſilia* Ter. Andr. 3, 3, 44. In intimis alicuius eſſe, *pro Valde ab aliquo amari* Cic. Att. 4, 16 Itaque in intimis eſt meis, quum antea notus non fuiſſet. Conſiliorum intimum, *pro Intimum conſilium* Tacit. Ann. 15, 61.

INTĬME. Adu. [ἐνδοτάτω] Cic. Q. Fratr. 1, 2, 2 Quarum altera eſt de Blaudenio Zeuxide, quem ſcribis certiſſimum matricidam tibi a me intime commendari. *Et* Apul. Met. 2 p. 118. *it.* Apol. p. 518, 10 *Flor.* Arto contubernio intime iunctus.

INTERNVS, a, um. Adi. *vt ab* Extra Externus. *Cum in dubium vocaſſet auctoritatem huius nominis, plurima illius exempla* Senecae, Plinii, Taciti, *congeſſit Borrich. Cogitatt. p. 144 ſq. Nobis ſufficient iſta.* Ignes Sen. Quaeſt. Nat. 6, 27. Maria Plin. 2, 68. Bellum Tac. Hiſt. 2, 69, 2. Diſcordiae Id. Ann. 2, 26, 2. Ouid. Her. 7, 113 Occidit internas coniux (*Didûs Sichaeus*) mactatus ad aras, *i. deorum Penatium. Sed locus eſt dubius valde: et non alias in tam frequenti occaſione vſus eſt eo nomine Poëta. Igitur vltra argenteam aetatem non aſcendit.*

INTERNE. Adu. *Legitur a quibusdam apud* Auſon. de Clar. Vrb. in Burdigala v. 14.

INTRACLVSVS, a, um. Adi. Quidquid minus, quam intraclusum eſt, fuerit aſſignatum Aggen. Vrb. p. 49 *Goeſ.*

INTRANEVS, a, um. Adi. Sidon. *i. internus.*

INTRARIVS, a, um. Adi. [ἐνδομυχὸς] *i. Intimus.* Plautus, Caros mihi, atque intrarios amicos.

INTRĂHO, ĕre. Apul. Met. 5 p. 167, 22 *Elmenh.* Sulcatos intrahens greſſus, *de Dracone.*

INTRACTIO, ōnis. f. Plin. 7, 12 Intractio linguae et ſermonis tumultus. *Vid. Salmaſ. in* Solin. p. 29.

INTRACTĀTVS, a, um. Adi. [ἀδάμαςος] *Nondum tractatus, rudis, nouus.* Cic. de Amicit. 70 c. 19 Atqui in ipſo equo (cuius modo mentionem feci) ſi nulla res impediat, nemo eſt, qui non eo, quo conſueuit, libentius vtatur, quam intractato et nouo. *Vid.* Cael. Aur. Acut. 3, 5. Grat. Cyneg. v. 134.

INTRACTABĬLIS, e. Adi. [ἀμεταχείριςος] Plin. 19, 5 Virus illi intractabile eſt. Aetas dura et intractabilis Senec. Epiſt. 25. Animus Id. Hippol. v. 271. Bruma Virgil. Georg. 1, 211. Dura et aſpera Seruius. Genus intractabile bello Virg. Aen. 1, 339. Loca frigore intractabilia Iuſtin. 24, 4. *Compar.* Gell. 18, 7 Domitius erat natura intractabilior et moroſior.

INTRAMVRĀNVS, a, um. Adi. Aſconius in Verr. 2 p. 115 Omnis magiſtratus, qui intramuranus non eſt, nec vrbanus, etiam ſi adminiſtrator eius Romae eſt, AD VRBEM dicitur. *Et* Lamprid.

Heliog. 1, 27 Exoleti extramurani et intramurani. *Add.* Ambroſ. Ep. 63. *Vid. Borrich. Cogit. p. 148.*

INTRANSMEABILIS, e. Adi. Iornand. de Reb. Get.

INTRATVS, *vid.* INTRO.

INTREMO, ui, ĕre. [ἐντρέμω] *Aliquid vehementiae ex compoſitione accepit.* Totum corpus intremit Celſ. 3, 3. Plin. 2, 8 Intremunt vero et in nauibus poſita, aeque quam in aedificiis. Ouid. Met. 2, 180 Palluit, et ſubito Genua intremuere timore. Id. Triſt. 3, 1, 56 Aſpicis alternos intremuiſſe pedes. Vndae intremuere Virg. Aen. 3, 673. Hannibalem ſenectus intremit, *i. propter Hannibalem* Sil. 16, 664. *i. timet.*

INTREMISCO, ĕre. [ἐντρέμομαι] *Idem.* Plin. 2, 79 Neque enim vnquam intremiſcunt terrae, niſi ſopito mari. *Add.* Obſeq. c. 131.

INTREMVLVS, a, um. Adi. Auſon. Epitaph. Heroum 344 Intremulam baculo non ſubeunte manum.

INTREPĬDVS, a, um. Adi. [ἄτρομος, ἀδεής] *Qui nihil timet, impauidus.* Plin. in praefat. 3 Sed haec quis poſſet intrepidus aeſtimare ſubiturus ingenii tui iudicium, praeſertim laceſſitum? Hiems Tacit. in Vita Agricolae c. 22. *i. ſine metu tranſacta.* Verba intrepida conſtent Sen. Hipp. ſ. 5. Vultus Ouid. Met. 13, 478.

INTREPĬDE. Adu. [ἀδεῶς] *Sine pauore, audacter.* Liu. 26, 4 Poſtquam aſſuetudine quotidiana ſatis intrepide viſum eſt fieri, in campum, *etc.* Fabulari Apulei. Florid. p. 365. *Conf.* Auſon. praefat. 3.

INTREPIDANTER. Adu. *Idem.* Nonius 12, 44 Feſtine et intrepidanter aſcendere.

INTRIBVO, ĕre. Traian. Plin. Epiſt. 10, 35 Ne quid ideo intribuant, *i. contribuant in rem aut vſum aliquem. Conf.* Vlpian. Dig. 14 t. 4 de tributor. act. l. 9 §. 2.

INTRIBVTIO, ōnis. f. Paullus recept. Sentent. 2 tit. 7 Sent. Vlt. Collatio intributionis ob iactum ſalua naue fieri debet. *Conf.* Id. Dig. 50 t. 1 l. 22 §. 7. *et* Vlp. D. 50 t. 4 l. 6 §. 4. 5.

INTRICO, āre. [ἐμπλέκω] *Implicare, cui contrarium eſt* Extrico. Intricare peculium Vlpian. in l. 1 §. vlt. D. de ſeruo corrupt. Intricari Mart. Capell. 1 p. 14. *Add.* Non. 1, 26.

INTRICĀTVS, a, um. Part. Plaut. argument. Perſ. v. 5 Atque ita intricatum ludit potans Dordalum. Leo Plaut. Perſ. 4, 1, 9.

INTRIGO, *vid. locus Varronis, quem damus in* INTERTRIGO, *ſub* INTERO.

INTRINSĔCVS. Adu. [ἔσωθεν] *quod barbari* Ab intra *dicunt: cui contrarium eſt* Extrinſecus. Iecur intrinſecus cauum, extrinſecus gibbum Celſ. 4, 1. Colum. 12, 43 Lata vaſa in modum patinarum fieri iubebat, eaque intrinſecus et extrinſecus diligenter picari. *Sic* Plin. 11, 37.

INTRIPEDO, āre. Orbes variis inflexibus intripedare Symmach. *ap.* Iornand. de Reb. Get. c. 15. *al.* interpedare. *Vid. Salmaſ. ad* Capitolin. Max. *et* min. 3 p. 9 *Haek. et quae inde damus in* TREPIDIARII.

INTRITA, INTRITVS, *vid.* INTERO.

INTRO. [ἔσω] Adu. *ad locum.* Ter. Andr. 3, 2, 42 Immo abi intro, ibi me operire. Abire intro, *vid.* ABEO. Plaut. Truc. 4, 2, 37 Intro accipimus: quando Acceptum eſt, non poteſt ferri foras. Adducere, *vid.* ADDVCO. Adducere ſe, *vid.* ADDVCO. Auferre Ter. Andr. 1, 1, 1. Ferre cibum Cic. Verr. 5, 34. Idem pro Flacco 117 Vt in oppidum intro ferretur. *Quidam coniunctim legunt,* Introferretur. Plaut. Moſtel. 4, 2, 27 Quid volunt? quid intro ſpectant? Venit Plaut. Capt. 3, 3, 12. Venit intro ad nos errans, *i. in domum noſtram* Ter. Eun. 5, 6, 2.

INTRO, āre. [εἴσειμι, ἐμβατεύω] *Notae ſignificationis.* Caeſ. B. G. 7, 73 Quo qui intrauerant, ſe ipſi, *etc.* Aedem intrare, *et* In Aedem Sueton. in Veſpaſ. c. 7. Cic. pro Domo 5 In Capitolium intrare. Idem Philipp. 2, 68 Tu illud es ſanctiſſimum limen intrare? *Supple* Auſus, *quod praecedit.* Caſtra Liu. 10, 36. Domum parua ſolita eſt intrare feneſtra Ouid. Faſt. 6, 577. Maria tot intraui Virgil. Aen. 6, 59. Portus intramus amicos Id. Aen. 5, 57. Vrbem intrare Ouid. Met. 15, 36. Vrbem cum curru Curt. 5, 1, 23. Vrſos intrant venabula, *h. e. transfigunt* Martial. 14, 30. Aprum cuſpide intrare Id. 7, 97. *Per tranſlationem:* Intrare in familiaritatem alicuius, *h. e. ſeſe inſinuare:* Cic. Q. Fratr. 1, 1, 5 In prouincia vero ipſa, ſi quem es nactus, qui in tuam familiaritatem penitus intrarit, qui nobis ante fuerit ignotus, huic quantum credendum ſit, vide. In affectum Quinctil. 7, 4. Animum intrauit militaris gloriae cupido Tacit. in Vita Agricolae 5 *extr.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 38 Qui quum eſſent progreſſi, primaeque turmae Inſidias intrauiſſent, ex fremitu equorum illata ſuſpicione, ad ſuos ſe recipere coeperunt. In mentem iudicis non poteſt definitio intrare Cic. de Orat. 2, 109. In naturam rerum Idem de Fin. 5, 44 c. 16 *pr.* Pauidos, et conſcientia vecordes intrat metus Tacit. Ann. 1, 39. Pudor et gloria intrat aliquem Idem Ann. 1, 43. *Eſt et Iudiciorum verbum:* Plin. Epiſt. 5, 4 Alio Senatu ſine aduocato intrauerunt. *Et* Epiſt. 6, 31 A parte heredum intrauerunt duo.

INTRANS, antis. Part. Petron. c. 28 Pica intrantes ſalutabat. Deum intrantem vidi Virg. Aen. 4, 358.

INTRĀTVS, a, um. [εἰσβεβημένος] Partic. *rarum.* Liu. 21, 25 Ibi rurſus ſiluae intratae, *i. in ſiluas intratum eſt.* Domus Ouid. Met. 9, 11. Gallia cum exercitu Vell. 2, 39, 1. Germania Idem ibid. c. 105, 1. Sil. 12, 583 Intratam Senonum capietis millibus vrbem. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 11, 255.

INTRABĬLIS, e. Adi. Intrabile os amnis Liu. 22, 19. *Vide Gronou. ad loc.*

INTROCĒDO, ĕre. Apul. Met. 5 p. 144 Poſt opimas dapes quidem introceſſit. *Vid.* Met. 10 p. 346.

INTROCLVDO, ĕre. ἐγκατακλείω, Gloſſ. Lat. Gr.

INTROCLVSVS, a, um. Part. Qui domi introcluſus otiabatur Senecae *tribuitur.* Plura efficiant introcluſi Corn. Seuer. in Aetna v. 318 *ſc. venti, ex lect. Scalig.*

INTROCVRRO, ĕre. Nou. *apud* Non. 3, 92 Dubii per fretum introcurrimus.

INTRŌDO, are. [ἀποδίδωμι] Cic. pro Caecin. 13 c. 5 Atque etiam ſe ipſe inferebat, et introdabat, *h. e. vltro ſe offerebat, gerendis negotiis. Sic Budaeus:* MS. intro dabat. *Hodie editur* Intrudebat.

INTRODVCO, xi, ctum, ĕre. [εἰσάγω, ἀνάγω] *Immittere, et intra aliquem locum ducere.* Caeſ. B. G. 2, 5 Id fieri poſſe, ſi ſuas copias Hedui in fines Bellouacorum introduxerint. Cic. Tuſc. 5, 10 Et in domos etiam introduxit. Nouum in Republ. exemplum Caeſ. B. C. 1, 7. Praeſidium in oppidum Idem B. C. 1, 13. *Metonymice,* Cic. de Nat. D. 1, 20 Sed illa palmaris quidem, quod qui non modo natum mundum introduxerit, ſed etiam manu paene factum, *i. ſententiam de mundo.* *Sic* Lucret. 3, 630 Pictores itaque et ſcriptorum ſaecla priora Sic Animas introduxerunt ſenſibus auctas. Cic. Acad. 4, 131. *Et* Off. 3, 12 Non videatur debuiſſe eiusmodi deliberationem introducere, in qua, *etc. i. in libro ſuo ponere.* Cic. Philipp. 11, 19 c. 8 Quam Ambitionem conſtantiſſimus et grauiſſimus ciuis L. Caeſar in Senatum introduxit? *ſententia ſua, cum priuato decreuit imperium.* Cic. filius Fam. 16, 21 Hac introducta Conſuetudine, ſaepe inſcientibus nobis et coenantibus obrepit. *Add.* Val. Maxim. 2, 6, 5. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 1 Id vos, ſi forte offendimini, iuſtius huic quam mihi ſuccenſere debetis, qui Initium introduxit. Cic. de Amic. 3 c. 1 Catonem introduxi ſenem diſputantem. *Vetus codex habet* Induxi. Id. pro Cael. c. 15 Nulla Perſona introducta tecum loquor. Cic. Attic. 16, 15 Poſſumus enim, vt ſponſores appellentur, procuratorem introducere. *vid. Gronou.*

INTRODVCTIO, ōnis. f. [εἰσαγωγή] Cic. Att. 1, 16 Iam vero ô dii boni, rem perditam: etiam noctes certarum mulierum, atque adoleſcentulorum nobilium introductiones, nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Introductio ſaeculi Tertullian. adu. Marc. 5, 6. *eſt nihil aliud, quam huius vniuerſi productio.*

INTRODVCTORIVS, a, um. Caſſiodor. Diuin. lection. c. 24 Poſt introductorios libros.

INTROEO, īui, ĭtum, īre. [ἐμβαίνω, εἰσέρχομαι] *Intrare, ingredi.* Ter. Andr. 3, 4, 11 Vt hinc te iuſſi introire, opportune hic fit mihi obuiam. Introire in aedes Plaut. Amph. 2, 1, 70. In alienam domum Id. Mil. 4, 4, 32. In vrbem Cic. Fam. 1. 9. *et* Att. 7, 7. *Contraria:* Cic. de Amicit. 15 c. 4 Quamobrem cum illo quidem (vt ſupra dixi) actum optime eſt, mecum autem incommodius: quem fuerat aequius, vt prius introieram, ſic prius exire de vita. Ter. Hec. 4, 1, 35 Audiſti ex aliquo fortaſſe, qui vidiſſe eum diceret exeuntem, aut introeuntem ad amicam. Si Polypus in naſo introierit Cato R. R. 157, 15. ¶ 2 Introītur, *imperſon.* [ἐμβαίνεται] Cato c. 66 *pr.* Caueat quam minimum in torcularium et in cellam introëatur. *Add.* Varro R. R. 1, 63. Introitum eſt in fundum alienum Vlpian. in l. Lex Cornelia D. de iniuriis et famoſis libellis.

INTROĬTVS, a, um. Partic. Vlpianus in l. Lex Cornelia D. de iniur. et fam. lib. Qui iniuriarum agere volet ob eam rem, quod ſe pulſatum verberatumue, domumue ſuam vi introitam eſſe, dicat, *etc.*

INTROĬTVS, ûs. m. [ἔμβασις, εἴσοδος] *Ipſe introeundi actus.* Caeſ. Bell. C. 1, 21 Tamen veritus, ne militum introitu, et nocturni temporis licentia oppidum deriperetur. Aduentus et introitus in vrbem Cic. pro Domo c. 28. Clandeſtinus, *vid.* Clandeſtinus *in* CLAM. Tacit. Agric. 40 Ac ne Notabilis celebritate, et frequentia occurrentium introitus eſſet. Squalens Sil. 13, 398. Introitus in cauſam Cic. Att. 1, 18. Omnes introitus erant praecluſi Caeſ. B. Gall. 5, 9. Introitu perrumpere corpus Lucret. 2, 407. Facit Sol introitum in Geminos Colum. 11, 2, 43. — in Cancro Ibid. 11, 2, 49. Introitus in cauſam, *Initium cauſae, et exordium:* Cic. Att. 1, 15 Etenim poſt profectionem tuam primus (vt opinor) introitus fuit in cauſam fabulae Clodianae, *etc.* Idem pro Cael. 3 Ac mihi quidem videtur Iudices, hic introitus Defenſionis, adoleſcentiae M. Caelii maxime conuenire. Cic. Verr. Act. 1, 17 Poſt aperto Suſpicionis introitu ad omnia intima iſtorum conſilia ſine vllo errore perueniremus. *Locus per quem introeuntes ingrediuntur:* Caeſ. B. Ciu. 3, 39 Super quas turrim effectam ad ipſum introitum portus oppoſuit.

INTROITORIVS, a, um. Adi. εἰσόδιος, Gloſſ. Gr. Lat.

INTROFĔRO, tŭli, lātum, ferre. [εἰσκομίζω] *Niſi diuiſim malumus legere,* Intro ferre. Cic. Verr. 5, 117 Tantum dabis, vt cibum tibi introferre liceat. Liu. 43, 7 Princeps eorum pedibus captus, lectica eſt introlatus. *Add.* Cic. Verr. 5 c. 13 *extr.*

INTROGREDIOR, dĕris, greſſus ſum, ĕdi. Dep. [εἰσέρχομαι] *ex ſimplici intelligitur.* Virg. Aen. 1, 520 Poſtquam introgreſſi, et coram data copia fandi.

INTROITVS, *vid.* INTROEO.

INTROMITTO, miſi, miſſum, ĕre. [προσάγω, εἰσδέχομαι] *vel ſinere, vt intret alius, vel facere.* Plaut. Aul. 1, 2, 20

Profecto in aedibus meis me abſente, neminem
Volo intromitti; atque etiam hoc praedico tibi,
Si bona Fortuna veniat, ne intromiſeris.

Ad beſtias in arenam depugnandi cauſa quempiam Vlpian. in l. 1 §. 1 D. de aedilit. edict. Ter. Hec. 2, 1, 40 Non ſigni ſat eſt, quod heri nemo voluit viſentem ad eam intromittere? Comiſſatum aliquem Cic. Fam. 1, 9. *Ex* Ter. Eun. 3, 1, 52. Varro de R. R. 3, 12, 4 Quis item neſcit paucos ſi lepores mares et (*ſic vid. leg. pro* aut *vel* in) feminas intromiſerit, breui tempore fore vt impleatur? Cic. pro Sull. 52 Intromiſſus meo more et Iure amicitiae meae in meo lectulo trucidaret.

INTRORVMPO, rūpi, ruptum, ĕre. [εἰσβιάζομαι] *quaſi Cum impetu introire, et erumpere, ſiue prorumpere.* Plaut. Mil. 2, 5, 50 Certum eſt, introrumpam in aedibus. Gell. 15, 22 Cerua emiſſa in cubiculum Sertorii introrupit. Ea non poſſe introrumpere videbantur Caeſ. B. G. 5, 49. Introrupit anxia Apul. Met. p. 126. Parthi in Syriam introrumpentes Gell. 15, 4.

INTRORVPTIO, ōnis. f. Apuleio *tribuitur: negat Index Floridi.*

INTRORSVS, *vel* INTRORSVM. Aduerb. [ἔνδοθεν] *quaſi* Intro verſus, *de quo p. p.* Liu. 25, 21 Clamantibus Tribunis nihil introrſus roboris ac virium eſſe. Idem 10, 33 Cedunt primo incerti fortunae ſuae, et hoſtem introrſum in media caſtra accipiunt. Varro de R. R. 2, 7 Genibus rotundis, nec magnis, nec introrſus ſpectantibus. Turpis introrſum Horat. Serm. 2, 1, 65. *Add.* Id. Epiſt. 1, 16, 45. Non facile introrſus perſpici poſſet Caeſ. B. G. 2, 18. Foris nitent, introrſus miſera ſunt Sen. de Vit. Beata c. 3. Introrſus bona tua ſpectent Id. Ep. 7.

INTROSPECTO, āre. Frequent. Plaut. Moſt. 4, 2, 27 Quid volunt? quid introſpectant?

INTROSPECTIO, ōnis. f. Mart. Capell. . .

INTROSPECTOR, ōris. m. Auguſtin. . .

INTROSPĬCIO, ſpexi, ſpectum, ĕre. [εἰσοράω] *Introrſus adſpicere, diligentiſſime videre.* Cic. de Diuin. 2, 105 Negant id eſſe alienum maieſtate deorum, ſcilicet cauſas omnium introſpicere, vt videant,

deant, quid cuique conducat. Idem pro Sulla 76 Penitus introſpicite Catilinae, Antonii, Cethegi, Lentuli, caeterorumque mentes: quas vos in his libidines, *etc.* reperietis? Introſpicite penitus in omnes Reipublicae partes Cic. pro Font. 33 c. 15. Introſpice in mentem tuam ipſe Idem de Fin. 2, 118 c. 35. Voluntates aliquorum Tac. Ann. 1, 7, 8.

INTROTRŪDO, ſi, ſum, ĕre. Cato de R. R. c. 157, 14 Si fiſtula erit, turundam introtrudito. *Sed melius forte diſtinguitur.*

INTROVŎCO, āre. [εἰσκαλέω] Liu. 10, 13 Vt quaeque introvocata erat centuria. Cic. Verr. 3, 66 c. 26 Cur ad nos filiam tuam non introuocari iubes. Intro vocari *disiunctim quidam malunt.*

INTROVOCATVS, a, um. Part. Apul. Met. 8 p. 243, 12 *Flor.*

INTROVOCATV primo Ammian. 29, 6.

INTROVENIO, īre. Lunae fulgore, qui introuenerat, Calpurnia excitabatur Obſequ. de Prodig. c. 126.

INTROVERSVS. Adu. Introuerſus ſe proiecit in lectum Petron. c. 63. Quare fit, vt introuerſus et ad te ſpectent atque ferant veſtigia ſe omnia Lucil. *ap.* Non. 4, 166. Introuerſus *contractum peperit* introrſus.

INTRŪDO, ſi, ſum, ĕre. [εἰσωθέω] *Obtrudere, ingerere ſe.* Cic. pro Caecin. 13 c. 5 Atque etiam ſe ipſe inferebat, et intrudebat, et in eam opinionem Ceſenniam adducebat, *etc. al.* Introdabat.

INTŬBVS, i. m. *vel f. ſiue* INTŬBVM, i. n. [σέρις] *Herba eſt ex cichoriorum genere, quam Graeci Serim vocant. Vulgo corrupto nomine vocamus* Endiuiam. Virgil. Georg. 1, 120 Nec tamen — nihil improbus anſer, Strymoniaeque grues, et amaris intuba fibris. *Societas auium fecit, puto, vt* Donato *ac* Seruio *teſtibus, male quidam* intybam auem quandam amari iecoris *acciperent. Caeterum, qui* intyba *ſcribunt, deſtituuntur ab etymologia pariter (quae Graeca quidem non eſt, vndecunque ſit) et auctoritate idonea.* Intubi cocti Scrib. 104. *pluraliter.* Plin. 20, 8 Intubi quoque non extra remedia ſunt: Succus eorum cum roſaceo et aceto capitis dolores lenit. Col. 10, 111 Iam breue cherophylum, et torpenti grata palato Intuba. Virg. Georg. 1, 120 Et amaris intuba fibris. Chariſ. 1 p. 77 *extr.* Intuba Neutro genere Virgilius dixit; (Georg. 1, 120) Et amaris intuba fibris. Sed et maſculino genere frequenter a veteribus dictum eſt. Nam Lucilius in 5 deridens ruſticam coenam, enumeratis multis herbis, Intubus praeterea pedibus perſerpſit equinis. *Et* Aemilius Macer, — Quales ſeges intubus herbas. Intubum erraticum Aegyptii Cichorium vocabant. Plin. 19, 8 ſ. 39. *Add.* Colum. 8, 14. Pallad. 1, 30. Apul. de Herb. c. 47.

INTVBACEVS, a, um. Adi. [σερινός] *Quod eſt ex intubo.* Intubacea folia Plin. 27, 12.

INTVEOR, intuitus ſum, ēri. [καθοράω, ἀτενίζω] *Videre, et cominus inſpicere, et vt ipſum videre ad ſenſum pariter ac mentem refertur.* Plin. Epiſt. 2, 7 Erit ergo pergratum mihi hanc effigiem eius ſubinde intueri, ſubinde reſpicere, ſub hac conſiſtere. Plaut. Bacch. 5, 2, 12 Viden' limulis vt obſecro intuentur? Ter. Eun. 3, 5, 32 Annuo, terram intuens modeſte. Quid vt nouerca me intueris? Horat. Epod. 5, 9. Pectore aliquem Ouid. ex Pont. 2, 10, 47. Plenius atque apertius aliquid Quinctil. 2, 20. Sagaciter Idem 2, 8. Acrioribus oculis aliquid Quinctil. 2, 10. Cic. pro Dom. 47 c. 18 Date hanc Tribun. pleb. licentiam, et intuemini paulliſper animis iuuentutem, *etc.* Veritatem Cic. Tuſc. 5, 9. Aliquid acri et intento animo Idem de Fin. 1, 57 c. 17 *fin.* Id. Tuſc. 5, 9 Qui caeteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam ſtudioſe intuerentur. Haec ille intuens Nep. 10, 8, 1. Id ille intuens Idem 7, 4, 1. *et ita ſaepius.* Aliquid coram Cic. de Prouinc. Conſ. 22 c. 9. Huc atque illuc Idem de Orat. 1, 184. Intuere me ipſum, qui, *etc.* Cic. Fam. 13, 3. Intueri et contemplari aliquem Idem pro Planc. 2. Aliquid intueri, in eoque defixum eſſe Cic. in Orat. 9. *Reuereri aut ſuſpicere:* Liu. 37, 50 Apud omne genus humanum, quod veſtrum nomen imperiumque, iuxta ac Deos immortales intuetur. Cic. de Vniuerſ. 31 Quot igitur, et quales animalium formas mens in ſpeciem rerum intuens poterat cernere, totidem et tales in hoc mundo ſecum cogitauit effingere. Idem de Clar. Orat. 253 Quum ad te ipſum (inquit, in me intuens) de ratione, *etc.* Sed in te intuens, Brute, doleo, cuius, *etc.* Idem de Clar. Orat. 331 c. 97. *Et* de Orat. 1, 6 c. 2 Ac mihi quidem ſaepenumero in ſummos homines ac ſummis ingeniis praeditos intuenti, quaerendum eſſe viſum eſt, *etc.* ¶ 2 *Paſſiue,* Ammian. 23, 5 Fulmine contacta loca nec intueri, nec calcari debere. *Conf.* INTVOR.

INTVENDVS, a, um. Partic. paſſ. Paullus in l. Promittendo, *in princip.* D. de iure dotium, Magis enim res, quam verba intuenda ſunt. *Et* in l. 3 §. In amittenda D. de acquir. poſſeſſ.

INTVĬTVS, ūs. m. [ἀτενισμός] *Laudatur, non recte, puto,* Quinctil. 10, 1. Plin. 16, 10 Abies hilarior intuitu.

INTŬMEO, ui, ēre; *et*

INTVMESCO, ĕre. [ἐξογκόομαι] *Inflari, Conuerti in tumorem.* Plin. 11, 34 Eſt animal eiuſdem turpitudinis, infixo ſemper ſanguini capite viuens, atque ita intumeſcens. Idem 2, 81 Intumeſcens fluctus. Locus intumeſcens, *Turgens et paullulum altus* Columel. 1, 4. Bilis intumuit ſub pectore Perſ. 5, 145. Quod ſi fractum (*al.* factum) ſtatim non eſt; ſed intumeſcit (*al.* indureſcit) extrinſecus maxilla Celſ. 7, 12, 1. Vidi virgineas intumuiſſe genas Ouid. Faſt. 6, 700 *lacrimis.* Humus intumeſcit viperis Horat. Epod. 16, 52. Irae intumuere Stat. Theb. 1, 412. Iure quodam poteſtatis intumeſcere Quinctil. 1, 1. Motus intumeſcens Tacit. Ann. 1, 38. Vena intumeſcens Celſ. 5, 26 *pr.* Venter intumuit Ouid. Faſt. 1, 215. Vulnus intumeſcit Celſ. 5, 26, 26. ¶ 2 Intumeſcere alicui, *pro Iraſci, ab eo, quod* Bilis intumeſcere *putabatur, vt modo vidimus.* Ouid. ex Pont. 4, 14, 34 Intumuit vati non tamen Aſcra ſuo. Idem Faſt. 2, 607 Iuppiter intumuit: quaque eſt non vſa modeſte, Eripit huic linguam. *Add.* Id. ibid. 6, 487. Stat. Theb. 1, 412.

INTVMVLĀTVS, a, um. Adi. *pro Inſepulto.* Ouid. Epiſt. 2, 36 Occurramque oculis intumulata tuis.

INTVNDO, ĕre. Intunduntur Scrib. 71. *i. diligenter tunduntur.*

INTVOR, tueris, tūtus, *vel* tuïtus ſum, tui. [καθοράω] *Videre.* Plaut. Moſt. 3, 2, 148 Profecto nullam equidem illic cornicem intuor. *Antiquum.* Quiſnam hic adoleſcens eſt, qui nos intuitur? Ter. Heaut. 2, 4, 23. *Sic et Bentl.* Non. 7, 20 *ex* Turpilio, Tamen oculis longa intercapedine appetunt cupide intui. *Et ex* Pompon. Incepi contui, *etc.*

INTVRBĀTVS, a, um. Adi. [ἀτάραχος] *Non turbatus.* Plin. in Paneg. c. 64 Et ſedit inturbatus, interritus, et tanquam ita fieri ſoleret?

INTVRBĬDVS, a, um. Adi. [ἀθόλωτος] *Non turbidus.* Tac. Ann. 3, 52 Inturbidus externis rebus annus domi ſuſpecta ſeueritate, *etc. Add.* Ibid. 14, 22, 6.

INTVRGESCO, ĕre, *pro turgeſco.* Veget. 1, 56.

INTVS. Adu. [ἐντός, ἔνδον] *Plerumque certe ſignificat in loco.* Plin. 10, 52 Intus omne omnium volucrum bicolor. Cic. de Fin. 1, 44 Nec hae ſeſe foris ſolum iactant, nec tantum in alios caeco impetu incurrunt, ſed intus etiam in animis incluſae inter ſe diſſident atque diſcordant. Intus eſt, *i. in domo* Plaut. Amph. prol. 112 Nam meus pater intus nunc eſt. Intus edocebo Id. Epid. 5, 1, 56. Plaut. Aul. 1, 2, 3 Redi nunc iam intro, atque intus ſerua. Intus et in cute te noui Perſ. 3, 30. Intus agere equos, *i. in gyrum arcte flectere: vid. Torrent. ad* Horat. Od. 1, 1, 4. *et* Sat. 2, 5, 17. *Lipſ. ad* Senec. de Tranq. An. c. 9. *Conf.* Ouid. Faſt. 6, 585. *vid.* INTERIOR. ¶ 2 *De loco:* Plaut. Ciſt. 3, 8 Dic me orare, vt aliquis intus prodeat. Quum mare permotum ventis ruit intus arenam Lucret. 6, 726. *vid. Burmann. ad* Quinctil. 1, 5 p. 64. Intus euocato Plaut. Moſt. 3, 1, 147. Idem Pſeud. 2, 2, 10 Oſtium pultabo, atque intus euocabo aliquem foras. Plaut. Milit. 4, 4, 33 Sed vbi ille exierit intus, iſtic te procul ita volo aſſimulare. Intus egreditur, *i. E domo* Plaut. Perſ. 2, 4 *extr.* Intus efferri foras iubebo Idem Bacch. 1, 2, 62. *Conf.* Id. Caſ. 2, 6, 42. Intus tellurem Plin. 33, 1. Intus domum noſtram, *pro Intra:* Plaut. Milit. 2, 1, 55 Continuo vide ſitne iſta haec domum veſtram intus. *Contraria:* Cic. de Senect. 12 Nec vero ille in luce modo atque in oculis ciuium magnus, ſed intus domique praeſtantior. Intus ſedibus, *pro In ſedibus* Lucret. 2, 964. Intus in crumena Plaut. Amph. 3, 3, 11. Cic. de Vniuerſ. 30 Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluſerat, *etc.* Intus ad: Varro de R. R. 1, 7 In Gallia transalpina intus ad Rhenum quum exercitum ducerem, *etc.* Intus hic cum illa cubat Plaut. Amph. prol. 112. Cic. de L. Agr. 2, 67 c. 26 Atque hoc carmen hic Trib. pleb. non nobis, ſed ſibi intus canit. *Prouerbialis locutio de Iis, qui ſibi, non aliis ſtudent. Vid. Eraſm. in Chiliad. Conf. ſupra* CANO. Intus, *pro Intro dici, negat* Lucil. *apud* Chariſ. 1 p. 86. *Dabimus verba ex emendat.* Fr. Douſae in Reliq. 9, 12

Nam velut INTRO aliud longe eſſe atque INTV' videmus,
Sic et APVD TE longe alid eſt, neque idem valet AD TE:
INTRO nos vocat AD ſeſe, tenet INTVS APVD ſe.

Hinc Quinctil. 1, 5, 50 EO INTVS, et INTRO SVM, Soloeciſmi ſunt. *Tamen hoc non ſemper obſeruatur.* Ouid. Met. 10, 457 Iamque fores aperit; iam ducitur intus. Plaut. Moſt. 2, 1, 59 Iube efferri intus. *Et* Milit. 4, 4, 60 Illum ſat ſcio hinc eſſe exiturum intus. *Et* Perſ. 2, 4, 30 Egreditur intus. *Sic* Celſ. 5, 28, 12 Inſpirandumque vt ea medicamenta intus compellantur. Intus nares iniicere Scribon. 46 Intus vulnus conuerti 121. *Conf. Rhod. in Lexic. Scrib. Et* Lucret. 4, 1088 Nam citus atque humor membris aſſumitur intus. Vbi intus hanc nouam nuptam deduxi via recta Plaut. Caſ. 5, 2, 7. *Conf. Rutgerſ. V. L. 6, 19.*

INTVSIVM, *vid.* INDVSIVM.

INTŪTVS, a, um. Adi. [σφαλερός] *Non ſecurus, non tutus.* Liu. 5, 45 Caſtra Gallorum intuta, neglectaque, ab omni parte nacti, cum ingenti clamore inuadunt. *Sic* Idem 9, 41 Intuta vrbs. Intutum eſt ſcribere ſtilo, vt vetuſtiſſimi prodiderunt Plin. 37, 14. Intuta, quae indecora Tacit. Hiſt. 1, 33. Intuta moenium firmare Id. Hiſt. 3, 76, 3. Non intutior tempore, quam Deo tectior Nazar. Paneg. c. 26.

INTYBVS, *vid.* INTVBVS.

I N V

INVACVVS, a, um. Adi. *Laudatur* Tertull. adu. Hermog. c. 29. *Sed ibi ita legitur,* Vt ſic quoque eam non in vacuum feciſſet, faciendo viſibilem, et ita habitabilem.

INVADABILIS, e. Adiect. Inuadabilis fluuius Guil. Tyr. 4. *qui pedibus tranſiri non poteſt.*

INVĀDO, ſi, ſum, ĕre. [εἰσβάλλω, ἐπιβαίνω] *Aggredi, impetum facere, inuolare, irruere.* Virgil. Aen. 2, 265 Inuadunt vrbem ſomno vinoque ſepultam. *Sic* Liu. 31, 18 Inuaſit multitudinem rabies. Ille ſumit, hic inuadit Tertull. de Poenit. c. 6 *extr. Illud modeſtiae eſt, hoc ſuperbae violentiae.* Fortiſſime inuadere Quinctil. 5, 13. Ferro aliquem Virg. Aen. 6, 206. In aliquem: Cic. pro Caecin. 25 c. 9 Vt in Caecinam aduenientem cum ferro inuaderet. Leones inuadunt greges Ouid. Faſt. 2, 210. Ventus inuaſit nubem Lucret. 6, 174. Magnum aliquid Virgil. Aen. 9, 186. Cic. Verr. 1, 54 Iſte quod Argenti placuit, inuaſit: quae mancipia voluit, abduxit. Capillos alicuius Propert. 3, 8, 5. Caſtra trepidantia inuadit Virgil. Aen. 9, 747. Certamina inuadere Sil. 17, 473. In collum alicuius Cic. Philipp. 2, 77 c. 31. Aurel. Vict. de Viris Illuſtr. 68 C. Marius filius vigintiquinque annorum Conſulatum inuaſit: quem honorem tam immaturum mater fleuit. *Add.* Sueton. Aug. c. 26. Corpora inuadunt ſopore victa Ouid. Met. 14, 580. Imperium inuadens Aur. Vict. Epit. c. 38. Cic. Philipp. 2, 65 c. 26 At quam inſolenter ſtatim helluo inuaſit in eius viri fortunas? Tac. Ann. 11, 8 Ille, vt erat magnis auſis promtus, biduo tria Millia ſtadiorum inuadit. Negotia alterius Caius in l. 4 §. ideo D. de act. et oblig. In oculos Plaut. Aſin. 5, 2, 58. In oppidum Idem Bacchid. 2, 4, 60. Cic. Philipp. 2, 41 c. 16 In multas praeterea pecunias alieniſſimorum hominum eiectis veris heredibus tanquam heres eſſet, inuaſit. Tertull. de Poenit. 4 *pr.* Poenitentia vita eſt — Eam tu, peccator, — ita inuade, ita amplexare, vt naufragus alicuius tabulae fidem. Martial. 9, 57 *in formoſum,* Tutus vt inuadat Praelia, nudus eat. Virgil. Aen. 9, 186 Aut Pugnam, aut aliquid iamdudum inuadere magnum, Mens agitat mihi: nec placida contenta quiete eſt. Regnum inuadens Aur. Vict. Epit. c. 45. Viam inuadere, *Ingredi:* Virgil. Aen. 6, 260 Nunc inuade Viam, vaginaque eripe ferrum: Seruius. Manibus ambabus inuadens Torum Apul. Met. 2 p. 297. Cic. Verr. 1, 54 c. 20 Quas enim ſociorum atque amicorum vrbes adiſti legationis iure et nomine, ſi in eas vi cum exercitu imperioque inuaſiſſes, tamen opinor quae ſigna, *etc.* Vrbem Virgil. Aen. 2, 265. Liu. 10, 10 Per cuniculum trecenti armati in Vrbem ingreſſi nocte, portam, quae proxima erat, cepere: qua refracta, Conſul exercitusque Romanus ſine certamine Vrbem inuaſere. Quinctilian. 3, 7 Idem praecipit illud quoque, quod mox Cort. Celſus prope Supra modum inuaſit. Cupiditas bonorum inuaſit pleriſque, *et* pleroſque Varro *apud* Marcellum

Non. 9, 7. Salluſt. Iug. 84 Tanta libido cum Mario eundi pleroſque inuaſerat. *i. Inceſſerat.* *Conſ.* de Republ. Ord. c. 15. *et* Catil. c. 5. Cupido inuaſit homines Plin. Epiſt. 9, 30, 4. Ter. Hec. 3, 2, 22 Quid fuit tumulti? dic mihi, an dolor repente inuaſit? Fames inuaſit Sicyonios Plin. 36, 4. Cic. Off. 2, 75 c. 21 Modo enim hoc malum in Rempubl. inuaſit. Plaut. Aſin. 1, 1, 40 Sed eum morbus inuaſit grauis. Cic. Off. 3, 34 Negatque vllam peſtem maiorem vitam hominum inuaſiſſe, quam eorum opinionem, qui iſta diſtraxerint. Rabies inuaſit Liu. 31, 18. Senectus Columel. 2, 1. Liu. 28, 20 Itaque tantus omnes terror inuaſerat, vt quidam ex tutoribus, *etc.* Idem 28, 29 Nec maior in corpus meum vis morbi, quam in veſtras mentes inuaſit. Salluſt. in Catil. c. 32 Tanta vis auaritiae in animos eorum veluti tabes inuaſerat. Cic. Fam. 1, 9 Non potui magis in arcem illius cauſae inuadere. *i. magis ſerio illam cauſam oppugnare.* In genua miſero inuaſerunt flemina Plaut. Epid. 5, 2, 5. *Aliquando cum Datiuo.* Inuaſerat furor non ſolum improbis, ſed etiam his, qui boni habentur, vt pugnare cuperent Cic. Fam. 16, 12 *pr.* Quibus inuaſit repentinus rei magnae timor Gell. 19, 4. Inuaſit plerisque honorum cupiditas Varr. *apud* Non. 9, 7.

INVĀDOR, di. Paſſ. Salluſt. Bell. Iugurth. c. 13 Vndique ſimul ex inſidiis inuaditur. *Add.* Ibid. c. 87. Idem in Fragm. 6, 26 Inuadendarum terrarum cauſa. Sext. Rufi Breuiar. c. 23 Meſopotamia inuaſa. Pallad. 14, 120 Perſuadet moris tetrum mutare colorem Ficus, et inuaſis dat ſua iura comis, *i. ramis, quos inuaſit, quibus inſita eſt.*

INVĀSVS, ûs. m. Cael. Aurel. Tard. 1, 4.

INVASIO, ōnis. f. ἐφόρμησις Gloſſ. Cyrill. Symmach. Ep. 10, 48.

INVĀSOR, ōris. m. Aurel. Vict. in Aurel. c. 49 Romanum orbem triennio ab inuaſoribus receptauerat.

INVĂLEO, ēre, *vel* INVALESCO, ui, ĕre. [ἐπισχύω] *Robur ac firmitatem acquirere.* Plaut. Moſt. 2, 2, 19 Vsque inualuiſti? TE. vsque, vt vides. *Al.* Vsquene valuiſti. Inualuit conſuetudo, *h. e. Inueterauit* Plin. Epiſt. 6, 2. Tantum ipſe opibus conatuque inualuit Cic. pro Muraen. c. 15. Quinctil. 2, 1 *pr.* Tenuit conſuetudo, quae quotidie magis inualeſcit. Idem 10, 2, 13 Quum verba intercidant, inualeſcantque temporibus. *Contraria ſunt* intercidere, *et* inualeſcere. Quinct. 6, 1, 44 Inualeſcit affectus.

INVALETVDO, ĭnis. f. [ἀῤῥωστία] *Valetudinis infirmitas, et mala valetudo.* Cic. Att. 7, 2 Inualetudo tua me valde conturbat. Ibid. Epiſt. 5 Inualetudine tua moueor.

INVALETVDINARIVS, a, um. Adi. Sen. praef. Quaeſt. Nat. 1 Non video quare ſibi placeat, qui robuſtior eſt inualetudinario.

INVALENTIA, ae. f. [ἀῤῥώστημα] Gell. 20, 1 Vitium aliquod imbecillitatis atque inualentiae demonſtratur. *i. Languor aduerſae valetudinis.* *Add.* Apul. de Dogm. Plat. 1 p. 11.

INVALĬDVS, a, um. Adi. [ἄῤῥωστος] *Contrarium eſt* Robuſto *et* firmo. Plin. 11, 39 Inuentae tamen quaedam (*feminae contra conſuetudinem*) defluuio capitis inualidae. Liu. 6, 8 Quod vbi videre Camillum iam ad munera corporis ſenecta inualidum, vadentem in hoſtes, procurrunt pariter omnes. Artus inualidi Ouid. Epiſt. 21, 245. Auxilium legum inualidum Tacit. Ann. 1, 16. Corpus Ouid. Epiſt. 21, 207. Corpus fit inualidum Scribon. 187. Colum. 2, 11, 5 Ne alterius generis Herba inualidam Medicam perimat, *i. teneram, nondum adultam.* Manus inualidae Lucan. 5, 275. Milites, *Infirmi, et minime robuſti* Liu. 23, . . Ouid. Triſt. 5, 12, 11 Des licet inualido pectus mihi robore fultum, Fama refert Anyti quale fuiſſe reo. *Sed rectius legendum eſſe*, Hic valido, *admonet Heinſius.* Plin. 8, 5 Index Suis inualidae cruor in radice ſetae dorſo euulſae, caput obliquum in inceſſu. Inualidior Auguſtin. Retr. 1, 9. Vires Ouid. Triſt. 1, 5, 72. *Superl.* Inualidiſſimum vrſo caput Plin. 8, 36. ¶ 2 *Sunt et qui volunt* Inualidum *nonnunquam denotare* Valde validum. In *aliquando auget, quod patet in Inclytus, et id genus multis.* *Auctores de hac re laudati ſunt,* Lucret. 1, 970

Inualidis vtrum contortum viribus ire
Quo fuerit miſſum mauis longeque volare,
An prohibere aliquid cenſes, obſtareque poſſe?

Hic nonnulla exemplaria exhibent, Id validis: *nonnulla vero,* Inualidis. *Et qui legunt* Inualidis *interpretantur,* Valde validis. *Mihi* Id validis *melius videtur.* *Et* Iuſtin. 41, 6, 3 Ab inualidioribus Parthis velut exſangues oppreſſi ſunt. *Sed de huiuſce loci ſignificatione non inter interpretes conuenit; alii interpretantur Magis validos, alii Minus. Poſterius conuenit, ſi intelligas,* a Parthis *alioquin et antehac* inualidioribus *et minus virium habentibus, per hanc occaſionem oppreſſos Bactrianos.*

INVALIDE. Adu. Arnob. 7 p. 250. Legitur etiam in libris quibusdam *ap.* Cic. Att. 10, 8.

INVANVM. Adu. Inuanum laborare Tertull. adu. Hermog. c. 37. *Add.* Fulgent. *ad* Prob. de Orat. Vulgat. Exod. 20, 7. *Melius forte diſtinguitur.*

INVARIATVS, a, um. Adi. Et varianda mouens, inuariata manet Arnulph. Lexou. Carm. 4 v. vlt.

INVECTIO, *vid.* INVEHO.

INVBER, ĕris. Adi. *Quod contrarium eſt* Vberi. Gell. 20, 8 Quae quum appoſitae fuiſſent, et multae quidem, ſed inuberes macraeque eſſent. *De oſtreis loquitur, quas ibidem tenues et exſuctas eodem ſignificatu vocat, vtpote Luna ſeneſcente captas. Legitur et* Inhuber.

INVDO, āre. *Humidum facere.* Lambuntque viciſſim mulcentem, labrisque manus palpantis inudant Paullin. Nat. Felic. 6, . .

INVĔHO, vexi, vectum, ĕre. [ἐπάγω] *Intro vehere; cuius contrarium eſt* Eueho. Plin. 6, 19 Alii tellurem exercent, militiam alii capeſſunt, merces alii ſuas euehunt, res externas inuehunt. Cic. Verr. 4, 130 Quum tam multa ex illo mari bella emerſerint, tam multa porro in Pontum inuecta ſint. Id. Off. 2, 76 c. 22 Tantum in aerarium pecuniae inuexit, vt vnius Imperatoris praeda finem attulerit tributorum. Cic. Tuſc. 3, 26 c. 12 Haec mala, ô ſtultiſſime Aceta, ipſe tibi addidiſti: non inerant in his, quae tibi caſus inuexerat. *Add.* Ibid. 2 c. 8. Incommoda inuecta per aliquem Cic. de Inuent. 1, 1. *Add.* Varro R. R. 1, 16. Cic. Tuſc. 4, 38 Vt quemcunque caſum fortuna inuexerit, hunc apte et quiete ferat. Qualis ille maritimus Triton pingitur natantibus inuehens beluis Id. N. D. 1, 78 c. 28. *i. vt oſtendit ſeries orationis, inferiore parte ſui in piſcem, vel duos piſces, exiens.* Cic. in Somn. Scip. 3 c. 2 Sed quum eris curru Capitolium inuectus, *etc.* Diuitiae auaritiam inuexere Liu. praef. Idem 8, 9 Euidentiſſimum id fuit, quod quacunque equo inuectus eſt; ibi haud ſecus quam peſtifero ſidere icti pauebant. *Conſ.* Virg. Georg. 3, 358. Liu. 22, 15. Cic. de Fin. 5, 70 c. 24 Quem Tiberina decurſio feſto illo die tanto gaudio affecit, quanto L. Paullum quum regem Perſen captum adduceret, eodem flumine inuectum? Inuehi ex alto in portum Id. pro Muraen. 4 c. 2. Inuehere per mare Plin. 12, 1. Tacit. Ann. 2, 23 Legiones claſſi impoſitas per Amiſiam Oceano inuexit. Inuectus portum, inuectus vrbem, *pro In portum, et in vrbem* Plin. 6, 22. Liu. 4, 29 Praepoſitoque COS. caſtris, ipſe triumphans inuectus vrbem, Dictatura ſe abdicauit. Idem 6, 32 Quantumque Romana ſe inuexit acies, tantum hoſtes gradu demoti. Inuehi in aciem, *vid.* ACIES. ¶ 2 *Reciproca ſignificatione ſed metaphorica* [ἀποτείνομαι] *Inſectari, maledictis aliquem aggredi, et quodam impetu ſermonis in aliquem ferri. Vid.* INEQVITO. Cic. ad Octau. 3 Itaque in eam palam vehementer inuectus. Id. de Orat. 2, 301 c. 74 Orat reus, vrgent aduocati, vt inuehamur, vt maledicamus, denique vt interrogemus. In aliquem Quinctil. 4, 3. Inſectari et inuehi in aliquem acerbius Cic. de Amicit. 57 c. 16. Acerbe et contumelioſe in aliquem Id. de Orat. 2, 304 c. 75. Aperte in aliquem Id. Philipp. 2, 74 c. 29 *extr.* Aſpere in aliquem Cic. pro Sext. 14. Grauiter Idem de Orat. 3, 2 c. 1. Quum in oratione ſua multa inuectus eſſet in Thebanos Nep. 15, 6, 1. Quum non nulla inueheretur in Timoleonta Idem 20, 5, 3. Vehementius in aliquam rationem Cic. de N. D. 3, 94 c. 40. Vehementius in cauſam aliquorum Idem de Orat. 1, 24 c. 7 *pr.* Verbis triſtibus inuectus Ouid. Triſt. 2, 133.

INVECTVS, a, um. Partic. *paſſ.* [ἐποχηθεὶς] *Intro vectus vel curru vel equo: vt,* Virg. Aen. 8, 714 At Caeſar, triplici inuectus Romana triumpho Moenia, dîs Italis, *etc.*

INVECTVS, ûs. m. [ἐπαγωγὴ] *Ipſe inuehendi actus.* Plin. 4, 1 Amnis Achelous e Pindo fluens, atque Acarnaniam ab Aetolia dirimens, et Artemitam inſulam aſſiduo terrae inuectu continenti annectens.

INVECTIO, ōnis. f. [ἐπαγωγὴ] *Idem.* Cic. de Off. 2 13 c. 3 Iam vero et earum rerum, quibus abundaremus, exportatio: et earum, quibus egeremus, inuectio, certe nulla eſſet, niſi his muneribus homines fungerentur. *Inſectatio, impetus animi in aliquem:* Cic. de Inuent. 2, 164 c. 54 Clementia, per quam animi temere in odium alicuius inuectionis concitati, comitate retinentur.

INVECTICIVS, a, um. Adi. [ἐπαγώγιμος] *Quod inuehitur externum.* Plin. 10, 29 Quippe quum Theophraſtus tradat inuecticias eſſe in Aſia etiam columbas. *Conſ.* Sen. Epiſt. 23.

INVECTĪVVS, a, um. Adi. [στηλιτευτικὸς] *Quod inuehitur: h. e. Maledictis inſectatur. Vnde,* Ammian. 22, 32 Volumen inuectiuum. *Ita in antiquis editionibus ex MSS.* Liber primus, ſecundus, *etc.* Inuectiuarum in Catilinam. Inuectiuarum in Verrem liber tertius. *Sed neſcio quam antiqui illi tituli.*

INVECTIVALITER. Adu. Symmach. Epiſt. 1, 11. *cum inuectione.*

INVECTOR, ōris. m. Ambroſ. Hex. 2, 3. Symmach. Ep. 10, 27 ad Valent. Frag.

INVECTRIX, īcis. f. Ambroſ. Epiſt. 82.

INVELĀTVS, a, um. Adi. Mart. Capell. 1 p. 3 Inuelatum humerorum cacumen.

INVENALIS, e. Adi. ἄπρατος Gloſſ. Gr. Lat.

INVENDIBĬLIS, e. Adi. Plaut. Poen. 1, 2, 128 Inuendibili merce oportet vltro emtorem adducere, proba merx facile emtorem reperit, tametſi in abſtruſo ſita eſt.

INVENDĬTVS, a, um. Adi. *Non venditus.* Scaeuola in l. Seius D. de reſcind. vend. Quaeſitum eſt, quum neque fideiuſſor datus, neque omnis pecunia ſecundum legem ſuis diebus ſoluta ſit: an praedia inuendita ſint.

INVĔNIO, vēni, ventum, īre. [εὑρίσκω] *Quaſi In aliquid venire, vel conſilio, quaerendo vel caſu: hic eſt explorare, comperire, deprehendere, etc.* Plaut. Ciſt. 4, 2, 93 Quod quaeritabam, filiam inueni meam. Nihil eſt ſimul et inuentum et perfectum Cic. in Bruto c. 18. Ouid. Met. 2, 729 Et quos non habuit ſub nubibus inuenit ignes. Inueneris, *pro Inuenias: hoc eſt ſciſcitêre* Plaut. Bacch. 4, 7, 42. *Comminiſci, excogitare:* Nihil acute inueniri poteſt Cic. de Cl. Orat. c. 9. Ter. Eun. 3, 1, 62 Caeterum idem hoc tuto melius quanto inueniſſes Thraſo. Plaut. Moſt. 3, 1, 159 Igitur tum accedam huc, quando quid agam inuenero. Idem Merc. 2, 1, 29 Hoc quam ad rem credam pertinere ſomnium, nequeo inuenire. Liu. 3, 23 *extr.* Eodem anno deſciſſe Antiates, apud pleroſque auctores inuenio. Plin. 7, 16 Inuenimus in monumentis. Inuenitur inter exempla Idem 14, 13. Ter. Eun. 2, 1, 4 Vtinam tam aliquid inuenire facile poſſis Phaedria, quam hoc peribit: Donatus *interpretatur* acquirere. Cic. Philipp. 3, 16 Qui propter haeſitantiam linguae, ſtuporemque cordis, Cognomen ex contumelia inuenit. *Nunc editur* Traxerit. Id. Verr. 3, 176 Iam vero ſcriba tuus annulo aureo ſuo, quem ex his rebus inuenit, iſta te ratione vti non ſinet, *i. meruit.* Cognoſcere: Ter. Eun. 5, 9 (8) 6 Scis Pamphilam meam inuentam ciuem? Donatus. Inuenio Scribon. Epiſt. *i. cauſam video.* Satin' iſtuc mihi exquiſitum eſt. AR. Tam ſatis, quam nunquam hoc inuenies ſecus Plaut. Capt. 3, 4, 106. *Add.* Id. Bacch. 4, 7, 43. *et* Moſt. 3, 1, 159. *it.* 2, 2, 46. Quid nunc ſuſpicare aut inuenis de illa Ter. Heaut. 4, 1, 42. ¶ 2 *Accuſatiui:* Liu. 25, 7 *verſ. f.* Aditum ſibi ad obſides Tarentinos inuenit. Mihi nunc relictis rebus inueniendus eſt Aliquis Ter. Heaut. 4, 7 *extr.* Idem Phorm. 3, 3, 1 Vnde ego nunc tam ſubito huic Argentum inueniam miſer? Idem Heaut. 5, 2, 36 Poſtquam eſt inuenta filia vera, inuenta eſt Cauſa, qua te expelleret. *Add.* Id. Andr. 4, 1, 19. Neque Certum inueniri poterat Caeſ. B. C. 1, 25. *i. Sciri.* Mala aetas nulla Delinimenta inuenit Afran. *ap.* Non. 1, 1. Exitum Sen. Epiſt. 1. Plaut. Aſin. 2, 2, 47 Tantum Facinus modo inuenio ego, vt nos dicamur duo omnium digniſſimi eſſe, quo cruciatus confluant, *i. excogitaui.* *Sic* Ter. Heaut. 3, 3, 36 De Fallacia dicis: hem inueni nuper quandam. Liu. 26, 17 Nec poſtero die res Finem inuenit. Gloria opesque inuentae Salluſt. B. Iugurth. 73. Sall. Iug. 94 *extr.* Sic forte correcta Marii temeritas Gloriam ex culpa inuenit. Plin. 19, 5 Plurimis modis auſteritate victa gratiam inuenit. Gratiam ſibi a diis Plaut. Rud. Prol. v. 27. Idem Epid. 2, 2, 106 Quem hominem inueniemus ad eam rem vtilem? Hoſtes Liu. 3, 7. Hoſtem populabundum in agro Idem 3, 4.

Plaut.

Plaut. Amph. 1, 1, 130 Modo ſis, veni huc, inuenies infortunium. Ter. Heaut. 5, 4, 21 Neque quod initium inueniam ad placandum ſcio. *Al.* Principium incipiam. Id. ibid. 5, 4, 17 Quaeris id quod habes, parentes: quod abeſt, non quaeris, patri quomodo obſequare, et vt ſerues quod Labore inuenerit. *i. Acquiſierit. Add* Ibid. 4, 7 *extr.* Ter. Andr. 1, 1, 39 Ita vt facillime ſine inuidia Laudem inuenias, et amicos pares. Malefacta alicuius Plaut. Truc. 4, 2, 61. Tacit. Ann. 1, 61 Vbi infelici dextera, et ſuo ictu Mortem inuenerit. Multa bene ac diuinitus inuenientes Lucret. 1, 736. Plaut. Epid. 2, 2, 45 Quid iſtae quae quotannis nomina inueniunt Noua? Plin. in praef. 2 Inde Nomen diuinum inuenit. Nomen Latinum non inuenire Idem 11, 45. *i. Non habere.* Cic. Fam. 5, 9 Scis meam fortunam, neſcio quomodo facile Obtrectatores inuenire. Orationem, *vid.* ORATIO. Plin. 7, 43 Summum Senatorem haberi Pecuniam magnam bono modo inuenire, multos liberos relinquere. Perniciem aliis, ac poſtremum ſibi Tacit. Ann. 1, 74. Principium Ter. Heaut. 5, 4, 21. Idem in prol. Phorm. 14 Nullum inuenire Prologum potuiſſet nouus, quem diceret, niſi haberet cui malediceret. Idem Heaut. 1, 1, 56 Si id non facis, ego Quod me in te ſit facere dignum, inuenero. Cic. pro Roſc. Amer. 42 Ille Quomodo crimen commenticium confirmaret, non inueniebat. Ratio inuenta eſt, cur pecunia ſacrorum moleſtia liberaretur Id. de Legib. 2, 31. Ter. Phorm. 4, 3, 11 Nam hercle ego quoque id quidem mecum agitans ſedulo, inueni opinor Remedium huic rei. Inuenit Se dolor Ouid. Her. 15, 113. *i. mens a primo ſtupore rediit ad ſenſum doloris.* Salutem fuga Sil. 7, 505. Spelunca vix ipſis inuenienda feris Ouid. Faſt. 1, 556. Quae nos Tirones in foro inueniunt Quinctil. 2, 10. Vbi habitat inuenias Plaut. Merc. 3, 3, 23. Venas aeris, auri, argenti penitus abditas, *vid.* ABDO. Veniam Plaut. Rud. prol. 27. Viam Ter. Eun. 2, 2, 16. Virg. Aen. 4, 478 Inueni germana viam, gratare ſorori. Viam fata inuenient Id. ibid. 10, 113. *et* 3, 395. ¶ 3 *Obſſ.* Cic. in Catil. 3, 17 Haec tanta in Remp. coniuratio manifeſto inuenta atque deprehenſa eſt. Ter. Hec. 3, 1, 19 Tum matrem ex ea re, aut me vxorem in culpa inuenturum arbitror. Inuenibo, futurum antiquum pro Inueniam. Pompon. . . Buccone adoptato, Saepe annuit, inuenibit ſaepe. Nonius 7, 96. Inuenitur, *imperſ.* Plin. 10, 21 *ad fin.* Inuenitur in annalibus, in Ariminenſi agro, M. Lepido, Q. Catulo COSS. in villa Valerii locutum gallinaceum.

INVENTVS, a, um. Partic. [εὑρημένος] Ouid. Met. 1, 654 Tu non inuenta reperta Luctus eras leuior. Opes inuentae ſanguine Ouid. Amor. 3, 8, 54. Quaerit, et inuentis miſer abſtinet vti Hor. A. P. 170. [εὑρετός] Quinctil. prooem. 8 Inuentis vim afferimus. Ter. Phorm. 3, 3, 26 Age age, inuentas reddam. *Subaud.* Minas. Plaut. Bacch. 2, 2, 41 Quod ames, paratum eſt: quod des, inuento eſt opus. ¶ 2 *Subſtant.* Inuentum [εὕρημα] *Commentum.* Ter. Heaut. 4, 5, 6 Vt te omnes equidem dii deaeque, quantum eſt Syre cum iſtoc inuento, cumque incepto perduint. Plin. 23, 1 Vinum ieiunos bibere nouicio inuento inutiliſſimum eſt. *Vid.* NOVVS. Galliarum inuento Plin. 34, 17. Aemuli inuentorum Zenonis, Stoici nominantur Cic. pro Muraen. 61 c. 29. Id. de Senect. 78 Sic mihi perſuaſi, ſic ſentio, quum tanta celeritas animorum ſit, tanta memoria praeteritorum, futurorum prudentia, tot artes, tantae ſcientiae, tot inuenta, non poſſe eam naturam, quae res eas contineat, mortalem eſſe. Memoranda Virg. Georg. 4, 454. Sicca, ac ſeuera Quinctil. 2, 4.

INVENTVS, ûs. m. [εὕρεσις] *Ipſe inueniendi actus.* Plin. 17, 10 Ex eodem inuentu eſt, ſurculos abſciſſos ſerere. *h. e. Eiusdem inuentionis et artis.*

INVENTIO, ōnis. f. [εὕρησις] *Idem.* Plin. 13, 1 Haec ſunt antiquae inuentionis genera. Legum Iuſtin. 3, 2, 7. Refrigerato inuentionis amore Quinct. Epiſt. ad Tryph. Inuentio atque excogitatio Cic. Tuſc. 1, 61 c. 25. *Vna eſt de quinque rhetorices partibus. Vid.* Quinctil. 3, 3. *Vnde etiam exſtant* libri duo Ciceronis de Inuentione. Inuentionum ornatus Iuſtin. 9, 8, 10. *de oratione.*

INVENTIVNCVLA, ae. f. Dimin. [εὑρημάτιον] Quinctil. 8, 5, 22 Ad hoc plerique minimis etiam inuentiunculis gaudent, quae excuſſae riſum habent, inuentae facie ingenii blandiuntur.

INVENTOR, ōris. m. [εὑρετής] *Qui inuenit: vt,* Inuentor olei Ariſtaeus Cic. Verr. 4, 128. Artium Caeſ. B. G. 6, 16. *Sic* Plin. 25, 8 Inuentor plantaginis. Rerum Lucret. 3, 9. *de quibus* Plin. 7, 56. Salutis Stat. Silu. 1, 1, 78. Scelerumque inuentor Vlyſſes Virg. Aen. 2, 164. Stoicorum inuentor et princeps Cic. Acad. 4, 131 c. 42 *fin.* Veritatis inuentor, et quaſi architectus beatae vitae Id. de Fin. 1, 32 c. 10. Voluptatum Ter. Eun. 5, 9 (8) 5.

INVENTRIX, īcis. f. [εὑρέτις] Plin. 35, 11 Amauit in iuuenta Glyceram municipem ſuam, inuentricem coronarum. Princeps et inuentrix belli Minerua Cic. de N. D. 3, 53 c. 21. Carminis inuentrix et auctor Ouid. Faſt. 6, 709. Inuentrices doctrinarum Athenae Cic. de Orat. 1, 13 c. 4. Inuentrix et magiſtra legum Idem Tuſc. 5, 5 c. 2. Oleae inuentrix Minerua Virg. Georg. 1, 18. Ars inuentrix, et iudicatrix, et enuntiatrix Quinctil. 2, 15.

INVENTARIVM, i. n. *Idem quod Repertorium.* Vlpian. de Adminiſt. tutor. l. Tutor qui repertorium non fecit, quod vulgo inventarium appellatur, dolo feciſſe videtur.

INVENVSTVS, a, um. Adi. [ἄχαρις, ἀχάριτος] *eſt,* ſine Venere, id eſt ſine gratia, quem omnes reſpuant, repudientque pulchrae, et quem deformes appetant. Inuenuſtus, cui Diſplicens obiicitur; Infelix, cui placens negatur. *Haec* Donatus *ad* Ter. Andr. 1, 5, 11 Adeone hominem eſſe inuenuſtum, aut infelicem quenquam, vt ego ſum? Cic. de Clar. Orat. 237 c. 67 C. Cenſorinus Graecis literis ſatis doctus, quod propoſuerat explicans expedite, non inuenuſtus actor, ſed iners et inimicus fori. Arbuſtum Columel. 5, 6. Sordida res et inuenuſta Catull. 12, 5. Illepidum et inuenuſtum Idem 10, 4.

INVENVSTE. Adi. [ἀχαρίτως] *Incomte, ineleganter, impolite.* Gell. 17, 12 Inibi in eisdem laudibus non hercle hac ſententiola inuenuſte luſit. *Add.* Apul. de Mundo p. 70.

INVERECVNDVS, a, um. Adi. [ἀναιδής] Verecundo *contrarium.* Suet. de Clar. Gramm. c. 15 At tanto amore erga patroni memoriam exſtitit, vt Salluſtium hiſtoricum, quod eum oris improbi, animo inuerecundo ſcripſiſſet. Plaut. Rud. 3, 2, 38 Legirupa, impudens, impurus, inuerecundiſſimus. Deus Hor. Epod. 11, 19. *Bacchus.* Frons, *quae et Perfricta et perfricata dicitur* Quinctil. 2, 4. Cic. de Inuent. 1, 83 c. 45 Sin inuerecundum animi ingenium poſſidet, tamen eum accuſes: non enim probus eſt. Quid enim illis inuerecundius Val. Max. 7, 7, 1.

INVERECVNDE. Adu. Sen. Epiſt. 114 *pr.* Aliqua aetas fuerit, quae translationis iure vteretur inuerecunde. Quinctil. 7, 4 Non inuerecunde dicet, multum ſua interfuiſſe. Tranſitum inuerecunde denegare Aggen. Vrb. de Re Agrar. *in fin.* Multo inuerecundius cum aliquo agere, quam *etc.* Hieron. Epiſt. 12 *ad* Gaudent. Inuerecundius hoc dicere videor Auguſtin. Epiſt. 52.

INVERECVNDIA, ae. f. Arnob. 4 p. 150 Obduratus inuerecundia. Tertull. de Poenit. c. 6 Praeſumtio inuerecundiae portio eſt. *Add.* Id. Apol. c. 7. Arnob. 2 p. 93.

INVERGO, *&c.* [ἐπιχέω] *Inclinare fundendi, libandiue cauſa. Anus biboſa ad cantharum, apud* Plaut. Curc. 1, 2, 12 Ipſum expecto tangere, inuergere in me liquores tuos ſino ductim, *i. ſenſim illabi et influere.* Frontique inuergit vina ſacerdos Virg. Aen. 6, 244. *i. infundit.* Ouid. Met. 7, 247 Tum ſuper inuergens tepidi carcheſia lactis, *etc.* *Add.* Val. Flacc. 2, 611.

INVERTO, ti, ſum, ěre. [ἐκςρέφω, παρακινέω] *Quaſi In contrarium vertere, vt veſtem aut pellem. Seu etiam Verba praepoſtere pronunciare: vt pro Lauo, Vola.* Plin. 32, 2 Infixo hamo inuertere ſe, quoniam ſit dorſo cultellato. *de Muraena.* Cic. Off. 2, 78 Ibi quum palam eius annuli ad palmam conuerterat, a nullo videbatur, ipſe autem omnia videbat: idem rurſus videbatur, quum in locum annulum inuerterat. *de Gyge.* Campum fractis glebis Virg. Georg. 3, 161. *h. e. Arare.* Cic. Q. Frat. 3, 2 Quid quaeris? probe premitur, niſi noſter Pompeius diis hominibusque inuitis negotium inuertit. *Legitur alias* Euerterit. Cic. in Partit. 24 c. 7 Vt quum ſemel dictum ſit directe, ſicut natura ipſa tulerit, inuertatur ordo, et idem quaſi ſurſum verſus retroque dicatur. Palpebram inuertere Scribon. 36. Inuertitur palpebra 37. Inuerſa palpebra 26. Scrobes oleis: *h. e. Fodere locum pangendis oleis idoneum* Cato c. 27. Cic. de Aruſp. Reſp. 52 Videant ii, qui illum Cn. Pompeium inimicum eſſe gaudebant, ob eamque cauſam in tot tantisque ſceleribus conniuebant, *etc.* quam ſe cito inuerterit. *h. e. Mutarit.* Verba, *vid.* INVERSIO. Nos virtutes ipſas inuertimus Hor. Serm. 1, 3, 55.

INVERSVS, a, um. Partic. [ἐξεςραμμένος] Inuerſa manus Plin. 11, 25. Conſuetudo Quinctil. 3, 11. Mare, *Quando quod imum erat, ſurſum vertitur* Hor. Epod. 10, 5. Mores Idem Carm. 3, 5, 7. *i. In peius mutati.* Ter. Heaut. 2, 2, 131 Ego autem noui, quam eſſe ſoleas impotens, inuerſa verba, euerſas ceruices tuas, *etc.* Verba *ſignificat inflexa, inquit Turnebus, tropoque mutata, quibus amatores plerumque vti ſolent, quum aut amicam alloquuntur, aut de ea loquuntur. Vitam enim appellant, coloſtram, cor, delicias, quae quum temere effutiant aliudque agentes, veretur ſeruus, ne iis prodat amorem ſuum Cteſipho. Friget, quod Terentiani dicunt interpretes,* Inuerſa, *i. Praepoſtere et in contrarium pronuntiata: vt pro Lauo, Vola. Haec Turnebus. At non perſuadet, vt non potius putem, inverſa eſſe praepoſtere per incogitantiam, animo perturbato ſcilicet effutita.* Vomer Hor. Epod. 2, 63.

INVERSVM. Adu. Surculis inuerſum ſuperpoſitis Solin. c. 8.

INVERSIO, ōnis. f. [ἐκςροφή] *Quod Tranſpoſitum dicimus.* Cic. de Orat. 2, 261 c. 64 In verbis etiam illa ſunt, quae aut ex immutata oratione ducuntur, aut ex vnius verbi translatione, aut ex inuerſione verborum. *Eſt autem* Inuerſio, *Genus ironiae, quum contrarium intelligitur, et quum non recta ſignificatio, ſed inuerſa accipitur; velut quum apud* Ciceronem *qui* Pulchellus *dicitur,* Deformis *intelligitur: qui* Diſertus, Indiſertus. Cic. ibid. 262 Inuertuntur autem verba, vt Craſſus apud M. Perpennam iudicem pro Aculeone quum diceret, aderat contra Aculeonem Gratidiano L. Heluius Lamia, deformis, qui quum interpellaret odioſe, Audiamus, inquit, pulchellum puerum, Craſſus. Quum eſſet arriſum, Non potui mihi, inquit Lamia, formam ipſe fingere, ingenium potui. Tum hic, Audiamus, inquit, diſertum, multo etiam arriſum eſt vehementius.

INVERSVRA, ae. f. *Vt verſura, cum directio flexu quodam mutatur.* Vitruu. 5, 3 Aditus directos et ſine inuerſuris faciendos.

INVERSIBĬLIS, e. Adi. Apul. Aſclep. p. 100.

INVERSO, āre. Fulgent. de Contin. Virg. p. 241 *Munk.*

INVERSOR, āri. *Adfertur ex Lucil. apud* Lactant. 6, 5 Queis inuerſamur, queis viuimus, rebus adeſſe. *i. In quibus rebus verſamur. Sed multo melius disiungitur.*

INVESPERASCĔRE, [ἐφεσπερεύεσθαι] *Veſperum tempus fieri.* Liu. 39, 50 Iam inueſperaſcebat.

INVESTĪGO, āre. [ἰχνεύω] *Quaerere et interdum cum effectu ſuo, i. inuenire. Tractum a venatoribus, qui per veſtigia feras quaerendo inueniunt.* Plaut. Rud. 5, 2, 35 Quid dare velis, qui iſtaec tibi inueſtiget, indicetque. Plaut. Merc. 3, 4, 79 Certum eſt praeconum iubere iam quantum eſt conducier, Qui illam inueſtigent, qui inueniant. Ter. Heaut. 4, 2, 8 Nihil tam difficile, quin quaerendo inueſtigari poſſit. Cic. pro Ligar. 1 Sed quoniam diligentia inimici inueſtigatum eſt quod latebat. Idem de Fin. 4 c. 8 Veri inueſtigandi cupidus. Inueſtigare cum animo Plaut. Aulul. 4, 9, 4. Idem Merc. 4, 5, 4 Nihil inueſtigo quidquam de illa muliere. Diligenter de aliquo Cic. Att. 9, 6. Idem Verr. Act. 1, 48 Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus inueſtigare et conſequi poſſim. Cic. in Catil. 3, 11 Vt et quanta, et quam manifeſta, et qua ratione inueſtigata ac comprehenſa ſint, ſcire poſſitis. Diligentia alicuius inueſtigare, quod latet Id. pro Ligar. 1. Cic. Verr. 4, 47 c. 21 Qui inueſtigabant, et perſcrutabantur omnia. Coniurationem inueſtigare, Patefacere, opprimere Id. pro Sull. 85 c. 30. Incredibilis ad inueſtigandum canum ſagacitas narium Id. de N. D. 2, 158 c. 63.

INVESTIGANS, antis. Part. Vulgata Num. 5, 15. *et* Eccleſ. 12, 9.

INVESTIGATIO, ōnis. f. [ἐξέτασις, ἴχνευσις] Cic. de Fin. 5, 10 c. 4 Qua ex cognitione facilior facta eſt inueſtigatio rerum occultiſſimarum. Idem Off. 1, 13 c. 4 In primisque hominis eſt propria veri inquiſitio atque inueſtigatio. Conferre ſe ad inueſtigationem, *vid.* CONFERO.

INVESTIGĀTOR, ōris. m. [ἰχνευτής, ἐξεταςής] Cic. de Vniuerſ. 1 Acer inueſtigator et diligens earum rerum, quae a natura inuolutae videntur. Idem pro Sull. 85 c. 30 Ego ille coniurationis inueſtigator atque vltor. Diligentiſſimus antiquitatis inueſtigator Varro Cic. de Clar. Orat. 60 c. 15.

INVESTIGĀTRIX, īcis. f. Mart. Capell. 5 *poſt init.*

INVESTIGABĬLIS, e. Adi. Tertull. adu. Hermog. c. 45 Omnia inueſtigabilia ſi ex materia ſunt inueſtigata et inuenta. Lactant. 3, 27 Res non inueſtigabiles. *Conf.* Vulgat. Prouerb. 5, 6. *et* Rom. 11, 33.

INVESTIO, īui, ītum, īre. *Eſt, veſtibus tegere, et ſimplicis ſignificationem aliquantum augere videtur.* Plin. 35, 7 Publicas porticus inueſtiuit pictura. *Et* Sen. Epiſt. 114.

INVESTITVS, a, um. Part. *Vt* Nec tumidas fluitante ſinu inueſtita papillas Prudent. adu. Symm. 2, 38. *Sic Weitz. ex MSS. Vulgo* Veſtita, *quae Gloſſa eſt.*

INVESTITVRA, ae. f. *Vox barbara pro Admiſſione in alicuius muneris poſſeſſionem. Vid. Voſſ. de Vit. L. L. 3, 16. et* VESTIO n. 3.

INVESTIMENTVM, i. n. Liu. 4, 25 Inueſtimentum album addere. *quod neſcio quomodo placere potuerit non modo Rhenano, ſed Hotomanno etiam, Giſanio, aliisque. Recte Gronou. Duker. Drakenborchius ita hunc locum conſtituunt*, Placet tollendae ambitionis cauſa tribunos legem promulgare, ne cui album in veſtimentum addere petitionis liceret cauſa, *ſimili conſtructione vt* Sall. Catil. 51, 21 Quamobrem in ſententiam non addidiſti, vti *etc.*

INVESTIS, e. Adi. Tertull. de Pall. c. 3 Nudus et inueſtis. ¶ 2 Inueſtes, [ἄνηβος] *dicimus Impuberes, vel imberbes.* ἄφθορος Gloſſ. Lat. Gr. *Nempe* Veſtem *eſſe barbam, et pubertatem adeo obſervamus ſ. l. n. 2.* Pallad. Iul. ſ. 8, 7 *de Hydromelli*, Quinque horarum ſpatio continuo per inueſtes pueros curabis agitare vaſa ipſa concutiens. Idem Pallad. Oct. ſ. 11, 14, 16 Inueſtis puer hoc, aut aliquis ſatis purus efficiat. Inueſtem a nobis accepiſti, veſticipem illico reddidiſti Apul. Apol. p. 336. *Conf.* Tertull. de Virg. Vel. c. 8. *et* de Anima c. 56. *Vid.* Aurea veſtis, *in* VESTIS; Nonium 6, 57. *et Voſſ. Etymolog.*

INVETĔRO, āre. [παλαιόω, παλαιοποιῶ] *Ad vetuſtatem ſeruare.* Plin. 23, 2 Aquae marinae ſextarios quinque pariter coquebant, decies deferueſcente cortina, atque ita diffundebant, inueterabantque. Idem 19, 6 Quod ſi diutius allium cepeque inueterari libeat. *Sic* Inueteratum vinum Idem 14, 2. Cic. de N. D. 2, 5 c. 2 Nec vna cum ſaeculis aetatibusque hominum inueterare potuiſſet. *de opinione, qua dii eſſe putantur.* Hac verſutia et his artibus veri ac ſingularis Dei notitiam apud omnes gentes inueterauerunt Lactant. 2, 16, 20. *i. antiquarunt aboleuerunt.*

INVETERASCO, veterāui, veterātum, ĕre. [παλαιόομαι] *Invaleſcere.* Ter. in prol. Hec. 12 (ſ. Prol. 2, 4) Nouas qui exactas feci, vt inueteraſcerent. *Vbi* Donatus: Inueteraſcerent, i. e. In conſuetudinem venirent, ſpectarentur, amarentur. Intelligo, in noſtra ciuitate inueteraſſe etiam a bonis temporibus, vt Cic. Off. 2, 57 c. 16. Id. in Catil. 3, 26 c. 11 Memoria veſtra Quirites noſtrae res alentur, ſermonibus creſcent, literarum monimentis inueteraſcent et corroborabuntur. Aes alienum Nep. 25, 2, 5. Caeſ. B. G. 5, 41 Atque hanc inueteraſcere conſuetudinem nolint. Dolor inueterauit Scribon. 5. Cic. pro L. Manil. 7 c. 3 Delenda eſt vobis illa macula Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta, quae penitus inſedit atque inueterauit in Pop. Rom. nomine. Mala Id. Tuſc. 3 c. 15. Cic. pro P. Sull. 24 At ſi tibi nos peregrini videmur, quorum iam et nomen et honos inueterauit, et huic vrbi, et hominum famae, ac ſermonibus: quam tibi illos competitores tuos peregrinos videri neceſſe erit, qui iam ex tota Italia delecti tecum, de honore, et de omni dignitate contendunt? *i. Inualuit et corroboratum eſt nomen.* Cic. Verr. Act. 1 c. 1 Inueterauit enim iam opinio pernicioſa Reipubl. vobisque pericuioſa. Verbi ſignificatio falſa atque aliena irroborauit inueterauitque Gell. 1, 22. (*Vinum*) album inueteraſcens Plin. 23, 1. Vlcus inueteraſcit alendo Lucret. 4, 1062. ¶ 2 Inueteraſcere *obſoleſcere ſignificat, et vigorem ſuum amittere, ſi recte legitur* Cic. Tuſc. 5, 40 c. 14 Nihil enim inueteraſcere, nihil exſtingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata conſiſtit. *Sed editur* interrareſcere *etiam a Gron. et Dauiſio. Caeterum mirum non fuerit, ſi verbum hoc vtrumque ſignificet*, inualeſcere *et* obſoleſcere. *Nam aetate et longa die quaedam res magis confirmantur et inualeſcunt, aliae debilitantur, etc. Caeterum* Nigidius *apud* Non. 5, 63 Dicemus, quae vetuſtate deteriora fiunt vetuſtiſcere; inueteraſcere, quae meliora. ¶ 3 *Propria ſignificatione v. g.* Inueteraſcere *dicitur miles in eo loco, vbi diu commoratur.* Caeſ. B. C. 1, 44 Quod fere fit quibus quisque in locis miles inueterauerit, vbi multum earum regionum conſuetudine moueatur. Idem B. G. 2, 1. *et* B. C. 3, 110. Cic. *ap.* Auguſt. C. D. 22, 6. Tacit. Ann. 11, 25, 10.

INVETERĀTVS, a, um. Part. Inueteratus dolor Cic. Tuſc. 3, 35 c. 16. Vehementius contra inueterata pugnandum eſt Sen. ad Marc. c. 1. *Contraria:* Cic. de Senect. 72 Iam omnis conglutinatio recens, aegre: inueterata facile diuellitur. *Contraria:* Cic. Fam. 3, 9 Noſtra non inſtituta, ſed iam inueterata amicitia. Inuidia Id. Off. 2, 58. *it.* pro Cluent. *pr.* Licentia Nep. 18, 8, 2. *Contraria:* Cic. Philipp. 5, 31 c. 11 *extr.* Omne malum naſcens facile opprimitur, inueteratum fit plerumque robuſtius. Id. de Amicit. 32 c. 10 Eorum querela inueterata, non modo familiaritates exſtingui ſolere, ſed etiam odia gigni maxima atque ſempiterna. Seruitus Nep. 20, 1, 1. Vinum Plin. 14, 2.

INVETERATIO, ōnis. f. [παλαιότης] *Vetuſtas, antiquitas.* Cic. Tuſc. 4, 81 c. 37 Inueteratio autem vt in corporibus aegrius depellitur quam perturbatio, *etc.*

INVETĬTVS, a, um. Adi. *Non vetitus, non prohibitus.* Sil. 2, 441 It liber campis paſtor, cui ſine fine vllo Inuetitum ſaltus penetrat pecus.

INVĬCEM. Adu. [ἐπαμοιβαδὸν, ἐναλλὰξ] *i. Mutuo, viciſſim, quod intelligitur, ſi ſeparatim* in vicem *cogites, vel* per vicem. Plaut. Men. arg. 10 Ii ſe cognoſcunt fratres poſtremo inuicem. Quinct. . . Qui ſe ardentiſſimo amore inuicem dilexerunt. Idem 3, 10 Litigatores idem crimen inuicem intentant. *i. Inter ſe.* Haec inuicem obſtant Quinctil. 4, 5. *Et* 8, 5, 26 Denſitas earum obſtat inuicem. *i. Obſtant ſibi inuicem, quod ſunt nimis denſae.* Inuicem ſe mutuis exhortationibus exacuere Plin. Epiſt. 3, 7 *extr.* Inuicem petitur manus iniectio Quinctil. 7, 8. Salutantes inuicem Phaedr. 3, 8. Manibus inuicem apprehenſis Quinctil. 9, 4. Nihil inuicem imputare Plin. 8, 17. Inuicem modo aqua modo vinum bibendum eſt Celſ. 1, 3. Plin. 6, 1 Alitum quippe cantus, canumque latratus inuicem audiuntur. Inuicem faciam, manus manum lauat Sen. de morte Claud. Plin. Epiſt. 2, 11 *ad finem*, Habes res vrbanas: inuicem ruſticas ſcribe. Idem ibid. 3, 7 Scribis te abſentia mea non mediocriter affici: vnumque habere ſolatium, quod pro me libellos meos teneas, ſaepe etiam in veſtigio meo colloces: gratum quod his ſomentis acquieſcis. Inuicem ego epiſtolas tuas lectito. Liu. 28, 44 Requieſcat aliquando tamdiu vexata Italia: vratur, vaſteturque inuicem Africa. Apul. de Herb. 111 Semina obtecta foliis ab inuicem diſcernuntur.

INVICTVS, a, um. Adi. [ἀνίκητος, ἀήττητος] *Fortis, et quì vinci non poteſt.* Epitheton Herculi fere proprium Brouckhuſ. ad Prop. 1, 20, 23. Plin. 29, 4 ſ. 20 Compoſitio *traditur*, qua inuictos faciunt Magorum mendacia. Cic. pro Marcell. 12 Recte igitur vnus inuictus es, a quo etiam ipſius victoriae conditio, visque deuicta eſt. Id. in Piſon. . . Inuictus ciuis. Acie inuictus, *vid.* ACIES. Curſu inuictus Ouid. Met. 8, 311. Cic. Off. 1, 68 Nec qui inuictum ſe a labore praeſtiterit, vinci a voluptate. Viribus inuicti Virg. Aen. 6, 394. *Subſtantiua:* Adamas, *vid.* ADAMAS. Animus inuictus aduorſum diuitias Salluſt. B. Iugurth. 47. Armis inuictus Hannibal Cic. de L. Agr. 3, 94 c. 35. Arx Capitolii inuictiſſima Tacit. Hiſt. 3, 78. Corpus inuictum ad vulnera Ouid. Met. 12, 167. Defenſio fortis et inuicta ſalutis meae Cic. poſt red. in Senat. 28. Dentes inuicti ignibus Plin. 7, 16. Dextera inuicta bello Virg. Aen. 6, 878. Dux Ouid. Triſt. 4, 2, 44. Gentes Virg. Aen. 12, 191. Imperium vetuſtate inuictum tabeſcere Salluſt. Fragm. 6, 59. Imperatoris nomen inuictiſſimi incidatur Cic. Verr. 4, 82 c. 38. *Poſtea in ſollemnem Imperatorum titulum aſſumtum fuit hoc vocabulum, vt* Inſcript. Grut. p. 276 n. 4 *et alibi.* *Conf.* Eumen. de Scholis c. 9. Manu inuicta geſtare bellum Ouid. ad Liu. 582. Ratio inuictior Auguſt. de Mor. Manich. 2, 11. Quae ſententia inuictiore ratione approbatur Idem de Immort. Anim. c. 8 *pr.* Robur Sil. 11, 157. Virtus Ouid. ex Pont. 3, 4, 111. Inuictus *permiſcetur cum* Inuitus: *quod vid.*

INVICTE. Adu. Auguſt. Epiſt. 28 Inuictiſſime defendatur. *Add.* Symmach. Epiſt. 10, 78.

INVIDEO, vīdi, viſum, ēre. [φθονέω, βασκαίνω, μεγαίρω] *Communiſſime ſignificat rebus ſecundis alterius dolere.* Cic. Tuſc. 3, 20 c. 9 Ab inuidendo inuidentia recte dici poteſt — quod verbum dictum eſt a nimis intuendo fortunam alterius. *Quod autem laudant* Salluſt. de rep. ordin. 2, 12, 17 *quaſi* inuideri *ibi ſit* inſpici, *nihil eſt. Sic enim ibi legitur in optimis libris*, Mihi pro vero conſtat, omnium mortalium vitam diuino numine inuiſi. *Alii, qui laudant Priſcianum auctorem, negatiue exponunt*, Inuideo tibi, quaſi non videns tibì fio, h. e. non fere te bene agentem video. *Cui ſententiae fauet, quod* inuidere *pro* non videre *vel* male videre poſuit Apul. Apol. p. 276 *extr. Elmenh. ex Codice Aldino. Nam Pithoeo obſecutus Scipio Gentilis dedit*, Non vidit profecto cupiditate laedendi. *Ponitur autem vel abſolute, vel cum Datiuo perſonae.* ¶ 2 *Abſolute in his*, Inuidet aut fauet ſemper dignitatis iudex iniquus populus Cic. pro Planc. 7 c. 3. Qui inuident, ne vnquam eorum quisquam inuideat prorſus commodis Plaut. Moſt. 1, 3, 149. Qui inuident egent Id. Truc. 4, 2, 32. Plin. Epiſt. 6, 17 Diſertior ipſe es? tanto magis ne inuideris: nam qui inuidet, minor eſt. ¶ 3 *Cum Datiuo perſonae.* Qui mihi videntur non ſolum viuis, ſed etiam mortuis inuidere Cic. Ac. 4, 7 c. 2. Paribus aut inferioribus maxime inuident homines, quum ſe relictos ſentiunt, illos dolent euolaſſe Id. de Orat. 2, 209 c. 52. Mauelim mihi inimicos inuidere, quam me inimicis meis Plaut. Truc. 4, 2, 30. Sibi inuidet ipſa Ouid. Faſt. 2, 591. *Fundamentum huius conſtructionis aperire videtur* Plaut. Trucul. 4, 2, 31 Inuidere aliis bene eſſe, tibi male eſſe miſeria eſt. *Item* Bacch. 3, 6 14 Nullus eſt quoi non inuideant rem ſecundam obtingere. ¶ 4 *Hic Datiuus perſonae conſueta metonymia nonnunquam cum Datiuo rei permutatur. Sic* Inuidere Honori alicuius Cic. Agr. 2 *extr.* Honori et Labori, Innocentiae, Periculis Sall. Iug. 85, 18. Laudi et Gloriae maxime inuideri ſolet Cic. de Orat. 2, 208 c. 51. Nouitatì Id. Fam. 1, 7 *poſt med.* Virtuti Id. pro Balbo 15 c. 6. *Et* ſi Virtuti veſtrae Fortuna inuiderit Sall. Catil. 58 *extr.* ¶ 5 *Praeter Datiuum perſonae adiicitur Genitiuus rei.* Neque illi Sepoſiti ciceris nec longae inuidit auenae Hor. Sat. 2, 6, 83. *Graeciſmus eſt. Vid. Vechn. 1, 2, 24, 7.* ¶ 6 *Item Accuſatiuum rei, vt* Honorem Iure mihi inuideat quis Hor. Serm. 1, 6, 49. Non inuiderunt Laudes ſuas mulieribus viri Romani Liu. 2, 40. Naturam nobis optimam inuidiſſe vt videantur Cic. Tuſc. 3, 3 c. 2. Tene — Inuidit fortuna mihi Virg. Aen. 11, 43. *Metaphora eſt, vt illa in* Catal. Vet. Poët. p. 240 *de Luna:* Quippe illam lucis egentem Lux aliena fouet: quam cum pars proxima metae Inuidet, *h. e. intercipit, etc. Huc referas illud* Accii *apud* Cic. Tuſc. 3, 20 c. 9 Quisnam florem liberûm inuidit meûm. *Si quidem hoc loco ſignificationem ſollemnem habet. Sed poteſt fieri, vt idem ſit quod*, intuendo faſcinauit. *Et illud ſibi poteſt velle Tullius, cum* Male, *inquit*, Latine videtur, ſed praeclare Accius: vt enim *videre*, ſic *inuidere florem* rectius, quam *flori. Vid. locus* Quinctil. 9, 3, 1 *quem adferimus n. 8.* ¶ 7 *Sed quod Accuſatiuum etiam perſonae laudant ex* Ouid. Her. 13, 137 *optimi libri habent* Troaſim inuideo, *non* Troadas. *Neque hoc inde efficitur, quod Paſſiuum non nunquam cum Nominatiuo ponitur, vt* Hor. Art. 56 Ego cur acquirere pauca ſi poſſum inuideor? *Eſt enim hic Graeciſmus Poëtae.* ¶ 8 *Ablatiuum rei adiecerunt poſt Ciceronis et antiquorum tempora. Hoc indicat locus* Quinct. 9, 3, 1 *ita a Burmanno et me conſtitutus*, Si antiquum ſermonem noſtro comparemus, paene iam quidquid loquimur figura eſt: vt *hac re inuidere*, non vt omnes veteres, et Cicero praecipue *hanc rem.* *Sic* Fl. Caper de Orthogr. *pr.* p. 2239 *Putſch. veteres dixiſſe ait*, Inuideo tibi diuitias, non diuitiis. *Sic nempe* Lucan. 7, 798 Inuidet igne rogi miſeris. Plin. 8, 22 ſ. 50 Sed et hi (cerui) bono ſuo inuident, *quod recte interpretatur Harduinus*, bonum ſuum nobis inuident. Tacit. Ann. 1, 22 *ex veteri libro legi iubet Gruterus* Ne hoſtes quidem ſepultura inuident. *Et* Ann. 15, 63 *Seneca ad vxorem* Vitae, *inquit*, delinimenta monſtraveram tibi, tu mortis decus mauis. Non inuidebo exemplo. *Saepe ita Plinium iuniorem locutum ex Mediceo libro oſtenderat iam Burm. ad* Quinct. l. c. *et exſecutus eſt Cortius v. g.* ad 1, 10 *extr.* *Sic* 2, 20, 8 Quousque et tibi et nobis inuidebis, tibi maxima laude, nobis voluptate. *Add.* 3, 8, 2. 9, 13. 6. *Fundamentum forte conſtructionis huius peti poteſt ex* Cic. pro Flacco 70 c. 29 Adfers faciem nouam, nomen vetus, purpuram Tyriam, in qua tibi inuideo, quod vnis veſtimentis tam diu lautus es. ¶ 9 *Paſſ.* Illi, quibus inuidetur, rem habent Plaut. Truc. 4, 2, 32. Sibi ne inuideatur, ipſi ignaui recte cauent Idem Bacch. 3, 6, 15. Inuidia tum eſt cum inuidetur Cic. Tuſc. 3, 20 c. 9. *Et* Inuidia dicitur in eo, cui inui-

detur

detur Cic. Tuſc. 4, 16 c. 7. Non modo non inuidetur illi aetati, ſed etiam fauetur Cic. Off. 2, 45. Inuideor *dedimus* n. 7. Nouitati eſſe inuiſum meae Cic. Fam. 1, 7. *Huc pertinet Partic.* Inuidendus. *De quo ſtatim.*

INVIDENDVS, a, um. Part. *Cui inuidetur, ob felicitatem, ſplendorem etc.* Aula inuidenda Hor. Od. 2, 10, 6. Poſtes inuidendi Id. ibid. 3, 1, 45.

INVIDENS, entis. Partic. Speciosis inuidens Vell. 2, 73, 1. Nocere inuidenti Cic. Tuſc. 4 c. 8. *Add.* Hor. Od. 1, 37, 30.

INVĪSVS, a, um. Partic. *Ab* Inuideor. [μισηθεὶς, δυσθέατος] *Odio habitus, odioſus, quem animo aequo videre non poſſumus.* Cic. pro L. Manil. c. 16 Ne aut inuiſa diis immortalibus oratio noſtra, aut ingrata eſſe videatur. Id. de N. D. 2, 167 Nec vero ita refellendum eſt, vt ſi ſegetibus aut vinetis cuiuspiam, tempeſtas nocuerit: aut ſi quid e vitae commodis caſus abſtulerit: eum, cui quod horum acciderit, aut inuiſum Deo, aut neglectum a Deo iudicemus. DIs hominibusque inuiſus Cic. ad Q. Frat. 3, 1. Facere aliquem magis inuiſum Quinctil. 3, 7. Aurum inuiſum Propert. 3, 5, 3. Caput Virg. Aen. 9, 496. Dente inuiſo carpere aliquem, *al.* iniuſto Ouid. ex Pont. 3, 4, 74. Hoſtis Idem Triſt. 1, 8, 24. Improbitas licet aduerſario moleſta ſit, iudici inuiſa eſt Quinct. 6, 4. Malum inuiſum Scribon. Epiſt. Negotia Hor. Epiſt. 1, 14, 17. Perſona lutulenta, impura, inuiſa Cic. pro Roſc. Com. 20. Salus Ouid. ex Pont. 4, 14, 5. Troia iacet certe Danais inuiſa puellis Idem Ep. 1, 3. Vita Id. in Ibin 339. Vox inuiſior Sen. de Ira 2, 36. Inuiſum et odioſum Plaut. Merc. prol. 79. Inuiſior, [δυσθεατώτερος] Compar. Tacit. Hiſt. 1, 12 Quanto potentior, eodem actu inuiſior erat. Nulla inuiſior vmbra Martial. 7, 20. Quo enim quis verſutior et callidior eſt, hoc inuiſior et ſuſpectior, detracta opinione probitatis Cic. Off. 2, 34. Vrtica quid eſſe inuiſius poteſt? Plin. 22, 19. *Superl.* Plin. Epiſt. 2 vlt. Cuius marito inimiciſſimus, ipſi inuiſiſſimus fuerat. Duces Ammian. 31, 12 (*Valeſ. 4*). Voluptas Sen. Ep. 51 *extr.*

INVIDIA, ae. f. [φθόνος, νέμεσις, βασκανία] Non in eo ſolum, qui inuidet dicitur, ſed etiam in eo, cui inuidetur, *vt dictum eſt a Cicerone* Tuſc. 4, 16 c. 7. *Sed proprie* eſt Inuidia, cum inuidetur; Inuidentia, Quae inuidet Cic. Tuſc. 3, 20 c. 9. *Verum, vt priore loco docentem modo audiuimus Tullium, vſus loquendi iſta non diſtinxit, ſed* Inuidiam *tribuit tum inuidentibus, tum quibus inuidetur.* *Sic* Nep. 18, 10, 2 Inuidia ducum *eſt odium, quo duces perſequebantur virtutis et felicitatis illius cauſa Eumenem.* *Sic de vitio, actiue conſiderato,* Hor. Epiſt. 1, 2, 58 Inuidia Siculi non inuenere tyranni Maius tormentum. Digna imitatione, non inuidia, hominum excellentium virtus Cic. Philipp. 14, 17 c. 6. Inuidiae aut odii non diſſimilis offenſio Idem de Orat. 2, 208. Incendium inuidiae Id. Catil. 1 c. 11 *extr.* Motus inuidiae longe omnium acerrimus Id. de Orat. 2, 209. Cic. Fam. 1, 1 Senatus religionis calumniam, non religione, ſed maleuolentia, et illius regiae largitionis inuidia comprobat. *i. Odio largitionis pecuniariae, qua rex Ptolemaeus multos Senatores corruperat.* Liuor inuidiae, *vid.* IMMACVLO. Aſſidua eminentis fortunae inuidia Paterc. 1, 9 *extr.* Caeca, *vid.* CAECVS. Infelix Virg. Georg. 3, 37. Maior, *vid.* Maior, *in* MAGNVS. Peſtilens Sen. Hippol. f. 4. Firmic. 5, 1 A multis tamen inuidiae ſtridore pulſabitur. Triſtis Sen. Octau. f. 8. Citra inuidiam, *vid.* CITRA. Ter. Andr. 1, 1, 39 Ita vt Sine inuidia laudem inuenias, et amicos pares. ¶ 2 Inuidia *eſt in primis odium multitudinis, in quantum illud opinione ſuperbiae, immoderatae potentiae, crudelitatis et ſimilium vel vitiorum vel criminum excitatur et alitur, cognatum valde illi dolori ex alterius felicitate, et quod ab illo, vt re ipſa diſtinguere interdum difficile eſt, ita hic accurate ſeparare nec conamur.* Cic. de Inu. 1, 22 c. 16 Odium et Inuidiam *ſic diſtinguit:* In odium adducentur *aduerſarii*, ſi quod eorum ſpurce, ſuperbe, crudeliter, malitioſe factum proferetur. In inuidiam, ſi vis eorum, potentia, diuitiae, cognatio, pecuniae, proferentur, atque eorum vſus arrogans et intolerabilis; vt his rebus magis videantur quam cauſae ſuae confidere. Inuidia in capitale ſupplicium exitura Liu. 3, 52 *extr. it.* c. 54 *pr.* Decemuiralis inuidia Liu. 3, 43. *Odium, quo Decemuiri flagrabant ob Virginiae mortem, quam pater occiderat, ne ad libidinem Appii in ſeruitutem traheretur.* Cic. in Catil. 1, 29 Sed ſi quis eſt inuidiae metus, non eſt vehementius ſeueritatis ac fortitudinis inuidia, quam inertiae ac nequitiae pertimeſcenda. Plin. Epiſt. 9, 13, 4 Ego modeſtius et conſtantius arbitratus, reum non communi temporum inuidia, ſed proprio crimine vrgere. In ſummam inuidiam adductae res Cic. Fam. 1, 1 *extr.* Aeſtuare inuidia, Ardere inuidia, Aſſumere inuidiam, Attingi inuidia, *vid. hh. vv.* Augere inuidiam Cic. Verr. Act. 1, . . Capere inuidiam, *vid.* CAPIO. Cic. Verr. 5, 19 Si quid vindicatum ſeuere eſt, vt ex eo crudelitatis inuidiam colligam. Commouere inuidiam, *vid.* COMMOVEO. Cic. . . Nec minus virium opus ſit in Comprimenda inuidia, *etc.* Paterc. 2, 56 *extr.* Caeſari magnam inuidiam conciliarat M. Antonius. Concitare inuidiam Quinctil. 6, 1, 14. *Vid.* CONCITO. Cic. pro Flacc. 41 Mortis illius inuidiam in Flaccum Laelius Conferebat. Conflagrare inuidia, *vid.* CONFLAGRO. Conflare inuidiam, *vid.* CONFLO. Cumulare ſibi inuidiam, *vid.* CVMVLO. Dare ſine inuidia Martial. 3, 65. *i. large.* Decedere inuidiam Cic. pro Cluent. 160. Deonerare ex inuidia Idem Diu. Verr. 46. Deteſtandae inuidiae cauſa dixiſſe Epicurum, quae de DIS immortalibus dixerit, Poſidonius diſſeruit *apud* Cic. de N. D. 1 *extr. i. deprecandae infamiae et odii cauſa.* Detrahere inuidiam alicui Sen. Troad. 20. Ouid. Epiſt. 7, 106. Diſſoluere inuidiam criminis vrbanitate Quinctil. 6, 3. Eleuare inuidiam Idem 5, 13. Exonerare deos inuidia Martial. 9, 88. Exſtinguit inuidiam mors, res geſtae ſempiterna nominis gloria nituntur Cic. pro Corn. Balb. 16. Facere inuidiam *apud* Cic. Fam. 11, 1 *extr.* Quinctil. 6, 1 Quorum inuidiam gratia, odium turpitudo, iram offenſio iudicis facit. *Add.* Suet. Cal. c. 56. DIs Facere inuidiam Quinctil. Declam. 8, 14 p. 180 *Burm.* Ouid. Met. 4, 547 Vtque parum iuſtae nimiumque in pellice ſaeuae Inuidiam Fecere deae, *i. in odium illam querelis ſuis adducere volebant.* Sen. Herc. Oet. 1861 Inuidiam vt Deis lugendo facias, *vt DI male audiant ob tuam infelicitatem.* *Vid.* Pulſare Deos inuidia, Tundere caelum inuidia, Obiicere idolis inuidiam. *Vid. Cuper. Obſſ.* 2, 4 p. 183 ſq. Flagrare inuidia, *vid.* FLAGRO. Gliſcit inuidia crudelitatis Tacit. Ann. 15, 64. Cic. Verr. 4, 29 Cogitaſti, ſi ei reddidiſſes, te minus inuidiae Habiturum. Idem in Orat. 170 Sed Habet nomen inuidiam, quum . *etc.* Cic. de L. Agr. 2, 69 c. 26 Sullanus ager a caeteris hominibus latiſſime continuatus tantam Habet inuidiam, vt veri ac fortis Tribuni plebis ſtridorem vnum perferre non poſſit. Incendere inuidia Quinctil. 4, 2. Inflammare inuidiam, Laborare ex inuidia, *vid. hh. vv.* Lacerare plerosque ſolet inuidiae obtrectatio Cic. de Clar. Orat. 156 c. 42. Leuare inuidia Idem Att. 15, 2 *in f.* Liberare ſe inuidia Id. Off. 2, 58. Lenire inuidiam Salluſt. in Catil. c. 22 *extr.* Macerat nos inuidia Lucret. 3, 75. Cic. Att. 6, 1 Miſſus eſt inuidiae ſanguis. *i. Deceſſit inuidia.* Mollire inuidiam Tacit. Ann. 4, 30 *pr.* Obiicere inuidiam idolis Tertull. adu. Pſych. 16 *vt* Facere inuidiam. Obtere, *vid. in fine huius paragr.* Onerari inuidia Suet. in Othon. c. 6. Onerare Idem Neron. c. 34. Opprimi inuidia Quinctil. 7, 3. Cic. Catil. 2 c. 2. Parare inuidiam alicui ex ſua re familiari Cic. in Salluſt. 9 c. 3. Pati inuidiam Ouid. Epiſt. 20, 67. Scias licet ad finem perueniſſe, quae ad inuidiam Perducta ſunt Triar. *apud* Sen. Suaſ. 2. Placare inuidiam Hor. Serm. 2, 3, 13. Cic. pro Cluent. 159 Sine culpa inuidia ponatur. *i. deponatur.* Cic. anteq. iret in exil. 6 Cum et inuidia et odio populi, tum Gallia Premeretur. Proſequi aliquid inuidia, *vid.* PROSEQVOR. Proſternere, *vid. in fine huius paragr.* Stat. Silu. 5, 5, 79 Nonne horridus ipſos Inuidia ſuperos iniuſtaque tartara Pulſem, *i. inuidiam illis faciam, de quo paullo ante: ſic mox,* Tundere caelum inuidia. Pulſari inuidia Firmic. 5, 3. Cic. pro Rabir. Poſt. 46 Nam in eum, cui miſericordia opitulari debeat, inuidia quaeſita eſt. Rapere in inuidiam, *quod et* Trahere *et* adducere *dicitur: h. e. Facere, vt quis cui inuideat.* Cic. de L. Agr. 3, 7 c. 2 Quid ergo ait Marianus Tribunus plebis, qui nos Sullanos in inuidiam rapit? Redundare inuidia Cic. in Catil. 1, 29. Remouere a ſe inuidiam Ouid. Met. 12, 626. Rumpitur inuidia quidam cariſſime Iuli Martial. 9, 99. Sum inuidiae: Liu. 4, 49 Nactus inter aduerſarios ſuperbum ingenium, immodicamque linguam, quam irritando agitandoque in eas impelleret voces, quae inuidiae non ipſi tantum, ſed cauſae atque vniuerſo ordini eſſent. Non eris inuidiae ferendae Ouid. Am. 3, 6, 21. *Add.* Met. 10, 628. In inuidia eſſe, *Inuideri:* Cic. Att. 2, 9 Non enim poterimus vlla eſſe in inuidia ſpoliati opibus, et illa Senatoria potentia. *Alia exemplaria non habent Praepoſitionem* In. In inuidia res eſt Salluſt. in Iugurth. c. 25. Sedare inuidiam Cic. Verr. Act. 1 *pr.* Suſtinere inuidiam Idem Verr. 2, . . Subire inuidiam Id. Diu. Verr. 46. Timere inuidiam et offenſionem Cic. pro Cluent. 69. Transferre inuidiam Idem pro Sext. 82. Tundere caelum inuidia Tertull. Apol. 40 *eadem figura, qua* Facere inuidiam Deis, *etc.* Cic. Fam. 11, 1 In Inuidiam porro magnam illa iudicia Venerant. Quinctil. 6, 6 Hoc ad inuidiam eius, qui prouinciae praeeſt ſpectat, ſi quis tam impotenter ſe gerat, vt omnes metuant aduerſus eum aduocationem ſuſcipere. Vlp. in l. Nec quidquam §. ſed et ſi D. de offic. proconſ. et legati. Tacit. Ann. 13, 50 Ne per tot annos ſine querela tolerata nouis acerbitatibus ad inuidiam Verterent. Vocare aliquid in inuidiam Quinctil. 6, 4. *Vid.* VOCO. Inuidiae, *in Plur. legitur in* Vatin. ad Cic. Fam. 5, 9. An verear, ne qui — Puſillorum ac maliuolorum obtrectationes et inuidias non proſternat atque obterat. ¶ 3 Fortunae, Fati, Deorumque *adeo* inuidiam *quo ſenſu dixerint antiqui Graeci et Latini, explicare ſtudui in Programmate, quod habetur Opuſc.* T. 3 p. 336 ſqq. *Sic* Ab inuidia fortunae ſe redimi *poſſe ſperat Polycrates apud* Plin. 37, 1 ſ. 2. *In formoſoe titulo ſcriptum* Claudian. Epigr. 41 Egregium illius decus inuidiam meruiſſe Veneris *etc.* *Breuiter* inuidia *et* inuidus *in talibus ponuntur non pro affectu, ſed pro effectu: cum fieri videntur a Deo quae facere ſolent, cum inuident, homines.*

INVIDIŎLA, ae. f. Dimin. [φθονίδιον] Cic. . . Quum neſcio quid inter eos inuidiolae exortum fuiſſet. *Sipontinus Cornucop. p.* 99.

INVIDENTIA, ae. f. *Ab* Inuidia *differt: vt Ebrietas ab Ebrioſitate: quippe* inuidia *eſt quum inuidetur. h. e. Actus ipſe inuidendi.* Inuidentia *vero eſt* Aegritudo *animi* ſuſcepta propter alterius res ſecundas, quae nihil noceant inuidenti: nam ſi quis doleat eius rebus ſecundis, a quo ipſe laedatur, non recte dicatur inuidia. *Haec* Cicer. Tuſc. Quaeſt. 4, 17 c. 8. *Vid.* ibid. c. 7 *et* 3. c. 9. Apul. de Philoſ. p. 78. *it.* INVIDIA. Inuidentiae crimine flagrare Scribon. Epiſt. in.

INVĬDVS, a, um. Adi. [φθονερὸς, βάσκανος] *Qui actu alicui inuidet.* Plaut. Merc. 4, 5 Suppoſ. 2, 15 Iracundi, ſibi ſuiſque inuidi. Hor. Epiſt. 1, 2, 57 Inuidus alterius rebus macreſcit opimis. Virtutis hoſtis, laudis inuidus Cic. pro Flacc. 2 c. 1. Idem in Orat. 140 Occurrebat enim poſſe reperiri non inuidos ſolum, quibus referta ſunt omnia, ſed fautores etiam mearum laudum, qui non cenſerent, *etc.* Perſuaſerat nonnullis inuidis meis Cic. Fam. 7, 16. Ab eius Inuidis et obtrectatoribus nomen inductum falſae religionis Cic. Fam. 1, 4. Inuidus, maleuolus, liuidus Idem Tuſc. 4, 28 c. 12. Aetas inuida Hor. Carm. 1, 11, 7. Dente mordeor inuido Idem Carm. 4, 3, 16. Fata piis inuida Stat. Theb. 10, 384. Inuida Fatorum ſeries Lucan. 1, 70. Fortuna viris inuida fortibus Sen. Herc. fur. 524. *Vid.* INVIDIA n. 3. Imperator ambitioſus et inuidus Cic. pro Muraen. 20. Lingua Ouid. Amor. 1, 14, 42. Idem Triſt. 2, 531 Inuida me ſpatio Natura coërcuit arcto, Ingenio vires exiguasque dedit. Turba Propert. 3, 1, 21.

INVIDIŌSVS, a, um. Adi. [ἐπίφθονος] *Qui morbo inuidentiae laborat.* Ouid. Met. 15, 234 Tempus edax rerum, tuque inuidioſa vetuſtas, Omnia deſtruitis. *Add.* Id. Met. 5, 513. *et* Faſt. 1, 266. Gell. 9, 12 Inuidioſus dici poteſt et qui inuidet, et qui inuidetur. ¶ 2 *Paſſiue, Cui alii inuident, qui laborat inuidia: id cum non ſuperbis modo et crudelibus eueniat; ſed etiam ſimpliciter felicibus, interdum* Inuidioſus *felicitatis notionem habet.* Quinctil. 6, 2, 21 Et metum tamen duplicem intelligi volo, patimur, et quem facimus, et Inuidiam: namque altera (*quam quis concepit contra alios*) inuidum, altera (*quam quis patitur*) inuidioſum facit. Cic. Fam. 9, 14 Contingit enim tibi quod haud ſcio an nemini, vt ſumma ſeueritas animaduerſionis non modo non inuidioſa, ſed etiam popularis, *etc.* Plin. 35, 2 Inuentione muneris etiam diis inuidioſus. *De Varrone. Vid.* INVIDIA n. 3. Lucil. . . Neque inimicis inuidioſam, neque amico exoptabilem *apud* Non. 2, 438. Quinctil. 6, 1, 11 Quid inuidioſum, fauorabile, *etc.* Inuidioſus et multis offenſus Cic. pro Cluent. 158. Idem Att. 8, 3 Sed ſit, deferet triumphum: non accipere ne periculoſum ſit, an accipere inuidioſum ad bonos? Cic. de Amicit. 18 Quare ſibi habeant ſapientiae nomen et inuidioſum et obſcurum. Idem Att. 2, 9 Sunt enim illi apud bonos inuidioſi, ego apud improbos meam retinuiſſem inuidiam, alienam aſſumſiſſem. Cic. Verr. 2, 109

2, 100 Putabant abſentis damnationem, praeſertim tantae pecuniae, multo inuidioſiorem fore, quam ſi praeſens damnatus eſſet. Inuidioſiorem fore arbitrabatur, ſi praeſens fuiſſet Plin. Ep. 2, 11. Quae ſunt inuidioſa, ea laudando et efferendo inuidioſiora faciunt Cic. de Orat. 2 c. 75. Ne omnia pariter inuidioſiora eſſent Iuſtin. 12, 7, 1. Quod fuit in illo iudicio Inuidioſiſſimum Cic. pro Cluent. c. 37. Sen. Controu. 31 *extr.* Res inuidioſiſſima. Apul. Apol. p. 317 Criminatio inuidioſiſſima. Cic. Verr. 4, . . Rem claram eſſe et inuidioſam. ¶ 3 *Subſtantiua ordine literarum:* Arma Ouid. Epiſt. 8, 49. Martial. 1, 2 Inuidioſa feri radiabant Atria regis. Bona Ouid. ad Liu. 58. Commentum turpe et inuidioſum Martianus in l. res quae §. lites D. de iure fiſci. Cic. pro Cluent. 143 Nullus eſt locus a me purgandi iſtius inuidioſi Criminis praetermiſſus. Fortuna Caeſaris Vell. 2, 60, 1. Cic. pro Cluent. 158 *de iudicio Iuniano*, Perinde quaſi ego non ab initio huius defenſionis dixerim, inuidioſum illud fuiſſe Iudicium. *i. Inuidia flagraſſe, quaſi corruptum et numarium.* Mors inuidioſior Ouid. Met. 7, 603. Nomen inuidioſum voluptatis Cic. Acad. 4, 138 c. . *et* de Fin. 2 c. 4. Oratio Iuſtin. 2, 8, 9. Cic. pro Corn. Balb. 56 Tum Pecuniam L. Cornelii, quae neque inuidioſa eſt, et quantacunque eſt, vt conſeruata magis, quam corrupta eſſe videatur. Poſſeſſiones inuidioſas tenere Cic. pro L. Agr. 2, 67 c. 26. Praemia Ouid. Met. 13, 414. Rapina Idem Amor. 1, 8, 55. Spes Id. Met. 4, 795. Turba non inuidioſa Ouid. Faſt. 3, 434.

INVIDIŌSE. Adu. [ἐπιφθόνως] Cic. Acad. 4, . . Num minus haec inuidioſe dicuntur? *h. e. Odioſe et inuiſe.* Dicere inuidioſe Quinctil. 4, 2. Viuere Auct. ad Heren. 4 c. 20. *Compar.* Neque quiſquam aut expulſus eſt inuidioſius, aut receptus laetius Vellei. 2, 45. Quae ne inuidioſius in ſe vno conſpicerentur Iuſtin. 12, 3.

INVIGĬLO, āre. [ἐπαγρυπνέω] *Vigilare, cum deſignatione rei, ob quam vigilatur.* Columel. 10, 159 Inuigilate viri: tacito nam tempora greſſu Diffugiunt, nulloque ſono conuertitur annus. Cura inuigilat quieti Stat. Theb. 8, 623. Curae inuigilant animo Idem Theb. 3, 4. Curis inuigilat mens Sil. 10, 331. Hereditati tibi delatae a L. Titio inuigilabis Vlpian. in l. ſi quis mihi §. pater D. de acquir. hered. Malis inuigilare Ouid. Faſt. 4, 530. Victu inuigilare Virg. Georg. 4, 158. Victu *pro Victui.* Carmina inuigilata Cinna *apud* Iſidor. 6, 12.

INVILITO, āre. *Vilem facere vel pronunciare.* Inuilitat, ἐυτελίζει Gloſſ.

INVINCTVS, a, um. Adi. *Valde vinctus.* Leg. penult. ff. de Lege Fabia.

INVINCIBĬLIS, e. Adi. Apul. Apol. p. 297.

INVINCIBILITER. Adu. Apul. Flor. 4 p. 360.

INVINIVS, a, um. Adi. [ἄοινος] *Abſtemius: a* Vino, *quaſi ſine vino: ſicut Inuius, ſine via.* Apul. Met. 11 p. 268, 26 Neque vllum animal eſſem, et inuinius eſſem. *Antiquum. In veteri* Onom. *leg.* Inuinus.

INVIO, āre. [ἐνοδίζω] *In viam dirigere.* Solin. c. 2 Parcius depauita leuius veſtigiis inuiare. *Vid. Salmaſ. in loc.*

INVIOLABĬLIS, e. Adi. [ἀβίαστος] *Quod violari non poteſt aut vulnerari.* Sil. 16, 16 Velut inuiolabile telis Seruabant ſacrumque caput. Lucret. 5, 306 Inuiolabilia haec ne credas forte vigere. Iter Prudent. Hymn. Exſeq. v. 119.

INVIOLABILĬTER. Adu. Marcellin.

INVIOLĀTVS, a, um. Adi. [ἀνεκβίαστος] Violato *contrarium; Integer, incorruptus, illaeſus.* Cic. pro Rabir. Perd. reo 11 c. 4 Qui caſtam concionem, ſanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Rom. integrum ius libertatis defendo, ſeruari oportere? Idem pro Sext. 140 c. 67 Aut omnino inuulnerati, inuiolatique vixerunt. Dimittere aliquem inuiolatum Vell. 2, 74, 4. Columel. 12, 1 Quae domum autem inferuntur, diligenter inſpicere, ne delibata ſint, et ita explorata atque inuiolata recipere. Fama Salluſt. B. Iugurth. 47. Fides Idem ibid. 38. Mens inuiolata mero Sil. 11, 309. Pudicitia Ouid. ad Liu. 43. *Qui violari non poteſt.* Liu. 2, 55 Et cum religione inuiolatos eos, tum lege fecerunt.

INVIOLĀTE. Adu. [ἀνεκβιάστως] *Incorrupte.* Cic. de Senect. 81 c. 22 Memoriam noſtrî pie inuiolateque ſeruabitis.

INVISCĔRO, āre. n. Aurel. Nemeſ. in Cyneget. 214 Hoc canibus blandis inuiſcerat aeſtus.

INVISCERĀTVS, a, um. Partic. Auguſtin. Serm. 5 *(6 edit. Sirm. p. 69)* Quod eius ſanctam caritatem inuiſceratam ſentimus in cordibus noſtris.

INVISITĀTVS, a, um. Adi. *Pro non viſitato.* Cic. de Diu. 2 c. 67 Quae eſt enim forma tam inuiſitata, tam nulla, quam non ſibi ipſe fingere animus poſſit? *Sic ex MS. Dauiſ.* Quinctil. Declam. 12 Nullus amoenus portus praetermittitur: nulla celebris ciuitas inuiſitata tranſitur. Liu. 27, 39 Galli inuiſitati alienigenis. *Vid. h. l. Gronou. Add.* Vitruu. 9, 4. Quod ſum vobis nec lare alienus, nec pueritia inuiſitatus Apul. Flor. 4 p. 359. Aper inuiſitatus Id. Met. 8 p. 127 *Colu. i. nondum viſus.*

INVĪSO, ſi, ſum, ĕre. [ἐπισκέπτομαι] *Idem quod Viſo: niſi quid addat compoſitio vehementiae.* Cic. Att. 1, 20 Et vt iam inuiſas nos, non ſolum rogo, ſed etiam ſuadeo. Plaut. Stich. 1, 2, 9 Iam ego adero, ad meam maiorem filiam inuiſo domum. *Conf.* Capt. 2, 3, 98. Ambulationem alicuius Cic. Att. 4, 9. Arcadiae inuiſere Fines Virg. Aen. 8, 159. Domum alicuius Cic. Att. 4, 6. Catul. Argon. 62, 384. Locum aliquem libenter Cic. de Fin. 5, 5. Omnia inuiſere *inſpicere, recenſere* Scribon. 269 *de medicamento, i. peruidere. Conf. Rhod. in Lex.* Scribon. Vir inuiſens praelia Catul. 67, 20. Vrbes inuiſere Virg. Georg. 1, 25. Mihi pro vero conſtat, omnium mortalium vitam diuino numine inuiſi Salluſt. de Rep. 2, 12, 7.

INVĪSVS, a, um. [ἀόρατος, μισητὸς Gloſſ. Lat. Gr.] *Non viſus.* Cic. de Aruſp. Reſp. 57 c. 27 Occulta et matribus non inuiſa ſolum, ſed etiam inaudita ſacra inexpiabili ſcelere peruertit. Quidam introceſſit et cantauit inuiſus et alius citharam pulſauit, qui videbatur nec ipſe Apul. Met. 5 p. 160. *Add.* Vulgat. Eccleſ. 20, 32. Hieron. Epiſt. 15 ad Marcellam.

INVISE. Adu. *Vt,* Inuiſe aduenire Fulgent. . .

INVISIBĬLIS, e. Adi. Foramina inuiſibilia Celſ. 1 praef. *ſc. humani corporis.* Anima Tertull. de Carne Chr. c. 12. *Add. Borrich. Cogit. p. 149.* Lactant. 7, 9 Deus inuiſibilis.

INVISIBILĬTER. Adu. Paullin. Nolanus Epiſt. 20 ad Delph. c. 3 Et viſibiliter et inuiſibiliter operaris. Auguſt. de Gen. 6, 6.

INVISIBILĬTAS, ātis. f. Tertull. adu. Prax. c. 14 Filio competit in ſua inuiſibilitate.

INVĪSOR, ōris. m. *Qui inuidet.* Apul. Flor. p. 345.

INVITATIO, *etc. Vid.* INVITO.

INVITIABĬLIS, e. Adi. *Sine vitio.* Prudent. Pſychom. v. 626 Spes inuitiabilis aeui.

INVĪTO, āre. [προσκαλέομαι, παραγγέλλω] *Vocare, allicere.* Ter. Heaut. 1, 2, 11 Quam vellem Menedemum inuitatum, vt nobiſcum eſſet hodie amplius. Cic. Fam. 12, 4 Vellem Idibus Martiis me ad coenam inuitaſſes: reliquiarum nihil fuiſſet. Idem de Senect. 57 Ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam inuitat atque allectat ſenectus. *Delectare.* Virg. Georg. 1, 302 Inuitat genialis hiems, curasque reſoluit. Plin. 22, 6 Pinxerat remedia in floribus, viſuque ipſo Animos inuitarat, etiam deliciis auxilia permiſcens. Animos inuitat pretiis Virg. Aen. 5, 292. Appetitum animi inuitare et allicere Cic. de Fin. 5, 17 c. 6. Bonitate inuitari Sen. de Benef. 3, 13. Cic. Off. 3, 58 Et ſimul ad Coenam hominem in hortos inuitauit in poſterum diem. *Vid.* Idem Fam. 10, 28. Alii ſuos inuitandi cauſa adducunt Caeſ. B. C. 1, 74. *i. liberali hoſpitio accipiendi. Conf. Graeu. ad* Iuſtin. 1, 6. Ad occaſionem Plin. 10, 8. Culpam inuitant omnia Ouid. Epiſt. 17, 183. Liu. 3, 14 Benigne ſalutare, alloqui plebis homines, Domum inuitare, adeſſe in foro. *Conf.* Salluſt. Iugurth. 78. Nep. 25, 13, 6. Inuitantes ad Deditionem Hirt. B. G. 8, 19. Gloria inuitantur praeclara ingenia Cic. ad Brut. 15. In hoſpitium, *et* Hoſpitio inuitare Liu. 28, 18 *pr.* Cic. Philipp. 12, 23 c. 9 Poſſeſſiones enim ſunt P. Clodii, tota familia occurret, Hoſpitio inuitabit propter familiaritatem notiſſimam. Inuitans ad Humanitatem Petron. c. 111. Liberaliter in aliquam legationem inuitari Cic. Att. 2, 18. Ad legendum inuitare, *Allicere* Idem Acad. 1, 8. Regem inuitauit Liquor fluminis Curt. 3, 5, 2. Cic. Att. 2, 19 Coſconio mortuo, ſum in eius Locum inuitatus. id erat vocari in locum mortui. Poculis aliquem inuitare, *Propinare et praebibere:* Plaut. Rud. 1, 1, 12 Neptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit. Cic. Verr. 2, 45 Sed tu quum et tuos amicos in prouinciam quaſi in praedam inuitabas: ac cum illis, ac per eos praedabare: et eos, *etc.* Praemiis aliquem Cic. pro Ligar. 12 c. 6. Quum ſe cibo vinoque laeti inuitarent Salluſt. Hiſt. 4 *vbi vid. Cort. p. 991.* Plaut. Amph. 1, 1, 127 Credo equidem dormire ſolem, atque appotum probe: mira ſunt, niſi inuitauit ſeſe in coena pluſculum. Suet. in Auguſt. c. 77 Poſtea quoties largiſſime ſe inuitaret, ſenos ſextantes non exceſſit. Interior medias Sinus inuitatus in aedes Rutil. Itin. 1, 245. *i. deriuatus.* Somnos Hor. Epod. 2, 28. Spes inuitat Plin. 33, 4. Sternutationem inuitat Scribon. 10. Cic. Verr. 4, 75 Rex denique ecquis eſt, qui Senatorem Pop. Rom. Tecto ac domo non inuitet? Vomitiones Plin. 22, 24. *Cum Infinito*, Liu. 22, . . Nudantes ceruicem iugulumque et reliquum ſanguinem inuitantes haurire. ¶ 2 *Metaphora comica* inuitare *eſt plagis male mulcare* Plaut. Rud. 3, 5, 31 Ni iſtunc iſtis inuitaſſitis vſque adeo, donec, qua domum abeat, neſciat. ¶ 3 Inuito, *pro vitam tollo, vt* Euito. Gladium ancilla Caſinam habere ait, qui me atque te inuitet Plaut. Caſ. 3, 6, 21. *Sic etiam Lipſ. Ant. Lect. 2, 11.*

INVITĀTVS, a, um. Partic. [προσκληθεὶς] *Vt,* Inuitata improbitas paruulo ſucceſſu Plin. 2, 23. Inuitati per domos hoſpitaliter Liu. 1, 9. Inuitatus in colloquium Caeſ. B. G. 1, 35.

INVITĀTVS, ûs. m. [κλῆσις] *Illectamentum et inuitamentum, rogatus.* Cic. Fam. 7, 5 Mitto igitur ad te Trebatium, atque ita mitto, vt initio mea ſponte, poſt autem inuitatu tuo mittendum duxerim.

INVITATIO, ōnis. f. Iucundior vini Gell. 15, 2. Cic. Att. 9, 14 In Epirum vero inuitatio quam ſuauis? quam liberalis? quam fraterna? Ad dolendum inuitatio Cic. Tuſc. 3, 82 c. 34.

INVITAMENTVM, i. n. [πρόσκλησις] *Illecebrae, rationes agendi propoſitae.* Cic. Hortenſ. *apud* Non. 4, 232 Voluptates autem nulla ad res neceſſarias inuitamenta afferunt ſenibus. Idem de Fin. 5, 17 c. 6 *extr.* Inuitamenta naturae prima. Liu. 2, 42 Largitiones, temeritatisque inuitamenta horrebant. Cic. Fam. 10, 10 Is autem qui vere appellari poteſt honos, non inuitamentum ad tempus, ſed perpetuae virtutis eſt praemium. Inuitamentum ſceleris Patercul. 2, 67 *pr.*

INVITATIVNCŬLA, ae. f. Dimin. Gell. 15, 2 *in tit.* Quod Plato largiores, laetioresque in conuiuiis inuitatiunculas vini non inutiles eſſe exiſtimauerit.

INVITĀTOR, ōris. m. Tertull. adu. Marc. 4, 25 Chriſtus aeternae vitae inuitator. Martial. 9, 93, 1 Ad coenam ſi me diuerſa vocaret in aſtra Hinc inuitator Caeſaris, ille Iouis. *Add.* Id. 3, 23 *in Lemm. Antiqua* Inſcriptio *Romae apud Gruter. p. 598* n. 6

AGATHOPVS. AVGG. LIBERT.
INVITATOR.

Conf. Saluian. de Gub. 1 p. 28. Sidon. Epiſt. 2, 9. *et* 9, 13.

INVITĀTRIX, īcis. f. Symmach. Epiſt. 1, 59 Placet hortatio inuitatrix religionis.

INVITATORIVS, a, um. Adi. Hieron. Epiſt. 1. *Et* Tertull. de Anim. 57 Operatio inuitatoria.

INVITABĬLIS, e. Adi. [προσκλητικὸς] *Delectabilis, iucundus.* Gell. 13, 11 Sermones iucundos, et inuitabiles, et cum quadam illecebra et voluptate vtiles. Gloſſ. Lat. Gr. προτρεπτικόν.

INVITVPERABILIS, e. Adi. *Vituperationi non obnoxius.* Inuituperabiles conditiones Tertull. adu. Marc. 2, 10. *Add.* Id. ibid. 4, 1. *et* de Pudic. c. 6.

INVĪTVS, a, um. Adi. [ἄκων, ἀκούσιος] *Qui per vim aliquid facit, non libenter, tergiuerſans, contra voluntatem, repugnans, repugnanter, coactus: cui contrarium eſt* Libens. Plaut. Caſin. 2, 4, 23 Inuitus me vides, viuam tamen. Inuitos, non ambientes in remp. collocandos Alex. Seuer. *apud* Lamprid. c. 19. Cic. Verr. 2, 148 Hoc ſignificant, atque adeo aperte oſtendunt, ſeſe ad ſtatuas pecuniam metu ac malo coactos inuitiſſimos contuliſſe. Idem Att. 16, . . Et quidem vt a me dimitterem inuitiſſimus, fecerunt Erotis literae. *Conf.* Idem Fam. 13, 64. Inuiti per vim atque imperium ſtatuas dederunt Cic. Verr. 2, 144. Sapiens nihil facit inuitus, nihil dolens, nihil coactus Idem in Parad. 5, 1. Facere inuiti et recuſantes coacti ſumus Cic. de Orat. 2, 18 c. 4 *extr.* Cogendi iudices inuiti, retinendi contra voluntatem Idem pro Muraen. 42. Extorquendum eſt inuito atque ingratiis quod non debet Id. pro Quint. 47. Ter. Heaut. 4, 6, 1 Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis ſiet, quam inuitus facias. Cic. de Senect. 39 Itaque feci non inuitus, vt prodeſſem multis tuo rogatu. Irrumpent etiam ad inuitos Quinctil. 9, 4, 89. *i. quos ipſi nolint.* Cic. de Fin. 1, 4 c. 2 In quibus hoc primum eſt

eſt in quo admirer, cur in grauiſſimis rebus non delectet eos patrius ſermo, quum iidem fabellas Latinas ad verbum de Graecis expreſſas non inuiti legant. Rogare inuitum Catull. 8, 13. Vim tulit inuitae Ouid. Met. 4, 239. Vis trahit inuitam Idem Met. 7, 19. Me inuitiſſimo Cic. Att. 5, 21. *Add.* Fam. 3, 10. Ad aures inuitas peruenit crimen Ouid. de Arte Am. 2, 449. Inuitis diis hominibusque abſolutus Cic. Verr. 1, 72. Inuitis vobis Plaut. Caſ. 2, 5, 7. Inuita Minerua aliquid dicere aut facere: i. e. Aduerſante aut repugnante natura Cic. Off. 1, 110. Hor. in Arte Poët. 385 Tu nihil inuita facies diceſue Minerua. Oculis inuitis adſpicienda Ouid. Epiſt. 9, 124. Vlpian. in l. quod ſeruus D. depoſiti. Vel credidit dominum non inuitum fore huius ſolutionis. i. e. Domino non inuito fieri hanc ſolutionem. ¶ 2 Vita inuita, *βίος, ἀβίωτος, ſi audimus* Bern. Martinum Var. Lect. 3, 9 *dicta ab* Attio ſ. Accio in Medea, *cuius verba ita ponit*, Fors dominatur inique, illi vita prope inuita eſt: *vocat hanc veterem lectionem, quae ſua auctoritate et fide vel renitentem in ſuas partes trahat. Sed apud* Nonium 4, 346 *Gothofredus et Mercerus, itemque H. Stephanus in fragm. ſic dederunt*, Fors dominatur, neque vita vlli propria in vita eſt. ¶ 3 *In MSS. confundi* Inuitus *et* Inuictus *docent Burm. ad* Quinct. Decl. 377 p. 773. *Drakenb. ad* Sil. 4, 679.

INVĪTE, ius, iſſime. Adu. [*ἀέκουσίως*] *Ingrato animo, contra voluntatem.* Cic. Att. 8, 3 Inuite cepi Capuam, non quo minus illud defugerem. *etc.* Idem de Orat. 2, 364 c. 89 Quem ego paullo ſciebam, vel prudentius, vel inuitius (nolo enim dicere de homine faſtidioſius) ad hoc genus ſermonis accedere. Inuitiſſime *apud* Cic. Fam. 3, 10. *olim lectum fuit.*

INVIVS, a, um. Adi. [*δύσβατος*] *Per quod iri non poteſt: cui contrarium eſt* Peruius. Plin. 12, 14 Saba regio vndique rupibus inuia. Luſtra Virg. Aen. 4, 151. Maria inuia Teucris Idem Aen. 9, 130. Regna inuia viuis Id. Aen. 6, 154. Saltus inuii Liu. 9, 14. Templa facere inuia Ouid. Met. 11, 414. *i. cultum illorum prohibere.* Via Virg. Aen. 3, 383. *et* Ouid. Met. 14, 113. Idem Faſt. 5, 582 Et circumfuſis inuia fluminibus. *ſc. gens.* Dumoſa inuia Sil. 4, 306. Saxa Virg. Aen. 1, 541. Liu. 21, 35 Per inuia pleraque et errores.

INV̆LA, ae. f. [*ἑλένιον*] *Herba eſt, cuius condiendae rationem docet* Columel. 12, 46. *Vid.* Plin. 20, 95. Colum. 10, 119. Pallad. Febr. t. 24. *et* Nou. t. 18. Acidae inulae Hor. Serm. 2, 2, 44. Inula arida campana Scribon. 128. *Conf.* Apul. de Herb. c. 95. Amaras inulas coquere Hor. Serm. 2, 8, 51. Mollicella inula Catull. 23, 2. *al.* Imula oricilla. Inula ruſtica Scribon. 83.

INVLTVS, a, um. Adi. [*ἀνεκδίκητος*] *Impunitus, de quo non eſt ſumtum ſupplicium.* Cic. de Diuin. 1 c. 27 Mortem ſuam ne inultam eſſe pateretur. Idem pro Cluent. 172 Cur hunc eſſe inultum tamdiu ſinis? Impunitum et inultum. Cic. Diu. Verr. 53 Vt caeterorum quoque iniuriae ſint impunitae atque inultae. Auferre aliquid inultum Ter. Andr. 3, 5, 4. Iacere inultum, *vid.* IACEO. Hoſtis Medeae nullus inultus erit Ouid. Heroid. 12, 182. Pati et relinquere aliquid inultum Cic. pro L. Manil. 11 c. 5. Patiemur haec inultae Ouid. Faſt. 4, 595. Cic. pro L. Manil. 11 c. 5 Ius legationis verbo violatum perſecuti ſunt: vos legatum Pop. Rom. omni ſupplicio interfectum, inultum relinquetis? Inultus, *Cuius iniuriam aut mortem nemo vltus eſt.* Liu. 25, 37 Et ne inultos Imperatores ſuos iacêre ſinerent, volebat L. Martius P. et Cn. Scipionum a Carthaginienſibus occiſorum necem vlciſci. *Conf.* Cic. Verr. 3 c. 41. *Pro Indemni, vel qui eſt extra periculum.* Curt. 3, 4, 4 Vnde inultus ſubeuntem aut prohibere aut opprimere hoſtem potuiſſet. *A librariis permutatur cum* Multus: *quod vid.*

INVMBRO, āre. [*ἐπισκιάζω*] *Tegendo vmbram facere, et quod dicitur Opacare.* Virg. Aen. 11, 66 Inſtructosque toros obtentu frondis inumbrant. Ora inumbrant coronis Lucret. 3, 926. Tacit. Hiſt. 3, 19 Inumbrante veſpera vniuerſum, Flauiani exercitus robur aduenit. *Per metaphoram, pro Tueri ac defendere accipitur, inquit Perottus.* Plin. in Paneg. 19 Eſt haec natura ſideribus, vt parua et exilia, validorum exortus obſcuret: ſimiliter Imperatoris aduentu, legatorum dignitas inumbratur. Varro de L. L. 5, 2 p. 44, 19 Vt Praeneſte inciſum in Solario vidi, quod Cornelius iis Baſilica Aemilia et Fuluia inumbrauit, *i. horologio, quod vmbra inſtruxit, poſito gnomone.*

INVMBRANS, antis. Part. Apul. Met. 5 p. 162, 22 Iuuenis lanoſo barbitio genas inumbrans.

INVMBRĀTVS, a, um. Part. Curt. 3, 4 Cydnus multa riparum amoenitate inumbratus. Spelunca frondibus inumbrata Apul. Flor. 1. ¶ 2 *Simulatus, vmbram veri habens.* Furioſus in conſpectu inumbratae quietis conſtitutus Celſus l. 18 §. 1 ff. de acquir. poſſeſſ.

INVMBRĀTIO, ōnis. f. Mart. Capell. 1 p. 20 Lucifuga inumbratione palleſcens, *in Plutonis deſcriptione.*

INVNCO, āre. [*ἐναγκιστρεύω*] *Quaſi* Vnco *inuadere et arripere.* Lucil. *apud* Non. 2, 425 Aut qui numos triſtis inuncat. Columel. 7, 3 Tum etiam quotidie minuitur lana: quae quanto prolixior in pecore concreſcit, tanto magis obnoxia eſt rubis: quibus velut hamis inuncata, a paſcentium tergoribus auellitur. *Vſus eſt et* Apul. Flor. 1 p. 341. *it.* Apol. p. 293. Clauus inuncans Paullin. Nol. Natal. Felic. 7, 272.

INVNCTIO, INVNCTVS, *vid.* INVNGO.

INVNDO, āre. [*πλημμύρω*] *Creſcere et extra alueum transfundi, de fluminibus autem proprie dicitur, quae vndas ſuas latius emittunt.* Plin. 2, 97 Omnes aeſtus in Oceano maiora integunt ſpatia inundantque, quam in reliquo mari. Idem 17, 2 Ergo humor ex his (*niuibus*) — velut ex vbere alit omnia, quae non inundat. Aeſtus maris non inundat inſulam Plin. 5, 1. Cic. de N. D. 1, 104 c. 37 Vt terra infimum teneat, hanc inundet aqua, ſuperior aether, ignibus altiſſima ora reddatur. Liu. 24, 38 Itaque craſtino die aut veſtro, aut Ennenſium ſanguine Enna inundabitur. Foſſae inundant ſanguine Virg. Aen. 10, 24. Cruore campos inundauerit Lactant. de falſa Relig. c. 18. Vrina inundare Valer. Max. 1, 7 ext. 5. Denſi inundant Troës Virg. Aen. 12, 280. Hac inundatus Eumolpus inuidia Petron. c. 101. Viri diuino Spiritu inundati Tertull. Apol. c. 18.

INVNDĀTIO, ōnis. f. [*πλημμυρὶς, ἐπιῤῥοὴ*] *Alluuies.* Columel. 3, 11 Vel etiam valles, quae fluminum alluuie et inundationibus concreuerint, aptas eſſe vineis aſſeuerat. Plin. 16, 36 Quum igitur anno permanſerit inundatio. Ioppe Phoenicum antiquior terrarum inundatione Plin. 5, 3. *i. diluuio.*

INVNGO, unxi, unctum, ĕre. [*ἐπαλήνω, ἐπαλείφω*] *Vix mutat ſimplicis Vngere ſignificationem.* Plin. 8, 54 Mira ſolertia viſco inungunt oculos. Plin. 18, 30 Sunt qui lentem ſiccatam oleo inungant. Si quando aliquis hoc fuerit inunctus Scribon. Larg. Compoſ. 90.

INVNCTVS, a, um. Partic. Hor. Serm. 1, 3, 25 Oculis malo lippus inunctis.

INVNCTIO, ōnis. f. [*ἐπάλειμμα*] *Mollis frictio ex oleo, ſiue aſperſio.* Plin. 28, 8 Felle glaucomata et ſuffuſiones corrigi prope creditur, tridui inunctione. Idem 20, 5 Magis vero ſucci inunctione. *Add.* Celſ. 7, 7. Columel. 6, 33.

INVNGITO, āre. Capillum cinere Cato *apud* Chariſ. 1 p. 78.

INVNĪTVS, a, um. Adi. Tertull. de Reſur. c. 30 Natura triformis inunita in Adam. *Citatur ex* Apul. in Apol. Radii mixti et inuniti. *Sed Elmenh.* p. 283, 30 Radii noſtri — lumini extrario mixti atque ei vnlti. *Sic etiam Flor. Al.* atque ita vniti. *Al.* atque ei muniti. *Vnde* inuniti *ſuſpicatur, i. ἑνωθέντες, tanquam magis Africanum, Pricaeus p. 38, 27.*

INVŎCO, āre. [*ἐπικαλέομαι*] *Subſidium petere: et proprie ad deum refertur.* Cic. de N. D. 2, 68 c. 27 Apud noſtros Iunonem Lucinam in pariundo inuocant. Inuocare aduocatum ad defendendum Cic. de Orat. 2, 196 c. 47. Auxilia libertati inuocat Tacit. Ann. 15, 59. Blandius alia ad aurum inuocabat Quinctil. 4, 2. Perſae iuſtiſſimum ac mitiſſimum dominum, Macedones optimum ac fortiſſimum regem inuocantes Curt. 10, 5, 9. *i. vocantes. Conf.* Id. 3, 11, 25. *Sic* Acerbae nomine inuocato Iuſtin. 18, 6, 5. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 10 Auxilium ab alienis efflagitabitis, quum ciues veſtros deſeratis? ſociorum inuocem ſubſidium, quum a ciuibus intercluſum ſit praeſidium? Deos Ouid. Faſt. 6, 516. In auxilium aliquem Quinctil. in prooem. 4.

INVOCANS, antis. Partic. Vnde metus et iuſtae preces inuocantium Tacit. Hiſt. 4, 79, 2. *Add.* ib. 4, 73, 3.

INVOCĀTVS, a, um. Part. [*ἄκλητος*] *Non vocatus.* Cic. Fam. 8, 8 At ego ſimulatque audiui, inuocatus ad ſubſellia rei occurro. Cic. de N. D. 1, 109 c. 38 *extr.* Quid quod etiam ad dormientem eueniunt inuocatae? Inuocati *opponuntur* inuitatis Vitruu. 6, 8. *Conf.* Nep. 5, 4, 3.

INVOCATIO, ōnis. f. Deorum et Dearum inuocatio Macrob. Saturn. 1, 16. Quinctil. 6, 1. 9, 2. *et* 10, 1. *Vid.* Aſcon. Pedian. *in* Cic. Diuin. p. 32.

INVOLATVS, *vid. mox ſub* INVOLO.

INVOLENTIA, ae. f. Saluian. de Gub. Dei 7, . . Etſi inuolentia non carent, maleuolentia carent. *Baluz. leg. p. 166* vinolentia *Vid. deinde* INVOLVNTAS.

INVŎLO, āre. [*ἐφιπτάω*] *Ad aliquid, in aliquid volare.* Columel. 8, 3 Neque enim debent ipſis nidis inuolare: ne dum adſiliunt, pedibus oua confringant. Varro de R. R. 3, 7 At in villam intro inuolant columbae, de quibus merula, *etc.* *Metaph.* Ter. Eun. 4, 3, 5 Qui nunc ſi detur mihi, vt ego vnguibus facile illi in oculos inuolem venefico. Ibid. 5, 2, 20 Vix me contineo, quin inuolem in capillum. *Add.* Apul. Met. 6 p. 673. Tacit. Ann. 1, 49 Truces etiam tum animos cupido inuolat. Cic. de Orat. 3, 102 c. 31 Iſta prudentiae doctrinaeque poſſeſſio, in quam homines quaſi caducam atque vacuam, abundantes otio nobis occupatis inuolauerunt. Lucan. 6, 588 — Quid corpore magni Proiecto rapiat, quod Caeſaris inuolet artus. Plin. 9, 59 Singulos inuolat verius quam capit. Calliſt. in l. 6 expugnatur D. de incendio, ruina et naufr. Expugnatur nauis cum — vela conſcinduntur, aut ancorae inuolantur de mari. Euolare *et* Inuolare, *contraria* Varro de R. R. 3, 11. Colum. 8, 15.

INVOLĀTOR, ōris. m. Gloſſ. Gr. Lat. *κλέπτης*, Fur, inuolator.

INVOLATVS, ûs. m. *Vox Augurum de auium volatu.* Cic. Fam. 6, 6 Non ex alitis inuolatu tibi auguror.

INVOLĪTO, āre. Hor. Carm. 4, 10, 3 Et quae nunc humeris inuolitant, deciderint comae.

INVOLV̆CRIS, e. Adi. [*ἄπτην*] *Quod volare adhuc non poteſt.* Gell. 2, 29 Pulli etiam tunc inuolucres erant.

INVOLVCRVM, *vid.* INVOLVO.

INVOLVNTAS, ātis. f. Tertull. Apol. c. 45 Ex inuoluntate ſeu neceſſitate delinquens. *Conf. ibid. Rigalt. Vid.* INVOLENTIA.

INVOLVNTARIVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Tard. 1, 4 Actus inuoluntarius.

INVOLVNTARIE. Adu. Digeſt. l. 1 t. 3 l. 2.

INVOLVO, volui, volutum, ĕre. [*ἐνειλέω, ἐντυλίττω*] *Proprie ſignificat voluendo tegere, circumcirca tegere, obruere. Per metaphoram tamen ſaepius, pro Implicare ponitur.* Plin. 11, 24 Aranei lacertarum catulos primum inuoluunt. Virg. Aen. 2, 250 Vertitur interea caelum, et ruit Oceano nox Inuoluens vmbra magna terramque polumque. Carmina hiſtoriis caecis Ouid. in Ibin 57. Crinem inuoluit caſſide Sil. 7, 460. Diem inuoluere nimbi Virg. Aen. 3, 198. Ex faſciola inuoluere Scribon. 47. Feno inuoluere aliquem Ouid. Faſt. 4, 705. Fumo vndique inuoluitur Idem Met. 2, 232 *de Phaëthonte.* Saeuum Ingenium variis inuoluens modis Phaedr. 4, 6, 14. Me mea virtute inuoluo, *i. Mea virtute me munio aduerſus fortunam* Hor. Carm. 3, 29, 54. Membrana inuoluat libellum Tibull. 3, 1, 9. Virg. Aen. 6, 336 Auſter aqua inuoluens Nauemque viroſque. Nemus inuoluunt flammis Idem Georg. 2, 308. Cic. Fam. 9, 20 Vbi ſalutatio defluxit, literis me inuoluo, aut ſcribo. Se otio Plin. Ep. 7, 3. Trabes et ſaxa ſuper aliquem Ouid. Met. 12, 507. *h. e. Prouoluere.* Vera obſcuris inuoluens Virg. Aen. 6, 100. Ouid. Ep. 9, 86 *de Hercule*, Scilicet immanes eliſos faucibus hydros, Infantem caudis inuoluiſſe manum: *quinque Syllabis.* Virg. Georg. 1, 282 Scilicet atque Oſſae frondoſum inuoluere Olympum.

INVOLV̄TVS, a, um. Partic. [*ἐλυθεὶς*] *Vt*, Inuolutum caput, *Inuolucris opertum et velatum* Cic. Philipp. 2, 77. *Et* Verr. 4, 65 c. 28 Imperat ſuis, vt id in Praetorium inuolutum quam occultiſſime deferatur. Auriſcalpium lana inuolutum Scribon. 230. Cic. Philipp. 7, 19 c. 6 Nec ego pacem nolo: ſed pacis nomine Bellum inuolutum reformido. Cauſa inuoluta obſcuritate Cic. de Diuin. 1, 35 c. 18. Manus linteo inuolutae Scribon. 180. Nequitia inuoluta integumentis Cic. in Piſon. 12. Notio inuoluta et tecta de fortitudine Idem Tuſc. 4, 52. Res inuolutae et occultae Id. Acad. 1, 15 c. 4. Occulta quaedam et quaſi inuoluta aperio Cic. Fin. 1, 30 c. 9. Res inuolutiſſima Sen. Quaeſt. Nat. 6, 5.

INVOLVTE. Adu. Spartian. in Carac. c. 2.

INVOLVTIO, ōnis. f. Vitruu. 10, 1 Tabulae pertegant etiam inuolutionem.

INVOLV̄TO, āre. Apic. 2, 1 Singula inuolutantur folia lauri.

INVOLVŎLVS, i. m. [*ἴψ*] *Idem vermiculus, qui et Conuoluolus dicitur,*

dicitur, quod ſeſe foliis arborum et vitium circumuoluat et implicet. Plaut. Ciſt. 4, 2, 63 Sed quidnam amabo? L. inuoluolum, qui in pampini folio intortus implicat ſe. Feſtus: Inuoluolus, Vermiculi genus qui ſe inuoluit pampino.

INVOLŪCRE, is. n. [ἔλυτρον] *Linteum, quod tonſores humeris tondendorum inuoluunt, ne capillorum reciſamenta, et praeſegmina veſtem ſordident.* Plaut. Capt. 2, 2, 17 *de ſene auro iam emungendo*, Nunc ſenex eſt in tonſtrina; nunc iam cultros attinet: Ne is quidem inuolucre iniicere voluit, veſtem vt ne inquinet.

INVOLŪCRVM, i. n. [εἴλικτὸν] *Quidquid aliquid tegit et operit.* Cic. de N. D. 2, 37 c. 14 Vt clipei cauſa inuolucrum, vaginam autem gladii, ſic praeter mundum caetera omnia aliorum cauſa eſſe generata. Idem de Orat. 1, 161 Sic modo in oratione Craſſi diuitias ac ornamenta eius ingenii per quaedam inuolucra atque integumenta proſpexi: ſed ea quum contemplari cuperem, vix adſpiciendi poteſtas fuit. Cic. Q. Fratr. 1, 1 Multis enim ſimulationum inuolucris tegitur, et quaſi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura. *Penultima nonnunquam correpta legitur a* Prudentio *ſed perperam. v. g.* Hamart. 921 Corporis inuolucris tumulo frigente repoſtis.

INVOLVMEN, ĭnis. n. ἐνείλημα Gloſſ. Gr. Lat.

INVOLVMENTVM, i. n. Vulgat. Sap. 7, 4.

INVRBANVS, a, um. Adi. [ἄκομψος, σκαιὸς] Vrbano *contrarium. h. e. Inciuilis, rudis, ruſticis moribus praeditus.* Cic. de Orat. 2, 40 Inopem quendam humanitatis atque inurbanum. *Add.* Ib. c. 90. Idem de Clar. Orat. 227 Sed omnium oratorum ſiue rabularum qui et plane indocti, aut inurbani, aut ruſtici etiam fuerunt, *etc.* Dictum Hor. de Arte Poët. 273. Geſtus non inurbanus Quinctil. 6, 4.

INVRBĀNE. Adu. [σκαιῶς] *Inciuiliter.* Cic. de N. D. 3, 50 c. 19 Apud quos non inurbane Stratonicus, vt multa quum, *etc. Subaudi*, Inquit. *Conf.* Plin. Epiſt. 2, 14, 5.

INVRGEO, ēre. Lucret. 5, 1034 Cornua nata prius vitulo, quam frontibus exſtent Illis iratus petit, atque infenſus inurget. *h. e. Vrgendo impingit in arbores aut aliud quidpiam.*

INVRĪNO, āre. [ὑποδύομαι] *Idem quod Vrinare; i. In aquam mergi, et natando emergere.* Columel. 8, 14 Lacus piſcinaque manu fiant, vt ſint quibus inurinare poſſint aues.

INVRO, uſſi, uſtum, ĕre. [ἐγκαίω] *Ignito ferro imprimere, vt ſtigma fronti, et equorum coxis, vt cognoſcantur a venditore.* Notas et nomina inurunt vitulis Virg. Georg. 3, 158. *Adhibito igni pingere: quod genus picturae, encauſtice dicitur.* Plin. 35, 4 Cuius ſupra caput tabula bigae dependet: Niceas ſcripſit ſe inuſſiſſe, tali enim vſus eſt verbo. *Metaphora a priori genere inurendi.* Cic. de Provinc. Conſul. 16 c. 7 Sed fruatur ſane hoc ſolatio: atque hanc inſignem ignominiam, quoniam vni praeter ſe inuſta eſt, putet eſſe leniorem. Cic. Verr. 1, 113 c. 44. *Item* Tuſc. 3, 19 Proprium eſt enim irati cupere, a quo laeſus videatur, ei quam maximum dolorem inurere. *Add.* Id. Att. 1, 16. Cic. pro Muraen. 8 c. 4 Quae ſi cauſa non eſſet, tamen vel dignitas hominis, vel honoris eius, quem adeptus eſt, amplitudo, ſummam mihi ſuperbiae, crudelitatisque Famam inuſſiſſet, ſi hominis et ſuis et Pop. Rom. ornamentis ampliſſimi cauſam tanti periculi repudiaſſem. Cic. pro Milon. 33 Quas ille leges (ſi leges nominandae ſunt, ac non faces vrbis, et peſtes Reipub.) fuerit impoſiturus nobis omnibus, atque inuſturus? *i. In perpetuam Reipubl. ignominiam laturus.* Liu. 3, 58 Prehenſabat ſingulos, orabatque, ne Claudiae genti eam inuſtam maculam vellent, vt carcere et vinculis viderentur digni. Notas aeternas memoria alicuius Vell. 2, 64, 3. Aeternas maculas alicui Declam. in Salluſt. Notam Cenſoriam alicui Plin. Epiſt. 9, 13.

INVSTVS, a, um. Partic. [ἔγκαυστος] Sanguis inuſtus vulnere, *h. e. In ipſo vulnere vſtus: Ardenti enim titione factum erat vulnus* Ouid. Met. 12, 275. Inuſta teſtis candentibus vetus hominis vrina Columel. 7, 5. *In quam demerſae ſint et exſtinctae teſtae prae ardore candentes.* ¶ 2 Oſſa neruis et inuſtis plena medullis Lucan. 8, 787. *i. non vſtis.*

INVSITĀTVS, a, um. Adi. [ἀτριβὴς] *Inſolitus, praeter conſuetudinem, nouus, inauditus.* Cic. in Orat. 11 c. 3 Aut reprehendet quod inuſitatas vias indagemus, tritas relinquamus. Idem de Fin. 3 c. 1 Inuſitatis verbis vterentur. Acies inaudita ante id tempus, inuſitataque Liu. 4, 33 *pr.* Clementia Cic. pro Marc. c. 1. Gloria Plin. Paneg. c. 3, 3. Species nauium inuſitatior Caeſ. B. G. 4, 25. Eſt inuſitatum, regem capitis reum eſſe Cic. pro Deiot. c. 1. Magnitudo Plin. 8, 48.

INVSITĀTE. Adu. [ἀχρεῖον] *quod et* INVSITATO *dicitur: h. e. Praeter morem et conſuetudinem.* Plin. in Paneg. 5. Abſurde et inuſitate ſcriptae epiſtolae Cic. Q. Fratr. 1, 2. *Et* de Clar. Orat. 260 c. 75 Inuſitate loqui. Poëta inuſitatius contraxerat *meûm factûm* pro *meorum factorum* Cic. in Orat. c. 46. Verbo inuſitatius facto dixit Laberius Gell. 11, 15. Decemuiri inuſitatiſſime nox pro noctu dixerunt Macrob. Saturn. 1, 4.

INVSQVE. Adu. Aditum ſibi inusque fauces fecit Solin. c. 35. *Conf.* Auien. in Ora Marit. v. 525. 606. 641.

INVSVS, ûs. m. Ego ſum inuſu factus nimio nequior Plaut. Moſt. 1, 2, 65. *i. ignauia, non vſu.*

INVTĬLIS, e. Adi. [ἄχρηστος, ἀχρεὴς, ἀχρεῖος] Vtili *contrarium. Vt non tantum neget aliquid* vtile *eſſe, ſed illud ſaepe intelligatur, eſſe rem noxiam.* Plaut. Pſeud. 3, 2, 5 Multiloquum, glorioſum, inſulſum, inutilem. Cic. de Inuent. 1, 1 Is inutilis ſibi, pernicioſus patriae ciuis alitur. Ter inutilis haeſit Lingua, ter in primo deſtitit ore ſonus Ouid. Heroid. 4, 7. Cic. de Fin. 1 c. 4 Ab hisque M. Brutus diſſentiet, quod et acutum genus eſt, et ad vſus ciuium non inutile. Nomen Hor. Carm. 1, 14, 13. Qui conſenſus priuatis interdum inutilis eſſet, *i. noxius* Liu. 3, 33, 8. *Sic* Plin. 27, 7 ſ. 28 Sed hic (abſinthii ſuccus) inutilis ſtomacho capitique eſt, cum ſit ille decocti ſaluberrimus. Celſ. 3, 21 Promtius iis ſuccurritur, qui facile coguntur, quam quibus inutilis libertas eſt. Vell. 2, 47, 4 Clodius a Milone exemplo inutili, facto ſalutari Reip. iugulatus eſt. Ouid. ex Ponto 2, 8, 59 Quod quoniam nobis inuidit inutile fatum, *vbi oſtendit Burmannus, qui hanc ſignificationem illuſtrauerint, nempe* Cuper. Obſ. 1, 14. Dauiſ. ad Hirt. B. Alex. 65. Sciopp. Veriſ. 1, 20. *Addimus* Celſ. 1, 3 *de Vomitu*, Inutilis et gracilibus et imbecillem ſtomachum habentibus. *Et p. ante h. l.* Ex labore ſudanti frigida potio pernicioſiſſima eſt, atque etiam itinere fatigatis inutilis. A balneo quoque venientibus Aſclepiades eam inutilem iudicauit. Qui mores aut vtiles, aut inutiles ſint Cic. de Diuin. 2, 11. Alga Hor. Carm. 3, 17, 10. Factu inutile Idem Serm. 1, 4, 124. *i. noxium.* *Sic etiam* Ouid. Met. 13, 38 — Donec ſolertior iſto, Sed ſibi inutilior, timidi commenta retexit Naupliades animi. Stomacho inutiliſſimum Plin. 22, 24. *i. noxium.*

INVTILĬTER. Adu. [ἀχρείως] Hirt. de B. Alex. 65 Multa Romae male et inutiliter adminiſtrari. Quinctil. 2, 4. Non inutiliter Liu. 3, 51. *Compar.* Varro de R. R. 3, 5.

INVTILĬTAS, ātis. f. [ἀχρηστία] Cic. de Inuent. 2, 158 c. 52 Ex his illud conficitur, vt appetendarum rerum partes ſint honeſtas et vtilitas: vitandarum, turpitudo et inutilitas. *i. noxia.*

INVVLGO, āre. *Vulgare.* Gell. 20, 5 Diſciplinas libris foras editis inuulgaſſet. *Graeuius etiam hanc vocem* Ciceroni *tribuit* Att. 2, 1.

INVVLGATVS, a, um. *Vulgaris.* Gell. 11, 7 Inuulgata et ſordentia.

INVVLNERABĬLIS, e. Adi. Sen. Epiſt. 9 Animus inuulnerabilis. *Add.* Id. ad Helu. c. 13.

INVVLNERĀTVS, a, um. Adi. [ἄτρωτος] Vulnerato *contrarium.* Cic. pro Sext. 140 c. 67 Aut omnino inuulnerati, inuiolatique vixerunt.

INVVS, i. m. *Idem qui Incubus.* Nec diuerſus eſt a Pane, *vt tradit* Seruius. Virg. Aen. 6, 775 Pometios caſtrumque Inui. *Vid.* FAVNVS.

INVXORVS, a, um. Adi. Summus inuxorae virginitatis gradus Tertull. de Caſt. c. 9.

I O

IO, ûs. f. [Ἰὼ] *Filia Inachi, a Ioue adamata, quam ob Iunonis interuentum, ne agnoſceretur, in vaccam conuertit, eique cuſtodiendae Iuno Argum praefecit. Deinde interfecto Argo a Mercurio, poſt longos terrores erroresque reſtituta formae et Iſis Aegyptiorum dea facta eſt. Vid.* Ouid. Met. 1, 588 *ſqq. Et* Epiſt. 14, 85 *ſqq.* Vaga Io Valer. Argon. 7, 111.

IO, [ἰὼ] *exclamantis Particula eſt.* Tibul. 2, 4, 6 Vror, io remoue ſaeua puella faces. Sil. 4, 781 Clamat io coniux, quocunque in cardine mundi Bella moues, huc ſigna refer. *Add.* Ouid. Faſt. 4, 447. *Exprimit geſtientis laetitia affectum.* Ouid. de Arte Am. 2, 1 Dicite io Paean, et io bis dicite Paeàn. Plaut. Caſin. 4, 3, 3 Io hymen hymenaee, ô hymen. Io triumphe Hor. Carm. 4, 2, 49. *Vid.* IVBILO. *Irridentis interiectio:* Plaut. Merc. 5, 2, 110 Nunc domi ſic decet, ſic fieri oportet. E. io! quae tu ſomnias? hic homo non ſanus eſt. *al.* Eho! *Priorem produxiſſe videtur* Ouid. Met. 5, 625 Et bis Io Arethuſa, Io Arethuſa vocauit. *Sic* Mart. 11, 2 Clamant ecce mei Io Saturnalia verſus. *Sed apparet, poſſe enumerari diuerſimode Syllabas.*

I O C

IOCASTA, ae. f. [Ἰοκάστη] *Filia Creontis, et vxor Laii, regis Thebanorum, poſt cuius necem imprudens nupſit Oedipodi filio ſuo, ex quo ſuſcepit Polynicem et Eteoclem: qui quum mutuis ſeſe vulneribus occidiſſent, ipſa quoque ſe necauit. Hoc eſt argumentum tragoediarum Graecarum Latinarumque. De exitu illius* Stat. Theb. 11, 625 Regina extulerat notum penetralibus enſem, *etc.* Ibid. 8, 642 Prima videt, caramque tremens Iocaſta vocabat. *Et* 7, 475 Exſanguesque Iocaſta genas, *etc.*

IOCABVNDVS, IOCATIO, IOCVLATIO, *vid.* IOCVS.

IŎCVS, i. m. [παιδιά, παίγνιον] *Plur.* hi Ioci, *vel* haec Ioca. Iocum *vocamus, quod eſt contrarium* Serio. *Differt autem* Iocus *a* Ludo, *quod* ludus *factis:* iocus *praecipue verbis fieri dicatur. De iocis et iocandi generibus dedita opera agit* Cic. de Orat. 2 c. 54 *ſqq.* Quinctil. 6, 3. Macrob. Sat. 2, 1 — 6. Plaut. Stich. 5, 2, 10 Iocos ridiculos vendo, agite licemini. Cic. Att. 14, 14 Itaque Ioca tua plena facetiarum, *etc.* Illi quidem iusiurandum iocus eſt Cic. pro Flacc. c. 5. Quam multa ioca ſolent eſſe in epiſtolis Cic. Phil. 2 c. 4. Idem de Fin. 2, 85 At quicum ioca et ſeria, vt dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia? *Add.* Id. Off. 1 c. 29. Apta ioco verba Ouid. Epiſt. 15, 48. Antiqui fabula plena ioci Ouid. Faſt. 2, 304. Extra iocum Cic. Fam. 7, 11. Furtiui ioci Ouid. de Arte Am. 3, 640. Illiberalis, *vid.* ILLIBERALIS. Inhumanus Quinctil. 6, 3. Inſanus Claud. in Eutrop. 2 praef. 6. Laſciuus cuiuspiam cum aliquo Plin. 8, 40. Liberales Idem Panegyr. 49. Liberior Ouid. Faſt. 4, 946. Magnus riſus iocusque Hor. Serm. 1, 8, 50. Opportunus Quinctil. 6, 3. Remoto ioco Cic. Fam. 7, 11. Ridens Stat. Silu. 1, 6, 6. Saeuus Hor. Carm. 1, 33, 12. Idem Epiſt. 2, 1, 149. Superbi Lucan. ad Piſon. 103. Venenatus Ouid. Triſt. 2, 566. Admittere iocos, *vid.* ADMITTO. Ouid. Met. 3, 320 — Vacuaeque agitaſſe remiſſos Cum Iunone iocos. Difficile eſt, triſti fingere mente iocum Tibull. 3, 7, 2. Inſerere turpes iocos hiſtoriae Ouid. Triſt. 2, 444. Mouere alicui riſum et iocum Hor. Epiſt. 1, 19, 20. Si quid per iocum dixi, nolito in ſerium conuertere Plaut. Poen. 5, 5, 41. *Conf.* Amph. 3, 2, 39. Vti Cic. Off. 1 c. 29. Petron. c. 57 Spero me ſic viuere, vt nemini iocus ſim. Idem c. 17 Religionis iocum facere. *Vid.* Ludus et Iocus, *in* LVDVS.

IOCŬLVS, i. m. Dimin. [παιδάριον] Plaut. Moſtell. 3, 3, 20 Egone te ioculo modo auſim dicto aut facto fallere? *Conf.* Idem Truc. 1, 2, 11.

IOCO. Adu. *Per iocum, quod et Iocoſe dicitur: h. e. Feſtiue.* Ter. Heaut. 3, 2, 30 Iocone, an ſerio illaec dicat, neſcio. Idem Eun. 1, 2, 89.

IOCŌSVS, a, um. Adi. [παιδώδης] *Serio contrarium.* Furtum iocoſum Hor. Carm. 1, 10, 7. Martial. 1, 20 Non potuit melius litem finire iocoſam. *i. Iocis et ridiculis plenam.* Ludi Ouid. Faſt. 5, 183. Plin. 35, 10 Idem iocoſo nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit. Quinctil. 6, 4 Dictorum vrbanorum alia ſeria, alia iocoſa, alia media. Res Cic. Off. 1 c. 37. Sermo triſtis *et* Iocoſus, *contraria* Hor. Serm. 1, 10, 11. Verba Ouid. Faſt. 6, 692. Varro de R. R. 2, 5 At Quintus Luccius Senator homo quamuis humanus et iocoſus. Hor. Epiſt. 1, 19, 89 Oderunt hilarem triſtes: triſtemque iocoſi.

IOCOSE. Adu. [παιδικῶς] *Feſtiue, hilariter.* Cic. Q. Frat. 2, 11 Eumque luſi iocoſe ſatis. Idem Fam. 9, 24. *Compar.* Dicere aliquid iocoſius Hor. Serm. 1, 4, 103.

IOCVLARIA, ae. f. Sariſb. Epiſt. 245 Importuna narratio inſtar muſicae eſt in luctu funeris iocularium exercentis. *Proprie Adiectiuum eſt, intellecto nomine* Ars.

IOCVLARIVS, a, um. Adi. [παιζόμενος] *Quod ioco dicitur, et ioco dignum eſt, neque ſerium eſt aut graue.* Hor. Serm. 1, 1, 23 Praeterea ne ſic, vt qui iocularia ridens Percurram. Iocularium in malum inſciens paene incidi Ter. Andr. 4, 5, 43. *Vbi* Donatus: Iocularium e contrario pro graui, et moleſto ac nimio: iocularium igitur καθ' ἀντίφρασιν.

IOCVLARITER. Adu. [παιζομένως] *Per iocum.* Plin. 22, 22 Haec eſt quam Ariſtophanes Euripidi Poëtae obiicit ioculariter. Suet. Aug. c. 75 Feſtos et ſollemnes dies profuſiſſime, nonnunquam ioculariter tantum celebrabat. *Conf.* Spart. Hadr. c. 12.

IOCALITER. *Idem.* Ammian. 15, 12 Quos iocaliter Murcos appellant.

IOCVLĀTOR, ōris. m. [παίκτης] *Iocoſus.* Cic. Att. 4, 16 Huic ioculatorem ſenem illum, vt noras, intereſſe ſane nolui. *al.* Ioculatorium.

IOCVLĀRIS, e. Adi. *Idem.* Ter. Phorm. 1, 2, 84 Iocularem audaciam. Caſus Cic. de Fato c. 8. Ammian. l. 20. Cic. de Fato 15 c. 8 O licentiam iocularem. Idem de Legib. 1, 53 c. 20 Ioculare iſtud quidem, Pomponi, et a multis ſaepe deriſum. *Conf.* Suet. Neron. c. 42. *Et* Liu. 7, 2. Phaedr. 4, 1, 1 Ioculare tibi videtur et ſane leue. Nomen Auſon. Parental. 5.

IOCVLATIO, ōnis. f. Firmic. 5, 4 *ad fin.* Ioculationibus dediti, canticis, et voluptatibus. Idem 5, 5.

IOCVLATORIVS, a, um. Adi. Diomed. Gramm. . . . . Ioculatoria quaedam pronunciare. *Vid.* IOCVLATOR.

IOCVLAX, ācis. Gloſſ. Gr. Lat. γελοῖος, ioculax.

IOCVLOR, āri. *Vnde*

IOCVLANS, antis. Part. Liu. 7, 10 Inter carminum propemodum incondita quaedam militariter ioculantes, Torquati cognomen auditum.

IOCVLANTER. Adu. Sidon. Ep. 1, 2.

IOCOR, āri. Dep. [παίζω] *Non ſerio, ſed per ludum, item facete, et cum venuſtate aliqua loqui.* Ter. Eun. 2, 3, 86 Quid agis? iocabar equidem. CH. garris? Cic. de Fin. 4, 30 Habent enim acceſſionem dignam in qua laboretur, vt mihi in hoc Stoici iocari videantur interdum, quum ita dicant. Idem Fam. 2, 4. In faciem permulta iocatus Hor. Serm. 1, 5, 62. Carum neſcio quid lubet iocari Catul. 2, 6. ¶ 2 Iocabo, *actiue dicit* Plaut. Caſ. 4, 4, 20.

IOCANS, antis. Part. [παίζων] *Ioco aliquid dicens, nec ſerio agens.* Cic. Acad. 4 c. 6 Fabriciemusque ſi opus erit, verba: ne id ſibi (me appellabat iocans) hic licere putet ſoli. Mimi obſcena iocantes Ouid. Triſt. 2, 497. Iocantium libido Petron. c. 26.

IOCĀTIO, ōnis. f. *Iocoſa et faceta narratio aut locutio.* Cic. Fam. 9, 16 Nunc venio ad iocationes tuas. Idem Att. 2, 8.

IOCABVNDVS, a, um. Adi. Valer. Max. 2, 15 Iuuentus rudi atque incompoſito motu corporum iocabunda geſtus dedit. Idem 1, 8 ext. 8. *Et* 3, 2 ext. 6. *Et* Lactant. 2, 7.

IOCISTA, ae. m. *Qui iocatur.* Gloſſ. Iſidor. *Vid. Barth. Aduerſ.* 11, 29.

I O H *et* I O L

IOHIA, *Interiectio renuentis* Plaut. Merc. 4, 3, 31.

IOL. n. *Indecl. Numidiae vrbs, quae poſtea Colonia Caeſarea dicta eſt, de qua ſic Strabo lib. vlt. In hac ora ciuitatem fuiſſe nomine* Iol, *quam quum Iuba, Ptolemaei pater, muniret, mutato nomine Caeſaream vocauit. Caeſarea igitur dicta eſt non ob Claudium, cuius iuſſu Colonia facta eſt, ſed in gratiam Auguſti magis, cuius liberalitate, quum poſt victum patrem Iubam, Romae in triumpho ductus eſſet, miro in eo elucente ingenio, reſtitutus eſt in regnum.* Vid. Melam 1, 6. *et* Plin. 5, 2. *Oliuarius dicit nunc vocari Bugiam.*

IŎLAS, ae. m. Virg. Ecl. 2, 57. *et* 3, 76. *Auguſtum intelligi volunt dictumque* Iolam, *quaſi* Iulum.

IOLĀVS, i. m. [Ἰόλαος] *Iphicli filius fuit, a quo Sardinii Iolenſes Strab. 5 dicti ſunt: quia illam inſulam ad pacem reduxit.* Hyantaeus Iolaus Ouid. Met. 8, 310. Idem 9, 399.

IOLCOS, i. f. [Ἰωλκός] *Oppidum Theſſaliae.* Pompon. 2, 3. *et* Plin. 4, 9. *Conf.* Lucan. 3, 192. *Et* Hor. Epod. 5, 21.

IOLCIACVS, a, um. Adi. *Vt,* Vota Iolciaca Virg. in Ciri 377. Portus Iolciacus Ouid. Met. 7, 153.

IŎLE, es. f. [Ἰόλη] *Euryti Aetoliae regis filia fuit, quam amauit Hercules.* Vid. Ouid. Met. 9, 394. *Et* Epiſt. 9, 133.

I O N

ION, i. n. Gemma, apud Indos violacea, quae raro ſaturo colore lucet Plin. 37, 10.

ION, ōnis. m. [Ἴων] Ion, *Xuthi filius: a quo Ionia dicta eſt Athenienſium ciuitas; ſicut a Cecrope conditore Cecropia, et a Mopſo Mopſopia.* Conf. Stat. Theb. 8, 454. Plin. 18, 32. 34, 8. *et* 37, 10.

IŌNĀS, ae. m. *Propheta V. T.* Vid. Prudent. Cath. 7, 101. *Et* Sidon. Carm. 16, 26.

IONES, IONIA, *etc. vid. ſtatim.*

IONAEVS, a, um. Adi. Iuuenc. 2, 711 Hic et Ionaeis monitis potiora iubentur.

IŌNES, um. m. *Populus Ioniae.* Vid. Iſidor. 9, 2.

IONIA, ae. f. [Ἰωνία] *Regio minoris Aſiae, media inter Cariam et Aeoliam, ab Ionio Athenienſium duce cognominata, qui eam regionem ſubegit. Vel a Iano Iapheti filio: vt Ioſephus inquit Antiq. 1, 11.* Ionia, Regio eſt Graecorum, in qua ſunt vrbes, Epheſus, Miletus, Priene, Clazomene, *etc.* Ab Ortu Lycaones et Lydos habet, a Septentrione Aeoles, vt a Meridie Cares. Ioniae *ſitum deſcribit* Plin. 5, 29. Diues Ouid. Faſt. 6, 175. Mollis Propert. 1, 6, 21.

IONĬCVS, a, um. Adi. [Ἰωνικός] *Quod eſt ex Ionia.* Ionicus, *nullo adiuncto, pro Saltatore.* Plaut. Stich. 5, 5, 28 Qui Ionicus aut cinaedicus, qui hoc tale facere poſſit? Ionicum *autem ſaltatorem fere molliculum et effeminatum delicatiusque ſe mouentem interpretor. Sic* Pſeud. 5, 1, 29 Orant me vti ſaltem — Qui probe Ionica perdidici. *Huc pertinet* Perſ. 5, 2, 4. 5. *Huc reſpicit* Hor. Carm. 3, 6, 21 Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo, *etc.* *Ad has ſaltationes pertinuiſſe videtur* Ionicus a maiori, Pes conſtans ex ſpondeo et pyrrhichio: *vt praeconium.* Ionicus a minori, ex pyrrhichio et ſpondeo: vt *Diomedes.* Vid. Mart. Capell. 5. *Et* Iſidor. 1, 16. *Multa ſunt apud Vett. Grammatt. v. g. p. 1823. it. 2658 ſq.*

IONICE. Adu. *Per dialectum Ionicam* Gell. 6, 14.

IONIĂCVS, a, um. Adi. [Ἰωνιακός] *Vt,* Puellae Ioniacae Ouid. de Arte Am. 2, 219. *Conf.* Idem Epiſt. 9, 73.

IŌNIVS, a, um. Adi. Ionium mare, ab Ionia regiuncula extremae Italiae Solinus dictum *ait: vid. c. 36. Alii aliter. Eſt certe mare inter Italiam et Graeciam interiectum.* Plin. 3, 6 *et* 8. Aequor Ionium nauigat Ouid. Met. 15, 700. Immenſum Ionium Idem ibid. 4, 534. Mare Ionium Virg. Aen. 5, 193. Liu. 23, 33. Magnum Ionium Virg. Aen. 3, 211. Sinus Ionius Hor. Epod. 10, 19. Trucis Ionii rabies Stat. Theb. 6, 52. *Ponamus adhuc* Catulli 83 *extr. in Arrium anhelatorem,* Quum ſubito adfertur nuncius horribilis Ionios fluctus, poſtquam illuc Arrius iſſet, Iam non Ionios eſſe, ſed Hionios.

IONTHVS, i. m. [Ἴονθος] *Tumor in facie.* Priſcian. 1, 18.

IONTHĪTIS, idis. f. *Herba, quae et Ariſtolochia.* Apul. de Herb. c. 19.

I O P

IŌPAS, ae. m. *Nomen Afri conuiuae Didûs.* Virg. Aen. 1, 744 Cithara crinitus Iopas Perſonat aurata, docuit quae maximus Atlas.

IŌPE, es. f. *Nomen Nymphae apud* Propert. 2, 28, 52.

IOPPE, es. f. [Ἰόππη] *Vrbs Iudaeae maritima antiquiſſima, regia quondam Cephei regis, patris Andromedae, vt ſcripſit* P. Mela 1, 11. *Et* Plin. 5, 13.

IOPPĬCA, ae. f. *Iudaeae toparchia.* Plin. 5, 14.

I O R *et* I O S

IORDANIS, is. m. [Ἰορδάνης] Fluuius Iudaeae eximiae ſuauitatis, *vt ſcribit* Plin. 5, 5. *Vide* interpretationem nominum Hebraicorum, *inter Opp.* Hieron. *Et* Iſidor. 13, 21. Tacit. Hiſt. 5, 6, 4 *dicitur* Iordanes.

IOS, Ii. f. [Ἴος] Inſula vna ex Cycladibus, in qua ſepultus eſt Homerus oraculo iubente: quoniam mater eius ex Io eſſet, ipſe certa matre, incerta eſſet patria Plin. 4, 11.

IŌSEPH, *vel* IOSEPHVS, i. m. *Vid.* Iuuenc. 4, 721 Hic ab Arimathia nomen geſtabat Ioſeph. *Conf.* Arat. Apoſt. 1, 105. ¶ 2 *Hiſtoricus, Hieroſolymae Veſpaſiani captiuus.* Vid. Suet. Veſp. c. 5.

I O T

IŌTA, n. *Indecl.* [ἰῶτα] *Nomen literae Graecae.* Cic. de Orat. 3, 45 c. 12 Quare Cotta noſter, cuius tu illa lata Sulpicii nonnunquam imitaris, vt Iota in literam tollas, et e pleniſſimum dicas. Martial. 2, 93 Vnum de titulo tollere Iota potes.

IOTACISMVS, i. m. *Grammaticis eſt, vbi litera I concumulatur; vt* Iuno Ioui iraſcitur; *vel quoties in hac litera duplicatur ſonus; vt* Troija, Maija. Mart. Capell. 5 p. 167 Iotaciſmus, vt ſi dicas Iunio Iuno Iouis iure iraſcitur. *Et* Iſidor. 1, 31.

IOVIS, *olim recto caſu dictus.* Priſcian. 6 p. 695 *fin.* Iouis Nominatiuo quoque caſu inuenitur. Caecilius in epiſtola, Nam nouus quidem Deus repertus eſt Iouis. Actius — Lucifera lampade exurat Iouis arietem. Varro L. L. 7, 38 *extr.* p. 98, 35 Nunc in conſuetudine dicere pro Iouis Iuppiter *etc.* *Plura collegerat iam Briſſon. de Form.* 1, 70 p. 39. *Sic* Apul. Met. 4 p. 157 Quem tremit ipſe Iouis. Petron. c. 47 Hoc ſolum vetare ne Iouis quidem poteſt. Idem 58 Tibi Iouis iratus eſt. *Etiam* Liu. 1, 10 *liber Modii MS. ita habet* Iouis Feretri, haec tibi victor Romulus. *Sed merito vni Codici hoc tribuere noluit Drakenborchius, vti lectionem vulgatam,* Iupiter, *mutaret.* Iouis *nominandi caſu eſt in Ennianis verſiculis de* DIs conſentibus, *vid.* CONSENTES. Apul. Met. 4 p. 157, 30 Quem tremit ipſe Iouis, quo Numina terrificantur, *de Cupidine. Saepe ita* Hyginus *v. g.* Fab. 53. 54. 63. 75 *etc.* *Obliquos damus voce* IVPITER.

IOVIĀLIS, e. Adi. Iouialis incontinentia Arnob. 5 p. 162. Pellacia Ibid. p. 171. Iouialium poculorum miniſter Macrob. Saturn. 5, 16.

IOVISTAE, Compoſitum a Ioue et iuſtae Feſt. *Sed locus corruptus eſt.*

IOVIVS, a, um. Adi. Arnob. 6 Ex nomine Iouio. *De Iouii et Herculis appellationibus in numis. Vid. Spanh. Diſſ. 12 p. 495.*

I P H

IPHI, [ἶφι] *in compoſitis Graecis vim et impetum ſignificat: vt* Iphianaſſa *ſit viribus et potenter regnans, etc.*

IPHIANASSA, ae. f. [Ἰφιάνασσα] *Melampodis vxor fuit, et Proeti filia, ob pulchritudinem a Iunone in furorem verſa, ſed a Melampo ſanata.* ¶ 2 *Agamemnonis filia, quae* Iphigenia *alias.* Lucret. 1, 86 Triuiai virginis aram Iphianaſſai turparunt ſanguine foede. *Vid. Muncker. ad* Hygin. Fab. 98.

IPHIAS, *vid. poſt* IPHIS.

IPHICLES, is. [Ἰφικλῆς] *ſ.* IPHĬCLVS, i. m. [Ἴφικλος] *Amphitryonis et Alcmenae filius, vno partu cum Hercule editus, Iolai pater; ſepulcrum habet apud Pheneum, Arcadiae vrbem, vt ſcribit Pauſanias.* Conf. Strab. 5. Vid. Seru. *ad hunc locum* Virg. Aen. 8, 288 Vt prima nouercae Monſtra manu, *etc.*

IPHĬGĔNĪA, ae. f. [Ἰφιγένεια] *Agamemnonis filia, quam ad placandum Numen Dianae, et nauigationem claſſis ab Aulide impetrandam, Calchas mactandam in ſacrificio apud Aulidem cenſuit: reliqua dicemus verbis* Hygin. f. 98 Quam cum in Aulidem adduxiſſet, et parens eam immolare vellet, Diana — ceruam pro ea ſuppoſuit, Iphigeniamque per nubes in terram Tauricam detulit, ibique templi ſui ſacerdotem fecit. *Vid.* Seruium *ad illud* Virg. Aen. 2, 116 Sanguine placaſtis ventos, *etc.* Propert. 3, 5, 53 Hoc iuuene amiſſo claſſem non ſoluit Atrides, Pro qua mactata eſt Iphigenia mora. *Vid.* ARGYNNIS. *Conf.* Ouid. Met. 12, 32. *et Beroald. ad* Apul. 8 p. 72.

IPHIMEDIA, ae. f. Vxor fuit Aloëi, quae compreſſa a Neptuno, duos peperit, Otum et Ephialtem: qui digitis nouem per ſingulos menſes creſcebant. *Haec* Seru. *ad illud* Virg. Aen. 6, 582 Hic et Aloidas geminos, immania vidi Corpora. *Vid.* ALOEVS.

IPHINASSA, *vid.* IPHIANASSA.

IPHĬNŎE, es. f. *Soror Iphianaſſae, quam ſupra vide.* *Conf.* Virg.

Virg. Ecl. 6, 48. *et* Ouid. Met. 5, 326. ¶ 2 *Mulier Lemnia, quae cum reliquis conſilium cepit, viros ab expeditione Thracica reduces trucidandi. Vid.* Val. Flacc. 2, 162 *et* 327.

IPHINŎVS, i. m. *Vnus ex Centauris, apud* Ouid. Met. 12, 210.

IPHIS, ĭdis. m. [Ἶφις] *Puer liberali ſpecie quum Anaxareten puellam incredibili amore proſequeretur, neque tamen redamaretur ab ea, laqueo ſe ſuffocauit, atque* onus infelix eliſa fauce pependit, *inquit* Ouid. Met. 14, 700. ¶ 2 *Mercurii filius, vnus Argonautarum* Val. Flacc. 1, 441. ¶ 3 *Dux aut Miles* Stat. Theb. 8, 447. ¶ 4 *Puella Cretenſis nuptiarum die in marem mutata: Vid.* Ouid. Met. 9, 700 *ſq.*

IPHIAS, ădis. f. *Iphidis filia Euadne, quam alii Martis filiam volunt. Vid. ſuo loco.* EVADNE, *quae dicitur* Iphias. Ouid. Triſt. 5, 14, 38. *Et* ex Pont. 3, 1, 111. *Et* de Arte Am. 3, 22.

IPHĬTVS, i. m. *Vir fuit Troianus, quem Homer. Iliad. 8. Maximum armis eſſe dixit.* Virg. Aen. 2, 435 Iphitus et Pelias mecum *etc.* ¶ 2 *Filius Praxonidis, ſiue Hemonis, qui primus Olympiada inſtituit.* Naubolides Iphitus Val. Flacc. Argon. 1, 363.

I P S

IPSE, a, um. [αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ] *et antique* IPSVS, Gen. ipſius, *cuius Media ſine diſcrimine corripitur et producitur. Vid.* Virg. Georg. 1, 452. *et* Aen. 5, 410. Ter. Andr. 2, 3, 3 Ipſus ſibi eſſe iniurius videatur. *Conf.* Plaut. Aul. 3, 1, 7. Nil mihi reſcribas, attamen ipſe veni Ouid. Heroid. 1, 2. *Opponit virum epiſtolae. Pronomen demonſtratiuum, aliis Pronominibus iunctum, eorum accipit ſignificationem. Vt*, Ego ipſe, Tu ipſe. Ter. Adelph. 4, 2, 44 Apud ipſum lacum. Idem Adelph. 4, 4, 18 Ipſum id metuo vt credant, *etc. Absque aliis per ellipſim prolatum, et tamen eorum habens ſignificationem, quae cum eo ſubaudiuntur.* Virg. Aen. 2, 5 — Quaeque ipſe *(ego)* miſerrima vidi. Vt ipſum *(illud)* quod maneam in vita, peccare me exiſtimem Cic. Fam. 4, 13 *pr.* Virg. Ecl. 1, 10 — Et ipſum *(me)* Ludere quae vellem calamo permiſit agreſti. Quinctil. 11, 1, 22 Ipſos erubeſcere etiam quum ab aliis laudamur, decet. *h. e. Nos.* ¶ 2 *Cum Pronominibus*, Me, mihi, te, tibi, ſe, ſibi, *non ſemper caſu conuenit, ſed potius nominandi caſu tanquam ſubiectum agens potius Verbo ſuo accommodatur. Si quid ſit differentiae, iſta forte fuerit, quam ſub exemplo indicabimus:* Medice cura te ipſe, *noli exſpectare alios medicos:* Medice cura te ipſum, *non alios.* Ter. Andr. 3, 2, 15 Se ipſus fallit. *Et* Adel. Pr. 4 Indicio de ſe ipſe erit. Cic. Fam. 3, 11 *pr.* Mihi ipſe aſſentior. Ibid. 4, 5 Mali medici ipſi ſe curare non poſſunt. *Et* 4, 13 Mihi ipſe diſpliceo. Idem 6, 10 Agam per me ipſe, et moliar, *etc. Add. 4, 8.* Sum mihi ipſe teſtis Cic. Fam. 6, 10. *Vid. Riuius ad* Cic. Fam. 7, 1. Indicio de ſe ipſe erit Ter. Adel. Prol. 4. Nihil audacter per ſe ipſi ſine P. Sulla facere potuerunt Cic. pro Sulla c. 24. Nunc tibimet ipſe ſupplicia irroga Sen. Hippol. v. 1217. Cic. Tuſc. 1, 40 c. 17 *vtraque ratio coniungitur*, Ego enim ipſe cum eodem ipſo non inuitus errauerim. ¶ 3 *Relatiuum eſt* Ter. Eun. 2, 2, 32 Tanquam philoſophorum habent diſciplinae ex ipſis vocabula. Ibid. 3, 3, 9 Ipſa accumbere. *Pro reciproco.* Cic. Off. 1, 16 Si lumen de ſuo lumine accendat, facit vt nihilominus ipſi luceat. *Conf.* Nep. 23, 2, 2. Curt. 7, 10, 4. *Et* Sen. Benef. 3, 23. Cic. pro Sext. 151 Quis vnquam Conſul Senatum ipſius decretis parêre prohibuit? *i. ſuis. Et* pro Balbo 2 Nihil vnquam audiui, quod mihi — dici videretur — de *(ſe)* ipſo modeſtius. *Sic* Inter ipſos, *pro Inter ſe.* Quinctil. 8, 6 Circa quem inexplicabilis et grammaticis inter ipſos, et philoſophis pugna eſt. Idem 10, 2 Diuerſa eſt cauſarum inter ſe ipſas conditio. *Repetito Nomini adiunctum eſt* Cic. Att. 1, 1 Rogauit me Caecilius, vt adeſſem contra Satyrum. *Et paullo poſt ſequitur*, Sane ſum perturbatus cum ipſius Satyri familiaritate, tum Domitii. *h. e. Praedicti vel praefati Satyri.* ¶ 4 *Emphaſim, id eſt expreſſionem alicuius rei, quam ſic innuimus, habet: vt ſi dicam,* Ipſe pater, *de quo minus credendum eſſet, qui hoc fecit.* Ter. Adelph. 4, 7, 43 Ipſa ſi cupiat Salus, ſeruare prorſus non poteſt hanc familiam. Ter. Adel. 1, 2, 59 Iſte tuus ipſe ſentiet poſterius, *quod nunc aliis non credit, ipſe ſentiet.* Virg. Aen. 2, 264 Et ipſe doli fabricator Epeus. Idem ibid. 4, 365 Ioue miſſus ab ipſo. Ipſe egomet ſolui argentum: maiorem quandam vim habet quam ego ipſe Ter. Adelph. 4, 4, 18. Tute ipſe Ter. Andr. 1, 1, 124. Homo ipſe nusquam eſt Ter. Eun. 3, 4, 5. Flos ipſe Ter. Eun. 2, 3, 27. Idem ibid. 5, 2, 66 Adeſt optime ipſe frater. Se Ipſa res aperit Nep. 4, 3, 7. Rem Ipſam loqui Ter. Andr. 1, 2, 28. Res ipſa Idem ibid. 3, 3, 49. *Et* Eun. 4, 4, 37 Res ipſa indicat. *Item*, Rem ipſam dic Ter. Andr. 5, 3, 2. Re ipſa mihi dolet Idem Adel. 4, 7, 15. Eccum ipſum video Ter. Andr. 3, 4, 26, *Et* Eun. 5, 1, 19 Habemus hominem ipſum. *Et* ibid. 2, 3, 64 Iſtunc ipſum. Ipſum me noſti Ter. Eun. 3, 5, 18. Te ipſum exſpectabam Ibid. 4, 6, 5. In ipſis nuptiis Ter. Andr. 5, 4, 13. In tempore ipſo Ibid. 5, 6, 10. ¶ 5 *Obſeruatt. Superl. comicus*, Plaut. Trin. 4, 2, 146 Ergo ipſusne es? C. ipſiſſimus: abi hinc ab oculis. Ipſiusce, *pro Ipſius* Macr. Sat. 5 *vlt. Obſeruat Caſaub. ad Theophraſti Charact.* περὶ κολακείας, *et apud Graecos Pronomen* αὐτὸς, *et apud Latinos* Ipſe, *voces ſeruorum aut diſcipulorum fuiſſe, quibus vel dominos vel magiſtros ſuos appellarent, proprio nomine diſſimulato. Sic* Plaut. Caſ. 4, 2, 10 Quid tu hic agis? A. ego eo, quo me ipſa miſit. *i. Hera. Vid. Heinſ. ad Heſiod. O. et D. p. 226. Sic* αὐτὸς ἔφα *diſcipulorum vox erat, cum de praeceptore loquerentur. Ita* Ille *apud* Cic. Fam. 6, 19 *et* 20. *Caeſarem notat. Vid. Pet. Victorium.* Ipſe *cum Numeralibus indicat, nos accurate non rotunde deſignare numerum velle, vt* Cic. Att. 3, 21 Triginta dies erant ipſi, quum has dabam literas, per quos nullas a vobis acceperam. Idem Fam. 2, 8 Ego cum Athenis decem ipſos dies fuiſſem: *vbi plura Man. et Gronou.* Cic. Brut. 61 c. 15 Cato qui — mortuus eſt annis LXXXIII ipſis ante me conſulem. Ipſe, *pro Sponte ſua, per ſe.* Cic. de Clar. Orat. 34 Ipſa enim natura circumſcriptione quadam comprehendit concluditque ſententiam. ¶ 6 *Connubia Pronominum:* Cic. de Diuin. 1, 104 c. 46 *extr.* Sed idipſum eſt deos non putare, quae ab his ſignificantur, contemnere. Hoc ipſum ita iuſtum eſt Cic. Off. 1 c. 9. Hoc ipſum nihil agere et plane ceſſare, delectat Cic. de Orat. 2, 24 c. 6. Hoc eſt ipſum eſſe contra ſe copioſum, diſertum Cic. de Diuin. 2, 83. Hoc ipſo tempore Idem Off. 2 c. 2. Quod ipſum Cic. in Somn. Scip. 20. Idem de Orat. 1, . . Quod ipſum eſt tamen magnum. Idem pro L. Manil. 17 Quorum ipſorum per ſe res et fortunae curae vobis eſſe debent. Qui ipſe tum fuit Cic. de Clar. Orat. 29. Idem pro Muraen. 50 Niſi eum, qui ipſe miſer eſſet. Cic. Att. 8, 23 Nec me Conſules mouent, qui ipſi pluma aut folio facilius mouentur. Idem hoc ipſum, *maximam emphaſis et repetitionis gratiam habet.* Cic. Tuſc. 3, 26 Nihil grauius, nihil Philoſophia dignius, niſi idem hoc ipſum honeſte, ſapienter, iuſte ad voluptatem referre. Idem ipſe Mithridates Cic. pro L. Manil. 49. Ego ipſe cum eodem ipſo Id. Tuſc. 1 c. 17. Ob eam ipſam cauſam Cic. de Amic. c. 20. Idem de Orat. 2, 75 Quaerebant ab Annibale, quidnam ille ipſe de illo philoſopho iudicaret. Idem pro Marcel. 8. Illi ipſi cuſtodes Nep. 10, 9, 6. Ille ipſe diuinationis auctor Chryſippus Cic. de Diuin. 2, 61. Illud ipſum quod eſt optimum Idem in Orat. 6. In illo ipſo malo Cic. pro L. Manil. c. 9. Illo ipſo tempore, illo ipſo anno Idem poſt Redit. in Senat. 4. *Et* Att. 4, 1 Ipſo illo die, quo lex eſt data. *Add.* ibid. 5, 4. Iſti ipſi qui, *etc.* Cic. Tuſc. 2. Iſti ipſi virtutis magiſtri Idem pro Mur. c. 31. Iſtum ipſum, inquam, Brute, dico librum Cic. de Clar. Orat. . . . Cur Reſpub. COS. iſto ipſo defenſa non eſt Idem Att. 7, 3. Si quis iſtas ipſas artes illuſtrare velit Cic. de Orat. 1, 61. Eo ipſo die Cic. Att. 1, 1. Idem Fam. 15, 18 Longior epiſtola fuiſſet, niſi eo ipſo tempore petita eſſet a me, quum iam iretur ad te. Idem . . . Ea enim ipſa hora acceperam literas tuas. Ii tamen ipſi dii Cic. de N. D. 3, 77. Idem Fam. 15, 17 Atque id ipſum facerent commodius, ſi, *etc.* Cum id ipſum dicere, nunquam ſit non ineptum Cic. de Orat. 3, 112. *Et* Att. 7, . . Niſi forte id ipſum eſt falſum, diſceſſiſſe illum, *etc.* Hic ipſe, *et* Hoc ipſum: Cic. de Fin. 2, . . Velut in hoc ipſo de quo nunc diſputamus. *Ibidem*, Itaque hinc ipſe iampridem reiectus eſt. Cic. de Orat. 1, 73 Sic in orationibus hiſce ipſis. Idem Att. 7, . . Sed ego hoc ipſum velle miſerius eſſe duco. Natali ſuo ipſo die Cic. Att. 4, 1. Idem de Aruſp. Reſp. 36 Hoc quid ſit, per ſe ipſum non facile interpretor, ſed ex eo, quod ſequitur, ſuſpicor, *etc. A librariis permiſceri* Ipſe *et* Iſte, *notat Drakenb. ad* Sil. 6, 309.

IPSIPSVS *legunt* Plaut. Ciſt. 2, 3, 58 *quidam ex MSS. Sed* Ipſus *obtinet. Vid. Taubm. Similis varietas eſt* Trucul. 1, 2, 23. *Sic valde controuerſum eſt* IPSIPE Feſti, *quod interpretatur*, ipſi, neque alii. *forte* ipſipte, *vt ſuſpicantur viri docti.* Vet. Gloſſ. ipſipte αὐτός.

IPSVLLICES, um. f. *Pl. quaſi* Ipſillices, ab Ipſe et Illex, *apud* Feſtum, Bracteae in virilem muliebremque ſpeciem expreſſae. *Voſſ. Etym. p. 269. Videntur ſignare Imagunculas, quibus magi vtebantur, vt eum cuius imago eſſet, pellicerent in amorem.*

I R

IR. n. [Vet. Gloſſ. τὸ θέναρ, κοῖλον τῆς χειρὸς] *Vola, cauum* manus. Priſcian. 6 p. 698 *extr. Ir* eſt indeclinabile, quamuis *quidam, vt* Chariſius, *Ir, iris* declinauerint. *Vid.* HIR.

I R A

IRA, ae. f. [ὀργὴ, θυμὸς, μῆνις] *Motus grauior animi et ſanguinis ob iniuriam.* Irae *graphica deſcriptio et velut Proſopopoeia eſt* Sen. de Ira 2, 35 *poſt alia:* Talem nobis iram figuremus, flamma lumina ardentia, ſibilo mugituue et gemitu et ſtridore, et ſi qua his inuiſior vox eſt, perſtrepentem, tela manu vtraque quatientem. Neque enim illi tegere ſe cura eſt: toruam cruentamque, et cicatricoſam, et verberibus ſuis liuidam, inceſſibus veſanis, offuſam multa caligine, incurſitantem, vaſtantem, fugantemque, et omnium odio laborantem, ſui maxime. Cic. Tuſc. 4, 21 c. 9 Quae autem libidini ſubiecta ſunt, ea ſic definiunt, vt ira ſit libido puniendi eius, qui videatur laeſiſſe iniuria. Fortitudinis cos Cic. Acad. 4 c. 44. Initium inſaniae Idem Tuſc. 4 c. 23. Amantium irae amoris redintegratio eſt Ter. Andr. 4, 3, 20. Firmiſſimus ira Ouid. Met. 7, 457. Furens ira Sen. Herc. fur. ſ. 9. Ille aſper et improbus ira Saeuit in abſentes Virg. Aen. 9, 62. Iniqui ira Quinctil. 6, 1. Impatiens irae Ouid. Met. 13, 3. Terribilis ira Virg. Aen. 12, 946. Tumidus flagrante ira Claud. de Laudib. Serenae 135. Fluctus irarum Lucret. 3, 299. Frena irarum Stat. Theb. 3, 425. Stimuli acres irarum Lucan. 2, 324. Fulminis ira Ouid. Met. 15, 871. Maris ira Ouid. Met. 12, 36. Liu. 27, 7 Qui ex Praetoris exercitu ob ſimilis iram fugae miſſi eo ab Senatu fuerat. *i. puniendae illius fugae cauſa, cui iratus eſt Senatus. Sic* 4, 50 Ira Quaeſtionum. *Et* 4, 57 Ira dictatoris creati. *Et* 5, 33 Ira vxoris corruptae *etc. quae pluſcula Gron. et Drakenb. ad 4, 50. et ad 37, 51.* ¶ 2 *Epitheta:* Acerbae Lucret. 5, 1194. Agitata magnis cauſis Sen. Thyeſt. 552. Ampliores, *vid.* AMPLIVS. Armigerae Stat. Theb. 6, 828. Atrae genis pallentibus Valer. Argon. 2, 205. Bellatrix Claud. in Ruff. 2, 118. Caeleſtis, *vid.* CAELVM. Caligantes Stat. Theb. 10, 281. Capitalis Hor. Serm. 1, 7, 12. Cruenta Idem Carm. 3, 2, 12. Feruens oculis dabat ruborem Ouid. Met. 8, 466. Flexa ad mitius Idem Triſt. 3, 5, 41. Graues Hor. Carm. 3, 3, 31. Immedicabilis Sil. 1, 147. Inanis, *vid.* INANIS. Inexorabilis Sen. de Clement. 1, 5. Ingens Ouid. Met. 1, 166. Iniqua Idem ibid. 5, 345. Lenta Ouid. Epiſt. 3, 22. Magna, *vid.* MAGNVS. Manifeſta Ouid. Met. 6, 313. Manſuetior Ouid. Triſt. 3, 23. Minax Sen. Agam. 7. Mollior Ouid. Triſt. 2, 28. Plumbeae Plaut. Poen. 3, 6, 17. Praeceps Sen. Hippol. 4. Rapida Stat. Theb. 3, 410. Saeua Virg. Aen. 10, 813. Sanguinea Valer. Argon. 7, 330. Tenax Ouid. ex Pont. 1, 28. Triſtis Virg. Ecl. 2, 14. Tumida Ouid. Met. 2, 602. Vaſta Idem ib. 10, 551. Violenta Idem ib. 8, 106. ¶ 3 *Praepoſitiones.* Cum ira nihil recte, nihil conſiderate fieri poteſt Cic. Off. 1 c. 38. In ira muliebre maxime et puerile vitium eſt Sen. de Ira 1, 16 *ſub fin.* Ira ſupra modum Virg. Georg. 4, 236. ¶ 4 *Verba:* Abiecta ira redit frater Sen. Thyeſte 431. Abſcedit ira Ter. Hec. 5, 2, 14. Abſtinere irarum, *vid.* ABSTINEO. Ira procul Abſit Cic. Off. 1 c. 38. Abundare ira, *vid.* ABVNDO. Accedit illi ira Sil. 16, 62. Accendit ira ſpiritum Sen. de Ira 1, 9. Accendere iras Sil. 17, 443. Accenſus in iram Lucan. 3, 133. Accingi ira, *vid.* ACCINGO. Acuunt magnis ſtridoribus iras Virg. Aen. 12, 590. Acuebat iras ingentes Sen. Troad. 9. Addidit dolor iram Ouid. Met. 12, 532. *Al.* Adiicit. Adiicit iram luctibus Id. ib. 2, 384. Admouere iras alicui Stat. Theb. 5, 158. Afficere aliquem dolore et ira Tac. Ann. 1, 41. Aggerare iras Virg. Aen. 4, 197. Agit animus viuaces iras Sen. Herc. fur. 1. Tac. Hiſt. 2, 29

Ireut

Irent propere, neu remorando iram victoris Aſperarent. Aſperat iras ſtrictis mucronibus Claud. de Magnete 609. Aſſurgunt irae Virg. Aen. 12, 494. Attollere iras Idem ib. 2, 381. Cadit ira metu Ouid. Amor. 2, 13, 14. Cadat ira naſo Perſ. 5, 91. Calet ira Stat. Theb. 6, 230. Cohibere iras Virg. Aen. 12, 314. Colligere iram Hor. de Arte Poët. 160. Commiſſa, *vid. mox* Vlciſcitur iram. Stat. Theb. 4, 75 Cui bella fauent, cui Commodat iras Cuncta cohors. Commota eſt ira tyranni Ouid. Met. 6, 549. Comprimere iras Sen. Med. 6. Concire iram Ter. Hec. 3, 1, 33. Ouid. ex Pont. 4, 14, 41 At malus interpres populi mihi Concitat iram. Concitus rabida ira Ouid. Met. 7, 413. Concedere in iras, *vid.* CONCEDO. Tac. Ann. 2, 28 Adeo iram Condiderat, cunctaque eius dicta, factaque quum prohibere poſſet, ſcire malebat. Conſtitit ira infracta Ouid. Met. 6, 627. Idem ib. 2, 660 Non fuerant artes tanti, quae numinis iram Contraxere mihi. Contundere iras, *vid.* CONTVNDO. Coquere iras Sil. 7, 403. *vid.* COQVO. Crudeſcunt irae Stat. Theb. 2, 680. Cic. pro Cael. 37 Nunc enim mihi animus ardet: nunc meum cor Cumulatur ira. Decedet haec ira, *vid.* DECEDO. Decurrere ad acres iras Lucret. 3, 312. Deferueſcere iram Cic. Tuſc. 4, 78. Liu. 40, 10 (8) Sed interdum ſpes animum ſubibat, Deflagrare iras veſtras, purgari ſuſpiciones poſſe. Diffundimus iram flendo Ouid. Epiſt. 8, 61. Effudit habenas omnes irarum Virg. Aen. 12, 499. Eluctari iram Grat. Cyneg. 520. *i. impetum magnanimum.* Terent. Adelph. 5, 2, 14 Nihil eſt, quod malim, quam illam totam familiam dari mihi obuiam, vt iram hanc in eos Euomam omnem. Exaeſtuat ira tacita Ouid. Met. 6, 623. Excitat iras indomitas dolor Virg. Aen. 2, 594. Exercuit iras horribiles Idem Georg. 3, 152. Exercent iras roſtris et vnguibus Ouid. Met. 13, 613. Extulit ira deûm Stygiis ſeſe vndis Virg. Aen. 3, 215. Facere iram Quinctil. 6, 1. Facere miſſam iram, *vid.* MITTO. Facere aliquid per iram Cic. Tuſc. 4, 79 ab ira: *vid. Drakenb. ad* Sil. 11, 246. Finire iram Ouid. Met. 11, 398. Finire veteres iras Idem ib. 14, 582. Fluctuat aeſtu irarum Virg. Aen. 4, 532. Frenare neſcit iras Sen. Med. 11. Quinctil. 6, 3 Quum odium, iramque frequentiſſime Frangat. Gerere iram Ter. Hec. 3, 1, 30. In promtu Plaut. Pſeud. 1, 5, 34. Iras plumbeas Idem Poen. 3, 6, 17. Igneſcunt irae, *vid.* IGNIS. Imperat irae accenſae non fortiter Ouid. Met. 9, 28. Implet animum Sen. de Ira 1, 9. Indulgere irae Liu. 23, 3. Tumidae non Imperat irae Ouid. Epiſt. 11, 15. Incendi ira, *vid.* INCENDO. Incendit pectus principis truci ira Sen. Octau. 5. Incitat iras ſtimulis haud mollibus Virg. Aen. 11, 728. Cic. Off. 1, 24 Qui iniuſte impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione Incitatus eſt, *vid.* INCITO. Indulgere irae, *vid.* INDVLGEO. Induere iras ſibi Sil. 1, 38. Infecerat ira inmani oculos Claud. de B. Get. 585. Ingenerare iras alicui Stat. Theb. 4, 230. Intercedere iram inter aliquos Ter. Hec. 3, 1, 25. Interit ira mora Ouid. de Arte Am. 1, 374. Quinctil. 3, 8 Nam et concitanda, et Lenienda frequenter eſt ira. Minuere iram, *vid.* MINVO. Miſtus amor ira Ouid. Epiſt. 6, 76. Moderari irae Hor. Epiſt. 1, 2, 59. Mollire iras, *vid.* MOLLIS. Mouere iram alicuius Sen. Octau. 5. Occupatus ira Quinctil. 4, 2. Oriri iram Ter. Hec. 3, 2, 16. Parcere irae Virg. Aen. 2, 534. Permulcere iras, *vid.* PERMVLCEO. Placare iram deorum ſacris Ouid. Met. 10, 399. Ponere iram, *et* Colligere iram, *contraria* Hor. de Arte Poët. 160. Ponere iras fideliter Ouid. Faſt. 6, 41. Ponere frena irae Iuuen. Sat. 8, 88. Praecipitant furor iraque mentem Virg. Aen. 2, 316. Premit iras graues Lucan. 2, 251. Procedunt longius irae Virg. Aen. 5, 461. Prohibenda maxime eſt ira in puniendo Cic. Off. 1, 86. Recanduit ira Ouid. Met. 3, 707. Receſſit ira Idem ib. 12, 36. Remittere iras Virg. Georg. 4, 536. Reprimere iram Ouid. Met. 1, 755. Reſidunt irae Idem de Arte Am. 1, 373. *Al.* Aurae. Reſuſcitare iram poſitam Idem Met. 8, 474. Satiare iram Claud. de B. Gildon. 36. Ouid. Met. 3, 252. Sedare iras Lucan. 10, 54. Soluere iras Ouid. Met. 9, 273. Subit ira Virg. Aen. 2, 575. Subridens miſta ira Idem ib. 10, 742. Sunt irae inter Glycerium et gnatum Ter. Andr. 3, 3, 20. Succenſi ira Poeni Sil. 1, 169. Sumere nouas iras Ouid. Met. 2, 175. Temperat iras Virg. Aen. 1, 61. Tenere iram Ouid. Met. 5, 420. Vertere iram in aliquem Hor. Epod. 5, 13. Liu. 7, . . . In iram luctus Vertit. Vindicat ira memori te Ouid. Epiſt. 21, 9. Vitare iram alicuius Idem Met. 3, 7. Vlciſcitur Furiis iram commiſſam *Proſerpina.* Grat. 374. Furiis *videtur Ablatiuus eſſe, i. poenis, peſtilentia, vlciſcitur iram ſuam commiſſam, contractam culpa hominum. Alias ſententias de lectione et intellectu dabit Burm.* Vtendum ira non vt duce, ſed vt milite Sen. de Ira 1, 9.

IRACVNDVS, a, um. Adi. [ὀργίλος, δύσοργος, κοτήεις] Qui parua, vel nulla cauſa praecedente iraſcitur, *inquit* Donatus: quique natura ad iram procliuis eſt, etiamſi tunc nulla moueatur ira. Plaut. Merc. 4, 5 ſuppoſ. 1, 15 Garruli, oſores, infenſi, iracundi. Idem ib. 4, 5 ſuppoſ. 1, 30 Video equidem, auſcultemus: neſcio, quid ſecum iracunda muſſitat. Iracundiſſimus Sen. de Ira 2, 6. Adria iracundior Hor. Carm. 3, 9, 23. Fulmina iracunda Idem ib. 1, 3, 40. Plaut. Bacch. 4, 3 *pr.* Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato. Leones Ouid. Met. 15, 86. Mens Lucret. 3, 296. Senes Cic. de Sen. c. 18.

IRACVNDIA, ae. f. [ὀργιλότης] *Vitium facile iraſcentis.* Donatus, Ira de cauſa eſt: Iracundia de vitio multum iraſcentis, ſiue de moribus. *Conf.* Cic. Tuſc. 4 c. 12. Sen. de Ira 1, 4 *c. not. Lipſ.* Iracundia vitium leuis eſſe animi atque infirmi videtur Cic. ad Q. Frat. 1, 1, 13. Idem pro M. Marcel. 9 c. 3 At vero quum aliquid clementer, manſuete, iuſte, moderate, ſapienter factum, in iracundia praeſertim, quae eſt inimica conſilio, *etc.* Suet. Claud. Caeſ. c. 38 Irae atque iracundiae conſcius ſibi, vtrumque excuſauit edicto. Cic. Tuſc. 3 c. 5 Quanquam ipſa iracundia, libidinis eſt pars, ſic enim definitur, Iracundia, vlciſcendi libido. Ter. Adelph. 1, 2, 66 Verum ſi augeam, aut etiam adiutor ſim eius iracundiae, inſaniam profecto cum illo. Plin. 10, 43 Hunc iracundia ſubita incitatum manceps proximae ſutrinae exanimauit. Adducere ad iracundiam Auct. ad Herenn. 3, . . . Ter. Adelph. 3, 2, 11 Ah me miſerum, vix ſum compos animi, ita Ardeo iracundia. Augere iracundiam, Cohibere iracundiam, Continere iracundiam, *vid. hh. vv.* Dimittere iracundiam Caeſ. B. C. 1, 8. Cic. Fam. 1, 9 Sed cum me diſputantem, non laceſſentem laeſiſſet, Exarſi non ſolum praeſenti credo iracundia, ſed quum incluſum illud odium multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudiſſe me omne arbitrabar, reſiduum tamen inſciente me fuiſſet, omne repente apparuit. Exercere iracundiam Cic. ad Brut. 2. Efferri iracundia Idem de Orat. 2, 305. Fluctuare inter aeſtus iracundiae Macrob. Saturn. 4, 2. Habere iracundiam Cic. Fam. 10, 23. Inflammari iracundia Idem Tuſc. 4, 50. Iratus mediocri iracundia, *vid.* MEDIOCRIS. Ter. Adelph. 4, 7, 37 Iam vero omitte Demea tuam iſtanc iracundiam. Permotus iracundia, *vid.* PERMOTVS. Remittere iracundiam Cic. Philipp. 8, 19. Reſiſtere iracundiae Idem ad Q. Frat. . . . Terent. Adelph. 5, 3, 8 Tandem Reprime iracundiam, et ad te redi. Seruire iracundiae, *pro Obſequi.* Non parebo dolori, nec iracundiae Seruiam, *etc.* Cic. de Prou. Conſ. 2. Sedare iracundiam Idem in Brut. . . .

IRACVNDE. Adu. [ὀργίλως] *Cum ira, animoſe.* Cic. Philipp. 8, 17 c. 5 Nam me tecum iracunde agere dixiſti ſolere, non eſt ita: vehementer me agere fateor; iracunde nego. *Compar.* Cic. pro Roſc. Com. c. 11 Quo quiſque eſt ſolertior et ingenioſior, hoc docet iracundius et laborioſius.

IRACVNDITER. Adu. antiq. *vt refert* Nonius 11, 45 *citans* Caecilium Subditicio, Quaeſo ne temere hanc rem agas, et ne iracunditer. *Eſt etiam* Ennii *apud* Priſcian. 15 p. 1010 *extr.*

IRASCOR, ĕris, irātus ſum, ſci. [ὀργίζομαι] *Ira commoueri, ſtomachari, ſuccenſere.* Ter. Adelph. 1, 2, 86 Rurſum Demea iraſcere. Celer iraſci Hor. Epiſt. 1, 20, 25. Facilis iraſci Idem ib. 1, 20, 25. Implacabilius iraſci alicui Tac. Ann. 1, 13. Si iraſcamur Intempeſtiue accedentibus Cic. Off. 1 c. 25. Molliter iraſci alicui Propert. 1, 5, 8. Vehementer alicui Plaut. Pſeud. 5, 2, 30. Idem Merc. 4, 5 ſuppoſ. 2, 15 Iſtud dictum tibi non amplius iraſcor. *i. Ob iſtud dictum.* De nihilo Idem Truc. 4, 2, 56. Liu. 34, 32 Remittimus hoc tibi, noſtram ne vicem iraſcaris. Iraſcor, quod ſim euocatus Plin. Epiſt. 3, 9. Iraſcuntur admonitioni Quinctil. ., 6, 3. *Apud eund.* 8, 3, 23 *Aliquis* in luxurioſum *ait*, Necte laqueum: habes, quod faucibus tuis iraſcaris. Arabioni de Sicio nihil iraſcor Cic. Att. 15, 17. Idem pro Roſc. Com. 46 Dii immortales hominibus iraſci et ſuccenſere conſueuerunt. Idem de Clar. Orat. 326 Saepe videbam cum irridentem, tum iraſcentem, etiam ſtomachantem Philippum. ¶ 2 Iraſcere, pro Iraſci, Infinitiuus antiquus. Pompon. Ariſta, Noli quaeſo iraſcere: more fit, moriri ſuam quiſque vxorem, vt velit. *Ex* Nonio 2, 446.

IRASCENS, entis. Part. Mater iraſcens Ouid. Met. 6, 269. Iraſcens montibus Idem ib. 9, 209.

IRASCENTIA, ae. f. Apul. Dogm. Plat. p. 58.

IRASCĬBĬLIS, e. Adi. Firmic. 5, 9.

IRĀTVS, a, um. Adi. [χολωτός, ὠργισμένος] *Ira commotus.* Nunquam, iratus, qui accedet ad poenam, mediocritatem tenebit Cic. Off. 1 c. 25. Idem pro Cael. 42 Huic homini ego fortaſſe et pauci deos propitios, plerique autem iratos putabant. Iratum *inter alia ſic deſcribit* Sen. de Ira 2, 35 Linquit decor omnis iratos — ſi capillorum natura vel arte iacentium non informis eſt habitus, cum animo inhorreſcunt: tumeſcunt venae, concutitur crebro ſpiritu pectus, rabida vocis eruptio colla diſtendit. Tunc artus trepidi, inquietae manus, totius corporis fluctuatio. Qualem intus putas eſſe animum, cuius extra imago tam foeda eſt? Cic. Att. 1, 1 Pompeii amici noſtri negant me ei iratum fore, ſi ad mea comitia non venerit. Iratum fore *dixit, quia non erat in vſu Futurum in* RVS, *hoc eſt* Iraturus, *vel* Iraſciturus. *Vnde minus pure videtur* Senec. de Ira 3, 8 *pr. ſcripſiſſe his verbis*, Fugere itaque omnes debebit, quos iraturos iracundia ſciet, *ſed vera lectio eſt*, irritaturos iracundiam. Cic. Att. 14, 21 (19) Nolo te illum iratum habere. Facere iudicem iratum aduerſario Cic. de Orat. 1, 20. Et ſibi et hoſti iratus pariter Hor. Epiſt. 2, 2, 58. Iratus et offenſus alicui Idem Att. 14, 8. Iratus, *pro Abalienato:* Cic. . . . Marcellum tibi eſſe iratum ſcis. Proprium eſt irati, cupere a quo laeſus videatur, ei quam maximum dolorem inurere Idem Tuſc. 3, 19. Mare iratum Hor. Epod. 2, 6. Ocelli Ouid. Amor. 2, 8, 15. Sitis Propert. 4, 10, 62. Venter Hor. Serm. 2, 8, 5. *Compar. et Superl.* Cic. Att. 15 Antonio eſt enim fortaſſe iratior. *Sic* Philipp. 8, 19 c. 6 Caeſar ipſe, qui illis fuerat iratiſſimus, tamen propter, *etc.* Idem pro M. Marc. c. 5. *et* Tuſc. 4 c. 36. *Conf.* Plaut. Poen. 2, 1, 4. Lactant. 5, 19. *In MSS. confunduntur* iratus *et* Ingratus: *Brouckh. ad* Tibull. 2, 2, 17.

IRĀTE. Adu. [ὠργισμένως] *h. e. Animo commoto.* Columel. 7, 12 Satis eſt ſeueros eſſe nec blandos, vt nonnunquam etiam conſeruos iratius intueantur, ſemper excandeſcant in exteros. Phaedr. 4, 24, 14 Irate dimiſſus.

I R C *et* I R E

IRCEVS, i. m. Genus fartiminis in ſacrificiis Feſtus. *Ab hirco deriuant, vt ſit ex hircino ſanguine.*

IRENAEVS, i. m. *Polycarpi diſcipulus, Lugdunenſis Epiſcopus, martyr, cuius antiquum interpretem interdum citamus.* Omnium doctrinarum curioſiſſimum exploratorem *vocat* Tertull. *aduerſ.* Valent. c. 5.

IRENARCHES, *ſiue* IRENARCHA, ae. m. [εἰρηνάρχης] Pacator, Irenarcha Vet. Gloſſ. *dicitur, Qui ad tollendas diſcordias et pacandos ciuium animos in ciuitate praeficitur. Vid.* Martianus in l. Diuus Hadrianus D. de cuſtod. et exhib. reor. Irenarchae (*inquit* Vlpianus in l. Munerum D. De muneribus et honoribus) ſunt, Qui diſciplinae publicae et corrigendis moribus praeficiuntur. *Vid.* Auguſtin. Epiſt. 140 *et* 159.

I R I

IRIS, irĭdis *et* iris. f. [Ἶρις] *Arcus caeleſtis. Ab* ἔρειν, *quod eſt nuntiare. Nam Poëtae deorum nuntiam fingunt.* Virg. Aen. 9, 2 Irim de caelo miſit Saturnia Iuno. Ergo Iris croceis per caelum roſcida pennis, Mille trahens varios aduerſo ſole colores Virg. Aen. 4, 600. Irim vulgo arcum eſſe aiunt, quando imago ſolis vel lunae humidam et cauam nubem denſamque ad inſtar ſpeculi colorat, et medietatem orbis eius ſecat Apul. de Mundo p. 64, 11. *Add.* Virg. Aen. 5, 606. Ouid. Met. 4, 480. Iunonia Iris Idem ibid. 14, 85. Roſcida Virg. Aen. 4, 600. Iri, *Vocatiuus:* Idem ib. 9, 18 Iri, decus caeli. ¶ 2 Iris *Ponti flumen* Val. Flacc. 4, 600. ¶ 3 *Herba, cuius radix eſt ſuauiſſimi odoris, dicta quidem a ſimilitudine colorum, qui in flore ſunt, cum ipſa caeleſti iride. De hac ſic* Plin. 21, 7 Illa quoque non

non omittenda differentia, odoramentorum multa nihil pertinere ad coronamenta, vt irin atque ſaliuncam: quanquam nobiliſſimi ſit odoris vtraque. Sed iris radice tantum commendatur, vnguentis et medicinae naſcens. ¶ Et paullo poſt, Caulem habet cubitalem et rectum. Floret diuerſi coloris ſpecie, ſicut arcus caeleſtis, vnde et nomen. *Vid.* Columel. 12, 20. *Genit.* Iris Sribon. *paſſim:* Iridis Idem 220. Irim contundere 89. Iris Illyrica 44. ¶ 4 Iris ſexangulata, *Gemma pretioſa in Arabia* Solin. c. 46. Plin. 37, 9.

IRĬCŎLOR, ōris. Adi. Auſon. Epiſt. 3, 15 Iricolor vario pinxit quas pluma colore.

IRĪNVS, a, um. Adi. [Ἴρινος] *Quod ex iride factum eſt; vt,* Irinum vnguentum Plin. 13, 1. Oleum irinum Scribon. 189. Irinum, ſimpliciter Id. 261.

IRIO, ōnis. m. *Herba, quam ἐρύσιμον Graeci vocant.* Plin. 26, 7 f. ¶ *Inter* frumenta *numerat* Idem 18, 7 *pr. et iterum Hard.* L. 10, 5.

I R N et I R O

IRNEA: *vid.* HIRNEA. *Cognata.*

IRNELLA, ae. f. Vaſis genus in ſacris, *vt inquit* Feſtus.

IRNEVM, *ſ.* ERNEVM, i. n. *Placentae genus, de quo etiam in* HIRNEA.

IRONIA, ae. f. [εἰρωνεία] *Tropus eſt verbi in contrarium ſenſum accepti. Graeci enim εἰρωνεύεσθαι cauillari dicunt, quum aliud verbis ſignificamus, aliud re ipſa ſentimus: vt* Cic. pro Rabir. 29 At credo, quum innumerabiles hoſtium copias in Italia fudiſſet, atque obſidione rempubl. liberaſſet, omnia ſua ſecum vna moritura arbitrabatur. Non ita eſt Quirites. Idem Acad. 4, 17 c. 5 *de Socrate,* Ita quum aliud diceret, atque ſentiret, libenter vti ſolitus eſt ea diſſimulatione, quam Graeci εἰρωνείαν vocant. Cic. de Orat. 2, 270 Socratem opinor in hac ironia diſſimulantiaque longe lepore, et humanitate omnibus praeſtitiſſe. *Vid.* Quinctil. 9, 2. *et* 6, 3. *Item* 8, 6. Bella ironia Cic. in Bruto 293. *Conf. Id. ib. c.* 85. *Coruini Dubia Rhet. Faſcic.* 8 *Dub.* 3. Mart. Capella 5 p. 171.

IRONICE. Adu. Aſcon. Prooem. Act. in Verr. p. 49 Ironice dictum eſt.

I R P - I R R

IRPEX, ĭcis. m. Irpices, Genus ferreorum raſtrorum, quod plures habet dentes ad exſtirpandas herbas in agris. Feſtus. Vrpicem *vocat* Cato R. R. c. 10. Seruius *ad illud* Virg. Georg. 1, 95 Vimineasque trahit crates: *inquit,* ad agrorum ſcilicet exaequationem, quam Irpicem ruſtici vocant, *etc.* *Ab ἅρπαξ deducit Scaliger ad* Varr. L. L. 4, 31.

IRPĪNI, orum. m. *Plur.* [Ἱρπῖνοι] Appellati ſunt nomine Lupi, quem irpum dicunt Samnites: eum enim ducem ſecuti, agros occupauere. Feſtus. Hirpinos *cum aſpiratione vocat* Seruius *ad* Aen. 11, 785. *Vid.* HIRPIAE.

IRPĪNVS, a, um. Adi. *vt,* Irpinus fundus Cic. de L. Agr. 3, 8.

IRRĂDIO, āre. [ἀκτινοβολέω] *Illuſtrare, et quaſi radios immittere.* Plaut. . . . Faciunt, quod conſueuerunt, irradiant ſalibus menſam, omnes ad riſum prouocant. Stat. Theb. 6, 64 Hoc vndique gemmae Irradiant. *Paſſiue.* Quinctil. Trib. Mar. c. 8 p. 81. *Burm.* Nemo ſi degenerat a virtute, Patrum poteſt irradiari fulgoribus. *Conf.* Arat. in Act. Apoſt. 2, 2. Coeperat Irradiare dies Sedul. in Matth. 28.

IRRADIATVS, a, um. Part. Mart. Capell. 8 p. 273 Candore luminis irradiati refulſere Diui.

IRRADIATIO, ōnis. f. *Apud* Auguſtin. . . .

IRRADO *vel* INRADO, ĕre. Cato R. R. c. 157 Eodem Silphium inradito. *Hinc*

IRRASVS, *vel* INRASVS, a, um. Part. *Raſus. vt,* Laſerpitium inraſum Cato *ibid.* *Sed* ¶ 2 Irraſus, [ἀκειρεκόμης] Adi. Raſo *contrarium.* Plaut. Rud. 5, 2, 16 Dî te ament cum irraſo capite. · *Sic certe Piſtoris. Lambino placet, pro raſo poni.* Claua Sil. 8, 586 *Rudis, et impolita.*

IRRATIONABĪLIS, e. Adi. [ἄλογος, ἀλόγιστος] Quinct. 7, 4 Falſa eſt finitio, ſi dicas, Equus eſt animal rationale, Nam eſt equus animal, ſed irrationabile. *Alia exemplaria habent* Irrationale. *Conf.* Celſ. Praef. Lactant. de Ira Dei c. 7. Idem Quinctil. 8, 6 Secantur haec in plures, vt a rationali ad rationale, et idem de irrationabilibus. *Alii legunt* Irrationalibus. *Sic* 10, 7. Impetus animorum Quinct. Decl. 325. Irrationabilia ſunt, quibus non ſubeſt ratio Mart. Capella 9 p. 321. Caſus Quinct. Decl. 9. *Conf. Borrich. Cogitt. p.* 150.

IRRATIONABILĪTAS, ātis. f. Apul. ad Aſclep. p. 92 Irrationabilitas bonorum omnium.

IRRATIONABILITER. Adu. Hieron. Homil. 2. Idem Epiſt. 150. *et* Tertull. de Poenit. c. 2 *pr.*

IRRATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Prax. c. 15.

IRRATIONALIS, e. Adi. Quinct. 7, 3 Eſt equus animal, ſed irrationale. *Conf.* Senec. Epiſt. 92. *et* 113. Tertull. de Reſurr. c. 52. Eſt vſus quidam irrationalis (*quid.* irrationabilis) quem Graeci ἄλογον τριβὴν vocant, quo manus in ſcribendo decurrit, *etc.* Quinctil. 10, 7, 11.

IRRATIONALITER. Adu. Tertull. de Fuga c. 4.

IRRAVCESCO, ĕre. [ἐπιβραγχιάζω] *Raucum fieri.* Cicer. de Orat. 1, 259 c. 61 Itaque nos raucos ſaepe attentiſſime audiri video. tenet enim res ipſa atque cauſa: at Aeſopum ſi paullum irraucuerit, explodi video. Priſcianus *legit* Irrauſerit, *eiusque et M.S. vnius auctoritate Grut. et qui poſt edidere. Vid. Schurtzfleiſch. Ep. arcan. p.* 505 *T.* 2.

IRRAVCVS, a, um. Adi. *Idem ac Raucus.* Plin. Valer. 1, 2 Irrauca vox.

IRRECITABILITER. Adu. Irrecitabiliter manans de corde parentis Venant. Carm. Paſch. v. 49 *i. ineffabiliter.*

IRRECOGITATIO, ōnis. f. Irrecogitationem exceſſus ſui pati Tertull. de Caſt. c. 4. *i. obliuionem.*

IRRECONCILIABILIS, e. Adi. *Barbara vox: vid. Voſſ. de Vit.* 3, 16 p. 484.

IRRECORDABĪLIS, e. Adi. Arnob. 2 p. 62.

IRRECVPERABILIS, e. Adi. [ἀπαραίτητος Gloſſ. Gr. Lat.] Immunditia irrecuperabili tabioſus Tertull. de Pudic. c. 14. *Conf. h. l.* Rigalt.

IRRECVPERABILITER. Adu. Acron *ad* Horat. Art. Poët. v. 452.

IRRECVSABILIS, e. Adi. Irrecuſabilis occaſio Cod. 3 t. 1 l. 13 §. 8.

IRREDIVĪVVS, a, um. Adi. [ἀνεπισκεύαστος] Irrediuiuus pons Catull. 18, 3 *pro Irreparabili.*

IRRĒDVX, ŭcis. Adi. [ὁ μὴ κατανόμενος] Lucan. 9, 408 Irreduceimque viam deſerto limite carpit. *h. e. A qua vix ſaluus redibit.*

IRREFRAGABILIS, e. Adi. Sariſb. . . . *vt apud. Philoſ.*

IRREFVTATVS, a, um. Adi. Lactant. 5, 16 *extr.*

IRREFVTABILIS, e. Adi. Arnob. 4 p. 139.

IRREGIBILIS, e. Adi. Irregibile ſe parieti impingit Veget. de re Vet. 2. Corporis fluxa et irregibilis laxitas Cael. Aurel. Acut. 1, 14, 107. *i. immoderata.*

IRREGVLARIS, e. Adi. Irregularis ventorum concurſus Guil. Tyrius 13, 26. Irregularem regulam profiteri Sariſb. 7, 26.

IRRELIGĀTVS, a, um. Adi. [ἄδετος] *Idem quod Solutus, et non ligatus.* Ouid. de Arte Am. 1, 530 Vtque erat e ſomno tunica velata recincta Nuda pedem, croceas irreligata comas.

IRRELIGIŌSVS, a, um. Adi. [ἀσεβής] *Quod eſt contrarium* Religioſo. Plin. Epiſt. 9, 35 Sed eam reuerentiam cum literis ipſis, tum ſcriptis tuis debeo, vt ſumere illa, niſi vacuo animo, irreligioſum putem. Liu. 5, 40. Irreligioſi in Caeſares Tertull. ad Nat. 1, 17 *pr.* Irreligioſius quippiam Arnob. 5 p. 185. Irreligioſiores Tertull. ad Nat. 1, 10. Factum irreligioſiſſimum Idem de Orat. c. 12.

IRRELIGIŌSE. Adu. Quinct. Decl. 8 p. 108 Irreligioſius ille anheli pectoris pallor inſpicitur. Arnob. 1 p. 13 Veſtra ſunt haec irreligioſe opinata et irreligioſius credita.

IRRELIGIOSITAS, ātis. f. Tertull. Apol. c. 24. Saluian. de Gub. Dei 6 p. 143.

IRRELIGIO, ōnis. f. Apul. ad Aſclep. p. 91 Haec et talis ſenectus veniet mundi, irreligio, inordinatio, *etc.*

IRREMEABĬLIS, e. Adi. *Vnde remeare non poſſis.* Error irremeabilis Virg. Aen. 5, 591 *de Labyrintho.* Viae Sen. Herc. fur. f. 7. Vnda Virg. Aen. 6, 425 *de Styge.* *Conf.* Sil. 5, 40.

IRREMEDIABĬLIS, e. Adi. [ἀνίατος] *Cui mederi, ſiue remedium adhibere non poſſumus.* Plin. 28, 7 E quibus dixiſſe non pudeat, ſi in defectu Lunae Soliſue congruat vis illa, irremediabilem fieri. Idem 25, 13. *Conf.* Sen. Epiſt. 114.

IRREMISSIBILIS, e. Adi. Delicta alia remiſſibilia, alia irremiſſibilia Tertull. de Pudic. c. 2. *Add.* Venant. Epiſt. 7.

IRREMOTVS, a, um. Adi. Hoc munus implet ſedule, et irremotus excubat Prudent. Periſt. 5, 407. *Al.* irretortus. Comes irremota rerum Proſper.

IRREMVNERATVS, a, um. Adi. Caſſiodor. Ep. 2, 16 *extr.*

IRREMVNERABĬLIS, e. Adi. Apul. Met. 3 p. 139. *et* 11 p. 269.

IRREPARABĬLIS, e. Adi. [ἀνεύρετος] *Quod reparari non poteſt.* Virg. Georg. 3, 284 Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. *Conf.* Aen. 10, 467.

IRREPARABILĪTER. Adu. Sariſber. 2, 27 Irreparabiliter ſtratus.

IRREPERTVS, a, um. Adi. [ἀνάλφιτος?] *Non repertus.* Hor. Carm. 3, 3, 49 Aurum irrepertum et ſic melius ſitum Quum terra celat.

IRREPLETVS, a, um. Adi. Cogimur victo, licet irrepleti, Cedere voto Paullin. Nol. Carm. 17 ad Nicetam v. 67.

IRREPERCVSSVS, a, um. Adi. Ne quid rumoris irrepercuſſum, quaſi de conſcientia, praeteriſſemus Tertull. Apol. c. 16 *extr.* *i. irrefutatum.* *Al.* impercuſſum.

IRRĒPO, pſi, ptum, ĕre. [παρεισέρπω, εἰσδύομαι, προσέρχομαι] *Latenter more reptilium ingredi.* Plin. 19, 8 Et ecce quum maxime coepit irrepere. *de caprina lactuca.* Columel. 7, 5 Haec vbi coepit irrepere, ſic intelligitur, vitioſum locum, *etc.* Plin. 26, 1 Non fuerat haec lues apud maiores patresque noſtros. Et primum Tiberii Claudii Caeſaris principatu medio irrepſit in Italia. Cic. pro Arch. 10 Quum ceteri non modo poſt ciuitatem datam, ſed etiam poſt legem Papiam, aliquo modo in tabulas eorum municipiorum irrepſerunt, *etc.* Idem de Aruſp. Reſp. 52 Quid exiſtimatis eum, ſi reditus ei gratiae patuerit, eſſe facturum, qui tam libenter in opinionem gratiae irrepat? Crudelitas in mentem Planc. Cicer. Fam. 10, 23. In ſenſus Cic. in Orat. 97 c. 28. *Sic* de Orat. 3, 201 c. 53 Irrepit in hominum mentes, alia dicentis ac ſignificantis diſſimulatio. Cic. Off. 3, 75 Itaque ſi vir bonus habeat hanc vim, vt ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletum teſtamenta nomen eius irrepere: hac vi non vtatur, *etc.* Vlpian. in l. Qui autem D. de conſtit. pecu. Si quis conſtituerit ſe pignus daturum, quum vtilitas pignorum irrepſerit, *etc.*

IRREPTIO, ōnis. f. Auguſtin. Epiſt. 107.

IRREPTOR, ōris. m. Agrorum irreptor Cod. Theod. l. 2 tit. 26.

IRREPTO, āre. Frequent. Stat. Theb. 4, 386 Pampineum nemus irreptare. *Add.* Idem ib. 11, 731.

IRREPOSCIBĬLIS, e. Adi. Apud. Apol. p. 332. *et* Sidon. Epiſt. 8, 15.

IRREPREHENSVS, a, um. Adi. [ἀμώμητος] *Sine reprehenſione, ſine crimine.* Ouid. Triſt. 5, 14, 22 Nam tua dum ſtetimus, turpi ſine crimine manſit, Et tandem probitas irreprehenſa fuit. *Conf.* Idem Met. 3, 340.

IRREPREHENSIBĬLIS, e. Adi. *Qui reprehendi non poteſt.* Firmic. 1, 3 Scipio poſt peragratam Aſiam, Graeciam, Bithyniam, Syriamque luſtratam, poſt Dictaturae irreprehenſibiles actus, intra priuatos parietes domeſticorum inſidiis confectus eſt. *Conf.* Lactant. 4, 6. Arnob. 2 p. 53. Hieron. Epiſt. 16. *et* Tertull. de Reſurr. Carn. c. 23.

IRREPREHENSIBILĪTER. Adu. Ambroſ. Epiſt. 7.

IRREPROBABILIS, e. Adi. Sanum et irreprobabile Vet. Interpr. Iren. 4, 45.

IRREQVIES, ētis. f. *Sine quiete.* Paull. Nolan. Orat. 16 Irrequies, cuncta ipſe mouens, vegetator inertum. Auſon. Eidyll. 12, 42 Qua caret Aethiopum plaga, peruigil irrequies gens.

IRREQVIĒTVS, a, um. Adi. [ἄπαυστος] *Quod contrarium eſt* Requieto. Agitatio Sen. de Breu. Vit. c. 10. Circuitus Plin. 2, 5. Idem 2, 3 Aeterno et irrequieto ambitu, *etc.* Martial. 4, 34 Diſcurris tota vagus vrbe, nec vlla cathedra eſt, Cui non mane feras irrequietus, aue. *Add.* Stat. Silu. 5, 1, 187. Bella Ouid. Triſt. 2, 236. Sors Idem Met. 2, 386.

IRREQVIEBĬLIS, e. Adi. Sitis irrequiebilis et inextinguibilis Scrib. Larg. Comp. 105. *Conf.* Marc. Empir. c. 20.

IRREQVISITVS, a, um. Adi. Tabellarius tranſiit irrequiſitus Sidon. Epiſt. 9, 3.

IRRESECTVS, a, um. Adi. [ἀκατάπριςος] Hor. Epod. 5, 47 Hic irreſectum ſaeua dente liuido Canidia rodens pollicem. *i. Valde et ſaepius ſectum, quod furentium et impatientium eſt, qui vngues rodere ſolent: vel* Irreſectum, *i. Non ſectum aut purgatum: quod immundae veneficae conueniebat.*

IRRESOLVTVS, a, um. Adi. [ἀδιάλυτος] *Quod nunquam remittitur.* Ouid. ex Pont. 1, 2, 22 At ſemel intentus neruo leuis arcus equino, Vincula ſemper habens irreſoluta manet. Boëth. 3 Metr. 2.

IRRESOLVBILIS, e. Adi. Apul. Doctr. Plat. 2 p. 19 Vt pares paribus irreſolubili nexu iunguntur.

IRRESPIRABILIS, e. Adi. Tertull. de Idolol. c. 24.

IRRETIO, iui, itum, ire. [περιβάλλω, σαγηνεύω] *A* Rete *fit; et ſignificat Reti inuoluere, et quaſi capere, ac detinere. Vnde* Irretitus, *Qui aliqua fraude vel blanditiis, aut dolo, quaſi reti captus eſt.* Cic. Acad. 4, 94 Quid enim ad illum, qui te captare vult, vtrum tacentem irretiat te, an loquentem? His ſe adoleſcens improuida aetate irretierat erratis Idem Tuſc. 5 c. 21 *extr.* Idem in Catil. 1, 13 c. 6 Cui tu adoleſcentulo, quem corruptelarum illecebris irretiſſes, non ad audaciam ferrum, ad libidinem facem praetuliſti? Cic. de Fin. 5, 49 c. 18 Vidit Homerus probari fabulam non poſſe, ſi cantiunculis tantus vir irretitus tenetur: ſcientiam pollicentur, quam non erat mirum ſapientiae cupido patria cariorem. Irretiuit veſte furiali me inſcium Idem Tuſc. 2, 20.

IRRETORTVS, a, um. Adi. [εὐθὺς] *Pro Recto.* Hor. Carm. 2, 2, 23 Quisquis ingentes oculo irretorto Spectat aceruos. *Conf.* Quinct. Decl. 8, 9 p. 174.

IRRETORQVIBILIS, e. Adi. Auguſtin. . . .

IRRETRACTABILIS, e. Adi. Non irretractabilem ſententiam proferens Auguſt. Confeſſ. 10, 33. *Add.* Sariſb. 3, 11.

IRREVERENS, entis. Adi. Tertull. contra Marc. 2, 14 *extr.* Idem ad Nation. 1, 10. Symmach. Epiſt. 8, 23. *et* Dig. 49 t. 16 l. 13 §. 4.

IRREVERENTER. Adu. [ἀναιδῶς] *Sine reuerentia et honore.* Plin. Epiſt. 2, 14 Caeteri audaces, atque etiam magna ex parte adoleſcentuli obſcuri ad declamandum huc tranſeunt, tam irreuerenter et temere, vt mihi Attilius noſter expreſſe dixiſſe videatur, ſic in foro pueros a centumuiralibus cauſis auſpicari, vt ab Homero in ſcholis. Idem Epiſt. 6, 13.

IRREVERENTIA, ae. f. [ἀναίδεια] *Superbiae genus reuerentiam, quibus oportebat, non tribuentis.* Tac. Ann. 13, 26, 3 Quibusdam coalitam libertate irreuerentiam, eo prorupiſſe frementibus. Idem ib. 3, 31, 4 Maiores iuuentutis irreuerentiam grauibus decretis notauerunt. *Conf.* Idem Hiſt. 3, 51, 1.

IRREVOCABILIS, e. Adi. *Quod reuocari non poteſt.* Plin. Epiſt. 3, 7 *pr.* Cuius taedio ad mortem irreuocabili conſtantia decurrit, vsque ad ſupremum diem beatus et felix. Aetas praeterita irreuocabilis Lucret. 1, 468. Verbum irreuocabile volat Horat. Epiſt. 1, 18, 71. Irreuocabile pondus ancorae, *h. e. Ancora, quae difficile retrahi poteſt.* Plin. 32, 1 Et cogit ſtare nauigia: quod non vincula vlla, non ancorae pondere irreuocabili iactae. *de echineide. Compar.* Tac. Agric. 42, 6 Domitiani natura quo obſcurior, eo irreuocabilior: *i tanto minus reuocari ab ira et crudelitate poterat, quo magis eam tegeret, vt adeo locum non daret deprecationi.*

IRREVOCABILITER. Adu. Proſper *apud* Sirmond. *in* Sidon. Epiſt. p. 77. Auguſtin. de Ciu. Dei 22, 20.

IRREVOCANDVS, a, um. Adi. Error irreuocandus Claud. de B. Get. 123.

IRREVOCATVS, a, um. Adi. Hor. Epiſt. 2, 1, 223 Quum loca iam recitata reuoluimus irreuocati. Irreuocatus ab acri caede Ouid. Met. 11, 401.

IRREVOLVTVS, a, um. Adi. *Contrarium* Reuoluto. Martial. 11, 1 Vadas, et redeas irreuolutus. *i. Non lectus. Librum ſuum alloquitur. Al.* Ineuolutus.

IRREVVLSVS, a, um. *vnde* Adu. IRREVVLSE *ap.* Theod. Stud. Serm. 76.

IRRIDEO, iſi, iſum, ere. [χλευάζω] Rideo *in alium, i. illius contemnendi cauſa.* Terent. Heaut. 5, 2, 29 Irrides in re tanta, neque me quidquam conſilio adiuuas? Cic. de Diuin. 2, 39 Doleo tantam Stoicos noſtros Epicureis irridendi ſui facultatem dediſſe. Bonis tuis rebus meas res irrides malas Plaut. Trin. 2, 4, 45. Irridere et contemnere aliquem Cic. de L. Agr. 2, 93. Idem de Nat. D. 2, 8 c. 3 Etiam per iocum deos irridens, quum cauea liberati pulli, *etc.* Quae irrideri ab imperitis ſolent Idem Fin. 3 c. 22. Tac. Ann. 1, 29 Multum irridentibus, qui ipſi viderant. Alii irrident alios Lucret. 4, 1150. Cic. Fam. 9, 26 An tu id melius, qui etiam In Philoſophum irriſeris. *Lectio temere mutata ab his, quos conſtructio rarior offenderet; ſed optimorum librorum.* Nepos 23, 11, 3 Quod ad irridendum eum pertinet.

IRRIDENS, entis. Part. Nep. 1, 1, 5 Lemnii irridentes reſponderunt.

IRRIDENTER. Adu. Laber. *apud* Chariſ. p. 181 Irridenter petiit. Auguſt. Epiſt. 5 Irridenter eos admonere voluit.

IRRISVS, a, um. Part. [χλευασθεὶς] Tac. Ann. 4, 9 Ad vana, et toties irriſa reuolutus. *Conf.* Plaut. Epid. 3, 4, 83.

IRRISVS, ûs. m. [χλευασία] Plin. 37, 9 Quae quidem ſcripſiſſe eos non ſine contemtu et irriſu generis humani arbitror. Tac. Ann. 1, 20 Retinentes centuriones irriſu, et contumeliis, poſtremo verberibus inſectantur. Irriſui eſſe: *h. e. Ludibrio haberi.* Plin. 22, 5 Immo vero plerisque vltro etiam irriſui ſumus, iſta commentantes, ac friuoli operis arguimur. *Conf.* Tacit. Ann. 14, 39, 3. *it.* Hiſt. 1, 7, 5. *et* Liu. 7, 10.

IRRISIO, ōnis. f. [χλευασμὸς] *Subſannatio.* Cic. Off. 1, 137 c. 39 Deforme etiam eſt de ſe ipſo praedicare falſa praeſertim, et cum irriſione audientium imitari militem glorioſum. Idem de Orat. 1 c. 12. *et* Auct. ad Herenn. 1 c. 6.

IRRISOR, ōris. m. [χλευαςὴς] Cic. Parad. 1 c. 4 Veniant igitur iſti irriſores huius orationis ac ſententiae, et iam vel ipſi iudicent, *etc.* Irriſor potius quam blandus Victor Epit. in Conſtant.

IRRISORIVS, a, um. Adi. Irriſoria conuiuarum gula Sariſb. 8, 8. *Conf.* Mart. Capel. 8 p. 273.

IRRISIVE. Adu. Ammian. 16, 12 *extr.* Irriſiue Victorinum ideo nominabant. *Al.* Iniuriiſſime.

IRRIDICVLE. Adu. [ἀκαταγελάςως] *Inſicite, ineleganter.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 42 Quod quum fieret, non irridicule quidam ex militibus decimae legionis dixit, plus quam pollicitus eſſet, Caeſarem facere.

IRRIDICVLVM, i. n. *Res irridenda.* Plaut. Caſ. 5, 2, 3 Irridiculum ſumus ambo. Idem Poen. 5, 4, 10 Ab iuuentute ibi irridiculo habitae.

IRRIGO, āre. [ἀρδεύω, βρέχω, ὀχετηγέω] *Adaquare, et quaſi riuos in agrum aut hortum per rigationem vel rigando deducere.* Cic. de N. D. 2, 130 c. 52 Aegyptum Nilus irrigat. Ibid. 1, 121 c. 43 Mihi quidem etiam Democritus vir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit, nutare videtur in natura deorum. *Hic per translationem. Declamatorie de terra* Plin. 2, 6 Quamque ſanguine noſtro irrigamus, inſepultis oſſibus tegimus. *Proprie* Cato c. 151, 4 Si quando non pluet, vti terra non ſitiat, aquam irrigato leniter in areas: ſi non habebis vnde irriges, gerito, inditoque leniter. Genae irrigantur aſſiduo rore Senec. Hippol. ſ. 4. *Tranſitiue* Virg. Georg. 4, 115 Figat humo plantas, et amicos irriget imbres. Claud. de Nupt. Hon. et Mar. 101 — Largos haec nectaris imbres Irrigat. *Vid. Not. Barth.* Quietem per membra irrigat Venus Aſcanio Virg. Aen. 3, 696. Sopor irrigat artus Idem ib. 3, 511.

IRRIGATVS, a, um. Part. Solum irrigatum aquis Colum. 2, 17. Irrigatus plagis homo Plaut. Epid. 1, 2, 18.

IRRIGATIO, ōnis. f. [ἀρδεία, ὀχετηγία] Cic. Off. 2, 14 c. 4 Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppoſitas fluctibus, *etc.* Idem de Senect. 53 c. 15. *et* Plin. 36, 12.

IRRIGATOR, ōris. m. Gloſſ. Lat. Gr. ἐναρδυτής.

IRRIGVVS, a, um. Adi. [ἐπίῤῥυτος] *Quod irrigatur, vel facile irrigari poteſt.* Plaut. Trin. 1, 1, 9 Interim mores mali, quaſi herba irrigua, ſuccreuerunt vberrime. Campi Lucan. 4, 296. Corpus irriguum mero Hor. Serm. 2, 1, 9. Hortus Idem ib. 2, 4, 16. Pratum Propert. 1, 20, 37. Plin. 5, 14 Hiericuntem palmetis conſitam, fontibus irriguam. *Quandoque in ſignificatione actiua, Qui irrigat.* Virg. Georg. 4, 32 — irriguumque bibant violaria fontem. Tibul. 2, 1, 44 Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas. *Conf. Burm. ad* Calpurn. Ecl. 2, 35. Irrigua aquarum, *Loca per quae aqua riuos producit ad irrigandum* Plin. 6, 26. Idem 5, 4 Diarrhytum a Graecis dictum, propter aquarum irrigua.

IRRIPIO, ĕre. Irripiunt ſe in aedes Cic. *vt dicunt.*

IRRISIO, IRRISOR, IRRISVS, *vid.* IRRIDEO.

IRRITO, āre. [ἐρεθίζω, παροξύνω, παραπικραίνω, παροργίζω] *Frequentat. ab* Irrio, *vel* Hirrio, *de quo ſupra.* Donat. *ad* Adelph. 2, 4, 18 Ne ſi magis irritatus ſiet, vt clamet ſcilicet: et proprie de lenone, quem irritari dicit, vt canem. Nam *irritari* proprie canes dicuntur. Lucilius de litera R. Irritata canes quod, homo quam, planius dictat. Non. 1, 132 Irritare dictum eſt proprie prouocare; tractum a canibus, qui cum prouocantur irriunt (hirriunt *al.*) *Laudat deinde l. c.* Lucilii, *et poſt alia*, Varronis Sesquiulyſſe, Omnes irritans ventos, omnesque procellas. Virg. Aen. 10, 644 Irritatque virum telis, et voce laceſſit. Amores face ſua irritat *Cupido* Ouid. Met. 1, 461. *Vt* Flammas Ouid. Faſt. 2, 644. Plaut. Amph. 2, 2, 75 Irritabis crabrones. Ibid. 1, 1, 298 Si me irritaſſis, hodie lumbifragium hinc auferes. Cupiditatem Senec. Epiſt. 7. Cic. ad Brut. 17 Neſcio, quid ſcribam tibi, niſi vnum, pueri et cupiditatem et licentiam potius eſſe irritatam, quam repreſſam a Cicerone. Irritare aliquem ad iram Ouid. Met. 8, 418. Segnius irritant animos demiſſa per aurem Hor. de Arte Poët. 180. Tac. Ann. 13, 1 Non quia ingenii violentia exitum irritauerit. *Conf.* Sen. Epiſt. 7. *et* Paterc. 2, 66, 3. — Ad necem alicuius Vell. 2, 66, 3. Irritandae ad diſcendum infantiae gratia Quinct. 4, 1. *Add.* 1, 1. Pocula irritantia luxum Sil. 13, 355. Vitia irritare vetando Ouid. Amor. 3, 4, 2. ¶ 2 *Aliud eſt* Irrĭto *pen. corr. de quo mox ſub* IRRITVS.

IRRITATVS, a, um. Partic. [ἐρεθισθεὶς] Gens irritata Ouid. Met. 13, 565. Terra ira irritata Virg. Aen. 4, 178. Voluptas Ouid. de Arte Am. 2, 681. *Pro Irato:* Ter. Phorm. 1, 5 (2, 1) 10 Ita ſum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum inſtituere. Animis irritatis Liu. 2, 46. Canis irritata Plaut. Capt. 3, 1, 25. *Compar.* [ἐρεθιςότερος] Gell. l. vlt. c. vlt. Quo fit quorundam maledicorum hominum ſaeuitas et inuidentia irritatior. Taurus irritatior Idem 10, 19.

IRRITATE. Adu. *cuius Compar. apud* Ammian. 20, 37 Gingiuam irritatius titillare.

IRRITATIO, ōnis. f. [ἐρεθισμὸς, παραπικρασμὸς] *Accenſio.* Liu. 31, 14 Et irritatio animorum ea prima fuit. Tac. Germ. c. 19. 1 Nullis conuiuiorum irritationibus corruptae. Partis irritatio Scribon. 142. *Pro Cupiditate.* Senec. Conſol. ad Helu. c. 6 Inuenio, qui dicant, naturalem quandam ineſſe animis irritationem commutandi ſedes, et transferendi domicilia. Idem Epiſt. 9.

IRRITATOR, ōris. m. Sen. Epiſt. 108.

IRRITATRIX, īcis. f. Vulg. Interp. Ezech. 24, 3.

IRRITABILIS, e. Adi. [ἐρεθιςὸς] *Quod facile irritatur: cui opponitur* Placabilis. Cic. Att. 1, 17 Nam ſi ita ſtatueris, et irritabiles animos eſſe optimorum ſaepe hominum, et eosdem placabiles, *etc.* Genus irritabile vatum Hor. Epiſt. 2, 2, 102. *Conf.* Lactant. 6, 23.

IRRITABILITAS, ātis. f. Apul. de Doctr. Plat. 1 Excandeſcentia et irritabilitas.

IRRITAMEN, inis. n. [ἐρέθισμα] *Quo quis irritatur et accenditur.* Ouid. Met. 12, 103 Haud ſecus exarſit, quam circo taurus aperto, Quum ſua terribili petit irritamina cornu. *Add.* Prudent. Hamart. 523. Amoris irritamen Ouid. Met. 9, 133. Opes, animi irritamen auari Idem ib. 13, 535.

IRRITAMENTVM, i. n. [ἐρέθισμα] *Idem.* Plin. 5, 9 Subinde inſulis impactus, totidem incitatus irritamentis poſtremo, *etc.* Irritamentum certaminum. Liu. 30, 11 Paruum fuit irritamentum. Opes, irritamenta malorum Ouid. Met. 1, 140. Veneris irritamentum Iuuen. Sat. 11, 165.

IRRĬTVS, a, um. Adi. [ἄθετος] *Non ratus, Vanus, effectu carens.* Cic. de Legib. 2, 21 c. 8 Quaeque augur, iniuſta, nefaſta, vitioſa, diraue dixerit, irrita, infectaque ſunto. Ter. Phorm. 5, 7, 58 Quod dictum, indictum eſt: quod modo erat ratum, irritum eſt. Dicere irrita Ouid. Met. 11, 39. Inceptum Liu. 29, 35. Irritus conſilii Vell. 2, 63, 2 *Qui fruſtra dedit conſilium. Vid.* Vir vita ac morte conſentaneus, *in* CONSENTIO. Labor irritus anni Ouid. Met. 1, 273. Lingua Propert. 3, 13, 65. Oua, *Sterilia; quae Hypenemia quoque dicuntur, et Zephyria. Vid.* VRINVM Ouum. Preces, *Vanae, futiles, et incaſſum rogatae:* Plin. in Paneg. c. 26 Ac plerique irritis precibus ſurdas principis aures adſtrepebant.

pehant. *Sic* Poenae Plin, 2, 7. Promiſſa irrita linquens Catul. Argon. 62, 59. Spes Stat. Theb. 10, 45. Spei irritus Curt. 6, 5, 1. *h. e. Sua ſpe fruſtratus.* Liu. 2, 6 Incenſus Tarquinius non dolore ſolum tantae ad irritum cadentis ſpei, ſed etiam odio. *Vid.* AD. Tela Virg. Aen. 11, 735. Verba Ouid. Rem. Amor. 286. Virg. Ecl. 4, 14 Te duce, ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri, Irrita perpetua ſoluent formidine terras. Legationis irritus rediit Tac. Hiſt. 4, 32. Incepti irritus Sil. 12, 57.

IRRĪTO, āre. *Infringere, ad nihilum redigere.* ICt. l. 2 C. de Feriis, Quod contra hoc factum fuerit omnibus modis irritatur.

IRROBŎRO, āre. [ἐπιῤῥώννυμι] *Robur et vires augere ac confirmare.* Gell. 1, 22 Irroborauit, inueterauitque falſa atque aliena verbi ſignificatio, quod dicitur, hic illi ſupereſt.

IRRŎGO, āre. [ὑποτιμάω] *Eſt comitiorum verbum proprie, q. d. rogare populum in aliquem. Vt* poenam irrogare *eſt rogare populum de poena, et rogatione illa perficere, vt aliquis puniatur. Deinde, vt ſit latius extendente ſignificationem vſu,* irrogare *eſt infligere, imponere rem moleſtam nempe.* Ignominiam irrogare Papinian. in l. Ob haec D. de iis, qui not. infamia. Infamiam Papin. in l. Ex ea D. de poſtulando. Cic. pro Domo 43 c. 17 Vetant leges ſacratae, vetant XII tabulae, leges priuatis hominibus irrogari: id eſt enim priuilegium. Tacit. Ann. 4, 10 Sibimet irrogaret Mortem, quam patri ſtruxerat. Multam, *idem quod dicere multam.* Plin. . . . Non modo culpam omnem, ſed etiam multam irrogauit. *Sic* Cic. pro Domo 58. *it.* pro Mil. c. 17. *Vid. Bud. in* l. 2 *in fine* D. de Iudic. Quinctil. 6, 5 Mitior ſolet irrogari Poena verecundiae. Hor. Serm. 1, 3, 118 — adſit Regula, peccatis, quae poenas irroget aequas. Poenas irrogare ſibi ipſi Sen. Herc. Oet. ſ. 7. Cic. de Legib. 3, 11 Priuilegia ne irroganto. Supplicium tenuioribus Tacit. Ann. 16, 5, 4. *Oppoſita:* Plin. in Paneg. c. 37 *pr.* His viceſima reperta eſt, Tributum tolerabile, et facile haeredibus duntaxat extraneis, domeſticis graue. Itaque illis irrogatum eſt: his remiſſum. *Sic* Hirt. B. Afric. 97 Tributis vectigalibusque regiis irrogatis, ex regno prouinciaque facta, *etc. Al.* Abrogatis. Quinctil. 10, 3, 26 Labori non plus irrogandum eſt, quam quod ſomno ſupererit, haud deerit, *i. Dandum.*

IRROGĀTVS, a, um. Partic. [ὑποτετιμημένος] Tacit. Ann. 13, 23, 4 Exiliumque accuſatori irrogatum, et tabulae exuſtae ſunt.

IRROGATIO, ōnis. f. [ὑποτίμησις] Cic. pro Rabir. 8 c. 3 Nam quid ego ad id longam orationem comparem, quod eſt in eadem multae irrogatione praeſcriptum, hunc nec ſuae, nec alienae pudicitiae pepercíſſe?

IRRŌRO, āre. [δροσίζω] *Rore aſpergere, ſiue madefacere.* Columel. 12, 22 Noctibus autem labrum operire conueniet, ne irroretur. *Sic* 9, 14 Irroratis floribus. *Dicitur enim, vel* Aquam irrorare agro, *vel* Agrum irrorare aqua. Ouid. Met. 1, 371 Inde vbi libatos irrorauere liquores Veſtibus, *i. Inſperſere. Antiqui enim templa ingreſſuri, deoſque precaturi, prius ſe aqua aſpergebant, quam conſuetudinem Deucalion et Pyrrha diis ſupplicaturi ſeruarunt.* Ter caput irrorat Ouid. Faſt. 4, 315. *Add.* Met. 9, 108. Crinem irrorauit aquis Idem Met. 7, 190. *i. Aſperſit.* Oleo aliquid Columel. 12, 47. Sedulus irrorans Olitor Idem 10, 148. Somnus irrorat quietem oculis Sil. 10, 357. Idem 11, 202. *et* 2, 122. Irrorat, *Imperſonale: vt Ningit, Grandinat:* Columel. 11, 2 Septimo Idus Decembris Aquila mane oritur, Africus, interdum Auſter, irrorat.

IRRŎTO, āre. Min. Fel. Oct. 3, 7 Teſtam ſuper vndas irrotare, *i. libratam manu ita proiicere, vt ſummam aquam ſtringat, et in ea velut rotetur.*

IRRŬBEO, ui, ēre. *vel* IRRVBESCO, ĕre. [ἐρυθραίνομαι] *Rubrum fieri.* Stat. Theb. 9, 647 Irrubuit caeli plaga ſidere miſto, *de coniunctione Solis et Lunae.* Ignis tuus irrubuit mihi vultibus Stat. Silu. 5, 3, 31. *i. te cremari vidi, rogo tuo adſtiti.* Solin. c. 5.

IRRVCTO, āre. [ἐπερεύγομαι] *Ructum emittere.* Plaut. Pſeud. 5, 2, 6 Quid tu (malum) ergo in os mihi ebrius irructas?

IRRŪFO, āre. Crinem irrufare Hieron. Epiſt. 7. *i. rufo colore inficere.*

IRRVFĀTVS, a, um. Tertull. adu. Pſych. c. 16. *Et* Apol. c. 22.

IRRŪGIO, iui, ītum, īre. [ἐπιβρυχάομαι] *Valde rugire. Cuius verbi nullum exemplum legimus praeterquam in literis ſacris. Vid.* Geneſ. 27, 34 Eſau irrugiit clamore magno.

IRRVGO, āre. [ἐπιρυσσόω] *Rugas contrahere.* Gell. 12, 1 Ne aequor illud ventris irrugetur.

IRRŪMO, āre. *A* Ruma, *id eſt mamma ductum verbum. Irrumat, quae mammam praebet. Vid.* SVBRVMVS. *Sed vulgo obſcenitatis extremae eſt* Martial. 2, 7 Quae faciat, duo ſunt: irrumat, aut futuit. *Conf.* Idem 2, 47 *et* 83. *It.* 4, 50 *etc.* Catull. 15, 1. *et* 75, 5.

IRRVMĀTVS, a, um. Adi. Martial. 2, 70 Vndis ne fouearis irrumatis, *i. Aquis contaminatis ablutione mentularum. Add.* Catull. 21, 13.

IRRVMĀTOR, ōris. m. Iulius Firmic. 8, 20. Catull. 10, 12.

IRRVMATIO, ōnis. f. Catull. 19 (21) 6 Tangam te prius irrumatione.

IRRVMPO, ūpi, uptum, ĕre. [εἰσπίπτω, εἰσβιάζομαι] *Violenter et cum impetu ingredi.* Ter. Eun. 5, 6, 26 Ceſſo huc intro irrumpere? In aerarium Cic. pro L. Agr. 2, 46. In animos noſtros irrumpunt intrinſecus imagines Idem Acad. 4, 125. In caſtra irruperunt Caeſ. B. G. 4, 14. In pectora irrumpat Quinctil. 2, 5. Cic. Fam. 15, 2 Si ex Syria egredi, atque irrumpere In meam prouinciam conarentur. Quinctil. 2, 1, 2 Grammatici ad Proſopopoeias vſque et ad ſuaſorias irrumpunt. Animos populi fama irrupit Lucan. 1, 465. Fores Idem 5, 127. Limina domus irrumpit Virg. Aen. 4, 645. Caeſ. B. C. 1, 27 Et quo facilius impetum Caeſaris tardaret, ne ſub ipſa profectione milites Oppidum irrumperent, portas obſtruit, *etc.* Plin. 35, 4 Hoſtilius Mancinus, qui primus Carthaginem irruperat. Portas apertas Ouid. Met. 15, 598. Portas irrupere patentes Virg. Aen. 11, 879. Irrumpere alicui, *vid. Drakenborch. ad* Sil. 2, 378. Stationes hoſtiles irrupit Tacit. Hiſt. 3, 9, 1. *Add.* Idem Ann. 2, 25, 2.

IRRVMPENS, entis. Partic. [εἰσβιαζόμενος] Irrumpens ventus, *h. e. Ita perflans, vt omnia diſrumpat et confringat* Plin. 11, 24. Fluuius Idem 3, 1.

IRRVPTVS, a, um. *Non ruptus.* Hor. Carm. 1, 13, 18 Felices ter et amplius, Quos irrupta tenet copula, *etc.* Copula irrupta, *i. Amoris coniunctio non interrupta, nec rixis aut iurgiis diſſoluta.*

IRRVPTIO, ōnis. f. *Impetus, incurſio.* Cic. pro L. Manil. 15 c. 6 Nam quum hoſtium copiae non longe abſunt, etiam ſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur. Plaut. Poen. prol. 42 Dum ludi fiunt, in popinam pediſequi irruptionem facite.

IRRVMPIBILIS, e. Adi. Gloſſ. Gr. Lat. ἄῤῥηκτον.

IRRVO, ui, ūtum, ĕre. [ἐφορμάω, εἰσορούω, προσπίπτω] *Cum impetu ferri, impetum in aliquem facere.* Donatus *ad* Ter. Eun. 4, 7, 18 Irruere proprie dicuntur, qui cum furore praelium ineunt. Plaut. Amph. 1, 1, 88 Illico equites iubet dextera irruere. Ter. Adelph. 1, 2, 8 Fores effregit, atque in aedeis irruit alienas. In mediam aciem Cic. de Fin. 2, 61 c. 19. Idem ibid. 5, . . Et quum in mala ſcientes irruunt, tamen ſe optime ſibi conſulere arbitrantur. Idem pro Domo 106 In quem quiſque per homines concitatos irruerit, quem impetu perculerit. Cic. Verr. Act. 1, 35 c. 12 Et ſunt homines, quos libidinis, infamiaeque ſuae neque pudeat, neque taedeat, qui quaſi de induſtria in odium offenſionemque Pop. Rom. irruere videantur. Irruimus ferro Virg. Aen. 3, 222.

IRRVPTVS, *vid.* IRRVMPO.

I R T *et* I R V

IRTIŎLA, ae. f. *Genus vitis.* Columel. 3, 2, 28.

IRVDO, quam quidam ſanguiſugam vocant Scribon. 199. *Vid.* HIRVDO.

IRVS, i. m. [Ἶρος] *Ithacenſis mendicus ac turpiſſimus, vt* 18 *Odyſſeae deſcribitur ab Homero, corpore praegrandi, ſed debili et foedo, quem Vlyſſes poſt errores domum reuerſus pugno interfecit.* Binominis Iri fortuna Ouid. in Ibin 417. Egens Idem Epiſt. 1, 95. Propert. 3, 5, 17. Idem Triſt. 3, 7, 42 Irus et eſt ſubito, qui modo Croeſus erat. *Add.* Martial. 5, 41. *et* 6, 77.

I S

IS, ea, id. [ἐκεῖνος] *Pronomen, cognatam ſignificationem habet Pronomini Hic, et eundem locum retinet: maxime vtuntur ſi praecedat, aut ſequatur* Qui: *vt,* Qui diuitias cupit, is, *vel* hic auarus eſt. Terent. Adelph. 1, 1, 16 Is adeo diſſimili ſtudio eſt iam inde ab adoleſcentia. Idem Andr. 4, 6, 6 Eſtne hic Crito ſobrinus Chryſidis? is eſt. Idem Eun. 3, 4, 8 Quiſnam hinc a Thaide exit? is eſt, an non eſt? ipſus eſt. Is, *pro* Qui: Ter. Andr. 1, 3, 17 Fuit olim quidam ſenex mercator: nauem is fregit apud Andrum inſulam: Donatus. Eius generis Scribon. 22. *i. eiuſdem. Sic* Eius menſurae Idem 180. *Aliquando pro reciproco ponitur:* Cic. Fam. 15, 14 Diligitur propter ſummam eius humanitatem. Caeſ. B. G. 1, 11 Liberi eorum. Idem ibid. 5, 4 Vna cum iis. Liu. 3, 40 Priuatos eos iudicatos. Is, *pro Talis:* Ter. Andr. 1, 5, 29 Eine ego vt aduerſer? *i. tali, tam leni, et indulgenti?* Cic. pro Caecin. 14 Is enim illi fuit Ebucius, *etc.* Idem Acad. 4, . . . Quumque eſſet ea memoria, quam ante dixi, ea ſaepe, *etc.* Non ſum is, qui Nep. 17, 5, 3. Ego is in illum ſum, quem tu me eſſe vis Cic. Att. 7, 8. Non is ſum, vt Id. ad Brut. Ep. 15. Si nos ii ſumus, qui eſſe debemus Idem Fam. 5, 8. *Add.* ibid. 3, 10. *et* 10, 8. *it.* ad Att. 1, 4. Off. 2 c. 2. Ea aetate ſum, vt non ſit peccato mihi ignoſci aequum Ter. Hec. 5, 1, 10. Liu. 10, 3 *pr.* Id magis credo, quam Quintum Fabium ea aetate, atque iis honoribus, Valerio ſubiectum. Ea noſtra ratio eſt, vt, *etc.* Cic. Q. Frat. 1, 1 Atque is dolor eſt, quod, *etc.* Ter. Andr. 1, 1, 22 Rem omnem a principio audies: Eo pacto et gnati vitam ſcies, et conſilium meum cognoſces. Ea re, *Propterea, id eſt ob eam rem:* Cic. Att. 8, 9 O rem turpem, et ea re miſeram: ſic enim ſentio, *etc.* Idem Off. 3, 12 Ea re quia turpe ſit, non eſſe faciendum. Idem ad Brut. 17 An hoc ipſum ea re facit, quod illi propter, *etc.* Ea, *qua ſibi reſpondent intellecto nomine* via. Loca pateſecit, itinera muniuit, effecitque, vt ea elephantus ornatus ire poſſet, qua antea vnus homo inermis vix poterat repere Nep. 23, 3, 4. ¶ 2 *De Caſibus huius Pronominis obſeruatt. Negat Bentl. ad* Hor. Od. 3, 11, 18 *locum eſſe Genitiuo* Eius *in Poeſi ſublimiore (ſermones enim ſ. ſatiras excipit) quoties ſalua ſententia abeſſe poſſit: quod ita moderatur Burm. ad* Ouid. Met. 8, 16 *vt tamen nihil contra MSCtorum conſenſum mutari velit illius eiiciendi cauſa. Retinet igitur l. c.* Saxo ſonus eius inhaeſit; *et* Tib. 1, 7, 25 Saepe velut gemmas eius ſignumue probarem: *it.* Prop. 4, 6, 67. *Add. Burm. ad* Gratii Cyneg. 224. Eae, *pro Ei* Cato R. R. c. 64, 1. Eabus, *pro Iis* Idem c. 152. Eii, *pro Ei* Plaut. Curc. 4, 3, 12 Iibus, *pro Ibus.* Eodem hercle vos pono et paro: pariſſumi eſtis iibus Id. Curc. 4, 2, 20. Eii *metri cauſa etiam* Lucret. 2, 1134. *et* 3, 857. *Sic* 6, 674 Scilicet et fluuius, qui viſus maximus eii. *Vid.* Priſcian. 1 p. 545 *poſt pr. Alias corripitur, vt* Iuuenal. 14, 122 Vt illam Ire viam pergant, et eidem incumbere ſectae. Em, *pro Eum* Feſtus. Eapſe, *pro Ea ipſa:* Plaut. Ciſt. 1, 2, 17 Puerum, aut puellam alicunde, vt reperirem ſibi, recens natum eapſe, quod ſibi ſupponeret. ¶ 3 Et id, Atque id, Idque, *vehementiam ſignificant.* Et id quidem Scrib. Ep. Cic. Off. 1, 1 Quamquam te, Marce fili, annum iam audientem Cratippum, idque Athenis. *Et* Orat. 3 Quaeris igitur, idque iam ſaepius. Et id, *pro eo vſque* Varro R. R. 2, 9, 16. Cic. in Orat. 59 Excurſio moderata, eaque rara. Idem Att. 1, 16 Per vnum ſeruum, et eum ex ludo gladiatorio. Idem ibid. 2, 6 Et id ipſum ſine ſtomacho. Cic. Fam. 9, 21 *pr.* Priuatas cauſas et eas tenues agimus. Liu. 4, 57 Vno atque eo facili praelio caeſi hoſtes. *Sic* Idem 5, 35 Sonum linguae nec eum incorruptum retinens. *Conf.* Cic. Att. 5, 1. *Contra ea minuit ſententiam ſubiecta* quidem. Cic. Att. 12, 11 Tuus dolor humanus is quidem, ſed magnopere moderandus. *Conf.* Idem Catil. 4, 8. *Et* Tuſc. 5 c. 3. Iſce, *pro Is ipſe:* Cic. pro Roſc. Amer. 109 c. 38 Nullum eſſe ius tam ſanctum atque integrum, quod non eiuſce vis ac perfidia violaret. Iſce *etiam ap.* Gell. 3, 14 *extr. reperit Falſter. Sed apud* Cic. *alii* eius ſcelus. *In* Gellio, Neque quiſquam — his verbis — vſus eſt. Ter. Adelph. 1, 1, 24 In eo me oblecto, ſolum id eſt carum mihi. Id, *Ob id:* Ter. Andr. 2, 3, 2 Si id ſuccenſeat nunc, quia non det tibi vxorem Chremes, *etc.* Idem 2, 2, 25 Id gaudeo. Cic. Philipp. 10, 22 Qui id pugnant, id agunt, vt contra Rempub. reſtituti eſſe videantur. *Ita* Plaut. Rud. 2, 3, 66 Id miſera moeſta eſt. *Sed ſimpliciter demonſtratiuum eſt in illis:* Ter. Eun. 4, 4, 56 Id modo dic, abiſſe Dorum. Idem Adelph. 5, 9, 29 Quae iſtaec ſubita eſt largitas? D. dicam tibi: vt id oſtenderem, quod te iſti facilem, et feſtiuum putant, id non fieri ex vera vita, neque adeo ex aequo et bono. Id ita eſſe Ter. Eun. Prol. 29. ¶ 4 *Obſeruatt. aliae.* Id quod, *pro Ideo quod, veteres dicebant. Sic locutus eſt* Ter. Heaut. 5, 3, 16 Id quod eſt conſimilis moribus, conuinces facile ex te natum. Idem Hec. 3, 3, 8 Illico laetae exclamant, venit, id quod me repente aſpexerant. Liu. 41, 29 Id quod erat vetuſta coniunctio cum Macedonibus. Cic. Q. Frat. 3, 1 Tereo ab accu-

accuſando, vix me hercule, ſed tamen teneo, id quod iudices nullos habemus. *Ex P. Manut. commentario ad* Q. Frat. Ad id, *vid.* AD *Praep.* Id cyathum ſumito *pro eius* Cato R. R. 122. Id aetatis: Plaut. Aſin. 1, 1, 56 Neque puduit eum id aetatis ſycophantias ſtruere, *i. In ea aetate, vel tam ſeuem.* Cic. Fam. 6, 20 Ita viximus, et id aetatis iam ſumus, vt omnia, quae non noſtra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus. Idem de Orat. 1 c. 47. *Et* Att. 4, 15. Tacit. Ann. 12, 18 *pr.* Romanorum nemo id Auctoritatis aderat. Id Diei veniebam in, *etc.* Cic. Att. 3, . . . *Legitur et* Eo autem die. Tacit. Ann. 16, 4 Poſtquam id Honoris indicibus, tanquam promtum ad caedes principem accepit. *Expone*, Id Honoris indicibus, *i. Quum eo in honore agerent indices* Idem ibid. 12, 18, 1. Id Hoſtium Liu. 22, 4. Id Locorum, *ea ratione dicitur, qua Interea Loci:* Plaut. Poen. 1, 1, 16 Poſt id Locorum tu mihi amanti ignoſcito. Ad id Locorum, *pro In eo Loco* Liu. 22, . . . Ad id Locorum, *pro vsque ad id tempus* Salluſt. Iugurth. c. 63. *Vid.* AD. Id plus concidito, *id tanto magis* Cato R. R. 44. Id Solitudinis repente erat Tacit. Ann. 11, 32. *h. e. Ea repente Solitudo erat.* Cic. de Orat. 1, 265 Et nos ipſi, quoniam id Temporis eſt, valetudini demus operam. Id. ibid. 2, 25. *Et* pro Mil. c. 10. Cic. de Fin. 5, 1 Maxime quod is locus ab omni turba id Temporis vacuus eſſet. Idem Att. 13, 33 Venit enim ad me, et quidem id Temporis, vt retinendus eſſet. Id Virium, *pro eae Vires* Tacit. Ann. 13, 41. ¶ 5 *Connubia quaedam huius Pronominis.* Plaut. Amph. 1, 3, 32 Redibo actutum. A. id actutum diu eſt. Ter. Andr. 2, 1, 16 Interea fiet aliquid ſpero. B. id aliquid nihil eſt. Id populus curat ſcilicet; *ironice dictum* Ter. Andr. 1, 2, 14. Cic. Att. 13, 33 Id populus curat ſcilicet, non me hercule arbitror. Idem Att. 8, 9 Sic enim ſentio, id demum, aut potius id ſolum eſſe miſerum, quod turpe ſit. *Conf.* Ter. Adelph. 2, 3, 2. Id eſt profecto: id amicae dabitur Ter. Heaut. 4, 8, 16. Cic. Att. 7, 8 Aſſentiar Cn. Pompeio, id eſt T. Pomponio. Eidem, Senatus hodie futurus erat, id eſt Calend. Octob. *Pro* Id eſt, Cicero *dicit* Quod eſt, *vt* de Opt. genere Orat. 21 Pure et emendate loquentes, quod eſt Latine. Id genus hominum eſt peſſimum, *Id genus homines* Ter. Andr. 4, 1, 5. Cic. de Orat. 1, 210 Epaminondam atque Annibalem atque eius generis homines nominarem. Idem Att. 13, 13 Scis me antea orationes aut aliquid, id genus ſolitum ſcribere, vt Varronem nusquam poſſem intexere. *Eleganter repetitur:* Cic. pro Sull. c. 31 Ne hanc labem relinquat, id laborat, id metuit. Id. Off. 1 c. 10. *Et* Q. Frat. 1, 1. *Et* de Amicit. c. 23. Suet. Neron. c. 24 Quamuis id ipſum in rege Mithridate carmine quodam ſuo reprehendiſſet. Incidit in id ipſum, quod modo timebat, *vid.* INCIDO. Id quod; *relatiuum* Liu. . . . Id quod ex monumentis patet. Ter. Adelph. 2, 1, 52 Verum cogito id, quod res eſt, quando eum quaeſtum occeperis. *Vbi* Donatus, Id quod res eſt, Id quod verum eſt: Bona locutio. *Conf.* Cic. de Orat. 1 c. 44. *Et* pro Sext. c. 13 *et* 17. *Et* Nep. 7, 6, 3. Id vero, *pro Id certe:* Ter. Eun. 5, 4, 8 Tum hoc alterum, id vero eſt, quod mihi puto palmarium. *Add.* Idem Eun. prol. 34. Cic. pro Quint. 1 Gratia Sexti Naeuii, ne P. Quintio noceat, id vero non mediocriter pertimeſco. Sueton. Tib. c. 35 Feminae famoſae — profligatiſſimus quisque — Eos easque omnes — exſilio affecit. *Nonnunquam abundat: vid. Burm. ad* Quinct. 8, 3 p. 707. ¶ 6 Idem, Eapſe, Eatenus, *vid. ſſ. ll.*

I S A.

ISAEVS, i. m. ['Ισαῖος] *Aſſyrius rhetor, adoleſcentiam variis corporis voluptatibus tradidit: deinde vir factus, frugaliſſimus omnium fuit. Characterem orationis non profuſum habuit, ſed parcum caſtigatumque, ac ſecundum naturam, qui tantum rebus breuiter enarratis ſuppeteret. Nam totum quidem argumentum paucis, ſummaque complecti, ipſius primum inuentum eſt: vt Lacedaemoniis de ordinibus conſultantibus ac ſollicitis illud Homericum iactauerit, Scutum ſcuta premunt, galeam galeaeque, virum vir. Ex Philoſtrato.* Iſaeus, *alius rhetor: Vid.* Plin. Epiſt. 2, 3. Sermo promtus et Iſaeo torrentior Iuuen. Sat. 3, 74.

ISAGŌGE, es. f. [εἰσαγωγὴ] *Latine Introductio dicitur, ſiue Principium: vt quum res a primis initiis et rudimentis traditur. Latini Elementa dicunt. Erat etiam magiſtratus Athenis, cuius munus fuit audire accuſatores,* εἰσαγωγή. Pueriles iſagogae Gell. 1, 2. Id. 16, 8 Quum in diſciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, neceſſum fuit adire atque cognoſcere, quas vocant dialectici εἰσαγωγάς.

ISAGOGĬCVS, a, um. Adi. Gell. 14, 7.

ISĀPIS, is. m. ['Ισάπις] *Fluuius propinquus Caeſennae, vt Strabo 5 ſcribit.* Lucan. 2, 406 Cruſtumiumque rapax, et iunctus Iſapis Iſauro. *Sed doctiores legendum putant* Sapis.

ISĂRA, ae. m. ['Ισάρα] *Fluuius Galliae, Rhodano ſe iungens, vbi Cemenus mons Rhodano ſe applicat. Vid. apud* Caeſ. . . *et* Plin. 3, 4. Lucan. 1, 399 Hi vada liquerunt Iſarae, qui gurgite ductus, *etc.*

ISĂTIS, is, *vel* ĭdis. f. [Ισάτις] *Herba, de qua* Plin. 20, 7 ſ. 25 Tertium genus *lactucae* in ſiluis naſcens, Iſatin vocant. Huius folia trita cum polenta vulneribus proſunt. Quarto (*ea* Iſatis ſatiua *Oribaſio, Dioſcoridi, et Galeno apud Harduin.*) infectores lanarum vtuntur: ſimile erat lapatho ſilueſtri foliis, niſi plura haberet et nigriora. Plin. 26, 7 ſ. 22 Tripolium — folio Iſatis craſſiore. *Putant quidam idem eſſe* Glaſtum, *de quo ſ. l.*

ISAVRIA, *ſiue* ISAVRICA, ae. f. ['Ισαυρία] *Regio eſt Ciliciae proxima ad Taurum montem, quam* P. Seruilius *ſubegit, qui inde dictus eſt* Iſauricus. *Haec Strab. 12.*

ISAVRI, ōrum. m. *Populi Iſauriam tenentes.* Indomiti Iſauri Eutrop. 6, 3. *Adiectiue ponitur*, Iſaurum *int.* oppidum, Ammian. 14, 25. Ouid. Faſt. 1, 594 Africa victorem de ſe vocat: alter (*Seruilius*) Iſauras Aut Cretum (*Metellus*) domitas teſtificatur opes. *Iterum* Ammian. 14, 25 Claudiopolis, quam deduxit coloniam Claudius Caeſar, Iſaura ante. ¶ 2 Iſaurus *Italiae fl. ex* Lucan. 2, 406 *incertus ob varietatem lectionis, nec aliunde prolatus.*

ISAVRICVS, a, um. Adi. Gens Iſaurica Plin. 5, 27. Forum Cic. Att. 5, 21.

I S C

ISCE, *vid.* IS n. 3.

ISCHAEMON, onis. f. [ἰσχαίμων] *Medicamentum, quod valet ad ſiſtendum ſanguinem,* ἴσχειν τὸ αἷμα. *Vid.* Plin. 26, 12. *et* 25, 8.

ISCHION, i. n. *et Plur.* ISCHIA, ōrum. [ἰσχία] *Apud Graecos vocatur os vel oſſa coxendicis. Hinc*

ISCHIAS, ădis. f. [ἰσχιὰς] *Dolor coxendicis, quem medici recentiores* ſciaticam *dicunt.* Plin. 27, 5 Bibitur propter iſchiada et ſtranguriam e vino.

ISCHIĂCVS, *ſiue* ISCHIADĬCVS, a, um. Adi. [ἰσχιακὸς, ἰσχιαδικὸς] *Qui* iſchiade *morbo laborat.* Cato c. 123 Vinum ad iſchiacos ſic facito. *de iunipero, etc.* Medentur iſchiadicis Plin. 27, 4. Iſchiadicos dolores et ſpinae leuat agaricum potum Plin. 26, 7 *extr.*

ISCHNON, i. n. [ἰσχνὸν] *Gracile, macrum.* Lucret. 4, 1159 Ισχνὸν ἐρωμένιον tum fit, cum viuere non quit, *q. d. tenuis amatula. Eſt etiam* Subtile genus dicendi *apud* Quinctil. 12, 10, 58.

ISCHNOTES, is. f. [ἰσχνότης] *Gracilitas. Inter* vitia oris *refert* Quinctil. 1, 5.

ISCHOMĂCHE, es. f. ['Ισχομάχη] *Compoſitum ex* ἴσχω *et* μάχη. *Quo nomine dicta eſt Hippodamia, quae habuit in nuptiis ſuis pugnam Centaurorum. Haec fuit Atracii filia, quae nupſit Pirithoo.* Iſchomache, Lapithae genus Heroinae Propert. 2, 2, 9.

ISCIA, ae. f. Inſula eſt e regione Veliae: alio nomine Oenotris dicta Plin. 3, 7.

I S E *et* I S I

ISELASTICA, orum. n. *Quae vox in* Epiſt. Plin. 10, 119 *reperitur, Certamina ſunt, quae a Graecis* ἀγῶνες εἰσελαστικοὶ *vocantur: de quibus Sibylla,* μέγας γὰρ ἀγὼν ἐσελαστικὸς ἔσαι. *Eorum autem ludorum et certaminum victores triumphantium more in patriam inuehebantur, et vectigal de publico accipiebant.* Vitruu. praef. 9 Nobilibus athletis, qui Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemea viciſſent, Graecorum maiores ita magnos honores conſtituerunt, vti non modo in conuentu ſtantes cum palma et corona ferant laudes, ſed etiam quum reuertantur in ſuas ciuitates, cum victoria triumphantes, quadrigis in moenia et in patriam inuehantur, e reque publica perpetua vita conſtitutis vectigalibus fruantur. *Quum igitur quadrigis inuehebantur, dicebantur* εἰσελαύνειν, *vnde* Iſelaſtica *nomen deductum. Turneb. Aduerſ. 1, 19.*

ISIĂCVS, i. m. ['Ισιακὸς] *dictus* Iſidis *ſacerdos* Plin. 27, 7. Valer. Max. 7, 3, 8 Aſſumto Iſiaci habitu per itinera viasque ſtipem petens. *Sic* Suet. Domit. c. 1 Iſiaci celatus habitu, interque ſacrificulos vanae ſuperſtitionis.

ISIACVS, a, um. Adi. Cic. de Diuin. 1, 58 Iſiaci coniectores.

ISIS, is. f. *Vrbis Romae pars tertia, coniuncta Caelimontanae, ſita in ea Esquiliarum parte, quae latus auſtrale reſpicit. Deſcribunt illam* Rufus *et* Victor. *Conf. Nardin. Rom. Vet. 3, 8.*

ISIS, Iſis *et* ISĬDIS, Iſim. [Ἶσις] *Inachi filia, Io prius dicta. Quae olim pererrans, quum ad Nili fines perueniſſet, Iouis amatoris ope formam vaccae immutauit, eſtque ab Aegyptiis pro dea celebrata. De qua* Lucan. 8, 831 Nos in templa tuam Romana recepimus Iſim. Tacit. Germ. c. 9 Pars Sueuorum et Iſidi ſacrificat. Apul. de Aſin. Aur. 11 *totus eſt de illius cultu et ritibus.* Linigera Iſis Ouid. Amor. 2, 2, 25. *De* Iſis *cognominibus*, Athenedoria, Patricia, Pelagia, Pharia, Regina *atque* Triumphali, *vid. plura in Lex. Pitiſc.* ¶ 2 Iſidis crinis *frutex* corallio *ſimilis, de quo ibi agimus ex* Plin. 13 *extr.* Iſis emplaſtrum Scribon. 206.

ISITIVM, *ſiue* ISICIVM, i. n. Varro de L. L. 4, 22 p. 28, 30 *In Suillae carnis partibus*, Inſicia ab eo, quod inſecta caro, vt in carmine Saliorum eſt, quod in extis dicitur nunc profectum. Macrob. Saturn. 7, 8 Dicas quaeſo, quae cauſa difficile digeſtu facit iſicium, quod ab inſectione inſicium dictum (amiſſione enim literae, poſtea, quod nunc habet nomen obtinuit) quum multum in eo digeſtionem iuuerit tritura tam diligens, et quidquid graue erat carnis aſſumſerit, (*forte leg.* abſumſerit) conſummationemque eius multa ex parte confecerit. *Locus velut claſſicus eſt* Apic. 2, 1 *et* 2 *vbi formulae* Iſiciorum *plurimae e genere piſcium, carnium, omento, ſpongiolis, caet. Vbique conciſum, tunſum, tritum, aromatis conditum, inuolutum nonnunquam foliis, ſiccatum, denuo perfuſum liquamine, cibarium deprehendes.* Salſicium *vulgare*, ſauciſſe, *ex* ſalſo iſicio *ortum videtur.* Iſicia minuta, quadrata Apic. 5, 3. *Apud eundem inuenies* amylata, hydrogarata, marina, omentata, plena, porcina, ſimplicia, ſimulata. Idem 4, 3 *formulas habet* Minutatis de Iſiciis. *Meminit et* Arnob. aduerſus gentes l. 2 p. 73. Eſitium, Hyſitium, *ſunt errores librariorum.*

ISICIOLVM, i. n. Apic. 2, 1. *et* 5, 4.

ISICIATVS, a, um. Adi. *vt*, Pullus iſiciatus Apic. 8, 7. *Add.* Id. 8, 8. *et* 2, 5. *Al.* Hyſitiatus. *Conf.* ESITIATVS *in* EDO.

ISICIVS, a, um. Adi. Iſicia patella Apic. 4, 2. *Sed Liſterus aliter diſtinguit, vt* iſicia *Subſtantiuum maneat.*

ISLANDIA, ae. f. *Vid.* THVLE.

I S M

ISMĂRVS, i. m. *in Singul.* ISMARA, n. *in Plural.* [Ἴσμαρος] *Mons Thraciae, partim aſper et incultus, partim fertilis vinetis et oliuetis, quem Orpheus incoluit, vbi* Iſmara *Ciconum vrbs fuit.* Virg. Ecl. 6, 30 Nec tantum Rhodope miratur, et Iſmarus Orphea. *Et rurſum* Georg. 2, 37 Iuuat Iſmara Baccho Conſerere, atque olea magnum veſtire Taburnum. Lucret. 5, 30 Thracen, Biſtoniasque plagas, atque Iſmara propter.

ISMARIVS, a, um. Adi. ['Ισμάριος] Equi Iſmarii Ouid. Epiſt. 1, 46. Gentes Idem Met. 10, 305.

ISMARĬCVS, a, um. Adi. Auien. Deſcript. Orb. 33 Iſmarici flabris Aquilonis.

ISMĒNE, es. f. ['Ισμήνη] *Oedipi filia, cuidam Athy, iuueni Cyrrheo deſponſata, qui ante nuptias a Tydeo occiſus eſt.* Agenorea Iſmene Stat. Theb. 8, 622.

ISMĒNIS, ĭdis. f. ['Ισμηνὶς] Ouid. Met. 3, 734 Turaque dant, ſanctasque colunt Iſmenides aras, *i. Thebanae ab* Iſmeno *fl.*

ISMENIAS, ae. m. *Nomen Thebani optimi tibicinis.* Apul. de Deo Socr. p. 53 Neſcio, vt Iſmenias tibiis canere, vt Apelles pingere, vt Lyſippus fingere. *De hoc Plutarchus in Pericle, Quum audiſſet Antiſthenes* Iſmeniam *optimum eſſe tibicinem, reſpondit, Malus igitur. Nam ſi probus eſſet, tibicen non eſſet. Vid. Voſſ. Inſt. Orat. 2 p. 271.*

ISMĒNVS, i. m. ['Ισμηνος] *Fluuius Boeotiae, ab* Iſmeno *Pelasgi filio cognominatus.* Stat. Theb. 1, 40 Horruit ingenti venientem Iſmenon aceruo. Ripae Iſmeni Stat. Theb. 11, 179. Celer Iſmenos Ouid. Met. 2, 734.

I S O

ISOCINNĂMON, i. n. *Herba, quae et Daphnois dicitur* Plin. 12, 20.

ISOCŌLON, i. n. [ἰσόκωλον] *Graeci vocant, quod Latine Compar dicunt Rhetores, quod duabus aut pluribus ſententiis breuibus, et inter ſe paribus exigitur: vt eſt illud,* Nequaquam mihi cum eo res eſt, qui neque finem habet cupiendi, neque modum ſtatuit vtendi. Nam et multum deſiderare, egentis eſt ſignum: et nihil parcere, egeſtatis eſt initium. *Conf.* Mart. Capell. 5 p. 174. *Et* Quinctil. 4, 2.

ISOCRĂTES, is. m. [Ἰσοκράτης] *Nomen maximi oratoris Graeci, qui perfectus magiſter, ſcripſit multa praeclare, et docuit alios. Cuius domus, cunctae Graeciae quaſi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. Hic fuit auditor Platonis, ſuauiſſimus orator, et in diuerſo genere dicendi nitidus et comtus, de quo multa* Cicero *et* Quinctilianus. *V. g. ille de* Orat. 2 c. 1. *Et* Brut. c. 12 *vbi* eloquentiae patrem vocat. *Hic praeſertim* 10, 1, 79 Iſocrates nitidus et comtus, et palaeſtrae quam pugnae magis accommodatus, omnes dicendi Veneres ſectatus eſt; nec immerito: auditoriis enim ſe non iudiciis compararat: in inuentione facilis, honeſti ſtudioſus; in compoſitione adeo diligens, vt cura eius reprehendatur.

ISOCRATEVS, a, um. Adi. [Ἰσοκράτειος] Cic. in Orat. 207 Placet omnia dici Iſocrateo Theopompeoque more. Idem Fam. 1, 9 Iſocratea ratio oratoria.

ISOCRĀTĬCVS, a, um. Adi. Quinctil. 9, 4.

ISODŌMON, i. n. [ἰσόδομον] *Genus ſtructurae in aedificiis aequaliter directum.* Plin. 36, 22 Graeci e lapide duro ac ſilice aequo conſtruunt veluti latericios parietes. Quum ita fecerint, iſodomon vocant genus ſtructurae.

ISOETES. f. Herba, ſedum minuſculum Plin. 25, 13.

ISONOMIA, ae. f. [ἰσονομία] Cic. de N. D. 1, 50 Summa vero vis infinitatis, magna ac diligenti contemplatione digniſſima eſt, in qua intelligi neceſſe eſt eam eſſe naturam, vt omnia omnibus, paribus paria reſpondeant: hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id eſt aequabilem tributionem.

ISOPLEVROS, i. m. *i. aequilaterus Trianguli epitheton. Vid.* Mart. Capell. 6 p. 229 *et* 230.

ISOPSĒPHOS, i. m. [ἰσόψηφος] *Aequalem habens numerum et poteſtatem.* Verſus iſopſephi Gell. 14, 6 *quorum literae vtrinque pro valore numerali computatae eandem ſummam efficiunt: qua in re luſus laborioſi Graecorum quorundam exſtant in Anthologia Epigrammatum Graecorum 6, 12 ſub hoc ipſo titulo. Primus detexiſſe hoc videtur* Muretus V. L. 14, 13 *qui ita declarauit Anthol. 2, 43, cum oſtenderet* ἰσόψηφα *eſſe nomina* Δαμαγόρας *et* λοιμὸς, *quia literae valore numerali vtrinque efficiunt 420. Deinde reliqua in clara luce poſuit Pet. Dan. Huetius, qui ſibi illo inuento ita placuit, vt illud poneret in Comment. de vita ſua p. 60. In Cogitationibus diuerſis Francice ſcriptis p. 253: in Huetianis denique c. 101.*

ISOPȲRON, i. n. Vocant aliqui Phaſelium, quoniam eius folium, quod eſt aniſo ſimile, in pampinos torquetur. Capitula ſunt in ſummo caule tenuia, plena ſeminis melanthii Plin. 27, 11. *Sed variat lectio. Adi. Dioſc. 4, 121.*

ISOSCĔLES, is. n. *Figura eſt trianguli, quod duo tantum aequalia habet latera.* Eucl. Elem. 1. Auſon. Centon. nupt. praef.

ISOSTATES, ae. m. [ἰσοστάτης] *Aequalitatis recognitor* in Codice *eſſe dicitur.*

I S R *et* I S S

ISRAEL, ēlis. m. *Nomen Patriarchae Iacobi, totiusque populi ab eo prognati.* Iſrahel *ſiue* Hiſrahel, *inter Iudaeorum reges poſt* Damaſcum, Azelum, Adorum *et* Abrahamum *memoratur a* Iuſtin. 36, 2, 3. Iſidor. 77.

ISRAELĪTAE, ārum. m. *Pl.* Iuuenc. 1, 234 Iſraëlitarum cumulatae gloria plebis. *Conf.* Paullin. ad Nicet. 166.

ISSA, ae. f. *Nomen catellae apud* Martial. 1, 110.

ISSO, *pro* IVERO. Feſtus.

ISSVLVS, i. m. Dimin. *ab* Iſſa; *Blandimentum parentum, qui* Iſſuli *et* Delicii *trienni puero nomen dederunt, vt arlolatur Fabret.* Inſcript. p. 35 L. APONIVS ET APONIA ILLA ISSVLO ET DELICIO SVO FECER.

ISSVS, i. f. [Ἰσσὸς] *Vrbs inter Ciliciam et Syriam, a qua* Sinus Iſſicus. *Ptolemaeus* 3, 8. *Alexander magnus hic dicitur viciſſe Darium. Conf.* Curt. 3, 7, 6.

ISSĬCVS, a, um. Adi. Sinus Iſſicus Ammian. 26, 25.

I S T

ISTE, iſta, iſtud: *Gen.* iſtīus, *vel* ĭus. *Vid.* Virg. Aen. 12, 648. *Et* Martial. 14, 171 *dicitur Ille, qui apud te eſt, aut de quo loqueris.* Ter. Eun. 4, 4, 44 Mirum ni tu credas, quod iſte dicat. Cic. Fam. 2, 10 Putaresne vnquam accidere poſſe, vt mihi verba deeſſent, neque ſolum iſta veſtra oratoria, ſed haec etiam leuia noſtratia? Idem pro S. Roſc. 49 c. 17 Non tu in iſto artificio accuſatorio callidior es, quam hic (*Roſcius cliens meus*) in ſuo. Cic. Acad. 4, 106 Iisdem enim hic ſapiens, de quo loquor oculis, quibus iſte veſter caelum, terram, mare, intuebitur: *vbi aperte hic ad primam perſonam, iſte ad ſecundam refertur. Sic* Cic. Acad. 1, 3 Iſta (*de quibus loqueris*) iam diu exſpectans non audeo tamen flagitare. *Et* 9 c. 3 Sunt, inquam, iſta, (*quae dicis*) Varro. *In orationibus itaque cauſarum et iudiciorum orator eum, contra quem, in aduerſis nempe ſubſelliis conſtitutum, dicit, Pronomine* Iſte *deſignare ſolet; vti clientem ſuum altero* Hic, *quem nempe ad manum et prope ſe in ſuis ſubſelliis haberet. Hinc eſt, quod* Iſte *ad contemtum referri et odium videtur, vt* Ipſe, *quod ſuo loco obſeruamus, ad honorem.* Cic. Verr. 1, 119 Quum edictum totum eorum arbitratu, quamdiu fuit deſignatus, componeret, qui ab iſto ius ad vtilitatem ſuam nundinarentur. Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate Idem Phil. 2 c. 25. *Et hoc fere perpetuum, vt nempe non alio facile Pronomine de aduerſario vtatur Tullius, niſi diſtinctionis forte gratia, vt in* Verr. 2, 134 c. 54 Qua ratione hic tantum apud iſtum libertus potuerit (*Timarchides apud Verrem*) — hunc Timarchidem ad iſtius libidines — aptum fuiſſe. Nam ipſum Verrem, *etc. Sed hoc non eo accipiendum, quaſi* Iſte *ſemper indicaret contemtum.* Cic. de Orat. 1, 107 Ego vero iſtis obſequi ſtudeo: *Craſſus de Cotta et Sulpicio, quos amat et magni facit.* De Claris Or. 266 Nec iſtos excellentes viros Reſp. perdidiſſet. De Sen. 24 Age vt iſta diuina ſtudia omittamus. *Nempe relatiuum ſaepe et demonſtratiuum ſimpliciter eſt: qua ratione* Iſtuc *pro* Illud *frequentiſſimum, maxime apud Comicos.* Ter. Heaut. 1, 1, 58 Ego iſtuc aetatis, non amori operam dabam, *i. Quum in ea eſſem aetate.* Idem Andr. 2, 2, 13 Rem tenes. P. iſtuc ipſum. D. atque iſtuc ipſum nihil pericli eſt. Cic. Acad. 1, 13 c. 4 Iſtuc quidem conſiderabo. Quinctil. 11, 1 Nos inſtitutionem profeſſi, non ſolum ſcientibus iſta, ſed etiam diſcentibus tradimus. Cic. Acad. 1, 4 Itaque non haeſitans reſpondebo: ſed ea dicam, quae mihi ſunt in promtu, quod iſta ipſa de re, multum, vt dixi, et diu cogitaui. Idem Verr. 2, 87 Quare de hoſpitio violato, et de iſto tuo nefario ſcelere nihil queror. Columel. 9, 14 Notior eſt iſta vere agricolis concepta opinio. Cic. Acad. 1, 14 Et ſimul aſſidamus inquam, ſi videtur. Sane iſtud quidem, inquit, ſum enim admodum infirmus, *i. Iſtud quod dicis, vt aſſidamus, faciendum eſt.*

ISTO. Adu. *ad locum.* Plin. Epiſt. 3, 6 Deſtino enim, ſi tamen officii ratio permiſerit, excurrere iſto. Iſto venire Cic. Fam. 9, 16. Idem Q. Frat. 3, 1.

ISTIC, *vel* ISTHIC, iſtaec, iſtoc. *Iſte hic.* Ter. Heaut. 3, 3, 1 Quid iſtuc quaeſo? qui iſtic mos eſt Clitipho? Plaut. Rud. 2, 1, 11 Nullum iſtac facie, vt praedicas, veniſſe huc ſcimus, *i. Qui talem habeat faciem.* Plaut. Trin. 5, 2, 38 Iſtac lege filiam tuam ſponden' mihi? Cic. Att. 12, 14 Primum tibi perſuade, me iſtaec non curare. *Laudatur etiam* Att. 1, 19. *In neutro loco inueniebam.* Iſtaec res eſt, *i. Sic res habet, vt dicis* Plaut. Merc. 3, 1, 25. Iſtuc aetatis Terent. Heaut. 1, 1, 58. Iſtoc modo Plaut. Truc. 1, 2, 60. Ter. Heaut. 4, 3, 35 At enim ſpem iſtoc pacto rurſum nuptiarum omnem eripis. Ter. Adelph. 5, 9, 24 Reddet tibi cito. M. iſtoc vilius: *Vbi* Donatus, Iſtoc vilius, quaſi, Nihil minus, negatio enim eſt floccum oſtendentis, aut quid tale, cum ἐλλείψει, qua ſubauditur Quidquam: et, Non dabo. *Pulchre comparat cum h. l. Bentleius* Charif. p. 180 *med.* Iſto vilius. Rex, qui vocabat ad coenam, ſi ſibi ea res exhibenda indiceretur, (*a conuiuis*) quam exhibere non poſſet, reſpondit, vt Tranquillus refert, Iſto vilius; hoc eſt, erit coena. *Pro hoc eſt editum adhuc* hominis: *quod in* hoc eſt *ingenio Bentleii mutatum. Sed adhuc vnum me moratur:* Iſto vilius erit coena! *non bene cohaerent, debet ſuppleri,* Iſto vilius coenabitis, *etc. Rem interim teneamus. Qui dicit* Iſto vilius! *is in alia liberalitate ſe hoc vnum, quod nouiſſime rogatus ſit negare.* Iſtuc quidem conſiderabo Cic. Acad. 1 c. 4. *Add.* Id. Diuinat. 2 c. 15. Ter. Eun. 2, 3, 64 Illumne obſecro, inhoneſtum hominem, quem mercatus eſt here, ſenem, mulierem? P. iſtunc ipſum. Plaut. Amph. 5, 1, 11 Iſtic iamdudum mihi maxima memorauit mira. Idem ibid. 2, 1, 25 Tu iſtic vbi bibiſti? *Att.* ὦ ἐτος. *Encliticum* CE *aliquando adiungitur:* Plaut. Truc. 3, 2, 16 Iſtaecce ridicularia. Iſtace: Cato c. 132 Macte iſtace dape pollucenda eſto.

ISTVCCĬNE, Interrog. Ter. Eun. 5, 1, 14 Iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi? *i. Iſtudne. Conf. Valla 2, 4.*

ISTIVSMŎDI, Nomen indecl. *h. e. Iſtius formae et ſpeciei, vel talis.* Plaut. Moſt. 3, 2, 59. Cic. Verr. 4 c. 5 *pr.* Videte maiorum diligentiam, qui nihildum etiam iſtiusmodi ſuſpicabantur. Terent. Heaut. 2, 4, 7 Et vos eſſe iſtiusmodi, et nos non eſſe, haud mirabile eſt. Iſtius modi, *disiunct.* Plaut. Trin. 2, 4, 15 Detrudi maleficos aequum videtur, qui quidem iſtius ſint modi.

ISTIMODI. Plaut. Truc. 5, 38 Quî, malum, bella aut faceta es, quae ames hominem iſtimodi, *i.* iſtiusmodi, *vt etiam legit Pareus, metri ſeruandi cauſa.*

ISTIC, *vel* ISTHIC. Adu. [αὐθι, αὐτόθι] *In loco vbi tu es.* Ter. Eun. 4, 6, 27 Omitte: iam iſtic adero. Cic. Fam. 1, 10 Et ibi malis eſſe, vbi aliquo numero ſis, quam iſtic, vbi ſolus ſapere videare. Ter. Andr. 2, 5, 9 Neque iſtic, neque alibi tibi vsquam erit in me mora. Cic. de Fin. 5, 78 Iſtic ſum, inquit, exſpectoque, quid ad id, quod quaeram, reſpondeas, *i. attendo, hoc ago.*

ISTHINC, *vel* ISTINC. [ἀυτόθεν] Adu. *de loco.* Cic. Att. 7, 10 (21) *pr.* De malis noſtris tu prius audis, quam ego: iſtinc enim emanant. Idem Fam. 1, 10. Iſtim *idem, ſec. Graeu. ad* Cic. Att. 2, 7 *pr.*

ISTHOC, *vel* ISTOC. Adu. [ἀυτόθεν] *pro Ab iſto loco.* Ter. Adelph. 2, 1, 15 Accede illuc Parmeno, nimium iſtoc abiſti. *Vid.* NIMIS.

ISTHAC, *vel* ISTAC. [ἀυτόσε] Adu. *per locum.* Ter. Heaut. 3, 3, 27 Abi ſane iſtac, iſtorſum, quouis.

ISTACTENVS. Adu. Plaut. Bacch. 1, 2, 58 Iſtactenus tibi, Lyde, libertas data eſt.

ISTORSVM. Adu. [ἀυτόσε] *Verſus eum locum, vbi tu es.* Ter. Phorm. 5, 1, 14 Concede hinc a foribus paullulum iſtorſum, fodes Sophrona. Idem Heaut. 3, 3, 27 Abi ſane iſtac, iſtorſum, quouis.

ISTVC. Adu. *Ad iſtum locum.* Ter. Heaut. 2, 2, 33 Hoc, quod coepi, primum enarrabo, poſt iſtuc veniam.

ISTER, Iſtri. m. Fluuius Europae permagnus, quod et Iſtrum dicitur, quando ſcilicet Flumen ſequitur, *vt ait* Probus. Hoc et Aſdubanum, et Danubius vocatur, *auctore* Seruio *ad* Virg. Georg. 2, 497 Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro. Ripa ferox Iſtri Ouid. ex Pont. 4, 9, 76. Binominis Iſter Idem ibid. 1, 8, 11. Frigidus Idem in Ibin 138. Gemmifer Sen. Herc. Oet. f. 5. Multifidus Lucan. 3, 202. Opacus vitibus Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 199. Rapidus Idem de B. Get. 489. Saeuus Idem Conf. Hon. 6, 220. *Intelligit accolas Iſtri.* Septemgeminus Valer. Argon. 4, 718. *Quia in ſeptem oſtia diuiditur.* Toruus Valer. Argon. 8, 185. Turbidus et torquens flauentes Iſter arenas Virg. Georg. 3, 350.

ISTHMOS, *ſiue* ISTHMVS, i. m. [ἰσθμός] *Proprie Collum ſignificat. A cuius ſimilitudine Terra anguſta inter duo maria,* Iſthmos *etiam dicitur: cui* Porthmos, *id eſt fretum, etiam opponitur, Maris ſcilicet inter duas continentes anguſtiae.* Mela 1, 18 *vbi de* Acolide, Iſthmos paruis vrbibus adſperſus eſt, quarum clariſſima eſt Ciſtena. Id. 2, 2 de Thracia, *et ſpeciatim de* Cherſonneſo, Anguſtias Iſthmon — appellant. *Tandem de omnium nobiliſſimo, cui hoc nomen ſimpliciter haeſit,* 2, 3 Megarenſium tractus Iſthmon attingit: hoc illi cognomen eſt, quia quinque millium ſpatio Aegeum mare ab Ionio ſubmouens, anguſto tramite Helladi Peloponneſon annectit. In eo eſt oppidum Cenchreae, fanum Neptuni, ludi quos Iſthmicos vocant celebres, Corinthos, *etc. Audiamus etiam* Plin. 4, 4 *de* Peloponneſo, Anguſtiae vnde procedit, Iſthmos appellantur. In eo loco irrumpentia e diuerſo — maria — eius omnem ibi latitudinem vorant, donec contrario curſu aequorum tantorum — exeſis vtrinque lateribus, anguſta ceruice Peloponneſum contingat Hellas. — Perfodere nauigabili alueo anguſtias tentauere Demetrius rex, Dictator Caeſar, Caius princeps, Domitius Nero, infauſto (vt omnium patuit exitu) incepto. Medio hoc interuallo, quod Iſthmon appellauimus, — habitatur colonia Corinthus, *etc.* Bimaris Iſthmus Ouid. Met. 7, 406. Lacrimabilis Stat. Silu. 3, 1, 142.

ISTHMIVS, a, um. Adi. *Ad iſthmum pertinens. vt,* Neptunus Iſth-

Iſthmius, *ſcil.* *Cuius delubrum fuit in Iſthmo Peloponneſi.* Plin. 4, 5. Curt. 4, 5 Sollemne ludicrum Iſthmiorum, quod conuentu totius Graeciae celebratum eſt. Ludi Iſthmii Liu. 33, 32. *Vid.* ISTHMVS. Iſthmia, quae in honorem Neptuni celebrabantur, quinquennalia fuiſſe *teſtantur* Plin. 4, 5. *Et* Solin. c. 9. Auſon. Eidyll. 25 Haec quoque temporibus quinquennia ſacra notandis Iſthmia Neptuno data ſunt. *Exſtant Pindari, graeci Poëtae, vt* Olympia, Nemea, *et* Pythia, *ita etiam* Iſthmia.

ISTHMIĂCVS, a, um. Adi. [Ἰσθμιακὸς] Iſthmiacus portus Stat. Silu. 2, 1, 179. Idem Theb. 6, 557 Et bis in Iſthmiaca victor clamatus arena. Corona Plin. 15, 10. Fretum Sidon. Carm. 11, 6.

ISTRIA, ae. f. [Ἴςρια] *Italiae regio, de qua* Plin. 3, 19 Iſtria vt peninſula excurrit, *etc.* *Conf.* c. 18 *extr.*

ISTRI, *ſiue* HISTRI, ōrum. m. *Iſtriae populi.* Liu. 21, 16.

ISTRIĀNI, ōrum. m. *Pl. Iidem.* Iuſtin. 9, 2 Rex Iſtrianorum.

I T A

ITA. [ναί, οὕτως] *Aduerbium reſpondendi, ſiue affirmandi, et confirmandi, quae vel praeceſſere vel ſequuntur, vel certe conuenientiam quamcunque indicandi.* Ter. Andr. 5, 2, 8 Quid iſtic tibi negotii eſt? C. mihin'? S. ita. *Add.* Cic. de Orat. 2 c. 11 *pr.* Ita Dauus. Hor. Serm. 2, 7, 2 Dauusne? ita Dauus. *ſubaud.* Eſt. Ter. Eun. 1, 2, 44 Nam hic quoque bonam magnamque partem ad te attulit. T. ita eſt. Non eſt ita, *pro Non eſt verum* Cic. pro Cluent. . . . Ita eſt, ſentio Plaut. Pſeud. 1, 5, 51. Plin. 13, 3 Vtinamque dicere poſſemus, quis primus inſtituiſſet. Ita eſt, nimirum hac mercede corruptae terrarum orbem deuicere aquilae. Idem 7, 40 Ita eſt profecto, alius de alio indicat dies, et tamen ſupremus de omnibus. *Locutio eſt Plinio familiaris.* Ter. Andr. 3, 1, 1 Ita pol quidem res eſt, vt dixti Lesbia. Eſt ita, vt dicitur Cic. Verr. 4, 117 c. 52. Plaut. Pſeud. 4, 7, 53 Tuus herus? H. ita dico. B. miles? H. ita loquor. Plaut. Moſt. 4, 2, 31 Herus hic noſter potat. TE. herus hic veſter potat? D. ita loquor. *Paullo aliter* Idem Aul. 5, 21 Soleo hercle ego nugas garrire, ita loquor. Cic. de Amicit. 19 c. 9 Humilem ſane relinquunt, et minime generoſum (vt ita dicam) ortum amicitiae, *formula excuſandi verbum paullo durius.* Plaut. Amph. 1, 1, 254 Quid, domum noſtram? S. ita enim vero. Idem ibid. 1, 1, 206 Haeccine tua domus eſt? S. ita inquam. Idem ibid. 1, 1, 214 At mentiris etiam, certo pedibus, non tunicis venis. S. ita profecto. Cic. Tuſc. 2, 67 Sed tibi hoc video non poſſe deberi. A. ita prorſus. Plaut. Men. 5, 9, 36 Quid ais tu? Menaechmum opinor te vocari dixeras. MEN. ita vero. Ter. Heaut. 4, 8, 11 Immo haec, quae apud te eſt, Clitiphonis eſt amica. M. ita aiunt. C. et tu credis? M. omnia. Id. Andr. 5, 3, 4 Ita praedicant. ¶ 2 Ita, *vt indicauimus, qualemcunque conuenientiam ſignificat, vt* Talis. Ter. Adelph. 1, 2, 64 Nam ita eſt homo: quum placo, aduerſor ſedulo, et deterreo, tamen vix humane patitur. Ita veſtra eſt benignitas Plaut. Poen 3, 3, 30. Ter. Phorm. 1, 3, 20 Ita plerique ingenio ſumus omnes, noſtri noſmet poenitet. Plaut. Stich. 5, 5, 3 Nam ita eſt ingenium muliebre, bene cum lauta eſt, terſa, ornata, ficta eſt, infecta eſt tamen. Ita natio eſt hominum Idem Men. 2, 1, 33. Ita pars libertinorum eſt: niſi patrono, qui aduerſatus eſt, Nec ſatis liber ſibi videtur, nec ſatis frugi, nec ſatis honeſtus, non ſatis gratus eſt Plaut. Perſ. 5, 2, 57. Idem Trin. 3, 2, 42 Ita eſt amor, baliſta vt iacitur, nihil ſic celere eſt, neque volat. Ita animatus ſui, vt te hoc donarem, *i. Sic in animo habebam* Plaut. Amph. 2, 2, 130. Alii ſunt ita, vt in rem eſſe ducunt ſuam Idem Men. 5, 6, 19. Ita iuſtum eſt, ſi eſt voluntarium Cic. Off. 1, 28. *i. Ea conditione et pacto.* Idem de Amicit. 1 Ego autem a patre ita eram deductus ad Scaeuolam ſumta virili toga, vt quoad poſſem et liceret, a ſenis latere nunquam diſcederem. *Add.* Idem de Orat. 2 c. 10. *Et* Att. 2, 12. *It.* Fam. 7, 26. Ter. Eun. 1, 2, 108 Ita facere certum eſt: mos gerundus eſt Thaidi. Ita res erat, faciundum fuit Idem ibid. 1, 2, 17. Ita negotium eſt Plaut. Perſ. 4, 6, 11. Ter. Andr. 4, 2, 32 Quapropter? D. ita opus eſt facto. Cic. Acad. 4, 5 Hoc autem ſi ita ſit, vt vnum modo ſenſibus falſum videatur. Ita iudices, ne Plaut. Curc. 3, 3, 26. Ter. Heaut 4, 5, 35 Ita tu iſtaec tua miſceto, ne me admiſceas. Ita inſtas, quaſi pro noxio Plaut. Merc. 4, 3, 26. Ita ſpero quidem Ter. Andr. 1, 5, 63. Idem Heaut. 3, 1, 96 Continuo hic adero. M. ita quaeſo. Columel. 4, 2, 2 Quod mergi mox facile radicantur, ita vt quaeque vitis ſuis radicibus — innitatur. Ita moratus, vt prae ſe probitatem quandam et ingenuitatem ferat Cic. Acad. 1, 33. Ita magnae, vt ſperem poſſe auelli, *pro Adeo* Ter. Andr. 3, 3, 12. Cic. de Amicit. 19 Sic enim mihi perſpicere videor, ita natos eſſe nos, vt inter omnes eſſet ſocietas quaedam. Idem ibid. 37 Videtis quam nefaria vox, et hercle ita fecit, vel plus etiam quam dixit. ¶ 3 *Seruit formulis iurandi, cum velut conditionem ponimus, ſub qua amari a Deo velimus, vel quae optamus euenire.* Ter. Eun. 3, 2, 21 Ita me dî ament, honeſtus eſt. Ibidem 4, 1, 1. Ita me dî amabunt, vt nunc Menedemi vicem miſeret me Idem Heaut. 4, 5, 1. Cic. Verr. 5, 41 c. 14 Ita mihi deos omnes propitios eſſe velim, vt, tametſi mihi iucundiſſimus eſt honos populi, tamen nequaquam, *etc.* *Vid. h. l.* Aſcon. Cic. Fam. 10, 12 Ita te victorem complectar, vt magnam partem laetitiae mihi tua dignitas affert. Idem Catil. 4, 11 c. 6 Ita mihi ſalua rep. vobiſcum perfrui liceat, vt ego — non atrocitate animi moueor. Cic. Att. 16, 15 *de Octauio,* Iurat, Ita ſibi parentis honores conſequi liceat. Plancus ad Cic. 10, 9 Ita ab imminentibus malis Reſp. me adiuuante liberetur! *omiſſo illo vt, ſic tamen, vt non obſcurum ſit, quid ita confirmetur.* Balbus ad Cic. *ſub* Att. 9, 8 *fin.* Ita incolumi Caeſare moriar. Auguſtus ad Tiberium *apud* Sueton. Tib. c. 22 Iucundiſſime, et ita ſim felix! vir fortiſſime, et dux νομιμώτατε, vale. *Hinc etiam in adiuratione ſimili plane ſententia.* Ita te amabit Iuppiter, vt tu neſcis Plaut. Aul. 4, 10, 31. *Rurſus* Ita me Venus amet, vt ego te hoc triduum nunquam ſinam Idem Curc. 1, 3, 52. Ita viuam, vt maximos ſumtus facio Cic. Att. 5, . . . Ita me ſeruet Iuppiter, vt propior illi, quam ego ſum, ac tu nemo eſt Plaut. Amph. . . . Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes, vt ex me atque hoc natus es Ter. Heaut. 5, 4, 7. *Sic* Dî ſeruent, vt hic pater eſt veſter Plaut. Poen. 5, 4, 88. Ita vero me amabit Iuppiter, vxor, vt ego illud nunquam dixi Idem Merc. 4, 4, 22. ¶ 4 *Connubia particularum.* Ter. Heaut. 3, 2, 13 Ita non vt olim, ſed vti nunc ſane bona. Ita nunc viget mos: ita nunc ſeruitium eſt Plaut. Curc. 2, 3, 21. Idem Poen. 1, 2, 149 Dum te exſpecto, neque vſquam aliam mihi paraui copiam, neque iſtuc vſquam apparet, ita nunc nihilominus ſeruio. Haut ita magna Nep. 4, 1, 2. Non ita multi fuerunt Cic. de Clar. Orat. 244 c. 69 *extr.* *Et* Verr. 2, 49 Tadius, qui erat reliquus, non ita multum tecum fuit. Non ita valde de his laboro Idem Fam. 11, 21. Non ita, *i. Non valde:* Ter. Prol. Andr. 11 Non ita diſſimili ſunt argumento. Cic. de Senect. . . . Non ita longa diſputatione. Non multum ita dicendi laude proceſſerat Idem de Clar. Orat. 41. Nec ita multum prouectus, reiectus Auſtro ſum in eum ipſum locum, vnde conſcenderam Cic. Philipp. 1, 7. Quod ſi ita feciſſent, id non ita eſſe fixum deberet Idem pro Cluent. 26. Ita, *pro* deinde Scribon. 43. 65. Cic. Off. 2, 19 c. 6 *pr.* Quibus autem rationibus hanc facultatem aſſequi poſſimus, vt hominum ſtudia complectamur, eaque teneamus, dicemus, neque ita multo poſt: ſed pauca ante dicenda ſunt. Quo mortuo, nec ita multo poſt in Galliam proficiſcitur Cic. pro Quint. 15. Plaut. Trinum. 5, 2, 51 Ita ſubito eſt, propere quod eum conuentum volo. Ita res ſubita eſt Id. Curc. 2, 3, 23. Cic. de Amicit. . . . Ab eis ita amantur, vt facile earum appareat ſenſus. Idem pro Deiot. 21 Dii te perdant fugitiue: ita non modo nequam, et improbus, ſed et fatuus et amens es. Ter. Eun. 4, 2, 2 Dum rus eo, coepi egomet mecum inter vias, ita vt fit, vbi quid in animo eſt moleſtiae, aliam rem ex alia cogitare. Ita vt ingenium eſt omnium hominum Ter. Andr. 1, 1, 50. Ita, vt ſi eſſet filia Idem Eun. 1, 2, 37. *i. Quemadmodum.* Cic. Verr. 1, 40 Quaeſturam ita geſſit, quemadmodum cognouiſtis. Idem pro Quint. 15 Qua in re ita diligens erat, quaſi ii, qui magna fide ſocietatem gererent. *Conf.* Id. Verr. 4 c. 22. Ita tanquam Cic. Verr. 4 c. 22. ¶ 5 *Comparandi particula eſt, cum eſt in apodoſi, Vt autem in protaſi.* Ter. Andr. 2, 1, 4 Vt animus in ſpe atque in timore vſque antehac attentus fuit: ita, poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus, cura confectus, ſtupet. Id. Adelph. 3, 3, 77 Vt homo eſt, ita morem geras, *etc.* *Et conuerſim,* Cic. de Amicit. 24 Oreſtes autem, ita vt erat, Oreſtem ſe eſſe, perſeueraret. ¶ 6 *Concluſionibus et Epiphonemaſi ſeruit.* Cic. Tuſc. 5, 94 Ita nobiliſſima ciuitas Graeciae, et olim potentiſſima, ſepulcrum ciuis ſui ignoraſſet, niſi ab homine Arpinate didiciſſet. *de Archimedis ſepulcro.* *Et in concluſionibus:* Cic. de Fin. 3, . . . Ita fit, vt quod bonum ſit, id etiam honeſtum ſit. Idem Off. 1, 149 Ita fit, vt vincat cognitionis ſtudium, conſociatio hominum atque communitas. Id. pro Quint. 8 Ita fit, vt ego, qui tela depellere, et vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, *etc.* Cic. de N. D. 1, 111 Virtus autem actuoſa eſt, et deus veſter nihil agens: expers virtutis igitur: ita, ne beatus quidem eſt, *vid.* ITAQVE. ¶ 7 Itane, *ſciſcitantis particula.* Ter. Eun. 5, 9, 27 Quoduis donum, et praemium a me optato: id optatum feres. G. Itane? Cic. pro Roſc. Amer. 112 Perditiſſimi eſt igitur hominis ſimul et amicitiam diſſoluere, et fallere eum, qui laeſus non eſſet, niſi credidiſſet. itane eſt? Commiſerantis: Ter. Andr. 4, 6, 7 Saluus ſis Crito. C. itane Chryſis? hem. Donatus. *Indignationis nota:* Ter. Andr. 3, 2, 12 O Daue, itane contemnor abs te? *Vbi* Donatus, Indignatio eſt, ad aeſtimationem reuocantis eius dicta vel facta, a quo contemnitur quis. Ter. Andr. 1, 5, 9 Itane obſtinate operam dat, vt me a Glycerio miſerum abſtrahat? Idem ib. 5, 4, 23 Fabulam inceptat. CH. fine. CR. itane vero obturbat? Cic. de N. D. 2, 11 Itane vero ego non iuſtus, qui et Conſul rogaui, et augur, et auſpicato? Idem Verr 1, 40 Itane vero, quibus fuit portus apud eum, contra quem arma tulerunt, iis apud te, *etc.*

ITĂQVE. [τοιγαροῦν, ὥςε, οὖν] *Concludentis Particula.* Cic. de Amic. 6 Itaque multa ab eo prudenter diſputata, multa, breuiter et commode dicta memoriae mandabam. *Add.* Idem Partit. c. 7. *Interdum ſimpliciter eſt* et ita *ſine concluſione.* Ter. Andr. 3, 3, 18 Immo ita volo, itaque poſtulo, vt fiat. *Add.* Nep. 7, 4, 2. Cic. Fam. 5, 3, 2. Ter. Eun. 2, 3, 25 Reddunt curatura iunceas: itaque ergo amantur. *Vbi* Donatus, Itaque, Atque ita fit, vt amentur. Itaque ergo Liu. 28, 12. Idem 3, 31 Itaque ergo vt magiſtratu abiere, a Sp. Tarpeio et Aeternio dicta dies eſt Conſulibus. *Vid. h. l. Gronou. Item* 1, 25. 9, 31. 28, 12. Itaque adeo vno animo Terent. Hec. 2, 1, 4. Nunc itaque et verſus Hor. Epiſt. 1, 1, 10.

ITAEOMELIS, is. f. *Vini factitii ſpecies in iis,* quorum iam obliteratam eſſe rationem *fatetur* Plin. 14, 16.

ITĂLIA, ae. f. [Ἰταλία] *Europae regio, prius* Heſperia *itemque* Auſonia, *et* Oenotria *v. v.* Virg. Aen. 1, 530

Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis atque vbere glebae
Oenotri coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.

Seruius ad h. l. Italus rex Siciliae ad eam partem venit, in qua regnauit Turnus, quam a ſuo nomine appellauit Italiam. *Sed* Varro R. R. 2, 1, 9 Italia a vitulis *dicta,* vt dicit Piſo. Idem 2, 5, 3 Graecia antiqua (vt ſcribit Timaeus) tauros vocabant ἰταλοὺς, a quorum multitudine et pulchritudine, et fetu vitulorum, Italiam dixerunt. Alii ſcripſerunt, quod e Sicilia Hercules perſecutus ſit eo nobilem taurum, qui diceretur Italus. *Add.* Colum. 6 pr. 7. *Bochart.* Hieroz. 1, 2, 28. *Splendidum eſt elogium Italiae, quo opus ſuum velut obſignat* Plinius, Et iam peractis omnibus naturae operibus — pulcherrima eſt omnium, rebusque merito principatum naturae obtinens, Italia, rectrix parensque mundi altera, viris, feminis, ducibus, militibus, ſeruitiis, artium praeſtantia, ingeniorum claritatibus, iam ſitu ac ſalubritate caeli atque temperie, acceſſu cunctarum gentium facili, litoribus portuoſis, benigno ventorum afflatu, aquarum copia, nemorum ſalubritate, montium articulis ferorum animalium innocentia, ſoli fertilitate, pabuli vbertate. Quidquid eſt, quo vita carere non debeat, nusquam eſt praeſtantius: fruges, vinum, olea, vellera, lina, veſtes, iuuenci: ne equos quidem in trigariis praeferri vllos vernaculis, animaduerto. Metallis auri, argenti, aeris, ferri, quam diu libuit exercere, nullis ceſſit, et nunc iis in ſe grauida pro omni dote varios ſuccos, et frugum pomorumque ſapores fundit. Italiae *ſitus deſcribitur a* Siculo Flacco De conditionibus agrorum p. 2 *ed. Goeſ.* Ab Alpibus in mare porrigitur: a tribus lateribus exteras gentes intuetur: a Sicilia vsque ad Galliam omne litus Africum ei eſt contrarium: ſurſus a Leucopetra pars, quae ad mare attingit, Macedoniae aliquam Epiri partem ſpectat. Adriaticum vero litus Illyricum contra ſe habet. Italiam in pariete pictam Varr. R. R. 1, 2, 1 *intelligo tabulam Geographicam.* Sumen Italiae Idem ib. 1, 7, 10. Belliſera Italia Claud. in Eutrop. 1, 429. Magna Virg. Aen. 4, 345. Potens Claud. in Eutrop. 2, 527. Terra Italia Varro R. R. 1, 9, 1 *vt* terra Graecia.

ITĂLVS, a, um. Adi. [Ἰταλὸς] *Ad Italiam pertinens.* Caelum

lum Italum Hor. Carm. 2, 7, 4. Gens Virg. Aen. 6, 757. Regna Idem ib. 3, 185.

ITALĬCVS, a, um. *Aliud* Adi. [Ἰταλικός] *vt*, Orae Italicae Ouid. Met. 15, 9. Italici Silii *cognomen vnde ortum ſit, incertum eſſe docuit Cellarius.*

ITALIS, ĭdis. m. [Ἰταλίς] *Patronym. vt*, Matres Italides Ouid. Faſt. 2, 441. Nymphae Sil. 7, 428.

ITALICA, ae. f. [Ἰταλική] *Vrbs in Italia, quae alio nomine Corfinium dicitur, vt ait Strabo, quod nomen non diu duraſſe debet.* ¶ 2 *Alia Ciuitas eſt Baeticae Hiſpaniae Ptolemaeo 2, 4 patria Traiani Caeſaris*, Eutr. 8, 2.

ITAQVE, *vid.* ITA.

ITARGVS, i. m. *Germaniae fluuius* Ouidio, *quem alii omnes* Viſurgin *vocant.* *Sic enim ait, ad* Liu. 386 Decolor infecta teſtis Itargus aqua: *quam lectionem contra coniecturas tuetur Cluuerius.*

I T E

ITEM. [ὁμοίως, ὡσαύτως] *Saepe Coniunctionis Copulatiuae vim habet, ſaepe Aduerbium Similitudinis vel comparandi refert.* Vnus et item alter Ter. Andr. 1, 1, 50. Plaut. Aul. 2, 2, 50 Venit hoc mihi in mentem Megadore, te eſſe hominem diuitem factioſum, me item eſſe hominem pauperum pauperrimum. Cicer. in Orat. 147 c. 43 Nam omnium magnarum artium, ſicut arborum altitudo nos delectat, radices, ſtirpesque non item. Idem de Inu. 2, 165 c. 54 Quae omnia item vti contraria rerum bonarum in rebus vitandis reperiuntur. Eadem cauſa eſt M. Planii Heredis, qui eſt item Calenus Leptae noſtri familiariſſimus Cic. Fam. 9, 13. Idem de Orat. 1, 118 Nullae enim lites, neque controuerſiae ſunt, quae cogant homines ſicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti. Item, vt Plaut. Truc. 2, 1, 41. *et* ib. 4, 2, 36. Cic. in Orat. 202 Ita ſit vt non item in oratione, vt in verſu numerus exſtet. Ter. Phorm. 2, 2, 66 Itane tandem quaeſo, ciuem item vt meretricem, vbi abuſus ſis, mercedem dare lex iubet ei, atque amittere? *Add.* Idem Heaut. 3, 1, 8. Idem Andr. 1, 1, 62 Item alio die quaerebam. Varro R. R. 2, 7, 15 Equi, quod alii ſunt ad rem militarem idonei, alii ad vecturam, alii ad admiſſuram, alii ad curſuram, non item ſunt ſpectandi atque habendi: *i. non ſimiliter, non eodem modo.* Cic. de Amic. 7 Pergratum mihi feceris, ſpero item Scaeuolae, ſi, *etc.* Ibid. 71 Itaque ex me quaerunt, credo ex hoc item Scaeuola. Itemque; *pro Deinde, vel Praeterea:* Cic. Acad. 4, 22 Itemque ſi id, quod officii ſit, non occurrit animo, nihil omnino aget. Idem de Diu. 2, 17 Solis defectiones, itemque lunae praedicuntur. *Conf.* Idem de Legg. 2, 52 c. 21. Nep. 23, 7, 1.

ITER, itineris. n. (*de* iteris *antiquo Genit. poſtea* n. 5. *de Nominatiuo autem* ITINER *ſ. l.*) [πορεία, ὁδός] *dictum ab Eundo, cuius Supinum eſt* Itum: *ſiue ab* Ito *frequentatiuo. Quid differant* Iter, Actus, Via, *vid. in* Actus *pr. ſub* AGO. Itineri porta longiſſima eſt Varr. R. R. 1, 2, 2. *i. in apparatu et ingreſſu itineris, dum ad portam, qua exeundum eſt, venias, multum ſaepe temporis conſumitur. De mari etiam dicitur:* Ter. Hec. 3, 4, 1 Ain' tu tibi hoc incommodum eueniſſe iter? S. non hercle Parmeno verbis dici poteſt tantum, quam re ipſa nauigare incommodum eſt. Iter diei, *pro Spatio, quod vno die conficere poſſumus:* Liu. 25, 15 Qui nuntiarent duos COSS. ad Beneuentum eſſe, diei iter a Capua. Abeſt paucorum dierum iter, *etc.* *Vid.* ABSVM. *Itionem ſignificat:* Iter illi ſaepius in forum, ſaepius tamen in campum Plin. Paneg. c. 77. In diuerſum iter equi concitati Liu. 1, 28 *extr.* Cicer. Att. 3, 7 Sed itineris cauſa vt diuorterem primum eſt deuium, deinde ab Antonio, et caeteris quatridui. Dicam in itinere, *i. Inter eundum* Ter. Phorm. 3, 3 *extr.* *Pro ipſa Via aliquando:* Iter pontis Vet. Schol. *ad* Iuuen. Sat. 14, 134. *Conf.* Nep. 18, 3, 5. Lubricum itinerum Tac. Hiſt. 1, 79. 3. Vrbis itinera Tac. Hiſt. 1, 81. Sen. Epiſt. 31. Suet. Caeſ. c. 84. Itinera quae extra murum ad portam ferebant Caeſ. B. C. 1, 27. Hoc iter varie per prouincias interruptum refici imperauit Inſcript. vet. Hiſpan. ¶ 2 *Epitheta:* Anguſtum formica terens iter Virg. Georg. 1, 380. Ambiguum Perſ. 5, 34. Amoenum, ac molle Quinct. 4, 2. Plin. Epiſt. 2, 17 Vtraque excipit iter aliqua ex parte arenoſum, iumentis paullo grauius et longius, equo breue et molle. Caecum Ouid. Met. 10, 456. Campeſtre, *vid.* Campeſtris, *in* CAMPVS. Clauſum vetito Sen. Herc. fur. 4. Commodum Colum. 1, 3. Lactant. de Opific. Dei c. 20 Noluit deus hominem ad immortalem illam beatitudinem Delicato itinere peruenire. Deuium, *Inacceſſum, et a Via remotum:* Cic. Att. 14, 10 Tribonius itineribus Deuiis proficiſceretur in prouinciam. *Conf.* Nep. 18, 3, 5. Durum Valer. Argon. 1, 565. Felix parum Ouid. Epiſt. 21, 74. Flexum Lucret. 4, 91. Flexuoſum Celſ. 8, 1. Immenſum, *vid.* IMMENSVS. Imperuia Tac. Ann. 3, 31. Inexplicabile, *vid.* INEXPLICABILIS. Infeſtum viae Lucret. 5, 1123. *vid.* INFESTVS. Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos Virg. Aen. 6, 16. *Vid.* INSVETVS. Interrupta et imperuia Tacit. Ann. 3, 31. Interſeptum, *vid.* INTERSEPIO. Irremeabile Claud. in Eutrop. 2 406. Leue Ouid. in Ibin 620. Longinqua, *vid.* LONGVS. Longulum ſane iter, et via inepta Cic. Att. 13, 23. Longum, *vid.* Carpere, *paullo poſt.* Modeſtum ac Placidum Plin. Pan. 20, 1. Molle Quinct. 4, 2. Noctiuagum Valer. Argon. 2, 44. Patens Hor. Carm. 3, 16, 7. Peruium cunctis Sen. Octau. f. 7. Ratio, *ſumma, vel tempus* itineris Cic. Fam. 3, 5. Rectum Plin. Epiſt. 5, 8. Secretum Hor. Epiſt. 1, 18, 103. Supremum, *vid.* Carpere, *infra.* Tenebricoſum Catul. 3, 11. Plin. 6, 17 Quinque non amplius dierum Terreno itinere, ad Phaſim, *etc.* Tranſverſis itineribus quotidie caſtra mouebat Salluſt. in Iugurth. c. 45. Tutum et patens Hor. Carm. 3, 16, 7. ¶ 3 *Verba:* Accelerare iter, *vid.* ACCELERO. Agere iter in rectum Ouid. Met. 2, 774. *de volante Mercurio.* Plin. 8, 42 Sarmatae longinqua itinera Acturi, inedia pridie praeparant eos. Altius egit iter Ouid. Met. 8, 226. *de Icaro.* Aperire iter, *vid.* APERIO. Auertere iter, *vid.* AVERTO. Carpere longum iter Hor. Serm. 1, 5, 95. *Vid.* CARPO. Carpere ſupremum iter, *Mori* Idem Carm. 2, 17, 12. Tacit. Hiſt. 4, 24 Vt quam maximis per ripam itineribus Celeraret. Claudere iter alicui Ouid. Met. 8, 543. Manantia corpuſcula per inuiſibilia foramina ſubſiſtendo iter Claudunt Celſ. 1 Praef. Coarctare iter, *vid.* COARCTO. Committere ſe itineri Cic. Philipp. 12, 25. Comparare iter ad aliquem Nep. 7, 10, 3. Comparare ſe ad iter, Componere itinera, *vid. hh. vv.* Cic. Fam. 11, 13 Meumque iter eo Contuli. Cic. Att. 5, 14 Nunc iter Conficiebamus aeſtuoſa et puluerulenta via. Idem in Vatin. 12 c. 5 Quum illud iter Hiſpanienſe pedibus fere Confici ſoleat, aut ſi quis nauigare velit, *etc.* Conſequi itinere, Conſumere iter in legendo, Contendere iter, Continuare iter nocte et die, *vid. hh. vv.* Cic. Att. 3, 1 Vibonem ſtatim venias, quo ego multis de cauſis conuerti iter meum. Caeſ. B. G. 7, 56. Conuertere iter ad, *vel* in Prouinciam, *vid.* CONVERTO. Conuertit iter ad vrbem Lucan. 3, 373. Currit tutum iter claſſis Virg. Aen. 5, 862. Decedere itinere, *vid.* DECEDO. Deflectis iter rapidum Lucan. 2, 337. Deſiſtere itinere Caeſ. B. G. 5, 11. Ouid. Met. 2, 598 Nec coeptum Dimittit iter. Cic. Fam. 10, 11 Quum ipſe iter ad Mutinam Dirigerem, in itinere de praelio facto audiui, *etc.* Dirige nauis iter Ouid. Faſt. 1, 4. Doctus iter melius Horat. de Arte Poët. 68. Ducebat iter in fraudem Sil. 5, 43. Effectum iam eſt iter Ouid. Met. 6, 519. Emenſi iter Virg. Aen. 7, 160. Expedire iter Fugae Liu. 38, 2 *extr.* Explicare iter Plin. Epiſt. 8, 1. Cic. Att. 8, 13 Confeſtimque cum Q. fratre et liberis noſtris iter in Apuliam Facere coepi. Plin. Epiſt. . . . Ita inde poſtquam vehiculis iter Facere coepi. Cic. Att. 5, 9 Cogitabam ſine vlla mora iuſta itinera Facere. *Conf.* Nep. 2, 5. Ferre iter per medium mare Virg. Aen. 7, 810. Ferre iter impauidum Stat. Theb. 1, 326. Flectere iter Virg. Aen. 7, 35. Frangere iter Stat. Theb. 12, 232. Gubernare iter Cic. Fam. 2, 17. Idem Att. 8, 11 Caeſarem iter Habere Capuam. *Et* ad Q. Frat. 2, 6 *pr.* Quod ille in Sardiniam iter Habebat. Impedire iter Ouid. Epiſt. 21, 74. *Vid.* IMPEDIO. Tac. Ann. 1, 51 Inceſſitque itineri, et praelio. *h. e. Ad iter et praelium.* Incipere, Inceptare, Indicare, *vid. ſſ. ll.* Inducere in iter, *vid.* INDVCO. Ingredi iter Quinct. 3, 1. Ingredi iter pedibus, *et* equo Cic. de Senect. 34. Inire Idem Tuſc. 1, . . Inſidere itinera, *vid. h. v.* Inſtare iter Cic. Att. 13, 23. Inſtaurabat iter ad Argos Stat. Theb. 2, 473. Inſtituere iter Cato Cic. Fam. 15, 5. Intendere iter, Intendere ad Praetorem, Intendere iter coeptum in Italiam, Intercipere iter, Intercludere itinera, Intermittere iter, *vid. hh. vv.* Ire iter, *vel* itinere Cic. Q. Frat. 3, 4. Iungere iter, *vid.* IVNGO. Maturare iter Caeſ. B. C. 1, 63. Mittere ex itinere, *vid.* MITTO. Moliri iter Senec. Oedip. 13. Munire iter, Obſepire iter alicui, *vid. hh. ll.* Pandit iter latum Sen. Herc. fur. f. 9. Parare iter ſollenne Claud. in Eutrop. 2, 97. Patefacere iter Cic. pro L. Manil. 30. Peragunt iter inceptum Virg. Aen. 6, 384. Peragunt iter propoſitum Hor. Serm. 2, 6, 99. Pergere iter, *vid.* PERGO. Cic. pro Planc. 97 Iter a Vibone Brunduſium terra Petere contendi. Liu. 3, 46 Dum praeciperent, iter nuntii miſſi in caſtra. *h. e. Ante caperent. In vulgatis codicibus perperam legitur*, Praeriperent iter. Praecluſerat iter vnda Ouid. Met. 14, 790. Plin. 9, 32 Iter corniculis Praetentant cochleae. Procedere iter Caeſ. B. G. 6, 24. Properabant iter continuum die noctuque Tac. Ann. 15, 12 *extr.* Etſi coeptum iter Properaſſet Idem Hiſt. 3, 40. Radit iter liquidum Virg. Aen. 5, 217. *de columba volante.* Raptat nos iter ad oſtia ponti Valer. Argon. 2, 575. Remenſus iter feſſo gradu Stat. Theb. 3, 324. Remorari iter alicuius Ouid. Met. 11, 232. Repetere iter Idem de Arte Am. 3, 745. Reprimere iter Cic. Att. 10, . . . Rumpere iter coeptum Ouid. Amor. 3, 6, 88. Rumpere iter inſtitutum Hor. Carm. 3, 27, 5. Soluit iter puppis Stat. Silu. 5, 1, 242. Stratum militari labore iter Quinct. 2, 13. Supprimere iter Caeſ. B. C. 1, 46. Sum: *vt*, Eſt iter ei in Aſiam, *h. e. Proficiſcendum illi, vel proficiſcitur.* Cic. Att. 3, 6 *extr.* Nobis iter Eſt in Aſiam maxime Cyzicum. Iter Eſt ei aliquo Idem pro Mil. c. 10. Idem Fam. 1, 20 Haec quum audiſſem, et iam in itinere Eſſem. Eſt iter per inſidias Ouid. Met. 2, 78. Tendebat iter ad naues Virg. Aen. 1, 660. Tenebat medium iter claſſe Idem ib. 5, 1. Vertere iter aliquo Idem ib. 5, 23. Vertere iter a portu Ouid. in Ibin 620. Veſtigare iter Stat. Theb. 11, 137. Vicit iter durum pietas Virg. Aen. 6, 688. ¶ 4 *Metaphorae, et formulae.* Iter, *pro Incepto et inſtituto:* Cic. Q. Frat. 3, 4 Quare neque ego impediri Ciceronis iter, atque illam diſciplinam volo, et ipſe puer magis illo clamatorio genere duci et delectari videtur, in quo quoniam ipſi quoque fuimus, patiamur illum ire noſtris itineribus. *i. Noſtro dicendi genere.* Recto itinere lapſi plerumque diuertunt Quinctil. 2, 3. Columel. 8, 27 Itineraque ſi loci natura permittit, omni lateri piſcinae dari conuenit. *i. Meatus, quibus aqua intret et exeat.* Duo itinera audendi Tac. Hiſt. 4, 49, 5. *Tralate: vt*, Iter pronum ad honores, *Via facilis et compendioſa.* Plin. Epiſt. 8, 10 Quibus videor a meo, tuoque latere pronum ad honores iter, et audita latius nomina, et non ſubitas imagines relicturus. *Add.* Idem 5, 8. Manifeſtum iter ad ingenii lumen oſtendit Quinctil. 1 in Prooem. Inſtruere iter ad bonam famam, *vid.* INSTRVO. Cic. Att. 4, 10 Ne occupationi quidem tribuas: quae etſi ſumma eſt, tamen nulla eſſe poteſt tanta, vt interrumpat iter amoris noſtri, et officii mei. Cibis digeſtis iter praebetur Colum. 8, 5, 20. Salutis iter monſtrat fortuna Virg. Aen. 2, 388. Senectae iter decliue Ouid. Met. 15, 227. Surculo factum ſcalpro Colum. 4, 29, 9. Quod Vitae ſectabor iter Auſon. Eid. 15 *pr.* *Conf.* Hor. Epiſt. 1, 18, 103. Vocis iter habere Ouid. Met. 2, 830. Vrinae iter Celſ. 7, 25. Si in vrinae itinere, quod eſt anguſtius, inhaeret Idem 7, 26, 4 *ſed plures editi habent*, Si in primo, quod eſt anguſtius, *etc.* Facere iter ſceleri Ouid. Met. 15, 106. Pergere iter ambitione, ac periculis vacuum Tac. Ann. 4, 20. ¶ 5 Iteris *pro* itineris *dixere antiqui.* *Laudat* Non. 8, 13 Naeuii *locum*, Ignoti (*i. ignari*) iteris ſumus, tute ſcis. Accii, Exprome quid fers; nam te longo itere cerno vadere, *etc.* *Sed etiam* Lucret. 5, 652 Ignes Concuſſos itere, et labefactos aëre multo. Propert. 2, 10, 40 Hoc itere ad lapides cana venire meos.

ITERDVCA, ae. f. Iuno Mart. Capella lib. 2 p. 37 *extr.* Iuno pulchra — Iterducam (*al.* Interducam) et Domiducam — mortales puellae debent in nuptias conuocare, vt earum et itinera protegas, et in optatas domos ducas. *Sed* Auguſtino de C. D. 7, 3 Iuno — iterduca eſt pueris, et opus facit cum deabus ignobiliſſimis, Abeona et Adeona.

ITĔRO, āre. [ἀναλαμβάνω] *Rurſus aliquid agere; et quaſi Per iter factum reuerti.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 157 Nolo bis iterare, ſat ſic longae fiunt fabulae. Liu. 6, 32 Reſiſtere, atque iterare pugnam iubet. *Sic* Columel. 8, 8 Iterare dicta. Aciem, *vid.* ACIES. Aequor *apud* Hor. Carm. 1, 7, 32 *pro Iterum nauigare*, — cras ingens iterabimus aequor; Acron. Fortuna triſti clade iterabitur Hor. Carm.

Carm. 3, 3, 62. Curſus iterare Hor. Carm. 1, 34, 4. Verba iterata Cic. in Partit. 21 c. 6. Iterans Vias Vulgata Ierem. 2, 36. Vitam morte Plin. 7, 55. Voces Hor. Epiſt. 1, 18, 12. Vulnera iterata fixi Stat. Silu. 1, 2, 84. Plaut. Caſin. 5, 2, 6 Ita ridicula auditu, iteratu ea ſunt, quae ego intus tuli. Cic. Tuſcul. 2, 44 Itera dum eadem iſta mihi: non enim intelligo, quid ſummum dicas eſſe, quid breue. Idem Att. 14, 15 *Vbi mendoſe ab aliquibus legitur* Iterandum. Iterare campum, terram, agrum, *pro Iterum proſcindere, ſiue arare:* Iterat, ὀρύττει Vet. Gloſſ. Iteratum, παλινσκαφὲν Vet. Gloſſ. Columel. 2, 4 Colles pinguis ſoli, *etc.* Februario ſtatim proſcindendi ſunt. Deinde de Aprili medio vſque in ſolſtitium iterandi, tertiandique. *Sic* Plin. 18, 19. Iterare iudicium, *eſt Iterum iudicare apud ICtos, vt* L. 1 C. Theod. de Epiſc. Iudicio. *Conf.* Sulp. Seuer. H. S. l. 2. Cauſas iterare, et aliter diſtinguere Lampr. in Seuer. l. 22. ¶ 2 *Neſcio, qua auctoritate dicatur* Iterare, *pro Ire poſuiſſe* Gell. 3, 18 Sed eos Senatores, qui magiſtratum curulem nondum ceperant, pedibus iterauiſſe in curiam. *Gron. Certe* itauiſſe, *non facta alterius lectionis mentione. Interim* Iterare ὁδοιπορεῖν Gloſſ. Lat. Gr. *et* itare *ab* iterare *in MSS. vix apice ad* t *appoſito differt.*

ITERATVS, a, um. Part. Tertull. de Anima 35 *extr.* Sed enim Metempſychoſis illorum reuocatio eſt animae iam pridem morte functae, et in aliud corpus iteratae.

ITERATIO, ōnis. f. *Repetitio.* Cic. in Orat. 85 c. 25 Itemque ſi quae verborum iterationes contentionem aliquam et clamorem requirent, erunt ab hac ſubmiſſione orationis alienae. Idem de Orat. 3, 20. Quinctil. 10, 1 Lectio non cruda, ſed multa iteratione mollita. Idem 4, 2 Nam iterationes quidem, et ταυτολογίας, et περισσολογίας, quas in narratione euitandas quidam ſcriptores artium tradiderunt, tranſeo. *Arationis genus:* σκαφετὸς, διορυγμὸς Gloſſ. Lat. Gr. Plin. 18, 20 Aratione per tranſuerſum iterata, occatio ſequitur: vbi res poſcit, crate vel raſtro, et ſato ſemine iteratio. Complures iterationes Colum. 2, 4, 2. Iteratio arationis peracta eſſe debet Idem 11, 2, 64. *De repetita ſarritione vtitur* Idem 2, 12, 9. *Oleum ſecundae preſſurae, aut Ipſa ſecunda olearum preſſura:* Columel. 12, 50, 11 Nam plurimum refert non miſcere iterationem, multoque minus tertiationem cum prima preſſura.

ITERATIVVS, a, um. Adi. Iteratiuum, ἐπαναληπτικὸν Gloſſ. Vet.

ITERABILIS, e. Adi. [ἐπαναληπτικὸς Gloſſ. Gr. Lat.] Tertull. adu. Marc. 2, 28 Iterabilem magis iniuriam facit *leuitate poenae inuitat homines ad ſaepius peccandum.*

ITERATO. Adu. *Idem quod Iterum.* Vlpian. in l. qui bonis D. de ceſſione bonorum. Iuſtin. 5, 4, 2 Vinci iterato. *Add.* 5, 9, 2.

ITĔRVM. Adu. [αὖ, αὖθις, πάλιν] *i. Secundum, denuo, iterato.* Plaut. Poen. 5, 2, 117 Iterum mihi natus videor, quod te repperi. Iterum repetit dolor Scribon. 122. Cic. de Inuent. 1, 71 c. 39 Primo quidem decipi, incommodum eſt: iterum, ſtultum: tertio, turpe. Vict. de Viris illuſtr. c. 27 *pr.* Iterum, et tertio Conſul, multa domi militiaeque geſſit. Cic. pro Roſc. Amer. 60 c. 22 Iterum ac tertio nominaui. *Add.* Plaut. Men. 2, 3, 51. Iterum et ſaepius teſtis eſt Italia Cic. pro L. Manil. 30 c. 11. Iterum ac ſaepius Plin. 10, 12. Semel atque iterum ac ſaepius Cic. pro Font. c. 8. Iterum atque iterum fragor intonat ingens Virg. Aen. 8, 527. Ingeminans iterumque iterumque vocaui Idem ibid. 2, 770. Iterumque iterumque monebo Idem ib. 3, 436. *Conf.* Quinctil. 2, 13. Iterum conſul Nep. 23, 5, 3. Cic. Diuin. in Verr. c. 35. Iterum ac tertium tribuni Liu. 3, 19. *Add.* Varr. R. R. 1, 18 *extr.* Celſ. 4, 4. Plin. 27, 9.

ITERVM, i. n. [ἴκριον] *Aedificationis nomen, idem quod* Chalcidicum *vbi vid.* n. 3 *ſub* CHALCIS. V. Gl. Ἴκριον (*ſic leg. pro* ἴτριον) iterum, iteratum. *Et* ἴκριον, pergula, tabulum. *Hinc* l. penult. ff. de V. S. *legendum* Prophurum [πρόφορον] id eſt Iterum, quod in aedibus fieri ſolet, aedium eſt. *Haec Salmaſ. ad* Spartian. Nigr. 12 p. 677. *Quae ſi probamus, addere licet,* Iterum *dictum eſſe vt* Deambulatorium, *ab* itinere, *vel* itu *adeo, cum in* Solario, Domate, Moeniano, *deambulare ſolerent. Conf. nomina, quae modo laudauimus.*

I T H

ITHĂCA, ae. f. [Ἰθάκη] *Ionii maris parua inſula, Vlyſſis patria. In ea etiam vrbs eiuſdem nominis, vt inquit Ptolemaeus 3, . . Ibi etiam mons* Neritos; *a quo tota inſula quandoque dicta* Neritos *fuit.* Virg. Aen. 3, 272 Neritos ardua ſaxis. Plin. 8, 58 In Ithaca lepores illati moriuntur. *De hac et* Cicero de Orat. 2, 196. Sum patria ex Ithaca Virg. Aen. 3, 613. Non eſt aptus equis Ithacae locus Hor. Epiſt. 1, 7, 41.

ITHĂCVS, i. m. [Ἴθακος] *Vlyſſes; dicitur et* ITHACENSIS. Virg. Aen. 2, 104 Hoc Ithacus velit, et magno mercentur Atridae. ITHACENSIS Vlyſſis remigium *i. ſocii* Horat. Epiſt. 1, 6, 63.

ITHACESIVS, a, um. *Aliud* Adi. [Ἰθακήσιος] Sedes Ithaceſia Sil. 8, 540.

ITHŌME, es. f. *Oppidum in Peloponneſo, itemque in Theſſalia: vnde* Ithomeus Iupiter. Stat. Theb. 4, 179 Planaque Meſſena, montanaque nutrit Ithome. *Al.* Ithone.

ITHONEA, ae. f. *Ciuitas in Boeotia, ab* Ithonio *Amphyctionis filio, quam alii* Ithonem *vocant. A qua et* Pallas Ithonia *eſt appellata; ſiue, vt Strabo inquit, ciuitas Theſſaliae ad Amphryſium fluuium ſita. Quidam ſcribunt* Itonia Stat. Theb. 2, 721.

ITHONAEI, *huius vrbis incolae.* Idem ib. 7, 330.

ITHYPHALLVS, i. m. *Priapus.* Columel. 10, 31 Sed truncum forte dolatum Arboris antiquae numen venerare Ithyphalli.

ITHYPHALLĬCVS, a, um. Adi. *Obſcenus. Cael. Rhodig. Ant. Lect. 4, 16. Scalig. Poët. 1.*

ITHRA *et* ITHYREI, *vid.* ITVRAEA.

I T I

ITĬDEM. Adu. [παραπλησίως] *Similiter, eodem modo: quaſi reduplicatio augeret ſignificationem particulae* Item. Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta Lucret. 3, 12. Ter. Eun. 2, 2, 4 Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona. Cic. de Legib. 2, 7 c. 3 Q. Quorſum iſtuc? M. Quia nunc itidem ab eodem et a caeteris diis immortalibus ſunt nobis agenda primordia. Ter. Eun. 1, 2, 13 Vt aut hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet. Idem Hec. 5, 4, 26 Placet non fieri hoc itidem, vt in comoediis, omnia omnes vbi reſciſcunt. Itidem quaſi Plaut. Moſt. 1, 3, 120. Idem Truc. 1, 1, 19 Quaſi in piſcinam rete, qui iaculum parat, *etc.* itidem eſt amator. Idem Capt. prol. 44 Imprudens itidem et ſaepe iam in multis locis plus inſciens quis fecit, quam prudens boni.

ITĬNER, ĕris. n. *Idem ac Iter v. v. Vox apud antiquos.* Plaut. Merc. 5, 2, 72 Inceptum hoc itiner perficere exſequor. *Sic et* Manil. 1, 88 Fecit et ignotis itiner commercia terris. Martian. Cap. 9 p. 304 Mundanae diſcurſionis itiner ſubeundum. *Conf.* Non. 8, 54.

ITINEROR, āri. *Iter facere.* Apuleii *aiunt;* negat *Index Floridi.*

ITINERANS, antis. Partic. Saluian. de Gubern. 1 p. 33 (*22 Baluz.*).

ITINERARIVS, a, um. Adi. Sumtus itinerarius Lamprid. in Commod. c. 9. *et* Alexand. Seu. c. 27. Ammian. 21, 15 Motus itinerarius.

ITINERARIVM, i. n. Veget. 3, 6 Itineraria regionum pleniſſime habere perſcripta. Miles itinerarium ab imperatore accipit et cuſtodit illud Ambroſ. in Pſalm. 118 (119) Octonario V ineunte. Prouinciarum adnotata, — picta Id. ibid. *Ita ſuperſunt* Itineraria, *vt vocantur,* Imp. Antonini, *et* Rutilii. Itinerarium ſonare lituos iubet Ammian. 24, 1. *i. ſignum itineris ingrediendi.*

ITIO, ITO, ITVR, ITVRVS, ITVS. *Vid.* EO, is.

ITIS *vox Tuſca.* Macrob. Sat. 1, 15 *med.* Iduum nomen a Tuſcis, apud quos is dies *Itis* vocatur, ſumtum eſt. *Item* autem illi interpretabantur Iouis fiduciam. — Iure hic dies Iouis fiducia vocatur, cuius lux non finitur cum Solis occaſu, ſed ſplendorem diei et noctis continuat illuſtrante luna, quod ſemper in plenilunio, id eſt, medio menſe fieri ſolet. Diem igitur, qui vel nocturnis caret tenebris, Iouis fiduciam Tuſco nomine vocauerunt, vnde et omnes Idus Iouis ferias obſeruandas finxit antiquitas.

I T V *et* I T Y

ITVRAEA, ae. f. [Ἰτουραία] *Regio eſt,* a qua ITVRAEI populi, *qui* ITHYREI *quibuſdam in libris.* Strabo 17 *Montanam regionem Ituraei et Arabes habent, malefici omnes.* Plin. 5, 23 In parte Syriae, quae Coele dicitur, *ſcribit* eſſe Ituraeorum gentem. *Conf. Luc. Euangel. 3, 1. Ioſeph.* Ant. 13, 19. Cic. Philipp. 2, 19 c. 8. *et* 112 c. 44 Ithyrei *ſcribuntur, quibus Antonius Senatum obſidebat. Apud Poëtas* Ituraeus *etiam pro Parthico videtur poni.* Virg. Georg. 2, 448 Ityraeos (*ſic ibi etiam Burm.*) torquentur in arcus. Seruius Parthicos dicit. Lucan. 7, 250 Ituraeis curſus fuit inde ſagittis. *Et* 7, 514 Tunc et Ituraei, Medique, Arabesque ſoluto Arcu turba minax.

ITYS, Ityos, Ityn. m. [Ἴτυς] Filius Terei, regis Thracum, conuerſus in phaſianum auem, dum epulandus patri Tereo a matre Progne apponeretur. Seruius *apud* Virgil. Ecl. 6 *extr. Vid. tota hiſtoria* Ouid. Met. 6, 626. Virg. Aen. 9, 574.

ITY̆LVS, i. m. Dimin. [Ἴτυλος] Catul. 64, 14 Daulias aſſumti fata gemens Ityli.

I V B

IVBA, ae. f. [χαῖτα] *Crines animalium a collo pendentes.* Cic. de Nat. Deor. 2, 111 c. 43 Huic equus ille iubam quatiens fulgore micanti. *Ex Poëta.* Caeſ. B. G. 1, 48 *extr.* Iubis equorum ſubleuati. Plin. 8, 16 Leoni praecipua generoſitas tunc, quum colla armosque veſtiunt iubae. Iubae gallinaceorum, *pro Plumis, quas dum ceruices erigunt, attollere videntur:* Columel. 8, 2 Iubae deinde variae, vel ex auro flauae, per colla ceruicesque in humeros diffuſae. Criſpiores iubae, *vid.* CRISPVS. Denſa Virg. Georg. 3, 86. Dextrae Ouid. Met. 2, 674. Effuſa Idem Amor. 3, 4, 16. Equinae Id. Met. 12, 88. Ludunt per colla iubae Virg. Aen. 11, 492. Lunata, *vid.* LVNA. Rutila Catul. de Berecynth. 63, 83. Sanguineae anguium Virg. Aen. 2, 206. Seruius *interpretatur* aut criſtas, aut barbas. *Piſci* Barbo iubas *tribuit* Auſon. Moſell. 134 Propexique iubas imitatus gobio Barbi. *Conf. Buchner. ad* Prudent. Hymn. de Nat. Dom. v. 9. *Burm. ad* Nemeſ. Cyneg. v. 143. *In maſculino genere poſitum deprehendit Barth. Aduerſ. 17, 3. it. ad* Nemeſ. Cyneg. v. 143. Triplici iuba crinita galea Virg. Aen. 7, 785. Idem Georg. 3, 92 Talis et ipſe iubam ceruice effudit equina Coniugis aduentu pernix Saturnus. *de Saturno in equum mutato.* Iuba fuſa, *h. e. Ampla.* Martial. 1, 32 Dum nulla teneri, ſordent lanugine vultus, Dumque decent fuſae lactea colla iubae. Ventilat aura iubas Sil. 16, 444.

IVBĀTVS, a, um. Adi. [χαιτόεις] *Quod iubas habet: vt,* Iubatus equus: Iubati angues, *i. Criſtati et ceruicibus erecti.* Plaut. Amph. 5, 1, 56 Deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo. Fera Sen. Herc. fur. f. 13. Pompeius M. in Circo DC, in iis iubatorum CCCXV dedit Plin. 7, 16. *ſc. leonum.* Leo Sen. Thyeſt. f. 8. Lycaon lupus eſt ceruice iubatus Solin. c. 43 (Salm. 30).

IVBA, ae. m. [Ἰόβας] *Rex Mauritaniae, Pompeii partes ſecutus, quem Caeſar vicit, eiusque filium in triumpho duxit. De quo Plutarchus in Caeſare.*

IVBAR, ăris. n. [σέλας, σελήνας] *Proprie ſtella, quae ante ſolis ortum, Lucifer: poſt ſolis occaſum, Veſper appellatur;* φωσφόρος *a Graecis dicta.* Iubar *autem appellatur, quod* iubata *appareat: vel* quod (*vt ait* Feſtus) ſplendor eius diffundat in modum iubae leonis, radios. Varro de L. L. 5, 2 p. 45, 2 Eadem ſtella, *Heſperus,* vocabatur iubar, quod iubata. *Et diſertius* 6, 4 p. 77, 31 Iubar dicitur ſtella lucifer, quae in ſummo habet diffuſum lumen, vt leo in capite iubam. Huius ortus ſignificat, circiter eſſe extremam noctem. Itaque ait Pacuuius, Exorto iubare, noctis decurſo itinere. Virg. Aen. 4, 130 It portis iubare exorto, Troiana iuuentus. *Pro ipſo Splendore lucis:* Ouid. Faſt. 1, 78 Et tremulum ſumma ſpargit in aede iubar. Iubar *enim non tantum de ſolis ſeu ſtellae, ſed etiam de cuiuscunque rei ſplendore dicitur, vt* Auri, argenti, gemmarum. Ardens iubar Sen. Octau. 231. *de cometa.* Fiunt (*cometae*) et in auſtrino polo, ſed ibi citra vllum iubar Plin. 2, 25 f. 23. Criſtatum galeae Stat. Theb. 3, 223. Flammeum Sen. Troad. 6. Graue iubar aduerſi ſideris Stat. Theb. 7, 709. Nitidum Ouid. Met. 15, 117. Rubrum Lucret. 4, 406. *Ad hominis Maieſtatem transfert* Claud. in Ruff. 2, 144 Per fratris regale iubar, *h. e. Splendorem regium.*

Sic Purpureum fundens Caeſar ab ore iubar Martial. 8, 65. *de Domitiano, cui* Vultum ruboris plenum *tribuit* Sueton. c. 18.

IVBELIVS, *vid.* TAVREA.

IVBEO, iuſſi, iuſſum, bēre. [κελεύω] *Vehementer volo, quae voluntas ſuffragio, imperio, precibus, conſilio, hortatu, etc. declarari poteſt, adeo vt* iubere *dicatur interdum, qui ſententiam fert, imperat, etc. Eſt ergo* iubeo, *velle me verbis quibuscunque ſignifico; vt* veto, *declaro me nolle.* Ter. Eun. 2, 3, 97 Iubes ne? CH. Iubeo, *(ſerio velle me declaro)* cogo *(robuſtior imbecilliorem)* atque impero *(herus ſeruo).* Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas Iuuenal. 6, 223. Plaut. Aul. 1, 1, 19 Iubet ſententiam, vt dicant ſuam. ¶ 2 *Ordinarie, certe frequenter admodum, conſtruitur, cum Infinitiuo, qui ſuum ſibi Accuſatiuum, quoties opus eſt, adiunctum habet.* Plaut. 2, 5, 2 Iubeto habere animum bonum. Cic. Fin. 1, 1 Primus eſt auſus Leontinus Gorgias in conuentu poſcere quaeſtionem, id eſt, iubere dicere, qua de re quis vellet audire. Hor. Od. 3, 24, 42 Magnum paupertas opprobrium iubet Quiduis et facere et pati. Cic. Att. 12, 6 Caeſar — te ſine cura eſſe iuſſit. *Et* Verr. A. 1, 19 c. 7 Cum hoc conſiſtit, hunc amplexatur, hunc iubet ſine cura eſſe. Virg. Aen. 5, 552 Ipſe omnem longo decedere circo Infuſum populum, et campos iubet eſſe patentes. Plaut. Aſin. 2, 2, 30 Iubeo te ſaluere voce ſumma. Ter. Adelph. 3, 4, 15 Saluere Hegionem plurimum iubeo. Hor. Epiſt. 1, 10, 1 Fuſcum ſaluere iubemus. Cic. Att. 4, 14 Dionyſium iube ſaluere. ¶ 3 *Ille Infinitiuus interdum reticetur, non modo in ſalutandi formula, vt* Ter. Andr. 3, 3, 1 Iubeo Chremetem, *vbi pulchre* Donatus, Firme aliquid velle, iubere eſt. *(ita quidem leg. vid. pro vulgato* iubere velle eſt). *Iubeo*, ergo, volo: et deeſt *ſaluere;* quod exprimitur *(i. eliditur, extruditur)* ab alterius perſonae interuentu. — Volumus animo, iubemus verbis. *Et hic quidem manifeſta Infinitiui omiſſio. Sed etiam in aliis.* Plaut. Aul. 1, 1, 19 Aut ſi reſpexis donec ego te iuſſero *reſpicere.* Ter. Andr. 3, 2, 4 Deinde quod iuſſi ei *(dari)* date bibere, et quantum imperaui, date. *Verum Faërn. et Bentl. ex MSS. non* date *priore loco habent; ſed ipſum, quod alias deſiderabitur*, date. Liu. 37, 37 Tradito frumento *(iis)* quibus *(tradi)* iuſſerat Conſul. Ter. Eun. 4, 7, 20 Quî ſcis, an quae iubeam, *(ipſum facere) ſine vi faciat.* Cic. Att. 5 vlt. Et hercle, vt me iubet Acaſtus *(confidere)* confido te iam valere. Liu. 37, 55 *pr.* Et ſenatus eam pacem ſeruandam cenſuit, et paucos poſt dies populus *(eam ſeruari, in comitiis, ſuffragiis ſuis)* iuſſit. Petron. 71 Aedificas monumentum meum, quemadmodum te *(aedificare)* iuſſi? *Quin ne opus quidem ſemper eſt ellipſi. Si enim* iubeo *eſt velle me ſignifico, vt vidimus, poteſt etiam quartum Caſum ſine interuentu alterius Verbi regere.* Lucan. 1, 298 Tumultum Compoſuit vultu, dextraque ſilentia iuſſit, *eadem ratione, vt* Ouidianus *Harpocrates* Met. 9, 691 Digito ſilentia ſuadet. Lucan. 8, 684 *de capite Pompeii M.* Quo, nunquam, bella iubente, Pax fuit, *i. velle ſe oſtendente. De eodem homine et de re eadem idem Poëta* 2, *528* Iamque ſecuturo iuſſurus claſſica Phoebo, *i. die proximo praelium commiſſurus.* Stat. Theb. 7, 32 Pacemque iubebo omnibus. *Et* 373 Et tuus armatis iubet ecce ſilentia frater omnibus. *Non referimus huc* Plaut. Stich. 2, 2, 71 I, i intro Dinacium, iube famulos rem diuinam mihi apparent: *nam illud eſt ex eo genere, in quo Graecos imitatus dicere ſolet*, fac me vt ſciam, *pro* ſac me ſcire, *etc. de quo Perizon. ad Sanct. 2, 5, 5 p. 188. Huc retulerim etiam illud* Ter. Andr. 2, 5, 1 Herus me relictis rebus iuſſit Pamphilum hodie obſeruarem. *Sic Bentl. quam immerito* ſcabiem *vocat Burm. ad* Sueton. Veſp. c. 23. *At illae huc pertinent formulae in quibus* Populus iubere *dicitur* leges. Cic. pro Balbo 38 c. 17 *pr.* Reſponderem, Legem Populum Rom. iuſſiſſe de ciuitate tribuenda. *Nempe, qui legem* ferunt, ita ad *populum ferunt*, VELITIS, IVBEATIS *(hoc vos velle verbo vel tabella ſignificetis) vti hoc vel illud fiat. Vid. v. g.* Gell. 5, 19. Cic. ad Brut. 4 Quod nondum Senatus cenſuit, nec Populus Rom. iuſſit, id arroganter non praeiudico. Sen. ad Helu. 5 *extr.* Ita enim populus iuſſit. Sed populi ſcita ex magna parte ſapientes abrogant. Cic. de Orat. 1, 60 c. 14 Quaero enim, num poſſit — dici — apud populum de legibus iubendis aut vetandis. Liu. 1, 22 Tullum Hoſtilium regem populus iuſſit. Idem 3, 30 Id modo excepere patres, ne poſtea eosdem Tribunos iuberent. *Et* 3, 34 Eas leges habiturum Populum Rom. quas conſenſus omnium non iuſſiſſe latas magis, quam tuliſſe, videri poſſet. Sall. Iug. 84 *pr.* Poſtquam ei prouinciam Numidiam populus iuſſit: *ſimili ellipſi, qua alias dicimus* cupio, *aut* volo tibi. Populus voluit *Mario eſſe*, prouinciam: *vt* Liu. 26, 18 Ad vnum omnes non centuriae modo, ſed etiam homines P. Scipioni imperium eſſe in Hiſpania iuſſerunt. *Et* 30, 41 Vt plebem rogarent, cui iuberent in Hiſpania imperium eſſe. Liu. 6, 39 *pr.* De fenore atque agro rogationes iubebant, de plebeio conſulatu antiquabant. Flor. 2, 6, 2 Vrebat nobilem populum — dare tributa, quae iubere conſueuerat: *vt alias* imperare. *Sed tamen etiam de Senatu adhibuit hoc verbum* Liu. 7, 19 Cenſuit igitur Senatus — conſulesque ſortiri prouincias iuſſit. ¶ 4 *Dubium ergo non eſt, quin dicatur ab antiquis et claſſicis* iubere aliquem facere, iubere aliquem tribunum, iubere alicui imperium. *Sed an dicitur etiam ſimpliciter* iubere aliquem, *i. imperare illi? Sic certe* Martial. 9, 67 *(al. 65) ad Herculem*, Argolico famulum non te ſeruire tyranno Vidiſſent gentes ſaeuaque regna pati: Sed tu iuſſiſſes Euryſthea. *Poteſt ellipſi res expediri*, iuſſiſſes Euryſthea tua regna pati. Sueton. Veſpaſ. c. 23 Nunciantes legatos, decretam ei — ſtatuam, iuſſit vel continuo ponere, cauam manum oſtentans, *ne opus quidem eſt ellipſi:* iuſſit, *velle ſe oſtendit*, legatos ponere, *i. vt ponerent legati.* ¶ 5 *An dicatur* iubeo tibi, *i.* iubeo te facere, *vehementer diſputatum eſt, pro Datiuo illo praeter caeteros propugnante* Perizon. ad Sanct. 2, 4, 6 p. 183. *Ac de Analogia linguae Latinae, et de argenteae aetatis ſcriptoribus non dubitatur. V. g.* Tacit. 13, 15, 3 Britannico iuſſit, *(ſe velle oſtendit)* exſurgeret, *etc.* Curt. 5, 6, 8 Tandem ſuis rex corporibus et cultu ſeminarum abſtinere iuſſit: *niſi placet* ſuis *iungere* corporibus, *vt* corpora ſua *ſint, quae ante hanc calamitatem libera fuerant, vt* Plaut. Perſ. 4, 3, 3. *Laudatur* 7, 1, 18 Armigero lanceam ei dare iuſſit. *Sed Freinsh. edidit*, Deſideranti Amyntae, vt habitus quoque redderetur armigeri, lanceam dari iuſſit. *Sic* 7, 5, 31 Poſtero die occurrentibus, Branchidas ſecum procedere, iubet. *Poſſit tamen* occurrentibus *abſolute poſitum intelligi.* Claudian. in 2 Conſ. Stilich. 85 Ipſa *(Roma)* iubet ſignis, bellaturoque togatus Imperat. *Verum de huius aetatis ſcriptoribus non laboratur: quamquam non deſit hic illic, quod moneri queat. Videamus de aureis.* Cic. Att. 9, 13 *pr.* Quamquam hae mihi literae Dolabellae iubent ad priſtinas cogitationes reuerti. Mihi *videtur ex familiari illo genere loquendi eſſe, vnde eſt* vide mihi hominem, *etc.* Catull. Epithal. Pel. ſ. 63, 140 *Scaliger ex MSS. dedit, quem ſequuntur alii*, At non haec quondam nobis promiſſa dediſti Voce: mihi non haec miſerae ſperare iubebas. *Recte. Eſt ellipſis*, non iubebas (me) ſperare mihi haec. Caeſ. B. C. 3, 98 Omnes conſeruauit, militibusque ſuis iuſſit, ne qui eorum violarentur, neu quid ſui deſiderarent. *Sic edidit Dauiſ. qui tamen non diſſimulat aliquot MSS. lectionem*, commendauit. Liu. 27, 24 Inde portas cuſtodire iuſſit tribunis militum, praefectisque ſociûm et centurionibus. *Sed ex antiquiſſimo libro reſtituit*, iuſſi *tantum pro* iuſſit *ſcribens, Gronouius, quem Drakenborchius ſequitur*, cuſtodire iuſſi tribuni militum, praefectique ſociûm et centuriones. *Notauit ad h. l. Drakenborchius plura loca, vbi in vno alteroque MS. ſic variatur.* Liu. 30, 15 Fidum e ſeruis vocat, ſub cuius cuſtodia — venenum erat: ei mixtum in poculo ferre ad Sophonisbam iubet. *Sed Gron.* et, *firmantibus MSS. poſtea conſultis. Sic nihil probat* Liu. 42, 43 Queis legati nullo in praeſentia reſponſo dato, Chalcidem ſe ſequi iuſſerunt. *Datiuus* Queis *pendet non a* iuſſerunt, *ſed a* dato. Liu. 42, 28 Conſul Romam rediit aliquanto ſerius, quam Senatus cenſuerat: cui primo quoque tempore magiſtratus creari — iuſſum erat. *Sed nihil blandius in loco, ex vno tantum MS. edito, quam legere* viſum erat: iuſſum *ſ.* iuſum *et* viſum *ſaepe miſceri in MSS. obſeruatum ad* Liu. 9, 24 4. *Taceo quod* cui iuſſum erat, *poteſt ſignificare*, qui iuſſerat, *vt* tibi audita ſunt, tu audiſti. *In vno* Liuii *loco reliquit hanc conſtructionem ſine animaduerſione Gronouius 27, 16, 8* Marcellus interroganti ſcribae, quid fieri ſignis vellet? — Deos iratos Tarentinis relinqui iuſſit. *Sed poteſt et hoc librariis deberi, reſtituique facile poteſt*, interrogante ſcriba. Ouid. Met. 8, 752 Famulisque iubet ſuccidere ſacrum Robur. *Sic vnius MS. auctoritate legi volebat Heinſ. Sed ſeruauit receptum olim* famulosque *Burmannus. Etiam* Sil. 12, 608 *fruſtra aduocatur, modo cogites, eſſe Ablatiuos conſequentiae* Caelicolis raptim excitis, *et addi*, defendere *(illos)* tecta Dardana, et in ſeptem diſcurrere iuſſerat arces. *Etiam* Frontin. Strat. 4, 1, 43 Conſiſtere omnibus iuſſit *non amplius fauet Datiuo, poſtquam magno conſenſu in MSS.* ordinibus *eſſe, Ablatiuo caſu intelligendum, oſtendit Oudendorpius.* ¶ 6 *Paſſ.* Virg. Aen. 7, 616 Hoc et tum Aeneadis indicere bella Latinus More iubebatur. Iuberis proferre Hor. Epiſt. 1, 13, 7. Iubetur ire Id. ibid. 1, 7, 75. Martial. 1, 71 Vade ſalutatum: pro me, liber, ire iuberis. Vlpian. in l. quoties §. ſeruus D. de hered. inſtit. Iuberi adire ab eo poteſt, cui alienatus eſt. ¶ 7 *Vt* imperare, parere, iniuſſus; *ſic ipſum verbum* iubere *adhibetur de arte naturam velut mutante.* Mart. 1, 68 Autumnum ſterilis ferre iubetur hiems. *Vid.* IVSSVS. ¶ 8 Iuſſo *pro* Iuſſero *dicebant veteres* Sen. Epiſt. 58 p. 200 Dicebant antiqui, Si iuſſo, id eſt, ſi iuſſero. Hoc nolo mihi credas: ſed ſide Virgilio (Aen. 11, 467) Caetera, qua iuſſo, mecum manus inferat arma. *Vid.* Seruium *in loc. et Turneb. Aduerſ. 15, 15. A quibus diſſentit Barthius Aduerſ. 35, 3 qui putat τὸ* Iuſſo *Frequentatiuum eſſe verbi* Iubeo. *Eadem forma* Dixis *pro Dixeris habet* Plaut. Mil. 3, 2, 29 Si falſa dixis, eocio, excruciabere. *Similia frequenter occurrunt.* Sil. 12, 175

— Aſt vbi iuſſo
Per tacitum ruptis ſubita vi fundite portis
Telorum in campos nimbum. *Conf. h. l. Drakenb.*

Iuſſitur: Cato c. 14 Parietes omnes, vti iuſſitur, calce et caementis, etc. *Significatio aperta*, iuſſus eſt, *vel* iubetur *adeo. Sed forma inſolita, et Praeſenti ſimilis a Verbo frequentatiuo*, Iuſſo, ĕre. *Certe in hoc probabilis videtur ſententia Barthii modo indicata.*

IVBENS, entis. Partic. Caeſ. B. G. 7, 26 Hortante et iubente eo. Fatis iubentibus Petron. c. 123. Mihi iubenti Ouid. Met. 9, 596.

IVBENDVS, a, um. Part. Cic. de Orat. 1, 60 c. 14 *iam attulimus.* Id. de Legib. 3 c. 16 Carbonis eſt tertia de iubendis legibus aut vetandis. Liu. 6, 42 Vt tempus rogationum iubendarum proferretur.

IVSSVS, a, um. Partic. [ἐπιτεταγμένος] Virgo iuſſa mori Virg. Aen. 3, 323. Martial. 1, 34 Amiſſum non flet, quum ſola eſt, Gellia patrem: Si quis adeſt, iuſſae proſiliunt Lacrimae. Liu. 1, 5 *extr.* Sed aliis alio itinere iuſſis certo tempore ad regiam venire paſtoribus. Iuſſus abire Idem 23, 23 *extr.* Propius accedere Curt. 5, 11, 5. Fames iuſſa ſeruire Lucan. 1, 319. Fuga Ouid. Triſt. 4, 10, 90. Gutta quoque ex oculis nonniſi iuſſa cadit Propert. 4, 1, 144. Labores Ouid. Met. 9, 22. Mors Tacit. Ann. 16, 17, 2. Poena Id. ibid. 15, 18, 2. Riui iuſſi Colum. 10, 48. *vt* Lacrimae, Gutta, *illi manu facti, hae vi expreſſae. Nempe hoc Participium de iis adhibetur frequenter, vbi ipſi velut naturae vis fit, et imperio efficiuntur, quae alias natura ſibi relicta ſolet facere. Vid. Barth. ad* Claudian. 4 Conſ. Hon. 483. *et copioſiſſime Drakenb. ad* Sil. 9, 504. *A librariis* Iuſſus *et* Viſus *permutantur: Drakenb. ad* Sil. 13, 372. *Conf.* IVSTVS.

IVSSVS, ûs. m. [ἐπίταξις] *Imperium: vix reperitur, praeterquam in Ablatiuo* Iuſſu. Plaut. Amph. prol. 19 Iouis iuſſu venio. Salluſt. Catil. 29 *extr.* Sine populi iuſſu. Veſtro iuſſu coactus Cic. pro L. Man. c. 9.

IVSSVM, i. n. [ἐπιταγὴ, ἐπίταγμα] *Idem.* Plaut. Curc. 2, 3, 50 Poſtquam ſum tuo iuſſo profectus, perueni in Cariam. Populi iuſſo dat ciuitatem Siſ. *ap.* Non. 2, 472. Virg. Ecl. 8, 11 — accipe iuſſis Carmina coepta tuis. Cic. pro Caecin. 96 c. 33 Sed quaero abs te, puteſne ſi populus iuſſerit, me tuum, aut item te meum ſeruum eſſe, id iuſſum ratum atque firmum futurum? Dura iuſſa Ouid. Met. 7, 14. Fera iuſſa imperii mei Idem Rem. Amor. 496. *Al.* Iura. Horrida Virg. Aen. 4, 378. Ingentia Idem ibid. 7, 241. Haud mollia Id. Georg. 3, 41. Regalia Valer. Argon. 1, 820. Saeuiſſima Id. ibid. 3, 47. Capeſſere iuſſa Virg. Aen. 1, 81. Exſequi iuſſa alicuius Id. ibid. 4, 396. Tacit. Ann. 11, 19 Ac ne iuſſa Exuerent. Facere Virg. Aen. 1, 306. Ferre Id. ibid. 9, 804. Faceſſere Id. ibid. 4, 295. Fallere Id. ibid. 12, 877. Flectere iuſſa alicuius Virg. Aen. 10, 35. Feſtinare Id. ibid. 6, 177. Obtemperare iuſſis magiſtri Ouid. Triſt. 4, 6, 7. *Al.* Monitis. Parare iuſſa Virg. Aen. 4, 503. Pati aliena Idem ibid. 10, 866. Tacit. Hiſt. 4, 83 Exitium ipſi, regnoque denuntiaret, ni iuſſa Patrarentur. Peragere iuſſa alicuius Ouid. Met. 2, 119. Reſcindere iuſſa alicuius Id. ibid. 2, 677.

IVSSIO, ōnis. f. [κέλευσις Gloſſ. Lat. Gr.] Epit. Liu. 67 Secundum Populi Romani iuſſionem. Lactant. 4, 15 Verbo ac iuſſione faciebat. *Conf.* Arnob. 2 p. 49. Principalis l. 2 §. 2 ff. de Iudic.

IVSSOR,

IVSSOR, ōris. m. κελευστὴς Gloſſ. Vet.

IVBĬLVM, i. n. [ἀγαλλίαμα] *Cantus paſtoricius ſ. ruſticus, vel inconditus etiam clamor, quem Graeci Tragici per ἰὴ ſolent exprimere.* Sil. 14, 475 Et laetus ſcopulis audiuit iubila Cyclops, *int. Daphnidis canentis Gronou. leg.* Sedauit, *vt prae ſtudio audiendi Daphnin ſuam vocem Cyclops continuerit.* Non montana ſacros diſtinguunt iubila cantus Calpurn. Ecl. 1, 30. *vbi Barth. ruſticas cantiones intelligit: poſſis etiam voces probantium, incitantium.* Calpurn. Ecl. 7, 2 Et tua moerentes exſpectant iubila tauri. *Al.* ſibila.

IVBĬLO, āre. Eſt Ruſtica voce inclamare, *inquit* Feſtus. Varr. de L.L. 5, 7 p. 58, 4 Vt Quiritare vrbanorum *(Quiritium fidem implorare)* ſic Iubilare ruſticorum. Itaque hos imitatus Apriſſius *(Scal.* aperte Attius) ait in Bacche *(Scal.* Bacchis) Quis me iubilat? Vicinus tuus antiquus. Sic Triumphare appellatum, *etc.* *Vid.* TRIVMPHO. *Sed ad* Feſtum *aliter emendat Scaliger l. c.* Varronis, *nempe* Attius in Chryſippo, Io Buco. Quis me iubilat? Vicinus Atus antiquus. *Prius enim (ſic pergit Scal.)* iobilare: *nam* io *ruſticorum* ἐπίφθεγμα.

IVBILATVS, ûs. m. Vet. Gloſſ. Eiulatus, Iubilatus, κραυγὴ, ὀλολυγμὸς ἀγροίκων, *Clamor ruſticorum.*

IVBILATIO, ōnis. f. Apul. Met. 8 p. 209 Canes rabidos et immanes, et quibusuis lupis et vrſis ſaeuiores, iubilationibus ſolitis et cuiuſcemodi vocibus nobis inhortantur.

IVBILAEVS, *ſ. rectius* IOBELAEVS, a, um. Adi. *Vt,* Annus iubilaeus apud Hebraeos. *Vid.* Leuit. 25, 10. Arator in Act. Apoſt. c. 19 Quinquageſimus annus Cum Iubilaeus adeſt, proprii diſtractio ruris, *etc.* *Add.* Iſidor. 5, 37.

I V C

IVCVNDVS, a, um. Adi. [τερπνὸς] *A* Iuuo *quaſi tu* iuuicundum *dicas.* *Docet hoc ipſe* Cic. de Fin. 2, 14 c. 4. *Dicitur autem* iucundus, *qui cauſa fuit alteri, vt ille gaudeat.* Cuius officia iucundiora ſaepe mihi fuerunt, nunquam tamen gratiora Cic. Fam. 4, 6. *Sic diſtinguit etiam* Fam. 5, 15. *et* Att. 1, 17. Cic. Att. 1, 8 Quod te de Tadiano negotio decidiſſe ſcribis, id ego Tadio et gratum eſſe intellexi, et magnopere iucundum. Idem in Catil. 4, 1 Eſt mihi iucunda in malis, et grata in dolore veſtra erga me voluntas. *Multum dixit, cum dixit* iucunda in malis, *vt quae ſenſum mali auferre poſſit.* Accidunt iucunda, *vid.* ACCIDO. Mutare iucunda ſeveris, *vid.* MVTO. Adoleſcens idem ſeni Sullae fuit iucundiſſimus Nep. 25, 16, 1. Iucundi Agri et fertiles Cic. pro L. Agr. 2, 40. Aurae iucundae Zephyri Catul. 44, 3. Conſpectus veſter longe mihi iucundiſſimus Cic. pro L. Manil. *pr.* Error Ouid. de Arte Am. 3, 729. Homo iucundus alteri, *Obſequioſus et obtemperans.* Cic. pro Sext. 51 Qui inſtituta maiorum neglexerunt, et imperitae atque concitatae multitudini iucundi eſſe voluerunt. Imperator iucundiſſime Plin. Praef. *pr.* Ioci Ouid. ex Pont. 2, 4, 10. Labores acti Cic. de Fin. 2 c. 32. Lumen iucundum caeli Virg. Aen. 6, 363. Memoria praeteritorum malorum Cic. de Fin. 2 c. 32. Munera Catul. de Coma Berenicis ſ. 64, 82. Odor, *Gratus et delectabilis:* Plin. 12, 4 Vritur ebenus odore iucundo. Sapor, *apud eundem* 10, 60. Paupertas Tibul. 3, 3, 23. Quies Propert. 1, 10, 1. Rebus in iucundis viue beatus Hor. Serm. 2, 6, 96. Sapor, *vid.* Odor, *paullo ante.* Tempus iucundum agere Ouid. Triſt. 3, 3, 26. Verba ad audiendum iucunda Cic. de Orat. 1 c. 49. Viam iucundam efficere alicui Ouid. ex Pont. 2, 10, 32. Vita iucunda, *et* grauis, *contraria* Hor. Epod. 1, 6. Vita mihi iucundior Catul. Argon. 62, 215. Voluptas iucunda Lucret. 2, 3.

IVCVNDĬTAS, ātis. f. [τερπνότης] *Delectatio.* *Opponitur* Triſtitiae *a* Plin. Paneg. c. 49. *et* Paciano Paraen. ad Poenit. Cic. de Fin. 2, 14 In eo autem voluptas, omnium Latine loquentium more ponitur, quum percipitur ea, quae ſenſum aliquem moueat iucunditas. Hanc quoque iucunditatem, ſi vis, transfer in animum: iuuare enim in vtroque dicitur, ex eoque iucundum. Vocis iucunditas, ac claritas Quinctil. in prooem. 6. Cic. Off. 1, 122 c. 34 Atque etiam quum relaxare animos, et dare ſe iucunditati volent, caueant intemperantiam, meminerint verecundiae. Iucunditate perfundi Id. de Fin. 2, 37 c. 3. *Vid.* PERFVNDO. Permulcere iucunditate Quinctil. 2, 5. Iucunditates, *Pl.* [εὐθυμίαι] Cic. Att. 10, 8 Nihil mihi vnquam ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidiſſe, quam quod meam Tulliam ſuauiſſime, diligentiſſimeque coluiſti.

IVCVNDE. Adu. [τερπνῶς] *Suauiter, dulciter.* Cic. de Fin. 1, 58 c. 12 *extr.* Clamat Epicurus is, quem vos nimis voluptatibus eſſe deditum dicitis, non poſſe iucunde viui, niſi ſapienter, honeſte, iuſteque viuatur. Idem pro Deiot. 19 Quum in conuiuio comiter et iucunde fuiſſes. Curare corpora iucunde Lucret. 2, 31. Iucunde aliquid narrare de aliquo Cic. de Amicit. 1. Plin. 31, 3 Vnus in toto orbe traditur fons aquae iucunde olentis in Meſopotamia. Iucundius Cic. pro Muraen. c. 31. Iucundiſſime loqui cum aliquo Val. Max. 7, 2 ext. 8. Iucundiſſime viuere Cic. de Fin. 2, 70.

IVCVNDOR, āri. Dep. *Agere iucunde.* Lactant. 4, 6 Iucundabar ante faciem eius, quum laetaretur orbe perfecto. Non. 2, 407 *per* Iucundetur *explicat verbum* Hilaretur. *Etiam actiue* Conſolationes Dei iucundant animam Auguſtin. de Geneſ. ad lit. 12, 34.

IVCVNDANS, antis. Partic. Oroſ. prooem. 4 Infantes iucundantes, *ludentes.*

IVCVNDĀTVS, a, um. Adi. Brito Phil. 12, 813 Plauſibus omnis Iucundata nouum ſuſcepit Gallia regem. *Vid. Barth. Adverſ. 32, 18.*

I V D

IVDAEA, ae. f. [Ἰουδαία] *Pars Palaeſtinae latius dictae.* *Sed* Plin. 5, 14 Supra Idumaeam et Samariam Iudaea lateque funditur: pars eius Syriae iuncta Galilaea vocatur, Arabiae vero et Aegypto proxima Peraea — Reliqua Iudaea diuiditur in toparchias decem, *etc.* Dedita ſacris incerti Iudaea dei Lucan. 2, 593.

IVDAEVS, a, um. Adi. [Ἰουδαῖος] *Qui ex* Iudaea *eſt.* Cic. de Provinc. Conſul. 10 Iudaei et Syri nationes natae ſeruituti. Apella Iudaeus Hor. Serm. 1, 5, 100. Quod pellem in parte genitali non habeat Porphyr. *Sed probabilius eſt* Apellam *eſſe proprium.* *Vid.* APELLA. Curti Hor. Serm. 1, 9, 70. Curtos dixit propter virilis membri reciſam pelliculam Porphyr. Cultaque Iudaeo ſeptima ſacra viro Ouid. de Arte Am. 1, 76. Recutiti Martial. 7, 29. Iuuen. Sat. 6, 546 Qualiacunque voles Iudaei ſomnia vendunt. *De* populo Iudaeo *vera falſis mixta paſſim veteres, v. g.* Tacit. Hiſt. 5, 2. Flor. 3, 6. Iuſtin. 36, 2. *Plutarch.* Symp. 4 Qu. 5. Petron. in Catal. p. 683 *Burm. necnon et Origenes contra* Celſ. 5.

IVDAĬCVS, a, um. Adi. [Ἰουδαϊκὸς] *Idem.* Cic. pro Flacc. 66 Aurum Iudaicum. Iuuen. Sat. 14, 101 Iudaicum ius ediſcunt. Superſtitio Quinctil. 3, 7. Velis Iudaicis pingitur India Claud. in Eutrop. 1, 357.

IVDAĬCE. Adu. Contradicere Iudaice atque apoſtatice Ep. Iuſtin. §. 1 Cod. l. 1 tit. 1.

IVDAĪZO, āre. Vulg. Interpr. Gal. 2, 14 *Iudaeorum more et legibus viuere.*

IVDAISMVS, i. m. *Mos et ritus Iudaeorum.* Vulgat. Gal. 1, 13 ſeq. Tertull. . .

IVDEX, IVDICATIO, IVDICIVM, *vid.* IVDICO.

IVDĬCO, āre. [κρίνω, δικάζω, διαγινώσκω] *Quaſi* Ius dicere. Varro de L. L. 5, 7 p. 56, 17 Hinc iudicare, quod tunc ius dicatur: *ſed proprie loquendo haec diſtincta eſſe mox obſeruabitur.* *Sed latius etiam patet, et ad omnes ſententias et cogitata, de quacunque re, noſtra, aliena, mente conceptas, ore vel ſcripto prolatas, etc. refertur.* Breviter et dilucide iudicare Quinctil. 4, 1. Ad poenitentiam properant, cito, qui iudicant P. Syr. Mim. Cominus iudicari Plin. 11, 42. Plaut. Rud. prol. 19 *de Ioue,* Iterum ille eam rem iudicatam iudicat. Perperam iudicare, Incorrupte atque integre, *vid. hh. ll.* Ter. Adelph. 5, 6, 5 Hominem maximi pretii eſſe hodie te iudicaui animo meo. Ab eorum conſiliis abeſſe iudicaſti Caeſ. ad Cic. Att. 10, 8. *i. decreuiſti.* Mihi iudicatum eſt Cic. Fam. 7, 33 *extr.* Aliquem exulem Nep. 23, 7, 7. Cic. Fam. 11, 7 Quae ſuum Conſulem hoſtem iudicauerunt, ſeque ad ſalutem Reipubl. defendendam contulerunt. Ter. Eun. 1, 2, 118 Atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet. Plura multo iudicant homines odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, *etc.* quam veritate Cic. de Orat. 2 c. 42. Id. de Amicit. 70 Sed vt mihi videris, non recte iudicas de Catone. *Add.* Ibid. c. 2. Pompeius de Caeſaris conſilio coniectura iudicans Caeſ. B. C. 3, 78. De meo ſenſu iudico Cic. in Catil. 4, 11. Caeſ. B. G. 7, 43 Nihil ſe propter inſcientiam leuitatemque vulgi grauius de ciuitate iudicare. *Simulabat Caeſar, ſe defectionis conſilia non toti ciuitati imputare.* Cic. de Amicit. 95 Concio, quae ex imperitiſſimis conſtat, tamen iudicare ſolet, quid interſit inter popularem, id eſt inter aſſentatorem, et leuem ciuem: et conſtantem, ſeverum et grauem. Cic. de Petit. Conſul. 19 In iis omnibus generibus, iudicato atque perpendito, quantum quisque poſſit. Idem de Amicit. 6 c. 2 Athenis vnum accepimus, et eum quidem Apollinis oraculo ſapientiſſimum iudicatum. Id. Diu. Verr. 15 Nunc vero, quum id ita perſpicuum ſit, vt oculis iudicare poſſitis, neſcio cur hoc mihi detrimento eſſe debeat. Plaut. Men. 1, 2, 21 Nam ego ad Menaechmum nunc eo, cui iam diu ſum iudicatus, vltro eo vt me vinciat. *h. e. Cui ſum adiudicatus, ſiue iudicis ſententia addictus.* Liu. 1, 26 Duumuiros, qui Horatio perduellionem iudicent ſecundum legem, facio. *i. eum perduellionis damnent.* Cic. Verr. 3, 152 Sed hoc miror, quomodo de quo homine praeiudicium noluerit fieri per recuperatores, de hoc ipſo non modo praeiudicarit, verum grauiſſime ac vehementiſſime iudicarit. Gell. 20, 1 Quantaeque pecuniae iudicatae eſſent, praedicabatur. Idem 1, 1 *non procul a fine,* Confeſſis igitur aeris, ac debiti iudicatis, triginta dies ſunt dati conquirendae pecuniae cauſa. Iudicatis, *i. Condemnatis.* *Sic* Liu. 6, 14 Centurionem iudicatum pecuniae quum duci vidiſſet, medio foro cum caterua ſua accurrit. Cic. pro Flacc. 48 Itaque recuperatores contra iſtum rem minime dubiam prima actione iudicauerunt. Iudicare aliquid ex aequo et bono Id. pro Caecin. 65 c. 23. Iudicare de re aliqua inter aliquos Id. de Orat. 1, 176. Cic. Q. Frat. 2, 12 Veſtra culpa haec acciderunt Equites Romani: Diſſolute enim iudicatis. Iudicauit iudicium inclitum inter deas tres, *de Paride* Cic. de Diuin. 1, 114 c. 50. Liu. 26, 3 Quum Tribunus bis pecunia anquiſiſſet, tertio capitis ſe anquirere diceret: Tribuni plebis appellati. Quum collegae negarent ſe in mora eſſe, quo minus quod ei more maiorum permiſſum eſſet, ſeu legibus ſeu moribus mallet, anquireret, quoad vel capitis, vel pecuniae iudicaſſet priuato: tum Sempronius perduellionis ſe iudicare Cn. Fuluio dixit: diemque comitiis a Caio Calpurnio Praetore vrbis petit. *Probabile mihi ſit* perduellionis indicaſſe Fuluio Sempronium, *cum anquiſitione peracta, et inuentis probatisque criminibus Fuluii, iam rogaret Populum, an vellet illum damnare capitis,* iudicare *ergo hic etiam eſt damnare per populum.* Cic. de Legib. 3, 6 Cum magiſtratus iudicaſſit, interrogaſſitue, per populum multas, poenae certatio eſto. Res iudicare *formula ſollemnis, i. iudicem eſſe, iudicare ſimpliciter.* *V. g.* Cic. Phil. 2, 20 c. 8 Viri fortiſſimi atque honeſtiſſimi, qui ordines duxerunt, res et iudicant et iudicauerunt. *i. Centuriones ſunt in Decuriis iudicum.* Cic. Verr. 2, 76 c. 31 Retinete hominem in ciuitate, — vt ſit, qui nobiſcum res iudicet. *Sic* Res iudicatae, *vid. mox* IVDICATVS. Seneca de Clement. 2, 7 Clementia liberum arbitrium habet, nec ſub formula, *(cui adſtricti ſunt iudices)* ſed ex bono et aequo iudicat. Contra ac Deiotarus ſenſit, victoria belli iudicauit, *i. cauſam Caeſaris et Pompeii decidit.* Cic. Phil. 11 c. 13. *Vid. Graeu. ad* Cic. Fam. 10, 10 *pr.* *Aliud* Iudicare *eſt, aliud* Ius dicere; *et quemadmodum ciuilibus in rebus Praetor non* cognoſcit, *neque* iudicat, *ſed* ius dicit; *ſic qui ab ipſo iudices ſunt dati, non* ius dicunt, *ſed* cognoſcunt *et* iudicant. *Praetor vrbanus non ſolebat* iudicare, *ſed cum iudices ab ipſo dati de controuerſia cognouiſſent, ac* iudicaſſent, *tum ille exſequebatur. Ideo in* Edictis Praetorum *plerumque legitur,* Iudicium dabo. *Quaedam tamen erant, in quibus nec* iudicabat, *nec* ius dicebat *Praetor vrbanus, ſed, omiſſa iurisdictione, imperio praetorio exſequebatur; vt cum reſtituebat in integrum, et nonnulla huiusmodi.* *Vid. Manut. de Legib. c. 19.* ¶ 2 *Obſ.* Iudicaſſit *pro* iudicauerit, *modo vidimus ex* Cic. de Legib. 3, 6. *A librariis ſolent confundi* Iudicare *et* Vindicare: *vid. Brouckhuſ. ad* Prop. 4, 11, 20.

IVDICĀTVS, a, um. Partic. [διαιτηθεὶς] Cic. Verr. 2, 118 Atque vt aliquando de rebus ab iſto cognitis iudicatisque, et de iudiciis datis dicere deſiſtamus. Appendicula cauſae iudicatae atque damnatae Id. pro Rabir. c. 4. Iudicatum facere, *pro Parêre iudicato, ſiue Perſoluere, quod iudex dependendum eſſe pronuntiauit:* Vlpian. l. 6 de Feriis Lege cautum eſt, ne his diebus iudicium fit, niſi ex voluntate partium: et quod aliter aduerſus ea iudicatum erit, ne quis iudicatum facere, neue ſoluere debeat: neue quis ad quem de ea re in ius aditum erit, iudicatum facere cogat. Cic. pro Flacc. 48 Quum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, et ab hoc ductus eſt.

eſt. Cic. pro Sull. 63 Status Reipubl. maxime iudicatis rebus continetur. Iudicium res iudicatas irritas facere Id. Phil. 11 c. 5. Liu. 6, 14 Eximendo de neruo ciues veſtros, prohibendo iudicatos, (*damnatos*) addictoſque duci. Cic. de Orat. 2, . . Qui iudicatum duci videt. *i. Condemnatum.* Non. 2, 458 *ex* Plauti Aſinaria (5, 2, 87) Male cubandum eſt, iudicatum me vxor abducit domum. ¶ 2 *Subſtantiue* Iudicatum, *res iudicata.* Cic. de Inuent. 2, 68 c. 22 De quo iam ante ſententia alicuius aut aliquorum conſtitutum eſt. *Conf.* Ibid. 1, 48 c. 30. Idem pro Flacc. 49 Frater meus pro ſua aequitate prudentiaque decreuit, vt ſi iudicatum negaret, in duplum iret. Iudicati confirmatio Cic. de Inuent. c. 40.

IVDICĀTIO, ōnis. f. *Cognitio, iudicatus. Graece* κρινόμενον, *Latine Id de quo agitur.* Cic. in Topic. 95. Idem de Inuent. 2, 15 Quaeſtio in coniecturali eadem, quae iudicatio. Quinctil. 3, 8 Non licet tibi agere mecum: cognitor enim fieri non potuiſti, iudicatio eſt, an potuerit? *Add.* Cic. de Inuent. 1 c. 13 et 14. *Iudicandi facultas:* Quinctil. 6, 5 Conſilium eſt ratio quaedam alte petita, habenſque in ſe et inuentionem et iudicationem.

IVDICĀTRIX, īcis. f. [κριτική] Quinctil. 2, 17 Ars inuentrix, et iudicatrix, et enuntiatrix.

IVDICĀTVS, ūs. m. [κρίσις] *Iudicatio, iudicandi facultas.* Cic. Att. 12, 19 De Cocceio et Libone, quae ſcribis, approbo: maxime quod de iudicatu meo reſponſum ſit.

IVDICĀTO. Adu. [προκρίτως] Gell. 14, 1 An ita ſerio iudicatoque pronuntiaret. *Proprie eſt Ablatiuus abſolutus, vt* Audito, *poſtquam auditum eſt.*

IVDICATORIVS, a, um. Adi. δικαστικὸν Gloſſ. Gr. Lat.

IVDICATORIVM, i. n. [δικαστήριον] *Iudicii locus.* Gloſſ. Gr. Lat.

IVDICABILIS, e. Adi. Mart. Capell. 5 p. 149.

IVDEX, icis. c. [κριτής, δικαστής] *Dicitur quaſi* Ius dicens populo: h. e. Iuris et aequitatis miniſter. Varr. de L.L. 5, 7 p. 56, 18 Hinc iudex, quod ius dicat accepta poteſtate. *Sed diuerſa eſſe iudicare et ius dicere monuimus. Add.* Iſid. 18, 15. Cic. pro Roſc. Amer. 84 L. Caſſius ille, quem Pop. Rom. veriſſimum et ſapientiſſimum iudicem putabat, identidem in cauſis quaerere ſolebat, cui bono fuiſſet? — Hunc quaeſitorem ac iudicem fugiebant — Tamen facile me paterer, vel ipſo acerrimo iudice quaerente, vel apud Caſſianos iudices, quorum etiam nunc ii, quibus cauſa dicenda eſt, nomen ipſum reformidant, pro S. Roſcio dicere. Iudex *et* quaeſitor *hic Synonyma ſunt: nempe* Iudex Quaeſtionis *intelligitur, de quo Sigonius de Iudiciis 2, 5. Apparet autem ſic vocatum praeſidem quendam iudicum, non ipſum tamen Praetorem, qui quaeſtionem, h. e. iudicium capitale exerceret. Intelligitur hoc praeſertim ex* Cluentiana Ciceronis. *Nam* 55 c. 20 Cum in conſilium iri oporteret, quaeſiuit ab reo C. Iunius, quaeſitor — clam an palam de ſe ſententiam ferri vellet? — *Tum* 74 c. 27 Conuicium C. Iunio, iudici quaeſtionis, maximum fecit, vt ne ſine Staleno in conſilium iretur. — *Denique* 79 c. 29 C. Iunium, qui illi quaeſtioni praefuerat, — hominem aedilicium iam praetorem opinionibus hominum conſtitutum — de ciuitate eſſe ſublatum. *Ergo* Iudex quaeſtionis, qui mittit iudices in conſilium, qui praeeſt quaeſtioni, *idem tamen* nondum Praetor. *Ab eo porro* Iunio *illud* iudicium *paſſim* Iunianum *vocatur.* Cic. Vatin. c. 14 Iudices quaeſtionum de proximis tribunalibus eſſe depulſos. Neminem voluerunt maiores noſtri non modo de exiſtimatione cuiuſquam, ſed ne pecuniaria quidem de re minima eſſe iudicem, niſi qui inter aduerſarios conueniſſet Cic. pro Cluent. 120. Morum iudex Iuuen. Sat. 4, 12. Candidus Hor. Epiſt. 1, 4, 1. Corruptus Idem Serm. 2, 2, 8. Critici Suet. Claud. c. 11. Editicii iudices *ab accuſatore editi in iudicio ambitus* Cic. pro Muraen. c. 23. Grauis Ouid. Amor. 3, 8, 56. Iniquus Idem Met. 13, 190. Iurati iudices, quae cognouiſſent, vt ea non eſſe facta, ſed vt videri pronuntiarent Cic. Acad. 4, 146 c. 47. Manipularis, *vid.* MANIPVLVS. Numarius, *Qui numis corruptus fuit:* Cic. Att. 1, 13 Inſectandis, exagitandiſque iudicibus numariis. *Conf.* Suet. Domit. c. 8. Obnoxius gratiae, Optimus, *vid. hh. vv.* Priuatus Suet. Claud. c. 14. *i. Qui cauſas priuatas et ciuiles diiudicat.* Iudice te Virg. Ecl. 2, 27. Pedaneus, *vid. ſub* PES. *Notabilem de iudicibus locum* Plinii 33, 1 ſ. 7 *totum ponemus:* Quod antea militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniae iudices tribuunt. (*i. pecuniis iudicatur, vtrum aliquis Eques Rom. ſit*) Diuo Auguſto decurias ordinante, maior pars iudicum in ferreo annulo fuit, iique non Equites, ſed Iudices vocabantur. Equitum nomen ſubſiſtebat in turmis equorum publicorum. (*Credo, de formulis ſollemnibus loquitur, et eo, quem nunc* ſtilum Curiae *dicimus*) Iudicum quoque non niſi quatuor decuriae fuere primo: vixque ſingula millia in decuriis inuenta ſunt, nondum prouinciis (*i. prouincialibus*) ad hoc munus admiſſis: ſeruatumque in hodiernum eſt, ne quis e nouis ciuibus in iis iudicaret. Decuriae quoque ipſae pluribus diſcretae nominibus fuere, Tribunorum aeris, et Selectorum, et Iudicum. Praeter hos etiamnum Nongenti vocabantur ex omnibus ſelecti ad cuſtodiendas ciſtas ſuffragiorum in comitiis. Et diuiſus hic quoque ordo erat ſuperba vſurpatione nominum, cum alius ſe Nongentum, alius Selectum, alius Tribunum appellaret. *Haec, et totus ille locus, peculiari diſputatione opus habent. Multa iam pulchre declarata poſt alios a Io. To. Krebſio Diſſ. de* Decuriis iudicum. *Qui, diuerſis temporibus Romae res iudicauerint, vid.* IVDICIVM n. 4. Capere iudicem, Citare iudices, Cogendi iudices inuiti, *vid. hh. vv.* Conſtituere iudicem de re aliqua Cic. pro Domo 33 c. 13. Contorquere iudicem ad laetitiam Idem de Orat. 2, 72. Id. Verr. 3, 152 De conuentu nullum vnquam iudicem nec recuperatorem dedit. *Add.* Ibid. 2 c. 12. Dicere ad iudices, *i. apud, vid.* AD *Praepoſit.* Eligere iudicem, *vid. paullo poſt,* Sortiri iudicem. Facere iratum iudicem aduerſario, *vid.* IRATVS. Ferre alicui iudicem, *vid.* FERO. Cic. pro Rabir. Poſt. 9 Accuſaui de pecuniis repetundis, iudex ſedi, Praetor quaeſiui, defendi plurimos. Idem pro Cluent. 105 A quibus ſi quis quaereret ſediſſentne iudices in C. Fabricium: ſediſſe ſe dicerent. Plin. in praef. Quamplurimum refert ſortiatur aliquis iudicem, an eligat. Cic. Fam. 6, 4 Flauius noſter de controuerſia quam habet cum Dyrrhachinis hereditariam, ſumſit te iudicem. *Sic pro Quintio c. 9. et pro Roſc. c. 4.* Sen. de Benef. 3, 7. ¶ 2 *Interdum* Conſul Rom. iudex *vocatus.* Liu. 3, 55 *extr. memorauerat legem Valeriam et Horatiam,* Vt qui tribunis pl. aedilibus, iudicibus, decemuiris nocuiſſet, eius caput Ioui Sacrum eſſet. *Deinde* Fuere, *ait,* qui interpretarentur eadem hac Horatia lege conſulibus quoque et praetoribus — cautum eſſe: iudicem enim conſulem appellari. Quae refellitur interpretatio, quod his temporibus nondum conſulem iudicem, ſed praetorem appellari, mos fuerit. *Etiam Prouinciae Praeſidem dictum interdum eſſe* iudicem, *oſtendit Bynkersh. Obſſ. 1, 2 p. 16. Qui eſſent* Iudices *in veteri lege apud* Liu. 3, 55 Vt qui tribunis pl., aedilibus, iudicibus, decemuiris, nocuiſſet, *diſputationes virorum doctorum, exhibet, nihil definire audet,* Drakenb. Iudices in ludis *dicti, qui ludos moderabantur, et controuerſias ortas dirimebant.* Suet. Neron. c. 12 Citharae coronam a iudicibus ad ſe delatam adorauit. Iudex morum Iuuenal. 4, 12. *Cenſor videtur.* Iudex cognitionum ſacrarum, *Praefectus vrbi, qui cognoſcebat ex delegatione principis.* Inſcript. *apud* Gruter. p. 284 n. 8 MEMMIVS. VITRASIVS. ORFITVS. V. C. ITERVM. PRAEFECTVS. VRBI. IVDEX. SACRARVM. COGNITION. TERTIVM. Iudex conſtitutionum ſacrarum, *Cui cura controverſiarum commiſſa eſt, quae ex conſtitutionum interpretatione ortae ſunt.* Inſcript. *apud* Gruter. p. 282 n. 3 ANICIVS. PAVLLINVS. IVN. V. C. CONS. ORDINARIVS. ET IVDEX. SACRARVM. CONSTITVTIONVM. ¶ 3 *Saepe, vt,* iudicare *ad quamcunque aeſtimationem, et ſententiam refertur, vt* Hor. A. P. 363 *de pictura,* Volet haec ſub luce videri Iudicis arguti quae non formidat acumen. Hor. Serm. 2, 7, 101 At ipſe Subtilis veterum iudex et callidus audis. Aequus aeſtimator et iudex rerum Cic. de Fin. 3, 6. Idem pro Sulla 50 c. 18 Ego non modo tibi non iraſcor, ſed ne reprehendo quidem factum tuum. Te enim exiſtimo tibi ſtatuiſſe, quid faciendum putares, et ſatis idoneum officii iudicem poſuiſſe. Id. Off. 1, 114 c. 31 Suum igitur quiſque noſcat ingenium, acremque ſe et bonorum et vitiorum ſuorum iudicem praebeat. *Et* Fam. 5, 2 *extr.* Ego dolori tuo — ignoſco — A te peto, vt tu quoque aequum te iudicem dolori meo praebeas. ¶ 4 *Obſ.* Iudex, *fem.* Ouid. Met. 2, 429 — De ceſpite virgo Se leuat, et Salue numen, me iudice, dixit. Poſteritas iudex Rutil. Itin. 1, 308. *A librariis permiſceri nomina* Iudex *et* Vindex, *vid. in* VINDEX.

IVDICIVM, i. n. [κρίσις, ψήφισμα] *Et actum iudicandi ſignificat, et collegium iudicantium, et ſententiam: interdum omnia complectitur, interdum modo vnum aut alterum notat.* Cic. pro Caecin. 6 Omnia iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt. Idem pro Cluent. c. 35 Non fuit igitur illud iudicium: iudicii ſimile, iudices, non fuit. Cic. Tuſc. 1, 1 His et talibus rationibus adductus Socrates, nec patronum quaeſiuit ad iudicium capitis, nec iudicibus ſupplex fuit. Id. pro Roſc. Com. 10 c. 4 Aliud eſt iudicium et arbitrium: iudicium eſt pecuniae certae, arbitrium incertae. Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem aut obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum, quantum poſtulauimus, conſequamur. *Add. quae ſequuntur, praeſertim* 25 c. 9 Quem per arbitrum circumuenire non poſſes, cuius ea de re proprium erat iudicium (*qui ea in cauſa ſententiam ferre debebat*) hunc per iudicem condemnabis, cuius de ea re nullum eſt arbitrium (*cum ad formulam adſtrictus ſit, vt non poſſit ex aequo et bono, quod hic opus eſt, pronuntiare*) Quin tu hoc crimen aut obiice, vbi licet agere: aut iacere noli, vbi non oportet. Capitale iudicium Quinctil. 4, 1. Cenſorum Cic. pro Cluent. 124 c. 44. Centumuirale, *v. h. v.* Coniunctum cum re, *i. tale, quod res poſtulat, verbo verum,* Cic. pro Cluent. 124 c. 44. Conſtupratum, *vid. h. v.* Corruptum Quinctil. 2, 12. *Vid.* CORRVMPO. Damnatorium, *vid.* DAMNO. Emtum ſtupratumque Cic. Att. 1, 18. Inuidioſum, Numarium, *vid. ſſ. ll.* Priuata, *de cauſa priuata* Nep. 2, 1, 3. Cic. Verr. 75 c. 30. Prudens ſincerumque Id. in Orat. 25. Publicum *interdum priuato opponitur, nempe quod eſt de cauſa publica, et apud populum in comitiis agitur, vt* Cic. Bruto 127 c. 33 *extr. Sed alio reſpectu omnia* iudicia *ſunt* publica, *vt* pro Archia c. 2. Purum Cic. de Inuent. 2, 60. Quadruplex iudicium, *idem quod Centumuirale.* Plin. Epiſt. 1, 18 Eram in quadruplici iudicio. *Add.* 4, 24 *pr.* Idem ibid. 6, 33 Femina ſplendide nata, nupta Praetorio viro, quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebant iudices centum et octoginta: tot enim quatuor conſiliis conſcribuntur. Stipatum tribunal: atque etiam ex ſuperiore Baſilicae parte, qua feminae, qua viri, et audiendi et viſendi ſtudio imminebant. Magna exſpectatio: Secutus eſt varius euentus: nam duobus conſiliis vicimus, totidem victi ſumus. Notabilis prorſus res et mira: eadem in cauſa, iiſdem iudicibus, iiſdem aduocatis, eodem tempore, tanta diuerſitas accidit. *Haec non ſatis intelligo; minus etiam, ſi conferam* Quinctil. 12, 5, 6 Habuit Oratores aetas noſtra copioſiores: ſed quum diceret, eminere inter aequales Trachallus videbatur: ea corporis ſublimitas erat, is ardor oculorum, vox quidem non vt Cic. deſiderat, paene tragoedorum, ſed ſuper omnes, quos ego quidem audierim, tragoedos. Certe quum in Baſilica Iulia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia (vt moris eſt) cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, et auditum eum et intellectum, et (quod agentibus caeteris contumelioſum fuit) laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini. Recuperatorium Cic. de Inuent. 2, 60. *Vid.* RECVPERATOR. Cic. Att. 4, 16 *ante med.* p. 431 *Graeu.* Senatus decreuit, vt tacitum iudicium ante comitia fieret, *etc.* Tacitum iudicium *vocat, Quod factum non ederetur. Hoc autem decreuit Senatus, vt qui nullo pudore prohiberentur ab effuſo ambitu, largitionem omitterent, quum intelligerent futurum, vt irrita eſſet deſignatio, ſi damnati tacito iudicio fuiſſent. Erat igitur ad cohibendam largitionis impudentiam quaſi frenum quoddam taciti iudicii timor. Manet.* Turpe, *fratre cum fratre litigante,* Cic. Fam. 9, 25. *Sed* pro Roſc. Am. c. 38 *quo damnari ignominioſum et turpe eſt, vt* Furti, Mandati, *etc.* Abſoluere ſe iudicio ab aliquo, *vid.* ABSOLVO. Cic. pro Quint. 41 Fatetur enim libellos Alphenum deieciſſe, vadimonium promiſiſſe: iudicium, quum acciperet in ea ipſa verba, quae Naeuius edebat, non recuſaſſe. *Sic* Accipere iudicium pro aliquo Cic. pro Quint. 63. Id. de Opt. gen. Orat. 20 Hunc igitur Cteſiphonem in iudicium Adduxit Aeſchines, *i. accuſauit. Vid.* ADDVCO. Adeſſe iudicio *et* ad iudicium, *vid. h. v.* Adire iudicii periculum Scribon. Ep. *fin.* Adumbrare iudicium, *vid. h. v.* Agi iudicium *dicitur* Plin. 9, 35. Arceſſere aliquem iudicio, Auferre iudicio, Cadere ſub iudicium, Calent iudicia, Circumueniri iudicio, *vid. hh. vv.* Quinctil. 4, 2 Aut ſi Cn. Pompeius, qui propter aliquam gratiam iudicium militibus armatis Clauſerat, tanquam aduerſus exiſtimaretur. Cic. pro Roſc. Amer. 11 Iudicium inter ſicarios hoc primum committitur. Condemnari maturo iudicio, *vid.* MATVRVS. Condonare iudicium

dicium alterius potentiae, *i. metu potentiae illius ſic, non aliter iudicare* Cic. Fam. 5, 18. Conflare iudicium Id. pro Roſc. Amer. 132. Conflictare iudicio, *vid.* Conflicto *ſub* CONFLIGO. Cic. . . Nunc meum iudicium multo magis confirmo, *etc.* Conſtituere in aliquem capitis iudicium, *vid.* CONSTITVO. Contaminare iudicium Cic. Diu. Verr. 70. Conticere iudicium Id. in Piſon. 26. Contradictum iudicium Vlpian. in l. Quum de conſuetudine D. de legib. Deducere rem aliquam in iudicium, *vid.* DEDVCO. Deferre iudicium a ſubſelliis in roſtra: *i. A iudicibus ad populum* Cic. pro Cluent. 6. Dictare iudicium Paullus in l. actione D. Pro ſocio. Differre alicuius rei iudicium Quinctil. 2, 4. Dimittere iudicium, *i. iudices* Cic. Verr. 70 c. 29. Dare iudicium, *vt Dare actionem:* Cic. Verr. 2, 30 Dubium nemini eſt, quia omnes omnium pecuniae poſitae ſint in eorum poteſtate, qui iudicia dant, et eorum, qui iudicant. *Sic* Id. ibid. 1, 137 c. 52. *Et* pro Flacc. 88 In Lurgoniſi libertum iudicium ex edicto Dedit. Edere iudicium Iulian. in l. Si ſine iudice D. Rem rat. haberi. Emendare vrbes iudiciis Quinct. 1 *pr.* Emtum ſtupratumque iudicium, *quo abſolutus Clodius* Cic. Att. 1, 18. Exercere iudicium Praetor *dicitur:* Cic. pro Cael. 1 Omnibus negotiis intermiſſis, vnum hoc iudicium Exercetur. *Add.* pro Arch. c. 11. Exercere iudicia alicuius rei Quinctil. 6, 1. Cic. pro Quint. 9 Praetor iudicium prius de probro quam de re maluit Fieri. Id. poſt Red. in Sen. 19 c. 8 Domeſticum hoſtem, ſi legibus vti liceret, iudicio eſſe Frangendum; ſin ipſa iudicia vis Impediret ac Tolleret, audaciam virtute, *etc.* Habuit nullum iudicium Atticus Cornel. 25, 6, 3 *nunquam accuſatus eſt: nam opponitur,* In ius de ſua re nunquam iit, *i. praetorem non adiit.* *Sic* Cic. Verr. 1, 139 c. 53 Id iudicium, quod prope omnium fortunarum ſuarum C. Muſtius Habuit, me vno defendente vicit. *Ad vtrumque litigatorum retulit* Cic. Verr. 2, 71 c. 29 Nam caeteri quoque impetrant, ne retineantur, qui ſe velle dicebant alterutri eorum, qui tum illud iudicium Habebant, adeſſe. *Vid.* Nactus eſt iudicium. *Sed aliter* pro Planc. 93 c. 39 *pr.* Tum Hercle me confitear, non iudicium, aliquod Habuiſſe de reip. vtilitate *(rationem habuiſſe publicae vtilitatis)* ſed hominibus amicum aut inimicum fuiſſe. Intendere iudicium Cic. de Aruſp. Reſp. 1. Iudicare iudicium inclytum Id. de Diu. 1, 114 c. 50. Id. Tuſc. 5, 63 M. Aquilium, et quia cum fugitiuis fortiter bellum geſſerat, iudicio liberauerunt. Moliri corruptelam iudicii, *vid.* MOLIOR. Salluſt. Iug. c. 4 Profecto exiſtimabunt me magis merito, quam ignominia iudicium animi Mutaſſe. Nactus eſt iudicium cum Confidio publicano Val. Max. 9, 1, 1. *i. ab illo accuſatus eſt.* *Vid.* Habere iudicium. Vlpian. in l. 2 §. 1 D. Si quis cautionibus, Si ad teſtimonium deſideratus, ad iudicium Occurrere non potuit: erit ei ſubueniendum. Opprimere iudicio, *vid.* OPPRIMO. Paſſuros ſe eſſe iudicium, Agyrinenſes dicebant Cic. Verr. 3, 68 c. 28. Perfundere iudicio Id. pro Roſc. Amer. 80. Tacit. Ann. 13, 27 Cuius iuſſu Perpetratum ingenuitatis iudicium erat. Praeeſſe iudicio Cic. pro Arch. c. 12 *extr.* Id. in Piſon. 97 Tum tu ipſe de te ſententiam tuliſti, tum iudicium Pronuntiaſti. Auct. ad Herenn. 19 Quod genus M. Druſus Praetor vrbanus, quod cum herede mandati ageretur, iudicium Reddidit, Sextus Iulius non reddidit. *Add.* pro Quintio 72 c. 22. Ter. Phorm. 2, 2, 57 At tu qui ſapiens es, magiſtratus adi, iudicium de eadem cauſa iterum, vt Reddant tibi. Cic. . . Simulac tute coeperis tua iudicia Reſcindere, *etc.* *Conf.* Id. pro Planc. 30. Silere iudicia Id. in Piſon. 32. Siſtere iudicio, *vel* in iudicium, *vid.* SISTO. Solicitare iudicium alicuius donis Ouid. Epiſt. 16, 80. Sortiri iudicium, *i. iudices* Cic. Verr. 2 c. 18. Stupratum iudicium, *vid. modo* Emtum. Subſcribere iudicium cum aliquo, *vid.* SVBSCRIBO. Tollere iudicia Cic. de Prouinc. Conſ. 46. Vlpian. in l. 1 §. Dolum D. de eo, per quem factum erit, quo minus quis in iudicio Siſtat. Si quis venienti ad iudicium aliquid pronunciauerit triſte, propter quod hic neceſſe habuerit ad iudicium non Venire. *Paullo poſt:* Si ex ſtipulatu conueniatur de poena, quod ad iudicium Venerit. Iulian. in l. 3 *eod. tit.* Si a fideiuſſore quinquaginta ſtipulatus fuero, ſi in iudicium non Venerit, petiturus a reo centum: et dolo Sempronii factum fuerit, ne in iudicium reus veniat: centum a Sempronio conſequar, tanti enim mea interfuiſſe videtur: quia ſi veniſſet in iudicium, actio mihi centum aduerſus eum competebat. Vicit iudicium Muſtius, *i. abſolutus eſt* Cic. Verr. 1, 139 c. 53. Vocare in *vel* ad iudicium Id. pro Corn. Balb. 1. ¶ 2 *Sed latius multo patet hoc nomen, et eandem fere habet rationem, quam de conſilio ſupra obſeruauimus. Nempe non ſententiam modo ſignificat priuatam, publicam, de quacunque re, ore, ſcripto, actu ipſo, et re, prolatam: ſed etiam fontem iudicii, i. facultatem a natura vel ab exercitatione, bene, male iudicandi. Ponamus quaedam per lancem velut ſaturam, quando omnia accurate digerere a tempore excluſi non poſſumus.* Acre terſumque iudicium Quinctil. 1, 6, 3. Acre et certum Cic. de Orat. 3, 181. Aurium Quinctil. 9, 4, 118. Idem in prooem. 4 Pr. 2 Cum vero mihi Domitianus Auguſtus ſororis ſuae nepotum delegarit curam, non ſatis honorem caeleſtium iudiciorum intelligam, niſi, *etc.* Circumſpectum, *vid.* CIRCVMSPICIO. Firmius Quinctil. 1, 8. Firma iamque extra periculum poſita Idem 2, 5. Graue ſubire Claud. in praef. de B. Get. 10. Intelligens, *vid.* INTELLIGO. Interruptum Liu. 4, 6 *extr.* Liberale Quinctil. 6, 3. Limatum et politum Cic. Fam. 7, 34. Nonnullum de ſuo ingenio iudicium fieri, Peracre, *vid. hh. vv.* Strictum, aſperum, nimis ratum Sen. Exc. Controu. l. 4 praef. Subtile Hor. Epiſt. 2, 1, 243. Sincerum et ſubtile Cic. Fam. 15, 6. Varia ſunt iudicia: vt in Graecis Id. in Orat. 36. Varia ſunt hominum iudicia, variae voluntates Plin. Epiſt. 1, 2. ¶ 3 *Verba:* Quinctil. 2, 4 Ita et ingenio gaudebant, et iudicio non Fallebantur. Fecit veſtrum iudicium, *i. Vobis iudicandi copiam dedit* Ter. Heaut. prol. 12. *Sed* Cic. Bruto *pr. de Hortenſio,* Cooptatum me ab eo in collegium (augurum) recordabar, in quo iuratus iudicium dignitatis meae Fecerat. Id. de L. Agr. 2, 1 Quare dignus ſummo veſtro honore iudicioque ſim, *i. conſulatu.* *Add.* pro L. Manil. *pr.* Caeſ. B. G. 1, 41 Gratias egit Caeſari decima legio, quod de ſe optimum iudicium Feciſſet, *quam praetoriam cohortem ille ſibi futuram dixerat.* Cic. pro L. Man. 43 c. 15 De quo homine vos — tanta et tam praeclara iudicia Feciſtis? *de imperiis Pompeio mandatis a populo loquitur.* Id. Fam. 13, 29 Vt primum per aetatem iudicium Facere potueris, quanti quisque tibi faciendus eſſet. *Add.,* Id. pro Flacco 93 c. 37. Facere iudicium de publica cauſa Cic. Att. 7, 33. *Add.* Fam. 11, 29. Cic. Fam. 16, 19 Si Flexerit aduerſus alios iudicium ſuum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio. Cic. Philipp. 1, 36 Et populi quidem Romani iudicia multa ambo Habetis. Anton. Cic. Att. 14, 13 Si bonitas tua reſponderit iudicio meo, quod ſemper Habui de te, gaudebo. *Aliter:* Cic. pro Planc. 95 Tum hercle me confitear non iudicium aliquod Habuiſſe de Reip. vtilitate. *i. Nihil reſpexiſſe Remp. vt p. a. obſeruabamus.* *Aliter* Cic. Fam. 6, 18 Quidquid iudicii Habuerim de dicendo, *i. intellexerim, iudicare potuerim.* Id. Att. 8, 3 Scripſique ſedatiore animo, nullum meum iudicium Interponens, ſed exquirens tuum. Quinctil. 1, 7 Iudicium autem ſuum grammaticus Interponat his omnibus. Oſtendere iudicium Idem 9, 4 *pr.* Permittere omnia iudicio alterius, *vid.* PERMITTO. Perpendere acri iudicio aliquid Lucret. 2, 1041. Praebere iudicia alicuius rei Quinctil. 1, 2. Praeditus iudicio minus firmo Cic. in Orat. . . Id. Off. 3, 110 Non enim ſuo iudicio ſtetit, ſed ſuſcepit cauſam, vt Eſſet iudicium Senatus. Subire iudicium graue Id. de Orat. 1, 125 c. 27. Subiicere ſe alicuius iudicio Ter. Phorm. 5, 8, 56. Cic. de Clar. Orat. 190 Qui vulgi opinione diſertiſſimi habiti ſint, eosdem intelligentium quoque iudicio Fuiſſe probatiſſimos. Emereri hominum iudicium, *i. bonam exiſtimationem.* Quinctil. in prooem. 4. Cic. Fam. 5, 19 Etſi meo iudicio nihil ad tuum prouinciale officium addi poteſt. Id. de Clar. Orat. 205 Intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem meo iudicio eſt poſtea conſecutus. *i. Opinione mea, ſiue quantum iudicare poſſum, et vt ſentio. Add.* Ibid. c. 8. Iudicio noſtro Virg. Ecl. 5, 18. Cic. Tuſc. 1, 1 Sed meum ſemper iudicium fuit, omnia noſtros aut inueniſſe per ſe ſapientius quam Graecos, aut accepta ab illis feciſſe meliora, *i. ita ſemper exiſtimaui.* Nep. 25, 10 *pr.* At ille ſui iudicii, *i. ſuum ſequens ſenſum et iudicium, non alienum.* Prudentiam *ſignificat in illo* Nep. 25, 15, 3 Non inertia, ſed iudicio fugit reip. procurationem. Cic. Fam. 5, 19 Magnum cepi fructum iudicii — tui — quod intelligo, te — nihil putare vtile eſſe, niſi quod rectum honeſtumque ſit. Sui iudicii rem non eſſe Caeſ. B. C. 1, 23. *Conf.* Ibid. c. 35. *Teſtamenta iudicia vocantur.* Sen. de Ira 2, 7 Alius iudicia patris accuſat, quae mereri ſatius fuit. *Querelam inofficioſi teſtamenti intelligit. Vid.* de Benef. 4, 11 Nunquam diligentius damus, nunquam magis iudicia noſtra torquemus, *etc. de teſtamentis loquitur. Frequens admodum eſt ICtis.* *Sic* Supremum iudicium *vocat* Vlpian. l. 20 §. 3 Familiae erciſc. Extremum iudicium l. 20 C. Th. de Epiſcopis. ¶ 4 *Hiſtoria iudiciorum et iudicum apud Romanos ex Manut. de Legib. Rom. c. 15 et Eius Comment. ad Epiſt. ad Qu. Ciceronem excerpta olim et in Stephani theſaurum relata, quam huc reponere viſum eſt immutatam, niſi quod Birrii V. C. citationes adiecimus. Satis eſt obſcura et perturbata iudiciaria cognitio, itaque ſtudioſis vtile futurum putamus, ſi quae legendis veterum libris obſeruauimus, aſſerantur, ſic enim aut tota res patebit, aut certe minus obſcura videbitur. Ac primum illud ponam, decem leges a me eſſe notatas, quae diuerſis temporibus Romae de iudiciis latae ſint,* Semproniam, Seruiliam, Liuiam, Plotiam, Corneliam, Vatiniam, Aureliam, Pompeiam, Iuliam, Antoniam: *quibus de ſingulis agendum eſt. Ante C. Sempronii Gracchi tribunatum ſoli ſenatores, vetuſtiſſima, vt opinor, Romuli lege, iudicabant, exceptis cauſis, in quibus de pecuniis ob iudicandum captis ageretur, nam de his ad equites quaeſtio pertinebat, idque non antiquum fuiſſe, ſed tributum eſſe equeſtri ordini aetate Ti. Sempronii Gracchi Tiberii, et C. patris, qui etiam ſenatum, quod id fieri paſſus eſſet, reprehenderit, cum futuras ex eo publicas diſcordias calamitatesque praediceret; Appianus hiſtoriae ſuae libro 1. ſcriptum reliquit. C. Gracchus, Tiberii filius, Tribun. pleb. Cn. Domitio Ahenobarbo et C. Fannio Nepote COSS. legem tulit, quam paucis ante annis frater eius Tiberius ferre conatus erat, vt equites ſoli iudicarent, ſic enim ex Velleio, Pediano, Appiano, Cicerone ipſo cognoſcitur. Poſtea Q. Seruilius Caepio conſul, qui poſtea cum Cimbris male pugnauit, legem rogauit, vt cum equitibus, qui antea lege C. Gracchi ſoli iudicauerant, etiam ſenatores iudicarent: hanc tamen legem, quam et Caſſiodorus, et Obſequens, et* Cicero *ipſe latam ſignificant, non multo poſt eſſe abrogatam, ex eo ſuſpicor, quod paucis poſt annis C. Norbanum, qui accuſante Caepione damnatus erat, non ab equitibus et ſenatoribus, ſed a ſolis equitibus eſſe iudicatum,* Cic. de Oratore 2, 199 *declarat his verbis,* Animos equitum Romanorum, apud quos tum iudices cauſa agebatur, ad Q. Caepionis odium, a quo erant ipſi propter iudicia abalienati, renouabam, atque reuocabam. *Facit etiam mecum illa ratio, quod, quum M. Liuius Druſus Tribunus pleb. Philippo et Caeſare COSS. legem tulerit, vt cum equitibus ſenatores iudicarent; manifeſtum eſt, ſolos equites ante Druſi tribunatum iudicaſſe. Praeterea, ſcriptum eſt apud* Ciceronem in oratione pro C. Cornelio, non ante legem Plotiam ſenatores cum equitibus iudicaſſe, *at,* legem Plotiam Pompeio, Strabone, et Porcio Catone COSS. latam eſſe, Pedianus *docet, ex quo, legis Seruiliae de communicandis inter equites et ſenatores iudiciis nullam habitam eſſe rationem, ac ne Liuiae quidem, quae id ſanxit, facile eſt cognoſcere. Poſt Caepionem M. Liuius Druſus tribunus pleb. eius Druſi filius, quo Tribuno pleb. ad labefactandam C. Gracchi potentiam ſenatus vſus erat, L. Marcio Philippo Sextum Iulio Caeſare COSS. tulit ad populum, vt cum equitibus ſenatores cauſas cognoſcerent, cuius legis, Philippo conſule referente, S. C. ſublatis, in eundem, quo antea fuerat, ſtatum re iudiciaria reſtituta, ſoli equites ex lege Gracchi iudicarunt. Anno deinde interiecto, M. Plautius Silanus Tribun. pleb. Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone COSS. qui fuit annus belli Italici ſecundus, tulit ad populum, vt ſingulae tribus e ſuo numero quinos denos, per annum iudicaturos, ſuffragio crearent, quo factum eſt, vt ſenatores quoque in eo numero eſſent, et quidam etiam ex ipſa plebe. Poſt victor Sulla, dictator primus Reip. conſtituendae cauſa factus, infenſus equitibus, quia pro Cinnanis partibus ſteterant, legem tulit, vt nemo, niſi qui ſenator eſſet, iudicare poſſet, quod ante C. Gracchi tribunatum fieri ſolitum eſſe diximus. Sulla mortuo, quod ille ſanxerat, per annos XI ſeruatum eſt, hoc eſt vsque ad Cn. Pompeii et C. Craſſi primum conſulatum: quo anno L. Aurelius Cotta praetor populum rogauit, populusque iuſſit, vt tres ordines; ſenatores, equites, tribuni aerarii ſimul iudicarent, tametſi, et centurionibus aditum ad res iudicandas patuiſſe hac ipſa lege, et ſequentibus duabus, de quibus dicemus, Pompeia, et Iulia, cenſu tamen praefinito,* Cic. *docet in* Philippica 1, 20. *Videtur autem* Paterculus, *niſi mendoſi libri ſunt, neque tempus, neque ſententiam huius legis perfecte nouiſſe: qui* 2, 32 legem a Cotta latam per id tempus *ſignificet,* quo Gabinius Tribunus pleb. rogationem tulit, vt Pompeius contra piratas ſummo cum imperio mitteretur, *quod falſum eſſe conſtat. nam Gabinius biennio poſt Pompeii conſulatum, hoc eſt Piſone et Glabrione COSS. eam legem tulit: quod et* Velleius 2, 31 *ipſe aſſerit, et inde facile licet exiſtimare, quod, abſoluto bello piratico, ſtatim C. Manilius Tri-*

Tribunus pleb. tulit ad populum, vt Mithridaticum bellum Pompeio mandaretur, id Plutarchus Velleiusque 2, 33 *confirmant. Maniliam autem legem Cicerone praetore latam eſſe, luculenta ipſius oratio declarat: porro Ciceronem geſſiſſe praeturam Lepido et Tullo COSS. qui fuit annus poſt Piſonis et Glabrionis conſulatum proximus, quis eſt qui ignoret? teſtem habemus* Pedianum in pr. Cornelianae: *vt alia, quae facile probarent, argumenta praetermittam. tulit igitur de piratico bello rogationem Gabinius tribun. pleb. Piſone et Glabrione COSS. At Cotta, quum rogationem de iudiciis eo anno tulerit, quo deſignatus aedilis Cicero Verrem accuſauit, defendente Hortenſio conſule deſignato; plane videtur eo anno tuliſſe, quo Pompeius et Craſſus conſules fuerunt. quod aperte Dio narrat. Hoc de tempore. Quod ad ſententiam attinet; non video, quî probari poſſit id, quod idem narrat, Cottam iudicandi munus inter equites et ſenatum aequaliter eſſe partitum; quum eam poteſtatem non his modo, ſed praeterea tribunis aerariis eſſe permiſſam, ſexcenti loci demonſtrent: niſi forte illud, (libenter enim tueor antiquitatem) aequalitatem inter vtrumque ordinem partitus eſt, ideo Paterculus dixit, vt ſignificaret, non ſolum ſenatum, vt antea, ſed equeſtrem pariter ordinem poſt legem Aureliam iudicaſſe: vt aerarios tribunos, qui deinde cum ſenatoribus et equitibus iudicarent, etſi non nominauit, non tamen excluſiſſe videatur, quo modo et* Cic. in Verrem 3, 177 *locutum videmus. ait enim, quum Cottae legem ſignificet:* Iudicium de iudicibus, et de te futurum eſt: at quo tempore futurum eſt? nempe eo, quum populus Roman. aliud genus hominum, atque alium ordinem ad res iudicandas requirit; nempe ea lege de iudiciis iudicibusque nouis promulgata. Alium ordinem, *dixit, quum tamen non vno de ordine, ſed de tribus, hoc eſt de Senatoribus, equitibus, tribunis aerariis in ea lege mentio fieret. Eodemque modo, quum cenſorum iudicia reſciſſa eſſe iudicum ſententiis, ſignificare vellet,* in oratione pro Cluentio 121 *loquutus eſt.* Senatores, *inquit*, equiteſque Romani in compluribus iam reis, quos contra leges pecunias accepiſſe ſubſcriptum eſt, ſuae potius religioni, quam cenſorum opinioni, paruerunt. et in Diuinatione 8 Iudiciorum leuitate ordo quoque alius ad res iudicandas poſtulatur. Pedianus *etiam* in commentario 2 orationis in Verrem, Act. 1, 2 Cottam, *inquit*, Praetorem ſignificat, qui legem promulgarat de reſtituendis equeſtri ordini iudiciis. *quum tamen Cottae lex non de vno equeſtri ordine, ſed de Senatoribus, equitibus, tribunis aerariis mentionem faceret. Plutarchus etiam in Pompeio iudicia ad equites, ait, eſſe translata: quum tamen lege Cottae inter tres ordines eſſent communicata. Quod ſi quis putat in vno ordine, quem Cicero ad res iudicandas requiri ſignificat, ſimul cum equitibus tribunos aerarios intelligi: opinione fallitur. nam Senatores, equites, tribuni aerarii, non ordines duo, ſed tres a ſcriptoribus antiquis appellantur. itaque* Pedianus in commentario Cornelianae, *poſt pr.* L. Cotta, *inquit*, lege ſua iudicia inter tres ordines communicauit, Senatum, equitem, tribunos aerarios: et in commentariis duarum orationum, in Piſonem, in extremo; pro Milone, in principio. Lex Vatinia *ſecuta eſt. tulit enim eam, vt opinor, P. Vatinius tribunus pleb. Caeſare et Bibulo COSS. qua ſententia, nondum inuenire potui: Sed fuiſſe popularem, quum Vatinius Senatum, Senatus illum vehementer oderit, facile poſſum exiſtimare.* Lex Pompeia, *quam tulit Cn. Pompeius Magnus in conſulatu 2, nihil ab Aurelia de tribus ordinibus diſcrepabat, (nam poſtea de tribus ordinibus iudicantibus exempla multa ſunt, maximeque apud Pedianum) ſed ex ampliſſimo cenſu, e centuriis legi iudices iubebat.* Iulia, *quam C. Iulius Caeſar, verum potius, tulit, iudicia ad duo genera iudicum redegit, equeſtrem ordinem, ac ſenatorium: tribunos aerarios, quod erat tertium, ſuſtulit* Sueton. in Caeſ. c. 41. Antonia *conſularis, M. Antonii, qui Triumuir fuit, hoc ſanxit, vt ad duas iudicum decurias accederet tertia e centurionibus, hoc eſt, vt cum equitibus, et Senatoribus (tertium enim ordinem, tribunos aerarios lex Iulia ſuſtulerat) centuriones iudicarent, quod genus hominum ne ſuperiores quidem leges, Iulia, Pompeia, Aurelia, iudicandi iure excluſerant; ſed praeſcripſerant, quo cenſu eos eſſe oporteret: ſicuti Senatoribus quoque, et equitibus et tribunis aerariis cenſus erat praefinitus: quum in* iudice, *vt ait* Cic. Philipp. 1, 20. et fortuna ſpectari deberet, et dignitas. *Antonii vero lex plus aequo impudens et diſſoluta, quae rationem cenſus nullam habuit, omnibus, quicunque ordinem duxiſſent, iudicandi poteſtatem permiſit. atque hanc Antonii legem de tribus decuriis non eſſe abrogatam, quum ille hoſtis iudicatus eſt, quum eiusdem legem de ſacerdotiis abrogatam eſſe videam, e* Suetonio *cognoſcitur: qui* in Auguſto c. 32 *ita ſcripſit:* Ad tres iudicum decurias quartam addidit, ex inferiore cenſu, quae ducenariorum vocaretur, iudicarentque de leuioribus ſummis. *Haec de ordine iudiciorum, pro variis legibus, vario. De numero autem iudicum, lex Gracchi CCC fecit, omnes ex equeſtri ordine, totidem, quot antea Senatores iudices fuerant: lex Druſi CCC equites, et CCC ſenatores, numero pari: lex Plautii DXXV: iuſſit enim ex ſingulis tribubus, quae XXXV erant, quinos denos creari: lex Sullae CCC omnes ex ordine ſenatorio. lex Aurelia cum lege Sullae de numero, vt opinor, congruebat, quum in ordinibus diſcreparet. nam libro* Epiſt. Fam. 8, 8 de iudicibus CCC, *quum lex Aurelia ſeruaretur, mentionem fieri video. quod ſi ita eſt, auctum deinde numerum eſſe lege Pompeii, vere dicemus:* quia Velleius 2, 76 *pr.* auum ſuum inter CCCLX a Pompeio lectum eſſe *narrat, eundemque numerum Plutarchus in Pompeio tradidit. Lex Caeſaris, quum de tribus ordinibus vnum, vt diximus, ſuſtulerit; numerum ſimul iudicum, vt ego ſentio, commutauit. Lex Antonii, quum tertiam decuriam addiderit; ſatis liquet, eorum, qui res iudicarent, ampliorem numerum eſſe factum, quem rurſus et ab Auguſto eſſe auctum, quum ad tres decurias quartam addidit, facile cognoſcitur. De iudicum aetate legem fuiſſe, ne quis intra XXX aetatis annum iudicaret, facile poſſum ex eo conicere, quod Suetonius de Auguſto ſcripſit: Iudices a XXV aetatis anno elegit,* id eſt quinquennio maturius, quam ſolebant. Calliſtratus *quidem* Iuriſconſultus, l. 41 D. de recept. qui arb. lege Iulia cautum eſſe, *ait*, ne minor annis XX indicare cogeretur, neue minorem annis XX compromiſſarium iudicem liceret eligere. *Sanxit idem eadem lege, vt opinor, de numero patronorum, nam ante L. Domitii Ahenobarbi et Ap. Claudii Pulchri conſulatum, raro quiſquam pluribus, quam quatuor, patronis vſus erat: his conſulibus M. Scaurum, de repetundis accuſatum, ſex defenderunt. eoque progreſſa res eſt, vt eadem cauſa poſt bella ciuilia nonnunquam a duodecim patronis ageretur. cui licentiae, vt in* Pediano in Or. pro M. Scauro *pr. ſcriptum eſt,* C. Caeſar dictator lege modum impoſuit. *Et fortaſſe idem Caeſar, qua in lege de numero patronorum, in eadem tulit de ratione iudicandi; quod* Gellius 14, 2 *ſignificare videtur his verbis:* Atque in rerum quidem diffiſſionibus, comperendinationibusque, et aliis quibusdam legitimis in rebus ex ipſa lege Iulia, et ex Sabini Maſſurii, et ex quorundam aliorum iuriſperitorum commentariis commoniti ſumus. *Legimus etiam apud* Priſcianum 18 fol. 225, a *Ald.* de lege Laetoria, quae minorem annis XXV ſtipulari vetabat. *Addatur aliquid de perſonis, quae iudicare poſſent, et de cauſis, in quibus poſſent, tum de indiciis, deque teſtimonii dicendi poteſtate. ac primum illud ponatur, legibus eos iure iudicandi non eſſe excluſos, quos ignominia cenſores notaſſent. id* Cicero *ſignificat his verbis* in oratione pro Cluentio 120 In omnibus legibus, quibus exceptum eſt, de quibus cauſis aut magiſtratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accuſare, haec ignominiae cauſa praetermiſſa eſt. timoris enim cauſam, non vitae poenam, in illa poteſtate eſſe voluerunt. *et ibidem, paullo poſt,* Praetores vrb. qui iure debent optimum quemque in ſelectos iudices referre, nunquam ſibi ad eam rem cenſoriam ignominiam impedimento eſſe duxerunt. *Poſtea tamen inductum video lege Iulia, vt Senatu moti iudicare non poſſent, quod et lege Caſſia, de Senatoribus, traditum eſt; et Paullus quoque ſignificat. Turpi autem iudicio damnatis ademtam eſſe iudicandi poteſtatem, idem* Cicero in eadem oratione, *paullo ante,* 119 *demonſtrat:* Quod ſi, *inquit*, illud iudicium putaretur: vt caeteri, turpi iudicio damnati, in perpetuum omni honore, ac dignitate priuantur; ſic hominibus ignominia notatis, neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus eſſet. *Turpia vero, famoſaque iudicia erant, calumniae, praeuaricationis, furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo, pro ſocio, mandati, tutelae, depoſiti, et alia quaedam a* Iuliano memorata Digeſt. 3 l. 1 de his, qui not. inf. Famoſos etiam, non minus, quam qui turpi iudicio damnati eſſent, Pegaſus et Nerua filius eos iudicarunt, qui quaeſtus cauſa in certamina deſcendiſſent, aut propter praemium in ſcenam prodiiſſent. athletas autem, quia ludicram artem non facere, ſed virtutis gratia exerceri viderentur, infamia liberabant Sabinus et Caſſius. *quae ſcripta ſunt apud* Vlpian. l. 2 *fin. t. eod. et* l. 4 Athlet. *Praeterea, quum ab eodem ita traditum ſit* libro Digeſt. 48 l. 4 Is, qui D. de accuſ. et inſcript. qui iudicio publico damnatus eſſet, eum ius accuſandi non habuiſſe, niſi ſi libertorum, vel patronorum ſuorum mortem, vel rem ſuam exſequeretur; *conſentaneum videri poteſt, eundem iudicandi munere excluſum, quanquam ad rationem accedit auctoritas: nam ita ſcriptum poſtea comperi apud* Marcellum iuriſconſultum. Omnes etiam de vi priuata damnatos, iudicare lex Iulia prohibebat. qua de re Martianus his verbis lib. Digeſtorum 48 l. 1 *pr.* ad l. Iul. de vi priu. De vi priuata damnati pars tertia bonorum ex lege Iulia publicatur: et cautum eſt, ne ſenator ſit, aut decurio, aut vllum honorem capiat: neue in eum ordinem ſedeat, neve iudex ſit. *Huc illa pertinent, quae tradita ſunt* a Paullo iuriſconſulto l. 12 cum praetor §. 2 non autem D. de Iudiciis, *quae ſeruata credimus etiam Reipublicae temporibus; nihil enim a iure, aut aequo diſſentiunt.* Quidam, *inquit*, lege impediuntur, ne iudices ſint; quidam moribus: quidam natura. natura, vt ſurdus, mutus, et perpetuo furioſus, et impubes, quia iudicio carent: moribus, vt feminae, et ſerui; non, quia non habeant iudicium: ſed, quia receptum eſt, ne ciuilibus fungantur officiis: lege, qui Senatu motus eſt. qui vero poſſunt eſſe iudices, nihil intereſt, in poteſtate, an ſui iuris ſint. *Cum iudicibus recte coniungentur teſtes. itaque ſubſcribemus ea, quae de teſtimonio dicendo idem* Paullus *tradidit*, l. 4 lege Iul. D. de teſtib. Lege, *inquit*, Iulia, et Papia iudiciorum publicorum cauetur, ne cui inuito denuncietur, vt teſtimonium dicat aduerſus ſocerum, generum, vitricum, priuignum. Caſſius *etiam* Longinus, *cuius libri non exſtant; ſed eorum teſtimonio* Martianus Digeſt. lib. 1 vtitur; *putabat*, ei, qui ob turpitudinem Senatu motus, nec reſtitutus eſſet, non licere, neque iudicare, neque teſtimonium dicere: quia lex Iulia repetundarum ea fieri vetaret. *Calumniae damnatis publico iudicio quid licuerit, ſatis aperte* Papiniani *praeclara ſane verba demonſtrant*, l. 13 quaeſitum D. de teſtib. Quaeſitum, *inquit*, ſcio, an in publicis iudiciis calumniae damnati teſtimonium iudicio publico perhibere poſſint. ſed neque lege Rhemmia prohibentur: et leges Iuliae de vi, repetundarum, peculatus eos homines teſtimonium dicere non vetuerunt. veruntamen, quod legimus, omiſſum eſt; non omittetur religione iudicantium: ad quorum officium pertinet, eius quoque teſtimonii fidem, quod integrae frontis homo dixerit, perpendere. *Mulieribus quoque videtur licuiſſe teſtimonium dicere: ſi quidem non licuiſſe de adulterio damnatis,* Paullus *indicat his verbis*, l. 18 ex eo D. de teſtib. Ex eo, quod prohibet lex Iulia de adulteriis teſtimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur, etiam mulieres teſtimonium in iudicio dicendi ius habere. *Dictum eſt de iudicio, et teſtimonio: ſupereſt de indicio. Senatori indicium profiteri ſaluis legibus non licebat, aliis impunitas dabatur, nec tamen omnibus in cauſis, ſed proditionis, maieſtatis, et ſi quid huiusmodi: in cauſa repetundarum non dabatur: itaque nec per iudices agi ſolitum eſſe legimus. Non eſt ab hoc genere aliena Memmia lex:* quae, ſi vocarentur in iudicium ii, qui Reipublicae cauſa abeſſent, eorum recipi nomina vetabat. *Itaque C. Caeſar, quum in Prouinciam, peracto conſulatu, abiiſſet, et ab* L. Antiſtio tribuno pleb. Romae appellatus eſſet, appellato collegio obtinuit, ne, cum Reipubl. cauſa abeſſet, reus fieret. Sueton. Iul. c. 23. *Non abhorret a legibus de iudiciis lex illa, quam C. Calpurnio Piſone, M. Acilio Glabrione COSS. C. Cornelius tribunus pleb. tulit,* vt Praetores ex edictis ſuis perpetuis ius dicerent: quum antea, vt quiſque auaritia, aut ambitione ducebatur, varie ius dicere conſueſſent. *de quo ſcriptum eſt* apud Pedianum in commentario Cornelianae. *Sortiebantur autem iudices de tribus ordinibus, id eſt Senatoribus, equitibus, tribunis aerariis, primum quaeſtores vrb. deinde Praetor vrb. Ita fiebat, vt non modo praetorii, verum etiam conſulares interdum vna cum iis, qui nullos geſſerant magiſtratus, iudicarent. Dies autem, quos reo Praetor dabat, vt adeſſet in iudicio, decem erant. Sic* ad Quintum fratrem 2, 13 *pr.* Decimus erat Caelio dies. et Pedianus in commentario Cornelianae, Quum, *inquit*, L. Caſſius praetor decimo die, vt mos eſt, reum adeſſe iuſſiſſet, eoque die ipſe non affuiſſet: circumuenti ſunt ante tribunal eius accuſatores a notis operarum ducibus.

IVDICIŎLVM, i. n. Dimin. Ammian. 27, 11 Iuſte an ſecus non eſt iudicioli noſtri.

IVDICIĀLIS, e. Adi. [κριτικὸς, δικανικὸς] *Quod ad iudicium pertinet.* Annus iudicialis, *vid.* ANNVS. Iudiciale genus dicendi: Cic. de Inuent. 1, 7 Iudiciale eſt, quod poſitum in iudicio habet in ſe accuſationem et defenſionem, aut petitionem et recuſationem. Id. Att. 2, 1. *et* in Bruto c. 83. Quinctil. 2, 1. Cauſae Auct. ad Her. 2, 26. Conſuetudo Cic. pro Arch. c. 12. Regnum, *vid.* Regnum, *in* REGO. Suppreſſiones Idem pro Cluent. 68. Moleſtia Cic. Att. 13, 6. Oratio Id. Orat. c. 51.

IVDICIALITER. Adu. Sidon. Epiſt. 5, 15.

IVDICIARIVS, a, um. Adi. [δικαστικὸς] *Quod ad iudicem, ſiue iudicium pertinet.* Cic. Verr. 1, 5 c. 2 Vt finis aliquando iudiciariae Controuerſiae conſtitueretur, *quis iudicare debeat, Senatus, an ordo Equeſtris, an tres ordines? de qua re modo vid.* IVDICIVM, n. 4. Cic. in Piſon. 94 c. 39 Ecquid vides, ecquid ſentis, Lege iudiciaria lata, quos poſthac iudices ſimus habituri? Id. pro Cluent. 72 Hic ille planus improbiſſimus Quaeſtus iudiciario paſtus, *etc.* Res iudiciaria Cic. Verr. 2, 31.

I V E

IVERNIA, ae. f. [Ἰκερνία] *Ptolemaeo 2, 2.* IERNA *Straboni;* Caeſari HIBERNIA; Plinio, Melae *et* Iuuenali IVVERNA *dicitur.* Iuuen. Sat. 2, 158

— Arma quid vltra
Litora Iuuernae promouimus et modo captas
Orcadas, *etc.*

Claudian. Conſ. Hon. 4, 33 Scotorum cumulos fleuit glacialis Iernae.

I V G

IVGALIS, IVGAMENTVM, IVGARIVS, IVGATVS, *vid.* IVGVM.

IVGĔRVM, i. *(cuius etiam Genit.* Iugeris, *Abl.* Iugere *et* Iugeribus *inuenitur)* n. [πλέθρον, πέλεθρον] Iugerum vocabatur (*inquit* Plin. 18, 3) Quod vno iugo boum in die exarari poſſet. Colum. 5, 1 *dicit* Gallos ſemiiugerum, *arepennem vocare.* Varro de R. R. 1, 10 In Hiſpania vlteriore metiuntur iugis: in Campania verſibus: apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. Iugum vocant, Quod iuncti boves vno die exarare poſſint. Verſum dicunt, Centum pedes quoquo verſum quadratum. Iugerum, Quod quadratos duos actus habeat. *Add.* Varro de L. L. 4, 4. *et apud* Non. 1, 265. Quinct. 1, 10. Tibull. 2, 6, 24 Vt multo innumeram iugere paſcat ouem, *quam lectionem tuetur Brouckh. aduocato etiam Graeuio, qui* Cic. Verr. 3 c. 47 *bis* Iugere *e MSS. legendum cenſet.* Iuuen. Sat. 9, 60 Quantum erat exhauſti lumbos donare clientis Iugeribus paucis. Caeſ. B. Ciu. 1, 17 Militibus in concione agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur, quadraginta in ſingulos iugera. *Vid.* Cic. Att. 2, 16. Colum. 5, 1, 5 Actus quadratus vndique finitur pedibus CXX, hoc duplicatum facit iugerum: et ab eo, quod erat iunctum, nomen iugeri vſurpauit. *Add.* Quinct. 1, 10, 42. Arat falerni mille fundi iugera Hor. Epod. 4, 13. Ieiuna ſoli iugera Sen. Herc. Oet. f. 2. Forenſia iugera Varr. R. R. 1, 2, 9 *eademque* Liciniana, *de quibus* C. Licinius tribunus pleb. *in foro ſolebat agere cum populo et* ſeptem *illis promittere de agro publico.*

IVGERĀLIS, e. Adi. Tabula iugeralis Pallad. 3, 9, 9.

IVGERATIO, ōnis. f. [Gloſſ. Gr. Lat. ζυγάτιον.] *Adde* Auct. de Limit. p. 253. Frontin. de Colon. p. 146. *et Rigalt. Gloſſ. it. Goeſ. Ind. Scriptorum de Re Agrar. Breuiter, eſt diuiſio et aſſignatio agrorum per iugera.*

IVGERĀTIM. Adu. [κατὰ πέλεθρα] *Per ſingula iugera.* Colum. 3, 3, 3 Vt primae vineae centenas amphoras iugeratim praeberent.

IVGIS, *vid.* IVGVM.

IVGLANS, andis. f. *quae et* Nux iuglans *dicitur,* [κάρυον βασιλικὸν, διὸς βάλανος] *Nonnulli a* Iuuando *et* Glande *appellatam putant. Alii quaſi* Iouis glandem *exiſtimant vocatam: quod haec arbor nuces habeat ſuauiori ſapore, quam glandes.* Varro de L. L. 4, 21 p. 26, 34 Iuglans, quod haec nux ante quam purgetur, ſimilis glandi. Haec glans optima et maxima ab Ioue et glande iuglans eſt appellata. *Vid.* Plin. 15, 22 *qui eſt locus velut claſſicus.* Cic. Tuſc. 5, 58 c. 20 Inſtituitque, vt candentibus iuglandium putaminibus barbam ſibi et capillum adurerent. *Vid.* Seru. *ad* Virg. Ecl. 8, 30. Iſid. Orig. 17, 7.

IVGO, *vid.* IVGVM.

IVGŬLA, ae. f. Stella Orion, quod amplior ſit caeteris, quaſi nux iuglandis, *nugatur* Feſtus. *Sed aliter* Varro de L. L. 6, 3 p. 74, 23 Iugula ſignum eſt, quod Accius appellat Oriona — Huius ſigni caput dicitur e ſtellis quatuor, quas infra duae clarae, quas appellant humeros: inter quas quod videtur iugulum: vnde iugula dicta. Iſidor. Orig. 3, 70 Hunc Latini Iugulam vocant, quod ſit armatus, vt gladius, et ſtellarum luce terribilis atque clariſſimus. *(voluitne de* iugulando *aut* iugulo *petendo aliquid dicere? ſed et in his, quae ſequuntur, de Etymologia coniicere forte voluit)* In quo ſi haec fulgeant omnia (iuncto *et* iugi *luminis*) ſerenitas portenditur: ſi obſcuratur huius acies, tempeſtas cernitur impendere. Manil. 5, 175 Conſurgunt Iugulae, quibus adſpirantibus orti. *Sic* Plaut. Amph. 1, 1, 19 Neque Iugulae, neque Veſperugo, neque Virgiliae occidunt.

IVGŬLVS, i. m. *et* IVGŬLVM, i. n. [κατάκλεις, σφαγὴ, Gloſſ. Lat. Gr.] Iugulum *vocatur Os illud incuruum, quod humerum iungit crati pectoris, duplex adeo, dextrum et ſiniſtrum. De hoc* Celſ. 8, 8 Iugulum ſi tranſuerſum fractum eſt, nonnunquam per ſe recte coit — nonnunquam elabitur, fereque id, quod a pectore eſt, ſuper id, quod ab humero eſt, in poſteriorem partem inclinatur — cum humeri motu conſentit, *etc.* A dextro iugulo, ſi id fractum eſt, ad alam ſiniſtram; a ſiniſtro ad dextram — faſcia dari debet. *Eſt igitur* Os iugulum, *quod nomen plerumque ſub Adiectiuo intelligitur. Ac forte non multum fallatur, qui putet Adiectiuum fuiſſe, vt* Iugus, *ita* Iugulus, *non minus quam* Coniugus, Coniugulus. *vid.* IVGVM. ¶ 2 Iugulus, *locus cauus, ad* oſſa iugula, *ſub quo vitalis ſucci et ſpiritus commeatus cum ſit, facilis eſt telo depreſſo hominem ibi interficere. Haec cauſa eſt, quod Graeci* σφαγὴν, *quaſi tu mactationem dicas, vocarunt illum locum; a loco autem Latini fecere verbum* iugulare. *Caeterum, vt* Locus, loca *etiam facit, ita* iugula *dixit* Cic. de Fato c. 5 Zopyrus phyſiognomen — ſtupidum eſſe Socratem dixit et bardum; quod iugula concaua non haberet, obſtructas eas partes et obturatas eſſe dicebat. *Add.* Arnob. 1 p. 36. *Hinc formulae:* Accipit enſem iugulo Virg. Aen. 10, 907. Confodiam iugulum ſenilem Lucan. 3, 743. Cruentauit tecta aperto iugulo Ouid. Epiſt. 8, 53. Demittere cruorem iugulis Virg. Georg. 4, 542. Dare iugulum cultris Ouid. in Ibin 106. Cic. pro Milon. 31 c. 11 Quod ſi ita putaſſet, certe optabilius Miloni fuit, Dare iugulum P. Clodio non ſemel ab illo, neque tum primum petitum, quam iugulari a vobis, quia ſe illi non iugulandum tradidiſſet. Ferire iugulum *dixerunt veteres, pro Interficere.* Intenta tela iugulis ciuitatis, *pro Imminenti mortis periculo.* Cic. in Piſon. 5 Ego tela extremo menſe Conſulatus mei intenta iugulis ciuitatis de coniuratorum nefariis manibus extorſi. Oſtentare iugulum pro capite alicuius, *Velle ſe obiicere periculo capitis, pro vita alterius.* Cic. Att. 1, 13 Me vero teſte producto, credo te ex acclamatione Clodii aduocatorum audiſſe, quae conſurrectio iudicum facta ſit, vt me etiam circumſteterint, vt aperte iugula ſua pro meo capite P. Clodio oſtentarint. *Hinc Metaphor.* Petere iugulum, *in agendis cauſis tunc dicitur orator, quando quod eſt potentiſſimum, id inuadit, ac premit validiſſime aduerſarium, videturque illum iugulare argumentis, perinde ac vibratis telis.* Plin. Epiſt. 1, 20, 14 Dixit aliquando mihi Regulus, — Tu omnia quae ſunt in cauſa, putas exſequenda: ego iugulum ſtatim video; hunc premo. (Premit ſane, quod eligit, ſed in eligendo frequenter errat) Reſpondi ego, Poſſe fieri, vt genu eſſet, aut tibia, aut talus, vbi ille iugulum putaret. At ego, inquam, qui iugulum perſpicere non poſſum, omnia pertento, omnia experior, πάντα denique λίθον κινῶ. Quinctil. 8, 6, 51 Nam illa agendis cauſis iam detrita, pedem conferre, et iugulum petere, et ſanguinem mittere, inde ſunt, nec offendit tamen. Parabant iugulum contumaciter Quinctil. Decl. 305 p. 590. *int. ad ferrum interfectoris recipiendum.* Ouid. Met. 6, 553 Iugulum Philomela parabat, ſpemque ſuae mortis viſo conceperat enſe. *Plus adhuc eſt* Praebere iugulum. Praebendus erat iugulus, et fundenda vita cum ſanguine Quinctil. Decl. 9, 21. Reſoluere iugulum ferro Ouid. Met. 6, 643. Reſoluere iugulum mucrone Id. Met. 1, 227.

IVGVLARIS, e. Adi. *apud Medicos, Venae epitheton a loco.*

IVGŬLO, āre. [σφάζω, σφάττω] *Inferre mortem, et veluti confoſſo iugulo vita priuare.* Cic. pro Quint. 51 Iugulare ciuem, ne ipſe quidem quisquam bonus vult. Medio iugulaberis enſe Ouid. Met. 12, 484. Homines iugulare Horat. Epiſt. 1, 2, 32. Pecudes iugulant Virg. Aen. 12, 214. Iugulatus ab Achille Ouid. Met. 12, 81. *Conf.* Vell. 2, 64, 1. *et* 71, 3. Iugulare hominem ſuis verbis, *h. e. conuincere:* Ter. Eun. 3, 1, 27 Pulchre me hercle dictum, et ſapienter: papae, iugularas hominem; quid ille? *Sic apud* Cic. Verr. 5, 166 Omitto ac negligo caetera, ſua confeſſione induatur ac iuguletur neceſſe eſt. Iugulare hominem ſuo ſibi gladio Ter. Adelph. 5, 8, 35. *Suis ipſius dictis reuincere, ſuopte inuento, doloue capere, vid.* GLADIVS. *Etiam de Morbo et Aquis dicitur:* Celſ. 3, 15 *extr.* Quartana neminem iugulat. Martial. 4, 18 Aut vbi mors non eſt, ſi iugulatis aquae? *Add.* Scribon. 84. *Ad inanimata transfertur:* Martial. 1, 19 — Scelus eſt iugulare Falernum.

IVGVLATIO, ōnis. f. [ἀπόσφαξις] Hirt. Bell. Hiſp. 16 Iugulatione oppidanorum facta.

IVGVLĀTOR, ōris. m. Interfector. Saluian. ad Eccl. l. 3 Adulationes gladii ſunt iugulatores tui. Gloſſ. Vet. Lat. Gr. φονεὺς, σφάκται.

IŬGVM, i. n. *videtur natura ſua Adiectiuum nomen fuiſſe, (vid.* IVGVS, a, um, *et dicta modo voce* IVGVLVS*)* *dictum a* iungendo. Iugum cacumen *montis, i. continuum, connexum:* iugum lignum, *vel* lorum, *quo iunguntur iumenta ad aratrum, vel currum:* iugum lignum, *vel* ferrum, *quo iunguntur lances, etc. Sed eualuit vſus, vt ſubſtantiue dicantur iſta omnia. Nempe* Iugum, [δειράς, κολωνὸς] *eſt perpetuum, et vno tenore iunctum Montis cacumen.* Virgil. Ecl. 5, 76 Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit. Caeſ. Bell. Gall. 7, 67 Tandem Germani ab dextro latere ſummum iugum nacti, hoſtes loco depellunt. Accliuum iugum Ouid. Faſt. 5, 154. Aquoſa Stat. Silu. 4, 6, 101. Arduo iugo ſurgit alta rupes Sen. Theb. 1. Aſperum, Continentia, *vid. hh. vv.* Frondoſa Ouid. Rem. Amor. 202. Immenſis iugis tumet Ida Ouid. Epiſt. 5, 138. Saxoſum Idem in Ibin 288. Spinoſi terga iugi Propert. 4, 4, 48. Circummiſſus iugo, *vid.* CIRCVMMITTO. ¶ 2 Iugum, [ζεῦγος] *Ligneum, vel loreum inſtrumentum, quo iunguntur boues, et ad inuicem arctantur. Etiam lora, quibus iunguntur iumenta currui,* Iugum *vocantur.* Iuſtin. 11, 7 Alexander iugum plauſtri Gordii requirit: quo exhibito, cum capita loramentorum, *etc. vid.* GORDIVS. *De eadem re* Auſon. Epiſt. 23, 48

Ocius illa iugi fatalis ſoluere lora
Pellaeum potuiſſe ducem reor, abdita opertis
Principiis, et vtroque caput celantia nodo.

Etiam praef. Eidyll. 27 f. Biſſulae, fatalis iugi lora vocat. *Recte ergo* Curt. 3, 1, 15 Notabile erat iugum adſtrictum compluribus nodis in ſemet ipſos implicatis et celantibus nexus. *Alioquin ex ligno ſolido et robuſto eſſe debuit* iugum *in curru Darii* Curt. 3, 3, 16 *quod imagines ſuſtineret. Iam formulas ponemus, bonam partem Metaphoricas, cum* iugum *ſit omnis aliena poteſtas, quae facit, vt agamus, quae vult alius.* Plin. 9, 15 Nec niſi boum iugis extractus. Ceruices boum natae ad iugum Cic. de Nat. Deor. 2 c. 64. Iuga cum loris ornata Cato R. R. 10, 2. Aſinarium, Ploſtrarium, Vinarium Ibid. 11, 2. Cornibus an ceruicibus inferendum ſit, diſputatur Colum. 2, 2, 22. Quo tres iungantur boues Idem 6, 2, 10. Adamantina, *vid.* ADAMAS. Curtum temone Iuuenal. 10, 135. Curua Ouid. Faſt. 4, 216. Demere iuga fatigatis bobus Horat. Carm. 3, 6, 42. — Equis Ouid. Faſt. 2, 74. Detrectans iuga bos Virgil. Georg. 3, 57. Excutere iugum Curt. 4, 15, 16. Plin. Paneg. c. 11. Ferunt iuga tauri Ouid. Epiſt. 6, 97. Incidit ceruicibus iugum, *vid.* INCIDO. Paſſa iugum nullum bos Ouid. Met. 3, 11. Catull. 61, 76 Vbi iuncta iuga Reſoluens Cybelea leonibus. Soluet arator iuga tauris Virgil. Ecl. 4, 41. Plin. 8, 16 Iugo Subdidit eos, primusque Romae ad currum iunxit M. Antonius. Idem 10, 45 *pr.* Leones iugum Subeant. Suſtinere debile iugum Ouid. ex Pont. 3, 1, 68. Catull. 61, 33 Veluti iuuenca Vitans onus indomita iugi. *Hinc* Iugum, *pro Pari boum:* Cic. Verr. 3, 27 Quid qui in ſingulis iugis arant, qui ab opere ipſi non recedunt, *etc.* ¶ 3 *Hinc porro:* Iugum vocant, quod iuncti boues vno die exarare poſſunt Varr. R. R. 1, 10, 1. *Sed etiam aliarum rerum paria* iuga *ſunt.* Plin. 10, 4 Ex eo notatum non fere legionis vnquam hibernaſſe caſtra, vbi aquilarum non ſit iugum. *Sic* Iugum hominum impiorum Cic. Philipp. 11, 6 *de Antonio et Dolabella.* Pari iugo niti, *i. pari labore et concordia* Plin. Epiſt. 3, 9. ¶ 4 *Formulae metaphoricae:* Liu. 37, 36 Conceſſo vero in Aſiam tranſitu, et non ſolum frenis, ſed etiam iugo accepto: quae diſceptatio ex aequo, quum imperium patiendum ſit, relicta eſt? Abire ſub iugum, *vid.* ABEO. Acceptare iugum Sil. 7, 41. Adactus iugo Rhenus, *vid.* ADIGO. Cic. Philipp. 1, 6 c. 2 Patriae liberatores vrbe carebant ea, cuius a ceruicibus iugum ſeruile Deiecerant. Eripere colla turpi iugo Horat. Serm. 2, 7, 91. Exuere iugum Tacit. Agric. 31, 7. Ferre ſeruitii iugum Stat. Silu. 3, 4, 33. Iactare iugum, *i. excutere:* Iuuen. Sat. 13, 21 Felices qui ferre incommoda vitae Nec iactare iugum vita didicere magiſtra. Imponere iugum

alicui Ouid. Epiſt. 9, 6. Laxatus famulus herili iugo Claud. Conſ. Hon. 4, 613. Premit animum iugo turpis Cupido Sen. Agamemn. 3. Repellere a corpore iugum acerbiſſimum ſeruitutis A. Declam. anteq. ir. *ſub init.* Subeat iugum famulare collo nobili Sen. Troad. 8. Subtrahe colla iugo Ouid. Rem. Amor. 90. ¶ 5 Iugum, ſub quo ignominiae gratia victi hoſtes mittebantur. Nam fixis in terram duabus haſtis, ſuper eas ligabatur tertia, et tunc victi hoſtes diſcingebantur, et ſub illa tranſire cogebantur inermes. *Haec ex Feſto.* Liu. 3, 28 Tribus haſtis iugum fit; humi fixis duabus, ſuperque eas tranſuerſa vna deligata. Sub hoc iugo dictator Aequos miſit. *De Romanis ſub iugum miſſis a Samnitibus, vid.* Liu. 9, 5 *et* 6. Auſon. Eidyll. 12 Hoſtilis, quae forma iugi eſt, hanc efficiet Π. *Inde* Subiugare, *pro Debellare, ac ſubiicere.* ¶ 6 *Hinc* Iugum *dicitur pertica tranſuerſa in vinea.* Plin. 17, 21 *et* 22. *Quatuor eius genera* Varr. R. R. 1, 18, 1 *et* 2. Plinius 16, 37 Salices quaedam in proceritatem magnam emittunt iugis vinearum perticas. Idem 17, 21 Simplici iugo conſtat porrecto ordine, canterium appellant. *Add.* ibid. c. 22. Columel. 4, 17. *et* 4, 19. *vbi* Vineaticum *etiam vocatur.* Sub iugum mittitur vinea Columel. 4, 22, 1. *Poteſt etiam* iugi militaris, *de quo* n. 5. *forma ab hoc iugo ſumta eſſe, itemque illud, quod* iugum *vocatur ſeries militum ad latus ſibi inuicem ſtantium, vt* verſus, *quorum primus tergum obuertit ſecundo, et ita porro.* ¶ 7 Iugum *etiam eſt* Lignum, *quo textores telam conuoluunt, nempe* cylindrus *tranſuerſus ſtantibus duabus trabeculis impoſitus, ad formam literae* Π, *vel iugi ignominioſi.* Ouid. Met. 6, 56 Tela iugo eſt iuncta. ¶ 8 Iugum, [ζυγὸν] *pro Libra, ſidere caeleſti* Cic. de Diuin. 2, 98 c. 47 L. quidem Tarutius Firmanus familiaris noſter, in primis Chaldaicis rationibus eruditus, vrbis etiam noſtrae natalem diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam a Romulo conditam accepimus: Romamque in Iugo quum eſſet Luna, natam eſſe dicebat. *Quem locum velut exponens* Solinus, *ſic ait* c. 2 Romulus auſpicato fundamenta murorum iecit duodeuiginti natus annos, vndecimo Calendas Maias, hora poſt ſecundam ante tertiam, ſicut Lucius Taruttius prodidit mathematicorum nobiliſſimus, Ioue in Piſcibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione, Sole in Tauro, Luna in Libra conſtitutis. Manil. 1, 609 Et iuga Chelarum medio volitantia gyro. ¶ 9 *Tandem* Iuga, [ζυγὰ] *Tabellae nauium, in quibus ſedent remiges, quae* Tranſtra *vocantur.* Virgil. Aen. 6, 411 Inde alias animas, quae per iuga longa ſedebant Deturbat, laxatque foros. *Nempe tranſuerſa ſunt, iungunt duo latera nauis.*

IVGATĪNVS, i. m. *Deus coniugii.* Auguſtinus de Ciuitat. Dei 6, 9.

IVGOSVS, a, um. Adi. *Iugis abundans, montoſus.* Ouid. Amor. 1, 1, 9 Quis probet in ſiluis Cererem regnare iugoſis? Lege pharetratae virginis arua coli? *i. permutari vices Dianae et Cereris.*

IVGO, āre. [ζυγόω] *Coniungere; quaſi Ad vnum iugum alligare.* Cic. Tuſc. 3, 17 c. 8 Hoc quidem commune eſt virtutum: omnes enim inter ſe nexae et iugatae ſunt. Par pari iugator coniux, quidquid impar, diſſidet Auſon. in Solone v. 2. Iugare aliquam alicui Virg. Aen. 1, 349. Puellae iugare iuuenem Catull. Argon. 62 (65) 21. Feminae iugandae Horat. in Carm. ſaecul. 18. Corda face iugaui Stat. Silu. 1, 2, 183. Iugari vineae *dicuntur, Quae in iugum conſtituuntur:* Columel. 4, 20 Sequitur iam adminiculandae, iugandaeque vineae cura. *Add.* Id. 4, 26. *et* 12, 39. Terentian. p. 76.

IVGO, ĕre. *et* IVGIO, īre. [Iugit, ἰκτὶν βοᾷ, Vet. Gloſſ.] Milui dicuntur iugere, cum vocem emittunt. Feſtus. Iugere volitans miluus viſus Varro *apud* Non. 2, 846. *Sed plane aliter Mercer. p. 179 pr.*

IVGĀTVS, a, um. Part. *Iunctus.* Cic. Tuſcul. Quaeſt. 3, 17 Virtutes inter ſe nexae et iugatae ſunt. Vineae Varro R. R. 1, 8. Colum. 4, 20. *et* de Arb. c. 4. Vites Plin. 17, 23.

IVGĀTIO, ōnis. f. Varro de R. R. 1, 8.

IVGĀTOR, ōris. m. *Qui iungit iugo.* Arnob. 5 p. 174.

IVGARIVS, i. m. [ζευγηλάτης] *i. Bubulcus: et Auriga boum, ſiue arator, qui iuga ducit et regit.* Columel. 1, 6 Lata bubilia eſſe oportebit, pedes decem, vel minimum nouem: quae menſura et ad procumbendum pecori, et iugario ad circumeundum laxa miniſteria praebeat. ¶ 2 Vicus Iugarius *Romae* Feſt.

IVGATORIVS, a, um. Adi. [ζύγιος] Iugatorius bos, *Qui iugo ſubditur* Varro de R. R. 2, 5, 9.

IVGAMENTVM, *vel* IVGVMENTVM, i. n. [ζύγωμα] Catoni de R. R. 14, 1 Iugamenta et antepagmenta, quae opus erunt, ex lapide indito. *de redemtore loquens. Intelligere autem videtur Cato trabes tranſuerſim impoſitas arrectariis, vt ſuperliminaria in ianuis. Quorſum etiam pertinet*

IVGVMENTO, āre. *cuius Partic. eſt* Vitruu. 2, 1 Alii luteas glebas arefaciebant, ſtruebant parietes, materia eos iugumentantes, *i. arrectarios tranſuerſariis iungentes.*

IVGĀLIS, e. Adi. [γαμικὸς] Iugale vinculum, *pro Copula matrimonii.* Virgil. Aen. 4, 16 Si cui me vinclo vellem ſociare iugali. Concubitus Nemeſian. Ecl. 2, 57. Iumenta Curt. 9, 10, 22. Iura Ouid. Met. 7, 715. *h. e. coniugalia.* Lectus Virgil. Aen. 4, 496. Sacra Ouid. Met. 7, 700. Taeda iugali accepta mulier Idem Epiſt. 4, 121. Tela iugalis, *vel* iogalis Cato R. R. 10, 5. *et* 14, 2. *i.* iugo *textorio iuncta, de quo* n. 7. Tori Stat. Silu. 3, 5, 69. *i. coniugales.* Iugales *elliptice, pro Equis:* Virgil. Aen. 7, 280 Abſenti Aeneae currum, geminoſque iugales. Socii Sil. 16, 401. Emeritos vertunt ad paſcua nota iugales Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 318.

IVGABĪLIS, e. Adi. *Iugo habilis.* Macrob. Somn. Scip. 2, 2.

IVGALITAS, ātis. f. Fulgent. Myth. 3, 7 Ergo in conceptione hominis ex elementorum iugalitate tres deae, tres vitae certant, *i. coniunctione. Et* 1, 15 Quae vna eademque feruoris humoriſque iugalitate gignuntur.

IVGES, um. m. *Pl.* [ὁμόζυγες] Eiuſdem iugi pares: vnde et Coniuges et Seiuges. Feſtus. *Nempe*

IVGIS, e. Adi. [διηνεκὴς] *Perpetuus, continuus; quaſi iunctus, vt interſtitium, intercapedo, fieri non poſſit.* Plaut. Pſeud. 1, 1, 82 Iſtocine pacto me adiutas? do id, quod mihi eſt: nam is mihi theſaurus iugis in noſtra eſt domo. Cic. de Diuin. 2, 31 Qui quum vidiſſet, exhauſtam aquam de iugi puteo, terrae motus dixit inſtare. Idem ibid. 2 c. 1 Etiamne futurum eſſe, aquae iugis colore praeſentium? Horat. Serm. 2, 6, 2 Tecto vicinus iugis aquae fons. Putei perennes iugis (*al.* dulcis) aquae Horat. Epiſt. 1, 15, 15. Iuge auſpicium, *vid.* AVSPICIVM. Feſt.

IVGĬTER. Adu. ἐφεξῆς, Vet. Gloſſ. [διηνεκῶς] *Continue.* Plaut. Mil. 3, 1, 61 Venerem, amorem, amoenitatemque accubans exerceo, et quidem edepol omnes mores ad venuſtatem iugiter. *Add.* Apul. de Mundo p. 71. Prudent. Cathem. 4, 54. *et* Hymn. Epiph. 161.

IVGVS, a, um. Adi. [ζύγιος] *Idem fere, quod* iunctus, *itemque ad iungendum aptus.* Cato R. R. 10, 1 Vaſa olearia inſtructa, iuga, *v. quae coniuncta ſunt in vſu, et ſimul adhibentur. Forte hinc etiam* Gemellar *dictum. Locum Catonis repetit etiam* Varro 1, 22, 3. *Iterum* Cato 145, 1 *de olea facienda,* Si ſex vaſis iugis opus erit, facito. *Ab hoc Adiectiuo dictum* Iugum, *ſ. l. monemus. Hinc* Iuga *etiam* Iuno Dea coniugii *apud* Feſtum. *vid.* ZYGIVS.

IVGITAS, ātis. f. *Diuturnitas.* Marcell. c. 8 Lacrimarum iugitatem ſedare et reprimere. *Add.* l. 7 C. de Repud.

IVGIFLVVS, a, um. Adi. Paullin. *de Amne,* Iugifluus ſemper biberis.

IVGVRTHA, ae. m. [Ἰογόρθας] *Rex Numidarum callidus, bellicoſus et perfidus, victus tandem a Mario Conſule Romano, et Romae in carcere necatus. Hoc eſt argumentum* Iugurthae Salluſtii, *et* Vell. Paterc. 2, 12. Traximus immanem Marii ſub vincla Iugurtham Claud. de Bell. Gildon. v. 92. Nuda triumphati iacuit per regna Iugurthae Lucan. 2, 90.

IVGVRTHĪNVS, a, um. Adi. Quinctil. 8, 3 Iugurthina hiſtoria. Bellum Iugurthinum Horat. Epod. 9, 23.

I V L

IVLIA *gens, quae ab* Iulo, *Aeneae filio, qui alias Aſcanius vocatur, orta videri volebat.* Virgil. Aen. 1, 292 Iulius a magno demiſſum nomen Iulo. *Conf.* Liu. 1, 30. Vell. 2, 41 Nobiliſſima Iuliorum familia: *quam ſuper omnes alias extulit* Iulius Caeſar Dictator, Diuus *a ſuis dictus, qui adoptauit* C. Octauium, *ab eo tempore et ipſum* Iulium Caeſarem, *ſed et* Octauianum Auguſtum. *Ab hoc* Iulii *et* Iuliae, *vel naſcendi iure, vel adoptione, tota domus imperans cum Nerone exſtincta. Sed magis placuit* Caeſarum *nomen, quod ſ. l. obſeruatum eſt.* ¶ 2 *Sunt infiniti alii* Iulii, *non huius illi gentis omnes, ſed a Iuliis illis primigeniis, vt ita loquar, manumiſſi, ciuitate donati, etc.* ¶ 3 Iulius *menſis, qui ante* Quinctilis *erat, Iulii Caeſaris honori dictus eſt. Vid.* Macrob. Sat. 1, 12. Mart. 10, 62 Toſtamque feruens Iulius coquit meſſem. ¶ 4 Iuliae *etiam* Leges *vrbes, coloniae: ſed non noſtri inſtituti.* ¶ 5 *Ad* Iulium Caeſarem, *et eius Auguſtum filium pertinent:* Sidus Iulium Hor. Carm. 1, 12, 47. *i.* Stella Caeſaris, *vt ait* Porphyrio. Domus Ouid. Faſt. 4, 40. Vnda Virg. Georg. 2, 163.

IVLĒVS, a, um. Adiect. [Ἰούλειος] *Idem, quod* Iulius. Ouid. Faſt. 6, 797 Tempus Iuleis cras eſt natale Calendis, *h. e. menſis Iulii.* Propert. 4, 6, 17 Actia Iuleae pelagus monimenta carinae. Iuleae voces, *quae ſint apud* Lactantium *in* Phoenice v. 47 *quaerebant viri docti. Sed reſtituit Cellarius ex MSS.* Quam nec aëdoniae voces, *etc.* Martial. 9, 36 Cuius Iuleae capiti naſcuntur oliuae, *i. coronae ab Imperatore datae.*

IVLIĀNVS, a, um. Adiect. [Ἰουλιανὸς] *vnde* Iuliani milites, *apud* Suetonium Caeſ. c. 75 *dicti ſunt Caeſariani. Et* Iuliani anni, *quos idem ordinauit. Similiter* Iuliana vectigalia Cic. Philipp. 13, 30. ¶ 2 *Eſt et* Iulianus, *nomen proprium Imperatoris.*

IVLIS, idis. f. *Piſcis genus.* Plinio 32, 9 Optimum e ſcorpionibus et iulide, et ſaxatilibus, nec virus reſipientibus. *Conf. Aelian. H. A.* 2, 144. *Item, Oppidum inſulae Coae* Plin. 4, 12.

IVLVS, i. m. [Ἴουλος] *Filius Aeneae, alio nomine* Aſcanius. Virg. Aen. 1, 271 At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo. Iulus vox appellatiua eſt Lanugo pomorum et arborum. Et hinc Seruius *tradit* Aſcanium et Mezentium ſingulari certamine dimicaſſe, et occiſo Mezentio, Aſcanium Iulum coeptum vocari a prima barbae lanugine, quae ei tempore victoriae naſcebatur. Dardanius Iulus Ouid. Met. 15, 767. Formoſus Idem Epiſt. 7, 83. Pulcher Virg. Aen. 7, 107. ¶ 2 *Vt iam monuimus,* iulus *eſt Lanugo pomorum et arborum.* Plin. 16, 29 Ferunt et Auellanae iulos compactili callo ad nihil vtiles. Sunt autem iuli non flores proprie, ſed antecedunt, vt in fico groſſuli.

I V M

IVMENTVM, i. n. [ὑποζύγιον, κτῆνος] *A* Iuuando, *vt mox videbimus, deriuat* Columella; *alii a* iugo, *quaſi* iugamenta. *Hac appellatione continentur Animalia, quae vel ſarcinas gerunt, vel currus trahunt, vel terram excolunt: vt Equi, muli, aſini, cameli, boues.* Columel. in praefat. 6 Nec tamen vlla regio eſt, in qua modo frumenta gignantur, quae non, vt hominum, ita armentorum adiumento iuuetur: vnde etiam iumenta nomen a re traxere, quod noſtrum laborem vel onera ſubuectando, vel arando iuuarent. Plin. 8, 18 *de camelis,* Omnes autem iumentorum in iis terris (miniſteriis *Salmaſ.*) dorſo funguntur. Elephanti et cameli iumentorum operam praeſtant l. 2 ff. ad L. Aquil. Malam rem iumento ſuo arceſſere Plaut. Amph. 1, 1, 171. Columel. *fere* Iumenti *nomine intelligit Equos, non autem Boues, vt* 1, 6 Non altius edita eſſe praeſepia conuenit, quam vt bos, aut iumentum ſine incommodo ſtans veſci poſſit. *Sic* 6, 3, 3 *aperte a bobus diſtinguit. Et* 6, 19 *pr.* Sed et machina fabricanda eſt, qua iumenta boueſque curentur.) Iumentorum appellatione Boues non continentur, ſed Pecoris Vlpian. in l. Aediles aiunt D. de Aedil. edicto. *Add.* l. 89 de V. S. Iumenta ſarcinaria Caeſ. Bell. Gall. 1, 81. *i. quae ſarcinas vehunt.* Aetolis onerata plagis (*retibus*) iumenta Hor. Epiſt. 1, 18, 46. Liu. 4, 41 Eo miſſa plauſtra iumentaque alia ab Vrbe, exercitum affectum praelio ac via nocturna excepere. *Vectabula omnia, et animalia dorſo ferentia videntur intelligi. Apud* Gell. 20, 1 S. Caecilius *diſputat ad verba legis XII tabb.* Qui in ius vocabit, iumentum dato: An tu forte — putas — iumentum dici pecus aliquod vnicum tergo vehens? — Iumentum quoque non id ſolum ſignificat, quod nunc dicitur: ſed Vectabulum etiam, quod iunctis pecoribus trahebatur. Veteres enim noſtri iumentum a Iungendo dixerunt. Non. 1, 269 Iumentum a iungendo veteres dictum putant, g litera in eo nomine attrita.

IVMENTARIVS, a, um. Adiect. Iabolenus in l. Dolia D. de inſtr. vel inſtrum. Molas manuarias quidem ſupellectilis, iumentarias autem inſtrumenti eſſe. *Conf.* Apul. Mileſ. 9 p. 222. ἐπικτηνίτης, iumentarius agaſo Vet. Gloſſ. Iumentarius, κτηνοτρόφος, Vet. Gloſſ. CONLEGIO IVMENTARIORVM Inſcript. Fabrett. p. 707.

I V N

IVNCTIO, IVNCTVRA, *etc. vid.* IVNGO.

IVNCVS, i. m. [σχοῖνος] *A Iungendo dici quidam aiunt, quod ad*

ad iuncturas vtilis. Plin. 21, 18 *varia* iuncorum *refert* genera. *De duplici eius ſpecie, vid.* Celſ. 3, 21. Iunci odorati flos Scribon. 167. Iunci rotundi flos Idem 169. Fiſcella leui detexta eſt vimine iunci Tibul. 2, 3, 19. Ex iunco factum Scribon. 271. Lucus denſus iuncis Ouid. Faſt. 6, 411. Bibulus, *vid.* BIBO. Leuis Propert. 4, 2, 44. Limoſus Virgil. Ecl. 1, 49. Molli iunco detexere aliquid Id. Ecl. 2, 72. Paluſtres Ouid. Met. 8, 336.

IVNCĬNVS, a, um. Adi. [σχοινικὸς] Plin. 15, 7 *de olei generibus,* Sic et Rhodinum e roſis, Iuncinum e iunco. ¶ 2 Iuncĭna, *ſ.* Iuncīua, orum. n. *Pl. Iunceta.* Innocent. de Caſis p. 234 *et* 236 *Goeſ.*

IVNCEVS, a, um. *Aliud* Adi. [σχοινινὸς] *Quod ex iunco factum eſt.* Iuncea cratis Plin. 21, 14. Sporta Columel. 12, 6. Vincla Ouid. Faſt. 4, 870. Iuncea virgo, *per translationem, tenuis et flexilis:* Ter. Eun. 2, 3, 24 Deducunt cibum, tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas. Donatus *interpretatur* Tenues et pallidas.

IVNCĬDVS, a, um. Adi. *Tenuis, exilis, qualis eſt iuncus.* Varr. de R. R. 1, 31 Iuncidum enim ſarmentum propter infirmitatem ſterile, neque ex ſe poteſt eiicere vitem, *etc. al.* Eiuncidus, *v. v.*

IVNCŌSVS, a, um. Adi. [σχοινώδης] *Iuncis plenum.* Plin. 18, 6 Iuncoſus ager verti pala debet. Litora Ouid. Met. 7, 231.

IVNCĒTVM, i. n. [σχοινὼν] *Locus iuncis conſitus.* Varro de R. R. 1, 8 Primum genus, quod dixi, maxime quaerit ſalicta, ſecundum arundineta, tertium iunceta.

IVNGO, iunxi, iunctum, ĕre. [ζευγνύω, ζεύγνυμι] *Copulare; quaſi in vnum agere; proprie de iumentis dicitur.* Tibull. 2, 1, 87 Ludite, iam nox iungit equos, currumque ſequuntur Matris laſciuo ſidera fulua choro. Stat. Silu. 1, 2, 143 Iungit Amor, laetamque vehens per nubila matrem Gemmato temone ſedet. Cic. de Diu. 2, 149 Religio, quae eſt iuncta cum cognitione naturae. *Et omiſſa Praepoſitione* Cic. de Orat. 3 c. 14 Quae quo maior eſt vis, hoc eſt magis probitate iungenda, ſummaque prudentia. *Sed* Plin. Ep. 10, 11 Roſianum — arctiſſimo vinculo mecum tua in me beneficia iunxerunt. Cic. de Orat. 1, 222 c. 51 An haec inter ſe iungi, copularique poſſint. Idem de Amicit. 20 Ita contracta res eſt, et adducta in anguſtum, vt omnis caritas aut inter duos, aut inter paucos iungeretur. Orbiculatim iungere, *vid.* ORBIS. Affinitates iungere cum aliquo, *h. e. affinitate cum eo coniungi.* Liu. 1, 1 Duplex exinde fama eſt: alii praelio victum Latinum, pacem cum Aenea, deinde affinitatem iunxiſſe tradunt. Cic. pro Deiot. c. 9 Cum hominibus noſtris conſuetudines, Amicitias, res, rationesque iungebat. Amores iungere Tibull. 1, 1, 69. Liu. 1, 2 Haud grauatim ſocia Arma Rutulis iunxit. Articulos inciſos iungere Scribon. 208. Connubio iungam ſtabili Virg. Aen. 4, 126. Dextram iungere dextrae Id. ibid. 1, 412. Equos curru Id. ibid. 7, 724. Equum equo alterius Caeſ. B. G. 8, 48. Fiſtulas iungere Scribon. 208. *Sic* Oras, Sinum, Vulnera. Flumina ripaeue glacie *vel* pontibus iungi *dicuntur: vid.* Curt. 3, 7, 1. 5, 1, 29. 5, 9, 9. Liu. 7, 30 Neque enim foedere Samnitium, ne qua noua iungeretis foedera, cautum eſt. Foedere alicui regi iungi Liu. 26, 24. Gradus iungere Sil. 4, 374. Lateri alterius iungi Ouid. Met. 2, 449. Leones iunxit ad currum Antonius Plin. 8, 16. Manus iungere et foedus concipere Stat. Achill. 2, 228. Orae iunctae Celſ. 7, 9. Oſcula Ouid. Met. 2, 357. Oſtia Iuu. 9, 105. *Locum damus in* FENESTRA. Parotidas ſuppuratas iungere Scribon. 206. Partem diuiſam iungere Id. 206. *Sic* Fiſtulas. Preces humiles Ouid. de Arte Am. 2, 254. *Al.* Manus. Rhedam equis Cic. Att. 6, 1. Mulos ad vehiculum Sueton. in Caeſ. 31. Se viro Virg. Aen. 4, 28. Cic. pro Roſc. Amer. 236 Quo in certamine perditi ciuis erat, non ſe ad eos iungere, quibus incolumibus et domi dignitas, et foris auctoritas retinetur. Sinum iungere Scribon. 209. Sinus Id. 208. *Sic* Fiſtulas. Societate gentibus iungi Liu. 26, 49. Idem 24, 6 *pr.* Per hos iuncta Societas Annibali ac Syracuſano tyranno. Virg. Aen. 8, 316 Queis neque mos, neque cultus erat, nec iungere Tauros, Aut componere opes norant, aut parcere parto. Taedas iungere Stat. Silu. 3, 4, 54. Torus iunxit te mihi Ouid. Met. 1, 353. Verba iungere Martial. 6, 54. Verba iungere, *pro Componere* Cic. in Topic. . . Quinctil. 9, 4. Vulnera iungere Scribon. 212. *Sic* Fiſtulas *etc.*

IVNCTVS, a, um. Part. [ἐζευγμένος] Iunctus illi cognatione Liu. 25, 15. Iuncta iſta atque indiſcreta ſunt Quinctil. 1, 2 *pr.* Amicitia vetuſta puer puero iunctus Ouid. ex Pont. 4, 3, 12. Amore iunctus alicui Id. ibid. 1, 7, 31. Foedere aliquo iuncti Idem Triſt. 1, 7, 6. Foedere amor legitimo iunctus Idem ibid. 2, 536. T. Quintio Criſpino Badius Campanus hoſpes erat perfamiliari Hoſpitio iunctus Liu. 25, 18. Matrimonio iuncta puella Idem 30, 14. Ex horum partibus iunctum Cic. de Inuent. 2, 157. Ex me et ex te iunctus M. Pomponius Cic. Att. 4, 14. A Sanguine materno iunctus Ouid. Met. 2, 368. Scelere iuncta improbitas, *i. in qua eſt ſcelus.* Cic. de Orat. 2, 237 Nam nec inſignis improbitas, et ſcelere iuncta, nec rurſus miſeria inſignis agitata ridetur. Idem in Brut. 162 Sed eſt etiam L. Craſſi in Conſulatu, pro Q. Caepione, defenſione iuncta, non breuis, vt laudatio: vt oratio autem, breuis. Ab vſu modico tibi iunctus Ouid. ex Pont. 2, 5, 7. Amici iuncti Hor. Serm. 1, 3, 54. Ars iuncta cum viribus Ouid. Met. 8, 29. Cic. de Fato 36 c. 16 Poſt autem cauſa fuit propior, et cum exitu iunctior. Columbae in amore iunctae Propert. 2, 15, 27. Cic. Att. 1, 19 Ego autem, vt ſemel Nonarum illarum Decembrium iunctam inuidiae ac multorum inimicitiis eximiam quandam atque immortalem gloriam conſecutus ſum. Indignatio iuncta conqueſtioni Cic. de Inuent. 2, 38. Columel. 2, 22 Arbores ferendi cauſa collo, vel mulo clitellario afferre, ſed iuncto aduehere non permittitur. Ouid. Triſt. 2, 284 Hic ſedet ignoto iuncta puella viro. Salus noſtra iuncta eſt Idem Epiſt. 20, 233. Sapientia iuncta eloquentiae Cic. de Orat. 3, 140. Verſus impariter iuncti Hor. de Arte Poët. 75. Vineae moenibus iunctae, *i. Admotae* Liu. 5, 7 *pr. Loquitur de tormentis bellicis. ſed verior lectio* iniunctae. *Compar.* Ouid. ex Pont. 1, 4, 31 Iunctior Aemonia eſt Ponto. *Superl.* Aduerſa ad iunctiſſimos pertinent Tacit. Hiſt. 4, 52. Ouid. Met. 9, 548 Sed quae, cum tibi ſit iunctiſſima, iunctior eſſe Expetit. ¶ 2 *Obſ. Poëticum huius vocis vſum docet Drakenb. ad* Sil. 6, 690. *et* 9, 641. *In MSS. confunduntur* Iunctus *et* Cunctus, *obſeruante Drakenb. ll. cc. it.* Iunctus *et* Vinctus, *Id. ad* 8, 487 *et Interpp.* Varr. R. R. 1, 59, 3.

IVNCTŪRA, ae. f. [ζευκτηρία, ἁφὴ] *Coniunctio.* Plin. 13, 15 Maiusque miraculum in ea eſt artis, latente iunctura. Boum iunctura Columel. 2, 2. Genuum iunctura Ouid. Met. 2, 823. Lapidum iuncturae Suet. Aug. c. 92. Tignorum iunctura Caeſ. B. G. 4, 17. Iunctura ſine ſalebra Sen. Ep. 114. Verborum iunctura, *pro Compoſitione* Quinctil. 9, 4. Verticis iunctura Ouid. Met. 12, 288. Hor. de Arte Poët. 47 Notum ſi callida verbum Reddiderit iunctura nouum. Iunctura, poſituraque ligni ſcite periteque facta Gell. 5, 3.

IVNCTIO, ōnis. f. [ζεῦγμα] Cic. Tuſc. 1, 71 c. 29 Eſt enim interitus, quaſi diſceſſus et ſecretio ac diremtus earum partium, quae ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

IVNCTVS, ûs. m. *Idem.* Varr. de L. L. 4, 8 p. 14, 38 Locus a carinarum iunctu dictus carinae.

IVNCTOR, ōris. m. [ζευκτὴς Gloſſ. Gr. Lat.] Iunctores erant Serui, qui iungebant rhedam equis, vel mulis Alphen. l. 203 fin. D. de V. S.

IVNCTIM. Adu. [ζυγάδην] *Sine interuallo.* Suet. Tiber. c. 9 Magiſtratus et maturius inchoauit, et paene iunctim percurrit. *Conf.* Manil. 4, 467.

IVNICŬLVS, i. m. *In vite dicitur, quem Draconem alio nomine vocant.* Plin. 17, 22 Nec veterem placet palmitem in longum, et ad quartum vsque pedamentum emitti, quod alii dracones, alii iuniculos vocant, vt faciant, quae maſculeta appellant.

IVNIOR, *vid.* IVVENIS.

IVNIPĔRVS, i. f. [ἀρκευθὸς] Arbuſcula, quae in arenoſis frequens naſcitur; coma virens perpetua, vnde et topiario operi idonea, et carioſam ſenectam non ſentit. *Vid.* Plin. 16, 25. *et* 24, 8. Iuniperi grauis vmbra Virg. Aen. 10, 76. *Conf.* Ecl. 7, 53. Iuniperi tritae Scribon. 186. Grana iuniperi Scribon. 109.

IVNIVS Menſis [Πυανεψιὼν] *teſte* Feſto, a Iunone putatur dictus, quem Iunonialem, et Iunonium dicebant. Sed poſtea detritis quibusdam literis, ex Iunonio Iunius eſt dictus. Sunt qui putant a Iunio Bruto dictum Iunium. *Vid.* Macrob. Saturn. 1, 12. *Alii a* Iunioribus *deriuant: ſicut Maium a Maioribus.* Ouid. Faſt. 6, 88 Iunius eſt iuuenum, qui fuit ante ſenum. Iunius a iuuenum nomine dictus adeſt Id. ibid. 5, 78.

IVNIVS, a, um. Adi. Familia Iunia *apud* Tacit. Ann. 3, 24. *E qua v. g. ille* Iunius Brutus *expulſor Tarquiniorum: et Caeſaris Interfectores, etc.*

IVNIANVS, a, um. *Aliud* Adi. . Iunianum iudicium *apud* Cic. pro Cluent. 1.

IVNIX, īcis. f. [δαμάλη. δάμαλις Gl. Gr. Lat.] *Tenerae aetatis bos femina, quae iam ceſſauit vitula eſſe, nec dum tamen ad ſummam magnitudinem peruenit. Dicta quaſi* Iuuenca, *a* Iuniore *aetate.* Perſ. 2, 47 Tot tibi quum in flamma iunicum omenta liqueſcant. Plaut. Milit. 2, 2, 33 Quam mox ad ſtabulum iunix recipiat ſe e pabulo. *Vid. Taubm ad loc.*

IVNO, ōnis. f. [Ἥρα] *Dea credita eſt, Iouis ſoror et coniux, a* Ioue *ſuo, an a* Iuuando *nominata.* Iunonis *multa ſunt nomina. Eſt enim* Curulis, *quae vtitur curru et haſta:* Virg. Aen. 1, 20 Hîc illius arma, Hîc currus fuit. Seruius *ad h. l.* in ſacris Tiburtibus, *ait,* ſic precantur: Iuno Curulis, tuo curru clipeoque tuere meos curiae vernulas ſane. Curitis, *vid. ſ. l. Eſt et* Lucina, *quae partubus praeeſt:* Ter. Andr. 3, 1, 15 Iuno Lucina fer opem. *Eſt* Regina: Virg. Aen. 1, 50 Aſt ego quae diuûm incedo regina Iouisque Et Soror et coniux. *Et quia praeeſt nubentibus,* Pronuba *dicitur:* Virg. Aen. 4, 166 — et pronuba Iuno. Iunonis amiculum eſt pellis caprina. *Vid.* Feſtus *voce* FEBRVARIVS. Couella Iuno *apud* Varronem (L. L. 5, 4 p. 49, 29) *legitur, quae dictio, quia palato hominum delicatorum non eſt placita, ſcribunt* Iuno nouella. *Atqui quum veteres ad Lunae curſum menſes ſuos exigerent, et prima Lunae viſitatio, primumque eius lumen diem Calendarum efficeret, et Calendae eſſent ipſum nouilunium, dubium non eſt, quin tum et Nonis eſſet* luna caua. *Priſci autem* Varrone *ipſo auctore* Cauum, Couum *dicebant, vnde* Couelli *diminutio. Ergo* Iuno couella, *eſt* Iuno lucina, *et* Luna caua. *Turneb. Sed vid.* COVELLA. Inferna Iuno Virg. Aen. 6, 138. Magna Id. ibid. 3, 437. *Per* Iunonem Matrem familias *iurat* Alcmena Plaut. Amph. 2, 2, 201. *Hinc ſuam* Iunonem *viri per iocoſas blanditias appellant vxores* Plaut. Caſin. 2, 3, 14. *it.* Bacch. 2, 2, 39. Matrona Hor. Carm. 3, 4, 59. Maxima Virg. Aen. 4, 371. Moneta, *vid. ſ. l.* Omnipotens Virg. Aen. 4, 693. Profunda Iuno, *Proſerpina* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 2. Pronuba Virg. Aen. 4, 166. Regia Id. ibid. 1, 118. Regina Liu. 5, 30. Saturnia Virg. Aen. 3, 380. Sceptrifera Stat. Theb. 10, 51. Stygia, *i. Proſerpina* Reineſ. Inſcr. 1, 34 p. 61, *qui ſuſpicatur* Sdygiam *eſſe debere, i.* Zygiam *de qua ſ. l.* ¶ 2 Iunonis Stella *eſt* Heſperus, *planeta, cui* Veneris *nomen nunc haeret vnice.* Plin. 2, 8 *de Venere ſtella,* In magno nominum ambitu eſt. Alii enim Iunonis, alii Iſidis, alii Matris Deûm appellauere. Hygin. Poët. Aſtron. 42 p. 416 Quarta ſtella eſt Veneris, Lucifer nomine, quam nonnulli Iunonis eſſe dixerunt. Apul. de Mundo p. 58, 12 Quintus Phoſphorus, Iunonia, immo Veneris ſtella cenſetur. Auguſtin. de C. D. 7, 15 Luciferum quidam Veneris, quidam dicunt eſſe Iunonis. Sed, vt ſolet, Venus vincit. Nam multo plures eam ſtellam Veneri tribuunt. ¶ 3 Iuno *in feminis id eſt, quod in viris* Genius. Sen. Epiſt. 110 Sepone in praeſentia, quae quibusdam placent, Vnicuique noſtrum paedagogum dari Deum, non quidem ordinarium, ſed hunc inferioris notae, ex eorum numero, quos Ouidius ait de plebe deos. Ita tamen hoc ſeponas volo, vt memineris, maiores noſtros, qui crediderunt hoc, Stoicos fuiſſe: ſingulis enim Genium et Iunonem dederunt. *Apparet, nihil aliud eos intellexiſſe, quam ſe ipſos ſuumque animum. Indicat hoc etiam* Plin. 2, 7 Maior caelitum populus quam hominum etiam intelligi poteſt, cum ſinguli quoque ex ſemetipſis totidem Deos faciant, Iunones geniosque adoptando ſibi. Propert. 2, 4, 17 At tu per dominae Iunonis dulcia iura Parce tuis animis, vita, nocere tibi, *per genium illam ſuum obteſtatur.* Tib. 4, 13, 15 Haec tibi ſancta tuae Iunonis numina iuro. *Et* 3, 6, 48 Etſi perque ſuos fallax iurarit ocellos, Iunonemque ſuam, perque ſuam Venerem. *Eadem eſt, de qua* Tib. 4, 6, 1

Natalis Iuno, ſanctos cape turis honores,
Quos tibi dat tenera docta puella manu.
Tota tibi eſt hodie; tibi ſe laetiſſima comſit,
Staret vt ante tuos conſpicienda focos, *etc.*

Vt igitur natali die genium *curant et colunt peculiariter viri, ſic feminae Iunonem. Perſecutus hoc eſt Politian. Miſcellan. c. 89, qui huc trahit* Virg. Ecl. 4 *extr.* Nec Deus *(genius)* hunc menſa, Dea (Iuno) nec dignata cubili *(lecto geniali)* eſt. *Item Douza Praecid. ad Tib. c. 19.* Hinc

Hinc Quartilla Petroniana c. 25 *iurat*, Iunonem meam iratam habeam, ſi vnquam me meminerim virginem fuiſſe. *Et* Iuuen. 2, 98 *effeminatum hominem ſic notat*, Et per Iunonem Domini iurante miniſtro. *Hinc titulus* GENIO et IVNONI *in ſepulcris coniugum apud Spon. Miſcell. Erud. antiq.* c. 63. *Add.* Grut. p. 24, 12 IVNONI AVGVSTAE, *et ibid.* 4 IVNONIBVS AVGVSTIS. *et* p. 25, 9 IVNONI CLAVDIAE *etc.* *et* p. 24, 13 IVNONI GAVIAE ALBINAE. *et* p. 25, 11 IVNONIBVS IVLIAE ET SEXTILIAE.

IVNONIVS, a, um. Adi. [Ἡρῷος] Auis Iunonia, *Pauo* Ouid. de Arte Am. 1, 627. Menſis Iunonius Ouid. Faſt. 6, 61 *eſt* Iunius *apud* Laurentes, Aricinos, Lanuuinos. Puer Iunonius, *dicitur Auguſtus a* Pſeudo-Cicerone ad Octauium, Ego ipſe Senatum ſibi manus afferre coëgi, quum te Iunonium puerum, et matris tuae partum aureum eſſe dixi. *i. Martialem et acerrimum propugnatorem libertatis publicae, quaſi Martem quendam iunctum aduerſus hoſtes Senatus, et bonorum. Nam Mars, Iunonis filius fuit.* Templa Iunonia Ouid. Triſt. 2, 291.

IVNONICŎLAE, arum. m. *Pl.* [Ἡροσεβεῖς] Phaliſci Ouid. Faſt. 6, 49.

IVNONIGĔNA, ae. m. [Ἡρογενεῖς] *Dicitur* Vulcanus, *qui ex ſola Iunone natus ſuit.* Ouid. Met. 4, 173.

IVNONĀLIS, e. Adi. Ouid. Faſt. 6, 63 Iunonale leges tempus, *etc. i. Menſem Iunonium, eundem qui* Iunius.

I V P

IVPĬTER, *vel quod fere eſt in numis et lapidibus* IVPPITER, *Deorum ille hominumque rex et pater, qui cum a Graecis* Ζεὺς *vocaretur, inde ortum eſt* Iouis; *et ex eo, quod iſti in precibus dicerent* Ζεῦ πάτερ, Iupiter. *vt a* ζυγὸν iugum, ζευγνύω iungo *etc. quae deriuatio placet etiam* Diomedi 2 p. 417 *pr. Caeterum* Aptoton *eſt, vt vocat v. g.* Priſc. 5 p. 669. *Itaque obliqui Caſus ſumuntur a* Iouis, *de quo ſ. l. Tamen idem* Priſcian. 6 p. 695 *poſt med.* Inueniuntur tamen apud vetuſtiſſimos — Opiter, Opiteris et Opitris: Maſpiter (*ſ. pro* Marſpiter) Maſpiteris et Maſpitris: Dieſpiter, Dieſpiteris et Dieſpitris. Sic etiam Iupiter, Iupiteris et Iupitris, vt Caeſellio Vindici placet, debuit declinari. *Et ſic* Hygin. Poët. Aſtron. 2, 13 *editt. antiquae* Quae poſtea Iupitris fuiſſe nutrix — demonſtratur. *Sed Munck. ex MSS.* Iouis. *Cauillatur* Probus Cathol. p. 416 *extr.* Qui declinat hic Iuppiter huius Iouis, poteſt et hic Phoebus huius Apollinis declinare, et haec Minerua huius Palladis, et hic Hercules huius Alcidae. *Cauillatur, inquam: quod* Phoebus Phoebi *poſſum dicere*, Iupitris *non item etc. Caeterum* Gell. 5, 12 *ſuperiora firmat*, Quod eſt eliſis aut immutatis quibusdam literis Iuppiter, id plenum atque integrum eſt *Iouiſpater*. Sic et *Neptunuſpater* coniuncte dictus eſt, et *Saturnuſpater*, et *Ianuſpater*, et *Marſpater*, hoc enim eſt *Marſpiter*, itemque Iouis *Dieſpater* appellatus, id eſt diei et lucis pater. Iupiter *accuſandi caſu* Iouem patrem Liu. 2, 45, 14. *De hoc igitur* Ioue patre *iam non hiſtorias trademus, ſed formulas, ac nomina: et ne haec quidem omnia, quandoquidem* Iouis omnia plena, *vt ex Arato* Virg. Ecl. 3, 60. A Poëtis (*inquit* Cic. de N. D. 2, 94) dicitur Diuûm atque hominum pater: a maioribus autem noſtris Optimus maximus. Idem pro Domo 144 Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia Populus Rom. Optimum, propter vim Maximum nominauit. Cic. de N. D. 3, 42 c. 16 Ioues quoque complures in Graecorum literis inuenimus. *Et* 53 c. 21 Principio Ioues tres numerant ii, qui theologi nominantur, ex quibus primum et ſecundum natos in Arcadia: alterum patre Aethere, *etc.* Alterum patre Caelo, *etc.* Tertium Cretenſem, Saturni filium, cuius in illa inſula ſepulcrum oſtenditur. *Ille velut hiſtoricus Iupiter: naturalis caelum eſt aër, et vis ea mouens. Hinc* Hor. Carm. 1, 1, 25 Manet ſub Ioue frigido Venator, tenerae coniugis immemor. Iuuenal. Sat. 5, 79 Fremeret ſaeua quum grandine vernus Iuppiter. *Vnde et* Sub dio *dicimus, quum* Δία Iouem *vocent Graeci, quem omnia eſſe voluerunt. Vt* Valerius Soranus *apud* Auguſtin. de C. D. 7, 9 *ex Varrone*, Iuppiter omnipotens regum rerumque, deûmque Progenitor, genitrixque deûm, Deus vnus et omnes. *Alibi pro Anima mundi, alibi pro Pluuia.* Virg. Georg. 2, 419 Et iam maturis metuendus Iupiter vuis. *Eſt et* Iupiter *nomen Stellae illius ſalutaris, quae in ordine ſecunda eſt.* Plin. 2, 18 Suus cuique color; Saturno candidus, Ioui clarus, Marti igneus. A capra et apibus nutritum fuiſſe praedicarunt Graeci: *vid.* Lactant. 1, 21. *et* Ouid. Faſt. 3, 43 *et alibi. Vid.* AMALTHEA. Sepulcrum Iouis *oſtendunt Cretenſes. Vid.* Lactant. 1, 11, 46 *ex Ennio. Plane* Lactantius *de Ioue videndus, praeſertim* 1, 10. *it.* 11. 21. 22 *etc.* ¶ 2 *Epitheta Iouis:* Altitonans Iupiter, *vid. h. v.* Aequoreus, *Neptunus* Claud. de Conſ. Mall. 282. Altiſonus, *vid.* Altiſonus *in* ALTVS. Aequus Hor. Carm. 1, 28, 29. Altus Ouid. de Arte Am. 2, 38. Ammon, *vid. ſ. l.* Arbitrator, *vid. h. v.* Arduus Valer. Argon. 5, 304. Barbatus *et* Imberbis Min. Fel. 21, 15. Capitolinus gerit fulmina Idem 21, 15. Celſus Valer. Argon. 4, 75. Cornigero de Ioue natus; *De Ioue Hammone* Ouid. in Ibin 298. Dextro Ioue liber eſt Perſ. 5, 114. Elicius Liu. 1, 20. Auſon. Epit. 33 *in Glauciam*, Aut Iouis Elyſii tu Catamitus eris, *i. Plutoni eris, quod Ganymedes Ioui.* Feretrius, *vid. h. v.* Fulminantis magna manus Iouis Hor. Carm. 3, 3, 6. Gelidus Claud. in Conſ. Prob. et Olyb. 37. Hoſpitalis *v. ſ. l.* Humidus Virg. Georg. 1, 418. Hiberni Iouis fragor Stat. Theb. 3, 26. Imberbis, *vid.* BARBATVS. Imperator Liu. 6, 29. Cic. Verr. 4 c. 58. *Templum eius Romae in* octaua vrbis regione *apud* Victorem. *Add.* Plin. Paneg. 5, 4. Indiges *Aeneas* Liu. 1, 2. Inuicti Iouis vxor Hor. Carm. 3, 27, 73. Latiaris Min. Fel. 21, 15. Lucetius Naeu. *apud* Gell. 5, 12. Maximus Hor. Serm. 1, 2, 17. Magni Iouis nuntius Idem Carm. 1, 10, 5. Malus Iupiter, *cum tempeſtates ciet* Stat. Theb. 10, 368 Sic vbi nocturnum tonitru malus aethera frangit Iupiter, aſſiliunt (*potius* Abſiliunt) nubes, et fulgure claro Aſtra patent *etc. Ipſe* Hor. Od. 1, 22, 19 Quod latus mundi nebulae Malusque Iupiter vrgent. Minianus, *vid. ſub* MINIVM. Nigri Iouis regna; *Plutonis* Sen. Herc. Oet. 13. Olympicus, *vid.* OLYMPVS. Optimus Maximus Cic. de Nat. Deor. 2, 64 c. 25. *et* pro Domo c. 57 *pr.* Piſtor, *vid.* Ouid. Faſt. 6, 394. Pluuius, *v. h. v. ſub* PLVO. Salutaris Cic. de Fin. 3 c. 20. Seueri Iouis vultus Stat. Theb. 9, 839. Stator Liu. 12, 10, 36. Stygius, *Pluto* Virg. Aen. 4, 638. Summus, *vel* Supremus Idem Aen. 1, 123. Hor. Carm. 1, 32, 14. Tonantis annus hibernus Iouis Hor. Epod. 2, 28. Tremendi folium Iouis, *Plutonis* Valer. Argon. 3, 385. Victor Liu. 10, 29. Vimineus Iupiter Varr. L. L. 4, 8, p. 15, 34 *a quo dictum ſuſpicatur* Viminalem collem, quod ibi arae ſint eius. ¶ 3 Iouem lapidem iurare: Gell. 1, 21 Quum Phauorino Hygini commentarium legiſſem, atque ei ſtatim diſplicita eſſet inſolentia et inſuauitas amaroris, Iouem lapidem inquit, quod ſanctiſſimum iusiurandum eſt habitum, paratus ego iurare, Virgilium hoc nunquam ſcripſiſſe. Feſtus 10 Lapidem ſilicem tenebant iuraturi per Iouem, haec verba dicentes, Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter ſalua vrbe, arceque, bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem. Liu. 1, 24 Patris patrati *ad iusiurandum patrandum, id eſt ſanciendum, creati verba in foedere faciendo ſic exprimit:* Audi Iupiter, audi Pater patrate populi Albani, audi tu populus Albanus, vt illa palam prima poſtrema ex illis tabulis ceraue recitata ſunt, ſine dolo malo, vtique ea hic hodie rectiſſime intellecta ſunt, illis legibus Populus Romanus prior non deficiet. Si prior defexit publico conſilio, dolo malo, tu illo die Iupiter Populum Romanum ſic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque. Liu. 21, 45 Eaque vt rata ſcirent fore, agnum laeua manu, dextra ſilicem retinens, ſi falleret, Iouem caeterosque precatus deos, ita ſe mactarent, quemadmodum ipſe agnum mactaſſet, ſecundum precationem caput pecudis ſaxo eliſit. *Apud Polybium* 3, 25 *deſcribuntur iidem plane ritus, et vocatur Romanorum* ὅρκος ὁ διὰ λίθου, vel διὰ λίθων, *quod recte Caſaubonus vertit, Morem iurandi Iouem lapidem. Puto autem in Romana formula eſſe figuram Aſyndeton, qua in publicis formulis alias vtuntur, vt in ipſo loco* Liu. 1, 24 Prima poſtrema, *vt* Patres Conſcripti; *etc.* Iouem Lapidem iurare *eſt, per* Iouem *et* lapidem iurare. *Sic* Cic. Fam. 7, 12 Quomodo autem tibi placebit Iouem lapidem iurare, quum ſcias, Iouem iratum eſſe nemini poſſe? Viuere cum Ioue, *profiteri religionem Iouis et aliorum Deorum. Vid. locus* Perſii 5, 138 *quem damus in* BARO. Barba Iouis *arbuſcula, quam deſcribit* Plin. 16, 18. Flamma Iouis Idem 27, 6. Flos Iouis Id. 21, 10 *et* 11. Gemma Iouis Plin. 37, 10 ſ. 61. Glans Iouis Plin. 15, 22. Ignis rapidus, *i. fulmen* Virg. Aen. 1, 42. *Finimus in praeclaro loco Senecae* de Vit. Beat. c. 26 Sic veſtras hallucinationes fero, quemadmodum Iupiter Optimus Maximus ineptias Poëtarum: quorum alius illi alas impoſuit, alius cornua: alius adulterum illum induxit et abnoctantem: alius ſaeuum in deos, alius iniquum in homines: alius raptorum ingenuorum corruptorem, et cognatorum quidem: alius parricidam, et regni alieni paternique expugnatorem. Quibus nihil aliud actum eſt, quam vt pudor hominibus peccandi demeretur, ſi tales Deos credidiſſent.

I V R

IVRA, ae. m. [Ἰουρασσός] Mons eſt Galliae, Sequanos ab Heluetiis diuidens: *Auctor* Caeſar B. G. 1 *pr.*

IVRAMENTVM, IVRATVS, *vid.* IVRO.

IVRGO, āre. [νεικέω, ἐρίζω] *Ex* Iure *et* Ago; *quaſi De iure ago et contendo. Seruauit* Non. 5, 34 *locum e* Ciceronis de rep. 4 Admiror nec rerum ſolum, ſed verborum etiam elegantiam (*de XII tabulis, puto, loquebatur Cicero*) SI IVRGANT, inquit: beneuolorum concertatio, non lis inimicorum, iurgium dicitur. — Iurgare igitur lex putat inter ſe vicinos non litigare. Cedo, quid iurgabit tecum Ter. Andr. 2, 3, 15. *Et* Andr. 5, 1, 19 Cum Dauo egomet vidi iurgantem ancillam. Liu. 10, 35 Haec iurganti increpantique reſpondebant, confectos ſe pugna heſterna eſſe. Ne ſaeuus iurgares Hor. Epiſt. 2, 2, 21. *Conf.* Varr. de L. L. 6, 5. ¶ 2 *Dep.* Hor. Serm. 2, 2, 100 Iure, inquit, Traſius iſtis Iurgatur verbis.

IVRGIVM, i. n. [δίκη, ἀψιμαχία, ἀμφισβήτησις, προπηλακισμὸς, ἀντιλογία Gloſſ. Lat. Gr.] *Contentio.* Cic. de Amicit. 80 Cauendum vero, ne etiam in graues inimicitias conuertant ſe amicitiae, e quibus iurgia, maledicta, contumeliae gignuntur. Ne quis in certamine iurgioue — commilitoni obiectaret Tacit. Hiſt. 4, 72, 9. Acre iurgium Idem ibid. 4, 6. *Vid.* ACER. Inimica Senec. Thyeſt. 7. Inſana Ouid. Faſt. 1, 74. Notabile Tac. Hiſt. 2, 53. Euax! iurgio tandem vxorem abegi a ianua Plaut. Men. 1, 2, 18. Abſtinere iurgiis, Auferre iurgium, Committere iurgia, Contendere iurgio cum aliquo, *vid. hh. vv.* Gliſcunt iurgia Lucret. 3, 479. Irrita iurgia iactas Virg. Aen. 10, 95. Nectere iurgia cum aliquo Ouid. Amor. 2, 2, 35. Rabioſa iurgia vendere Senec. Herc. fur. 3 *de cauſidicis.* Lucan. ad Piſon. 74 Turbida prolatis tacuerunt iurgia rebus. Iurgium *et* Lis hanc habent diſtantiam, quod Iurgium leuior res eſt; ſi quidem Inter beniuolos aut propinquos diſſenſio vel concertatio, Iurgium dicitur: Inter inimicos diſſenſio, Lis appellatur. *Haec* Non. 5, 34 *et ponit locum Ciceronis, quem modo in* IVRGO *dedimus.*

IVRGIŌSVS, a, um. Adi. [φιλονεικώδης] *Contentioſus et litigioſus.* Gell. 1, 17 Mulier moroſa admodum fuiſſe fertur, et iurgioſa. *De Xanthippe Socratis vxore.*

IVRGATIO, ōnis. f. Feſtus.

IVRGĀTOR, ōris. m. Mart. Capell. . .

IVRGATRIX, īcis. f. Hieron. Epiſt. 47.

IVRGATORIVS, a, um. Adi. Ammian. 27, 1.

IVRIDICVS, IVRISDICTIO, *vid.* IVS.

IVRO, āui *et* ātus ſum, āre. [ὀμνύω, ὄμνυμι, ὀμόω] *A* Iure *fit: nam* Iurare *proprie eſt, iure, lege, ſollemniter, affirmare aliquid, negare vel promittere, adhibitis teſtibus. Deo ipſo etiam inuocato vt teſte vel vindice.* Iurare tui ciues Xenocratem teſtimonium dicentem prohibuerunt Cic. Att. 1, 16. Decies iuraſti, *vid.* DECEM. Aras iurare, *Poëtice dixit* Horat. *pro Aris tactis* Epiſt. 2, 1, 16 Iurandasque tuum per nomen ponimus Aras. Bellum ingens iuratur Stat. Achill. 1, 455. Fidem iurata fefellit Ouid. Amor. 3, 3, 1. Iouem lapidem, *vid.* IVPITER. Iusiurandum, quod iuraretur Gell. 5, 19. Quod ita iuratum eſt, vt mens conciperet fieri oportere, id ſeruandum eſt Cic. Off. 3 c. 29. Iuratur Honorius abſens Claud. Conſ. Hon. 4, 447. *Add.* Stat. Theb. 7, 103. Lucan. 5, 396. Maria aſpera iuro Virg. Aen. 6, 351. Sancte Ter. Hec. 1, 1, 3. Tellurem hanc iuro Sil. 8, 105. *Conf. h. l. Drakenb.* Verbis conceptis iurare, *i. Dictatis a deferente iuramentum, et ex arbitrio adiurantis, hoc eſt adigentis ad iusiurandum, pernotatis:* Plaut. Pſeud. 1, 3, 119. Idem Ciſt. 1, 1, 100 At ille conceptis, iurauit verbis apud matrem meam, me vxorem ducturum eſſe. *Conf.* Liu. 43, 16 *extr.* Calumniam Cael. ad Cic. Fam. 8, 8. Liu. 33, 47. *i. ſe non calumniari.* Plin. in Paneg. c. 68 Scis tibi vbique iurari, quum ipſe iuraueris omnibus, *i. fidem pollicitus ſis.* Per: Cic. pro Rabir. Poſt. 36 Vbi ſemel quis peierauerit, ei credi poſtea, etiam ſi per plures deos iuret, non oportet. Per caput hoc iuro Virg. Aen. 9, 300. Per Deos Cic. Acad. 4 c. 20. Per mala *ſua*, per manes: *vid.* Quinctil. 6 prooem. *ibique Burmann. p.* 495. Per ſidera Virg. Aen. 6, 458. In aliquem iurare, *i. In* pernicíem

perniciem alicuius coniurare. Ouid. Epiſt. 10, 117 In me iurarunt ſomnus, ventusque, ſidesque. *Sed plane aliter* Tacit. Hiſt. 1, 76 Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuncius, iuraſſe in eum Dalmatiae ac Pannoniae et Moeſiae legiones, *i. fidem illi iuraſſe, in verba illius iuraſſe.* In facinus aliquod Ouid. Met. 1, 242. In leges alterius, *i. Iurare ſe ſeruaturum leges alterius* Victor de Viris Illuſt. c. 62 *pr.* Cic. pro Cluent. 91 Multam petiuit, qua lege? quod in legem non iuraſſet: quae res nemini vnquam fraudi fuit. *Sic* de Finib. 2, 55. *et* pro Sext. c. 16 *et* c. 28. Cic. pro Roſc. Com. 4 c. 1 Quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet? *Add.* Tit. ff. de in litem iurando. Caeſ. B. C. 1, 76 Princeps in haec verba iurat ipſe, ad idem iusiurandum adigit Afranium. In verba alterius Suet. Oth. c. 8. *i. homagium praeſtare, vt nunc loquuntur. Sic ipſe* Liu. 28, 29 *extr.* Hor. Epiſt. 1, 1, 14 Nullius addictus iurare in verba magiſtri. Liu. 2, 45 Idem deinceps omnis exercitus in ſe quisque iurat, *Praeceſſit formula,* Si fallat, Iouem patrem, Gradiuumque Martem, aliosque iratos inuocat *(contra ſe vocat et excitat quaſi)* Deos. Cic. Fam. 5, 2 Magna voce iuraui veriſſimum pulcherrimumque iusiurandum, *etc.* Iurare morbum, *Iurare ſe male valere, et morbo laborare:* Cic. Att. 1, 1 Qui denegat, et iurauit morbum, et illud ſuum regnum iudiciale oppoſuit. *i. Valetudinem, et ſimul iuris ciuilis occupationem excuſauit. Sic* Iurabo perpetuum morbum Id. Att. 12, 13. In rem iurare *dicitur aliquis, quum de re in iudicium deducta:* In perſonam, *quum de perſona ſua iurat. Non poteſt facilius dari exemplum, quam ex textu* l. 1 §. 1 D. Quarum rerum actio non datur. Iurare de perſona: Vlpian. l. 1 D. quar. rer. act. non datur. Iurare in rem: Vlpian. l. 1 D. quar. rer. act. non datur. Iurarunt inter ſe, *pro Coniurarunt:* Cato *apud* Plin. 29, 1 Iurarunt inter ſe Barbaros necare omnes medicina. Iurare ex ſui animi ſententia Cic. Acad. 4, 147. Ouid. Epiſt. 21, 133 Quid tibi nunc prodeſt iurandi formula iuris, *etc. i. iurisiurandi.* Iurandi formulas *paſſim inuenias. Cumulatas comica laſciuia plures habet* Plaut. Ciſtell. 2, 1, 36 ſq. At ita me DI Deaeque ſuperi atque inferi, et medioxumi, Itaque me Iuno regina, et Iouis ſupremi Filia, Itaque me Saturnus patruus eius. ME. Ecaſtor pater. *(Corrigit errantem in Genealogia, vt mox) Al.* Itaque me Ops opulenta, illius auia. ME. Immo mater quidem — Dî me omnes, magni minutique et patellarii Faxint, ne ego dem vinos ſauium Silenio, Niſi ego teque tuamque filiam, meque hodie obtruncauero. *Quas Ciceroni in Antonium dicenti formulas tribuit Dio* 45 p. 286, C *illae ad Demoſthenicam illam per occiſos Marathone, confictae videntur:* ὀ μὰ τὰς ῥάβδους τὰς Ὀυαλερίου, καὶ τὸν νόμον τοῦ Πορκίου, οὐ μὰ τὸ σκέλος τοῦ Ὁρατίου, καὶ τὴν χεῖρα τοῦ Μουκίου, οὐ μὰ τὸ δόρυ τοῦ Δεκίου καὶ τὸ ξίφος τοῦ Βρούτου.

IVRANS, antis. Partic. [ὀμνύων] Falſa iurans Ouid. Met. 13, 50. Verba iurantia Idem Epiſt. 21, 143. *Add.* Vulg. Sirac. 23, 12.

IVRĀTVS, a, um. Partic. [ὁρκωτὸς, ἐνώμοτος] *Qui iurauit.* Cic. pro Caecin. 3 Si enim ſunt viri boni, me adiuuant, quum id iurati dicunt, quod ego iniuratus inſimulo. Iuratus eſt mihi, *pro Iurauit:* Plaut. Rud. 5, 3, 17 Num tu iuratus mihi es? L. iuratus ſum, et nunc iurabo. *Add.* ibid. v. 20 *et* 23. Idem Curc. 3, 88. *et* 4, 4, 10. *it.* Perſa 3, 2, 2. Iudici demonſtrandum eſt, quid iuratus ſit, Cic. de Inuent. 2 c. 43 *extr.* Ex lege, in quam iurati ſitis Ibid. c. 45. Statimque vt iurati erant, ad Hannibalem profecti ſunt Gell. 7, 18. Regulus iuratus miſſus eſt ad Senatum Cic. Off. 3 c. 26. *Conf.* Sil. 6, 346. Ouid. Her. 20, 227. Vt malim iurato ſuam, quam iniurato aliorum tabellas committere Cic. in Verr. Act. 1 c. 10. Quis vnquam ab hiſtorico iurato res exegit Sen. de Morte Claud. *vbi conf. Gronou.* Lucan. 8, 219 Mihi per Latium iurata Tonantem. *i. Quae iurauit mihi per Iouem Latialem.* Hygin. Poët. Aſtron. 2, 15 Neque id, quod fuerat iuratus, remiſit. Plin. praef. p. 4, 15 Scito enim conferentem auctores me deprehendiſſe a iuratiſſimis et proximis veteres transſcriptos ad verbum, neque nominatos. Iuratiſſimos *intelligo, qui magna cum aſſeueratione, tanquam iurati teſtes, narrant obſeruationes de rerum natura pro ſuis alienas. Sumta formula a* iuratis iudicibus, *quibus ob id ipſum creditur. Sic* Plin. 7, 34 Vir optimus iudicatus eſt Scipio Naſica a iurato Senatu. Iuratus, *Paſſiue:* Bellum iuratum Sil. 11, 145. Foedus iuratum Ioui Idem 1, 9. Numina Ouid. Epiſt. 2, 23 *per quae iurauimus.* Senatus, Iudices, *h. e. Iureiurando confirmati* Plin. 7, 34. Cic. Acad. 4, . . Quaeque iurati iudices cognouiſſent *etc.*

IVRANDVS, a, um. Partic. Hor. Epiſt. 2, 1, 16 *Auguſtum alloquens,* Iurandasque tuum per nomen ponimus aras.

IVRATO. Adu. Paullus in l. Qui D. Qui ſatisd. cog. Qui iurato promiſit iudicio ſiſti, non videtur peieraſſe, ſi ex conceſſa cauſa hoc deſeruerit.

IVRĀTOR, ōris. m. [ὁρκωτὴς] Sen. de morte Claud. *pr.* Quis vnquam ab hiſtorico iuratores exegit? *i. teſtes iuratos. Gronouius dedit* iurato res: *et negat,* iuratorem *eſſe qui iurat. Sed refellitur loco* Macrob. Saturn. 5, 19 Teſtatum faciebat eſſe iurator, de quo iuraret — mox in lacu amittebat vitam falſus iurator. *Interim certum eſt, quod alias diſputat* ¶ 2 Iuratorem *etiam eſſe, cui iuratur. Sic* Cenſus iuratori recte rationem dedi Plaut. Trin. 4, 2, 30. *i. Cenſori. Vt enim* iuratus, *qui* iurauit, *ita* Iurator, *qui* iureiurando *adigit ciues. Viderat Turnebus, et probat Gronou. Obſſ. 4, 3. Eodem modo* Plaut. Poen. prol. v. 58 Nam argumentum hoc hic cenſebitur: locus argumento eſt ſuum ſibi proſcenium: vos iuratores eſtis, quaeſo operam date. *De teſtibus etiam hunc locum accipiunt Lipſ. Epiſt. quaeſt. 2, 24. et Voſſ. Inſtit. Or. 1 p. 61. Sed pro Turnebo* (Adu. 19, 12) *et Gronouio eſt ipſum Verbum* Cenſebitur.

IVRATORIVS, a, um. Adi. Cod. 12 t. 19 l. 12 *pr.* Cautio iuratoria.

IVRATIO, ōnis. f. *Actus iurandi.* Macrob. Saturn. 1, 6 Verba iurationis concipit. Tertul. de Idol. c. 21 Cum te alius per Deos ſuos obligat iuratione. Auguſtin. de Ciu. Dei 16, 32 Iuratione Dei firmata promiſſio.

IVRAMENTVM, i. n. [ὁρκωμοσία] *i. iusiurandum affertur ex* Seneca de Clement. 2, 1 O vocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cuius verba principes regesque iuramentum faciant. *Sed* iurent *poſt Lipſium Gron. qui tamen malit* iurarent, *et originem mendi pulchre aperit. Vſus eſt* Vlp. in lege iusiurandum §. Si de qualitate iuramenti: *ſicque in Florentinis libris legitur, inquit Budaeus. Vſus eſt et* Ammian. 21, 9. *et* 24, 2. Sulpic. Seuer. 1, 8, 2. *Vid. Cellar. Cur. Poſt.*

IVRANDVM, i. n. [ὁρκωμόσιον] *Idem quod Iusiurandum.* Plaut. Ciſt. 2, 1, 26 Verum haud metuo, ne iurandum noſtrum quisquam culpitet. *Add.* Id. Pſeud. 1, 2, 63 Lanios, qui itidem vt nos iurando iure malo quaerunt rem. *Sed hic iunguntur* iurando iure. *Auſ. Popma de vſu ant. Locut. 1, 7.*

IVREIVRANDVM *apud* Cic. pro Flacco c. 5 *quidam legiſſe dicuntur.*

IVREIVRO, āre. [ὁρκωμοτέω] *Idem quod Iurare.* Praetores ambo in eadem verba iureiurarunt Liu. 41, 15. *Sed merito dubitant viri docti recipere verbum hac ſola auctoritate ex loco miſere deformato, quem vnus tantum MS. habet. Si ſit a* Liuio, *poteſt ille ſeparatim poſuiſſe,* iure, *i. lege, formula praeſcripta, iurarunt, vt* tribus iure rogatae, *etc.*

IVRVLENTVS, *vid.* IVS *pro Liquore.*

I V S

IVS, iuris. n. [ζωμὸς] *Liquor eorum, quae coquuntur.* Plaut. Moſt. 1, 3, 120 Itidem olent, quaſi quum vna multa iura confundit coquus. Ter. Eun. 5, 4, 17 Quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent. Cic. Fam. 9, 20 In ea coena coquus meus praeter ius feruens nihil potuit imitari. Varr. de R. R. 3, 17 Sic hos piſces nemo coquus in ius vocare audet, *lepide alludit ad forum.* Cic. Tuſc. 5, 98 c. 34 Quid victum Lacedaemoniorum in Phiditiis nonne videmus? vbi quum tyrannus coenauiſſet Dionyſius, negauit ſe iure illo nigro, quod coenae caput erat, delectatum. Tum is, qui illa coxerat, Minime mirum, condimenta enim deſuerunt. Ius *hoc* nigrum *forte eſt, quod Graecorum conſuetudine* αἱματιὰ *vocabatur. Ex quo ſuſpicamur ſanguine vel mixto vel incocto atrum colorem iuris illius redditum fuiſſe, cuiusmodi* Ius botulorum *videmus. Hoc autem in menſa Lacedaemoniorum erat praecipuum, vt ſenes eo cibo acquieſcerent plerumque, vt ait Plutarchus, nec opſonium aliud deſiderarent. Turnebus 7, 16.* Hor. Sat. 2, 8, 69 Ne male conditum ius apponatur. Tepidum ligurire ius Hor. Serm. 1, 3, 81. Ius gallinaceum, agninum, quam pinguiſſimum et ſaltiſſimum Scribon. 185. Ius gallinae pinguis, vel bubulae Idem 183. — pingue agninum, vel ex bubula factum Scribon. 189. — album, pingue, et falſum Idem 200. — ſuillum pingue Id. 190.

IVREVS, a, um. Adi. *Quod ex iure ſit. vt,* Iurea placenta, *quae e iure tota conſtat.* Plaut. Perſ. 1, 3, 17 Quaſi iuream eſſe ius decet collyricum. *Subaudiendum eſt* Placentam, *quaſi dicat vt* Ius collyricum *non liquidum ſit neque macrum, ſed tam craſſum et concretum, quam ſi e iure placenta fieret. Turnebus. Salmaſius ad h. l.* Iuriam *vult eſſe liquidioris paſtae genus, farinam coctam in aqua vſque ad craſſitiem maiorem quam eſt iuris. Fundum laudat huius ſententiae* Varronem de Re ruſtica. *Reſpicit, puto ad 2, 9, 8 vbi editur,* Cibatus canis propior hominis, quam ouis. Paſcitur enim e culina et oſſibus, non herbis aut frondibus. *Libri antiquiſſimi pro* e culina *habent* curia, *vnde, credo,* iuria *ſuum vel forte e libro alio habet.*

IVRVLENTVS, a, um. Adi. [ζωμώδης] *Cibi epitheton, cum ius ei additum eſt.* Celſ. 2, 18 Tum res eadem magis alit iurulenta quam aſſa: magis aſſa, quam frixa. Cibus minime iurulentus 1, 6. *Et pro eo*

IVSSVLENTVS, a, um. Adi. [ζωμώδης] *Formauit* Apuleius in Apol. p. 299 *Elmenh. ſic de Ennio dicens,* Oſtendit qualiter quisque piſcium aſſus aut iuſſulentus optime ſapiat. *Sic etiam edidit* Florid. p. 470.

IVRVLENTIA, ae. f. Tertull. de Ieiun. c. 1 Siccantes cibum ab omni carne et omni iurulentia. *Add.* Id. Apol. c. 8.

IVSCVM, i. n. *Idem quod Ius volunt eſſe, et laudant* Apul. Met. 2 p. 117, 30 *vbi Elmenh.* Parabat viſcum fartim conciſum.

IVSCVLVM, i. n. Dimin. [ζώμιον] Cato c. 156 Poſtea inde iuſculum frigidum ſorbere.

IVSCELLVM, i. n. *Aliud* Dimin. Theod. Priſcian. 2, 13 Iuſcellum Gallinarum. *Add.* Apic. 5, 3. *et Liſter. ad Eund. p. 152.*

IVSCELLARIVS, i. m. ζωμοποιὸς Gloſſ. Gr. Lat.

IVSCELLATVS, a, um. Adi. *E iuſculo coctus. vt,* Pullus iuſcellatus. *Vid. Reineſ. Var. Lect. 2, 8.*

IVS, iuris. n. [δίκη, τὸ δίκαιον] *Regula actionum, praeſcriptum, quod ſequi debent alii, legum comprehenſio: tum facultas, quam tribuit illud ius, agendi aliquid, habendi, petendi: res vel actio regulae illi conueniens, locus vbi ius dicitur, i. pronuntiatur, quid dare, facere, pati, habere, poſſidere aliquis debeat. Sed ea ipſa ſaepe ſibi implicita ſunt, vt non ſemper ſatis queant a ſe diſtingui.* Ter. Adel. 1, 1, 27 Non neceſſe habeo omnia pro meo iure agere, *i. pro ea facultate, quam mihi dat* patris *nomen, et adoptio.* Donatus *ad h. l.* Ius eſt, quod omnia recta et inflexibilia exigit; Aequitas eſt, quae de iure multum remittit. Ius et vis *ſibi velut e diametro opponuntur.* Cic. pro Sext. 91 c. 42 Atque inter hanc vitam perpolitam humanitate, et illam immanem nihil tam intereſt, quam ius atque vis. Horum vtro vti nolimus, altero eſt vtendum. Vim volumus exſtingui? ius valeat neceſſe eſt, id eſt, iudicia, quibus omne ius continetur. — Milo et vidit, et fecit, vt ius experiretur, vim depelleret, *etc.* Cic. de Legib. 3, 61 *ex* Legib. XII Tabb. Quod is, qui bellum geret imperaſſit, id ius ratumque eſto. Vlpian. l. 3 D. de Legat. Non ambigitur, Senatum ius facere poſſe. *i. SCtum vim legis habere.* Ter. Heaut. 4, 1, 29 Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, atque aequum ſciunt? Vlpian. De iuſtitia et iure l. 1 Nomen iuris a iuſtitia appellatum. *Melius forte dicturus erat,* Iuſtitiae cognatum. Celſ. *definit apud* Vlp. in l. 1 D. de Iuſtitia et iure, Ius eſt ars boni et aequi. Nullum eſt genus hominum tetrius, nec minus bono cum iure. *i. minus aequum.* Plaut. Moſt. 3, 1, 129. *Sic* Ius bonum dicis impetrare oportet, quia aequum poſtulas Plaut. Stich. 5, 4, 44. Idem Epid. 1, 1, 23 Te volo percontari, operam da, opera reddetur tibi. T. ius dicis. *h. e. Aequum eſt.* Idem Rud. 4, 4, 108 Ius bonum oras. Plaut. Aul. 4, 10, 17 Nam ſi iſtuc ius eſt, vt tu iſtuc excuſare poſſies Luce, claro, deripiamus aurum matronis palam. Cic. Philipp. 2, 72 Ius poſtulas: ſed quid ad rem plus ille poterat, ius, *i. rem iuſtam et aequam.* Cic. pro Caecin. 68 c. 24 Neque enim fieri poteſt, vt aliud iudicari de iure, aliud reſponderi oporteat: nec vt quisquam iuris numeretur peritus, quid id ſtatuat eſſe ius, quod non oporteat iudicari. At eſt aliquando contra iudicatum? Primum vtrum recte, an perperam? ſi recte: id fuit ius, quod iudicatum eſt. Sin aliter: non dubium eſt, vtrum iudices an iurisconſulti vituperandi ſint, *etc.* Plaut. Bacchid. 4, 3, 2 Sine modo et modeſtia ſum, ſine bono iure, atque honore. Ter. Andr. 2, 3, 20 Vt quum velit, tibi iure iraſci non queat. Cic. Verr. 5 c. 8 Quamobrem iure in eum animaduerteretur. Iure ac merito Iuuen. Sat. 2, 34. Iure damus poenas Ouid. Triſt. 4, 4, 43. Ter. Andr. 1, 3, 9 Quo iure, quaque iniuria praecipitem me in piſtrinum dabit. Cic. Verr. 2 c. 61 Non quaero iure, an iniuria ſint

inimici. *Plenius dicunt* pro iure. Ter. Adelph. 1, 1, 26 Do, praetermitto: non neceſſe habeo omnia pro meo iure agere. Multa multis de iure ſuo cedere Cic. Off. 2 c. 18. Idem de Orat. 2, 294 Duo illa, quae facillima videntur, quoniam quae difficiliora ſunt, non poſſum, mihi pro meo iure ſumo. Cic. pro Marcell. 6 Maximam vero partem quaſi ſuo iure fortuna ſibi vindicat: et quidquid eſt proſpere geſtum, id paene omne ducit ſuum. Idem Att. 3, 2 *pr.* Itineris noſtri cauſa fuit, quod non habebam locum, vbi pro meo iure diutius eſſe poſſem, quam in fundum Sicae. Optimo iure, *vel* Optima conditione praedia *quae eripi nullo titulo poſſunt*, Cic. pro L. Agr. 3, 7 c. 2 Optimo enim iure ea ſunt profecto praedia, quae optima conditione ſunt. *Vid. Briſſ. de Form. p. 136. Gronou. ad* Liu. 9, 34. Complecti aliquem aequo iure Tacit. Ann. 2, 82. Cic. Verr. 2, 32 Siculi hoc iure ſunt, vt quod ciuis cum ciue agat, domi certet ſuis legibus, *haec illis facultas legibus tributa eſt. Add.* ib. 2 c. 27. Quum mihi roſtra tenere Ius erat Lucan. 1, 274. *i. licentia.* Vlp. in l. Vti frui D. Si vſusfructus petatur, *etc.* Negauit ius eſſe vtendi fruendi fructuario: vel ſibi ius eſſe prohibendi. Paull. in l. 3 D. de ſeruit. vrb. praed. Ne ius ſit vicino inuitis nobis altius aedificare. *In his omnibus* ius eſt, *quod vel natura, vel ciuitas, vel populus, vel gens, vel victor, vel lex, vel conſuetudo iubet.* Plaut. Epid. 3, 4, 86 Atque me minoris factum, prae illo, qui omnium legum, atque iurium fictor, conditor, cluet. Paullus l. 11 De Iuſt. et iur. Ius pluribus modis dicitur: vno quidem modo id, quod ſemper aequum ac bonum eſt, ius dicitur, vt eſt ius naturale. Altero modo, quod omnibus aut pluribus in quacunque ciuitate vtile eſt: vt eſt ius ciuile, nec minus ius recte appellatur in ciuitate noſtra ius honorarium. Praetor quoque ius reddere dicitur, etiam cum inique decernit relatione ſcilicet facta non ad id, quod ita praetor fecit, ſed ad illud, quod praetorem facere conuenit. *Nempe illud etiam* ius eſt, *facere vel peti quod praetor inique pronuntiauit.*

¶ 2 *Addit* Paullus, Alia ſignificatione ius dicitur locus, in quo ius redditur, appellatione collata ab eo, quod fit in eo, vbi fit: quem locum determinare hoc modo poſſumus, vt, vbicunque Praetor, ſalua maieſtate imperii ſui, ſaluoque more maiorum, ius dicere conſtituit, is locus recte ius appelletur. *In hac nempe formula, vt in tropo omni, notandum, non ſimpliciter poni vnum pro altero, ſed deſignari vnum per alterum, vel cum altero. Qui primus dixit* In ius ambula, *ille hoc voluit ad* ius *audiendum, ad ſententiam, qua tibi ſtandum ſit. Et ita ſemper intelligitur. Neque enim ille v. g. qui rei priuatae cauſa, v. g. vt Medicus, vt conuiua, ad Praetorem vocatur*, in ius vocatur. *Haec ſubinde cogitare oportet, qui accurate intelligere bonos ſcriptores, qui recte ipſe loqui velit. Sic qui de Romanis rebus loquuntur*, Praetorem *intelligunt, cum in ius vocant: comici in fabulis ſuis palliatis, i. Graecos homines in ſcenam producentibus, vnumquemque iudicem.* Ter. Phorm. 5, 7, 43 In ius ambula. P. in ius? Donatus, Ad iudicium eamus ſcilicet: nam Ius pro Loco eſt. Plaut. Moſt. 5, 1, 40 Quin et illum in ius iube ire. Idem Men. 4, 2, 19 Aut ad populum, aut in iure, aut ad iudicem, Res eſt. *Hic Romano more* iudicem *a* iure, *i. praetoris iuriſdictione diſtinguit.* Id. Rud. 3, 6, 21 Ego hunc ſceleſtum in ius rapiam exulem. Age, ambula in ius *etc. Et mox* 28 In iure dicito cauſam. Cic. pro Muraen. 26 c. 12 *formulas aliquot ICtorum commemorat, in quibus etiam illa*, Quando te in iure conſpicio. Pro Caecin. 54 c. 19 *ita effert*, Quandoquidem te in iure conſpicio. Cic. pro Quint. 79 c. 25 Biduo poſt, aut vt ſtatim de iure aliquis cucurrerit, non toto triduo DCC millia paſſuum conficiuntur? Verr. 2, 187 c. 76 In ius ad Metellum Carpinatium voco. *Sic* 4, 147 c. 65 Cum ad Praetorem in ius adiſſemus; excogitat ſane diligenter et caute, quid decernat: nam antequam verbum facerem, de ſella ſurrexit atque abiit. Itaque tum de foro, cum iam aduesperaſceret, diſceſſimus. *Et mox* 148 c. 66 Copulati (*cum vterque teneret manu tabulas, de quibus diſceptabatur*) in ius peruenimus. *Sed etiam de iudicio dici* ius, *tum illa comicorum loca oſtendunt, quae modo allata ſunt, tum illud* Quinctil. 6, 1, 41 Puer, quem in ius productum, quid fieret, interrogabat, ex paedagogo ſe vellicari, reſpondit. Cic. de Orat. 1, 173 Nam volitare in foro, haerere in iure, ac Praetorum tribunalibus iudicia priuata magnarum rerum obire.

¶ 3 *Videamus Subſtantiua, quibus hoc nomen iungitur:* Adiutorium iuris Quinctil. 3, 6, 83 quo quis elabitur ex crimine, quod neque negari, neque defendi poteſt, vt non videatur iure actio intendi. Cunabula iuris, *vid.* CVNAE. Expers iuris gens Sen. Troad. 12. Fiducia Quinctil. 4, 2. Forma, contra iuris formam facta pactio Vlpian. in l. Iurisgentium §. Si paciſcar D. de pactis. Inſcitia Hor. Serm. 2, 2, 131. Interpretes Cic. pro Caecin. . . . Nodos, ſoluere Iuuen. Sat. 8, 50. Nundinatio, *vid.* NVNDINAE. Peritus iuris legumque Hor. Serm. 1, 1, 9. Seruitus Quinctil. 2, 16. Studium Idem 2, 8.

¶ 4 *Genera et ſpecies iuris:* Aelianum: Quod continebat actiones quas S. Aelius compoſuerat. Pompon. l. 2 §. 7 D. de or. iur. Applicationis Cic. de Orat. 1, 177. Belli iura Liu. 5, 27. Ciuile ius aequitas *eſt* conſtituta eis, qui eiusdem ciuitatis ſunt, ad res ſuas obtinendas Cic. Topic. c. 2. Vlpian. l. Ius Ciuile D. de Iuſtitia et iure, Ius ciuile eſt, quod neque in totum a naturali vel gentium recedit, neque per omnia ei ſeruit. Itaque quum aliquid addimus vel detrahimus, iuri communi, ius proprium, id eſt ius ciuile efficimus. Papin. l. Ius autem, *illo titulo*, Ius autem Ciuile eſt, quod ex legibus, plebiſcitis, Senatusconſultis, decretis principum, auctoritate prudentum venit. Pompon. l. 2 de Or. iur. §. 7 Poſtea cum Appius Claudius propoſuiſſet et ad formam redegiſſet actiones: Gnaeus Flauius, ſcriba eius, ſubreptum librum populo tradidit — Hic liber, qui actiones continet, appellatur ius Ciuile Flauianum, *etc. Et* §. 6 Haec diſputatio fori, et hoc ius, quod ſine ſcripto venit, compoſitum a prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, vt caeterae partes iuris ſuis nominibus deſignantur, datis propriis nominibus caeteris partibus, ſed communi nomine appellatur ius Ciuile. Ciuile ius qui contemnendum putat, is vincula reuellit non modo iudiciorum, ſed etiam vtilitatis, vitaeque communis. Qui autem interpretes iuris vituperat, ſi imperitos iuris eſſe dicit, de hominibus non de iure Ciuili detrahit Cic. pro Caecin. 74. Ciuile ius amplecti, *vid.* AMPLECTOR. Ciuilia iura Hor. Serm. 1, 9, 39. Ciuica Idem Epiſt. 1, 3, 23. Coniugialia Ouid. Met. 6, 536. Connubialia Idem Epiſt. 6, 41. Conſtitutum moribus ius, *eſt Ius non ſcriptum.* Iulian. in l. De quibus D. de Legibus, Inueterata enim conſuetudo pro lege non immerito cuſtoditur: et hoc eſt ius, quod dicitur moribus Conſtitutum. Diuerſum Quinctil. 7, 7, 2. *Vid.* Varium. Diuinum ius *interdum idem quod naturale, vt* Cic. pro Sext. 91 c. 42 Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, inuento et Diuino et humano iure, moenibus ſepſerunt. *Modo dixerat* Nondum neque naturali neque ciuili iure deſcripto. Cic. pro Aruſp. 34 c. 16 Ius legatorum — etiam Diuino iure eſſe vallatum. *Sed hoc poteſt etiam ad religionem proprie dictam pertinere, cum in Iouis tutela putarentur eſſe legati. Pontificum decreta reſpicit* ibid. 14 c. 7: *ſed ponamus totum locum*, Multae ſunt domus in hac vrbe — iure optimo, ſed tamen iure priuato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure mancipi, iure nexi. Nego eſſe vllam domum aliam aeque priuato iure atque optima lege, publico vero omni praecipuo, humano et diuino iure munitam. Famularia iura dare, *i. Leges ſeruiles, quibus ciues, vt ſeruos, oporteat obedire* Ouid. Met. 15, 597. Caedes legatorum rumpit ius Gentium Liu. 4, 17 *pr.* Neque Vero hoc ſolum natura, id eſt iure Gentium Cic. Off. 3 c. 19 *pr.* Gentium ius, *vt inquit* Vlpian. in l. 1 D. de Iuſtitia et iure, eſt Quo gentes humanae vtuntur: quod a naturali recedere inde facile intelligere licet: quia omnibus illud animalibus, hoc ſolis hominibus inter ſe commune ſit: veluti, vt inquit Pomponius l. ſequenti, erga deum religio, vt parentibus et patriae pareamus. Liu. 5, 27 Ius Humanum *vocat.* Caius in l. Omnes D. de iuſtitia et iure, Quod vero naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peraeque cuſtoditur, vocaturque ius Gentium: quaſi quo iure omnes gentes vtuntur. Aliud Ius Gentium *Romae erat, quo patricii diſtinguerentur a plebeiis, apud* Liu. 7, 6 *extr. Add.* 3, 1 *pr.* Genialia iura cordi Stat. Silu. 3, 3, 108 *quae matrimonium imperant, vel ſimpliciter de matrimonio cogitat, vt* Claudian. 3 Stilic. 262 O ſociae, mecum thalami quae iura peroſae, *coniugium. Simile* Sen. Hippol. 416 Toruus, auerſus, ferox, in iura Veneris redeat. Honorarium, eſt Viua vox iuris ciuilis, *vt ait* Martian. l. Nam et ipſum D. de iuſtitia et iure. *Nempe eſt* Praetorium ius, *v. v.* Imperatorium, *vid.* IMPERO. Incorporale Quinctil. 5, 10. Italicum ius, *de quo paſſim in* Pandectis, tit. de cenſib. *nihil aliud eſt, quam Immunitas a tributis. Poſteaquam enim Italiae ſolum immune factum eſt, prouinciale autem tributarium, multae ciuitates in prouinciis* ius Italicum *impetrauere, vt coloniae, quae iuris erant* Italici, *quas plurimas iuriſconſulti commemorant in titulo de cenſibus. Ex Turnebo.* Legitimum, *vid.* LEX. Mancipii ius, *eſt Ius dominii emtione acquiſiti, vid. h. v.* Maritale, a Romulo conceſſum marito in vxorem, ſi pudicitiam violaſſet, et vinum bibiſſet, horum conuictam pro arbitrio punire, vbi cauſam cum propinquis cognouiſſet. *Vid.* Gell. 10, 23. Municipale, *vid. poſt* MVNVS. Ius Naturae, quod nobis non opinio, ſed quaedam innata vis afferat, vt religionem, pietatem, gratiam *etc.* Cic. de Inuent. 2 c. 22. *Add.* ibid. c. 53. Vlp. in l. 1 §. Ius naturale D. de Iuſtitia et iure, Ius naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit. Nam Ius iſtud non ſolum humani generis proprium eſt, ſed et omnium animalium, quae in terra, quae in mari naſcuntur, auium quoque commune eſt. Hinc deſcendit maris atque feminae coniunctio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus etenim caetera quoque animalia, feras etiam beſtias iſtius iuris peritia cenſeri. *Sed* Sall. Fragm. Hiſt. 6 Cott. 5 Nam vita et mors iura naturae ſunt: *vel vt alii*, iure naturae ſunt, *i. a natura eſt, et immutabile, vt naſcantur homines et moriantur.* Obſcurum, Oppidanum, *v. ſſ. ll.* Ordinarium, *opponitur* Cognitioni: Suet. Tiber. c. 31. *et* Claud. c. 51. *Conf. Interpp. it. Turneb. Adu. 27, 19.* Pacis iura Liu. 5, 27. Pontificium, *vid. in* PONTIFEX. Precarium Tacit. de German. 44. Praetorium: Papinianus l. ius autem D. de iuſtitia et iure, Ius Praetorium eſt quod Praetores introduxerunt adiuuandi, vel ſupplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia propter vtilitatem publicam, quod et honorarium dicitur, ab honore Praetorum ſic nominatum. Priuatum, eſt (*inquit* Vlpian. in l. 1 §. huius ſtudii D. de iuſtitia et iure) Quod ad ſingulorum vtilitatem pertinet. *Et paullo poſt*, Priuatum ius autem tripertitum eſt: collectum eſt enim ex naturalibus praeceptis aut gentium, aut ciuilibus. Proprium: Caius in l. omnes D. de iuſtitia et iure, Quod quisque populus ipſe ſibi ius conſtituit, id ipſius proprium ciuitatis eſt: vocaturque ius ciuile, quaſi ius proprium ipſius ciuitatis. Publicum: Cic. Fam. 4, 14 Videbam quanto periculo de iure Publico diſceptaretur armis. *Eadem 6, 1 med. Sermo autem eſt de bello Caeſaris ac Pompeii, quorum hic Senatus iura videbatur defendere.* Vlpian. de iuſtitia et iure l. 1 Ius Publicum eſt, quod ad ſtatum rei Romanae ſpectat, *Et p. p.* in ſacerdotibus, in magiſtratibus conſiſtit. *Aliter* Ter. in Phorm. 2, 2, 65 Etſi mihi facta iniuria eſt, *etc.* P. ha ha he, homo ſuauis. D. quid eſt? num iniquum poſtulo? anne hoc quidem adipiſcar ego, quod ius Publicum eſt, *i. quo omnibus vti licet, quod nemini ſine iniuria negatur.* Cic. Off. 3, 98 c. 26 *ex* Pacuuio, Fide ſacratum ius perpetuo falleret, *i. iusiurandum. Sed* Virg. Aen. 2, 157 Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura, *oracula ſileri iuſſa.* Sacrum, publicum, priuatum Quinctil. 2, 4. Signata iura ſequi Lucan. 3, 302. Singulare ius eſt, Quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem auctoritate conſtituentium introductum eſt Paullus l. ius ſingulare D. de Legibus. Summum ius, *eſt quod Iuriſconſulti* Strictum ius *vocant.* Cic. Off. 1, 32 c. 10 Exſiſtunt etiam ſaepe iniuriae calumnia quadam, et nimis callida, ſed malitioſa iuris interpretatione. Ex quo illud, Summum ius, Summa iniuria, factum eſt iam tritum ſermone prouerbium. Ter. Heaut. 4, 5, 48 Ius ſummum ſumma ſaepe eſt malitia. Summum ius antiqui ſummam putabant crucem Columel. 1, 7, 2. Cic. Verr. 5, 4 c. 2 Non agam Summo iure tecum: non dicam id, quod debeam forſitan obtinere. Cic. pro Quint. 38 c. 11 Si quid in controuerſiam veniret, aut intra parietes, aut Summo iure experiretur? *Hotomannus ita explicat*, Summo iure agere vel experiri *tum dicimur, cum quam maxime poſſumus duriter et praefracte cum aduerſario contendimus, eumque quam aſperrimo et vehementiſſimo iudicio poſſumus, perſequimur. Infra* c. 15 *ſic extulit* Cicero, Ad extrema et inimiciſſima iura cupide decurrere: Inimiciſſime et infeſtiſſime contendere. *Add.* c. 22. Summo iure contendere, *vid.* CONTENDO. Triſte ſepulcri Ouid. Met. 13, 472. Cic. pro Caecin. 69 c. 24 Deinde ſi de iure Vario quippiam iudicatum eſt, non potius contra Iuriſconſultos ſtatuunt, *etc. i. incerto, in quo diuerſae ſententiae ICtorum.* Vetuſtum Tacit. Ann. 4, 26. Anceps Hor. Serm. 2, 5, 34. Honeſti iuris ſeruator metus Claud. in pr. Conſ. Stil. 1, 163. Improba iura Sil. 17, 620. Inclyta Sen. Troad. ſ. 7. Iniuſtum, *vid.* n. 6. Venerabile Stat. Silu. 5, 1, 115.

¶ 5 *Verborum formulae:* Abire a iure Cic. Verr. 2, 31. Adhibebatur fraus iuri, quo non licebat pro altero agere Quinctil. 2, 15, 30. Adire in ius, *vid.* ADEO. Tacit. Hiſt. 4, 48 Prauo certamine legatorum ius Adoleuit. Adducere in ius Cic. pro Quint. 12. Agere iure Lucret. 3, 976. Agere pro ſuo iure Ter. Andr. 1, 1, 27. Aſſuetus in iura, *vid.* ASSVESCO. Calcati iuris nulla reſtant veſti-

gia

gia Claud. in Eutrop. 2, 348. Callere iura, Cedere de ſuo iure, Cedere ius, *vid. hh. vv.* Ius a maioribus noſtris ita Comparatum eſt, vt ciuis Roman. libertatem nemo poſſit inuitus amittere Cic. pro Domo 106. Competebat ſtricto iure laboleu. in l. Pannonius Auitus D. de acquir. hered. Liu. 36, 14 Ita Athamania omnis in ius, ditionemque Philippi Conceſſit. Concurrere de iure, *vid. h. v.* Concedere noua iura Ouid. Rem. Amor. 465. Confringere iura, *vid.* CONFRINGO. Conſtituere iura Lucret. 5, 1143. Conſtituere ius in verbis, *vid. h. v.* Liu. 39, 40 Idem, poſteaquam ad magnos honores peruenit, ſummus imperator, et idem in pace, ſi ius Conſuleres, peritiſſimus: de Catone. Conuenire aliquem in ius, *vid.* CONVENIO. Decurrere ad extrema et inimiciſſima iura Cic. pro Quint. 48 *eſt Summo iure vti, ſiue rigore iuris.* Hic (*zephyrus*) vites putandi frugesque curandi ius Dabit Plin. 18, 34. *i. tempus oſtendet.* Dare ius Cic. de Legib. 2, 31. Ius luxuriae publicae Datum eſt Sen. Epiſt. 18. Iusque Datum ſceleri Lucan. 1, 2. *i. euentum felicem habuit ſcelus.* Deducere in ius, *vid.* DEDVCO. Dicere ius *Romae Praetoris eſt, cum illa tria ſua verba fatur,* DO, DICO, ADDICO. *Vid.* FASTI dies. *Sed de aliis etiam magiſtratibus et illorum ſententiis dicitur. Vid.* IVRISDICTIO. *Quin et ad priuatam patriſfamilias velut iurisdictionem pertinet illud* Plaut. Bacch. 3, 3, 43. Itur illinc iure dicto, Sit ſumma in iure dicendo ſeueritas Cic. Q. Frat. 1, 1, 16. Cum iure Dicundo conuentus circumiret Suet. Caeſ. c. 7. Praetor ius dicit, etiam cum inique Decernit l. pen. de iuſt. et iur. *Vid. Freinsh. ad* Flor. 3, 23, 3. Educere in ius Cic. Verr. 3, 12. Egredi contra ius fasque profeſſionis Scribon. 199. Exſequi ius ſuum Caeſ. de B. G. 1, 6. Experiri ſummo iure Cic. pro Quint. 58. Facere ius *dicitur, Quod iuris atque legis vim habet:* Vlpian. in l. non ambigitur D. de Legib. Non ambigitur Senatum ius Facere poſſe. *h. e. Senatusconſulta pro lege haberi. Verbum eſt iuriſperitis notum.* Ferre ius in armis Liu. 5, 36. Facere ius enſe Lucan. 3, 821. Iniuſtum ius ſibi vbique Facit Albinou. ad Liu. 54. Firmare ius Tacit. Ann. 4, 11. Imminuere ius, *vel* violare Cic. pro Roſc. Amer. 109. Inflectere ius gratia, *vid.* INFLECTO. Tacit. Ann. 4, 19 Nec Infringendum Conſulis ius. Intercedit homini cum genere humano quaſi ius ciuile, *vid.* INTERCEDO. Ire in ius Nep. 25, 6, 3. Migrare communi iure, *vid.* MIGRO. Mutare ius, *vid.* MVTO. Iura neget ſibi Nata nihil non arroget armis *Achilles* Horat. A. P. v. 122. Nouatum ius naturae Ouid. Met. 4, 279. Obrutum vi ius Paterc. 2, 3. Obterere iura, *vid.* OBTERO. Obtinere ſuum ius Cic. pro Quint. 34 c. 9. Orare Plaut. Trin. 5, 2, 37. Perſequi ſuum Cic. pro Caecin. 8. Peruertere Idem Off. 1, 26. Poſtulare Liu. 5, 36. Plaut. Pſeud. 5, 2, 16 Ius Petis, fateor, *i. Aequum eſt. Vid.* Ius bonum dicis *etc. ſupra* n. 1. Curt. 5, 7, 8 Vnde tot gentes ante iura Petebant, *quem iudicem agnoſcebant.* Petere iura in Baeticam, *vid.* Ad Seras aliquid petere, *in* AD *Praepoſit.* Perdiſcere iura beneuolentiae, *vid.* PERDISCO. Procurrunt in ius Hor. Serm. 1, 7, 20. Proditum eſt hoc iuris a maioribus, *etc.* Cic. pro Domo. . . Rapere aliquem in iura Hor. Serm. 2, 3, 72. *Conf.* Plaut. Rud. 3, 6, 22. Reddere ius Praetor quoque dicitur, etiam quum inique decernit, relatione ſcilicet facta non ad id, quod ita Praetor fecit, ſed ad illud, quod Praetorem facere conuenit Paullus in l. iuspluribus D. de iuſtitia et iure. *Vid.* REDDO. Rumpere ius gentium Liu. 4, 17. Reſoluere iura pudoris Virg. Aen. 4, 27. Reſpondere ius, *vel* de iure Cic. de Orat. 1, 198. *et* 2, 142. Sum: *vt*, Eſſe ſui iuris Sen. Epiſt. 11. Pari iure Eſſe quo caeteri Suet. Aug. c. 56. Liu. 21, 10 Vicerunt ergo dii hominesque: et id, de quo verbis ambigebatur, vter populus foedus rupiſſet, euentus belli, velut aequus iudex, vnde ius Stabat, ei victoriam dedit. Quinctil. 1, 4 Non propter hiſtorias modo, ſed verba, quae frequenter ius ab auctoribus Sumunt. Tenere ius ſuum Cic. pro Caecin. 74. Quinctil. 5, 10 Quia ad illum ius, ad hunc res Tranſeat. Viuere aequo iure cum caeteris Liu. 21, 3 *extr.* Vocare in ius Cic. pro Quint. 61. *et* Verr. 2 c. 76. Ad iura vocare Iuuenal. 15, 135.

¶ 6 *Etiam de potentia et vi dicitur iuſta iniuſta, cum illa velut ſuccedit in locum iuris et ea, quae alias iure fiunt, efficit.* Salluſt. Iug. 3, 1 Quoniam neque virtuti honos datur, neque illi, quibus per fraudem ius (*honorum*) fuit, tuti, aut eo magis honeſti ſunt. Liu. 1, 49 Neque enim ad ius regni quidquam praeter vim habebat. Tacit. Ann. 14, 50 Venditata ab eo munera principis, et adipiſcendorum honorum ius. *Iterum* Salluſt. Catil. 20, 7 Nam poſtquam Reſp. in paucorum ius atque ditionem conceſſit. Sen. de Ira 1, 8 Nihil rationis eſt, vbi ſemel affectus inductus eſt, iusque illi aliquod voluntate noſtra datum eſt. Quinctil. Decl. 12, 9 Deuorauimus homines, et quidem auide, qui diu nihil ederamus: et tamen coepiſſe difficillimum fuit. Poſtquam ius factum eſt (*ex ipſa nempe conſuetudine, vel vt ipſe ſtatim explicat*) poſtquam nemo erat in ciuitate, quem confiteri puderet, *etc. Apparet, non mutare* ius *plane ſignificationem ſuam, ſed ſignificare certe* perſonatum vel ſimulatum, affectatumque ius. *Sic et Poëtae.* Albinou. ad Liu. 54 *de Fortuna*, Iniuſtum ius ſibi vbique facit. *Sic* Lucan. *pr.* Iusque datum ſceleri, *i. ſucceſſus, et impunitas, vt ſi iudex aliquem iniuſte abſoluit, quod Germanice etiam dicimus* recht geben. Idem 4, 811 Ius licet in iugulos noſtros ſibi fecerit enſe Sulla. *Add.* 8, 642. 9, 1073. *Sic etiam* Plin. 2, 7 Imperfectae vero in homine naturae praecipua ſolatia, ne deum quidem poſſe omnia, *etc.* nullumque habere in praeterita ius, praeterquam obliuionis. Habere ius in aliquem Lucan. 9, 890. Habet ius abdicandi Quinctil. 3, 6. Petit ius et moderamen equorum Ouid. Met. 2, 48. In ius poteſtatemque venire Liuius. . . Ius et ditionem *ſaepe coniungit. Vid. Drakenb. ad* 32, 33, 8. Liu. 34, 57 Quae ex his habere victori, quibus multari eos velit, ipſius ius atque arbitrium eſſe. *Add.* 24, 37. Captis ſuperioribus iugis in ſubiectos ſuo iure detonuit Flor. 1, 17, 5. Equites Rom. tanta poteſtate ſubnixi peculabantur ſuo iure Remp. Id. 3, 17, 3. Nimium ſui iuris ſententiaeque Cic. Verr. 1 c. 7. Iuris ſui eſſe, ac mancipii: *i. Sui arbitrii, et nemini parere*, Cic. Fam. 16, 7 Quaerenda eſſe arma putaſti, quibus dominari prohiberetur: ſcilicet vt illo prohibito, rogaremus alterum, qui ſe reponi in eius locum pateretur? an vt eſſet ſui iuris ac mancipii Respublica? *Conf.* Sen. Epiſt. 11. Facere legiones ſui iuris Vell. 2, 69, 2. *i. in ſuas partes adſciſcere.*

IVRISPRVDENTIA, ae. f. (*inquit* Vlpian. in l. iuſtitia D. de iuſtitia et iure) eſt Diuinarum atque humanarum (*naturalium ac moralium*) rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia. Magnam prudentiam iuris ciuilis et rei militaris *tribuit* Cimoni Nep. 5, 2, 1.

IVSIVRANDVM, iurisiurandi. n. [ὅρκος, ὅρκιον, ὁρκωμοσία] Eſt Affirmatio religioſa, Quod autem affirmate, quaſi deo teſte, promiſeris, id tenendum eſt. — Praeclare Ennius, O fides alma apta pennis (*Fides Dea alata fingebatur*) et iusiurandum Iouis, Qui igitur iusiurandum violat, is fidem violat. — *Et* n. 107 Fides iurisiurandi ſaepe cum hoſte ſeruanda. *Ponamus, quia hic ſumus etiam iſta:* n. 98 c. 26 Cuius ipſe princeps iurisiurandi fuit, — ſolus neglexit fidem — Fide ſacratum ius perpetuo falleret. Fide ſacratum ius Pacuuio *hic eſt* iusiurandum. *Sic* Naeuius *apud* Feſtum *voce* Sagmina, Ius ſacratum Iouis iurandum ſagmine. Apul. de Deo Socr. p. 45, 8 Nam et Iusiurandum Iouis iurandum dicitur, vt ait Ennius. Terent. Hec. 5, 1, 24 Aliud ſi ſcirem, qui firmare meam apud vos poſſem fidem, ſanctius quam iusiurandum, id pollicerer tibi, Me ſegregatum habuiſſe — Iſtuc iusiurandum pollicearc illis: exple animum illis, teque hoc crimine expedi. Plaut. Pſeud. 1, 2, 63 Qui item vt nos, iureiurando malo quaerunt rem. Caeſ. B. C. 1, 76 Sic terror oblatus a ducibus, crudelitas in ſupplicio, noua religio iurisiurandi, ſpem praeſentis deditionis ſuſtulit. Cic. Off. 3, 111 Nullum enim vinculum ad ſtringendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe voluerunt. *Formulas vid. apud* Plaut. Rud. 5, 2, 51. Sollemne iusiurandum Tacit. Ann. 16, 22. Iurandi formula iuris Ouid. Epiſt. 21, 133.

¶ 2 *Formulae:* Accipere iusiurandum, *vid.* ACCIPIO. Accommodare iusiurandum, *vid.* ACCOMMODO. Addicere aliquem ad iusiurandum, *vid.* ADDICO. Adigere iureiurando, *ſiue* ad iusiurandum: *vid.* ADIGO. Caeſ. B. C. 1, 67. *vid. h. l. Ciaccon.* Adactum iusiurandum: Vlpian. in l. Iurisgentium §. item ſi quis D. de pactis, Nec iusiurandum de hoc Adactum, ne quis agat, ſeruandum, Marcellus ſcribit. Affirmare cum iureiurando Scribon. Perorat. Alligauit fidem iureiurando ſuam Sen. Troad. 6. Tacit. Hiſt. 4, 41 Senatus inchoantibus primoribus iusiurandum Concepit. Idem Hiſt. 4, 31 Et quum caetera iusiurandi verba Conciperent, *etc.* Condere iusiurandum, *vid.* CONDO. Conſeruandi iurisiurandi cauſa ad cruciatum reuertiſſe Cic. Off. 3, 103 c. 28. Idem Off. 3, 112 Iurauitque ſe illum ſtatim interfecturum, niſi iusiurandum Dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturum. *Add.* Plaut. Moſt. 5, 1, 36. Deferre iusiurandum Quinctil. 5, 6 *ad fin.* Liu. 32, 5 *pr.* Ita et in Achaiam legatos miſit, qui iusiurandum in verba Philippi Exigerent, ſimul qui redderent Achaeis. Facere gratiam iurisiurandi Plaut. Rud. 5, 3, 58. Cic. de Legib. 2, 16 c. 7 Quum intelligat, quam multa Firmentur iureiurando, *etc.* inter ipſos homines diis immortalibus interpoſitis, tum iudicibus tum teſtibus. Interponere iusiurandum, *vid.* INTERPONO. Negligere iusiurandum Cic. de Aruſp. Reſp. 36. Obſtringere aliquem iureiurando Hor. Serm. 2, 3, 179. *Vid.* OBSTRINGO. Offerre iusiurandum, *vid.* OFFERO. Offerre et deferre iusiurandum Quinctil. 5, 6. Polliceri *habuimus ex* Ter. Hec. 5, 1, 25. Remittere iusiurandum de calumnia parentibus et patronis Paull. in l. de die §. vlt. D. qui ſat. cogant. Seruare Nep. 17, 2, 5. Stare alieno iureiurando, quam ſuo mauult Quinctil. 5, 6. Tradere ab iureiurando Scribon. Ep. *med.* Violare iusiurandum, *i. Fidem* Cic. Off. 3, 104. *Plur.* Iuraiuranda *ex* Pacuuio *dicitur eſſe apud* Feſtum.

IVRISDICTIO, ōnis. f. [διοίκησις] *Facultas atque poteſtas iuris dicendi, quae proprie Rep. quidem libera eſt* Praetoris Vrbani, Peregrini, *et* Prouincialis, *quae conſtat* Edicto, *et* decretis ex edicto, *vbi tribus illis verbis vtitur,* DO, DICO, ADDICO. Cic. Verr. 2 c. 48 An dubitabit quisquam, quin is venalem in Sicilia iurisdictionem habuerit, qui Romae totum *edictum* atque omnia *decreta* vendiderit. *Pulchre, vt caetera, hoc oſtendit Erneſtus in Claue Cic. vbi* Cauſis priuatis *Ciceronis aeuo ita propriam fuiſſe demonſtrat, vt* publicis quaeſtionem. Cic. pro Flacc. 6 Praeturae iurisdictio res varia et multiplex ad ſuſpiciones et ſimultates non attingitur, *etc.* Idem Q. Frat. 1, 1. In iurisdictione poſtulatoribus niſi ſequenti die ac per libellos non temere reſpondit Suet. Ner. c. 14. Libera iurisdictio, *vid.* Suet. Calig. c. 16. Abrogare iurisdictionem, *vid.* ABROGO. Conficere iurisdictionem Cic. Fam. 2, 13. Intermittere iurisdictionem Idem de Aruſp. Reſp. 55. Obuenit Tac. Agric. 6, 5. Mea iurisdictio eſt Sen. de Clem. 1, 1. ¶ 2 Iurisdictiones mediterraneas Plin. 5, 28 *vocat, quos alias* Conuentus *dicit,* v. v. n. 2.

IVRISCONSVLTVS, *et* IVRECONSVLTVS, i. m. [νομικὸς] Cic. de Legib. 2, 48 Sed Iurisconſulti, ſiue erroris obiiciendi cauſa. *etc. Vid.* CONSVLO. Iurisconſultus *in eodem iudicio vtrique litigantium operam dare poterat.* Cic. pro Muraen. 26 c. 12 *vbi, poſtquam formulam actoris in litis conteſtatione protulit, ſubiicit,* Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet, vnde petebatur, non habebat. Tranſit idem Iureconſultus, tibicinis Latini modo, vnde tu me, inquit, in iure manu conſertum vocaſti *etc. Add.* 9 c. 4 Si tibi neceſſe putas etiam aduerſariis amicorum tuorum de iure conſulentibus reſpondere, et ſi turpe exiſtimas, te aduocato illum ipſum, quem contra veneris (*tanquam aduocatus amici tui, ſed cui de iure ante reſponderis*) cauſa cadere (*quod optas pro amico, metuis pro conſultore*) noli tam eſſe iniuſtus, vt, cum tui fontes vel inimicis tuis pateant, noſtros riuulos etiam amicis putes clauſos eſſe oportere. *Nempe ICti erat verum de iure omnibus dicere, etiam inimicis; illud verum vnum eſt, et immutabile: patroni vero erat omni conſilio, ſtudio, opera, arte, mendacio etiam iuuare clientem, oppugnare, in illa quidem cauſa, aduerſarium. Add.* Cic. de Orat. 1 c. 45. Conſultus iuris Hor. de Arte Poët. 369. Ouid. Her. 20, 30 Amor Iurisconſultus *eſt. Nam ſic ſcribit* Cydippae Acontius, Dictatis ab eo feci ſponſalia verbis, Conſultoque fuit iuris Amore vafer. *Conuicia in malos* Iurisconſultos *habet* Cic. de Orat. 1 c. 55 *extr.* Leguleius quidam cautus et acutus, praeco actionum, cantor formularum, auceps Syllabarum.

IVRISCONSVLTOR, ōris. m. Rufus Breuiar. 16, 8 *de Vlpiano.*

IVRISPERITVS, IVREPERITVS, IVRISPRVDENS, *vix inueniuntur, niſi disiunctim. Sic* Cic. pro Cluent. 107 c. 38 Quis iure peritior? Idem de Clar. Orat. 81 c. 21 Fabius iuris bene peritus. Claudian. in Eutrop. 2, 347 Prudensque mouendi Iuris.

IVRIDĬCVS, a, um. Adi. [ἔνδικος] *Vt* Iuridicus dies, *Quo rite ius dici poteſt: et* Iuridica actio, *Quae ſecundum ius eſt, apud ICtos.* Plin. 3, 1 Iuridici conuentus ei quatuor. *i. In quibus iura redduntur.* ¶ 2 *Subſtant.* Iudex Flentes Eurydicen iuridici ſedent Sen. Herc. fur. 581. *Add.* Tit. ff. de Officio Alexandrini Iuridici. *Hic* δικαιοδότης *in* Gloſſ. Lat. Gr. *dicitur. Vid.* ICtos.

IVRIDICĪNA, ae. f. Tertull. de Pall. c. 3 *Praetura eſt,* Cato iuridicinae ſuae tempore humerum exſertus.

IVRIDICIĀLIS, e. Adi. [δικαιολογικὸς] Cic. de Inuent. 1, 14 c. 9 Huic generi Hermagoras partes quatuor ſuppoſuit, deliberatiuam, demonſtratiuam, iuridicialem, negotialem. *Conf.* Id. Top. c. 24 *extr.* Quinctil. 3, 8 Iuridicialis ſtatus.

IVSCVLVM, *vid.* IVS *pro Liquore.*

IVSQVIAMVS, i. m. *i. hyoſcyamus.* Pallad. 1, 35. Macer. 2, 35.

IVSSVS, a, um. Partic. *a* Iubeo: *et* IVSSVM, iuſſi. *Vid.* IVBEO.

IVSTVS, a, um. Adi. [δίκαιος] *Qui praecepta iuris ſeruat, vel quod cum regula ſua congruit, quod formulae, definitioni, menſurae reſpondet: nam a* Iure *dicitur.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 72 Non eſt iuſtus quisquam amator, niſi qui perpetuat data. Annos iuſtos peragere, *fato praefinitos* Ouid. Met. 10, 36. Arma iuſta mouere Ouid. de Arte Am. 2, 398. Bella iuſta gerere Idem Met. 8, 58. Iuſta cauſa Cic. de Fin. 4, . . *et* Phil. 2 c. 22. — Iuſtior Liu. 4, 53. Cauſa iuſtiſſima Ouid. ex Pont. 1, 5, 25. Cic. de Amicit. 80 Magna etiam diſſidia, et plerumque iuſta naſci, quum aliquid ab amicis, quod rectum non eſſet, poſtularetur. Idem Catil. 3, 23 *extr.* Nam multi ſaepe honores diis immortalibus iuſti habiti ſunt ac debiti, ſed profecto iuſtiores nunquam. Imperium iuſtiſſimum Caeſ. B. G. 1, 45. Litem iuſtam intendere Lucret. 3, 963. Ouid. Met. 13, 70 Adſpiciunt Oculis ſuperi mortalia iuſtis. Poteſtas Hor. Serm. 2, 7, 63. Preces Ouid. Met. 3, 406. Princeps iuſtior Val. Max. *extr. op.* Querela Ouid. ex Pont. 4, 3, 22. Seruitus, In qua nihil iniquum iubetur, *inquit* Donatus Ter. Andr. 1, 1, 9. Vir iuſtus et tenax propoſiti Hor. Carm. 3, 3, 1. Iuſti dies *auctore* Macrobio Sat. 1, 16 dicebantur Continui XXX dies, quibus exercitu imperato vexillum ruſſi coloris in arce poſitum erat. Erant et Iuſti dies, XXX dies, qui conceſſi aeris et debiti damnatis conquirendae pecuniae cauſa dabantur lege XII Tab. *auctore* Gell. 19, 1. *it.* Feſt. Plaut. Mil. 3, 1, 50 Et meae orationis iuſtam partem perſequi, *etc.* Cic. de Legib. 2, 22 Praeter Idaeae matris famulos, eosque iuſtis diebus, ne quis ſtipem cogito. Plin. 10, 53 Poſt ſolſtitium nata non implent Magnitudinem iuſtam. Ouid. Met. 2, 163 Vtque labant curuae iuſto ſine Pondere naues. Tempus iuſtum pugnae Virg. Aen. 10, 11. Iuſtum eſt, vehes XVIII iugero tribui Plin. 18, 23. *i. neque excedens neque deficiens.* *Add.* Id. ib. *p. p.* Plin. in Praef. 8 Opere iuſto temporum noſtrorum hiſtoriam orſi, *quod mereatur* opus *vocari, non opuſculum.* Aſconius in Verr. 1, 15 Iuſtas inimicitias, pro Magnis, *apud* Ciceronem *expoſuit: male ſane. Sunt ibi quoque* iuſtae, *idonea cauſa ſuſceptae.* Iuſtum exercitum *dicimus*, Iuſtum *item* praelium, *quod hoc nomine dignum eſſe ſignificare volumus, non leuem velitationem.* Liu. 39, 2 Deinde eos, qui in montibus erant, adortus, primo leuibus praeliis fatigauit: poſtremo coactos in aciem deſcendere, iuſto praelio deuicit. *Sic* 26, 3 *extr.* Prius quam dies Comitiorum aderat, Cn. Fuluius exulatum Tarquinios abiit: id ei iuſtum exilium eſſe ſciuit plebs. *i. Plebs decreuit ſpontaneum exilium Fuluio plenum et verum eſſe, aut pro pleno et legitimo cedere.* Acies iuſta Quinct. 1, 10. Amnis Liu. 1, 4. *non modo riuus.* Exercitus Vell. 2, 61, 2. Libertas Suet. Aug. c. 20. Triumphus Suet. . . . Victoria Cic. Fam. 2, 10. *vbi conf. Manut.* Volumina Vell. 2, 48, 5. *et* c. 119, 2. Caius in l. 2 D. de adoptationibus, *de arrogatione loquens*, Is qui adoptat, *inquit*, rogatur, id eſt interrogatur, an velit eum, quem adoptaturus ſit, iuſtum ſibi filium eſſe. *Omnibus partibus, vt ita dicam, filiationis veri filii vicem obtinentem, naturalis et legitimi filii loco aſſumtum.* Cic. Off. 1, 43 Quare L. Sullae et Caii Caeſaris pecuniarum translatio a iuſtis Dominis ad alienos, non debet liberalis videri. Varro de R. R. 2, 10 In emtionibus dominum legitimum ſex fere res perficiunt, ſi Hereditatem iuſtam adiit: *i. legitima requiſita habentem.* Iuſtis legibus operata iuuentae femina, *i. menſtruata* Col. 10, 349. *Vid. n. 3* Iuſta. Liu. 39, 53 *pr.* Nam etſi minor aetate quam Perſeus eſſet, hunc tamen iuſta Matreſamiliâs, illum pellice ortum eſſe. Cic. Tuſc. 1, 85 Metellus ille honoratus quatuor filiis, ac quinquaginta Priamus, quibus decem et ſeptem iuſta Vxore natis, *etc.* Liu. 24, 14 *pr.* Bona fortique opera eorum ſe ad eam diem vſum: neque ad exemplum Iuſti militis quidquam eis praeter libertatem, deeſſe. *Add.* Suet. Galba c. 12. Operam iuſtam reddere, *i. Penſum, opus debitum et conſuetum perficere* Columel. 6, 3. Pax Lucan. 4, 385. Teſtamentum iuſtum dicitur, Quod eſt ſollenniter factum Vlpian. in l. 1 D. de except. rei iudicatae. Iuſtum vadem, Idoneum ſponſorem vocabant veteres, *inquit* Feſtus. Cic. de Fin. 1, 2 Vt propemodum iuſtioribus vtamur illis, qui. *i. Videantur nobis iuſtiores.* Iuſto, *Ablatiuus vice Aduerbii:* Ferocior iuſto Vell. 2, 49, 4 Quinctil. 9, 4 Membrum longius iuſto, tardum: breuius, inſtabile eſt. Iuſto liberius viuere Nep. 2, 1, 2. *In MSS. permiſceri* Iuſtus *et* Iuſſus *notat Drakenborch. ad* Sil. 13, 379. ¶ 2 Iuſta, orum. n. *Pl.* [ἐναγίσματα] *Sunt Exſequiae, i. Sacrificia, quae mortuis impenduntur, quod iure fierent his, qui de nobis viuentes bene meriti fuerant.* Cic. pro L. Flacc. 95 Iuſta Catilinae facta ſunt. Ouid. Faſt. 2, 569 Hanc quia iuſta ferunt, dixere feralia lucem. Facere iuſta, *in praecedentibus exemplis. it.* Cic. de Legg. 2 c. 22. *et* Sall. Iug. 11, 2. Plin. 2, c. vlt. Eae quum ſecutis diebus iuſta peragerent, inueniſſe dicuntur in ſepulcro epiſtolam Dionyſodori nomine ad ſuperos ſcriptam. Perficere iuſta manibus alicuius Cenotaph. Piſ. v. 18. Perſolui iuſta patri Sen. Oedip. 14. *Add.* Cic. de Legg. 2 c. 22. Iuſta funebria Liu. 1, 20. Curt. 4, 12, 2. Cic. de Legib. 2, 57 c. 17 Non ſolum vita cruciati atque dedecore, verum etiam ſepultura et iuſtis exequiarum caruerunt. Cic. pro Roſc. Amer. 24 Hunc miſerum luctu perditum, qui nondum etiam paterno funeri iuſta ſoluiſſet, nudum eiecit domo, *etc.* Iuſta funerum reiicere Cic. de Legib. 2, 67. Reddere iuſta funeri Plin. 10, 2. ¶ 3 *Sed etiam de aliis vſurpatur, quae lege, more, modo ſuo fieri indicatur.* Iuſta feminarum praecipitantur, *i. menſtrua* Plin. Valer. 4, 1. *de amygdalis.* Iuſtas leges iuuentae *vocat* Colum. 10, 349. Liu. . . . Venientibus obuiam cunctus Senatus egreſſus, Iuſtis omnibus hoſpitalibus, publicisque et priuatis fungitur officiis. Columel. 11, 2 Item vinearum foſſio iisdem locis peragenda, arbuſtorumque, ſiue putatio, ſiue alligatio ſumenda eſt, quorum iuſta certa eſſe non poſſunt. Iuſta militaria Liu. 24, 48. Columel. 2, 4 Tum etiam ratio ruſtici aggrauatur exiguo operis profectu, iuſta enim fieri nequeunt, quum induruit ager. Ad iuſta perducere Columel. 6, 14. Iuſta operum peragere Columel. 9, 8. Idem 1, 8 Quaerat an ex ſua conſtitutione iuſta percipiant. Iuſta reddere Columel. 2, 8. Perſequi et exigere iuſta Columel. 12, 3.

IVSTE. Adu. [δικαίως] *Iure, recte, legitime.* Cic. Fam. 4, 2 At hoc ipſum inquies, inique facis, immo iuſtiſſime. *Add.* Id. Ep. ad Brut. 4. Val. Max. 1, 1, 13. Idem in Salluſt. 1 Id vos ſi forte offendimini, iuſtius huic quam mihi ſuccenſere debetis. Iuſtius fieri Cic. de Fin. 1 c. 20. — reprendi Horat. Sat. 2, 4, 86. *Add.* Prudent. Paſſ. Vincentii v. 188. Iuſte et legitime imperare Cic. Off. 1, 13 c. 4. Neque ille exotico puluere dentes emaculet, quos iuſtius carbone de rogo obtriuerit Apul Apol. . . . Iuſtiſſime in vtero eſſe Gell. 3, 10. *i. per legitimum tempus.*

IVSTĬTIA, ae. f. [δικαιοσύνη] eſt *(inquit* Cic. de Fin. 5, 65) Animi affectio ſuum cuique tribuens, atque hanc quam dico ſocietatem coniunctionis humanae, munifice et aeque tuens. *Aliquando pro Aequitate: vt* Nepos Ariſtide c. 2 Eius aequitate factum eſt, cum in communi claſſe eſſet Graeciae ſimul cum Pauſania, quo duce Mardonius erat fugatus, vt ſumma imperii maritimi transferretur ad Athenienſes. Namque ante id tempus, et mari et terra duces erant Lacedaemonii: tum autem intemperantia Pauſaniae, et iuſtitia factum eſt Ariſtidis, vt omnes ciuitates Graeciae ad Athenienſium ſocietatem ſe applicarent. *Pro Clementia.* Ter. Heaut. 4, 1, 33 Nunc hoc te obſecro, quanto tuus eſt animus natu grauior, ignoſcentior; vt meae ſtultitiae in iuſtitia tua ſit aliquid praeſidii. *Sic,* Iuſta ſeruitus *eſt Clemens* Idem Andr. 1, 1, 9. *Sic item* Iuſtitiam et Lenitatem, *tanquam Synonyma coniungit* Cic. pro Marcel. 12. Ordinata erat in XII Tabulis tota iuſtitia, *i. Iuris ratio* Flor. 1, 24. Cura iuſtitiae Ouid. Epiſt. 20, 169. Alienigena iuſtitia, *vid.* ALIENVS. Incluta iuſtitia, religioque ea tempeſtate Numae Pompilii erat, *vid.* INCLYTVS. Potens Hor. Carm. 2, 17, 15. Salubris Idem de Arte Poët. 99. Agitare iuſtitiam, *vid.* AGITO. Colere iuſtitiam, *vid.* COLO. Conſedit iuſtitia in mente, *vid.* CONSIDEO. Frenare gentes iuſtitia Virg. Aen. 1, 523. Temperare vires iuſtitia Ouid. ex Ponto 3, 6, 24. ¶ 2 *Plur.* Cic. de Fin. 3, 70 c. 21 Nec Iuſtitiae eſſe omnino poterunt, niſi ipſae per ſe expetantur. ¶ 3 Iuſtitia *vt aliae virtutes proſopopoeia quadam inter Deas relata.* Virg. Georg. 2, 474 Extrema per illos Iuſtitia excedens terris veſtigia fecit. Petron. c. 124 p. 591 *Burm.* Huic comes it ſubmiſſa Fides, et crine ſoluto Iuſtitia, ac moerens lacera Concordia palla. *Nempe haec* Δίκη *Graecorum, it.* ASTRAEA, ſ. Virgo, *de qua Heſiodus, et Aratus Phaen. 133 ſqq.* *Add.* Hygin. f. 130 Erigone ſignum Virginis, quam nos Iuſtitiam appellamus.

IVSTIDIVM, i. n. *Tempus 30 dierum, iudicato faciendo deſtinatum: vid. Salmaſ. de Modo Vſur. p. 810 qui prouocat ad* Vet. Gloſſ. *itemque ad* Gell. 20, 1, 43 Confeſſi aeris ac debiti iudicatis triginta dies ſunt dati, conquirendae pecuniae cauſa, quam diſſoluerent. Eosque dies decemuiri iuſtos appellauerunt, velut quoddam iuſtidium *(ſic ait in veteri libro eſſe: ſed deſeritur a Gronouiis, qui* iuſtitium *retinent recte)* id eſt iuris inter eos quaſi interſtitionem quandam et ceſſationem, quibus diebus nihil cum his agi iure poſſet.

IVSTIFĬCVS, a, um. Adi. [δικαιοποιός] *Qui facit iuſtitiam.* Catul. Argon. 62, 406 Iuſtifica mens deorum.

IVSTIFICO, āre. Tertull. *adu. Marc. 4, 17.*

IVSTIFICANS, antis. Part. Vulg. 1 Reg. 8, 32. *et* Rom. 3, 26.

IVSTIFICATVS, a, um. Part. Prudent. Apoth. 885. Vulg. Rom. 5, 1.

IVSTIFICATIO, ōnis. f. *pro legibus diuinis* Saluian. de Gub. 2 p. 381. *Item*

IVSTIFICATOR, ōris. m. *et*

IVSTIFICATRIX, īcis. f. Tertull. adu. Marc. 4, 36. *Voces apud Scriptores Eccleſiaſticos.*

IVSTITIVM, i. n. *Iurisdictionis intermiſſio, tum ob alias cauſas, tum in luctu publico.* Liu. 26, 26 Ac prope iuſtum iuſtitium omnium rerum futurum videbatur, donec Conſul ad vrbem rediiſſet, *i. Omnia acta publica eſſe ſuſpenſa.* Cic. Att. 4, 17 Fauere iuſtitio, et omnium rerum licentiae. Gell. 20, 1 *modo dedimus in* IVSTIDIVM. Ferale iuſtitium Lucan. 2, 17. Triſti iuſtitio clauſa fora Lucan. 5, 31. *Conf.* Id. ib. v. 116. Cic. de Aruſp. Reſp. 55 Quae ſunt occultiora, quam eius, qui in concione auſus eſt dicere iuſtitium edici oportere, iurisdictionem intermitti, claudi aerarium, iudicia tolli? *Add.* Id. pro Planc. c. 14. Indicere iuſtitium, *vid.* INDICO. Remittere iuſtitium, *ſicut* Indicere iuſtitium Liu. 10, 21. Seruatum eſt iuſtitium per aliquot dies Liu. 3, 5. Iuſtitium eſt luctus publicus Fulgent. de Priſco Serm. Statim a funere ad negotiorum conſuetudinem rediit, iuſtitio longiore prohibito Suet. Tib. c. 52. Eadem *(Druſilla)* defuncta iuſtitium indixit, in quo riſiſſe, lauiſſe, coenaſſe cum parentibus, aut coniuge liberisue, capitale fuit Id. Calig. c. 24. Sic affectae domus triſte fatum tota etiam ciuitas congemebat, luctuque publico confeſtim congruens edicitur iuſtitium Apul. Met. 5 *ſub fin.* *Add.* Sidon. Epiſt. 2, 8.

I V T

IVTVRNA, ae. f. *Nympha Latina, ſoror Turni, a Ioue vitiata, cuius meminit* Virg. Aen. 12, 146 Diſce tuum, ne me incuſes Iuturna dolorem. ¶ 2 *Item* Fons, vbi aegroti bibere ſolebant valetudinis cauſa Varr. de L. L. 1, 10.

I V V

IVVAMEN, *vid.* IVVO.

IVVENALIA, IVVENALIS, *vid.* IVVENIS.

IVVENCVS, i. m. [πόρταξ, δαμάλη] *et* IVVENCA, ae. f. *a* Iuuando: Qui iam *(vt ait* Varro de L. L. 4, 19) ad agrum colendum iuuare poſſet. *Videtur tamen maxime ad aetatem referri.* Plaut. Truc. 2, 2, 64 Vidi equidem iuuencum ex indomito domitum fieri, atque alias beluas. Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum Virtus Horat. Od. 4, 4, 30. Fortes iuuenci Virg. Georg. 3, 50. Laborifer Ouid. Met. 15, 129. Lunati fronte Stat. Theb. 6, 267. Petulans torua fronte Sen. Hippol. f. 3. Pulcher Virg. Aen. 5, 399. Rudes operum Ouid. Faſt. 1, 83. Toruus Idem Met. 10, 237. *et* 6, 115. Conſueſcere iuuencum aratro, *vid.* CONSVESCO. Diſiungere feſſos iuuencos Ouid. Met. 14, 648. Proſcindere terram validis iuuencis Virg. Georg. 2, 237. Aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci Virg. Ecl. 2, 66. Sociare iuuencos impoſito aratro Stat. Theb. 1, 132. Cornigerae iuuencae Ouid. Met. 13, 927. Formoſa Virg. Georg. 3, 219. Nitens Ouid. Met. 1, 611. Niuea Idem ibid. 1, 652. ¶ 2 *Metaph. de Homine quoque iuuene:* Hor. Carm. 2, 8, 21

Te ſuis matres metuunt iuuencis,
Te ſenes parci, miſeraeque nuper
Virgines nuptae.

Porphyrius: Iuuenci ergo non tantum Boues dicuntur, ſed Homines: quamuis in vſu ſit, vt non niſi per diminutionem Iuuenculos dicamus.

Equus iuuencus Lucret. 5, 1073. ¶ 3 *Etiam Femininum eſt.* Varro R. R. 2, 5, 6 Iuuencus et iuuenca. Ouid. Epiſt. 5, 117 Graia iuuenca venit, quae te, patriamque domumque Perdat. Iuvencae aues Plin. 10, 53.

IVVENCŬLVS, i. m. Dimin. [δαμάλιον] Catul. 22, 1 Qui floſculus es iuuenculorum. ¶ 2 Iuuenculae viduae Tertull. de Monogam. c. 1.

IVVENCVLASCO, ĕre. Ambroſ. de Cain. c. 1.

IVVĔNIS, Adi. [νέος, νεαξ] *a* Iuuando, *quod ea aetas maxime ſit apta ad laborem tolerandum. Vel, vt* Varro *ap.* Cenſorin. c. 14 Quod Remp. in re militari poſſunt iuuare. *Et a Iuriſconſultis* Iuuenes *dicuntur*, Qui adoleſcentium exceſſerunt aetatem, quoad incipiant inter ſeniores numerari. *Aetas haec a XXX ad XLV annum numeratur* Varr. *ap.* Cenſorin. de Die Nat. c. 14. *Conf.* Gell. 10, 28. *Manut. ad* Cic. Fam. 2, 1. *Voſſ. Inſt. Or. 1 p. 291.* Plin. 7, 36 Cornelia enim iuuenis eſt, et parere adhuc poteſt. Furor iuuenum Sen. Theb. ſ. 2. Princeps iuuenum Ouid. de Arte Am. 1, 194. Sic iuuenis, ſimiliſque tibi ſit natus Ouid. Triſt. 4, 5, 31. *i. filius. Add.* Tacit. H. 2, 77, 2. Nouem iuuenes eadem matre geniti patrem comitabantur Curt. 6, 5, 4. *Conf.* Id. 8, 2, 33. Agrippa iuuenis, Antonius iuuenis Suet. . . Marius iuuenis, Pompeii iuuenes Flor. . . *Add.* l. 4 §. 10 D. de re milit. Telluris iuuenes Hor. Od. 2, 12, 7. *i. filii ſ. gigantes.* Praelia diſſer In iuuenem Claud. Conſ. Hon. 4, 385. *i. aetatem iuuenilem.* Egregius iuuenis Virg. Aen. 5, 361. Feruidi Hor. Carm. 4, 13, 26. Ferus Sen. Hippol. 2. Imberbis Hor. de Arte Poët. 161. Laudatus Stat. Silu. 5, 1, 11. Proterui Hor. Carm. 1, 25, 2. Valens Ouid. Met. 15, 207. Adſtringere iuuenem, *vid.* ADSTRINGO. Fieri iuuenem Quinctil. 2, 2. ¶ 2 Iunior *in Comparatiuo facit.* Columella Iuuenior *dixit 9, 11 de apibus*, Iuueniori examini ſolet accidere. *Alia exemplaria habent* Iuniori. Aetate iuuenior Apul. Met. 8 p. 210. *Add.* Plin. Ep. 4, 8, 5. *vbi etiam Cortius retinet, et ex MSS. et Apuleio firmat.* Plin. 18, 3 Iuniorum familiae bubulcum nominauerunt. Toto iunior anno Hor. Epiſt. 2, 1, 44. Galeria iuniorum (tribus) quae ſorte praerogatiua erat Liu. 27, 6. Iuniores cerui Plin. 8, 32. ¶ 3 Iuuenis, *Adiectiuum eſſe oſtendit, quod etiam de femina dicitur.* Apul. Met. 7 p. 197 *med.* Viſa quadam honeſta iuuene in eam furioſos direxit impetus. Columel. 7, 3 Femina poſt bimatum maritari debet, iuueniſque habetur quinquennis. Ouid. Met. 7, 295 — Et admonitus iuuenes nutricibus annos Poſſe ſuis reddi. Iuuenem praeſtare capillum Sammon. p. 2.

IVVENĪLIS, e. Adi. [νεανικός, νεαρὸς] *Quod in iuuene deprehenditur, eum decet etc.* vt Iuuenilis ludus *vel* iocus Liu. 1, . . *et* 5, . . Annis iuuenilibus iuncti Ouid. Met. 8, 632. Ardor Sen. Octau. 4. Val. Max. 5, 6 ext. Calor, *vid.* CALOR. Carmina Ouid. Triſt. 2, 339. Corpus Virg. Aen. 5, 475. Decus Lucan. ad Piſon. . . . Gratia Stat. Silu. 2, 2, 10. Incepta Ouid. Epiſt. 18, 35. Superfluentes iuuenili quadam dicendi Impunitate et Licentia Cic. de Clar. Orat. c. 91. Opus nitidae iuuenile palaeſtrae Ouid. Met. 6, 241. *De* συνεσία Ouid. Rem. Am. 399. Subiti Praeceps iuuenile pericli Stat. Silu. 1, 4, 51. Robur velut iuuenile, *de vitibus* Colum. 4, 3, 4. Vis Ouid. Met. 12, 461. Laeta et iuuenilia luſi Idem Triſt. 5, 1, 7. Iuuenile. *Aduerb.* Vagantem Stat. Silu. 3, . . Iuuenilior: Ouid. Met. 14, 639 Silenuſque ſuis ſemper iuuenilior annis.

IVVENILĬTAS, ātis. f. pro Iuuentus: Antiquum. Varr. Tithono, Quam dereliquit multicupida iuuenilitas. *Ex* Nonio 2, 418. *et* 5, 42.

IVVENILĬTER. Adu. [νεανικῶς] *More iuuenum, quemadmodum et Pueriliter.* Cic. de Senect. 10 c. 4 Quum plane grandis eſſet, et Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat. Venatum in ſiluas iuueniliter ire ſolebam Ouid. Met. 7, 805. Ingenio vti iuueniliter Ouid. Triſt. 2, 117.

IVVENĀLIS, e. Adi. [νεαρὸς] *Idem quod Iuuenilis.* Plin. 33, 22 Quum C. Sulpitius Galba iuuenalem famam apud principem popinarum poenis aucupatur, *etc.* Animo iuuenali ſenex Auſon. Prof. Burdig. 15, 1. Et mihi quae fuerint iuuenali in corpore vires Virg. Aen. 5, 475. *vid. h. l. Pier. it. Drakenb. ad* Sil. 2, 312. Pubertas Apul. de Mundo p. 67. *Conf.* Sidon. Ep. 1, 2. *et* 4, 13. *et* 9, 6. Dies iuuenalis, *Iuuenili aetati peculiariter celebrandus.* Sueton. de Caligula c. 17 Adiecit diem Saturnalibus, appellauitque iuuenalem. Iuuenalia, *Ludi, qui pro ſalute iuuenum celebrantur. Vid.* Suet. Ner. c. 11. Ludi iuuenalium Tacit. Ann. 14, 15. *Conf. Lipſ. ad* Tac. Iuuenalia peracta Sidon. Carm. 23, 428. *i. ſtudia iuuentutis.*

IVVENESCO, ĕre. [νεανίομαι] *Iuuenem fieri.* Plin. 21, 11 Roſa et quinquennium perfert non receſa, nec adulta. Illo enim modo iuueneſcit. *Sic* 8, 57 *extr. de gliribus*, Rurſus aeſtate iuueneſcunt. Ouid. Amor. 3, 7, 41 Illius a tactu Pylius iuueneſcere poſſet. Vitulus iuueneſcit in herbis Hor. Carm. 4, 2, 55. Iam ſenuit, ex quo iuuenuit Tertull. Exhort. ad Caſt. c. 6.

IVVENOR, āri. Dep. [νεανίζω] *dixit* Hor. in Arte Poët. 246 Aut nimium teneris iuuenentur verſibus vnquam. *i. iuueniliter loquantur, aut laſciuiant.*

IVVENTVS, ūtis. f. [νεότης] *Aetas iuuenilis, quae et Iuuenilitas et Iuuenta dicitur. it. Iuuenes collecti.* Nulla eſt ſpes iuuentutis Plaut. Capt. 1, 2, 19. Sall. Cat. 5 *pr.* Ibique iuuentutem ſuam exercuit. Cruda iuuentus Sil. 3, 303. Docilis Hor. in Carm. ſaec. 52. Effera Virg. Aen. 8, 5. Toroſa Perſ. 3, 86. Acuere iuuentutem, *vid.* ACVO. Plaut. Moſt. 1, 1, 29. Caeſ. B. G. 3, 16 Nam quum omnis iuuentus, omnis etiam grauioris aetatis, in quibus aliquid conſilii aut dignitatis fuit, eo conuenerant, tum, *etc.* Cic. Tuſc. 2, 34 Iuuentutem laboribus erudiunt. *Conf.* Sall. Catil. c. 12. ¶ 2 Iuuentus, *Dea. Vid.* mox IVVENTAS.

IVVENTA, ae. f. [νεότης] *Aetas iuuenilis.* Valer. Argon. 4, 233. Plin. 7, 13 Aliis ſterilis eſt iuuenta, aliis ſemel in vita datur gignere. Non ita ſe a iuuenta eum geſſiſſe Liu. 35, 42 *extr.* Ab iuuenta, *vid.* AB *Praepoſitionem.* Calida iuuenta Claud. de B. Get. 498. Dulcis Hor. Carm. 1, 16, 23. Audax Virg. Georg. 4, 565. Nerua tua iuuenta, tuo robore inualuit Plin. Paneg. c. 8. Lumen purpureum iuuentae Virg. Aen. 1, 590. Florente iuuenta feruidus Hor. de Arte Poët. 115. Imbellis Idem Carm. 3, 2, 15. Mediae iuuentae robore ille Liu. 40, 6. Prima floreſcente iuuenta Sil. 15, 741. Pubeſcens Idem 16, 678. Roſea Valer. Argon. 5, 395. Senilem iuuentam, praematurae mortis eſſe ſignum Plin. 7, 51. Viridis Virg. Aen. 5, 295. Excercere iuuentam Catul. in Epithalam. Iuliae 59, 233. Multitudo iuuenum: Martial. 2, 98 Quintiliane vagae moderator ſumme iuuentae. ¶ 2 *Dea* Iuuentas. Ouid. ex Ponto 1, 10, 11 Nectar et ambroſiam, laticeſque, epulaſque Deorum Det mihi formoſa Graia Iuuenta (Hebe) manu.

IVVENTAS, ātis. f. *Eadem quae* Iuuentus *et* Iuuenta. Lucret. 5, 886 Tum demum pueris, aeuo florente, Iuuentas Occipit, et molli veſtit lanugine malas. Hor. Carm. 2, 11, 6 Fugit retro leuis iuventas et decor. *Sic* 4, 4, 5 Qualem miniſtrum fulminis alitem — iuuentas et patrius vigor — propulit. ¶ 2 Iuuentas [Ἥβη] *Dea, quae iuuentuti praeeſſe putabatur.* Iuuentatis ſacra pro iuuenibus ſunt inſtituta. Feſt. Hor. Carm. 1, 30, 7 *ad Venerem*, Et parum comis ſine te Iuuentas. Cic. Tuſc. 1, 65 c. 26 Non enim ambroſia Deos aut nectare, aut Iuuentate pocula miniſtrante laetari arbitror. Cic. Att. 1, 18 p. 142 *Graeu.* Inſtat hic nunc ille annus egregius. Eius initium eiuſmodi fuit, vt anniuerſaria ſacra Iuventatis non committerentur. Idem Bruto c. 18 Ludis Iuuentatis. Liu. 5, 54 Hic Capitolium eſt — Hic cum augurato liberaretur Capitolium, Iuuentas Terminuſque moueri ſe non ſunt paſſi. Liu. 36, 36 Iuuentatis aedem in circo maximo C. Licinius Lucullus Duumvir dedicauit *etc. eſt enim ibi eius hiſtoria.* Idem 21, 62 Romae lectiſternium Iuuentati. *Nempe* Iuuentas *Dea non* Iuuentus, *quod quibuſdam librariis et editoribus placuit: vt oſtenderunt ad ll. cc. Gronou. Drakenb. Add.* Merula ad Enn. p. 110. *et Viri docti ad* Flor. 1, 7, 8. *Etiam in* Plinio 29, 4 *pr. et* 35, 10 ſ. 36, 22 Iuuentatis aedem *et* aediculam *expreſſit Harduinus, qui etiam numo* Aurelii Caeſaris *poſt* Vrſinum *ad* Cic. Att. *l. c. vtitur, vbi eſt* IVVENTAS SC.

IVVERNA, *vid.* IVERNA.

IVVO, iuui, iutum, āre. [ὀνέω, ὠφελέω] *Auxiliari, et opem ferre.* Iuuari admota Ope Ouid. ex Pont. 1, 3, 90. *ſc. medicinae. Conf.* Plin. 17, 24. Ter. Heaut. 1, 1, 34 Crede inquam mihi, aut conſolando, aut conſilio, aut re iuuero. Iuuare aliquem conſilio Cic. Off. 2, 32. Iuuare aliquem, quibuſcunque Rebus poſſis Cic. Fam. 13, 22. Idem pro Corn. 23 Si conſilio iuuare ciues et auxilio aequa in laude ponendum eſt, pari, *etc.* Supplicibus iuvandis aſſuetus Ouid. ex Pont. 3, 3, 107. Facundia iuuit cauſam Idem Met. 7, 505. Cic. Att. 16, 21 Multum potes nos apud Plancum iuuare. Iuuare ad beatam vitam Cic. de Fin. 1, 71 c. 21. Id. Verr. 1, 123 Legis Corneliae meminit, quae proſcriptum iuuari vetat. Liu. 37, 28 *pr.* Iuuiſſe eos omni commeatu claſſem hoſtium. ¶ 2 Iuuat, *i. Delectat.* Τέρπει Gloſſ. Lat. Gr. Aures iuuare Lucret. 5, 1380 *ſq. de muſica.* Plaut. Capt. 1, 2, 33 Neque vnquam quidquam me iuuat quod edo domi. Idem Ciſt. 4, 1, 18 Quando ita tibi iuvat, vale atque ſalue. Ter. Adel. 2, 3, 2 Verum enimuero id demum iuuat, ſi, quem aequum eſt bene facere, is facit. Virg. Ecl. 4, 2 Non omnes arbuſta iuuant, humileſque myricae. *Conf.* Ibid. 5, 83. Hoc iuuat et melli eſt Hor. Sat. 2, 6, 32. Cic. in Verr. 4, 12 Iuuat me haec praeclara nomina ſic concidiſſe. Cic. Fam. 3, 1 *pr. de Phania*, Ita eſt homo non modo prudens, ſed etiam, quod iuuet, curioſus, *i. non vitioſe, non inaniter, ſed quantum iuuat, iuuare poteſt patronum illius et amicos.* Te eſſe animo hilari, valde me iuuat Cic. ad Q. Fratr. 2, 12. Iuuat euaſiſſe tot vrbes Virg. Aen. 3, 56. Iuuat indulgere labori Idem ibid. 6, 135. Bonum iuuat habentem Sen. Ep. 4. Quae Scire magis iuuat quam prodeſt Sen. Ep. 6. *Paſſ. pro Adiuuari et auxilium ſuſcipere.* Plin. 17, 24 Quod ſic etiam iuuatur. Ope admota iuuari Ouid. ex Pont. 1, 3, 90.

IVVANS, antis. Partic. [ὠφελῶν] Cic. Fam. 7, 21 (20) Meque diis iuuantibus ante brumam exſpectabis. *Add.* Liu. 7, 10. Ite, Diis bene iuuantibus Liu. 25, 38. Iuuante Deo Cic. de Nat. D. 2 c. 66.

IVVATVRVS, a, um. Part. Sall. Iug. c. 47. Plin. Ep. 4, 13 *et* 15. Ammian. 20, 4.

IVTVS, a, um. Part. Lingua offenſione dentium Lactant. de Opif. D. c. 13. Rami ſtercorati et humoribus iuti Pallad. 4, 10. Solertia tempore iuta Tac. Ann. 14, 4, 1.

IVTVRVS, a, um. *Reſtituitur* Columel. 10, 131. *ab Heinſ. ad* Sil. 7, 354.

IVVAMEN, ĭnis. n. ὄνησις Gloſſ. Gr. Lat. Et confert haemoptoïcis hoc ſaepe iuuamen. Macer.

IVVAMENTVM, i. n. Praeſtare Veget. 3, 4.

I V X

IVXTA, *(quidam* IV̄XTA *malunt)* [παρὰ] *Praepoſitio, Apud vel Prope, Proxime, ſignificans.* Sepultus eſt iuxta viam Appiam Nep. 25, 22, 4. Virg. Aen. 4, 255 Humilis volat aequora iuxta. Plaut. Trin. 3, 2, 82 Iuxta te ſum, te pie tuearis oportet. Statua iuxta poſita Nepos 13, 2, 3. Furiarum maxima iuxta accubat Virg. Aen. 6, 606. Iuxta genitorem adſtat Lauinia virgo Virg. Aen. 7, 72. Iuxta diuinas religiones fides humana colitur Liu. 9, 9. Tac. Ann. 6, 13 Iiſdem Conſulibus grauitate annonae iuxta ſeditionem ventum. Varro *ap.* Non. 4, 233 Quum interea lucubrando facere iuxta ancillas lanam. *i. Vna cum ancillis. Secundum, ſiue Poſt.* Plin. 7, 45 Iuxta haec Variana clades. Gell. 4, 9 Nigidius Figulus homo (vt ego arbitror) iuxta M. Varronem doctiſſimus. *i. Secundum, ho.. eſt poſt eum, et eo excepto doctiſſimus.* Velocitas iuxta formidinem Tac. Agr. c. 30, 5. *i. vicina.* Vilitate iuxta beluas eſſe Plin. 2, 7. Iuxta deos, in tua manu poſitum eſt Tacit. Hiſt. 1, 76. Idem Ann. 6, 42 Nam populi imperium, iuxta libertatem, paucorum dominatio regiae libidini proprior eſt. Sed periculoſiores ſunt inimicitiae iuxta libertatem, *i. inter liberos* Tac. Germ. 21, 2. Iuxta eſſe, *pro Familiarem eſſe*: Suet. in Calig. c. 10 Tantique in auum, et qui iuxta erant, obſequii, vt non immerito ſit dictum, Nec ſervum meliorem vllum, nec deteriorem dominum fuiſſe. ¶ 2. Iuxta. Adu. [ἐπίσης] *i. Aeque, ſimiliter, eodem modo.* Spem ac metum iuxta grauatus Tacit. Ann. 5, 8. Eorum ego vitam et mortem iuxta aeſtimo Salluſt. Cat. 2. Idem in Iugurtha c. 67 Iuxta boni, malique, ſtrenui et imbelles multi obtruncati ſunt. *h. e. Aeque boni ac mali.* Plin. 9, 35 A feminis iuxta viriſque geſtarentur. Quae bonis maliſque temporibus iuxta valent Tac. H. 1, 73, 3. Cic. poſt Reditum in Senat. 20 Tum reliquis officiis iuxta, ac ſi meus frater eſſet, ſuſtentauit. *h. e. Quaſi vel tanquam ſi, vel aeque ac ſi.* Veſtrum nomen imperiumque iuxta ac Deos immortales iampridem intuetur Liu. 37, 54. Idem 24, 19 Fabius omittendam rem parvam ac iuxta magnis difficilem, abſcedendumque inde cenſebat. *i. Non minus*

minus quam ſunt magnae. Liu. 2, . . Abſentium bona iuxta atque intcremtorum diuiſa fuerunt. *Conf.* Idem 28, 20. *et* 5, 6. Literis Graecis atque Latinis iuxta doctiſſime eruditus Salluſt. Iug. 95. Plaut. Pſeud. 4, 7, 62 An neſcis quae ſit haec res ? S. iuxta cum ignariſſimis. *i. Tam ſcio, quam qui maxime ignorant.* Ibid. 4, 3, 75 Haeccine illa eſt furtiua virgo ? T. iuxta tecum aeque ſcio. *Add. Id.* Plaut. Aul. 4, 7. *et* Trin. 1, 2, 160. Non. 4, 233. Salluſt. in Catil. c. 58 Nunc vero quo in loco res ſitae ſunt, iuxta mecum omnes intelligitis. ¶ 3 Iuxta *in citandis auctoritatibus, vt,* iuxta Plinium : *Exempla* Nazarii, Hieron. Solini *congeſſit Cellar. Cur. Poſt. p. 249. Add.* Iuſtin. 1, 7, 1. 2, 12, 15. 12, 3, 11.

IVXTIM. Adu. [ἐγγὺς] *Significat Prope.* Suet. in Tiber. c. 33 Magiſtratibus pro Tribunali cognoſcentibus plerumque ſe offerebat conſiliarium : aſſidebatque iuxtim vel ex aduerſo in parte primori. Lucret. 4, 1206. Non. 2, 451 *ex* Siſenna, Iuxtim Numicium flumen obtruncatur. *Et ex* Liuio Poëta, In ſedes collocat ſe regias, Clytemneſtra iuxtim, tertias natae occupant. *Vtitur et* Apul. Met. 2 p. 120, 31. *et* Florid. 22 ſ. p. 364, 17.

I X I *et* I X O

IXIA, ae. f. *Genus herbae.* Plin. 22, 18 Chamaeleonem aliqui ixiam vocant. *Vid. ibidem vtriusque nominis rationem.*

IXINOS agrios *herba ap.* Apul. de Herb. c. 81.

IXĪON, ŏnis. m. [Ἰξίων] Rex Theſſaliae, a Ioue deorum conuiuio adhibitus, amatam Iunonem de ſtupro interpellauit. Illa confeſſa Ioui eſt, et eius voluntate nubem in ſuam formam conuerſam obtulit, vnde feruntur nati eſſe Centauri. *Haec* Seruius *ad* Aen. 6, 286. Id Seru. *ad* Aen. 8, 293 *vbi* Nubigenae centauri *dicuntur,* Pindarus ipſum *(Ixionem)* cum equos paſceret, inceſtaſſe eas, inde Centauros natos, dicit. Ouid. Met. 4, 460 Voluitur Ixion *(rotae alligatus)* et ſe ſequiturque fugitque. Audax Ouid. Met. 12, 210. Perfidus Hor. de Arte Poët. 124. Tortus rota Virg. Georg. 3, 38. Orbes Ixionis Propert. 4, 12, 23. Proles Ixionis Pirithous Ouid. Met. 8, 566.

IXIONĔVS, a, um. Adi. [Ἰξιώνειος] Orbis Ixioneus Virg. Georg. 4, 484.

IXIONĬDES, ae. m. [Ἰξιωνείδης] *Filius Ixionis, qui fuit* Pirithous. Propert. 2, 1, 38 Theſeus infernis, ſuperis teſtatur Achilles, Hic Ixioniden, ille Menoetiaden.

IXOS, i. m. *Viſcum Dioſcor. 3, 103. it. genus auis* Vulgat. Deut. 14, 13.

I Y N

IYNX, iyngis. f. [ἴυγξ] *Auis, quae Vertilla a colli verſura vocatur Ariſtot. Animal. 2, 12. Quid* Iynges *ſint in Philoſophia orientali et magica, diſputat Harenberg. in Miſc. Lipſ. nou. 3, 3 p. 404 ſq. Eſt res Graecis modo literis tractata.*

K.

Litera K.

K *Litera,* Faucibus palatoque formatur Mart. Capella 3 p. 58. Κ'ΑΠΠΑ *Graecorum, ad quos proprie pertinet. Quatenus ad Latinos tranſierit, non conuenit : credas, eatenus modo, vt haberent ludum et miſerias in illa Grammatici. Videamus quaedam, non omnia.* Quinctil. 1, 4, 12 *Grammaticos vult quaerere,* an quaedam literae redundent, vt K, quae quorundam nominum nota eſt. *Et* 1, 7, 10 K in nullis verbis vtendum puto, niſi quae ſignificat etiam, vt ſola ponatur. *Quae vero ſignificet, mox apparebit. Iam Grammaticos audire pergamus.* Diomed. 2 p. 419 *med.* K Conſonans muta, ſuperuacua, qua vtimur, quando A correpta ſequitur, vt Kalendae, Kaput, Kalumniae. Martian. Cap. 3 p. 57 K nunc nota putatur eſſe, nunc litera : nam eius effectus C integrare non dubium eſt, absque his Kapite *(al.* Kapua) Kalendae, Kalumniae. Priſcian. 1 p. 543 K et Q quamuis figura et nomine videantur aliquam habere differentiam cum C, tamen eandem tam in ſono vocum, quam in metro continent poteſtatem : et K quidem ſuperuacua eſt penitus : nulla enim ratio videtur, cur, A ſequente, K ſcribi debeat. Carthago enim et Caput ſiue per C ſiue per K ſcribantur, nullam faciunt, nec in ſono, nec in poteſtate eiusdem Conſonantis differentiam. *Similia p. 560 med.* Val. Prob. p. 1486 *extr.* K litera non ſcribitur, niſi in principiis nominum, ante A literam — Kamenae, Kaleo, Kareo. Vel. Long. p. 1218 *med.* Qui K expellunt, notam dicunt eſſe magis quam literam, qua ſignificamus Kalumniam, Kaput, Kalendas, hac eadem nomen Kato notatur. *Et mox :* At qui illam eſſe literam definiunt, neceſſariam putantes *(ſ.* putant) nominibus, quae cum A ſonante hanc literam inchoant. Vnde etiam religioſi quidam epiſtolis ſubſcribunt Kariſſime, per K et A. Quod ſi adeo neceſſariae videntur, verendum eſt, ne et alias literas requiramus, quibus aut *Cicero* ſcribatur, aut *Commodus.* Mar. Victorinus p. 2456 *poſt med.* Kadamitatem pro Kalamitatem *quosdam ſcripſiſſe memorat etc.* Terentian. Maurus p. 2400 *fin.*

K ſimiliter otioſa caeteris ſermonibus,
Tunc in vſu eſt cum Kalendas annotamus aut Kaput.
Saepe Kaeſones notabant hac vetuſti litera.

Auſonius Eidyll. 12, 133 Haec tribus in Latio tantum addita Nominibus K. *Haec fere antiqui. Ex recentioribus inſtar omnium eſt Voſſ. de Arte Gram. 1, 17 vnde petent, qui ſubtilius iſta diſputare amant. Nos illud modo addimus, antiquiſſimum illius vſum apud Romanos non videri : certe non comparet in primae vetuſtatis monumentis. Et Graecorum K vel in C Latinum mutatur, vt in κύκνος, κύκλος, κύβος, quae ſunt* cycnus, cyclus, cubus *etc. vel in G, vt κυβερνάω guberno. Quae ſunt in inſcriptionibus hodie exſtantibus,* Arka, Euokati, Kariſſimus, Volkanus *et ſimilia, ea Graeculis lapicidis forte debentur, et poſſunt videri in Indice Grammatico Scaligeri Inſcriptt. Gruteri. Quae Nomina per K ſcripſerint quidam, intelligetur etiam ex notis, quas damus n. 2. Primum vſum illius* Iſidorus 1, 4 ad Salluſtium quendam ludimagiſtrum

K O P

refert. K literam Salluſtius ludimagiſter poſtea Latinis adiecit. *De huius viri aetate, et an alia illius notitia ſuperſit, iam quaerere non vacat.* ¶ 2 *De K in notis partim iam recitauimus Quinctiliani et aliorum obſeruationes. Ad K alluſiſſe* Ciceronem *nonnulli autumarunt* pro Sext. Roſcio Amerino 57 c. 20 Si ego hos, *iudices,* bene noui, literam illam, cui vos vsque eo inimici eſtis, vt etiam eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, vt poſtea neminem, niſi fortunas veſtras accuſare poſſitis. *Clarum eſt de ſtigmate ſermonem eſſe, quod etiam indicat* Plin. Pan. 35, 3 Neque vt antea exſanguem illam et ferream frontem nec quidquam conuulnerandam praebeant punctis, et notas ſuas rideant. *Nec improbabile eſt, eam notam fuiſſe C vel K Calumniae indicem : caeterum probatum idoneo auctore, i. antiquo, illud nondum obſeruauimus : nec obſeruauit, quantum recordor, Brenkman. diſſ. de L. Remmia.* Veteris Scholiaſtae *ad locum Cic. obſeruatio literae K mentionem facit : ſed non eſt, vt videtur, illa parte ſanus. Videamus ergo certiora ex* Val. Probo *et aliis.* K. Caia, Caeſo, Caſa, Candidatus, Calendae, Cardo, Cariſſima, Caſtra. K. C. Capite Cenſus. Carthago Ciuitas. Caeſo. Calumniae Cauſa. K. D. Capite Deminutus. K. DD. Caſtra Dedicata. K. F. Cardo Finalis. Caeſonis Filius. K. M. Cardo Maximus. K. N. Caeſonis Nepos. K. P. Cardo Poſitus. Caſtra Poſuit. KAL. Calendae. KARC. Carcer. K. PR. *forte* Cohortis Praetoriae. *in* Inſcript. Gruter. 527, 1 D. M. AVRELIO CLAVDIO VETERANO Q. MIL. K. PR. QVI VIX. ANNIS LXXX. K. Q. Calendae Quinctiles. KR. Chorus. KR. ST. CND. SPLC. Cara Sunt Cernenda Sepulcra. K. S. Calendae Sextiles. KS. Chaos. K. T. Capite Tonſus.

K A L *et* K A P

KALENDAE, arum, *vid.* CALENDAE.

KAPPA, *vid.* CAPPA.

K O E

KOENON, n. *i. commune* κοινόν. Iſidor. 20, 2. *Add.* Martial. 2, 43.

KOENOSIS, is. f. Koenoſis dicitur communicatio conſilii cum iudicibus aut aduerſariis Iſidor. 2, 21. *Eſt mere Graecum* Κοίνωσις.

K O P

KOPPA. n. *Indecl.* apud Graecos nunc tantum in numero manet. *Sic recte hodie legitur* Quinct. 1, 4, 9 *pro ſuperiorum* Kappa. *Nempe* Κόππα *(vnde κοππατίας eſt apud Ariſtoph. Nub. 23 equus hac nota ſignatus) eſt in antiquo Graecorum Alphabeto, quae Ebraeorum literae* ק *reſpondebat figura, et poteſtate numerali, nonaginta. Vid. Montfauc. Palaeogr. Gr. p. 569. et viri docti ad Ariſtoph. l. c.*